SYNOPSIS CRITICORUM

ALIORUMQUE

S. SCRIPTURÆ INTERPRETUM

Volumen III.

Complectens PROPHETAS *omnes, tum Majores, tum Minores, nobis dictos.*

Divisum in duas Partes.

Operâ *MATTHÆI POLI Londinensis.*

LONDINI,

Typis *E. Flesher.* Prostat apud *Carolum Smith,* Bibliopolam, ad Insigne Nigri Cygni in vico Fleetstreet. *Anno Dom.* MDCLXXIII.

PRÆLOQUIUM.

EN tibi, *Candide Lector*, Tertium SYNOPSEΩS *meæ* Volumen, *tum consuetis prælorum moris, tum meâ ipsius valetudine, diutiùs quàm vellem impeditum, tandem verò Divino beneficio publici juris factum. De quo non est quòd multa dicam, aut quæ ex* Præfatione Primi Voluminis *haberi possunt hîc repetam. Pauca tamen quæ ad* hoc Volumen *spectant præfanda sunt.*

In eo continentur omnes Prophetæ: *tum quatuor Majores*, Esaias, Jeremias, Ezeciel, Daniel; *tum duodecim, ut vocantur, Minores. Authores verò quibus usus sum* (*præter illos omnes qui materiam præcedentibus etiam* Voluminibus *subministrârunt,*) *sunt qui sequuntur.*

In Esaiam, Forerius, (*quem* Critici Sacri *nobis exhibuerunt,*) *Interpres non spernendi nominis*; Anglicanæ Annotationes, *quarum illa pars quæ* Esaiam *&* Jeremiam *complectitur, à magno illo Divinarum atque humanarum literarum lumine, Cl.* Gatakero, *concinnata est: Qui etiam tot aliorum Interpretamenta, nec vulgari diligentiâ quæsita, nec mediocri judicio disposita, inter* Annotata *sua congessit, ut non unius Commentatoris, sed integræ, illiúsque aureæ, Commentatorum catenæ nomen mereatur.* Sanctius, *&* Calovius, *in* Præfatione Secundi Voluminis *laudati. Denique*, Calvinus, *Interpres supra laudes meas, aliorúmque contemptum, positus. Ex quo cùm longè plura in hoc* Volumine *decerpserim quàm vel in præcedentibus feceram, vel in sequente facturus sum, ejus rei, quam mihi à nonnullis vitio verti audio, reddenda est ratio. Nihil certè hîc à me factum quod non & à me præcogitatum erat, & Lectoribus palàm ac libere significatum in* Præfatione Voluminis Primi *his verbis:* Ex eo [Calvino] nonnulla ubi opus fuerat subindè delibavi; alia deinceps in progressu Operis ex eodem decerpturus, si quando alii Interpretes defecerint, vel usus postulaverit. *Quod an in his Libris Propheticis locum habeat necne, judicium sit penès illos qui sensus habent subactos, & in rebus sacris exercitatos. Accedit, quòd postremi hi erant, &, ut mihi visum est, accuratissimi & χειπικώτατοι,* Calvini *labores; in quibus tanta est, tum in verbis phrasibúsque Hebraicis enucleandis, tum in rebus etiam obscuris explicandis, eruditio cum magno judicio juncta, ut sperem æquos Lectores mihi facilem daturos veniam, quòd* Vatinianis *quorundam adversùs* Calvinum *odiis ac præjudiciis litare noluerim cum publico & Operis mei & Subscriptorum omnium damno. Quod tamen, si publica privatis meis posthabuissem commodis, è re certè mea fuisset, magnâque & sumptûs & laboris mei parte me levâsset. Nonnulla etiam ex* Leone Castro, Marlorato *&* Annotationibus Belgicis *delibavi. Et cùm Cap.* 53. Esaiæ *nobilissimam ac luculentissimam de* Christo *Prophetiam, summáque* Evangelii *Mysteria, contineat; de eo fusiùs agendum statui, & Authoribus jam nominatis addidi* Rivetum, Cloppenburgium *&* Alexandrum Morum, *qui peculiares in illud Caput eruditósque Tractatus scripserunt. Nonnulla etiam ex* Hulsii *Theologia* Judaica *descripsi.*

In Jeremiam, Gatakerus, Calvinus, *&c. &, cum reliquis*, Strigelius, *qui eum ex Hebræo versum, brevibúsque Notis illustratum, nobis dedit.*

In Ezecielem, Villalpandus, *Interpres mole magnus, ingenio, diligentiâ & eruditione non minor; & laborum ejus socius* Pradus; Junius, *antea suo merito laudatus, cujus in totam ferè hanc Prophetiam exstat Commentarius, posthumus quidem, sed tanto patre non omnino indignus*; Polanus, *vir linguarum rerúmque peritiâ non mediocri imbutus, qui &* Ezecielem *&* Danielem *justis doctísque Commentariis elucidavit*; Cornelius à Lapide, *Author minimè spernendus. Quibus nonnulla ex* Capelli *Triplici delineatione Templi desumpta adjeci.*

In Danielem, *præter* Junium, Polanum, Sanctium, Cornelium à Lapide, *&c.* Maldonatus, *acutus & eruditus Interpres*; Gejerus, *in præcedenti* Volumine *celebratus*; Jacchiades, *non infimi inter Hebræos subsellii, qui* Danielem *Paraphrasi suâ alicubi illustratum, alicubi sanè depravatum, exhibuit*; Constantinus L' Empereur, *qui* Jacchiadem *Annotationibus suis singulari doctrinâ refertis castigavit*; Willetus *nostrâs, in quo uno integrum habes Commentatorum collegium*; Pererius, *qui, eximiâ Historiarum peritiâ instructus, magno etiam acumine, nec minore diligentiâ, Commentarium suum elucubravit. Cùm autem illustrissima summique momenti semper habita sit illa de* 70 Hebdomadis Danielis *Controversia, &, siqua alia, vindice dignissima, prædictis Authoribus alios addidi, quorum eruditæ de ea exstant Dissertationes. In quibus* Helvicus, *inter* Tractatus *in fine* Criticorum Sacrorum *adjectos positus*; Capellus, *inter* Prolegomena Bibliis Polyglottis *nostratibus præmissus*; *Cl.* Medus, *in Primo* Volumine Synopseos *nostræ meritissimè laudatus*; Calovius, *qui Quæstionem illam diffusè atque eruditè tractavit*; Graserus, *qui Exercitationes prolixas, & doctrinâ plusquam vulgari conditas, de ea conscripsit*; Derodon, *qui, in Tractatu contra Atheos magno ingenii acumine conscripto, hunc etiam* Danielis *locum ab eorum Cavillationibus asseruit, eúmque argumentis ex ipsis Historiæ penetralibus desumptis vindicavit*; Matthias Wasmuth, *qui, in doctissimis suis Hebrææ Scripturæ Vindiciis, hunc inprimis locum ingeniosè eruditéque disceptat*; Edvardus Liveleius, *nostrâs, non inter postremos numerandus, in doctissima sua Chronologia Monarchiæ* Persicæ; Hugo Broughtonus, *vir rerum inprimis Hebraicarum peritissimus*; *Cl.* Johannes Rainoldus, *Professor olim* Oxoniensis, *qui in Prælectionibus suis de libris Apocryphis, multijugâ ac stupendâ planè eruditione conscriptis, non paucas huic Quæstioni Prælectiones impendit*; Robertus Bailius, *Scriptor eruditus, in Opere suo Historico & Chronologico*; Johannes Wichmannus, *in Chronologia Sacra*; Calvisius, Petavius, *&c. in Chronologiis suis.*

In Minores omnes Prophetas, *præter* Calvinum *&* Sanctium *aliósque ante memoratos*, Ribera, *qui sæpe*

verba

verba & phrases Hebraici textûs non infeliciter explicat; Tarnovius, *qui, diligenti & verborum & rerum investigatione, perplexis atque obscuris locis (quæ certè hîc plurima occurrunt.) lucem non exiguam infert. Quibus nonnulla subjeci ex* Aria Montano, *viro Hebraicæ linguæ & phraseologiæ Sacræ inter paucos perito. In quinque porrò priores, par nobile Interpretum,* Mercerus & Liveleius. *Quorum ille nuper laudatus, & (dum Eruditioni atque Pietati habetur honos) semper laudandus; qui &* Hebræorum *aliorúmque Commentarios fideliter repræsentavit, & (quod præcipuum est) sua ipsius, nec mole nec dignitate exigua, Annotata adjecit. Alter, Professor olim* Cantabrigiensis, *Interpres non è multis, verborum, phrasium rerúmque sacrarum diligens & felix indagator. Qui duo, si telam Commentariorum suorum in reliquas septem Prophetas pertexuissent, magno certè beneficio Sacrosanctæ Scripturæ Mystas donâssent. Cùm autem Cl.* Liveleius *Prophetas etiam Majores, ut à viris fide dignis accepi, Annotatis suis illustraverit, quæ in privatis nescio cujus scriniis latére dicuntur; orandus est, quisquis ille sit mortalium, nè tantum Thesaurum diutiùs premat, sed cum Ecclesia Dei communicet, cujus in gratiam proculdubio conscriptus est. In* Hoseam, Rivetus; *in* Zachariam, Pembellus; *Authores meritissimis suis laudibus antea donati. Atque ex his inprimis* Tertium *hoc* Volumen *contexui.*

Restat Quartum *atque* Ultimum *Operis nostri* Volumen *in totum* Novum Testamentum, *cui perficiendo totus incumbo, nec meis nec præli operis cessaturis, donec cum Bono Deo universum Opus exegerim. Id autem ut feliciùs fiat, orandi sunt candidi Lectores, ut non subsidiis tantùm pecuniariis, sed suis inprimis precibus me laborantem adjuvent. Tu autem, Clementissime Pater luminum, qui singulari tuâ indulgentiâ scriptori indignissimo suppetias hactenus tulisti, & labores nostros tuis unius viribus ad calcem Veteris Testamenti gratiosè perduxisti, pergentem porrò & benignitate tuâ fretum nè deseras; sed, dum Sacratissimo Novi Fœderis Textui explicando insudem, ejusdem Fœderis gratiâ ac Spiritu & mentem meam imbuas & calamum regas, ut Opus tuis cœptum auspiciis in Te desinat, & à Te tandem exoptatissimum Finem accipiat.* Amen.

Admonitio ad Lectorem.

S*Unt quædam Abbreviaturæ in præced.* Vol. *quarum explicationem debitam, suo loco omissam, hîc apponere placuit.* Ger. *i. e.* Gerhardus, *in* Deuteronomium. Cod. *i. e.* Codurcus, *in* Jobum.

SYNOP-

SYNOPSIS
CRITICORUM
ALIORUMQUE
S. SCRIPTURÆ
INTERPRETUM

Voluminis III.

PARS PRIOR.

Catalogus Auctorum, cum Abbreviaturis quibus exprimuntur.

Aben Ezra	AE.	Proverbia	D. prov.	Mariana	Mar.
Anglicæ Annotationes	Ang.	L'Empereur	Emp.	Josephus Medus	Med.
Bailius	Bail.	Estius	E.	Menochius	Me.
Belgicæ Annotationes	Belg.	Forerius	For.	Mercerus	Merc.
Bochartus de Animalibus	S.S.BA.	Fulleri Miscellanea	Ful. misc.	Arias Montanus	Mont.
Bocharti Geographiæ pars prima,		Gatakeri Manuscripta	Ga.	Alexander Morus	Mor.
sive Phaleg	BP.	Gatakeri adversaria	Ga. adv.	Munsterus	M.
pars secunda, sive Canaan	BC.	Cinnus	Ga. cin.	Pembellus	Pem.
Arnoldi Bootii Animadversiones		Gejerus	Gej.	Pererius	Per.
sacræ	Boot. anim.	Glassius	Glas.	Petavius	Petav.
Broughtonus	Brought.	Glassii Grammatica	Glas. gram.	Piscator	Pi.
Brugensis in variantia S. S. loca		Rhetorica	Glas. rhet.	Pocockius	Poc.
	Bru.	Graserus	Gras.	Polanus	Pol.
Buxtorfii vindiciæ veritatis He-		Grotius	G.	Pradus	Pra.
braicæ contra Capellum		Hebræi	He.	Quidam	Q.
	Buxt. vind.	Hebraismus	H'.	Rabbini	R R.
Calovius	Calov.	Hieronymus	Hi.	Rabbi Salomon, qui & Jarchi	
Calvinus	Calv.	Helvicus	Helv.		R S.
Lud. Capellus	Cap.	Hulsius	Huls.	Rainoldus	Rain.
Christophori Cartwrighti mellifi-		Jacchiades	Jac.	Ribera	Rib.
cium Hebraicum	Cartw.	Josephus	Jo.	Rivetus	Riv.
Castalio	Ca.	Junius	Jun.	Sanctius	San.
Cloppenburgius	Clop.	R. David Kimhi	K.	Strigelius	Strig.
Derodon	Derod.	Cornelius à Lapide	La.	Tarnovius	Tar.
Lud. de Dieu	Di.	Leo Castro	Cas.	Tirinus	T.
Drusius	D.	Lightfoot	Li.	Vatablus	V.
Drusii animadversa	D. an.	Liveleius	Liv.	Villalpandus	Vil.
Observationes sacræ	D.obs.	Lyra	L.	Wasmuth	Wasm.
Miscellanea	D. misc.	Maldonatus	Mal. *vel* Mald.	Wichmannus	Wich.
de Quæsitis per epist.	D. qu.	Malvenda	Ma.	Willetus	Wil.

Versiones.

Anglica	Ang.	Junii & Tremellii	JT.	Piscatoris	Pi.
Aquilæ	Aq.	Junii	Jun.	Septuaginta	ό.
Arabica	Ar.	Malvendæ	Ma.	Symmachi	Sym.
Belgica	Belg.	Ariæ Montani	Mo.	Syriaca	Sy.
Chaldaica	Chald. *vel* Targ.	Munsteri	M.	Theodotionis	Th.
Castalionis	Ca.	Osiandri	Os.	Tigurina	Ti.
Gallica	Gal.	Pagnini	P.	Vulgata Latina	Vulg.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

ESAIAM.

Absolutis Libris Legum, Historicis & Poeticis, sequuntur Prophetici. Præmitti autem solent Prophetæ quorum majora sunt opera; sequi, quorum minora. Hi duodecim sunt; illi, tres Hebræis, Esaias, Jeremias, Ezechiel: nam Danielem Hebræi Prophetis non adscribunt, non magis quàm Davidem: non quòd non multa eximia prædixerint; sed quia vitæ genus propheticum non sectabantur, sed alter Rex erat, alter, satrapa. In Græco codice præcedunt minores, sequuntur majores, & in his Daniel. Latini majoribus priorem dant locum. Græcos id spectâsse arbitror, quòd inter minores multi sunt valde antiqui. Est enim temporis hic ordo inter Prophetas; Oseas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Esaias, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Daniel, Jeremias, Ezechiel, Aggæus, Zacharias, Malachias. Initium à Rege Azaria, vel Ozia; finis, exstructo Templo secundo [a]. [Al. sic;] Hoc ordine prophetârunt: 1. Ante deportationem, Jon. Am. Os. Joel, Esa. Mich. Nah. Jer. Soph. Abac. Abdias; 2. in deportatione, Ezec. Daniel; 3. post deportationem, Agg. Zach. Mal [b]. *Magnus propheta* vocatur Esaias Ecclesiastic. 48. 25. & talis erat, sive materiam intueare, sive genus orationis, sive rerum quas vaticinatur veritatem, multitudinem, majestatem & ordinem. Hieron. eum vocat Apostolum & Evangelistam, quia res à Christo gestas non tam prædixisse futuras, quàm scripsisse jam reipsa completas, videri potest, &c. Hinc in N. T. sæpius auditur Esaias quàm omnes reliqui Prophetæ. Patres, ex Hebræorum traditione, statuunt Esaiam à Manasse occisum fuisse, & serrâ dissectum. Cujus rei conjectura sumitur tum ex impietate & crudelitate Manassis; tum ex eo, quòd Esaias ipsum libere reprehensurus omnino videtur [c]. Prætextus autem Manassis, quòd dixisset, *Vidi Dominum*, &c. cap. 6. 1. contra Exod. 33. 20. *Non videbit me homo, & vivet* [d]. Stylus Esaiæ est eloquentissimus, &, quod in oratore præcipuum est, rerum naturæ accommodatissimus. Unus Esaias omnibus simul historicis, oratoribus & poetis longè gravior est & ornatior, magìs pro rerum varietate varius, pro rerum magnitudine major; talis denique in omni dicendi genere, ut, si Latinè scripsisset, Latinorum, si Græcè, Græcorum, omnium gloriam obscurâsset. Sic assurgit interdum sublimis, sic se nonnunquam supplex demittit, sic stylum hilarat effusè, sic acuit, & contrahit incitatè, sic blandè solatur, sic renitentem violenter exagitat & sternit, ut vel hinc Divino afflatus instinctu facilè dignoscitur *. In Esaia, ut in reliquis Prophetis, tria inveniuntur; futurorum enunciatio, castigationes, & consolationes. Principium Prophetiæ hujus erat cap. 6. *Vidi Dominum*, &c. illic enim [v. 8.] sic habetur, *Audivi Dominum*, &c [f].

[a] G. [b] Pi. [c] San. [d] San. ex He. * San. [f] M.

CAP. I.

1. *Visio*; ità M. P. Mo. &c. [חָזוֹן] *Oraculum*, Ca. *Visum*, V. vel, Res visa, non oculo corporis, sed mentis [g]. Prophetia hæc *visio* vocatur, licèt nihil oculis ipsius, sed tantùm auribus, oblatum sit; tum quia τὸ *videre* ad alios sensus sæpe transfertur, ut cùm dicimus, *Vide quàm frigidum sit*, &c; tum ut indicetur illius certitudo, quæ non minor hìc est quàm cùm res videtur aut contrectatur [h]; tum quia Prophetæ *Videntes* dicti sint: sic autem dicebantur, 1. quòd ea viderent quæ aliis essent occulta; 2. quòd ipsi erant velut aliorum oculi, quorum erat quæ præviderant prædicere aliis, ut caverent, &c [i]. *Visiones* erant imagines quædam mentibus Prophetarum in ἐκστάσιν raptorum divinitus objectæ, quarum significationem Deus ipsis declarabat, &c. Somnia divina dormientibus, visiones vigilantibus, objiciebantur [k]. Chaldæus vertit, *Prophetia*, [sic & Ar.] quòd Deus per visum Prophetis appareret: vide Num. 12. 6 [l]. חָזָה non solùm sign. *videre*, sed & *providere*, ac *præsentire*; ut sæpe Hebræis simplicia verba ponuntur pro compositis. Hinc חָזוֹן signif. *visum*, non modò quod oculis, sed etiam quod animo, perspicitur; quod *præsensio* dici potest. Sed quia hoc verbo utuntur vates, quò declarent se quæ divinitus præsentiant ea hominibus prædicere, propterea ego aliquando *oraculum* aut *prædictionem* interpretor, nonnunquam etiam *fatum*. *Fatum* autem voco certam fixámque Dei voluntatem atque decretum [m]. Titulus hic est, vel, 1. primæ prophetiæ [n]; vel potiùs, 2. totius Libri [o]. Obj. Tunc dixisset, *Visiones*. Resp. Sing. pro plur. tritissimum est [p]. Vide Esa. 22. 1. & 1 Sam. 3. 1. Dan. 1. 17 [q]. ¶ *Isaiæ*, יְשַׁעְיָהוּ] Cum paragoge Vau Schurek. Aliàs יְשַׁעְיָה, i. e. *salus Domini* [r]. Aptissimum illi nomen, qui tam clarè & copiosè de salute per Christum parta prophetavit †. ¶ *Filii Amos*, אָמוֹץ] *Amotzi*, JT. Pi. Solent Prophetæ patrum (interdum & patriæ) nomina apponere: quod non fecerunt Scriptores Evangelici, fortè quia non tantam carnis & sanguinis rationem habebant [t]. *Amos*, non Prophetæ, qui עָמוֹס dicitur [v]; sed alterius, qui putatur fuisse frater Oziæ, sive Azariæ, Regis Judæ [x]: vel potiùs, Amaziæ Regis [y]. ¶ *Quam vidit*] i. e. Quod illi patefactum est non minùs perspicuè & certè quàm si vidisset [z]. Dicitur *vidisse* etiam futura, quia illi aderant ea quæ nondum erant, &c [a]. *Vidit*: q. d. Quam non commentus est, ut illi Jer. c. 23. v. 16. sed à Deo accepit [b]. ¶ *Super Judam*, &c. ità M. P. Mo. Angl. "עַל וגו] *Contra Juda*, &c. ut Jer. 50. 31 [d]. *Ad Judam*, V. *de Juda*, V. Pi. Ang. i. e. de tribu Judæ *, sub qua & Benjamin continetur [f]. Obj. At multa hìc sunt de Babylone, Ægypto, &c. Resp. Satìs erat summam præcipuam nobis hìc proponi, ac declarari quibus potissimùm Esaias destinatus erat: Reliqua vaticinia extranea quodammodo erant & accidentalia [g]; quæ tamen ad Judam aliquâ ratione pertinebant, quia ab illis Judæi aliquid aut boni aut mali perceperint [h]: & eorum instructioni, consolationi aut reprehensioni ista omnia inserviebant; cùm gentes istæ tales erant, vel, quibus illi nimis confidissent, ut Ægyptus, &c. vel, à quibus oppressi erant, ut Assur, Babel, &c [i]. Porrò, & Sacræ & prophanæ historiæ in titulis ea tantùm proponere solent quæ præcipua sunt, &c [k]. *Hierosolymam* (quamvis Judæ partem) sigillatim nominat, quia pars ejus præcipua erat. Similia vide Jos. 2. 1. 2 Sam. 2. 30. & 22. 1 [l].

[g] Mc. T. [h] San. [i] For. [k] Pi. [l] V. [m] Ca. [n] Mont. in San. [o] San. Pi. For. Ang. [p] San. [q] Ang. [r] Pi. † Ang. [t] For. [v] V. sim. Me. Ang. Murl. ex Musc. [x] Plerique in Ang. [y] Ang. Di obs. 11. 9. ex RS. [z] Ang. [a] For. [b] Ma. [d] Q. in Ang. * Pi. For. San. [f] Pi. &c. [g] Murl. ex Calv. [h] San. [i] Ang. [k] San. [l] Ang.

Quia Judææ metropolis erat [m], & urbs regia, ad quam peculiari ratione pertinebant ea quæ Regno acciderunt [n]. Vel, quia illa regni pars corruptissima erat, & aliis exemplum peccandi [o]. Vel, nè ipsa ob dignitatem suam se culpâ eximeret, &c [p]. ¶ *In diebus Oziæ*, &c.] Opus est optimè historias horum quatuor Regum tenere, ut hunc Librum intelligamus [q]. Hinc constat Esaiam diu vixisse [r]. ¶ *Regum Juda*] Per antithesin ad Reges Israelis †.

2. *Audite, cœli*] Prima hæc fuit Esaiæ concio [t]: quod tamen quidam negant, propter sequentia de regionis vastatione, quæ certè sub Ozia non contigerat. Verùm quæ postea ventura erant, quid obest quò minùs antea à Prophetis commemorentur? Nihilominus hoc cap. veluti argumentum totius Libri esse puto, quod tamen in modum concionis proponitur, quam post omnes revelationes edidit. Quâ quidem concione nihil uspiam occurrit eruditius, gravius, elegantius, &c. *Audite*, omnia quæ dicturus sum in hoc volumine, quorum summam in hoc capite propono [v]. Esaias Mosen imitatus est, ut mos Prophetis [x]. Verba Mosis repetit ex Deut. 32. 1. ut significet jam illa venisse tempora quæ Moses prævideràt, eversâ pietate ac justitiâ, Lege in solis ritibus remanente. Sic & versus 10. est ex Deut. 32. 32 [y]. *Cœli:* intellige, vel, 1. metonymicè [z]; i. e. cœlites, h. e. Angeli; ut, *terra*, h. e. homines in terra degentes [a]: vel potiùs, 2. [propriè,] per prosopopœiam [b]. Similis apostrophe & contestatio, Mic. 6. 1, 2 [c]. Vide & Deut. 4. 26. & 30. 19. Jer. 2. 12 [d]. Ad muta elementa se convertit, quia hominum sensus obstupefacti sunt; & quia res hæc adeò prodigiosa erat, scil. Israelitas tot beneficiis ornatos à Deo deficere, ut etiam brutis, &c. horrorem incutere debeat *. ¶ *Dominus locutus est*] Id est, *loquetur*, Pi. sic Angl. nempe sequentia: Deum enim per prosopopœiam loquentem inducit [f]. Simil. Prov. 31. 6. *qui perit*, i. e. periturus est; 1 Cor. 10. 15. *dico*, i. e. dicturus sum [g]. Parat attentionem à dignitate loquentis [h]. ¶ *Filios enutrivi*; ità Sy. P. &c. גִּדַּלְתִּי] *Magnificavi*, Mo. V. vel, *crescere feci*, V. Referri possit ad dignitatem & amplitudinem ad quam Deus Israelitas evexit [i]. Vel, *educavi*, M. Ti. For. &c. quod Hebræi per גדל exprimunt, quia pueri dum nutriuntur crescunt [k]. ¶ *Et exaltavi*; sim. M. Ti. &c. וְרוֹמַמְתִּי] *Et educavi*, Ca. Ang. *& extuli*, JT. &c. sub. *ad honores*, V. vel, ad regnum, gentem sanctam, &c [l].

3. *Cognovit* (vel, *Agnoscit*, Ti. JT. Pi.) *bos possessorem* (vel, *dominum*, Ti.) *suum*] Ità P. Mo. i. e. educantem & pascentem se [m]. Sic Florentinus Geoponicôn l. 17. Οἱ δὲ βόες, &c. *Boves etiam bubulci vocem noverunt, propriisque vocati nominibus intelligunt, & attendunt ad præfecti jussa.* Simil. Oppianus Cyneget. lib. 1. Αἰὲν γινώσκουσιν ἑὸν φίλον ἡνιοχῆα, &c. *Charum suum aurigam semper agnoscunt, & inclyto rectore viso adhinniunt* [n]. ¶ ידע שור וגו׳] שור non quemcunque *bovem* significat, sed *taurum*, ducem armenti, qui suam habet feritatem. Facit ergò magis ad indignitatem rei [o]. Verùm שור potiùs signif. *domitum & obsequentem bovem*, ut patet ex Exod. 23. 12. *requiescet bos tuus*; Deuter. 22. 10. *Non arabis in bove*, &c. Id quod gravius est. Nam etsi bos sciat se labori & stimulo destinatum, ad dominum tamen revertitur pabuli gratiâ [p]. ¶ *Et asinus præsepe domini sui*] Ità P. Mo. &c. i. e. dominum suum, à quo alligatur ad præsepe ubi pascitur. Apparet ex eo, quòd eum non lædant, nec ei refractarii sint, &c [q]. בְּעָלָיו plur. accipitur pro sing [r]. Confer Exod. 21. 36. Mal. 1. 6 †. In tauro ferocia, in asino stoliditas, non auferunt cognitionem dominorum. Illis ergò magis intractabiles & stolidi sunt Judæi [t]. ¶ *Non cognovit*] Ità P. Mo. &c. sub. *me*, possessorem & Dominum suum. Ellipsis pronominis necessariò supplendi [v]: quam puto emphaticam esse, nec parùm indignitatem rei amplificare. Tacitè etiam insinuat, quòd quicquid scirent, quamdiu Deum ignorarent, omnino nihil scire dicendi essent: omnis enim cognitio sine cognitione Dei ignorantia existimari debet [x]. *Noscere* hîc pro, *agnoscere*, *curare*, &c. ut Psalm. 1. 6. Prov. 27. 23. &c [y]. *Non didicit ut sciret timorem Domini*, Ch. ¶ *Non intellexit*; ità P. Mo. &c. לֹא הִתְבּוֹנָן] *Non sapuit*, Ca. *non animadvertit*, JT. vel, *considerat*, Pi. Ang. vel, *intelligit*, Pi. Ti. quonam in loco pascatur verâ doctrinâ; sed & Deum & Templum, &c. abjecit, quasi aliunde sibi meliùs victum quæreret [z]. הִתְבּוֹנָן est significationis reciprocæ: q. d. Non excitat se ad perpendendum beneficia Dei; sed stupore ac veluti torpore quodam demersus jacet [k]. Verbum hoc, præter *cognitionem*, notat *conatum* seu *diligentiam*, vel *diligentem observationem*; ut 1 Reg. 3. 21. *observavi videndo*, &c. Job. 37. 14. *Sta, & observa mirabilia Dei* [l]. *Non intelligit*, i. e. non dat operam ut intelligat. Id sonat Hithpahel [m].

Marginal notes (column 1): m Pi. For. — n For. — o Ang. — p Marl. ex Calv. — q For. — r San. — † Pi. — t For. Ang. — v For. — x Calv. — y G. — z Pi. Mi. — a Q. in Pi. sim. For. — b Ma. Mc. T. Ang. — c Pi. — d Ang. — * Calv. — f Pi. — g Ang. — h San. — i For. — k For. — l For. — m Musc. in Marl. — n BA. 1. 2. 29. 288. — o For. — p San. — q Pi. — r Pi. Ang. — † Ang. — t For. — v Ang. — x For. — y Ang.

4. *Væ genti peccatrici*; ità M. P. Mo. &c. הוֹי גּוֹי וגו׳] *Heu gentem*, &c! Ti. Ca. V. Sy. *Ah gens*, &c! JT. Pi. *Væ eis qui vocati sunt populus sanctus, & peccaverunt*, Ch. גוי hîc Judæis tribuitur; quare ineptè Judæi ad gentes incircumcisas restringunt [n]. *O gens*, &c. He. in M. הוי est particula sive interjectio, vel, exclamantis [o], & vocantis [p], seu compellantis [q]; ut infrà vers. 24 [r]. & Esa. 55. 1: vel, comminantis & pœnam denunciantis, ut Esa. 5. 8, 11, &c †: vel, insultantis; vel, condolentis [t], sive deplorantis alienam miseriam [v]: vel, exclamantis, partim ex admiratione, partim ex tristitia [x]: vel, dolentis, sive lamentantis [y], ut 1 Reg. 13. 30. Jer. 22. v. 18 [z]: vel, indignantis [a], & ex dolore abominantis [c], ut Esa. 28. 1. Ità hîc sumi potest [d]. Hinc intelligimus orationes Jesaiæ invectivas in Judæos hîc tractari *. Est hîc vox dolentis: nam conqueritur Propheta & ingemiscit [f]. Nostrum erat peccata nostra deplorare; at Deus, ut alibi pœnitentis, ità hîc plorantis, sumit affectum [g]. *Peccatricem* hîc vocat τὴν ἐξοχὴν, i. e. peccatis deditam, &c [h]. ¶ *Populo gravi* (vel, *onusto*, Ti. Ca. V. vel, *pleno*, οἱ. Ar. vel, *gravissimo*, JT. Pi.) *iniquitate*] Ità M. P. Mo. q. d. Qui Deo gravis est, ut Divina patientia eum ampliùs sustinere non possit: vel, qui oneri peccati succumbit, nec ab eo se subducere laborat [i]; reus peccatorum gravium & atrocium [k]. *Gravis*, pro magno & atroci, ut Esa. 21. 15. & 30. 27. & 36. 2 [l]. Qui in peccatis, ceu in cœno profundo, demersus est, nec errore vel incogitantiâ, sed ex contumacia, peccat, venditus ad malè agendum [m]. ¶ *Semini* (vel, *Semen*, M. Ti. JT. &c. sub. *sunt*, M.) *nequam*, מְרֵעִים] *Malorum*, P. V. *maleficorum*, P. *maleficentissimorum*, JT. *malignorum*, M. For. *malignantium*, Mo. quorum patres fuerunt etiam mali [n]. *Mali corvi malum ovum* [o]; malorum parentum mali filii [p]: in quorum naturam abiit pravitas, ut qui genus à pessimis patribus traherent, illósque libenter imitarentur [q]. Non tam consuetudine quàm hæreditate depravatissimi [r]. Vel, *noxium*, vel *malignum*, aut *malitiosum*, Q. in V. sic Marl. Hebræi solent filios bonorum pro bonis accipere; quod & Græci imitati sunt †. ¶ *Filiis sceleratis*] Vel, *corruptoribus*, P. Mo. vel, *corrumpentibus*, id est, perdentibus se, aut rationem suam vivendi [t]. Vide Gen. 6. 12. Prov. 6. 32. Ellipsis qualis Deuter. 9. 12. & 31. 29 [v]. ¶ מַשְׁחִיתִים] *Qui corrumpunt vias suas*, M. *corruptores*, Ang. *perditi*, Ca. *perditissimi*, Ti. *corrupti*, vel *subversi*, Q. in V. vel, *dissipantes*, Q. in V. patrimonium suum spirituale à parentibus ad ipsos transmissum. Metaphora à decoctoribus [x]. *Funditus perditi*, & *excisi*, instar arboris quæ radicitus exciditur, ut rursus pullulare nequeat; q. d. Nulla illis spes est recuperandæ salutis [y]. Non modò ipsi malitiosi sunt, sed alios etiam ad flagitia invitant [z]. Venusta hîc est gradatio [a]: *Peccatorem* esse, humanum est; *onustum peccatis* esse, fœdum est; gravius utroque est, naturâ *malitiosum* esse; summus improbitatis gradus est, in alios malitiæ suæ virus spargere [b]. *Filii degeneres*, referentes Amorrhæum patrem [c]. Chaldæus locum ità circumloquitur, *Vocati fuerant filii dilecti, sed corruperunt vias suas*; q.d. ac proinde jam non ampliùs filiorum nomine digni sunt [d]. Verba transitiva Hebræis interdum in aliud non transeunt, sed tantùm rei magnitudinem ostendunt; ut hîc, *corrumpere facientes*, i. e. tam corrupti ut alios corrumpere possint. Sic & Latinis *perditus* dicitur, qui alios quoque perdit; & *corruptissimus*, qui alios inquinat *. ¶ *Dereliquerunt Dominum*] Discedendo ab ejus præscriptis, & falsos deos colendo [f]. Perfidè defecerunt à Deo [g]. יְהוָה ; i.e. eum qui est, & à quo cætera omnia habent id quod sunt. Indignitatem rei exprimit; ut si rivulus fontem desereret, quasi à se vel aliunde aquas

Marginal notes (column 2): z For. — k Pi. — l For. — m V. ex He. — n Pi. — o For. — p For. Pi. — q Ang. — r For. — † Pi. Ang. — t For. — v V. — x Marl. ex Calv. — y For. Ang. — z Ang. — a Ang. sim. — For. — c For. sim. — Ang. — d Ang. — * For. — f Pi. — g Marl. ex Oecol. — h Pi. — i San. — k Ang. sim. — For. — l Ang. — m Marl. ex Musc. — n V. — o Pi. — p Pi. sim. — Ang. — q For. — r Glass. rhet. 2. 7. 573. — † Calv. — t V. sim. Pi. — v Pi. — x Ang. — y For. — z Glass. rhet. ib. — a For. sim. — Glass. — b Glass. ib. — c He. in M. — d Boot. animadv. 4. 5. 5. — * Marl. ex Zuing. — f Ang. sim. — Marl. ex Musc. — g Musc. ib.

aquas haberet [h]. Non unius criminis reos peragit, sed apostasiæ, &c [i]. ¶ *Blasphemaverunt*, נִאֲצוּ] *Irritaverunt*, M. Ti. *irasci fecerunt*, P. Mo. sim. V. Ang. ut Num. 14. 11, 23. quasi eo consilio fecissent, ut Deum ad iram provocarent; Esa. 3. 8. & 65. 3 [k]. *Spreverunt*, JT. Pi. sim. Ca. V. ut Deut. 31. 20. Psalm. 107. 11 [l]. Fœda indignitas, pro nihilo ducere ejus gratiam qui eos solos adoptavit [m]. *Abominati sunt*, ut Deut. 32. 19. 1 Sam. 2. v. 17 [n]. *Probris*, vel *Blasphemiis*, *affecerunt*, Angl. Q. in V. sim. For. ut 2 Sam. 12. 14. Psalm. 10. 13. &c [o]. ¶ *Sanctum* (sub. *Deum*, vel *Dominum*; ellipsis substantivi, ut Esa. 5. 19, 24 [p].) *Israel*] Vel, *Israelis*, M. Ti. Qui & sanctus est in se, Esa. 6. 3. & suos sanctificat, Levit. 19. 2. & 20. 7, 8 [q]. Qui, se illis addicens, eos sanctitate suâ ornaverat [r]. Quem Israel [Jacobus] sanctissimè coluerat, & posteris colendum reliquerat †. Qui fœdus cum Israelitis inierat [t], & ab eis coli debuerat [v]. Indignitatem rei significat. Quid enim *sanctum* nisi reverentiam, cultum, obsequium, ipsâ etiam instigante naturâ, mentibus quantumvìs barbaris notat & requirit [x]? In tanti honoris contemptu quàm barbara superbia fuit [y]? ¶ *Abalienati sunt* (vel, *Alienaverunt se*, P. Mo. JT. sub. *à me*, ex Ezec. 14. 5 [z]. vel, *Separati sunt*, For. Angl. vel, *Separârunt se*, à Deo, veluti ab immunditiis, & faciem verterunt ad idola. נָזֹרוּ plerique accipiunt tanquam à זור; potest tamen, si puncta mutes, esse à נָזַר, quod in Kal non nisi voce passivâ reperitur [a]. Sed repugnat forma vocis, quæ est præt. Niphal quiesc. Ajin Vau: à נָזַר autem fit נָזְרוּ [b].) *retrorsum*] Ità P. Mo. M. Angl. vel, recedentes *retrorsum*, JT. Pi. Angl. Deficiunt verbum סָבִים & præpos. ל ante nomen אָחוֹר [c]. Metaphora à liberis aut servis immorigeris, qui tergum parentibus aut heris per contemptum obvertunt, cùm non lubet facere quod jubentur; Jer. 2. 27. & 15. 6: vel, ab equis refractariis, qui, quò magìs incitantur, magìs retrocedunt [d]: vel, ab iis qui ducem ac signa sua deserunt *. Ostendit effrænem fuisse eorum petulantiam, eósque datâ operâ à scopo in quem dirigenda vita erat retro cursum flexisse [f]. Defectiva hîc locutio est, qualis Esa. 38. 14, 17. & Hos. 9. 10. *Separati sunt* (vel, *Separaverunt se*, sub. *à Domino*) *ad pudendum illud* [g]. ¶ נָזֹרוּ אָחוֹר] *Retro recesserunt*, Ca. *& à tergo defecerunt*, Ti. [Chald. hæc cum præced. sic reddit, *Dereliquerunt cultum Domini, detestati sunt timorem Sancti Israel: & propter opera eorum prava aversi sunt, & facti sunt retrorsum.*] Hebræi ambiguè de voce נָזֹרוּ loquuntur, modò referentes ad נָזַר *separare*, Lev. 22. 2. modò ad זור *alienare se*, Job. 19. 13 [h].

5. *Super quo*, &c? עַל־מֶה תֻכּוּ עוֹד תּוֹסִיפוּ סָרָה] *Quare*, vel *Propter quid*, vel *Ad quid*, vel *Quorsum*, (vel, *Super quid*, Mo. Glas. vel, *Per quid*, M.) *percutiemini*, vel *percuteremini*, *adhuc*, vel *ultrà*, P. Mo. V. For. Ti. Ar. (q. d. Frustrà certè laborarem [i]:) *addetis* (vel, *augeretis*, Pi. vel, cùm *adjiciatis*, M. sim. Angl. defectus particulæ, ut Job. 32. 22. & 38. 21 [k]. vel, *additis*, For. Angl. & fut. hîc pro præs. ut Deut. 25. 3. Ruth 1. 17. &c [l]. vel, *addituri* scilicet, Ti.) *perversitatem?* vel *defectionem?* vel *prævaricationem?* P. Mo. vel, *apostasiam?* Pi. V. vel, *aversionem?* V. For. vel, *perversum factum?* V. Significat perversum dogma & scelera in quæ à Deo aversi ruunt [m]. Asyndeton est [n]. Quid opus est castigationibus? perdetur opera [o]. Tantum abest ut plagis meis emendati sitis [p], ut potiùs deteriores sitis redditi [q]. Significat hîc, 1. scelera esse afflictionum causas [r]: 2. nullum fuisse supplicii aut medicamenti genus quod non sit in iis expertus †. [Alii aliter distinguunt.] עוֹד *ultrà* (si distinctiones Rabbinorum non curemus [t]) annecti potest vel antecedentibus, vel sequentibus [v]. [Alii ergò sic,] *Quorsum percutimini? adhuc additis prævaricationem?* vel *aversionem?* nempe à Deo, ut Deut. 13. 5 [x]. Al. *Quamobrem, quò percutimini ampliùs, augeatis apostasiam?* JT. q. d. Non potui apud me vos continere beneficiis, nec castigationibus, &c [y]. ¶ *Omne* (vel, *Totum*, JT. Pi. Ang.) *caput languidum*, לָחֳלִי] *Languori*, vel *ægritudini*, vel *morbo*, vel, *ad infirmitatem*, V. P. M. sim. Mo. For. vel, ad *languorem*, M. sub. *est*, For. vel sub. *est expositum*, vel *obnoxium*, V. vel, *destinatum*, sive *præparatum*, M. vel, confectum est *eâdem ægritudine*, JT. q. d. Corpora vestra morbis affeci, & animos molestiis: neque propterea rediistis in bonam viam [z]. *In ægritudine est*, Pi. Angl. Phrasis emphatica; ut, *in peccatis*, Joh. 9. 34. *in felle*, &c. Act. 8. 23. ל valet *in*, ut Psal. 16. 10. Hos. 7. 2 [a]. Nemo est cui caput non dolet [b]. ¶ *Et omne* (vel, *totum*, JT. Pi.) *cor mærens*, דַּוָּי] *Infirmum*, P. Mo. *ægrum*, V. *languidum*, JT. Pi. Ca. *mærens*, V. Ch. Ar. sic Ti. *dolori*, M. vel, *languiditas*, ut Psal. 41. 4. דְּוַי est, propriè, *languiditas* mulieris tempore menstrui; aut, quando corpus viribus destituitur. *Cordi* etiam tribuitur, Jer. 8. 18. Thren. 1. 13. Meminit porrò *capitis* & *cordis*, præcipuarum corporis partium, ut in toto Regno nihil sanum esse intelligamus [c]. Non membrum aliquod, aut extrema pars, corporis dolet; sed partes vitales ità vitiatæ sunt, ut sanari nequeant [d]. Corruptionem hanc intellige vel, 1. de peccatis *, sive morbis eorum spiritualibus, ob quos affligebantur [f]. Laborabant omnes populi status; *caput*, i. e. Reges, *cor*, i. e. Sacerdotes: summi, medii, & infimi, omnes scelerati sunt [g]. Vel potiùs, 2. de pœnis [h]. Nam adhuc Propheta in eo est, ut probet eos frustrà à Deo castigari [i]. Deinceps exponit plagas quibus populum affecerat, ut eum ad se revocaret [k]. Sensus, Calamitates vestræ & universales sunt & gravissimæ, instar vulnerum in capite vel corde [l].

Margin notes (left column): h For. i Calv. k Ang. l Ang. m Calv. n Ang. o Idem. p Id. q Id. r Calv. † For. t Ang. v Ang. sic For. x For. y Calv. z Pi. a For. b Pi. c Pi. d Ang. sim. Marl. ex Musc. * Zuing. in Marl. f Calv. g Ang. h Ang. i V. k Ang. l Ang. sic For. m For. n Pi. o For. p Pi. q Pi. sic For. r For. † San. t For. v For. sim. V. x For. y Jun.

6. *A planta pedis*, &c.] q. d. Calamitas omnes invasit; nulla pars immunis [m]. ¶ *Non* (vel, *nihil*, Ti. Ca. Pi.) *est in eo* (sub. *corpore*, JT.) *sanitas*, מְתֹם] *Integritas*, vel *perfectio*, M. P. Mo. V. *integrum*, Ti. sic Pi. *sanum*, Ca. *firmitas*, aut *bona valetudo*, He. in V. Alii, à מְתִים deducentes, vertunt, *viros*, seu *homines*, q. d. Non est in eo figura aut aliquid quod sit hominis; & sic מ redundat [n]. Vox *figuram hominis* sign. Jud. 20. 48 [o]. ¶ *Vulnus*, &c. פֶּצַע וְחַבּוּרָה וּמַכָּה טְרִיָּה] *Vulnus*, (sed *vulnus*, P. JT. Pi.) *tumor*, (vel, *& livor*, P. Mo. vel, *& vibex*, Pi. *& tumex*, JT. i. e. contusio, unde scilicet non fluit cruor [p]: ità distinguitur à vulnere, quod carnem penetrat, & sanguinem educit [q]. *Livor* חַבּוּרָה dicitur à *conjunctione* sanguinis [r].) *& plaga saniosa*, M. JT. V. vel, *purulenta*, Ti. V. Pi. vel, *putrida*, Q. in V. ex qua fluit continua tabes; q. d. morbus cujus materia sisti nequit †. Vel, *humida*, Pi. ex materia corrupta, ut fit in antiquis & suppuratis vulneribus [t]. Vel, *recens*, Mo. Angl. ut Jud. 15. 15. q. d. nuper facta [v]. Hinc patet eum de afflictionibus loqui, & hunc diuturnum languorem proferre tanquam extremæ impœnitentiæ signum [x]. Al. *vulnera, vomicæ, ulceráque purulenta*, Ca. Sing. hîc collectivè, ut Prov. 20. 30. vel, singularia emphaticè ponuntur, q. d. Totum corpus adeò fœdatum est, ut unum tantùm vulnus esse videatur [y]. ¶ *Non*, &c. לֹא זֹרוּ וְלֹא חֻבָּשׁוּ וְלֹא רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן] *Non sunt* (sub. *plagæ*, vel *vulnera illa*, Ti. Pi. &c. vel sub. *hæc omnia*, V.) *constricta*, P. (ut ruptura sanetur [z]; vel, *fota*, Ti. vel, *fracta*, i. e. aperta [a]; vel, *curata*, M. Ca. BA. 2. 3. 5. 381. sub. *emplastro*, V. vel, *malagmate*, Ca. vel, *compressa*, Mo. V. Pi. Angl. vel, *expressa*, V. sic JT. nam premendo extruditur sanies [b], quod ad curationem necessarium est [c]: vel, *consolidata*, Sy.) *neque alligata*, vel *obligata*, vel *circumligata*, (ut aer excludatur, & vulnus coalescat [d];) *nec mollita*, sive *emollita*, (vel, *lenita*, sive *delinita*, V. sic M. *mitigata*, Ca. sub. *est ulla earum*, Pi.) *oleo*, P. Mo. &c. q. d. Non fuerunt curata malagmate superposito *. Non erant adhibita remedia [f]. Tria hîc commemorantur, quæ singulis quidem malis prædictis, inprimis tamen *olei fomentum livori*, *superalligatio* seu *compressio vulneri*, medicamina verò *plagis putridis*, necessaria sunt; & si hæc desint, actum est de percusso [g]. [Ch. totum sic reddit, *A reliquo populo usque ad principes non est in iis qui perfectus sit in timore mei: omnes sunt contumaces & rebelles, coinquinati sunt in peccatis, sicut plaga ulcerosa.*]

7. *Terra vestra deserta*, שְׁמָמָה] *Desolata*, vel *devastata*, Mo. JT. Ti. &c. vel, *desolatio*, P. Pi. est enim vel substant. vel adject [h]. Sub. *est*, sive *fuit*, Ca. JT. Pi. nempe sub Achazo, 2 Par. 28 [i]. *Desolatio*, i. e. desolatissima; vel, in *desolationem* redacta est, ut Jerem. 12. 11. ellipsis ל [k]. Vel, sub. *erit*, Q. in V. G. ut sit prædictio [l]. Nomen pro verbo, *desolabitur*: sub. *tamen*; qu. d. Percutiam tamen vos, ut sitis inexcusabiles. Prædicitur desolatio futura [m]: vel, obsidio per Rasinem & Phaceem [n]; vel, desolatio per Babylonios, vel per Romanos [o]. Potiùs

Margin notes (right column): z V. a Ang. b For. c For. d Calv. * Q. in Calv. f For. g San. h Calv. Ang. &c. i Calv. k Pi. l Ang. m Ang. n V. o Ang. p V. q Ang. ex He. r For. † Calv. t Ang. v Ang. x Calv. y Ang. z Ang. a Q. in V. b V. c Ang. d Ang. * V. f Calv. sim. For. g For. h For. i Ang. k Pi. l Q. in Ang. m V. n G. o San.

narrat quantæ clades jam acciderint; ut vecordiam exprobret, quòd ad tanta mala stupeant [p]. ¶ *Succensæ*, &c.] Ità Mo. Ti. Vide 2 Par. 28. 18[q]. ¶ *Coram vobis*] Ità P. Mo. &c. q. d. vobis videntibus, nec prohibere valentibus [r]. ¶ *Sicut in*, &c. [כְּמַהְפֵּכַת זָרִים] *Sicut eversio*, vel *subversio*, (vel, *juxta subversionem*, V. M. Angl. *ut in subversione*, Pi. *ut* solet *subversione*, JT.) *alienorum*, vel *extraneorum*, P. Mo. V. &c. *Subversionem* intellige vel, 1. passivè, ut Jer. 49. 18 *. *eorum qui alieni* erant à Domino, M. sim. V. vel potiùs, 2. activè, ut Jer. 50. 40. Amos. 4. 11. Similem phrasin vide Deut. 29. 23. Esa. 13. 19 [t]. *Velut ruina ab extraneis facta*, Sy. sim. ο'. Ar. *Eàque hostiliter depopulata*, Ca. Ità ut sit *vastatio quemadmodum in eversione hostili*, Ti. q. d. Neque tantùm externis bellis, sed & intestinis motibus à domesticis, tam graviter attrita est quàm fuissent facturi extranei [v]. Sed כ non tam est similitudinis quàm affirmantis; i. e. qualem exspectare meritò quis posset à זָרִים, i. e. *alienis*, seu sanguine, seu religione, seu societate politicâ. [u] Ità extremam subversionem notat. Scimus enim quid Barbari faciunt quando victores in terram penetrant [x]. Vicini subactam regionem præsidiis relictis conservant: at ignoti & è longinquo profecti atrociùs sæviunt, omnia diruunt [y].

8. *Et derelinquetur* (vel, *Et residua manebit*, M. vel, *relicta est*, Ti. Sy. sim. JT. Pi. nempe à Syris aliisque sub Achazo, 2 Par. 28. 5, 8, 17, 20 [z]; vel, *residua manet*, For. nempe ex illa desolatione [a],) *filia Zion*] Ità P. Mo. &c. Vertas, vel, *filia Zion*, vel, *filia Zionis*, ut, *filia Zidon*, vel, *filia Zidonis*, Esa. 23. 12. pro *Zione*, vel *Zidone*. Si in genitivo reddas, ponitur ut cùm dicitur, *urbs Romæ*, sive *Londini*, vel, *festum paschatis*, Luc. 2. 41. vel, *signum circumcisionis*, Rom. 4. 11. i. e. *circumcisio* quæ est *signum*. Ità hîc, *Zion*, quæ est tanquam *filia*. Magnæ urbes & respublicæ conferri solent pulchris *filiis*, sive *puellis*; ut Babel, Esa. 47. 1. Ægyptus, Jer. 46. 11. Edom, Lament. 4. 21. Zion autem peculiari ratione sic dicitur, quòd non minùs chara Deo esset quàm filia [b]. ¶ *Ut umbraculum* (vel, *casa*, Ca. vel, *tugurium*, M. JT. Pi. &c. in quo custos noctu delitescit [c],) *in vinea*] Ità P. Mo. &c. quod & solitarium est, (quo significat omnia circa Jeros. vastata esse [d],) & post vindemiam deseritur, & per seipsum labitur †. Res Jeros. valde erunt accisæ, agris undique ereptis [f]. ¶ *Sicut tugurium in cucumerario*, [כִּמְלוּנָה בְמִקְשָׁה] *Ut tugurium* (vel, *diversoriolum*, Ti. V. Pi. sim. Mo. M. *nocturnum*, V. Ti. in quo pernoctat custos [g]; vel, *tegillum*, JT.) *in horto cucumerum*, Ca. vel, *melonum*, Angl. qui fructus in oriente frequens erat; Num. 11. 5 [h]. ¶ *Et sicut civitas quæ vastatur*, [נְצוּרָה] *Obsessa*, M. P. Mo. &c. vel, *observata*, For. Angl. ut Ezec. 6. 12 [i]; vel potiùs, *observanda*, in malum, q. d. à qua homines cavent tanquam à locis, vel abominandis & tetris, nè contaminentur, vel obscuris, opacis & solitariis, ob metum [k].

9. *Nisi*, &c.] A vastatione regionis pergit ad consumptionem populi, quorum pauci reliqui sunt [l]. Concludit tantam fore vastitatem, vel, jam adesse & conspici, ut conferri possit cum interitu Sodomæ, &c [m]. Sensus, q. d. Multa canam de eversione Jeros. quæ hoc tantùm inferior erit illa Sodomæ, quòd pauci eripientur. De eversione ultima hoc intelligendum est [n]. [Hic versus illis favere videtur qui præcedentia de subversione non præterita, sed futura, intelligunt.]

10. *Principes Sodomorum*] Id est, illis scelere pares; Deut. 32. 32. Ezec. 16. 46, 48 [o]. ut jure eadem de illis pœna reposcatur [p]. Vide quantâ libertate præditus sit qui visu & Spiritu Dei plenus loquitur. Quid durius in Magistratus & Pontifices dici potuit [q]? Principibus non adulandum est, nec ab iis timendum [r].

11. *Quò*, &c? [לָמָּה לִּי וגו'] *Ut quid*, vel *Ad quid*, vel *Quorsum*, *mihi*, &c? M. P. Ti. Mo. JT. Pi. sub. *servit*, vel, *prodest*, Pi. Improbat hîc Deus, vel, 1. sacrificantes, non sacrificia *: vel, 2. sacrificia, nempe sine misericordia, justitia, &c [t]. q. d. Longè fallimini, qui in sacrificiis totam sanctitatem locatis [v], & hoc præceptum summis æquatis [x]. Quædam enim per se requiruntur & grata sunt, ut Deum colere, & proximo benefacere: ceremoniæ verò tantùm requiruntur propter aliud [y]. ¶ *Plenus* (vel, *Satur*, P. For.) *sum*] i. e. Fastidio, instar

[Margin, col. 7: p Calv. · q Pi. · r Ang. · * Ang. · t Ang. · v Jun. · x For. · y Calv. · z Ang. · a Pi. · b Ang. · c Marl. ex Musc. · d Ang. · † For. ex D. prov. 2. 5. 126. · f G. · g V. · h Ang. · i Ang. · k For. · l Ang. · m Calv. · n For. · o Ang. sim. San. Pi. &c. · p Calv. · q For. · r Calv. · * Ga. adversi. p. 420. · t For. · v Calv. · x For. · y Calv.]

hominis saturi [z]. ¶ *Holocausta*] Quæ tota cremabantur [a]. ¶ *Arietum*] Qui in præcipuis solennitatibus offerebantur; Num. 28. 11, 27 †. ¶ *Adipem*] Qui Deo reservabatur tanquam ejus portio, Levit. 3. 15, 16 [b]. ¶ *Pinguium*; ità Mo. JT. &c. [מְרִיאִים] *Bubalorum*, P. *pinguium* (vel, *saginatarum*, Pi.) *pecudum*, M. sim. V. For. [De hac voce plura vide ad 2 Sam. 6. 13.] ¶ *Et*, &c. [וְדַם] *Etiam sanguinem*, V. licèt à Deo sibi reservatum ad propitiationem faciendam, ceu typum sanguinis Christi [c]. ¶ *Nolui*; sim. ο'. Ar. P. Mo. &c. [לֹא חָפָצְתִּי] *Non desidero*, M. *amo*, Ti. *delector*, JT. Pi. Ca. nempe, in illis per se spectatis, nedum à talibus hominibus oblatis [d].

12. *Cùm veniretis*; ità P. Ti. [תָבֹאוּ] *Venitis*, M. P. *venietis*, V. sic Mo. ¶ *Ante*, &c. [לֵרָאוֹת פָּנָי] *Ut appareatis*, vel *compareatis*, (vel, *conspiciamini*, V. sim. P. Angl. *conspici*, Mo. quo forsan subinnuit eos tantùm id spectâsse in accessu ad Deum, ut ibi conspicerentur †;) *coram facie mea*, M. sim. Ti. Ca. JT. Pi. ο'. Sy. &c. Quod ter quotannis factum, Exod. 23. 17. & 34. 23. & aliis temporibus, Psal. 42. 3, 5. & 66. 13 [f]. *Coram me*, i. e. Arca mea [g]. ¶ *Quis quæsivit* (vel, *requisivit*, M. sim. Ti. vel, *quæret*, aut *quærat*, V. *exigit*, Ca. q. d. Quod olim requisivi, jam non requiro à vobis, tales quum sitis [h]:) *hæc*, &c.] Quæ scil. dixi de sacrificiis: vel, *hoc*, nempe *quatere atria mea*. Sic expono, cum Vulgato, Quis, quando vobis præcepit quatere atria mea, hæc quæsivit? ad hoc respexit? an huc tendebat præceptio? q. d. Non hæc præcepi quòd ullâ harum rerum necessitate aut cupiditate tangar, sed ut sanctè veniretis, &c [i]. ¶ *Ut ambularetis*, &c? [רְמֹס וגו'] *Calcare*, V. simil. M. P. Mo. &c. *Ut conculcetis*, &c? JT. sub. *nempe*, V. *quatere*, &c? For. nempe ad obeundum cultum externum. Simul videtur innuere, nihil sibi commodi ab ipsis accedere, sed potiùs damnum; quatenus scilicet calcando deterant atria sua. Atria porrò duo erant, unum sacerdotum, alterum populi, 2 Par. 4. 9. Culpat igitur tam sacerdotes quàm populum [k].

13. *Sacrificium frustrà*, [מִנְחַת שָׁוְא] *Munus*, vel *sacrificium*, *mendacii*, Mo. vel, *mendax*, P. *vanitatis*, M. JT. vel, *temeritatis*, seu *præcipitantiæ*, (à שׁוֹאָה *repentè*, vel *præcipitanter*, *ingruit*.) Non præcipitantiam gressuum hîc damnat, sed animorum. Quid enim magis temerarium erat quàm Deum, qui Spiritus est, placare velle externis muneribus [l]? Vel, *vanum*, Pi. Ang. ο'. &c. i. e. vel, hypocriticè peractum, ut Esa. 29. 13. vel, non gratum Deo, Gen. 4. 4, 5. Mal. 1. 9, 10 [m]. Vel, *frustraneum*, Ti. *inane*, Ca. Frustrà offert, & qui sine fide offert, Rom. 14. 23. & qui spem in oblationibus, non in Deo, ponit [n]. Non disserit Propheta de abrogatione Legis, sed populum sui temporis ad veram ceremoniarum observationem revocat, & ostendit quo consilio & in quem finem institutæ sunt [o]. ¶ *Neomeniam*, &c. [חֹדֶשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא] *Neomeniam*, vel *Neomenias*, vel *Novilunia*, (vel, *Calendas*, P. vel, *Mensem*, Mo.) *& sabbatum*, vel *sabbata*, *& convocationem in solennitate*, M. vel, *panegyres*, Ti. vel, *vocare* (vel, *proclamare*, Angl. vel, *convocare*, V. *quòd convocetis*, P.) *congregationem*, Angl. &c. Al. *congregare*, i. e. congregationem seu indictionem, *festivitatis*, i. e. festum indictum sive institutum à vobis certa de causa: vel, *vocare*, pro, *vocabitis*, i. e. quæ vocatis, *solennitates*, ut fit per appositionem dictum [q]. Al. *& diem magnum*, ο'. sim. Ar. ¶ *Non feram*, [לֹא אוּכַל] *Non possum*, vel *potero*, M. P. Mo. &c. sub. *videre*, V. ex He. vel, *ferre*, M. P. V. JT. Ang. &c. Ellipsis qualis 1 Cor. 3. 2. Jer. 20. 9. ex summa indignatione [r]. *Non fero*, ο'. Ca. יָכוֹל, *potuit*, aliquando idem est quod *sustinere*, *audere*: ut Psal. 101. 5. *hunc non sustinebo*; Os. 8. 5. *Quousque non poterunt innocentiam* *? [Quidam hæc cum præcedentibus, alii cum sequentibus, nectunt, ut ex dictis & dicendis satis constabit.] ¶ *Iniqui sunt cœtus vestri*, [אָוֶן וַעֲצָרָה] *Iniquitatem & retentionem*, Mo. talem *vanitatem & retentionem* populi, M. nempe *vanitatem & concursum*, Ti. *iniquitatem cum cœtu*, vel *& cœtum*, P. V. i. e. cœtus iniquos [t], sive cum iniquitate conjunctos; ut, *consumptio & determinatio*, pro determinata consumptione, Esa. 10. 23 [v]. *Vana res est: nec conventum*, Calv. sub. *ferre potero*, Marl. *Iniquitas est, etiam solennis conventus*, Ang. ut causam reddat cur illa officia ipsi

[Margin, col. 8: z V. sim. Ang. · a Pi. · † Ang. · b Ang. · c Ang. · d Ang. · † Ang. · f Ang. · g Pi. · h Ang. · i For. · k Pi. · l For. · m Ang. · n Marl. ex Calv. · o Calv. · q V. · r Ang. sim. Pi. · * For. · t V. · v Ang.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

ipsi displicerent, nempe ob iniquitatem iis adhærentem; ut Psal. 66.18. Prov. 15.8. & 21. 27[x]. Al. *Afflictio* est (sic אָוֶן sumitur Job. 5. 6. Esa. 10. 1. &c.) *& vexatio*, (ità significat vox ejusdem originis Psal. 107.39. Esa. 53. 8.) sub. *mihi*, ex præcedente clausula[y]. [Alii totum versum sic reddunt & exponunt,] *Novilunia, sabbata, conventuum actiones, ferias, vana ista non fero*, Ca. Al. *Novilunio* (חוֹדֶשׁ pro בְּחוֹדֶשׁ[z]) *& sabbato convocando* (vel *dum convocatis*, קְרֹא pro בִּקְרֹא*,) *convocationem* (vel, *cœtum*, Pi.) *non possum* ferre *iniquitatem*, (hanc iniquitatem apostasiæ & cultûs hypocritici; pathetica parenthesis, evidentissimè exprimens affectum indignabundi & aversantis animi[a];) *neque* (vel, *item*, Pi.) *interdicti die*, i. e. quocunque die ab opere cessatis ex interdicto †. Sed nova planè est &, meo quidem judicio, difficillima hæc Junii constructio. Malim hîc esse tres nominativos (infinit. קְרֹא pro nomine habetur,) absolutè positos. Sic verto, *Quod attinet ad novilunium, & sabbatum, convocare*, vel, *quódque convocatis, convocationem, non possum ferre iniquitatem & cœtum*; q.d. Quòd, quoties coit cœtus, conjungitis iniquitatem cum cœtu, utrumque simul ferre non possum: aut ab iniquitate abstinendum, aut à cœtu. Sed penitiùs consideranti totus versus sic meliùs accipi videtur, *Nè pergite adducere munus vanum: suffitus abominatio est mihi. Novilunio & sabbato convocare convocationem*, (supple, *nè pergite*, repetendum enim illud ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ut alibi passim:) *non possum ferre iniquitatem & solennem congregationem.* Duo hîc interdicta sunt, quorum utrumque suam habet adjunctam rationem. 1. Nè ampliùs vanum munus adferant, quia suffitus est abomin. &c. 2. Nè noviluniis, &c. cœtum convocent, quia iniquitatem & cœtum ferre simul nequit[b]. עֲצָרָה, vel עֲצֶרֶת, dicitur *cœtus*, sive *congregatio*[c], 2 Reg. 10.20. Joel.2.15. à coarctatione, quòd ibi mutua est coarctatio[d]. Vel, significat diem interdicti †, ut Joel. 1.14[f]. Sic dicitur (per metonymiam adjuncti[g]) vel, 1. quòd tum cohibebatur populus ab opere, &c[h]. Levit. 23. 7, 8. &c[i]. vel, quòd tum homines detinerentur, & quasi Sacris coercerentur[k]: vel potiùs, 2. quòd festum totum claudebat. Quum enim in tribus magnis festis primus dies & ultimus essent sabbatum, haberéntque convocationem sanctam, nunquam tamen primus dies sic dicitur, sed ultimus, Levit.23.36. Num.29.35. Deut.16.8.&c[l]. Verùm vox illa generaliùs usurpatur de aliis etiam diebus solennibus, 2 Reg. 10. 20. Joel. 2. 15. Amos.5.21[m]. אָוֶן & עֲצֶרֶת accipi possunt vel in accusativo; & sensus erit, *Kalendis & sabbatis, quibus vocare soletis concionem & ecclesiam congregare, nequeo ferre vim & tyrannidem*, qualis erat in filiis Heli, &c: vel, in nominativo; tum sic vertas, *Novilunium & sabbatum, quando convocatur concio, non fero; vis & tyrannis sunt:* ut hæc sit ratio quare nequeat illa ferre: quæ enim in laudem Dei cedere decebat, illi suæ tyrannidi & cupiditati deservire volebant. אָוֶן ab אָוָה *aveo*, [vel *cupio*,] sign. & *concupiscentiam noxiam*, & *vires* ipsas sine quibus debilis est concupiscentia, & tandem *vim* ipsam & violentiam, quæ plerumque ex illa concupiscentia oritur, ut latiùs in sequentibus ostendemus: hîc enim cum Propheta tantùm capita dicendorum attingimus. עֲצָרָה propriè est *coarctatio*[n]. *Initio mensium & sabbato cœtum convocatis*, [ut infinit. ponatur pro indicat. quod non raro fit:] *at non comedo fraude & coactu parta*, Sy. *Initia mensium—sabbata—& dies—celeberrimus sunt mihi intolerabilia*, Ar.

14. *Calendas*] Ità P. Mo. vel, *Novilunia*, M. Ti. &c. i. e. Primi dies Lunæ, sive mensis[o]; vel, festum tunc celebratum[p]. Ego autem hîc accipio pro *festis innovationis*, seu *dedicationis*: quod festum *encænia* Evangelistæ dicitur[q]. Nihil novi addit[r], sed idem repetit & amplificat*. ¶ *Odivit anima mea*] i.e. Odi ex animo[t]; Psal.11.5. Prov.6.16[v]. Vides Deo nostro illa quæ à justis fiunt esse gratissima; eadémque, si ab iniquis fiunt, esse molestissima, &c[x]. ¶ *Facta*, &c. הָיוּ עָלַי לָטֹרַח נִלְאֵיתִי נְשֹׂא] *Sunt*, vel *fuerunt*, (vel, *facta sunt*, M.) *mihi*, vel *super me*, *oneri*, P.Sy. vel, *labori*, sive *in laborem*, h. e. molesta[y]; vel, *quasi onus*, M. sim. Calv. vel, *ad defatigationem*, Mo. vel, *laboriosa*, JT. (vel, *me lassum reddunt*, Ti.) *fatigatus*, sive *defessus*, *sum* (vel, *laboravi*, Mo. V. vel, *defeci*, V.) *sustinendo*, P. Mo. vel, *ferre*, Ang. vel, *ferendo*, M.Ti. V.Ang. Calv. &c. Sic Genes. 19.11. *defessi erant invenire*, i.e. [inveniendo, vel] quærendo invenire. Vide & Jer. 6. 11. & 15. 6. Ità hîc, *ferendo*, sub. *illa*: ellipsis pronominis, ut v.3,15[z]. Al. *Facti estis mihi in satietatem: nequaquam ultrà dimittam peccata vestra*, ο΄. *Estis mihi graves: non feram deinceps peccata vestra*, Ar. [Ch. totum sic reddit, *Neomenias & festivitates vestras detestatur verbum meum*, substantiale scilicet, nempe Christus, neque enim alteri verbo congruit hæc locutio; *factáque sunt coram me in abominationem: multiplicavi remittens*.]

15. *Et cùm extenderitis*, &c. וּבְפָרִשְׂכֶם וגו'] *Et cùm* (vel, *Itaque cùm*, Pi. *Præterea cùm*, JT. *Cùm etiam*, Ang.) *extendetis*, &c. P. i. e. Quum expansis manibus oratis[b]. Gestus ardenter orantis, Exod. 9. 29, 33. 1 Reg. c. 8. v.22, 38. Esdr. 9. 5[c]. ¶ *Avertam* (vel, *occultabo*, sive *abscondam*, M. Ti. P. Mo.) *oculos meos* (i. e. vel, faciem meam, ut Psal. 27. 9. & 30.7. Ezec. 23.40. collat. cum Jer. 4. 30. ut, contrà, *facies* pro *oculis*, Esa. 25. 8. vel, meipsum, ut Psal.10.1. Esa. 57.17†.) *à vobis*] Tanquam à re abominanda, Psal. 109. 7. Prov. 15. 8. &c[d]. vel, nè manuum extensionem videam†. Meipsum subducam, nè vos me alloquamini[f]. qu. d. Non moveor illâ expansione, &c[g]. ¶ *Non exaudiam*] Sub. *vos*: ellipsis pronominis, ut v. 3. & Esa. 40. 5. *Audire*, hominis, interdum est *obedire*, ut vers. 19. 1 Sam. 15.22. Dei, *concedere*, Psalm. 4.2. & 20. 2. Vel, emphaticè loquitur, qu. dic. Nè audiam, nedum concedam, &c[h]. ¶ *Manus*, &c.] Quæ expansæ sunt in precatione[i], ideóque mundæ esse debent, 1 Tim. 2. 8[k]. ¶ *Sanguine plenæ*] i.e. Cædibus, sive homicidiis[l]; quorum & multitudo hîc significatur, & impudentia, quòd illi cruentatas manus ad Deum extenderent. Forsan alludit ad ritum initiandi sacerdotes, quorum manus partibus sacrificiorum implebantur, &c. Exod. 29. quasi viderentur esse potiùs ministri illius qui *homicida erat ab initio*[m]. Taxat eorum crudelitatem & injustitiam[n], & promptitudinem ad odia, ad vindictam, ad vim & rapinam; quæ omnia *sanguinis* nomine significantur. Sacrificia illa etiam Gentilibus exsecrabilia censebantur quæ pollutæ manus obtulissent. Hesiod. lib. 1. Oper. & dier. Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς, &c[o].

16. *Lavamini*; ità ο΄. Ca. Ar. רַחֲצוּ] *Lavate*, Ti. Calv. Pi. sub. *vos*, Pi. P. &c. vel sub. *cor*, M. sic V. & corda & manus; Psal. 26. 6. & 73. 13. Alludit ad ritus ablutionis corporum & vestium & sacrificiorum tunc usurpatos, Exod. 19. 10. Levit. 1. 9. & 8. 21. &c[p]. q. d. Quum fœditas vestra faciat nè exaudiam vos, lavate igitur, h. e. emendate, vos[q]. Non unum aut alterum vitium tollendum est; sed, ut vera & integra sit sanatio, ad renovationem vocandi sunt homines, & bene purganda contagio[r]. Ad pœnitentiam hîc hortatur*. ¶ *Auferte*] Non dicit, Ad tempus premite & abscondite; sed, Removete[t]. ¶ *Agere perversè*] Heb. *malefacere*, nempe proximo[v].

17. *Discite benefacere*] Proximo scilicet[x]. Prioribus studiis contraria agite[y]. Al. *Assuescite benefacere*. Nam לָמַד interdum idem est quod *assuescere*, & לָמוּד idem quod *assuefactus*, Jer. 13. 21. & 31. 18[z]. ¶ *Quærite judicium*] Vel, *jus*, JT. Pi. Disquirite diligenter jus causæ. Judices & patronos alloquitur[a]. Sed verbo *quærendi* studium actuale denotatur; & *judicii* nomine, quicquid bonum rectúmque est; q. d. Studete rectitudini[b]. Recognoscite quid vestri sit officii, quid justum & rectum sit[c]. ¶ *Subvenite*, &c. אַשְּׁרוּ חָמוֹץ] [Variè reddunt.] *Dirigite* (vel, *Deducite*, sub. *per viam rectam*, Q. in V. *Beate*, JT. *Erigite*, Pi. *Liberate*, vel *Salvate*, ο΄. M. *Vindicate*, vel *Defendite*, Ar. Ca. *Restituite*, Calv.) *oppressum*, sive *affectum injuriâ*, Ti. P. Mo. &c. ut sit חָמוֹץ loco חָמוּס; quæ mutatio temere non est admittenda. Nec tum dixisset, אַשְּׁרוּ *dirigite*, sed הַצִּילוּ *liberate, oppressum*, ut Jer. 21.12. & 22. 3[d]. Al. *Beatum prædicate fermentum*, aut *fermentatum*, h. e. judicem qui non judicat nisi post diligentem inquisitionem †. Sed hoc ridiculum est[f]. Porrò, fermentum aciditatem habet moderatam, cujus mixtione pani saporis gratiam facit, velut idoneo quodam condimento. Par est ratio judicii: Nihil ei majorem gratiam conciliat quàm cle-

[x] Plerique in Ang. [y] Ang. [z] Pi. * Idem. [a] Jun. † Jun. [b] Di. [c] Di. For. Ang. [d] For. † Pi. ex Jun. Ang. [f] Ang. [g] Pi. [h] Ang. sim. Pi. [i] Ang. [k] Q. in Di. [l] Di. [m] Ang. [n] For. [o] Q. in For. [p] He. in For. [q] For. [r] Marl. * San. [t] V. Ang. [v] An. [x] For. [y] V.

[z] Ang. [b] Pi. [c] Ang. sim. For. † Ang. [d] Ang. † For. [f] Ang. [g] Pi. [h] Ang. [i] Ang. Pi. For. [k] Ang. [l] Pi. Ang. For. [m] For. [n] Pi. [o] San. [p] Ang. [q] Pi. [r] Calv. * For. [t] Marl. ex Musc. [v] Pi. sim. Ang. [x] Pi. [y] Ang. [z] Marl. ex Musc. [a] V. [b] Calv. [c] Pi. [d] BA. 1. 2. 7. 113. † He. in D. prov. 1. 5. 49. [f] BA. ib.

mentiæ mixta salutaris atque moderata severitas [g]. Verbum אשר propriè est, *recto pede incedere*, seu felicem esse; & activè, *dictis* vel *factis facere ut homo bene habeat*. חמוץ est *infectus*, seu *vitiatus*; de pane dictum, est *fermentatus* & *acidus*: de vestibus etiam dicitur infrà 63. 1. hîc verò translatè de hominibus oppressis vel afflictis, vel quorum cor perturbatum est, & veluti tinctum & exacerbatum[h], instar *aceti* sive *fermenti*, vel, tanquam *aceto* sive *fermento*, Exod. 12.39. Vide Psalm. 73.21 [i]. q. d. Tantum abesse vos volo ab injuriis inferendis, ut per vos bene habere debeat calumniis aspersus [k]. Al. אשרו propriè est, *rectificate*, V. Angl. inter oppressorem & oppressum [l]; i.e. Sententiam iniquam emendate [m]. Al. *Dirigite*, vel *Emendate*, *quod corruptum est*. Quia pleræque res acescendo corrumpuntur, hinc חומץ est homo *nequam*, vel *nebulo*, Psal. 71. 4. qualem etiam Arabes חאמץ vocant: qualem etiam Romani idcirco *vappam* vocabant, Plin. 14.20. Horat. 1. sat. 2. *Fufidius vappæ famam timet ac nebulonis*. Sic Aristoph. in Equitibus Hyperbolum suggillat tanquam *virum malum*, ϰ̀ πολίτην ὀξίνην & *civem vappam* [n]. ¶ *Judicate* (vel, *Jus procurate*, Pi. *Jus dicite*, V. vel, *Justificate*; nam *judicandi* vox modò in bonum, modò in malum, modò indifferenter, sumitur [o];) *pupillo*] Ità Mo. Angl. V. &c. vel, *pupillum*, For. &c. vel, *causam pupilli*, ut v. 23 [p]. ¶ *Defendite*, &c. ריבו אלמנה] *Litigate* (vel, *Judicate*, P. vel, *Suscipite*, Ti. JT. *Agite*, M. Pi. *in judicio*, M. sub. *causam*, V. M. JT. Pi.) *viduæ*, Mo. V. Qu. Cùm prior Legis Tabula indubiè prior, ut ordine, ità pondere, sit, cur ex secunda potiùs Tabula ipsos arguit? Resp. Quia hypocritæ, qui sæpe diligentes sunt in externo cultu & ceremoniis, in charitatis officiis certiùs & apertiùs deprehenduntur, dum scatent invidiâ, superbiâ, avaritiâ, contemptu fratrum, &c. In his ergò examinandi sunt. Nos quidem possemus falli si ex secunda solùm Tabula de hominis pietate judicaremus: verùm si quis in officiis primæ Tabulæ satisfaciat, tunc ad secundam exigendus est, &c. Vide Matth. 9. 13. & 23. 23 [q].

18. *Et*, &c. לכו נא] *Adeste*, vel *Venite*, (vel, *Ite*, For.) *nunc*, vel *quæso*, Mo. Ti. M. P. V. &c. vel, *tum*, Sy. Ar. *Agitè*, Ca. Significat fiduciam bonæ causæ [r]. *Eja*, V. For. Est particula adhortantis [*]. ¶ *Et arguite me*, ונוכחה] *Et increpemus* (vel, *corrigamus*, Ca.) *nos*, P. Mo. *disputemus*, vel *disceptemus*, Ti. V. JT. Pi. Ar. *inter nos*, V. i. e. Argumentis mutuis causam nostram tueamur, & videamus vestrâne causa sit melior, an mea [t]. *Ut nostram agamus causam*; Heb. *& arguemur*. Sensus, Expostulate mecum, si non plurima vobis exhibuerim beneficia, & vos vicissim pessimè contra me egistis [v]. Si per injuriam vos tam graviter accusari putatis, agedum, adeste ad judicium [x]. Si nondum resipiscitis, causam agamus; ego à Judicis partibus abstinebo; *disceptemus* amicè & ex æquo, alter alterum patienter audientes, &c. Hoc genus contestationis adhibet Deus ad frangendam aut evincendam hominum improbitatem, & testandam patientiam ac misericordiam suam; ut Jer. 2. 5, &c. Mic. 6. 1, &c [y]. Al. Pœnitentiam hîc magnificè commendat; q. d. Ubi hæc præstitistis, adeò sancti eritis ut possitis cum Deo judicio contendere: non poterit [Deus] in judicium adducere errata quæ pœnitentiâ deleta sunt. *Contendere cum Deo* figuratè & hyperbolicè pro omnimoda puritate accipio [z]. ¶ *Ut coccinum*; ità M. sic P. Mo. Ca. Ti. Sy. כשנים] Rubra *ut coccinum*; ut Exod. 4.6. *manus ejus fuit* (sub. *alba*) *ut nix* [a]. *Ut dibapha*, JT. Pi. i. e. quæ bis tincta sunt, ut colorem altiùs imbibant. Sed longè recentior erat hæc duplicis tincturæ inventio, nec Romæ, nisi 700 post urbem conditam annis, nota; Plin. 9. 39. Vox tamen שני plerumque sumitur pro eo quod impensè rubrum est; ut 2 Sam. 1. 24. Cant. 4. 3. Jer. 4. 30 [b]. Color est sanguini proximus [c]. Sensus, Etsi abominabilia sunt [d]. ¶ *Quasi nix dealbabuntur*] Vel, *albescent*, M. Mo. illa, nempe peccata, h. e. ipsi: non enim peccata, sed personæ, propriè purgantur. Sed phrasis est metonymica, ut cùm *peccata purgari* dicuntur, Ebr. 1. 3. quum nos à peccatis purgamur, Ebr. 9. 14 [†]. Sensus, Remittentur perfectissimè, ut nulla macula appareat [f]. ¶ *Rubra quasi vermiculus*; ità M. P. Mo. &c. תולע] *Coccineum*, JT. Pi. *ostrum*, Ca. *purpura*, Ti. Heb. *vermiculus*, qui natus est ex cocco seu grano cujusdam fruticis, cujus succo tum serica tum lanea stamina infici solent, quæ indè imbibunt colorem purpureum [g]. Color hic profundior est quàm præcedens [h]. Rectè sanè, si colores hi diversi sunt: alii autem RR. idem videtur uterque color. Certè conjungi hi solent, modò uno præposito, ut Exod. 25. 4. & 26. 1, 31. modò altero, ut Levit. 14. 4, 6. Numer. 19. 6. Illa autem constructionis variatio (*coccinum vermiculi*, & *vermiculus coccini*,) docet hæc duo in eodem subjecto concurrere; ut, *petra silicis*, sive *silicea*, Deut. 8. 15. & *silex petræ*, sive *petræa*, Deut. 32. 13. idem valent. Puto שני esse *coccum*, תולע *vermiculum*, & eundem esse utrisque colorem; nisi forsan hic profundior sit, cùm vermiculi rubedo profundior sit quàm cocci per se sumpti. Vide Nah. 2. 3 [i]. ¶ *Velut lana*; ità Mo. כצמר] *Ut lana*, M. &c. sub. *alba*, P. BA. Angl. &c. ex collatione *nivis* [k]. Est alioqui & lana nigra, vel fusca, Gen. 30. 32. Ellipsis epitheti, qualis Psal. 147. 16 [l].

19. *Si*, &c. אם תאבו ושמעתם] *Si volueritis*, (vel, *acquieveritis*, Mo. sic JT. Pi. scil. meis monitis [m],) *& audieritis*, P. Mo. Ti. ό. &c. vel, *& obedieritis*, M. vel, *ut audiatis*, JT. vel, *& audietis*, Pi. vel, *audire*, vel *obtemperare*. Alterum verbum præcedenti junctum per conjunctionem per infinitivum redditur à Latinis [n]. ¶ *Bona terræ*] i. e. Fructus terræ [o]. Heb. *bonitatem*, pro rebus bonis, ut Neh. 9. 36. Jerem. 2. 7 [p]. Est veluti conclusio præced. exhortationis; q. d. Hæc summa est eorum quæ dixi; Si volueritis, &c [q].

20. *Quod si*, &c. ואם תמאנו ומריתם] *Et*, vel *Sed*, *si renuetis*, (*renueritis*, Mo. vel, *nolueritis*, Calv.) *& irritaveritis*, P. vel, *rebelles*, sive *contumaces*, *fueritis*, Mo. V. sim. Pi. *Si renuendo mutabiles fueritis*, i. e. inobedientes, &c. nam מרה propriè *mutationem in pejus* notat. Hîc habes fructum & obedientiæ & inobedientiæ [r]. ¶ *Gladius*] Nempe hostilis [*]; dictus tamen *gladius Domini* Jer. 12. 12 [t]. ¶ *Os Domini*, &c.] Qui immutabilis est, & propositum servat. Hoc dicit ad terrorem, & ut socordiam eorum excutiat qui parùm minis tanguntur [v]. Jamdudum à Domino hoc constitutum est [x]. Respicit Propheta ad Levit. 26. 23, 24, 25 [y].

21. *Quomodo*] *Quo pacto*, V. Interrogatio admirantis [z], vel deplorantis [*]. ¶ *Meretrix*, לזונה] *In meretricem*, V. ut *meretrix*, P. *caupona*; q. d. civitas dedita imposturis & dolis, quibus caupones abundant [a]. *Impudica*, Ca. i. e. idololatrica. Confer Ezec. 16 [†]. ¶ *Fidelis*] i. e. Quæ antea fideliter adhærebat Deo, ut marito suo [b]. ¶ *Plena*, &c. מלאתי וגו'] *Plena* (vel, *plenissima*, JT. sub. *fuit*, M. sic P. &c.) *judicio*, P. Mo. vel, *jure*, JT. vel, *æquitatis*, Ti. Ca. i. e. ubi justitia copiosè & constanter exserebatur [c]. ¶ *Justitia habitavit* (vel, *morabatur*, P. sic Mo. *pernoctavit*, M. sic JT. *degebat*, Ca. *versabatur*, Ti.) *in ea*, ילין] *Manebat*, V. Ad illam justitia confugit ut ad domicilium suum [d]. Vide Ps. 85. 10. & contrarium, Ps. 55. 10, 11, 12. Vel, *justitia*, pro justis, (ut, *robur*, pro robustis, Esa. 3. 25.) ex antithesi *homicidarum* [†]. In ea plures erant æquissimi judices [*].

22. *Vinum*, &c. סבאך מהול במים] *Merum* (vel, *Vinum*, M. P. &c. vel, *Potus*, Mo. For. à סבא *potando absumere* [f],) *tuum conspurcatum* (vel, *vitiatum*, Ti. vel, *mixtum*, M. P. Ca. &c. *mixtus*, Mo.) *est aquâ*, JT. Pi. Intelligunt vel, 1. propriè [g]. Solent caupones (quod hominum genus omnia quæstu metitur) falsò nomismate hospites decipere, & potum aquâ diluere [h]. Vel potiùs, 2. figuratè [i]. Significat palàm inversum & corruptum esse statum, longéque à priore dissimilem [k]; mores planè corruptos esse [l]; puritatem & pietatem pristinam abiisse, ejúsque tantùm formam remanere [m]; doctrinam esse corruptam, & vitam depravatam [n]; Verbum Dei, quod *argento* confertur Psal. 12. 7. scoriis falsorum dogmatum esse adulteratum; omnia eorum externa, quæ magnifica erant, v. g. habere genus ex Patribus, fœdera, ritus, &c. ab impiis corrupta esse [o].

23. *Principes tui infideles*, סוררים] *Contumaces*, Mo. Pi. JT. Ar. *rebelles*, Sy. Ang. *declinantes*, P. V. Sy. *ab æquitate*, V. *perversi*, M. *defectores*, vel *desertores*, Ti. Ca. Angl. ut Hos. 9. 15. Vide Jer. 5. 23. & 6. 28 [p]. *Immorigeri*, qui nullâ disciplinâ regi volunt, sed omnia

pro

pro libidine agunt; contumaces adversus Legem Dei & admonitiones Prophetarum, quibus etiam Reges obtemperare debent. Cùm Principes, quorum erat contumaces punire, ipsi tales essent, quis in eos animadverteret nisi Deus q? ¶ *Socii* (vel, *partiarii*, Ti.) *furum*] Ità P. Mo. &c. Quia eos non damnabant r; ad eos connivebant, Levit. 20. 4†. furta approbabant & participabant t, Mic. 3. 11. & 7. 3. eadémque ipsi faciebant, Eccles. 3. 16 v. ¶ *Diligunt munera*] q.d. Non tantùm accipiunt, sed illis accipiendis intenti sunt x. ¶ *Sequuntur* (vel, *sectantur*, JT. Pi.) *retributiones*] Ità P. &c. i. e. eas venantur, vel captant y. Nihil gratis faciunt, sed omnia muneris ergô, Mic. 7. 3 z. ¶ *Non ingreditur* (vel, *pervenit*, Pi.) *ad illos*] i.e. Non admittitur ab illis a: vel, audire illas renuunt, Jer. 5. 28 b.

24. *Ait*, &c. נְאֻם וגו'] *Dicit Dominus*, M.P.Mo.&c. vel, *dictum Domini*, ο'. Angl. τὸ נְאֻם verbum reperitur tantùm Jer. 13. 11, 14. valétque, *certò affirmavit*: hic autem est nomen participiale. Verto, *sermo certus*, sive *fidelis*, *Domini*, sub. *hic est*. Potest tamen ut verbum reddi, *certò affirmavit*, &c c. [Q. hæc verba cum proximè sequentibus parenthesi includunt,] *Idcirco* (*dictum Domini Jehovæ, Dei exercituum, robusti Dei Israelis*,) *Eheu*, &c! Pi. sim. For. ¶ *Fortis Israel*; vel, *Israelis*, Ti. P. &c. אֲבִיר וגו'] *Numen Israelitarum*, Ca. *Fortis*, vel *Potens*, (vel, *Magnificus*, M. sub. *Deus*, vel *Dominator*, M. Pi. Angl. vel, *propugnator*, sive *defensor*, Pi. Angl.) *Isr.* &c. Ang. Significat se robore suo, quo hactenus Israelitas defenderat, nunc eos velle percutere d. ¶ *Consolabor super hostibus meis*] Sim. M. Mo. &c. Nempe, Israelitis*, ut constat ex versu seq. quos jam non habeo pro filiis, sed pro hostibus, propter ipsorum scelera g. Hostes suos vocat crudeles, avaros, oppressores, & impios ministros h. ¶ הוֹי אֶנָּחֵם וגו'] *Heu! consolationem capiam*, &c. Ti. P. scil. ultionem sumendo i: ità explebo animum meum k. הוֹי est particula vel, 1. insultantis, ut docent verba sequentia l: vel potiùs, 2. dolentis m, ut Jer. 22. 18. & 34. 5 n.

25. *Et*, &c. וְאָשִׁיבָה יָדִי עָלַיִךְ] *Et convertam* (vel, *admoliar*, Ti. vel, *reducam*, V. *admovebo*, For. *inducam*, ο'.) *manum meam super te*, M. P. Mo. vel, *tibi*, Ti. For. vel, *contra te*, JT. Pi. ut te perdam. Ità continuat præcedentem comminationem o. Significat se aliquid egisse, sed nondum absolvisse; ideóque alteram manum esse admovendam p. q. d. Frequenter, sive identidem, te percutiam q; &, cùm non satis expurgata fuerit Jerosolyma clade Babylonicâ, iterum vindictam sumam, &c. nempe per Romanos, &c r. Al. Potiùs est moderatio proximæ comminationis. Etsi enim adhuc prosequitur quod dicere cœpit de rigore, simul tamen admonet superstitem his cladibus fore Ecclesiam, & consolatur fideles, nè minis illis fracti animos despondeant. Conversio manûs Dei generaliter præsentiam ejus significat, hîc autem ad Ecclesiæ instaurationem referri debet †. q. d. Manum tibi iterum admovebo, ut artifex operi, Prov. 31. 19. (nam *redire* Hebræis est, rem iterum agere, Gen. 26. 18. Eccles. 4. 1, 7.) iterum reformationem tui aggrediar, &c t. ¶ *Et*, &c. וְאֶצְרֹף כַּבֹּר סִגָיִךְ] *Et excoquam* (vel, *expurgabo*, Ca. Pi. sic Mo. P. nempe *conflando*; hoc enim propriè vox significat: confer Ezec. 22. 18, &c. Mal. 3. 2, 3 v.) *ad purum*, ο'. Vulg. (vel, *ad liquidum*, Calv. *ad purum putum*, Ti. *ut purificativum*, P. Mo. V. i.e. ut res quæ purgandi vim habet, qualis est sapo x: vel, *quàm purissimè*, Ca. sim. M. Heb. *secundùm puritatem*, Pi. Angl. ut Psal. 18. 21, 25. (sed alio sensu;) vel, *puritate*, ut Job. 22. 30. vel, *sicut per* ignem *puritatis*, ut nomen in verbo includatur. *Puritas*, pro materia purificante, sive sapo sit, ut Job. 9. 30. sive ignis, ut hîc. Ità *purificatio*, pro *catino purificante*, Prov. 17. 3. & 27. 21 y.) *scoriam tuam*, Ti. Ca. Vulg. &c. i. e. vel, 1. vitia populi z, ut Esa. 48. 10. Ezec. 36. 25 a. vel, 2. ipsos impios b, ut Psal. 119. 119. Prov. 25. 4, 5. Jer. 6. 30 c. degeneres Israelitas d. [JT. verba sic reddunt, *Ut defæcans scorias tuas* justæ *puritati restituam te*.] ¶ *Et auferam omne stannum tuum*] Ità M. Ti. &c. i. e. hypocrisin, quæ similis est veræ pietati, ut stannum simile est argento cui admiscetur *: ut per *scoriam* significata est aperta impietas f. Vel potiùs, idem significatur utroque membro. Dicit etiam *scorias* & *stanna* in plurali, ut plenariam impietatis atque impiorum expurgationem denotet g.

26. *Et restituam judices tuos*] i. e. Gubernatores, Jud. 2. 16. Act. 13. 20 h. Ordinem illum purgabo in quo fontem malorum esse dixi i. *Restituam*, videlicet post reditum ex Babylone: quales Judices erant Zorobabel, Esdras, Nehemias, Jehosua k. Verùm tunc Jerusalem non erat *civitas justitiæ* & *fidelis*: malim ergò ad tempora Christi & Apostolorum hoc referre; nam nova Jerusalem multò sanctiores habuit Judices quàm antiqua, &c l. ¶ *Ut fuerunt priùs*] Hebr. *sicut in*, vel *à*, *principio*, Pi. Mo. V. Id est, vel, 1. sub Davide & Salomone, &c. vel, 2. sub Judicibus m; sub Mose, Josua, Samuele, &c n. nam illi propriè שׁוֹפְטִים, *judices*, libertatis assertores & vindices; & sub illis feliciùs habuit respubl. quàm sub Regibus, præterquam sub David & initio regni Salomonis: per illos enim Deus pro suo arbitrio regnabat, &c o. ¶ *Et consiliarios*, &c.] Ad felicitatem reip. non satis putavit si Judices integri essent, nisi & consiliarii tales forent: nam malis consultoribus exsistentibus, vix quidquam boni aut præcipi possit à Principibus, aut exsecutioni mandari: unde rectè dixit quidam, quòd *mallet iniquum Regem optimis consultoribus reipub. præesse, quàm justum & sapientem iniquis consiliariis constipatum* p. ¶ *Sicut antiquitus*] Heb. *ut in*, vel *ab*, *initio*, Calv. Pi. &c. חָלַל à תְּחִלָּה *profanari*, quòd inceptio rei sit quasi ejus profanatio seu incisio q. ¶ *Post hæc*, [אַחֲרֵי כֵן] *Post sic*, i.e. statim ubi hæc gesta erunt †. ¶ *Vocaberis*, &c. יִקָּרֵא לָךְ] Ad verb. *vocabitur tibi*, vel, *indetur tibi*, sub. *nomen*, V. *Tum dicetur de te, civitas justitiæ, urbs fidelis*, Calv. *Vocaberis*, &c. Pi. Talis & eris & reputaberis, ut Esa. 4. 3. & 61. 6. Matt. 5. 9 r. Qualis nulla civitas esse potest absque incorruptis magistratibus, &c. Quare iratus Deus istos negat †.

27. *Sion*] i. e. Populus Judaicus t; locus pro populo; ut Esa. 40. 9. & 49. 14 v. ¶ *In judicio redimetur*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. liberabitur de manu hostium y; vel, ex periculo & angustiis, &c z. ¶ *Et*, &c. וְשָׁבֶיהָ וגו'] *Revertenturque ad eam in justitia*, M. & *reducent eam*, &c. Vulg. Ità שָׁבֶי est plur. particip. שָׁב in forma affixi, & activè accipitur: quòd si cum RR. ut neutrum accipiatur, vertendum, *revertentes ejus*, i. e. qui ad eam redeunt a. *Et reduces ejus*, JT. Pi. qui revertentur è Babylone b. *Et conversi ejus*, &c. Mo. P. V. Ang. qui in ea conversi fuerint, sive resipuerint c. Quid si, neglectâ punctatione RR. שְׁבִי sit sing. à שָׁבָה *in captivitatem abduxit*, cum affixo fœm. ut Deut. 21. 13? Hoc magis probo d. *Et captivitas ejus*, ο'. Sy. Ar. Ti. For. *ejúsque exsules*, Ca. [*Judicium* & *justitiam* non uno modo hîc intelligunt.] *Judicio*, nempe Dei, quod exercebit in puniendis impiis, & piis asserendis: & *justitiâ*, i. e. vel, in fidelitate Dei *; vel, præficiendo illis justos magistratus f. Quia difficilis creditu erat Ecclesiæ restitutio, docet eam non ab hominum arbitrio pendere, sed in Dei justitia & judicio esse fundatam g. Al. *In judicio*, &c. i. e. post justam satisfactionem, & pœnam 70 annorum h. Al. Non temere, & sine delectu: Redibant enim quorum spiritum Deus suscitavit, Esd. 1. 5 i. Al. Docet nihil esse quod sibi Ecclesia arroget ob hanc redemptionem, quæ Dei opus est, qui judicio suo bonos disparat à malis, & servat eam propter justitiam suam k. Alii judicium & justitiam hominum intelligunt: q.d. redimentur, vel, justi duntaxat; vel, [alii] ob justitiam, paucorum scilicet hominum l. Al. *In judicio & justitia*, i. e. optimè expensis causæ circumstantiis. Quid si *judicium* & *justitiam* accipiamus vel, 1. pro Dei bonitate, ut sæpe aliàs; vel, 2. pro sanctificatione ipsi Zioni collata? Aptissimè hîc intelligi potest redemptio Ecclesiæ à peccatis ex Dei misericordia, & per meritum Christi, &c m.

28. *Et conteret*, &c. וְשֶׁבֶר פֹּשְׁעִים וְחַטָּאִים יַחְדָּו] *Et*, vel *At*, *contritio*, sive *confractio*, *prævaricatorum* (vel, *defectorum*, Pi. *scelestorum*, Sy. ο'. &c. palàm impiorum, qui omnem pietatis professionem abjecerunt n,) & *peccatorum* (i. e. eorum qui sub aliqua pietatis specie impii sunt †,) *pariter*, P. Mo. &c. vel, *simul*, ο'. Ch. Sy. Ar. sub. *erit*, vel *fiet*, M. P. Pi. &c. q. d. Impii partem non habebunt in bonis promissis o. Vers. præc. de piorum liberati-

Marginal notes (left column): q For. r For. † Ang. t Pi. sim. v Calv. Ang. x Ang. y Musc. in Marl. z Musc. ib. V. &c. a Ang. b V. c Ang. d For. e Pi. * Ca. sim. Pi. g Pi. sim. Ang. h For. i Pi sim. V. k Ang. l For. m San. n Ang. o Ang. p Q. in Ang. q For. r V. s For. † Calv. t Ang. v Pi. x V. y Ang. z Pi. Ang. a Ang. b Pi. Ang. c Ang. d For. * Pi. f Q. in Ang.

Marginal notes (right column): g Ang. h Ang. i Calv. k Pi sim. l Mo. l For. m Pi. n For. Pi. o For. p For. q For. † For. r Ang. † For. t Pi. sim. Ang. v Ang. y V. z For. a For. b Pi. c V. d For. * Pi. Ang. f Ang. g Calv. sim. Musc. in Marl. h Mo T. i San. k Jun. l Q. in Marl. m For. n Ang. † Ang. o Ang.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

liberatione, hîc consequenter de reproborum exterminatione, loquitur [p]; ut utrobique justitia Dei sit perspicua [q]. q. d. Dum loquor de Sionis redemptione, &c. non loquor de rebellibus ac impiis, qui nullum hinc fructum capient. Discant Ministri, Prophetæ exemplo, quantâ prudentiâ opus habent, nè, aut terrendo impios, pii unà concidant, aut fideles consolando, impii hoc ad se rapiant, & animos attollant, &c [r]. Hoc sæpe repetit Propheta, quòd impii conterentur, &c. nè putarent Judæi, adveniente Messiâ omnia sibi tuta fore. Ostendit redemptionem præcedentem *in justitia* futuram, & cum summo *judicio*, quia injusti delebuntur, &c. Potest quoque locus sic verti, *Erit contritio transgressorum & erratorum simul*; ut mox de idolis dicet. Quoniam autem שָׁבַר, cum puncto sinistro, notat *infractis oculis* & *animo intueri*, indéque *exspectare*, potest locus sic reddi, *Et intuitus* (vel, *spes*, sive *fiducia*) *transgressorum simul cum ipsis erratis*, (sive errantibus,) *ipsi denique Jehovæ desertores, deficient, cessabunt, & absumentur*†. [Alii totum sic reddunt ;] *Fragmenta* (Sic vocat particulas & rejectamenta scoriæ quibuscum improbi comparantur [t],) *autem defectorum & peccatorum pariter, ac derelinquentium Jehovam, deficient*, JT. i. e. conflagrabunt omnino, & gravitate ignis Divini consumentur*. Sed hæc syntaxis contorta videtur, & abhorrens à simplicitate & consuetudine Scripturæ propheticæ; quippe quæ posteriore membro versiculi per epexegesin repetere solet quod dictum fuit in membro priore. Et repugnat ei Athnach post comma secundum [v].

29. *Confundentur enim*; ità ο'. M. V. &c. כִּי יֵבֹשׁוּ] *Quando* (ut tempus exitii denotet [x]; vel, *Quoniam*, M. Ti. Ang. &c. ut causam significet †; vel, *Nempe*, Calv.) *confundentur*, Ang. M. &c. vel, *erubescetis*, V. sim. P. Ca. Angl. Ch. Confusio personarum [y], ut Job. 18. 4. Esa. 3. 14, 26. & 42. 20 [z]. tertia pro secunda [a]. ¶ *Ab idolis*, &c. מֵאֵילִים אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם] *Propter arbores* (vel, *ulmos*, V. vel, *quercus*, V. Pi. vel, *lucos*, JT. vel, *deos*, sive *idola*, Q. in V. sic M. Ti. Ca. ο'. Sy. Ar. vel, *lucos idolorum*, Ch. *ab ulmis*, Mo.) *quas*, vel *quos*, vel *quæ*, *concupivistis*, P. Mo. &c. vel, *habere desiderâstis*, M. vel, *quibus vos delectati estis*, Ti. Mutat personam tertiam in secundam non sine emphatica apostrophe [b]. Ut gravior sit objurgatio, impios ipsos compellat [c]. Pudebit vos arborum [d]. De talibus arboribus vide Deut. 12. 2, 3. & 16. 21. Esa. 65. 3. Jer. 2. 20. & 3. 6*. ¶ *Super*, &c. מֵהַגַּנּוֹת] *Propter hortos*, M. P. Ti. &c. sub. *lucorum*, M. ¶ *Quos elegeratis*] Sub. *ut in illis coleretis idola*, V. Vide Esa. 65. 3. & 66. 17. Innuit illos in omni loco idololatriam exercuisse [f]. Ut antè secundæ, ità hîc primæ, Tabulæ peccata reprehendit [g].

30. *Cùm* (vel, *Quando*, P. Mo. vel, *Nam*, JT. sic M. Ti. Ch. &c. vel, *Certè*, Calv.) *fueritis*, כִּי תִהְיוּ] כִּי hîc potest esse vel temporis, vel rationalis particula [h]. ¶ *Velut quercus*; ità P. Ti. Ca. Ch. כְּאֵלָה] *Arbor*, M. Calv. *ulmus*, V. Mo. *terebinthus*, ο'. Sy. Ar. At speciem esse quercûs ferè omnes consentiunt. Puto *ilicem* esse, ab אָלָה, quod *adjurare* significat *additâ imprecatione mali*. Ilicem autem diris imprecationibus devotam antiquis, nè cæderetur, notum est. Gentiles etiam hujusmodi arbores & sylvas *sacras* & *incæduas* dixêre [i]. Innuit justitiam pœnæ ex talione; q. d. In quercubus peccâstis, & instar quercuum puniemini [k]. ¶ *Defluentibus foliis*, נֹבֶלֶת עָלֶהָ] *Defluens* (vel, *marcescens*, Angl. sim. M. vel, *decidit*, Ang. sim. Ca.) *folio suo*, Mo. Angl. sim. JT. vel, *foliis suis*, P. Angl. *Folium*, pro *foliis*, ut Jer. 8. 13. Ezec. 47. 12*. i. e. Spoliata ornatu suo [l], & fructibus; nam & his folia inserviunt [m].

31. *Et erit fortitudo vestra*, הֶחָסֹן] *Fortitudo* (vel, *arundo*, Ar.) *eorum*, ο'. Sy. vel, *impiorum*, Ch. *Illud præsidium* in quo confiditis. Sic vocat idola: quem enim Deum credimus, eundem protectionem nostram reputamus*. *Insignis ille thesaurus in quo fiduciam collocatis*, Ti. *fortitudo* sculptilis vestri, M. *numen istud*, Ca. *fortis*, vel *robustus*, P. Mo. Pi. Calv. Ang. vel, *fortissimus*, sub. *idolorum vestrorum*, V. qui fortissimus erat æstimatione vestrâ [n], aut propter materiam idoli, aut ratione balsum firmarum [o]. Al. *fortissimus quisque*, JT. sim. Angl. & quicquid potestis efficere, ut Psalm. 76. 6. Amos. 2. 14, 16 [p]. Quisquis robore fretus reluctabitur [q]. ¶ *Ut*, &c. לַנְּעֹרֶת] *Ut stuppa*, vel, *in stuppam*, M. Mo. P. Ti. &c. quæ & ignem citissimè concipit, vide v. 7. & eo celerrimè consumitur, Jud. 16. 9 [r]. ¶ *Et opus vestrum*, וּפֹעֲלוֹ] *Et opera*, vel *operationes*, vel *actiones*, *eorum*, ο'. Sy. Ar. sim. Ch. & *opus ejus*, JT. Angl. quicquid efficere potest. Sic vox sumitur Psal. 104. 23. Jer. 22. 13 †. Sed non est *pobholo*, tanquam à *pobal*, *opus*; sed *pobhalo*, à participio *pobhel*, i. e. *operans*, quod hîc habet vim nominis [t]. *Et ejus operator*, sive *fabricator*, P. Mo. M. Ti. Ca. *artifex*, vel *opifex*, V. Pi. Tum is qui sumptum præbuit, tum qui idolum confecit [v], tum qui colit [x]. ¶ *Quasi*, &c. לְנִיצוֹץ] *In favillam*, Mo. *ut scintilla*, vel *in scintillam*, vel *pro scintilla*, M. P. Ti. JT. ο'. &c. à נוץ *evolare* [y]. ¶ *Succendetur utrumque simul*] Stuppa & scintilla; sicut materia & ignis simul ardent, & consumuntur simul [z].

p Musc. in Marl. q Marl. r Calv. † For. t Jun. * Idem. v Pi. x Ang. † Ang. y V. Ang. z Ang. a V. b Musc. in Marl. c Calv. d V. * Ang. f Ang. g Calv. h For. i For. k Pi. * Ang. l Ang. Musc. m Musc. in Marl. * For. n V sim. Pi. Ang. o V. p Ang. q Jun. r Ang. † Ang. t Pi. v Pi. x Calv. y For. z Marl.

CAP. II.

1. VErbum, &c. הַדָּבָר וגו'] *Verbum quod vidit*, Vulg. Calv. &c. i. e. quod tam certum erat acsi vidisset [a]. Al. *Decretum* Dei, &c. Musc. in Marl. Alii, *Res quam vidit*, Pi. Angl. i. e. quam per visionem à Deo cognovit [b]. ¶ *Super* (vel, *de*, Pi.) *Judam*, &c.] Id est, & de ruina & restitutione illorum [c].

2. *Et erit*] Ità M. P. Mo. &c. *Et accidet*, Calv. *Et fiet*, Pi. Nulla est connexio cum præcedentibus; neque eam semper indicat hæc particula, quæ sæpe tantùm orationem inchoat. ו potest verti, *Nunc*, ut 1 Sam. 9. 1. Esd. 1. 1. Nehem. 1. 1 [d]. *Erit quidem*, Ar. [Aliis ו hîc redundat ;] *Erit*, Sy. *Fiet*, Ca. ¶ *In*, &c. בְּאַחֲרִית הַיָּמִים] *Posthæc*: Spectat id tempus quo urbs ab obsidione Rasinis & Phaceæ liberata est*. *In novissimis*, vel *ultimis*, *diebus*, sive *temporibus*, M. JT. ο'. Sy. sic Ar. Ti. Ca. &c. *in fine dierum*, Ch. Intelligunt hoc vel, 1. de captivitate Babylonica, de qua Prophetæ sæpe vaticinabantur, post quam sequuta erat Sionis restitutio [f]. [Quæ tamen longissimè infra illa quæ hoc capite prædicta sunt subsidere videtur, ut ei qui hanc prophetiam cum Judæorum è Babylone reducum historia contulerit facilè patebit.] Vel, 2. de tempore Messiæ [g]; de quo hanc phrasin, ubi in Prophetis occurrit, Hebræi accipiunt; qui etiam hoc caput de Christo intelligendum docent [h]. Rectè, ut probat universalis Gentium vocatio, quæ certè ad N. T. spectat. Dicuntur autem hi dies [N. T.] *novissimi*, non, respectu finis mundi, ut volunt Judæi, sed, quia finem adferunt Veteri Testamento [i]. Usque ad illud tempus omnia veluti suspensa erant, & jubebatur populus ad Messiam semper respicere, & spem suam differre, nec in præsentibus umbris oculos defigere, &c [k]. De diebus Messiæ hæc phrasis accipitur Jer. 48. 47. & 49. 39. Ezec. 38. 8, 16. Dan. 10. 14. Hos. 3. 5. Act. 2. 17. 1 Joh. 2. 18 [l]. ¶ *Præparatus* (vel, *positus*, ut Psal. 93. 2. Angl. sub. *erit*, P. vel, ut *fixus*, vel *stabilitus*, vel *firmiter constitutus*, *fit*, Ca. Pi. Ang. ubi *constitutus fuerit*, JT.) *mons domus Domini*] Sic M. P. Mo. i. e. mons Zion, super quem domus Domini consistit [m]. נָכוֹן וגו'] Vox hæc jungi potest vel, 1. cum sequentibus, *præparatus erit mons*, &c. vel, 2. cum præcedentibus, hoc modo, *Verbum quod vidit Esaias*, &c. *& erit in postremis temporibus firmum*, seu *ratum*, id est, ejus certitudo tunc comprobabitur: q. d. non brevi, neque nostris diebus, adimplebitur. Quare vertere poteris, *Et erit in novissimum dierum destinatum*. נכון autem sic usurpatur Gen. 41. 32. *decretum est verbum à Jehova*, &c [n]. ¶ *In vertice montium*] i. e. In loco conspicuo [o]. Sed ridiculum hoc videtur de Sione colliculo, maximè post excisum Templum, &c [p]. Respond. Intelligendum hoc de gloria spirituali, &c [q]. Consolatur Propheta pios, &c. q. d. Mons quidem hic desertus est & deformis, nullum ibi Templum, &c. adhuc tamen Deus in illo sedem habebit, & Evangelium indè manabit, &c [r]. Sensus loci, Religio Domini, qui in Zione colitur, cæteras omnes religiones dignitate superabit, efficiétque ut contemptæ & abjectæ sint*. ¶ *Et fluent* (vel, *confluent*, P. Mo. Ti. &c.) *ad eum omnes*

a Glass. rhet. 1. 12. 358. b Pi. c Ang sim. Pi. d Ang. * G. f Musc. in Marl. g Me. T. M. Ang. ex Heb. simil. Pi. Calv. h M. i Calv. k Calv. l Ang. m Ang. n For. o Ang. p Calv. q Ang. r Calv. * For.

nes gentes] i. e. Multi ex populis, hostibus Syrorum, Hierosolyma se ut ad locum tutissimum conferent, & ibi in atrio Gentium Deum adorabunt †. At hic non agitur de particulari quorundam confluxu, sed de universali Gentium vocatione. Quando autem (non dicam omnes, sed) multæ gentes insigni numero eò confluxêre? Designet tempus, producat historias, nec ex suo ingenio hæc confingat, Grotius. Num id factum post liberatam ab obsidione Rasinis Hierosolymam? Num eo tempore *exivit lex de Jerusalem*, &c [r]? Sublimiore sensu hunc locum de Messiæ temporibus etiam Hebræi intelligunt [v]. Imò verò ad literam de Regno Messiæ & Gentium vocatione agit; & de Messia RS. & alii Judæi locum accipiunt †. ¶ וְנָהֲרוּ וגו׳] *Confluent* (ut vox sign.) instar fluminis, i.e. non coacti, sed spontè [x]; (vide Psal. 110. 3. Jer. 31. 12. & 51. 44 [y].) cum celeritate [z], & copiosè, ceu cum ingente rivulorum confluxu, &c [a]. Cùm autem flumina non in montes, sed à montibus, impetu fluant, satis innuit hoc verbo quòd, etsi hominibus ardua videatur Christiana perfectio, eo tamen impetu ad illam anhelant quo solent flumina in præceps labi [b]. Sumpta hæc metaphora ab aquis, quæ in S. S. sæpe populos significant [c].

3. *Et ibunt*: longo quamvis itinere [d]: וְהָלְכוּ] *Et venient*, Calv. Non vi trahentur, sed sponte venient, amore tracti *. ¶ *Dicent, Venite*, לְכוּ] Vox hortantis & excitantis, ut Græc. δεῦτε, & Latin. *adeste* [f]. ¶ *Ascendamus ad montem*] Quod ad Sinai facere non licuit, Exod. 19. 12, &c [g]. ¶ *Docebit nos vias suas*] Vel, *de viis suis*, V. Pi. i. e. de ratione ipsum colendi, & salutem consequendi [h]. Vel, *ut doceat*, sive *instituat*, &c. For. Ang. quasi hic sit euntium præcipuus finis & scopus, ut erudiantur & ambulent in viis ejus [i]. ו valet *ut*, sicut Jos. 24. 9. Mal. 1. 9 [k]. ¶ *Quia de Sion exibit lex*, &c. תּוֹרָה וגו׳] *Doctrina*, nempe Evangelii, ut ex re ipsa, & prophetiæ hujus impletione, patet. Vide Psalm. 19. 5. Esa. 1. 10. Rom. 3. 27. &c [l]. Non sunt hæc verba populi, sed Prophetæ superiora explicantis [m], & ostendentis quid populum impulit ut eò conflueret [n]. Impletum hoc per Apostolos [o]. Vide Act. 1. 8 [p]. Rom. 3. 2. & 10. 18 [q].

4. *Et judicabit* (Christus scilicet [r], Judex à Patre constitutus, Joh. 5. 22, 23 †.) *gentes*] Id est, imperabit eis, reget eas [t]; corda subjugabit [v]; jus dicet [x]; judicem aget in conscientiis electorum ex Gentibus per prædicationem, &c. veluti citans eos ante suum tribunal, & scelerum suorum coarguens, ac demum resipiscentes atque in ipsum credentes absolvens [y]. ¶ *Et arguet*] Non verberibus, sed verbis. Verbum הוֹכִיחַ hîc sumo ut Gen. 24. 14, 44. *Illa sit mulier quam correxit Jehova*, &c. i. e. quam ut pædagogus effinxit & instituit [z]. Convincet eos de peccatis, Joh. 16. 8, 9 [a]. ¶ *Et conflabunt* (vel, *concident*, M. Ti. V. *contundent*, P. Mo. Pi. *cudent*, Ca.) *gladios suos in vomeres*] Sic Ca. Ch. Sy. V. vel, *ligones*, M. P. Ti. &c. q. d. in instrumenta pacis & agriculturæ [b]. Contrarium fit Joel. 3. 10 [c]. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא יִלְמְדוּ וגו׳] *Et non discent ultrà bellum*, M. P. Mo. &c. *Neque assuescent*, &c. Ti. Hoc Judæi nobis objiciunt, cùm de Messia sermo est. Resp. 1. Christus natus est sub Augusto, cùm pax universalis erat aliquanto spatio; nec τὸ עוֹד semper perpetuitatem denotat [d]. 2. Est hæc allegoria metaphorica *, quâ significatur spiritualis pax & unitas [f], concordia & mutua dilectio Christianorum [g]. q. d. Gentes [conversæ] inter se certabunt, non injuriis & maleficiis, sed mansuetudine & charitatis officiis, &c [h]. Jehova ipse Verbo suo lites dirimet ob quas inter se belligerabant Gentes [i]. Gentes priùs hostiles jam amicæ factæ sunt, Act. 11. 3, 12, 18. Quòd Evangelium secum ferat bellum & *gladium*, &c. Matt. 10. 21, 34. id non fit ex natura doctrinæ, quæ contrarium jubet, Rom. 12. 18. Heb. 12. 14. sed ex corruptione cordis humani [k]. Nihil gentes barbaras mansuefacere potuisset nisi Verbum Jehovæ, cujus vis hîc notanda est. Docet nos Evangelium citiùs ipsam vitam quàm charitatem amittere [l].

5. *Domus* (vel, *O domus*, Ti. vel, Et nunc, *domus*, ό. vel, Dicent, *Domus*, Ch.) *Jacob*, (q. d. non modò Jerosolymitani, sed omnes Israelitæ [m], ex Jacobo orti [n],) *venite*; ità M. &c. vel, *agite*, Ca. JT. Pi. לְכוּ] *Adeste*, P. Mo. Sunt hæc verba vel, 1. Gentium ad Christum conversarum [o], quæ, Evangelii suavitatem expertæ, Judæos hortantur, &c [p]. & renitentes excitant; q. d. Credite nobiscum in lucem hanc quæ ex monte vestro Zion prodiit: quem dicunt vestri Prophetæ, invenimus Messiam [q]. Vel, 2. Prophetæ, qui acriter Judæos perstringit Gentium exemplo [r]. Vide Deut. 32. 21. Rom. 10. 19. & 11. 13, 14 †. ¶ *Ambulemus*, &c.] i. e. Vivamus ex præscripto Evangelii [t].

6. *Projecisti*, &c. כִּי נָטַשְׁתָּה וגו׳] *Quia*, vel *Nam, dimisisti*, P. Mo. ό. vel, *deseruisti*, M. *Quandoquidem deseris*, &c. JT. Causam explicat, cùm superioris prophetiæ de vocatione Gentium, tum hortationis proximè antecedentis, eorum nempe scelera, ob quæ Deus illos reprobavit. Loquitur hîc per apostrophen ad Deum, velut certissimum testem & vindicem scelerum; *deseris*, &c. i. e. jamjam præstò est ut abjicias populum tuum, &c [v]. *Ideo* (Sic כִּי sumitur Psal. 116. 10. collat. cum 2 Cor. 4. 13. Jer. 9. 20 [x].) *deseris*, &c. Ca. *Certè deseruisti*, Calv. *Sed deseruisti*, Pi. Angl. Ti. כִּי hîc non est conjunctio causalis [y], sed adversativa [z]. q. d. Sed quare hortor eos ad fidem, cùm id frustrà fit [a]? Tu eos justè repulisti [b], quia, se idololatriis addicentes, perfidè à Verbo tuo desciverunt [c]. כִּי pro כִּי אִם, ut passim [d]. כִּי *sed*, ut Neh. 6. 8, 12. Job. 9. 35. & 23. 10 *. *Projecisti enim*, &c. q. d. Nemo miretur quòd Gentes, quæ ignorabant Deum, Judæos ad agnitionem luminis hortantur, quandoquidem tu, ô Jehova, deseris populum tuum [f]; i. e. partem populi tui, Rom. 11. 25. Synecdoche integri [g]. Al. *Projecisti*, i. e. *projeceras*, permiseras durâ obsidione premi [h]. Glossa jejuna & aliena. 1. Non de re præterita sermo est, sed de futura. 2. Nec illa obsidio Rezin, à qua liberata est urbs, pro populi projectione habenda est [i]. *Projecisti*, i. e. destituisti illos, tum efficaci lumine, quo Messiam agnoscant; tum necessario auxilio, quo hostibus resistant [k]. Vocat Scriptura S. *à Domino relinqui*, omnimodam miseriam [l]. ¶ *Quia repleti sunt ut olim*; sim. ό. Ch. Sy. Ar. מָלְאוּ מִקֶּדֶם] *Pleni*, sive *repleti*, *sunt* (sub. *rebus*, Pi. Di. vel, *malis*,) JT. vel, *superstitione*, P. simil. Pi. &c. vel, *idololatriâ*, Angl. & nefariis artibus [n]; vel, *præstigiis*, Di. nempe acceptis sive assumptis [o], per imitationem [p],) *ab*, vel *ex, oriente*, Mo. Pi. Di. Ang. &c. i. e. orientalibus populis, Syris putà & Mesopotamiensibus, ut patet ex seq [q]. vel, *præ oriente*, sive *magìs quàm oriens*, P. Ti. V. Ang. marg. Eò *quòd abundant magicâ plusquam orientales*, M. Aramæi sive Chaldæi *. Vide similem phrasin Psal. 18. 18. & 45. 8. & similem ambiguitatem, Jer. 4. 15. & 49. 19 [r]. Alii מָלְאוּ activè sumunt, ut alibi sæpe, & vertunt, *quia repleverunt* terram suam præstigiis *præ oriente*. Moneo מְלָא in Targum & in N. T. Syr. passim pro Hebræo שָׁאַב *hausit* usurpari; implet enim vas qui haurit aquam: hinc optimè vertas, *quia hauserunt ex oriente* †. Causas aperit hujus derelictionis: & initio collocat, *quòd pleni essent* (nempe divitiis, nam מָלְאוּ absolutè positum malim ad copiam rerum referre, quàm ad magiam, &c.) *præ orientalibus*, quorum divitiæ in proverbio sunt, & observarent astra, &c. q. d. quòd eas artes exercerent, non [ex inopia &] ut ventrem implerent, sed, saginati & opulenti: quod turpissimum erat, & magis mirandum [r]. [Simil. Ca. locum accipit, sic vertens, *Quòd, cùm sint jam olim pleni*, (i. e. divites [v],) *utuntur hariolis*, &c.] ¶ *Et*, &c. וְעֹנְנִים] *Et auguribus*, M. *mathematicis*, Ti. ב deficit, ut Psalm. 44. 3. & repetendum, *pleni sunt* [x]. *Præstigiis utuntur*, Sy. [Alii in nominativo reddunt:] *Et augures*, Mo. P. Ch. Ang. vel, *præstigiatores*, Pi. vel, *divini*, V. vel, *observatores*, ut Jer. 27. 9. q. d. oculis observantes, dicti à עַיִן *oculus* [y]; ut significentur astrologi, qui observant tempora rebus agendis opportuna [z]: vel potiùs, à עָנָן *nubes*, sive quòd in nubibus seu aere observent volatum & garritum avium; sive quòd quasi nubibus obductis perstringant oculos spectantium [a]. Sub auguriis per synecdochen complectitur Satanæ fallacias, quibus deditæ erant profanæ gentes [b]. ¶ *Ut Philistiim*] Qui auguriis dediti erant, (1 Sam. 6. 2.) & ab occidente Judææ erant, ut Syri ab oriente. Ex malis his vicinis ipsi malas artes didicerant. Vide 2 Reg. 21. 6. 2 Par. 33. 6. Esa. 57. 3. Jerem. 27. 9 [c]. ¶ *Et pueris*, &c.

וּבְיַלְדֵי

[Margin notes, left column:] † G. — [r] Calov. — [v] G. — † Calov. — [x] Ang. sim. For. — [y] Ang. — [z] For. — [a] Ang. — [b] For. — [c] Oecol. in Marl. — [d] Ang. — * Oecol. in Marl. — [f] For. — [g] Ang. — [h] Pi. — [i] For. sim. Ang. — [k] Ang. — [l] Pi. — [m] Musc. in Marl. sim. Ang. ex He. — [n] Ang. — [o] Calov. sim. Pi. — [p] Pi. — [q] Calov. — [r] Pi. Ang. — † Ang. — [t] Calov. sic San. Ang. — [v] Ang. — [x] For. — [y] Pi. — [z] For. — [a] Ang. — [b] V. — [c] Ang. — [d] D. obs. 16. 6. — * Ti. — [f] Glass. gram. 3. 5. 13. 460. — [g] Pi. sim. Ang. — [h] Calv. — [i] For. — [k] Ang. — [l] For. — [m] Musc. in Marl. — [n] Pi.

[Margin notes, right column:] [o] For. sim. San. — [p] San. — [q] For. — [r] Calv. — Ang. — † Ang. — [t] Pi. sim. Ang. — [v] Jun. — [x] Ang. — [y] Pi. — [z] San. ex V. — [a] Pi. sim. Calv. Ang. — [b] Calv. Ang. — [c] Calv. — [d] Pi. — * Ang. — [f] For. — [g] Pi. — [h] G. — [i] Calov. — [k] T. — [l] For. — [n] Pi. — [o] Pi. sim. Di. — [p] Pi. — [q] Pi. — * V. — [r] Ang. — † Di. — [r] For. — [v] Ca. — [x] Ang. — [y] For. — [z] Q. in Pi. — [a] Pi. — [b] Calv. — [c] Ang.

וּבְיַלְדֵי נָכְרִים יַשְׂפִּיקוּ] In his verbis magna est varietas[d]. Et (vel, *Denique*, JT.) *natis*, vel *innatis*, vel *filiis*, *alienorum*, vel *alienigenarum*, (vel, *nothis*, For.) *sufficientes fuerunt*, Mo. He. in Angl. nam שָׂפַק *sufficere* valet, 1 Reg. 20. 10*. vel, *satis se habere putarunt*, M. vel, *acquiescunt*, V. JT. Pi. ad verb. *contenti erunt*, fut. pro præs. V. i. e. Non acquiescunt doctrinæ & Verbo Dei, quod Gentes amplexuræ sunt suprà vers. 3. sed externa omnia præferunt simplicitati Legis Divinæ †. Vel, *satagerunt*, Ti. vel, *applauserunt*, V. Sym. in D. i. e. applaudunt, V. Vel, *sibi satisfaciunt*, sive *congratulantur* & *placent*, (nam cognationem habet cum סָפַק, quod *manus complodere* significat, licèt plerumque in malum ;) i. e. nothos gignunt sufficienter, sive satis multos, & vehementer amant tales filios procreare sive habere[f]. Malim, *abundant*, ut 1 Reg. 20. 10. & Job. 20. 22. Id meliùs convenit tum præcedentibus, tum sequentibus[g]. *Et filii multi alienigenæ facti* (vel, *nati*, Ar.) *sunt eis*, ο'. sim. Sy. Ar. Al. Taxat eos quòd *alienigenas* ducerent uxores, quarum filii נָכְרִים dici poterant[h]. Delectati sunt talium connubiis, licèt Lege prohibitis[i]. Al. *& pueris alienis adhæserunt*, Vulg. Heb. *adglutinati sunt*. Notat nefariam pæderastiam, cui, more vicinarum gentium, indulgebant, ideóque pueros peregrinos & mancipia coemebant ; unde etiam *principes Sodomæ* dicti sunt[k]. Al. Discipuli in S. S. sæpe vocantur *filii*, ut, *filii prophetarum*, &c. Forsan itaque taxat Judæos quòd augures & divinos alerent, & quòd in damnatis artibus satis multos discipulos instruerent[l]. Al. *Filii alienorum* hîc sunt gentes exteræ, quarum gratiam captantes Judæi se earum vitiis implicuerunt[m], addicti & delectati earum ritibus & moribus, Jer. 10. 2, 3. Soph. 1. 8[n]. earúmque institutia, impura licèt & idololatrica, cum voluptate sectati sunt[o]. *Filii alienigenarum*, pro ipsis *alienigenis*, ut Neh. 9. 2. Psal. 18. 45, 46. & 144. 7, 11. Esa. 60. 10. & 61. 5[p]. Quia placuerunt illis mores Assyrii, tradentur Assyriis[q]. Alii *filios alienos* metaphoricè intelligunt[r] ; nempe, doctrinas & instituta Gentium †. *Et in legibus populorum ambulant*, Ch. *Et in scientiis alienis* (vel, *alienorum*, He. in V.) *fuerunt sufficientes*, P. vel, *occupant se*, sub. *omissâ lege Divinâ, & præceptis*, He. in V. Legitur יַשְׂפִּיקוּ per שׂ, vel ס, in eadem tamen significatione. *Natos* more Hebræorum vocat cogitationes, consilia & fœturas : q. d. In libris editis ab exteris de auguriis & maleficiis acquiescunt[t]. Al. נָכְרִים hîc, ut alibi sæpe, pro *diis alienis* forsan accipi possit, ut notet Propheta quòd *in genealogiis deorum satis instructi essent*. Et hic sensus est planus, & instituto satis accommodatus[v]. Al. *Et ab externis pendent hominibus*, Ca.

7. *Repleta est terra argento*, &c.] Explicat quod dixerat, *opulentiores esse oriente*, &c. q. d. Erant eis opes, exercitus, &c. non ergò vi & necessitate idola coluerunt, sed sponte, &c[x]. Non est per se malum abundare auro, &c[y]. sed damnat eos quòd iis abuterentur ad fraudem, luxuriam, superbiam, idololatriam, &c[z]. ¶ *Non est finis thesaurorum ejus*] Indicat vel, 1. magnam opum copiam, ut Nah. 2. 9. & 3. 3*. vel, 2. inexplebilem eorum cupiditatem†. ¶ *Equis*] Sub. *bellatoribus*, V. quibus fidebant, Esa. 31. 1[a]. quanquam vetitum esset eos multiplicare, Deut. 17. 16*. ¶ *Quadrigæ ejus*] q. d. Valuit arte militari, falcatos habuit currus innumerabiles[b]. Per *equos* & *currus* intellige omnem bellicum apparatum. Thesauros priùs nominavit, qui sunt robur belli[c].

8. *Idolis*] Ad verb. *nihilitatibus*, vel, quia *nihil* habent divinitatis[d]; vel, quia *nullius* sunt pretii*. Vide Jer. 2. 11. Hab. 2. 18, 19. 1 Cor. 8. 4[f]. Dicit *terram repletam esse* & *auro*, &c. v. 7. & *idolis*, hoc versu, ut observent auditores quàm bellè hæc impietas Divinæ beneficentiæ responderit[g]. Ex divitiis luxus, ex luxu contemptus Legis. Confer Deut. 32. 15, 16[h]. ¶ *Opus manuum suarum*, יָדָיו] Pronomen sing. pro plur. aut vertendum, *manuum ejus*, sub. *conflatoris*, ut sit relativum pro antecedente †. ¶ *Digiti eorum*] Heb. *illius*, i. e. cujusque ipsorum artificum[i].

9. *Et*, &c. וַיִּשַּׁח] *Et incurvat*, sive *incurvavit*, (vel, *deprimit*, JT.) *se*, P. Mo. Ca. Ti. vel, *inclinatus est*, M. V. nempe *coram idolo*, Pi. simil. V. ex versu præced[k]. *Et procubuit*, ο'. *Et humiliaverit se*, Sy. *Contempsit se*, Ar. [Hi itaque activè accipiunt, & de peccato. Alii passivè, & de pœna.] *Et humiliabitur*, Ch. *Proinde* (vel, *Verùm*, Q. in V.) *deprimetur*, vel *dejicietur*, vel, in plur. *deprimentur*, Q. in V. Ca. i. e. tandem animadvertet Deus in eos[l]. ¶ *Homo*] Plebeius scilicet, ex antithesi[m]. ¶ *Et*, &c. וַיִּשְׁפַּל אִישׁ] *Et humiliavit*, vel *demittit*, *se vir*, P. Mo. Ti. vel, *vir præstans*, JT. Al. *Et humiliatus est vir*, M. Vulg. *dejicientur viri*, Ca. *infirmabitur fortitudo virorum*, Ch. Propheta hîc vel, 1. crimen [præcedens] aggravat : sic *homo* & *vir* cunctos Israelitas includunt ; q. d. Nemo purus est ab hac labe[n] ; Omnes idololatræ sunt[o]. Vel, 2. repetit quod de pœna dixerat, docétque ruinam omnibus instare. Alludit ad incurvationem cujus paulò antè meminit ; q. d. Humiliârunt se coram idolis, Deus ergò cladium mole eos humiliabit[p]. Ut omnes ex æquo rei sunt, ità ex æquo punientur[q]. ¶ *Nè*, &c. וְאַל תִּשָּׂא לָהֶם] *Et* (vel, *Propterea*, JT. sim. Sy. Ca. vel, *Tu verò*, Domine, M.) *non parces*, vel *remittes*, *eis*, P. Mo. M. Angl. Imprecationis speciem hoc habet ; sed revera est vaticinium, quod per imperativum explicari solet : ut Zach. 13. 7. *Percute pastorem* ; & infrà 47. 2. *Tolle molam*, &c[r]. אַל interdum negat tantùm, ut Psal. 121. 3. Prov. 12. 28. Vel docet sententiam præced. fixam esse & irrevocabilem ; vel, sine mora exsecutioni mandandam†. Al. *Nè remittito*, vel *parcito*, *eis*, Ti. JT. Pi. sic Ch. Sy. Nè sines impunitos abire[t]. Ex zelo hoc dicit[v] ; (nec mirum est eum adeò incalescere, ut gentiles suos exitio devoveat, quando nihil ei honore Dei sit pretiosius[x] ;) vel propheticè, pro, *non dimittes*[y]. Imprecatio eòdem recidet ; quia scimus Prophetas, quoties zelo Dei accensi imprecationes proferunt, quasi dictante Spiritu denunciare impiis justam pœnam[z]. Ut priùs per conjunctionem res maximè separatas copulabat, *Et repleti sunt argento — & equis — & idolis* ; ità mimesi quadam peccata eorum cum indignatione Divina connectit, *Et incurvatur — & non remittes* : q. d. Illi beneficia tua impietate compensant ; tu, impietatem ipsorum severitate ; quod multò æquius est[a]. Summa est, Non antè sperandam instaurationem novæ Ecclesiæ, quàm Deus, exciso Templo, judicium exsequutus sit[b].

10. *Ingredere* (vel, *Abi*, Ti.) *in petram*, &c. ità M. P. Mo. &c. בּוֹא וגו'] Propheta impiis insultat, quòd non possint evadere[c]. Quia securi sunt impii inter minas, solent Prophetæ vivas descriptiones addere, &c[d]. q. d. Cùm nolitis ad Deum redire, quò iram ipsius avertatis*, & perditio vobis immineat[f], effugite, si potestis, manum Dei. Sarcasmus[g]. Ingredimini rupes, ut ibi lateatis[h]. Non hoc suadet, quasi talia loca securitatem ipsis præstarent ; sed prædicit calamitosum eorum statum, &c[i]. *Ingredere*, &c. Propheta, zelo gloriæ Dei commotus, imprecatur seu vaticinatur peccatum hoc eorum nullâ veniâ dignum esse. Alii infin. esse volunt pro fut. vertentes per plurale, Nam *ingredientur in rupes* urbi propinquas, *& abscondent se in ipsum pulverem*, i. e. in cavernas subterraneas, tempore scilicet ultionis Domini. Ità etiam Chald[k]. *Ingredere*, pro, *ingredieris*, ex collat. v. 19. & 21[l]. ¶ *A facie timoris Domini*] Sic ο'. Ar. Ch. M. sim. Pi. P. Mo. *Præ pavore*, vel, *ob timorem*, *Domini*, Ti. Ca. sim. JT. Pi. Sy. quo scilicet extimesces Jehovam adventantem cum flagellis suis[m]. Præ pavore quem incutient vobis hostes immissi à Domino[n]. Pavor latebras optare ac petere facit[o].

11. *Oculi*, &c. עֵינֵי גַבְהוּת אָדָם שָׁפֵל] *Oculorum altorum* (vel, *Oculis altis*, JT.) *homo* (Trajectio vocum, pro, *Homo oculorum altorum*[p],) *humiliabitur*, Pi. simil. JT. *Oculi elati*, sive *sublimes*, sive *superbi*, (vel, *elationis*, sive *superbiæ*, sive *tumoris*, V. Mo.) *hominis humiliabuntur*, vel *dejicientur*, P. V. &c. Est enallage numeri, [sing. pro plur.] ut notetur distributio in singulas species[q]. Sed obstat quòd עַיִן est gen. fœm. שָׁפֵל gen. masc[r]. Al. *Sublimitas oculorum hominis humiliabitur*, M. vel, *humilis erit*, Ti. Verùm שָׁפֵל masc. non convenit cum גַבְהוּת fœm †. Solent modesti & humiles oculos sæpe demittere ; superbi verò, eos elevare & defigere[t]. ¶ *Exaltabitur — Dominus solus*] Tanquam gloriosissimus vindex sui[v]. Redit ad tempora liberatæ urbis, quando multos Judæos, pessimè ab idololatris vexatos, à Deo autem liberatos, tæderet cultûs præstiti idolis[x]. Qui

Margin notes (left column): d For. * Ang. † Jun. f For. g Ang. h For. i Ang. k T. ex Hi. & Rup. &c. sim. San. l For. m Calv. n Ang. o Marl. p Ang. q G. r Q. in Calv. † He. in G. t V. v For. x For. sim. Calv. y Ang. sim. Calv. &c. z Ang. * Ang. † Calv. Ang. &c. a Ang. * V. b Ang. sim. G. c For. d Ang. * Pi. Ang. f Ang. g For. h G. † V. i V. k Pi.

Margin notes (right column): l V. m Pi. n Q. in Calv. o Ang. p Calv. q Ang. r San. † Ang. t T. v Me. T. For. x Calv. y T. ex Me. z Calv. a For. b Calv. c Oecol. in Marl. d Calv. * Ang. f For. g Glass. rhet. 1. 5. p. 87. i Calv. k Ang. l V. m Pi. Pi. sim. Ang. n V. o For. p Pi. q Q. in Pi. r Pi. † Pi. t For. v Pi. x G.

Qui nunc solus contemptus est, tunc solus illustris erit[y]. ¶ *In die illa*] Quum vindictam sumet de hostibus[z]. Quum Judæos flagellabit per Chaldæos[a].

12. *Dies* (sub. *iræ*, Glas.) *Domini*, &c. [לַיהוָה] Erit *Domino*, JT. Pi. Angl. ut in titulis Psalmorum 7. & 102. & 127*. i. e. destinatus à Domino ad visitandum impios, &c[b]. ad exsecutionem judicii ejus, sive generalis, Act. 17. 31. &c. sive specialis, ut hîc, & Esa. 13. 6, 9[c]. יוֹם *dies* sæpe denotat *revelationem rerum, inspectionem & judicium*, ut 1 Cor. c. 3. vers. 13[d]. ¶ *Super*, &c. [עַל כָּל־גֵּאֶה] *Super* (vel, *contra*, Pi. Angl.) *omnem superbiam*, Ti. vel, *superbum*, P. Mo. Pi. &c. Profitetur se Deus omnium superborum hostem esse†, quia illi se maximè Deo opponunt; Prov. 6. 17. & 16. 5[f]. *In omnia sublimia*, JT. ¶ *Arrogantem*, [נִשָּׂא] *Elatum*, M. P. Ti. Pi. vel statu, vel corde[g]. ¶ *Et humiliabitur*; ità P. sic ο'. Ch. [וְשָׁפֵל] *Et humiliabit se*, Mo. *ut demittatur*, vel *humilietur*, JT. Pi. sic Sy. Sed hi intempestivè pœnam hîc intelligunt, de qua paulò pòst[h]. Al. *& humilem*, M. Ti. For. i. e. qui, licèt superbus sit, v. 11. coram idolo tamen humilis est, ut dictum v. 9[i].

13. *Cedros Libani sublimes*, &c.] Intellige vel, 1. magnifica ædificia ex his cedris & quercubus constructa, ut Jer. 22. 6, 14, &c[k]: vel, 2. homines fastuosos viribus aut divitiis confidentes[l]; excelsos vel staturâ, vel dignitate[m]: vel, 3. *cedros*, i. e. Regem & Principes Syriæ; & *quercus*, i. e. Regem & Principes Israelis[n].

14. *Montes excelsos*] Id est, montana Ammon. & Moab. & Edom. &c[o]: vel, incolas montium[p], qui eis, tanquam locis inexpugnabilibus, gloriabantur[q].

16. *Naves Tharsis*] Ità P. Mo. &c. vel, *Cilicas*, Ca. vel, *oceani*, sive *maris*, ο'. Ar. JT. Pi. i. e. naves majores, quæ in oceano navigant[r]. Naves onerarias magnas, quibus ibant in *Tharsis* auri causâ, 1 Reg. 10. 22*. *Tharsis* autem erat locus in India, qui & *Ophir* dictus[t]. Cui repugnat quod legitur 1 Reg. 22. 48. *naves Tarsis ut irent Ophiram*. Rectiùs alii Tarsum, Ciliciæ portum, intelligunt, à quo mare Mediterraneum denominationem accepit[v]. Al. super Tyrum, quæ Syriis tunc erat fœderata[x]. Verùm dies vindictæ non super Syros, aut Tyrum, sed super Judæos, hîc describitur: nam horum & peccata descripsit, & projectionem minatus est[y]. *Super omnes qui habitant in insulis maris*, Ch. ¶ *Super*, &c. [וְעַל כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה] *Et super* (vel, *contra*, JT.) *omnes imagines*, sive *picturas*, (vel, *figuras*, M. vel, *speculas*, Sy.) *desiderabiles*, vel *desiderii*, Pi. M. V. vel, *exquisitas*, Calv. sive factæ sunt ad usus superstitiosos & idololatricos, Levit. 26. 1. Num. 33. 52. sive ad ornamenta, vel cubiculorum, Ezec. 8. 12. vel navium, Ezec. 27. 7. Act. 28. 11[z]. שְׂכִיּוֹת significat *opera ingeniosè facta*[a]; hîc autem (per synecd. gen. & meton. adj.) videtur significare naves illas quæ imaginibus pingi solebant: —*pictásque innare carinas*, Æneid. 9[b]. *Et super omnem aspectum navium pulchritudinis*, ο'. *Et super naves pulcherrimas*, & summâ arte constructas, h. e. bellicas, quales solent esse Regibus in deliciis; vel, *super machinamenta pulcherrima & ornatissima*[c]. Al. *super palatia pulchritudinis*, Ch. & He. in V. *Super omnia quæ visu desiderabilia sunt*, Al. in V. Intellige, super eos qui superbiunt ob rem quamlibet pretiosam, ut sunt habitacula magna, egregia & figurata[d].

17. *Et incurvabitur*, &c.] Repetitio est vers. 11†. quòd videret auditorum oscitantiam, & in re tanti momenti desidiam atque torporem; & ut nemo sit qui dubitare audeat de his quæ dicuntur[f]. Declarat Propheta se ad homines respexisse, dum varias nominavit species altitudinum[g].

18. *Et*, &c. [וְהָאֱלִילִים כָּלִיל יַחֲלֹף] *Et* (vel, *Autem*, M. vel, *Porrò*, Ti.) *idola* (vel, *idolorum* celsitudo, JT. ex v. præced[h]. Sed ellipsis durior est, quum non habeat vocem *altitudinem*, ut in v. præced[i]. Vel, *idolorum unumquodque*, Pi. Angl. quod constructio nom. plur. cum verbo sing. innuit, ut Gen. 49. 22[k]. Vel, *Et vana*, Mo.) *penitus*, sive *prorsus*, (vel, *in universum*, M. Ti. Calv. Ità vox sumitur de sacrificiis Levit. 6. 22, 23, &c[l]. Vel, *sicut nox*, quæ immutatur & in diem transit; vel, *sic quasi in nocte*, i. e. in tenebris & squalore jacebunt ingloria & sine cultu. Ità כָּלִיל est dictio composita ex כ *sicut*, & לִיל *nox*. Hoc malim, quia nomen כָּלִיל vix unquam sic accipitur ut h. l. accipiunt[m].) *concidet*, P. Mo. vel, *evertet*, Ca. *perdet*, V. *transmeabit*, JT. Pi. *permutabit*, Ti. חָלַף propriè significat mutationem vel loci, vel temporis, vel conditionis aut qualitatis, sive in bonum, sive in malum[n]. Vel, *exterminabit*, M. V. sub. *Deus*, de quo v. 17[o]. Vel, *peribunt*, aut *evanescent*, Ch. in V. sim. Sy. Angl. Verbum enim est passivæ significationis, & significat mutationem cum dissolutione junctam, Job. 14. 14. Psal. 102. 27[p].

19. *Et introibunt in speluncas*, &c.] Scil. Judæi idololatræ[q], terrore perculsi[r]. Priùs eos alloquitur, *Ingredere*, &c. v. 10. quò duriùs animos eorum percelleret: nunc pronunciat quid sint facturi. Et hinc constat sententiam illam v. 10. non exhortationem fuisse, sed gravem iræ Dei denunciationem, &c*. ¶ [וּבָאוּ] *Itaque ingredientur*, Ca. *Quum venient* homines, &c. JT. *Ibunt*, vel, Homines *ibunt*, &c. vel, *Tunc erit itio*, &c. Impersonalis & indefinita locutio, ut Num. 19. 5. *comburet*, &c. Mal. 1. 4. *vocabunt*; quæ hîc emphatica est, quia neminem nominat: q. d. Undiquaque nihil erit nisi fuga in petras, &c[t]. ¶ *Et*, &c. [וּבִמְחִלּוֹת עָפָר] *Et in voragines* (vel, *foveas*, P. vel, *hiatus*, Ti. JT. Pi. *concavitates*, Mo.) *terræ*, seu *pulveris*, M. Ca. Ti. JT. Pi. Vulg. vel, *subterraneas*, P. ¶ *Cùm surrexerit*] Qui dormire visus est: quum Judicis instar eminet, ut palàm fit nullum scelus ipsi aut abditum, aut inultum, esse[v]. ¶ *Percutere*, &c. [לַעֲרֹץ הָאָרֶץ] Pulchra paronomasia, quæ vix aliâ linguâ exprimi potest[x]. *Ut conterat* (vel, *condemnet*, M. vel, *concutiat*, Ti. V. vel, *terreat*, Q. in V. sic Pi. vel, *violenter exagitet*, JT. sim. Ang.) *terram*, P. &c. vel, *hanc terram*, JT. Judæam[y].

20. *In die illa*] Divinæ ultionis[z]. q. d. Nunc idola mordicus retinetis, &c. tunc malis obruti abjicietis[a], quum eorum impotentiam ad opem vobis ferendam cernetis†. ¶ *Projiciet*] Cum contemptu & indignatione[b]. ¶ *Quæ*, &c. [אֲשֶׁר עָשׂוּ לוֹ] *Quæ fecerunt* (sub. *quisque*, JT. Pi.) *sibi*, M. P. Mo. JT. Pi. &c. vel, *ei*, sub. *artifices*, V. ¶ *Talpas*, &c. [לַחְפֹּר פֵּרוֹת וְלָעֲטַלֵּפִים] Hæ voces construuntur vel, 1. cum proximo verbo, *ad incurvandum se*[c]. Locum sic reddit Hi. *Projiciet homo idola*, &c. *quæ fecerat sibi ut adoraret, talpas & vespertiliones*. Quomodo & RS. Horum imagines ipsi colebant[d]. Nullum ferme est animantis genus quod non in aliqua parte Ægypti sit cultum pro Numine†. *Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens Ægyptus portenta colat*[f]? Colebant idololatræ vilissima animantia, Ezec. 8. 10[g]. Athribitæ [in Ægypto] murem araneum, teste Strab. 17. &c[h]. Sed minùs placet hæc sententia, licèt Hebræa id ferre possint; quia talpas & vespertiliones à veteribus pro diis fuisse cultos nusquam legi[i]. At *apud Ægyptios bestiæ omnes pro sacris habentur*, Herod. l. 2. num. 65. & Virg. Æn. 8. *Omnigenûmque deûm monstra*—Et Plin. 30. 3. *Peculiare* (inquit) *vanitatis sit argumentum, quòd animalium cunctorum talpas maximè mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cæcitate perpetuâ, &c. Nullis æquè credunt extis; nullum religionis capacius judicant animal: ut si quis cor ejus recens palpitánsque devoravit, divinationes & rerum efficiendarum eventus promittant*. [Magno itaq; suo merito ea animalcula ab Ægyptiis culta fuisse verisimile est.] Nec mirum Judæos imitatos esse Ægyptios, &c[k]. [Non pauci ergò illam sententiam sequuntur, & locum sic reddunt;] *quæ fecerunt——ut incurvarent se imaginibus talparum & vespertilionum*, P. vel, *illis*, (nempe idolis, deinde addunt per appositionem[l],) *talpis & vespertilionibus*, JT. q. d. cæcis & luscîosis, [idolis, qui oculos habent, sed non vident, &c.] Ironia lepida[m]. *Quæ sibi fecerant, ut adorarent idola* (vel, *vana*, ο'. Sy.) *& simulachra*, Ch. vel, *& vespertiliones*, ο'. Sy. Vel, 2. construunt cum verbo remotiore, *projicient*, &c[o]. [Locum sic reddunt;] *Projiciet homo vana*, vel *idola*, &c. *quæ fecerunt sibi ad incurvandum se*, (vel, *ut adorarent* illa, V.) *ad fodiendum foveas* (vel, *fodientibus foveas*, quâ phrasi talpas intelligunt[q]; vel, in locum quem faciunt *fodiendo fossas*, i. e. in locum plenum cavernarum[r],) *& vespertilionibus*, Mo. &c. vel, *in fossuram*, sive *cavernam*, vel *foramina*, *talparum & vespertilionum*, M. Ti. Q. in V. Calv. *Dejicient——divos*, &c. (*quos ipsi sibi fecerunt colendos*) *in talparum foramina, inque funiculos*, Ca. [Hi לַחְפֹּר פֵּרוֹת pro duabus vocibus accipiunt.] pro

Marginal notes (left): y Musc. in Marl. — z Marl. — a Pi. — * Ang. — b Musc. — Ang. — c Ang. — d For. — † Calv. — sim. Ang. — f Ang. — g Ang. — h For. — i For. — k Ang. — l For. — m Ang. — n G. — o Q. in Musc. — p Musc. in Marl. — q Ang. — r Pi. — * V. — t Q. in Ang. — v Ang. — x G. — y Calov. — z Ang. — a Pi. For. — b Pi. — c Q. in V. — d M. — † Marl. — f For. — g Calv. — h Jun. — i Pi. — k Ang. — l Ang.

Marginal notes (right): m For. — n For. — o Ang. — p Ang. — q Pi. — r Ang. — * Calv. — t Ang. — v Calv. — x Calv. — y Pi. — z Pi. — a Marl. ex V. — † Ang. — b Ang. — c Q. in Buxt. sic For. San. — d For. sim. Ang. — † G. — f BA. — g Ang. — h BA. 1. 35. 1033. — i BA. ib. — k Mi. — l Mi. — m Jun. — o Q. in Buxt. sic Ang. &c. — p Buxt. ib. — q V. — r Q. in V.

pro חֲפִירוֹת, ut apud Talmudicos reperitur. Sic & לְ in לַעֲטַלֵּפִים foret nota casûs genitivi. Sed coactum hoc videtur, nec פֵּרוֹת pro *talpis* ullibi reperitur *. Multa porrò hîc notanda sunt. Primò, quòd vox hæc divisim scribitur [t] ab omnibus [v], לַחְפֹּר פֵּרוֹת, quasi duæ essent voces [x]. Nec novum hoc est, ut compositæ ejusmodi voces, cùm ex duabus integris & completis constant, divisim scribantur, quia compositæ voces raræ sunt apud Hebræos, adeóque monstrosæ quasi. Sic עַמִּי שַׁדַּי, & צוּרִי שַׁדַּי, sunt unum nomen proprium viri, scribuntur tamen in quibusdam libris & locis ut [vox] una [y]. Sic 2 Par. 34. 6. in plerisque editionibus scribitur בְּחַר בּוֹתֵיהֶם, pro בְּחַרְבוֹתֵיהֶם, *malleis eorum*, Jerem. 46. 20. יְפֵה פִיָּה, pro יְפֵהפִיָּה, *formosissima*; Thren. c. 4. v. 3. כִּי עֵנִים, pro כַּיְעֵנִים, *ut struthiones*; Ezec. 27. 6. בַּת אֲשֻׁרִים, pro בִּתְאַשּׁוּרִים, *buxis*. Idem in hac voce accidit, ut in duas divelleretur. Unde quidam explicant tanquam divisas voces; putà, *ad fossorem fructuum*, quasi sit avis genus sic appellata, quòd arborum fructus perforet & pertundat; vel, *ad fodiendum scrobes*, &c. Sed certum est ό. Ch. Sy. Ar. Aq. Sym. Th. Hi. unâ voce legisse, quia unâ voce expresserunt, variè tamen: Aq. *fossuras*; Sym. *infructuosa*; Th. verbum Hebraicum posuit ἀφαρφαρὼθ; Ch. *idola*, &c. Quibus rectiùs Hi. RS. &c. *talpas*, à חָפַר *fodere*, radicalibus geminatis, ut significatio sit intensior [z], q. d. *quæ multum fodiunt* [a]; terram enim magnâ curâ, totis viribus & quàm citissimè fodere solent *. Deinde, talpæ aptè junguntur vespertilionibus, quæ sunt animalia in multis similia. Utrumque, 1. vile est & immundum animalculum; 2. ad murinum genus quodammodo refertur. De talpa alibi probatum est. Vespertilio autem in Varrone ait, *neque in muribus, neque in volucribus, sum:* & in Æsopo, pro ave captus, dicit se *non avem esse, sed murem*. 3. Parùm vel nihil videt, indéque in locis obscuris degit. Quod maximè ad rem facit. Idola enim dicuntur ad talpas, &c. projici, cùm è sublimi loco tanquam in tenebras detruduntur, ut nè ampliùs hominibus suo fulgore illudant. Et videtur fuisse apud Hebræos proverbialis locutio, quâ *ad talpas*, &c. *projici* dicebatur quod erat planè despectum. Quamvis hoc ad literam impletum est Gen. 35. 4 [b]. Denique, vox hæc [in Hebræo] una est [c], & conjunctim legenda est, atque ut una vox & una res rectè intelligitur; quod non impedit divisa scriptio. Sic חֵלְכָאִים Psal. 10. 10. sive divisim, sive conjunctim, legas, nihil obstat quin utroque modo idem significatum adhibeatur [d]. τὸ עֲטַלֵּפִים *vespertiliones* omnes reddunt hîc, & Levit. 11. 19. Deut. 14. 18 †. *Talpæ & vespertiliones* spiritualiter cæcos & Dei ignaros notant: qu. d. Relinquent conversi ad Christum idola sua, quæ coluerunt, obstinatè cæcis & infidelibus; ipsi verò Domino in cœlesti lumine servient. Alii de occultatione ex contemptu ac pudore orta hanc metaphoram intelligunt; q. d. Qui antè idola sua collocaverunt in locis conspicuis, & de illis gloriati sunt, &c. nunc ad eorum mentionem erubescunt, &, quæ priùs inter divos, nunc inter contemptissima animalcula numerant *.

21. Et, &c. לָבוֹא] *Ad veniendum*, Mo. *Ut ingrediatur*, sive *ingrediantur*, P. Ch. V. sim. ό. Ca. *Quò* expeditiùs *subeant*, Ti. q. d. Illa abjicient [f], ut citra impedimentum citiùs se recipiant in cavernas [g]. *Ingrediendo*, JT. Pi. Sy. ¶ *Scissuras* (vel, *foramina*, P. vel, *cavernas*, Ti. JT. &c. *antra*, Ca.) *petrarum*," בְּנִקְרוֹת וגו'] Id est, in cavernas & speluncas [h]. ¶ *Et in*, &c. "וּבִסְעִפֵי וגו'] *Et in scopulos* (vel, *cavernas*, P. vel, *cacumina*, M. V. vel, *prominentias*, V. For. quæ sunt velut rami qui egrediuntur è petris [i]; vel, *foramina*, Ch. vel, *prærupta*, Ca.) *petrarum*, JT. Pi. &c. vel, *& in promontoria*. Partes rupium longiùs excurrentes significat, in quas conscendebant [k].

22. *Quiescite*, &c. חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם אֲשֶׁר נְשָׁמָה בְּאַפּוֹ] *Desinite*, vel *Cessate*, (vel, *Cessate* igitur, M.) *vobis* (sub. *timere*, M. P. vel sub. *confidere*, ex verbis seq [l].) *ab homine*, *cujus flatus* (vel, *anima*, P. V. vel, *spiraculum*, V. sub. *est*, M.) *in naso ejus*, Mo. &c. i. e. ab hominibus, quorum vita consistit in aspiratione & respiratione, qui spiritum vitalem per nares hauriunt; qui si comprimatur, protinus pereunt aeris inopiâ [m]. Denotat humanam fragilitatem; nempe vitam hominis esse instar flatûs, qui statim evanescit. Vide Psalm. 104. 29. & 146. 4 [n]. Sensus, Nolite fiduciam in ullo hominum ponere [o], nam *in ejus naso flatus est*: q. d. Flat quidem homo iratus minas; sed ira illa nihil est nisi tenuis flatus & inefficax, qui facillimè homini aufertur, ità ut homo illo ablato intereat [p]. Nè pendete ab homine, qui potest extingui. Vide Psalm. 146. 3, 4. & Lam. cap. 4. ver. 20 [q]. Post minas, hortatur impios ut se fallere desinant inani fiduciâ. qu. d. Video vos falsâ spe excæcatos esse. Id fit, quia vobis nimiùm arrogatis. Atqui homo nihil est, vobis negotium est cum Deo, &c. Confirmat hunc sensum v. 1. seq. cap. subjungit enim, *Dominus adimet* ea quæ animos vestros attollunt, &c [r]. ¶ *Quia*, &c. כִּי בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא] *Quid* (vel, *quanti*, JT. Pi. V. *quantilli*, G. vel, *pro quo*, Glas. vel, *in quo*, Mo. Ti. V. Pi. i. e. cum quo, sive cum qua re *,) *ille reputatur?* M. Mo. Ti. vel, *æstimatur?* Glas. gram. 4. 1. 5. 668. sic V. vel, *æstimandus esset?* JT. Pi. vel, *reputabitur*, i. e. comparabitur, *ipse*, scil. homo? q. d. Nihil est cum quo possit jure comparari: nullius omnino pretii est [s]. Vel, *faciendus est?* G. Sic positâ thesi, deinceps transit Propheta ad hypothesin, & Judæis hoc dictum accommodat toto [seq.] capite [v]. Alii hunc versum de Christo interpretantur: quod alienum est [x]. Ità rectè exponunt Hieron. & Orig. & Lutherus, & nostrates plerique omnes [y], & veteres Rabbini [z]. Monet Judæos nè impingant in lapidem offensionis, nempe in Christum, qui illis humilis videbatur, &c [a]. *Cessate vobis*, vel *Desistite*, *ab homine* (i. e. Religiosè cavete ab ipso perinde quasi à loco sacro: vel, Illum dimittite libere, nec negotium illi facessite; ut cùm Judæi dicebant Mosi, *Cessa*, vel *Desiste*, *à nobis*, *& serviemus Ægyptiis*,) *in cujus naribus est halitus*, sive *spiritus*; (i. e. vel, 1. qui, sicut alii homines, spirat, & mortalis est; vel, 2. in quo est Spiritus Sanctus, quem etiam Apostolis insufflavit;) *quoniam excelsum*, vel *excelsus*, (id בָּמָה sign.) *reputatus est ipse*, licèt in forma servi appareat; vel, *nam in eo* halitu, ac ex ejus spiritu, *æstimandus*, reputandus & magnifaciendus est: vel, si durum videatur בַּמֶּה vertere, *in eo*, vertas, *sed quanti* (ut sit potiùs admirantis quàm floccipendentis, sic enim מָה sæpe accipitur,) *æstimandus est?* vel, *pro vestro judicio faciendus est?* Etsi enim mortalis est, mirum quanti illum facere deberetis: simul enim Deus est, ille, inquam, Deus qui *auferet ab Jerusalem*, &c [b]. Ut præferam hanc expositionem Calvinianæ & Grotii multa suadent. 1. Quòd hæc optimè conveniant Christo, cui datum est omne judicium, qui solus exaltandus in illo die, à cujus facie abscondi optabunt impii, Apoc. 6. 15, &c. 2. Quòd singulariter loquitur de uno homine, quem δεικτικῶς demonstrat præfixo He Hajediah, ut de certo subjecto agi, & de eo quidem quo de hactenus actum, indicaret [c]. 3. Verbum חָדַל, quod & absolutè ponitur, & in regimine, modò cum מִן, modò cum לְ, nusquam tamen significat *cessationem à timore* [d]. חִדְלוּ לָכֶם non *cessationem* à collocatione fiduciæ in homine, de qua nil in toto capite habetur, sed ab irritatione hominis hujus, infert. 4. Ob συνέχειαν sive cohæsionem illius interpretationis, 1. cum præcedente vaticinio, de qua sic Hieron. *Ergò è contrario hîc intelligendum: Cùm hæc omnia eventura sint vobis, moneo ut quiescatis ab eo, qui secundùm carnem quidem homo est, & spirat*, &c. *sed secundùm Divinam majestatem excelsus & est, & reputatur:* 2. cum seq. capite; q. d. *Quia noluistis cessare ab homine illo*, &c. *ideo nihil apud vos post passionem Christi validum erit, sed omnia infirma & languida*, &c. ait idem Hieron †. Quæ præcedunt omnia Christo ejúsque temporibus consonant. De Ecclesia, de Religione Christiana, de vocatione Gentium & pertinacia Judæorum, loquitur: causas aperit rejectionis Judæorum, eísque diem Domini imminere prædicit, & fugam eorum ad cavernas, &c. id quod optimè congruit cum illa vastatione Judæorum Matt. 24. Cur ergò versum hunc, in quo præcipuam desolationis causam denunciat, ad eadem tempora non referemus, præsertim quum voces congruunt [f]?

* Buxt. vind. 2. 12. 842. [t] BA. ib. 1031. Buxt. ib. 841. [v] Buxt. ib. [x] BA. ib. [y] Buxt. ib. [z] BA. ib. [a] BA. 2. 5. 6. 689. * For. [b] BA. 1. 3. 3. 1032. [c] BA. ib. 1031. [d] Buxt. ib. † Ang. * Glas. rhet. 1. 11. 330. [f] For. [g] V. sim. For. [h] V. [i] V. [k] V. [l] Pi. [m] V.

[n] Calv. [o] G. sim. Jun. [p] Pi. [q] Ca. [r] Calv. * Pi. [s] Pi. [v] Jun. [x] Calv. [y] Calov. [z] M. T. [a] Oecol. in Calov. [b] For. [c] Calov. [d] For. † Calov. [f] For.

CAP.

CAP. III.

1. **E**Cce *enim*, &c.] Τὸ *Ecce* securum lectorem excitat, &c[a]. Dehortationem præcedentem à carnali fiducia hîc urget, quòd Deus fulcra illius tollet [b]. ¶ *Auferet*, מֵסִיר] Præs. pro fut. *auferre paratus est*, *ablaturus est*, V. ¶ *Validum*, &c. מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה] *Fulcrum & fulcrum*, V. sim. Mo. P. *baculum*, vel *scipionem*, *& bacillum*, JT. Pi. sic V. i. e. robur & vigorem [c]: omne *sustentans & roborans*, M. *opem atque sustentaculum*, Ca. *validum & validam*, ο'. Ar. sim. Sy. *fulcientem virum & fulcientem* fœminam, Ti. Significat præsidia reip. tum magna, tum parva [d]. Describit hîc tempora illa de quibus agitur 2 Reg. 24. & 25 †. nempe captiv. Babyl. At superiora, cum quibus hæc cohærent, Grotius accepit de tempore Ahazi, &c. Deinde, in captiv. Babyl. ablati non sunt Prophetæ, senes & duces. Alii ergò meliùs referunt ad vastationem per Romanos [f]. Et sicut Christus Matt. 24. conjungit devastationem Hieros. & finem mundi: ità hîc Propheta penultimam [per Babylonios] & postremam devastationem urbis [per Romanos] unâ prophetiâ complectitur [g]. Imò hæc judicia, quæ à suis temporibus cœpisse Propheta docuit suprà 1. 5, &c. ad tempora omnia consequentia pertinent usque ad plenum rejectionis tempus [h]. ¶ *Robur*, &c.] Heb. *baculum panis*, i. e. panem qui est baculus quidam. Syntaxis qualis Joh. 11. 13. *dormitio somni*, i. e. somnus qui est dormitio quædam: & Rom. 4. 11. *signum circumcisionis*, h. e. circumcisio quæ est signum, nempe fœderis [i]. Prædicit penuriam cibi, per *panem* (ut communissimum & præcipuum) significati [k]. Al. *Baculum*, i. e. virtutem panis, sive vim alendi, ut non saturentur pane quo vescuntur, juxta Levit. 26. 26 [l]. Verùm ut præsens locus, ità etiam Levit. 26. de panis penuria manifestè loquitur [m]. Deinde, non lego vel comminationem de adimendo aquæ vim sitim exstinguendi, vel exemplum quòd aqua pota sitim non exstinxerit [n]. *Panem* & *aquam*, i. e. omnia esculenta & poculenta [o].

2. *Judicem*] i. e. Magistratus [p]. ¶ *Prophetam*] Id est, eos per quos Deus voluntatem suam significare consueverat, & qui in angustiis consolabantur populum [q]: vel, quoslibet doctores [r]. Propheta sub tempus excidii Romani nullus Judæis fuit *. ¶ *Ariolum*; ità M. Sy. קֹוסֵם] *Divinum*, P. Mo. Ar. &c. vel, *divinatorem*, Pi. Alibi in malum sumitur, ut Deut. 18. 10. Jos. 13. 22 [t]. hîc in bonum [v]. *Conjectorem*, Ti. ο'. *sagacem*, JT. Pi. qui raro acumine & solertiâ res obscuras divinat [x], tanquam spiritum divinationis haberet. Ità vox sumitur Prov. 16. 10. Exemplum vide 1 Reg. 3. 16, &c. Eccles. 9. 15 [y]. Posset tamen hoc de magicis divinationibus accipi: nec absurdè numeratur inter pœnas, quòd populus vitiosis quoque subsidiis privandus sit; ut Hos. 3. 4. cum altari & sacrificiis ponuntur Teraphim [z]. ¶ *Et senem*] Præstantem usu rerum & prudentiâ [a].

3. *Principem super quinquaginta*] Sub. *milites*, Pi. Significat vix superfuturum aliquem qui ad munus infimum & minimum suscipiendum idoneus esset [b]. *Semicenturiones*, Ca. ¶ *Et honorabilem* (vel, *elatum*, Pi. *elevatum*, Mo. V. spectabilem & conspicuum [c],) *vultu*] Ità P. M. &c. sim. Sy. Ch. Mo. Qui vultu ipso præ se fert quidquam auctoritatis, gravitatis & dignitatis [d]. *Authoritate præditum*, Pi. sic Ca. *authoritate suspiciendum*, Ti. V. For. i. e. qui valet authoritate & gratiâ apud populum †. ¶ *Et*, &c. וַחֲכַם חֲרָשִׁים] *Et sapientem* (vel, *peritum*, Sy. JT.) *artificem*, M. vel, *architectum*, ο'. Ar. vel, *artificum*, P. Pi. Syntaxis qualis illa apud Plinium, *nigræ lanarum* [f]. *Ingeniosorum*, Mo. vel, *sapientum*, à cogitatione & inventione; i. e. doctissimum inter doctos. Alii, *acutum acutissimorum*, i. e. ingeniosissimum ad excogitanda omnia instrumenta bellica [g]. *Et eximium quemque inter architectos*, sive *artifices*, Calv. Q. in V. in ligno, lapide, aut metallo. Tales vocantur *sapientes*, vide Exod. 31. 3, 6. & tum in civilibus, tum in militaribus, muniis reip. plurimùm inserviunt; & defectu talium multum damni accipere potest respublica. Vide 1 Sam. 13. 19, 20. 2 Reg. 12. 11, 12 [h]. *Et artibus eruditos*, Ca. *architectos*, Ti. *& sapientem*, *architectos*, Q. in V. Al. *peritum præstigiarum*. חֲרָשִׁים apud Chald. Syr. & Talm. sign. *præstigias*. Artifices ferè dicuntur חָרָשִׁים [i]. ¶ *Et*, &c. וּנְבוֹן לָחַשׁ] *Et intelligentem*, vel *peritum*, *incantationis*, P. Di. לַחַשׁ nuspiam aliud valet [k]. Vel, *mussitationis*, sive *occultæ locutionis*, *ænigmatis*, aut *consilii secreti*, Q. in V. vel, *eloquii*, sive *eloquentiæ*, Mo. V. JT. Pi. qui auditorem efficaciter, & velut fascino, movet, Psal. 58. 6. 1 Cor. 2. 4 [l]. Est metaphora καταχρηστική. Nam sicut incantatores verba concepta & meditata, certâque arte formata, pronunciant; ità & oratores [m]. *Et dicendi peritos*, Ca. sim. V. *disertum*, Calv. *oratorem*, Ti. vel, prudentes & cautos qui secretò consulunt [n].

4. *Et dabo* (vel, *constituam*, Ch. Ar. Calv. vel, *daturus sum*, inquit, JT. vel, *dandos prædico*; loquitur enim Propheta in sua persona. Confer Jer. 1. 10. *Constitui te hodie super gentes,——ut evellas*, &c [o].) *pueros* (non ætate solùm, sed ingenio & moribus [p]; Reges nullius consilii [q]; rerum imperitos, ut Eccles. 10. 16 [r].) *principes eorum*] Ità M. P. Mo. &c. vel, *in principes*, &c. Pi. vel, *qui sint principes*, &c. Ti. ¶ *Et*, &c. וְתַעֲלוּלִים יִמְשְׁלוּ בָם] *Et parvuli*, vel *infantes*, *dominabuntur in eos*, M. P. Mo. sim. Ti. Ca. Al. *Et illusores*, vel *irrisores*, &c. ο'. Sy. Ar. Heb. *Et illusiones*, pro, viri *illusionum*, ab הִתְעַלֵּל *illudere*, & *petulantiam exercere* *. תַעֲלוּלִים sign. *ludicra*, seu *puerilia*; q. d. qui pueriliter in omnibus negotiis agunt, &c [t]. *Et facinorosi*, &c. JT. Al. *Et infirmi*, &c. Ch. Pueri dantur pro senibus sublatis, infirmi pro heroibus [v]. Hæc quum accidunt, haud longè exitium abesse certissimum est [x].

5. *Et*, &c. וְנִגַּשׂ הָעָם אִישׁ בְּאִישׁ וגו'] *Et* (vel, *Sed &*, M. *Ità*, JT.) *opprimetur* (vel, *expilabitur*, M. V. vel, *coarctabitur*, Pi. vel, *corruet*, ο'. vel, *irruet*, Ch. Sy. Ar. Vulg. vel, *opprimet*, JT. *violenter aget*, Q. in V. Calv. vel, *adactus est*. Ut נָגַשׂ sign. *accedere*, ità נָגַשׂ *adigere*, vel, ad retribuendum debitum, vel, ad aliquid aliud operis faciendum: simul quoque vim quandam notat [y]. Vel, *exactor fiet*, Al. in V. sive *fuit*, Mo.) *populus*, (vel, *in populo*, JT.) *vir in virum*, (vel, *alter in alterum*, Sy. Ar.) *& vir in amicum*, sive *socium*, sive *proximum*, *suum*, P. Mo. ο'. Ch. vel, *alter alterum*, *quisque proximum suum*, JT. Non placet, 1. quia accentus Zakeph separat נִגַּשׂ הָעָם à sequentibus. 2. Non dicitur hîc, אִישׁ אֶת אִישׁ, sed, אִישׁ בְּאִישׁ. 3. Nec ב habetur ante vocem עָם. Vel, *alter in alterum*, sub. *insurget*, ex Mic. 7. 6. & ex re ipsa; & ex verbis seq [z]. Vel, *& unus* exactor erit *alterius*, *& quisque proximi sui*, M. *Vim facient tum populus ipse*, *tum quisque proximo suo*, Ti. *Itaque vulgò inter se factiones facient alii in alios*, Ca. Effectus vel ἀναρχίας, vel mali regiminis [a]. Summam perturbationem describit, &c [b]. Plebeii vendicabunt sibi authoritatem exactoris, i. e. Principis. Innuit seditionem delecto [forsan de delecto, sive deligendo] Magistratu suboriendam in repub [c]. Sed credo tumultum hunc non tam excitandum ambitione & cupiditate, quàm odio ac fastidio, regni, nec de sumendo, sed respuendo, dominatu [d]: [ut sequitur.] ¶ *Tumultuabitur*, &c. יִרְהֲבוּ וגו'] *Insolescent*, vel *Superbient*, (vel, *Arroganter agent*, V. *Conspirabunt*, Ca. *Contumaciter aget*, M.) *puer in senem*, &c. Mo. JT. Al. *Invalescent*, &c. P. *Roborabunt se*, &c. Verbum enim ut *superbiam*, ità & *potentiam*, significat, Psal. 138. 3. Cant. 6. 5 †.

6. *Apprehendet*, &c. כִּי יִתְפֹּשׂ וגו'] *Quoniam* (vel, *Etenim*, Sy. Ti. sic Ch. Ar. M. P. vel, *Si*, JT. vel potiùs, *Quum*, Calv. Ang. *Quùm*que, Pi. Angl. quia hic versus cum proximo cohæret, pendêtque sententia usque ad verbum *jurabit*,) *apprehendet*, vel *apprehenderit*, *vir*, vel *quisque*, (vel, *quispiam*, Pi. sic Sy. &c.) *fratrem suum*, &c. Mo. &c. Id est, vel, cognatum [f], ut Gen. 13. 8. Deut. 18. 2. &c. vel, eum qui est ejusdem gentis [g], ut Deut. 15. 7, 12. & 23. 19, 20. Nam alienus à dominatu excludebatur, Deuter. 17. 15 [h]. Ità valet apud homines ambitio, ut certatim multi semper appetant principatum, & vel cum periculo capitis ad eum aspirent. Quum itaque homo eum refugier, licèt fratres ipsi salutem suam commendent, eíque quasi manus injiciant, (quod *apprehendendi* voce significatur,) ut ad regnandum

[a] Calv. [b] Ang. [c] V. [d] Pi. † G. [f] Calov. [g] Calov. ex Os. [h] Jun. [i] Pi. sim. Ang. [k] Ang. [l] Q. in Pi. [m] Pi. sim. Ang. [n] Pi. [o] For. [p] For. [q] For. [r] Calv. * T. [t] Ang. [v] Pi. Ang. [x] Calv. sim. Ang. [y] Ang. [z] Calv. [a] Pi. sim. For. [b] Ang. [c] V. [d] For. † V. [f] Pi. [g] V.

[h] Ang. [i] Di. [k] Di. [l] Ang. [m] Pi. [n] Calv. [o] San. [p] Calv. sim. T. For. Ang. [q] G. [r] Pi. * Pi. [t] For. [v] Oecol. in Marl. [x] Calv. [y] For. [z] Pi. [a] Ang. [b] Calv. [c] V. [d] San. † Ang. [f] Pi. Ang. [g] V. Ang. [h] Ang.

cogant, signum est extremæ desperationis [i]. ¶ *Vestimentum tibi est*] Pulchrum scilicet [k]; quale pauci tempore illo rapinæ & spolii habebant; quo etiàm populus homines æstimant, Jac. c. 2. v. 2, 3 [l]. Quicunque pallio amictus invenietur, (nam שִׂמְלָה est *summa vestis*, Gen. 9. 23.) is aptus imperio judicabitur; nec oberit invidia, quæ inter cognatos vigere solet [m]. *Vestis*, &c. i. e. Instructus es rebus necessariis [n]; opes habes, & annonâ abundas [o]; adeóque huic muneri idoneus es. Synecdoche speciei, vel membri [p]. ¶ *Ruina*, &c. 'וְהַמַּכְשֵׁלָה וגו] *Et* (vel, *ut*, JT. Pi.) *ruina hæc* (Metaphora à domo quæ minatur ruinam, vel jam corruit [q]. Vel, *offendiculum hoc*, sive *istud*, Sy. M.) *sub* (vel, *in*, Calv.) *manu tua*, sub. *erit*, M. P. vel, *sit*, Ang. JT. Pi. Hypallage est, pro, *Sitque manus tua sub hac ruina*; i. e. Sustentes patriam jam ruituram, nisi aliquis supponat manum [r]. Vocat regimen populi tumultuantis *ruinam* & *offendiculum* *. Verbum כָּשַׁל est, *dejici*, *impingere*, &c. hinc מַכְשֵׁלָה *offensio*, *labefactatio*, *casus*: propriè hìc est *illisio*, seu *collisio*, *in corpore quæ medici operâ indigeat*, ut docet versus seq [t]. Suscipe regimen ruentis patriæ. Abstractum [*ruina*] pro concreto, ut Esa. 1. 21. & 64. 6 [v]. Al. *Et potestas hæc erit sub manu tua*, Ch. *Et cibus meus sub* (vel, *à*, Ar.) *te sit*, ό. Ar. [Ca. totum sic reddit, *Ità ut vulgò suæ cognationis & stirpis homines sic compellent, Est tibi vestitus, esto noster gubernator, & huic ruinæ suppone manum.*]

7. *Respondebit*; ità Ch. Sy. Ar. יִשָּׂא] *Assumet*, Mo. *Levabit*, sub. *sermonem*, h. e. Loquetur [x]; vel, sub. *super os*, aut *labia*, h. e. Edicet [y]; vel, sub. *nomen Dei*, Al. in Ma. For. vel, sub. *vocem*, q. d. Altâ voce dicet [z]; vel, sub. *manum*, For. Ma. Ang. marg. &c. Tum iste *attollet* manum, Pi. i. e. jurabit. Gestus hic jurantis [a]. Sæpe qui initio renuit precibus tandem cedit: qui verò jurat spem præcludit [b]. ¶ *In die illa*] Δηλιῶς [c], nempe futuræ calamitatis. Vel, q. d. mox, nullâ adhibitâ morâ aut consultatione [d]. ¶ *Non sum*, לֹא אֶהְיֶה] *Non ero*, P. Mo. &c. *Non essem*, JT. *Nolo esse*, M. *Non potero esse*, Pi. Angl. Futurum sæpe potentialiter significat, ut Job. 9. 3. & 14. 4, 14. Jer. 2. 23, 32 †. ¶ *Medicus*, חֹבֵשׁ] *Alligans*, vel *obligans*, Mo. Pi. Ti. vel, *obligaturus*, JT. scilic. vulnera reip. Metaphora à chirurgis [f]. *Curator*, M. V. *qui isti malo medear*, Ca. *dominus*, P. *dux*, vel *princeps*, Ch. Ar. sim. ό. Sy. *incarcerator*, *& qui rebelles quosque & legum transgressores reprimit*, K. in M. qu. d. Tanto muneri impar sum, nec possum reparare labefactationem reip [g]. Ubi magnates infestantur, nemo vult esse Princeps [h]. ¶ *Non est panis*, &c.] q. d. Non habeo unde inopiæ vestræ subveniam [i]. Significat vel, eum potiùs pejeraturum quàm dominaturum; vel, summam penuriam illis etiam adesse qui omnibus abundare credebantur. Vide 2 Reg. 6. 27 [k].

8. *Ruit*, &c. 'כִּי כָשְׁלָה וגו] *Corruet enim*, &c. V. Al. *Quum* (i. e. Posteaquam) *corruerit*: qu. d. Atque istud tum fiet quum corruerit, &c [l]. Sic continuatur sermo recusantis dominatum, qui hìc rationem recusationis suæ reddit [m]. Al. *Certè* (ità כִּי Job. 8. 6. & 20. 20. Psal. 44. 23 [n].) *corruit*, Calv. Angl. merito suo [o]. Vel, *Ideo*, &c. ut Psal. 116. 10. Jerem. 9. 20. Ruinam innuit v. 6. hìc causam ejus ostendit [p]. ¶ *Et*, &c. 'וּמַעַלְלֵיהֶם אֶל וגו] *Et conatus*, vel *conata*, (vel, *studia*, Ti. *opera*, sive *actiones*, P. JT. Pi.) *eorum* (sub. *sunt*, JT. Pi.) *contra* (vel, *in*, sive *erga*, For.) *Dominum*, M. Mo. &c. Nempe Filium Dei, quem impiè interemerunt [q]. Et verbis & operibus peccàrunt [r]. ¶ *Ut*, &c. 'לַמְרוֹת וגו] *Ad irritandum*, sive *exacerbandum*, (vel, *ut exacerbarent*, sive *ad iracundiam provocarent*, M. V. quasi datâ operâ lacessere Deum propositum esset *: *ità ut provocent*, Ti. ejusmodi sunt *ut afficiant*, h. e. lædant [r]; vel, *rebellando*, Ca. *irritando*. Sic ל sumitur Gen. 3. 22. *cognoscendo*; Deut. 9. 18. Vide Esa. 10. 2 [v].) *oculos gloriæ*, vel *majestatis*, (vel, *gloriosos*, Ca. Pi. For.) *ejus*, P. Mo. JT. Ti. &c. qu. d. quos par erat revereri, & cavere nè offenderent [x]. *Irritare oculos*, &c. est, publicè irritare, ut sequitur [y].

9. *Agnitio* (vel, *Indicium*, Ca. *Habitus*, Ti. *Obfirmatio*, JT. *Durities*, Pi. vel, *Probatio*, Calv.) *vultûs eorum*; ità M. sim. P. Mo. &c. 'הַכָּרַת וגו] Vox hæc, ut multa alia in hoc Libro, nusquam alibi occurrit in S. S [z]. Deducunt vel à נָכַר *alienum esse*, unde הִכִּיר *agnoscere* [a], Prov. 20. 11 [b]. vel ab הָכַר *durum esse*, Job. 19. 3. *duri estis*, i. e. frontem obduratis, *contra me*. Sic Latini dicunt, *os durum*, i. e. impudens. Porrò, ista interpretatio confirmatur per verba sequentia [c]. Taxat eos impudentiæ: q. d. Ex vultu illorum pravitas facilè deprehenditur; legitur enim, sive relucet, in facie, consuetudine scilicet peccandi [d]. *Agnitio*, id est, qualitas seu habitudo faciei, quæ *vultus* Latinè unâ voce dicitur, ex quo scilicet agnoscitur affectus animi: nam frons animi janua est, ut dici solet †. Quamvis vultum simulent, ità ut sæpe fallant alios; Deus tamen ipsos sese prodere invitos cogit; manifesta impietatis signa in fronte gerunt [f]. Ex facie cognosces eos esse invidos, crudeles, præfractos, &c [g]. Vultus, priùs larvâ tectus, jam cognitus est, & in eo notata scelerum signa, &c. Verisimile est eos vultu petulanti & mobili lasciviam, &c. prodidisse [h]. In facie eorum eminet fastus, lascivia, &c *. Id de fœminis clarè explicat v. 16. sed hìc de viris quoque idem affirmat †. *Apertio*, seu *Denudatio*, seu *Manifestatio*, *vultûs*, For. San. Signum vel hilaritatis & securitatis, (quam *explicatio* sive *exporrectio frontis* apud Latinos notat,) vel impudentiæ. Nam quos facti pudet, faciem operiunt: at impudentes canes faciem denudatam ostentant [i]. Al. *Superbia*, vel *Arrogantia*, *vultûs*, V. ¶ *Respondit*, &c. עָנְתָה בָּם] *Respondet*, vel *respondit*, (vel, *testatur*, Ti. JT. sic P. *respondet* more testis ad interrogata [k],) *eis*, M. vel, *in eos*, Mo. *contra ipsos*, JT. Pi. Ti. &c. tanquam in judicio, ut non sit opus aliis testibus ad ipsos convincendum extremæ nequitiæ [l]. *Incusat eos*, Ca. ¶ *Prædicaverunt*] Sim. ό. P. &c. *prædicant*, Ch. Ti. Ar. &c. *nunciaverunt*, Mo. *profitentur*, Pi. Angl. ut Lamech Gen. 4. 23, 24 [m]. palàm & absque pudore, gloriantes in malitia sua [n]. *Ostentant*, Ca. ¶ *Væ animæ eorum*] Ità M. P. Mo. Ti. &c. i. e. ipsis [o], ut in seq. clausula, & Lam. 5. 16. Ità *animæ meæ*, & *tuæ*, pro, *mihi*, & *tibi*, Psal. 3. 3. Esa. 51. 23 [p]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי גָמְלוּ לָהֶם רָעָה] *Quia* (vel, *qui*, M.) *reddiderunt* (vel, *tribuunt*, Pi. vel, *rependent*, Ti. præt. pro præs. *faciunt*, aut *accersunt*, V.) *sibi ipsis malum*, P. Mo. M. &c. *Quia consiliati sunt consilium pessimum contra seipsos*, ό. Ar. *Quòd ipsi fuerint causa quòd venerit eis malum*, Ch. Væ ipsis, ô miseros! quòd sibi ipsis auctores tot tantorúmque malorum fuerint [q]. *Quia afficiunt seipsos malo*, JT. Pi. i. e. accersunt sibi pœnas peccatis suis [r].

10. *Dicite justo quoniam bene*, צַדִּיק כִּי טוֹב] *Justo bene esse*, JT. vel, *fore* ei, Pi. *quòd bonum*, Ti. Ang. (concisa & emphatica loquutio, qualis Job. 34. 18 *.) sub. *erit*, vel *continget*, *ei*, Ang. *quòd beatus sit*, Di. *Beati vos*, Ch. טוב Chald. & Syr. valet *beatus*, Psal. 112. 5. Matt. cap. 5 [t]. Quæcunque obtingent, bene erit ei, Eccles. 8. 12. Jer. 15. 11. Rom. 8. 28 [v]. *Quòd*, vel *Certè*, justo *bene erit*: q. d. Quamvis severè animadvertam in populi flagitia, pios tamen bono animo esse volo ac jubeo. *Dicite*, i. e. Habete hoc constitutum & persuasum, (ut τὸ *dicere* sæpe sumitur, Psal. 39. 2. &c [x].) Pro certo addicite [y]. Al. *quum* (sub. *fuerit*, P.) *bonus*, P. Mo. *quòd bene agat*, M. V. Ellipsis τὸ ל [ante צַדִּיק,] ut 2 Sam. 15. 31. 1 Reg. 20. 9: &, *Dicite*, pro, *Dicetur*, *justo* [z]. τὸ כִּי alii suo loco non esse positum volunt, (ut aliàs sæpe apud Hebræos,) & sic vertunt, *Dicite quòd justi*, *cùm fuerint boni*, *fructum*, &c. Sing. pro plur. nam plur. *comedent* sequitur [a]. De subversione gentis Judaicæ agens, significat hoc ad alios quoque pertinere, & generale documentum edicit; q. d. Discite, ô mortales, hoc exemplo, hoc sentite, hoc prædicate, quòd justum esse sit bonum, i. e. amabile, jucundum, utile. Quid enim jucundius est quàm frui suis laboribus? Quid gloriosius quàm fructus bonorum laborum [b]? Al. Ex calamitate sive pœna impiorum convertit se Propheta ad justos, illísque bona à Deo denunciat [c]. Al. Concessio est, sive præoccupatio; q. d. Promissio quidem justis facta est, quæ tamen nihil ad vos qui tales non estis: Deut. 28. 18, 19 [d]. Al. Castigat falsos prophetas, quòd pios dolore affecerint, & pacem impiis prædicârint †. Al. Cautio est sive consolatio piis inter ipsos tradita, quos inter medias calamitates Deus se protecturum dicit [f]. ¶ *Fructum*, &c.] i. e. Præmia pietatis suæ à Deo percipient [g].

11. *Væ*,

[Marginal notes, left column:] i Calv. k T. sic Ang. l Ang. m For. n Pi. Ang. o T. p Pi. q Pi. sim. Ang. r V. * M. t For. v Ang. x Ma. ex Vulg. y Ma. ex Forst. z For. a Pi. Ang. &c. b Calv. c Calv. d Calv. Musc. † Ang. f Pi. sim. Ang. g For. h Ca. i G. k Ang. l Pi. m Q. in Ang. n Ang. o Calv. p Ang. q For. r Ang. * Calv. sim. Ang. r For. v Ang. x Ang. y V. ex Hc. z Ang.

[Marginal notes, right column:] a Pi. b Ang. c Pi. d V. † Pi. f Calv. g Oecol. in Marl. h San. * Me. sic T. † T. i For. k Ang. l Pi. m Ang. n Pi. o Pi. Ang. For. p Ang. q For. r Pi. * Ang. t D. v Ang. x Calv. y T. z Ang. a Q. in V. b For. c San. d Q. in Ang. † Al. in Ang. f Ang. g Pi.

11. *Væ*,&c. אוי לְרָשָׁע רָע] *Væ* (Sed *væ*, ellipsis adversativæ[h],) *impio*, *malum*, Mo. vel, *malo*, M. Ti. V. i.e. qui malus est[i], vel obstinatus in impietate[k]. *Quorum opera mala sunt*, Ch. Vel, *maligno*, in malitiam omnem effuso[l]. Vel, *scelerato*, Ca. Al. *malè* est, JT. utcunque sibi de rebus præsentibus gratuletur[m]. *Malè* erit ei, Pi. Ang. i.e. eveniet ei[n]. Vel, *quòd malum* sit, videlicet, improbum esse[o].

12. *Populum*,&c. עַמִּי נֹגְשָׂיו מְעוֹלֵל] [Variè reddunt.] *Populum meum exactores sui racemando spoliant*, Ti. *Populi mei exactores* (i. e. magistratus, sic dicti quòd tyrannicè & crudeliter munus suum obibant, non ad salutem populi, sed in suam utilitatem, &c.) *sunt racematores*, For. Forster. in Ma. vel, *faciunt racemationem*, i. e. collectionem racemorum qui à vindemiatoribus sunt præteriti: q.d. defraudant pauperes suo jure contra legem (Dei, Levit. 19. 9, 10. Deut. 24. 19, &c *.) per fas & nefas populi bona diripiunt usque ad ultimum quadrantem. Ità imposturas & avaritiam magistratuum perstringit[p]. [Notat hîc Malvenda, Mercerum & Forerium ferè semper Forsterum describere.] Antea v. 4. dicit תַּעֲלוּלִים, hîc, מְעוֹלֵל: quæ vox est vel à עוּל *defraudare*, *incommodare*, &c. vel à עָלַל, ut sit participium 2. conjug. quod formâ interdum convenit cum quiescentibus in media Vau; aut est nomen participiale, idémque sign. cum עוֹלֵל suprà v. 4. *puer*, vel *puerilis*, *puerilitas*; q.d. Rectores puerilibus studiis dediti, & ad nullas res serias tractandas apti, sunt †. *Popule mi, exactores vestri spoliant vos*, ό. sim. Ar. Ch. *Principes populi mei racemant illum*, Sy. Al. *Populi mei exactores* (i. e. Principes, sic dicti quòd habeant jus exigendi à populo; vel, *exactores ejus*, Mo. V. sed redundat *ejus*[q]; vel, *oppressores ejus*, P. vel, *magistratus*, Ca. sub. *sunt*, M. Ca.) *parvulus*, P. Mo. vel, *pueri*, M. vel, *infames*, Ca. *Populum meum opprimentium quisque* est *parvulus*, JT. ætate scilicet & moribus[r], consilio & judicio *. Al. *Ad populum meum quod attinet*, Pi. Angl. *exactorum ejus quisque parvulus est*; Heb. *exactores ejus parvulus*; i. e. imperitus rerum, & in agendo sequens affectus suos instar parvuli. Metaphora[t]. Vel, *pueri opprimunt eos*, vel, sunt *oppressores eorum*. Propheta, postquam priorem sententiam de diverso bonorum & malorum statu atque exitu inseruisset, redit ad præcedentem dissertationem de confusione temporum. Emphaticè dicit, *populum meum*, q.d. qui meliora & edoctus & professus est, Deut. 4. 5, 7, 8. & 5. 27; vel, quem ego meum feceram, cujúsque curam & protectionem in me receperam[v]. ¶ *Et*,&c. וְנָשִׁים מָשְׁלוּ בוֹ] *Et mulieres* (vel, *quasi fœneratores*, Ch. *qui debita à vobis exigunt*, Ar.) *dominantur* (vel, *dominabuntur*, V. vel, *dominatæ sunt*, P. Mo.) *ei*, M. V. &c. Vel, 1. propriè, quia illæ rectoribus imperabant, ut 1 Reg. 21. 7[x]. Vel, 2. [figuratè,] voluptuarii[y]; viri abjecto & angusto spiritu[z]; effœminati, molles, indulgentes affectibus suis, instar mulierum[a]. Sic Homerus ignavos & timidos vocat Ἀχαΐδας, οὐκ ἔτ᾽ Ἀχαιούς, *Achivas, non ampliùs Achivos*. Et eum imitatus Virgilius, *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges*—[b] Coarguit vecordiam, hebetudinem atque ignaviam populi, qui, quum pervicaciter excuterent Dei jugum, serviliter ad obsequia quantumvìs pudenda & sordida parati essent, &, non secùs atque asini, spontè humeros clitellis obtulissent: unde apparet fractos fuisse Dei manu eorum animos, & formidine agitatos. Ferenda quidem est vis tyrannica; sed hoc iis exprobrat, quòd iis spontè parerent quos tamen libenter refugissent[c]. ¶ *Qui*, &c. מְאַשְּׁרֶיךָ מַתְעִים] *Qui te beatificant* (vel, *beatum dicunt*, sive *prædicant*, P. For. sic ό. vel, *laudant*, sive *laudabant*, For. Ch. tanquam populum Dei peculiarem, cui nihil timendum esset[d]: vel, *dirigunt*, Ti. vel, *ducunt*, loquitur enim de doctoribus, qui debebant populum ducere in viis Domini †: vel, *Rectores*, sive *Directores*, *tui*, For. vel, *Benefactores tui*, Sy. Qui læta nunciant, aut à metu liberant[f],) *seducunt*, vel *errare faciunt*, V. M. JT. Pi. Ch. &c. *seductores* (vel, *fraudatores*, Ca.) *sunt*, Ti. V. Principes, Sacerdotes, Prophetæ, tum exemplo, tum malâ administratione & pravâ doctrinâ, te seducunt. Verbum אָשַׁר sign. *ire*, Prov. 4. 14. & *rectà incedere*, Prov. 9. 6. & [in Pihel] *rectificare*, Esa. 1. 17. & *dirigere*, & *beare*, Job. 29. 11. Psalm. 72. 17. Cant. 6. 9. Hinc quidam, *Qui te beant*, i. e. pacem tibi loquuntur, & tibi in peccatis blandiuntur, Jer. 6. 14. Lam. 2. 14. Ezec. 13. 6, 10, 16. Sed malo, *Qui te dirigerent*, *seducunt*, sub. *te*. Ellipsis pronominis, ut Esa. 1. 15. &c[g]. ¶ *Et*,&c. וְדֶרֶךְ אֹרְחֹתֶיךָ בִּלֵּעוּ] *Et viam* (vel, *iter*, Ti.) *semitarum tuarum* (vel, *pedum vestrorum*, ό. Sy. vel, *itinerum tuorum*, JT. Pi. i. e. viam quâ tu iter facere seu incedere debebas[h]; vel, *rationum tuarum*, Ca.) *perdunt*, P. Ang. vel, *corrumpunt*, V. *depravant*, M. Ti. V. *turbant*, ό. Sy. *tegunt*, JT. Pi. ut Num. 4. 20[i]. i. e. Celant te doctrinam Legis, in qua tibi eundum esset, Deuter. 5. 32, 33[k]. Heb. *absorbent*. Metaphora καταχρηστική· nam ut qui aliquid absorbet, è conspectu illud aufert, ità etiam qui aliquid tegit[l]. At בִּלַּע in Num. 4. 20. non significat simpliciter *tegere*, sed *involvere*, quum res involucris suis veluti absorbetur[m]. Vel, *pervertunt*, Ca. T. Qui deberent tibi monstrare viam salutis seducunt te, & omnem metum imminentis pœnæ tibi adimunt, ut securus obdormias in peccatis, & ex improviso obruaris ab hoste[n]. Vel, *absorbuerunt*, Mo. *absorbent*, Ma. Angl. Metaph. ab eluvionibus & terræ motibus, qui plerumque vias absorbent atque hauriunt[o]. q. d. Evertunt te corrumpendo vitam & mores tuos. Vox sign. *corrumpere*, vel *perdere*, Psal. 35. 25. & 107. 27. Esa. 49. 19. Lam. 2. 2, 5, 16[p]. Vitæ tuæ rationem, statum, salutem & felicitatem tuam privatam & publicam, evertunt[q]. Corrumpunt gressus, i. e. mores & instituta tua[r]. Depravant pietatis & justitiæ studia *. Probabile est vulgus Judæorum suis proceribus stultè fuisse deditum, ut tam præscripta eorum quàm mores pro oraculis veneraretur[t].

13. *Stat* (vel, *Consistit*, Ti. *Sistit se*, JT. Pi. Heb. *Sistitur*: Niphal hîc habet significationem reciprocam[v]. *Stabit*, ό. Ga. *Exsurget*, Sy. Ar.) *ad judicandum*, &c.] Ità P. vel, *litigandum*, Mo. Ti. JT. vel, *ad jurisdictionem*, Ca. *ut causas dijudicet*, M. *ad disceptandum*, q. d. Præstò est ut disceptet vobiscum[x]. Subita sermonis conversio rei indignitatem ostendit: q. d. Hæc quæ commemoro Deus diutiùs tolerare nequit: Video illum accelerare judicium, &c[y]. Quum sine fræno grassatur impietas, & magistratus impunè quidlibet faciunt, putamus Deum otiari, & quærimus ubi sit Deus, &c. Subjungit ergò eos non impunè laturos, Deúmque illis repensurum, &c[z]. ¶ נִצָּב לָרִיב וגו'] *Consedit*, &c. (ut Psal. 45. 10. *Regina* נִצְּבָה, i. e. non, *stabit*, sed, *sedebit*, ut 1 Reg. 2. 19. Neh. 2. 6.) nempe ut Judex super solium judicii, ut causas examinet, Exod. 18. 13, 14. Dan. 7. 9. &c. Postea verò, post plenam causæ disceptationem, עֹמֵד *stat*, [ut sequitur,] ut solent judices, ad sententiam ferendam. Vel, *stat*, i. e. persistit in eo negotio, nec desinet donec rem exsecutioni demandaverit[a].

14. *Cum senibus*] Id est, cum magistratibus[b], ut ex verbis seq. patet; qui sic dicti sunt quia ferè deligebantur ex iis qui maturi erant & annis, Exod. 24. 9, 11. & judicio, Exod. 18. 21[c]. Cum senatoribus[d], vel consiliariis Regum †. ¶ *Vos*, &c. וְאַתֶּם בִּעַרְתֶּם וגו'] *Et* (vel, *Etenim*, Ti. Ang. vel, *At*, JT. Pi. Ch.) *vos succendistis* (vel potiùs, *depavistis*, JT. Pi. sic For. P. Ca. Ang. ut Num. 24. 22. Esa. 6. ult[f]; vel, *perdidistis*, M. V. sim. Pi.) *vineam*, Mo. V. Pi. Ang. sub. *meam*, nempe vineam Domini, h. e. populum ejus, ut Esa. 5. 1, 7. vel, *vineam*, i. e. vineas, h. e. possessiones, pauperum[g]. Populum prædæ habuistis, ac pauperes præsertim[h]. בָּעַר valet *succendere*, Jud. 15. 5. Psal. 83. 15. ו *&*, pro, *nam*, h. e. copulativa pro causali; ut 2 Sam. 24. 1. *&* (id est, *quia*) *commovit*, &c. Psalm. 60. 11[i]. Vel *&*, pro, *at*. Est enim antithesis ex abrupto, per ellipsin scilicet sententiæ oppositæ. Integra oratio esset, Vos Principes debuistis vineam meam excolere, &c. at vos eam depavistis[k]. Emphaticè dicit, *Et vos*; q.d. Hoccine à vobis præstari debeat? Nonne vobis tradidit Deus vineam custodiendam, fodiendam[l]?

15. *Quare*, &c? מַלָּכֶם תְּדַכְּאוּ וגו'] *Ut quid vos contunditis*, &c? M. *Cur læditis*, &c? Sy. Ar. *Cur ad egestatem redigetis*, &c? Ti. *Quid quòd meos opprimitis?* Ca. *Quid vobis* (sub. *est*, JT. Pi. Ch. vel, *accidit*, P. & sub. *quòd*, Ch. P. JT. Pi.) *atteritis*, &c? P. sic JT. Pi. vel, *depauperatis*, &c? Ch. vel, *contunditis*, &c? V. Pi. vel, *attenuatis*,

Marginal notes (left column): h Ang. i V. k M. l Me. m Jun. n Pi. o For. * Ang. p Forst. in Mar. Forst. in Ma. q V. r V. * Jun. t Pi. v Ang. x Ang. y For. z San. a Fi. b Glass. gram. 3. 1. 21. 83. c Calv. d For. † Pi. f San.

Marginal notes (right column): g Ang. h Pi. i Jun. Pi. k Jun. l Pi. m Ang. n T. o Mi. p Ang. q M. r Mar. * Musc. in Mar. t Calv. v Pi. x V. y For. z Calv. a Ang. b Pi. Ang. c Ang. d San. † For. f Pi. g Ang. h Mar. i Ang. k Pi. l For.

attenuatis, &c? in tenuem quasi pulverem comminuitis? Quam causam habetis id faciendi[m]? Quis vobis potestatem dedit sic agendi? מַלָּכֶם, contractè[n], pro, מַה לָּכֶם[o]. (ut Exod. 4. 2. מַזֶּה, pro, מַה־זֶּה[p].) Inservit celeritati sermonis, & exprimendo affectui irati[q]. *Quid vobis?* Quæ est hæc inhumanitas[r]? Expostulatio pungens, qualis Psal. 50. 16. &c †. ¶ *Et facies pauperum commolitis?*] Ità P. M. V. &c. i. e. in faciem percutitis[t], ut sese molæ contundunt[v]? contristatis, secundum oppressores eorum pronunciando[x]? ¶ תִּטְחָנוּ] *Obtunditis?* Ca. *atteritis?* Ch. *confunditis?* o'. sim. Sy. Ar. oppressionibus vestris macrescere facitis[y]?

16. *Quòd elevatæ sunt*; ità P. &c. גָּבְהוּ] *Superbiunt*, vel *superbierunt*, Sy. Mo. Ca. Calv. Fontem hîc detegit sequentium vanitatum in vestibus, incessu, &c. nè, si à signis initium fecisset, regererent, animum tamen rectum esse *. *Altæ sint*, JT. *Sese efferunt*, i.e. caput inter ambulandum extollunt[z], proceritatem affectantes[a]. ¶ *Filiæ Sion*] Id est, fœminæ, vel, 1. figuratè, quas scil. paulò antè *dominari in populum* dixerat, nempe Principes effœminati, (unde affixum hoc versu in רַגְלֵיהֶם est masc.) quorum molles animos & mores omnibus illis nominibus quæ pertinent ad mundum muliebrem designat[b]. Vel, 2. propriè, mulieres, sive cœlibes, sive maritatæ[c]; aulicæ inprimis, quarum dominatio notata erat[d]. Uxores Principum, quas ad eandem pœnam cum maritis Propheta hîc vocat, utpote scelerum eorundem socias, vel potiùs, auctores: nam, ut pretiosis monilibus sese ornare possent, maritos suos ad pauperes expilandos adigebant †. ¶ *Et ambulaverunt extento* (*extentæ*, Mo.) *collo*] Ità M. &c. vel, *gutture*, Mo. P. JT. &c. qui dicitur גָּרוֹן à גָּרַר *trahere*, vel *attrahere*, spiritum scilicet *. Vel, erectâ fronte[f]. Ut modestiæ signum est, dimittere vultum; ità nimiùm attollere, arrogantiæ est[g]. Extensio colli signum, vel exspectationis, Rom. 8. 19. vel superbiæ, Psalm. 75. 5, 6[h]. Habitus hic insolentis, & spectari volentis[i]. ¶ *Et*, &c. וּמְשַׂקְּרוֹת וגו'] *Et nutantes* [lege, *nictantes*] *oculis suis*, JT. i. e. nictationibus suis lasciviam testantes[k]. *Et innuentes*, &c. P. sic Ar. *& in nutibus*, &c. o'. Sy. *& stibio linitis oculis*, Ch. *lascivis*, &c. Ca. *vagantibus*, &c. M. V. *Et fallentes*, vel *fallentibus*, &c. Mo. Pi. i. e. fallaci oculorum nutu lasciviam præ se ferentes[l]. *Mendacibus*, &c. Q. in M. Non placet, quia punctum hîc est Smol: שֶׁקֶר autem est, impudicis nutibus allicere[m]. ¶ *Ibant, &*, &c. הָלוֹךְ וְטָפוֹף תֵּלַכְנָה] *Ambulando*, sive *gradiendo, & plaudendo* (vel, *tripudiando*, P.) *ibant*, Mo. sic M. *incedendo molliter & fractè eunt*, Ti. *ambulant, pedibus suis tripudiant*, Sy. *& incessu pedum simul trahentes tunicas*, o'. *indesinenter minutis passibus incedunt*, JT. quòd *continenter instar parvulorum ambulant*; Heb. *eundo & parvulos agendo ambulant*, Pi. *Eundo eunt*, i. e. ire solent[n]. Verbum טָפַף alibi non occurrit[o]. [Hinc in eo, & in loci sensu, variant.] *Plaudebant pedibus*, molli & fracto incessu, ac supplosione instar tripudiantium. Sic Virgil. *Pars pedibus plaudunt choreas*[p]. Chaldæus (ad quem in similibus difficultatibus recurrendum est) sic vertit, *cum applausu suo ambulabant*. Atque in hoc convenit inter Interpretes, quòd *gestum* significet *corporis mulierum festivè incedentium*. Verbum affine est תָּפַף pulsare, i. e. plaudere, & rectè redditur verbo *plaudendi*; quod fit pedum, vel potiùs longioris vestitûs, in terram eleganti & blandâ supplosione: vel, est sermo de sonitu quem excitant vestes pretiosæ ex serico[q]; vel, de sonitu ex collisione margaritarum in calceis[r]. טָפוֹף hîc denotat, *parvulos imitari* †: ídque vel, 1. minutis passibus gradiendo, ut solent parvuli[t]; vel potiùs, 2. ludibundè & exsultim incedendo, [ut solent pueri;] quod verè est insignis lasciviæ argumentum[v]. More puerorum in publico ac propatulo saltitare solent *. Plaudendo saltandóque ibant, impudenter & petulanter lascivientes, nullâ pudoris aut gravitatis matronalis habitâ ratione[x]. Ità טָפוֹף deducitur à טַף *parvulus*[y]; ut apud Græcos παίζειν, *more puerorum ludere*, ἀπὸ τοῦ παιδὸς[z]. Fortè metaphora ab equis sumitur, ut in verbis seq. Arabicè פרס טפאף est, *equus leniter incedens*[a]. Alii (in quibus Vulg.) טָפוֹף à תּוֹף derivant, ideóque *plaudere* transtulerunt.

[m] Pi. [n] Ang. For. Pi. [o] For. Pi. [p] For. [q] Pi. sim. Ang. [r] For. † Ang. [t] V. sim. For. [v] V. [x] Pi. [y] Ang. * Calv. [z] Pi. [a] San. [b] For. [c] Pi. [d] Ang. † T. * For. [f] V. [g] Calv. in Marl. [h] Ang. [i] San. [k] Jun. [l] Pi. [m] M. [n] Ang. [o] For. [p] T. [q] For. [r] T. ex San. † Ful. misc. 6. 15. [t] Ful. ib. Jun. Pi. [v] Ful. ib. * V. [x] San. ex K. simil. Schindl. & AE. [y] Pi. Ful. [z] Ful. ib. [a] BP. 4. 19. 279.

Istud autem indecoro manuum gestui aptè tribuendum putârunt, quoniam continuò Propheta subjungit de ludicro pedum gressu mentionem expressam[b]. ¶ *Et*, &c. וּבְרַגְלֵיהֶם תְּעַכַּסְנָה] *Et pedibus*, vel *in pedibus, suis provocantes*, Ch. vel, *ludentes*, o'. sic Ar. vel, *tripudiantes*, Sy. vel, *tinniebant*, sive *tinnitum fecerunt*, M. Mo. Schindl. & Alii in Ma. Ang. vel, *strepitum crepitaculorum excitant*, P. Sonitum fecerunt, vel, bracteolis circa fascias crurum sive pedum; vel, crepitaculis circa calceos; vel, catenulis auri sive argenti circa crura[c]; vel, monilibus quæ pedibus seu calceamentis affixa sunt[d]. Vel, *ornamenta adhibent*, Ti. vel, *ferunt ornamentum cui affiguntur tintinnabula*, Q. in V. vel, *ornantur ornamentis factis instar squamarum*, Al. in V. vel, *compeditas agunt*, JT. Pi. à עֶכֶס *compes*. Plurale verò significat periscelides, ornamenta scil. cruralia *. Sensus, leges numerorum & gressuum modulos observant, quasi semper compeditæ essent[f]. Vel, quasi *compeditæ erant*, BA. nempe ut equi qui tolutim incedere docentur; vel, ut histriones[g]. עֲכָסִים, juxta Junium, erant ornamenta cruralia, quibus, velut compedibus, utrique cruri alligatis discerent modificare gressus. Q. in Merc. ad Thes. Pagn. tradunt fuisse mera ornamenta instar compedum quibus ornabantur. His assentimur, postquam à doctissimo Golio, qui per orientem peregrinatus est, accepimus usitatum etiamnum in oriente, in opulentioribus familiis, ut infantum aliorúmque pedes, circa talos, (ubi calcei orientalium alligantur caligis seu femoralibus,) laminis aureis 2 vel 3 digitorum tanquam compedibus includantur, non ad tinnitum faciendum, neque ad gressus modulandos, sed solius ornamenti gratiâ: neque sunt compedes quibus pes pedi alligatur, ut volebat Junius, sed singula compes singulo pedi aptatur seorsim, eúmque ambit[h]. Mollitiem & gradum affectatum hîc exprimit, ut Deut. 28. 56. Quòd si nè in fœminis ferenda est hæc mollities, in viris multò minús. Eleganter Cicero Offic. 1. *Cavendum autem nè tarditatibus utamur in gressu mollioribus, & pomparum ferculis similes esse videamur.* Vetus poeta apud Suidam de quodam, Ἐκεῖνος ὄντως ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει, *Is ire molli pol videbatur gradu.* Talis Agag 1 Sam. 15. 32. delicatè & cùm fastu incedens. Tales Persæ & Assyrii, ad quos Xerxes in Æschyli Persis, Γοᾶσθ' ἁβροβάται, *Gemite, ô molli incessu viri*[i]. Affixum hîc masc. in רַגְלֵיהֶם fortè innuit fœminas usas ejusmodi lasciviis virorum permissu, qui omnes hisce vanitatibus applaudebant[k].

17. *Decalvabit—verticem*, &c. ità P. M. sim. Ti. Ca. Calv. וְשִׂפַּח וגו'] *Et* (vel, *Idcirco*: respondet τῷ יַעַן כִּי *propterea quòd*, versu præced[m].) *scabie* (vel, *leprâ*, V.) *afficiet*, sive *inficiet*, &c. Mo. V. JT. Pi. Ang. Vox alibi non occurrit. Significatum ejus deducunt ab affini voce סַפַּחַת (mutatâ tantùm literâ, שׂ in ס,) Lev. 13. 2, 6, &c. vel מִשְׂפָּח Esa. 5. 7. quæ voces *scabiem* significant. Sensus, Deus illis scabie quasi abradet capillos, ornamentum muliebre, 1 Cor. 11. 15. quo etiam hæ superbiebant. Scabies hæc contrahi potuit vel morbo aliquo peccatum non raró comitante, ut Job. 20. 11. Prov. 5. 11. vel quòd ab hostibus malè tractarentur. Alii, [ut notatum,] *Decalvabit*. Id quod fieri potuit vel à seipsis, ob impatientiam & ærumnas, ut Jer. 7. 29. vel ab hostibus, ut fieri solebat mancipiis. Vide Deut. 21. 12. Sed prius melius[n]. [Alii *verticem* figuratè intelligunt.] *Humiliabit*, vel *Deprimet*, vel *Prosternet, principales*, sive *præcipuas, filias*, &c. o'. Sy. Ar. vel, *gloriam filiarum*, &c. Ch. Dominus auferet ornamenta capitis & ascititia, & naturalia[o], nempe capillitium[p]; ut servis fieri solebat[q], & debellatis, (Ità de Scipionibus dicebatur, *Sub quorum titulis Africa tonsa jacet*,) & mancipiis ad serviles labores coactis[r]. Ab hoc verbo שָׂפַח deducitur שִׁפְחָה *ancilla*. Verto, *Deprimet*: Rectè opponitur pœna culpæ, nam erectâ cervice incedebant. קָדְקֹד (à קָדַד *inclinare*) omnibus est, *vertex capitis*: est autem posterior pars capitis, interdum tamen pro toto ponitur †. *Verticem*, quem natura capillis texit[t]. ¶ *Crinem*, &c. פָּתְהֵן יְעָרֶה] *Nudabit*, vel *deteget, earum nates*, vel *anum*, P. G. V. פּוֹת θύρωμα vertitur; & per similitudinem sic appellatur *podex*. Solebat id fœminis ignominiæ causâ fieri[v]. Vel, *confusionem*, P. vel, *habitum*, o'.

vel,

[b] Ful. ib. [c] Ang. [d] M. * Pi. [f] Jun. [g] BP. ib. sim. Jun. [h] Di. [i] BP. ib. [k] Ma. [m] Pi. [n] Ang. [o] Me. [p] Me. T. [q] Me. G. [r] T. † For. [t] Pi. [v] G.

vel, *sexum*, Sy. Ar. vel, *pudendum*, sive *verenda*, Mo. JT. Pi. Ti. Ca. Calv. V. Ang. Id factum vel, 1. petulantiâ rudiorum hostium, &c. vide Esa. 47. 3. Jer. 13. 22. Ezec. 16. 37. & 23. 10, 26 [x]: vel, 2. rapacitate militum [y], qui in tantum eas vestibus spoliabunt, ut nè pudendas quidem partes tegere possint [z]; quas tamen pudor naturalis & muliebris modestia tegere jubent [a]. Minatur hoc lascivis & elatis illis fœminis, quæ nimio vestium luxu castitatem virorum tentabant [b]. Sensus, Efficiet ut nudæ abducantur captivæ [c]. Al. פּוּת Chald. est *angulus*, vel pro *corymbis capillorum* accipitur. *Denudandam* itaque puto notari *eam partem capitis quæ in frontem desinit*, & detondendos eos capillos qui supra frontem sunt, quorum magna est cura fœminis; éstque summa ignominia ipsis nudari [d]. Magna fœminarum pulchritudo in capillis posita est, *qui si absint*, inquit Apuleius Metam. 2. *licèt omni gratiarum choro stipata sit*, &c. *placere non poterit*. Hinc liquet quàm grave hoc esset fœminis superbis & elegantiæ studiosis *.

18. *Auferet—ornamentum* (vel, *gloriam*, Mo. P. ὁ'. *pompam*, Sy. *luxum*, Ar. *decus*, Ti.) *calceamentorum*] Ità Ch. vel, *ornamentorum pedum*, P. Ti. *instar squamarum*, P. vel, *monilium pedum*, V. M. vel, *crepitaculorum*, V. G. ex He. in pedibus mulierum, quibus inter saltandum utebantur [f]: vel, *crurum plenum crepitaculis*, Al. in V. vel, *ornamentorum*, Ca. vel, *compedum*, San. Forst. quibus pedes ornabant fœminæ, (teste Plin. 33. 12. ubi *mulieres* prodit *compedes ex auro vel argento fecisse* [g],) ut viris essent illecebræ libidinis [h]: vel, *crepidarum*, Mo. quibus forsan crepitacula appendebant [i]: vel, *vestium*, Sy. sic ὁ'. Ar. ¶ אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים] *Ornamentum istud periscelidum*, JT. Pi. de quibus suprà vers. 16 [k]. & infrà v. 20 [l]. quibus assutæ erant catenulæ aureæ ad moderandos gressus [m]. Longa hîc est & verbosa, non tamen supervacanea, ornamentorum enumeratio, ut inexplebilem mulierum in illis cupiditatem, earúmque vanitatem, curiositatem & luxum traduceret simul & probaret; cùm plurima hîc refert quæ neque requirit natura, neque necessitas, neque honestas [n]. ¶ *Et lunulas*; ità Ch. וְהַשְּׁבִיסִים] [Variant.] *Et reticula*, Mo. Calv. *& vittas instar retis*, P. *& vela ocellata*, vel *reticulata*, quibus capita tegebant [o], & crines coercebant *. *Ocellatáque opera*, JT. Pi. ut sunt reticula [p], & quæcunque raro textu confecta sunt, ut sunt vitrea atq; translucida impudicarum ornamenta [q]; ut *nè adulteris quidem plus sui in cubiculo quàm in publico ostendant*, ut ait Seneca [r]. *Et vittas ocellatas*, ἐμπλόκια Græcis; pro quibus *lunulas* noster posuit †. Sunt monilia de collo pendentia, lunulæ in modum [t], nempe corniculata [v]. Al. *fibulas*, M. Ti. nempe ornamentum instar circuli quo aliquid fibulatur & includitur [x]. *Calamistra*, Ca. *rotulas*, vel *circulos*, For. Ma. vel, *circumconclusiones*, Ma. Est genus ornamenti à circulatione vel circumitione dictum [y]. Idem significat quod שְׁבָצִים [z]. Vide Exod. 28. 4, 39 [a]. [Notant San. & Ma. vocem hanc ab Hieronymo, sive Vulgato, prætermissam esse: sed falli eos constat ex sequente versu, ubi præter primam Vulgati vocem, *Et torques*, respondentem ultimæ voci Hebraicæ in hoc versu, tres adhuc voces ibi supersunt tot vocibus Hebraicis in vers. seq. respondentes, prout & Chald. habet.] ¶ *Et torques*] Ità Chald. [qui hanc vocem, à Vulgato malè translatam ad sequentem versum, loco suo reponit.] Intelligunt lineam ex unionibus, quâ collum cingebatur [b]. ¶ וְהַשַּׂהֲרֹנִים] *Et lunulas*, M. P. Mo. ὁ'. JT. Pi. Ca. h. e. ornamenta [c], sive monilia [d], lunari formâ *; i. e. bullas rotundas. סֹהַר Hebr. est *rotunditas*, unde סִיהֲרָא Chald. *luna* [f]. Vel, specula rotunda & tumentia instar Lunæ plenæ [g]. Erant fibulæ calceorum in modum lunularum, quæ insigne nobilitatis apud Romanos erant [h]. Al. *catenulas*, vel *collaria*, Q. in Ang. qualia erant circa colla camelorum Principum, Jud. 8. 21, 26. ubi eadem hæc vox eo sensu reperitur. Hæc quidem rotunda sunt, non tamen Lunam aptè repræsentant. Quanquam nihil vetat talia ornamenta hîc denotari quæ Lunam in quavis ipsius figura exhibent [i].

19. *Et monilia*; ità Ch. ὁ'. הַנְּטִפוֹת] *Torques*, P. Ar. He. in V. *factos ex bdelliis parvis* [k]. *Collaria*, Mo. Ti. Angl. vel, *Catenulas*, Ang. Sed *collaria*, sive *catenulæ*, ab his distingui videntur Jud. 8. 26. ubi utraque vox occurrit [l]. *Pastillos*, Ca. *Olfactoria*, M. Calv. *Myrothecidia*, JT. Pi. Sign. theculas in quibus includitur opobalsamum, aut aliud odoramentum, quas appendunt mulieres collis suis [m]; q. d. *guttatoria*, *stillatoria* [n]; à נָטַף *stillare* [o], quod tribuitur aromatibus liquidis, ut myrrhino, Cant. 5. 5 [p]. unde nomen נָטָף *gutta*, scil. *balsami* [q]. Al. *Margaritas*, quæ formâ guttas exprimunt, quales in auribus appendere solebant [r]. ¶ *Et armillas*; ità P. Mo. M. Ti. V. Ang. Calv. *armillas manuum*, Ch. וְהַשֵּׁרוֹת] *Et catellas*, JT. Pi. vel, *catenulas*, Pi. For. à שָׁרַר *torquere*, quia catenæ sunt opus tortile †. Sunt brachialia, sive circuli ornantes brachia [t], quibus fœminæ plurimùm delectantur [v]. *Ventralia*, Ca. שֹׁרֶר est *umbilicus*, qui in medio ventris est [x]. ¶ *Et mitras*; ità Ch. M. P. Ti. Calv. וְהָרְעָלוֹת] *Et vela*, sive *velamina*, Mo. V. G. quibus scilicet [mulieres] totam faciem præter oculos tegunt [y], & quæ à parte inferiore ligantur [z]. *Et vittas earum*, Ar. *calanticas*, Ca. [Anglicè, coifs;] *& bracteolas*, JT. Pi. [Anglicè, spangles;] quæ tremere, eóque magis splendere, solent. Verbum רָעַל sign. *tremere*, Psal. 60. 5. Esa. 51. 17, 22 [a]. *Mitræ* [hîc] sunt vela vel fasciæ byssinæ capitis, gemmis & bracteolis aureis tremulísque collucentes [b].

20. *Et discriminalia*] Ità Ch. i. e. pectines [c]; vel, instrumenta ad discernendos & segregandos capillos, & ad eos torquendos & crispandos, putà calamistra [d]. Vel, sunt fasciæ & tæniæ quæ capillos in cirros & plocamos colligunt, colligant, discriminant *. ¶ הַפְּאֵרִים] *Tiaras*, M. Mo. JT. Pi. V. *Pileos*, P. *Vittas*, Ti. *Brachialia*, ὁ'. *Ornatum vultûs*, Sy. sim. Ar. *Mitras*, Ca. *Mitellas*, G. Vox in genere significat *ornamenta* [f]; vide suprà v. 18. & Esa. 61. 3, 10 [g]: sed per syn. gen [h]. significat (communiter [i]) *tegumentum capitis*, ut patet ex Ezec. 24. 17 [k]. & 44. 18. & Exod. 39. 28. Ex quibus locis liquet ornamentum hoc viris & mulieribus commune esse [l]. ¶ *Et periscelidas*; ità P. Mo. G. quæ *genualia* Ovidio [m]: וְהַצְּעָדוֹת] *Et armillas*, JT. Pi. Ch. ὁ'. nempe *pedum*, Ch. Potiùs brachii, ut patet ex 2 Sam. 1. 10. Idem sign. quod אֶצְעָדָה [n], quod occurrit Num. 31. 50. & 2 Sam. 1. 10 [o]. *Brachialia*, Ca. Al. *tibialia*, Ti. *ornamenta crurum*, M. V. sic For. Sign. *circumferentias in parte inferiore vestis circa crura*; à צָעַד, quod *incedere cum pompa* sign. unde nomen צְעָדָה, quod *motum, commotionem, agitationem*, sign [p]. ¶ *Et murænulas*; ità P. Ch. וְהַקִּשֻּׁרִים] Idem nomen habetur Jer. 2. 32. à קָשַׁר *ligare* [q]. [Variè reddunt.] *Et vittas*, Mo. M. *& tænias strictiores*, quibus se ornabant virgines [r], vel capillos colligabant. Erat illis ornamentum præcipuum, ut patet ex Jer. 2. 32. Nec aliud erat regale diadema quàm augusta & magnifica tænia †. *Redimicula*, JT. Pi. *vestes strictas*, Ti. *lemniscos*, Ca. Ornamenta quæ mulieres capiti aut gutturi alligabant [t]. *Colligationes* seu *vincula*, torques, qui in circularem figuram convolvuntur [v]. ¶ *Et olfactoriola*] Sic Ch. i. e. myrothecia, sive pyxides perforatæ, quæ suaves odores suos per foramina emittunt [x]. ¶ וּבָתֵּי הַנֶּפֶשׁ] *Et domos animi*, Mo. V. &c. Sunt monilia quædam dependentia à collo inter ubera super pectus, sic dicta quòd muniant domum animæ, i. e. cor [y]. Sed hoc remotiùs à sensu videtur [z]. *Et pectoralia*, P. *monilia*, Ca. *fasciculos redolentes*, Ti. *jocalia animæ*, M. *domos*, vel *domunculos*, *halitûs*, G. Angl. ut נֶפֶשׁ sumitur; (confer Gen. 6. 17. & 7. 22. Jac. 2. 26 [a].) vel, *fragrantiæ*, For. i. e. odoriferas pyxides [b], sive sphærulas, inter ubera pendentes [c]. Al. *bucculásque*, JT. Pi. quibus scil. excipitur halitus cùm obduntur ori [d]. Intellige superba illa aulicarum [fœminarum] instrumenta quibus os suum contegunt velut pastomidibus: est enim os meatus animæ sive anhelitûs, cujus obex propterea Hebræis *domus animæ* appellatur *. Alii *vittas sericas* quibus mulieres alligant capillos capiti interpretantur [f]. ¶ *Et inaures*] Ità M. Ti. P. Mo. ὁ'. Ch. At hæ aliâ voce Hebræâ exprimuntur, Num. 31. 50. Ezec. 16. 12 [g]. Al. *& amuleta*, JT. Pi. Heb. *incantationes*. (Hanc vocem cognatam judicant illi quæ sign. *incantare*, Psal. 58. 6. Eccles. 10. 11 [h].) Meton. subjecti, nam ad incantationes avertendas adhibentur amuleta [i]. Erant characteres auro vel argento scripti formâ incantationis [k]. Hoc cum

Marginal notes (left column): x Ang. y Musc. z Pi. sim. Ang. a Ang. b Musc. c V. d For. * San. f G. ex He. sim. Q. in V. g Ma. h Forst. in Ma. i Ma. k Jun. l Ma. m He. in Ma. n Calv. o V. * Ma. p Jun. Pi. q Jun. r Ma. † G. t G. sim. Me. T. v Me. T. x Q. in Ma. y For. sim. Forst. in Ma. z Forst. ib. a Ang. b G. c Pi. d V. * Pi. sic V. f For. g Q. in Ang. h Ma. i Ang. k He. in V.

Marginal notes (right column): l Ang. m He. in V. sim. For. Pi. n For. o Pi. For. p Pi. q For. r Q. in Ang. † Pi. t Me. sim. v San. x For. y V. sim. G. z V. a Ang. b Me. c L. d Me. * Me. & T. ex San. f Pi. sic For. Ang. g Ang. h Pi. Ang. i Pi. l Ang. m G. n Pi. Ang. o Ang. p For. q Pi. r For. † Ang. t V. ex He. v San. x Me. sim. T. y V. z Ang. a Ang. b G. sim. For. M. c M. sim. For. d Pi. * Jun. f V. g Ang. h Ang. i i. k AE. in M.

cum ea criminatione convenit quâ Propheta usus est suprà 2. 6[l]. ¶ [וְהַלְּחָשִׁים] *Et ornamenta aurium,* à לחשׁ *incantare*; quo significatur oratoriam ad aures permulcendas accommodatam esse: vel, quòd mulieres illis contra imprecationum ac incantationum præstigia aures præmunierint, deinde etiam ornârint. [Hæc Forerius, & quidem, ut antè observavit Malvenda, ad verbum ex Forstero, è quo plurima mutuatur, dissimulato ejus nomine.] Vide dicta ad Gen. 35. 4[m].

21. *Annulos*] Sic dictos à טבע *infigere*, vel *altè intingere*, Exod. 15. 4. Job. 38. 6. &c. vel, quòd digitus annulo infigitur; vel, quòd in obsignatione instrumentorum [scriptorum] annulus infigitur & quasi immergitur ei quod obsignatur[n]. ¶ *Et*, &c. [נִזְמֵי הָאָף] *Et monilia* (vel, *circulos*, P. Mo. G.) *nasi*, sive *narium*, M. Pi. G. V. vel, *naso impendentia*, JT. Pi. suspensa scilicet de fronte[o]: Gen. 24. 47. Prov. 11. 22. Ezec. 16. 12[p]. Mulierum orientalium ornamenta quædam aurea sive argentea dependebant, ut ab auribus[q], ut Gen. 35. 4. Exod. 32. 2[r]. ità etiam à naribus†. Vide Judic. 8. 24. Job. 42. v. 11[r]. Hæc unâ voce etiam נזם dici solent, ut Prov. 11. 22. Ezec. 16. 12[v]. נזם ornamentum est tam auribus quàm naso, toti denique faciei, commune[x]. τὸ אף sæpe pro tota *facie* ponitur, ut Gen. 3. 19. 2 Sam. 14. 33. ideóque phrasis hæc omnia *faciei monilia* comprehendit[y]. *Frontales infulas*, Ti.

22. *Et*, &c. [הַמַּחֲלָצוֹת] *Mutatoria*, M. P. *Vestes mutatorias*, Mo. V. Calv. G. h. e. pro diversis locis, temporibus ac statibus diversa puellarum ornamenta[z]. Vel, vestes pretiosiores[a], quæ rarò & ad pompam induuntur[b], *extractæ* & *delectæ* à vulgari usu[c]; à חלץ *detrahere*, vel *extrahere*[d]. *Syntheses vestium*, JT. i. e. multiplicem mundum muliebrem vestimentorum ad mutationem frequentem*. Vox hîc tantùm occurrit, & Zach. 3. 4. ubi redditur, *vestes mutatoriæ*[f], quæ aliàs appellantur חליפות. Vide Jud. 14. vers. penult. ubi vox præsenti affinis, tanquam synonyma istius, usurpatur[g]. Al. *Suppara*, vel *Supparos*, Ti. Ca. Q. in Pi. quòd suspendantur circa חלצים *lumbos*[h]. Al. Est vestimenti genus quod corpus à cingulo deorsum tegit, qualia sunt mulierum semicinctia. Sed & in Zach. 3. 4. potest esse genus vestis virilis circa lumbos. Quorundam vestimentorum nomen idem est utrique sexui[i]. Al. *Tunicas*, Ch. *Et indumenta quæ per domum*, ο'. *Et sericum*, Sy. *Collaria*, Ar. ¶ *Et palliola*; sic M. Ti. Ch. Pi. V. [וְהַמַּעֲטָפוֹת] *Et vela*, seu *velamina*, P. V. vel, *operimenta*, Mo. V. G. quibus se mulieres operiebant[a]: vel, peristromata lectorum, quæ ἁλουργῆ & μεσοπόρφυρα fuisse, i. e. *purpurâ circumtexi* aut *intertexi* solita, colligimus ex Græca hîc interpretatione[b]. Vel, *amictus*, V. *& amicula*, JT. Pi. à עטף *operire*[c]. Videtur hoc vestimentum superius fuisse, ut præcedens interius[d]. *Sindones*, Sy. *pepla*, Ar. ἐγκομβώματα, Ga. Cin. p. 106. [De qua voce vide vel ibi dicta, vel à nobis suo loco, Deo propitio, congerenda.] *Et perspicua Laconica*, ο'. id est, tenuissima quædam integumenta, quæ partes corporis quasi nudas ostendebant*. ¶ *Et linteamina*; ità Ch. P. [וְהַמִּטְפָּחוֹת] *Et chirothecas*, V. vel, *pepla*, Mo. M. Ti. For. quibus mulieres caput velant & ornant. A טפח *palma* fit verbum טפח *palmâ planavit, explanavit, distendit*; indè מטפחת *velum explanatum*, sive *peplum*[f]. Ex Ruth 3. 15. apparet esse περίζωμα, *succinctus* illos subter pectus quibus mulieres solent uti. Itaque ο'. non malè vertunt, τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, (*indumenta domestica*[g].) [Verùm aut fallit Grotius; aut fallunt nos Sanctius, Leo Castro, aliíque plurimi, qui notant hanc vocem à ο'. versam *byssina*: quibus insuper favet ordo verborum in Græco textu.] *Ventralia*, JT. Pi. ¶ *Et acus*] Ità M. Ti. V. *Acum* intellige, non quâ sarcinatrix, sed quâ ornatrix, utitur, sive *crinalem*, ut vocat Apuleius, quâ, ut monet Hi. *ornatorum crinium compago retinetur, nè laxiùs fluant, & in sparsos dissipentur capillos*. Huic attestatur Martialis, Epig. 14. 24. *Tenuia nè madidi violent bombycina crines, Figat acus tortas sustineátque comas.* Talis acus *discerniculum* vocatur Latinis, à *discernendis* sive dividendis ante frontem mulierum capillis. Quoniam autem חרט, nempe *stylum scriptorium*, magnitudine & figurâ referebat acus, indè dicta est חריט; quomodo apud Græcos à voce κάλαμος, &c. *calamus scriptorius*, acus nominatur καλαμίς[h]. ¶ [וְהַחֲרִיטִים] *Et calamistra*, Ang. sic For. quibus mulieres utuntur ad discriminandos, concinnandos, vel etiam crispandos, crines[i]. *Et aciaria*, JT. Pi. Græcis ῥαφιδοθῆκαι, quibus acus & aciculæ infigi aut includi solent[k]. Intelligunt thecas quibus aciculæ includuntur[l]. Sed malo pulvillos quibus infiguntur, quippe qui formâ exprimunt loculos nummarios, de quibus vox usurpatur 2 Reg. 5. 23. nec alibi invenitur[m]. Chald. reddit, מַחְכִיָּא, h. e. ut ego quidem suspicor, *fibulas*, ab Heb. חכך, unde חכה *hamus*, cujus figuram imitatur & munere fungitur fibula; infixo quippe acumine, tanquam hamo, qui prehendat, vestem subnectit. Nec inscitè חריט exponi possit *fibula*, quia hæc, instar styli, & in acumen desinit, & ad trajiciendum sive transfigendum est apta. Congruit hoc Prophetæ consilio, qui insignem fœminarum ornatum sigillatim commemorare instituit; cujus pars non postrema semper ferè erant fibulæ aureæ, &c[n]. Al. *& crumenas*, P. Mo. Ful. misc. ex K. & AE. G. ut apparet ex 2 Reg. 5. 23[o]. Solent fœminæ habere crumenulas quasdam de sinu pendentes[p]; quæ opulentioribus erant sericæ, ac argento, auro gemmísque refulgentes, & ad ornatum magis quàm necessitatem comparatæ. Marsupii autem genus חריט dicebatur, vel, quia instar styli muliebris oblongum esset, angustum & rotundum[q]; vel, quia habebat strias stylo formatas[r].

23. *Et*, &c. [הַגִּלְיֹנִים] *Specula*, M. P. Ti. Mo. Ch. JT. Pi. Ca. Ful. ex He. &c. Consilium formæ†. Deducitur à גלה *revelare*, nam specula revelant maculas faciei[t], vel siquid uspiam est in corpore ejúsve amiciendi modo dedecoris, ut de more corrigatur. Hæc versio ut nomini, ità etiam rei, congruit: nec enim Propheta hîc speculum, præcipuam quandam & maximè necessariam mundi muliebris partem, penitùs omittere voluit[v]. [Q. tamen aliter reddunt.] *Et coccinea*, ο'. [in San. & in Castro; at in G. & in Ful. aliter, nempe,] τὰ διαφανῆ Λακωνικά, h. e. *perlucida* indumenta *Laconica*, quæ, araneorum modo texta, *nihil obstabant*, ut refert Horat. Satyr. 1. 2. nè corpus *penè nudum videri* queat: qui mos erat Lacedæmoniorum detestandus. Convenit & hæc versio Prophetæ consilio, luxum præcipuè & lasciviam fœminarum gravissimè increpantis; quorum vitiorum neutrum in ipso speculorum per se usu cernitur aut damnatur. Favet & K. qui exponit, *interulas*, sive *subuculas*, *tenues ac subtiles*, *per quas corpus transparebat*[x]. ¶ *Et sindones*] Ità P. Mo. M. Ti. JT. Pi. Ch. G. Vide quæ ad Matt. 27. 59[y]. Id est, suppara è sindone[z], sive lino Ægyptiaco[a]. ¶ [וְהַסְּדִינִים] *Et sudaria*, Ca. *& tenuissima* sive *optima linteamina*. Nomen est materiæ, non vestimenti indè facti[b]. ¶ *Et vittas*; ità P. [וְהַצְּנִיפוֹת] *Et calyptras*, M. Ti. Mo. i. e. quævis capitum ornamenta[c]. *Flamea*, Ca. *& coronas*, Ch. *& cidares*, V. For. sive *tiaras*, For. tegumenta capitis[d]. Pileola erant rotunda, quibus Reges, Sacerdotes & Judices, interdum & mulieres, utebantur*. *Et mitras*, JT. Pi. ornamenta capitis teretia & convoluta, (à צנף *convolvere*,) quæ redimiculis capiti alligabantur, & quibus caput operitur. De his Virgil. Æn. 9. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitras*; & Plin. 35. 9. *Capita mulierum mitris versicoloribus operuit*[f]. *Et involucra circum frontem*. Miror Græcos hoc tot verbis exprimere, τὰ ὑακίνθινα, καὶ κόκκινα, καὶ τὴν βύσσον, σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένα, (*hyacinthina, & coccinea, & byssum, cum auro & hyacintho contexta*[g].) [At alii id Grotio non concedunt, sed illa tribus Hebræis vocibus adaptant, & הצניפות notant à ο'. verti, *byssinas contextas auro & purpurâ*. Ità Leo Castro, &c.] ¶ *Et theristra*] Ità P. Ti. Ch. Sunt hæ vestes æstivæ, sic dictæ quòd in æstate gererentur[h]. ¶ [וְהָרְדִידִים] *Et palliola*, Mo. *atque togas*, M. *& multitia*, Ca. *& carbasa*, JT. Pi. i. e. vel vela nautica, vel pallia ex carbaso facta, à רדד *expandere*; nam est vestis expansa seu fluxa[i]. θέριστρα κατάκλιτα, ο'. i.e. *stragulas æstivas*[k], [vel, ut alii Græca vertunt, *theristra accubitoria*.] רדידים sunt, vel, vestimenta subtilia æstiva[l]; vel, sindones quas mulieres expandunt super caput ob æstum[m]. *Et velamina*, vel *theristra*. Verbum רדד *actionem superioris in inferiorem rem aut personam* significat. *Velamen* ergò quo

l Jun. m G. n Ang. o Ti. Ang. p Ang. q V. r Ang. † V. t Ang. v G. x San. sim. For. y Ang. z San. a Me. T. For. V. Forst. in Ma. b T. sim. Me. c For. ex Forst. d For. * Jun. f Ang. g Pi. h Pi. i Ang. a V. b G. c Pi. Ang. d Ang. * San. f For. g G.

h Ful. misc. 5. 10. i For. k Pi. ex Jur. sim. Ang. l Q. in Ang. m Ang. n Ful. ib. o G. sim. Ful. p G. q Ful. ib. r Pi. † G. t Pi. v Ful. misc. 5. 20. x Ful. ib. y G. z Pi. a Jun. b Ang. c Ma. d V. * For. f Pi. g G. h T. sim. Me. i Pi. k G. l Q. in V. m Al. in V.

quo mulieres utebantur in signum subjectionis Hebræis sic dicebatur : unde & Apostolo hoc subjectionis signum dicitur per antiphrasin ἐξουσία *potestas*. Cùm autem, ut dixi, sermo hîc sit de viris effœminatis, aptè & festivè inter muliebria ornamenta *cidarim* & *potestatem* in fine nominavit [n].

24. *Et erit pro suavi odore,* בֹּשֶׂם] *Aromate*, P.Mo. M. *aromatibus*, JT.Pi. aromaticis unguentis atque odoramentis [o]: *musco*, Ti. ¶ *Fœtor* ; ità Ca.For. מַק] *Mucus*, Mo. *tabes*, Ti. JT. Pi. sic Ch. *pulvis*, ο'. Sy. Ar. *putredo*, M. P. *dissolutio*, vel *liquefactio*, sub. *carnis earum* : q. d. Putrescent tandem corpora earum, neque aromatibus afferentur à putredine [p]. Accidit hoc ex ulceribus, vel morbis, vel carcere, &c [q]. ¶ *Et pro zona*] Ità ο'. vel, *cingulo*, M. P. Mo. &c. vel, *cinctura*, Ti. Calv. ¶ *Funiculus* ; simil. ο'. Ar. נִקְפָּה] *Excisio*, Mo. P. *Scissura*, quæ in luctu familiaris [r]. *Percussura*, M. i. e. caro percussa, ut non possint se accingere super eam †. *Stigmata percussionis*, Ch. *diffluxus*, Ti. *dissolutio*, JT.Pi. scil. cinguli, ex antithesi [t]. *Confractio*, V. G. i. e. vestes laceræ [v]. *Ruptura*, V. sic Ca. nempe in ea parte vestis in qua est zona ; q. d. Vestes earum usque ad nates præcidentur ab hostibus [x], ut 2 Sam.10.4. Radix sign. *exscindere*, Esa. 10. 34. vel, *abscindere*, Esa. 29. 1. Al. *Panniculi*, vel vestes laceræ & detritæ, quas etiam, ut in luctu fieri solet, discinctas esse sinunt [y]. ¶ *Et pro crispante* (vel, *circumvoluto*, Ch.) *crine*, וְתַחַת מַעֲשֶׂה מִקְשֶׁה] *Et pro opere calamistri*, Mo. Ti. vel, *compositionis* crinium, M. *Pro calamistrato capillo*, Ca. *Pro cincinnis*, i. e. crinibus arte & industriâ dispositis [z]. *Pro crispitudine*, seu *factura crispitiei*, For. *Et pro crinium dispositione æquali*, P. sim. Ang. *Et loco operis pexi*, JT. Pi. Heb. *operis continentis*, i. e. ità pexi ut continens esse videatur [a]. *Pro opere & æqualitate*, i.e. pro pulchre pexis & dispositis comis [b]. Al. *Et pro ornamento capitis aureo*, ο'. Ar. *Loco gemmarum*, Sy. ¶ *Calvitium*] Ità M.P. Mo.Ti. JT. Pi. Intellige, [vel, 1. impropriè,] vestis detrita, ex antithesi ; quæ sic dicitur per metaphoram [c] : [vel, 2. propriè ;] q. d. Deformitas summa erit, quia coma mulieri gloriæ est, 1 Cor. 11. 15 [d]. Accidet hoc, vel ex scabie prædicta, v. 17 ; vel manu hostium, sive ex irrisione, sive ex furore ; vel manu suâ, ob luctum & impotentiam animi, Esa.15.2. & 22.12*. ¶ קָרְחָה] *Glabretum*, Ca. *tonsio capitis*, Ch. *incisiones*, Sy. *porrigines*, Ar. *Calvitium habebis propter opera tua*, ο'. ¶ *Et pro fascia pectorali* ; ità P.Ti.Mo.For. וְתַחַת פְּתִיגִיל] Vox hæc alibi non legitur [f]. Est vox barbara [g] ; [vel Hebræa,] à פְּתִיל *fascia*, & גָּלַל *volvere*, q.d.circumvolvens fascia, *strophium*, quod virgines ad ubera sæpe circumcingunt ; estque ex delicata materia [h]. *Loco segmentatæ cycladis*, JT. Pi. [Intelligit Junius illud vestimenti genus quod Anglicè fardingale vocant, ut ex prolixa ipsius descriptione colligitur, quam in eo videre est :] à פַּת *frustum*, seu *segmentum*, & גְּלִיל *orbis*, sive *rotunditas* [i]. Erat zonæ genus magnificum [k] ; cingulum sericeum latum quo mulieres se cingebant [l]. Vel, erat genus vestis quam mulieres induebant ad gloriam & decorem [m]. Erat *fascia exsultationis*, cujus usus in diebus lætitiæ, à פְּתִיל *fascia*, & גִּיל *exsultavit* [n]. Vel, erat vestis tenuis & subtilis quæ cæteris vestibus superponebatur ; vestis, inquam, brevis, quæ superiorem tantùm partem tegebat, nempe usque ad partem infernè proximam pectori : quâ etiam Reginæ videntur olim fuisse ornatæ [o]. Forsan est quam Hispani vocant *mantellina* [p]. Verùm de his vestimentorum, sicut & avium Levit. 11. nominibus divinant tantùm nobiscum Rabbini, nec quicquam certi afferunt [q]. Al. *Et pro tunica clavatæ purpuræ*, ο'. *Et loco hyacinthorum tuorum*, Sy. *Et pro eo quòd ambulabant in superbia*, Ch. *Et loco indusii tui serici*, Ar. *Pro tenui interula*, Ca. ¶ *Cilicium*, מַחֲגֹרֶת שָׂק] *Saccus*, Ti. *cingulum*, sive *cinctura*, *sacci*, M.P. Mo. G. vel, *cilicii*, JT. Pi. i. e. funis quo cilicia constringi solent [r]. *Circumcingêris sacco*, ο'. sim. Ch.Sy. Ar. *amictus centonis*, Ca. Vestis cilicina †, indicium luctûs, Genes. 37. 34. Job. 16.15. Psalm. 30. 12. &c [t]. ¶ *Pulcherrimi*, כִּי־תַחַת יֹפִי] [τὸ כִּי variè reddunt.] *Adustio* (vel, *Deformitas*, quòd mulieres adustæ sunt deformes [v] : vel, *Adustio cutis*, Ca. sive faciei à calore Solis [x] :) *pro pulchritudine*, sive *venustate*, M. P. Ti. Ca. sic JT. Pi.

n For. o Pi. p V. q Ang. r For. † Q. in V. t Pi. v G. x V. y Ang. z V. a Pi. ex Jun. b G. c Pi. d Jun. * Ang. f For. g G. h For. i Pi. ex Jun. k G. ex He. l Q. in V. m Al. in V. n Aven. in Ma. o Al. in V. p Ma. q Ang. r G. † San. t Ang. v V. x Pi. sim. Ang.

Ang. Glass. V. Pro formæ cultu fœminæ Solibus urentur [y]. Pro eo quòd colebant faciem suam venustatis causâ, & à Solis cœlique injuriis studiosè defendebant, rapientur foras ab hostibus, retectæque Soli exponentur atque torrefient [z]. כִּי cohæret cum præcedentibus [a]. *Ustio*, pro, & *ustio*. Ellipsis copulativæ, ut Job. 12.4. & 20. 17. &c [b]. Et כִּי non est hîc præpositio [c], sed nomen [d], sicut & Esa.32.13 *. à כָּוָה *uri* ; pro כְּוִי †, vel כְּוִיָּה [f], (ut רִי *irrigatio* Job.37.11. à רָוָה *irrigari* [g],) contractè, ad celeritatem sermonis, & ut sono conveniat cum opposito ejus [h] [יֹפִי.] [Aliis hoc non placet.] 1. Insolens est hæc derivatio. 2. Maccaph, quo כִּי cum תַחַת in unam dictionem compingitur, vetat illud pro subjecto enunciationis haberi, quod in pronunciando per aliquam vocis suspensionem, in ista præsertim sententia, à prædicato rectè discernitur [i]. [Alii itaque כִּי pro præpositione sumunt, & locum sic reddunt,] *Quia pro pulchritudine*, Mo. [quæ verba connectit cum seq. ut Di.] Conjungo cum versu seq. hoc modo, *Quia propter pulchritudinem*, vel potiùs, *loco pulchritudinis*, *viri tui gladio cadent*. Neque obstat quòd, כִּי ità accepto, versus hic suspenso sensu finiatur : id enim & alibi sæpe contingit, ut vel ex Esa. 8. 21. apparet [k]. Si tollas distinctionem [versuum,] sic accipias, *Quia propter venustatem* (cui scilicet tantopere studebatis, ut viris placeretis,) *ipsi viri tui cadent*, &c. Vel, כִּי non tam rationis est, quàm continuationis, sive expositiva particula ; q. d. Hæc quæ commemoravi non aliter accipias, quàm *quòd propter* illam formæ *venustatem* cui adeò dediti estis, *viri cadent*, &c [l]. *Quoniam* omnia illa suprà dicta erunt *vice pulchritudinis*, i. e. eò quòd elegantiæ studiosiores eratis [m]. Al. τὰ כִּי תַחַת non sunt de textu, sed in eum irrepserunt, ut patet quòd nec in ο'. habentur [n]. [Sed cautiùs & sapientiùs loquitur Leo Castro, ipse etiam Romanensis :] ο'. locum sic reddunt, *Et filius tuus pulcherrimus—gladio cadet* : [quam versionem cum textu Hebræo sic conciliat :] Hebræa lectio ad verbum est, *Quoniam pro pulchritudine* (quâ scilicet adolescentes nitebant ; vel, q. d. ut quisque est pulcherrimus, & speciosissimus, pulcherrimus quisque juvenis & princeps populi,) *viri tui cadent*, &c [o]. [Sed neque reliqui veteres illa verba omiserunt, quanquam aliter, pro more ipsorum, interpretati sunt.] Chald. τὸ כִּי [vel potiùs hæc tria verba] sic παραφράζει, *Hæc ultio sumetur ab illis, quia scortatæ sunt in pulchritudine sua* [p]. *Quoniam corrumpetur pulchritudo earum*, Sy.

25. *Viri tui*, &c.] O Zion, vel Jerus [q]. ad quam nunc sermonem convertit [r]. מְתִים sign. vel *homines* in genere, prout à fœminis & parvulis distinguuntur, Deut. 2. 34. & 3. 6 †. q. d. mortales [t] ; vel, (per syn. gen.) *viros* in specie, quia mox, tanquam synonymum, addit *fortes* [v]. Viri cadent, quòd talia in fœminis paterentur & promoverent : vel, fœminæ sic puniuntur amissione maritorum [x]. ¶ *Et fortes* (vel, *milites*, Ca. vel, *victores*, Ch.) *tui* ; sim. LXX, Sy. Ar. JT. Pi. גְּבוּרָתֵךְ] *Fortitudo tua*, P. Mo. *robur tuum*, M. Ti. i.e. fortes ; ut Latinis, *nobilitas*, pro nobilibus [y]. *Fortitudines tuæ*, vel, viri *fortitudinis tuæ*, V.

26. *Portæ ejus*] In quibus forum, prætoria, &c [z]. propugnacula, loca publicorum conventuum [a]. Vel, *portæ*, i. e. civitates, ut Exod.20.10. Deut.16.5. & 31.12 [b]. Hæ *mœrere* dicuntur per metaphoram hyperbolicam [c], quomodo Esa. 24. 4. Lam. 1. 4 [d]. vel, ob infrequentiam populi intrantis & exeuntis * ; vel, ob defectum judicum & litigantium & consultantium [f]. *Portæ ejus*, nempe Jerus. de qua tacitè secum cogitabat Propheta : vel, omittitur antecedens, quòd nobilis hæc civitas communi nomine satis intelligebatur, maximè à Judæis ; sicut τὸ *Ipse* Pythagoram satis designabat. Relativum pro antecedente sæpe ponitur : ut Num. 7. 89. & 25. 4. *illos*, i. e. transgressores, non, Principes ; Jos. 13. v.8. עִמּוֹ *Cum ipso*, &c [g]. *Portæ ejus* : Transitus à 2. pers. ad 3. quod Hebræis frequens [h]. ¶ *Et desolata* ; ità Ti. sim. Ch. ο'. Ar. Ca. וְנִקָּתָה] *Et* (vel, *cum*, JT. Pi. vel, *& ipsa* civitas, M.) *munda*, vel *mundata*, Mo. P. M. sim. JT. Pi. vel, *evacuata*, sive *exhausta*, Pi. V. sub. *viris*, M. vel, *incolis*, Pi. sic V. & sub. *erit*, Pi. i. e. privata rebus omnibus [i] ; sicut *mundities dentium* pro *fame*, Amos. 4. 6 [k]. *Mundata*, i.e. evacuata bonis. Metaphora

y G. z Jun. a G. b Ang. c G. d G. Glass. Ang. &c. * Glass. gram. 3. 7. 18. 618. † Q. in Di. f Glass. ib. g Glass. ib. G. Ang. h Ang. i Di. k Di. l For. m He. in V. n San. o Castro. p Glass. ib. q For. Pi. r Calv. † Pi. Ang. t For. v Pi. x Ang. y Pi. z Me. a For. b Ang. c Pi. d Ang. * V. simil. Calv. Ang. f Pi. g Glass. gram. 3. 23. 12. 195. 196. h G. i G. k G. ex Pi.

ab eo qui scopis everrit domum, Matt. 12. 44. vel everrit & tollit stercus, 1 Reg. 14. 10. Vide Esa. 14. 23. Ezec. c. 26. v. 4. Vel, alludit ad abstersionem patellæ, 2 Reg. 21. 13. Nimirum impii conferuntur sordibus patellæ, vel domûs, vel metalli. Vide Esa. 1. 25. Jer. 6. 30 [l]. ¶ *In terra* (humi, non in solio [m],) *sedebit*] More scilicet lugentium, ex membro præcedente [n]. Vide Esd. 9. 3. Esa. 47. 1. Lam. 2. 10. &c. Simul alludit ad situm urbis dirutæ, vel exustæ, quæ in pulvere jacere videtur, 1 Reg. 20. 10. Psal. 102. 15 [o]. Sessio & silentium (quæ duo utplurimum conjuncta sunt, ut Job. 2. 13. Esa. 47. 5. Lam. 2. 10. &c.) desolationem in S. Scripturis exprimunt, Ezec. 8. 14. Amos. 8. 3. Huic loco & Esa. 47. 5. commentarii vice esse possunt nummi à Vespasiano cusi in memoriam devictæ Hierosolymæ, [qui tales erant;] vice filiæ Sionis, mulier silens, in terra sedens, dorsum in palmam reclinans, cum hac inscriptione, *Judæa capta*. Et cùm mecum reputo quem locum Josephus in aula Imperatoris tenuit, facilè suspicer quis hanc Reversam designavit [p].

[l] Ang. [m] G. [n] Pi. sic Calv. Ang. [o] Ang. [p] Greg. in not. & obs. cr. in Crit. Lond. pag. 2774.

CAP. IV.

1. E*T apprehendent*] Ità Mo. Ti. ὁ'. Ch. &c. vel, *Adeò ut prehensent*, Ca. contra modestiam mulierum, quæ quæri debent, non quærere, &c [a]. ¶ *Septem*] Id est, multæ [b]. Numerus certus pro incerto [c]. ¶ *In die illa*] Pertinet ad prophetiam cap. 2. 12, &c. & cap. 3. v. 25, 26 [d]. Prosequitur eundem sermonem: nec dubium est quin uno tenore habita fuerit hæc concio *. Significat maximam virorum inopiam [f], & cladem [g]. ¶ *Panem nostrum*, &c.] Non abs te illa exspectabimus quæ Lex à maritis exigit, Exod. 21. 10 [h]. Victum & vestitum ære (vel labore [i]) nostro comparabimus [k]. Quærunt maritum, iniquis licèt conditionibus [l]. ¶ *Invocetur nomen tuum super nos*; ità Mo. P. ὁ'. Ch. &c. יִקָּרֵא וגו'] *A te denominemur*, Ca. simil. Glas. *Vocemur nomine tuo*, Ti. JT. Pi. id est, Dicamur uxores tuæ [m]. Vide Gen. 48. 16 [n]. Mulier, cùm transit in familiam viri, ejus nomine censetur, & proprium perdit [o]. Vide Joh. 19. 25 [p]. ¶ *Aufer opprobrium nostrum*] Ità ὁ'. Ch. JT. Pi. &c. nempe ἀτεκνίαν, sive sterilitatem [q], & cœlibatum [r] in ætate ὑπέρακμος, (*matura nuptiis* †.) Probrosa hæc erant, maximè Judæis, tum quia sic despici videbantur tanquam indignæ [t]; tum quia præcipua Dei benedictio erat soboles [v], Psal. 127. 3. & 128. 3. & sterilitas habebatur maledictio, Exod. 23. 26. Deuter. 7. 14. Vide etiam 1 Sam. 1. 6. Jud. 11. 37. Psal. 78. 63. Esa. 54. 4 [x]. Sensus itaque hic est, Procrea nobis liberos, ductis scil. nobis in uxores [y]. Vide quò adactæ sunt, quæ suis antè maritis contentæ non erant [z]; septenæ, tutelæ præsidiique causâ, contentæ erant uno communi marito [a]: contra naturam illius societatis, in qua consortes pati non possumus. Vide Levit. 18. 18. 1 Sam. 1. 6 [b].

2. *In die illa*] Nempe sequente prædicta mala [c]; populo his calamitatibus purgato, deletis impiis, reliquis emendatis [d]. Al. Cùm Judæi à Romanis talia patientur *. Cùm omnia sùsque dèque ferri visa fuerint, vastatâ Judæâ, & Israelitis peccato peccatique pœnâ oppressis, deploratis omnibus; tunc *germen*, &c [f]. Hìc debuerat inchoari nova sectio: [& hìc cap. 3. inchoant JT. & Pi.] est enim sermo de re alia [g]. Opportunè subjicitur hæc consolatio, nè diræ cladis nuncio nimis exterrerentur pii, & ambigerent quomodo tunc staret fœdus Dei, &c [h]. ¶ *Erit germen* (vel, *Christus*, Ch.) *Domini in magnificentia*, &c. צְבִי וגו'] *In decorem*, sive *pulchritudinem*, (vel, *magnificentiam*, Ti. vel, *gloriam*, Ch.) *& gloriam*, P. M. &c. vel, *gloriæ & honori*, JT. i.e. afferet decus [i]: vel, *inclytum & gloriosum*, V. *in jucunditatem*, &c. צְבִי dicitur de re quavis quæ elegantiâ suâ oculos animósque omnium in se convertit & allicit [k]. צְבִי tum *decus*, tum *capream*, sign. fortè à significatione צְבָא Chaldaica, quæ, Mercero teste, est *placere*, seu *jucundum esse* [l]. *In decorem*, &c. i.e. decorum; abstractum pro concreto, ut Esa. 3. 25 [m]. [Sed

[a] Ang. [b] M. For. Pi. [c] V. For. [d] Ang. * Calv. [f] For. [g] Musc. [h] Ang. sim. V. [i] Ang. Pi. [k] V. sim. Ang. G. [l] Calv. [m] V. sim. Pi. Ang. [n] Pi. [o] Calv. [p] Ang. [q] Pi. V. [r] V. G. † G. [t] Calv. [v] Calv. sim. Pi. Ang. [x] Ang. [y] Pi. [z] Musc. in Mar. [a] G. [b] Ang. [c] Pi. Ang. Musc. &c. [d] Ang. * Me. sic T. [f] For. [g] G. [h] Calv. [i] Pi. [k] For. [l] Pi. [m] Ang.

quærendum quid, vel quis, hìc per *germen* significatur: de quo variant.] Resp. 1. *Germen Domini* sunt primo sensu reliquiæ exsulum, quæ, Esdræ & Nehemiæ temporibus domum reversæ [n], laudabilem vitam duxerunt [o]: hæ, inquit, rursus germinabunt, & in pristinam ubertatem & gloriam evehentur [p]. Non placet. 1. Quomodo probabit Grotius has esse *germen*, &c? 2. *Magnificentia* & *gloria* maximè distinctæ sunt à vita laudabili. 3. Num in die cladis Babylonicæ tanta fuit magnificentia reliquiarum populi [q]? Germen hoc est Ecclesia & populus Dei, qui vocatur *amœna ejus planta* Esa. 5. 7. hæc, inquit, in Babylone emortua videbatur, reflorescet tamen, &c. Vide Esa. 26. 19. & 37. 31 [r]. *Germen* hìc activè sumi potest, hoc sensu, *Germinare faciet Deus arentem populum in alieno solo*. *Lignum aridum* proverbialiter ponitur pro desperato ac perdito, Esa. 56. 3. Ezec. 17. 24. qualis populus Dei videbatur: at, inquit, afflante Deo, germinabit, &c †. Non dubito *germen Dei* accipere pro copioso & insolito gratiæ proventu, qui famelicos recreabit: q. d. Terra quæ, post vastationem sterilis, nullum germen promisit, inexspectatam herbam producet. Familiaris est hæc metaphora, Dei dona in mundo *germinare*. Vide Psal. 85. 12. Esa. 45. 8 [t]. [Aliis hæc non placent.] *Germen* hoc ab Ecclesia, sive credentibus, illis nimirum *qui salvati*, vel *relicti, fuerint*, &c. apertè distinguitur [v]. Proprium apud Prophetam nomen Ecclesiæ est *Israel*, aut *reliquiæ Israelis*, hoc versu & seq. Gratiæ item sive dona (quæ alii per *germen* intelligunt) evidentissimis verbis exprimuntur [x]. Respond. 2. *Germen Domini* est Messias [y]. 1. Quia hic passim dicitur *germen*, sive *surculus*, Esa. 11. 1. Jer. 23. 5. & 33. 15. Zac. 3. 8. & 6. 12. & *germinare* dicitur, Esa. 43. 19. & 61. 11 [z]. Proprium hoc est attributum Christi, quod deinceps Propheta copiosiùs exponit infrà cap. 11. cujus summam hoc caput continet [a]. 2. *Magnificentia* hæc & *sublimitas* cui magis convenit quàm Christo? Quis alius est *exsultatio* & *decor* fidelium? Vide 1 Cor. 1. 31. 3. Describuntur hìc beneficia hujus *germinis*, quæ per Messiam unicè nobis obtingunt, utpote electio, sanctificatio, ablutio sordium peccati, &c [b]. 4. Hebræi ipsi de Messia exponunt [c]. Ità Chald. vertit, *In tempore illo erit Messias Domini in gaudium & gloriam*. Et K. ad locum ait, *Germen Domini est Messias, ut dicitur* Jer. 23. 5 [d]. ¶ *Fructus terræ*] Id est, vel, 1. Christus *, (ut sit repetitio [f],) qui è trunco succiso Isai instar virgulæ prodibit, infrà Esa. 11. 1 [g]. Vel, 2. *fructus* hìc pro gente sumitur, quæ ex arida stirpe germinabit [h]. Alludit ad pristinam terræ fertilitatem, quam ipsa recuperatura esset: spiritualiter tamen intellige de fructibus Spiritûs, sanctitate, justitia, &c. quæ in vitis populi Dei conspicerentur [i]. ¶ *Sublimis*, לְגָאוֹן] *In*, vel *ad*, *sublimitatem*, P. vel, *magnificentiam*, V. erit *excellentia*, Pi. vel, *excellens*, Ang. ¶ *His*, &c. לִפְלֵיטַת וגו'] *Ereptioni*, vel *evasioni*, *Israel*, Pi. Mo. V. *evasori*, &c. i.e. iis qui evaserint [k]: *superstitibus*, &c. JT. sic Sy. sim. ὁ'. Ar. *multitudini ereptæ*, &c. Pi. *his qui salvati fuerint*, &c. M. nempe è præsentibus calamitatibus [m]. q. d. In eos hæc dicuntur, illis hæc competunt, qui evaserint, &c. Pauci illi Israelitæ sunt satio Domini, *germinatio*, & *fructus*, &c [n]. [Ca. versum sic reddit,] *Eo tempore erit Jovæ germen nobile & gloriosum, terræque fœtus eximius & decorus, videlicet elapsi Israelitæ*. ל in Heb. est articulus casûs nominativi, ut 1 Par. 22. 2 Par. 1 †.

3. *Relictus*, &c.] Superstes excidio Judæorum *. Ubi populi colluvies profligata fuerit, quod restabit purum erit [p]. ¶ *Sanctus*, &c. קָדוֹשׁ יֵאָמֶר לוֹ] *Sanctus* (sanctitate tum infusâ, tum imputatâ [q],) *vocabitur*, Ang. Ch. V. sim. JT. Pi. Ca. ὁ'. &c. i. e. erit, & sic reputabitur; ut Genes. 21. 12. Esa. 1. 26. & 44. 5. & 56. 7 [r]. *Sanctus dicetur ei*, Mo. P. Angl. vel, *de eo*; ל valet *de* Gen. 20. 13. & 26. 7. &c †. *Dicetur ei quòd sanctus sit*, M. Quos v. præc. vocavit *germen* & *fructum*, hos vocat hìc *reliquias sanctas* [t]. *Sanctus*, tum quia vocatur ad sanctitatem [v]; tum reali infusione gratiæ [x]. ¶ *Omnis* (vel, *Omnis* scilicet, Ti. sim. Ca. Ang. Pi.) *qui scriptus* (vel, *adscriptus*, JT.) *est in vita*, &c. לַחַיִּים וגו'] *In vita* (vel, *ad vitam*, V. Ca. ὁ'. Ar. Pi. *ad vitam æternam*, Ch. Pi. *inter vivos*, vel *cum viventibus*, M. Ti.

[n] G. sim. T. San. [o] G. [p] T. sim. San. [q] Calov. [r] Ang. † San. [t] Calv. [v] Calov. [x] Jun. [y] M. For. Calov. Jun. Ang. [z] Calov. [a] Jun. [b] Calov. [c] Ang. [d] Cartw. mellif. p. 2970. * Me. K. in Cartw. Pi. [f] Me. [g] Pi. [h] San. [i] Ang. [k] V. sic Ti. [m] Ang. [n] For. † Ca. * Me. [p] Calv. [q] Pi. [r] Ang. † Ang. [t] Musc. in Marl. [v] Me. T. [x] T.

Ti. Ang. vel, *vitæ*, JT. ſub. *erit*, P.) *in Jeruſ.* P. ſic M. Mo. &c. vel, *videbit conſolationem Jeruſalem*, Ch. [Variè exponunt.] 1. Quicunque ſcribetur in matricula reducum [y]. Qui ex exſilio [Babyl.] redierit in Jeruſ. Solebant civium nomina apud Hebræos in cenſum referri ſeu catalogum: Ezec. c. 13. v. 9. *in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur.* Exſules porrò pro mortuis cenſentur, ideóque in vivorum cenſum non referebantur [z]. *Illi*, inquam, *qui vivi remanſerint*, For. Quicunque in vivis tum ſupererit [a]. Quos Deus prædeſtinavit ut ſuperſtites eſſent temporibus illis calamitoſis, quaſi eos in catalogo deſcripſiſſet; Dan. 12. 1 [b]. Mos eſt Hebræorum, ut quæ certò futura ſint ea *ſcripta* eſſe dicantur [c]. [Aliis non placet hæc interpretatio.] 1. Non agitur hîc de exſulum reductione è Babylone, ſed de reliquiis Judæorum qui ſervabantur è Romano exitio: illi verò nulli matriculæ inſerti ſunt. De adventu Meſſiæ hîc agit, & de fidelibus N.T. 2. Hi inſcripti omnes *ſancti* ſunt: an omnes reduces tales erant? 3. His *ſcriptis* beneficia ſpiritualia promittuntur: non ergò de corporali reditu aut redeuntium matricula hoc intelligendum [d]. [Alii ergò aliter interpretantur.] 2. Qui præordinati ſunt ad vitam æternam ex decreto Dei, Act. 13. 48 †. Reſtrictio, q.d. Non ſimpliciter omnis qui reliquus erit, ſed illi demum qui ſcripti ſunt à Deo in libro ejus qui nominatur Liber vitæ, (per quem intellige decretum Divinum adoptionis, quo electis æterna beatitudo fixa manet,) i.e. in hunc finem ut detur eis vita æterna. Nam de hac eſſe ſermonem liquet tum ex declaratione ſequente, tum ex ipſa phraſi [f]. Electi ad vitam æternam hâc phraſi deſignari ſolent. Vide Pſal. 69. 29. Luc. 10. 20. Phil. 4. 3. Apoc. 3. 5. & 13. 8. &c [g]. Verſum hunc quidam ità reſolvunt, vocandos eſſe ſanctos qui inventi fuerint ſcripti in libro vitæ. Sed nimis reſtrictum hoc videtur. Potiùs ſeorſim legenda ſunt hæc duo membra; omnes qui reſidui erunt in Sion fore ſanctos, & qui ſuperſtites erunt in Jeruſalem ſcribendos eſſe in libro vitæ. Et repetitiones hæ Hebræis frequentes ſunt. Per *ſcriptos*, &c. intellige electos; qu. d. reſecandam eſſe prophanam turbam, quæ tantùm in terra nomen habet [h].

4. *Si*, &c. אם רחץ וגו׳] *Si abluet* (vel, *abſtulerit*, Ch.) —*ſordem*, &c. Mo. P. &c. Quamvis אם poſſit eſſe affirmantis, aut etiam optantis, temporis tamen [particulam] hîc eſſe puto [i]. *Quum*, vel *Quando*, (vel, *Poſtquam*, G. Ti. *Quum* ſcilicet, M. ſic Pi. Calv.) *abluerit*, &c. Ca. P. &c. Senſus eſt, Fient iſta ubi Deus populum longâ calamitate expurgaverit, & oſtenderit illis quali ingenio ſunt populi idolis addicti [k]. Tunc glorioſi & *ſancti* erunt illi reſidui, quando Dominus ſordes abſterſerit, &c [l]. *Quum* h. l. reſpicit τὸ *tum* v. 2. q.d. Quando prædicta reformatio effecta fuerit [m]. אם valet *quum* [n], ut Job. 21. 6 [o]. ſic Num. 36. 4. *Si* (i.e. quando) *erit jubil.* Pſal. 41. 7. *Si* (i.e. quando) *ingrediebatur ut videret*, &c [p]. Al. *Si* tamen priùs *abluerit*, &c. q. d. Triumphum illum Eccleſiæ præcedere debet expiatio ſordium & ſcelerum Judæorum, occiſionis nempe Prophetarum & Meſſiæ, idque *ſpiritu judicii & ardoris*, i.e. per ſeveram punitionem, incendium nempe urbis & Templi [q]. Quum vulgò exiſtimant Eccleſiam ex cladibus multum detrimenti accipere, Propheta contrarium hîc oſtendit, quòd potiùs hoc modo eluat Deus Eccleſiæ ſuæ corruptelas, &c [r]. Alludit hîc ad legales ablutiones, Heb. 9. 10. quæ typi erant ablutionis peccati, &c. Ezec. 36. 25. &c *. ¶ *Filiarum Sion*] Id eſt, vel, mulierum Jeroſolymitanarum, ut ſuprà 3. 16. vel, civitatum Judææ, quarum veluti mater erat Jeroſ. Prius malo, ità tamen ut ſynecdochicè intelligantur etiam viri †. ¶ *Et ſanguinem*] Vel, *ſanguines*, M. P. Mo. &c. vel, *cædes*, JT. Ca. ſim. Pi. ut Pſal. 9. 13. Eſa. 33. 15 [t]. Intellige hîc per ſynecdochen ſpeciei omnia atrocia ſcelera [v]: oppreſſionem, quæ *homicidium* æſtimatur apud Deum, Mic. 3. 10. Hab. 2. 12. &c [x]. vel, omne genus immunditiarum, quia ſanguis inquinat, Eſa. 9. 5. Ezec. 16. 6 [y]. ¶ *Laverit*, &c. ידיח מקרבה] *Eluerit* (vel, *amoverit*, M. ſim. Ca. *expiaverit*, Ti. *lavando ejecerit*, V. *depulerit*, P.) *è medio ejus*, P. &c. vel, *ex ea*, Pi. Angl. ut Num. 14. 13. Jud. 10. 16. Amoſ. 2. 3 [z]. ¶ *In* (vel, idque, Pi.) *ſpiritu* (vel, *per ſpiritum*, Sy. vel, *in verbo*, Ch.) *judicii*, (vel, *æquitatis*, Ca.) *& ſpiritu ardoris*;

[y] G. [z] San. [a] T. [b] Ang. [c] For. [d] Calov. † Ma. ſim. For. Jun. Calov. ex Zuing. &c. [f] Pi. [g] Calov. [h] Calv. [i] For. [k] G. [l] For. [m] Ang. [n] San. Ang. &c. [o] Ang. [p] San. [q] T. ex San. [r] Calv. * Ang. † Pi. [t] Ang. [v] Pi. [x] Ang. [y] Q. in Ang. [z] Ang.

ſic Mo. Ca. ſim. M. Ti. Pi. vel, *exuſtionis*, Pi. Ang. ut Eſa. 40. 16 [a]. בער] *Exciſionis*, P. *ſublationis*, JT. *conſumptionis*, V. *ejectionis*, Q. in V. vel, *conſummationis*, Ch. Verbum בער ſign. *depaſcere*, Exod. 22. 5. Eſa. 3. 14. & *auferre*, 1 Reg. 22. 46. 2 Reg. 23. 24. Sed prius præfero [b]. Spiritum Sanctum hîc intellige [c], à quo fit expiatio Eccleſiæ, noſtræque ſalutis initium & finis; qui ab effectibus nomen habet tum *judicii*, tum *ardoris*; q.d. judicio Spiritûs, incendio Spiritûs. Quoties legimus in S. S. Deus hæc faciet in Spiritu veritatis, potentiæ, juſtitiæ, poſſumus hoc modo ſermonem vertere, potentiâ, veritate, juſtitiâ Spiritûs *. Spiritus autem Sanctus *ſpiritus judicii* appellatur, quia facit ut noſtra videamus, judicemus & damnemus, peccata: communis enim ſententia docet his verbis pœnitentiam promitti †. *Spiritu judicii*, i.e. vel, animo cupido exercendi judicium, ſive adminiſtrandi jus, in vendicandis ſcilicet electis è poteſtate hoſtium, putà Diaboli, peccati & mortis [g]: vel, judicio in impios exercito, ut Ezec. 20. 38. vel, diſcretione inter carnem & ſpiritum in electis, Heb. 4. 12. vel, productione pœnitentiæ in illis, Act. 5. 31. & 11. 18. quâ homines & judicantur, & alios judicant, Jer. 31. 18, 19. 1 Cor. 11. 31, 32 [h]. *Spiritu ſublationis*, Heb. *auferendi*, vel *tollendi è medio*, vel *ſuccendendi*, h. e. animo irato atque hoſtili, cupido ſcil. conſumendi eos qui gloriæ Dei & ſaluti electorum officiunt [i]. Notatur his verbis ignis vel, 1. zeli Jehovæ, ut Eſa. 9. 7 [k]. & 26. 11. Ezec. c. 36. v. 5. vel, 2. Spiritûs, 1 Cor. 3. 13, 15 [l]. Nomine *judicii* declarat quid in reſtitutione Eccleſiæ præcipuum ſit: quum ſcilicet in legitimum ordinem vel rectitudinem reſtituuntur vel confuſæ res, vel collapſæ. *Ardor* autem modum & rationem deſignat quâ Dominus eam ſuo nitori reſtituit, ſordes nimirum exurendo [m]. Al. *Spiritu judicii*, ſeu *diſcretionis*, quo ſcilicet ſeparabit granum à paleis; & *aduſtionis*, quo paleas exuret †. Al. *Judicii*, juſtificando & ſanctificando fideles ſuos; & *accenſionis*, in die Pentecoſtes, &c. Actor. 2 [n]. Al. *Spiritus judicii & accenſionis*, i. e. qui ignem accendit & ardere quidpiam facit, eſt exſecutio juſtitiæ Dei, &c [o]. Hîc juſtam & ſeveram Judæorum punitionem ſignificat, quâ ipſi à ſcoria ſua expurgati ſunt [p]. *Spiritu judicii & ardoris*, i. e. vehementi & acri [q]. *Spiritus* hîc *judicii* in Chriſto multis modis apparuit: v. g. in ſeparatione impuriſſimorum illorum Phariſæorum à populo Dei, nec non *patris à filio*, &c. Matt. 10. 21. in eo etiam, quòd dicit *ſe in judicium veniſſe in mundum*, &c. Joh. 9. 39. & quòd initio Regni patefecit quid quiſque in animo gereret, quæ erant ſingulorum ſpes, ſtudia, &c. Poteſt etiam referri ad juriſdictionem ſpiritualem, quâ abſolvit aut detinet peccata [r].

5. *Et creabit*, &c.] qu. d. Mira & ſupra naturam aget *: tanquam de nihilo inſtaurabit. *Creari* dicitur in S. S. quod renovatur, aut melius fit [t]. Populo ſic purgato pollicetur gratioſam ſuam præſentiam ad directionem & protectionem [v]. ¶ *Super omnem locum* (vel, *habitationem*, M. Ti. vel, *locum paratum*, Mo. מכון eſt, *ſedes certa & firma*; cui opponitur, *incertis ſedibus vagari* [x]:) *montis Sion*] i. e. Super totum ipſum montem à radice ad verticem *. *Sion*, i. e. Eccleſiæ [y]: ubicunque fuerint Judæi Deum invocantes, &c [z]. Proteget populum ſuum ubivis [a]. ¶ *Et ubi*, &c. ועל מקראיה] *Et ſuper convocationem*, ſive *cœtus*, (vel, *loca convocationis*, P. vel, *conventus*, Ca. For. vel, *vocationes*, ſive *invocationes*, vel *vocatos*, For. vel, *concilia*, vel *eccleſias*, ſub. *particulares*, V.) *ejus*, Mo. JT. Pi. &c. q. d. Non modò in privatis ædibus ſecuri erunt, ſed & tutò convenient ad Deum colendum [b]. ¶ *Nubem per diem & fumum*] Ità P. Mo. Ti. &c. id eſt, nubem fumoſam, ſive fumo ſimilem [c], Exod. 19. 9, 18. Similis locutio v. 6. & Prov. 22. 15. collat. cum Prov. c. 29. v. 15. Vide & Matt. 3. 11. Joh. 3. 5 [d]. Ἐν διὰ δυοῖν †. ¶ *Et ſplendorem ignis flammantis*] Ità P. V. &c. ad verb. *flammæ*, V. Mo. Senſus, Præſidium Dei non minùs præſens illis erit quàm olim Iſraelitis ex Ægypto egreſſis adfuit [f]. Et experti id ſunt Hebræi ferme ad tempora uſque Antiochi [g]. Chriſtus eſt nubes illa quæ ſuos refrigerat, & ignis qui lucet in tentationibus [h]. ¶ *Super omnem* (vel, *totam*, JT. Pi.) *enim gloriam* (i. e. *germina-*

[a] Ang. [b] Ang. [c] M. T. Calv. * Calv. † M. [g] Pi. [h] Ang. [i] Pi. [k] Pi. Ang. [l] Ang. [m] Calv. † Q. in Ma. [n] Al. in Ma. [o] For. [p] T. ſim. San. [q] San. [r] For. * Ang. [t] San. [v] Ang. [x] For. * For. [y] M. [z] T. [a] Ang. [b] Ang. [c] Pi. ſim. Ang. [d] Ang. † Pi. [f] G. ſim. Pi. For. M. [g] G. [h] M.

germinationem illam *gloriosam*, verſ. 2 [i]. nempe ſanctos Domini [k], qui ſunt gloria ejus, verſ. 2. & gloriæ ejus participes, Exod. 34. 29, 30. Pſalm. 84. 12. & 85. 10. 2 Cor. 3. 18. in quibus Deus glorificatur, Pſalm. 29. 9. Eſa. 61. 3 : vel, 2. *glorioſum* & felicem illum ſtatum ad quem evexit populum ſuum reſtitutum, in quo etiam eos confirmabit, &c [l].) *protectio*] Ità P. &c. ſub. *erit*, P. M. JT. &c. vel, *operimentum*, Mo. Angl. Vide Deuter. 33. 12 [m]. Alludit ad Exod. 40. 34. quòd *gloria Domini*, i. e. nubes, *obtexit tabernaculum* [n] : vel, ad hiſtoriam Exod. 12. 23, &c [o]: vel, ad tegumenta varia quibus Arca tegebatur & muniebatur [p]. Proteget in Eccleſiis ſuis glorioſum ornatum ſuum, & dona ſua propter nomen ſuum conſervabit [q]. Sènſus, Magis etiam protegentur quàm illo tempore exitûs. In illa nube erat *gloria Domini*, i. e. conſpicua majeſtas, Exod. 16. 10. & 24. 16. Num. 14. 10 [r]. ¶ כִּי עַל כָּל־כָּבוֹד חֻפָּה] *Quoniam majeſtas ejus erit protegens ſuper eum in protectione*, Ch. *Adeò ut omnem protegat nobilitatem*, Ca. Vox חֻפָּה, præter hunc locum, occurrit tantùm bis, Pſalm. 19. 6. & Joel. 2. 16. & in utroque loco ſignificat *ſponſi cubiculum*, ſive *umbraculum* [*] ; vel, *velum* quod ſupra novorum conjugum capita ſuſpendebatur cùm nuptiæ celebrarentur [r]. Locus hic erit & ſecretus & tutus, & ad jucunditatem comparatus ; adeóque & tutelam & conſolationem quas Chriſtus præſtat Eccleſiæ aptè repræſentat. Vide Pſal. 31. 21. & 84. 12 [v]. Senſus ergò loci eſt, Ubi Judæus populus ornatus fuerit à Deo ſponſæ in morem, (quæ, abluta à ſordibus, ornatur ſponſalitio inſtructu, qui hîc *gloria* dicitur,) extendetur ſuper illam gloriam, i. e. ſuper ſponſam eo modo ornatam, umbraculum ſeu protectio: quod in nuptiis ſolenni ritu fieri ſolet [x]. Aut fortè *protectio* hîc ponitur pro lacinia aut ala veſtis quâ ſponſus in nuptialibus ſacris & nunc & olim tegere ſolebat ſponſæ caput : de quo vide Ruth 3. 9. *Expande pallium*, &c. Ezec. 16. 8. *Expandi amiculum meum ſuper te*. Unde & Luc. 1. 35. dicitur, *obumbrabit*, &c. ſtylo nuptiali [y].

6. *Et*, &c. וְסֻכָּה תִּהְיֶה לְצֵל וגו׳] *Eritque* (ſub. *Jehova*, ex v. præc. Q. in Pi. Sed cum eo non convenit תִּהְיֶה fœmin [z]. Vel, *Quod*, ſub. ex v. præc. *operimentum*, *erit*; copulativa pro relativa, ut Eſa. 5. 4. Mal. 3. 1. Illuſtrat uſum operimenti prædicti [a]. Vel, *erit* ponitur abſolutè [b]. Vel, *Sitque*, Ca.) *tabernaculum* (vel, *tugurium*, Pi. vel, *adumbratio*, M. vel, quaſi *tabernaculum*, ſive *tentorium*, quo ſcil. Tabernaculum tegebatur, Exod. 26. 7, 14 [c]. vel, ut tabernaculum quo paſtores utuntur adverſus æſtum Solis, ventum, pluviam, &c [d].) *in umbram interdiu*, &c. Ti. Mo. &c. Sicut tentorii tegmen defendebat olim Iſraelitas à Sole, vento & pluvia ; ſic nunc hos Deus ab omnibus malis tutos præſtabit. Vide Eſdr. 4. & 5. & 6. Neh. 4 †. Al. Servatur eadem metaphora. Poſt obumbrationem prædictam ſponſa cum facibus in ſponſi domum deducebatur. Ità Deus ſponſam, h. e. populum ſuum, cum nube & ſplendore ignis deduxit ad domum ſuam, vel ad myſticum thalamum, nempe Templum [f]. Docet h. l. tum fideles variis ærumnis ſemper eſſe obnoxios, tum perpetuum illis ducem fore, &c [g].

CAP. V.

1. CAntabo, אָשִׁירָה נָּא] *Canam nunc*, Pi. ſim. JT. M. P. Mo. vel, *agedum*, Calv. Ti. *Volo canere*, Ca. h. e. & ſcribere & eloqui, ut Pſal. 45. 2. & 144. 9 [a]. *Canam*, ut in memoria & ore omnium verſetur, ut Deut. 32. 44, &c [b]. *Canam*, i. e. Repetam canticum, fortè illud Deut. 32. Vel, canticum hoc proverbialiter à ſponſis cantabatur in ſponſas ingratas, aut infideles ; [ut continuetur hîc allegoria nuptialis.] Porrò, ſponſæ ſolebant vocari nominibus rerum amabilium ; ut, *cervæ*, Prov. 5. 19. *columbæ*, ſæpe in Cant. *vitulæ*, Jud. 14. 18. ità hîc, *vineæ*, &c [c]. Parabolam hanc *canticum* vocat [d]. De verbo שׁוּר variant. Ego, qui ſemper judicavi non niſi unam ſignificationem habere verba Hebraica, (omitto ea quæ contrarias habent,) quando omnium Hebraicarum vocum vim examinabam ex collatione omnium locorum in quibus eſſent, reperi hoc verbum generali ſignificatione non aliud eſſe quàm *præire*, aut (activè) *prævenire*, vel *tanquam dux*, vel *tanquam inſidiator*, vel *tanquam ſpeculator*, vel *tanquam præcentor*. Hîc verò valet *canere* †. Tertia hæc Prophetæ eſt concio [f] ; in quâ populi fœdum & miſerum ſtatum velut in tabula monſtrat, ut ad pudorem & reſipiſcentiam illos perducat [g]. ¶ *Dilecto meo*] Ità M. P. Mo. &c. Id eſt, vel, 1. populo Iſraelitico [h]. Vel, 2. Deo [i] : vel, in honorem Dei [k], quem maximè diligo [l] ; in Dei gratiam, ob quem zelotypus ſum, nè Iſraelitæ aliò affectum transferant. Expoſtulat de populi ingratitudine & perfidia [m]. Vel, 3. Meſſiæ, ſive Chriſto [n], ſponſo Eccleſiæ [o], dilecto & Patris, Matt. 3. 17. & Eccleſiæ, Cant. 1. 13, 14. cujus ſcilicet amicus & miniſter ſum : vide Joh. 3. 29 [p]. Quem & *patruelem* ſuum hîc vocat, utpote ex eadem gente & ſtirpe cum Eſaia [q]. ¶ *Canticum patruelis mei*, דּוֹדִי] *Dilecti mei*, P. Mo. JT. Pi. &c. ab eo vel mandatum, ut Deut. 31. 19. vel inſpiratum, ut 2 Sam. 23. 2. vel, ejus nomine & in ejus gratiam compoſitum [r] : in honorem Chriſti conſcriptum [*]. Queritur enim de ingratitudine populi erga ipſum [t]. Vel, Dei *mihi dilectiſſimi*, i. e. quod me juſſit canere [v]. Vel fortè, quod [ſive quale] Deus cantavit Deuter. 32 [x]. Vel, *amabile*, Ca. vel, *patruo meo*, Ti. דּוֹד *patruum* & *charum* ſignificat, Levit. 25. 49. 1 Sam. 14. 50. & דּוֹדָה *amita*, ſoror patris, Exod. 6. 20. vide & Levit. 18. 14 [y]. דּוֹד ſign. etiam *cognatum* quemvis, Amoſ. 6. 10. vide & Jer. 32. 7, 8, 12. necnon *amicum*, ſive *dilectum*, ídque ſuprà trigeſies in Cantico canticorum [z]. Dicit ſe ea dicturum quæ Deus jure optimo dicere poſſet [a]. ¶ *Vineæ ſuæ* ; ità P. vel, *ejus*, Mo. Ti. לְכַרְמוֹ] *De vinea ſua*, ſive *ipſius*, V. JT. Pi. G. Ca. Ang. Sic ל ſumitur Gen. 26. 7. Pſal. 91. 11 [b]. Al. *ad vineam*, &c. Calv. q. d. compoſitum in perſona ipſius loquentis ad eam [c]. Al. *propter vineam*, &c. M. Vinea hîc eſt Eccleſia, ſive populus ejus [d]. Similitudo frequens, eáque aptiſſima, quâ oſtendit Deus & quanti eam æſtimat, & quantum operæ illa flagitat † ; & quàm ſolicitè Deus eam curat, & quantum eâ delectatur, & quòd ab ea fructum exſpectat [f]. ¶ *Vinea facta eſt* (vel, *fuit*, M. P. Mo. *erat*, V. *eſt*, JT. Pi.) *dilecto meo*] Hic incipit carmen ipſum [g]. Parabolam primùm proponit, deinde explicat [h]. Loquitur Chriſtus de ſe in tertia perſona. Simil. Geneſ. 4. 23. *uxores Lamech*, i. e. meæ ; & Pſal. 132. 1. *memento David*, i. e. mei [i]. ¶ *In cornu filio olei* ; ità Mo. V. M. ſive *pinguedinis*, ut 1 Par. 4. 40 [k]. vel, *loco uberi*, Ti. vel, *loci uberrimi*, Sy. vel, *in loco pingui*, ο'. בְּקֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן] *In colle loco pingui*, P. *in quodam pingui dorſo*, Ca. *in clivo uberrimo*, JT. Pi. *in angulo quodam in loco fertili*, Ar. Al. totum hoc eſt nomen loci [l]. [Alii appellativè ſumunt, ut jam notatum.] q. d. Deus populum in beata ſtatione locaverat, perinde acſi quis in colle amœno & fertili vineam plantet [m]. Epithetum eſt terræ Judææ [n]. *In cornu*, i. e. vel, 1. in loco ſublimi [o] : *in monte excelſo*, Ch. in colle ſeu clivo [p], qui vineis aptiſſimus eſt, Pſal. 80. 11. *Cornu* altitudinem ſignificat, Pſal. 75. 5, 6. utpote pars beſtiæ eminentiſſima [q]. Vel, 2. in loco oblongo & prominente inſtar cornu, in angulo [r]. Situs Judææ (vel Palæſtinæ* [quod certè verius eſt]) ſpeciem habet cornu †, ſeu cuſpidis ; multò enim longior quàm lata eſt*. Vel, 3. in loco inſtar Lunæ ſemiplenæ incurvo, ut Solis radios per totum diem admittat ad maturationem uvarum †. Vel, 4. in loco potenti & magnifico [v]. *Filio olei*, i. e. in loco pinguiſſimo atque uberrimo [x] : q. d. in loco quidem montoſo, non tamen ſterili [y]. In terra Canaan, fluente lacte & melle [z]. Alii idem per *cornu* & *filium olei* intelligunt. *Cornu* ſæpe excellentiam denotat : vide Job. 42. 14. Sic vertendum eſſet, *in cornu filii* (vel, & *filio*, ellipſis copulativæ, ut Eſa. 32. 13.) *pinguedinis*, i. e. in præcipuo & pinguiſſimo ſolo [a].

2. *Et ſepivit eam* ; ità M. P. Ti. Ca. &c. וַיְעַזְּקֵהוּ] *Quam circummunivit*, JT. Pi. ut cuſtodiret eam tum à peregrinis, tum à feris : Exod. 22. 5. Cantic. 2. 15 [b]. עזק hîc tantùm legitur ; cognatum eſt חזק : ſignificat autem *munire*, vel *ſepe*, vel *maceriâ* [c]. *Et fodit eam*, Mo. V. i. e. coluit [d]. Notat curam Dei in excolenda Eccleſia, eáque ab hoſtibus protegenda †. *Sepivit*, nè viatores

viatores in eam facilè incurrerent. Sic Deus populum sibi parentem à vi finitimorum tutum præstitit [f]. *Sepivit* Lege suâ, & custodiâ tum suâ, tum Angelorum *. ¶ *Et*, &c. [וַיְסַקְּלֵהוּ] Vox sign. & *lapides projicere*, &c. 2 Sam. 16. 6. & *lapides eximere*, ut hîc, & Esa. 62.10[g]. [Hinc variant.] *Et lapidavit eam*. More Hebræo duo verba simul construi possunt, *munivit & lapidavit*, i. e. lapidibus munivit: q. d. non sepem fecit, quam facile erat transcendere, sed murum, &c. Vel, sepem ex vepribus superposuit maceriæ ex lapidibus [h]. Al. *& elapidavit eam*, M. Mo. Ti. Ca. JT. Pi. G. ut Plinius loquitur [i]. *Et lapides collegit ex ea*, P. hi enim agrum corrumpunt. Vide 2 Reg. 3. 19[m]. Hinc Persius meminit *agri* (ab agricola provido) *exossati*, i.e. à lapidibus purgati [n]. [Mysticè exponunt.] Ejecit ex terra Israelitica Cananæos [o]; vel, lapideos deos, illorúmque cultores [p]. Vel, hoc intellige de interdictione rerum malarum; ut munitionem præcedentem de sepe Legis, quâ illos circumdedit [q]. Agnosco quòd סָקַל sign. etiam *elapidare*, tunc autem construitur cum præpos. מִן [r]. ¶ *Et*, &c. [וַיִּטָּעֵהוּ שֹׂרֵק] *Et plantavit* (vel, *consevit*, Ti. JT. Pi. &c.) *eam* (i.e. populum suum ex alieno loco traductum collocavit & stabilivit *,) *surculo*; id enim vox sign [r]. Esa. 16. 8. & Gen. 49. 11 [v]: vel, *palmite pulchro*, Mo. vel, *generosis*, sive *nobilissimis*, *vitibus*, JT. Pi. Ti. sim. Ca. Ang. vel, plantis *laudatissimis*; verbale nomen est in potentia sui verbi [x] [נָטַע] vel, *plantis vitis optimæ*, P. vel, *ut vineam electam*, Calv. ut esset *vitis electa*, M. vel, *vineam Sorek*, ο'. de quo loco vide Jud. 16. 4[y]. Hujus palmites maximè commendantur, Gen. 49. 11. Jer. 2. 21. & hoc loco. Et vallis *Escol*, seu *botri*, unde eximia illa uva allata est, Num. 13. 23. à Sorek non distabat supra dimidium milliare [z]. Hinc generosæ vites [*vites*] *Sorek* appellantur; ut apud nos plantæ sæpe à regione unde veniunt & nomen & nobilitatem habent [a]. Species erat vitis optimæ carentis acinis [b]. [Mysticè exponunt:] Dedit eis Josuam & Judices, viros egregios [c]. Plantavit in ea sanctos Patriarchas & Prophetas [d]. Produxit eos ex sanctis progenitoribus, Abrahamo, Isaaco, &c †. Nulla culpa dari possit generi & origini hujus vitis [f]. Legibus sanctissimis eos conformavit [g]. Sed non licet ad has minutias descendere in explicatione parabolæ [h]. Non libet singula argutè persequi: simplex est Prophetæ consilium, Deum optimi agricolæ partibus sedulò & liberaliter fuisse defunctum, nihilque ab eo prætermissum, &c. Videtur hîc inversus esse ordo, quia plantatio præcedit sepimentum. Sed ità resolvo, postquam plantaverat, necessaria omnia addidisse [i]. ¶ *Et ædificavit turrim*, &c.] Nempe ad custodiam vineæ [k]: ut esset specula unde custos ad omnes illius terminos prospicere posset [l]. Sic urbs Hierosolyma [m], in loco munitissimo, in medio Judææ [n]; in qua, tanquam specula, constituti sunt sacerdotes & judices, velut vineæ custodes [o]. ¶ *Et torcular exstruxit in ea*, [חָצֵב בּוֹ] Excidit (vel, *fabricavit*, V. sic P. *fodit*, V.) *in ea*, Ti. Mo. Ca. JT. Pi. &c. id est, vel, in vinea [p]; vel potiùs, in turri [q], more rustico, ut eadem domus & cultorum habitationi, & condendis frugibus, inserviat [r]. *Torcular* hîc denotat vel, 1. altare manans sanguine victimarum *: vel, 2. ministerium Prophetarum, qui suis exhortationibus populum quasi presserunt, ut exprimerent omnis generis officia, tanquam succum suavem qui Deo saperet [t]. ¶ *Exspectavit ut faceret* (vel, *facere*, P. Mo. vel, *ut ederet*, Ti. JT. sim. Ca. *ut ferret*, Pi.) *uvas*] Intellige bonas & electas, plantæ pares. Sic *vestes*, pro vestibus mundis sive magnificis, Zac. 3. 5; *lana*, pro alba lana, Esa. 1. 18; *nullus locus*, pro nullo mundo loco, Esa. 28. 8; *mas*, pro mare sano, qui opponitur *corrupto*, Mal. 1. 14. Ità hîc *uvæ* opponuntur uvis *putridis* & *noxiis*. *Exspectavit* usque ad tempus fructûs, Matt. 21. 34. &c [v]. Non magis in Deum cadit dubia spes quàm pœnitentia: spe suâ non fallitur Deus, imò futuram populi pravitatem prædixit, Deut. 32. 15. Nec verò hîc subtiliter disputat Esaias quid quam se Deus exspectaverit, sed qualiter se gerere debuerit populus †. ¶ *Labruscas*; ità M. P. Ti. Ca. JT. Pi. [בְּאֻשִׁים] Ἀκάνθας, *spinas*, ο'. & Th. in D. Ar. *siliquas*, Sy. Vox Hebræa omne agri vitium significat, vertitúrque, & σαπρία, (*fructus putridus*, sive *pessimus*,) & βάτος, (*sentis* [x].) *Uvas putidas*, Mo. Uvas similes uvis labruscæ, h. e. acerbas ac insuaves †. Plerique *labruscas* vertunt, quæ sunt vites agrestes. Sed quia id est nomen plantæ, non fructûs, aiunt plantam hîc pro fructu poni. Sed non opus est ut nos his difficultatibus implicemus. Verbum בָּאַשׁ sign. *putrescere*, Esa. 50. 2. & (quia putrida fœtent) *fœtere*, Exod. 7. 18. & 8. 14. & 16. 20. deinde, *malum*, vel *corruptum*, *esse*, Dan. 6. 14. Hinc nomen fœm. sing. Esdr. 4. 12. est *mala*, vel *noxia*, urbs: & hîc nomen masc. plur. (ut respondeat masc. עֲנָבִים) sign. *putridas*, *fœtidas*, *noxias*, nempe uvas; quales illi *ficus* Jer. 24. 2, 3. & illæ *uvæ fellis*, &c. Deut. 32. 32, 33. τὸ *uvæ* supplendum ex membro præced [y]. Aq. vertit, σαπρία, *fructus pessimos*; Sym. ἀτελεῖς, *imperfectos* [z]. Fructus insuaves & gustui acerbos, quales uvas Græci ὄμφακας appellant. Heb. *fœtidas*, i. e. odibiles, quas qui gustat abominatur ut rem fœtidam [a]. Propriè, *fœtores*, i. e. uvas putidas, &c [b]. Ut in præced. membro est ellipsis adjuncti, *uvæ*, pro uvis bonis; ità hîc est ellipsis subjecti, quæ satis frequens est [c]. *Fœtidas*, sub. *uvas*. Sic Gen. 49. 22. פֹּרָת *ferax*, sub. *vitis*; Exod. 12. 8. & Num. 9. 11. מְרוֹרִים *amaræ*, sub. *herbæ*; Jud. 15. 5. קָמָה *stans*, sive *consistens*, sub. *seges*; 2 Sam. 17. 28. קָלִי *tostum*, sub. *frumentum*; Neh. 9. 38. אֲמָנָה *firmum*, sub. *pactum*; Job. 31. 40. בָּאְשָׁה *fœda*, *fœtida*, sub. *herba*, collectivè, i.e. herbæ viles; Psal. 73. 10. מָלֵא *plenum*, sub. *poculum* [d]. Sic Psal. 38. 8. *fœdo*, sub. *morbo*; Ezec. 13. 10, 11, &c. *inepto*, sub. *tectorio*; Matt. 23. 15. *aridam*, nempe *terram* †. Conqueritur eos turpiter degenerâsse, & non modò non fructus beneficentiæ pares protulisse, sed & acerbos protulisse, & naturæ ac generi suo, &c. contrarios. Sic malitia ista vinci non potuit, nec bonitate germinis, nec diligenti cultu, nec commoditate loci, nec pinguedine soli [f].

3. *Habitatores*, &c.] Heb. *ô habitator*, collectivè [g], ut Esa. 20. 6. vel, distributivè, unusquisque vestrûm [h]. Innuit causam suam à nemine posse improbari [i]. ¶ *Judicate*, &c.] Annon debeam eam deserere, &c [k]. Magna Dei bonitas, qui de actionibus suis judicium hominibus permittit. Confer Gen. 18. 23, &c [l]. Reos constituit judices causæ suæ, quod summæ fiduciæ signum est [m].

4. *Quid est quod debui*, &c?] Quid non feci quod ab optimo agricola desiderari possit [n], aut quod ad curam vineæ pertinebat [o]? Loquitur humano more & parabolicè, sub similitudine cultoris, cujus officium est adhibere culturam externam; non item pluvias dare, & fœcunditatem præstare, &c [p]. ¶ [מַה־לַּעֲשׂוֹת וגו׳] *Quid faciendum* (vel, *ad faciendum*, For. sub. *fuit*, Calv. vel, oportebat *facere*, Sy.) *ampliùs*, &c? M. &c. ¶ *An quod*, &c?] Heb. *Cur* (vel, *Cur igitur*, Pi.) *exspectavi ut ferret uvas*, *& tulit labruscas?* Pi. Angl. i.e. *Cur*, *quum exspectarem*, &c. *illa tulit*, &c? Copulati va pro relativ. temporis. *Cur*, *me exspectante ut produceret uvas*, *produxit lolium?* G. sim. For.

5. *Quid—faciam*] Heb. *sum faciens*, i. e. facturus statim [r]. ¶ *Auferam sepem ejus*; ità ο'. Ca. sim. Pi. Ti. [הָסֵר וגו׳] *Removere*, Mo. infinit. pro fut *. *Aufer*, ut sit imperat. quæ loquendi forma (in sequentibus non semel usurpata) indignationem quandam notat [t]. *Amovendo*, JT. *auferendo* scilicet, M. *Auferendo* auferam, i. e. penitùs & certò auferam. Ellipsis verbi finiti, ut Eccles. 9. 11. Vide Esa. 59. 13[v]. Sensus, Exponam eam Gentibus [x]. Abjiciam studium meum, nudabo præsidio, &c [y]. *Tollam majestatem meam ab iis*, Ch. ¶ *Et*, &c. [וְהָיָה לְבָעֵר] *Et erit* (vel, *ut sit*, M. Calv. Pi.) *ad conflagrandum*, Mo. vel, *in depastionem*, V. M. vel, *direptionem*, Ch. sic ο'. Sy. Ar. *ut depascatur*, Ti. Ca. vel ab hominibus [z], vel à bestiis, ut Psal. 80. 13[a]. ¶ *Diruam maceriam ejus*] Lapideam, ut pleniùs exprimitur Prov. 24. 31. nec aliter vox accipitur Eccles. 10. 8, 9. Hos. 2. 6[b]. *Sepes* est è spinis, & exterior; *maceria* è lapidibus, & interior [c]. Aliis tamen *sepes* & *maceria* idem sunt [d]. Donis quibus abusi sunt eos privabo, eósque hostibus exspoliandos exponam †.

6. *Et ponam eam desertam*; ità M. V. [בָּתָה] *Vastam*, Ti. *desolatam*, Pi. *desolationi*, JT. *desolationem*, P. Angl. sim. Ca. i. e. summè desolatam, ut Esa. 7. 19[f]. *Et ponam eos derelictos*, Ch. Destituam Judæos propriâ & legitimâ politiâ [g]. בָּתָה Hebræis est, *vacuitas*, sive *concavitas*,

f G. * Me. sim. T ex Theoph. Orig. Hi. g Ang. h For. i G. m Ang. n San. o Q. in Pi. San. p G. sim. M. T. q Ang. r For. * Ang. r For. Sir. v For. x Q. in V. y San. T. z Bo. 1. 3. 13. 854. a San. b Q. in V. c G. d Me. † Q. in Ang. f Musc. in Marl. g Pi. h Ang. i Calv. k G. l Musc. sim. Ang. m G. Pi. n G. o Ang. p San. q San. ex Hi. & Cyril. r San. * G. t Pi. v Ang. † Calv.

x G. † V. y Ang. z D. a For. b Ma. c Ang. d Ga. ad vers. cap. 40. p. 401. † Ang. f Calv. g Pi. Ang. h Ang. i Calv. k Pi. l G. m Calv. n Calv. o Musc. p E. r Pi. r Ang. * V. t For. v Ang. x G. sim. Pi. &c. y Jun. z V. a Ang. sim. V. b Ang. c Pi. d Q. in Ang. † Calv. f Ang. g Pi.

cavitas, vel potiùs, effossiones *. ¶ Non putabitur] Ità M.P.Mo.&c. tollendo palmites superfluos, qui succum ejus exhauriunt; Levit. 25. 3. Joh. 15. 2 [h]. i. e. Sacra exercitia in Templo conquiescent [i]. ¶ Non fodietur; ità ο'. M. P. Ti. Ang. ut Luc. 13. 8 [k]. [לֹא יֵעָדֵר] Non sarrietur, vel resarrietur, vel sarculabitur, Mo. Ti. For. עָדַר propriè est, cogi, congeri, colligi in unum; unde in voce passiva est, instrumento aliquo terram contrahi in cumulum, ut fit circa vites, ad quas terra sarculo contrahitur; sicut etiam fit arando. Potest reddi, non coacervabitur [l]. Non excoletur, Sy. Verbum hoc terram, ut præcedens plantam, respicit; & significat terram sentibus liberare & expurgare, eámque aperire circa radices plantarum [m]. Sensus, Nemo ejus curam geret [n]. ¶ Et, &c. [וְעָלָה שָׁמִיר וָשַׁיִת] Et ascendet (vel, assurget, JT. excrescet, Pi. germinabit, Sy. exorietur in ea, Ti.) sentis (vel, vepres, Mo. For. seu, vepricetum, For.) & spina, M. Ti. vel, sentis, Mo. vel, vepres, JT. Pi. שָׁמִיר à שָׁמַר custodire, vel, quòd aculeis servet retineátque homines aut pecudes; vel, quòd sata detineat aut suffocet; vel, quòd ab ipsis se custodiat homo & sibi caveat [o]. Sensus, Abripientur multi ad idololatriam aliáque scelera [p]. ¶ Nubibus mandabo nè pluant, &c. Ut præ siccitate arescat: Esa. 1. 30. Amos. 4. 7 [q]. ¶ [וְעַל הֶעָבִים אֲצַוֶּה וגו'] Et super (vel, Insuper, JT. Pi. vel, Tum autem, Ca. vel, Et, M. Ti. &c.) nubibus (vel, nubibus ipsis, M.) mandabo à pluendo, vel, nè pluant, &c. Mo. M. P. ο'. Sy. Ar. Vel, interdicam, sive vetabo, Ti. JT. Ca. Pi. Id valet צִוָּה sequente dictione privativâ [r]. Al. Contra nubes præceptum ponam, For. Præcipere nubibus, pariter & brutis, Amos. 9. 3. Jon. 2. 10. & gladio, Amos. 9. 4. est, iis uti ad exsequenda sua decreta *. Sensus, Non recreabo eos bonis terrenis [t]: Benevolentiam meam eis subducam [v]. Pluvia [hîc] est cœlestis doctrina, &c [x].

7. Vinea, &c. [כִּי כֶרֶם וגו'] Nam vinea, &c. Rationem reddit præcedentis exspectationis, quòd esset Dei vinea, quâ delectatus est, &c [y]. Al. Sanè vinea, &c. Calv. Angl. Pi. ¶ Domus (i.e. populus [z]) Israel] i.e. Decem Tribus [a]. ¶ Viri Juda] i. e. Tribus Jehuda. Hâc divisione omnes Tribus complectitur †. ¶ Germen, &c. [נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו] Planta, vel plantatio, (vel, plantarium, Ca.) lætitiarum, vel deliciarum, vel delectationum, ejus, P. Mo. V. i.e. gratissima [b]: vel, delectabilissima, Pi. vel, delicata, Ti. Repetitio est [c]. ¶ Exspectavi, &c. [וַיְקַו לְמִשְׁפָּט] Et (vel, Qui, Ti.) exspectavit (sub. Deus, P.) judicium, M. vel, ad judicium, Mo. vel, ut facerent judicium, P. sic ο'. sim. Ch. Sy. Ar. i. e. ut judices jus procurent oppressis [d]. A quibus cùm jus speraret, Ca. Et quamvìs exspectaverit officium, JT. ¶ Ecce iniquitas; sim. ο'. Ch. [מִשְׂפָּח] [Variè reddunt.] Vulnus, Mo. ictus, Ca. q. d. Omnia sunt corrupta, &c *. Plaga lepræ, P. V. quâ planta hæc infecta est †. Adest scabies, Pi. Idem est quod סַפַּחַת & מִסְפַּחַת, Levit. 13. 2, 6 [f]. i. e. Judices instar scabiei molesti sunt oppressis [g]. Sed somnia sunt quæ hîc afferunt de plaga, scabie, lepra [h]. [Alii ergò aliter vertunt.] Oppressio, P. Ang. Conciliabulum, Ti. quo coeunt in perniciem insontium [i]; à סָפַח arctè cohærere, Job. 30. 7. Esa. 14. 1. q. d. Conspirant impii Judices ad jus violandum; ut Hos. 6. 8, 9. Mich. 7. 3. q. d. Medicus deterior erat morbo; & Judex, ad quem oppressi confugiunt, oppressore pejor. Vide Mic. 7. 2, 3, 4 [k]. Inhærentia, Buxt. in Ma. Pertinacia, JT. Buxt. in Ma. nimirum in corruptione naturali [l]. Humiliatio, quæ rectè opponitur judicio, quod in rep. nihil aliud est quàm sublevatio quædam miserorum & oppressorum. שָׁפַח sign. humiliare, vel deprimere [m]. Sed non advertit per Sin sinistrum vel Samech scribi & nomen hoc & verbum, ut suprà 3. 17 [n]. Aggregatio, vel adjectio, nempe cumulatio peccati ad peccatum [o]. Districtio, quâ distringunt, spoliant & deglubunt [p]. ¶ Ecce clamor] Ità M. Mo. JT. &c. nempe eorum qui opprimuntur [q]. Vel, clamor, i.e. peccata clamantia †. Elegans hîc paronomasia, (quam Hebræi vocant politiem, vel nitorem, linguæ [r];) conjungit enim מִשְׁפָּט cum מִשְׂפָּח, & צְדָקָה cum צְעָקָה *. Respicit hîc ad officia Principum & Judicum [t].

8. Væ, &c. [הוֹי מַגִּיעֵי] Væ conjungentibus (vel, tangere, seu pertingere, facientibus, Mo. Pi.) domum domui, vel ad domum, JT. Pi. P. M. in domum, Mo. i.e. domum nuper emptam domui possessæ [v]. Vide Psalm. 83. 13. Amos. 3. 15 [x]. ¶ Et agrum, &c. [שָׂדֶה וגו'] Agrum (vel, & qui agrum; ellipsis & copulativæ, ut Esa. 3. 24. & relativi, ut Esa. 42. 5. 2 Par. 28. 9 [y].) agro, vel ad agrum, appropinquare faciunt, P. vel, admovent, Pi. adhibent, JT. copulant, vel continuant, M. Ti. V. vi scilicet aut fraude [z]. Non per se damnari potest si quis domum domui, &c. addat; sed animum respexit, qui inexplebilis erat, unde etiam fraudes & injuriæ oriri solent [a]. Quamvìs enim per commutationem & emptionem hoc faciant; fieri tamen non potest ut tales vim atque injuriam non inferant, ut non interdum minoris quàm res sit emant, &c [b]. Ambitionem hîc taxat, magnum injuriæ & violentiæ principium, quæ, ut supra alios emineat, alios exspoliat [c]. Qui conjungitis, &c. i. e. qui undique vicinos submovetis, & sine fine dicitis,—ô si angulus ille Proximus accedat, qui nunc denormat agellum, ut ait Horatius [d]. ¶ Usque ad terminum loci] Id est, finem campi, vel urbis †. ¶ [עַד אֶפֶס מָקוֹם] Usque ad defectum, vel defitionem, (id sign. nomen אֶפֶס, à verbo אָפַס defiit, defecit [f]:) loci, Mo. donec loca deficiat, Ti. donec nihil loci, vel nullus locus, sub. superfit, For. adeò ut non sit locus, P. sic M. Angl. sub. pauperi, M. P. vel, vicino, Angl. Dum aliqua superest domus, aut ager aliquis, qui nondum vester est [g]. Donec possideatis omnem locum, Ch. ¶ Numquid, &c? [וְהוּשַׁבְתֶּם וגו'] Et (vel, ut; conjunctio pro particula consecutionis [h];) constituamini, vel collocemini, (vel, fiamini habitare, V. sic JT. Pi. Angl. sim. Ti. vel, sedem habeatis, Ca.) vos soli in medio terræ, M. vel, in media hac terra, JT. Pi. vel, in terra, Ti. Angl. ut vers. 25. & Esa. 7. 22. Id est, ut soli vos optimis quibusque fruamini [k]. Et putabitis quòd habitabitis, &c. P. Mutatio est personæ [l], (ut Esa. 1. 29 [m].) pro, & donec constituantur, vel collocentur, soli, &c. i. e. ut soli possideant regionem, iniquitate scil. Judicum [n].

9. In, &c. [בְּאָזְנַי יְהוָה וגו'] [Variè reddunt.] In auribus meis (vel, Me audiente, JT. Pi.) Dominus, Mo. sic JT. Pi. sub. dixit, JT. Pi. Ang. qu. d. Audivi Deum sic loquentem, ut Psal. 62. 12. vel, Deus mihi secretò revelavit, ut 1 Sam. 15. 16. Esa. 22. 14. Ellipsis hîc est & affixi, ut Esa. 1. 3, 15. & 3. 12. Psal. 91. 4. & verbi dixit, ut 1 Reg. 20. 34. Simil. 1 Reg. 1. 17. Ps. 105. 15 [o]. Auribus meis auditus est Dominus dicere, Sy. In auribus meis audivi, Ch. In auribus meis sunt consilia vestra, sum enim Jehova, &c. i. e. Audio quæ etiam clàm dicitis [p]. In auribus meis sunt, dicit Jehova, &c. P. Al. In auribus Domini, &c. sub. obtestor, Ti. vel, sub. hæc sunt, M. vel, hæc audita sunt, ο'. sim. Ar. avaritia nempe & ambitio, & clamor ille, &c [q]. crudelitas & violentia vestra: observat Deus [r]. Possunt hæc ad sequentia referri, In auribus Jehovæ, i.e. Teste seu audiente Jehovâ, dico, &c *. ¶ Nisi, &c. [אִם לֹא וגו'] Nisi (Si non, Mo.) domus multæ (vel, magnificæ, sive sumptuosæ, V.) desolatæ, vel desolationi, vel in desolationem, erunt, Pi. Ang. Mo. &c. Pœnam culpæ accommodat; q.d. Multæ illæ & amplæ domus quas habebatis erunt in afflatum [t]. Formula jurandi elliptica [v]. Sub. nè vivam, vel, nè sim Deus, Pi. Aposiopesis, ut terrorem incutiat, &c [x]. Reticetur imprecatio religionis causâ [y], & ut nos modestiam discamus in exsecrationibus [z]. ¶ Absque, &c. [מֵאֵין יוֹשֵׁב] Absque habitatore, Mo. Q. in Pi. Calv. Repete ἀπὸ κοινοῦ, domus erunt, Q. in Pi. Propter non habitatorem, vel, propter nullitatem habitatoris, i.e. quòd nullus fuerit habitator [a]. מִן hîc valet propter [b]. Adeò ut nullus sit futurus habitator, JT.

10. Decem, &c. [כִּי עֲשֶׂרֶת צִמְדֵּי כֶרֶם] Nam (vel, Porrò, Ti. vel, Sed &, M. Quinetiam, Pi. sim. Ang. כִּי hîc copulat pœnæ partes, respondentes partibus peccati, sive speciebus avaritiæ, quæ duæ erant, multiplicatio domorum, & agrorum: illi opponit desolationem domorum, huic, sterilitatem agrorum [c].) decem jugera vineæ, vel vinearum, P. Mo. M. &c. Locus enim quem decem juga boum arare consueverint, Sy. sim. ο'. Possumus vertere, decem paria canistrorum, sive cistarum, uvis plena, quæ mulis aut aliis jugalibus superimponuntur. Vox enim צֶמֶד sign. conjugium, sive jugum, & unius ad alterum conjugationem seu copulationem [d]. צֶמֶד propriè sign. par animalium uno jugo copulatorum †,

Jud.

Margin notes (left): * For. [h] Ang. [i] Pi. [k] Ang. [l] For. [m] Ang. [n] G. [o] For. [p] Pi. [q] Ang. [r] Q. in For. * BA. 2. 2. 14. 215. [t] Pi. [v] G. [x] Me. [y] Q. in Ang. [z] Pi. [a] Musc. in Marl. † Idem. [b] V. [c] V. [d] Pi. * Ma. † V. [f] Ma. [g] Pi. [h] For. [i] Ma. [k] Ang. [l] Jun. [m] For. [n] Ma. [o] He. in Ma. [p] Al. in Ma. [q] Pi. Ang. &c. [r] San. † V. * V. Pi. Ang. &c. [t] Musc. in Marl.

Margin notes (right): [v] Pi. [x] Ang. [y] Ang. [z] V. [a] Calv. [b] For. [c] San. [d] G. † Me. [f] Pi. [g] Musc. [h] For. [k] Ang. [l] V. Ang. [m] Ang. [n] V. [o] Ang. [p] V. [q] San. [r] Ang. * For. [t] For. [v] Pi. sic [x] Calv. [y] For. [z] Calv. [a] Pi. sim. [b] Ang. Pi. [c] Pi. [d] For. † Pi. sic Ang.

Jud. 19. 10. 2 Reg. 5. 17. Job. 1.3. imò & *par equitum*, Esa. 21. 7, 9 [f]. deinde (per meton. adjuncti) *jugerum*, i. e. tantum agri quantum uno die ab uno pari animalium potest arari [g], 1 Sam. 14. 14 [h]. ¶ *Facient* (vel, *reddent*, JT. *ferent*, Pi. ut *facere* sumitur Hos. 9. 16. collat. cum 10. 1. Esa. 7. 22 [i].) *laguncalam unam*; ità o'. Ch. sic Sy. Ar. בַּת אֶחָת] *Batum unum*, M. P. Ti. Mo. vel, *batum duntaxat*, Ca. Batus est amphora Attica [k], decima pars τῷ חֹמֶר [l], Ezec. 45. 11 [m]. Continebat sextarios 72 [n]. Erat minima mensura in liquidis [o]. Sed fallitur; nam illâ longè minor erat *hin*, Levit. 23. 13. Ezec. 4. 11. & hâc mensurâ adhuc minor erat *logus*, Levit. 14. 10, 12. *Batum* intellige, non uvarum, sed vini [p]. Admodum exiguum hoc, præcipuè in solo ferace [q]. ¶ *Et*, &c. וְזֶרַע חֹמֶר וגו'] *Et corus*, vel *homer*, *sementis* (Heb. *semen homer*, vel *cori*, M. Pi. hypallage. Quanquam potest esse oratio recta, sic exponenda, Tantum seminis quantum capit corus. Corus autem capit decem medimnos Atticos [r]. Erat hæc mensura tum granorum, tum liquidorum; & continebat decem sive batos, sive ephas, Ezec. 45. 11 †.) *faciet*, vel *reddet*, *epha*, P. Ti. &c. q. d. Terra non dabit vobis decimam partem seminis vestri [t]. Atqui ubi fœcunda est terra, non solùm in decuplum, sed etiam in tricecuplum, &c. sementem auget [v].

11. *Qui consurgitis manè*, &c.] Heb. *matutinantibus* (i. e. matutinos se agentibus) *in ipso manè* [x]. Ut priùs avaritiam, ità nunc crapulam, damnat [y]. Manè cibum sumere Judæis insuitatum erat, (Eccles. 10. 16. *Væ tibi, terra, —cujus principes manè comedunt*:) sic & potum. Vide Act. 2. 15. *ebrii non sunt, quia est hora tertia diei* [z]. ¶ *Ad*, &c. שֵׁכָר יִרְדֹּפוּ] *Secar* (vel, *vinum vetus*, Ch. vel, & *ficeram*, o'. vel, ut *inebriativa*, P. sim. JT. Pi.) *sequentur*, Mo. vel, *sectantes*, Ch. vel, *sectentur*, P. &c. *Soliciti sunt in quærendo potu*, Ar. ¶ *Et*, &c. מְאַחֲרֵי בַנֶּשֶׁף] Et qui immorantur (vel, *prorogantes* id, Ti. vel, *protenduntque* sese, Ar. vel, *remorantes* discessum, Ch. vel, *tempus extrahunt*, Calv. vel. *prorogantibus*, JT. Pi. vel, *protrahentibus*, sive *continuantibus*, Ang. sub. *compotationem*, Pi. Angl. vel, *sessionem*, scil. ad pocula. Ellipsis nominis relativi significantis objectum, quod suppletur Psal. 127. 2. *prorogantibus sedere*, i. e. sessionem, ad opus scil. faciendum [a]:) *usque ad crepusculum*, P. sim. Mo. V. Ti. &c. Vel, 1. matutinum [b], ut 1 Sam. 30. 17. Job. 7. 4. q. d. Compotationem per noctem ad alterum usque manè continuant [c]. Vel, 2. vespertinum [d], ut Job. 24. 15. Prov. 7. 9. q. d. Totum diem (laboribus destinatum, Psal. 104. 23.) potando insumunt *. Vel, *in*, sive *ad*, *noctem*, M. Calv. ב *in*, pro, *usque ad*, ut Gen. 11. 4. Esd. 9. 7 [f]. Al. *qui exspectant vesperam*, o'. ¶ *Ut*, &c. יַיִן יַדְלִיקֵם] *Vinum* (vel, *Vinum* enim, o'. Ar. vel, ut *vinum*, JT. Pi. vel, donec *vinum*, P. M. Sy. defectus particulæ [g];) *incendet*, vel *accendit*, vel *incendat*, (vel, *æstuare faciet*, P.) *eos*, Mo. M. JT. V. i. e. donec vino incaluerint [h]. *Vino eos incendente*, Ti. דָּלַק sign. *accendere*, Ezec. 24. 10. Obad. v. 18. Solet vinum corpus inflammare, Jer. 51. 39. febres inducere, Deut. 28. 22. libidinem accendere, Gen. 19. 32, —36. Hos. 4. 11 [i]. Al. Donec *vinum persequatur eos*: q. d. Illi sequuntur vinum, & vinum illos persequitur, & ruere facit [k], & mentem eripit, Prov. 20. 1. Hos. 4. 11. דָּלַק sign. *ardenter persequi*, Psal. 7. 14. & 10. 2. Sed prius sanius est [l]. Significat ebriosos non extinguere sitim bibendo vinum, sed eam accendere [m]. [Ca. totum sic reddit, *Væ qui manè surgunt ut potationi indulgeant, & statim à diluculo vino incalescunt.*]

12. *Cithara, & lyra*, וְנֵבֶל] Et nablum, Ti. sic JT. Pi. Ca. *lyra*, M. V. *psalterium*, o'. Ar. **biol**, vel **lute**, Angl. Sic dicitur quòd protuberat instar *utris*, ut vox significat Esa. cap. 30. vers. 14. Jer. c. 13. v. 12 [n]. ¶ *Et vinum*] Sine quo nullum est convivium. Vide Esth. 7. 7. *Vinum* pro omnibus deliciis, sive potûs, ut Esa. 22. 13. sive etiam cibi, vide Esth. 1. 7, 8 †. ¶ *In*, &c. מִשְׁתֵּיהֶם] *Conviviis eorum*, Mo. P. sunt in *conviviis*, &c. ellipsis præpositionis, ut Num. 12. 8 [o]. Al. *Convivia eorum* nihil aliud sunt quàm *cithara*, &c. nihil aliud in iis conspicitur, omnia ibi profana sunt, nihil sacrum, nulli hymni, nulla Divinorum beneficiorum memoria [p]. Nihil ibi serium, contra 1 Cor. 10. 31. Sensus pius, sed prior syntaxis aptior [q]. *In quorum conviviis est cithara*, &c. JT. Pi. Ti. &c. Ità musicâ abutuntur, quæ hominibus data est ad moderandum & demulcendum feros affectus, non ad exstimulandum concitatos [r]. ¶ *Opus Domini*] [Variè intelligunt.] Vel, 1. Legem, Dei manibus scriptam, Exod. 31. 18. Deuter. 3. 10 †. Vel, 2. opera creationis, quorum contemplationem pabulum hominum esse voluit Deus, non autem ut ventri tantùm inservirent, &c [t]. Qui creaturis Dei fruuntur debent autorem recognoscere, &c. Vide Psalm. 28. 5 [v]. Vel, 3. quæ Deus in liberando ornandóque populo suo fecit; quæ beneficia Deus renovari vult cùm in mensa discumbitur: Deut. 8. 10. *Cùm comederis*, &c [x]. Vel, 4. clades nuper inflictas decem tribubus. Vide Amos. 6. 6 [y]. Vel, 5. mala quæ vobis Deus præparat [z]: mala partim inflicta, partim impendentia capitibus vestris. Ità Esa. 22. 12, 13 [a].

13. *Propterea captivus ductus est*; ità P. sim. o'. For. V. vel, *ducetur*; præt. Heb. pro fut [b]. גָּלָה] *Demigrabit*, V. *migrat*, JT. Pi. *exsulabit*, Ca. *disparuit*, For. *revelatus est*, i. e. detectus, & expositus ignominiæ [c]: *in captivitatem abiit*, M. Ti. vel, *abiens est*, i. e. non minùs certò abiturus est quàm si jam abiret [d]. ¶ *Quia non*, &c. מִבְּלִי דָעַת] *Absque* (vel, *à non*, Mo.) *scientia*, V. i. e. per dementiam suam *: vel, *quòd non* (sive *nullam*, Ti.) *habuit cognitionem*, M. sim. P. JT. Pi. Ch. V. *eò quòd ipsi non cognoverunt Dominum*, o'. Propter inscientiam, vel potiùs incogitantiam [f]: quòd non considerant pericula sua, & judicia Dei; quòd bruti sunt & stupidi, & sensibus mancipati, Psalm. 92. 7. & 94. 8. Esa. 27. 11 [g]. Quòd crassâ & voluntariâ ignorantiâ laborant, & securè Verbum Dei contemnunt [h]. Deus requirit scientiam non solùm in præfectis, sed etiam in populo, ut de Deo, Religione, moribus necessaria sciant, &c *. Al. *inopinatò*, seu *insperatò*, For. [Ca. locum sic reddit, *—exsulabit populus meus imprudens.*] ¶ *Nobiles ejus*, כְּבוֹדוֹ] *Gloria ejus*, Mo. Ti. nempe populi [l]: *nobilitas*, Ca. *honoratissimi ejus homines*, JT. Pi. viri *gloriæ*, M. P. Angl. V. ut, *superbia*, pro superbo, Psal. 36. 12. *robur*, pro viro roboris, Esa. 3. 25. *pax*, pro viro pacis, Psal. 120. 7 [k]. ¶ *Interierunt fame*, מְתֵי רָעָב] Sunt *viri famis*, P. M. i. e. obnoxii fami, ità ut fame pereant. Genitivus adjuncti occupati. Consideratur enim hîc fames ut carnifex, &c [l]. Sunt *famelici*, JT. Pi. ut, *homines vanitatis* & *impietatis*, pro vanis & impiis, Job. 11. 11. & 22. 15 *. ¶ *Et multitudo ejus siti exaruit*] Siti etiam aquæ, quæ magìs parabilis erat quàm cibus. Non hoc vult Propheta, viros honoratos fame, inferiores siti, laboraturos; sed utrosque utroque genere mali afficiendos: tantùm rhetoricè hoc amplificat, per modum distributionis. Confer Psal. 106. 17. Dan. 12. 3 [m]. ¶ וַהֲמוֹנוֹ] *Et opulentia ejus*, Di. [Vide ad v. seq.]

14. *Propterea dilatavit* (vel, *dilatabit*, V. vel, *dilatat*, Pi. Angl.) *infernus* (vel, *sepulchrum*, Mo. Angl. V. JT. Pi. ut Num. 16. 30. Psal. 30. 4. & 55. 16. & 86. 13 [n].) *animam suam*] Ità P. M. &c. vel, *sese*, V. G. vel, *ingluviem suam*, Ti. vel, *spiraculum suum*, Ca. *halitum* [sic indubiè, non *habitum*, mendosè habetur in Crit. legendum,] *suum*, Q. in V. Metaphoricè significat multos morituros: q. d. Quia tam multi fame & siti peribunt, sepulchrum dilatabit sese, ut sit capacius plurium cadaverum [o]. Sepulchra dilatanda erunt ob ingentem turbam morientium. Prosopopœia [p]. Fingitur mors hiante ore prædam expetere atque vorare. Forsan significat tantam futuram esse Judæorum stragem, ut commune sepulchrum (intelligo Gehennam, vel Tophet, in quem locum conjecta sunt & vulgi & Principum cadavera, vide 2 Reg. 23. 10. Jerem. 19. 6, 11, &c.) eorum corpora recipere non posset [q]. ¶ *Et aperuit* (vel, *distendit*, M. JT. Pi. Sy.) *os suum*] Ità P. Mo. &c. vel, cum *ore suo*, ut Job. 16. 10. Ellipsis particulæ, ut Psalm. 17. 14 [r]. ¶ וּפָעֲרָה וגו'] *Et ore suo dehiscit*, Ti. ¶ *Absque*, &c. לִבְלִי חֹק] *Præter* (vel, *citra*, M. Heb. *ad non*, Pi.) *modum*, Ti. vel, *statutum*, Mo. vel, *morem*, P. M. *in immensum*, JT. Ca. Pi. Sy. ultra proportionem, vel ultra solitum †: *ut non cesset*, o'. *sine fine*, Ch. ¶ *Et*, &c. וְיָרַד] *Et descendet*, M. P. Mo. &c. *ut* (sub. *ille*, Ti. sic Ca.) *descendat*, Ti.

Marginal notes (left column): [f] Ang. [g] Pi. sic Ang. [h] Ang. [i] Ang. [k] Pi. [l] V. sic For. Ang. [m] Ang. [n] Calv. [o] G. [p] Ang. [q] Calv. [r] Pi. † Ang. [t] Ang. [v] Calv. [x] Pi. [y] Calv. [z] San. [a] Pi. Ang. [b] Pi. Ang. Jun. [c] Pi. sim. Jun. [d] V. Pi. Ang. For. * Ang. [f] Ang. [g] Ang. [h] V. [i] Ang. [k] Q. in V. [l] Ang. [m] Musc. in Marl. [n] Ang. † Idem. [o] Ang. [p] For.

Marginal notes (right column): [q] Ang. [r] Zuing. in Marl. † Q. in Ang. [t] San. [v] For. [x] San. [y] Pi. [z] G. [a] Ang. [b] V. [c] Q. in Ma. [d] Ang. * V. [f] Pi. [g] Ang. [h] Marl. * E. [l] Ang. [k] Ang. [l] Pi. * Ang. [m] Ang. [n] Ang. [o] V. [p] G. San. [q] San. [r] Ang. † Ang.

JT. Pi. scilicet in ipsum sepulchrum[t]. ¶ *Fortes ejus*, הֲדָרָהּ] *Decor* (vel, *splendor*, vel *gloria*, M. vel, *decorus*, P.) *ejus*, Mo. V. &c. sub. *terræ*, V. vel, *urbis Jerus.* V. Pi. nam affixum est fœm. nec potest referri ad præced. עַם, aut בִּירַת יְשׁ׳ [v]. Relativum sine antecedente [x]. Nobiles, inclyti, vel magnifici, ejus [y]. ¶ *Et populus* (vel, *multitudo*, P. M. Ti. &c.) *ejus*, וַהֲמוֹנָהּ] *Et turba ejus*, Mo. plebs [z], vel ignobiles [a]. הָמוֹן passim sign. *multitudinem*, vulgum, plebeios. Malim tamen hic sumere pro multitudine opum, ut Psal. 37. 16. Ecclef. 5. 9. & locum sic verto, *Et descendet decor ejus, & opulentia ejus, & strepitus ejus, & exsultabundus in ea*. Videntur omnia referri ad honoratos & divites, qui in comessationibus strepitum excitare & exsultare solent. Nec aliter sumendum puto Esa. 16. 14. *Et vilipendetur gloria Moabi* בְּכֹל הֶהָמוֹן הָרָב *cum omnibus opibus multis*, vel, *in omnibus opibus multis*, sub. *sita*. Ità & v. præc. reddo, *Et gloria ejus erunt famelici, & opulentia ejus arebit siti*. Sic elegans est in utroque membro metonymia, positâ gloriâ pro honoratis, & opulentiâ pro divitibus [b]. [Huic versioni favent plerique veteres, locum sic reddentes,] *Et descendent* (vel, *descenderunt*, Ch. vel, *ruent*, Ar.) *inclyti* (vel, *gloriosi*, Sy. vel, *nobiles*, Ch. Ar.) *& magni* (vel, *magnates*, Ar. vel, *honorandi*, Sy. [At Ch. *& multitudo eorum*]) *& divites* (vel, *& tumultus eorum*, Ch.) *& pestilentes ejus*, ό. vel, *atque corrupti*, Ar. vel, *& qui fortis est in eis*, Ch. simil. Sy. ¶ *Et sublimes*, וּשְׁאוֹנָהּ] *Et strepitus* (vel, *turba*, P. vel, *pompa*, Ang. vel, *opulentia*, M. Ti.) *ejus*, Mo. For. quem scil. reddunt exsultantes [c]. *Et tumultuatio ejus*, Pi. sic JT. scil. fieri solita in compotationibus, suprà v. 11, 12. i. e. ipsi tumultuantes [d], qui dicuntur *filii strepitûs*, sive *tumultûs*, Jer. 48. 45. sic priùs, *gloria*, pro gloriosis *. *Locupletes*, Ca. שָׁאוֹן propriè est, *ruina*, sive *irruptio*, sive *interitus*, à שָׁאָה : at per metalepsin est, *sonitus*, *fragor*, qui, ubi profunditas est, ruinam subsequitur. Dicit ergò *splendorem & turbam & strepitum ejus* (id est, cum fragore & strepitu) *illuc descendere* [f]. ¶ *Gloriosique ejus ad eum*, [nempe *descendent*,] וְעָלֵז בָּהּ] *Et lætus* (vel, *qui exsultat*, JT. sim. V. Pi. vel, *qui lætantur*, Ti.) *in eo*, Mo. [nempe *strepitu*;] vel, *in ea*, P. M. JT. Pi. scil. *terra*, For. vel, *in his*, Ti. *Atque exsultantes*, Ca. Dicit itaque *ad infernum descensuros nobiles ac ignobiles, totúmque strepitum illum in conviviis exsultantium, & tripudiaturos illic*. Festiva ironia. Nisi malis τὸ *tripudiare* ad *infernum* referre, quòd *in*, vel *cum*, *splendore & cum turba illuc descendente tripudiabit*. Sed prior sensus magis placet. Eleganter autem *tripudiare ad infernum* jubet eos quorum vita erat *convivia*, &c [g]. τὸ עָלַז denotat exsultationem, vel honestam & moderatam, ut Psal. 28. 7. & 60. 8. Esa. 13. 3. vel immodicam & dissolutam, ut h. l. & Jer. 51. 39. *Et descendit*, vel *ut descendat*, (copulativa pro finitiva ,) *qui lætatur, in eum*, nempe in sepulchrum prædictum. Ità quidem particula hæc alibi usurpatur. Verùm trajectio nimis magna est ut hunc sensum admittat. Quare meliùs vertas, *in illa* [h]. *Gaudentes in ea*, i.e. quotquot in ea deliciis & voluptatibus sunt dediti [i].

15. *Et incurvabitur*, &c. ità Pi. וַיִּשַּׁח וגו׳] *Et dejicietur*, Angl. *Deprimetur itaque*, V. *Ità deprimetur*, i.e. Ità fiet ut deprimatur [k]. Exitum plagarum hic demonstrat, ut dejiciantur omnes homines, Dominus verò solus emineat [l]. ¶ *Et oculi*] Qui arrogantiam præ se ferebant [m].

16. *In judicio*] Id est, propter judicium, quod scil. exercebit in populum suum peccantem [n]; vel, quo perdet improbos [o], & pios conservabit [p]. ¶ *Sanctificabitur*] Id est, sanctus agnoscetur & prædicabitur à piis [q]. Sanctitas ejus (ob lenitatem in peccatores dubitationi exposita) patebit in punitione eorum, Lev. 10. 2, 3. Ezec. 20. 41. & 28. 22, 26 [r]. ¶ *In justitia*] i. e. Propter justitiam judiciorum suorum †.

17. *Et* (vel, *Tum*, Ti. Ca. Ang. i. e. Cùm per judicia prædicta iniqui domorum & agrorum possessores expulsi fuerint, loca illa vel desolata erunt, vel ad pristinum dominum revertentur. ו valet *tum*, ut Gen. 28. 21. Levit. 4. 3. & 6. 4 [t].) *pascentur* (vel, *Ut pascant*, JT. vel, *Et pascent*, Pi. i.e. fruentur commodis suis, sive træ [v],) *agni*] Ità P. Mo. Ti. &c. vel, *oves*, M. i. e. *justi*,

Ch. pii [x], sive populus Dei; qui sic vocantur respectu curæ pastoralis Dei de illis, Psal. 77. 20. & 80. 2. &c. & teneri affectûs erga eos, Esa. 40. 11 [y]. Heb. וְרָעוּ כְבָשִׂים. ¶ *Juxta*, &c. כְּדָבְרָם] [Variant.] *Juxta morem suum*, P. sim. JT. Pi. Ang. h. e. libere & tranquillè, ut solebant, Jer. 23. 3, 4. דֹּבֶר exponitur ex voce consimili [דִּבְרָה,] quæ *ordinem*, vel *modum*, sign. Psal. 110. 4. collat. cum Heb. 7. 17. Ecclef. 3. 18 [z]. *Juxta verbum ipsorum*, i.e. prout optaverint [k]. Jon. vertit, *sicut dictum est super ipsos*, i. e. sicut illis promissum est, retentâ vulgatâ apud Hebræos verbi significatione *. *Juxta directionem suam*, M. *gubernatione suâ*, He. in M. *in arbitratu suo*, Ca. *juxta demensum suum*, Ti. *juxta caulam suam*, Q. in Ang. Ità vox sumitur Mic. 2. 12. nec alibi occurrit. Porrò, alter horum Prophetarum ex altero plurimum mutuatur [l]. Sed huic interpretationi obstat præfixum כְּ, quod valet כְּמוֹ, vel ὡς· nunquam autem (quod sciam) loci significationem suscipit [m]. *Juxta ductum*, sive *ducatum*, *suum*, Mo. V. BA. Di. vel, quo à pastore ducentur [n]; vel, juxta locum ad quem ducuntur & congregantur, h. e. ovile [o]; vel, prout duci solent [p]. Vel, *in his quæ pertinebunt ad eos*, Sy. ¶ *Et deserta*, &c. וְחָרְבוֹת מֵחִים גָּרִים יֹאכֵלוּ] [Variant.] *Et vastitates*, vel *desolationes*, vel *loca vastata*, vel *deserta*, vel *solitudines*, (i. e. agros vastos seu amplos ab avaris illis desertos, cùm scilic. cæsi fuerint, vel in captivitatem abducti [q] : vel, *desolatis*, sive *vastitatibus*, JT. Q. in V. vel, terras *desolatas*, M.) *pinguium* (vel, *medullatorum*, Mo. Q. in V. i.e. divitum [r], vel per metaphoram, vel per meton. effecti; nam qui opibus suis ad cutem curandam utuntur ferè indè pinguescunt †. *Pinguium*, intellige vel pascuorum, ubi saginabantur bestiæ quibus illi vescebantur; vel, locorum quæ divites illi incolebant. *Pinguis* pro magno vel divite, Psalm. 22. 30. & 78. 31. Esa. 34. 6, 7 [s].) *peregrini*, sive *advenæ*, ([vel, 1. propriè dicti,] qui justo Dei judicio terram hanc, unde divites expulerant, devorarent [v]: [vel, 2. impropriè dicti,] pii, sive filii Dei [x], qui ad tempus expulsi & profugi, & quasi extranei, fuerant [y], & exsulaverant in Babylone [z],) *comedent*, Mo. M. Pi. &c. vel, *fruantur*, sive *fruentur*, JT. Q. in V. q. d. Tum pauperes, qui patriâ suâ & agris pulsi fuerunt, revertentur, & fruentur fructibus agrorum derelictorum à divitibus, qui tum in captivitatem abducti fuerint [a]. *Et in desertis terræ pingues agni incolentes comedent*, P. V. Prædicit fore ut domus desolentur, adeò ut in illis pascant agni ut solent in pascuis [b]. *Et vasta loca carpent arietes peregrini*, Ca. *Et arietes palantes solitudines detondebunt*, Ti. *Et deserta eorum qui capti sunt agni comedent*, ό. *Et ruinas quæ restauratæ sunt peregrini devorabunt*, Sy. *Et substantias impiorum justi possidebunt*, Ch. Al. חֲרָבוֹת & *gladios* sign. & *siccitates*. Potest ergò locus sic verti, *Et gladii* (vel, *siccitates*, i. e. arida pascua,) *medullata ruminantia* (nam גָּרִים potest esse à גֵּרָה, quod sign. *attrahere*, &, cùm de animantibus dicitur, *ruminare*, quia quæ ruminant animalia cibum in os attrahunt : Intelligo hic pingues illos ventres, homines cibo & potui deditos.) *comedent*, sive *devorabunt*. Ut prior pars versûs ad felicitatem piorum, posterior ad pœnam improborum, referatur; & ut explicet quomodo *Dominus exaltabitur in judicio*, &c. cùm scilicet & agni innocentes pascua invenerint, & impii absumentur, juxta illud, *Ecce, servi mei comedent, & vos esurietis*. Potest & totus versus in bonum accipi, h. m. *Pascentur agni*, &c. *& siccitates medullatorum* (i. e. jugulata medullata, vel medullatorum sicca & exsanguia cadavera,) *advenæ comedent*; ut idem sit quod dicitur in Evangelio, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus*, &c. Possit & רָעוּ esse ex duplicato רָעַע, quod est quasi oppositæ significationis verbo רָעָה, i. e. *depascere instar pecorum quæ agros depascunt* : q. d. *Depascent agnos juxta ordinem ipsorum, & sine sanguine sicca corpora medullatorum ruminantium comedent*; i. e. Vescentur carnibus pinguibus & mundis, non juxta ritum Gentium, sed juxta Legem Dei, absque sanguine. Quid si de sacrificiis hæc intelligenda sint? quòd *depascent agnos juxta ritum à Deo præscriptum, & gladiis occident animalia pinguia & munda*, ut sit similis locus illi Mal. 3. 3. *& offerent sacrificia in justitia*, &c. מֵחִים, *medullata*, est participium

ticipium unicum ex מוּחַ. Quòd si deducamus à מָחָה *abstersit, diluit*, (unde & מְחִי instrumentum bellicum, quod *aries* esse putatur; indéque *arietes* sic vocari dicemus, quòd gramina deleant & absumant;) tunc non contemnenda est illius [Castalionis, opinor, intelligit, quanquam non verba ipsa, sed tantùm sensum ipsius, exprimit,] versio, qui ità transtulit, *Et arietes palantes arrodent solitudines*. Per *solitudines*, non horrida loca intelligo, sed alendis pecoribus apta. Hoc cum *agnis juxta ordinem pascentibus* convenit; & hujusmodi pecorum pastus argumentum est quietis & pacis. Sed nec חֳרָבוֹת (quod memini) *solitudines* sign. nec מֵחִים *arietes*, licèt מְחִי sit instrumentum bellicum [c]. Versum sic accipio, *Et pascentur agni*, vel *oves*, *secundùm ductum suum, & desolata pinguium peregrinantium comedent*. Prædicit fore ut loca amœna, ubi divites deliciabantur & pinguescebant, vertantur in deserta, fiántque pascua agnorum, qui ibi securè cibum capiant, dum pingues illi in exsilium pulsi peregre oberrant. Hoc vult, agnis, i. e. piis, bene fore, dum pinguibus, i. e. protervis impiis, malè sit. Illis nec pastorem defuturum à quo ducantur, nec pascua quò ducantur: sed ipsa impiorum habitacula, in desertum versa, pascuo ipsis fore. דָּבַר *ducendi* significatione usitatissimum est Syris ac Chaldæis; unde & מִדְבָּר *desertum* dictum volunt Hebræi, quòd in illud ducantur pecora pastûs causâ [d]. Consilium Prophetæ in hoc versu erat, tum arrogantiam procerum pios opprimentium retundere, tum pios (qui ad minas Dei expavescebant) sustinere & solari *.

18. *Væ qui*, &c. [הוֹי מֹשְׁכֵי הֶעָוֺן בְּחַבְלֵי הַשָּׁוְא] *Væ trahentibus* (vel, *attrahentibus* ad se, P. vel, *protendentibus*, Ti. vel, *qui solent trahere*, veluti ex officio; nam participium sic tanquam nomen usurpatum plerumque notat consuetudinem [f]: vel, *qui producunt*, Sy. Ar.) *iniquitatem* (vel, *scelera*, Ca. sim. ό. Sy. Ar.) *in funibus mendacii*, P. Mo. &c. vel, *vanitatis*, M. V. &c. vel, *vanis*, Ti. vel, *nequitiæ*, Ca. vel, *temeritate*, quam seq. versu explicat; i. e. audaciâ ac proterviâ suâ [g]. Qui per mendacia, veluti per funes, trahunt, &c [h]. ¶ *Et quasi*, &c. [וְכַעֲבוֹת הָעֲגָלָה חַטָּאָה] *Et veluti funibus* (vel, *nexibus*, Ti. vel, *loris*, Ca. vel, *cum catena*, M. vel, *denso fune*, JT. Pi.) *plaustri* (sub. *trahunt*, P.) *peccatum*, Mo. P. M. &c. חַטָּאָה & עָוֺן accipiunt de pœna [i], ut sumitur Gen. 4. 13. Num. 9. 13. &c [k]. Sensus est, Væ vobis qui damnationem vestram ad vos magnâ vi attrahitis, veluti qui plaustrum onustum fune trahunt [l]; qui impœnitentiâ vestrâ & peccatorum accumulatione Deum irritatis, ut judicia sua ad vos acceleret, ut Rom. 2. 4,5 [m]. Id quidem congruit cum v. seq. malim tamen aliter accipere [n]. Sensus, Miseri sunt qui rationibus illicitis aut prætextibus aut illecebris addunt peccata peccatis, & in illis sese obstinant [o]. *Funes* hîc vocat peccandi illecebras, aut vela excusationum, quibus se falli sinunt, & sibi blandiuntur. Hi sunt funes, sive pravæ colligationes, quibus peccatum attrahunt [p]. *Qui trahunt*, &c. i. e. qui non tantùm producunt impium vitæ cursum, ut homo producit funem, cùm illum vel net, vel explicat, (sic enim verbum usurpatur Psal. 36. 11.) sed etiam omnibus modis quos excogitare possunt peccatum ad se trahunt; nec, ut alii, ad peccatum trahuntur, utilitate vel voluptate, aliorum vi vel suasu, &c. sed ipsi trahunt peccatum, sicut jumentum trahit plaustrum, Deut. 21. 3 [q]. Qui & spontè peccant & obstinatè, & peccato se alligant [r]. Qui nihil agitant nisi malum omni studio suo †. Sensus est, Ut boves loris adstricti plaustrum assiduè trahunt; sic ambitiosi, cupidi, &c. assiduè trahunt funem & plaustrum peccatorum. Vel certè, Quia ducimus quæ spontè aut facilè sequuntur; trahimus verò quæ obluctantur & resistunt; *trahere iniquitatem* erit, studio & affectu occasiones peccandi conquirere, & quasi magno labore convehere: quod ad malitiam, non ad ignorantiam aut fragilitatem, pertinet [t]. Al. *Qui trahunt iniquitatem*, i. e. viros *iniquitatis*, ut *iniquitas* sumi videtur Psal. 49. 6. & 65. 4. & 119. 133. q. d. Qui alios vanis & fallacibus argumentis ad peccandum solicitant & trahunt. Ità aptè comparantur jumentis, quæ plaustrum [alioquin in loco suo mansurum] trahunt, &c [v]. Sed malo prius [x]. Per *funes vanitatis* intelligunt vel, 1. res vanissimas, propter quas gravia scelera contrahunt, aut pœnas [y]: vel, 2. inventa illa & conatus laboriosos quibus impii constanter sudant ut impia consilia sua perficiant. Vide Psal. 36. 5. Mic. 2. 1. עֲבוֹת autem, quod propriè sign. *densum funem*, quo trahuntur plaustra, denotat robur & vires summas quibus cogitata sua exsequuntur, nè sine suo frustrentur, Psal. 64. 6 [z].

19. *Qui dicitis, Festinet*, &c.] Scil. Jehova [a], ad puniendos nos. Summa temeritas & irrisio [b]. Concessio cum affectu contemnentis; q. d. Nos non curamus si maximè festinet, sicut tu minaris [c]. Nec minas curamus, nec judicia [d]. ¶ *Opus ejus*] i. e. Quicquid se facturum prædicit *. Opus judicii [f]; castigationem nostrî [g]. ¶ *Ut videamus*] q. d. Jam illud experiri cupimus [h]. ¶ *Consilium*] Id est, opus de quo consilium cepit [i]. Quod tantâ deliberatione indiget dignum sanè est quod agnoscatur [k]. ¶ *Sancti Israel*] Easdem voces per irrisionem repetunt quas Prophetæ inculcabant ut reverentiam excitarent, &c †. Hoc versu demonstrat ipsos peccata velut funibus attrahere, quòd spernant judicia Dei, &c. dicentes, Quousque tandem deliberat Deus? Ostendat potiùs ratum esse quod decrevit [l]. ¶ *Et sciemus illud*] i.e. Ut intelligamus quòd evenerit, & sciamus te esse veracem [m].

20. *Qui dicitis malum bonum*; sic M.P.&c. [לָרַע טוֹב] *De malo bonum* esse, JT. Pi. sim. For. vel ex depravato judicio, vel calumnia, vel adulatione, vel malitia [n]. ל hic valet *περὶ de*; & deficit כִּי, *quod*, acceptum ἐλλιπῶς [o]. Qui honesti & inhonesti limites ac nomina confundunt [p], & omne boni & mali discrimen ex professo conantur pervertere [q]. Qui vitium probant, & virtutem reprobant [r]. Qui patientiam & humilitatem ut res viles damnant; vindictam verò & fastum hominem decere dicunt, &c. Omnibus hoc vitium est filiis hujus seculi, ut juxta leges & decreta mundi de rebus judicent †. Alii hoc restringunt ad negotium juris & judicii [t]. Qui innocentes damnatis, & sontes absolvitis [v]. Si privatis maledicitur cùm malum bonum esse dicunt, &c. quantò magis magistratibus, quorum est recta & honesta tueri [x]? ¶ *Ponentes* (vel, *statuentibus*, Pi. *qui faciunt*, Calv.) *tenebras lucem*] Vel, *in lucem*, sive *pro luce*. Heb. *ponentibus*, scil. loquendo [i], h. e. affirmantibus [k]. Hâc voce innuit loqui se potissimùm de potentibus ac primoribus, qui titulo potestatis quæ volebant statuebant: ut *ponere* hîc sumatur pro decernere; unde leges *poni* dicuntur, & *positio* est vox legis [l]. Gratia & bonitas in S. S. *lux* dicitur, Act. 26. 18. Rom. 13. 12. &c. ut peccatum, *tenebræ*, Joh. 3. 19. Eph. 4. 18. &c [m]. Qui Legem Domini, quæ lux est, superstitionibus corrumpunt, &c [n]. ¶ *Amarum in dulce*, &c.] Qui nec dulcedinem sentiunt quæ est in Verbo & viis & favore Domini, nec amaritudinem quæ est in peccato, &c [o].

21. *Qui sapientes estis in oculis vestris*] Id est, qui vobis sapientes videmini [p]. Qui falsâ sapientiæ opinione inflati estis; unde pudet vos ab aliis discere, & monitiones Dei aliorúmque contemnitis, & ferociter repudiatis quicquid non adlubescit: cùm initium pietatis est docilitas, &c [q]. Al. Qui vestrâ sapientiâ & artibus putatis vos judicia Dei vitare posse [r].

22. *Viri fortes*] Hebr. *roboris*, Pi. vel, *robusti*, sive *strenui*, M. P. Ti. Ca. ¶ *Ad*, &c. [לִמְסֹךְ שֵׁכָר] *Ad miscendum*, sive *miscendam*, (vel, *fundendum*, Ca.) *ebrietatem*, Vulg. M. Sed שֵׁכָר nunquam ità sumitur †. Vel, *sechar*, Mo. *siceram*, Ti. ό. Sy. Ar. vel, *potum inebriantem*, JT. Pi. *inebriativa*, P. *temetum*, Ca. *Ad inebriandum se vino veteri*, Ch. *Ad miscendum*, i. e. infundendum, infusúmque ebibendum. Synecdoche speciei καθ' ἀγχηστικὴ, & synecdoche membri; nam potores isti non videntur miscuisse vinum aquâ, sed infudisse ac bibisse merum [t]. Quia vinum in calidis illis regionibus aquâ miscere solebant, hinc vox illa, quæ propriè sign. *miscere* in Hebræa & Græca & Latina linguis, ponitur pro *parare*, *infundere*, *porrigere*, vinum, &c. ut Prov. 9. 2. & 23. 30. Vide & Psal. 75. 8. collat. cum Apoc. 14. 10. [& ad illa loca congesta.] Taxat illos qui in eo gloriabantur, quòd fortes essent, &c [v]. Refert Athenæus inscriptum fuisse Darii Hystaspis sepulchro, Ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολλὸν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς, (*Potui & plurimum vini bibere, & illud probè ferre.*) Seneca Benef. 1. 10.

c For. d Di. * Calv. f For. g For. h M. i For. Q. in Ang. k Ang. l For. m Q. in Ang. n Ang. o V. p Calv. q Ang. r Calv. † Jun. t Me. v Q. in Ang. x Ang.

y Me. z Ang. a Pi. For. b For. c Pi. d Ang. * For. f Ang. g Pi. h For. i Pi. k For. † For. l Calv. m V. n Ang. p C. q Calv. r Ang. † For. t O. in Ang. v Sa. x Calv. i Pi. k Pi. Sc V. l Musc. in Marl. m Ang. n For. o Ang. p V. q Calv. r Ang. † Ang. t Pi. v Ang.

Habebitur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri cepisse virtus erit [x]. Credibile est eum viros militares hoc versu, ut judices versu sequente, respexisse [y]. q. d. Gigantes estis, non ad bellandum cum hostibus, sed ad potandum, &c [z]. Facetè eos perstringit quòd vires suas in Bacchi militia consumerent, &, belluis deteriores, experirentur quantum cibi & vini ferre possent [a].

23. *Qui*, &c. מַצְדִּיקֵי וגו׳] *Justificantibus* (vel, *Justum pronunciantibus*, Ti. sic Ar. Pi. V. *Absolventibus*, JT. Pi. Ca.) *impium*, Mo. sic M. P. &c. vel, Qui dicunt causam impii esse justam [b]. Luxui magistratuum hîc connectit injustitiam, & acceptionem munerum: pro alendo enim luxu pullulat cupiditas, &c [c]. Væ *justificantibus*, &c. τὸ Væ supplendum, quia novum hoc crimen est [*]. ¶ *Pro*, &c. עֵקֶב שֹׁחַד] *Mercede* (vel, *pro mercede*, ellipsis τῶ עַל [d],) *muneris*, Mo. *ob munus*, sive *munera*, Ti. Ca. sic M. P. ο'. Sy. Ar. *eò quòd ab eo recipiunt mercedem iniquitatis*, Ch. Hoc addit, quia possit hoc accidere ignorantiâ vel errore judicis malè instructi. Porrò, judicia aliis modis pervertuntur, v. g. ob odium, vel gratiam, &c. quibus vitiis parcere noluit Propheta; sed hoc tantùm nominatim exprimit, quòd ὅτι τὸ πολὺ accideret [†]. Vox עֵקֶב (à עָקַב *supplantare*, Gen. 27. 36.) sign. 1. *plantam*, sive *calcaneum*; &, (quia illa pars in animali ultima est) 2. *finem*; 3. *mercedem*, quæ finis est laboris; 4. *pro*, vel *propter*, quod causam finalem notat [f]: ut hinc videas proprietatem linguæ Hebrææ, & quàm sit naturæ conveniens [g]. ¶ *Et justitiam justi auferetis*] Heb. *auferent*, vel *auferunt*, P. V. &c. Non eum injustum efficiendo, sed declarando. Confer Job. 27. 5, 6. Homines in S. S. id efficere dicuntur quod conantur efficere. Confer Levit. 24. 17. cum Deut. 19. 16, 21 [h]. Est hoc crimen multò pejus priore: nam iniquius est justum occidere quàm liberare impium, &c [i]. ¶ *Ab eo*; ità V. Pi. &c. מִמֶּנּוּ] Id est, ab unoquoque ipsorum [k]: nomen enim est plur. pronomen sing [l]. quo notatur distributio in singulas species [m].

24. *Sicut devorat* (vel, *absumit*, P. JT. &c. vel, *comedit*, ut Esa. 29. 6. & 30. 30. os non minùs igni quàm gladio tribuitur [n];) *stipulam lingua ignis*] Ità M. Ti. &c. Flamma dicitur *lingua* μεταληπτικῶς [o], tum quia speciem linguæ præ se fert [p], nam rubet, & in acutiem tendit [q]; tum quia instar linguæ lambit [r]. Virgil. Æn. 2. *Lambere flamma comas*, &c [*]. Vide 1 Reg. 18. 38. Phrasis *lambendi*, &c. usurpatur de re citò & facilè peracta; Num. 22. 4 [t]. ¶ *Et*, &c. וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה] *Et glumam* (*quisquilias*, P. V. *festucam*, Ca. *stramen*, Ti. For. *torridum gramen*, JT.) *flamma dissolvit*, M. vel, *conficit*, Ca. vel, *debilitat*, P. sic Mo. Sed tum non esse *jirpeh* in Kal, sed vel *jerappeh* in Piel, vel *jarpeh* in Hiphil [v]. Vel, *flammâ deficit*, JT. Pi. חֲשַׁשׁ est, *quicquid celeriter ignem concipit*, ut stramen, stupa, fomes, &c. & cognatum est τῷ חוּשׁ *festinavit*, quo ipsi usi sunt v. 19. Sic & nomen קַשׁ *quisquiliæ*, quæ festinanter inflammantur, &c. dicitur vel à קֹשֵׁשׁ *colligere*, sive קוּשׁ *complicare*; vel fortè à sono quem excitant, sive dum colliguntur & complicantur, sive dum comburuntur [x]. ¶ *Sic*, &c. שָׁרְשָׁם כַּמָּק יִהְיֶה] *Radix* (vel, *Radici*, JT. vel, *Origo*, Ar. vel, Sic *radix*, M. P. Ti. Pi. Ang. Sic *stirps*, Ca. ellipsis particulæ redditivæ [y];) *velut putredo* (vel, *putre quiddam*, Ca. Angl. vel, *tabes*, JT. Pi. vel, *lanugo*, ο'. vel, *mucus*, Mo. vel, *pulvis*, Sy. sic Ar.) *erit*, P. M. &c. vel, *inerit*, JT. ¶ *Et germen* (vel, *flos*, JT. Pi. ο'. Ar. vel, *surculus*, Sy. *frutex*, Ca. *gemma*, Mo.) *eorum ut pulvis ascendet*] Ità P. M. &c. scil. in auram, resolutus in pulvisculum ex putrefactione [z]. Nullum fructum feret, sed in nihilum abibit. Vide Psalm. 22. 16. Esa. 9. 18 [a]. Locum intelligo de omnimodo interitu & evanitione felicitatis eorum, instar arboris cujus & radix contabescit, & flores putrefiunt, ità ut nullus indè fructus enasci possit [b]. Rempub. tacitè confert arbori, quæ radices habet & germen [c]. *Radix* hîc denotat vel, 1. parentes eorum [d]: vel 2. fortes eorum bene radicatos, Job. 21. 7. Jer. 12. 2 [†]: vel, 3. robur & vires eorum [f]. *Germen* pariter sign. vel, 1. ipsorum liberos [g]: vel, 2. infirmos, qui citò dissipantur, Psal. 103. 15, 16. Esa. 40. 7 [h]: vel, 3. eorum pompam & gloriam. Sed hæc præcisa partium applicatio minùs necessaria videtur [i]. ¶ *Et eloquium Sancti Israel*, &c. וְאֵת אִמְרַת וגו׳] Non absurdè hoc intelligas de Christo, qui in S. S. dicitur אִמְרָה, *dictum*, *sermo*, *pronunciatum*, seu *promissum*; ut à Joanne, Λόγος [k].

25. *Ideo iratus est*, &c. חָרָה אַף וגו׳] *Incensa est*, vel *excanduit*, (ad verb. *irata est*, V.) *ira*, &c. V. Ang. &c. Heb. *facies*, vel *nasus*, quia ira ibi præcipuè se ostendit, Psal. 18. 9. & 34. 17 [l]. Loquitur hîc de judiciis Dei, vel, 1. quæ jam experti sunt Judæi [m], vel sub Joaso, per Syros, 2 Reg. 12. 17. vel sub Amasia, per Israelitas, 2 Par. 25. 22 [n]. vel potiùs sub Ahazo, 2 Par. 28. 5, 8, 17, 20. Vide Esa. 1. 7, 9 [o]. Ità minas futuræ ultionis confirmat ex præteritis plagis: q. d. Non creditis futurum esse quod prædico; agitè, unde adeò exarsit [priùs] ira Dei, &c [p]? Vel, 2. quæ futura erant per Chaldæos, &c [q]. Præt. pro fut. ob certitudinem eventûs [r]. ¶ *Extendit manum*, &c.] Id quod facere dicitur Deus vel, 1. ad opitulandum, ut Psal. 136. 12. Prov. 31. 20. vel, 2. ad percutiendum, ut Psal. 55. 21. & 138. 7. Esa. 31. 3 [*]. ¶ *Et* (vel, *adeò ut*, Pi.) *conturbati* (vel, *commoti*, V. Ma.) *sunt* (vel, *sint*, Pi.) *montes*] Hyperbole [t], quâ tum gravitatem percussionis indicat [v], ut etiam montes ad eam contremiscere potuerint [x], vide Esa. 64. 1, 2. Jer. 4. 24 [y]; tum perstringit stuporem populi, ut qui plagis illis non commoveatur [z]. ¶ *Et*, &c. וַתְּהִי נִבְלָתָם כַּסּוּחָה וגו׳] *Et* (vel, *adeò ut*, Ca.) *fuit* (vel, *fuerunt*, Sy. vel, *jacuerunt*, Q. in V. vel, *jaceant*, Ca.) *cadaver* (vel, *morticinum*, P. Mo. vel, *cadavera*, Ti. Ca. Q. in V.) *eorum* (nempe ab hostibus cæsorum [a]) *lacerum*, V. vel, *lacerum projectum*, M. vel, *succisum*, JT. sic P. quasi sit Pahul à כָּסַח *succidit* [b], Psal. 80. 17. Esa. 33. 12. Tum locum sic verterem, *Cadaver* (collectivè sumptum, ut Psalm. 79. 2. Jer. 7. 33.) *excisum* jacebat *in plateis*. De qua locutionis forma vide Esa. 14. 12. &c [c]. Sed isti [Junianæ] interpretationi duo obstant: 1. forma vocis seu punctatio, quia prima litera habet Patach sequente Dagesch, non autem Scheva; 2. syntaxis, nam participio Pahul non solet præmitti verbum הָיָה, ut hîc factum est [d]. *Ut lutum*, Sy. Ca. vel, *stercus*, Mo. ο'. Ch. sic Ti. Ar. vel, *purgamentum*, Pi. For. vel, *cœnum*, quod expurgari solet, quo nihil vilius [†]. A כ similitudinis, & סוּחָה, quod idem cum סְחִי Thren. 3. 45. *purgamentum*, sive *quisquiliæ* [f], à סָחָה *purgavit*, scil. scopis, &c. & congruit cum verbo נָסַח. Confer & 1 Cor. 4. 13. περίψημα *purgamentum* [g]. ¶ *In*, &c. בְּכָל־זֹאת] *In omni hoc*, sive *isto*, P. Mo. Ma. *Et in omnibus istis*, Calv. *Ob totum hoc*; ב valet *propter* [h]. Referunt vel, 1. ad peccata prædicta [i]; vel, 2. ad plagas præcedentes [†]. *Et tamen*, vel *Nihilominus*, *necdum ob id conquievit furor*, &c. Q. in V. Quanquam Dominus populum suum tam graviter percussit, ac propterea placatus esse videri possit, tamen nondum placatus est [k]. ¶ *Adhuc—extenta*] Scilic. ad percutiendum, ex principio versûs. Confer Levit. 26. 14, &c [*]. & Jos. 8. 18, 26 [l].

26. *Et*, &c. וְנָשָׂא נֵס לַגּוֹיִם מֵרָחוֹק] *Et* (vel, *Tum*, Ca. vel, *Nam*, Pi. Q. in V. Copulativa hîc pro declarativa; declarat enim quod dixit, *manum Dei adhuc esse extentam* [m]. *Nam quum*, JT. vel, *Ergò*, ο'. vel, *Et mox*, Ar.) *elevabit*, sive *eriget*, (vel, *elevavit*, fut. pro præt [n]. vel, *attollens*, JT.) *vexillum*, sive *signum*, *gentibus*, vel, *ad*, sive *in*, *gentes*, (vel, *in nationibus*, For. vel, *genti*, Ti. Musc. Puto enim primitus scriptum לַגּוֹי, cui librarii imprudenter adjecerunt ם, decepti sequenti voce, quæ à מ incipit; postea enim in toto hoc vaticinio sing. num. constanter retinet [o]. Sed notissima est in Prophetis numerorum mutatio [p]: cujus etiam h. l. peculiaris est ratio, ut significet varios istos populos non fore multitudinem confusam, sed instar corporis, cui certum caput præsit ac dominetur [q]. Vel, *externis*, Ca.) *à longè*, vel, *è longinquo*, vel *procul*, M. P. Mo. Ca. JT. Pi. τὸ מֵרָחוֹק plerique cum נָשָׂא נֵס conjungunt, quibus suffragari videtur sequens membrum, ubi מֵרָחוֹק (τῷ מִקְצֵה הָאָרֶץ ex adverso respondens) cohæret cum verbo וְשָׁרַק. Malim tamen construere cum לַגּוֹיִם, ità ut non sit adverbium è loco, ut plerumque, sed in loco, (quam ferè vim habet quoties cum verbis הִתְיַצֵּב, עָמַד, & similibus, jungitur.) & vertere cum ο'. & Ti. *quæ procul*, sub. *est*, vel *sunt*. Quæ ellipsis est & Esa. 49. 1. לְאֻמִּים מֵרָחוֹק, quod Ca. Ti. Zuing. &c. vertunt, *populi* [intellige *qui sunt*] *remoti*, sive *longinqui*. Similiter alii hîc accipiunt, *gentibus longinquis*, Os [r]. vel, quæ sunt, sive venient, à longè

x Gr. y Arg. z Musc. in Marl. a Calv. b V. c For. * Ang. d Pi. † Musc. in Marl. f For. sim. Pi. g For. h Ang. i Musc. k Pi. Arg. l Ang. m Pi. n Ang. o Zuing. in Marl. p V. Zuing. sim. Pi. q V. Zuing. r Pi. sim. Ang. Zuing. * San. t Ang. v Pi. x For. y Pi. sim. Ang. z Pi. sim. Ang. a Ang. b Pi. sim. Ang. c For. d Q. in Pi. † Q. in Ang. f Arg. g Q. in Pi. h Q. in Ang. i Ang.

k For. l Ang. m Calv. n Jun. Q. in Pi. o Ang. p Musc. in Marl. q Pi. sim. Jun. r Pi. * Ang. t Pi. Ang. v Oecol. in Marl. Ang. x Musc. ib. Ang. y Ang. z Oecol. & Musc. Calv. Ang. a Ang. b JT. in Pi. c Ang. d Pi. † For. f Pi. For. g For. h Pi. i Q. in Ang. † Musc. k Pi. * Pi. l Ang. m Pi. n Q. in V. o Musc. p Boot. anim. 1. 7. 2. 49. q Boot. ex Calv. r Boot.

à longè, ut Esa. 43. 6. & 49. 12. prout comminatus erat Deus Deut. 28. 49. à quibus proinde minor esset illis aut gratiæ aut reditûs spes †. Vel dicit, *longinquis*, à quibus populus securus erat, & nihil tale exspectabat *. Usus porrò signi sive vexilli tempore belli multiplex erat †. 1. Ad colligendos & convocandos milites [t]. Quoties expeditione susceptâ, vel ingruente, arma sumenda essent, duobus monebatur populus, nempe tubarum clangore, & signi erectione, ut patet ex Esa. 18. 3. Jer. 4. 21. & 51. 27. Vide & Virgil. Æn. 8. *Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce*, &c. Macrob. Saturn. 1. 16. &c [v]. 2. Quum milites ad conflictum vocarentur; quod signum præliare vocari possit: quod erat in triplici differentia. 1. Satis magno ante prælium spatio, quo admonebantur ut se præpararent, &c. De quo Plutarch. in Antonio, *Quum videret Parthos undique circumfundi, pugnæ signum in castris proposuit*: & rursus in Marcello, *Ipso diei ortu proposita fuit purpurea tunica, in signum futuræ pugnæ*. 2. Quum milites arma capere atque in ordines ire oportebat. De quo Cæsar Gal. 2. Liv. 6. 12. 3. Quum concurrendum erat & pugnæ initium faciendum. De quo Polyb. 2. 66. Cæsar Civil. 3. Dionys. l. 6. & 8. De utrovis signo non improbabiliter locum hunc accipiunt [x]. *Attollet*, &c. i. e. arcanâ suâ providentiâ adducet hostilem exercitum [y]: instar magni Ducis, vexillo erecto convocabit quos huic expeditioni destinat [z]. Conscribet exercitum [a]: vel, hostes ad stragem edendam emittet. Est metaphorica locutio, quia, sublato signo, milites ad nutum ducis manus conserere, & in prælium ruere, solent [b]. Ego autem malim per signum hoc erectum nihil aliud nisi ipsorum adventum significari, & allusum hîc ad signum expeditionale seu itinerarium, quo admonebatur miles de castris movendis: de quo Curt. 3. 3. Marcel. l. 24. &c. Expositionem meam firmant verba sequentia his synonymè adjuncta, *Et sibilabit*, i. e. sibilo advocabit, &c. deinde, *velociter veniet*: quibus verbis haud dubiè declaratur effectus quem priore versûs parte sibi proposuit Propheta [c]. Per *gentes* autem hîc intelligunt vel, 1. Romanos, sub Tito, &c [d]. Quod pauci sentiunt, & minimè probabile est [e]. Vel, 2. Chaldæos sive Babylonios [f]. Vel, 3. Assyrios [g], sub Senacheribo; de quibus similia dicuntur Esa. 7. 17, 18 [h]. qui tamen sint velut typus Romanorum, &c [i]. Al. Coget milites ex omnibus gentibus contra Judæos [k]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁרַק לוֹ] *Et sibilabit* (vel, *sibilavit*, M. P. vel, *sibillo annuet*, Ti. vel, *sibilo vocabit*, Ca. sic V. vel, *sibilans advocaverit*, JT.) *ei*, P. Mo. Ti. vel, *illum*, sub. *regem*, vel *imperatorem*, *gentium*; relativum sine anteced [l]. Vel, *super eum*, M. vel, *ad se*, JT. vel, *ad unamquamque illarum*, Pi. Angl. nempe gentium; convenit enim לו genere cum גוים: Heb. *ad illam*; syntaxis distributiva, quâ totum distribuitur in partes singulas [m]. *Ad eam*, vel *eum*, id est, eos: singulare collectivè sumptum, ut *cadaver* v. 25. Alludit ad morem quo, sibilando, quemvis qui paulò remotior est vel extra conspectum positus advocamus; vel ad pastores, qui sibilo oves palantes revocant [n]. Innuit tam facile Deo esse hostes colligere & armare, &c. quàm homini sibilare [o]. ¶ *De finibus terræ*] Nempe illis cognitæ & compertæ. Confer Luc. 2. 1. Act. 2. 5. Vel, à locis remotissimis [p]. q. d. Advocabit gentes moribus & linguis diversissimas; id quod terribilius est [q]. ¶ *Et, ecce, festinus*, &c. מְהֵרָה קַל יָבוֹא] *Cito*, vel *festinanter*, vel *velociter*, vel *statim*, (vel, *cum festinatione*: ellipsis particulæ, ut Jer. 48. 16. quæ exprimitur Eccles. 4. 12 *.) *levis* (vel, *& levis*, M. vel, *velox*, JT. Pi. *velox & levis*, Ti. vel, *sicut nubes leves*, Ch. vel, *& velociter*, Sy. Ar.) *veniet*, vel *adveniet*, vel *aderit*, M. Ti. P. Mo. JT. Pi. sub. *exercitus*, JT. קל *velox*, propriè *levis*. Meton. efficientis, nam levitas corporis velocitatem cursûs efficit [r]. Verùm קל hîc non est adjectivum, sed adverbium, sicut & Joel. 3. 4. (al. 9.) ubi cum מהרה ὁι παμμέλιν jungitur, ut nobiscum sentiunt K. Hieron. Merc. Sy. etiam Græci, qui tamen minùs bene verterunt, κῦφως, (leviter,) pro, ὠκέως, celeriter *. Hoc opponit ipsorum voci, *Festinet*, &c. suprà 19. [Ità fiet, inquit,] Festinabit, & accelerabit opus suum, &c [t].

27. *Non* (vel, *Nullus*, JT. Pi.) *erit deficiens*; ità Ch. [*Lassus*, M. Ti. Mo. simil. V. Ca. JT. Pi. Sy. sub. *de via*, V. vel, ex itinere tam longinquo [v]. ¶ *Neque*, &c. וְאֵין כּוֹשֵׁל בּוֹ] *Et non impingens* (vel, *laborans*, P. vel, *corruens*, V. vel, *infirmus*, Q. in V.) *in eo*, Mo. M. JT. Pi. &c. nempe toto exercitu [x]. Non impingent sive ad impedimenta quævis in via, ut Esa. 63. 13. Jer. 31. 9. sive alii in alios, ut Joel. 2. 7, 8. ut in tumultu & festinatione fit [y]. q. d. Alacres erunt & expediti, nihil illos impediet aut retardabit [z]. ¶ *Non dormitabit, neque dormiet*] Ità P. Mo. &c. Pro, nedum dormiet; minus enim est *dormitare*, quàm *dormire*. Confer Psal. 121. 4. q. d. Strenui erunt, non somnolenti [a]. Vigiles erunt & attenti ad rem. Vide Prov. 6. 4, 9 [b]. ¶ *Neque solvetur* (vel, *deponetur*, Ar.) *cingulum* (vel, *zona*, JT. sic ὁ. vel, *baltheus*, Ca.) *renum* (vel, *lumborum*, M. P. Mo. JT. Pi. ὁ. Sy. Ar. vel, *laterum*, Ca.) *ejus*; ità P. M. &c. וְלֹא נִפְתַּח אֵזוֹר חֲלָצָיו] *Baltheum renum suorum nullus aperit*, Ti. [Variè explicant.] Non erunt timidi, quod per *solutionem lumborum* exprimitur Dan. 5. 6. vel infirmi. Accinctio erat indicium roboris; discinctio, imbecillitatis. Vide Esa. 23. 10. & 45. 5 [c]. Al. Perpetuò miles erit accinctus [d], & paratus vel itineri, vel actioni. Vide 1 Reg. 18. 46. 2 Reg. 9. 1. Psal. 45. 4. Cant. 3. 8 †. ¶ *Nec rumpetur* (vel, *avelletur*, JT. Pi.) *corrigia calceamenti* (vel, *calceamentorum*, P. Mo. &c.) *ejus*; sic M. P. &c. וְלֹא נִתַּק שְׂרוֹךְ וגו׳] *Neque solvit corrigiam*, &c. Ti. Ligabant calceos corrigiis quibusdam in superiore parte pedis [f]. q. d. Nihil obtinget quod illos impedire aut retardare possit [g]. Non exuet calceos, somni longioris causâ, nè cum mora illos postea induere cogatur. Hoc dicendi genere utitur, quòd sæpe abrumpamus ansulas calceorum quum illos exuimus [h]. Sensus loci, Vestiti, calceati, armati somnum capient [i].

28. *Et arcus — extenti*; ità M. Mo. &c. דְּרֻכוֹת] *Intenti*, Ca. ὁ. *adducti*, JT. Pi. Heb. *calcati*, Pi. Angl. ut Esa. 21. 15. sic Jer. 50. 14 [k]. Meton. effic. nam calcando adducitur arcus [l]. Parati semper sunt ad pugnam, Psal. 7. 13. & 11. 2 [m]. ¶ *Ungula — ut silex*, כַּצַּר נֶחְשָׁבוּ] *Ut petra*, vel *silex, reputatæ sunt*, P. Mo. M. &c. vel, *reputabuntur*, JT. Pi. ob firmitatem [n], & duritiem [o]. q. d. Non atterentur cursu [p], aut longo & difficili itinere [q]. ¶ *Et rotæ*] Nempe *curruum*, ὁ. Ar. JT. Pi. Angl. &c. quibus utebantur in prælio [r]. ¶ *Quasi*, &c. כַּסּוּפָה] *Tanquam tempestas*, P. Mo. ὁ. Ch. vel, *rapidus ventus*, Ar. vel, *turbo*, M. P. V. sic Ti. Ca. JT. Sy. ob velocitatem *, ut Esa. 66. 15 [r]. *Turbo* rotationes quasdam efficit; unde גַּלְגַּל & *rotam* sive *sphæram*, & *turbinem*, sign [v].

29. *Rugitus* (vel, *Vox*, Ti. *Fremitus*, Ca. sim. ὁ.) *ejus*] Ità Ch. vel, *ei*, P. Mo. &c. Nempe *gentis*, Ti. For. vel, *exercitûs*, For. quum pugnam ineunt. Vide Ps. 74. 4. Jer. 25. 30 [x]. ¶ *Ut leonis*] q. d. Truculenti sunt & inhumani, &c [y]. ¶ *Ut catuli* (vel, *filius*, Ch.) *leonum*] Ità M. P. Ti. Mo. &c. quorum & vox fortior, nec feritas minor, est. Vide Esa. 31. 4. Jer. 2. 15. Vel, *ut caterva leonum juvenum*; vel, *ut aliquis juvenis leo*. Sic, *juxta rivulos* (i. e. aliquem rivulum) *aquæ*, Ps. 1. 3 [z]. ¶ *Et frendet*, (vel, *fremet*, P. Mo. vel, *clamabit*, Ch.) *& tenebit* (vel, *apprehendet*, M. P. ὁ. &c.) *prædam*; ità Mo. וְיִנְהֹם וְיֹאחֵז וגו׳] *Frendet ergò, & apprehendet*, &c. Ti. *qui prædam frendens corripit*, Ca. *Et frement, & apprehendent*, &c. vel, *Frement*, inquam, *cùm apprehenderint*, &c. *Et*, pro, *cùm*, ut Ps. 37. 23. Fremit leo, & cùm prædâ destituitur, Ps. 104. 21. & cùm prædam nactus est, Esa. 31. 4. Amos. 3. 4 [a]. ¶ *Et*, &c. וְיַפְלִיט] *Et evadet*, Ar. For. nempe *incolumis*. Hiphil sæpe neutraliter sumitur. Vel, *salvam faciet*, sive *evadere faciet*, i. e. retinebit, conservabit [b]: *salvam deportabit*, JT. Pi. sim. Sy. *spoliabit*, Mo. *rapiet*, P. *spolia corradet*, Calv. *salvabit*, i. e. erutam abducet salvam in domum suam [c]. Vox sign. in genere *vi* aliquid *abripere* ab iis qui detinent illud; indéque sæpe *eripere*, sive *salvare*, aliquid ex alterius manibus, ut Psal. 17. 13. &c. hîc tantùm sign. *violenter* prædam *abripere* à justo possessore, &c. Mica, Esaiæ contemporaneus, cap. 6 14. contrarium de Judæis dicit, quòd *apprehendent*, (quod ab hoste custodire cupiebant,) *sed non poterunt eripere*. Hîc autem Esaias de Assyriis, quòd *apprehendent*, & [ut sequitur] *nemo eripiet* [d]. ¶ *Et non*, &c. וְאֵין מַצִּיל] *Et non eripiens*, Ma. & (pro, *quia*, ut Esa. 64. 5 †.) *nemo eripiet*, Calv. Angl. Pi. &c. vel, *eripere possit*. Indicativus pro potentiali, ut Psal. 50. 22. Mic. 6. 14 *.

30. *Et*, &c. וְיִנְהֹם עָלָיו] *Et fremet* (vel, *Fremet*, *inquam*, JT. Pi. vel, *Et clamabit*, ὁ. sim. Ch. *Sic illi tum frement*,

Marginal notes (left): † Ang. * Calv. † Ang. [t] Boot. ib. 9. 55. sim. Ang. [v] Boot. 1. 8. 6, 7. 65. [x] Boot. 1. 7. 5, 6, 7, 8, 9. [y] Pi. sim. Ang. [z] Ang. [a] Os. [b] Calv. [c] Boot. ib. 9, 10, 11. [d] Q. in Ang. † Ang. [f] Pi. [g] Ang. For. [h] Ang. [i] For. [k] Mc. [l] V. [m] Pi. [n] Ang. [o] For. [p] Ang. [q] Musc. in Marl. * Ang. [r] Pi. sim. Ang. * Boot. 1. 7. 10. [t] Pi. sim. For. San. [v] Pi. sim. Ang.

Marginal notes (right): [x] V. [y] Ang. [z] Calv. [a] Calv. [b] Ang. [c] Q. in Ang. [d] Jun. sim. Ang. Lud. in Marl. &c. † Ang. [f] For. [g] Ang. sim. Oecol. in Marl. [h] Mi. [i] Mc. [k] Ang. [l] Pi. [m] Ang. [n] Ang. [o] Pi. sic V. [p] Pi. [q] Calv. [r] Pi. Ang. * V. For. Ang. [r] Ang. [v] For. [x] Ang. [y] Calv. [a] Ang. [a] Ang. [b] For. [c] V. [d] Ang. † Ang. * Idem.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

frement, Ca. *Et frement*, nempe Assyrii[f],) *in*, vel *super*, *eum*, M. P. Mo. Ti. &c. vel, *contra ipsum*, Pi. sic V. Ar. scil. populum Dei, ex v. 25[g]: vel, *in istos*, Ca. ¶ *Sicut sonitus maris*] Inundantis terram. Hostiles invasiones inundationibus sæpe comparantur, Esa. 8. 7, 8. & 17. 12, 13[h]. Fremitus maris terrorem incutit non solùm navigantibus, sed etiam iis qui propè sunt in terra[i]. ¶ *Aspiciemus*, &c.] Variè hæc accipiunt Interpretes: in eo tamen conveniunt, quòd miserrimum Judæorum statum hanc irruptionem hostium exprimere statuunt[k]. ¶ וְנִבַּט לָאָרֶץ] *Et* (vel, *Tunc*, Ti. vel, *Ut si*, Ca. vel, *Quum*, Angl. *Quùmque*, JT. Id melius quàm *si*; non dubitat, sed pro certo habet, eos ità facturos. *Et*, pro, *Quum*, ut Psalm. 37. 23[l].) *aspiciet*, vel *intuebitur*, (vel, *contentissimè intuebitur*, Pi. sub. *ipse*, Pi. Angl. sing. collectivè[m]. Intellige, vel hostis, quasi vel aspectus ipsius terrore eos percelleret[n]: vel potiùs, populus Dei, contra quem gens hostilis fremit[o]. Vel, *ipse*, id est, quisque eorum[p]: vel, sub. *populus*, V. vel, sub. *Israel*, M. Al. *intuebimur*, Ti. (quasi Propheta loqueretur in sua persona, se cum aliis conjungens[q],) tanquam נִבַּט sit fut. Kal. Verùm, 1. tunc fuisset, *nibbòt*. 2. Non convenit hoc cum præced. *fremet contra ipsum*, scil. populum Dei, pro quo oporteret dici, *contra nos*. Itaque rectiùs accipitur pro præt. vel Niphal, vel Pihel; & tunc *nibbât* est pro *nibbêt*[r]. Al. *aspicies*, Ca. vel, *respicient*, &c. sim. Sy. Ar. vel, 3. pers. ponitur impersonaliter, *respiciet*, i. e. respicietur[*],) *in*, vel *ad*, *terram*, M. P. Mo. ut solent tristes ac mœsti[t]: vel, ut solent in periculo naufragii constituti, in terram appellere conantes[v]. Vel, *terra* hîc opponitur *cœlis*, postea memoratis, ut Esa. 8. 21, 22[x]. q. d. Solicitè circumspiciet quomodo evadere possit periculum[y]. Circumferet oculos ut videat si qui sint qui veniant ad ferendam opem[z]. Vel, *in hanc terram*, JT. nempe Judææ, aut quamvis ejus partem[a]. ¶ *Et*, &c. וְהִנֵּה חֹשֶׁךְ צַר] Multi hæc conjungunt formâ regiminis, quod tamen non fert accentus distinguens Zakeph in חֹשֶׁךְ[b]. *Et ecce tenebræ tribulationis*, M. Vulg. Calv. *videas calamitatis tenebras*, Ca. Al. *Et ecce tenebræ, angustia*, P. sim. Mo. vel, *& tribulatio*, V. *Et en* nobis *tenebras*, & *angustiam*, Ti. Ità est asyndeton[c]. *Ecce tenebras*, tenebras *angustiæ*, JT. *Tenebræ* pro calamitatibus, Esa. c. 50. v. 10. Joel. 2. 10. Amos. 8. 9[d]. [Alii hæc cum voce sequente jungunt, & sic reddunt,] *Sed ecce tenebræ* erunt, (i. e. nulla spes alicunde affulgebit †,) *angustia* erit *& lux ipsa*, Pi. ex Mol. q. d. Etiam spes illa quæ ab aliquo, tanquam liberatore futuro, affulgebit confundet populum, & angustiâ afficiet. Impletum hoc 2 Reg. ult. 28, 29[f]. *Et ecce tenebræ: angustia est & lux*; i. e. simul & angustia & lux est, nè lux quidem angustiam pellit: vel, si ו pro *quum* sumere cupias, (quod Hebræis Arabibúsque est frequentissimum,) vertas, *angustia est quum lux est*. τὸ וְאוֹר multi copulant cum sequentibus; quod iterum τὸ Zakeph super אוֹר adversatur, & τὸ Kamets sub Vau: nam & accentus & vocalis longa pro Scheva notant suspendi isthîc oportere pronunciationem[g]. ¶ *Et*, &c. [וְאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ] Hæc variè admodum redduntur[h]. *Simulac collustraverit, offundentes* (Heb. *contenebrantes*, Jun.) *se in ruinis ejus*, JT. in quibus illæ tenebræ diu perduraturæ sunt[i]. q. d. Simulac hostis splendorem gloriámque sui exercitûs ostendat, omnia obtenebrata erunt[k]. Non absimile est illud, 2 Thes. 2. 8. *Perdet eum splendore præsentiæ ejus*. τὸ עָרַף semel sign. *perdere*, Hos. 10. 2[l]. Quum *tenebricosa fuerit reddita* (scil. *lux*; & deficit כִּי, vel כַּאֲשֶׁר,) *in cœlis illius*, scil. terræ, h. e. in cœlis imminentibus terræ suæ[m]. Al. *Quarum* [nempe *tenebrarum*] *caligine lumen obscuretur*, Ca. *Et lux obtenebrata est* (vel, *obtenebrescet*, Ti. V. Sy. sic Calv. præt. pro fut[n].) *in defluxionibus suis*, Mo. vel, *in desolationibus*, sive *destructionibus*, *illius*, Q. in V. vel, *in caligine sua*, Ti. vel, *præ caligine earum*, Sy. [nempe *tenebrarum*:] vel, *in cœlis ejus*, M. P. V. Calv. For. Ang. sub. *terræ sanctæ*; relativum fœm. est; i. e. in ea parte cœli sub qua Terra sancta sita est[o]. Verbum עָרַף (à nomine עֹרֶף *cervix*) est, *dissecare animalis cervicem*; ut nonnulla alia quæ à nominibus quasi contrariâ significatione formantur: &, de pluvia seu rore dictum, sign. *influere*, vel *distillare*, metaphorâ sumptâ à cervice, quæ quasi stillatorium quoddam est per quod medulla è cerebro defluit in spinam dorsi. Hinc nomen hoc plur. sign. *influxus*, nempe loci è quibus fit fluxus: fluit autem lux è cœlis[p]. Malim verbum עָרַף congruere cum רָעַף, (à quo non differt nisi literarum situ,) quod *sensim fluere* sign. (ut Deut. 32. 2. *Stillet sicut pluvia*, & 33. 28. *Cœli distillabunt rorem*;) vel activè, *fluere facere*, ut Os. 10. 2. *Fluere faciet altaria*, &c. Et, quia qui jugulat, sanguinem fluere facit, hinc sign. *jugulare*, seu *caput præscindere*. Hinc nomen עֹרֶף est *cervix*, quòd per eam fluat medulla, &c. q. d. *stillatorium*: hinc & עֲרִיפִים, q. d. *stillatores*, vel *stillatoria*. *Lucem* ergò *obtenebrari in stillatoribus suis* est, è cœlis lucem non profluere. Similis est locus infrà 13. 10. *Sol obscuratus est in ortu suo*[q]. עֲרִיפִים sign. propriè *defluxiones*, seu *stillatores*, quia è cœlis in subjectam terram quasi defluit ac stillat lux[r]. Solet S. S. magnas calamitates describere per *tenebras in cœlo*, *obscurationem solis*, *fremitum maris*, &c[*]. Hæc loquendi forma vulgi consuetudine usitata est, quum undiquaque ruina & clades se ostendunt[t]. Cœlum obscurari dicitur hominibus in luctu, Amos. 8. 9. &c. & clariùs splendescere lætantibus, Psal. 112. 4. Esa. 30. 26[v]. Sensus, q. d. Etiamsi in cœlum spectent, lux & stellæ ipsæ tenebris involventur[x]. Sive in cœlum respiciant Judæi, sive in terram, nihil reperient solatii[y]. Vox עֲרִיפִים alibi non reperitur in S. S. Licebit ergò & nobis conjecturam addere ex lingua Æthiopica, quæ, uti non minùs Syriacâ & Arabicâ, quin magis fortasse, Hebrææ linguæ est affinis, ità magnam passim insolentibus in V. T. vocibus lucem affundit. In hac עָרַף sign. *quiescere*, Matt. 26. 45. in Hiphil אַעְרַף *quietem dare*, Matt. 11. 28. & עֲרָפַת *quies*, ibid. v. 29. Hinc non gravatè verterem, *tenebrescit in quietibus ejus*: explicat quod dixerat, *Angustia est etiam quum lux est*, quia, etiam ubi quietem sibi polliceri possent, tenebræ occurrunt[z].

CAP. VI.

1. **I**N *anno quo mortuus est rex Ozias*] Vel, 1. civiliter; quo sensu leprosi mortui æstimabantur, Num. 12. 12[a]: vel potiùs, 2. propriè[b]. Quum enim propriæ acceptioni nihil repugnat, quorsum metaphorica, &c[c]? Hîc incipit secundus Liber prophetiarum ejus, quæ secundùm regna Regum digerebantur. Præcedentes itaque conciones habitæ erant sub regno Uziæ: hæc tantùm concio sub Jothamo: cap. 7. & 8. sub Ahazo: aliæ sub Ezechia[d]. Videtur hoc esse Libri initium, quia tyronem se hîc profitetur, nec Deum antea vidit, &c[f]. Sed non mirum Esaiam gloriosâ hâc Dei præsentiâ adeò attonitum fuisse, aut propter varias temporum & Regum mutationes confirmari, & novâ visione approbari, opus habuisse[g]. Quamdiu vixit Ozias, sacrilegus, noluit Deus synagogam dignari tam illustri apparitione: ut ostenderet quàm noxia sint, & sibi displiceant, Regum scelera[h]. ¶ *Vidi*] Heb. *& vidi*, P. Mo. &c. *Vidi etiam*, Ang. ut respiciat præcedentem aliquam visionem. ו valet *etiam*, ut Jer. 1. 3. Interdum τὸ ו narrationem inchoat, ut Esa. 2. 2[i]. *Tum vidi*, Pi. Angl. Copulativa pro relativa temporis[k], ut Levit. 4. 3. & 6. 4[l]. *Vidi*, scil. in spiritu, seu extasi[m]; vel, in symbolica apparitione, ut Ezec. 1. 1. Joh. 12. 41. &c[n]. Non qualis erat, sic enim *Deum nemo vidit*, Exod. 33. 20. Joh. 1. 18. sed qualis hominum sensu capi poterat[o]. ¶ *Dominum*, אֲדֹנָי] Id est, vel, 1. Christum, qui אֲדֹנָי dicitur Psal. 110. 1[p]. Nunquam Deus se Patribus nisi in Filio patefecit. Vel potiùs, 2. Deum indefinitè sumptum[q], & tribus Personis distinctum; quod & vox pluralis indicat, v. 8. *Quis ibit nobis*[r]? Præter Deum Patrem, Adonai hîc dicitur & Christus, ut patet ex Joh. 12. 41. & Spiritus Sanctus, ut liquet ex Act. 28. 25, 26[*]. Mittentis authoritatem & majestatem docet[t]. *Dominum*, intellige fulgorem eximium[v]. Sanè pro, *vidi Dominum*, Johannes cap. 12. 41. habet, *vidit gloriam ejus* †. ¶ *Sedentem super solium*] Tanquam supremum Regem, 1 Reg. 22. 19. vel Judicem, exsecuturum judicium, ut Dan. 7. 9, 11. Joel. 3. 12. &c[x]. *Tribunal Deo erectum* significat, ipsum judicium

judicium velle instituere de Rege & primoribus & populo. Visum autem est ei hoc tribunal erectum in *templo*, tanquam in Dei regia, ut ex sequentibus apparebit [y].

¶ *Et*, &c. וְשׁוּלָיו וגו׳] *Et fimbriæ* (vel, *laciniæ*, Ca.) *ejus*] Ità M. P. Mo. &c. Id est, vel, 1. solii, ut *fimbriæ* hic metaphoricè vocentur extremitates illius; quia solium visum est extra Templum, & illud suis extremitatibus implevit [z]. Sed tota hæc visio in Templo conspecta fuit, ut patet ex v. 4, 6. & insolens est hæc metaphora [a]. Vel, 2. Domini; hoc est, vestimenti ejus [b]. Meton. subjecti, ut Jer. 13. 26 [c]. & Lam. 1. 9 [d]. שׁוּלִים non *fimbrias* modò, quas *limbos* dicimus, sed *inferiores vestium partes*, significat *, quæ eò prolixiores sunt, quò magis majorem quisque fastum præ se fert [f]. ¶ *Replebant templum*, הַהֵיכָל] Vel, *regiam*, For. Angl. ut Psal. 45. 9. Prov. 30. 28. Qu. Num thronus erat intra Templum, vel extra Templum? Resp. Templum sumebatur vel, 1. latè, prout domum continebat cum duobus atriis, ut Jer. 7. 10. & 26. 10. vel, 2. strictè, pro domo, quæ tres habuit partes, porticum, Sanctum, & Sanctum sanctorum, 1 Reg. 6. 3, 5. Videtur autem thronus fuisse in porticu, (prout Reges in portis habebant solia judicii,) & longè supra ostium Templi; indéque descendentes fimbriæ & replebant Templum, & erant extra illud [g].

2. *Seraphim*] i. e. Angeli [h]; ad verb. *Urentes*, Pi. [Sic dicti,] vel, 1. quòd formâ igneâ erant [i], fulgentes quasi ignis [k], & igneam habentes naturam sive substantiam: ignis autem est subtilissimum elementorum, & proximè accedit ad naturam spirituum [l]. Vel, 2. quòd toti dilectione arderent [m]. Vel, 3. à summa agilitate, qualis est in igne [n]. Vel, 4. metaphoricè, ab officio [o], quòd Ministri sint Divinæ iræ, quæ flammæ comparatur [p]. Vel, ut significaret eos, ex mandato Dei, instar ignis consumpturos fuisse impiam Judæorum turbam. Pariter serpentes illi *incensores* dicuntur, quia morsu suo quasi incendebant corpora Judæorum [q]. Seraphim porrò hîc erant, vel quatuor [r]; vel potiùs, duo †, quot erant Cherubim in propitiatorio [t]. Sed hæc planè incerta sunt: alibi apparent quatuor, Ezec. 1. 5. imò myriades, Psalm. 68. 18. Dan. 7. 10 [v]. ¶ *Stabant*] Ut ministri [x], 1 Reg. 1. 2. & 10. 8. & 17. 1. &c. parati ad exsequendum decreta Dei, & ad eundum ac veniendum pro mandato ipsius, Matth. 8. 9 [y]. ¶ *Super* (vel, *juxta*, V. G. Me. T.) *illud*] Ità M. P. *supra*, Mo. nempe solium [z]: putà super basin solii, aut in pavimento juxta solium [a]: in suppedaneo, vel in aliquo gradu solii, ut solent Principes assistere Regi suo [b]. ¶ מִמַּעַל לוֹ] *Juxta illum*; i.e. astabant illi [c]. *Supernè imminebant ei*, Ti. sic V. *à parte superiore illius*, nempe Domini [d]. At incongruum est ut servus stet supra dominum *. *In excelso in conspectu ejus*, Ch. *in circuitu ejus*, ο'. sim. Ar. ad dexteram & sinistram [f]. Non erant supra Deum, sed supra nos & alia [g]. ¶ *Sex*, &c. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם שֵׁשׁ כְּנָפַיִם לְאֶחָד] *Sex alæ*, *sex alæ uni*, Mo. Pi. Angl. i.e. unicuique [h], ut Ezec. 1. 6. & 10. 14, 21 [i]. Reduplicatio notans distributionem [k]; ut, *manè manè*, pro unoquoque manè, Esa. 28. 19. & 50. 4 [l]. *Sex alæ erant unicuique*, P. Ch. sim. JT. Pi. Sy. Ar. vel, *singulis*, M. Ti. *Sex alæ uni, & sex alæ uni*, ο'. [h.e. alteri.] Ex hac versione, & ex Hebræa phrasi non intellecta, ortus est error, quasi fuerint tantùm duo Cherubini [m]; cùm innumeri astabant, ut Dan. 7. 10 [n]. ¶ *Duabus velabant* (vel, *operibat*, M. *velabat*, P. Mo. &c. sub. *quisque*, M. P.) *faciem ejus*] Nempe Dei [o]: nam velantes faciem suam, velabant etiam faciem Dei, cujus aspectum alarum oppositu sibi eripiebant [p]: eo docentes, mysteria Divina non esse curiosè scrutanda [q]. ¶ פָּנָיו] *Faciem suam*, M. P. Ca. G. sic Mo. Ti. Ch. ο'. Sy. Ar. Scil. ex reverentia Dei [r], quòd fulgorem Dei sustinere non poterant †. Nempe, sicut homines Solem contra tueri non audent, ità Angeli Deum [t]. Reverentia autem hæc conjuncta erat cum summo Deum videndi & cognoscendi desiderio [v]. Solebant etiam sancti homines in præsentia Dei faciem velare, Exod. 3. 6. 1 Reg. 19. 13. Hæ porrò alæ pectori, ut proximè sequentes coxendici, & postremæ armis, utrinque adnexæ erant [x].

¶ *Duabus velabant pedes ejus*] Nempe Dei, cui proximè adstabant [y]. ¶ רַגְלָיו] *Pedes suos*, M. P. Mo. &c. Vel, 1. ut consulerent infirmitati Prophetæ, nè scilicet ab illo conspicerentur [z]. At ille & ipsos & Dominum vidisse se testatus est [a]. Vel, 2. ut se contegant à conspectu nostro, qui nè angelicum splendorem intueri possumus quin obruamur [b]. Vel, 3. ex pudore propter conscientiam propriæ infirmitatis atque imperfectionis. Vide Job. 4. 18. & 15. 15 [c]. Per *pedes* inferiorem totam corporis partem accipe, ut sæpe in S. S. sumitur [d]. Ut velatis oculis se velut cæcos, ità velatis pedibus se, pro suo ardenti ad explendam Dei voluntatem studio, esse tardo atque impedito gradu, fatentur *. Sed est, credo, alia hujus loci sententia, quam hîc proponam. *Pedes* in S.S. sæpe significant τὰ αἰδοῖα, sive partes verendas [f]. Ità sumi volunt plerique Gen. 49. 10. Deut. 28. 57. Ezec. 16. 25 [g]. Sic Exod. 4. 25. *tetigit pedes ejus* [h]. [Ubi vide quæ nos congessimus.] Et urina dicitur *aqua pedum*, Esa. 36. 12 [i]. ut Plin. 30. 7. *aqua per pedes fluens*: & *pilus pedum* dicitur pubes, sive pilus circa partes verendas, Esa. 7. 20. Ezec. 16. 7 [k]. *Pedes* ergò hîc, more Hebræo, intellige ea quæ in hominibus velari jubet pudor: quibus respondent in ipsis etiam Angelis imbecillitates quædam, si Deo comparentur. Vide Job. 4. 18 [m]. Partes autem hæ *indecoræ* vocantur 1 Cor. 12. 23 [n]. Unde cura præcipua eas obtegendi, tum in primis parentibus post lapsum; tum hodie in omnibus qui non verecundiam prorsus exuerunt [o]. Vide Gen. 3. 7. & 9. 21, 23. Hab. 2. 15, 16 [p]; tum in sacerdote ex mandato Dei, Exod. 28. 42. *Facies feminalia linea*, &c [q]. Cùm ergò Seraphini humanam assumerent figuram, illas partes velabant [r], vel, ut nos modestiam & castitatem, &c. docerent †; vel, ut imperfectionem suam testarentur [t]. Firmat hanc sententiam, quòd in Villalpandi Tabulis, ad Templi delineationem Ezekielicam adjectis, Cherubi depicti alis invicem complicatis partes illas obumbrant [v]. ¶ *Et duabus volabant*] Vel, *volabat*, Pi. Ang. &c. scil. expeditus ad jussa Dei [x]. Significat celeritatem & promptitudinem ipsorum ad jussa Dei exsequenda [y].

3. *Et*, &c. וְקָרָא וגו׳] *Et clamabat hic ad illum*, Mo. vel, *alter* (vel, *unus*, M.) *ad alterum*, ο'. P. Ti. &c. i. e. ad se invicem [z]: non per modum symphoniæ [a], sed alternis, ut hoc fit ἀντιφωνον [b]. ¶ *Sanctus, sanctus, sanctus*] Terna hæc iteratio denotat vel, 1. Trinitatem Personarum [c]; vel, 2. summum sanctitatis gradum [d]. Sic Græci dicunt, τρισμέγιστος, & Latini, *ter maximus* *. Vel, 3. vehementer affirmat. Vide Jer. 22. 29. q. d. Justa sunt Dei judicia in Regem, proceres & populum. Ex hoc loco sumptum τὸ τρισάγιον, hymni nomen in Ecclesia Græca [f]. ¶ *Plena*, &c. מְלֹא כָל הָאָרֶץ כְּבוֹדוֹ] *Plenitudo totius terræ* (vel, *Quicquid replet terram*, Pi. sub. *est*, Di. Pi. For.) *gloria ejus*, Mo. V. Pi. Di. i.e. facit ad gloriam ejus [g]. *Plena est gloriâ ejus*, ο'. M. P. sim. Ti. Ca. i.e. miraculis ejus. Vel, Omnia creata quæ sunt in terra testantur Deum esse omni laude dignum: in illis enim relucet gloria virtutis & omnipotentiæ Dei [h]. Al. *Implet totam hanc terram*, &c. JT. nempe Judæam, ubi Deus gloriam suam speciali modo patefecit, Levit. 26. 12. Psal. 76. 2. ubi etiam per exsecutionem justitiæ seipsum glorificare constituit, ut Num. 14. 21 [i]. Al. Gloria Dei diffusa est per totam terram, nec, ut vos stultè gloriamini, angustiis Judææ vel Templi finibus concluditur. Convenit hoc prophetiæ sequenti de excæcatione Judæorum: ea enim præbuit aditum Gentibus in Ecclesiam Dei [k].

4. *Et* (vel, *Tunc*, V. Pi.) *commota sunt* (vel, *intremuerunt*, V. vel, *elevatum est*, ο'. simil. Ar.) *superliminaria cardinum*] Ità Ch. vel, *postium*, P. vel, *postibus incumbentia*, M. vel, *frontispicia liminum*, Mo. vel, *postes cum liminibus*, Ti. vel, *postes vestibuli*, Ca. vel, *postes liminum*, JT. Pi. i. e. Templum ipsum, synecdochicè [l]: vel, *superliminare*, ο'. sim. G. vel, *limina portarum*, Sy. vel, *velum januæ*, Ar. vel, *cubitis* aliquot *postes ostii*, Q. in V. vel, *postes ostii*, Ang. Heb. *liminum*: quod sic reddunt, vel quia ponuntur pro ostio, vel quia ostium & limina simul movebantur [m]. Vel, *postes superliminarium*, i. e. quibus superliminare erat impositum [n]. Vox סִפִּים vertitur *postes* Amos. 9. 1. *limina* Ezec. cap. 43. v. 8 [o]. ¶ אַמּוֹת הַסִּפִּים] אמות vel *cubitos* signif [p]. vel, idem est quod אֲמֻנוֹת *postes*, ab אמן *firmitudine* dicti:

Marginalia (left column): y G. | z Q. in Pi. | a Pi. | b Pi. sic Ang. | c Pi. | d Ang. | * For. | f For. sim. San. Ang. | g Pi. | h M. Pi. G. For. Ang. San. &c. | i G. | k M. ex He. sim. For. | l Q. in Ang. | m For. | n Ang. | o Pi. | p G. | q Pi. | r Prad. in San. &c. | † San. Me. &c. | t Me. | v Ang. | x Pi. Ang. &c. | y Ang. | z G. Me. T. | a Me. | b T. | c V. | d Pi. | * Ang. | f M. | g O. col. | h Ang. Pi. | i Ang. | k Ang. sim. Pi. | l Ang. | m Pi. | n Mi. | o T. Me. | p Me. | q Q. in Ang. | r Pi. For. T. &c. | † Calv. sim. For. | t G. sim. T. | v For. | x Ang. | y T.

Marginalia (right column): z Q. in Pi. | a Pi. | b Calv. | c Pi. | d For. | * San. | f Ga. cin. p. 204. sim. San. Glass. &c. | g Ang. | h San. | i San. Ang. | k Ga. cin. p. 205. | m G. | n Ang. | o Ga. cin. p. 206. | p Ang. | q San. | r San. sim. Ga. | † San. | t Ang. | v Ga. cin. p. 206. | x Pi. | y Calv. sim. Ang. | z For. | a Ang. | b San. sim. Ang. | c Q. in Pi. | d Pi. sic Ang. | * Pi. | f G. | g Pi. | h V. | i Ang. | k Calv. | l Jun. | m Ang. | n Me. | o For. | o Ang. | p Q. in Me.

nam licèt sint formâ diversâ, idem tamen significant. Vox ספים, à סוף *cessare, finire*. Sicut ergò Latinis *limen* à *limitando*, i. e. terminando, ità Heb. סף à סוף : licèt interdum capiatur pro *poste* [q]. Sensus, Ipsum Templum visum est commoveri [r]; vel, [reipsa] *contremuit*, significans commotionem reip †. & iram Dei gravissimam [t]. Si limen Templi contremuit, quantò magis homines debent tremere [v]? ¶ *A voce* (vel, *propter vocem*, Ar.) *clamantis*] Indicium hoc erat vocem hanc non fuisse humanam, quæ tam sonora non est, sed Divinam [x]. Vide Psal. 29. 3, &c. & 104. 7. Heb. 12. 26. Vox hæc erat, vel Dei immediatè, vel Angeli Deum laudantis, &c [y]. ¶ *Et domus repleta est fumo*] Symbolum hoc erat [tunc] ordinarium [z], gloriæ & præsentiæ Divinæ, Exod. 24. 15, 16. Num. 16. 42. quo monebat Deus se habitare lucem inaccessibilem, & eos qui gloriam ipsius intueri auderent tenebris involvendos [a]. Hoc fumo admonuit homines suæ imbecillitatis; & frænum curiositati injecit, nè plùs quàm par est de majestate Dei inquirant [b]. Alibi signum erat Divinæ acceptationis, Exod. 40. 34. 1 Reg. 8. 10 [c]. hîc autem iræ Dei [d], tanquam fumum efflantis per nares [*]; Ps. 18. 8. Vide & Deut. 29. 20 [f]. Eóque horrorem incutere voluit Deus, quia horrendum hîc judicium pronunciat, nempe excæcationem Judæorum [g]. Vel, præludium hoc erat incendii quo Templum conflagravit [h].

5. *Et* (vel, *Quamobrem*, JT. Pi. Sy. Ar.) *dixi*] Animadvertens signa iræ Dei [i], & conscius imbecillitatis, indignitatis & pravitatis suæ [k]. ¶ *Væ mihi, quia tacui*] Ità Mo. P. vel, *ad silentium redactus sum*, Ti. [Quod variè explicant.] 1. q.d. Perii, actum est de me, ut Esa. 15. 1. Vel certè, ero mutus seu balbus, & vulgi irrisioni expositus: sentiebat enim linguam præpeditam, ut solent qui visione aliquâ terrentur [l]. 2. Non ausus sum cum Seraphinis Deum celebrare [m], nè eum pollutis meis labiis contaminarem, &c [n]. 3. Ità attonitus fui, ut loqui non possem, ut Psal. 77. 4. Luc. 1. 20 [o]. 4. Non libere reprehendi Regis (Oziæ, sacerdotium usurpantis [p],) aliorúmque peccata [q]. Ità plerique ad culpam referunt, quòd & silentio & loquelâ sæpius peccavit [r]. Vel, referri potest ad malum pœnæ †: q. d. Disperii [t]. *Silentium* in S. S. sæpe pro morte ponitur [v]. ¶ אוי לי כי נדמיתי] *Væ mihi, quia peccavi*, Ch. vel, *audax sum*, Ar. *stupens sum*, Sy. *compunctus sum*, LXX; *perii*, Ca. V. sim. M. *exscindor*, vel *excisus sum*, JT. Pi. V. i. e. brevi tollar è medio [x]: quippe qui Deum vidi. Vetusta hæc opinio. Vide Gen. 16. 13 [y]. & Jud. 13. 20 [z]. Al. *cogitavi* mecum, nempe id quod sequitur, Q. in Ang. Id דמה sign. 2 Sam. 21. 5. Psalm. 50. 21. At ibi vox activa, hîc passiva, est [a]. דמה in voce activa signif. *silere*; in passiva autem, *in silentium*, seu quietem, *redigi*, & semper est pœnæ: q. d. Disperii [b]. ¶ *Vir pollutus labiis ego sum*] [Variè explicant.] Non dignus sum qui Dei laudes prædicem [c]. Al. Remissior fui in peccatis populi reprehendendis [d]. Al. Sermone sæpius offendi [*]. Al. *Polluta labia* eadem fortè sunt quæ *communia*, ut Marc. 7. 2. *communes manus*; Act. 10. 14. *quod commune aut immundum est*. Labia sua, quæ Deo consecrata esse debebant, dolet vulgaria esse & prophana, tanquam unius è populo [f]. q. d. Ineptus sum qui vel ad Deum, vel à Deo, loquar, adeóque muneri huic impar [g]. Qu. Cur pollutionem restringit ad labia? Annon mente reliquóque corpore immundus erat? Resp. Id etiam pollutum fatetur quod in ipso pretiosissimum erat, & Deo consecratum, linguam nempe, quæ Deo consecrata erat [h]. ¶ *Et in medio populi*, &c.] Innuit vel, 1. peccâsse se eos non corripiendo, &c [i]. vel, 2. ab eorum cohabitatione se aliquam labem & contagionem accepisse [k]. Adeò perniciosa est impiorum societas [l]. q. d. Communem vulgi pollutionem resipio, oblitus puritatis quam à Deo recepi [m]. ¶ *Dominum—vidi*] Ex quo clariùs agnovi vilitatem meam [n]; unde etiam mortem metuo, &c [o].

6. *Volavit ad me*] Scil. jussu Domini [p]. ¶ *In manu ejus calculus*; ità Aq. & Sym. & Th. in D. רצפה] *Carbo*, Mo. ό. *carbo ignitus*, vel *incensus*, vel *ardens*, M. P. Ti. Ca. Sy. Ar. *pruna*, JT. Pi. Symbolum exustionis peccatorum, i. e. expiationis, ex v. seq [q]. רצפה duo sign. 1. *calculum* aut *lapidem* quemvis, cujus in pavimento usus est; 2. *lapidem ignitum*, seu *candefactum*, qui Arabicè *ridpha* dicitur. Hujusmodi lapidum apud Arabes multiplex usus est. Iis enim lac coquere, carnes ad esum assare, stigmata etiam & cauteria vivæ carni imprimere ac inurere, solent. Itaq; in altari puto fuisse hujusmodi lapides, quorum contactu caro victimarum quæ Deo offerebantur vel coqueretur, vel absumeretur citiús. Horum unus hic fuit, aliúsque pariter 1 Reg. 19. 6 [r]. ¶ *Quem forcipe tulerat de altari*] Vel thymiamatis, scil. quod in Sancto erat †; vel holocaustorum, quod erat in atrio interiore, Exod. 40. 6. 1 Reg. 8. 64. ubi ignis perpetuò ardebat, Levit. 6. 12, 13 [*]. *Ex altari*, tanquam symbolo crucis Christi, super qua Christus seipsum sacrificare debuit, atque ità expiare peccata populi Dei [t]. Ignis ex altari sumitur, quasi Divinus, vel cœlestis; nam alienus vetitus erat, Levit. 6. 13. Ità docetur omnem puritatem à solo Deo fluere [v]. Hic ignis significat vel, 1. Verbum Dei, quod *igni* confertur Jerem. 23. 29 [x]. vel, 2. donum prophetiæ [y], ac simul emundationem; ad eam enim aptus ignis [z]. Ignis nempe scorias separat & consumit, ideóque purgationis nota est [a].

7. *Et*, &c. ויגע על־פי] *Et* (vel, *Quem*, Ca. Angl. ut Esa. 4. 6 [b].) *tetigit*, vel *attigit*, *os meum*, P. Pi. scil. istâ prunâ [c]. *Et tangere fecit super os meum*, Mo. *Et applicans*, vel *adhibens*, (vel, *admovit*, sive *applicuit*, V. JT. Ca. sub. *hoc*, Ti. vel, *illum*, M.) *ori meo*, M. Ti. V. JT. Ca. ¶ *Et dixit, Ecce, tetigit hoc*, &c.] q. d. Hoc signo indicat Deus peccata tibi condonari [*]. Quàm certò sentis hâc prunâ attingi os tuum, tam certò confide peccata tua remitti [d]. Duobus confirmatur [Prophetæ] fides, signis & promissionibus [*]. Non putandum est vim ullam carboni inditam fuisse, ut superstitiosi fingunt, &c. Angelus hîc minister purgationis fuit, solus Deus author; quod disertè exprimitur [f]. Contactu labiorum significat Deus se & peccata remittere Esaiæ, & illum Spiritu prophetico implere, fiduciâ etiam & magnanimitate, ut audenter in posterum Prophetæ partes impleat [g]. Non significat impura priùs fuisse ejus labia, nam ea antè purgaverat; sed tantùm se gratiam in ipso augere, cúmque in majorem dignitatem evehere, velle [h].

8. *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *audivi vocem Domini dicentis*] i. e. Dei Patris alloquentis Filium & Spiritum Sanctum, ut percipitur ex verbis sequentibus, *Quis ibit nobis* [i]? ¶ *Quem mittam? & quis ibit nobis?*] Loquitur tanquam de sententia consilii Angelorum [k]. Non placet. 1. Nuspiam in S. S. loquitur Deus ex eorum consilio. 2. Deus neminem in consilium suum advocat, Esa. 40. v. 13. 3. Prophetæ non sunt legati Angelorum, sed solius Dei, cui soli etiam se sistit Esaias. 4. Verba illa, *Quem mittam?* (quæ sine dubio sunt Dei solius,) &, *quis ibit nobis?* mutuò se explicare fatetur ipse Socinus. Rectè itaque hîc agnoscunt Doctores pluralitatem Personarum, ut in τῷ *Faciamus*, &c. Gen. 1. 26 [l]. *Quem mittam?* scil. ad populum rebellem, ut annunciet decretum meum sequens de ejus excæcatione & interitu. Interrogat, non quòd ignoret [m], aut dubitet quem mitteret [n]; sed ut significet sibi ad hoc eximio Doctore opus esse [o]; & ut significet tales fuisse rarissimos [p]; & ut è Propheta promptam vocem & officii oblationem eliciat [q]. ¶ *Et* (vel, *Tunc*, erectus scil. & confirmatus hoc favoris Dei indicio [r],) *dixi, Ecce ego, mitte me*] q. d. Paratus sum jussa exsequi †. De hac locutione vide 1 Sam. 3. 4, 6, 8. Matt. 21. 30 [t]. Promptè operam suam Deo offert. Contrarium fecerunt Moses, Exod. 3. 11. & 4. 1, 10, 13. & Jeremias, Jer. 1. 6 [v].

9. *Vade, & dices populo huic*] Sunt verba indignantis. Non dicit, *populo meo*. Reputat eos pro alienis [x]. Sic Esa. 29. 13. Jer. 7. 16, 28. Ità, *hic*, vel *iste, homo* per contemptum dicitur, Matt. 26. 61. Luc. 23. 2. Act. 24. 5 [y]. Hinc patet quàm necesse fuit novâ visione muniri Prophetam, cui gravissimum offendiculum erat quòd talem contumaciam in populo Dei experturus erat [z]. ¶ *Audite audientes*; vel, *audiendo*, P. Ti. Mo. &c. vel, *indesinenter*, JT. Pi. Angl. vel, *perspicuè*, Ang. שמעו שמוע] *Audientes audietis*, Angl. ex ό. Ità in futuro legitur Matt. 13. 14. Act. 28. 26. Si sic reddas, prius membrum dicitur per modum concessionis, *Audietis quidem*,

& vi-

[q] For. [r] Me. † Ang. [t] Pi. [v] G. [x] Calv. [y] Ang. [z] Calv. [a] For. [b] Calv. [c] Ang. [d] G. Pi. Ang. [*] Pi. Ang. [f] Ang. [g] Calv. [h] Q. in Calv. [i] Pi. [k] Ang. [l] For. [m] Me. sim. T. ex Hi. & Orig. &c. [n] T. sim. Me. [o] Ang. [p] Me. T. [q] G. sim. Me. T. [r] For. † For. Ma. ex Forst. [t] Forst. [v] Calv. [x] V. sim. Pi. &c. [y] Mi. [z] Pi. [a] Ang. [b] For. [c] G. [d] Pi. [*] For. [f] San. [g] Ang. [h] Calv. [i] Q. in Ang. [k] Ang. [l] San. [m] Calv. [n] Me. [o] Calv. [p] Pi. [q] Pi.

[r] BA. 1. 33. 327. † Me. [*] Ang. [t] Pi. [v] Calv. [x] San. [y] G. ex Chald. San. ex Hi. [z] G. [a] Ang. [b] Ang. [c] Pi. [*] V. [d] Pi. sim. Ang. [*] Oecol. in Marl. [f] Calv. [g] Me. [h] Calv. [i] Pi. [k] G. [l] Calov. [m] Pi. [n] Pi. Ang. [o] Calv. Ang. sim. Musc. [p] Musc. in Marl. [q] Pi. [r] Ang. † G. sim. Ang. [t] G. [v] Pi. [x] Pi. sim. Ang. [y] Ang. [z] Calv.

& videbitis; posterius, per modum comminationis, *non intelligetis, non percipietis*. Reduplicatio emphasin hîc addit. Verùm futurum sæpe ponitur pro imperativo, ut Exod. 20. 13,—17 [a]. ¶ *Et nolite intelligere*, [ואל תבינו] *Et nè intelligite*, sive *intelligatis*, M. P. Mo. Ti. Sy. JT. Pi. Ca. &c. Ut imperativè hæc accipiantur sequentia exigere videntur [b]. q. d. Quandoquidem aures vestras obthuratis, & obstinatis vos, &c. pergite in pervicacia vestra, nec unquam de reditu cogitate. Similes Dei sermones sunt Psal. 81. 13. *Tradidi itaque illos*, &c. Ezec. 20. 39. *Ite, & colite idola*, &c. Apoc. 22. 11. *Qui injustus est injustus maneat* [c]. Sensus, Quandoquidem vitio vestro Verbum Dei nondum emendavit vos, & nunc quoque in depravatione vestra perstatis; stat sententia Dei Judicis, ut non magis resipiscatis, aut percipiatis Verbum ejus, quàm desperati sontes, qui nullis promissionibus, minis, &c. ad officium suum adducuntur, sed potiùs vos ipsos adversùm omnia obfirmetis, v. seq [d]. [Al.] *& non intelligetis*, ὁ'. Ar. &c. Sed fiet, *nè intelligatis*, G. Imperat. pro futuro [f], ἐμφατικῶς [g]. Ità citatur in N. T. Joh. 12. 40. Rom. 11. 8. &c [h]. q. d. Audietis quidem, at non intelligetis, idque ex judicio meo justissimo ità vos puniente [i]. Nullum ex auditione Verbi fructum percipietis, quia ego Spiritum meum vel benedictionem subtraham. Hic sensus cum priore ferme coincidit [k]. q. d. Prædic huic populo futuram cæcitatem [l]. Non imperat ut populus non intelligat, sed prædicit, &c [m].

10. *Excæca*, &c. [השמן וגו'] *Impingua* (vel, *Inunge*, seu *Obline*, vel *Obtura, unguento pingui*, V. vel, *Obstina*, M. *Oblima*, Ca. vel, *Infatua*, Ch. vel, *Crassum reddito*, Ti.) *cor populi hujus*, M. Mo. Ang. sim. JT. Pi. &c. Sed hîc oboritur gravis dubitatio [n]. Alienum hoc videtur à natura & Verbo Dei [o], qui testatur se *nolle mortem peccatoris*, Ezec. 18. 23. Sed non est hoc contra bonitatem Dei, ut peccata peccatis puniat, & ut, præmittens beneficia, aliquos det in sensum reprobum [p], ac malitiam populi ultimâ excæcatione ulciscatur. Culpam enim cæcitatis hujus in populo subsistere antè ostendit [q]. In præcedentibus Deus populum, hîc Prophetam, alloquitur; non præcipiens quid ille efficeret vel cuperet, sed prædicens quid eveniret, & prohibens nè illam ob causam à prædicatione desisteret. Tribuitur [hic *impinguandi* actus] & populo, Matth. 13. 15. Act. 28. 27. & Deo, Joh. 12. 40. & Prophetæ, hoc loco: rectè sanè: quod enim Propheta hîc efficere jubetur, & Deus justo suo judicio facit, Esa. 29. 10. & populus jam antea fecerat, Esa. 5. 11, 12, 18, 19, 24. adeóque hanc pœnam meruit; ut Pharao primùm cor suum induravit, Exod. 7. 13. deinde à Deo induratus est, Exod. 9. 12. &c [r]. *Pinguefac*, scil. prædicando Verbum Dei. Non accidit hoc ex natura Verbi Dei, vide 2 Cor. 2. 16. sed ex malitia auditorum [†]. Al. Imperativus hîc pro indicativo: quod fieri solet ubi oratio est vehemens & concitata: ut Ezec. 20. 39. *Ite, servite stercoreis diis*; Matt. 23. 32. *Implete mensuram patrum*, i. e. implebitis, aut, oportet ut impleatis. Ità hîc, *Stupefac istorum animos*, pro, Stupent & torpent eorum animi. Itaque per indicativum vertunt Græci, [*Incrassatum enim est*, &c. sim. Sy. Ar.] Et sic loquuntur Latini. In Liv. decad. 10. Rex Philippus filios suos sic alloquitur, *Agitè, conscelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palàm quicquid aut veri potestis, aut comminisci libet* [t]. Al. *Excæca*, &c. qu. d. Ità obscurè per ænigmata & parabolas loquere Judæis, ut ipsi non intelligant, sed excæcentur [v]. Hæc sententia probabilis redditur ex Esa. 29. 11. *Erit visio sicut liber signatus*; & ex expositione hujus loci, Matt. 13. 13, &c. *Ideo in parabolis*, &c. Sed est alia expositio verior & communior, juxta regulam quâ aliquid fieri dicitur cùm factum vel futurum declaratur. Sic Lev. 13. 3, &c. *Contaminabit eum sacerdos*, i. e. contaminatum declarabit; Job. 9. 31. *Abominabuntur me vestes*, i. e. ostendent me esse abominabilem; Esa. 43. 28. *Contaminavi principes*, i. e. declaravi immundos, & ut tales tractavi [x]. Sæpe verba realia per mentalia exponi debent [y]. Ità h. l. *Excæca*, i. e. Denuncia ac declara eos excæcandos fore [z]. *Impingua*, i. e. Excæca mentem: nam pinguedine nimiâ suffocatur cor, nec potest fungi officiis suis [a]. *Pingue cor* hîc intellige vel, 1. stupidum & indocile; vide Psal. 119. v. 70. Luc. 21. 34: vel, 2. grave, ut Exod. 7. 13, 14. vel durum, ut Exod. 7. 3. Ezec. 3. 7. vide Joh. 12. 40. & intractabile [b]. Significat hoc & præced. versu, eos nihil intellecturos, certúmque esse quòd, obruti vitiis & longâ peccandi consuetudine, non attenderent monitionibus Prophetarum, &c [c]. ¶ *Et aures ejus aggrava*; ità Ch. M. Mo. Pi. &c. [הכבד] *Fac ingravescant*, JT. i. e. obstupeant insonante Verbo, sicut qui tonitru gravissimè percelluntur [d]. *Fac hebetes*, Ti. Al. *graves factæ sunt*, Ar. sim. Sy. *graviter audierunt*, LXX. *Gravitas* auri tributa surditatem significat, Esa. 59. 1. Zac. 7. 11 [*]. *Aggrava*, i. e. velut mole aliquâ obtura, sordibus aut re aliquâ imple, nè possint exaudire [f]. ¶ *Et oculos ejus claude*; ità P. Pi. [השע] Vox alibi non reperitur, nisi aliâ formâ Esa. 32. 3 [g]. Radix est שעע, quod sign. *reprimi*, seu *retineri*; ut sit contrarium verbo *exserendi*, seu *proferendi*, & *emicandi*, de quo infrà c. 29 [h]. [Variè reddunt.] *Fac connivere*, JT. *obscura*, Ch. *compresserunt*, ὁ'. *occluserunt*, Ar. *oblinit*, Sy. *obline*, M. Mo. Ti. quasi tectorio, ut Esa. 44. 18 [i]. *Præstringe*, vel *restringe*, For. ¶ *Et* (vel, *quò*, Ti. vel, *& ità*, Ca. vel, *& nè*, ut negatio repetatur [k],) *convertatur*, (vel, *convertat se*, JT. Pi. vel, *conversus*, M. Ti. vel, *mutatus*, Ca.) *& sanem eum*] Vel, *sanet eum*, P. nempe *populum*, Glass. vel, *sanetur*, Ca. vel, *sanatio* (vel, *& sanitas*, JT. Pi.) *fiet* (vel, *contingat*, Pi. sic JT.) *ei*, M. vel, *saluti restituatur*, Ti. *Sanitas*, nempe, inprimis remissio peccatorum, ut exponitur Marc. 4. 12. tum, sanitas intellectûs & voluntatis [l]. Vel, *& medeatur illi*, sub. *medicus Deus*, i. e. misereatur ejus [m]. ¶ [ושב ורפא לו] *Et convertant se, & sanabo* (vel, *sanem*, Ar.) *illos*, ὁ'. *convertantur, & dimittetur eis*, Ch. sim. Sy. Sensus loci, ut non redeant à peccatis, sed in eis magis obdurentur, prout ipsorum libido fert [n]. Hîc apertè pronunciat se non ideo misisse Prophetam quòd salvum populum, sed potiùs quòd perditum, velit. Recurrendum hîc ad prædestinationem Dei. Sed quia æterna Divini consilii ratio latet, in eo investigando curiosi esse non debemus: causa verò, quæ patet, consideranda est, pervicacia scilicet, quâ se beneficentiâ Dei indignos reddiderunt [o]. Vide quæ diximus de hoc loco ad Matt. 13. 14 [p].

11. *Usquequo?*] Sub. *duratura est hæc cæcitas & obstinatio?* V. sic Pi. sim. Angl. Vel, Ad quem gradum illa perveniet [q]? Admiratur severitatem Divinæ sententiæ [r], & optat mitigationem pœnæ[†], útque populus ad sanitatem citò rediret [t]. Erat in eo στοργὴ erga fratres, quorum misericordiâ tangebatur: quæ tamen illum non cohibuit ab exsecutione officii sui, & prædictione judicii Divini, &c [v]. Abrupta locutio ex passione, &c [x]. ¶ *Donec desolentur* (vel, *vastentur*, Sy. sim. M. P. Ti. Pi. vel, *ità vastentur*, Ca.) *civitates*; ità Ch. sic ὁ'. Sy. &c. [עד אשר אם שאו וגו'] *Donec si desolentur*, &c. Mo. [Reliqui τὸ אם in versionibus suis negligunt, quod tamen forsan particula confirmandi esse possit, sicut Psalm. 139. 19. *Si occideris*, &c. i. e. Verè occîdes, &c. Ità h. l. *Donec verè*, vel *certe*, vel *planè, desolentur*, &c. Juxta JT. τὸ אם sensum continuat usque ad sequens membrum, unde totum sic reddunt, *Donec, vastatis civitatibus, adeò ut*—*etiam ipsa regio vastata sit*, &c.] Per hostiles incursiones varias: per Sennacheribum [y]; vel, per Babylonios [b]; vel, per Romanos [c]. Significat duraturam hanc excæcationem ultra tempus istarum cladium. Duravit autem hæc excæcatio ipsius quoque Christi tempore, ut liquet ex N. T. & adhuc durat [d]. Exprimitur hîc pœnæ gravitas; nec ulla relaxatio iis promittitur [*]. τὸ *donec* non semper excludere tempus sequens notum est. Sensus ergò non est, eos excæcandos usque ad desolationem urbis, &c. & postea illuminandos, &c. nam adhuc excæcati manent. Sed nullus cæcitatis hujus terminus hîc definitur [†]. ¶ *Absque*, &c. [מאין יושב] *A non* (vel, *absque ullo*, P. & fuerint *absque*, M. vel & relictæ sint *absque*; ellipsis, qualis Jerem. 2. 15. & 4. 7. Confer & Esa. 38. 17, 20 [f].) *habitatore*, Mo. *ut nullus sit incola*, Ca. sim. Ti. JT. Pi. &c. ¶ *Et terra relinquetur deserta*; ità ὁ'. Ar. [תשאה שממה] *Desoletur*, vel *vastetur, desolatione*, P. Mo. Pi. &c. i. e. omnino fit desolata [g]. Intelligendum hoc cum exceptione reliquiarum [h].

12. *Et* (vel, *Nam:* Declarat quod dixit, per ὑπμο-ρλυ' [i]) *longè faciet* (vel, *elongabit*, ſive *elongaverit*, P.M. Mo. vel, *procul amovebit*, nempe è ſede ſua [k], in regionem longè diſtantem [l],) *Dominus homines*, הָאָדָם] *Hominem*, P Mo. *hominem quemque*, JT. Pi. *Longiſſimè autem ablegavit*, &c. Ti. *Et longè fecerit*, &c. i. e. Donec decem Tribus in regiones remotiſſimas ejecerit [m]. ¶ *Et*, &c. "וְרַבָּה הָעֲזוּבָה וגו] *Et multa derelicta*, &c. Mo. *Et multiplicaverit* dies ejus quæ *derelicta eſt in medio terræ*, P. *Multiplicare dies* dicitur *deſerta*, quæ diu deſeritur [n]. *Et erit*, vel *fuerit*, *magna*, vel *multa*, (vel, *multo* tempore, M.) *deſertio*, vel *derelictio*, (non, populi in terra relicti, ſed, agrorum & domorum à populo ab iis abacto, Jer. 9. 19 [o]: vel, *derelictio*, quâ ſcil. populus hîc derelinquetur, & libidini hoſtium permittetur [p]: vel, *deſolatio*, Ti.) *in medio terræ*, JT. Pi. &c. *Et augebitur vaſtitas*, &c. i. e. magìs magíſque increſcet [q]. *Et multiplicabuntur derelicti*, &c. ο'. *Et multiplicabitur deſolatio*, &c. Ch. [Ca. totum ſic reddit, *Adeò remotis per Jovam hominibus, ut ſit in medio terræ vaſta ſolitudo.*]

13. *Et adhuc*, &c. וְעוֹד בָּהּ עֲשִׂירִיָּה] *Et* (*Sed*, JT. Pi. ſim. M.P. *Tamen*, Ti.) *adhuc in ea* (ſub. *erit*, P.M. Ti. &c.) *decima*, P. Mo. Ti. Pi. &c. *decimatio*, vel *decimum*, ſub. *regum*, V. vel, *ſucceſſio decem* regum, Ti. *Cùmque fuerit adhuc in ea denarius numerus*, i. e. decem Reges [r]. Solatur Prophetam, monens hanc deſolationem ſuo tempore non futuram eſſe †; ſed exactis decem Regibus [t]. Accidit enim ſub Sedecia, qui decimus erat poſt Oziam, vel à Joathamo [v]. Al. *Decima*, i.e. exigua populi pars erit [x], (numerus certus pro incerto, ut Gen. 31. 41. Num. 14. 22. &c [y].) quæ vel relinquetur in Judæa [z], 2 Reg. 25. 21, 22. vel in captivitate ſervabitur terræ ſuæ tandem reſtituenda, &c. Eſa. 61. 4 [a]. Accipiunt in bonam partem [b]. Quibus repugnant ſequentia, *Et erit iterum in depaſtionem*, &c. q. d. Remanebunt nonnulli, ſed iterum depaſtioni erunt: ſemel enim atque iterum vaſtati ſunt [c]. [Cui argumento ſtatim reſpondebit Di.] Erit *decima* ferme pars populi, urbs nempe Hieroſolymorum, immunis ab hoc malo †: [irruptione ſcilicet & vaſtatione Sennacheribi.] Forſan τὸ *ſi* hîc omittitur, ut Deut. 30. 8. *Tu reverteris*, (i. e. Si reverteris,) *& audies*, &c. ità h. l. Si *multiplicabitur quæ derelicta fuerat*, &c. *adhuc erit decimatio:* [Ità initium hujus verſûs cum fine verſ. præced. conjungit.] q. d. Si populus iſte, tot malis attritus, augeri & ſoboleſcere cœperit, non patiar illum diu incolumem eſſe, ſed rurſus deteram, &c [d]. Vox עֲשִׂירִיָּה alibi non occurrit *. Similis eſt nominibus propriis, *Azariah*, 2 Reg. 14. 21. *Azaziah*, 1 Par. 15. 21. *Azaniah*, Neh. 10. 9. Ut ergò illa ſignificant *Dei opem*, *robur*, *auditionem*; ità hæc ſignificare poteſt *decimam Dei*, nec immeritò, reſpectu ſancti ſeminis, &c. Sic, *tertia Dei*, Eſa. 19. 24 [f]. Sumptâ à decimarum natura metaphorâ, videtur Deus ſignificare voluiſſe, rediturum ſe, ut quod reliquum fecit fames, peſtis, gladius, &c. ipſe auferat, tanquam gentem ſuæ furori debitam, inſtar decimarum; &, cùm Chaldæi vel Romani vindemiam, i. e. novem Judæorum partes, collegiſſent, ſe decimam, h. e. ſuam, partem collecturum, &c [g]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר] *Et revertetur*, ſive *redibit*, (vel, *convertetur*, Mo. V. ſub. *terra*, M.) *& erit* (vel, *Et*, ſive *Quæ*, *rurſus*, ſive *iterum*, *erit*, Q. in V. Pi. ο'. For. G. Simil. Gen. 26. 18. *rediit & fodit*, i. e. rurſus fodit; & Pſal. 78. 41 [h].) *ad conflagrandum*, Mo. vel, *depaſtioni*, Pi. ſic G. i.e. depaſcetur *: vel, *in exciſionem*, P. *in conſumptionem*, Ti. *in ablationem*, vel *exterminium*, ſeu *ejectionem*, i. e. pellentur reliquæ Tribus [i]. בָּעֵר ſign. *adurere*, deinde *depaſci* [k]. Impletum hoc in reliquiis illis in Babyloniam abductis per Nebuſaradànem, 2 Reg. 25. 14. (vel 11 [l].) poſt captam urbem; vel, in illis qui perierunt in Ægypto, Jer. 42. v. 22 [m]. Ità nova indicaretur pœna, quæ etiam reliquiis decimæ illius partis infligenda eſſet. Forſan [לְבָעֵר] meliùs activè exponatur in Piel, ſic ut totus verſus meram promiſſionem contineat; q. d. Decima pars adhuc ſupererit, eáque revertetur, nempe è captivitate, & erit ad urendum, aut ad depaſcendum, nempe hoſtes: & quamvìs jam deperdita videatur, erit tamen tanquam pinus aut quercus, quæ, dejectis foliis & ramis, imò trunco ipſo dejecto, radicis tamen habent conſiſtentiam & firmitatem: ſic ſemen ſanctum quod in terra reliquum erit conſiſtentia ejus & firmitas erit [n]. *Iterum depopulabitur*, Ca. *Quæ capietur & diripietur*, Ti. *Cùm reverterit & depaſtioni fuerit*, i. e. cùm abſumptus fuerit [o], [populus ſcilicet.] ¶ *Sicut*, &c. כָּאֵלָה וְכָאַלּוֹן אֲשֶׁר בְּשַׁלֶּכֶת מַצֶּבֶת בָּם] Locus obſcuriſſimus, & variè expoſitus [p]. *Sicut* (vel, Veruntamen *ſicut*, JT. Pi. Angl. q. d. Etſi ferè omnes exſcindam, reliquias tamen conſervabo & reducam [q]:) *terebinthus* (vel, *ulmus*, V. G. Mo. Ti. aut, *ilex*, G. vel, *quercus*, Ca. Pi. Di. vel, *caſtanea*, He. in Angl. Sic Chald. alibi reddit [r]. Hæc Arabibus dicitur *Rex quercuum* †.) *& quercus*, Ch. M. P. Ti. V. vel, *glans*, ο'. Sy. Ar. vel, *robur*, Pi. Ca. vel, *pinus*, Di. vel, *tilia*, quæ frondibus & foliis patulis eſt [t]. Senſus, Sicut comparatæ ſunt quercus & robora, arbores ſcilicet duræ ac durabiles [v], in quibus, etiam ablatis foliis & fructibus, eſt tamen ſpes fructûs, &c [x]. Hæ duæ voces affines ſunt, & utraque *quercum* ſign. licèt diverſi generis: ut multa ſunt quercuum & genera, & (Latinis & Græcis, quanquam non nobis,) nomina. Q. ergò ſic locum reddunt, *Sicut hic quercus & ille quercus*, i.e. quercus hujus & illius generis; pro, *hic aut ille*, &c. *&*, pro, *aut*, ut Exod. 21. 15. 1 Sam. 17. 34 [y]. [Reliqua verba ſic reddunt:] *quibus ſtatio eſt in Sallecheth*, P. V. i. e. Sicut ulmus & quercus quæ ſunt plantatæ juxta, vel ad, portam Templi quæ dicitur *Sallecheth*, 1 Par. 26. 16 [z]. [JT. hæc verba cum præcedentibus ſic reddunt, *Sicut in quercubus illis & ſicut in roboribus quæ ſunt ad* portam *injectûs ſtatumen eſt*,] nim. aggeri, &c. q. d. Ut aggeſtum illud iter à domo Regis in Templum arboribus utrinq; depactis in aggeris lateribus ſtatuminatur & continetur, nè terra ibi injecta ruat [a]. Porta hæc Templi dicebatur *porta injectûs*, vel, 1. quia ibi projicerentur cineres holocauſtorum, &c [b]. Quod non placet, quia per eam tranſitus erat in regiam, ut patet ex 1 Paral. 26. 16. collat. cum 1 Reg. 10. 5 [c]. Vel, 2. quòd viæ eam portam ſpectanti injecta eſt terra & aggeſta, ut per illam è domo Regis iretur in Templum [d]. De qua via vide 1 Par. 26. 16. & 2 Par. 9. 4. *. [Hi שַׁלֶּכֶת pro nomine proprio, quod alii appellativè, ſumunt.] Sed non placet prædicta interpretatio, 1. quia ex diſtinctione Hebraica liquet pronomen אֲשֶׁר cohærere cum voce בָּם: 2. dura videtur iſta ellipſis nominis *portæ* [f]. [Alii ſic,] *quibus in ejectione ſtatio in eis*, Mo. *fulcrum eis ſubmittitur*, Ti. *quæ depoſitis foliis habent ſtatum*, Ca. ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς, (*cùm exciderit ex theca ſua*,) ο'. in G. Solent arboribus, teneris maximè, circumponi velamenta quædam quæ eas à pecudum admorſu defendant: iis ablatis, arbores ad omnem injuriam patent. Sic omnes circa Hieroſolymam agri à Sennacheribo corrupti fuêre. Verto, *in ejectione ſtatio in eis*, i. e. ſtabant tamen; cujus cauſa ſequitur [g]. *Quæ tempore projectionis* hyemalis *habent in ſe ſubſiſtentiam*, M. Alii dilucidiùs, *in quibus in emiſſione* frondium eſt *ſubſiſtentia* quædam: q.d. Ut arbores illæ ſe habent, quæ, cùm frondes & folia abjecerint, videntur mortuæ, retinent tamen adhuc vigorem ſuum, i. e. vivunt hyeme, quâ tranſactâ, iterum frondes & flores producunt: ſic ſe habebit Tribus Juda, nam iterum revertetur, &c [h]. *In quibus in dejectione conſiſtentia eſt*, i. e. quæ, dejectis foliis & ramis, ipſóque trunco, radicis tamen habet conſiſtentiam & firmitatem [i]. *Quarum in dejectione foliorum tantùm truncus quidam remanet.* שַׁלֶּכֶת hîc in abſtracto accipio, pro *dejectione*, à שָׁלַךְ, quod ſign. *dejicere deorſum*. τὸ מַצֶּבֶת non eſt à נָצַב, in qua forma verbaliter non legitur; ſed à יָצַב *ſtare*, & ſignificat *ſtatuam*, hîc autem, *ſtatuam arboris*, i. e. truncum ſeu ſtipitem [k]. Sed huic expoſitioni obſtat, quòd מַצֶּבֶת propriè ſign. *ſtatuam* ſive *ſtatumen*, i. e. ſtipitem, non è terra natum, (qualis eſt arborum è radice ſua adhuc prodeuntium,) ſed terræ impactum, ſeu in ea ſtatutum atque erectum *. *Quarum ſubſtantia eſt in eis cùm* folia *abjiciunt*, Ang. Malim, *quod ſtatumen* (מַצֶּבֶת enim propriè eſt *columna*, Gen. 35. 20. 2 Sam. 18. 18. quæ ſtatumen præbet,) *eſt in eis*, &c [l]. *In quibus* (ſcil. arboribus) *cùm depactæ ſunt* (Heb. *in dejectione*, i. e. cùm ſunt dejectæ in terram ſeu depactæ,) *ſtatumen* aggeris eſt; i. e. quæ habent vim ſtatuminandi [m], [prædictam ſcilicet viam.] *Quæ effluxit è caliculo*

ſuo,

[i] Pi. [k] Pi. [l] M. [m] V. [n] V. [o] Ang. [p] Pi. [q] G. [r] Ca. ſim. Calv. † Q. in Ang. [t] Calv. [v] V. Ca. ſic Oecol. Ang. &c. [x] Pi. Ang. [y] Ang. [z] Pi. ſim. Ang. [a] Ang. [b] Q. in For. [c] For. † G. [d] San. * San. Ang. [f] Ang. [g] San. [h] Ang. * G. [i] V. [k] For. [l] Pi. [m] Ang.

[n] Di. [o] Jun. [p] Pi. [q] Pi. [r] G. † Ang. [t] Ang. [v] Pi. [x] Oecol. in Marl. [y] Ang. [z] V. [a] Jun. [b] Q. in Ang. [c] Ang. [d] Pi. * Ang. [f] Pi. [g] G. [h] Q. in V. [i] Di. [k] For. * Pi. [l] Ang. [m] Pi.

suo, Sy. sim. Ar. *Quæ, cùm defluant folia earum, videntur quasi aridæ, & adhuc retinent humorem, ut ex eis sustentetur semen*, Ch. ¶ *Semen*, &c. זֶרַע קֹדֶשׁ מַצַּבְתָּהּ] *Semen* (vel, Sic *semen*, M. Ca. Pi. Ang.) *sanctitatis*, sive *sanctum*, (sub. *erit*, Ca. Pi. Calv. Ang.) *statio* (vel, *status*, Ca. vel, *fulcrum*, Ti. *statumen*, Pi. JT. G. vel, *truncus*, For.) *ejus*, P. Mo. &c. Nempe, vel terræ, sive regionis [n]; vel, decimæ prædictæ, adeóque multitudinis captivorum [o]. q. d. Multi in urbe viri pii causa erunt cur Deus non passurus sit urbem capi [p]. Sed hoc nimis angustum. *Semen* hoc *sanctum* dicitur, non nudâ professione, sed verâ sanctitate; q. d. electi illi quos servat Deus ut semen ad propagandam Ecclesiam, Rom. 11. 5 [q]. Vel, pauculi pii superstites, &c. q. d. Truncus ille idcirco remanebit, ut sit quoddam *sanctitatis seminarium* [r], unde Sanctus Sanctorum (nempe Christus†) propagetur [t]. [Ch. locum sic reddit, *Sic transmigrationes Israel congregabuntur & convertentur in terram suam, quia semen sanctum est plantatio eorum.*] Sensus, Ratio cur Deus non sit populum omnino perditurus, quòd nempe habet rationem Christi & electorum suorum, &c [v].

[n] Ang. Ca. [o] Pi. sic Ang. [p] G. [q] Ang. [r] For. † V. [t] M. [v] Jun.

CAP. VII.

1. IN *diebus Achaz*] Impii Regis, sub quo tamen suavissimæ exhibentur prophetiæ, in piorum solatium qui in pessima illa ætate vixerunt [a]. Non repetemus hîc quæ ad intellectum hujus capitis & sequentis satis copiosè congessimus ad Matt. 1. 22, 23 [b]. ¶ *Filii Joatham, filii Oziæ*] Qu. Cur tam impii Regis genealogia sic exprimitur? Resp. Id solet in S. S. fieri tam impiis, quàm piis; Jer. 22. 18. & 26. 1. & 27. 1. Vel, Joathami & Oziæ mentionem facit, quòd sub iis, & iis tantùm, hactenus prophetaverit [c]. Vel, ut significet, non Ahazi, sed piorum progenitorum ejus, gratiâ factum ut vinci non posset [d]. ¶ *Ascendit Rasin—& Phacee*, &c.] Duæ notantur horum Regum incursiones in Judam sub regno Ahazi: primò, divisim, ab Israelitis & Syris seorsim, 2 Reg. 15. 37. & 2 Par. 28. 5, 8. Quo successu animati vires conjungebant, plenam indè victoriam sibi pollicentes; quâ tamen spe falsi sunt: 2 Reg. 16. 5 [*]. Et hæc expeditio hîc memoratur, quæ anno tertio vel quarto Achazi necesse est ut fuerit, cùm quarto Achazi anno occisus sit Pekah. Vide 2 Reg. 15. 30, 33 [f]. Amplificat miraculum, quòd Achazi vires tum fractæ erant, & flos populi priore bello ereptus [g]. ¶ *Rex Syriæ*, אֲרָם] Id est, vel, 1. Armeniæ [h]; vel, 2. Syriæ [i], nempe Damascenæ. Vide v. 8. & Esa. 9. 11, 12. Porrò, hi *ascendere* dicuntur, vel, quia Judæa erat montosa regio; vel, quia Jerusalem in colle sita est; vel, quia *ascendere* & *descendere* simpliciter significant *proficisci* [k]. ¶ *Non potuerunt debellare eam*, לְהִלָּחֵם עָלֶיהָ] *Expugnare* (vel, *obsidere*, Ar.) *eam*, ο'. P. M. &c. vel, *super eam*, Mo. vel, *belligerare contra eam*, i. e. belligerando expugnare eam. Synecdoche metonymica: nam unà cum destinato intelligitur finis; vel, unà cum efficiente effectum [l].

2. *Domui David*] q. d. Non Regi solùm [m], sed & ejus familiæ [n], Principibus & consiliariis [o]. ¶ *Requievit* (vel, *Manet*, M. vel, *Acquiescit*, JT. *Requiescit*, V. Glass. Gram. p. 552. vel, *Consedit*, For. vel, *Consensit*, ο'. *Conspiravit*, Ar. sic Sy. *Conjunctus est*, Ch. M. *Societatem iniit*, V. vel, *Duxit* exercitum, Ti. vel, *Castrametatus est*, M. ex He. vel, *Sensim accessit*; נחה enim significat *sensim & placidè ducere, deducere, ut pastor gregem* [p];) *Syria super* (vel, *cum*, M. P. JT. ο'. Ch. Sy. Ar. עַל valet *cum*, ut Exod. 35. 22 [q].) *Ephraim*, נָחָה אֲרָם עַל אֶפְרָיִם] *Cum Ephraimitis coivisse Syros*, Ca. *Acquiescit —in Ephraim*, Pi. h. e. Israelitis [r]: h. e. confidit auxiliis Israelitarum †. Vide Esa. 10. 20. & עַל valet *in*, Esa. 38. 20 [t]. Al. Cum suis copiis consedit Syria in terra decem tribuum [v], unde adversùs Regnum Juda properarent. Vel, Pacem iniit Syria cum Israel [x]. Copiæ Syrorum junctæ sunt copiis Regis Israel ad obsidendum Jerusalem [y]. ¶ *Commotum est*, &c.] Metu scilicet [z], ex memoria priorum cladium [a]; & ex incredulitate & diffidentia [b].

[a] Ang. [b] G. [c] Ang. [d] He. in Ang. [*] Ang. ex Calv. [f] Ang. [g] Calv. [h] For. [i] M. Pi. Ang. &c. [k] Ang. [l] Pi. [m] Ang. [n] Pi. [o] Ang. [p] For. [q] Ang. [r] Ang. † Pi. [t] Ang. [v] G. sim. For. [x] For. [y] V. [z] V. sim. For. [a] Ang. [b] Pi.

3. *Egredere*] Non modò extra domum tuam, sed & extra urbem [c], quò jam accelerabat Rex tanquam in locum securiorem [d]. ¶ *In occursum Achaz*] Quanquam is nec Deum, nec Prophetam ejus, consuluit. Ità Deus impios sæpe prævenit [*]. ¶ *Tu, & qui*, &c. וּשְׁאָר יָשׁוּב וגו'] *Et Sear Jasub filius tuus*, M. P. Mo. &c. Significat, *Reliquiæ revertentur* [f]. Hunc ergò secum assumpsit tanquam signum liberationis, &c [g]. Dicit Esaias c. 8. 18. *filios suos in signum datos*, nempe quia ipsis nominibus rerum futurarum significationem continebant [h]. Vide & Esa. 8. 3. & Os. 1. 4, 6, 9 [i]. Nomen *Shear-jashub* non temere, sed Divino instinctu, ei inditum videtur, ut symbolum esset tam propinqui exsilii, quàm reditûs & redemptionis [k]; ut contineret μνημόσυνον promissionis Dei [l]. In eo nomine erat vaticinium illorum paucorum qui, adventante Sennacheribo, Hierosolyma se receperant, & mox, prostrato Sennacheribo, & exercitu ejus, reversuri essent in sua quisque oppida & agros, velut semen populi renascentis [m]. Proponitur ut signum liberationis ab obsidione, &c. ut patet ex v. 16 [n]. vel, ut signum quòd reliquiæ Jehuda tandem ad Dominum converterentur, &c [o]. ¶ *Ad extremum* (vel, *extremitatem*, vel *terminum*, vel *finem*, V. M. Ti. sim. Ch. vel, *caput*, Ca.) *aquæductûs* (vel, *canalis*, V. ex Ch. vel, *clivi*, Ca.) *piscinæ superioris*; ità Mo. Pi. JT. &c. אֶל־קְצֵה תְּעָלַת וגו'] Locus hic erat extra urbem [*], ex adverso regiæ; ubi spatiabatur Ahazus [p], vel animi gratiâ [q]; vel potiùs, ut aquas vel hosti intercluderet, vel sibi procuraret, ut 2 Chron. 32. 3, 4. Vide & Esa. 22. 9 [r]. תְּעָלָה sign. *aquæductum*, ab *ascendendo*, quia à superioribus locis per aquæductus aquæ decurrunt †. תְּעָלָה hîc non significat locum qui aquam ex piscina adductam recipiat, sed canalem per quam aqua ex fonte in piscinam transmissa est [t]. Al. *Aquæductûs piscinæ*, i. e. piscinæ confectæ per aquæductum [v]. Voluit Deus eodem in loco Judæos ab Esaia confirmari, ubi Assyriorum minas illis elocuturus esset Rabsaces [x]. Prope Jerusalem erant duæ lacunæ, quarum altera à situ dicitur *inferior*, altera *superior* [y]. ¶ *In via* (vel, *ad viam stratam*, Pi. vel, quæ pars extrema respondet *viæ*, i. e. est è regione, vel juxta viam [z],) *agri* (vel, quâ itur *ad agrum*, V.) *fullonis*] i. e. Proximè eam partem quâ fullones habitant, qui ad opificium suum aquis multis indigent [a]. In quo fullones siccant pannos quos curaverunt & purgârunt in canali ipsius lacunæ superioris [b].

4. *Vide*, &c. הִשָּׁמֵר וְהַשְׁקֵט] *Cave* (vel, *Cave tibi*, JT. Pi. vel, *Observa*, Ti. ο'. V. vel, *Cura*, Ca. Ar.) *& quiesce*, P. M. *& sis*, vel *ut sis, quietus*, sive *tranquillus*, Ti. V. Ca. JT. sim. Pi. animo, confisus scil. protectione Dei [c]. q. d. Attende nihil aliud quàm [ut] quiescas [d]. *Contine te*, &c. Calv. vel, à bello gerendo [*]; vel potiùs, nè animo fluctues, aut dubius sis [f]; vel, nè prodas animi trepidationem, aut tecum agites consilia desperata de advocando externo auxilio; vel, nè blasphemè loquaris [g]. ¶ *Et cor tuum nè formidet*, יֵרַךְ] *Mollescat*, M. P. Ti. JT. Pi. &c. vel, *tenerescat*, Mo. Mollia cedunt tactui; quare *cor molle* ponitur pro imbecillo, timido, puerili, effœminato, ut 2 Par. 13. 7. Vide similem phrasin Deut. 20. 8. Jer. 51. 46 [h]. ¶ *A duabus caudis* (vel, *extremitatibus*, V. sic G. in quibus ignis retineri solet [i]: vel, *propter duas caudas*, JT. Pi. sic Ca.) *titionum fumigantium istorum*; ità P. Mo. &c. vel, *istas*, JT. Pi. מִשְּׁנֵי זַנְבוֹת הָאוּדִים הָעֲשֵׁנִים הָאֵלֶּה] Sic vocat duos Reges [k], per contemptum [l]; ut minueret opinionem Judæorum de illorum potentia [m], & notaret vanam eorum iram & brevi extinguendam [n]. Allusio ad titiones quibus solent coqui componere ignem suum; qui, cùm devenerint ad extremitatem, abjiciunt illos [o]. Non vocat illos *titiones*, (id magnum esset,) sed *fragmenta titionum*; nec ea accensa, sed tantùm tenuem *fumum habentia* [p]. Vox hæc est fidei. Tales sunt omnes qui contra pios insurgunt. Non ardent, sed fumant, ac mox in cinerem redigentur [q]. Vel sic eos vocat, quia hi Reges extremi erant futuri, & breviter peritururum erat utrumque Regnum [r]. ¶ *In*, &c. בָּחֳרִי אַף וגו'] *In ira nasi Rezin*, &c. Mo. *in ira furoris*, &c. P. V. vel, *vultûs*, M. sub. *venientium*, V. M. hoc est, *ab æstu nasi*, Ti. *Propter accensionem iræ*, Pi. sim. JT. i. e. *propter iram*, Ca.

[c] Ang. [d] Calv. [*] Ang. [f] Pi. Ang. &c. [g] Pi. [h] G. [i] Pi. Ang. [k] Calv. [l] Pi. [m] G. [n] Pi. [o] M. [*] Pi. G. [p] Pi. [q] Q. in Ang. [r] Ang. † For. [t] Ang. [v] Pi. [x] G. [y] V. [z] V. ex Ch. [a] G. [b] V. [c] Pi. [d] For. [*] Q. in Calv. [f] Calv. [g] Sanc. [h] Ang. [i] G. ex V. [k] Pi. Ang. &c. [l] Ang. [m] Calv. [n] Pi. [o] V. [p] Calv. sim. For. [q] M. [r] Sanc.

Pro

Præ furore iræ: comparat iram fumo: i. e. fumigantium præ furore *.

5. *Eò quòd*, &c. "[יַעַן כִּי יָעַץ עָלֶיךָ אֲרָם רָעָה אֶפְרַיִם וגו] *Eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim*, Vulg. Heb. *Quia Syria consilium iniit contra te malum, Ephraim.* Elegantia Hebraica, quâ diversi actus diversis subjectis per modum distributionis attribuuntur, ità tamen ut conjunctim de utrisque intelligantur. Vide & Esa. 5. 13 [t]. Est hîc transpositio. Sensus est, *Eò quòd consilium ad nocendum tibi inierat Syria, & Ephraim* [v]. *Propterea quòd consilium malum inierit adversùs te Syria, Ephraim*, M. sic P. Ti. sim. Ch. Calv. ¶ *Et filius Romeliæ*] h.e. Phacee [x]; quem non dignatur nomine Regis [y], & sic appellat per contemptum, ut filium privati hominis, per scelus Regem factum [z].

6. *Et*, &c. [וּנְקִיצֶנָּה] *Et suscitemus eam*, Mo. vel, *expergefaciamus*, For. sic V. vel, *excitabimus*, M. V. fut. pro imperat. V. Quo innuit Judæos fuisse securos, nec hostilem irruptionem exspectantes [a]. (Metaphora somni arrogantiam hostium denotat [b].) Sed hoc minùs probabile facit, quòd nuper eandem passi fuerint [c]. Vel, *exstimulemus*, sive *compungamus*. קוּץ sign. *compunctus fuit*, Prov. 3. 11. *Nè compungaris in correptione ejus* [d]. Vel, *fatigemus*, JT. vel, *obsideamus*, P. vel, *tædio* (i.e. molestiâ †) *afficiamus*, V. Pi. longâ scilicet obsidione [f]. [Ca. hæc verba cum præced. sic reddit, *Statuentes Judæam invadere, & ei negotium exhibere.*] ¶ *Et*, &c. [וְנַבְקִעֶנָּה אֵלֵינוּ] *Et perrumpamus* (vel, *scindamus*, P. Ti. vel, *dissectam* adjungamus, JT. Pi. Heb. *dissecemus*. Ellipsis verbi quo significatur finis destinati significati verbo expresso: ideo enim dissecabant Regnum in duas partes, ut uterque partem unam sibi adjungeret [g]. Vel, *dissecando pertrahamus*. Locutio qualis 2 Reg. 3. 26. ——*ut dissecarent* (i. e. dissecando prorumperent) *ad regem.* Sic, *evellere* (i. e. evulsum dejicere) *in terram*; &, *conculcet in terram*, (i. e. dejiciat in terram, & conculcet;) &c. Ità hîc, *abscindamus* (i. e. abscindamus & pertrahamus [h].) Vel, *diruemus*, Q. in V. vel, *avellamus*, Vulg. San. quasi funibus [i],) *eam ad nos*, vel *nobis*, Mo. Ti. P. JT. Pi. vel, *ut sit nostra*, M. Perrupto muro irrumpamus in eam vi armorum, ità ut hâc ratione veniat in potestatem nostram [k]. *Rupturam faciamus in ea nobis*, i. e. nostro commodo [l]. ¶ *Et* (vel, *aut*, ut ו sæpe sumitur; quod tamen hîc non est necesse [m]:) *ponamus regem*] Si non conveniamus de Regno partiendo, communi nomine præficiamus Regem [n], nobis subjectum [o]. ¶ *In medio ejus*] Emphaticè, in signum plenæ subjectionis [p]. Vel, in Jerusalem, centro Regni: vel, pro, *in ea* [q]. ¶ *Filium Tabeel*] Nomen hoc viri *, vel, 1. Israelitæ [r]; vel, 2. Syri. Nam *Tabeel*, sive *Tabrimmon*, Syrorum est appellatio, qui Rimmonem colebant pro deo †. Plerique pro appellativo accipiunt; *filium boni Dei*, vel, *boni fortis*, h. e. idoneum ad Regnum: unde Chald. reddit, *eum qui rectus est nobis* [t]. RR. per *Albam* ex *Tabeel* faciunt *Remala*, forsan *Remaliah* intelligentes. [De quo vide Authorem.] Alium postea virum huic cognominem legimus Esd. 4. 7. quod ostendit nomen hoc non fuisse insuitatum [v].

7. *Non*, &c. [לֹא תָקוּם וְלֹא תִהְיֶה] *Non stabit* (vel, *consistet*, i. e. ratum erit & stabile [x]. *Stare* dicuntur quæ effectum suum sortiuntur, Psalm. 33. 11. vel stabiliuntur, Num. 30. 4, 7, 9 *. Vel, *consurget*, Q. in V.) *& non erit*, vel *fiet*, Angl. Pi. &c. illud nempe quod Reges isti conantur [y]. Emphaticè hoc addit, quia plus est *non esse* quàm *non consistere*, nam multa fiunt quæ non consistunt [z].

8. *Sed* (vel, *Etenim*, M. P. Mo. Ti. &c. vel, *Quamvis*, ut כִּי sumitur Jos. 17. 18. Psal. 23. 4. Esa. 12. 1. vel, *Nam* quamvis, ut una particula sæpe ponitur pro duabus [a]:) *caput* (i.e. metropolis [b]) *Syriæ* (sub. *est*, For. vel, *erit*, Pi. V. vel, *sit*, Angl.) *Damascus, & caput Damasci Rasin*] Sic ό. Sy. Ar. &c. Sensus, Ut Damascus est caput Syriæ [c], ità Retsin dum vivet erit tantùm Rex Damasci, non autem Jeros. ut conatur [d]. Ego fines illis constitui quos non egredientur †. Non latiùs imperabit Rex Syriæ quàm nunc imperat *. Junius hîc statuit μεσόζευγμα: quippe qui verbum *atteritur* [in membro secundo] ad primum quoq; membrum refert, *Caput Syr. Damascus, & caput Dam. Retsinus*, sub. *atteretur* [f]. Per zeugma repetendum, *definet esse populus, aut peribit*, in hanc sententiam, *Definet*, aut *deficiet, Damascus caput Syriæ, deficiet princeps & caput Damasci Rasin; deficiet Samaria caput Ephraim, deficiet Samariæ caput filius Romeliæ* [g]. Al. *Nam quamvis—sit*, &c. q. d. Quamvis domus Israel sustentet se confœderatione potentis Regis Syriæ, id tamen non impediet quin destruetur tempore constituto [h]. ¶ *Et adhuc sexaginta & quinque anni*, "[וּבְעוֹד שִׁשִּׁים וגו] Locus hic obscurus est, nec tempus videtur constare [i]. Nam ab hac prophetia, quæ erat 3. vel 4. anno Ahazi, (ut suprà probatum ad v. 1.) ad tempus deportationis decem tribuum per Salmaneser Regem Assyriæ, non ultra 24 anni esse poterant, nec, ut alii volunt, suprà 11 fuerunt. [Variè expediunt.] 1. Quidam nodum, quem nequeunt solvere, scindunt [k]. Omnino videtur error esse in Scriptura Hebræa, addito ים ad שש. Nam ab hoc tempore ad deportationem decem tribuum quam fecit Salmanasar 2 Reg. 17. sunt anni sex & quinque, i. e. undecim: ex quibus duo pertinent ad ultima tempora Phaceæ Regis, novem autem ad tempora Oseæ itidem Regis decem tribuum [l]. Vide 2 Reg. 15. 27. & 16. 1. & 18. 10. videbis hæc esse verissima [m]. Non placet hæc sententia. 1. Quia est contra constantem Hebræorum codicum lectionem, & contra omnium Interpretum judicium. 2. Non puto ullum esse in S. S. exemplum ut, in temporum supputatione, certus numerus denarium excedens duobus simplicibus, denario minoribus, addendis scilicet exprimatur [n]. 2. Non est à tempore hujus prophetiæ numerandum, sed à prophetia Amos [o], qui fuit æqualis Esaiæ: q.d. Verissimum est quod prædixit Amos contra Damascum & Israelitas, nam intra 65 annos frangentur vires Assyriorum [lege Syrorum] & Israelitarum [p]. Amos de hac captivitate vaticinatus est [q]. Vide Amos. 1. 5 [r]. & 3. 11, 12 *. & 7. 11, 17 [t]. Nec dubium est quin ut hæc prophetia Amos, ità tempus in ea constitutum apud omnes celebre esset, annorúmque numerum compertum haberent [d]. Computationem autem 2 modis instituunt; nempe per regna Regum vel Judæ, vel Israel. 1. Judæ †. Prophetia Amosi facta est *biennio ante terræmotum*, Amos. 1. 1. h. e. biennio antequam Usias leprâ percuteretur. Usias autem fuit leprosus 25 annis. En 27 [anni, qui supersunt ex 52 annis Regni Oziæ.] Jotham regnavit 16 annis, Achazus 16. Hezeciæ autem 6. anno, qui est annus nonus Hoseæ, vastata est Samaria. En tibi 65 annos [f]. [Aliis hæc non placent.] 1. Falsissimum est Osiam leprâ percussum fuisse anno 25. vel 27. regni ejus: sic enim Jotham (qui patre moriente erat 25 annorum, 2 Par. 27. 1.) vel nondum natus esset, vel infans, quum Regnum patris loco administravit, id quod ab eo tempore fecisse dicitur, 2 Reg. c. 15. v. 5. 2. Amos prophetavit in regno uti Oziæ, ità etiam Jeroboami, [Regis Israel,] qui regnavit tantùm 41 annos, 2 Reg. 14. 23. & cujus anno 27. regnare cœpit Ozias, 2 Reg. 15. 1. adeòque mors ejus incidit in 14. Oziæ annum, h. e. undecim ann. ante illum annum 25. quem statuunt, &c [g]. 2. Computant per regna Regum Israel [h]. Cœpit prophetare Amos anno 17. Jeroboam filii Joas, qui à prophetia hac [nempe Amosi] regnavit 24 annos. Quibus si addas 10 Manahem, 2 Phaceia, (vel Pekachjahu, filii Menahem [i],) 20 Phacee, (vel Pekach †,) & 9. Osee, constitues 65 annos, præter 7 menses Sellum & Zachariæ [k]. Cùm hæc scripsit Esaias, supererant è prophetia Amos 12 anni, i. e. tres ultimi anni Phacee, & novem Osee [l]. Sed computationem hanc interturbat & evertit, quòd Zacharias, Jeroboami filius, regnare cœpit anno demum 38. Oziæ, h. e. 24 annis post patris mortem, ideóque interregnum erat tot annorum, qui hîc etiam computari debent [m]. [Atque hæc de secunda solutione sufficiant.] 3. Anni hîc numerantur, non tam inter prophetiam de Samaria & ejusdem excidium interjecti, quàm inter duas prophetias Amosi & Jesaiæ; q.d. Cadet Samaria, sicut 65 abhinc annis prædictum fuerat ab Amos, nempe Amos. 4. 1. *Audite, vaccæ pingues—in Samaria*, quæ dicta sunt vivente Jeroboamo, qui obiit anno 14. Oziæ, ut dictum. Ab hac ergò prophetia facilè colliguntur 65 anni: v. g. sint circiter 40 Oziæ, 16 Jothami,

* Q. in V. | t Ang. | v G. | x G. | y Pi. ad v. 4. | z G. | a Q. in Ang. | b For. | c Ang. | d For. | † Pi. | f Q. in V. | g Pi. | h For. | i San. | k V. | l Ang. | m Ang. | n Pi. | o Musc. Ang. | p Musc. | q Ang. | * T. | r V. | † Pi. ex Jun. | t Ma. | v Ang. | x V. | * Ang. | y Ang. | z Musc. in Marl. | a Ang. | b V. Pi. | c Pi. | d Pi. sim. M. V. Musc. Ang. San. ex Hi. | † Musc. sim. Ang. | * G.

f Pi. | g San. ex Cyrillo. | h Ang. | i San. sim. Ang. | k Ang. | l G. ex Cap. | m G. | n Buxt. vind. verit. 2. 13. 946. | o V. sim. K. & AE. & RS. & Abarb. & Hi. &c. in Buxt. For. Calv. | p V. | q Calv. | r K. | * Calv. | t Abarb. | d Calv. | † Ang. | f RS. & Abarb & Hi. in Buxt. sim. Calv. | g Ang. ex San. | h Ang. | i K. in Buxt. | † Idem ibid. | k V. K. in Buxt. | l V. | m Ang.

mi, reliquos deme à 16 annis Ahazi. Obj. עוד adhuc futurum tempus respicit: ut Jer. 28. 3. *Adhuc 2 anni*; Jon. 3. 4. *Adhuc 40 dies*, &c. Resp. Ità sanè; interdum tamen עוד & בעוד etiam præteritum indicat: ut Gen. 45. 3. *Adhuc pater vivit?* 2 Sam. 12. 22. *Adhuc puero vivente jejunavi*; Jer. 15. 9. *cùm adhuc esset dies* [n]. Non placet; verba enim evidenter futurum tempus respiciunt [o]. 4. Non figit Propheta certum terminum, sed dicit, בְּעוֹד, *in adhuc*, q. d. aliquo tempore intra spatium 65 annorum: quod verum erat, si intra 25 annos hoc factum esset [p]. Sed, 1. tum congruentius fuisset scopo Prophetæ, qui erat, Ahazum solari, dicere, *Adhuc 25 anni*, &c. 2. Non solet Deus tempora tam laxè præfinire; nedum cùm præcisè computat, etiam ad fractos & impares numeros, ut h. 1 [q]. 5. Terminum hunc 65 annorum illis constitutum, ob graviora eorum peccata, decurtavit Deus [r]. Verum quidem est Deum, vel pœnitentiâ vel sceleribus hominum permotum, & promissa & minas revocâsse, Jer. 18. 7,—10. nullum tamen occurrit exemplum, quòd Deus tempus aliquod ultioni à se præcisè destinatum decurtavit, nec sine exemplo id statuendum *. 6. In hac prophetia non antecedentium temporum, [ut plerique accipiunt,] sed sequentium, rationem ex Prophetarum usu haberi puto. Nam Jeschahja his verbis ostendit, primùm, Regnum Syriæ mox excisum iri, & Regem moriturum; quod ad summum quarto pòst anno necesse esse evenisse; ut ponamus hæc à Propheta dici primo ipso Achazi anno: deinde, à Syrorum clade usque ad plenam Israelitarum deportationem, aut ab ipso tempore hujus prophetiæ, fore ut effluant 65 anni [t]. Porrò, duplex erat Israelis abductio: prior & partialis per Salmanas. 2 Reg. 17. 6. posterior & totalis per Assur-Hadon, [vel Esar-haddon,] 2 Reg. 19. 37. Esd. 4. 2. De hac, non illa, agitur hoc loco [v]. In priore, quæ erat anno sexto Ezechiæ, Regnum Israelis erat abolitum; at populus esse non desitit nisi in posteriore. Vide Esd. 4. 2. Quamobrem seriem temporum sic instituimus. A quarto Achazi anno, quo Regnum Syriæ intercidit, ad finem sunt anni 11, Hezec. 29; ità anno Manassis 25. fuit hæc translatio: is fin autem à prophetiæ tempore inceperis, dicetur res incidisse in annum 21. vel 22. Manassis, qui tum fortè captivus in Babyloniam abductus est [x]. ¶ *Et desinet*, &c. יֵחַת אֶפְרַיִם מֵעָם] *Frangetur* (vel, *deponetur*, M. *dejicietur*, For. *supprimetur*, Ti. *atteretur*, JT. Pi.) *Ephraim à populo*, Mo. vel, *ut non sit populus*, M. Ti. JT. Pi. Heb. *ab essendo populum*, Pi. Angl. q. d. Non consequetur imperium super Judam, sed imperium suum amittet [y]. *Deficiet regnum Ephremi de populo*, ο'. simil. Ch. Sy. Ar. *Desinet Ephraimitarum esse populus*, Ca. *Frangetur* (sub. *Aram*, V.) cum *Ephraim*, *nè sit populus*, P. V. i. e. Frangentur vires Syriæ & Regni Israel: ambo venient in potestatem Regni Assyriorum [z].

9. *Caput*, &c. וְרֹאשׁ וגו׳] *Et* (vel, *Interim*, Pi. *Interea*, Calv.) *caput Ephraim* (sub. *erit*, Pi.) *Samaria*, & *caput Samariæ filius Remaliah*, P. V. &c. qu. d. Quod dictum est de Aram, idem dici debet de Israel. Nam Phacee erit Rex Samariæ tantùm, non etiam Jerusalem [a]. Interea temporis manebit Regnum decem tribuum intra suos terminos, nec ultrà propagabitur [b]. Talis erit earum status donec exscindantur. Per annos 65 Israel habet inducias: sed contentus sit suis finibus, nec aspiret ad majora [c]. Al. *Et tum caput Ephraim, Samaria, tum caput Samariæ, filius Remaliæ*, sub. ex præced. *atteretur*. Quo supplemento nihil frequentius: Gen. 1. 16. 2 Par. 10. 11. Job. 3. 20, 23. & 9. 14. &c [d]. ¶ *Si non*, &c. אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ [Variè reddunt.] *Annon creditis?* (Reprehendit diffidentiam Ahazi, quem adhuc trepidare animadvertit †:) *quòd non confirmamini*, JT. nimirum hâc promissione Dei *. *An ideo non creditis, quia non confirmamini?* signo scilicet aliquo conspicuo [f]. *Si non credatis*, (sub. *verbis meis*, P. sim. Ch. & sub. *id fit*, P. sim. M.) *quia non estis* (vel, *eritis*, Mo. Ti.) *fideles*, P. M. Mo. vel, *firmi*, Ti. vel, *robusti*, sub. *in fide*, V. vel, *non intelligetis*, ο'. Sy. Ar. vel, *neque permanebitis*, Ch. Vulg. nempe in vestra terra, sed captivi indè abducemini *. Vel, *certè*, sive *profectò*, (ità כִּי sæpe sumitur, Gen. 3. 1. Exod. 3. 12. &c [g]: vel, *etiam*, For.) *non stabitis*, Calv. vel, *confirmabimini*, sive *suffulciemini*, Pi. For. i. e. non prosperabimini, ex collat. 2 Par. 20. 20 [h]. sed Deus vos sinet dilabi, & dejici à statu & Regno vestro [i]. q. d. Si non placidè à Deo exspectatis liberationem [k], (sed eam quæritis ab Assyriis [l],) exitium vos manet, &c. נאמן sign. *consistere*, vel *firmum manere in gradu* [m]. [Al. hæc verba connectunt cum seq. & sic reddunt,] *Quòd si non creditis*, (*ut estis increduli*,) pergit *Jova sic alloqui Achazum*, Pete, &c. Oratio qualis Marc. 2. 10, 11. *Ut autem sciatis hominem habere potestatem remittendi in terris peccata, dixit siderato, Tibi dico, Surge*: quæ sic fiet illustrior, *Jubeo te surgere, inquit siderato* [n]. Ità hìc, *Pete tibi signum, iterum tibi dicit Jehova*, &c [o].

10. *Et* (vel, *Quamobrem*, quia scilicet videbat Regem non credere [p],) *adjecit Dominus loqui*] Nempe per Prophetam [q]. ¶ *Ad Achaz*] Perseverantem in incredulitate. Vide misericordiam & longanimitatem Dei [r].

11. *Pete tibi signum*] i. e. Miraculum aliquod *. *Tibi* redundat, ut Gen. 12. 1. 1 Par. 21. 10. vel, *tibi*, id est, tuo bono, ut Gen. 13. 11. 1 Sam. 13. 2. &c [t]. ¶ *In profundum*, &c. הַעְמֵק שְׁאָלָה אוֹ הַגְבֵּהַּ לְמָעְלָה] E, vel *In*, *imo*, sive *profundo*, *pete*, (vel, *postulando*, M.) *aut ex alto*, JT. Pi. vel, *sursum*, V. vel, *sursum in excelso*, M. vel, *aut in altitudinem ejus sursum*, Ti. q. d. in terra, vel in cœlo [v]. Putà, ut terra statim moveatur, aut dehiscat; vel, ut Sol subitò deficiat [x]. *Profunda petitionem*, Mo. For. *vel eleva teipsum in excelsum*, Mo. vel, *eleva sursum*, sub. *petitionem*, V. *Idque rei quamlibèt vel depressæ, vel sursum elatæ*, Ca. *Pete ut fiat tibi miraculum super terram, aut videatur tibi signum in cœlis*, Ch.

12. *Non petam, & non* (h. e. non enim, Pi.) *tentabo Dominum*] Contra præceptum Deut. 6. 16 [y]. [Variè exponunt.] 1. Nolo signum petere, & quiescere, ut me jubes, atque inerti otio torpere. Id enim planè est tentare Deum, qui vult nos facere quæ possumus. Sunt autem mihi pecuniæ quibus conducam Assyrios, &c [z]. Fidebat enim Ahaz dæmonibus, idolis & Assyriis [a]. Nolo perdere operam [b], aut istius Jehovæ quem prædicas (neque enim dixit, *Dominum Deum meum*, ut Propheta illi suggesserat v. 11. *Domino Deo tuo*, sed tantùm, *Dominum* [c]) periculum facere, committendo ipsi exitum belli. Locum sic expono propter sequentia, & summam illam Ahazi impietatem, de qua 2 Par. 28. 19, &c [d]. Nolo Deo molestus esse: quæ dicis planè incredibilia sunt. Nam, Deo diffisus, ambibat muneribus opem Regis Assyrii, 2 Reg. 16. 7 *. Verùm nondum videtur Ahazus eò impietatis devenisse †, ut cultum Jehovæ ex professo damnaret. 2. Rectiùs intelligitur de hypocrisi Ahazi [f], qui incredulitati suæ prætexit studium pietatis, &c [g]. Quòd signum à Deo oblatum respuit, prodit contumaciam & ingratitudinem ejus [h].

13. *Audite ergò, domus David*] Qu. Cur sic loquitur ad Ahazum? Resp. 1. Per contemptum, tanquam indignum qui nomine suo compellaretur: ut, *filii Levi*, Num. 16. 8. *filius Jesse*, 1 Sam. 22. 7. &, *filius Abitub*, v. 12 [i]. 2. Alloquitur etiam familiam sive propinquos Achazi Regis, qui eâdem cum illo hypocrisi & diffidentiâ laborârunt, illiúsque recusationem signi approbârunt [k]. Eos autem contumeliæ causâ sic nominat [l]; q. d. ô ingratissimi, degeneres à Davide, &c [m]. *Audite, Davididæ*, i. e. Hierosolymitani [n]. ¶ *Numquid*, &c. הַמְעַט מִכֶּם הַלְאוֹת אֲנָשִׁים] *An parùm*, vel *parva res*, est *vobis* (vel, *à vobis*, P. Mo. M. vel, *apud vos*, Sy. Ar. vel, *præ vobis*, JT. Pi. vel, *An parvi fit à vobis*, For. vel, *An minus quàm vos deceat videtur esse*, V.) *fatigare* (vel, *molestare*, M. sim. P. Ca. V. Ar. Ch. vel, *tædio afficere*, V.) *homines*, Pi. Mo. &c. vel, 1. in genere, quos opprimitis, &c [o]; vel, 2. Prophetas vestros [p], quos spernitis tanquam vanos & mendaces homines ac ardeliones, &c. 2 Reg. 9. 11. 2 Par. 25. 16 [q]. Vel, *quòd de vobis molestia hominibus* venit, Ti. An peccatum hoc videtur vobis minus esse quàm ut in eo debeatis subsistere? sed putatis augendum esse peccato majore [r]? ¶ *Quia*, &c. כִּי תַלְאוּ גַּם וגו׳] *Quòd*, vel *ut*, (vel, *nisi*, Ti. Ca.) &, vel *etiam*, (nota majoris, viz. gravioris peccati *,) *molestetis*, vel *fatigatis*, vel, *afficiatis labore*, *Deum meum?* P. Mo. JT. Pi. &c. i. e. cui ego fido & servio [t], ut 1 Reg. 17. 1. & 18. 10, 15 [v]. Antithesis, q. d. *Deum meum*, non autem *tuum* [x], *Deum*, &c. infidelitate & hypocrisi, &

Margin notes (left): [n] San. [o] Ang. [p] Q. in Ang. [q] Ang. [r] Al. in Ang. * Ang. [t] Jun. [v] Calov. ex Jun. sim. Ang. Calov. Pi. Glass. gram. 3. 5. 10. 449. [x] Jun. [y] M. [z] V. [a] V. [b] G. [c] Calv. [d] Ang. † Jun. * Jun. [f] G. * T. [g] Ang.

Margin notes (right): [h] Pi. sim. For. Ang. [i] For. [k] Calv. [l] Ang. [m] Calv. [n] Ca. [o] For. [p] Pi. [q] Ang. M. [r] Oecol. * For. ad. [t] v. 14. sim. Pi. Ch. [t] Ang. [v] V. Pi. [x] G. sim. Ang. [y] Pi. [z] For. ferè ex Jun. [a] Me. [b] Q. in Mi. [c] Q. in Ang. [d] Jun. * G. † Ang. [f] Pi. [g] Pi. Ang. sim. Musc. [h] Calv. [i] Q. in Ang. [k] Pi. [l] Calv. Jun. Cas. Pi. Calv. [m] Ang. [n] Ca. [o] Ang. [p] Pi. Ang. V. Ca. [q] Ang. [r] Pi. * Pi. [t] Pi. sim. [v] Ang. [x] ...

contemptu beneficiorum ab ipso oblatorum, & innitendo prudentiæ vestræ humanisque viribus, non autem Deo [y]; & quòd Deum diffidentiâ vestrâ impellitis ad signum edendum, &c [z]. Al. *quòd etiam Deum facitis debilem?* vel *infirmum?* vel *fatigabilem?* Noluit enim Ahaz petere signum, quòd credebat Dominum non facturum, sed se perditurum operam [a]. Injuriosi estis in Deum, cui putatis non satis esse virium ad vos liberandos [b]. Innuit crimen in Prophetas admissum redundare in Deum: quod & patet ex Exod. c. 10. v. 7. Num. 16. 11. 1 Sam. 8. 7. Jer. 5. 12, 13. Luc. 10. 16 [c].

14. *Propter hoc*, [לָכֵן] *Propterea*, vel *Idcirco*, Calv. Pi. Ang. &c. Quia, scilicet, vos signum oblatum repudiatis, & interim pii egent confirmatione [d]. Adhuc cum malitia populi certat Divina benignitas †. *Nibilominus.* לָכֵן discretivè sumitur hîc, & Esa. 30. 18. Jer. 16. 14. & 30. 16. Ezec. 39. 25. Hos. 2. 14. quod Interpretibus non observatum duras sæpe trajectiones, &c. invexit, &c [f]. ¶ *Dabit*] i. e. Exhibebit [g]; spontè scilicet, ut vox hæc innuit Psal. 29. 11 [h]. *Dabit*, non petentibus [i]. Vel, *dat*, i. e. pronunciat, nunc scilicet per me [k]. Vel, *ponet*, sive *assignabit*, ut Jos. 2. 12. Matt. c. 12. v. 39 [l]. ¶ *Dominus ipse*, [הוּא] *Hoc ipsum*, San. *ipse*, P. Mo. Calv. Pi. &c. i. e. non, per se, nam per Prophetam id facit; sed, ex se, sive spontè, non rogatus, ut Esa. c. 65. v. 1 †. Idem ipse Deus qui tam liberaliter obtulit, & cui tu molestus es *. ¶ *Vobis*] i. e. Domui Judæ [m]: jam enim cum toto populo illi res erat [n]: non tantùm electis, nam promissio Messiæ universo populi corpori facta est, Rom. 9. 5 [o]. Al. *vobis*, i. e. nepotibus tuis, ô Achaz: q. d. Tu cogitas Deum non satis esse potentem ut te liberet à Rasin & Phacee: at falleris; nam longè majus argumentum suæ potentiæ daturus est tuis nepotibus; dabit Messiam, qui populum liberabit à perniciosioribus hostibus, sc. peccato, morte & Satana [p]. ¶ *Signum*, [אוֹת] Qu. Sed quomodo miraculosus hic partus Virginis post multa secula futurus signum erat tunc viventibus præsentis liberationis [q]? Hoc argumento exsultant Judæi quasi victores, quòd promissio de Christo nihil pertineat ad confirmandum Achaz de liberatione Jerosolymæ [r]. Resp. 1. Res diu pòst futuræ sæpe proponuntur in signa, ut clarè docet Esa. 37. 30. Vide & Jer. 43. 9, 10. & 51. 63, 64. 2. Mos est Prophetarum, in prædictionibus restitutionis & liberationis populi Dei, mentionem facere Messiæ, in quo omnia promissa rata sunt *, 2 Cor. 1. 20. & speciales promissiones hoc fundamento confirmare, quòd Deus Redemptorem missurus erat. Unde, quæso, auxilium Dei exspectet aliquis, nisi ab amore ejus? unde amorem Dei, nisi in Christo? A Christo itaque pendebat, ut Ecclesiæ salus, ità liberatio Hierosolymæ. Hinc quoties de fame, peste & bello sermo habetur, Propheta, ut spem levationis faciat, Messiam statuit ante oculos. Quare appositè hoc dicit Esaias; q. d. Tu quidem privaris beneficio quo te indignum reddidisti respuendo signum illud particulare quod tibi Deus offerebat: habebit tamen Deus rationem sui, & decretum Dei, quod tu evertere velles, inviolabile manet; nec obstabit perfidia & ingratitudo tua, quò minùs populo suo Deus sit perpetuus liberator; tandem enim Messiam suum suscitabit [t]. 3. Ratio signi dati consideranda est, nempe ut Ahazum de potentia Dei ad ipsos tutandos dubitantem confirmaret, certúmque faceret Deum magìs incredibilia præstare posse, nempe, ut virgo pariat, &c [v]. Argumentum est à simili exemplo, &c. q. d. Deus certò præstabit promissionem principalem de Messia, &c. ergò multò magìs præstabit promissionem hanc liberationis, quæ minoris momenti est. 4. Signum vocat, licèt non esset spectandum oculis, sicut Matt. 12. 39. *Non dabitur huic nationi signum, nisi signum Jonæ prophetæ* [x]. 5. אוֹת, sive *signum*, hîc sumitur non relativè, pro *alterius rei indicio*, sed absolutè, quo modo omnia miracula *signa* vocantur [y]. 6. Quanquam hoc signum Messiæ h. l. memoretur, aliud tamen signum ei adnectitur, desumptum à puero Prophetæ, quem eo fine jussus erat secum ducere. Utrumque junctim concurrit ad confirmandam Ahazi dubitationem [z]. 7. Prophetia hæc non ad Achaz pertinuit [a], nec ad istam solùm ætatem [b], sed ad *totam domum David*, (ut docet textus [c],) è qua post septem secula Messias nasci debuit. Ex hoc ergò signo concludere poterat domus Davidis se neutiquam deletum iri ab hostibus, &c [d]. 8. Addam aliud, sed titubanter, quia novum est; quod tamen, ni fallor, Judæorum objecta prorsus dissolvat. Voluit Deus Achazum eligere signum tum liberationis suæ, tum eversionis hostium. Signum ille recusat, &c. Deus tamen, qui eam ob causam ipsum exscindere poterat, tam longè à vindicta inferenda absuit, ut & compleverit quod de populi salute hostiúmque interitu promiserat, & longè majus beneficium obtulerit, nempe nasciturum è Virgine Emmanuelem, cujus signum esse voluit hanc victoriam, &c. Itaque Emmanuelis nativitas ex Virgine non est signum futuræ victoriæ, sed futura victoria Regnorúmque clades signa sunt nascituri de Virgine Emmanuelis †. ¶ *Ecce*, &c. [הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וגו׳] *Ecce, virgo* (vel, *puella* quædam, Ca.) *concipiet*, vel *concipiens erit*, (vel, *in utero concipiet*, ο΄. vel, *gravida* erit, Pi. vel, *prægnans*, sive *imprægnata*, Mo. M. Ca.) *& pariet*, vel *pariens, filium*, JT. Ti. P. Mo. ο΄. Ch. Sy. Ar. &c. Locus hic de Christo illustrissimus est, quem Judæi nobis eripere conantur [f]. [Qu. De qua fœmina, sive de quo filio, hîc sermo fit?] Resp. 1. De Achazi uxore, ejúsque filio Ezecia [g]. Resp. Ridiculum est hoc: is enim jam natus & adultus erat, ut patet ex 2 Reg. 16. 2. collat. cum 2 Reg. 18. 2 [h]. quum hic filius nasciturus erat [i]. Resp. 2. De alio Achazi filio ex aliqua puella nascituro [k]. Resp. Nullus Achazi filius præter Ezechiam fuit Judææ dominus, quod tamen de hoc Immanuele dicitur Esa. 8. 8 [l]. Resp. 3. De uxore Esaiæ ejúsque filio [m]. Resp. 1. Ea non fuit עַלְמָה sive *virgo* [n]. 2. Nec eam sic vocâsset Propheta, quæ antea prolem habebat, Esa. 7. 3. sed potiùs נְבִיאָה *prophetissam*, ut Esa. 8. 3 [o]. 3. Hic Immanuel erat Dominus terræ promissæ, Esa. 8. 8 [p]. summâ potentiâ & sapientiâ instructus, ejúsque consilia semper effecta erunt: quæ certè Esaiæ filio minimè conveniunt; neque illi Propheta imposuisset Immanuelis nomen. Obj. At loquitur h. l. de filio suo Searjasub, adeóque de ejusdem matre. Resp. De eo quidem agitur in quibusdam versibus, non item in omnibus. Constat plura esse hujus orationis argumenta, ejúsque seriem hanc esse. Duo hîc signa affert. 1. Commune illud signum & promissionem de Christo, &c. v. 14. ad evincendam & increpandam Achazi & Judæorum infidelitatem: q. d. Quâ conscientiâ promissionibus Dei potes diffidere, & signa oblata repudiare? Nonne Deus dedit Ecclesiæ & vobis, ô domus David, nominatim signum & promissionem de semine mulieris, &c. in quo omnes promissiones Dei sint Etiam & Amen, ut ab eo in rebus communibus & singularibus pendeatis? 2. Singulare ac proprium præsentis liberationis signum, nempe, Searjasub filium Prophetæ, quem ideo adduci voluit Deus: q. d. Ut noveris quàm securo sum animo de propinqua illa liberatione, Searjasubum meum tibi oppono pignori & dedo tuo arbitratui, nisi illa brevi accidat [q]. Deinde, tres hæ commentitiæ Judæorum expositiones uno argumento facilè diluuntur, quòd nullum in his est signum, aut miraculum, (quale tamen eligendum Achazo erat propositum, v. 11, 12. & consentaneè promissum hoc versu 14. quod nec Judæi negare audent,) sed naturale & consuetum, si juvencula è viro concipiat [r]. Et hîc hærent Magistri nostri, Rabbini *. Nam quæ hîc signa tradunt, mera sunt commenta: qualia sunt, 1. Quòd juvencula pariet, quæ ad prolem concipiendam erat inepta: nam nec ullum ineptæ hujus conjecturæ vestigium in Esaia est, nec potuit Ahaz signum hoc intelligere quod expressum non erat. 2. Quòd adolescentula, quæ antè non prophetârat, prophetatura esset, ideóque *prophetissa* dicitur, Esa. c. 8. v. 3. Sed hoc narrare, est refutare: nulla enim hoc vers. 14. prophetiæ aut Prophetissæ mentio fit: & falsa est hypothesis, Prophetissam esse eandem cum matre Immanuelis, id quod etiam K. refutat. 3. Quòd conceptio & nativitas masculi prædicitur: nam miraculum hîc non ponitur in revelatione & prædictione Esaiæ, sed in re revelata & prædicta; alioquin quot prophetiæ essent singulares, totidem fingenda essent miracula. 4. Quòd filius hic *statim à nativitate edet* לְדַעְתּוֹ *secundùm notitiam suam butyrum & mel*, &c. ut ait

Left margin notes: [y] For. [z] Ca. [a] Q. in V. [b] G. [c] Ang. [d] Pi. † Oecol. [f] Ang. [g] Pi. [h] Ang. [i] G. [k] Pi. [l] Ang. † Ang. * Calv. [m] Me. [n] For. [o] Ang. [p] V. [q] Ang. [r] Calv. * Ang. [t] Calv. [v] Ang. [x] Pi. [y] For. [z] Ang. [a] San. Calov. [b] Calov. [c] San. Calov.

Right margin notes: [d] Calov. † San. [f] San. [g] Q. Heb. in San. [h] San. Ang. ex He. [i] Hoomb. [k] K. in Gomar. [l] Gomar. in explic. Matt. 1. 22, 23. [m] RS. in Gom. [n] San. [o] Gom. ex K. [p] Gom. ex K. Jun. paral. [q] Jun. paral. [r] Gom. ib. simil. Pi. Ang. &c. * Ang.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ait K. Nam, 1. illa verba, *ſtatim à nativitate*, Propheta non habet, ſed K. perversè aſſuit. 2. Non eſt miraculum ſi infans dulcia, naturæ inſtinctu, appetat, &c. 3. לְדַעְתּוֹ non notat præſentem notitiam, ſed terminum futurum, & ſign. *ad nôſſe ipſum*, vel, *donec nôrit*, ut vertit Chald. Par. cujus authoritas apud Judæos quaſi divina eſt [t]. Nec illi audiendi ſunt (inter quos Grotius) qui hunc locum, ſecundùm ſenſum ſimplicem literalem primúmque obvium, de Eſaiæ filio, ſecundùm myſticum, de Chriſto, accipiunt. Nam, 1. tunc locus hic adversùs Judæos urgeri non poſſit. 2. Nec verè ſcripſiſſet Matthæus, in nativitate Chriſti verba Eſaiæ πληρωθῆναι, i.e. *conſummata eſſe*. 3. Signum hoc erat non vulgare, ſed ſingulare & prorſus admirandum; cui ergò τὸ *ecce* præmittitur [v]. Reſp. 4. De beata Virgine, ejúſque filio Meſſia. Id quod inprimis aſtruit vox עַלְמָה, quæ *virginem* ſignificat [x]. [Sed hoc non concedunt Judæi: noſtri autem ſic probant.] 1. Ex etymologia, à עָלַם *abſcondere* [y]; quo denotatur ſtatus virginis abſconditus à conſpectu & commercio virorum: unde virgines dicebantur κατάκλειστοι & ἀπόκρυφοι, 2 Maccab. 3. 19. quòd olim domi & in conclavi parentum ſedulò aſſervabantur [z]: q. d. *abſcondita*, i. e. non cognita; ut *abſcondi* valet *non cognoſci*, 1 Reg. 10. 3 [a]. 2. Ex aliorum verſionibus: nam licèt Sym. & Theod. (in favorem Judæorum) *adoleſcentulam* vertunt; *virginem* tamen reddunt (præter Matthæum cap. 1. 23.) etiam ο'. & Chaldæus uterque, Onkelos & Jonathan [b]. 3. Ex vocis uſu [c]. Nulla vox Hebræa certiùs *virginem* ſignificat. נַעֲרָה etiam maritatam ſign. Ruth 4. 12. בְּתוּלָה etiam vitiatam, Deut. 22. 19. & maritatam, Joel. 1. 8. Sola vox עַלְמָה perpetuo uſu, ſuâque vi, virginem notat [d]: ut docent 7 loca ubi occurrit, Gen. 24. 43. collat. cum verſ. 15. Exod. 2. 8. Pſal. 68. 26. Prov. 30. 19. Cant. 1. 3. & 6. 8. & h. l †. Id apertum eſt in reliquis locis præter illum Prov. 30. 19. de quo triumphant Judæi, ubi, inquiunt, ſcortum appellatur עַלְמָה, —— *& viam viri ad virginem. Similis eſt via mulieris adulteræ*, &c. [Sed multa noſtri regerunt.] 1. *Virgo* illa dici poteſt vel εἰρωνικῶς ironicè, (ut vir nequam appellatur *bonus*;) δοξαστικῶς, ex opinione, ſive quòd talis haberetur; vel συγχωρητικῶς, quòd ità haberi vellet, ſicut idola gentium *dii* vocantur. Iniquè autem fit, cùm figuratum loquendi genus adducitur, ut convellatur propria hujus nominis ſignificatio [f]. Metaphoræ verò talis hîc (ut in Prov. 30.) nulla eſt ſuſpicio [g]. 2. Etiam eo loco עַלְמָה *virginem* ſignificat [h]: neque enim occulta aut difficilis eſt *via* ſeu ratio potiundi *ſcortum*, ſed caſtam *virginem*, quæ ſub cura parentum eſt [i]; cui vir per varias vias ſe inſinuat, ſive occultè ejus virginitati inſidiando, ſive eam honeſtè ſibi conciliando. Et profectò res imperſcrutabilis eſt, quomodo ſeſe viri virginibus inſinuent, eáſque concilient; quódque non rarò perſonæ antea neque viſæ neque notæ invicem, arcanâ Dei providentiâ, coaleſcunt & copulantur [k]. Oſtendit [hîc Salomon] quàm occultè & callidè ſe gerant tum virgines, tùm etiam maritatæ, (quod addit, ut obſervationem completam redderet,) ut cum viris rem habeant [l]. q. d. Nullum violationis ſive virginis, (quæ talis erat, ſed tunc eſſe deſinit,) ſive adulteræ, veſtigium exteriùs apparet, nam profeſſione caſtitatis tegitur [m]. Vel, Non magìs certò ſciri poſſit an quis eam ducat quæ revera virgo eſt, quàm veſtigium aquilæ, &c. quia nulla ſunt indubitata delibatæ virginitatis ſigna, ut alibi probavimus. Præterea, τὸ עַלְמָה ſic accipi non modò poteſt, ſed etiam debet, quia ſtatim ſubjicitur, כֵּן *ſic via* eſt *adulteræ*. τὸ כֵּן autem ſimilitudinem ſignificat, non identitatem; ideóque neceſſe eſt ut hoc exemplum differat à priore [n]. 3. Sit *ſcortum* in Prov. hîc tamen ità intelligi nequit: nam nec miraculum eſt ſi ſcortum concipiat filium; nec ſine maxima impudentia affirmari poteſt, è ſcorto natum puerum ex voluntate Dei dicendum Immanuelem [o]. Sed alterum Judæi objiciunt argumentum ex ה demonſtrativo, quo aut res præſens demonſtratur, aut ea cujus in antecedentibus facta eſt mentio; ideóque non Maria Chriſti mater, poſt aliquot ſecula naſcitura. Reſp. 1. ה ſæpe ſimplex articulus eſt, nec demonſtrationi vel diſtinctioni inſervit, ut Pſ. 1. 4. הָרְשָׁעִים *improbi*, & כַּמֹּץ *ut gluma*. 2. Nec ה demonſtrativum neceſſariò requirit ut res quam demonſtrat ſit præſens oculis; ſed ſufficit ſi præſens ſit menti, ac nota [p]. הָעַלְמָה exponi poteſt, vel, *virgo quædam*, ut articulus habeat vim ἀόριστον, indefinitam [q]: vel, *virgo illa*, ut Matt. 1. 23 [r]. i. e. vel, inſignis quædam & præclara, nempe Maria *; vel, intacta illa, quæ nunquam aut cognoverit, aut cognoſcet, virum [t]; vel, jam antè promiſſa [v], Gen. 3. 15. *Semen mulieris*, &c. (ſolius ſcilicet, ut Gal. 4. 4. *factum ex muliere*,) quo indicio patre cariturum, & ex virgine naſciturum, innuitur [x]. [Urgent adhuc Judæi,] 1. quòd in rei propinquæ [præſentis nempe liberationis] confirmationem longinquum adhibere ſignum, alienum & abſurdum eſſet. Reſp. Nec abſurdum hoc eſt, nec inuſitatum, ut patet ex 1 Sam. 2. 34. 1 Reg. 22. 25, 28. Jer. 44. 29, 30. & Deus ipſe ſtatuit eventa prophetiarum ſigna, Deut. 18. 21. &c [y]. [Plura vide à nobis congeſta initio hujus verſûs, ad vocem *ſignum*.] 2. Chriſtus, inquiunt, à matre dictus eſt *Jeſus*, non, *Immanuel*. Reſp. 1. *Jeſus* & *Immanuel* ſunt idem nomen reipſa, etſi voce & circumſtantiâ diſcrepent [z]. 2. Multa nomina aliquibus imponuntur, ità tamen ut illis non διακριτικῶς appellentur, ſed quæ naturam, officium, virtutem, &c. declarant. Sic Prophetæ filius vocatur *Maher Schalal Chasbaz*, Jeſ. 8. 3. Jeroſol. *Urbs veritatis*, Zach. 8. 3. Meſſias, *Admirabilis*, *Conſiliarius*, &c. Jeſ. 9. 6. 3. Quomodo de Chriſto dicitur illud, v. 15. *Butyrum & lac comedet?* Reſp. Ut naturam ejus humanam denotet, & communem educationis puerilis ſortem [a]. 4. Ineptè diceretur, v. 16. *Antequam hic puer* (nempe Immanuel) *noverit ſpernere malum, & eligere bonum*, Reges Syriæ & Iſraelis exciſos fore, ſi puer iſte poſt multa ſecula eſſet naſciturus. Reſp. Puer iſte non eſt filius ille promiſſus v. 14. (ut Judæi falsò ſupponunt;) ſed, aut definitè, (ut plerique ſentiunt,) filiolus Eſaiæ præſens, de quo v. 3. & in eum finem à Propheta, Deo imperante, adductus; aut indefinitè, (ut reliquis placet,) puellus aliquis, &c [b]. *Nam antequam*, &c. Senſus eſt, Tantulo temporis ſpatio ac eſt inter infantis ortum & primam diſcretionis notitiam, terra veſtra liberabitur. Simil. 8. 4. Et revera vix 4 anni fuerunt antequam delerentur iſti Reges [c]. q. d. Non poterunt Reges iſti evertere remp. Judaicam, non ſolùm quia virginis filius Meſſias eſt venturus, propter quem & Tribus Juda & ſceptrum illius (ſeu gubernatio reip.) certò, ſecundùm promiſſionem Dei Gen. 49. 10. conſervanda; ſed etiam, quia brevi uterque ille Rex foret exſcindendus, antequam puellus iſte adoleſcat [d]. Porrò, vox הָרָה h. l. nec eſt verbum, *concipiet*, nec participium, *concipiens*, ſed [nomen] verbale, ſignificans *gravidam*, ut Exod. 21. 22. 1 Sam. 4. 19. Eſa. 26. 17. Jer. 31. 8. q. d. *Ecce, virgo gravida*, ſub. *erit*, ex Matt. 1. 23. Et verbum הָרָה non *concipere* ſign. ſed, *parturire*, ut Gen. 3. 16 †. ¶ *Et vocabitur nomen ejus*; ità Sy. וְקָרָאת וגו'] *Et vocabunt*, Ar. *vocabit*, Ch. Pi. V. ſub. *vocans*, i. e. qui illi nomen imponet [f]; vel, ſub. *Spiritus ſanctus* [g]; vel, ſub. *virgo* [h], ut percipitur tum ex cohærentia ſententiarum, tum à voce וְקָרָאת, quæ fœmin. eſt [i]. Al. *& vocabis*, M. P. Mo. JT. Ti. ο'. ſub. *ô virgo*, JT. vel, ſub. *tu mater*, M. Sed tunc ſub ת ſcriberetur Scheva [k], ſi 2. perſona eſſet; vel, ſi tertia, וְקָרְאָה [l]. Solebant apud Hebræos matres nomen imponere, Gen. 4. 1, 25. & 29. 32, &c. & 30. 6, &c. & 38. 4, 5. 1 Sam. 1. 20. 1 Par. 4. 9. & 7. 16. Al. Impoſitio nominum dominii & authoritatis indicium eſt, ut patet ex Gen. 1. 28. & 2. 19, 20. & 3. 16, 20. Unde & Principes nomina ſervis ſuis imponunt, 2 Reg. 23. 34. & 24. 17. Dan. 1. 7. Quare primarium nominandi jus in patre eſt, à quo nomina impoſita fuiſſe docent Gen. 5. 29. & 38. 3. & 41. 51, 52. 2 Sam. 12. 24. 1 Par. 7. 23. Et maternum nominandi jus à patre eſt, ejúſque conſenſu & conceſſione uſurpatur; ut ex eo patet, quòd, ubi diſcrepant parentes, paterna nominatio obtinet; ut Gen. 35. 18. Luc. 1. 60, 63 [m]. Quum ergò mater ſola eum nominet, ſequitur eum patre in terris caruiſſe [n]. Sed hoc magìs ſubtile quàm ſolidum videtur, nam & Joſepho hæc ejus nominatio adſcribitur Matt. c. 1. v. 21 [o]. ¶ *Emmanuel*, עִמָּנוּאֵל] *Immanuel*, V. Pi. &c. Sic vocatur filius Eſaiæ [p], à Dei auxilio Judæis ſub ejus pueri ortum adfuturo [q]. Significat nomen hoc

[t] Gom. ib.
[v] Calov.
[x] Ang. Pi. &c.
[y] Jun. paral. Ang. Hoomb.
[z] Hoomb. contra Jud. 3 1. 225.
[a] Ang.
[b] Calov.
[c] Calov. Hoomb. Pi. For. Ang. &c.
[d] Hoomb.
† Hoomb. ſim. Ang. Gom. For.
[f] Jun. paral.
[g] Pi.
[h] Pi. Calov. Ang. Gomar. Hoomb.
[i] Pi.
[k] Calov. ſimil. Hoomb.
[l] Ang.
[m] Gomar.
[n] Epiſcop. in Calov.
[o] Pi.

[p] Gomar.
[q] Pi.
[r] Pi. ſic For. Gom.
* V.
[t] For.
[v] Gom. Pi.
[x] Gom.
[y] Jun. paral.
[z] Gom.
[a] Hoomb.
[b] Gom.
[c] Hoomb.
[d] Gomar.
† Ang.
[f] V.
[g] He. in V.
[h] V. Pi.
[i] Pi.
[k] Pi. ex V.
[l] Q. in V.
[m] Ang.
[n] Calv.
[o] Ang.
[p] G. ad Matt. 1. 23. in Calov.
[q] Ca.

certum Dei auxilium contra Syros & Israelitas [r]. [Alii longè aliter.] Sign. *nobiscum Deus* *; à עִם *cum*, pronomine נוּ *nobis*, & אֵל *Deus* [t]. Periphrasis Christi [v], qui verè erat *Deus incarnatus, & habitans in nobis* [x], Joh. 1. 1, 14 [y]. & Deo nos reconcilians. Ità notatur simul ratio personæ, & officium [z]. Aperit hîc Propheta piis fenestram veræ liberationis & salutis. Significat beneficia Emmanuelis extendi etiam ad tempora incarnationem præcedentia. Moderatur autem sic sua verba, ut mysteria piis pandantur, & celentur ab impiis [a].

15. *Butyrum & mel comedet*] Ità Mo. P. Pi. &c. vel, *faciet ut comedamus*, JT. At in Hebræo non est *jaachel*, ab *heechil*, sed *jochêl*, ab *achal comedit* [b]. Sensus, Educabitur ut alii pueri [c]. His locutionibus declarat eum fore verum hominem, & non habiturum corpus phantasticum; nam comedet & bibet, &c [d]. Periphrasis pueritiæ; q. d. Cibo puerorum nutrietur, eadémque quæ illi appetet & vitabit. Aluntur pueri pinguibus & dulcibus, quæ sunt amica naturæ †. Butyrum apud nos talium cibus est, non item mel; quod tamen ibi erat in magna copia, Deut. 8. 8. & 32. 13 [f]. Al. Sensus est, Victus ei affluet. Hoc ideo dicit, quia ex obsidione famem sibi metuebant Judæi [g]. At plerique de Messia intelligunt, quod rectius & longè mirabilius est, eum scil. hominem fore, & mel comedere. Nonnulli, qui præcedentem versum unicè de Christo, hunc tamen de filio Esaiæ jam nato accipiunt [h]. Sensus, q. d. Nè puer quidem hic (nempe *Sear-Jasub* v. 3.) damnum accipiet ab istis Regibus, sed vivet, & invitis illis educabitur & grandescet [i]. Sed cohærentia verborum docet hoc etiam ad filium virginis pertinere, cujus ut humanitas & consueta educatio notatur, ità etiam patria terra (Judæa scil. quæ *fluebat lacte & melle*) & tenuis conditio: quippe tanta erat lactis & mellis ibi copia, ut etiam pauperes iis liberos nutrire potuerint [k]. ¶ *Ut*, &c. לְדַעְתּוֹ מָאוֹס וגו׳] *Ut* (vel, *antequam*, ο'. Ar. Calv.) *sciat* (nempe hic *puer*, JT.) *reprobare*, vel *spernere*, *malum*, &c. M. P. JT. For. Sed ל ineptè redditur per conjunctionem causalem *ut*; neque enim puer mel, &c. comedit hoc fine, ut sciat spernere, &c [l]. Sed non adeò ineptum hoc est [m]; neque *ut* hîc causam finalem, sed consecutionem, notat [n]. *Ut sciat*, &c. h. e. à consequenti, ut adolescat [o]. Defectiva est locutio, pro, *ut* adolescens *sciat*, &c. vel, *ut* adolescat *ad sciendum*, &c. quod, nisi vescendo, obtineri nequit [p]. Ætatem adultam consequi solet vis discernendi inter bonum & malum; sicut infantis periphrasis est, qui *dextram à læva haud internoscit*, Jon. 4. 11 [q]. Ad verb. *ad scire*, vel *scientiam, ipsius*, vel *suum*, i. e. ut sciat ipse, &c. Dicere poteris, *ut experiendo sciat*, vel *discat*, *reprobare malum*, &c. vel, [aliter,] *utpote qui sciat*, vel, *ut qui novit*, *reprobare*, &c [r]. Al. donec *sciat*, &c. Ch. Pi. G. Calov. BA. 2. 4. 12. 525. Gom. i. e. donec is puer ad usum rationis pervenerit *. Describitur enim prima infantia per ignorantiam boni & mali, Deut. 1. 39. ubi ostendimus sic & Homerum loqui. Sic cap. sequ. v. 4. *Antequam sciat puer vocare patrem suum*, &c [t]. ל hîc idem valet quod עַד, *usque ad*, seu *donec* [v]; vel, אֶל *ad*, *usque dum*, *donec* [x]. Sed non vidi exempla hujus acceptionis [y]. Verùm exempla dantur, tum in voce לְעוֹלָם, *usque in seculum*, tum etiam 2 Sam. 13. 2. *Amavit sororem suam* לְהִתְחַלּוֹת *usque ad ægrotare* [z]. *Malum & bonum* hîc intelligunt [vel, 1. physicè,] de cibis suavibus vel amaris ipsi oblatis: vide Gen. 3. 5. Prov. 25. 25. Cant. 4. 10 [a]. Sed hanc discretionem etiam infantes habent. Vel, 2. moraliter, de usu rationis ad discernendum [honestum & inhonestum,] quod fit circa 4. vel 5. annum. Confer Deuter. 1. 39 [b]. [Ca. locum sic exponit,] Is puer *butyro melléque vescetur, discendo*, (sic enim verto infinitivum subjunctum literæ ל per gerundium, ut sæpe fit, ut 2 Reg. 19. 3. Dan. 9. 10, 12.) h. e. eâ ætate quâ discitur, quid inter *bonum malúmque* interfit, videlicet infantiâ [c].

16. *Quia*, &c. כִּי בְּטֶרֶם יֵדַע הַנַּעַר וגו׳] *Nam* (vel, *Et quidem*, Calv. vel, *Imò*, sive *Quinetiam*, ut כִּי sit nota majoris, sicut 2 Reg. 18. 35. Prov. 2. 3. q. d. Isti Reges non solùm non occupabunt Regnum Judæ; sed, quod magis mirum videtur, ipsi suis Regnis brevi exuentur [d]. Vel, *Certè*, sive *Profectò*, ut suprà v. 9. & Esa. 5. 7 †.) *antequam* (vel, *quum nondum*, JT. Pi.) *sciat puer*, &c.] Vel, *hic puer*, JT. Pi. Nempe vel, 1. Christus, cujus incarnatio hîc nobis inculcatur; i. e. antequam assumpserit humanam naturam, in qua edet & bibet [f]. Sed absurdum est hanc promissionem de eversione Regnorum Syriæ & Samariæ, quæ proximè sequuta est, in 500 annos (i. e. in adventum Christi) protensam esse [g]. [Hanc tamen sententiam & alii sequuntur.] *Priusquam sciat puer*, &c. i. e. Priusquam sit vel nascatur, nempe Immanuel, hæc fient [h]. Ità mysterium tangit, ut statim ad sua tempora redeat: nec mirum; sunt enim in Scripturis propheticis multi loci obscuri, in quibus infideles Judæi per occasionem excæcantur, & fidelium diligentia exercetur, ut sæpe annotat Augustinus [i]. Sed tum quid magnum h. l. promittitur? & quis dubitaret hos duos Reges ante nativitatem Christi morituros? aut quid solatii hoc adferret Regi afflicto [k]? Vel, 2. Prophetæ filius [l], sive *Maher schalal hasch baz*, de quo Esa. 8. 3 [m]; vel, *Schear-jaschub* [n], quem hoc tantùm fine secum adduxerat. Vel, 3. puer [quivis, sive indefinitè sumptus,] ut הַנַּעַר sumitur Num. 11. 27 [o]. At ה hajediah hîc habet vim pronominis demonstrativi [p], ideóque certum puerum designat [q]. Atqui הַנַּעַר collectivè sumitur, ut ה sit quidem demonstrativum, sed ætatis, non autem certi pueri; tunc enim addidisset הַזֶּה. Quidam hanc sententiam cum proxima contexunt, quasi fieret ejusdem pueri mentio, & putant כִּי esse rationale, sive causæ redditionem. Sed si attentiùs expendatur Prophetæ consilium, facilè patebit, à generali doctrina, ad quam paulisper digressus fuerat, reverti ad præsentem causam. Postquam enim spem servandæ urbis fundavit in Mediatore promisso, jam quomodo servanda sit docet [r]. *Antequam sciat*, &c. q. d. ante biennium aut triennium, quo temporis spatio incipiunt pueri vel inter bonum & malum distinguere, vel à lacte amoveri. Vide 2 Maccab. 7. 27. & Vallesf. Sac. philosf. cap. 83. Certa itaque ætatis nota hîc proponitur pro certo temporis spatio; ut cùm dicimus, *non venit ad pubertatem, ad canos*, &c *. ¶ *Derelinquetur*, &c. תֵּעָזֵב הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אַתָּה קָץ מִפְּנֵי שְׁנֵי מְלָכֶיהָ] *Relinquetur* (vel, *deseretur*, V.) *terra*, sive *regio*, (nempe, *illa*, ο'. JT. Pi. h. e. Israelis [t]; vel, utraque [v], Israelis, sive Samariæ, & Syriæ [x],) *quam fastidis*, vel *detestaris*, (vel, *cujus causâ tædet te*, JT. vel, *à qua nunc abhorres*, V. sic Pi. deficit בַּעֲבוּר [y]: vel, *quam tu times*, ο'. vel, *à qua vexaris*, sive *molestiâ afficeris*, ut vox sumitur Exod. 1. 12. Numer. 22. 3. 1 Reg. 11. 25. respicit enim v. 6. ubi eadem vox activè usurpatur *: vel, *in qua tu compungeris*, For.) *à facie duorum regum suorum*, P. G. sim. Mo. vel, *ob duos reges ejus*, M. sic V. For. sim. Sy. qui scil. te obsident. *A facie*, pro, *propter*, frequens est Hebræis [z]. Vel, *à duobus regibus ejus*, sive *suis*, Ti. JT. Pi. Omnes quos vidi Interpretes illud אֲשֶׁר volunt esse patientis casûs, qui regatur à verbo קָץ, ideo vertunt, *derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum regum ejus*, i. e. propter duos Reges ejus. Nos אֲשֶׁר jungimus cum מְלָכֶיהָ: Hebræi enim dicturi, *cujus duo reges*, aliter dicere non possunt quàm, אֲשֶׁר שְׁנֵי מְלָכֶיהָ: itaque sic verto. *Deseretur* (nempe ab incolis, vide Esa. 6. 12 [a].) *terra propter cujus duos reges tu tædiosus*, seu *fastidiosus*, *es*; ad verb. *à facie duorum regum cujus*, i. e. ex phrasi Hebræorum, propter cujus duos Reges [b]. *Desolabitur terra cujus ob duos reges tu es anxius*, Ca. Reliqui, [ut notatum,] *derelinquetur —à duobus regibus suis*, Ang. sic Pi. nempe Pekaho & Retsine; idque per violentam mortem ipsorum. Complementum vide 2 Reg. 15. 30. & 16. 9 [c]. Intra biennium hoc factum docet collatio annorum regni Pekahi & Ahazi. Vide 2 Reg. 15. 27, 30. & 16. 1 [d]. Phacees huic tempori non totos tres annos supervixit †. Duos hos Reges terræ, Israeliticæ scilicet, vocat, non quòd duo simul regnarent, sed quòd unus indigena esset, alter confœderatus [f].

17. *Adducet*, &c.] Transit à promissionibus (quibus consolatur pios) ad comminationes adversùs impios, &c [g]. Nè superiore promissione insolescat Achaz, exitium ipsi denunciat [h], idque per Assyrios, quibus fretus erat, 2 Reg. 16. 7, 8. 2 Par. 28. 16, 21 [i]. & quos, dum fingit se Deum tentare nolle, in auxilium accersebat [k].

Quem

Margin notes (left): r G. * Pi. Ang. &c. t For. v Zuing in Marl. x Glass. gram. 4. 3. 18. 876. y Ang. Glass. z Pi. a M. b Pi. c Pi. sim. Zuing. Ang. M. V. d V. sim. For. Ang. † For. f Ang. g G. h Calov. i Jun. k Calov. l Pi. m Ga. ad. vers. c. 26. p. 291. n For. o Ga. ib. p Ang. q Ga. ib. r For. * G. sim. Pi. t G. v Pi. x Gomar. y For. z San. a Q. in Ang. b Ang. c Ca. d Pi.

Margin notes (right): † Ang. f V. g Calv. sim. Pi. h For. sim. Dionys. & Sà in San. i For. k San. l Pi. m San. h. l. & ad Esa. 8. 3. n Jun. Ang. o Ang. p Pi. q Q. in Calv. r Calv. * San. t Ang. v G. x V. Pi. G. y Pi. * Ang. z V. a Ang. b Di. c Pi. sim. Ang. d Ang. † G. f Ang. g Pi. h Calv. i Ang. k Calv.

Quem patronum advocas, hostem experieris infensissimum [l]. Quia non credebant promissioni, prædicit vastationem, &c [m]. ¶ *Super te*] Nam in vita ejus cœpit hoc fieri; 2 Paral. 28. 20 [n]. ¶ *Dies* (vel, *tempora*, JT. Pi. Sy. i. e. statum temporum, per metonym. subjecti, eúmque infelicem, per synecdoch. gen. Hebr. *dies*, i. e. calamitates [o]: malos dies, ut Ecclesf. 9. 12. & 12. 1. Amos. 5. 13 [p].) *qui* (vel, *qualia*, JT. Pi. Sy.) *non venerunt*] Ità P. Mo. &c. *qualia non fuerunt*, Ti. Ca. Mala nunquam audita [q]. ¶ *A diebus separationis*, &c.] i. e. Ex tempore defectionis decem tribuum à domo Davidis [r]: quâ graviorem plagam accipere non poterat; &c [†]. ¶ *Cum rege*, &c. "את מלך וגו [*Regem* (vel, *nempe regem*, M. P. Ti. sic Ca.) *Assur*, Mo. per appositionem cum voce *dies*. Sed dura est hæc constructio [t]. Vel, *per regem*, &c. JT. Pi. G. את, *cum*, hîc pro מאת, *de cum*, vel *à*, ut Gen. 4. 1. Sed quia præcedit, *à Jehuda*, clariùs hîc vertitur, *per regem Assur* [v], cui tu, Deo posthabito, confidis [x].

18. *Sibilabit* (vel, *evocabit sibilo*, Ca. sim. Ti. Malim, *fistulabit*, ut pastor ovibus facit, & nos procul stantibus [y]:) *Dominus muscæ*; ità M. P. Mo. &c. vel, *muscas*, Ca. vel, *ad muscas*, JT. Pi. Hebr. *muscam*, collectivè [z]; ישרוק יהוה לזבוב [*Adsibilabit*, &c. For. ¶ *Quæ est in extremo fluminum Ægypti*; sic M. P. Mo. "אשר בקצה וגו [*Usque ab extremo flumine Ægypti*, Ca. Abundat Ægyptus variis rivulis Nili quibus alluitur [a]. *Qui dominabitur parti fluminis Ægypti*, o'. Cæterùm cùm non legimus Ægyptios unà cum Assyriis invasisse Jehudam, locus hic variè exponitur [b]. Vel, 1. de ipsis Ægyptiis, qui sub Pharao Necho Judæam invaserunt 2 Reg. 23. 33 [c]. Hi autem *muscæ* vocantur, vel, 1. à multitudine eorum qui venirent, instar muscarum, Exod. 8. 21. &c [d]; vel, 2. quòd Ægyptus muscis abundabat, quòd lutosa esset regio & calida [*]; vel, 3. propter sordes idololatriæ; vel, 4. quòd essent imbellis populus [f]; vel, 5. quòd musca animal est inverecundum, tales autem Ægyptii [g]. Vel, 2. de gentibus aliis Ægypto vicinis [h]: de accolis Ægypti, Philistæis & Edomæis sub Achazo, 2 Par. 28. 17, 18 [i]. Non loquitur de Ægyptiis, neque enim dicit, *quæ est ad flumina Ægypti*, sed, *quæ est in extremitate fluminum*, &c. Sunt autem illorum extremitates duæ; 1. quâ desinunt in mare, 2. quâ oriuntur. Locus hic accipi potest vel de posteriore [k]; vel de priore, ubi Nilus se findit in varios rivos, Esa. 11. 15 [l]. Fortè intelligendi hîc sunt populi quos Rex Assyriæ bellum inferens Judæis in exercitu suo habuit [m]. Nec improbabile est Assyrium, qui Ægyptum partésque adjacentes subegerat, multos indè adduxisse, qui sibi servirent & militarent in Judæa. Vide 2 Reg. 24. 2, 7. Esa. 20. 4 [n]. ¶ *Et api* (vel, *ad vespas*, Sy. vel, *ad apes*, JT. Pi. &c.) *quæ est in terra Assur*; sic M. P. Mo. &c. "לדבורה וגו [*Apes* hîc vocat vel Assyrios [o], sub Sennacheribo [p]; vel Chaldæos [q]: idque propter, 1. copiam, sive multitudinem [r]; 2. peritiam militandi, & decentem aciei instructionem [†]; 3. impetum & vim nocendi [t]. Apes pungunt; quod muscæ non faciunt [v]. Apes in tenui corpore ingentes habent animos; unde & vastissima aggrediuntur animalia, & equos ab iis occisos narrant Arist. Hist. 9. 40. Plin. 11. 18 [x]. Apes ferociores sunt quàm muscæ. Vide Deut. 1. 44. Psal. 118. 12 [y]. Insuper Assyrii & Persæ sagittis utebantur, quæ aculeis apum assimilantur [z]. Credo דבורה etiam *vespas* complecti, quæ acerrimè pungunt [a]. Porrò, quòd Deus hîc *sibilare* dicitur *ad muscas* & *apes*, metaphora sumitur, inquit Cyrillus, à mellariorum consuetudine, qui sibilis muscas [sive apes] ab alvearibus in agros evocant, & iterum reducunt [b]. At apes auditu carere ait Philosophus 1. Phys [c]. Sed ego locum non reperio. Quin Hist. 9. 40. eas manè ad opus sono excitari, & ad vesperam altero sono edito ab opere revocari, dicit: (quod & Plinius asserit 11. 10.) quanquam, ut verum fatear, rem ibi in incerto relinquit. Apes gaudent tinnitu æris, vel concinno manuum plausu, aliôve sono canoro & harmonico, eóque convocantur. Vide Colum. 10. 7, 12. Ælian. 5. 13. Didymum Geoponicon lib. 15. Virgil. [Georg.] Ovid. Fastorum v. 739. Lucan. l. 9. versu 288 [d].

19. *Et venient*] Scil. muscæ & apes illæ [*], quæ statim, Deo sibilante, adsunt [f]. Obedient Domino, cui tu obedire noluisti [g]. ¶ *Requiescent*; ità M. P. Mo. &c. ונחו [*Et habitabunt*, Ch. vel, *consident*, Ca. sic Sy. Ar. Castra ponent, ut suprà v. 2 [h]. Occupabunt omnia [i]. Securi quiescent [k]. ¶ *Omnes*] Nemo aut subducet se operi [l], aut in itinere deficiet, ut Esa. 5. 27 [m]. ¶ *In*, &c. בנחלי הבתות [*In vallibus* (vel, *torrentibus*, P. Mo. For.) *desolationum*, sive *vastitatum*, sive *desertorum locorum*, M. JT. Pi. Mo. P. V. vel, *desertis*, Ti. V. Ca. vel, *agri*, G. vel, *vallium*, vel *excavationum*, h. e. excavatis [n]; ut solent muscæ [o], quæ in humilibus & aquosis locis redundant. Valles hîc intellige antè fertiles, sed tandem bello vastandas [p]. *In plateis civitatum*, Ch. ¶ *Et in cavernis* (vel, *scopulis*, Mo. vel, *foraminibus*, V. Ang. vel, *projecturis*, JT. Pi. vel, *cavis*, Ar. Ca. For.) *petrarum*; ità o'. M. P. Ti. &c. ut solent apes [q]: ובנקיקי הסלעים [Urbes in montibus aut scopulis sitas intelligit [r]. Significat nullum locum abditum vel tutum fore. Vide Esa. 2. 10, 19, 21. Jer. 9. 21 [†]. ¶ *Et in*, &c. ובכל הנעצוצים [*Et in omnibus spinetis*, M. P. vel, *spinis albis*, Mo. vel, *caudicibus*, Ca. *virgultis*, JT. Pi. vel, *contignationibus*. עץ est *arbor*; עצה *spina dorsi*, quòd sicut arbor ramos, ità illa costas, extendat [t]. Vel, *casis*, Ti. vel, *biatibus*, Ar. vel, *frutetis*, Vulg. G. Ubi insidiæ poni solent [v]: ubi muscæ congregantur. Vox vilem aliquam plantam significat, ut patet ex Esa. 55. 13 [x]. ¶ *Et in universis foraminibus*] Legit Vulgatus נחלים, à חלל *perforare* [y]. At error is erat Interpretis, (qui deceptus est literarum ה & ח similitudine,) non codicis Hebraici [z]. ¶ הנהלולים [*Arboribus vilibus*, P. Mo. vel, [contrà,] *laudatis*, JT. Pi. Verbum הלל sign. *laudare*, &, per antiphrasin, *vilem esse* [a]. Sed non producunt locum ubi vel nomen vel verbum sic usurpatur. Significat quidem *insanire*, Ecclesf. 2. 2. non tamen per antiphrasin, sed per excessum, quia in excessu gloriationis homo insanus vel fit, vel esse videtur [b]. *Dumetis*, M. V. Pagos intelligit, qui spinis & dumis cingi solent [c]. *Foraminibus*, Ca. G. ex o'. Hîc redit ad apum similitudinem [d]. *Testudinibus*. Domus aut contignationibus, aut testudinibus, supernè constant [*]. *Domibus laudis*, Ch. *palatiis*, Ti. Posset prior vox referri ad humiles domos, quæ quædam tantùm contignationes videntur; posterior, ad palatia [f]. Sensus versûs, In omnibus locis considebunt hostiles exercitus, humilibus & altis, obscuris & illustribus [g], foris & intus, in agro & urbibus, in domibus pauperum & palatiis Regum, in [locis] naturâ & arte munitis [h]. Significat nullam illis latebram, nullum effugium, fore [i].

20. *Radet*] Non dicit, *abscindet*, vel *detondebit*, &c. sed, *abradet*, ut Ezec. 44. 20. 1 Cor. 11. 6 [k]. Quæ falce demetuntur relinquunt post se truncos & stipulas; quæ raduntur nè vestigia quidem ablatarum rerum retinent, sed penitùs spoliantur [l]. Judæam hîc comparat humano corpori [m]. ¶ *In novacula conducta*; ità o'. M. Mo. &c. *conductitiâ*, P. Ca. vel, *mercenariâ*, JT. Pi. השכירה [*Conductionis*, i. e. optimâ & acutissimâ: nam quæ conducimus optima esse solent, & ad rem gerendam accommoda [n]. Vel, significat atrocitatem cladis: qui enim equo aut gladio conductitio utitur eo liberiùs utitur, nec parcit ut suo [o]. Al. *conducta*, idque vel, 1. à Deo, q. d. quem Deus magna mercede prædæ illexit [p], & adduxit in Judæam [q]; vide Ezec. 29. 18, 19 [r]: vel, 2. à Rege Ahazo, ad ipsum defendendum, &c. 2 Reg. 16. 7, 8 [†]. Innuitur hîc pœna talionis; q. d. Per eum cui confidis punieris [t]. ¶ *In*, &c. בעברי נהר [*In trans flumen*, Mo. *transfluviali*, JT. Pi. Hebr. quæ est *in transitibus fluvii*, i. e. in locis sitis trans fluvium [v]: nempe (appositio, & ellipsis particulæ exegeticæ, vide v. 17 [x].) *transfluvianis*, Ti. sim. Ar. Heb. *juxta transitus*, (ut Jer. 22. 20.) vel *latera*, (ut Jer. 48. 28. & 49. 32.) *fluvii*, i. e. ab his qui circa eum habitant [y]. *Id est, per eos qui trans fluvium incolunt*, Ca. *In iis* qui venient de regionibus quæ sunt *trans flumen*, P. In exercitu qui veniet à regione quæ est ad latera fluvii [z]. *Fluvius* hic est vel, 1. Nilus, de quo v. 18 [a]; vel, 2. Euphrates [b]. *In accolis Euphratis*, Q. in V. qui Assyriam à Syria discernit [c]. Utitur autem numero plur. [עברי,] quia Euphrates est longus & anfractuosus, ità ut complures transitus habeat, ubi scilicet trajiciatur [d]. Hæc novacula non est alia

Left margin notes: l T. — m For. — n Ang. — o Pi. — p Ang. — q G. — r Ang. sic Pi. — † Calv. — t Ang. — v Pi. — x G. — y Ang. — z Pi. Ang. — a V. — b Musc. — c Ang. sic G. — d Ang. — * Calv. — f Glass. rhet. 1. 11. 333. ex Hieron. — g G. — h Q. in Ang. — i Jun. — k Musc. — l Q. in Ang. — m Pi. — n Ang. — o Oecol. G. &c. — p G. — q Pi. BA. &c. — r Pi. Ang. — † Pi. — t Pi. sim. Ang. &c. — v G. Ang. — x BA. 2. 4. 10. 509. — y Ang. — z Glass. rhet. p. 333. — a For. — b BA. ib. 506. — c Q. in BA. — d BA. ib. — * Pi. V.

Right margin notes: f Ang. — g Calv. — h G. — i Ang. — k Calv. — l Ang. — m Oecol. in Marl. — n For. — o G. sim. For. A g. — p Ang. — q G. sic V. Ang. — r V. — † Ang. — t For. — v G. — x Ang. — y Capel. crit. — z Burr. vind. 2. 11. 771. — a Q. in Ang. — b Ang. — c V. — d G. — * For. — f For. — g Pi. — h For. — i Calv. — k Ang. — l Musc. in Marl. — m G. — n V. — o Calv. — p G. sim. M. For. — q Me. — r Q. in Ang. — † Pi. Glass. rhet. 1. 12. 407. Ang. — t Pi. sim. Ang. — v Pi. — x Ang. — y Ang. — z V. — a Q. in Ang. — b V. Pi. Ang. Me. — c Pi. Ang. — d i.

aſia quàm hi duo Reges, Ægyptius & Aſſyrius *. [Di. locum ſic reddit, *Radet—novaculâ conductâ in ulterioribus fluvii.*] ¶ *In* (vel, *cum*, M.P.) *rege Aſſyriorum*; ſim. Mo. M. P. בְּמֶלֶךְ] *Rege*,&c. Ti. JT. Di. ב in בְּמֶלֶךְ idem eſt quod in בְּתַעַר [f]. *Rege* ſcilicet; appoſitio [g]. *In exercitu regis*, &c. V. Cœpta hæc abraſio à Tiglath-pileſer, 2 Reg. 16. 8. 2 Paral. 28. 21. continuata per Senacherib & Eſarhadon, 2 Reg. 18. 13, 16. 2 Par. 33. v. 1, &c. completa per Nebuchadn. 2 Reg. 24. & 25. qui hîc præcipuè reſpicitur, dictúſque eſt potiùs *Aſſyriæ* quàm *Chaldææ* Rex, quanquam utriuſque dominus eſſet, tum quia Monarchia eo nomine tum vocata eſſet; tum ut Divinam retaliationem Ahazo factam ſignificaret[h], [ut antè notatum.] ¶[*Caput*] Ità P.Mo.&c. i.e. comam [i], vel pilum capitis, ut Num. 6. 9. univerſum, nec tantùm nonnullos ejus cincinnos, ut Jud. 16.19. Id quod gravius erat, quia non ſolùm ornamento erat, ſed etiam munimento, maximè illis temporibus, cùm nudis capitibus incedebant; (ut ex Græcorum & Latinorum monumentis conſtat, quò etiam alluditur 1 Cor. 11. 4,7.) &, cùm opus erat, v. g. in pluvia, caput tantùm parte togæ operiebant. Et videtur hic fuiſſe mos Judæorum, quia *opertio capitis* eſt luctûs indicium, 2 Sam.15. 30. Nihilominus conſule Ezec. 24. 17. quod ulteriorem poſtulat diſquiſitionem [k]. ¶ *Et pilos pedum*] Ità P. Pi. ο'. &c. vel, *crurum*,Ca. [JT. hoc cum præcedente verbo ſic reddit, *Pilum capitis & pedum.*] Heb. *caput & pilum pedum*; hypallage *. [Senſus hujus & præcedentis membri,] Summos pariter & imos malè mulctabit, nemini parcens [l]. q. d. Omnia nudabit, à capite ad calcem [m]. Al. *pilos pedum*, i.e. pubem [n]. Honeſto vocabulo rem turpem ſignificat [o]. *Pedes* σεμνῶς Hebræi vocant τὰ αἰδοῖα, ut notatum aliquoties [p]; ut urinam vocant *aquam pedum* [q]. Vide ad Eſa. 6. 2. & Ezec. 16. 7, 25 [r]. Veteres Hebræi cæſariem radebant & pubem †, in leproſis & Levitis cùm purificarentur. Vide Levit. 14. 8, 9. Num. 8. 7 [t]. ¶ *Et*, &c. וְגַם אֶת־הַזָּקָן תִּסְפֶּה] *Et etiam* (vel, *ſed &*, M.) *barbam* (vel, *barbam ipſam*, JT. Pi.) *abſumet*, ſive *conſumet*, V. Mo. JT. Pi. vel,*auferet*, ο'.Sy. *detondebit*, Ar. Ti. ſic Ca. vel, *exterminabit*, M. vel, *barba abſumetur*, P. quæ alioqui radi non conſuevit ab Hebræis, quibus maximo in pretio erat [v], utpote & ornamentum, & argumentum virilitatis. Vide Lev. 19.27. 2 Sam. 10. 5 [x]. q.d. Omnia ornamenta reip. auferet [y]. *Capilli capitis* ſunt duces; *pubes* ſunt milites gregarii; *barba*, Rex Sennacherib à filiis occiſus, 2 Reg. 19. 37. q. d. Tam facilè perdet Dominus Aſſyrios tempore Ezechiæ quàm facilè novacula dejicit cæſariem, pubem & barbam [z]. Sed præſtat de populo Judaico hoc interpretari [a]. *Caput* hîc ſign. Regem & Principes, Eſa. 9. 15; *barba*, ſacerdotes, Pſal. 133. 2; *pedes*, vulgum, Jud. 4. 10. & 8. 5 [b]. Hâc metaphorâ indicat omnia eſſe delenda, neque parcendum Principibus, nec mediis, nec infimis [c]; & tollendum quicquid ipſis aut honori fuit, aut ſaluti ſive uſui [d]. Ut abſoluta ſecuritas illâ phraſi ſignificatur, *nec pilus capitis peribit*, Luc. 21. 18. ità hâc phraſi abſoluta vaſtatio notatur; q.d. Nè pilus quidem reliquus erit, ut in abraſione leproſi faciendum notant Rabbini *.

21. *Et erit in die illa*, *nutriet* (vel, *vivificabit*, Mo. i.e. vivam ſervabit, ut Pſal. 22. 30. vel, *ſervabit*, ut Deut. 20. 16. reliquis ab hoſte abſumptis [f]. Sed malo, *nutriet*, vel *conſervabit*, nempe in cibum, hinc dictum מִחְיָה, Gen. 45. 5. Jud. 6. 4. non ad arationem [g]. Vel, *ut nutriat*, Ti. Calv.) *homo* (vel, *vir*, Ti. V. nempe ditiſſimus [h], ut אִישׁ ſæpe ſumitur; quod tamen generaliùs hîc accipio, pro, *quicunque*, vide Eſa. 2. 9 [i].) *vaccam* (vel, *vitulam*, P. Mo. V. vel, *buculam*, Ca. Ti. JT. Pi.) *boum* (vel, *bovis*, Mo. vel, *armenti*, M. Calv. vel, *armentariam*, JT. Pi. ſive quæ in armento verſari ſolet [k]; vel, filiam *bovis*, P. V. i. e. juvencam [l],) *&* (vel, *aut*, V.) *duas oves*; ità ο'. &c. יְחַיֶּה אִישׁ עֶגְלַת בָּקָר וגו'] [Alii hunc verſum cum ſequente continuant, & locum ſic reddunt,] *Eritque in tempore illo, ut qui aſſervaverit*,&c. JT. vel, *cùm aſſervaverit aliquis*, &c. Pi. ſim. Sy. *Atque ità fiet ut ſi quis alat*, &c. Ca. Verſ. 22. *Erit*, vel *Fiet*, *inquam*,&c.JT.Pi. &c. [Locum variè explicant.] 1.Promittit mitigationem pœnarum [m], vel futuram felicitatem poſt liberationem à Rege Aſſyriorum; q. d. Exiguo grege facilè quis vitam tuebitur, & omnibus cibis delicatis abundabit [n]. Sed hic ſenſus contextui non quadrat [o]. 2. Graphicè hîc depingit ſtatum regionis vaſtatæ [p]: q. d. Qui nunc terram centum aratris colit, vix vaccam habiturus eſt, &c [q]. Non tunc agrum agro copulabunt, ut antea; non equos, canes, &c. nutriet vir, qui clarior fuerit: ſed gaudebit ſibi relinqui vaccam & duas oves, ſpem gregis, quibus miſeram vitam alere poſſit [r]. Deſignatur regionis ſolitudo †. Pauci reſtabunt in terra à Sennacheribo deſolata homines, qui non armenta habebunt, ut antè, ſed buculam unam, &c. unde tamen plurimum lactis proveniet, quia omnis ager erit paſcuus, & omnibus patens ob hominum infrequentiam. Sic & apes latiſſimè vagabuntur [t]. Uberrima erunt paſcua, quia, cùm caret terra cultoribus, ſylveſcet ager, qui ad ſatum priùs colebatur: unde & paucæ pecudes, egregiè paſtæ, plurimum lactis ac butyri reddent [v]. Vel ſic, Quæ ſupererunt familiæ adeò paucæ erunt, ut illas recenti lacte ad ſatietatem alat una vacca, &c [x].

22. *Et præ*, &c. וְהָיָה מֵרֹב עֲשׂוֹת חָלָב] *Et erit*, vel *fiet*, (vel, *Erit*, *inquam*,JT. Pi. Heb. *Et fiet*; epanalepſis [y],) *præ copia*, ſive *multitudine*, *præbiti lactis*, JT. Pi. ſim. Sy. Heb. *faciendi* (vel, *facere*, Mo.) *lac*, Pi. V. vel, *lactis quod faciet*, P. vel,*educet*, ſub.ipſe *homo* [z]; vel, *quam* [nempe *copiam*] *facient*,M.V. vel, *reddent*,V.Ang. ſub. *vacca illa & duæ oves*, V. ſimil. For. Sic *facere fructum* & *vinum*, pro, reddere fructum & vinum. Vide Eſa. 5. 2, 10 [a]. Vel, *propter multam facturam lactis*, For. ¶ *Comedet butyrum*] Nempe ad ſaturitatem; quippe cùm non ſit habiturus cui vendat, &c [b]. Senſus, Præ ſolitudine pecora ubique libere paſcentur, & ideo pingueſcent, tantúmque reddent lactis, unde butyrum fiat,&c [c]. ¶ *Butyrum enim & mel*, &c.] q.d. Paſcentur eis quæ ultro fundit terra, non eis quæ ex cultorum induſtria proveniunt [d]. Victus illis erit vulgaris & ruſticus, (qualis eſt lac, butyrum, &c. nec non mel, quod ibi in magna copia erat, & vel in ſylvis fluebat; vide Matt. 3. 4. Marc. 1. 6.) loco carnis, frumenti, fructuum, &c *. Nihil hoc ſignificat niſi incultos agros, & omnia in ſaltum redigenda [f]. [Al. ſic;] Ità fiet ut *butyrum* eo lacte confectum, & eâdem ratione *mel*, (nam & mellis copia eſt cùm eſt pabulum, quippe abundantibus floribus,) in hanc urbem importentur, (id quod nunc prohibet obſidio,) iiſque nutriri poſſit is puer qui eſt adhuc in utero: ut intelligatis quàm brevi ſit vobis adfutura ſalus [g].

23. *Omnis locus*, &c. יִהְיֶה כָל־מָקוֹם אֲשֶׁר יִהְיֶה שָׁם אֶלֶף גֶּפֶן בְּאֶלֶף כֶּסֶף לַשָּׁמִיר וְלַשַּׁיִת יִהְיֶה] *Erit* (vel, *erit*, inquam, P. *ut ſit*, M. vel, *ut vertatur*, Ti. Sy. Ar.) *omnis locus quo fuerit ibi* (vel, *in quo*, ſive *ubi*, *ſunt*, vel *fuerant*,) *mille* (i. e. multæ [h]) *vites in* (vel, *pro*, P.) *mille* (vel, adæquatæ *mille*, M. vel, coemptæ *mille*, Ti. Ar. ſim. Sy.) *argenteis* (ſub. *nummis*, Ti. vel, *ſiclis*, V. Pi. ſic JT. Angl. vel, *minis*, V. Vineta quæ ſingula mille ſiclorum mercede locabantur, i. e. optima vineta; vide Cant. 8. 11 [i].) *in veprem & in ſentem erit*, Mo. vel, *ſit*, inquam, *in ſenticetum & vepretum*, JT. Pi. *in ſpinas & vepres*, M. ſim. Ti. Obſitus erit ſpinis & vepribus. Vel, 1. ob diutinam Sennacheribi obſidionem. Maximam felicitatem (quæ erat ante obſidionem) ſequetur maxima deſolatio; & tandem illi ſqualori ubertas maxima ſuccedet [k]. In tantam per Aſſyrios redigentur ſolitudinem, ut etiam culta loca *vepribus & virgultis* præ vaſtitate repleantur [l]. Vel, 2. ob colentium penuriam [m].

24. *Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc*; ſic ο'. יָבוֹא שָׁמָּה] *Ingredietur*, vel *veniet*, vel *venturus eſt*, *illuc*, M. P. Mo. Pi. &c. ſub. *aliquis*, Pi. vel, *agricola*, V. *Adeò ut——eò veniatur*,Ca. vel,*eundum erit*. Perſona 3. fut. imperſonaliter accipienda eſt,ut ſæpe ſolet; i.e.cuivis illuc ire licebit [n]. *Ibunt illuc*, Ch. ubi ſcil. agri priùs culti & fertiles erant [o]. Idque, vel, 1. venationis causâ [p]; vel, 2. metu ferarum [q], aut ſerpentium [r], ut ſequens clauſula oſtendit †: unde nemo niſi armatus eò audebit procedere [t]. Vel, 3. ob hoſtes [v], vel latrones illic deliteſcentes [x]. ¶ *Vepres enim——erunt*, &c.] i. e. Occupabunt totam terram [y]. Ità opportuna erunt

feris

* T.
[f] Di.
[g] Pi.
[h] Ang. ſim. Pi.
[i] G.
[k] Ang.
* Jun.
[l] Pi. ſim. Glaſs.
[m] Ang.
[n] V. G.
Ang. Ga. San.
[o] V.
[p] G.
[q] V.
[r] Ang.
† V. Ang. ex He.
[t] Ang.
[v] V.
[x] Ang.
[y] Pi.
[z] V.
[a] Marl.
[b] Ang.
[c] San.
[d] San. Ang.
* Ang.
[f] Q. in Ang.
[g] Ang.
[h] V.
[i] Ang.
[k] Pi.
[l] V.
[m] Q. in Calv.

[n] V.
[o] Calv. ſim. San. Ang.
[p] Calv.
[q] Oecol. in Marl.
[r] Calv.
† San. ſim. For. Ang.
[t] G.
[v] San. ſim. For.
[x] San.
[y] Pi.
[z] For.
[a] Ang.
[b] Pi. ſim. Ang.
[c] Ca.
[d] San.
* Ang.
[f] For.
[g] Ca.
[h] Pi.
[i] G. ſic Ang.
[k] V.
[l] Ca. ad v. 13.
[m] G.
[n] For.
[o] Calv.
[p] For. Calv. San.
[q] V. Ca. G. San. Ang.
[r] V. Ang.
† Ang.
[t] G.
[v] Calv.
[x] T.
[y] V.

feris loca. Vide Exod. 23. 29. Esa. 13. 21. Vide & comminationes Gen. 3. 18. Levit. 26. 22 [z].

25. *Et*, &c. וְכֹל הֶהָרִים אֲשֶׁר בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן] *Et* (vel, *Sic &*, Ti.) *omnes montes* (vel, *Ad omnes verò montes quod attinet*, Pi. sim. Calv. In omnibus autem montibus [a],) *qui sarculo*, vel *ligone*, *sarrientur*, P. Mo. vel, *sarriebantur*, Ti. Pi. vel, *fodiuntur*, M. vel, *excoli solent*, V. i. e. Loca fertilissima in montibus, quæ diligentissimè coli ac sarculo purgari solebant, nè quid usquam noxii resideret [b]. Periphrasis est vinearum & hortorum, in quibus sunt plantæ fructiferæ, quæ solent semel atque iterum fodi, & in monticulos redigi, juxta agriculturæ præcepta [c]. ¶ *Non veniet* (vel, *intrabit*, Sy.) *illuc terror* (vel, *timor*, P. Mo. &c.) *spinarum & veprium*, לֹא תָבוֹא וגו'] Non nascentur spinæ aut vepres [d]. Significat h. l. mutationem in melius: q. d. Loca priùs, sine magno labore, sterilia, nunc ab illis impedimentis, vepribus, &c. quæ alia loca infestabunt, immunia erunt, & fertilia evadent, adeò ut in pecorum pascua cedant *. Sed repugnat hoc scopo Prophetæ, & sermoni præcedenti [f]. Si tamen mysterium hîc subesse velis, dicas loqui Prophetam de ubertate illorum locorum quos reliquiæ colent: solent enim homines ad montes confugere tempore belli, & illic nonnihil agriculturæ operam dare. Illa igitur, inquit, loca à spinis immunia erunt; quinimo adeò luxuriabunt, ut necesse sit boves eò immittere. Quæ de prosperitate spirituali credentium Judæorum intelliguntur. Sed præstat omnia in malam partem interpretari. *Non venit illuc*, &c. i. e. quò timor veprium non solet venire, sive quæ tuta solent esse à vepribus, erunt in vepricetum, &c [g]. Al. *Non veniet illuc præ timore sentium*, &c. Pi. Ellipsis præpositionis [h], ut Mal. 2. 5 [i]. q. d. Monticuli illi qui priùs accuratè custodiebantur, & fodiebantur in hortos, vineas, &c. 1 Reg. 21. 2. Luc. 13. 8. vepribus adeò obsiti erunt, ut nemo eò ingredi audebit [k]. Sed quomodo tunc boves eò immitterentur [l]? ¶ *Et erit*, &c. וְהָיָה לְמִשְׁלַח שׁוֹר וּלְמִרְמַס שֶׂה] *Et erit* (vel, *Sed erunt*, P.) *in missionem* (sub. *pedis*, V. vel, *in emissionem*, sive *immissionem*, For. Ang. vel, *in pascuum*, P.) *bovis*, *& in conculcationem pecoris*, Mo. P. *Sed erit ut illuc mittantur boves*, *& conculcentur à pecoribus*, M. sim. V. Ti. Idem sunt *missio pedis*, & *conculcatio*: i. e. illic pascentur armenta & pecora. q. d. Tempore obsidionis tota planities terræ Judæ desolata erit, plena spinis, &c. at montium fertilium vertices non erunt obsiti spinis; cùm talia loca tempore belli soleant coli ab iis qui in ea se receperunt metu hostium. Propterea, obsidione solutâ, erunt bobus & ovibus in locum pascuum, cùm in planis locis ali non poterunt ob vastitatem [m]. *Sed erit* (sub. *unusquisque illorum*, nempe montium, *locus*) *quò immittantur boves*, &c. h. e. erit talis ut eò possint immitti boves, &c [n]. Hîc Propheta pugnantia loqui videtur: hactenus de vastitate terræ loquutus est; nunc ait, ubi vepres erant, boves pascua habituros. Hinc ad consolationem populi quidam hoc traxerunt. Sed longè aliud est consilium Prophetæ. Nam significat montes, priùs solitarios, horridos & inaccessos, à vepribus immunes & compascuos fore, quoniam incolis abundabunt, qui, mortis metu, & quòd nullus alius in regione locus tutus sit, eò confugient, & ibi sedem figent; id quod statum miserrimum indicat [o]. [Alii totum sic reddunt & intelligunt,] *In omnes verò illos montes, qui sarculo sarriendi fuissent*, (i. e. incultos, periphrasis [p],) *non adveniet eò timor sentium & veprium*, (i. e. non defugietur locus ullus qui nunc planè videtur horridus, sed, utcunque nunc horreat, præ aliis locis tum amœnissimus videbitur; tam acerba erit in hanc regionem Dei maledictio †:) *sed erit locus quo emittatur bos*, &c. i. e. totius regionis pascuosissimus & feracissimus habebitur *. Al. Sensus hic esse possit, Loca illa quæ in monticulos sarculari solebant, non erit cur quispiam timeat illuc ingredi propter vepres & sentes, quibus circumvallari solent: patebunt enim bobus & pecudibus. Sed prior sensus [suprà productus] minùs nodosus est [q]. Al. *Et omnes montes, qui sarculo sarrientur*, (h. e. qui segetibus conseri, adeóque sarculis sarriri, atq; à noxiis expurgari, solebant, ubi sarculis evelluntur vepres, si qui nascuntur,) *quò non veniet metus vepris & sentis, erunt in missionem bovis, & in conculcationem pecudis*. Dixerat v. 23, & 24. vineta in spineta fore convertenda: jam inquit, nec montes desolationem hanc evadent; si enim à vepribus nullus [sit] metus, immittentur armenta, &c. quæ segetes depascent & conculcabunt. לֹא תָבוֹא שָׁמָּה, pro, אֲשֶׁר לֹא תָבוֹא שָׁמָּה; deinde, ו in וְהָיָה non copulativum, sed illativum, est, Latinè redundans [r]. [Ca. versum sic reddit, *Ut montes omnes qui ligonibus coluntur præ vepribus & virgultis sint inaccessi, atque à bobus pervadantur, & à pecore terantur*.] Al. Expendendum eruditis relinquo, annon locus sic reddi possit, *Et super omnes colles, qui sarculo* vel *ligone fodi* solebant, ut *nullus timor vepris aut spinæ eò veniret, erit etiam locus ad missionem boum*, &c. Unica hujus versionis difficultas est in ellipsi particulæ *ut*, finem sive eventum significantis; quæ tamen ellipsis frequens est & in Hebræo, ut Esa. 5. 11. & 10. 2. Hos. 1. 6. & in Græco textu, Rom. 8. 29. 1 Cor. 1. 8. Jac. 2. 5. Sensus, Colles illi quos divites usui suo vel voluptati muniverant, dejectis illis sepibus sive munimentis, patebunt bobus, &c †. Passim ibi vagabuntur boves & pecudes, ut solent in locis incultis & incustoditis. *Terrorem* vocat sepes è vepribus & sentibus, quæ aditum ad agros arcent [t]. Montes olim vitiferi, qui non aratro, sed sarculo, proscindebantur, quíque sedulò à colonis septo spineo cingebantur, disjecto jam ab hoste septo, nemini ampliùs erunt terrori, quò minùs eò libere quivis irrumpat, etiam boves & alia pecora, quibus servient pro pascuis [v].

[z] Ang. [a] V. [b] G. [c] For. [d] V. * He. in Ang. [f] Ang. [g] For. [h] Pi. [i] Ang. [k] Q. in Ang. [l] Ang. [m] V. [n] Pi. [o] Calv. [p] Jun. † Idem. * Id. [q] For. [r] D. † Ang. [t] G. [v] T. ex San. sim. Me.

CAP. VIII.

1. ET *dixit*, &c.] Alia hæc est prophetia [a], cujus argumentum idem quod superioris [b], nempe de propinqua vastatione Syriæ & Samariæ [c]. Verùm quia ad Jehudam præcipuè missus fuerat, ad Judæos statim redit, & eos, quia non credebant de exterminandis hostibus differenti, interituros quoque prædicit, sed non omnino delendos [d]. Miscet hîc consolationes, ad sustentationem fidelium sub his ærumnis *. ¶ *Sume tibi librum grandem*, גִּלָּיוֹן וגו'] [Variè reddunt.] *Tabulam*, Ch. Q. in Angl. ut Esa. 30. 8. Hab. 2. 2. nempe lapideam, vel marmoream, vel plumbeam, quia ei inscribere vel insculpere ipsum jubet, non calamo, sed stylo [f]. Sed, 1. nusquam legimus Prophetas conciones suas sic insculpsisse. 2. חֶרֶט, ut *stylum*, ità etiam *calamum*, significat, ut postea dicetur [g]. Al. *paginam*, Ti. G. quæ & convolvi & evolvi possit [h]: *tomum*, *&c. volumen*, Sy. Ar. M. P. Mo. Ang. JT. Pi. Ca. For. à verbo quod *apertionem*, vel *apparitionem*, vel, ut alii, *convolutionem*, notat. In libro autem expressa apparent quæ alioqui latebant [i]. Dicit, *grandem*, vel *magnum*, tum quia prolixa erat prophetia quæ ei inscribenda erat [k]; tum quòd exaranda erat grandibus literis, ut à rudissimo quoque (& procul [l]) legi & cognosci posset [m]. ¶ *Et scribe*, &c.] Ut ab omnibus legatur, tum ut ab iis diligentiùs expendatur; tum ut veritas prophetiæ clarior evaderet, ob quam Propheta fidem suam oppigneraverat [n]. ¶ *Stylo* (vel, *calamo*, V.) *hominis*] Ità M. P. Mo. &c. vel, *humano*, JT. Pi. Ca. V. Id est, vel, 1. quali homines solent uti ad scribendum [o]. *Calamo hominis*, i. e. materiali, sic dicto in oppositione ad *calamum* illum imaginarium quem in visione vidit; instar *novaculæ* illius in visione Ezec. 5. 1. quæ non magis *novacula hominis* erat quàm hic *calamus hominis* †. Sed non constat vel hîc *calamum*, vel ibi *novaculam*, in visione ostensam, sed tantùm instinctu hæc eis significata fuisse *. Vel, 2. vulgari & noto [p]; literis quibus tui [Judæi] utuntur [q], non autem peregrinis, ut Dan. 5. 8, 15: vel, modo tradendi perspicuo, non obscuro & ænigmatico [r]. Literis quas vel rudissimus homo possit cognoscere †. ¶ בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ *Humano scribendi more*, San. [Chald. hîc habet, כְּתָב מְפָרַשׁ, quod reddunt,] vel, *scripturâ clarâ*, [ità G. & Sionita in Bib. Pol.] i. e. quàm facilè quilibet vel eminus legat, ut Abac. 2. 2 †; vel, *characteribus explicitis*, i. e. notis & manifestis [r]. חֶרֶט alibi non occurrit [de-

[a] Ang. [b] Oecol. [c] Calv. sic For. Ang. San. [d] For. * Ang. [f] Q. in Ang. [g] Ang. [h] G. [i] For. [k] Pi. sic Ang. [l] Zuing. in Marl. [m] Pi. [n] Ang. [o] Pi. † He. in Ang. * Ang. [p] For. [q] V. [r] Q. in Ma. † G. [r] V.

[debuisset addere, nisi Exod. 32. 4.] sed alia vox ei respondens,[nempe עֵט,]quæ significat vel *instrumentum sculptoris*, ut Jer. 17. 1. vel *calamum* scriptoris, Psalm. 45.2. Jerem. 8.8 [v]. ¶ *Velociter*, &c. לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז] [Variè reddunt.] *Maher-Schalal-Hasbaz*, Ti. *Maherschalalchasbazo*. ל dativus mihi est, & indicat personam cui volumen inscribi ac dedicari volebat, nempe filio Esaiæ qui sic vocaretur, de quo v. 3 [x]. Sic vocatur per prolepsin [y], ut Gen. 12. 8. collat. cum 28. 19. Jos. 7. 24, 26 [z]. Al. *de* (vel, *pro*, JT. Angl. ut Ezec. 37. 16. *pro Juda*, & *pro Joseph* [a],) *Maher-shal*. Pi. Ang. i. e. de re per istud nomen significata [b]. ל valet *de*, Gen. 20. 13. Psal. 91. 11 [c]. [Nomen hoc variè interpretantur, & illius interpretationes loco nominis proprii hîc reponunt.] *Ad festinandum spolium acceleravit prædam*, P. Mo. *Ut festinet* Assur *spolium*, *acceleret prædam*, i. e. Ut festinet spoliare, acceleret prædari [d]. Alii infinitum (quod omnium est temporum) per imperativum vertunt, tanquam adhortetur ipsum Assyrium ut acceleret vastationem *. *Accelera* ad *prædam*, & *festina* ad *direptionem*, M. Q. in V. sim. G. *Accelera spolium*, *festine prædator*, ad verb. *festinans prædatione* [f]. Significat hoc nomen decretum Dei de advocando Sennacheribo [g]. *Properando ad spolia festinat ad prædam*, scil. Assyrius, qui citò veniet & deprædabitur Syros & Israelitas [h]. Scribe, inquit, de ea *præda*, seu *spoliatione*, quæ citò eventura est, his verbis, *Festinat direptio*. בזז sign. *diripere*; unde nomen בַּז, quod *direptionem*, necnon *despectum* & *conculcationem*, notat [i]. Alii scribunt לְמַהֵר esse Töar [adjectivum,] vice Benoni [particip. præs.] vertentes, *Acceleranti diripere spolium*, sive *spolia*, (ut sint hæc verba vice tituli, q.d. Regi Assyriorum, qui optat, devictis hostibus, reportare spolia in patriam suam; duo autem sequentia verba sint verba epistolæ,) *Festinat præda*: quibus vocabulis, & iisdem monosyllabis, voluit innuere tempus desolationis instare, esseque in foribus. *Festinat præda*, id est, Instat tempus prædæ; Intra paucos annos superabit hostes suos, quibus devictis reportabit ingentem prædam [k].

2. *Et* (vel, *Tum*, Pi. Angl. ut ו sumitur Gen. 18. 10. & 32. 21, 22 [l]; vel, *Itaque*, Ca. sic Ti. *Quamobrem*, JT. Angl. ut Neh. 2. 2. Jer. 1. 17. & 6. 11 [m].) *adhibui mihi testes fideles*; sic JT. Pi. sim. Ca. &c. וְאָעִידָה וגו'] *Et testificari faciam mihi*, &c. P. Mo. *Et vocavi in testimonium*, V. *Et obtestatus sum*: Effeci ut testes fidi adessent. Sed cujus rei? nam id non ità liquet [n]. Resp. 1. Matrimonii. Matrimonia contrahi coram decem minimùm testibus solebant [o]. 2. Partûs, nè quis calumniari posset editam esse fœminam, in ejúsque locum clàm suppositum marem [p]. 3. Nominis à Propheta impositi filio suo, (quod circumcisionis tempore fieri solebat, Luc. 1. 59.) necnon rationis cur nomen illud impositum esset [q]. 4. Prophetiæ ipsius de devastatione Syriæ & Samariæ; necnon Judæorum, quòd illi fidem non haberent [r]. ¶ *Uriam sacerdotem*, (nempe summum, de quo 2 Reg. 16. 10 †.) *& Zachariam*, &c.] Esaias inter alios testes duos esse voluit maximæ authoritatis, ut in negotio maximi momenti [t]. At, inquis, Urias hic erat vir Deo infidus, 2 Reg. 16. 10, &c. Resp. 1. Nondum videtur hic eò lapsus [v]. 2. Erat tamen hic fide dignus propter authoritatem [x]; & testis idoneus ob familiaritatem cum Achazo, quem hæc prophetia præcipuè respexit [y]. Zacharias hic erat vel, 1. Propheta, 2 Par. 26. 5. idem fortè qui ex Asaphi posteris fuisse dicitur 2 Par. 29. 13 [z]. At is, secundùm historiam sacram, ante Uzziam obiisse videtur. Vel potiùs, 2. socer Achazi, 2 Reg. 18. 2. 2 Par. 29. 1. Ut duo hi testes essent viri præcipui, hic in civili statu, ille in ecclesiastico [a].

3. *Et accessi*; ità P. Mo. &c. וָאֶקְרַב] *Et appropinquavi*, ut Gen. 20. 4. Levit. 18. 6, 14 [b]. *Et ingressus sum*, Ch. i. e. cognovi [c]. Synecdoche generis verecunda [d]. Vide Gen. 6. 4. & 29. 30. Jud. 15. 1 *. Non dubium est hoc illi per visionem tantùm accidisse [f]. Ità colligunt [g], 1. ex eo, quòd non verisimile est hoc nomen alicui homini impositum [h]: 2. ex hac versione. At verba aliter reddi possunt, ut rationem contineant cur Deus hoc de filio ejus præciperet, nempe quia nuper filium peperisset [i]. *Nam appropinquaveram*, Pi. Angl. sim. JT. ¶ *Ad prophetissam*] Id est, vel, 1. virginem prophetiæ dono

[v] Ang. [x] D. [y] Ang. ex Pi. [z] Ang. [a] Ang. [b] Pi. [c] Ang. [d] V. * Q. in V. [f] Di. [g] G. [h] Pi. sim. Glas. philol. l. 4. t. 1. 1. 222. [i] For. [k] V. [l] Ang. [m] Ang. [n] For. [o] G. [p] Ca. [q] Ang. sim. Pi. [r] For. † G. [t] G. [v] Ang. [x] Pi. sim. Calv. [y] Ang. [z] G. [a] Ang. [b] Ang. [c] V. sim. Pi. [d] Pi. * Ang. [f] Calv. Q. in Ang. [g] Q. in Ang. [h] Calv. [i] Ang.

claram, quam mihi in uxorem sumpsi, ut Dei mandata quàm magnificentissimè peragerentur [k]: & eadem est hæc virgo quæ mater Immanuelis, Esa. 7. 14 [l]. Quod commentum est [m]. Multùm disparia sunt hæc loca. Ibi clarum est vaticinium, & quidem de filio virginis veræ & propriæ, Messia: [de quo vide ibi annotata.] Vel, 2. uxorem Prophetæ [n]; sic dictam vel, 1. quòd in hac visione publicam & ipsa personam sustinebat [o]: vel, 2. à populo, [more usitato;] ut hodie uxorem doctoris vocamus *doctorissam* [p], uxorem ducis, *ducissam*; comitis, *comitissam* [q]. ¶ *Voca nomen*, &c.] Impone illi id nomen quod te jussi perscribere. Huic quoque rei testes adhibiti iidem qui ad matrimonium. Nomen autem hoc significat vastitatem agri & oppidorum excidia †.

4. *Antequam sciat*, &c.] i. e. Antequam fari queat, & parentes à peregrinis discernere. Brevius hoc spatium quàm illud Esa. 7. 16. *Antequam puer sciat reprobare malum, & eligere bonum*; id quod multò seriùs fit. Ratio diversitatis esse possit, quòd hic nuper natus, Shearjashub autem filius esset 2 vel 3 annorum [r]. ¶ *Auferetur*, &c. יִשָּׂא אֶת חֵיל דַּמֶּשֶׂק וְאֵת שְׁלַל שֹׁמְרוֹן לִפְנֵי מֶלֶךְ אַשּׁוּר] *Tollet*, vel *Auferet*, (sub. *direptor*, M. vel, *miles*, P. vel, *Auferent*, sub. *milites*, sive *homines*, For.) *facultatem*, vel *substantiam*, (vel, *opes*, Sy. Pi. Ca. sic JT. Ar. For. vel, *copias*, Ti.) *Damasci* (metropoleως Syriæ, suprà 7. 8 [v].) *& prædam*, vel *spolium*, seu *spolia*, *Samariæ coram rege*, vel *ante* (vel, *ad*, Ar. Sy.) *regem*, *Assur*, M. P. Ti. ὁ. Ch. &c.] Ut solent victores spolia sæpe in patriam suam præmittere, tanquam victoriarum indicia †; vel etiam victos ante currum triumphalem ducere *. Vel, *ante faciem*, i. e. ad arbitrium sive libidinem ejus †. Vel, *servus regis*, &c. JT. vel, is qui stat *coram facie regis*, &c. i. e. minister ejus [x]. Ellipsis verbi relati, supplendi ex 1 Sam. 16. 16. 1 Reg. 1. 2 [y]. Al. *Auferet strenuitatem* (i. e. viros strenuos & bellicosos, vel etiam opes quæ strenuitate parantur,) *Damasci—ante faciem meam* (ut י in לְפָנַי sit affixum, reclament licèt RR. sintque verba Dei,) *rex Assur* [z]. Al. *Opes Damasci*, &c. *auferentur*, Ca. Ang. Heb. *auferet*, sub. *aliquis*. Verbum indefinitè vel impersonaliter usurpatur [a]. Opes & spolia tum Syriæ, tum decem tribuum, tanquam tropæa perferentur ad Regem Assyriæ [b]. Post annum unum hoc effectum est [c].

5. *Et adjecit Dominus loqui*, &c.] Hæc omnia videntur ad eandem prophetiam pertinere [d].

6. *Pro eo* (vel, *Propterea*, JT. Pi.) *quòd abjecit* (vel, *reprobavit*, Mo. *fastidiendo rejecit*, For. *sprevit*, JT. *contemnit*, Pi. *non vult*, ὁ. Ar.) *populus iste aquas Siloe*; ità P. &c. יַעַן כִּי מָאַס וגו'] Dubium est *, & difficile statuere, quis sit hic populus [f]. Est vel, 1. Judaicus, sive Regni Judæ [g]. Hi, vulgi more, præsenti statu non contenti, cupidi erant rerum novarum, &, suæ tenuitati diffisi, majora præsidia appetierunt [h]; & mores fortè Achazi fastidientes, potentiámque adventantium Regum considerantes, ac Deo diffidentes, de defectione cogitabant [i]. Significat hic locus, multos Judæos, spretâ domo Davidis, optâsse transferri Regnum ad Syros & ad Reges Israelis Syris adhærentes, & horum prosperis gavisos [k]. Verùm non loquitur hîc de paucis, aut de certa factione, sed de populo toto [l], qui, defensionibus suis non contenti, à Rege Assyriæ suppetias petierant [m]. Verùm hinc difficillima evadit interpretatio posterioris hujus versûs partis: tantum enim abest ut Regnum Judæ gauderet Retsino & filio Remaliæ, ut contra eos Regem Assyriæ advocârit [n]. Vel, 2. populus Samariæ, sive decem tribuum [o], de quo vers. præced. agitur, qui jam cum Syris in Judæos arma verterat. Hos reprehendit, quòd aquas Siloæ, h. e. suavitatem Religionis Hierosolymitanæ, & benignum Regni Davidici statum, contemnerent, imò oppugnarent, atque Retsino & Pekaho, idololatris & apertis Dei hostibus, delectarentur. Hinc excidium ipsis minatur per Assyrios, à quo tamen excipitur Juda v. 8. quem hîc consolatur, & pleniùs v. 9, 10 [p]. *Siloe*, qui & *Gibon* dictus 1 Reg. 1. 33 [q]. fons est ad radices montis Sion [r], rivulum exhibens qui inferiorem urbem rigavit. Vide Neh. 3. 15. Psal. 46. 5 †. Per *aquas Siloe* intelligunt vel, 1. promissionem opis Divinæ contra duos istos Reges;

[k] G. [l] Q. in Ang. [m] Ang. [n] Pi. Ang. Calv. [o] Calv. [p] Pi. [q] Ang. † G. [r] Ang. [v] Pi. † Ang. * Ang. ex Calv. † Marl. ex Vatablo. [x] Pi. Jun. [y] Pi. [z] For. [a] Ang. [b] G. [c] For. [d] Sin. * Ang. [f] San. [g] V. sic Glas. San. For. Me. T. Pi. Jun. [h] Calv. [i] For. [k] G. [l] Calv. [m] Q. in Di. [n] Di. [o] Di. Ang. Hi. & Thom. in San. [p] Di. [q] Ang. [r] Mus. in Marl sic Ang. † Ang.

ges;

ges[t]: vel, 2. Solymitanas vires[v]: vel, 3. domum Davidis, viribus humanis tenuem, sed Dei præsidio suffultam[x]; vel, Zionis Regnum à Deo institutum, quod humile & infirmum erat respectu Regnorum Syriæ & Israelis[y]. *Regnum domûs Davidis*, Ch. Sic [v.7.] *aquæ fluminis*, nempe Euphratis, significat Regem Assyriorum, quia *aquæ sunt populi*, Apoc. 17. 15. & Reges vim populorum in se continent[z]. Solent Prophetæ per fluvios significare provincias adjacentes; ut per *Nilum*, Ægyptum, per *Euphratem*, Babylonem, &c[a]. Similiter & poetis, quorum stylus, peregrinus & obscurus, similis est prophetico, *Araxes*, pro Armenia; *Oaxes*, *Ister*, *Rhenus*, pro regionibus quas permeant. Sic *Siloe*, pro Judæa, quia proximus est ipsius metropoli Jerusalem[b]. ¶ *Quæ*, &c. ההולכים לאט] *Quæ vadunt*, vel *eunt*, vel *euntes*, (vel, *defluunt*, sive *decurrunt*, V. sic Ch. Ti. Ca. Ar.) *leniter*, Mo. V. vel, *sensim*, JT. Pi. BA. 1. 600. *quietè*, P. sic Ch. Ar. *placidè*, Ca. V. *pacificè*, V. *cum silentio*, ο'. Vulg. *insensibiliter*, h. e. sine strepitu & murmure[c]. Tum quia torrens non magnus erat: tum quia non rectus, sed anfractuosus, erat[d], & instar serpentis serpebat; unde forsan dictus *fons draconis*, Neh. 2. 13 †: tum quia non semper fluit, sed certis diebus & horis; nec agros inundat, sed per antra & terrarum concava penè absconditè fluit[f]. ¶ *Et*, &c. ומשוש את רצין וגו׳] *Et gaudium* (sub. *est*, JT. vel, *est illi*, vel *habet*, P. M.) *cum* (vel, *apud*, JT.) *Resin*, &c. Mo. P. M. &c. h. e. Apud se & in animo suo libenter subderetur Rasino, &c[g]. *Et gaudium* fuit illi *ad Resin*, &c. h. e. Desiderârunt opes & præsidia Syriæ & Israel[h]. Al. *Et gaudium* (sub. *est ei*, scilicet propter auxilium quod sperat à Rege Assyriæ, vide suprà 7. 20. & sub. *præliandi*; ellipsis verbi relati[i];) *cum Retsine*, Pi. Sed hoc textui vim infert[k].

7. *Adducet super eos aquas fluminis*] Nempe Euphratis, ità κατ᾽ ἐξοχὴν dicti[l]; quas opponit aquis Siloæ, per ἀντανάκλασιν[m]. Respondet pœna sceleri, ut experiantur impetum aquarum validissimarum qui lenes aquas contemnebant[n]. ¶ *Regem*, &c.] Ità Mo. &c. nempe *regem*, Pi. Ang. sim. M. Ti. Ca. ¶ *Et omnem gloriam ejus*] Id est, potentiam[o], & robur exercitûs[p]. ¶ *Et ascendet* (scil. amnis ille[q]; vel, Rex Assyriæ[r],) *super omnes rivos ejus*; sim. P. Ch. Sy. אפיקיו] *Rivos* (vel, *decursus*, Mo.) *suos*, M. P. &c. *validas* aquas *suas*, JT. *alveos suos*, Pi. V. Ang. sim. Ca. Ti. Quod plerique de vallibus intelligunt, quas inundavit Assyrius. Verùm direptio terræ sive statûs minùs commodè exprimi videtur per inundationem, vel, si ità loqui licet, submersionem, sive rivorum, sive alveorum, quæ illius [terræ sive statûs] potiùs augmentum significaret. Alii ergò pauci intelligunt de alveis Euphratis: tunc autem impropriè dici videtur fluvius *ascendere super suos* ipsius *alveos*. Aliter ergò verba reddenda sunt, *cum omnibus rivis ejus*; על *cum*, ut alibi; vel, (sub. *ab*, vel *ex*,) *omnibus alveis ejus*. Ellipsis qualis Gen. 4. 1. *Acquisivi filium à cum Domino*[*]. ¶ *Ripas ejus*] Ità P. Mo. M. &c. i. e. loca altiora & munita Israelis vel Judæ[t]. Imò potiùs suas ipsius ripas; ut Jos. 3. 15. 1 Par. 12. 15[v].

8. *Et*, &c. וחלף ביהודה] *Et* (*illud*, nempe flumen, vel *ille*, nempe Rex Assyriæ[x],) *transibit per Jehudam*, P. Mo. sic Sy. sim. Ch. *permeabit Jehudam*, JT. Pi. *redundabit* (vel, *Et migrans*, M. vel, *mutabit se*, For.) *in Judam*, sive *Judæam*, Ti. Ca. &c. q. d. Assyrius, devictis decem tribubus, in Judæam quoque deflectet, & *mutabit se*, sive vertet pondus belli[y], & occupabit urbes munitas Judææ. Impletum 2 Reg. cap. 18. v. 13, &c[z]. ¶ *Inundans*, &c. שטף ועבר] *Inundabit, & transibit*, P. Mo. M. V. JT. Pi. &c. H[s], pro, *inundando transgredietur*, i. e. transeundo obruet totam regionem[a]. *Refluens & transiens*, Ti. *tanto fluens agmine*, Ca. ¶ *Usque ad collum veniet*] Nempe Hierosolymam, Regni caput[b]. Vel, simpliciùs, q. d. In extremum discrimen, velut submersionis, res Judæorum adducet[c]. ¶ *Et erit extensio*, &c. והיה מטות כנפיו מלא רחב ארצך עמנואל] Verbum hîc est sing. & nomen plur. hinc variè reddunt[d]. *Et erit extensio* (vel, *extensiones*, Mo.) *alarum ejus plenitudo latitudinis terræ tuæ, Immanuel*, P. Mo. *Et implebit extensio*—*latitudinem*, &c. M. *Implebúntque passæ alæ illius latitudinem*, &c. JT. *Fietque ut extensiones* (vel, *extensione*, Ti. sim. Ca.) *alarum ejus* (i. e. exercitûs ejus; metaph. ab ave †;) *impleant* (vel, *impleat*, Ti. Ca.) *latitudinem*, &c. Heb. *Et erit, extensiones*—erunt *plenitudo*, &c. Pi. Ad verb. *Et erit extensionibus alarum ejus plenitudo*, &c. Mihi videtur מלא per Makkaph construi cum רחב, eodem sensu quo מלא הארץ dicitur *plenitudo terræ*, pro, quicquid terrâ continetur, eámque quasi implet: sic hîc verterem, *Et erunt extensa alarum ejus plenitudo latitudinis* (i. e. quicquid continetur latitudine) *terræ tuæ*. Sensus est, Extendentur alæ ejus per omnia quæ implent latitudinem terræ tuæ[f]. q. d. Turmæ Assyrii exercitûs terram ab uno latere ad aliud implebunt[g]. Nihil aut agrorum aut oppidorum manebit intactum. *Alas* Hebræi vocant omnes copias, non equestres tantùm, ut Latini, sed & pedestres. Puerum alloquitur testem futurorum horum malorum[h]. Sed quomodo filiolum suum nondum natum alloqueretur, aut eum istorum testem appellaret, aut ei terram illam vendicaret, qui nè oppidulum in ea habuit? Imò appellatur hîc Immanuel, non ut nudus testis, aut otiosus malorum futurorum spectator, sed ut Judex & vindex terræ suæ, ut eam defendat, &c[i]. q. d. Te sciente atque vidente, etiamsi nobiscum sis, terra tua talia ab hostibus patitur. Quia prævidit Propheta hæc quæ tum acciderant typum fuisse & umbram victoriarum Christi, & propagationis Regni ipsius, apostrophen facit ad Messiam[k]. Prævidit etiam ope hujus tyrannos omnes, qui nunc & olim Judæam vastaturi accurrerent, post sumptas de Judæis pœnas quæ cœlitus decretæ fuerant, ipsos quoque devictum & funditus excisum iri[*]. Additum h. l. hoc nomen vice consolationis; ut intelligerent terram hanc, utut direptam, Dei magìs quàm hominum esse, nec illam vastitatem impedimento fore quò minùs indè prodeat Redemptor Immanuel, & in ea sedem figat. Ità implorat Redemptoris fidem, ut modum his malis imponat[l]. q. d. Cùm tu, ô Immanuel, sis noster dux & custos, qui fit ut tantam cladem terræ tuæ inferri patiaris[m]? *Terram* hanc *Immanuelis* vocat, quia is illam Israelitis dederat, & sui cultum in ea instituerat[n]; quia ibi natus[o], conversatus & passus[p]; & ejus Rex erat, Jer. 30. 9. Ezec. 34. 23. & 37. 25. Luc. 1. 32[q]. in Sione constitutus, Psal. 2. 6[r].

9. *Congregamini*; ità Ch. רעו] [Variè reddunt.] *Consociate vos*, vel *Consociamini*, JT. Pi. Calv. Angl. ex He. For. sim. Ti. *Conspirate sanè*, Ca. nempe cum Rege Assur[*], contra Judæos & Jeros[t]. Vel, *Consociati sunt*; nam juxta variam punctationem potest esse vel imperat. vel præt. sic seq. *consternati sunt*, &c. quasi rem novam toti mundo velit esse notam. רָעָה signif. *pascere*, homines vel pecora; indéque in 2. conjugat. *associare*; qui enim pascit, gregatim ducit, nec gregem dissipari patitur[v]. Nec solùm significat vox רעו *congregationem*, sed etiam *coacervationem & adglutinationem*; q. d. Densate vos, acsi essetis spissa congeries[x]. Est apostrophe, & hortatio ironica[y], vel sarcasmus[z]. Contemplatione Christi ità se erigit ut hostibus insultet, &c[a]. Al. *Cognoscite*, ο'. *Scitote* hoc, Ar. Per errorem legerunt דעו[b]. *Contremiscite*, Sy. Al. *Confringimini*, Mo. *Confringite*, vel *Conterite*, P. M. He. in Angl. est enim ejusdem formæ cum illo verbo Psal. 2. 9. Esa. 24. 19[c]. Sed verba literis & sono affinia apud Hebræos sæpe formas à se invicem mutuantur; quod etiam in verbis [רָעָה] *associare*, & [רוע vel רָעַע] *confringere*, fit. Possis vertere, *Machinamini malum*, à רָעַע *malum esse*, & *malum machinari*[*]. ¶ *Populi*] Vel, *ô populi*, M. Ti. &c. Nempe, vel Syri & Israelitæ jam confœderati[f]; vel Assyrii[g], vestríque socii[h], vel qui Sennacheribo adjungetis vos[i]. Συγχάθητε[k]. ¶ *Et*, &c. וחתו] *Et vincimini*, ο'. Vulg. vel, *consternamini*, Ar. For. vel animo, vel virtute corporis[l]. *Conterimini*, Ch. Sy. Mo. JT. Pi. *confringamini*, vel *confringemini*, V. P. M. *inferiores eritis*, Ti. *profligabimini*, Ca. *vincemini*, nempe à Deo[m]. q. d. Initio belli feliciter vobis cedet, & permittet Dominus ut omnia perdatis in Juda; tandem tamen perdemini[n]. Impletum 2 Reg. 19. 35[o]. Imperat. pro fut[p]. ut Gen. 42. 18. Psal. 37. 27. sicut contrà fut. pro imperat. Deut. 5. 17,—21. Esa. 6. 9[q]. ¶ *Et audite*, (vel, *auscultate*, Pi. Ang.) *universæ*, &c. כל מרחקי ארץ

Lon-

[t] Pi. sim. Jun. Glas. [v] San. sim. V. [x] G. [y] Glas. rhet. 1. 10. 261. [z] G. [a] Me. [b] San. [c] For. [d] Ang. † Ang. ex Pi. [f] Brent. in Glas. rhet. p. 262. [g] V. [h] Calv. [i] Pi. [k] Ang. [l] G. [m] Pi. [n] For. [o] For. G. [p] For. [q] V. sim. Pi. [r] Ang. Pi. [*] Ang. [t] Q. in Ang. [v] Ang. [x] Ang. [y] For. sim. Ang. [z] Pi. [a] V. [b] Pi. sic M. &c. [c] Pi. [d] Ang.

† Pi. [f] Di. [g] Ang. [h] G. [i] Calov. [k] For. [*] T. [l] Calv. [m] Me. sim. T. [n] Pi. [o] L. Ang. [p] L. [q] Ang. [r] Calv. Ang. [*] V. [t] Pi. [v] For. [x] Calv. [y] Pi. [z] San. [a] Calv. sim. Ang. [b] Ang. [c] He. in Ang. [d] Ang. [*] For. [f] Ang. San. [g] Pi. G. [h] Ang. [i] G. [k] For. [m] G. [n] V. [o] Pi. [p] V. G. Ang. [q] Ang.

Longinqui (vel, *elongantes*, Pi.) *terræ*, P. Mo. ad verb. viri *distantiarum terræ*, V. *qui estis*, vel *degitis*, *in*, vel *de*, *terra longinqua*, M. Pi. sim. V. Ti. Ca. JT. &c. q.d. Audiant hæc omnes, vicini & remoti, & caveant sibi, nè hostibus Dei se adjungant, &c [r]. Al. Auscultate Regem Assyriæ invitantem vos ad expeditionem suscipiendam contra Judæos †, & parate vos ad exitium. Irrisio, qualis Eccles. 11. 9 [t]. ¶ *Accingite vos*] Scil. gladio [v]. Alludit ad usum baltei militaris, de quo vide Esa. 5. 27. Ter hoc repetit, tum ut certitudinem rei confirmet; tum ut profundiùs in animos penetret [x]; tum ut pios confirmet, cùm pericula semel & iterum redeunt, quando pii, obstinatione hostium territi, labascere solent [y].

10. *Inite consilium*] Quid facto opus sit [z]; vel, de subjuganda Judæa [a]. ¶ *Loquimini verbum*] i.e. Decernite decretum [b]. ¶ *Non fiet*] Nec consilium nec sermo vester habebunt exitum quem optatis; nihil efficietis [c]. ¶ *Quia nobiscum Deus*] i.e. Deus adjutor noster [d]. Res nostræ illi sunt curæ: frustrà ergò laboratis*. Hoc fundamentum nostræ liberationis, &c [f]. Hîc explicat vim prioris nominis puero dati [g]. Innuit hunc protectorum Regnum Judæ, quippe qui ex Judæis carnem assumere constituerit [h].

11. *Ait Dominus ad me, sicut*, &c. בְּחֶזְקַת הַיָּד] *In*, vel *cum*, *fortitudine*, sive *roboratione*, (vel, *adhibitâ confirmatione*, JT. vel, *apprehensione*, Pi.) *manûs*, Mo. V. sim. ο'. Ar. Ang. *in fortitudine prophetiæ*, P.M.Ch. in visione prophetica, non vulgari, sed insigni [i]. *Manus* denotat spiritum prophetiæ, ut Ezec. 1. 3. & 3. 14, 22. *Et manus Domini erat mecum* [k]. Al. *quasi manum tenens*, Sy. Vide Act. 23. 19†. *Cùm manu me apprehenderet*, Ti. vel, ut me roboraret, 1 Sam. 23. 16. Esa. 45. 1. & 51. 18 [m]; vel, ut me attentum ad dicenda redderet [n]. Vel, alludit ad patres aut magistros, qui, cùm non satis efficiunt verbis, manu filiis aut discipulis injectâ, eos sistunt, ut parêre cogant: Ità Dominus Ministros suos, qui interdum omnia abjicere vellent, (vel ex levitate, vel impetu consuetudinis & malorum exemplorum, abrepti, vel quòd existiment se operam suam ludere,) veluti manu injectâ retinet ut pergant in officio suo [o]. Significat Isaias se potenti Dei inspiratione, & quasi forti manu, coactum nè in viam communem populi ipse quoque concederet, &c [p]. [G. jungit cum verbo seq. & sic reddit, *cùm in manu forti erudiisset me*,] id est, cùm animum mihi addidisset suis hortamentis [q]. [Ità ו in וַיִּסְּרֵנִי redundaret; quod frequens est.] ¶ *Erudivit* (vel, *cùm erudiret*, JT. *& erudivit*, P. Mo.) *me*, *nè irem in via populi hujus*] Sic P. Pi. &c. Id est, nè sectarer studia & mores hujus populi [r], nempe Hierosolymitani, de defendendo se †, per Regem Assyriæ, &c [t]; vel, de deditione sui [v]. Heb. וְיִסְּרֵנִי מִלֶּכֶת וגו׳.

12. *Non* (vel, *Nè*, ο'. Ch. JT. Pi. &c.) *dicatis*, (vel, *dicetis*, M. tu scil. Esaia, & filii tui, pii sive electi mei in populo [x]. Nè cogitetis; ità *dicere* sumitur Exod. 2. 14. 2 Sam. 21. 16 [y].) *Conjuratio*; ità P. Mo. Ti. JT. Pi. G. קֶשֶׁר] *Conspiratio*, M. sub. *est*, P. vel, *fiat*, G. Vel, verba *conjurationis*, i.e. seditiosa in vestrum Regem & locum; Deus eum proteget: q. d. Nè cogitate de deditione facienda his Regibus, quasi à me liberari non possitis [z]. Vel, Conjuremus cum hostibus contra Regem nostrum [a]. Vel, Fœdus inibimus cum Rege Assyriæ [b]. *Nè dicite*, &c. i.e. Nè facite conjurationem. Sic Psal. 35. 3. *Dic——Sum salus tua*, i.e. Serva me; Prov. 7. 4. *Dic sapientiæ*, *Soror mea es*, i.e. Fac eam sororem tuam [c]. Al. *Rebellio*, Sy. Ch. Al. *Durum*, sive *difficile*, ο'. Ar. ¶ *Omnia*, &c. לְכֹל אֲשֶׁר וגו׳] *Ad omnia* (vel, *in omnibus*, V. sim. JT. Pi.) *quæ* (vel, *in quibus*, Q. in V.M. vel, *cùm*, G.) *dicit*, vel *dicet*, (vel, *dicere solet*, V.) *populus iste*, *Conjuratio*, P. Mo. Ti. JT. Pi. &c. sub. *est*, P. i.e. Quoties populus iste defectionem hoc ipso tempore animo agitat, sive ad Syros & Israelitas, sive, secundùm Hebræos, ad Sennacheribum, duce defectionis Sobnâ, nominato infrà 22. 15 [d]. Omnes sermones populi hujus eò pertinent ut se subdant his Regibus*. Locum ad verbum verto, *Nè dicite conspirationem quibuscunque populus hic dicit conspirationem*, i.e. Nè vocate conspirationem, &c. *Dicere alicui rei conspirationem* est, dicere eam esse conspirationem, vel, vocare

r Ang. † Pi. t Ang. v Pi. x Ang. y Calv. z For. a Pi. Ang. b V. Calv. &c. c For. d G. * For. f Calv. g G. sim. Pi. Ang. h Pi. i V. sim. M. k He. in Ang. † Ang. m Ang. n Ang. sim. Pi. o Calv. p San. q G. r V. sim. Pi. † Pi. t V. sim. San. v San. sim. T. x Pi. For. &c. y Ang. z V. a G. b Pi. c Ang. d G. * V. sim. For.

eam conspirationem. Metum eorum describit, quo omnia timebant, tanquam si quæcunque agitarentur conspirationem continerent [f]. *Nè dicatis*, *Conjuratio*, *sicut populus hic dicit: de quacunque enim re dicit*, *Conjuratio*: & hoc verbum in eorum ore perpetuò est. Perterriti siquidem, &c. inter se colloquuntur de deditione, &c [g]. ¶ *Et timorem* (vel, *timore*, JT. Pi. vel, *à terrore*, Ti.) *ejus* (nempe populi [h], vel, 1. subjectivè, quo timet [i]; vel, 2. [objectivè,] quod timet [k];) *nè timeatis*, *neque paveatis*; sim. P. M. Mo. Pi. וְלֹא תַעֲרִיצוּ] *Neque animo frangamini*, Ti. vel, *conturbemini*, ο'. Ar. vel, *expavescendum dicatis*, JT. vel, *faciatis expavescere*, h.e. expavescendum esse dicatis, seu proclametis. Verba quæ *fieri*, vel *esse*, vel *agere* quid significant, quandoque non tam essentiam vel actum, quàm ejusdem notificationem, denotant [l]. Illorum pavori vosmet nè addite [m]. Verbum hoc pavorem talem significat qui concussionem, sive terrorem, efficit. Vide Esa. 2. 19, 21 [n].

13. *Dominum exercituum ipsum sanctificate*] Ità Ti. JT. Pi. &c. i. e. Ut sanctum colite, filiali timore & fiduciâ [o]; ab ipso, non ab hominibus, securitatem sperantes [p]: ei tribuite sanctitatem [q]; roboris & virium gloriam huic uni date [r]. Hæc pavoris causa est, quòd homines miseri ad Deum oculos & mentes non attollunt. Hinc etiam discimus, suâ sanctitate quodammodo spoliari Deum, ubi in angustiis ad eum non confugimus †. ¶ *Ipse pavor vester*] Sim. M. P. Mo. &c. vel, *timori vobis*, JT. Pi. sub. *fit*, M. JT. &c. *Timor*, i. e. is quem timeatis [t]; ut Gen. 31. 53 [v].

14. *Et* (vel, *Tum*, Calv. Pi.) *erit vobis in sanctificationem*] Vel, *sanctificationi* vobis, JT. i. e. sanctificabit vos. Ellipsis τῶ *vobis*, quæ ex antitheto membro facilè percipitur [x]. ¶ וְהָיָה לְמִקְדָּשׁ] *Et erit* (vel, *ipse erit*, M. sic Ti. Ca. vel, *idem erit*, Sy.) *in sanctuarium*, Mo. Ti. Sy. Ang. Pi. M. sub. *refugii*, M. vel, *palatium*, P. vel, *arcem*, V. i. e. asyli loco [y]. Confer Ezec. 11. 16. vide etiam Esa. 4. 5, 6 [z]. i. e. Præstabit vos inaccessos & inviolabiles ab his Regibus. Metaph. à Sanctuario Templi [a]. ¶ *In lapidem autem offensionis*] Ità P. sic M. Ti. Ca. vel, *percussionis*, Mo. Sy. vel, *allisionis*, JT. Pi. h. e. ad quem in via jacentem allidat aliquis, eòque lædatur. Vide Psal. 91. 12. Prov. 3. 23 [b]. ¶ *Et in petram scandali*] Vel, *offensionis*, Mo. JT. Pi. vel, *ruinæ*, P. M. Ti. q.d. Non modò *lapis*, quem homo vel vitare, vel (si ad eum impingat & cadat, resurgens tamen) transgredi, potest; sed etiam *petra*, quam de via movere nequit, & quæ, si in eam incurrat, ipsum retrorsum pellit & prosternit. Vide Esa. c. 28. v. 13 [c]. ¶ *Duabus* (vel, *ambabus*, Sy.) *domibus Israel*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. duabus familiis, sive Regnis, nempe Judæ & decem tribuum [d]: vel, plurimis ex utroque Regno*. Utrique Regno, pariter corrupto, &c. exitium minatur; salvis tamen fidelibus, &c [f]. ¶ *Habitantibus Jerusalem*] Non toti civitati, quæ & hoc tempore, & sub Sennacheribo, servata est; sed multis eorum, ut sequitur; nempe iis qui hostium fidem sequi, quàm civitatis fata opperiri, potius ducent [g]. [Ch. hunc locum sic reddit, *Et si non obedieritis*, *erit Verbum ejus* [quo nomine Messias indigitatur] *vobis in ultionem*, *& in lapidem percutientem*, *& in petram scandali duabus domibus principum Israel*.] [Locum hunc de Messia non paucì accipiunt.] Occasione hujus oppressionis quam ab hostibus passi sunt Israelitæ, & defectionis eorum ad idola Gentium, (quæ defectio omnia mala in populum illum invexit,) propter cognationem causarum & effectuum, transit paulatim latenter, prophetico more, Jesaias ad defectionem, conjurationem & obstinationem Judæorum tempore Messiæ, quæ caput atque finis totius calamitatis Israeliticæ futura erat [h]. De Christo hîc agi satis probant quæ sequuntur, & 1 Pet. 2. 8 [i]. [Ca. totum hunc contextum, tum præcedentem, tum sequentem, sic explicat:] *Jova me*, inquit, [v. 11.] *quasi manu prehensum*, h. e. seorsum & de re arcana, *allocutus est*. q. d. Quod vobis contra Assyrios saltem nato Emmanuele promitto, intelligite non me de isto Emmanuele tantùm, aut de Sennacheribo, loqui; nam futurus est alius verus Emmanuel, h. e. Messias, Servator & Deus, inter vos habitaturus, qui vos à longè gravioribus defendat periculis. Quòd si quæritis

f Di. g For. h For. Pi. i Ang. k For. l Glass. gram. 3. 3. 15. 267. m G. n Ang. o Pi. sim. Ang. p Ang. q V. r V. sim. Calv. † Calv. t Pi. sim. For. v Ang. x Jun. y G. sim. Ang. z Ang. a Pi. b Ang. c Ang. d Pi. sic G. Calv. Ang. ex He. * For. f Ang. g G. h For. i San.

ritis quo pacto possit is cùm venerit agnosci, dicam, sed obscurè. Erit ejusmodi, ut eum populus iste seditiosum dicat, fugiendúmque putet. Sed vos mei nolite cum *populo* sentire, aut vobis ab isto Messia *metuere*: potiúsque metuite nè Messiam repudiantes offendatis *Jovam*, qui Messiam miserit. *Is autem* Messias *erit sanctus* quidem, & salutaris eis à quibus agnoscetur: sed multi eum non agnoscentes *offendent*, & per eum suâ culpâ *peribunt*. Quod dico *oraculum* est, obscurum sanè & clausum, quippe à *meis* solis intelligendum. Ergò *ego* (inquit Esaias,& quivis piorum,) *Jovam* Messiam *exspectabo*, qui ità venturus est ut *Israelitas lateat*, [v. 17.] Sed quo pacto eum agnoscent sui *discipuli*? Hoc pacto, inquit, *Ecce me & juvenes*, &c. [v. 18.] h.e. Quidam erit qui juvenes discipulos habebit, *sibi attributos à Jova*, cum quibus *ostentis miraculisque* edet *apud Israelitas*. Hunc agnoscite Servatorem, & ei paretote. *Quòd si qui vobis suaserint* [v. 19.] *magos* aut Apollinem *consulendos*; respondetote, *debere suum cuique Deum consuli*. Jovam vestrum esse Deum, itaque ab eo consilium petituros. Nam absurdum est *pro vivis consulere mortuos*; id quod faciunt Magi. Eundum *ad legem*, [v. 20.] h. e. ad Mosis libros, in quibus sint de Christo *oracula*, cujus adventu silebit Apollo, obmutescet Pan, facessent errores. Itaque Magi illi & harioli, deos ejusmodi consulere soliti, cùm videbunt oraculorum esse *famem*, Delphos, Dodonam, omnia silere, nihil usquam certi quod respondeant esse, incerta dicent: & eâ difficultate *irati & deos & reges detestabuntur suos*, [v.21, 22.] in quibus nihil sit eis præsidii: vide Mic. 3. Erit igitur à Christo petenda doctrina, postquam ea alibi nusquam invenietur [k].

15. *Et*,&c. וְכָשְׁלוּ בָם] *Et impingent* (vel, *offendant*, JT.) *in ea*, P. Pi. sim. Ti. JT. nempe in laqueum & tendiculam [l]: vel, *in his*,M.Mo. sub. *offendiculis*,M. sim. Pi. For. vel, *eorum*, sive *in eis*, sive *inter eos*, Ca. Q. in V. ο'. Ch. Ar. nempe ex prædictis domibus [m]. ¶ *Plurimi*] Ex Israelitis [n]. Non, *omnes*; nam reliquiæ erunt, &c. Esa. 1. 9. & 4. 3. & 6. 13 [o]. ¶ *Et cadent*,&c.] Infideles Judæi Christum spernentes in gravissima & scelera & supplicia [p].

16. *Liga*,&c. צוֹר תְּעוּדָה חֲתוֹם תּוֹרָה בְּלִמֻּדָי] *Liga*, vel *Colliga*, vel *Obliga*, (vel, *Complica*, V. vel, *Absconde*, Ch. vel, *Preme*, Ca.) *testimonium*, vel *contestationem*, *obsigna*, sive *consigna*, *legem* (vel, *doctrinam*,Pi. vel, *disciplinam*, Ca.) *in*, vel *cum*, (ut ב sign. Esd.10.17 [q].) *discipulis meis*, M. P. Mo. Pi. vel, *doctis meis*, sive *à me*, i.e. adhibitis eis in testimonium [r]: vel, *inter*, sive *apud*, *discipulos meos*, JT. Ca. Ang. ut ב sign. vers. 15 [*]: vel,*pro discipulis meis*, ut sign. Neh. 13. 14. h. e. eorum bono [†]: vel, *in doctos meos*, ut לִמּוּד sign. Esa. 54. 13 [*]. Sunt hæc verba Dei [s]; & quidem, in specie, Christi, ex collat. v. 18 [v]. ad Prophetam [x]. Duo hæc membra respiciunt vel, 1. diversas personas; q. d. *Liga*,&c. quoad hos, *obsigna*,&c. quoad illos,&c [y]: vel, 2. easdem personas [z]. Testificationem hanc obliga, & signa ei impone, & da custodiendam discipulis post te, ut omnino apud posteros certum sit hæc abs te Regi ac populo esse denunciata. תּוֹרָה non ubique *legem*, sed & διδαχὴν, significat [a]: ità idem hìc erit quod *testificatio* [b]. Per *testimonium* hìc intellige vel, 1. Verbum Dei [c] [in genere:] vel, 2. totam prophetiam & Vetus Instrumentum [d]: vel, 3. verbum illud quod Deus per Prophetam illis denunciat, &c [†]; volumen illud in quo scriptum est testimonium de defensione hujus populi [f]; prophetiam hanc de ruina Judæorum, & reliquiis servandis, & de Gentium vocatione [g]. [Sed quid hìc volunt, *Liga*, *obsigna*? Hæc variè exponunt.] *Liga*, ut Deut. 14. 25. 1 Sam. 25. 29 [h]. ut ex oculis incredulorum removeatur [i]. Tege involucris & obscuritatibus, sub ænigmate [k]. Metaphora à mercatoribus, qui complicare solent merces suas posteaquam exposuerunt eas venales [l]. Significat hæc intelligi non posse nisi ab his qui divinitus edocti sunt. Ut dixit Esa. 6. 10. *Excæca*, i. e. Excæcandos prædic; ità hìc, *Claude*, i. e. Scito populo huic obsignatum esse librum, neque intellecturum quid dicas; *velamen* enim est *super cor eorum* [m]. [Sequens verbum sic explicant;] *Obsigna*, vel, 1. in tutelam, ut Dan. 6. 17. Matt. 27. 66; vel potiùs, 2. ad certitudinem rei indicandam, ut Joh. 3. 33. & 6. 27. &c; vel, 3. ut celetur, ut Cant. 4. 12 [n]. *Obsigna*, i. e. tege etiam. Metaphora ducta à scribis, qui literas quas scripserunt obsignant, nè ab aliis legantur [o]. *Signatum* & *ligatum* pro obscuro nonnunquam ponuntur: unde sæpe in S. S. *liber*, *mysterium* & *prophetia* signata dicuntur & clausa [p]. Significat hæc mysteria de Messia clausa [adhuc fore,] & posteris reservanda, Esa. c. 30. v. 8. Dan. 12. 4, 9. Apoc. 10. 4 [q]. Sensus est, vel, Hæc tege, ut solent ea quæ obsignantur [r]. Vel, Licèt vulgus has tuas prophetias negligat, tu tamen consigna eas, conscribe, & colliga, & earum memoriam conserva [*]. *Obliga* volumen hoc,&c. nè increduli legant: interim verò *obsigna doctrinam* hanc crebris monitionibus in discipulis meis [t]. Confirmat hìc Deus Prophetam ob irritos suos labores penè deficientem, & testatur doctrinam apud illos [Judæos] obsignatam esse, nec propterea à docendi officio desistendum esse; sed discipulis ipsius, quantumvis paucis, ipsum adhuc prædicare jubet [v]. *Liga & signa*, &c. h. e. Sint tibi semper ob oculos, ut à memoria nunquam excidant. Confer Deut. 6. 8 [x]. Allusio ad illa ligamenta, &c. Vide Prov. 3. 3 [y]. Al. *Effinge*, vel *Efforma*,&c. Petit. Angl. ut Exod. c. 32. v. 4 [†]. *Obsigna—in discipulis meis*, i. e. in fidelibus, qui sunt tanquam tabulæ in quibus Lex Dei inscribitur; qui etiam *obsignari* dicuntur. Vide 2 Cor. 1. 22. Eph. 1. 13. & 4. 30. Metaphora ab obsignatione tabularum in quibus scriptum habetur testimonium quod ab aliquo dictum est [*]. [Ti. versum sic reddit, *Colligatio testimonii*, *obsignatio legis est in discipulis*.]

17. *Et* (vel, *Tum*, Pi. q. d. Sic confirmatus [a], & admonitus ac eruditus à Domino [b]: vel, *Tamen*, G. Angl. ut Jer. 2. 32, 35 [c]: vel, *Ergò*, Ca. sic Calv. vel, *Ego verò*, Sy.) *exspectabo* (vel potiùs, *inhiabo*, ut Hab. 2. 3 [d]; vel, *exspectavi*, JT.) *Dominum*] Id est, defensionem à Domino promissam [†]. Ab ipso pendebo, totúmque me ipsi committam [f]. ¶ וְחִכִּיתִי וגו׳] *Et præstolabor*,&c. Mo. Ang. ut 2 Reg. 7. 9. & 9. 3. Job. 32. 4. Ipsum opperiar, & tempus ab ipso constitutum [g]. Eruditus à Domino, spe jam firmâ exspectabo illum [h]. ¶ *Qui abscondit faciem*, &c.] i. e. Benevolentiam suam factis nondum ostendit [i]. Qui illis offensus est, (id quod & minis & judiciis monstrat [k],) ac proinde eos deserere constituit [l]: qui me quoque eorum pœnâ involvere potuisset, sed pro sua bonitate servavit [m]. ¶ *Et præstolabor* (vel, *præstolatus sum*, Pi.) *eum*; ità M. Ti. Sy. וְקִוֵּיתִי לוֹ *Et exspectabo* (vel, *sperabo*, Ca. vel, *fidens ero*, ο'. sic Ar. vel, *intentis oculis spectabo*, For.) *eum*, P. Mo. &c. vel, *in*, sive *super*, *eum*, ο'. Ar. For. q. d. Ego tamen promissis ejus fretus opem ejus patienter opperiar [n]. Hoc sanè constantis est fidei, etiam Domino irato, gratiam ejus constanter exspectare [o]. Verba hæc sunt Esaiæ, qui, ubi dixit illud testimonium obsignandum nè videant alii, aperiendum verò discipulis, è quorum numero se fuisse cum filiis suis agnoscit, ait se exspectare Dominum, i.e. mysterium illud clausum,&c. quod *à filiis Israel absconditum* dicitur, quòd pauci ex eis illud agnoscerent. Loquitur tamen hìc Esaias tanquam Christi typus & vox, ut patet ex Heb. 2. 13. ubi hæc & sequentia verba Christo tribuuntur: tunc autem sensus est, Licèt Deus prophetiam ligaverit, & faciem absconderit Judæis, spero tamen multos illorum convertendos, & filios meos fore [p]. [Ch. versum sic reddit, *Dixit propheta*, *Pro hoc oravi coram Domino*, *qui dixit se subducturum majestatem suam de domo Jacob*, *& deprecatus sum in conspectu ejus*. JT. hunc versum annectunt sequenti, & sic vertunt, *Præstolanti mihi itaque Jehovam*, &c. *& exspectanti ipsum*, dixit, v. 18. *Ecce ego*, &c.]

18. *Ecce ego*] Ità M. P. Mo. &c. Al. Et dixit, (nempe Jehova, ex Heb. 2. 13 [q].) *Ecce*,&c. Pi. Sunt verba vel, 1. Christi [r], narrantis Prophetæ quisnam foret suus & suorum status quum carnem assumeret [*], & consolantis Prophetam contra odium impiorum in populo, à suo ipsius exemplo [t]: vel, 2. Jesaiæ [x]. Nec incommodat hoc priori sententiæ, ut Isaias de se historicè, de Christo mysticè aut typicè, loquatur [y]. Nam is erat typus Christi [z]: & ejus filii, Apostolorum [a]; vel, Judæorum sub Christo, qui perierunt, & quorum pauci servati fuerint; quæ

Marginal notes (left column): k Ca. l V. m Ang. n Pi. o Ang. p For. q Ang. r Q. in V. * Ang. † Idem. * For. s Ang. Pi. &c. v Pi. x Ang. y Q. in Ang. z Al. in Ang. a G. b G sim. For. Ang. c Calv. d For. † Ang. f Pi. g For. h Ang. i Pi. k V. sim. For. l V. m For.

Marginal notes (right column): n Ang. o V. p San. q Q. in Ang. r Me. sim. T. * Me. t Pi. v Calv. x San. y Ang. † Ang. * Petit. var. l. & cap. 10. a Ang. b Calv. c Ang. d For. † Pi. f For. g Ang. h Musc. in Marl. i G. k Ang. l Pi. m For. n G. o Musc. p San. q Pi. r Pi. Ca. Jov. Ca. ad v. 11. For. San. * Ang. t Pi. x Q. in San. Calv. Ang. Me. y San. z San. For. Glas. a San.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

quæ duo nomina filiorum Jesaiæ portendebant [b]: vel, electorum; quod duo illa nomina pulchre exprimunt; 1. *Sear-jasub* sign. *reliquiæ convertentur*; 2. *Mahershal.* sign. *accelerando prædam festinet diripiens.* Sunt enim electi per Christum victores Diaboli, mundi, & omnium hostium,&c [c]. Non tamen sequitur hæc de Jesaia non dici, quia Christo applicantur Hebr. 2. 13. Hæc enim verba, 2 Sam. 7. 14. *Ego ero ei pater,*&c. quamvis Christo applicentur Heb. 1. 5. de Salomone tamen dicta erant 1 Par. 22. 10. Quin & multi Prophetarum sermones de se, de Cyro aliisque qui erant typi Christi, etiam Christo in N. T. applicantur [d]. Porrò, verba hæc sunt ejus qui præstò est ad obsequium Domini; q.d. Licèt omnes defecerint, ego perseverabo, &c*. τὸ *ecce* est vox vel admirantis; vel lamentantis contemptum sui apud suos; vel profitentis se paratum ad quidlibet agendum vel patiendum, quicquid velit Deus; vel hortantis fideles ut constantiam ejus & puerorum,& quid mystica eorum nomina docuerint, secum reputarent †.

¶ *Et pueri*] Vel, 1. naturales, memorati Esa. 7. 3. & 8. 3 [f]: vel, 2. discipuli sui [g], quales *prophetarum filii* dicti sunt 1 Sam. 10. 12. &c [h]. & pii ejus auditores [i], quos Deo genuerat, ut 1 Cor. 4. 15. &c [k]: vel, 3. alii Prophetæ, qui mecum sanctè vivunt, &c [l]. ¶ *In*,&c. לְאוֹתוֹת וגו׳] *In* (vel, *ad*,Ca.) *signa, & in portenta,* sive *prodigia,* (sub. *edenda*,Ca. & sub. *sumus*,Ti. JT.Pi.) *in Israel*, P. Mo.&c. Id est, vel, 1. Discipuli mei velut monstra habentur, & admirationi sunt, ut illi Psal. 71. 7. Zac. 3. 8 [m]. ob novum vivendi & concionandi modum [n]. Vel, 2. Nati mei ostentui sunt [o], nempe per nomina ipsis imposita significationem rerum futurarum habentia [p]: id quod eos indubiè irrisioni vulgi exposuit, dicentis, v. g. *Ibi vadit Maher-shalal-hasch-baz*, &c [q].

¶ *A Domino*, &c.] Ità ό. P. Pi. &c. Id est, à se, vel, pro sua voluntate [r]. Vel, singulari Domini consilio atque providentiâ; id quod hæc phrasis, *dedit mihi Dominus à Domino*, in S. S. significat*. Unum Dominum toti impiæ turbæ opponit [t]. Ad verb. *à cum Domino*, Angl. Mo. &c. *Nè appareant coram Domino*, Ch.

¶ *Qui habitat in monte Sion*] Id est, ibi colitur, & præsentiæ suæ signa exhibet [v]. Ità Deum sibi vendicans Esaias, perstringit fallacem populi jactantiam in Templo & promissionibus Dei. Vide Jer. 7. 4 [x].

19. *Et*,&c. וְכִי יֹאמְרוּ אֲלֵיכֶם דִּרְשׁוּ אֶל הָאֹבוֹת] *Et cùm* (vel, *Cùm enim*, JT. vel, *Cùm igitur*, Pi. vel, *Et si*, ό. *Quod si*, Ti. Ca.) *dixerint ad vos*, (vel, *vobis suaserint*,Ca. id est, quum impii Jerosolymitani tibi, Esaia, & cæteris piis dicent [y]. *Et cùm* aliquis *dixerit*, vel, *Et cùm dicetur*; verbum enim impersonaliter vel indefinitè ponitur; sed ipsa sententia ad infideles se restringit, nec enim alii dicerent quæ sequuntur [z]:) *Quærite* (vel, *Consulite*, JT. Pi. *Sciscitamini*, M. Ti.) *ventriloquos*, ό. vel, *pythonicos*, M. sic JT. Pi. *ad pythones*, Mo. *à pythonibus*, P. sic Ti. Ch. *apud pythones*, Pi. Variè hæc verba connectunt [a]. 1. Conjungenda sunt cum v. 16. ut v. 17. & 18. per parenthesin interjecti sint [b]. 2. Transit ad tertium peccatorum genus, ob quod meritò eos deseri significat, nempe quòd Diabolo operam dant, &c [c]. 3. Occasio hujus cautelæ hæc esse videtur, quòd hoc tempore (ut in angustiis facere solent impii, 1 Sam. 28. 7, 15. 2 Reg. 1. 2.) prono animo pythones, &c. consulerent, adversùs quorum illecebras Propheta munit pios [d]. Tempora Achazi plena erant superstitionis & idololatriæ. Quia ergò impii idola tunc consulerent, voluit Deus in Esaiæ filiis esse futurorum oracula, jubétque ut mittantur ad Legem & testimonium, quæ suprà dixerat ligata & obsignata esse in discipulis, i. e. in nominibus filiorum Esaiæ †. Munit Propheta pios adversùs seductionem [f]; qu. d. Video quid sit futurum, tentabunt populares vos abducere à Deo vero, *dicent*, &c. omnes nempè ordines, id quod plur. vox significat [g].

¶ *Et à divinis*; ità P. Ti. &c. הַיִּדְּעֹנִים] *Magos*, Ca. *ariolos*, JT. Pi. *sciolos*, Mo. ¶ *Qui strident in incantationibus suis*, הַמְצַפְצְפִים וְהַמַּהְגִּים] [Variant.] *Speculatores & meditatores*. Ità quaterna hìc est nomenclatura istorum qui artes suas magicas palliant prætextu accuratæ *speculationis* seu explorationis, & *meditationis* seu considerationis, rerum naturalium [h]. Laudarem, si τὸ אֶל *ad*, quod ponitur ante הָאֹבוֹת, & repetitur ante הַיִּדְּעֹנִים, reperiretur quoque ante duo reliqua. At quum ibi omittatur, videntur hæ voces potiùs participia esse quæ *pythonum divinorúm*que actiones describunt. Deinde, etsi צָפָה sit *speculari*, nunquam tamen id valet צִפְצֵף [i]. *Qui mussant*, vel *mussitant*, (vel, *garriunt*, P. Ch. sim. Mo. vel, *grunniunt*, Sy. vel, *pipiunt*, JT. Pi. vel, *occultè murmurant*, Di.) *& dictant*, M. vel, *dissertant*, Ti. *loquuntur*, P. *susurrantes*, Mo. *murmurant*, vel *demurmurant*, V. Ca. Di. *gemunt*, Ca. Di. i. e. Qui fractâ voce pronunciant sua vaticinia, ut non possint satis percipi [k]; & nè quid ex illis vulgo innotesceret [l]; & ut eorum interpretes clariùs explicarent [m]. Qui submissâ voce loquuntur, ut facilius imponant [n]. Ostendit vanitatem horum divinorum, qui, inquit, non clarâ voce enunciant, aut verbis planis explicant, ut nos Prophetæ facimus, sed pipiunt, ut pulli avium, &c. & mussant, ut Sibylla ex tripode [o]. Notissimus est hic ipsorum ritus; unde ἐγγαστρίμυθοι dicti, quòd è ventre veriùs quàm ex ore loquerentur. צָפָה est, *tegere, operire*; unde צִפְצֵף, *tecto occultóque sermone loqui, mutire, & intra dentes murmurare*. Ità Esa. 10. 14. & 38. 14. & manifestissimè 29. 4 [p]. [ό. sic reddunt, *Qui de terra loquuntur, vana loquentes, qui de ventre clamitant*: simil. & Ar.] ¶ *Numquid*, &c? הֲלוֹא עַם אֶל אֱלֹהָיו יִדְרֹשׁ בְּעַד הַחַיִּים אֶל הַמֵּתִים] *Nonne* (vel, *Num*, P. vel, Respondete *annon*; concisa locutio [q];) *populus* (vel, *homines*, Ca. vel, quæque *gens*, Ti.) *deum suum*, vel *deos suos*, (vel, *à deo suo*, P. vel, *ad deos suos*, Mo.) *consulit?* vel *consulturus est?* vel *requiret?* JT. P. Mo. M. Ti. sic ό. vel, *consulere debet?* sive *debent?* Pi. Ca. Ang. Sic 2 Reg. 3. 27. *qui regnabit*, i. e. regnare debuerat; Mal. 1. 6. *honorabit* (i. e. honorare debet) *patrem*. Non tam ex praxi seu facto, quàm ex jure & officio, argumentatur: q. d. Quem quisque Deum suum profitetur, eum consulit. Vide 2 Reg. 1. 2, 3. & 18. 21 [r]. Hucusque sunt verba idololatrarum; qu. d. Annon æquum est quisque populus suum Deum consulat*? Al. Sunt verba Prophetæ suggerentis fidelibus quid ad seductores respondeerent; quare supplendum hìc, *dicite*, sicut Psalm. 27. 8. & 132. 14. &c [t]. *Nonne populi alii deos suos consulunt?* sub. *non alienos*: quantò magis nos, qui Dominum habemus pro Deo [v]? [Reliqua sic reddunt:] *Pro* (vel, Num *pro*, M. Ti. Pi.) *vivis mortuos*, sub. *consultat?* JT. vel, *consulere debet?* Pi. vel, *consulet aliquis?* V. Alii, *apud mortuos?* Ti. vel, *ad mortuos?* Mo. M. sub. *recurrendum?* M. vel, *ibitur?* G. vel, *à mortuis?* P. V. sub. *requiret?* q. d. Nè idololatræ quidem id facere solent, ut mortuos consulant pro vivorum negotiis [x], vel salute [y]. Dicit, *ad mortuos*, quia manes sive mortuorum umbræ à pythonibus evocabantur [z]: quia hi idola mortua consulerent, vel dæmones æternæ morti addictos [a]: vel, quia plerique dii gentium erant Reges pridem mortui. Hoc est quod idololatris responderi vult [b]. Num opem vivis quærerent à mortuis, qui nihil vel sciunt, vel possunt? Job. 14. 21 [c]. Fiebat olim divinatio per ossa mortuorum [d]. [Alii totum sic reddunt;] *Annon populus deum suum consulet, à vivis ad mortuos?* q. d. Deus unus nobis sufficit pro vivis & mortuis †: ut dicitur Deus *Dominus & judex vivorum & mortuorum*, Rom. 14. 9. 2 Tim. 4. 1 [f]. Et Deus Prophetas, non item mortuos, constituit os ejus. *Populum* hìc Judæos interpretor, sic dictos κατ᾽ ἐξοχὴν, quòd essent à Deo adoptati. [Confer 1 Pet. 2. 10.] Nec obest plurale אֱלֹהִים, nam hoc singulari sensu accipitur. בְּעַד hìc valet *ab* [g]. Ità sensus foret, Num irent homines à Deo vivo ejúsque Prophetis *ad mortuos*, sive *mortua*, vel idola, vel idololatras? vel, ad homines defunctos? Vide Deuter. cap. 18. v. 11. & 1 Sam. 28. 8, 12. Sed non reperio בְּעַד eo sensu. Citant Gen. 26. 8. 2 Reg. 1. 2. Sed illa loca sic reddenda, *ad fenestram*, &, *per cancellos*. Rectiùs ergò בְּעַד valet *pro*, vel, *in commodum* alicujus, ut 1 Sam. 7. 9. & 12. 23. Jer. 11. 14, &c [h].

20. *Ad*, &c. לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה] *Legem* (vel, Imò *legem*, Heb. *Apud legem*, Pi. vel, *Ad legem*, M. P. Mo. Ca. V. &c.) *&* (vel, *& ad*, M. Mo. &c. *& apud*, Pi.) *contestationem*, sive *testimonium*, Mo. JT. Pi. &c. sub. *consulunto*, JT. Pi. vel, *revertendum*, V. vel, sub. *inquirendum*, ex v. præced [i]. & ex cohærentia hujus sententiæ cum præced. per antithesin [k]. q. d. Relinquite insanas illorum

[b] For. [c] Glas. gram. 4. 3. 21. 885. [d] Ang. * Calv. † Ang. [f] Q. in Ang. Ma. [g] Calv. [h] Ang. [i] Calv. [k] Ang. [l] Me. [m] Ang. [n] Me. [o] Ang. [p] G. [q] Ang. [r] G. sim. Ang. * For. Me. [t] Calv. [v] For. [x] Calv. [y] Pi. [z] Ang. [a] Ang. [b] For. [c] Jur. [d] Ang. † San. [f] Zuing. in Marl. [g] Calv. [h] Clop. collat. crit. p. 3990. in Crit. Lond.

[i] Di. ib. [k] Pi. [l] Musc. in Marl. [m] Ang. [n] V. [o] Jun. [p] Di. [q] For. [r] Ang. * G. [t] Ang. [v] V. [x] V. [y] T. [z] San. [a] T. [b] G. [c] Ang. [d] M. † Calv. [f] Ang. [g] Calv. [h] Ang. [i] Ang. [k] Pi.

rum ſuperſtitiones, Deo ſolo contenti, &c [l]. *Ad legem*, i. e. libros Moſis, *&* *teſtimonium*, i. e. patefactiones Divinas per Prophetas[m]. Sed argutum hoc eſt, & nomen *teſtimonii* primò de Lege dicitur, Exod. 25. 16. & 40. 20 [n]. Rectiùs ergò idem utrâque voce intelligitur [o], ut mos eſt Prophetarum idem diverſis verbis exprimere [p]; q.d. Ad Legem, quæ continet teſtimonium Divinæ erga nos voluntatis[q]. *Ad legem & teſtimonium*, in quibus præſcribitur quid agendum nobis, & teſtimonium habemus Divinæ erga nos bonitatis [r]. *Ad legem*, &c. h.e. Teneant ſe illi meæ teſtificationi ac doctrinæ [*]. ¶ *Quòd ſi*, &c. אם לא יאמרו כַּדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר] [Variè reddunt.] *Annon loquuntur in ſententiam illam* (Heb. *ſecundùm verbum hoc*, Jun.) *cuicunque nulla eſt lucis ſcintilla?* JT. i. e. quiſquis planè ignorat Deum [t]? *Alioquin ea dicent illi in quibus nihil erit aurora*, Ca. ſim. K. in Boot. h.e. quæ caliginoſa ſunt & ſine ſenſu [v]. Al. *Sin minùs*, (i. e. Si nolint conſulere Legem, &c.) *dicant ſecundùm verbum iſtud cui non eſt aurora*, i. e. amplectantur verbum pſeudo-prophetarum, quod non exhilarat mentes verâ conſolatione, ut Aurora exhilarat oculos hominum. Eſt hîc permiſſio indignantis & comminantis [x]. *Si non dixerint*, ſive *locuti fuerint*, vel *dicturi ſunt*, *juxta verbum hoc*, (i. e. juxta prædictiones meas; q. d. Si oracula illa aliter reſponderint quàm Eſaias ejúſque filii [y]. Si idololatræ non idem ſentiant quod ego [z]: Si à Deo ejúſque Verbo ad pythones deflectant [a]: Si à recta doctrina diſſentiant [b]: Si aliter loquentur [c],) *quo non ei aurora*, Mo. vel, *in quo nihil eſt lucis*, M. vel, *quia non eſt ei aurora*, P. vel, fit *quia* (ſic relativum vertitur 1 Reg. c. 15. v. 13. Pſal. 119. 158: vel, indicium, ſive certum, eſt *quòd*; ſic relativum uſurpatur, ut Neh. 2. 7, 8 [d].) *nulla* eſt *in eis lux*, Ang. Hoc ideo fit quòd nihil ſit in eis lucis [†]. q. d. Nihil aliud quàm cæcitatem ſuam & tenebras produnt [f]. *Nondum illis* refulſit *aurora*; adhuc in tenebris agunt. Explicat ſtatum Judæorum in Chriſtum impingentium [g]. Sic loquuntur, quòd nulla eſt in eis veritatis lux. Non abſimile illud Johan. 1 Joh. 1. 6, 8, 10 [h]. Al. *Non* (ſub. *erit*, Angl. Boot. ut Pſal. 37. 10. Eſa. 19. 7. nam fut. non minùs quàm præteritum ſubintelligi hîc poteſt [†];) *ei*, vel *eis*, (לוֹ, per enallagen numeri, pro לָמוֹ, vel לָהֶם [i]; & אֲשֶׁר pleonaſticè redundat, ut 2 Sam. 1. 4. Zach. 8. 9, 17, 20 [k].) *lux*, Angl. vel, *lux matutina*, Vulg. vel, *aurora*, Boot. Angl. ut Job. 38. 12. quæ hîc ponitur pro luce Auroræ, ut Eſa. 58. 8. Hoſ. 6. 3. &c [l]. שַׁחַר intelligo non de luce cognitionis & veritatis, ſed proſperitatis: nam ſcopus Prophetæ eſt, à Magis conſulendis eos graviſſimis minis deterrere: hoc autem longè potentiùs præſtat interminatio miſeriarum, quàm ignorantiæ [m]. Senſus, Omnis proſperitas (hanc *lucis* nomine ſignificant Hebræi, ut jamjam *caligo* ponitur pro rebus adverſis,) ab ipſis longè aberit [n]. *Lux* pro conſolatione, ut Eſth. 8. 16. Pſal. 97. 11. &c. q.d. Perpetuis calamitatibus prementur, nec ullum iis ſuccedet ſolatium, ut Aurora nocti ſuccedit, Job. 11. 17. Et huic ſententiæ favent ſequentia [o]. [Alii verſum aliter accipiunt.] ל [in לַתּוֹרָה] eſt jurantis, *Per legem & teſtimonium*, (ſub. *& diſpeream*, vel, *habear mendax*, ut addat aliud juramentum ad majorem expreſſionem,) *niſi dicant* (ſi non futuri ſint aliqui in populo Dei qui alios hortaturi ſint) *juxta hunc ſermonem*, (nempe, conſulere divinos,) *in quo non eſt aurora*, h.e. qui ſermo, ſive quæ doctrina, nihil habet lucis, aut abhorret à communi ſenſu [p]. Sed frivolum eſt hoc commentum, indè ortum, quòd juramenta hâc formâ concipi ſolent, *Si hoc*, vel *illud*, *ità non ſit* [q]. Alii אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר de perſonis accipiunt [r]. *Ad legem & teſtimonium* accedant *quibus lux deeſt*, *an non ſecundùm iſtum ſermonem dicant*, Ti. *Porrò, cui deeſt lux*, aut *intellectus*, *legem & conteſtationem audiat*, *an non conſentiant nobiſcum*, Heb. *an non loquantur hâc ratione*, Zuing. in Boot. AE. אִם לֹא affirmativè accipit, & verſum ſic reddit, *De lege & teſtimonio dicent* impii, *quòd non ſit ei aurora*, q.d. occulta ejus non educuntur in lucem. Simil. Oleaſt. *Licèt ipſi dicant in verbis legis nihil lucis eſſe*, i.e. ea obſcura eſſe, & non intelligibilia [*].

21. *Et*, &c. וְעָבַר בָּהּ נִקְשֶׁה וְרָעֵב] *Et* (vel, *Tum*, Calv. vel, *Nam*, ut Pſal. 108. 13 [t]; vel, *Quapropter*, JT. Pi. quia ſcilicet nolunt conſulere Deum ſuum [v]: vel,

[l] Calv. [m] Pi. [n] Ang. [o] Ang. ſim. Calv. [p] Ang. [q] Calv. [r] V. [*] G. [t] Jun. [v] K. in Boot. [x] Pi. [y] Sar. [z] V. [a] Ang. [b] Calv. [c] G. [d] Ang. [†] V. [f] Calv. [g] For. [h] Ang. [†] Ang. [i] Boot. animadv. 2. 11. 16. 246. ſim. Ang. [k] Boot. ib. [l] Ang. [m] Boot. ib. [n] G. [o] Ang. [p] Q. in V. Hc. in Ang. [q] Ang. [r] Boot ib. 15. [*] Boot. ib. 14. [t] Ang. [v] Pi.

Autem, M.) *tranſibit* (vel, *peragrabit*, JT. vel, *tranſiens*, M. vel, *tranſibunt*, Ang. Calv. Sed ſingulare hîc eſt, tum quia de populo tanquam uno corpore dicitur; tum ut oſtenderet quid ſinguli facerent: vide v. 20 [x].) *illam*, JT. vel, *per hanc*, ſeu *illam*, ſeu *ipſam*, G. M. P. Mo. Pi. &c. ſub. *terram*, M. P. &c. (quam Propheta hoc dicens digito monſtravit [y]. Relativum hîc ſine antecedente, quod facilè ex contextu ſuppleri poteſt [z]. Terram intellige Judææ [a]. Al. *propter hoc*, cauſam ſcil. pœnarum, nempe impietatem, v. 19. memoratam [b],) *induratus* (nempe in peccato, vel, quoad calamitates ſuas ſtupidus [c]; vel, *duris rebus*, ſive *difficultatibus*, *preſſus*, JT. Pi. ſim. V. Ang. ut Job. 30. 25 [d]. vel, *gravabitur*, M.) *& eſuriens*, ſive *famelicus*, Mo. P. JT. Pi. &c. De impiis Judæis agit [†]: hi, inquit, dura ac dira patientur [f]; & vel è terra migrare, vel potiùs in terra huc illuc incertis ſedibus migrare, (id quod vox עָבַר indicat [g],) cogentur, dum hoſtes fugiunt; in illa, inquam, terra, ubi Dominus illis, ſi ipſi paruerint, perpetuas ſedes pollicitus eſt [h]. Hanc cladem refer ad captivitatem Sedeciæ [i]. Poteſt & locus ſic verti, *Et tranſiens*, vel *qui tranſierit*, *per eam*, nempe provinciam, ob vaſtitatem *dura patietur*, non hoſpitia, non ubi pernoctet, inveniens; unde etiam *fame laborabit*. Indéque viatores illi exacerbati [ut ſequitur] probra jacient in Regem & deos ſuos. Hæc figuratè ingentem in Judæa (propter & poſt Meſſiam ab illis occiſum) vaſtationem futuram exprimunt [k]. ¶ *Et cùm*, &c. וְהָיָה כִּי יִרְעַב וְהִתְקַצַּף וְקִלֵּל וגו׳] *Eritque*, *cùm eſurierit*, M. Mo. JT. Pi. ſim. P. *iraſcetur*, P. vel, *moleſtabitur apud ſe*, M. Inediâ laborantes facilè iraſcuntur [l]. Vel, *& iraſcetur*, Mo. vel, *& efferbuerit*, JT. Pi. [Reliqua ſic reddunt,] *& maledicet* (vel, *ut maledicat*, JT. Pi.) *regi ſuo & deo ſuo*, (vel, *diis ſuis*, JT.) *& reſpiciet* (vel, *quum aſpexerit*, Pi. ſim. JT.) *ſurſum*, P. Mo. putà ad regiam [m], & ad cœlum [n]; ſub. *opem exſpectando à Deo*; i. e. nunc ſurſum, modò deorſum, aſpiciet unde habeat auxilium [o]. Sed à Deo quem ſpreverunt nullum auxilium ipſis venit [p]. Quócunque ſe vertunt, omnia erunt triſtiſſima [q]. Loquitur hîc de Judæis, vel, 1. converſis & reſipiſcentibus, &c. qui incipiunt ſibi diſplicere, & deteſtari omnia præſidia quibus antea confiſi ſunt [*]. *Et maledicunt regi ſuo*, quo priùs malè gloriati ſunt [†]: vel, בְּמַלְכּוֹ vertas, *Milcomo*, vel *Molocho*, *ſuo*, ut deorum potentiſſimo, de quo Levit. 18. 21. à quo ſervandi erant [t]: *& diis ſuis*, nempe alienis [v], vel idolis ſuis [x]. Vel, 2. de reprobis, quorum amarulentia hîc notatur [*]. *Maledicent*, inquit, *regi ſuo*: i.e. vel, 1. Regi Aſſyriæ, qui fœdus cum eis violaverit: quem *regem eorum* vocat, utpote fœdere cum illis junctum [y]. Vel, 2. Regi ipſorum proprio [z], à quo defectiones molientur, de quibus actum eſt modò [*]: cui maledicent quia non defenderit eos [a]; vel, quòd cauſa erat calamitatum quas ab Aſſyrio paſſi ſunt, ſive quia eum advocârit, ſive quia in eum rebellaverit, ſive quia cum illo pacem non fecerit, 2 Reg. 16. 7, 8. & 18. 7, 31. *Et Deo ſuo*: nempe vel, 1. vero, qui illis pœnas has inflixit, vide Apoc. 16. 10, 11 [b]; vel, qui eos non defendit [c]: vel, 2. falſo, ſive idolis ſuis, quæ ſpem ipſorum jam fefellerunt [d]. [Ti. verſum ſic reddit, *Quam*, nempe *legem*, ex v. præced. *qui neglexerit*, *indurabitur & eſuriet*; *quùmque eſurierit*, *ſeſe irritans*, *maledicet regi*, &c. Ca. hunc verſum cum ſequente jungit, & utrumque ſic reddit, *Regionémque in difficultate famelici peragrantes*, *præ fame irati*, *& regem & deos deteſtabuntur ſuos*, *cùm quidem & ſurſum intuentes*, *& terram deſpicientes*, *animadvertant res adverſas*, *& tenebras*, *cæcam neceſſitatem*, *trepidámque caliginem*.]

22. *Et*, &c. וְאֶל אֶרֶץ יַבִּיט] *Et* (vel, *Si verò*, Pi. ſic JT. vel, *Cùm*; ſic Zach. 1. 18. *Et ſuſtuli*, pro, Quum ſuſtulerim; Apoc. 5. 6. *Et* (i. e. Quum) *aſpexi* [†]: vel, *Et cùm*, M.) *intuebitur ad*, vel *in*, *terram*, P. Mo. Pi. &c. deorſum, 2 Par. 20. 18. ut jam antè *ſurſum* cœlum verſùs; vel, quaquaverſum per totam terram, ut Eſa. 5. 30 [*]; nempe, ad opem in terra conſequendam [f]. Non erit eis auxilium ab hominibus [g]. ¶ *Et ecce tribulatio & tenebræ*; ità M. P. &c. vel, tenebræ tribulationis [h]. ¶ *Diſſolutio*, &c. מְעוּף צוּקָה וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח] [Variant.] *Obſcuratio*, vel *obtenebratio*, vel *caligo*, *anguſtiæ*, ſive *coarctationis*, ſive *tribulationis*, Mo. P. Q. in V. vel, & *anguſtia*, vel, præ *anguſtia*, V. *obvolvens*, ſive *circumvolvens*,

[x] Ang. [y] G. [z] For. [a] V. Ang. For. [b] Q. in Ang. [c] Q. in Ang. [d] Ang. [†] Ang. ſim. V &c. [f] V. [g] Calv. [h] Ang. ſim. Calv. [i] Pi. [k] For. [l] For. [m] Pi. Ang. [n] Pi. ſic For. Ang. [o] V. [p] G. [q] For. [*] Calv. [†] Idem. [t] Jun. [v] Muſc. [x] Calv. [*] Idem. [y] Q. in Ang. [z] Ang. [*] G. [a] Pi. [b] Ang. [c] Pi. [d] Ang. [†] Ang. [*] Ang. [f] Jun. [g] G. [h] Ang.

 verit,

vens, angustia, M. Ti. *volatus angustiæ*, i. e. circumvolans angustia [l]. *Advolans pressura*, sive *angustia:* מְעוּף à עוּף *volare*, & צוּקָה à צוּק *coegit, coarctavit, pressit* [k]. [Ultima sic reddunt;] *& caligine impulsus*, Mo. vel, *& obscuritas impulsa*, M. *& caligo*, & *impulsio*, Q. in V. *& nebula circumfusa*, Ti. vel, *impulsa*; q. d. Calamitas calamitatem sequetur [l]: vel, *&* ad, sive in, *caliginem detrudetur*, V. vel, *impulsum* se videbit, P. *& in nebulam*, vel *in nebula*, (ut vox propriè sign. Exod. 10. 22 [m].) *impulsi*, h. e. in ulteriores miserias conjicientur; vide Job. 18. 18. Jer. 23. 12 [n]: vel, *& caligo irruens*, vel *persequens*, vel *impulsa*, (à נָדַח *impellere*;) h. e. quæ seipsam videtur propellere cùm diffunditur [o]. Alii, *& caliginis dispersæ*; ut concordia sit in sensu, non in voce: nam אֲפֵלָה est fœm. & מְנֻדָּח masc [p]. Al. *obtenebratus erit angustiâ, & caligine impulsus*, Pi. sim. JT. vel, *expulsus*. Ità nomen מְעוּף convertunt in participium [q]. Congeruntur hîc multa verba idem significantia, ut extremas miserias significent [r].

l Q. in M. — k For. — l Q. in Ang. — m Ang. — n Ang. — o For. — p Q. in V. — q Al. in V. — r Ang.

CAP. IX.

1. ET *non*, &c. [כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ] Melius hæc verba Græci & Latinus capiti præcedenti attexuêre, quàm Hebræi huic capiti [a]. Hæc verba (à quibus nostri ferè, Judæorum, qui nunquam hanc prophetiam intellexerunt, vestigia prementes, caput hoc, magnâ sensûs perturbatione, ordiuntur,) cum Hi. & Bib. Reg. præcedentis capitis sententiæ annectô, vertóque, *quoniam non est obscuratio ei qui angustiæ est ipsi:* i. e. In calamitoso illo rerum statu ad indignationem & desperationem homines adigentur, quòd hostem quo premebantur viderint perpetuis successibus uti, neque ullum ei infortunium obvenire [b]. Vel, sic vertas, *Non avolabit* qui *constrictus fuerit isto tempore*, G. vel sic, *Non poterit avolare*, vel, *Non fiet avolare*, vel *ut avolet*, (i. e. non effugabitur, non evanescet, sed perdurabit & perpetua erit, subaudi, *caligo*) *quæ effusa*, vel *superfusa*, *est ei terræ*. Distinctionem Vulgati veram esse confirmant aliorum Interpretum angustiæ & nimis implicatæ interpretationes. מוּעָף est partic. passiv. 3. conjugat. à verbo עוּף; & מוּצָק est partic. in 3. à יָצַק *fudit, effudit* [c]. [Reliqui ferè Hebræum textum sequuntur, hæc verba huic capiti jungentes, eáque sic reddunt;] *Quia* (vel, *Nam*, vel *Veruntamen*, Pi. Angl.) *non* (vel, *nec*, M.) *obtenebratus*, sive *obscuratus*, (vel, *obvolutus*, M. sub. *est*, M. vel, *erit*, Pi. Angl. vel, *obscurabitur*, Pi. JT. sub. *prorsus*, ad tollendum speciem contradictionis, quia v. 2. dicitur *populus visurus magnam lucem* †: Heb. *obscuratum*, Angl. Pi.) *ei* (sub. אֶרֶץ *terræ*, ut docet fœm. הּ, sicut etiam fit Esa. 8. 21 [d]. *Terræ*, nempe vel, 1. Judæ †; vel, 2. decem tribuum [f], quarum erunt partes hîc memoratæ; vel, 3. utriusque [g].) *qui coarctatus in ea*, Mo. vel, *quæ affecta fuerit angustiâ*, JT. Pi. Heb. *cui angustiatum* fuerit, Pi. vel, *cui hæc accidit angustia*, M. vel, *secundùm angustiam quæ fuit ei*, P. sic V. vel, *qualis erat in vexatione ejus*, Heb. *cui angustatum* est *ei*, vel, *cui angustia* est, vel erit, *ei*. Pleonasmus frequens in Heb. lingua, ut Gen. 1. 11. Psal. 1. 4 [h]. [Alii totum sic reddunt;] *Et non expediet sese is qui se in angustiam* hujusmodi *conjecit*, Ti. *Quanquam non cæcutiat ea terra cui hæc accidet necessitas*, Ca. *Sed* (ità כִּי sumitur Gen. 45. 8. 2 Sam. 16. 18.) *non allata est*, vel *adferetur*, *obscuratio ei* (terræ) *cui allata est angustia*, Di. ¶ *Primo*, &c. [כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה וגו׳] *Quemadmodum superiore tempore*, Ti. Ca. *leviter affligebatur terra*, &c. Ti. vel, *parùm fuerit terra*, &c. Ca. *Secundùm tempus* (vel, *tempus illud*, M. Pi.) *primum*, sive *prius*, (vel, *Sicut tempus hoc prius*, JT. vel, Tum *tempore illo priore*, Pi. *Sicut tempore primo*, sive *priore*, Di. Angl. Med. vel, *Juxta priora tempora*, For. ex Vulg.) *alleviavit terram*, &c. Mo. vel, *levius affecit in terra Zebulunis & Napthali*, JT. i. e. in Israelitis, per synecdochen: sed horum potissimùm fit mentio, quia ab his cœpit tum calamitas per Assyrios, tum liberatio per prædicationem Evangelii Christi, versu seq [k]. Vel, quo *levius visitaverit*, scil. quàm tempore posteriore; Heb. *allevavit* visitando [l]. Vel, *levius egit* Deus *versus terram*, &c. vel sic, *ignominiam dedit versus terram*, &c. Di. vel, *vilem fecit terram*, &c. Med. vel, *alleviata est*, i. e. vilis fuit, & nullius existimationis [m]: vel, quando *alleviavit*, &c. M. vel, *leviter afflixit*, &c. Ang. sub. *ille*, nempe Deus, Angl. vel, sub. *hostis*, P. vel, voce impersonaliter sumptâ, quum *terra leviter affligeretur* [n]. *Quia non erit ei obscuratio secundùm angustiam quæ fuit ei tempore primo* ab eo qui *alleviare fecit terram*, &c. P. Terra hîc *alleviari* dicitur, i. e. habitatoribus & bonis spoliari [o], & quasi exonerari [p]; sicut navis *alleviari* dicitur, quum exoneratur [q]. Sed ridiculum hoc [r]: sic enim sequens הִכְבִּיד, quod ei opponitur, non, *gravius oppressam*, sed, *hominibus & bonis refertam*, significabit*. [Alii hæc cum præced. sic reddunt,] *Non tamen obscuratio juxta angustiam quæ ei accidit tempore quo leviter attigerunt terram*, &c. Calv. ¶ *Et novissimo*, &c. [וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם] *Et postremum aggravari fecit viam maris trans Jarden, Ghelil gentium*, Mo. *Et ultimò* ab eo qui *aggravari fecit, viâ*, &c. P. *Nam postea mare versus, trans Jordanem, Galilææ extraneorum multum erit*, Ca. *Posterior autem aggravavit* eos, M. *Postea verò gravius afflixit*, Ti. *Et posterius illud* [nempe *tempus*] *affecit gravius*, JT. *Et* (vel, *Tum*, Pi. vel, *Vel*, ut ו sumitur Esa. 19. 15 [t].) *posteriore illo* (sub. *tempore*, ex præced. membro*; vel, secundùm *posterius illud*, repetito כ ἀπὸ κοινοῦ [v],) *afflixit* (vel, *visitaverit*, Pi.) *gravius*, Angl. Heb. *aggravavit* visitando, Pi. [G. hoc membrum cum præcedente sic accipit, *Prius leviter affligetur terra*, &c. *post verò gravius affligetur*, &c.] *Posteriori autem gravius egit*, Di. *Nec posterius, quum aggravârunt*, Calv. Fortè sic vertas, *Sic postremo* tempore *gloriam dabit*, Di. sic Med. Quæ autem illa gloria erit? *Populus sedens in tenebris*, &c. v. 2 [x]. Clarissima mihi videtur hæc prophetia, & eventu comprobata; de quo vide Matt. 4. 14, &c [y]. *Tempore primo*, vel, *Sicut tempore primo, vilem reddidit terram*, &c. *sed*, vel *sic, in novissimo gloriosam*, vel *inclytam, faciet*. *Via* enim *maris* (ab Assyrio calcata) *ad transitum Jordanis, Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris*, (nempe afflictionum,) *vidit lucem magnam*, &c. Vin' scire unde & quo authore ità beabitur Galilæa, in eâque via illa maritima ubi trajectus est Jordanis? statim subjicit, *Quia parvulus natus est nobis, filius datus*, &c. v. 6 [z]. Nihil hîc coactum, כ similitudinis habere pro particula ἀποδοτικῇ copulam ו [ut hîc in וְהָאַחֲרוֹן] usitatissimum est: tale est illud, ὡς ἐν οὐρανῷ, (*sic in cœlo*,) καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, (*sicut super terram* [a].) Huic expositioni favet usus verborum קָלַל & כָּבַד, quæ hîc opponuntur. קָלַל sign. alleviari, vel pondere, vel divitiis, vel honore; nusquam autem, *leviter affligere*. Proferant cæci Judæi vel unum locum. Contrà, כָּבַד sign. *gravem esse*, vel pondere, vel divitiis, vel dignitate [b]. τὸ הֵקַל quidem *levitatem*, & τὸ הִכְבִּיד *gravitatem*, significat; sed existimationis tantùm, sive gloriæ [c]. הֵקַל pro *vilipendere*, 2 Sam. 19. 43. הִכְבִּיד pro *honorare*, Jer. 30. 19 [d]. Cùm præc. cap. Propheta explicâsset plurimos ex utraque domo *Israelis perituros*, & quibusdam tantùm Christum fuisse *in sanctificationem*, nempe *discipulis*, quibus orta est lux cœlestis, &c. jam ostendit quinam isti essent, & quo pacto, aliis in cæcitate permanentibus, istis *orta fuerit lux*. Quibus de mysterio Christi plurima annectit. *Olim*, inquit, *Zabulonitæ & Nepthalinitæ*, omnésque *Galilæi*, *viles erant*, non re militari, nobilitate, scientiâ, aut artibus clari; unde illa, *A Galilæa nullus Propheta, nihil boni*, &c. At *novissimis temporibus* illa regio illustrata fuit præsentiâ, habitatione, doctrinâ & miraculis Domini, & plurimi indè erant discipuli, &c †. [Sequentia porrò textûs verba sic reddunt & accipiunt:] *via* (vel, *viâ*, P. Di. JT. Ti. vel, *per viam*, M. Calv. Ang. *ad viam*, vel, *in via* Q. in Angl. vel, terram (nempe sitam) *ad viam*; ellipsis τῆς ב [f];) *maris* (i. e. quâ itur ad mare [g]. Mare autem intellige vel, 1. Mediterraneum [h]; ibi enim est via publica ad portandum merces à Jordane ad mare Mediterraneum [i]; fortè ad Tyrum seu Sidonem [k]. Galilæa litori maris Mediterranei vicina erat [l]. Vel, 2. Galilææ, sive Tiberiadis [m]: vide Matt. 4. 18. Joh. 21. 1. Lacus autem Hebræis *maria* dicuntur, Num. 34. 11, 12. Jos. 12. 3 [n]. At *trans*, vel *ultra*, *Jordanem*, M. P. Ti. G. Calv. Obj. At terra

a G. — b M. d. l. 3. part. 1. p. 566. — c For. — † Pi. — d Pi. — † Q. in Ang. — f Pi. — g Ang. — h Ang. — k Jur.

l Pi. — m For. — n Ang. — o He. in For. — p Q. in Calv. — q Q. in Ang. — r Ang. — * For. sim. Ang. — t Ang. — * Ang. — v Pi. — x Di. — y Med. l. 1. differt. 25. — z Med. comment. Apocal. l. 3 p. 1. de sigillis. — a Di. — b For. — c Med. differt. 25. — d Di. — † For. — f Pi. — g Ang. — h Q. in Ang. L. Calv. Me. ex Adichom. — i L. — k San. — l Calv. — m For. San. Ang. Pi. &c. — n Ang.

terra hæc erat cis Jordanem [o]. Resp. 1. *Trans Jordanem* erat, nempe venientibus ab Euphrate [p], sive Assyriis, qui hanc terram populati sunt [q]. 2. Tractus ille vulgò dicebatur *trans Jordanem* [r], nempe ab Israelitis quum nondum eum trajecerant, idémque nomen illi postea hæsit; quomodo Gallia ab Hispanis *transalpina* hodie dicitur, quòd à Romanis olim ità diceretur *. 3. Sic dicitur hæc regio respectu Hierosolymæ, quia erat ultra partem Jordanis nobilissimam, quam mare Tiberiadis vocamus. Nam regiones omnes quoad situm denominantur respectu ad Hierosolymam habito; ut Ægyptus *ab Austro*, & Babylon *ab Aquilone*, &c [t]. 4. Alii aliter vertunt: *secundùm*, vel *juxta*, *Jordanem*, JT. Pi. Angl. עֵבֶר vel *citra*, vel *ultra*, sign. Vide Deut. 1. 1, 5. & 3. 8. &c [v]. Heb. in *transitu Jordanis*, i. e. in latere Jordanis, ad quod ex altero latere transitur [x]. *Ad transitum Jordanis*, ibi Capernaum sita [y]. [Ultima denique verba sic reddunt :] in *finibus*, sive *confinio*, *gentium*, Ti. Di. *Galilæa populosa*, JT. *Galilæam* scil. *populosam*, ob fertilitatem; de quo vide Deut. 33. 23. Heb. *gentium*, seu *populorum* : simil. *Harosheth gentium*, Jud. 4. 2 [z]. Et *Galilæa* (vel, in *Galilæa*, Pi. Calv. Ang.) *gentium*, G. Pi. &c. vel, *convenarum*, ut Matt. 4. 15. ubi dicta vide. *Via* illa à Syria venientibus ad *mare*, cui cohæret *Galilæa gentium*, magnam partem comprehendit terræ decem tribuum [a]. Galilæam hîc intelligunt vel, 1. inferiorem, ex Deut. 33. 23 [b]. Verùm hæc erat in Zabulon, non in Napthali. Vel, 2. superiorem, dictam *Galilæam gentium*, vel à Gentilibus eam junctim cum Israelitis incolentibus, vel à vicinia Tyri & Sidonis. Obj. At Christus plurimùm versatus est circa mare Tiberiadis, Matt. 4. 18. & Nazarethi, quæ erat in inferiore Galilæa, Matt. 2. 23. Resp. Versatus etiam erat in Capernaum, quæ sita erat in confinio Zabulonis & Napthali, sive utriusque Galilææ, Matt. 4. 13. & *totam Galilæam peragravit*, Matt. 4. 23 [c]. Qu. Num hic versus comminationem, an verò consolationem, continet? Resp. 1. Comminationem, quâ graviorem Judæis afflictionem denunciat quàm præcedentes duæ hîc memoratæ [d]. Significat cladem hanc exitialem fore, nec citò transituram, sicut priores †. 2. Consolationem [f], vel pœnarum mitigationem [g], præcedentibus minis oppositam. Nam tanquam consolatoria hæc adferuntur Matt. 4. 14, &c. & sensus est, Etsi graviter terram suam Deus afflixerit, vel afflicturus sit, non permittet tamen ut in tenebris penitùs delitescat, sed honore eam afficiet, & luce Evangelii illustrabit [h]. Prior sive levior afflictio erat, vel, 1. per Theglath-Phalasarem [i], qui paucos transtulit ex illis locis, multos reliquit, 2 Reg. v. 15. c. 29 [k]: vel potiùs, 2. per Pul, tempore Menachemi & Uzziæ, 2 Reg. 15. 19, 20. 1 Par. 5. 26 [l]. Posterior & gravior afflictio erat, vel, 1. illa per Salmanassarem 2 Reg. 17. & 18 [m]: vel, 2. illa per Tiglath-Peleserum, qui circa hoc tempus, ab Ahazo invitatus, terram Israeliticam invasit, multa in aliis tribubus oppida cepit, totam verò Nepthalin & Galilæam, & Reubenitas aliósque trans-Jordaninos, in captivitatem abduxit, 2 Reg. 15. 29. 1 Par. 5. 26. id quod nullâ ratione levis afflictio dici potuit. Probabilius enim est Prophetam hîc loqui de irruptione proximiore vel instante, si non præterita, (qualis hæc fuit,) quàm de illa Salmanasaris, quæ post multos annos futura erat [n].

2. *Populus*, &c. הָעָם הַהֹלְכִים וגו׳] *Populus* (vel, Sed *populus* : Adversativum supplevi ad perspicuitatem, quia præcessit, *Non prorsus obscurabitur*, &c [o].) *ambulantes*, vel, *qui ambulant*, (vel, *ambulabat*, Med.) *in tenebris* (sine luce, quod & defectum solatii & periculum denotat: vel, *sedebant in tenebris*, ut Matt. 4. 16. i. e. vixerunt & commorati sunt in tenebris [p]: tenebras autem hîc intellige vel, 1. calamitatum [q]; vel, 2. spirituales, ignorantiæ, idololatriæ & peccatorum, ut tum è loco parallelo, Esa. 60. 1, 2. tum è Matthæi explicatione, patet [r]:) *vidit* (h. e. possedit, vel fruitus est, ut *videre* sumitur Psal. 34. 13. Joh. 3. 3, 5, 36 *: vel, *videbit*, Pi. Sed Prophetæ de rebus futuris acsi præterita essent loqui solent †:) *lucem magnam*, Calv. &c. [Locum variè explicant. 1. De liberatione temporali.] Sensus, Populus Hierosolymitanus in gravissimis constitutus periculis, quæ *tenebrarum* nomine appellant Hebræi, experietur egregiam liberationem, cæso divinitus Sennacheribi tam valido exercitu [r]. Non placet. Nam, 1. populus hîc minimè intelligitur Hierosolymitanus, (cujus nullum hîc est indicium,) sed Zabulon & Napthalim, ut patet tum, 1. ex verbis præced. *Terra Zabulon*, &c. cum quibus hæc verba connectuntur, non præmissâ particulâ sive copulativâ, sive adversativâ, *Et populus*, vel, *Populus autem*, sed simpliciter, ut designetur per appositionem *incolas terræ Zabulon & Napthalim, & ad viam maris trans Jordanem Galilææ gentium, esse cumprimis populum illum qui lucem visurus est*: tum, 2. ex natura rei, quia hi præ aliis horrendæ desolationi, nec non idololatriæ & profanitati, utpote & Gentibus vicini, & à sede cultûs Dei remoti, obnoxii erant; ideóque lux illis ante alios exoritura dicitur: tum 3. ex Matt. 4. 13, &c. qui expresè docet, *incolas ad viam maris esse populum* illum, &c. 2. Nullum in textu vestigium est comparationis calamitatis Judaicæ sub Sennacheribo, & Israeliticæ sub Tiglat-Pelasare. 3. Quæ, quæso, cohærentia est, *Terra Zabulon—priùs leviter affligetur*, &c. Jerosolymitani è gravissimis periculis liberabuntur? 4. In illa glossa Judaica falsò assumitur graviorem fuisse cladem Judæorum tempore Sanheribi, vel etiam captivitatis Babylonicæ, illâ decem tribuum sub Salmanasare, quâ non tantùm destructæ erant, sed nunquam postea instaurandæ [v]. [Alii itaque de liberatione spirituali accipiunt.] *Videbit lucem*, &c. i.e. recreabitur gaudio magno, videl. ex prædicatione Evangelii; ut declarat Matt. 4. 17, &c [x]. *Lux* ponitur pro gaudio sive solatio, Job. 18. 5, 6. & 30. 26. Psal. 18. 29. &c. item pro gratia spirituali, Joh. 12. 35, 36. 2 Cor. 4. 6. Impletum hoc partim in ruina Sennacheribi, deinde & Babylonis; pleniùs tamen & præcipuè in illuminatione hominum luce Evangelii. Vide Matt. 4. 13,—16. Luc. 1. 78, 79. & 2. 32. &c [y]. [Ca. hunc versum cum præced. & seq. sic explicat :] Quanquam quòd dico [in fine præced. cap.] angustiam fore, expugnatis videlicet à Christo Magis falsísque diis, ea angustia erit deastricolis quidem & impiis perniciosa ad Christi lucem *cæcutientibus*; sed erit electis Christúmque admittentibus salutaris: erit enim doctrina clarior in iis terris in quibus docebit Christus, quàm fuerit ante ejus adventum apud *Zabulonios & Nepthal.* quæ duæ Tribus doctrinâ claruerunt, ut apparet ex Gen. 49. 21. Deut. 33. 19. Jud. 5. 14. Sed illorum doctrina levis obscuráque fuit, præut futura est Christi lux illa quâ aliquando *Galilæam* cæterásque gentes indoctas ità illustrabit, ut magnus eorum numerus Christianus fiat. Quæ res *lætitiam*, tanquam *præda parta*, pariet, quippe Christo de suis hostibus triumphante, suósque in libertatem asserente, ut olim à Gedeone contra *Madianitas* factum. Sed & Gedeonis & aliorum certamina ferro geruntur; at Christi certamen *igni* geretur Evangelico, quo totus incendetur orbis. *Nam puer nobis nascitur*, &c *. [Plura hîc non addam, quia retractanda hæc erunt, σὺν Θεῷ, quum ad Matt. 4. perventum fuerit.]

3. *Multiplicâsti* (vel, *Amplificans*, JT. vel, *Amplificâsti*, scil. numero, opibus, potentiâ & victoriis, &c [z]: vel, *Magnificâsti*, nempe præclaris beneficiis quæ iis indulsisti [a]: vel, *Multiplicando*, Calv. *Multiplicâsti* quidem, Pi. vel, *Multiplicabis*, nempe in adventu Christi †: vel, *Multiplicaveras*, Q. in Angl.) *gentem*, (vel, *hanc gentem*, JT. Pi.) *non* (vel, & *non*, Ang. vel potiùs, sed *non*, Pi. Angl. sic Ti. vel, & eidem *non*, M.) *magnificâsti* (vel, *magnam effecisti*, Pi. vel, *auxisti*, V. Calv.) *lætitiam*; ità Mo. Calv. &c. הִרְבִּיתָ הַגּוֹי לֹא הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה] Apostrophe hæc est vel, 1. ad Sennacheribum [p]. q. d. O tu Assyrie, magnum quidem exercitum contraxisti, ad 185 millia; sed non eò magis gaudebis [q]. Non placet hæc interpretatio. 1. Quia non congruit cum sequentibus [r]. 2. Quia nullum hîc vestigium est vel de Sennacheribo, vel de temporibus Ezeciæ; sed purè arbitrarium hoc est *. Vel, 2. ad Deum [t]. *Gentem* hîc *multiplicatam* intelligunt vel, 1. Gentiles; q. d. Multiplicâsti quidem illos, sicut Judæos; gratiam tamen tuam, unicum solidi gaudii fundamentum, illis non exhibuisti [v]: vel, 2. Judæos [x]. Sensus, Non præbuisti Judæis tantam lætitiæ materiam quantam præbiturus es per reductionem è Babylone, ac inprimis

Marginal notes (left): [o] San. [p] G. [q] Q. in San. [r] For. * Al in San. [t] San. [v] Ang. [x] Pi. [y] Med. [z] Pi. [a] G. [b] Q. in Ang. sic Pi. [c] Ang. [d] Q. in Calv. sim. V. ex He. Luth. in Marl. Ang. † Luth. [f] Calv. Di. Jun. [g] Marl. ex Calv. [h] Di. [i] G. V. ex He. Jun. Pi. Calv. [k] G. [l] Ang. [m] G. V. ex He. Jun. Pi. Calv. &c. [n] Ang. [o] Pi. [p] Ang. [q] Pi. sim. Ang. Musc. &c. [r] Calov. anti-gr. sim. Me. * Ang. † Ang.

Marginal notes (right): [r] G. [v] Calov. [x] Pi. [y] Ang. * Ca. [z] Pi. [a] Ang. † Arg. [p] Q. in Ang. [q] G. [r] Ang. * Calov. [t] Pi. Ang. &c. [v] Q. in Ang. [x] Iid Ang. Pi. Jun. For.

inprimis per Christum, quum is advenerit [y]. Al. Nunquam, ex quo multiplicâsti hanc gentem, dedisti illis tantam lætitiæ materiam quantam daturus es[z]. Comparationem instituit inter administrationem quæ præcessit adventum Christi, & illam quæ est in regno ipsius: illa varia fuit & instabilis, rebus secundis, adversis, lætis, tristibus, &c. Quum, inquit, populum tuum insigni aliquo bono, victoriâ aut honore, auxisti, lætitiam tamen stabilem minimè præstitisti [a]. *Non magnificâsti*, &c. Dictum secundùm quid, seu comparatè [b]. Al. *Multiplicâsti*, vel *Multiplicabis*, *hunc populum*, nempe in adventu Christi, per accessionem Gentium: parùm tamen aut nihil indè erit *lætitiæ*; vel, 1. quia tam pauci Christum recipient; vel, 2. quia Gentium vocatio Judæos ægre habebit[c]. [Al. sic,] ℵ לֹא, *non*, hîc quadrare non videtur: quomodo enim negetur amplificatio gaudii de iis qui dicuntur *lætati—ut in messe?* Quare לֹא interrogativè sumo, locúmque sic verto, *Multiplicâsti gentem: annon amplificâsses gaudium? gavisi sunt*, &c. Res ipsa videtur interrogationem postulare, quia ejus responsio statim subjicitur [d]. Al. ℵ לֹא, *non*, hîc ponitur, notantibus id Masoretis, pro לוֹ, *illi* †. ℵ כְּתִיב (scriptum) est, לֹא; ℵ קְרִי, (lectum,) לוֹ [f]. ℵ לֹא, pro לוֹ, etiam Exod. 21. 8. Levit. 11. 21. & 25. 30. 1 Sam. 2. 3. 2 Reg. 8. 10. 1 Par. 11. 20. Esdr. 4. 2. Job. 13. 15. Psal. 100. 3. Esa. 49. 5. & 63. 9 [g]. Sic ergò vertas, *magnificâsti*, vel *cumulâsti*, (vel, *augebis*, Angl.) *ei lætitiam*, V. Angl. Obj. לוֹ הִגְדַּלְתָּ durum est, & præter genium linguæ, qui postulabat הִגְדַּלְתָּ לוֹ [h]. Resp. Pronomen antecedit verbum, ut hîc, itâ etiam Job. 13. 15 [i]. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Te gentem multiplicante, tantâque afficiente lætitiâ, ut apud te gaudeant sicut in messibus gauderi solet*, &c.] ¶ *Lætabuntur* (vel, *Lætati sunt*, M. P. Mo. Ch. &c. Præt. pro fut. ob certitudinem [k];) *coram te*] Sic Pi. Ar. &c. h. e. gaudio vero & solido [l]; vel, spirituali cordis, quod soli Deo patet [m]: intus & sincerè, ut phrasis *coram te* sumitur Esa. 38. 3. Luc. 1. 6. non autem gaudio externo & mundano, quod illis denegatur in membro præcedente [n]. Vel, *coram te*, id est, prostrati coram te, dum gratias tibi agent [o]. Vel, *coram te*, i. e. in Sanctuario tuo, sive loco faciei tuæ. Vide Psal. 42. 3. &c [p]. ¶ *Sicut lætantur in messe*] Non messores mercenarii [q], sed domini agrorum, qui, post longam patientiam consecuti id quod sperabant, lætantur. Vide Psal. 126. 5, 6. &c [r]. ¶ *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר יָגִילוּ בְּחַלְּקָם שָׁלָל] *Sicut exsultant* (sub. *milites*, P. vel, *victores*, Ti. Vulg.) *qui* (vel, *quando*, P.) *dividunt spolium*, M. P. &c. [Jun. paulò aliter hoc & præcedens membrum accipit:] Nullam lætitiam consequuti sunt ἀκονιτὶ καὶ ἀναιμωτὶ, sine sudore & sanguine; sed permagno illis constitit: nam ardui labores brevem lætitiam anteiverunt, ut sudores messem, & pugnæ graves spolia, hoc versu; quod duobus seq. exornatur*.

4. *Jugum*, &c. כִּי אֶת עֹל סֻבֳּלוֹ וְאֵת מַטֵּה שִׁכְמוֹ שֵׁבֶט הַנֹּגֵשׂ בּוֹ הַחִתֹּתָ] *Nam* (vel, *Quum*, JT.) *jugum oneris* (i. e. onerosum [t]; ut, *mons sanctitatis*, i. e. sanctus, Psal. 15. 1 [v]: vel, *jugum illius*, quod est *onus*; ut, *signum circumcisionis*, id est, circumcisio, quæ est signum, Rom. 4. 11 [x]. Sed prius malo [y]. Onus ei impositum velut jugum, nempe dominatum hostium [z]: vel, obsidionem gravissimam [a]. Dicit, *oneris illius*, non [activè,] ut *patris jugum*, sed [passivè,] ut *nostrum jugum*, 1 Reg. 12. 4, 9, 10 [b].) *ejus*, (nempe populi [c]; Galilææ gentium. Antecedens hîc, utpote notum, omittitur; ut Cant. 1. 2. *osculo oris sui* [d].) *& virgam*, sive *baculum*, *humeri* (vel, *humerorum*, Ca. Angl.) *ejus*, (i. e. quo percutiebantur humeri ejus †; vide Esa. 10. 5, 24. & 14. 29 [f]: i. e. servitutem ipsorum [g]. *Baculus humeri* dicitur, vel, quia dum gestatur humero applicatur; vel, quoniam pondera humeris sustinentur [h]. Baculum imminentem scapulis eorum [i].) *sceptrum*, vel *virgam*, vel *baculum*, (sub. *inquam*, M. vel, *scilicet*, Pi. sim. Ca.) *exactoris in eo*, Mo. P. vel, *ejus*, V. Ti. Pi. vel, *cum ipso*, scil. exactore [k], (vel, *exigentis in eo*, Pi. vel, *ab eo*, Pi. Angl. ut Esa. 3. 12 [l]. vel, *opprimentis illum*, JT. vel, *imperantium eis*, Ca. vel, *quâ afflixit eum*, M. Intellige hîc virgam quâ feriebat eos exactor [m]; vel, vires eorum qui exercebant tyrannidem [n]; vel, durissima tributa quæ impositurí fuerant Hierosolymitanis Assyrii [o]; vel, sceptrum Dæmonis, &c [p].

y Pi. z Ang. a Jur. b Pi. c Al. in Ang. d Di. † Calov. f Di. sim. V. g Ang. ex Hc. h Di. i Ang. k Pi. l Calv. m Pi. n Q. in Ang. o Pi. p Ang. q Musc. r Ang. * Jun. t V. Ang. v Ang. x Ang. ex Pi. y Ang. z Pi. a G. b Ang. c For. d San. † Pi. Ang. f Ang. g V. sim. For. h For. i G. k For. l Ang. m Pi. n V. o G. p San.

sive potestatem tenebrarum & peccati [q].) *confregisti*, vel *contrivisti*, Mo. Pi. &c. Per Angelum Sennacheribi exercitum cædentem, &c [r]. Per Cyrum subjugantem Babylonios, deinde per Christum vincentem Diabolum, &c*. ¶ *Sicut in die* (vel, *secundùm diem*, P. Mo. sub. *quo contrivisti*, M.) *Madian*] Sic Pi. V. M. &c. scil. factum est [t], quum eos devicit Gedeon, Jud. 7 [v]. h. e. Miro & incredibili modo [x]; per paucissimos & inermes, &c. Non minùs inaudita & insperata erit hæc victoria [y]. *Dies* sæpe in S. S. tempus denotat quo aliquid insolitum alicui accidit, sive bonum sit, sive malum: ut, *dies Jerusalem*, Psal. 137. 7. i. e. quum deleta est; *dies Gibea*, quum ob impietatem ejus, &c. excisa est, Hos. 9. 9; *dies fratris*, i. e. calamitatis ejus, Obad. v. 12, 13 [z]. Sensus versûs, Quoties liberavisti populum tuum ab exterorum tyrannide, quæ metaphoris duabus figuratur*.

5. *Quia omnis*, &c. כִּי כָל־סְאוֹן סֹאֵן בְּרַעַשׁ וְשִׂמְלָה מְגוֹלָלָה בְדָמִים וְהָיְתָה לִשְׂרֵפָה מַאֲכֹלֶת אֵשׁ] Hunc versum quidam legunt tanquam unam continuatam sententiam [a]. *Nam*, vel *Quia*, (vel, *Quum*, sive *Quando*, JT. Pi. Angl. ut Psal. 75. 3 †.) *omnis pugna pugnantium* (vel, *omnis qui pugnat pugnat*, P. vel, *tota conflictatio confligentis*, sive *confligentium*, JT. Pi. sub. *fuit*, V. vel, *est*, Ang. vel, *facta fuit*, Pi.) *in*, vel *cum*, *impetu*, V. (vel, *concussu*, JT. Pi. Angl. vel, *commotione*, P. Angl. ut Jer. 10. 22. Ezec. 38. 19*; vel, *strepitu*, Mo. sim. Ang. ut Ezec. 37. 7 †; vel, *tumultuatione*, Pi. vel, *tremore*, Al. in V.) *vestésque* (Heb. *vestis*; singulare collectivè, ut Esa. 3. 6, 7*.) fuerunt *inquinatæ sanguine*, V. (vel, *volutatæ in effuso sanguine*, Pi. sim. JT. Ang. P. Mo. Heb. *in sanguinibus*, Pi. ut 2 Sam. 20. 12 [b].) ipsa quoque urbs fuit *incensa & absumpta igni*: q. d. Pugna fuit acris contra Judæos, nec incruenta; nam tandem ipsi cæsi sunt, & urbs capta fuit & incensa [c]. Vel, *& fuit*, sive *facta est*, vel, *quæ* (scil. vestis sanguine polluta, copulativa pro relativa, ut Esa. 5. 4 [d].) *facta est*, *exustione* (ל valet *cum*, Psal. 147. 20. & fortè Job. c. 17. v. 5 †.) *pabulum ignis*, Angl. vel, *abierúntque* (scil. vestimenta illa*; vel, *denique abiit*, JT. Heb. *facta fuit*, scil. vestis illa †,) *in exustionem pabulum ignis*, Pi. JT. Sensus versûs, q. d. Quo die tota Madianitarum castra, repentino motu divinitus inter se commissa, tanquam igne accenso, cum rebus suis omnibus consumpta sunt. Etiam huic victoriæ, inquit, suæ fuerunt difficultates; & lætitia quam indè percepit populus non longo intervallo mutata est [f]. [Vide annotata ex Junio ad v. 3.] Aliis duo hujus versûs membra opposita sunt [g]. [Hi sic reddunt;] *Omne*, vel *Omnis*, *quidem* (vel, *Cùm omne*, Ca. *Quanquam omne*, Calv.) *profligatio profligantis* (vel, *pugna bellantium*, G. sim. Calv. vel, *certamen*, Ca. vel, *prælium quod fit per præliantem*, M. sub. *fit*, M. Ti. Calv. vel, sub. *solet esse*, G. vel, *dimicari soleat*, Ca.) *strepitu tumultuoso* (vel, *cum strepitu*, M. G. Calv. vel, *cum motu*, Ca.) *& volutatione vestimenti in sanguine*, Ti. M. sic Ca. Calv. sim. G. at hoc bellum *erit adustione & devoratione ignis*, Ti. vel, *per combustionem*, &c. M. *istud flagrantis ignis incendio gerent*, Ca. hæc verò erit ut *pabulum ignis ad combustionem*, G. *erit boc in combustionem, cibum ignis*, Calv. Opponit Esaias victoriam quam Deus daturus erat populo aliis victoriis. Alii enim vincunt editâ hostium strage; hîc verò Dominus solâ suâ manu vincet. Pleniùs exponit quod dixerat, *ut in die Madian*. Dominus enim multorum operâ non utetur, sed de cœlo sibi victoriam pariet [h]. Aliæ clades hostium solent parari multo labore multóque sanguine: hæc verò similis erit incendio subitò consumenti. Planè enim subitò, sine tumultu, sine vulnere, sine Hebræorum labore aut periculo, ab Angelo exstincti sunt Assyrii. Nulla flamma tam celeriter eos occidere potuisset. Vide cap. 10. 16 [i]. Deus velut igne de cœlo hostes Ecclesiæ delebit [k]. Al. *Nam omnis quidem conflictus confligentis erat cum strepitu & veste sanguine inquinata*, erat tamen *in combustionem*, &c. h. e. Quamvis hostes populi Dei eum furiosè oppugnarent, vestésque occisorum sanguine suo fœdârunt; fine tamen suo frustrabuntur, & cedent in pabulum ignis [l]. Al. *Omnis conculcatio conculcantis*, &c. *Conculcationem* militum *in prælio* accipio pro ipsis conculcatoribus, &c. ut sensus sit, Omnes conculcatores qui proculcant & stragem edunt cum commotione, &c. cedent igni Divino, illi sc. qui descendit in discipulos Christi, & quem

q For. r Ang. * Pi. t Pi. v G. Pi. &c. x Calv. y For. z Ang. * Jun. a Ang. † Ang. * Idem. † Id. * Id. b Id. c V. d Ang. † Ang. * Pi. † Pi. f Jun. g Ang. h Calv. Q. in V. i G. k Calv. l Q. in Ang.

quem Christus missurus erat super terram, adversùs quem nulla vis, ferocia, barbaries ac crudelitas stare possunt*.

6. *Parvulus*, &c. כִּי יֶלֶד יֻלַּד לָנוּ בֵּן נִתַּן לָנוּ] *Quia*, vel *Nam, puer*, vel *parvulus*, (vel, *gnatus*, Mo.) *natus est nobis, filius datus est nobis*, M. P. Pi. Mo. &c. Aperit bonorum omnium quæ dixerat fontem, nempe incarnationem Domini [m]. Tantæ felicitatis autor Messias esse prædicitur [n]. Reddit causam cur lux orta est populo, cur lætantur ob excussum tyranni jugum, cur id placidè & sine sanguine fit; quia filius Virginis natus est [o]. *Natus est*, i.e. nascetur; præt. pro fut [p]. *Nobis*, ambulantibus in tenebris, &c [q]. Judæis, sive semini Abrahæ, tum carne, tum fide, Luc. 2.10,11. Galat. 3. 8,14,16 [r]: populo Dei, sive multitudini credentium*. [Sed quisnam hic *puer*?] Resp. 1. Ezechias [t]: sic tamen, ut multò excellentiùs hæc ad Messiam pertineant [v]. Verùm quæritur hîc de quonam hæc enuncientur ex intentione Spiritûs Sancti; qui si Ezechias fuisse concedatur, grata Judæis præstatur opera [x]. Sed impudenter Judæi hæc ad Ezechiam torquent [y]. Nam, 1. hic natus est ante hoc vaticinium [z]. Vide 2 Reg. 16.2. & 18.2 [a]. 2. Nullum h. l. Ezechiæ vestigium, nec verbum hactenus de eo prolatum. 3. Nativitas hujus pueri lætitiam hanc & liberationem attulit: non sic nativitas Ezechiæ. 4. De ejus nativitate agitur qui lucem attulit ambulantibus in tenebris Galilæis & Judæis: id quod Ezechiæ nemo adscripserit. 5. Sequentia nomina & epitheta nulli mortali conveniunt [b]. Resp. 2. Christus, sive Messias [c]. [Id quod multis argumentis probant.] 1. De eo accipiunt tum omnes Christiani, Justin. Tertul. Hieron. &c. tum ipsi Sociniani, Crellius & Schlicting. &c. qui tamen nihil non in oraculis Christi tentare solent [d]; tum Chaldæus Par. etiamsi nomina pueri sequentia ad Deum referat. Verba ejus hæc sunt; Dixit Propheta domui Davidis, *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & suscipiet in se legem ad servandam eam; & vocabitur nomen ejus à conspectu mirabilis consilio, Dei, fortis, permanentis in secula, Messias; in cujus diebus pax multiplicabitur nobis* †. 2. De eodem hîc agitur de quo Esa. 11.1. fatente Grotio: de Christo autem ibi sermonem esse probabitur. 3. De eo exponitur Luc. 1.33. 4. Prophetæ indubiè consilium erat, fideles denuo confirmare de signo illo augustissimo quod antea promiserat, Esa. 7.14. ac pleniùs edocere quid de Virginis filio credendum erat; siquidem hæc præcipua erat Prophetarum cura, (& inprimis hujus, Prophetarum coryphæi.) 5. Hoc probant nomina sequentia, [de quibus statim & suo ordine,] quæ, inquit Grotius, in Christo significationem habent & augustiorem & planiorem: cur ergò alter sensus obscurior, &c. præferretur? Et idem Grotius ad Matt. 24.42. hæc habet, *Christum fore filium Davidis à Judæis agnitum est ex vaticinio Esa. 9.7. eòque, tanquam apertissimo, usus est Gabriel* Luc. 1.32,33 [f]. 6. Loquitur Vates ut de re nova & inexspectata: imò promissio est, quâ excitat Esaias fideles ad spem futurorum bonorum; id quod Prophetæ quum præstant, hoc pignus in medio statuere solent, quia non nisi in Christo Deus est propitius, & promissiones fundatæ sunt, 2 Cor. 1.20. Nec mirum est si Propheta mox à reditu veteris populi transitum faciat ad plenam Ecclesiæ instaurationem [g]. Esaias ità super Emmanuele [quem hic Author in præcedentibus locis, præsertim Esa. 7. alium à Christo facit,] vaticinatur, ut nos sensim ad verum adducat Emmanuelem, Christum: quod idem postea cap. 45. facit in Cyro: ut Ezec. 16. fit transitus à Sodomitanis ad gentes Sodomitanorum similes; & Ezec. 20. à simulachricolis Israelitis ad veros Israelitas; & Ezec. 31. & Dan. 4. ab arbore ad hominem. Cujusmodi transitus nisi intelligamus, necesse erit nos in magnis erroribus versari [h]. Christus hîc dicitur *puer*, quoad humanam naturam, Matt. 2.11 [i]. *Puer*; ergò homo est [k]: & *filius*, idque sine adjectione, & κατ' ἐξοχὴν, ut à reliquis hominibus discernatur, & constet alium à Dei Filio non posse hîc intelligi: nec dubium est oraculum illud hîc respici 2 Sam. 7.14. —*ipse erit mihi filius* [l]. *Filius*, & hominis, & Dei. Hâc voce & sexus ipsius, & duplex natura, indigitatur [m]. *Filius*, nempe Virginis & Dei [n]. [Fortè *filium* hîc simpliciter & absolutè hunc vocat, respiciens & lectores referens ad celeberrimum illum *filium virginis* cujus nativitatem prædixerat Esa. 7.14. q. d. *filius* ille jam antè à me prædictus, &c.] Humanitatem designat in voce *pueri*; Divinitatem, in voce *filii* [o]. *Datus*, spontè & gratis; unde Christus *donum Dei* dicitur Joh. 4.10. & *à Patre dari* dicitur Joh. 3.16. & 6.32 [p]. ¶ *Et*, &c. וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה וגו'] *Et erit* (vel, *fuit*, vel *factus est*, P. M. V. Angl. ex o'. & Vulg. Sed præt. propheticè pro fut [q]. Vel, *impositus*, sive *constitutus*, *est*, Pi. Calv.) *imperium*, sive *principatus*, (i.e. non modò potestas & authoritas gubernandi, sed etiam cura & munus protegendi, Ecclesiam, eámque necessariis sublevandi [r],) *super humerum ejus*, Mo. Ti. &c. q. d. Qui, quamvis sit puer, humeros tamen habet imperio aptos *, & ferendo oneri par est [t]. Qui onus imperii non subditorum humeris imponet, ut mos est tyrannorum, sed suis sustinebit [v]: nec, (ut ignavi Reges,) negotiis & curis valere jussis, otio indulgebit; sed propriâ virtute & pleno robore functionem suam obibit [x]. Voce *humeri* alludit vel, 1. ad clavem humeris quorundam officiariorum in aula imponi solitam; de quo vide ad Esa. 22.22. dicenda [y]: vel, 2. ad crucem Christi, quam humeris bajulavit, Joh. 19.17 [z]; quæ etiam principatûs ipsius insigne erat [a]: vel, 3. ad baculum humeri quo tyranni populum premebant, v. 4 [b]: vel, 4. ad morem illum quo magistratus, aut pro iis satellites, humeris gestant virgas, vel fasces, quasi signa imperii: vel, 5. sic loquitur, quia magistratus quasi humeris remp. fulcire videntur [c]. Humerus est pars oneribus suscipiendis destinatus, Gen. 21.14. & 24.15. Onus duplex est: 1. servitutis, Gen. 49.14,15; 2. honoris, sive curæ & regiminis [d]. *Qui humeris suis* (h. e. suâ potentiâ & authoritate) *principatum gerit*, Ca. Sensus, Gubernatio Ecclesiæ illi committetur à Deo Patre †. Al. sic, *Et factus est*, &c. i. e. Erit πορφυρογέννητος, *ab ipsis cunis purpuram feret regiam*, ut in Regnum natus. Confer Ezec. 28.13 [f]. Sed hoc peculiare non erat Hiskiæ, sed commune omnibus Regibus Judæ indè à Davide, qui omnes hæreditarii erant. Si verò phrasis hæc significet eum à cunis principatum gessisse, nulli certè nisi Messiæ hoc conveniet [g]. ¶ *Et*, &c. וַיִּקְרָא שְׁמוֹ] [Vocem primam quidam passivè vertunt;] *Et vocatur*, vel *vocatum est*, vel *vocabitur*, *nomen ejus*, M. Mo. o'. Ch. Sy. Ar. Ang. Calv. sim. Ca. nempe id quod sequitur: non quòd sic appellaretur, sed talis agnosceretur; ut Esa. 7.14. Jer. 23.6 [h]. *Qui vocatur*, h. e. qui est [i]. Notum Hebræis *sic dici*, sive *vocari*, aliquem cui tales tituli conveniunt [k]. [Alii activè, locúmque sic reddunt,] *Et vocabit*, vel *vocavit*, (sub. *vocans*, BA. 1.668. vel, *quisque*, G. sic Pi. vel, *Deus*, BA. ib. vel, *Spiritus Sanctus*, V. vel, *fidelis*, BA.) *nomen ejus*, V. G. Pi. Glass. BA. Unusquisque credentium pro tali eum agnoscet ex Verbo Dei, ac profitebitur [l]. יִקְרָא est vel activum, vel passivum, aliis atque aliis punctis [m]. RR. autem puncta depravârunt, & ex passivo activum fecerunt [n]; nè ex his nominibus cogerentur fateri quòd Messias esset Deus: sic ergò legerunt, *Et admirabilis & consiliarius Deus*, &c. *vocabit eum Principem pacis* [o]. Sed idiotismus est linguæ Sanctæ, quo verba activa tertiæ personæ sæpe indefinitè vel passivè usurpantur: ut Gen. 16.14. *vocavit*, sub. *quisque*, i. e. vocabitur; Neh. 2.7. *tradant*, i. e. tradantur; Job. 3.3. *quâ dixit*, i. e. dictum est; Mic. 2.4. *tollet*, &c. i. e. sumetur, &c; Hab. 3.17. *abscindet*, &c. i. e. abscindetur. Obj. At יִקְרָא passivè occurrit sæpe in Esaia, ut Esa. 1.26. & 14.20. &c. Resp. Concedo: interim verbum activum passivè sumptum sæpe in S.S. occurrit. Et activam lectionem firmant Masoretæ ad Genes. 35.8. ubi 6 loca numerant (& inter ea Jes. 9.6.) ubi verba illa וַיִּקְרָא שְׁמוֹ conjuncta reperiuntur; ut ad 2 Sam. 18.18. notant וַיִּקְרָא quinquies in S.S. reperiri, nec ibi Esa. 9.6. habetur [p]. [Nomina autem hîc sequentia quidam Deo, alii Ezechiæ, alii Messiæ, adscribunt.] Omnia hæc nomina sunt epitheta Dei, præter illud, *princeps pacis* [q]. Sed hoc dictum apparet studio obscurandæ Dei gloriæ, eúmque [Messiam] suâ Deitate spoliandi. Quid opus erat Deum tot epithetis insigniri, si tantùm hoc volebat, nomen ab eo fuisse impositum Messiæ? Nam epitheta quibus ornari solet Deus vel perpetua sunt, vel accommodantur ad causam præsentem: quorum neutrum agnoscere

* Fi. m For. n San. o Mr. p G. q M. Calov. r Ang. * Pi. t G. He. in Calv. v G. x Calov. y Calv. z Calv. Ang. a Ang. b Calov. anti-gr. c Ca. San. Calov. Calv. Pi. Jun. For. &c. d Calov. † Cartw. mellif. f Calov. g Calv. h Ca. i Ang. k Ca. l Calv. m Ang. n Pi.

o Calv. p Ang. q Ang. r Ang. * For. t Calv. v San. x Calv. y Ang. z Q. in Calv. a Me. b Calv. Ang. c Me. d Ang. † Pi. f G. g Calov. h Ang. i Ca. k G. l Pi. m For. n Huntl. & Bel. in Glass. o For. p Glass. philol. 1.1. 59.102. q RS in Cartw. mellif.

noscere licet. Deinde, non erat hæc recta series, inter diversa elogia inserere medium Dei nomen, sed continuò post קָרָא subjici debuerat, *Vocabit Deus fortis, admirabilis*, &c. Nec nomen *consiliarii* Deo quadrat[r]. Sed nec aliis Hebræis placet hæc versio†. Ipse Abrabaneel ad *puerum* hîc memoratum ea [nomina] refert, etiamsi, ut reliqui ferè Judæi, ineptè per *puerum* hunc Ezechiam intelligat[t]. [Cui quàm bellè conveniunt, jam ordine videbimus.] ¶ *Admirabilis, Consiliarius*; ità M. P. Mo. Ti. Ca. Calv. He. in Angl. פֶּלֶא יוֹעֵץ] Ità multi dividunt has voces; quas etiam Judæi applicant Ezechiæ: qui *admirabilis* dicitur, à miraculo ad ejus petitionem patrato, 2 Reg. 20. 2,—6[v]. vel, ob summas quæ in eo erant virtutes[x]; & *consiliarius*, à consilio quod cum Principibus cepit de cultu Dei, & tutela urbis, 2 Par. 29. 4,—11. Nostri Christo applicant[y]: qui *admirabilis* dicitur, ratione, 1. personæ, in qua duæ naturæ hypostaticè uniuntur[z]; 2. officii triplicis, in quo potentia, sapientia & bonitas admiranda elucescit; 3. statûs, tum exinanitionis, tum exaltationis, eorúmque actuum, &c[a]. Non de arcana Christi essentia hîc disserit, sed de virtutibus [ejus] quas per fidem sentimus[b]; & significat gratiam Dei in Christo exhibendam præstare omnibus miraculis[c]. Respicit etiam maxima prodigia & signa quæ fecit Christus[d]. Vocatur etiam *consiliarius*; non tam quòd omnia Patris arcana noverit, quàm quòd Doctoris partes omnes impleat, & suis necessaria ad salutem declaret*: non solùm quòd possit consulere, sed quòd nunc consulat rebus nostris, & consilia atque præcepta salutis nobis attulerit[f]. Alii, tum Hebræi, tum nostri, has voces conjungunt; quod rectius est, & sequentibus vocibus congruentius, quippe quæ binæ, sive per paria, incedunt[g]. τὸ פֶּלֶא videtur esse adjectivum nominis *Consiliarii*, ut sit, *Consiliarius admirabilis*[h]. Vel, פֶּלֶא est substantivum; ità ad verbum est, *Miraculum consiliarii*, i. e. consiliarius admirabilis: ut dicere solemus *miraculum*, vel *monstrum, hominis*, pro homine miraculoso vel monstroso. Abstractum hîc pro concreto; ut, *desolatio*, pro desolatissimo, Esa. 1. 7. *abominatio*, pro summè abominando, Deut. 18. 12. Christus autem meritò sic dicitur[i], quia consilia ejus humanum captum superant[k]: quia mirus est in consiliis suis, quibus & servos suos defendit, & hostes profligat, &c. Confer cum h. l. Esa. 28. 29. ubi de Deo dicitur, *mirificat consilium*; unde colligitur ad quem hic titulus pertinet, & quòd hæ duæ voces conjunctim sumendæ sint[l]. ¶ *Deus, Fortis*; ità Mo. אֵל גִּבּוֹר] *Deus, Heros fortis*, Ti. [Alii sine commate legunt,] *Deus* (vel, *Herus*, V.) *fortis*, vel *potens*, P. Ca. V. Ang. sic Pi. &c. Judæi quidam, ut Ezechiæ hoc aptent, sic reddunt, *Potens, Robustus*, vel, *Robustus potentium*, sive *inter potentes*; qualis, inquiunt, erat Ezechias, ut vel nomen ejus innuit, quod sign. *robur Dei*. Quibus opponimus, 1. accentum, qui disjunctionem harum vocum non patitur: 2. nomen אֵל, quod (licèt in plur. nonnunquam *potentes* sign. in singulari tamen) nunquam nisi de Deo dicitur; & reperitur Esa. 10. 21. necnon Deut. 10. 17. Neh. 9. 32. Jer. 32. v. 18. ubi vox אֵל ponitur cum eodem adjectivo, *magnus & potens Deus*[m]. τὸ אֵל nomen proprium esse docet epithetum *robusti*[n]. Grotius, ut Ezechiæ hoc adscribat, aliquid excogitavit quod nè Rabbinis ipsis in mentem venit[o]: [Hæc verba cum præcedenti nectit, vertítque,] *Consultator Dei fortis*, i. e. qui in omnibus negotiis consilia à Deo posceret, per Prophetas scilicet, ut jam sequetur[p]. Novum hoc est Grotii εὕρημα, & detestanda loci depravatio[q]. Id ausus est Grotius quod non ausi sunt ipsi Judæi[r]; qui nomina hæc distincta esse agnoverunt, &, nè Messiæ hæc tribuerent, Deo Patri ea adscribebant, [ut antè notatum. Adversùs hanc Grotii sententiam sic disserunt:] 1. Quid hoc peculiare est, *consilia à Deo poscere?* Annon hoc cæteri etiam Reges fideles & sancti fecêre? 2. Hiskias non semper Deum consuluit, &c. Vide Esa. 39. 2, &c†. 3. Vox יוֹעֵץ nusquam in S. S. sign. eum qui *consilium* alicujus *petit*, sed semper eum qui *consilium* alicui *dat*[t]; ut etiam ex perpetuo verbi יָעַץ usu, & locorum inductione, constat. *Deo* verò nemo est *à consiliis*, Esa. 40. 13. Rom. 11. 34. 4. Nomen אֵל *Deus* hîc Messiæ tribui agnoscunt ipsi Sociniani, Crellius, Volkel. &c[v]. 5. Omnia Dei nomina Christo in S. S. attribuuntur; *Adonai*, Psal. 110. 1. Matt. 22. 44. *Elohim*, Psalm. 45. 7. Heb. 1. 8. *Jehova*, Jerem. 23. 6. & 33. 16. *Deus*, Joh. 1. 1. *verus Deus*, 1 Joh. 5. 20. *magnus Deus*, Tit. 2. 13. idem quoad sensum quod hîc, *potens Deus*[x]; & hîc, *Deus prævalidus*, h. e. qui cæteris diis virtute præstat[y]. Sic Christum vocat, ut doceat nos in ejus præsidio acquiescere, &c. Nisi Deus esset Christus, nefas esset in eo gloriari vel confidere. Vide Jer. 17. 5[z]. *Deus potens*, qui ideo facilè superabit hostes, ut Gedeon Madianitas[a]; qui propriâ virtute edet miracula, &c[b]. ¶ *Pater*, &c. אֲבִי עַד] *Pater æternitatis*, P. Mo. Ti. Ca. For. &c. vel, *æternus*, Ang. vel, *seculi*, V. G. vel, *seculi futuri*, Vulg. τὸ עַד modò tempus determinatum, ut *seculum*, modò *æternitatem*, significat[c], ut Esa. 57. 15. & h. l. ut ex eo constat, quòd qui אֲבִי עַד, idem hîc גִּבּוֹר dicitur[d]. Q. Ezechiæ hoc tribuunt, & exponunt, vel, 1. *Pater seculi*, sive *longi temporis*, quia scil. vita ejus jam moribundi prolongata est, Esa. 38. 5*. At si id voluisset, dixisset potiùs, *filius seculi*, ut fit in S. S. *filius tot annorum*[f]. Vel, 2. *pater seculi*, i. e. qui multos post se relicturus sit posteros, & in longum tempus[g]. Contrà, 1. phrasis nusquam in S. S. ità usurpatur[h]. Glossa hæc inaudita est[i]. 2. Proprium Ezechiæ hoc non est, sed multis aliis, ídque magis quàm ipsi, convenit[k]: videtur enim unum tantùm reliquisse filium[l]. 3. Nomen עַד non longum tempus, sed *æternitatem*, notat[m], cùm de Deo, vel ejus Verbo aut Regno, dicitur; ut Exod. 15. v. 18. Psalm. 111. 8. Esa. 26. 4. & 57. 15[n]. Dicitur Christus *pater æternitatis*, vel, quia est autor vitæ æternæ[o]. *Pater*, more Hebræo, dicitur autor cujuscunque rei[p]. Vide Genes. 4. 20. Joh. 8. 44[q]. Vel, ut speretur ejus Regnum perpetuum[r]. Vel, quia Ecclesiam per omnes ætates propagat, eámque immortalitate donat†. ¶ *Princeps pacis*; ità M. P. Ti. Mo. &c. שַׂר שָׁלוֹם] *Dominus pacis*, Ar. Ezechiæ hoc adscribunt[t]. Princeps pacificus, & in pace victurus[v]. Perquam jejuna interpretatio. Neque hoc Ezechiæ proprium[x]. Imò regnum Ezechiæ aliquo tempore calamitosum & inquietum erat, 2 Reg. 18. 13, &c[y]. Christo autem hoc apprimè & peculiariter convenit[z]; qui dicitur *pax nostra*, Mich. 5. 5. Eph. 2. 14. & *pacem* nobis cum Deo conciliâsse, Esa. 53. 5. & 57. 19. Eph. 2. 17. & *pacem* suis *dare*, Zach. 9. 10. Joh. 14. 27. & 16. 33[a]. Et ut *princeps vitæ* dicitur, Act. 3. 15. quia autor vitæ est; ità & *princeps pacis*, quòd pacis nostræ cum Deo autor est[b]. Significat hoc elogio vel plenam felicitatem, vel beatam securitatem, sub Regno Christi[c], sub quo bella non sunt metuenda[d]. שָׁלוֹם Hebræis omnimodam prosperitatem designat; *princeps* ergò *pacis* est, pacificus, felix, cui omnia ex voto cedunt*. [JT. hunc versum cum sequente nectunt, & locum sic reddunt,] v. 6. *Sed cùm puer natus fuerit nobis, filius datus nobis, cujus humero adsit principatus ipse*; *cujus nomen vocat* Jehova, *Admirabilem*, &c. v. 7. *Amplitudini illius principatûs & paci nullus erit finis*, &c. Est hæc altera comparationis pars, de qua vide dicta ad v. 3. *Puerum* vocat, ut infirmitatem ejus ostenderet[f]. Sed nè quis illum contemneret, quantus sit, nominibus ostendit[g].

7. *Multiplicabitur*, &c. לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין קֵץ] *Ad multiplicandum principatum* (vel, *Ad proferendum imperium*, Ti. V. vel, *Amplitudini principatûs illius*, JT. Pi. vel, *Multitudinis*, sive *Multiplicitatis*, sive *Multiplicationis, illius principatûs*, Q. in V. *Multiplicationi principatûs*, Calv.) *& pacis* (vel, *& ad pacem*, Mo. Ti.) *non* (vel, *nullus*, JT. Pi. sub. *erit*, P.) *finis*, P. Mo. vel, *quæ finem non habet*, Ti. *Ad principatûs amplificationem pacémque infinitam*, Ca. *Multiplicatio principatûs & pax ipsa* erunt *absque fine*, M. [Hoc etiam Ezechiæ tribuunt, hoc modo,] *Multiplicabitur ejus imperium*, i. e. durabit per annos 29; *& pacis ejus non erit finis*, i.e. ad finem dierum suorum pace fruetur[h]. Sed quis feret tam magnificam promissionem tam tenuiter intelligi? Si pacis imperii nullus sit finis, ut hîc dicitur, duratio imperii fine careat necessum est. At Grotius finem pacis ponit in morte Hiskiæ. Adde quòd Angelus hoc exponit de Regno Christi sempiterno, Luc. c. 1. v. 32, 33[i]. *Nullus finis*, vel terminus; phrasis enim hæc non tam diutur-

[r] Calv. † A g. [t] Cartw. in e lis. pag. 1971. [v] Ang. [x] G. [y] Ang. [z] Calov. sim. Ang. [a] Calov. [b] Oecol. in Marl. [c] Calv. [d] Oecol. * Calv. [f] Oecol. [g] Ang. [h] For. [i] Ang. [k] For. [l] Ang. [m] Ang. [n] Calv. [o] Calov. [p] G. [q] Calov. [r] Ang. † Calov. [t] Ang. sim. Calov.

[v] Calov. [x] Ang. [y] For. [z] Calv. [a] Ca. [b] Pi. [c] For. [d] Calov. * Q. in Ang. [f] Ang. [g] G. [h] Ang. [i] Calov. [k] Calov. Ang. [l] Ang. [m] Calov. [n] Ang. [o] V. sim. Calv. For. Pi. Ang. &c. [p] For. sim. Calv. [q] Calov. [r] Ca. † Calv. [t] Q. in Ang. [v] G. [x] Calv. [y] Ang. [z] Calov. [a] Ang. [b] Calov. [c] Calv. [d] Ca. * For. [f] Jun. [g] Oecol. [h] G. [i] Calov.

diuturnitatem, quàm amplitudinem, Regni Christi innuit; de qua vide Psalm. 2. 8. & 72. 8, 11. Esa. 2. 2. Dan. 2. 35. &c[k]. Omnia sub cœlo Regna mutabilia sunt, &c[l]. nec ullum unquam erat cujus amplificatio & pax erat infinita: unde constat principatum hunc non esse mundanum, sed cœlestem[m]. Unus Christi principatus immutabilis est & æternus[n]. Vox לְםַרְבֵּה vel est participium[o], vel nomen[p], à רָבָה, sicut מַעֲשֶׂה à עָשָׂה[q]. τὸ ם hîc, præter morem, clausum est in media dictione, vel, 1. ut stabilitatem [Regni ejus] significaret; ut per מ apertum in fine, Neh. 2. 13. ruptura significatur[r]. Vel, 2. ut significaret vel servitutem Judæorum usque ad adventum Christi †; vel, eorum exclusionem à Christi Regno[t]. Vel, 3. ut innueret Christum post annos 600 (quot ם finale valet) nascendum[v]. Verùm ab hac concione ad natum Christum erant 700 anni[x]. Vel, 4. ut significaret Regnum Christi priùs fuisse arctatum intra Judæos[y]. Vel, 5. ut fideles admoneret, nè externum Regni Christi splendorem somniarent, sed tantùm inter varias pressuras sperarent arcanam dilatationem Regni, quia promissa erat[z]. Vel, 6. ex scribæ lapsu[a]. Non incredibile est, quod unus scriba properans commiserat, id alios superstitiosè imitatos[b]. Sed non temere admittendus est error librariorum in S. S[c]. Nos quidem asserere vix possumus ità scriptum esse à Propheta; sed tamen cùm ità sit per manus traditum, & tam diligentes vel minimi cujusque apicis observatores fuerint Rabbini, haud aliter possumus suspicari quàm hoc non temere factum esse[d]. Olim hoc ità scriptum constat ex Talmud *. In quibusdam editionibus [Bib. Hebr.] nullum Keri ad לְםַרְבֵּה apponitur; in aliis ad marginem est, לְמַרְבֵּה, & in textu לְםַרְבֵּה, quasi diversitas lectionis & scriptionis in hoc consisteret. Masora autem hujus vocis est, *in textu & in margine scribendam esse cum Mem clauso:* sed in textu divisim, לם רבה; in margine junctim, ut una vox, למרבה[f]. ¶ *Super*, &c. [עַל כִּסֵּא וגו׳] *Super solium David, & super regnum ejus*, P. Mo. &c. sub. *sedebit*, G. ex ο'. & Vulg. Angl. ut hæres Davidis[g], Matt. 1. 1. Luc. 2. 4[h]. ¶ *Ut*, &c. [לְהָכִין אֹתָהּ וּלְסַעֲדָהּ] *Ut confirmet* (vel, *stabiliat*, sive *fulciat*, V. vel, *disponat*, Calv. Ang.) *illud, & corroboret* (vel, *stabiliat*, Calv. vel, *fulciat*, sive *sustentet*, Pi. Angl. Id vox propriè sign. Psal. 94. 18. & 119. 117[i].) *ipsum*, P. &c. Alii Principes à populo sustentantur, at Christus populum suum sustentat †. ¶ *In judicio*] i. e. Juris administratione[k]: vel, in puniendis impiis[l]; & suis etiam, cùm deliquerint, castigandis, Jer. 10. 24. & 30. 11[m]. ¶ *Et justitia*] Nempe in defendendis & remunerandis piis[n]. Vel, *justitia* beneficentiam significat[o]. Per hæc duo florent vigéntque Imperia[p]. Christus Regnum David, antè prolapsum, & sub Herode ferè exstinctum, confirmavit, non vi & armis, sed *judicio*, &c. Vide Esa. 1. 27[q]. Ut Regnum Christi spirituale est, ità virtute Spiritûs Sancti stabilitur[r]. ¶ *A modo*, &c. [מֵעַתָּה וְעַד עוֹלָם] *Abhinc* (vel, *ab hoc*, vel *isto, tempore*, Pi. Calv. Hebr. *à nunc*, Angl.) *usque in perpetuum*, sive *seculum*, Ang. Pi. Calv. &c. i. e. Ab initio ad finem vitæ. Ità enim sæpe sumitur עוֹלָם, ut Psalm. 89. 2. & 119. 93 †. Ità sanè, sed עַד עוֹלָם semper æternitatem infert[t]. In Christo quidem hæc & quæ præcedunt habent significationem multò ut augustiorem, ità pleniorem[v]. Agnoscere ergò debebat Grotius, hunc sensum proprium & genuinum esse[x]. Hæc clausula ad justitiæ & doctrinæ potiùs quàm Regni perpetuitatem referenda videtur; nè similes ejus leges putemus Regum edictis, quæ ad triduum, &c. valent, & paulò pòst obsolescunt, sed æternam earum vim esse intelligamus[y]. ¶ *Zelus Domini*, &c.] Pro sua gloria, & salute suorum[z]. Ardens amor Dei erga pios[a]. Significat Deum erga populum suum ità affectum esse ut maritus erga uxorem, &c. Zelus duplex est, 1. honoris; 2. amoris. Uterque hîc concurrit, unde vehementior fit, &c[b]. ¶ *Faciet hoc*] Dabit nobis & servabit tam bonum Principem[c]. Efficiet hoc quod prædixit[d]; vel, ea omnia quæ præcesserunt: vel potiùs, referendum hoc est ad incarnationis mysterium *. *Faciet hoc*, i. e. delebit hostes, qui vobis jam minantur; & tuebitur familiam Davidis in Regno Juda, quam Reges Israel & Syriæ se deleturos cogitabant;

[k] Ang. [l] Calv. [m] Musc. in Marl. [n] Calv. [o] Q. in Ma. [p] Plerique in Ma. Pi. [q] Pi. [r] G. ex He. † Q. in Calv. [t] Al. in Calv. [v] Q. in San. [x] Ma. Ang. [y] Al. in Calv. [z] Calv. [a] For. [b] G. [c] Calov. [d] Calv. * Buxt. vind. 2. 4. 482. [f] Buxt. ib. 502. [g] Ang. sim. Pi. [h] Ang. [i] Ang. † Ang. [k] G. [l] Pi. Ang. [m] Ang. [n] Pi. sim. Ang. [o] G. [p] G. sim. Calv. Ang. [q] For. [r] Calv. † G. [t] Calov. [v] G. [x] Calov. [y] Calv. [z] Pi. sim. Ang. [a] G. [b] Musc. [c] G. [d] Ang. * For.

at, inquit, illi eam delere nequeunt, quia oportet Christum venire, & sedere in throno David, &c[f].

8. *Verbum* (vel, *Mortem*, ο'. sim. Ar.) *misit* (vel, *jaculatus est*, ut 2 Sam. 22. 15. cui sequentia favent[g],) *Dominus in Jacob*] Ità M. P. Ti. Mo. vel, *domum Jacob*, Ch. i. e. decem Tribus à Juda distinctas, Hos. 10. 11. Vide Esa. 2. 5[h]. Minas suas per Legem & Prophetas sæpe significavit omnibus Jacobi posteris[i]. Exordium est novæ prophetiæ adversùs Regnum Israel[k], quam suprà non semel tetigerat, sed propter Judam omiserat: q. d. Hoc, sive Hæc prophetia, à Domino dirigitur in Jacob[l]. *Verbum*, id est, prophetiam de pœnis Israelitarum, ut ostendunt sequentia[m]. Post consolationes intersertas redit ad calamitates, &c[n]. Ut pios [in Judæa] solaretur, docet qualis futurus sit status Israelitarum[o], qui jam Judæis infesti erant[p]. ¶ *Et cecidit* (vel, *& cadet*, Pi. Angl. Di. sub. *illud*, nempe verbum[q]. Copulativa hîc præterit. vertit in fut[r].) *in Israel*; ità M. Ti. P. Mo. [וְנָפַל וגו׳] *Et accidit Israeli*, JT. Certè eveniet †; vel, omnino complebitur[t]: id verbum *cadendi* denotat[v]. *Cadet*, ut gravia solent; vel, ut grando, pluvia, &c. non sine aliquo effectu; vel, ut sagitta à perito jaculatore emissa, quæ scopum ferit[x]. *In Israel:* q. d. Sed decem Tribus earum minarum plenissimum effectum sentient; non item Hierosolyma[y]. *Jacob* & *Israel* idem hîc sonant[z]. Idem repetit, more Prophetarum[a]. [Ca. versum sic reddit, *Rem mittet Jacobidis Jova, eáque Israelitis accidet.*]

9. *Et*, &c. [וְיָדְעוּ הָעָם כֻּלּוֹ אֶפְרַיִם וגו׳] *Et scient* (vel, *experientur*, Pi. Ar. ut *scire* sumitur Eccles. 8. 5. 2 Cor. 5. 21. Vide & Genes. 2. 17. Jer. 23. 20[b]. Sub. *illud*, Pi. Angl. &c. nempe verbum non vanum, sed verum, esse[c]. Ellipsis affixi, ut Esa. 1. 3, 15. & 3. 9 †.) *populus omnis*, sive *totus*, (Heb. *totum ejus*, [nempe verbi:] vel, *omnes eorum*, ut Esa. 8. 21, 22 *.) *Ephraim* (vel, *ipse Ephraim*, Mo. vel, etiam *Ephraim*, q. d. Tribus regalis & eminentissima[d],) *& incola*, vel *incolæ*, *Samariæ*, Calv. Ang. sim. P. Mo. JT. Pi. &c. ¶ *In*, &c. [בְּגַאֲוָה וּבְגֹדֶל לֵבָב לֵאמֹר] Difficultatem parit לֵאמֹר, quod variè reddunt †. *In superbia, & in magnitudine cordis, dicendo*, P. Mo. Al. *& dicent*, Sy. *qui dicunt in* (vel, *ex*, Angl.) *superbia*, &c. M. sim. JT. Ca. Ar. Ang. i. e. qui secum ità cogitant & statuunt, ut Gen. 27. 41. Psal. 47. 7. Heb. *dicendo* dicunt. Ellipsis qualis Jer. 3. 1[f]. Vel, *quamvìs illi per superbiam*, &c. *dicturi sint*, Pi. vel, *dicentes*, ο'. Ch. Sed non videtur id infinitivus ille, præsertim præposito ל, ferre. Deinde, secundùm eam interpretationem non exponitur quale id verbum sit quod v. 8. Deus dicitur misisse in Jacob, quódque initio vers. 9. dicitur toti populo innotuisse. Nos ergò locum hunc sic vertimus; v. 8. *Verbum misit*, &c. v. 9. *Et cognoverunt id populus totus.* Quodnam autem illud verbum? Duplex est: 1. redargutionis, v. 9, 10. quod proponitur per modum stuporis, *Ephraimum*, &c. *dicere, Lateres ceciderunt*, &c. 2. punitionis, v. 11. Posses & aliter per interrogationem; *Et cognoverunt id totus populus*, &c. Sequitur jam verbum redargutionis per interrogationem, *An in superbia*, &c. *dicendum fuit, Lateres ceciderunt*, &c? Sic enim Hebræi illa, *non est ludendum, non bibendum*, &c. per infinitum præposito ל efferre solent, לא לשחוק, לא לשתות[g]. Sed coacta videtur hæc syntaxis[h]. Al. Ironia est, quâ utimur in superbos & contumaces cùm eos punimus. Sicut, si filius consuevit dicere, *Nihil timeo patrem*; cùm eum pater verberat, dicit, *Scies deinceps dicere, Nihil patrem timeo.* Cùm igitur Israelitæ præ superbia eas voces jactarent v. 10. inquit Jesaias, *Omnino ità futurum est ut dixi, vastandos vos fore, & scietis dicere in elatione cordis*, &c. h. e. intelligetis quàm impudenter vos omnes ruinas posse restaurare gloriabamini[i].

10. *Lateres* (vel, *Lateritia*, Ca. JT. sub. *opera*, JT. domus lateritiæ[k],) *ceciderunt*] Ità Mo. P. M. &c. Sic *lateres*, pro altaribus lateritiis, Esa. 65. 3[l]. *Ceciderunt*, ab hoste subversæ; Amos. 3. 15[m]. ¶ *Quadris*, &c. [וְגָזִית וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, P. JT. Pi.) *secto*, vel *cæso*, (vel, *levigato*, P. vel, *quadro*, V. Ti. sic Ca. vel, *polito*, M. Calv. sub. *lapide*, P. M. JT. &c. i. e. ex marmore[n]; vel, *exciso latere*, Mo. Heb. *cæsione*, i. e. lapidibus cæsionis, ut plenè exprimitur 1 Par. 22. 2. Ezec. 40. 42[o].) *ædificabimus*

[f] Calov. [g] Q. in Ang. [h] Ang. sim. Pi. &c. [i] G. [k] For. sim. Oecol. [l] For. [m] Pi. [n] Ang. [o] Musc. in Marl. [p] Marl. [q] Pi. [r] Ang. † For. [t] San. [v] Calv. [x] Ang. [y] G. [z] Calv. Ang. [a] Ang. [b] Ang. [c] Ang. sim. Musc. † Ang. * Ang. [d] Ang. † Di. [f] Ang. [g] Di. [h] Ang. [i] For. [k] Pi. [l] Ang. [m] Ang. sim. Pi. [n] G. [o] Ang.

bimus, Mo. P. &c. ¶ *Sycomoros*, &c. שִׁקְמִים גֻּדָּעוּ] *Sycomori*, vel *Sycamini*, (i.e. ficus sylvestres; vide Luc. 19. 4. Arbores hæ erant nullius pretii, 1 Reg. 10. 27. Amos. 7. 14 [p].) *sunt succisæ*, vel *excisæ*, Mo. P. M. &c. ¶ *Sed*, &c. וַאֲרָזִים נַחֲלִיף] *Et*, vel *Sed*, *cedros immutabimus*, P. Mo. Ang. sub. *pro eis*, Ang. vel, *vendicabimus*, M. *reponemus*, Ca. *sufficiemus*, vel *substituemus*, JT. Pi. V. Ti. nempe in locum earum [q]. Intelligunt porrò h. l. vel, 1. arbores ipsas [r]. q. d. Pro arboribus nec specie nec fructu idoneis succedent cedri, arbores nempe gratæ & aspectui & odori, firmæ, &c †. At cedri non poterant in locum sycomororum succedere, cùm illæ in collibus, 1 Reg. 5. 6. hæ in planitiebus, crescunt, 1 Reg. 10. 27 [t]. Vel, 2. domos ex eis exstructas [v]. Sensus, Quæ hactenus passi sumus mala parvi ducimus, & damna facilè resarcire possumus [x]. Verba hominum industriæ vel potentiæ suæ fidentium [y]. Contemnunt acceptam cladem, acsi ipsis quæstuosa esset; quòd data sit occasio splendidiùs ornandi tam domos quàm agros [z].

11. *Et*, &c. וגו׳ וַיְשַׂגֵּב] *Et* (vel, *Atqui*, Calv. vel, *Nam*, Pi. Angl. ut v. 13. & Esa. 64. 5. ut modum sive medium pœnæ infligendæ declaret: vel, *Idcirco*, ut Esa. 3. 17. ut significet causam pœnæ [a]:) *elevabit*, sive *extollet*, (i. e. superiores vel potentiores reddet [b]; vel, *roborabit*, V. Calv. excitabit & prosperabit [c].) *Jehova hostes Retsin* (Regis Syriæ, cujus sc. auxilio se tutos putant [d] [Israelitæ:] nempe Assyrios *; Theglathphalasar cum sociis suis, 2 Reg. 16. 7 [f]. qui, conducti ab Ahazo, Retsinem hostiliter aggredientur †:) *super*, vel *contra*, *eum*, For. Pi. i. e. Vel, 1. Retsinem [g], quem Assyrii subjugârunt & occiderunt, 2 Reg. 16. 7, 8, 9 [h]. adeóque tum periret omnis spes eorum, sublato eo cui confiderent [i]; tum ipsi idem exitium exspectare poterant [k]. Vel, 2. populum Israel [l], de quo pergit loqui in sing. numero [m]. q. d. Assyrius, qui Rasinem expugnabit, idem victrices copias in vos quoque convertet [n]. ¶ *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *inimicos ejus* (v. seq. nominatos [o]. *Ejus*, i. e. vel, 1. Regis Syriæ [p]: vel potiùs, 2. Israelis; nam *ejus* hîc refertur non ad proximum, sed ad *Ephraim* [q].) *in tumultum vertet*, יְסַכְסֵךְ] Verbum hoc invenitur hîc tantùm, & infra 19. 2 †. [Variè reddunt.] *Dissipabit*, ό. *condensabit*, vel *conglomerabit*, For. G. Mc. repete, *super eum*, ut scilicet conglomerati ipsum adoriantur [r]. *Excitabit*, Ch. *fundet*, P. *summatim conglobabit*, Ti. *miscebit*, vel *commiscebit*, M. Mo. Pi. Ca. V. sub. *populo ipsius*: i. e. Efficiet ut inimici Regis Syriæ veniant in Damascum, & illic habitent, ac in toto Regno ejus †. סִכְסֵךְ est, *instar veprium commiscere* [t]; vel, *miscere*, sive *conjungere*, se fœdere, &c [v]. [JT. totum versum sic reddunt,] *Sed cùm in editum sustulerit Jehova hostes Retzinis contra ipsum*, (i. e. superiores effecerit Assyrios [x],) *etiam inimicos hujus* (nempe Israelis †) *commiscebit*: i. e. faciet ut promiscuè omni ex parte convolent operam dantes Assyrio, ut versus sequens ostendit. Transitio à verbo ad judicia Dei, quia verbo prævidet Propheta non fore ut resipiscat populus *.

12. *Syriam ab*, &c. וגו׳ אֲרָם מִקֶּדֶם] *Aram* (vel, *Syros*, JT. Pi. vel, *Syria* erit, M.) *ab oriente*, (vel, *à fronte*, Ca. For. simil. M. V. Pi.) *& Pelistim ab occidente*, P. Pi. &c. (vel, *à retro*, sive *à tergo*, Pi. Mo. Ca. simil. M.) *& devorabunt Israel in toto ore*, Mo. P. &c. i.e avidissimè [y], & crudelissimè [z]. Syri post mortem Rasinis adjunxerunt se Assyriis. Et Philistiim, ab antiquo infesti Israelitis, omnes occasiones eis nocendi capiebant. Et sic solet fieri: Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, (*Cùm quercus cadit, quilibet lignum colligit* [a].) Novus Rex, nova lex: Sublato itaque Rege socio, unà extinguebatur Regni illius societas [b]. Dices, Nihil de hac re habemus in Regum historia. Resp. Præteriri solent in S. S. quæ vel minima, vel aliena, sunt. Interim facile creditu est, hos, jam olim in Israelem pessimè animatos, ab Assyrio subjugatos, eidem contra Israelitas libenter bellicam operam fuisse navaturos [c]. ¶ *In*, &c. וגו׳ בְּכָל־זֹאת] *In omni hoc* (vel, *Nec in omni isto*, Ti. *Nè sic quidem*, Ca. For. *Et tamen necdum*, V. *In omnibus his*, ό. Ch. Sy. Ar. vel, Veruntamen *ob omnia ista*, Pi.) *non aversus est furor ejus*, P. Ti. &c. q.d. Necdum resipiscet Israel, ideóque nondum conquiescet ira Dei, sed paratus erit percutere [d]. Non est saturatus Deus tot Israelitarum malis *. Vide ad Esa. 5. 25 [f].

p Ang. q For. r He. in Ang. † San. t Ang. v Pi. Ang. x G. y San. z Calv. a Ang. b For. c Ang. d G. * Pi. f Pi. † G. g Ang. Oecol. & Musc. in Marl. h Ang. sim. Pi. &c. i Calv. k Ang. l For. Ang. m Ang. n San. o Pi. p V. q G. Ma. † G. Ma. r For. † V. t For. v Ang. x Jun. † Idem. * Id. y San sic V. For. z San. a G. b Musc. c San. d V. * G. f Ang.

13. *Et* (vel, *Nam*, Pi. Calv. Ang. G. Rationem reddit continuatæ percussionis [g]:) *populus* (vel, *hic populus*, JT. Pi. nempe decem Tribus [h],) *non est reversus*, &c.] Scil. per seriam pœnitentiam †: quia culpam nec agnoverant, nec emendaverant [i]. *Vultum non vertere ad percutientem*, signum est indurati animi, & indignantis contra flagellantem [k]. ¶ *Et Dominum—non inquisierunt*] *Quærere Deum* in S. S. est, quærere voluntatem Dei ex Sacerdotibus aut Prophetis, ut Gen. 25. 22. Jer. 21. 2. Ezec. 20. 1 [l]. Non humiliter rogârunt quam ob causam sic cæderentur [m]. Initium conversionis est, Deum quærere: imò unica est bene vivendi regula. Quæritur autem Deus non tam precibus, jejuniis, lacrymis, &c. quàm dum peccator, verè subactus, jugum quod excusserat libenter recipit, & se in Dei obsequium addicit [n].

14. *Disperdet—caput & caudam*] Summos, sive senatores, & infimos, sive ariolos [o], vel falsos prophetas [p], ut jam explicabit [q]. Sed quid pœnæ erat carere pseudoprophetis? Respond. Significat eos neque illo inani gaudio jam fruituros quod habebant quando, spe falsâ allecti ab iis, impunitatem sibi promittebant [r]. ¶ *Incurvantem & refrænantem*, כִּפָּה וְאַגְמוֹן] *Ramum* (vel, *ramum curvum*, Mo. P. *ramos*, Ca. Pi. h. e. validos †, robustos & potentes [t]: vel, liberos, ut Psal. 128. 3. vide v. 17: vel, digniores, sive nobiliores, qui remp. & ornant, ut rami arborem, Esa. 10. 33. & 18. 5. & fulciunt, ut rami arborum hominibus scipiones præbent [v]:) *& juncum*, P. Mo. JT. Pi. Ti. &c. vel, *arundinem*, M. i. e. invalidos [x], & tenues [y]. In deportatione Judæ relicti sunt tenuiores, 2 Reg. 25. 12. quod in deportatione Samariæ factum non legimus [z]. Respexit Vulgatus verbum כָּפַף, quod sign. *incurvare*; & significatum alterum nominis אַגְמוֹן, quod κρίκον *unculum* interdum vertunt Græci. Vide Job. 40. 21 [a]. Al. *magnum & parvum*, ό. Ar.

15. *Et honorabilis*, וּנְשׂוּא פָנִים] *Acceptabilis* (vel, *honorabilis*, P. vel, *acceptus*, Mo. vel, *suspiciendus*, Ti. Calv. *qui suspicitur*, M. *elatus*, Pi.) *vultu*, sive *facie*, Ch. Pi. &c. ¶ *Est caput*] h. e. Significatur per caput [b]: ut Gen. 41. 26, 27. Matth. 26. 26 [c]. ¶ *Est cauda*] Sic dicuntur falsi prophetæ, vel, 1. à vilitate originis, qualis & sacerdotum istorum erat, 1 Reg. 12. v. 31. 2 Par. 13. 9. Vide Jer. 23. 11, 25 [d]. Vel, 2. ab adulatione *. Cauda in canibus est adulationis instrumentum [f]. Vel, 3. quia pestiferi sunt, instar caudæ scorpionis [g].

16. *Et*, &c. וַיִּהְיוּ מְאַשְּׁרֵי הָעָם הַזֶּה מַתְעִים] *Et erunt* (vel, *Quia sunt*, Ti. sic JT. Pi. Angl. Calv. &c. *Proinde facti sunt*, M.) *beatificantes* (vel, *laudantes*, Ch. G.) *populum istum* (in peccatis suis, Ezec. 13. 22 [h]: vel, *ductores*, sive *directores*, sive *gubernatores*, (vel, *benefactores*, Sy.) *populi hujus*, sive *istius*, M. Ti. JT. Pi. Calv. sic Ca.) *errare facientes*, Mo. P. &c. vel, *seductores*, JT. Pi. M. &c. sic ό. Ar. *Et erunt——seductores*, i.e. habebuntur pro seductoribus à populo suis jam malis edocto, &c [i]. ¶ *Et qui*, &c. וּמְאֻשָּׁרָיו מְבֻלָּעִים] *Et beatificati ejus* (vel, *qui diriguntur*, vel *gubernantur*, Ti. Ca. sic M. *qui ducuntur in eo*, JT. Pi. *qui laudantur*, G. *qui ex eo populo beati dicuntur*, V.) *absorpti*, Mo. sim. Ti. V. vel, *obtecti*, JT. Pi. tenebris ignorantiæ & errorum [k]: vel, *perditi*, P. sim. M. Ca. Et qui regunt & qui reguntur simul peribunt [l].

17. *Super adolescentulis ejus* (cùm soleat alioqui juventus esse amabilis [m],) *non lætabitur Dominus*] Ut solet Deus in servis suis, eorúmque prosperitate, Psalm. 147. 10, 11. Esa. 65. 19 [n]. Non erit eis propitius [o]; curam eorum non geret: vel, est meiosis, pro, detestabitur eos. Confer Prov. 17. 21. & 1 Cor. 16. 22. (quo loco multi abutuntur ad vulnerandas infirmorum conscientias,) *Si quis non diligit*, &c. i. e. si malitiosè se ei opponat, &c [p]. ¶ *Quia*, &c. כִּי כֻלּוֹ חָנֵף] *Quia cuncti ipsi* sunt (vel, *omnis ipse*, Pi. Mo. Heb. *totum ejus*, vel, *totus ipse*, populus scilicet [q],) *hypocritæ*, Pi. P. &c. vel, *seductores*, vel *fallaces*, vel *acceptores personarum*, vel *improbi*, Q. in V. vel, *profani*. Id malim, quàm *hypocritæ*; neque enim hi idololatræ professi sunt pietatem, &c. circa quam versatur hypocrisis, Esa. 48. 1, 2. Radix ejus, חָנַף, semper signif. *polluere*, vel *profanare*, Num. 35. 33. Esa. 24. 5. Jer. 3. 1, 2. & 23. 11. Mic. 4. 11. &c. unde & substantivum חֹנֶף *profanitas*, Esa. 32. 6. prout

g Calv. sim. G. For. h Pi. sim. For. † Idem. i G. k For. l Q. in For. m For. n Calv. o G. p San. q G. San. &c. r For. † G. San. t Pi. v Ang. x G. y Pi. z Ang. a G. b Ang. Pi. c Pi. d Ang. * San. Musc. Ang. f Musc. in Marl. sim. San. Ang. g Me. h Q. in Ang. i For. k Pi. l V. m G. n Ang. Mc. p Ang. q Ang.

prout vertitur Jer. 23. 15. & adjectivum חָנֵף *profanus*, Job. 8. 13. & 13. 16. & 15. 34. &c. nec quicquam ullibi est quod vocem ab hac significatione deflectere cogit [r]. ¶ *Locutum est stultitiam*, נְבָלָה] *Nequitiam*, Calv. *flagitia*, Pi. Vide Esa. 32. 6. Jer. 29. 21 †. *Mendacium*, Ch. in G. ¶ *In omnibus his*, &c.] Est hæc sententia quasi versus intercalaris [t].

18. *Succensa est* (vel, *Ardebit*, Pi. sim. For. vel, *Ardet*, Ca. Ang.) *enim quasi ignis impietas*] Sic M. P. Mo. &c. Vel, 1. propriè dicta, quæ hîc *urit* eos, sicut *rubigo auri*, &c. consumit, Jac. 5. 3 [v]: vel, 2. pœna iniquitatis, ut Prov. 13. 6 [x]: vel, 3. impii homines [y], ut Psalm. 125. 3 [z]. ¶ *Veprem & spinam vorabit*] Ità Mo. sic M. P. &c. Al. qui [scil. ignis] *sentes & vepres absumit*, JT. Pi. Ellipsis relativi frequens †. *Peccatores & impios consumet*, Ch. ¶ *Et succendetur* (vel, *exarsit*, M. vel, *incendet*, JT. Pi.) *in*, &c. בְּסִבְכֵי הַיַּעַר] *In perplexitatibus*, vel *densitatibus*, *sylvæ*, Mo. P. V. vel, *in condensa*, &c. M. vel, *perplexa ligna*, &c. JT. Pi. q. d. Ab imis fruticibus ad cedros celsissimas extenditur*. ¶ *Et*, &c. וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן] *Et extulerunt*, vel *elevaverunt*, *se*, vel, *elevati sunt*, (vel, *dissipabuntur*, sive *dispellentur*, For. vel, *convolventur*, Ti.) *altitudine fumi*, Mo. vel, *sicut elevatur fumus*, P. sim. M. Glas. For. Ellipsis notæ similitudinis, ut Esa. 21. 8 [a]. Vel, *superbiæ fumi*, Ti. vel, *cum vasta columna fumi*; ad verb. *superbia fumi*, h. e. magna fumi copia, superbè ascendens, quæ prævalet luci diurnæ, & tenebras inducit: ut, *superbia maris*, Psal. 89. 10. sign. magnam aquæ copiam quasi magnificè se efferentem, &c [b]. *Adeò ut in minutissimum pulverem abeant elato fumo*, JT. vel, *elatione fumi*, Jun. Verbum hoc alibi non legitur [c]. Ex vicino verbo אָבַק possis exponere, *Et colluctari sese facient superbiæ fumi*, i. e. impetu & vehementiâ fumi colluctabuntur [d]. *Et elevabitur fumus ascendentis*. Concinna hîc est gradatio: nam ignis in imo loci alicujus accensus colligit paulatim vires, & ad superiora ascendit, donec omnia exurat: ità & ira Dei paulatim accenditur, &c *.

19. *Conturbata est terra*, נֶעְתַּם וגו'] *Obscurata est*, vel *obscurabitur*, Mo. P. JT. Pi. &c. nempe calamitatibus [f]. Ità Hebræi ex Arabica radice [g]. *Combusta est*, ό. Ch. sim. For. *comburetur*, Ar. *contremiscet*, Sy. Verbum hoc alibi in S. S. non exstat [h]. ¶ *Vir fratri suo non parcet*] *Fratri*, vel, 1. impropriè; q. d. Unus alteri non parcet. Ità phrasis hæc usurpatur sine ullo ad cognationem respectu, Exod. 16. 15. Num. 14. 4. Ezec. 47. 14. Ut in tenebris, & cùm omnia fumo & tumultu plena sunt, alii in alios incurrunt, &c. Vel, 2. propriè; q. d. Nulla cognatio coercebit homines à vi inferenda, &c [i]. Significat Deum facilè de illis vindictam sumpturum, &, ubi ulli apparent hostes, ipsos in perniciem suam armaturos [k].

20. *Et*, &c. וַיִּגְזֹר עַל יָמִין וגו'] *Et* (vel, *Sed*, M.) *separabit se* (vel, *retrahet*, P. vel, *excidet*, V. sim. Sy. For. vel, *rapit*, vel *rapiet*, M. Ca. G. ex K. quòd qui excidit aufert rem de loco suo [l]: vel, *masticabit*, Di.) *ad dextram*, & (vel, & *tamen*, Ca.) *esuriet*, Mo. &c. *Nam ut scindat* (vel, *Etsi quis scindat*, Pi.) *ad dextram, tamen esuriet*, JT. Pi. ob inexplebilem avaritiam, Eccles. 5. 10 [m]. גָּזַר *cædere, incidere, scindere*, hîc ad dentes refertur, probante id re ipsâ de quo agitur; atque ità synonyma sunt וַיִּגְזֹר & וַיֹּאכַל, sicut וְרָעֵב & וְלֹא שָׂבֵעוּ [n]. ¶ *Et comedet ad sinistram, & non saturabitur*] Sic P. *saturabuntur*, Mo. *Et licèt comedat*, &c. Pi. *Vorabitque*, &c. i. e. Neque labore suo, neque furto, poterit sibi comparare victum [o]. Præ victûs egestate raptu undique vivent, nec saturabuntur, temporibus Sennacheribi [p]. Al. Nulla erit cædis satietas [q]. ¶ *Unusquisque carnem brachii sui vorabit*] i. e. Fratres, vel cognatos, ut v. 19. Vide Jer. 19. 9 [r]. Res cognatorum vi raptas absumet †. Exponitur hoc versu seq [t].

21. *Manasses Ephraim*] Sub. *comedet*, P. Angl. &c. quamvis fratres essent uterini [v]. Discordes inter se, alii hostibus se aggregabunt, alii se opponent [x]. ¶ *Simul ipsi contra Judam*] Nempe postquam Sennacheribus omnem terram decem tribuum perdomuerit†. Ut ut inter se divisi, vires in Ecclesiam conjungunt. Vide Psal. 2. 2. & 83. 5, &c [y]. Hinc constat hæc intelligenda esse de vastationibus ante captivitatem Babylonicam; post quam non ampliùs speciem Regni habuerunt, nec contra Judæos belligerârunt [z].

[Margin notes, left column: r Ang. † Ang. t Pi. v Ang. x Q. in Ang. Sin. y Al. in Ang. G. z Ang. † Ang. * Ang. a Ang. b Ang. c Ang. sic For. d Ma. * Calv. f Pi Ang. g Ang. h For. i Ang. k Calv. l Q. in V. m Ang. n Di. o V. p G. q For. r Ang. † G. sim. V. t For. v For. x G. † G. y Ang.]

CAP. X.

1. VÆ, &c. הוֹי הַחֹקְקִים חִקְקֵי אָוֶן] *Væ statuentibus*, sive *decernentibus*, (vel, *scribentibus*, P. ό. Ar. sic M. *exarantibus*, V. *promulgantibus*, Sy. *eis qui signant*, Ch. vel, *delineantibus*, ut Prov. 8. 27, 29 [a]. vel, *præscribentibus*, Q. in Angl.) *statuta*, vel *decreta*, *iniquitatis*, sive *iniqua*, Mo. JT. Pi. &c. vel, *vexationis*, sive *afflictionis*, ut Job. 5. 6. & 15. 35 †. Id est, vel, 1. scribis [b]: vel, 2. gubernatoribus & judicibus [c]. ¶ *Et*, &c. וּמְכַתְּבִים עָמָל כִּתֵּבוּ] *Et scribere facientes*, (vel, *facientibus*, Mo. vel, *Et qui scribentes*, P.) *mendacium* (vel, *laborem*, Mo.) *scribere fecerunt*, V. P. Mo. *Et scribis qui scribunt molestiam*, Ti. *Et qui dictant & jubent scribere miseriam*, M. *Et qui dictantes dictant injuriam*, Calv. *Et scribentibus molestiam* quam illi *præscripserunt*, JT. simil. Pi. Qui scribendas curant sententias injustas quas dictare solent [d]. *Et qui scribendo scribunt molesta* decreta; Heb. *molestiam*. Sic, *justitia*, pro decretis justitiæ, Prov. 8. 15 *. *Et scribis qui injusta scribunt*, G. Intelligunt hîc vel, 1. scribas [f]; idque vel, 1. illos qui, pedibus judicum assidentes, eorum sententias exarârunt; vide Jer. 8. 8 [g]: vel, 2. illos quorum erat alios docere, &c. Matt. 2. 4. Luc. 11. 44 [h]. Jurisperitos, adsessores magistratuum, quorum erat officium, judices ab officio declinantes monere [i]. Vel, 2. judices iniquos [k]. Mallem eosdem hos esse qui in priore membro, sed cum emphasi hîc descriptos, q. d. qui talia decreta non condunt modò, sed & perscribunt, nè revocari queant [l].

2. *Ut*, &c. לְהַטּוֹת מִדִּין דַּלִּים] *Ut pervertant* (vel, *inclinent*, For.) *judicium* (vel, *tribunal*, Q. in Angl.) *pauperum*, P. For. i. e. Qui torquent judicium, & faciunt ut pauperes causâ cadant [m]. Vide similem phrasin Prov. 17. 23. & Esa. 29. 21 [n]. Forsan מִדִּין pro מִדּוֹן *mensura*, à מָדַד; & sic vertas, *Ad inclinandam mensuram*, &c. q. d. Qui inæqualiter jus dicunt divitibus & pauperibus; vel, Qui pauperes injuriâ afficiunt in emptionibus & venditionibus, &c. per mensuras iniquas [o]. Al. *Ad declinandum*, vel, *Ut declinare faciant*, (vel, *arceant*, Calv. vel, *Ad avertendum*, Pi. vel, *Ut depellant* [p],) *à jure*, sive *judicio*, (vel, *causa*, Pi. id enim vox primariò sign. Jer. 30. 13 †.) *pauperes*, V. Ang. &c. ut eis remoram objiciant, & eos successu bono frustrentur [q]. Pendent hæc à verbo præced. *decernunt*, &c [r]. Ità denotatur finis ejus quod fecisse dicuntur: quanquam potest etiam significare modum quo, & negotium in quo, molestiam hanc procurârunt, & verti, *Declinare faciendo*, &c †. ¶ *Et vim*, &c. וְלִגְזֹל מִשְׁפַּט עֲנִיֵּי] *Et rapiant*, vel, *ad rapiendum*, (vel, *& furentur*, V. vel, *& eripiant*, Calv.) *jus*, vel *judicium*, *pauperum*, Pi. V. vel, *pauperibus*, Calv. vel, *in judicio pauperes*, P. Ut spolient pauperes jure suo [t].

3. *Quid facietis*] Quomodo vos geretis [v]? Quomodo judicium Dei effugietis [x]? ¶ *In die visitationis*] Ità P. Mo. &c. nempe per Sennacheribum, &c [y]. *Visitatio*, ejúsque *dies*, duplex est: 1. gratiæ, ut Ruth 1. 6. Luc. 1. 68. & 19. 44; 2. iræ & judicii, ut Jerem. 10. 15. & 11. 23. Posterior hîc intelligitur [z]. *In die retributionis*, Sy. vel, *animadversionis*, Ar. vel, *quâ visitabuntur super vos peccata vestra*, Ch. ¶ *Et*, &c? וּלְשׁוֹאָה מִמֶּרְחָק תָּבוֹא] *Et vastationis*, sive *desolationis*, *de longinquo venientis?* sive *venturæ?* Ti. JT. sim. P. M. Ca. Pi. &c. i. e. è regione longinqua [a]; ab Assyria [b]. Hoc addit, quia Judæi, vicinis hostibus prostratis, & fœdere potentissimæ gentis muniti, timere desierant [c]. ¶ *Ubi derelinquetis gloriam vestram*] Id est, vel, dignitatem & magnificos vestros titulos [d]; vel, opes & ornamenta quibus adeò gloriamini *; vel, gloriosos vestros Principes & magistratus, qui plerumque evadere solent ex prælio, & ad loca munita confugere, aut etiam auxilia ab amicis Regibus petere, &c. Ità vox כָּבוֹד non semel sumitur [f].

4. *Ne*, &c? בִּלְתִּי כָרַע תַּחַת אַסִּיר וְתַחַת הֲרוּגִים יִפֹּלוּ]

Ti.

[Margin notes, right column: z For. a Ang. † Ang. b V. ex Heb. c Ang. Pi. M. d V. * Ang. f G. Pi. g Q. in Ang. h Al. in Ang. i G. k V. ex He. l Ang. m For. n Ang. o For. p V. † Ang. q Ang. r Pi. † Ang. t V. v For. x Ang. y Pi. z Ang. a V. b V. G. Pi. c Ang. &c. Calv. d Musc. * Ang. f For.]

Τὸ בִּלְתִּי ambiguum est [g]. Aliis simpliciter est negativa seu exceptiva particula; aliis etiam pronomen includit, ut Hos. 13. 4 [h]. [Locum variè reddunt.] *Absque me corruit* (vel, *incurvaretur*, JT. sub. *populus iste*, M.) *sub*, vel *infra*, *vinctum*, (vel, *inter vinctos*, M.) *& sub*, vel *infra*, *interfectos cadent*, Mo. M. JT. i. e. curvatus est compedibus, & in servitutem abductus [i]. [Variè explicant.] *Absque me*, i. e. vel, 1. Nisi ratione ducerer nominis & veritatis meæ, populus meus fieret omnium miserrimus, & penitùs concideretur, &c [k]. Ità vult Junius mitigationem pœnæ hîc describi: cui repugnant & præced.& seq.& ipsa historiæ veritas; quia in captiv. Babyl. pars inter captivos incurvata, pars inter interfectos cecidit [l]. Vel, 2. Quia populus iste *sine me* est, vel dereliquerunt me, hæc est causa interitûs eorum: non meâ culpâ, sed illius. Vel, 3. Si illum non juvero [m]. Vel, 4. A me desertus, & ope meâ destitutus [n]. [Alii aliter reddunt.] Non evadet quispiam, *nisi qui incurvaverit se inter vinctos, & inter interfectos se prostraverit*, V. ex He. P. sim. G. nè vivus putetur, & ità evadat [o]. q. d. Nulla erit vobis evadendi ratio, præter vilem & sordidam submissionem hosti factam. Confer Esa. 57. 9 [p]. *Nisi corruet inter vinctos, & inter occisos cadet*. q. d. Tantùm irruet inter vinctos & occisos, quia scilicet omnes aut vinculis aut cædibus addicti sunt [q]. *Nè fortè quisquam ex vobis incurvet se inter vinctos, & sub interfectis cadat*, Ti. *Propterea vinculis vinciemini, & interfecti projiciemini*, &c. Ch. Ego cum Vulg. בִּלְתִּי verto, *nè*; *Nè incurvemini*, &c. Quò, inquit, se proripient Principes vestri, nè sub, vel potiùs, pro, vinctis curventur, & pro interfectis, i. e. tanquam interfecti, cadant? Significat Principes aut interficiendos, aut captivandos [r]. *Nè vinculis succumbant, cæsique occumbant*, Ca. [Alii etiam hæc verba cum præced. v.jungunt,] *Ubi derelinquetis gloriam vestram, ut non incidatis in abductionem?* ό. Ad cujus opem confugietis, nè aut vinculis aut cædi objiciamini? q. d. Nullo pacto evadetis [t]. אֲשֶׁר hîc collectivè sumitur [v]. Al. *Præter hoc*, (quòd scil. nusquam reperietis auxilium†,) *incurvabitur* quisque (unusquisque vestrûm [*],) *profundiùs quàm vincti*, (scil. se incurvare solent versùs victores [x],) *& profundiùs quàm interfecti cadent*. Sensus, Procidet Rex Hiskias per legatos supplicando Regi Assyriæ. Vide 2 Reg. 18. 14. Est amplificatio à comparatis hyperbolica †. Al. *Præter alia mala, incurvabitur in loco vinctorum, aut in loco interfectorum cadet*, He. in V. ו valet *aut*, Exod. 21. 15 [y]. Al. *Præter eum qui incurvabitur sub vinctis, etiam sub occisis cadent*, i. e. Præter eos qui captivi fiunt, alii occidentur. Ità ellipsis est τοῦ אֲשֶׁר, quæ usitatissima est. Manet tamen aliqua difficultas. Nam quid est *incurvari* תַּחַת *sub*, vel *infra*, vel *inter*, *vinctum?* vel *vinctos?* Monemus ergò תַּחַת significare etiam *deorsum*, ut Genes. 49. 25. Sic ergò h. l. vertas, *Præterquam quòd incurvabitur deorsum vinctus, etiam deorsum occisi cadent*. Mihi hoc maximè arridet. Vel בִּלְתִּי cum v. præc. ità cohæret, ut ad quæstionem, *Ad quem fugietis pro auxilio?* definiatur hîc, nihil aliud esse exspectandum nisi ut incurventur, &c. Eo sensu posset reddi, *Tantummodo incurvabitur vinctus*, &c [z].

5. *Væ Assur*, (vel, *Assyrio*, JT. Pi.) *virga* (vel, *virgæ*, JT. Pi. ό. &c. per appositionem, q. d. qui est virga quâ ex ira mea utor ad castigandum populum meum [a];) *furoris mei*; sim. Mo. &c. הוֹי וגו'] *O Assur*, (sub. *veni ut sis*) *virga mea*, M. *O Assur, ipsa est virga*, For. *O Assyrii*. הוֹי adverbium est hortandi, vel vocandi [b]; ut Esa. 55. 1. Advocat ipsum Deus ad munus suum [c]. *O Assur, virga*, &c. P. *Heus* (vel, *Heu*, Di.) *Assur, virga*, &c. Ti. vel, *Heu, Assur est virga*, &c. Di. הוֹי est dolentis, quòd pœnas de populo suo sumere cogatur [d]. *Væ Assyrio*, id est, Sennacheribo & exercitui ejus. Non impunè ferent, qui decreta Dei non ob Deum exsequuntur, gloriámque victoriarum aut sibi aut idolis attribuunt [*]. *Væ Assyrio*, qui *est virga*, &c. Belg. Angl. ¶ *Et*, &c. וּמַטֶּה הוּא בְיָדָם זַעְמִי] Sunt Hebraica hîc & in seq. valde obscura [f]. *Quamvis in manu eorum baculus est indignationis meæ*, JT. Quamvìs ipsi velut baculo, cædentes Israelem indignationem meam exerceant. Objici poterat, Si virga tua sunt, cur iis maledicis? Respondet, [in seq.] eos consilium suum alio animo exsequi, &c. sic paratur transitus ad narrationem v. 7 [g]. Non placet; quia מַטֵּה definit in Segol, adeóque per formam regiminis genitivi exponi non potest [h]. *Quamvis baculus* (i. e. quasi baculus [i]) *est in manu eorum indignatio mea*, i. e. robur quod ex indignatione mea eis suppedito ad percutiendum populum meum; [intellige,] tamen ipsos quoque puniam, ex collatione sequentium. Copulativa, *&*, pro discretiva, *quamvis* †. *Et virga ipsa* (vel, *Is est baculus*, Ti. vel, *Et virga ipse est*, V. vel, *Et*, vel *Etiam, baculus*, vel, *Et virga quæ est*, P.) *in manu eorum* (sub. *est*, P. Di. Belg.) *indignatio mea*, Mo. V. Ti. Di. Belg. *In manu eorum*, i. e. per eos; *severitas mea*, exercitus scilicet [k] [Assyriorum.] Al. *Et virga* (vel, *Et qui baculus*, M.) *iræ meæ est in manu eorum*, Q. in V. sim. Sy. *Qui & baculus est iræ meæ in loco* (vel, *terra*) *ipsorum*, Al. in V. *Baculus* (sub. ex v. 6. *missus*, vel *mittendus*) *in locum*, seu terram, *eorum*, in *ira mea*, He. in Angl. τὸ יָד quidem *locum* sign. Deut. 23. 12. Jer. 6. 3. quod tamen hîc non placet [l]. *Et in quorum manibus est virga iræ meæ*, &c. Q. in Angl. Quod placet, cum aliquo supplemento, hoc modo, *Et baculus in manu eorum* (i. e. illius & exercitûs sui) *est baculus indignationis meæ*. τὸ *baculus* hîc supplendum. Simil. infrà v. 10. & Dan. 4. 33. Idem hoc membro dicit quod præcedente, sed cum emphasi: nam *baculus* graviùs sonat quàm *virga*, & *indignatio* quàm *ira*: Esa. 30. 30. Mal. 1. 4 [n].

6. *Ad gentem fallacem*] Vel, *hypocriticam*, Pi. Ang. V. &c. vel potiùs, *profanam*, sive *pollutam*. Vide Esa. 9. vers. 17 [o]. Vel, *impiam*, P. Hoc est, in populum Judæ [p]. ¶ *Mittam eum*] Nempe secretâ & inscrutabili meâ providentiâ [q]. ¶ *Et contra* (vel, *super*, Mo. P.) *populum furoris mei*] Sic P. For. sim. M. V. &c. vel, *cui indignatus sum*, V. sim. Pi. Ca. qui iram meam meritus est [r]; vel, quem duriter tractare decrevi. Vide quantùm illum populum peccata immutârunt, ut eum quem priùs *primogenitum*, & *filium*, & *peculium suum*, vocare consuevisset, nunc *populum furoris sui* appellet †. ¶ *Mandabo illi*] Ità P. Mo. V. &c. sub. *ut veniat*, V. *Præceptis instruam eum*, i. e. instigabo eum arcano motu providentiæ meæ. Metaphora qualis 2 Sam. 16. 10 [t]. ¶ *Ut auferat spolia, & diripiat prædam*] Explicatio nominis *Mahar-Salal-Has-Baz* [v]. ¶ *Et ponat*, &c. וּלְשׂוּמוֹ מִרְמָס וגו'] *Et ponat* (vel, *&*, sive *denique*, *ut disponat*, JT. Pi. vel, *ut redigat*, Ti.) *eum in conculcationem*, Calv. &c.

7. *Ipse*, &c. וְהוּא לֹא כֵן יְדַמֶּה] *Et* (vel, *Autem*, M. Ti. sim. JT. Pi. vel, *Quanquam*, Ca. vel, *Veruntamen*, Ang.) *ipse non sic existimabit*, vel *arbitrabitur*, Mo. P. M. Ca. &c. vel, *perpendet*, Ti. vel, *sibi proponet*, Pi. sic JT. Heb. *imaginabitur*, Pi. *sibi fingit*, Sy. ut scil. tales puniat [y]. דִּמָּה sign. ut, *assimilare*, ità etiam, *formare similitudinem in animo* [z]. Sensus, q. d. Putabit se dominum esse, non tantùm instrumentum meum, &c [a]. ¶ *Sed*, &c. כִּי לְהַשְׁמִיד בִּלְבָבוֹ] *Sed ad perdendum* (vel, *perdere*, Pi. vel, *ut exstirpet*, M. sim. Ti. sub. *est*, M. Pi. Ang. &c. vel, sub. *se missum putabit*, P.) *in corde suo*, P. Mo. &c. *Quia in corde ejus erit ad exstirpandum*, Calv. *In corde*, i. e. proposito ejus, ut 1 Sam. 2. 35. 1 Par. 28. 2. Scopus ejus est, ut satiet ambitionem & crudelitatem suam, &c [b]. Objicere poterant Judæi, Quid nobis, cùm sis Dei præco, ab Assyrio minitaris? quasi verò immanis illa bellua ad capessenda Dei jussa docilis sit. Respondet igitur, mirum esse Deo artificium, quo vel inscios vel invitos ad obsequium suum trahat [c]. ¶ *Gentium*, &c. גּוֹיִם לֹא מְעָט] *Gentes non parùm*, Mo. vel, *non paucas*, M. P. Ti. JT. &c.

8. *Dicet*] Vel, 1. ad populum suum [d]: vel potiùs, 2. in corde, ut Psal. 14. 1. & 30. 7 [*]. ¶ *Numquid non principes mei simul*, &c? יַחְדָּו מְלָכִים] *Simul*, vel *pariter*, (vel, *omnino*, Ang. vel, *universi*, V. sub. *sunt*, Pi.) *reges?* P. V. Calv. JT. &c. i. e. vel, 1. Regibus æquales virtute & opibus: vel, 2. Reges à me superati sunt in aula mea [f]. Et Reges habeo instrumenta servitutis. Sic postea Romani [g]. Itaque Rex Regum sum [h]. Nihil ergò non succumbet potentiæ meæ [i].

9. *Numquid non ut Charcamis* (nempe *Cercusium*, urbs ad Euphratem; vide 2 Par. 35. 20 [k]. & Jer. 46. 2 [l].) *sic Calano?*] Vel, est *Calno?* Pi. vel, *Charcamis ut Calano?* i. e. Callinicum, de quo vide ad V. R. C. 1 [m]. Dicta

Marginal notes, left column: g Calv. — h Ang. — i V. — k Jun. — l Di. — m Q. in V. — n Di. — o V. ex He. — p Q. in Ang. — q Calv. — r For. — t Ang. — v For. Ang. Pi. — † Pi. — * Idem. — x Id. — † Id. — y Ang. — z Di. — a Pi. — b V. sim. For. Ang. — c Ang. — d Calv. — * G. — f M.

Marginal notes, right column: g Jun. — h Di. — i Pi. — † Pi. — k G. — l Ang. — n Ang. — o Ang. — p Pi. — q Ang. — r G. sic Ti. — † For. — t Pi. sim. Ang. — v G. sim. Ang. — y Pi. — z For. — a T. — b Ang. — c Calv. — d He. in Ang. — * Ang. — f V. — g G. — h For. sim. San. — i San. — k G. Ang. — l BP. pag. 289. Ang. — m G.

ςta est *Calneh* Gen. 10. 10. Amos. 6. 2. postea *Ctesiphon* [n]; cujus regio à vetusto nomine dicta *Chalonitis*, Strab. lib. 11. & 16. Plin. 6. 26, 27 [o]. Urbes hæ Syriæ ad Euphratem sitæ [p]. Sensus, Nonne omnes hæ potentes urbes à me subactæ sunt [q]? Annon idem accidet locis mihi nondum subjectis quod aliis quæ mihi obstiterunt [r]? Nonne has urbes eodem numero & loco habui [†]? ¶ *Et ut Arphad* (i. e. Aradus. Vide 2 Reg. 18. 34 [t]. Hujus loci putantur fuisse *Arvaditæ*, Gen. 10. 18 [v].) *sic Emath?*] Rectiùs, *ut Emath? Amathus* Syriæ, 2 Reg. 17. 24 [x]. Vide Num. 34. 8. Jos. 13. 5. &c [y]. ¶ *Ut Damascus, sic Samaria?*] Sub. *mea est*, pari jure quo urbes aliæ [z].

10. *Quo modo* (vel, *Sicut*, P. &c. *Quemadmodum*, Mo. *Postequam*, M.) *invenit* (i. e. bello peperit [a]; vel, *assequuta est*, JT. Pi. Sy. occupavit, subegit [b],) *manus mea* (i.e. potentia mea, ut Deut. 8. 17. Jud. 7. 2 [c].) *regna idoli*] Sic P. Ti. Angl. collectivè [†]: vel, *idolorum*, Calv. Ang. vel, colentia *idola*, M. Tot Regna hujus aut illius minuti dei, non comparandi cum Sole, deo Assyriorum [d]. Lamed in לְמַמְלְכֹת valet articulum accusativi casûs [*]. כַּאֲשֶׁר וגו' *Quandoquidem*, &c. Ti. ¶ *Sic*, &c. וּפְסִילֵיהֶם מִירוּשָׁלַםִ וגו'] *Et sculptilia*, vel *simulachra, eorum à*, vel *de*, *Jerusalaim, & à Someron*, Mo. P. sub. *allata fuerunt*; h. e. quorum cultus manavit à Jerus. & Sam. ut solent reliquæ urbes colere deos suarum metropolium [f]. *Quorum simulachra*, vel *sculptilia*, (vel, *Et quorum sculptilia*; Hebr. *Et eorum sculptilia*, pro, *Et illos quorum sculptilia*: ellipsis antecedentis, ut Ruth 1. 16. 2 Par. 1. 4 [g]. Vel, *Quum*, sive *Quamvis*, *simulacra eorum*, Calv. Pi. Angl. *Et*, pro, *quamvis*. Vide ad vers. 5 [h]. Sub. *erant*, Pi. Angl. sim. M. Ti. Glas. &c. & sub. *pretiosa*, Glas. gram. 3. 1. 15. 53. vel, sub. *fortiora*, M. vel, *plura ac præstantiora*, Ti.) *præ* (sub. *diis*, G. vel, *sculptilibus*, Glas.) *Jerus.* &c. G. Glas. Angl. Calv. vel, *quàm Jerus.* Ti. M. vel, *ipsâ Jerus.* M. *Jerusalem*, pro idolis Jerusalem; de qua ellipsi vide ad v. 5. & τὸ *præ* valet *præstantius*, ut Prov. 22. 1. Eccles. 7. 1. Heb. 12. 24 [i]. [Ca. totum sic reddit, *Cùm ego meâ potentiâ regnis potitus sum quæ divis & simulacris Hierosolymam Samariámque vincerent.*] Deum Jerosolym. habet in numero deorum, ut populi unius nomen/[lege, numen.] Vide 2 Reg. 18. 34, 35 [k].

11. *Numquid non*, &c ?] qu. d. Quis me impediet? certissimè hoc efficiam [l]. Ergò multò magis, &c [m]. ¶ *Et idolis ejus*] Omnes deos *idola* reputat respectu dei sui, Mithras, sive Solis, quem Assyrii colebant [n]. Credidit Deo vires deesse, quòd cultores suos affligi pateretur [o].

12. *Et*, &c. וְהָיָה כִּי יְבַצַּע וגו'] *Et* (vel, *Deinde*, Sy. vel, *Enimvero*, Ca. *Sed*, Calv. ut Psal. 64. 8 [p]; vel, *Nam*, Pi. ut rationem reddat præcedentis *væ* [q]:) *erit* (vel, *accidet*, Calv. Ang. vel. *futurum est*, JT. Pi.) *quum compleverit Dominus omne*, vel *totum*, *opus suum*, &c. Mo. P. &c. i. e. justam mensuram [r]: *omnia quæ dixit*, Ch. vel decrevit facere [*]: castigationem populi sui per Assyrios [†]. Cùm eam urbem arctâ obsidione, quantum æquum judicat, castigaverit [t]. Dicit, *totum opus*, quia libenter præposterâ nostrâ celeritate Deum ab opere suo revocaremus, etiamsi tantummodo inchoatum esset [v]. ¶ *In monte* (vel, *in montem*, Ca. *adversùs montem*, For.) *Sion*, &c.] Sic ο'. ¶ *Visitabo*] Ità Mo. P. &c. Mutatio personæ, pro, *visitabit* [x]. *Ut visitem*, vel *animadvertam*, Pi. JT. sic G. *requiram*, For. ¶ *Super*, &c. עַל פְּרִי גֹדֶל וגו'] *Super* (vel, *in*, JT. Pi.) *fructum magnitudinis* (vel, *magnificentiæ*, M. V. vel, *insolentis*, seu *superbi*, Pi. San. &c.) *cordis*, sive *animi*, &c. Mo. P. M. Pi. JT. &c. i. e. super arrogantiam ejus [y]; vel, cogitata ac verba ejus insolentia [z], quæ ex cordis superbia proveniunt [a]. Vide Esa. 59. 13. Matt. 12. 34. &c [b]. Al. *visitabo & fructum*, &c. Ti. *visitabo super illum fructum*, &c. Angl. ¶ *Et*, &c. וְעַל תִּפְאֶרֶת רוּם וגו'] *Et super* (vel, *in*, JT. Pi.) *gloriam* (vel, *ornatum*, ut Esa. 3. 18. h.e. superbiam, quæ ex ornatu & oritur & se ostendit [c]: vel, *gloriationem*, vel potiùs, *fastum*, Pi.) *altitudinis* (vel, *elationémque*, Pi.) *oculorum ejus*, Mo. P. &c. Al. *& decorem celsitudinis*, &c. Ti. *Magnitudo cordis* arrogantiam, *elatio oculorum* fastum & supercilium, significat; q. d. Puniam illum propter arrogantiam [d]. [Ca. totum sic reddit, *Puniet ut dignum erit animi regis Assyriæ fastum, támque gloriosum supercilium.*]

13. *Et in sapientia mea intellexi*, כִּי נְבֻנוֹתִי] *Quia intellexi*, P. *quia prudens* (vel, *perspicax*, Q. in V. vel, *intelligens*, Ch. sim. M. Ti.) *sum*, vel *fui*, Mo. Sy. sim. Ca. JT. Pi. i. e. usus sum magnâ prudentiâ [*]. ¶ *Et* (vel, *Ideo*, Pi. M.) *abstuli* (vel, *amovi*, P. JT. Pi. vel, *transtuli*, For.) *terminos populorum*] Sic M. &c. Quibus alia Regna discernebantur, simul & muniebantur, nè alii ea invaderent [f]. וְאָסִיר וגו'] *Et removere feci*, &c. Mo. ¶ *Et*, &c. וַעֲתוּדֹתֵיהֶם שׁוֹשֵׂתִי] *Et præparata* (vel, *thesauros*, P. Pi. For. sim. M. &c. vel, *penuaria*, Ti. vel, *instructissimos*, JT. terminos videlicet, i.e. regiones munitissimas [g],) *eorum deprædatus sum*, Mo. P. Ti. JT. Pi. At hoc de se non dixisset Assyrius. Malim ergò vertere, *spoliavi*, ut Jud. 2. 14. Hos. 13. 15 [†]. Vel, *diripui*, M. ¶ *Et*, &c. וְאוֹרִיד כַּאבִּיר יוֹשְׁבִים] Notant Masorethæ h. l. scribi כַּאבִּיר, sed legi כַּבִּיר [h]. כ hîc habet Patach; א verò sine puncto est: quæ scriptura Syriaca est, ut apparet ex Prov. 30. 17. Eccles. 2. 13. Jer. 25. 36. Zach. 2. 5 [i]. כַּאבִּיר idem quod כַּבִּיר, א interposito per epenthesin, ut in aliis nominibus interdum fit [*]. Vel, כ est similitudinis nota, & אַבִּיר *robustum* sign [†]. [Locum variè reddunt.] *Et descendere feci* (vel, *deposui*, M. *dejeci*, JT. Pi. V. vel, *detraxi*, Ti. vel, *deturbavi*, V.) *tanquam potens* (vel, *velut gigas*, Ti. V. vel, *ut potentissimus*, JT.) *sedentes*, Mo. V. sub. *in soliis regiis*, V. vel, *habitantes*, sive *habitatores*, P. JT. Pi. Al. *habitantes in arcibus fortissimis*, Ch. vel, *sedentes quasi in forti* loco, M. Quæ versio minimè placet, tum quia sic, contra morem linguæ, participium postponitur nomini quod regit; tum quia tantus sui venditator dixisset potiùs, *in loco revera forti* [k]. [Similiter tamen alii reddunt:] *Et deturbavi eos qui habitabant in locis tutissimis*, V. *Egregiè habitantes deturbavi*, Ca. Quantum ad reliquos, כַּבִּיר Hebræis nunquam *fortem* aut *robustum* sign. (quod tamen plerique Interpretes sic vertunt;) sed vel, 1. *magnum*, ex usu Arabicæ linguæ, (ubi *cabbir* propriè id sign.) quomodo Chald. & M. vocem reddunt ad Job. 36. v. 5. & AE. ad Job. 8. 2: vel potiùs, 2. *multum* ac *copiosum*, ut indè apparet, quòd Job. 31. 25. synonymum est τῷ רַב, & Esa. 16. 14. τῷ מְעַט opponitur; & veteres Interpretes sic passim reddunt, altero verò modo rarissimè. Si ergò ex Masoræ monitu legendum hîc esset כַּבִּיר, verterem, (cum RS.) *habitatores multos*. Quæ explicatio nonnullis mira videbitur, non modò ob numeri discrepantiam in כַּבִּיר יוֹשְׁבִים, sed & ob constructionem, cùm insolens sit Hebræis ut substantivo suo adjectivum præponatur. Sed hic nodus solvitur dicendo, כַּבִּיר hîc adjectivi quidem vim habere, esse tamen substantivum; quomodo etiam usurpatur Job. 31. 25. Esa. 16. 14. sicut & מְעַט, quod semper adjectivi vim habet, sæpe tamen substantivi vices gerit; quomodo & Latini dicunt, *multum opum*, vel *argenti*, &c. pro, *multæ opes*, &c. Sed nec placent qui non כַּבִּיר, sed כַּאבִּיר, legunt, & exponunt, *tanquam potens*, *gigas*, &c. Nam & אַבִּיר non sign. *potentem* seu *validum*, (quamvis ità statuant & recentiores & Rabbini;) sed *eximium*, vel *præcipuum*, & substantivè, (quomodo plerumque sumitur, cùm adjectivum non sit nisi rarò, contrà quàm vulgò omnes putant,) *principem*, *optimatem*, *primorem*, sicut multi vocem reddunt ad 1 Sam. 21. 7. & quidam ad Job. 34. 20. Ego אַבִּיר substantivum hîc esse, & pro *tauro* sumi, reor, locúmque sic reddo, *Et habitatores eorum dejeci*, sive *stravi*, (ut verbum הוֹרִיד sumitur Jerem. 51. 40. vide & Esa. 34. 5. Jer. 48. 15. Hag. 2. 23.) *instar tauri*, sive *taurorum*. Solennis est linguarum omnium phrasis, ut magnæ hominum strages mactationi pecudum, vel etiam taurorum sive juvencorum, comparentur; & viri militares vocantur *uri*, *juvenci*, *tauri*, &c. Psalm. 68. 31. Jer. 50. 27. Vide & Prov. 7. 22. Neque credibile est Regem hunc gloriaturum de regionibus & thesauris direptis, non autem de hominibus à se occisis [l]. Verbum עָתַד non sign. *præparavit*, sed, *institit*, *incubuit operi*, *instanter exercuit*: hinc nomen עֲתִידוֹת, quod formâ fœm. bis tantùm reperitur, (fœm. autem Hebræi usurpant pro neutro [m],) nempe Deuter. 32. 35. ubi sign. *ea quæ imminent*, & h.l. ubi sign. *ea quibus incumbunt & student* homines, *promptuaria*, *reposita*, *thesauros*.

[n] Ang. B. 271. [o] Ang. [p] V. [q] Pi. sim. V. [r] Calv. [†] Jun. [t] G. [v] Ang. [x] G. [y] Ang. [z] G. [a] G. [b] V. [c] Ang. [†] Ang. [d] G. [*] Pi. [f] Ma ex V. [g] Ang. [h] V. [i] Ang. [k] G. [l] Ang. [m] Pi. [n] Ang. [o] For. [p] Ang. [q] Ang. ex Pi. [r] Calv. [*] Ang. [†] Pi. Oecol. [t] G. [v] Calv. [x] V. [y] V. [z] G. [a] For. [b] Ang. [c] Ang. ex Pi. [d] V.

[*] V. [f] Ang. [g] Ang. [†] Ang. [h] Boot. Ang. [i] G. [*] Q. in For. [†] Al. in For. [k] Boot. anim. 3. 2. 1. 17. [l] Boot. ib. 1, 2, 3, 5, 6. &c. [m] Ang.

thesauros. Quid si עתידות *cubilia* interpretemur, & כאביר *stragulum?* id enim & כביר & מכבר manifestò significant. Sensus itaque est, *Cubilia eorum diripui, & deposui stragulum habitatorum*, seu *quietè habitantium*: quibus subitum adventum significat, & omnimodam direptionem [n].

14. *Et invenit* (vel, *assecuta est*, JT. Sy. Angl. vel, *nacta est*, Angl. sic Ca.) *quasi nidum* (*Nidum* vocat pullos avium qui in nido continentur, ut Deuter. 32. 11. *Ut aquila suscitat nidum* [o]. Vel, *tanquam nidum avium*, BA. 2. 1. 21. 149. vel, *ut aves*, sive ova, in *nido*, Deut. 22. 6, 7. ellipsis particulæ [p].) *manus mea fortitudinem* (vel, *robur*, M. *substantiam*, P. Ch. *copias*, Ti. *opes*, Pi. V. sic Ca. De חיל antè dictum [q]. Vel, nidum *opulentiæ*, JT.) *populorum*] q. d. Regna facilè & nullo resistente cepi [r]. ¶ *Et sicut colliguntur ova quæ derelicta sunt*; sim. P. Ti. &c. וכאסף וגו'] *Et secundùm colligere*, &c. Mo. *Et sicut congregat*, sub. *quispiam*, viator, &c [*]. *Et quasi recuperem*, &c. JT. Thrasonicè hostes comparat cum aviculis abjectissimis [t]. Neque hoc illi sufficit, nisi etiam id quod avibus nunquam denegatum fuit, ut garriendo & querulis vocibus obstrependo direptionem nidorum suorum quoad fieri potest impediant, populos non fecisse præ timore & stupore affirmaret [v]. ¶ *Sic*, &c. כל וגו'] *Omnem*, vel *totam*, *terram* (vel, opes *totius regionis*, vel *terræ*, vel *orbis*; ellipsis vocis ex præced. supplendæ, qualis Gen. 1. 16. Job. 31. 3. & 36. 32 [x].) *ego collegi*, sive *congregavi*, P. Mo. &c. i. e. addidi ditionibus meis [y]. ¶ *Et non fuit qui*, &c. נודד כנף] *Movens* (vel, *qui agitat*, JT. sic Pi. vel, *qui abigeret*, M. Calv.) *alam*, Mo. sic P. &c. vel, *alâ*, sive *alis*, V. Ti. Calv. M. ¶ *Et*, &c. ופוצה פה ומצפצף] *Et*, vel *aut*, *aperiret os*, (vel, *rostrum*, M.) *&*, vel *aut*, *garriret*, P. sim. Mo. vel, *sibilaret*, M. Calv. *pipiret*, Pi. Sy. sic JT. &c. ut matres solent direptis nidis [z]. *Aut aperto ore mussitaret*, Ti.

15. *Numquid gloriabitur*] i. e. An æquum est ut glorietur? q. d. minimè. Hactenus per mimesin recitata sunt verba Regis Assyriæ. Nunc iterum loquitur Propheta in sua persona [a]. ¶ *Securis contra* (vel, *super*, Q. in Angl.) *eum qui secat in* (vel, *cum*, Ti. P. &c.) *ea?*] Sic Ca. &c. i. e. Assyrius contra Deum, cujus instrumentum ille est, & à quo tum potentiam & aptitudinem, tum ipsum actum, habet [b]? ¶ *Quomodo si*, &c. כהניף שבט את מרימו כהרים מטה לא עץ] Hic locus difficillimus visus est Interpretibus, qui adeò in infinitas ferè id mutârunt formas. Tota difficultatis causa est, quòd omnes, quos quidem vidi, הרים putârint esse infinit. Hiphil, à verbo רום [c]. Duo infinitivi hîc sunt, quos variè vertunt [d]. *Secundùm agitare virgam exaltantes ipsam*; *secundùm exaltare* (vel, *attollere*, Pi.) *baculum, non lignum*, Mo. *Quasi verò agitaret virga eum qui tollit ipsam*; *quasi attolleret baculus, ac non lignum esset*, JT. i. e. nullâ facultate præditus ad movendum se, aut efficiendum quicquam †. Vel, *& exaltetur baculus* contra eum qui *non est lignum*, i. e. contra hominem, qui se movere suapte vi potest. Illa quæ addidimus repetuntur ἀπὸ κοινοῦ ex superiore [f]. Vel, *quasi qui elevat baculum non lignum* elevaret; vel, *quasi elevare baculum non sit lignum* elevare, For. *Perinde acsi elevaret se virga contra exaltantes ipsam, utque si exaltaret se virga quæ non est lignum*, P. *Et sic agitat, acsi esset virga*; *& sic eam levat, ac si levaret baculum, non arborem?* M. *Sicut elevatio virgæ est penès elevantes illam, sic elevatio baculi non* est penès *lignum*, i. e. non debet tribui ligno, sed elevanti [g]. Vel, *Ut elevatio virgæ ad elevantem ipsam, & elevationes baculi non in ligno*, sub. *sunt*; q. d. non sunt in virtute ligni [h]. Quod perinde esset *acsi virga sese elevaret contra eum qui ipsam fert, & baculus sese extolleret quasi lignum non esset*, Ti. sim. Ang. Robur forsan acciperet hæc versio ex collat. Job. 39. 16.—*quasi non essent ipsius*, Heb. *ad non ejus*. Sed ibi est alia particula, quæ hîc abest. At syntaxis eadem quæ hîc esse videtur Esa. 40. 24. *Acsi baculus*, quia elevatur, *lignum non esset*: vel, *acsi baculus se extolleret contra* eum qui *non est lignum*, sed potens ad se movendum. He. sic, *quum baculus attollitur, non est lignum*, quod scil. se attollit, sed homo qui tenet [i]. [Alii hoc membrum cum præced. sic reddunt,] *Quum quis agitat virgam*, an gloriabitur illa (quale supplementum nec inusitatum, nec ineptum, est [k],) *contra* (id את hîc valet, ut docet collatio præcedentium [l],) *eos qui attollunt ipsam? quum quis attollit baculum*, an *non lignum* est, scil. baculus? i. e. annon manet lignum, res scilicet vilis, etiamsi attollatur? q. d. Ità Rex Assyriæ manet homo, i. e. creatura infirma, etiamsi à me ad tempus extolletur [m]. Hæc interpretatio spontè & facilè ex textu fluit. Similiter etiam vilipendit Deus idola, quòd lignum sint, &c. vide Esa. 44. 13,—20 [n]. *Quasi virga moveret eos qui ipsam attollunt: quum virga elevatur, annon lignum est?* Belg. [Al. aliter.] Non mihi dubium est quin הרים sit nomen plur. num. à sing. הר *mons*, & locum sic verto, *Acsi agitaret virga exaltantes ipsam*; *acsi montes esset baculus, non lignum.* Montes celsi sunt, quæque sublimitate fastum præ se ferunt, unde passim in Scriptura superbos homines metaphoricè significant. An ergò, inquit, baculus superbè sese efferet, oblitus se lignum esse, non montes [o]? [Ca. totum versum sic reddit, *Securimne gloriari adversùs eum qui secat eâ? aut se serram jactare adversùs eum qui eam sic agitat ut agitatur baculus, sicque attollit tanquam qui virgam, non arborem, attollit?*]

16. *Dominus exercituum*] Qui titulus Deo hîc adscribitur, ut significetur successus omnes & victorias, sive Assyrii, sive aliorum, à Domino fuisse [p]. ¶ *In*, &c. במשמניו] *In pingues ejus*, M. P. &c. vel, *principes*, Ch. sic Pi. ut Jud. 3. 29. Vide Psal. 78. 31. collat. cum Psal. 106. 15. Ità omnes. Sed malim hîc intelligi vastum & numerosum ejus exercitum, qui hîc animali pinguissimo confertur. Heb. *in pinguedines ejus* †. ¶ *Tenuitatem*] Vel, *maciem*, Ang. For. &c. Id est, vel, mortem [q]; vel, inopiam earum rerum quibus fidebat, v. g. opum, potentiæ, &c [r]. Exercitum perdet [*], per Angelum [t]. Ex maximis copiis paucissimi evadent †. ¶ *Et*, &c. ותחת וגו'] *Et subter gloriam* (vel, *subter locum gloriæ*, M. V.) *ejus*, Mo. P. &c. id est, exercitum quô ipse gloriatur [v]. *Et in loco gloriæ ejus*, sive *suæ*, Pi. JT. nempe, in loco in quo gloriabitur Assyrius [x]; vel, ubi gloria Dei habitat; h. e. ante mœnia Jerusalem [y]. ¶ *Succensa*, &c. יקד יקד כיקוד אש] *Incendet incendium quasi incendium ignis*, Mo. vel, *ut dum ignis incenditur*, Ti. sic M. *Succensa ardebit quasi combustio ignis*, Vulg. Transpositio, pro, *quasi combustio succensa*, quasi rogus ardens †. *Ardebit ardendo* (vel, *ardor*, JT. Pi. vel, *ardore*, V.) *secundùm combustionem ignis*, P. vel, *similis ardori ignis*, JT. Alludit ad vetustum morem comburendi corpora defunctorum, vide 2 Par. 21. 19. maximè cum magno numero strata & insepulta jacerent, unde infectionis periculum esset. Vide Esa. 66. 24. Ezec. 39. 9, 10. Vel, alludit ad combustionem sylvæ, ut Psalm. 83. 15. Sed prius malo [z]. Significat pestem quâ Assyrii enecabuntur [a], in qua corpora eorum afflata sive siderata erant, ac in cineres conversa; ità tamen ut vestes eorum (quæ hîc *gloria* vocantur, tum quòd Assyriis gloriosæ erant, Ezec. 23. 12. tum quòd eis homines gloriari solent, vide Psal. 93. 1. Matt. 6. 29.) illæsæ essent, sicut illæ Levit. 10. 5. ut spolia earum Judæis cederent [b]. Sed hæc incerta sunt [c]. [Ca. locum sic reddit, *Ejúsque nobilitatem quasi incendii rogo succendet.*]

17. *Et erit lumen* (vel, *lux*, M. P. &c.) *Israel in igne*, לאש] *Ignis*, Ti. *in ignem*, vel *pro igne*, M. P. Mo. Ca. JT. *Lux*, &c. i. e. Deus [d], qui Israelem illuminat Verbo, & exhilarat defensione suâ †; qui hoc tempore lux erit iis, lætitiæ materiam præbendo, Esth. 8. 16. &c [f]. Duo sunt in igne, ardor & lux. Ut Dominus ardore suo consumit hostes, ità luce pios illustrat [g]. ¶ *Devorabitur*, &c. ואכלה וגו'] *Devorabit spinam ejus & veprem ejus*, Mo. P. &c. i. e. milites [h], gregarios [i], (qui sic dicuntur oppositè ad celsas arbores v. 18 [k].) qui Israelem pupugerunt [l]. ¶ *In die una*] Uno eodémque tempore [m]; nocte unâ [n]: nam nocte hoc evenit. Sic vocem *diei* sumi notavimus & alibi [o]. Est nox pars altera diei civilis [p]. Vide Gen. 1. 5. Levit. 23. 32. &c [q].

18. *Et gloria*, &c. וכבוד יערו] *Et gloriam* (vel, *nobilitatem*, Ca.) *sylvæ ejus*, M. P. Mo. &c. i. e. robustorum militum ejus [r], qui numero suo sylvam repræsentabant [*]. ¶ *Et*, &c. וכרמלו] *Et segetis*, Ca. *& arvi*, sive *arvorum*, *ejus*, JT. Pi. i. e. divitum Principum ejus [r]. *Et frugiferi campi ejus*, M. sim. Ti. *& agri ejus consiti arboribus*, Q. in V. *& campi consiti ejus*, G. *& Charmeli*

[Marginal notes, col. 119: n For. — o For. — p Ang. — q For. — r Musc. in Marl. — * V. sim. M. — t Jun. — v For. — x Ang. — y G. — z Ang. — a Pi. — b Ang. — c Pi. — d V. — † Jun. — f G. — g Q. in V. — h Al. in V. — i Ang.]

[Marginal notes, col. 120: k Ang. — l Pi. — m Pi. sim. Ang. — n Ang. — o Di. — p Ang. — † Ang. — q He. in Ang. — r Calv. — * Ang. sim. Pi. — t Pi. — † G. — v Pi. Ang. sim. G. — x Q. in Ma. — y Jun. — † G. — z Ang. — a Pi. — b He. in Ang. — c Ang. — d G. Pi. Calv. &c. — † Pi. — f Ang. — g Calv. — h V. Pi. — i V. — k Ang. — l G. sim. V. Ang. Pi. — m G. sim. For. Ang. — n Pi. — o G. — p Pi. Ang. — q Pi. sim. — r Ang. — * Ang. — r Pi.]

meli ejus, P. Mo. Sy. Carmel erat nomen loci; quo nomine venerunt duo montes, Jos. 15. 55. (de quo 1 Sam. 25. 2.) & Jos. 19. 26. qui non erant patentes, sed clausi & culti, & plantati magnâ varietate arborum frugiferarum: unde Carmel indifferenter accipitur pro quolibet loco fertili. Vide Esa. 16. 10. & 29. 17[v]. Carmel hîc non est nomen proprium, sed appellativum, significans solum uber & ferax[x]. Carmel hîc proceres denotat[y]. Forsan his verbis respicit Deus gloriationes illas Assyrii, Esa. 37. 24. de invadendis Libano & Carmel, montibus Israeliticis; q. d. Imò verò, inquit, tui Libanus & Carmel antè excidentur, &c. Et quanquam id postea describatur, quidni Dominus hic respiceret ea quæ ipse deinceps dicturus erat[z]? Al. Sylvam vocat constipationem militum, qui cristis, hastis, &c. densissimam sylvam imitantur: ità & Carmelum vocat copiosum commeatum quem secum deferebant[a]. ¶ Ab anima usque ad carnem consumetur] Id est, penitùs[b]. Non solùm morientur, sed & vertentur in cinerem[c]. Vel, Animam ejus auferet, dum corpus occidet[d]. Quum homo constat animâ & corpore, vindicta Dei utrique parti incumbet; quod certè horrendum est †. Et animas eorum cum corporibus consumet, Ch. sim. Ca. Al. Ignis hic primùm interiora ac vitalia eorum comburet, deinde ad exteriora procedet: quum externus ignis primùm carnem & exteriora, deinde interiora, i. e. vitam ipsam, invadit. Ità exprimitur hîc differentia futuri incendii ab igne vulgari[f]. Al. Non carnem tantùm consumet, sed & animam, i. e. vitam, adimet. Vide Levit. 20. 14. & 21. 9. Anima, pro vita, Genes. 9. 4, 5. Levit. 17. 11, 14[g]. ¶ Et erit, &c. וְהָיָה כִּמְסֹס נֹסֵס] Eritque (i. e. Talis erit conditio Regis Assyrii[h]; vel, Fietque, Ti.) quasi res quædam levissima; vel, quasi dissolutio, seu liquefactio, fugientis, i. e. sicut qui metu dissoluti aufugiunt. מסס sign. liquefecit ut defluat[i]. Vel, ut pulvis teredinis, Ti. vel, ut dissolutio signiferi, P. V. Calv. vel, ut quum liquescit vexillifer, i. e. cor vexilliferi[k]. Sicut castra quæ dissolvit vexillifer. q. d. Tanta clades erit quanta esse solet in exercitu cujus vexillifer cecidit; tunc enim omnes fugiunt[l]. Vel, quasi exercitus cujus vexillifer deficit, M. Ut ipse sit quasi exanimatus signifer, Ca. Eritque tanquam rebus dissolvendis signifer, JT. Quum Rex ipse, contentissimè fugiens, quasi persequente igne consumetur, à filiis cæsus, tum Deus ipse quasi signifer Assyriis ipsis futurus est *.

19. Præ, &c. וּשְׁאָר עֵץ יַעְרוֹ מִסְפָּר יִהְיוּ וְנַעַר יִכְתְּבֵם] Numerus (vel, in certo numero, M. vel, pauca, JT. Pi. pauca numero, P. Heb. arbores numeri, Pi.) erunt, & c, vel ut, puer scribat ea, Mo. &c. i. e. facilè numerari possunt[m]. τὸ numerus Anglis multitudinem, Hebræis verò paucitatem, denotat. Vide Num. 9. 20. Deut. 33. 6. Non opus erit censore sive lustratore, qui exercitum numeret, nam hoc vel puer præstare potest[n].

20. Non adjiciet——inniti super eo qui percutit eos] Nempe Assyrio[o], vel Ægyptio, qui sub specie fœderum exitium Israeli meditantur[p]. Nempe, quia malis suis emendati erunt[q].

21. Reliquiæ convertentur] Ità For. vel, revertentur, For. Pi. Calv. &c. ad Deum[r], per resipiscentiam *. Explicatio nominis Sear-jasub[t].

22. Si enim fuerit populus tuus Israël (vel, populus tuus, nempe Israel, Angl. vel, populus tuus, ô Israel, sive Jacob, Angl. Pi. &c. apostrophe ad Jacobum[v],) quasi arena maris, (ut promissum erat, Gen. 22. 17. & præstitum, Heb. 11. 12[x].) reliquiæ, &c. שְׁאָר יָשׁוּב בּוֹ] Reliquum, vel Residuum, (vel, Reliquiæ, M. Ca. sub. tamen, Ti. P. Ang. vel, tantummodo, Pi. sim. Ca. Angl.) convertetur, vel revertetur, in, vel ex, eo, Mo. P. Ti. &c. Redibunt in agros & minora oppida, qui statim adventante Sennacheribo Hierosolyma se receperunt. Vide 2 Reg. 19. 31. 2 Par. 31. 1[y]. Verùm non de reditu in agros & oppida, sed de conversione ad Deum, hîc agi patet ex Rom. 9. 27[z]. Sensus, q. d. Ut ex tot cladibus Assyriorum Deus reliquias Judæorum superesse voluit, ut ex his tandem nasceretur Christus: sic non omnes voluit strage infidelitatis perire, sed æterno suo decreto ac potentiâ quasdam ex iis reliquias servavit quas verâ fide donaret[a]. Quamvis plurimi perituri sint, tandem tamen aliquot servabuntur, & ad Deum con-

---

v Ang. x Calv. y G. sim. V. z Ang. a For. b For. c V. d Pi. † Calv. f Musc. in Marl. g Ang. h Pi. i For. k Pi. l V. ex He. sim. Calv. Ang. * Jun. m Pi. n Ang. o Ca. Pi. Ang. G. p G. q Ang. r For. * Pi. t G. v Pi. x Ang. y G. z Calov. a Jun.

---

vertentur[b]. ¶ Consummatio, &c. כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה] Consummatio (vel, Consumptio, P. Ang. Nam consumptio, V.) decisa (vel, definita, sive decreta, sive determinata, Q. in V. Ang. sic Calv. ut 1 Reg. 20. 40. vel, præcisè excisa[c]; vel, certa, V. vel, perfecta, M. vel, expolita, Ti. vel, abbreviata, Vulg. i. e. quæ ad breves, i. e. paucos, redegit Israelitas[d],) inundat (sub. eos, M. vel, inundabit, Vulg. Ang. vel, affluens, Ti. vel, inundans, Mo. V. sub. erit, V.) justitiam, Mo. P. Vulg. vel, in justitia, M. V. Ti. Ang. marg. &c. ut Apostolus reddit Rom. 9. 28. h. e. ex justo Dei judicio †, quo decrevit Deus sumere pœnas de Israele, & illum perdere[f]. Consummatio, i. e. consummata & plena Judæorum multitudo,—inundabit, &c. i. e. ipsa abundabit justitiâ seu verâ Religione, quam in alios quoque, fluminis instar, derivabit[g]. Consummatio (i. e. Deletio, tum corporalis, tum spiritualis[h],) decisa (i. e. determinata à Deo †) fiet; inundans (sub. terram Israelitarum, ex v. seq *.) justitiâ, scil. Dei, i. e. pœnis Divinis[i]. Atroci strage abundante justitiâ, Ca. Sunt qui locum in malum accipiunt, quòd Deus justitiâ inundante populum abbreviabit atque consumet. Quibus repugnant tum constructio, tum præcedentia & sequentia. Sic ergò verto, Consummationem, sive Consumptionem, abbreviatam, sive concisam, (Intellige pauculos illos qui ex Israele reliqui sunt, qui sanctissimi fuerunt, ut suprà dictum Esa. 4. 3.) inundat, vel inundabit, justitia; i. e. Maxima erit donorum cœlestium abundantia, postquam peccatum & infidelitas ferè totum Israelem vastaverit, &, ut Apostolus inquit, ipsorum imminutio divitiæ mundi †. Græci vertunt, λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων. Sicut ubi rationes accepti & expensi exputantur, sæpe parva est quæ remanet summa; ità & tunc pauci erunt illi reduces, sed pleni virtutis[f]. Hæc ipsa verba citantur ex ό. Rom. 9. 28. Græcos autem negligentiæ in versione sua accusat Beza, sed immeritò. Quòd enim particip. usi sunt pro præs. indic. ex Hebraismo est, út & Propheta hîc dixit שׁוֹטֵף, & [in v. seq.] עֹשֶׂה. λόγον dixit, pro re, Hellenisticè ex Hebraismo. Nec putârunt ό. (ut Beza & plerique senserunt) כִּלָּיוֹן חָרוּץ habere locum subjecti, de quo prædicetur שׁוֹטֵף, sed שׁוֹטֵף retulerunt ad Deum, & כִּלָּיוֹן חָרוּץ habuerunt pro nominibus post verbum; nec dubito quin optimè. Neglectâ significatione exundandi, simpliciter dixerunt, Consummat & præcidit rem in justitia. בִּצְדָקָה acceperunt pro בִּצְדָקָה, optimè. Sed quid jam est συντελῶν λόγον? Id ex Hebraismo exponendum: estque עֹשֶׂה כִּלָּיוֹן, vel עוֹשֶׂה כָּלָה [ut habetur in v. seq.] כָּלָה, inquit Beza, est consumptio; & innuit Deum constituisse ad extremam paucitatem redigere populum ingratum. Ego verò non ad pœnam, sed ad beneficium ac consolationem, verba illa retulerim; & puto hæc ad exsecutionem electionis pertinere, sub qua tamen non nego quin ex lege oppositorum reprobatio etiam contineatur; & per כִּלָּיוֹן, seu כָּלָה, non aliquam consumptionem, ut nec per נֶחֱרָצָה abbreviationem aut præcisionem, sed per utrumque consummatum in mente Dei consilium, & præcisum decretum, intelligo. Sic כָּלָה sumitur pro consilio consummato & firmiter decreto, 1 Sam. 20. 33. & חָרַץ pro definire, & decernere, 1 Reg. 20. 40. Ità hîc sensus est, Reliquiæ Israelis servabuntur, quia decretum electionis firmum est. Est apud Deum כִּלָּיוֹן חָרוּץ consummatio decreti, consummatissimum decretum: est & apud ipsum כָּלָה וְנֶחֱרָצָה consilium consummatum & statutum, sive decisum. Eo consilio jam exundat, & id exsequitur in terra. כָּלָה וְנֶחֱרָצָה sumo sicut Esa. 28. 22. ubi proculdubio consummatum & decisum consilium significat. Locum hunc sic verto, Consummationem præcisam exundare facit (vel, Consummatione præcisâ exundat) in justitia, vel in æquitate, vel, per misericordiam, id צְדָקָה sign. Dan. 9. 16. &c. Apud Apostolum συντελῶν λόγον dicitur Deus, quum decretum electionis in se consummat; συντέμνειν λόγον dicitur, quum id in se præcisè definit & concludit; est enim Hebræum חָרַץ: & συντετμημένον λόγον ποιεῖν ἐν τῇ γῇ est, decretum illud exsequi. Hæc salvo doctiorum judicio[g]. Malim τὸ צְדָקָה hîc referre ad justitiam Dei judicia & pœnas infligentem, quia Apostolus hæc verba, in justitia, conjungit cum τῷ Deus excindet, &c[h]. Al. Consummationem præcisam consummabit exundans justitia,

---

b V. c Ang. d M. sim. T. † Ang. V. f V. g T. h Pi. † Idem. * Id. i Id. † For. f G. g D. h Ang.

tiâ, JT. i. e. plenè effecturus est suâ justitiâ, ità ut nullo consilio, nullâ vi, non ampliùs quàm exundans amnis, sisti aut impediri possit [l].

23. *Consummationem*, &c. "כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה וגו] *Quia*, vel *Nam*, *consummationem*, sive *consumptionem*, (vel, *Consummationem, inquam*, M. vel, *Nam stragem*, Ca.) *& finitionem*, sive *determinationem*, Calv. Q. in Angl. i. e. *determinatam consumptionem*; ut, *nubes & fumus*, id est, nubes fumosa, Esa. 4. 5. ut נֶחֱרָצָה sit substantivum [k]; quod tamen malim esse adjectivum, ut docent & forma ejus, & usus Dan. 9. 26. vide & Esa. 28. 22 [l]. [Unde alii hanc vocem sic reddunt,] *&* (vel, *& quidem*, P. M. Ca. simil. Ang.) *decisam*, Mo. P. vel, *determinatam*, Ang. vel, *perfectam*, M. vel, *atrocem*, Ca. ¶ *Faciet in medio omnis* (vel, *totius*, M.) *terræ*; sim. Mo. בְּקֶרֶב כָּל־הָאָרֶץ] *Per omnem terram*, Ca. *in toto orbe*, o'. Ar. *in universa hac terra*, JT. Pi. nempe Judææ. Exiguus erit populus præ eo qui fuit. Vide suprà 7. 21 [m]. Vox *terra* de particularibus regionibus usurpatur, Esa. 9. 1. Matt. 2. 6. & 4. 15. atque ità Apostolus reddit, Rom. 9. 28 [n]. Sententia eadem hoc versu repetitur, [quæ erat in v. præced.] ut fieri solet cùm magnum aliquid proponitur, & ad attentionem captandam [o]; & ut confirmet futurum esse quod prædixit [p]. Idem hîc repetitur, sed expresso authore, & cum amplificatione [q].

24. *Noli timere*] Post prædictam gravissimam consumptionem populi [r], consolatur pios, &c *. ¶ *In virga percutiet te*] Ità P. Mo. &c. vel, *quum virgâ percutiet te*, Pi. Dicit, *virgâ*, non gladio, quo decem Tribus excîdit, ut levitatem afflictionis innuat †. ¶ *Et*, &c. "וּמַטֵּהוּ יִשָּׂא עָלֶיךָ בְּדֶרֶךְ וגו] *Et baculum suum levabit super*, vel *contra*, *te in via Ægypti*, Mo. P. &c. vel, *more Ægyptiaco*, Ca. sim. Pi. Ang. V. G. nempe, proposito te adigendi in perpetuam servitutem [t]. Eo modo quo afflixerunt te Ægyptii, sic te affligent Assyrii [v]. Sæviet in te, vel persequetur ut perdat te, Sennacherib, ut olim fecit Pharao [x]. Finem tamen habet hæc vestra afflictio, eundémque vobis gloriosum; ut in Ægyptiaca accidit [y]. *In via*, &c. i. e. suo malo, ut olim te percussit Ægyptus [z]: eo successu quo solet Ægypti Rex vos suis armis impetere; nempe magno strepitu, superbo hiatu, sed exiguo damno tuo, maximo suo [a]. Al. *in via*, &c. i. e. quum vel iret in Ægyptum, ut Tarachæ occurreret; vel quum indè rediret. Vide Esa. 37. 9 [b]. Al. intelligunt de via Ezechiæ & populi, qui miserunt Ægyptum, opem petentes adversus Assyrium; id quod & Assyrium irritavit, Esa. 36. 6. & Deum, Esa. 30. 1. & 31. 1, 2. adeóque hanc invasionem procuravit. Sed malim prius, quod phrasi congruentius est, *in via*, pro, *secundùm morem*, Ezec. 20. 30. & ex v. 26. confirmatur [c]. Al. *Sed ille* (vel, *quidam*, nempe Deus [d], [qui sæpe intelligitur, ut antè notatum,]) *baculum suum efferet pro* (עַל *pro*, ut 1 Par. 6. 49 †.) *te ratione Ægypti*, JT. i. e. baculum extendet ad defensionem tui, ut Moses ad secandum mare [f]. Sicut Ægyptios olim tractavit, sic tractabit Assyrios [g].

25. *Adhuc*, &c. עוֹד מְעַט מִזְעָר] *Adhuc paululum paululum*, Mo. Ang. vel, *valde modicum*, M. *pusillum minúsque pusillo*, Ti. *paulisper*, *minus pusillo* tempore, JT. *perpusillum* temporis elabetur, Pi. ¶ Et, &c. וְכָלָה זַעַם וְאַפִּי עַל תַּבְלִיתָם] *Et consummabitur ira & furor meus*, P. sim. M. Mo. Ti. *ad*, vel *in*, *eversionem*, sive *perniciem*, sive *consumptionem*, (vel, *in abolitione*, M. Calv. vel, *ad ignominiam*, Ti. vel, *super inveteratam malitiam*, à בָּלָה *inveterascere* [h],) *eorum*, Mo. P. V. *Consumetur iræ meæ sævitia in ejus excidium*, Ca. τὸ *eorum* potest referri vel, 1. ad Assyrios; tunc dicendum, *consummabitur* est, ad summum perveniet, explebitur, &c: vel, 2. ad Judæos, (nam frequens est mutatio numerorum;) tunc autem dicendum, *consumetur*, finietur, cessabit [i]. *Ira mea* (nempe erga populum meum) *cessabit*, *& furor meus in exitio eorum*, nempe Assyriorum [k]; vel, *& furor meus* (repete ex membro præced. *cessabit*) *ad eorum exitium*, vel, definet cum illis [l]. *Et consummatâ* (id est, finitâ [m]) *indignatione*, (meâ, scil. quâ in te excandui, vide suprà vers. 5, 6 *.) *tum ira mea incumbet consumptioni istorum*, JT. ut effectum est die illo cujus meminit suprà v. 17 †.

26. *Et*, &c. "וְעוֹרֵר וגו׳ שׁוֹט] *Et suscitabit*, vel *excitabit*, — *flagellum*, M. P. Mo. &c. nempe Angelum, Esa. 37. 36 [n]. Opponitur hoc *virgæ* ipsius, &c. v. 24 [o]. Mutatio personæ: sunt enim verba Prophetæ, vel ipsius Dei loquentis de se in tertia persona [p]. ¶ *Juxta plagam Madian*] Id est, inopinatò & miraculosè [q]: non viribus Israelitarum, sed potenti Dei manu [r]. ¶ *Et*, &c. "וּמַטֵּהוּ עַל הַיָּם וּנְשָׂאוֹ וגו] *Et virgam* (vel, *& juxta virgam*, V. sim. JT.) *suam* (sub. *levabit*, Ti. vel, *ut suscitavit*, P. vel, *quum excitavit*, Pi.) *super* (vel, *prope*, JT. Pi.) *mare*, Mo. P. sim. JT. Pi. (vel, *& virga ejus super mare*, M.) *& elevabit eam*, Mo. simil. JT. Pi. (vel, *elevabit* eam *super eum*, P.) *in via Ægypti*, Mo. P. &c. *Et elatâ in mare virgâ suâ eum auferet Ægyptiaco modo*, Ca. *Et ut virga ejus erat super mare, sic elevabit eam*, &c. vel sic, *Et secundùm virgam ejus elevatam super mare, sic* (Heb. *&*, ut Esa. 53. 7 *.) *elevabit secundùm morem Ægypti*, i. e. sicut quum indè egrederentur Israelitæ. Alludit ad virgam Mosis elevatam super mare, Exod. 14. 26 †.

27. *Auferetur onus ejus*, &c.] Nempe Regis Assyriæ [t], Sennacheribi [v]: cui favet contextus; subjiciet enim τοπογραφίαν locorum præcipuorum per quæ ad Hierosolymam usque perveniret. Quanquam longiùs extenditur vaticinium, ad promissam liberationem ab exsilio, &c. Quæ tamen promissio inanis videri poterat, cui contrariæ omnino clades mox successuræ erant. Quare utramque Propheta hîc complectitur liberationem, tum à præsenti necessitate, tum à Babylone [x]. Sensus, q. d. Non tantùm è præsente angustia liberaberis, sed etiam robur Assyrii adeò imminuetur, nè possit te deinceps affligere, &c [y]. ¶ *Et computrescet jugum*; ità o'. וְחֻבַּל] *Et corrumpetur*, Mo. P. Sy. sim. Ca. *disturbabitur*, JT. Pi. *abrumpetur*, Pi. *dissipabitur*, M. *laxabitur*, Ti. *perdetur*, V. Ang. sim. Ar. nè postea imponi possit ad cujusquam molestiam, &c [z]. חָבַל est ex classe eorum quæ contraria significant, nempe *obligare*, & *dissolvi*, *disrumpi*, &c [a]. ¶ *A facie olei*; sic P. Mo. vel, *unctionis*, M. Calv. מִפְּנֵי שָׁמֶן] *Præ pinguedine*, Ti. Ca. *propter oleum*, JT. Pi. [Variè explicant.] 1. Præ felicitate [b], q. d. Ut corpora opima suâ interdum pinguedine obruuntur & suffocantur; ità Assyrius opibus & honoribus suis, &c [c]. Imperium ejus ob nimias opes & superbiam delebitur [d]. 2. In gratiam Ezechiæ, uncti Dei †. Vide 2 Par. 32. 20, 21. 3. In gratiam populi sui sancti, qui gratiâ S. Spiritus unctus erat. Vide Psal. 105. 15. 2 Cor. 1. 21, 22. 1 Joh. 2. 20, 27 [f]. Alluditur ad vim olei, quod nodos quosvis facilè laxat [g]. 4. (& præcipuè [h],) Propter Christum [i], qui peculiari modo unctus Dei erat, vide Psal. 2. 2. & 45. 8. Dan. 9. 24. Luc. 4. 18, 21. &c. in quo fundantur omnes omnium temporum promissiones, &c. 2 Cor. 1. 20. & ad quem Jesaias illas refert, cap. 7. 14. & 9. 6 [k]. Revocat eos ad Christum, cujus beneficio, non autem hominum facultate aut fortunâ, hanc liberationem fieri ostendit *. 5. Potiùs in metaphora perseverat [l]. Cùm *jugum* pro imperio sumitur, & *oleum* allegoricè ponitur pro eo quod jugo aut pondus adimit, aut materiam dissolvit, aliquid videtur esse quærendum in quo jugum cum oleo conjungatur. Nam sensum ejusmodi sumi ex eis quæ in aliquem ordinem aut naturam non conveniunt, aut arte junguntur, allegoriæ leges non sinunt [m]. [Metaphoram variè explicant.] Sumitur ab animalibus, quæ si pinguia sunt, præ pinguedine laxatis nexibus, dissolvuntur juga: vel, ab agricolis, qui nodos jugi induratos adhibito oleo seu pinguedine solvunt [n]. Non placet: 1. quia hoc non fert usus rusticorum; 2. nec lora indè putrescunt aut inutilia fiunt, id quod Propheta significare velle videtur. Malim ergò sic exponere, Computrescet jugum, i. e. jugi lora, defectu olei: *à facie olei* idem est quod, *à non oleo*, ut Psal. 109. 24. [ubi annotata vide,] vel, quia oleum defuit. Quare Sym. vertit, ἀπὸ ἀναλειψίας, *præ non unctione*; & Apollinaris exponit, νόσειν ἐλαίῳ, id est, *sine oleo*. Sic מ infinitivis præpositum sumitur, 1 Sam. 15. 26. מִהְיוֹת *ab essendo*, i. e. nè esses; 1 Sam. 23. 28. מִרְדֹף *à sequendo*, i. e. nè sequeretur; Job. 33. 28. מֵעֲבֹר *à transeundo*, id est, nè transiret. Porrò, rusticorum mos est, ut ab ipsis accepi, lora jugorum, quæ coriacea esse solent, ut lenta sint & tractabilia, oleo macerare & subigere; quod si absit,

absit, facilè arescunt & rumpuntur [o]. Sed frustranea sunt hæc omnia: neque enim *olei* hîc mentio fit tanquam instrumenti per quod, sed tanquam motivi propter quod, jugum hoc dissolveretur [p].

28. *Veniet*] Sic ό. Ar. vel, *Venit*, M. P. Mo. &c. *Venit*, esto, Pi. scil. Rex Assyriæ [q]. Est ἐπάνοδος [r], & hypotyposis *. Totum iter Sennacheribi hîc describit [t], μιμητικῶς, ejúsque tempus & locum, &c [v]. & urbes per quas transiturus erat cùm venit (ab Assyria †) obsessum Jerusalem [x]; vel, cùm ex Ægypto rediret Jerosolymam [y]. Describit hoc tanquam rem præsentem, vel quam in prophetica visione spectavit [z]. Potentiam ejus refert, narrans quòd, quócunque appulisset, omnia illi cederent, defugientibus cunctis præ metu; ut victoriam & Dei virtutem magis illustrem reddat. Oppida autem hæc ordine enumerata non puto [a]. Vix quicquam certi de his locis tradi potest, nec operæ pretium est curiosiùs de iis agere, quum aliàs satis pateat quid hic agat Esaias [b]. Satis est si Assyrium per hæc loca iter fecisse intelligamus [c]. Oppida hæc erant pleraque Benjaminis [d], vel Judæ †. ¶ *In* (vel, *ad*, Mo. P. &c. vel, *versus*, JT.) *Aiath*] Ità M. vel, *Hajanam regionem*, JT. Pi. Angl. ubi Hai oppidum fuerat [f]: nam urbs funditus deleta erat, Jos. c. 8. v. 28 [g]. Heb. בָּא עַל עַיַּת. ¶ *Transibit in Magron*, בְּמִגְרוֹן] *In* (vel, *per*, Ca. Pi.) *Migron*, M. P. Mo. &c. De qua 1 Sam. 14. 2 [h]. ¶ *Apud*, &c. לְמִכְמָשׂ] *In*, vel *Ad*, (vel, *Apud*, Ti.) *Michmas*, P. Mo. Ti. &c. De qua 1 Sam. 13. 2. & 14. 5 [i]. ¶ *Commendabit* (vel, *parabit*, P. vel, *reponet*, M. sim. JT. Pi. Ca. ό. Ar. V. G. *constituet*, V. *recensebit*, Ti. *recensere faciet*, For. Heb. *visitare fecit*, Angl.) *vasa* (vel, *instrumenta*, Mo. P. V. For. *impedimenta*, JT. Ca. Sy. V. *arma*, M. Ti.) *sua*] Sic ό. vel, *sarcinas suas*, Pi. sim. Ang. G. quò sit expeditior [k]; vide Jer. 36. 20 [l]. Vel, cùm è longinquo venissent, antequam ad oppugnationem urbis accederet, more peritorum ducum, arma recensuit [m], ut, si quid deesset, suppleretur. Vide Numer. 1. & 2 [n]. Hebr. יַפְקִיד כֵּלָיו.

29. *Transierunt*, &c. עָבְרוּ מַעְבָּרָה] *Transierunt* (vel, *Transeunt*, Pi. vel, *Transibunt*, Ti. sim. ό. Sy. Ar. præt. Heb. pro fut [o]. *Trajecerunt*, JT. nempe Assyrii [p].) *cursim*, Vulg. i. e. citato cursu [q]: vel, *vadum*, P. Ti. G. Sy. nempe Jordanis [r]; quod non placet *: vel, *vada*, M. Ca. vel, *transitum*, Mo. JT. Pi. Ang. i. e. angustias montium ad Michmasum. Vide 1 Sam. 13. 23. & 14. 4, 5 [t]. ¶ *Gaba*, &c. גֶּבַע מָלוֹן לָנוּ] *Gabæ*, vel, *In*, sive *Ad*, *Geba*, *diversorio* (vel, *in diversorio*, G. in *diversorium*, JT. Pi. Heb. in *pernoctationis loco*, Pi. vel, velut *in hospitio*, M.) *pernoctârunt* Mo. P. G. M. vel, *diverterunt*, JT. sic Pi. *Gebah* erit *diversorium* in quo *pernoctabunt*, V. Ibi primùm sub tecto quiescent [v]. *Pernoctatur* (vel, *Noctu divertent*, Ti.) *ad Gabam*, Ca. *Gaba sedes nostra*, For. ex Vulg. vel, *nobis*: Mutat personam, quasi ipsi loquantur. Vel, לָנוּ pro לָמוֹ *ipsis* [x]. Sed falluntur, nam לָנוּ hic est plur. à sing. לָן *pernoctavit* [y]. Videtur hæc fuisse ab una transitûs parte, ut *Michmas* ab altera [z]. Vide 1 Sam. 14. 5 [a]. & Neh. 11. 31 [b]. ¶ *Obstupuit Rama*] De qua vide Jos. 18. 25. Jer. 31. 15 [c]. ¶ חָרְדָה] *Trepidavit*, JT. G. sim. M. P. Mo. &c. ob adventum Assyriorum [d]. ¶ *Gabaath Saulis* (i. e. patria Saulis, 1 Sam. 10. 26. & 11. 4 †.) *fugit*] i. e. Cives ejus fugiunt [f], præ metu Assyrii [g].

30. *Hinni* (vel, *Ejula*, G.) *voce tuâ*] Ità M. Pi. Sy. i. e. Claram vocem ede, eámque lugubrem. Metaphora κατaχρηστική: nam vox צַהֲלִי usitatè exclamationem lætam sign [h]. ¶ צַהֲלִי קוֹלֵךְ] *Exalta* (vel, *Intona*, Mo. vel, *Claram ede*, JT.) *vocem tuam*, P. V. ut scil. urbes aliæ exaudiant [i]. ¶ *Filia Gallim*] Id est, vel, oppidum Gallim [k]. Satis tritum est, urbes vocari *filias* [l]. Vel, popule urbis Gallim [m]. De hoc loco vide 1 Sam. 25. 44 [n]. ¶ *Attende*, &c. הַקְשִׁיבִי לַיְשָׁה עֲנִיָּה עֲנָתוֹת] *Attende*, (vel, *Fac attendere*, sive *ut attendat*, Mo. Ti. V.) *Laisah*, *pauper*, vel *humilis*, *Anathoth*, P. Ti. Mo. *Fac audire Laisam*, *pauperculam Anathoth*, M. *Fac ut audiatur* (nempe vox tua [o], vel, ejulatus tuus [p],) *Lajischum usque*, (h. e. ad ultimos fines, ubi Laisa, Jud. 18. 7 [q].) ô *paupercula Anathoth*, JT. Pi. Ang. Patria hæc Jeremiæ, Jer. 1. 1 [r]. Assyriorum direptionibus *paupercula facta* *. Vel, *paupercula Anathoth*, id est, misera erit [t]. Monet incolas *Laisæ*, nè despiciant ejulatus *Anathothæ*, sibi tantùm consulentes [v].

31. *Migravit Medemena*] Vel, *Madmenah*, Mo. P. JT. &c. oppidum Benjamin [x]: potiùs Judæ, Jos. 15. 31 [y]. ¶ *Habitatores Gabim*, הַגֵּבִים] *Ghebim*, Mo. P. &c. Locus à fossis dicitur. Vide 2 Reg. 3. 16. Esa. c. 33. v. 4 [z]. ¶ *Confortamini*, הֵעִיזוּ] *Confortati sunt*, Sy. *confirmamini*, Ti. Hoc ait per irrisionem Rex Assyriorum [a]. *Confirmant se*, Ca. *congregaverunt*, sive *collegerunt*, *se*, M. P. Calv. Mo. G. V. nempe *ad fugam*, Mo. sic V. G. &c. vel, se præ metu contraxerunt quasi in globum [b]. *Confirmaverunt se* ad migrandum, JT. Pi. *Fugerunt*, ut Jer. 4. 6. & 6. 1. Hæc est vera notio verbi, ut patet ex Exod. 9. 19, 20 [c].

32. *Adhuc*, &c. עוֹד הַיּוֹם בְּנֹב לַעֲמֹד] Infinitiv. לַעֲמֹד difficultatem hîc parit, & varias interpretationes [d]. *Adhuc dies* (vel, *hoc die*, Angl.) *in*, vel *apud*, *Nob ad standum*, Mo. vel, *staturus*, sive *mansurus*, *est*, Angl. vide Gen. 45. 1. Deuter. 5. 31 †. *Adhuc dies* illi est *ad standum apud Nob*, Angl. sim. G. ex Vulg. i. e. Iter unius diei illum cum exercitu ejus Nobam deducet [f]. Post tot loca capta restabit adhuc satis diei ut Nobam perveniatur [g]. *Adhuc erit dies quum veniet in Nob ad standum*, P. *Adhuc die ipsâ in Nob stare poterit*, V. *Cùm adhuc dies erit*, deveniet *in Nob*, *ut* illic *subsistat*, vel *interquiescat*, Q. in V. *Adhuc dies*, *quum in Nob interquiescet*, Calv. *Nob* erat urbs sacerdotum [h], unde Hierosolyma cerni poterat [i], cui vicina erat. Intelligit Assyrium adhuc uno die in Nob mansurum, ubi se comparabit ad Jerosolymam postridie obsidendam. Ostendere vult quàm propinqua extremo discrimini futura erat Hierosolyma [k]. *Adhuc diem Nobi constiturus est*, JT. Pi. Heb. *ad standum*, scilicet *comparatus erit*, Pi. De Nob vide 1 Sam. 21. 1. Neh. 11. 32 [l]. ¶ *Agitabit* (vel, *Levabit*, P. vel, *Agitavit*, JT. vel, *Movebit*, ut 2 Reg. c. 19. v. 21 *.) *manum suam super* (vel, sub. *contra*, P. JT. Pi. vel, *versus*, M.) *montem filiæ Sion*, &c. יְנֹפֵף יָדוֹ הַר בֵּית וגו׳] *Agitabit manum suam mons domûs*, &c. Mo. vel, *super montem domus*, &c. Ch. [Hi sequuntur τὸ Kethib, בֵּית: reliqui ferè τὸ Keri, בַּת,] *contra montem filiæ*, &c. h. e. Minatus dira est urbi [m]. [Alii totum sic reddunt;] *Adhuc intra diem in Nob stabit*, *agitatâ manu suâ minitabitur monti*, &c. Ti. *Adhuc dies est ut non sit apud Nob commorandum: manum suam agit* ad *montem puellæ Sionis*, &c. Ca. *Adhuc diem in Nob consistendum erit*, (ל in לַעֲמֹד format gerundium in *dum*, ut alibi; vide ad Esa. 9. 9.) *agitabit manum suam* ad *montem*, &c. vel, *Adhuc ipso illo die* (ità ה emphat. suo munere fungitur,) quo *Nobi consistendum erit agitabit manum*, &c. Ità ellipsis est τοῦ אֲשֶׁר, quæ Hebræis familiarissima est, præsertim cùm præcedit notio temporis vel loci. Sensus est, Tanto flagrabit Jerosolymæ odio, ut minas suas adversùs eam deferre non possit donec eam obsederit; sed quum adhuc diem morandum erit Nobi, jam tum agitaturus est manum contra eam. Vel potiùs, sic accipiendum, *Adhuc hodie in Nob consistendum: agitat manum*, &c. i. e. Non diu differet Judæam tentare: agitat jam in eam manus, hodie tantum adhuc Nobi consistendum. Hoc simplicissimum [n]. Al. Vera hujus loci mens (à cunctis ignorata, nisi forte à Zuinglio,) atque versio hæc est, Cogitans *etiamnum plus diei* superesse *quàm ut subsistatur Nobi*, *manum movebit ad montem filiæ Sionis*, id est, manu motâ jubebit pergi ad montem filiæ Sionis [o]. Similis festinatio Chaldæorum Jer. 6. 4 [p].

33. *Ecce*, &c.] Hos duos postremos versus referunt vel, 1. ad Judæos, quibus hîc denunciat calamitates ipsis imminentes; q. d. Non tantùm perveniet in Nob, sed per totam regionem grassabitur. Confirmat id sequens caput, ubi consolatio ad leniendum hunc dolorem affertur. Nec me movet capitis divisio, quæ sæpe præpostera est, & sensum Prophetæ turbat [q]. Vel, 2. ad Assyrios [r]. Nè descriptio invasionis & progressûs exercitûs Assyriaci terrore illos percelleret, subjungit hanc consolationem, præfixâ attentionis nota: q. d. Videte miram mutationem; audivistis furiosos hostis insultus; exspectate paulisper, & superbiam ejus prostratam videbitis *. Vel, 3. ad utrosque, nimirum v. 33. ad Judæos, & vers. 34. ad Assyrios [t]. ¶ *Confringet*, &c. מְסָעֵף פֻּארָה בְּמַעֲרָצָה] *Amputabit*, vel *excidet*, (vel, *derami-*

[Margin notes, left column: o San. — p Ang. — q Pi. sim. For. San. &c. — r G. — * For. — t G. sim. Jun. Ang. — v Jun. — † For. — x V. — y Q. in Ma. Oecol. in Marl. — z Ang. — a For. — b Musc. in Marl. — c Calv. — d Ang. — † V. — f G. sim. Pi. Ang. &c. — g Ang. — h Pi. G. — i Pi. — k G. sim. Ang. — l Ang. — m For. — n Ang. — o V. — p Pi. — q Me. — r G. — * For. Ang. — t Pi. sim. Ang. For. — v G. — x For. — y M. — z Ang. — a Pi. Ang. — b Ang. — c Ang. — d Pi. sic. Calv. — † Pi. Ang. — f Pi. — g Ang. — h Pi. — i V. — k G. — l Calv. — m Pi. — n Calv. Ang. — o Pi. — p G. — q G. — r Pi. Ang. — * Ang. — t G.]

[Margin notes, right column: v For. — x G. — y Ang. — z Ang. — a San. — b Calv. — c Ang. — d Di. — † Ang. — f Ang. — g G. — h T. ex Hi. — i G. sic T. ex Hi. — k Calv. — l G. Ang. — * V. — m G. sim. Pi. — n Di. — o Boor. animadv. l. 4. 3. 63. — p Ang. — q Calv. — r Ità Ang. Plerique in Calv. — * Ang. — t Q. in Ang.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

deramificat, V. M. ſic Mo. ſimil. For. vel, *abrumpet*, G. vel, *collucaturus eſt*, JT. Pi. i. e. è medio tollet[x]: vel, *eruet*, Ca.) *ramum*, ſive *frondem*, (vel, *ramum* iſtum, Ti. i. e. vel Sancheribum[y]; vel Rabſacen, qui & urbem & Deum contempſerat[z]; vel procerem quemque in exercitu ejus[a]: vel, *ramos*, Ca. Pi. i. e. robuſtos milites Aſſyriacos,) *pavore*, Ti. vel, *cum terrore*, Mo. vel, *cum robore*, ſeu *potentia*, P. M. V. magnâ vi, ſive potenter[b]: vel, *violenter*, JT. Pi. Ca. vel, *terribiliter*, G. סְעִיף ſign. *ramum*[c], majorem ſcilicet & celſiorem, qui fructum plurimum profert, Eſa. 17. 6. & 27. 10. Ezec. 31. 6[d]: vel, *prominentiam rami* †; (indéque ſign. *prominentiam rupis*, Jud. 15. 8, 11. Eſa. 2. 21. & 57. 5[f].) Ab hoc nomine eſt verbum סֵעֵף, quod rarum eſt, & contrariam nomini ſignificationem accipit, ut ſæpe fit[g]. *Ramificare*, pro, *deramificare*; ut *radicare*, pro, *eradicare*, Job. 31. 12. Pſalm. 52. 7[h]. סֵעֵף ſonat, *ramos amputavit*[i]. פֻּארָה (à פֵּאֵר *decoravit*) ſign. *frondes*, quæ ornamento ſunt arboribus[k]; vel, *frondes* illuſtres, foliis & fructibus decoratas, Ezec. 17. 6. & 31. 5, 6, &c[l]. [Veteres, metaphorâ explicatâ, ſic vertunt, *conturbabit glorioſos*, &c. o'. ſim. Sy. Ar. *projiciet interfectos*, Ch.] ¶ Et, &c. וְרָמֵי הַקּוֹמָה גְּדֻעִים] *Et excelſi ſtaturâ* (vel, *ſuperbiâ*, o'.) *ſuccisi*, Mo. P. *Adeò ut proceri ſtaturâ exſcindantur*. JT. *Et* (ſub. *ligna*, vel *arbores*, M. Ti. Pi. V. G.) *proceræ*, ſive *excelſæ*, *ſtaturâ*, ſive *ſtaturæ*, (h. e. Principes[m], quos Reges eſſe dixerat v. 8[n].) *ſuccidentur*, M. Ti. &c. Participium paſſiv. pro fut[o].

34. *Et*, &c. וְנִקַּף סִבְכֵי הַיַּעַר בַּבַּרְזֶל] *Et* (vel, *Et ità*, Ca.) *ſuccîdet* (vel, *circumputabit*, JT. Pi.) *perplexa* (vel, *condenſa*, M. ſim. Q. in V. Ca. i. e. virgulta[p], h. e. milites[q]: vel, *vepreta*, Ti. vel, *arbores perplexas*, P. ſim. V.) *ſylvæ* (vel, *ſylvæ illius*, Q. in V.) *ferro*, Mo. V. &c. vel, *ferro ſuo*, JT. vel, quaſi *ferro*, Angl. ¶ *Et*, &c. וְהַלְּבָנוֹן בְּאַדִּיר יִפּוֹל] *Et* (vel, *Denique*, JT.) *Lebanon* (vel, *Libanus ille*, ſive *ipſe*, M. Ti. V. JT. vel, arbores *Lebanon*, P.) *in forti* (ſub. *ferro*, V. P. vel, ſub. *angelo*, V. ſic M. Pi. i. e. operâ Angeli[r]: vel, *per magnificum*, JT. Pi. id eſt, vel, ipſum Dominum *; vel, per hæredem Regni deſtinatum, 2 Reg. 19. 37[t].) *cadet*, Mo. &c. *Ut Libanus generoſe cadat*, Ca. Libanus mons arbores plurimas ſuſtinet: ſic Rex ſuſtinuerat exercitum †. Hinc colligo Prophetam Judæis minari; neque enim Aſſyrio congruit Libani excidium, ſed Judæis[v], quorum limes hic erat Deut. 11. 24. quibus etiam, & ſpecialiter Hieroſolymæ, applicatur, Jer. 22. 6, 20, 23. Zach. 10. 10. & 11. 1[x]. At contrà, 1. Jeruſalem non cecidit per Sancheribum. 2. Libanus, arboribus proceris & optimis celeberrimus, adhibetur ad deſignandum alios etiam ſtatus & populos præter Judæos. Imò Rex Aſſyriæ vocatur *cedrus Libani*, Ezec. 31. 3. & *Carmel* de ipſo & exercitu ejus dicitur v. 18. Quare Lebanon, ut Judæi bene notant, nihil aliud hîc ſignificat quàm exercitum Aſſyriacum, qui Libano ejúſque arboribus robore & multitudine confertur[y].

x Pi. y Q. in V. z Q. a Pi. b V. c Pi. Arg. d Ang. † For. f Ang. g For. h Ang. i Pi. k For. l Ang. m G. Ang. Pi. n Ang. o V. p G. q G. Pi. r Pi. ſic For. * Pi. t G. † G. v Calv. x Q. in Ang. y Ang.

CAP. XI.

1. ET, &c. וְיָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי] *Et* (vel, *Tunc*, Ti. Sy. vel, *Sed*, Calv. ſim. Ca. vel, *Nam*, JT. Pi.) *egredietur*, ſive *prodibit*, *virga* (vel, *ſurculus*, Ti. Ca.) *de ſtirpe* (vel, *trunco*, Sy. V. vel, *ſemine*, P. He. in V. vel, *radice*, o'. Ar. vel, *trunco ſucciſo*, JT. Pi. גֶּזַע propriè eſt, arbor exciſa, cujus radix in terra manet[a]: vel, *germine*, Q. in V.) *Iſai*, Mo. &c. חוֹטֶר hîc tantùm occurrit, & Prov. 14. 3[b]. ¶ *Et*, &c. וְנֵצֶר מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה] *Et ſurculus* (vel, *flos*, o'. Ar. Ti. vel, *ſtolo*, Ca. vel, *virgultum*, V.) *è*, vel *de*, *radicibus ejus creſcet*, Mo. P. vel, *aſcendet*, o'. Ar. vel, *fructificabit*, M. *germinabit*, V. *effloreſcet*, JT. Pi. *naſcetur*, Ti. V. *pullulabit* Ca. [Sed jam quærendum tum de connexione, tum de ſenſu. Connexionem variè conſtituunt.] 1. Quum deſcriptio tantarum calamitatum, quibus exciſum erat Regnum, urbes dirutæ, &c. pios ad deſperationem adigere poſſet, hanc conſolationem ſubjicit Dominus, & quomodo Regnum ſit inſtauraturus denunciat[c]. 2. Poſtquam de inſolenti & vano ſpiritu Sennacheribi egit, nunc de Regno agit Emmanuelis longè diſſimili, fortunato & ſempiterno. Incipit autem ab Emmanuelis ortu[d]. Solent Prophetæ occaſione ſpecialium liberationum ad generalem hominum redemptionem per Chriſtum aſſurgere, cujus nimirum illæ typi erant †. Vel, rationem hîc reddit illius dicti Eſa. 10. 27. *diſſolvetur jugum propter unctionem*, nempe Meſſiam ab illo populo & illa familia proditurum, quam propterea Deus ſervare voluit *. Jam qualis futura eſſet redemptio de qua nonnihil dixerat cap. præc. maniſeſtiùs exponit, nempe per Verbum Chriſti, &c[f]. [Sed jam de ſenſu diſquirendum, quid vel quem Propheta hîc intelligit.] Quidam de Ezechia accipiunt. Ità quidam moderni Judæi accipiunt[g]. Redit ad laudes Ezechiæ, ſub quibus [tamen] ſenſu ſublimiore latent Meſſiæ laudes[h]. Sed illam ſententiam multa refellunt. 1. Si laudes ejus hîc continuantur qui deprædicatus eſt Eſa. 9. 6. non Ezechias, ſed Chriſtus, ibi celebratur. 2. De eo loquitur qui adhuc *egreſſurus erat*, &c. at Ezechias jam natus erat. 3. Encomia ſequentia nulli Regi mundano competunt: v. g. quòd nunquam à juſtitia deflectet, nec aliorum operâ indigebit, nec juxta aliorum relationem, neque juxta ſpeciem externam, judicabit, ſed ipſa cordis conſilia intuebitur; quòd virgâ oris ſui interficiet impium, id quod Chriſto tribuitur 2 Theſ. 2. 8; quòd ſub eo lupus habitabit cum agno; quòd in illo requieſcit Spiritus Domini, ità ut ab ipſo auferri nequeat; quòd ſignum hic erit populorum, & gentes illum deprecabuntur, vide Gen. 49. 10; quòd ſub hoc reſiduum populi, tum Judæorum, tum etiam decem tribuum, ſit congregandum[i]. 4. De illo vaticinatur qui naſciturus erat ex *trunco arido*, (id גֶּזַע ſign.) quum Davidis ſoboles penè extincta erat; ideóque Davidem non nominat, ſed Iſai, quòd familia ipſius tum ruſticana potiùs & ignobilis, quàm regia, videretur. At Ezechiæ vel Joſiæ hoc aptari non poteſt, qui ſtatim ab infantia in ſpem regni fuerunt educati. Zerubbabel nè milleſimam partem habuit dignitatis quæ hîc celebratur: quare vaticinium ſoli Chriſto competit[k]. Porrò, RR. (tum veteres, tum moderni[l],) hunc locum de Meſſia accipiunt[m]. Sic Chald. *Et egredietur rex de filiis Iſhai, & Meſſias de filiis filiorum ejus germinabit.* Sic etiam K. & RS. & Abrabaneel[n]. Deinde, *truncus* hîc *ſucciſus* Meſſiæ ejúſque tempori apprimè congruit[o]: tunc enim familia Davidis potentiâ & authoritate valde diminuta erat, Rege deſtituta, pauperrima, ut in Joſepho & Maria conſtat[p]. At tempore Ezechiæ res domûs Davidis, amiſſione decem tribuum & tot hoſtium incurſionibus, valde acciſæ erant[q]. Ità ſanè, & huc etiam reſpicere potuit Propheta; ſed in Chriſto longè eminentiùs hoc impletum eſt[r]. Metaphoram hîc continuat quâ uſus fuerat in fine cap. præced. de ſylva ſive terra ſylvoſa penitùs exſcindenda & exurenda; unde tamen dicit emerſurum ſurculum qui excreſcat in arborem, ramóſque & fructus longè latéque diffundat, & præſtantior ſit omnibus ſylvis, quíque copiam & ſplendorem exuſtæ ſylvæ reſtituat *. Gens Chriſti & ipſe Chriſtus hoc verſu deſcribuntur; dona in Chriſtum collata, v. ſequente; Regia verò adminiſtratio, tribus aliis[t]. *Radices Iſai* hîc intelliguntur, vel, 1. ſurſum, de progenitoribus ejus, Abrahamo, Iſaaco, &c. vel, 2. deorſum, de poſteris ejus, Davide, &c. Jeſſe, inquiunt, erat quaſi granum in terram conjectum, è quo, in terra tumente, poſteri ejus, tanquam radices, vel fibræ radicum, pullulant. Hoc phraſis innuit, ídque cum emphaſi: quod priùs *truncus* dicitur, hîc *radices*. *Truncus* eſt exigua pars arboris quæ exſtat ſuper terram, Dan. 4. 15. *radix*, quæ infra terram, Job. 14. 8. In priore membro Iſai dicitur *truncus ſucciſus* paulò ſupra terram; in poſteriore, *radix*, quæ ſupra terram non conſpicitur. Illuſtratur hæc phraſis ex collat. Dan. 11. 7[v].

2. *Et requieſcet ſuper eum*] i. e. Perpetuò ei aderit[x]. Sign. firmum hoc & diuturnum fore, & proprium illius[y]. Non dicit, *ſuperveniet ei*, ut Luc. 1. 35. nec, *erit ſuper eum*, Eſa. 61. 1. ſed, cum eo permanebit. Confer de phraſi Num. 11. 17. 2 Reg. 2. 15[z]. Hæc quies, &c. figurata eſt per quietem columbæ ſuper Chriſtum, Matt. 3. 16[a]. Hæc quies perpetuitatem muneris ſignificat[b]. ¶ *Spiritus Domini*] i. e. Spiritus Sanctus, qui à Deo Patre procedit:

a V. ſim. M. b Ang. c Calv. d San. † Ang. * Ang. ex Pi. f For. g Ang. h G. i Calov. anti-gr. k Calv. l Ang. m E. n Cartw. mellif. tom. 2. append. Crit. p. 2971. o Calv. p Pi. ſim. Ang. Calv. q G. r Ang. * Calv. t Jun. v Ang. x G. y San. z Ang. a Pi. b For.

cedit [e] : nam distinguuntur hîc tres Personæ, sicut Psal. 45. 8. Esa. 61. 1. Matt. 3. 16, 17 [d]. Regnum Christi, quia spirituale est, administratur per Spiritum Sanctum *. *Spiritus* in hoc membro personam denotat; in seq. dona ipsius [f]. Al. *Spiritus* hîc est quidam internus motus, seu vis aut afflatus, qui nos ad aliquid conandum agit & instimulat [g]. ¶ *Spiritus sapientiæ & intellectûs*] i.e. Spiritus efficiens sapientiam, &c [h]. Spiritus hic in sex suas partes distribuitur. Crevit autem in Christianismo, ideo distribuitur in septem, Apoc. 1. 4 [i]. Sed non est cur de horum donorum distinctione subtiliùs agamus, præsertim cùm ea tantùm hîc enumerari putem quæ supremum Judicem decent [k]. Hæc duo dona Salomoni data erant, 1 Reg. 3. 12. Distinguuntur autem hîc, ut & Deut. 4. 6. Prov. 2. 6. & 4. 5. & 7. 4. sed quo pacto, non conveniunt [l]. חָכְמָה, *sapientia*, est vel, 1. cognitio rerum [m], nempe Divinarum [n]: vel, 2. donum illuminationis, quo quis idoneus fit ad docendum, 1 Cor. 12. 8 [o]. בִּינָה, *intellectus*, est vel, 1. judicium quod ex sapientia oritur, quo inter res discernimus [p] : vel, 2. cognitio rerum naturalium [q] : vel, 3. donum apprehensionis, quo quis aptus fit ad discendum, Matt. 24. 15. 2 Tim. 2. 7 [r]. ¶ *Spiritus consilii*] Quo scil. in rebus dubiis & perplexis se expedire possit †. Prov. 20. 18. & 24. 6 [t]. Spiritus prudentiæ, in rebus politicis maximè [v]. ¶ *Et fortitudinis*] Quo constanter exsequatur quod faciendum statuerit, nullâ difficultate territus [x]. Constantia in adversis, quam tempore Sennacheribi egregiè ostendit Ezechias [y]. Rectè hæc duo conjunguntur [z] : nam consilium sine fortitudine inane est & inefficax; rursus, fortitudo sine consilio est temeritas [a]. ¶ *Spiritus scientiæ*] Idem quod *intelligentiæ*, nisi quòd magis ad cognitionem pertinet [b]. Est facultas discernendi res etiam abstrusissimas, v. g. corda hominum, ut Prov. 15. 11. Jer. 17. 9, 10. id quod Christo tribuitur Matt. 9. 4. &c [c]. Al. *scientiæ*, circa interpretationem Legis [d]. ¶ *Et pietatis*] Hebr. *timoris Domini*, Pi. Mo. &c. Hoc donum cætera omnia superat *. Sed quomodo Christo congruit timor Domini? Resp. Erat in eo timor, honoris scilicet & reverentiæ, quo, ut homo erat, Deum Patrem coluit, Matt. 11. 25. Joh. 11. 41. Est & in optimis timor peccandi; Prov. 28. 14. Eccles. 9. 2 [f]. Opponitur hîc Emmanuel his Regibus qui se suósque inani consilio & iniquis rationibus perdidêre : ille autem remp. suam longè aliter moderabitur [g].

3. *Et replebit*, &c. sim. o'. Ar. וַהֲרִיחוֹ וגו'] [Variè reddunt.] *Et odorari ejus in timore Domini*, Mo. *Et faciet odorari eum timorem*, &c. V. vel, *in timore*, &c. P. M. i. e. Parvo indicio agnoscet illum qui fuerit justus & timens Dei [h]. *Et odoratus* (*olfacere*, For.) *ejus erit in*, vel *cum*, *timore*, &c. Q. in V. Pi. For. sim. JT. Heb. *odorari*, infinit. loco nominis [i]. *Odoratum* vocat acre judicium [k], ut declarant sequentia [l]. q. d. Erit præditus acerrimo ac infallibili judicio, quod semper erit conjunctum cum timore Domini [m]. Non infirmè, tenuiter & humanitus singula odorabitur & cognoscet in speciem, sed rectò judicio penitùs omnia cognoscens judicabit [n]. *Et sagacem illum reddet in timore Domini*, Calv. Ang. Tanta erit ei prudentia, ut quasi odore nârium discernere possit inter pios & impios, nec opus sit illi auditu vel aspectu, &c [o]. Sensus olfactûs, ubi vividus est, errori minùs obnoxius est quàm vel visûs, vel auditûs [p]. *Timor Dei* hîc ponitur pro certa judicandi regula [q]; vel, in genere, pro quovis pio & religioso affectu erga Deum. Perspicacissimus erit, non in rebus mundanis, (vide Luc. 12. 14. Joh. 18. 36.) sed vel, 1. in rebus pietatem spectantibus; discernet quæ ei congruunt, vel ab ea discrepant, quibuscunque fucis ornentur, Rom. 2. 18. Phil. 1. 9, 10 : vel, 2. de hominum personis & cordibus, num sincera sunt, an falsa, &c. Matt. 22. 18. & 23. 25, &c. Joh. 1. 47 [r]. *Et olere faciet* (nempe Spiritus Domini) *Christum timorem Domini*; i. e. Quocunque in opere aut loco odorem emittet ex se timoris Domini †. Al. הֵרִיחַ non sign. *odorari*, (ut plerique hîc nimis negligenter & impropriè reddunt,) sed, *sentire*, vel *præsentiscere*, sicut & Jud. 16. 9. Job. 39. 25. [ubi à nobis congesta vide.] Quare locum hunc sic reddo, *Et sensus ejus timore Domini imbuti erunt*, i. e. Religiosè omnia persentiscet; Religio erit velut norma sensuum ejus [t]. Al. *Et faciet eum spirare timore*, &c. Ti. *Respirare ipsius erit in*, &c. i. e. Nihil nisi pietatem spirabit [v]. Al. *Et consolari* (i. e. solatium) *ipsius in timore Domini*; h. e. Pro pietate sua in maximis periculis Deo confidet [x]. *Fulgebit timore*, &c. Sy. *Et applicabit eum ad timorem suum Dominus*, Ch. ¶ *Non*, &c. וְלֹא לְמַרְאֵה וגו'] *Et* (vel, *Itaque*, Pi. vel, *Ob id*, Ti.) *non ad*, vel *secundùm*, *aspectum*, *fictum*, sive *visionem*, *oculorum*, &c. P. Calv. &c. id est, cum respectu personarum, 2 Par. 19. 7. vel, pro externa facie, ut illi Joh. 7. 24. 2 Cor. 10. 7 [y]. vel, considerando tantùm actiones externas. Innuit eum fore cordium cognitorem [z]. q. d. Non tantùm de externis operibus censuram exercet, more politico, sed etiam de sincera pietate, &c [a]. Al. Non desperabit etiamsi maximum contra se exercitum hostilem videat [b]. ¶ *Neque secundùm auditum aurium arguet*; sic P. Calv. Ang. &c. sim. Pi. יוֹכִיחַ] *Carpet*, V. Ut ab externa facie neminem probabit, ità neque ex incertis rumoribus vel fictis criminationibus quemvis condemnabit; sed ex certa & propria ipsius scientia judicabit [c]. Non temere fidem habet vel delationibus aliorum, vel verbis hypocritarum [d]. Al. *disputabit*. Non ex rumoribus de futuro conjecturam faciet : credet enim Prophetis *.

4. *Sed*, &c. וְשָׁפַט וגו'] *Et judicabit*, &c. A genere ad speciem descendit. Si enim ex timore tantùm Domini judicabit, quid superest nisi ut pauperes liberet, &c [f]? Vel, *Nam judicabit*, Calv. vel, *Sed*, &c. Pi. G. Ang. For. Est enim antithesis [g]; & novus sensus hîc inchoatur. Æquum, enim jus præstabit & pauperi & diviti [h]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹכִיחַ בְּמִישׁוֹר לְעַנְוֵי אָרֶץ] *Et arguet*, vel *corripiet*, *in*, vel *cum*, *æquitate*, vel *rectitudine*, (vel, *ex æquo*, JT.) *mansuetos terræ*, Pi. JT. ל valet articulum accusativi casûs [i]. Id est, vel, nec illis parcet, si deliquerint; vide Exod. 23. 2, 3 : vel, illos moderatè corripiet, ut eos corrigat, non ut perdat. Sed prius malo [k]. Vel, *pro mansuetis*, &c. V. Calv. Ang. G. &c. i. e. pauperibus & afflictis [l]. Erit eorum defensor, ut Reges esse debent [m]. Ad *pauperes* addit h. l. *mansuetos*, tum ut ostendat quales sint illi pauperes quos Christus protegет; tum quia qui pauperes simul & mansueti sunt injuriis opportunissimi esse videntur [n]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Angl. sim. Pi.) *percutiet* (i.e. interficiet, ex collat. membri sequentis; sic & 1 Sam. 25. 38. 2 Sam. 5. 8 [o].) *terram*] Id est, vel, homines terrenos [p], sive terræ incolas [q]; vel, impios [r], ex collat. seq. membri : sic dictos, quòd nihil de Deo cogitent, sed humi affigant *Divinæ particulam auræ* †; vide Phil. 3. 20. & quòd portio illis est in terra; vide Matt. 6. 20, 21. Luc. 12. 21. &c. & quòd maximam terræ partem possideant, qua de causa dicuntur *mundus*, Joh. 16. 20. & 17. 9, 25. 1 Joh. 5. 19. & *homines hujus mundi*, Psalm. 17. 14 [t]. ¶ *Virgâ* (vel, *baculo*, Ca. vel, *verbo*, o'. Ch. &c.) *oris sui*] Vel, 1. potente Verbo suo [v], quo mundum & creavit, Psal. 33. 6. Joh. 1. 3. & sustentat, Psal. 148. 5, 6. Heb. 1. 2, 3. q. d. Non eget armis ad profligandos hostes, &c. sufficit vel verbum oris, ut Joh. 18. 6. imò [ut sequitur] *spiritus*, vel halitus, vel minima motio, *labiorum*. Vide Job. 4. 9. & 15. 30. &c [x]. Vel, 2. precibus suis [y]. ¶ *Et spiritu labiorum suorum*] Alia periphrasis Verbi [z]. ¶ *Interficiet impium*] Ità M. P. Mo. &c. Id est, vel, 1. Diabolum, 1 Joh. 3. 12 [a] : vel, 2. Antichristum, ut explicatur 2 Thes. 2. 8 [b] : vel potiùs, 3. impios in genere [c]. Damnabit omnem improbitatem, &c [d]. eámque sceptro suo profligabit. Efficaciam Verbi h. l. celebrat Propheta. *Percussio terræ* reprobis & electis promiscua est. Evangelium est gladius qui omnes vulnerat; electos quidem, concupiscentias mortificans; reprobos verò, exitialiter *. *Percutiet* impios, scil. in conscientiis, ità ut agniturі sint peccata sua cum metu judicii Divini; & *interficiet*, i. e. impiorum doctrinam convincet falsitatis, vitam verò impietatis, idque efficaciter, ità ut in conscientiis suis sensuri sint se morte æternâ damnandos esse [f].

5. *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *erit justitia cingulum lumborum ejus*, *& fides* (vel, *veritas*, o'. Ar.) *cinctorium* (vel, *baltheus*, Ti.) *renum ejus*, חֲלָצָיו] *Renum ejus*, P. Mo. M. Pi. *feminum ejus*, Ti. JT. *ilium ejus*, Ca. *lumborum ejus*, Angl. Ità vox sumitur in eodem argumento Job. 38. 3. & 40. 7. (al. 2.)

Margin notes, left column: e Pi. Ang. — d Ang. — * M. — f Ang. — g San. — h Pi. Ang. — i G. — k For. — l Ang. — m For. G. — n G. — o Q. in Ang. — p For. — q G. — r Q. in Ang. — † Calv. Ang. sim. For. — t Ang. — v G. — x For. — y G. — z Marl. — a Musc. — b Calv. — c Ang. — d G. — * G. — f Ang. — g San. — h V. — i Pi. — k V. sim. Pi. — l Pi. — m V. — n Jur. — o K. in M. sim. Calv. — p He. in Ang. — q Calv. — r Ang. — † San.

Margin notes, right column: t Boor. anim. 3. 11. 4. 106. — v For. — x G. — y Ang. — z Pi. — a Calv. — b G. — c Ang. — d Pi. — * G. — f For. — g Pi. — h G. — i Pi. — k Q. in Ang. — l V. — m G. — n Ang. — o Ang. — p L. T. — q T. sim. Pi. — r For. — s G. Ang. ex He. &c. — † G. — t Ang. — v JT. sic Pi. For. San. Ang. — x Ang. — y G. — z Pi. sim. Ang. — a Q. in Ang. — b Calv. — c Ang. sic G. Pi. Calv. — d For. — * Calv. — f Pi.

(al. 2.) Esa. 5. 27. & 32.11. Jerem. 30. 6 *. i. e. Pios ac justos viros semper circùm se habebit[g]. *Cingulum*, i. e. ornamentum[h]. q. d. Hæc tam arctè ei adhærent quàm cingulum corpori, quod nunquam deponit. Vide Psal. 109.19. Jer. 13.11. Balteus vel cingulum insigne est & honoris, Job. 12. 18. Apoc. 1. 13. & potestatis, Esa. 22. 21. & 45. 5. & præparationis ad pugnam, 1 Reg. 20. 11. sive ad iter, aut ad munus quodlibet, 1 Reg. 18. 46. Jer. 1. 17. Luc. 12. 35. &c. q. d. Gloriam non petet ab externis ornamentis, sed à virtutibus, &c. Non erit ignavus, dissolutus, &c. ut terreni Reges, &c. Ecclesf. 10. 16,—19. sed gnavus, & constanter paratus ad defensionem populi sui. *Justitia & fidelitas* hìc idem sunt[i]. Vel, hypallage est, acsi diceret Christum veraci justitiâ præcinctum fore[k].

6. *Habitabit lupus cum agno*, &c.] Intelligunt hæc vel, 1. literaliter, quòd in diebus Messiæ hæc animalia mutabunt naturas suas, eruntque (saltem in Terra Sancta) mitia, &c. ut in principio[l]. Sed his opponimus R. Mosen Ægyptium, qui hoc ceu absurdum rejicit, &c[m]. Vel, 2. [metaphoricè.] Locutiones hæ figuratæ significant altam & inconcussam pacem quæ post Sennacheribi tempora futura erat sub Ezechia, per quam etiam infirmissimi quique suum erant obtenturi sine metu rapinæ. Hi sunt effectus justitiæ Regum[n]. Sed jejuna est hæc interpretatio. Publica quidem bella tunc cessârunt, non autem privatæ lites, rapinæ & cædes, &c[o]. Describit hìc miros effectus regiminis Christi in animis subditorum suorum, quippe qui novæ quodammodo fient creaturæ[p]. Efficaciam Verbi Dei ostendit: Abigit feritatem morum, &c[q]. Homines feroces mitescent, & pacem cum aliis colent[r]. Promittit hìc beatam mundi reparationem. Ordinem describit qualis fuit ante lapsum hominis, qui per Christum instauratur, abolitâ maledictione, &c †. ¶ *Et leo & ovis*, &c. [וּכְפִיר וּמְרִיא יַחְדָּו] *Et leo* (vel, *leunculus*, M. sim. P. Mo. *juvenis leo*, JT. Pi. Ang.) *& pecus pingue* (vel, *bubalus*, P.) *simul*, Ti. sic Ang. JT. Pi. Mo. sub. *erunt*, Ti. JT. vel, *morabuntur*, M. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Copulatósque vitulum & leonem & taurum ducet puer parvulus*.] מְרִיא sign. *pecus pingue*, & *armenta domi saginata*[s]. Leones autem & feræ in pinguia libentiùs irruunt[v]. [De מְרִיא vide congesta ad 2 Sam. 6. 13.] ¶ *Et puer parvulus minabit eos*, [נֹהֵג בָּם] *Ducens in eis*, Mo. *reget eos*, M. *aget ea*, nempe animalia[x]. Sed verbum hoc aliam constructionem postulat, nempe cum accusativo: forsan ergò נֹהֵג hìc est nomen, significans *abductorem* seu *ducem*, i.e. pastorem, & ב valet *inter*; ità vertas, *pastor* (vel, *dux*, JT.) *inter eos*[y]. Significat feras has spontè obsequuturas, nec violentiâ opus fore quâ coerceantur. Videntur insuper Ministri pueris comparari, quòd nullam vim externam adhibent, nec imperium ullum præ se ferunt[z].

7. *Vitulus*, &c. [וּפָרָה וָדֹב תִּרְעֶינָה יַחְדָּו יִרְבְּצוּ יַלְדֵיהֶן] *Et vacca & ursa pascentur simul, accubabunt* (sub. *simul*, Ti.) *nati* (vel, *catuli*, Ti. &c.) *earum*, Mo. Al. *pascentur*, (sub. *simul*, vel à v. præced[a]. vel ex membro sequente[b],) & *simul accubabunt*, &c. q. d. Non tantùm pascent, sed & procreabunt simul[c]. ¶ *Et leo—comedet paleas*] Ut in primævo statu, cùm herbas aliáque terræ nascentia, Gen. 1. 29, 30. non autem animalia, comederent[d]. Sensus, Non minùs Principes patientur se pasci Verbo Dei quàm plebeii *. Fiduciæ summæ & innocentiæ descriptio allegorica[f]. Mansuescent qui antè cædibus & rapinis gaudebant[e].

8. *Delectabitur infans—super foramine aspidis*] Serpentis notatæ ob crudelitatem, Deut. 32. 33. venenositatem, Job. 20. 14, 16. & indomabilitatem, Ps. 58. 5[h]. Sensus, Potentiores non lædent infirmos[i]: vel potiùs, Callidi non fallent simplices[k]. Aspides amant latebras[l]. ¶ *In caverna reguli*] צֶפַע Græci modò κεράστην vertunt, modò ἀσπίδα, i. e. genus quoddam aspidum ab aliis distinctum † [Quid צֶפַע, vel צִפְעוֹנִי, vide in collectaneis meis ad Prov. 23. 32.] ¶ *Manum suam mittet*] Ex puerili curiositate, ad explorandum quid ibi sit[m].

9. *Non occident*, [יַשְׁחִיתוּ] *Perdent*, sive *corrumpent*, P. Mo. JT. Pi. *detrimentum*, sive *injuriam*, *inferent*, M. V. *vastabunt*, Ti. ¶ *Monte sancto*] Id est, in Ecclesia[n]. Discriminat Regnum Christi à Regnis mundi, quòd in his alii alios perdunt, &c. in illo regnant pax, mansuetudo, &c[o]. ¶ *Quia repleta est* (vel, *erit*, Ti. JT. &c.) *terra scientiâ Domini*; [דֵּעָה אֶת־יְהוָה] [Constructio non est usitata, quæ forsan sic expedienda, *scientiâ à Domino*, ut sit אֶת, pro מֵאֵת, ut sæpe ponitur. *Scientiam* autem intellige vel, 1. in genere; quia ut ignorantia est mater omnium peccatorum, præsertim feritatis illius quæ hìc antea fuisse supponitur: ità scientia est optimum adversùs illa remedium. Vel, 2. scientiam Dei Verbíque ejus, ut *scientia* antonomasticè hìc ponatur.] *Scientiâ*, non quâ ille scit omnia, sed quâ cognoscitur ab electis, quòd ipse sit misericors, justus, &c[p]. Non abs re subjicit incomparabile hoc bonum à cognitione Dei fluere, quâ & humiliantur homines, & docentur ejus tutelæ se adjicere, & ad fraternum consensum formantur, ubi eundem esse sibi Patrem audiunt[q]. Hìc vides affectus per intellectum mitigari; quàm etiam necessarium sit sanam Evangelii doctrinam perpetuò mentibus hominum inculcari[r]; & quantum errant qui eam populum doceri nolunt †. Scientia Domini principium est & fundamentum omnis sanctitatis, nec ulla est via melior, vel magis compendiaria, quâ vitia è mundo extirpentur, &c[t]. Et defectus cognitionis Dei est fundamentum omnis mali. Vide Jer. 9. 3. Hos. 4. 1, 2. 1 Cor. 15. 33, 34[v]. ¶ *Sicut aquæ*, &c. [כַּמַּיִם לַיָּם מְכַסִּים] *Sicut aquæ operientes* (vel, quæ *tegunt*, V.) *mare*, Mo. P. simil. M. o'. Ch. &c. Id est, vel, 1. superficiem maris. Ut numerum magnum per *arenam maris* significare solet Esaias; ità hìc magnam extensionem per *superficiem maris* sign[x]. Vel, 2. alveum maris: meton. adjuncti[y]. Al. *Ut aquæ maris tegunt*, sub. *omnia*, Ti. vel, *terram*, quam, ripis perruptis, inundant, Esa. 8. 7, 8. Jerem. 51. 42. Confer tamen Hab. 2. 14. ubi eadem ferè sunt verba, qui locus priori versioni favet[z]. *Quantis operitur aquis mare*, Ca. Potest sic reddi, *Sicut aquæ à mari* (is enim interdum est usus τῷ ל) *operientes*, i.e. veluti si mare operiret terram, ut in Diluvio. Vel, *aquæ* dicuntur *operire mare*, quòd operiunt omnia quæ sub mari sunt[a]. Sensus est, Scientia Dei erit copiosa ut mare[b]. Terra tam plena erit cognitione Domini, quàm mare plenum est aquâ[c]. Scientiæ exuberantia tacitè confertur cum tenui illius gustu sub Lege, &c. Vide Jer. 31. 34. Gal. 3. 23. & 4. 3[d].

10. *In die illa*, &c.] h. e. Tempore illo. Declarat causam præcedentis pacis & mansuetudinis, nempe vocationem Gentium per Messiam *, ad cujus personam hìc redit, &c[f]. ¶ *Radix*, &c. [שֹׁרֶשׁ יִשַׁי אֲשֶׁר עֹמֵד לְנֵס עַמִּים] *Radix Isai*, sive *Jesse*, *quæ stat*, vel *stans*, vel *stabit*, *in signum*, sive *vexillum*, *populorum*, Mo. M. Ang. &c. Sed mirum Christum *radicem* dici *Isai*, cujus *germen* vel *virga* erat[g]. [Hoc variè solvunt.] 1. Christus *radix* vocatur, ut hìc *Isai*, ità *Davidis* Apoc. 5. 5. & 22. 16. Ut Jesse est radix, ità etiam Abrahamus, Rom. 11. 16. & Christus, Rom. 11. 17, 18. &c[h]. Christus *radix Davidis* [pariter & *Isai*] dicitur propter Divinitatem: ejúsque *virga*, propter humanitatem[i]. *Radix* dicitur, quòd instar radicis absconditus jaceret[k]. Verùm Christus hìc non consideratur tanquam radix fideles portans, sicut Rom. 11. 17. sed tanquam virga ex radice procedens. Vide v. 1[l]. 2. Nomen שֹׁרֶשׁ, quod aliàs *radicem* notat, abusivè hìc accipitur pro *surculo* qui ex radice pullulat[m]. Ut patet, 1. ex sensu loci; 2. ex Esa. 53. 2. ubi τῷ אֶרֶץ ם præfixum est: nam si שֹׁרֶשׁ fuisset *radix*, dixisset, בָּאָרֶץ, quia radices non è terra prodire, sed intra eam delitescere, solent. Cùm autem eo loco commata sint ἀντίθετα, & sententia geminata, τῷ שֹׁרֶשׁ respondet τῷ יוֹנֵק, quod *stolonem* vel *plantam* sign[n]. 3. Ex Os. 14. 6. *Germinabit sicut lilium, & erumpet radix ejus*. Similiter & *stirps* ponitur pro filiis, aut ramis, qui ex stirpe funduntur: ut Num. 13. 28. *stirpem* (i. e. filios) Enac; 2 Par. 22. 10. *stirpem regiam*[o]. [3. Alii nodum hunc solvunt locum aliter vertendo:] Qui egredietur de *radice Isai*, *qui stabit*, &c. P. []T. totum locum sic vertunt, *Erit etiam tempore illo, ut ad eum qui e radice Jischai stabit in signum populorum gentes consulturæ veniant*, &c. Pi. autem sic, *Nam fiet tempore ill , quod ad radicem Isai attinet, quæ stabit in vexillum popu orum*, fiet, inquam, *ut eam*

Marginal notes (left column): [a] Ang. [g] G. ex Chald. [h] Pi. [i] Ang. [k] Calv. [l] He. in M. [m] M. [n] G. [o] Calov. [p] Ang. [q] For. [r] Pi. sim. Ang. † Calv. [s] V. [v] For. [x] Pi. [y] For. [z] Calv. [a] Ang. [b] Ang. sic V. [c] Ang. [d] He. in Ang. * Pi. [f] Mi. ex Jun. [e] For. [h] Ang. [i] Pi. [k] Ang. [l] G. † G. [m] Ang.

Marginal notes (right column): [n] Pi. Musc. &c. [o] Musc. in Marl. [p] Musc. [q] Calv. [r] For. † Oecol. in Marl. [t] For. [v] Ang. [x] V. [y] Pi. [z] Ang. [a] For. [b] Mar. [c] Boot. unanim. 4. 9. 10. 194. [d] Calv. * Ang. [f] Calv. [g] San. [h] Ang. [i] Q. in San. [k] Q. in Ang. [l] Ang. [m] For. sim. Ang. San. Boot. &c. [n] Boot. unanim. 1. 5. 5. 36. [o] San.

eam gentes consulant, &c.] Nomen *radix* absolutè ponitur [p], & locus sic accipiendus, *Gentes deprecabuntur radicem Jesse, quæ stat*, &c. Sensus, Christus, tanquam signum, in crucem sublatus, omnes gentes in militiam suam coget, &c [q]. Erectus erit, per prædicationem Evangelii, tanquam vexillum, ad quod omnes confluant, &c [r]. Officium Christi Regium hîc denotatur: vexillum enim seu trophæum victoriæ, superioritatis & dominii signum est †. ¶ *Ipsum*, &c. אֵלָיו גּוֹיִם יִדְרֹשׁוּ] *Eum* (vel, *Illam*, Ti. *In*, sive *Ad*, *eam*, For. Ang. &c. vel, fiet *ut eam*, nempe radicem [s],) *gentes quærent*, P. Oleast. Hispan. in Boot. vel, *inquirent*, M. Luth. Belg. For. vel, *requirent*, Ti. Ità quidem accipitur דָּרַשׁ quando accusativum, aut proximè, aut per Lamed, regit; non quando cum præp. אֶל construitur. דָּרוּשׁ אֶל sign. *sciscitari*, seu *consulere*, (dictum nimirum de oraculis, vatibus, &c.) ut Deut. 18. 11. Esa. 8. 19. & 19. 3. Unde Piscator vertit, *eam gentes consulat*: eatenus rectè, quòd constructionis, ab aliis neglectæ, rationem habuit. Sed malim phrasin accipere ut Deuter. 12. 5. ubi דָּרַשׁ non sign. *quærere*, sed *tendere*, aut *se conferre*: & Ca. locum illum probè reddit, *Locum quem ipse elegerit petitote*. Hunc sensum expresserunt Musc. & Tremel. quanquam aliter, & malè, verterunt: *Ad eum consulturæ* venient, JT. Heb. *Ad eum consulent*, Jun. Musculus verò, *Quærent gentes* ut *ad eum* veniant. In Commentariis verò idem Musculus, necnon Borrhaus & Mollerus, phrasin hanc per *confluere*, vel *confugere*, vel se *conferre*, explicant [v]. דָּרוּשׁ אֶל sign. *spe quadam conceptâ conferre se ad aliquem pro consilio* seu *auxilio* [x]. Quæ verba, licèt duas diversas phrase*ω*s significationes confundant, atque in unum conflent, genuinum tamen sensum adumbrant [y]. *Ipsum—quærent*; i. e. Ad Ezechiam concurrent multi ex Gentibus ad verum Deum conversi [z]. Verùm de Christo indubiè sermo est [a], & de vocatione Gentium, ut certò constat ex interpretatione Apostoli, Rom. 15. 12 *. *Eam consulent*, de ratione colendi Deum, & consequendi vitam æternam [b]. Al. *requiretur à gentibus*; id est, Ad eum confugietur salutis petendæ causâ [c]. ¶ *Et*, &c. וְהָיְתָה מְנֻחָתוֹ כָּבוֹד] *Et erit requies ejus gloria*, M. P. Mo. &c. i.e. gloriæ plena [d], vel gloriosa *: *gloriosissima*, Ar. Angl. ut Esa. 1. 13. *abominatio*, pro summè abominando; vel, *in gloriam*, ut Esa. 4. 2. vel, requies *gloriæ*, sive *gloriosa* [f]. Sed quid hîc est *requies?* Resp. 1. Sepulchrum, quod est locus quietis, Esa. 14. 18. & 57. 2 [g]. Hoc gloriosum fuisse constat ex Matt. 27. 60. & miraculis ad illud patratis, & peregrinorum confluxu, &c. Verùm non tam locus, quàm causa, sepulturæ, ipsa scil. mors Christi, hîc significatur [h]. Sensus hîc videtur multò latiùs patére quàm ipsa *sepulchri* vox [i]. Resp. 2. Mors [k], quæ *somnus* dicitur, vel *requies*, Joh. 11. 11, 13, 14. Apoc. 14. 13. q. d. Mors Christi, quæ ignominiosa coram mundo erat, gloriosa & illustris erit [l], virtute & efficaciâ suâ, Colos. 2. 15. Heb. 2. 14 [m]. Resp. 3. Id quod Christi morti successit, v.g. terræ concussus, & cœli luctus, aliáque quæ mortem ejus honestârunt, resurrectio, nominis exaltatio, &c. Ità optimè illius cessationem aut quietem à labore interpretari licet [n]. Resp. 4. Habitatio [o], vel locus quietis & residentiæ, ut *quies* accipitur Mic. 2. 10. Alludit tum ad id, quòd Sion dicitur locus *quietis* Dei, Psal. 132. 8, 13, 14. tum ad illud, quòd Tabernaculum & Templum dicuntur *plena* fuisse *gloriâ*, Exod. 40. 35. 1 Reg. 8. 11. tum etiam ad aulas Principum, quæ illustres esse solent, 1 Reg. 10. 4, 7. &c [p]. *Requies*, i.e. Ecclesia [q], quæ *quies Domini* dicitur, i. e. locus quietis; ut tum gratiosam præsentiam & operationem, tum εὐδοκίαν & complacentiam, denotet [r]. Ecclesia, in qua Christus requiescit amore ac favore, erit gloriosa, videlicet per sanctitatem, tum inchoatam in hac vita, tum perfectam in altera †.

11. *Adjiciet* (vel, *admovebit*, Ca. vel, *adhibebit*, JT. *perget*, Pi.) *Dominus secundò* (sub. *mittere*, vel *extendere*, P. Pi.) *manum suam ad possidendum* (vel, *comparandum*, Ca. vel, *colligendum*, Sy. vel, *quærendum*, Ar. vel, *liberandum*, Ch.) *residuum populi sui*] Ità Mo. &c. Trajectio est, pro, *Adjiciet manum suam ad secundò possidendum*, &c [s]. ¶ יוֹסִיף אֲדֹנָי שֵׁנִית יָדוֹ לִקְנוֹת וגו׳] Quia incredibile erat vaticinium de futura Ecclesiæ gloria,

[p] San. Pi. [q] San. [r] Pi. † Glass. rhet. 1. 7. 161. [s] Pi. [v] Boot. ib. 6. 37. [x] For. [y] Boot. ib. [z] G. [a] San. sim. Calov. * Calov. [b] Pi. [c] Calv. [d] G. * Pi. [f] Ang. [g] Q. in Ang. [h] T. [i] San. [k] T. Q. in Ang. [l] Q. in Calv. sim. T. [m] Q. in Ang. [n] San. [o] G. Calov. [p] Ang. [q] Pi. Calv. Ang. Glass. [r] Glass. rhet. 1. 7. 132. † Pi. [s] G.

modum ejus restituendæ exponit, quòd scilicet Deus virtutem manûs suæ exseret, &c. Spem autem confirmat ex memoria præteritæ liberationis [v]. Sed difficile est de quo tempore hic locus accipiendus est [x], & quò respicit hoc *secundò*, & quæ liberatio hæc prædicitur [y]. [Variè accipiunt.] 1. Ex Israelitis decem tribuum, qui ad Theglathphalasaris & Salmanassaris incursus in varias terras se receperant, multos dicit Ezechiæ temporibus ad ipsum venturos [z]. Verùm nec Israelitæ in tam varias regiones dispersi, neque ex illis reversi Ezechiæ tempore, leguntur [a]. 2. Egerat Propheta in fine c. 10. de liberatione populi à Sennacheribo, &c. Hinc excitatus alia Emmanuelis beneficia commemorat. Nunc, post longam dulcémque parenthesin, hîc redit ad tempora Assyriorum, & dicit non tantùm nunc eripiendos esse Judæos à Regibus Syriæ & Samariæ, & Sennacheribo, sed & secundò, ab Assyriis & Ægyptiis. Quod sub Cyro & Dario contigisse constat [b]. Sed non putem hæc ad tempora Cyri referenda [c]. 1. Quia nondum ad res Nabuchodonosoris devenit Esaias; nec, cùm hæc scriberet, earum rerum revelationem acceperat [d]. Quæ ratio non est solida; unde enim hoc illi constat *? 2. Quòd sub Cyro pauci redierint, & plerique in servitute Regni Persici manserunt; nec talis ea liberatio fuit, qualis hîc prædicitur [f]. 3. Quia hoc faciendum est tempore Messiæ, ex collat. v. 10 [g]. τὸ *secundò* respicit primam populi liberationem, quæ erat vel, 1. illa quâ eos ex Ægypto liberavit [h]; vel potiùs, 2. quâ eos sub Cyro & Dario reduxit è Babylone [i]: tum enim primùm reduxit Deus *residuum populi*, nam ex Ægypto totum populum eduxit [k]. Secunda itaque hæc liberatio est, quâ Christus post mortem & resurrectionem suam per Apostolos ex omnibus locis Judæos adlegabit [l]. Significat priori loco vocandos esse Gentiles ad Ecclesiam; posteriori, sive secundo, Judæos [m]. Disertè exprimit *reliquias*, quia hæc redemptio tantùm ad paucos pertinebat [n]. ¶ *Quod relinquetur ab Assyriis*] Enumerat varias regiones per quas Israelitæ dispersi sunt [o]. ¶ *Et ab Ægypto*] Quò multi à Pharaone Necho abducti sunt, 2 Reg. 23. 34. & multi ultro abierunt, 2 Reg. 25. 26 †. Jer. 43. & 44 [p]. ut servitutem Babyl. fugerent [q]. ¶ *Et à Phetros*, וּמִפַּתְרוֹס] *Pathros* ignotum est [r]. [Variè accipiunt.] 1. Est Parthia †. 2. Est Arabia Petræa [t]. At Petræa dicitur, non à Pathros, sed à metropoli Petra, quæ Hebraicè est סֶלַע, 2 Reg. 14. 7. Esa. 16. 1 [v]. Vide ibi dicta [x]. 3. Pathros, vel Patures, (idem enim hæc sunt [y],) villa est prope mare ad unum ex ostiis Nili [z]. At Pathros non est villæ nomen, sed terræ seu regionis, Jer. 44. 1. Ezec. 29. 14 [a]. 4. Intelligit Pharusios, seu Phaurusios, in Æthiopia [b]; vel in interiore Libya, non procul ab oceano Atlantico. Vide Plin. 5. 8. & Ptol. 4. 6. Ità vult vir quidam undecunque doctus. 5. Puto esse Thebaidem. Nam ut Pathros modò pertinet ad Ægyptum, ut Ezec. 29. 14. modò ab illa distinguitur, ut in Jer. 44. 1, 15. ità & Thebais modò Ægypto attribuitur, ut plerumque, modò ab illa distinguitur, ut in Cassiani lib. 1. cap. 3. *per universam Ægyptum & Thebaidem*; & Plin. 18. 18. *Excellentius Thebaidis frumentum* (quàm Ægypti,) *quoniam palustris Ægyptus*. Et veteres, teste Salmasio, spinam & palmam Thebaicam ab Ægyptia distinguunt [c]. ¶ *Et ab Æthiopia*, כּוּשׁ] Vide ad Genes. 10. 6, 7. & ad Esa. 18. 1 [d]. ¶ *Et ab Elam*] Id est, vel, ab Elymæis, qui Medis contigui. Vide de V. R. C. lib. 1 *. Unde cum Medis junguntur Esa. 21. 2. Jer. 25. 25 [f]. Vel, à Medis & Sogdianis & Bactrianis [g]. ¶ *Et à Sennaar*] A Babylonia [h]. [Vide dicta ad Gen. 10. 10. & 11. 2.] Vel, intelligit totum tractum à Mesopotamia usque ad Chinam [i]. ¶ *Et ab Emath*] Prope Libanum & Damascum [k]. Intelligunt vel Antiochiam [l]; vel Ciliciam & regiones alias versùs Taurum [m]. Vide Esa. 10. 9 [n]. ¶ *Et ab insulis maris*] Id est, à Cypro, Creta, Macedonia, & locis Asiæ maritimis: nam omnia mari adsita sunt אִיִּים Hebræis [o]. A Græcia, Italia, Hispania, Mauritania, aliísque regionibus maritimis, ad quas Phœnices navigabant; quas *insulas* passim S. S. vocat [p]. Judæa etiam & Cappadocia, utpote mari adsitæ, *insulæ* vocantur, Esa. 20. 6. Jer. 47. 4 [q]. *Ab insulis*, in quibus Japhet & posteri ejus convertendi [r].

[v] Calv. [x] San. [y] Ang. [z] G. [a] Calov. [b] San. [c] G. sim. Calov. [d] G. * Calov. [f] Calov. &c. [g] Ang. ex He. [h] Ang. sic Pi. Me. [i] T. sic Calov. [k] Calov. [l] T. [m] Hi. in San. [n] Calv. [o] San. † San. [p] Ang. [q] Calv. [r] For. † Calv. [t] For. Q. in Ang. Montan. in BP. [v] BP. 4. 27. 312. [x] Ang. [y] San. [z] Brochard. & Adrichom. &c. in BP. [a] BP. [b] G. Q. in BP. [c] BP. ib. [d] Ang. * G. sim. Ang. [f] Ang. [g] For. Calv. [h] G. sim. Musc. Ang. BP. San. [i] For. [k] San. [l] Q. in Calv. [m] Calv. sim. For. [n] G. Ang. [o] G. [p] For. [q] Ang. [r] Med. 364.

12. *Et levabit*, &c. "וְנָשָׂא נֵס וגו׳] *Et elevabit*, vel *attollet*, (scil. Dominus †,) *signum*, sive *vexillum*, *gentibus*, Ti. P. Mo. &c. i. e. Vel, hostibus, quos sic terrebit, nè redeunti populo exitus claudant; vel, miseris exsulibus, ut se ad reditum accingant [t]. *Gentibus*, vel, ut ipsi ad Christum accedant [v]; vel potiùs, ut Israelitas, inter ipsos sive captivos, sive inquilinos, dimittant [x]; vel, ut omnes nationes, tum Judæi, tum Gentes, ad Messiam ejúsque signum, Crucem nempe, confluant. *Vexillum* intellige vel, 1. militare [z], quo, Imperatoris more, dispersos milites recolligit [a]: vel potiùs, 2. civile, in id erectum, ut populus quavis de causa convocetur [b]. *Vexillum*, nempe prædicationem Evangelii [c]. ¶ *Et congregabit*, &c. וְאָסַף נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל וּנְפֻצוֹת יְהוּדָה יְקַבֵּץ וגו׳"] *Et colliget*, vel *congregabit*, *ejectos*, sive *expulsos*, (vel, *profugos*, P. Pi. *proscriptos*, V. *dissipatos*, Ca.) *Israel*, (illos de quibus diximus ad v. 11 [d]. nempe decem tribuum *,) *& dispersos* (vel, *dispersiones*, M. vel, *dispersas*, P. Mo. Pi. sub. *oves*, Pi. vel, sub. *animas*, P. vel, sub. *mulieres*: Vox est fœmin. ut innuat nullum vel ordinem vel sexum prætereundum fore [f]. Vel, *dispersa* membra, JT. [ut sit fœm. pro neutro, quod sæpe fit.] Vel, *disjectos*, Ca.) *Jehuda*, &c. Ti. &c. nempe duarum tribuum [g], qui sub Sennacheribo profugerant [h].

13. *Et auferetur zelus* (vel, *æmulatio*, V. Ca. vel, *simultas*, V.) *Ephraim*, "קִנְאַת וגו׳] *Invidia*, Pi. sic JT. quâ prosequuntur tribum Judæ [i]. Decem Tribus, quæ per Ephraim intelliguntur, & tardiùs Davidi adhæserunt, & statim ab eo defecerunt, tum sub Absalomo, tum inprimis sub Jeroboamo [k]. Odium illud quo 10 tribuum homines adversùs Judæos ardebant cessabit, ex communi periculo, & quia perfugium habebant apud Judæos. Explicant id sequentia [l]. Nulla erunt intestina dissidia [m]. Cessabit hæc æmulatio, cùm in Christo coadunentur. Vide Ezec. 37. 16, 17 [n]. ¶ *Et hostes Juda peribunt*] Illi scil. Ephraimitæ, qui, licèt fratres essent, hostili tamen animo Regnum Judæ exscindere conabantur [o]. Sibi posthac molesti non erunt Abrahæ filii, sed in eodem cultu, &c. consentient [p].

14. *Et volabunt*, &c. וְעָפוּ בְכָתֵף פְּלִשְׁתִּים יָמָּה"] *Et* (vel, *Sed*, M. Ti. &c.) *volabunt*, vel *involabunt*, (Ephraim & Juda pariter [q]) *in humerum*, sive *humeros*, *Pelisthim ad* (vel, *versùs*, Di.) *occidentem*, M. P. Ti. JT. Ca. Pi. vel, *versùs mare*, nempe Mediterraneum, juxta quod habitant Philistæi, quod terræ Israelitarum situm est ad occidentem [r]. *Humerum* hîc intelligunt vel, 1. Israelitarum †. Hinc quidam, *Involabunt humero*, vel *cum humero*, (h. e. cum consensu, ut Hos. 6. 9. & ut, *humero uno*, Zeph. 3. 9. pro, uno consensu [t],) *in Philistæos*, Q. in Di. & in Glas. Sed constructio hæc dura est, & locus Hoseæ ambiguus [v]. Chald. vertit, *Et consociabuntur humero uno ad delendos Philistæos* [x]. Al. *Et impellent eos humero*, i. e. trudent humero ut cadant: itáque עָפוּ non deduco à עוּף *volare*, sed à עָפָה [y] [*impellere*,] quæ radix in Bibliis non exstat [z], sed tantùm in RR [a]. Vel, 2. Philistæorum. At כָתֵף non ponitur in constructione, quia Cametz non mutatur in Scheva. Plerique tamen sic accipiunt [b]. Involabunt in humerum, instar aquilæ [c]; vel leonis, qui scapulas v. g. bovis insilit, & eum discerpit, &c [d]. Al. *in humerum*, i. e. regionem: accipitur enim pro *latere* & *angulo* *. Vel, in medium regionis illorum. Similiter humerus de terra Benjaminis usurpatur Deut. 33. 12 †. τὸ כָּתֵף etiam sign. *latus*, Num. 34. 11. Jos. 15. 8, 10. Sic itaque verti potest, *Involabunt ab* uno *latere* super *Philistæos*, &c [f]. Vel, *involare in humeros* indicat hostes victos, & servituti subjectos, & ad ferenda onera (cui humeri inserviunt) coactos. Solebant victores hostium colla calcare, Jos. 10. 24 [g]. Sensus, Non solùm inter se consentient, sed eodem spiritu conjuncti hostes profligabunt [h], & Philisthæos in potestatem redigent [i]. Historiam habes 2 Reg. 18. 8. Quæ sequuntur gentes videntur fuisse in auxiliis Philisthinorum [k]. Vel, spectat Macchabæorum tempora, quum Judæi horum regionem subegerunt [l]. Potiùs spiritualiter hoc accipiendum [m], de Apostolis & Discipulis Christi [n], summâ velocitate peragrantibus, & Christo subigentibus, has regiones, &c [o]. ¶ *Simul prædabuntur filios orientis*] Ità Mo. P. Scil. vel Syros [p]; vel Arabas, qui ad orientem erant Judæis. Vide quæ diximus ad

† Pi. [t] Calv. [v] Ang. [x] Ang. ex He. [z] T. [a] Sar. [b] Ang. [c] Pi. [d] G. * Ang. [f] Ang. [g] Ang. [h] G. [i] Pi. [k] Occol. in Marl. [l] G. [m] Calv. [n] Ang. [o] Musc. [p] Calv. [q] Pi. [r] Idem. † Q. in Glass. [t] Q. in Ang. [v] Ang. [x] Glass. rhet. 1. 12. 342. [y] Ramban in Di. [z] Di. [a] Ang. [b] Di. [c] Ang. [d] For. San. sim. Ang. * V. † Glass. ib. [f] Ang. [g] San. [h] Musc. [i] Calv. [k] G. [l] San. [m] For. [n] T. sic For. V. [o] For. sim. T. [p] V. Ang.

initium Matt. 2 [q]. ¶ *Idumæa* (vel, *Edom*, Mo. P.) *& Moab præceptum*, &c. מִשְׁלוֹח יָדָם] *Missio*, vel *immissio*, (vel, erunt veluti *missio*, M.) *manus eorum*, Mo. P. V. M. G. Passivè accipitur, id est, in eos manus mittent [r], more hostis; q. d. eos opibus suis spoliabunt †. *Mittere manum* sign. *invadere*, ut Esth. 9. 10. vel, *occidere*, ut Psal. 55. 21 [t]. Al. *manus suas illis submittent*, Ti. Manus extensa erat supplicis & victi signum, ut Psalm. 68. 32. &c [v]. *Idumæis*, &c. vel, *in Idumæam*, &c. *manus afferent*, Ca. vel, *extendent*, Ch. Judæi manum immittent, expeditiones facient in eorum fines [x]. ¶ *Et filii Ammon obedientes erunt*, מִשְׁמַעְתָּם] *Obedientia* (Heb. *auditus*, V. Mo. &c.) *eorum*, P. M. &c. sub. *erunt*, Angl. *obedient eis*, JT. Pi. Ch. sic Ti. o'. Sy. Ar. *ditionis suæ facient*, Ca. Sub Judæorum ductu militabunt contra Philisthinos [y]. Erunt obedientes eis [z], amplectendo Evangelium [a]. Convertent multos ex Ammonitis [b].

15. *Et*, &c. "וְהֶחֱרִים וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, JT. Pi. *Itémque*, Ca.) *funditus exscindet* (vel, *exterminabit*, inquam, M. *vastabit*, Ca. *devovebit anathemati*, JT. Pi. sim. Mo. Angl. ut Jos. 6. 17, 21 [c]: percutiet, itaque dividet [d]: imò non modò dividet, ut Psal. 136. 13. sed & siccabit, ut Esa. 50. 2. ut non ampliùs exsistat, Apoc. 21. 1 *.) *linguam maris Ægyptii*, Ti. sim. Ang. Calv. *Linguam*, i. e. vel, 1. Nilum [f]; vel, 2. sinum maris [g], qui *lingua* dicitur Jos. 15. 2, 5 [h]. quòd præ se fert figuram linguæ exsertæ, excurrendo longiùs in continentem [i]. Rubrum mare hîc intellige [k], quod sinus quidam est, &c [l]: vel, Ægyptium mare, adeóque ipsam Ægyptum, ut postea declarat. Sed mare & fluvios potissimùm nominat, quòd iis muniantur regiones, &c [m]. Mare Rubrum dicitur *mare Ægypti*, aut quòd in eo Ægyptii fuerint submersi, aut quòd pars illa sit propinqua Ægypto *. *Linguam*, id est, oram maritimam, h. e. Ægyptum, quæ magna ex parte ad oram maris sita est [n]. Vel, 3. isthmum. הֶחֱרִים primitivo significatu est, *consecrabit*. Quia autem res Deo sacratæ attingi non poterant, ideo intelligi hîc debet, isthmum illum qui est inter mare Ægypto objacens & Rubrum mare intactum ab omnibus fore, Deo ità res disponente, ut qui in Ægyptum confugerunt Israelitæ (vide suprà 11.) tutò domum redire possent [o]. ¶ *Et levabit* (vel, *agitabit*, Mo. M. &c.) *manum suam super* (vel, *contra*, JT. Pi.) *flumen*] Ità P. Id est, vel, 1. Jordanem [p]. Vel, 2. Euphratem [q]. *Flumen* enim simpliciter positum Euphratem denotat [r]. Euphrates, durante obsidione Babylonis, à Cyro per septem fossas & rivos ab urbe derivatus est, testibus Herod. Xenoph. & Orosio; atque ità miles sicco pede in Babylonem immissus est, & Baltasar Rex occisus, & Cyro monarchia Judæísque libertas obvenerunt †. Prius membrum ex Ægypto redeuntes, posterius ex Assyria (de qua v. 16.) venturos, spectat [t]. Vel, 3. Nilum [v], qui septemfluus erat; unde septem ejus rivorum meminit [x]. Hic dicitur fluvius Ægypti, vide Jer. c. 2. v. 18. Ezec. 29. 3. quia Ægyptum permeat & fœcundat, Deut. 11. 10 [y]. ¶ *In*, &c. בַּעְיָם רוּחוֹ] *Robore* (vel, *impetu*, Pi. vel, *vehementiâ*, Ca. For. *in fortitudine*, Mo.) *venti sui*, V. sim. Ti. Calv. Ang. vel, *spiritûs sui*, Mo. Ca. G. i. e. vi suâ [z]: vel, *halitûs sui*; q. d. facilè & vel solo flatu hoc præstabit, ut Esa. 59. 19. vide Exod. 15. 8. Simul tamen adhibuit ventum illum Exod. 14. 21. Psal. 74. 13 [a]. *Valido vento suo*, Pi. *ea inflante vento ipsius*, JT. Vox בַּעְיָם alibi non exstat [b]. Ex cognatis vocibus videtur *collectionem* significare, sensus tamen est idem; nam collectio spiritûs ad vim facit. Per exsiccationem *maris* & *fluminis*, ablationem omnium impedimentorum intellige [c]. Sensus, Sicut olim sustulit Dominus omne impedimentum, quò populus transire posset; ità etiam impedimenta auferet, ut electi accedant ad Christum [d]. Locum hunc sic verto, *Quemadmodum desolavit Dominus linguam maris Ægypti*, & (malim, *ità*) *levabit manum suam super flumen* (Euphratem,) &c. Ex hoc loco illum Apoc. 16. 12. mutuatum esse puto *. Sicut Deus olim, aperto mari Rubro, populum in Canaan induxit; sic etiam, submoto maximo quodam impedimento, quod per Euphratem significatur, eundem populum exsulem reducet, &c [f]. ¶ *Et*, &c. וְהִכָּהוּ לְשִׁבְעָה נְחָלִים] *Et percutiet* (vel, *scindet*, Ca.) *eum* [fluvium] (sub. *dividendo*, P. sic V. vel, sub. *ut redigatur*,

[q] G. [r] For. sim. V. JT. Pi. Ang. † V. [t] Ang. [v] San. [x] G. [y] G. [z] V. [a] Pi. [b] V. [c] Ang. [d] Pi. * Ang. [f] He. in Ang. [g] Calv. Pi. Ang. San. For. V. [h] Ang. [i] V. sim. Calv. Pi. For. [k] For. San. [l] San. [m] Calv. * V. [n] Q. in San. [o] G. [p] Pi. [q] V. G. For. ex Ch. He. in Ang. [r] G. † T. [t] Q. in Ang. [v] Calv. Me. Ang. Calov. [x] Me. [y] Ang. [z] G. [a] Ang. [b] Ang. sim. For. [c] For. [d] V. * Med. comment. Apocal. part 3. [f] San.

digatur, M.) *in septem* (h. e. multa[g]) *flumina*, sive *torrentes*, sive *rivos*, Mo. P. M. V. vel, *alveos*, Pi. i.e. Reddet illud [flumen] simile flumini habenti 7 rivos[h]. In septem rivos dividet Euphratem, i.e. Imperium Assyriorum in plurimas partes. Medi enim ab Assyriis, Chaldæi à Medis, defecerunt. Ità gentes illæ Hebræis infestissimæ, domesticis dissidiis impeditæ, faciles apud se exsulantibus reditus dedêre; quod sequetur. Frequens est S. literis per *flumina* significare Imperia; quod & Græci Latinique faciunt: ut, —*Euphrates ibit jam mollior undis*; item, *fractùmque cornu jam ter improbo Rhenum*. Hinc sumi debet interpretatio Apoc. 9. 14. & 16. 12[i]. Al. *Et percutiet illum in septem rivis*, Calv. *Percutiensque ipsum* flumen *per septem fluenta*, JT. Nili scilicet[k], per quæ exit in mare: quæ septem Nili ostia omnibus celebrata sunt[l]. ¶ *Ità*, &c. וְהִדְרִיךְ בַּנְּעָלִים] *Et calcare* (vel, *ambulare*, Mo. P.) *faciet* (sub. *illud*, V. & sub. *transeuntes*, P.) *in*, vel *cum*, *calceis*, M. For. sic V. &c. *Et efficiet eum pedibus permeabilem*, Ti. *Efficiet ut iter habeat* ea [nempe fluenta, ut fit appositio,] *calceis* populus suus, JT. *Faciètque ut incedant* (fideles) *per illud* (flumen) in Canaan cœlestem, remotis obstaculis[m]. Est proverbialis locutio[n], quâ facilem reditum significat[o]. Quia Euphrates posset esse impedimento electis venientibus ab Assyria in Jerusalem, dividet illum in tot partes, ut etiam à calceatis citra ullum aquæ periculum transmitti possit[p]. Non opus erit ut calceos exuant, quod faciunt qui vada transeunt[q].

16. *Et erit via*; ità ο'. P. מְסִלָּה] *Semita*, M. *transitus*, Ti. *agger*, JT. *via strata*, Ch. Mo. V. scil. lapidibus[r]: vel, *via trita*, V. Pi. nempe in hoc flumine, per quam se conferre poterunt in Jerusalem*. ¶ *Residuo populo meo*, &c.] Populo reliquo & superstiti. Ostendunt id sequentia. Ità tutò indè venient ut olim ex Ægypto †. Ego eos ex erroribus educam, &c[t]. Significat populum eandem Domini potestatem sensurum in redemptione Babylonica quam in Ægyptiaca senserat. Conferri etiam hoc debet in ultimam Ecclesiæ redemptionem[v]. De Judæis hoc ità accipio, ut in typo aliquid majus intuear, de Evangelo & Ecclesia N.T. &c[x]. De omnibus Judæorum reliquiis ad Christum convertendis locum intelligo, ex collat. v. 12. earum tamen solùm meminit quæ ex Assur superfuturæ erant, quia harum res desperatæ videbantur, ob Assyriacam potentiam, &c[y].

[Margin: g V. sim. For. — h V. — i G. — k Jun. Calv. Ang. — l Ang. — m Pi. — n For. — o G. — p V. — q Ang. — r V. — * V. — † G. — t Me. — v Calv. — x San. — y Musc.]

CAP. XII.

1. **E**T *dices*] Tu, popule mi[a]. Hortatur pios ad gratiarum actionem: quæ exhortatio huc etiam pertinet, ut plus fidei obtineat promissio, nec se vanâ spe lactari putarent, cùm jam dictetur & quasi in os ingeratur gratiarum actio[b]. Canticum est pro redemptione per Christum, &c[c]. ¶ *Confitebor tibi*; ità P. &c. אוֹדְךָ] *Celebro*, vel *Celebrabo*, *te*, V. Pi. *Gratias ago tibi*, G. &c. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי אָנַפְתָּ בִּי יָשֹׁב אַפְּךָ וּתְנַחֲמֵנִי] *Quia* (vel, *Quamvis*, vel *Quòd tametsi*, V. sic Calv.) *iratus eras mihi*, vel *contra me*, Ti. P. &c. *acerbatus fuisti in me*, Mo. *aversus est* (sub. *tamen*, V. vel, *avertetur*, Mo. V. vel, *avertatur*, M.) *furor tuus*, *& consolatus es* (vel, *consolaberis*, Mo. V. vel, *consoleris*, M.) *me*, P. V. Sed *aversâ irâ tuâ consolaris me*, JT. Sed *mutato vultu misertus es mei*, Ti. [Ca. totum sic reddit, *Qui, cùm mihi fuisses iratus, me, irâ istâ cohibitâ, consolatus es*. Ch. sic, *Quia pro eo quòd peccavi coram te factus est furor tuus super me, cùm conversus fuero ad legem avertetur furor tuus à me, & misereberis mei*.] Summa cantici, quòd Deus, tametsi jure infensus esset populo suo, (qui reatum suum hîc agnoscit,) modicâ tamen correctione contentus se exorabilem præbuit: vel, quia verba sunt fut. temporis, sensus est, Non obstabit temporalis castigatio quò minùs mei tandem miserearis[d].

2. *Ecce Deus*, &c.] Ut præsentem, redemptionem celebrat *. ¶ *Fiducialiter*, &c. אֶבְטַח] *Confidam*, Pi. *confidens ero*, Angl. For. ut Prov. 28. 1[f]. &, quia confidentiam sequitur securitas, per metalepsin, *audax* & *securus ero*, ut Prov. 14. 16[g]. Vel, *fidam* ei, ut Ps. 27. 3. Ellipsis pronominis, ut Job. 13. 15[h]. ¶ *Et laus*, &c. וְזִמְרָת יָהּ יְהוָה] *Et canticum*, sive *carmen*, (i.e. materia carminis[i],) *Jah Jehovah*, V. sim. For. vel, *Dominus Jehovah*, Ang. Significat vel, se nihil canere nisi Deum; vel, Deum esse ipsius gaudium. Duo hîc [Dei] nomina simul ponuntur, quod rarò fit[k]. *Jah* est contractum ex *Jehovah*[l]. Vel, *Jah* est nomen Filii Dei hominis facti; q. d. Cano Deum de Deo, seu Dei Filium datum nobis à Deo in salutem, &c[m].

3. *Haurietis* (vel, *Et haurietis*, Mo. vel, *Idcirco haurietis*, Ang. vel, *Cùmque hauseritis*, JT. [qui cum versu seq. nectunt:] vel, *Et haurite*, ο'. sic Ar.) *aquas in gaudio* (vel, *læti*, Ca.) *de fontibus salvatoris*] Sic Calv. V. Ti. Nempe Christi, in quo Deus omnia bona nobis exhibet[n]. Vel, *salutis*, M. P. Mo. &c. ¶ וּשְׁאַבְתֶּם וגו' הַיְשׁוּעָה] Effectus hujus liberationis erit plena & libera fruitio omnium beneficiorum quibus antea caruerunt[o]. q. d. Fruemini bonis à Deo concessis. Sensu mystico rectè accipi potest de perfectissima doctrina, ut hîc sumpsit Jonathan, [qui sic reddit, *Et recipietis doctrinam novam in gaudio ab electis justorum*.] Qui titulus Evangelio optimè convenit[p]. Consolationem à Deo magnam pollicetur nomine *aquæ*[q], quâ nihil magis necessarium est; & misericordiam Dei *fonti* comparat, &c[r]. q. d. Percipietis consolationes spirituales ex promissionibus Evangelii, atq; ità sitim spiritualem extinguetis †. Deus scaturire fecit fontes salutis, quales sunt Sacramenta, &c[t]. Alludit ad petram Moysis virgâ percussam, unde bibebat sitiens populus cum gaudio, &c *.

4. *Et* (vel, *Proinde*, V.) *dicetis*, &c.] Ità Pi. For. &c. vel, *dicite*, fut. pro imperat. ut sæpe fit[v]. q. d. Non satisfacietis vobis, nisi bonorum quibus vos fruamini alii etiam sint participes & testes, ac Deum laudent, &c[x]. Vel, Non tantùm vos ipsi Deum laudate, sed stimulate alios ad idem faciendum[y]. ¶ *Notas*, &c.] Hebr. *Nota facite in populis studia* (vel, *naturam*, Ca. vel, *opera*, P. Ch. &c.) *ejus*, P. sim. Mo. ¶ עֲלִילֹתָיו] *Consilia ejus*, Ti. G. quibus ad vos liberandos usus est Deus. Respicit præcipuè bella illa civilia gentium ad Euphratem[z]. Imò respicit beneficia spiritualia, ut ex prædictis patet[a]. Dicit, *in populis*, variis scilicet, per totum orbem, v. 5[b]. q. d. Tam præclarum erit hujus liberationis opus, ut non in angulo aliquo latêre, sed evulgari per orbem totum, debeat. Et hoc veluti præludium fuit Evangelicæ prædicationis[c]. *Opera* hîc intelligit dispensandæ salutis nostræ per Christum[d]. ¶ *Mementote* (vel, *Commemorate*, V.) *quoniam* (vel, *quòd*, M. P.) *excelsum* (vel *exaltatum*, ο'. Ar.) *est nomen ejus*; ità Mo. &c. הַזְכִּירוּ כִּי נִשְׂגָּב שְׁמוֹ] Manifesta hîc est trajectio, pro, הַזְכִּירוּ שְׁמוֹ כִּי נִשְׂגָּב[e]. *Celebrate* (ità verbum sumitur Psal. 71. 16.) *nomen ejus, quia exaltatum est*, ut Esa. 33. 5. vel potiùs, *sublime*, sive *celsum*, ut Esa. 26. 5. & 30. 13[f]. *Ejus tam sublime recolite nomen*, Ca.

5. *Annunciate hoc*, מוּדַעַת זֹאת] *Notum* (vel, *divulgatum*, Ti. V. sub. *est*, P. Calv. For. vel, *erit*, V. vel, *sit*, Sy. For. vel, *fiat*, JT. Pi.) *hoc*, vel *istud*, V. JT. &c. Intelligo de Regno Christi & vocatione Gentium[g]. Responsio ad superiora; q. d. Ut optastis, ità factum est[h]. [Scriptum מידעת, sed lectum מודעת.]

6. *Exsulta*; ità Ch. Sy. צַהֲלִי] *Jubila*, M. Pi. *Exalta* (vel, *Claram ede*, JT.) *vocem*, Mo. P. *Exclama*, Ca. Ang. præ gaudio, ut Esth. 8. 15. Esa. 24. 14. & 54. 1. ut alibi, præ terrore, Esa. 10. 30[i]. Ad verb. *Hinni*, Angl. For. Ti. ut Jer. 5. 8. & 8. 16. &c †. ¶ *Quia magnus* (vel, qui *magnus* est, Angl.) *in medio tui* (sub. *est*, Angl.) *sanctus Israel*] Verus ille Deus qui sanctè colitur ab Israele[k]: vel potiùs, Verbum incarnatum, &c[l].

[Margin: a Pi. — b Calv. — c For. — d Calv. — * For. — f Ang. — g For. — h Ang. — i Pi. — k For. — l Pi. sim. For. — m For. — n Calv. — o Ang. — p G. — q Oecol. — r Calv. — † Pi. — t For. — * San. sim. Calv. — v For. — x For. sim. — y P. sic. in Marg. Calv. — z G. — a Calov. — b Ang. — c Calv. — d Musc. — e Boot. 1. 3. 10. 21. — f Ang. — g Calv. — h For. — i Ang. — † Ang. — k Ang. — l For.]

CAP. XIII.

1. **O**Nus (vel, *Prophetia*, P. vel, *Visio*, ο'. Ar. vel, *Onerosa prophetia*, JT.) *Babylonis*; ità M. Mo. Ti. vel, *de Babele*, Ar. vel, *contra Bab.* ο'. מַשָּׂא בָּבֶל] *Onus calicis maledictionis ad propinandum Babyloni*, Ch. Triste vaticinium

vaticinium in Babylonios [a]. Prophetia de futura destructione Babylonis [b]. Solebant Prophetæ duriores & tristes prophetias *onera* vocare, quia tanquam onera humeris hominum à Deo imponerentur [c]. Vide Jerem. 23. 33, 36. Verùm τὸ מַשָּׂא dicitur etiam de læta prophetia, Zach. 12. 1. & sign. *documentum* in genere, Prov. 31. 1. vel, *sermonem* quem quis *sumit*, [in os scilicet.] Vide Num. 23. 5, 7 [d]. Hactenus de Judæis; nunc transit ad Gentes †: illas, scilicet, quæ Judæis notiores erant: idque facit, tum ut pateſieret Dei justitia [f], & providentia in gubernatione mundi, de qua dubitare solent homines quum mutationes accidunt, &c; tum ut solaretur Deus pios, nè animis deficerent, acsi deterior sua esset quàm Gentium conditio; tum ut Judæos admoneret, quantò gravior illis immineret vindicta, quam scientes & volentes sibi accersiverant; tum præcipuè, ut Judæis ostenderet quàm solicitus erat de ipsis, cùm viderent ab eo vindicari illatas sibi injurias [g]. Possemus clariùs interpretari hunc Prophetam & alios, si Assyriaca Abydeni & Berosi Babylonica exstarent. Nunc & in S. Literis pauca earum rerum, & ferme ad Judæos pertinentia, attinguntur, & profanæ historiæ nos deficiunt. Illud tamen pro certo habeo, malum hoc evenisse inter tempora Sennacheribi & Nabuchodonosori. Inter enim illa tempora Medi præpollûere sub Deioce aliisque Regibus, quorum Herodotus & Ctesias meminerunt. His autem facile fuit Babylonem expugnare, quòd ea ante Nabuchod. tempora neque magna admodum, neque bene munita, fuit. Vide quæ nos ad l. 3. V. R. C [h]. Sed commentum hoc est Grotii, qui hîc historiâ se destitui fatetur [i]. De tali Babylonis excidio nihil in Sacris aliisve scriptoribus occurrit. Duo etiam huic sententiæ obstant. 1. Quòd hæc destructio Babyloni illata dicitur ad procurandum Judæorum libertatem, reditúmque in patriam suam, Esa. 14. 1, 3. quum nullam legimus ante Nabuchod. Judæorum deportationem in Bab [k]. 2. Quòd πανωλεθρία & totale excidium Babylonis hîc prædicitur [l], v. 19, &c. & Esa. 14. 22, 23. cum quo nullatenus congruit sequens ejus gloria, Dan. 2. 37, 38. & 4. 30 [m]. Penès Interpretes plerosque certum est, hoc vaticinium Cyrum & Persas respicere: neque dubium esse potest, Babylonem isto tempore, scil. de quo hîc agitur, jam fuisse insignem ac potentem valde, qualem ante Nabuchod. eam non fuisse Grotius fatetur [n]. ¶ *Quod vidit*, &c.] i. e. Cognovit ex revelatione, &c [o].

2. *Super*, &c. [עַל הַר נִשְׁפֶּה שְׂאוּ נֵס] *Super* (vel, *Contra*, For. San.) *montem excelsum*, sive *eminentem*, (vel, *præruptum*, Mo. vel, *caliginosum*, Vulg. vel, *campestrem*, ο'. vel, *apertum*, Ar. *Super civitatem habitantem confidenter*, Ch.) *elevate*, sive *tollite*, sive *attollite*, *signum*, sive *vexillum*. P. Mo. Ti. JT. &c. Propheta hîc, fecialis personam induens, bellum indicit, Medisque ac Persis imperat ut veniant, &c. Est igitur hîc consideranda Dei majestas, cujus nomine loquebatur; atque etiam vis & efficacia quæ semper Verbo conjuncta est [p]. [Sed nonnulla hîc enucleatiùs explicanda sunt.] 1. Quid hîc est הַר? Resp. 1. Babylon, qui *mons* hîc dicitur, (sicut & Jerem. 51. 25 [q].) non à situ, qui in planitie erat, Genes. 11. 2, 9 [r]: sed ob magnificentiam palatiorum, turrium, murorum, &c *. & ob summum imperium; q. d. arcem quæ super cunctas gentes eminet [t]. Resp. 2. Plures ac saniores accipiunt de loco quo vexillum erigendum erat, &c [v]. Porrò, τὸ הַר, sicut & נֵס, collectivè hîc sumitur, &c [x]. 2. Quid נִשְׁפֶּה? Resp. Hîc variatur, sed ab iis ferè solis quibus *mons* h. l. sign. Babylonem [y]. Hi verò reddunt, vel, 1. *caliginosum*, sive *obscurum*, Vulg. For. G. &c. Ità dicitur Babylon, sive ad nomen Babel alludens, propter *confusionem*, & peccati & ignorantiæ tenebras; sive propter imminentia mala, quæ *tenebrarum* nomine censentur in Scripturis [z]; sive quia vetus Babylon in palustribus locis sita erat, unde ascendens vapor urbem obscurabat [a]. Sic נִשְׁפֶּה est à נֶשֶׁף [b] [*crepusculum*.] Vel, 2. πεδινὸν *campestrem*, à שְׁפִי, quod Syris *æquare*, seu *complanare*, sign. Vide Syr. ad Esa. 45. 2. & 57. 14. &c [c]. Vel, *planum*, Sy. in Boot. Di. adeóque aptum ubi exercitus instruatur, & prælium committatur [d]. Verùm neque de prælio ineundo, neque de exercitu instruendo, hîc agitur, sed de vexillo erigendo, &c †. [Alii aliter.] Videtur נִשְׁפֶּה nomen esse montis qui Medos & Persas à Chaldæis disterminat [f]. Alii ferè *excelsum* reddunt [g]. Ità usurpatur [vel hæc, vel similis, vox] Num. 23. 3. Esa. 41. 18. & 49. 9. Jer. 3. 2, 21. & 4. 11. & 14. 6 [h]. Vide quæ ad Num. 23. 3 [i]. 3. Quid hîc significat *elevatio*, vel *sublatio*, *vexilli*? Resp. Vel, 1. *tollite*, vel *levate*, *signa*, i. e. sublatis signis incedite, sive proficiscimini. Nam autores, de expeditionibus militum loquentes, *signorum sublatorum* subindè meminerunt. Ità Liv. 28. 2. & 23. 35. &c. Imò & Virgil. Æneid. 8. *movere signa*, per se, pro, *incedere*, usurpat, *Signáque ferre jubent*—. Vel, 2. intelligitur de signo oppugnationis, sive de signo oppugnandæ urbis, proposito [k]. Vel potiùs, 3. de signo ad quod congregarentur milites [l]. Introducit Deum loquentem, & quasi conscribentem milites adversùs Babylonios [m]. Solebant tunc, qui bellum susceperunt, milites convocare, tum buccinarum clangore, tum signi erectione [n]. ¶ *Exaltate*, &c. [הָרִימוּ קוֹל לָהֶם] *Exaltate vocem ad* (vel, *contra*, P.) *eos*, M. Mo. &c. Relativum pro antecedente: sub. *milites* [o]; nempe Medos, qui in propinquo degunt, ità ut vocem exaudire possint [p]. [Ca. hoc membrum cum præced. sic reddit, *In edito monte tollatur signum, excieantur sublato clamore*.] ¶ *Levate*, &c. [הָנִיפוּ יָד] *Agitate manum*, M. P. Mo. V. Ar. *Annuite manu*, Ar. Ti. *Elevatio manûs* significat advocationem: ut cùm quispiam, advocans alterum, quòd propter distantiam loci non possit exaudiri, manum elevat, innuens ei ut veniat [q]. ¶ *Et*, &c. [וְיָבֹאוּ פִּתְחֵי נְדִיבִים] τὸ נְדִיבִים est vel, 1. nominat. ut intelligatur de ducibus exercitûs, ac פִּתְחֵי pro פְּתָחִים positum sit; & ut per *portarum ingressionem* hîc denotetur infesta in ipsas irruptio, & urbis expugnatio [r]. *Aperite, ô principes*, Ar. ο'. *Principes ingredientur portas tuas*, Sy. *Et ingrediantur per portas ejus qui spontè se offerunt*, Ch. Vel, 2. est genitivus *. [Locum sic reddunt;] *&*, vel *ut*, *ingrediantur portas* (vel, per *portas*, nempe in urbem Babylonem [r]; vel, in *portas*, M. Ang. ellipsis τῆς *in*, ut Gen. 10. 11 †.) *ducum*, vel *principum*, P. Ti. Pi. V. &c. vel, *ingenuorum*, JT. vel, *munificorum*, sub. Babyloniorum. Sic vocantur Principes, à munificentia [v]. Vel, *amplitudinum*, sive *magnificentiarum*, i. e. amplissimas. נְדִיבִים accipio pro abstracto, sicut נְדִיבוֹת Psal. 68. 10. &c [x]. Ego de ducibus ac præfectis militaribus, & quidem inferioribus, accipio; & per יָבֹאוּ פִּתְחֵי non intelligo (ut alii omnes) introitum intra portas, sed conventum ad portas seu fores; quippe פֶּתַח sine præpositione crebrò sign. *ad fores*, ut Gen. 43. 19. Exod. 33. 8, 9, 10. Levit. 8. 35. Num. 12. 5. Itaque locus hic ità vertendus fuerit, *Vocem extollite ipsis, manúmque movete*, i. e. clarâ voce, &c. significate, *ut se conferant ad fores ducum*, ut nimirum ibi nomina sua profiteantur. Videtur enim hîc hypotyposis esse ejus quod in delectu habendo vulgò fieri solebat, &c [y].

3. *Ego mandavi* (Verbum militare, idem significans quod *misi* [z]: *præcepi*, Mo.) *sanctificatis* (vel, *præparatis*, Ch. P. V. G.) *meis*] Ità Mo. M. Ti. vel, *à me*, Ch. Ego arcano instinctu impellam eos, &c [a]. ut Esa. 10. 6. & 23. 11 [b]. Nempe, Medos & Persas [c], ut patet ex v. 17 [d], & Jer. 51. 27, 28 †. Qui *sanctificati* dicuntur vel, 1. quia à Deo destinati & quasi consecrati erant [f], & segregati ad sanctum opus [g], & quasi ad bellum sacrum conscripti [h], & ad vindictam Dei complendam [i], in Babylonios [k]. Bella enim apud omnes certis legibus, ceremoniis, solennitatibus, insuper etiam jurisjurandi sacramento interposito, suscipiebantur. Vide Deuter. 20. 1, &c. 2 Sam. 15. 10, &c. & 18. 1, &c. Unde *sanctificare bellum*, Jer. 6. 4. Joel. 3. 9. Ut interim taceam quòd bella piorum sunt cultus Deo placens [l]. Adde quòd qui jussu Dei interficiebantur erant veluti quædam victimæ, &c [m]. Vide Esa. 34. 2, 6, 7. Jer. 48. 10 [n]. Quare *sanctificari* dicuntur, tum interficiendi, Jer. 12. 3. tum interfectores, Zeph. 1. 7. Confer Exod. 32. 29. *Implete manum*, &c [o]. Vel, 2. quia sacramento militari quasi initiati bello designabantur [p]. *Sanctificatis meis*, i. e. instructis [q] & præparatis à me [r]; ad hanc rem, tanquam sacramento militari, astrictis *. Est translatio; quia sacra facturi priùs se parant [t]. *Sanctificandi* vox ità usurpatur Jer. 6. 4. & 12. 3. Joh. 10. 36. &c [v].

¶ Et

[a] G. [b] V. [c] V. ex Calv. [d] Ang. † M. [f] For. [g] Calv. [h] G. [i] Calov. [k] Ang. [l] Calov. sic Ang. [m] Ang. [n] Calov. [o] Pi. [p] Calv. [q] Q. in Ang. [r] Ga. advers. c. 23. p. 255. * Me. T. sim. For. [t] Calv. [v] Ga. ib. 256. [x] Boot. animadv. 1. 8. 9. 69. [y] Ga. ib. 255. [z] For. [a] G. [b] Q. in Boot. [c] Boot. ib. p. 61. [d] Di.

† Ga. ib. [f] For. [g] Ità Boot. ex K. & AE. Ang. &c. [h] Ang. [i] Di. [k] Boot. ib. 63, &c. [l] Pi. sim. Boot. Ang. &c. [m] Boot. ex O. [n] Boot. [o] V. [p] Pi. [q] V. sim. Pi. Ang. [r] Q. in Boot. ib. 64. * Boot. ib. [r] Pi. † Ang. [v] V. [x] For. [y] Boot. [z] San. [a] Pi. sim. Ang. [b] Ang. [c] Pi. T. &c. [d] Pi. Ang. † Ang. [f] Me. T. [g] Pi. [h] For. sic Me. T. [i] Me. [k] Pi. [l] For. [m] For. sim. Ang. [n] Ang. [o] For. [p] San. sim. V. [q] V. [r] V. G. * V. G. sim. Ang. [t] Ang.

¶ Et (vel, *Etiam*, Pi. Ang. *Quin &*, For.) *vocavi* (scil. per arcanum instinctum [x]: idem est quod præc. *mandavi* [y]: vel, plus sign. q. d. non tantum nutu, sed & expressâ voce meâ, &c[z].) *fortes meos*] Vel, *robustos meos*, q. d. quos ego robore armavi. Vide Esa. 5. 27. & 45. 1, 2, 5. Joel. 2. 11 [a]. ¶ *In ira mea*; ità P. Sy. [לְאַפִּי] *Ad iram meam*, Pi. Ca. Ti. V. &c. sub. *exsequendam*, Ti. V. &c. simil. M. Ut iræ meæ exercendæ inserviant [b]. ¶ *Exsultantes*, &c. [עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי] *Exsultantes* (vel, *quique lætantur*, Ti.) *celsitudinis meæ*, Mo. vel, *gloriâ meâ*, Ti. vel, in, seu de, *excellentia*, sive *gloria*, sive *magnificentia*, sive *sublimitate*, *mea*, P. M. JT. Ca. Vel, *superbè*, i. e. libenter & alacriter opus aggredientes[c]. Heb. *exsultantes superbiæ meos*, Pi. Affixum nomini recto adjunctum cum regente construendum est[d]. Al. ad verb. *gloriæ meæ*, i. e. ob gloriam meam; cùm honore afficior †. Verto, *triumphatores* (est enim nomen, non participium,) *excellentiæ*, i. e. excellentes [f]. Vel, *exsultantes gloriosi mei*, i. e. milites alacres & gloriosi [g].

4. *Vox*, &c. [קוֹל הָמוֹן בֶּהָרִים דְּמוּת וגו׳] *Vox multitudinis* (vel, *turba*, Mo. vel, *strepera*, Heb. *strepitûs*, Pi. For. vel, *tumultûs*, sive *tumultuosa*, Sy. Angl. For. sub. *est*, Pi. Angl. vel, *auditur*, JT. Ca.) *in montibus* (Babyloniæ vicinioribus [h]: vel, montibus Mediæ [i]: vel, per *montes* intellige Regna Medorum & Persarum [k]:) *similitudine*, vel *ad similitudinem*, (sub. *strepitûs*, ex membro præcedente [l],) *populi multi*, P. M. &c. ¶ *Vox*, &c. [קוֹל שְׁאוֹן מַמְלְכוֹת וגו׳] *Vox strepitûs*, sive *tumultûs*, (vel, *præcipitationis*, For.) *regnorum* (scil. Mediæ & Persiæ, quorum hoc Cyrus hæreditariò possedit, illud, jure belli [m],) *gentium congregatarum*, Pi. Significat Cyri exercitum ex pluribus gentibus conflandum [n]. *Vox fragoris* acsi *regna gentium coivissent*, Q. in V. ¶ *Præcepit militiæ belli*, [מְפַקֵּד צְבָא מִלְחָמָה] *Recenset*, vel *lustrat*, *exercitum* (sub. *suum*, Angl.) *belli*, sive *prælii*, Calv. For. &c. i. e. bellicosum [o]; ut Num. 31. 14 [p]: vel, ad bellum seu cædem paratum [q]. Significat Dei, tanquam Ducis, auspiciis cogi diversas gentes, easque nihil nisi ex ejus præscripto agere [r].

5. *Dominus*, & *vasa* (vel, *instrumenta*, Pi. JT. &c.) *furoris ejus*] Nempe, Medi & Persæ *; sub. *adsunt*: vel, construendum cum præced. *veniunt*[t]. Vel, & *armati bellatores ejus*, ο'. Ch. sic Ar. ¶ *Ut disperdat omnem terram*] Nempe Babyloniam [v].

6. *Quasi*, &c. [כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא] *Veluti vastitas*, vel *vastatio*, (vel, *præda*, Mo. Ch. vel, *contritio*, ο'. sic Ar.) *ab Omnipotente* (vel, *fortissimo*, M. *robusto*, Calv.) *veniet*, P. Mo. V. &c. i. e. imminet à Duce forti & insuperabili; q. d. quæ vitari nequit [x]. Vel, vastatio qualis Dei potentiam & furorem decet [y]. q. d. Sentient quàm non abs re Deus vocetur שַׁדַּי quasi validus ad perdendum[z]. שַׁדַּי ex שָׁדַד *vastare* [a]: vel, ex שׁ *qui*, & דַּי *sufficiens* [b]. [Plura vide ad Gen. 17. 1.]

7. *Manus dissolventur*; ità M. [תִּרְפֶּינָה] *Remittentur*, Mo. JT. *debiles erunt*, P. *flaccescent*, V. ob immissum à Deo metum, &c [c]. Babylonii nullam resistendi aut voluntatem, aut facultatem, habebunt [d].

8. *Et*, &c. [וְנִבְהָלוּ צִירִים וַחֲבָלִים יֹאחֵזוּן וגו׳] *Et terrebuntur*, sive *conturbabuntur*, (nempe Babylonii †;) *tormina*, vel *angustiæ*, & *dolores tenebunt*, sive *apprehendent*, *eos*, Mo. P. M. Pi. &c. Al. *Terrebuntur compages*, & *dolores comprehendent eos*, Ti. Al. *Turbabuntur legati*, &c. ο'. Al. *Et terrebuntur*, *angustias* & *dolores apprehendent*, Q. in V. ¶ *Unusquisque* (vel, *Vir*, Mo.) *ad proximum* (vel, *socium*, Mo.) *suum* (vel, *de altero*, Pi. vel, *de proximo suo*, JT. vel, *ad alterum* respiciens, Angl.) *stupebit*] Sic P. M. &c. vel, *admiratione rapientur*, JT. Quum in sese mutuò animadvertent tantam timiditatem, qui antea fuêre viri fortes [f]; & se in miseram servitutem rapi, qui aliis imperâssent [g]. ¶ *Facies*, &c. [פְּנֵי לְהָבִים פְּנֵיהֶם] *Facies flammarum* (vel, *flammantes*, Pi. sim. JT. Sy. vel, *quasi flamma*, ο'. Ar. sim. Ch. Ti. sub. *erunt*, Pi.) *facies eorum*, Mo. P. [Variè explicant.] 1. Facies eorum (nempe Medorum) truculentæ erunt, ut flammas fundere videantur [h]. Alii referunt ad Babylonios [i]. [Sed non uno sensu.] 1. Suffundentur rubore, & erubescent [k]. Simil. Virg. Æn. 12. *Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem Subjecit rubor*—[l]. Verùm timiditas [præcedens] erubescentiam impedit [m]. 2. Quum nos urgent cruciatus, inflammatur facies, & toti ardemus [n]. 3. Pallidi ac luridi erunt, instar flammarum, vel instar fabrorum ferrariorum, &c [o]. Præ metu & anxietate exsiccabuntur ac nigrescent [p], veluti carnes quæ ad ignem suspenduntur [q]. Sic alibi facies hominum præ metu & dolore pallescere & nigrescere dicuntur, Jer. 30. 5, 6. Lam. 4. 8. & 5. 10. Joel. 2. 6. Nah. 2. 10. *Facies flammarum*, i. e. flammâ adustæ: quanquam hæc phrasis dura videri possit. Mallem itaque, cum quibusdam Rabbinis, sic reddere, *Facies eorum erunt sicut facies Lehabim*, qui populus erant ex posteris Misraim, Gen. 10. 13. 1 Par. 1. 11. qui & *Lubim* dicti, 2 Par. 16. 8. quos *Libyes* vocamus, qui nigri erant instar Æthiopum, Jer. 13. 23. Amos. 9. 7 [r].

9. *Ecce dies Domini veniet*, (vel, *venit*, P. vel, *instat*, V.) *crudelis*, &c. [אַכְזָרִי וְעֶבְרָה וַחֲרוֹן אַף] *Crudelis*, (sub. *est*, Pi. nempe, vel Jehova *, vel dies [t],) & *indignatio*, sive *excandescentia*, & *ira*, sive *æstus*, *nasi*, sive *furoris*, P. Ti. sic Mo. vel, *indignatio* & *furor* & *ira* cum eo, M. vel, & *plena indignatione*, &c. i. e. in qua ostendet Deus se maximè iratum esse [v]. Al. & *ardor* & *excandescentia vultûs*, repete, *venit*, For. Al. *atrox*, *sævus*, & *irâ ardens*, Ca. *Sævus est* & *excandescentiâ* & *ardente irâ*, JT. sic Pi. sim. Ang.

10. *Stellæ cæli* & *splendor*, &c. [וּכְסִילֵיהֶם לֹא יָהֵלּוּ אוֹרָם] *Et constellationes*, vel *sidera*, (vel, *Orion*, P. vel, *Oriones*, Pi. q. d. lucidissima sidera, inter quæ erat Orion. Similis est loquutio, Si tot Paulos vel Nestores haberemus [x]. Vel, *congregatio stellarum*, Q. in V. vel, *planetæ*, Ch. vel, *ornatus*, ο'. Ar. vel, *exercitus*, Sy. vel, *astra scintillantia*, For.) *eorum non facient*, vel *sinent*, *lucere* (vel, *expandent*, M.) *lumen suum*, Mo. M. sim. P. Ti. JT. Pi. &c. Conturbati, &c. putabunt omnia tenebris repleta esse [y]. Gratissimum cœli lumen triste illis & obscurum videbitur [z]. Solis & stellarum meminit, quòd illustria hæc sint signa benevolentiæ Dei, Matt. 5. 45. quibus subductis, Deus quasi abscondit faciem, &c [a]. Est hæc allegoria, ad significandum gravissimas calamitates, in Prophetis frequens. Stellæ porrò in Chaldæa evidentissimæ erant propter patentia camporum æquora, (ut ait Cicero lib. 1. de Divinat.) & nubium raritatem [b]. De כְּסִיל vide plura Job. 9. 9. & 38. 31. Amos. 5. 8 [c]. Suspicor hîc carpi vanitatem sideralis scientiæ, quâ gloriabantur Chaldæi, Dan. 2. 2. ex qua non poterant prævidere & antevertere excidium suum [d]. ¶ *Obtenebratus est* (vel, *erit*, Calv. sim. Ti. JT. Pi. &c. *obscurabitur*, Mo.) *sol in ortu* (vel, *egressu*, M. *egrediendo*, Mo.) *suo*, [בְּצֵאתוֹ] *Quum exibit*, Pi. sim. P. &c. velut è thalamo suo. Vide Psal. 19. 6 †. Jam oriens (quum illustrissimus apparet & jucundissimus [f]) statim occultabit se [g]. Sensus est, Nullâ refocillabuntur consolatione; nihil nisi triste & horrendum illis apparebit; adversa iis erunt omnia [h].

11. *Et*, &c. [וּפָקַדְתִּי עַל תֵּבֵל רָעָה] *Et* (vel, *Nam*, Pi. Ca.) *visitabo* (vel, *animadvertam*, JT. Ca. V. vel, *mandabo*, ο'. Ar.) *super* (vel, *contra*, For. Pi. vel, *in*, JT. Ca.) *orbem* (vel, *orbem terrarum*, Pi. i. e. regiones Babylonio Regi subjectas; vide Dan. 4. 22 [i]: vel, super Babylonem, sic dictam ab infinita civium multitudine [k]: vel, *orbis*, Ca. sic JT.) *malum*, Mo. P. vel, *malitiam*, JT. Pi. vel, *perversitatem*, Ca. vel, *flagitia*, V. vel, *ob malitiam*, Ti. Angl. Heb. *malum*, pro, *malum eorum*; ellipsis pronominis, ut Psalm. 65. 2. *oratio*, pro, *oratio eorum* [l]. Vel, malum pœnæ hîc intelligi potest [m]. qu. d. In visitatione mea malum orbi immittam [n]. ¶ *Et quiescere* (vel, *cessare*, Pi.) *faciam* (i.e. perdam [o]) *superbiam*, &c.] Quod peccatum in Babylone notatur Esa. 14. 4, 6, &c. Dan. 4. 30. &c [p].

12. *Pretiosior erit vir auro*, &c.] Id est, vel, 1. Pauci evadent [q]. Omne autem rarum carum [r]. Vide Esa. 4. 1 *. Vel, 2. Medi nullo pretio induci poterunt ut viris parcant [t].

13. *Super hoc cœlum turbabo*; & *movebitur terra*, &c.] Significat summam rerum perturbationem [v], & acerbitatem expugnationis; q. d. Tunc videbuntur cœlum tremere, & terra moveri loco suo, horrore eorum quæ gererentur [x]. Tantam illis confusionem inducam, quasi cœlum rueret, &c [y].

14. *Et erit quasi damula* (vel, *caprea*, Ti. Pi. &c.) *fugiens*,

x Pi. y Ang. z Calv. a Ang. b For. c Q. in Ang. sim. Pi. For. d Ang. † V. sim. For. f Ang. g For. h Musc. in Marl. i Pi. k Musc. l Ang. m Pi. n Ang. o For. sic JT. Ang. p Ang. q For. r Calv. * Pi. For. t For. v Pi. sim. Ang. x V. y San. z Calv. a Calv. For. b For. c San. d Calv. † Pi. f Pi. g Jun. h Q. in Ma. i Ms. k V. sim. Jun. Pi. Sin. l Sin. m Ang.

n Calv. o Musc. in Marl. p Ma. ex For. q For. r Ang. * Pi. sim. Jun. Ang. t Ang. v V. x Ang. y Pi. z L. a Calv. b Jun. c Ang. d Ma. f Pi. sim. Ang. f Musc. g Ang. h Oecol. in Marl. i Pi. k San. l Ang. m For. n Ang. o V. p Ang. q V. sim. Pi. Ang. r Pi sim. Ang. t G. sim. v Ca. Ang. For. x V. y Ang.

giens, מֻדָּח] *Expulsa*, vel *depulsa*, Mo. Pi. JT. vel, *profuga*, canibus persequentibus[a]. Timidissimum est hoc animal. De צְבִי vide Prov. 6. 5 [a]. ¶ *Et quasi*, &c. וּכְצֹאן וְאֵין מְקַבֵּץ] *Et sicut ovis* quam *nemo congregat*, M. sim. Ti. Pi. vel, *pecus*, *nullo colligente*, JT. vel, *oves dispersæ*, *& non est qui congregat*, P. ¶ *Unusquisque* (confœderatorum nempe & militum conductitiorum [b], quibus tum utebatur Babylon [c],) *ad populum suum convertetur*, יִפְנוּ] *Respicient*, vel, *convertent faciem*, V.

15. *Omnis qui inventus fuerit* (i. e. qui erit, vel permanserit, sub. *in ea*, ut Deut. 8. 12. Esa. 35. 9. &, *inveniri*, pro, *esse*, vel *manere*, ut Deuter. 18. 10. Esth. 1. 5. Act. 8. 40 [d]: vel, *qui deprehendetur*, Ti. Pi. sic ό. à militibus Medorum, &c †.) *occidetur*; sic Ch. יִדָּקֵר] *Confodietur*, Ti. Pi. simil. M. P. Mo. &c. ut Zach. 12. 10 [f]. ¶ *Et*, &c. וְכָל־הַנִּסְפֶּה וגו'] *Et omnis additus*, vel *adjectus*, vel *additìtius*, vel *adjunctus*, M. P. Mo. V. Ang. &c. sub. *illis*, M. Ang. ut vox sign. Esa. 29. 2. & 30. 1. Ellipsis pronominis [g]. Vel, *adventitius*: i. e. vel, conductitius aut auxiliarius miles [h]; vel, negotiator, seu peregrinus [i]. Vel, *qui ingressus fuerit munitionem*, Ch. sim. Q. He. in V. *qui congregati fuerint*, ό. Ar. Al. *decrepitus*, JT. Pi. Heb. *absumptus*, (ut 1 Sam. 26. 10. 1 Par. 21. 12 [k].) viribus, vel ætate [l]. Ità opponitur parvulis versu seq[m]. Al. qui sese *defendere pararit*, Ti.

16. *Infantes eorum allidentur*] Juxta prædictionem illam Psal. 137. 9. & ex talionis lege, 2 Par. 36. 17 [n]. ¶ *In oculis eorum*] Ad augendum dolorem. Vide Esa. 1. 7. Deut. 28. 31, 32 †. ¶ *Et uxores eorum violabuntur*; ità Mo. P. תִּשָּׁגַלְנָה] *Vitiabuntur*, Ti. JT. *stuprabuntur*, Ca. Pi. *habebuntur*, ό. *abducentur*, Ar. [Keri, sive marginalis lectio, hîc est תִּשָּׁכַבְנָה, quam sequi videtur Chald. qui sic vertit, *concumbentur*.]

17. *Qui argentum non quærant*, לֹא יַחְשֹׁבוּ] *Non æstimabunt*, Mo. P. &c. *non cogitabunt*, M. *nihil reputant*, Ti. h. e. Nemini parcent propter pecuniam [o].

18. *Et*, &c. וּקְשָׁתוֹת נְעָרִים תְּרַטַּשְׁנָה] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. Angl.) *arcus* (vel, cum *arcubus*, M. Angl. Ch. &, sub. *eorum*, sive *suis*, P. V. ex Ch. JT. Pi. Angl. ellipsis & præpositionis & pronominis [p]:) *pueros allident*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *scindent*, V. vel, *perfodient*, Ch. q. d. Non sufficiet illis occidisse, nisi etiam in mortuos sæviant [q]. Al. *Allident juvenes* transfixos *arcubus*, Angl. Al. *Arcus* (vel, *Hi sagittas*, Ar.) *adolescentium conterent*, ό. sim. Sy. Ar. ¶ *Et lactentibus uteri non miserebuntur*] h. e. Non parcent gravidis [r], nec fœtibus utero inclusis *; sed eos utero extractos discindent: quod extremæ feritatis est [s].

19. *Et erit Babylon*—*sicut*, &c. כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת סְדֹם] *Sicut subversio*, vel, *secundùm subversionem*, *Dei* (vel, quâ subvertit *Deus*, P. JT. Pi. Angl. Ch. ellipsis verbi ex nomine supplendi, ut Deut. 1. 27. Hos. 3. 1 [v].) *Sedom*, Mo. Pi. &c. vel, quam fecit in *Sodom*, M. q. d. Subita, totalis, inevitabilis & irrecuperabilis erit ejus ruina. Vide Deut. 29. 23. Esa. 1. 9. Jer. 49. 18. Zeph. 2. 9 [x]. At Cyrus eam urbem non sic subvertit [y]; sed tantùm cepit, ut refert Daniel, & civibus pepercit [z]. Quin floruit Babylon usque ad tempora Alexandri. Quidam, ut hinc se expediant, historiâ relictâ, ad sensus allegoricos confugiunt [a], & locum de reprobis omnibus accipiunt. Sed nimis violentum hoc, nec necessarium. Non unam duntaxat cladem hîc notat Propheta [c], quæ sub Cyro accidit, sed varia diversis temporibus accepta vulnera [d]; & excidium hîc comprehendit, quod longo pòst tempore sequutum est †. Impletum itaque erat, sed gradatim, hoc vaticinium. 1. Ablatum à Dario & Cyro imperium, Dan. 5. & 6. 2. Babyloniis postea rebellantibus, diruti sunt magna ex parte muri, Herod. l. 3. 3. Exstructis ibi urbibus, Seleuciâ, deinde Ctesiphonte, & tandem Vologesocertâ, illuc commigrantibus habitatoribus, penè exhausta est à civibus Babylonia. 4. Adriani tempore *nihil Babylonis præter muros reliquum erat*, inquit Pausanias, qui tum vixit: & Hieronymi ætate ità deserta est Babylon, ut nec pastores ibi commoda haberent pascua, sed tantùm ibi regiæ essent venationes, putà leones, apri, ursi, &c [f]. De ea sic Benjamin in Itinerario, *Ibi Babel*—*ubi etiamnum palatium Nebuchadnetsaris vastatum visitur, in quod homines ingredi timent ob serpentes ac scorpiones*. Quæ nunc Babylonia (& Bagdad) dicitur, nova urbs est, & alio loco sita [g].

20. *Non*, &c. לֹא תֵשֵׁב] *Non habitabitur*, ό. Mo. For. &c. *Non sedebit*, M. Ti. V. Angl. &c. nempe ut Regina, super thronum, Esa. 10. 13 [h]. ישב *sedere* statum significat, qu. d. Nulla est spes instaurationis [i]. Vel, *Non sedebit*, i. e. Non sedebunt in ea incolæ [k]. ¶ *Usque*, &c. לָנֶצַח] *In perpetuum*, sive *æternum*, V. Pi. &c. i. e. [illegible]que ad tempus à Deo determinatum [l]. Vel, Ruina ejus erit æterna [m]. *Non in æternum*, i. e. nunquam, ut Joh. 8. 51. & 11. 26 [n]. ¶ *Non fundabitur*, תִשְׁכֹּן] *Habitabitur*, P. Mo. vel, *habitabit*, M. Ti. Nec solium habebit ubi [Rex] sedeat, nec locum ubi habitet [o]. ¶ *Nec ponet* (vel, *tendet*, Mo. P. vel, *figet*, M.) *ibi tentoria Arabs*, יַהֵל וגו'] Pro יַאֲהִל, deficiente א. Similiter Job. 35. 11. מַלְּפֵנוּ, pro מְאַלְּפֵנוּ; & Prov. 17. 4. מֵזִין *. [Vide ad utrumque locum annotata.] *Arabs*, i. e. Arabes [p], qui erant pastores vagi [q]. Sive quòd loco ablata fuerit prior fœcunditas; sive quòd, ob continuas strages, conspectum ejus omnes horruerint [r]; sive quòd inter ruinas ejus in specubus laterent leones & dracones *. Mira hæc vastitas, præ qua errabundi hi Arabes eam neglexerint [t].

21. *Sed requiescent* (vel, *cubabunt*, M. Ti. sic Mo. P. &c.) *ibi bestiæ*, צִיִּים] *Tziim*, Mo. Ti. [Variè reddunt.] *Feræ*, JT. Pi. ό. Sy. Ar. K. & AE. in BA. G. sic Jer. 50. 39 [v]. Sed si צִיִּים sint *feræ* quævis, quorsum iis opponuntur אִיִּים *thoes*, Esa. 34. 14. & Jer. 50. 39? Quis ferat sic loquentem, *Habitabunt feræ cum thoibus* [x]? *Bestiæ horrendæ*, M. *bestiæ sylvestres*, P. *bestiæ desertum incolentes*, Q. in V. sim. For. Ang. à צִיָּה *siccitate* [y], vel loco sicco & vasto, Esa. 41. 18 [z]. Heb. *deserta*: metonymia subjecti [a]. Al. *simiæ*, Ch. *feles agrestes*, quales ibi fuisse docet Chald. hîc, & ad Esa. 34. 14. & Os. 9. 6. Id putem, 1. Quia vox צִיִּים vix aliter quàm terminatione differt ab Arab. ציאן, quæ *felem* sign. 2. Quia jungitur cum אִיִּים, locis citatis; nec multùm inter se differunt thoum & felium eatulientium voces [b]. ¶ *Et replebuntur domus eorum draconibus*, אֹחִים] Mirè variant. Plerique animal esse putant [c]; sed quale, nescio [d]. *Ohim*, Ti. *Noxiis animalibus*, JT. Pi. ab interjectione dolentis אָח; q. d. afferentibus homini dolorem. Nisi malis intelligere animalia quæ vocem lugubrem edunt, ut sunt bubones & ululæ †. *Animalibus lugubribus*, Ang. *furunculis*, Mo. P. *cercopithecis*, M. *mustelis*, Ch. *viverris*, V. He. in G. *Faunis*, Ca. Al. *clamoribus*, vel *ululatibus*, ferarum. Confirmant hoc, 1. Heb. אָח, & הֶאָח, quæ est vox gementis. 2. [Aliorum versiones.] Aquila in Procopio reddit, φωνῶν, *vocibus*, pro quo Hier. legit, portentoso errore, τυφώνων, *typhonibus*. [Sic & Th. in D.] Syrus, *filiâ vocis*, seu *echo*. Sic & Arabs, מן אלצדי, i. e. *voce*, vel *echo*; non, *ululis*, ut perperàm reddit Gabriel Sionita. Nam licèt vox Arab. צדי utrumque significet, Arabem tamen hîc pro *echo*, non pro *bubone*, sumpsisse hæc docent. 1. Quòd nullus Interpretum אֹחִים pro *avibus*, nedum pro *bubonibus*, sumat. 2. Tunc non dixisset sing. *bubone*, sed, *bubonibus*. 3. Quia Esaiæ Arabica versio ferè Græcam sequitur, quæ hîc habet, *sono* †. In Græco, ἦχος: sed credo eos retinuisse vocem Hebræam, & scripsisse ἠχίμ *. Hieronymus legisse videtur ἤχους, quod interpretatur *clamores*, seu *sonitus* †. ¶ *Struthiones*, בְּנוֹת יַעֲנָה] *Filiæ* (i. e. pulli [f]) *ululæ*, sive *ulularum*, V. sic Pi. Angl. &c. *sirenes*, ό. in V. *filiæ struthionis*, P. BA. [Vide quæ fusè dicta ad Job. 30. 29.] יַעֲנָה semper construitur cum *filia*: fortè quia hæc avis (struthio) non incubat neque fovet ova, ut potiùs videatur esse filia quàm mater, imò filia sine matre [g]. ¶ *Et pilosi saltabunt ibi*; ità Mo. שְׂעִירִים] *Scopes*, JT. Aves deformes motu satyrico, olim inauspicatæ, voce inconditâ, de quibus Homer. Odys. 5. Plin. 10. 23. Latini etiam *asiones* vocant [h]. *Simiæ*, For. *hirci sylvestres*, Q. in V. *Fauni*, V. vel, *Satyri*, V. Ti. Ca. Pi. Solent enim spectra illa apparere in locis desertis, apparéntque ceu pilosa [i]. *Dæmones*, ό. Sy. M. P. nempe hirciformes [k]. Vox propriè sign. *hircos*, Gen. 37. 31. Levit. 4. 23. (utpote *pilosos*;) deinde dæmones, Levit. 17. 7. 2 Par. 11. 15 [l]. vel, quòd hircorum specie sibi credentibus apparent [m]; vel, quòd videntibus horrorem incutiunt, adeòque pilos erigunt [n].

2. Et,

22. *Et*, &c. וְעָנָה אִיִּים] *Et cantabunt* (vel, *alternis canent*, Ti. vel, *canet*, Mo. vel, *Et clamabit*, JT. Pi. *Et clamabunt*, M. *clamabunt alternis*, BA. vel, *saltabunt*, Ch. vel, *habitabunt*, ο'. sim. Ar.) *ululæ*, sive *bubones*, P. Ti. Ca. Di. vel, *onocentauri*, ο'. vel, *sirenes*, Sy. vel, *hyænæ*, Ar. vel, *catti*, sive *feles*, Mo. Ch. V. M. nempe *sylvestres*, M. vel, *striges*, For. vel, *mustelæ sylvestres*, Q. in V. vel, *terrificum animal*, JT. i. e. draco: nam Propheta primùm de quadrupedibus, tum de volucribus, egit, præced. versu; nunc de reptilium genere [o]. Vel, animal *insularum*, Pi. Angl. (nam אִיִּים primariò *insulas* sign. Esa. 11. 11. & 40. 15. & 42. 15 [p].) i. e. animal peregrinum, in locis remotis degens [q]. Al. אִיִּים puto esse *thoes*, animal Arabibus notissimum, fulvum, gregarium, lupo minus, sed ei simile; quod Latini *papionem* vocant: [de quo vide Cl. Authorem.] Suadent id, 1. vox עָנָה, quod est, *alternis canere*, sive *respondere*. Thoum autem maximè proprium est, quòd alternis ululatibus sibi mutuò respondent, testibus Alberto, Bellonio, Scaligero. 2. Quòd אִיִּים est à sing. אִי, cui proximè accedit Arab. אוי *awi*: thoes autem Arabibus vocantur *filii awi* [r]. ¶ *In*, &c. בְּאַלְמְנוֹתָיו] [Variè reddunt.] *In viduis ejus*, i. e. in desertis urbibus [*]. Al. *in viduatis* (vel, *desolatis*, Ang.) *palatiis*, sive *ædibus*, *ejus*, JT. Mo. Ang. ut significationem habeat partim ab אַרְמוֹן, partim ab אַלְמוֹן [t]. *Ejus*, nempe Regis Babylonii, ut masculinum affixum indicat [*]. Al. *cum viduis* (id vox propriè sign. Esa. 10. 2. & 54. 4 [v].) *ejus*; qu. d. Clamabunt quæ conjuges amiserunt [x]. Alii, *in palatiis* (vel, *ædibus*, P. vel, *magnificis ædibus*, M. Ti. V.) *eorum*, Pi. Angl. Quod laudo, sive quòd אַלְמְנוֹת est pro אַרְמְנוֹת, permutatis ל & ר, ut in אֵלוֹ & אֵרוֹ *ecce* [y]; sive quòd, scribarum errore, una litera, ל, pro alia, ר, irrepsit; sive quòd, ex blæsa pronunciatione, una pro altera usurpata est [z]: sive etymon petamus ex Chald. אֲלַם *robustum esse*; q. d. potentes ac magnificas ædes, eodem modo quo הֵיכָל *palatium* deducitur à יָכוֹל *potuit*; sive potiùs alia de causa אַלְמָנָה & *viduam* & *palatium* sign. Nempe בִּירְתָא Syriacè sign. & *palatium*, *arcem*, & *terram non seminabilem*, sive sterilem. Sic בִּירָה Hebræis est *arx* quæ (sive ad regionis munitionem, sive ad Principis voluptatem, fiat,) in loco sterili exstructa est, ibique solitaria, viduæ instar, habitatur: unde, præfixo א, τῷ אביר Æthiopicè est *vidua*, quæ sterilis est & non seminatur [a]. Al. *in plateis eorum*, Ch. ¶ *Et sirenes*, וְתַנִּים] Sing. est תַּנִּים, plur. תַּנִּינִים, &, per syncopen, תַּנִּים [b]. [Variè reddunt.] *Ericii*, ο'. sic Ar. *canes sylvestres*, Sy. *& serpens*, JT. *& draco*, Pi. *& dracones*, M. P. Mo. Ti. Ca. Ch. Extremæ desolationis signum; nam draco sectatur solitudines, Ælian. 6. 63. Plut. de Def. orac [c]. Parùm refert scire genera animalium hîc indicata: sat est quòd feralia sint, & solitudinibus gaudentia [d]. ¶ *Prope*, &c. וְקָרוֹב לָבוֹא וגו'] *Et propè* (vel, *propinquum*, Pi. sim. M.) *est ut veniat tempus ejus*, P. Pi. &c. nempe Babylonis, ut docet affixum fœmin. i. e. tempus quo ipsa exscindetur †. Obj. At hoc non impletum est nisi post ducentos annos. Resp. 1. Propinquum erat, tum Deo, cui mille anni sunt ut unus dies, Psal. 90. 4. & 2 Pet. 3. 8. tum oculo fidei. Vide Joh. 8. 56. Heb. 10. 37. 2. Propheta hîc suos alloquitur tanquam in captivitate Babylonica [f].

[o] Jun. [p] Ang. [q] Pi. [r] BA 1. 3. 12. 843. [*] He. in Di. [t] Di. [*] Pi. [v] Ang. [x] He. in Ang. [y] Di. [z] Ang. [a] Di. [b] For. [c] BA. 2. 3. 14. 438. [d] For. † Pi. [f] Ang.

CAP. XIV.

1. *Miserebitur enim Dominus Jacob*] i.e. Judæorum captivorum in Babylonia [g]. Causam reddit præcedentis consilii de exscindendis Babyloniis [h]. ¶ *Et*, &c. וּבָחַר עוֹד בְּיִשְׂרָאֵל] *Et eliget adhuc*, vel *ampliùs*, *Israelem*, Pi. Ang. &c. vel, *de Israel*, Vulg. Ampliùs ostendet se eos elegisse in populum peculiarem [i]: vel, In gratiam eos recipiet, tanquam eos de novo elegisset. Vel vertas, *purificabit eos*, vel *eximios reddet eos*, *iterum*, ut Esa. 48. 10. Hag. 2. 23. vel, *seliget eos*, & colliget ex locis ubi dispersi sunt. Ità vox usurpatur 1 Sam. 2. 28. Zach. 1. 17. & 2. 12. Et hanc interpretationem confirmat sequens membrum [k]. *Delectum habebit*, &c. Juxta historiam, Judam & Benjamin ex Babylone reduxit; juxta mysterium, cùm omnes sub peccato essent, elegit discipulos suos, reliquias illas quas Apostolus *electionem* vocat [l], [Rom. 11. 5, 7.] *Elegit—in Israele*, i. e. aliquos eorum, Esa. 10. 21, 22 [m]. Verùm ב hîc redundat, vel nota est accusativi [n]. ¶ *Et requiescere faciet* (vel, *reducet*, Ti. sim. JT. vel, *collocabit*, Pi.) *eos*] Heb. וְהִנִּיחָם. ¶ *Adjungetur*, &c. וְנִלְוָה וגו'] *Et adjunget* (vel, *copulabit*, Mo.) *se* (Religione scilicet [o]) *peregrinus*, sive *advena*, (collectivè, pro, *advenæ*, ut Exod. 12. 48. Levit. 19. 33. &c [p].) *eis*, JT. Pi. P. &c. Impletum hoc partim in reditu ex Babylone [q]; & præcipuè sub Evangelio [r].

2. *Et*, &c. וּלְקָחוּם] *Et assument* (vel, *tollent*, P. &c.) *eos*, V. Calv. h. e. deducent honoris causâ, & se illis adjungent [*]. ¶ *Populi*] Variarum gentium, ut vox plur. indicat. Vide Esdr. 1. 4. & 7. 21, &c [t]. ¶ *In servos*] Nempe voluntarios [v]: libenter enim se offerent ut Ecclesiæ inserviant [x]. Vel, in subditos: Nam qui ex Gentibus idololatriam deseruerant, ut tutò viverent, in Judæam veniebant [y]. ¶ *Et erunt*, &c. וְהָיוּ שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם] *Et capient* (vel, *captivos ducent*, Ti. JT. &c.) *eos qui se ceperant*, P. sim. M. vel, *quorum captivi fuerant*, Ti. sim. JT. Pi. &c. Impletum hoc vel sub Maccabæis [z]; vel potiùs, sub Evangelio, per conversionem hostium, &c [a]. ¶ *Et subjicient exactores suos*] Multos ex ipsis Assyriis ad Religionem suam pertrahent [b].

3. *A servitute dura quâ*, &c. אֲשֶׁר עֻבַּד בָּךְ] *Quam serviisti*, P. *quæ exercita fuerit in te*, JT. Pi. *quâ oppressio facta est in te*, M. *quâ servitum fuit de* (vel, *in*, Mo.) *te*, V. Mo. i. e. quæ fuit exacta à te [c].

4. *Sumes*] Sub. *in os*, Pi. sim. V. ex Psalm. 50. 16 [d]. Pronunciabis, h. e. Dicere poteris †. ¶ *Parabolam istam*] Id est, sermonem hunc obscurum & figuratum [f], sublimem & elegantem [g]: vel, dicterium, sive dictum probrosum [h], ut Ezec. 16. 44. sic Deut. 28. 37. Jer. 24. 9 [i]: vel, carmen lugubre [k], quo sc. lugetur exitium ejus [l]. ¶ *Quomodo* (admirantis interrogatio & ridentis [m],) *cessavit exactor?*] Ità Mo. sic M. Ti. &c. Scilic. tributorum [n]. ¶ *Quievit*, &c? שָׁבְתָה מַדְהֵבָה] *Cessavit* (Quomodo *cessavit*, Pi.) *aurea?* JT. Pi. Angl. sub. vel, *urbs*, vel, *respublica*, Angl. Ellipsis substantivi, ut Psal. 73. 10. Esa. 40. 10. Ezec. 13. 11 †. q. d. Urbs hæc pretiosa & opulenta [o]. Congruit hoc cum *aureo capite*, Dan. 2. 32. & *aureo calice*, Jer. 51. 7 [p]. Al. *cupida* (vel, *exactrix*, vel *congregatrix*, V.) *auri?* P. V. דְּהַב ג מַדְהֵבָה *aurum*, quæ vox est Chaldaica [q]; sive Syriaca, quâ linguâ Chaldæi tunc utebantur, Dan. 2. 4 [r]. Chaldaica vox, ad perstringendam Chaldaicæ Monarchiæ superbiam ex fiducia opum, &c [*]. Al. *pensio aurea?* Mo. *tributum aureum?* M. Ti. For. דְּהַב *aurum*; idem, addito Mem, *ex auro tributum* declarat [t].

5. *Contrivit*, &c.] Responsio ad præcedentem interrogationem [v].

6. *Cædentem* (vel, *Percutientem*, Mo. M. vel, *Quod percutiebat*, Calv. vel, *Qui percutiebat*, Ch. Ang. Qui baculus *percutit*, Ti.) *populos in indignatione*] Sic M. &c. Heb. מַכֵּה וגו'. ¶ *Plagâ* (vel, *percussione*, Mo. P. *ictu*, Ca.) *insanabili*] Ità ο'. Ar. vel, *indesinente*, M. P. sic Ch. jugi & perpetuâ [x]: vel, *irremisso*, Ca. vel, *quæ non recedit*, Ti. sic V. *sine declinatione*, Mo. *absque aversione*, i.e. quæ non potest averti; vel potiùs, à qua non avertit manum qui cædit, ut continuationem percussionis declaret [y]. ¶ מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה] [Alii hoc membrum cum præcedente sic reddunt,] *Qui percutiebat populos cum excandescentia*, illius *plaga non amovebitur*, Pi. sim. JT. *Qui populos obstinatè cædebat immoderatis verberibus*, Sy. ¶ *Subjicientem*, &c. רֹדֶה בְאַף גּוֹיִם מֻרְדָּף בְּלִי חָשָׂךְ] *Dominantem* (vel, *Dominabatur*, Calv.) *in furore gentibus*, *persecutionem passum* (vel, *si quis persecutionem patiebatur*, Calv.) *non prohibuit*, Mo. P. Calv. i. e. Non prohibuit persequentem nè persequeretur illum. Ad verb. *persecutus est*, passivè, & sing. pro plur. *Persecutionem passi sunt*, *nec prohibuit*, sub. *suos milites nè aliis injuriam inferrent* [z]. Al. *Dominantem in ira gentibus*, Angl. ex He. M. *persequutionem passis* ab eo *absque ulla miseratione*, M. vel, *persequuti sunt sine prohibitione*, vel, supplendò aliquid ex membro præced. *Qui dominabatur in ira persecu-*

[g] Pi. [h] Pi. sim. Calv. Ang. Musc. &c. [i] Pi. Ang. [k] Ang. [l] For. [m] Q. in Ang. [n] Ang. [o] San. [p] Ang. [q] Ang. sim. M. [r] Ang. sim. Oecol. Calv. [*] V. [t] Ang. [v] Pi. [x] Ang. [y] G. [z] Ang. [a] For. [b] G. [c] V. [d] Pi. † Ang.? [f] V. [g] Pi. [h] Calv. Musc. in Marl. sim. Ang. [i] Ang. [k] Oecol. in Marl. [l] San. [m] Calv. [n] San. † Ang. [o] Pi. [p] Ang. [q] Pi. [r] Ang. [*] Jun. sim. Pi. Ang. &c. [t] For. [v] Pi. ex Calv. [x] V. [y] For. [z] V.

persecutionem passis, &c[a]. חָשַׂךְ vel est verbum, formâ infinitivi, *prohibere*, tanquam nomen; vel est nomen, quod *prohibitionem* sign. q. d. *Non cohibebat se*, vel *manum suam, à persecutione*; i. e. qui continenter gentes persequebatur[b]. Al. *Qui dominabatur cum ira gentibus persecutionem patitur, & non potest id prohibere*, Pi. sim. JT. vel, *& nemo prohibet*, Ang. Plerique tamen intelligunt de iis, non quæ Regi Babyloniæ acciderunt, sed quæ crudeliter egit[c]. Sensus, Eum confringet Dominus à quo multæ gentes persecutionem sunt passæ. Est enim hîc מֻרְדָּף passivum, & non activum, ut quidam ineptè vertunt[d].

7. *Conquievit*] Nempe, à priori servitute †. ¶ *Gavisa*, &c. פָּצְחוּ רִנָּה] *Jubilaverunt præconium*, Mo. *cecinerunt laudem*, P. V. sub. *propter pacem restitutam*, V. *fragorem edunt cantu*, JT. Pi. פָּצַח sign. *frangere*, Mic. 3. 3. Et Syrus τὸ ῥῆξον Gal. 4. 27. vertit, *erumpe*, nempe gaudio[f]. *Erumpunt in cantum*, ut Esa. 44. 23. & 49. 13. &c[g]. *Clamat cum lætitia*, ό. vel, *cum jubilo*, Ar. unde *jubilat læta voce*, Ti. *exsultat cum cantico*, Sy. sim. Ch. *aperientes* os suum *ad laudem*, M. *aperto triumpho*, Ca. רִנָּה sign. *sonorum clamorem*, sive ex dolore, ut Jer. 7. 16. Lam. 2. 19. sive ex gaudio, ut hîc, & Psal. 35. 27. &c[h].

8. *Abietes*; ità M. P. Mo. &c. בְּרוֹשִׁים] *Arbores*, Ar. sic ό. *pini*, Ca. *fraxini*, For. *dominatores*, Ch. ¶ *Lætatæ sunt super* (vel, *de*, P. Mo.) *te*] Ità M. Ca. &c. Apostrophe ad Regem Babyloniæ[i]. Videtur esse prosopopœia elegans, *Lætatæ sunt*, quòd non ampliùs cæderentur ad turres obsidionales, (ad ædes & naves construendas[k],) aliáque belli opera, ut vivente Sennacheribo[l]. Al. *Abietes & cedri* hîc denotant viros principes & divites[m]. Ut excelsi montes, ità proceræ quoque arbores, pro Regibus Regnísque usurpantur[n]. ¶ *Ex*, &c. מֵאָז שָׁכַבְתָּ] *Ex quo* (vel, *Ex tunc*, Mo. *Ex eo tempore quo*, P.) *occubuisti*, JT. vel, *obdormisti*, P. vel, *jacuisti*, Mo. sic Pi. ¶ *Non*, &c. לֹא יַעֲלֶה הַכֹּרֵת עָלֵינוּ] *Non* (vel, *nullus*, Ca. sic JT. Pi.) *ascendit succidens* (vel, *cæsor*, JT. Pi. sim. M. P. vel, *disperdens*, Ch.) *super* (vel, *ad*, Ca. vel, *contra*, JT. Pi.) *nos*, Mo. Ch. &c. Rectè; qui enim ramos arborum præscindunt arbores conscendunt[o]. Vel, *ad incidendum nos*, Ti.

9. *Infernus* (vel, *Sepulchrum*, JT. Pi. &c.) *subter*, &c. מִתַּחַת רָגְזָה] *Deorsum* (vel, *infernè*, JT. Pi. *desubtus*, M. *subter te*, Ch. *ab imo*, Sy. Additur hæc particula per pleonasmum; sicut, *volucres cœli*, & *cœli sursum*, & *terra deorsum*[p].) *contremuit*, Mo. sim. P. vel, *commotus est*, M. ό. Ch. sic V. JT. Pi. ¶ *In occursum*, &c. לְךָ לִקְרַאת בּוֹאֶךָ] *Propter te*, (vel, *tuâ causâ*, JT. Pi.) *in occursum adventûs tui*, Mo. P. vel, *venire tui*, Pi. vel, *ut tibi advenienti occurrant*, Ti. sim. JT. Pi. בּוֹא vel est nomen, vel infinitivus pro nomine sumptus[q]. Metaphora est, similis priori[r]. Ut arboribus lætitiam tribuit, ità & mortuis sermonem *, & animam, atque viventium passiones[t]. Ironia est salsissima. Quum adventu Regum tremunt populi, obviàm prodeunt, &c. fingit mortuos ei obviàm processuros, ut eum honore, sed quo dignus est, afficiant: q. d. Non solùm vivis mors ipsius, sed etiam mortuis, jucunda erit[v]. Metaphoricè hoc dixit, eò quòd ipso vivente totus orbis paveret[x]. q. d. Metuunt & mortui nè se affligeres, ut vivos afflixeras[y]. ¶ *Suscitavit* (vel, *Excitavit*, M. *Excitat*, JT. Pi.) *tibi* (vel, *propter te*, M. Pi. vel, *contra te*, Sy.) *gigantes*] Sic Ch. Ti. V. i. e. fortissimos quosque mortuos, ut tibi resisterent[z]: potentes Principes, qui à Chaldæis subacti sunt[a]. Vel, *Titanes*, Ca. *manes*, Mo. vel, *mortuos*, M. P. G. Ang. ut Psal. 88. 11. Prov. 2. 18. & 9. 18[b]. ¶ *Omnes*, &c. כָּל־עַתּוּדֵי אָרֶץ הֵקִים מִכִּסְאוֹתָם כֹּל מַלְכֵי גוֹיִם] *Omnes* (vel, Et *omnes*, M.) *principes*, vel *duces*, (vel, *directores*, M. vel, *hircos*, five *arietes*, Mo. Ti. For. qui totum gregem præcedunt & regunt[c],) *terræ*; *facit ut surgant* (vel, *suscitavit*, M. vel, *excitavit*, inquam, Ti.) *è soliis* (i. e. sepulchris[d]) *suis omnes reges gentium*, JT. Pi. sim. Mo. &c. Est prosopopœia, in qua mortui introducuntur cum dignitate quam olim habuêre †. Sepulchrum, velut Imperator mortuorum, suas omnes copias excitat ut Babylonium collapsum alloquantur, &, velut indignum qui sepeliatur secum, repudient à consortio suo[f].

10. *Respondebunt*] Cogitationi exspectantis commiserationem voce insultatoriâ respondebunt[g]. ¶ יַעֲנוּ] *Vociferabuntur*, P. *cantabunt*, Q. in Ma. nempe *alternis*, Al. in Ma. sim. For. ut quando alii aliis respondent in cantu. Vide ad Esa. 13. 22[h]. *Loquentur*, Calv. Ang. Sermonem serium ordientur[i]. *Locuti sunt*: fut. pro præt[k]. ¶ *Et tu*, &c. גַּם אַתָּה חֻלֵּיתָ וגו'] *Etiam tu* (*An & tu quoque*, Ti.) *infirmatus* (vel, *vulneratus*, Ti. vel, *captus*, ό. vel, *victus*, Ca.) *es sicut nos?* Ch. JT. &c. Interrogatio sarcastica[l]. Tu, qui te immortalem credebas, Esa. 47. 7[m]. & semideum; ut solent tyranni suâ magnitudine excæcati[n]. ¶ *Nostri similis effectus es*] Sim. M. P. Mo. Ti. JT. Pi. Ca. Qui neminem tibi parem putabas[o]. ¶ אֵלֵינוּ נִמְשָׁלְתָּ] *Et annumeratus es inter nos?* Ar. sim. ό. *& nobiscum traditus?* Sy. Possunt verba sic reddi, *In eminentia super nos eras constitutus*: at nunc *dejectus es in infernum*, &c. ut cum sequentibus conjungatur. Vel sic, *Ab eminentia, in qua super nos constitutus eras, in ordinem redactus es*. Nam cùm מָשַׁל *in eminentia constitutum esse* in voce activa significet; in passiva significare potest, *ab eminentia deponi, & in ordinem redigi, æquari*. Vide Psal. 143. 7. *Æquatus sum cum descendentibus in foveam*[p].

11. *Detracta* (vel, *Depressa*, Mo. Ca. vel, *Deposita*, M. vel, *Deducta*, JT. Pi.) *est ad inferos* (vel, *in sepulchrum*, Pi. V. JT. vel, *in fovea*, M.) *superbia* (vel, *magnificentia*, M. V.) *tua*; sic P. Ca. &c. הוּרַד שְׁאוֹל גְּאוֹנֶךָ] *Descendit* (vel, *Decidit*, Sy.) *in infernum*, &c. ό. q. d. Tecum perit[q]. ¶ *Concidit*, &c. הֶמְיַת וגו'] *Strepitus* (vel, & *strepitus*, M. Ang. vel, *cum strepitu*, Pi.) *nablorum tuorum*, Mo. &c. Non exstat alibi in S. S. הֶמְיַת *strepitus*, vel *sonitus*, sed הָמָה Ezec. 7. 16. De נֵבֶל vide Esa. 5. 12[r]. ¶ *Subter te sternetur tinea*, רִמָּה] *Vermis*, M. P. Mo. *tinea*, Ti. *lumbricus*, Pi. BA. 2. p. 254. *termes*, Angl. Loco panni serici auróque contexti, & aromatum, quæ Regum (maximè Assyriorum & Babyloniorum *) corporibus substerni solent[r]. ¶ *Et*, &c. וּמְכַסֶּיךָ וגו'] *Et operientes* (vel, *operit*, P. vel, *operiunt*, M. Ca. similiter Ti.) *te vermis*, Mo. vel, *vermiculi*, M. Plenus es vermibus[v].

12. *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui manè oriebaris?* הֵילֵל בֶּן שָׁחַר] *Lucifer fili auroræ?* G. P. Mo. &c. Periphrasis Luciferi[x], qui sic dicitur velut alumnus & comes Auroræ; ut pulli hærentes lateribus matrum apud Hebræos nominantur. Vide ad Gen. 18. 7. & alibi *. Vel, quòd splendere solet ante Auroram[y]. Vel, quia cum Aurora oritur, paulò antè Solis ortum[z], & quasi in Auroræ sinu nascitur. *Filius* autem vocatur quicquid in alicujus sinu atque complexu est; (ut insulæ, *filiæ maris*, & sagittæ, *filiæ pharetræ*[a]:) vel, quicquid ad aliud speciali modo refertur; ut, *filius anni*, 1 Sam. 13. 1. *verberum*, Deut. 25. 2. *mortis*, 2 Sam. 12. 5[b]. Alludit ad Satanam, qui olim decidit de dignitate sua; quem *Luciferum*, &c. vocat, quòd in maximo splendore creatus fuisset[c]. Gregorius Papa locum hunc de lapsu Diaboli accipit, & cum eo Scholastici[d], & Patres communiter †. Et hinc Satanas *Lucifer* sæpe vocatur[f]. Verùm hoc nomen illi nusquam in S. S. tribuitur, sed Christo. Vide 2 Pet. 1. 19. Apoc. 2. 28. & 2 Cor. 4. 6[g]. Ego, si ad mysterium hæc referrem, potiùs de casu Principis hujus mundi ab imperio quod habebat in seculo, quàm de priore illa ruina, interpretarer. Et huc forsan respexit Christus in Luc. 10. 18. *Vidi Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem*[r]. Sed satis constat ex contextu hoc dici de Rege Babyloniæ *: vel, 1. de Nabuchodonosore, quem sic vocat, quòd toti ferè orbi imperabat[t]; vel potiùs, 2. de Balthasare, quia de eo loquitur qui à Medis subjugandus erat[v]. Vel, de Sennacheribo loquitur. *Lucifer*, i. e. ô lucidissime Regum Orientis[x], qui splendebas instar Luciferi[y]. Significat non minùs incredibile visum fuisse ut hic de celsitudine sua caderet, quàm ut Lucifer de cœlo caderet[z]. Comparatio hæc satis exprimit Regiam & excellentem dignitatem; (unde Memnon Auroræ filius Græcis[a]; & Virgil. Æn. 8. de Pallante, *Qualis ubi oceani perfusus Lucifer undâ Extulit os sacrum cœlo*:) sed maximè quadrat in Reges Assyrios & Babylonios, qui, summum deorum Ignem arbitrati, quæ ignis propria erant sibi vendicabant: quare & *Solis* nomen usurpabant; & in acie lux eis præferebatur, ut, quasi Lucifer, Solem præcederet subsequentem[b]. Lucifer Heb. dicitur הֵילֵל ab *expansione lucis*[c]. Aq. locum sic accipit, *Ulula, ô fili auroræ*:

a Ang. b For. c Ang. d M. † San. f Di. g Ang. h Ang. i Pi. k Ang. l G. m Ch. in G. n San. o For. p For. q For. r Pi. * Calv. t For. v Calv. x V. y Q. in Ma. z V. a Ang. b Ang. c For. sic Ang. d Pi. † G. f Ma. ex Jun. g Oecol. in Marl.

h For. i Pi. k V. l Pi. m Ang. n Calv. o Ang. p For. q Pi. r For. * San. r For. sim. Ang. San. v V. x Pi. * Jun. y V. z Pi. sim. Ang. a San. b Ang. c V. d Glas. rhet. 1. 10. 228. † San. f Glas. ib. g Ang. r For. * Oecol. t V. v San. x G. y Pi. z Musc. in Marl. a G. b San. c For.

auroræ : id quod Lucifero necessariò tribuendum est: quare sensus [à præcedente] non est diversus [d]. Solent Hebræi hæc verba [nempe præsentis textûs] usurpare de omnibus impiis †. ¶ *Corruisti*, &c. [נִגְדַּעְתָּ לָאָרֶץ] *Resectus* (vel, *Detractus*, Calv. vel, *Afflictus*, Ti. vel, *Deturbatus*, Ca.) *es ad terram*, Mo. sim. P. JT. V. Ang. &c. Defectiva locutio [f], pro, Succisus corruisti in terram [g]; vel, Corruens in terram succisus es [h]. Similes loquutiones, Gen. 18. 6. *Festina* (i.e. Festinanter appara) *tria sata* : sic, *percutere* (pro, percutiendo dejicere) *in terram*, 2 Sam. 2. 22. & 18. 11: sic Gen. 15. 9. *Sume* (i.e. sumptam afferto) *vitulam* &c: simil. Exod. 18. 12. & 27. 20. &c [i]. Vel, *De terra succisus es*, ut ל valeat *de*, quod aliquando solet [k]. Al. Quomodo *detractus es*, &c? M. Quomodo *excisus es*, & *ad terram dejectus*, instar robustæ arboris [l]? ¶ *Qui*, &c? [חוֹלֵשׁ עַל גּוֹיִם] *Qui debilitabas* (vel, *vulnerabas*, Ti. Vulg. *opprimebas*, Ca.) *gentes*, P. sic Pi. &c. *debilitans super gentes*, Mo. Qui subjiciebas, & super eos insidens domabas, veluti jumenta [m]. Al. *infirmior factus gentibus*, M. *Debilis es suprà quàm gentes*, JT. *sortem projiciens super gentes*, Calv. He. in Angl. tanquam omnium regionum dominus, &c. Verbum hoc sign. (nempe in miscellanea Rabbinorum lingua [o],) *sortem jacere* [p].

13. *Qui*, &c. [וְאַתָּה אָמַרְתָּ] *Et* (vel, *Atqui*, Calv. vel, *Tamen*, Q. in Angl. vel, *Nam*, ut ratio reddatur præcedentis excisionis [q]: *Tu verò*, Pi. sic P. V.) *dixisti*, Mo. &c. vel, priùs *dixeras*, V. *Cùm tamen in corde tuo sic cogitares*, Q. in V. ¶ *In cœlum conscendam*] i.e. In terram Judæam, quæ *cœlum* dicitur, quòd Deo dicata esset. Sic Hebræi *exercitus cœli*, apud Dan. 8. 10 [r]. Ecclesia Dei dicitur *cœlum* Apoc. 4. 1, 2. & 12. 1. & Sancti, *stellæ*, Apoc. 1. 20. & 12. 1, 4. & Sanctuarium, *thronus* Dei, Psal. 99. 1. Jerem. 17. 12 *. *In cœlum*, nempe in Templum Dei, ut sequens membrum explicat [t]. Vel putabat se, post mortem, inter heroas vel deos numerandum: vel forsan, proverbialis est loquutio suam felicitatem admirantis, &c [v]. q. d. Ero dominator totius orbis [x]. ¶ *Super astra Dei*] i.e. Quæ Deus fecit, Gen. 1. 16 [y]: vel, astra pulcherrima [z]; ut, *montes & cedri Dei* [a]. q. d. Ad summum fastigium evehar [b]. Vel, super viros in Lege peritos. Vide ad Matt. 24. 29 [c]. ¶ *Sedebo in monte testamenti*, [מוֹעֵד] *Conventûs*, vel *congregationis*, Mo. P. JT. Pi. V. G. id est, Sione [d], vel Moria †; ubi erat Templum, quò conveniebant Judæi [f]. *Constituto*, Ti. *solennitatum*, Ca. *festivitatis*, Q. in V. *testimonii*, sive *testificationis*, Q. in V. M. *tabernaculi*, ut Psal. 74. 8. vel, *fœderis*, i.e. ubi Deus ratum fecit fœdus suum [g]. ¶ *In lateribus* (vel, *ad latera*, Pi. i.e. in uno è lateribus, plur. pro sing [h].) *Aquilonis*] Ità P. Mo. &c. Id est, vel, montis Sion [i]; in regia Sionis [k]; quæ urbi ad Aquilonem, Psal. 48. 2 [l]: vel, montis Moriæ, quæ Sioni erat ad Aquilonem [m].

14. *Ascendam super altitudinem nubium*] Ità T. sic P. &c. Longè supra alios mortales [n]. Vel, q.d. In adytum ipsum perveniam, ubi Deus in nube manifestare se dicitur [o]. Vel, Ego nubes conscendam, & indè non minora miracula patrabo quàm olim Deus Israel ex nubibus, Exod. 16. & 19. &c [p]. ¶ *Similis ero Altissimo*] Nempe Deo Israelis, cujus hoc proprium erat & familiare epitheton [q].

15. *In*, &c. [אֶל יַרְכְּתֵי בוֹר] *Ad latera* (Heb. *femora*, Angl.) *foveæ*, sive *laci*, V. Pi. &c. Non, *Aquilonis*, ut stultè somniabas [r].

16. *Qui*, &c. [רֹאֶיךָ אֵלֶיךָ יַשְׁגִּיחוּ] *Videntes te ad te prospicient*, Mo. P. &c. vel, *intente aspicient*, M. fim. Ang. vel, *inclinabunt se*, Ti. V. Calv. vel, *conquiniscent*, Ca. τὸ הִשְׁגִּיחַ (quod hîc tantùm est, & Psal. 33. 14. Cant. 2. 9 *.) notat *animi observationem cum gestu* [t]. ¶ *Teque*, &c. [אֵלֶיךָ יִתְבּוֹנָנוּ] *Ad te perpendent*, Mo. vel, *contemplabuntur*, P. *ut propiùs te considerent*, Ti. *ex animo spectabunt te*, M. *te diligenter observabunt*, For. Nempe, mortui sepulti [v], mirantes sortem tuam [x]; vix credentes unum & eundem esse qui tam diversas fortunas expertus est [y]. Al. *secum cogitabunt de te*. אֶל valet *de*, ut Genes. 20. 2. Psal. 2. 7. Esa. 37. 33 [z].

17. *Vinctis*, &c. [אֲסִירָיו לֹא פָתַח בָּיְתָה] *Vinctis ejus non aperuit carcerem*, Mo. P. sim. M. vel, *domum*, Ti. Non rectè vertit Pagn. 1. Quia sine necessitate אֲסִירָיו sumit pro לַאֲסִירָיו. 2. Quia insolens est per בַּיִת absolutè carcerem intelligere. 3. Quia negligit ה locale quod ei apponitur. Meliùs Junius, *Vinctos suos non solvebat* reversuros [vel, ut redirent, Pi.] *domum*. Verto simpliciter, *non dimittebat domum*. Confirmat interpretationem non tantùm res ipsa, sed & lingua Æthiopica, ubi פָּתַח, planè ut apud Hebræos, significat, 1. *aperire*, Luc. 2. 23. 2. *solvere*, Matth. 21. 2. 3. *dimittere*, ut Matt. 14. 15 [a]. *Captósque domum non relaxans*, Ca. *Qui non aperuit domum vinctorum ejus*. Vide ad Esa. 42. 7. vel, *Qui non solvebat* (ut vox usurpatur Esa. 51. 14. Jer. 40. 4.) *vinctos ejus domum versùs*, h. e. & dimisit eos domum. Defectiva loquutio, ut v. 12 [b]. Al. *Vinctos ejus non solvit interiùs*. בָּיְתָה alibi valet, *interiùs*. Est autem inhumanum, reclusos in penetralibus carceris compedibus & catenis oneratos detinere. Vulg. τὸ בַּיִת *carcerem* vertit, quamvis *domum* tantùm significet: at cùm de vinctis sermo est, quid nisi *carcerem* intelligas [c]?

18. *In gloria*] q. d. Honorificè sepulti [d]. ¶ *Vir* (vel, *quisque*, Pi. Ang.) *in domo sua*] Id est, in sepulchro, quod est domus sempiterna †. Vide Eccles. 12. 5 [f]. In sepulchris majorum suorum [g].

19. *Tu autem projectus* (vel, *abjectus*, Sy. Ti. Ca. sic JT. Pi. vel, *ejectus*, Ang.) *es de sepulchro tuo*] Ità P. &c. i.e. *projectus* & exclusus *è sepulchro*, ut Psalm. 79. 2, 3. Nec enim vult eum è sepulchro extractum, &c [h]. Sensus, Jacebis diu insepultus, [tu, ô Sennacherib;] nempe, quamdiu filii interfectores tui Niniven tenere poterunt [i]. At hi statim aufugerunt, & successit alius filius. Potiùs de Balthasare accipio, qui noctu occisus, Dan. c. 5. v. 30. in illa confusione insepultus jacuisse videtur [k]. ¶ *Quasi stirps* (vel, *surculus*, M. JT. &c.) *inutilis*, [נֵצֶר נִתְעָב] *Abominabilis*, Mo. P. Pi. &c. Qui à putatoribus arborum projicitur in terram, tanquam nullius pretii vel usûs, ibique jacet usque dum putrescat, &c [l]. ¶ *Pollutus*, &c. [לְבוּשׁ הֲרֻגִים מְטֹעֲנֵי חֶרֶב] *Vestimentum* (vel, quasi *vestis*, For. sic JT. Pi. Sy. vel, *vestimenta*, M.) *occisorum*, *perforatorum* (vel, *qui confossi sunt*, P. vel, *quæ perforata sunt*, M. *onustorum*, Al.) *gladio*, Mo. Pi. id est, ictibus gladii: meton. efficientis [m]. *Onustorum crebris ictibus gladii*, JT. Hoc addit, quia homo aliter occîdi poterat, nempe per contusionem, sine effusione sanguinis, &c [n]. Solet autem hujusmodi vestis projici, propter cruoris & cædis horrorem [o]. Judæis mortuorum vestes immundæ habebantur, &c. Vide Num. 19. 14, 16 [p]. Verbum טָעַן hîc tantùm occurrit, & Gen. 45. 17 [q]. [ubi annotata vide.] ¶ *Et descenderunt*, &c. [יוֹרְדֵי אֶל אַבְנֵי בוֹר] *Descendentium* (vel, *qui demittuntur*, Ca. vel, *& descendunt*, M. vel, aut *qui descenderunt*, P. vel, ut *descendentes*, JT. Pi. vel, aut ut vestes *quæ conjiciuntur*, i.e. quæ demittuntur [r],) *ad lapides cisternæ*, sive *foveæ*, Mo. JT. &c. i. e. in sepulchrum stratum lapide. Videtur ad morem militarem alludere. Militum enim interfectorum cadavera unà cum vestibus luto fœdatis conjiciuntur in foveam *. Vel, *vestes descendentium*, &c. hîc vocat linteamina illa quibus cadavera obvolvebantur, quæ si quis è sepulcris auferat, nemo erit qui vel tangere non maximè abhorreat [t]. ¶ *Quasi cadaver putridum*, [מוּבָס] *Conculcatum*, Mo. P. &c. Lacerum erit cadaver tuum [v].

20. *Non*, &c. [לֹא תֵחַד אִתָּם וגו׳] *Non unies* (vel, *conjunges*, Calv. sim. Ti. Ca.) *te cum eis* (i.e. cum Regibus gentium [x]) *in sepultura*, Mo. P. &c. *Nec sepulturâ cum eis fruêris*, Sy. *Non eris sicut unus ex eis in sepulchro*, Ch. Non eris similis illis honore sepulturæ [y]. ¶ *Terram tuam*, &c.] Exactionibus, mulctis, occisionibus, &c [z]. Non tantùm exterorum Regna & urbes destruxisti, sed nè tuis pepercisti [a]. ¶ *Non*, &c. [לֹא יִקָּרֵא לְעוֹלָם וגו׳] *Non prædicabitur* (vel, *vocabitur*, Mo. P. vel, *permanebit*, Ch. sic ὁι.) *in seculum* (vel, *unquam*, Pi.) *semen maleficorum*, JT. Pi. &c. *Vocari* hîc ponitur vel, 1. pro, nominari filium talis viri, ut Gen. 21. 12. & 48. 16: vel, 2. pro, celebrari, ut Num. 1. 16. Ezec. 23. 23: vel potiùs, 3. ex collat. v. seq. pro, durare. Vide Esa. 4. 3. *Non in æternum*, i. e. non omnino, vel nunquam. Vide Joh. 8. 51, 52. & 11. 26 [b]. Memoria eorum citò delebitur [c]. *Non nominabitur*, i. e. nusquam erit [d].

21. *Præparate filios ejus occisioni*; ità P. &c. [לְבָנָיו מַטְבֵּחַ] *Filiis ejus occisionem*, Mo. sim. M. JT. Pi. Alloquitur Deus

Marginal notes (left): d San. | † G. | f Ang. | g V. | h For. | i Ga. adv. 31. 330. | k For. | l Pi. | m For. | o Ang. | p Calv. | q Ang. | r G. | * Ang. | t For. | v San. | x V. | y Ang. | z Pi. sic Ang. | a Ang. | b Bu. 2. 172. | c G. | d V. | † G. | f G. sim. V. M. | g Q. in V. | h V. | i V. | k G. | l G. sim. V. | m Ang. | n Q. in San. | o G. | p San. | q San. sim. Ang. | r Ang. sim. San. | * Ang. | t For. | v Pi. | x V. | y For. | z Ang.

Marginal notes (right): a Di. | b Ang. | c For. | d For. sim. Ang. | † V. sim. | f Ang. | g Pi. sim. Ang. | h Ang. | i G. | k Ang. | l Ang. | m Pi. | n Ang. | o Musc. | p Ang. | q Ang. | r Q. in V. | * V. | t For. | v G. | x Pi. | y V. sim. Ang. | z Ang. | a Musc. | b Ang. | c M. | d For.

Deus Medos & Persas *. ¶ *Non*, &c. [בַּל יָקֻמוּ] *Nè* (sub. *postliminiò*, Ti.) *consurgant*, Mo. P. vel, *Non consurgent*, For. *Non consistent*, V. For. i.e. non procedent, non proficient [f]. Nè consurgant loco patrum, ad redintegrandum Regnum, &c [g]. ¶ *Neque*, &c. [וּמָלְאוּ פְנֵי תֵבֵל עָרִים] *Atque* (vel, *neque*, Ang. ut negativa suppleatur ex membro præcedente, ut Psal. 9. 19 [h].) *impleant faciem*, sive *superficiem*, *orbis* (vel, *orbis habitabilis*, JT.) *urbibus*, Ang. sic Mo. JT. Pi. Glas. i. e. Nè dominium suum redintegrent & amplient, dispergentes se in varias regiones, & reædificantes illas urbes quas antè destruxerant [i]. Vel, *arcibus*, Ti. Al. *osoribus*, V. *inimicis*, sive *hostibus*, M.P.Ch. Ità quidem vox sumitur 1 Sam. 28. 16. Psalm. 139. 20. Dan. 4. 19 [k]. Significat impios omnes esse hostes generis humani, imò universæ terræ, à quibus, tanquam vepribus, terra suffocatur; ideóque Deum consulere omnium saluti quum eos tollit è medio [l]. Al. *bellis*, sive *præliis*, ο'. Ar. [Alii locum sic reddunt,] *Non consistent, neque possidebunt terram, & tunc replebitur facies terræ urbibus*. V. 17. dixit, *urbes ejus destruxit*: cùm autem mortui fuerint ipse & filii ejus, *implebitur facies terræ civitatibus* [m].

22. *Et consurgam*, &c.] Vel, Ego *quoque insurgam in eos*, V. *Nam consurgam*, &c. Calv. Ang. Ratio cur perficietur quod interminatus est [n]. ¶ *Et perdam Babylonis nomen*, &c. sic JT. Ca. Pi. [לְבָבֶל] *Babyloni*, Pi. *Regis Babylonis*, V. *de Babylone*, Ang. Calv. Perdam, nempe ad tempus, ut suprà 13. 20 [o].

23. *Et ponam eam in possessionem ericii*; ità Mo. P. sic ο'. Ch. Ar. M. Ca. V. vel, *hystricibus*, Sy. [קִפֹּד] Quid sit, non constat [p]. De eo variant interpretes [q]. Tria elementa de eo certant: nam alii terræ adscribunt, alii aquæ, alii aeri cum volucribus. 1. Quibusdam animal est aquaticum. Sed hîc variant. Pars *testudinem* esse vult, pars *castorem*, pars *lutram*. Hi omnes nituntur etymologiâ vocis, קָפַד, quæ signif. *præcidere*, Esa. 38. 12. ut textor stamen præcîdit, &c. His autem animalibus mira præcîdendi vis. De castore constat [r]. *Animal est horrendi morsus*: *arbores juxta flumina, ut ferro, cædit*, &c. Plin. 8. 30 †. Idémque ferè lutræ ascribit Aristot. Animal. 8. 5 [t]. Idem in testudine mirere magis, quòd, *cùm illi dentes non sint, rostri* tamen *acie comminuit omnia*, inquit Plin. 9. 10. & 11. 37 [v]. Est itaque קִפּוֹד, vel 1. *testudo*, quæ Arab. dicitur קנפאד [x]. Sed graviter errat: nam testudo Arabicè non dicitur *kunphud*, sed *sulachpha*, q. d. cortice latens, à *silch*, vel *sulch*, *cortex*, & *chapha*, *occultare*: *kunphud* autem hericius est [y], [ut statim docebitur.] Vel, 2. *fiber*, sive *castor*, Q. in Ful. Ti. qui ἀμφίβιος est, & aquis & terræ assuetus. Quid si *lutram* interpretemur? Ea est *è genere fibrorum*, Plin. 32. 11 †. 2. Aliis est avis. Sed & hîc variant [z]. Est vel, 1. *plancus*, sive *aquila anataria*, Q. in Ful. JT. Pi. *Huic vita circa lacus*, Plin. 10. 3. Id congruit Prophetæ scopo [a]. Vel, 2. *cypselus*; qui & *apus* vocatur [b], quia quasi caret pedibus. Est hæc ex hirundinum genere, & super paludibus & maribus citatissimè volat [c]; in ruinis etiam & desertis ædibus nidificat [d]. Vel, 3. *butaurus*, sive *ardea stellaris*, Q. in BA. Ang. Gal. Ea est avis aquatica, quæ, rostrum luto vel arundini immittens, horrendum edit sonum. Suadent hanc interpretationem tum contextus, tum collatio Esa. 34. 11. & Zeph. 2. 14. ubi cum *corvo marino* jungitur *. Vel, 4. *noctua*, quæ desertas ædes incolit [f]. 3. Aliis est animal terrestre, nempe *hericius*, sive *erinaceus* [g]. Probatur, 1. ex auctoritate ο'. & Hi. 2. Ex Hebræis. Ità accipiunt R. Nathan, Pomarius, RS. & Elias. Et in Talmude קִפּוֹד *kippod*, vel קופד *kuphad*, quod idem est Chaldaicâ inflexione, sæpe ponitur inter bestias quadrupedes. [Vide loca in authore.] 3. Ex lingua Arabica, ubi *kunphud* (quod idem cum Heb. קפוד, defectum puncti Dagesch supplente, ut ו in Chald. *kuphad*, ità נ in Arab. *kunphad*,) sign. *hericium*, sive *herinaceum*, (ut constat ex Damire, Avicenna & Abenbitare, qui Dioscoridis & Galeni loca de echino reddentes, eum *alkunphud* vocant;) necnon *hystricem*, qui, Damire teste, est *hericius major* [h]. Obj. 1. At nihil est in herinacei natura quod τῷ קפוד convenit [i]. Resp. Hoc non possum mirari satis, cùm קפוד semper describatur in Esa. & Soph. ut animal solivagum & φιλέρημον, quale est herinaceus, ideo dictus

*Pi. sim. V. · [f] For. · [g] Ang. · [h] Ang. · [i] Idem. · [k] Idem. · [l] Calv. · [m] V. ferè ex M. · [n] Ang. · [o] G. · [p] For. · [q] Ful. · [r] BA. 1. 3. 36. 1035. · † Ful. misc. 1. 18. BA. ib. · [t] Ful. ibid. · [v] BA. ex Ful. · [x] Ful. ex R. Jos. K. · [y] BA. ib. 1037. · † Ful. · [z] BA. ib. 1036. · [a] Ful. ib. · [b] Q. in BA. ità For. & Ma. & Marin. ex Forst. · [c] For. sim. Ma. ex Forst. · [d] For. · * Ang. · [f] Q. in Ang. · [g] BA. Q. in Ful. &c. · [h] BA. ib. 1039. · [i] Ful. in BA.

Græcis χὴρ, teste Hesychio, nempe ἀπὸ τῆς χηρώσεως, sive ἐρημώσεως, quippe quem ab animalium societate prohibent aculei, quos impunè nemo attigerit [k]. Obj. 2. τὸ קפוד aquaticum animal esse docent verba sequentia, *& stagna aquarum* [l]. Resp. 1. Dantur echini, ut terrestres, ità etiam marini, sive fluviatiles, testibus Avic. Damire, Æginetâ, &c. 2. Ego autem textum hunc aliter interpretor, *Ponam eam in possessionem τῶ kippod*, (i.e. terrestris echini,) *etiam stagna aquarum*: i. e. Non modò desolabitur urbs, sed & vicina stagna sic exarescent, ut tam apta futura sit in iis quàm in urbe echino terrestri sedes, qui locis aridis maximè delectatur. Sic, antequam קפוד in Ninive diversetur, *in siccitatem* poni dicitur, Soph. 2. 13. sim. Esa. 34. 11 [m]. Obj. 3. קפוד est avis, quia cum avibus jungitur Esa. 34. 11 [n]. Resp. Res diversi generis permixtè aliquando narrari per congeriem, novum non est [o]. Sic Esa. 34. 13. Et Sophonias, c. 2. v. 14. *greges*, *bestias*, *pelecanum* & *kippod* simul in unum fascem congerit. Sic Sophocles in hoc versu in Amyco Satyrico, Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοὶ, *grues*, *cornices*, *noctuæ*, *milvi*, *lepores*. Scio nonneminem legere λάροι. Sed frustrà, nam Athen. 9. 14. hunc versum citans habet λαγοὶ. Similiter in Luciani Dea Syria hæc junguntur, *In atrio autem liberi pascuntur boves magni, & equi, & aquilæ, & ursæ, & leones* [p]. ¶ *Et in paludes* (vel, *stagna*, M. Ti. Ca. &c.) *aquarum*] Sensus loci, Efficiam ut, ubi nunc est Babylon, ibi sint multa stagna in quibus sint testudines [q]. Babylon erat in loco palustri ob Euphratem, cujus aggeribus & cataractis neglectis magis talis evasit, &c [r]. ¶ *Et*, &c. [וְטֵאטֵאתִיהָ בְּמַטְאֲטֵא הַשְׁמֵד] *Et scopabo* (vel, *verram*, Ti. sim. Ca. JT. Pi. Sy.) *eam in scopa*, vel *scopis*, (vel, *everriculo*, JT. Pi.) *delendo*, Mo. vel, *evacuando*, M. vel, *dissipationis*, P. vel, *perditionis*, JT. Pi. Sy. vel, *vastatrice*, Ti. vel, *exitialibus*, Ca.

24. *Juravit Dominus*, &c.] Nec sine causa: Nihil enim difficiliùs nobis persuadetur, quàm impios statim perituros esse, cùm eos florentes videamus, &c †.

25. *Ut conteram* (vel, *Ad frangendum*, Mo. vel, Nempe *ut frangam*, Pi.) *Assyrium in terra mea*] Sic P. M. Ti. &c. Locus hic torquet eos qui omnia hæc intelligunt de Babylonis excidio, de quo & v. præced. jurat Deus: hoc autem versu loco *Babylonis* substituit *Assyrium* in Judæa delendum, quasi idem fuerit [t]. [Quid hîc dicendum?] 1. Non malè convenit hîc *Assyrios* pro *Chaldæis* poni, quia verisimile est hos primos semper fuisse in procinctu cùm Judæi oppugnandi essent, ideóque militâsse sub auspiciis Chaldæorum, qui tum dominabantur [v]. Adde quòd Rex *Babylonis* videtur nominari *Rex Assyriæ*, Neh. 9. 32. 2 Par. 33. 11 [x]. 2. De Sennacheribo apertè loquitur [y]. [Sed non uno modo accommodant.] Additur hoc ut confirmet præcedens vaticinium de Imperii Chaldaici ruina, ex mira & insperata deletione Sennacheribi, quam nuper viderant. Simile vide Ezec. 31. 3,—18 [z]. Sic ergò versum redderem, Sicut (Ellipsis notæ similitudinis, quæ valde frequens est,) *in frangendo* (De tali usu ל cum infinit. vide Esa. 3. 8. &c.) *Assyrium in terra mea*, *conculcabam* (Heb. fut. pro præt. ut Psal. 18. 37, 38, 43, 44.) *eum super montes meos*, *ut jugum ejus ab illis recederet*, &c. Ità, scilicet, nè dubitate quin perdam Babylonem, &c [a]. [Al. sic,] *Cùm frangendo Assyrium in terra mea*, *super montes meos*, *proculcavero eum*; *tum amovebitur ab istis jugum ejus*, *& onus ejus ab humero istius* (nempe populi mei †) *amovebitur*, JT. Confirmat superiores interminationes in Babyl. tum à juramento Dei, v. præced. tum ab exemplo judicii præcedentis contra Assyrios, hoc versu; in quo prophetica est definitio temporis quo in Babylonios judicia sua exerciturus est Deus, nimirum postquam perfecerit interminationem quam priùs Assyrio denunciaverat, cap. 10. 26, 27. Sic priorem illam eversionem Assyriorum tanquam signum proponit hujus longo pòst intervallo eventuræ, ut apud Jirmeiam exempla leguntur quàm plurima *. [Alii sic:] Prophetia hæc à superiore diversa est [b]. Hucusque prophetia de Babylone [c]. Jam redit ad sua tempora, & ad Sennacherib urbi jam incumbentem, de quo cap. 7 [d]. Hîc jurat Deus, illa omnia eventura quæ à cap. 7. dixerat de hostibus Judæorum, nempe de Regibus Samariæ

[k] BA. ib. 1042. · [l] Q. in BA. · [m] BA. ib. · [n] Q. in BA. · [o] Ful. ib. · [p] BA. ib. · [q] V. · [r] Ang. · † Calv. · [t] For. · [v] Calv. · [x] Ang. · [y] San. · [z] Ang. sim. Calv. · [a] Ang. · † Jun. · * Jun. · [b] Q. in Musc. · [c] San. · [d] Me.

riæ & Syriæ. Sed hæret præsertim in Sennacherib, quia hic jam urbi imminebat. Hæc verò repetitio certitudinem rei confirmat, &c *. ¶ *Et in montibus meis*] Scil. Judææ. Complementum vide 2 Reg. c. 19. v. 35 [f]. ¶ *Et auferetur* (vel, *Ut recedat*, Pi.) *ab eis* (nempe, vel Judæis *, vel montibus meis [g],) *jugum ejus*] Nempe Regis Assyriæ [h]. q. d. Non pendent tributa, nec servient Assyrio [i].

26. *Hoc consilium*] Nempe Dei [k]. ¶ *Super* (vel, *contra*, Pi.) *omnem* (vel, *totam*, Calv. Pi.) *terram*] Ità Ang. &c. h. e. Magnum illud Imperium, quod toti mundo dominari videbatur, Esa. 13. 11 [l]. & per totum ferè orientem patuit. Nec potuit tanta Monarchia concidere, quin magnam variarum nationum ei subditarum ruinam secum traheret. Docet etiam Propheta magnitudinem hujus Imperii non obstare Deo quò minùs suum exsequatur decretum [m]. Al. *illam terram*, JT. Pi. nempe Babyloniam [n]. Vel, *illam terram* quæ bella moverat contra Judæos, præsertim Assyriam [o]. ¶ *Super* (vel, *contra*, Pi.) *universas gentes*] i. e. Chaldæos, aliósque qui eis subditi erant ac serviebant [p]; qui cum eis fœdus inierant contra Judæos, &c [q].

27. *Decrevit*; (vel, *consuluit*, sive *consultavit*, M. P. Mo.) *& quis poterit infirmare?*] Vel, *& quis irritabit?* Mo. P. vel, *poterit dissolvere?* M. sub. *illud*, nempe consilium Dei contra Babylonem. Futurum sumitur sensu potentiali, ut Job. 14. 4. &c [r]. ¶ יָעַץ וּמִי יָפֵר] Aliquid *constituente, quis ipsum faciet irritum?* Ti.

28. *In anno quo mortuus est rex Achaz*] Hîc debuit esse initium cap. 15. quoniam Propheta novum argumentum ingreditur †. Est alia prophetia, cum superiore non cohærens *. A Babyloniis transit [t] ad vicinas gentes [v]; ad Palæstinos, qui, vivente Achazo, in pœnam perfidiæ ipsius, superiores erant, &, ipso mortuo, majora sperabant, quòd hæredem puerum reliquisset. Quæ circumstantiæ diligenter notandæ sunt [x]. Incipit hîc quartum tempus prophetiarum Esaiæ. Vide suprà c. 1. v. 1 [y]. ¶ *Factum* (vel, *patefactum*, Pi.) *est onus istud*] Id est, onerosa hæc prophetia, ut Esa. 13. 1 [z]. de clade Philistæorum [a].

29. *Ne læteris—quoniam* (vel, *quòd*, M. P. Mo. &c.) *comminuta* (vel, *confracta*, P. Mo. &c.) *est virga percussoris tui*, שֵׁבֶט מַכֵּךְ] *Virga percutiens te*, V. vel, *percussionis tuæ*, P. vel, *percutientis te*, Mo. sim. M. Ti. *dominium cui serviebatis*, Ch. Sensus, Noli tibi placere ob mortem vel, 1. Azariæ sive Oziæ Regis, qui res tuas valde afflixit, 2 Par. 26. 6 [c]: vel, 2. Achazi [d]. At is, quoties cum eis conflixit, victus est. Ad personam aliquam hoc non restringitur, sed in unius persona totum Judæorum corpus designat *, omnésque (præcedentes [f]) Reges aut duces Israel, quorum armis Deus contuderat Philistinos [g]. ¶ *De radice* (vel, *stirpe*, Ca. vel, *semine*, ο'.) *enim colubri* (vel, *serpentis*, P. Mo. &c. nempe vel Achazi [h], vel Oziæ [i],) *egredietur* (vel, *nascetur*, Ti. vel, *prodiit*, JT. Pi.) *regulus*; sic Mo. P. Ti. vel, *basiliscus*, Pi. vel, *hæmorrhous*, JT. vel, *aspis*, M. *vipera*, Ca. כִּי מִשֹּׁרֶשׁ נָחָשׁ יֵצֵא צֶפַע] Proverbium periculi majoris leviori succedentis [k]. Similitudo aptissima; nam regulus colubro nocentior est, prester autem [qui sequitur] regulo [l]. Ex sanguine Oziæ, per Jothamum & Achazum, egredietur Ezechias, multò vobis plùs nociturus quàm Ozias fecerat [m]. De צֶפַע aliquid diximus Esa. 11. 8 [n]. [Vide quæ ad Prov. 23. 32. congessimus.] Fortè alludit ad virgam Mosis, quæ in colubrum versa est [o]. Non mirum hîc Regem potentem per *serpentem* aut *basiliscum* adumbrari. Nam apud Ægyptios *Reges in diadematibus pictas aspides gesserunt, quæ invictam imperii potentiam significarent*; quia, scilicet, *eorum qui ab aspide morsi sunt nemo evadit*: Ælian. Hist. 6. 38. Vide & Horum, 1. 56, 57, &c. Præcipuè basiliscus est figura Regis: Is enim Arab. *melecha*, Græcis βασιλίσκος, & Latinis *regulus*, vocatur. Eum *reptilium Regem* vocat Nicander Ther. v. 397. Adde quòd hic non toto corpore pronus serpit, sed erecto capite, & mediâ parte corporis. Nec solùm Ezechiæ, sed & Christi, symbolum esse creditur basiliscus. Unde Jonathan locum sic παραφράζει, *quia de filiis filiorum Jesse exibit Messias*: ubi basilisci nomine Christum intelligit, ut illum antea significaverat Moses *per serpentem in deserto erectum*. Ibidem etiam *Jesse* est

Margin: * San. f Pi. * Pi. g G. h Pi. i V. k Pi. l Ang. m Calv. n Jun. sim. Ang. o San. p Ang. q San. r Ang. † Calv. * G. t Calv. v San. x Calv. y Pi. z Ang. a Pi. c G. For. Ang. &c. d Q. in Calv. * Calv. f Ang. g San. h Ca. i Pi. G. BA. Ang. k San. l Musc. m G Ang. &c. * G. o For.

pro נָחָשׁ *serpens*. Nec sine causa: Nam Jesse, teste K. dictus est נָחָשׁ *Nahas*. Vide 2 Sam. 17. 25. ubi *Abigail filia* dicitur *Nahas*, qui idem est cum Jesse [p]. ¶ *Et semen*, &c. וּפִרְיוֹ שָׂרָף מְעוֹפֵף] *Et* (vel, *Etiam*, JT. Pi.) *fructus* (vel, *fœtus*, Ti. Ca.) *ejus* (scil. serpentis, nempe Uziæ [q]; sub. *erit*, M. Ti. &c.) *cerastes* (vel, *serpens ignitus*, sive *urens*, Mo. V. M. *prester*, JT. Pi. Ti. Ca. Sy. vel, *hydrus*, vel *chersydrus*, BA. 2. 3. 13. [unde plura decerpsimus in Annotatis ad Num. 21. 9.] vel, *serpens*, G. Ch. sic ο'. Ar.) *volans*, P. &c. vel, *volucris*, Ca. non saltu, ut perperàm scribunt Hebræi, sed vero volatu [r]; nam hydra, vespertilionum instar, membranaceas habet alas †. Al. *serpens—volans*, i. e. saltitans. Videntur enim serpentes volare dum saltitant *. Jaculus: (vel acontias [t].) Coluber lentè procedit, & propterea faciliùs caveri potest; jaculus improvisus supervenit [v]. Saltus hîc *volatus* dicitur, ut in Lucano, —*jaculique volucres*: nec enim dantur serpentes alati [x]. Et vox Hebræa de celeri motu usurpatur, Psalm. 18. 11. & 91. 5. Esa. 11. 14 †. Verùm serpentes alati reperiuntur in Libya, Cic. de Nat. deorum, l. 1. & Jos. Antiq. 2. 5. & in Arabia, Herod. 2. & 3. Mela 3. 9. Lucan. 6. Ammian. 22. Ælian. 2. 38. Tales etiam vidisse se testantur Cardan. de Varietate rerum c. 29. Le Blanc Peregrinat. 1. 25. Vide & Scal. in Cardan. exercit. 183 [y]. *Erit prester*, &c. i. e. letaliter & celeriter affliget Philisthæos [z].

30. *Et*, &c. וְרָעוּ בְּכוֹרֵי דַלִּים] *Et pascentur* (id est, abunde habebunt quod edant [a], cùm tu fame peribis, Esa. 5. 17. & 65. 13: vel, *pascentur*, sub. *tranquillè*, & tutò, ex sequente membro: vel, *depascent*, sub. *te*, qui antea depascebas eos, Esa. 27. 10. Zeph. 2. 7 [b].) *primogeniti tenuium*, sive *pauperum*, M. P. Mo. Pi. &c. id est, homines pauperrimi & miserrimi, quales esse solent qui succedunt parentibus pauperibus [c]. Pauperrimi quiq; [d], quales tum Judæi erant *. Etiam pauperrimi inter Judæos habebunt de se unde vivant [f]. Qui vobis erit draco volans & ardens, populo suo pastor erit & protector [g]. Ratio phraseos est, quòd primogenitus præcipuus erat in familia. Hinc illæ phrases, Exod. 4. 22. Psal. 89. 28. & præcipuè Job. 18. 13 [h]. בְּכוֹר dicitur etiam præcipuum in rebus quibusvis [i]. Al. *Pauperes depascent primogenitos fructus*, Ti. ¶ *Requiescent*] Vel, *recubabunt*, instar pecudum cùm pastæ sunt [k]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Angl.) *interire faciam in fame radicem tuam*] Ità Mo. P. &c. i. e. summates [l], vel potentes tuos [m]; vel patres [n]: hostes populi Dei [o]. Totalem perditionem innuit, Psal. 52. 7. Esa. 5. 24. Hos. 9. 16. q. d. Non tantùm rami arescent, sed & ipsa radix [p]. ¶ *Et reliquias tuas*] Id est, infimates [q], vel liberos [r]; vel, eos quos non absumpserit fames †. ¶ *Interficiam*] Heb. *interficiet ille*, basiliscus, i. e. Hiskias *. *Reliquiæ* idem signif. quod *radix*. Reliquiæ erunt populo Dei, Esa. 10. 21, 22. non item tibi [t].

31. *Ulula, porta*] Ità Mo. P. &c. i. e. ô gubernatores, qui in porta sedetis [v]. Vel, in *porta*, ubi conveniebant cives, & jus illis dicebatur [x]. *Porta*, i. e. populus, vel cives. Vide Esa. 1. 21, 27. & Jerem. 47. 2. *Porta* & *urbs* hîc collectivè ponuntur [y]. ¶ *Prostrata*, &c. נָמוֹג פְּלֶשֶׁת כֻּלֵּךְ [z]. Difficilem reddit versionem illud *Dissolve te, Pelesheth, omnis*, vel *tota, tu*. Præcedunt enim duo imperat. *Ulula, clama*: Præterit. Heb. capitur pro imperat [a]. Ità sanè, sed id fit tantùm in iisdem personis: nunquam autem tertia præteriti (qualis est נָמוֹג, si præteritum sit,) sumitur pro secunda imperativi. Plerique per tertiam hîc vertunt [b]. *Defluxit*, P. *Liquefacta*, vel *Dissoluta, est Palæstina tota*, V. Plerique in Di. vel, nam *liquefacta est*, &c. Ti. Ità כֻּלֵּךְ est pro כֻּלָּהּ, mutatâ tertiâ personâ in secundam: quod fateor in eadem sententia, etiam in eodem colo, non esse Hebræis insolens. Potest tamen נָמוֹג esse Benoni, quod omnibus personis jungitur, & verti, *Dissoluta es* [c], *Dissipata es*, M. *Dissolveris*, Ca. At quare נָמוֹג est masc. cùm פְּלֶשֶׁת sit fœm? Resp. quia respicit עַם, *populum* Palæstinæ [d]. Possit in נָמוֹג subintelligi אִישׁ, & locus verti, *Tu tota Palæstina sis dissolutus*, i. e. sis id quod dissolutus aliquis esse solet, cui & vires & animus conciderunt: vel, sis כְּנָמוֹג, *sicut dissolutus aliquis*, ut כ subintelligatur, ut sæpe. Hinc Genevenses, *soyez comme une chose qui s'escoule*, (*sis sicut res aliqua quæ effluit*

Margin: p BA. 2. 3. 10. 405. q Pi. r BA. 2. 3. 421. † BA. 1. 1. 4. 66. * V. t Q. in BA. 4. 3. v G. x Q. in BA. ib. † Ang. y BA. ib. z Pi. a Pi. sim. Ang. b Ang. c V. d For. sic Ang. * Ang. f G. g Marl. h Ang. i For. k Pi. l G. m Pi. n For. o M. p Ang. q For. r Pi. † Pi. t Ang. v Pi. sim. Musc. x V. y Ang. z Di. a V. b Di. c Di. d K. in Di.

vel *dilabitur* *.) [Aliis est infinitivus:] *diffluere* (vel, *colliquescere*, Pi.) *Palæstinam totam*, JT. Pi. ¶ *Ab Aquilone enim*] Id est, vel, 1. à Chaldæa, per Nabuchodon. qui *ab Aquilone* venire sæpe dicitur. Vide Jer. 1. 13, 14. & 4. 6. Confer Jer. 47. 2 [f]. Sed repugnat versus sequens, de incolumitate Sionis, quæ nempe à Nabuchodon. desolata fuit [g]. Vel, 2. ab Assyriis, per Sennacheribum, &c [h]. Non placet, 1. ob versum sequentem [i]. 2. Non constat Sennacheribum Palæstinos afflixisse [k]: vel, si afflixit eos, id factum post cladem quam Ezechias illis intulit, quam, utpote priorem, noluisse Prophetam omittere verisimile est [l]. Vel, 3. à Judæa [m], quæ Philistinis (vel ei parti Palæstinæ quæ totius provinciæ nomen retinuit, ubi erant Azotus, Gaza, &c [n].) ad Aquilonem est [o], vel, ad Aquilonem & ortum [p]. ¶ *Fumus*] Vel, *ultio*, Ch. in Glas. *Fumus* vocatur hostis, ob celeritatem invasionis, & penetrationem omnium [q]. *Fumus*, nempe Hiskias, qui instar fumi celeriter ad vos penetrabit, vósque lædet [r]. Vel, *fumus* hîc ignem denotat, cujus signum est †. *Fumus* est iræ Divinæ symbolum. Vide Psal. 37. 20. Esa. 65. 5. Apoc. 14. 11. &c [t]. ¶ *Et non*, &c. [וְאֵין בּוֹדֵד בְּמוֹעָדָיו] *Et non* (vel, *Neque*, Pi. vel, *Nemo*, Sy. vel, *Nè vel unus*, M. For. sim. Calv. Ca. JT. sub. *est*, vel *erit*, Pi. Sy. &c. *manet*, vel *manebit*, For.) *solitarius* (vel, *singularis*, Sy. vel, qui *solus* remaneat, V. sic M. vel, *qui se segregat*, G. qui se cupiat à cæteris segregare [v]: vel, *qui se subducat*, Ti. vel, *absens*, Ca. vel, *qui moram faciat*, Ch. vel, *qui seorsum prospecturus est sibi*, JT.) *in temporibus suis*, Mo. vel, *tempore illius*, sive *statuto ab ipso*, Ezecia scil. i. e. Omnes venient ad tempus præfixum: q. d. Adducet Ezecias militem voluntarium [x]. Vel, *in festis ejus*, Sy. sim. Ti. vel, in *cœtibus*, sive *conventibus*, *ejus*, sive *suis*, M. JT. Pi. Ca. i. e. in exercitu ejus [y]. Nemo in tabernaculis manet, omnes accincti sunt [z], & sequuntur turmas contra Philistinos [a]. Nemo Judæorum non promptissimus erit ad hanc expeditionem [b]. Non mollescent aut frangentur eorum animi, sed omnes alacerrimè procedent [c]. Plerique de militibus Judaicis accipiunt, qui gestiunt ad pugnam cum hostibus ipsorum infensissimis. Unus tamen Rabbinorum accipit de Philistinis; q. d. Nemo eorum audebit (quum hi milites irrumpant) in palatiis vel arcibus permanere; sicut cùm fumus invadit domum, omnes indè exeunt. Hoc magìs congruit contextui, si verba ferant [d].

32. *Et quid*, &c? [וּמַה־יַּעֲנֶה מַלְאֲכֵי גוֹי] *Et quid* (vel, *Quid igitur*, Pi. JT. *Quid verò*, Ca. *Quid tum*, Ti. Ang. *Et*, pro *tum*, ut Esa. 8. 3, 14 †.) *respondebitur nunciis* (vel, *respondebit* quisque, P. V. M. *nunciorum*, P. V. vel, *nunciis*, M. vel, *responsurus est legatis*, JT. Rex novus [f], nempe Hiskias [g]: vel, *respondebimus Angelo*, Sy. vel, *respondebunt nuncii*, Ca. vel, *annunciabunt nuncii*, Ch.) *gentis?* Mo. P. M. &c. Vel, 1. Babylonicæ, Esa. 39. 1 [h]. Sed tempus non congruit [i]. Vel, 2. Philistæorum, (per synecd. gen.) qui legatos miserunt pacem petituros sub iniquis conditionibus [k]. Vel, 3. cujusvis quæ ad Judæos misit qui congratularentur iis de successibus suis, ut mos erat. Vide 2 Sam. 8. 10. *Gens*, collectivè, pro *gentibus*, ut Deut. 28. 49 [l]. Vel, *gentium?* sive *populorum?* V. Ch. G. sub. *exterarum*, V. & *vicinarum*, V. G. quæ se ad nos conferunt, cùm rogabuntur quid rerum novarum afferunt à Judæa. q. d. Post insignem illam Assyriorum cladem fama pervagabitur, Hieros. defendi à Domino, & ob id esse invictam [m]? *Quid—nunciis*, &c? sciscitantibus de iis quæ aguntur [n]. Al. *Quid respondebunt* (vel, *Quid ad hæc dicent*, G. ex ο'. sic עָנָה sæpe sumitur †,) *reges gentium?* ο'. Ar. Nempe cogentur fateri Deum esse qui Judæos, quamvìs contemptos, sublevet *. Legerunt מַלְכֵי [o]. Verùm non sic legerunt, sed intellexerunt, *vocis ambiguitate decepti*, inquit Hieron [p]. ¶ *Quia* (vel, *Quòd*, Mo. &c.) *Dominus fundavit* (vel, *firmavit*, sive *stabilivit*, i. e. protegit & invictam reddit [q],) *Sion*] Ità Mo. &c. i. e. Hierosolymam, ex collat. membri seq [r]. mysticè, Ecclesiam †. Digna tanto Prophetâ responsio, victoriam illam acceptam esse referendam Dei benignitati & potentiæ, non hominum viribus [t]. Epilogus explicans felicitatem Judææ sub Ezechia [v]. ¶ *Et*, &c. [וּבָהּ יֶחֱסוּ וגו'] *Et in ea confident*, sive *sperabunt*, (i. e. tuti & securi erunt [x],) *afflicti*, vel *pauperes*, *populi ejus*, Mo. P. Ch. sim. M. Ti. Calv. *Et per ipsum salvabuntur*, &c. ο'. Ar. *Et in eo tutos esse pauperes*, &c. Ca. *Et recipient*, vel, *Ut recipiant*, *se in eam*, &c. Ang. marg. JT. ο'. ut in tutissimum præsidium [y]. Ità verbum usurpatur Psal. 36. 7. & 57. 2. & 61. 5. &c [z].

* Di. [f] Q. in Ang. [g] Ang. [h] Q. in Ang. Hi. & alii in San. [i] San. [k] Ang. sim. San. [l] San. [m] Calv. Pi. G. Ang. San. For. [n] San. [o] C. sim. San. Ang. For. &c. [p] Ang. [q] Glass. rhet. 1. 10. 244. [r] Pi. † Calv. [t] Glass. ib. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. [z] For. [a] Ma. [b] G. [c] Jun. [d] Ang. † Ang. [f] Jun. [g] Pi. [h] Q. in Ang. [i] Ang. [k] Pi. [l] Ang. [m] V. ex He. [n] G. † G. * G. [o] G. Cap. [p] Buxt. vind. 2. 9. [q] V. [r] Pi. † For. [t] San. [v] For. [x] Calv. [y] For. Ang. [z] Ang.

CAP. XV.

1. ONus Moab] i. e. Prophetia de cladibus Moabitarum [a]. Hoc caput difficile est, quia nihil aut parùm est in Sacra historia quod lucem ei affert [b], sed ex historia profana pendet [c]. Hoc vaticinium durat ad cap. 17 [d]. Pertinet autem hoc ad tempora vel, 1. Salmanasaris. Nam Moabitis vicina illis partibus 10 tribuum quæ hîc nominantur, ac proinde particeps eorundem malorum *. Vel, 2. Sennacheribi [f]. Vel, 3. Nabuchodonosori [g]. Cui sententiæ repugnat Esa. 16. 14 [h]. Moabitæ vicini erant Judæis [i], ad aquilonarem partem maris Mortui [k], eorúmque hostes infensissimi. Vide Num. 22. 5, 6. Deut. 23. 3, 4. Jud. 3. 12, 14. &c [l]. Erant opulenti, potentes, superbi, inclementes, &c [m]. Non scripsit hoc Propheta Moabitis, sed Judæis, ídque tum ut, cùm varias mutationes sequuturas viderent, mundum non crederent à cæca fortuna, sed à Dei providentia, gubernari; tum ut inter omnes has concussiones salutem suam Deo curæ esse scirent [n]. ¶ *Quia* (vel, *Sanè*, vel *Certè*, V.) *nocte* (vel, *in nocte*, P. Mo. &c. h. e. subitò, præter opinionem [o], ut 1 Thes. 5. 2. vide Matt. 25. 6; vel, intra spatium noctis, ut Jon. 4. 10 [p]; vel, *per noctem*, V. *unâ nocte*, For.) *vastata est* (vel, *vastabitur*, V. præt. pro fut. ob certitudinem [q];) *Ar-Moab conticuit*; sim. Ti. Calv. vel, *excisa est*, Pi. sim. Mo. P. vel, *subversa*, M. [כִּי בְלֵיל שֻׁדַּד עָר מוֹאָב נִדְמָה] *Nempe noctu periit deletum Ar Moabitarum*, Ca. *Hoc dico*, inquit, *fore*, *ut Ar Moab noctu vastetur, imò ut exscindatur.* נִדְמָה sæpe est, *exscindi*. Ar-Moab est antiquissima urbs ejus gentis, in monte sita, Num. 21. 28 [r]. In בְּלֵיל plerique statuunt enallagen statûs constructi pro absoluto. K. subintelligit constructum פְּלוֹנִי, ut sit, *in nocte* τῆ δεῖνι, i. e. tali vel tali. Hoc factum, quia omnes quos quidem vidi existimârunt שֻׁדַּד esse præt. Pual, quum ego nullus dubitem quin sit ejusdem conjugat. infinit. positus pro nomine, & vertendum, *in nocte vastari*, i. e. quâ vastata est. Sic & alia anomalia vitatur, שֻׁדַּד præt. pro שֻׁדְּדָה; nomina enim urbium sunt fœmin. Sic ergò verto, *Utique in nocte quâ vastata est Ar Moab, excisus est: utique in nocte quâ vastata est Kir Moab, excisus est.* Præcipuæ Moabitidis urbes erant Ar & Kir: affirmat ergò eâdem nocte quâ hæ duæ urbes vastatæ fuerint, periisse Moabum. Nec te offendat quòd paradigma infinit. Pual sit פֻּקּוֹד. Id ex unico fortè exemplo factum, גֻּנֹּב Genes. 40. 15. Est enim hoc tempus rarissimum: & notum est terminationes infinitivorum admodum esse inconstantes: ut יָסוֹר, pro יַסֵּר, Psal. 118. 18. הִנָּתוֹן, pro הִנָּתֵן, Jer. 32. 4. Eadem phrasis est quæ Esa. 30. v. 29. *Canticum erit vobis* כְּלֵיל הִתְקַדֶּשׁ *sicut nocte sanctificari* (i.e. quâ sanctificatur) *festum.* Quamvìs fatear שֻׁדַּד & הִתְקַדֶּשׁ posse hîc esse præterita, eodem tamen sensu. Nam nomina formæ constructæ juncta præterito important defectum τοῦ אֲשֶׁר, ut Esa. 29. 1. *Væ Ariel*, קִרְיַת חָנָה דָוִד, *civitati* in qua *degit David* †. τὸ *noctu* securitatem Moabitarum innuit [t]. ¶ *Vastatus*, &c. [שֻׁדַּד קִיר וגו'] *Vastata est Kir Moabi*, &c. Pi. Sensus est, *fore ut itidem nocte vastetur, imò exscindatur, Kir-Moab.* קִיר idem quod קִרְיָה (*urbs.*) Dicitur hîc *urbs Moab*, quòd præcipua esset ejus regionis; infrà autem 16. 7, 11. *urbs solis*, ob Solis cultum [v]; sive *Kirberes*, vel *Kirharesеth* [x]: hîc *Kir Moab*, ut distinguatur à *Kir* Mediæ, 2 Reg. 16. 9 [y].

2. *Ascendit*, &c. [עָלָה הַבַּיִת וְדִיבֹן הַבָּמוֹת לְבֶכִי] *Ascendit* (vel, *Ascendit ille*, Pi. vel, *Ascendet*, V. JT. scil. *Moab*, V. M. Angl. sic Pi.) *Bajithum*, JT. Pi. sim. Ti. G. For. Oppidum hoc ab insigni idololatria sic dictum κατ' ἐξοχὴν [z]. Templum eximium [a], quod plenè vocatur *Beth-Baal-Mehon*, (*Domus habitationis Baal*, Angl.) Jos. 13. 17. contractiùs, *Baal-Mehon*, Num. c. 32. v. 38.

1 Par.

[a] Pi. [b] San. [c] For. [d] G. sim. San. * G. [f] San. [g] Q. in San. [h] San. [i] Ang. [k] San. [l] Ang. [m] Pellic. in Mari. [n] Calv. [o] Pi. Ang. [p] Ang. [q] Pi. [r] G. † Di. [t] Calv. [v] G. [x] Pi. Ang. [y] Pi. [z] Jun. [a] G.

1 Par. 5. 8 [b]. & alibi *Bebon* [c]. Num. 32. 3 [d]. [Alii autem appellativè reddunt :] *in*, vel *ad*, *ædem*, sive *domum*, Mo. P. M. V. sub. *idolorum*, M. vel, Dei sui Chamos †.) *& Dibonem*, JT. (Alia hæc urbs Moabitarum [f], Jos. 13. 17 [g]. ubi colles erant idololatriæ sacrati, ut ex hoc loco apparet, dicti ibi במות בעל [h]. *Bajith* & *Dibon* id Moabitis fuisse creduntur quod *Dan* & *Bethel* Israelitis [i]. Al. *in Dibon*, M.) *Bamothas*, JT. (Locus est dictus *Bamoth* Num. 21. 19 [k]. Vel, & *Bamoth* (i. e. excelsa) *Baal*, Jos. 13. 17 [l]. Vel, & in *Bamoth*, Q. in Angl. Reliqui autem, ut & Hebræi & Jon. appellativè reddunt [m], *excelsa*, vel, *ad excelsa*, M. Ti. & *ad excelsa*, P. i. e. vel, 1. loca idolorum [n]; vel, 2. loca tuta [o].) *cum fletu*, JT. vel, *ad fletum*, Mo. Pi. sim. M. P. Ca. *ad flendum*, Ti. Ang. Nomen pro verbo. Non, ut antè, ad sacrificandum, sed ad lugendum [p], & salutem à diis suis impetrandam [q]. Vel, *propter fletum*, seu fletûs causâ [r]. [Alii locum sic reddunt,] *Ascendit ad templum, Dibonisque sacella*, &c. Ca. *Ascendite in domos Dibon, in excelsa*, &c. Ch. sim. Sy. Al. הַבַּיִת & הַדִּיבֹן possunt nominativè hîc accipi, ut non intelligantur urbes ad quas Moab ascensurus sit ut fleat, sed quæ ipsæmet ascensuræ sint ad excelsa ut fleant : sicut versu præced. nominatæ sunt ער & קיר quæ excidendæ sunt, ità hîc nominantur דיבון & בית quæ in excelsa sunt ascensuræ ut fleant [*]. Al. *Adscendit* Moab (i. e. Rex vel populus Moab [t]) *in ædem*, vel *templum*, (nempe Chemosh, dictum ejus *sanctuarium*, Esa. 16. 12 [*].) *& viri Dibon* ad *excelsa*, &c. Angl. ex He. Di. ex RS. Hoc probo, tum ob Esa. 16. 12. tum quia τὸ ה, quod in nominibus propriis non ità usitatum est, præfigitur nominibus במות & בית [v]. ¶ *Super* (vel, *Ut super* : Deficit לְמַעַן, ut percipitur ex eo, quod præcedit nomen cum præfixo ל notante causam finalem, & sequitur verbum temporis futuri [x].) *Nabo* (i. e. ob excisam Nabuntem, cujus mentio Num. 32. 38 [y].) *& super Medaba* (aut, ut Ptolemæus enunciat, Μήδαβα, nam litera ב utrumque sonum recipit. Nominatur Numer. 21. 30. Jos. 13. 16 †.) *Moab ululabit*, יְיֵלִיל] *Ejulabit*, V. *ululet*, Pi. ¶ *In cunctis capitibus ejus calvitium, & omnis barba radetur*, גְּרוּעָה] *Resecta*, Mo. sim. JT. Pi. *detonsa* est, vel erit, M. Ti. Sive per evulsionem [z], præ summo dolore & impatientia, ut Esd. 9. 3. vide Esa. 3. 24 [a]; sive per rasuram [b]. Mos hic lugentium (apud gentes [c]) illis in locis [d] & temporibus. Vide Levit. 19. 27. & 21. 5 †. Jer. 48. 37. Ezec. 7. 18 [f]. His moribus opponit se Lex Levit. 19. 27. Deut. 14. 1 [g]. Ratio moris, quòd capillos pro ornamento haberent; vide 2 Sam. 10. 4. ornamenta autem in luctu deponere solerent, Exod. 33. 4, 5 [h]. Occidentales autem populi capillum & barbam in luctu alebant. Ità cuique genti sui sunt mores, &c [i].

3. *In*, &c. בְּחוּצוֹתָיו] *Per compita ejus*, Ca. sim. Pi. Calv. &c. τὸ *ejus* mascul. est; refert enim *Moab*, h. e. Moabitam : sed alia sequuntur relativa fœminina; referunt enim *Moab*, h. e. Moabitidem terram. Hæc mutatio animadvertenda est : nam & alibi fit idem; ut Jer. 11. 16. & Ezec. 32. 25. & suprà initio cap. 9 [k]. ¶ *Accincti—sacco*] Signis luctûs abundabant præ cæteris orientales : ut enim acutiores sunt, ità magis affectus suos ostendunt aliis qui, ut ingenio, ità motu & gestu, sunt tardiores [l]. ¶ *Super tecta ejus*] Quæ ibi plana fiebant [m]; ubi frequenter degebant [n], & precabantur, Actor. 10. 9. quò etiam in periculis confugerunt, &c [o]. ¶ *Omnis*, &c. כֻּלֹּה יְיֵלִיל יֹרֵד בַּבֶּכִי] *Quisque* (vel, *tota ipsa*, P. Mo.) *ululabit*, Ti. M. Mo. P. sim. Ca. JT. Pi. *& in fletum solvetur*, Ti. vel, *descendens* (vel, *descensurus*, JT.) *in*, vel *ad*, *fletum*, M. Mo. P. vel, *cum fletu*, Pi. Ang. marg. Sy. vel, *flendo*, Ca. i. e. conversi in lacrymas; q. d. profusissimè flentes [p], lacrymis in genas descendentibus [q]. Rectiùs refertur ad v. præc. *Ascendit in domum*, &c [r]. Ut *ascenderunt* ut coram diis suis *flerent*, ità etiam *descenderunt flentes* [*]; quia nullum in idolis auxilium aut solatium reperiunt [r]. Al. *dejecturus se in fletu suo*, Q. in Ma.

4. *Clamabit Hesebon, & Eleale*] i. e. Incolæ Hesbon [v]. De his locis vide Num. 21. 25, 26. & 32. 3, 37 [x]. & Jos. 13. 17, 21. Multa loca Israelitis attributa, partim possessa ab ipsis nunquam fuêre per ipsorum ignaviam, partim recepta à Moabitis & aliis per occasiones quas dederunt Hebræorum inter se dissidia [y]. ¶ *Usque Jasa*, יַהַץ] *Jahaz*, Calv. dicta & *Jahaza*, Jos. 21. 36 [z]. q. d. Ad extremos usque fines : nam ibi *Jasa*, (quæ Ptol. Ζίζα,) Num. 21. 23. Jos. 21. 36 [a]. ¶ *Expediti* (vel, *armati*, P. Ca. *accincti armis*, V. vel, ad bellum [b]; q. d. etiam milites, qui præ aliis bene animati esse deberent [c], qui parati erant se & patriam suam tueri [d]: *electi*, seu *expediti*, milites, qui ex populo ad militiam extrahuntur, à חלץ *extrahere, subtrahere* †:) *Moab ululabunt*] Vel, *clamabunt*, Mo. sim. Ti. P. JT. Pi. Ca. non ex alacritate ad pugnandum, dum Rex & populus despondent, sed ex dejectione spiritûs. Vide Jer. 48. 34. Mic. 4. 9 [f]. ¶ חֲלֻצֵי מוֹאָב יָרִיעוּ] *Qui accincti ad militiam in Moab ululabunt*, M. ¶ *Anima*, &c. נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ] *Anima ejus* (vel, *cujusque*, M. *cujusque eorum* : Heb. sing. vim habet distributivam [g]:) *vociferabit* (vel, *ululabit*, M. vel, *malè affecta est*, Pi. vel, *displicebit*, G.) *sibi*, Mo. P. q. d. Quisque proprio sic occupabitur dolore, ut non cogitet de propinquis [h]. Vel, *ipsi*, G. Pi. vel, *apud se*, M. vel, ad *ipsum*, Sy. vel, *propter ipsos*, i. e. ob pericula & mortem imminentem [i]. Quemque vitæ suæ tædebit [k]. *Vitæ suæ tædet ipsum*, dicendo, JT. Al. *Animus ejus doluit*, Ti. Plorabunt, non, ut antè, simulatè & dicis causâ, more præficarum, sed ex anima, & intimo ejus sensu [l]. *Anima ejus cognoscet*, ό. sim. Ar. [Videntur per errorem legisse יָדְעָה.] *Super animas suas clamant*, Ch. Vel, *anima* hîc, pro homine : *anima ejus*, i. e. ille, nempe Moab [m]. [Ca. hoc membrum cum præced. sic reddit, *Eousque ut armati Moabitæ ægrè animis vociferent*.]

5. *Cor*, &c. לִבִּי לְמוֹאָב יִזְעָק] *Cor meum Moabum* (vel, *ad Moab*, Mo. P. &c. vel, *ob Moab*, G. sic V. Ang. BA. 1. 410. sim. Ca.) *inclamat*, Pi. vel, *clamabit*, Mo. sim. P. M. vel, *vociferatur*, Ti. *quiritatur*, Ca. Tempora Hebræis promiscuè usurpantur [n]. Verba sunt vel, 1. militum Moabiticorum, populum inclamantium, & à fuga revocantium [o]. Vel, 2. Moabitarum in genere, dolorem suum profitentium ob patriæ ruinam. Id quod optimè convenit cum toto contextu [p]. *Cor meum—clamabit*, sub. *dicet quisque*, G. sim. Angl. Hoc verbum sæpe reticetur [q], ut Psal. 105. 15. Esa. 63. 11 [r]. Vel, 3. Prophetæ [*]: q. d. *Me miseret Moab* †. Sed mirum videtur eum dolere, & non potiùs gaudere, de hostium Dei interitu [r]. [Quid hîc dicendum?] 1. Piorum hominum est, etiam hostium incommodis commoveri [v]. Nec dubium est Prophetas exhorruisse judicia Dei etiam adversùs impios [x]. Vide Esa. 16. 9, 11. & 21. 3. Jer. 47. 6. & 48. 31, 32, 36 [y]. 2. Propheta hîc loquitur in persona Moabitarum, hoc modo, *Moabitæ jam in corde meo videntur mihi vociferari* : i. e. Scio & sentio in corde meo Moabitas vociferaturos [z]. Mos Prophetarum est, ut personam eorum induant quibus calamitates prædicunt, & eorum conditionem tanquam in theatro repræsentent. Sic enim magis afficiunt, &c [a]. Non dolet de vastatione Moab, sed hoc vult, q. d. *Mihi in animo est edere carmen de afflictionibus Moab* : quem sensum confirmat v. 9. cap. seq [b]. ¶ *Vectes*, &c. בְּרִיחֶהָ עַד צֹעַר] τὸ בְּרִיחֶהָ variè sumunt. Quidam reddunt, *vectes*, ut communiter accipitur, Exod. 26. 26, 27. Psal. 107. 16 [c]. [Hi tamen diversimodè h. l. tum vertunt, tum explicant.] *Vectes ejus* (i. e. fortes milites [d], qui, sicut vectes, tutari solebant portas urbium †; sub. *fugient*, Me.) *usque ad Segor*, Vulg. Me. T. &c. i. e. usque ad terminos Regni [f]. *Vectes* quidem significare potest vox Hebræa : sed rectiùs vertas, *& ob principes ejus*, &c. argumento loci infrà 27. 1 [*]. Al. *Usque ad clausuras illius regionis, Tzobarem usque*, Pi. [Alii cum præcedentibus sic jungunt;] *Animus meus Moabum inclamabat, clausuras ejus* (i. e. munitiones limitaneas, quibus, tanquam vectibus, aditus & exitus regionum præcluduntur †,) *Tzoharem usque*, JT. de qua Gen. 19. 22. Sensus est, Tam magnâ voce contendo, (inquit strenuus Moabita,) ut mea vox ipsos Moabitarum terminos & lacum Asphaltitem prætervolans Judæam quoque personet, quæ terminatur Tzohare [g]. *Ad terminos ejus*, nempe *ad Tzobarem*, sub. *clamabam*, ex membro præced [h]. Al. *Vectes* hîc ponuntur pro *portis*, ut Proverb. 18. 19. vel, *munitionibus*, ut Amos. 1. 5. ut *portæ*, pro *urbibus*, Esa. 3. 26. *Vectes* urbium cum *portis* junguntur Deut. 3. 5. 1 Sam. 23. 7. &c.

H 4 Et

[Marginal notes, left: b G. ex Jur. c Jur. Ang. d Ang. † V. f G. Ang. g G. Jur. h G. i Ang. k Q. in Ang. l Q. in Ang. Jur. m Di. n For. San. &c. o For. p Ang. q For. sim. Ang. r V. * Di. t Ang. * Ang. v Ang. x Pi. y G. † G. z Pi. Ang. sim. V. a Ang. b Pi. Ang. sim. V. c Pi. d G. † Ang. f G. g G. sim. Pi. h Ang. i Calv. k Ca. l Calv. m Me. San. n Me. o Ang. p V. q Oecol. in Mal. r Mc. &c. * For. sim. Mu. c. r Ang. v Pi x Ang.]

[Marginal notes, right: y G. z Ang. a G. b Pi. c G. sim. Ang. d V. † For. f Ang. g Pi. h Calv. i Q. in V. k G. sim. Ang. l San. m San. n Ang. o Q. in Ang. p Ang. q G. r Ang. * V. For. San. &c. † V. r Calv. v San. x Calv. y Ang. z Q. in V. a Calv. b For. c Ang. d Me. T. † T. f Me. * G. † Jur. g Jun. h Q. in Ang.]

Et *vectes* hîc *clamare* dicuntur, sicut *portæ* & *urbes ululare* Esa. 14. 31 [i]. Al. *Cor meum clamabit propter Moab*, & propter *vectes ejus*, id est, munitiones ejus, etiam *Zoarem usque*, præcipuam earum [k]. Sed simplicius est בְּרִיחִים pro *profugis* accipere [l]. [Sed & sic variant.] *Profugi*, vel *Fugitivi*, *illius usque ad Sohar*, Mo. P. Ang. sic M. Ti. Ca. sub. *fugient*, P. Ang. Verbum ex nomine suppletur [m]. Vel, sub. *perveniunt*, Ca. vel, sub. *vociferabuntur*, ex præced. vel ex seq [n]. vel, sub. *fugient vociferantes*, Al. in Angl. Similem ellipsin vide Genes. 45. 14. *plorabat* (i. e. plorans cecidit) *super collum*, &c. 1 Sam. 7. 2. *lugebant post Dominum*, i. e. lugentes sequebantur Dominum. Potest & locus sic reddi [o], *Cor meum propter Moab clamat*, (i. e. ego clamo [p], ut Psal. 25. 17. & 27. 8. &c [q]. & in Ennio apud Gellium l. 7. c. 2.—*quem credidit esse meum cor*, i. e. quem ego credidi [r]:) *propter* (vel, & *propter*, Angl.) *fugitivos ejus* (sub. *qui fugiunt*, vel, sub. *ità ut vox mea audiatur*, Angl.) *usque ad Tsoar*, Angl. BA. ib. ¶ *Vitulam*, &c. [עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה] *Vitulam triennem*, Mo. P. Ca. Sy. Ch. Ang. Ambiguum est quò hæc verba referenda sunt, utrùm ad urbem, an ad clamorem, sive clamantes *. Refertur ad urbem Zoar [t]. Vel, ad regionem Moab [v], quæ comparatur vitulæ trienni, h. e. formosæ & in robore suo [x]; quæ integri est vigoris, & nec partûs labores nec jugum sensit, sed libere exsultat & lascivit [y]; quæ pinguis est, ut Moab tum dives erat [z]. *Vitula enim triennis est*, o'. sim. Ar. [nempe Moab.] *Ad vitulam triennem*, repete, *cor meum clamabit*. Sic vocat regionem Moab, ob pinguedinem & fertilitatem soli [a]. [M. hæc verba cum præced. sic vertit, *Fugitivi illius vitulæ triennis* [nempe Moabi] *usque ad Zoar* pervenient.] Sed præstat ad clamantes Moabitas referre, qui hîc per prosopopœiam emphaticam à Propheta inducuntur [b]. Quasi *vitula trima*, sive *triennis*, JT. BA. Glas. Angl. Convenit hæc interpretatio & cum loco parallelo, Jer. 48. v. 34. & cum natura bovis, qui μεγαλόφωνος est, *magnæ & contentæ vocis*. Meminit autem Propheta, non maris, sed fœminæ; (quia in solo hoc genere fœmina est vocalior, Aristot. Hist. 4. sub finem, & ex eo Plin. 2. 51.) & quidem *triennis*, quâ ætate vox plenior, quia tum robur firmius est, Plin. 7. 2. & 8. 45 [c]. Juvenca insueta jugo, minimè effœta, ac proinde ferocior, valentiores boatus edit. Sensus est, Non clamo, sed boo, ac velut intono, ut Moabitarum, popularium meorum, luctum frangam, & animos confirmem [d]. [Sed frustrà, nam illi pertinaciter fugiunt, ut antè dictum.] *Ut junicis trimæ*, sub. *clamor*, G. ¶ *Per*, &c. [כִּי מַעֲלֵה הַלּוּחִית בִּבְכִי יַעֲלֶה בּוֹ] *Quia* (vel, *Nempe*, Ca.) *in ascensu*, vel *per ascensum*, (vel, *per clivum*, Ti. Ca. JT. Pi.) *Luhith* (De hoc oppido nulla fit in S. S. mentio, nisi hîc & in Jeremia. In celso loco stetisse Rabbini hinc colligunt †. *Luith* Ptol. est Λούσα [f].) *in*, vel *cum fletu* (vel, *flens*, G. vel, *plorando*, Ca.) *ascendet* (vel, *ascendit*, JT. sub. *clamor*, ut Jer. 48. 5 [g]. vel, sub. *quisque illorum*, M. V. vel, *ascendent*, P. vel, *ascenditur*, Ca.) *in eam*, Mo. P. &c. vel, *in eum*, sub. *ascensum*, V. Egregia hîc allusio, q. d. *Si scandent ad montana, fletus simul ascendet*. Eadem locutio in eadem re Jer. 48. 5 [h]. ¶ *Et in via*, &c. [כִּי דֶּרֶךְ חוֹרֹנַיִם זַעֲקַת שֶׁבֶר יְעֹעֵרוּ] *Quia* (vel, *Nempe*, Ca.) *viâ*, vel *in via*, vel *per viam*, *Choronaim* (vel, ad *Horonaim*, ut Jer. 48. 34. à *Zoar ad Horonaim* [i]. Nomen duale est, quia duo erant oppida, superius, & inferius [k]. Quod de *Beth-horon* quidem dicitur, Jos. 10. 10, 11. & 16. 3, 5. & idem hic locus esse possit, si situs conveniret [l]. Hæc est *Avara* Ptolemæo [m].) *clamorem* (vel, *clamore*, JT. Pi. Q. in V.) *contritionis*, sive *fractionis*, (h. e. horrendum & miserandum [n]: vel, *cladis*, Ti. Ang. vel, *fragoso*, JT. Pi. Heb. *fracturæ*, Pi.) *suscitabunt*, vel *excitabunt*, Mo. P. V. Ang. &c. à עוּר *suscitavit* [o]. Hoc est, homines *excitabunt*; vel, talis *clamor excitabitur* [p]. Vel, *boant*, JT. Pi. vel, *frangent sese*, sive *conterent*, à רעע *contrivit*, geminato ע [q]. Sensus, Euntes in Horonaim (h. e. quà descendebatur in humilia: docet id Jer. 48. 5 [r].) flebunt acerbè *; vel, humili voce lugebunt. Par allusio isti quæ in priore membro [r]. Qui (inquit) periculum evaserint recipient se partim in Luith, partim in Horonaim [v]. Montes & valles ejulatibus ipsorum reboant, ab uno termino ad alterum: nam ascensus Luchith Judæam spectabat, descensus verò Choronaim (ut nominatur Jerem. c. 48. v. 5.) in altera parte ex adverso erat [x].

6. *Aquæ*, &c. [כִּי מֵי נִמְרִים מְשַׁמּוֹת יִהְיוּ] *Nam aquæ* (vel, ad *aquas*, JT. Pi.) *Nimrim desolatæ* (vel, *desolationes*, JT. Pi. vel, *abominationi*, vel *in stuporem*, For. vel, *desertæ*, Vulg. vel, *pessimæ*, Vulgat. ad Jerem. in For.) *erunt*, M. Ti. &c. Aquæ peribunt, quia nullus erit habitator qui eas in hortos & sata derivet *. Per *aquas* pascua aquis adsita intelligit, quæ tempore pacis erant uberrima. Vide Num. 32. 3, 36. Jos. 13. 27 [z]. Sic Eccles. 11. 1. *aquæ* ponuntur pro terra irrigua [a]. Locus hic [*Nimrim*] à pardis vel pantheris dicitur [b]. Dicitur & *Nimra*, Num. 32. 3. & *Beth nimra*, Num. 32. 36. Jos. 13. 27 [c]. Notum enim est, in nominibus compositis apud Hebræos, &c. priorem partem compendii causâ sæpe omitti: ut, *Sittim*, Num. 25. 1. pro, *Abel-Sittim*, Numer. 33. 49; *Hermon*, ut passim, pro, *Baal-Hermon*, Jud. 3. 3; *Tholad*, 1 Par. 4. 29. pro, *El-tholad*, Jos. 19. 4. &c [d]. Porrò, locum hunc Moses & Josua in Gaditis ponunt; Esa. & Jer. in Moabitis, qui in vicinos Gaditas tum temporis usurpaverant †. ¶ *Quia* (vel, *Unde*, M. [vel, *Idcirco*, ut כִּי non semel accipitur, hîc autem aptissimè; neque enim hoc causa est arescentis fluminis, sed effectus:] vel, *Nempe*, Ca. vel, *Nam*, V.) *aruit* (vel, *arescet*, V.) *herba*, &c.] Terram devastatam indicat [f].

7. *Secundùm*, &c. [עַל כֵּן יִתְרָה עָשָׂה וּפְקֻדָּתָם עַל נַחַל הָעֲרָבִים יִשָּׂאוּם] [Variè reddunt.] *Ideo residuum fecit, & depositum suum juxta torrentem salicum deferent ea*, Mo. *Propter residuum* quod *fecit* doluit: & *opes illorum portaverunt ad torrentem salicum portaverunt eas*, M. Redundat *eas* [g]. *Propterea*, vel *Idcirco*, (vel, *Propterea quod*, Pi. vel, *Quia*, ut aliam clamoris causam continens [h]; vel, *Præterea*, G.) *opes* (vel, *copias*, Ca. vel, *residuum*, Pi. vel, *quod reliquum*, G. vel, *abundantiam*, Ang. sub. *quas*, V. Pi. vel, *quod*, Pi. vel, *quam*, Angl.) *peperit*, (vel, *fecit*, P. Angl. ut Gen. 31. 1. Deut. 8. 18 [i]. sub. *quisque*, V. vel, *Moab*, Pi. vel, sub. *occidio*, G. Al.) & *divitias* (vel, *substantiam*, P. vel, *reposita*, Pi. For. Heb. *visitationem*, i. e. opes repositas sive reconditas, quæ subindè visitari solent [k]; quæ sic Hebraicè vocantur, quòd possessor earum *dominus* est, Jer. 20. 1 [l]: vel, *quod reposuerant*, Ti. sim. Ang.) *eorum* (i. e. Moabitarum [m]) *deferent*, vel *perferent*, (vel, 1. ipsi Moabitæ, ut ibi occultarent [n]; vel, 2. hostes [o], ut scilicet inter se partirentur [p]. Vel, *asportantur*, Ca. vel, *portaturi sunt*, Pi.) *ad torrentem* (vel, *fluvium*, Ca.) *salicum*, V. sic P. Ca. Ang. Ità vox usurpatur Levit. 23. 40. Esa. 44. 4 [q]. Id est, vel, ad Babyloniam [r]; sic dictam, quòd ripæ fluminum ejus multis salicibus consitæ erant †; quasi salices ibi tantùm essent *: vel, ad torrentem aliquem in terra Moab [t]. Significat nullam arcem fore ubi opes tutò deponant, ità ut cogantur eas abscondere inter salices, quas in loco aliquo abdito & semoto fuisse verisimile est [v]. Al. *ad*, vel *in*, *vallem* (vel, *torrentem*, V. G.) *Arabum*, Pi. V. G. &c. Vallis Arabum est via per quam itur ex Moabitide in Assyriam [x]. In vallibus autem non desunt torrentes [y]. [Alii totum sic reddunt & explicant;] *Idcirco*, ut ut *residuum fuerit*; (Concessio ironica, qu. d. Comportent illi commeatum arbitratu suo, non effugient tamen hæc judicia Dei [z]:) *at quæcunque recondiderint* (Heb. *repositum eorum*, Jun.) *in vallem Arabum exportabunt ea*, JT. i. e. Invadentes agrum & occupantes Assyrii omnia promptuaria vestra exhaurient, & ad finitimos Arabas, Assyrio Regi fœderatos, spolia asservanda devehent: nam propter hoc officium aliáque hujusmodi immunes fuisse Arabas antè meminimus ex Herod. lib. 3. *Vallem* autem idcirco nominat, quia ex Moabitarum agro in Arab. desertam ibatur per descensum Choronajimorum, in montibus quos Ptolemæus vocat Alsadamos †. Al. *Ad eundem modum quicquid reliquum fecerant & quod reposuerant, Arabes super torrentem deportabunt*, Ti.

8. *Quoniam* (vel, *Nam*, Ang. JT. Pi. vel, *Siquidem*, M.) *circuibit* (vel, *cinget*, sive *circumdabit*, V. sim. JT. Pi. vel, *permeabit*, Ti.) *clamor* (nempe, ululatus ille de quo v. 2, 3, 4 [a]; ejulatio ob bonorum direptionem [b]; vel, tumultus ille bellicus [c];) *terminum* (collectivè, ut Jud. 11. 22 *. i. e. *terminos*, Ang. Ti. sim. Ca. ut patet ex recitatione locorum; è quibus *Hesbon* est à septent. & orient. regionis latere; *Elealeh* à septentrionali & occidentali; *Jabaz*, ab australi & occidentali; & *Zoar*, ab extremo

[i] He. in Ang. [k] Al. He. in Ang. [l] For. [m] Ang. [n] Q. in Ang. [o] Ang. [p] BA. Ang. [q] Ang. [r] BA. 1. 2. 41. 410. [s] Ang. [t] Calv. ità Ch. Sy. Ti. C. &c. [v] M. sim. Calv. [x] V. [y] Calv. [z] M. [a] For. [b] Glass. rhet. 1. 11. 3. 5. ex Jun. [c] BA. 1. 2. 41. 410. [d] Jun. † Ang. [f] G. [g] Ang. [h] G. [i] Ang. [k] He. in Ang. [l] Ang. [m] G. [n] V. [o] V. [p] Ang. [q] Q. in Ang. [r] G. [s] V. [v] V.

[x] Jun. * Sar. [z] G. [a] Ang. [b] BA. 1. 5. 7. 790. [c] BA. ib. Ang. [d] BP. 2. 24. 145. † BA. ib. [f] Calv. [g] V. [h] Ang. [i] Ang. [k] Pi. sim. For. [l] Ang. [m] V. Pi. G. [n] Q. in Ang. sim. For. Mar. [o] V. Pi. A. in Ang. [p] V. [q] Ang. [r] Q. He. & alii in Ang. BP. † BP. 1. 8. 40. * Ang. [t] Al. in Ang. [v] Calv. [x] G. ex Hi. [y] G. [z] Jun. † Jun. [a] Pi. [b] For. [c] V. * Ang.

extremo occidente [d]. Vel, *terminum*, i. e. quicquid est spatii inter terminos †,) *Moab*; [כִּי הִקִּיפָה וגו'] Sensus, In tota regione exaudietur, &c [f]. Omnia clamore plena erunt [g]. ¶ *Usque ad Gallim* (vel, *Eglaim*, M. Mo. P. &c. Vide suprà 10. 30. Hîc א nomini additum, more Moabitarum & Syrorum. Confer quod suprà 4 [h].) *ululatus ejus*, [עַד אֶגְלַיִם וגו'] *Ad confluentes usque* (i. e. ad flumina Arnonis, ut vocantur Num. 21. 14 [i]. Confirmatur hæc expositio ex collat. tum Job. 38. 28. ubi guttæ roris nominantur אֶגְלֵי טַל, tum maximè Num. 21. 14, 15, 16. nam ut hîc post *Eglajim* fit mentio *Beer-elim*, ità ibi post *flumina Arnonis* fit mentio *Beeri* [k].) *ejulatio illius*, JT. Pi. sub. *regionis audietur*, Pi. ¶ *Ad Puteum Elim*; ità Ca. [וּבְאֵר אֵלִים] *Et Beer-elim*, M. P. Mo. Ti. Erat in finibus Moab [l]. Causam nominis vide Num. 21. 18. Nam qui שָׂרִים Hebræis, ii Moabitis & Syris אֵלִים [m].

9. *Quia aquæ Dibon* (vel, *Dimon*, V. For. G. ex ο'. &c. Hic erat rivus [n], vel torrens, in finibus Moab [o]; sic dictus, quòd olim & sanguine obsidentium repletus videretur, & deinde sanguine ipsorum per conflictum infectus esset, 2 Reg. 3. 22, &c [p]. Huc itaque alludit Propheta, & significat Deum idem deinceps facturum esse, eúmque rivum sanguine Moabitarum tincturum [q]. Al. Idem dicitur *Dibon* v. 2. hîc autem *Dimon*, mutatâ literâ, (ut in *Merodach*, pro *Berodach*, Esa. 39. 1.) à copia sanguinis in eo fundendi [r]. *Dimon* valet, *sanguineus* *.) *repletæ sunt* (vel, *erunt*, Pi. Ang. &c.) *sanguine*] Scilicet Moabitarum ab Assyriis interfectorum [t]. ¶ *Ponam*, &c. [כִּי אָשִׁית עַל דִּימוֹן נוֹסָפוֹת] *Nam* (vel, *Porrò*, ut Esa. 16. 8 [v]. vel, *Nempe*, Ca. vel, *Quum*, JT.) *ponam* (vel, *disponam*, JT. vel, *adjiciam*, Ca.) *super* (vel, *ad*, Ca. vel, *in*, Pi.) *Dimon addita*, Mo. P. vel, *incrementa*, Ca. vel, *additiones*, sive *additamenta*, M. Ti. Pi. Angl. sub. *sanguinis*, M. Pi. &c. vel, res *additas*, vel mala *addita*, Angl. sim. San. Ellipsis subjecti, ut Prov. 18. 22 [x]. Sensus est, Novas dabo causas cur ità meritò vocetur is fluvius [y]. Addam novos canales, &c. q. d. Augebo Dimon sanguine interfectorum [z]. Olim eum sanguine Moabitico inficere cœpi; nunc plus addam, &c [a]. ¶ *His qui*, &c. [לִפְלֵיטַת מוֹאָב אַרְיֵה וְלִשְׁאֵרִית אֲדָמָה] *Evasioni* (vel, *Evasori*, P. sing. pro plur [b]. *Evasoribus*, V. sim. M. Ti. Ca. JT. Pi.) *Moab leonem*, (i.e. vel Nabuchod. sic dictum Jer. 4. 7. qui perderet omnia quibus Sennacherib pepercit [c]; vel propriè, & collectivè, pro, *leones*, ut Esa. 30. 6. Jer. 5. 6 [d]: scil. *ponam*, h. e. immittam omnis generis feras bestias, &c †.) *& residuo* (vel, *reliquiis*, Ti. sim. M.) *humi*, Mo. vel, *terræ*, P. &c. Sensus, His Moabitarum qui fugerint ab hoste, aut quos hostis reliquerit superstites, immittam leonem, i. e. efficiam ut in feras incidant. Simile vide 2 Reg. 17. 25 [f]. Proverbialis forma est in S. S. *Leo*, *Laqueus*, &c. *fugientibus*, &c [g].

d Ang. † For. f V. g Calv. h G. i Pi. ex Jun. k Pi. l For. m G. n Pi. Ang. ex He. &c. o For. p Pi. sim. Jun. q Jun. r Q. in Ang. * Jun. sim. G. t Pi. v Ang. x Ang. y G. z V. a Pi. b V. c Q. in Ang. d Ang. † Pi. f G. g For.

CAP. XVI.

1. **E**Mitte, &c. [שִׁלְחוּ כַר מוֹשֵׁל אֶרֶץ] *Mittite* (vos Moabitæ [a],) *agnum* (vel, *arietem*, BA. Angl. Nam כָּרִים denotat *duces*, &c. Esa. 34. 6. Jer. 51. 40. qui id sunt aliis quod arietes gregi, &c [b].) *dominatori* (vel, *dominatoris*, P. JT. Pi. vel, *dominatorem*, For.) *terræ*, M. Ti. V. Ca. &c. vestræ scilicet *. Id est, vel, 1. Deo [c], qui dominator est totius orbis [d], 1 Par. 29. 12 †. Ità loquitur, vel seriò, q. d. Mittite munera sive sacrificia Deo, ut Ethnici interdum fecerunt, Esd. 6. & 7. eum agnoscite, &c [f]. Placate faciem ejus, &c [g]. Vel ironicè [h]. Pervicaciam exprobrat Moabitis, quòd non resipuerint: propterea frustrà missuros Deo oblationes, &c [i]. Insultat iis, quòd Deum in tempore non agnoverint: nec jam pœnitentiæ aut veniæ tempus esse ostendit, &c [k]. Vel, 2. Regi Judæ [l], Ezechiæ [m]. *Mittite agnum*, id est, agnos [n]: Enallage numeri [o], ut Esa. 15. 9 [p]. Vel, agnorum numerum olim imperatum †. Monet Moabitas ut agnos, quos pro tributo Davidi olim pependerant pro pace ac tutela, 2 Sam. 8. 2. deinde Regibus Israelis ad Achabi usque tempora, 2 Reg. 3. 4. nunc, everso Israelis Regno, pendant legitimo hæredi Davidis, i. e. Ezechiæ [q]. Pendite tributum Judæis, ut olim, 2 Reg. 3. 4. quod facere desiistis 2 Reg. 3. 5 [r]. [Alii sic,] *Mittite arietem* (i. e. arietes, h. e. milites fortes, vel machinas bellicas *; utrumque enim כָּרִים interdum significat, ut 2 Reg. 11. 4, 19 [t]. & Ezec. 4. 2 [v].) *qui dominetur in terra*, Ma. ex For. Ironia est, quæ notat & pulsat ferociam & arrogantiam Moab, quando junctis Ammonitis venerunt contra Josaphatum; q. d. Scilicet in eo statu res vestræ sunt, ut mittatis milites, &c. Nihil equidem minùs poteritis facere; quinimo arrogantiæ vestræ pœnas luetis, &c [x]. Hoc caput præcedenti adjungendum esset, ut in quibusdam versionibus [JT. & Pi.] fit, quia unam constituunt prophetiam de Moabo [y].

a Pi. b Ang. c Pi. c M. V. Calv. d Calv. Q. in Ang. † Ang. f Q. in Ang. g M. h V. Calv. &c. i V. k Calv. l Pi. G. Jun. Ang. ex He. &c. m G. BA. &c. n G. o BA. 1. 2. 45. 484. p Ang. r Ang. † BA. ib. ex Jun.

¶ *De*, &c. [מִסֶּלַע מִדְבָּרָה] *De petra* (vel, *Sæla*, Ti.) *deserti*, M. P. Mo. BA. &c. Videtur hîc esse nomen loci, (ut *Petra* interdum sumitur,) siti in confiniis Moabi & Edomi. Vide Jos. 18. 28 [z]. *A petra*, &c. i. e. ab Aroer seu Rabbath-Moab, metropoli Moabitarum, in petra sita [a]. Vel, *è petra quæ est versùs desertum*, quam posteriora secula vocârunt *Charach-Moab*, i.e. arcem Moab, & Græci Χαρακμωβᾶ [b]. Locus hic synecdochicè ponitur pro tota regione [c]. Al. *de Petra ad desertum*, JT. Pi. G. Intellige hæc imperari Moabitis omnibus, quorum fines à Petra, ab Idumæis possessa, ad desertum Jordanis pertingebant [d]. Tota Moabitis hîc designatur à duobus ejus terminis; meridionali scilicet, nempe Petra, quæ erat metropolis Edomæorum & Arabiæ Petrææ, aliàs *Jokteel* dicta, 2 Reg. 14. 7. & septentrionali, viz. deserto Judæ ad Jordanem, ubi Jordanes influit in mare Mortuum †. ¶ *Ad montem filiæ Sion*] i.e. Ad Hierosolymam, sitam super montem Sionis [f]. Ad Templum [g].

2. *Et erit*, &c. [וְהָיָה כְעוֹף נוֹדֵד קֵן מְשֻׁלָּח תִּהְיֶינָה בְּנוֹת מוֹאָב מַעְבָּרוֹת לְאַרְנוֹן] *Et* (vel, *Nam*, Pi. Ang. ut Esa. 13. 8 [h]. vel, *Alioqui*, JT. Pi. Angl. scilicet, Nisi feceritis quod monui [i]: vel, *Sed*, Q. in V.) *erit*, (vel, *fiet*, Pi. vel, *erit* Moab, JT. Pi.) *sicut avis vagans*, sive *fugiens*, Mo. P. simil. JT. Pi. Ti. Ca. *nido emissa*, sive *ejecta*, Mo. Ti. (vel, *nidus* (vel, & velut *nidus*, P. V. sic Pi. For. Angl.) *dimissus*, JT. Pi. P. vel, *abjectus*, V. vel, *desertus*, ut Esa. 27. 10. nempe à matre; vel, *ejectus* sive *expulsus*, ut Exod. 12. 33. 1 Reg. 9. 7. *nidus*, pro pullis in nido, ut Deut. 32. 11. Luc. 13. 34 [k]. q. d. tanquam aviculæ è nido dimissæ [l], quæ nesciunt quò se recipiant [m]. Elegans allusio ad verbum *mittendi* v. 1. q. d. Mittite agnum vestrum, alioqui vos eritis sicut avis è nido dimissa, &c *.) *erunt* (vel, ità *erunt*, Q. in V. M. Ang. For. vel, *ut sint*; Heb. *Et fiet*, *erunt*, appositio [n]:) *filiæ* (i.e. vel, mulieres [o], vide Esa. 3. 16, 17. Luc. 23. 28 [p]; vel, villæ, ut Num. 21. 25, 32. &c [q]; vel, promiscua multitudo [r],) *Moab vada* (vel, ad *vada*, P. Ti. JT. Ca. Pi. Ang. &c. vel, ad *transitus*, Q. in V.) *Arnon*, Mo. P. &c. Arnon fluvius erat terminus Moabitidis Idumæam versùs *. q. d. Fiet ut per vada Arnonis captivæ abducantur [t], in Assyriam [v]. Vel, ibi erunt, fugientes ab hoste, & è terra sua [x]. Denunciat trepidam fugam & lassitudinem Moabitis, &c [y]. Est [in hoc versu] sermo ἐλλειπτικός. Sensus enim est, *Sicut avi profugæ & pullis è nido suo ejectis arbores sunt pro perfugio*; *sic urbes Moabitarum quæ sunt ad vada Arnonis* (i.e. propinquæ Israelitis, Jud. 11.) *Israelitis sint pro perfugio* [z].

3. *Ini*, &c. [הָבִיאוּ עֵצָה עֲשׂוּ פְלִילָה] *Affer* (vel, *Adducite*, M. *Advocate*, Ti. *Ini*, JT. Pi. Varia est lectio cod. Heb. הָבִיאִי *affer*, & הָבִיאוּ *afferte*; עֲשִׂי, & עֲשׂוּ [a].) *consilium*, P. V. &c. (quomodo possis evadere denunciatam cladem [b]; vel, *Cogite concilium*, Calv. sim. Angl.) *fac* (vel, *facite*, M. Ti. V.) *judicium*, Mo. P. &c. i. e. agite ex æquo [c]: vel, tuere profugos Judæos; syn. gen [d]. Vel, *decretum*; q. d. Statuite quid agatis, & exsecutioni mandate †. Per *consilium* & *judicium* intelligit subsidium & protectionem afflictorum: vel, loquitur de cogendis ad concilium Principibus Moab, ut protectionem decernant confugientibus ad se Judæis [f]. q. d. Vide ut consilio, &c. adjuves Israelitas afflictos, & ab antiqua inhumanitate tua desistas. Vide Deut. 23. 4 [g]. Præsta Israelitis quod debes ex fœdere veteri [h]. Revocat Moabitis in memoriam scelera ipsorum [i], quòd afflictis Judæis tantum abest ut succurrerint, ut etiam ipsos magis affixerint [k]; ut quàm meritò dent pœnas magis perspicuum

q G. ferè ex Jun. sim. BA. 1. 2. 4. 90. Glas. r Pi. Ang. &c. t Ca. * Ma. ex For. v For. x M. y For. z Ang. a Ang. b BA. 1. 2. 4. 90. c BA. 1. 2. 45. 485. d Musc. † G. f Pi. ferè ex Jun. g Pi. h Calv. i Ang. k Pi. l Ang. m Pi. sim. V. * V. n Ang. o Pi. p Pi. Ang. sim. JT. q Ang. r H. in Ang. * Ang. t Pi. v Ti. sim. V. x V. y Ang. z Calv. a G. b V. c Pi. d Ang. † Pi. f Ang. g Musc. h Jun. i G. k V. Calv. V.

perspicuum omnibus esse possit [l]. Ironia acris est. Moabitæ, ut verisimile est, cùm Sennacheribus Judæam subjugare cœpisset, consilium per satrapas ceperunt, an profugi Judæi excipiendi essent; timebant enim nè Assyriorum iram in se provocarent. Insumebant itaque dies inter deliberandum, dum Judæi vagi huc illuc abirent latebras quærentes. Hos irridet Propheta, quòd Regnum Juda sub Ezechia esset confirmatum, ipsi autem Moabitæ eadem perpeterentur quæ Israelitæ [m]. Moabitas dominatu spoliatos, extorres & profugos, per ironiam monet Esaias ut consilia ineant & judicia statuant, quæ olim per fraudem & injuriam everterant. Exprobratio est similis illi Gen. 3. 22 [n]. ¶ *Pone* (vel, *Dispone*, JT. vel, *Effice*, Pi.) *quasi noctem* (vel, *noctis*, JT. Pi.) *umbram tuam*, שִׁיתִי וגו׳] Judæos profugos suscipe, & inumbra largissimè hospitalitate tuâ [o]. Refrigera eos tanquam nox esset [p]. Phrasis hæc & occultationem & recreationem ipsorum denotat [q]. *Ponere umbram*, pro, præsidio esse; &, *umbra noctis*, sicut alibi *umbra nubis*, pro densa & opaca: qu. d. Præsta eis validum præsidium [r]. Esto securum perfugium, & jucundum refrigerium *. ¶ *In*, &c. בְּתוֹךְ צָהֳרָיִם] *In medio meridiei*, Mo. P. &c. *in ipso meridie*, Sy. Ti. Ca. In æstu afflictionis [t]. In gravissimo æstu; i. e. in illo incursu Salmanasaris, qui priùs Israelitas bello perculit quàm Moabitas attingeret [v]. ¶ *Et vagos*, &c. נוֹדֵד וגו׳] *Vagum* (vel, *Profugum*, V. vel, *Fugientem*, P. nempe Judæum aliquem †,) *nè reveles*, Mo. vel, *prodas*, M. P. Ti. hostibus [x]. Sit illis miseris tutus apud vos receptus [y].

4. *Habitabunt*, &c. יָגוּרוּ בָךְ] *Habitent*, vel *Commorentur*, (vel, *Peregrinabuntur*, M. vel, *Peregrinentur*, Calv.) *in* (vel, *apud*, M. Ti. JT. Pi. vel, *ad*, Calv.) *te*, Mo. P. Ca. &c. inter vos [z]. ¶ *Profugi* (vel, *propulsi*, sive *expulsi*, JT. Pi. Mo. P.) *mei*; ità Ti. נִדָּחַי] *Disjecti mei*, Ca. Calamitas hæc videri poterat rejectionis Judæorum signum: verùm castigat eos Deus non ut perdat, sed ut servet [a]: &, licèt ejecti essent, *suos* tamen vocat, non modò quòd ab ipso ejecti essent, sed etiam quòd essent de suo populo [b], & pro suo adhuc agniti; Ezec. 11. 16 [c]. ¶ *A facie vastatoris*; ità Pi. sim. Mo. P. JT. מִפְּנֵי שׁוֹדֵד] *Propter vastatorem*, M. V. i. e. nè veniant in manum hostis [d]. *Contra grassatores*, Ca. ¶ *Finitus*, &c. כִּי אָפֵס הַמֵּץ כָּלָה שֹׁד תַּמּוּ רֹמֵס מִן הָאָרֶץ] *Quia*, vel *Nam*, *defecit*, vel *finiit*, vel *cessavit*, (vel, *in nihilum redactus est*, M. vel, *esse desiit*, V. vel, *finiet*, sive *desinet*, JT. Pi. G. Sy. præt. pro fut. ut fieri solet, in Prophetis maximè: q. d. Si faciatis quæ jam dixi, Deus efficiet ut abeat Salmanasar, vobis intactis †.) *expressor*, vel *emunctor*, (vel, *qui premit*, Pi. Vox usurpatur de expressione *lactis*, Esa. 66. 11. *sanguinis*, Levit. 1. 15. Ingenium tyranni exprimit, qui emungit populum, &c [f].) *defecit* (vel, *deficiet*, sive *desinet*, JT. Pi. G.) *vastatio*, (vel, *populator*, sive *vastator*, M. P. Ti. G. &c.) *consumpti sunt* (vel, *consumpta sunt*, P. vel, *consumptus est*, M. Ti. vel, *consumentur*, JT. Pi. vel, *abibit de terra*, G.) *conculcans* (vel, *conculcator*, M. vel collectivè sumitur, vel distributivè [g]: *conculcatores singuli*, Pi. sic For. Angl. *vastatores singuli*, JT. vel, exercitus *conculcans*, V. vel, *reptilia*, P. He. in Angl. verbum plur. nomini sing. junctum [h],) *de terra*, Mo. &c. vel, *de ipsa terra*, M. *Nam desinunt oppressores, pereunt grassatores, abolentur ex terra vastatores*, Ca. Est ratio irrisionis; q. d. Non est quòd jam consilium ineas an debeas profugos recipere, jam defecit qui triturabat Israelitas, &c [i]. Putâsti, Moab, de populo meo actum esse: atqui profligabo hostes, & sic finem afflictioni illi afferam; tu verò peribis, &c [k]. Occurrit objectioni; q. d. Non diu durabit, neque onerosum erit, illud officium protegendi Judæos, nam Sennacherib subitò profligabitur, &c [l].

5. *Et præparabitur* (vel, *dirigetur*, ό. vel, *stabilietur*, V. JT. Pi. Ang. vel, *componitur*, Ti. vel, *firmabitur*, G. & pristino splendori restituetur [m],) *in* (vel, *ex*, Pi. Angl.) *misericordia* (vel, *pietate*, Ca. vel, *beneficentia*, Ti. vel, *benignitate*, Pi. scil. Ezeciæ, qu. d. ob benignam pauperum oppressorum sublevationem ab illo præstitam [n]; propter misericordiæ opera [o];) *solium*, וְהוּכַן בַּחֶסֶד כִּסֵּא] *Solium* hìc intellige vel, 1. Christi [p], cujus Regnum hìc describit [q]. *Tunc Christo Israel præparabitur thronus ejus*, Ch. Vel, 2. Judæ, sive Israelis, 2 Sam. 3. 10. dictum *solium* & *Davidis*, Esa. 9. 7. & *Dei*, 1 Par. 29. 23 [r]. Solium Regium Judæ *, vel Ezeciæ [t]. Sensus, Renovabitur Regnum in Judæa, partim in Principibus è tribu Juda, partim ac præcipuè in Christo, cujus Regnum erit spirituale [v]. De Ezecia locus exponi nequit, nam de majori Ecclesiæ instauratione disserit; necdum tempore Ezeciæ pœnas dederant Moabitæ [x]; & quæ hìc dicuntur majora sunt quàm ut Ezechiæ accommodentur [y]. In memoriam piis revocat, quòd Deus Regnum hoc stabile & æternum fore promisit, &c. Itaque de solo Christo exponi potest [z]. ¶ *Et sedebit super illud*] Nempe ille, vel unus, ut Esa. 8. 21. & 14. 30 [a]: vel, sub. *aliquis*, Pi. vel Ezecias, vel Christus. Dominator non deerit †. ¶ *In veritate*] Ità Mo. P. &c. i. e. cum veritate seu fidelitate regens [b]. Vel, *firmè*, vel *certissimè*, ut Prov. 11. 18. Esa. 61. 8. ut respiciat stabilitionem solii [c]. Vel, *constanter*, JT. Pi. Angl. ut Prov. cap. 29. v. 14. ut respiciat quotidianum justitiæ exercitium †. ¶ *In tabernaculo David*] i. e. In domo vel palatio Davidis, quod typus erat Ecclesiæ, Amos. 9. 11. quod etiam *tabernaculo* confertur [d], vel, 1. ex allusione ad Davidis conditionem, qui antè fuit pastor quàm Rex: vel, 2. ut significet Ecclesiam nihil simile habere cum thronis Regum †: vel, 3. quia ut eò confugiunt homines ab æstu Solis, vel à pluvia, ità loca judicii simile perfugium præstare debent [f]. ¶ *Judicans* (vel, *Judex*, JT. vel, *qui judicet*, Calv. Pi. i. e. qui fungetur officio boni rectoris, pios protegens & vindicans, &c. cùm alii Reges sæpe ut idola aut pecora sint, ut qui nihil judicii & prudentiæ habent [g]. Vel, *qui judicabit*, pro officio suo, Deut. 16. 18. &c. vel, *qui sedebit judicans*, quod hìc tanquam nota temporis pacifici proferri videtur, quum belli tempore cessant processus judiciales [h].) *& quærens* (vel, *quærat*, Calv. vel, *requirat*, Pi. vel, *procurans*, JT.) *judicium*] Ità Di. Mo. Ma. &c. q. d. Dirimet litem sibi oblatam, unicuique jus reddendo: & inquiret lites non oblatas, quas quæret, etiamsi nulli queri audeant [i]. ¶ *Et*, &c. וּמְהִר צֶדֶק] [Variè reddunt.] *Et accelerans*, vel *festinans*, *justitiam*, M. Ti. P. Mo. Ang. ό. sim. Sy. Ar. V. Calv. Ca. i. e. citò faciens, &c [k]. nullâ morâ, nullis tergiversationibus jus reddens [l]. Cunctatio juris sæpe injusta est [m]. Innuit ipsum brevi nos ulturum; id quod impatientiæ nostræ opponendum est [n]. Al. *& diligens in justitia*, scil. administranda. Sic מָהִיר sign. Esd. 7. 6. Proverb. 22. 29. Heb. *& celer*, &c. meton. effecti [o]. Al. *& promptus ad justitiam*, JT. Non repugno: sed malim, *peritus juris*, sive *justitiæ*. Sic vox מָהִיר indubiè sumitur Esd. 7. 6. sic & Psal. 45. 2. סוֹפֵר מָהִיר *scribæ periti*. Sic malim quàm *prompti*, aut *festini*: neque enim dicit se epithalamium hoc regium promptè & celeriter decantaturum, instar scribæ qui celeriter pingit; sed se jam pulchra & elegantia linguâ suâ prolaturum, instar scribæ qui stylo suo eleganter & peritè pingit. Sic & Syris sign. sic enim doctissimus Gabriel Sionita Syrus ad amicum quendam, לְגַבְרָא מְהִירָא וִידוּעְתָנָא, *viro perito & intelligenti* [p]. [Sensus versûs,] Habebitis bonos judices, idque sub tutela domûs Davidicæ. Sicut tentorium à Sole protegit homines; sic Reges, posteri Davidis, vos defensabunt [q]. Singula ferè hujus versûs verba suum pondus habent, adeò ut assiduâ meditatione dignus sit [r].

6. *Audivimus* (vel, Verùm *audivimus*, Pi.) *superbiam Moab*] Ità Mo. P. &c. Loquitur hoc Propheta in persona vel, 1. Gentium; q. d. Tunc dicent multi, Moab meritò pœnas dedit, erat enim arrogantissima *. Vel, 2. Dei; q. d. Observo insolentiam, &c [t]. q. d. Propheta, Surdis canimus: frustrà bona illis monita damus: nihil minùs illi facient quàm quod rectum est [v]. Occurrit objectioni, q. d. At Moabitæ nihil timent, sed, ut solent qui opibus & copiis abundant, attollunt se. Respondet, satìs notas esse eorum jactantias, quæ tamen non impedient quin à Deo profligentur [x]. ¶ *Superbus*, &c. גֵּא מְאֹד גַּאֲוָתוֹ וּגְאוֹנוֹ וְעֶבְרָתוֹ לֹא כֵן בַּדָּיו] *Superbus* (sub. *est*, G. ex Vulg. Ang. vel, *erat*, P. vel, quòd *superbus* sit, Pi. simil. Ti.) *valde*, Mo. P. M. Ang. &c. [Hæc verba parenthesi includunt P. Ang. Calv.] *Fastuosi* [convenit cum præcedente *Moabi*] *admodum*, JT. [Sequentia sic reddunt:] *superbia ejus*, *& arrogantia* (vel, *extollentia*, Mo.) *ejus*, *& iracundia ejus*, G. ex Vulg. Mo. sim. Di. *non sic mendacia ejus*, Mo. vel, *plus quàm fortitudo*

Marginal notes (left column): l Calv. — m For. — n Calv. — o Pi. — p G. — q Ang. — r D. prov. 2. 5. 135. — * Jun. — t Pi. sim. For. — v G. — † Pi. — x Pi. — y G. — z For. — a Calv. — b Calv. Ang. — c Ang. — d V. — † G. — f Ang. — g Ang. — h V. — i For. — k Calv. — l Ang. — m Ang. — n Q. in Ang. — o G. — p V. For. San.

Marginal notes (right column): r Ang. — * M. — t Ang. For. — v Pi. — x Calv. — y San. — z Calv. — a Ang. — † Ang. — b For. — c Ang. — † Ang. — d Ang. — † Calv. — f Ang. — g Calv. — h Calv. — i V. — k V. — l For. sim. Ang. — m For. — n Calv. — o Pi. — p Di. — q G. — r Calv. — * V. — t Ang. — v G. — x Calv.

tudo ejus, G. ex Vulg. Bene vertit בַּדָּיו : vide Job. 41. 3 y. [al. 10.] Vel, *non rectè* (ità כֵּן Num. 27. 7. 2 Reg. 7. v. 9 ; כֵּן enim interdum affirmare, & idem valere quod אָכֵן, observavimus ad Psal. 63. 3, 5. Psal. 127. 2.) *vectes ejus sunt*, i. e. Frustrà eis tanquam vectibus se effert & sustinet. Porrò, כֵּן, *sic*, non semper similitudinem denotat, sed tantùm insignem quandam emphasin ; q. d. Etsi multùm superbiat & irascatur, nè sic quidem vectes habet quibus jure inniti queat, *nè sic quidem vectes ejus sunt*. Locus planè parallelus est Jer. 48. 30 z. Vel, *non sic fortitudo ejus*, M. Superbia & ira major est quàm vires a. Al. *Arrogantiæ ejus, fastui ejus & furori ejus lacerti non respondent*, Ti. *adeò fastuosam, superbiam, ut ejus fastus, superbia, ferocitas excedat ejus captum*, Ca. Al. sic, *superbiam*, inquam, *ejus, & extollentiam ejus, & indignationem ejus*, P. Audivimus *elationem ejus, & superbiam ejus, & excandescentiam ejus*, Pi. [Ultima autem verba sic reddunt :] *non* erant *recta verba ejus*, P. *non* erunt *veri sermones illius*, Q. in V. *non* (vel, attamen *non*, Pi.) *sic*, vel *ità*, (sub. *succedent*, JT. vel, *rata erunt*, i. e. sortientur effectum b; vel, *rem efficient*, Pi.) *mendacia ejus*, V. JT. Pi. i. e. vana consilia c, quæ jactat d. Aliàs בַּדִּים sign. *mendaces*, vel, viros *mendaciorum*, ut Esa. 44. 25. Jerem. 50. 36 *. Al. *non rectum cogitationes ejus*, Al. in V. Alii exponunt pro *viribus* & *robore* ; q. d. Plus præsumpserunt quàm potuerint : Non responderunt vires præsumptioni eorum. Videtúrque proverbium fuisse, quum בַּדִּים sint *vectes* f. *Non ità mendacia ejus*, scil. *erunt*, vel *fiunt*, nimirum, uti fastus ejus & furor, &c. præ se ferunt : q. d. Conatus ejus præsumptuosi fient mendaces, sive irriti g. *Non sic mendacia ejus*, ut Job. 11. 3. vel, *imaginationes*, sive *technæ*, *ejus* : (vide 1 Reg. 12. 33. Neh. 6. 8.) *Non sic*, nempe quicquam efficient quod concipit. Defectiva loquutio, qualis Genes. 48. 18. Exod. 10. 11. Num. 12. 7. Prov. 15. 7. Luc. 22. 26. Ephes. 4. 20 h. Non dubium est hanc Prophetæ mentem esse, Moab temere efflare vanas suas ostentationes, quia quod concepit non efficiet i.

7. *Idcirco ululabit* (vel, *lugebit*, V.) *Moab ad* (vel, *propter*, V. Ang. vel, *super*, P.) *Moab*] Ità Mo. Ti. V. *Moabita ad* (vel, *ob*, G.) *Moabitam*, Ca. Pi. &c. ut innuat vicissitudinem ululandi k. Superstites lugebunt interfectos l. ¶ *Universus* (vel, *Totus ipse*, V. vel, *Totum ejus*, nempe Moabi m,) *ululabit*] Propter irruptionem hostilem Assyriorum sub Salmanasare, ut percipitur ex v. ult n. ¶ *His qui*, &c. לַאֲשִׁישֵׁי קִיר חֲרֶשֶׂת תֶּהְגּוּ אַךְ נְכָאִים] [Variant.] *Ob* (vel, *Super*, P.) *fundamenta* (*De fundamentis*, JT. Pi. G. Ità vox sumitur Esd. 4. 12. Jer. 50. 15 o. *Fundamenta* intellige vel, 1. [metaphoricè,] Principes & magnates urbis p : vel, 2. propriè ; quòd hæc sola ex omnibus Moabitarum oppidis [fundamenta] vetusta erant, nec eversa in illa expeditione 2 Reg. 3. 24, &c q ; vel, quòd urbs illa eversa foret à fundamentis r.) *Chir-chareseth* (quæ etiam *Kir* dicta Esa. 15. 1. & *Kir-heres* infrà v. 11. q. d. *civitas solis*, forsan à Templo quod ibi erectum est in honorem Solis †. [Alii appellativè reddunt ;] *urbis fictilis*, M.) *meditabimini*, Mo. tanquam de loco munito quò confugiatis t. Vel, dolentes *meditabimini*, M. sic Angl. vide Esa. 38. 14. & 59. 11 † : vel, *gemetis*, V. Ang. vide locum parallelum Jer. 48. 31 * : vel, *loquemini*, P. sim. JT. G. vel, *confabulabimini*, i. e. consolabimini vos, quòd recipere vos possitis in urbem illam tanquam probè munitam v. [Ultima verba sic reddunt ;] *Veruntamen* (vel, *Sed*, V. vel, *Utique*, ut 1 Sam. 25. 21. 1 Reg. 22. 32 x ; vel, *qui tamen*, M. vel, *qui tantùm*, Q. in V.) *percussi*, Mo. V. vel, *claudi* remansistis, M. Q. in V. Per *claudos* reliquias inermes intellige y. Vel, *percussa* sunt, Ang. vel, *contrita* sunt, JT. Pi. Angl. scil. fundamenta illa ; i. e. certè conterentur, utut vos illis confisuri estis z. Vel, *eversa* sunt, G. Verba hæc sunt vel, 1. Prophetæ, innuentis frustrationem spei eorum, &c a. [Vel, 2. Moabitarum :] q. d. Confisi quidem eramus istis tantis munimentis ; sed stare contra Assyrios non potuerunt. Vide quæ dicemus ad Jer. 48. 31 b. [Alii totum sic reddunt,] *Mutilis quoque* (scil. mendicis c) *ad Cirharesæ murorum radicem plangentibus*, Ca. Al. *De lagenis* (vel, *Ad dolia*, Ti. vel, *Propter dolia*, Q. in V.) *Kirhareseth*

y G. z Di. a Marl. ex L. b Q. in V. c Pi. d V. * Pi. f M. g Glass. gram. 3. 5. h Ang. i Calv. k Ang. l V. m Ang. n Pi. o Ang. p He. in V. M. q Jun. r V. sim. Ang. † Ang. t Idem. † Id. * Id. v Pi. x Ang. y V. z Pi. a Q. in Ang. b G. c Ca.

gemetis, Di. Ti. *attamen percussi*, Ti. vel, *sed abjecti*, aut *tristes*, Q. in V. vel, *utique* (ut אַךְ sumitur Psalm. 73. 1, 13.) *confractæ sunt* d. אֲשִׁישִׁים verto, *lagenas*, tum quia ratio horum gemituum v. seq. petitur à languore vinearum * : tum quia id sign. Os. 3. 1. & in aliis omnibus locis ubi occurrit ; nec uspiam *fundamenta* sign. אֻשְׁיָא quidem Chald. sunt *fundamenta* ; at id apud Hebræos non tam videtur respondere אָשִׁישׁ, quàm אָשְׁיָה, cujus plurale אָשְׁוֹת exstat Jer. 50. 15. & *fundamenta* sign. sed est ab alia radice f.

8. *Quoniam*, &c. [כִּי שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל] *Quia* (vel, *Porrò*, vel *Etiam*, ut Esa. 15. 9. & 32. 13 g.) *arva* (id sign. Jer. 31. 40. Hab. 3. 17 † ; vel, *vites*, M. P. JT. Pi. ità sumitur Deut. 32. 32. & Hab. 3. 17 h. Sed non necesse est ibi ità sumi ; & Hab. 3. distinguitur à *vitibus* i. Vel, *campi suburbani*, V. sim. Vulg. Ti. vel, *segetes*, Ca.) *Chesbon debilitata*, Mo. ad verb. *debilitabuntur*, V. vel, *desolatæ sunt*, P. vel *excisæ sunt*, M. sim. Ti. vel, *elanguent*, JT. simil. Pi. ¶ *Et vineam*, &c. גֶּפֶן שִׂבְמָה] *Vitis* (i. e. vites k) *Sibma*, Mo. P. &c. sub. *excidetur*, inquam, V. *Et vitis*, &c. Ang. sim. G. Ellipsis copulativæ, ut Esa. 14. 5. & 15. 1 †. Item *vites*, &c. Pi. vel, *Quod ad vites Sibmæ spectat*, Angl. Per *vineam* urbem intellige l ; vel regionem, quæ vitibus abundâsse videtur, & cujus vastatio hîc prædicitur m. *Sibma* aliis dicitur *Sabama* n. De *Sabama* vide Num. cap. 32. v. 38 o. ¶ *Domini gentium*] i. e. Victores populorum p ; Principes Assyrii q, vel Chaldæi r. ¶ *Exciderunt*, &c. הָלְמוּ שְׂרוּקֶּיהָ] *Contriverunt*, vel *contuderunt*, (vel, *quassaverunt*, Mo. *conculcârunt*, Ti. V. vel, *conterent*, Q. in V.) *optimas vites ejus*, P. Mo. vel, *meliores propagines ejus*, M. vel, *lectissimas plantas ejus*, JT. Pi. ipsius *Hesbon* scilicet, & *Sibma*, i. e. cujusque earum † : h. e. cives præstantissimos t. ¶ *Usque ad Jazer pervenerunt* ; sic P. &c. נָגָעוּ] *Pertingunt*, Pi. sim. JT. scil. plantæ illæ ; i. e. exportantur v. [Ti. hæc verba cum præc. שְׂרוּקֶּיהָ jungit, locum sic reddens, *Electissimæ propagines ejus ad Jazer pertigerunt.*] Al. quæ *porrigebant se usque ad Jazer*, Angl. urbem in finibus Moabi x. Vide Jos. 21. 39 y. Amplitudinem vinearum hîc innuit, quæ multa millia occupabant. Ellipsis hîc est relativi z, ut Gen. 39. 4. Esa. 42. 5 a. q. d. Tametsi amplissimæ erant illæ vites, eas tamen omnes calcabunt, & totam regionem vastabunt b. Alii referunt ad homines in captivitatem abductos, & opes asportatas, &c. Esa. 15. 7. qui *porrigebant se*, &c c. Alii ad hostes referunt, qui eò pervenerunt d. Sed præstat ad vites referre *. ¶ *Erraverunt*, &c. תָּעוּ מִדְבָּר] *Erraverunt* (vel, *Oberrant*, Pi. vel, quæ (scil. vites, Angl. Calv.) *erraverunt*, i. e. huc illuc se deflexerunt, ut homines aberrantes solent : vel, & *erraverunt* f,) *desertum*, Mo. vel, in, sive usque ad, (vel, per, Ang. Pi.) *desertum*, P. V. Calv. &c. nempe Moabi, Deut. 2. 8 *. *Erraverunt in deserto*, G. ex Vulg. Moabitæ errabunt in deserto ad Jordanem g. ¶ *Propagines*, &c. שְׁלוּחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ עָבְרוּ יָם] *Propagines*, vel *Palmites*, (Heb. *Emissiones*, G. Mo. vel, *Nobiles surculi*, M.) *ejus* (sub. *regionis*, Pi.) *evulsæ sunt*, Pi. sim. JT. (vel, *extenderunt se*, Mo. sim. G. Ang. Ità verbum usurpatur Jud. 15. 9. &c. Confer locum parallelum Jer. 48. 32 h. Id est, longè exsulabunt i. Al. *prostrati sunt*, M. vel, *adjecti jacuerunt*, Ti.) *transierunt* (vel, ut *transierint*, M. vel, *transmittentes*, Ti. vel, quæ *transibant*, V. vel, *trajiciunt*, JT.) *mare*, Pi. Mo. &c. nempe mare Jazeris, ut Jer. 48. 32 ; vel, mare Mortuum, quod erat Moabi terminus, vide Esa. 15. 5 ; vel, mare Mediterraneum ; vel, flumen Assyriæ k. Sensus est, Vites selectæ ejus in alias regiones deportantur. Sub *vineis* autem, quibus Moab abundabat, omnes ejus facultates comprehendit l. *Transierunt mare*, fugientes scilicet, vel in captivitatem abducti m. Quidam præ metu etiam mare trajiciunt, putà in Cyprum n. Moabitas comparat *propaginibus* quæ longè latéque emittuntur. Irridet itaque Prophetа Moabitas, quòd, adventantibus hostibus, huc illuc dispersi essent, quidam ad ultimos Regni fines properarent, alii per desertum quod Moabitis adjacet abirent, alii per mare Mortuum transirent *. Sed præstat de vineis accipere, quas diffusas dicit ad mare, imò *trans mare*, quòd in feraci solo propinquum mare aggeribus repelli solet, ut propagetur cultura, jactísque pilis & molibus

d Di. * Di. sim. V. f Di. g Ang. † Idem. h Pi. i Ang. k Ang. † Idem. l G. m Calv. n Musc. o G. p Calv. q Pi. Ang. r Ang. † V. t G. v Pi. x Ang. Calv. sim. San. y G. Ang. z Ang. ex Calv. a Ang. b Calv. c Q. in Ang. d Q. in Calv. * Calv. Ang. f Ang. * Idem. g G. h Ang. i G. k Q. in Ang. l Jun. sim. plerique in Ang. m Me. sim. n T. ex Hi. * G. * For.

molibus impetus aquæ arcetur ad solum dilatandum [o]. Similem vide [descriptionem vineæ,] Psal. 80. 9,—12. & contractiùs, Jer. 48. 32 [p]. Significat regionem fertilissimam [q], ut luctum excitet ob præsentem vastationem [r]. [Ca. totum sic reddit, *Cujus palmites, ad Jazer usque patentes, sylvas pererrant; cujus porrecta radices mare transeunt.*]

9. *Super*, &c. עַל כֵּן אֶבְכֶּה בִּבְכִי יַעְזֵר גֶּפֶן שִׂבְמָה] *Idcirco plorabo*, sive *deflebo*, *in fletu Jabazer*, Mo. P. M. &c. (i. e. vel, sicut flevit Jazer †; vel, simili planctu quo planxi excidium Jazer *: quæ urbs, ut hinc colligitur, ante Sibmah & reliquas eversa fuit [p]:) *vitem*, sive *vineam*, (i. e. urbem [q],) *Sibma*, Ang. Vulg. &c. paulò pòst excisam †. *Jazorensi ploratu Sabomensem deplorabo vineam*, Ca. Vel, in fletu *vitis*, &c. P. vel, & fletu *vitis*, &c. M. i. e. *unà cum civibus Jaazer & civibus Sibma*, sub. *dicet aliquis Moabita*: q. d. Deflebo sortem Jaazer & vineæ Sibma, cùm audiero miseriam eorum [r]. *Propterea in fletu meo deflebo Jaazer, & vineta Sibmæ*, Ti. *Idcirco defleo fletum* (i. e. miseriam; metonymia effecti & paronomasia †,) *Jabzeris, vitemque Sibmæ*, Pi. [Ch. locum sic reddit, *Propterea sicut adduxi exercitus contra Jazer, sic adducam occisores contra Sebama.*] ¶ *Inebriabo te*; ità Ch. M. P. Mo. אֲרַיָּוֶךְ] *Irrigabo te*, Ch. Sy. Pi. *Aspergens te*, Ca. ¶ *Eleale*] Vide Esa. c. 15, v. 4 [t].

¶ *Quoniam*, &c. כִּי עַל קֵיצֵךְ וְעַל קְצִירֵךְ הֵידָד נָפָל] *Quia de* (vel, *super*, Pi. Mo. P. &c.) *æstivis fructibus tuis* (vel, *æstivos*, &c. Mo. P. M. &c. Hebr. *æstatibus*, Pi. Angl. &c. Gen. 8. 22. Sic & *messis*, pro *fructu* ejus [v]:) *& de* (vel, *super*, Pi. &c.) *messe tua* (vel, *messem tuam*, Mo. P. M.) *celeusma* (vel, *jubilus*, M.) *concidit*, JT. Pi. vel, *irruit*, sive *irruet*, M. Ti. vel, *cecidit*, Mo. P. *Celeusma* hìc est clamor lætus [x], vel, 1. [Moabitarum, olim pro more] clamantium, & agitantium hilaria ex messe & fructibus perceptis [y]; vide Esa. 9. 3 [z]: vel, 2. hostium [a]; ut constat ex loco parallelo Jer. 48. 32 [b]. vide & Jer. 51. 14 [c]; i. e. vox militum tempore messis tuæ in te irruentium, & sese mutuò exhortantium in expugnatione urbium tuarum [d]. *Vox calcantium*, G. ex Vulg. i. e. barritus omnia corrumpentium *. κέλευσμα est exhortatio nautarum mutua, & aliorum, cùm, uno jubente, alii uno concentu respondent †. [Alii totum sic reddunt,] *Cecidit* (i. e. Periit tibi, vastatis nempe agris,) *æstatis messisque tuæ* (Heb. *in æstatem*, &c.) *celeusma*, h. e. jubilum & lætus cantus, quo solent uti qui metunt aut vindemiant; ut sit *celeusma in æstatem*, pro adjectivo *æstivum* *.

10. *Et*, &c. וְנֶאֱסַף וגו׳] *Et deficiet lætitia*, P. *finietur*, Q. in V. *intercepta est*, JT. *ablata est*, M. Ang. V. Heb. *collecta est*, Pi. Angl. V. i. e. sublata. Hebræi sic utuntur voce *colligendi* [f]. Vide Jer. 8. 13. & 10. 17. & 16. 5. Alludit tamen ad messem tunc temporis speratam; q. d. Messis vestra collecta est, & prærepta vobis, &c [g]. ¶ *De Carmelo*, מִן הַכַּרְמֶל] *A Charmel*, Mo. *Carmel* hìc appellativè sumitur, pro agris fertilibus, ut Esa. 10. 18 [h]. *De agro culto*, Ti. Ca. *ex arvis*, JT. Pi. *ab ubere campo*, M. G. sim. P. i. e. à Moabo, quæ regio fertilis erat [i]. ¶ *Non*, &c. לֹא יְרֻנָּן לֹא יְרֹעָע] *Non ovabit, non jubilabit*, Mo. *Non cantabitur*, (vel, *exsultabitur*, M.) *neque jubilabitur*, P. simil. M. Ti. &c. qu. d. Tota regio vasta erit, ut nulla ampliùs in ea messis aut vindemia fit [k].

11. *Venter*, &c. מֵעַי לְמוֹאָב כַּכִּנּוֹר יֶהֱמוּ] *Viscera mea super* (vel, *propter*, V. Pi. &c. vel, *ad*, P.) *Moab* (vel, miseriam *Moab*, V.) *quasi cithara* (quæ non sonat nisi percussa [l],) *sonabunt*, Calv. vel, *perstrepunt*, Pi. sim. V. Hoc dicit Propheta [m], vel, 1. in persona Moabitarum [n]; vel, 2. in persona sua, ex collat. Jer. 48. 36. q. d. Miseriæ Moabi tantæ sunt, ut vel hostem flectant ad misericordiam [o].

12. *Et erit*, &c. וְהָיָה כִּי נִרְאָה כִּי נִלְאָה מוֹאָב עַל הַבָּמָה] *Et* (vel, *Itaque*, JT.) *erit*, (vel, *fiet*, Pi.) *cùm apparuerit* (vel, *visus fuerit*, M. vel, *conspectum fuerit*, Pi. vel, *perspicuum erit*, JT.) *quod fatigatus fuerat* (vel, *laboraverit*, Mo. vel, *defecit*, rogando & plorando [p],) *Moab super excelsum*, Mo. P. *in excelso* suo, JT. vel, *juxta excelsum*, i. e. altare constructum in honorem dei sui in colle †: vel, *in excelsis*, M. &c. Sing. collectivè ponitur. *Fatigatus*, vel discursitatione de loco in locum, vel multitudine sacrificiorum [q]. Cùm videbunt Moabitæ se in frondosis collibus multùm orando nihil proficere [r]. ¶ *Ingredietur*, &c. וּבָא אֶל מִקְדָּשׁוֹ וגו׳] *Et* (vel, *Tunc*, P.) *ingredietur* (vel, *Ut ingrediatur*, Pi.) *in sanctuarium*, vel *sacrarium*, *suum* (i. e. templum summi sui idoli, Chemosh, 1 Reg. 11. 7. Jer. 48. 46. quod illis id erat quod Judæis tabernaculum †,) *ad orandum*; (vel, *deprecatum*, JT. Volent ire ad commune gentis idolium, quasi ibi potiùs exaudiendi [t]:) *&* (vel, *sed*, Pi. Ti. vel, *tamen*, JT.) *non* (vel, *nihil*, JT.) *poterit*, Mo. P. M. Pi. &c. nempe, illuc ire [v], præ fatigatione [x]: vel, sub. *eum juvare deus ipsius*. Confer Num. 21. 29 [y]. Vel, *non prævalebit*. Ità verbum usurpatur Num. 22. 6, 11. Hos. 12. 4 [z]. [Alii totum sic reddunt;] *Ità fiet ut appareat Moabitas ad sacellum fatigatos, summque ingressos sacrarium ad supplicandum, nihil profecisse*, Ca. *Fiet autem ut Moab, videns* [se] frustrà *laborare in excelsis, proficiscetur*, &c. Ti. *Futurum est autem, cùm apparuerit*, (scil. *malum hoc quod prædico*,) *quòd defatigatus Moab super excelsum*, (scilicet, *velit conscendere*,) *& veniat* (i. e. venire velit) *ad sanctuarium suum, neque valeat*. Hinc (ex depravata nempe eorum opinione) valde cruciabatur, & desperabat, quòd in adversis rebus viam ad deum suum præpeditam cerneret, &c [a].

13. *Hoc verbum*] Id est, sententia, ut 2 Reg. 9. 36. vel, judicium, ut Jeremias reddit [b]. Hæc est summa prophetiæ, &c [c]. ¶ *Quod locutus est*—*ad* (vel, *super*, Calv. vel, *contra*, Angl. vel, *de*, Ang.) *Moab*] Heb. אֶל מוֹאָב ¶ *Ex tunc*; ità Mo. Ch. מֵאָז] Satis obscurum hoc est [d]. [Variant.] *Hactenus*, Ti. *olim*, Ar. For. *jam olim*, vel *jampridem*, V. Ca. Angl. Indefinitè, & sine temporis restrictione *. Multò antè quàm fierent [f]. Longè ante hanc eversionem, quam priùs prædixit, nunc autem [v. seq.] tempus ejus præfigit [g]. Sensus, Quæ hactenus dixi, sine præfinitione temporis jampridem mihi Deus revelaverat [h]. *Ab illo tempore*, Sy. M. JT. Pi. sic P. Ang. Significat, hoc non nuper à Deo decretum, sed multò antea [i]. Sed quodnam hoc tempus [k]? Resp. 1. Ex quo conati sunt Moabitæ maledicere Israeli, Num. 22. 5, 6 [l]. Mox ut Moab ingratitudine, inhospitalitate, superbiâ, &c. peccavit [m]. 2. Ex quo Deus legem in eos sanxit, Deut. 23. 3, 4 [n]. 3. Ex quo illi Judæis subjecti fuerunt, 2 Sam. 8. 2 [o]. 4. Ex quo à Judæis defecerunt, 2 Reg. 3. 4, 5 [p]. 5. Ex quo Amos eorum exitium prædixit, Amos. c. 2. v. 1, 2, 3 [q]. 6. A principio hujus prophetiæ, quæ cap. 15. cœpit [r]. Ex quo hoc primùm patefactum est Prophetæ †. Illud *ex tunc*, ex usu Scripturæ, longum tempus designat quod jam antecessit. Hæc autem alio tempore fuisse prædicta probant verba seq. *Et tunc* [lege, *nunc*] *locutus est*, &c. q. d. Ea quæ statim succedunt nunc primùm dicuntur; alia *ex tunc*, i. e. alio tempore, prædicta sunt [t].

14. *Et* (vel, *Sed*, Ang. Pi. &c. quia scil. monitiones Prophetarum contemnunt [v],) *nunc locutus est Dominus, dicens*] Antè prædixerat eversionem [x]; nunc verò etiam tempus mihi significavit [y]. ¶ *In*, &c. בְּשָׁלֹשׁ שָׁנִים] *In tribus annis*, M. P. Mo. &c. *Intra tres annos*, V. Pi. Sy. Al. *Per tres annos*, ut innuat tempus, non quando incipiet, sed quo durabit [z]. Sed pauci hanc interpretationem sequuntur; & alia loca parallela, Esa. 7. 8. & 21. 16. referunt ad tempus cùm hæc calamitas Moabo accideret. Hi autem admodum variant [a]. 1. Tribus annis post excisam Hierosolymam [b]. Hanc sententiam sic confirmant. 1. Quòd Esaias & Jeremias, qui eisdem sæpe utuntur verbis & sententiis, de eadem Moabi perditione loqui videntur. 2. Quòd Moab ante illud tempus non multùm vexatus fuit, Jer. 48. 11. 3. Quòd tunc Nabuchod. teste Josepho, Antiq. 10. 11. Moabitas invasit [c]. Sed hæc non cogunt. Dici potest, ad (1.) Quanquam Esaias & Jeremias de vastatione ejusdem terræ loquantur, & quidem eisdem sæpe phrasibus; non tamen sequitur eos de eadem vastatione loqui: multæ enim Prophetarum phrases in Apocalypsi de aliis historiis usurpantur. Ad (2.) Certum est Moabum antea magnâ parte terræ truncatum fuisse, Num. 21. 26,—30. Jeremiæ verba hoc tantùm innuunt, eum non pari gradu cum Israelitis, vel cum Judæis, afflictum fuisse. Ad (3.) Josephus dicit hoc quinto pòst anno factum [d]. 2. Intra tres annos ab hac prophetia. Nam,

o Calv. p Ang. q Calv. r Arg. † Me. * T. p Ang. ex Sin. q T. † T. r V. † Pi. t G. v Ang. x Pi. y Jun. sim. Q. in Ang. z Ang. a M. V. Calv. Ang. b Ang. ex Calv. c Ang. d V. * G. † V. * Ca. f V. sim. Ang. g Ang. h Ma. &c. i San. k Calv. l G. m Pi. n Calv. o Ang. p V. † V.

q Ang. r G. † Ang. t G. v V. sim. G. x V. sic For. y Pi. z Ang. a For. b V. c San. d San. * Ang. f For. g V. h G. i Calv. k San. l Q. in Ang. m Calv. n Al. in Ang. o Pi. ex Jun. p Al. in Ang. q Al. in Ang. r San. † Ang. t San. v Pi. x V. ad v. 13. y G. sim. V. ib. z Q. in Ang. sim. Me. a Ang. b T. ex Me. c Q. in Ang. d Ang.

Nam, 1. hanc principio regni Chiskijæ denunciatam esse judicamus ex initio hujus cap. Putamus autem Schalman-Eserem occupâsse agrum Moabitarum cùm ad oppugnandam Samariam veniret, nè quid à tergo relinqueret quod sibi damnosum esset *. Ità prophetia hæc idem tempus respicit cum præcedente adversùs Philistinos, Esa. 14. 28 [f]. Complementum vide 2 Reg. 18. 9. ubi narratur, *quarto Hiskiæ anno Salman. profectum esse contra Samariam* [g]. Sed huic sententiæ obstat consilium Moabo datum de protegendis profugis Judæis, (quò venienti huic malo occurrerent;) quales non erant primis Hiskiæ annis [h]. 2. Prophetia hæc exhibita est quarto Ezeciæ anno, cùm Salmaneser inchoavit obsidionem Samariæ, quam post tres annos cepit, 2 Reg. 18. 9, 10. & deinde Moabitas invasit [i]. Tunc quidem poterat Moab illud officium Israelitis, nempe decem tribubus, præstare; verùm Propheta illud pro Judæis postulat [k]. 3. Prophetia hæc data est anno Ezeciæ undecimo, cujus anno 14. Sennacherib venit in Judæam, 2 Reg. 18. 13. unàque malum hîc denunciatum Moabo inflixit [l]. Sed hæc sententia eâdem quâ prior difficultate laborat. Quam ut tollant, alii dicunt hoc tribus annis post obsessam à Sennacheribo Jerosolymam inchoandum esse: id quod non patitur illa Sennacheribi clades, Esa. 37. 37, 38. Existimo itaque hanc prophetiam anno 14. vel 15. Ezeciæ traditam, & impletam anno 18. vel 19. ejusdem, non per Sennacheribum, ut volunt, sed per filium ejus, Esar-haddonem, qui, post patris mortem, redintegratis viribus, & patris cladem ulturus, Judæam aggredi statuit, ità tamen ut priùs viam muniret, amotis Israelitis. Vide Esd. 4. 2. & ad Esa. 7. 8. Ut mentem meam pleniùs aperiam, Suppono plenariam Moabi perditionem, hîc denunciatam, & à Jeremia confirmatam, per Nabuchodonosorem exsecutioni mandatam. Ut autem Deus interdum facit fidem de complemento prophetiæ longo pòst tempore implendæ per aliàm prædictionem citiùs implendam, cujus exempla vide Esa. 7. 8, 16. & 8. 4. & 14. 25. ità hîc fecisse mihi videtur. In præcedente prophetia extremam prædicit statûs Moabitici ruinam post multos annos futuram: ad cujus certitudinem confirmandam, prædicit hoc loco eundem statum intra tres annos plurimùm attenuandum fore, &c [m]. ¶ *Quasi*, &c. כִּשְׁנֵי שָׂכִיר] *Tanquam annis* (vel, *similes annis*, V. vel, *ut* sunt *anni*, JT. Ca. Pi. vel, qui erunt *quasi anni*, M.) *mercenarii*, Mo. P. &c. i. e. præcisè numeratis [n]. Nec citiùs, nec tardiùs *. Intra triennium præfixum & certum [o]. Non dabit Deus illis longius pœnitentiæ spatium [p]. Mercenariis certum tempus constituitur [q], cui nihil deest, neque superest [r]: neque ipsis [lege, ipsi, nempe mercenarii,] patiuntur aliquid addi †; (sed ut annos præcisè numerant, ità eorum exspirationem ardenter exspectant, Job. 7. 1, 2. &c [t];) neque qui conducit quicquam demi patitur [v]. Mox finito anno ejicitur mercenarius: Sic impii à Deo accipient salarium, &c [x]. [Alii hunc locum aliter accipiunt.] Sensus est, tribus annis duraturam hanc Moabitarum vexationem, qui tres anni erunt ut anni mercenarii, h. e. non otiosi aut quieti, sed laboriosi & molesti [y]. ¶ *Auferetur*, &c. וְנִקְלָה וגו'] *Et vilipendetur* (vel, *reddetur vilis*, JT. Pi. sim. V. vel, *in ignominiam vertetur*, M.) *gloria Moab*, Mo. P. Di. &c. ¶ *Super*, &c. בְּכֹל הֶהָמוֹן הָרָב] *In*, vel *cum*, *omni* (vel, *tota sua*, JT. vel, *tota illa*, Pi.) *multitudine* (vel, *turba*, Mo.) *multa*, V. vel, *maxima*, JT. sim. Pi. i. e. Quæ [nempe gloria ejus] posita est in magno populi sui numero [z]: vide Prov. 14. 28 [a]. Vel, *quæ* jam est adeò *magna*: sic enim articulus duplicatus reddi debet †. Al. *cum omni pompa ejus, quæ multa est*, Ti. *per omnem multitudinem ejus, quæ plurima est*, M. *cum omnibus opibus multis*, vel, *in omnibus opibus multis*, sub. *sita* [b]. Ego libenter nomine *gloriæ* nobiles & primates, nomine autem *turbæ* vulgus & populum reliquum, intelligo *. ¶ *Et*, &c. וּשְׁאָר מְעַט מִזְעָר לֹא כַבִּיר] *Et residuum* (vel, *Ità* ut *residuum* sit, JT. Pi.) *parvum*, (vel, *paucum*, P.) *pusillum*, (vel, *minus pusillo*, JT. Pi.) *non copiosum*, Mo. vel, *non forte*, P. vel, *invalidum*, JT. Pi. *Et quod residuum manserit* erit *valde modicum* (Heb. *exiguum parvum*; eadem res bis expressa verbis diversis, ut summam paucitatem indicet [c]:) & *invalidum*, M. sim. Ang. *Et reliquiæ* erunt *plusquam paucæ* (vel, *parvæ & modicæ*, V.) *atque invalidæ*, Ti. vel, *non fortes*, V. Maxima pars cadet; & qui supervixerint erunt paucissimi, nec recipient vires pristinas [d].

* Jun. sim. Pi. — [f] Q. in Ang. — [g] Pi. — [h] Ang. — [i] Al. in Ang. — [k] Ang. — [l] Al. in Ang. — [m] Ang. — [n] G. sim. Ang. Pi. — * Pi. — [o] V. — [p] Oecol. in Marl. — [q] V. — [r] For. — † V. — [t] Ang. — [v] V. — [x] M. — [y] San. — [z] V. sim. Ang. — [a] Ang — † Ang. — [b] Di. ad Esa. 5. 13 — * For. — [c] Ang. — [d] V.

CAP. XVII.

1. *Onus Damasci*] i. e. Prophetia de cladibus Damasci, (metropoleos Syriæ,) simúlque Regni Israelis, ex collat. v. 2. & 3. Syn. membri [a]. Vaticinium hoc edidisse videtur Esaias cùm duo Reges, Israelis & Syriæ, in Judam conspirarent, &c. cap. 7. Utrosque enim, tam Israelitas quàm Syros, conjungens, ad commune judicium vocat; ut sciatur hoc tantùm profecisse illos impiâ societate, ut se eodem simul exitio involverent [b]. Capta fuerat Damascus à Theglathphalsaro 2 Reg. 16. 9 [c]. Sed excisa fuit, vel à Nabuchod. post eversam Jerosolymam [d]; vel à Salmanassaro, ob societatem quam contra Assyrios fecerat cum 10 tribubus. Ob id mala Damasci cum malis 10 tribuum, ut communem causam habentia, Propheta hîc conjungit. Si haberemus historias Nicolai Damasceni, hæc omnia luce clariùs apparerent *. Damascenos præcipuè respicit hæc prophetia, licèt Israelitas etiam spectet. Consilium Prophetæ erat, Damasci ruinam per comparationem Israelis confirmare: q. d. Non est cur Damasceni meliora sperent, cùm nè suis quidem Israelitis ampliùs sit parciturus Deus †. ¶ *Ecce*] Hæc attentionis nota rem valde improbabilem esse significat [f]. ¶ *Desinet*, &c. מוּסָר מֵעִיר] *Remota à civitate*, Mo. *ablata*, vel *sublata*, *est* (vel, *removetur*, P. *amovebitur*, JT. Pi.) *nè sit civitas*, M. Ti. P. JT. Pi. Heb. *à civitate*, vel, *ab* essendo *civitatem*, Pi. Ang. *tolletur de civitatibus*, o'. Ar. *desinet esse civitas*, Sy. sic Ca. Confer 1 Sam. 15. 23. Jer. 48. 2 [g]. ¶ *Acervus*, &c. מְעִי מַפָּלָה וגו'] *Acervus*, vel *cumulus*, *ruinæ*, Mo. P. M. JT. Pi. V. id est, ruderum [h], sive lapidum, qualis esse solet in ruinis [i]. *Vasta ruina*, Ti. *in ruinam*, o'. Ar. De Damasco singulariter loquitur, ità tamen ut synecdochicè sub primæ urbis ruina totius gentis sortem comprehendat: vel forsan, præcipuæ urbi graviùs minatur, ut Prophetæ solent, quia illinc scelerum colluvies in totam terram exundat [k].

2. *Derelictæ civitates Aroer*] Id est, quæ sitæ sunt ad urbem Haroherem, in ripa Arnonis, Deut. 2. 36 [l]: i. e. regio trans Jordanem, quam olim Reub. & Gad. & Man. possidebant [m]. Aroer ad Arnonem sita est, in confinio Moabi & Ammonis, &, modò ab uno, modò ab altero, occupata est; hoc autem tempore à Syris, & postea ab Assyriis: unde nonnulli, sed perperàm, triplicem Aroer fingunt, &c [n]. Non loquitur de urbe Aroer, sed de regione Syriæ quæ *Aroer* dicta est, quòd esset arida instar deserti, in quo crescunt myricæ [o]. עֲרוֹעֵר sign. *myricam*: sic dicta est Damascus, quia futura erat ut myrica in deserto [p]. *Civit. Aroer*. Tractus Syriæ qui contractiùs Ptolemæo Αὐειρα [q]. ¶ *Gregibus* (vel, *pro gregibus*, Pi. Ang.) *erunt*] i. e. Vertentur in caulas ovium [r]. ¶ *Non erit qui exterreat*] Sub. *illos*. Ellipsis pronominis, ut Jer. 7. 33. & 30. 10. & 46. 27 †. *Idque nemine exterrente*, propter solitudinem [t], quia regio devastata est [v].

3. *Cessabit* (vel, *desinet*, Ti. JT. Pi. scil. destructa ab Assyriis [x],) *adjutorium* (vel, *præsidium*, M. V. vel, *munitio*, P. Mo. JT. Pi. &c. i. e. vel, urbs Samaria [y]; vel, Syria, sive Damascus, quæ munimentum erat Israelis adversùs Regnum Juda [z]; vel, collectivè ponitur, pro munitionibus, ut Amos. 5. 9 [a].) *ab Ephraim*; id est, à Regno Israelis [b]: וְנִשְׁבַּת מִבְצָר וגו'] Ad verb. *Et sabbatum suum habebit*, sive *tempus cessationis*, &c. Angl. Regnum Israelis carebit propugnaculis, captâ Samariâ; neque Damascus erit posthac regia Regum Syriæ; q. d. Regnum Syriæ perdetur. Meminit autem simul destructionis Regni Israel, quòd Reges Syriæ & Israel essent confœderati [c]. Causam hîc designat Deus cur Syriam exscindere vult, nempe quòd Israelem in partes

[a] Pi. — [b] Calv. — [c] G. Ang. — [d] Q. in Ang. — * G. — † Jun. — [f] Ang. — [g] Ang. — [h] Pi. — [i] V. sim. Pi. — [k] Calv. — [l] Pi. — [m] Pi. ex Jun. — [n] Ang. — [o] Musc. — [p] He. in Ma. — [q] G. — [r] V. — † Ang. — [t] Pi. — [v] Ang. — [x] Pi. — [y] Pi. — [z] For. sim. San. — [a] Ang. — [b] Pi. — [c] V.

tes suas attraxerit, ut inferrent bellum Judæis [d]. ¶ *Et reliquiæ Syriæ*; ità M. &c. "וּשְׁאָר וגו] *Et à residuo*, &c. Angl. ¶ *Sicut gloria filiorum Israel*] Id est, vel, 1. sicut Israel. Sic Psal. 47. 5. *magnificentiam Jacobi*, i. e. Jacobum. Sic in Homero, Πριάμοιο βίη, (*Priami fortitudo*,) pro Priamo; & in Lexico Hesychii, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, (*sacra vis Alcinoi*,) i. e. Alcinous; & ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, (*sacra vis Telemachi*,) i. e. Telemachus. Sic & Horatius, *Narratur & prisci Catonis Sæpe mero incaluisse virtus*. Sic fortè, *gloria Domini*, pro Domino*. Vel, 2. Sicut Regnum & munitiones Israel, denique omnia quibus gloriabantur Israelitæ, eripientur ipsis; idem quoque Damasco continget [f]. q. d. Ut Israelitis, ità & Syris, adimetur Regnum suum, de quo utrique gloriabantur [g]. Eadem sors erit utrisque, licèt nunc illustres sint [h]. Ambo in nihilum redigentur [i]. Vel, 3. *gloria* hìc ironicè ponitur, pro ignominia [k]. Vel, 4. sicut Samaria, quâ Isr. gloriabantur [l]. ¶ *Dicit Dominus*, &c. "נְאֻם וגו] *Fidelis sermo*, Ma. For. Quia incredibile videbatur Damascum ità exscindendam, hanc confirmationis notam addit [m], ut plus fidei vaticinio faciat [n].

4. *Attenuabitur* (vel, *exhaurietur*, For. vel, *humiliabitur*, Ch. *evanescet*, Ar.) *gloria* (i.e. Regnum, ut v. præced [o].) *Jacob*] Id est, decem tribuum [p]: synecd. integri [q]. Paulus Rom. 9. 4. *Israelitarum fuisse gloriam* testatur. Soli enim dicebantur & erant populus Dei. Sed & Principes eorum & opes, &c. perierunt. Ruinam hìc & corporalem & spiritualem minitatur [r]. ¶ "יִדַּל וגו] Vox usurpatur de fluviis cùm exhauriuntur, Job. 28. 4. Esa. 19. 6. vel, de corporibus animalium quum succus exhaustus est, &c. Gen. 41. 19 †. [Q. hunc versum cum seq. conjungunt hoc modo,] *Erit autem tempore illo quo attenuabitur gloria Jahakobi*, &c. ver. 5. *Erit, inquam, perinde acsi colligeret*, &c. JT. Ut hoc & sequens caput intelligas, lege diligenter Ezec. 36. 37. 38. & 39. & invenies eundem sententiæ tenorem, qui hìc sic habet: Ego *Syros* (inquit Jova) sic imminuam ut *Jacobæorum nobilitatem*, h. e. Jacobæos nobiles. Quos quidem Jacobæos ità diminuam, ut pauci restent, sicut *facta messe*, &c. Sed nè putetur id fore perpetuum: nam Israelitas revocabo in terram suam, &c. Sed antequam id fiat, *diruentur eorum urbes*, ità ut in eorum adventu vix tenues earum reliquiæ supersint, &c. Et hoc tibi accidet, ô Israel, quòd Deum non colueris. Propterea cùm tibi videberis instaurata, cùm à Cyro revocata consederis in tua patria, & te ibi perpetuò futuram sperabis, quoniam tamen nè tum quidem me coles, aliæ super alias calamitates te prement: neque quicquam proficies, quin postremò (qui dolor erit gravissimus) à Romanis delebere, atque ità diu manebis deserta. Deinde post illam calamitatem revocaberis, & me tum demum verè coles. Hunc locum confer cum iis quæ scripsimus in cap. 31 [t]. [Hæc, licèt varios versus spectent, cum Authore tamen placuit simul componere, ut filum contextûs clariùs consciperetur.]

5. *Et*, &c. וְהָיָה כֶּאֱסֹף קָצִיר קָמָה] *Et erit* (vel, *Et fiet*, Pi. vel, *Et accidet*, Ca. vel, *Et ille erit*, nempe vel, 1. Jacob, sive Israel [v]; q.d. ità erit cum illo. Vide similem syntaxin Esa. 29. 7, 8. Matt. 25. 14 [x]. Verùm Israelitas non messori comparat, sed segeti [y]. Vel, 2. *Et erit* hostis Assyrius, Q. in V. sim. For.) *sicut qui colligit* (Heb. *secundum colligere*, Pi. sim. Mo. vel, *quomodo si quis congreget*, ό. sic Ar. Sy. Ca.) *messem segetis*, Mo. M. Ca. vel, *messem adhuc stantem*, Ti. sic ό. Sy. Al. *sicut colligit* (vel, *ut cùm colligit*, Pi. Ang. sim. JT.) *messor* (Heb. *messis*: sic, *præda*, pro viro *prædæ*, Prov. 23. 28. & *pax*, pro viro *pacis*, Psal. 120. 7 [z].) *segetes*, vel *segetem*, P. JT. Pi. Heb. *stantem*, nempe segetem, (ut Deut. c. 23. v. 25. Jud. 15. 5. Ellipsis substantivi, ut Neh. 9. 38. *stabile*, pro stabili fœdere; Psal. 73. 10. *plenum*, pro pleno calice; Esa. 40. 10. *forti*, pro forti manu [a].) sub. *sic auferent Assyrii Israelitas plerosque*, V. sim. Pi. Nihil de populo Israelitico in terra relinquet. Tam diligenter eos auferet quàm qui post messem spicas legunt [b]. ¶ *Et*, &c. "וּזְרֹעוֹ וגו] *Et brachium ejus* (vel, *brachio suo*, P. Ang. ellipsis τοῦ ב [c].) *spicas demetit*, vel *demeteret*, Pi. JT. P. sic Mo. ¶ *Et erit sicut quærens*, &c. "כִּמְלַקֵּט וגו] *Ut qui legit*, vel *colligit*, &c. JT. Pi. P. &c. Prior vox

[d] Calv. [*] D. obs. 3. 8. [f] Ma. ex Jun. [g] Pi. [h] Musc. [i] Calv. [k] San. Glass. ex Hi. [l] Me. T. [m] For. [n] Calv. [o] Pi. [p] Pi. Calv. [q] Pi. [r] For. [†] Ang. [t] Ca. [v] Ang. Pi. [x] Ang. [y] For. [z] Ang. [a] Idem. [b] G. [c] Ang.

usurpatur de messoribus, qui per manipulos colligunt, Psal. 129. 7. hæc vox de spicilegis, qui spicas sigillatim legunt, Ruth 2. 2, 3, &c. Utrumque Israelitis faciendum prædicitur, & factum est. Messores erant Tiglath-pileser, 2 Reg. 15. 29. & Salmaneser, 2 Reg. 17. 6. Post illos quasi spicilegium fecit Esar-haddon, Esd. 4. 2 [d]. ¶ *In valle Raphaim*] A populo *Rephaim* Gen. 14. 5. & 15. 20. sic dicta, ut videtur*. ¶ רְפָאִים] *Gigantum*, Ch. Ca. For. Ità quidem vox sumitur Deut. 2. 11, 20. & 3. 11. 2 Sam. 21. 16, &c †. *Dura*, ό. Ar. Hujus vallis meminit *, quia erat frumenti ferax [f], ad quam idcirco messores accurrebant [g]; erátque prope Hierosolymam, Jos. 15. 8 [h]. adeóque populo notissima [i].

6. *Et*, &c. וְנִשְׁאַר בּוֹ עוֹלֵלֹת] *Et* (vel, *Tantùm*, JT. BA. 1. 2. 51. 622. vel, *Quidem*, M. *Veruntamen*, Ang. Aliò spectat hæc similitudo quàm superior. Illa deletionem, &c. denunciavit; hæc cladis atrocitatem mitigat [k]. q. d. Quamvis Deus illos exscinderet, &c [l]. & hostibus propositum esset omnia consumere; reliquiæ tamen erunt, ut in racematione fit [m].) *relinquentur* (vel, *relinquetur*, M. JT.) *in eo* (i.e. in Jacobo [n]) *racemi*, Mo. Pi. &c. vel, *racematio*, M. BA. JT. For. vel, *racemus*, For. vel, *quod racemetur*, Ca. vel, residuum *racemorum*, quia verbum est sing. & nomen plur [o]. [Ti. hæc verba cum versu præc. jungit, totúmque sic reddit, *Et erit acsi quis messem adhuc stantem congreget: is quidem brachio suo manipulos demetit; contingit autem, cùm comprehendit manipulos, ut spicilegium reliquum faciat in ea.*] Sensus, Relinquentur pauci, sed qui deinceps racemabuntur; i. e. ipsi quoque in captivitatem abducentur per Esarhaddonem: 2 Reg. 17. 24. Esd. 4. 2 [p]. ¶ *Et sicut*, &c. כְּנֹקֶף זַיִת שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה גַּרְגְּרִים בְּרֹאשׁ אָמִיר] *Sicut* (vel, *Et sicut*, M.) *excussio* (vel, *in excussione*, M. Angl. vel, *post excussionem*, For.) *oleæ*, sive *olivæ*, Mo. P. Calv. (vel, *Ut quum stringitur olea*, JT. sim. Ca. vel, Eritque *ut cùm excussa est olea*, Pi.) *duo* (sub. *vel*, P. Ang. sic JT. Pi. Ca. Ellipsis disjunctivæ, ut 2 Reg. 9. 32. Esa. 38. 14 [q].) *tria grana* (vel, *baccæ*, JT. Ca. sub. *remanent*, M. sim. Pi. ad verb. *duorum trium granorum*, Mo.) *in capite*, sive *summitate*, *verberis*, Mo. V. qui extremus est ramus in summitate arboris [r]: vel, *rami*, P. M. JT. Pi. nempe *summi*, JT. Pi. sim. V. M. Ang. Id sign. אָמִיר, (quod hìc tantùm occurrit, & v. 9.) q. d. elevatum supra cæteros †. [Ti. locum sic reddit, *Similis quoque distringenti oleam*, qui reliquas facit *duas aut tres baccas in summo fastigio*.] ¶ *In*, &c. בִּסְעִפֶיהָ פֹּרִיָּה] *In ramis* (vel, *cacuminibus*, P. vel, *ramis extensis*, sive *expansis*, M. Angl. ut Ezec. 31. 6, 8. vel, *ramis lateralibus*, Esa. 27. 10 [t]; vel, *prominentiis*, i. e. ramis prominentibus [v],) *ejus*, sive *ipsius*, *fructûs*, P. V. vel, *frugiferis*, M. Ti. Mo. V. vel, *fructiferæ*, JT. sic For. nempe oleæ [x]; vel, sub. *arboris*, Angl. Ellipsis substantivi, ut Gen. 49. 24 [y]: q. d. quæ olim in patribus fructifera erat, sed in posteris degeneravit [z]. Vel, *relictæ*, Ar. sim. ό. Al. *in ramis ejus*, nempe *fructiferæ*, sub. *vitis*, V. *in fructuariis restant flagellis*, Ca. ¶ *Dicit Dominus*] Qui hoc præstare & potest, & vult [a]. ¶ *Deus Israel*] De Damasco agens dicit, *Dominus exercituum*: at de vastatione Israel hìc loquens, ait, *Deus Israel*. Id quod non negligenter, sed studiosè, factum est: q. d. cujus verbum Israelitis magni æstimandum erat; cujus iram & minas illi maximè timere debebant [b]. Vel, ut sign. eum, non obstantibus his judiciis, *Deum* tamen esse (non Syrorum, sed) *Israelis* [c].

7. *In die illa inclinabitur*, &c. "יִשְׁעֶה הָאָדָם וגו] *Aspiciet*, vel *respiciet*, (vel, *confidet*, Sy. sim. ό. Ar. Angl. Quicquid enim est cui fidimus, in id sæpe respicimus [d]. Vel, *innitetur*, Ch. vel, *inclinetur*, ut & mox, *respiciant*, ut hoc consilium sit, quale Esa. 16. 3*.) *homo* (i.e. aliqui ex Israelitis, putà electi [f]; reliquiæ Israelis [g], post illam stragem, & cum iis Syrorum aliqui [h],) *ad factorem suum*, Mo. P. M. Ti. &c. i. e. ad Deum [i], (quem *factorem* eorum vocat, non tantùm quia creavit, sed & quia adoptavit in peculium, &c [k].) omissis idolis [l]. Hoc erat consilium Dei in ipsorum castigatione [m], quam fructu non carituram ostendit. Restituetur mundus in suum ordinem: homines ad Deum *respicient*, i. e. recipient se & convertent, sive cum ipso redibunt in gratiam [n]. *Intuebuntur homines*, &c. Ca. ¶ *Ad sanctum Israel*] Vel,

[d] Ang. [*] Ang. [†] Ang. [*] For. [f] G. sim. M. For. [g] Ang. [h] For. [i] Pi. sim. G. Ang. &c. [k] Ang. [l] Calv. [m] Ang. [n] Calv. [o] Pi. sic Sy. [o] Ang. [p] Pi. [q] Ang. [r] V. [†] Ang. [t] Ang. [v] For. [x] Pi. [y] Ang. [z] For. [a] Ang. [b] Calv. [c] Ang. [d] Ang. [*] G. [f] Pi. [g] San. sic For. Ang. &c. [h] San. [i] Pi. [k] Calv. [l] San. Ang. [m] Ang. [n] Calv.

Vel, *Israelis*, Ma. Pi. &c. q. d. eminentem illum & incommunicabilem, sive incomparabilem, vel,quod idem est, Deum Israelis; qui κατ᾽ ἐξοχὴν, & per modum distinctionis ab aliis diis, vocatur *Sanctus Israelis*. Hinc Deus jurat *per sanctitatem suam*, i. e. per seipsum, Psalm. 89. 36. Et hinc factum quòd Deus, quamvis Dæmones interdum vocet *deos*, nusquam tamen *sanctos* eos appellet [o]. Al. ad eum qui sanctè colitur ab Israele [p]. Al. ad Messiam. Non consilium hoc est, sed promissum & vaticinium de multis Israelitis convertendis ad Deum: & quia post vastationem Israeliticam paucissimi ex iis sunt conversi, de prædicatione Evangelii, cum Brentio & Osiandro, intelligo, quâ multi sunt conversi, &c. [vel, tandem convertendi sunt:] adeò consolatur h.l. Israelitas, quòd, licèt è terra sua ejiciantur, nè sint populus politicus, manebunt tamen populus Dei, &c [q].

8. *Et non*, &c. [וְלֹא יִשְׁעֶה אֶל וגו׳] *Non autem respiciet* (vel, *benignè & blande respiciet*; id enim שָׁעָה cum אֶל sign. Gen. 4. 4. at cum עַל sign. *inniti*, vel *incumbere* [r]:) *ad altaria*, JT. Pi. &c. i. e. Non sperabit aut confidet in eis. Ubi in Deo sperare didicerint homines, &c. pravas omnes fiducias omnésque superstitiones à se abjicient. Falluntur qui volunt Deum cum idolis conjungere, &c †. ¶ *Quæ fecerunt manus ejus*] Detestationis causâ fictitios deos sic vocat, ut pudorem cultoribus incuteret, &c [t]. ¶ *Lucos*] Quos rectè vocat *opus manuum* humanarum, quia ab hominibus plantati sunt. *Luci* porrò dicuntur, non modò collectio arborum, &c. sed etiam sciagraphiæ, sive delineationes lucorum in tabella. Vide 2 Reg. c.23. v. 6 [v]. ¶ *Et*, &c. [הַחַמָּנִים] [Variè reddunt.] *Aprica loca*, Mo. *simulacra*, M. Ti. Ca. *abominationes eorum*, ο'. Ar. *subdiales statuas*, JT. Pi. à חַמָּה *sol*, fortè quòd tales statuæ sub Sole ponerentur, & à Sole adurerentur [x]. *Imagines solis*, P. *Solaria*: i. e. vel delubra Solis; vel *domata*, i. e. cœnacula, vel superiores partes domûs, in quibus, propterea quòd remotæ erant à turba, orare solebant [y]. *Templa facta ad cultum solis*, BC. ex AE. Sol חַמָּה, unde חַמּוֹן templum Solis, quem solum cœli dominum prisci credidêre Phœnices. Tamen, crescente superstitione, crediderim nomen חַמָּנִים etiam ad alia delubra pertinuisse [z]. Malim, cum nonnullis Hebræis, חַמָּנִים fuisse *imagines solis*, sive in honorem Solis erectas, (vide Deut. 4. 19. & 17. 3. Jer. 8. 2. & 7. 18.) quia excisæ leguntur 2 Par. 34. 4, 7. Ezec. 6. 6 [a].

9. *Erunt civitates fortitudinis* (vel, *fortissimæ*, sive *munitissimæ*, V. simil. Ti. Pi. &c.) *ejus*] Itâ M. P. Mo. Nempe, vel Syriæ Decapolitanæ [b], vel Jacobi [c]. Cùm promiserit de Damasco dicere, multò plura de Israel commemorat, quòd similis futura esset utriusque pœna; quódque non nisi propter Israelitas de exteris vicinísque nationibus Prophetæ prophetias suas contexerent [d]. ¶ *Derelictæ*, &c. [כַּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר] *Sicut derelictio virgulti & verberis*, sive *rami*, sive *frondis*, Mo. P. M. i. e. similes fructibus relictis in ramis inferioribus & superioribus *. *Tanquam derelictum virgultum*, &c. Pi. sim. JT. i. e. Abjectissimæ erunt, ut cùm, putato ligno, tenuia virgulta cremiáq; brevissima omittuntur à lignatoribus [f]. *Ut derelictus saltus*, Ca. Sensus est, Civitates eorum munitæ (illæ scilic. quæ nondum erant eversæ) solitariæ stabunt & desolatæ, villis & totâ regione circumjacente vastatis: non secus ac agricola arborem exscindens ramum aliquem relinquit, vel, ex contemptu ejus, & quòd nulli est usui; vel, quia illum pertingere non possit, &c [g]. ¶ *Quæ*, &c. [אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי וגו׳] Variè hic locus redditur, & vix duo inter se consentiunt [h]. *Quæ dereliquerunt à faciebus filiorum Israel*, Mo. *Et id quod dereliquerunt à facie*,&c. Al. *Quemadmodum* (אֲשֶׁר hîc valet notam similitudinis,) *reliquerunt coram filiis Israel*: q.d. non secus trepidâ fugâ dissipandum nunc esse populum, quàm olim Deus veteres incolas fugaverat. Reducit [Israelitis] in memoriam vetus exemplum, ut agnoscant quàm fallax sit omnis munitio contra Deum [i]. *Quando dereliquerunt* civitates Chananæi *à facie*, &c. V. *Sicut dereliquerunt* (vel, *Velut illæ quas dereliquerunt*, Ar. vel, Et sicut urbes *quas deseruerunt*, V.) Amorrhæi & Evæi *à facie*, &c. ο'. sim. Ar. Q. in V. h.e. Deserentur, non aliter quàm Chananæi deseruerunt urbes suas ad adventum filiorum Israel, & paucissimæ remanebunt intactæ [k]. *Derelictæ propter Israelitas*, Ca. *Quas dereliquerunt* (nempe hostes [l], Assyrii [m], sub Salmanasare [n],) *propter filios*, &c. M. JT. Pi. Ang. Respicit ad consilium Dei [o], providentiâ suâ rem itâ gubernantis, ut reliquias sibi reservaret [p]; qui noluit totum Israelem Assyrio tradere, sed partem conservavit, ut tempus ipsis ad resipiscendum concederet [q]. Verbum impersonale est, & hæc verba sic reddi possunt, *Quæ derelinquentur propter filios Israel*. Sic, *propter unctionem*, Esa. 10. 27 *. Al. *Quæ derelinquentur à filiis*,&c. Q. in Ang. ¶ *Et*,&c. [וְהָיְתָה שְׁמָמָה] *Et* (vel, *Denique*, Pi.) *erit* (nempe vel, 1. Samaria [r]; vel, 2. terra Israel †; vel, 3. unaquæque *civitatum munitarum*, ut respiciat initium versûs [t];) *desolatio*, Mo. P. Pi. Ang. vide Esa. 6. 11 *: vel, *desolata*, Ti. *Eritque* terra *deserta*, M. sic V. *Et erunt desertæ*, ο'. *Fient, inquam, dirutæ*, Ar. [Ca. hæc verba versui sequenti annectit, & totum sic vertit, *Quæ quidem vastitas ideo continget, quoniam tu Deum oblita fueris*.]

10. *Quia oblita es Dei*] Causa hæc præcedentis mali [v]; nè se immeritò vel durè affligi querantur [x]. Persona hîc mutatur, ut Esa. 14. 3. & verba sunt fœminea, quippe ad terram Israel directa, quæ velut uxor perfida fuit, &c [y]. Omnis generis peccata nomine *oblivionis Dei* intelligit sæpius Scriptura, quòd omnia illinc, tanquam à fonte, oriantur. Ut enim memoria Dei in ejus timore conservat; sic & oblivio ejus ad ruinam præparat [z]. ¶ *Et fortis*, &c. [וְצוּר מָעֻזֵּךְ] *Et rupis fortitudinis*, sive *roboris*, (vel, *munitionis*, V. vel, *robustæ*, Pi.) *tuæ*, Pi. V. &c. vel, *tuæ rupis roboris*, h. e. fortissimæ [a]: i. e. Dei [b], in quo fortitudo tua sita est; qui suos servet [c], & te meliùs protexisset quàm omnes munitiones tuæ [d]. ¶ *Propterea plantabis* (vel, *Idcirco plantabis tu quidem*, Pi. *Propterea quamvis plantaveris*, G. simil. JT. *Propterea cùm plantaveris*, Ca.) *plantationem*, &c. [נִטְעֵי נַעֲמָנִים] *Plantas*, vel *plantationes*, (vel, *plantaria*, Ca.) *jucundas*, sive *amœnas*, M. Mo. &c. *amœna*, Ca. tam *amœnas*, Ti. vel, *jucunditatum*, For. vel, *pulchrarum*, sub. *plantarum*, V. vel, *amœnorum*, sub. *fructuum*, Pi. vel, *florum*. Ellipsis substantivi, ut v. 5. & Cant. 7. 13 *. vel, *plantam egregiam*, G. ¶ *Et*, &c. [וּזְמֹרַת זָר תִּזְרָעֶנּוּ] *Et* (vel, *etiam*, JT. G. vel, *eáque*, [nempe *plantaria*,] Ca.) *palmitem* (vel, *palmites*, Q. in V. vel, *surculos*, G. vel, *putamen*, Mo. vel, *insitionem*, Ti. vel, *palmite*, JT. Pi. Angl. ut vox sign. Num. 13. 23. Ezec. 15. 2. vel, *taleâ*, [Anglicè, with a slip;] ellipsis τοῦ בּ, & *taleâ* collectivè, pro *taleis*, ut Ezec. 8. 17 [f]: vel, *stirpe*, Ca.) *alieni*, sive *extranei*, (vel, *alienum*, sive *alienos*, For. G. sic Ti. palmitibus exoticis [g]; i. e. exquisitissimis, ut exotica ferè non nisi pretiosa afferuntur [h]: vel, *alienæ*, sub. *regionis*, V. vel, *vitis*, V. M. i. e. vitem optimam allatam è regionibus remotissimis [i]: vel, *extraneis*, Ang. vel, *peregrinâ*, i. e. excellenti, quales aliunde importari solent [k]: vel, *alienis*, sub. *plantæ*, alterius speciei, vel aliunde allatum [l]:) *plantabis*, M. Ang. vel, *seres*, V. Angl. sic Ti. Ca. τὸ זָרַע utrumque sign. Levit. 19. 19. Deut. 22. 9 [m]: vel, *conseveris ipsum*, sive *ipsam*, JT. sim. P. Mo. nempe, vineam tuam [n], vel hortum tuum [o]; relativum sine antecedente, sed quod ex re ipsâ facilè subintelligitur [p]. Pronomen pro nomine, ut Esa. 30. 8 [q]. Vel, *inseres ei*, ut sit sensus, Plantabis plantas optimas; neque hoc contenta, palmitem alienum inseres eis, ut jucundiores fructus facias: i. e. tota in hoc eris, ut nihil tibi ad voluptatem desit [r]. *Ei inseveris*, juxta illud, *Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet* †. Usus est his duabus dictionibus, *plantabis* & *seminabis*, quòd plantæ proveniant tam ex plantatione quàm ex satione [t]. Porrò, sensus in hoc versu non perficitur, sed sequenti [v].

11. *In die*, &c. [בְּיוֹם נִטְעֵךְ תְּשַׂגְשֵׂגִי] *In die plantationis tuæ* (vel, *plantam*, sive *plantationem*, *tuam*. M. Mo. Ang. vel, *Quo die plantâsti*, JT. sive, *tu plantabis*, Ti. sim. V.) *cresces*, vel *valde cresces*, propter geminationem literarum in Heb [x]. Verbum שָׂגַשׂ sign. *augeri*, *amplificari* [y], vel, *valde crescere*; vide Job. 8. 7, 11. & 12. 23. Psal. 73. 12. & 92. 12. Hîc autem, in forma duplicata, significat duplicem conatum & diligentiam ad confirmationem & exaltationem sui [z]. Vel, *crescere facies*,

Margin notes (left): o Med. l. 1. dissert. 2. p. 11. — p Pi. — q Calov. — r For. — † Calv. — t Idem. — v Ang. — x Pi. — y For. — z BC. 2. 17. 857. — a Ang. — b G. — c Pi. sim. Calv. — d For. — * V. — f Jun. — g Ang. — h San. — i Calv.

Margin notes (right): k V. — l Ang. — m JT. Pi. — n Pi. — o Jun. — p Ang. — q Jun. — * Ang. — r Q. He. in Ang. — † Al. He. in Ang. — t Ang. — * Ang. — v Musc. — x Calv. — y Ang. — z For. — a Ang. — b Pi. V. &c. — c V. — d Ang. — * Ang. — f Ang. — g Pi. sim. Ang. — h Jun. — i Q. in V. — k Ca. — l For. — m Ang. — n Pi. Ang. — o Ang. — p Pi. — q Ang. — r For. — † G. — t V. — v For. — y V. — y For. — z Ang.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

facies, P. Mo. Ang. V. sub. *plantam tuam*; h. e. [tunc] accipiet [illa] incrementum: q. d. Initio omnia tibi succedent pro voto; at postea in summas ærumnas incides [a]. Vel, *curabis*, sive *curaveris*, *ut adolescat*, JT. Pi. vel, *botros germinabunt palmites*, For. vel, *magno quidem studio satages*, Ti. Al. *De die laboraveris ut crescat planta*, G. *Posteaquam curaveris ut ea plantaria crescant*, Ca. ¶ *Et*, &c. וּבַבֹּקֶר זַרְעֵךְ תַּפְרִיחִי [*Et* (vel, *Etiam*, JT.) *in manè semen tuum germinare* (vel, *florere*, V. sim. JT. Pi.) *facies*, Mo. P. M. scilicet rigando [b]: vel, *curabis ut fructum edat*, Ti. *Ut tuum seminarium maturè germinet*, Ca. *Manè*, i. e. vel, 1. studiosè [c], ut Esa. 5. 11. &c: vel, 2. maturè [d]; sc. primo quoque tempore †; vel, proximo post sementem tempore [f]. ¶ *Ablata*, &c. נֵד קָצִיר בְּיוֹם נַחֲלָה וּכְאֵב אָנוּשׁ [Variant.] *Acervus* (vel, At, sive Veruntamen, *acervus*, Q. in V. Pi. & sub. *tantùm*, Pi. Q. in Angl. ut Job. 8. 9. Jer. 46. 17 [h].) *messis* (sub. *erit*, Pi. Ang.) *in die hæreditatis*, sive *possessionis*, Mo. &c. (Ità vocatur dies messis, quia tunc fructus terræ colligi & usurpari solent. Vel, *ægritudinis*, JT. vel, *ægræ*, sub. *plagæ*, Jun. Pi. Angl. ut exprimitur Jerem. 14. 17. & 30. 12. sim. Jer. 10. 19. Nah. 3. 19 †.) *& doloris* (vel, *dolor*, Q. in V.) *desperati*, Mo. vel, *mortiferi*, JT. Pi. vel, *afflicti*, Q. in V. [Alii locum aliter reddunt.] *At agitatio plantæ* erit *in die* plagæ *infirmitatem efficientis*, *& dolores desperati*, V. *At commotio rami* (ut Job. 29. 19. i. e. ramorum, ut Job. c. 14. v. 9 [i].) *in die* plagæ *ægritudinem efficientis*, *& doloris desperati*, P. *At quo die metendus & possidendus* erit *fructus*, *cumulatim* demetes *dolorem*, Ti. *Recedit messis in die hæreditatis*, *&* erit *dolor desperabilis*, M. Cùm putes te habere messem, nihil invenis præter dolorem [k]. Messis evanuit, imò pro messe habebis dolorem desperatum [l]. *Perierit messis tua cùm esset percipienda*, *eritque dolor dirus*, Ca. *Migrabit* (id enim est נוד) *messis in die speratæ possessionis*, *& succedet dolor desperationis*, G. נָדַד à נָד *aufugit*, *ablatum est*; Esa. 10. 31. *Ablata est Madmena* [m]. Possit sic reddi, *Messis erit acervus*, *& dolor mortiferus*, i. e. acervus doloris mortiferi; ut, *nubes & fumus*, pro nube fumi, Esa. c. 4. v. 5 [n].

12. *Væ*, &c. הוֹי הֲמוֹן עַמִּים רַבִּים [*Væ turbæ*, sive *multitudini*, (vel, *O multitudinem*, vel, *Heus*, *multitudo*, vel, *Hei*, *multitudo*, q. d. O infelicem multitudinem [o]! vel, *Væ strepitui*, V. Q. in Angl. sive *tumultui*, Q. in Angl. ità vox sign. Esa. 31. 4. Jer. 47. 3. &c. vel, ut utraque versio conjungatur, *Væ streperæ multitudini* [p]) *populorum multorum*, Mo. JT. Pi. &c. *Væ populis amplis perstrepentibus*, Pi. Hæc verba non Prophetæ esse arbitror comminantis nationibus, sed dolentis vicem populi sui, in quem nationes magno tumultu irruent. Causam enim hîc tradi existimo doloris mortiferi cujus præc. versu meminerat. Sequenti autem versu dolorem eum mitigari, *Etsi tumultuaturi sint*——*increpabit eos Deus*, &c [q]. Plerisque tamen, & rectiùs, est nova concio, sive prophetia, quam idcirco quidam [ità JT. Pi.] sequenti capiti annectunt [r]. [Sed non convenit ad quos spectat.] 1. Eos intelligit qui Syris adhæserant *; vel, Syros & Israelitas, qui Judæos afflixerant [t]. 2. Eos qui Sanheribo servierint in expeditione contra Judæos [v]. Describit Assyriorum calamitatem, quibus Deus Israelitas castigavit [x]. 3. Oraculum esse videtur de Gog & Magog: de quibus quinque videor animadvertisse oracula, præter Sibyllina; quorum primum est hoc, alterum est Esa. 56. tertium Ezec. 38. quartum Mic. 5. quintum Apoc. 20. Atque horum postremum quodque apertissimum est, ut in aliis oraculis fieri solet. Sed declaremus quæ de eodem Gogo sequuntur [y]. ¶ *Ut*, &c. כַּהֲמוֹת יַמִּים יֶהֱמָיוּן [*Instar maris tumultuantium*, Ti. simil. Ca. *Sicut perstrepunt maria*, *perstrepent*, Di. simil. Mo. *Qui velut fremitus maris sonabunt*, P. sim. M. Pi. JT. ¶ *Et*, &c. וּשְׁאוֹן לְאֻמִּים כִּשְׁאוֹן מַיִם כַּבִּירִים יִשָּׁאוּן [*Et strepitus*, sive *tumultus*, sive *sonitus*, *nationum*, sive *populorum*, M. P. Mo. Ti. *ut sonitus* (vel, quæ *juxta strepitum*, V. sim. M. Ti.) *aquarum crebrarum* (vel, *multarum*, P. vel, *magnarum*, Q. in V. vel, *validarum*, V. M. sim. Ti.) *sonabunt*, vel *frement*, Mo. P. M. V. &c. Al. *Et* [repete, *væ*] *tumultuantibus nationibus*, (Heb. *tumultuationi nationum*, Pi. simil. Angl. Abstractum pro concreto, *tumultuatio*, pro tumultuantibus; ut, *superbia*, pro superbo, Jer. 50. 31 [z].) quæ *tumultuatione*——*tumultuantur*, JT. Pi. Angl. *Et heu tumultum nationum! sicut tumultuantur aquæ validæ*, *tumultuantur*, Di.

Margin (left column): [a] V. — [b] Pi. — [c] Pi. sim. Ang. — [d] Ang. — † For. — [f] San. — [g] Pi. — [h] Q. in Ang. — † Ang. — [i] Ang. — [k] M. ex Hc. — [l] For. — [m] For. — [n] Ang. — [o] Q. in V. — [p] Ang. — [q] Di. — [r] Ang. — * G. — [t] For. — [v] Pi. ex Jun. Ang. — [x] V. — [y] Ca.

13. *Sonabunt populi*, &c. לְאֻמִּים וגו׳ [*Nationes*——*tumultuabuntur* illæ quidem, Pi. ¶ *Et*, &c. וְגָעַר בּוֹ [*Et* (vel, *Sed*, Ti. Ang. Pi. vel, *Quum*, JT.) *increpabit* (non verbaliter, sed realiter [a],) *eum*, vel, *in eum*, Mo. P. &c. Sub. *Deus*, M. P. Ang. &c. vel, sub. *aliquis*; h e. *ille increpabitur*, nempe à Deo †. ¶ *Et*, &c. וְנָס מִמֶּרְחָק [*Et fugiet* (vel, *ut fugiat*, JT.) *procul*, M. Ti. V. i.e. dum adhuc procul abfuerit à Jerusalem [b]: vel, *de longè*, P. sic Mo. sim. Pi. *deprocul*, V. vel, *plusquam procul*, Q. in V. vel, *quàm longissimè*, JT. Complementum vide 2 Reg. 19. 36 [c]. ¶ *Et*, &c. וְרֻדַּף [*Et* (vel, *Nam*, JT.) *agitabitur*, Pi. vel, *fugabitur*, M. V. vel, *persecutionem patietur*, P. sim. Ti. Mo. ¶ *Sicut*, &c. כְּמֹץ הָרִים [*Velut palea* (vel, *gluma*, Mo. JT. Pi. *stipula*, M. sic P. vel, *pulvis*, Ti.) *montium*, V. Ang. &c. i.e. jacens (non in area, ut Dan. 2. 35. Hos. 13. 3. sed [d],) *in montibus* †, ubi magis vigent venti [f], & nihil est quod vim eorum impediat [g]. q. d. Velocissimè fugiet [h]. Facillimè Deus illum abiget [i]. ¶ *Et sicut*, &c. וּכְגַלְגַּל לִפְנֵי סוּפָה [*Et sicut globus* (vel, *res volubilis*, M. Ang. vel, *floccus*, Ca. vel, *rota*, JT. vel, *glomus*, nempe *stipularum*, ex collat. cum membro præced. & cum Psal. 83. 14 [k].) *ante turbinem*, Ti. sim. Mo. &c.

14. *In*, &c. לְעֵת עֶרֶב וְהִנֵּה בַלָּהָה בְּטֶרֶם בֹּקֶר אֵינֶנּוּ [*Tempore vespertino* (vel, *Venient ad tempus vespertinum*, Q. in V.) *ecce terror*, JT. sim. Ca. Pi. V. &c. (vel, *stupor*, V. vel, *turbatio*, M. P. Mo. sub. *adest*, Pi. vel, *ingruet*, Ca. vel, *facta est*, M. vel, in Jerusalem, ob minas Rabsacis, &c [l]; vel, in exercitu Assyriorum, ob cladem vesperâ, id est, nocte, (ut Genes. 1. 5, 8 [m].) factam, &c. 2 Reg. 19. 35 [n].) *antequam* (sub. *esset*, M. vel, *illucescat*, Pi. sim. Ti. JT.) *manè*, *ille* (scil. Rex Assyriæ [o]) *non*, Pi. M. &c. sub. *fuit*, M. vel, *adest*, Pi. vel, *non erit*, P. *nemo aderit*, JT. vel, *nusquam* apparebit, Ti. *nusquam* erunt, Ca. cæsis 185 millibus, & reliquis fugâ dilapsis [p]. Subitò fortuna mutabitur [q]. ¶ *Hæc est pars*, &c.] Verba populi Dei, quæ continent epiphonema [r]. Sic solet Dominus affligere eos qui nos affligunt *, Syros & Israelitas [t]. Syri enim illi Damasceni eorúmque vicini valde semper infensi fuerant Judæis. Vide Annotat. ad lib. 3. de V. R. C [v].

CAP. XVIII.

1. VÆ, &c. הוֹי אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם [Difficilis est sensus hujus capitis propter insusitata verba, figuratas sententias, dubiam & obscuram historiam [a]. τὸ צִלְצַל variè transtulerunt: ὁ. & Th. πλοῖον *navem*, Aq. *umbram*, Sym. *sonitum* [b]: alii, *cymbalum*, Hi. in Di. Angl. Ità quidem vox communiter & constanter sumitur; 2 Sam. 6. 5. Psal. 150. 5 [c]. Incertum est, quia non exprimitur de quo populo loquatur [d]. Satis tamen constat terram non procul ab Ægypto & Æthiopia fuisse †. [Locum variè reddunt.] *Væ terræ* (ut sit denunciatio: sed qui sic accipiunt non observant denunciationem malorum fieri adversùs populum non hoc, sed sequente, versu delineatum, ut docet collatio v. 7. Quare malim, cum nonnullis & Hebræorum & nostrorum, per modum compellationis accipere, ut Esa. 55. 1. Zach. 2. 6 [f]. *O terra*, Angl. sic V. M. Ca.) *umbra alarum*, V. vel, *inumbranti alis*, P. vel, *umbrosa alis*, Ca. Descriptio hæc est vel, 1. Æthiopiæ [g]; vel, 2. Ægypti: non quòd hæc denunciatio sit de ruina Ægyptiorum [h], quia de iis seorsum agitur cap. sequente [i]; sed de exitio Æthiopum, ità tamen ut dirigatur ad Ægyptios, eorum vicinos, Ezec. 29. 10. & confœderatos, Ezec. 30. 5. quos monet ut, per legatos suos, Æthiopas de ruina sua appropinquante certos faciant [k]. Significantur hîc interior Ægyptus, & pars illa Æthiopiæ quæ nunc sub eo quem *Præstem Joannem* vocant [l]. [Cur autem terra illa, quæcunque sit, ità dicatur, variè explicant.] Vel, 1. quasi *umbrosa oris*, JT. Pi. i.e. cujus extremæ partes montibus obumbrantur [m]; cujus oræ montibus maximis & opacissimis, circumclusæ sunt: quales undique ad mare Rubrum

Margin (right column): [z] Ang. — [a] Ang. — † Ang. — [b] V. — [c] Pi. — [d] Ang. — † Pi. Ang. — [f] V. sim. Ang. &c. — [g] Ang. — [h] V. — [i] M. — [k] Pi. — [l] Ang. — [m] Ang. — [n] Pi. — [o] Pi. — [p] Jun. — [q] G. — [r] Pi. — * V. — [t] For. — [v] G. — [a] M. — [b] D. obs. 9. 20. — [c] Ang. — [d] Masc. — † Calv. — [f] Ang. — [g] Ità T. & multi in Ang. — [h] Ang. — [i] Calv. Ang. — [k] Ang. — [l] For. — [m] G.

brum esse testatur Strabo lib. ult[n]. Telluris *alæ* dicuntur extrema & oræ. Estque *alis umbrosa tellus*, spatiosa: ut si *alis umbrosam avem* dicas, significes grandem atque amplam[o]. Vel, 2. inumbrans locustis & muscis, quæ ibi abundabant, Esa. 7. 18. vide Joel. 2. 10; vel, volucribus, quæ eò certâ tempestate quotannis advolârunt[p]. Vel, 3. inumbrans, vel, mare ipsam alluens, navibus; vel, regiones quibuscum negotiatur, mercibus, ut Esa. 45. 14; vel, terras quas invadit, turmis, quæ alibi *alæ* dicuntur[q]. Vela navium alis comparat[r]. Sic Virg. Æn. 3.—*velorum pandimus alas**. q. d. O regio maritima[t]; vel, Heus terra[v], quæ frequentibus navium velis mare adumbras & flumina[x]. [Hinc ο'. & Ar. locum sic reddunt, *Væ terræ navium alis*.] Hâc etiam locutione significat multitudinem negotiorum & species varias rerum quæ ad alias terras ex illa egrediebantur[y]. Chald. *Væ terræ ad quam veniunt cum navibus è terra longinqua, & extendunt vela sua ut aquila volans alis suis*[z]. Vel, 4. q. d. quæ te quasi umbram esse existimas, & aliis (atque inprimis populo Dei[a]) auxilia promittis[b]. Protectio sive defensio sæpe exprimitur per *umbram*, ut Psal. 91. 1. Eccles. 7. 12; & per *alas*, Deut. 32. 11. Psal. 91. 4; & per *umbram alarum*, Psal. 17. 8. & 36. 8. & 57. 2[c]. [Alii locum aliter reddunt.] *O terra confidens sub umbra alarum*, M. Al. *Væ terræ nassæ alatæ*, Ti. i. e. quæ nassæ alatæ figuram habes[d]. Abundat Æthiopia innumeris navigiolis piscatoriis, (propter Nilum & alia flumina,) quæ dicuntur *nassæ alatæ*, & propter formam, & propter velocitatem: unde quidam reddunt, *Væ terræ alatis cymbis refertæ*†. [Alii aliter.] *Væ terræ cymbalo alarum*, Vulg. i. e. vel, quæ alas, i. e. vela, concutis, iisque, ut cymbalo, gentes convocas[f]: vel, quæ habes alas exercituum tuorum, tum terrestres, tum navales, instar cymbali tinnientes, i. e. sonum inanem & futilem edentes, lituis, sistris, tubis personantes[g]. Quæ auxilium tuum Judæis magnâ virium tuarum prædicatione polliceris[h]; sed nihil opis affers[i]. Hoc videtur significare vox *cymbali*; ut 1 Cor. 13. 1. *cymbalum tinniens* eloquentiam significat charitate carentem, & se ostentantem[k]. Confer Jer. 46. 17. *Rex Ægypti est tantùm strepitus*[l]. Al. *Væ terræ cymbali orarum*. Significat Ægyptum αἰνιγματωδῶς, pro more Prophetarum. כְּנָפַיִם, alii *alas*, ego *oras* explico; quomodo כָּנָף passim sumitur pro ora & extremitate cujusque rei, putà terræ, fluminis, vestis, &c. *Cymbalum orarum* dicitur δακτυλικῶς, & phrasi Hebræâ cymbalum est cujus in lateribus sunt oræ seu margines, ex quibus appensa tintinnabula argutum strepitum concussa edebant, i. e. sistrum. Sistrum nempe est cymbali species ovali formâ, quâ differt à vulgari cymbalo, quod rotundum erat, &c. Notissimum hoc est Ægypti χρτήριον. *Terra sistri*, i. e. quæ sistro in sacris utitur. Nemo enim est qui sistrum nesciat esse proprium sacerdotum Isidis[m]. Al. *Væ terræ cymbalorum*, terræ alarum, quomodo vocatur Ægyptus, quæ per fluvium Nilum dividitur in duas partes, tanquam duas alas, ut vocantur Esa. 11. 12. & 24. 16[n]. Ostendit hæc prophetia Deum Æthiopum operâ uti nolle contra Sennacheribum, cui Æthiops bellum indixerat, nè præda illius esset, quam Judæorum esse Deus voluit. Hinc discimus Tharacæ Regi malè successisse expeditionem quam per absentiam Sennacheribi in Assyriam susceperat, 2 Reg. 19. 9[o]. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ] *Quæ* (sub. *est*, Ti. P. JT. &c.) *trans* (vel, *ad*, sive *juxta*, G. sive, *secundùm*, JT. Pi. vel, *cis*, ut Num. 22. 1. & 32. 19, 32. &c[p].) *flumina* (vel, *ad remotissima flumina*, Ar. Heb. *à transitu fluminum*, Pi.) *Cush*, Sy. Ti. vel, *Æthiopiæ*, P. M. JT. Pi. Ca. ο'. Ch. Ar. Per cujus *flumina* hîc intellige, vel, 1. illa quæ Nilum influunt, præcipuè Astaboram & Astapum[q], de quibus Ptol. 4. 8. Plin. 5. 9[r]; vel, 2. Nilum*, (qui, antequam defluat in Ægyptum, spatia immensa terrarum peragrat[t],) sic dictum, quia ex Æthiopia oritur: qui & hîc dicitur *fluvii*, sicut & Ezec. c. 29. v. 3, 4. vel, 1. à fluviis eum influentibus; vel, 2. à canalibus ex eo ductis, Esa. 19. 6; vel, 3. à variis ipsius fluentis sive rivis, tum suprà, ubi Meroen insulam facit, tum infrà, in Ægypto, ubi sunt septem canales ejus notissimi[v]. Alloquitur gentem positam trans Æthiopiæ fluvios[x]. Non placet; nam Esaiæ in Judæa scribenti Ægyptus non erat trans [sed cis] Æthiopiam. [At alii reddunt *cis*, vel *ad*, ut antè notatum.] Omnino igitur *Chus* hîc est terra media inter Judæam & Ægyptum, nempe Arabia Chusæa. Hujus flumina sunt Besor in mare Mediterraneum, Rhinocoruræ torrens in lacum Sirbonidem; & Trajanus amnis in mare Rubrum ad Heroum urbem, influens, & Corys, quâ è Babylone in Ægyptum ivit Cambyses, teste Herodoto in Thalia[y].

2. *Qui*, &c. הַשֹּׁלֵחַ בַּיָּם צִירִים] *Mittens* (vel, *Qui mittit*, P. Intellige Regem regionis[z]: vel, *Quæ mittit*, Ch. [Intellige regionem:] vel, *Quæ dimittis*, Ca. vel, *Mittenti*, Ti. JT. vel, *Væ mittenti*, Pi.) *in mari imagines*, idque [ut sequitur] *in vasis papyraceis*, &c. צִירִים verto, *imagines*, ut Esa. 45. 16. à צוּר *formare*. Quotannis nimirum caput Osiridis, in mare injectum, diabolicâ vi ex Ægypto Byblum deferebatur septem diebus, teste Luciano, (qui testis αὐτόπτης erat,) de Dea Syria[a]. Vel, *per mare* (nempe Rubrum[b], sive Arabicum[c],) *legatos*, Mo. P. M. Ti. JT. Ca. Pi. Ang. &c. ut Jos. 9. 4. Esa. 57. 9. Jer. 49. 14[d]: vel, *nuncios*, Ch. Angl. ut Prov. 13. 17. & 25. 13*. *Legatos*, i. e. feciales ad bellum indicendum Assyriæ †. *Mittenti*, &c. i. e. Regi Æthiopiæ Thirhakæ[f], qui, absente Sancheribo, indixit bellum per legatos, & acie instructâ tentavit invadere, 2 Reg. 19. 9[g]. Alii intelligunt de Æthiopibus cis mare, mittentibus ad Æthiopes trans mare Rubrum, ut, junctis copiis, Assyrium, aliúmve hostem communem, aggrederentur[h]. Alii de Ægyptiis, mittentibus, vel, 1. ad Judæos, ut spem illis facerent auxilii sui adversùs Assyrios[i]; vel, quod malim, 2. ad Æthiopes, ut illos admonerent de Assyriaca præparatione adversùs ipsos, & de malis quæ iis eventura erant[k]. Nihil hîc præter conjecturas afferri potest, quòd nullæ illorum temporum exstent historiæ[l]. Al. *Mittenti—obsides*, ο'. vel, *arrhas*, Ar. Verùm צִיר *legatum* sign. quòd scil. in eo vertatur summa negotii, sicut ostium in cardine. Hæc verba conjungo cum præcedentibus, hoc modo, *quæ à trans flumina Æthiopiæ* (ut Soph. 3. 10.) *mittit—legatos*. מ [in מֵעֵבֶר] verto, *ex*. Hæc constructio facilis est, & sensum planum facit. Nec obest quòd הַשֹּׁלֵחַ est masc. nam cùm nomina provinciarum & terræ ponantur pro ipsis habitatoribus, adeóque & pro Rege, earum, &c. sæpe relativa & verba non respondent in genere[m]. ¶ *Et in*, &c. וּבִכְלֵי גֹמֶא] *Et* (vel, *idque*, Ca. Pi.) *in navibus* (vel, *vasis*, Mo. V. Ti. Ang. vel, *instrumentis*, JT.) *junceis*, P. Ti. vel, *junci*, Mo. vel, *papyri*, V. sic G. Junci species est papyrus[n]. Vel, *scirpeis*, JT. Ca. Pi. vel, *scirpi*, ut Job. 8. 11. collectivè, pro, *scirporum*, ut Exod. 2. 3[o]. Solebant navigia construi ex papyro[p], (testibus Plin. 13. 11[q]. & 6. 22. & Diod. Sic. 1[r];) aut scirpo, aut junco: qualibus Ægyptii Æthiopésque utebantur, tum quòd leviora essent*, (quæ ex aquis facilè traherent, humerísque suis per terram portarent, & rursus in aquas demitterent, Plin. 5. 9[t].) & velociora[v]; tum propter catadupos, cataractas, & periculosa vada[x]; tum quòd adversis fluctibus scopulísque (quibus Nilus abundat) cederent, ac non dissilirent aut frangerentur, sicut lignum. Vide Plin. 6. 22[y]. Extenuat Deus his verbis Ægyptiorum auxilium, indicans omnia apud eos arundinea & papyracea esse, &c[z]. ¶ *Super aquas*, עַל פְּנֵי מַיִם] *Per* (vel, *super*, Mo. Pi. vel, *in*, P.) *aquas*, Ca. vel, *faciem*, sive *superficiem*, (vel, *superficie*, Ti.) *aquarum*, M. JT. &c. Hoc dicit, quia hæc navigiola potiùs fluitarent super aquas, quàm in aquis mergerentur, &c[a]. ¶ *Ite*, &c. לְכוּ מַלְאָכִים קַלִּים] *Ite, nuncii leves*, Mo. P. M. &c. vel, *veloces*, Ch. Quidam ante לְכוּ subintelligunt, vel, *dicens*[b], ut sint verba Dei per Prophetam monentis Ægyptios quid amicis suis dicerent; vel, *dicendo*, [ità P. V. JT. Pi. Ang.] ut sint verba Æthiopum sive Ægyptiorum legatis suis mandata tradentium. Necessarium certè est hoc, vel tale, supplementum. Vide Psal. 27. 8. & 105. 14, 15. Act. 7. 32[c]. *Ite*, inquienti, *nuncii veloces*, Ti. Sic [ex sententia eorum qui hæc supplementa addunt] leves illi nuncii à gente de qua v. 1. agitur mitterentur ad aliam gentem distractam & depilatam. At ο'. Jon. Vulg. & Belg. supplementum illud non habent; nec nos addendum putamus. Existimamus enim gentem illam distractam & depilatam eandem esse cum ea de qua v. 1. agitur; & Deum

n Jun. Pi. o Ca. p Q. in Ang. q Al. in Ang. r V. sim. Mo. t V. v For. x For. sim. V. y He. in V. z V. a Ang. b For. ad v. 7. c Ang. d For. ad v. 7. † Ma. f Mar. g T. sim. Sin. h Me. i T. k Me. l Ang. m EP. 4. 2. 240. n Al. in Ang. o G. p Ang. q Ang. sim. Mo. r Mo. * Ang. Ca. t Ca. v Ang. x Ca.

y BP. ib. z Oecol. in Marl. a BP. ubi suprà. b Pi. Ang. c G. d Ang. * Ang. † G. f Pi. ex Jun. g Jun. h Q. in Ang. i Al. in Ang. k Ang. l Calv. m For. n V. o Ang. p V. sim. Jun. Ang. Sin. q V. r G. * Jun. t Ang. v V. sim. Ang. x Jun. y Jun. sim. Calv. z Sin. a Ang. b Q. in Ang. c Ang.

& Deum esse qui hos leves nuncios ad eam gentem mittit, bellum indicturos, ad confirmandum se jure merito væ ipsis denunciâsse. Quid autem nuncii illi dicturi essent? Id v. 3. dicitur, *Omnes habitatores orbis*, &c [d]. Ad hanc gentem postquam exclamavit, alloquitur ejus gentis nuncios: Ite, inquit, vos qui res novas nunciare soletis, ferte hunc nuncium ad gentem vestram [†]. Vel, q. d. Tu quæ soles mittere legatos per mare quòcunque tibi libuerit, mitte nunc nuncios tuos, & dic eis, *Ite, nuncii*, &c [f]. Vel, hæc sunt verba Regis Æthiopum [g]. ¶ *Ad*, &c. [אֶל גּוֹי מְמֻשָּׁךְ] *Ad gentem distractam*, P. JT. Pi. Ca. Angl. vel, *dissipatam*, M. *dispersam* huc illuc, & multis locis occupatam [h]. Intellige vel, 1. de Assyriis, qui tum erant distracti à terra sua, ingressi nempe Judæam, 2 Reg. c. 19 [i]: vel, 2. de Israele [k], qui, etsi sæpe vastatus & dissipatus est, adhuc tamen haberet cur ad eum ex toto orbe legati mitterentur, videlicet ut ab eo veritas doctrinæ disceretur [l]: vel, 3. de Æthiopibus [m]; qui *populus dispersus* dicuntur, vel, 1. quia vastum terræ spatium incolerent, nempe à sinu Persico ad mare Rubrum, indéque ad Mediterraneum [n]; vel, 2. prophetice; q. d. ad populum dissipandum. Simile Psal. 137. 8. Esa. 27. 13 [o]. *Ad gentem convulsam*, V. Vulg. vel, *disjectam*, V. vel, *abstractam*, seu *extensam*, seu *elongatam*, Q. in V. vel, *tractam*, Mo. BP. vel, in longum protractam sive extensam. Angusta enim est Ægyptus, quod omnes sciunt, & à mari Syenem usque tota patet in longitudinem [p]. Supra Delta Ægyptus tota in longitudinem patet usque ad Æthiopiæ fines [q]. ¶ *Et*, &c. [וּמוֹרָט] *Et expilatam*, P. Mo. vel, *dilaniatam*, sive *dilaceratam*, V. cujus magna pars in longinquis expeditionibus occupata est [r]: vel *direptam*, Ca. vel, *evulsam*, Q. in V. *decapillatam*, Q. in V. *depilatam*, JT. Pi. (Metaphora sumpta ab evulsione pilorum à capite vel barba, Esd. 9. 3. Nehem. 13. 25. Esa. 50. 6 [*].) Id est, vel, 1. denudatam militibus suis [t], externo bello occupatis [v]. Ità ad Assyrios refertur [x]. Vel, 2. pro, depilandam, sive bonis omnibus spoliandam: id quod alii ad Judæos, alii ad Assyrios, referunt [y]. Maximè afflictam [z]. Vel, 3. propriè, ut Levit. 13. 40, 41. Æthiopes enim præ summo calore imberbes sunt [a]. ¶ *Ad*, &c. [אֶל עַם נוֹרָא מִן הוּא וָהָלְאָה] *Ad populum formidabilem*, sive *terribilem*, V. G. Pi. Mo. &c. (naturâ & moribus, vultúque ipso barbaricum, ferum & horridum [b],) *ex ipso & ultrà*, Mo. Phrasis hæc usurpatur vel de tempore, ut Levit. 22. 27. Numer. 15. 23. vel de loco, ut 1 Sam. 10. 3. & 20. 22 [d]. [Hinc variant.] *Ex eo loco* (nempe Assyria [†]) *atque ulteriùs*, JT. Pi. nam Assyrii ulteriores regiones subindè subjugabant [*]: i. e. Quæ omnibus nationibus terrori est, cis & trans regionem suam [f]. *Formidabilissimum omnium qui ulteriùs*, sive *ultra ipsum, habitant*, Ca. *ab ipso* (sub. *populo*) *& ultrà*, V. Vel, *ex quo* fuit, P. Mar. (vel, *ab eo quo* esse cœpit, M. vel, *ab eo, sub. die*, vel *tempore*, Ti. Angl. ut pleniùs exprimitur Num. 15. 23. 1 Sam. 18. 9. Ezec. 39. 22 [g]: *ab ipso*, i. e. ab antiquissimo tempore [h],) *& ultrà*, sive *deinceps*, M. P. Ti. Mar. G. Ex quo cœpit esse populus Dei [i], ab exortu suo, i. e. ab egressu ex Ægypto, & postea [k]. Ad Judæos refertur, qui aliis formidabiles erant ob stupenda Dei opera & judicia, tum propter illos, tum in illos, edita. Vide Jer. 18. 16. & 19. 8. &c [l]. Alii tamen de Assyriis explicant [m]; quorum Regnum antiquissimum erat, (vide Gen. 10. 8, 11 [n].) & multis victoriis inclytum [o]. Mallem ad Æthiopas, sive Cushitas, referre, quæ gens terribilis erat ab initio. Vide 2 Par. 14. 9. & 16. 8. Sed & Nimrodus, primus Assyriacæ Monarchiæ fundator, erat Cushita, & filius Cushi [p]. Al. *quis ultra illum?* ό. vel, *post quem non est alius*, Vulg. [Quam versionem sic explicant;] vel, 1. Similis ei postea populus nullus exstitit [q]: vel, 2. Præ pro nullus est potentior: vel potiùs, 3. Qui ultimus est omnium quos Judæa cognovit [r]. Æthiopes enim sunt in fine orbis versùs meridiem [*], pertingentes usque ad Caput bonæ spei, ad mare [t]. ¶ *Ad*, &c. [גּוֹי קַו קָו] *Gentem* (vel, *gentem*, inquam, P.) *lineæ lineæ*, Mo. P. vel, *funiculi & funiculi*, V. Accipiunt vel, 1. de linea literarum sive verborum in libro, ut Esa. 28. 10, 13. ut Judæos respiciat, quos hîc afflictos esse innuit ob ignorantiam Dei & Legis, quòd instar puerorum docendi essent, *lineam post lineam*, literam unam post aliam, loco citato [v]. Sed nec phrasis huic interpretationi congruit, nec contextus [x]. Vel, 2. de linea mensoria, ut Job. 38. 5. Jer. 31. 39. Ezec. 47. 3. quâ & ædificabant, ut Zach. 1. 16. & mensurabant, Esa. 44. 13 [y]. *Gentem omnibus delineantem*, JT. Pi. i. e. quæ omnibus aliis imperare & leges præscribere conatur [z]. Al. *quæ metitur* alios populos ad perditionem. Vide 2 Sam. 8. 2. 2 Reg. 21. 13. Psalm. 60. 8. Esa. 34. 11 [a]. Al. *lineæ lineæ*, i. e. delineatam, vel quasi lineis signatam, h. e. damnatam, & quæ pessum it. Elegans metaphora à materiariis fabris. Linea est filum quo signant materiam secandam aut deasciandam, χαμμυ. Reperitur Esa. 18. 2. Targum Jonathæ, *gentem oppressam*, vel potiùs, *opprimendam*; ad sensum non malè [b]. *Lineæ lineæ*, i. e. valde lineatam, h. e. frequentibus lineis complanatam, & solo æquatam; ut solent facere qui diruta complanare volunt. Non solùm enim servit קַו ædificatoribus, sed etiam destructoribus, ut infrà 34. 11 [c]. Al. *lineæ lineæ*, i. e. qui frequentibus utitur lineis dimensoriis. Hunc locum illustrant verba Strabonis, l. 17. Is, cùm multiplices divisiones quæ erant in terra Ægypti dinumerâsset, *Opus*, inquit, *fuit tam diligenti ac subtili locorum divisione, propter continuas finium confusiones quas Nilus auctus efficiebat,—unde iterum atque iterum mensurari oportebat*. Quæ quamvis in Ægyptum dicta sint; cùm tamen bona pars Æthiopiæ eodem modo & flumine irrigaretur, verisimile est eisdem dimensionibus, quæ fieri solent, usos fuisse Æthiopes, quamvis non tantâ peritiâ quantâ Ægyptii [*]. Al. *gentem expectantem*, Vulg. vel, *avidè exspectantem*, Ti. *exspectantem exspectantem*: id quod Judæis competit, quibus nulla gens, etiam hodie, majori spe tenetur. Sed non congruit hoc initio capitis [d]. Al. *gentem alios atque alios limites habentem*, Ca. [Vide ad ultimum membrum.] ¶ *Et conculcatam*; ità P. Ti. [וּמְבוּסָה] *Et conculcationis*, Mo. V. G. *& conculcantem*, JT. Pi. i. e. omnes alios pedibus iniquissimè terentem [†]. *Et conculcandam*, Angl. *& attritam*, Ca. *& abjectam*, velut natam ad servitutem, & domi & foris [f]. [Alii hoc verbum cum præcedente membro sic exponunt,] *paulatim conculcatam*, M. Metaphora ab architectis, qui ordinem unum post alterum collocare solent: i. e. cui paulatim conculcatio evenit. Q. Hebraismum vertunt, *quæ sensim afflicta fuit, & tandem conculcata*. Alii, *undique conculcatam*; acsi quis duceret lineas, iisque inter se conjunctis, nullum locum vacuum relinqueret, vel, sulcos duceret in agro quibus omnes glebas subigeret [g]. Al. Gentem quæ paulatim protendit imperii sui terminos, & superbo pede victos proterit. Justinus ex Trogo, *Primus omnium Ninus, Rex Assyriorum, veterem & quasi avitum gentibus morem novâ imperii cupiditate mutavit* [h]. ¶ *Cujus*, &c. [אֲשֶׁר בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ] *Cujus terram* (Heb. *terram ejus*, Mo. V. τὸ *ejus* redundat [i]:) *diripiunt*, vel *diripuerunt, flumina*, Mo. M. P. Ti. JT. Pi. sim. Ca. Ang. בָּזְאוּ, pro בָּזוּ, à בָּזָה *diripuit* [k]. Explicant [vel, 1. de Assyriis.] Tigris, violentum flumen, multum abradit ab Assyriis [l]. [Vel, 2. de Æthiopibus.] q. d. Cujus ditio tota ferme horret præ difficultate fluminum exundationibus omnia abripientium [m]. Gentem magnis fluminibus accolentem; quæ flumina ejus terram atterunt & depopulantur, & alluvionibus, circumluvionibus declinationibúsque distrahunt & dirimunt, atque ità sæpe limites mutant, & alios atque alios reddunt [n]. Flumina magna, Niger & Nilus, terram Æthiopum percurrentia, eam exhauriunt [o]. Non placet, quia in Ægypto contrarium habent effectum, terrámque pinguem reddunt. Vide Esa. 19. 5,—10. Ezec. 30. 12 [p]. Al. *Cujus* (nempe Assyriorum, ad quos hoc nuncium mittunt Æthiopes [q],) *terram spernunt* (ut בָּזְאוּ sit pro בָּזוּ, à בָּזָה *sprevit* [r],) *flumina*, Q. in Pi. h. e. populus Æthiopiæ [*]; vel, Æthiopes fluminibus cincti [t]. q. d. Utcunque terribilis sis aliis, non tamen nobis [v]. Aliis, quod rectius, est nuncium ex mandato Dei ab Ægyptiis ad Æthiopes missum, quo illos monerent *quòd* (ità אֲשֶׁר sumitur Deut. 4. 40. Neh. 2. 7, 8.) *flumina* (i. e. copiæ Regis Assyriæ, Esa. 20. 4. instar rapidi fluminis irrumpentes) *terram ejus diripient*: q. d. non impinguabunt, quod faciunt Niger & Nilus, &c. sed omnia abripient. Vide Esa. 28. 2. & confer Ezec. 30. 9 [x]. Hostiles exercitus

[d] Di. [†] Ca. [f] For. [g] G. [h] Jun. [i] Pi. [k] M. He. in Ang. For. [l] For. [m] Ang. San. Mc. T. [n] Q. in Ang. [o] Al. in Ang. [p] BP. 4. 24. 293. [q] BP. 3. 12. 211. [r] G. [*] Ang. [t] Pi. ex Jun. [v] Ma. [x] Q. in Ang. [y] Al. in Ang. [z] V. [a] Ang. [b] For. ad v. 7. [d] Ang. [†] Pi. [*] Pi. [f] Jun. [g] Ang. [h] G. [i] V. Mar. [k] V. [l] Q. in Ang. [m] Al. in Ang. [n] Ang. [o] G. [p] Ang. [q] Mar. [r] Sar. [*] T. [t] Mc.

[v] He. in Ang. [x] Ang. [y] Al. in Ang. [z] Pi. sim. Jun. [a] Al. in Ang. [b] D. prov. 2. 4. 108. [c] For. [*] Id in ad v. 7. [d] San. [†] Jun. [f] Q. in Ang. [g] V. [h] G. [i] V. [k] Pi. [l] G. [m] Pi. ex Jun. [n] Ca. [o] Q. in Ang. [p] Ang. [q] Q. in Ang. [r] Q. in Ang. [*] Q. in Ang. [t] Q. in Ang. [x] Ang.

citus sæpe *flumina* vocantur, quòd iis resisti nequit, &c[y].

3. *Omnes habitatores orbis*] Sunt hæc verba vel, 1. Æthiopis adhuc loquentis [z] : vel, 2. Ægyptiorum suum imperium & potentiam jactantium : vel potiùs, 3. Dei[a]. Hactenus per mimesin recitata sunt verba Regis Æthiopiæ : nunc loquitur Propheta in sua persona [b]. Est prophetica narratio, quâ Deus primùm revocat omnes ab inanibus istis judiciis, ut solùm opus ipsius exspectent, hoc versu : deinde sibi asserit defensionem populi sui, & hostium excidium, tribus seq[c]. Post monitionem ab Ægyptiis exhibendam Æthiopibus, Propheta sermonem convertit ad totum orbem ejúsque incolas, eos inclamans ut hoc opus Dei perpendant, &c[d]. simúlque ostendens tam illustre hoc opus Dei fore, ut omnibus populis conspicuum sit †. Declarat cur gentem illam remotissimam appellat, nempe ut significet se facturum rem quæ sit remotissimæ genti, h. e. toti orbi, nuncianda, h. e. rem maximam. Nam quæ remotis nunciantur, ea & magna sunt, & propinquis multò etiam magis nunciantur. *Aspicite igitur, omnes mortales, elatum signum*, &c[f]. Vel, 4. sunt hæc verba nunciorum à Deo missorum ad gentem illam distractam, *Omnes habitatores orbis,—videte*, &c. Non est autem insolens per תֵּבֵל, *orbem*, intelligi certam quandam ditionem latè se extendentem; sicut & Luc. 2. 1[g]. ¶ *Cùm*, &c. כִּנְשֹׂא נֵס הָרִים תִּרְאוּ וְכִתְקֹעַ שׁוֹפָר תִּשְׁמָעוּ] *Quum attollet*, sive *elevaverit*, (sub. *Jehova*, Pi. San. &c. vel, *Quum attollam*, JT. i. e. Quum bellum Assyriis inferam [h] : vel, *Sicut* in *elevando*, Angl. vel, *Secundùm extollere*, Mo. Infinit. in Hebræo est etiam gerundium : h. e. Ut quum aliquis extollit ; sicut 1 Sam. 15. 22. *in obediendo*, i. e. quum aliquis obedit [i]. Vel, *Quum sublatum fuerit*, Ti. sic Angl. Boot. sim. ό. Ch. Ca. נְשֹׂא, sicut & sequens תְּקֹעַ, mihi sunt infinitivi impersonaliter usurpati ; quales sunt Exod. 27. 7. & 30. 12. Num. 9. 15. & 10. 7 [k]. Vel, *Cujus levaverit*, M.) *signum*, sive *vexillum*, in *montibus*, P. Pi. Di. sim. Mo. Calv. (vel, *montium*, JT. V. vel, *montanum*, Ca. vel, super *montes* : ellipsis præpositionis [l], ut Deut. 33. 19 [m] ; &, *montes*, pro, *montem*, ut Genes. 8. 4 [n]. Qualis enallage & in Virgil. 2. Æneid.—*vocémque volens atque ora resolvat* ; & in alio poeta vetere, *Quales Eurotæ producunt flumina myrtos*. Vel, ellipsis est adjectivi distributivi [o] ; q. d. in, vel super, uno montium [p] :) *videbitis*, P. Mo. JT. Pi. Ch. Calv. Di. (sub. *illud*; ellipsis pronominis, ut Esa. 9. 9. Hos. 8. 4[q]: vel, attenti estote *ut videatis*, Zuing. & Ti. in Boot. vel, *aspicite*, M. Ca. Ang. Di.) *& quum clanxerit tuba*, P. Calv. (vel, *clanget tubâ*, Pi. sim. Ang. vel, *clangam tubâ*, JT. vel, *cornu classicum canetur*, Ti. vel, *& clangente tubâ*, Ca. vel, *& ut* in *clangendo tubâ*, i. e. quum aliquis clangit [r],) *audietis*, P. JT. Di. Angl. &c. sub. *illud*, quod nempe jam prædicitur vobis † : vel, *audiatis*, Ti. vel, *audite*, M. Ca. Di. Ang. Pertinet hic versus ad amplificationem cladis illius de qua in seq. quæ, inquit, tanta erit, ut cognoscant eam omnes mortales, haud secùs quàm signum in monte conspicitur, &c. *Sicuti quando elevatur vexillum, conspicietis, & sicuti quando tubâ canitur, exaudietis*. Quæ oratio concisior pleniùs sic efferretur, Videbitis (hoc quod vobis prædico, de ingenti illa strage,) *sicuti quando erigitur in monte vexillum*, (id videtis, & vident omnes ;) *& sicuti quando tuba clangit*, (eam exauditis, ità hanc rem) *exaudietis*. כ׳ ה in כִּנְשֹׂא & in כִּתְקֹעַ aliis est nota comparationis, aliis adverbium temporis ; mihi utrumque hîc valet, *sicut quando*. Sic Esa. 64. 2. כִּקְדֹחַ אֵשׁ וגו׳, quod rectè vertit Anglica, *Ut quum ignis*, &c. simil. & JT. Sic & Jerem. 5. 26. כְּשַׁךְ וגו׳, quod solus Piscator rectè reddit, *Ut cùm resident aucupes*. Nec mirum כ׳ ה geminam significationem possidere, quum & cognatæ ei particulæ כִּי & כַּאֲשֶׁר idem faciunt : ut Jos. 2. 12. כִּי עָשִׂיתִי וגו׳, *quòd sicuti ego vobis benignè feci* ; Esth. 2. 20. כַּאֲשֶׁר הָיְתָה וגו׳, *sicut quando*, &c. Quod ad sensum loci attinet, K. & RS. putant hîc innui convocationem Israelitarum (veluti elato vexillo & clangente tubâ) ab exsilio *. Al. Loquitur de notificatione cladis Sanheribo illatæ [t]. Sensus, remotissimos quosque populos cladis hujus testes fore ; quia & vexillum conspicietur ab omnibus, & tubarum clangor in toto orbe personabit [v]. *Quum attollet*, &c. i.e. Quum fundet fugabítque Assyrios, &c [x]. Ubi mea vexilla in montibus Assyriæ attollentur, meúmque ibi classicum sonabit ; tunc videbitis & audietis res magnas [y]. Al. *Quando vexillum erigetur*, &c. i.e. Quando hostilem exercitum Æthiopibus ingruere faciam [z].

[y] Musc. in Marl. [z] G. [a] San. [b] Pi. [c] Jun. [d] Ang. † Calv. Ang. [f] Ca. [g] Di. [h] Jun. [i] Ang. [k] Boot. anim. 1. 9. 4. 74. [l] Ang. Boot. [m] Ang. [n] Boot. Ang. [o] Boot. 73. [p] Boot. sic V. [q] Ang. [r] Ang. † Idem. * Boot. ib. [t] AE. in Boot. [v] Calv. [x] Pi.

4. *Quia*, &c. כִּי כֹה וגו׳] *Nam ità dixit Jehova ad me*, Pi. Ang. q. d. Deus his verbis consilium suum mihi patefecit [a]. q.d. Non enim sic afflixit populum suum ut perdat funditus : mihi enim Deus in hunc modum locutus est ; Jam posthac *quiescam*, non indignabor ultrà adversùs populum meum, &c [b]. Al. *Postquam Dominus id dixit ad me, quiescam*, & consolationem capiam, &c[c]. *Verùm hæc dicit*, &c. Opponit Propheta Dei consilia jactationi Æthiopis [d]. Al. *Porrò, sic dixit*, &c. Propheta hîc occurrit dubitationi de providentia Divina, quæ infirmos animos turbare solet ; ostendítque Deum confusos motus sic temperaturum, ut & gentem illam exscindat, & populi sui reliquias ad se colligat †. ¶ *Quiescam*, &c. אֶשְׁקוֹטָה וְאַבִּיטָה בִמְכוֹנִי] *Quiescam* (vel, *Quiesco*, JT.) *&* (vel, *sed*, JT. Angl. *tamen*, Angl.) *intuebor*, sive *videbo*, sive *contemplabor*, (vel, *intueor*, JT. vel, *considerabo*, Mo. vel, *aspiciam cum voluptate* ; id enim נָבַט cum ב significat [f] ;) *in loco* (vel, *habitaculo*, M. vel, *loco parato*, Mo. vel, *habitatione firma*, Ti. vel, *statione*, Ca.) *meo*, P. &c. i. e. vel super arcam, vel in cœlo * : vel, *ex sede mea*, V. vel, *in*, sive *ad*, sive *super*, *locum meum*, sive *sedem meam*, For. JT. Verba hæc sunt vel, 1. Esaiæ, q. d. Fretus oraculo Dei quiescam, & pacato animo exspectabo quod prædictum est[g]. Vel, 2. Dei [h]. [Sed diversimodè explicant.] 1. *Quiescam*, i. e. Cessare faciam iram meam erga populum meum, & cum voluptate aspiciam in locum sanctitatis meæ [i]. [Ca. hunc versum cum præced. sic explicat,] *Aspicite igitur, omnes mortales, elatum montanum signum*, &c. h. e. Nuncio vobis bellum quod fiet in montibus Israelitarum, in quo bello *ego quietus spectabo*, & meos Israelitas adversùs hostes mollissimè fovebo ac tuebor, *tanquam æstus*, &c [k]. 2. *Quiesco*, i. e. In præsentia supersedeo ab efficiendo judicio, tanquam otiosus spectator [l]. Non confestim me opponam Assyriis, quum invadent populum meum [m]. *Et*, vel *sed*, *intuebor*, nempe in Assyrios, quid moliantur [n]. Populo tamen meo prospicio, & sedi meæ [o] ; i. e. Sanctuario, sive Ecclesiæ, cujus illud typus erat. Vide Exod. 15. 2, 17. 1 Reg. 8. 13. Dan. 8. 11 [p]. Sinam illum agere quæ vult ; ego interim Judææ providebo [q]. ¶ *Sicut*, &c. כְּחֹם צַח עֲלֵי אוֹר כְּעָב טַל בְּחֹם קָצִיר] *Sicut calor*, vel *æstus*, (vel, *aer*, P. sic V.) *nitidus*, sive *serenus*, (vel, *exsiccans*, Ti.) *super lucem*, Mo. (vel, *propter solem*, P. vel, *post* (vel, *secundùm*, Ca.) *pluviam*, M. Ti. V. Ca. G. ut Job. 36. 32. & 37. 11[r]: vel, *super olus*, JT. Pi. sim. Ang. ut 2 Reg. 4. 39. Esa. 26. 19 *.) *sicut* (vel, *& sicut*, Ti. Ang. G.) *nubes roris*, vel *roscida*, *in æstu*, sive *calore*, *messis*, Ca. Ang. sic Mo. Ti. &c. *Tanquam sol* in terra *post imbrem* ; quando clarus Sol gratissimus est, & germinibus optimus †. [Metaphoras has variè explicant.] 1. Ero, nempe Assyriis, *ut æstus*, &c. qui scil. corrumpit olus torrefaciendo ; & *ut nubes——in messe*, quum seges per rorem putrescit [t]. [2. JT. hæc verba cum præced. sic accipiunt,] *—sed intueor in locum meum : ut æstum serenum super olus, ut densum rorem in æstu messis*, hunc esse, JT. i. e. Animadverto Assyrium hunc planè adversum esse populo & sedi meæ ; atque ità damnosum ut torrens æstus oleribus, aut densæ nubes irrorantes messem, quum æstus tempestivus esset. Vide Prov. 25. 13. & 26. 1[v]. 3. Testatur Deus se similem fore sereno cœlo, & calori pluvias exsiccanti, &c. quæ fruges accelerant, &c. q. d. Tametsi impendeant reprobis clades, tamen iis omnia ex voto fluunt, ut summè beati videantur. Verùm saginantur ut boves ad mactationem ; &, quum securi sunt, adest interitus [x]. 4. Nubes roscida tum clara, tum grata, est : sic ego in cœlo voluptate perfundar ex contemplatione vindictæ [y]. 5. Hæc valde desiderantur, calor post imbrem, & imber post æstum. Tale futurum dicit Dei præsidium [z]. Meos Israelitas mollissimè fovebo, *tanquam æstus*, &c. h. e. eos recreabo suaviter, & contra vim omnem protegam [a]. Per has gratissimas res ostendit quàm gratiosus & suavis sit Dei vultus [b]. Quamvis permiserit Deus aliquantisper Ecclesiam affligi, prospiciet tamen, & emicabit super Ecclesiam, tanquam Sol super

[y] G. [z] Belg. ^m Oi. & Ang. in Boot. [a] Ang. [b] For. [c] M. [d] G. † Calv. [f] For. * Pi. [g] Q. in Calv. [h] Calv. Ang. &c. [i] For. [k] Ca. [l] Jun. sim. Calv. [m] Pi. sim. Ang. [n] Pi. [o] Jun. [p] Ang. [q] G. [r] Q. in Ang. * Ang. † V. [t] Pi. [v] Jun. [x] Calv. [y] Mar. [z] G. [a] Ca. [b] For.

herbas post pluviam, qui eas maturat, &c. & tanquam nubes (non pluviæ, quæ segetes lædat, sed) roris, quæ agricolam protegat. Vide Esa.4.5. & 25.5[c]. 6. Hunc versum sic verto, *Quia sic dixit Dominus ad me, Quiescerem? & intuerer in loco meo?* (i. e. *Si* jam *quiescerem, & intuerer*, phrasi Hebræis usitatissimâ,) id esset *tanquam æstus aridus super olus, tanquam densa nubes in æstu messis*. Sensus est, Si jam quiescerem, id Ecclesiæ meæ maxime esset noxium, non aliter quàm arens æstus oleri, &c. Hæc cum v. præced. optimè videntur cohærere, ubi bellum denunciârat populo truculento: ejus hîc rationem reddit, quia nequaquam sibi quiescendum esse nec otiosè speculandum sentiat, quia id Ecclesiæ noxium sit futurum; cujus causam reddit v. seq [d].

5. *Ante*, &c. כִּי לִפְנֵי קָצִיר כְּתָם־פֶּרַח וּבֹסֶר גֹּמֵל יִהְיֶה נִצָּה] Locus difficilis †. [Variè reddunt.] *Nam ante messem, juxta consummare gemmam, & acerba uva maturescens erit flos*, Mo. *Nam ante messem, quum consummatus fuerit flos*, (vel, *cùm consummata fuerit gemmatio* vitis; vel, *cùm perfectum erit germen*: i. e. ante messem, & ante vindemiam [f]:) *& uva maturescens fuerit flos ejus*, P. Inversus dictionum ordo sic converti debet, *& flos* ejus *fuerit uva acerba maturescens*, i. e. fuerit versus in uvam acerbam jam maturescentem. Admonet doctus inter Hebræos, ה in נִצָּה esse Raphatum, nec habere Mappic, signum pronominis fœminei, unde fit ut pronomen *ejus* subauditum sit [g]. *Quia dum affuerit messis, perfectum erit germen, & ex flore fructus ejus maturescens*. Confirmat quod jam dixerat, impios ad tempus florere: sed quum messis adfuerit, quum vites gemmas protulerint & defloruerint, ità ut appareant omphaces, tunc [ut sequens membrum docet] eos succisos iri [h]. Al. *Nam ante messem, quum perfectum fuerit germen, erit ex flore fructus sensim maturescens*. Creverunt, inquit, Assyrii tanquam *germina* terræ, quæ ubi per gradus *ad maturitatem pervenerint*, *resecantur* [ut sequitur] per messorem [i]. *Nam ante messem, quum fructus maturi esse deberent, adhuc immaturus est, &, dum maturescere deberet, floret*, Ti. *Nam ante messem, perfectâ germinatione, & flori succrescente fructu*, [nempe, ut sequitur,] *abscindentur*, &c. Sensus, Hostes, cùm se putabunt propè jam adeptos victoriam, peribunt, eísque perinde accidet acsi segetes *ante messem*, aut vineæ ante vindemiam, vastentur, spémque agricolarum frustrentur [k]. *Ante messem enim* (i.e. vindemiam) *gemma erat quasi perfectæ vitis; sed ubi maturuit* (apparuit) *omphax, flos fuit*, G. *Quinetiam ante messem*, (i. e. antequam Rex Assyriæ occupaverit Libnam, & postea Hierosolymam; quod utrumque se effecturum sperabit [l];) *quum perfecta erit gemma*, quúmque *omphacium maturescens effectus erit flos*, i.e. quum putabit jam ferè tempestivum esse ut Libnam occupet. Metaphora à vinitoribus*. נִצָּה *flos* hîc, ut Job. 15.33. נִצָּתוֹ *florem ejus*; vel, pro נֵץ, ut ה sit affixum relativum †. ¶ *Et*, &c. וְכָרַת הַזַּלְזַלִּים בַּמַּזְמֵרוֹת וְאֶת הַנְּטִישׁוֹת הֵסִיר הֵתַז] *Et* (vel, *Tum*, Ti.Calv.) *præcidet* (vel, *præcidat*, Mo. vel, *amputabit*, Calv. nempe vel, 1. *agricola*, Ti. At is vites suas non colit hoc pacto*: vel, 2. Jehova [m]: vel, 3. Rex Assyriæ [n],) *ramusculos*, vel *palmites*, (vel, *malleolos*, Mo. V. vel, *flagella*, Pi.) *falcibus*, (nempe putatoriis [o],) *& propagines* (vel, *sarmenta*, Pi. vel, *propagines rejectiles*, Ti.) *auferet & succidet*, P.V. simil. Pi. i. e. per Angelum occîdet] in exercitu Assyriorum tum gregarios milites, tum duces & Principes [p]. Vel, *auferat, amputet*, Mo. vel, *auferet per incisuram*, M. vel, *auferendo exscindet*, Calv. vel, *incidendo tollit*, Ti. Verbum הֵתַז refertur ad messem [q]. [Alii locum sic reddunt,] *Abscindentur sarmenta falcibus, exsectique palmites auferentur*, Ca. *Sed abscinduntur falce palmites, propagines quoque auferuntur amputando*. Hæ similitudines ostendunt ante tempus prælii egregias fuisse spes Æthiopum, sed eas ante eventum concidisse [r]. Dixerat Deum quievisse, &, velut otiosus esset, spectâsse, dum perrexit Assyrius, &c. Hujus fructus erat Æthiopum ruina, licèt tunc efflorescentium, & spem maturitatis atque longæ durationis præbentium: id quod exprimitur sub similitudine vineæ, vel plantæ alterius, quæ intempestivè inciditur, antequam fructus maturescat. Versum sic reddo, *Nam* (vel, *Veruntamen*, ut Ps.118.17. Esa. 9.1. q. d. Quanquam populo meo prospiciam, hanc tamen gentem hosti permittam,) *ante messem*, sive *vindemiam, quum gemma est perfecta*, (h.e. quum nondum sit perfecta, sed virens & immatura, uva; vel, *ut quum gemma evanuit*,) *& uva acerba jam maturescit in flore*, (vel, *& immatura uva jam producit florem*,) *tum exscindet* (Heb. *& exscindet*, ut copulativa redundet, ut Zach. 2.6. vel, *&* aliquis *exscindat*, h. e. *si quis exscindat*) *surculos*, sive *taleolas*, *falcibus*, (vel, *surculi*, teneri scilicet & minores ramusculi, *exscindentur falcibus*; verbum enim hîc impersonaliter & indefinitè usurpatur;) *& auferat* atque *desecet ramos*; vel, *& ramos* (nempe majores, qui hîc primarios homines denotant, ut Jer. 48. v. 32.) *auferet* & *desecabit*, vel, *desecando auferet*. Hujusmodi defectio & fructum & plantam perdit; adeóque non correctioni, sed exitio, destinatur. Nomen זַלְזַלִּים & verbum הֵתַז alibi in S. S. non occurrunt *. [Alii hunc versum cum sequente nectunt, locúmque sic reddunt,] Vers. 5. *Nam ante messem, quum perfectâ gemmâ & omphacio educato exstitit flos, ut exscindit flagella suis falcibus, & sarmenta* (quæ relinquit humi, non autem curat ut vitem, ex sequenti versu [t],) *amovet amputátque* vinitor: v. 6. Ità *derelinquentur*, &c. JT. Expositio promissionis quâ modò usus est Deus, se intueri in sedem suam, per similitudinem vinitoris luxuriantia vitis flagella cædentis, ut commodiùs maturetur vitis, & pascatur alimento suo. Sunt autem hujus similitudinis membra ἀνανταπόδοτα, quorum prius supplet ea quæ desiderantur in posteriore, ut contrà posterius ea quæ priori desunt*. Cur noxia Ecclesiæ foret illa quies Dei, &c. (de qua v. 4.) causam hîc reddit, *Quia ante messem, quum consummata esset gemmatio, & flos ejus fieret omphax maturescens, abscidit flagella falcibus, & palmites removit, resecavit*, scilicet hostis, sive populus ille truculentus de quo antea: eò enim referendum puto, ut sensus sit, Præceps admodum est hic hostis; exspectare non potest donec judicia mea maturuerint. Sed non aliter agit quàm si vinitor messem præveniret, & quum messis in spe est, consummatâ gemmatione atque omphace maturescente, flagella, quæ cultellis solummodo erant putanda, falcibus abscinderet, & ipsos palmites resecaret. Itaque mihi quiescendum non est, nec è loco meo otiosè spectandum, sed bellum in hunc hostem est movendum. Pœna sequitur v. seq. *Relinquentur pariter avibus*, &c [v].

6. *Et*, &c. יֵעָזְבוּ יַחְדָּו לְעֵיט וגו׳] *Relinquentur* (vel, *Deserentur*, V. vel, *Relinquentur* itaque, M. vel, Ità *derelinquentur*, Pi. JT. nempe surculi & rami sic desecti & abjecti, tanquam res nullius pretii vel usûs [x]; vel, sub. *interfecti*, V. Ca. vel, *corpora interfectorum in eo bello*, V. vel, Assyrii ab Angelo interfecti [y]; vel, cadavera Æthiopum [z],) *simul* (vel, *pariter*, Pi. JT. h. e. promiscuè citra discrimen personarum [a],) *avibus* (vel, *volatili*, M. Ti. ut Ezec. 39. 4. nempe *prædæ*, ut Gen. 15. 11. Esa. 46. 11. Jer. 12. 9*.) *montium*, P. &c. ubi aves prædatrices morantur & pariunt, &c†. ¶ *Et*, &c. וְקָץ עָלָיו וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, M. vel, *Ut*, JT.) *super ea*, vel *eum*, (vel, *super eis*, Ca. nempe Assyriis illis cæsis [b]; vel, *ad*, sive *juxta*, *illos*, V. vel, *cum hoc*, JT.) *æstivabit volucris*, &c. Mo. vel, *per æstatem manebit*, &c. M. simil. JT. Pi. &c. i. e. totâ æstate & totâ hyeme comedent cadavera insepulta [c]. Verba magnam & continuatam devastationem innuunt: quod alii de opibus terræ, alii de cadaveribus occisorum, accipiunt [d].

7. *In tempore illo*] Cùm ità cæsi fuerint Assyrii †. Dum ista in Assyria, Sennacheribo absente, gerentur [f]. Post pœnas de Æthiopibus sumptas [g]. ¶ *Deferetur* (nempe à Judæis [h]) *munus Domino*, &c.] Pars de prædâ [i], Num. 31. 28. 2 Sam. 8. 11 [k]. Munera de spoliis Assyriorum [l]. Al. Prophetia est de conversione Æthiopum ad Christum. Illi seipsos Deo offerent, &c [m]. עַם מְמֻשָּׁךְ וּמוֹרָט] *A populo*, &c. *Populi tracti & depilati*, Mo. *à*, vel *de, populo distracto*, &c. P. Ca. JT. Pi. τὸ מ hîc deest, ut Esa. 52. 2. sed suppletur ex sequente membro [n]. Al. *populus distractus*, sive *dissipatus*, &c. M. Ti. Calv. Di. Hoc per appositionem legi debet [o]. Et populus Judaicus hîc intelligitur, in cujus gratiam Deus huic genti excidium minatur. Utitur autem *adducendi* verbo, quia antè in exsilium trahendi erant [p]. Gloriosius hoc est Deo, si ipse populus ad eum adferri pro munere dicatur,

Margin notes (left column): c Ang. d Di. † Mar. f V. g V. h Calv. i M. k Ca. l Pi. * Pi. † Fer. * Ang. m Q. in Ang. n Al. in Ang. o V. p Pi. q V. r G.

Margin notes (right column): * Ang. t Jun. * Jun. v Di. x Ang. y Pi. z G. a Ang. * Ang. † Ang. b Pi. c V. d Ang. † Pi. f G. g Ang. h Pi. i G. k Jun. G. l Jun. m Ang. n Ang. o Marl. p Calv.

dicatur, quàm à populo munus aliquod. ¶ *A*, &c. וּמֵעַם וגו׳] *Et ex populo* (vel, *à*, sive *de*, *populo*, *inquam*, V. Pi.) *terribili*, &c. i. e. quosdam ex populo, &c. phrasi Hebræis, Syris & Arabibus familiarissimâ, ut מִן denotet *quosdam*. Sic & Matt. 23. 34. *& ex illis*, &c. id est, quosdam eorum [q]. Repetit Propheta omnia contumeliosa verba Æthiopis in Assyrios, approbans ea ut verè dicta, sed simul significans Æthiopem indignum fuisse qui illorum spoliis gauderet [r].

[q] Di. [r] G.

CAP. XIX.

1. ONus Ægypti] Prophetia cap. 18. est adversùs Æthiopas [a]; hæc, adversùs Ægyptios [b]; illa cap. seq. adversùs utrosque, utpote vicinos & confœderatos [c]. Ægyptus etiam typum gerit mundi, quem Christus vicit [d]. Vaticinium hoc ad eadem ferme tempora pertinet ad quæ priora *. Nam, ut ex Herodoti Euterpe discimus, Sennacheribo Assyriorum Regi coævus fuit Sethon, Vulcani sacerdos, Rex Ægypti: nam & bellum Sethoni intulit Sennacheribus. Sethone mortuo, divisa est Ægyptus in Reges 12, quorum fuit Psammitichus. Is, in paludes ab Ægyptiis relegatus, collectâ factione, & Ionum & Carum, qui mare infestum habuerant, ope adjutus, undecim alios Reges vicit atque interfecit. Huic autem in Regnum successit is Nechos qui Josiæ bellum fecit, memorantibus Paralipomenis & Zachariâ *. ¶ *Ascendet*, &c. רֹכֵב עַל עָב קַל] *Vehetur*, vel *vebitur*, *in nube levi*, vel, *super nubem levem*, Pi. V. &c. *insidet nubi veloci*, V. Hebr. *levi*, nam levitas velocitatem efficit [f]. Hoc genere dicendi indicat, 1. celeritatem exsecutionis judicii Divini [g]; vide Esa. 13. 22. Ezec. 12. 27, 28 [h]: 2. subitum & insperatum ejus adventum; nam nubes in Ægypto insolentes sunt, cùm nunquam ibi pluat [i]; vide Deut. 11. 10, 11. Ezec. 30. 3: & 3. inevitabilitatem judicii; q. d. Non venit super terram, ubi obstacula ei opponi possunt; sed desuper invadit, &c [k]. Porrò, Domini *descensus* alibi beneficia, sæpe, ut hîc, judicia, Dei significat [l]. Inducitur hîc Dominus equitans, vel, instar Judicis ad judicandum, ut Jud. 5. 10. & 12. 14. vel, instar Ducis exercitum ductantis, &c [m]. ¶ *Et ingredietur Ægyptum*] Per Sennacheribum [n]; quamvis ea ità munitam se putaret, ut nullus accessus ad ipsos pateret †. ¶ וּבָא מִצְרַיִם] *Et veniens* (sub. *in*, vel *adversùs*,) *Ægyptum*. Sic in præc. *equitans*. Loquitur tanquam de re præsenti [o]. ¶ *Et commovebuntur*, &c. ità Ang. וְנָעוּ וגו׳] *Et movebunt se*, sub. *loco suo*, *& solum vertent*, V. Duo erant quibus inprimis confidebant Ægyptii; nempe, multitudo idolorum, & fortitudo militum. Utrumque perfugium hîc tollit [p]. Numina Ægyptiis culta eo tempore erant Vulcanus, Latona, Osiris, Isis, Bubastis, Apis, ut ex Herodoto discimus. Illis omnibus, inquit Propheta, nulla vis erit ad tutandam Ægyptum contra Dei judicia [q]. Amittent ea suam authoritatem, nec ampliùs habebuntur pro diis, quippe quæ non poterunt clades Ægyptiorum avertere [r]. Assyrii diripient templa deósque aureos & argenteos Ægypti, &c †. ¶ *Et cor Ægypti tabescet* (vel, *colliquescet*, Pi. Ang. &c.) *in medio* (vel, *intimo*, Pi.) *ejus*] Vel, *intra ipsos*, Angl. Scil. præ metu [t]. q. d. Viribus corporis & animi destituentur [v]. *Cor* sign. vel fortitudinem [x], vel consilium [y].

2. *Et*, &c. וְסִכְסַכְתִּי וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, inquit, JT.) *commiscebo*, sive *permiscebo*, (non in confœderatione, ut Esa. cap. 9. v. 11. sed in bello [z]. Al. *confundam*, Mo. P. vel, *committam*, M. Ti. Ca. For. *concurrere faciam*, Q. in V. Vulg.) *Ægyptios inter se*, Pi. JT. vel, *cum Ægyptiis*, M. Ti. Ca. &c. Id factum vel, 1. bello illo Psammitichi [a], (vide ad v. 1.) post Sethonis (cujus æqualis erat Esaias) mortem, cùm Ægyptus in plura Regna dividebatur [b]; vel, 2. cùm Assyrii Ægyptum invaderent, aliis eum admittere volentibus, aliis abnuentibus; ut & in Juda factum, Esa. 8. 6. Quanquam prius probabilius [c]. ¶ *Regnum adversùs regnum*] Id est, ut Græci rectè interpretantur, νόμος ἐπὶ νόμον, (*nomus contra nomum* [d].) Verùm legendum, νομὸς νομὸς; non, νόμος lex. *Nomus autem dicitur*, inquit Cyrillus, *illis unaquæque civitas*, *cum vicina regione*, &c *. Vel, *provincia*, &c. quarum 12 erant ante bellum Psammitichi, Herod. l. 2 [f].

[a] Ang. [b] Ang. sim. Pi. [c] Ang. [d] For. * G. * G. sim. Jun. [f] Ang. [g] V. sim. San. Ang. [h] Ang. [i] Ang. ex Pi. [k] Ang. [l] G. [m] Ang. [n] Pi. † Ang. [o] Ang. [p] Ang. [q] G. [r] Pi. † Mo. T. sim. Munst. in Marg. [t] Pi. [v] For. [x] Ang. [y] San. [z] Ang. [a] G. [b] BA. 2. 5. 3. 669. sim. Pi. Ang. &c. [c] Ang.

3. *Et*, &c. וְנָבְקָה רוּחַ וגו׳] *Et evacuabitur*, vel *exinanietur*, (vel, *deficiet*, G. sub. *consilio*, M.) *spiritus Ægypti*, &c. Mo. P. Nihil illis erit animi, ac propterea (ut sequitur) consilii erunt inopes [g]. Priùs *animum*, nunc *mentem*, ipsis adimit; quæ duo ad Regni defensionem necessaria sunt [h]. *Spiritus*, i. e. intellectus, ex collat. membri seq [i]. Adimam illis sapientiam & prudentiam, quâ antea maximè commendabantur [k]; præsertim quod Religionis causam attinet [l]: quâ etiam se longè anteponebant aliis, se inventores esse literarum jactantes, & prudentiam sibi ingenitam esse censebant [m]. Hinc etiam Ethnici Ægyptum vocabant eruditam, & matrem artium, & excellentes viri eò peregrinabantur, &c [n]. ¶ *Consilium ejus præcipitabo*, אֲבַלֵּעַ] *Deglutiam*, vel *absorbebo*, Mo. Pi. sic JT. &c. *destruam*, P. *perdam*, M. in nihilum redigam [o]: ut neque consilium capere possint; neque, si ceperint, quidpiam proficiant, aut juxta consilium efficiant [p]. ¶ *Et*, &c. וְדָרְשׁוּ וגו׳] *Et* (vel, *Tum*, Ti. Pi.) *interrogabunt* (vel, *quærent*, sive *inquirent*, Mo. Ti. vel, *consulent*, Pi. JT. sim. M.) *simulacra*, &c. P. vel, *ad vana*, &c. Mo. vel, *idola*, &c. Pi. JT. i. e. dæmonia, quæ ipsis responsum dabant: maximè verò idolum Latonæ, ex Herodoto [q]. Nihil omittent quo avertere possint imminentem afflictionem [r]. *Etiamsi quærant* illud *apud idola*, &c. Q. in V.

4. *Et*, &c. וְסִכַּרְתִּי וגו׳] *Et tradam*, &c. M. P. Ti. &c. *Et concludam*, &c. Mo. Pi. Ang. marg. ut Gen. 8. 2. ut pisces in piscinis, &c †. ¶ *In*, &c. בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה] *In manu*, vel, *manum*, *dominorum* (vel, *domini*, M. Ti. Ang. ut verba plur. de uno usurpantur, Gen. 24. 27. & 42. 30. Exod. 21. 4. 1 Reg. 22. 17. 2 Par. 18. 16 [t]; vel, *dominantium*, JT. For.) *duri*, Mo. V. vel, *durorum*, P. Ca. Pi. i. e. quorum unusquisque erit durus [v]; vide Esa. 2. 20 [x]: vel, *durissimi*, M. vel, *durè*, JT. sic For. Heb. *duri* cujusque, JT. vel, *crudelis*, Ti. Ang. vel, *morosorum & sævorum*, sing. pro plur [y]. Intelligunt hîc vel, 1. Regem Assyriæ [z]; vel, 2. Regem Babyloniæ [a]; vel, 3. Psammitichum [b]; vel, 4. tyrannos 12 qui post Sethonem surrexerunt [c]; vel, 5. præfectos Romanorum [d]. ¶ *Et rex fortis*, ità Mo. P. &c. ut Genes. 49. 3. Esa. 25. 3 *. עַז] *Violentus*, Ti. V. *durus*, V. *rigidus*, JT. Pi. *crudelis*, ut Gen. 49. 7. Deut. 28. 50 †. Heb. *robustus*, vel *obfirmatus*, Pi. Psammitichus [f]. *Pertinax*, qui non cedit precibus, non flectitur ad misericordiam [g]. *Fortis*, ut non facilè in libertatem restitui possint, &c [h].

5. *Et*, &c. וְנִשְּׁתוּ וגו׳] *Et deficient* (vel, *deperdentur*, P. vel, *ebibentur*, i. e. exhaurientur, ut sit in Niphal, à שָׁתָה *: vel, *diminuent*, Pi. sive *deperdent*, JT. Di. ut sit in Pihel, non in Niphal. Concordat lingua Æthiopica, ubi נשת in activo est, *destruere*, Matt. 27. 40. Luc. 1. 52. in passivo, *dissolvi*, *destrui*, Matt. 24. 2 [i].) *aquæ* (vel, *aquam*, sive *aquas*, JT. Pi. Di.) *de mari*, Mo. P. &c. vel, *nè influant in mare*, JT. i. e. Omnia opera naturæ miseri sui populi operâ oppugnabunt, & aquas Nili avertent ad siccitatem usque, ut stagnum Mœrios cum suis pyramidibus & labyrintho perficiant, adducti solâ libidine animi sui [k]. Inexpugnabiles videbantur Ægyptii, quòd & mari & Nilo & propugnaculis cincti essent, & difficiles esset ad eos accessus; nam nullum erat Nili ostium quo non facilè arcerentur naves. Itaque præclaro hoc situ gloriabantur. Sed præsidia sunt inania ubi Deus animadvertere constituit. Docet has munitiones nihil eis profuturas [l]. Al. Hæc omnia figurata sunt. Res ità se habebit quasi nulla esset aqua in mari, quia commercia deficient [m], per piratas illos Caras & Ionas. Ità Herodotus. Strabo Ionas interpretatur Milesios, à quibus conditum ait murum Milesiorum, Naucratim & Schediam, Psammitichi temporibus [n]. Ex aquis tam maris quàm Nili pendebant Ægyptiorum res omnes [o]. Fortè Pharaonis ditionem *mare* vocat, ut significet ablatum iri ditionem ejus. Indè Imperia in Daniele dicuntur *ex mari ascendere*, i. e. ex ditionis amplitudine oriri. Confer Jer. 51. 36, 44. Ezec. 31. 4 [p]. ¶ *Et fluvius*

[d] G. * BP. 4. 24. 294. [f] Ang. [g] G. [h] Calv. [i] Pi. [k] V. [l] Musc. [m] Calv. [n] Musc. [o] Pi. [p] For. sim. Ang. [q] Pi. [r] V. † Ang. [t] Ang. [v] Pi. sim. Ang. [x] Ang. [y] V. [z] M. [a] San. [b] Q. in Ang. [c] Pi. [d] L. * Ang. † Ang. [f] Pi. G. [g] For. [h] Calv. * M. [i] Di. [k] Jun. sim. Pi. [l] Calv. [m] G. sim. Ang. [n] G. [o] For. [p] Med. in Apocalyps. de sigil. sub. 1.

fluvius (nempe Ægypti, h.e. Nilus [q],) *desolabitur*] Heb. *exsiccabitur*, M.Ti. Mo. Omnes Nili partes aliáque flumina minora navigari desinent [r]. Non satis imbribus augebitur Nilus, ut agros inundatione fœcundet †. q. d. Sterilitas & fames erit per totam Ægyptum, quippe cujus fœcunditas pendet à Nilo [t].

6. *Et*, &c. וְהֶאֶזְנִיחוּ] *Et elongabunt se*, vel *elongabuntur*, (nè scil. postea defluant in Ægyptum [v]; vel, *subducent sese*, V. vel, *elongare facient*, Mo. sim. Ang. vel, *retro abjicientes*, JT. vel, *repellent*, Pi.) *flumina*, M. Mo. &c. Intellige Nilum [x]; vel, ejus rivos, sive canales indè ductos [y], ad irrigandum regionem. Dixit, fore ut Nilus arescat, nempe per illam derivationem in stagnum Mœrios: nunc narrat indè futurum ut rivi ex Nilo ducti repellantur, & ità ipsi quoque arescant [z]. Non curabunt publicam utilitatem, quam Ægyptus tota percipit ex derivato Nilo; sed veluti à tergo ponent, ut indulgeant suis voluptatibus [a]. ¶ *Et siccabuntur rivi*, &c. יְאֹרֵי מָצוֹר] *Rivi munitionis*, Mo. vel, *aggeris*, Ti. *aggerati*, Ca. vel, *aggeribus ducti*, JT. vel, *aggeribus muniti*, Heb. *munitionis*, Pi. Calv. Angl. ut Deut. 20. 20. quomodo dicebantur rivi qui munitas urbes vel arces cingebant & muniebant [b]. Alludit ad aggeres qui non modò exundationes Nili arcebant, sed & totam terram protegebant [c]. Vel, *obsessionis*, ut Deuter. 28. 52. q. d. qui loca illa ità muniebant, ut non possent capi nisi per longam obsidionem [d]. Vel, *arcis*, V. vel, *profundi*, Ch. vel, *ingentes*, Sy. vel, *Ægypti*, P. V. BP. For. Ità Ægyptus vocatur etiam 2 Reg. 19. 24. Mic. 7. 12. vel, 1. quia מָצוֹר est munitus locus. Nulla autem regio est naturali situ tutior. Vide Diod. 1. 18. & Strab. l. 16. Vel, 2. ab angustiis, quia צוּר *coarctari*, & צַר *angustum*, sonat. Angusta enim est Ægyptus, & à mari Syenem usque tota patet in longitudinem *. *Rivos Ægypti* vocat per quos aqua Nili deducebatur in varia loca [f]. [Al. sic,] Rex Assur Ægyptiis tam durus erit acsi Nilus exsiccatus esset, &c [g]. ¶ *Calamus* (vel, *Arundo*, M. JT. Pi. i.e. arundines [h],) *& juncus* (vel, *carectum*, M. Mo. vel, *alga*, JT. Pi. vel, *papyrus*, Ca.) *marcescet*; sic Ti. Pi. vel, *languebunt*, JT. Pi. scil. defectu aquæ [i]: vel, *deprimetur*, Ca. vel, *excidentur*, Mo. P. M. Verbum hîc tantùm & Esa. 33. 9. occurrit [k]: קָנֶה וָסוּף קָמֵלוּ] Arundines & papyri inutiles erunt [l], quæ alioquin magno illis usui erant [m]; vel, ad struendas naves, vide suprà 18. 1 [n]. q. d. Deficient eorum naves [o]: vel, ad conficiendum storeas lectis, & nassas piscibus, &c [p]. & chartas ad scribendum [q].

7. *Nudabitur*, &c. עָרוֹת עַל יְאוֹר] *Gramineta* (vel, *Herbæ*, M. vel, *Virentia*, V. sic Ti. Ca. sub. *olera*, V. simil. Ti. Ca. sub. *quæ sunt*, P.) *juxta rivum*, vel *in rivo*, Mo. P. M. &c. *Nuditates*, sive *Evacuationes*, *juxta rivum*, i. e. alvei & concavitates quæ sunt ad ripam fluvii [r]. *Papyri*, &c. JT. Pi. Sic vertimus, tum, 1. ex notatione & forma vocis; nam עוֹר est *cutis*; papyrus autem Nili in multas cutes sive coria dissecabatur: tum, 2. ex antitheto in altera parte versûs, unde constat hîc agi de rebus insativis quas producit Nilus, cujusmodi erat papyrus: tum, 3. quia non est credibile Prophetam, qui *algam* & *juncum* nominaverit, oblitum fuisse *papyri*, quæ una fuit ex præcipuis opibus Ægypti †. ¶ *A fonte suo*, עַל פִּי יְאוֹר] *Juxta* (vel, *super*, Calv.) *os rivi*, Mo. Os accipit pro ipsa fluvii origine, quæ arescet, &c [t]; multò magis loca à fonte remotiora: stupendam itaque vastationem innuit [v]. Verùm *os* fluvii potiùs est, quo se in mare exonerat [x]. Al. *in ora rivorum*, JT. Pi. Al. *juxta ripam*, sive litus, &c. M. P. Ti. Ca. &c. Ripæ, ut hîc *os*, ità alibi *labia*, vocantur, Gen. 41. 3. Exod. 2. 3. Ezec. 47. 6, 7 [y]. Ut os è duobus labiis, ità rivus è duabus oris sive ripis, constat [z].

8. *Mærebunt piscatores*] Quia non poterunt piscari ob defectum aquæ [a]. Summi hi erant opifices, & apprimè necessarii; quia Ægyptus plurimùm piscibus vescebatur, superstitiosè à multis carnibus abstinens; & quia noxia animalia, quibus abundat Nilus, vescebantur, ut docent historici [b]. ¶ *Expandentes rete*; sic M.P. Mo. Pi. מִכְמֹרֶת] *Verriculum*, Ti. sic Ca. *retejaculum*, JT. ¶ *Emarcescent*, אֻמְלָלוּ] *Infirmabuntur*, Mo. P. sim. V. *languebunt*, JT. Pi. *peribunt*, Ca. *excidentur*, vel *exterminabuntur*, Q. in V. Prat. pro fut [c].

9. *Confundentur qui*, &c. עֹבְדֵי פִשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת] *Operantes lina*, vel *linea*, *pectinata*, Mo. P. simil. ὁ'. Ar. è quibus scilicet fiunt retia piscatoria [d]: vel, *reticulata*, Q. in Di. vel, *varia*, sive *multicoloria*, Q. in V. vel, *optima*, sive *electa*, He. in V. Di. vel, *linum fissile*, ὁ'. vel, *carminatum*, Ch. Præcipua hæc erat merx Ægypti, 1 Reg. 10. 28. Prov. 7. 16. Ezec. 27. 7. Vox hæc alibi de vitibus usurpatur, quarum optimas denotat, Esa. 5. 2. & 16. 8 *. Propriè vertam, *resplendentia*. Nam שָׂרַק vel סָרַק, Æthiopicè sign. *splendere*. Hinc שְׂרִיקוֹת, unde Latinorum *sericum*, est, linum sive byssus optima, fulgens ac splendens, instar splendoris Solis orientis, de quo verbum שָׂרַק Æthiopibus usurpatur Matt. 13. 6. ut & Arabibus; qui fulgor serico convenit. Sic Zach. 1. 8. סוּסִים שְׂרֻקִּים verterem, *equos orientis solis colorem imitantes*, quem fulvum dicere queas [f]. [Alii reddunt,] *qui operantur in lino*, *reticulata* facientes *opera*, M. *qui linum faciunt & sericum*, Ti. *opifices eximii lini*, Ca. vel, *linorum generosorum*, Pi. *lineorum*, *generosorúm*que, JT. *Cultores linorum serici*, i. e. qui summo studio linum nutriunt & educant [g]. Erubescent hi propter defectum lini, quòd nullum ampliùs nascetur juxta rivos [h]. ¶ *Et*, &c. וְאֹרְגִים חוֹרָי] *Et texentes* (vel, *plectentes*, Ti.) *retia*, P. BA. sic dicta propter חוֹרִים *foramina* quibus scatent [i]: vel, *perforata retia*, Mo. *nassas*, Ti. *maculas*, Ca. vel, opera *reticulata*, nempe vestes foraminibus plenas. Vide Esa. 3. 18 [k]. *Et textores alborum* operum, JT. Pi. ex lino, bysso, xylino, aliisque rebus pretiosis quas profert Ægyptus [l]. Albarum vestium è lino Ægyptiaco, qualibus utebantur Principes, Esth. 8. 15 [m]. & Dan. 7. 9 [n]. Potes & hoc referre ad texturam quæ fit ex candidissimis virgulis ex fruticibus, quæ aquis gaudent; unde dicuntur *canistra candoris*, Genes. 40. 16 [o].

10. *Et erunt*, &c. וְהָיוּ שָׁתֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים] *Et erunt retia ejus contrita*, Mo. P. sim. Ti. Ca. vel, *dissipata*, Calv. *quasi dissipata*, M. Non erit ibi retium usus [p]. *Et erunt positiones ejus contusæ*, i. e. hami, qui in fundum aquarum ponuntur ad capiendum pisces [q]. Al. *Et aggeres ejus sunt contusi*, nè scilicet aquas contineant [r]. *Denique*, *erunt propositis*, sive *consiliis*, *ejus* (scil. terræ Ægypti †, nam affixum est fœm [t]. h. e. tyrannorum tunc dominantium [v],) *contriti*, JT. Pi. q. d. Principes Ægypti suis cædentur virgis. Miser populus, non ab exteris, sed à suis hominibus, indignè occupabitur in officiis vanissimis & laboriosissimis, prout [antecessores eorum] Israelitas antea occupaverant [x]. Vox שָׁתוֹת (ubique [y]) sign. *fundamenta* [z], Psalm. 11. 3. & metaphoricè, *consilia* [a], quæ sunt fundamenta actionum [b]. ¶ *Omnes*, &c. כָּל־עֹשֵׂי שֶׂכֶר אַגְמֵי נָפֶשׁ] *Omnes facientes* (vel, *omnium facientium*, Angl. vel, *omnes qui facturi sunt*, Pi.) *clausuram* (vel, *emissaria*, Anglicè, *fluces*, vel *dams* *; vel, *excipulum*, JT. Pi. Heb. *clausuram*, i. e. alveum quo concludatur aqua è Nilo derivata, ut fiat stagnum Mœrios. שֶׂכֶר scriptum pro סֶכֶר, à סָכַר *conclusit* [c], Gen. 8. 2 [d]. Vel, *lacunas*, M. vel, *conclusionem*, seu *rete*, seu *venationem*, Q. in Ma. qui concludunt aquas, ut in illis congregatis piscentur *,) *stagnorum* (vel, & *stagna*, M. JT. Pi. Ang. Al. & omnes qui faciunt *stagna*, Ti. sim. Ca.) *animæ*, Mo. Angl. vel, *animarum*, Angl. vel, *viventium animarum*, M. Angl. vel, *nempe vivaria*, Ti. sim. Ca. vel, *pro piscibus*, P. Ang. i. e. Qui stagna muro claudunt, sive vivaria, in quibus sunt *animæ*, h.e. pisces viventes [f], ut Gen. 1. 20 [g]. Vel, *voluptaria*, JT. Pi. Heb. *animæ*, i. e. desiderii [h], ut Gen. 23. 8. Deut. 23. 24 [i]. Al. τὸ שֶׂכֶר pro *clausura* accipiunt, ex mera conjectura, nam alibi non ità sumitur, sed pro *mercede*, Prov. 11. 18. Itaque sic verto, *Et erunt fundamentis ejus contriti quicunque faciunt mercede stagna animarum*; ut tum in שָׁתֹתֶיהָ tum in שֶׂכֶר subintelligatur בְּ. Sensus est, Conducunt sibi mercede qui amœna faciant vivaria: sed ipsa terræ fundamenta corruent, sic ut omnes qui in faciendis istis vivariis occupantur ipsis fundamentis collapsis conterendi sint [k]. Al. sic, *Et per ejus*, vel *eorum*, *consilia conterentur qui faciunt emissaria in stagna pro piscibus*: vel, *ejus*, vel *eorum*, *aggeres contererentur*, cum omnibus illis qui mercede (ut vox sæpe usurpatur, Jon. 1. 3. Mal. 3. 5: vel, pro *mercede*; ellipsis præpositionis, ut Mal. 2. 5.) *faciunt stagna*, vel, *qui lucrum faciunt ex stagnis*, *pro piscibus*, vel *voluptariis*. qu. d. Peribit illis omnis sumptus. Priùs dixit

dixit eos pisces non capere, hîc, non servare, posse [l].

11. *Stulti* (sub. *sunt*, Ti.) *principes Taneos*; sic LXX; צוען] *Soban*, Mo. P. &c. *Xοἶται*, Ca. Chald. *Tanes*; quæ urbs Ægypti celeberrima [m], & antiquissima, Num. 13. 22 [n]. & regia [o], Psalm. 78. 12 [p]; quæ est ad unum ex ostiis Nili; unde dictus est *sinus Taniticus* [q]. A *Tsoan* fit *Tanes*, per amissionem literæ; ut à *Tsor*, vel *Tsur*, fit Τύρος, *Tyrus* [r]. Vide dicta ad Matt. 1. 21 †. Metropolis hæc erat Ægypti [t]. q. d. Consiliarii Pharaonis qui degunt in Tani [v]. *Tzoanis* hîc meminit, ut populum Dei admoneret veteris historiæ, quò præsenti vaticinio faciliùs crederent [x]. ¶ *Sapientes*, &c. חכמי יועצי פרעה עצה נבערה] *Sapientes consiliarii* (Sapientes Pharaonis, consiliarii Pharaonis [y]: vel, *Sapientum consiliariorum*, Ti. Ang. sic V. i. e. sapientissimorum, ut, *sapiens mulierum*, pro sapientissima, Prov. 14. 1. *improbi terræ*, pro improbissimis, Ezec. 7. 21. vide & Ezec. 28. v. 7 [z]: vel, *Sapientum & consiliariorum*, JT. Pi.) *Pharaonis, consilium* (vel, *& consilium*, Q. in V. vel, quorum *consilium*, M.) *infatuatum* (vel, *stultum*, Ti.) *est*, P. Mo. M. Ca. Ti. vel, *obbrutescet*, JT. Pi. sim. Ang. vel, *insanum est*, Q. in V. vel, *stultum* erit illis, Al. in V. ¶ *Quomodo* (vel, *Quomodo*, quæso, Pi.) *dicitis* (vel, *dictatis*, JT. sic Ch. *Audebitisne dicere*, Ca.) *Pharaoni*; sic P. &c. אל פרעה] *Ad* (vel, *de*, Pi. Angl. ut Esa. 37. 33 [a].) *Pharaonem*, Q. in V. sic M. Mo. &c. *pro Paroh*, P. i. e. in persona Pharaonis [b]; i. e. Regis Ægypti, nempe Sethonis [c], vel Psammitichi [d], vel illius Regis qui Taniticum nomum tenebat *. Apostrophe ad consiliarios Regis [f]. ¶ *Filius sapientium ego*] Ità Mo. &c. sub. *sum*, Ang. vel, sub. *tu es*, vel, *ille est*, Q. in Angl. Quod durius est. *Sapientium*, sub. *hominum*; ellipsis subjecti, ut v. 12. Gen. 41. 8. quod exprimitur Deut. 1. 13, 15 [g]. q. d. Quidam velut alumnus sapientiæ, quæ permansit apud majores meos [h]. Hæreditaria, & quasi naturalis, mihi est sapientia [i]. Verba hæc sunt consiliariorum, vel, 1. de Rege [k], cui pro more adulantur, &c [l]: vel, 2. de ipsis, ut quivis diceret se esse sapientissimum, &c [m]. ¶ *Filius regum antiquorum?*] Ità P. Pi. simil. M. Mo. Ti. Ca. JT. Sy. &c. Multi enim sacerdotes Ægyptii ad Reges antiquos genus suum referebant [n]. Ridet stultam Ægyptiorum jactantiam, quâ gloriari solebant se primos esse omnium populorum, & multis annorum millibus alios prævertisse [o]; & à primo Rege ad Sethonem hunc progenies hominum fuisse 341 [p], & totidem in terra Pontifices & Reges [q]; & durasse Regnum ipsorum per 10340 annos [r]. ¶ מלכי קדם] *Regum qui à principio*, ο'. Ar. sic Ch. *regum orientis*, sive *orientalium*, i. e. antiquorum †.

12. *Ubi*, &c? אים אפוא חכמיך] *Ubi ipsi nunc sapientes tui?* Mo. *Ubinam? ubi sapientes tui?* Ti. *Ubi nunc sunt*, &c? Pi. *Ubi* sunt *ipsi? ubi* sunt, &c? Ang. *Ubi* sunt *illi nunc*, &c? V. *Ubi ipsi? ubi*, inquam, sunt, &c? M. Apostrophe ad Regem [t]. ¶ *Et indicent*, &c. וידעו וגו׳] *Et sciant*, &c. Mo. Ca. Ang. *& cognoscant quid consulueris*, &c. V. More humano loquitur. Solent priùs homines consulere, quàm statuere [v]. *Et scire faciant*, P. *si sciunt*, M. *num sciunt*, Ti. Pi. Ægyptii divinos suos consulebant de maximis & minimis, & nihil illis absconditum putabant [x].

13. *Stulti*, &c. נואלו] *Stulti* (vel, *Obtusi*, V.) *facti sunt*, V. Vulg. *Infatuati sunt*, M. P. Mo. *Desponderunt animum*, Ti. *Stultè agent*, JT. Pi. *Defecerunt*, LXX, Ar. *Delirant*, Ca. *Insanierunt*, V. Verbum significat *voluntariam & præfidentem stultitiam*, quia idem verbum aliâ flexione sign. *velle*, Hos. 5. 11. & *præsumere*, Genes. 18. 27, 31 [a]. ¶ *Emarcuerunt*, נשאו] *Decepti*, sive *Seducti*, *sunt*, M. Mo. Ti. V. *Decipientur*, JT. Pi. *Errant*, Ca. sic Ch. *Exaltati sunt*, ο'. *Extulerunt se*, Sy. *Amoti sunt*, Ar. *Obruentur fallaciis*, For. ¶ *Principes Mempheos*, נוף] *Noph*, Mo. Calv. Ang. &c. q. d. Consiliarii degentes in illa urbe [b]. Celeberrima erat hæc urbs [c], & altera è principibus Ægypti urbibus [d]; ubi idcirco Reges interdum residebant. נף dicitur etiam Jer. 2. 16. & 44. 1. & 46. 14, 19 *: & eadem urbs Hos. 9. 6. dicitur מוף [f]; quod rectiùs. Sic mons et adsitus Μῶτι Herod. Euterpe. Frequens autem illis gentibus in media voce נ interponere, quam sequente consonâ Græci in μ vertunt. Ità ex מוף facta *Memphis* [g]; quomodo & Chald. & Arab. habent & hîc, & Hos. 9. 6 [h]. Hodie dicitur *Alexandria* [i], vel *Alcairo*, (sive *Grand Cairo*, Angl.) à potentia, &c [k]. Duæ erant (teste Strab. l. 17.) urbes celebres in Ægypto, *Memphis* & *Momemphis*, fortè *Momphis*. Utrùm *Moph* una, & *Noph* altera, fuerit, doctis judicandum relinquo [l]. ¶ *Deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus*] i. e. Quæ, instar anguli, aut lapidis angularis, stabilit (& ornat [m]) omnia Regna vicina [n], vel subjugata sibi, vel fœdere juncta [o]. ¶ פנת שבטיה] [Variè reddunt.] Usque ad *extremitatem* (Hebr. *angulum* [p], ut Jud. 20. 2 [q]. Synecdoche speciei [r]. Angulus enim est extremitas ædificii †.) *tribuum illius*, JT. Pi. id est, Universam conturbabunt; nullus erit nomus liber ab istorum insania [t]. Al. *per tribus Ægyptum*, ο'. *per angulos tribuum ejus*, Sy. *Angulum tribuum ejus*, per appositionem, i. e. optimam partem, regionem scilicet celeberrimam, totius Ægypti, h. e. urbes capitales & primarias, quæ sunt fulcimentum, robur & decus patriæ; perinde atque anguli sustinent totam domum [v]. *Angulum baculos* [fortè legendum, *baculorum*] *ejus*, Ti. *Ægyptum cum nationibus suis*, Ar. *angulo tribuum ejus*, Mo. Al. *qui sunt ejus nationum columen*, Ca. *angulus* (vel, qui putabantur *angulus*, M. V. vel, qui sunt *fulcimentum*, Ang.) *tribuum ejus*, P. V. Calv. &c. i. e. eximii tribuum. Lego פנות, ut idem sit quod שרי [x]. Principes & majores populi, sive familiarum [y]; qui sic dicuntur Jud. 20. 2. 1 Sam. 14. 38 [z]. Regem Ægypti, quo seducto oportuit cadere totum Regnum *. Vel, sapientes, quibus adeò gloriabantur, quibus respublica illorum fulciebatur; velut angulo tota moles ædificii sustinetur [a]. Ruinæ præludium meritò facit Principum socordiam [b]. פנה signif. *angulum*, Job. 1. 19. Jer. 31. 40. indè, *lapidem angularem*, vide Job. 38. 6. Jer. 51. 26. qui etiam simpliciter *angulus* dicitur, Zach. 10. 4. Esa. 28. 16. deinde, (quia tales lapides domum fulciunt,) *munitionem*, Zeph. 1. 16. & 3. 6. Porrò, Propheta hîc loquitur de Ægypto in sua dialecto [c]. Nomos Ægyptiorum appellat *tribus*. שבט propriè *virga*, indè *tribus*; sic dicta, vel, quòd ortæ essent [Tribus Israel] ex eadem stirpe; vel, quòd nomina earum 12 virgis inscripta essent [d]: vel potiùs, respectu potestatis judiciariæ cujusque Tribûs; *virgam* enim sign. imperatoriam potiùs, quàm ambulatoriam, Psal. 2. 9. & 45. 7. & 110. 2 *.

14. *Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis*, עועים] *Perversitatum*, Mo. P. Pi. &c. i. e. perversum, inversum & immutatum [f]. *Curvitatum*, Pi. sim. For. *divaricantem*, Ti. Infundet eis potum, quo hausto corripientur vertigine. מסך *miscuit* dicitur de infusione vini, &c [g]. Vide ad Esa. 5. 22 [h]. q. d. Pervertet Dominus judicium eorum [i], ut nihil rectum intelligere possint [k]; ut undecim illi Reges nihil in commune consultent, sed, dum pugnant singuli, vincantur universi [l]. Pro spiritu sapientiæ, quam tantopere jactant, inebriavit eos Deus spiritu vertiginis & erroris, ut præcipites ruant in vias perversas ad perniciem reipub [m]. Nec accusari hîc potest Deus, quia eos ob manifestum vitium punit, &c [n]. ¶ *Et* (vel, *Itaque*, Pi.) *errare fecerunt* (vel, *facient*, Principes spiritu illo correpti [o],) *Ægyptum*, &c.] Ità Ang. &c. ¶ *Sicut*, &c. כהתעות שכור בקיאו] *Sicut errat* (vel, *circumagitur*, i. e. volutat se, vel volvere solet [p],) *ebrius in vomitu suo*, P. M. &c. vel, dum ore egerit ebrietatem [q]. Hoc per auxesin subjungit, q. d. non vulgariter ebrius, cui aliquid intelligentiæ superest, sed porco similis, &c [r]. perfectè ebrius, cui neque honesti neque decoris cura est †.

15. *Et non erit Ægypto* (vel, *in Ægypto*, G.) *opus* (vel, *officium*, G.) *quod faciat* (vel, *facere possit*, V. vel, *faciant*, G.) *caput*, &c. ראש וזנב כפה ואגמון] *Caput* (vel, *sive caput*, Ti. Ca.) *&* (vel, *sive*, Ti. Ca. *vel*, P. M.) *cauda*, *ramus & juncus*, Mo. P. &c. h. e. Primarius aut plebeius, potens aut inops [t]. *Caput* & *ramus* idem significant, nempe magnates: sic etiam *cauda* & *juncus* sign. ignobiles [v]. *Nec princeps, nec satrapa, nec præfectus, nec dominator*, Ch. Nemo officium faciet, non senator, non sacerdos, non senex, non juvenis. Idem loquendi genus habuimus & explicavimus 9. 14 [x]. Neque magnates neque plebeii agent quicquam quod sit illis utile, ad liberandum Ægyptum ab Assyriis [y]. Omnes ordines priva-

Marginal notes, left column: l Ang. — m V. — n G. — o Pi. Musc. — p Musc. — q V. — r Ang. — s G. — t Me. — v Pi. — x Musc. — y Glass. gram. 4. 2. 12. 725. — z Ang. — a Ang. — b V. — c Pi. — d Ang. — * G. — f Pi. — g Ang. — h Jun. — i Me. T. San. — k Ang. — l Calv. — m For. — n G. — o Me. — p Jun. Pi. Ma. — q Ma. — r Jun. — † Q. in V. — t Pi. — v V. — x Calv. — a Ang. — b Pi. — c Ang. ex Calv. — d T. — * Ang. — f Di. sim. G. Ang. — g G.

Marginal notes, right column: h Di. — i Q. in Calv. — k Di. — l Ang. — m Me. — n T. — o Me. — p Pi. — q Jun. — r Pi. — † Q. in Ang. — t Jun. — v Q. in V. — x G. — y Q. in V. sim. For. — z Ang. For. — * M. — a V. sim. Calv. — b Calv. — c Ang. — d Pi. — * Ang. — f V. — g Pi. — h Ang. — i V. — k For. — l G. — m Ang. — n Calv. — o Ang. — p V. sim. Ang. — q For. — r Calv. — † For. — t Ca. — v V. — x G. — y V.

privabuntur consilio, nihil illis succedet [z]. Desperata erunt omnia [a].

16. *Quasi mulieres*] h. e. Erunt timidi, ex seq [b]. & effœminati [c]. Vide Jer. 51. 30 [d]. ¶ *A facie commotionis*, &c. ״מִפְּנֵי תְּנוּפַת וגו] *A facie elevationis* (vel, *agitationis*, Mo.) *manus*, &c. P. Mo. *ad motum manus*, &c. Ca. *propter agitationem* (vel, *elationem*, Sy.) *manus*, &c. JT. Pi. Manum agitare est, minari * ; vel etiam, punire : q. d. Cùm Deus punire eos cœperit, statim animis concident, &c [f]. quòd cum Deo, non cum hominibus, negotium ipsis sit [g]. Erunt in maximo metu, cùm videbunt manum Domini paratam ipsos ferire [h].

17. *Et erit terra Juda Ægypto* (vel, *Ægyptiis*, Pi. &c.) *in pavorem* ; sic Ch. P. sim. V. Mo. ο'. Sy. לְחָגָּא] Vox alibi in S. S. non occurrit [i]. [Variè reddunt.] *In terriculamentum*, Ti. V. *in commotionem*, V. *titubationi*, JT. Pi. i. e. præ metu titubabunt [k]. Sensus est, vel, 1. Judæam, quam contemnebat Ægyptus, postea timebit [l]. Vel, 2. Ægyptii ità acerbè castigati sunt quòd Judæos à fiducia in Deum abduxissent, eisque adeò exitii causa fuissent, ut, quoties eis in mentem venirent Judæi, toto animo cohorrerent ; acsi quis diceret, mulieris quam corruperit intuitum pudori fore, ubi retectum fuerit lenocinii dedecus, & Deus fidei conjugalis vindex apparuerit [m]. Vel, 3. Cùm intelligent quomodo Judæam invaserit Sennacheribus, Ægyptii quoq; sibi metuent [n], tum ob confœderationem ; tum ob vicinitatem ; (quomodo & Æthiopia tremere dicitur ad excidium Ægypti, Ezec. 30. 9, 10. & vicinæ gentes ad ruinam Tyri, Esa. 23. 5. Ezec. 26. 15, 18.) tum quòd, judicia Dei in populum suum immissa videntes, ipsi graviora meritò exspectarent [o]. [Nec vanus erat hic metus :] Nam Sennacherib eos invasit, & Sethon consilii inops in cœnaculum se contulit, ibique apud simulachrum comploravit quanta pati periclitaretur ; uti hæc refert Herod. in Euterpe [p]. Al. *in festivitatem*, San. For. q. d. Ægyptus eandem festivitatem, eadem sacra cum Judæis observabit, quippe ad fidem conversa, &c [q]. Vel, *in circumagitationem*, i. e. Audito nomine Judææ Ægyptii circumrotabuntur, & huc atque illuc discurrent, (præ metu,) sicut in festivitatibus Judæorum fieri solet [r]. חָגָּא à חוּג, vel חָגַג, quod sign. *tripudiare*, ut in festis mos est, 1 Sam. 30. 16. deinde, talem tripudiationem denotat quæ ex metu oritur, Psal. 107. 26. quo correpti stare nequeunt, sed pedibus veluti tripudiant, & cor etiam illis tripudiat, sive trepidat, &c †. ¶ *Omnis* (vel, *Quicunque*, scilicet ex Ægyptiis [t],) *qui illius* (nempe terræ Judæ [v], i. e. occupationis illius per Sennacheribum [x],) *fuerit recordatus pavebit*, אֵלָיו יִפְחָד] *Sibi* (vel, *in se*, Mo. vel, *super*, sive *ad*, *eam*, M. Ti. V. Calv.) *timebit*, P. vel, *paveat*, M. Pi. [Alii אֵלָיו cum præcedentibus jungunt, locúmque sic reddunt,] *Quicunque recordabitur* (vel, *mentionem fecerit*, JT.) *illius apud se*, (h. e. seriò, recogitans quid Judææ accidit [y],) *pavebit*, Pi. JT. [Ar. totum sic reddit, *Ità formidabilis reddetur*, *ut quoties aliquis nominaverit eam ipsis*, *timebunt* : sim. & ο'.] ¶ *A facie*, &c. מִפְּנֵי עֲצַת יְהוָה צְבָאוֹת אֲשֶׁר הוּא יוֹעֵץ עָלָיו] *Propter consilium* (vel, *decretum*, V. vel, *præ metu consilii*, Angl.) *Jehovæ exercituum quod decrevit super* (vel, *contra*, Ang.) *eam*] Id est, vel Judæam, Ægyptiis spectantibus [z] ; vel Ægyptum [a] ; quæ mala sibi eventura præsagit [b].

18. *In die illa*] Non, dum calamitates hæ illis incumbunt [c], sed post illud tempus [d] ; ut Esa. 4. 2. & 18. 7 *. nempe tempore Evangelii, &c [f]. Hactenus minæ : jam addit promissionem [g]. ¶ *Quinque civitates*] Celebriores scilicet [h]. Quinque erant præcipuæ Ægypti urbes, nempe Memphis, Tanis, Alexandria, Bubastis, & Heliopolis [i]. Id colligunt ex Ezec. 30. At ibi plusquam sex numerantur [k]. Vel, *quinque*, pro multis [l] : i. e. aliquammulti Ægyptii, quorum numerus soli Deo notus est [m]. E senis urbibus quinæ convertentur [n]. Idoneus urbium numerus, &c [o]. ¶ *In terra Ægypti*] Ægyptii h. l. & Assyrii v. 23. synecdochicè pro omnibus Gentilibus convertendis adhibentur [p]. ¶ *Loquentes lingua Chanaan*] i. e. Hebræa [q], quæ primæva erat, Gen. 11. 1. sic dicta, quòd eâ loquerentur vel, 1. Hebræi, qui hoc tempore Canaan incolebant [r] ; vel, 2. Cananæi, sive Chami posteri † ; quam Abr. If. & Jac. addidicerunt dum in Cananæa vivebant [t], cùm antea Chaldaicè loquerentur [v]. Quod mihi non placet [x]. Quin lingua hæc Hebræa dicitur, quia post linguarum confusionem nullibi pura servata est præterquam in posteris Heber, è quibus fuit Abraham [y]. Nec omnino credibile est, linguam illam, quæ ante ædificationem Babelis apud omnes obtinuit, in ea familia amissam esse quæ operi illi manus suas non commodabat, in illis autem familiis servatam fuisse quæ opus istud unicè promovebant [z]. Eadem lingua Phœnissa sive Cananæa, & Hebræa, aut certè paululùm diversa. Vide quæ ex Chœrilo, Plauto, Luciano attulimus ad lib. 1. V. R. C. ubi de literis agimus [a]. Hinc Cananæi nusquam cum Judæis per interpretem egerunt, (vide Jos. 2. de exploratoribus ;) sicut fecerunt Ægyptii, Genes. 42. 23. & Ammonitæ, &c. Neh. 13. 23, 24 [b]. Non tamen contenderim Chananæorum dialectum in omnibus cum Hebraica convenisse, cùm inter ipsos Hebræos (sicut etiam inter Græcos) variæ fuerint dialecti [c]. [Plura de his qui vult, adeat Cl. hunc Authorem, l. 2. c. 1, &c.] Significat hâc phrasi, 1. quòd Ægyptii linguam sanctam discent, tum propter Legem Domini, tum ob commercium cum Ecclesia Israelis, &c [d] : 2. consensum Ægyptiorum cum populo Dei in confessione fidei, &c *. q. d. Sermo eorum erit circumcisus & purus. Vide Esa. 6. 5. & Zeph. 3. 9 [f]. Cùm unica tantùm lingua esset quæ Deum profiteretur, per ejusmodi linguam consensum in Religione intelligendum esse manifestum est. Nam & hæ loquendi formæ satis vulgò usitatæ sunt, *loqui eodem*, aut *vario*, *idiomate*, cùm assensum aut dissensum notare volumus [g]. [De tempore impletionis hujus prophetiæ variant.] 1. Cùm Sennacheribus Judæam primùm invasit, multi Judæi se recepêre in Ægyptum, Esa. 11. 14, 15. atque ibi verum Deum, ut oportet, colentes, multis Ægyptiis exemplum dedêre, derelictis idolis, eundem Deum colendi. Josephus hæc refert ad tempora mille annis posteriora hoc vaticinio : sed contextus totus ostendit hoc ad eadem tempora de quibus hactenus egit referendum. Quanquam latet in hoc vaticinio per sensum sublimiorem vocatio Gentium per Evangelium [h]. [Aliis hæc sententia non placet : de qua sic Calovius ;] 1. Non est quòd Grotius urgeat seriem & ordinem temporum, quem in his vaticiniis non observari ipse fatetur ad Esa. 14. 28. ità annotans, *Est alia prophetia*, *cum superiori non cohærens : neque novum est à comminationibus ad antiqua tempora spectantibus discedere Prophetas ad promissiones N. T. tempora concernentes*. 2. Non de paucis hìc vaticinatur, sed de integris quinque civitatibus, &c [i]. 3. Nihil de hac [Ægyptiorum conversione] occurrit in historiis, sive sacris, sive profanis [k]. Quare referendum hoc ad tempora Messiæ [l], cùm Ægyptii fidem Christi reciperent [m], per prædicationem Marci & aliorum. Unde frequentes & illustres ibi fuisse Ecclesias historia ecclesiastica testatur [n]. ¶ *Et*, &c. וְנִשְׁבָּעוֹת לַיהוָה] *Et jurantes* (vel, *& jurata*, JT. vel, *quæque jurabunt*, Pi.) *per Dominum*, Mo. P. &c. i. e. in jurando invocabunt Jehovam [o]. Illustris hæc pars est tum prærogativæ Divinæ, tum officii humani, Deut. 6. 13. & 10. 20. &c [p]. Verùm tunc נִשְׁבַּע regit ב, non ל [q]. Vel, *Jehovæ*, JT. Pi. Ang. ut Psal. 132. 2 [r]. Per jusjurandum fidem dabunt Jehovæ † ; (ut subditi Regi, 2 Par. 36. 13. Ezec. 17. 13, —18 [t].) abnegatis idolis [v]. Vide Esd. 10. 5. Nehem. 10. 29. Psal. 119. 106 [x]. Vel, fidem dabunt se nunquam à Jehova defecturos : vel, nomine juramenti universa Religio intelligitur, ut sæpe aliàs. Per quem enim juramus, eum colimus [y]. Colent Deum, & fidem Christianam recipient. Solemus enim sermonem nostrum confirmare per eum quem colimus [z]. ¶ *Civitas*, &c. עִיר הַהֶרֶס יֵאָמֵר לְאֶחָת] *Civitas Heres* (vel, *solis*, V. For. Vulg. vel, *Heliopolis*, Ca. vel, *Civitas destructionis*, sive *desolationis*, M. JT. Pi. Ang. Gal.) *dicetur* (vel, *vocabitur*, Ti. V. Sy. ο'.) *uni*, Mo. P. Pi. i. e. unicuique, ut Esa. 6. 2. *sex alæ uni*, i. e. unicuique [a]. Vel, *ad unam* quæ non crediderit, M. idéoque exitio devota est [b]. Vel, *una ex his*, Ti. sim. Ca. Ar. His verbis sextam quamque urbem exitio destinat, significans omnes qui non convertuntur ad Deum funditus perituros [c]. Vel, *unaquæque*, JT. Pi. *Destructionem* hìc intellige spiri-

Marginal notes (left column): z Calv. a For. b Pi. sic Ang. Calv. &c. c For. d Ang. * V. f Marl. g Calv. h V. i Ang. k Pi. l Mar. sim. Mo. m Calv. n G. sim. Pi. Ang. o Ang. p Pi. q San. r For. † Ang. t Pi. Ang. v Pi. For. x Pi. y Ang. z Ang. a Pi. Ang. b Ang. c Ang. d Pi. Ang. * Ang. f Pi. Ang. &c. g Luth. in Marl. h V. i Q. in Ang. sic T. Calov. k Ang. l V. m Pi. n Oecol. o Ang. p Glass. rhet. 1. 15. 448. q V. Pi. G. Calov. r Ang. † Q. in Ang.

Marginal notes (right column): t G. Q. in BC. v Q. in BC. x BC. Ang. y BC. 2. 1. 779. z Ang. a G. b BC. ib. 777. c Ibid. 778. d Musc. * Calv. Ang. f Ang. g Calv. h G. i Calov. k Ang. l Ang. sim. Mo. T. Calov. &c. m For. n Calov. o Q. in Pi. p Ang. q Pi. r Ang. † Pi. sim. Ang. t Ang. v Pi. x Ang. y For. z V. a Pi. b Ang. c Calv.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

spiritualem & æternam [d]. *Civitas destructionis* hîc dicitur civitas à destructione liberata †; ut infrà 25. 6. *convivium fæcium* nominatur convivium vini à fæcibus purgati [f]. Duplex in Hebræo lectio; הֶרֶס *destructio* [g], (& quanquam hæc ipsa vox alibi non legatur, alia tamen ei non absimilis usurpatur Esa. 49. 19. Amos.c.9. v.11 [h].) & חֶרֶס, quod *solem* sign [i]. Job. 9. 7. Jer. 19. 2 [k]. Sensus est, Una ex istis erit Heliopolis [l], urbs antiqua. Vide Joseph. Orig. 2. 3 [m]. *Dicetur uni*, i. e. reputabitur una earum; ut Psal. 87. 5. Similis phrasis Esa. 62. 4. Multæ erant urbes Soli sacratæ, & ab eo dictæ: ut *Bethshemesh* apud Cananæos, Jos. 15. 10. *Kir-heres* apud Moabitas, Esa. 16. 7, 11. & apud Ægyptios *Heliopolis*, quæ *On* dicta Gen. 41. 45. & hodie *Damiata* [n]. Hanc nominat, quia in ea idololatria præcipuè vigebat, & erat civitas sacerdotum [o], teste Strabone [p]. Una hæc erat è sex urbibus ad quas Ægyptii ab omni Regni parte se receperunt, teste Herod. ubi etiam erat sacer eorum taurus, Mnevis dictus [q]. Hoc dicit, etiam in ipsa urbe quæ præcipua idololatriæ sedes jampridem erat Judæos victuros ex suis legibus [r]. Chald. utramque lectionem conjungit, *Et civitas Bethshemesh*, [vel, *civitas domus solis*, ut habet Latinus Interpres in Bib. Pol.] *quæ destruenda est, dicetur una ex eis* *.

19. *Erit altare Domini*] Nempe, ad memoriam, non ad sacrificia. Confer Jos. 22. 22, &c [t]. Tale enim extra Jerusalem non erat construendum, Deut. 12. 13, 14. nisi ex instinctu Dei, 1 Reg. 18. 30, &c [v]. Potiùs altare spirituale, ad sacrificia spiritualia, Esa. cap. 56. vers. 7. & 60. 7. Rom. 12. 1. Heb. 13. 10, 15, 16 [x]. Nomine *altaris*, velut signi, cultum Dei denotat [y]. q. d. Coletur Deus ab Ægyptiis cultu N. T. ut nunc colitur ab Israelitis apud altare holocausti. Est synecdoche speciei κατεχοχικὴ, qualis Mal. 1. 11. item Joel. 2. 28 [z]. ¶ *In medio terræ Ægypti*] Id est, in ipsa sede Regni, vel, in intimo sinu [a]; ut faciliùs Ægyptii undique convenire possint: qua de causa etiam Hierosolyma erat in corde terræ Canaan: Psalm. 122. 4, 5 [b]. Al. intra Ægyptum [c]. Sed prius malo, ob sequens membrum †. ¶ *Et*, &c. וּמַצֵּבָה אֵצֶל גְּבוּלָהּ לַיהוָה] *Et* (vel, *item*, Calv.) *statua* (vel, *titulus*, ο'. Ch. P. vel, *sedes edita*, Ca.) *ad*, vel *juxta*, *terminum* (vel, *confinia*, Ca.) *ejus* (i. e. vel altaris [f], vel Ægypti [g]: sub. *statuetur*, Pi.) *Domino*, Mo. Ti. Calv. &c. vel, *coram Domino*, Ch. vel, *pro* honore *Domini*, M. Inscriptio terminorum Ægypti erit לַיהוָה *Jehovæ*; quâ significatur Ægyptum, non, ut antea, diis falsis, sed Jehovæ, consecratam esse [h]. Columnæ in quibus inscriptum erit nomen Dei [i]; in testimonium quòd addicti sint cultui Jehovæ: id est, Publicè profitebuntur doctrinam Evangelii [k]. Tot erunt in Ægypto pietatis indicia, ut quàm primùm aliquis pedem ei intulerit, eam discernet, &c. Vide Zach. 14. 9, 20, 21. Alludit vel ad columnas à Patriarchis erectas ad cultum Dei, Gen. 12. 7. & 28. 18. &c [l]; vel ad Jos. 24. 26, 27 [m]; vel ad Jos. 22. 10, &c [n].

20. *Erit*, &c.] Heb. *Et erit* (sub. *hoc quod diximus*, V. q. d. hæc erectio altaris & tituli [o],) *in signum*, &c. Pi. Calv. &c. quòd scil. colatur Jehova ab Ægyptiis [p]; vel, quòd Ægyptii oppressi clamaverint, & Dominus eos exaudierit [q]. Exauditio Divina, eorúmque liberatio quum ipsum in angustiis invocarent, signum erit favoris Dei, &c [r]. ¶ *Clamabunt enim*, &c.] Vel, 1. Judæi, dum terram eorum insidebit Sennacheribus *. Vel potiùs, (ut totus contextus indicat.) 2. Ægyptii, afflicti, nec ab idolis sublevati [t]. ¶ כִּי יִצְעֲקוּ וגו'] *Quum* (ut כִּי alibi redditur; vel, *Nam quum*, ut Jer. 4. 30. & 12. 12 †.) *clamabunt*, &c. Angl. ¶ *Et mittet eis salvatorem*, &c. מוֹשִׁיעַ וָרָב וְהִצִּילָם] *Servatorem*, (vel, *defensorem*,) *& magnatem*, vel *primatem*, (vel, *ducem*, sive *principem*, For. Calv. vel, *judicem*, Ch. Sy. Ar. vel, *magnum virum*, M. vel, *etiam magnum* aliquem, Angl. qui quicquid aggreditur efficere potest [v];) *& liberabit* (vel, *qui liberet*, M. sim. JT. Pi. Ar.) *eos*, Mo. P. Ti. &c. *Servatorem, & magnum* aliquem, h. e. magnum servatorem; ut, *nubes & fumus*, pro nube fumosa, Esa. 4. 5 [x]. Intelligunt hîc vel, 1. Angelum, qui Sennacheribi exercitum confecit [y]: vel, 2. Christum [z], dictum *servatorem magnum*, Tit. 2. 13 [a].

21. *Et cognoscetur Dominus ab Ægypto*] Non, ut olim, in Judæa tantùm [b]. Nunc addit Esaias quod præcipuum erat: neque enim coleretur Dominus nisi agnosceretur. Rom. 10. 14 [c]. Cognitio Dei est fundamentum omnis cultûs. Vide Jer. 31. 34. Hos. 6. 3. Rom. 16. 25, 26. &c. q. d. Cæca non erit eorum religio, ut Act. 17. 23. sed Deus se illis notum faciet, Psal 76. 1 [d]. Al. [Sensus est,] Tanto miraculo [nempe deletione exercitûs Sennacheribi] multi Ægyptiorum ad Deum verum se convertent †. Sed nihil de Sennacheribo, aut Angelo percussore, in textu occurrit, &c [f]. ¶ *Et cognoscent Ægyptii*, &c.] Id est, agnoscent, sive profitebuntur, &c. ut Esa. 59. 12. Jer. 3. 13. Matt. 7. 23 [g]. ¶ *Et colent*, &c. וְעָבְדוּ זֶבַח וגו'] *Et facient sacrificium*, &c. Mo. P. M. Calv. sic ο'. Ar. *Et colent* (sub. *eum*, Ti. Angl. & sub. *cum*, Angl.) *hostiis*, Ti. vel, *sacrificio*, JT. Pi. collectivè, i. e. sacrificiis spiritualibus. Vide v. 19. Soph. 3. 10. Mal. 1. 11 [h]. *Colent eum*, &c. ut Naaman Syrus, 2 Reg. 5. 17 [i]. ¶ *Et vota* (vel, *votum*, Pi. &c.) *vovebunt* (non, ut antè, idolis suis, sed *,) *Domino*] Pars hæc erat specialis cultûs Dei, illis præsertim temporibus, Levit. 27. Num. 6 [k]. ¶ *Et solvent*] Sub. *illud*. Ellipsis pronominis †.

22. *Percutiet Dominus Ægyptum plagâ*, &c. נָגֹף וְרָפוֹא] *Percutiendo, & sanando*, Mo. P. Ti. Pi. V. vel, *& salvando*, M. *percutiens, & sanans*, Calv. *plagâ*, (vel, *plagâ magnâ*, Ar. vel, *plagâ percutiet*, Sy.) *&* (vel, *tum*, Sy. Ar.) *sanabit eos*, ο'. sic Ch. *plagis afficit, & sanat*, JT. Infliget vulnera, sed sanabilia: h. e. ità percutiet, ut non perdat; corripiet enim eos ut revocet ad se [l]. Significat salutares Ægyptiis fore plagas [m]. Tamdiu percutiet donec convertantur, & tunc placabitur eis [n]. Al. Hebræa locutio est, pro quo dicere liceat, *Et sanabit Dominus Ægyptum à plaga quâ eam percusserat*, i. e. à bellis civilibus [o]. ¶ *Et*, &c. וְנֶעְתַּר לָהֶם] *Et exorabitur* (vel, *placabitur*, P. sim. Ti. vel, *exorabilis erit*, Mo. sic For.) *eis*, M. JT. Pi. &c. [Ca. totum sic reddit, *Cùmque plagâ affecerit, medebitur, & exoratus sanabit*.]

23. *Erit via* (vel, *agger*, JT. *via strata*, Pi. Mo. *tritum iter*, Ti.) *de Ægypto in Assyrios*, &c.] Docet h. l. bonitatem Dei non uni tantùm populo, ut antè, sed toti orbi, communicandam. *Assyrios & Ægyptios* hîc nominat, tanquam infestissimos Ecclesiæ hostes, qui videbantur longissimè omnium à regno Dei dissiti; quibus cùm venia data esset, de remotis nationibus multò plus spei erat [p]. Psammiticho jam plenè regnante, alta pax erit & commercia inter Assyrios & Ægyptios, qui diu hostes inter se fuerant [q]. Verùm de pace & concordia spirituali Prophetam hîc loqui constat ex verbis sequentibus, & ità omnes Christiani accipiunt. Solus Grotius cum Judæis de bonis corporalibus intelligit [r]. Conversi ex Ægyptiis & Assyriis (qui antea odio irreconciliabili sese invicem prosecuti sunt *,) colent inter se amicitiam [t]. Ad Regnum Christi hoc referendum, nec Ægyptii ante illud concordes erant cum Assyriis. Pacato Deo, cessare debent malevolentiæ, jurgia, &c. & fraternus amor ex pietate fluit [v]. ¶ *Et servient* (vel, *colent*, M. P. Ti. Ca. sub. *Dominum*, Ti. V. Ca. M.) *Ægyptii Assur*, אֶת אַשּׁוּר] *Ipsi Assur*, Mo. *Assyriis*, ο'. sic Ch. Sy. Ar. Calv. Non, ut priùs, servitute durâ, sed cum cultu benevolentiæ & concordiæ [x]. Comiter majestatem Regis Assyrii observabunt [y]. Qui priùs ardebant studio nocendi, ii, mutato animo, benefacere cupiunt [z]. Al. *& Assur*, P. vel, *& colent*, sive *ut colant*, Dominum *cum Assur*, sive *Assyriis*, M. Ti. Ca. sic JT. Pi. Angl.

24. *Erit Israel tertius*, &c. שְׁלִישִׁיָּה לְמִצְרַיִם וּלְאַשּׁוּר] *Tertius* (vel, *tertia*, M. JT. Pi. sub. *soror*, Pi. ut Jerem. 3. 8, 10. Ezec. 16. 45, &c [a]. & Cant. 8. 8 [b]: vel, sub. *natio*, M. sic JT. vel, sub. *Dei*, ut, *decima* Dei, Esa. 6. 13 [c]. Supplementum apposui, quia שְׁלִישִׁיָּה est fœmin [d]. Sed non idcirco necessarium id erat, quia Scriptura de gentibus & Regnis promiscuè (vel in fœm. vel in masc.) loqui solet. Vide Esa. 15. 1, 4, 5 †. Al. felicitate *tertius*, Ca.) *Ægypto* (vel, *cum Ægypto*, M. vel, *ab Ægyptio*, Ca.) *& Assur*, Mo. P. Ti. &c. i. e. utrique erit fœderatus. Id duravit per tempora Ezechiæ, 2 Reg. 20. 19 [f]. Sed hoc non constat [g]. Respicit tempora Evangelii [h]. q. d. Israel sese Assyriis & Ægyptiis adjunget tertium, colendo scilicet cum eis amicitiam & societatem in cultu Dei [i]. Vel, *tertius*, i. e. medius, vel mediator, (qui unius non est, sed saltem duorum,) per quem amicitia inter

K Ægyptios

[Margin, col. 1:] d Pi. † Pi. sim. Jun. f Pi. g Ang. ex V. h Ang. i Ang. ex V. k Ang. l M. T. Ang. sim. G. m G. n Ang. o Mc. T. p T. q Ang. r G. * Ang. t G. v Q. in Ang. x Ang. y Calv. z Pi. a Calv. b Ang. c For. Q. in Ang. † Ang. f For. g For. sic Ang. &c. h Musc. i G. k Pi. l Ang. m Pi. n Pi. Ang. o V. sim. Ang. p Pi. sim. V. Ang. q For. r Ang. * G. t Ang. † Ang. v Ang. x Ang. y G. z Pi. For. Ang. Calov. &c. a Ang. b Oecol.

[Margin, col. 2:] c Calv. d Ang. † G. f Calov. g Ang. h Ang. i G. k Ang. k Ang. † Idem. l V. sim. m Ang. Calv. n Ang. o G. p Calv. q C. r Calov. t Ang. Pi. v Calv. x For. y G. z Calv. a Pi. Ang. b Q. in Ang. c Ang. d Pi. † Ang. f G. g Ang. h Calov. i Pi.

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

Ægyptios & Assyrios coalescet: vel potiùs, *tertia*, aut *media*, (ut sæpe pro eodem sumuntur *tertium* & *medium*,) *quædam benedictio*, [ut sequitur,] unde derivabitur omnis benedictio, i. e. sanctitas sive gratia spiritualis, juxta Gen. 12. 3. *In te omnes gentes benedicentur* [k]. Concludit promissionem quam attigerat; fore scil. ut Ægyptiis, &c. benedicatur quemadmodum Israeli [l]. qu. d. Diruto muro intergerino, tollentur & odium & distinctio inter Judæos & Gentes, Eph. c. 2. v. 12, &c. & utrique inter se communionem habebunt, Zach. 8. 23. Act. 10. 27, &c. & 11. 3, &c [m]. ¶ *Benedictio* (vel, denique *benedictio*, Pi. vel, nempe *benedictio*, Ang.) *in medio terræ*] *Benedictio* hæc cœlestis (nempe Christus per quem omnes benedicentur [n]) primò erit *in medio terræ*, i. e. in Judæa [o], quæ media jacet inter Assyriam & Ægyptum [p]; indéque ad alias gentes manabit [q]. Vel, in medio totius terræ, in quo ferè tres isti populi habitabant [r]. *Benedictio*, vel, 1. activè, ut Gen. 12. 2. Psal. 21. 7. & 72. 17. Ità respicit unum Israelem, per quem, tanquam vehiculum, benedictio ad reliquos duos populos defertur; idque duplici nomine: tum quia Christus ab eo oriturus erat; tum quia Ecclesia in eo constituitur. Vel, 2. passivè, ut Esa. 65. 8. Zach. 8. 13. Ità extenditur ad tres hos populos [*]. Denique, *benedictio in medio* populo *terræ*, JT. i. e. Communio hæc erit posterorum Chami cum Jephethi posteris, & utrorumque cum Israelitis ex genere Schemi, juxta Gen. 9. 27 [t]. Verùm nulla hîc mentio prolis Japhethi, nam Ashur erat ex prosapia Semi, Gen. 10. 22 [v]. *Benedictio*, i. e. pax & felicitas incorrupta [x]. *Benedictio*, nempe Dei, i. e. felix Ecclesiæ status [y].

25. *Cui benedixit*; ità Ch. Mo. P. Ti. Ar. sic ό. אֲשֶׁר בֵּרְכוֹ] *Cui* (scil. populo [z]; vel, *Quorum cuique*, Pi.) *benedicturus est*, JT. &c. Ad verb. *Cui benedixit ei*: Redundat alterum relativum [a]. *Quam* [nempe *benedictionem*] *conciliabit eis*, Ca. *Quia ipsi benedixit*, Sy. *Nam* (relativa particula pro causali, ut 1 Sam. 15. 15 [b].) *benedicet*, vel *benedicturus est*, *illi*, Q. in V. Angl. nempe Israeli [c]: vel, *illorum cuique*, Pi. Angl. Singularis numerus positus distributivè [d]. ¶ *Benedictus populus meus Ægypti*] Vel, *Ægyptus*, Ma. *Ægyptius*, Calv. *Ægyptii*; appositio [†]. Sic dicit, propter multos pios qui tunc in Ægypto fuêre [f]. q. d. Gentes conversæ æquabuntur Israeli, fiéntque *populus Dei* [g]. Qui titulus antea Israelitis peculiaris, Deut. 7. 6. Psal. 78. 71. nunc Ægyptiis communicabitur. Vide Deut. 32. 21. Hos. 2. 23 [h]. ¶ *Et opus manuum mearum Assyrius*] Quo, inquit, ego utor ut volo, sicut figulus opere figulino [i]. [Reliqui aliter.] Insignit Assyrios proprio Ecclesiæ elogio, quæ vocatur *figmentum Dei* [k], non à prima, sed nova, creatione [l]. Vide 2 Cor. 5. 17. Eph. 2. 10. & 4. 24 [m]. ¶ *Hæreditas autem mea Israel*] Hæc Israelis prærogativa, quòd sit hæreditas Dei; ut inter novos fratres jus & honorem primogeniti retineat [n]. *Hæreditas*, i. e. charissimi mihi [o]; populus mihi peculiaris [p]. Privilegium Israelis, sed jam ad alios extendendum: Psal. 2. 8. & 82. 8. Eph. 3. 6. Tres hi tituli, ob varietatem & elegantiam adhibiti, idem significant [q].

[k] For. [l] Calv. [m] Ang. [n] Me. [o] T. ex Me. [p] T. Ang. [q] Me. [r] Musc. [*] Ang. [t] Jun. [v] Ang. [x] G. [y] Pi. [z] V. [a] V. [b] Ang. [c] For. [d] Pi. [†] Pi. [f] G. [g] M. [h] Ang. [i] G. [k] Calv. [l] Calv. Ang. [m] Ang. [n] Mar. ex Calv. [o] Pi. [p] G. Ang. [q] Ang.

CAP. XX.

1. IN, &c. בִּשְׁנַת בֹּא תַרְתָּן אַשְׁדּוֹדָה] *In anno ingredi* (vel, *venire*, i. e. adventûs. Substantiva sæpe regunt infinit. tanquam nomen genitivi casûs [a]. Vel, *quo venit*, M. Ti. JT. &c. *quo ingressus est*, P. Vulg.) *Tarthan* (unus ex ducibus Sennacheribi, 2 Reg. 18. 17 [b]. quem hic ante se præmiserat [c],) *in Asdod*, Mo. Calv. &c. vel, *Ashdodum*, JT. Pi. oppidum Palæstinæ clarum, & idolo, 1 Sam. 5. 2. & satrapiâ, Jos. 13. 3. & amplitudine præstantiáque, teste Herod. Euterpe [d], & robore; cujus expugnatio difficilis erat, necessaria tamen volentibus Ægyptum debellare. Erat enim in ultimis Palæstinæ finibus Ægyptum versùs, prope mare [†]. Videtur interdum ad Israelitas pertinuisse, & pars fuisse hæreditatis Judæ, Jos. 13. 3. & 15. 47. Vide ad Esa. 15. 4 [f]. ¶ *Cùm misisset eum Sargon*, &c.] [Q. Quis hic?] Resp. 1. Sennacherib [g], (cujus nempe dux erat hic *Thartan*, 2 Reg. 18. 17.) cui duo erant nomina [h]: imò septem vel octo [i]. Quod durum videtur [k]. Solebant Reges illi plura habere nomina: quod multas tenebras offudit historiæ [l]. [Aliis non placet.] Non enim apparet quo tempore Azotum hic oppugnare potuit. Non ante debellatas Ægyptum & Æthiopiam, quia tantùm dicitur venisse contra Judam: non postea, tum quia comminatio hæc est de clade Ægypto & Æthiopiæ inferenda, non narratio de clade illata; tum quia ab Angelo percusso exercitu, Sennach. statim rediit in patriam, &c. Nec obstat quod de Tartan dicitur: nam dux idem esse potuit & patris, Salmanasaris, & postea filii, Sennacheribi: ut Abner dux erat & Saulis, & Isbosethi; Banaias dux & Davidis, & Salomonis. Resp. 2. Erat Salmanasar [m]. Resp. 3. Alius erat antecessorum Sennacheribi [n]: vel, qui proximè Salmanaserem præcessit [o]; vel potiùs, qui eum proximè secutus est, & qui Sennacheribum immediatè antecessit [p]. ¶ *Et*, &c. וַיִּלָּחֶם בְּאַשְׁדּוֹד וַיִּלְכְּדָהּ] *Et pugnâsset cum*, vel *contra*, *Ashdod*, (vel, *quo* [nempe *anno*] *oppugnavit*, &c. JT. simil. Gal. vel, *quùmque ille oppugnâsset Ashdod*, Pi.) *& cepit*, vel *cepisset*, *eam*, Mo. M. P. sim. ό. Ch. Sy. Ar. Ti. Ca. &c. ut quæ ditionis esset Ezeciæ, 2 Reg. 18. 8 [q]. Al. Erat hæc urbs Philistinorum, qui Achazi tempore in Judæam irruerunt, &c. 2 Par. 28. 18. ideóque nunc pœnas dant [r]. [Sed quando hoc factum?] Resp. 1. Anno 12. Ezeciæ, quum Sennacherib cepit urbes munitas Judæ, ex quibus tum erat Ashdod. Vide Jos. c. 15. v. 47. 2 Reg. 18. 8 [*]. Resp. 2. Anno 14. Ezeciæ, quum Sennacherib, audiens adventum Taracæ, misit Tartanem ad Ashdodum oppugnandam, ipse autem obviàm iret Taracæ; quo fugato, Ægyptum & Æthiopiam subjugavit, & intra tres annos cum captivis suis rediit ad obsidionem Hierosolymæ [t]. Quod neutiquam congruit cum Sacra historia. Alii dicunt, absente Sennacheribo Taracam invasisse Assyriam, &c. Hoc ut vindicaret Esar-haddon, successor Sennacheribi, Æthiopas invasit, eósque cum Ægyptiis, qui istis auxiliati sunt, captivos cepit. Id quod priore longè probabilius est [v]. Resp. 3. Anno 4. Ezeciæ, quum Sargon Palæstinam invasit, misit Tartanem ut Ashdodum obsideret; sed obiit antequam capta esset [x]. Verum quidem est locum sic legi posse, abjectâ parenthesi, [quâ alii hæc verba includunt, versum totum sic distinguentes, *Anno quo Tartan venit Ashdodum*, (*quum Sargon—misisset eum*,) *& pugnavit contra Ashd. & cepit eam*; ità Ang. &c.] *quum Sargon misit eum ad oppugnandum Ashdod, & capiendum eam*. Similis syntaxis Jos. 24. 9. *Balac surrexit, & pugnavit contra Israel*, i. e. surrexit ad pugnandum, &c. h. e. conatus est eos oppugnare, non tamen præstitit, ut patet ex Jud. 11. 25. Sic Mal. 1. 9. *Deprecamini—& gratiam faciet*, &c. pro, ut gratiam faciat, &c. Nihilominus, quum non constat Asdodum non fuisse vi captam, non necesse est ut vulgarem loci interpretationem deseramus. Liceat ergò mihi conjecturam meam afferre. [Hæc Resp. 4.] Anno 8. vel 9. Ezeciæ, Salmanasere (qui Samariam antè cepisset, &c.) defuncto, Sargon, paternis vestigiis insistens, ut imperium suum ampliaret, Philistinos aggressus est; quibus cùm suppetias ferrent Ægyptii, & eorum confœderati Æthiopes, eos aggressus est Sargon, & debellavit, atque captivos duxit, ut hîc subditur. Potuit autem obsidio Ashdodi (non minùs quàm Samariæ) per tres annos durare, cùm oppidum hoc fortissimum esset. Ægyptii, porrò, (qui [omnia in majus augere, &] aliorum Regum victorias sibi adscribere solent,) videntur hoc facinus Psammeticho tribuere, eúmque aiunt Azotum non tantùm per 3, sed per 29, annos obsedisse. Vide Herod. l. 2 [i].

2. *In manu* (i. e. ministerio [k]; ut & Hag. 1. 1. Mal. 1. 1 [l].) *Isaiæ*] h. e. Per me, & ad me. Nomen pro pronomine, ut Esa. 2. 1 [*]. ¶ *Vade*] Non semper hoc sign. motum ad locum, sed tantùm aggressionem operis, &c [†]. ¶ *Et solve* (vel, *solves*, Mo. vel, *adime*, Ti. Heb. *aperies*, i. e. aperito [m],) *saccum*; sic P. &c. הַשַּׂק] *Istum saccum*, Pi. *istud cilicium*, JT. Id est, vel, 1. villosam vestem propheticam [n]. Vide quæ ad Matt. 3. 4 [o]. & 2 Reg. 1. 8. Zach. 13. 4 [p]. Vel, 2. vestem vilem & lugubrem [q], quem gestavit Esaias, ut speciem lugentis præ se ferret, & populo securitatem excuteret, & se coram Deo humiliaret, veniámque à Deo

[a] Glass. gram. 3. 1. 31. 115. [b] Calv. sim. G. Ang. &c. [c] G. [d] Pi. ex Jun. [†] For. [f] Ang. [g] Calv. M. V. ex Le. Pi. Jun. [h] Calv. [i] Q. in Musc. Hi. & He. in Ang. [k] San. [l] G. [m] San. [n] Ang. [o] Q. in Ang. [p] Ang. [q] G. [r] Calv. [*] Jun. [t] Q. in Ang. [v] Ang. [x] Al. in Ang. [i] Ang. [k] Pi. For. [l] Ang. [*] Ang. [†] Ang. [m] Pi. [n] G. Ang. Pi. [o] G. [p] Ang. [q] Musc. sim. Calv.

Deo ſub rei habitu deprecaretur [r]. Portabat cilicium ob captivitatem decem tribuum*. ¶ *Et calceamenta*, &c.] In ſignum luctûs [t]. ¶ *Et fecit ſic, vadens nudus*] Sed turpe hoc videtur [v]. [Quid dicendum?] 1. Receptior ſententia eſt, per viſionem tantùm hoc factum [x]. 2. Verè hoc factum [y]; & omnino nudus erat [z]. Quod non magis indecorum erat quàm circumciſio, quæ profanis hominibus ridicula videri poſſit, quum in ea pudenda nudarentur [a]. Imò laudanda hîc Prophetæ obedientia, &c [b]. Nihilominus credendum eum partes pudendas velâſſe [c]. 3. Non omnino nudus inceſſit [d]: dicitur autem *nudus*, h. e. nudatus veſte propheticâ †, exutus togâ [f]; indutus [tamen] interulâ. Vide Marc. 14.52. Joh. 21.7 [g]. Nam, 1. Si omnino *nudus* ambulare juberetur, fruſtrà adderetur, *diſcalceatus*. 2. Scopus erat, ut ſignificaret Ægyptios, &c. captivorum more tractandos [h]. Solebant autem taliter ſe habere qui captivi abducebantur, detractâ per victores veſte meliore [i]. 3. *Nuditas* ſæpe pro partiali nuditate ſumitur [k], ut 1 Sam. 19. 24. Vide & Mic. 1.8. Joh. 21. 7. ubi vox ἐπενδύτης indicat non fuiſſe Petrum omnino nudum, notat enim ea veſtem quæ ſuper alias induitur, quale pallium eſt vel toga. Vocatur & *nudus*, qui malè veſtitus eſt, Job. 22. 6. Matt. 25.36. Jac. 2.15. Vide & 1 Cor. 4. 11 [l]. Sic *nudatus* dicitur Noa, Gen. 9. 22, 23. & *nudus* David, 2 Sam. 6.20. Sic *jejunus* dicitur, qui parùm comedit, Act. 27. 33 [m]. Vide & Eſa. 32. 11. collat. cum Exod. 33. 4, 5. & Act. 19.16 [n].

3. *Sicut ambulavit——Iſaias nudus & diſcalceatus, trium annorum*, &c. ‏שָׁלֹשׁ שָׁנִים אוֹת וּמוֹפֵת עַל וגו׳‏] *Trium annorum* (vel, *tribus annis*, Mo. M. ſim. Ca. vel, *ad tres annos*, V. vel, quod eſt *trium annorum*, Pi.) *ſignum & portentum ſuper* (vel, *contra*, Pi.) *Ægyptum*, &c. P. Mo. &c. vel, *de Ægypto*, &c. Angl. De tribus his annis diſcrepant. 1. Refertur ad præcedentia, nempe ad Prophetæ geſtum, ſive nuditatem, tamdiu durantem. Hoc autem factum eſt, vel per viſionem tantùm, ut Ezec. 4. 4, 6, 10, 15; vel etiam reipſa [o], (alioquin quomodo ſignum foret, &c?) ſive nudus ſemper [per totum illud triennium] inceſſit, ſive tunc tantùm quum propheticum munus obierit [p]. Illo autem tempore Deus inducias ad reſipiſcendum Ægyptiis, &c. dabat [q]. 2. Refertur ad ſequentia, ſive ad ea quæ per Prophetæ geſtum ſignificabantur [r]. Quibus favet Athnach ad vocem ‏וְיָחֵף‏ *diſcalceatus* *. Qui tamen ſic accipiunt variant. Significat ergò vel, 1. tempus eventûs [t]. *Trium annorum ſignum erit*, i. e. eventurum poſt annos tres. Tantum igitur temporis duravit bellum Æthiopum in Aſſyrios [v]. *Tertii anni ſignum*. JT. Heb. *trium*, vel *tertii, annorum*: nam receptum eſt cardinalia pro ordinalibus ab Hebræis accipi *: i. e. Signum eſt tertio anno poſt hanc prophetiam fore ut fundantur, cædantur & captivæ fiant Ægyptiorum & Æthiopum copiæ †, quas ducturus eſt Tirhaka: ut per occaſionem attigerat ſuprà cap. 18. Nam etſi Ægyptiorum in caſtris nulla fit mentio: tamen cùm illorum res magis quàm Æthiopum ageretur, inter ſe fœderati eſſent, & Sethon Rex Ægyptiorum eſſet ignaviſſimus, (quæ Herodotus in Euterpe docet,) nihil mirum eſt ſi copiæ omnes Æthiopi creditæ ſunt [x]. Vel, 2. tempus durationis [y]. *Trium annorum ſignum*, i. e. ſignum vaſtationis per tres annos duraturæ ſuper Ægyptum, &c [z]. Cœpit [hoc triennium] anno 14. Ezechiæ, quo Sennacherib, audito adventu Tharacæ, contra eum perrexit, relicto in Judæa Rabſace, teſte Joſepho: tertio pòſt anno, expilatis jam Æthiopiâ & Ægypto, in Judæam recurrit, ubi ab Angelo cæſus eſt ejus exercitus [a]. Confirmatur hoc ex Eſa. 37. 30. & 2 Reg. 19. 29. *Comede hoc anno quæ repereris; in ſecundo autem anno quæ ſponte naſcuntur: porrò, in tertio anno ſeminate & metite*; quia jam eo tempore pacata erunt omnia, & ſoluta à metu. Adde quòd Joſephus tradit Aſſyrium in ſubjuganda Ægypto diu commoratum eſſe, Antiq. 1. 1 [b]. Confer cum hoc loco dicta ad Eſa. 16.14. Porrò, quærunt quamdiu Propheta nudus inceſſit [c]. Reſp. 1. Nullum tempus à Deo determinatum eſt: nec par erat ut illud tempori rei ſignificatæ congrueret. 2. Sufficere poſſet ſi id feciſſet per unum diem, ut Jer. 27. 2 [d]. 3. Triduo tantùm hoc duravit, die pro anno ipſi computato †, ut mos eſt Scripturæ. Vide Numer. 14. 33, 34. Ezec. c. 4. v. 4, 5, 6 [f].

[r] Calv. [s] M. [t] Marl. [v] E. [x] Calv. [y] Calv. E. [z] T. ex Hi. & La. & D on. & Sasb. &c. [a] Calv. [b] E. ex Aug. & Hi. [c] E. ſim. Calv. [d] San. E. Ang. &c. † Jun. Ang. &c. [f] Pi. [g] G. [h] Ang. [i] G. ſim. Ang. [k] Glaſs. Ang. ſim. San. For. [l] Glaſs. rhet. 1.16.456. [m] Glaſs. [n] Ang. [o] Ang. [p] Q. in Ang. [q] Calv. [r] Al. in Ang. * Ang. ſim. V. [t] Ang. [v] G. * Jun. † Jun. ſim. Ang. Pi. [x] Jun. [y] Q. in Ang. [z] T. ſim. Mc. San. [a] T. [b] San. [c] Ang. [d] Q. in Ang. † T. ex Hi. & Cyr.

4. *Sic minabit*, ‏יִנְהַג‏] *Abducet*, Calv. Ang. *ducet*, Pi. more pecudum, ut vox ſign. Geneſ. 31.18. Exod. 3. 1. 1 Sam. 30.20 [g]. Vide Lam. 3.2 [h]. ¶ *Rex Aſſyriorum*] Vel Sanherib [i], vel Aſar-haddon [k], vel Sargon. Nam incertum hoc eſt [l]. ¶ *Captivitatem* (vel, *captivam multitudinem*, JT. Pi. captivos [m], ut Neh. 1. 2, 3. Jer. 24. 5 [n].) *Ægypti*] i.e. Ægyptiorum, qui Æthiopi ſe adjunxerint [o]. ¶ *Et tranſmigrationem*; ità P. V. &c. ‏אֶת גָּלוּת‏] *Deportationem*, Angl. *deportandam turbam*, Pi. &c. *devolutionem*, Ma. Significat fortè eos non tantùm captivandos, ſed & in Aſſyriam abducendos [p]. Malim ‏גָּלוּת‏ idem eſſe quod ‏שְׁבִי‏, varietate verborum tantùm elegantiæ causâ adhibitâ [q]. *Tranſmigratio* hîc pro *abactis in exſilium* ponitur [r]. ¶ *Æthiopiæ*] Æthiopes, qui ſub Tharaca in Aſſyriam uſque venerant. Vide ſuprà cap. 18 *. ¶ *Juvenum & ſenum*] De viris nihil meminit. Significat eos occidendos [t]. ¶ *Diſcoopertis*, &c. ‏וַחֲשׂוּפַי שֵׁת עֶרְוַת מִצְרָיִם‏] *Et* (vel, *etiam*, JT. Pi.) *diſcoopertos* (vel, *nudatos*, V. JT. Pi. vel, *detectis*, Ca.) *nate*, vel *natibus*, (vel, *pudendis*, Ch. retectis natibus & verendis [v]. Non habebunt quo vel pudorem tegere poſſint [x]. Sciſſis veſtibus uſque ad nates [y]. Vide 2 Sam. 10. 4. & ſuprà 3. 17 [z].) *nuditate* (vel, *verendis* ſcilicet, Ti. vel, *turpitudine*, P. V. Appoſitivè dictum; ut videantur nates & pudenda, quæ ſunt ignominia & confuſio: q. d. Abducet eos, ità acciſis veſtibus eorum, ut pudenda oſtentent [a]. Vel, in *probrum*, ſive *ignominiam*, JT. Pi. M. Calv. Heb. *nuditatem*, Angl. For. quia nuditas poſt lapſum eſt turpis & dedecoroſa [b], Geneſ. 2. 25. collat. cum Gen. 3. 7 [c]. maximè in partibus verendis: hinc apud Hebræos pro ipſis accipitur, Exod. 20. 26. & 28.42 [d].) *Ægypti*, Mo. P. &c. Hinc colligitur Ægyptios Æthiopibus in exercitu Tirhacæ adjunctos fuiſſe*. Vel, ſub nomine *Ægypti* Æthiopiam quoque comprehendit †; ſynecdochicè [f].

5. *Confundentur ab*, &c. ‏וָבֹשׁוּ מִכּוּשׁ מַבָּטָם‏] *Et pudefient* (*erubeſcent*, Mo. vel, 1. Iſraelitæ [g], qui illis nimiùm confiderant, Eſa. 30.2. & 31.1. &c [h]; vel, 2. Philiſtini & Aſdoditæ [i], qui ab iis auxilium ſperârunt; vel, 3. alii quivis quorum protectionem ſuſceperant. Verbum indefinitè uſurpatur. Similia vide Eſa. 2.19 [k].) *ab Æthiopia* (vel, *ab Æthiopibus*, Ti. vel, *propter Æthiopes*, Pi. V.) *exſpectatione*, vel *exſpectationem*, *ipſorum*, Pi. Ang. JT. vel, *aſpectu ſuo*, P. Mo. vel, *aſpectum*, &c. i. e. ſpem, quòd eos reſpicimus à quibus exſpectamus opem [l]: vel, *in reſpectu ſuo*, M. ſic Calv. id eſt, ad quos in malis reſpicere ſolebant Judæi [m]: vel, *in quos reſpiciunt*, Ti. vel, *in quibus erunt fidentes*, ὁ. ſic Ar. vel, *fiduciâ ſuâ*, Sy. *domo confidentiæ ſuæ*, Ch. ¶ *Et ab Ægypto, gloriâ ſuâ*] De quorum auxiliis gloriabantur [n].

6. *Et dicet habitator* (pro, *dicent habitatores*, ut Eſa. 5. 3 [o].) *inſulæ hujus*] Id eſt, vel, 1. oræ maritimæ Philiſtinorum, in qua Azotus [p]. Vel, 2. Hieroſolymæ [q]: quæ dicta eſt *inſula*, vel, 1. quia hæc ſola ſuperfuit in mari Aſſyriaci exercitûs, qui omnia inundavit [r]; vel, 2. quia, ut inſula undarum appulſu, ità hæc ab hoſtibus undique feriebatur *. Vel, 3. Judææ [t]: quæ ſic dicitur vel, 1. quòd mari Mediterraneo & mari Geneſareth (ſive Tiberiadis, & mari Mortuo [v],) cingeretur [x]; vel, 2. quòd, ut inſula ab aliis terris, ità hæc ab aliis gentibus, ſegregata eſt, &c [y]. *Inſulæ* ab Hebræis vocantur (ut annotatum jam aliquoties [z]) oræ maritimæ [a]; quin & regiones à mari remotiores. Vide Eſa. 41. 1, 5. & 42. 4, 10. & 49. 1. Jer. 47. 4 [b]. ¶ *Ecce*, &c. ‏הִנֵּה כֹה מַבָּטֵנוּ‏] *Ecce, ſic*, vel *ità*, (vel, *talis*, ſive *tale*, M. Ti. Ang. vel, *quomodo*, Calv. ſub. *eſt*, Pi. M. Ti. Ang. vel, *habet*, JT. Calv. vel, *Cùm ejuſmodi ſit*, Ca.) *aſpectus noſter*, Mo. *reſpectus*, M. &c. *ſpes*, vel *exſpectatio*, &c. Ca. JT. Pi. Ang. i. e. Ità accidit illis quibus confidebamus [c]. Vel, *præſidium*, Ti. Al. *Ecce, hîc erat domus confidentiæ noſtræ*, Ch. *Hiccine eſt ſtatus fiduciæ noſtræ?* Sy. Al. *Siccine*, ſub. *eſt*, vel *habet*, vel, ſub. *afflicta eſt*, &c? V. ¶ *Ad quos confugimus*] Qui ſunt illi in quibus, cùm obſideremur, ſpem noſtram collocaveramus [d]. Sic accidit iis in quibus confidimus. Dices, Ezeciam in Deum fidiſſe. Reſp. Potuit nihilominus aliquo gradu iſtius [carnalis] fiduciæ reus eſſe. Confer 2 Reg. 18. 14, &c †. ¶ *Et*, &c. ‏וְאֵיךְ נִמָּלֵט וגו׳‏] *Et quomodo* (vel, *Quomodo igitur*, Pi.) *evademus*,

[f] Ang. [g] Pi. Ang. [h] Ang. [i] Pi. Ang. [k] G. Ang. [l] Ang. [m] V. Ang. [n] Ang. [o] G. [p] Muſc. [q] Ang. [r] V. * G. [t] Muſc. [v] Zuingl. Marl. [x] Ang. [y] V. [z] G. [a] V. [b] For. ſic Ang. [c] Ang. [d] Pi. * Pi. † For. [f] Jun. [g] V. Ang. [h] Ang. [i] Ang. ex Jun. [k] Ang. [l] V. ſim. Calv. [m] Calv. [n] Pi. [o] Ang. [p] G. [q] M. For. San. Calv. [r] M. ſim. For. San. * San. [t] Ca. Calv. Ang. [v] San. [x] V. [y] Calv. [z] G. [a] G. Ang. [b] Ang. [c] Pi. [d] G. † Ang.

mus, vel *eripiemur, nos* ? Mo.P.V. Ang.sim.Calv. vel, *fieri poterat ut nos evaderemus* ? Ezecias liberatus est, quia in Deo speravit: Philistini non sunt liberati, quia opi humanæ consisi fuerant, quam perquam inanem experti sumus [f]. Quomodo illi nos salvos præstabunt, qui seipsos conservare non poterant [g] ? Al. *Quomodo evaderemus nos* ? JT. nimirum soli, sine aliorum auxilio? Fuerant enim Pelischtæi omnino debilitati à Chizkija, supra 14. & ampliùs exhausti hâc suâ recente clade, invadentibus Assyriis & occupantibus [h]. Colligunt se non posse manus Assyriorum evadere, quum illas evadere nequiverunt Ægyptii & Æthiopes, duo populi sic potentes, ut se per illos tutos fore speraverint [i].

[f] G. [g] Ang. [h] Jun. [i] Masc.

CAP. XXI.

1. ONus, &c. מַשָּׂא מִדְבַּר יָם] *Onus* (vel, *Prophetia*, P. Ar. *Onerosa prophetia*, JT.) *deserti maris*, M. Mo. P. &c. vel, *ad mare siti*, Pi. vel, *de incolis deserti quod est mari proximum*, Ar. vel, *exercituum* [qui *mari* non semel conferuntur] *venientium à deserto*, Ch. Prophetia de clade deserti, &c [a]. [Qu. Quid, vel Quos, intelligit per *desertum maris* ?] Resp. 1. Idumæam, &c. Propheta, sicut reprehenderat eos qui in Æthiope & Ægypto spem suam collocaverant, ità nunc ad eos se vertit qui, Assyriorum partes secuti, in illis, non in Deo, habuerunt spes repositas. Sunt autem quos hoc capite alloquitur tres populi: 1. Idumæi, qui habitabant in deserto Sur, seu Etham, ad ipsam oram Arabici sinûs. Vide Exod. 13.20. & 15.22. Num. 33. 8. & Strab. l. 17. 2. Dumathæi, ab Ismaele. Vide Gen. 25.14. 3. Arabes Petræi, orti à Cethura. Hi omnes, quanquam per Abrahamum cognati Judæis, tamen Assyriis contra Judæos se addiderant [b]. Verùm non ostendit [Grot.] ubi eorum fit mentio, aut quomodo hæc prophetia ad eos spectat: ideóque non est cur hanc sententiam amplectamur [c]. Resp. 2. Babylonem [d]. [Sed hîc tria quærenda sunt.] Qu. 1. Cur aliam jam addit [post prolixam illam cap. 13.] concionem contra Babylonem? Resp. 1. Nè Judæi in Babylone (utpote statim ruitura) fiduciam collocarent. 2. In solatium Judæorum, qui tot & tanta à Babylone perpessuri erant. Qu. 2. Cur Babylon vocatur *desertum* ? Resp. 1. Non ob sterilitatem, &c. erat enim dives & irrigua tellus †. 2. Quòd vastum desertum intercederet inter Babylonem, & Mediam [f] & Persiam, quarum incolæ eam urbem invasuri erant [g]. 3. Quòd horridum & vastum desertum erat inter Babylonem & mare [h]. 4. Quòd Judæi ab illa parte [Chaldæam versùs] desertum sibi propinquum habuerint: acsi nos [Genevenses] Alpes pro Italia acciperemus, quòd nobis propinquiores sint, iisque nobis iter in Italiam faciendum sit [i]. 5. Propheticè sic dicitur, quòd deserta & desolata tandem futura erat; vide Esa. 13 19,—22. Jer. 51. 29, &c [k]; quòd vastanda erat per Medos & Persas [l]. 6. Liceat mihi conjecturam meam addere. מִדְבָּר non modò *desertum* sign. sed etiam *planitiem*, Esa. 63. 13. Jer. 13. 24. Lam. 4. 19. & 5. 9. & quidem talem quò *ducuntur* (id דָּבַר sign.) pecora ut ibi pascantur, Jerem. 9. 10. Joel. 1. 19, 20. & 2. 22. &c. Babylon autem in planitie sita erat, Genes. 11. 2 [m]. Qu. 3. Cur Babylon vocatur *desertum maris* ? Resp. 1. Metaphoricè [n]: quòd ut mare accipit multa flumina [o], nec tamen satiatur, Eccles. 1. 7 [p]; sic Babylon multa Regna [q]. Vel, à copia, sive opum, quæ ibi erat; sive malorum, quæ illa sensura erat. Dicimus enim &c, *mare bonorum*, &, *oceanus malorum* [r]. Vel, ob multitudinem hominum, strepitúmque gentium, & amplitudinem urbis *. Sensus loci, Onus contra illum populum qui, cùm priùs, sicut mare, rebus omnibus abundaret, tamen sic erat ab hoste vastandus, ut mera solitudo videretur [t]. [Resp. 2. Propriè.] *Desertum*, vel *planities*, *maris* dicitur sicut, *insulæ maris*, Esth. 10. 1. pro terris ad mare sitis [v]. Sic appellatur Babylonia & Chaldæa tota, tum propter ingentes paludes & lacus in quibus altera pars Euphratis Babylonem & Otrim permeans consumitur, Plin. 5. 26: tum propter statum in quo futura erat Babylon quum à Cyro obsessa esset. Nam mare ingens sive palus 320 stadiorum in latitudinem operâ Nitocris Reginæ septentrionem versùs effecta fuerat; & regio quoque supra Babylonem versùs pagum nomine Ardericam, in quamplurimos anfractus deducto Euphrate, deserta facta, ut scribit Herod. in Clio: quæ regionis forma propheticè his verbis præfigurata est [x]. Nomen *maris* apud Hebræos quibusvis majoribus aquæ conceptaculis tribuitur, ut lacubus, Esa. 9. 1. Matt. 4. 18. collat. cum Luc. 5. 1. & lavacro, Jer. 52. 17. Adde quòd Babylon dicitur *super aquas multas sedere*, Jer. 51. 13. & traditio vetus erat, referente Abydeno apud Euseb. Præpar. 9. 41. totam illam regionem fuisse aquam, donec Belus eam exsiccaret, &c [y]. Confer Jer. 51. 36. *Desertum faciam mare ejus* [z]. Potest locus verti, *Onus deserti occidentalis* [a]. Sanè Mediæ & Persidi, quæ Babylonem everterunt, ad occasum sita est ea urbs [b]. Al. *In sylvam marinam oraculum*, Ca. ¶ *Sicut*, &c. כְּסוּפוֹת בַּנֶּגֶב לַחֲלוֹף מִמִּדְבָּר בָּא מֵאֶרֶץ נוֹרָאָה] *Ut turbines* (vel, *tempestas gravissima*; plur. (per modum eminentiæ) pro singulari, ut Prov. 1. 20. & 9. 1 [c].) *in Austro*, sive meridie, (vel, *in australi regione*, Q. in V. sim. Pi. vel, *Austri*, vel, *in excelsis*, vel, *in siccis terris*; nam נֶגֶב modò opponitur vallibus, Jos. 10. 40. Jud. 1. 9. Jer. 17. 26. modò terris irriguis, Jos. 15. 19. Jud. 1. 15 [d].) *ad transeundum* (vel, *permeant*, i. e. permeare solent, scil. cum impetu †: Heb. *ad permeandum*, sub. *dispositi sunt*; ellipsis Hebraica *: vel, *ad prætereundum*, V.) *è deserto venit de terra formidabili*, Mo. P. vel, ità (ellipsis redditivæ particulæ, ut Proverb. cap. 25. vers. 12. quæ tamen hîc non necessaria est [f]:) *venit*, vel *veniet*, (nempe, vel calamitas Chaldææ [g]; vel vastator Babyloniæ, nempe Cyrus, ex seq [h].) *è deserto è terra formidabili*, sive terribili, Pi. Ang. Id est, vel, 1. à Judæa; sic dicta quia, post tot iræ Dei exempla, poterat ejus deformitas metum omnibus incutere. Cladem autem hanc per Medos infligendam dicit à Judæa venturam, quia sic retaliat Deus injurias populo suo illatas *. Vel, 2. à Media, cujus populi Babyloniis formidati erant; ideóq; prudens illa Regina, Nitocris, noluit populo suo cum illis commercium intercedere [i]. *Similis gliscenti australi procellæ venit ex terribili sylvæ terra*, Ca. *Non aliter quàm cùm procella, ab Africo lata, à deserto terrâ horribili advenit*, Ti. נֶגֶב hîc sumo pro vento Africo, sive australi, qui tempestates excitat, maximè in Palæstina [k]. *Sicut turbo vehementissimus in Austrum* (i. e. in Babylonem, quam Cyrus à latere Septentrionis adorsus est [l],) *permeando à deserto*, (i. e. ab ea parte quam Nitocris sinuato Euphrate & mari effosso desertam effecerat †,) *eventura*, [nempe *onerosa prophetia*, initio versûs,] *è regione formidabili*, JT. nempe Media, abs qua jam antè Nitocris illa sibi metuens, curaverat fieri maxima illa opera quæ modò diximus *. *Sicut tempestates in meridie excitatæ, quæ transeunt ut veniant à deserto*, &c. M. *Sicut tempestates in australi regione, transituræ à deserto, veniet*, &c. Calv. Sensus est, Quales Austri à desertis & horridis isthmi locis flant subitò, talis res est quæ mihi per visum revelata est [m]. Ut turbines per loca illa citissimè discurrunt & vehementissimè, (quia nullum ibi est obstaculum [n];) vide Job. 1. 19. Jer. 4. 11, 12 [o]. ità magno impetu oppugnaturus est hostis Babylonem [p]. Illud לַחֲלוֹף non refero ad סוּפוֹת, ut solent plerique, sed ad hostem. Sic verto, *Sicut turbines in Austro*, paratus est *ad transeundum*, *ex deserto venit*, &c. vel, (neglecto Zakeph in לַחֲלוֹף, ut sententiam non distinguat, quod sæpe fit,) licebit sine ulla ellipsi sic vertere, *Sicut turbines in meridie, transeundo venit ex deserto*, &c [q]. *De deserto venit*, nempe de Media & Perside; quas *desertum* vocat, quòd plurimùm essent incultæ [r]. Vide Herod. l. 1. Strab. l. 11. & 15. Vel, dicit, *è deserto*, ob desertum interjacens inter Mediam sive Persiam, & Chaldæam, per quod Cyro transeundum erat, Xenoph. l. 3 *.

2. *Visio dura* (vel, *terribilis & dura*, &c.) *nunciata est mihi*] Ità Mo. P. M. &c. i. e. Dura clades Babyloniorum: Met. adjuncti, nam clades illa per visionem indicata fuit Jesaiæ [r]. *Dura*, non Judæis, (quibus erat lætitiæ materia,) sed Chaldæis; durus malleus duro lapidi [v]. ¶ *Qui*, &c. הַבּוֹגֵד בּוֹגֵד וְהַשּׁוֹדֵד שׁוֹדֵד] *Prævaricator, prævaricator, & vastator, vastator*, Mo. *Transgressor transgressori, & vastator vastatori*, Calv. *Prævaricatori*

[a] Pi. [b] G. [c] Ang. [d] M.V.For. Jun. [et] al. Mo. T. Calv. &c. † Ang. [f] V. Q. in Ang. [g] Q. in Ang. [h] For. [i] Calv. [k] Q. in Ang. [l] Pi. [m] Ang. [n] Q. in Ang. [o] M. [p] Ang. [q] M. [r] Ang. * For. [t] Sar. [v] Ang.

[x] Jun. [y] Ang. [z] Mar. [a] He. in Mar. [b] Mar. [c] Ang. [d] Ang. † Pi. * Idem. [f] Idem. [g] Ang. [h] Pi. sim. Ang. * Calv. [i] Ang. [k] For. [l] Jun. † Idem. * Id. [m] G. [n] V. sim. Ang. [o] Ang. [p] V. [q] D. [r] Mar. sim. Ang. * Ang. [r] Pi. [v] Calv.

catori erit *prævaricator*, *& populatori* erit *populator*, P. Veniat *prævaricator* contra *prævaricatorem*, &c. M. Qui in alios prævaricari solebat, prævaricator veniet contra eum; & injuria inferetur ei qui injuriam intulit[x]. *Prævaricator prævaricatorem*, &c. sub. *inveniet*, Q. in V. vel, *invenit*, Angl. *Perfidus perfidum*, &c. sub. *opprimet*; nempe, Medus Assyrium[y]. Dicuntur Medi *prævaricatores*, quòd fidem Babyloniis datam non servabant[z], quorum vel subditi erant[a], vel confœderati[b]: ut videtur, 1. quòd Persæ cum Chaldæis venerunt contra Jerusalem, Esa. 22. 6[c]; 2. quòd Nabuch. uxorem habuerit Nitocrin, filiam Cyaxaris Regis Medorum, & cum ipso Assyriam expugnavit[d]. Aliis non placet tantam Cyro (viro generosissimo) notam inuri †. Fœderis inter has gentes non meminêre scriptores: &, siqua olim fuit inter eas societas, illa tamen tam longo tempore soluta esse potuit. Imò Crœsus contra Cyrum auxilium à Babyloniis sibi fœderatis petere statuerat, ut tradit Herod. in Clio. Si de prævaricatore sermo esset, crederem potiùs agi de Gadata & Gobria, quàm de Cyro & Dario. Nam hi Babylonii erant, & ad Cyrum transfugerant, atque eum in urbem duxerunt, &c[f]. [Ca. hæc cum seq. sic reddit, *Oppressoris oppressor vastatorisque vastator proficiscere, Elamita.*] Al. *Prævaricans prævaricatur, iniquus iniquè agit*, o'. *Rebellis rebellat, & perfidus perfidè agit*, Ar. *Violenti violentiam inferunt, & direptores diripiunt*, Ch. *Perfidus* (vel, dicendo, *Perfidus*, Pi.) *iste perfidè agit, & vastator iste vastat*, JT. Pi. sim. Ang. *Perfidus* & *vastator* hîc est Babylonius[g], qui persistit in perfidia sua contra Deum, (Dan. 3. 5, 6. & 5. 3, 4, 22, 23[h].) & in inhumanitate[i]. Ego priorem partem ad Babylonios refero, posteriorem, ad Medos; *Prævaricator, prævaricator*, (vel, *Prævaricator prævaricans*,) *& vastator, vastator*, (vel, *vastator vastans*:) i. e. Ut ille obstinatò prævaricatur, nempe Babylonius; ità alius, contrà, obstinatè vastat, nempe Medus[k]. *Depopulatores depopulantur*, (τὸ בָּגַד sign. *depopulari, grassari*,) *vastatores* (nempe Medi & Persæ) *vastant*, scil. Babylonem[l]. [Al. hæc cum præc. sic vertunt,] *Visionem duram! indicatus mihi est, ô perfide, perfidus, & ô vastator, vastator.* τὸ הַגַּד, quia masc. est, non refero ad præced. חָזוּת, sed ad sequens בּוֹגֵד: nec obstat Athnach: qui enim accentuum ubique parem rationem habere velit, etiam ubi grammatica constructio reclamat, cum ratione insaniat necesse est. Quòd si quis propter accentum velit per enallagen generis referre הַגַּד ad præcedentia, nego tamen absque ratione id masculino potiùs genere quàm fœminino prolatum; quia argumentum visionis nihil erat nisi perfidus paratus perfido, & vastator vastatori: tum sic verto, *Visio dura ostensa est mihi: ô perfide, perfidus, ô vastator, vastator* ostensus est mihi. ה in הַבּוֹגֵד & in הַשּׁוֹדֵד volo esse הַקְּרִיָּה *vocandi*, seu *compellandi*, ut alibi sæpe[m]. ¶ *Ascende* (vel, *Ascende igitur*, scil. ad puniendum Regem Babyloniæ[n],) *Ælam*, עֵילָם] *Elam*, vel *Helam*, P. Mo. JT. &c. *Elamitæ*, Ch. Elymæi Medis contigui: Strab. lib. 16[o]. *Persa*, synecdochicè: est enim Helam incola Elymaidis ad Mediam. Vide Gen. 10. 22[p]. Persidis pars pro Persia ponitur[q]. Elam est Elymais. *Susiæ*, inquit Strabo, *conjungitur Elymaitica, Elymaiticæ Media*. Hinc *Elam* & *Madai*, sive *Medi*, passim in Scriptura junguntur; ut hîc, Jer. 25. 25. Act. 2. 9. His vicini Persæ[r]. Al. *Ascende, Persia*, Pi. *Elam* est provincia Persica *. Convocantur Persæ & Medi: Persæ priùs ponuntur, quia dux exercitûs erat Cyrus, Rex Persarum[t]. Sunt voces hæ summi Dei Imperatoris milites suos excitantis, &c[v]. ¶ *Obside, Mede*, מָדַי] *Madai*, Mo. P. &c. i. e. Medi[x]. Vide Dan. 5. 31[y]. ¶ *Omnem*, &c. כָּל־אַנְחָתָהּ הִשְׁבַּתִּי] *Omnem gemitum ejus* (vel, *hujus*, JT.) *cessare feci*, Vulg. Mo. P. M. Ang. sim. JT. Pi. &c. vel, *cessare faciam*, Ti. *Faxo tot illati ab illo gemitus compescantur*, Ca. *Et omnes qui gemebant à facie regis Babylonis, requiescere feci eos*, Ch. Qu. Cujus gemitum intelligit? Resp. 1. Ecclesiæ, indigne perferentis inhumanitatem Babylonicam, quam postea compellat v. 10. Sed non præcessit illius mentio. Ità; sed relativum sæpe in S. S. refertur non ad id quod expressum est, sed ad id quod scriptor tacitè secum cogitat. Vide ad Psal. 87. 1. *Fundamenta ejus*, &c. & 114. 2. Cant. 1. 1. &c. Ità possunt hæc verba esse Dei, respondentis non tam ad verba, quàm ad cogitationem, Isaiæ[a]. Resp. 2. Persarum & Medorum[b]. q. d. Ego solabor gemitum & laborem quem illi longâ obsidione pertulerunt[c]. Non est quòd de hoc mandato (expeditionis nempe in Babylonios) gematis; ascendite audacter; ego omnem gemitum, i. e. gemendi occasionem, auferam[d]. Significat Medos & Persas strenuè dimicaturos, & itineris laborem alacri animo devoraturos †. Resp. 3. perfidi Assyrii[f]: vel, Babylonis[g]. [Quod tamen variè intelligi potest.] Cessabit gemitus ejus, vel, 1. quia nullus erit gemitibus & querelis ipsorum locus: ut ipsi inhumani erant, ità nullam misericordiam sentient: Dominus ad gemitum eorum obsurdescet[h]. Vel, 2. præ stupore (ex repentino malo,) à quo & gemitus comprimuntur & lacrymæ. Vel, 3. quia priùs illos opprimet mors quàm aut sibi aut urbi exitium impendere sentient; ideóque nec facultas erit, nec tempus, ad lugendum. Hæc non improbabilia sunt, sed longè probabiliùs, 4. *Gemitus* est honor ille quo amicorum aut Principum funera prosequimur: q. d. In communi illa & repentina clade carebunt honore sepulturæ. *Gemitus* aut *luctus* non raró pro omni apparatu funebri ponuntur[i]. 5. *Gemitum ejus*, non quo ipsa gemuit, sed quo alios gemere fecit. Sic, *clamor Sodomæ*, i. e. pauperum à Sodoma oppressorum, Gen. 18. 20: *terror meus*, i. e. quo terrefacere te possem, Job. 33. 7; Deut. 11. 25. *terror vester*[k]. Ità hîc intellige *gemitum ejus*, quem ipse excitabat; ut —*vulnere tardus Ulyssi*, quod Ulysses fecerat[l]. Gemitum quem Babylonii effecerant in Judæis captivis. Est genitivus efficientis[m]. Significationem habet activam, q. d. Chaldæa illa, quæ alios gemere cogebat propter illatam injuriam, id desinet facere posthac[n]. Vel, gemitum quo homines ingemunt præ timore ejus[o]. Quidam codices non habent Mappik in ה, notam pronominis fœminei[p]. ה affixum irregulariter h. l. sine Mappik est, quod & Masoretæ notârunt in margine[q]. Sed nolim hîc Masorethis tantum fidere, ut contra Grammaticam & linguæ genium credam ibi affixum esse. Malo esse formæ emphaticæ; qualia sunt יְשׁוּעָתָה, עֶזְרָתָה, & alia non pauca. Nec aliter accepêre o'. qui verterunt, Νῦν στενάξω, καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν· secundùm quam mentem ad verbum vertas, *omnem gemitum cessare faciam*, nempe à meipso; ut verba sint Prophetæ dicentis, Hactenus gemui, sed deinceps desinam gemere, quia jam paratam video in Babylonios vindictam. Idem loquitur qui dixerat ostensam sibi *visionem duram*: duram, ait, Babyloniis; sibi verò adeò jucundam, ut jam finem gemitibus imponere velit[r].

3. *Propterea repleti sunt lumbi mei* (vel, *latera*, Ca.) *dolore*] Ità M. P. Mo. &c. *Doloris lumborum* meminit, tum quia talis dolor gravissimus est, Psal. 38. 7, 8. & 69. 24. Esa. 45. 1 *: tum quia spectavit similitudinem parturientis, (quam statim adducit,) in qua pars illa maximè concuti & vexari solet[t]. Verba hæc sunt vel, 1. Prophetæ de seipso[v], qui summo terrore perculsus est ob hanc visionem ruentis Babylonis. Confer Hab. 3. v. 16[x]. Deflet populi [quamvis] inimici stragem[y]. Vel, 2. Judæorum, narrantium causam gemitûs sui, nempe miserias Babylonicas[z]. Sunt verba Ecclesiæ, gemitus suos exponentis ob perfidiam & inhumanitatem istorum, & ærumnas suas[a]. Non placet. 1. Quia τὸ *idcirco* notat effectum causæ cujus facta est mentio. At cessatio gemitûs non potest stare pro causa illius. 2. Quia & hoc & seq. versu manifestè significatur dolor aliquis repentinus, non autem quotidianus, qualis fuit Judæorum in captivitate[b]. Vel, 3. His verbis usuros ait illos qui in deserto ad mare habitabant[c]. Induit Propheta personam hominis Babylonii, q.d. *Dicere poterit quilibet Babylonius*[d]. Hypotyposis est †, vel mimesis Regis Babyloniæ, quâ ejus anxietatem & terrorem perinde exprimit acsi res ipsa tunc gereretur. Confer complementum, Dan. 5. 6, 9, 10, 30[f]. *Idcirco* (quia scilicet Babylonii gemitum exprimunt populo meo. Innuitur autem pœna talionis.) dicet, (scilicet, unusquisque obsessorum Babyloniorum, quum hostes urbem invasuri sunt[g],) *Impleti sunt lumbi*, &c. Pi. ¶ *Corrui*, &c. נַעֲוֵיתִי מִשְּׁמֹעַ נִבְהַלְתִּי מֵרְאוֹת] *Contorsi*, vel *Distorsi*, *me* (*Injustè egi*, o'. *Incurvavi me*, P. sim. M. h. e. corpus meum[h]: *Contremisco*, Sy. *Adeò opprimor*, Ch. *Concidi*, Ti.

[x] V. [y] G. [z] T. [a] Q. in San. [b] T. sim. Q. in San. [c] Q. in San. [d] T. † Ang. [f] San. [g] Jun. sim. Pi. [h] Ang. [i] Jun. [k] San. [l] For. [m] Di. [n] Pi. [o] G. [p] Jun. [q] V. [r] BP. 2. 2. 79. * San. [t] Pi. [v] V. sim. For. [x] Pi. &c. [y] Ang.

[a] Jun. [b] Q. in San. Di. For. [c] San. [d] Di. † For. [f] G. [g] M. V. For. Pi. Ang. San. &c. [h] Calv. [i] San. [k] Ang. [l] G. [m] Pi. [n] V. [o] K. in Glas. [p] V. ex He. [q] Glas. gram. 3. 1. 30. 109. [r] Di. * Ang. [t] San. sim. Ang. [v] Q. in Ang. San. [x] Q. in Ang. sim. For. [y] San. sim. M. [z] Q. in Ang. [a] Jun. [b] Pi. [c] G. [d] V. sim. Calv. † Calv. [f] Glas. rhet. 2. 4. 550. [g] Pi. [h] V.

Percellor, Ca.) *ab audiendo*, Mo. V. propterea quòd audirem tam dura & infelicia[i]: vel, *cùm audirem*, M. sim. P. vel, *auditu*, Ca. *ex auditu*, JT. Pi. scil. adventûs Medorum & Persarum[k]: vel, *audiendo*, Ti. Calv. Vel, *non audiendo*, ό. vel, *ne audiam*, Q. in V. sic Sy. Ar. i.e. Averti non tantùm faciem, sed & totum corpus, nè audirem[l]. [Reliqua sic reddunt,] *Territus*, vel *Conturbatus*, *sum*, vel *fui*, (vel, *Obstupui*, Ti. vel, *Studiosè egi*, ό.) *à videndo*, Mo. vel, *cùm viderem*, M. &c. [similiter ut in priore membro.] *Ex visu*, scil. hostium urbem obsidentium, & invadentium[m].

4. *Emarcuit cor meum*, תָּעָה וגו׳] *Errat*, vel *Erravit*, ό. Ch. Sy. Ar. Mo. P. JT. Pi. sic M. ut Esa. 29. 24. & 53. 6[n]. Oberrant cogitationes cordis mei; nescio quò me vertam[o]. *Concussum est*, V. Calv. i.e. Mens mea emota est, nec sibi constitit[p]. *Palpitat*, Ti. Ca. For. Vide Psal. 38. 11. *Vacillat*, ut Esa. 28. 7[q]. *Palpitavit*, Ang. ¶ *Tenebræ*, &c. פַּלָּצוּת בִּעֲתָתְנִי] *Horror*, vel *Tremor*, *terruit me*, Mo. P. M. &c. Illa mutatio bonæ fortunæ Assyriorum in adversam vehementer me percelluit[r]. ¶ *Babylon*, &c. אֵת נֶשֶׁף חִשְׁקִי שָׂם לִי לַחֲרָדָה] *Crepusculum* (nempe vespertinum *; vel, *Noctem*, M. P. &c. *Vespera*, pro nocte, ut *manè*, pro die, Genes. 1. 5, 8[s].) *desiderii mei* (ut 1 Reg. 9. 1, 19. *desiderium*, pro gaudio, ut Esa. 2. 16. & 32. 12 *: vel, *amplexûs mei*, Mo. vel, *amabilem mihi*, P. sim. Ca. *desideratissimum mihi*, JT. sim. V. Pi. vel, 1. propter somnum capiendum[v]; vel, 2. ob festivitatem, &c[x]. Loquitur in persona Belsazer, qui cùm solennem instituisset noctem, & vino æstuaret, subitò urbs capta est, & conversum est omne gaudium in luctum[y].) *posuit* (vel, *disponit*, JT. vel, *convertit*, Pi. nempe vel, 1. hostis[z]; vel, 2. Deus[a]. Sed verbum est indefinitum, *convertit*, id est, conversum est, ut Gen. 15. 6. collat. cum Rom. 4. 3. Mal. 1. 4[b].) *mihi in terrorem*, sive *horrorem*, Mo. M. &c. q. d. Eâ nocte quam antea concupieram plurimùm videre cœpi timere maximè[c]. Nè ipsam quidem noctem, humanæ quieti attributam, & mihi optatissimam, finit quietam esse, sed noctes æquè ac dies abutitur me, ut durissimus dominus mancipio abjectissimo: Cujus recordatione ità afficior, ut totas etiam noctes cohorrescam[d].

5. *Pone mensam*, עָרֹךְ הַשֻּׁלְחָן] *Dispone*, vel *Instrue*, (vel, *Adornare*, Ti. Infinit. hîc pro imperat. ut percipitur ex verbo seq. *Surgite* †. Vel, *Disposuerant*; Hebr. imperat. pro præt. imperfectis, aut plusquam perfectis, & sing. pro plur[f]. Vel, *Disponendo*, Mo. vel, *Cùm adornarent*, M. vel, *Pones*, San.) *mensam*, P. JT. Pi. nempe, tu Belsatzar, Dan. 5. 1[g]. Appara convivium: Hortatio ironica: q. d. Non est jam tempus convivandi: malè hoc tibi cedet. Innuit Babyloniorum securitatem[i]. *Adornatur mensa*, i.e. Epulabuntur Babylonii quâ nocte capietur Babylon[k]. ¶ *Contemplare*, &c. צָפֹה הַצָּפִית] *Speculare* (vel, *Contemplare*, For. vel, *Speculetur*, JT. vel, *Speculabatur*, M. vel, *Speculando*, Mo. Angl.) *speculator*, Pi. M. JT. vel, in *specula*, P. For. vel, *speculam*, Mo. Angl. vel, quod est *speculandum*, vel, speculator è *specula*, V. *Speculante speculatore*, Ca. scil. an advenient hostes. In nomine צָפִית ת est paragogicum, sicut in דָּלִית *ramus*, & זָוִית *angulus*[l]. ¶ *Comedentes*, &c. אָכוֹל שָׁתֹה] *Comede*, *bibe*, JT. Pi. &c. Heb. infinit. pro, *Comedendo* comede, &c. Ellipsis ejusdem verbi in altera forma, ut Jos. 1. 13. &c[m]. *Comedendo*, *bibendo*, Mo. *Comedere*, *bibere*, Ti. *Estur*, *potatur*, Ca. *Comedebant & bibebant*, V. *Et dum comederem & biberem*, dicebatur, M. ¶ *Surgite*, (nempe è convivio[n],) *principes*] Vel, 1. Babylonici †. Vox speculatoris, hortantis eos ut arma potiùs quàm pocula capessant[o]. Vel, 2. Medorum & Persarum[p]. ¶ *Arripite clypeum*] Heb. *Ungite*, &c. P. Mo. &c. *Polite clypeos*, Ca. Solebant scuta ungere tum, 1. ad poliendum ea[q]: (Sic in Plautino Milite, *Curate ut splendor meo sit clypeo clarior Quàm solis radii*, &c[r].) Ch. vertit, *Tergite & nitida reddite arma*. Optimè; nam & Arab. משח sign. & *ungere*, & *polire*, *tergere*; fortè quia rubiginosa oleo terguntur & poliuntur *. Tum, 2. ut, ob glabritiem, tela minùs in illis hærere possent †. Verba [in hoc versu] sunt, vel, 1. Dei ad Prophetam, præcipientis ei ut faceret, quod faciendum prædiceret. Quod enim Prophetæ denunciant, facere dicuntur. Vide Jer. 1. 10. & 18. 7, 9[t]. Vel, 2. Dei ad Babylonios, quibus innuit ipsorum securitatem tempore obsidionis[v].

[i] V. [k] Pi. [l] Q. in V. [m] Pi. [n] Ang. [o] Pi. [p] V. [q] Ang. [r] G. * San. [s] Ang. * Idem. [v] Pi. sim. Ang. [x] Ang. [y] M. [z] Pi. [a] Q. in Ang. [b] Ang. [c] V. [d] Jun. † Pi. [f] V. [g] Pi. San. [i] Pi. [k] Ca. [l] Pi. [m] Ang. [n] Pi. sim. Calv. San. † Iidem. [o] Calv. [p] San. sim. Ang. [q] Ang. [r] G. * Di. † Pi. sim. Musc. [t] Q. in Ang. [v] Pi.

Vel, 3. Prophetæ ad Babylonios, quos vel irridet, vel admonet, &c[x]. Vel, 4. Priore parte loquitur Baltasar, jubétque convivium instrui, non obstante obsidione; posteriore loquitur Propheta, advocátque Medos, ut hanc opportunitatem captent, &c[y]. Sensus hic est, *Dum ponunt mensam* Babylonii, *dum speculator* ab illis constitutus *speculatur*, *dum comedunt* illi, *dum bibunt*, *surgite Principes*, vos Medi, *& clypeos unctos habete*. Imperativo enunciat quod futurum videt, ut Babylonii, in magno periculo securi, dum ipsi epulantur, vilissimis hominibus delegato excubandi munere, opprimantur subitò[z]. Cùm jam instruxissent mensam regiam, dixerunt speculatori ut specularetur an advenirent hostes. Antequam autem absolutum esset convivium, renunciavit speculator adesse hostes, & dixit, *Surgite*, &c[a].

6. *Dixit mihi Dominus*] Nempe, in visione[b]. Alioquin speculator Hierosolymæ non potuit cernere quid Babylone ageretur[c]. q. d. Non temere loquutus sum, sed quæ à Spiritu Dei didici[d]. ¶ *Pone* (vel, *statue*, sive *constitue*, M. P. Mo. Ti. &c.) *speculatorem*] Fac quod ipsi facturi sunt. Pone aliquem amicorum tuorum in specula †. *Speculator* hîc est vel, 1. Propheta ipse, qui de se in tertia persona loquitur. Vel, 2. Deus, sive Angelus, qui longè pòst futura hîc declarat; cujus verba produci videntur ad illud usque, *tritura mea*, v. 10[f]. Vel, 3. aliquis alius Propheta, vel Prophetæ filius, ab Esaia speculator constitutus, &c[g]. Verba hæc sunt vel, 1. Principum Babyloniæ ad alterutrum, &c[h]: vel, 2. Dei ad Prophetam, jubentis ut attendat, &c[i]. ¶ *Et*, &c. אֲשֶׁר יִרְאֶה יַגִּיד] *Qui* (vel, *Quod*, JT. Pi. vel, Et *quod*, P. Qui *quod*, M. Ca. Angl. Ellipsis relativi, ut Esa. 57. 16[k].) *viderit*, *indicabit*, Mo. vel, *annunciet*, sive *indicet*, M. P. JT. Pi. &c. Ego faciam ut ea videat quæ agentur, tibíque annunciet[l].

7. *Et*, &c. וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים] *Et vidit* (Concisa oratio, pro, *Et statim renunciavit mihi se videre*[m]. Al. *Videt autem*, Ca. *Quum itaque vidisset*, Sy. JT. scilicet speculator ille[n],) *currum*, *par* (vel, *paris*, P.) *equitum*, Mo. P. vel, *currum* quem *par equitum* conscendit, M. nempe, vel, 1. Darius & Cyrus *; vel, 2. Cyrus cum duobus aurigis †. Vel, *currus*, *duplices* (vel, *bijuges*, Ca.) *equites*, JT. i. e. duos ordines equitum, horum supernè, illorum infernè, ingredientium Babylonem[o]. Vel, *currum hominis*, *cum eo par equitum*, Ch. vel, *currum duorum equorum*, Di. BA. (non, *equitum*, ut patet ex vers. 9. *currus viri duorum equorum*, id est, biga virilis. Neque enim dixeris, *currum viri duorum equitum*[p]. פָּרָשִׁים rectiùs hîc vertunt *equos*, quàm *equites*[q]. Sic 1 Sam. 8. 11. *ponet sibi in curribus & equis suis*; 2 Sam. 1. 6. *Ecce*, *currus & domini equorum* (i. e. equites, ut habent Sy. Ar. Vulg.) *assequuti sunt eum*. Sic etiam sumitur *pharas* & Arabibus & Æthiopibus[r]. Vide ad Esa. 22. 6 *.) vel, *currus in quorum singulis duo milites armati videbantur*, V. vel, *currum cui bini insident*, BA. 1. 2. 9. 173. [Quæ versio à præcedente ejusdem discrepat.] Vel, *currum* (i. e. currus duos, per ἐναλλαγὴν satis familiarem illis gentibus,) *& aurigas duos*, in quoque curru: nam alter currum regebat, alter jumenta[t]. Vel, *ascensores equites duos*, ό. *equitatum duorum equitum*, Sy. *duos equites insidentes*, Ar. Pro רֶכֶב *currus*, legerunt רֹכֵב ἀναβάτης, *sessor*, *ascensor*. Quæ lectio ferri potest, & sensum gignit commodum[v]. Vel, *equitatum*, (i.e. equitum manum, seu copias equestres, ut patet ex verbis proximè sequentibus, quæ subjunguntur per epexegesin, & per appositionem,) *par*, sive *jugum*, (i.e. duos ordines,) *equitum*, seu duas copias equestres, nempe (ut sequitur) *equitatum asinorum*, *& camelorum*. רֶכֶב usitatè *currum* sign. à verbo רָכַב, quod in genere sign. *vehi*, nempe vel curru, vel jumento; plerumque tamen sign. *equitare*[x]. ¶ *Ascensorem asini*, *& ascensorem cameli*; ità ό. [vide ad membrum præced.] רֶכֶב חֲמוֹר וגו׳] *Currum* (vel, *Currus*, JT. Ca. sing. pro plur[y]. vel, & *vecturam*, M.) *asini*, vel *asinorum*, *currum*, vel *currus*, *cameli*, vel *camelorum*, Mo. P. JT. Ca. &c. *Quorum curruum alter mulis*, (*asini* hîc dicuntur pro *mulis*,) *alter camelis*, *vectabatur*. Elymæi, ut & Persæ, mulis utebantur; Medi, ut Bactris propiores, camelis. Per *duos* ergò illos *currus* intellexit speculator ab Esaia positus quæ gentes expugnaturæ essent Babylonem[z]. Cyrus

dictus

[x] Al. in Ang. [y] Ang. [z] G. [a] V. [b] Pi. Ang. [c] Ang. [d] Calv. † G. [f] San. [g] Q. in Ang. [h] M. [i] San. [k] Ang. [l] G. [m] V. [n] Pi. Ang. &c. * Q. in Ang. † Al. in Ang. [o] Jun. [p] BA. 1. 2. 6. 93. [q] Di. sim. BA. [r] BA. ib. * Di. [t] G. [v] BA. 1. 2. 13. 186. [x] Pi. [y] G. [z] G.

dictus est *mulus* (utpote patre Persâ & matre Medâ natus,) in oraculo Apollinis, quod Babyloniis dixit, *staturam esse ipsorum urbem donec mulus esset Rex Mediæ* [a]. Al. Unum [nempe ordinem] *equitantium in asinis*, alterum *equitantium in camelis*, Pi. Duæ hîc turmæ equestres significare possunt, vel, 1. distinctas Darii & Cyri turmas; vel, 2. distinctum earum usum, quarum hæ ad pugnam, illæ ad onera ferenda,&c. designatæ sunt. Verba sic verti possunt, *Et vidit turmam asinorum, & turmam camelorum* [b]. [Ti. hæc cum præced. verbis sic reddit, *Vidit par equitum, quorum alter asino, alter verò camelo, vehebatur.*] Refert hîc quid viderint speculatores, nempe *exercitum cum curribus, equitibus, & asinis, & camelis* oneratis[c]. Signa hæc quæ videnda exhibuit Prophetæ Deus figuræ sunt exercitûs quo Medi & Persæ Babylonios expugnârunt. Quum enim Babylonii (teste Herod. l. 1.) equitatu valerent plurimùm, visum est Cyro hâc arte eos aggredi, ut equis illorum camelos tantùm & mulos Persicos objiceret; quorum illi equos aspectu & odore deterrent, (vide Aristot. Hist. anim. & Plin. 8. 18.) hi viribus sunt valentiores & velociores. Quò strategemate Cyrus antè usus fuerat contra Crœsum. Forsan tamen mulorum nomen impedimentis tribuatur, quum dimidius ferè exercitus in commeatu apportando occuparetur; quia deserta erat tota regio supra Babylonem, totus ager operâ Babyloniorum exhaustus, & in oppidum comportatus [d]. *Asinis* hîc comparantur Persæ, quia abjecti in eam diem & ignobiles [fuerant;] interim robusti, laboriosi, & malorum patientes: *camelis* comparantur Medi, quia bellicosi erant & potentes, & equis inequitabant *. Vox רֶכֶב sign. vel, *currum*, Exod. 14. 6. 1 Reg. 22. 35. vel, *equos curules*, 2 Sam. 8. 4. vel, *merces currui impositas*, 1 Reg. 10. 29. vel, *exercitum*, seu *turmam, equitum in curribus equitantium*, ut Exod. 14. 9. 1 Reg. 10. 26. vel denique, omnes *turmas equitum*, sive *equis*, sive *curribus, inequitantium*, Exod. 14. 7. 1 Reg. 22. 31. 2 Reg. 8. 21. צֶמֶד [in memb. priori] alibi sign. *jugum*, sive *par*, vel; *boum*, 1 Sam. 11. 7. 1 Reg. 19. 19. vel *asinorum*, 2 Sam. 16. 1. vel, *hominum simul equitantium*, 2 Reg. 9. 25. vel, *turmarum equestrium*, ut h.l. *Equites*, pro turma equitum, ut Jerem. 4. 29. Ezec. 26. 10 [f]. ¶ *Et*, &c. [וְהִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב קָשֶׁב] *Et attendit* (nempe vel, 1. Cyrus, contemplans quomodo Babylonem obtineret [g]; vel, 2. speculator [h];) *attentione, multâ attentione*, Mo. P. vel, *multitudine*, sive *magnitudine, attentionis*, Pi. Sic Hebræi exprimunt diligentissimam attentionem, verbo suum verbale conjungentes, etiam repetitum [i]. *Multùm & diligenter intentus*, Ca. *Et advertit, advertendo multùm advertit*, M. scil. quônam pergeret iste equitatus quem videbat [k]. *Et* [repete, quum] *attendisset attentè, attentissimè*, JT. Duplicatio emphasin intendit [l]. *Ille cùm contemplatus esset contemplatione multâ & diligente*, Ti. Q. per fut. convertunt, *Et contemplabitur contemplatione*, (i.e. multùm contemplans,) *multus attentione* [m].

8. *Et*, &c. [וַיִּקְרָא אַרְיֵה] *Et clamavit, Leo*, Mo. P. M. &c. *Tum clamavit*, (nempe speculator,) *Leo* est *super speculam*; q. d. Video leonem stantem in loco eminenti, & aspicientem ut prædam capiat [n]. Speculator primùm confusè vidit duas turmas; deinde, iis propiùs accedentibus, vidit unam ex mulis, alteram ex camelis, constare: tandem, accuratiùs contemplatus, vidit leonem eas ductantem [o]. Tandem leonem esse animadvertit [p]. Speculator, spectans alacrem hostium & incitatum cursum, clamat, *Leo, leo, inquam, properat exitium afferens civitati* [q]. *Leo* hic est Cyrus [r], vel Darius †, à ferocia sic dictus, Jer. 50. 44 [t]. *Clamat leo*, speculator, leonis more speculans [v]. Leo (quòd brevissimas habet palpebras, unde etiam dormiens vigilare videtur,) symbolum est vigilantis excubitoris, soletque adpingi valvis templorum & palatiorum, quasi vigil & custos loci, inquit Horus Apollo *. Al. *Clamavit ut leo*, JT. Pi. sic San. Glas. Angl. i. e. voce vehementi & terribili [x]: (Minæ Prophetarum non aliter concutiunt mortalium pectora, quàm leonum rugitus, &c. vide Amos. 1. 2. *Dominus de Sion rugiet*; & 3. 4. *Numquid leo rugiet*—[y]?) ità terrorem & pavorem Babyloniorum innuens ab imminente periculo, &c [z]. Quàm maximâ voce potuit testatus est hanc attentionem suam, & studium ampliùs attendendi in posterum ad ea quæ dicturus aut facturus esset Dominus [a]. Ellipsis notæ similitudinis, quæ usitata est [b]: ut Psal. 11. 1. Nah. 3. 12, 13 [c]. Al. *Et voca Uriam in speculam*, LXX. Legerunt Græci אוּרִיָּה, i. e. *Uriam* illum nominatum suprà 8. 2. Quis enim dignior in specula collocari quàm sacerdos [d]? Sed hoc Hieron. non placet *. Simile huic est illud Hebræorum figmentum, quòd *leo* hîc est *Habakkuk*. Id probant, quia idem est utriusque vocis numerus ex literis exsurgens [f]. [De quo vide, si lubet, doctissimum Authorem.] ¶ *Super*, &c. [עַל מִצְפֶּה אֲדֹנָי וגו׳] *In* (vel, dicendo, *In*, Pi.) *specula* (sub. *mea*, Calv.) vel, *Super speculam, Domine*, (vel, *Domine mi*, Calv. Verùm nullum hîc est affixum [g]:) *ego sto*, &c. Angl. &c. Sunt verba speculatoris, constantem ipsius vigilantiam profitentis, ut rei certitudinem astrueret †. Hinc autem colligitur, speculatorem illum à Jesaia jussu Domini constitutum fuisse alium quendam Prophetam [h].

9. *Ecce*, &c. [וְהִנֵּה זֶה בָא רֶכֶב אִישׁ צֶמֶד פָּרָשִׁים] *Et* (vel, *Autem*, Ca. vel, *Interea*, JT. Pi. q. d. Dum speculator ille vix oculos ab equitibus illis averterat ad Dominum, quem alloquebatur [i]; Dum hæc diceret [k],) *ecce*, (quæ vox repentinum hoc & insperatum fuisse significat [l],) *hic*, vel *iste*, (vel, *hîc*, Ang. vel, *jam*, JT. Pi.) *venit* (vel, *ingreditur*: ità vox usurpatur Gen. 7. 1, 13. & 19. 23. &c [m]. vel, *veniunt*, Ca. vel, *ingressi erant*, JT. Pi. urbem scil. Babylonem [n],) *currus viri*, (vel, *currus virorum*, V. Ang. M. JT. Ca. i. e. *viri currum*, qui priùs curribus inequitantes videbantur, per hypallagen; ut, *argentum siclorum*, Levit. 5. 15. pro siclis argenti; &, *immunditia hominis*, Levit. 7. 21. pro homine immunditiæ, sive immundo [o]: vel, *currus uniuscujusque*, P.) *par* (vel, *paris*, P. vel, currus, inquam, *paris*, V.) *equitum*, Mo. &c. vel, *cum duobus equitibus*, M. sim. Ch. q. d. non currus ferentes impedimenta, sed currus bellici [p]: vel, *duplices*, sive *bijuges, equites*, JT. Ca. Al. *currus*, (unus & alter,) *& singulis duo insessores*, G. Al. *eques quidam, par equitum* videlicet, Ti. Al. *isti equites*, (Heb. *equitatus viri*, collectivè, pro, viri equitantes; hypallage [q];) nempe *duo* isti *ordines* (Heb. *par*, seu *jugum*, ut v. 7. Pi.) *equitum*, Pi. Al. *ascensor bigæ*, ὁ. *eques unus ex eis duobus*, Ar. sim. Sy. ¶ *Et*, &c. [וַיַּעַן וגו׳] *Et respondit*, (vel, *locutus est*, Calv. sim. San.) *& dixit*, Pi. &c. *Iterum dixit*, vel *Subjiciens dixit*, For. Quis? Respond. 1. Qui illâ bigâ vehebatur [r]. 2. Custos †, jam certus factus ruinam Babylonis hâc visione fuisse repræsentatam [t]: quemadmodum si Angelus vaticinio interpretationem addat [v]. 3. Populus Dei, qui indè exierat, Jerem. 51. 50 [x]. 4. Esaias, ex narratione vigilis à se constituti certior jam factus, &c [y]. 5. Deus ipse, clariùs exponens quò tendebat hæc visio [z]. ¶ *Cecidit, cecidit Babylon*] Planè cecidit. Eadem verba de Roma Apoc. 14. 8 [a]. Vox hæc est stupefacti tam subitâ mutatione [b]. Ità epizeuxis notat hîc affectum exsultantis. Et hinc colligitur speculatorem hunc fuisse Prophetam quendam [c]. ¶ *Contrita*, &c. [שִׁבַּר לָאָרֶץ] *Contrivit*, vel *confregit*, (sub. *is qui confringit*, V. vel, *Deus*, V. For. vel, *hostis*, For. Pi. vel, *Medus*, seu *Persa*, V. vel, *Confregit* dejecitque, Pi. sim. JT. ellipsis verbi relati [d]:) *in terram*, Mo. P. JT. Pi. *Perfringuntur humi*, Ca.

10. *Tritura*, &c. [מְדֻשָׁתִי וּבֶן גָּרְנִי] *Tritura mea* (sub. *erit*, P.) *& filius areæ meæ*, Mo. P. V. Verba hæc sunt vel, 1. Dei, Babylonem alloquentis *; quæ Medo sit futura ut id quod in area à bubus calcatur †. q. d. Babylon conteretur à me, sicut triturari solet seges & palea in area [f]. Cùm tantæ Monarchiæ opes oculos omnium perstringerent, fabulosum videri poterat quicquid de ejus excidio prædixerat Esaias. Innuit ergò Deum ipsum has sibi partes sumpsisse, ut Babylonem potentiâ suâ deleret *. Per Babylonem Deus trituraverat alios, & jam Babylonem per alios triturare statuerat. Sed huic interpretationi repugnat ultimum versûs membrum [g]. Vel, 2. Prophetæ, populum Dei, sive Judæos, alloquentis [h]. *O tritura mea, & edite* (vel, *reposite*, Pi.) *in area mea*, JT. Pi. Heb. *fili areæ meæ*, Jun. Vel, *areæ meæ destinati*; Vos quos ego triturando, h. e. malis opprimendos, prædico †. Vel, *& frumentum areæ meæ*, Ang. Apostrophe ad Ecclesiam, quam docet Propheta

Marginal notes, left column: a Ang. · b Ang. · c M. · d Jun. · * Ti. ex Mo. · f Ang. · g San. · h San. Ang. · i V. · k Pi. · l Glass. gram. 3. 5. 1. 429. · m Q. in V. · n V. · o Q. in Ang. · p Calv. · q Q. in San. · r Q. in Ang. · † Q. in Ang. V. Calv. &c. · t Ang. · v Ca. · * T. · x Pi. · y San. · z Ang.

Marginal notes, right column: a Jun. · b Pi. Ang. sim. Glass. gram. 514. · c Ang. · d G. · * Calov. · f Ang. · g Ang. · † Idem. · h Pi. · i Pi. · k V. sim. Pi. · l Pi. · m Ang. · n Pi. · o Ang. · p V. · q Pi. · r For. · † Calv. · t Q. in Ang. · v Q. in Ang. · x Calv. · y Q. in Ang. · z Al. in Ang. · a Ang. · b G. · c San. · d Pi. · * Q. in Ang. sim. Musc. G. · † G. · f V. · * Jun. · g Ang. · h Ang. sim. San. For. &c. · † Ca.

pheta quantum sit beneficium Dei revelantis consilia sua, & quantum studium ipsius in informanda de illis Ecclesia [i]. q. d. O vos Judæi, gens mea [k], *trituramea*; i. e. quos ego *trituravi*, i. e. à Babyloniis triturandos prædixi; (ut Jer. 1. 10. *ad exstirpandum*, &c. i. e. ad hoc denunciandum, &c [l].) qui, quasi frumentum, virgâ & tribulâ affligemini ad salutem [m]. Babylonios non triturabo, sed prorsus conteram: vos verò triturabo, paleas eventilabo, grana in horreum recondam [n]. *Trituratio* sæpe gravem afflictionem denotat; ut Esa. 25. 10. & 41. 15. Jer. 51. 33 [o]. & Mic. 4. 13 [p]. Actio hîc, ut alibi, ponitur pro objecto; *tritura*, pro frumento triturato [q]. Sic, *captivitas*, Esa. 20. 4. pro captivis; *evasio*, Neh. 1. 2. pro iis qui evaserunt [r]: *auditio*, pro re audita; *timor*, pro re terribili †. *Filius areæ* idem est quod *tritura*, frumentum scil. quod trituratur [t]. Nomen *filii* apud Hebræos sæpe tribuitur etiam inanimatis [v]: ut, *filius arcûs*, Job. 41. 28. (al. 19.) i. e. sagitta. *Filius areæ* dicitur quicquid in area est, &c [x]. nempe quod teritur & excutitur [y]. ¶ *Quæ audivi à Domino*, &c.] q. d. Hæc prophetia est verissima, nempe quæ à Deo est [z]. Hucusque verba Uriæ, renunciantis Esaiæ quæ de speculo Deo procurante viderat [a].

11. *Onus Duma*, [דּוּמָה] *Dumah*, Mo. P. &c. id est, contra Ismaelitarum posteros [b], è quibus erat *Dumah*, Gen. 25. 14. 1 Par. 1. 30. Hujus, nec non fratris ejus, Kedaris, posteri in aliqua Arabiæ parte sedem fixerunt. Ibi *Dumathæa* in Stephano Byzantino, eadem forsan cum hac *Duma* [c]. *Dumah*, urbs Ismaelitarum, quæ fuit destructa ab incolis Seir [d]: id quod hîc prædictum est*. Dumam plerique accipiunt synecdochicè, pro Ismaelitis, ab illo Duma Genes. c. 25. v. 14. Sed duo obstant. 1. Quòd Seir, mons Edomæorum, hîc nominatus est [f]. De quo vide ad verba sequentia [g]. 2. Quòd Duma illa, æquè ac Kedar, sequente prophetiâ continetur †. Sequens prophetia est contra Arabes, ergò hæc non est, &c [h]. Resp. Non sequitur: hæc enim est contra Dumæos Arabas, sequens contra Arabas Kedarenos [i]. [Alii aliter accipiunt.] *Dumah* hîc pro Idumæa, vel Edomæa, per aphæresin [k]: ut, *Ram*, pro *Aram*, 1 Par. 2. 9. Job. 32, 2; *Pasdammim*, pro *Epasdammim*, 1 Sam. 17. 1. 1 Par. 11. 13 [l]. Edomæa clamosa, & Verbo populóque Dei illudens, artificiosâ ὑπαλλαγῇ κτὰ τὸ παρηχεῖν [m], per parechesin sive paronomasiam, appellatur *Dumah*, hoc est, *silens*; quo pronunciatur tacitè, pro eo quòd clamosa fuerit insolentissimè, irruente Dei judicio silentem fore [n]. Brevis est hæc prophetia, ideòque obscura. Causa exitii Dumæ certò cognosci nequit [o]. ¶ *Ad*, &c. [אֵלַי קֹרֵא מִשֵּׂעִיר] *Ad me clamat* (vel, *clamans*, Mo. sub. *quispiam*, V. sic Pi. vel, *clamatur*, Ca. Angl.) *è Seir*, P. V. Ti. &c. i. e. è montanis Seir, ubi degebant Idumæi [p]. Qui *Dumam* pro Idumæa accipiunt exponunt hoc de Idumæis Prophetam, vel seriò, vel per irrisionem, alloquentibus. Qui prophetiam hanc de Dumæis intelligunt exponunt, vel de voce Dei ad Prophetam, de exitio quod iis ab Edomitis contingeret; vel de sono & clamore apparatûs bellici audito de monte Seir, & de Edomitis eos invasuris [q]. Quidam ex Idumæis illis ad mare habitantibus ad me clamat, ait Duma [r]. Q. sic distinguunt, *Ad me clamat, Ex Seir*: q. d. Videor mihi audire vocem Dei aut Angeli, dicentis, De Seir venient propediem qui perdent Dumah †. ¶ *Custos*, &c. [שֹׁמֵר מַה־מִּלַּיְלָה שֹׁמֵר מַה־מִּלֵּיל] *Custos*, vel *Vigil*, *quid de nocte? custos*, vel *vigil*, *quid de nocte?* M. P. Mo. Pi. sub. *dicis?* Pi. vel, *refers nobis?* Nihílne strepitûs audivisti? an tuta sunt omnia [t]? Hæc est clamantis vox: Sententia est, Quid, ô speculator, nobis de nostro statu in hac nocte significas? ecquid de hostibus exploratum habes? vivimúsne? an funditus perimus [v]? De nocte quærit, quia hæc insidiis & periculis magis opportuna [x]. *Quid accidit ex quo nox est?* Timebunt, inquit, maximè, surgéntque nocte, & interrogabunt vigiles, dicéntque, *Custos*, &c [y]. *Custos, quid*, &c? Trepidationis summíque pavoris descriptio *. Al. Quota est noctis hora? Obsessi enim à Chaldæis, præ metu non sat observabant singulas noctis horas [z]. Quantum ad lucem superest temporis? In luce putabant leviorem fore mentis angorem [a]. Vigiles (à quibus hoc quæsitum) erant vel ipsorum Dumæorum, vel vicinorum Idumæorum [b]; discrimen enim commune erat [c]. Al. Miles, quid ità nocte advenis? Milites honorifico vocabulo appellantur *custodes terræ* [d]. Al. Alloquuntur hîc Prophetam Esaiam, vel, 1. seriò, qu. d. Quid prævides? vel, Quid nobis suades? Etiam impii in calamitatibus suis Prophetas Dei consulunt. Vide 2 Reg. 3. 12, 13. & 5. 3, 5. &c *. Vel, 2. per irrisionem [f]. q. d. Heus tu *vigil*, qui te à Deo constitutum profiteris, ut speculeris & annuncies quid mali nobis aliísque eventurum sit [g]; qui te custodem esse gloriaris, & excubare pro salute populi, judiciáque Dei explorare [h]; *quid dicis de nocte?* i. e. de cladibus quæ, instar noctis, nobis molestæ futuræ sint [i]; quas alii toties cantârunt nobis eventuras esse [k]. Epizeuxis, [sive repetitio,] *Vigil, quid*, &c? hîc notat affectum irridendi. q. d. Tu minatus es nobis noctem, i. e. calamitates; sed nos interim fruimur tempore matutino, i. e. felici & jucundo, posteaquam jugum Jorami vestri excussimus. Vide 2 Reg. 8. 20 [l]. *Vigil quid de nocte? vigil quid loquitur?* JT. ut abundet י in לַיְלָה [m]; nam מִלֵּל signif. *loqui*, Job. 8. 2. Psal. 106. 2 [n]. Sed probabilius est eandem sententiam per omnia repeti [o]: & לֵיל idem esse cum præc. לַיְלָה, per enallagen statûs [p], [constructi pro absoluto.] לֵיל pro לַיִל non est inusitatum. Vide Esa. 15. 1. & 16. 3. & 30. 29. Sic & חֵיל pro חַיִל, Esa. 36. 2. Obad. v. 20 [q]. מִן hîc valet, *de*, & notat sermonis objectum [r]. *De nocte*, pro, *in nocte*; ut, *de* (pro, *in*) *carne*, Job. 19. 26. &, *de* (pro, *in*) *urbe*, Ps. 72. 16 †.

12. *Dixit* (vel, *Dicet*, præt. pro fut [t]. *Dicit*, JT. Pi. i. e. Respondet ad præcedentem interrogationem [v].) *custos*] Ità Mo. P. M. h. e. ego Jesaias, verè vigil, licèt ità à vobis per contemptum vocatus [x]. ¶ *Venit*, &c. [אָתָא בֹקֶר וְגַם־לַיְלָה] Obscurum hoc est, sed triste aliquid sonat; alioquin prophetia hæc nomini ejus (*onus*) non responderet [y]. *Venit* (*Advenit*, Di. *Advenerat*, JT. *Venit* quidem, Pi. *Veniet*, V.) *manè*, *&* (vel, *sed*, JT. Pi.) *etiam* (vel, *etiamnum*, Di.) *nox*, M. P. Mo. &c. sub. *est*, Di. vel, *advenit*, JT. vel, *veniet*, Pi. [Variè explicant. Idem interrogabitis cras manè, & cùm supervenerit nox; & tamen nihil proficietis [z]. Solicitudo non erit unius diei: quod hodie vobis renuncio, cras nunciabo. Si nunc metuitis, cras etiam metuetis, & inter vitam & mortem suspensi hærebitis [a]. Al. Concedo equidem vobis illuxisse manè, quum jugum Jorami excussistis: scitote tamen noctem venturam, i. e. cladem per Assyrios [b]. Al. Præterierunt tenebræ terrestres, sed non tenebræ afflictionum. Orta nobis est lux Solis, & tamen revera adhuc nox est: certa adest calamitas [c]. Venit *manè* propriè acceptum, est tamen *nox* metaphorica [d]. Cum Sole oritur nova velut nox, crassa & terribilis *. *Venit*, &c. i. e. Floruit Babylon, sed cecidit [f]. *Succedet manè post noctem*; atque ideo si per noctem nihil mali incidit, sequenti die incidere potest [g]. Al. *Venit manè*, & quæritis de hostibus; *venit nox*, & hoc ipsum quæritis; id quod muliebris ingenii est: nec tamen vos ad arcendum hostem comparatis [h]. Interrogatio hæc est hominum parùm res suas curantium, &c. Succedit nocti dies, & diei rursus nox. Nihil aliud audire digni estis [i]. Nihil habeo quod vobis respondeam, nisi quòd quàm certò nox succedit diei, tam certò ingruet vobis calamitas, &c [k]. ¶ *Si*, &c. [אִם־תִּבְעָיוּן בְּעָיוּ שֻׁבוּ אֵתָיוּ] *Si quæritis*, (vel, *inquirere vultis*, Di. sim. Pi. Ca. vel, *quæsituri estis*, JT. scil. per me ex Domino quid eventurum sit vobis [l],) *quærite*; (scil. seriò, non per ludibrium, ut antè †;) *revertimini*, (scil. à viis vestris malis *,) *venite*, Mo. P. Pi. &c. sim. Ti. Ca. nempe ad nos, qui sumus populus Dei †. [Variè accipiunt.] Si effugium à malis quæritis, quærite, ut oportet, à Deo; resipiscite; tunc fidenter cum hoste confligite [m]. Congruit hic sensus, 1. cum Prophetarum spiritu, qui id unicè agunt, ut homines à peccando retrahant: 2. cum aliis de Idumæa vaticiniis [n]. Al. Frustrà eam [nempe Babylonem] quæretis; *convertimini*, i. e. vertite vos ad nos, & *venite* quamprimum ad nos tuendos, qui periculo propiores sumus [o]. Al. q. d. Facimus vobis potestatem frequenter inculcandi hanc interrogationem; interrogate quantum voletis; *venite*, sub. *ut iterum quæratis*: nihil tamen proficietis [p]. Inquirite diligenter, ite, redite, venite; non

[i] Jun. [k] Mc. sic Pi. [l] Pi. [m] Mc. [n] T. [o] Pi. sim. San. [p] Pi. [q] San. sim. Ang. [r] Ang. † San. [t] Oecol. sim San. Ang. ex He. [v] Oecol. [x] Luth. [y] Musc. [z] V. sim. Ang. [a] G. [b] G. [c] Ang. [d] V. * M. [f] Jun. [g] Ang. † Jun. [h] Q. in Ang. [i] Ang. [k] Jun. Pi. [l] Ang. ex Jun. [m] Glass. gram. 4. 3. 4. 766. ex Jun. paral. [n] Glass. rhet. 1. 22. 512. ex Jun. paral. [o] Calv. [p] Pi. [q] Ang. [r] G. † Q. in V. [t] Di. [v] Mc. [x] San. [y] V. * Cs. [z] T. [a] Q. in San.

[b] Q. in Ang. [c] Calv. [d] G. * Q. in Ang. [f] Al. in Ang. [g] Pi. [h] Jun. [i] Pi. [k] Jun. [l] Pi. [m] Pi. [n] Ang. [o] Pi. [p] Di. sim. Pi. Ang. [q] Ang. [r] Pi. † Ang. [t] V. [v] Pi. Ang. [x] Pi. [y] Ang. [z] V. [a] Calv. [b] Pi. ex Jun. [c] Di. [d] Glass. ex Flac. * Q. in Glas. rhet. 1. 10. 234. [f] G. [g] M. [h] San. [i] For. [k] Q. in Ang. [l] Pi. sim. Ang. † Pi. * Idem. † Id. [m] Mc. sim. San. [n] San. [o] G. [p] V.

non aliter quàm dixi rem ſe habere deprehendetis [q]. *Convertimini, venite*, i. e. redite ; ut Dan. 9. 25. Mal. 1. 4. Sic,— *nunc, nunc properandus & acri Fingendus ſine rota*—Perſ. ſat. 3. i. e. propere fingendus. *Vaſcula intus propera atque elue*, Plaut. Aulul. i. e. propera eluere [r]. Sic Gen. 26. 18. *reverſus eſt & fodit*, i. e. iterum fodit. Vide & 1 Sam. 3. 5, 6 †. Al. *Quamvis* (ità אם ſumitur Job. 14. 7, 8. & 16. 6. & 17. 13.) ſæpe & diligenter quæratis, aliam tamen non reportabitis reſponſionem [r]. בְּעָיוּ verbum eſt vel Arabicum; vel Syriacum : nam & in Chald. verſione V. T. & in Syriaca N. T. ſæpe occurrit ; & *fervidam inquiſitionem* denotare videtur, cùm cor alicujus intra ſe *bullit*, (ut verbum ſign. Eſa. 64. 2.) nec quietum eſt, ſed perpetuò rei inquirendæ intentum [v].

13. *Onus in*, &c. בַּעְרָב] *In* (vel, *ad*, M. *contra*, Angl. ut Exod. 14. 25. & 20. 16. Num. 12. 1 [x]. *ſuper*, V.) *Arab*, ſive *Arabiam*, Mo. P. JT. Pi. ſub. *imponendum*, Pi. ſim. Angl. *De Arab*, i. e. de deſtructione Arabiæ [y]. *Arabiam* hîc intellige, vel in genere, cujus pars erat Dumah præcedens [z] ; vel Cedarenam [a], verſ. 16 [b] ; vel Petræam, Judææ Ægyptóque conterminam, quæ proinde ſæpius Æthiopibus & Ægyptiis operam ſuam commodaverat contra populum Dei, ac fortaſſe etiam Tirhakæ contra Sancheribum [c]. ¶ *In ſaltu*, &c. בַּיַּעַר בַּעְרַב תָּלִינוּ אֹרְחוֹת דְּדָנִים] *In ſaltu*, vel *ſylva*, vel *nemore*, (vel, *Per ſylvas*, JT. Pi. quò homines in periculis confugere ſolent [d] ; Heb. *In ſylva*, collectivè * ;) *in Arab*, vel *Arabia*, (vel, *Arabiæ*, Ca.) *pernoctabitis*, (vel, *morabimini*, Mo. P. pernoctare cogemini [f] ; latebitis [g], metu Aſſyriorum [h],) *ſemitæ Dedanim*, Mo. P. V. vel, ô *cœtus commeantes* (Hebr. *itinera*, vel *ſemitæ* ; meton. ſubjecti, ut Gen. 37. 25 [i].) *Dedanæorum*, JT. Pi. ſim. Ang. i. e. poſterorum Dedanis, Gen. 25. 3 †. Al. *in viis Dedanim*, M. Ti. ſim. o'. Sy. Ar. vel, *quà iter eſt Dodanim*, Ca. Exprimit quò ſe recipient * ; nempe, quâ parte ſolitudo versùs Dedanæos extenditur †. Vox [אֹרְחוֹת] propriè *ſemitas* ſign. Gen. 49. 17. Job. 6. 18. atque ità deficit hîc particula, ut Hoſ. 6. 9. in *via*, vel, ſuper, ſive juxta, *viam*, &c. Veruntamen אֹרֵחַ Job. 34. 8. *viatorem* ſign. Vide & Jer. 9. 2. & 14. 8 [k]. *Semitæ* hîc pro iis qui iter faciunt accipiuntur [l] : ſimil. 2 Sam. 12. 4. Job. 6. 19. Quanquam non neceſſe eſt à proprio vocis uſu deflectere [m]. Senſus, O viatores Dedanitæ, (ſolebant enim frequenter ire in Arabiam ,) qui antea ſolebatis pernoctare in tentoriis Arabum, poſthac nulla invenietis, quoniam Arabia erit deſtructa [n]. Al. Significat Arabes, præ ſummo metu relictis domibus, in ſylvas confugituros [o]. Meliùs [locum] vertas, *An ità quieſcetis in ſaltu Arabum, viiſque Dedanim?* De *Dedan* vide Gen. c. 25. v. 3. An nunc tempus eſt otiandi [p] ?

14. *Occurrentes*, &c. לִקְרַאת צָמֵא הֵתָיוּ מָיִם] *In occurſum*, vel *Obviàm*, *ſitienti* (vel, *ſitientibus*, Ca. vel, *ſitientium*, ſing. pro plur [q]. vel, ite *ſitienti*, Pi.) *venite*, *aquæ*, Mo. P. vel, *venite*, & ferte *aquam*, ut Gen. 27. 9. vel, *venire facite*, ut verbum in forma activa ſumatur ; vel, quod malim, *venite* cum *aqua*, ellipſi particulæ, ut v. 7 [r] ; vel, *proferte aquas*, Ti. *ferentes aquam*, Ca. vel, *venientes afferant aquas*, JT. vel, *afferte* ei *aquam*, Pi. vel, *tulerunt aquam*, M. rem in illis locis raram †. [Variè hæc verba accommodant.] 1. Spectant Iſraelitas ab Aſſyriis pulſos ſedibus ſuis, &c. Monet ergò Arabes, ut profugos cum aqua humaniter accipiant [t] : Quod quia non facturi erant, eis minatur [v]. *Tulerunt*, &c. Ironia : non enim erant hoſpitales in profugos [x]. 2. Senſus eſt, Tempus erat jam refovendi Aſſyrios, fœderatos veſtros [y]. 3. Senſus, Excipite Arabes fugientes ſiti confectos, alioquin perituros [z]. Significat Arabes ità perculſos metu, ut, fugæ tantùm intenti, ſine ullo viatico fugerent in regionem Dedanim [a]. ¶ *Qui habitatis terram Auſtri*] Sim. o'. Ch. Sy. Ar. Id תֵּימָן eſſet [b]. ¶ תֵּימָא] *Themæ*, Pi. ſic Mo. P. &c. ô *incolæ Themæ*, G. Regio hæc Iſmaelitarum, nam *Thema* fuit filius Iſmaelis, Gen. 25. 15 [c]. ¶ *Cum*, &c. בְּלַחְמוֹ קִדְּמוּ נֹדֵד] *Cum pane ejus*, ſive *ſuo*, (vel, *eorum*, Q. in V.) *prævenite* (vel, *præveniant*, JT. V. præt. hîc pro fut. & fut. vice deprecationis [d] : vel, *excipite*, Ca. *prævenerunt*, M.) *vagantem*, ſive *profugum*, Mo. P. M. JT. Ca. vel, *occurrite profugo*, Ti. Pi. Id eſt, vel, 1. Aſſyrio * : vel, 2. profugis Dedanæis [f]. Afferant eſcas illis neceſſarias, & quibus opus habent [g] : panem, non qui debetur, ſed quo indigebunt. Ità inclamat vicinos, non ut hortetur ad officium, ſed ut rem dilucidè exprimat [h].

15. *A facie*, &c. כִּי מִפְּנֵי חֲרָבוֹת נָדָדוּ] *Quoniam* (vel, *Qui*, Ca.) *propter gladios* (vel, *à facie gladiorum*, Ti. ſic Mo. P. vel, *metu gladiorum*, Pi. vel, *à coram gladiis*, Angl.) *profugi facti ſunt*, M. &c. q. d. Non eſt vanus eorum timor [i], nam hoſtes acriter eos perſequentur [k]. Medi inſequentur [l] [eos.] ¶ *A facie*, &c. מִפְּנֵי חֶרֶב נְטוּשָׁה] *Propter gladium extentum*, M. ſic JT. *à facie* (vel, *metu*, inquam, Pi.) *gladii diſtricti*, Ti. vel, *evaginati*, vel *politi & terſi*, vel *ſplendentis*, Q. in V. vel, *expanſi*, Mo. Angl. ut Jud. 15. 9. 1 Sam. 4. 2. & 30. 16. nempe per totam eorum regionem [m] : vel, *extenſi*, Pi. Angl. & jam ſuper capita eorum caſuri, ut verbum uſurpatur Num. 11. 31 † : vel, *dimiſſi*, For. Angl. Ità verbum ſumitur Gen. 31. 28. Deut. 32. 15 *. Intellige cædem graſſantem abſque lege, jure & modo [n]. *A gladio evaginato*, Ang. ¶ *A facie gravis*, &c. וּמִפְּנֵי כֹּבֶד מִלְחָמָה] *Et* (vel, *denique*, Pi.) *propter gravitatem belli*, M. JT. i. e. bellum graviſſimum [o]. *Et à facie*, ſive *conſpectu*, *gravitatis* (vel, *atrocitatis*, Sy. vel, *ingraveſcentis*, Ti. vel, *fortitudinis*, Ch.) *prælii*, P. Ti. &c. *& propter multitudinem eorum qui ceciderunt in bello*, o'. ſic Ar. *& ab acerbitate belli*, Ang.

16. *Adhuc*, &c. בְּעוֹד שָׁנָה וגו' וְכָלָה וגו'] *In termino*, vel *fine*, *anni*, (Heb. *In adhuc* eſſendo *annum*, id eſt, Dum adhuc erit annus [p] : *Adhuc intra annum*, Ti. ſim. JT. Pi. *Adhuc eſt annus*, M. *Exacto anno*, Ca. V.) *ſicut anni mercenarii*, (i. e. anno integro ; nam anni mercenarii ſunt præciſi, neque redundantes, neque diminuti [q] : anno certo & definito [r] : q. d. Sicut anno mercenarii elapſo, mox datur ei ſua merces, nec differtur in aliud tempus † : vide ad Eſa. 16. 14 [t].) *& conſumetur omnis gloria Cedar*, P. &c. *& deficiet*, &c. M. *& finietur, peribit & evaneſcet*, V. vel, *tum deficiet*, &c. JT. Pi. Calv. vel, *deficiet*, P. ut copula redundet [v]. *Gloria*, i. e. multitudo, potentia, & opes [x], quæ in pecudibus erant [y]. *Cedar*, i. e. Cedræorum ſive Scenitarum Arabum, qui, ab Iſmaele nati, Geneſ. 25. 13. cum poſteris Cethuræ in unam gentem coaluerant [z]. *Kedaris*, id eſt, poſterorum Kedaris, filii Iſm. qui erant Arabes Scenitæ, Pſalm. 120. 5. Hic autem ſermo eſt de Petræis. Eſt ergò ſynecdoche gemina : una, ſpeciei pro genere, altera, generis pro ſpecie [a]. Porrò, annus hic initium capit vel, 1. à captivitate duarum tribuum, aut ab ea inclementia quam in Judæos profugos oſtenderunt Arabes [b] : vel, 2. à die prophetiæ [c]. Videtur autem hoc malum Arabibus iſtis illatum vel, 1. per Æthiopas [d] ; vel, 2. per Sargonem, vel Sennacheribum *. Al. Non dicit hîc quando incipiet hæc calamitas, ſed quamdiu durabit [f].

17. *Et*, &c. וּשְׁאָר מִסְפַּר קֶשֶׁת גִּבּוֹרֵי וגו'] *Et reſiduum*, vel *reliquiæ*, *numeri* (vel, *reliquus numerus*, Ti. JT. Pi. vel, *numerus qui reſiduus manſerit*, M.) *arcûs* (vel, *ab*, ſive *de*, *arcubus*, M. Ti. vel, *arcuum*, Ca. o'. ſing. collectivè poſitum [g] ; vel, *jaculatorum*, JT. Pi. Sy. Ang. Heb. virorum *arcûs*, Pi. Angl. vide Eſa. 17. 5. & 22. 3 †; vel, arcu jaculantium, P.) *fortium filiorum Cedar imminuentur*, Mo. P. &c. vel, *de fortibus*, &c. M. Ti. vel, *potentes*, &c. JT. vel, videlicet *potentes è Kedarenis*, &c. Pi. *Reliquias numeri* vocat, vel, 1. paucas, quæ facilè numerantur [h] ; ut Deut. 33. 6. Eſa. 10. 19 : vel, 2. multas, quæ difficulter numerantur ; ut Num. 23. 10. Pſalm. 147. 4 [i]. Senſus, Sagittarii pauci, iique fortes, qui ſupererunt, indies fient pauciores numero [k].

CAP. XXII.

1. ONus vallis viſionis] Ità Mo. P. M. &c. *Vallis viſionis* dicitur, vel, 1. Hieroſolyma [a]. Quæ dicitur *vallis*, vel, 1. quia, cùm priùs inclyta, jam abjecta facta erat propter ſcelera [b] : quòd victa & deſtructa demittenda eſſet in vallem [c] : quòd inſtar vallis depri-

menda

[Margin, left column: q Di. r Caſaub. in Ga. † Ang. r Q. in Ang. v Ang. x Ang. y Q. in Ang. z Ang. a Ang. G. b Ang. c Jun. d Ang. * Pi. f V. g Jun. h Pi. ſic Jun. i Pi. † Idem. * Calv. † Muſc. k Ang. l V. ſim. Ang. m Ang. n V. o Calv. p G. q V. r Ang. † Ang. t San. ſim. Me. v San. x M. y G. z V. a Calv. b Ang. c Pi. Ang. d V.]

[Margin, right column: * G. f Pi. g V. h Calv. i Ang. k Calv. l G. m Ang. † Idem. * Id. n For. o Ang. p Pi. ſim. Ang. q V. r Ca. † Pi. t Ang. v Ang. x Pi. Ang. y Ang. z G. a Pi. b San. & Hi. c V. ſim. Ang. d Ang. * G. f Q. in Ang. g Ang. † Idem. h V. i Ang. k V. a M. V. Ca. For. G. b Me. c V. ex Hemenda]

menda erat judicio Divino †. [Vel, 2. à situ,] quia in valle posita est [d]. At ea stetit super montem, Psal. 87. v. 1. Resp. Quamvis præcipua ejus pars super collem, vel Moriam, vel Sionem, sita erat, *vallis* tamen dicitur *, quia urbs [magnâ parte] subjecta erat monti Sion [f]; vel, quia montibus seipsa multò celsioribus cingebatur. Confer Psal. 121. 1. & 125. 2. Esa. 52. 7. Jer. 3. 23 [g]. Dicitur *vallis visionis*, vel, 1. à monte Moria, quod *visionem* sign [h]. vel, 2. propter prophetias [i], quæ ibi erant in magna copia [k]; quòd eo tempore Prophetarum visis illustrabatur: quod cùm maximum esset Dei beneficium, à multis parvi fiebat [l]. Et quia Deus ibi præsentiam suam exhibebat; & quia sedes hæc erat Prophetarum; ad quam propriè olim prophetiæ, cùm aliæ omnes, tum hæc ipsa, pertinuerunt [m]. Vel, 2. *vallis visionis* hîc vocatur Judæa [n]. Quæ *vallis* dicta, quòd cincta erat montibus [o]: & *visionis*, ob Prophetas, qui *Videntes* dicebantur, 1 Sam. 9. 9. Subest & tacita antithesis: minus enim lucis est in vallibus, &c. at hanc vallem magis lucidam esse significat quàm eas regiones quæ omni ex parte Soli expositæ sunt [p]. ¶ *Quidnam*, &c? [מַה לָּךְ אֵפוֹא כִּי עָלִית כֻּלָּךְ לַגַּגּוֹת] *Quid tibi* (vel, *vobis*, Ch.) *nunc*, sive *jam*, (vel, *tandem*, Ca. vel, *hîc*, M. Ti. sub. *negotii*, Ti. Angl. & sub. *est*, M. Ti. JT. Pi. vel, sub. *accidit*, V. Ca. i. e. Quæ causa te movet [q],) *quia*, vel *quòd*, *ascendis*, vel *ascendisti*, *omnis*, vel *tota*, vel *universa tu* (vel, *ascendistis universi vos*, Ch.) *in tecta?* Mo. P. M. JT. Pi. &c. quæ in Palæstina plana erant [r]. Eò ascendebant vel, 1. ut exercitui cœli sacrificarent; vide Jer. 19. 13 †: vel, 2. ad lamentandum; confer Esa. 15. 3. Jer. 48. 38 [t]: vel, 3. ut circumspicerent num auxilia venirent; vel, ut alios inclamarent quò opem ferrent [v]: vel, 4. ut indè telis & militibus hostes propulsarent [x]; salutis causâ [y]; ubi vel tuti essent, vel unde se defendere possent [z]; vel, ut ibi se absconderent [a]: vel, 5. quòd attoniti eò fugerent [b], quasi jam ad muros esset hostis. Cùm hæc pronunciavit & scripsit Esaias, nondum Eliacim erat Magister domûs Dominicæ, sive κυριοπαλάτης quam dignitatem, secundùm ea quæ hîc vaticinatur Esaias, postea accepit, eámque gessit cùm Sennacheribus venit ad urbem, 2 Reg. 18. 18, 37. Quare hæc visa dictáque sunt cùm Salmanasar Samariam cepisset, & Sobna, tunc adhuc Magister domûs Dominicæ, homo impius, & ex Achazi disciplina, Deo Prophetísque diffisus, deditionem faciendam Salmanasari censeret, multósque haberet ejus socordiæ socios [c]. Quòd Interpretes hanc prophetiam referunt ad tempora captivitatis Babylonicæ, nobis minimè placet, quia hæc singula ad tempora Chizkijæ pertinent [d].

2. *Clamoris plena*, [תְּשֻׁאוֹת וגו׳] *Tumultuationibus* (vel, *Turbarum*, Ca. vel, *Strepitibus*, M. Ang. vel, Quòd *fragoribus*, JT. Pi. clamoribus fragosis *,) *plena*, Mo. For. &c. ob metum & consternationem [f]. Vox signif. exclamationes, vel lætas, ut Zach. 4. 7. vel lugubres [g]. ¶ *Urbs frequens*, [הוֹמִיָּה] *Tumultuans*, Mo. P. *turbulenta*, M. *strepera*, JT. Pi. i. e. quæ perstrepebat omni genere hilaritatis [h]: *populosa*, Ca. *fremens*, vel *vociferans*, h. e. Quæ antea populosa eras, & ob id plena clamoribus & lætitiâ [i]. ¶ *Exsultans*] Ità Ti. Ca. sic JT. Pi. sub. *olim*, Ti. sim. JT. Pi. ¶ *Non* (sub. *sunt*, Pi. vel, *erunt*, P.) *interfecti gladio*] Sic M. P. Ti. Mo. vel, *gladii*, ut Num. 19. 16. Lam. 4. 9. nam חֶרֶב regitur à voce præcedenti [k]. ¶ *Nec—bello*] Sed vel fame [l], & peste, in obsidione Chaldæorum, vide Jer. 14. 18. & 38. 2 [m]; vel fugâ, ut imbelles fœminæ [n]: vel, mortui ex anxietate [o]: tanquam mortui, præ metu, ante prælium [p]. Metu solo exanimantur [q].

3. *Principes* (vel, *gubernatores*, Mo. *ductores*, JT. Pi.) *tui fugerunt* (vel, *fugient*, Q. in V. vel, *vagati sunt*, Mo. simil. JT. Pi.) *simul*; ità P. &c. vel, *pariter*, JT. Pi. [קְצִינַיִךְ נָדְדוּ יַחַד] Prædicit fugam Zedeciæ & militum [r]. *Fugiunt*, i.e. transfugium adornant †. *Vagantur*, nescii quò se vertant, quídve consilii capiant [t]. ¶ *Duréque*, &c. ità ο'. sim. Ar. [מִקֶּשֶׁת אֻסָּרוּ] *Ab arcu ligati sunt*, Mo. *Ab arcu*, i. e. metu sagittariorum, qui plurimi in exercitu Assyrio: & connectendum hoc cum verbo *fugerunt* [v]. *Ligati sunt*, i. e. conjurârunt inter se ut fugam caperent [x]. [Simil. Ti. qui locum sic distinguit, *Profugi sunt ab arcu; vincti sunt*. Sic & Calv. *Profugerunt pariter ab arcu; vincti sunt*. Reliqui ferè מִקֶּשֶׁת jungunt cum אֻסָּרוּ.] *Simul sine arcubus* (i.e. sine prælio) *vincti*, Ca. *A sagittariis vincti sunt*, M. simil. P. V. *A facie arcûs extenti transmigraverunt*, Ch. *Ab arripiendo arcu retardantur*, Sy. *Ità vincti sunt, ut non utantur arcu*, JT. vel, *ut arcum adducere nequeant*, Pi. Sic, *à loquendo*, 1 Sam. 25. 17. i.e. nè possint loqui; *à videndo*, Ps. 69. 24. i. e. nè videant, Rom. 11. 10. Vide & 1 Sam. 15. 23. Hos. 9. 12 [y]. Sensus, Oppressi sunt metu ac velut constricti, ità ut arma capiendi non sit illis animus [z]. ¶ *Omnes*, &c. [כָּל־נִמְצָאַיִךְ אֻסְּרוּ יַחְדָּו מֵרָחוֹק בָּרָחוּ] *Omnes* (vel, Quòd *omnes*, Pi. Angl.) *inventi tui* (vel, *in te inventi*, Ca. sim. M. P. Pi. Ang. G. i. e. qui in te sunt, ut Esth. 1. 5. Esa. 39. 2 [a]: vel, *Quicunque præsentes sunt tuorum*, JT. vel, *Omnes*, inquam, *in te reperti*, Calv.) *vincti sunt pariter, à longè fugerant*, Mo. vel, & *à longinquo* (i. e. dum hostis procul abest [b]) *fugiunt*, Pi. vel, *qui* (vel, & sic *qui*, P.) *procul*, vel *à longè, fugerunt*, vel *fugerant*, M. P. V. vel, & *longissimè aufugerunt*, Ti. Alii, & qui *eminus fugient*; i. e. etiam cùm procul fuerint ab Jerusalem, adhuc fugient: q. d. Omnes, sive fugerint, sive non, venient in potestatem hostium [c]. *Omnes*, i. e. Principum plurimi; *fugerunt*, i. e. fugam parant [d].

4. *Propterea dixi*] Hîc respondet Prophetæ civitas Hierosolyma. Illud autem, *propterea*, referendum est ad id quod sequetur *. ¶ *Recedite*, &c. [שְׁעוּ מִנִּי] *Mittite*, vel *Dimittite*, vel *Sinite*, *me*, ο'. Ch. Sy. Ar. M. V. vel, animam meam [f]. *Respicite* (vel, *Desistite*, Calv. vel, *Cessate*, P. vel, *Avertite* oculos, Ti. vel, *Respicite* aliorsum, JT.) *à me*, Mo. P. &c. q. d. Relinquite me solitudini meæ & luctui [g]. ¶ *Amarè*, &c. [אֲמָרֵר בַּבֶּכִי] *Amaritudine afficiam* (vel, *Exacerbabo*, M. sub. *me*, vel, *animam meam*, P. M. JT. Pi.) *fletu*, P. sic M. vel, *in isto fletu*, JT. *ut amaro fletui indulgeam*, Ti. *Sinite me amarè flere*, Pi. sim. Ca. *Amarè flebo*, Ch. Ang. ¶ *Nolite*, &c. [אַל תָּאִיצוּ לְנַחֲמֵנִי] *Nè festinetis* (vel, *contendatis*, Q. in V. sic ο'. vel, *urgeatis*, Ti. JT. Sy. vel, *instate*, Pi.) *consolari* (vel, *in consolando*, JT. vel, *ut consolemini*, Ti. Sy.) *me*, Mo. P. *Non per vim consolabimini me*, M. Nè incumbatis in hoc ut me solemini [h]. q. d. Tanta erit vastitas, ut nullus sit consolationi locus [i]. Confer Genes. 37. 35. Jerem. c. 31. v. 15 [k]. ¶ *Super vastitate filiæ populi mei*] Sic Calv. Nimirum *propter vastationem filiæ*, &c. Pi. i. e. popularium meorum [l], qui sunt quasi filia Dei; vel, qui mihi chari sunt tanquam parenti filia *. Nempe vel, 1. decem tribuum, quæ ejusdem mecum sunt sanguinis, quæque ità sævè tractantur, cædibus, vastatione, exilio [m]: vel, 2. Hierosolymæ [n].

5. *Dies*, &c. [כִּי יוֹם מְהוּמָה וּמְבוּסָה וּמְבוּכָה לַאדֹנָי] *Quia dies* (sub. *est*, JT. Pi. &c.) *contritionis*, Mo. P. (vel, *commotionis*, sive *perturbationis*, M. Ti. V. Calv. ο'. Ang. ut Prov. 15. 16. Ezec. 7. 7 [o]; vel, *tumultûs*, Ca. Angl. ut Amos. 3. 9. Zach. 14. 13 †; vel, *vexationis*, JT. Pi. Angl. ut Ezec. 22. 5 *; i. e. tempus quo vexatur populus meus ab hostibus [p]: vel, *perditionis*, ut Deut. 7. 23 [q].) & *conculcationis*, Mo. Ti. M. P. Ang. &c. ut Esa. 18. 2 †. (vel, *depopulationis*, Ca. vel, *perditionis*, ο'.) & *perplexitatis*, Mo. V. Ang. (vel, *confusionis*, V. vel, *coarctationis*, P. sim. Calv. vel, *dissipationis*, M. nempe Israelitis [r],) *Domino*, Mo. Calv. JT. vel, *Domini*, M. vel, *à Domino*, Pi. Angl. Significat Dominum authorem esse hujus cladis †. q. d. Brevi inducturus est Dominus diem quo fracturus est vires hujus populi, & perditurus eam urbem [t]. Mihi autem (pergit dicere Hierosolyma) materia hæc est cum fletu clamandi ad Deum [v]. ¶ *Scrutans*, &c. [מְקַרְקַר קִר וְשׁוֹעַ אֶל הָהָר] *Diruens* (ad verb. *Exparietans*, V. Mo. vel, *Subruet* hostis, Q. in V.) *parietem*, sive *murum*, P. Mo. (sub. *urbis*, V. vel, *Diruens civitatem*, i. e. Quoniam hostis subvertit civitatem [x],) & *clamor ad montem*, Mo. P. M. sub. *tollitur*: שׁוֹעַ idem quod צַעַק *. Vel, & *clamans ad montana*, M. *Suffossor parietis*, & *clamor super montem*, nempe Samariæ; 1 Reg. 16. 24 [y]. *Mœnia contemplans*, & *ad montem proclamans*, Ca. Quidam convertunt singularia hæc in pluralia, *Subruent murum*, & *clamabunt ad montem*: q. d. Et interim hostes illi qui subruunt murum exhortabuntur

buntur alios ut ingrediantur urbem; quam hîc vocat *montem*, respiciendo situm, quòd esset sita in monte. Alii referunt hoc ad cives Jerusalem, q. d. *Cum clamore conferent sese in montem*; vel, *Egredientes cohortabuntur sese ut confugiant ad montem tutissimum**. Al. *Dies destructionis muri*, (i. e. munitarum civitatum Judææ†,) *& vociferationis ad montana*, JT. Pi. quo Judæi cum vociferatione currunt ad montana, ut se occultent. *Clamor* hîc intelligi potest vel, 1. civium lamentantium [z]; qui adeò altus, ut ad montes vicinos pertingat, &c. vide Esa. 15. 4, 5. Jer. 48. 34: vel, 2. quo exclamant fugientes, alii ad alios, *Ad montes, ad montes*, ceu tutum perfugium & hominibus & bestiis; vide Jer. 13. 16. & 16. 16. &c [a]: vel, 3. hostium clamantium, *Ad montem* Sion, ut alii alios animarent. Solent victores clamorem, augendi terroris causâ, attollere [b]. Alii jungunt hoc אל *Domino*, vel, *à Domino* [c], [vertúntque,] *diruenti*, vel *diruente, murum*, Ti. Q. in V. vel, *urbem*, Calv. *& clamanti*, vel *clamante, ad montem*, Q. in V. vel, *& clamor ad montem*, Calv. vel, *ut fragor in montibus reboet*, Ti.

6. *Ælam*, &c. ועילם נשא וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Pi. vel, *Atqui*, Calv.) *Helam* (vel, *Elamita*, JT. *Elamitæ*, Pi.) *tulit*, vel *portavit*, (vel, *sumpsit*, P. vel, *gestat*, JT. *gestant*, Pi.) *pharetram*, M. Mo. &c. Præterita Hebræis sunt [hîc,] ut & aliis sequentibus versibus; quibus rem futuram tanquam jam factam narrat: ea quidam vertunt in futura, *tollet, sumet*; q. d. Elamitæ venient oppugnatum Jerusalem, ferentes pharetras. Erant autem milites conductitii, utplurimum arcubus utentes [d]. *Elamitæ* hîc sunt vel Persæ †; vel incolæ Elymaidis, quorum plerique, Strabone teste, sagittarii erant [f]. Elamitæ olim erant periti sagittandi, Jerem. 49. 35. erant etiam hoc tempore subditi Regis Assyriæ [g]. ¶ *Currum*, &c. ברכב אדם פרשים] *In*, vel *cum, curru* (vel, *curribus*, JT. Pi.) *hominis* (vel, *hominum*, M. JT. Pi. quibus scil. homines in militia vehi solent [h]; sub. *stantes*, vel *sedentes*, Pi.) *equitum*, Mo. P. M. Significat milites tam qui vehuntur equis, quàm qui vehuntur curribus [i]. Vel, *& equitibus*, JT. Vel, *& equites*, repete, *gestant pharetram*, Pi. *Currus cum equitibus* accinguntur, Ti. *In curru vir est, equites sunt*: vel, *Ad currum hominis equi sunt*, Di. Nam פרשים etiam *equos* significare puto [k], tum quia apud Arabes id significat; tum quia ità sumi videtur in 1 Sam. 8. 11. 2 Sam. 1. 6. Esa. 21. 7. 9. & 28. 28. *equis suis non comminuet illud*. Equitum in bello usus est, equorum verò etiam olim in trituratione [l]. [Vide dicta ad Esa. 21. 7.] ¶ *Et*, &c. קיר גד'] וקיר ערה מגן] quidam appellativè reddunt, locúmque sic vertunt;] *Et parietem nudavit clypeus*, Vulg. Detracto enim clypeo qui ex eo pendebat, paries nudus apparet [m]. *Parietes clypeis nudantur*, Ti. *Et muro insidentes deprehenderunt clypeos*, Sy. *Et super murum adhæserunt clypei*, Ch. *Et parieti adhærere fecit clypeum*, ad pugnandum scilicet contra civitatem, & ut sub illis clypeis perfoderet murum [n]. Latiniùs verteris, *Et ad murum admovebit testudines*, ut obsidentes solent, quò defendantur ab injuriis civium, dum murum subruunt [o]. [Aliis קיר est nomen proprium, sic autem locum reddunt;] *Et Kir discooperuit* (vel, *denudat*, vel *manifestabit*, P. V. *eduxit*, G. vel, *depromet & exseret*, V. *expromit*, JT. Pi. è theca sua [p]; vel, *nudavit*, Di. sic Mo. Ang. marg. id est, detraxit clypeis tegumenta quibus arma extra belli tempora tegi solent, ut à pulvere & rubigine serventur: vel, *manifestavit*, sive *ostentavit*, extulit & hostium oculis objecit, in terrorem; vide Esa. 52. 10. Hab. 3. 9 [q]: vel, *levigavit*, sive *polivit*; nam ערה Æthiopicè sign. *planum, glabrum, æquale facere* [r]:) *clypeum*, M. &c. [Ca. versum sic reddit, *Et Elamitæ quidem ferunt pharetras in curribus: homines, equites & clypeos prodit Cyrene*.] E Cyrene venient qui oppugnabunt Jerusalem*. Sed non expendunt hi Cyrenem, utpote in Libya sitam, longè à Cir distare. *Kir* hîc intellige, non illam Moabi, de qua Esa. 15. 1. sed aliam in Media [t], eo tempore subditam Assyrio [v]: 2 Reg. 16. 9. Amos. 1. 5 [x]. Per *Kir* synecdochicè Media, & metonymicè Medus, intelligitur. *Kir* propriè est Syro-Media, pars Mediæ, sic dicta ab ea deportatione 2 Reg. 16. 9. Appellatur autem *Kir*, i. e. *murus*, quòd monte Zagro, ceu muro, circumquaque cingatur [y]. *Kir*, i. e. Medus [z]. Medi in exercitu Sanheribi [a].

* V. † Calv. [z] Pi. sim. Jun. [a] Ang. [b] Calv. [c] V. [d] V. † Ang. [f] Bp. 2. 2. 78. [g] Ang. [h] Pi. sim. V. [i] V. [k] Di. ex Merc. [l] Di. [m] Me. [n] Q. in V. [o] V. [p] Pi. [q] Ang. [r] Di. * V. sim. Calv. [t] Ang. [v] Ang sim. G. [x] Ang. [y] Glass. gram. 4. 3. 17. 862. [z] ... [a] Pi.

7. *Et erunt*, &c. ויהי מבחר עמקיך מלאו רכב] *Et erit*, (vel, *Et fuit*, Mo. Calv. *Et fiet ut*, Pi.) *electio* (*electissima*, M. sic Ca.) *vallium tuarum* (vel, *electæ valles tuæ*, P. Pi. sic dictæ, vel ob copiam frugum & vitium [b], vel ob amœnitatem [c],) *repletæ sunt* (vel, *repleta sit*, Calv. vel, *replebuntur*, Q. in V. vel, *impleantur*, Pi.) *curru*, V. Mo. vel, *curribus*, Pi. M. &c. *Eveniet enim lectissimis tuis* (ô vallis visionis [d],) *convallibus, ut impleantur curribus*, JT. scil. militaribus hostium*. Hîc Propheta sermonem resumit, & ea quæ aliquando per Sennacheribum eventura erant prænunciat: Etiam *tuæ valles*, i. e. loca suburbana, implebuntur copiis gentis ejusdem†. Potiùs, reducit illis in memoriam angustias suas in obsidione Sennacheribi [f]. Hic enim versus & præcedens à superioribus disjungi debent. Priùs ea prædixit quæ ventura erant Judæis: nunc ostendit quàm meritò puniti sunt, & exprobrat eis pervicaciam suam, quòd, castigati à Domino, non resipuerint [g]. ¶ *Et equites ponent*, &c. שות שתו השערה] *Ponendo posuerunt* (vel, *ponent*, V. Pi. vel, *continenter ponant*, JT. Pi. sub. *se*, vel *faciem suam*, V. M. Ang. &c. nempe hostiliter [h]; vel, sub. *castra*, JT. Pi. vel, *instruendo instruerent*, Calv. vel, *dirigent* aciem, ut subaudiatur מלחמה [i]; vel, *locando locaverunt se*, P.) *ad*, vel *versùs, portam*, Mo. M. JT. Pi. V. i. e. Convertent se ut oppugnent portas tuas [k]. Vel, *in porta*, P. *incunctanter portas adoriuntur*, Ti. Audaciam & potentiam hostium hîc significat [l].

8. *Et*, &c. ויגל את מסך יהודה] *Et reteget*, vel *revelavit*, (vel, *transtulit*, M. Calv. *discooperuit*, Mo. P. sub. *Deus*, Q. in Angl. vel, sub. *hostis*, M. P. JT. Pi. vel, indefinitè accipitur, *sustulit*, pro, sublatum est [m],) *operimentum Judæ*, Pi. V. &c. Id est, vel, 1. thesauros intimos & absconditos, qui sunt bellorum nervi [o]: vel, 2. ipsam urbem, quò populus metu hostium confugerat [p]: vel, 3. Deum, vel Templum [q], quo Judæi gloriabantur [r], & se putabant à quolibet hoste protegendos [s]; arcana sacra, priùs inaccessa [t]: vel, 4. protectionem Dei, priùs illis superinductam, Esa. 4. 5, 6. nunc verò subductam: vide Exod. 32. 25. Num. 14. 9. Mich. 1. 11†. q. d. Palàm erit Judam esse Dei auxilio destitutum, & ab eo desertum [v]. Vel, 5. antemurale, murum, & alias munitiones urbis [x]. Munimenta circumsita urbi rapientur*. Vel, 6. armamentarium, in quo, velut loco secretiore, belli munitiones repositæ sunt [y]. Vel, 7. propugnacula Judææ [z], quibus Judæa quasi velo operiebatur [a]. Vel, 8. potentiam ipsorum, cujus imbecillitas detecta est [b]. ¶ *Et*, &c. ותבט וגו' אל נשק וגו'] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *respexisti* (vel, *intueberis*, Pi. vel, *aspiciet* Jehuda, Q. in V. vel, *respexistis*, vos incolæ Hierosolymæ [c],) *in die illa ad armaturam* (vel, *arma*, P. V. Ca. &c. vel, *armamentarium*, Ti. For.) *domûs sylvæ*, sive *saltûs*, Mo. P. &c. Quæ domus non erat illa quam in monte Libano exstruxit Salomon [d]; quia hæc jam diu Judæorum esse desierat†, erátque in manu alienorum [f]: sed illa quam construxit Hierosolymis, in qua arma ponebantur [g]. Armamentarium hoc necesse est in urbe fuerit, (vide 1 Reg. 7. 2, &c. & 10. 16, 17. collat. cùm 2 Par. 12. 9, 10 [h].) sed nomen habuit ab eo armamentario quod in Libani saltu Salomon struxerat, 1 Reg. 7. 2. quia ejus in locum successerat; vide 2 Par. 32. 5 [i]: vel, quòd illud celsitudine, ambulacris, &c. referret [k]. Sensus, Accipies arma ex armamentario ad defendendum te [l]. Propterea ad armorum auxilia confugient, potiùs quàm ad Dei præsidium [m]. Omnia quæ humanitus provideri possunt pulchre perspicies; sed frustrà, quamdiu Deum non habebis propitium [n]. Refert Propheta quàm solicitè Judæi omnia ad defensionem urbis paraverint [o].

9. *Et*, &c. ואת בקיעי וגו'] *Et* (vel, *Etiam*, Ang.) *rimas* (vel, *interruptiones*, Calv. *scissuras*, Vulg. Mo.) *civitatis Davidis* (Pars hæc erat interior urbis [p], sive munitio Zionis, ubi David habitabat [q].) *considerabitis*, Pi. &c. vel, *vidistis*, i. e. considerâstis, ut Exod. 32. 9. Job. 34. 21. *Vidistis*, nempe ut resarciretis, per zeugma, ut Exod. 2. 11. *vidit fratrum onera*, nempe ut sublevaret [r]. Complementum vide 2 Par. 32. 5*. Sarcietis mœnium hiantia, quæ non pauca erunt per superiorum temporum incuriam [r]. ¶ *Et congregâstis aquas piscinæ inferioris*] i. e. Aquas illas in urbem ducetis, tum

[b] Pi. sim. Ang. [c] Ang. [d] Pi. * Pi. † G. [f] Calv. [g] Calv. ad v. 6. [h] Ang. [i] Q. in V. [k] V. [l] For. [m] Calv. [o] For. [p] Ang. [q] Plerique in Calv. M. simil. Sin. [r] Calv. * M. [t] Me. sim. Sa. † Q. in Ang. [v] V. [x] Q. in Mesic T. * G. [y] Calv. [z] Pi. ex Jun. Ang. Glass. [a] Glass. rher. 1. 12. 412. [b] He. in Ang. [c] Ang. [d] Ang. sim. Jun. † Jun. [f] Ang. [g] Ca. [h] Ang. [i] G. [k] Ang. [l] Pi. [m] V. sim. Ang. [n] G. [o] Calv. [p] Calv. [q] Ang. [r] Ang. * Pi. [r] G.

nè hostis eis utatur v; tum in munimentum urbis; tum in usum urbis tempore obsidionis x. Duo erant extra urbem lacus, quos *piscinas* Hebræi vocant y; nempe superior, 2 Reg. 18. 17. Esa. 7. 3. & 36. 2. & inferior, 2 Par. 32. 30 z. Est hujus derivationis mentio 2 Par. 32. 3. & Nehem. 3. 16 a. [Alii totum versum sic reddunt,] Cúmque *videretis rupturas murorum* hostium machinis factas, *aquas congregâstis*, &c. For.

10. *Et domos Jerusalem numerâstis*] Vel, *numerabitis*, Pi. &c. Factum hoc vel, 1. ad annonam & aquam cuique admetiendam: vel, 2. ad excubias per vices curandas b: vel, 3. nequa domus urbis defensioni nocere possit c; & ut quæ redundantes repertæ sunt diruerent, & cum lapidibus earum diruptiones muri obstruerent d. Ad certum numerum domos forte legetis, unde sumatis materiam ad turres faciendas. Vide 2 Par. 32. 3, 4, 5 †. ¶ *Et destruxistis domos*, &c.] Vel, quæ extra urbem, & muris vicinæ, erant f: vel, prout expedire videbatis g. Omnia fecistis quæ humana prudentia suadebat h.

11. *Et*, &c. 'וּמִקְוָה וגו] *Et lacum* (vel, *conceptaculum*, Pi. *fossam*, Calv. *lacus*, Ch. *aquæductus*, Sy. ad verb. *congregationem*, id est, stagnum, sive scrobem, sive foveam magnam; contentum pro continente i;) *fecistis* (vel, *facietis*, JT. Ca. Pi.) *inter duos muros*, Mo. P. &c. De quibus vide 2 Par. 32. 5. Jer. 39. 4 k. ¶ *Ad*, &c. 'לְמֵי וגו] *Aquis*, vel *pro aquis*, vel *propter aquas*, (vel, *& aquas*, ό. vel, *ad aquam*, Ca. Vulg. vel, *prope aquam*, T.) *piscinæ veteris*, M. P. Mo. Ti. &c. i. e. superioris, Esa. 7. 3 l. & 36. 2 m. quam efficiebat Gichon ex vetere porta profluens n, unde aqua postea traducta est ad inferiorem, 2 Par. 32. 30. quæ longo pòst intervallo extructa est, Neh. 3. 16 o. Ad recipiendas aquas quæ effluunt ex piscina illa prisca, ut habeatis aquam necessariam ad murum faciendum p. Inter duos muros fossam facietis in quam deducetis aquam è piscina vetere, seu superiore. Vide 2 Par. 32. 30. 2 Reg. c. 20. v. 20 q. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא הִבַּטְתֶּם אֶל עֹשֶׂיהָ] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi.) *non suspexistis* (vel, *intuemini*, JT. vel, *intuebimini*, Pi. sim. Ca.) *ad*, vel *in*, *factorem* (vel, *autorem*, Ca. Heb. *factores*, Angl.) *ejus*, Mo. P. M. &c. Id est, vel, 1. aquæductûs, quem Deus per manus Ezeciæ illis exhibuit. Id quod jure tribuitur Deo, quòd illud aquarum conceptaculum repletum esset aquâ pluviâ, quæ peculiari modo Dei donum dicitur, Esa. 30. 23. Jer. 5. 24. &c r. Vel, 2. *ejus*, nempe vexationis, &c *. Vel, 3. *ejus*, i. e. urbis Hierosolymæ v, & arcis illius; ubi etiam erat Templum, cujus ædificii ratio tota à Deo fuerat profecta x: cujus [urbis] possessionem Deus dedit Davidi, simúlque omnia quæ ad urbem augendam tuendámque erant necessaria y; in qua Deus sedem fixerat & Regni, & cultûs sui z. *Non* (vel, *Nullâ*, Sy. Ar.) *habitâ ratione ejus qui eam fecit*, Ti. sic Sy. Ar. ¶ *Et*, &c. וְיֹצְרָהּ מֵרָחוֹק לֹא רְאִיתֶם] *Et formatorem*, vel *plasmatorem*, sive *opificem*, *ejus de longè* (vel, *eminus*, vel *ab antiquo*, V. *è longinquo* tempore, JT. i.e. qui jampridem consilio suo admirabili præstituit vobis & informavit illud malum a: vel, eum qui olim fecit eam, nempe piscinam, id est, Deum b,) *non vidistis*, Mo. P. &c. vel, *non animadvertitis*, JT. *Neque respexistis* (vel, *intuebimini*, Ca.) *ad eum qui jam olim* [*eam*] *finxit*, Ti. sim. Ca. *Et eum qui format*, *vel facit*, *hoc* (i. e. Deum qui vos per Assyrios affligit c) *non considerabitis*, Pi. τὸ *ejus* [fœmineum] neutraliter sumitur, more Hebræorum, itâ ut omnia superiora referat; aut præsidium quod in eis locaverant malè sani Judæi d. Sensus, Non confugietis ad Deum, sed ad vestram prudentiam †. Adeò impii eratis, ut etiam in angustiis Deum neglexistis, &c f.

12. *Et*, &c. 'וַיִּקְרָא וגו] *Et* (vel, *Porrò*, Calv.) *vocavit*, &c. Pi. vel, *vocabit*, &c. Vulg. Mo. vel, *Quum vocatus est*, &c. G. vel, *Vocavit quidem*, Pi. nempe Jerosolymitanos g. *Vocavit* autem tum, 1. flagellis & plagis h; per judicia edita in Israelitas & in vos ipsos †: tum, 2. monitionibus suis *; per Ministros ejus præcipiens & dirigens, & nominatim per hunc Prophetam, Esa. 32. 11 i. Vel, *vocavit ad fletum*, est Hebraismus, pro, compellavit fletum, scil. ut veniret k. Vel, alludit ad morem vocandi sive indicendi jejunia, Joel. 1. 14. & 2. 15 l. ¶ *In die illa*] Quum judicia illa edidit, tempore Regis Ahazi m.

Marginal notes (left column): v G. sim. Arg. x Ang. y G. sim. Ang. z Arg. a G. — b T. Mc. c Calv. d M. † G. f San. g Ang. h For. — i V. k Ang. — l Jun. Ang. m Ang. n Jun. o Ang. p V. q G. — r Q. in Arg. * Jun. v G. Ang. sic For. x For. y G. z Arg. — a Jun. b V. c Pi. — d San. † V. f Musc. in Marl. — g For. h Calv. † Pi. * Calv. i Arg. k For. l Ang.

Pondus habet; q. d. Etiam die afflictionis, & urgente periculo, quum & verbo & plagis monebamini n. Quum hæc vel alia exhibebatur prophetica concio, monens vos de malis venturis o. ¶ *Ad calvitium*] Vel, 1. per evulsionem pilorum, ut Esd. 9. 3 p: vel, 2. per rasionem capitis q, tunc temporis in luctu usitatam r. Vide Job. 1. 20. Obj. At hoc vetitum erat, Levit. 19. 27. & 21. 5 *. Resp. 1. Id in luctu funebri vetitum est, non in publico malo. Vide Mic. c. 1. v. 16 t. Resp. 2. Damnatur hoc cùm ex impatientia aut desperatione profluit, non item cùm ex pia indignatione adversùs peccatum, ut Esd. 9. 3. & justo dolore ob peccata, qui hîc requirebatur v.

13. *Et ecce gaudium*] Populi nempe increduli, Prophetæ prædictiones contemnentis & deridentis x. In v. 9, 10, 11. narratur quorundam sedulitas parantium se ad defensionem, &c. hîc aliorum securitas & Epicureismus y. Gaudium in adversis Deo displicet z. Gaudium hîc reprehendit quod pœnitentiæ oppositum est, & quod ex bruta securitate manat a. Vos interim non desinetis convivia, tanquam in rebus lætis, agitare b. ¶ *Occidere*, &c. 'הָרֹג בָּקָר וגו] *Occidere bovem*, sive *boves*, P. Calv. &c. vel, *interficietis*, &c. infinit. pro fut. & imperat c. Vel, *occidendo*, &c. JT. Pi. ¶ *Comedamus*, &c. אָכוֹל וְשָׁתוֹ] *Comedendo & bibendo*, Mo. M. *comedere*, inquam, *& bibere*, P. Calv. *Comedamus* (vel, sub. *dicentium*, JT. vel, *dicentes*, V. ό. Sy. Ar. vel, *dicendo*, Pi. *Comedamus*, V. JT. Pi.) *& potemus*, Ca. sic V. JT. &c. vel, *Comedendo* comedamus, &c. (ut sit ellipsis verbi repetendi,) i.e. Comedamus libere, ut Gen. 2. 16. *Comedere & bibere* hîc (ut & Matt. 24. 38.) continuam praxin indicant, quòd his unicè intenti & dediti erant d. ¶ *Cras enim moriemur*] Scil. occisi ab hoste †: postmodum desinemus esse: propterea, dum vita superest, voluptatibus nos expleamus. Vide 1 Cor. 15. 32. Vox hominum atheorum & perditorum f, & Epicureorum, nihil post hanc vitam sperantium, aut timentium g. *Fortè moriemur*. Sic Horatius, *Quid sit futurum cras, fuge quærere, & Quem sors dierum cunque dabit, lucro Appone*—Item, —*Carpe diem, quàm minimùm credula postero*. Et alibi, —*Ille potens sui Lætúsque deget, cui licet in diem Dixisse, Vixi; cras vel atrâ Nube polum Pater occupato, Vel Sole puro* h. Petronius in Satyr. p. 81. *Heu, heu nos miseros! quàm totus homuncio nil est! Sic erimus cuncti postquam nos auferet orcus. Ergò vivamus, dum licet esse bene* i. Sed malim hæc esse verba irridentium Prophetæ minas a. Ang. sic *Cras moriemur*, ut ille delirus Propheta ait b. Prodigioso furore per ludibrium usurpant illas Prophetarum voces quæ cœlum & terram concutere possent, &c c.

14. *Et*, &c. וְנִגְלָה בְאָזְנָי יְהוָה צְבָאוֹת] *Et* (vel, *At*, Pi. *Atqui*, JT.) *revelabitur* (vel, *Et revelatum est* id, Ti. sic Calv. Ang. Ar. vel, *delatum est hoc*, Sy. vel, *revelata est vox*, Vulg. vel, *revelavit se*, JT. Pi. Angl. Passiva sæpe reciprocè sumuntur, ut 1 Sam. 3. 21 d.) *auribus meis* (vel, *me audiente*, JT. *coram auribus meis*, Pi. *ad aures*, Sy.) *Domini* (vel, *Jehova*, Pi. Calv. sic JT. *Jehovæ*, Q. in Angl. qui sum *Jehovah*, P.) *exercituum*, Mo. M. P. vel, *à Domino*, sive per *Dominum*, &c. Ang. ellipsis τῶ מ †. Qu. Cujus hæc vox? & cujus aures? Resp. 1. Vox Dei in auribus Prophetæ f. Huic favet Chald. *Dicit Propheta, In auribus meis fuit auditum*, &c g. 2. Vox peccantis populi audita est in auribus Dei h. q. d. Hoc non latebit me; nam audiam & intelligam, Hebraismus i. ¶ *Si*, &c. 'אִם יְכֻפַּר וגו' לָכֶם וגו] *Si expiabitur* (vel, *condonabitur*, V. sim. Calv. *purgabitur*, Ang.) —*vobis* (vel, *à vobis*, Ang.) *donec moriamini*, Mo. P. i. e. per totam vitam vestram k. Per totam vitam eos qui hæc fecerunt pœnæ sequentur l. *Donec moriamini morte secundâ*, Ch. Ex hoc loco colligunt Judæi, per mortem peccatum expiari. At sensus est simpliciter m, non remittetur dum vivetis, i.e. nunquam n; nam post hanc vitam nullus est, ut resipiscentiæ, ità nec remissioni, locus. Sæpe enim עַד, *donec*, itâ refertur ad tempus præcedens, ut de sequenti non affirmetur contrarium; ut 2 Sam. 6. 23 o. Non dimittetur, sed morte luetis p. Non priùs moriemini quàm puniamini q. Non dimittetur, &c. intellige, nisi pœnitentiam egeritis r. Horrenda comminatio, scelus esse inexpiabile *. In peccato vestro moriemini. Vide quid apud Deum mereatur genio indulgere, & ad Deum non redire dum percu-

Marginal notes (right column): m Pi. n Calv. o Ang. p Ang. q Ang. Mc. r Mc. * Arg. t G. sim. Ang. Jun. — v Ang. x M. — y Ang. ad v. 12. z For. a Calv. b G. — c V. — d Ang. † G. — f Jun. g Mc. — h G. — i Ma. a Ang. sic Calv. b M. c Calv. — d Ang. — † Arg. — f For. in S n. g For. h San. ex Hug. & Dion. i V. k Pi. l G. sim. Arg. — m Di. n Di. sim. Calv. Ang. — o Di. p Mc. q For. r Pi. sim. Calv. * Calv.

percutimur, & Factoris omnium oblivisci [t]. Nil tam Deo displicet quàm impœnitentia [v]. Nullum tam grande peccatum, quod resipiscenti non remittitur; nullum tam leve, quod non imputatur impœnitenti [x].

15. *Vade, ingredere*; ità Mo. P. &c. לֶךְ־בֹּא] *I, adi*, Ca. *Agè, vade*, Pi. sim. JT. Ang. Voluit Deus Prophetam vel, 1. adire ipsum [y]; quod indicio est eum valde impium fuisse [z]: vel, 2. significare ipsi; ità tradere, ut ad eum perveniret. Sic, *Dicite Archippo*, &c. Col. 4. 17 [a]. ¶ *Ad eum qui habitabat in tabernaculo*] Legit ergò שׁוֹכֵן [b]. Non ità legit, sed, per literarum homogenearum commutationem, סוֹכֵן accepit quasi idem cum שׁוֹכֵן significans [c]. ¶ אֶל הַסֹּכֵן הַזֶּה] [Variè reddunt.] *Ad Sochanem istum*, Sy. Al. *ad Sochenitem istum*; ità dictum ab urbe *Sochen*, qui locus erat nativitatis ejus [d]. Sed non placet. 1. Nullum hujus rei vestigium est in Sacra, aliâve, historia. 2. Tunc non *Sochen* dictus esset Hebræis, sed *Socheni*; ut *Keni*, Jud. 4. 17. & *Canaani*, Gen. 12. 6†. Al. *ad ædem*, Ar. *in pastophorium*, ο'. Aliis est nomen officii: quod tamen vix putem, cùm officium ejus postea describatur; nec solet S. S. hominem quemvis à duobus officiis describere [f]. [Ità tamen vertunt:] *ad gubernatorem hunc*, Ch. *thesaurarium* (vel, *quæstorem*, Ca.) *istum*, Mo. P. M. sim. Ti. Angl. ex He. Ità crimen ejus tacitè innuitur, q. d. qui pecuniam tractavit, fomitem malorum, &c. Eccles. 10. 19 [g]. *Ad eum qui pecunias tractat*, G. Non placet; 1. quia alibi *cancellarius* vocatur: 2. ob summam ejus authoritatem, quæ quæstori non convenit *. *Curatorem istum*, domûs scil. Regiæ, ex seq [h]. vel potiùs, Templi, ut provideret quid facto opus esset ad ejus reparationem. Deducitur à סָכַן *conferebat, conducebat* [i]; unde illa סוֹכֶנֶת dicta 1 Reg. 1. 2 [k]. id est, curatrix Regis [l]. *Adjutorem* (vel, *fautorem*, Calv. *coadjutorem*, Angl.) *istum*, JT. Calv. Angl. [Quod variè exponunt.] 1. Ironicè; q. d. qui Regis adjutor vel erat, professione suâ, vel esse debuit, ex officio suo; quanquam nihil minùs fuerit [m]. 2. Qui fovebat occultas amicitias cum Ægyptiis & Assyriis, & proditoriè cum ipsis paciscebatur, &c [n]. 3. Fautor & magister impiorum Jerosolymitanorum. Videtur hic fuisse vetus præfectus prætorio indè à temporibus Achazi, quibus consenescens ità invaluit auctoritate, ut non potuerit quàm primùm à Chizkija abdicari, ac proinde sub Chizkija impios confirmavit, & reformationem omnem impedivit. Id percipiens Rex, ex præfecto prætorii eum Scribam honorarium effecit, velut emeritum ætatis nomine, 2 Reg. 18. 18 [o]. τὸ הַזֶּה, *istum*, per contemptum additur, q. d. istum hominem vafrum, &c *. ¶ *Ad*, &c. עַל שֶׁבְנָא אֲשֶׁר עַל הַבָּיִת] *Ad* (vel, nempe *ad*, Ti.) *Schebnam, qui præfectus est domui*, Pi. M. &c. Vel, 1. Divinæ, sive Templo, (quod simpliciter vocatur *domus* 1 Reg. 5. 17, 18.) idcóque hic erat vel Pontifex, vel Templi thesaurarius [p]. Vel, 2. Regiæ [q], ut apparet infrà 21, 22 [r]. nempe Ezeciæ *. Vel, *prætorio*, Ti. sub. *& dic ad eum*, Ti. sim. Ang. [nempe quæ sequuntur.] Schebna hic erat homo ambitiosus [t], (ut apparet ex constructione magnifici sepulchri,) adeóque contemptor aliorum, ut ex contextu liquet [v]. Fuit potens in aula, ità ut nemo eum reprehendere auderet præter Esaiam. Putant etiam eum alienigenam fuisse, & Jerosolymitanis suasisse nè audirent Prophetas [x].

16. *Quid*, &c? מַה לְּךָ פֹה] *Quid* (sub. *negotii*, P. For. sim. Angl.) *tibi hîc?* Ch. Mo. P. &c. sub. *est*, M. P. &c. vel, *habes*, Ca. For. q. d. Nulla bona hæreditaria tibi hîc sunt; ac proinde non debebas hîc tam magnificè ædificare [y]. Vel, q. d. Indignus es honore quem obtines [z]. *Quid hîc agis?* Sy. sic Ar. ¶ *Aut*, &c? וּמִי לְךָ פֹה] *Et quis tibi hîc?* Mo. P. sub. *est*, Pi. *Et* (vel, *aut*, Ca.) *quem hîc habes?* M. Ca. Ang. Vel, 1. hæredem, in cujus gratiam huic operi incumbis [a]: vel, 2. cognatum, vel propinquum [b]. Ex obliquo ostendit eum fuisse alienigenam [c]: id quod ex eo verisimile videtur, quòd ex tribus illis ab Ezecia missis, duorum genus memoratur, Schebnæ verò officium tantùm notatur [d]. ¶ *Quia* (vel, *quòd*, Pi.) *excîdisti* (vel, *ut excîderis*, M.) *tibi hîc sepulchrum*] Ità Mo. Ti. &c. Perstringit ambitionem hominis exteri, quòd extra patriam tam magnificè sepeliri appeteret †: tanquam hic locus esset ubi progenitores ejus sepulti essent [f]: & quòd monumentum erigeret in ea terra cujus ruinam machinabatur [g]. ¶ *Excîdisti*, &c. חֹצְבִי מָרוֹם קִבְרוֹ] *Excîdens* (vel, *Excîderat* nempe, Ti. vel, ut qui *cædit*, Pi. sim. P. M. Ang. vel, ô *cædens*, JT. ô *qui excîdit*, Angl. pro, *excîdis*: mutatio personæ, qualis Job. 18. 4 [h].) *altitudinem* (vel, *in excelso*, P. M. sim. JT. Fi. &c. i. e. in loco alto & eminenti [i], ut Esa. 57. 7 [k]: *altè*, Ca. *excelsum*, Ti.) *sepulchrum suum*, Mo. &c. vel, *sepulchrum sibi*, Ti. Ca. Viri magni solebant sibi hæredibúsque suis monumenta egregia struere: id iste homo divitiis inflatus imitabatur [l]. ¶ *In*, &c. חֹקְקִי בַסֶּלַע מִשְׁכָּן לוֹ] *Statuens* (vel, & *constituerat*, Ti. & *qui sculpit*, vel *insculpit*, P. V. aut qui *sculpsit*, M. ut qui *describit*, Pi. vel, ô *statuens*, JT. sim. Angl.) *in petra tabernaculum* (vel. *habitaculum*, JT. Pi. Ang. *cubile*, Ti.) *sibi*, Mo. P. &c. Priùs *in alto*, ob magnificentiam; hîc *in petra*, ob firmitatem [m]. Cur hîc ità superbias, ubi peregrinus es [n]?

17. Ecce, &c. הִנֵּה יְהוָה מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר] *Ecce, Dominus migrare facit* (vel, *traducet*, Calv. sim. V. Glas. *projiciet*, Glas.) *te migratione* (vel, *projectione*, Angl. *asportatione*, V. *traductione*, Calv.) *viri*, P. V, &c. i. e. in regionem remotissimam. Solent enim viri longiùs asportari quàm mulieres [o]; harum enim magìs miserentur victores quàm virorum. Vel, *viri*, i. e. virili, vehementi, forti [p]: ut vir robustus, scilicet, aliquid à se projicere solet [q]. Sed hæc versio non placet. 1. Quòd hujus locutionis nullum profertur exemplum. Nam cùm alibi legimus, *viam viri*, *tristitiam viri*, *doctrinam viri*, nemo est qui *vehementiam* intelligat; sed solùm indè colligimus, vel, in viro hæc esse, vel, à viro esse profecta. Ità *deportatio viri* nihil aliud esset quàm quâ vir deportat, aut deportatur. 2. Tunc dixisset, טַלְטֵלַת, non, טַלְטֵלָה. 3. Accentus Tiphcha in טַלְטֵלָה suspendit vocem, & prohibet quò minùs jungatur cum sequente גָּבֶר [r]. Al. *asportatione insigni*, Q. in V. sim. Calv. *En, Jova te viriliter transportabit*, Ca. [Alii aliter.] *Dominus transportans te transportatione*, Mo. (vel, *traducet te in captivitatem*, M. vel, *projiciendo projiciet te*, G. simil. Glas. Angl. Radix enim est טוּל, unde in Piel טִלְטֵל, in Hiphil, הֵטִיל, *dejecit, projecit* *, Ezec. 32. 4. Jon. 1. 4, 5, 12 [t]. Vel, *deportabit te deportatione*, BA.) *vir*, Mo. vel, ô *vir*, M. BA. Angl. Sy. ô *vir potens*, G. ô *tu heros*. Ti. qu. d. qui tam potens tibi videris †. O tu qui modò fidis viribus tuis, & putas te magnum esse [v]. Dominus efficiet ut longè extra urbem habites. Sensus est, leprosum fore, quod & sequentia explicant *. Al. Tu hîc paras tibi perpetuam mansionem; sed frustrà; nam procul abjicieris, ídque à Domino, q. d. manu ultoris Dei †, quem non timuisti, & in cujus civitate infidelis fuisti *. גֶּבֶר semper in S. S. *virum* sign. hîc tamen quidam, sine necessitate, & solâ καινοτομίας prurigine, *gallum* esse volunt. Ità RS. qui vertit, *ut gallus, qui deportatur de loco in locum* [x]. Hinc in Vulg. versionem irrepsit, [quæ sic se habet, *asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus*.] Quod ipsi Hieronymo ascribendum, qui tamen lib. 7. comment. Esa. sic scribit, גֶּבֶר *omnes* virum *interpretantur. Hebræus autem qui nos in Veteris Instrumenti lectione erudivit*, gallum gallinaceum, *transtulit. Sicut, inquit, gallus humero portitoris de alio loco transfertur ad alium; sic te Dominus de loco tuo leviter asportabit* [y]. Alii, cùm statim sequatur, *& amicit te amiciendo*, hîc *obtegendi* significationem adhibent. טָלַל enim sign. *obtexit*, Neh. 3. 15. (à quo טַל *ros*, sic dictus, quòd gramina obtegat:) unde טִלְטֵל, & nomen cognatum טַלְטֵלָה, *contectio, integumentum*. Status autem absolutus, טַלְטֵלָה, hîc pro constructo, טַלְטֵלַת, ponitur [z]. Non refert hîc quid Deus de Schebna faceret, sed quid pro eo antè fecerat [a]. [Sic ergò reddunt:] *Ecce, Jehova contegit te integumento*, integumento *viri*, i.e. quale gestant viri præstantes: nam erat præcipuus inter aulicos. Confer Matt. 11. 8 [b]. [JT. hunc versum cum sequente nectunt, ità ut hîc beneficium Dei in ipsum collatum narretur, in v. seq. pœna ipsi denunciata. Hæc autem verba sic reddunt,] *Ecce, Jehova, qui contegit te integumento* quantum potest esse *viri*, JT. i. e. amplissimo; erat enim Schebna secundus à Rege: q. d. qui unus te in hoc fastigium dignitatis evehit: dignitas enim, ut ab insignibus vestimentis cognoscitur, ità synecdochicè in Scriptura designatur vestimentorum appellatione. Vide

[t] For. [v] Calv. [x] Musc. [y] Ang. [z] Musc. [a] Ang. [b] Cap. crit. [c] Buxt. vind. 2. 11. 775. [d] Ang. ex He. † Ang. [f] Ang. [g] Q. in Ang. * Calv. [h] Pi. [i] For. [k] For. sim. Pi. [l] Pi. sim. For. [m] Ang. [n] Calv. [o] Jun. * Calv. [p] He. in Ang. [q] V. G. Pi. [r] G. * V. [t] San. M. [v] San. [x] M. [y] Pi. [z] Ang. sim. San. [a] For. [b] G. sic V. Pi. Ang. [c] V. sim. Pi. Ang. [d] Ang. † Calv. [f] Ang.

[g] Calv. [h] Ang. [i] V. sim. Ang. [k] Ang. [l] G. [m] Ang. [n] Musc. [o] V. [p] Glas. gram. 3. 1. 3. 336. simil. D. prov. 2. 4. 107. ex Chald. [q] Ang. [r] PA. 2. 16. 118. * Glass. ib. sim. Ang. [t] Ang. † Ang. [v] V. * G. † Musc. * Calv. [x] BA. ib. [y] Glas. ib. [z] Q. in Glas. ib. [a] Q. in Ang. [b] Pi.

Gen. 41. 42 [c]. ¶ *Et quasi*, &c. וְעֹטְךָ עָטֹה [Hîc etiam variant.] *Et* (vel, *& qui*, JT.) *amicit te splendidè*, Pi. [Vide ad membrum præcedens.] *Et amiciet te amiciendo*, P. sim. Mo. *& operiendo operiet* (i. e. obruet, V.) *te*, M. Ti. V. simil. G. Angl. &c. sub. *confusione*, M. V. Angl. &c. ut exprimitur Psal. 89. 46. & 109. 29 [d]. & opprobrio †. Respicit morem velandi capita damnatorum, &c. Vide Esth. 7. 8. Job. 9. 24. Ezec. 12. 6, 12 [f]. Vel, obteget mystacem tuum, ex lege de leprosis, Levit. 13. 45. ubi idem verbum quod hîc, עָטָה [g]. Hinc colligunt eum leprâ percussum fuisse [h]. Al. *involabit in te involando*. Vide 1 Sam. 14. 32 [i]. Al. *& vagando vagari te faciet*: nam עטה Hieron. vertit, *vagari*, Cant. 1. 7. *nè vagari incipiam*, &c [k].

18. *Coronans*, &c. צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה כַּדּוּר וגו' [*Convolvendo convolvet* (vel, *Volvendo volutabit*, BA. 2. 712. sic Di. vel, *Egregiè volutabit*, JT. צנף sign. *volvere*, Levit. 16. 4. & *volutare*, in secundo Targum ad Esth. 1. 3 [l]. Al. *Certè*, vel *Statim*, *convolvet* & projiciet, Angl. Ellipsis verbi, ut Gen. 27. 9. *recipe*, pro, recipe & dona; Psalm. 68. 19. collat. cum Eph. 4. 8 [m].) *te* (sub. *Dominus*, M. BA.) *convolutione* (vel, *involucro*, G. *volutatione*, JT. Di.) *sicut pilam*, vel *globum*, Mo. P. M. &c. (Al. Sed *arctissimè convolvet te, ut pilam*, projiciétque, Pi.) *ad*, vel *in*, *terram latam* (vel, *amplam*, JT. vel, *longinquam*, M.) *manibus*, Mo. M. vel, *locis*, sive *spatiis*, P. JT. Pi. sub. *projiciet*, M. Alludit ad jactum pilæ seu globi, qui per locum planum facilè discurrere solet [n]. Te longè extra urbem mittet, ut pilæ mitti solent [o]. Procul arcebit & divexabit te: sive in exsilium fuerit actus à Rege, sive ab Assyriis interceptus, sive ultro ipse è Judæa profectus, &c. nam nihil in S. S. definitur [p]. Al. *Circumligando circumligabit te fasciâ, velut trochum in terram spatiosam* projiciet te, Ti. *Convolutúmque tanquam pilam versando rotabit in*, &c. Ca. Vox צָנִיף *cidarim* sign [q]. Levit. 16. 4. Ang. [Hinc alii sic accipiunt;] Dicit, per sarcasmum, *Convolutum & obtectum asportari te faciet tanquam onus viri, & cidarizando cidarizabit te cidari*, i. e. iterum atque iterum te circumcinget atque constringet, *ut quasi in globum compactus facilè transporteris ad terram*, &c [r]. Al. *Ornabit*, vel *Coronabit*, *te* Deus, sed alio novóque modo; nam pro ornamentis tuis magnificis involvet & cinget te calamitatibus, &c *. Alludit ad morem quo honoratis viris mortuis cidaris imponebatur: nam olim mortui coronati efferebantur [t]. ¶ *Ibi morieris*] In terra hostium [v]. *Morieris*, id est, eris par mortuo: quod de leprosis dici solet, Num. 12. 12. Nam Sobna non mortuus fuit ex lepra, sed ab ea sanatus in urbem rediit: non quidem recuperatâ illâ eximiâ dignitate κυροπαλάτα, quam interim, ut hîc prædicit Esaias, Eliacim acceperat; sed tamen admotus ob ætatem & experientiam consilio regio; quod apparet 2 Reg. 18. 18, 26, 37 [x]. ¶ *Et ibi*, &c. וְשָׁמָּה מַרְכְּבוֹת כְּבוֹדֶךָ קְלוֹן וגו'] *Et ibi currus gloriæ tuæ*, (vel potiùs, *tui currus gloriæ*, Angl. h. e. gloriosi; ut, *thronus gloriæ*, i. e. gloriosus, Jerem. 14. 21. &c [y]. sub. *erunt*, P.) *ignominia domûs domini tui*, Mo. P. Calv. Vel, quòd piam aulam, quæ velut Dei sacrarium erat, fœdâsti; vel, quòd nimis facilis fuit Ezecias in te extollendo [z]. Ubi eris ab urbe relegatus, vehere, quantum lubet, curru tuo magnifico quem tibi parâsti: cedet id dedecori Achazo, qui te, hominem nullius fidei, in summo loco posuit [a]. Al. *Et ibi* erit pro *curribus —ignominia*, &c. M. *Isthîc* erit *pompa quadrigarum tuarum*, Ti. (*Ubique sint tui gloriosi currus*, Ca. *Ibique* desinent *curricula*, &c. JT. Pi.) *tu, ô dedecus*, &c. Ti. sim. Ca. JT. Pi. *Ibique* (sub. *morientur*, ex præced. membro, ut Job. 16. 21. &c.) *currus*, &c. Alii totum sic reddunt, *Ibi morieris*, & unà tecum *currus tui*; *& ignominia domûs domini tui*, nempe, tunc cessabit. Tuus enim honor domino tuo dedecus affricuit, & substitutio viri melioris gloriam ipsius restituet [b]. Reviviscet gloria domûs domini tui, quæ, te præposito, mortua videbatur [c]. Al. Currus, quibus utebaris cùm eras in gloria Jerosolymis, erunt tibi ignominiosi, quia domum domini tui prodere voluisti †.

19. *Et* (vel, *Nam*, Pi. copulativa pro causali, ut Gen. 12. 2. Exod. 14. 29 [d].) *expellam* (vel, *propulsabo*, M. Pi. &c.) *te* (sub. *inquit*, Pi. sim. JT. Angl. ut respiciat ad v. 15. Loquitur Propheta in persona Dei *.) *de statione tua*]

[Margin: c Jun. d Ang. † V. f Ang. g G. h Q in Ang. i Ma. k Sa. l Di. m Ang. n V. o G. p Jun. q For. sic Ang. r For. * Q. in Ang. t Q. in Ma. v Musc. x G. y Ang. z Calv. a G. b Ang. c San. † V. d Ang. * Ang.]

Ità Mo. P. &c. i. e. Dignitate tuâ te movebo †. *Expellam*, nempe per occasionem lepræ *. ¶ *Et de*, &c. וּמִמַּעֲמָדְךָ יֶהֶרְסֶךָ] *Et de statu tuo* (i. e. de officio tuo, ut 1 Par. 23. 28. 2 Par. 35. 15 [f]: vel, *de mansione tua*, M. *de statione tua*, JT. V. Angl. ut vox propriè sign *.) *diruet*, vel *subvertet*, vel *destruet*, (vel, *dejiciet*, V.) *te*, Mo. P. M. V. JT. Pi. Metaphora à domibus, quæ cùm diruuntur, lapides dejiciuntur [g]. *Deturbabit ille*, vel, 1. Rex, qui te evexit [h]: vel, 2. Deus. Personæ mutatio subita, pro, *dejiciam*: nam Deus loquitur de se in tertia persona [i]. *Atque de ordine tuo movebo te*, Ti.

20. *Vocabo*] i. e. Efficiam ut Ezecias vocet [k]. Non ingeret se officio, sed à me vocabitur. Vide Esa. 42. 6. & 48. 15 [l]. ¶ *Eliacim*] Planissimum est hunc eum esse qui erat κυροπαλάτης tempore Rabsacis. Vide 2 Reg. 18. 18, 26 [m]. Quando hoc factum sit, non commemorat Scriptura [n]: Nam Eliacim erat præfectus domûs quum hic Sobna erat cancellarius. Probabile est, factione Sobnæ Eliacim postea fuisse loco suo pulsum; tandem verò, detectis Sobnæ fraudibus, restitutum [o].

21. *Induam illum tunicâ tuâ*] Ità Mo. P. &c. vel, *veste tuâ*, Ti. quam tu nunc geris ut præfectus aulæ [p]. Omnia ornamenta & officia tua ipsi tradam [q]. Habebant summi procerum vestes & cinctus eximios [r]. ¶ *Et cingulo* (vel, *balteo*, M. Mo. *cinctu*, Ca.) *tuo*, &c.] Ità P. Ch. Quale proceres gerebant. Vide Exod. 28. 39, 40. Apoc. 1. 13. *Cingulum* erat indicium potestatis. Vide Esa. 11. 5. & 23. 10. & 45. 1 *. ¶ *Potestatem tuam dabo in manu ejus*] Impletum 2 Reg. 18. 18. Esa. 36. 3. & 37. 2 †. Deus nempe fraudes & perfidiam Sobnæ patefecit Esaiæ, & per ipsum Ezeciæ [r]. ¶ *Et erit quasi pater*, &c.] i. e. Moderabitur cives affectu paterno [v]. Optimè hîc voce *patris* expressit boni magistratûs officium [x].

22. *Et dabo* (vel, *ponam*, M. P. Ti. *imponam*, Ca. Pi.) *clavem domûs David super humerum ejus*] Ità Mo. &c. i. e. Consiliarius Regis erit [y]. Donabo eum consilio, quo totam aulam Ezeciæ regere possit [z]. Dabo ei potestatem gubernandi [a]; cujus indicium est clavis. Vide Matt. 16. v. 19. Apoc. 1. 18. & 3. 7 [b]. Claves ubique potestatem declarant. Claves tradunt, & devicti victoribus, sed & magistratus eis quos in possessionem legitimè introducunt [c]. Etsi manibus gestari solent claves; quia tamen de gravi opere agitur, dicit *humeris* imponi [d]. Magnas claves solent clavicularii super humeros deferre †. Clavis figuram [habuit] intextam epomidi, unde functio ejus nosceretur [f]. Solet Scriptura metaphoras confundere: sic clavi tribuuntur τὸ *ligare* & *solvere*, Matt. 16. 19. ità & h. l. claves cum humeris conjunguntur: quanquam non est durum *clavem* sumi pro sceptro, quod plerumque ità gestatur manu, ut tamen humeris admoveatur [g]. ¶ *Et aperiet, & non erit qui claudat*, &c.] i. e. Quicquid statuerit fiet; quicquid fieri noluerit non fiet [h]. Summa cum omnium approbatione fungetur suo munere, nemine contradicente. Mysticus sensus in Evangelio, Matt. 16. 19 [i].

23. *Et*, &c. וּתְקַעְתִּיו יָתֵד בְּמָקוֹם נֶאֱמָן] *Et figam*, vel *infigam*, (vel, *constituam*, Ch.) *illum clavum*, vel *paxillum*, (vel, ut *clavum*, P. M. sic ὁ. Sy. JT. &c.) *in loco stabili*, sive *firmo*, Mo. P. JT. Ca. Sy. V. vel, *fideli*, M. V. ὁ. *certo*, Ang. qui non fallet, &c. sicut vir fidelis non fallit eum qui ipsi credit [k]. Paxillum intelligit parieti affixum, in quo suspenditur supellex [l]. Ponam illum in statu eximio, θαυμαστῷ, נֶאֱמָן vertitur Deut. 28. 59. Confer quod infrà 25 [m]. q. d. Eliacim plurima negotia domûs Ezeciæ sustinebit [n]: sors illius erit stabilis [o]; ut diu ex eo pendere possint res aliorum & suæ [p]. ¶ *Et erit*, &c. וְהָיָה לְכִסֵּא כָבוֹד לְבֵית אָבִיו] *Et erit in solium gloriæ* (vel, *pro solio glorioso*, Ca. Ang.) *domûs*, vel *domui*, *patris sui*, Mo. P. M. Calv. &c. i. e. Reddet familiam paternam clarissimam & nobilissimam [q]. Omnibus quidem erit pater; suis autem, honor & gloria, ad quem, ut columen totius familiæ, respicient [r]. Tota illius familia & posteritas ejus fide & probitate gloriari poterit *. [Alii aliter.] *Eritque solio* (scil. regio, i. e. Regno [r]; vel, Regi [r], synecdochicè [x],) *honori* (Heb. *honor*, i. e. honorificus; meton. effecti [y];) *& domui paternæ suæ*, JT. Pi. sic G. i. e. familiæ paternæ †: vel, domui Judæ, unde ortus est; ut suprà 21 [z].

[Margin: † Idem. * G. f Ang. * Idem. g V. h Q. in Ang. i V. sim. Ang. k V. l Ang. m G. n For. sim. Calv. o Calv. p Pi. q M. r G. * Ang. † Ang. r Ang. ex He. v V. x G. y M. z V. a Pi. b Ang. c For. d Calv. † For. f G. g San. h V. sim. M. Musc. &c. i G. k Ang. l V. m G. n V. o V. sim. p For. Jun. &c. P For. q V. r For. * Pellican. in Marl. r Pi. r Jur. G. x Jun. y Pi. † Pi. z G.]

24. Et,&c. 'ותלו וגו] *Et* (vel, *Nam*, JT.) *suspendent* (verbum indefinitè positum, pro, *suspendentur* [a],) *super illum* (vel, *de eo*, Pi.) *omnem gloriam patris sui*, P.M.Pi.&c. *Et confidens super eo omnis gloriosus*, &c. ό. sim. Ch. Ar. Perstat in metaphora sua; Inferet, inquit, nobilitatem in familiam suam; illíque acceptam referent omnem suam claritatem [b]. De eo gloriabuntur omnes posteri [c]. Omnes cognati de honore ejus participabunt, aliquo fungentes munere [d]. *Appendent*, &c. i. e. volent omnem domûs paternæ gloriam fixam ac firmam esse †. Al. Ab ipso pendebunt omnes dignitates aulicæ domûs Judæ. Redit enim ad similitudinem paxilli [f]. Omnia, inquit, tam maxima, quàm minima, fidei illius securè commissuri sunt [g]. Al. Quum hoc dicit, dubium non est quin Eliacim ex sanguine regio progenitus fuerit. Itaque per posteros hîc intelligo non tantùm qui proximè illi cognati erant, sed totam familiam Davidis [h]. ¶ *Vasorum diversa genera*] i.e. Homines variorum statuum [i]. ¶ הצאצאים והצפעות] Utraque vox *genimina* sign. sed prior est masc. posterior fœm [k]. Prior vox, à יצא *egressus est* [l], sign. propriè *plantas*, è terra emergentes, vide Esa. 34. 1. & 42. 5. vel, *ramos*, à radice prodeuntes, vide Esa. 44. 3, 4. & *liberos*, sive sobolem, Esa. 61. 9. & 65. 23. utpote à parentibus oriundam[m]. Posterior vox alibi non reperitur [n], nempe hoc sensu [o]; (ex cognatis tamen צפע & צפעוני *genimina* interpretari possumus [p]:) at Ezec. 4. 15. *excrementa* significat, (quæ alibi vocibus ejusdem notionis exprimuntur, Esa. 4. 4. Ezec. 4. 12. quòd ex humano corpore procedunt, Deut. 23. 13.) hîc autem denotare videtur sobolem copiosam, instar aquæ è fonte profluentem, quia affinis est voci [שפעת] talem abundantiam significanti, Job. 22. 11. Esa. 60. 6 [q]. Intelligit Propheta his nominibus omnia quæ vivunt, tam ex terra orta, quàm ex ventre animalium; nominibus autem *vasorum*, omnia inanimata [r]. [Locum variè reddunt.] *Proventus ejus, & reditus ejus*, JT. *genimina & fœtus*, Mo. *filiorum & filiarum*, Pi. sic V. vel, *nepotum & neptium*, Pi. *filii & nepotes*, Ch. P. *stirpes* (vel, *nepotes*, Ca.) *& posteri*, Ti. Ca. sic M. Docet diuturnum fore hunc principatum, & extendendum usque ad posteros, qui fructum hinc percipient, ex optimis v.g. legibus, exemplis, &c. boni Principis, &c *. Al. Continuatio translationis magis facit credibile esse hæc nomina clavium, quarum altera ad exitum è domo pertinebat, altera πρὸς τὸ ἀφεδρῶνα, [i. e. ad partem posticam domûs:] id enim sonant Hebrææ voces[t]. Sed nimis longè petitum est hoc commentum[v]. ¶ *Omne*, &c. כל־כלי הקטן] *Omne vas parvum*, P. sim. M. Ti. *omnem minimam supellectilem*, Ca. etiam *omnia vasa parvi*, sub. *pretii*, Pi. vel, sub. *usus*; vel, *parvæ*, sub. *molis*: vox enim hîc substantivè ponitur, ut Gen. 44. 20. 2 Par. 34. 30. & ut puto, comparativè, Gen. 27. 15, 42 *. *Parvi*, sive *ignobilioris*, sub. *ministerii*, h.e. dignitatis, seu honoris minimi: vel, sub. *hominis*, i. e. qui fuerint inferioris conditionis: q. d. omnes gradus honoris, & cujuscunque generis [x]. Per *claves*, ut & per *vasa*, intelliguntur ipsa aulæ ministeria, quæ plane futura erant in Eliakimi potestate [y]. *Omnia instrumenta* etiam *minimi*, JT. i. e. Non tantùm homines curabit, & quidem tenuissimos; sed etiam minutissima ipsorum instrumenta, ne quod damnum patiantur [z]. ¶ *A vasis*, &c. מכלי האגנות ועד כל־כלי הנבלים] *A vasis craterarum* (sive, *craterum*, i. e. à crateribus [a]; ut, *instrumento nablii*, Psalm. 71. 22. pro *nablio*: vel, *vasa craterum*, pro variis craterum generibus [b]: vel, *à pelvibus vasis*, Ca. vel, *tum vasa*, sive *instrumenta*, *craterum*, JT. Pi. *tum crateres*, Ti.) *& usque ad omnia instrumenta*, sive *vasa*, (vel, *tum—instrumenta*, sive *vasa*, Ti. JT. Pi.) *nablorum*, vel *nebelim*, Mo. P. vel, *tympanorum*, vel *lyrarum*, vel *chororum*, Q. in V. vel, *melodiarum*, M.V. vel, *musica*, Ti. Ca. Genus pro specie. qu. d. Tam vasa quæ pertinent ad mensam, quàm quæ pertinent ad musicam[c]. Vel, *utrium*, JT. Angl. quibus vinum vel servabant, vel portabant, 1 Sam. 1. 24. & 10. 3. & 25. 18. qui ferè ex terrea materia facti sunt, Esa. 30. 14. Jer. 19. 1, 10. adeóque viles erant, Lam. 4. 2. unde aptè hîc denotant homines inferioris ordinis; sicut *crateres* (qui idoneæ molis erant, Exod. 24. 6. & qui ad mensam adhibebantur, aureíque fuisse videntur,) viros melioris notæ significant [d]. Vel, *lagenarum*, Pi. G. id est, lagenas. Ex crateribus vinum funditur in lagenas †. [Ch. totum sic reddit, *A juvenibus usque ad parvulos, à sacerdotibus indutis Ephod usque ad filios Levi tenentes organa.*]

25. *Auferetur*; sim. Mo. P. &c. תמוש] *Recedet*, M. Ti. V. Pi. *loco suo movebitur*, V. ¶ *Paxillus*, &c.] De quo v. 23[f]. Nempe Sobna [g]. ¶ *Et peribit*, &c. ונגדעה 'המשא וגו] *Et exscindetur* (vel, *dissipabitur*, M. *rumpetur*, Ca.) *onus illud quod erat impositum ei*, JT. sim. Mo. P. &c. i. e. quod dependebat ab eo: q. d. Qui pendebant ab eo corruent [h]. Ipso remoto, simul removebuntur omnes ejus clientelæ. Volunt enim novi magistri aulæ ministros per totam aulam habere sibi obnoxios [i]. ¶ *Dominus locutus est*] Dei hoc est decretum †.

CAP. XXIII.

1. ONus *Tyri*] Urbs hæc vetustissima erat, ceciditque olim in tribu Aser; sed non fuit occupata, quia fuit munitissima urbs, collocata in rupe, cujus ambitus complectebatur 19 milliaria [a]. Vide Ezec. c. 26. v. 4, &c. & Jos. 19. 29 [b]. Celeberrimum erat emporium; hinc auctæ opes, indéque luxus & libido vitæ. Salmanasar & Sanherib oppugnârunt, Nabuchodonosor cepit [c], Alexander delevit [d]. Judæorum res agebatur in hujusmodi vicinorum vastationibus, non modò ob generales rationes quas suprà attigi, sed & quia inter illos plurimi Judæi habitabant †. Causa excidii Tyri erat, quòd infesta fuisset Judæis, Ezec. 26. 2. Scopus Prophetæ erat, paternum Dei favorem populo ejus testari, quòd cunctis ejus hostibus se opponeret [f]. Hæc prophetia, ad consolationem populi, prænunciata est iis temporibus quibus stare Tyrus & inexpugnabilis esse videbatur: nam præter naturam loci munitissimam, accesserat contra Schalman-Eseris & Phœnicum classem celeberrima victoria, teste Jos. Antiq. l. 9. sub finem. Hinc inflata in Israelitas alióśque ferociebat, &c [g]. [Qu. De quo tempore hîc loquitur Propheta?] 1. De tempore quo Alexander eam magna cum difficultate cepit. Meminit enim h. l. *Cittim*, sive Macedonum [h]. Sed nec placet sententia, quia Tyrus post hanc cladem instauranda erat; nunquam autem instaurata est ex quo Alexander expugnavit eam, sed reducta est in formam reipublicæ: nec valet ratio, Nabuchodonosor enim in obsidione Tyri non tantùm suo usus est milite, sed etiam extero, quem è Græcia aliisque locis accersivit. 2. Indubiè loquitur de tempore quo Nabuchodonosor eam expugnavit. Patet hoc ex scopo prophetiæ. Vult enim Judæos consolari denunciando, Tyrios, à quibus afflicti fuerant, non impunè evasuros. Mirum enim esset, alios à Deo puniri; hos autem, qui non minùs infesti erant, evadere impunè, aut post 500 annos pœnas dare [i]. 3. Nihil hîc de Nabuchodonosoro, multóque minùs de Alexandro M. cogitandum. Omnia enim hæc vaticinia inter se cohærent, & ad tempora proxima pertinent. Quod præcessit vaticinium pronunciatum est Salmanasare urbem obsidente, continéque & res istas, & quæ secutæ sunt sub Sennacheribo. Eodem tempore & revelatum est à Deo, & à Propheta prædicatum conscriptúmque est, quod de Tyro nunc sequitur, impletúmque non multò pòst. Nam, ut ex Menandro Ephesio discimus & ex Jos. Antiq. 9. Salmanasar, subactâ Samariâ, quam sub *Phœnices* nomine comprehendit Menander, (ostendimus autem ad lib. 1. de V.R.C. apud Græcos satis latè extendi *Phœnicum* nomen,) Tyriis bellum intulit, certavit classe, fecit ut pretia rerum apud Tyrios multùm incenderentur. Tandem, ipse discedens, reliquit custodes ad flumina & aquæductus, qui Tyrios ab aqua omni (haud dubiè & à commercio) arcerent: idque toleratum Tyriis per 5 annos. His quinque annis si duos addas, per quos Rex in illis locis mansit ipse, habebis 7 annos: quem numerum omnino tribus hujus capitis locis restituendum censeo; sicut pro שבעים, legendum שש, diximus suprà 7. 8. Nimirum par utrobique error, ים per librarios malè adjecto, sive notis septenarii & septuagenarii numeri (quæ olim forte

fortè, ut nunc apud Arabas, uno punctulo adjecto, qui ex singulis faceret denos, distinguebantur,) confusis [k]. [Aliis hæc non placent.] 1. Imbecillum est argumentum à συμφωνία & ratione temporis ; nam non cohærere vaticinia in hoc aut aliis Prophetis res ipsa docet. 2. Propheta tribus vicibus *septuaginta annos* habet, in quibus omnibus consonant codices Ebræi, Chaldæi, Græci, Latini ex asse : ut textum Sacrum hîc corrigere, sit prorsus temerarium & profanum, nullámque relinquat in Sacris Literis certitudinem. Adde quòd Propheta 70 annos sic explicat, *Sicut dies regis unius*. [De quo vide suo loco.] 3. Non congruit historia. Nec enim à Salmanasare devicti sunt Tyrii, imò victoriam contra ipsum obtinuerunt, &c. Hîc verò prædicitur, Tyriis migrandum fore ad peregrinas sedes, Tyrum vastandam, &c [l]. [De quibus plura vide deinceps.] ¶ *Ululate* ; ità Mo. P. &c. הֵילִילוּ] *Ululabitis*, V. Exordium ex abrupto per prolepsin, quo ad luctum provocantur [m]. ¶ *Naves*] Vel, 1. propriè dictæ, ut sit prosopopœia, qualis Esa. 14. 31. Lam. 1. 4 [n] : vel, 2. mercatores, qui navibus vehimini [o]. ¶ *Maris*, תַרְשִׁישׁ] *Tarsis*, Mo. P. &c. *Tharsis* hîc denotat vel, 1. urbem quandam maritimam prope Tyrum [p] : vel, 2. Ciliciam [q], cujus incolæ olim erant maris domini, testibus Strab. 14. & Solin. 41. cujus etiam portus præcipuus erat Tarsus [r] : vel, 3. Tartessum, in Hispania †, cui frequens cum Tyro commercium [t] ; & unde Phœnices infinitam olim auri & argenti multitudinem detulisse traditum est [v] : vel, 4. Carthaginem [x]. Sic ό'. Καρχηδόνος, (*Carthaginis*,) positâ urbe Africæ non longè distante pro urbe Hispaniæ [y]. Non placet, quia Tyrus v. 10. dicitur *filia Tarsis* ; non certè Carthaginis, cùm potiùs filia Tyri esset Carthago [z], utpote inter colonias Tyri (cum Utica, Lepti, Gadibus, &c.) numerata [a]. Vel, 5. mare, sive oceanum [b] : mare Mediterraneum [c]. Vide ad Esaiam cap. 2. vers. 16 [d]. ¶ *Quia*, &c. כִּי שֻׁדַּד מִבַּיִת מִבּוֹא מֵאֶרֶץ כִּתִּים נִגְלָה לָמוֹ] Ingens hîc interpretationum varietas, dum quisque pro arbitrio suo addit. Mihi certè simplicissima interpretatio, quæ nihil addit, solet placere *. [Verba sic vertunt :] *Quia vastata est* (i.e. opibus exuta [g]. Sed hæc maximè diversa sunt [h]. Vel, *vastatio facta est*, Mo. sic Calv.) *de domo, ab intrando*, Mo. vel, *ut non sit domus quam ingrediamini*, M. vel, *ità ut nulla sit domus*, P. Ang. Heb. *à domo*, ut sign. nè unam domum in ea superesse, Ezec. 26. 4, 14. vel, nullum esse perfugium ; vide Job. 39. 6. Psal. 104. 17 [i]. Vel, *ab essendo domum*, i. e. *ab essendo urbem* ; *domus*, pro urbe ; ut, Bethshemesh, *domus solis*, pro Kirheres, *urbe Solis* [k]. [Sequitur in textu,] *nullus introitus*, P. Ang. vel, *nec*, sive & *non*, *introitus* ; ellipsis copulativæ ; Heb. *ab eundo*, nempe, vel introrsum vel extrorsum : q. d. Nec ingressus est, nec egressus ; mercatores eò non accedunt ; ab hoste obsidetur, ut non pateat introitus, &c †. [Reliqua sic reddunt,] *De terra Chittim revelatum* (vel, *revelatus*, P.) *est eis*, Mo. M. Ang. Gal. sub. *malum hoc*, M. [Alii locum sic reddunt,] *Quia vastata est domus* (i. e. Tyrus, in cujus domibus solebatis recipi [l] ; vel, *domus*, pro urbe, more Hebræo. Sic *Bethel*, *Bethain*, &c [m].) *unde venire consueverant* : (q. d. Tyrus totius orbis emporium, &c [n]. Malim vertere, *unde introitus*, i. e. quò invehi naves solebant [o].) *de terra Cethim revelatum est eis*, Vulg. &c. *Eis*, nempe [vel, 1. Tyriis.] In illa terra Tyrii habebant amicos, qui, præscientes apparatum Nabuchodonosor adversus Tyrum prænunciaverunt eis ut se munirent [p]. [Vel, 2. Babyloniis.] Mercatores è terra Chittim Babyloniam profecti authores erant Chaldæis ut Tyrum obsiderent, & rem aggressuros consilio opibúsque & navibus juvârunt [q]. Sed eruditi sciunt Europæos illo ævo nihil habuisse commercii cum Chaldæis [r]. [Vel, 3. mercatoribus.] *Revelatum est eis*, nempe navibus maris, i. e. mercatoribus marinis, captam vastatámque esse Tyrum †. Cittiæi in Cypro, ad imperium Assyriorum reducti, statim in Hispaniam nunciaverunt Tyrum Assyriorum armis claudi undique [t]. [Alii locum aliter vertunt.] *Quia vastata est* ità ut *nè domus* quidem supersit, non ultrà *venient de terra Chithim : revelatum est eis*, Ti. in V. Ad verb. *à domo, ab introitu de terra Chithim* ; *revelatus est eis*, V. Quidam vertunt,

Margin notes (left column): k G. — l Calov. — m Jun. — n Ang. — o Pi. Ang. &c. sim. Ch. — p He. in V. — q Ca. Ang. Q. in M. — r Ang. — † Ang. sic G. — t G. — v For. — x Q. in M. — y G. — z For. ad v. 10. — a Calv. — b Ch. JT. Pi. Ang. For. — c V. — d Ang. — * For. — g G. — h Calov. — i Q. in Ang. — k Ang. — † Ang. — l Me. — m G. — n T. — o G. — p L. sim. RS. in BP. — q Moses Kimhi in BP. — r BP. 3. 5. 188. — † T. ex Cyr. Hier. Procop. — t G.

ità ut *non sit domus*, *non sit commeatus è terra Chithim : revelatum est hoc illis*. Alii, mutatâ distinctione, ità ut *nulla sit domus*, & ut posthac eò *nullus venturus sit : de terra Chithim revelatus est* hostis *illis* : i. e. Chithæi fuerunt vel erunt causa tantæ destructionis, incitando Nabuchod. contra Tyrum [v]. Al. τὸ כִּי potest duplici notione sumi, ut Jer. 4. 30. & 12. 5. & locus ità verti, *Nam quòd illa* (nempe Tyrus) *vastata* est, *ità ut nulla sit domus, nec ingressus* illis qui sunt [vel, veniunt] *de Chittim, revelatum est eis* [x]. Al. *vastatis in quas divertatur domibus* ; *id quod eis ex Macedonia conflatum*, Ca. Al. *Quia periit, & non ultrà veniunt de terra Chittæorum : ducta est captiva*, ό'. Verùm sic negligunt τὸ לָמוֹ *ipsi*, vel *ipsis*, quod tamen non est hîc superfluum *. [At cùm לְ sæpe redundat, quidni etiam לָמוֹ redundare possit, si quando usus postulaverit ? quinimo ipsissimum לָמוֹ redundat Psal. 58. 7. Quare nollem hanc ultimorum verborum versionem contemni, præsertim cùm alii, qui reddunt, *revelatum est eis*, de sensu istius versionis inter se digladiantur, & in difficultates non exiguas se induunt.] *Quia periit, nec ventura est deinceps, à terra Chita sarcina, imò venit direptio*, Ar. *Quia spoliatus est in domo is qui merces afferebat, & de terra Chetim apparebat nobis*, Sy. *Quia direptæ sunt provinciæ vestræ, ità ut eò aditus non pateat. De terra Cetim venerunt contra eos*, Ch. Al. *Vastatam* (id est, vastandam, ut sequentia omnia propheticè. Hîc autem proponuntur tria vastationis tempora per congeriem, quæ singula ex antiqua historia constant evidentissimè [y].) *esse à domesticis*, (nempe, servis Tyriorum, qui, quum attritas dominorum vires animadverterent, conspiratione factâ, omnem liberum populum cum dominis interfecerunt, rempublicam invaserunt, & Stratonem fecerunt Regem, ut scribit Justinus l. 18 †.) *ab advenis*, (nempe, Chaldæis, sub Nebuchadn. qui Tyrum annos 13 obsessam expugnârunt. Vide Jer. 47. 4. Ezec. 26. 7, &c. & Joseph. l. 1. contra Appion. Heb. *à domo, ab adventûs viris* *.) *à regione Citthæorum*, (i. e. Cilicia, unde profectus Alexander Macedo irrupit in orientalem tractum. Vide Gen. 10. 4 †.) *revelatur in illam*, JT. Non placet hæc sententia. 1. Quanquam *vinum* ponitur pro potore vini, Prov. 20. 1. & *sapientia*, pro viro sapientiæ, Mic. 6. 9. hæc tamen phrasis nullibi occurrit, *viri adventûs*, pro peregrinis. Adde quòd מִבּוֹא hîc non est nomen, sed verbum. 2. Improbabile videtur, Prophetam duobus verbis [מִבַּיִת & מִבּוֹא] duo devastationum genera à variis personis, & temporibus diversis longéque à se invicem dissitis, illata describere voluisse [z]. *Quia vastata est* (scil. insula ad quam tenditis, ô mercatores, h. e. urbs Tyrus in insula sita ; &, *vastata est*, i. e. certò vastabitur, idque per Nebuchadn. ut colligitur ex v. 15. Confer Ezec. 26 [a].) *adeò ut non supersit domus*, (Heb. *à domo*, i. e. *ab essendo domum* †.) *ut non ingrediatur quisquam* (Hebr. *ab ingrediendo* ; sic Esa. 24. 10 *.) *è terra Chittæorum* : (Heb. *Chittim*, i.e. ex Cilicibus, qui orti sunt ex Chittim, nepote Japhethi, Gen. 10. 4 †.) *detectum* (vel, *denudatum*, Q. in Angl.) *est illis*, (nempe Tyriis *,) sub. *fundamentum*, quod exprimitur Ezec. 13. 14. Mic. 1. 6 †. Al. τὸ מִבַּיִת verto, *intrinsecùs*, ut Genes. 6. 14. Exod. 25. 11. &c. τὸ מִבּוֹא, *extrinsecùs*, ut Esa. 24. 10. Verbum בּוֹא *venit*, quando construitur cum verbo יָצָא *egressus est*, frequentissimè idem est quod Latini dicunt, *domi & foris*, *ubicunque*, seu *omnibus modis, conversari, officio fungi*, &c. 1 Reg. 3. 7. Psal. 121. 8. Locum itaque sic accipio, *Vastata est à domo*, i.e. ab interiori parte, unde est egressus, & *à veniendo*, i. e. ab exteriori parte, unde est ingressus seu adventus ; id est, Tam intra civitatem quàm extra, tam in domibus quàm in muris, ex omni denique parte & funditus, vastata est Tyrus : *de terra Cethim* (i. e. Macedonum) *revelatum hoc fuit*, i. e. hoc malum prodiit, vel apparuit. Nam verbum נִגְלָה cum nomine מַשָּׂא construendum est. Alexander Macedo nempe Tyrum cepit. Nec obest quòd per Chaldæos quoque vastata priùs fuisset : sæpe enim Prophetis altera vastatio unius regionis in mentem veniebat, cùm de altera ejusdem loquerentur. Quòd si de vastatione per Chaldæos intelligas, dicas à negotiatoribus Cithæis nunciatum fuisse Tyriis quòd Chaldæi decrevissent devastare

Margin notes (right column): v V. — x Ang. — * Ang. — y Jun. — † Idem. — * Idem. — † Idem. — z Ang. — a Pi. — † Idem. — * Id. — † Idem. — * Idem. — † Idem.

vastare eos [b]. Verùm Chittæis in occidente nihil subolere poterat de consilio Nabuchod. quem nè famâ quidem noverant [c]. [Quin fama istius consilii, si ad alios manâsset, citiùs ad Tyrios quàm ad Citthæos pervenisset, tum quia Tyrii Babyloniis longè propiores erant quàm Citthæi; tum quia illi his mercaturâ celebriores erant, adeóque, si ullum partibus occidentalioribus cum Babylone intercessisset commercium, Tyrii faciliùs multò merces suas eò deportâssent quàm Citthæi, unde hanc famam citiùs percepissent.] [Qu. Quid, vel Qui, hîc *Chittim*?] Resp. 1. Cùm *insulæ gentium divisæ* dicantur *inter* filios Japheti, è quibus Javan, hujúsque filius *Chittim*; hoc nomine comprehendi putant oras maritimas orientalium partium maris Mediterranei, tum ab Europæo, tum ab Asiatico latere, insulásque in iis contentas. Huic conjecturæ favent antiqua nomina, *Cittium* in Cypro, Strab. 14. Plin. 5. 31. *Cyteum* in Creta, Plin. 4. 12. *Cetei*, populus inter Cilicas & Pelasgos situs, Strab. 13. (cui nomen vel à *Ceti* fluvio, vel à *Ceti* oppido sive provincia, Ciliciæ, Ptol.) *Macetia*, vetus nomen Macedoniæ [d]. 2. Rectiùs alii *Chittim* restringunt ad insulas occidentaliores maris Mediterranei circa Italiam, sicut *Tarshish* accipiunt de insulis ejus orientalibus circa Græciam. Vide Num. 24. 24. Dan. 11. 30. 1 Mac. 1. 1. & 8. 5 [*]. 3. *Chittim* sunt Cittiæi in Cypro [f]. 4. *Chittim* sunt Græci [g], Achaia. Ità Chaldæi duo, in quibus quidem occurrit אכויא, vox nihili, sed legendum, אכאיא *Achaia* [h]. Vel, sunt Macedones [i]. Ità Author lib. 1. Maccab. haudquaquam contemnendus scriptor [k]. Dicebantur autem hi habere *insulas*, tum propter infinitas insulas quibus dominabantur in mari Ægæo; tum quia Hebræi *insulas* vocant ad quas non nisi per mare erat [à Judæa] transitus [l]. 5. *Chittim*, Romani, qui Babylonios sollicitârunt contra Tyrios [m]: vel, Itali [n]. [Rationes vide in Collectaneis meis ad Num. 24. 24.] 6. *Chittim* hoc loco sign. כתיים *Chutijim*, i. e. Chutæos [o]. Confirmatur ex v. 12. hujus cap. ubi scribitur כִּתִּיִּים, διακειτικῶς, ut scias non agi de Chittim, quorum nomen nusquam ità scribitur, sed de Chutæis. Itaque non probo quòd Masorethæ alterum י suppresserunt. Sed & iidem videntur scripsisse כִּתִּים *Chittim*, pro כִּתִּיִּים *Chutijim*. Nisi Chuttæos dixeris etiam vocari כִּתִּיִּים *Chittijim*, quomodo Græcè Κιτ7ίυς, vel Κισσίυς. Chutæi enim iidem qui Cissii, nempe Susianæ incolæ ad ortum Babyloniæ, ut alibi probavimus. Hinc constat cur Tyriis malum imminere dicitur è terra כִּתִּים, vel כִּתִּיִּים, i. e. Susiana, vel, quod idem est, Babylonia, ex qua Nabuchodonosor. Jam lege sodes v. 12. & 13. apparebit luce clariùs rem ità se habere: *Virgo*, inquit, *filia Sidon*, (i. e. Tyre, à Sidoniis condita,) *surge, transi ad Chitijim: etiam illic non erit tibi requies*. Quidni veró? Causam habes vers. 13. *Ecce etiam terram Chaldæorum*, (in quam deportabimini,) *quam olim inhabitatam Assyrii fundaverant eremicolis*, (i. e. ut in illam ii secederent qui antea in locis desertis habitabant,) *& arces in ea erexerant, & palatia excitaverant*; eam, inquam, terram *Deus posuit in ruinam*. Id quod implevit Cyrus, &c. Meritò igitur negat Esaias etiam in illa terra tutum fore Tyriis secessum [p].

2. *Tacete*] Vel, 1. præ dolore [q]. Vel, 2. Desinite gloriari de opibus vestris; qu. d. Actum de illis est [r]. 3. Quieti estote, nihil in defensionem urbis molimini; nam frustrà eritis †. ¶ *Qui*, &c. יוֹשְׁבֵי אִי] *Habitatores insulæ*, M. P. Mo. &c. i.e. Tyri, quæ insula erat [t], Ezec. 27. 3. & 28. 2 [v]. donec Alexander M. eam continenti adjunxit, Plin. 5. 19 [x]. Vel, *insularum*, singul. collectivè [y]. q. d. O vos insulares [z], qui commercium cum Tyro habuistis, nec ampliùs eò navigaturi estis, confusi estote ob gravem Tyri calamitatem, nec hiscere audete [a]. Erat quidem Tyri pars in insula: Sed latiùs sumere vocem satius est, pro ora maritima, ex more Hebræo [b]. ¶ *Negotiatio*, &c. סוֹחֵר צִידוֹן עוֹבֵר יָם מִלְאוּךְ] *Negotiator* (vel, *Circuiens*, Mo. *Mercatores*, JT. Pi. &c.) *Sidon qui transit* (vel, *transfretans*, P. vel, *trajicientes*, Pi.) *mare impleverunt te*, P. sim. Mo. Ti. &c. vel, *implere solebant*, V. scil. mercibus [c]; vel, præ magna frequentia [d]. Incipit recensere felicitatem Tyri [*]. Veterem urbis fortunam describit, quò tristior apparet ea quæ erat ventura [f]: & ut omnes intelligant clademhanc, utpote haud vulgarem, esse opus & judicium Dei [g]. Sidonii & ligna à Libano, & vitrum, & vestes apud se factas, in ratibus Tyrum deferebant [h]. Sidon Tyro & nautas præbuit, Ezec. 27. 8. & mercatores [i]. *Tu quem mercatores—implent*, JT.

3. *In aquis*, &c. וּבְמַיִם רַבִּים זֶרַע שִׁחוֹר קְצִיר יְאוֹר תְּבוּאָתָהּ] *Et in aquis multis* (vel, *Et per aquas magnas*, sive *multas*, For. Ang. nempe, vel, 1. Nili [k]; vel, 2. oceani [l], maris Mediterranei [m];) *semen Sichor*, (vel, *Nili*, Calv.) *messis* (vel, & *messis*, Ti.) *fluminis* (sub. *est*, vel *erat*, P. Ang.) *proventus*, vel *fructus, ejus*, Mo. P. Ti. &c. i. e. Semen jactum in Ægypto, quæ alluitur multâ irrigatione Nili, segetes, inquam, quæ multâ irrigatione fluminis Nili proveniunt, erant proventus illius. Ægyptus enim alebat Tyrum [n]. *Semen Nili*, crescens *in aquis multis, & messis fluminis* fuerunt *fruges ejus*, M. *Cujus proventus aquis multis est semen Schichoris, messis rivi* Ægyptiaci, JT. i. e. Quæ proventum colligis ex alieno agro tuis navigationibus [o]. *Cujus proventus* erat (i. e. Qui proventus vehebatur ad te) *in aquis magnis* (nempe oceani) *semen Sihoris*, & *messis rivorum*, (Heb. *rivi*, collectivè,) sub. *Ægypti*, tum ob mentionem fluvii Sihoris; tum quia יְאֹר de rivis Ægypti in S. S. usitatè dicitur [p]. *Cujus proventus erat fluvialis messis Niliacæ per vastas aquas sementis*, Ca. *Cujus proventus sunt sata Nili aquis multis* (*terras irrigantis* nimirum) *messis flumine* educata. Frumentum Niloticum Tyrus omnibus populis cum lucro suo vendebat [q]. Al. *Per multas aquas* (sub. *venit*, vel, *adductum est*) *semen Sihor*. Ellipsis qualis Jerem. 51. 25. *Ecce, ego* venio *adversùs te*; Psal. 120. 7. *Ego pacem*, sub. *quæro* [r]. *Sihor* hîc est vel, 1. torrens exiguus inter Palæstinam & Ægyptum, *Rhinocolura* dictus †. Sed perabsurdum est totum Regnum ab exiguo torrente denominari, vel granum Ægypti dici semen talis torrentis [t]. Vel, 2. Nilus [v], Æthiopibus olim dictus *Siris*, i. e. juxta illorum pronunciationem, *Shibri*, vel *Shichri*, quod propè accedit ad Hebr. *Shihor*, vel *Shichor*. Dicitur autem שחור à *nigredine*, (quam verbum שָׁחַר sign. vide Levit. 13. 31, 37. Job. 30. 30.) unde etiam Græcis *Melas* dictus est, & Latinis olim *Melo*, ut Festus & Servius ad Virgilium notant. Obj. At *Shihor*, sive *fluvius Ægypti*, est terminus Terræ promissæ, Num. 34. 5. Jos. 13. 3. cùm tamen Israelitæ nunquam possessionem suam ad Nilum extenderunt. Resp. 1. Nec possederunt terram usque ad Euphratem, qui tamen alius terræ terminus erat, Deut. 1. 7. & 11. 24. Id quod tum socordiâ suâ, tum judicio Dei, accidit. 2. Nilus ibi non ipsum corpus fluvii, sed quodlibet ejus brachium terræ Canaan proximum, indicat. Tale erat illud Pelusiacum dictum, è quo profluens rivulus effecit lacum Sirbonidem, qui Ægyptum divisit, hinc ab Edomitis, illinc à Philistæis, Strab. 14. Plin. 5. 13. Diod. 1. 30 [x]. *Sihor* vocabatur Nilus à *nigrore*, quòd aquæ ejus essent turbidæ ac turbulentæ [y]. Sed quid hîc *semen Sihor*? Resp. 1. Frumenta [z], quæ Nili beneficio Ægyptus profert [a]. Resp. 2. Linum Ægyptiacum, natum scil. è semine quod satum fuerat in Ægypto, cujus terminus est fluvius Sihor, Jos. c. 13. v. 3 [b]. Syn. gen. *semen*, pro semine lini; & meton. materiæ, semen lini, pro ipso lino. *Messis* hîc dicitur triticum [c]. ¶ *Et*, &c. וַתְּהִי סְחַר גּוֹיִם] *Et fuit*, vel *facta est*, (vel, *quæ est*, vel *erat*, Ca. JT. Pi. vel, *adeò ut esset*, For. vel, *quæ es*, G.) *negotiatio* (vel, *mercatus*, JT. Ca. *taberna*, G. *emporium*, M. Ti. Pi. Ang. Heb. *mercatura*, i. e. domina mercaturæ: ut, *spolium*, pro dominis *spolii*, vel spoliatoribus, Jud. 5. 30; *defectus*, pro rebus *defectûs*, sive defectivis, Eccles. 1. 11; *præda*, pro viris *prædæ*, Prov. 23. v. 28 [d].) *gentium*, Mo. P. i.e. quò omnes convenirent [*]. Sic Dyrrachium Adriæ taberna [f].

4. *Erubesce, Zidon*] Parens Tyri [g], ut docent Curt. & Justin. quòd scil. proli tuæ opitulari non volueris [h]. Nec te præteribit ultio Divina [i]. Hæc urbs erat antiquior Tyro, & olim major. Vide Gen. 10. 19. & 49. 13. Jos. 11. 8. & 19. 28. Denunciationes propheticæ factæ sunt non minùs in Sidonem quàm Tyrum [k]: vicinæ quippe erant hæ urbes, & confœderatæ [l]. ¶ *Ait*, &c. כִּי אָמַר יָם מָעוֹז הַיָּם לֵאמֹר] *Quia*, vel *Nam, dixit*, vel *dicit*, vel *loquitur, mare*, (i. e. vel, 1. mare quod alluit Tyrum [m]: vel, 2. navigantes in mari [n]: vel, 3.

Margin notes (left): [b] For. [c] BP. 3. 5. 182. [d] Q. in Ang. [*] Ang. [f] G. Jos. in BP. [g] Q. in V. [h] BP. 3. 5. 179. [i] BP. For. [k] BP. [l] For. [m] He. in M. [n] Q. in V. For. BP. [o] BP. ex RS. [p] BP. 18. 182. [q] V. sim. For. &c. [r] Pi. sim. Ang. † Q. in Ang. [t] Arg. Pi. [v] Ang. [x] Ang. Pi. [y] He. in An. [z] V. Calv. [a] Calv. [b] G. [c] Pi. [d] V. [*] For. [f] G.

Margin notes (right): [g] Calv. [h] G. [i] Ang. [k] He. in Ang. [l] Pi. [m] For. Ang. [n] V. [o] Jun. [p] Pi. [q] G. [r] Ang. † Q. in Ang. [t] Ang. [v] M. V. For. G. Ang. &c. [x] Ang. [y] V. [z] For. sim. G. Ang. &c. [a] For. [b] Pi. ex Jun. [c] Pi. [d] Ang. ex He. [*] For. [f] G. [g] G. sim. Pi. [h] G. sim. Mc. T. [i] M. [k] Ang. [l] Ang. sic Musc. [m] Pi. [n] Q. in Ang.

Tyrus ipsa [o], sic dicta κατ' ἐξοχὴν, acsi sola in medio mari regnaret [p]; vel, quia sita in corde maris, Ezec. 28.2 [q]. urbs maritima, nempe Tyrus [r],) *fortitudo* (vel, *munitio*, JT. Pi. vel, *fortitudo*, inquam, M. sim. Ang.) *maris*, (i. e. Tyrus sita ad mare †; vel, maritimarum urbium fortissima [t],) *dicendo*, Mo. P. Ti. JT. Pi. vel, *dicens*, M. Ti. Al. *Quia dixit occidentalis*, [id יָם sæpe denotat,] *qui habitat in fortitudine maris, dicens*, Ch. *Nam mare, nam marina sic loquitur potentia*, Ca. Meliùs, *Ait enim maris, maris*, inquam, *munimentum*. Ipsam attigit significationem nominis צור, quod πέτραν vertere solent Græci; unde Græca vox τύρσις, & Ethrusca *turris*. Fuêre autem mari ità potentes Tyrii, ut indè in proverbium iverint, *Tyria maria*, Festo docente [v]. ¶ *Non*, &c. לֹא חַלְתִּי וְלֹא יָלַדְתִּי וְלֹא גִדַּלְתִּי בַחוּרִים רוֹמַמְתִּי בְתוּלוֹת] *Non parturivi*, (vel, *parturio*, JT. vel, *enixa sum*, Ca.) *& non peperi, & non enutrivi* (vel, *educavi*, Sy. Ar. M. Ti. Pi. *educo*, JT.) *juvenes*, (vel, *electos*, Mo.) *exaltavi* (vel, aut *evexi*, Sy. M. Ti. aut *tollo*, Ti. neque *extuli*, P. sim. V. Pi. neque *educavi, & ad incrementum perduxi*, V. nempe, ut nuptui darentur [x],) *virgines*, Mo. P. &c. q. d. Actum est de me: perinde est acsi nunquam fuissem; quæ tamen abundavi hominibus [y]. Sum perinde atque si non parturiissem. Olim eram populosa, nunc deserta: ità civibus careo, perinde acsi nullos unquam habuissem [z]. Jam meis orbata sum, & inepta aliis imposterum comparandis, ac veluti gignendis & educandis. Allegorica expostulatio [a]. Urbes in S. S. sæpe parturientibus fœminis conferuntur, Esa. 47. 8, 9. & 49. 20, 21 [b]. Salsè perstringit Tyrios, qui gloriabantur coloniis suis, inter quas erat Carthago; quæ olim munus solenne quotannis Tyrum mittebat, quâ ipsam ut matrem coleret [c]. Al. Hebræi optativum & subjunctivum non habent, itaque pro eo utuntur indicativo. Sensus est, *Utinam nunquam mihi fuisset soboles ulla*. In rerum enim necessariarum penuria multitudo aut deficit, aut oneri est [d]. Al. לא hîc interrogare puto, (ut Exod. 8. 26. & Job. 3. ult. ubi Vulg. per *nonne* vertit, *Nonne filii*, &c?) & locum sic accipio; q. d. Nonne sum verè mater? nonne edidi filios electos ad bellum, &c? nonne nutrivi virgines, quas viri vel morte suâ defenderent, &c? Si itaque ego talis talia passa sum, nè efferaris, ô Sidon, nec te immunem putes; quinimo erubescas, & mecum condoleas *.

5. *Cùm*, &c. כַּאֲשֶׁר שֵׁמַע לְמִצְרָיִם יָחִילוּ כְּשֵׁמַע צֹר] [Variant.] *Sicut rumor Ægyptiis, torquebuntur secundùm auditum Sor*, Mo. *Simulatque*, vel *Cùm*, (ità כַּאֲשֶׁר accipitur Jos. 2. 7 [f].) *rumor ad Ægyptios* pervenerit, (ellipsis verbi, ut suprà v. 3 *: vel, *Quando auditum fuerit Ægypto*, ο'. sic Ar. ad verb. *Cùm auditus erit Ægyptiis*, V.) *dolebunt secundùm rumorem* (vel, *juxta auditum*, V. vel, *de rumore*, M.) *Tyri*, P. Calv. M. V. id est, erit dolor Ægyptiorum famæ similis, & magnitudini calamitatis [Tyri] par [g]. Vel, quemadmodum timuit [sive doluit] vehementer Tyrus cùm audivit adventum hostium. q. d. Cùm rumor adventûs Nabuchodonosor pervenerit ad Ægyptios, dolebunt, timentes destructionem qualem passa fuerit Tyrus: q. d. Non solùm Tyrus, sed & Ægyptus, destruetur, quæ victum Tyriis suppeditabat [h]. Significat cladem hanc communem fore Tyriis & Ægyptiis; ex quibus hi professi, illi subdoli, Judæorum hostes erant [i]. Al. *dolores partûs corripient eos, ut cùm audietur à Tyriis*, Sy. vel, *capiet eos dolor pro Tyro*, ο'. Ar. Nempe, 1. ob cessationem commercii Ægyptiis non minùs quàm Tyriis utilissimi [k]; 2. quia par exitium sibi timebunt [l]: 3. quia peribant illis plurimæ ipsorum merces in Tyro repositæ *. Al. *perinde ad istum rumorem dolebit* [*Ægyptus*] *ut Tyrus*, Ti. [Ca. totum sic reddit, *Quod ubi apud Ægyptios increbuerit, dolebunt ut dignum est ad Tyri famam*. Alii aliter vertunt.] *Sicut rumor*, vel *fama*, (sub. *fuit*, Pi.) *de Ægypto*, JT. Pi. (vel, *Sicut audierunt plagam quâ percussi sunt Ægyptii*, Ch. vel, *Sicut* ad *famam de Ægypto*. Deficit particula ante שֵׁמַע, quæ exprimitur Psal. 18. 45. & ל ante מִצְרַיִם valet *de*, ut Esa. 8. 12 [m].) *intremant æquè* (vel, sic *contremiscent*, Pi. vel, sic *summo dolore corripientur*. Ellipsis notæ similitudinis, ut sæpe fit in posteriore comparationis membro. Vide Prov. 25. 12. & 26. 11. Verbum hîc indefinitè usurpatur; *erunt dolore correpti*, h. e. erit multus dolor, vel, homines multùm dolebunt. Vide ad Esa. 2. 19 [n].) *rumore* (vel, *ex fama*, Pi. vel, *ad famam*, Ang.) *Tyri*, JT. Pi. Ang. [Hanc versionem sic explicant:] Vicini populi, audientes cladem Tyri, summo pudore, dolore & timore corripientur; sicut factum in ruina Ægypti. Unica est adversùs hanc interpretationem objectio, quòd priùs Tyrus exscindebatur quàm Ægyptus, Ezec. 29. 18, 19, 20. Sed multa responderi possunt. 1. Non liquet de qua Tyri clade hîc loquitur. 2. Esto; sensus tamen est, Sicut alii terrebuntur ad ruinam Ægypti, quum advenerit; ità & alii, in ruina Tyri. 3. Respicit hîc præcedentem Ægyptiorum cladem: nempe, vel, 1. illam ab Assyriis illatam tempore Esaiæ; vel, 2. veterem illam Exod. 14 [o]. quum populi audientes judicia Dei in Ægyptios tremefacti sunt, &c. Exod. 15. 14. &c [p]. Vide & Jos. 2. 9, 10, 11 [q]. Ità *contremiscent*, scil. homines. Impersonaliter dictum. Metuebant aliæ gentes, nè Nebuchadnetsar, qui Tyrum evertit, ipsas quoque expugnaret: quod & factum est [r].

6. *Transite*, &c. עִבְרוּ תַּרְשִׁישָׁה] *Transite in*, vel *ad*, *Tharsis*, Calv. Ang. id est, Tartessum †; vel, Carthaginem [t]: vel, *per oceanum*, JT. sim. Pi. Vulg. For. &c. Compellat vel, 1. mercatores exteros, quos jubet aliò deflectere, & quærere novos portus, Ciliciam, quæ Tyro opposita est [v]. Vel, 2. Tyrios ipsos [x]. q. d. Fugite è Tyro, quærite novas sedes [y]: Vagamini per maria, &c. Hujusmodi occasionibus Tyrii novas sedes compararunt, & Carthaginem, Leptin, Uticam & Gades, ad oceanum condiderunt, teste Plin. 5. 19 [z]. Non dubium est quin, antequam clauderentur exitus, multi migraverint in loca maritima, quamvis longinqua, ut & sequentia indicant [a]. Imperat. hîc pro fut. ponitur [b]. Prædicit quid illis obtingeret [c]. ¶ *Ululate, qui habitatis*, &c.] Hebr. *habitatores insulæ*, P. V. &c. [ut v. 2. ubi dicta vide.] Id est, vel, 1. Tyri [d]; vel, 2. sing. pro plur. *insularum* *. q. d. Vos qui commercia cum illa exercuistis, casum ejus deflete [f].

7. *Numquid*, &c? הֲזֹאת לָכֶם עַלִּיזָה מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ] *An*, vel *Numquid*, *hæc* (scilicet Tyrus eversa [g], sub. *est*, M. Pi. For. &c.) *vobis* (vel, *vestra*, M. V. Ang. vel, *vobiscum*, Angl.) *hilaris*? sive *exsultans*? sive *exsultabunda*? M. P. Mo. JT. Pi. V. (sub. *urbs*, P. sic M. Ang. ex Esa. 22. 2 [h]. potiùs, sub. *heroina*, sive *domina*, superbæ enim & lascivæ dominæ urbem confert. Vide Esa. 47. 1. 5, 8 †. Al. *Hæccine est vobis, quæ gloriabatur*? Deduco à עָלַז *exsultavit, tripudiavit*, &c. propter sequens יוֹבִילוּהָ, ut sit ironia elegans, nam sign. *cum mora & pompa ducere, deducere*, &c. at hîc *pedibus ipsius* tribuitur, quòd *eam ad peregrinandum procul deducerent*, &c [i].) *à diebus* (sub. *quidem*, Pi.) *antiquis* (vel, *quondam*, Mo. sub. *durat*, Pi.) *antiquitas*, vel *vetustas*, *ejus*, P. M. Mo. Pi. &c. Ædificata erat Tyrus annis 240 ante Templum Salomonis, teste Jos. Antiq. 8. 3. h. e. circa Gideonis tempora, ab Agenore Phœnice, Cadmi patre, inquit Justin. l. 8. i. e. tempore Josuæ: imò, tunc erat munita civitas, Jos. 19. 29 [k]. Ab Agenoris temporibus [duraverat [l].] ¶ *Ducent*, &c. יֹבִלוּהָ רַגְלֶיהָ מֵרָחוֹק לָגוּר] *Ducent* (vel, Sed *ducent*, Pi.) *eam pedes ejus* (intellige vel, 1. pedes navium, vela & remos. Latini funes quibus tenduntur vela *pedes* vocant; Plautus nautas ipsos, navales pedes [m]. Vel, 2. pedes ipsius: q. d. Olim erat instar delicatæ heroinæ, quæ pedem terræ admovere noluit, Deut. 28. 56. sed in carpento vehebatur, &c. nunc autem ipsa suis pedibus ibit, &c [n].) *è longinquo* (vel, *eminus*, V. vel, *procul*, Pi. vel, *in longinquam terram*, M. V. Calv.) *ad peregrinandum*, vel, *ut peregrinetur*, Mo. P. M. &c. Pedibus suis cogetur ire in captivitatem [o]. [Alii totum sic reddunt,] *Annon hæc gloriatio vestra est? cujus vetustas ab antiquis diebus est, ducent eam pedes ejus, ut peregre proficiscatur habitatum*, Ti. *Ergóne gestientem istam, originis tam antiquæ, sui ferent pedes procul commoraturam?* Ca. *Hæccine vobis exsultabunda videretur, cujus pedes à diebus præcedentibus, à præcedente statu ipsius, deducent eam ad peregrinandum procul?* JT. i. e. ad quærendas peregrinas sedes. Sarcasmus, ex comparatione præsentis abjectionis cum præcedente fastu & gloria [p]. *Nonne hæc erat superbia vestra à principio priusquam ipsa traderetur?* ο'. sic Ar.

Numquid

Marginal notes (left column): o Ang. ex He. &c. Calv. — p Calv. — q Ang. — r V. — † Pi. — t V. — v G. — x Ang. — y Pi. — z V. sim. Ca. Sim. — a Jun. — b Ang. — c Calv. — d G. — * For. — f Ang. — * Id. — g For. — h V. — i Calv. — k G. sim. Me. — l Me. — * Ang. — m Ang.

Marginal notes (right column): n Ang. — o Ang. — p Jun. sim. Pi. Ang. — q Ang. — r Pi. — † G. — t LXX in G. — v Calv. — x For. — y Pi. — z Jun. — a G. — b San. — c Ang. — d Pi. — * V. — f Ang. — g Pi. — h Ang. — † Idem. — i For. — k Ang. — l G. — m G. — n Ang. — o M. — p Jun.

Numquid hæc vobis Tyrus fortissima à diebus antiquis, cui ab antiquo afferebant munus è terra longinqua? Ch.

8. *Quis*, &c? [מִי יָעַץ זֹאת] *Quis consuluit hoc*, Mo. P. vel, *consultavit*, V. vel, *decrevit*, vel *statuit*, sive *constituit*, Pi. G. V. Cujus consilio factum, sive decretum, est hoc [q]? Quæstio admirantis, q. d. Quis hoc aut machinari aut exsequi auderet [r]? *Quis hoc unquam cogitâsset?* M. *Quis unquam secum sic statuisset?* For. ¶ *Super*, &c. [עַל צֹר הַמַּעֲטִירָה] *Super*, vel *contra*, *Sor*, sive *Tyrum*, *coronantem*, Mo. P. Ang. &c. sub. vel, 1. *se*; i. e. quæ capiti suo coronam imponebat, & se Reginam esse maritimarum urbium dicebat †: vel, 2. sub. *viros suos*, P. V. sim. Pi. nempe opibus [t]: vel, 3. alias urbes; q. d. quæ etiam aliis nationibus coronas regias imposuit [v]. Vel, *illam coronariam*, JT. i. e. quæ non tantùm ipsa Regina erat, sed etiam gignebat quodammodo Reges, & mercatores suos opibus coronabat [x]. Vel, *illam coronatam*, Ti. Ca. Sy. Angl. sub. *urbem*, ut suprà v. 7. Confer Ezec. 27. 3, &c. & 28. 12, &c [y]. ¶ *Cujus negotiatores* (vel, *mercatores* sunt, Pi.) *principes*] Id est, opulenti non minùs quàm Principes [z]. Cum qua etiam Principes negotiantur; vel, quæ eos qui cum illa commercium exercent ditissimos facit. Similiter Rex Pyrrhus Romam *urbem Regum*, & Cineas Pyrrhi consiliarius senatum Romanum *concilium Regum*, vocavit [a]. ¶ *Institores ejus*, [כְּנַעֲנֶיהָ] כְּנַעַן pro *mercatore* sumitur, quia maximus & antiquissimus mercatus penès Phœnices. φοίνικες ἔμποροι, (*Phœnices mercatores*.) Ælian. 4. 20. ἐμπορικοὶ ὡς οὐχ ἧττον φοίνικες, (*mercaturæ deditos non minus quàm Phœnices* [b].) Urbem his titulis insignit, ut Divini judicii gloriam magis illustret *.

9. *Dominus*, &c.] Respondet præmissæ interrogationi [c]. Quia credibile non erat Tyrum posse humanitus everti, meritò colligit Propheta, Deum ruinæ ejus esse authorem [d]. ¶ *Ut*, &c. [לְחַלֵּל גְּאוֹן כָּל־צְבִי] *Ad profanandum*, vel, *ut profanaret*, (vel, *fœdet*. Pi. sic JT. Ca. vel, *violaret*, i. e. perderet *,) *superbiam* vel *fastum*, *omnis* (vel, *cujusque*, M.) *gloriæ*, P. Mo. JT. Pi. vel, *magnificentiæ*, Ti. vel, *nobilitatis*, Ca. vel, *jucunditatis*. For. quâ suaviter & jucundè vivebant Tyrii [f]; vel, *pulchritudinis*, Angl. ut Gen. 3. 6 †; vel, *magnifici*, M. vel, *regionis gloriæ*, i. e. gloriosæ & inclytæ [g]. *Prophanatio* hîc opponitur *superbiæ*, cujus est, se quasi sanctum segregare ab aliis, nè contaminetur, & alios indignos reputare qui ad se accedant [h]. ¶ *Et ad*, &c. [לְהָקֵל] *Ad elevandum*, JT. *ut viles reddat*, Hebr. *ad allevandum*, Pi. *ad vilipendendum*, Mo. P. *& vilipenderet*, M. *ad detrupandos*, Ca. *& inanes*, seu *alleviatos*, *redderet*. קַל & כָּבֵד hîc opponuntur: hoc de *gravitate* vel honoris, vel substantiæ, illud de [utriusvis] *alleviatione*, dicitur [i].

10. *Transi*, &c. [עִבְרִי אַרְצֵךְ כַּיְאֹר בַּת תַּרְשִׁישׁ] *Transi* (vel, *Peragra*, Ca. vel, *Remea*, sive *Redi*, in, JT. Pi. vel, *Perge*, sive *Abi*, sive *Discede*, in, Boot.) *terram tuam* (Ellipsis τῆ ל, quæ frequens est. Nomina motum ad locum significantia sine ל, vel אֶל, vel ה, aut in fronte, aut in tergo, sæpe construuntur; ut Psal. 11. 1. Prov. 18. 8. Jer. 20. 6. Thren. 2. 1. &c [k]. Vel, *de terra tua*, Calv. Ital. & Gal. vetus & Valera in Boot. ut sit אַרְצֵךְ, pro מֵאַרְצֵךְ: cui refragatur Hebraismus; nec enim unquam in S. S. verbum motum de loco significans nudo nomini jungitur sine מ [l]. Imò verò τῆ מ in similibus phrasibus supprimitur, ut Esa. 18. 7. & 52. 2. Sed nec necesse est ut מ hîc suppleatur: sufficit ב, *per*, quod omittitur Esa. 47. 2. Jer. 2. 10 [m].) *tanquam rivum*, (vel, *instar fluminis*, P. M. Ti. sim. JT. Pi. Boot. Ca. i. e. vel, 1. indesinenter & citò [n]; Fuge aliò velocissimè [o]; ut fluvius perpetuo lapsu currit, semper ad loca decliviora pronus, donec tandem in pelagus influat [p]. Non placet: tum quia Scriptura nullibi hâc similitudine eo sensu utitur; tum quia hîc non est כַּנָּהָר, sed כַּיְאֹר, quæ vox peculiariter attribuitur Nilo, qui valde lenis & placidus Ægyptum secat [q]. Sed hæc non obstant. Nam, 1. vox יְאֹר de aliis etiam fluviis dicitur, Dan. 12. 5, 7. vide & Esa. 33. 21. 2. Nilus cum impetu & celeritate fluit, maximè circa cataractas; & Plinius hoc tantùm dicit, eum, cùm in humiliora descendit, leniùs fluere quàm antea, &c [r]. Vel, 2. confertim & agmine facto: q. d. Vos mercatores, cum omni multitudine vestra, patriam repetite, &c. *Fluvius* in S. S.

Margin: [q] V. [r] Ang. † V. [t] V. Pi. [v] M. [x] Jun. [y] Ang. [z] G. [a] Ang. [b] G. * Calv. [c] Mus. [d] Calv. * Calv. [f] For. † Ang. [g] V. [h] For. [i] For. [k] Boot. animadv. 4. 9. 8. 193. [l] Boot. ib. 4. 191. [m] Ang. [n] Jun. [o] V. [p] San. [q] Boot. ib. 5. 6. [r] Ang.

sæpe *copiam* tantùm denotat, ut notum est †.) *filiam* (vel, *ad filiam*, P. Calv. vel, *filia*, M. Ti. ô *filia*, Pi. Ang. vel, *puella*, Ca. vel, *navis*, JT. ut naves in exteris scriptoribus vocantur virgines vel puellæ maris [t];) *Tarsis*, Mo. P. M. Ti. Calv. Boot. Ang. Recipe te in Tharsis [v]. Vel, *Cilicia*, Ca. vel, *oceani*, JT. Pi. i. e. ô vos populi qui per oceanum navigatis Tyrum [x]. At תַּרְשִׁישׁ non sign. *mare*, sed Tartessum [y]. *Transi in terram tuam*, i. e. in aliquam coloniarum tuarum: *quasi flumen*, quod à fonte fertur in mare; sic tu ad oceanum usque abi, si potes: *ad filiam*, i. e. urbem, *Tarsis*, h. e. Tartessum [z]. Compellat hîc vel, 1. Tyrum, ejúsve incolas, quibus fugam suadet [a]. Verùm Tyrus nequit dici *filia* תַּרְשִׁישׁ, sive *Tartessi* [b]. At dicitur *filia* תַּרְשִׁישׁ, h. e. *maris*, quòd erat sita in mari [c], insula [d], è mari quasi genita, aucta, enutrita. Talis eras, ô Tyre: sed nunc per Chaldæos & Macedones continenti conjuncta *. Vel, 2. mercatores exteros [f], Tyri tum degentes [g]; ad quos apostrophen facit, illustrans gravitatem mali Tyriis eventuri [h]. Eos autem nominat *filiam* תַּרְשִׁישׁ, non quòd ea appellatio ad omnes pertineret, sed quia, nominatis præcipuis, (quales ibi erant Tartessii, tum numero, tum dignitate,) etiam reliqui subintelliguntur. Hos verò hortatur ut tempestivè excedant Tyro, nè excidio illius involvantur, & patriam suam repetant [i]. ¶ *Non*, &c. [אֵין מֵזַח עוֹד] *Non* (vel, *Nulla*, JT. Pi. sub. *est*, M. Ti. P. &c. & sub. *tibi*, P. Boot.) *zona*, vel *cingulum*, *ultrà*, vel *ampliùs*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Per *cingulum* hîc intelligunt vel, 1. robur sive fortitudinem [k]; id cingulum sign. Job. 12. 18. q. d. Vires tibi ad resistendum non sunt, fugâ opus est [l]. Nullæ Tyro vires, nulla latera, quibus accingatur, aut seipsam confirmet, ut Job. 12. 21 [m]. Vel, 2. munimentum contra vim, ut מֵזַח idem sit quod מָעוֹז v. 14. q. d. Vos mercatores, Tyri hærentes, olim tutissimi eratis, &c. nunc autem ne fidite ei, utut munitissima videatur; *non* enim est vobis *ampliùs munitio*, nec firmitas ejus hostem arcebit: quare subducite vos fugâ, &c [n]. Vel, 3. *cingulum* maris [o]. q. d. Olim mari, tanquam cingulo, cingebaris, erásque inexpugnabilis: jam, per Chaldæos & Macedones peninsula facta, cingulo isto spoliata, & hosti exposita, es, non ampliùs *maris*, sed *terræ*, *filia* [p]. Ad situm urbis alludit Propheta, quæ undiquaque munita, fossisque, aggeribus, vallo & mari circumvallata erat [q]. Vel, 4. gloriam: zonæ enim usus est etiam ad ornatum corporis. Vide Job. 12. 18, 21 [r]. Vel, 5. opes: q. d. Adeò spoliatus eris, ut ne cingulum tibi restet †.

11. *Manum suam extendit*] Sub. *Jehova*, Pi. Angl. vel ex v. 9. vel ex membro seq [t]. ¶ *Super* (vel, *versus*, For. vel, *contra*, Pi. Angl.) *mare*] Ita Ang. &c. Id est, vel, 1. Tyrum [v], sitam ad mare [x]; vel, 2. provincias maritimas, ut eas cum Tyro perdat [y]. ¶ *Conturbavit regna*, [הִרְגִּיז וגו'] [Variant.] *Concussit* (vel, *Perturbavit*, V. *Perterrefecit*, Mo. G.) *regna*, V. Calv. Ang. Id est, vel, 1. Regna Tyri & Sidonis; hæc enim duo Regna erant: vel, 2. Regna, vel provincias, quæ forsan illis subjectionem præstabant; vide Jer. 25. 22 [z]: vel, 3. alia Regna, exemplo tantæ urbis in tantas redactæ angustias [a]. Hoc addit Vates, quia Tyrus sola perire non poterat, quin multorum simul Regnorum ruinam secum traheret [b]. Al. Qui antea *terruit regna*, Q. in V. Al. *commovet*, vel *commovit*, (i. e. excitavit, & quasi provocavit ad iram [c],) *regna*, P. Pi. For. i. e. Reges exteros *; vel, Regna Nebuchadnetzari subjecta [d]; ut adversùs Tyrum consurgerent *. Verùm τὸ רגז talem *commotionem* nusquam denotat, sed talem *commotionem* sive *concussionem* quæ vel cum tremore juncta est, ut Jer. 33. 9. vel cum *remotione* sive *ablatione*, 2 Sam. 7. 10. Job. 9. 6. &c [f]. Al. Evertit Regna Chananæorum, ad adventum Israelitarum [g]. q. d. Dominus tot exempla edidit in maximis Regnis evertendis, ut minimè mirum sit Tyrum jam everti [h]. ¶ *Dominus mandavit*, &c. [צִוָּה אֶל כְּנַעַן לַשְׁמִד מָעֻזְנֶיהָ] *Chanaan* potest esse aut proprium nomen, nam Tyrus pars Phœnices; aut commune [i]. [Hinc varietas versionum.] *Mandavit*, vel *præcepit*, (i. e. decretum fecit †; vel, arcano instinctu homines impulit *,) *super* (vel, *contra*, Ch. Sy. Pi. Ang. sic Ti. ut Esth. 7. 7 [k]; vel, *de*, o'. Angl. ut Jer. 22. 11 *.) *Chanaan*, *ad disperdendum* (vel, *ut vasta-*ret,

Margin: † Boot. ib. 194. [t] Ang. [v] V. [x] Pi. [y] Boot. [z] G. [a] Ang. [b] Boot. ib. 191. [c] Ang. [d] Mc. T. * T. [f] Jun. Boot. [g] Boot. [h] Jun. [i] Boot. ib. 7. 193. [k] P. Ca. Ang. San. [l] Mar. [m] Jun. [n] Boot. ib. 16. 198. [o] Mc. T. [p] T. [q] Calv. [r] Pi. † Calv. [t] Ang. [v] Pi. Angl. [x] Pi. [y] Q. in Ang. [z] Ang. [a] G. [b] Calv. [c] For. * Idem. [d] Pi. * For. sic Pi. [f] Ang. [g] T. [h] Q. in Calv. [i] G. † Q. * Pi. [k] Ang. * Ang.

ret, Ti.) *fortitudines* (vel, *robora*, Ti. vel, *munitiones*, Pi. vel, *fortes*, Ch. sic Sy.) *ejus*, P. sim. &c. Ar. [Diversimodè tamen hanc versionem explicant.] Præcepit Israelitis ut Chananæos ejicerent, &c[l]. Al. *mandavit* (i. e. exercitum conscripsit & misit[m]; est enim phrasis castrensis[n];) *adversus Chanaan*, i. e. Tyrum à Cananæis conditam & habitatam: unde & Tribui Aser attributa fuit, sed nunquam occupata; & mulier Chananæa Matt. 15.21,22. dicitur exiisse de finibus Tyri[o]. *Chanaan* hic, pro Tyriis, ejus posteris, per meton. efficientis, & synecd. gen. Vide Gen. 10.15[p]. [JT. hæc verba, cum proximè præcedentibus, sic reddunt, *Commovet regna: Jehova præcipit contra Cenahanem*, (i.e. Cenahanæos, qui adhuc supersunt Tyri, Tzidone & cæteris locis[q],) *perdere munitiones istius*.] Non Tyro solùm, sed vicinis Chananæorum urbibus, parat excidium[r]. Explicatio consilii quod Jehova cepisse contra Tyrum dicitur. Sunt autem hæc Prophetæ verba, dicentis, Tyrii, Tzidone orti, ac proinde Cenahanæorum reliquiæ, nunc mare obtinent arbitratu suo, & omnia Regna vicina commovent, victis Schalmanesere & Phœnicibus, &, his victoriis partis, omnes sibi cessuros existimant: sed aliud visum est Jehovæ †. [Alii כְּנַעַן appellativè sumunt, locúmque sic reddunt,] *Præcepit ad negotiatorem, ad disperdendum*, &c. Mo. vel, *adversus emporium illud, ut enervarent robur ejus*, M. כְּנַעַן pro mercatore sumitur Job. 40.25. Hos. 12.7[t]. נ in מָעֻזְנֶיהָ ponitur, more Chaldaico, pro Dagesch. Dagesch autem ipsum fuerat vice ז repetitæ *.

12. *Non adjicies* (vel, *perges*, JT. Pi. vel, *Ne pergas*, Sy.) *ultrà ut glorieris*; vel, *ut exsultes*, M. P. &c. sic Mo. JT. Pi. &c. ut antea facere solebas[v]: לֹא תוֹסִיפִי עוֹד ונו׳ *Non addes ampliùs*, &c. vel potiùs, *diutiùs*, &c. Non perpetuitatem significat, sed intermissionem sive intercisionem ad tempus aliquod. Similis loquendi formula 2 Reg. 6.23. Prov. 31.7. nam credibile est, uti cecidisse, ità etiam resurrexisse, cum Tyro Sidonem †. Dicendo, *Non adjicies*, &c. Spem restitutionis, quam paulò pòst dabit, non vult excludere; quia restringi debet hæc comminatio ad tempus cladis. Non lascivies posthac ut priùs solebas[x]. ¶ *Calumniam*, &c. הַמְעֻשָּׁקָה] *Oppressa*, Mo. P. &c. ô *oppressa*, i. e. certò opprimenda, seu per vim stupranda, i. e. evertenda[y]. *Calumniâ oppressa*, M. *vim passa*, Ti. vel, ubi *oppressa fueris*, nempe ô Nebuchadn[z]. *O graviter oppressa*. Forma vocis, quæ alibi non occurrit, significatum hîc intendit[a]. ¶ *Virgo filia Sidonis*] Ità Mo. P. &c. Sic dicitur vel, 1. Tyrus[b], utpote ædificata à Sidoniis[c]. Vide suprà ad v. 4[d]. Nam in Scriptura urbes majores & antiquiores, ceu metropoles, nomine *mulierum* & *matrum* vocantur; ut minores & recentiores, ab illis veluti propagatæ, nempe coloniæ, *filiæ* appellantur, ut Esa. 32.9. Vide Num. 21.25. Similiter de Tyro loquitur Plin. 5.19. *Olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Uticâ, &—Carthagine* *. Hæc autem *virgo* dicitur, vel, 1. ob pulchritudinem[f], ornatum, delicias, luxum, lasciviam, petulantiam; quæ sunt propria virginum & adolescentularum[g]: vel, 2. quòd antea nunquam fuit capta[h]. Vel, 2. Zidon ipsa[i]. Sic, *virgo filia Sion*, Esa. 37.22. &,—*Babel*, Esa. 47.1. &, —*Ægypti*, Jerem. 46.11. idem sign. quod *Sion, Babel, Ægyptus*. Ubi duo observanda. 1. Quòd hujusmodi phrases in poeticis tantùm seu propheticis libris occurrunt. 2. Quòd in illis בְּתוּלַת semper est in forma contracta, [sive constructa,] adeóque, non minùs quàm בַּת, refertur ad nomen sequens. Alibi est, *virgo Israel*, Jer. 18.13. & 31.4, 21. quæ non virginem quamvis Israeliticam, sed ipsum Israelem, denotat. Quæ *virgo* dicitur, vel, quia pulchra; vel, quia intacta, nondum sub jugum missa, vel, non adeò oppressa, fuerit. Gloriabatur autem Sidon se immunem esse ab afflictione Tyri, &c[l]. ¶ *In Cethim*, &c. כִּתִּיִּים קוּמִי עֲבֹרִי] *Chittim* (vel, Ad *Chitim*, P. M. Ti. Ad *Chittæos*, Pi. JT. In *Macedoniam*, Ca.) *surge, transi*, Mo. &c. vel, *migra*, Ca. [*Chittim* hîc intelligunt ut vers. 1.] nempe, vel, 1. Cyprum, ubi Cittium urbs, colonia & ipsa Phœnicum[m]: vel, 2. Græciam, sive Italiam[n]: vel, 3. Cilices[o]: vel, 4. Chutæos, incolas Susianæ, &c[p]. [Sed malim lectorem, quàm me, repetere fusè annotata ad vers. 1.] ¶ *Ibi quoque non erit requies tibi*] Semper senties vim hostilem; ubique misera exsulabis[q]. Nec ibi securus eris, quia Medi illa loca invadent[r].

13. *Ecce*, &c. הֵן אֶרֶץ כַּשְׂדִּים] *En* (vel, *Ecce etiam*, BP. p. 182.) *terra* (vel, *terram*, JT. Pi. vel, de *terra*, M.) *Chasdim*, Mo. P. vel, *Chaldæorum*, M. Pi. &c. In qua urbs Babylon: unde Berosi libri aliis *Chaldaica*, aliis *Babylonica* †. Vel, in quam deportabimini[t]. ¶ *Talis*, &c. זֶה הָעָם לֹא הָיָה] *Iste* (vel, Sed *iste*, M.) *populus* (qui nunc habitat in ea[v]) *non fuit*, sive *erat*, Mo. P. M. Ti. Pi. sub. *aliquando*, Ch. vel, sub. *illic olim*, P. Nullum nomen habuit, sed sub alieno nomine latebat, ab Assyriis oriundus[x]. Chaldæi olim non incolebant eam regionem, nam Assyrii eam priùs ædificârunt; postea, illis pulsis, Chaldæi pro illis habitârunt[y]. Al. *Talis populus non fuit*, Ti. *Populus non fuit ei* similis, He. in V. q. d. Nullus populus cum eo comparabilis erat, ut 2 Reg. 18.5. & 23.25. Deest nota similitudinis, ut Esa. 22.18[a]. Al. *Iste populus non est*. Fuêre Chaldæi populus; nunc provincia sunt Assyriorum. Quid ergò mirum si iidem Assyrii Tyrios vexant[b]? Al. Hic populus, nempe Tyriorum, nec tam amplus nec tam vetustus populus erat quàm Chaldæorum, sive Assyriorum, qui [nempe Chaldæi & Assyrii] idem hîc sunt populus[c]. [Alii hæc verba cum sequentibus nectunt, & sic reddunt,] *Iste populus non fuit*, ex quo *Assyrius* (Rex aliquis Assyriæ[d]) *fundavit eam pro barbaris*, JT. Pi. i. e. incolendam dedit barbaris *. Heb. *desertis*, ut Psal. 74.14. i. e. populis deserta incolentibus, ut Psal. 72.9. q. d. Desiit esse populus, nempe populus liber[f]. Jam nulla est ipsorum respublica, sed devenit in potestatem alterius[g]. Al. *Quam olim inhabitatam Assyrii fundaverant eremicolis*, BP. 182. ¶ *Assur*, &c. אַשּׁוּר יְסָדָהּ לְצִיִּים] *Assur*, vel *Assyrius*, (vel, Nam *Assur*, P. vel, usquedum *Assur*, Ang.) *fundavit eam navibus*, P. V. For. sim. Gal. M. i. e. ut esset navium portus[h]. Cùm enim ingentibus fluminibus alluatur, Tigri & Euphrate, ibi ingentem triremium numerum habebant Chaldæi, quibus verisimile est eos mare Persicum & Indicum adnavigâsse. Nam Esa. 43.14. legis Chaldæos navibus ovantes[i]. צִיִּים sign. *naves*, Num. 24.24. Esa. 33.21. Ezec. 30.9[k]. Vel, *deserticolis*, Mo. Ch. Ang. sim. Calv. Ti. i. e. in ea terra condiderunt urbes in quibus cœperunt habitare homines qui antea habitabant in locis desertis[l]. *Fundavit eam*, nempe vel, 1. Tyrum[m]: etiamsi profanæ historiæ dicant Tyrum coloniam fuisse Zidonis, & conditam ab Agenore, &c[n]. Ab Assur fundata dicitur Tyrus, quòd ab eis fundata est qui Assyrio parebant[o]. Vel, 2. terram Chaldæorum, in qua Nimrod Assyrius Babylonem aliásque urbes ædificavit, Gen. 10.8, &c[p]. Optimè sic vertas, *Assyrius illam terram replevit hominibus deserti*, i. e. homines σκηνίτας eò deduxit[q]. ¶ *Traduxerunt robustos*, &c. הֵקִימוּ בַחִינָיו] *Erexerunt* (vel, *Erexerant*, JT. Pi. sic BP. sub. *illi quidem*, Pi.) *arces* (vel, *fortalitia*, M. *exploratorias speculas*, JT. Angl. ut Esa. 32.14. Jer. 6.27[r]. *munitiones*, Pi. For.) *ejus*, Mo. P. &c. vel, *suas*, JT. vel, *quisque suas*. Sic verto, quia affixum est & sing. & masc. *quisque*, nempe Principum Babel †. Erexerant eas Babylonii, sese omnibus modis confirmantes[t]. Vel, quæque societas populorum suas erexit[v]. Arces quæ ibi apparent condidêre Assyrii[x]. Non habitationi tantùm, sed & defensioni, prospexerunt[y]. בַּחוּנִים, à בָּחַן *probavit*, *munitiones* designat, quasi probatæ sint adversùs oppugnationes hostium. Scribitur per י, sed ut Vau proferendum[z]. ¶ *Suffoderunt*, &c. עֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ] [Variant.] *Destruxerunt*, vel *Contriverunt*, *palatia ejus*, M. Ti. V. sim. Ch. sub. *Chaldæi postea*, V. Al. *Excitârunt*, &c. Calv. G. Ang. sim. Mo. Nam hic significatus verbi עור meliùs cum præcedentibus & sequentibus cohæret[a]. *Excitaverant*, &c. JT. Pi. ¶ *Posuerunt*, &c. שָׂמָהּ לְמַפֵּלָה] *Posuit* (vel, *Disposuit*, JT. *Redegit*, Calv. & *redegit*, Ti. Sed *redegit*, Pi.) *eam* (eam, inquam, terram, BP. sub. *aliquis*, vel, *fundator ejus*, Q. in Angl. vel, *rex Chaldæorum*, V. vel, *Assyrius*, JT. Pi. cujus mentio paulò antè præcessit[b]. Id est quod vulgò dici solet, *Filia voravit matrem*: nam Monarchia Assyriorum à Chaldæis eversa est[c]. Vel, sub. *Deus*, For. BP. Vel, *redacta est*, Angl.) *ruinam*, M. vel, *in ruinam*,

[l] V. sim. [m] c. [n] For. sim. T. Ang. For. Ang. [o] T. [p] Pi. [q] Jun. [r] Mar. † Jun. [t] Ang. * G. [v] Ang. † Ang. [x] Calv. [y] Pi. [z] V. [a] Ang. [b] Pi. Calv. plerique in Ang. Jun. BP. [c] Pi. ex Jun. [d] G. * Ma. [f] G. Ma. [g] Ma. [h] V. sim. Ang. Oecol. &c. [i] For. Ang. [l] Ang. [m] G. [n] V. [o] Glas. gram. 745. [p] BP.

[q] Mar. [r] Ang. ex BP. † G. [t] BP. [v] V. [x] Calv. [y] V. [a] Ang. [b] G. [c] Ang. [d] Pi. * Pi. ex Jun. [f] Pi. [g] Jun. [h] V. For. [i] For. [k] Ang. [l] Q. in V. [m] Q. in Ang. M. [n] M. [o] Q. in Ang. [p] Al. in Ang. [q] G. [r] Ang. † Pi. [t] Jun. [v] Q. in Ang. [x] G. [y] Ang. [z] For. [a] G. [b] Pi. [c] Calv.

nam,

nam, JT. Pi. BP. G. &c. Terram eam, five gentem, fecêre fibi famulam, aut oppida eorum fecerunt mapalia. Nam *mapalia* vox eft Punica, ut notant Feftus & Servius, quæ Hebraicè fcribitur, ut hîc, מַפֵּלָה [d]. Affyrius evertit totam regionem †. Sed quid hæc ad Tyrum? [Refp. 1. De Tyro totum locum exponunt nonnulli, ut notatum.] Refp. 2. Argumentatur à majori ad minus, innuens Regnorum tralationem poffibilem effe [f]. Quid mirum fi Phœnices, mercimoniis addicti, non bellicofi, vaftentur, cùm Chaldæi ferociffimi, qui fuas turres, &c. habebant, perierint, captâ Ninive à Nabuchodonofore [g]? Quum Chaldæi, qui antea nulli erant, Affyrios fubigerent; quid mirum fi utrique unà conjuncti Tyrum fubigant? cur Tyrus opulentiæ fuæ confidet [h]? Confirmatio prophetiæ, exemplo Babylonici Regni, quod Sancheribi majores occupaverant atque everterant, ut apparet ex 2 Reg. 17. 24, 30. & 19. 12. Comparatio eft à majore [i]. [Ca. totum fic reddit, *En terram illam Chaldæam hominibus deftitutam, Affyrii condidêre Sylvanis: eam ille, fuis exftructis propugnaculis, dirutis ejus arcibus, redigit in ruinam.*] Etiam Babylon ab Affyriis condita vaftabitur, eámque hominibus defertam incolent Sylvani; nedum ut Tyrus, tantò minor, evadat *. Refp. 3. Negat Efaias in illa terra tutum fore Tyriis fecesfum, quia eam Deus excidio deftinavit. Implevit id poftea Cyrus, captâ & vaftatâ Babylone [k].

14. *Quia devaftata eft fortitudo* (vel, *munitio*, Pi.) *veftra*] Urbs Tyrus [l], munimentum & præfidium veftrum [m]; ubi tuta vobis erat ftatio, & quæftuofa navigatio [n].

15. *In*, &c. וְנִשְׁכַּחַת] *Et oblivioni tradetur*, Mo. P. &c. fcil. vel, à Deo; i. e. negligetur, deferetur in fua miferia [o]: vel, ab hominibus, à mercatoribus fuis. Alludit ad conditionem meretricis ab amatoribus oblivioni traditæ [p]. ¶ *Septuaginta annis*] De hoc numero ejúfque termino variant Interpretes †. 1. Textus corruptus eft, & pro 70, legendum 7 [q]. [De quo vide dicta ad v. 1.] Sed nimia hæc audacia eft. Alii omnes 70 legunt [r]. 2. 70 illis annis quibus in captivitate Babylonica erunt Judæi *. Nam non folùm Judæa, fed etiam Regna vicina, Nabuchodonofori à Deo data dicuntur. Vide Jer. 27. 3, 6, 8. Ezec. 26. 7—14 [t]. ¶ *Sicut* (vel, *juxta*, M. Ti. &c.) *dies* (vel, *quanta* eft *ætas*, Ca.) *regis unius*] Ità Mo. P. &c. [Variè explicant.] 1. Quantum durabit vita Salmanafaris [v]. [h.e. Per 7 annos, ut ipfe legit.] 2. Juxta dies Davidis Regis, qui vixit 70 annis, 2 Sam. 5. 4 [x]. quem hîc refpicit, vel, quia hic amicus erat Hirami Regis Tyri [y]; vel, quia charus hic erat Judæis, omnéfque ejus anni ferme fingulari aliquâ rerum geftarum laude notati funt: unde, ut *Neftoris anni* in proverbium abiêre pro 300 annis; fic, apud Hebræos, annos Davidis pro 70 annis ufurpari non eft incredibile [z]. 3. Quamdiu folet vivere homo qui lautè & liberaliter fe habet, ut folent Reges [a]. Dies Regum folent certiùs & accuratiùs numerari [b]. Pauciffimos reperies ultra 70 annos regnâffe [c]. De hominis ætate hîc loquitur; fed, quia Tyrus Regem habebat, ideo à vita Regis annos numeravit [d]. 4. Dum vixerit Nabuchod. qui vixit 70 annis †. Verùm ille, & cum patre & per fe, regnavit tantùm 43 annos, ut Jofephus contra App. notat ex Berofo, & patet ex 2 Reg. 24. 12. collat. cum 2 Reg. 25. 27 [f]. 5. Vertunt, *fecundùm dies regni unius*, JT. Pi. Angl. Gal. nempe Babylonici [g], quod Nabuchod. ejúfque filius & nepos per 70 hos annos fucceffivè tenuerunt; Jer. 27. 7 [h]. Heb. *regis*; meton. adjuncti [i]. *Rex* hîc, pro *regno*, ut Dan. 7. 17. & c. 8. v. 21 [k]. ¶ *Poft feptuaginta—annos*] Tunc, cum Jerofolyma, etiam Tyrus reftituta videtur [l]; fub Cyro, qui alienus erat ab odio illo hæreditario quo profequebantur Tyrum Babylonii, ob longam obfidionem [m]: quam etiam nolebant erigi, nè qua fcil. effet rebellionis occafio [n]. ¶ *Erit*, &c. יִהְיֶה לְצוֹר כְּשִׁירַת הַזּוֹנָה] *Erit Tyro* (vel, *ipfi Sor*, Mo. vel, *de Tyro*, Ca.) *velut canticum meretricis*, M. P. Mo. &c. vel, *meretricium*, Ca. Id eft, quafi canticum quod canitur vel, 1. meretrici quæ diu abfuit [o]; vel, 2. à meretrice, quæ cantu allicit ad fe amatores à quibus neglecta fuerat [p]. Canticum autem eft, quod fequitur [q], [*Sume citharam*, &c.] *Ufuveniet Tyro quod*

[d] G. † Jun. [f] V. [g] Me. [h] Calv. [i] Jun. * Ca. [k] BP. [l] Pi. [m] Me. [n] Calv. [o] Pi. Ang. [p] Ang. † Ang. [q] G. [r] Ang. fim. Calov. * Pi. fim. Jun. San. Ang. E. &c. [t] Ang. [v] G. [x] He. in V. San. [y] He. in V. [z] San. [a] T. ex Me. [b] Ma. [c] For. ex He. [d] Calv. † Q. in San. [f] Ang. [g] Jun. [h] Ang. [i] Pi. [k] Pi. Ang. [l] E. [m] Jun. [n] Mufc. [o] G. [p] V. fim. Mufc. [q] G.

meretriculæ pfaltriæ, cui dicitur, [nempe quæ fequuntur, *Sume*, &c.] Ti. Saviter canet, ut ad fe alliciat gentes [r]. Senfus, Licebit Tyro mercaturam exercere *. Dabit operam Tyrus ut alliciat ad fe negotiatores [t]. Mercaturam hîc arti meretriciæ comparat, ob vitia & fraudes quibus fcatet [v]; & ob blanditias verborum in vendendis mercibus [x]. [Alii verfum fic reddunt,] *Erit autem tempore illo, quum oblivioni tradita fuerit Tyrus 70 annis, fecundùm dies regni unius, ut, exactis 70 annis, fit Tyro fimile canticum meretricio*, JT. [repete, *cantico*.] Reflorefcens Tyrus opibus, ad fe pelliciet mercatores fuos, ut ex parte cognofcitur Efd. 3. 7 [y].

16. *Sume citharam*] Salluftius, *Pfallere, faltare, elegantiùs quàm neceffe eft probæ*. Tales fidicinæ in comœdiis [z]. Nota, futura à Prophetis quandoque prænunciari formâ imperandi, ut hîc, & Efa. 6. 9, 10. & 47. 1, 5 [a]. Per hanc apoftrophen non hortatur ut faciat, fed prædicit quid fit factura [b]. ¶ *Circui civitatem*] Ad vulgandas merces [c], & comparandos negotiatores. Vide Prov. 7. 11, 12 [d]. ¶ *Bene*, &c. הֵיטִיבִי נַגֵּן] *Stude bene canere*, P. ad verb. *Benefac cane*, V. *Bellè pulfa*, Pi. fim. V. JT. nempe *inftrumenta mufica*; nam id propriè fign. נגן †. Heb. *Benefac pulfando*, Jun. Pi. fcil. citharam, Pi. Similis locutio Pfalm. 33. 3 *. *Suavem fac melodiam*, Calv. ¶ *Ut memoria tui fit*] Apud mercatores tuos [f]. Ut nôrint omnes te & vivere & adeffe [g].

17. *Ad*, &c. לְאֶתְנַנָּהּ] *Ad quæftum fuum*, Mo. JT. Ca. fim. G. *ad mercedem fuam*, M. Ti. *ad quæftum meretricium fuum*, Pi. Id vox propriè fign [h]. vide Ezec. 16. 31, 34, 41. Hof. 9. 1. Mic. 1. 7 *. à תָּנָה, *mercedem dedit pro opere turpi* [i]. q.d. Iterum replebitur mercatoribus [k]: redibit ad lucrum ex venditione mercium. Manet in metaphora [l]. Locus hic adverfativè legendus eft, *Sed tunc redibit ad mercedem fuam*; q. d. Nihilo melior erit Tyrus poft tam duram caftigationem, quia paulò pòft rurfus ad ingenium redit [m]. ¶ *Fornicabitur cum univerfis regnis*, &c.] Ità Mo. P. &c. Id eft, mercaturam exercebit [n], cum mercatoribus omnium regionum [o]. Quæftum undique faciet, ut folent meretrices. Tyrii purpuras vendebant omnibus Regibus. Non fignificatur hîc εἰδωλολάτρεια, ut alibi: fed; quia meretricis fimilitudinem fumpferat, indè fumit tranflationem [p]. *Exercebitque commercia*, &c. Ti.

18. *Et erunt*, &c. וְהָיָה סַחְרָהּ וְאֶתְנַנָּהּ וגו'] *Et* (vel, *Attamen*, Ti. *Tandem*, JT. Pi. Sy.) *erit*, vel *erunt*, *negotiatio* (vel, *merx*, JT. *lucrum*, Pi.) *ejus & quæftus* (vel, *quæftus meretricius*, Pi. vel, *merces*, M. Ti.) *ejus*, *fanctitas* (vel, *fancta*, M. Ti. vel, *fanctificatus*, JT. Pi.) *Domino*, Mo. P. &c. Id eft, quæftus omnis & opes ejus omnes confecrabuntur Domino [q]. Fient peculium Domini, i. e. cultorum Dei Hebræorum [r]. Mittent Tyrii dona ad Jerofolymam. Id factum colligitur ex Efdr. 3. & 6. & Zach. 14. 16 *. Sed nihil tale occurrit in Efdra, vel Nehemia, vel in Jofepho [r]. Impletum hoc tempore Chrifti [v], quando in Tyro maximè floruit fides; ut docent Gulielmus Tyrius & Adrichomius †. Implendum hoc in diebus Meffiæ [x]. Tyrii ad Chriftum converfi divitias fuas conferent ad fanctos ufus, ad cultum Dei, & fuftentationem egenorum. Vide Act. 21. 3, 4, 5 [y]. Tyrus jam inftaurata verum Deum Chriftúmque colet [z]. Propheta [hîc,] more fuo, à triftibus ad læta & Chriftum avolat [a]. Nunc loquitur de vera Tyri reftitutione & converfione [b] ad Dei cultum [c]. Quum reftituta fuiffet Tyrus, tamen ad Deum converfa non eft, fed perrexit in fraudulentis artibus; ideóque meritò pœnas dedit, ab Alexandro expugnata. Hic ergò verficulus opponi debet fuperiori; q. d. *Et tamen*, vel *Sed tandem, negotiatio ejus Deo confecrabitur* [d]. Erit tempus quo Tyrus emendabitur, & merces fuas non ampliùs mundo, luxui, &c. fed Domino, confecrabit †, & novo negotiandi genere utetur [f]. Sed quæritur an id quod Tyrii ex rapina & fraude collegerunt Deo offerri potuit. Refp. Non intelligit merces Tyri Deo facras fore ubi ità fcortari perget: fed defignat tempus quod ejus mutationem & converfionem fequetur. Quòd autem turpi nomine ufus eft, præteritum tempus fpectavit; fignificans fore ut dedifceret pravas illas artes, atque ingenium mutaret [g]. Eâdem voce hîc utitur quâ Mofes Deut. 23. 18. ubi prohibet *nè merces meretricis inferretur in do-*

[r] For. * Pi. [t] V. [v] Calv. [x] Pi. [y] Jun. [z] G. [a] Glaf. rhet. 2. 4. 542. [b] Mufc. in Glaf. [c] San. [d] Ang. † V. * Idem. [f] Id. [g] G. [h] V. Ang. fim. For. * Ang. [i] For. [k] V. [l] Pi. [m] Calv. [n] Pi. fim. V. [o] V. [p] G. [q] V. [r] G. * T. Q. in L. [r] L. [v] T. ex Hi. † T. [x] RS in L. [y] Pi. fim. E. M. [z] E. [a] Me. [b] Marl. [c] Pellic. [d] Calv. Mufc. & Pellic. in Marl. [g] Calv.

in domum Dei; ut ipsum adesse significaret qui sanctificaret omnia immunda, & Regnum Dei meretricibus & peccatoribus patefaceret [h]. ¶ *Non*, &c. לא יאצר ולא יחסן] *Non recondetur, neque reponetur*, Mo. P. &c. sub. *negotiatio ejus*, Ti. *Non reponetur in thesaurum, neque recondetur*, JT. Pi. ut ab avaris fit [i]. Non multum indè in arcas reponent. Tyrii & quærere amabant, & quæsita prodigere [k]. ¶ *Quia his*, &c. כי ליושבים לפני יהוה יהיה סחרה לאכול לשבעה ולמכסה עתיק] *Sed iis qui habitant coram Jehova*, Pi. simil. Mo. P. M. Ti. &c. (i. e. vel, 1. Judæis, Tyriis vicinis, ad quos perveniet quæstus illius pecuniæ [l]. Impletum forsan sub Maccabæis *. Vel, 2. Ministris Ecclesiæ [m], qui Deo assistunt & perpetuò famulantur [n], in domo ejus, qui locus est præsentiæ Dei, &c [o]. Vel, 3. omnibus etiam fidelibus, qui per Christum facti sunt regale sacerdotium, ut se in Dei conspectu sistant; & quorum præcipuè ratio habenda est [p]. Alludit ad Levitas & sacerdotes, &c [q].) *cedet* (vel, *erit*, Mo. P. &c.) *lucrum* (vel, *negotiatio*, Mo. P. vel, *negotiationis* lucrum, M.) *ejus*, *ut comedant ad saturitatem*, Pi. P. &c. (nempe, Illi Tyrii magna convivia celebrabunt: ideóque pecuniam impendent in frumentum & vinum & carnes pecudum emendas, quibus abundat Judæa [r]. Si dixisset, eos Jerosolymam allaturos, ut Ministri comederent, &c. non aliena esset hæc interpretatio, quæ jam absona est, &c*. Significat eos largè & liberaliter ministrare fratribus debere, &c [s].) & *in* (vel, & *sit iis*, Pi.) *operimentum*, vel *tegumentum*, (i. e. vestimentum, synecd. gen [v].) *vetus*, sive *vetustum*, Mo. P. M. Id est, vel, ad mutandum novis vestibus vestimenta vetera [x]: vel, in vestes ad multos annos, & usque ad vetustatem sive senectutem, duraturas [y]. Vel, *operimentum senum*, Ti. i. e. vestem decoram, qualis decet senes & presbyteros [z]. Vel, *honestum*, sive *decorum*, V. vel, *densum*, Q. in V. G. i. e. lanam optimam, qualem itidem Judæa subministrabat [a]. Vel, *durabile*, Pi. Ang. For. ut Prov. 8. 18 [b]. Non tamen significat vestes diu duraturas, sed quòd nunquam desit eis vestis, sed semper habebunt quo eam coemant. Nihil enim hîc est frugale, sed verba liberalitatem spirant [c]. עתיק primariò sign. *vetus*, 1 Par. 4. 22. Psal. 6. 8. interdum tamen, *durum*, *asperum*, & *rigidum*, Psal. 31. 19. & 75. 6 [d]. Docet hic locus verum divitiarum usum †.

[h] For. [i] Calov. [k] G. [l] G. * San. [m] Calv. Pi. For. Ang. [n] For. sic Ang. [o] Ang. [p] Calv. [q] Calv. sim. Pi. [r] G. * Ang. [s] Calv. [v] Pi. [x] Mar. [y] T. ex Me. [z] T. [a] G. [b] Ang. [c] For. [d] Ang. † Oecol. in Marl.

CAP. XXIV.

1. Ecce, *Dominus dissipabit*, &c. בוקק וגו'] *Exhauriet* (vel, *evacuat*, P. præs. pro fut [a]. *evacuabit*, Pi. sim. V. nempe habitatoribus [b],) *terram*, Pi. sim. JT. Qu. Quorsum spectat hæc prophetia? & quid intelligit per *terram*? Resp. 1. Universum orbem [c]. Communiter Interpretes, & bene, hîc accipiunt de generali atque extrema totius mundi vastatione *. Solenne est Esaiæ, ut, quoties in vaticiniis suis offertur aliqua umbra eorum quæ novissimis temporibus accident, statim ad illa animum & verba convertat. Erat Tyrus viva totius orbis effigies, cùm eò omnia Regna confluerent. Cùm ergò microcosmi hujus interitus esset à Propheta descriptus, ad describendam majoris mundi vastitatem assurgit. Sicut Christus, ab eversione Jerosolymæ, ad mundi excidium & universale Judicium sermonem ducit [d]. Sed huic sententiæ multa hujus capitis loca reclamant, ut videbimus †. Resp. 2. Pertinet hoc vaticinium ad devastationem terræ 10 tribuum factam per Salmanasarem, ut maximè apparet v. 10. & ad liberationem Hierosolymorum à Sennacheribo, fine capitis [f]. Sed repugnat textus huic saltui quem Grotius fingit v. 14. à 10 tribubus ad Judæos, nec ullum est vestigium quòd de diversis agatur; imò verba illa v. 14. *Hi levabunt*, &c. palàm docent, de illis continuari orationem de quibus cœperat [g]. Resp. 3. De Judæa hîc agi & res & verba clamant. Mos est omnibus gentibus, ut, cùm de patria sua loquantur, *terram* absolutè nominent. In ea certè tempora hæc conveniunt quum Israel, & postea Juda, in captivitatem ducti sunt [h]. De vastatione Judæorum loquitur, sive per Chaldæos [i], sive per Romanos [k]. Sed nimis angusta est hæc interpretatio [l]. Resp. 4. Per *terram* hîc intellige Judæam terrásque circumjacentes, sive vicinas [m], Judæísque cognitas [n]; contra quas hactenus prophetavit [o]. q. d. Dominus *terram*, i. e. singulas regiones in superioribus prædictas, suis verberibus quamque castigaturus est [p]. Quod seorsim & specialibus vaticiniis, & quidem diverso tempore, dixit de singulis, nunc in summa & semel complectitur [q]. Eas præcipuè hîc respicit quæ aut inimicitias gesserunt cum Israele, aut eis fallax præsidium præbuerunt [r]. *Terram* hanc, vel orbem, constituere possumus in finibus Ægyptiorum, Assyr. Moab. Tyr *. Syr. Arab. Philist. &c [t]. q. d. Hactenus concionatus sum de variis cladibus quæ plerisque populis tunc imminebant: summa est, Dominum inversurum, &c. faciem terræ [v]. ¶ *Et*, &c. ובולקה] Verbi בלק participia tantùm reperiuntur [x]; idque hîc solùm, & Nah. 2. 10 [y]. Ex Chaldæis, quibus *rei clausæ apertionem* significat, & ex cognatis verbis, conjicimus quòd sign. *confringere*, seu *dissipare*, ut aliorum injuriis pateat, vel murum, vel oppidum, vel vineam [z]. [Variè reddunt.] *Desolat*, vel *devastat*, (vel, *defrugans*, Mo. *desolare facit*, P. *exinanit*, M. sim. JT. Pi. *discerpit*, Ti. sic Sy. *denudat*, Al. in V. *aperit*, i. e. reddit perviam, sub. *hostibus ingressuris* [a],) *eam*, V. sim. Ca. Ang. *dissipabit eam*, For. ¶ *Et affliget faciem ejus*, ועוה וגו'] *Et pervertet*, Pi. sim. JT. vel, *invertit*, M. Ang. sim. Ca. *subvertet*, P. *depravat*, Ti. sim. Mo. Dabit illi novam faciem; h.e. Urbes ejus evertentur & arces [b]. Al. Exuret superficiem terræ igne, 2 Pet. 3. 10 [c]. ¶ *Et disperget*, &c. sim. M. P. JT. Pi. &c. והפיץ] *Et dispergere faciet*, Mo. & *dissipat*, Ti. sim. Ca. sub. *ad adventum hostium*, V. Disperget per totum orbem: id quod Judæis accidit [d]. *Disperget*, vel fugâ ab hostibus, vel deportatione per hostes †.

2. *Et erit*, &c. והיה כעם ככהן] *Eritque populus* (vel, *laicus*, Ch.) *sicut sacerdos*, ό. Ch. Ar. vel, *par sacerdoti*, Sy. q. d. Confusio erit, nullus ordo, nulla erit distinctio in Ecclesia, vel politia; quod dixerat v. 1. *Pervertetur facies* rerum [f]. *Et erit sicut populus*, *sic sacerdos*, Mo. M. P. Ti. *Ut nihil plebeius à sacerdote differat*, Ca. Al. *Eritque*, *sicut cum populo*, *sic cum sacerdote*, sive *principe*, Angl. כהן hîc, ut alibi interdum, sign. *præsidem*, sive *præfectum* [g]. *Eritque perinde populo ac præsidi*, JT. *Eritque*, *sicut populus*, *sic gubernator*, Pi. vel, *præfectus*, sive *præses*. In Heb. ה כ incisi cujusque membro utrique præfigitur. Id autem modò protasi, modò antapodosi, inservit; unde modò *sicut*, modò *sic*, redditur. In tribus primis incisis præcedit conditio deterior, qualis est *populi*, *servi*, *ancillæ*; ideóque in his ה כ priore loco protasin, posteriore antapodosin, sign. *Erit sicut populo*, *sic præfecto*, &c. In tribus sequentibus incisis præcedit conditio potior; unde כ prius in iis apodosin, posterius protasin, denotat, *Sic ementi*, *sicut vendenti*, &c [h]. [Sensus versûs,] Nulla conditionis ratio habebitur, eadem sors, eadem calamitas divites & pauperes involvet [i]. Omnes ex æquo citra ullum personarum respectum perimentur; nulli ætati, gradui aut sexui parcet hostis: non enim pluris faciet sacerdotem quàm plebeium, nec liberum hominem quàm servum, &c [k]. *Sacerdotes*, intellige illos à Jeroboamo institutos, 1 Reg. 12. 31 [l]: vel, alios qui, per peccata sua & judicia Dei, viles se reddiderunt, Mal. 2. 3, 8, 9 [m]. ¶ *Sicut*, &c. כמלוה כלוה] *Sicut mutuans*, vel *mutuò dans*, (vel, *fænerator*, Ti. M. ό. Vulg. vel, *ad usuram accipiens*, M.) *sic accipiens mutuum*, Mo. P. Ch. sim. ό. Sy. Ar. vel, *fænus accipiens*, Ti. vel, *usurarius*, M. Illa lex Mosis quæ fœnus vetat 10 tribubus (sed & Judæis & ante deportationem, Ezec. 22. 12. & post eam, Nehem. 5. 7, &c [n].) sperni cœperat, ut multæ aliæ, infrà v. 5 [o]. ¶ *Sicut*, &c. כנשה כאשר נשא בו] Quæritur quâ ratione hæc duo membra à se invicem distinguuntur: & hîc arietant duo nobiles Critici, K. & AE. Nam K. vult priore voce *debitorem*, sive *fænori accipientem*, posteriore, *creditorem*, sive *fænore elocantem*, designari; quum AE. priorem vocem de *fæneratore*, sive *creditore*, posteriorem de *sumente*, accipit [p]. Cui favet ordo verborum in membro præcedente, ubi *creditor* ponitur ante *debitorem* *. [Hinc varietas versionum.] Quidam cum K. conspirant †. *Et debitor*, *sicut is cui debet*, ό. in Ga. *Debitor sicut creditor*, Ch. *Sicut debitor*,

[a] Pi. [b] V. Pi. [c] He. in For. * San. sim. Me. Luth. & Oecol. & Zuing. & Lapide in Calov. [d] San. † Ang. [f] G. [g] Calov. [h] For. [i] Calov. ex Vinar. [k] Theod. & Euseb. &c. in Calov. [l] Ang. [m] Pi. sim. Ang. Calv. &c. [n] Calv. [o] Pi. [p] Ma. ex Jun. [q] Calv. sim. Musc. [r] Ang. * Calv. [t] Pi. [v] Calv. [x] For. [y] Ang. [z] For. [a] Q. in V. [b] V. [c] Me. [d] For. † Ang. [f] Q. in Ang. sim. Calv. [g] Ga. ex K. [h] Ga. ad vers. cap. 20. p. 223. [i] For. sim. Jun. Pi. Me. T. &c. [k] V. [l] G. [m] Ang. [n] Ga. ib. 227. [o] Ang. [p] Ga. ad vers. p. 224. * Ang. † Ga. ibid.

bitor, sic qui exactor ejus, M. *Sicut debitor, sic qui ei dat fœnus*, Ti. [Ut nihil] *debitor à creditore differat*, Ca. *Sic qui fœnori accipit, sicut qui fœnerat ei*, Pi. *Sicut debitor, & qui ei dat fœnus*, Pagn. & Merc. in Lexic. apud Ga. Sed quicquid dixerint summi isti viri, certum est vocem נֹשֶׁה nusquam (extra hunc locum, qui controvertitur,) aliter quàm pro *fœneratore*, sive *creditore*, usurpari. Exod. 22. 25. Psal. 109. 11. Esa. 50. 1. &c[q]. [Alii ergò aliter vertunt:] *Sicut qui repetit, sic qui debet*, Vulg. *Sicut qui fœnerat, sic qui fœneratur*, P. *Ut fœnerator, sic fœnus ferens ab eo*, Mo. vel, *qui accipit fœnori*, Calv. *Par creditori is qui debitor ejus est*, Sy. *Sicut qui dat ad fœnus, sic qui accipit ad fœnus*, V. [Ut mirum sit unde hauserit Cl. Gatak. quod habet in Adversf. ubi sic scribit, Vatablus reddit, *Sicut qui fœnori accipit, sic qui dat fœnori.*] *Sicut cum fœnori accipiente, sic cum fœnus dante*, Ang. *Perinde mutuò danti atque accipienti*, JT. *Sic fœneranti, sicut ei cui fœnerat*; vel, ad verb. *sic fœnerans, sicut cui fœnerat ei*, per pleonasmum tritissimum. Simil. Deut. 24. 11. *vir ille* אֲשֶׁר אַתָּה נֹשֶׁה בוֹ *cui tu fœnerans*, sive *mutuum es dans, illi*: & 1 Sam. 22. 2. (etiamsi ibi נֹשֶׁה cum ב non construatur,) *vir unusquisque* אֲשֶׁר לוֹ נֹשֶׁה, *cui ipsi creditor* erat, quæ *debitoris* periphrasis est. Erroris [nempe præcedentis versionis] fundus erat, quòd כַּאֲשֶׁר acceperunt pro *sicut*, ut sæpe solet; quum hîc sit vox composita, ex כ *sicut*, & אֲשֶׁר *qui*, atque ità geminam in se notionem includit, quam in versione nostra obtinet. Quærunt porrò quid inter hoc incisum & proximè prægressum distet, & quid intersit inter נֹשֶׁה & מַלְוֶה[x]. מַלְוֶה est, *qui argentum elocat*; נֹשֶׁה, *qui res alias*, putà vinum, oleum, &c[y]. Al. מַלְוֶה est, *qui gratis mutuat*; נֹשֶׁה, *qui fœnore elocat*[z]. Hæc distinctio priore probabilior est[a]. Ei favent Exod. 22. 25. *Ubi egeno—mutuaveris, nè esto* כְּנֹשֶׁה *tanquam fœnerator*: item Psalm. 37. 26. & 112. 5. ubi vir bonus dicitur *benignè agens* וּמַלְוֶה *& mutuans*, pro quo Psal. 37. 21. dixerat, *commodans*. Interdum tamen & נֹשֶׁה de *mutuo gratuito* usurpari videtur, ut Deuter. 24. 10, 11. vide & Neh. 5. 10. Ità promiscuè sumuntur הַמַּלְוֶה & הַנּוֹשֶׁה, tam de *gratuita mutuatione*, quàm de *pactione usuraria*. [Quid ergò hîc statuendum?] Etiamsi Esaiæ solenne sit easdem res verborum varietate exornare; hîc tamen discrimen statuo, ídque hoc modo, ut מַלְוֶה sit *mutuans*, seu *elocans*, נֹשֶׁה *repetens*, sive *exigens*, ut docent [de נֹשֶׁה] Psal. 89. 23. Neh. 5. 7, 11[b].

3. *Dissipatione*, &c. הִבּוֹק תִּבּוֹק וגו׳] *Evacuando evacuabitur* (i. e. Frequenter & incessanter evacuabitur[c]; vel, *Planè exhaurietur*, JT. Pi.) *terra*, Mo. P. M. &c. nempe de qua dictum v. 1[d].

4. *Luxit*; ità Mo. M. V. &c. אָבְלָה] *Luget*, Ca. Ang. *Lugebit*, JT. Pi. *Destructa est*, P. *Periit*, Q. in V. ¶ *Defluxit*; ità Mo. M. V. &c. נָבְלָה] *Ruit*, P. *cecidit*, Q. in V. *concidet*, JT. *marcescet*, Pi. *desolata est*, G. ex Ch. ¶ *Infirmata*, &c. אֻמְלָלוּ מְרוֹם עַם הָאָרֶץ] *Infirmati* (vel, *Enervati*, M. *Deformati*, Ti.) *sunt* (vel, *Languebunt*, JT. Pi. sim. Calv. Ang. *Intereunt*, Ca.) *excelsi*, sive *sublimes*, P. M. Ti. sim. Calv. JT. Pi. (vel, *elatio*, sive *altitudo*, Mo. P. V. Ang. marg. pro *elatis*, ut, *superbia*, pro superbis, Psalm. 36. 12. Jer. 50. 31†: vel, *præstantissimi*, Ca.) *populi* (vel, *populorum*, JT. vel, *in populo*, Pi.) *terræ*, Mo. P. M. V. &c. *Periit clarissimus populus terræ*, Q. in V. q. d. Non modò vulgus[f], sed & proceres[g], & qui aliis præcellebant[h].

5. *Et* (vel, *Nam*, Pi. vel, *Etiam*, JT. Ang. vel, *Et quia*, Ca.) *terra infecta est* (vel, *contaminata est*, JT. Pi. Ang. sim. Ca. vel, sanguine eorum quos ego judiciis meis mactavi, ut Ezec. 7. 21, 22, 24. &c. vel potiùs, sceleribus populi, ut Ezec. 20. 30, 31. &c[i]. sive contactu sceleratorum[k]. Vel, *hypocrita est*, Ti. sim. Mo. vel, *inutilis facta est*, M.) *ab* (vel, *sub*, M. Mo. JT. Pi. &c.) *habitatoribus suis*, חָנְפָה תַּחַת וגו׳] *Impiè egit* (vel, *impia erit*, vel *impiè aget*, præt. pro fut. i. e. videbitur esse impia, quia fructus suos necessarios producere desinet[l],) *propter* (vel, *erga*, V.) *habitatores suos*, P. i. e. pœnas luet acsi impiè egisset[m]. Vel, *incolis suis*, V. Al. *fallax facta fuit incolis suis*, Q. in V. ¶ *Dissipaverunt* (vel, *dissolverunt*, M. vel, *irritum faciunt*, sive *fecerunt*, JT. Pi. Ti.) *fœdus sempiternum*] Sic P. &c. vel, *antiquum*: ut Deut. 32. 7. *Recordare dierum seculi*, i. e. priorum; Mal. 3. 4.

[q] Ga. ib. 224, 225.
[x] Ga. ib. 225.
[y] RS. & K. in Ga.
[z] AE. in Ga.
[a] Ang.
[b] Ga. ib. 226.
[c] Musc.
[d] Pi.
† Ang.
[f] Calv.
[g] For.
[h] Calv.
[i] Ang.
[k] Pi.
[l] V.
[m] He. in V.

Grata erit oblatio——sicut in diebus seculi, id est, olim[n]. Vel, *fœdus seculi*, Mo. V. quod scil. inierant cum Deo, & Deus cum illis[o], perpetuò observandum[p], quamdiu Deus id servari vellet. Vide quæ ad 4. lib. de V. R. C[q]. *Fœdus* hîc intelligunt vel, 1. naturæ, cum omnibus hominibus initum, quod ab initio erat, & in æternum durat[r]. Vel, 2. in monte Sinai factum, Exod. 24. 7, 8. Jer. 11. 2, &c*. Vel, 3. circumcisionis, de quo Genes. 17. 7,—14[r]. Fœdus gratiæ quod Deus cum Abr. & posteris ejus Israelitis pepigit[v]. ¶ הֵפֵרוּ בְּרִית עוֹלָם] *Mutaverunt pactum quod à seculo est*, Ch. [עוֹלָם nempe interdum præterita tempora, interdum futura, & utrobique longa tantùm, non autem infinita, tempora significare, ità clarum est ut probatione non egeat.] Non itaque hinc probare possunt Judæi legalia in æternum fore observanda[x].

6. *Propter*, &c. עַל כֵּן אָלָה אָכְלָה וגו׳] *Ideo exsecratio*, sive *maledictio*, (nempe, vel, à Mose denunciata, Levit. 26. 16, &c. Deut. 28. 16, &c[y]; vel, quam ipsi cum juramento conceperant, quum fœdus cum Deo inirent. Vide Neh. 10. 29. Jer. 23. 10. Zach. 5. 3, 4[z]. Vel, *imprecatio*, For. *perjurium*, P. Mo. *dejeratio*, M. *calamitas*, Ca. *Imprecatio* interdum pro ipsis malis sumitur, ut hîc, & Jer. 29. 18. *Tradam eos——in imprecationem & vastitatem*[a]. Ut *benedictio* bona omnia, ità *maledictio* mala omnia, importat[b].) *comedit*, vel *consumpsit*, vel *consumet*, (vel, *desolavit*, P.) *terram*, Ti. JT. Pi. V. M. Mo. Ca. &c. q. d. Tandem ulciscetur Dominus injuriam sibi illatam ab habitatoribus terræ[c]. *Ideo propter juramentum mendacii deserta est terra*, Ch. ¶ *Et*, &c. וַיֶּאְשְׁמוּ] *Et desolati sunt*, vel *desolabuntur*, Mo. P. JT. Pi. Calv. Ang. *Et dereliquerunt*, M. *Et* (vel, *Quia*, Ti. Calv.) *deliquerunt*, Ti. Ca. sim. Calv. *Et peccabunt*, Vulg. i. e. pro peccatoribus & reis habebuntur[d]; vel, pœnas luent†. ¶ *Insanient*, חָרוּ] *Exusti sunt*, P. Ang. sim. Mo. JT. Pi. V. Ca. &c. *incaluerunt*, Ti. Perdentur irâ Dei, tanquam igni[f]. Cladem comparat incendio[g]. *Æstu perierunt*; i. e. Clausi sunt cœli, ut terræ nascentia provenire non potuerint. Alii intelligunt de æstu malorum affectuum, quo homines inflammati passim se in scelera præcipitant[h]. *Combusti sunt*, inquam, Calv. ¶ *Et relinquentur homines pauci*] Ità P. sim. M. Ti. JT. Pi. V. sub. *incolumes*, V. plerisque aut interfectis, aut deportatis[i]. ¶ וְנִשְׁאַר אֱנוֹשׁ מִזְעָר] *Et relinquetur homo paucus*, V. vel, *hominis pusillum*, Mo. Verba omnia hîc sunt singularia, sed collectivè sumpta[k].

7. *Luxit vindemia*, אָבַל תִּירוֹשׁ] *Lugebit*, vel *Luxit*, (vel, *Defecit*, sive *Periit*, V. Calv. *Desolatum est*, P.) *mustum*, JT. Pi. Mo. Ang. &c. vel, *vinum*, V. quia scil. effundetur ab hoste. Hyperbole[l]. ¶ *Infirmata est vitis*] Ità V. Mo. &c. id est, Non producet racemos[m]. ¶ *Ingemuerunt*, &c.] Sublatis luxûs & lætitiæ fomentis[n].

8. *Quievit* (vel, *Desiit*, Calv. &c. sim. Ang.) *sonitus* (vel, *strepitus*, V. Pi. &c. i. e. confusus & tumultuosus ebriorum strepitus; vide Psalm. 78. 65. Zach. 9. 15[o].) *lætantium*] Vel, *exsultantium*, Pi. Calv. &c. vel, *comessatorum*, qui vocantur *filii clamoris*, Jer. 48. 45†.

9. *Cum cantico non bibent vinum*] i. e. Non festum agent, ut Esa. 22. 13[p]. Non convivabuntur pergræcando[q]. q. d. Non erunt convivia[r]: nam his adhibebatur musica*. ¶ *Amara erit potio*, שֵׁכָר] *Sechar*, Mo. P. M. &c. i. e. Illis non sapiet, præ mœrore[t].

10. *Attrita* (vel, *Contrita*, M. Ti.) *est civitas vanitatis*; ità P. M. Calv. &c. תֹהוּ] *Inanitatis*, Mo. V. Angl. ut Job. 26. 7[v]. h. e. inanis, q. d. quæ expugnata reddetur inanis[x]: *inanis futura*, JT. *Confusionis*, Ang. Calv. id est, in qua nihil compositum aut rectè constitutum fuit*. *Desolanda*, vel, *desolationi destinata*, Pi. Heb. *desolationis*, Pi. Angl. ut Esa. 34. 11. Jer. 4. 23. Per prolepsin *civitas desolationis attrita* dicitur, quanquam talis non erat, nisi postquam *attrita* fuerit. Tales anticipationes occurrunt Esa. 28. 1. &c[y]. *Vanitati* dedita, Ti. nempe idolis, quæ sic vocantur 1 Sam. 12. 21. Esa. 44. 9[z]. Per *civitatem* hîc intelligunt vel, 1. Bethel. Aliis nominibus idem significantibus expressit eam urbem quæ Judæis vocabatur בֵּית אָוֶן, *urbs vanitatis*; Israelitis autem, בֵּית אֵל, *Bethel*[a]. Vel, 2. Jerosolymam.

[n] For.
[o] V.
[p] V. sim. G.
[q] G.
[r] Q. in Ang.
* Ang.
[r] Q. in Ang.
[v] Pi.
[x] For.
[y] Calv. Ang.
[z] Ang.
[a] For.
[b] Sar.
[c] V.
[d] For.
† G. sim. Ang.
[f] V.
[g] Calv.
[h] M.
[i] Pi.
[k] Ang.
[l] Pi. sim. Ang.
[m] V.
[n] Ang.
[o] Ang.
† Idem.
[p] Id.
[q] Jun.
[r] Mar.
* Mar. San.
[t] G. sim. Jun. Ang. Calv.
[v] Ang.
[x] V.
* Calv.
[y] Ang. ex He.
[z] Q. in Ang.
[a] G.

Vel etiam, 3. alias urbes [b] istarum regionum [c]: quia paulò pòst *gentes* ad idem judicium vocabit [d]. *Civitas*, collectivè, pro civitatibus, ut Esa. 25.2. & c. 27. v. 10 †. ¶ *Clausa est* (vel, *Claudetur*, Pi.) *omnis domus, nullo introeunte*, מִבּוֹא] *Ab ingrediendo*, V. simil. Mo. *ne quis ingrediatur*, P. Ti. Calv. V. simil. M. JT. Pi. Non placet: Sicut enim utuntur Hebræi *à domo*, pro, *intrinsecùs*, ità & *ab introeundo*, pro, *extrinsecùs*. Quando domus ab interiori parte clauduntur, habitatores habent, neque est in civitate solitudo: quando ab exteriori parte clausæ sunt, indicium est manifestum solitudinis [f]. *Clausus est omnis domorum aditus*, Ca. Vel, 1. quia deerunt habitatores qui ingrediantur & egrediantur [g]. Ità *ut nulla sit itio*, vel extrorsum, vel introrsum [h]. Vel, 2. præ metu hostium, vide 1 Reg. 15. 17. 2 Par. 15. 5. qui forsan urbem intraverant. Vide Esa. 26. 20. Joh. 20. 19 [i].

11. *Clamor* (vel, *Querela*, JT. Pi.) *erit super vino*] Ità V. Calv. JT. Pi. Vel, *super vinum*, i. e. major clamor quàm ebriorum esse solet [k]. Vel, *propter vinum*, Mo. P. M. Angl. i. e. propter vini penuriam [l]: vel, quòd vinum spoliatum esset [m], & ademptum ab hostibus [n]; vel, contendentibus inter se emptoribus quis illud emat, quia tantillum erit [o]. Luxum notat, quòd, rebus necessariis non contenti, vino se ingurgitarent [p]: ìdque etiam in summis calamitatibus, & publicè, &c [q]. Heb. צְוָחָה עַל הַיַּיִן. ¶ *Deserta*, &c. עָרְבָה וגו'] *Obtenebrata est*, vel *Obtenebrabitur*, (i. e. vertetur in tenebras & tristitiam [r],) *omnis lætitia*, P. M. Mo. &c. sicut עֶרֶב *vespere* obtenebratur aer [*]. *Advesperascet*, JT. Glas. For. sim. Angl. q. d. Gaudium, quod *diei* & *luci* comparatur, quasi cursu suo peracto, ad occasum, vel finem, deductum est [t]. Vide Amos. 8. 9, 10 [v]. *Obliterata est*, Ca. *Consummata est*, Ch. *Cessavit*, vel *Cessabit*, ό. Sy. Ar. Potest hîc esse עָרַב, pro עָבַר, *transire*, per literarum transpositionem, qualis est Levit. 3. 7. collat. cum 4. 32 [x].

12. *Relicta*, &c. נִשְׁאַר בָּעִיר שַׁמָּה] *Remansit*, vel *Relicta est*, (vel, *Superest*, Ca.) *in urbe* (vel, *urbibus*, Ti.) *solitudo*, sive *desolatio*, sive *vastitas*, Mo. P. V. M. sic Ti. Calv. Ch. Sy. *Reliquum factum in civitate desolatione*, JT. sub. *atteretur*, è seq. membro [y]: ut Esa. 13. 13. & 18. 7. Ità deest particula [ב,] ut Esa. 21. 7. & 22. 17, 18 [z]. *Qui relictus factus fuerit erit desolationi*: ellipsis τοῦ ל [a]. ¶ *Et*, &c. וּשְׁאִיָּה יֻכַּת שָׁעַר] *Et desolatione*, sive *devastatione*, sive *vastitate*, (vel, *in ruina*, sive *tumultu*, For. vel, cum *fragore*, Pi. vel, 1. militum urbem invadentium; vel, 2. portæ ruentis, &c [b].) *conteretur*, vel *atteretur*, (vel, *conquassabitur*, Pi. vel, *percussa est*, M. sim. Ti.) *porta*, Mo. P. JT. &c. Porta ab hoste confracta est, ut Neh. 1. 3. Ezec. 21. 22. Vel, *porta*, pro *urbe*, ut Esa. 14. 31 [c].

13. *Quia*, &c. כִּי כֹה יִהְיֶה וגו'] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quando*, JT. Ang.) *sic erit* (i. e. is rerum status erit [d]: vel, *sic continget*, Sy. vel, *hæc omnia erunt*, ό. Ar. simil. Vulg.) *in medio* (vel, *in interiori*, Mo.) *terræ*, *in medio populorum*, M. P. Ti. Mo. vel, *inter populos istos*, suprà commemoratos †. *Nam tale quiddam per terras, per populos erit*, Ca. ¶ *Quo modo*, &c. כְּנֹקֶף זַיִת כְּעוֹלֵלֹת אִם כָּלָה בָצִיר] *Sicut excussio*, sive *decussio*, (vel, in *decussione*, Angl. sic Sy.) *oleæ*, Mo. P. M. Calv. Ang. (vel, *acsi quis oleas* residuas decutiat, Ti. vel, *similes olivis destrictæ oleæ*, JT. Heb. *strigmento oleæ*, Jun. vel, *sicut est quum excussa est olea*, i. e. qualis est status oleæ, &c [f].) *sicut racemi* (vel, *similes racemis*, JT. *sicut racemi relicti*; ellipsis epitheti, ut Esa. 53. 6. *ovis*, pro ove perdita. Vide & Esa. 5. 2. Et racemi sic relicti vocantur *racemi vindemiæ*, Mic. 7. 1. sicut corpus ab anima desertum vocatur *anima*, Num. 19. 13. & vinum defæcatum, *fæces*, Esa. 25. 6 [g].) *cùm*, vel *quando*, (vel, *si*, Mo.) *finita fuerit vindemia*, M. P. sic JT. Pi. &c. *aut faciat consummatâ vindemiâ racemationem*, Ti. [Ca. totum sic reddit, *Quale fit strictis oleis, aut qualis est post peractam vindemiam racematio*.] Sensus, Perpauci ab hoste relinquentur [h]; sicut paucæ remanent olivæ jam excussâ oleâ, & pauci racemi factâ vindemiâ [i]. Proverbium denotans paucitatem. Sic Esa. 17. 5 [k]. Dictum hoc vel, 1. ad amplificationem judicii, à paucitate evadentium, &c [l]: vel, 2. ad mitigationem, &c [m]. ut spem aliquam relinqueret perditis gentibus [n]. Hoc ideo dicit, quia multos de 10 tribubus jam antè transtulerat Theglathphalasar, 2 Reg. 15. 29 [o]. Alii de Judæis accipiunt [p]. Tam pauci remanebunt in ea regione, quæ est in medio populorum, & in umbilico orbis terræ [q].

14. *Hi levabunt vocem*, &c. הֵמָּה וגו'] *Isti*, Pi. Angl. nempe reliqui [r]; i. e. posteri eorum [*]. Vel, *Hi*, quibuscum ego vivo, Judæ & Benjaminis populus [t]. Superstites ex vastatione per Chaldæos, vel Romanos [v]. ¶ *Laudabunt*; ità P. יָרֹנּוּ] *Jubilabunt*, M. Ti. V. *cantabunt*, JT. Pi. præ lætitia [x]: *præconia dicent*, Mo. ¶ *Cùm*, &c. בִּגְאוֹן יְהוָה צָהֲלוּ מִיָּם] *In excellentia* (vel, *In magnificentia*, M. Ti. *In altitudine*, Calv. *Propter gloriam*, P. *Propter majestatem*, Ang. *Propter excellentiam*, JT. Pi. i. e. excellentem bonitatem & potentiam ejus in ipsis per Evangelium efficaciter vocandis demonstratam [y],) *Domini* (i. e. Propter exaltationem Christi [*]) *vocem efferent* (vel, *exsultabunt*, P. *vociferabuntur*, M. Ti. sim. JT. Ang. Alludit ad exclamationes vel messorum sive vindemiatorum, vel nautarum portum suum appellentium [z]. Vel, *jubilabunt*, Pi.) *à*, vel *de*, (vel, *inde à*, JT. Pi.) *mari*, Mo. M. P. Ti. JT. Pi. V. i. e. ex insulis in quas fuerint deportati [a]: vel, è longinquis & transmarinis regionibus [b]. Vel, post liberationem à calamitatibus, quæ *mari* sæpe comparantur, Psal. 42. 8. & 69. 2, 3. &c. vel, eorum qui sunt super mare, ut Ps. 65. 6. & 107. 23. q. d. Deus & de mari & de terra magnificabitur, Psal. 96. 11. & 98. 7 [c]. Vel, *ab occidente*, M. For. Q. in Angl. ut Esa. 49. 12. A Palæstina, quæ Judææ erat ab occidente, Esa. 9. 12. Vel, à litore marino, termino occidentali terræ Israeliticæ, Jos. 1. 4. & 15. 47. Vel, ab insulis maris Mediterranei, v. seq [d]. Vel, ab extrema orbis parte †. [Sed quinam hîc vociferabuntur?] Resp. 1. Judæi, etiam qui Joppen aliáque loca maritima habitant, canent triumphum, quòd malum illud à Salmanasere ipsi evaserint [f]. 2. Reliquiæ Israelitarum, Apostoli, &c [g]. 3. Gentes [h]: quum, scilicet, viderint Dominum sumpsisse pœnas de perfidia Judæorum [i].

15. *In doctrinis*] i. e. Sapienter. *Urim* aliquando illuminationes significat [k]. ¶ בָּאֻרִים] *In lumine*, vel *igne*, q. d. igne zeli, & lumine prædicationis [l]. *Cùm venerit lumen justi*, Ch. *In cavernis*, vel *speluncis*, For. San. sic dictis, vel, 1. ab אוֹר *luce*, quam per foramen admittunt; unde & מְאוּרָה *caverna*, Esa. 11. 8. sicut Jud. 6. 2. הַמִּנְהָרוֹת *specus*, propter fenestram, per quam נְהָרָה, *lux*, ingreditur [m]: vel, 2. per antiphrasin [n]; significatione radici suæ oppositâ; q. d. quæ luce carent [o]. [Sed hanc versionem variè explicant.] 1. *In cavernis*, ubi vel delitescitis, ut 1 Sam. 13. 6. & 14. 11. vel captivi detenti istis, Esa. 42. 22 [p]. 2. Troglodytas intelligo [q], sic dictos ἀπὸ τῶν τρωγλῶν, i. e. *specubus*, in quibus habitant [r]; &, per synecdochen, omnes feras & barbaras gentes [*], quæ in tenebris agunt, sine luce Evangelii, & ferarum more vivunt, &c [t]. Al. *In ipsis ignibus*, JT. sic Ang. i. e. Vos qui adhuc versamini in mediis tribulationibus, exemplo nostro securi de liberatione vestra, gaudentes, &c [v]. Nè despondeatis, sed patientiâ vestrâ glorificate Deum, & ab illo liberationem sperate [x]. *Per claritatem*. Alludit ad verba monilis Pontificis, de quibus vide Deut. 33. 8. super Levi [y]. Al. *In vallibus*, M. P. Ti. Mo. G. ex He. Angl. sic dictis, vel, 1. per antiphrasin, ut *lucus* Latinis, quia minus habent lucis: vel, 2. ab *herbis* ibi crescentibus, Esa. 18. 4. & c. 26. v. 19 [z]. *Vallium* meminit, quia ibi urbes plures quàm in montibus, ob aquas, &c [a]. Vide Psal. 65. 13, 14. Esa. 32. 19, 20 [b]. Vel, per *valles* significat regiones absconditas, & quasi segregatas ab aliis. Quæ enim cinguntur montibus, disjunctæ naturâ atque separatæ sunt. Unde fit ut vallium incolæ minus habeant humanitatis, eò quòd rariùs cum aliis versentur [c]. ¶ *In insulis maris*] Ità Mo. P. &c. Quæ scilicet & ipsæ remotæ erant, & alienæ à cognitione Dei [d]. q. d. Extremi quique populi, & à Judæis quasi toto orbe divisi †. *Vos insulares*, h. e. facti Christiani [f].

16. *A finibus*, &c. מִכְּנַף הָאָרֶץ זְמִרֹת שָׁמַעְנוּ צְבִי לַצַּדִּיק] *Ab extremo*, sive *extremitate*, (*ala*, Mo. Pi. *ora*, JT. Pi.) *terræ cantus*, vel *laudes*, (vel, *psalmos*, JT. Pi. i. e. beneficia Dei, quæ sunt argumenta Psalmorum, & prædicationis ipsorum, [nempe populorum:] synecdoche [g]:) *audivimus*, Mo. P. M. Calv. &c. (vel, *audiveramus*, JT. vel, *audiemus*, Pi. præt. pro fut [h].) *gloriam* (vel, *decus*, Ti. Ca. vel, *jucunditatem*, M. vel, *decorem* fuisse, JT. vel, *quòd*

Marginal notes (left column): b Calv. Pi. c Pi. Ang. d Calv. † Ang. f For. g Musc. in Marl. sim. Ang. h Ang. i Q. in Ang. k G. l V. sim. Calv. For. m Ang. n Pi. o T. p Calv. q Musc. r V. * Pi. t For. v Ang. x Ang. y Mi. Ang. z Ang. a Pi. b Ang. c Ang. d Pi. † Pi. f Pi. g Ang. h Pi. sim. V. For. &c. i V. k San. l Ang. m Q. in Ang. n Calv. o G. p Q. in Ang.

Marginal notes (right column): q V. r Pi. sic Musc. Ang. * Pi. t G. v Calov. x V. y Pi. * Calov. z Q. in Ang. a Pi. sim. Ang. b Calv. c Q. in Ang. d Al. in Ang. † V. f G. g For. h For. Calov. i V. k Mar. l Mc. m He. in BA. 2. 3. 10. 404. n San. o For. p Q. in Ang. q For. San. r For. * Ma. ex For. & Forst. sim. t San. v San. x Jun. * Ang. y Ca. z Q. in Ang. a Mar. Ang. b Ang. c Calv. d Musc. † For. f Ca. g Jun. h Calv.

quòd gloria data fit, Pi. vel, *exsultationem*, i. e. quæ dicebantur in gloriam & honorem[i]: vel, continentes quæ sequuntur, *Gloria* fit, &c[k]. ut hoc fit argumentum cantionis[l]:) *justo*, Mo. P. Calv. Ti. JT. Pi. vel, *justorum*, Ca. vel, *pro justo*, M. Per *justum* hîc intelligunt vel, 1. Deum[m], fontem justitiæ, adeóque salutis & vitæ[n]; cujus justitia in judiciis suprà memoratis demonstrata esset. Vide Apoc. 7. 12. &c[o]. Qui *justus* vocatur antonomasticè[p]. Qui justitiam suam demonstraturus est per præstationem promissionum suarum de Regno Christi, & vocatione Gentium[q]. Vel, 2. Christum[r]; cujus gloriam omnes gentes celebrabunt *. [Hic *justus* κατ' ἐξοχὴν dicitur Act. 3. 14.] Vel, 3. viros justos, sive pios, qui his liberationibus amabiles fient & gloriosi[t]. Hic versus duas sententias continet in speciem contrarias. Initium enim lætum habet argumentum, de laudibus Dei: mox deinde ad querimonias transit, quibus perfidiam prævaricatorum deplorat, à quibus pietas & Religio evertuntur[v]. ¶ *Secretum*, &c. רָזִי לִי רָזִי לִי אוֹי לִי] *Secretum meum mihi, secretum meum mihi: væ mihi*, Mo. P. ex Ch. Vulg. M. ex Jos. K. i. e. Ex illis canticis intellexi [secretum hoc,] Christum venturum[x]. Al. Cùm in hac Deum & Christum laudantium turba videam paucissimos esse ex Judæis, penè omnes ex Gentibus collectos, non audeo triste istud nuncium, secretò mihi revelatum, aliis propalare. Confer Rom. 11. 33. de eodem mysterio, *O altitudo*[y]! Al. Bis ponitur *secretum*, quòd duo secreta revelata sint ipsi Prophetæ, ultionum nempe, & salutis. Sic & Chald. P. qui totum versum sic transfert, *A domo sanctuarii, unde egressura est lætitia omnibus habitatoribus terræ, laudes audivimus justis. Dixit Propheta, Secretum mercedis justi conspectum est mihi; secretum ultionum impiorum revelatum est mihi: Væ*, &c[z]. Hi רָזִי deducunt à Chald. רָז *secretum*[a]. Verùm י in רָזִי non est affixum[b], sed formalis & usitata vocis terminatio[c], & pro ה positum, ut sæpe fit[d]. Al. *Macies* (vel, *Ærumna*; nam Arab. רָזִיה est *ærumna*, sic dicta, quia ad paucitatem & tenuitatem homines redigit: est enim רזו *paucum esse* †:) *mihi*, (sub. *est*, JT. Pi.) *macies mihi*, (sub. *est*, JT. Pi.) *væ*, vel *hei, mihi*, Calv. JT. Pi. Ang. &c. *Tabem, tabem, inquam, sentio, hei mihi*, Ca. Epizeuxis, indicans vehementiam doloris[f]. q. d. Tristitiâ emacior, & contabesco propter popularium meorum perfidiam erga Deum, &c[g]. & propter eorum rejectionem; necnon propter mala intestina quibus Ecclesiam cruciandam fore prævideo[h]. Al. *Macies* hîc ponitur pro *morte*; *Mors mihi, mors mihi, væ mihi*: q. d. Perii, perii, ô me miserum! Verba Prophetæ in Spiritu videntis suos non recepturos Christum[i]. *Intestina mea, intestina mea*, &c. Al. in V. Sustinet hîc personam totius populi, & acerbissimi doloris sensum exprimit, quo intus (i. e. in ipsis visceribus) Ecclesia affligetur[k]. *Macies*, &c. Erit quidem magna causa gaudendi, sed non diuturna. Nam peccata Judæorum tanta sunt, ut & ipsa attractura sint magnas clades[l]. Non dubito quin de Judæorum ruina & salute Gentium Jesaias loquatur. Dolorem exprimit ob perditionem populi sui, quod & K. fassus est: *Quando venturam*, inquit, *vidi ultionem in Israel tempore redemptionis, quando conflabuntur, & non remanebunt nisi justi, pinguedo carnis meæ macruit: propterea væ mihi, quia multi sunt inter eos prævaricatores, qui consumendi sunt universi*[m]. ¶ *Prævaricantes*, &c. בֹּגְדִים בָּגָדוּ וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ] *Prævaricantes*, vel *Prævaricatores, prævaricati sunt, & prævaricatione* (vel, *prævaricatione*, inquam, Calv.) *prævaricantes*, sive *prævaricatores*, (vel, *prævaricantium*, P.) *prævaricati sunt*, Mo. M. Calv. P. *Perfidi perfidè agunt*, JT. Pi. Ca. *& perfidiâ* quidem *perfidissimâ* (vel, *perfidiosè perfidi*, Ca. Heb. *perfidiâ perfidorum*, Pi.) *perfidè agunt*, JT. Pi. Ca. בָּגַד est, per malitiam & contemptum perfidè agere[n]. Repetitione nominum & verbi & multitudinem peccantium denotat[o], & atrocitatem perfidiæ, &c[p]. & quòd ex animo peccatis dediti essent[q].

17. *Formido, & fovea, & laqueus*, &c.] Prius gravitatem peccati, hîc ultionis Divinæ, ostendit. Significat hîc seriem malorum se invicem excipientium, quorum qui quædam vult fugere, in alia, & fortè majora, incidit. Estque paronomasia venusta, quâ gaudent Prophetæ, quæ Latinè exprimi nequit[r]. ¶ פַּחַד וָפַחַת וָפָח] PAHAD, VAPAHATH, VAPAH, For. Sensus, Gravissima te undique circumvallabunt incommoda, unde nullum tibi patebit effugium *. Rursus impiis minatur Esaias, ut intelligant se in summa Ecclesiæ felicitate miseros fore. Solent enim impii, fovendæ securitatis causâ, temere ad se rapere Dei promissiones, tametsi ad ipsos nihil pertineant: ideóque minas admiscere solent Prophetæ[t]. ¶ *Qui habitator es terræ*] Ut suprà v. 1[v].

18. *Qui fugerit* (vel, *effugerit*, M. Ca.) *à voce* (vel, *vocem*, M. Ca. *propter vocem*, Pi. *à strepitu*, Ang.) *formidinis*] Ità P. &c. vel, *ab audito pavore*, JT. Id est, vel, 1. à pavore, ut *vox* redundet. Sic, *vox cantûs*, pro cantu, Psal. 98. 5; &, *vox gemitûs*, pro gemitu, Psalm. 102. 6; &, *vox clamoris*, pro clamore, Jer. 51. 54[x]. Vel, 2. propter vocem hostis qui pavorem ei incutiet: Genitivus effecti[y]. Vel, 3. propter pavorem strepitûs: ut, *immunditia hominis*, pro homine immunditiæ, Levit. 7. 21; *juramentum obligationis*, pro obligatione juramenti, Num. 30. 14. Ità & h. l. *fugere à strepitu pavoris*, nihil aliud est quàm, *fugere à pavore strepitûs*, vel, *à terribili strepitu*, vel, rumore horrendi alicujus mali imminentis[z]. ¶ *Cadet in foveam*] Significat inevitabilia fore hæc mala[a]. ¶ *Quia*, &c. כִּי אֲרֻבּוֹת וגו'] *Quia*, vel *Nam, cataractæ* (vel, *fenestræ*, V. Calv. Ang.) *ex alto* (i.e. de cœlo, h.e. cœli; ut, *aper de sylva*, pro apro sylvæ, Ps. 80. 14[b].) *aperientur*, Pi. &c. vel, *apertæ sunt*, sub. *& fundunt*, Angl. De quo conciso loquendi genere vide Esa. 14. 12. & 38. 17 *. Demittet Dominus de cœlo miserias plurimas[c], & gravissimas[d]. Alludit ad pluvias Diluvii †. Significat sublata esse impedimenta quæ Divini furoris exundationem reprimebant[f]. ¶ *Et concutientur* (vel, *contremiscent*, P.) *fundamenta terræ*] Ità V. Mo. &c. q.d. Terra ipsa formidine quatietur[g], vel motibus insolitis[h]; saltem specie & apparentiâ tenùs[i]. Sensus versûs est, iram Dei sursum & deorsum revelatum iri: q. d. Dominus armabit cœlum & terram, ut ultionem suam adversùs homines exsequantur; ut nihil præter exitium intueri possint[k]. Hyperbolica hæc est phrasis, summum terrorem exprimens[l].

19. *Confractione*, &c. רֹעָה הִתְרֹעֲעָה] *Confringendo* (vel, *Contritione*, M. Calv.) *confracta*, sive *contrita, est*, P. M. Calv. vel, *confregit se*, Mo. *Vehementer crepabit*, Ti. *Omnino confringet se*, sive *confringetur*, JT. Pi. Pessundabuntur & ruent omnia[m]. Terra duarum tribuum & ipsa miserè vastabitur[n]. ¶ *Contritione*, &c. פּוֹר הִתְפּוֹרְרָה] *Dissipando dissipata est*, P. vel, *dissipavit se*, Mo. *Dissolutione* (vel, In *dissolvendo*, Angl.) *dissoluta est*, V. M. *Omnino* (vel, *Graviter*, Ti.) *disrumpet se*, vel *disrumpetur*, JT. Pi. Ca. *Stupore obstupescet*, Ar. *In findendo finditur*, Angl. Ità sumitur hoc verbum Job 16. 12. Psal. 74. 13. quod tamen in alia forma sign. *dissolvere*, vel *irrita reddere*, vota, contractus, &c. Num. 30. 8, &c. Significat forsan pœnam peccato esse parem, terrámque ab illis esse disruptam, quòd illi fœdus cum Deo disruperunt[o]. ¶ *Commotione*, &c. מוֹט הִתְמוֹטְטָה] *Nutando excussit se*, Mo. *Movendo movit se*, P. *Commotione commota est*, M. *Atrociter commovebitur*, Ti. *Omnino nutabit*, JT. &c.

20. *Agitatione*, &c. נוֹעַ תָּנוּעַ] *Movendo movebit se*, Mo. *Agitando agitabit se*, P. *Agitatione agitabitur*, M. vel, *agitata est*, Calv. *Omnino commovebitur*, JT. Pi. ¶ *Sicut ebrius*] Qui nec animi sui, nec corporis, compos est. Ità eveniet incolis terræ[p]. Nescient homines quò eundum sit[q]. ¶ *Et*, &c. וְהִתְנוֹדְדָה כַּמְּלוּנָה] *Et transferetur* (vel, *vacillabit*, Mo. *movebitur*, P. sic Ca. Ang. *evagabitur*, JT. Pi. i. e. migrabit[r]; vel, *dilacerabitur*, Q. in V.) *sicut tabernaculum*, Calv. simil. M. vel, *tabernaculum nocturnum*, Ti. vel, *tugurium*, Mo. P. vel, *tegillum*, JT. vel, *diversoriolum*, quali utuntur custodes vinearum. Vide Esa. 1. 8 *. Sic auferentur oppida, sicut tabernacula; ubi manè iter faciendum est, tolli solent[t]. ¶ *Et*, &c. וְכָבַד וגו'] *Et aggravabitur*, vel *ingravescet*, (vel, *gravis erit*, Calv. Mo.) *super eum*, vel *eam, transgressio*, vel *iniquitas, ejus*, Pi. Calv. sim. P. Ti. Mo. i. e. pœna iniquitatis[v]. Venusta hîc est antithesis: tanquam res levis *auferetur*; *gravatur* autem *transgressione*: pondus enim peccati eam levem & transportationi aptam reddidit[x]. ¶ *Non adjiciet ut resurgat*] i. e. Non recu-

peràbit

perabit pristinum statum [y]. Multa oppida à Sennacheribo destructa in ruinis suis manebunt. Vide suprà 10. 28 [z]. Verùm ad illam cladem hoc referri nequit, quia illa Judææ ejúsque metropoli Hierof. nullam [talem] vastitatem intulit. Aptiùs alii de finali ejus excidio per Romanos [a]. De Jerusalem non ædificanda, & Judæa ad pristinum splendorem non ultrà restauranda sub Judæis Principibus, intelligere oportet, velint nolint Rabbini [b].

21. *Visitabit* (vel, *animadvertet*, Ca. simil. JT. Pi.) —*super*, &c. [עַל צְבָא הַמָּרוֹם בַּמָּרוֹם] *Super* (vel, *in*, Ca. JT. Pi.) *exercitum excelsi* (vel, *excelsi cujusque*, JT. vel, *celsitudinis*, i. e. Regis celsi, vel Regum celsorum [c]; vel, *excelsorum*, Ang. vel, *sublimem*, Ca. vel, *supernum*, M. Ti.) *in excelso*, sive *sublimi*, Mo. P. M. Ti. Ca. vel, *cum ipso excelso*, JT. q. d. non solùm exercitum, sed etiam ipsos, ut Psal. 68. 12. Esa. 34. 2. ב valet *cum*, ut 1 Sam. 1. 24. Jer. 11. 19 [d]. Vel, *in celsitudine sua*, Angl. i. e. etiam in summa ipsorum dignitate [*]. Vel, qui sedet *in alto*, supra alios Principes, &c [†]. *Super militiam cæli*, sive *excelsi*, *in excelso*, sub. *exsistentem*, For. Locum intelligunt, 1. de Dæmonibus, qui olim Angeli [*], & qui die ultimo sunt judicandi, 1 Cor. 6. 3. Jud. v. 6. qui sunt *in alto*, vel *in cælestibus locis*, *cælo* nempe pro aere posito, ut Psal. 8. 9 [f]. Vel, 2. de Sole, Luna & astris [g], quæ obfuscabit Deus, &c [h]. De quibus statim [i]. Vel, 3. de sacerdotibus sive Ministris Ecclesiæ, ut seq. membrum de Regibus loquitur [k]. Vel, 4. de imaginibus astrorum quæ in collibus venerabantur Assyrii. Nam & in castris tales habebant imagines; quæ omnes cum ipsis Assyriis concidère [l]. Vel, 5. de Judæis, quos Deus cunctis gentibus prætulerat [m]. De Ecclesia militante, quæ non minùs visitabitur quàm mundus. Vide Lam. 2. 1. Dan. 8. 10 [n]. Vel, 6. de summis illis Monarchis, Assyrio, v. g. & Chaldæo, qui dicuntur *reges regum*, Dan. 2. 37. & quorum *dominium pertingit ad cælum*, Dan. 4. 20, 22 [o]. Sensus loci est, nullam fore tam sublimem potentiam quæ vindictam Dei effugiet [p]. ¶ *Et super*, &c. [וְעַל מַלְכֵי הָאֲדָמָה עַל הָאֲדָמָה] *Et super*, vel *in*, *reges terræ* (Intellige tum summum Regem Sennacheribum, tum Principes ejus. Sic enim vocem מֶלֶךְ sumi sæpe ostendimus. Vide & suprà 10. 8 [q].) *super* (vel, *in*, Ca. qui sunt *super*, M. Ti. Vulg.) *terra*, Pi. sic Ca. P. sim. Mo. &c. vel, *cum terra ipsorum*, JT. Idem repetit, & hîc explicat metaphoram prioris membri [r]. *Regum* meminit, fortè quia hi duriùs punientur quàm alii; vel, ut significet non erepturas Reges ab hoc judicio eorum potentiam & majestatem [†]. Minores hîc Reges intelligit, qui, quamvis celsi, videntur tamen solia humi habere præ superioribus illis suis, quorum *solia* sunt *inter stellas*, &c. Vide Esa. 14. 13, 14 [t].

22. *Et*, &c. [וְאֻסְּפוּ אֲסֵפָה אַסִּיר עַל בּוֹר] *Et colligentur*, sive *congregabuntur*, (vel, *Ut colligantur*, JT. Glas.) *collectione*, sive *congregatione*, *vincti*, Mo. V. vel, *vinctorum*, P. V. (אֲסֵפָה, pro אֲסֵפַת, status absolutus pro constructo: ut Deut. 16. 21. אֲשֵׁרָה, pro אֲשֵׁרַת, *lucum omnis arboris*; Ruth 2. 17. אֵיפָה, pro אֵיפַת, *hordei*, &c [v]. Vel, *congregatione* sicut *vincti*, M. Ti. sim. Calv. nempe colligi solent, Ti. in unum locum [x]: vel, *collecti*, *vincti*, JT. Glas. Heb. *collectio*, *vinctus*, per syllepsin [y]. *Et colligentur studiosè* ut *vinctus*, Pi. *vinctus* collectivè, ut Psal. 79. 11. & 102. 21 [z]. Vel, *congregatione in domum vinctorum*, Ch.) *in lacum*, sive *foveam*, Mo. JT. &c. vel, & projicientur *in foveam*: de qua concisa locutione vide v. 18 [a]: vel, *in carcere*, P. Calv. Deum introducit victorem, qui hostes in ergastulum concludit, &c [b]. *Et congregabuntur*, &c. Sicut solent res inutiles simul collectæ dejici, sic illi Assyrii Principes dejicientur [c]. Al. *Et auferentur*, sive *perdentur*, &c. Q. in Angl. Verbum enim simili sensu accipitur Esa. 57. 1. Jer. 8. 13. Hos. 4. 3. Zeph. 1. 2. Plerique autem, *Et colligentur*, &c. nempe ut facinorosi, in carcere servandi ad diem judicii [d]. ¶ *Et claudentur ibi in carcere*] Id est, subjicientur servituti [*]. Non poterunt è castris suis exire, non magìs quàm qui in carcere vincti sunt [f]. ¶ *Et*, &c. [וּמֵרֹב יָמִים יִפָּקֵדוּ] *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *post multos dies* (vel, *à multitudine dierum*, Mo. *multo post tempore*, Ca.) *visitabuntur*, P. M. Ti. Pi. &c. Vel, 1. visitatione iræ, & in malum [g]: etiam post multa secula, & in gehenna in æternum punientur [h]. Alludit Propheta ad tyrannorum ritum, qui vix post mensem vident quid conclusus agat in carcere: sic Deus tardè videbit quid impii agant; non quòd dimittat, sed sicut ipsi tyrannicè egerunt cum miseris, ità Deus justè aget cum ipsis [i]. Vel, 2. visitatione gratiæ, & in bonum [k]. Hic locus torsit plurimos, eos præsertim qui hoc caput de vastatione seculi in die Judicii acceperunt: hinc Millenarii, hinc Origenistæ decepti [m]. Non simplex promissio hîc ponitur, sed comminatio simul implicita est, hoc sensu, Quia ipsi tempus peccando nimis diu extraxerunt, ideo Deus lentâ pœnâ usurus est; ut judex sæpe maleficos, in tenebris & fœtore demersos, paulatim tædio conficit, ad frangendam eorum duritiem. Consolationem hîc proponit Propheta, ut animos piorum sublevet: dicit tamen, *post multos dies*, ut fidem ipsorum exerceat, &c [n]. Locum exponunt vel, 1. de Judæis, quos, post longam captivitatem, Deus visitaturus erat, &c. Esa. 27. 12, 13. Jer. 29. 10. &c [o]. Vel, 2. de aliis gentibus, quæ, pœnis edoctæ & meliores factæ, ad Deum Christúmque accedent, ejúsque gratiam percipient [p]. *Visitabuntur*, scil. gratiosè; nimirum in regno Christi, per prædicationem Evangelii [q]. Cùm figuratus sermo sit Prophetis admodum familiaris, non video cur hanc *collectionem vinctorum* Regum & sacerdotum non accipiamus de conclusione tam corporali quàm spirituali [Judæorum] sub peccato infidelitatis, sub quo vincti detinentur quousque ingrediatur plenitudo Gentium [r]. [Alii locum aliter vertunt.] *Et* [repete, *ut*] *post multos dies desiderentur*, JT. i. e. longo intervallo non extollant se adversùs Deum, neque exstent, inimici ejus. Hoc autem propriè significari *visitandi* verbo in hac conjugatione [Niphal] quum absolutè ponitur, exempla omnia confirmant [†]. נִפְקַד signif. *desiderari*, sive *deesse*, 1 Sam. 20. 18. & 25. 7. 2 Sam. 2. 30. Jer. 23. 4 [t]. Sed non placet hæc expositio. 1. נִפְקַד absolutè positum sign. *visitari* Ezec. 38. 8. ipsis [JT.] judicibus, *Post multos annos*, inquit, *visitaberis*, nempe malo, ut plenè exprimitur Prov. 19. 23. 2. Si verbum ità signif. cùm *bonum* vel *malum* additur, quidni etiam cùm per se ponitur, quandoquidem activum פָּקַד ità sæpe usurpatur? 3. Hunc sensum evertit, & nostrum confirmat, locus similis, Esa. 23. 17. *Post 70 annos Tyrum visitabit*, &c [v].

23. *Et* (vel, *Itaque*, P. *Porrò*, Pi. *Denique*, JT. *Tum*, cùm nempe Deus potentiam suam ostendit tum in dejectione, tum in restitutione, Regnorum [x],) *erubescet luna*, *& confundetur sol*] Hæc ο'. cùm putarent malè sonatura apud Platonicos, quales erant Ægyptii Reges, pro חֲפֵרָה הַלְּבָנָה legerunt הַלְּבֵנָה, *frangetur*; pro לְבָנָה, mutatis tantùm punctis, לְבֵנָה *later*; pro חַמָּה, חוֹמָה *murus*. Itaque verterunt, τακήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος, (*Et liquefiet later, & frangetur murus*,) sensu non malo. Retinenda tamen lectio recepta; & per *solem* & *lunam* intelligendæ imagines Solis & Lunæ, quæ per translationem [sive metaphoram] dicuntur *erubituræ*, quòd suos cultores servare nequiverint [y]. Al. *Et confundentur qui colunt lunam, & erubescent qui adorant solem*, Ch. Al. Hyperbole, acsi dicat, Cùm Luna & Sol viderint afflictionem hujus populi, & Dominum sumere tam acerbas pœnas de illo, videbuntur quasi pudore suffundi [a]. Al. Occultabitur splendor Solis & Lunæ propter splendorem majorem Christi [a]; sicut splendente Sole lumen stellarum delitescit [b]. ¶ *Cùm regnaverit Dominus—in monte Sion*, &c.] Id est, vel, 1. in valle Josaphat, prope montem Sion [c]. Vel, 2. in cœlesti Sione [d]: in altera vita, hostibus omnibus subactis [*]. Vel, 3. [in Sione, &c. propriè dicto:] q. d. Cùm in liberanda urbe Hierosolymorum vim suam ostenderit [f]. Vel, 4. in Ecclesia Novi Testamenti [g], de cujus instauratione hîc loquitur [h]. ¶ *Et in*, &c. [וְנֶגֶד זְקֵנָיו כָּבוֹד] *Et coram senibus*, sive *senioribus*, *suis* (i. e. coram primis Synagogæ & Ecclesiæ principibus [i]: nam *senum* nomen non tam ætatis est, quàm dignitatis & officii [k]. Coram sacerdotibus aliísque gubernatoribus Ecclesiæ: sub quorum tamen nomine totum corpus Ecclesiæ intelligit per synecdochen [l]. Coram fidelibus, seu Christianis [m]. Al. Coram illis Senioribus Apoc. 4. 4. & 5. 8. & cæteris Sanctis, qui maximè venerabilis Senatûs speciem exhibent [n]. In publico confessu

Marginal notes (left): y Pi. z G. a Calov. b For. c Pi. d Ang. * Ang. † Ang. * Mc. f Q. in Ang. g E. sim. San. T. h T. i San. k For. l G. m V. n Q. in Ang. o Ang. p Calv. q G. r Calv. † San. t Ang. v BA: 1. 2. 16. 247. x V. y Jun. z Ang. a Ang. b Calv. c G. d Ang. * Pi. f G. g Q. in Ang. Glas. gram. 4. 1. 7. 687.

Marginal notes (right): h T. sim. Me. Glas. ibid. i M. k Plerique in Ang. m For. n Calv. o He. in Ang. p Ang. q Pi. r For. † Jun. t Glass. rhet. 1. 12. 395. v Ang. x Ang. y G. z V. a For. sim. Pi. Ang. Calv. b For. sic Ang. c Me. sim. T. d L. Calov. * Calov. f G. g Pi. sim. Masc. Ang. h Calv. i Mar. sim. For. k For. l Calv. m Pi. n Me.

sessu Patriarcharum & Apostolorum, cæterorúmque Beatorum, qui supremo Judici Christo socii erunt & assessores °. Vel, *Apúdque suos senatores*, Ca. *Et in conspectu seniorum*, o'. sic Vulg.) *gloria*, Mo. For. sub. *erit*, For. vel, *gloriosè*, M. JT. Pi. Ca. Ang. Hebr. in *gloria*, vel cum *gloria*; deficit ב P. Vel, erit in *gloria*, P. vel, *glorificabitur*, o'. sim. Vulg. Omnes senatores synedrii cum magnificentissimis vestibus in Templum venient ad Deum laudandum q. *Et cùm fuerit gloriosus coram senatoribus suis*, Ti. Docet quanta futura sit Christi gloria, quâ omnis [alius] splendor obscuratur r.

CAP. XXV.

1. **D**Omine] Et hoc caput & sequens laudationem Dei continent, velut canendam ubi ea quæ modò dixi evenerint a. Vaticinatus hactenus fuerat de gravissimis Dei judiciis quæ universo ferè orbi instabant, quæ ipse velut præsentia cernebat, & quorum acerrimo sensu, ut piis mos est, percellebatur. Inter has perturbationes se ad Deum recipit, persuasúmque habet, inter has tempestates velle tamen Deum Ecclesiæ consulere, &c b. Propheta, consideratione majestatis, potentiæ, bonitatis & sapientiæ Dei, tum in puniendis impiis, tum in protegendis suis, abrumpit filum propheticæ narrationis, Deique laudationem aggreditur c. Gratias hîc agit Propheta beatorum nomine, qui ex tanta multitudine pauci salutem consequentur d; qui mirè exsultabunt, Deóque & sibi gratulabuntur*. Usum hîc docet judiciorum Dei præcedentium, nempe prædicationem gloriæ Dei f. Defleverat uberiùs ruinam patriæ: jam tempus erat ut perfectum virum ageret, & quomodo se habeant in hujusmodi Dei judiciis servi Domini in seipso exprimeret g. Al. Canticum hoc profertur in persona Seniorum memoratorum Esa. 24. 23. unde & hæc verba supplenda sunt, *In illo die dicetur*, ut v. 9. vel, *canetur*, ut Esa. c. 26. v. 1 *. ¶ *Deus meus es tu*] Et eris in sempiternum; quicquid de te sentiat populus tuus impius & defector h. Quicquid tentationum hinc indè me concutiat, te nihilominus Deum meum agnoscam i. Al. Declaravisti re ipsâ te mihi bene velle, & Deum meum esse k. ¶ *Fecisti mirabilia*; פֶּלֶא] *Rem miram*, Pi. For. Scil. deprimendo hostes, & me protegendo †. Sing. hîc collectivè ponitur l. ¶ *Cogitationes*, &c. עֵצוֹת מֵרָחוֹק אֱמוּנָה אֹמֶן] *Consilia* (sub. *tua*, Pi. Ang. &c.) *à longè* (vel, quæ *à longè* inîsti, P. vel, *pridem* prædicta, G. vel, *à longinquo*, V. JT. Pi. sub. *tempore*, V. JT. i.e. jam olim, sive ante multa tempora m; vel, *longè antè*, M. & sub. *prædicta*, JT. M. vel, *jam olim* decreta, Q. in V. Calv. i. e. Promissiones tuæ quibus patefecisti nobis æterna consilia tua de hostium nostrorum deletione, nostrique protectione n. Significat omnia miracula fluere ex consilio Dei, &c o.) *veritas*, *firmitas*, Mo. vel, *veritatem firmam*, sive *inconcussam*, sive *fidelem*, M. Calv. vel, *veritatem*, *veritatem*; vel, *stabilitatem*, *firmitatem*; aut, *stabilia*, *& firma*; i. e. tu fecisti ut vera essent & fidelia p: vel, *firma*, *firma* sunt, P. vel, *fides* sunt, *veritas*, JT. vel, sunt *fides* & *veritas*, Pi. vel, *jam vera ac firma* apparent, G. Sensus, Minæ tuæ q, & promissiones r, quas ab æterno decretas prædixisti suo tempore†, quas jam olim pollicitus es Patribus t, nunc demum fidelissimè atque verissimè completæ sunt v. Quæ ab æterno decrevisti, sæpiúsque prædixisti, de impiorum excidio, & piorum felicitate, illa jam fideliter adimplêsti tempore Judicii extremi x. *Consilia*, vel Nempe *consilia*, tua *antiqua*, vel *ab antiquo*, *fidelia & firma*, vel, facta sive decreta in *fidelitate* & *veritate*; vel, consilia (quæ vox hîc repetenda) *fidelitatis* & *veritatis*; vel potiùs, & *firmitatis*, vox enim hæc, quæ in sing. non occurrit alibi, in plur. *columnas* sign. 2 Reg. 18. 16 y. *Fidelitas* & *firmitas* idem denotant z. Imò verò distinguuntur: potest enim homo *fidelis* esse, & tamen consilia ejus *infirma*, [nempe, quia voluntati non respondet ejus potentia:] at in consiliis Dei utrumque concurrit a. [Alii locum sic reddunt,] *Consilia* tua sunt *procul*, *verè & firmiter*, Ti. *Quæ olim decreta*, *certâ fide*, *mirificè perfeceris*, Ca. *Consilia quæ dixisti ab antiquo ut adduceres*, *ecce*, *adduxisti & confirmâsti*, Ch.

2. *Quia*, &c. כִּי שַׂמְתָּ מֵעִיר לַגָּל] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Qui*, o'. Ca.) *posuisti* (vel, *disposuisti*, JT. vel, *redegisti*, Ti. Pi.) *de*, vel *ex*, *urbe* (vel, *civitatem*, M. P. Pi. sic Ca. *civitates*, o'. Ar. *urbes munitas*, Ch.) *acervum*, Calv. JT. vel, *in acervum*, sive *in tumulum*, M. P. Mo. Ti. vel, *in acervos*, Ch. Heb. *posuisti* civitatem *ex civitate in acervum*, Pi. Per *civitatem* intelligunt vel, 1. Samariam b. Vel, 2. Hierosolymam c. Verùm non laudâsset Deum ob ejus excidium d. Vel, 3. Romam, sedem Antichristi; ut percipitur ex sequentibus *. Vel, 4. urbes varias f. Sing. collectivè, ut vers. 3. Esa. 26. 5 g. ¶ *Domum*, &c. אַרְמוֹן זָרִים מֵעִיר וגו׳] *Palatium* (vel, *arcem*, V. Ca. *domum*, Ch.) *alienorum*, sive *extraneorum*, (sub. *deorum*, G. Ch. 1 Reg. 16. 32 h: vel, sub. *hominum*, qui alieni sunt à vero Deo i, & à populo ejus k. Al. *hostium*, Ca.) *à*, vel *ex*, *civitate*, Mo. JT. V. (sub. *fecisti*, P. i. e. Ex urbe clarissima, in qua te colebant, fecisti ut esset arx eorum qui alieni sunt à fide tua l: vel, sub. *eò redegisti*, Ca. sic Pi.) *ut non sit civitas*, M. P. Ti. Pi. Calv. sic Ca. sub. *ampliùs*, Pi. Significat vagos homines, qui domicilio carebunt, illic reperturos satis amplum spatium; quia nulli restabunt incolæ m. Per *palatium* hîc intelligunt vel, 1. Jerosolymam, factam palatium alienis à fide, scil. Romanis n. Vel, 2. magnificam illam urbem Romam, quæ quasi palatium est, ubi degunt alieni, nempe Antichristus cum asseclis suis o. Vel, 3. collectivè, palatia, i. e. urbes vel sedes Regum; quæ vocantur *palatia extraneorum*, quia illas obtinent extranei, aliarum nempe gentium: nam Israelitæ & extranei contradistingui solent, ut Jer. 5. 19. Lam. 5. 2. Eph. 2. 12 p. ¶ *In*, &c. לְעוֹלָם וגו׳] Ut *in sempiternum* (quod hîc pro longo tempore accipi potest, ut Exod. 21. 6. 2 Reg. 5. 27. Psal. 37. 18, 27. Esa. 34. 10 q.) *non reædificetur*, Pi. sim. Angl. *Nec unquam ædificetur*, Calv. Non sperno aliorum interpretationes, meam tantùm addo: *Quia posuisti*, *nè fit civitas*, *in tumulum*, *civitatem munitam*, *in ruinam*; *palatium extraneorum*, *ne fit civitas*: *in æternum non ædificabitur*. Obscuritatem quandam habet, quòd קִרְיָה בְצוּרָה, quod post שַׂמְתָּ, aut post לְמַפֵּלָה, poni deberat, posuerit inter לַגָּל & לְמַפֵּלָה: si enim transponas, omnia sunt facilia, *Quia posuisti urbem munitam*, *nè fit civitas*, *in tumulum*, *in ruinam*: vel, *Quia posuisti*, *nè fit civitas*, *in tumulum*, *in ruinam*, *civitatem munitam*. Negari tamen non potest quin situs verborum quo usus est Propheta obscuritate suâ miram habeat elegantiam *.

3. *Laudabit te populus fortis*] Id est, constans in Religione, nempe Hierosolymitæ r. Vel, asseclæ Antechristi, dum inviti confitebuntur te vicisse †. Vel, Sancti & electi, qui fortiter se & cupiditates suas, mundíque illecebras, &c. superârunt t. Vel, Ecclesia, quam Deus auxilio suo texit & roboravit v. Hic populus judicium tuum comprobabit, quòd dignè *malos malè perdideris*, *& vineam tuam aliis locaveris* x. ¶ *Civitas gentium robustarum* (vel, *terribilium*, Pi. Ang.) *timebit te*] Ità Calv. G. &c. Enallage; i. e. Civitates vicinæ exemplo hoc terrebuntur y. Al. *Civitas*, &c. i.e. vel, 1. Ecclesia z; vel, 2. impii a, qui Deum serviliter timebunt b. *Fortes* & *robustos* vocat, ut significet arrogantiam quum inflati essent prosperâ fortunâ c.

4. *Quia factus es fortitudo pauperi*, &c.] Id est, vel, 1. Hierosolymis gravi obsidione pressis d: vel, 2. Ecclesiæ *; vel, viris sanctis f. ¶ *Spes*, &c. מַחְסֶה מִזֶּרֶם] *Refugium*, vel *receptus*, (vel, *tegmen*, P. *protectio*, Mo. V. M.) *ab inundatione*, Mo. M. Calv. V. &c. vel, *tempestate*, V. *turbine*, P. ¶ *Spiritus enim*, &c. כִּי רוּחַ עָרִיצִים כְּזֶרֶם קִיר] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quum*, JT. Pi. Ang.) *spiritus* (i. e. vel, flatus, sive violentus impetus g; vel, ira h; vel, impetus irato animo susceptus i; vel, fastus & violentia *,) *formidabilium* (vel, *robustorum*, P. sim. V. *violentorum*, JT. Pi. *violentorum tyrannorum*, Ti. *ferocium*, Ca. *frementium* hominum, M. nempe Assyriorum k,) *sicut inundatio* (vel, *turbo*, P. vel, *nimbus*, Ti. sub. *est*, Ti. Ca. Ang. vel, *erat*, sive *esset*, JT. Pi.) *parietis*, Mo. vel, *parieti*, Ca. vel, contra *murum*, Calv. Ang.

Heb. *muri*: sic Esa.32.2. *tegmen tempestati*, i.e. à tempestate, vel contra tempestatem [l]. Vel, *qui in murum irruit*, Ti. vel, *murum* dejiciens, M.sim.P. JT. Pi. Heb. *parietis*; genitivus subjecti [m]. Significat quanto impetu feruntur impii adversùs filios Dei, ubi nocendi licentia conceditur [n]; & quàm necessarium erat piis præsidium Dei, &c [o]. *Sic sunt verba impiorum justis, quasi turbo impellens parietem*, Ch. *Quasi turbo*, &c. i.e. turbinis modo muros nostros quatiebat [p].

5. *Sicut*, &c. כְּחֹרֶב בְּצָיוֹן שְׁאוֹן זָרִים תַּכְנִיעַ] *Sicut æstus* (vel, Sed *ut æstus*, Angl. ellipsis adversativæ †: vel, *Sicut æstum*, JT. Pi. Calv. vel, *Ut æstu*, Q.in Calv.) *in siccitate*, (vel, *loco sicco*, sive *arido*, M.P. vel, *fiticuloso*, sive *æstuoso*, Ca. i.e. in regione arente [q], ubi nullum est refrigerium [r]:) *sonitum*, vel *strepitum*, (vel, *tumultuationem*, JT. Pi. *fastum*, Ca.) *alienorum* (nempe à Deo, qui etiam tyrannidem exercuerunt in proximum †: vel, *hostium*, Ca.) *humiliabis*, Mo. P. &c. vel, *deprimis*, Ca. vel, *depressisti*, Pi. sic JT. ¶ *Et quasi*, &c. חֹרֶב בְּצֵל עָב זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה] *Æstus* (vel, Sicut *æstus*, P. Sy. vel, *æstum*, Calv. Ti. vel, *Æstum*, inquam, JT. sic Ang. vel, *Æstum*, inquam, depressisti, Pi.) *in umbra nubis*, Mo. M. Ca. Pi. sic Sy. Ang. Calv. (vel, *nube umbratili*, Ti. vel, *umbrâ densâ*, JT. i.e. protectione tuâ, recreante afflictos, ut umbra recreat hominem in loco arido [t]:) *propago formidabilium* (vel, *robustorum*, M. *arrogantium*, Sy.) *humiliabitur*, Mo. M. Sy. vel, *excisio fortes humiliabit*, P. vel, *propaginem tyrannorum amputabis*, Ti. vel, *ferocium stirpem opprimis*, Ca. vel, & *excisionem*, sive *putationem*, (i.e. ferociam & crudelitatem †,) *fortium humiliabit*, sub. *Deus*, He. in V. vel, *Ramus terribilium humiliabitur*, sive *dejicietur*, Ang. vel, qui *propagini violentorum respondebat*, JT. vel, *commodus erat*, Pi. i.e. qui æstus improbis erat gratissimus; quia illi, dum affliguntur pii, se valde augeri judicant, &c*. Quæ persecutio commoda erat tyrannis, ut ipsorum potentia cresceret, & magis magisque floreret [v]. Al. *Æstus in*, vel *cum*, *umbra nubis* erit populo tuo; &, vel at, *fremitus*, vel *cantus*, vel *clamor*, *fortium humiliabitur*, vel *humiliabit sese*: q.d. Permittes quidem populum tuum affligi, interim tamen aderis illis [x]. Sensus versûs, Impiis erit *æstus in arido loco*, h.e. erunt sine refrigerio, nec ullus eorum evadet. Patiuntur quidem & justi *æstum* tribulationum; sed *æstus* eorum est *sub umbra nubis*, ut ferre possint [y]. Deus, quasi æstu stirpes, superbos exstirpat; suos interim contra æstum illum, quasi nubis umbrâ, tegens [z]. Consumentur improbi Dei furore, ut vehementia caloris agros per se steriles exurit, &c [a]. Postquam ostendit quantus sit impiorum furor contra fideles, subjicit, Eos tu, Domine, humiliabis, & dejicies æstum eorum, quo alioqui consumeremur; sicut imber è cœlo cadens æstum qui sitientes torrebat agros dejicit: & clamorem eorum prosternes, sicut fervorem Solis [tollit, vel mitigat] superveniens pluvia, quæ notatur per *umbram nubis* [b]. Tumultuosum illorum clamorem dejecisti, non secùs quàm umbra nubis sive arboris minuit calorem intensissimum, qui viatores dolore afficit. Possunt verba sic reddi, *Ut æstus* (sub. *mitigatur*, Angl.) *umbrâ densâ*; ità *cantio*, vel *ovatio*, (quæ respondet præcedenti *tumultuationi terribilium*) *dejicietur*. Vox זָמִיר, quam alii *ramum* vertunt, nuspiam, quod sciam, ità sumitur; nec, si alibi ità acciperetur, h.l. congrueret: *cantionem* autem sign. Cant. 2. 12. Verbum עָנָה sign. *humiliari*, vel *dejici*, Psalm. 116. 10. & 119.67 [c]. [Alii versum aliter distinguunt, vertunt, & exponunt.] *Sicut æstus in siti*. (Hoc ad v.præc.pertinet; ut sensus horum verborum cum præced. sit, *Spiritus*, i.e. Superbia & fastus, hominum *prævalidorum* non minùs aliis damno est, quàm *impetus aquarum*, &c. *parieti*, aut quàm *æstus in aridis locis*. Et v.5. incipit à voce, *Tumultum*; & ellipsis hîc est adversativæ particulæ, quam sæpe omittunt Hebræi, res ipsas tantùm oppositas opponentes: q.d. Isti quidem istis rebus similes sunt, & non minùs noxii atque metuendi:) At tu, Domine, *tumultum*, vel *fremitum*, *superborum*, sive tyrannorum, *humiliabis*; (Hebr. *facies curvari*; & ad animum refertur:) *æstum* quoque, & æstuantes ipsos ac molestantes, tuos protegendo velut *nubes*, auferes, & eorum posteritatem delebis [d]. Non parùm torsit Interpretes hic versus. Omnis difficultas orta est ex nimis anxia observatione accentûs Athnach sub תַּכְנִיעַ, qui verbum illud ad præcedentia referre, & ibi sententiam distinguere, putatus est: quod perpetuum ejus munus non esse, vel ex primo versu Geneseos patet. Nec dubium est quin adeò inconstans sit accentuum in distinguendo sensu ratio, ut modulationi vocum potiùs quàm distinctionibus sententiarum eos inservire plurimi eruditorum meritò putaverint. Hîc sanè, si negligatur ratio illius accentûs, totus versus valde perspicuus est, hoc modo, *Sicut æstus in loco arido est tumultuatio extraneorum: deprimes æstum umbrâ densæ nubis; excisio truculentorum testificabitur*. Hanc esse veram interpretationem, docet connexio hujus versûs cum præcedenti, ubi dixerat Deum esse *refugium ab inundatione*, & *umbram ab æstu*. Explicat statim quid intelligat per *inundationem*, quid per *æstum*. Prius habes in fine v. præced. *Nam spiritus truculentorum est sicut inundatio parietis*: alterum habes initio hujus versûs, *Sicut æstus in loco arido est tumultus extraneorum*. Quid autem eo æstu aget Deus? *deprimes eum umbrâ densæ nubis*. Quod ejus rei indicium? *putatio*, vel *excisio*, *truculentorum id testificabitur*. עָנָה pro *testificari* non rarò sumi, ex Lexicis discet qui ignorat *.

6. *Et faciet* (vel, *Faciet autem*, Pi. i.e. *præparabit* [f],) *Dominus—omnibus populis* (i.e. tam Judæis quàm Gentibus [g]; cùm antea uni tantùm populo notus erat [h]: vel, electis ex omnibus populis; synecdoche integri [i]: vel, *populis omnibus*, excepto Israele [k],) *in monte hoc* (nempe Sione [l], typo Ecclesiæ [m]; unde prodiit Evangelium [n]: vel, in cœlo, cujus typus erat Zion. Confer Matt. 8. 11. Luc. 14. 15. &c. Sic alibi Jerusalem, in monte ædificata, ut typus cœli proponitur, Gal. 4. 26. Heb. 12. 22. &c [o].) *convivium pinguium*] Ità Mo.P.V. sub. *rerum*; i.e. in quo erunt fercula pinguia [p]: vel, ex animalibus *pinguibus*, Pi. Propheta ex digressione hîc redit ad dissertationem propheticam, & prædicit quid Dominus facturus erat; nempe quòd, subactis hostibus, & amplificato Imperio, parabit convivium subditis, more Regum, &c. Vide 2 Sam. 6. 17, &c. Esth. c. 1. v.2,—9. Dan.5.1 [q]. Superbis dejectis, Dominus convivio omnes gentes excipiet, cùm in Ecclesiam convenient [r]. Amplificat Vates gratiam liberationis †, quæ patefacienda erat Christi adventu [r]. Allegoriâ convivii describit delicias beatorum in cœlo [v]. Vindicta Dei sæpe à Prophetis convivio comparatur, quia & consumit hostes, ut cibi consumuntur, & Deo gaudium parit †. Non desunt qui *convivium* hîc cruentum intelligunt, quia *vinum iræ Dei*, & *calix tribulationum* & *vindictæ*, sæpe occurrunt. At de cæde Sennacheribi locum cum Grotio intelligit nemo. Quin & de convivio Evangelico hîc agi constat, 1. quia læta hîc sunt omnia: 2. convivium hoc & lautissimum est, & paratum omnibus populis: 3. idque in monte Sion: 4. ex collatione aliorum locorum, ubi de spirituali hoc convivio agitur. Vide Psal. 22. 27. & 23. 5. & 36. 9. Esa. 55. 1 *. ¶ *Convivium*, &c. מִשְׁתֵּה שְׁמָרִים] *Convivium fæcium*, Mo. M. Ti. Glas. Angl. ut Psal. 75. 9. Zeph. 1. 12 [x]. i.e. vini fortis, quod super fæces manet: vinum enim non acquirit robur suum donec idoneo temporis spatio super fæces permanserit [y]. Vel, vini suavis & odoriferi, quod insidet suis fæcibus: tale enim & saporem & odorem suum probè retinet, ut ex Jer. 48. 11. patet *. Vel, *defæcatorum*, P. Calv. V. sub. *vinorum*, V. vel, *defæcatum*, Ca. vel, vini *defæcati*, JT. sim. Pi. Heb. *fæcium*, scil. expurgatarum, ut mox declaratur; i.e. vini à fæcibus repurgati, ac proinde non turbidi, sed clari [z]. Sic *racemi vindemiæ* dicuntur, Mic. 7. 1. qui post vindemiam manserint [a]. ¶ *Pinguium*, &c. שְׁמָנִים מְמֻחָיִם שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים] *Pinguium* (vel, *pinguium* item, P. *pinguium*, inquam, JT. Calv.) *medullatorum*, Mo. P. sim. Ang. (vel, *saginariorum*, JT.) *fæcium colatarum*, Mo. vel, & *defæcatorum purgatorum*, P. vel, *colatorum*, i.e. purissimorum [b]; vel, *liquidorum*, i.e. in quibus nihil turbidi est aut fæculenti [c]: vel, vini *fæcibus expurgatis*, JT. *De pinguedinibus* (vel, *pinguibus*, Pi. *pinguibus*, inquam, Ti.) *medullatis*, M. Ti. Pi. & *fæcibus defæcatis*, M. Ti. vel, *ex vino à fæcibus purgato*, Pi. [Sy. versum sic reddit, *Convivium pingue*, *convivium*, inquam,

[l] Ang. [m] Pi. [n] Calv. [o] Ang. [p] G. † Ang. [q] V. [r] M. † M. [t] Jun. † Idem. * Idem. [v] Pi. [x] V. [y] M. [z] Ca. [a] Q. in Calv. [b] Calv. [c] Ang. [d] For.

* Di. [f] He. in V. [g] Ang. [h] Calv. [i] Pi. [k] He. in V. [l] Ang. Calv. Pi. [m] Ang. [n] Calv. [o] Pi. [p] V. [q] Ang. [r] Mar. † Musc. [r] Calv [v] Me. sim. Pi. † G. * Calov. [x] Ang. [y] Q. in Ang. * Glas. rh. r. 1. 11. 293. [z] Pi. [a] Ang. [b] V. [c] Calv.

inquam, *reservatum & pingue vivificatoris nostri cœlestis ac fortissimi.*]

7. *Et*, &c. ובלע בהר הזה פני הלוט הלוט על וגו׳] *Et sorbebit*, vel *absorbebit*, (vel, *tollet*, Ti. *perdet*, M. P. sim. For. *præcipitabit*, Vulg. For. G. nempe deglutiendo; *præcipitanter auferet*, vel, subitò disparere faciet [p],) *in monte hoc* (i. e. vel, in hac urbe [q]; vel, in cœlo, h. e. potentiâ suâ cœlesti & Divinâ [r]. Vide v. 6 †.) *faciem*, vel *facies*, (vel, *speciem*, JT.) *operimenti*, sive *involucri*, Mo. P. M. V. &c. (vel, *istius veli*, JT.) *operti* (vel *expansi*, P.) *super omnes populos*, Mo. P. vel, *quo involuti sunt omnes*, &c. M. Calv. vel, *involucri, quod involucrum est super*, &c. Ti. Al. *operimentum, operimentum* (i. e. duplex, vel multiplex, operimentum *,) *super*, &c. BA. [Ch. locum sic reddit, *Et præcipitabuntur in isto monte facies principis qui est super omnes populos.* Ca. sic, *Conficietque—larvam quâ larvati sunt omnes populi.*] Al. *velum faciei* quod *operit omnes*, &c. Heb. quod est *super omnes populos*, i. e. omnium populorum mortuos. Sensus, Delebit mortem, excitando mortuos, ut declaratur vers. seq. Meton. adjuncti: nam per *velum faciei* significatur sudariolum quo velatur facies mortui; per cujus remotionem significatur mortui excitatio. Confer Joh. 11. v. 44. Heb. *faciem veli*, i. e. velatam, ut sit genitivus adjuncti [r]. Vel potiùs, hypallage est; *facies veli*, sive *involucri*, pro, velum, seu involucrum, faciei [v]: ut, *flamma gladii*, pro gladio flammæ, sive flammante, Gen. 3. 24. *caput consecrationis*, pro consecratione capitis, Num. 6. 9. Alludit ad sudariolum quo involvi solebant, vel mortui, Joh. 11. 44. vel damnati, Esth. 7. 8 [x]. Al. *Velum* hîc intellige ignominiæ, quâ fideles in hoc mundo conteguntur [y]. Vel potiùs, cæcitatis & ignorantiæ [z], quâ, veluti velo, corda Gentium ante Christum involuta erant; quam nunc se sublaturum promittit luce Evangelii [a]. Al. Perdet Deus faciem operimenti, i. e. operimentum quo operiunt & occultant se gentes quæ feliciter vivunt, & manifestabuntur disponentúrque ad malum illis venturum; neque erit illis operimentum ab illo [b]. Al. *Involucrum* vocat terrorem illum ab Assyrio, qui populos omnes velut excæcaverat [c]. ¶ *Et telam*, &c. והמסכה הנסוכה] *Et operimentum*, vel *tegmen*, vel *velamentum, velatum*, V. vel, *expansum*, sive *extensum*, P. V. For. vel, *oppansum*, G. *quod obductum est*, P. Eadem sententia repetitur aliis verbis [d], more Prophetarum *. De hoc velo vide 2 Cor. 3. 14, 15, 16 [f]. Confirmatur hîc vocatio Gentium [g].

8. *Præcipitabit*, &c. בלע המות לנצח] *Perdidit* (vel, *Perdet*, P. Et *perdet*, Angl. *Conficiet*, Ca. *Absorbebit*, Mo. JT. Pi. *Oblivioni tradent*, Ch.) *mortem* (vel, *ipsam mortem*, JT.) *in sempiternum*, sive *æternum*, M. Mo. P. Pi. Ch. vel, *ad extremum*, Ca. *in victoriam*, JT. *in victoria*, Ang. ut explicatur 1 Cor. 15. 54 †. ità ut in æternum devicta & prostrata jaceat [h]: vel, *vincendo*, Ti. Verbum נצח, quantum conjicere possum, sign. *urgere, instare, perducere operas victoriosè, magnâ animi contentione, ad finem usque.* Hinc נצח *victor*, vel *triumphator, Israelis*, 1 Sam. 15. 29. לנצח sign. *ad victoriam, in finem, perpetuò, prorsus.* Locum hunc vertas, *Absorpsit mortem omnino*, seu *in perpetuum*, vel *victoriosè*, ut referatur ad modum quo mortem vicit, nempe instando summo nixu totísque viribus, animóque ad vincendum parato, operi redemptionis, quousque tandem mortem deleverit, &c †. *Et absorbebitur mors cum victoria in sempiternum*, Sy. Sensus, Tollet pericula mortis *in sempiternum*, id est, donec vivet Ezechias [i]. Detestanda σφάλματα. 1. Nè verbulum hîc de Ezechia ejúsve vita. 2. Nec de mortis periculis, sed de ipsa morte, hîc agitur. 3. De universali omnium populorum malo loquitur. 4. Retinenda omnino est proprietas literæ, de *morte in æternum præcipitata* in Ecclesia, de qua exponitur 1 Cor. 15. 26, 54. Confer Joh. 8. 51 [k]. Promittitur hîc sub Christi regno felicitas vera & solida, non caduca, quam nec mors ipsa adimere potest. Docet, vitam hanc & perpetuam fore, & gaudio conjunctam; quæ duo felicitatem absolutam reddunt [l]. Secundum hoc beneficium est in gentes conversas collatum, nempe liberatio à potestate mortis, Hos. 13. 14. Heb. 2. 14, 15. & donatio vitæ æternæ, hîc inchoatæ, vide Joh. 3. 18, 36. & 8. 51. & postea consummandæ, vide 2 Tim. 1. 10. Apoc. 22. 14 [m].

[p] For. [q] G. [r] Pi. † Ang. * BA. 2. 5. 2. 667. [r] Pi. [v] Pi. Ang. [x] Ang. [y] Calv. [z] Calv. Musc. sim. Jun. For. [a] Calv. [b] He. in V. [c] G. [d] Pi. sim. Musc. * Musc. [f] Ang. [g] Calv. † For. [h] Jun. † For. [i] G. [k] Calov. [l] Calv. [m] Ang.

¶ *Et auferet—lacrymam*, &c.] Eorum scilicet qui obsessi fuerunt [n]. Imò piorum omnium [o]. Sensus, Recreabit eos ab afflictionibus. Confer Apoc. 21. 4 [p]. Non [modò] mortem, sed & luctum, tollet [q], ejúsque occasiones [r]: & tranquillam lætámq; vitam dabit †, & gaudia spiritualia, hîc & in æternum [t]. ¶ *Et opprobrium populi sui*] Scil. ex misera servitute [v]. Afflictiones & persecutiones, quæ in mundo habentur probrosæ; ac inprimis martyrium [x]. Significat, omni ignominiâ sublatâ, gloriosam hanc vitam fore: quia prophetiæ alioqui fidei derogâsset tristis populi oppressio [y]. ¶ *Dominus locutus est*] Ergò hæc futura sunt, nec aliâ opus est confirmatione [z]. Eversâ Jerosolymâ, sublato Dei cultu, Judæis oppressis, &c. nemo sibi persuasisset hæc fieri posse. Huic ergò diffidentiæ occurrit [a].

9. *Et dicet*] Itâ JT. Pi. Angl. Mo. P. Sub. *ille*, vel *aliquis*, vel, *unusquisque* eorum qui sic liberantur [b]: vel, sub. *populus Jehovæ*, JT. Pi. ex vers. præced. & ex ipsa sententia [c]. *Et dicetur*, Calv. Ang. &c. Canticum hoc est Sanctorum post exactas hujus vitæ ærumnas [d]. Tertia persona activa sumitur impersonaliter *. *Et dicent*, ο'. Ch. Ar. *Itaque tum dicent*, Ca. ¶ *Ecce*, &c. הנה אלהינו זה] *Ecce, Deus noster ille*, vel *iste*, M. P. Mo. Calv. Ca. For. vel, *hic*, Ti. sub. *est*, P. Ti. Vel, *Ecce, Deus noster adest*: nam זה pro verb. substant. sæpe usurpatur. Hæc verba indubiè continent congratulationem ob Filii Dei in carne præsentiam [f]. Confessio hæc est liberatarum reliquiarum, quâ præteritam perfidiam & defectionem suam damnant, dicúntque, velut admirantes, Hic est Deus noster, quem antea impiè contempsimus [g]. ¶ *Exspectavimus eum*] Ejúsque auxilium, toti ab eo pendentes [h]. קוה gestum notat anxiè exspectantium [i].

10. *Quia requiescet manus Domini in monte isto*] Nempe super populum ipsius, ad protegendum illum [k]. *Manus* hîc pro favore & auxilio Dei ponitur: & verbo *quiescendi* intelligitur tutelæ perpetuitas [l]. Vel, *manus*, pro potentia; q. d. Deus potentiam suam exseret in Sione [m]. ¶ *Et*, &c. ונדוש מואב תחתיו] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi.) *triturabitur* (vel potiùs, *conculcabitur*, Mo. Di. ο'. nam דוש primariò sign. *conculcare*, deinde *triturare*, quia id calcando olim fiebat; unde in lingua Syriaca prima significatio obtinet; deinde, quia non rectè *triturari* palea in sterquilinio dicitur, sed *calcari* optimè: ut enim putrescat palea, non superinjicitur sterquilinio, sed calcari & in intima ejus contundi solet, ut rectè ei permisceatur [n]. Vel, *exteretur*, Ti.) *Moab sub eo*, vel *subter eum*, P. Pi. Di. Angl. Calv. &c. i. e. sub pedibus ipsius [o]. Vide Psalm. 110. 1. Esa. 26. 6. Mal. 4. 3 [p]. Ἀνθρωποπάθεια [q]. Sub Christo ejúsque populo sancto *; sicut olim Moabitæ sub Davide protriti erant †. Vel, *apud se*, V. *sub se*, K. in Di. *in loco suo*, V. JT. K. in Di. Angl. nempe Moabi; ubicunque inventus fuerit [t]: quomodo sumitur Exod. 10. 23. 1 Sam. 14. 9. Hab. 3. 16 †. Esa. 46. 7 [r]. Sub nomine Moabitarum, (qui Israelitarum hostes infensissimi erant,) συνεκδοχικῶς omnes Ecclesiæ, hostes comprehendit [v]. ¶ *Sicuti*, &c. כהדוש מתבן במי מדמנה] *Sicut trituratur* (vel, *conculcatur*, Di. &c. ad verb. *ut conculcari*, Mo. i.e. sicut pedibus conteritur; metaphora ἀλληγορική [x]) *palea*, vel *stramen, in sterquilinio*, P. Pi. &c. vel, *in fimo*, Mo. *in ipso luto*, M. *ad stercorationem*, JT. *in sterquilinium*; i. e. sicut stramentum comminutum, quod in sterquilinium mittitur: vel, *in Madmenah*, ut sit nomen urbis Moab, (ut voluit pater Kimhi,) quæ Jer. 48. 2. מדמן dicitur [y]. Annotârunt Masorethæ, pro במי, legendum במו. Non video cur mendum hîc statuatur, aut cur non legi possit secundùm כתיב במי מדמנה, *in aquis sterquilinii*: neque enim in sicco sterquilinio, sed in humido, calcantur paleæ, ut citiùs putrefiant. Quare laudo Jon. qui vertit, *in luto*: nam nec sola aqua, nec solum stercus, sed aqua stercoraria, facit lutum, cui immixta palea facilè in putredinem vertitur, & aptissimum stercorandis agris fimum præbet [z]. Al. *sicut calcant aream* [i.e. frumentum in area] *in plaustris*, ο'. *sicut teruntur paleæ in plaustro*, Vulg. Hoc juxta ritum orientalium loquitur, qui, ob pratorum & fœni penuriam, paleas præparant esui animantium. Sunt autem carpenta ferrata rotis in serracorum modum revolventibus, quæ stipulam con-

[n] G. [o] Ang. sim. Sar. [p] Pi. [q] Mar. [r] Ang. † For. [t] Ang. [v] Mar. [x] Pi. sim. Ang. Musc. [y] Calv. [z] For. [a] Calv. [b] Ang. [c] Pi. [d] San. * Ma. sim. Ang. [f] For. [g] Musc. [h] Musc. [i] For. [k] Pi. [l] Calv. sim. For. [m] T. [n] Di. [o] Pi. Ang. [p] Ang. [q] Pi. * M. sim. T. † T. [t] Ang. † Di. [r] Ang. [v] Calv. [x] Pi. [y] For. [z] Di.

conterunt, & comminuunt in paleas [a]. [Ca. totum sic reddit, *Tundenturque in suo solo Moabitæ, ut tunditur in fimo stramen.*]

11. Et, &c. וּפֵרַשׂ יָדָיו בְּקִרְבּוֹ כַּאֲשֶׁר יְפָרֵשׂ הַשֹּׂחֶה לִשְׂחוֹת] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Nempe*, Ti.) *expandet*, vel *extendet*, *manus suas in medio* (vel, *intimo*, For.) *ejus*, (scil. Moabi [b],) *sicut extendit natans ad natandum*, P. sic M. Mo. Ti. &c. Intelligunt vel, 1. de Moabo, sive Moabita, qui, pressus hoc onere, omnia tentabit ut evadat [c]; quomodo illi solent qui è naufragio cupiunt enatare; sed frustrà [d]. Qui *extendet manus suas*, vel, 1. ut enatet, &c *; vel, 2. ut misericordiam à victoribus imploret [f]. Gestus hic est sese humiliantium, & se devictos fatentium. Judæam, i. e. Ecclesiam, comparat mari, in quo Moabitæ, i. e. hostes populi Dei, rari, imbelles, & in periculo, undique aquis circumdati, reperiuntur. Fortè allusio est ad quoddam gentilicæ devotionis genus, quæ etiam nunc apud quasdam barbaras nationes in usu est, ut currui quo vehitur idolum sese in via prosternant, ut medii præscindantur rotis currûs; quâ re se deo gratissimum obsequium præstare arbitrantur [g]. [Ca. locum sic reddit, *Passis in sua ipsorum regione manibus, ut solent natatores ad natandum.*] Vel, 2. de Deo [h], vel Christo judice & ultore [i], qui *extendet manus suas*, ad puniendum [Moabum [k],] *sicut natator expandere solet*, &c. scilicet, & expandendo ferire [l]. Ità Deus potenter extendet manus suas, ut hostes hàc illàc percutiat; vide Zach. 5. 3. & tam facilè illos conficiet, quàm natator aquam findit [m]. Qui natant non irruunt toto impetu, sed leviter sese expandunt, & brachia placidè deducunt, aquas tamen proscindunt & superant: ità Deus absque ullo negotio, sine strepitu aut tumultu, hostes perdit & profligat [n]. Sensus, Omnia sibi subjiciet Deus [o]. [Ch. sic vertit, *Et extendet plagam potentiæ suæ inter eos*, &c.] ¶ Et, &c. וְהִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ עִם אָרְבּוֹת יָדָיו] *Et humiliabit*, vel *deprimet*, (vel, *demittet*, JT.) *superbiam*, vel *fastum*, (vel, *altitudinem*, Mo.) *ejus cum cubitis* (vel, *cum brachiis*, M. Calv. vel, *sub axillis*, Ti.) *manuum suarum*, P. Ti. Calv. V. i. e. brachiis suis. Intelligit partem illam quæ est à cubito ad manum. Solet enim natator illis partibus ducere, agitare, projicere ac depellere aquam [p]. Vel, *cum ulnis*, [Anglicè elbows,] vel *axillis*, (&, consequenter, *in flexionibus*, *motionibus*, vel *allisionibus*; ut fit ab אָרַב *insidiari*, quod in *angulis* facere solent & homines & feræ; atque ità natatori congruit:) *manuum suarum*, (eadem planè phrasis occurrit Jerem. 38. 12. Ezec. 13. 18.) i. e. brachiorum suorum, ut *manus* ponatur pro *brachiis* [q]. Notat Schindl. אַרְבּוֹת הָרַגְלַיִם apud RR. esse *inguina*, quod & apud Arabes est ארביתין. Hinc suspicio oritur א esse heemanticum, ac derivari à רָבָה *multiplicari*: itaque אַרְבּוֹת הָרַגְלַיִם esse eam pedum partem quæ plurimum carnis habet, nempe inguen aut femur; similiter אַרְבּוֹת הַיָּדַיִם esse eam manuum partem quæ plurimum carnis habet, nempe lacertos, qui & præcipuas totius manûs sive brachii vires continent. Atque ità sensus optimus esset, *Humiliabit superbiam ejus, unà cum lacertis manuum ejus*: i. e. Sic deprimet superbiam cordis ejus, ut etiam frangat lacertos manuum ejus, quibus fidit ac superbit, ut viri fortes solent [r]. Al. *cum cubitis*, &c. per quod brachia, adeóque robur, intelligit; q. d. Superbiam & robur ejus humiliabit †. Al. *cataractis manuum suarum*, JT. i. e. amplissimis & valentissimis manibus suis, quibus superbiam rebellium ità compressurus est, ut obicibus & cataractis coercentur aquæ [t]. [Aliis non placet.] 1. Repugnat usus cataractarum, quæ aquam non *demittunt*, vel *deprimunt*, ut hîc dicitur, sed sustinent & cohibent [v]. 2. Tunc scripsisset, *arubbóth*, ab *arubbah*; non *orbóth*, ab *óreb* [x]. Al. *insidiis* (vel, *cum insidiis*, Mo.) *manuum suarum*, Pi. Mo. i. e. insidiantibus manibus suis: hypallage. Metaphora à leone, qui in spelunca latitans feris transeuntibus insidiatur, ut ex improviso prosiliens pedibus anterioribus illas deprimat, & comprehensas devoret [y]. Plerique affixum in יָדָיו referunt ad Deum, & עִם, *cum*, instrumentaliter sumunt. Id Hebræi potiùs dicerent בְּאָרְבּוֹת יָדָיו: particulam autem עִם, *cum*, instrumentum denotare, non puto exemplis probari posse. (Ità tamen reperitur Est. 9. 25 [z].) Rectè ait Mercerus, denotare *conjunctionem*, & *adhæsionem*; & R. Mardochai ait esse *particulam ligantem*. Ego itaque affixum illud referrem quò pertinet præcedens in גַּאֲוָתוֹ, nempe ad Moabum, & verterem, *Et humiliabit superbiam ejus, cum* (unà cum) *insidiis manuum ejus*. Nempe, in corde Moabi erat superbia, in manibus ejus insidiæ: utraque de causa magna sibi pollicebatur: at utrumque, inquit, Deus deprimet, & cordis superbiam, & manuum insidias. Vel sic, *Et humiliabit superbiam ejus juxta insidias* (i. e. præsentibus insidiis) *manuum ejus*: i. e. Etsi insidiis manuum suarum tutus esse sperabit; tamen præsentibus illis insidiis, & juxta eas, deprimet ejus superbiam Deus [a]. [Ca. locum sic reddit, *Usque adeò illorum fastum deprimet, manúsque membrosas.* Ch. sic, *Et humiliabit gloriam ejus cum impositione manuum suarum.* ο'. sic, *Et humiliabit superbiam ejus super quæ manus injecit.* Sy. sic, *Et humiliabitur fastus ejus statim ad extensionem manuum illius.* Ar. sic, *Et superbiam ejus deprimet statim atque demiserit manus suas.*]

12. Et, &c. וּמִבְצַר מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ הֵשַׁח הִשְׁפִּיל הִגִּיעַ וגו'] *Et* (vel, *Denique*, Sy. Ti.) *munitionem* (vel, *munitiones*, Pi.) *sublimitatis* (vel, *fortalitii*, M. *arduam*, Ca. *editúmque locum*, JT. & *altum præsidium*, Ti.) *murorum tuorum* (sub. ô *Moab*, Pi.) *incurvabit*, (vel, *inclinabit*, Ti. *demolietur*, Ca. *deprimet*, JT. *stravit*, M. *sternet*, præt. pro fut [b]. scil. Jehova [c],) *humiliabit*, (vel, *demittet*, JT. *deprimet*, Pi. Ti. *turbabit*, Ca.) *pertingere*, vel *pervenire*, *faciet* (vel, *deturbabit*, JT. *dejiciet*, Ti. Pi. *pessundabit*, Ca. *deduxit*, M.) *in*, vel *ad*, *terram usque ad pulverem*, Mo. P. &c. vel, *ad terram in lutum usque*, Ti. vel, *humi*, Ca. Insolescebant Moabitæ fiduciâ munitionum [d]: hinc tria verba conjungit, *prosternet*, *humiliabit*, *dejiciet*, & *in pulverem rediget*; ut nè vestigia quidem exstent veteris ruinæ *.

CAP. XXVI.

1. *IN die illa*] Quum ab exsilio Babylon. populus redierit [a]: & quum liberabitur è captivitate Diaboli [b]. ¶ *Cantabitur* (vel, *Cantetur*; ideo enim composui [c];) *canticum istud*] A Propheta compositum, non solùm ut liberati gratias agerent, sed ut in exsilio armarent se fiduciâ & spe meliorum [d]. ¶ *In terra Juda*] Id est, in Ecclesia *, Novi Testamenti [f]. ¶ *Urbs*, &c. עִיר עָז לָנוּ] *Civitas fortis* (vel, *firma*, G. vel, *fortitudinis*, Angl. *obfirmationis*, For.) *nobis*, V. Ang. &c. nempe Hierosolyma †, cujus (licèt non multò pòst dirutæ) plena restitutio hîc promittitur [g]. Sensu sublimiore referes ad civitatem cœlestem, cujus conditor יֵשׁוּעַ Jesus [h]. ¶ *Salvator*, &c. יְשׁוּעָה יָשִׁית חוֹמוֹת וָחֵל] *Salutem ponit*, vel *ponet*, (vel, *disponit*, JT. sub. *Deus*, P. M. JT. Pi. Ang.) *muros* (vel, *muris*, JT. pro *muris*, M. Pi. Ang.) & *antemurale*, Mo. P. vel, [pro] *antemurali*, M. Angl. pro *præmunitione*, Pi. *præmunitioni*, JT. i. e. Salutis causâ cinxit eam Deus muro & antemurali [i]. *Salus* (vel, *Salus* ipsa, i. e. Deus [k]; *Salutare*, ο'. *Salvator*, For.) *ponet* (vel, *posuit*, G.) *murum*, vel *muros*, & *propugnaculum*, Ti. vel, *circummurale*, ο'. *antemurale ejus*. Ideo invicta nobis urbs est, quia optimo omine, Deo ipso jubente, est condita [l]. Controversia est apud Hebræos de voce חֵיל, quæ aliis est *murus inferior*, & חוֹמָה est *superior*; aliis, contrà, est *murus superior*, & חוֹמָה *inferior*: aliis est, *fossa quæ ducitur ante murum* [m]. Vide 2 Sam. 20. v. 15. 1 Reg. 21. 23. Lam. 2. 8 [n]. Urbs hæc est Ecclesia Christi, cujus murus & antemurale est salus & triumphus Christi. Contra hanc portæ inferi non prævalebunt [o].

2. *Aperite portas*] Vel, cœli [p]; vel, Hierosolymæ [q]; vel, Ecclesiæ [r]. Verba sunt vel, 1. Christi *, vel Dei, ad Ministros, ut patefiant januæ Evangelii ministerio ipsorum, &c [v]: vel, 2. Esaiæ, affectum suum aperientis super multitudine novi populi Dei ad Ecclesiam & sanctam civitatem properantis [x]: vel, 3. fidelium, sese mutuò cohortantium [y]; vel, Ecclesiæ, omnes ad se accedere

Marginal notes (left column): a Hi. in G. b Pi. Calov. c G. d G. ex Me. * T. f Q. in Ma. g For. h Jun. Calv. Mar. Pi. &c. i Q. in San. k Mar. l Pi. m Q. in Ang. n Calv. o Jun. p V. q Ang. r Di. † Mar. t Jun. v Ang. x Pi. y Ti. z Ang.

Marginal notes (right column): a Di. b V. c Pi. d Musc. * Calv. — a Calv. sim. Pi. b Pi. c G. d Calv. * Pi. Ang. f Pi. † Pi. g Calv. h G. i V. k G. l G. m V. n Ang. o M. p Pi. Me. T. q Ti. Ang. Calv. r For. sim. Calov. * T. e Hi. v Jun. x Fi. y Pi.

cedere jubentis [z]; vel, ipsorummet beatorum, acceptâ à Christo sententiâ, *Venite, benedicti*, &c. cum triumphali plausu cœlum subeuntium [a]. Apostrophe est [b]. In canticis personarum mutatio,& conversio ad absentes, ut varietatis, ità & jucunditatis, plurimum habet [c].

¶ *Et ingrediatur gens justa*, &c.] Illi Judæi qui ex cæteris oppidis agrisque in loca longinqua profugere quàm Religionem mutare maluerunt [d]. Vel, populus Dei, qui justus est, &c †. Christi cultores [f]. Sugillatio civium præcedentium, quibus auferendum erat Regnum Dei [g]. Ideo ait, *Aperite portas*, &c. h. e. mutentur cives; nam propter peccata priorum urbs diruta est [h]. Non solùm designat ad quos hæc prophetia pertinet, sed fructum castigationis ostendit, quia,post purgatas sordes Ecclesiæ, sanctitas & justitia purior enitescet [i].

3. *Vetus*, &c. יֵצֶר סָמוּךְ תִּצֹּר שָׁלוֹם שָׁלוֹם כִּי בְךָ בָּטוּחַ [Locus obscurissimus, quem variè reddunt.] *Figmento fulto custodies*, sive *servabis,pacem, pacem* : (vel, *pacem, pacem*, inquam, Ti.) *quia in te confisum*,Mo. vel, *speratum est*,Ti. *Proposito firmo* (Heb. *Imaginatione sustentatâ*, seu *suffultâ*, deficit ב, vel כ,) *custodis* (apostrophe ad Deum,) *continuam pacem, quum in te confidit* aliquis [k]. *Affectu firmo custodis pacem, pacem*, inquam, *eò quòd in te speratum fit*, Q. in V. *Figmentum fultum*, i. e. Decretum firmum est; *servabis*, scil. eam à malis; *pacem, pacem*, scil. dabis illi urbi; *quia in te speravit*, non in suis viribus,aut externis auxiliis [l]. *Natura fixa pacem pacem tuebitur,quippe tibi confidens*,Ca.*Cogitatio fixa*:(Concisè dicit:) *custodies pacem, pacem*; *quoniam in te confisum est*. Significat Ecclesiæ pacem non pendere ex mundi statu, nec ex imaginationibus nostris erraticis, sed in Dei fixa cogitatione, æternóque ac immutabili consilio; ideóque eam non mutare, nec esse cur vacillent aut hæsitent pii [m]. Eum cujus *desiderium est conjunctum tibi custodies in pace*, in *pace, quia tibi fidit*,P. *Affectus innixus est tibi, custodiente te illum in pace, eò quòd in te confisus fit*, M. *Desiderium justi qui est conjunctus tibi & innixus, custodies illum à malo : dabísque illi pacem,quia sperat in te*, He. in V. *Desiderium stabile*, sive *stabilitum*, vel, *Cogitatio stabilis*, i. e. Completæ sunt & stabilitæ spes & cogitationes nostræ de adventu Christi: *servabis pacem*, &c. Verbum יָצַר sign. & *cogitare*, & *desiderare*; & סָמַךְ, *fulcire* [n]. *Cogitationem* (vel, *Figmentum*, aut *Imaginationem*, i.e. Animum) *innixam* tibi *custodies : pax, pax* erit illi, *quia in te confidit*, V. Vox יֵצֶר *figmentum* quidem, & *opus fictile*, sign. sed apud Hebræos poni solet pro cogitatione. Itaque optimè vertamus, *Cogitationi suffultæ* (sub. *tui fiduciâ, ô Deus*,) *præstabis res prosperas : res prosperas*, inquam, *quia tibi confisa est* [o]. *Cogitationi* (Heb. *Figmento*, Jun.) *innitenti custodis continuam pacem, quum tibi confidit*, JT. Propositio Ecclesiæ, omnes ad se & ad Deum jubentis accedere per fidem [p], sumptâ occasione ex præcedentibus Dei verbis: quæ primùm epiphonemate confirmat hoc versu; deinde omnes jubet eandem fidem in Deum adhibere ad percipiendam salutem, usque ad v. 7. Est autem *cogitationis* nomen synecdochicè accipiendum, pro viro qui totâ cogitatione & toto animo confidenter nititur Deo per fidem in Christo [q]. *Custodies* illum *in perfecta pace*, cujus *animus* in te *fixus* est; *quia in te confidit*,Ang. vel, *Animum fixum*,sive *stabilem,custodies in pace continua*,&c. vel, *Animo fixo servabis constantem pacem*, &c. Angl. ut prima verba respiciant piorum constantiam & fiduciam in Deo, sequentia sic agentibus pacem à Deo polliceantur. יֵצֶר propriè sign. *formam*, vel *figuram*, vel *rem efformatam*, Esa. 29. 16. Hinc applicatur corpori ejúsque *formæ*, Job.17.7. Psal. 103.14. Interdum & animæ, & præcipuè menti; indéque significat quicquid in ea formatur sive concipitur, *cogitationem*, *deliberationem*, &c. *Animus fixus* hîc ponitur pro viro *animi fixi* : ut *firmitas* ponitur, tum pro manibus *firmitatis*,sive firmis, Exod.17.12. tum pro præceptis *firmitatis*, sive firmis vel fidelibus. Sic *stultitia*, Prov. 24.9. & *sapientia*, Mic. 6.9. & *pax*, Psal. 120.7. & *oratio*, Psal.109.4. pro viro *stultitiæ, sapientiæ, pacis*, & *orationis* [r]. Vatablus vertit, [ubi, nescio, secus enim habet in Criticis Londinensibus,] quem sequuntur Genevenses,*Cogitatio suffulta est, quòd servabis*,&c. Id non rejicio. Tamen quia Hebræi

[z] Q. in Ma. [a] T. ex San. [b] For. [c] San. [d] G. † Pi. [f] Mar. [g] For. [h] Mar. [i] Calv. [k] Pi. [l] Mar. [m] Calv. [n] Cast. [o] G. [p] Jun. ad v. 1. [q] Jun. [r] Ang.

ex suo idiotismo id potiùs dicerent, סָמוּךְ יֵצֶר, præcedente adjectivo, videntur mihi prima illa verba rectè legi per admirationem,ut totus versus sic exponatur, *O cogitationem suffultam! servabis pacem.pacem : quia in te speratum est*. Quòd siquis hæc cum versu præced. magis velit conjungere, dico יֵצֶר סָמוּךְ esse expositionem ejus qui in fine præcedentis versûs vocatur *custodiens fidelitates*. Quis is est? qui est *cogitatione*, seu *figmento*, cordis *fultus*, firmus, bene nixus : i. e. qui, postquam semel factus est *justus*, ut dixit v. præced. non est cogitatione inconstans ac vagus, ut ille Jac. 1. 6, 8. sed est יֵצֶר, pro בְּיֵצֶר, *in cogitationibus, in affectibus & concupiscentiis, suis* (id enim apud scriptores Hebræos est יֵצֶר) סָמוּךְ *suffultus*, bene firmatus & fundatus. *Hunc*, inquit, tu Deus *custodies* in *omnimoda pace*. Non video cur quis hoc rejiciat *. Aq. locum sic reddit, Πλάσμα ἐστηριγμένον, φύλαξις εἰρήνη, ὅτι ἐπ' αὐτῷ πεποίθασι, *Figmentum stabile, custoditio pacis, quia in ipso confisi sunt*. Sym. τὸ πλάσμα ἡμῶν ἐπηρμένον, ἤτοι ἐπηρεασμένον, *Figmentum nostrum sublatum*, vel *firmatum*, &c [c]. Hinc Vulg. *Vetus error abiit*,&c. [Quam versionem quomodo cum textu Hebræo conciliant, lepidum est cernere. Videat, cui vacat, insignes & pudendas S. S. σφαλότητας in For.]

4. *Sperâstis*,&c. בִּטְחוּ בַיהוָה עֲדֵי־עַד [*Sperate*, vel *Confidite*, *in Domino in æternum*, Di. sic Pi. Ang. Calv. vel, *indesinenter*, G. vel, *ultrà & ultrà*, vel, *assiduè magìs, assiduè assiduè* : quod non solùm ad tempus referri potest, sed etiam ad ipsam actionem [v]. ¶ *In*, &c. כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים [*Quia*, vel *Nam*, *in Jah* (vel, *Domino*, M.) *Domino* (vel, *Jehova*, JT. Pi. vel, *Deo*, M. sub. *est*, P. JT. &c.) *petra*, sive *rupes*, (vel, *fortitudo*, M. Ang. &c.) *seculorum*, Mo.M. JT.Pi.Angl. i.e. quæ durat per omnia secula. Sic, *regnum*, & *salus*, & *justitia*, *seculorum*, i. e. æterna; Psal. 145.13. Esa.45.17.Dan.9.24 [x]. Vel, *perpetua*, Ti. *Quia* fidendum *est Deo Jehovæ forti in seculo*, P. *Quoniam in Deo Jehovah, robore sempiterno*, sub. *fidendum est*; vel, *fortitudine æternâ & perpetuâ*, V. *Tunc enim salvi eritis in verbo timoris Domini fortissimi seculorum*,Ch. *Quia Dominus Deus potens est in æternum*, ό. *Quia Ja Jova numinis est sempiterni*, Ca. *Quia Dominus Jehova rupes est in æterna secula*, Di. ex Belg. ב in יָהּ nominativo præfigitur pleonasticè; ut in בְּרַע *malus*, Exod. 32.22. בְּרֶשֶׁת *rete*, Job.18.8. בְּרַבִּים *multi*, Psalm. 55.19. בְּעֶזְרֶךָ *auxilium tuum*, Os. 13. 9. Apud Arabes nihil hâc phrasi usitatius, ut [in Arab. vers.] Luc. 5.12. & Act. 3.2. *Et ecce in viro*, id est, *Et ecce vir* [y]. *Ja* [hîc] idem qui *Jova* [z]. *Jah* est quædam abbreviatio *Jehovæ*. Putem *Jah Jehovah* esse *Deum de Deo*, aut *Filium Dei*, ut suprà 12.2. & Psal. 68.5. *In Jah est nomen Dei*. [Vide ibi dicta.] Locum ergò sic expono, *Confidite in Deo assiduè magìs, quia in Filio Dei est petra* (firmitas, securitas, tranquillitas) *seculorum*, omnium, tum quantum ad creationem, tum etiam quantum ad restaurationem; ut solùm illi possint consistere tam ex prioris seculi hominibus, quàm nostri, quàm futuri, qui isti Petræ innixi fuerint [a].

5. *Quia*, &c. כִּי הֵשַׁח יֹשְׁבֵי מָרוֹם [*Quia incurvabit* (vel, *incurvavit*, M. G. Factum enim est hoc Canticum, ut tunc caneretur cùm res gesta esset [b]. Vel, *deprimit*, JT. *depressit*, Pi.) *habitatores excelsi*, Mo. P. vel, *sublimitatis*, M. V. loci *alti*, JT. Pi. i. e. qui in summa authoritate constituti erant [c]; qui oppida munita & celsa palatia incolunt [d]. Babylonios : item omnes Ecclesiæ hostes †. ¶ *Civitatem*,&c.Id est,vel,1. Hierosolymam [f]: vel,2.Babylonem [g]: vel, 3. Niniven [h]: vel,4.mundum universum [i]: [vel, 5. civitates. Sing. collectivè, ut Esa. 25. 2.] ¶ *Humiliabit*] Vel, *humiliavit*; gloriam ei abstulit [k].

6. *Conculcabit*, &c. תִּרְמְסֶנָּה רָגֶל רַגְלֵי וגו׳ [*Conculcat*, vel *Conculcabit*, (vel, *Ut calcet*, Ti. sim. Ar. Ca.) *eam pes*, (sing. collectivè, ut Job.39.15. Psalm. 9. 16. & 36. 12 [l].) *pedes* (vel, nempe *pedes*, Ang.) *afflicti*, sive *pauperis*, Mo. P. M. JT. &c. In ea habitabunt soli pauperes & egeni, qui soli post excidium manebunt [m]. Accipi hæc possunt, vel,de terrena Hierosolyma,nunquam iterum habitanda nisi à pauperculis, ut hodie constat; vel, de civitate infidelium, sive mundo, cujus gloriam fideles proculcârunt [n]. Contemnent Assyrios Hierosolymitæ pro perditis habiti *.

[*] Di. [c] D. [v] For. [x] Ang. [y] Di. [z] Ca. [a] For. [b] G. [c] V. [d] Ang. † Pi. [f] Mar. [g] Pi. [h] G. [i] T. sic Me. [k] G. [l] Ang. [m] Mar. [n] For. * G.

7. Semita,

7. *Semita*,&c. אורח לצדיק מישרים ישר מעגל צדיק תפלס] *Semita* (vel, *Via*, Ca. V.) *justi*, vel *justorum*, (vel, *justo*, Mo. Calv. V. sub. *est*, Ti. &c.) *recta*, P. Ti. vel, *æquitas*, Ca. vel, *rectitudines*, Mo. V. Calv. Id est, Via æqua, sive æquabilis & plana, erit justo [o]. Vel, *integritas*, Ang. vel, *æqualitas*, vel *rectitudo*, h. e. via *æqualitatis*, sive *rectitudinis*. Ellipsis qualis Psalm. 119. 142. *lex tua est* lex *veritatis*, & v. 172 [p]. Al. *Semitam æquitatum* dabis *justo*, M. [Posterius comma versûs sic reddunt;] *Recte*, (vel, *Rectum*, sive *Rectam*, Calv. vel, *O rectissime*, M. Ang. O Deus, *rectè*, P. Tu, ô *recte*, Ti. Angl. Tu qui *rectus* es, V.) *orbitam*, vel *callem*, vel *viam*, vel *semitam*, *justi* (vel, *justorum*, Ca.) *librabis*, Mo. vel, *ponderabis*, P. *ponderas*, Ti. *tu dirigis*, M. vel, *æquabis*, V. Calv. *tu libras*, Ca. vel, *libratam reddes*, *ad libellam & perpendiculum æquabis*, nè scil. offendat in ea [q]. Verbum פלס, de via usurpatum, sign. tum *exactè considerare*, qualis via sit, an bona, an mala, &c. &, *decidere*, &c. vide Psal. 58.3. Prov. 4. 26. & 5. 6, 21. tum *complanare*, sive *æquare*, ut Psal. 78. 50. Ità hîc accipio, *Tu complanando viam justi æquas*, vel *æquatam reddis* [r]. Sensus est, semitam justi esse æquabilem; à Deo enim vias ejus complanari *. Non laudat hîc Propheta piorum justitiam; sed docet Dei benedictione prosperos illis esse successus in toto viæ cursu, Deíque veluti librâ complanari vias justi, quantúmcunque difficiles & asperæ videantur [t]. Exemplum adduxerat v. 5. & 6. quo comprobat Deo esse fidendum. Nam etiamsi differre videatur impiorum vindictam, iis tandem vicem reddet. Jam nunc opus hoc Dei & cætera omnia commendat argumento à minori ad majus, in hunc modum, Semita quam quivis justus ambulat rectissima est; nihil in ea tortuosum, nulli injurius est: atque hanc ipsam rectitudinem tu, Domine, ipsi præstas; semitam ejus tu regulas; tu lineas ducis, & signa in itinere figis, nè deviare possit. Quantò igitur rectiora sunt tua judicia, &c! Certò scio quòd viri docti hanc elucidationem probabunt. מעגל sign. *viam tritam plaustro, & quæ orbitas habet*; תפלס, *regulabis*, i. e. regulare soles. Ponitur autem hîc, Hebræo more, antecedens pro relativo; *Rectum actum justi tu regulabis*, pro, *Via justi recta est, quam tu regulare soles*; cujus rectitudo omnis à te est [v]. Apostrophe est ad Deum [x], ad quem ab hoc versu & deinceps sermonem convertit [y]. [Alii versum sic reddunt,] *Iter justo* (illi qui definitus est suprà v. 2. & 3 [z].) *rebus æquissimis*, (Heb. *rectitudinibus*, Jun.) *recto orbitam justi libras*, JT. i. e. Facis ut omnia succedant æquissimè, & utramque lancem secundarum & adversarum rerum justiùs quàm ullâ aurificis staterâ moderaris. Confirmat propositionem [v. 3. traditam] ab operibus Dei, quorum asseritur, 1. justitia & æquitas summa erga electos, usque ad v. 11. deinde veritas, usque ad 19†. *Iter justi omni rectitudine*, (Heb. *rectitudinibus*: deficit ב [a]:) *rectâ* librâ (Ellipsis nominis conjugati, פלס [a].) *orbitam justi libras*: q. d. Tu, ô Deus, rectè & paternè gubernas pios, castigando scil. eos per hostes, & resipiscentes liberando ab illis *. Non sperno aliorum interpretationes, præsertim Junii, &, quæ longè alia est à Junii, Tigurinorum. Addo tamen sic verti posse, *Via justi sunt rectitudines*: *rectus est*: *semitam justi ponderabis*. Certè qui ישר insigniverunt accentu Zakeph katon, voluerunt, inter pronunciandum ibi paululùm vocem hærere. תפלס etiam verti potest, *libra*, *pondera*; i. e. Tu, Deus, ipse expende an non justus rectus sit, & an non via ejus sint rectitudines [b]. [Al. sic;] *Via justorum recta facta est, & præparata via justorum*, ό. *Semita recta est pauperibus, ac rectum & planum iter justorum*, Sy. *Justorum via recta est, via veræ pietatis recta est*, Ar. *Semitæ justorum rectæ sunt*: *operantes quoque in via justorum diriges*, Ch. Malim reddere, *etiam opera viæ justorum diriges*. Legisse videtur Chaldæus, ישר מעגל צדיק תפלס, *rectitudinem semitæ justi librabis*. In editione Buxtorfiana malè punctatur עבדי, quod est, *facientes*: sed punctandum est, עֲבָדֵי *opera*, quòd in Venet. est עוֹבְדֵי, meliùs sanè quàm in Buxtorf [c].

8. *Et*, &c. אף אורח וגו'] *Etiam* (vel, *Sanè*, Ca. *Imò*, Ang.) *viâ* (vel, in *via*, P. Ang. &c. in *itinere*, JT. Pi.) *judiciorum tuorum* (vel, *sententiarum tuarum*, Ca. id est, tuæ Legi semper obsequentes [d]; vel, quum incederemus sub castigationibus tuis †; cùm mala nos premerent [f],) *exspectavimus*, vel *speravimus*, *te*, Mo. P. &c. i. e. opem tuam [g]: vel, *in te*, M. &c. ¶ *Nomen*, &c. לשמך ולזכרך תאות נפש] *Ad nomen tuum & ad memoriam*, sive *memoriale*, *tui* (sub. *fuit*, M. Angl. etiam cùm castigaremur [h]; vel, sub. *fertur*, JT. *ferebatur*, Pi.) *desiderium animæ*, Mo. P. Pi. &c. sub. *nostræ*, P. Pi. i. e. Recordabamur promissionum tuarum, & desiderabamus earum complementum, atque ità illustrationem gloriæ tuæ [i]. *In nomine tuo & memoriali* erit *desiderium*, &c. i. e. Anima nostra tenebitur desiderio nominis ac memorialis tui. Idem sunt *nomen* & *memoriale* [k], & per utrumque Deum intelligo: q. d. Nihil aliud præter te cupimus [l]. Ad levem tui commemorationem, vel recordationem, ardens desiderium tui mox in animis nostris excitari solet [m].

9. *Anima*, &c. נפשי וגו'] *Animo meo*, vel *Animâ meâ*, (deficit ב [n]; q. d. Ardente affectu [o],) *desideravi te per noctem*, Pi. P. &c. *in nocte*, Mo. i. e. dum alii somno indulgent [p]. Vide Psal. 63. 7. & 119. 62. Cant. 3. 1. & 5. 2 [q]. q. d. Nullum tempus tam importunum quo te non invocem aut requiram [r]. Vel, q. d. in rebus adversis, quæ per *noctem* sæpe significantur *. ¶ *Sed &*, &c. אף רוחי וגו'] *Etiam* (vel, *Sed &*, M. &c.) *spiritu meo* (sub. *qui est*, Pi.) *intra me*, Calv. &c. Al. *Avidâ mente pectoris*, Ca. Al. Quamdiu *spiritus meus* fuerit *intra me*, V. sim. For. Quamdiu vivam [t]. Per *animam* & *spiritum* vires omnes intellige [v]. q. d. Ego omnes animæ meæ facultates in hoc intentas habeo, ut quæram nomen tuum. נפש sæpe sign. *animam vitalem*, hîc verò *affectum* aut *voluntatem*, quia distinguitur à רוח, quod *partem intellectivam* denotat [x]. Malim נפש & רוח hîc idem esse, varietate vocum elegantiæ tantùm gratiâ adhibitâ [y]. ¶ *De manè*, &c. אשחרך] *Manè* (vel, *sedulò*, V.) *te quæram*, vel *quæsivi*, V. Pi. Ang. i. e. preces ad te fudi [z]. Ad verb. *diluculabo ad te*, V. Non quæram obiter & oscitanter, sed ardenter ac indesinenter, donec inveniam [a]. ¶ *Cùm*, &c. כי כאשר משפטיך לארץ] *Nam cùm*, sive *quando*, (vel, *ex quo*, Calv.) *judicia tua* (sub. *fuerunt*, P. vel, *fuerint*, M. Calv. V. *exstant*, Pi. *edita fuerint*, Ti.) *in terra*, Mo. P. M. &c. vel, *super terram*, ut ל vertitur Psal. 9. 4. Esa. 3. 26 [b]. *Nam ut sunt tuæ sententiæ in terris*, Ca. ¶ *Justitiam discent* (i. e. emendantur [c]. Vel, *discerent*; Heb. *didicerunt*. Sed tempus illud modò officium denotat; vel potentiali formâ, ut alibi, quemadmodum futurum, sæpe usurpatur, Mal. 1. 8. &c [d].) *habitatores orbis*] q. d. Non tantùm nos, populus tuus. Vide Psal. 9. 17, 20, 21 †. Malim tantùm pios hîc denotari per *terræ incolas*, quia sincera resipiscentia hîc describitur *. Significat homines (qui rebus secundis lasciviunt) ferulis erudiri ad timorem Dei. Locus hic est de utilitate crucis †. Al. *Secundùm quod judicia tua*, i. e. Juxta normam judiciorum tuorum quæ in homines exerces, illi quoque *justitiam addiscunt*, ut talia videlicet judicia exerceant qualia te exercere vident; vel, quòd tunc justitiæ student mortales, cùm te animadvertunt in justos severum [f].

10. *Misereamur*, &c. יחן רשע] *Fiat* (vel, *Fiet*, M. Quum *fit*, JT. Si *fiat*, G. Quòd si *tribuatur*, Ca. Tamen quum *exhibeatur*, vel Quamvìs *exhibeatur*, Angl. Particulæ enim sæpe omittuntur, ut Deut. 8. 12. &c [g].) *gratia*, sive *misericordia*, *impio*, Mo. P. Ang. &c. *Impius gratiam obtinebit*, V. Calv. At *quum gratiam experitur impius*, Pi. ¶ *Non*, &c. בל למד וגו'] *Non* (vel, *Nec*, V. Calv. *Non tamen*, G.) *discit*, &c. Pi. vel, *discet*, V. Calv. G. &c. Finge, inquit, improbum non puniri, quinimo beneficiis affici: actum est: scito nunquam eum ad sanam mentem rediturum [h]. Dixerat pios, licèt afflictos, in Deum sperare, &c. nunc, contrà, impios adeò non plagis emendari, ut etiam beneficiis deteriores reddantur [i]. ¶ *In*, &c. בארץ נכחות יעול] *In terra* (vel, Sed *in terra*, Ti. Pi. Nam in *ipsa terra*, G.) *rectitudinum* (vel, *rectorum*, P. Calv. V. sub. *operum*, V. Calv. Nomen hîc fœm. est, ideóque ad homines referri nequit [k]. Vel, *plana*, Ti. *planissima*, Pi. sim. Angl. ubi omnia æquata sunt, ubi homo rectâ ambulare facilè potest †: *æquissima*, JT. vel, *correctionis*, i. e. in hac vita, in qua est pœnitentiæ locus [l],) *iniquè aget*, vel *agit*, Mo. P. Ti. JT. Pi. G. &c. *Terram* hîc intellige Judææ [m]: vel, Eccle-

Margin notes (left column): o V. — p Ang. — q V. — r Ang. — * G. — t Calv. — v For. — x G. Pi. — y Ang. — z Jun. — † Jun. — a Pi. — * Idem. — b Di. — c Di. — d G.

Margin notes (right column): † Pi. sim. M. A. g. — f Mar. — g Pi. — h Ang. — i Pi. — k V. — l Mar. — m For. — n Pi. — o Luth. in Marl. sim. San. — p Ang. Calv. — q Ang. — r Calv. — * San. — t For. — v Mar. — x Calv. — y Ang. — z Pi. — a Musc. — b Ang. — c M. — d Ang. — † Ang. — * Calv. ad v. 10. — † Calv. — f For. — g Ang. — h For. — i Calv. — k Calv. — † Ang. — l Calv. G. — m Hebr. Ang. For.

Ecclesiam, ubi regnat justitia [n]; in qua docetur Verbum Dei, quod ostendit viam salutis planam & rectam [o]. q.d. Etiamsi parceres Judæis, nihilo meliores redderentur [p]. ¶ *Et non*, &c. ובל יראה גאות וגו׳] *Nec videbit* (vel, *Neque considerat*, G. sic Pi. vel, Jus est *ne videant*, [Judæi scilicet, vide ad præced. membrum,] vel, *Non vult cernere*, Ang.) *magnificentiam*, vel *majestatem*, sive *sublimitatem*, *Dei*, V. Calv. &c. i.e. potentiam super omnes mortales [q]. Mysteria ejus & consilia non intelliget [r]. Cœlo & salute excludetur *. Potiùs, Non observabunt opus Dei, sive misericordiæ, sive judicii: quæ interpretatio ex sequentibus confirmatur [f]. [Alii versum sic reddunt,] Num *gratia fiet impio*, qui *non didicit justitiam, sed in terra ubi quæ recta sunt fieri debent perverse agit? non videbit is magnificentiam Domini*, M. Numquid *misericordiam consequetur improbus*, qui *non didicit justitiam*, sed *in terra rectorum* operum *inique agit*, & *non considerat magnificentiam Jehovæ?* Q. in V. Gloriam suam patefacit Deus tum per opera naturæ, tum per miracula, aliaque documenta. Impios itaque hìc objurgat, quòd ad ea oculos claudunt, nec animadvertunt, tametsi vanis in rebus sint perspicacissimi [v].

11. *Exaltetur*, &c. רמה וגו׳] *Excelsa est manus tua*, Mo. *exaltata est*, P. For. *magnificata est*, i.e. magnifica fecisti opera [x]. Cùm *exaltatur*, Ti. JT. Pi. Ang. scil. vel, percutiendo populum tuum propter peccata [y]; vel, superbos tuos hostes perdendo, & populum tuum liberando [z]. Utcunque *exaltata fuerit*, Calv. *Cùm exaltatur—ut percutias*, M. Idem repetit, impiósque accusat, & ostendit non posse eos ignorantiam prætexere, quia perspicua est Dei manus, adeòque ipsorum socordia est voluntaria [a]. ¶ *Et*, &c. בל יחזיון] *Ne videant*, Mo. P. For. infideles nempe Judæi: indigni enim sunt qui ejus gloriam videant, quem spreverunt, &c [b]. *Non* (vel, & *non*, V. sed *non*, Angl. ipsi *non*, M.) *vident*, M. Ti. JT. Pi. i.e. non advertunt [c]: vel, *videbunt*, Ang. [Alii cum verbis præcedentibus jungunt:] *Elatam istam manum non cernunt*, Ca. *Celsitudinem manuum tuarum nequaquam vident*, Sy. ¶ *Videant*, &c. יחזו ויבשו קנאת עם] *Videbunt*, (vel, *Videbunt* aliquando, Q. in V. At *videbunt*, Pi. Ang. i.e. cogentur videre atque experiri [d], ut Psal. 48. 6. Vel, *videbunt*, i.e. sentient cum dolore, ut 1 Sam. 5. 7, &c. Esa. 30. 30. Sic, *videre* (pro, pati) *mortem*, Psal. 89. 49. Joh. 8. 51. &, *afflictionem*, Lam. 3. 1 †. Ἀνταναχλασις, quâ verbum *videndi* repetitur in diversa significatione eleganter [f].) *erubescentes* (vel, & *pudefient*, Ti. Calv. sim. M. Ang. Heb. & *erubescent*; ἐπιμβολή. nam voces quæ sequuntur pendent à verbo præcedente, *videbunt* [g];) *zelum* (tuum †) *erga populum*, JT. Pi. nempe tuum *. Convertunt ordinem vocum Hebraicarum, vertúntque, *Videbunt zelum populi* tui, & *erubescent*, Q. in V. Heb. *zelum populi*, genitivus objecti †: æmulationem quâ prosequeris populum tuum [h]; vel, zelum quo liberas eos ab hypocritis per deletionem eorum, ex collat. sequentium [i]. *Zelum*, non quo illi zelantur Dei causâ, ut Num. 25. 11. &c. sed quo Deus zelatur pro illis, Esa. 63. 15. eorum hostes & injurias ulciscens. Vide Esa. 43. 3, 4. Zach. 1. 15. & 2. 5, 8. & 8. 2 [k]. Al. *zelo populi*, Mo. P. M. vel, *æmulatione* (sub. *quadam*, Ti.) *populi*, Calv. Ti. sub. *tui*, Ti. vel, ob eorum *æmulationem* (i.e. invidiam & malitiosam tractationem, amarum illum zelum Jac. 3. 14 [l].) *erga populum*, Ang. sub. *tuum*, ex seq. membro, ut Esa. 58. 13. ex præced †. *Videant*, (Correctio est, iracundiæ & zeli plena: q.d. Quid peto? *ne videant? imò, imò videant*. Fut. sunt, sed pro optativis.) & *pudefiant zelantes populi*, nempe Judæi, qui tantùm sibi Deum voluerunt, ægréque tulerunt Gentium conversionem, &c. Heb. *zelus populi*; in abstracto loquitur, quia nulla gens magis hoc vitio laboravit: vel, *zelus populi*, pro populo zeli †. *Videbunt & pudefient zelantes in populo*, Sy. *Scientes*, vel *Videntes*, *confundantur*: (i.e. confundentur. Prophetæ enim, cùm optare videntur, prænunciant futura *.) *zelus apprehendet populum* ineruditum, ο΄. id est, Judæos, qui per zelum crucifixerunt Dominum †. ¶ *Et ignis*, &c. אף אש צריך תאכלם] *Etiam* (vel, *Quin*, Ti. *Quin &*, sive *Quinetiam*, JT. Pi. Calv. *Sed &*, vel *Insuper &*, vel *Quinimo*, For.) *ignis hostes tuos consumet*, sive *comedet*, P. sic V. JT. ad verb. *comedet eos*, Mo. sim. V. sed *eos* redundat [m]. Vel, *ignis hostium tuorum* (vel, *qui hostes tuos absumit*, M. sive *consumere solet*; Heb. *ignis hostium*, genitivus objecti [n]:) *vorabit eos*, Calv. M. &c. *Igne hostium tuorum devorabis eos*, Ti. vel, *ignis hostes tuos absumat*, For. Per *ignem* hìc intellige pudorem in genis; qu. d. Pudor, quo perfundere soles inimicos tuos, absumet eos †. *Ignis hostium* dicitur, cujus objectum sunt hostes, qui hostibus paratur, vel, quo hostes prosequeris, Deut. 32. 22. Psal. 21. 10. & 97. 3. ut suprà, *zelus populi*. Sic, *injuria mea*, Gen. 16. 5. Lam. 3. 59. i.e. mihi illata; &, *maledictio tua*, Gen. 17. 13. i.e. quâ tibi maledici possit; &, *laqueus ejus*, Job. 18. 10. i.e. illi tensus [o]. [Alii versum sic reddunt,] *Ità excelsa manus tua, ut eam non videant qui invident populo tuo: sed ubi videbunt, pudefient: imò ignis devorabit hostes tuos. Ignis*, i.e. mors subita, quasi ex incendio; suprà 9. 5 [p]. Al. *Exaltata est manus tua: an non viderent? videbunt, & erubescent: zelo populi tui, etiam igne hostium tuorum, comedes eos*. *Zelus populi* est, zelus quo tu ferris in populum tuum: sic & *ignis hostium* est, quo ferris in hostes. In utroque subintelligitur ב instrumenti, sive causæ. Duæ igitur proferuntur causæ quæ Deum impellent ut impios istos de quibus v. 10. consumat: prima est, zelus quo afficitur erga suum populum; altera est, ardor iræ quo incenditur in hostes suos [q]. Ecclesia hìc asserit veritatem judiciorum Dei proleptice, tum in improbos, hoc versu, ubi asseritur cum veritate justitia judiciorum Dei, & cum noxa comparatur pœna; tum erga pios, versu seq. quæ postea pluribus exponuntur elegantissimè usque ad versum 19 [r]. [Ch. locum sic reddit, *Domine, quando revelatus fueris in potentia tua, ut benefacias timentibus te, non erit lumen inimicis populi tui: videbunt impii, & confundentur; vindicta populi cooperiet eos; ignis quoque inimicos tuos consumet*.]

12. *Domine, dabis*, &c. תשפות וגו׳] *Dispones* (*ordinabis*, M. V. Calv. Ang. Ch. *conciliabis*, Ca. *stabilies*, *præparabis*, V.) *pacem nobis*, Mo. P. JT. *Dispone*, vel *stabili*, vel *da*, *nobis pacem*, LXX, Ar. sive res prosperas [r]. *Præparato*, &c. Ti. *Pone*, vel *colloca*, (i.e. firma, & firmatam conserva,) *nobis pacem*, i.e. omnia ad felicitatem pertinentia. Est vox piorum, qui, perditis hostibus Dei atque suis, certò sperant & postulant quòd respirare paululùm possint, & tranquillam vitam agere [v]. A severa hostium punitione pergit ad gratiosam Dei dispensationem erga populum suum, &c [x]. ¶ *Omnia*, &c. כי גם כל מעשינו פעלת לנו] *Quia*, vel *Nam*, *etiam* (vel, *Quippe qui*, Ca.) *omnia* (sub. *alia*, Ti. vel, *omnes*, JT.) *opera* (vel, *res*, JT. *negotia*, Heb. *actiones*, Pi.) *nostra* (*nostras*, JT. Pi.) *operatus es* (vel, *confecisti*, JT. Pi. *operaris*, Q. in V. *perficias*, Ca.) *nobis*, Mo. P. Ti. Ca. JT. Pi. Angl. vel, *in nobis*, M. Ang. *Opera nostra* vocat, non quæ facta sunt per nos, sed propter nos; ut Jer. 51. 35. *violentia mea*, i.e. mihi facta [y]. Quicquid nobis evenit, boni malíve, te curante evenit [z]: sive cùm alii insolenter cruciârunt nos, (de quibus agitur 2 vers. proximè seq.) sive cùm servâsti nos [a]. Omnia ad salutem necessaria [b]. Omnia beneficia Dei erga fideles, quæcunque sunt ex usu nostro [c]. מעשה non tantùm *actionem*, sed & omne *factum*, omnem *eventum*, sign. Possunt *opera nostra* activè sumi, quæ Deus operatur in nobis per gratiam prævenientem, &c [d]. Hinc patet gratiam Dei prævenire nos, &c †. Sed non est cur hunc locum objiciamus Papistis ad evertendum liberum arbitrium, quum facilè ipsum eludere possint, multísque aliis apertissimis abundemus. Propheta hìc simpliciter docet, omnia bona quibus fruimur nos ex Dei manu adeptos esse [f]. *Omnia enim reddidisti* (vel, *dedisti*, Ar.) *nobis*, ο΄. *Secundùm omnes actus nostros disposuisti nobis*, Sy.

13. *Possederunt*, &c. בעלונו אדנים זולתך] *Dominati sunt* (vel, Etiamsi *dominentur*, Ti. Cùm *imperent*, Ca.) *nobis* (vel, *Subjugaverunt nos*, M. V.) *domini* (sub. *alii*, Ang. 2 Par. 32. 22 [g].) *præter te*, Mo. P. sim. JT. Pi. viz. Babylonii & hostes alii [h]. Omnes quidem Principes præter Deum dominari videntur, etsi ejus nomine præsint: verùm non loquitur Propheta de iis qui bono nostro præsunt, sed de alienis à vero cultu, &c [i]. de illis qui tum illegitimè dominium occupabant, tum eo perinde abutebantur acsi Dominus non immisisset eos [k]. *Præter te*, i.e. præter rationem imperandi à te præscri-

[Marginal notes, left column: n Ang. sim. Calv. — o Pi. — p For. — q G. — r Mir. — * M. T. — f Ang. — v Ang. — x V. — y Pi. — z Ang. — a Calv. — b For. — c V. — d Pi. sim. Ang. — † Ang. — f Pi. — g Pi. — † Idem. — * Idem. — † Idem. — h V. — i Pi. — k Ang. — l Ang. — † Idem. — † For. — * Cast. Cyr. — † Cast.]

[Marginal notes, right column: m V. — n Pi. — † He. in V. — o Ang. — p G. — q Dio. — r Jun. — r G. — v For. — x Ang. — y Ang. — z G. sim. — a V. Jun. M. — a Jun. — b Pi. — c Calv. — d Mo. — † E. — f Calv. — g Ang. — h Pi. — i Calv. — k Jun.]

præscriptam, crudeliter [l]. Verùm particula hæc personas sæpe distinguit, ut Esa. 45. 5, 21. & 64. 4. nusquam, quod sciam, modos agendi [m]. Sensus, Ut maximè alii domini nos opprimant [n]. *Præter te*, qui Rex noster es, Psal. 44. 5. & 74. 12. Esa. 33. 22. vel, præter eos quos tu constituisti rectores populi tui, Deut. 17. 15. Vide Jer. 30. 21 *. ¶ *Tantùm*, &c. [לְבַד בְּךָ נַזְכִּיר שְׁמֶךָ] *Tantùm* (vel, Veruntamen *solummodo*, Pi. sim. Ti.) *in te* (*per te*, JT. Ang. ut Psal. 44. 6. & 60. 14 †. vel, *in te* confidebamus, Pi. simil. G. ellipsis verbi relati, supplendi ex collat. v. 3. & 8 *.) *memorabimus* (vel, *celebrabimus*, Angl. *recolimus*, Ca. *recordabamur*, Pi.) *nomen tuum*, Mo. sim. P. JT. &c. Sed *nos recordabimur tantùm tui, & nominis tui*, M. *Duntaxat tamen tui & nominis tui recordemur*, Ti. Et tamen *tantùm de te memorabimus nomen tuum*, i. e. in gloriam tuam mentionem faciemus tantùm nominis tui; vel, tibi uni gloriam & honorem dabimus [o]. Verba sunt piorum, qui, utut tyrannide oppressi, testabantur tamen se populum Dei esse, atque in eum sperare [p]. Exornatio superioris dicti, Deum confecisse res omnes Ecclesiæ; quæ per antithesin hîc confitetur se ità pressam fuisse mundi tyrannide, ut neque per illam licuerit facere mentionem Dei, neque ipsa per se potuerit: ac proinde per Deum solum effectum esse, ut Ecclesiæ sua facultas restitueretur ad laudandum illum [q]. Utcunque ad tempus illos permiserit Deus tyrannidi impiorum, ab eo tamen servati supersunt ad ipsum celebrandum [r].

14. *Morientes*, &c. [מֵתִים בַּל יִחְיוּ רְפָאִים בַּל יָקֻמוּ] *Mortui* (vel, *Hi mortui*, JT. *Mortui* sunt, P. Ti. Pi. Ang. *Mortui* eorum, vel, Cùm sint *mortui*, Angl. scil. hostes nostri, à te occisi *; tyranni qui nos subjugabant [t],) *non vivent*, sive *reviviscent*, M. Ca. JT. Pi. Ang. scil. vitâ hâc terrenâ [v]; vel, ad antiquum statum [x]. Non oppriment nos ultrà isti [y]. Vel, *nequaquam* iterum *vivent*: nam resurrectio eorum non erit ad veram vitam atque felicem [z]. Æterna mors impios manet, &c. Oppositio est inter resurrectionem impiorum, hoc loco, & piorum, v. 19 [a]. [Sequentia verba sic porrò reddunt;] *Manes* (vel, *Expertes vitæ*, JT. Pi. sub. *sunt*, Pi. vel, Et *vitâ defuncti*, M. Et *violenti*, Ti. vel, *Mortui* sunt, P. *Exanimes* sunt, V.) *non resurgent*, Mo. Ca. M. &c. scil. improbi in priore resurrectione; vide Apoc. 20. 5, 6 [b]: vel, ad vitam hanc terrenam [c]. Tyranni isti non redibunt ad nos vexandos [d]. [Ch. locum sic reddit, Ipsi colunt *mortuos* qui *non vivunt, & gigantes* suos qui *non consurgent*. Supplementum quidem est liberius; alioquin non incongrua esset hæc oppositio, inter eos qui unum Deum colebant v. præced. & eos qui mortuos colebant, & gigantes, sive heroes in deorum numerum relatos.] ¶ *Propterea*, &c. [לָכֵן פָּקַדְתָּ וַתַּשְׁמִידֵם] *Propterea* (ut causam ostendat severi hujus judicii †, cur improbi sine spe intereant; quia scil. Dei consilium est eos perdere [f]. Vel, *Propterea quòd*, Di. Pi. Angl. nam ut לָכֵן [על כן], *propterea*, sæpe valet *propterea quòd*, vide Gen. 38. 26. Num. 14. 43. Psal. 42. 7. Jer. 48. 36. sic & לָכֵן rectè sumitur [g].) *visitâsti* (vel, *visitabis*, V. sub. *eos*, Pi.) *& delevisti* (vel, *excidisti*, Pi. *dissipâsti*, P. *exterminâsti*, M.) *eos*, Mo. &c. Quia animadvertisti in eos [h]. Quoniam ità visitâsti eos, ut funditus perdantur [i]: ut non reviviscerent, neque resurgerent [k].

15. *Indulsisti*, &c. [יָסַפְתָּ לַגּוֹי] *Addidisti* (vel, *Augebis*, V.) *genti*, Mo. P. Ti. M. sub. *tuæ*, V. & sub. vel, *bonum*, M. sive *beneficia*, V. vel, *malum*. τὸ יָסַף constructum cum ל in malum accipitur, ut Psal. 120. 3. *Quid addet tibi?* & passim in imprecationibus, *Sic addat Deus*, &c. Est ergò hîc, *inferre malum*. At constructum cum עַל, in bonum, ut Psal. 115. 14. *Addet Jehova super vos* [l]. *Auges gentem*, Ca. *Auxeras gentem hanc*, nempe Israeliticam [m], restitutis profugis [n]. Multis ac variis beneficiis afficies eos [o]. Quum priùs tibi exiguus esset populus, tu illum multiplicâsti, cooptatione Gentium: qui sensus colligitur ex fine versûs [p]. *Addidisti eos genti*, i.e. interemisti eos, indéque [ut sequitur] gloriam consecutus es. *Addere genti* est, morte afficere: sicut passim in S. S. mortuus dicitur *collectus ad populum suum*, ut Gen. 49. 29 [q]. Græci de malis additis genti Assyriæ intellexêre *. Si additionem in bonum accipias, illud *addidisti* notat distributionem bonorum illis, tanquam servis suis, factam; ut Matt. 25. 14. *Distribuit bona servis*, &c [r]. ¶ *Numquid glorificatus es?* [נִכְבָּדְתָּ] *Glorificatus es*, Calv. For. &c. vel, in perditione impiorum *, hostiúmque populi tui [t]: vel, in castigatione populi tui [v]: vel, in liberatione populi [x]: vel, in gloriosa ejus resurrectione [y]. *Gloriam tibi acquisivisti*, G. sim. Di. Al. Sed *gravatus fuisti*, Pi. (Id vox sign. Psal. 32. 4. Esa. 24. 20 [z].) nempe peccatis illius. Hanc interpretationem postulare videtur cohærentia sententiarum [a]. ¶ *Elongâsti*, &c. [רִחַקְתָּ כָּל קַצְוֵי אָרֶץ] *Dilatâsti* (vel, *Elongâsti*, Mo. *Prorogâsti*, Ti. *summovens*, Ca.) *omnes fines*, sive *terminos*, *terræ*, Mo. Calv. &c. Protulisti & amplificâsti eorum fines [b]. Antè compressi eramus in urbem; nunc paulatim extendimur in agros & oppida deserta [c]. Al. Cultum tuum ubivis diffudisti. Dicit ergò Vates, Tu auxisti Ecclesiam tuam accessione Gentium, atque ità dominatur gloria tua per Evangelium in omnes terminos terræ [d]. *Elongâsti* (vel, Idcirco *procul amovisti*, Pi. sub. *eam*, [*gentem*,] Pi. vel, *eos*, M.) ad *omnes terminos*, &c. M. sim. P. Pi. [Alii hoc membrum cum præced. nectunt, & sic reddunt,] *Glorificaberis* in ea [sub. *gente*] postea quam *ejeceris* illam *in omnes*, &c. q. d. Disperges quidem illos, sed tamen aderis illis †. Al. *Elongâsti omnes extremitates terræ*, nempe dominos, optimates terræ. Id jam pleniùs probandum. τὸ פִּנּוֹת, *anguli*, sumitur & pro præcipua ædificii parte, (ut notum;) & pro primoribus populi, Jud. 20. 2. 1 Sam. 14. 38. Hinc & פְּאַת, *angulus*, pro *duce* sumitur Num. 24. 17. Sic & זָוִית, *angulus*, ad præstantiam denotandam adhibetur Psalm. 144. 12. *sint*—*sicut anguli*, i. e. sint elegantes ac præstantes. Vides ergò omnia quæ angulum & extremitatem apud Hebræos signif. ad excellentiam & primatum etiam adhiberi. Sed & vox קָצֶה ità sumitur Gen. 47. 2.—*de extremitate fratrum*, i. e. ætate & prudentiâ optimos: Jud. 18. 2.—*ex extremitatibus suis*, i.e. ex præcipuis suis, qui essent, ut statim additur, *viri strenui*, &c: Ezec. 33. 2. *Accipiet populus virum aliquem* מִקְצֵיהֶם, *ex extremitatibus suis*, &c. i. e. aliquem ex præcipuis, cujus curæ se suáque committant. Sic accipio etiam Gen. 19. 4. *totus populus ex extremitate*, i. e. non tantùm ex plebeiis, sed ex ipsis ducibus & primoribus urbis: quod deploratissimam istius urbis pravitatem maximè illustrat [f]. [JT. versum sic reddunt, *Adjecisti huic genti, Jehova*, vitam; *adjiciens huic genti glorificas te*; genti quam *procul amoveras* ad *omnes*, &c.] Amplificatio superioris narrationis, de veritate judiciorum Dei in Ecclesiam admirabilium, à circumstantiis: primùm enim, inquit, erant depulsi in terras extimas, hoc versu; deinde, summis angustiis & doloribus pressi, v. 16, 17; tertiò, planè perditi & mortui, nisi majestas tua succurrisset, v. 18, 19: & tamen, ait Ecclesia, eâdem operâ gloriæ tuæ consuluisti, & saluti meæ [g].

16. *In*, &c. [בַּצַּר פְּקָדוּךָ צָקוּן לַחַשׁ מוּסָרְךָ לָמוֹ] *In angustia* (vel, *tribulatione*, M.) *visitaverunt te*, Mo. P. &c. (vel, *recordati sunt tui*, *memores erunt tui*, V.) *fuderunt*, vel *effuderunt*, *orationem*, sive *precationem*, P. Pi. M. &c. (vel, *mussitationem*, Mo. *submissam orationem*, JT. sim. G. ut solent afflicti *: ad verb. *murmur*. Non hîc sumitur dictio hæc pro articulata oratione, sed pro ea quæ est index animi magnis doloribus constricti, qui vix effari possit, aut hiscere audet, animóque magis quàm linguâ affectus suos declarat [h]. Vel, לַחַשׁ, propriè *incantatio*, hîc denotat orationem vehementem & efficacem, qualis est oratorum, populi animos flectentium, &c [i].) *correctio tua eis*, Mo. vel, cùm, sive dum, *correctio*, sive *castigatio*, *tua* (sub. *fuit*, P. sic M. vel, *accideret*, Pi.) *eis*, P. Pi. vel, *super illos*, M. *castigatione tuâ* premente *illos*, JT. Al. *te illos instigante*, G. [Ti. locum sic reddit, *Clamor murmuris disciplina tua* est *eis*. Ca. sic, *Funditur oratio, cùm irrogatur à te pœna*.] τὸ *fundere* & copiam & vehementiam denotat. Vide Psalm. 42. 5. & 142. 3 †. Hic versus referri solet ad pios Judæorum, qui, per afflictiones excitati, tum demum Dei recordari, & precibus invigilare, cœperint. Ac propterea לַחַשׁ sumunt pro *precibus*, sive *oratione*, quod alioqui *mussitationem* & *incantationem* denotat: similiter צָקוּן sumpserunt pro, *fuderunt*, mutuatâ significatione à יָצַק *fudit*. Quæ significatio an verbo צוּק uspiam alibi conveniat, vehementer dubito. צוּק autem in Kal sign. *stare*, *consistere*, *firmiter adhærere*, aut *inhærere*, Psal. 41. 9. unde מָצוּק *stans*, *constitutus*, 1 Sam. 14. 5. & מְצֻקֵי אֶרֶץ *stationes*, *columnæ*, *consistentiæ*

Margin notes (left column): l Pi. — m Ang. — n G. — * Ang. — † Ang. — * Pi. — o Q. in V. — p Calv. — q Jun. — r Ang. — * Pi. — t For. — v Pi. — x San. — y G. — z For. Mc. — a Calv. — b Ca. — c Pi. — d G. — † Ang. — f Calv. — g Di. — h G. — i Ang. — k Di. — l For. — m Pi. sim. Calv. — n G. — o V. — p Calv. — q Di. — * G. — r For.

Margin notes (right column): * For. — t Ang. — v Q. in Ang. — x Ang. — y For. — z Ang. — a Pi. — b Mc. — c G. — d Calv. — † V. — f Di. — g Jun. — * Jun. — h Calv. — i Ang. — † Ang.

sistentiæ terræ, 1 Sam. 2. 8. Convenit cum נָצַק, aut, ut vulgò, cum יָצַק, sed est ex ordine deficientium primâ Jod, ut in Hiphil usitatum הֵצִיק *constituit*. Dubito ergò annon & hic vers. referatur ad impios hostes, &c. de quibus v. 13, 14, 15. actum fuit, & sic verti debeat, *In angustia recordati sunt tui: perstiterunt in incantatione, quum castigatio tua esset illis*; i. e. Quamvis angustia eos adigeret ut tui recordari cogerentur, firmiter tamen adhæserunt incantationi, etiam te castigante illos; i. e. incorrigibiles fuerunt; vel, *adhæserunt murmurationi*, id enim quoque est לַחַשׁ. Hæc doctiorum judicio libenter submitto. Non displiceret tamen Vulgata interpretatio, quæ elegans sanè est, si à v. 13. usque ad 19. omnia referrentur ad Judæos eorúmque miserrimum statum. 1. Peregrini domini imperârunt nobis, vers. 13: 2. plurimi nostrûm mortui sunt, qui hîc non resurgent, quia tu exterminâsti eos, v. 14: 3. addidisti eos genti suæ ad tuam gloriam, & removisti primores terræ, v. 15: 4. recordati quidem sunt tui in afflictione, adhæserunt tamen murmurationi, v. 16: 5. fuimus instar parturientis, & omni conatu nihil nisi ventum enixi sumus, v. 17, 18. Consolationes sequuntur reliquis versibus [k]. Docet hîc Propheta, pios in ærumnis Deo propiores esse quàm in rebus prosperis, quibus semper ferè insolescimus, &c. Plagis erudiuntur qui ferè beneficiis deteriores redduntur [l].

17. *Sicut*, &c. כְּמוֹ הָרָה וגו'] *Sicut prægnans*, vel *gravida, quæ*, vel *quum, ad partum appropinquat*, &c. Pi. Calv. &c. Horribiles piorum cruciatus denotat [m]. Hic versus & seq. continent illas *querimonias* & *obmurmurationes* quas solent pii homines fundere [n]. ¶ *Sic*, &c.] h.e. Talis fuit nostra conditio in captivitate [o]. ¶ *A*, &c. מִפָּנֶיךָ] *A facie tua*, Pi. Calv. Angl. &c. Id est, vel, 1. à te, vel propter te, ut Gen. 6. 13. ob castigationes à te immissas [p]; te disponente causas [q]: vel, 2. propter iram tuam [r]; ut *facies* sumitur Psal. 34. 17 [*]. Nullus corporis dolor tam acerbus, quàm animi iratum sibi Deum sentientis, &c [t]. Vel, 3. coram te, vel in conspectu tui [v]; ut Gen. 31. 35. q. d. te vidente, nec miserente & opitulante: id quod dolorem auget, &c [x].

18. *Concepimus*, &c. הָרִינוּ חַלְנוּ כְּמוֹ יָלַדְנוּ רוּחַ] *Concepimus*, (*Gravidi fuimus*, JT. Pi.) *parturivimus*, (*doluimus*, M. JT. Pi. Mo.) *tanquam si peperissemus* (*quasi pareremus*, JT. Sed *quasi peperimus*, Pi. Sed *peperimus tanquam*, V. ac *enixi sumus velut*, Ti.) *ventum*, P. V. M. Ti. JT. Pi. G. ut aves quæ edunt ὠὰ ὑπηνέμια, (*ova subventanea*.) Plin. 10. 58. *Pariunt ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci vocant* [y]. Ordo hîc inversus; i. e. non verum fœtum, sed rem similem vento. Mulier, cùm peperit, soluta est doloribus: nos autem, cùm liberati sumus ex una tribulatione, mox incurrimus in aliam [z]. Nihil unquam possemus parere: sed perpetuis torminum ventorúmque inter se in utero colluctantium cruciatibus constringimur [†]. Anxiis nostris consiliis nihil profecimus, ut declarant sequentia [a]. Vel, *quasi peperimus spiritum*, Mo. *quodammodo spiritum* nostrum *enixi sumus*; i. e. Propè mortui eramus, de vita desperavimus [b]. ¶ *Salutes*, &c. יְשׁוּעֹת בַּל נַעֲשֶׂה אֶרֶץ] Ad verb. *Salutes non fit terrâ*, Mo. Quia *salus non est facta in terra*, M. *Non potuimus servare terram nostram*, extra urbem [c]. *Salus non est facta terræ*, Calv. Res *salutum non est facta*, &c. i.e. Necdum omnino liberati sumus [d]. *Salutes non factæ sunt terræ*, Ti. sive, *in terra*, P. *Salutem ullam non efficiebamus* (vel, *effecimus*; Heb. *non efficiemus*. Sed futurum hîc ponitur pro potentiali, ut Psal. 56. 5, 12. & 118. 6. Vide simile Jer. 11. 12. Matt. 12. 25. collat. cum Marc. 3. 24 [†].) *terræ*, Pi. Angl. vel, *in terra*, Ang. *Terra*, pro regione, ut v. 10. & *terra*, pro terra eorum, qualis ellipsis Esa. 13. 22. Plur. [*salutes*] alibi usurpatur amplificationis gratiâ, ut Psal. 28. 8. & 42. 6, 12. & 44. 5. hîc extenuationis sive restrictionis causâ: sic, *omnis*, pro *ullo*, Exod. 20. 10. Job. 1. 11. Psal. 49. 18 [*]. ¶ *Ideo non*, &c. וּבַל יִפְּלוּ וגו'] *Neque cadunt* (vel, *cadent*, Ti. *ceciderunt*, Mo. Ang. G. *cadebant*, Pi. Angl. ut illi coram Davide, Ps. 18. 39 [f].) *habitatores orbis*, M. &c. qui hîc opponuntur incolis Judææ [†]. Latissimè potentes Assyrii non prostrati sunt abs te, ut olim Ægyptii, Madianitæ, & alii. Hæc sunt querelæ Judæorum cùm adhuc obsiderentur; quibus Deus jam respondet [g]. Incolæ orbis nos vexant, neque cadunt: iis omnia prosperè cedunt [h]. [JT. hoc membrum cum præcedente sic reddunt, *Salutem ullam non fuissemus effecturi terræ, neque casuri fuissent incolæ orbis habitabilis*.] Exegesis verborum proximè præcedentium: q.d. Ecclesia, Non fuisset mihi ex me facultas aut virtus pariendi, aut præstandi quicquam, ad servandum meos, aut deturpandum hostes; sed utrumque penès Deum est, qui præstat utrumque verbo suo, versu seq [i].

19. *Vivent* (vel, *Reviviscent*, Pi. Ca.) *mortui tui*] Mo. P. M. &c. Emphaticè, ut distinguantur à *mortuis* illis v. 14 [k]. Electi tui, qui propter te & gloriam nominis tui morientur [l]. Fideles qui in Domino moriuntur, & quos ipse manu suâ protegit [m]. Nos qui sumus tuus populus, & nunc captivus, adeóque similes mortuis [n]. Qui in summis periculis mortis versabantur, more loquendi Hebræo [o]. Summa miseria in S. S. *mors* dicitur, 2 Cor. 1. 10. & 11. 23. & miseri, *mortui*, vide Psal. 31. 13. & 88. 6, 7. & hoc loco, *Vivent*, i.e. liberabuntur ex ærumnis [p], & ex captivitate [q]. Mysticè Hebræi hoc ad Resurrectionem referunt [r]. Vivent vitâ æternâ [*]. Sed non restringendum est hoc, vel, cum Judæis, ad primum Messiæ ingressum, vel, cum aliis, ad ultimam Resurrectionem: nam Propheta totum Christi Regnum ab initio ad finem usque comprehendit; cùm spes vivendi mundum hunc transiliat, ut videbimus. Vita hæc posita est in paterno Dei favore, &c [t]. Al. Sed dicebamus, *Reviviscent*, &c. Talia supplementa sunt Psal. 27. 8. Esa. 22. 13. Act. 7. 32 [v]. Hoc supplementum postulat res ipsa, & cohærentia sententiarum [x]. Dicuntur hæc per antithesin ad v. 14 [y]. Propheta hîc loquitur, vel, 1. in persona Dei, promittentis liberationem, &c [z]: vel, 2. in persona populi, fiduciam suam profitentis in Dei potentia, &c [a]. *Reviviscunt*, &c. JT. i. e. Instaurantur, & ex calamitatibus, tanquam ex morte, rediviva membra Ecclesiæ servantur, verbo illo potente tuo. Est autem hîc conclusio cantici, quâ Ecclesia, singulare Dei beneficium prædicans, sibi de mirifica hac salute gratulatur [b]. ¶ *Interfecti*, &c. נְבֵלָתִי יְקוּמוּן] *Cadavera mea* (vel, *Cadaver meum*, Mo. Calv. G. per appositionem, q.d. qui sunt cadaver meum. Propheta sui peculiariter meminit, in confirmationem hujus doctrinæ, & ut se toti Ecclesiæ associet, atque ità mortuis Dei se annumeret, in spem resurrectionis. Testatur se non loqui de rebus ignotis, aut quæ nihil ad se pertineant, sed quas expertus est: tantâque se fiduciâ præditum ostendit, ut libenter se iis cadaveribus annumeret quæ in vitam restitutum iri confidit: atque ideo malit cadaver esse & censeri, modò censeatur membrum Ecclesiæ, quàm extra ipsam & cum impiis florere [c]. Vel, *Cadavera mea quæque*, JT. sive *singula*, Pi. Distributivè sumendum נְבֵלָתִי arguit adjunctum verb. plur. יְקוּמוּן [d]. Vel, *Corpora nostra*, Ca. vel, *Quemadmodum corpus meum*, Ti. q. d. Tam certò resurgent, quàm scio corpus meum resurrecturum, ut Job de se professus est, Job. 19. 25, &c [†]. Vel, Cum *cadavere meo*, V. Unà cum *cadavere meo*, Ang. i.e. cum corpore meo, sive unà mecum: q. d. Unà cum illis scio me resurrecturum [f].) *resurgent*, Med. &c. vel, *resurget*; i. e. Civitas mea, pro cadavere habita, florebit iterum [g]. ¶ *Expergiscimini*] Ità Mo. JT. Pi. &c. sub. *inquit*, JT. Prosopopœia, quâ Deus inducitur populum suum ex angustiis, velut è sepulchro, excitans ad suam gloriam [h]. Vel, sub. *dices*: quod supplementum res ipsa postulat [i]. Simil. Psal. 27. 8. Cùm dixisti, *Quære*, &c [k]. q. d. Liberabis nos è captivitate per Cyrum [l]. Gravis afflictio confertur *morti*, quæ est quasi somnus profundus, Psal. 13. 3. Act. 7. 60. & 13. 36. & reviviscentia vocatur *evigilatio*, 2 Reg. 4. 31. Vide & Ephes. 5. 14 [m]. ¶ *Qui habitatis in pulvere*] Id est, qui projecti jaceris, ut Psal. 7. 6. & 22. 16. &c [n]. Fideles sub cruce, quique in ipsa vita mortem præ oculis assiduè habent [o]. Defunctorum corpora, in pulverem jam redacta [p]. *In pulvere*, i. e. in sepulchris. Periphrasis mortuorum. Continuatur autem hîc metaphora instituta [q]. Hic populus sepultis comparatur Ezec. 37. 11, &c [r]. ¶ *Quia ros*, &c. כִּי טַל אוֹרֹת טַלֶּךָ] *Quia ros olerum*, sive *herbarum*, (i.e. quo pullulant aluntúrque herbæ [*], & languescentes excitantur [t], &, quæ per hyemem exarescunt, & quasi mortuæ videntur, reviviscunt [v],) *ros tuus*, Mo. P. M. &c.

sub.

k Di. l Calv. m Calv. n For. o Pi. p Q. in Ang. q G. r Calv. Pi. Ang. * Ang. t Calv. v Marl. Q. in Ang. x Ang. y G. z V. sim. Calv. † Jun. a Pi. b Q. in Ang. c G. d V. † Ang. * Ang. f Ang. † Ang. g G.

h Calv. i Jun. k Ang. l V. T. m Calv. n Pi. o G. p Ang. q Pi. r G. * V. sim. Mo. T. t Calv. v Ang. x Pi. y Ang. z Q. in Ang. a Al. in Ang. b Jun. c Calv. d Med. l. 3. p. 718. † Q. in Ang. f V. g G. h Jun. i Pi. k Ang. l Pi. m Ang. n G. o Calv. p For. q Pi. r Ang. * V. t M. v Calv. sim. P.

sub. *est*, vel *erit*, Pi. Ang. q.d. Quantò magis virtus tua excitatura est mortuos ac sepultos in terra [a]! Ætiologia à potentia Verbi Dei. Verbum Dei (inquit Ecclesia) cum cœlesti rore, fideles malis dejecti cum semine in terram projecto, corrupto & moriente, comparantur: sicut autem ros è corrupto semine excitat herbam, ità Verbum Dei pios restituit [*]. Hæc verba putant Genevenses dirigi ad ipsos mortuos, (i. e. ad Israelitas mortuorum typo adumbratos,) æquè ac præcedentia; & *ros tuus* exponunt, ros quem Dominus super te distillare facit, i. e. favor quem tibi exhibet, & vigor quem tibi confert, ut te veluti reviviscere faciat. Sed quanquam valde probabilis est hæc expositio, ego tamen veriorem credo eam aliorum, qui unanimiter statuunt Prophetam hisce verbis Deum alloqui [y]. Al. *Quia ros lucis* (vel, *luminum*, Q. in Angl.) *est ros tuus*, Vulg. Ch. Sy. RS. & AE. & Zuing. in Boot. [Quam versionem sic explicant:] *Ros lucis*, id est, ros Auroræ, vel, quem lux & calor Solis comitantur. Vide Psal. 110.3 [z]. Benignitas tua, ô Deus, Auroræ rori similis est [a]. Semen tuum fœcundum erit ut ros Auroræ. Vide Psalm. 110.3 [b]. Vel, ros ad lucem vitæ excitans & revocans [c]. Singulare אוֹר *lucem* signif. Esth. 8. 16. Psal. 139. 12 [d]. Rectiùs alii *herbas* reddunt [*]; ut vox hæc pluralis sumitur 2 Reg. 4. 39. Vide & Esa. 18. 4 [f]. ¶ *Et terram*, &c. וָאָרֶץ רְפָאִים תַּפִּיל] *Et terra mortuos* (vel, *manes*, Mo. *gigantes*, Q. in V. *inferos*, M.) *ejiciet*, P. Calv. Ang. V. vel, *projiciet*, Mo. Ejiciet, nempe à se, ut mulier abortivum [g]. Sed non apta videtur hæc similitudo ad exprimendam gratiosam Dei liberationem: nec congruit hæc interpretatio cum usu verbi נָפַל, quod sign. *cadere*; unde הִפִּיל *facere cadere*, vel *dejicere* [h]. *Terra autem impiorum cadet*, o'. Ar. *Terram verò gigantum* (i. e. tyrannorum †; mundum hunc, qui est sedes impiorum & tyrannorum, quales erant gigantes [*],) *evertes*, Sy. i. e. funditus destrues per ignem †. *Et terram violentorum tyrannorum tu dejicies*, Ti. ת est signum 2. pers. Sic itaque vertas, *Et in terram mortuos dejicies*, sub. *ô Deus*: i. e. improbos in infernum detrudes [i]. Doctus inter Hebræos sic exponit, *Tu, Deus, vivificabis mortuos tuos: sed impios, qui sunt gigantes, cadere facies in terram; quia non vivificabis eos*, nempe vitâ gloriæ: alioquin omnes resurgent. Chald. sic, *At impios, quibus dedisti robur, & transgressi sunt sermonem tuum, gehennæ trades* [k]. *Postquam in terram expertes vitæ* (vel, *gigantes*, nempe Babylonios aliósque hostes [l],) *dejecisti*, JT. sic Pi. Angl. Perditio nempe hostium & oppressorum viam sternere solet liberationi populi Dei. ו hìc valet *cùm*, vel *postquam*, ut Hos. 1. 11. Zach. 12. 2. & ellipsis est particulæ *ad*, vel *in*, ut Amos. 9. 9 [m]. [Ca. locum sic reddit, *Tuus ros herbarius ros est, maniúmque demoliris terram*.] Ut ros herbas, sic tu manes in vitam elicis, dejectâ & reclusâ terrâ quâ teguntur [n]. Προσφώνησις ad Deum; q. d. Ut ros cœlestis herbas, ardore Solis velut emortuas, recreat & erigit: ità virtus tua, ô Deus, mortuos tuos eriget & vivificabit, &c. De resurrectione autem mortuorum hìc agi, totius versûs συνάφεια & verborum proprietas ostendit [o].

20. *Vade*, &c. לֵךְ עַמִּי בֹּא וגו'] *Vade*, (ut Esa. 6. 9 [p]. vel, *Ergò*, Ti. *Veni*, M. V. Calv. Angl. ut Num. 10. 29. q. d. Ego vobis ero comes & dux, ut deducam vos quasi in arcam, ut Noachum, &c. Gen. 7. 1 [q]. Vel, *Agè*, JT.) *popule mi*, (mortui mei [r],) *ingredere in conclavia*, seu *cubicula, tua*, Mo. P. &c. nempe providentiæ & protectionis Divinæ, Psal. 31. 21. & 143. 9 †. Intelligit tranquillum animi statum, ubi nos ipsos colligimus ac munimus certâ fiduciâ, Domínúmque placidè exspectamus [t]. Apostrophe ad populum Dei; q. d. Recipe te ad Dei protectionem fide, & in statione tua cum patientia & spe conquiesce, neque istis calamitatibus quæ terras pervasuræ sunt dimovetor. Respicit interdictum illud Exod. 12. 22. *Nemo exeat domo*, &c [v]: vel, ad historiam Raab, cui tantùm in domo salus erat †. Vel, metaphora est ab illis qui, ingruente sive tempestate sive hoste, se in conclavia recipiunt, & fores claudunt, &c [x]. Al. *Intra in cubic.* Tenete vos omnes intra urbem [y]. Videtur vox Dei ad Sanctos qui in Domino moriuntur: q. d. Ite ad modicum in cubicula, i. e. sepulchra, vestra, ibi dormite, &c. quia brevi, h. e. in die Judicii, vos resuscitabo [z]. ¶ *Claude ostia tua* (vel, *ostium tuum*, o'. P. sim. Mo. &c.) *super te*; ità Angl. ut 2 Reg. 4. 4 [a]. בַּעֲדֶךָ] *Post te*, Sy. Ti. P. Pi. V. ingressum scil. in cubiculum tuum [b]. *Tibi*, JT. *circa te*, M. Ang. *ante te*, Q. in V. *pro te*, Al. in V. Portas tantùm clausas tenete [c]. *Per te*, tuis ipse manibus. Hoc illis commendat, ut quieti sint, non soliciti de quavis rerum vicissitudine; & ut in silentio Deum deprecentur, &c [d]. ¶ *Abscondere*, &c. חֲבִי כִמְעַט רֶגַע] *Latita*, vel *Abscondere*, vel *Absconde te*, (Contine te intra istas latebras [*],) *paululum*, sive *modicum*, sive *paulisper quantulumcunque*, o'. *subitò*, Ca. vel, *ad momentum*, P. For. sic Ti. vel, *paulatim*, sive *ad brevissimum tempus*, V. Al. *quasi exiguo momento*, Pi. vel, *circiter modicum momentum*, For. ¶ *Donec pertranseat indignatio*] Vel, 1. tyrannorum [f]. Donec Assyrii furor omnes impetus suos in te effuderit [g]. Vel, 2. Dei [h], per hostes [i]; vel, calamitas ex ira Dei [k]: vel, dies Judicii extremi, qui *dies indignationis Dei* vocatur [l]. Graviter puniet Deus impios, præsertim in fine mundi [m].

21. *Egredietur de loco suo*] Id est, de cœlo [n]. Mos loquendi Scripturæ ad exprimenda Dei judicia [o]. Metaphora à Principe, qui prodit de palatio suo ut sedeat in tribunali [p]. De cœlo descendet ad instituendum judicium [q]. ¶ *Ut visitet iniquitatem habitatoris terræ*] Latè habitantis, ut suprà 18 [r]. Vel, impiorum †. Vel, *terræ* Judaicæ [t]: Judæorum infidelium [v]. ¶ *Contra eum*; ità Calv. עָלָיו] *Super ipsum*, sive *ipsos*, Calv. Pi. Quod pondus habet. Impii foveas sibi fodiunt [x]; & noxæ omnes redeunt in capita authorum [y]. ¶ *Et revelabit* (vel, *proferet*, Ti.) *terra sanguinem suum*] Vel, *sanguines suos*, Mo. P. Calv. vel, *cædes suas*, JT. Pi. homicidia [z]: vel, *sanguinem innocentem qui effusus est in ea*, Ch. [Variè explicant.] 1. Non poterit terra absorbere sanguinem, tam multus erit [a]. Tot erunt occisi, ut desit illis locus sepulturæ, Jerem. c. 7. v. 32, 33 [b]. 2. Terra reddet & refundet omnes martyres [c], eorúmque sanguinem quo imbuta est [d]; aliósque mortuos [*]. 3. Vox sanguinum innocentium clamabit de terra [f]. Cædes in occulto patratæ detegentur [g]. *Sanguines terræ* vocat, quos terra hausit, & veluti sinu suo excepit. Armabitur terra ipsa ad ulciscendas piorum cædes, quarum tunc ratio reddenda est [h]. Tunc constabit quantam servorum Dei cædem fecerint impii: nec ulla erit excusatio, nam & muta elementa adversùs impios testabuntur [i]. ¶ *Et non operiet*, &c.] Nemo erit qui humo eos mandet [k]. Non operiet sanguinem innocentem à tyrannis effusum in ea [l]. *Operire* est, connivere, dissimulare, non punire [m]. Omnes mortuos & sepultos in ea prodet, & producet ad unum [n].

CAP. XXVII.

1. *IN die illa*] Continuatio prioris cantici [a]. ¶ *Visitabit—in gladio suo duro*, (vel, *crudeli*, Esa. 19. 4. Angl.) *& grandi, & forti*] Ità Mo. &c. Hebræa sunt emphatica, *gladio suo duro*, sive *crudeli, illo, & magno illo, & robusto illo* [*]. ¶ בְּחַרְבּוֹ הַקָּשָׁה וְהַגְּדוֹלָה וְהַחֲזָקָה] *Gladio suo durissimo, maximóque, & validissimo*, JT. Id est, vel, gladio Medorum & Persarum [b]; vel, infinitâ potentiâ suâ & potente Verbo. Humanitus dictum [c]. Duro nodo durus cuneus; & potentibus rectè destinatur potens ultor [d]. ¶ *Super*, &c. עַל לִוְיָתָן נָחָשׁ בָּרִחַ] *Super* (vel, *in*, Ca. JT. Pi.) *Leviathan* (vel, *balænam*, JT. Pi. vel, *draconem*, o'. Ar.) *serpentem* (vel, *colubrum*, o'.) *vectem*, Mo. Ti. BA. Pi. vel, *fugacem*, M. *fugientem*, o'. Ar. instar vectis, qui celerrimè fugit & mittitur de latere in latus [*]: vel, *transeuntem* mare, P. V. vel, *penetratorem*, V. sic Ang. i. e. penetrantem mare ab extremo ad extremum [f]; idque motu citatissimo: vel, penetrantem & se insinuantem in foramina & corpora, ubi minimus ei datur aditus; id quod in serpentibus notatur. Vox hæc בָּרִחַ usurpatur ut epitheton serpentis hìc tantùm, & Job. 26. 13. Varietas versionum est à forma vectis, quæ & longa est, & teres, & robusta [g]. Vel, *oblongum*, JT. *teretem*, Ca. *concludentem*, Sym. in D. robu-

robustum, Th. in D. *Vectem*, i. e. validum. Hebræi voces נחש & תנין tam de piscibus quàm de serpentibus usurpant [f]. *Serpens* נחש hîc idem planè quod תנין, sic Amos. 9. 3. nempe Leviathan, ut rectè monet K. *Serpens vectis* est, in quo aliquid transversum vectis instar, quo in transversum obducto firmantur fores, nempe *cetus* (vel potiùs, *cetaceus piscis*) *transversarius*, nempe *zygæna*, (de qua agunt Oppian. Ælian. Galen. Suid. &c.) cujus caput non est rotundum, neque rostratum, neque fastigiatum, neque in latera compressum, quale in piscibus reliquis esse solet; sed (quod ei peculiare est) in latera extensum, atque instar vectis transversum [k]. [Sub hoc nomine intelligunt,] vel, 1. Regem Babyloniæ, qui potens est ut robustus vectis [l]: vel, 2. Ægypti Regem, cui hæc descriptio convenit [m]: vel, 3. Reges & Principes mundi [n]. Mundum Scriptura vocat *mare*, ejúsque Principes *magnos pisces*; ut Psal. 74. 14. *Tu conculcâsti capita Leviathan* [o]. Ii Reges qui minutiores Principes opprimunt in S. Literis *cete* vocantur [p]. Sub una specie omnes Ecclesiæ hostes complectitur [q]. Vel, 4. sublimitatem omnem, spiritualem & corporalem, quæ extulerit se adversùs Deum vi vel fraude, vel utrâque simul; quæ omnia allegoricè his nominibus figurantur [r]. Vel, 5. Diabolum †, qui *draco* vocatur Psal. 91. 13. Apoc. 12. 3, &c [t]. Qui *vectis* dicitur, quia hominem separat sive dividit & à Deo, & à fratribus; *tortuosus*, propter mille artes; *serpens*, quia intoxicavit genus humanum [v]. Qui longè latéque, ut cetus marinus, dominium extendit, & modò apertâ vi, modò astutiâ, agit, &c [x]. Non dubium est quin allegoricè de Satana totóque ejus Regno tractet, &c [y]. ¶ *Et super*, &c. [ועל לויתן נחש עקלתון] *Et super Leviathan* (vel, *in balænam, inquam*, Pi.) *serpentem tortuosum*, Mo. P. Ca. JT. Pi. o'. Sy. vel, *flexuosum*, V. *contortum*, Ti. Q. in V. i. e. tortuosè ambulantem in mari, quòd non possit se extendere ob suam & magnitudinem & longitudinem [z]. Deceptorem [a]. Ità Satan meritò appellatur, quòd variis ambagibus utitur ad fallendos homines [b]. Interpretationem eorum qui hoc versu Regem Assyrium aut Ægyptium intelligunt, quorum alter ad Nilum, alter ad Euphratem, imperabat, non probo [c]. [Ch. locum sic reddit, —*super regem qui magnificatus est sicut Pharao* —*& super regem qui elevatus est sicut Sennacherib* —*& occidet regem qui fortis est sicut draco*—] ¶ *Et occidet cetum* (vel, *draconem*, M. Ti. JT. Pi. o'. Sy. Ar.) *qui in mari est*] Sic P. Mo. Ca. i. e. Satanam [d], & Antichristum *, aliósque Satanæ ministros [f]. *Qui in mari*, i.e. in magno imperio. Nam aquæ, populi [g].

2. *In die illa*] Cùm hostes deleti sint, & populus Dei castigationibus purgatus. Ab exitio hostium pergit ad describendum pacificum & felicem Ecclesiæ statum [h]. Huc pertinent omnes ultiones quas Deus de hostibus sumit, ut se Ecclesiæ consulere ostendat [i]. Al. In die Judicii, cùm Leviathan & impii ibunt in mortem æternam [k]. ¶ *Vinea*, &c. [כרם חמר ענו לה] *Vinea* (vel, *Vineam*, JT.) *ruboris* (vel, *vini rubri*, Mo. Ang. *meri rubentis*, Pi. JT. Ga. sub. *erit*, Pi. Heb. *fervoris*, i.e. ferens vinum fervidum, quale inprimis est rubrum [l]; quod in illa regione excellebat, vide Prov. 23. 31 [m]. & albo fortius erat [o].) *cantate*, vel *accinite*, (vel, *acclamate*, JT. *alternis cantate*, Pi.) *ei*, Mo. P. JT. vel, *de illa*, Pi. Angl. ut ל usurpatur Esa. 8. 12. & 23. 5. Vide & Num. 21. 19 [p]. Quidam ordinem inversum esse dicunt, vertúntque, *Cantate illi, Vinea ruboris*, i. e. Cantando vocate illam vineam optimam, quæ afferat vinum optimum [q], dictum ideo *sanguinem uvæ*, Deut. 32. 14. Vide etiam Gen. 49. 12 [r]. *Cantate alternis vineæ Hemer*, Ti. *Cantate ipsi* Ecclesiæ, *Vinea proferens merum*, M. Al. *Vineæ ruboris* (vel, *rubentis vini*, i. e. optimi, Gen. 49. 12. Prov. 23. 31 †.) *canite*, sive *accinite*, Calv. G. nempe hæc quæ sequuntur ex Dei persona *. Ità redundat לה. [Ca. totum sic reddit, *Tunc eam decantatote viniferam vineam*.] כרם חמר *vitis vini*, h. e. vitis multo vino fertilis; cui opponitur *vitis vacua*, Os. 10. 1 [v]. *Vinea* hîc dicitur, vel Synagoga [x]; vel populus Judaicus reductus in patriam, & ibi denuo plantatus [y]; vel Hierosolyma, quòd fructus egregiæ fidei in Deum & patientiæ protulisset; vel Ecclesia [a]: quæ *vinea Dei* dicitur Psal. 80. 9. Esa. 5. 7. quæ priùs degeneraverat, Esa. 5. 2, 7. Jer. 2. 21. nunc autem pristinam generositatem recuperaverat [a]: cujus instaurationem hîc prædicit [b]; quæ ideo sibi in Domino gratulatur [c]. Canticum hoc est animarum beatarum, quæ repetunt, uti credo, verba antiqua, & ab Hebræis jam antea cantari solita, quæ Dominus de se suâque vinea modulatus inducitur [d]. Al. *Alternis canite vineæ turbidi*, i. e. Pronunciate populo meo, qui olim erat vinea optimi vini, epoturum vinum turbidum ac lutulentum iræ Dei; ut ludat in nomine *turbidi*, quod & vinum rubrum atque optimum sign. & turbulentum ac fervidum ex calice iræ Dei *. De vastatione populi Dei suprà dixerat; nunc ejus causam explicat [f]. Existimo hîc esse dialogismum, cujus veluti titulus & argumentum est hic versus: sequens autem versus est primus Cantici [g].

3. *Ego*, &c. [אני יהוה נוצרה] *Ego Jehova custodia* (*custodiam*, Pi. sim. JT.) *eam*, P. M. &c. Eam rego & protego [h]. Antithesis ad tempus præcedens, quando Deus eam deseruit, unde vastata est [i]. Significatur hîc Ecclesiæ non modò præsens felicitas, sed & in futurum securitas [k]. ¶ *Repentè*, &c. [לרגעים אשקנה] *Ad* (vel, *Per*, M. P. Angl. Pi. ut Ezec. 26. 16. & 32. 10 [l].) *momenta* (vel, *momenta singula*, P. For. sic Calv.) *irrigabo* (vel, *irrigo*, For.) *eam*, Angl. sic Mo. &c. *Momentis*, &c. JT. *In tempore*, &c. id est, Diligenter eam curabo [m]. Jugiter ac indesinenter: quo ostenditur quàm necessaria semper sit nobis Dei gratia, tum ut incipiamus, tum ut perficiamus, &c [n]. *Tempestivè*, &c. Ti. *Subindè*, &c. Ca. *Irrigo*, nempe per Prophetas & Doctores, cœlestis doctrinæ imbribus [o]. *Irrigandi* verbo complectitur omnem culturam necessariam [p]. ¶ *Nè*, &c. [פן יפקד עליה] *Nè*, vel *Nè fortè, visitet eam*, P. M. Ti. G. Calv. vel, *Nè recordetur illius*, V. sub. *hostis*, P. M. Calv. V. G. *Nè* (vel, Et *nè*, Pi.) *quis invisat eam*, JT. Pi. i. e. irrumpens eam vastet [q]. *Visitare super*, pro *punire*, ut Jer. 13. 21. & 30. 20. & verbum indefinitè sumitur, ut Job. 19. 26. Psal. 7. 3 [r]. *Nè visitetur*, vel *recenseatur, contra eam*, i. e. Nè quis secum rationem ducat ei nocendi †. Nè hostis, fractâ sepe, irrumpat [t]. Est autem in voce *visitandi* λιτότης, ut in voce *videndi* 2 Reg. 14. 8 [v].

4. *Indignatio*, &c. [חמה אין לי] *Ira*, vel *Furor*, (vel, *Æstus*, i. e. ira vehemens & implacabilis [x],) *non* (sub. *est*, P. JT. &c.) *mihi*, P. sic Mo. Ti. &c. vel, *apud me*, M. &c. Aurea promissio [y]. Est enim Deus tardus ad iram, & multus misericordiâ *. q. d. Non irascor facilè, aut temere: Non est mihi occasio irascendi, ut hactenus [z]. Non possum irasci vineæ meæ [a]. Vel, Transiit jam ira mea in populum meum, utpote præteritis malis emendatum, &c [b]. Etsi Deus filios suos castigat, non tamen odit, nec paternum affectum exuit [c]. Talem se nobis præbet qualem eum esse patimur; nam ipsum ad severitatem pervicaciâ nostrâ adigimus [d]. ¶ *Quis*, &c? [מי יתנני שמיר שית במלחמה אפשעה בה אציתנה יחד] [Variant.] *Quis dabit mihi veprem, sentem? in bellum progrediar in ea, succendam eam pariter*, Mo. *Quis det mihi* ut contra *spinas & vepres in prælium gradiar, succendam eas pariter?* P. *Quis me committet cum vepre & spina?* (Conqueritur dolenter sibi non potiùs cum spinis quàm cum vite suâ esse certamen; quia, dum reputat hæreditatem suam esse, parcere cogitur *. *Vepres & spina* hîc impios denotant [f].) *gradiar hostiliter per eam, incendam penitùs*, Calv. *Quis poneret vepres & sentes contra me* (Heb. *mihi*. Vel votum est, ut Jer. 9. 1 [g]; vel potiùs, interrogatio, ut Jer. 9. 12. Hos. 14. 9; vel suppositio, ut Psal. 107. 43 [h].) *in prælio? eas pertransirem*, (vel, 1. incessu militari [i]: vel, 2. instar hortulani, qui, in hortum vadens ut vepres, &c. succidat, cautè pedem ponit, nè plantis noceat, &c [k].) *eas incenderem simul*, Ang. Heb. *incenderem eam*: quod quia ad vineam refertur, nequit, sic vertas, *incendam* eas ex *illa*. Ellipsis præpositionis, quæ sæpe in verbo vel in pronomine latet, ut Psalm. 5. 5. & 53. 6. & 65. 6 [l]. Sensus, Ecclesiæ hostes, qui vepres sunt & spinæ, h. e. pabulum ignis, Psal. 58. 10. Eccles. 7. 6. frustrà & temere se Deo opponunt, eísque quos Deus protegit; & si qui tales id agant, aut vepres sentésque sint populo ejus, Jos. 23. 13. Ezec. 28. 24. Deus ipsos incendet [m]. *Si quis tamen mihi spinas & sentes in pugna objiciat, eos*

continuò

continuò pervadam atque incendam, Ca. *Qui* (vel, Attamen *si quis*, Pi.) *induxerit* (Heb. *dederit*, Jun.) *me sente & vepre* (i. e. pravis factis [n]; quæ Deum quasi lædunt, i. e. offendunt, ut vepres, &c. pungunt attrectantem [o];) *ad prælium*, JT. Pi. hunc, *cautè ingrediens eam*, (nempe vineam, i. e. Ecclesiam, in qua perfidi, hypocritæ & contumaces se extulerint adversùs Deum †,) *succendam ex ea* [nempe *vinea*] *simul*, JT. i. e. omnes qui Deum ad prælium sceleribus suis provocant *. Vel, *cautè ingrediar eam, & comburam* illos ex *ipsa pariter*, Pi. Occupatio objectionis. Dicere poterat Judæus aliquis, Nihil nisi minas severissimas denuncias, cædes ab Assyriis, Ægyptiis, &c. Quando complebitur hæc promissio? Respondet, Nè putetis me iracundum esse, morosum & difficilem: non est in me, sed in vobis, culpa istarum calamitatum: ego vos fugientes revoco, accedentes obviis ulnis amplector. Si pergatis improbitate, pergam in judiciis: sin autem pacem quæratis, jam exposita est omnibus quærentibus eam. Hæc est complexio duorum versuum †. Isti objectioni respondet Propheta, 1. Deum non esse iracundum, aut implacabilem. 2. Esse inter populum Dei qui severitatem ipsi extorquent, hìc & v. 5. 3. Severitatem illam erga malos cedere in bonum reliquorum, v. 6. 4. Deum aliter se gerere erga suos quàm erga alios, v. 7,—11. 5. Plenariam suo tempore futuram esse liberationem, v. 12, 13 *. *Quis ponet me* tanquam *spinas & vepres* (sing. Heb. pro plur.) *in ipso conflictu? ingrediar per illam, & incendam eam simul?* i. e. Utinam essem similis spinis & vepribus, quæ habent aculeos, &c. q. d. Careo quidem irâ: sed si haberem aculeos, cùm offenderent me perderem eos [p]. *Cùm illa vinea det mihi vepres & spinas, per* [fortè legendum, *in*] *bellum graderer per eam, & incenderem eam simul*, M. Quanquam Deus adeò gratiosè agat cum Ecclesia sua, si tamen in ea reperiantur vepres, &c. quæ Deum irritant, ipsum experientur hostem, ignémque ipsos consumentem [q]. Tigurini sic vertunt, *Quis reddat me ut sim vepris & spina in bello, ut iniquius quid contra eam designem, & eam simul incendam?* Valde arridet, & vel dejerare ausim eos rem acu tetigisse, quum aliorum omnium mihi hìc alienissimæ videantur versiones. Nos paulò pressiùs, sed eodem sensu, *Quis ponet me veprem, sentem in bello, ut gradiar adversùs eam, & eam simul incendam?* i. e. Desiit ira mea in Ecclesiam, nec quisquam est qui eam adeò accendere rursus queat, ut in bello efficiar Ecclesiæ meæ sentis & vepris, útque, incedens adversùs eam, totali incendio eam perdam. Conferatur cum v. præc. res clara evadet. Causa autem cur ei succensere, eámque perdere, nolit, datur versu sequenti [r]. *Quis dabit me spinam & veprem in prælio?* (q. d. Quis faciet ut tam electæ vineæ sim in spinas, h. e. aculeatus & iratus ob levia ejus peccata, ut bellum contra eam suscipiam, conculcem & accendam? Nemo sanè †. Quis mihi persuadebit ut, instar spinæ, pungam & impugnem tam nobilem vineam, tam mihi dilectam [t]?) *gradiar super eam?* (illam aggrediar oppugnaturus [v]?) *succendam eam pariter?* Vulg. Me. &c. pariter cum alia ingrata & infideli vinea. Non possum irasci vineæ tam bonæ [x], nempe Ecclesiæ Christianæ [y], ut indignatus sum sterili synagogæ [z]. *Quis dabit me spinam*, &c? Iræ meæ materia sunt, non vineæ, sed spinæ & vepres; vide suprà 10. 17. *Gradiar super eam*, &c. Non conculcabo tantùm ista damnosa terræ onera, sed & incendam. Nam in illis locis ex rhamno ignis fieri solet, ut notatum alibi [a].

5. *An potiùs*, &c? או יחזק במעזי יעשה שלום לי שלום יעשה לי] *Aut apprehendat* (vel, *prehendere cogetur*, Pi. *apprehendet*, P. sic G. *compellet*, V.) *in fortitudine mea*, Mo. vel, *fortitudinem meam*, P. G. (*robur meum*, M. Pi. i. e. brachium meum, nè scilicet eo feriam, aut ignem immittam. Sensus est, cogetur suppliciter deprecari culpam [b]. Aut, si irascerer vineæ, illa vim meam quasi devinctam teneret, nempe precibus demississimis. Allusit ad historiam Gen. 32. 28 [c].) *faciat* (vel, *& faciet*, M. ut *faciat*, P. Pi.) *pacem mihi*, (vel, *mecum*, M. P. &c.) *pacem faciat* (vel, *faciet*, M. ut *pacem faciat*, P. ut *pacem*, inquam, *faciat*, Pi.) *mihi*, Mo. vel, *mecum*, M. V. Pi. hoc est, quàm celerrimè mecum pacem faceret. Clarior explicatio ejus quod præcesserat [d]. Vel, *mecum?* [Ità enim versum interrogativè legit,] P. *Sin prehendet robur meum, facturus pacem mecum*, (Altera pars dilemmatis, promissio erga fideles prehendentes Deum fide, & conquiescentes in robore ejus *,) *pacem fecerit mecum*, JT. i. e. illico facta fuerit, quum fidem & resipiscentiam suam exponet. Sic regreditur Propheta ad promissionem cœptam †. *Aut* quis *compellat fortitudinem meam, ut pacem mihi faciat, pacem mihi componat?* Ti. *Alioqui meam potentiam indeptus faciat pacem mecum*, &c. Ca. *An* (i.e. Annon *) *potiùs tenebit* (gratiâ suâ & suavitate vinctam [f], & cohibebit [g],) *fortitudinem meam*, (i. e. fortem vindictam meam †, nè contra illam eam exseram [h],) *faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?* T. ex Vulg. q. d. mecum enim jugem pacem faciet, semper mihi serviet, amica erit, &c [i]. Hìc finitur Canticum, transítque Propheta ab Ecclesia Christianorum ad Synagogam Judæorum [k]. *An apprehendet robur meum, ut faciat mecum pacem, mecum, inquam, pacem faciat?* Acsi pater anxius de filio suo gemens quereretur, Annon sibi hic nebulo benefieri patietur? Nec enim video quâ ratione eum tractem: severitatem ferre non potest, bonitate abutitur. Summo itaque jure eum tractari necesse est. Annon igitur apprehendet tandem quanta sit mea potestas, ut mecum in gratiam redeat? או hìc, ut aliàs, interrogativè sumitur [l]. Al. Particula או, ut apud Syros duos significatus habet, *aut*, & *ô*, ità & apud Hebræos. De priori nullum dubium. Posterior probatur ex 2 Sam. c. 18. v. 13. או עשיתי ונו׳ *O fecissem in animam meam mendacium*; Ezec. 21. 10. —*perpolitus est*. או נשיש, *O lætaremur*, &c? Mal. 2. 17. או איה ונו׳, *O ubi est Deus judicii?* Ità & h. l. *O apprehendet robur meum; faciet pacem mecum*, &c. q. d. Quisquámne me impelleret ut, instar sentis accensus, incenderem & perderem vineam meam? O absit: apprehendet Jacob robur meum, & sic pacem inibit mecum. Puto enim masc. יחזק & יעשה pertinere ad Jacobum, de quo v. seq. agit, ut & v. 7. ubi masc. genere agit de Ecclesia: at v. 8. redit ad genus fœmin. תריבנה, respiciens ad כרם, de qua agit v. 2, 3, 4 [m]. *Utinam, O si, apprehenderet munitionem* (מעז sumo ut Esa. 23. 4. *munitio maris*,) *meam!* (quâ scilicet eam cinxi & servavi.) O si *pacem mihi*, vel *mecum*, *faceret*; *pacem*, inquam, *mecum faceret!* Utinam pacem mecum stabilem servare voluisset. O quàm bene sibi consuluisset! Sequenti autem versu docet quid lucri indè consequeretur. Similis locus est Psal. 81. 14. *Utinam populus meus audîsset me.* Repetitio hìc indicat quantùm hanc pacem optârit Deus [n].

6. *Qui*, &c. הבאים ישרש יעקב] *Venientibus radicabit Jahacob*, Mo. הבאים plerique referunt ad ventura tempora [o]. *Posthac*, vel *In posterum*, (vel, *Venturis*, In *venientibus*, Angl. sub. *diebus*, vel *temporibus*, V. G. Pi. Angl. ut Jer. 30. 3. *Ecce dies venientes*, &c. Ellipsis particulæ, ut, in hac ipsa phrasi, Eccles. 2. 16 [p]. Vel, *Veniunt* dies &, M. vel, *Veniunt* dies quibus, P.) *radices aget*, vel *mittet*, *Jacob*, V. P. Pi. Ti. Calv. Sub Ezechia post cladem Sennacheribi populus Judæus in statu erit firmo †. Vel, *Ut in temporibus venientibus Jacob radicem agat.* Ità aptiùs connectitur cum præcedentibus, tanquam effectus purgationis vineæ à noxiis illis plantis, &c [q]. [Alii aliter.] *Venientes* ad *Jacobum* (nempe proselytos ejus [r]; vel, *Venientes* à *Jacobo*, nempe posteros ejus †; vel, *Venientes Jacobi*, i. e. qui è captivitate redeunt [t],) *radices agere faciet*, Angl. nempe Deus: vel, indefinita est locutio, pro, *radices agent*, ut Jerem. 12. 2 [v]. *Ut advenientes Jakobi* posteri *radicentur faciet*, JT. Regressio ad promissionem quam præcedens occupatio interruperat [x]. הבאים rectè referunt ad venturos liberos, id est, posteros: sed יעקב non videtur esse genitivi casûs. Malim, *Posteris* (i.e. in posteris, vel, per posteros) *radices aget Jacob*: vel, *O posteri, Jacob radices aget*; ut ה in הבאים sit הקריה (*vocativus*,) quo posteri advocentur testes hujus promissionis [y]. Al. Explicat hìc quæ bona consequentur Israelitæ si cum Deo pacem facerent. Locum sic verto, *Tandem radices aget Jacob.* Verbum *veniendi* sæpe valet *tandem*, vel, *paulò post*; ut, *venientes venient* (id est, tandem venient) *cum exsultatione* [z]. ¶ *Et germinabit*

n Pi. sim. Jun. o Jun. † Idem. * Idem. † Jun. sim. Ang. * Ang. p V. q Q. in Ang. r Di. † Me. t T. v Me. x Me. y T. z Me. a G. b Pi. c G.

d G. * Jun. † Idem. * Me. f T. g Me. † Idem. h Me. sim. T. i Me. k T. l Calv. m Di. n For. o Di. p Ang. † G. q Ang. r Q. in Ang. † Al. in Ang. t Al. in Ang. v Ang. x Jun. sim. Ang. y Di. z For.

nabit Israel] Multi ex 10 tribubus, qui in locis longinquis exsulabant, ipsius Regno se addent; Esa. 11. 11, 12 †. ¶ *Et implebunt* (nempe posteri Jacobi, sive naturaliter ab eo descendentes, sive per fidem ei adjuncti [a],) *faciem orbis* (sui, scilicet, ut suprà 24. 1 [b].) *semine*] De semine vide suprà 26. 19 †. ¶ תְּנוּבָה] *Fructu*, sive *proventu*, sive *germine*, M. P. Mo. V. &c. nempe fidelium Gentilium [c]. *Filiis filiorum*, Ch. in V. Vel, sicut *germen*, aut *fructus*; ut deficiat nota similitudinis [d].

7. *Numquid*, &c? הַכְּמַכַּת מַכֵּהוּ הִכָּהוּ] [Variant.] *An ut percussit* (scil. Dominus *) *percussorem ejus* (scil. Jacobi, ex versu præced †. h. e. inimicum populi Dei [f],) *percutit*, vel *percussit*, *eum?* JT. Pi. q. d. Minimè [g]. Fideles & reprobos castigat diverso & modo & fine: hos, frænum iræ laxando; illos, iræ moderando: hos, ut hostes; illos, ut filios, quos in viam reducere vult [h]. *An juxta plagam*, sive *percussionem*, *percutientis* (vel, alterius *percutientis*, M.) *eum percussit eum?* Calv. sic Mo. P. Ti. M. V. sub. Israelem, V. Ostendit Dei bonitatem erga Judæos. Castigavit quidem eos, inquit, bono ipsorum; sed an eos ità tractavit ut Sennacheribi exercitum [i]? Dicit Deum non percussisse populum suum sicut homines (Sennacherib nempe & Pharao) percusserunt eum [k]: non sicut Assyrii, qui extremè crudeles erant, &c [l]. ¶ *Aut sicut*, &c? אִם כְּהֶרֶג הֲרֻגָיו הֹרָג] *An* (vel, *Aut si*, M.) *secundùm occisionem occisorum ejus* (i. e. eorum qui occisi sunt ab ipso Deo in gratiam ejus, populi sui scilicet [m]: vel, *cædem cædentium eum*, Ti. Calv. Sed participium hîc passivum hanc versionem respuit [n].) *occisus est?* Mo. P. M. *Aut numquid occidetur simili occisorum suorum occisione?* Ca. *An ut interfecti sunt interfecti illius*, JT. Pi. (nempe Regis Babyloniæ [o]; vel, [Dei,] inimici populi Dei, quos Deus curavit interfici [p];) *interficiuntur?* JT. vel, ipse quoque *interfectus est?* Pi. Antithesis inter castigationes Ecclesiæ, & inimicorum, &c †. *An adinstar occidionem recisorum illius* (nempe Assyrii) *occisus est*, nempe populus Judaicus? G. Hi *interfecti*, omnium consensu, sunt inimici Dei ac populi ejus: sed cujus interfecti sunt, sive, 1. Leviathanis, nempe Regis Babyloniæ, non interfecti ab eo, sed ex iis qui ad ipsum pertinebant; sive, 2. Dei, qui ipsos occidit, v. 1; sive, 3. Israelis; (non interfecti ab eis, sed eorum gratiâ;) ambigunt. Verti potest, *Num ille* (h. e. Israel) *occisus fuit secundùm occisionem occisorum ab eo?* Heb. *occisorum ejus?* ut Esa. 26. 11. Interrogatio hîc negat [q].

8. *In mensura*, &c. בְּסַאסְּאָה בְּשַׁלְחָהּ תְּרִיבֶנָּה] Vox סַאסְּאָה (quæ, ut multa alia in Esaia, socium non habet,) est vel, 1. nomen, deductum à סְאָה, *Sea*, quæ circiter quartam partem modii Anglicani continebat, ex quo duplicato fit בְּסַאסְּאָה, q. d. *per Sea & Sea*, h. e. non totum modium simul, sed gradatim, effundendo ea, quasi ex magno acervo in vasa exigua [r]. Vel, 2. verbum duplicatum †, (à סְאָה *satum*, significans sato mensurare;) estque infinitivus cum affixo [t]; q. d. *Mensurando tanquam per sata ex ea* [v]. Verùm affixum postulâsset punctum in ה. בְּשַׁלְחָהּ etiam ambiguum est [x]: & sign. vel, 1. *gladio uti*, quia שֶׁלַח *gladium* sign [y]. vel, 2. *plantationes*, quas vox similis signif. Esa. 16. 8. Neh. 3. 15 [z]. Non placet, 1. quòd nusquam in sing. sed semel in plur. reperitur שְׁלָחַיִךְ, i. e. *emissiones*, seu *plantæ*, Cant. 4. 12. 2. Nihil hoc ad rem, non enim nocendum hortis, sed civitates exurendas, & terram vastandam, non obscurè sign [a]. Vel, 3. *emissionem*, vel *ejectionem*, &c [b]. [Hinc varietas versionum.] *In sato*, *in emittendo eam*, *judicabis eam*, Mo. *In mensura* (vel, *modo*, V.) *in plantatione ejus* (vel, *emissione*, sive *emissionibus*, *ejus*, V. Calv. i. e. in plantis); q. d. Non in personas eorum animadvertes, sed, quod levius est, in res externas [c], in hortos, agros, &c. immittendo robiginem, siccitatem, &c [d]: vel, *in emissione ejus*, quia etsi ramos & truncum abscindat, non tamen radices evellit, &c *.) *judicabis eam*, P. vel, *contendes cum illa*, V. sim. Calv. i. e. Servato modo punies populum tuum [f]. *In mensura percutit eum*, *dum ei immittit unde illa disceptat*; In certa mensura percutit Deus populum suum, cupiens eos flagello suo emendari, non interire. *Dimittit* eos ad tempus, immittitque famem, &c [g]. *In mensurando eam*, *in dimittendo eam*, *castigabis eam*: i. e. Implendo mensuram, & effundendo eam, castigabis. Similis in castigando eris mensuranti triticum sato. Quo significat, nec delendos eos, nec à castigatione supersedendum, sed adhibito modo & regulâ quadam, ut post flagella alia flagella congeminet, quasi qui non punire ex animo velit, sed ad pœnitentiam adducere [h]. *In mensura dum amandas eam*, *judicio ages cum ea*, Ti. *In mensura*, *quum germinat*, sive *surculos emittit*, *disceptabis* (vel, *disceptabas*, nempe judiciis tuis, ut Amos. 7. 4. captivitate, quam hîc respicere videtur [i],) *cum ea*, Ang. i. e. Quum luxuriat, putas, sed cautè, nè plantam eneces †. *Modicè*, vel *Moderatè*, (vel, Imò *moderatè*, Heb. *modio*, i. e. exiguâ mensurâ; metaphora [k];) *deserendo* (vel, *relegando*, G. *emittendo eum*, JT. è Terra promissa in servitutem [l]; instar patris, qui filios minùs obsequentes [n], quamvis non abdicet, ad tempus tamen à præsentia sua secludit, ut 2 Sam. 14. 24 [o]. aut rus amandat [p]: vel, *emittendo*, sive *dimittendo*, *eam*, Angl. Pronomen hîc mutatur à masc. in fœmin. quia versu præced. *populum*, hîc *vineam*, respicit [q]. Vel, *quum dimitteres illam*, scil. vineam tuam, ex v. 2. nempe per Babylonios [r].) *objurgabis* (vel, *castigabis*, G.) *eam*, Ca. vel, *contendis* (sive, *litigâsti*, Pi.) *cum eo*, JT. Præpositio verbo includitur. Simil. Job. c. 10. v. 2 †. ¶ *Meditatus est*, &c. הָגָה בְּרוּחוֹ הַקָּשָׁה בְּיוֹם קָדִים] Verbum הָגָה sign. vel, *meditari*, vel, *sonitum edere*, ut Esa. 8. 19. & 31. 4. vel, *removere*, ut 2 Sam. 20. 13. Prov. 25. 4, 5. Hinc variè reddunt *. *Removit in vento suo duro in die Euri*, Mo. *Nam tollit per ventum suum durum* fructus *in die* quo flat *Eurus*, M. *Removebit* Deus *vento suo duro*, *tempore* quo flat *Eurus*, P. Præt. Heb. pro fut. & personæ mutatio, pro, *Tolles*, sive *Decuties*, *ô Deus*, *fructus vento tuo molesto & violento*, *tempore quo flabit Eurus*, maximè noxius fructibus [r]. *Abstulit in vento suo gravi*, *in die Euri*, Ti. *Sonans tuo duro spiritu tempore Euri*, Ca. Al. Quum (vel, *Quum ille*, Q. in Angl. sub. *hostis*, Pi. Q. in Angl. vel, Deus per hostem [v],) *abstulit* eam *vento suo duro illo*, (i. e. invasione hostili [x],) *in die Euri*, i. e. tempore à Deo ad hanc violentam ablationem destinato; sicut Euro statutum est certum anni tempus quo spiret, & vehemente suo flatu obvia quæque abripiat †. Quum tempestate illâ in captivitatem abrepta est, Jer. 4. 11, 12. & 18. 17 [y]. Al. Illum (nempe hostem suum, percussorem populi sui [z],) *aufert spiritu suo duro*, quasi *tempore Euri*, JT. i. e. abripit & convellit radicitus *. *Aufertur* (est enim activum pro passivo,) *vento violento*, *tempore Euri*, nempe Assyrius. Est oppositio perpetua castigationum populi Judæi, & pœnarum quas pependit Assyrius velut æstu suffocatus. Vide suprà 26. 11 [a]. Al. *Cohibet ventum suum durum in die Euri*, Ang. Hebr. *in die orientalis*, sub. *venti*; ut, *stans*, pro segete stante, Esa. 17. 5. Eurus in illis locis erat ventus vehementissimus. Vide Psalm. 48. 8. Ezec. 17. 10. & 19. 12. &c. q. d. Dum ventilat populum suum, mitigat vehementiam venti, nè is omnia abripiat; *non excitat omnem iram suam*, Psal. 78. 38. Vide Esa. 48. 9 [b]. Posset locus sic optimè reddi, *Expellens eos spiritu duro*, *sicut in die Euri*: i. e. Non prorsus delebis, sed in istum modum cum probro expelles sedibus suis, & dispelles in omnes partes orbis; sicut exorto Euro expellitur pulvis & rotatur [c].

9. *Idcirco*, &c. לָכֵן בְּזֹאת יְכֻפַּר עֲוֹן יַעֲקֹב וְזֶה כָּל־פְּרִי הָסִר חַטָּאתוֹ] *Idcirco in*, vel *per*, *hoc* (vel, *hâc re*, JT. Pi. nempe deportatione in Babyloniam, quatenus per eam electi adducentur ad resipiscentiam [d]: vel, *ad hoc*, V. vel, *hoc pacto*, P. sim. V. vel, *Ità demum*, Ca. Sensus est, *Contrà verò* *,) *propitiabitur*, sive *expiabitur*, (vel, *removebitur*, P. vel, *expiata*, sive *ablata*, *fuit*, Angl.) *iniquitas Jahacob*, Mo. M. Ti. &c. (non durabit ejus calamitas [f]:) *& hoc*, vel *istud*, vel *hic*, vel *iste*, (sub. *est*, JT. Ang. &c. vel, *erit*, P.) *omnis* (vel, *totus*, JT.) *fructus*, (vel, *fructus* ejus, Ti. Angl. ellipsis pronominis, ut Esa. 26. 15. & 30. 27 [g]. *Et hoc erit benedictio ejus*, ό. Ar. *Fructus*, i. e. utilitas deportationis †.) *removere* (vel, *auferendi*, Ca. *ablatio*, Q. in V. *ablationis*, M. *quòd auferet* Deus, Al. in V. *ut removeat*, P. sic JT. *cùm auferet*, Ti. *cùm abstulero*, ό. *cùm deposuerit*, Ar.) *peccatum* (vel, *peccati*, M. Ca.) *suum*, vel *ejus*, Mo. P. M. &c. Hunc fructum reportabit Israel, nempe veniam peccatorum, si converterit se à sua idololatria [h]. *Iste omnis fructus*, Omnis felicitas

Margin notes (left column): † G. / a Arg. / b G. / † G. / c Pi. / d He. in V. / * Pi. / † Pi. / f Jun. / g Jun. / h Calv. / i G. / k V. / l Calv. / m V. / n Ang. / o Pi. / p Jun. / † Jun. / q Ang. / r Ang. et He. / † Q. in Ang. For. / t For. / v Q. in Ang. / x Ang. / y Q. in Ang. / z Al. in Ang. sim. He. in For. / a For. / b Al. in Arg. / c Calv. / d V. sim. Calv. / * Calv. / f V. / g M.

Margin notes (right column): h For. / i Ang. / † Ang. / k Pi. / l Jun. / n G. Ang. / o Ang. / p G. / q Ang. / r Pi. / † Ang. / * Ang. / r V. / v Q. in Ang. / x Pi. / † Pi. / y Q. in Ang. / z Jun. / * Jun. / a G. / b Ang. / c Cast. / d Pi. / * G. / f G. / g Ang. / † Pi. / h V.

ejus in hoc sita est, *ut auferat* ipse populus *peccatum suum*, i. e. ut se bene repurget : quod explicant sequentia [i]. Amplificatio gratiæ Dei in castigationibus populi sui, à fine aut usu earum, nempe ut purgetur, &c [k]. Vel, quum *amoverit* (scil. Deus) *peccatum ejus*, i. e. instrumenta peccati, viz. altaria idololatrica & id genus alia; ut declaratur per verba sequentia [l]. Vel, sumendo indefinitè, quum *auferetur peccatum ejus*; i. e. quum deseruerit peccata illa in quæ prius inciderat. Ellipsis adverbii temporis, ut Esa. 17. 6. & 26. 11 [m]. ¶ *Cùm posuerit*, &c. בְּשׂוּמוֹ כָּל־אַבְנֵי מִזְבֵּחַ כְּאַבְנֵי גִר מְנֻפָּצוֹת לֹא יָקֻמוּ אֲשֵׁרִים וְחַמָּנִים] *Quum posuerit ipse* (vel, *Si ille ponat*, M.) *omnes lapides altaris*, P. sic Ch. ό. Ti. sim. Mo. JT. G. (nempe, cujusque altaris extra Templum positi [n] : vel, *altarium*, scil. idololatricorum, synecd. gen [o].) *sicut lapides calcis* (vel, *ruderis*, Ti. vel, *gypsi*, Ch. vel, *in calcem* : גִּר hîc est *calx*, ut גִּיר Dan. 5. 5 [p].) *dirutos*, P. vel, *dissipatos*, JT. V. *in frusta & in varias partes disjectos*, V. vel, *confractos*, Ti. sim. M. Mo. in testimonium veræ ipsius pœnitentiæ, &c. Sic Moses vitulum comminuit, &c [q]. [Reliqua sic reddunt:] *non stabunt luci & imagines*, Ang. sive, *delubra*, Ch. *imagines solis*, Mo. Quæ versio sensum paulò obtusiorem gignit [r]. Al. & *non stent* (ut Psal. 1. 5. Nah. 1. 6. sed simul comminuantur; vel, & *non permaneant*, ut Gen. 45. 1. Job. 15. 29 [*]: vel, & *non perseverabunt*, ό. *nec consistent*, JT. & *non consistant*, i. e. instaurentur [†]; vel, ut, sive ità ut, *non exstent*, G. sive, *resurgant*, M. Ti. V. Calv. quúmque *non consistent*, Pi.) *luci*, (vel, *arbores eorum*, ό.) & *idola*, sive *imagines*, Q. M. Ti. &c. *aut subdiales statuæ*, JT. vel, *neque simulacra solaria*, i. e. in honorem Solis facta : h. e. Si penitùs everterint omnes aras & omnia simulacra, & postea non exstruxerint illa [t]. Quum ex animo tollet abolebítque omnia quæ adversantur gloriæ Dei, ut passim imperatur Lege [v]. [Ca. totum sic reddit, *Si omnes altarium lapides eò redegerit, ut sint quales sunt in calcem dissoluti lapides, ità ut luci simulacráque non resurgant*. Pi. totum versum sic reddit & distinguit, *Idcirco hàc re expiabitur iniquitas Jacobi, (& hic est totus fructus,)* quum *amoverit peccatum ejus*, quum *reddiderit*, &c. Simil. & Ang.] Disce hinc, 1. veniam sine resipiscentia non esse sperandam : 2. pœnitentiam veram fructus etiam coram hominibus proferre: 3. pœnitentiam non esse veram, nisi in ea constanter perseveremus; non enim abolebant tantùm imagines, &c. sed nec eas renasci siverunt : 4. quàm detestabilis Deo est idololatria, cujus nè vestigium apparere voluit [x]. Summa iniquitas in Israele fuit idololatria, quâ abolitâ, reliqua peccata facilè per Legem cohiberi poterant. Et ubi illa vires suscepit, ad hoc ventum est, ut etiam *civitates munitissimæ in solitudinem redigerentur* [*].

10. *Civitas*, &c. כִּי עִיר בְּצוּרָה בָּדָד] *Nam* (vel, *Alioqui*, M. V. sub. *nisi resipiscat*, V. vel, *At*, sive *Sed*, JT. For. G. Angl. ut Esa. 2. 6 [y]. *Quum*, Ti. *Tamen*, Calv. Ang. *Nihilominus*, Calv. Prædicit quid populo Dei obtingeret antequam emendarentur [z] : q. d. Etsi Deus populo suo parcere velit, urbes tamen Judææ dirui oportet [a].) *civitas* (vel, *civitas* illius, JT. nempe hostis, cujus castigationes gravissimæ hîc per prolepsin describuntur [b],) *munita solitaria*, Mo. P. JT. &c. sub. *erit*, vel *fiet*, P. JT. Pi. vel, vastatis oppidis vicinis & regione, &c. ut Esa. 1. 8. vel, incolis suis destituta, ut Lam. 1. 1 [c]. Miserè vastabitur [d]. *Civitas* hîc vel, 1. Jerosolyma [*]: vel, 2. Samaria [f] : vel, 3. Babylon [g] : vel, 4. collectivè, pro civitatibus [h], sive Judææ [i], & Israelis [k]; sive hostium Dei [l]. ¶ *Speciosa*, &c. נָוֶה מְשֻׁלָּח וגו"] *Habitaculum* (vel, *amœnum habitaculum*, Pi. sim. Ti. i. e. vel, 1. regia [m]; vel, 2. Templum [n]; vel, 3. collectivè, palatia prædictarum urbium [o]; vel, 4. amœna illorum loca, sive in urbibus, sive ruri; vox enim est generalis. Vide Job. 5. 3. Hos. 9. 13 [p].) *dimissum & derelictum* (sub. *erit*, P. Pi.) *veluti desertum*, Mo. P. &c: *Caula disjecta, & derelicta*, &c. JT. Vox quidem *caulas ovium* signif. 2 Sam. 7. 8. Esa. 65. 10. Et legimus *caulas deserti*, Psal. 65. 13. Joel. 2. 22. quod hîc non congruit, cùm hæc loca desertis opponantur [m]. [Ca. hæc verba cum præced. sic reddit, *Nam urbs munita erit solitaria statio, derelicta desertáque*, &c.] ¶ *Ibi pascetur vitulus*, &c.] Ità Mo. P. M. &c. Ubique, nemine impediente, vaga-

i G. — k Jun. — l Pi. — m Ang. — n G. — o Pi. — p G. — q For. — r Ang. — * Ang. — † V. — t V. — v Jun. — x Calv. — * M. — y Ang. — z Ang. — a Calv. — b Jun. — c Ang. — d G. — * Calv. Pi. Calov. — f Q. in Ang. — g G. — h For. — i For. Calv. — k Q. in Ang. — l Al. in Ang. — m V. — n V. Q. in Ang. — o Al. in Ang. — p Ang. — m Ang.

bitur, securè admodum [n]. Jumenta pascent ubi nunc homines incolunt [o]. ¶ *Et*, &c. וְכִלָּה סְעִפֶיהָ] *Et consumet ramos* (vel, *summitates*, Vulg. *virgulta*, *surculos*, vel *palmites*, V. M. Ti. *flagella*, Ca.) *ejus*, Mo. P. G. &c. i. e. ramos fruticum qui in ea destructa nascentur [p]. Vel, amœnissimas plantas quibus horti urbis instructi antè fuerant [q]. Vel, *ramos*, nempe hortorum, qui pulcerrimi in urbe Babylone [r]. Ad augendam vastitatem hoc pertinet. Tanta, inquit, erit copia herbarum, ut vituli non nisi teneras partes decerpant [†].

11. *In*, &c. בִּיבֹשׁ קְצִירָהּ תִּשָּׁבַרְנָה] *In arescendo messem ejus, conterentur*, Mo. *Dum arescet* (i.e. maturuerit, h. e. Antequam matura sit) *messis* (id קָצִיר sign.) *ejus*, (nempe terræ,) *frangent eam*, vel *conteretur* : q.d. Auferet tibi Deus fructum quem tibi jam paratum & in manu esse existimabis [t]. *In siccitate* (i.e. vel, Præ siccitate [v]; vel, In ipso æstatis tempore, cùm spes erat fruendi [x],) *messes ejus conterentur*, Vulg. G. Al. *Quum exaruerint* (vel, *Dum arescunt*, M.) *palmites* (vel, *ramusculi*, P.) *ejus*, (Synagogæ, nam pronomen est fœmin [y].) *confringentur*, Ti. sic M. Ang. P. vel, *suâ sponte frangentur*, V. Redit ad vineam. Aridi, inquit, palmites franguntur de arbore & vite, & projiciuntur in ignem [z]. Verbum hîc est plur. nomen sing. hinc vertunt, unusquisque eorum *confringetur*, ut Esa. 26. 19 [a]. *Quum aruerit ramus ejus*, (scil. Hierosolymæ destructæ, ut modò versu præced [b].) *confringentur*, sub. *sarmenta*, Pi. sim. JT. vel, sub. *ramusculi*, JT. Angl. ex Esa. 18. 5 [c]. ¶ *Mulieres*, &c. נָשִׁים בָּאוֹת מְאִירוֹת אוֹתָהּ] *Mulieres venientes succendent* (vel, *accendunt*, M. sim. Ti. *inflammantes*, Mo. Verbum propriè signif. *illuminare*, Psalm. 18. 29. indéque (quia voces vicinæ sunt אוֹר *lux* & אוּר *ignis*, adeò ut pro se invicem ponantur, Esa. 50. 11. Marc. 14. 54. & quia lux & ignis sese comitantur,) *inflammare*, Mal. 1. 10 [d].) *eos*, P. M. vel, *illum*, JT. [nempe *ramum*;] vel, *eam*, Mo. Ti. [Mo. ad *messem* refert, Ti. (ut videtur) ad vineam ;] vel, *unumquodque illorum*, scil. sarmentorum [*]. *Mulieres*, i. e. Medi, contempti antea ut molliores. Horum vestes ἀναξυρίδες, (*feminalia*,) κάνδυς, (*candys*,) τιάρα, (*tiara*.) Vide Plutarchum Alexandro [f]. Al. Adeò dejectæ futuræ sunt [urbes,] ut etiam imbecillâ mulierum manu consumantur [g] : id quod pudendum erat [h]. Vel, *mulieres*, i. e. dominatores, qui mulieres vocantur ob defectum constantiæ & consilii [i]. Viri molles & effœminati sæpe *mulieres* vocantur. Meritò autem vastantur à mulieribus civitates quibus mulieres dominantur, Esa. 3. 12 [k]. Sed subtiliora hæc sunt. Sensus literalis planus, & mori communi congruus, quo mulieres & pueri ramusculos arborum excisos & prostratos colligere solent in fomentum ignis [l]. ¶ *Non est enim populus sapiens*, בִּינוֹת] *Intelligentiarum*, Mo. P. &c. i. e. ullâ intelligentiâ præditus [m]. Sic, *salutes*, pro *ulla salute*, Esa. 26. v. 18. *justitiæ*, pro *ulla justitia*, Dan. 9. 18 [n]. Vel, intelligens & prudens [o]. Erat in Judæis crassa ignorantia, tum Dei conditoris, quo relicto, adhæserunt idolis [p]; tum Christi & Evangelii, &c [q]. ¶ *Non miserebitur ejus*, &c.] Sed puniet [r]; ídque sine mixtura misericordiæ. Emphatica locutio, qualis Prov. 17. v. 21. *non gaudebit* [†]. Terroris augendi causâ spem veniæ adimit : id quod ad corpus populi refertur : alioquin reliquiæ servatæ sunt [t].

12. *Percutiet*, יַחְבֹּט] *Excutiet*, Mo. P. Ti. JT. Calv. sim. ό. Pi. &c. scil. Judæos captivos. *Excutiet*, i.e. vel, 1. graviter affliget : Metaphora à frugibus & leguminibus, quæ flagello aut virgâ excutiuntur. Confer Esa. 28. 27 [v]. Vide & Deut. 24. 20. Jud. 6. 11. Ruth 2. 17. Esa. 17. 6. & 24. 13. Quia verò afflictio denotatur tum per triturationem, de quo vide Esa. c. 21. v. 10. & 25. 10. tum per flagellationem arborum ad decutiendas fruges, Esa. 17. 6. necessariò hîc significatur afflictio, sive populi Dei, sive illarum gentium è quibus populus Dei educendus erat [x]. Vel, 2. seliget suos ab aliis, more agricolæ excutientis triticum à palea [y], vel baccas ab arbore separantis [z]. Collectionem Ecclesiæ meritò comparat trituræ, quâ grana à paleis separantur; quòd populus in illo exilio sic obrutus erat & confusâ mixturâ absconditus, instar granorum quæ sub paleis latent, atque hîc & illic dispersa sunt, ut Domi-

n G. — o Ang. — p Pi. sim. Ang. — q Ang. — r G. — † Calv. — t Calv. — v For. sim. Mc. — x G. — y V. — z V. ex M. — a Q. in Ang. — b Pi. — c Ang. — d Ang. — * Pi. — f G. — g Jun. sim. Calv. — h Calv. — i San. — k Musc. — l Ang. — m Ang sim. Pi. — n Ang. — o V. — p Calv. — q For. — r Pi. Ang. — † Ang. — t Calv. — v Pi. — x Q. in Ang. — y V. sim. Ang. — z Ang.

num quasi vanno excutere oporteret [a]. Nec magis afflictionem populi Dei significat h. l. *decussio*, &c. quàm Matt. 13. 38, 39. *demessio*: quanquam & *demessio* & *sectio* alibi exsecutionem iræ Dei adversùs impios exprimant, Job. 24. 24. Psalm. 37. 2. Et huic interpretationi favet sequens *collectio* [b]. Al. *faciet trituram*, M. sim. Ca. *& concludet*, ο'. sim. Ar. [Ch. hoc verbum cum sequente יְהוָה sic reddit, *Projicientur interfecti coram Domino*.] ¶ *Ab*, &c. מִשִּׁבֹּלֶת הַנָּהָר עַד נַחַל וגו׳ *Ab alveo fluminis* (scil. *Euphratis*, M. sic Pi. Ca. Angl. Calv. &c.) *usque ad torrentem* (vel, *flumen*, Ti. sic Ca. vel, *fluentum*, BA. 2. 4. 30. 646.) *Ægypti*, Mo. P. M. &c. qui nominatur Sihor Jos. 13. 3 [d]: vel, *usque ad Rhinocoruram*, ο'. Non quòd Rhinocorura esset *Nahal Misrajim*, ut sentit Epiphanius; sed quòd illa huic proxima esset, ut rectiùs Hieron. nam Rhinocorura est oppidum in Ægypti Palæstinæque confinio, inquit Hieron. simil. & Epiphanius; uterque post Diod. Sic. Biblioth. l. 1 †. Al. *inde à fluxu illius fluminis*, &c. JT. *inde à flumine illo susurrante*, &c. Periphrasis Euphratis. Heb. *à susurro illius fluminis*: Hypallage. Nomen שִׁבֹּלֶת, quod alii reddunt *fluxum*, vel *inundationem*, vel *alveum*, videtur propriè significare *susurrum*, qualem edit fluvius. Hinc enim fieri videtur ut & spica hoc nomine appelletur, quia ventus per spicas in agro penetrans susurrum excitat [f]. שִׁבֹּלֶת נָהָר ipse fluvius Euphrates dicitur, qui, veluti quadam semitâ, suo alveo fertur placidus [g]. *Torrens Ægypti* hîc est Nilus [h], ut Esa. 23. 3 [i]. qui aptissimè dicitur נַחַל, i. e. *fluvius torrens*, talis enim est κατ' ἐξοχὴν, ob mirabile ejusdem incrementum anniversarium. *Si quidem*, inquit Strabo lib. 1. *torrens ampliùs quàm reliqua flumina augetur pluviis aquis*; *Nilus ipsos torrentes eo ipso superat, tantâ copiâ aquæ tam longo turgens tempore* [k]. Sensus, Medi à Babylone ad ultimos fines qui Ægyptum versùs sunt pervadent. *Flumen* κατ' ἐξοχὴν in his libris ubique Euphrates [l]. Ab Euphrate ad Nilum [m]. Id est, vel, 1. ab omnibus partibus terræ Israel, cujus limites hi erant, Jos. 1. 4. & 13. 3 [n]: vel, 2. ab omnibus regionibus quæ interjacent inter Euphratem & Nilum, sive inter extremas partes Assyriæ ab oriente & Ægypti ab occidente. Vide Esa. cap. 11. v. 11, 12 [o]. Multi [ex Judæis] profugerant in Ægyptum, quum alii Babylonem captivi ducerentur. Prædicit ergò, Dominum hinc indè collecturum suos, &c [p]. Significat habitatores tum Euphratis, tum Nili, triturandos veluti frumentum, ut ex illis, veluti ex paleis, educat Israelitas, veluti grana. Per utrosque autem intellige omnes hostes populi Dei, qui divexârant servos Dei; è quorum tyrannide, cùm Domino videtur, eripiuntur pii [q]. ¶ *Et*, &c. וְאַתֶּם תְּלֻקְּטוּ לְאַחַד אֶחָד וגו׳ *Et* (vel, *Autem*, JT. P.) *vos colligemini* (vel, 1. sicut spicæ colliguntur ad trituram [r]: quod hîc non congruit, quia spicæ primùm colliguntur, deinde triturantur, Ruth 2. 17. quum h. l. *trituratio* præcedat *collectionem*. Vel, 2. sicut fructus colliguntur, vel baccæ, quæ, postquam decutiuntur ab arbore, colliguntur sigillatim *.) *ad unum unum*, Mo. vel, *unus ad alterum*, M. *unus ad unum*, Calv. *per unum unius*, sub. *loci*, id est, *per singulos singulorum*, sub. *locorum*; unde quidam, *singuli è singulis locis* [t]. *Sigillatim*, P. Ti. JT. Pi. *singuli*, Ca. Duplex sensus esse potest: vel, Colligam vos ad unum; vel, non turmatim, nec magno numero, nec subitò, sed singulos, & quidem paulatim, aggregans singulis; ut fieri solet quum homines vagabundi & palantes, quales tunc erant Judæi, colliguntur [v]. Vel, *post unum unus*; quod non dicitur nisi ubi est electio, & paucitas [x]. Sensus, Dissidia ista in Imperio Assyriorum occasionem dabunt multis Hebræis tutò, nemine impediente, ad suos revertendi. Est aliis verbis idem quod suprà 11. 15, 16 [y].

13. *Clangetur in tuba magna*] Ità Mo. &c. Ità se res habebit quasi in exercitu canatur receptui [z]. Ostendit, Deum non minùs facile populum suum colligere posse, quàm Rex exercitum clangore tubæ, &c [a]. Vel, per *tubam*, &c. intellige edictum Cyri, &c [b]. Alludit ad tubam illam in jubilæo, Levit. 25. 9, 10. quæ typus erat & tubæ Evangelicæ, quâ electi ex omnibus partibus colliguntur, &c. & tubæ cœlestis, &c [c]. Vel, tuba hîc est vox Evangelica, per quam vocantur ex Gentibus omnes qui pertinent ad Ecclesiam [d]. ¶ *Et venient qui*, &c. הָאֹבְדִים וגו׳ *Pereuntes* (vel, *qui perierant*, M. P. Ti. JT. Pi. *perditi*, Ca. Angl. ut Job. 29. 13. Psal. 119. 176. i. e. perituri, ut Psal. 137. 8 †.) *in terra Assur*, Mo. P. &c. quò decem Tribus abductæ erant, 2 Reg. 17. 6 *. Idem sensus qui commate præcedente [f]. Hi autem *venient*, scil. in Judæam [g], vel Jerosolymam [h]. ¶ *Et qui ejecti erant de terra Ægypti*] Nam eò multi concesserant, adventante primùm Salmanasare, deinde Sennacheribo; vide suprà 11. 11 [i]: & postea, Jer. 43. 7. & 44. 28. Et multi eò abducti sunt in captivitatem. Vide Hos. 8. 13. Zach. 10. 10 [k]. [& 2 Par. 36. 4.] Illustre hoc veniæ documentum; nam qui in Ægyptum profugerant graviter offenderant [l]. ¶ *Adorabunt Dominum*, &c.] In Templo reædificato [m]. Omissa sacra instaurabunt [n]. Impletum hoc sub Dario obscurè, sed veriùs sub Christo [o]. Nec obstant nomina *montis sancti* & *Jerusalem*, quæ sunt Ecclesiæ nomina, quæ est in vertice montium, &c [p]. *Sionem* ponere solebant Prophetæ pro Ecclesia, accommodantes se mori populi, quò meliùs intelligerentur. Porrò, ex Sione fluxit Evangelium [q].

CAP. XXVIII.

1. *VÆ coronæ superbiæ*] Ità Mo. P. M. Ti. &c. vel, *jactuosæ*, Pi. Id est, vel, 1. Regi [a], sive Regibus [b], sive Regno [c]: sic *corona* sumitur Jer. 13. 18. Lam. 5. 16 [d]. Vel, 2. Samariæ, quæ caput erat Regni †. Vel, 3. pravæ confidentiæ quâ turgebant Israelitæ præ affluentia, &c [f]. Regi Israelis, & consiliariis ejus [g]. Finito Cantico, repetit aliis verbis quæ de malis eventuris populo 10 tribuum jam aliquoties dixerat. Hæc enim omnia à capite 15. scripsit initio regni Ezechiæ [h]. Hinc usque ad cap. 36. loquitur de Assyrio bello. Punitæ fuerant 10 Tribus, paucis ex eis sub corona Judæ relictis. Retinebant vetus ingenium, homines crapulosi, & contemptores Verbi Dei [i]. Argumentum hujus concionis diversum est à præcedente. Probabile est hæc prædicta fuisse integro & stante Regno Israelis [k]. Vastitatem utriusque Regni Israelitici hîc describere videtur [l]: primùm, decem tribuum [m], quod *Ephraim* vocabatur [n]; deinde, & Judææ [o]. Superbum erat hoc Regnum, quòd multitudine & potentiâ Regnum Judæ antecellere videbatur [p]; unde viribus suis fidebant, & Judam despiciebant [q]. ¶ *Ebriis* (vel, *ebriosi*, JT. *ebriosorum*, G. sim. For.) *Ephraim*] Ità Mo. P. M. Id est, qui degunt in Regno decem tribuum [r]. *Ebriosos* vocat vel, [1. propriè,] quòd dediti essent compotationibus & gulæ, ut ex aliis Prophetis apparet *; [vel, 2. metaphoricè,] quòd, prosperis rebus inebriati, nihil adversi vererentur [t]. *Corona* & *flores* idem sunt. Ebrii solebant sibi coronas imponere. Anacreon 1. Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες. (*Rosam pulchris foliis decoram Temporibus aptantes Bibamus suaviter ridentes* [v].) ¶ *Et flori*, &c. וְצִיץ נֹבֵל צְבִי תִפְאַרְתּוֹ *Et flori decidenti, ornamento gloriæ* (vel, *gloriæ decoris*, P. i. e. gloriæ inclytæ & decoræ [x],) *ejus*, Mo. P. *Et deciduo flori decoris gloriæ ejus*, Ti. *Flori scilicet caduco, ornamento gloriæ ejus*; est ἐξήγησις coronæ. Repetuntur omnia hæc paulò post [y]. *Quia decor gloriæ ejus* erit *flos deciduus*, Calv. *Cujus* (copulativa pro relativa, ut Esa. 4. 6. & 17. 2 [z]. vel, *Et ei cujus*, Pi.) *eximia gloria* (vel, *decorus ornatus*, Heb. *decor ornatûs*, Pi. *gloriosa pulchritudo*, Ang. *jucunditas & decor*, For. sub. *est*, M. JT. Ang. &c.) velut *flos marcescens*, P. Angl. sim. For. vel, velut *flos caducæ* plantæ, JT. i. e. qui momento defluit: nam statim hoc Regnum labefactatum est per Salmanasarem *. Ostendit per egregiam similitudinem non diu duraturas istas delicias & fastum [a]. Superbiebant propter opes, quas, ceu fluxas, comparat flori deciduo [b]. De flore loquens alludit ad convivales coronas, &c [c]. Coronæ tum ex alia materia, tum ex floribus, plectebantur [d]. ¶ *Qui*, &c.] אֲשֶׁר עַל רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים הֲלוּמֵי יָיִן *Quæ* (nempe gloria †; vel, *Qui*, nempe flos [f], vel decor [g]; sub. *est*, P. Ti. &c.) *super caput*, vel *verticem*, (vel, in

Marginal notes, left column: a Calv. — b Ang. — d Pi. — † Ful. misc. 2. 8. 2300. — f Pi. — g For. — h Calv. Ang. Ful. BA. 2. p. 764. — i Ang. — k Ful. ibid. — l G. — m Calv. &c. — n Q. in Ang. — o Al. in Ang. — p Calv. — q For. — r Pi. — * Ang. — t V. — v Calv. — x For. — y G. — z G. — a Calv. — b Musc. sim. Jun. Pi. Ang. — c Ang.

Marginal notes, right column: d M. — † Ang. — * Ang. — f G. — g Pi. — h San. — i G. — k Ang. — l Calv. — m Pi. — n G. — o Calv. — p For. — q Calv. — a Pi. Ang. — b V. — c Ang. V. — d Ang. — † Q. in Calv. — f Calv. — g Pi. — h G. — i M. — k Calv. — l For. — m Calv. — n Ang. — n For. ex V. &c. — o Calv. Ang. — p Ang. — q For. — r Pi. — * For. sim. Calv. — t Calv. — v G. — x V. — y G. — z Ang. — * Jun. — a G. — b V. — c Calv. — d Me. — † Calv. — f Di. For. — g For.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

in capite, Ca.) *vallis pinguium*, Mo. P. Ca. vel, *pinguedinum*, Di. Pi. vel, *opimæ*, Ca. Ti. Al. *Eis qui præsunt valli pinguissimæ*, &c. JT. Pi. i. e. fertilissimæ. Confer Gen. 49. 25. Deut. 33. 13, &c. Heb. *qui* sunt *in capite*, &c. *Caput*, pro principatu [h]. Non placet, tunc enim dixisset, *caput super vallem*, ut Psal. 110. 6. *capita super regiones*. Malim ergò, *Qui*, sub. *sunt*, nempe habitant, *super caput*, i. e. verticem, ut Exod. 17. 10. Deut. 34. 1. *vallis*; nempe, in monte sito super vallem; ut, *rupes planitiei*, Jer. 21. 13: vel, *super caput*, i. e. partem optimam sive præcipuam, ut Exod. 30. 23. Psal. 137. 6. Cant. 4. 14. *vallis*, &c [i]. Alii, *super quorum capita* est velut *vallis unguentorum*. *Valles* vocantur amnes, quòd soleant abundare amnibus & fluminibus. q. d. In quorum capita descendit in conviviis, ut amnis, unguentorum & vini copia [k]. Israelitas vocat *vallem pinguedinum*, quòd madentes unguentis, jugiter vino oppressi, in terra jacerent vomentes, & omnia loca suis immunditiis inquinantes [l]. [Reliqua sic reddunt:] *quassatis* (vel, *obtusis*, JT. Pi. *stupidis*, Sy. vel, & *qui oppressi* sunt, M. qui sunt *concussi*, P. vel, *confracti*, Ch. vel, *victi*, Ang. Heb. *percussi*, ut Psal. 141. 5. Esa. 41. 7. vel, *contusi*, ut Prov. 23. 35. sim. 1 Sam. 14. 16. vel, *diruti*, ut Psal. 74. 6. Esa. 16. 8. Verbum emphaticum est, unde הלמות *malleus*, ut significet hos vino prostratos, & veluti defixos in terram, esse [m].) *vino*, Mo. &c. Al. *percussorum* (vel, *oppressorum*, Ca. & *contusorum*, Di.) *vino*, Ti. Al. *conquassati*, vel *conculcati, à vino*, ut sit ratio quare *flori marcescenti* comparantur. Quis enim decor, quæ gloria illis esse potest, quos vinum contundit huc atque illuc collapsos [n]? Notanter hoc adjectum est, quia ebrietas, ut cerebrum concutit, ità mentes stolidas & stupidas reddit [o]. Per *vallem* hîc intelligunt vel, 1. totam regionem quæ monti Lebanon subjacebat tanquam vallis, & cujus solum fertile erat [p]. Vel, 2. vallem vicinam Samariæ, quæ erat sedes Regni, cujus vitia inprimis perstringit Propheta [q]. *Vertex vallis* est, Samaria, in monte sita, adeóque vallem infra se habens: quæ vocatur *vallis*, 1. *pinguedinum*, quia erat olei & vini feracissima [r]; 2. *contusorum vino*, quia ibi ebriosi vino frangebantur. Flos super istum verticem est, status Regni Samaritani in tribu Ephraim, antehac florentissimus, nunc autem marcescens; cui jam porrò totalem ruinam minatur Propheta. Non rectè locum reddunt Genevenses, *Qui sunt super verticem vallis pinguis, sunt contusi vino*. Indicat enim versus 4. (qui & huic versui lucem dat, & ab hoc vicissim lucem accipit,) אשר על ראש גיא וגו׳ pertinere ad præcedentia, & non facere subjectum orationis, de quo prædicetur הלומי יין: hæc enim absunt in v. 4 [*].

2. *Ecce*, &c. הנה חזק ואמץ לאדני] *Ecce* (sub. *ventus*, He. in Angl. vel, sub. *dies*, M. P. vel, sub. *exercitus* Q. in V. vel, sub. *quidam*, Pi. vel exercitus, vel Rex [†]; nempe Rex Assyriæ, Salmanassar [t],) *validus* (vel, *fortis*, Ti. Ca. *robustus*, JT. Pi. *durus*, M. Calv. *potens*, Angl.) *& fortis* (vel, *robustus*, Ti. Ca.) *Domino*, Mo. P. JT. Calv. V. id est, quem missurus est Dominus [v]: administer judiciorum Dei [x]. Vel, q. d. fortissimus: ut, *peccatores Domino*, Gen. 13. 13. i. e. summi peccatores [y]; *magna Deo*, Jon. 3. 3. i. e. maxima [z]. Vel, *Domini*, Ti. Ca. vel, *à Domino*, M. Pi. Angl. i. e. robore à Deo accepto [a]. Dativus causam efficientem notat, ut Act. 7. 20. ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *venustus divinitus*; 2 Cor. 10. 4. δυνατὰ τῷ Θεῷ, *valida divinitus* [b]. *Ecce fortis & durus furor Domini*, ὁ. in Cast. sim. Ar. *Ecce fortitudo & robur Domini*, Sy. *Ecce plagæ terribiles & fortes*, Ch. ¶ *Sicut*, &c. כזרם ברד שער קטב] *Sicut* (vel, qui erit *ficut*, Pi. sim. Ang. Ellipsis relativi, ut Exod. 13. 8. Esa. 42. 5 [c].) *inundatio* (vel, *tempestas*, P. *nimbus*, Sy. *procella*, Ca.) *grandinis*, Mo. Pi. P. Ca. sim. JT. (vel, *inundans*, *grando*, M. vel, *nimbus*, *grando*, Ti.) *turbo* (vel, & *turbo*, M. Ti. & *tempestas*, Ca. sicut *turbo*, Pi.) *excisionis*, Mo. vel, *excidens*, V. *subvertens*, M. Calv. *confringens*, Ti. Sy. *exitialis*, JT. Pi. Heb. *exitii*, Pi. Angl. ut Psal. 91. 6. Hos. 13. 14 [d]. *impetuosa*, Ca. *Sicut grando quæ fertur in pronum, non habens tegmen, quæ violenter decidit*, ὁ. Omnes שער vertunt *turbinem*: legerunt ergò שער per ש, quod interdum *pilum*, interdum *turbinem*, sign. idem quod סער. At omnia exemplaria hîc constanter habent שער per ש, quod pro *turbine* uspiam sumi non memini; nec à Lexicographis exempla citantur: quódque mireris, nè hunc quidem locum proferunt quem tamen constanter ità interpretantur. Ego versum sic verto, *Ecce, fortem & robustum habet Dominus: sicut inundatio grandinis, in porta* (id שער sign.) *exitium*, vel *excisio, est*. (Quo sign. status vastationem; confer Esa. 3. 26. & בשער, שער, pro בשער. Quare autem in porta futurum exitium? Quia) *sicut inundatio aquarum validarum inundantium*, (fortis ille) *dejiciet* (nempe portam) *in terram manu*, i. e. totum statum evertet. Atque ità plenior etiam & facilior sensus videtur, quia ex eodem versu intelligitur id quod fortis ille dejecturus esset [†]. ¶ *Sicut*, &c. כזרם מים כבירים שוטפים הניח לארץ ביד] *Ut procella* (vel, *tempestas*, P. *impetus*, M. *nimbus*, Ti. *inundatio*, Pi. sic JT.) *aquarum crebrarum* (vel, *multarum*, P. BA. *validarum*, M. Ti. JT. Pi. V. *vehementium*, Calv. V. *magnarum*, nam & Arab. כביר est *magnus*, teste AE [f].) *inundantium* (vel, *exundantium*, JT. Pi. &c. & *inundantium*, M. *vastantium*, ὁ. *regionem aliquam abripientium*, Ar.) *deposuit* (vel, *deponet*, Pi. *dejiciet*, JT. Ang. quæ *dejicit*, P. sic M. Calv. Heb. *quiescere faciet*, Pi. vel, *reliquit*; Angl. sub. *eam*, Pi. Angl. nempe coronam Ephraim. Ellipsis particulæ, ut Esa. 21. 3. & 26. 1 [g]. Vel, sub. *omnia*, M.) *in* (vel, *ad*, i. e. super, ut Psal. 89. 40, 45. Esa. 14. 12 [†].) *terram manu*, JT. Pi. i. e. facili negotio [h]; citissimè [i]: vel, unâ *manu*, vide Esa. 10. 13 [k]: vel potiùs, vi manûs [l]. *Manu*, sub. *validâ*, ex Ezec. 20. 33. Dan. 9. 15. ut sit ellipsis epitheti; ut, *nomen*, pro nomine magno, Gen. 6. 4. & 11. 4. vel, pro nomine bono, ut Prov. 22. 1. Eccles. 7. 1 [m]. Vel, *in fortitudine*, P. V. *fortiter*, M. V. *validè*, Ti. [Ca. totum sic reddit, *Quasi impotens quædam redundantis aquæ diluvies, vos vi prosternet humi*.] Significat violentam fore hanc dejectionem [n].

3. *Pedibus*, &c. ברגלים תרמסנה עטרת גאות שכורי וגו׳] *Pedibus*, vel *In pedibus*, *conculcabuntur*, vel *calcabuntur*, (vel, *conculcabitur*, M. Calv. Ang. *conculcabimini*, Ti. Ca.) *corona* (vel, *ô corona*, Ti. Ca.) *superbiæ*, sive *fastûs*, Mo. P. M. Pi. *temulentorum*, sive *ebriorum*, (vel, *ebrii*, Ang. sim. Ca. & *ebrii*, Pi.) *Ephraim*, Mo. V. Ti. M. Volunt עטרת גאות esse duo substantiva, quorum prius alterum regat in genit. sed, cùm תרמסנה sit fut. Niphal. plur. fœm. sic non constat syntaxis: at optimè constat si sic vertas, *conculcabuntur corona, superbia*, pro, & *superbia*, ut sit asyndeton [o]. Sed observandum est, in tali syntaxi qualis hîc est, nomen vel verbum modò cum voce priore, modò cum posteriore, convenire, ut 1 Sam. 2. 4. Job. 29. 10. &c [p]. Nova Belgica versio עטרת collectivè sumit, ac vertit, *conculcabuntur coronæ superbæ ebriosorum*; quod non est spernendum [q]. Sed hoc nec bene sonat, nec loco congruit, ut apparet ex hujus collatione cum v. 1 [r]. Eadem hæc sententia cum præced [*]. Assyrius evertet Israelem [t]. Ignominiosum est pedibus conculcari, maximè coronam sive diadema [v].

4. *Et erit*, &c. והיתה ציצת נבל וגו׳] *Et erit flos caducus*, sive *deciduus*, *decor gloriæ*, vel *gloria decoris ejus*, Calv. V. vel, *decorus ornatus illius*, scil. Ephraimi [x]. *Tum erit* velut *turba florum caducæ* plantæ *decor ornatûs illius*, JT. *Et erit flos marcescens decoris gloriæ ejus*; sensus est, *flos marcescentis*, nempe *decoris gloriæ ejus* [y]. ¶ *Qui*, &c. אשר על וגו׳] *Quæ* est *super caput vallis pinguium*, Calv. *qui* (flos) est *super*, &c. Di. *quisquis præest valli pinguissimæ*, JT. *super quorum capita* est velut *vallis pinguium*, V. *illi qui præsunt*, &c. Pi. Idem dicit quod v. 1. quia difficile est eos metu humiliare qui prosperis rebus excæcati sunt [z]. ¶ *Quasi*, &c. כבכורה בטרם קיץ] *Sicut* (vel, Erunt, inquam, *ficut*, Pi. vel, & *ficut*, Ang. quia similitudo hæc differt à priore [a]:) *ficus* (vel, *fructus*, JT. Pi.) *præcox* (sub. *quæ venit*, P.) *ante æstatem*, Mo. simil. JT. Pi. vel, *ante fructus æstivos*, M. sive *æstatis*, P. vel, *antequam autumnus adest*, Ti. Hi fructus quidem alios præcedunt, spémque afferunt reliqui proventûs; sed brevi durant, nec servari possunt [b]. *Quod baccæ primitivæ ante æstatem*, Ca. ¶ *Quod*, &c. אשר יראה הראה אותה בעודה בכפו יבלענה] *Quam*, vel *Quem*, qui (vel, quum, P. simulatque, Ti. Ca. si quis, Di.) *viderit*, *aspicit eam* M. (vel, *viderit*, *aspiciens eum*, Calv. vel, *viderit videns*, P. vel, *vidit aliquis*, Ti.) *dum* (vel, & *dum*, Pi.) *adhuc* (vel, *adhuc ipsa*, Pi. sub. *est*, M. JT. &c.)

[h] Pi. [i] Ang. [k] V. [l] V. ex M. [m] Ang. [n] For. [o] Musc. in Marl. [p] Q. in Ang. [q] Ang. [r] Di. sim. San. Me. T. [*] Di. [†] Ang. [t] Pi. ex Jun. Ang. [v] V. [x] Jun. [y] Ang. Glas. [z] Glas. gram. 3. 1. 17. 63. [a] Ang. [b] Pi. [c] Ang. [d] Ang.

[†] Di. [f] BA. 1. 2. 51. 624. [g] Ang. [†] Ang. [h] Pi. sim. For. [i] Ang. [k] Q. in Ang. [l] Ang. [m] Ang. ex He. [n] Calv. [o] Di. [p] Ang. [q] Di. [r] Ang. [*] Calv. [t] Mar. [v] Musc. [x] Pi. [y] Di. [z] Calv. [a] Ang. [b] Calv.

JT.&c.) *in manu* (vel, *in manu sua*, sive *ejus*, M.P. JT.&c. vel, *cùm adhuc* fuerit *in ramo*, i. e. statim à ramo, sive cùm primùm decerpserit illam[c],) *devorat*, Calv. Ca. sim. JT. vel, *deglutiet eam*, Mo. Pi. q. d. statim legetur, & statim absumetur. Ità venient qui citò diripiant opes Israelitarum[d]. Prosperitas eorum non diuturna erit, sed momento deglutietur †. Sic statim Salmanasar 10 Tribus vicit, & statum earum funditus evertit[f].

5. *Et sertum*, &c. ולצפירת וגו׳] *Et diadema* (vel, *in cidarin*, Mo. vel, *cidaris*, P. vel, *sertum*, Ca.) *gloriæ*, sive *decoris*, (vel, *venustatis*, Ca.) *residuo populo suo*, M. vel, *reliquiis* (sive, *residuo*, Mo. P.) *populi sui*, Ti. P. Mo. Id est, vel, 1. illis Israelitis qui transierunt ad tribum Judæ[g]. Vel, 2. duabus tribubus[h], quæ ab illo malo immunes fuêre[i]; quæ adhuc honorem suum retinebunt, & (sub Ezecia & Josia) ampliabunt. Vel, 3. electis suis in tribu Judæ, in qua videbimus discrimen statui. Nec mirum Prophetam de eodem populo variè loqui, dum nunc ad corruptum vitiis corpus, nunc ad electos, sermonem dirigit[l]. His *Dominus* erit *corona*, eos cingens, protegens, ornans, &c[m].

6. *Et spiritus* (vel, *in spiritum*, Calv. sim. Pi. Ang. &c.) *judicii*] Id est, sapientiæ ad rectè judicandum[n]. Dabit Deus Ezechiæ juris notitiam[o]. Rationem demonstrat quâ Dominus reliquias illas ornabit, nempe consilio & fortitudine; quibus duabus rebus consistit vera politia, quâ potissimùm populi conservantur[p]. ¶ *Sedenti super judicium*, על המשפט] *Super tribunal*, Calv. *Judicium*, pro throno vel sede judicii, Psa. 9. 4. Prov. 20. 8. ut, *regnum*, pro vestibus regalibus, Esth. 5. 1[q]. ¶ *Et*, &c. ולגבורה משיבי מלחמה שערה] *Et fortitudo* (vel, *in robur*, Mo. Ti. sim. Pi. Calv. Ang. vel, *potentibus*, JT. Heb. viris *potentiæ*, Jun.) *vertentibus* (vel, *avertentibus*, Mo. sim. Pi. *avertentium*, Ca. *aversantibus*, M. *transferentibus*, Ti. *regerentibus*, JT. *propulsantibus*, Calv. V. *reparantibus* atque *redintegrantibus*, vel, *reducentibus*, sive *revocantibus*, ut sit periphrasis præsidiariorum militum, qui in propugnaculis portarum semper aderant ad colligendos suos à bello redeuntes, & hostes à civitatibus arcendos[r];) *prælium*, sive *bellum*, *ad* (vel, *in*, JT. vel, *usque ad*, M.) *portam*, P. Mo. M. sic Ang. &c. sub. *hostium*, M. Pi. sim. For. Sensus, Dabit robur his qui vertent in fugam hostes suos, fugabúntque eos usque ad portas urbium ad quas illi fugient, sive in quas se recipere conabuntur*, & intra civitates suas includent[t], & fortalitia eorum facilè obtinebunt[v]. Vulgatus reddit, *revertentibus de bello ad portam*, nempe à bello contra Philistinos[x], à quo rediit Ezechias, 2 Reg. 18. 8[y]. Al. *qui avertunt bellum à porta*, Q. in Angl. Sed neutram harum versionum patitur textus; præcedens autem magis emphatica est; qu. d. qui non tantùm patriam suam ab hoste defendunt, sed eum repellunt, & persequuntur usque ad portas ejus: vide Esa. 22. 7[z].

7. *Verùm*, &c. וגם אלה ביין שגו] *Et* (vel, *Sed* M. Ang. sic Calv. Ca. *Veruntamen*, JT. Pi.) *etiam* (vel, *&*, M. sic P.) *isti* (qui sunt ex tribu Juda[a]; tametsi & iræ Dei insigne documentum in fratribus viderent, & Dei clementiam erga se experti essent[b],) *vino errârunt*, Ti. &c. vel, *præ vino nescierunt*, G. ex Vulg. lascivierunt in rebus prosperis. Tale illud, —*fortunâque dulci Ebria**. ¶ *Sacerdos* (vel, *Præses*, JT. Pi. sive *Gubernator*, Pi. Cui versioni favet finis versûs, quem huc pertinere non dubitamus[c]. Id est, Præsides, tum politici, tum ecclesiastici; nam כהן utrosque complectitur[d].) *& propheta*] Ità Mo. P. &c. Qui alios & consilio & exemplo monere & corrigere debebant †. ¶ *Absorpti* (vel, *Obruti*, Ti.) *sunt à vino*; ità Mo. P. M. Pi. &c. נבלעו וגו׳] Emphatica in hoc versu est ἐπάναληψις. Absorbent homines vinum, & eo ipso absorbentur à vino, h. e. omnimodo perduntur[f]. *Vinum* & *siceram* hîc metaphoricè accipit. Neque enim de communi ebrietate loquitur, in quam initio capitis invectus est: quin potiùs similes ebriis fuisse dicit, quòd rectâ intelligentiâ carerent, ut totus contextus docet[g]. ¶ *Nescierunt*, &c. שגו בראה] *Erraverunt* (vel, *Errant*, JT. Pi. Ang. *Perplexi sunt*, Ti. *Falluntur* Ca.) *in visione*, M. P. Mo. Pi. Ang. Calv. G. id est, in prophetia, sive doctrina, Prov. 29. 18. Esa. 1. 1. Mic. 3. 6. q. d. Non curant quid docent, modò licentiæ patrocinetur, & populo placeat[h]. Secuti sunt falsos prophetas[i]. Vel, *in videndo*, Ti. *in prædicendo*, Ca. *in functione videntis*, JT. Hoc membrum pertinet præcipuè ad Prophetas, sequens ad Sacerdotes[h]. ¶ *Ignoraverunt*, &c. פקו פליליה] *Impegerunt* (vel, *Titubant*, JT. Ca. Pi. Angl. ut Jer. 10. 4. nec alibi vox occurrit. Alludit ad ebrietatem & ebriorum morem[i].) *judicio*, vel in *judicio*, Mo. P. M. Calv. Ang. Ellipsis τοῦ ב, *in*, ut Esa. 26. 8. Vel præ stupore nescientes, vel spontè corrumpentes, &c[k]. Vel, in *decernendo*, Ti. in *judicatione*, JT. Pi. Al. *Judicium titubare fecerunt*, h. e. perverterunt[l]. *Eructabant*, vel *Evomebant*, *judicium*, Forst. & Avenarius in Ma. id est, Inter vomitus & ructus vini, proferebant judicium*. Tam turpiter, tam inconsideratè judicium ferebant, quàm ebrius quæ in stomacho habet egerit. Perseverat in metaphora ebrietatis. Hoc de sacerdotibus dicit, quorum erat de rebus sanum judicium & justam sententiam proferre[m]. Errabant hîc Prophetæ & Sacerdotes, duo Judaici populi lumina[n]; quorum [sacerdotum] ordo apud illos illustris erat, & testimonium ex Verbo Dei habuit: illi tamen non tantùm moribus corrupti erant, sed ratione & judicio errabant, ut hîc ostenditur. Quare nihil futilius est, quàm impios sacerdotes titulari officii prætextu ab errandi periculo eximere[o]. Hinc collige, 1. quàm indecorum sit Ministris vino indulgere*. 2. Quàm inepta vasa sunt ebriosorum mentes ad sensa S. Spiritûs percipienda †.

8. *Omnes* (i. e. pleræque, ut Esa. 56. 10. & 64. 6. Jer. 9. 2. &c *.) *enim mensæ* (sub figura intelligit tribunalia[p]: vel, *mensæ* eorum, Angl. ellipsis pronominis, ut Job. 5. 12. Esa. 13. 22[q]. quibus scilicet accumbebant Sacerdotes & Prophetæ; loca ubi convenerunt*,) *repletæ sunt vomitu*, &c. קיא צאה בלי מקום] *Vomitu*, *sorde*, (vel, & *sorde*, P. Ti. & *stercore*, M. Angl. & *excremento*, JT. Pi. vel, *vomitu stercoreo*, Calv. sive *fœdo*, Ca. i. e. judiciis corruptis, quæ & Latini *sordes* vocant[r],) *absque loco*, Mo. vel, *ubique*, Ca. vel, *non* superest *locus*, JT. Pi. vel, *ità ut non*, vel *nullus*, (sub. *sit*, vel *esset*, M. P. vel, *superfit*, Ti.) *locus*, sub. *purus*, M. Ang. vel, *absque sorde*, P. vel, *immunis*, Angl. vel, vacuus à vomitu & excremento[v]. Ellipsis epitheti, ut Esa. 5. 2. confer & Esa. 5. 8[x]. Vel, *sine Deo*, quem מקום, *locum*, vocant, quia ubique præsens, & quasi omnium locus, omnia comprehendit; h. e. *quia non faciunt mentionem Dei benedicti in mensa*, ut exponit Scholiastes. R. Simeon ex h. l. probat, *Quum tres ad unam edunt mensam, nec inter se de Lege conferunt, perinde esse acsi de mortuorum sacrificiis ederent. Contrà, quum tres ad unam edunt mensam, & conferunt de Lege, id esse quasi ederent de mensa Dei*[y]. Notent hoc qui omnem de Deo & Religione sermonem à mensis exsulare jubent. Ch. locum sic reddit, *cibo inquinato & sordido, neque est eis locus qui mundus sit à rapina*.] Hâc figurâ exprimit Esaias fœtidam esse totam populi vitam, & nihil sinceri apud Judæos restare *.

9. *Quem* (vel, *Quem* igitur, M. Ti. Pi. & sub. *posthac*, Ti. vel, *Quem* ultra, P. & sub. *quisquam*, Angl. vel, *talis*, M. vel, sub. *Propheta*, P. vel, Dominus per Prophetas[z],) *docebit* (vel, *doceret*, JT. Pi. vel, *docere poterit*; verbum enim [fut.] potentialiter sumi videtur, & indefinitè[a],) *scientiam?*] Ità Mo. P. M. Ti. Pi. &c. Scil. rerum necessariarum[b]. ¶ *Et*, &c? ואת מי יבין שמועה] *Et quem intelligere faciet auditum?* Mo. V. Ti. vel, *doctrinam?* Calv. Ang. *quod audivit?* P. sub. *à Deo per Spiritum*, V. *verbum propheticum?* M. *Et quem imbueret intelligentiâ sermonis?* Pi. *Et cui proponeret intelligendum documentum?* JT. *Quem-ve ità erudiet ut quid dicatur intelligatur?* Ca. ¶ *Ablactatos*, &c. גמולי מחלב עתיקי משדים] *Ablactatos à lacte*, *avulsos ab uberibus*, Mo. Vulg. G. &c. *Ablactatos* nimirum, (vel, *An depulsos à lacte*, Pi.) *& ab uberibus avulsos?* Ti. Pi. sim JT. An infantes Deus docebit? nam adulti præcepta irrident[c]. Certè nulli alii præstò sunt, quum adulti inepti sunt ad discendum propter ebrietatem[d]. Propheta per admirationem ostendit insanabilem esse populi morbum, Judæósque similes esse infantibus, quibus docendis luditur opera; & in vitiis suis ità obstupefactos esse, ut non magis attendant ad cœlestem doctrinam, quàm si intelligentiâ carerent †. Non minùs difficile est

Marginal notes (left column): [c] Q. in V. [d] V. † Calv. [f] G. [g] Q. in Marl. [h] G. sic Marl. Musc. Calv. Ang. [i] G. [l] Ang. [m] Me. sim. Ang. [n] Calv. sim. Ang. [o] G. [p] Calv. [q] Ang. [r] For. * V. [t] For. [v] M. [x] G. [y] Q. in Ang. [z] Ang. [a] Pi. Ang. Calv. [b] Calv. * G. [c] Jun. [d] Pi. † Ang. [f] Glas. rhet. 1. 11. 310. [g] Calv. [h] Ang.

Marginal notes (right column): [i] G. [h] Ang. [i] Ang. [k] Ang. [l] He. in Ang. * Ma. ex Forst. [m] For. [n] Musc. [o] Calv. * For. † For. [p] v. 8. * Ang. [p] G. [q] Ang. * For. * Ang. [r] G. [v] Pi. sim. Jun. [x] Ang. [y] Di. ex He. * Calv. [z] Pi. [a] Ang. [b] Pi. [c] G. [d] Pi. † Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

est eos docere quàm infantes; quia in his deest intelligentia, in illis etiam adest perversitas, & pertinacia [f]. Sunt ut pueri *ablactati à lacte, avulsi*, &c. P. vel, *amoti, abstracti*, &c. V. Observandum hîc, non sine stupore, quomodo populus Dei, tot seculis, tot modis, &c. institutus, tandem eò delabitur, ut cum vulgo etiam Sacerdotes inepti sint ad discendum, &c [g].

10. *Quia*, &c. כִּי צַו לָצָו וגו׳] *Nam* (vel, *Certè*, Pi. vel, *Quum*, JT. sub. *docuit eos*, Pi. vel, *dedi eis*, G. vel, *additum fuit*, JT. sim. Angl. vel, *esse oportet*, Ang. vel, *talibus dandum est*, M. vel, *ut pueris, datur eis*, P.) *praeceptum post* (vel, *ad*, Mo. V. G. vel, *super*, Ang.) *praeceptum*, (vel, *praecepto*, JT.) *praeceptum post praeceptum*, P. Pi. &c. Saepissimè illis inculcavi meas leges [h]. qu. d. Adeò rudes & tardi ac stupidi sunt, ut sint docendi sicut pueri, paulatim & sensim: multa illis simul tradenda non sunt [i]. Docuit eos quàm simplicissimè & diligentissimè, ut pueruli docentur [k], elementa saepius inculcando, &c. Propheta, eadem verba repetens, repetitionem assiduam taediique plenam significare voluit [l]. Al. per imperativum reddunt [m]. *Quia praecipe ad praeceptum*, &c. Ti. *Ità ut ad praecipe praecipe*, &c. Ca. ut voces Judaeorum imitetur, qui cum contemptu & irrisione excipiebant Verbum Dei per Prophetas missum †. Est mimesis, sive ethopoeia, populi inter pocula repetentis verba Prophetarum [n]. [Alii haec verba cum sequentibus sic accipiunt,] *Manda remanda*, &c. (Imitatio phraseωs propheticae, qui saepe dicebant, *Haec mandat Dominus*; q. d. Iterum manda, ô Propheta [o];) *exspecta reexspecta*, &c. Vulg. id est, iterum exspecta *. q. d. Obtundunt nobis aures Prophetae, toties minitando, promittendo, &c. jubent exspectare nos modicùm, nunc hîc, nunc ibi, nunc alibi; & nihil subsequitur [p]: quamdiu exspectabimus [q]? Crediderim haec verba proverbii loco tunc usurpata fuisse, quibus admonebantur tam praeceptores quàm discipuli, nè simul omnia vel tradere, vel percipere, vellent, sed pedetentim, &c [r]. ¶ *Exspecta*, &c. קַו לָקָו וגו׳] Unde *χαυλαυχαῦ* fecêre Nicolaitae & haeretici alii, memorantibus Epiphanio in Nicolaitis, & ad hunc locum Hieronymo *. [Sic vertunt;] *Linea post* (vel, *ad*, Mo. G. vel, *super*, Ang.) *lineam, linea post lineam*, P. &c. Metaphora, sumpta, vel, 1. ab iis qui murum constituunt [t]; ut alludat ad tardam aedificationem, quae per lineas paulatim assurgit [v]. Ità quidem suprà: sed circumstantia hujus loci diversum sensum exigit, quum de puerilibus rudimentis hîc agatur [x]. Vel, 2. à magistris, qui discipulorum manus per praescriptas lineas ducunt [y], docéntque eos primùm partes literae sigillatim describere, deinde eas conjungere, *lineam ad lineam*, ad complendam literam [z]. *Delineationem post delineationem*, &c. Pi. sim. JT. *Ad normam normam*, &c. Ca. *Exspecta ad exspecta*, &c. Q. in V. vel, *ad exspectationem*, &c. Ti. *AEdificium ad*, vel *post, aedificium*; quia praeceptum & statutum est velut aedificium: aedificium autem fit extensione lineae cum regula & perpendiculo [a]. *Directio ad directionem, instructio ad instructionem*, M. ¶ *Modicum ibi, modicum ibi*] Sim. Mo. P. &c. q. d. Paululum nunc ex uno libro, vel ex una parte libri; cras iterum paululum ex altero libro, vel ex altera parte libri; pro ratione obscuritatis locorum [b].

11. *In loquela*, &c. כִּי בְּלַעֲגֵי שָׂפָה וּבְלָשׁוֹן אַחֶרֶת יְדַבֵּר וגו׳] *Quia* (vel, *Quum*, JT. *Certè*, V. *Quinetiam*, Pi.) *balbutientibus labiis* (*labiis blaesis*, Ti. *in*, sive *cum, blaesitatibus labii*, Mo. V. *ridiculis labiis*, i.e. sermone exotico, qui solet irrideri ab imperitis [c]: Heb. *sannis labii*, Pi. Angl. pro, *labiis sannae*; hypallage, ut Esa. 22. 7 [d]: *ridiculo sermone*, Ca. sermone barbaro †: *in balbutie labii*, For. nempe ad irridendum vos [f],) *& linguâ alterâ* (vel, *exoticâ*, JT. G. *linguae aliae*, pro exoticis, Act. 2. 4. 1 Cor. 14. 21 [g].) *loquetur* (vel, *alloquutus sit*, JT. vel, *alloquuturus est*, Pi. sub. *aliquis*, Angl. vel, *propheta*, P. vel, *Jehova*, JT. simil. Calv. G. cui haec aptavit etiam Aquila, nec minùs quàm Paulus in 1 Cor. 14. 21. ut ex Philocalia Origenis discimus [h]:) *ad populum istum*, P. Mo. &c. vel, *alloquendus est ei hic populus*, Ca. *Nam qui loquitur ad populum istum est quasi qui utitur balbutie labiorum & alienâ linguâ*, M. [Sensum variè concipiunt.] Vos me & Prophetas meos irridetis: at ego vos vicissim vestro malo irridebo. Vos dicitis, *Manda, remanda*: at ego sermonem vobis reponam gravem & acerbum [i], nempe ferreum illum Babyloniorum [k]. Barbarorum operâ utar ad vos castigandos [l]: quod saepe factum. Aliud hoc est ad infidelitatem evincendam argumentum, ut loquitur Paulus 1 Cor. 14. 21, 22 [m]. Al. Significat Deum insipido populo barbarum esse factum [n]. q.d. Adeò alieni sunt à Sacris, ut Propheta videatur illis linguâ balbutiente ignotâque uti [o]. Non plus intelligunt quàm infantes, qui docendi sunt balbutiendo, & syllabas praeeundo [p]. Significat Deum admodum familiariter egisse cum eis, ut solent nutrices cum infantibus, cum quibus balbutiunt, & verba truncant, &c. dum eos loqui docent [q].

12. *Cui*, &c. אֲשֶׁר אָמַר אֲלֵיהֶם] *Ad quos* (nempe, ad Sacerdotes & Prophetas illos falsos [r],) *dixit*, P. Ang. vel, *dixerat*, V. sub. *propheta*, P. V. ad verb. *Qui dixit ad eos*, V. Et *posteaquam dixit eis*, scil. per Prophetas *. *Si dixerit quispiam ad eos*, M. *Qui loquutus ad eos fuerat*, Ti. *Quibus docebant* Prophetae, Ch. *Quoniam dixit eis*, Calv. Q. in V. Angl. ut sit ratio quare Propheta Dei futurus esset tanquam balbus populo [t]; nempe, quòd surdis verba faceret, & frustrà eis requiem ostenderet [v]. Heb. *Quod dixit*, &c. sed relativum hîc ponitur pro causali, ut 1 Reg. 15. 13 [x]. ¶ *Haec*, &c. זֹאת הַמְּנוּחָה הָנִיחוּ לֶעָיֵף וְזֹאת הַמַּרְגֵּעָה] *Haec* (vel, *En, haec*, M. sub. *est*, M.) *requies*, Mo. P. Ti. &c. *requiem praestate lasso*, Mo. *reficite lassum*, Ti. sim. P. &c. (sub. *populum*; ellipsis substantivi, ut Esa. 40. 19. & 50. 4 †: vel, sub. *terram*, Q. in Angl. Vos Sacerdotes & pseudo-prophetae, finite in pace, & date requiem populo huic fesso, & jam multa perpesso propter ignorantiam Dei & peccata sua, quòd mendaciis vestris crediderit: desinite fallere ipsum [y]. Al. quâ *refocillare potestis lassum*, M. sim. Ang. Gal. h. e. populum gravissimis calamitatibus fatigatum. Ità ellipsis esset relativi, ut Psalm. 109. 19. Sed hanc versionem respuit forma verbi [z].) *& haec*, vel *hoc*, sive *istud*, (sub. *est*, P. V. &c.) *requies*, P. Mo. &c. vel, *refrigerium*, M. Ti. V. subaudi, *verum*, V. Dicit hîc Propheta, quietem à Deo monstrari quâ lassitudo nostra sublevetur [a]. Haec est ratio adipiscendi requiem & felicitatem [b]. Requiem invenietis, & desinetis affligi [c], bene vobis erit [d], si veram doctrinam docueritis †; si feceritis quae dico [f]; si praestiteritis requiem afflictis [g]; si feceritis hoc quod mando, ut lassum reficiatis, illi benefaciendo: q. d. Hoc modicum quasi pueris praecepi [h]. Jam quid *balbutientibus labiis*, i. e. quid tanquam prima rudimenta, eis commendavit, ostendit: q. d. Nolo vos longâ mandatorum serie vexare; hoc unum vobis commendo, *Reficite lassum, haec quies*, hîc quiescite, hîc sit pausa. Hîc dilectionis proximi praeceptum intellige [i]. *Haec est requies mea*, (Sed *mea* non est in Hebraeo †.) *reficite lassum*, &c. Vulg. Hoc meum erit gaudium, si afflictos sublevetis [k]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Ti. *Tamen*, Ang.) *noluerunt audire*] Ità Mo. P. &c. Perstringit hîc Judaeorum socordiam & ingratitudinem, & destinatam malitiam, quâ Verbum Dei nè ad aures quidem admittere voluerunt [l]. Cum stupiditate conjuncta erat pertinacia [m]. [Alii totum versum sic reddunt,] *Qui, ab eo moniti in eo positam esse requiem atque relaxationem, si fessos recreent, audire nolunt*, Ca. *Quia, quum diceret eis, Haec est requies——nihilominus audire noluerunt*, Angl. *Quum dixerit eis, Haec* est *ipsa requies, quietem tribuite lasso*; (i. e. Siquidem lassi estis, & magnis cruciatibus fatigati, videte ut quietem hanc obtineatis observando praecepta mea †;) *& haec* est *respiratio: & noluerint auscultare*, JT. Aliud argumentum ad evincendam infidelitatem: q. d. Quum Judaei ab extraneis vexati audiverint Deum sibi redintegrantem promissiones suas, nisi per ipsos staret quò minùs eas obtinerent, ut 2 Reg. 21. 8, 9 [m].

13. *Et*, &c. וְהָיָה לָהֶם וגו׳] *Et* (vel, *Imò*, Sy. *Sed*, JT. Pi. Ang. *Igitur*, Calv. *Quamvis*, Angl. ut Esa. 49. 5. Quamvis Verbum Dei adeò familiariter & perspicuè illis traderetur *.) *fuit* (vel, *fuerit*, JT. *cessit*, Pi. Hebr. *factum est*, Pi. G. *erit*, M. P. Mo. For.) *verbum Domini* (breve illud verbum quod *tanquam balbutiens* eos docuerat [o],) *praeceptum ad praeceptum*, &c. For. &c. Per illusoriam *μίμησιν* verba Prophetarum subsannant [p], & despexerunt ea, tanquam balbutientium puerorum sermonem. Ità balbuties, quae illis tanquam beneficium offerebatur,

Marginal notes (left column): [f] Ang. — [g] Musc. — [h] G. — [i] V. — [k] Pi. — [l] Calv. — [m] Q. in V. — † Q. in V. — [n] T. — [o] Mc. — * Mc. — [p] T. — [q] Mc. — [r] For. — * C. — [t] V. — [v] Q. in Calv. — [x] Calv. — [y] G. — [z] Ang. ex He. — [a] Q. in V. — [b] V. Calv. — [c] Pi. — [d] Ang. — † G. — [f] Mc. — [g] Ang. — [h] G.

Marginal notes (right column): [i] Mc. — [k] T. — [l] G. sim. Pi. Jun. — [m] Jun. — [n] Calv. — [o] V. — [p] Ca. — [q] Q. in Ang. — [r] V. — * Pi. — [t] Q. in V. — [v] Calv. — [x] Ang. — † Ang. — [y] V. sim. Ang. — [z] Ang. — [a] Calv. — [b] Pi. Ang. — [c] V. — [d] Mar. — † V. — [f] V. sim. Ang. — [g] Pi. — [h] Mar. — [i] For. — † Mar. — [k] G. sim. Mc. T. — [l] Calv. — [m] Ang. — † Jun. — [n] Jun. — * Ang. — [o] For. — [p] G.

offerebatur, (quòd illis *lacte opus esset, non solido cibo,*) ob malitiam eorum scandalo illis fuit [q]. Al. Propterea magna illis erit penuria Verbi Dei: non docebunt libros Sacros integros, sed proponent tantùm fragmenta quædam & pauca præcepta, modò in uno loco, modò in alio [r]. ¶ *Ut vadant*, &c. לְמַעַן יֵלְכוּ וְכָשְׁלוּ אָחוֹר] *Ut vadant*, sive *eant*, (vel, *abirent*, Pi. *pergerent*, JT. vel, In offendiculum, *ut scilicet pergant*, M.) *& corruant retrorsum*, Mo. P. &c. vel, *impingant* & cadant *retrorsum*, Angl. Defectiva locutio, qualis Esa. 1. 4. quæ suppletur ex Esa. 8. 15. Jer. 46. 6. & 50. 32 †. *Idcirco ibunt, & impingent* (vel, *corruent*, V. Calv.) *retrorsum*, Ti. qualis lapsus est periculosior [t]. Cùm volent procedere, retrocedent [v]. Referunt hoc vel, 1. ad peccatum, nempe obstinati animi, de quo v. 12. non quòd finis hic esset ab ipsis destinatus, sed effectus. De quo locutionis genere vide ad Esa. 3. 8. & 8. 15 [x]. Vel, 2. ad pœnam peccati, &c [y]. q. d. Tamdiu ista dicent, donec in malis viis suis cadant, & oppressi irretitíque ab hoste capiantur: quod multis evenit irrumpente Sennacheribo [z]. Minatur illis meritum exitium [a].

14. *Viri illusores*; sic P. sim. JT. Pi. vel, *scurræ*, Ca. *irrisionis*, Mo. אַנְשֵׁי לָצוֹן] Quibus probro sunt Prophetarum oracula [b]. Qui putatis vos cavillis & astu judicium Dei posse effugere. Potissimùm adversùs ingeniosos hostes arment se Ministri Verbi. Nulli enim perniciosiores esse possunt: nam & per se nocent, & alios ad similem contemptum & impietatem inducunt [c]. ¶ *Qui*, &c. מוֹשְׁלֵי הָעָם וגו׳] *Dominatores* (vel, *doctores*, Ca. *qui tyrannicè dominamini*, Angl. ut Esa. 52. 5. vide & Esa. 26. 13. 1 Pet. 5. 3 [d].) *populi hujus qui est in Jerusalem*, P. sic Mo. Amplificat crimen, quòd occupent ipsum Dei Sanctuarium *. Intelligit, non, urbem propriè, sed, totam terram, quæ *domus Jerusalem* dicebatur [f].

15. *Dixistis enim*] Vel, *Dicitis*, h. e. Cogitatis apud vos, ut Psal. 14. 1. & 94. 7 [g]. Propheta h. l. eorum affectus & studia, & rem ipsam, non autem verba & quid obtenderent, spectavit: neque enim eò proruperunt jactantiæ, ut hæc verba effutirent [h]. ¶ *Percussimus* (vel, *Percutiemus*: sic & sequentia sumenda in futuri significatu [i]:) *fœdus cum morte*] Hs, pro, Non moriemur. q. d. Non terrent nos minæ tuæ [k]: Mortem, quam minaris, non timemus [l]; non veniet illa super nos [m]. Docet cur eos *illusores* vocavit, nempe quòd absque ullo Dei timore ruebant in peccata, impunitatem sibi pollicentes, & vitiis suis applaudentes [n]. *Mortem* vocat hostem mortiferum. Sperabant se blandiendo salutem reperturos apud Sennacheribum †. ¶ *Et cum inferno*] Ità M. sic Ti. Calv. vel, *sepulchro*, Mo. P. JT. Pi. *cum orco*, Ca. ¶ *Fecimus*, &c. עָשִׂינוּ חֹזֶה] *Fecimus* (sub. *paciscendo*, M.) *visionem*, Mo. M. V. i. e. Venimus in colloquium pacis causâ; collocuti sumus cum illo nè nos absorbeat [o]. Vel, *pactum*, P. Ti. Calv. sim. o'. Ar. Vel, *videntem*, i. e. speculatorem, qui nos admoneat de adventu mortis, ut liceat repellere [p]. Vel, *terminum*, i. e. Præfiximus sepulchro terminum, quem non transeat [q]; vel, nè nos accedat [r]: ut חוזה sit à חזו †, [quæ vox Arab. *terminum* sign.] unde מָחוֹז Psal. 107. 30. quod Chald. *terminum* reddit [t]. Vel, *complicationem*, seu *apprehensionem*, ex significatione verbi חָזָה Job. 8. 17. i. e. pactum, quod complicatione manuum fieri solet [v]. Vel, *provisionem*, Angl. For. Forst. i.e. commeatum, tanquam socii simul navigantes vel itinerantes [x]. חָזָה est, *videre, prævidere*, vel *providere* [y]. Vide Exod. 18. 21 [z]. *Nobis prospeximus*, Ca. *egimus cautum*, JT. Pi. Tantum nobis prospeximus quantum viri prudentis est, &c [a]. *Colloquium habuimus*, Sy. *fecimus pacem*, Ch. ¶ *Flagellum*, &c. שׁוֹט שׁוֹטֵף כִּי יַעֲבוֹר לֹא יְבוֹאֵנוּ] *Flagellum inundans* (id est, cum magno impetu veniens [b]; vel, *inundantis*, JT. Angl. sub. *fluvii*, ex Esa. 30. 28. & 66. 12. vel, sub. *procellæ* pluvialis, ex Ezec. 13. 11, 13. & 38. 22. utrique enim hoc epithetum commune est. Vide Esa. 25. 4. Ellipsis subjecti, ut Esa. 40. 10 [c]. Malum repentè invadentis Dei, ut torrentes solent irrumpere: duplex allegoria, quâ Propheta usus est ad servandam antonomasiam [d].) *cùm transierit, non veniet*, sive *eveniet*, sive *obveniet*, *nobis*, sive ad *nos*, Mo. P. M. JT. sim. Ang. Ellipsis particulæ, ut Psal. 36. 12. suppletæ Psal. 91. 10 *. *Et si flagellum vehemens transierit*, &c. Ti. *Ut licèt ruens grassetur scutica*, &c. Ca. Duplex hîc metaphora. Comparat clades, &c. flagello; deinde, eas ità vehementes esse ait, ut sint instar diluvii [f]. Dicebant Prophetæ, ingentes calamitates, tanquam flumina, Judææ imminere [g]. [Quæ illi per modum irrisionis repetunt.] ¶ *Quia posuimus* (vel, *fecimus*, Pi. *disponimus*, JT.) *mendacium* (vel, *fallaciam*, JT.) *spem nostram*] Ità Mo. P. &c. vel, *refugium*, sive *receptum*, *nostrum*, JT. Pi. M. &c. ut moles & obices opponuntur aquis irrumpentibus, &c [h]. Per *mendacium* hîc intellige vel, 1. idola, sic dicta Esa. 44. 20. Jer. 10. 14. Rom. 1. 25. quibus plerique horum fidebant, Esa. 1. 29, 31. & 17. 8 [i]. Vel, 2. facultates fraude partas, Psal. 52. 9. & 62. 11. Esa. 30. 12. ut *rapina* & *fraus* ponuntur pro opibus rapinâ & fraude acquisitis, Levit. 6. 4. Sic, *mammon iniquitatis*, Luc. 16. v. 11 [k]. Vel, 3. versutiam suam, ut Esa. 29. 15. & perfidiam, quâ clàm hosti favebant [l]. Vel, fraudes & imposturas, quibus divites Judæi se ab hostibus tutos fore confidebunt *. Simulavimus nos esse ejusdem Religionis cum Assyriis [m]. Vel, 4. pseudoprophetarum nugas, qui omnia felicissima promittebant populo nimiùm credulo †. Sed non verisimile est, dixisse hos se non timere, quòd in re vana sperarent: quis enim indè securitatem sibi promitteret [n]? Non [ergò] ità illi dicunt, sed ità interpretatur Propheta, scilicet fallacem esse illorum spem [o]. *Mendacium*, i. e. prudentia consilia; ut ipsis quidem videbatur; sed re ipsâ vana & fallacia [p]. Hoc dicunt ironicè, q. d. *Posuimus spem nostram, non in re mendaci aut fallaci* [q], *quod tu putas* [r], *sed in diis qui nos liberabunt*, &c †. Nos adversùs ista mala quæ interminaris nobis sagacissimè prospeximus, velut objectis aggeribus, quos tu *mendacia* vocas; nos tamen illis freti in securitate vivimus [t]. ¶ *Et*, &c. וּבַשֶּׁקֶר נִסְתָּרְנוּ] *Et in* (vel, *sub*, M.) *fallacia*, sive *falsitate*, (vel, *vanitate*, M. *mendacio*, Ti.) *occultati sumus*, Mo. sive *erimus*, P. sim. Ti. vel, *abscondimur*, M. simil. JT. Pi. salutis scilicet causâ [v]; nè nos malum ingruens inveniat [x].

16. *Idcirco hæc dicit Dominus*] [Cohærentiam variè explicant.] Sequitur hîc denunciatio judicii Divini, ob summam illam impietatem & ludificationem Dei, de qua vers. 14. & 15. egerat: ubi primùm exponitur quæ sit causa & fundamentum omnium judiciorum Dei, nimirum Christus, qui unus salutis piorum, & exitii infidelium, effector est, hoc versu; deinde, quæ forma judiciorum in derisores istos futura sit, versibus seq [y]. Al. More suo Propheta avolat ad Christum [z]: &, ubi omnia reliqua inania & mendacia esse ostenderat, docet in quo uno sit spei stabile fundamentum [a]. q. d. Ut fiduciam vestram mendacem sapientiore consilio evertam, imò emendem, vobis, licèt indignis, misericorditer mittam Christum Salvatorem [b]. Sententia est, Securi pollicentur sibi Regni perpetuitatem, freti Templo in Sion, & sperantes in vanitate, &c. At, inquit, res longè aliter se habet. Deus enim fundabit in Zion *lapidem angularem*, nempe Christum: qui in eum confidit non fugiet, sive pudefiet, non devorabitur à morte & inferno, sed habebit cum eis sempiternum fœdus, ut nunquam possint ipsi nocere: qui autem non confidit in eum, is necesse habet morte & inferno perire [c]. Locus hic Dei misericordiam summopere commendat. Cùm illi irridentes dixissent se *mendacio satis tutos esse*, &c. addidit Dominus, *Audite verbum Domini*. At quid, quæso, dicturum Dominum putes, nisi hoc, *Imò flagellum inundans invadet vos*, &c? Sed non sic Dominus, sed illis illusoribus priùs promittit Messiam, quem si amplectentur, fore ut nunquam pudefient, etiamsi calamitas inundaret terram: sin minùs, tunc futurum ut perderentur [d]. Al. Denunciaturus impiis horrendum exitium, præmittit consolationem piorum *: tum quòd hi impiis & astutis illis ludibrio essent [f]; tum nè in futuris calamitatibus despondérent animum. His ergò ostendit quàm solicitè ipsorum incolumitati prospexit; talem nimirum petram illis parando, cui inter omnes reipub. tempestates tutò inniti possent, &c [g]. ¶ *Ecce*, (Hæc particula facit ad exprobrationem incredulorum [h], & ad [rei] certitudinem.

[q] For. [r] V. † Ang. [t] For. sim. San. [v] V. [x] Q. in Ang. [y] Al. in Ang. [z] G. [a] Musc. [b] San. [c] Calv. [d] Ang. * Calv. [f] G. [g] Ang. [h] Calv. [i] G. [k] V. [l] For. [m] V. [n] Calv. † G. [o] V. [p] Q. in Ma. [q] Ma. ex Schindl. [r] Q. in Ang. † Ma. ex Schindl. [t] Q. in Ang. [v] Al. in Ma. [x] Forst. in Ma. sim. For. [y] For. [z] Ang. [a] Jun. [b] V. [c] Ang. [d] Jun.

* Ang. [f] Calv. [g] For. [h] Jun. [i] Q. in Ang. [k] Ang. [l] Al. in Ang. * For. [m] G. † Q. in San. [n] San. [o] Me. sim. Musc. [p] Pi. [q] V. [r] Mar. sim. V. † V. [t] Jun. [v] V. [x] Ma. [y] Jun. [z] Me. sim. San. [a] San. [b] Me. [c] Calov. [d] For. * Calv. sim. Ang. [f] Calv. [g] Ang. [h] Jun.

nem. q. d. Tametsi verba mea despiciant impii, hoc tamen præstabo, &c [r].) ego mittam, &c. [הִנְנִי יִסַּד וגו'] Ecce, ego fundator in Sion lapidis, Mo. V. יִסַּד Toar est, sive verbale, vice Benoni [k]. Vel, fundo (vel, sum fundans, Angl. fundaturus sum, Ca. ponam, Calv. fundamentum posui, JT. pono pro fundamento, M.) in Sion (h.e. in Jerosolyma, præcipua tunc sede populi & cultûs Dei, & Ecclesiæ typo [l]: vel, in Sione, i.e. in Ecclesia [m],) lapidem, P. Ti. Pi. &c. nempe fundamentalem [n]: i.e. Ezechiam [o]; vel potiùs, Christum [p]. Quod probatur, 1. ex aliis V. T. locis, ubi Christus lapis dicitur: ut ex Psal. 118. 22. quod de Christo exponitur Matt. 21. 42. Act. 4. 11. ut & à RS. ad Mic. 5. 1: ex Esa. 8. 14. quod de Christo item explicatur Luc. 2. 34. Rom. 9. 32, 33: ex Dan. 2. 34, 35, 45. collat. cum c. 7. v. 13, 14: ex Zach. 3. 9. quod de Messia exposuit Chaldæus. 2. Ex locis N. T. ubi hic locus de Christo apertè exponitur, Rom. 9. 32, 33. 1 Pet. 2. 4. 3. Ex descriptione hujus lapidis sequente: v.g. quod lapis est & fundamenti, & anguli, id est, & continet, & sustentat, Ecclesiam, &c. Christus autem unus est hoc fundamentum, 1 Cor. 3. v. 11. confer Matt. 16. 18. unus hic Judæos & Gentes connectit, Eph. 2. 20, 21. Item quòd fides in hunc lapidem requiratur, &c [q]. ¶ Lapidem, &c. [אֶבֶן בֹּחַן] Lapidem (vel, lapidem, inquam, Q. in V. lapidis, Mo. V.) munitionis, P. V. vel, munitum, Q. in V. vel, arcis, Mo. Ità sumitur vicina vox בחון Esa. 23. 13. & 32. 14 [r]. Vel, propugnaculi, Ca. Id est, munitissimum, solidissimum; qui nobis est munitio & præsidium †. Vel, probationis, JT. Calv. vel, probantem, sive probatorem, h.e. ad quem totum ædificium probatur, formatur, aptatur, & exigitur quasi ad suam regulam: alioquin necesse est ut corrueret. בֹּחַן hîc activè sumo [t]. Lapidem exploratorium, quo discernuntur sinceri homines ab improbis, Esa. 8. 14, 15. Matt. 11. 6. & 21. 44. &c [v]. Vel, probatum, M. Ti. Pi. Ang. בֹּחַן passivè sumendum [x]. q.d. Qui probatus, tamen duritiem suam ac firmitatem servat [y]. ¶ Angularem, &c. [פִּנַּת יִקְרַת] Anguli pretii, Mo. sive, pretiositatis, V. sive, pretiosi, P. Angulum (vel, angularem, Ti. Ca. JT. Pi. sub. lapidem, JT. Pi. Ca. Ang. sic dictum, quòd duos parietes connectat, Eph. 2. 20 [z]; vel, quòd totum ædificium sustineat [a]:) pretii, G. vel, pretiosum, M. Ti. JT. Pi. Ca. Ang. vel, pretiositatis, i.e. pretiosissimum, 1 Pet. 2. 4, 6 [b]. i.e. lapidem qui angulum faciat usûs maximi: nam angularibus lapidibus maximè innituntur parietes [c]. Angulum pretiosum vocat lapidem positum in angulo ædificii elegantissimo [d]. Lapides angulares & parietum connexioni, & sustentationi, inserviunt, & pulchritudini. Vide Psalm. 144. 12 *. ¶ In, &c. [מוּסָד מוּסָּד] Fundamenti fundati, Mo. P. V. fundamentum fundatum, Q. in V. G. Angl. i.e. solidum, firmum & stabile [f]; vel, solidissimum [g]: ut, baculus fundatus, Esa. c. 30. v. 32. &c [h]. Fundamentum solidum, Calv. sive, solidissimum, Ti. vel, ut ità loquar, fundamentale, lapidem eximium, &c. Sic est lapis, ut totum angulum occupet; sic est angulus, ut tota domus in eo sit fundata [i]. Fundationem fundatissimam, JT. Lapidem optimè fundatum, Pi. simil. Ca. Hâc autem tralatione significat Deus, si qui salvi esse vellent, illis veniendum Hierosolyma, ut ibi cum aliis purè Deum colant: ibi enim se perfugium tutissimum constituisse omnibus [k]. Sed frustrà est Grotius. 1. Nihil est in toto hoc capite de Sennacheribo, ad cujus tempus is hunc locum refert. 2. Nec congruit metaphora, quæ ab ædificio sumitur. 3. Refellunt eum argumenta suprà producta [l]. ¶ Qui, &c. [הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ] Qui credit (Credens, Mo. i.e. Qui, meis promissis fisus, à Lege non discessit. Optimè verò hæc ad Christum in sensu sublimiore referunt Apostoli [m]. Vel, Qui credit his verbis meis [n]: Qui credit in Christum [o],) non (vel, nè, P.) festinet, M. P. vel, festinabit, Mo. Ti. Calv. Ang. præfestinabit, JT. Pi. sub. ut videat hoc, V. sive, hunc lapidem, M. Nè existimet eam [promissionem] esse brevi adimplendam [p]. Nondum impletum est tempus quod Pater præfinivit Filio suo incarnando [q]. Hoc addit, quia promissiones tum de Messia, tum de liberationibus fidelium, non statim adimpletæ sunt, nè quis idcirco Deum tardum putaret, &c. Vide Hab. 2. 3, 4 [r]. Non festinet, scil. volens statim lapidem hunc Sionis, Christum scilicet, sibi exhiberi †: verùm patienter exspectet, quia certissimè complebo suo tempore promissionem meam [s]. Non ergò de Ezechia hoc intelligitur, qui jam regnabat *. Al. Non festinet, i.e. ad sua consilia, sed exspectet Dei consilium, & non convertatur ad illicita media [v]. Ex impatientia & infidelitate ad res præsentes non confugiet, ut fecit Achaz suprà cap. 7. & vos quoque, ô irrisores, facitis, qui mavultis cum morte pacisci, quàm pendere ex promissionibus Dei: quod vobis in confusionem exitiúmque cessurum est *. Huc tendit Propheta, eorum qui credent tranquillum animum fore, ut nihil ampliùs desiderent, nec vagentur incerti, nec properent ad alia remedia quærenda; sed eo uno plenissimè sint contenti. Dura autem non est translatio, quum verbo festinandi notatur fervor aut trepidatio [x]. Respicit eorum morem qui, in periculis constituti, & de salute desperantes, nec auxilium fortè ipsis promissum patienter exspectantes, summâ festinatione vel fugiunt de loco suo, vel se hosti dedere, vel iniquissimis conditionibus, parati sunt. Significat ergò quòd credentes in Christum, in angustiis suis, non huc illuc discurrent & diffugient ad illicita auxilia, (id quod Judæi sæpe fecerant, Esa. 30. 1, 5, 15, 16. & 31. 1, &c.) sed à Deo pacatè dependebunt, ab ipso tum præsentem sustentationem, tum tempestivam liberationem, sperantes [y]. Jonathan locum reddit, Qui crediderit hæc, ubi venerit angustia non commovebitur. Rectè reddit יָחִישׁ, nam præterquam quòd res ipsa extorquet, verbum illud Æthiopicè sign. movere, sive agitare. Vide Æthiopicam versionem ad Matt. 11. 6. & 27. 39 [z]. [Alii aliter:] non pavebit, Sy. non confundetur, ο'. Ar. quomodo habetur etiam Rom. 9. 33. 1 Pet. 2. 6 [a]. Legerunt ergò יֵבִישׁ [b], vel יֵבוֹשׁ *. Sed non sequitur eos ità legisse. Sensum expresserunt, ut innumeris in locis. Et Apostolus illorum [ο'.] versionem retinuit, satis habens, non verba, sed sensum, retulisse [c]. Deinde, videtur Apostolus in sua citatione duo loca conjunxisse, hunc scilicet, & Esa. 49. 23. Qui te præstolantur non confundentur: nam & in priore parte istius citationis duo alia loca conjungit, hunc nempe, & Esa. 8. 14 [d]. Denique, hæc facilè conciliantur, vel sic, Nè festinet, scil. videre quod hîc promittitur, quia non statim futurum est; innuens quòd, si festinaret, pudefieret, non reperiens quod se inventurum sperabat: vel sic, Forsan Hebræi utuntur verbo festinandi, sicut Hispani verbo currendi pro erubescere, vel pudefieri; nam qui erubescunt abdere se festinant. Sic ergò redderemus, Qui credet, non sese proripiet à conspectu hominum *. Vel, metalepsis est, quia hæc festinatio confusionem parit [f]. Non præfestinabit, ac proinde nec pudefiet ex lapsu, sed potietur spe suâ [g]. Confusionis effectus & consequens est festinatio & fuga, sive subductio festina ab oculis hominum. Vicissim autem hæc festinatio & confusio significat calamitates & pœnas [h].

17. Et, &c. [וְשַׂמְתִּי מִשְׁפָּט לְקָו וּצְדָקָה לְמִשְׁקָלֶת] Et ponam (vel, exigam, Ti. statuam, Ca. disponam, JT. Pi. redigam, Sy.) judicium (vel, jus, Ca.) ad lineam, (vel, lineæ, Mo. G. ad regulam, Calv. ad perpendiculum, Ti. ad normam, Ca. ad mensuram, Sy. lineâ, sive per lineam, Angl.) & justitiam ad trutinam, P. M. Ti. vel, ad stateram, Ca. ad regulam, V. sim. For. ad pondus, Sy. G. ad perpendiculum, Mo. JT. Pi. ad mensuram, Calv. perpendiculo, Angl. Significat pondus in fine lineæ positum, ut eam rectam efficiat [i]. [Variè intelligunt.] Ego Judæos illos illusores justo pondere & mensurâ judicabo [k]. Puniam vos secundùm justitiam meam *. Descriptio judiciorum Dei, &c †. Postquam fidelibus meis prospexi, adversùs securos illos scurras procedam, idque exactè, & quasi per lineam: h.e. 1. strictè & severè; 2. cautè tamen, nè piis indè nocumentum obtingat: quæ duo istâ phrasi innui possunt [l]. In judicando nihil deflectam à Lege mea, & promissis minisque ei additis [m]. Minatur hîc ultionem impiis, qui lapidem illum respuunt, &c [n]. At contextus docet eum adhuc institutum suum de Ecclesiæ instauratione prosequi [o]. Quia talis erat Ecclesiæ dissipatio, ut vix sperare auderent fideles meliorem statum, docet, Deum & posse & velle cœptum ædificii Ecclesiæ opus absolvere. Hoc consilio definit Propheta qualis futura sit Ecclesiæ reformatio:

[r] Calv. [k] V. [l] Ang. [m] Pi. [n] Ang. [o] H. in Ang. [p] Ang. ex H. Mc. Calv. San. Jun. Pi. Calov. &c. [q] Calov. [r] Ang. † Q. in Ma. [t] Calv. [v] Q. in Ang. [x] Q. in Calv. [y] For. [z] For. [a] Calv. [b] Ang. [c] G. [d] V. * Ang. [f] V. sic Ang. [g] G. [h] Ang. [i] Calv. [k] G. [l] Calov. [m] G. [n] M. [o] Pi. &c. [p] V. sim. Mar. [q] M. [r] Ang.

† Me. sic T. [s] T. * Mar. [v] M. * Jun. [x] Calv. [y] Ang. [z] Di. [a] G. [b] G. Cap. * Cap. [c] Buxt. vind. 2. 8. 669. [d] Ang. * For. [f] Jun. [g] Pi. [h] Glass. rhet. 1. 2. 30. [i] Ang. [k] Me. sim. T. Ang. &c. * Pi. † Jun. [l] Ang. [m] G. [n] Q. in Musc. [o] Mar.

reformatio:

reformatio [p]: q. d. Ibi justitiæ regula conservabitur [q], & omnia ritè legitiméque ordinabuntur [r]. Disponam, sive Dirigam, judicium in justitia & rectitudine: q. d. Eo tempore vigebunt judicium & justitia †. Perseverat in metaphora *lapidis* & *anguli*, ac *fundamenti*: Rationem, inquit, veræ justitiæ terris afferam, faciámq; ut homines verè justi sint, adamussímq; justitiam colant [t]. *Justitiæ* & *judicii* nomine intelligit justam & legitimam Ecclesiæ administrationem [v]. ¶ *Et*, &c. וְיָעָה בָרָד מַחְסֵה כָזָב וְסֵתֶר מַיִם יִשְׁטֹפוּ] *Et* (vel, *Ità*, Pi. *Ut*, JT.) *verret*, sive *everret*, (vel, *quasi scopâ amovebit*, sive *verret*, V. M. Ti. vel, *excernet*, Pi. *excernat*, JT. Respexerunt nomen יָעִים Exod. 38. 3. quod alii *scopas*, alii *palas*, vertunt. Hinc conjiciunt verbum יָעָה, quod alibi non occurrit, esse, vel, *scopis everrere*, vel, *excernere palâ*, & veluti furcillis ejicere. Malim, *aduret*, tum quia Æthiop. ועי (semper enim illi primam radicalem י mutant in ו, & ultimam ה in י, ut & Arabes [faciunt,]) signif. *comburere*, ut Matt. 3. 12. & 13. 40. Hinc proculdubio יָעִים, *palæ*, quibus igniti cineres àb altari removebantur. Tum quia grando & per se urendi vim habet, & immiscetur plerumque tonitrui & fulguri, Exod. 9. 23. Psal. 18. 14. & 148. 8 [x].) *grando* (vel, *grandinis procella*, Ti.) *spem* (vel, *fiduciam*, V. M. *receptum*, JT. Pi. sim. Di. *præsidium*, Ca.) *mendacii*, sive *fallaciæ*, Mo. P. JT. Pi. (vel, *vanam*, M. *fallacem*, V. Al. *mendacium*, *fiduciam* vestram, Ti. h. e. idola & alia in quibus spem collocabant homines [y];) *& latibulum* (sub. *fallax*: Alludit ad id quod dixerat v. 15. significat spem fallacem quâ se protegent †. Vel, *occultationem*, P. *latibulum* refugii vestri, M. *latibulo* suo, JT.) *aquæ inundabunt*, Mo. Pi. P. sim. Ca. vel, *inundantes obruent*, Ti. sim. M. vel, *inundent*, JT. Sensus, Spem illam protectionis quam in mendacio positam habebatis evertent procellæ divinitus immissæ [z]; nempe, exercitus Babylonicus [a]. Ubi docuit, nihil ædificio defuturum, si Christus pro fundamento statuatur, contrà, si absit, vanissima & confusissima esse omnia; jam de impiis & hypocritis loquitur, qui se mendaciis & fraudibus suis tutos fore putant adversùs plagas, &c. Nam quia, nisi discussis inanibus fiduciis, non erat judicio & justitiæ locus, eas omnes discussum iri pronunciat impetu iræ Dei, &c [b].

18. *Et*, &c. וְכֻפַּר וגו'] *Et abolebitur* (vel, *removebitur*, P. sic V. *diluetur*, M. *rescindetur*, Ca. sim. Ch. *negabitur*, Sy. *expiabitur*, i. e. tanquam piaculum amovebitur, ut nusquam appareat, & mors vos invadat, tanquam non fœderatos [c]. Hebr. *oblinetur*, Pi. quasi inducto atramento alióve liquore delebitur [d]) *fœdus vestrum cum morte*, Mo. Ti. JT. Pi. Di. כְּפַר Syr. est, *abstersit*, *purgavit*, *diluit*, *abolevit*: unde כופרא *πελώμα ramentum*, ad 1 Cor. 4. 13 [*]. ¶ *Et pactum*, &c. ità Ti. V. וְחָזוּתְכֶם וגו'] *Et visio* (vel, *cautio*, JT. Pi. Ca. *provisio*, Pi. Angl. nam חָזָה sign. *providere*, Exod. 18. 21.) *vestra* (sub. *habita*, M.) *cum sepulchro*, sive *inferno*, *non stabit*, Mo. &c. vel, *non consurget*, M. *non firmum erit*, Ti. *irrita erit*, Ca. Vide dicta ad v. 15 [f]. ¶ *Flagellum*, &c. שׁוֹט שׁוֹטֵף כִּי יַעֲבֹר וגו'] *Flagellum* (vel, *Scutica*, Ca. *Flagello*, Mo. P. *Sed & flagellum*, M. *Et vastatio*, Ti.) *inundans* (vel, *inundantis*, JT. Angl. sub. *procellæ*, vel *fluvii*, Angl. vel, *ruens*, Ca. vel, *inundanti*, Mo. P.) *cùm* (vel, *si*, M.) *pertransibit*, sive *transierit*, (vel, *grassabitur*, Ca.) *tum eritis ei conculcationi*, Pi. sic Mo. &c.

19. *Quandocunque*, &c. מִדֵּי עָבְרוֹ יִקַּח וגו'] *Ex quo* (sub. *tempore*, Sy. M. P.) *transiverit*, JT. Pi. Calv. sic M. Sy. (vel, *transire cœperit*, P. vel, *Mox ut pertransierit*, Ti. *Ac quamdiu ea grassabitur*, Ca. *Cùm pertransierit*, *ο'*. Ar. *In tempore transitûs sui*, Ch. *A transitu*, &c. i. e. dum transit; ut, *ab exitu*, 1 Sam. 18. 30. i. e. dum exirent [g]:) *intercipiet* (vel, *tollet*, Mo. P. *rapiet*, Ti. *arripiet*, M. *comprehendet*, Ca. *abripiet*, Sy. *transmigrare faciet*, Ch.) *vos*, JT. Pi. Duæ erant impiorum cogitationes: vel, 1. flagellum non venturum; vel, 2. levem fore illius transitum. Utrisq; h. l. occurrit, affirmátque id & venturum, & illos abrepturum, &c [h]. Quia nominaverant hoc malum *flagellum transiens*, ostendit in summa festinatione satis fore temporis ad illorum perniciem [i]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי בַבֹּקֶר וגו'] *Quia in manè in manè* (i. e. vel, 1. celeriter; q. d. Non ità tardat ut putatis, sed properat, & aderit valde manè, vobis altum stertentibus [k], nec opinantibus, &c [l]. Valde manè transire incipiet [m]. Vel, 2. assiduè, sive constanter [n]; ut usurpatur tum hæc phrasis, Ezec. 46. 13, &c. tum similis, *per diem per diem*, Psal. 68. 20 [o]. Vel, *quolibet manè*, JT. Pi. vel, *manè diluculo*, Ch. Vulg. *summo diluculo*, Ti. *quotidie*, Ca. *singulis diebus*, P. *manè per singulos dies*, M.) *transibit*, (vel, *pertransibit*, JT. Pi. *grassabitur*, Ca.) *in die*, *& in nocte*, Mo. sim. *ο'*. Ch. Sy. P. Ti. JT. Pi. &c. vel, *imò die & nocte*, M. sic For. Diem & noctem continuabit in transitu. Vide suprà 10. 32 [p]. Nec interdiu nec noctu vos quiescere sinet [q]. Tam continuum quàm quotidianum flagellum fore significat, nè se decipiant spe relaxationis [r]. Ubi cœperit in vos irrumpere, non desinet donec pereatis, &c †. ¶ *Et*, &c. וְהָיָה רַק זְוָעָה הָבִין שְׁמוּעָה] [Variant.] *Et erit*, vel *fiet*, *ut duntaxat* (vel, *saltem*, Pi.) *vexatio* (vel, *terror*, Calv. *commotio*, Pi. Calv.) *faciat intelligere auscultationem*, sive *auditum*, Ti. Calv. vel, *intelligendum præbeat sermonem*, Pi. Malo coacti sapitis; non aliter [t]. Solus terror vos doctrinæ capaces reddit [v]: tunc auscultabitis Verbo quod antè deridebatis [x]. q. d. Prophetarum operâ non indigetis, sed aliquando intelligetis re ipsâ, per plagas & ærumnas, quàm verè loquuti sint [y], in oraculis & minis suis, quibus jam credere non vultis [z]: nec tamen proficietis, nam in tam sera cognitione non erit pœnitentiæ locus [a]. *Eritque tantummodo commotioni*, *quum proponet intelligendum documentum*, JT. Heb. *proponendo intelligendam auditionem*. Sic accipitur *auditionis* nomen Esa. 53. 1. Neque tantùm gravitate operum Dei commovebimini in exitium vestrum, verùm etiam Verbo, quod nunc petulanter ludificamini: denique, consternabimini omnibus testimoniis præsentiæ Dei, à quo abhorrebitis, tanquam Judice severissimo. Hæc ut ità accipiamus facit comparatio v. 9 [b]. *Hanc quidem orationem vexatio tantùm docebit*: Non priùs intelligetur quàm sentiatur [c]. Non priùs credetis minis, quàm vindictam experiemini [d]. [Alii aliter.] *Et erit tantùm pavor* (vel, *commotio*, Mo. vel, *Et pavori erit*, *vel*, G. *Et vexatio erit*, *tantùm*, Ang. simil. Glas.) *intelligere famam*, P. sic G. Ang. vel, *auditum*, Mo. *rumorem*, Glas. sub. *eorum quæ vobis contigerunt*, P. sive, *obvenient*, G. Synchysis, sive transpositio, est particulæ *tantùm*; *Erit tantùm commotio*, &c. pro, *Erit commotio*, *tantùm intelligere*, &c. ut 1 Cor. 15. 19. *Si in hac vita speramus in Christum solùm*, pro, *Si in hac vita solùm speramus*, &c. simil. Gen. 18. 11. *via secundùm mulieres*, pro, *secundùm viam mulierum*. Vide & Psal. 90. 12. & 102. 29. & 128. 2 [*]. *Et erit ut etiam ejus auditus perceptus commotionem incutiat*, M. Rumor de adventu hostium terrorem vobis incutiet, &c [f]. Vel, Fama eorum quæ vobis accident incutiet metum audientibus [g]. Verbum זוע sign. *vexare*, Hab. 2. 7. &, *commovere se*, Esth. 5. 9. &, *tremere*, Eccles. 12. 3 [h].

20. *Coangustatum*, &c. כִּי קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס] *Quia brevius* (vel, *angustum*, V. *contractus*, M. *angustior*, Ti.) *est stratum* (vel, *lectus*, M. Ti.) *ab extendere se*, Mo. vel, *& non redundat*, M. vel, *nè superfluat*, *ut non supersit*, sub. *in quo se extendant*, V. vel, *quàm ut* (sub. *quis*, Pi. Ca.) *protendat*, vel *exporrigat*, *se*, JT. Pi. Ca. Ang. simil. P. sub. *in eo*, P. Ca. Ang. vel, *quàm ut quis membra latiùs extendat*, Ti. vel, *ab extendendo se*, id est, ut extensio nequeat fieri, nempe neque strati, neque ejus qui in eo jaceat [i]. Verbum hoc שׂרע *extendere se* sign. unde Levit. 22. 23. שָׂרוּעַ, quale dicitur animal, cùm è partibus quæ geminæ sunt una est alterâ longior & extensior [k]. [Reliqua sic vertunt;] *& operimentum* (vel, *stragula*, JT. Pi. Calv. V.) *angustum* (vel, *angustius*, P. Ca. *angusta*, JT. &c. *strictum*, M. *strictius*, Ti.) *est* (vel, *erit*, P. Calv. Pi.) *secundùm extendere se*, Mo. vel, *in colligendo*, sub. *se*, vel *membra sua*; id est, quàm ut qui sub illo jacebit eo tegere possit membra sua [l]: vel, *quum colliget se cubans*, JT. Pi. vel, *colligendo*, Calv. vel, *quum quis sub eo vult colligi*, M. *quàm ut se ipsos possint colligere sub eo*, P. *quàm ut se eo quisquam involvat*, Ti. vel, *comprehendere valeat*, Ca. [Hanc similitudinem variè accommodant.] Lectulus amoris arctus est [m], nec duos capit amatores [n]; sponsum scilicet, & adulterum [o]: itaque necesse est ut aut Deum abjiciatis, aut idola [p]. Al. Dei tutela non extendet se ad regionem, sed ad urbem solam [q]. Obsidionem Jerusalem

Margin (left column): p Calv. q Pellic. in Marl. r Marl. † V. t For. v Calv. x Di. y V. † V. z G. a Pi. b Calv. c For. d Ma. * Di. f Ang. g Ang. h Mus. i G. k Calv.

Margin (right column): l Ang. m G. n Calv. Ang. o Ang. p G. q Ang. r Calv. † Jun. t Mar. v Calv. x For. y Calv. z T. sim. For. a Calv. b Jun. c Ca. d For. * Glas. gram. 4. 2. 24. 747. f Ang. g V. h Ang. i For. k RA. 1. 2. 46. 52, 523. l V. m T. sim. Mc. n Me. o T. p Me. q G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

rusalem lecto strícto comparat. *Stratum* urbs est plena populo. q. d. Cinget vos Romanus exercitus obsidione, & ità constringet, ut urbs vix possit capere multitudinem [r]. Al. Duo Reges in modica provincia esse non possunt; ideo Babylonii adventu Regnum Juda ab eo occupabitur. Unum non capit, multò minùs plures. Ea bellorum causa †. Spem *lecto*, ac *pallio* seu *operimento*, comparat, quâ quiescimus, si eam apprehendimus. Qui Deo fidunt stratum habent amplissimum, &, quòcunq; se vertunt, in tuto sunt: qui hypocriticæ justitiæ, aut divitiis, aut fraudibus, fidunt, brevissimum habent stratum, in quo neque se vertere, neque extendere, possunt [t]. Per *lectum contractum* intellige fiduciam in hominem locatam, cujus Judæi sæpe rei erant [v]. Mendacium, in quo tanquam in lecto jacetis, non vos proteget [x]. Patiemini egestatem in Babylonia. Synecdoche speciei [y]. Summam miseriam exprimit: In gravibus vestris ærumnis omnia solatia & remedia deerunt, quia vos undiquaque, & subtus & suprà, ultio Dei persequetur [z]. Infernè, supernè, nulla denique ex parte poteritis vos à Dei flagellis tegere. Hoc versu nocturnas eorum angustias, diurnas v. seq. ab exemplo demonstrat [a]. Metaphora ab eis qui præ metu nocturno sub integumento lecti colligendo se, i.e. corpus in arctum contrahendo, se occulunt, atque ità tutos fore putant. Loquitur de Divinis pœnis, quas nullâ ratione effugere possint. Confer Amos. 3. 12 [b].

21. *Sicut*, &c. כִּי כְהַר פְּרָצִים *Quia sicut* in *monte Perasim*, P. &c. Id est, opprimet vos, sicut ibi Philistæos [c], ex improviso, & citra humanam artem [d]. q.d. Ut olim pugnavit pro vobis, ità nunc contra vos, &c [*]. Ut ibi pro Davide, typo Christi, &c [f]. Historia est 2 Sam. 5. 20. 1 Par. 14. 11 [g]. ¶ *Sicut in valle——Gabaon*] Experiemini Deum talem vobis qualem ibi Amorrhæi experti sunt [h]. Historia est Jos. 10. 10, &c [i], vel potiùs, 2 Sam. 5. 25. 1 Par. 14. 16. ubi Phelistæos Deus à Gibhone Gezerum usque percussit [k]. ¶ *Irascetur*; ità Mo. P. JT. &c. יִרְגָּז] *Fremet*, Ti. Ca. *cum furore exercebit opera sua*, Ar. ¶ *Ut faciat* (vel, *Ad faciendum*, Mo. P.) *opus suum*, *alienum*, &c. זָר מַעֲשֵׂהוּ] *Extraneum*, sive *alienum*, (vel, *insuetum*, Ca.) *opus* (vel, *factum*, Pi. *facinus*, Ca.) *ejus*, sive *suum*, Mo. P. M. &c. Sic vocat opus quod non solet facere [l]. Solet enim Deus populum suum protegere [m], & pro iis pugnare, ut in locis antè allatis, quum nunc adversùs eos pugnet [n]. Vel, opus alienum à natura sua [o], & ab innata ipsi bonitate [p]: q. d. quod facit non volens, neque ex animo: ejus enim proprium est, misereri [q]. Vestrum potiùs est opus, ad quod vestris sceleribus cogitis vel invitum Deum [r]. Vel, opus inusitatum & terribile †, ut Prov. 23. 33 [t]. Vel, opus ingens & mirabile [v], ut Esa. 29. 14 [x]. q. d. Dominus vos puniet, non vulgari, sed novâ, extraordinariâ & stupendâ ratione [y].

22. *Et nunc*, &c. וְעַתָּה אַל תִּתְלוֹצָצוּ] *Et nunc* (vel, *Nunc igitur*, P. M. sic JT. Pi. &c.) *nè deludatis vos*, Mo. vel, *illudatis*, P. Ti. sim. Pi. sub. *vobis ipsis*, Ti. Nolite contemnere has minas [z]. Vel, *pergatis ludificari*, JT. vel, *sitis illusores*, i.e. Nè irrideatis prophetiam istam [a]; vel, Dominum & Verbum ejus: Desistite ab hac impietate [b], quâ nihil profecturi estis [c]. Vel, *nolite lætari*, ὁ. *nè rideatis*, Sy. *nè lætitiæ indulgeatis*, Ar. *nè impiè agatis*, Ch. ¶ *Nè*, &c. פֶּן יֶחְזְקוּ מוֹסְרֵיכֶם] *Nè*, vel *Nè forte*, *fortificentur*, sive *corroborentur*, (vel, *invalescant*, M. For. *glíscant*, Ca. *constringantur*, Calv. *confirmentur*, JT. *graviores fiant*, Sy. sic Ar.) *vincula vestra*, Mo. Pi. &c. quibus vinciemini à Babyloniis [d]. Nè constringamini arctioribus vinculis; h. e. nè severiùs animadvertat in vos Dominus [*]. Nè ob id durior fiat captivitas vestra [f]. Metaphora, vel, à viris impiis, qui in carcere constituti vinctique ad supplicium, etiam tum judicem exacerbant [g]. Vel, à vulpe, v.g. quæ, cùm in laqueum inciderit, magìs astringit nodum quum sese extricare conatur: sic impii, tergiversando, magis se ac magis involvunt atque astringunt [h]. Vel, *castigationes vestræ*, M. *pœnæ vestræ*, Sy. sic Ca. ¶ *Consummationem*, &c. כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה וגו׳] *Quoniam consumptionem & finitionem audivi à Domino*, &c. Calv. *Nam consummationem*, (interitum omnimodum [i],) *& quidem præcisam*, (vel, *decisam*, P. *consummatam*, V. sive, *definitam*, V. Pi. nempe à Deo †,) *audivi*, &c. Pi. &c. q. d. Revelavit mihi Dominus certò eventuram destructionem universæ terræ Israel [k]. Pauci evadent malum, nempe qui aut, ante adventum Salmanasaris, in terras longinquas, aut, jam in ipso ejus adventu, Hierosolyma, confugerint [l]. כָּלָה alibi *perfectionem*, hîc *consumptionem*, sign. sicut & Esa. 10. 22, 23 [m]. [ubi plura de his verbis dicta vide.]

Margin (left column): [r] V. — † Mar. — [t] For. — [v] M. — [x] Ca. — [y] Pi. — [z] Calv. — [a] Jun. — [b] Glass. rhet. 1. 20. 490. — [c] Pi. sic Jun. sim. For. — [d] Jun. — [*] Calv. — [f] T. — [g] G. — [h] For. — [i] G. — [k] Jun. — [l] G. sim. V. Pi. Jun. San. &c. — [m] G. sim. M. Ang. — [n] Ang. sim. Calv. — [o] San. — [p] T. — [q] For. — [r] T. — † Pi. Ang. — [t] Ang. — [v] Ca. sic Ang. Calv. — [x] Ang. — [y] Calv. — [z] G. sim. Mc. T. — [a] V. — [b] Calv. — [c] Musc. — [d] Pi. — [*] V. sim. M. T. — [f] G. — [g] Musc. — [h] Calv. — [i] Pi.

24. *Numquid*, &c? הֲכֹל הַיּוֹם יַחֲרֹשׁ הַחֹרֵשׁ לִזְרֹעַ יְפַתַּח וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ] *An toto die* (vel, *omnibus diebus*, sive *semper*, V. Ca. *omni tempore*, Ti.) *arat*, vel *arabit*, (vel, *arare solet*, Heb. fut. pro præt [n].) *arans*, vel *arator*, (vel, *agricola*, Ti.) *ad seminandum?* sive, *ut serat?* (vel, *ut jaciat sementem?* V.) *sulcat* (vel, *aperit*, M. Ti. V. *aperiet*, Mo. *proscindet*, P. *proscindens*, Ca. vel, *aperiens*, Angl. ellipsis disjunctivi, ut Esa. 17. 6 [o]: vel, an *sulcat*, Pi.) *& occat*, (vel, *occabit*, Mo. *contundet*, P. *confringit*, M. V. *proscindit*, Ti. *pastinans*, Ca.) *terram suam?* JT. Pi. &c. vel, *glebas terræ suæ?* M. P. V. Al. *solvit* enim boves suos, *& comminuit glebas terræ suæ*, Q. in V. Propheta hîc administrationem & veritatem Dei asserit per comparationem agricolæ; ut illusores humano exemplo evincat suo tempore judicium Dei eventurum, & pios confirmet in exspectatione ejus [p]. Dixerat, Judææ vel orbis interitum sibi revelatum esse. Subjungit hîc, Deum non semper ulcisci, sed ad tempus dissimulare ultionem: hinc fit ut impii aut Deum negent, aut providentiam. Docet ergò Propheta, Deum habere suas opportunitates, & nôsse quid unoquoque tempore agere debeat [q]. Objici poterat, Cur Deus tam varié? Ostendit igitur, similitudine sumptâ ab agricultura, Deum optimè nôsse discrimen temporum & hominum, & modorum quibus homines quique tractari debeant. Est tempus arandi, tempus occandi, tempus sarriendi [r], tempus serendi, metendi, &c. quæ omnia agricolarum prudentia discernit à Deo indita. Quî ergò posset Deus, auctor prudentiæ, vacare prudentiâ in administratione sua? Populum suum quodammodo novavit, aravit, occavit, &c. jam verò tempus messis impendet, quod vocatur *consummatio præcisa*, v. 22. Nè itaque ampliùs ludificemini †. Ut agricola, omnibus suis operibus ordine & ratione perfunctus, postremò triturat: sic Deus postremò puniet [t]. Ut agricola non semper arat, vel sulcat, &c. sed tandem segetem excutit; idque diversâ ratione, prout semen vel tenerum, vel robustum, est: ità Deus non semper vos annunciatione Verbi sui arabit, sulcabit, feret, occabit; sed tandem, propter inobedientiam vestram, vos excutiet ac triturabit persecutione hostium; idque diversâ ratione, pro discrimine peccatorum vestrorum [v]. Hâc similitudine ostendit quem tenet Deus modum in populi sui gubernatione, &c [x]. Deus vineam suam variis modis colit: seminat semina legis gratiæ & donorum suorum; metit fructus bonorum operum; triturat, i. e. affligit, graviùs aut leviùs, ut ipsius exigit providentia. Debet ergò quilibet hanc Dei culturam admittere, & ejus exspectationi respondere [y].

25. *Nonne*, &c? הֲלוֹא אִם שִׁוָּה פָנֶיהָ וְהֵפִיץ קֶצַח וְכַמֹּן יִזְרֹק וְשָׂם חִטָּה שׂוֹרָה וּשְׂעֹרָה נִסְמָן וְכֻסֶּמֶת גְּבֻלָתוֹ] *Nonne*, vel *Numquid*, *quum* vel, *postquam*, Ca. *si*, Mo.) *adæquaverit* (vel, *Annon ità est? quum exæquavit*, Belg.) *faciem* (vel, *superficiem*, Ti. Ar. *solum*, Ca.) *ejus*, P. M. &c. sic Mo. (ubi complanârit agrum occando & sarriendo [z],) *spargit*, vel *dispergit*, (vel, *& disperget*, Mo. *aut spargit*, JT. *tunc disperget*, P. sim. Pi. *tunc serit*, V. ὁ. ו *&*, pro *tunc* [a],) *gith*, Ca. V. (vel, *melanthium*, JT. Pi. ὁ. sive, *nigellam*, Mo. P. V. nempe *Romanam*: genus leguminis optimi, & commendati à suavi odore & nigredine [b], quod Græcis μελάνθιον dicitur, Latinis *nigella*, & quibusdam aliis *gith*, Plin. 29. 17 [c]. [Aliis hoc non placet.] *Nigella* enim est in genere zizaniorum, quæ tritico innascitur, & insulsa est: *git* verò inter fruges numeratur, cujus semen piperis saporem reddit; de quo Ausonius in Monosyllabis, *Est inter fruges morsu piper æquiparans git*. A Græcis tum μελάνθιον dicitur, tum *melaspermon*. Meritò autem *git* hîc *cymino* adnectitur, quia hæc simul sata mirè coalescunt & adolescunt, teste Columellâ, —*famosaque tunc coriandra Nascuntur, gracilique melanthia grata cymino* [d]. [Alii

Margin (right column): † Pi. — [k] V. — [l] G. — [m] Calv. — [n] V. — [o] Ang. — [p] Jun. — [q] Calv. — [r] G. — † Jun. — [t] Ca. — [v] Pi. — [x] San. — [y] Mc. — [z] G. — [a] V. — [b] V. — [c] Ang. ex G. sim. For. — [d] Nebris. quinq. 20.

קֶצַח h. l. aliter reddunt :] *anisum*, Sy. Ar. nempe *nigrum*, Ar. Al. *viciam*, Calv. M. Ti. Ang. Verùm hæc alia voce significatur Ezec. 4. 9 †.) *&* (vel, *aut*, Pi. Sy.) *cyminum*, sive *cuminum*, *sparget*, vel *dispergit*, Mo. P. JT. &c. (vel, *serit*, Ca.) *&* (vel, *aut*. JT. Pi.) *ponit*, vel *ponet*, (vel, *disponit*, JT. *serit*, Pi.) *triticum princeps*, sive *principale*, Mo. Pi. (vel, *eximium*, sive *præstans*, Ca. JT. Pi. sim. G. vox enim *principatum* denotat ; vide Jud. 9. 22. Hos. 12. 4 [f] : vel, *in principali* loco, ut sit ellipsis & particulæ *in*, & subjecti [g] : vel, *mensuratum*, P. For. vel, *in mensura*, M. V. ut vox huic vicina sign. Levit. 19. 35. Ezec. 4. 11 [h] : vel, *ordine*, sive *serie suâ*, Q. in V. Ti.) *&* (vel, *vel*, JT. Pi.) *hordeum signatum*, Mo. P. M. (i. e. sepositum in sacculum cum nota quadam excellentiæ [i] ; tanquam granum eximium, & in sacco repositum in semen † : vel, *designatum*, V. *demensum*, Calv. *insigne*, V. JT. Pi. sim. Ca. vel, *signato* loco, Ti. in loco illi *signato*, sive constituto ; ut alludat ad signa quædam in agris posita, quæ doceant quousque hoc vel illud semen seminetur. Ellipsis subjecti, ut antè ; idque magis, quia שְׂעֹרָה est fœmin. quum נִסְמָן sit masc. Vox alibi non occurrit [k].) *&* (vel, *vel*, JT. Pi. vel, *tum*, Ti.) *speltam* (vel, *zeam*, Ca. *far*, Ti. *viciam*, Vulg. *Spelta* dicitur כֻּסֶּמֶת à *detonsione* [l]. Græci ζειὰν, Latinorum alii *far*, vertunt, ut Galenus & Halicarnassensis Dionysius ὄλυραν alii, *speltam* ; quod vocabulum etiamnum manet in linguis ex Latina corruptis. Utrumque habet Hieron. in Ezec. 4 [m].) *suo modo?* Calv. vel, *in termino ejus?* sive *suo?* M. P. Ti. Mo. &c. i. e. in locis suis [n] : vel, in finibus sive extremitatibus agrorum ; cùm triticum serit in medio agri, ut pote optimo & tutissimo loco [o]. Vel, in agro suo : Metonymia adjuncti [p]. Vel, in terra speltæ sive zeæ suscipiendæ apta : alioqui perderet operam. q. d. Singula semina seminat in terra propria [q], & suis locis, cavens nè semina confunderet. Nominat varia semina in illis locis usitatiora [r].

26. *Et*, &c. וְיִסְּרוֹ לַמִּשְׁפָּט אֱלֹהָיו יוֹרֶנּוּ] [Variant.] *Et* (vel, *Nam*, P. V. Ca. Ang.) *erudiet*, vel *docet*, *illum*, (sub. *satorem*, P. & sub. *Deus*, V.) *rectitudinem*, V. (vel, *ad judicium*, Mo. P. For. vel, ut habeat *judicium*, M. vel, *secundùm illum morem*, Angl. מִשְׁפָּט sæpe *morem* sign. ut Jud. 13. 12. 1 Sam. 2. 13. & 8. 11 [t] : vel, *debitè*, *aptè*, sive *debito more*, i. e. ut omnia aptissimè faciat [v] : vel, *in judicio*, For.) *Deus* (vel, *Deus*, inquam, M.) *ejus* (Idem enim est & Principis & rustici Deus & conditor. Vide Job. 34. 19. Prov. 22. 2. & 29. 13 [x].) *docebit*, vel *docet*, *eum*, Mo. P. M. [Alii versum sic reddunt :] *Et hæc ut ritè peragat, erudit ac dirigit eum Deus suus*, Ti. *Suo eum Deo ad rationem instruente & docente*, Ca. *Docet eum rectitudinem Deus suus, & instituit eum*, Calv. Al. *Nam erudit eum de jure* (i. e. de eo quod convenit & oportet) *Deus ejus, & docet eum.* Id non rejicio, sed & aliter verti potest *. [De quo statim.] *Et Deus ejus erudit eum de more, ipse* (h. e. Deus [y]) *docet illum*, Belg. nempe agricolam, quo scil. modo & tempore serendum, metendum, & unumquodque faciendum est *. q. d. Hanc scientiam serendi singula suis locis habet à Deo [z]. Agricolæ, licèt usu edocti, à Deo tamen doceri dicuntur, quippe qui signa ponit in cœlo, & distinctionem temporum inducit, quam sequi debent agricolæ [a]. Deus agricolam docet quomodo hæc omnia suo ordine faciat. Aratus de Jove, id est, Deo, ——λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη βουσί τε καὶ μακέλῃσι—— [b]. Si Deus agricolam ista docet, an ipse in suis rebus non servabit ordinem modúmque [c]? Similis argumentatio Psal. 94. 9. Annon tantus Doctor videt quid singulis & temporibus & personis accommodatissimum, & quando populus proscindendus est, & veluti occandus atque triturandus [d]? Quare vos committitis ut Deus imperitus agricola videatur, qui semper terram proscindit, nunquam serit, &c. ut vos semper puniat, & ad id propter quod castigationes inducuntur nunquam perveniat †? Temerarii itaque sunt qui sapientiam Dei arguere videntur, quòd non statim hominum scelera ulciscatur [f]. [Alii aliter.] *Deinde colligat illud* (i. e. ex iis demessis manipulos efficit, circumpositis vinculis, de quibus diximus in v. 22 [g]. יָסַר voluit Junius poni pro אָסַר *vincire, ligare* : quod usus non probat : nisi fortè quòd à יָסַר fiat nomen מוֹסֵרוֹת *vincula*, quæ non tam à vinciendo dicta putem, quàm quòd iis homines castigentur & erudiantur [h]. Al. *excutit illud*, Pi. Angl. Heb. *castigat*, ut virgis castigatur puer : Metaphora [i]. *Excutit*, nempe triturando, ut granum à palea secernat. Verbum propriè sign. *cædere*, ut 1 Reg. 12. 11. Prov. 19. 18. & 29. 17. virgâ scilicet, de cujus usu in agricultura vide v. 27 [k].) *ad eam rationem* quam (ellipsis relativi, ut v. 12 †.) *Deus ejus docet eum*, JT. Pi. Angl. i. e. Ut manipulis illis suis faciat quod Deus lege naturæ faciendum docuit ; videlicet, excutiendo granum suis modis, acúsque & stipulam ab eo excernendo, ut grana recondantur, & paleæ consumantur [l]. Prudentiam agricolæ in disponendo semine ostenderat, hîc porrò in triturando & excutiendo : quam hîc in genere proponit, unà cum illius authore & datore ; versibus autem 27, 28. per partes explicat [m]. Fortasse rectè sic vertas, *Et castigabit illud* (nempe quod satum fuerat) *pro jure* quod *Deus ejus docebit eum.* Quid hîc est castigare sementem? est triturare. Et quod ejus jus seu recta ratio? utrumque docet versus sequens [n].

27. *Non*, &c. כִּי לֹא בֶחָרוּץ יוּדַשׁ וגו׳] Agricolæ prudentiam & cautelam hîc explicat, quòd mitiùs agit cum teneriore grano, duriùs cum duriore ; ità tamen ut neque durius granum perpetuò terat, &c. Quo significat Deum diversimodè agere pro natura peccantium, &c [o]. [Verba sic reddunt ;] *Quia*, vel *Nam*, *non in*, vel *cum*, *tribula* (vel, *tabula dentata*, M. *tribula dentata*, Ti. Calv.) *trituratur*, vel *triturabitur*, (vel, *exteritur*, Ti.) *nigella*, Mo. P. Di. &c. חָרוּץ est vel, 1. substantivum, *tribulam* significans [p] : vel potiùs, 2. adjectivum, quod αὐτολεξεὶ *excisum*, *concisum*, vel *excisorium*, *concisorium*, sonat ; tunc ellipsis est substantivi, nempe מוֹרַג *trabe*, quod supplendum ex Esa. 41. 15, ubi Deus de populo suo dicit, *Ecce*, *posui te* לְמוֹרַג חָרוּץ, *in trabam incisoriam* : (ubi tamen aliis חָרוּץ est substantivum, locúmque illum vertunt, *trabam* & *tribulam*, ut sit ellipsis וְ *&*, sicut Hab. 3. 11. *Sol luna*, pro, *sol & luna*.) At quanquam חָרוּץ primariò adjectivum sit ; interdum tamen, ut ubi de instrumento triturationis agitur, pro substantivo habetur. Ut יַבָּשָׁה, *arida*, pro *terra* usurpatur, Gen. 1. 9. 10. קָמָה, *consistens*, pro *segete*, Deut. 16. 9. & 23. 25. קָלִי, sive קָלוּי, *tostum*, pro *frumento tosto*, Levit. 23. 14. פֹּרָת, *ferax*, pro *vite fœcunda*, Gen. 49. 22. Sic & חָרוּץ, propriè *incisum*, nunc pro *fossa incisa*, ut Dan. 9. 25. nunc pro *traba*, seu *tribula*, *incidente*, usurpatur [q]. חָרוּץ porrò, sicut & מוֹרַג, tribuli genus denotat factum ex tabula lapidibus aut ferro asperata, quæ, imposito aurigâ, aut pondere grandi, jumentis junctis trahebatur, quâ grana exterebantur [r]. Hoc tribuli genus à Columella *traba* dicitur, à *trahendo*, quia non habebat rotas *. ¶ *Nec*, &c. וְאוֹפַן עֲגָלָה עַל כַּמֹּן יוּסָּב] *Et* (vel, *Aut*, JT. Pi. Ca. Ga. Copulativa pro disjunctiva, ut Job. 6. 22, 23 [t]. Vel, *Nec*, M. P. Ti. Ga. Ang. Negativa ex præced. membro repetenda, ut Prov. 30. 3. & 31. 3 *.) *rota plaustri* (sive, *plostelli*, Ca.) *super cyminum circumdabitur*, Mo. vel, *volvitur*, Ca. V. *circumducitur*, P. Ti. sim. M. Pi. *vertetur*, Di. simil. JT. *agitatur*, vel *agitur in orbem*, V. vel, *circumagi solet*, Ga. ad grana ejus excutienda scilicet [v] : neque enim par esset ferendo [x]. De plaustro agit rotis instructo, quo ad triturandum utebantur ; quod *plostellum Pœnicum* vocat Varro, tanquam à Pœnis inventum, qui à Cananæa venerant. Et factum fuisse memorat ex asseribus dentatis cum orbiculis, sive rotulis. Addit in eo aliquem sedisse, atque agitasse jumenta quæ illud trahebant [y]. ¶ *Sed*, &c. כִּי בַמַּטֶּה יֵחָבֶט וגו׳] *Sed virgâ* (vel, *perticâ*, G. Ca. *cum baculo*, M. &c.) *excutitur*, vel *excutietur*, (vel, *verberatur*, Ca.) *nigella*, & *cyminum*, vel *cuminum*, *virgâ*, sive *baculo*, P. sic Mo. M. G. &c. leviore quàm est pertica [z]. Sensus versûs, Sicut in castigandis infantibus jus, æquitas & ratio locum habet ; neque enim sceptro ferreo, sed virgâ, cædendi sunt : ità quoque, in triturandis frugibus, nigellæ & cymino non adhibetur tribula aut plaustrum, sed virga, aut baculus, quo è folliculis excutiantur. Id verè est flagellare fruges, id יָסַר *castigare* [a].

28. *Panis*, &c. לֶחֶם יוּדָק] *Panis* (vel, *Frumentum*, Ch. Sy. Ang. *Triticum*, Pi. sub. *verò*, JT. Pi. vel, Sed semen dans *panem*, M. Q. in V.) *comminuitur*, sive *comminuetur*, Mo. P. Ti. JT. Pi. Di. &c. vel, *trituratur*, M. Sensus, Grana unde fieri solet panis, nempe grana tritici, hordei

Marginal notes (left): † Ang. — f Ang. — g Q. in Ang. — h Ang. — i G. — † Q. in Ang. — k Ang. — l For. — m G. — n G. — o He. in Ang. — p Pi. — q V. — r Oecol. in Mar. — t Ang. — v Q. in Ang. — x Ang. — * Di. — y Belg. sim. For. — * Belg. sim. For. — z V. — a For. — b G. — c G. sim. Calv. — d Calv. — † For. — f Calv. — g Jun.

Marginal notes (right): h Pi. — i Pi. sim. Ang. — k Ang. — † Ang. — l Jun. — m Ang. — n Di. — o Ang. — p He. in Jun. — q Ga. ein. p. 184. — r BA. 1. 2. 32. 310. sim. Ga. ex He. — * BA ib. — t Ang. — * Ang. — v V. — x G. — y BA. ib. 311. — z G. — a Di.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

hordei & zeæ, triturari ſive excuti ſolent majore vi & aliâ ratione [b]; comminui ſolent tribulo & plauſtro, ut ſequentia indicant [c]. *Panis* hîc ponitur pro tritico, unde fit panis [d]. Opponitur hoc reliquis ſeminum ſpeciebus, *nigellæ* & *cymino* †. Certum eſt, inquit, triticum comminui debere, ut in panem vertatur : ideo potiùs voce לֶחֶם uſus eſt quàm חִטָּה, quia non agit hîc de tritico quà tali, ſed quà panis indè fit [f]. *Panis* ità accipitur Pſal. 104. 14 [g]. & Eccleſ. 11. 1 [h]. & Eſa. 30. 23. ſicut contrà, frumentum pro pane, Lam. 2. 12. Zach. 9. 17 [i]. Vide etiam Job. 28. 5. & Eſa. 47. 2. *mole farinam*, i. e. frumentum unde farina fit [k]. ¶ *Verùm*, &c. כִּי לֹא לָנֶצַח אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ] *Quia*, vel *Nam*, *non* (vel, *Neque enim*, Ga. *Quandoquidem non*, Ti. vel, *Quamvis non*, M. ſim. V. *Sed non*, Di. ſim. G. ex Vulg. כִּי hîc valet, *ſed*, ſicut Gen. 45. 8. Eſa. 39. 8. כִּי וגו', *Sed ſit pax*, &c [l].) *in perpetuum* (ſub. *rota*, M. V. vel, *tribula*, vel *agricola*, V.) *triturando triturabit* (vel, *triturare pergit*, JT. Pi. Ga.) *illum*, Mo. P. &c. ſcilicet panem [m]. Senſus, Bene cavet ſibi agricola nè nimis diu trituram faciat; alioqui non ariſtas tantùm & paleas excuſſurus, ſed & grana corrupturus, ut ſequentia indicant [n]. [Calv. hoc membrum cum præcedente ſic vertit, *Triticum licèt trituretur, non in perpetuum triturat ipſum.*] א in אָדוֹשׁ otioſè ſuperadditur, cùm ſit infinitivus in quarto ordine *. ¶ *Neque*, &c. וְהָמַם גִּלְגַּל עֶגְלָתוֹ] *Et* (vel, *Aut*, Ga. Angl. vel, *Nec*, P. Di. vel, *Nè*, G.) *conteret* (vel, *frangat*, G. vel, *contundet*, V. ſub. *illud*, G. Ang. nempe triticum [o]: ellipſis pronominis, ut v. 20 [p]: vel, ſub. *grana illa*, V.) *rota plauſtri ejus*, P. V. Di. &c. ſub. *agricolæ*. q.d. Servatur modus in tritico triturando [q]. Al. *Et rota plauſtri ſui ſtrependo* circumducatur, M. *Nec rotam plauſtri ſui perpetuò ſtrepere facit*, Calv. הָמַם, alibi verbum, hîc pro nomine ſumi poteſt, ut vertas, *Et ſtrepitus rotæ* (i. e. perſtrepens rota) *plauſtri ipſius* (*in perpetuum* ſcilicet) *comminuet ipſum* [r]. *Ubi quaſſat rota plauſtri ſui*, JT. *Et quanquam conquaſſavit ipſum rotâ plauſtri ſui*, Pi. ¶ *Nec*, &c. וּפָרָשָׁיו לֹא יְדֻקֶּנּוּ] *Equitibus* (vel, *tamen equitibus*, Pi.) *ſuis non comminuit ipſum*, JT. Pi. *Neque equitibus ſuis* (qui regunt tribulam *,) *comminuit eum*, Ga. Angl. Malim, *Neque equis*, &c. Di. *Et equis ſuis* agricola *non conteret illud*. Alludit ad morem triturandi, de quo Varro Ruſtic. 1. 52. *E ſpicis in aream* (oportet) *excuti grana*; *quod fit apud alios jumentis junctis & tribulo*, &c. *Apud alios exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato perticis*; *quòd ungulis è ſpica exteruntur grana* †. [Plura vide ad Eſa. 21. 7.] פָּרָשִׁים ſign. *equites*, à פָּרַשׁ *pungere*, propter calcaria quibus eques pungit equum [t]. At vocem hanc eo ſenſu nuſquam reperio; ſed in plurali ſign. *jugalia animalia*, & in ſing. collectivè ſumitur pro *jugatura*. Et cùm junctis bobus aut equis triturabantur ſegetes, hîc pro *jugalibus* accipio, ut Eſa. 21. 7 [v]. Al. *Et ungulæ ipſius non comminuent eum*, Ti. ſim. Vulg. Sy. quaſi legiſſent פְּרָסוֹת [x]: nam פָּרָשִׁים nuſquam eo ſenſu reperio [y]. *Et dentibus ejus* (ſub. *trabæ*, ſive *tribulæ*, V.) *non comminuet eum*, Mo. P. V. &c. *Nè dentibus ſuis conterat ipſum*, Calv. *Et nè dentes* (nempe *tribulæ*) *illud minutim diſpergant*, G. Metaphoricè *ungulæ* & *dentes* dicuntur in crate & aliis rebus [z]. חָרוּץ *tribula* erat inſtrumentum ligneum grave, dentibus, ſive ſtylis, ſive clavis frequentibus, inſtructum, &c. Dentes autem hi פָּרָשִׁים dicti, quia equitum calcaria quadantenus referunt [a]. [Ca. totum verſum ſic reddit, *Paniſicia quidem teruntur*; *non enim perpetuò triturat ea, aut ploſtelli ſtridente orbe equiſque terit.*] At maniſeſta hîc repugnantia videtur inter τὸ *Panis comminuitur*, initio versûs, & τὸ *non comminuet eum*, ſive *non comminuetur*, in fine versûs [b]. [Quid dicendum?] 1. Senſus eſt, Semen dans *panem trituratur*, Heb. *attenuatur*, h. e. circumductione rotæ & raſtri è paleis excutitur; non tamen comminuitur, cùm hoc per molarem fiat lapidem [c]. Neceſſe eſt, inquit, triticum comminui, ut ad panem aptum ſit : ſed tamen agricola *non in perpetuum triturat*,—*neque equis ſuis comminuit illud*. Comminui quidem debet, ſed non per triturationem, ibi enim in area periret; verùm trituratum molâ comminui debet [d]. Sed nihil hoc ad rem, quum de eo excutiendo, non de commolendo, apertè agatur †. 2. Facilè hæc conciliantur, vel repetendo negativam particulam

[b] V. [c] G. [d] G. Pi. Ang. Ga. Glaſ. † Glaſ. rhet. 1. 2. 31. [f] Di. [g] Glaſ. Ang. [h] G. Glaſ. Ang. [i] Ang. [k] Glaſ. [l] Di. [m] V. [n] G. * M. [o] G. [p] Ang. [q] V. [r] For. * Pi. † BA. 1. 2. 6. 98. [t] He. in For. [v] For. [x] Ga. cin. p. 187. ſim. For. [y] For. [z] For. [a] Ga. ex He. [b] Ga. cin. p. 182. [c] M. [d] Di. † Ga. cir. p. 183.

ex verſu præcedente, ut ſit Job. 23. 17. Pſal. 9. 19. & 91. 5, 6. ut verba ſic reddantur, v. 27. *Neque enim tribulâ triturabitur melanthium, neque rota*—28. Neque *panis comminuetur*, &c. Vel, ſupplendo disjunctivam, ut ſic reddantur, v. 27. *Neque enim tribulâ trituratur melanthium, aut ſuper cuminum*—v. 28. Aut *panis comminuitur*—. Similis disjunctivæ ellipſis Job. 6. 6. & 8. 11. & 11. 7. Eſa. 17. 6. & 38. 14 [f]. Indicat hîc agricolam in triturando uti מִשְׁפָּט, ſive prudentiâ, quam rurſus v. ſeq. à Deo proficiſci docet [g]. Idem faciet Deus quod agricola, ipſo docente, facit [h]. Senſus hujus ſimilitudinis eſt, Sicut trituratione hoc quæritur, ut panis fiat, non ut conculcentur grana : ſic Deus quærit ſalutem reliquiarum, quando conſummationem immittit impiis [i]. Monet, Deum alios citiùs, alios tardiùs, punire; trituràmque ſuam ità attemperare, ut dum impios perdat, ſuos tantùm caſtiget, non frangat, neque comminuat, ut ſubacti & purgati in horreum colligantur [k]. Hi duo verſus [27. & 28.] velut per parentheſin inſerti ſunt, exegetici rationis v. 26. nominatæ. Rationem hanc, inquit, Deus indidit agricolis, ut leviora & teneriora ſemina leviùs, graviora fortioràque graviùs, excutiantur. Exemplum hîc proponit prudentiſſimæ adminiſtrationis Dei, conſolandis bonis : ut non ſemper ſerit beneficia, ità etiam non ſemper triturat & affligit malis. His autem verbis obſervandum eſt reticeri alteram partem exempli, de judicio Dei adversùs improbos : quod modeſtiſſimum loquendi genus docet quàm ſanctè Propheta de Judæis cogitaverit, quos ad reſipiſcentiam provocabat [l]. Ut agricola non ſemper arat, nec ſemper triturat, ſed ſuis temporibus, &c. ſic Deus nec ſemper beneficia confert, nec ſemper punit, ſed ſuo tempore, & cum ratione [m].

29. *Et*, &c. גַּם זֹאת מֵעִם וגו'] *Etiam* (vel, Sic *etiam*, Pi.) *hoc*, ſive *iſtud*, *à* (vel, *à cum*, Mo.) *Domino*—*egreſſum eſt*, vel *prodiit*, P. M. Pi. &c. vel, *exivit*, Mo. *Hoc*; i. e. hanc rationem excutiendarum frugum à Deo didicit agricola [n]: ideóque Deus ipſe multò meliùs intelliget quâ menſurâ & quamdiu caſtigandi ſunt homines [o]. Significat à Deo eſſe agriculturæ ſcientiam [p]. Sed rectiùs ſuperiorum applicationem eſſe dicemus. Ut enim ſapientiam Dei etiam in minutiſſimis rebus oſtendit; ità mentes altiùs attolli jubet, ut magìs reverenter judicia ejus ſuſpicere diſcamus [q]. Etiam hoc judicium de Hebræis pari modo à Deo factum eſt, ſecundùm ſapientiam & æquitatem, ut ſequitur [r]. *Iſtud*, i. e. vaſtatio Judææ, *prodiit*, i. e. quaſi mandata eſt Babyloniis, nempe per arcanum impulſum, ut perficiant eam *. ¶ *Ut*, &c. הִפְלִא עֵצָה הִגְדִּיל תּוּשִׁיָּה] *Mirificavit* (vel, qui *mirificavit*, P. qui *mirificat*, V. Angl. qui *mirificus eſt*, JT. Pi. Ang. qui *arduum fecit*, For.) *conſilium*, Mo. P. V. Angl. vel, *conſilio*, JT. Pi. Ang. (*conſilio* ſuo, Angl. i. e. cujus conſilia ſunt ardua, quæ homines nequaquam aſſequi potuiſſent [t]:) *magnificavit* (vel, qui *magnificat*, V. qui *magnificavit*, P. vel, *magnificus*, JT. Pi. Q. in V. & *præſtantiſſimus eſt*, Angl. ellipſis copulativæ, ut Eſa. 15. 1 [v]. Heb. *magnificè facit*, Angl.) *eſſentiam*, Mo. vel, *reipſa*, JT. Pi. Heb. *eſſentiâ*, Pi. *opere*, Q. in V. ſim. Ang. vel, *effectionem*, ſive *efficaciam*, (à יֵשׁ, quod *exſiſtentiam* ſign.) ut Job. 12. 16. *ipſi robur & effectio* : Prov. 8. 14. ubi eadem quæ hîc duo nomina conjunguntur, *Meum eſt conſilium & effectio*. Ità & hîc ſumo, q. d. cujus ſunt magnificæ effectiones [x]. Vel, *ſapientiam*, P. vel, in *ſapientia*, vel potiùs, *ſapientiâ* ſuâ, Angl. Vox תּוּשִׁיָּה alibi ſignificare videtur *eſſentiam*, ſive *ſubſtantiam*, Job. 30. 22. vel, *rem ipſam*, Job. 11. 6. Mic. 6. 9 : hîc tamen pro *ſapientia* accipitur, ſicut & Job. 12. 16. collat. cum v. 13. Prov. 2. 7. collat. cum v. 6. Prov. 3. 21. & 8. 14 [y]. [Alii hoc membrum cum præcedente ſic reddunt,] qui *miro agit conſilio*, M. Ti. *& magnifico inſtituto*, Ti. vel, *& magnifica facit opera*, M. *qui & conſilio mirus, & ratione magnus, eſt*, Ca. Senſus loci, Hâc eâdem prudentiâ utitur Deus in momentis temporum & rationibus obſervandis; ut bonos beneficiis & afflictionibus perducat ad perceptionem quietis ſuæ, & improbos perdat [z].

[f] Ang. [g] Di. [h] Ca. [i] M. [k] Calv. [l] Jun. [m] Mar. [n] For. ſim. plerique in Ang. Me. &c. [o] For. [p] Q. in Calv. [q] Calv. [r] G. * Pi. [t] For. [v] Ang. [x] For. [y] Ang. [z] Jun.

CAP.

CAP. XXIX.

1. VÆ,&c. הוי אריאל אריאל קרית חנה דוד] *Væ* (vel, *O*, V. *Heu*, Calv. *Heu*, Ca. הוי est particula dolentis seu deplorantis [a].) *Ariel, Ariel*, (vel, *Arieli, Arieli*, Ti. JT. Pi. vel, *Leodeus, Leodeus*, Ca.) *civitas* (vel, *civitatis*, V. vel, *in urbe*, h. e. quod ad urbem spectat, vel in urbe est, Esd. 7. 17. vel, & *civitati*, ut sit ellipsis τῶ ὁ, ut Esa. 22. 6. prædicitur enim & urbis & Templi ruina, v.2. Quæ versio illis congrueret qui per *Ariel*, sive *altare*, Templum intelligunt, & montem Moriam in quo positum est, 2 Par. 3. 1. & per *civitatem Davidis*, montem Sionem, ubi regia erat; ut ità excidium utriusque statûs [politici & ecclesiastici] simul denuncietur. Malim tamen per appositionem hoc addi tanquam explicationem, q. d. *O Ariel, tu civitas*, &c *. Vel, *civitati*, Ti. sub. *in qua*, P. V. Pi. &c. vel, *ubi*, Ang. vel, *contra quam*, V.) *mansit* (vel, *habitavit*, Ang. simil. Calv. vel, *castrametatus est*, V. JT. Glass. sim. Pi.) *David*, Mo. P. M. &c. vel, *expugnata Davidi*, Ca. vel, *arci Davidis*, Ti. Urbi militiæ Davidis [b]. Hanc urbem David primùm oppugnavit, & postea munivit atque incoluit, 2 Sam. 5. 6, 7, 8, 9. hîc tamen חנה simpliciter *habitare* sign. sicut & Neh. 11. 30 [c]. Hæc prophetia pronunciata & scripta est biennio ante obsidionem factam per Sennacheribum. Sæpe enim Deus res easdem voluit prædicari, quò magis appareret ejus providentia [d]. Tristissima est hæc prophetia de excidio Hierosolymæ atque Judæorum † per Babylonios [f]: in cujus tamen fine gratiosæ sunt promissiones restitutionis, &c [g]. Hæc concio capit. 29. & 30. & 31. continetur: cujus partes sunt, 1. Denunciatio judicii, tum universè, hinc ad v. 15. tum speciatim, contra hypocritas, indè ad finem capitis, & contra desertores Dei manifestos, cap. 30. 2. Conclusio, populum ad bonam frugem revocans, cap. 31 [h]. Partes [capitis] tres. 1. Denunciatio: 2. Causa ejus: 3. Consolatio. Denunciatio duplex: 1. contra Judæos; *judicium* enim *incipit à domo Dei*; vide Jerem. cap. 15: 2. contra Judæorum hostes, v. 7, &c [i]. Hoc *væ* non est imprecantis, sed prænunciantis, vocabulum, quo Propheta excidium tum Templi, tum civitatis, ostendit [k]. *Ariel* erat nomen altaris holocaustorum, ut apparet ex Ezec. 43. 15. nempe quòd id altare, ut leo, victimas sacratas consumeret [l]. Et hæc appellatio per synecdochen traducitur ad Templum [m], (sic dictum, quòd esset exstructum ad similitudinem leonis, nempe angustum retro, & latum antè [n];) & ad urbem Hierosolymam [o], in qua erat illud altare [p], magnum urbis decus. Et totum hoc vaticinium ad ritus altaris istius alludit [q]. Jerusalem autem vocatur *Ariel*, h. e. *leo Dei*, seu *leo potens* [r], (vide 2 Sam. 23. 20. 1 Par. 11. 22 *.) quòd ad tribum Juda ex parte pertinuerit, cujus insigne leo est, Gen. 49. 9 [t]. *Davidem* memorat, tum ut illis degenerationem suam exprobraret [v]; tum quòd illius nomine gloriarentur, atque in ejus regia benedictionem Dei perpetuò residere jactarent, quia Dominus perpetuum Davidis Regnum fore promiserat [x]: ut doceret, eos nullis privilegiis tutos fore ab imminente ruina, &c [y]. ¶ *Additus*, &c. ספו שנה על שנה חגים ינקפו] *Addite annum anno*, vel, *ad*, sive *super*, *annum*, M. P. Mo. JT. Pi. Ca. G. *agni* (vel, *festi dies*, Ti. vel, *victimæ*, V. *festæ hostiæ*, Ca. Heb. *festa*, pro victimis in festis eorum mactatis, ut Psalm. 118. 27 [z]. & Exod. 23. 18 [a].) *exeervicabuntur*, Mo. vel, *excidentur*, V. sim. G. *evertentur*, Ti. *jugulentur*, M. Ca. *deficient*, P. simil. V. q. d. Post paucos annos desinent immolare hostias super te [b]. Observate festa quamdiu licet, non enim diu durabunt festa vestra, vide Exod. 23. 14. Lam. 1. 4. aut fiducia in eis, Jer. 7. 14 [c]. Al. quibus *jugulentur agni*; q. d. Tametsi sacrificia assiduè faciatis, nihilo minùs vindictam suam exsequetur Dominus [d]. *Adjicite annum*, &c. i. e. Altero abhinc anno, ut patet cap. 32 *. Exspectate biennium, & fiet ut multi homines pereant per Sennacheribum: id quod hîc significat similitudine ab altari ductâ, quam & in sequentibus persequitur. Scripta est hæc prophetia [ut dictum] biennio ante illam obsidionem †. Vel, *sacrificiis festorum capita exscecent*, JT. Pi. scilicet sacerdotes [f]. At verbum potiùs est indefinitum, pro, *mactentur*, vel, *mactari faciant* [g]. Apostrophe ad obsessos, quâ ostendit diuturnam fore obsidionem, & inutilem Judæorum laborem in defendenda urbe; atque adeò irritum externum cultum Dei, quem adhibuerint: nam obsidionis illius & eversionis decretum est irrevocabile [h]. Significat h. l. non tam spatium quod intererit ad durum hujus vaticinii tempus, quàm prædictæ calamitatis durationem: q. d. Succedent anni annis, & festa festis, nec tamen instaurabuntur urbs & Templum [i]. Al. *Decidantur frondes festivales uno atque altero anno*; q. d. Non diu festa in Templo agitabuntur [k]. Tempus futuræ calamitatis h. l. tacitè innuit, quod festum Paschatis fuit [l].

2. *Et*, &c. והציקותי לאריאל] *Et* (vel, *Atqui*, Calv. *Attamen*, JT. sic Ang. *Nihilominus*, Q. in V. Pi. q. d. Frustrà me externo cultu placare conamini [m]:) *coangustabo* (vel, *in angustum*, sive *angustiam*, *redigam*, Ti. V. i. e. obsidione arctâ cingam [n], operâ Assyriorum [o]; non modò hostes, sed ego ipse in & cum iis; de quo queruntur Lam. 1. 5, 12, 15. &c [p].) *Ariel*, P. sic M. &c. i. e. Hierosolymam [q]. Vel, Evertam altare holocausti [r]. ¶ *Et erit*, &c. והיתה תאניה ואניה] *Et erit* (sub. *in ea*, M. vel, *in urbe*, P.) *mæror*, (vel, *planctus*, Mo. P.) & *tristitia*, M. sim. JT. Pi. vel, *luctus*, Mo. P. scilicet apud Judæos, propter eversum altare *. Duo hîc sunt nomina ab eadem radice אנה, quæ sign. *gravi de causa ad luctum impelli* [t]. ¶ *Et*, &c. והיתה לי כאריאל] *Et* (vel, *Quum*, JT. *Tum*, Ti.) *erit* (vel, *Planè erit*, M.) *mihi* (sub. *urbs*, JT. Pi. Angl. &c.) *sicut Ariel*, Mo. P. i. e. instar altaris [v]. In circuitu ejus urbis plurimi jacebunt mortui, sicut victimæ circa altare [x]. In te, tanquam in altari, jugulabo incolas tuos, & eris sacrificium Domino [y]. Al. *ut leo sævus*, venatoribus circumseptus. Vide Esa. 31. 4. Jer. 12. 10. Ezec. 19. 8 [z]. Al. *quasi Arieli*; q. d. Tu, quæ aliis eras leo fortis, & alios decerpebas, prædæ eris mihi, & ero tibi deceptor [a]. Al. *Eòque ut Leodeo utar*, i. e. ut dignus est [b]. Al. Urbem æquè ac Templum perdam [c]. Sed hoc frivolum: nam quamvis urbs in angustia esse poterit, nec tamen Templum angustari; non potuit tamen Templum in angustiam venire, quin urbs (in cujus scilicet capite & corde erat Templum) in eadem foret angustia [d].

3. *Et*, &c. וחניתי כדור עליך] *Et* (vel, *Nam*, Ti. JT. Pi.) *castrametabor contra te pilâ*, Mo. vel, quasi *pilâ*, Pi. vel, velut *orbis*, h. e. in orbem †: vel, instar *globi*. Phrasis nec aliis linguis insolens; ut, *globus militum* [f]. Alludit ad circumferentiam pilæ [g]: quia cinguntur obsessæ urbes velut coronâ & indagine [h]. Vel, *circumquaque*, Ti. sim. P. *per circuitum*, M. in circuitu tuo *instar pilæ rotundæ*, P. vel, *pilatâ acie*, ut Job. 15. 24. Complementum vide 2 Reg. 25. 1, &c [i]. Vel potiùs, impletum hoc per Romanos. Vide Luc. 19. 43. & Joseph. Bel. 6. 11. & 13. Hebræi in hac voce rem absurdam commenti sunt, nempe כ in כדור radicale esse, vocémque hanc *sphæram* significare, & aliud כ hîc supplendum, acsi esset ככדור. Ità K. & Abarb. & Maimon. &c. & post eos Munst. Merc. &c. Quamvis AE. jam monuisset כ servile esse; quod ipsum & RS. insinuat, & ità sanè res est: id quod ex lingua Arabica deducendum est. *Dara* Arab. in 1. conjugatione est, *circumire*, in 2. *vertere*, *in orbem agere*, in 4. & 8. *ambire*, in 10. *rotundare*. In Sacris Paraphrasibus ferè respondet hoc verbum Hebræis סבב, & גלל, & הקיף. Hinc *daur*, *orbis*, & *quicquid rotundum est*. Indidem Hebræis & Chaldæis vocibus multis origo est. *Dur* est, *habitare*, quia rotundæ fuerunt primæ habitationes: item *dur*, & *medura*, *rogus*, lignorum strues rotunda; *dor*, *generatio*, & periodus annorum intra quos vita hominis circumscribitur: & hinc *dur*, *pila*, hîc & Esa. 22. 18 [k]. *Castra sicut pilam* (i. e. rotundata) *tibi circumjiciam*, G. o'. legerunt כדויד, *sicut David* [l]; decepti nempe similitudine literarum ר & ד, quæ in S. S. sæpe inter se permutantur. Sic legitur דאה & ראה, דודנים & רודנים, דיפת & ריפת [m]. ¶ *Et*, &c. וצרתי עליך מצב] *Et obsidebo* (vel, *oppugnabo*, M. Calv. *obsidens*, JT. *coarctabo*, Mo. *angustum faciam*, Ti.) *te* (vel, *super te*, Mo. *tibi*, Ti.) *turri lignea*, P. vel, *constitutâ*, Mo. vel, *per constitutam turrim*, M. ex He. vel, *aggere*. Vox Hebræa nomen habet à statumi-

Marginal notes (left column): a V. — * Ang. — b Glass. gram. 3. 1. 31. 115. — c Ang. — d G. — † Ang. — f Jun. — g Ang. — h Jun. — i Livel. in Ga. — k Jun. — l G. sim. Pi. Ang. BA. 1. 3. 5. 772. — m Glass. gram. 4. 3. 13 830. simil. Pi. Ang. M. V. — n V. et M. — o G. sic M. Ang. V. Glass. — p G. sim. V. — q G. — r Glass. Ang. — * Ang. — t Q. in Glass. ib. — v Ang. — x Calv. — y Ang. — z Ang. sim. Pi. G. — a Ang. Pi. — b V. — c Ang. — d Q. in V. sim. Calv. Musc. — * Ca. — † G.

Marginal notes (right column): f Pi. — g Ang. — h Jun. — i San. — k Ma. ex For. — l Glass. rhet. 1. 4. 60. — m Pi. — n V. sim. G. — o V. — p Ang. — q G. ex V. &c. — r Pi. — * Pi. — t For. — v V. sim. M. — x G. sim. V. Ang. Calv. — y For. — z Q. in Ang. — a For. — b Ca. — c Jun. sim. Pi. — d Ang. — † BA. — f Ang. — g Calv. — h BA. 2. 5. 8. 712. — i Jun. — k BA. ib. — l G. ex Cap. — m Burr. vind. 2. 3. 622.

tuminando, quia aggeres statuminibus undiquaque fulciuntur [n]. Vel, *vallo castrensi*, ut Luc. 19. 43. ubi dicta vide [o]. Vel, *munitione*, Ti. *stativis*, JT. *instatione*. Hoc ad alteram speciem invadendæ urbis pertinet: aut enim incursiones fiunt huc & illuc, aut stataria est obsidio [p]. Vel, *propugnaculo*, in quo in obsidione stant milites. Deus autem sibi tribuit actiones hostium à se immissorum [q]. ¶ *Et*, &c. וְהֲקִימֹתִי עָלַיִךְ מְצֻרֹת] *Et erigam* (vel, *statuam*, Mo.) *contra te munitiones*, P. Mo. sim. JT. Pi. &c. vel, *aggeres*, M. Ti. [Ca. totum versum sic reddit, *Et te obsidens undique adeò machinis urgebo, excitatis contra te munitionibus.*] *Ponam contra te turres*, G. ex LXX. Vox מְצֻרוֹת significat omnes machinas πολιορκητικάς, in quibus & turres ambulatoriæ, de quibus Vitruvius 10. 19. Veget. 4. 17. &c [r].

4. *Humiliaberis*, &c. וְשָׁפַלְתְּ מֵאֶרֶץ תְּדַבֵּרִי] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *humiliabis te*, vel *humiliaberis, de* (vel, *&* *è*, Pi. &c. & quasi *de*, P.) *terra loquêris*, Mo. P. &c. Videberis quasi sermo tuus prodeat è terra; h. e. submissus eris *. Tu, qui nunc elato animo magnos spiritus efflas, contemnens Deum ejúsque minas, tunc submissior eris præ pudore, &c [t]. *Adeò ut dejecta è terra* (vel, *humiliter*, Ca.) *loquaris*, JT. Ca. i. e. humillimè & submississimè, ut faciunt qui corpore & animo abjecti sunt [v]; ut captivi: vide Esa. 47. 1. & 52. 2 [x]. Metu telorum hostilium occultabunt se cives tui in cryptis & locis subterraneis [y]. ¶ *Et*, &c. "וּמֵעָפָר תִּשַּׁח וגו] *Et è* (vel, velut *è*, P.) *pulvere mussitabit* (vel, *humile*, sive *demissum, erit*, Mo. P. vel, *humiliter egredietur*, M.) *sermo tuus*, Pi. &c. *Et de pulvere dejecta edes sermonem tuum*, Ti. ¶ *Et*, &c. כְּאוֹב] *Sicut pythonis*, M. Mo. P. &c. h. e. exilis, hiulca, gemebunda [z], confusa [a]; qualem edebant qui spiritum pythonis habebant [b], loquentes sub terra, vel ex ventre, &c [c]. qui abstruso sub terram specu obscurum murmur edebant, susurrantes potiùs quàm loquentes [d]. Pythonici illi sæpe ex antris loquebantur †. Verbum לְחַשׁ [quod alibi in hac materia usurpatur] sign. *mussitare*, & indè, *fascinare*. *Tacitâ & submissâ imprecatione usus*, &c. Apul. Metam. 2. Et Phlegon de Mirabilibus, mortuum quendam excitatum submissâ locutum voce refert *. ¶ *De terra*] Sub. *loquentis*, Ti. Pi. sic ο'. ¶ *Et de humo* (vel, *à pulvere*, Mo. vel, quasi *de pulvere*, Ti. vel, acsi exiret *de pulvere*, P.) *eloquium tuum mussitabit*; sic M. תְּצַפְצֵף] *Pipiet*, Pi. *garriet*, P. V. Mo. Ità desinet leoninus vester rugitus; probris adeò cooperti eritis, ut non audeatis quasi è sublimi superbas ventosásque jactantias jacere [f].

5. *Et erit*, &c. וְהָיָה כְּאָבָק דַּק הֲמוֹן זָרָיִךְ] Ferè omnes Interpretes hos quatuor versus [sequentes] intelligunt de subversione hostium populi Dei, maximè Assyriorum ab Angelo Dei percussorum; quibus sanè, si superficiem verborum attendas, aptari possunt [g]. Exprimitur hîc imbecillitas oppugnantium Arielem; aut quia illi, cùm infirmi sint si cum Hebræorum fortitudine conferantur, ità tamen confirmabuntur à Deo, ut eum expugnare possint [h]: aut certè, quia, cùm fortes fuerint in expugnando Ariel, statim tamen opere peracto à Deo conterentur sicut pulvis, &c. Quæ sententia mihi valde placet, quia cum sequentibus congruit. Alii tamen ferme omnes existimant hostium multitudinem & impetum hîc describi [i]. [Verba sic reddunt:] *Et* (vel, *Sed*, Ca. *Nam*, JT. Pi.) *erit*, vel *fiet, sicut pulvis*, sive *pulvisculus, tenuis* (i. e. vel, 1. multitudo numerosissima erit [k]; quæ pulveri sæpe confertur, ut Gen. 13. 16. &c [l]: vel, 2. dissipabitur [m],) *turba*, sive *multitudo*, (vel, *sonitus*, M.) *alienorum*, sive *extraneorum*, *tuorum*, Mo. Ti. Pi. &c. Id est, vel, 1. hostium obsidentium te *: vel, 2. militum [tuorum] mercede conductorum [n]. ¶ *Et*, &c. "וּכְמֹץ וגו] *Et sicut gluma* (vel, *stipula*, M. V. *palea*, Ti. *palea minutissima*, V.) *transiens*, Mo. P. Pi. &c. quæ à vento facilè raptatur ac evanescit [o]. Idem dicit quod priore membro [p]; nisi quòd hîc celerem hostium adventum significat [q]. *Ut gluma*, i. e. promptissima erit & velocissima ad exsequenda judicia mea [r]. ¶ *Eritque*, &c. וְהָיָה לְפֶתַע פִּתְאֹם] *Et erit* (vel, *Adeò erit*, JT. vel, *Fietque* istud, Pi. nempe, vel, 1. præsidium illud extraneorum, quod non diu durabit, &c *; vel, 2. ipsorum calamitas, quæ citò transibit, Esa. 17. 14 [t]; vel, 3. expeditus hostium adventus [v]. Al. *Erit, inquam*, exsufflatio eorum, M.) *in*, vel *ad, momentum* (vel, *in momento*, Pi. vel, *repentè*, P. Ca.) *subitò*, Mo. vel, *repentè*, JT. Pi. vel, ac *subitò*, P. sim. M. *Ut pluma celeriter in momento transvolans.* Hæc similitudo & numerum ingentem significat, ut prior, & numero adjicit celeritatem [x]. Duæ hîc dictiones idem ferè significantes, q. d. *Eritque citissimè, admodum repentè* [y].

[n] Pi. [o] G. [p] Calv. [q] For. [r] G. [*] V. [t] Calv. [v] Jun. [x] Ang. [y] G. [z] T. sim. Me. [a] Me. [b] Me. sim. T. [c] T. [d] Calv. † G. * Livel. in Ga. [f] Calv. [g] For. [h] Q. in San. [i] San. [k] Jun. sim. For. Q. in Oecol. [l] For. [m] Pi. sim. Ang. * V. [n] Pi. sim. Ang. Calv. [o] V. [p] For. sim. Pi. [q] For. [r] Jun. * Q. in Ang. [t] Al. in Ang. [v] Ang.

6. *Visitabitur*; ità Mo. P. V. JT. &c. תִּפָּקֵד] *Visitaberis*, M. Pi. תִּפָּקֵד potest esse vel 2. pers. masc. (quæ tamen hîc non placet, quia præcedentia, *humiliaberis, loquêris*, &c. sunt fœminina,) vel 3. fœm [z]. ¶ *In tonitruo*, &c.] Hoc est, vel, subitò [a]; vel, horrendo modo, acsi cœlum & terra omniáque elementa in tuam ruinam conspirarent [b]. Significant hæc in S. S. iram Dei [c].

7. *Et erit sicut somnium*, &c.] Ità subitò evanescet; *Par levibus ventis, volucríque simillima somno* [d]. Hæc verba comminationem continent vel, 1. contra Judæos †. q.d. Quamvìs vos Judæi, deliciis immersi atque obruti, quietem & beatitudinem perpetuam somnietis; venturi tamen sunt hostes, (idque tam subitò & inopinatò, ut somnium esse videatur,) qui vobis dormientibus terrorem incutient: sicuti sæpe contingit jucundum soporem diris insomniis turbari [f]. Hujus & sequentis versûs hæc est sententia; Babylonii avidissimè crudelissiméque vos persequentur, adeò ut persecutione illâ non satientur [g]. Vel, 2. contra hostes eorum [h]. Hunc locum ferè omnes ad ruinam referunt, non Jerusalem, sed hostium ejus [i]; q.d. Hostes *similes reddentur somniantibus*, ubi frustrabitur eos Dominus, cùm penè voti compotes esse videbuntur [k]. Spes Sennacheribi de potiunda Hierosolyma evanescet subitò instar somnii, Job. 20. 8. Psal. 73. 20. vide & Esa. 17. 13, 14 [l]. Priusquam graviora mala prædicat Judæis, pios (ut solent Prophetæ) aliquâ consolatione erigit [m]. ¶ *Et omnes*, &c. וְכָל־צֹבֶיהָ וּמְצֹדָתָהּ וְהַמְּצִיקִים לָהּ] *Et omnes* (vel, *& singuli*, JT. vel, *omnes, inquam*, Pi. vel, *omnium, inquam*, M.) *oppugnantes* (vel, *militantes*, P. *militaturi*, JT. Pi. vel, *militantium*, V. sim. M.) *eam*, vel, *contra eam*, P. M. JT. &c. vel, *contra urbem*, scil. Hierosolymam; Heb. *contra illam*. Affixum fœmin. est, quod proinde referri nequit ad *Ariel*, quod masc. est [n].) *& munitionem* (vel, *& munitiones* exstruentes, P. sim. Ti. vel, *& fabricantium fortalitia*, M.) *ejus*, (vel, *contra eam*, M. P. Ti. &c.) *& angustiis afficientes* (vel, *angustaturi*, JT. Pi. vel, *angustiantium*, M. vel, *qui obsidione cingunt*, Ti.) *eam*, Mo. P. &c.

8. *Et sicut somniat esuriens*, &c.] Similitudinem somniantium amplificat [o]. Fut. Heb. pro præs. Est autem Hebraismus, qui sic conversis verbis redditur, *Ut qui esurit somniat se comedere.* Sic paulò pòst, *Et ut somniat sitiens, & ecce bibit*, pro, *Et ut qui sitit somniat se bibere* [p]. [Variè accommodant.] 1. Describit inanes conatus hostium Judæos oppugnantium, &c [q]. 2. Exprimit odium hostium [Hierosolymæ] sævissimum & inexplebile; q. d. Semper ardentissimè esurient & sitient malis afficere te, nec tamen acquiescent [r]. Facilè hostes vos devorabunt, acsi in somniis id fecissent: q.d. Non explebitis famem eorum; nihil se fecisse arbitrabuntur cum vos deleverint, &c *. 3. Comparat Judæos iis qui famelici obdormiunt, quibus naturale est de cibis somniare: q. d. Sopitis conscientias vestras, abunde vobis omnia suppetere & bellè se habere putantes: at, repentinâ clade expergefacti, sentietis quàm vacui estis & inanes, & quàm falsâ & delusoriâ opinione satietatem finxistis; id quod vobis molestissimum erit, &c. Adhuc invehitur in contemptum & pervicaciam Judæorum, &c. Primo quidem intuitu dura videtur illa loquutio, *Multitudo oppugnantium Ariel erit quasi somnium*, &c. Sed ità resolvi debet; Ubi spe fallaci liberationem sibi promiserint Judæi, acsi procul abigendi essent hostes, sentient paulò pòst se fuisse delusos: sicut famelicus somnians se lautè epulari, &c [t]. ¶ *Vacua est anima ejus*] Sic Mo. Pi. &c. i. e. ipse. Spes sunt vigilantium somnia [v]. *Vacuus* est, scil. cibo. Anima, pro homine, & homo, pro corpore hominis, ut Psal. 16. 10 [x]. *Vacua est*, &c. i. e. frustratur desiderio: נֶפֶשׁ interdum *desiderium* sign [y]. ¶ *Lassus adhuc sitit*, הִנֵּה עָיֵף] *Ecce, lassus est*, JT. Pi. P. V. &c. i. e. sitiens [z]: sicut vox illa

[x] G. [y] For. [z] For. [a] G. [b] Ang. [c] For. [d] G. † Q. in Calov. [f] Calv. [g] Pi. ferè ex Jun. sim. Belg. T. [h] Calov. [i] San. [k] Calov. [l] Ang. [m] Calov. [n] Pi. [o] Musc. [p] V. [q] Q. in Calv. [r] Jun. sim. Belg. * For. [t] Calv. [v] G. [x] Pi. [y] For. [z] V. Pi. &c.

illa crebrò accipitur, per meton. effecti[a]. Lassus enim aquam sitire solet[b]. ¶ *Et*,&c. וְנַפְשׁוֹ שׁוֹקֵקָה] *Et anima* (vel, *desiderium*, Ti.) *ejus appetit*, P. JT. Pi. vel, *laborat appetitu*, M. vel, *adhuc fervet*, Ti. [Ca. hæc cum præcedente voce sic reddit, *Lassum se avidèque appetitûs deprehendit.*]

9. *Obstupescite*, &c. הִתְמַהְמְהוּ וּתְמָהוּ] *Tardi estote*, (vel, *Facite vos ipsos tardos*, Ti. vel, *Tardate*, P. V. sub. *in cogitatione vestra*: i. e. Diu ac multùm cogitate quæ fuerit causa tantæ miseriæ[c]. Vel, *Cogitate aliquamdiu* hæc, M. vel, *Immoremini*, Calv. *Insistite*, Q. in V. Vel, *Cunctantur*, JT. Pi. nempe impii Judæi[d]; scil. resipiscere, & credere monitis servorum Dei †, & emendare se[f]. Vel, *Interturbati* sunt, vel *Interturbentur*: nam הִתְמַהְמֵהַּ est verbum deliberantis, disputantis, seu interturbati animi, & distracti in re aliqua. Possunt autem verba hujus versûs, aliis atque aliis punctis, in præt. & imperat. legi: sensus tamen idem est; nam in imperativo id futurum ex justo Dei judicio tantùm significat, & vehementior est oratio[g].) *&* (vel, *quin*, JT. *itaque*, Pi.) *admiramini*, Mo. P. &c. vel, *obstupescite*, Ti. Alloquitur hîc vel, 1. pios[h]. q. d. Rapti in admirationem Deo vos tradite, & glorificate ipsum[i]. Admiramini pervicaciam fratrum vestrorum[k]. Vel, 2. Judæorum primores, qui, cuncta sua humanâ prudentiâ metientes, non credebant ea futura quæ prædicebat Esaias[l]. Propheta, videns Judæos prophetias de ipsorum vastatione non intellecturos, de eorum cæcitate sermonem incipit[m]. *Dubitate admirabundi*, Ca. ¶ *Fluctuate*, &c. הִשְׁתַּעַשְׁעוּ וָשֹׁעוּ] *Vociferati sunt, & clamaverunt*, Mo. *Deliciantur*, (Ità verbum constanter significat, Psal. 94. 19. & 119. 16, 70. Esa. 11. 8. & 66. 12. Vide Job. 21. 12. Amos. 6. 3,—6[n]. id est, Genio indulgent & cupiditatibus[o],) *quin* (vel, *itaque*, Pi.) *vociferamini*, JT. Pi. ad Deum videlicet, missis deliciis, implorantes misericordiam ejus†, propter eventuras clades[p]. Al. *Exclamate, & vociferamini*, Ang. vel, *Deliciamini, & luxui vos dedite*, Ang. marg. ut sit ironia, qualis Eccles. 11. 9[q]. Al. *Excæcati sunt, & excæcant* alios, M. *Qui cæci cæcatis*, Ca. *Excæcati sunt* Prophetæ, *& vos excæcaverunt*, P. *Oblinite vobis ipsis oculos, & estote obliti oculis*, Ti. *Obcæcamini, & cæci sitis*: vel, *Obcæcaverunt se, & cæci manserunt*, For. Utrumque verbum, primum geminatum, posterius simplex, ab eadem radice, שָׁעַע, aut שָׁעָה, deducunt[r]. Al. *Reprimite oculos*, vel *vos, & sitis repressi*, Q. in Ma. ¶ *Inebriamini*, &c. שָׁכְרוּ וְלֹא יַיִן נָעוּ וְלֹא שֵׁכָר] *Ebrii*, vel *Inebriati, sunt*, (vel, *Estote ebrii*, Ti.) *&* (vel, *sed*, Ti. Ang.) *non vino*; *moti*, vel *commoti, sunt*, M. Mo. (vel, *nutaverunt*, P. *vacillârunt*, more scilicet ebrii *; *vacillant*, JT. Pi. vel, *vacillate*, Ti.) *&* (vel, *sed*, Ti. Ang.) *non sechar*, Mo. P. &c. vel, *inebriante potu*, JT. Pi. Non tam vino, quàm spiritu stuporis[v], ut v. 10. Negatio non est absoluta, (nam & vino dediti sunt, Esa. 28. 7, 8.) sed comparativa. Confer Deut. 5. 3. Jerem. 7. 22[x]. *Ebrii sunt*, &c. Mirantur quæ dico, & non credunt, ideòque non intelligunt. Mutatio personæ. Hebræi sæpe de iisdem hominibus modò in secunda, modò in tertia, persona loquuntur[y].

10. *Miscuit*, &c. נָסַךְ וגו'] *Miscuit* (vel, *operuit*, P. He. in Angl. quæ est verbi notio Esa. 25. 7. & 28. 20[z]. *Obruit*, Ca. *fudit*, Pi. *perfudit*, JT.) *vobis* (vel, *vos*, P. JT. Ca. vel, *super vos*, Mo. Pi.) —*spiritum* (vel, *spiritu*, P. JT. *mente*, V. *aurâ*, Ca.) *soporis*, Mo. Vulg. vel, *soporis alti*, Ti. JT. Pi. *veterni*, Ca. i. e. Immisit vobis stuporem[a], h. e. animorum indurationem, & in reprobum sensum traditionem[b], ne sentiatis vim minarum Divinarum[c]. Stertunt Judæi ad Divina, tum suo peccato, tum justo Dei judicio, qui dona sua excæcantibus sese ipsos sæpe denegat[d]. ¶ *Claudet oculos vestros*, וַיְעַצֵּם וגו'] *Et clausit*, &c. P. vel, *obstruxit*, Mo. Ca. *constrinxit*, Ti. *obstipavit*, JT. Pi. *firmavit*, ut & Esa. 33. 15. Cui simile id Apuleii l. 7. *Perticâ, quâ stabuli fores affirmari solebant*, i. e. claudi †. *Corroboravit*, vel *consolidavit*, vel *condensavit*, vel *compressit*, h. e. immobiles reddidit, & velut congelatos, ad videndum prorsus inutiles[f]. Propriè, *ossavit*, i. e. osseos & solidos reddidit, sine ullo humore & diaphano visivo[g]. ¶ *Prophetas*] Per appositionem accipio: sunt enim hi oculi populi, per quos vident; ut Sol *oculus mundi* dicitur[h].

Significat, & populum adminiculis intelligentiæ privandum, & ipsos quoque Doctores prorsus insipidos, & ignorantiâ atque errore involutos, fore[i]. *Prophetas*, nempe falsos[k], sic dictos, quia tales se profitebantur. Vide Jer. 5. 31. & 6. 13[l]. ¶ *Et*, &c. וְאֶת רָאשֵׁיכֶם הַחֹזִים כִּסָּה] *Et capita vestra, videntes, operuit*, Mo. Appositio. Sensus est, Prophetas & Videntes, qui capita vestra sunt, obtexit, scilicet tenebrarum velamine[m]. *Et rectores vestros, videntes*, &c. Angl. Prophetæ enim tunc temporis regimen quoddam in populum ad se rapuerunt, Jer. 5. 31. & 26. 8[n]. *Et* (vel, *imò, nempe*, Pi.) *principes* (vel, *præcipuos*, M. *gubernatores*, Pi.) *vestros, videntes*, sive *qui vident*, P. M. Pi. h. e. præcipuos (existimatione vestrâ) Prophetarum. *Caput*, pro præcipuo, ut Exod. 30. 23. 1 Par. 12. 18. &, *videntes*, pro Prophetis, ut Esa. 30. 10[o]. *Etiam primorum vestrorum prudentissimorum oculos obtexit*, JT. *Videntes* hîc, pro, intelligentes, ut alibi sæpe[p]. Duces Judæorum sæpe visiones à Deo habebant[q].

11. *Et*, &c. וַתְּהִי לָכֶם חָזוּת הַכֹּל כְּדִבְרֵי הַסֵּפֶר הֶחָתוּם] *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi.) *erit* (vel, *est*, JT. *facta est*, M. Calv. sic Pi. *Ut fit*, Ca.) *vobis visio omnium* (vel, *istorum omnium*, JT. sub. *prophetarum*, M. Angl. vel, *verborum prophetarum*, P. vel, *visio omnis*, Pi. Angl. verorum nempe Prophetarum, ut sequentia docent[r]: vel, *omne oraculum*, Ca. mea de tot ac tantis rebus prædictio *:) *sicut verba libri* (vel, *epistolæ*, P. sim. JT.) *signati*, sive *obsignati*, Mo. M. V. &c. quem nec docti, nec indocti, legere possunt[t]. Obsignabantur sæpe eo tempore & *libri*, Dan. 12. 9. Apoc. 5. 1. & *literæ*, 1 Reg. 21. 8. Esth. 3. 12. סֵפֶר autem utrumque sign[v]. ¶ *Quem*, &c. אֲשֶׁר יִתְּנוּ וגו'] *Quem*, vel *quam, dabunt*, Mo. P. vel, *tradunt*, M. vel, *si offerat quis*, Ti. sim. ὁ. Ch. Sy. *Qui si daretur*, vel *tradatur*, Ti. Pi. Angl. ¶ *Lege*; ità M. P. Mo. &c. קְרָא] Ad verb. *Proclama*, ut Esa. 40. 6. Zach. 1. 17. De lectione usurpatur Deut. 31. 11. Neh. 8. 3, 8. Jer. 36. 6, 23. quia elatâ voce legebant[x]. ¶ *Non possum*] Non ideo à nobis percipitur spiritualis doctrina quòd ingenio aut eruditione valeamus[y].

12. *Nescienti literas*, עַל אֲשֶׁר וגו'] *Super qui non*, &c. Mo. *ei* (vel, *ad eum*, Pi.) *qui non novit*, P. Pi. sim. M. JT. &c. Particula עַל sic usurpatur Jos. 2. 8. 1 Sam. 2. 11[z]. Vult dicere, Nec docti nec indocti intelligunt prophetias[a].

13. *Eò quòd*, &c. יַעַן כִּי נִגַּשׁ וגו'] *Propterea* (vel, *Pro eo*, Mo.) *quòd appropinquat* (sub. *ad me*, Pi.) *populus iste ore suo*, Pi. sim. Mo. P. JT. &c. [M. hæc verba cum sequentibus jungit, locúmque sic reddit, *Quoniam verò populus ille, quando affligitur, ore suo—honorat me.*] Varia hîc Hebræis est lectio[b]: vel נִגַּשׁ, quod est, *accedere*; vel נִגַּשׂ, quod est, *affligi*[c]. Sed prior [lectio &] sensus firmatur ex Matt. 15. 8[d]. Duæ hoc versu judiciorum causæ: 1. hypocrisis †: 2. vel superbia, non acquiescens præceptis Dei, sed humana anteponens[f] vel superstitio[g]. Ministerium & cultus Dei *appropinquandi* verbo denotatur, ut Num. 16. 5, 9, 10[h]. ¶ *Et timuerunt*, &c. וַתְּהִי יִרְאָתָם אֹתִי מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה] *Et fuit* (vel, *est*, Ti. JT. Pi. &c. vel, *fit*, M.) *timor* (vel, *religio*, Ca. *cultus*, G. Angl. ut 2 Reg. 17. 32, 33[i]. *reverentia*, JT. Pi.) *eorum* (sub. *quo timuerunt*, P. vel, *quo colunt*, G. vel, *quâ reverentur*, Pi.) *me*, Mo. P. Pi. G. (vel, *ergà me*, M. Ti. JT. Ca.) *mandatum virorum edoctum*, Mo. P. vel, *quod docetur*, vel *assuefactum*, i. e. cui assueti sunt homines; h. e. humanum, & ab hominibus institutum[k]: vel, *quo edocti sunt*, Pi. vel, *est præceptum quod homines docent*, G. vel, *præcepto hominum doctus*, Ti. Calv. sim. M. vel, *quam præcepto hominum edocti sunt*, JT. vel, *humanæ doctrinæ disciplina*, Ca. Sensus, Non ut ego jubeo me colunt, sed ut homines docent[l]: vel, juxta hominum & Scribarum suorum traditiones inanes atque perversas[m]. Exhibent tanquam religiosa illa quæ homines, suo potiùs spiritu adducti, quàm afflati atque edocti Divino, facienda præscribunt: quale illud de quo Matt. 15. 3, 9[n]. *Quod docent homines*, nempe à Deo non instituti, qui in nudis ritibus sine animi emendatione cultum Dei collocant. Tales Doctores erant falsi illorum temporum prophetæ[o]. Religio ipsorum constitit observatione humanarum traditionum: Jer. 7. 31. Hos. 5. 11. &c[p]. Mandata hîc damnat quæ nihil habent Divinum, neque ex institutis Dei pendent, nec quidquam ad

ad pietatem conferunt [q]. Testatur hîc Deus atrocitate pœnæ quantopere abominetur cultus fictitios, utcunque specioso devotionis aut reverentiæ colore tegantur [r]. Hoc tamen non patrocinatur illis qui hominum universa statuta nituntur convellere, ut ipsi sine jugo maneant. Fateor tamen exteriorem cultum, ubi spernitur interior, à Deo non magnifieri †. Al. Forsan hoc vult, omnem illorum devotionem sub piis Regibus non ex animo peractam esse, sed tantùm ex mandato Regum: 2 Reg. 23. 21,—26. Vide 2 Par. 27. 2. Jer. 3. 10[t]. Nota justitiam Dei: Ipsi labia Deo tribuunt, cor sibi retinent: pariter Deus literas Scripturarum illis tradidit, sensum clausit [v].

14. *Addam*, &c. יוֹסִף לְהַפְלִיא אֶת הָעָם הַזֶּה הַפְלֵא וָפֶלֶא] *Addam*, vel *addo*, vel *addens*, *ad mirificandum* (vel, *ut mirificem*, sive *mira faciam*, V. M. P. sim. Ti. JT. Pi.) *in*, vel *cum*, *populo isto mirabile* (vel, *mira*, inquam, P.) *& miraculum*, Mo. V. i. e. rem maximè mirandam & stupendam, ut geminatio significat: vel, *mirificatione & miraculo*, i. e. Reddam populum hunc valde mirabilem; q. d. Efficiam ut omnes posthac mirentur sortem & infelicitatem hujus populi [x]. Vel, *indefinenter, & [res] admirabiles*, JT. Heb. *res mirificas faciendo, & mirum*, Jun. Vel, *mirificentissimè*, Hebr. *mirificè agendo &* per *mirabile*, Pi. vel, *mira*, *scilicet*, *& portentosa*, Ti. vel, *re mirâ, atque miraculo*, Angl. vel, *ardua & ardua*, For. הַפְלֵא & פֶּלֶא nomina sunt [y], ut 2 Par. 2. v. 9 [z]. Vel, *segregare segregando*, sive *segregatione*, Q. in Ma. vel, *obvelare, & obvelatione*, h. e. cæcitate & ignorantiâ [a]. [Alii locum sic reddunt,] *Idcirco, ecce, magìs ac magìs à me sejungam populum istum cum admiratione & stupore*, Sy. *Hac de causa, ecce, ego populum istum migrare volo, equidem commigratione commigrare faciam eos*, Ar. *Idcirco ego addo ut deleam populum hunc deletionibus mirabilibus*, Ch. in V. *Addam ut abscondam à populo hoc*, &c. *quia non intelligent*, Q. He. in V. ¶ *Peribit—sapientia à sapientibus ejus*] i. e. Scribis & Sacerdotibus [b]; vel, Politicis [c]. Est certè hoc maximum prodigium [d]. Nihil proficient versuti illi qui agitant consilia, sive de acciendis Ægyptiis, sive de deditione Assyrio facienda *. ¶ *Et intellectus* (vel, *prudentia*, V. Pi.) *prudentium ejus abscondetur*, תִּסְתַּתָּר] *Abdet sese*, V. JT. Pi. Angl. ut Esa. 45. 15. vel, *abdetur*; forma reciproca pro passiva, ut Num. 1. 46. Jud. 20. 15 [f]. Id est, vel, 1. obtegetur, nebulâ istâ vel velo stuporis, de quo v. 10: vel, 2. non ampliùs exstabit, peribit [g], evanescet [h], & de medio tolletur [i]: vel, 3. ab iis recedet, ut phrasis sumitur Gen. 31. 49. confer Joh. 12. 36: vel, 4. non apparebit, vel se ostendet, sive quòd nescirent quid agerent, sive quòd præ metu libere loqui non auderent. Idem dicit quod membro præced. sed & sequentia verba respicit: q. d. Vos consilia vestra abdere studetis, & abdemini quidem sensu prædicto [k]. Sensus, Immittam magnam ignorantiam in sapientissimos, &c [l]. ό. activè, τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω, (*& prudentiam prudentium abscondam.*) Alii habent, ἀθετήσω, (*frustrabor*,) ut in Justino, & in 1 Cor. c. 1. v. 19 [m]. [Ca. totum sic reddit, *Propterea ego sum insuper adeò mirificè, adeò mirabiliter erga populum istum acturus, ut ejus sapientum sapientia pereat, prudentúmque lateat* (i. e. nulla sit [n]) *prudentia.*]

15. *Væ*, &c. הוֹי הַמַּעֲמִיקִים מֵיהוָה לַסְתִּר עֵצָה] *Væ profundantibus* (vel, *latitantibus*, V. Calv. vel, *qui profundatis*, sive *profundant*, i. e. profundum facitis; vel, *qui profundamini*, i. e. qui vos abditis, veluti qui specus ingrediuntur ut lateant [o]: vel, *iis qui profundi sunt*, P. vel, *qui sese in profundum abstrudunt*, Ti. vel, *qui abdunt in profundum*, Pi. sic JT. Heb. *qui profundum faciunt abdendo*, Pi. *qui profundos abdunt* cogitatus, M.) *à Domino, ad abscondendum*, vel *ut abscondant, consilium*, Mo. P. V. Calv. M. &c. i. e. qui student abscondere consilia sua ipsi Jehovæ [p], putantes se Dominum latere [q]; hypocrisi suâ conantes celare Deum [r]: magnatibus illis qui, quamvis Religionem aliquam simulare & retinere vel inviti cogantur, eatenus tantùm id faciunt quatenus suis commodis servire putant, credúntque quantum ipsis collibuerit, Deum in sinu suaviter ridentes, ejúsque minas contemnentes; qui objectis nebulis lucem obscurârunt, nè passim fieret interior eorum pra-

- [q] For.
- [r] Calv.
- † For.
- [t] Ang.
- [v] San.
- [x] V.
- [y] For. sim. Ang.
- [z] Ang.
- [a] Ma.
- [b] Me. sim.
- [c] T.
- [d] Ang.
- [e] For.
- * G.
- [f] Ang.
- [g] Jun.
- [h] V. Calv.
- [i] V.
- [k] Ang.
- [l] V.
- [m] G.
- [n] Ca.
- [o] For.
- [p] V.
- [q] Q. in V. sim. Mar. Jun.
- [r] Jun.

vitas, & se tectiùs delinquere putabant quàm ut possent deprehendi. *Absconsio consilii* nihil aliud significat quàm tergiversandi audaciam †. Notandi hîc duo Hebraismi. 1. *Profundare abscondere* valet, abscondere in profundo; sicut, *profundare habitare*, Jer. 49. 8, 30. valet, in profundo habitare: 2. *profundare à Domino* est, profundius facere quàm ut Dominus cernat scilicet; ut, *profundum à sepulchro, longum à terra, latum à mari*, significant, profundius quàm sepulchrum, &c. Job. 11. 8, 9. Sic 1 Sam. 25. 17. *filius Belial, à loquendo*, &c. i. e. ut nemo eum alloqui possit [t]. [Alii hæc verba sic reddunt,] *Væ qui profundum consilium faciunt, & non per Dominum*, ό. sim. Ar. qui seipsos tantùm consulunt, non Dominum *. *Væ iis qui se distorquent à Domino, ut consilium suum occultent*, Sy. *Væ qui putant abscondere consilium à facie Dom.* Ch. ¶ *Quorum*, &c. וְהָיָה בְמַחְשָׁךְ וגו׳] *Et sunt* (vel, *& fiunt*, M. *ut fint*, P. sic Ti. ad verb. *& erit*, V. sing. pro plur [v]. vel, *Nam sunt*, Calv.) *in tenebris* (juxta opinionem illorum scilicet, quasi fierent Deo ignorante [x],) *opera eorum*, P. M. &c. Tectum & Deo & conscientiæ [suæ] putabant quicquid conscientiam mortalium celare poterant [y]. ¶ *Dicunt, Quis videt nos?*] Vel, *videre potest*, &c? Fut. pro potentiali, ut Job. 38. 31, 32, &c. *Quis?* q. d. Nemo, nè Deus quidem, Psal. 10. 11. & 64. 6. &c [z]. Quia homines fallitis, sperare videmini etiam Deum à vobis falli posse [a]. [JT. hæc verba cum præcedentibus sic reddunt,] *Qui, exsistente in tenebris* (i. e. in abditissimo [loco] occultè institutis, & sententiâ ipsorum impervestigabilibus, consiliis [b],) *opere suo*, quoque *dicunt*, *Quis videt nos?* q. d. Nec Deus ipse †. Potest hic locus legi tanquam compellatio, ut Esa. 10. 5. & 18. 1. *O vos qui occultatis* (Hebr. *O illi qui occultant*. De mutatione personæ vide Job. 18. 4.) *consilium* vestrum— *à Domino, quorum facta sunt in caligine, & qui dicitis, Quis videt nos?* Compellat magnates, qui minas Prophetarum irridebant, putantes se & ipsosmet & populum tutos præstare. At, inquit, consilia vestra nec celare, nec perficere, poteritis [c].

16. *Perversa*, &c. הַפְכְּכֶם אִם כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר יֵחָשֵׁב] [Variant.] *Subversio* (vel, *Versio*, sive *Mutatio*, V. vel, *Conversio*, Q. in V. Calv. Angl. in novas formas scilicet, ut Exod. 7. 15. Levit. 13. 3. 1 Sam. 10. 6. vel, *Volutatio huc illuc*, ut Hos. 11. 8 [d]. Heb. *Invertere*, vel *Vertere*, Pi. Q. in V. infinit. loco nominis *: aliàs nomen esset, si ה haberet Pathach suppositum [f]. Vel, *Res inverti*, JT. vel, *Inversio* rerum, Ang. ut 2 Reg. 21. 13 [g].) *vestra* (vel, *vestrum*, Pi. Q. in V. *à vobis*, JT. *Vestra*, quâ consilia vestra celare conamini; quemadmodum homo patellam invertit, ut celet quod sub ea est. Vide Matt. 5. 15 [h].) *si sicut lutum figuli reputabitur*, Mo. vel, *verè, sive certè*, (ità אִם sumitur Prov. 3. 34. & 23. 18 [i]. sub. *in manibus meis*, M.) *quasi lutum*, &c. M. P. V. q. d. Non tantùm novit Deus opera vestra, sed vos quoque perdere potest; idque tam facilè, quàm figulus ex luto facere quod vult [k]. Vel, *an sicut lutum figuli reputatur?* Calv. sive, *reputandum est?* JT. Putatisne vobis esse tam facile factu ut evertatis consilia Dei, & rebus omnibus utamini arbitratu vestro, quàm facile est figulo lutum transformare [l]? vel, An vestrum vertere, i. e. consilia quæ animo agitatis, instar luti figulini erit? Annon perinde est acsi vas diceret figulo, Me non formâsti? Miranda est vestra superbia, acsi creâssetis vos, & omnia in manu vestra essent: at mei juris erat statuere quicquid mihi visum est. Hunc sensum suadet oppositio inter אִם [in hoc membro] & כִּי [in sequente [m].] Vel, *an* non *ut lutum figuli reputabitur?* Angl. q. d. Omnino. אִם interrogativè sumo, ut Job. 8. 3. & 11. 2. & 17. 2. & 39. 27. & negativam subaudio, sicut 1 Sam. c. 2. v. 27, 28. *An non apparui*, &c? Job. 20. 4. *An non scis*, &c? & 21. 4. *An non querela mea*, &c? Vide plura ad Jer. 31. 20 [n]. Al. *Quæ vestra perversitas ut lutum*, &c. Ti. *Inversio vestra* (quâ ità invertitis rem, ut conemini me celare consilia vestra, quasi secundùm illa res vestræ gubernandæ sint, & non secundùm consilia mea [o],) est, *ut si velut lutum figulus reputetur*. Hîc Deus se comparat figulo, Judæos luto †. Al. *O perversitatem vestram!* Di. Clop. est ut *si velut lutum figulus*, &c. In qua versione me tuo consensu confirmas [p]. Vel, *an sicut*

- † Calv.
- [t] Ang.
- * Q. in Ang.
- [v] V.
- [x] V.
- [y] Musc.
- [z] Ang.
- [a] G.
- [b] Jun.
- † Idem.
- [c] Ang.
- [d] Ang.
- * Pi. sic V.
- [f] V.
- [g] Ang.
- [h] Ang.
- [i] Ang.
- [k] V.
- [l] Jun.
- [m] Calv.
- [n] Ang.
- [o] Pi.
- † Idem.
- [p] Clop. in collat. crit. p. 3987. in Crit. Lond.

ficut lutum figulus reputabitur? q. d. Sic habetis Deum acsi creatura esset? הָפְכְּכֶם est nomen cum affixo; absque eo, הָפֶךְ *perversitas*, formæ מַלְכְּכֶם, notatur accentu Zakeph, ad indicandum subsistendum ibi pronunciatione, &c. Deinde, כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר sunt duo nominativi, secus quàm plerique statuunt [q]. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *O vos perversos! scilicet idem de figulo putetur quod de creta, ut neget opus se ab autore suo factum.*] ¶ *Et dicat*, &c. כִּי יֹאמַר וגו׳ *Num* (vel, *Quia*, Mo. *Si*, Ti.) *dicet*, vel *dicit*, vel *dicat*, *opus factori suo*, vel, *de factore suo*, *Non fecit me?* P. Mo. Ti. M. &c. Al. Est *enim* acsi *opus diceret*, &c. Angl. Concisa locutio, qualis Esa. 54. 9. & 55. 9 [r]. *Quia dicere audet opus de factore suo*, Pi. q. d. Dum studetis me celare consilia vestra, id perinde est acsi negaretis vos à me esse creatos; nam certè, si creavi vos, novi etiam consilia vestra, &c †. *Quòd dicet opus*, &c? Lutum nihil facit aut intelligit: quòd si lutum neget se à figulo factum, eúmque quicquam intelligere, reputatus est figulus tanquam lutum [t]. [Vide Authoris dicta ad præcedens membrum.] *Annon perinde est acsi vas diceret figulo*, &c? Q. in V. *Nempe dicit opus*, &c. Calv. *Quum dicet— Non fecit me*, JT. Hypothesis ironica, quâ Deus irridet hypocritarum arrogantiam: q. d. Mirum vos ità desipere, ut nè ipsa quidem naturæ principia cognoscatis: priùs enim opus negabit opificem suum, quàm cogitationes vestræ aut fugiant cognitionem meam, aut consilia mea labefaciant [v]. ¶ *Non*, &c. לֹא הֵבִין *Non intelligit*, sive *intellexit*, Pi. Calv. P. V. G. &c. sub. *quicquam*, Pi. vel, sub. *quid faciat*, V. vel, quomodo fictile fieri debeat [x].

17. *In modico*, &c. מְעַט מִזְעָר *Parùm pusillum*, Mo. sim. V. *paululum & paululum*, P. *modicum* (sub. *est*, M.) *& exiguum*, V. M. sub. *tempus*, V. *brevissimo tempore*, Ti. sim. V. *perpusillum* tempus erit, Pi. *paulisper*, tempore *pusillo*, JT. Brevi omnia immutabuntur [y]. ¶ *Convertetur*, &c. וְשָׁב וגו׳ *Et* (vel, *etiam*, JT. vel, *quum*, Pi.) *convertetur* (vel, *revertetur*, M. *redigetur*, Ti.) *Lebanon in Charmel*, Mo. P. Ca. vel, *arvum*, JT. Pi. vel, *agrum humilem*, M. *agrum planum*, Ti. sim. G. quod כַּרְמֶל sæpe significat [z]. Aliis hæc est comminatio [a]. Sensus, Dejicientur sublimes [b], quales erant Assyrii [c]. Impletum hoc vel in Sennacheribi exercitu; vel in Judæis, quum Chaldæi summates ipsorum humiliârunt, & viles exaltârunt [d]. Aliis est promissio *. E loco nemoroso (qualis erat Libanus) cultum & segetibus consitum (qualis Carmel) efficiam [f]. *Libanus*, mons infrugifer, nec nisi arboribus, iisque infrugiferis, constans, *convertetur in Carmel*, montem frugibus, vitibus, olivis fertilissimum [g]: i. e. Gentes, steriles hactenus, gratiâ Christi fertiles reddentur bonorum operum [h]. ¶ *Et Charmel* (vel, *arvum*, JT. Pi. *ager humilis*, M. *ager planus*, Ti.) *in saltum* (vel, *sylvam*, Mo. sic P. M. Ti. &c.) *reputabitur* [?] Sic ό. Mo. &c. [Et hoc variè explicant.] Agri plani attollentur in montium speciem [i]. Humiles & depressi exaltabuntur [k]. Hebræi afflictissimi fient victores [l]. Ex agris cultis tanta colligetur frugum copia, ut si præsens status ad futurum conferatur, infructuosi ac deserti censeri possint [m]. Al. Fertiles agri, ob defectum culturæ, sylvescent [n]. Judæi, antè fertiles, in saltum infrugiferum & incultum degenerabunt [o]. Potentiam suam hîc asserit Deus; q. d. Meum est, momento dejicere elatos, & exaltare humiles [p]. הַכַּרְמֶל hîc non est nomen proprium, (tunc enim ה non præfigeretur,) sed sumitur pro quovis loco ferace, ut Esa. 10. 18. Similiter Virg. Eclog. *Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat Argo* *.

18. *Et* (vel, *Tunc*, Ti.) *audient—surdi*] Ità M. Mo. Ca. vel, qui modò sunt *surdi*, P. i. e. inepti naturâ ad intelligendum mysteria Dei [q]. Summum in populo Dei stuporem antè prædixerat; nunc etiam surdi intelligent. Significat ergò priùs Ecclesiam acerrimè castigari & repurgari oportere. Tunc, sedatis plagis, Deus oculos suis aperiet, ut ejus bonitatem intueri & amplecti possint [r]. Cùm oculi Judæis claudantur, surdi Gentiles audient Verbum Dei †. Extranei ad Christum se convertent à Judæis repudiatum *. Al. Etiam stupidissimi ex eventu intelligent quid dixerim, & quàm verè dixerim [t]. Effectus interminationis de cædendo Libano, quo ferè elati & insolentes homines figurantur. Tam graviter (inquit Deus) percutiam illos, ut velint nolint, cogantur audire, videre & sentire judicia mea, ad quorum denunciationes agebant surdos, & cæcutiebant ad signa [v]. ¶ *Verba libri*] Vel, *epistolæ*, ut v. 11. Id est, vel, S. Scripturæ [x], sive Legis Divinæ, ut Deut. 6. 6. & 31. 11. vel, nuncii Prophetarum. Liber iste non jam erit signatus [y]. ¶ *Et de*, &c. וּמֵאֹפֶל וגו׳ *Et de caligine* (i. e. ignorantia [z], vel peccato [a]; vel, abdito illo ubi consilia abscondere studebant [b]: sub. *venientes*, Angl. qualis ellipsis est Ps. 45. 8. Esa. 38. 17 [c].)—*videbunt*, M. Mo. &c. Intelligent mysteria Verbi Dei [d].

19. *Et* (vel, *Sed &*, M.) *addent* (vel, *cumulabunt*, JT. Pi. vel, *repetent*, Calv.) *mites* (vel, *humiles*, Calv.) *in Domino* (vel, *ob Jehovam*, ב valet *propter* *,) *lætitiam*; ità Mo. P. &c. וְיָסְפוּ עֲנָוִים וגו׳ *Tunc rursus gaudebunt*, &c. Ti. mirè & magis quàm antea lætabuntur †. Cumulatè gaudebunt qui Deo se subdiderunt *. *Acquirent inopes in Jova*, &c. i. e. in Jovanitate, ut ità dicam; quòd erunt Jovani. Hic loquendi modus in S. S. frequens est: ut, *in Christo gloriari*, & *mori*, est, Christianum gloriari, & mori. Sic Horatius, *Disces laborantes in uno Penelopen, vitreámque Circen: in uno*, scilicet Ulysse, h. e. in Ulysseitate. Et Terent. *In isthac finem faciat*. Plin. 2. 25. *Augustus se in eo sidere* (h. e. non in ipso sideris corpore, sed in ipsa sideritate, ut ità dicam,) *quod mortuo Julio Cæsare visum est nasci interpretatus est* [f]. ¶ *Et*, &c. וְאֶבְיוֹנֵי אָדָם *Et mendici*, sive *egeni*, sive *pauperes*, *homines*, Ti. Ca. vel, *hominum*, Mo. P. *in hominibus*, M. V. *inter homines*, Pi. i. e. pauperrimi; ut, *viles hominum*, & *ethnicorum*, Ezec. 7. 24. Dan. 4. 17. al. 14. sunt vilissimi [g]. *Pauperes*, vel, 1. in hoc mundo, quibus Christus maximè faverit [h]. Qui antè à magnatibus direpti fuerant, Deo curæ sunt [i]. Vel, 2. spiritu, Matt. 5. 3 [k]. Gentiles, qui ignorant eum quo solo appetitus satiatur, nempe Deum [l].

20. *Quoniam*, &c. כִּי אָפֵס עָרִיץ *Cùm*, vel *Ubi*, *defecerit* (vel, *Quòd desierit*, JT. Sy. sim. M. Hinc materia gaudendi [m].) *fortis*, P. vel, *formidabilis*, Mo. *violentus*, JT. Pi. *tyrannus*, Ti. *oppressor*, nempe Sennacheribus [n]; vel Princeps hujus mundi; vel tyranni, qui pauperes oppresserunt; vel Pharisæi aliique Judæi, qui Gentes irridebant, & pauperes despiciebant, & jus omne pervertebant [o]. ¶ *Et succisi*, &c. וְנִכְרְתוּ כָּל־שֹׁקְדֵי אָוֶן *Et* (vel, *Ubi*, G.) *succidentur* (vel, *excisi fuerint*, JT. Pi. sim. G. i. e. auctoritatem omnem amiserint [p]: vel, *exterminati sunt*, ό. M. sim. Ar. vel, *perierint*, Sy. *finiti sunt*, Ch.) *omnes vigilantes*, vel *invigilantes*, (vel, *qui invigilant*, Ti. V. *qui manè festinabant*, M. Calv. sim. Ch. *quicunque sedulò observent*, JT. *quicunque vigilanter exercent*, Pi. *qui excitant*, Sy. *qui urgent*, Q. in V. *qui perseverant* P.) *iniquitati*, sive *ad iniquitatem*, Mo. Ti. V. M. Calv. vel, *iniquitatis*, i. e. qui vigilant ut iniquitatem complere & exsequi possint [q]: vel, *vanitatem*, JT. vel, *iniquitatem*, Pi. Sy. vel, *ad diripiendum*, Ch. malorum consiliorum auctores [r]. Vel, *vigiles concupiscentiæ*, i. e. qui excubias agunt, maximéque in hoc intenti sunt, ut concupiscentiam tueantur †. Qui malum machinantur, ut Psal. 36. 5. Mic. 2. 1. & illius exsequendi occasionem captant, instar feræ insidiantis prædæ suæ [t]. Qui proclives & propensi sunt ad iniquitatem, eò festinantes: quod justi non faciunt; qui tamen interdum tentatione vel errore labuntur [v].

21. *Qui*, &c. מַחֲטִיאֵי אָדָם בְּדָבָר *Qui verbis efficiunt ut peccent homines*, Ca. De falsis prophetis loquitur, qui verbis & mendaciis suis homines peccare fecerunt, Jer. 23. 16, 17, 26. Ezec. 13. 10, 19, 22 [x]. Qui homines verbo suo, i. e. novis præceptis & traditionibus, de quibus jam dixit v. 13. à Lege & vera doctrina distrahebant [y], sicut illi Matt. 15. 3, 4, 5, 6 [z]: itémque pravis consiliis, adulationibus, minis & subsannationibus, quibus homines avellebant à pietate & cultu Dei *. *Quicunque homines verbis inducunt ad peccatum*, Sy. *Quicunque faciunt homines peccare verbis*, Ar. *Qui peccare faciunt hominem*, sive *homines peccare*, *in verbo*, vel *verbis*, M. Ti. sic Vulg. ό. Mo. P. Calv. i. e. inversis verbis Prophetarum, homines à Christo seducebant, & faciebant eos peccare in Christum [a]. Al. *Qui condemnant filios hominum in verbis suis*, Ch. *Peccati reum peragen-*

tes (Heb. *Qui peccare faciunt*, i. e. peccare dicunt [b]; vel, peccatum ei imponunt, vel, peccare eum judicant [c]: Qui ut reum tractabant [d]) *hominem propter verbum*, JT. sim. Pi. V. Ang. G. i.e. susceptâ offensione etiam levissima de causa, aut planè nulla †. Vel, ob Verbum Dei, i. e. veram prophetiam *; ob piam admonitionem, ut declaratur membro sequente [f]. Qui in singulis verbis Prophetam eos corripientem solebant carpere, omnia in malam partem accipientes [g]. Qui, cùm redarguuntur à piis, peccatum illis imponunt, quòd ausi fuerint contra se loqui [h]. Conquerebantur hi de libertate Prophetarum,& objurgationum vehementia [i]. Potiùs de oppressoribus agit, qui hominem ob verbum aliquod malè locatum in jus trahebant, eúmque reum peragebant, ut Jer. 18. 18. & 20. 10. Matt. 22. 15. & 26. 61 [k]. מַחֲטִיאֵי sign. *reum peragere*, sicut & הִרְשִׁיעַ. Verbum חָטָא sign. *peccare*: indè חִטֵּא, *expiare peccatum*, Num. 19. 19. Psal. 51. 9; & הֶחֱטִיא, quod sign. primariò, propriè & communiter, *peccare facere*, sive se, Eccles. 5. 6. sive alium, 1 Reg. 14. 16. & 15. 30; interdum tamen sign. *reum peragere*, sive justè, sive injustè. Quæ significatio, quanquam nullum mihi succurrit in S. S. ejus exemplum præter hunc locum, statuminari tamen potest tum, 1. ex verbo parallelo, [הִרְשִׁיעַ,] quod hoc modo sæpe accipitur, ut Job. 9. 20. & 10. 2. Esa. 50. 9. & 54. 17; tum, 2. ex verbo opposito, [הִצְדִּיק,] quod propriè est, *justum facere*, Dan. 12. 3. significat tamen, *justum pronunciare*, sive *absolvere*, Exod. c. 23. v. 7. Deut. 25. 1. Esa. 50. 8 [m]. ¶ *Et*, &c. וְלַמּוֹכִיחַ בַּשַּׁעַר יְקֹשׁוּן] *Et ei qui increpat* (sub. *eos*, P. vel, sub. *vitia*, Sy.) *in porta* (i. e. in loco publico [n]. In portis conveniebat populus ad judicia aliásque res publicas. Prophetæ insuper loquebantur in *portis*, non modò Templi, Jer. 7. 2. sed etiam domûs Regiæ, & urbis, Jer. 17. 19. & 22. 2 [o]. q. d. Publicè corripienti, quod Prophetarum munus erat [p],) *laqueos tendunt*, P. sim. M. Ti. Mo. V. Calv. sive impias machinationes, ut se omni censurâ & reprehensione eximant [q]. יְקֹשׁוּן fut. Heb. pro præsent. à קוּשׁ, sive יָקֹשׁ [r]. Al. *increpantem eos*——*increpant*, vel *probris afficiunt*, ut sit à קָשַׁשׁ *collegit*: quia qui probris hominem afficit solet omnes maculas conquirere & colligere, dicendo, v. g. *Tu sic & sic fecisti, tali & tali loco & tempore* †. Prophetæ impios corripientes nihil colligunt nisi improperia & exprobrationes [t]. Al. *Et castigatores impediunt in curia*, Ca. *Et corripienti ponentes tendiculum in porta*, JT. sic Pi. ut faciliùs in ingressu vel egressu urbis impingat, seu corruat [v]. Vel, *in porta*, i.e. in judicio. Hæc autem vox jungenda est cum verbo sequente [x]. Potiùs cum præcedente, quia similis phrasis occurrit Amos. 5. 10 [y]. ¶ *Et*, &c. וַיַּטּוּ בַתֹּהוּ צַדִּיק] [Variè reddunt.] *Et declinare faciunt*, sive *fecerunt*, (vel, *Et declinant*, Ti. V. *Et declinabant*, M. vel, *Pervertentes*, JT. *Quique avertunt*, Pi. *Et perverterunt*, Ch. *Et flexerunt*, Q. in V.) *in inanitate*, sive *vanitate*, (vel, *frustrà*, P. *ad vanitatem*, V. *ad nihilum*, M. V. *suâ inanitate*, JT. *in solitudinem*, sive *desertum*, Pi. Di. ibique tanquam exsulem vagari faciunt [z], in horrido illo loco, sine cibo, &c [a]; quò cum declinare cogunt à portis, ubi laqueos illi tendunt, nec in urbem intrare, nisi cum vitæ discrimine, permittunt [b]. Vel, *pro re nihili*, h. e. nullius momenti, ut 1 Sam. 12. 21. vel, sine gravi causa, ut Psal. 69. 5. vel ut alii, vanis & falsis prætextibus [c].) *justum*, Mo. P. Ti. JT. Pi. Di. vel, causam *justi*, M. V. judicium *innocentium*, Ch. Similis ellipsis Amos. 5. 12. *declinare faciunt pauperem*, (sim. Mal. 3. 5.) i. e. *judicium pauperis*, &c. ut exprimitur Deut. 27. 19. Lam. 3. 35. simil. Exod. 23. 6. Metaphora ab eo qui vel hominem vel jumentum à via sua divertit: vide Num. 22. 23. Psal. 125. 5. q. d. Qui hominem à recta via atque linea justitiæ divertit †. Cadere faciunt causâ suâ, sive condemnant injusto judicio, (quod hîc vocat *vanitatem*,) justum [d]. Verbum hoc dicitur tum, 1. de persona judicata, & sign. *condemnare*, ut Prov. 18. 5. Esa. 10. 2. Amos. 5. 12; tum, 2. de causa judicata, & sign. *pervertere* jus, ut Exod. 23. 6. Deut. 27. 19. Prov. 17. 23. Possis reddere, *Et deprimunt*, vel *præponderant*, &c. (ut sæpe verbum hoc sign. *inclinare*, vel *incurvare*, Psal. 31. 3. Prov. 5. 1. & 7. 21. Amos. 2. 8.) ut sit allusio ad stateram quam quis præter jus deprimit, &c †. Al. *Justósque nequitiâ depravant*, Ca. *Et qui justum cadere faciunt in confusionem*, Gal. *Et declinaverunt pro re nihili à justo*, Cas. *Et justum* (i. e. justitiam) *corruperunt mendacio*, nempe calumniantes dicta & facta Prophetarum [f]. *Et declinabant*, seu *incurvabant*, *in vanitatem*, seu *inordinationem*, &c. id est, Omne jus pervertebant: vel, *A justo* (nempe Christo, ejúsque doctrina, & vera justitia,) *in vanitatem*, seu *inordinationem*, (i. e. ad justificationem inanem purificationum suarum,) *declinaverunt* [g]. *Et flectunt inordinatione justum*, i. e. Abducunt justum in impiam doctrinam, & falsos cultus contra ordinationem Divinam institutos [h].

22. *Propter hoc*] Quia tot injurias perpessi sunt, v. 20, 21 [i]. Cùm Judæorum excæcationem prædixisset, objici poterant Abraham & Jacob, quibus factæ sunt promissiones, & semini ipsorum, qui, si sic se res habet, confundentur. Huic objectioni occurrit in hoc versu & seq. Imò, inquit, non pudefiet Jacob, etsi Judæi excæcentur & exscindantur [k]. ¶ *Hæc dicit*, &c. כֹּה אָמַר יְהוָה אֶל בֵּית יַעֲקֹב אֲשֶׁר פָּדָה וגו׳] *Sic dicit*, vel *dixit*, *Jehovah ad domum* (vel, *de domo*, JT. Ang. Pi. i.e. de posteris [l]) *Jacob*, *qui redemit* (vel, *eripuit*, sive *liberavit*, V. G. ex idololatria *; vel, ex impiorum consortio †: à Chaldæis, Ægyptiis, Palæstinis [m]:) *Abraham*, Calv. P. Mo. &c. Verba in Hebræo trajecta sunt, quæ sic verto, *Sic ait Jehova, qui redemit Abrahamum, de domo*, &c [n]. Al. *Hæc dicit Dominus super domum* (vel, *de domo*, Ar.) *Jacob*, *quam separavit ex Abraham*, ό. Ar. Populum revocat ad ipsum initium Ecclesiæ, quam ex uno Abrahamo suscitavit, & postea conservavit, &c. ideòque in posterum eam tuebitur [o]. ¶ *Non modò confundetur Jacob*] Vel, *erubescet*, scil. ex pudore [p]. Est προσωποποιΐα, quâ mortuus ob oculos ponitur quasi viveret. *Erubescere* dicitur Jacobus, cùm posteri ejus à Dei obsequio se subtrahunt: contrà, *attollere se*, cùm iidem faciunt officium [q]. Al. *Jacob*, i.e. Jacobi posteri. Vide Esa. 9. 8. & 14. 1 [r]. ¶ *Nec modò* (vel, *jam*, sive *nunc*, P. Ti. JT. Pi. &c. *& non tunc*, Mo.) *vultus* (vel, *facies*, M. P. &c.) *ejus erubescet* יֶחֱוָרוּ] *Erubescent*, Ca. sim. Ti. Sy. Ar. *mutabuntur*, Ch. sim. ό. *albescent*, Mo. sic P. Pi. *pallescent*, M. sic Calv. Ang. Pi. scil. ex metu†. In timidis enim sanguis ad cor revertitur. *Albus in officiis*——Martial. i.e. timidus.——*albo sine sanguine vultu*, Ovid. Trist [t]. Nigredo etiam faciei est indicium timoris, Joel. 2. 6. unde quibusdam hoc idem cum priore [v]. *Pallescet*, i. e. neque postea erubescet. Ejus enim qui erubescit facies quidem solet initio rubore suffundi; qui tamen rubor non permanet, sed illi succedit pallor. Ideo à fine ipso dicitur *albescere* facies ejus qui erubescit [x]. Verbum alibi non occurrit, sed nomina indè derivata *albedinem* significant, Esth. 1. 6. & 8. 15. Dan. 7. 9 [y]. Significatum hujus verbi deducunt vel, à חוּר *album*, vel, à חוֹר *foramen*, quasi præ pudore vel timore velint se in foramen abdere [z].

23. *Sed*, &c. כִּי בִרְאֹתוֹ וגו׳] *Quum* (vel, *Sed quum*, Ca. Ang. *Nam cùm*, JT. Pi.) *viderit ipse* (h. e. Jacob [a]; vel potiùs, Jacobi posteritas, Ecclesia Judaica ut corpus considerata [b],) *natos suos*, (quos scil. genuit per semen Evangelii [c]: filios promissionis, natos virtute meâ, licèt non ex carne suâ [d]:) *opus manuum mearum*, (Appositio, i.e. à me regenitos; confer Heb. 2. 10 *: redemptos & adoptatos pro filiis [f]: mirabiliter à me servatos; id enim est velut creare denuo [g]:) *in medio* (vel, *interiori*, Mo. *intimo*, For.) *sui*, (i. e. vel, inter se, ut Esa. 19. 1, 3. ex qua phrasi liquet non de persona, sed de posteris, Jacobi hîc agi [h]; vel, intra sinum suum, in domo sua, & in nullo à verè filiis suis discrepantes [i]. *Medium sui* hîc denotat instaurationem perfectam, quâ sic coalescet populus, ut non extremas solùm partes, sed intima ipsa atque præcipua, occupet [k].) *sanctificabunt* (*ipsi*, nempe posteri Jacobi: transit hîc à sing. ad plur. unde constat *Jacob* collectivè accipi [l]:) *nomen meum*, P. M. Ti. Pi. &c. Rationem reddit cur tolletur ignominia Israelis, quia videbit posteros suos, qui periisse videbantur, superstites & conservatos ad sanctificandum Dominum [m]. Posteri Jacobi secundùm carnem, qui simul sunt filii secundùm fidem, non confundentur ob paucitatem, aut ob promissiones Patribus factas, quas jam in Gentibus conversis fidelissimè & cumulatè

cumulatè impletas videntes, Deum magnificabunt [n]. Verti potest, *Nam, vidente ipso*, (i. e. intuente ipsâ Ecclesiâ,) *filii ejus*, (Ecclesiæ,) *opus manuum mearum*, (quos ego edidi,) *in medio ejus* (Ecclesiæ) *sanctificabunt nomen meum* [o]. ¶ *Et Deum Israel prædicabunt*, יַעֲרִיצוּ] *Timebunt*, P. Calv. Pi. sim. Mo. M. &c. ut Esa. 8. 12 [p]. *Expavescendum* prædicabunt, JT. *Roborabunt*, i. e. fortem prædicabunt [q], cùm hymnos illi dicent quòd Assyrios percusserit [r]. עָרַץ sign. vel, *expavescere*, Deuter. 20. 3. unde, in Hiphil, *facere ut quis expavescat*, Esa. 8. 12; vel, *formidabilem esse*, Job. 31. 34. unde, in Hiphil, h. l. *formidabilem facere*, id est, formidabilem prædicare †. [Alii verbum hoc per infinitivum vertunt, *formidare*, Ti. sic Ca. sensum hujus versûs suspendentes, & sequente versu complentes, h. m. *Quum viderit pueros suos——sanctificare——&——formidare*, v. 24. *Et scient*, &c. Ti. vel, *Cùmque scient*, &c. Ca.]

24. *Et scient* (vel, *Ut cognoscant*, JT.) *errantes* (vel, *errabundi*, JT.) *spiritu* (i. e. qui perplexi erant animo, nescientes quid agerent [t]; spiritu erroris abducti [v]; miseri homines seducti à via veritatis, ac proinde huc illuc impulsi variis doctrinarum ventis [x]: Gentes, quas *stultas* vocat Moses Deut. 32. 21. quæ verum Deum ignorabant, & huc illuc ferebantur, & hæc aut illa pro diis colebant [y]; vel, Judæi, qui priùs errabant [z]:) *intellectum*] Sic Mo. P. M. &c. Etiam qui erraverant in veram viam redibunt [a]. ¶ יָדְעוּ וגו׳] *Cùmque scient socordes prudentiam*, Ca. ¶ *Et*, &c. וְרוֹגְנִים וגו׳] *Atque irrisores discent doctrinam*, M. *atque mussitatores*, &c. Ti. Vulg. G. Ipsi pythonici legem observare discent [b]. *Et garruli*, &c. Ca. *& susurrones*, &c. V. JT. vel, *nebulones, rabulæ, impostores*. Vox Hebræa significat eos *quorum cognitio & cogitatio est ad maledicendum, & occupatio in murmurationibus* [c]. *Et qui dicebant, Nihil sunt omnia hæc*, &c. Ch. *& murmuratores*, &c. Calv. Pi. sic Mo. P. Ang. Qui priùs Prophetis obstrepebant, & eorum monita ægre ferebant, obsequentes fient [d]. Qui ex protervia & impatientia murmurare solebant adversùs administrationes providentiæ Divinæ, & nuncia Ministrorum. Vide Exod. 16. 2. & 17. 3. Deut. 1. 27 †. Qui murmurabant propter vocationem Gentium. Confer Matt. 20. 11. Luc. 15. 28. Rom. 10. 19 [f]. Potest hic locus aliter accipi, accipiendo כִּי pro *sed*, vel *quia*, & futura pro infinitivis, & ו initio v. 24. pro *tunc*; eritque sensus, *Non pudefiet Jacob,—quia* (vel, *sed*) *cùm viderit filios suos* (i. e. Gentes inter filios suos computatas) *laudare & sanctificare nomen meum, tunc* Judæi, qui hactenus *spiritu errabant, & murmurabant* adversùs doctrinam Domini, *apprehendent eum*, &c. ut sit quod Paulus ait, *Cùm ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet* [g].

n For. o Di. p Pi. q Q. in V. sic Ch. r Q. in V. sim. K. in Glas. † Glass. gram. 3. 3. 5. 268. t Oecol. in Marl. v Ang. x Jun. y For. z Mc. sim. T. a G. b G. c V. d Calv. sim. Jun. Ang. † Ang. f Pi. g For.

CAP. XXX.

1. VÆ, &c. הוֹי בָּנִים סוֹרְרִים] *Væ filiis declinantibus*, Mo. P. vel, *recedentibus*, V. *contumacibus*, JT. Pi. sim. Sy. *defectoribus*, Ti. *desertoribus*, ο'. G. ex Vulg. nempe Legis Divinæ [a]: *rebellibus*, Ch. in V. Ang. sim. M. *perversis*, Al. in V. *Heu filios degeneres*, Ca. Nova hæc est prophetia; quæ tamen illa sit, obscurum est [b]. Plerique hæc ad Jeremiæ referunt tempora [c]; (quum Judæi, vetante licèt Jeremiâ, in Ægyptum migrare vellent, quod illis in exitium cessit [d];) malè. Nihil enim prædictum est usque ad cap. 36. quod non spectet tempora Ezechiæ; atque adeò hæc omnia à capite 29. ad illud 36. à Propheta prædicata scriptáque sunt biennio ante adventum Sennacheribi. Ideo post hæc vaticinia subnectit ipsam historiam, ex qua appareat omnia ità ut prædixerat evenisse, cap. 36. 37. &c. Cùm primùm ex Assyria venisse audiretur Sennacheribus, Judæi extra Hierosolyma in diversa distracti sunt consilia: alii deditionem Assyriis faciendam putârunt, alii Ægyptios advocandos; & quidem tam fœdè, ut hi Ægyptia sacra, isti Assyriaca, suscipienda vitæ causâ censerent. Solus Ezechias, paucíque cum eo, Dei per Esaiam promissis fidem habuit, & contra spem speravit, successu admirabili; qui Ecclesiæ Christianæ ab hostibus liberationem eximiè figurat *. Mos erat Judæorum in angustiis suis, non Deo fidere, quod jusserunt Prophetæ, sed opem petere ab alienigenis [f]: quod non leve delictum erat, tum quia à Deo id vetitum erat, Deuter. 17. 16. idque gravibus de causis; tum quia non sine gravi Dei contumelia id fieret, quasi Deus ad ipsorum tutelam non suffecisset [g]. ¶ *Ut*, &c. לַעֲשׂוֹת עֵצָה וְלֹא מִנִּי] *Ad faciendum*, vel, *ut faciant*, (vel, *ut capiant*, Calv. *ità ut exsequantur*, V. *qui ineunt*, Pi. sim. Ca. *qui audent capere*, Ti. *ad agitandum*, JT. *ut instituerent*, Ch. *qui proposuêre sibi*, Sy. *Fecistis*, ο'. *Agitâstis*, Ar. Heb. *facere*, vel *faciendo*, Angl.) *consilium, &* (vel, *at*, JT. Pi. sic Sy. Ti.) *non* (vel, quod *non* erat, Ar.) *ex me*, Mo. P. &c. vel, *pro me*, ο'. [q.d. à me, vel à partibus meis. τὸ מ valet *à*, vel *ab*.] vel, *ex verbo meo*, Ch. *ex mente mea*, Sy. vel, *autore me*, Ca. q.d. me priùs non consulto [h]; ut oportebat, Esa. c. 8. v. 19 [i]. Vel, quod consilium à me non prodiit. Inferiùs explicabit quale fuerit hoc *consilium* [k]; nempe, consilium faciendi fœdus cum Ægyptiis contra Regem Babyloniæ [l]. Vel, *non ex me*, id est, mihi contrarium [m]. ¶ *Et*, &c. וְלִנְסֹךְ מַסֵּכָה וְלֹא רוּחִי] Verbum נָסַךְ cum verbali suo מַסֵּכָה, quum de liquidis dicuntur, per *fundere* & *fusionem* redduntur; quum de aridis, per *operire* [n]. [Hinc variant.] *Et ad fundendum fusionem, & non spiritus meus*, Mo. *Quique fundunt fusionem, sed non ex spiritu meo*, Di. *Et fundendo fusionem, & non* est *spiritus* (id est, mens, vel animus) *meus*; non quadrat meæ sententiæ id quod agitant. *Fundere fusionem* metaphoricè sumo, cum Genevensibus, pro, *agitare consilia*, ut idem sit, aliis verbis, quod priùs dixerat, לַעֲשׂוֹת עֵצָה [o]. *Et ad effundendam effusionem, & non spiritûs mei*, (vel, *per spiritum meum*,) sed spiritûs mendacii & erroris & pessimi consilii. Decebat autem primates populi Dei, ut ea tantùm *effunderent* in populum quæ ex Spiritu Dei proficiscerentur, neque mendaciis spem populi lactarent [p]. *Et libavêre libationes, sed non secundùm spiritum meum*, Sy. Al. *Et tegant* (vel, *Et ad obducendum*, JT. *Quíque tegunt*, Pi. Ang. BA. Heb. *ad tegendum*, vel *tegendo*, Angl.) *se tegumento*, P. Pi. Ang. BA. sim. V. JT. (sub. *Ægyptiorum*, V. i.e. ut ponant super se Principes qualis Pharao, cujus umbrâ protegi se volebant [q]. Spes mendaces suprà *operimento* comparavit [r].) *&*, vel *at, non spiritûs mei*, vel, *ex spiritu meo*, P. JT. Pi. &c. i.e. non approbante animo meo *. Multa sunt Hebræis verba quæ duas habent origines, unam ratione formæ, alteram ratione significationis. Sic, נְחִילוֹת *tibiæ species*, Psal. 5. 1. formam habet à נָחַל *possidere*, sed significationem à חָלַל *perforare*; & נֵאָרִים *maledicti*, tanquam à נֵאר, significationem habet ab ארר *exsecrari*. Ità & hîc, מַסֵּכָה à נָסַךְ *fundere*, significationem tamen mutuatur à סָכַךְ *tegere*. Et Levit. 24. 11, 16. נָקַב *perforare*, ter usurpatum reperies pro קָבַב *maledicere* †. [Alii aliter.] *Et abscondant secretum*, &c. Q. in V. M. vel, *operiant arcanum*, i. e. ineant secretum consilium [t]. Eadem sententia quæ præcedit, *ut faciant consilium* [v]. Al. *Commentúmque comminiscantur non afflatu meo*, Ca. *Et caperent consilium, & non interrogaverunt prophetas meos*, Ch. *Et* [repete, *fecistis*, sive *agitâstis*,] *pacta*, sive *fœdera*, *non per spiritum meum*, ο'. vel, quæ *non* erant *ex spiritu meo*, Ar. *Et qui agitârunt consilia*, &c. Gal. De arcanis consiliis agit, quibus astutè volebant, Prophetas fallendo, quasi oculos Dei effugere. *Non ex spiritu meo*, i. e. qui non patiuntur se Spiritu Dei gubernari, sed proprio sensu aguntur, ideóque ad astutias deflectunt, quibus tegatur incredulitas & rebellio; &, quia propositum illis erat Dei Verbo non parêre, neque etiam Spiritum implorant [x]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן סְפוֹת וגו׳] *Ut adjiciant* (vel, *Et propterea addant*, M. vel, *Qui accumulant*, Ti.) *peccatum peccato*, JT. Pi. sic P. &c. nempe, peccatum fiduciæ in auxiliis humanis, peccato perjurii in deficiendo à Rege Babyloniæ, Ezec. 17. 13, 15 [y]. Vel, peccata impœnitentiâ aggravando [z].

2. *Qui*, &c. הַהֹלְכִים לָרֶדֶת וגו׳] *Proficiscentibus* (vel, *Qui iter faciunt*, Pi. sim. Angl. nempe ex sua terra [a]; vel, *proficiscuntur*, Calv.) *ut descendant in Ægyptum*, JT. &c. nempe missis legatis, vers. 4 [b]. ut conquantur auxiliares copias [c]. Pleonasmus est, *ambulant ad descendendum*, i. e. descendunt [d]. Vel, phrasis est quâ nos

a G. b San. c G. San. ex Cyr. Procop. &c. d San. * G. f Ang. g Calv. h Pi. sim. Ang. i Ang. sim. For. k For. l Pi. m G. n Ma. o Di. p For. q V. r For. * Pi. † BA. 2. 23. 293. t Q. in V. sim. M. v M. x Calv. y Pi. z Calv. a Ang. b G. c Jun. d For.

nos Lusitani utimur, *Ambulant ut fugiant*, i.e. Se ad fugam præparant*. ¶ *Sperantes*, &c. "לָעוֹז וגו] *Ut roborentur robore Pharaonis*, Pi. sim. V. Psammitichi †. *Ut roborent* se, Ang. P. &c. Ellipsis pronominis, ut Esa. 13. 15 f. Refer hoc ad tempora vel, 1. Jeremiæ; vide Jer. 42. 14, &c g: vel, 2. Ezechiæ h; cùm, appropinquante Sennacheribo, multi in Ægyptum fugerent; nonnulli etiam, & forsan ipse Ezechias, eò nuncios miserunt opem petituros i.

4. *Erant*, &c. כִּי הָיוּ בְצֹעַן] *Fuerunt enim* (vel, *Quum fuerint*, JT. Pi.) *in Soan*, Calv. &c. *Soan*, urbs maxima in Ægypto, Chaldæis *Tanes*, Græcis *Tanis*; unde ostium *Taniticum* dictum k. Vide Esa. c. 19. v. 11 l. ¶ *Principes tui*] Heb. *ejus*, Mo. Id est, vel, Regis m; vel, populi Judaici n. ¶ *Ad Hanes*] Alia hæc Ægypti urbs o, dicta *Tabapanes*, Jer. 2. 16. & *Tahpanhes*, Jer. 43. 7, 8, 9 p. Aliis *Daphnæ Pelusiæ*, G. ex Chald. Meminit ejus urbis in Psammitichi rebus Herodotus, quæ, ut ait, Arabiam spectabat. Est autem & illud Hebræum nomen, & hoc Græcum, contractum ex pleniore voce, quæ est תַּחְפַּנְחֵס, Jer. 43. 7, 8. ex qua factum תַּחְפְּנֵיס, unde nomen Reginæ 1 Reg. 11. 19. & breviùs חָנֵס, ut hoc loco q.

5. *Omnes*, &c. כֹּל הֹבְאִישׁ עַל עַם לֹא יוֹעִילוּ לָמוֹ] *Omnis pudore affectus est super populum: non proderunt eis*, Mo. *Omnes* (vel, *Unusquisque eorum*, tam mittentium quàm missorum r,) *pudefient* (vel, *confusi sunt*, M. Ang.) *in* (vel, *super*, M. P. &c.) *populo* qui (ellipsis relativi, ut Esa. 10. 3 s.) *eis non proderit*, Ti. vel, *proderunt*, P. vel, *prodesse potuit*, M. *Omnes* (scil. Hierosolymitanos †) *pudefaciet* (nempe Rex*) *per populum*, JT. Pi. per homines *non profuturos illis*, JT. qui *non poterit prodesse ipsis*, Pi. Futurum potentialiter hoc loco accipitur, ut etiam 1 Sam. cap. 12. vers. 21. Jerem. cap. 2. vers. 11 t. Vide Jer. 37. 7 v. Non ausus est Ægyptius tantum hostem in se concitare x. ¶ *Non fuerunt in auxilium, & in*, &c. וְלֹא לְהוֹעִיל] *Nec ad proficiendum*, Mo. *neque emolumento*, JT. sim. Ch. Sy. *neque ad afferendum* (sub. *aliam*, Pi.) *utilitatem*, P. Pi. sub. *comparatus erit*, Pi. Psammitichus, cum Rege Assyriorum fœderatus, (vide suprà 19. 23.) Judæorum causâ fœdus cum Rege potentissimo rumpere noluit. Ità ad Judæos de isto consilio nihil nisi infamia ob vacillationem in Religione redundavit y.

6. *Onus*, &c. מַשָּׂא בַּהֲמוֹת נֶגֶב] *Onus* (vel, *Prophetia*, P.) *jumentorum*, vel *bestiarum*, (vel, *jumentis*, JT. *Austri*, sive *australibus*, Vulg. M. V. Calv. simil. P. *animalium meridiei*, Mo. *Bestias Austri* vocat, quòd feræ utplurimum versentur in regionibus squalidis, ut est regio australis: quódque feræ illæ essent in via quæ ducebat in Ægyptum, quæ quidem est ab Austro Terræ sanctæ z. *In jumenta australia oraculum*, Ca. Judæos vocat *jumenta*, quòd stolidè & brutè sarcinis suis onusti, quasi jumenta, proficiscerentur Ægyptum versùs*; & quidem *Austri*, quòd in Ægyptum fugerent, &c †. Ludit Propheta in ambiguitate vocis מַשָּׂא, quæ sign. & *onus* dorso impositum, & *duram prophetiam*. Cùm ergò Judæos videret onera divitiarum suarum ferre in Ægyptum per horrendum illud desertum quòd Palæstinæ australe est, dixit, *Onus jumentorum*, &c. q.d. Visio gravis in eos qui, veluti jumenta, versùs Austrum onerati bonis suis proficiscuntur a. Al. *Onus* (supple, *bajulàrunt*, G. ex Ti.) *jumenta per viam australem*, Ti. vel, *meridiem versùs*, i. e. Ægyptum versùs, quæ ad meridiem Judææ b. *Onus* mox explicat dona quæ legati secum ferebant ad emendam societatem c. Al. *Quod attinet ad onus* (Heb. *Onus*; nominativus absolutè positus;) *quod jumentis vehetur Austrum versùs*, Pi. Possunt hæc verba cum sequentibus sic conjungi per trajectionem, *Onus jumentis* [Anglicè for beasts] pergentibus *Austrum versùs*,——*bajulabunt*, nempe *opes*, &c. Similes trajectiones vide Esa. 29. 22. Jer. 5. 28 d. *Onus*, i. e. Triste & minax vaticinium*. Nova hæc est prophetia, novo titulo ornata f. Sed non est hîc nova prophetia g, (ut ex verborum serie nostrâque interpretatione patebit h,) sed inchoatæ prosecutio. Itaque præcedentia hucusque fuerunt quasi præfatio præambula ad sequentem prophetiam, cujus hîc ponitur titulus i. Noc est hîc inscriptio nova, sed continuatur cum prioribus sermo k. Prædicit quæ ventura erant Israelitis in Ægyptum descendentibus, &c l. ¶ *In*, &c. בְּאֶרֶץ צָרָה וְצוּקָה] *In* (vel, *Per*, Ti. ut ב sumitur Psal. 19. 5. Esa. 37. 29, 34. & 42. 4 m.) *terra* (vel, *terram*, Ti. JT. Pi.) *tribulationis* (vel, *discriminis*, Ti. *arctitudinis*, V. *oppressionis*, JT. Pi.) *& angustiæ*, P. M. Ti. JT. Pi. sub. *plenam*, Ti. *Per difficilem periculosámque terram*, Ca. Intellige vel, 1. isthmum Arabicum, cujus descriptio satìs clara est n [in verbis sequentibus;] per quem necessariò transeundum erat proficiscenti à Judæa in Ægyptum p. Sed is transitus non valde difficilis erat q. Vel, 2. desertum r illud vastum quod Judææ Ægyptóque interjacebat †: quod hîc dicitur *terra tribulationis*, &c. propter inopiam rerum t; vel, quòd invium & inaquosum est v. Vel, 3. Ægyptum x: sic dictam, vel, quòd majores eorum ibi oppressi fuerunt y; vel, ut significet eos [per Ægyptios] opprimendos, ex more, non autem adjuvandos z. ¶ *Leæna*, &c. לָבִיא וָלַיִשׁ מֵהֶם אֶפְעֶה וְשָׂרָף מְעוֹפֵף] *Leo* (vel, *Leunculus*, M. V. *Immanis leo*, Di. JT. *Vetulus leo*, Pi.) *& tigris* (vel, *leo*, M. V. *leæna*, Ti. *juvenis leo*, JT. Pi. *vetus leo*, Di. sub. *egredientur*, P. sim. JT. Pi.) *ex eis*, (sub. *partibus*, P.) *vipera* (vel, *regulus*, Ti. vel, item *vipera*, Pi.) *& serpens ignitus* (vel, *prester*, JT. vel, *hydrus*, sive *chersydrus*, BA. 2. 3. 13. 421.) *volans*, Mo. P. M. &c. vel, *prester urens ac volitans*, Ti. Vox אֶפְעֶה occurrit hîc tantùm, & Esa. 59. 5. & Job. 20. 16 a. [ubi fusè congesta vide. De שָׂרָף item vide ad Numer. 21. 6. Alii hunc locum sic reddunt,] *Ex quibus* (Heb. *Ex illis*, positivum pro relativo, ut Job. 3. 3, 15. Jer. 2. 6 b. sub. *partibus*, Angl. & sub. *prodeunt*, Ti. sim. M. ellipsis verbi, ut alibi passim †;) *leones*, &c. Ti. sim. M. Al. Ad eos *ex quibus leo*, &c. JT. Pi. i. e. ad Ægyptios, Judæis æquè mortiferos ac leones, &c c. à quibus prodire solent crudeles & noxii milites d. Al. *Ex qua* est *leo*, &c. מֵהֶם intrepidè verto, *ex qua*, referóque ad præcedens אֶרֶץ; quod quamvìs sit sing. fœmin. quia tamen intelliguntur incolæ, rectè vertitur in affixum plur. masc. quod & v. seq. fit, in quem vide nostram observationem*. Exponunt hoc de Ægypto, & bestiis quæ ibi vel adorabantur, vel abundabant f. Constat eas abundâsse in desertis & Arabiæ & Africæ, & in vasta illa solitudine per quam à Judæa in Ægyptum iter erat g. Viperæ in Ægypto erant plurimæ, teste Ammiano Marcellino lib. 22 h. שָׂרָף autem erat & in Ægypto, h. l. & in Arabia deserta. Porrò, מְעוֹפֵף hîc ad verum volatum pertinet, non ad saltum, ut Hebræi perperàm scribunt. Serpentes alatos (& quidem hydrorum specie) tum ex Libya, tum ex Arabia, in Ægyptum volare scribunt Cicero l. 1. de Nat. deorum, Jo. Antiq. 2. 5. Herod. lib. 2. & 3. Mela 3. 9. Lucan. l. 6. Solin. cap. 32. Ammianus lib. 22. Ælian. 2. 38 i. Sed cùm in Judæa tot leones essent, ut patet ex Jud. 14. 5. 1 Reg. 13. 24. & 20. 36. Cant. 4. 8. Jer. 5. 6. quorsum ex Ægypto *leonem & leænam* venire hîc scribit? Resp. 1. Per leones hîc intelligit immanes & truculentos homines k. 2. Quòd leones in Ægypto & locis vicinis erant & plures, & immaniores, quàm in Judæa. De quo, vide Strab. l. 7. & 16. &c l. ¶ *Portantes*, &c. יִשְׂאוּ עַל כֶּתֶף עֲיָרִים חֵילֵיהֶם וְעַל דַּבֶּשֶׁת וגו"] *Ferent*, vel *Deportabunt*, (vel, *Portant*, Ca. Dum *portant*, Calv. *Bajulàrunt*, inquam, Ti. Al. Ad eos qui *deferent*, P. vel, Contra eos qui *portant*, M.) *super humerum pullorum* (vel, *asinorum*, JT. Pi.) *facultates* (vel, *opes*, JT. Pi. &c.) *suas*, *& super gibbum* (vel, *tuberibus*, Ca.) *camelorum thesauros suos*, Mo. P. &c. Eò autem opes portàrunt, vel, 1. ut eas in locum tutum transferrent qui fugerent, sive metu Assyriorum, sive metu Chaldæorum, Jer. 43. 5, 6, 7 m: vel, 2. ut iis auxiliares copias compararent n. Nomen עַיִר *pullum asini* sign. [Scriptum est, עֲיָרִים; at lectum, עֲיָרִים.] Vox דַּבֶּשֶׁת alibi non occurrit o. Dicitur à דְּבַשׁ *mel*, quòd oneribus læsum melle iniungi soleat p.

7. *Ægyptus*, &c. וּמִצְרַיִם הֶבֶל וָרִיק יַעְזֹרוּ] *Et* (vel, *Nam*, JT. Ang. sic Ti. *Quidem*, Ca.) *Ægyptii* (vel, *Ægyptus*, Di.) *vanè* (vel, *frustrà*, Ti. *nequicquam*, Ca. vel, *in vanum*, M. JT. Di. Heb. cum *vanitate*, Pi.) *& inaniter* (vel, *frustrà*, Di. *inutiliter*, Ti. vel, *inanitate*, Pi.) *auxiliabuntur*, Mo. P. &c. *Certè Ægyptii vanitas, & frustrà auxiliabuntur*, Calv. *Nam ad Ægyptios quod attinet, vanè*, &c. Pi. Vanum spem auxilii quidam ex Ægypto

* For. sim. Syr. † G. f Ang. g Sa. h For. Ang. &c. i Ang. k V. l Ang. m Pi. Ang. n Q. in Marl. Ang. ex He. o Ang. p Ang. sim. Pi. q G. r Ang. s Ang. t Pi. v Pi. x Ang. y G. z V. * T. ex For. sim. Mc. † Mc. a For. b G. c G. sim. Pi. Musc. in Marl. d Ang. * Mc. f Q. in San. g M. sim. Jun. h Jun. i Mc. ex H. k G. l V. m Ang. n G. p Q. in Ang. q Ang. r Q. in Ang. sim. Ma. T. † Q. in Ang. t Mc. v T. z Pi. Ang. &c. y Pi. z Jun. a BA. 2. 3. 1. 364. b Ang. † Ang. c Jun. d Pi. * Di. f Q. in Ang. g Ang. h BA. ib. 364. i BA. 2. 3. 13. 421. k Q. in BA. 2. 3. 1. 72. l BA. ib. m Ang. n Q. in Ang. o Ang. p BA. 2. 4. 12. 527. ex RS.

Ægypto Judæis fecerant [q]. *At Ægyptus est vanitas, & vane auxiliabitur.* Antithesis occulta: q. d. Isti per desertum, vel cum vitæ discrimine, non res leves, sed thesauros, non pauca quædam, sed jumentorum sarcinas, deferunt in Ægyptum; quæ tamen eos frustrabitur. Quid stultius? quid indignius [r]? ¶ *Ideo*, &c. לָכֵן קָרָאתִי לְזֹאת רַהַב הֵם שָׁבֶת] *Ideo*, vel *Propterea*, *vocavi* (vel, *clamavi*, Ti.) *ad hanc*, Mo. P. M. Ti. sim. Ca. Calv. sub. *Jerusalaim*, P. M. sic Ca. Omnes, ni fallor, [at falleris, vir eruditissime, ut ex dicendis patebit:] לְזֹאת referunt ad Hierosolymam. Quamvis enim in hoc capite ejus mentio non fit: quia tamen de populo Judaico hîc agitur, cujus metropolis erat Jerusalem, insolens non est Hebræis pronomina & affixa ad id quod reipsa mente concipitur, potiùs quàm ad id quod expressum fuit, referre †. [Alii aliter.] *Idcirco clamo de hoc*, JT. Pi. nempe, consilio & instituto Judæorum de legatione mittenda [t]. ל hîc valet, *de*, & fœmin. ponitur neutraliter [v]. *Propterea vocavi hoc*, Gal. [Quæ versio minimè contemnenda videtur. Ità ל, ut sæpe, accusativo tantùm servit.] *Ideo vocavi illam*, [nempe] gentem Judæam [x]. [Ultima porrò verba sic reddunt;] *Robur eos* (vel, *Robur eorum*, M. Ti. P. Calv. ut sit רַהַב הֵם, pro רַהַבָם, ipso pronomine posito pro affixo, quod durius est [y]: sub. *est*, vel *erit*, P. V. G. Pi. M. vel, *fortitudinem ipsis* fore, JT.) *sedere*, Mo. Pi. &c. vel, *manere*, P. *ut maneant*, JT. *si remanserint*, Ca. *quiescere*, Ti. V. G. sub. *in urbe Jerusalem, nec aliò migrare ad opem implorandam* [z]: vel, *mansio*, aut *quies*, sive *sessio*, eodem sensu, Al. in V. vel, *si quietè sederint*, M. sim. Ang. Gal. Tuebitur illos sola patientia & quies [a]; [quæ quies est] tranquillitas animi acquiescentis in promissionibus Dei [b]. Non excludit omnia defensionis media, sed tantùm illicita, quale erat ab Ægypto opem petere [c]. Ego hunc sensum esse puto: Quia illi Ægyptiorum copias jactabant, quæ tamen vanæ forent; *idcirco*, inquit, *vocavi hanc superbiam*, vel, *hoc tumescere, eorum, flare*, sive *flatum*, qui citò dilabitur, nec quicquam momenti vel ponderis habet. רַהַב *tumor*, vel *superbia*, ut Job. 9. 13. & 26. 12. קָרָא cum dativo, mediante ל, constructum, *vocare*, vel *nomen imponere*, sæpe signif. Vox שָׁבֶת potest esse vel infinitiv. vel nomen infinitum, verbi נָשַׁב *flavit* [d]. Mercerus [ultima verba] reddit, *Fortitudo* sunt *manendo*, i. e. Fortissimi sunt si maneant; longè fortiores quàm si in Ægyptum auxilii quærendi gratiâ abeant. Eleganter sanè. Verùm quia hîc agitur de Ægypto, quæ etiam רַהַב sæpe dicitur, ut Psal. 87. 4. Esa. 51. 9. ob robur & superbiam; quid si לְזֹאת referamus ad Ægyptum, & sic locum vertamus, *Propterea* (nempe, propter vanum juvandi studium,) *vocavi eam*, *RAHAB HEM SCHAVETH*, i. e. *Rahab est cessatio*, i. e. desiit, cessavit, nihil amplius potest. שֶׁבֶת referri potest tam ad שָׁבַת *cessavit, defecit*, quàm ad יָשַׁב, ut K. ad h. l. observat. רַהַב הֵם eadem phrasis est quæ מִצְרַיִם יַעְזוֹרוּ: quum enim nomine regionis intelligantur ejus incolæ, rectum est & usitatum, ut nomini regionis jungatur verbum, pronomen, affixum plur. num. masc. gen. Qui hîc רַהַב sumunt pro *robore*, & quidem in bonum, videant an id ullo exemplo probare queant: ubique enim, nisi fallor, in malum sumitur, pro superbia & fastu qualis in robustis esse solet. Unum רַהַב invenio in bonum, Psal. 90. 10. ubi sumitur pro optimo, quod prævalet *.

8. *Nunc*, &c. עַתָּה בּוֹא כָתְבָהּ עַל לוּחַ אִתָּם] *Nunc* (sub. *ergò*, P. Ti. sic M.) *ingredere* (sub. *ad eos*, P. For. vel, sub. *domum tuam*, For. vel, *vade*, M. Ti. *veni*, JT. Pi. vel, *agè*, ut sit particula adhortantis, qualis 1 Sam. 9. 5. *Veni*, (i. e. Agè,) *revertamur* [f]. Vel, *ingressus*, Vulg. nempe in cubiculum tuum [g]; vel, in conventum publicum Judæorum [h],) *scribe* (vel, & *scribe*, M. P. Ti.) *illud* (vel, *hoc*, Pi. vel, *eam*, sive *ipsam*, Ti. M. P. vel, *hanc*, V. sub. *rem*, Ti. vel, *prophetiam*, M. V. &c. vel, sub. *rebellionem* Judæorum, For.) *super tabulam cum eis*, Mo. vel, *apud eos*, P. JT. Ca. Pi. vel, *eis*, Ti. vel, *coram eis*, M. V. i. e. ipsis videntibus [i]. Impii, quamvis nihil proficiant, severè tamen & coràm arguendi sunt. Hoc facto indubiè Esaias incurrit in multorum invidiam, odium, minas, &c. quæ omnia contempsit, ut Deo paréret & officio suo fungeretur: id quod à nobis quoque faciendum est [k]. Vel, ut sit *apud eos*; ut cum eis maneat, in testimonium, quum res eveniret, ipsos de ea monitos fuisse [l]. Verba hæc sunt Dei ad Esaiam *. ¶ *Et in libro*] Ut duobus modis memoria conservetur [m]. Mos erat Prophetis, ut summam concionum descriptam valvis Templi affigerent, quæ, posteaquam abunde patuerat, à ministris sublata in archivis Templi servabatur. Et hinc Prophetarum liber collectus est. Insigniora autem vaticinia crassioribus literis describenda erant, ut populus ad lectionem alliceretur. Hoc fieri nunc jubet Dominus, ut significet nihil hîc vulgare esse [n]. ¶ *Et erit*, &c. וּתְהִי לְיוֹם אַחֲרוֹן לָעַד עַד עוֹלָם] *Et erit* (vel, *Ut fit*, P. M. JT. *Ut duret*, Ti. sim. Pi. Ca.) *in die novissimo* (vel, *in diem novissimum*, M. *in posterum*, Ca. *postremis temporibus*. Constat autem tempora Messiæ in S. S. appellari *postrema tempora*. Testatam ergò hominibus *in futurum*, atque adeò tempore Messiæ, voluit Dominus Judæorum contumaciam, superbiam & infidelitatem; ut cùm eos abjectos & deletos viderent, justitiam Dei agnoscerent, &c [o]. Vel, *ad dies posteros*, Ti. sive *sequuturos*, Pi. sim. JT. Hebr. *ad diem posterum*, Pi. יוֹם אַחֲרוֹן Hebræis est, omne tempus quod sequitur [p].) *in perpetuum usque in seculum*, Mo. sim. JT. Pi. vel, *in seculum atque in æternum*, M. V. *in omnem perennitatem*, Ca. *in testimonium usque in seculum*, P. sive, *usque in æternum*, Vulg. h.e. perenne [q]. Ut per omnes ætates detestabiles reddantur [r].

9. *Populus*, &c. כִּי עַם וגו'] Τὸ כִּי accipi potest vel causaliter, *Nam populus*, &c. vel expositivè, *Quòd populus*, &c †. *Quòd populus hic rebellis sit*, Calv. Ang. ¶ *Filii mendaces*; ità Calv. Pi. &c. כֶּחָשִׁים] *Falsi*, qui Dei spem veluti fefellerint, ejúsque propositum quo eos sibi in filios adoptaverat frustrati sunt, nequitiâ suâ, &c. Hanc significationem habet verbum כִּחֵשׁ Hos. 9. 2. & Hab. 3. 17. K. sic exponit, *Erant filii Dei, sed negaverunt eum esse patrem suum, utpote non obtemperantes ei; quod perinde est acsi eum abnegarent.* Expositio hæc non est spernenda, à primario verbi כִּחֵשׁ significatu petita, & posteriori membro hujus versûs congrua. Priorem tamen præfero [t]. ¶ *Nolentes audire legem* (vel, *doctrinam*, Pi.) *Dei*] Quam scil. eis Prophetæ proponunt [v]. Fontem malorum omnium notat, nempe Verbi contemptum, in quo se Dei ipsius contemptus prodit. Nugantur enim qui se Deum colere fingunt, cùm sint ejus Verbo immorigeri. Ergò desperatam ipsorum nequitiam ostendit, quòd medicinam sanandis suis morbis oblatam repudient. Hinc *rebelles* eos vocat, quia apertè deficiunt à Deo quicunque se ejus Verbo subjicere detrectant [x].

10. *Qui dicunt videntibus*, (i. e. Prophetis [y],) *Nolite videre*] i. e. Nè prophetetis nobis *. Prophetas quantum possunt impediunt nè vera dicant. Vide Esa. 29. 10 [z]. Sunt verba Prophetæ insaniam populi irridentis [a]. Non exprimit verba impiorum, (neque enim tam stolidi erant & impudentes ut dicerent se seduci velle, & veritatem aversari;) sed rem ut erat, & animum ipsorum, demonstrat. Vaferrimi hi erant hypocritæ, qui cultum Dei præ se ferebant, quibus idcirco larvam detrahit [b]. ¶ *Ea quæ*, &c. נְכוֹחוֹת] *Recta*, M. P. Mo. JT. Pi. h. e. veritates Dei, & officium nostrum [c]: *plana*, Ti. *sana*, Ca. ¶ *Loquimini* (vel, *Sed loquimini*, M. P.) *nobis placentia*, חֲלָקוֹת] *Blanda*, Mo. P. &c. *adulationes*, V. Angl. Heb. *lævitates*, ut Psal. 12. 3, 4. pacem, prosperitatem, &c [d]. non, reprehensiones *. Hinc imposturas sibi accersit mundus; quia indulgentiâ foveri sua vitia ferè omnes cupiunt [f]. חָלַק sign. *dispertire*; &, quia in sermonum varietate, distributione & ordine est magna suavitas ac gratia, hinc transfertur ad notandam *suavitatem* atque *lenitatem* tam in sermonibus quàm in rebus tactûs [g]. ¶ *Videte nobis errores*; sic M. מַהֲתַלּוֹת] *Fallacias*, Ca. For. *illusiones*, Mo. P. Ti. JT. G. Angl. Non quòd ea verba usurparent, sed quòd quæ volebant reipsa eò tenderent [h]. *Placentia* enim ipsis dicere, id erat ipsis illudere [i].

11. *Auferte*, &c. סוּרוּ מִנִּי דֶרֶךְ] *Recedite* (vel, *Deflectite*, Ca.) *de via*, Mo. P. G. &c. sub. *hac*, P. Mar. nempe quam tenebatis, adversa dicendi: vel, sub. *recta* *. Aliam viam inite [k]. Durat adhuc Judæorum Legem & Prophetas nihil curantium sermo [l]. Al. Cedite officio & re-

[q] G. [r] For. † Di. [t] Jun. [v] Pi. [x] G. [y] Di. [z] V. sim. M. Jun. [a] G. sim. Pi. [b] P. [c] Ang. sim. Musc. [d] For. * Di. [f] For. [g] T. ex Me. [h] T. [i] V.

[k] Calv. [l] Ang. * Pi. [m] G. [n] Calv. [o] For. [p] G. [q] G. [r] Calv. † For. [t] Boor. nim. 4. 5. 6. 156. [v] Pi. [x] Calv. [y] Pi. * Pi. [z] G. [a] M. [b] Calv. [c] Ang. [d] Ang. * For. [f] Calv. [g] For. [h] G. sim. Ang. [i] G. * Mar. [k] G. sim. Ang. [l] G.

& regimine vestro [m]. Sinite ut quâ cœpimus viâ progrediamur [n]. ¶ *Declinate*, &c. הַטּוּ מִנֵּי אֹרַח הַשְׁבִּיתוּ מִפָּנֵינוּ וגו׳] *Declinate* (vel, *Deducite*, JT. *Declinare facite*, Di. *Avertite* vos, Pi.) *de semita*, Mo. P. &c. sub. *ista*, P. vel, sub. *recta*, Mar. vel, *ab itinere*, JT. Pi. (q.d. Nè eadem semper auribus nostris ingerite [o]. Nè sitis adeò severi ac rigidi in vestris concionibus. Idem aliis verbis repetit [p].) *cessare facite à facie nostra Sanctum Israelis*, P. Di. &c. Nolite posthac nobis verba de illo facere [q]. Nolite illud nomen toties repetere [r]: ab eo enim abhorrebant †. Nolite apud nos perpetuò nominare Sanctum Israelis, qui has vel illas clades nobis immissurus sit [t]. Prophetæ sæpe hoc nomen ingeminabant, quò reverentiam verbis suis conciliarent [v]. Sicut הַשְׁבִּיתוּ, ità & הַטּוּ, refero ad קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל, ut sensus [versûs] sit, Vos, Prophetæ, recedite à via, & unà vobiscum abducite ab eadem via Sanctum Israelis, ut cesset à facie nostra, neque ampliùs nobis occurrat, sed soli pro arbitrio in viis nostris incedamus [x]. *Facite ut cesset*, &c. JT. i. e. Desinat nos per Prophetas obtundere [y].

12. *Sanctus Israel*] Propheta de industria repetit hoc nomen, ut eis ægre faciat [z]. Invitis ingerit nomen quod fastidiebant, ejus fastidii pœnam denuncians [a]. ¶ *Pro eo*, &c. יַעַן מָאָסְכֶם בַּדָּבָר הַזֶּה] *Eò quòd* (vel, *Quandoquidem*, Ti. JT. *Propterea* quòd: post יַעַן deficit כִּי [b]:) *sprevistis* (vel, *spernitis*, JT. Pi. *abhorretis*, Ti. *nauseam habuistis*, M. *reprobâstis*, V.) *verbum hoc*, P. JT. Pi. vel, *in verbo isto*, M. *à verbo isto*, Ti. i. e. admonitione Dei per Prophetas [c]; vel, dissuasione petendi auxilium ab Ægyptiis [d]. *Propter reprobare vos*, &c. Mo. ¶ *Et*, &c. וַתִּבְטְחוּ בְּעשֶׁק וְנָלוֹז וגו׳] *Et sperâstis*, vel *confisi estis*, *in calumnia* (vel, *in extorsione*, Mo. *in violentia*, V. Calv. sic Ca. *fraudi*, JT. *in oppressione*, G. sic Pi. i. e. vel, 1. in opibus per vim partis *: vel, 2. protervià, quâ populus ille insolescebat, & furiosè ac petulanter adversùs Deum insurgebat, nitens in vetitum, &c [f]: vel, 3. quâ opprimebant & percutiebant Prophetas recta suadentes; vide Jer. 20. 2. & 26. 11 [g].) *& perversitate*, P. Mo. (vel, *pravitate*, Calv. G. Ca. Ti. vel, *præfractæ vitæ*, JT. Heb. *præfracto*, Jun. vel, *& viis perversi*, Pi. *& perverso* judicio, M. *& perversâ*, sive *pravâ*, sub. *viâ*; ellipsis subjecti, ut Esa. 5. 4. *viles*, sub. *uvæ*; Jer. 36. 22. *adurens*, sub. *ignis*: vide & Ezec. 13. 11 [h].) *& innixi estis*, vel *innitimini*, *ei*, P. vel, *super illud*, M. sim. Mo. vel, *illis*, Ti. vel, *eâ*, JT. Pi. scil. oppressione [i].

13. *Erit vobis iniquitas hæc* (i. e. vana fiducia [k], in Ægyptios [l], non in Deum [m]: vel, *iniquitas*, i.e. eversio urbis; met. efficientis [n]:) *sicut*, &c. כְּפֶרֶץ נֹפֵל] *Sicut ruptura cadens*, Mo. Di. P. i. e. casura, ut Esa. 27. 13. *pereuntes*, i. e. perituri [o]: vel, *cadentis muri*, JT. vel, *casum minantis* parietis, Pi. V. Angl. In Hebræo deficit nomen קִיר, quod plerumque est fœmin. alibi tamen, ut Psal. 62. 4. est masc. adeóque hîc congruit cum נֹפֵל [p]. *Ruptura* metonymicè est pars muri quæ prima rumpitur; *cadens*, i. e. ad casum vergens *. ¶ *Et*, &c. נִבְעֶה בְּחוֹמָה נִשְׂגָּבָה] *Requisita* (i.e. vel, manifesta [q]; vel, cujus latens causa post lapsum cum admiratione inquiritur [r]; vel, quam requirunt hostes ad invadendum urbem †;) *in muro excelso*, Mo. V. ex He. [Alii aliter.] *Extuberans*, &c. Di. quæ *ventrem facit*, &c. Pi. sic JT. Di. Heb. *bullire facta*, à בָּעָה *bullire*, Esa. 64. 2 [t]. *Tumens*, instar pustulæ in corpore. Vide Exod. 9. 9, 10 [v]. Aut *tumor*, &c. P. Quæ eminebat velut tuberculum; vel, quæ *tumebat*, seu *diffluebat*. נִבְעֶה vel à נָבַע *defluere*, vel à בָּעָה *eruit*, *elicuit* [x]. ¶ *Quoniam*, &c. אֲשֶׁר פִּתְאֹם לְפֶתַע יָבוֹא שִׁבְרָהּ] *Cujus subitò ad momentum* (vel, *statim repentè*, Di. *subitò* & *repentè*, P. sim. Pi.) *venit*, vel *veniet*, *confractio*, sive *contritio*, P. &c. [Alii totum sic reddunt;] *Quasi murus interruptione corruens*, *murus excelsus inflaturam habens*, *repentè & subitò venit ejus contritio*, M. *Perinde ut ruptura cadens in muro sublimi*, *cujus ruina & conquassatio subitò ex improviso venit*, Ti. *Sicut pars discedens à muro excelso*, *& ruinæ proxima*, *prominet*, &c. sic & illorum tumor ruinam minabatur [y]. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Propterea accidet vobis in ista culpa quod in rimosa*, *caduca & protumente excelsi muri parte*, *cujus repente de improviso fractura venit*.]

14. *Et*, &c. וּשְׁבָרָהּ כְּשֵׁבֶר וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, V. *Autem*, JT. *Imò*, Pi.) *conteret*, vel *franget*, (sub. *Dominus*, V. Pi. vel, *hostis*, Pi. vel, verbum impersonaliter sive indefinitè sumas [a], subintellecto אִישׁ, ex more Hebraismi [b]:) *eam* (nempe, vel, Hierosolymam [c]; vel, iniquitatem quæ præcessit, v. 13. cui fiditis, & omnia quæ illi superstruitis [d]: vel, *illum*, vel *eum*, V. Mo. &c. nempe murum *:) *contritione* (vel, *secundùm contritionem*, Mo. sim. Pi. JT.) *vasis*, vel *lagenæ*, *figulorum*, Mo. P. &c. *Et est contritio ejus sicut contritio*, &c. M. *Cujus ruptura similis erit rupturæ*, &c. Ti. *Et qui frangetur sicut frangitur uter*, &c. Di. שִׁבְרָהּ, aliis & aliis punctis, est nomen, vel verbum. *Et franget*, scil. *subjecta*: vel, *Et fractura ejus*, i. e. vel, quam efficit, vel, quam patitur, &c [f]. ¶ *Contritione pervalidâ*, כָּתוּת לֹא יַחְמוֹל] *Conterendo non parcet*, P. *quod citra commiserationem comminuitur*, M. sic Ti. *qui adeò inclementer confringitur*, Ca. *cui contundendo non parcitur*, Di. *contusi* [nempe *utris*,] *non est usurus clementiâ*, JT. *contusa* [nempe *lagena*,] cui *non parcitur*; Heb. *parcet*, scil. aliquis; nempe possessor ejus [g]. Ellipsis relativi, ut v. 5, 6, 9 [h]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִמָּצֵא בִמְכִתָּתוֹ חֶרֶשׂ לַחְתּוֹת אֵשׁ מִיָּקוּד וְלַחְשׂף מַיִם מִגֶּבֶא] *Et non invenietur* (vel, *Adeò ut non inveniatur*, JT. Pi. sic Ti. Ca.) *in* (vel, *de*, P. V. Pi. &c.) *fragmento* (vel, *fragmentis*, V. Ca. For. vel, *conquassatione*, M. *comminutione*, Ti. *contusione*, JT. Di. *contusis particulis*, Pi.) *ejus testa* (sub. *ulla*, P. M. &c.) *ad capiendum* (vel, exceptum *fovendum*, Ti.) *ignem de incendio*, (vel, *foco*, V. Ti. Pi.) *&*, vel *aut*, *ad hauriendum aquam de fovea*, sive *puteo*, Mo. P. Ti. &c. חָשַׂף, propriè, *denudare*, de aquis dictum, est, *haurire*: nam, *denudare aquas à puteo*, est, puteum aquis nudare; vel, aquas, quæ in puteo veluti tectæ erant, oculis objicere; quod quoddam *denudare* est [i]. גֶּבֶא videtur *collectionem aquarum* significare. גבא Æthiopicè est, *colligere*. Vide [versionem Æthiopicam] ad Matt. 13. 2. & 18. 20. Hoc vult, Ità se habebit hæc vestra iniquitas, simile quid præstabit vobis [k]. Vide quantam peccatum vim habet adversùs peccatorem; in quàm minutas particulas comminuerit res Judæorum, ut nulla ex eis superfuerit civitas, &c [l].

15. *Si*, &c. בְּשׁוּבָה וָנַחַת תִּוָּשֵׁעוּן] [Variant.] *In resipiscentia*, vel *conversione*, *& quiete salvabimini*, M. Q. in V. sic For. i. e. Si ab illis consiliis discedatis [m]. Si ab instituto redeatis, neque in Ægyptum proficisci velitis, sed hîc quiescatis [n]. Si ab ista vana fiducia conversi fueritis ad me, & quieti fueritis, de auxilio meo præsumentes, &c [o]. *Cùm reversus ingemueris*, &c. o'. *Cùm conversus suspirabis*, Ar. *Cùm pœnitentiam egeritis & gemueritis*, &c. Sy. Verùm licèt verbum שׁוּב de pœnitentia accipiatur; nullum tamen nomen vel verbale ejus ità sumitur in S. S. מְשׁוּבָה semper signif. *aversionem* à Deo, &c. Jer. 2. 19. & 3. 22. &c [p]. Al. *In quiete & requie*, &c. Mo. P. V. i. e. Si remanseritis in Jerusalem, & speraveritis in Deo, urbs vestra non expugnabitur [q]. *Sedendo* (vel, *Remanendo*, Ca. *Revertendo*, i. e. Si reverteremini, scil. à proposito vestro implorandi opem Ægyptiorum [r],) *& quiescendo*, &c. Ti. Ca. Pi. *Reversione & descensu*, &c. JT. i. e. Si, tranquillis animis fidentes Deo, non autem Ægyptios implorantes, (ut suprà v. 7.) ad Chaldæorum Regem, cui vos Deus tradidit, revertamini atque descendatis, ut Jer. 38. 17, &c †. ¶ *In*, &c. בְּהַשְׁקֵט וגו׳] *In quiescendo*, Mo. *In vacando*, Ti. *In otio*, Ca. *In tranquillitate*, M. P. JT. Pi. Infinit. pro nomine. *Quies* hîc opponitur *tumultui* & *strepitui*: hinc Vulgatus, *In silentio*: est enim diffidentium strepitus, confidentium verò silentium [r].) *& in spe*, sive *fiducia*, Mo. M. &c. scil. collocata in Deo: Syn. gen [v]. ¶ *Erit fortitudo vestra*, תִּהְיֶה וגו׳] *Esset*, &c. Pi. situm *erit*, &c. Ti. ¶ *Et* (vel, *Sed*, M. Ti. &c.) *noluistis*; ità o'. Ch. Mo. P. sub. *audire*, o'. vel, *non vultis*, scil. parêre huic consilio *: *recusatis*, Ca. וְלֹא אֲבִיתֶם] *At non acquievistis*, Sy.

16. *Ad equos* (i. e. ad Ægyptum equis valentem: vide Deut. 17. 16 [x].) *fugiemus*, עַל סוּס וגו׳] *Super* (vel, *per*, M.) *equum*, sive *equos*, (vel, *equo*, scil. sedentes; sing. collectivè [y];) *fugiemus*, Mo. P. &c. vel, *effugiemus*, sub. *hostem*, M. & sub. *si venerit*, V. simil. Pi. *Equis*, &c. Ti. Ca. i. e. equorum ope [z]. ¶ *Ideo fugietis*] Ità Mo. P. &c. Exsulabitis [a]. Impletum hoc 2 Reg. 25. 4 [b].

¶ *Super*,

¶ *Super*, &c. 'על קל וגו] *Super levem* (vel, *celeres*, sub. *equos*, V. vel, animal cursu *leve*, M. vel, *levi* jumento, JT. *velocibus* equis, Pi. *in pernicibus*, &c. Ca.) *equitabimus*, Mo. P. Pi. &c. *Leve* Hebræis pro veloce, per meton. effic[c]. Sic Virg. *Ante leves ergò pascentur in æthere cervi*. Nam res plerumq; leves celeriores esse solent, ut docet Lucret.*.

17. *Mille*, &c. אלף אחד מפני גערת אחד מפני גערת חמשה תנוסו] *Mille unum* (sub. è *vobis*, Pi. vel, *Chilias una*, Mo. V. nempe hominum [d]: vel, *Mille* hominum, JT. Propriè, *Mille unum*, constructione adjectivi & substantivi *. Vel, *Mille* quasi *unus*, P. sic Ti. Sub. *fugiet*, P. Pi. Ang. sic M. ex membro sequente, ut Esa. 13. 13. & 18. 7 [f].) *à facie increpationis* (vel, *ab increpatione*, JT. For. *ad*, sive *propter*, *increpationem*, Pi. Ca. vel, 1. verbalem; q. d. Non tantùm à gladiis, hastis, &c. sed vel à verbis, &c [g]. Si vel unus vos tantùm increpuerit, non percusserit, &c [h]: vel, 2. realem, ut Psal. 76. 7 [i].) *unius*, *à facie increpationis quinque* (i.e. paucorum [k], sub. *ex hostibus*, Pi.) *fugietis*, P. sic Mo. &c. sub. *omnes*, M. JT. G. Angl. ut 1 Sam. 30. 8 [l]. præ pavore. Oppositum promissum Legem servantibus vide Levit. 26. 8. Deut. 32. 30 [m]. Judæi olim erant gens fortissima: nunc *Judæum* proverbialiter dicimus valde meticulosum [n]. Possit locus sic verti, *Mille fugietis unum* (ut אחד sit accusat. & regatur à תנוסו) *ob increpationem unius*, *ob increpationem quinque*. Præfero tamen Junii sententiam, quia non arbitror נוס unquam cum accusat. construi, sed regere semper nomen interveniente מפני [o]. ¶ *Donec relinquamini* (vel, superstites, sive evasores, ut Esa. 17. 9. Luc. 17. 35, 36 [p]. per singularem Dei misericordiam [q]; vel, deserti & solitarii, ut Esa. 1. 8. & 6. 12. quisque sibi fugâ consulens [r];) *quasi*, &c. 'כתורן וגו] *Velut cippus*, &c. Pi. Heb. *malus*, i.e. lignum simile malo erectum in monte in signum certæ rei†. *Sicut malus*, Mo. P. M. Ti. Ca. &c. sub. *navis*, P. Paucissimi, ut si una arbor de sylva restet ad faciendum malum [t]. Vel, *malum* hîc vocat arborem ramis privatam, &c. ut solitudinem exprimat [v]. Al. ut pauci mali statuuntur in promontoriis altis, ad quos dirigunt cursum nautæ [x]. Al. *ut specula*, *as a beacon*, Ang. Heb. *malus*, Esa. 33. 23. Ezec. 27. 5. Hîc sign. lignum simile malo erectum in loco eminenti, ut indè hostium adventus significetur [y]. Al. *similes cippo in vertice hujus montis*, JT. i.e. in Ecclesia versantes, quæ Sione monte figuratur; i. e. Reliquiæ ex vobis servatæ per electionem Dei paucæ spectandæ proponentur in oculis omnium gentium [z].

18. *Propterea*, &c. 'ולכן יחכה וגו] *Et propterea*, vel *ob id*, *exspectabit*, vel *exspectat*, (scil. emendationem vestram [a],) *Dominus ut misereatur vestri*, P. sim. Mo. &c. vel, *exspectare* vos *faciet*, &c. M. *exspectare* vos *jubet*, He. in V. i. e. jubet vos bono animo esse, & exspectare opem ejus [b]. Sed malim, *exspectabit*, i.e. vel, 1. suspendet executionem judicii sui, vestram pœnitentiam exspectans [c]. Hanc exspectationem opponit nimiæ festinationi quam in populo reprehenderat: nunc eis exprobrat, Dominum pro illata sibi contumelia par pari non relaturum, nec ità properaturum ad ipsos puniendos [d]. Quia tanta futura est clades *, Deúmque miseret vestri [f], propterea exspectat Deus ut moniti pœnitentiam agatis [g], & desistatis à fuga in Ægyptum, & in ipso confidatis [h], ut ipse vestri misertus exsilium hoc auferat [i], malens *miserendo* & *parcendo exaltari*, quàm puniendo [k]. Idcirco Deus furorem cohibet, quò tales vos efficiamini ut vestri Deus misereatur [l]. Vel, 2. suspendet ad tempus determinationem harum ærumnarum, ut tempestivè clementiam adhibeat, quum homines idonei facti sint. Vide Esa. 10. 20. & 17. 7, 8. & 27. 9. &c. Huc enim spectat & sequens exspectatio [m]. ו hîc reddi potest, *Autem*, *Verùm enimvero*, &c. quasi Propheta tacitæ objectioni respondeat. q. d. Ne mireris quòd tamdiu dissimulet Deus, dum hostes grassentur in populum suum: Nam in hoc totus est, ut vos possit in gratiam recipere. Vel potiùs, fit hæc objectio, Cur non perdit Deus contumaces hos Jerosolymitanos, sive tempore Ezechiæ, sive tempore Messiæ? Respondet, Certè in hoc apparet benignitas Dei, qui nihil aliud exspectat quàm quòd habeat quibus condoleat, & quos in gratiam recipiat. Ad hoc *anhelat*, vel *inhiat*, (hoc enim חכה sign.) huc tendit, in hoc totus est, ad hoc permittit hostes grassari, vos fugientes intercipi, multos ex vobis interfici, & in paucitatem redigi, ut vel malis fractos & ad se conversos in gratiam recipiat, &c [i]. ולכן vertas, vel, *Et tamen*, vel, *Nibilominùs*, ut Esa. 51. 21. Jer. 16. 14. & 30. 16. Hoc non obstante; ut respiciat id quod præcessit: vel, *Et*, sive *Tamen*, *idcirco*, ut respiciat id quod sequitur; q.d. In omnibus quæ agit hoc respicit, ut clemens sit, &c [k]. ¶ *Et ideo exaltabitur*, &c. ולכן ירום לרחמכם] *Ac propterea exaltabit se*, vel *exaltabitur*, (i. e. vel, 1. in alta conscendit, & abscessisse videtur [m], ad tempus, donec opportunitas gratiæ exhibendæ accedat, ut Psal. 10. 1 [n]: vel, 2. consurget, & conscendet tribunal, qui jacere aut dormire videbatur quum Ecclesiam suam non defendit [o]. Vel, *exaltabitur*, nempe emendatione vestrâ [p]. Vel, *exaltabitur*, judiciis suis, quibus vos ad pœnitentiam adducemini *.) *ad miserescendum vestri*, Mo. vel, *ut* (sive, *ut*, inquam, P.) *misereatur vestri*, P. Pi. vel, *dum miserebitur vestri*, Q. in V. *Quatenus exaltetur quum propitiatus fuerit vobis*, M. *Ut exaltetur*, &c. Ideo differt Deus auxilium suum, ut major appareat ejus potentia [q]. *Et ictum suspendit*, *ut sit vobis propitius*, Ti. Cui versioni obstat, quòd רום in Kal semper est intransitivum [r]. *Et propterea exaltabit se*, &c. cùm scil. animadvertet in hostes suos, Assyrios [t]. [Ca. totum sic reddit, *Atque eam ob causam rem differt suspenditque Jova, ut erga vos misericordiâ utatur & comitate*.] ¶ *Deus judicii*; ità Mo. P. &c. משפט] *Juris*, JT. *judex*, o'. Sy. Ar. *faciens judicium*, Ch. *æquus*, Ca. *Deus judicii*, i.e. Legis suæ tenax [v]; justissimus & æquissimus [x]. Non agitur furore, sed justo judicio judicat & vindicat [y]; severus in delinquentes, ut Esa. 28. 17. Vide & Exod. 34. 7. Psalm. 146. 7. Esa. 5. 16 [z]. Exercens misericordiam, sed juxta æquitatis leges; ideóque impœnitentibus veniam non præstans; benignè tamen exspectans eos, quos secundùm justitiam posset perdere, quousque ad sanam mentem redeuntes in gratiam recipiat [a]. Al. justus, nec punit eos qui peccata deserunt [b]. Al. *Deus judicii*, i. e. qui non agit temere, sed cum judicio & ratione [c], & denique moderatè [d]. Nomen *judicii* non solùm animadversionem, sed & *moderationem* *, (& *discretionem* [f],) sign. Jer. 10. 24 [g]. Psalm. 112. 5. & opponitur furori, sive rigori justitiæ: vide Esa. 27. 8. Jer. 30. 11 [h]. Ut Δίκη signif. *rationem*, *ritum*, *modum*, quia ista à judicio mentis proficiscuntur: ità משפט, propriè *judicium*, hîc sign. *modum* quo Deus pœnas suis moderatur. Sic Genes. c. 40. v. 13. Jos. 6. 15. 1 Sam. c. 8. v. 11 †. ¶ *Beati omnes qui exspectant eum*] Qui nullius periculi metu à Lege discedunt [i]. Qui spem suam in illo collocant [k]. Qui ipsum placidè & patienter exspectant, donec promissa sua impleat [l]; nec ad illicita remedia confugiunt [m], aut opem ab hominibus sperant. Elegans conclusio, seu epiphonema, dictorum [n]. Hoc infertur ex proxima sententia. Quum Deus ità sibi temperat, hinc hortatur eos ad tolerantiam, & spem, quæ nihil aliud est quàm fidei perseverantia [o]. Ex Dei exspectatione infert illos etiam exspectare debere [p]. Eos miserè vexabat atque inquietos reddidit sua incredulitas. Huic vitio ut medeatur, eos exspectare jubet; & dum *beatos* pronunciat sperantes, &c. è diverso miseros esse significat impatientes & impœnitentes [q]. *O felices omnes qui inhiant ad illum*, qui, cùm tantus sit, ad nos nostrámque conversionem & salutem inhiat & anhelat [r]!

19. *Populus*, &c. כי עם בציון ישב בירושלים] *Nam* (vel, *Certè*, Calv.) *populus* (qui scil. in Babyloniam deportatus fuerit †) *in Sion sedebit*, (quietè scil. & tutò, ut v. 7, 15. Psal. 23. 6 [t]. vel, *habitabit*, P.) *in* (vel, & *in*, P.) *Jerusalaim*, Mo. Calv. sic JT. Pi. Confirmat superiorem sententiam, & fideles erigit: q. d. Populus quidem affligetur, sed revertetur tandem in Sion: id quod post vastationem illam incredibile erat; totus enim populus interiisse videbatur. Promittit superstitem fore Ecclesiam. Incipit à monte *Sion*, ubi Templum, Deúmque illic adhuc invocandum fore docet. Addit, *in Jerusalem*, quam populosam fore admonet: Sic & amplificandam esse Ecclesiam significat, rursúsque instauranda quæ priùs vastata erant [v]. Consolatio hîc est à promissionibus Dei de restitutione Ecclesiæ [x]. Vel, *populus Sion* (h. e. fideles Judæi [y]; vel, in *Sion*, h.e.

Marginal notes, left column: c Pi. * Livel. in Ga. d V. Pi. * Di. f Ang. g For. h Calv. i Ang. k V. G. Ang. For. l Ang. m G. n For. o Di. p Q. in Ang. q Q. in Ang. sim. Calv. r Ang. † Pi. t Ca. v For. ex Forst. x Q. in Ms. y Ang. sim. For. z Jun. a Pi. b Q. in Ms. c Q. in Ang. d Calv. * Me. sim. T. San. f T. g Me. h T. i Me. k T. l San. m Ang.

Marginal notes, right column: i For. k Ang. m For. n Q. in Ang. o Calv. p Pi. * Belg. q V. r Ms. t V. v G. x V. y T. z Q. in Ang. a For. b Me. c Pi. d Pi. sim. Calv. Ang. * Calv. sim. Pi. Ang. f Ang. g Calv. Pi. h Ang. † Livel. in Ga. i G. k Me. l Calv. m Ang. n San. o Calv. p Ang. q Calv. r For. t Pi. Q. in Ang. v Calv. x Jun. y Me.

qui est in Sion [z],) *habitabit in Jerusalem*. Non auferetur, ut alii Judæorum [a]. [Alii hæc verba cum sequentibus nectunt, locum sic reddentes,] *Si populus in Sion sederit in* (vel, & *in*, M.) *Jerusalem, omnino non flebis*, Ti. vel, *flendo non flebis*, M. *Nam in Sione habitante populo*, *Hierosolymis non flebitis*, Ca. *Tu enim, populus* nempe *Sionis qui habitat in Jerusalem, non ampliùs flebis*, Angl. Mutatio personæ, qualis & alibi, & præcipuè Job. 18. 4. unde constat tales mutationes non tantùm in imperativo, (ut nonnulli Grammaticorum restringunt,) sed etiam in indicativo, reperiri. *Populus in Sione*, pro, populus Sionis; ut, *montes in Gilboa*, pro, montes Gilboæ, 2 Sam. c. 1. v. 21 [b]. ¶ *Plorans*, &c. בָּכוֹ לֹא תִבְכֶּה] *Flendo* (vel, *Prorsus*, sive *Omnino*, Ti. Pi. vel, *Porrò*, JT.) *non flebis*, Calv. sim. Mo. P. G. ex Vulg. Non diu flebis, ô civitas Hierosolymorum [c]: vel, ô populo è captivitate liberate [d]. ¶ *Statim*, &c. כְּשָׁמְעָתוֹ עָנָךְ] *Secundùm audire eum*, Mo. (*Simulac audierit*, P. Pi. sub. *illam*, Pi. [nempe *vocem*:] vel, *Et cùm ipse audierit*, M. *Ut*, i. e. quàm primùm, *audierit* eam; vel, *Quamprimum ipse audieris*, Angl. nam affixum, [ו in כְּשָׁמְעָתוֹ] respicit personam audientem, non rem auditam *.) *respondebit tibi*, Mo. P. &c. vel, *exaudiet te*, JT. Pi. Heb. *respondit tibi*, præt. pro fut. ut Mic. 7. 8 [f].

20. *Et*, &c. וְנָתַן לָכֶם אֲדֹנָי לֶחֶם צָר וּמַיִם לָחַץ] *Et dabit* (vel, *Dabit quidem*, JT. Pi. For. vel, *Et si dedit*, M. *Si quando*, vel *Ubi*, *dederit*, Q. in V. Calv. sim. Ca. vel, *Dedit*, sive *Dederat*, *quidem*, For. vel, *Et quamvis dederit*: ellipsis discretivæ particulæ, ut Job. 19. 26 [g].) *vobis Dominus panem angustiæ*, sive *tribulationis*, *& aquam oppressionis*, sive *afflictionis*, Mo. P. JT. Pi. M. &c. i. e. exiguum cibi & potûs demensum [h]. Modicè cibaberis [i]. Inopiam aliquam, famem, sitim, aliáque adversa, patiemini [k]. *Dabit quidem vobis* (postquam vos in Judæam reduxerit, & ad tempus tranquillitatem concesserit [l],) *panem angustiæ*, &c. (i. e. cibum & potum eorum qui carceri includuntur [m]:) i. e. Dabit vobis cibum & potum, sed conjunctum cum angustia & oppressione. Hoc videtur referendum ad tempora Macchabæorum [n]. Sinit Dominus ad tempus suos affligi, sed postea eos eripit [o]. Sensus, q. d. Cùm audis te mox ubi clamaveris exaudiendum, nè putes omnia corpori mox futura suavia, &c. Patietur quidem Dominus te tentari, & in gratiam receptus adhuc vescêris pane, &c. quo utuntur qui in pressura sunt. Vel, certè, narrat quo pacto responsurus esset Deus: Obsideberis quidem, & pane angustiæ, &c. vescêris: at non deerit tibi Doctor, &c. q. d. Corpus quidem dura patietur, at mens consolationibus Divinis refocillabitur [p]. Et confirmat pios, nè deficiant; & eos ad futuram castigationem comparat: q. d. Ad tempus vos urgebit ira Dei, sed lætus exitus instat; & quum pertuleritis istas ærumnas, tunc benefaciet vobis Deus [q]. [Aliis hæc versio & interpretatio non placet.] 1. Quia ex antecedentibus & consequentibus patet hîc promissionem contineri. [Esto; congruè tamen præmitti possit afflictio quæ præcessura erat, ut suavior esset sequens promissio. Deinde, promissio est, sed forsan spiritualis, quæ non rarò cum angustia temporali conjuncta est.] 2. Tunc non מַיִם לָחַץ dixisset, sed מֵי לַחַץ. [At enallage illa formæ absolutæ pro constructa non infrequens est.] Itaque aut, cum Belgica nostra versione, in צָר & לָחַץ subintelligerem ב *in*, ut passim solent Hebræi, & verterem, *Et dabit —panem in angustia*, *& aquas in oppressione*: (doctissimè sanè [r]; q. d. In maximis vestris angustiis necessaria vobis suppeditabit †:) aut sic transferrem, *Et reddet vobis Deus panem angustiam, & aquas oppressionem*, i. e. Tanta comitabitur vos benedictionis vis, ut ipsa angustia vobis cibo, & tribulatio potui, sit futura: *reddet angustiam panem*, i. e. ut panis loco vobis sit [t]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ וגו'] Vox יִכָּנֵף alibi non occurrit in S. S. & deducitur à verbo significante, vel, *alam* avis, ut Esa. 10. 14. vel, *oram* vestis, ut Num. 15. 38. vel, *angulum*, sive *terminum*, terræ, ut Esa. 11. 12. מוֹרֶה sign. vel, *pluviam*, ut Joel. 2. 23; vel, *sagittarium*, 2 Sam. 11. 24; vel, *doctorem*, qui documenta effundit instar pluviæ, vide Deut. 32. 2. Prov. 5. 13. Esa. c. 9. v. 15. Hinc versionum varietas [v]. *At*, vel *Sed*, (vel, *Tunc*, ut Esa. 24. 23. Ang.) *non avolabit* (ad verb. *non alabitur*, non habebit alas [x]: vel, *non alabuntur*, i. e. alâ verberabuntur, sive abigentur; ut, *bacillari* [detur venia verbo Anglicanæ versioni respondenti] dicitur, qui bacillo verberatur. Confer Esa. 10. 14. *nulla alam movebat adversùs me*; ubi metaphora ducta à more avium, quæ alis suis verberant eos qui ova vel pullos auferunt. Sed hoc judicio lectoris permitto *. Vel, *elongabitur*, P. *arctabitur*, M. *arcebitur*, Calv. *includetur angulo*, JT. *amovebuntur in angulum*, Ang. *subducet sese*, V. *colligetur*, vel *excludetur*, aut *prohibebitur*, Q. in V. i. e. non auferetur à te [y],) *ampliùs*, vel *ultrà*, (vel, *longiùs*, V.) *doctores tui*, Mo. Ang. (*doctor tuus*, P. Ti. V. For. vel, *ullus doctorum tuorum*, Pi. sim. JT. Syntaxis collectiva, quam alii vocant distributivam [z]. Vel, plurale hîc est epithetum Sacræ Triadis; vel, מוֹרֶיךָ est sing. י per epenthesin interposito [a]. מוֹרֶיךָ scribitur cum י, & legitur sine י [b]. Al. *pluvia tua*, M. Calv.) *&*, vel *sed*, *videbunt oculi tui doctorem tuum*, P. Ti. &c. vel, *doctores tuos*, JT. Pi. &c. vel, *pluviam tuam*, M. Calv. Sensus, Non diu relinquet vos in tribulatione Deus [c]. Non aberunt à te boni Magistri [d]. Nunquam deerunt veritatis doctores, quos interroges, qui medicamenta adhibeant prout morbus postulat *. Prophetæ non deerunt à quibus inter illas calamitates instituaris [f], de modis placandi Deum, &c [g]. Verum hoc fuisse usque ad reditum ex Babylone, & paulò pòst, satis constat; habebant enim & Oseam, Amosum, Nahum, Abacuc, Ezec. Dan. Zachar. &c [h]. Respicit Propheta Christum, Doctorem orbis, qui non avolat ab Ecclesia, sed perpetuò illam docet per inspirationes, Scripturas, & Ministros suos [i]. *Videbunt*, i. e. magna cum voluptate intuebuntur, eximios illos Doctores, Joannem Baptistam, Christum, & Apostolos [k]. Doctores hi erant vel Ezechias aliíque boni Principes, qui illos bonam viam Dei docebant, 2 Par. 29. 5, —12. & 30. 2, 5. vel, Sacerdotes & Prophetæ [l]: Magistri, quorum præcipuus erat ipse Esaias [m]. Al. Pro siccitate terræ, unde horrenda fames orta est, dabit pluviam fœcundam [n]. Loco penuriæ promittit fertilitatem terræ; quam *pluviæ* nomine aptè exprimit, quia illa [ibi] non è fontibus vel fluviis, [ut in Ægypto,] sed è cœlo & pluvia erat, Deut. 11. 11. Causam exprimit pro effectu [o]. [Aliis hæc interpretatio non placet.] 1. Verba proximè sequentia priori interpretationi favent. 2. Benedictio pluviæ seorsim sequitur v. 23 [p]. [Alii מוֹרֶיךָ in malum accipiunt, & locum sic reddunt,] *Et non ultrà appropinquabunt tibi qui decipiant te*, sive *seductores tui*; *quia oculi tui videbunt eos qui te seducebant*, ό. Ar. *Et non congregabit ampliùs seductores vestrorum*; *sed spectabunt oculi vestri* punitionem *seductorum vestrorum*, Sy. [Ch. locum sic vertit, *Et non tollet majestatem suam ultrà de domo Sanctuarii: & erunt oculi tui videntes majestatem meam in domo Sanctuarii.*]

21. *Et aures tuæ audient verbum*, &c. דָּבָר מֵאַחֲרֶיךָ] *Verbum à tergo tuo*, Mo. V. Calv. JT. M. vel, *post te*, Q. in V. vel, ejus qui *post te*, P. Ti. *erit*, P. *Verbum, quum à tergo tuo dicent*, [ità connectit cum verbo sequente:] Heb. *à post te*, Pi. In diebus illis convertentur homines ad Deum, etiam acsi Doctor à tergo illos monuerit [q]. Sed cur dicit, *à tergo?* Resp. 1. Fingit homines à Deo aversos & fugientes, & Deum tamen illos docere [r]. 2. Est periphrasis pædagogi, qui pueris semper adesse solet, eósque sequi, & post tergum monere †. Sicut pædagogi pueros, sequentes eos, ad verum iter revocant, si quà fortè deflectant [r]. 3. Metaphora est sumpta à pastore, qui oves sequitur, eásque errantes à tergo revocat, &c [v]. Vel, 4. ab itinerantibus, qui, aberrantes à via, vocibus à longè post tergum reducuntur, &c [x]. Novum hîc ingenium populi Dei exprimit, qui jam attentè audient monita Doctorum, eísque obsequentur; id quod priùs facere noluerunt [y]. ¶ *Hæc est via*; ità P. M. &c. הַדֶּרֶךְ] *Via illa*, JT. Pi. scil. quâ itur in cœlum [z]. Vel, via recta, per quam ire debetis, Psal. 25. 9. Jerem. 6. 16 [a]. Sunt hæc verba Doctoris [b]. ¶ *Et non*, &c. כִּי תַאֲמִינוּ וְכִי תַשְׂמְאִילוּ] *Quando* (vel, *sive*, Ti. Calv. ό. Ar.) *dextrabitis*, (vel, *declinabitis*, sive *eatis*, *ad dextram*, P. Ti. Calv. sim. JT. Pi. &c.) *&* (vel, *sive*, Ti. Calv. ό. Ar. vel, *aut*, Angl. JT. Pi. sic P. &c. *&*, pro *aut*, ut Job. 31. 5, 7, 9 [c].) *quando sinistrabitis*, V. sim. Mo. vel,

Margin notes (left column): z For. a G. b Ang. c G. d Pi. * Ang. ex He. f Ang. g Ang. h Me. i G. k T. l Pi. m Musc. in Marl. n Pi. o V. p For. q Calv. r Di. † Ang. t Di. v Ang.

Margin notes (right column): x For. sim. Pi. * Ang. y Pi. z Pi. a Ma. b V. c V. d G. * For. f Me. sim. T. g T. h San. i T. k Pi. l Ang. m G. n M. o Calv. p Ang. q M. r Mar. † T. r G. v Q. in Ang. x Q. in Ma. y Ang. z Pi. Belg. &c. a Ang. b San. c Ang.

vel, *ad finistram*, [nempe *eatis*,] P. Ti. &c. h. e. quum aberrabitis à recta via [d]. Al. *Dextram* & *finistram* vocat omnes humanæ vitæ actiones; ut, quicquid aggrediamur, Deo duce dirigamur *. Al. *Nec divertetis ad dextram, neque ad finistram*, M. sic Ch. Vox תַאֲמִינוּ scripta est ἀνωμάλως, pro, תֵימִינוּ, substituto א loco י, pro natura literarum אֵהוּי [f].

22. *Et* (vel, *Tum*, Ti.) *contaminabis* (vel, *prophanabitis*, Ti. *polluetis*, JT. Pi. sim. Mo. P. &c. i. e. ejicietis è Templo Dei [g]; vertes in usus profanos [h]; ut pollutum abjicietis [i]) *laminas* (vel, *operimentum*, sive *tectorium*, Mo. P. Ti. JT. &c.) *sculptilium argenti tui*] Sic Mo. P. &c. vel, *ex argento tuo*, Ti. vel, *argenteorum tuorum*, Pi. i. e. idola tua, quæ solebas operire argento, &c [k]. Vel, confractum argentum illud unde idola constabant, & in laminas redactum [l]. *Tectorium sculptilium*, &c. id est, sculptilia tua, nempe idola, tecta argento; hypallage [m]. ¶ וְטִמֵּאתֶם אֶת צִפּוּי וגו׳] *Et auferes idola obtecta argento*, Ar. Hic erit effectus propheticarum admonitionum, ut unus colatur Deus, & omnis ethnica superstitio aboleatur [n]. ¶ *Et*, &c. וְאֶת אֲפֻדַּת וגו׳] *Et amictum* (vel, *vestimentum*, Vulg. *operimentum*, For. *superhumerale*, Mo. V. *cinctorium*, M. *textile*, Ti. *ornamentum pretiosum*, P. *pallium*, Q. in V. *artificium*, Al. in V. *Ephod*, Sy.) *fusilis* (vel, *conflatilis*, Mo. M. Ti. *fusilium*, Pi.) *ex auro tuo*, JT. vel, *auri tui*, Mo. P. &c. i. e. idola affabre facta [o]: vel, vestimenta idolorum, &c [p]. Sic *Jovi Olympio* erat magni ponderis *aureum amiculum*, ut nos docent Valer. Max. Arnob. &c [q]. Nullo detrimento impedientur quò minùs idolorum cultum detestentur [r]. ¶ *Et*, &c. תִּזְרֵם] *Disperges ea*, Mo. P. *Separabis ea*, M. JT. sim. Ti. Ca. *Abjicies ea*, Pi. Ang. *Complicabis ea*, ut sic abjicias. זור, & זָרָה, nunc, *complicare*, nunc, contrà, *spargere*, sign †. ¶ *Sicut*, &c. כְּמוֹ דָוָה] *Sicut menstruum*, Mo. P. &c. i. e. pannum menstruatæ [t]: *tanquam menstrualem*, Ca. *ut* (sub. *mulierem*, Pi.) *laborantem ex mensibus*, JT. Pi. sive, *in menstruo*, M. Ellipsis substantivi, ut Esa. 17. 5. & 41. 24. supplendi ex Esa. 64. 6 [v]. q. d. Summa cum abominatione profanabis & abjicies ea [x]. ¶ *Egredere*, (vel, *Et apage*, Ti. sic JT. Pi. vel, *Stercus estis*; nam צֵא potest esse nomen, significans *egressum*, i. e. sordes, excrementum, stercus [y];) *dices ei*; ità Mo. P. sic M. Calv. V. &c. nempe sculptili *; vel, *eorum cuique*, JT. Pi. צֵא תֹּאמַר לוֹ] *Exire jubebitis*, Ca. *Et sicut stercus abjicies ea*, ο'. sim. Sy. Ar. A te longè habebis talia in posterum [z]. q. d. Abite, nihil ampliùs mihi vobiscum, &c. Vide Deut. 24. 1. Jer. 3. 1 [a]. Abi in malam crucem, aut in sterquilinium [b]. Tanto odio vitam anteactam prosequuntur, &c [c].

23. *Et*, &c. וְנָתַן מְטַר זַרְעֲךָ] *Et* (vel, *Præterea*, Ti. vel, *Autem*, Ca. vel, *Tum*, JT. Pi. Ang.) *dabit* (*dabit ille*, Ang. sub. *Deus*, P. Angl. Pronomen pro nomine, ut v. 19. Exod. 34. 28. 2 Reg. 25. 4 [d].) *pluviam seminis tui*, Mo. P. Ang. vel, *sementis tuæ*, JT. *sementi tuæ*, Pi. G. quum conseveris, ut monstrant verba sequentia *: vel, *semini tuo*, M. Ti. Angl. &c. i. e. quâ indigebit semen tuum ut crescat [f]. Promittitur fertilitas [g]. Magna rerum abundantia fuit sub regno Ezechiæ [h]. Al. *Dabit semen*, vel triticum, *tuum pluviam*, i. e. sicut pluviam, i. e. tantâ copiâ quantâ pluvia solet in terram decidere [i]. ¶ *Ubicunque*, &c. אֲשֶׁר וגו׳] *Quando* (vel, *quo*, sive *quâ*, M. Ti. JT. Pi.) *seminabis humum*, Mo. sim. P. ¶ *Et*, &c. וְלֶחֶם תְּבוּאַת הָאֲדָמָה] *Et* (vel, *Item*, Pi. Repete ex membro præced. *dabit*, ut Prov. 9. 7. Vide 2 Cor. 9. 10 [k].) *panem* (vel, *panificium*, Ca. vel, *& pani* tuo, h. e. frumento tuo, ut Esa. 28. 28. ut referatur ad *pluviam*, *pluviam semini tuo*, *& pani*, sub. ex præced. membro, *tuo* [l],) *fructûs*, sive *proventûs*, (vel, *ex proventu*, Angl.) *terræ*, M. P. &c. vel, *provenien*s (vel, *qui proventurus est*, Pi.) *ex terra*, Ca. &c. q. d. Perveniet seges ad maturitatem, unde fiat postea panis optimus [m]. *Et* (repete, *dabit tanquam pluviam*) *panem proventûs*, &c. ut & seminis & fructuum sit ingens copia [n]. ¶ *Erit*, &c. וְהָיָה דָשֵׁן וְשָׁמֵן] *Et* (vel, *qui*, M. vel, *ut*, Pi. Angl.) *erit* (vel, *fit*, Pi. Angl. sub. *fructus*, P.) *pinguis* (vel, *crassus*, Mo. *uber*, Ti. JT. *abundans*, ο'. *ad saturitatem*, Ar. *suavis*, Sy. *nutriens*, Ch.) *& uberrimus*, P. M. vel, *pinguis*, Mo. Ti. ο'. Sy. *ad ubertatem*, Ar. *bonus*, Ch. *succosus*, Pi. Utraque vox *pinguedinem* sign. q. d. valde pinguis; quod de grano dictum ejus plenitudinem, amplitudinem, gravitatem denotat. Vide Gen. 27. 39. Deut. 32. 14. &c [o]. [Alii hæc verba cum præcedentibus nectunt,] *Adeò ut panis, proventus terræ, sit uber & pinguis*, JT. [Al. cum sequentibus,] *Tum pingue opimumque vestrum pecus amplo pascetur in pascuo*, Ca. ¶ *Pascetur*, &c. יִרְעֶה מִקְנֶיךָ בַּיּוֹם הַהוּא כַּר נִרְחָב] *Pascet* (vel, *Depascet*, Ti. BA. 1. p. 413. *Depascent*, JT. *Pascet etiam*, P. *Pascentur etiam*, M.) *acquisitiones tuas* (vel, *pecus tuum*, P. Ti. *pecora tua*, M. Pi. JT. i. e. unumquodque pecorum tuorum, syntaxi collectivâ, si י in מִקְנֶיךָ sit characteristica num. pluralis; vel, *pecus tuum*, collectivè, si י sit vice ה tertiæ radicalis [p]:) *in die illa pascuum latum*, sive *spatiosum*, Mo. P. JT. vel, *campum pascuum amplum*, Ti. vel, *in pascuo lato*, Pi. sim. M. Ang. non arcto, ut tempore obsidionis [q]. Vox כַּר sign. primò *pascuum*, ut hîc, & Psal. 65. 14; deinde, pascualem agnum & ovem, ut Deut. 32. 14. Psal. 37. 20. Esa. 16. 1. & 34. 6 [r].

24. *Et pulli*, &c. וְהָעֲיָרִים וגו׳] *Et pulli* (vel, *asini*, Ca. JT. Ch. vel, *juvenci*, Sy. vel, *pulli asinorum*, P. M. Vulg.) *qui terram colunt*, Ti. sim. Mo. P. &c. Et bobus & asinis utebantur, quamvis non simul conjunctis, Deut. 22. 10 †. ¶ *Commistum*, &c. בְּלִיל חָמִיץ וגו׳] *Migma purum comedent*, Mo. *farraginem* (vel, *pabulum*, M.) *mundam*, sive *puram*, P. vel, *sinceram*, Ca. *sapidissimam*, Ti. *meram*, JT. Heb. *acidam*, vel *acetosam*, Pi. LXX habent, ἄχυρα ἀναπεποιημένα ἐν κριθῇ, (*paleas commistas*, [ut habet versio in Bib. Pol. sive *conditas*, ut habet Cas.] *in hordeo*.) Sic Jud. 19. 21. in Hebræo est, *miscuit asinis*. Ἀναποιεῖν pro *miscere* frequens [his] Interpretibus, ut Levit. 7. 12. & 23. 13. Numer. 6. 15. & 8. 8. &c [t]. *Pabulum impinguans*, Ch. *Misturam acetosam*, quæ jumentis grata est, quam arte conficiunt ex variis rebus [v]. Solebant, cùm magni calores essent, aut jumenta commune pabulum fastidirent, ei aliquid (putà sal, aut grana alterius generis, aut herbas aliquas,) admiscere, quò aut jucundius, aut salubrius, fieret *. Miscellam frumenti varii generis [x], putà tritici, viciæ, lentis, avenæ, hordei [y]; quæ commiscent ut varietate suâ appetitum acuant, & nauseam tollant [z]. Al. Avenam puram, sine admixtione palearum [a]. Tanta erit copia [b]. בְּלִיל, à בָּלַל *confundere*, sive *miscere*, sign. *pabulum jumentorum mistum diversis*, præter paleam [c]. חָמִיץ alibi non legitur [d]. Hinc ambiguitas *. Est adjectivum, significans *infectum*, *fermentatum acredine* [f]. Hæret hîc calculus Magistris Hebræorum, quorum alius hîc explicat, *pingue*; alius, *fermento mixtum*; alius, *bene compactum*; alius, tanquam ex lingua Arabica, *purum* & *merum*, quod merum est figmentum. Mihi בְּלִיל חָמִיץ est, *farrago subacida*, quâ jumentorum fastidienti stomacho subvenitur. Arabes quoque אלחמץ vocant, cui opponitur אליחלה, *dulce pabulum*: quorum hoc [inquiunt] camelo est tanquam panis ejus, illud verò pro bellariis [g]. חומץ & *fermentum* & *acetum* sign. Sed quid his cum grano, non video. Verbum חָמַץ sign. *durè uti*, vel *opprimere*; unde חוֹמֵץ *oppressor*, Psalm. 71. 4. & חָמוּץ *oppressus*, Esa. 1. 17. Locus itaque sic verti possit, *trituratum* (sub. *granum*; ellipsis substantivi, ut Esa. 17. 5.) in *pabulum*, vel loco *pabuli*, ut בְּלִיל sumitur Job. 6. 5. & 24. 6. *Trituratio* sæpe oppressionem denotat, ut Esa. 25. 10. Amos. 1. 3. Hab. 3. 12. & dicitur *castigatio* Esa. 28. 26. Ità sensus est, Non paleam vel stramen comedent, ut antè, Esa. 11. 7. & 65. 25. nec granum in spica cum stramine, vel alio semine viliore ei admixto, sed ab iis expurgatum, &c [h]. Aut certè חָמִיץ est epithetum hordei, quia hordei genus quoddam est acidum, quale fortasse Palæstinæ vernaculum; & quasi fermentaceum, quod etiam apud Hispanos reperitur [i]. ¶ *Sicut*, &c. אֲשֶׁר זֹרֶה בָרַחַת וּבַמִּזְרֶה] *Quod ventilatur* (vel, *purgatur*, Ca.) *in palea* (vel, *per aerem*, M. *vento*, Ti. *ventilabro*, Ca. *vanno*, JT. Pi.) *& in ventilabro*, Mo. P. Calv. JT. Pi. vel, *vanno*, M. Ti. i. e. diligentissimè purgatum †. Vox רַחַת alibi non occurrit [k]. Est instrumentum à vento dictum, quo in area grana separantur à paleis [l]. Sign. *palam*, sic dictam, quia illâ grana attolluntur, vel sursum projiciuntur ante ventum, ut secernantur à paleis. Duplex autem frumenti colendi modus hîc innuitur, vel in eodem grano adhibitus, primus *palâ*, secundus & sequens *ventilabro*; vel modò

Marginal notes (left column): d Jun. sim. Belg. Ang. — * Calv. — f Pi. — g V. — h G. — i Pi. — k V. — l G. — m Pi. — n San. — o Q. in V. — p Mc. — q G. — r Calv. — † For. — t V. sim. Ti. — v Ang. — x Musc. — y V. — * V. — z G. — a Ang. — b Mc. — c For. — d Ang. — * G. — f Pi. sim. Ang. — g Calv. — h G. — i For. — k Ang. — l Ang. — m V. — n For.

Marginal notes (right column): o Ang. — p Pi. — q Ang. — r BA. 1. 2. 43. 428. — † Ang. — t G. — v For. — * San. — x T. sim. Me. — y T. — z T. ex Hi. — a M. — b M. G. — c V. — d Ma. Ang. — * Ang. — f Ma. — g BA. 1. 2. 7. 113. — h Ang. — i San. — † G. — k Ang. — l For.

unus, modò alter, usurpatus, pro re nata. Ità textus disjunctivè legendus esset, *palâ, aut ventilabro*. Alius unicus erat colendi modus,sed partim *palâ*, partim *ventilabro*, peractus [m].

25. *Et*,&c. וְהָיָה וגו׳ פְּלָגִים יִבְלֵי מָיִם וגו׳] *Et* (vel, *Denique*, M.) *erunt* (*erit*, Mo. V. sub. *pluvia*, V. vel, *accidet* ut sint, Calv.) *super omnem montem*,&c. *rivi, deductus* (vel, *rivi, processus*, JT. Pi. vel, *rivi, rivi*, P. Calv. *rivuli*,& *fluenta*, M. Ang. vel, *decursus*, BA. 1.2.43.426. *rivi manantes*, Ca. *distincti rivi*, Ti. vel, *in rivos, rivos*, inquam, V.) *aquarum*, Mo.&c. Geminatio multitudinem significat: q.d. Tanta erit copia imbrium, ut multi rivi aquarum sint super montes [n], ad eos irrigandum fertilésque reddendum [o]; ut etiam ea madescant quæ suapte naturâ erunt aridissima [p]: ut fluvii de montibus decurrant in subjectas valles,&c [q]. Spiritualiter hoc accipiendum de affluentia Divinorum charismatum [r]. ¶ *In*, &c. בְּיוֹם הֶרֶג רָב] *In die* (vel, *tempore*, JT. Pi.) *cædis magnæ*, Ti. JT. Pi. vel, *vastæ*, Ca. vel, *multitudinis*, P. i. e. Post illam stragem, vel, 1. Assyriorum †; vel, 2. Babyloniorum per Medos & Persas [t]; vel, 3. Judæorum per Romanos [v]. ¶ *Quum ceciderint turres*] Ità JT. Pi. &c. scil. urbis Babelis [x]. Vel, *turres* hîc sunt Principes [z], ut Esa. 2. 15 [a].

26. *Erit lux lunæ sicut lux solis*] Nempe constantiâ [b]: vel potiùs, splendore [c]. Gaudii significatio. Sic poeta, *Ipse mihi visus pulcrior ire dies*. Vide dicta ad Matt. 24. 29 [d]. Maxima erit lætitia vestra *. Illustrissima & gloriosissima erunt omnia [f]. Dominus naturæ ordinem, in hoc, beneficentiâ superabit [g]. ¶ *Lux solis erit*,&c. יִהְיֶה שִׁבְעָתַיִם וגו׳] *Erit septupla*, JT. Pi. Ar. (vel, *septempliciter*, Mo. P. sim. V. i.e. multis vicibus [h], sub. *aucta*, P.) *sicut lux septem dierum*, Mo. P. &c. *septies clarior, ut tanta sit quanta est lux*,&c. Ti. q.d. Erit intensius lumen, quod alioqui constaret lumine septem dierum †. Lux erit septupla, quasi præter Solem sex essent parelii [i]. *Lux* hîc magnitudinem gaudii exprimit [k]. ¶ *In die quâ alligaverit* (vel, *consolidaverit*, Sy. *obligaverit*, JT. Pi. Ca. ut obligantur vel vulnera, vel ossa quæ confracta fuerant. Vide Esa. 3. 7. Hos. 6. 1. Luc. 10. 34 [l].) *Dominus vulnus* (*rupturam*, V. *contritionem*, sive *fractionem*, Mo. P. &c. *fracturam*, JT. *conquassationem*, Ti.) *populi sui*, *& percussuram* (vel, *transfossionem*, Mo. V. *fractionem*, JT. *dolorem*, Sy. *vulnus*, Ti. Ca.) *plagæ ejus* (vel, *inflictum ei*, Ca. vel, *quâ vulneratus fuerit*, Pi.) *sanaverit*, בְּיוֹם חֲבֹשׁ יְהוָה אֶת שֶׁבֶר עַמּוֹ וּמַחַץ מַכָּתוֹ וגו׳] *In die quâ reducet Dominus captivitatem populi sui*,&c. Ch. Quum Ecclesiam, ex inutilibus membris laborantem, admotâ manu, tanquam chirurgus, curaverit [m]. Spectatur hoc loco tempus vel, 1. quando Deus Hierosolymam ab omnibus malis quæ tolerabat, quæque metuebat, exemerit [n]. Quum liberaverit vos è Babylone [o]. Historicè, Quum Deus, extinctis Assyrio atque Chaldæo, sanaverit plagam ab hostibus illatam, &c. Vel, 2. mysticè [p], & præcipuè, quum Christus mittetur [q]. Quum Legis umbræ recesserint, & Evangelii splendor affulserit [r]. Docet qualis futura sit piorum conditio sub regno Christi: nam Dominus alioqui bonos & malos Sole suo illustrat; hîc verò agitur de felicitate quæ impiis communis esse non potest†. Vel, 3. quum Gog & Magog occisi fuerint,&c [t]. Vel, 4. tempus extremi Judicii [v]; quum hæc sidera incrementum luminis à Deo accipient [x].

27. *Ecce, nomen Domini* (i. e. vel, 1. ipse Jehova [y]: ut dicimus, *Majestas regia*, pro Rege. Sic Psalm. 20. 6. & 116. 13. Esa. 18. 7. & 50. 10 [z]. Dominus gloriosus [a]. Deus omni laude dignissimus [b]. *Nomen*, pro *fama*, ut Gen. 6. 4. & 11. 4. Vel, 2. potentia Domini, ut Psal. 99. 3. Esa. 59. 19 [c].) *venit de longinquo*] Ità Mo. P. &c. Id est, vel, 1. de cœlo [d]; unde misit Angelum, &c. Esa. 37. 36 *. Vel, 2. inexspectatus, ut qui peregre adveniunt [f], è locis remotis: vide Psal. 10. 1. Amos. 6. 3. Matt. 24. 44 [g]. Vel, 3. longo pòst tempore [h]. Nam Sennacherib non ante annum Ezechiæ 15. interiit, Babylonii verò non nisi post 200 annos à Medis deleti sunt *. [Huic interpretationi favent o'. & Ar. locum sic vertentes, *venit*, vel *venturus est, post tempus multum*.] Vel, 4. hoc dicit per concessionem, & ex sententia impiorum, qui, quum manum Dei non sentiunt, eum longè abesse putant, piorum fiduciam, ut inanem, ridentes [i]. Quando judicio, non tantùm Assyriorum, sed Judæorum quoque, ac denique carnis, procul à Judæis abesse videbatur, ut hos liberaret, illósque perderet [k]. Vel, 5. hoc dicit, quia ad puniendum difficilis est, & arma de longinquo sumit, nempe de peccatis nostris, non de natura sua [l]. ¶ *Ardens*,&c. בֹּעֵר אַפּוֹ וְכֹבֶד מַשָּׂאָה] *Ardens* (vel, Et *ardens*, M. vel, *Ardet*, Di.) *nasus ejus*, Mo. Angl. vel, *naso suo*, Pi. sic Angl. in quo ira relucet [m]: prosopopoeia [n]: (vel, *facies ejus*, Calv. V. sim. Ti. *furor*, sive *ira, ejus*, P. Di. vel, *irâ suâ*, JT. Ang.) *& gravitas oneris*, Mo. sive, *oneris ejus*, V. vel, *& grave onus ejus*, P. Calv. vel, *& onus* illius (ellipsis pronominis, ut Esa. 27. 9 o'.) *est grave*, Ang. Heb. *gravitas*, ut Prov. 27. 3. i.e. gravissimum†. Vel, *ut gravissimus sit ferendo*, Ti. Vel, *& gravitate incendii*, JT. Pi. *& gravitas incendii*, i.e. grave incendium [p]. *Incendii*, scil. nasi. Heb. *elevationis*, scil. fumi. Ità מַשְׂאֵת sumitur Jud. 20. 40. & Jer. 6. 1 [q]. [Alii locum sic reddunt,] *Ardens furor cum gloria*, o'. *Fortis est furor ejus, & gravior quàm ut ferri queat*, Ch. [Ca. totum sic reddit, *Ecce Jovæ nomen procul adveniens, ardentis irâ, & grave ferentis onus*.] Dominus secum affert horrendas clades, quas impii ferre non poterunt. *Onera* vocat pœnas quæ impiis infliguntur [r]. ¶ *Labia ejus*, &c.] Per *labia* & *linguam* idem intelligit, nempe sententiam à Domino prolatam †. Ea autem potiùs nominat quàm *manus*, ut significet, impios, qui omnes Dei minas rident, suo damno sensuros non exire ex ore Dei inanem sonitum,&c [t]. Inducitur Dominus quasi ignem spirans, totúsque in furorem versus, & ut qui ore suo nihil nisi iram ac vindictam promat [v].

28. *Spiritus* (vel, *Flatus*, Ti. Ca. *Halitus*, Pi. Ang.) *ejus* (i. e. Ira ejus [x]) *velut torrens inundans*] Hâc phrasi significantur celeritas, copia & impetus iræ Dei [y]. *Torrens*, vel ignis, ad consumendum, ut Dan. 7. 10. vel aquæ, ad mergendum, ut Esa. 28. 15, 17. Transit enim Propheta ab una similitudine ad aliam, ut postea in hoc ipso versu, & Esa. 28. 17 [z]. ¶ *Usque*, &c. עַד צַוָּאר יֶחֱצֶה] *Usque ad collum dimidiabit*, Mo. cujus [nempe *fluvii*] *medium usque ad collum pertingit*, M. qui [nempe *fluvius*] *usque ad collum* (vel, *medium colli*, Angl.) *divi*dit, vel *secat*, P. Ca. Angl. vel, *pertingit*, Pi. Angl. Fut. Heb. pro præs. *In duas partes secat*: i. e. qui, usque ad collum perveniens, quasi dividere hominem in duas partes videtur; sed tamen inæquales; in partem quæ exstat, & aliam quæ in aqua est [a]. Videntur secta eorum capita qui in aqua sunt usque ad collum [b]. Tam rapidus torrens, ut eum transvadare difficillimum sit, & periculi plenum [c]. Typus hic periculosi, & penè desperati, status. Vide Esa. 8. 8 [d]. Significat Regem Assyriorum penè perdendum fore, ut qui in aqua est usque ad collum propinquus est submersioni *. [JT. hæc cum præced. jungunt hoc modo,—*inundans* eum qui *ad collum dividebat*,] i. e. Assyrium, qui jam omnia ferè occupaverat, præter Hierosolyma [f]. ¶ *Ad*, &c. לַהֲנָפָה גוֹיִם בְּנָפַת שָׁוְא] *Ut ventilet* (vel, *agitet*, Pi. *ad agitandum*, Mo.) *gentes* (ex quibus conflatus erat Assyriorum exercitus *) *in cribro* (vel, *ventilabro*, P. *ventilatione*, Ti. *agitatione*, JT. Pi.) *vanitatis*, M. Mo. P. JT. Pi. vel, *vano*, i. e. inutili†. Ut ventilantur quæ vana sunt [g]. Quod inane manet, & grana decidere patitur [h]. Tantâ agitatione, ut illi in vanitatem abeant [i]. Vel, *præcipitantiæ*, quâ grana extra cribrum excutiuntur [k]. Vel, *nihili*, Ti. *ad nihilum*, ut nihil supersit [l]: vel, quâ eos rediget in nihilum [m]. Cribrum fit ad purgandum frumentum à palea: sed in hoc cribro nihil remanebit, sed omnia ibunt in perditionem. q. d. Tum omnes perdet, & nihil relinquet [o]. Vox נָפָה alibi non exstat [o]. Sign. *ventilabrum*, quod ab *attollendo in altum grana* sic dicitur [p]. ¶ *Et*, &c. וְרֶסֶן מַתְעֶה עַל לְחָיֵי עַמִּים] *Et ut frænum errare faciat*, &c. Ti. *Et sicut frænum hàc illàc flectens*, &c. Heb. *oberrare faciens*; meton. effecti [q]. *Et frænum erroris* (vel, *errans*, For.) *quod erat in*, &c. G. ex Vulg. Ad perdendum ipsum etiam Regem, qui tot populos frænabat, eísque præibat ad falsorum deorum cultum [r]. Epithetum hoc Regis Assur, qui multas gentes quasi fræno subjugaverat. Dicitur autem frænum *errare* (i. e. versari) *in maxillis*, eo modo significandi quem suprà Esa. 28. 7. explicavi. *Venire* igitur *Dominus* dicitur ad *cribrandos* istos *populorum infrænatores*, &c. vel, *ad agitandum frænum quod versari*

facie t

[m] Ang. ex He. [n] V. [o] Pi. [p] G. [q] Ang. [r] For. † G. M. Ang. [t] Pi. [v] For. [x] Pi. Q. in Ang. [z] G. Ang. M. [a] Ang. [b] Q. in Ang. [c] Ang. [d] G. * Pi. [f] Jun. [g] Calv. [h] V. † V. [i] G. [k] V. sim. For. [l] Ang. [m] Jun. [n] G. sim. Ang. [o] Pi. [p] San. [q] Pi. [r] San. † Calv. [t] He. in Ang. [v] Me. ex Hi. T. L. [x] Me. [y] Pi. Ang. [z] Ang. [a] For. [b] G. Ang. [c] Ang. [d] Mar. Pi. * Ang. [f] G. Ang. [g] Ang. [h] Me. sim. San. * San. [i] Calv.

[k] Jun. [l] San. [m] For. sim. Ang. [n] Ang. [o] Ang. † Ang. [p] Di. [q] Pi. [r] Calv. † Oecol. [t] Calv. [v] For. [x] G. [y] Me. [z] Ang. [a] V. sim. Pi. Ang. [b] Ca. [c] Me. [d] Ang. * He. in V. [f] Jun. * Jun. † Q. in V. [g] Ca. [h] For. [i] Jun. [k] For. [l] G. [m] Pi. [n] V. ex He. sim. Ang. Msr. [o] Ang. [p] V. [q] Pi. [r] C.

faciet super maxillas, &c. Vel sic, *Et erit frænum errans*, &c. q. d. Veniet gentes flagellis suis infrænaturus, &c. Sed prius simplicius est †. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Adventilandas gentes vanitatis ventilatione, populorúmque maxillas erroris fræno coercendas* ;] duriter, sicut frænantur equi de via deflectentes [t]. *Est quoque* spiritus ejus veluti *frænum*, &c. M. *Fecit ut errent fræno imposito maxillis populorum*, JT. i.e. ità propulsavit, ut palantes reliquiæ reverterentur in regionem suam. Vide infrà 37. 29 [v]. *Et* (sub. *erit*, Ang.) *frænum* (sicut *frænum*, Angl.) —*errare faciens*, &c. Mo. P. Ang. populos scilicet prædictos ; eorum reliquias huc illuc flectens pro libitu, ut Jac. 3. 3. vel, eos de via quâ ire cupiebant & designabant avertens, &c [x]. Vel, *frænum errans*, &c. Sinet gentes errare. Nam ut jumenta fræno regi solent, ità homines ratione. Vel, si qui supersint, immittet in eos [Deus] spiritum erroris, quæ est gravissima punitio [y]. Sicut ferocientes equi huc atque illuc à sessoribus agitantur, &, quò magis calcitrant, eò vehementiùs impelluntur & tunduntur : sic Deus constringit impios, eorúmque protervium coercet, & præcipites in exitium impellit ; ità Judicem se ostendens [z].

29. *Canticum erit vobis* ; ità Mo. P. Ch. Sy. &c. הַשִּׁיר וגו׳] Tum (quum Assyrius cæsus fuerit [a]) *canticum erit*, &c. Pi. Deficit *tum*, ut Job. 9. 35 [b]. *Illud canticum*, &c. JT. *Hoc erit vobis canticum* : Articulus pro pronomine [c]. Malim *Talia cantica*, vel *Talem cantionem, tunc habebitis* : *Canticum*, pro *canticis*, ut 1 Reg. 4. 32. vel, pro *cantione*, ut 1 Par. 6. 31 [d]. *Carmine utemini*, Ca. Pœnæ Assyriorum cedent in Ecclesiæ salutem*. ¶ *Sicut*, &c. כְּלֵיל הִתְקַדֶּשׁ־חָג] *Sicut in nocte* (vel, *noctis*, JT. Pi.) quâ *sanctificatur* (vel, *initiatur*, M. *indicitur*, Ca. *dum celebratur*, Calv.) *solennitas*, sive *festum*, P. Pi. JT. sim. Mo. Calv. M. vel, *quum se ad diem festum sanctificant*, Ti. In cœna quæ diem festum sequitur, in qua fiebat postcœnium, circumferebatur ποτήριον εὐλογίας, (*poculum benedictionis* ;) omnia denique plena erant lætitiæ [f]. Simile erit canticum ei quod cani solet nocte præcedente solennitatem, sive lucem in qua celebratur solennitas [g]. Incipiebat enim solennitas à nocte sive vespera præcedente [h] : hinc nocturnum canticum vocat. Judæi diem, adeóque festum, à nocte incipiebant [i]. *Solennitatem* hîc intellige Paschatis [k], in cujus nocte excisi sunt Assyrii [l]. Canticum, quale Hebræorum demerso Pharaone, &c. Exod. 15. 1 [m]. ¶ *Sicut*, &c. כַּהוֹלֵךְ בֶּחָלִיל] *Sicut est pergenti*, vel *euntis*, *cum tibia*, P. simil. Mo. M. JT. Pi. vel, *ad tibiam*, Ti. V. ¶ *Ut intret* (vel, *veniat*, P. JT. &c.) *in montem Domini*, &c.] Nempe Sionem, Psal. 84. 8 [n] : vel, Templum quod in monte situm erat [p]. Tacitus de Judæis, *Sacerdotes eorum tibiâ tympanisque concinebant*. Vide 2 Sam. c. 6. v. 16 [q].

30. *Et*, &c. וְהִשְׁמִיעַ—אֶת הוֹד קוֹלוֹ] *Et audire* (vel, *resonare*, M.) *faciet* (vel, *audiendam præbebit*, Pi.) —*magnificentiam* (vel, *potentiam*, P. *majestatem*, Ti. JT. *gloriam*, V. For.) *vocis suæ*, Mo. &c. vel, *magnificam vocem suam*, Pi. i. e. tonitru [r], (dictum *vox Dei* Ps. 29. 3. &c†.) quod præcessit cladem Assyriorum [t]. Quo perculsurus erat Assyrios per Angelum occidendos [v]. Non itaque clanculùm & secretò eos occîdit Angelus, sed tempestatem excitando tonitrûs, fulguris, &c [x]. ¶ *Et terrorem*, &c. וְנַחַת וגו׳] *Et descensionem brachii sui*, &c. Mo. P. Calv. V. sic JT. Alludit ad gestum ferientis : q. d. Ostendet quàm potenter ferire valeat [y]. *Et demissionem*, &c. quod è cœlo demissurus est, &c. Heb. *quietem* ; meton. effecti [z]. *Et immissionem*, &c. M. vel, *incussionem*, Ti. *impressionem*, Ca. *furorem*, o'. Ar. *ictum*, Sy. *fortitudinem*, Ch. Al. *quietem*, ut Job. 17. 16. Prov. 29. 9. Eccles. 4. 6. & 6. 5. ità h. l. Quiescere faciet Deus super eos vindictam suam. Ità Damascus dicitur *quies iræ Dei*, Zac. 9. 1 [a]. ¶ *Allidet*, &c. נֶפֶץ וָזֶרֶם וְאֶבֶן בָּרָד] *Dispersione*, (vel, cum *dispersione*, P. vel potiùs, cum *dissipatione*, Angl. V. Pi. sic Calv. Verbum enim sign. *comminuere in fragmenta*, Esa. 27. 9. unde ab eo מַפֵּץ *malleus*, Jer. 51. 20 [b]. Vel, *strage*, Ca. *allisione*, Ch. cum *fulmine dissipante*, M. *fulgure*, For.) & *turbine*, (vel, *inundatione*, JT. Pi. *imbre*, vel *nimbo*, M. Ti. Ca.) & *lapide* (vel, *lapidibus*, Ch. V. Ang. sing. pro plur [c]. ut Hab. 2. 11. Vide Esa. 28. 2 [d].) *grandinis*, Mo. P. &c. i.e. cum ingenti grandine*. Dubium est an Angelus Dei his armis usus fuerat, an verò hæc dicantur parabolicè, q. d. Profligati sunt Assyrii, perinde acsi fuissent igne, torrente, grandine, &c. consumpti [f].

31. *A voce*, &c. כִּי מִקּוֹל יְהוָה יֵחַת אַשּׁוּר בַּשֵּׁבֶט יַכֶּה] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Sanè*, Calv. *Quum*, JT. *Siquidem*, M.) *à voce* (vel, *per vocem*, M. *propter vocem*, i. e. tonitru, ut v. præc [g].) *Domini conteretur* (vel, *contritus est*, JT. *consternabitur*, Pi. sim. Ti.) *Assur*, Mo. P. Calv. &c. *in virga percutiet*, Mo. vel, *in baculum* [fortè legendum, vel, *in baculo*, vel, *in eum baculum*] *incutiet*, [nempe Deus,] Ti. vel, acsi *virgâ percuteretur*, P. vel, *virgâ suâ percutit* illum, sub. *Dominus*, V. vel, *virgâ percutiens*, G. *virgâ solitus percutere*, JT. *Qui virgâ* (vel, *virgâ suâ*, V. vel, *cum dominio*, Ch.) *percutiebat*, Pi. Ch. sic M. V. vel, *percutere solebat*, V. i. e. gravissimè vexare [h], sub. *alios*, M. V. G. Quo Deus, ceu virgâ, usus erat ad castigandum populum suum, Esa. 10. 5, 6, 20. Ellipsis relativi, ut alibi passim [i]. Qui Judæam vastavit, &c [k]. Quia crudelis hic erat erga alios, eâdem illi mensurâ rependitur. Nota hîc, Domino ad perdendos hostes non aliis armis opus esse quàm voce & nutu [l]. [Ca. versum sic reddit, *Nam Jove voce pavefiet Assyrius ferientis fuste*.]

32. *Et erit*, &c. וְהָיָה כֹּל מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה אֲשֶׁר יָנִיחַ יְהוָה עָלָיו בְּתֻפִּים וּבְכִנֹּרוֹת] Difficilis est hic versus [m]. [Variè vertitur.] *Et erit omnis transitus virgæ fundatæ*, sive *baculi fundati*, Mo. P. Ti. (vel, *virgæ fundamenti*, sive *fundationis*, Q. in V. Jun. Pi. quâ sign. decretum firmum [n]. Al. *Sic erit omnis locus* (nempe Judææ [o]) *quâ*, sive *per quem*, *transibit virga fundatissima*, JT. sive, *baculus ille fundatus*, Pi. sim. Ang. i.e. decreto Dei constitutus † : *baculus* de quo dictum v. 31 [p]. Vel, per *baculum* intelligit Assyrios hostiliter invadentes Judæam [q]. Vel, *Et erit in omni transitu baculus fundatus*, V. vel, *Quócunque ille transierit, erit virga ei affixa*, M.) *quam*, vel *quem*, *Dominus imponet* (vel, *incutiet*, Ti. *infliget*, V. *requiescere faciet*, Mo. P. Angl.) *illi*, vel *super eum*, M. Ti. Mo. P. &c. (vel, *cui imposuerit Jehova eam*, JT. sic Pi. [nempe *virgam*,]) *in*, vel *cum*, *tympanis*, & *in*, vel *cum*, *citharis*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. &c. sub. *erit*, Q. in V. Ang. Significat Assyrios frustrà tentaturos ut manum Dei evadant ; nam quócunque se contulerint, eos persequetur [r]. Percussio virgæ erit stabilita à Deo, ut prohibere nemo possit : nec ad breve tempus percutiet, sed quiescet flagellum super eum, nempe Assyrium †. Tam graves ei infligentur plagæ, ut diu vibices & vestigia hæreant, acsi fustis vel baculus infixus esset. Significat etiam certam fore Dei victoriam : nam tympana, citharæ, &c. plausum victorum denotant, &c [t]. Dominus pugnabit contra hostes populi sui, gaudentibus & triumphantibus suis [v]. q.d. Populus quidem Dei ab hostibus mala perpetietur ; exitus tamen erit lætissimus, *cum tympanis*, &c. ex usu veterum, Exod. 15. 20. 1 Sam. 18. 6. Psal. 68. 26 [x]. Lætabuntur homines, & percutient tympana, &c. ob interitum illorum [y]. Postquam Angelus eos percussit, lætitia erit in totâ terra Judæ [z]. Sed non video quomodo cum præc. versu, & fine hujus versûs, & cum versu seq. id conciliari queat, quum ea [loca] omnino postulare videantur ut hîc etiam minæ proponantur [a]. *Transitus*, i. e. verbera, *virgæ fundatus*, i. e. infixæ [videtur legendum, infixa] ejus carni, *faciet requiescere*, i. e. incutiet, *in tympanis & citharis* ; i.e. ludendo hæc fient [b]. ¶ *Et in*, &c. וּבְמִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה נִלְחַם בָּהּ] [Et hîc variant.] *Quando bellorum agitationem ipsam expugnaverit*, JT. i. e. hostes, quorum operâ suos agitat, profligaverit [c]. *Post* (id hîc valet ב) *prælia agitationis* quibus *præliatus fuerit* (scil. Jehova) *contra illam*, nempe virgam, i. e. Assyrios, percutiendo eos per Angelum [d]. *Et* (vel, Sed &, M.) *in bellis*, sive *præliis*, *agitationis* (vel, *elevationis*, P. Calv. M. V. sub. *manuum*, V. M. & sub. *ad psallendum*, V. vel, *pulsationis instrumentorum musicorum*, Q. in V. vel, *agitationis*, id est, sacrificiis, quæ ex more agitabantur, Exod. 29. 24 * ; vel, *motationis*, Ti. *mutationis*, G. [sed legendum videtur, *motationis*,] i.e. ut cum rudibus batuitur [f] : vel, *concussionis*, i. e. talibus ut omnes concutiantur & tremant † : præliis quibus Deus

Margin notes, left column: † For. · [t] Ca. · [v] Jun. sim. Ang. · [x] Ang. · [y] V. · [z] Calv. · [a] Pi. · [b] Ang. · [c] Q. in Ang. · [d] Ang. · * Calv. · [f] G. · [g] V. · [h] V. sim. Calv. Jun. &c. · [i] Calv. · [l] He. in V. For. · [l] He. in V. · [m] Mo. · [n] Ang. · [o] G. Calv. · [p] Calv. · [q] G. · [r] V. Pi. Ang. · † Ang. · [v] V. · [v] Pi. · [x] Ang. · [y] V. · [z] Pi. · [a] Ang. · [b] Ang. · [c] V. Ang.

Margin notes, right column: [d] Ang. · * V. · [f] Jun. · [g] Pi. · [h] G. · [i] Ang. · [k] Pi. · [l] Calv. · [m] Di. · [n] Q. in Ang. · [o] Pi. · † Pi. · [p] Ang. · [q] Pi. · [r] Calv. · † Mar. · [t] Calv. · [v] M. · [x] Jun. · [y] V. · [z] Belg. · [a] Di. · [b] G. · [c] Jun. · [d] Pi. · * Forl. · [f] G. · † Belg.

Deus potentiam suam ostendet, *agitando* eos in cribro vanitatis, de quo v. 28 [g].) *pugnabit cum ea*, Mo. vel, *contra illam*, P. V. nempe Babylonem; relativum pro antecedente [h]: vel, *contra ejus* exercitum, M. Legitur & בָּם, *in*, sive *contra*, *illos*, nempe Assyrios †: vel, *contra ea*, Ti. nempe castra [i]. Hæc omnia nihil aliud significant, quàm Deum sine sudore & sanguine Judæorum deleturum Assyrios, planè quasi in ludo jocóque [k]. Non seriò, sed joco, videbitur pugnare: non armis pugnabit, & tamen superabit eos [l]. Bella hæc sacrificiis conficientur, non armis; & Judæi non hostes, sed victimas, cædent; hostes autem Deus ipse perdet [m]. [Alii totum versum sic reddunt,] *Ac quæcunque fixa transibit virga, quam illi Jova incutiet, tympana citharæque audientur, eóque baculo vehementia prælia decernet*, Ca. Nos מַעֲבַר putamus esse Benoni Hiphil, pro מַעֲבִיר, aut מַעֲבָר, cujus plurale esset מַעֲבָרִים, formæ מַחֲלִימִים Jer. 29. 8. מַעֲוִרִים 2 Par. 28. 23. מַהְלְכִים Zach. 3. 7. & sic interpretamur, *Et erit, quicunque virgam fundatam, quam requiescere faciet Dominus super eum, transire fecerit tympanis & citharis, bellis agitationis oppugnabit eos.* Notârunt Masorethæ, pro בָהּ, hîc legendum בָם; quod non gravatè amplectimur. Versu præc. dixerat, fore ut Deus Assyrium virgâ cæderet. Quòd si quis, inquit, virgam illam fundatam, quæ ob immutabilitatem decreti Divini averruncari non potest, tympanis & citharis avertere conetur, quod aulici solent & Reges, frustrà erit; Deus enim ejusmodi bellis tales homines oppugnabit quibus vel maximè agitandi sunt. *Nam*, inquit v. seq. *etiam Regi paratum est Tophet.* Quòd si quis בָהּ כְּתִיב, retinere velit, & מַעֲבַר pro nomine habere, sic vertat, *Et erit, omnis regio per quam virga fundata, quam requiescere faciet Dominus super eum*, (Assyrium,) *transierit cum tympanis & citharis, bellis agitationis oppugnabit eam*, regionem. Sic כֹּל מַעֲבַר מַטֵּה est, *omnis regio ubi transierit virga.* Sensus idem ferè cum præcedenti, Si quæ regio virgam illam quæ cum dolore & pœnitentia excipi debebat exceperit cum tympanis & luxu, oppugnabit eam, &c. Vel, hoc modo, *Et erit, in quamcunque regionem transierit virga fundata, quam requiescere faciet Dominus super eum, cum tympanis & citharis & bellis agitationis pugnabit adversùs eam:* i.e. Non evadet Assyrius virgam illam, faciet eam Deus requiescere super illum; sic ut in quamcunque regionem fundata illa virga sit transitura, Deus cum tympanis & citharis & bellis agitationis adversùs eam sit pugnaturus, i. e. læto admodum bello, tanquam si convivium aliquod esset instituturus, ubi citharis & tympanis exhilarandus esset animus [n].

33. *Præparata*, &c. [כִּי עָרוּךְ מֵאֶתְמוּל תָּפְתֶּה] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Præterea*, Ti.) *disposita* (vel, *ordinata* est, M. V. Calv. sic Ca. vel, *præparata*, P. Ti. sic JT. Pi.) *ab herì* (vel, *jam antè*, JT. sic Pi. *pridem*, Ca. *jam olim*, Ti. V. *Herì*, i. e. ab initio mundi, ut Heb. 13. 8. *Christus herì, & hodie*, &c [o]. Vel, *herì*, i. e. secundo creationis die, quando infernus creabatur [p]; ideóque de opere secundi diei non est dictum, *Et fuit bonum* [q]. Sed hoc curiosum est. תְּמוֹל *herì* interdum dicitur de tempore nuper præterito, ut Job. 8. 9. 2 Sam. 15. 20. interdum verò indefinitè, de quovis tempore præterito [r]. Vel, תְּמוֹל *herì* hîc opponitur cogitationibus nostris, nè putemus nos tantâ sapientiâ præditos esse ut Deum antevertere possimus: quia nihil repentinum est in consiliis Dei; sed jamdudum omnia sunt apud ipsum fixa & ordinata †.) *Topheth*, Mo. *Tophet*, Ti. *Thopheth* gehennæ, M. vel, *Acheron*, Ca. *exitii locus*, JT. Pi. *Tophet* erat vallis prope Jerusalem [t], dicta etiam *vallis Hinnom*, vel *filii*, sive *filiorum*, *Hinnom*, Jos. 15. 8. & 18. 16 [v]. Hebr. גֵּיא הִנֹּם [x]: unde *gehenna*, vox usurpata pro loco damnatorum [y]. Locus erat amplus, ab idololatris celebratus, Jer. 7. 31. & 19. 6 [z]. ubi liberos Molocho comburebant [a], 2 Par. 28. 3. & 33. 6. Postea in detestationem idololatriæ polluebatur, 2 Reg. 23. 10. & facta est latrina urbis, & sepulturæ locus, sive infimæ plebi, sive, ut volunt alii, damnatis [b]. Topheth hîc puto synecdochicè poni pro gravi aliquo, & Judæis noto, tormenti genere, aut loco; quod hîc Judæorum hostibus paratum esse dicit [c]. Locum hunc intelligunt de exitio vel præsenti, vel futuro, vel utroque [d]. 1. Historicè hæc referenda sunt tum ad Assyrios, tum etiam ad Babylonios *. Quum impia illa sacrificia in Topheth palàm fierent ad portam Jerosolymæ, maximâ pompâ, Propheta illustrissimum Babylonii Regis exitium magnificentissimè efficiendum in oculis Ecclesiæ ipsius nominat conjugatâ & affini voce [f]. Verisimile est Assyriorum cladem in hac valle accidisse [g]. Ità refert Joseph. Antiq. 10. 2. ex Beroso [h]. Vel, significat Assyriorum cadavera ibi vel sepulta, vel combusta, esse, ut Ezec. 39. 11, 15 [i]. Sed neutrum horum est verisimile. Vide ad Esa. c. 37. v. 36 [k]. 2. Damnatorum locum hîc describit [l], paratum omnibus Dei inimicis [m]. Non dubium est quin Prophetæ nomen *Topheth* ad impiorum pœnas & cruciatus in gehenna, sive apud inferos, transferre voluerint, ut piis horrorem incuterent, & omnibus idololatriam detestandam redderent [n]. Per locum illum infamem & contaminatum significatur Gehenna, locus damnatorum; ut per *hortum voluptatis*, seu *Paradisum*, designatur sedes Beatorum [o]. ¶ *A rege*, &c. [גַּם הִיא לַמֶּלֶךְ הוּכָן] *Etiam* (vel, *Quinetiam*, Pi. *Imò*, Ang. *Nam*, JT.) *ipsa* (vel, *hic*, sive *ille*, JT. Pi.) *regi* (vel, *ipsi regi*, P. JT. *pro rege*, M. Ti.) *præparata* (vel, *constitutus*, JT. Pi.) *est*, Mo. P. M. Ti. &c. *Regi*, nempe Sanheribo, qui (tametsi cum exercitu suo non perierit [p],) à filiis suis interfectus est, 2 Reg. 19. 37 [q]. Docet, nè ipsos quidem Reges, utut felicissimi videantur, ab hoc supplicio eximi [r]. At cùm Sennacherib cum suis non interfectus esset in *Tophet*, quomodo hæc *regi parata* dicitur? Resp. 1. Regi meritò infligi dicitur illa clades exercitûs ipsius, quæ scil. in detrimentum Regis cessit, &c. Simile vide 2 Sam. 24. 12,—15. 2. *Rex* collectivè ponitur, pro Regibus (ut Prov. 25. 5, 6.) qui sub ipso militabant. Vide Esa. 31. 8 †. 3. [Alii locum aliter reddunt:] *A rege*, &c. Vulg. G. &c. Vel, 1. à Deo, Regum Rege [t]. [Sic & Ch. qui hæc verba cum præced. sic vertit, *Quia ordinata est gebenna à seculis propter peccata eorum: Rex quoque seculorum præparavit eam.*] Vel, 2. ab Ezechia. Jamdudum est quòd Rex Ezechias vallem Topheth extra Hierosolymam vacuam fecit ab omni cultu idolorum, ut locus esset qui tot millia Assyriorum mortuorum contineret. Ezechias idola abstulit, 2 Reg. c. 23. 2 Par. 29. 30. 31. Inter loca autem usurpata in honorem idolorum fuit Topheth, 2 Reg. 23. 10. Dicitur autem Ezechias *præparâsse Topheth* in hunc usum, non quòd tunc sibi id propositum habuerit, sed quòd id tam commodè evenit quasi id propositum habuisset. Simile loquendi genus habes Matt. 26. 12 [v]. Sed particula ל nusquam ità usurpatur [x]. [De quo dubitari potest. Vide Exod. 12. 13. —*plaga* לְמַשְׁחִית *à percussore*. Vide & Prov. 24. 23.] ¶ *Profunda*, &c. [הֶעְמִיק הִרְחִב] *Profundam fecit*, (sub. *eam Deus*, P. sim. M. Ti. Pi.) *dilatavit*, Mo. P. &c. vel, *latum effecit*, Pi. Profundiorem fecit & laxiorem [y]. Remotis scilicet impedimentis omnibus vacua facta est [z]. *Isque regi altè latèque paratus*, Ca. *Latam* vocat gehennam, ut sciamus, quàmlibet multos, etiamsi unà omnes conspirent, simul perituros: quia non fatigabitur Dominus puniendo, & satis amplum habebit locum in quo omnes hostes suos includat [a]. ¶ *Nutrimenta*, &c. [מְדֻרָתָהּ אֵשׁ וְעֵצִים הַרְבֵּה] *Pyra* (vel, *Rogus*, V. *Incendium*, V. M. *Penetrale*, Ti.) *ejus* (sub. *est*, M. vel, *erunt*, P.) *ignis*, *& ligna multa*, P. M. vel, *ignis*, *vis lignorum ingens*, Ti. *Pyra ejus, ignis & lignorum multum* est, JT. *Pyras ejus quod attinet, ignis & ligna in copia adsunt*, Heb. in *multitudine* sunt, Pi. *Pyra ejus ex igne constat & lignis multis.* Allusio ad morem idololatrarum, qui in valle Topher liberos cremabant [b]. ¶ *Flatus*, &c. [נִשְׁמַת יְהוָה כְּנַחַל גָּפְרִית בֹּעֲרָה בָּהּ] *Flatus*, vel *Halitus*, *Domini sicut torrens* (vel, *torrente*, JT. Ca. *torrentem*, Pi. *fluvius*, M.) *sulphuris ardet in ea*, P. simil. Mo. nempe infernali fovea [c]: vel, *succendet eam*, M. simil. JT. Pi. V. nempe virgam illam, de qua v. 31. & 32 [d]. *Deus autem vi suâ, quasi sulphure multo injecto, ista ligna accendit.* Sensus, perituros Assyrios ità subitò, quasi igne violentissimo absumerentur *. Metaphoricè exprimit exitium reproborum. Explodendæ hîc sunt crassæ Sophistarum imaginationes, qui de ignis hujus qualitate subtiliter disputant [f]. Alludit ad imbrem illum sulphureum Gen. 19. 24. Fulgur etiam naturam habet sulphuream; & subita quævis clades igni

[g] Q. in Ang. [h] V. † V. [i] Tig. not. [k] G. [l] V. [m] Fer. [n] Di. [o] M. sim. Calv. [p] He. in Ang. [q] RR. in Cartw. mellif. pag. 3105. [r] Ang. † Calv. [t] Ang. San. &c. [v] Ang. sic Glas. gram. 4. 3. 19. 879. [x] Glas. [y] Calv. [z] Jun. [a] Pi. Ang. [b] Ang. * San. [d] Ang.

* San. [f] Jun. [g] For. sim. San. ex Tostat. Thom. L. Hug. [h] San. [i] Q. in Ang. [k] Ang. [l] For. Ma. Belg. [m] Belg. [n] Calv. [o] V. [p] M. [q] Pi. [r] Calv. † Ang. [t] Me. [v] G. [x] Ang. [y] V. [z] G. [a] Calv. [b] G. [c] Glas. rhet. 1. 8. 182. [d] Pi. * G. [f] Calv.

igni confertur momento consumenti res obvias & aptas, &c [g].

[g] Ang.

CAP. XXXI.

1. **V**Æ *qui descendunt in Ægyptum*] Crimen hoc multiplex erat. 1. Contumacia, quia Deus hoc vetuerat [a], Deuter. 17. 16. & 28. 68 [b]. idque gravibus de causis: tum, nè commercium cum illis deleret memoriam redemptionis ex Ægypto; tum, nè corrumperentur eorum superstitionibus. 2. Prava fiducia; quia gloriam à Deo in homines transtulerunt: fieri enim nequit ut salutis nostræ fiduciam simul in creaturis, & in Deo, locemus [c]. Cohærent hæc cum superioribus, & aliis verbis eædem res repetuntur [d]. Idem argumentum est cum præced. capite *. Fiduciam in Ægypto cap. præced. redarguerat: Sed statim ad felicitatem illorum qui spem suam in Deo collocabant digressus, sermonem visus est interrupisse. Illuc ergò nunc redit, & illorum stultitiam traducere conatur: non cessat tamen aliquantò apertiùs ab insinuando mysterio de perditione Judæorum, & suorum [inter eos] liberatione [f]. ¶ *Ad auxilium*] Contra Sanheribum. Vide 2 Reg. 18. 21 [g]. ¶ *Equis*] Nempe Ægyptiorum, ut exprimitur v. 3 †. ¶ *Super quadrigis*, &c. עַל רֶכֶב כִּי רַב] *In curribus, quòd* (vel, *quum*, JT.) *multi* (vel, *multiplices*, M.) *sunt*, P. Pi. &c. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא שָׁעוּ וגו׳] *Et non respiciunt*, sive *respexerunt*, &c. Ti. P. Mo. &c. *Non confidunt*, &c. Sy. sim. ό. Ar. *Et non innituntur*; &c. Ch.

2. *Ipse*, &c. וְגַם הוּא חָכָם וַיָּבֵא רָע] *Et* (vel, *Sed*, Ti. *Atqui*, JT. Pi. *Tamen*, Di. Ang.) *etiam* (vel, *&*, Ti.) *ipse* (scil. Jehova [h]) *sapiens*, (sub. *est*, Pi. P. &c.) *& adduxit*, vel *adducit*, vel *adducet*, *malum*, Mo. P. Pi. &c. nempe super inobedientes *. Quamvis vos ad Deum respicere non dignamini, ipse tamen sapiens est. וְגַם, *& etiam*, i. e. tamen [i]. Putatis vos solos sapientes esse, & sapienter agere, dum Ægyptum mittitis, &c. at debebatis Deum consulere, utpote vobis sapientiorem [k]. Perstringit eorum astutiam, quâ fallere oculos Dei se putabant: At Deus, inquit, ostendet se deprehendere astutos in astutia sua [l]. Sapiens Dominus scit quid facto opus sit, & quid vestra isthæc contumacia mereretur, & vicem sapientissimè rependet [m]. *Qui, cùm sapientissimus sit, adduxit malum*, M. ¶ *Et verba sua* (quæ per Prophetas dixit [n]; quæ minatus est [o],) *non abstulit*, ità M. הֵסִיר] *Removit*, Mo. Pi. sic Angl. vel, *revocabit*, Angl. ut Jos. 11. 15 [p]: *avertet*, P. *recedere facit*, For. *rescindet*, Ca. sim. Calv. sed rata faciet [q]. [JT. hæc verba cum præcedentibus sic reddunt, *Qui, quum infert malum, verba sua non sinit amoveri.*] ¶ *Contra domum pessimorum*; ità Mo. P. מְרֵעִים] *Malitiosorum*, Ti. *malignantium*, M. *maleficorum*, JT. Pi. Id est, vel, 1. Ægyptiorum [r]. At de his membro sequente †. Vel, 2. decem tribuum [r]. At eos non respicit hæc prophetia [v]. Vel, 3. Judæorum, ex vers. seq [x]. Vel, 4. intelligit primariam aliquam familiam, vel familias, quæ scelus hoc moliebantur [y]. ¶ *Et contra auxilium operantium iniquitatem*] Ità Mo. P. sic Pi. JT. &c. vel, *vanitatem*, M. Calv. vel, *vana*, Ti. q. d. qui inani præsidio Ægyptiorum se adversùs Dei manum muniebant [z]. ¶ פֹּעֲלֵי אָוֶן] *Opifices concupiscentiæ*, id est, qui concupiscentiis suis morem gerunt [a].

3. *Homo*] Quis dubitat? Quis illos Deos putavit? Id quidem omnes palàm fatentur; sed, cùm ad rem veniendum est, hebescunt prorsus, vel hærent incerti de eo quod priùs tenere ac certò scire videbantur. Ità se extollunt homines, acsi omnia suo arbitratu regere possent; nec cogitant Deo parendum esse. Sed & Judæi Ægyptiis tribuebant quod Dei erat, tutelam Ecclesiæ, &c [b]. *Homo*, q. d. impotens, Psal. 9. 20. & 60. 12 [c]. quo nihil vanius est [d]. ¶ *Caro*] Quod imbecillitatem & fragilitatem significat *. ¶ *Non spiritus*] i. e. Non sunt substantiæ immortalis [f]. Non potentes, instar spiritûs. Vide Esa. 37. 36 [g]. ¶ *Et*, &c. וַיהוָה יַטֶּה וגו׳] *Et Dominus inclinabit manum suam*, Mo. (vel, *Jehovah autem extendet*, &c. P. vel, *Et cùm extenderit*, &c. M. sic Ti. *Itaque simulac extenderit*, &c. Calv.) *& corruet auxiliator*, (i. e. Ægyptius, ut maximè auxiliari vobis velit [h],) *& cadet adjutus*, Mo. vel, *is cui est* (sive, *fertur*, G.) *auxilium*, P. G. &c. i. e. populus Judæorum †. ¶ *Quum extendet*, &c. (vel, *Si extendat*, &c. G. vel, *Et extendente*, &c. Ca. *Quare extendente*, &c. JT.) *impinget*, &c. Heb. *extendet manum suam, & impinget*. Copulativum enunciatum, pro relativo temporis [i]. ¶ *Consumentur*, יִכְלָיוּן] *Conficientur*, Ca. *pessum ibunt*, Ti. *deficient*, Mo. P. JT. &c.

4. *Quia*, &c. כִּי כֹה וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Insuper*, G. *Veruntamen*, sive *Nihilominus*, ut Job. 5. 7. Esa. 9. 1 *.) *hæc dicit* (vel, *sic dixit*, Pi. Mo. Calv. &c.) *Dominus ad me*] [Quomodo hæc cohærent cum præcedentibus?] Resp. Prædixerat Ægyptiorum perfidiam & impotentiam; nunc subjungit Dei robur & veritatem [k]. Tollit Deus omnem malæ fiduciæ prætextum, promittendo nobis auxilium suum & præsidia necessaria, & salutem sponte nobis offerendo [l]. Al. Quamvis Deus & Ægyptios, adjutores, & eos qui ipsis fidunt, perdet; non tamen Jerosolymam Assyrio tradet, sed eam tuebitur, &c [m]. ¶ *Cùm*, &c. אֲשֶׁר יִקָּרֵא עָלָיו מְלֹא רֹעִים] *Quum* (vel, *Quùmque*, Pi.) *vocatur contra eum* (vel, *Contra quem si convocetur*, P. Calv. Angl. ad verb. *vocabitur*, seu *inclamabitur*, V. Heb. *Quem contra illum*, pro, *contra quem*. Pleonasmus frequens, ut Psal. 1. 4. Jer. 1. 2 [n]. Vel, *Quando in occursum illius venit*, M.) *multitudo* (vel, *cœtus*, Calv. sim. P.) *pastorum*, JT. Pi. M. &c. ad verb. *plenitudo*, &c. i. e. quotquot ibi pastores adsunt, (vide dicta ad Gen. 48. 19 [o].) nemine excepto P. Plin. de leone, *Vulneratus, observatione mirâ percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit* [q]. ¶ *Non formidabit*] Ut Ahaz, Esa. 7. 2. & Assyrius, Esa. 30. 31 [r]. ¶ *Et à*, &c. וּמֵהֲמוֹנָם לֹא יַעֲנֶה] *Neque per*, vel *propter*, *strepitum* (vel, *tumultum*, V. sim. Mo. vel, *à multitudine*, P. quæ sic dicta à strepitu †,) *eorum humiliatur*, M. P. sim. Mo. &c. vel, *demittet se*, JT. *mansuescit*, sive *mitior redditur*, V. ¶ *Sic descendet*, &c.] Ut leo, potentissimus, prædæ avidus, &c [t]. ¶ *Super* (vel, *propter*, V. sim. M. Ti. Ca. &c.) *montem Sion*, &c.] Ità Mo. ό. Ch. &c. pro urbe Hierosolyma [v]. Amentes ergò sunt qui, Deo neglecto, alia subsidia accersunt, &c [x].

5. *Sicut*, &c. כְּצִפֳּרִים עָפוֹת כֵּן יָגֵן יְהוָה צְבָאוֹת עַל יְרוּשָׁלָםִ גָּנוֹן וְהִצִּיל פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט] *Sicut* (vel, *Et sicut*, Pi.) *aves volantes*, sive *quæ volant*, sive *volucres*, Mo. P. JT. Calv. (vel, *volando*, Ca. *avolantes*, Ti. *velociter volant*, M. & volatu celerrimè opem ferre solent [y]; vel, *volitant* circa nidum, Pi. vel, *volantes* pullos suos protegunt, For. Sicut aves pullitiem, vide Matt. 23. 37 [z]. quæ nidum & pullos circumvolant, ut eos defendant adversùs invasorem, &c [a]. accipitrem, vel aucupem; imò vitam suam pro pullis periculo objiciunt. Alludit ad verba Sennacheribi Esa. 10. 14. minitantis Judæis, se eos quasi nidos cum pullis perditurum. In similitudine [præcedente] leonis, notatur robur; in hac similitudine, pietas, clementia & sedulitas: q. d. Deus poterit ut leo, & volet eos defendere, ut aves pullos suos *.) *ità proteget Jehova — Jerusalem*, Calv. Di. sim. Mo. JT. Pi. *protegendo & liberando, transiliendo & servando*, Mo. Ti. vel, *protegens liberabit, & transiliens salvabit*, M. *protegendo etiam eripiet, transeundo etiam liberabit*, JT. sim. Ang. *proteget & liberabit, & transibit & eripiet*; Heb. *protegere & liberabit, transire & eripiet*, Pi. *& ità proteget, ut præteriens liberet ac defendat*, Ca. vel, *defendendo* defendet, *& eripiet, & transeundo* transibit, *& liberabit*, eam: elliptica locutio, qualis Esa. 59. 13. q. d. certissimè defendet; & defectus pronominis, ut Esa. 28. 28. & 30. 33 [b]. Al. Conjungo inter se, ex more Hebraismi, יָגֵן גָּנוֹן Itaque neglectui habeo accentum Athnach in יְרוּשָׁלָםִ, qui non ad sensum distinguendum est adhibitus, sed cantûs gratiâ, quia inter יָגֵן & גָּנוֹן magna erat verborum interpositio. Verto itaque, *Sic proteget Dominus exercituum Jerusalem protegendo, & liberabit transeundo, & servabit* [c]. Sensus, Subitò salutem adferet, & quasi in transitu [d].

6. *Convertimini*, &c. שׁוּבוּ לַאֲשֶׁר הֶעְמִיקוּ סָרָה וגו׳] *Convertimini* (vel, *Revertimini*, P. JT. Pi. &c. vos apostatæ Judæi *,) *ad quem* (vel, *ad eum quem*, JT. *ad eum à quo*, Pi. Ca. *ad eum contra quem*, P.) *profundaverunt defectionem*,

Marginalia, left column: [a] Calv. [b] Ang. [c] Calv. [d] G. * Luth. [f] For. [g] Pi. † Pi. [h] Pi. * Pi. [i] Di. [k] Pi. [l] Calv. [m] For. [n] G. [o] Pi. [p] Ang. [q] G. [r] Pi. † Ang. [r] Q. in Ang. [v] Ang. [x] For. sim. Ang. [y] Ang. [z] Calv. [a] For. [b] Calv. [c] Ang. [d] Calv. * Calv. [f] G. [g] Ang.

Marginalia, right column: [h] G. † G. [i] Pi. * Ang. [k] Pellic. in Mal. [l] Calv. [m] Ang. [n] Ang. [o] Di. sim. Livel. [p] Livel. in Ga. [q] G. [r] Ang. † Ang. [t] Calv. [v] Pi. [x] Marl. [y] V. [z] G. [a] Ang. * Mel. [b] Ang. [c] Di. [d] G. * Pi.

fectionem, Mo. sim. For. San. (vel, *profundaverunt perversum*, V. *profundè recesserunt*, Heb. *profundam fecerunt recessionem*, Pi. *multiplicaverunt perversum*, P. *multiplicaverunt* facere *perversa*. Ut profundum est רב *multum* præ homine, ità ut non attingat illud: sic res multiplicata vocatur *profunditas*; & indè עמק est, *multiplico* [f]. Vel, *profundè absconderunt* ei *perversum* opus, Al. He. in V. vel, *machinati sunt rebellionem*, Al. in V. vel, *tantopere descitum est*, Ca.) *filii Israel*, Mo. *Revertimini ad* eum *à quo filii Israel* (plerique scilicet & præcipui eorum [g]) *profundè recesserunt*, Hebr. *profundârunt recessum*. Similis phrasis Esa. 7. 11. Hos. 5. 2. & 9. 9†. Al. *Revertimini, ô filii Israel*, M. Ti. sic Calv. *ab ea incredulitate in quam vos demersistis*, M. vel, *quantum defectione in profundum descendistis*, Ti. vel, *ut*, sive *secundùm quod*, (לאשר, pro כאשר [h],) *profundam fecistis defectionem*, Calv. Quàm profundè descenderatis, tam in altum resurgite [i]. Non extenuat Propheta crimen populi, sed atrocitatem mali detegit, eósque ad serium mœrorem & scelerum odium pungit, nè perfunctoriè & leviter (ut sæpe fieri solet) ad dimidiam pœnitentiam aspirent. Interea, nè ad desperationem solicitentur, spem veniæ ostendit, nec atrocitatem perfidiæ obstare quò minùs reditus illis ad Deum pateat, si resipiscant. Porrò, Judæos hîc vocat *filios Israel*, non honoris ergô, sed ut exprobraret eis ingratitudinem suam, & quòd degenerâssent ab illis Patribus quibus gloriabantur [k]. Alloquitur hîc vel, 1. decem Tribus, qui profundè declinaverant à Deo ad scelera [l]; q. d. Convertimini tandem aliquando, & sic præsentem Dei opem experiemini [m]. Vel, 2. Judæos, ex v. 5 [n]. vel, reliquias populi [o].

7. *In die illa*] Postquam Dei providentiam tam magno beneficio agnoverit, vide Esa. 30. 32 [p]. & miraculosam illam Assyriorum extinctionem viderit [q]. Quum Dominus visitabit vos per Assyrios [r]. ¶ *Abjiciet vir* (vel, *unusquisque*, nempe Judæorum idololatrarum *,) *idola*, &c.] Vel, 1. seriâ pœnitentiâ †. Quare tum Deus manum à populo suo castigando converterit adversùs Assyrios, &c [t]. Vel, 2. quum perituri, adeóque malo suo, sed serò, edocti, cernerent vanitatem idolorum in quibus hactenus perstiterant. Quo argumento tempestivam suadet resipiscentiam [v]. ¶ *Quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum*, חטא] *Peccatum*, [per appositionem,] Calv. in *peccatum*. JT. Pi. Ang. &c. h. e. ut atrox illud peccatum idololatriæ committeretis. Sic vitulus dicitur *peccatum* eorum, Deut. 9. 21 [x]. Al. ידיכם חטא verto, *manus vestræ flagitiosæ*. Affixum hîc jungitur nomini regenti, ut alibi interdum fit: Exod. 26. 21. אדניהם כסף, *bases eorum argenteæ*; Levit. 6. 10. מדו בד, *tunicam suam lineam*; Psal. 71. 7. מחסי עז, *perfugium meum firmum*. Vide & 2 Sam. 22. 32. Threa. 4. 17. Ezec. 16. 27 [y].

8. *Cadet Assur in gladio non viri*] Sed Dei [z]; vel, Angeli [a]: cui gladius hîc metaphoricè adscribitur, ut 1 Par. 21. 16 [a]. Quò magis proximant tempora, eò futura clariùs Prophetis apparent *. ¶ *Et fugiet non à facie gladii*] Ità ο'. sim. Ca. Non לו, sed לא, lego [b]. Contendunt quidem Rabbini aliquot Scripturæ locis τὸ לא positum pro לו pronomine: contrà autem, nescio an aliquod inveniatur exemplum [c]. [Ar. tamen istam lectionem sequitur, & locum sic vertit, *Et fugiet nemine persequente*.] Fugiet Sennacherib, nemine hostium eum insequente †. ¶ ונס לו מפני חרב] *Et* (vel, *Sed*, P. M. *Et tamen*, Pi.) *fugiet sibi* (τὸ *sibi* redundat, ut, *ibo mihi*, pro, ibo [d]; [quare P. simpliciter vertit, *fugiet*;] vel, *sibi*, i.e. [suo bono, vel,] ad vitam suam servandam, ut exprimitur 1 Reg. 19. 3 *. Al. *fugâ consulet sibi*, M. Calv. JT.) *à facie*, vel *faciebus*, *gladii*, Mo. P. &c. vel, *metu gladii*, JT. Pi. Angl. vel, tanquam *à gladio*, Q. in Angl. vel, *à facie occidentium gladio*, Ch. ¶ *Et juvenes ejus vectigales erunt*, למס יהיו] *Tributarii erunt*, P. JT. sim. Ti. *in tributum*, &c. Mo. At Assyrii nunquam erunt Judæis tributarii. Respondent, 1. Reliquis fugientibus, aliquos Assyriorum à Judæis insequentibus captos fuisse, &c [f]. Sed hoc coactum [g]. 2. Hoc non de Sennacheribo intelligendum, sed de tempore Christi [h]. Sensus est, Ecclesiæ ministrabunt & servient, ut Psal. 72. 8, &c [i]. Sed de Sennacheribo hîc agi nimis manifestum est [k]. [Alii ergò aliter reddunt:] *colliquescent*, Pi. *dissoluti erunt*; i. e. Comites ejus quemvis horrebunt folii strepitum [l]. *Erunt in liquefactionem*, V. Calv. vel, *dissolutionem*, V. M. sub. *cordis*, M. i. e. destituentur animis [m], præ metu. Hæc expositio confirmatur ex collatione incisi præcedentis: prior verò refutatur ex re ipsa & veritate historiæ. Confer Esa. 10. 18 [n]. *Fusi erunt*, Ang. מסס sign. *liquefacere*: vide Psal. 58. 9. Significat, vel, multitudinem quasi liquefactione dissolvi & abire, ut 1 Sam. 14. 16. vel, corda eorum liquefieri, ut Jos. 2. 11. & 5. 1. & 7. 5. præ metu, ut Esa. 10. 18 [o]. *Erunt in cladem*, ο'. vel, *ad stragem*, Ar. *in prodigium*, Sy. [Ca. locum sic vertit, *ejúsque deletâ pube*.] Adolescentes qui ab illa clade superstites manserunt præ stupore *dissolventur* & emarcescent, omnes animi amittentes vires. Jonathan sic vertit, *Et fortes ejus in confractionem erunt*. Non igitur capitur hîc מס pro *tributo* [p].

Margin notes: f He. in V. | g Ang. | † Ang. | h Calv. | i G. | k Calv. | l Mo. sim. T. | m T. | n Ang. | o Jun. | p G. | q M. | r Pi. | * Pi. | † Jun. sim. Calv. | t Q. in Ang. sim. Calv. | v Ang. | x Ang. | y Boot. animadv. 4. 2. 12. 139. | z P. | a Ang. | * G. | b Ca. | c For. | † G. | d For. | * Ang. | f Q. in Ang. | g Ang. | h Al. in Ang. ità Jun. | i Jun. | k Ang.

9. *Et fortitudo*, &c. וסלעו ממגור יעבור] [Variant.] *Arcem suam præ metu præteribit*, Ti. sim. Ca. G. Fugiet etiam ultra casam, ut Latinum habet proverbium [q]. Præ metu præteribit Sennacherib arcem, sive arces, in limitibus Regni sui, nec audebit ibi manere, sed festinabit Nineven, &c [r]. *Et* (vel, *Ipse verò*, M.) *ad arcem* (vel, *in petram*, Pi. sim. V.) *suam* (i.e. munitissimam urbem suam Nineven †) *præ timore transibit*, P. sic Ang. Calv. sim. M. &c. *Et rupes ejus—transibit*. Eleganter dictum, quia non transeunt nisi levia, ut umbræ, nubes, &c. q. d. Exercitus Assyriorum, qui firmus videbatur instar rupis, veluti nebula & flatus transiit [t]. ¶ *Et pavebunt fugientes principes ejus*] Hieronym. hîc post ο'. in hunc errorem incidit, ut pro מנס, legeret מנים [v]; vel, מנס, sine ו; quamvìs in hac forma alibi non legatur [x]. ¶ וחתו מנס וגו'] *Et pavebunt* (vel, *conterentur*, JT. *terrebuntur*, M. *consternabuntur*, Ti. vel, *consternati* fugient, Boot. ex Os. est enim verbum hoc prægnans [y],) *à*, vel *præ*, *signo*, sive *vexillo*, *principes ejus*, Mo. Calv. JT. Pi. &c. vel, *proceres ejus*, Ca. *duces militares*, Boot. ex Genev. quorum munus erat reliquos milites animare [z]; qui fugam à militibus cœptam non rarò restituerunt*. [Illud, *à signo*, variè exponunt.] 1. A signo suo, sive Assyriorum. Zuing. *Principes ejus signa prodent*; ad verb. *horrebunt à signis*, i. e. aberunt. Genevenses, *perculsi erunt ob vexillum*, [*humi projectum*.] 2. Reliqui omnes נס de signo hostili accipiunt, sed diversimodè [a]. A signis quæ videbant super castra in cœlo sive aere [b]. Videtur Deus aut Angelus vexillum aliquod terribile ostendisse eis, quo perculsi sunt [c]. Metu signi quod contra eos Deus erexerit [d]. A signo prælii, quod dabit Angelus. Al. sicut *à vexillo*, i. e. ut solent homines pavere viso hostilis exercitûs vexillo*. Al. Ubicunque in specula aliqua vexillum aliquod videbunt, (qualium mentio suprà 30. 17.) putabunt imminere sibi hostium agmina [f]. ¶ *Dixit Dominus*, *cujus*, &c. אשר אור לו בציון ותנור וגו'] *Cui*, vel *cujus*, *ignis* (vel, *focus*, ut Ezec. 5. 2 [g]; *flamma*, ut Esa. 50. 11 [h]: sub. *est*, M. P. &c. vel, *fovetur*, Ca.) *in Sione*, *& clibanus* (*fornax*, Calv. V. *caminus*, M. Ti. &c.) *in Jerus.* P. M. &c. q. d. Qui est instar ignis ad consumendum hostes, Assyrios, &c [i]. Qui ibi habitat [k], ut paterfamiliâs in domo sua; ac proinde non patietur se indè exturbari per Assyrios [l]; sed pro ea, tanquam patria sua & urbe, cujus veluti civis est, pugnabit *. Qui in ea deposuit quicquid tum ad cultum suum, tum ad ultionem de hostibus sumendam, pertinet: ac proinde quicunque in eam invehuntur, seipsos ingerunt in furnum iræ Dei. *Cui ignis*, ad colendum Deum sacrificiis; *& caminus*, ad consumendos hostes [m]. Cujus altare semper ardens est Hierosolymis [n]. Qui perpetuis ibi colitur sacrificiis; quæ quidem adversùs hostes bellum gerunt: unde Numa Pompilius nunciis de adventu hostium respondebat, *Ego sacrificabo* [o].

Margin notes: l G. | m V. | n Pi. | o Ang. | p M. | q G. | r Q. in Ang. | † V. | t For. | v Boot. animadv. 6. 1. 172. | x For. | y Boot. ib. 2. 173. | z Calv. | * Boot. | a Boot. | b For. | c Boot. ib. ex Oecolampadio | d Jun. | * Mar. sim. Boot. et K. & Oecol. | f G. | g Q. in Ang. | h Al. in Ang. | i Calv. | k Jun. Pi. sim. San. Ang. | l Pi. | * San. | m Jun. | n Q. sim. Q. in M. | o For.

CAP. XXXII.

1. **E**Cce, *in justitia* (vel, *justè*, JT. Pi. Ca. Sy. *justus*, ο'. *justissimus*, Ar.) *regnabit rex*, לצדק וגו'] *Ad justitiam*, Mo. P. For. sub. *faciendam*, P. i. e. justè; ut, *ad*

ad securitatem, pro, securè [a]. Utrùm hæc sit nova concio, an verò appendix præcedentis, non liquet [b]. Prophetia hæc est vel, 1. de Ezechia & ejus regno [c]: de quo dubium non est [d]. Exhibita erat vel tempore Ahazi, prædicens felix regni Ezeciæ initium; vel tempore Ezechiæ, significans quale foret regimen post cladem Assyriorum, purgatius scilicet & firmius, &c *. Vel, 2. de Christo ejúsque Regno [f]; ad quod haud dubiè hæc prophetia referenda est [g]: ad Ezechiam, ceu typum; ad Christum, ceu antitypum [h]. Ezechiæ futuras virtutes prædicit, ut suprà 9. 7. Qualis Rex est, tales esse solent Principes [i]. De Chizkija, alióve ullo præter Christum, accipere, alienum esse à vero hæc suadent. 1. Antecedentium calamitatum descriptio, quam Propheta in hoc capite posuit de industria, ut superiorum esset corollarium. 2. Sequentes promissiones [k]: v. g. quòd hic Rex subditis omnibus *latibulum* erit, &c. v. 2. *nec caligabunt* subditorum ipsius *oculi*, &c. v. 3. quòd in hoc Regno Principes non essent aut *insipientes*, aut *fraudulenti*, v. 5. 3. Vaticinium de judicio Dei adversùs superbos & refractarios Judæos, usque ad *παντολεθρίαν*, v. 13, 14. 4. Promissiones de effusione Spiritûs, & vocatione Gentium, v. 15, 16 [l]. ¶ *Et principes*, &c. וּלְשָׂרִים לְמִשְׁפָּט יָשֹׂרוּ] *Et principes* (ut ל sit articulus nominativi [m], [ut antè non semel notatum:] vel, ל redundat, ut indubiè redundat in 2 Sam. c. 3. v. 30. & 1 Par. 3. 2 [n]. Vel, *Et ad principes quod attinet*, Principes nempe illius Regis [o]: vel, *Et principes ipsi*, Ti.) *ad judicium* (sub. *faciendum*, Pi.) *præerunt*, Mo. P. vel, *præerunt judicio*, Ti. M. vel, *cum judicio*, ο'. sub. *in justitia*, M. *Jure* (vel, *secundùm jus*, Pi. Angl. vel, *cum justitia*, Ar.) *principatum gerent*, JT. Ar. vel, *dominabuntur*, Sy.

2. *Et erit vir*; ità Mo. P. &c. אִישׁ] *Vir* ille, M. Ti. Pi. Ellipsis articuli, ut Act. 17. 31. 1 Tim. 2. 5 [p]. *Vir*, i. e. Christus [q]; vel, Ezechias [r]. Potiùs, *vir* indefinitè ponitur †, vel distributivè; q. d. quivis ex Principibus [t]. ¶ *Sicut*, &c. כְּמַחֲבֵא רוּחַ] *Sicut latibulum* (vel, *absconsio*, P. JT. Pi. sim. V. *receptaculum*, Ca.) *venti*, Mo. M. vel, *à vento*, P. Ti. Pi. &c. vel, *propter* (vel, *contra*, Ca.) *ventum*: i. e. tam gratus erit hominibus, quàm locus in quo abdunt sese homines ad injuriam venti vehementis vitandam [v]. ¶ *Sicut rivi aquarum in siti*, בְּצָיוֹן] *In siccitate*, Mo. vel, *deserto*, P. *arido loco*, M. Ti. V. Ca. JT. Pi. sub. *facientibus iter*, V. *In loco sitis*, Angl. ellipsis nominis regentis, ut Esa. 25. 5. ubi & terram humectant ac fœcundant, & viatores recreant [x]. Virgilius, —— *quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo* [y]. ¶ *Et umbra petræ prominentis*, &c. כְּבַד בְּאֶרֶץ עֲיֵפָה] *Gravis* (vel, *ingentis*, P. JT. V. &c. sim. M. *immanis ac prominentis*, Ti. vel, *ingens*, Ca.) *in terra sitienti*, Mo. P. vel, *ubi laboratur siti*, Ti. vel, *deserta*, Heb. *fatigata*, h. e. perpetuò radiis solaribus adusta [z]: in terra arboribus vacua [a]: vel, *fessa* ex siti, JT. ut Psal. 63. 2 [b]: vel, *defessa*, ut Psal. 143. 6. Prov. 25. 25 [c]: vel, *siticulosa*, Angl. Ca. ut Esa. 29. 8. ubi viatores calore & siti fatigantur †. Improbi hic comparantur quatuor rebus quæ nobis molestissimæ sunt, *vento*, *imbri* seu *inundationi*, *siccitati*, *æstui*: boni Magistratus autem *latibulis*, *protectionibus*, *rivis* atque *umbræ* comparantur, quòd ab injuriis potentium pauperes tutentur [d].

3. *Non*, &c. וְלֹא תִשְׁעֶינָה וגו׳] *Et non hallucinabuntur* (vel, *caligabunt*, P. *oblinentur*, M. Calv. *claudentur*, Ch. *obtegentur*, Sy. *occludent sese*, i. e. obscurabuntur *: vel, *respicient*, sub. *retrorsum*, Belg. vel, *aliorsum*, Pi. Angl. Belg. ellipsis qualis Job. 7. 19. & 14. 6. Esa. 22. 4 [f]. scilicet, quàm ad Dominum. Hoc supplementum confirmatur ex collatione membri sequentis [g].) *oculi videntium*, Mo. Ca. &c. Id est, vel, 1. Prophetarum, qui visiones habebunt & plures, & multò clariores [h]. Non erunt qui se Prophetas dicant falsa visa adferentes. Vel, 2. fidelium [i], ut Esa. 42. 20 [k]: qui omnes à Deo illuminabuntur, Esa. 54. 13 [l]. Non aliorsum respicient, vel avertent se, ut antè, quum sacra monita illis porriguntur, &c. vel, Non respicient versùs idola sua & vana auxilia, sed ad Deum solum [m]. Eclipsis hic est contrarii, *Non connivebunt*, &c. intellige, sed videbunt, &c [n]. Sensus est, Qui hactenus cæci fuerint, jam videbunt, &c [o]. Opponitur hæc promissio horrendæ excæcationi quam antea Judæis minabatur. Hinc perspicimus regnum Ezechiæ ità describi à Propheta, ut nos ducere longiùs velit ad Christum, sub quo verè impleta est hæc instauratio Ecclesiæ, quæ in Ezechia adumbrata est [p]. ¶ *Auscultabunt*] Attentè audient, vel, loquentem Dominum [q]; vel, veros Prophetas [r].

4. *Et cor stultorum*; ità P. Calv. sic Ch. נִמְהָרִים] *Inconsideratorum*, JT. Pi. *temerariorum*, Ca. Ang. Heb. *festinatorum*, i. e. præcipitum †: *præcipitanter agentium*, M. Ti. sim. Mo. Stultorum est, præcipitanter agere [t]. *Infirmorum*, ο'. *imbecillum*, Ar. ¶ *Intelliget scientiam*; ità Mo. M. JT. Pi. &c. יָבִין לָדַעַת] *Intelliget ad intelligendum*, vel *cognoscendum*, V. Angl. Intelligendo solidam adipiscetur scientiam; Neh. 8. 3, 8, 12 [v]. *Intentum erit ad scientiam*, P. *discet intelligere*, Ca. [Sensus loci,] Etiam qui tardissimo sunt ingenio Dei magnitudinem intelligent [x]. Stulti, tum Judæi [y], tum Gentiles [z], non nisi mendaciis assueti [a], qui priùs idola stultámque & inanem philosophiam sequebantur [b], haurient veram scientiam de Deo rebúsque Divinis [c]. ¶ *Et lingua*, &c. וּלְשׁוֹן עִלְּגִים תְּמַהֵר לְדַבֵּר צָחוֹת] *Et lingua balborum* (i. e. vel, Prophetarum [d], qui, quasi balbi, raró, hæsitanter, imperfectè * & obscurè prædicabant [f]; vel, Ministrorum Evangelii, quos Deus creavit ex rudibus gentibus [g]; vel, Apostolorum, qui sermone rudi erant & impolito; vel, aliorum, nempe Discipulorum, &c [h]. qui priùs, ceu balbi, hæsitanter loquebantur de rebus Divinis [i],) *festinabit* (vel, *expedita*, sive *prompta*, *erit*, Pi. Calv.) *loqui*, vel *ad loquendum*, vel *ut loquatur*, *candida*, Mo. Ti. vel, *nitida*, P. i. e. facunda verba [k]: vel, *politè*, M. *disertè*, Calv. vel, verba *explanata*, Pi. JT. Ellipsis subjecti, ut Gen. 42. 30. *dura*; Psal. 12. 4. *magna*; sub. *verba*, vel *res* *. Vel, *velociter loquetur eleganter*, Ch. *expeditè & articulatè loquetur*, Ca. Promptè & facundè loquetur Verbum Dei [l]. Non loquitur de rhetorica elegantia, sed de sinceritate sermonis, quâ pius homo disertus est in confessione peccati sui, & laudis Divinæ [m]. Etiam infantissimi Deum laudabunt [n]. Lingua quæ priùs fuit rudis, barbara, incondita, &c. nunc erit pura, pia, Deóque accepta; Esa. 19. 18. Zeph. 3. 9 †.

5. *Non*, &c. לֹא יִקָּרֵא עוֹד לְנָבָל נָדִיב וּלְכִילַי לֹא יֵאָמֵר שׁוֹעַ] Sic verto, retentis vocibus, *Nabal non vocabitur Nadib, nec Cilai dicetur Shoa*: ad verb. *Non vocabitur ampliùs Nabali Nadib*, &c. *Non vocabitur illi*, pro, *non vocabitur* [o]. *Nabalis* nomen habemus & genium 1 Sam. 25. 3, 25. *Nadab* & *Abinadab* in familia sacerdotali & regia, 1 Sam. 7. 1. & 16. 8. &c. Nec insolens est in S. S. ad nomina hominum vulgò nota respicere: ut Psal. 39. 6. כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם, *Totus Abel* (i. e. mera vanitas) *est omnis Adam*, vel, omnis Adæ progenies [p]. *Non vocabitur* (vel, *dicetur*, Ti. Ch.) *ultrà*, vel *ampliùs*, (vel, *jam*, Ca. *deinceps*, Sy. Ga.) *stulto* (vel, *stultus*, P. M. Di. *Stultos* vocat, qui Deum aut Dei providentiam non credunt, ut Psal. 14. 1. & 53. 2 [q]. Vel, *vesanus*, Ca. *impius*, Ch. sim. JT. *sordidus*, Ti. V. Calv. *vilis*, sive *abjectus*, Ga. Ang. נָבָל propriè est, *homo nequam*, vel *nihili*, בְּלִי שֵׁם *nullius nominis*, vel *notæ*, ut explicatur Job. 30. 8 [r].) *liberalis*, sive *munificus*, Mo. P. M. Ti. Pi. Ang. (vel, *justus*, Ch. *ingenuus*, JT. *nobilis*, Ca. *princeps*, Di. Ga. sic Sy.) נָדִיב, adjecto לֵב, sign. *liberalem*; at a lutè positum, *principem* plerumque, si non perpetuò, designat, quia Principum est liberales esse, &c. Patebit hoc ex inspectione locorum, Numer. 21. 18. Job. 34. 18. Psal. 118. 9. & 146. 3. Prov. 8. 16. & 25. 7. &c †.) *& tenaci*, Mo. (vel, *avarus*, sive *tenax*, sive *parcus*, P. M. Ti. Ca. JT. Pi. Di. G. vel, *sordidus* Ga. vel, *qui transgressi sunt verbum ejus*, [nempe Dei,] Ch.) *non dicetur* (vel, *dicentur*, Ch.) *dives*, Mo. P. vel, *fortes*, Ch. vel, *prodigus*, M. *largus*, Calv. *liberalis*, JT. Ca. Pi. *magnificus*, Ti. *nobilis*, Di. Ga. vel, *magnas*, Ga. שׁוֹעַ pro *nobili* sumitur etiam Job. 34. 19. & שׁוּעַ pro *nobilitate*, Job. 36. 19. nec alibi reperitur, nisi pro *clamore*. R. Joseph Aben Jachia in præfatione ad Danielem dicit se esse מְשׁוֹעֵי וגו׳, *ex nobilissimis Jehudæ qui dominentur in exsulem populum* [t]. Quod hic שׁוֹעַ, est alibi מְשׁוֹעַ, & vertitur, *δυνάστης*. Vide Luc. 22. 25 †. Vel, *dominus*, ut sit dignitatis & officii nomen [v]. Vox כִּילַי alibi non reperitur: *avarum*, vel *tenacem*, plerique vertunt. Deducunt

cunt vel à כול, *capere* & *continere*; quia quæ sua sunt apud se continet & recondit: vel à כָּלָא, sive כָּלָה, *concludere, coercere*; sive quòd manus occludat, sive loculos: vel, quod malim, ab הֵכִיל, *capere, continere*. Ut ergò ab הֵכִין fit כֵּן *rectus*; ab הֵעִיר, עַר & עִיר, *vigil*: sic ab הֵכִיל fit כִּיל, sive כַּל, & terminatione Chaldaicâ כִּילַי, sive כֵּלַי; ut זַכַּי *purus*, נָכְרִי *extraneus*. Porrò, voces נָבָל & כִּילַי, licèt ejusdem ferè notionis videri possint, nonnihil tamen discrepare videntur; ut נָבָל vilitatem animúmque abjectum denotet, כִּילַי sordes, seu sordidam tenacitatem: nam & apud Rabbinos כִּילוּת pro *tenacitate* usurpatur ˣ. [Alii locum sic reddunt,] *Et non ultrà, sive in posterum, dicent stulto ut princeps sit, sive ut principatum gerat; nec ultrà dicent ministri tui, Tace*, ο'. Ar. Voce כִּילַי, quæ *fraudulentum* sign. denotari putârunt ο'. ministrum aliquem qui fraudulentus erat, &c. τὸ שׁוֹעַ verò, quod & *clamare* & *claudere* sign. verterunt, *Claude*, scil. os, h. e. Tace ʸ. Putârunt ο'. שׁוֹעַ idem valere quod שְׁעָה, *desiste, cessa*, Esa. 22. 4 ᶻ. [Porrò, locum variè explicant.] Expositio hæc est simplicitatis ex certissima veri notitia profectæ: Verè, inquit, discernent spiritus, & verè ac sincerè agent Christiani, ac proinde malum malum, & bonum bonum, appellabunt ᵃ; & mala fucata à verè bonis, & hypocritas à sinceris, dignoscent. Vide Act. 8. 22, 23. 1 Cor. 12. 8. &c ᵇ. Falsis prophetis aliísque omnibus adulatoribus amotis, παῤῥησία veritásque passim obtinebunt ᶜ. Plerique tamen & optimi Interpretes de dignitatibus officiísque politicis interpretantur ᵈ. Sensus est, Quando corruptum Regni statum in populo meo restaurabo, non nisi idoneos ad clavum reip. adhibebo: non continget ampliùs stulto iste honos ut Princeps vocetur; neque avaro, ut nobilis dicatur. Id longè meliùs cum præcedentibus convenire videtur, quàm si נָדִיב *munificus*, & שׁוֹעַ *liberalis*, vertantur: sed & cum sequentibus, ubi stulti indoles ac mores sic describuntur, v. 6. & avari, v. 7. ut ambos ad magistratum gerendum júsque dicendum ineptissimos esse appareat *. Omnia, inquit, sic restituentur in suum ordinem: virtus in pretio erit, ideóque vitia detegentur, nec, sicut antea, pro virtutibus habebuntur: bonis etiam major permittetur libertas ad cohibendam impiorum proterviam ᶠ. Sensus est, Ezechiæ tempore, maximè post recuperatam valetudinem, boni tantùm dominabuntur, nec fraudulenti erunt in honore, sicut sub patre Achazo ᵍ, & initio regni Ezechiæ, quum status politicus nondum constitutus esset. Instantia datur in Shebna dejecto, & Eliacimo substituto, Esa. 22. 15, &c ʰ. Quum autem hîc Esaias de Ecclesiæ reformatione loquatur, ad Christum etiam hæc referenda sunt, cui proprium est, occulta vitia detegere, & per Evangelium in lucem proferre ea quæ priùs latebant, &c ⁱ. Hæc quæ de Ezechia dixi longè meliùs à Christo præstita sunt, qui tales populo præposuit qui eos ab omni errore liberarent ᵏ. Sensus, Is erit sub Ezechia & Christo reip. status, ut boni tantùm dominentur, non impostores, &c ˡ. Impius tunc *non vocabitur*, h. e. non erit, magistratus, &c ᵐ. *Non vocari* hîc sumitur pro, *non esse*, ut Esa. 47. 1, 5. & contrà, *vocari*, pro, *esse*, ut Esa. 61. 3, 6. & 62. 12. Matt. 5. 9, 19. Luc. 1. 32, 76 ⁿ. & hoc vult Vates; q.d. *Nemo deinceps vilis principatum geret, aut sordidus loco honorabili potietur* ᵒ.

6. *Stultus*, &c. כִּי נָבָל נְבָלָה וגו׳] *Nam stultus* (vel, *vesanus*, Ca. *sordidus*, Ti.) *stultitiam* (vel, *vesanè*, Ca. *sordida*, Ti.) *loquitur*, P. V. &c. *loquetur*, Mo. Causas reddit cur bonus Rex neque impiis, neque avaris, mandare debeat magistratus. Impius loquitur impia, & sic multos corrumpit ᵖ. Quàm indigni sint principatu *fatuus* & *parcus*, hoc versu & seq. ostendit; vel certè, unde dignosci possint, nempe ex fructibus ᵠ. Ostendit tales honore & potestate suâ abusuros ad suum & Regis dedecus, &c. Vide Esa. 22. 18. Hinc Moses avarum magistratu arcet, Exod. 18. 21 ʳ. Significat Christum ostensurum qualis quisque sit; ejúsque vitam patefaciendo, ostensurum qualis sit animus †. Apparebit statim quis stultus sit comparatione sapientum, quorum magna tunc erit copia, qui etiam stultos redarguent ˢ. Verba stulti, sive ille sit Princeps, sive propheta vanus, non sana existimabuntur, ut antea; sed, ut fatua re-

ˣ Ga. ib. 247. ʸ For. ᶻ Ga. ib. 248. ᵃ Jun. ᵇ Q. in Ga. ib. 244. ᶜ Al. in Ga. ᵈ Ang. sim. Ga. ib. * Di. ᶠ Calv. ᵍ San. ʰ Ga. ib. 244. ⁱ Calv. ᵏ San. ˡ Me. ᵐ T. ⁿ Ga. ib. 245. ᵒ Ga. ib. 249. ᵖ G. sim. Ang. ᵠ For. ʳ Ga. adv. p. 249. † Calv. ˢ Me.

vera sunt, sic & reputabuntur ᵗ. Al. *Sed stultus* (vel, *flagitiosus*, JT. sub. *dicetur qui*, Pi. sim. JT. ex v. præced. ut Job. 14. 5. & 24. 19 ˣ.) *stultitiam* (vel, *flagitium*, JT.) *loquitur*, Pi. ¶ *Et cor*, &c. וְלִבּוֹ יַעֲשֶׂה אָוֶן] *Et cor ejus facit* (vel, *faciet*, Mo. Ang. *concinnat*, Ti.) *iniquitatem*, P. Mo. &c. vel, *vanitatem*, M. Ti. i.e. machinatur ut admittat impietatem: nihil aliud cogitat quàm de injuria inferenda ʸ. Nulla Religio eum ab injustis factis prohibet. De nexu Religionis & justitiæ vide quæ congessimus de J.B. & P. 2. 45 ᶻ. Al. *cujus* (vel, & *cujus*, Pi.) *animus efficit*, &c. JT. vel, *machinatur*, &c. Pi. ¶ *Ut*, &c. לַעֲשׂוֹת חֹנֶף] *Ut faciat* (vel, *exercendo*, JT. Pi. *agendo*, Ca. *ut agat*, Ti.) *hypocrisin*, sive *simulationem*, M. JT. Pi. sic Mo. Ang. vel, *simulatè*, Ti. id est, dum se bonum piúmque simulat ᵃ. Vel, *sceleratè*, Ca. vel, *impietatem*, P. sive *prophanitatem*, Angl. Ga. ex collat. membri seq ᵇ. [Id enim חָנֵף esse, fusè dictum ad Esa. 9. 17.] ¶ *Et*, &c. וּלְדַבֵּר אֶל יְהוָה תּוֹעָה] *Et loquatur* (vel, *loquendo*, Pi. *proloquendo*, JT.) *contra Dominum* (vel, *in Deum*, JT. *de Deo*, Pi. M.) *errorem*, P. M. Ti. JT. sim. Mo. sive *errationem*, Pi. i. e. verba erronea ᶜ: vel, doctrinam falsam, quæ homines aberrare facit à via salutis *. Negat Dei providentiam, &c ᶠ. *Ut à Jova deerretur suadendo*, Ca. Verùm non de Ministris agit, sed de Magistratibus, injustam sententiam pronunciantibus contra Verbum & præscriptum Dei ᵍ. ¶ *Et*, &c. לְהָרִיק וגו׳] *Ad exinaniendum* (vel, *exinaniendo*, Pi. *exhauriendo*, JT. Ca. Ti.) *animum*, vel *animam*, *esurientis*, sive *esurientem*, Mo. sic M. &c. Id est, subtrahendo sanam doctrinam, &c ʰ. Vel, ut spoliet egentem ⁱ. ¶ *Et potum sitienti auferat*] Simil. M. P. Mo. &c. Id est, nemini parcat ᵏ.

7. *Fraudulenti*, &c. וְכֵלַי כֵּלָיו רָעִים] *Et* (vel, *Equidem*, Ti. *Porrò*, P. *Verò*, M.) *tenacis*, vel *avari*, vel *parci*, *vasa* (vel, *arma*, M. Ti. V. Calv. *mensuræ*, G. *vasa* mensuræ, P. *instrumenta*, JT. Ang.) *mala*, JT. P. vel, *pessima*, M. Ti. sub. *sunt*, P. Ti. Calv. sim. M. vel, *dicentur*, JT. *Imò tenax* dicetur *cujus vasa mala sunt*, i.e. qui falsâ doctrinâ aut impiis sermonibus damnum dat proximo, sicut homo avarus damnum dat per vasa fallacia, in emendo, in vendendo, minora adhibens. Paronomasia hîc est inter voces כֵּלַי & כֵּלָיו ˡ. Jam alterum malorum in rep. fontem describit ᵐ. Per כֵּלָיו hîc intelligunt, vel. 1. mensuras quibus avarus utitur, quæ malignæ sunt & diminutæ ⁿ. Sed non agit de institoribus aut mercatoribus, sed de Principibus ᵒ. Vel, 2. judicia, voce *mensuræ* metaphoricè hîc significata ᵖ; vel, technas subdolas quibus judices judicium pervertunt, quas sic vocat, alludens ad opificum instrumenta ᵠ: omnes astus & fraudes quibus avari incautos homines in suas nassas impellunt ʳ. Vel, 3. ministros & officiales, (qui sunt *instrumenta animata*, Aristot. Polit. 1. 3.) quorum ad judicium corrumpendum operâ abuti solebant. Ità ratio est cur viles isti à magistratu arcerentur, &c †. Non disputat hîc quales sint avari; sed patefaciendos sub Christo significat, nè ampliùs fallant aut imponant ᵗ. ¶ *Ipse*, &c. הוּא זִמּוֹת יָעָץ] *Ipse* (vel, *qui*, JT. Pi. vel, *Nam*, M.) *versutias* (vel, *scelerata consilia*, JT. Pi. Ti. sim. M. P.) *consuluit*, Mo. vel, *init*, JT. Pi. Ti. *cogitat*, P. *excogitat*, M. *consulet*, i. e. meditabitur ᵛ. Invenit commenta vafra ˣ. [Ca. hæc verba cum præced. sic vertit, *Avarus autem, malis præditus artibus, flagitiosa decernit*.] ¶ *Ad*, &c. לְחַבֵּל עֲנָוִים וגו׳ וּבְדַבֵּר אֶבְיוֹן מִשְׁפָּט] *Ad corrumpendum*, vel *perdendum*, (vel, *ut circumveniat*, M. Ti.) *afflictos*, vel *pauperes*, (vel, *humiles*, JT. *simplices*, M. Ti. *homines miseros*, i. e. עֲנִיִּים, ut legunt Masorethæ ʸ.) *in eloquiis falsitatis*, Mo. vel, *verbis mendacibus*, P. M. &c. *& in alloquendum egenum judicio*, Mo. *& loquatur* (vel, *loquendo*, Angl.) contra *pauperem*, sive *pauperes*, in *judicio*, P. M. Calv. Angl. Ellipsis & τὸ *contra*, ut v. 2. & τὸ *in* ᶻ. Vel, *&* (repete, *ad corrumpendum*) *judicium*, *quum pauper loquitur*, non curans quid dicit ᵃ. Vel, *& tum etiam cùm pauperi jus dicit*, Ti. *cùm alloquitur pauperem in judicio*; i. e. cùm ut judex pauperem interrogat ᵇ. Vel, *etiam* (vel, *idque*, Pi.) *quum egens eloquitur jus*, JT. sic Ang. Gal. *id quod juris est*, Pi. id est, cùm justam habet causam, & jus suum repetit ᶜ. Potest locus sic verti, *ad corrumpendum afflictos verbis mendacii, &, quum loquitur pauper, jus*: ut מִשְׁפָּט referatur ad לְחַבֵּל

ᵗ San. ˣ Q. in Ang. ʸ V. ᶻ G. ᵃ G. ᵇ Ang. ᶜ V. * M. ᶠ Pi. Belg. ᶠ M. ᵍ Ang. ʰ Pi. ⁱ G. sim. Ang. ᵏ G. ˡ Pi. ᵐ G. ⁿ K. in Ga. ᵒ Ga. adv. vers. 22. p. 254. ᵖ G. ᵠ Ga. ib. ex AE. ʳ Calv. † Ga. ib. ᵗ Calv. ᵛ V. ˣ G. ʸ G. ᶻ Ang. ᵃ Q. in Ang. ᵇ G. ᶜ Me. sim. San.

לְחַבֵּל, & sensus sit, avarum ad verba pauperis non attendere quæ pro sui defensione profert, sed, quicquid tandem pauper dicat, eum jus pervertere [d]. *Inopes falsis verbis circumveniendo, pauperésque damnando*, Ca.

8. *Princeps*, &c. וְנָדִיב נְדִיבוֹת יָעָץ וְהוּא עַל נְדִיבוֹת יָקוּם] *Et* (vel, *At*, P.Ca. Di.Calv.Ang. sim. Ti. JT. Pi. *Porrò*, M.) *liberalis*, sive *munificus*, (vel, *ingenuus*, JT. *nobilis*, Ca. *princeps*, For. G. ex Vulg. Di. sub. *erit*, G. vel, *dicetur*, Pi. sim. JT. *qui*, G. JT. Pi.) *liberalia* (vel, *nobilia*, Ca. *generosa*, G. vel, *consilia munifica*, Pi. sive, *de munificentia*, M. sive, *ingenua*, JT. sive, *benefica*, Di.) *consulit*, P. sim. Mo. M. Ti. vel, *cogitabit*, G. *decernit*, Ca. *agitabit*, Calv. *agitat*, i. e. nihil aliud cogitat quàm liberalitates *: *inibit*, Di. *init*, JT. Pi. Ga. h.e. inire debet ; id quod uterque ille, *vilis & sordidus*, nunquam facturi sunt. Ità cohæret cum præcedentibus, ostendendo quænam Principem nobilémve consilia studiáque deceant. Forma indicativa hîc officium denotat, ut Esa. 26. 9. *discunt*, i. e. discere debent ; Mal. 1. 6. *honorabit*, i.e. honorare debet [f]. [Reliqua sic vertunt,] *&* (vel, *quia* ; copulativa pro causali, ut Esa. 64. 5 *.) *ipse propter liberalitates*, vel *liberalia*, sive *beneficentias*, sive *munificentias*, P. Mo. M. V. Di. (*per liberalia facta*, Ti. *liberaliter agendo*, V. Calv. *nobilitate*, Ca. *in generosis actionibus*, G. vel, *per principe digna*, Ga. vel, *pro rebus principe dignis*, Ga. ex Deod.) *consurget*, P. vel, *clarus surgit*, Ti. *ascendit* ad dignitatem, M. simil. V. *evebitur*, Ca. *consistet*, vel *stabilietur*, Ga. vel, *stabit*, Mo. Ga. ex Deod. Ang. Di. sed tum in officii notione accipio, pro, stare debet. Ità τὸ קוּם usurpatur Ps. 94. 16. *Quis stabit mihi*, &c [g] ? Vel, *perstabit*, G. vel, *progredietur*, Calv. Al. *quique munificentiæ* (vel, *rebus ingenuis*, JT.) *insistit*, Pi. [Sensum quod spectat,] Est argumentum ἐξ ἐτυμολογίας. Nam נָדִיב *Princeps* à generositate nomen habet. *Generositas* intelligenda, animi virtus ad benefaciendum quamplurimis [h]. Princeps quem daturus sum populo meo, quíque Principis nomen merebitur, benefica consilia inibit : quocirca everti non poterit, sed immotus firmúsque consistet, quia bene de aliis meritus fuerit [i]. Princeps, nempe Ezechias, vel Christus [k], ea decernet & perficiet quæ Principem decent, & quæ rempub. stabiliunt ; impios submovebit, pios substituet, &c [l]. *Princeps regalia*, sive *magnifica*, sive *digna rege*, *consultat*, sive *cogitat*, *& super ipsis consistit*, seu *stat*. Loquutio est qualis illa Pauli, *In his esto*, i. e. firmus permane, & ab his nè discede, sed his insiste, & studiosè persequere. q. d. Id consultat, quomodo omnibus prosit, nemini noceat, &c. Tales Reges & rectores plurimos effecit Spiritus Christi, &c. Nec tamen prædicit hîc Propheta quid in Regno Christi futurum esset, sed potiùs mores Principis breviter depingit [m]. [Alii versum sic reddunt,] *Justi autem veritatem cogitant, & ipsi super veritatem suam consistent*, Ch. *At verò sanæ religionis viri meditantur prudentiam ; atque hujusmodi consilium perdurabit*, Ar. *Magnus verò magna molitur, idémque magnis rebus insistit*, Sy.

9. *Mulieres opulentæ* ; ità P. שַׁאֲנַנּוֹת] *Tranquillæ*, sive *quietæ*, Mo. JT. Ca. Pi. V. For. *securæ*, vel *insolentes* ; metalepsis ; eò quòd tranquillitas homines reddit securos atque insolentes [n]. *Opulentæ* atque otio deditæ, Ti. *tuto sedentes loco*, M. Est hæc alterius argumenti prophetia ; transit enim ad cladem Hierosol. per Romanos [o]. Transit ad dissertationem de calamitatibus ante prædictam Statûs confirmationem venturis, præmittens hanc exhortationem, &c [p]. Judæos provocat ad resipiscentiam, ut antevertant judicia severissima, quæ antè denunciaverat Deus, & hîc summatim complectitur [q]. Ut Judæi, ante prosperitatem suam sub Ezecia, multa per Assyrios passi sunt ; ità Ecclesia, priusquam per Christum accepit summa illa bona, &c. ingentes calamitates passa est, &c [r]. *Mulieres* hîc intellige, vel, 1. propriè : quas alloquitur, quia illæ tum tranquillè vivebant & securè, nec, ut viri, futura mala prævidebant ; tum etiam eisdem culpis implicitæ erant : præcipuè fœminas aulicas † : vel, mulieres oppidorum Judææ, quæ erant præter Hierosolyma [t]. q. d. Non modò virorum, sed & fœminarum, clades erit [v]. Vel, 2. viros istius Statûs ; sic dictos, quòd effœminati essent. Vide Esa. 3. 12. & 19. 16 [x]. Vel, 3. urbes, vel oppida [y] ; h. e. eorum incolas [z]. Vide Jos. 15. 45, &c. Lam. 3. 51 [a]. *Mulieres* dicuntur civitates ; *filiæ*, loca minora [b]. Sed hoc subtilius [c]. ¶ *Surgite*] Ità Mo. P. &c. Scil. ad exhibendum honorem Verbo Dei [d] : sic enim solebant. Vide Jud. 3. 20 *. & in Gen. 49. 33 [f]. *Surgite*, de lectis, in quibus tranquillè recumbitis, ut 2 Sam. 11. 2 : vel, Excitate vos ex somno securitatis : vel, Sepositis rebus aliis, attendite diligenter ad ea quæ dico, ut Numer. 23. 18 [g]. ¶ קֹמְנָה] *Agitè*, V. Est particula hortantis [h]. ¶ *Filiæ*, &c. בָּנוֹת בּוֹטְחוֹת] *Filiæ* (vel, *fœminæ*, JT. Pi. Ca.) *confidentes*, Mo. P. &c. vel, *confidenter habitantes*, M. *securæ*, JT. Pi. Ca. quæ securè vivitis [i]. *Filiæ*, i. e. pagi, seu vici [k].

10. *Post dies*, &c. יָמִים עַל שָׁנָה] [Variant.] *Dies* (vel, *Diebus*, Di. *Diebus* aliquot, M. vel, *Aliquantò*, Ca. vel, *Anno*, V. *Anno dierum*, Pi. Q. in Angl.) *super*, sive *supra*, (vel, *ultra*, M. *post*, Ca. V. *ad*, San.) *annum*, Pi. Ti. V. For. &c. *anno*, Mo. i. e. Non uno anno, sed multis [l]. *Dies*, pro annis, more Scripturæ [m] ; ut Exod. 13. 10. Num. 9. 22 [n]. *Annis multis continentibus*, JT. Pi. videlicet 70 annis, quibus duravit captivitas Babylonica [o] : ut ostendit præfinitio temporis infrà v. 14. & 15 *. Al. Post annum & aliquot dies. Ità enim indefinitè accipitur nomen יָמִים, præsertim cum nominibus temporis certi : ut Jud. c. 19. v. 2. *fuit ibi dies quatuor menses* ; 1 Sam. 27. 7. *dies & quatuor menses*, &c. Videtur hîc designari unius anni spatium : q. d. Post dies, quibus completur [sive consistit] annus. Nec obstat si paucos dies anno addas, quum hi complementum anni, & quasi cumulus quidam, reputantur [p]. Al. Post certum aliquod tempus à me definitum, sed quod vobis definitè nolo explicare [q]. Post longum tempus, quo scilicet dies addentur diebus, & anni annis †. Significat calamitatem diuturnam fore, & post unum annum novas ærumnas exspectandas esse *. Q. extendunt hoc ad ultimam Judæorum desolationem [r]. Al. Intra triennium, ut Esa. 29. 1 †. Al. *Intra annum & dies* aliquot, Di. ex Gal. sim. For. Angl. sive paucos, ut Gen. 24. 55. sive multos, sed intra biennium, ut 2 Par. 21. 15, 19 [t]. Intelligo de Assyrio, qui paulò pòst vastavit Judæam [v] ; ad cujus adventum, ab hac prophetia, annum & aliquot dies intercessisse crediderim [x]. *Dies anni*, ὁ'. *Diebus anni unius*, Sy. *Diebus enim cum annis*, Ch. Sed præcipua dubitatio est, num hæc prophetia docet quando incipiet, an verò quamdiu durabit, hæc calamitas [y]. Sunt qui prius putant, & hinc colligunt, prophetiam hanc exhibitam esse circa 12. annum Ezechiæ, duobus nimirum annis ante Assyriacam invasionem, quum omnia tranquilla videbantur, 2 Reg. 18. 7, 8 [z]. Sed malim, cum aliis, tempus durationis intelligere, ut significet eam duraturam supra annum, & propè biennium, sed non ultrà. Id historia confirmat. Nam Ezecia regnavit tantùm 29 annis, 2 Reg. 18. 2. Assyrius Judæam invasit anno 14. Ezeciæ, 2 Reg. 18. 13. nec multò post ejus discessum promittit ei Deus additionem 15 annorum. Quare non ultra biennium durare potuit illa calamitas [a]. ¶ *Conturbabimini*, sim. Mo. M. Ti. Ang. תִּרְגַּזְנָה] *Pavebitis*, P. *exhorrebitis*, Ca. *commovebimini*, JT. Pi. V. Vel, 1. irâ ; i.e. iræ justam causam habebitis [b] : vel, 2. metu [c] : vel, 3. aliâ re [d]. ¶ *Consummata*, &c. כִּי כָּלָה] *Quia* (vel, *Quando*, ut non causam, sed tempus, conturbationis designet *;) *defecit*, M. *deficiet*, Ti. ¶ *Collectio*] Ità Mo. P. &c. sub. *frugum*, M. P. Ti. Angl. ut Mic. 7. 1 [f]. i.e. messis, quæ συγκομιδὴ Græcis dici solet [g]. Heb. אֹסֶף. ¶ *Non*, &c. בְּלִי יָבוֹא] *Non* (vel, *nequaquam*, Ma.) *veniet*. Calv. sic JT. Pi. &c.

11. *Conturbamini*, &c. רִגְזוּ בּוֹטְחוֹת פְּשֹׁטָה וְעֹרָה וַחֲגוֹרָה עַל חֲלָצָיִם] *Contremisce*, (vel, *Commovete vos*, P. sim. JT. &c. *Contremiscite*, M.) *confidentes*, Mo. &c. (vel, *securæ*, Ca. simil. M.) *exue te*, Mo. (vel, *exuite*, sive *exspoliate*, *vos*, P. M. sic Ca. JT. Pi.) *& nuda te*, Mo. (vel, *nudate vos*, JT. Pi. P. &c. vestibus, vel pretiosis [h], vel ordinariis [i] ; vide Exod. 33. 5 [k].) *& accinge te* (vel, *deniqua accingimini*, JT. vel, *& accingite* saccum, sive saccos, M. Pi. sim. P. &c.) *super lumbos*, Mo. Pi. Ad operas ancillares vosmet parate. Verba hæc, רְגָזָה, פְּשֹׁטָה, עֹרָה, חֲגוֹרָה, sunt vel, 1. infinitivi [l], cum ה paragogico [m]. Sic nos Lusitani infinitivo utimur ob rei atrocitatem, &c. *Eja exui*, *flere*, *ejulare*, &c. q. d. Non alterius negotii

gotii

Marginal notes (left column): d Di. — * V. — f Ga. adv. p. 254. — * Ga. ib. — g Ga. ib. — h G. — i Di. — k Mc. T. — l T. — m For. — n For. — o Mc. — p Ang. — q Jun. — r For. — † Ang. — † G. — * Calov. — t Q. in Ang. — v Jun. Pi. — x For. Ang. — y &c.

Marginal notes (right column): z Pi. — a Ang. — b M. ex He. — c Ang. — d Arg. ex Pi. — * Pi. — f Jun. — g Ang. — h V. For. — i G. V. — k Pi. — l V. — m V. Q. in Ang. — n Q. in Ang. — o Pi. Belg. Jun. — * Jun. — p San. — q T. — † Me. — * Calv. — r Q. in Belg. — † G. — t Ang. — v Di. — x For. — y Ang. — z Q. in Ang. — a Ang. — b V. — c V. For. — d V. — * For. — f Ang. — g G. — h G. Ang. — i Pi. Ang. — k Ang. — l Pi. For. — m Pi.

gotii tempus est. Ità hîc, *Trepidate, tranquillæ:* instat enim tempus quo nihil aliud videbitur quàm *conturbatio, exspoliatio, denudatio*, &c. nam & pro nominibus accipi possunt infinitivi [n]. [Ti. locum sic reddit, Imminet *confidentibus & securis turbare, exspoliare, nudare, & accingi lumbos.*] Vel, 2. imperativi fœminini, (de fœminis enim sermo est,) per syncopen literæ נ, pro, רְגוֹזְנָה *commoveamini*, פְּשֹׁטְנָה *exuite*, שֹׁרְנָה *nudamini*, (ut habeat formam ab שׁוּר, cùm aliàs עָרָה sit *nudari*,) חֲגוֹרְנָה *accingite:* ad imitationem videlicet Chaldaismi, in quo Jerem. 9. 20. est שְׁמַעְנָא *audite*, fœm. pro שְׁמַעְנָה [o].

12. *Super*, &c. עַל שָׁדַיִם סֹפְדִים] *Super* (vel, *Propter*, JT. Pi. sic V. vel, *Ad*, Ti.) *ubera plangentes*, Mo. Pi. Ti. sub. *erunt*, Pi. vel, *plangent*, P. *plangant*, JT. Pi. Id est, vel, 1. propter lactentes & liberos. Hinc, *benedictiones uberum*—Gen. 49. 25. &, *ubera arentia*, Os. 9. 14 [p]. Seneca Troadibus, *Tibi maternis ubera palmis Laniata jacent* [q]. Vel, 2. propter agros & vites, (ut Propheta mox exponit,) quæ sunt velut duo ubera ad alendum incolas [r]. Hinc terra illa *lacte fluere* dicitur, Ezec. 20. 6 †. q.d. Ob sterilitatem agrorum, qui antea erant fertiles [t]. Vel, 3. propter penuriam lactis mulierum [v], præ fame [x]. Potest verti, *Ob ubera plangentia*, ut Os. 9. 14. *ubera arentia* [y]. Mallem sic, *Super pectora sua tundentes*, ut mos erat in luctu. Vide Luc. 18. 13 [z]. *Ubera*, pro pectore, ut nos *pectus* dicimus, pro uberibus [a]. [Ca. hæc verba connectit cum fine versûs præced. & locum sic reddit,—*& succingite latera*, v. 12. *Lugubrésque mammas.*] ¶ *Super*, &c. עַל שְׂדֵי חֶמֶד] *Super* (vel, *propter*, JT. Pi.) *agros desiderii*, Mo. vel, *desiderabiles*, Pi. &c. i. e. propter eorum defectum, spolium & damnum. Vide Lam. 4. 9 [b]. ¶ *Super vinea*, &c] i.e. Super tot vinetis [c]. [M. totum versum sic reddit, *Sicut super ubera arentia infantes plangunt, sic super agros desiderabiles & super vitem frugiferam* plangetis.]

13. *Super* (vel, *Ob*, V.) *humum* (vel, *terram*, V. &c. vel, Nam *in humo*, Pi. vel, *In terra*, JT.) *populi mei* (i.e. super fundos suburbanos apud Hierosolyma [d],) *spina*, &c. קוֹץ שָׁמִיר תַּעֲלֶה] *Spina vepris* (vel, *sentica*, JT. vel, *& vepris*, P. M. &c.) *ascendet*, Mo. P. &c. vel, *exerescet*, Ti. sim. Ca. Pi. ob summam vastationem & solitudinem [*]. Abruptè hîc transit Propheta à vastatione mox per Assyrios facienda, ad aliam longè majorem & diutiùs duraturam, nempe per Chaldæos. Similis est transitio Esa. 7. 16, 17 [f]. ¶ *Quantò magìs*, &c? כִּי עַל כָּל־בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ קִרְיָה עַלִּיזָה] [Variè reddunt.] *Ustio in omnibus domibus lætis*, in *urbe exsultabunda*, JT. Sic accipimus vocem כִּי ut suprà 3. 24. [ubi fusè dicta vide,] adducti fide historiæ 2 Reg. 25. 9 [g]. *Etiam* (vel, *imò*, Pi. Ang. *quinimo*, Ca. nam *&*, For.) *in omnibus domibus lætis*, sive gaudio deditis, (vel, *voluptuosis*, Ca.) *& civitate exsultante*, M. simil. Pi. vel, *urbis exsultabundæ*, Ca. *Quantò magìs super omnes domos gaudii* (i. e. amœnas villas [h],) *civitatis exsultantis?* G. ex Vulg. Heb. *oppidum exsultans*; per enallagen, & omissionem copulæ. Sensus est, *& super omnia oppida plena nunc lætitiâ* †. *Quia*, vel *Nam*, *super* (vel, *propter*, V.) *omnes domos gaudii*, (i. e. quæ plenæ erant lætitiâ [i]; sub. *&*, P. vel, *& propter*, V.) *civitatem exsultantem*, sub. *ascendent*, P. vel, sub. *lugebunt*, V. *In domibus*, i. e. in arcis ubi steterant istæ domus quæ à Babyloniis fuerant combustæ. Vide 2 Reg. 25. 9. & 2 Par. 36. 19 [k]. Non video cur ità se torserint Interpretes, quum ipsa verba ut jacent liquidum satis sensum præ se ferant, hoc modo, *Super terram populi mei spina, sentis ascendet, quia propter omnes domos gaudii civitas exsultabunda est.* q. d. Ferre diutiùs non potest Deus hujus civitatis luxum & petulantiam. Omnes domus plenæ sunt gaudio, hinc tota civitas exsultabunda. Hæc desolationis causa erit, quæ spinas & sentes proferet [l]. *Urbem* hîc intelligunt vel, 1. Samariam [m]; vel, 2. Hierosolymam [n].

14. *Domus*, &c. כִּי אַרְמוֹן נֻטָּשׁ] *Quia*, vel *Nam*, *palatium* (i.e. vel, Regia [o]; vel, palatia, sive ædes magnificæ, magnatum, ut vox collectivè sumatur [p]: vel, *domus sanctuarii*, Ch.) *deseretur*, JT. simil. P. M. Pi. &c. vel, *dimissum est*, Mo. *Domus enim dimissa est*, G. ex Vulg. Vacabunt villæ [q]. *Quia palatia dujecta*, Ti. Ità verbum נטשׁ sumi volunt Ezec. 31. 12. Vide Esa. 33. 23 [r].

n For. — o Forst. & al. in Glos. gram. 3. 3. 44. 362. — p Forst. sim. San. — q G. — r Pi. sim. Ang. — † Ang. — t V. — v V. Belg. — x Belg. — y Di. — z Ang. ex He. — a Ang. — b Ang. — c G. — d G. — * For. — f Ang. — g Jun. sim. Glas. gram. 3. 7. 18. 618. — h G. — † G. — i V. — k Pi. — l Di. — m He. in Ang. — n Pi. Ang. Jun. Me. T. &c. — o Ang. Pi. &c. — p Ang. — q G. — r Ang.

¶ *Multitudo* (vel, *Turba*, Mo. vel, *Strepitus*, M. JT.) *urbis relicta est*] Sim. P. Pi. &c. Oppida illa erunt vacua †. Multitudo erit sine capite, nec Regem defensorem habebit, nec Principes [t]. ¶ *Tenebræ*, &c. עֹפֶל וָבַחַן הָיָה בְעַד מְעָרוֹת וגו׳] *Arx* (vel, *Fortalitium*, M. sim. Ca. *Locus altus*, Mo. *Clivus*, JT. Pi. *Turris*, Calv. vel, *Ophel*, Angl. ut sit nomen loci intra Hierosolymam: quanquam & al. *Ophel* fuerit in Samaria, 2 Reg. c. 5. v. 24 [v]. De *Ophel* vide 2 Par. 27. 3. & Neh. 3. 26 [x]. Vel, *Turres*, Ti. G. *Munitiones*, Ang. singulare collectivè [y]:) *& munitio*, P. sim. M. &c. (*fortalitium*, Mo. vel, *exploratoria specula*, JT. Pi. vel, *propugnacula*, Ti. *castella*, G. *turres*, Ang.) *erit* (vel, *fuit*, Mo. vel, *redigentur*, Ti. sim. M.) *in speluncas*, &c. P. sub. *animalium*, M. vel, *sicut spelæa ferarum*, G. quas solæ feræ incolent [z]; urbibus nempe dirutis, & populo in captivitatem abducto [a].

15. *Donec effundatur* (vel, *infundatur*, JT. Heb. *denudetur*, Pi. Angl. ut Esa. c. 3. v. 17. h. e. reveletur, vel perspicuè effundatur, vide Esa. 52. 10 [b].) *super nos spiritus* (nempe Spiritus Sanctus [c]) *de excelso*] Ità M. P. Mo. &c. Hanc concionem, sicut alias, concludit promissione restitutionis populi Dei [d]. Donec amor Dei erga nos appareat, ut Esa. 30. 18 [*]. Donec Deus gratioso Spiritûs sui afflatu nos restituat, sive, 1. sub Ezecia; sive, 2. reducendo è Babylone; sive, 3. tempore Messiæ, quando Spiritus ille copiosè effundetur. Vide Joel. 2. 28. Zach. 12. 10. Nam hæc singula comprehendere possit, & temporalis restitutio typus erat spiritualis. *Spiritus* hic opponitur *spiritui soporis* Esa. 29. 10 [f]. Loquitur de vastitate Judææ gentis, à Sennacheribo incipienda, quam aliæ super alias secutæ sunt calamitates: Babylonica captivitas; post reditum è Babylone, urbs primùm à Ptolemæo Lagi filio, deinde ab Antiocho, capta vastatáque, deinde à Pompeio, deinde ab Herode & Sosio, & postremò à Tito funditus eversa æquatáque solo: Atque interea venit Christus, (sub cujus tempus hæc vastitas absolvenda erat,) qui suos Sacro *spiritu desuper afflavit, incultúmque locum redegit in Carmelum*, & contrà: h.e. extraneos, qui *inculti* & à vera Religione erant alieni, coluit Evangelio; Judæos autem, qui erant *Carmelus*, h. e. Legis oraculorúmque disciplinâ culti, (nam Carmelus locus erat cultus,) *redegit in sylvam*, dum ab eis Regnum transtulit ad gentem quæ fructum ederet. Atque ità *manet* tum *inculto* tum *culto* loco *justitia*; h. e. sive quis barbarus sive Judæus sit, huic ad Christum patet aditus, ut per fidem justus innocénsque, & porrò felix, fiat. Huic autem Carmelo, h. e. Christianorum civitati, non erit metuenda malorum *grando*; *jacebit* enim *urbs in humili* planóque *loco*. Erunt Christiani humiles, modesti, Christique præsidio tuti. Quæ autem mala accident, ea accident *in dejectu sylvæ*, h. e. alienis, & Evangelii culturâ non æquatis [g]. [Ità hunc versum cum sequentibus explicat, quæ sine sensûs injuria divelli non poterant.] Inter minas consolationem Judæis proponit, nè desponderent animum. Ostendit, Deum, licèt severum, fœderis tamen sui memorem esse, & spem salutis illis relinquere [h]. Tertia hæc capitis pars, in qua describuntur bona piis eventura quum extiterit plenitudo temporum. Sunt autem duo bonorum genera prolepticè hoc versu posita: 1. communicatio Spiritûs & virtutis Dei in Christo; 2. effectus sanctæ hujus communicationis, bonis salutaris, & improbis capitalis [i]. ¶ *Et* (vel, *Tunc*, Pi.) *erit* (vel, *ponatur*, Calv. *redigatur*, JT. *redigetur*, Pi.) *desertum in Charmel*, (vel, *in arvum*, JT. Pi. *in agrum cultum*, Calv.) *& Charmel* (vel, *arvum*, JT. &c. [ut in priore membro,] *in saltum* (*sylvam*, Mo. *pro sylva*, Pi. sim. JT. *instar sylvæ*, Calv.) *reputabitur*] Ità Mo. sic Pi. &c. vel, *reputetur*, JT. Ang. i. e. sit instar sylvæ [k]. Explica ut suprà 29. 17 [l]. Significat urbes quæ sunt ut desertum absque arboribus frugiferis fore sicut Charmel, qui est mons plenus arboribus fructiferis & agris [m]. Alii vertunt, *Desertum* quodvis *in agrum feracem, & ager ferax in sylvam, reputetur*, i.e. tandem fiat similis sylvæ pomiferæ & horto amœnissimo [n]. Ità יַעַר in bonum accipiunt: quod coactum videtur [o]. Sensus, *Desertum*, &c. i.e. Corda electorum, naturâ sterilia quoad bona opera, fertilia fient; & *arvum*, &c. id est, hypo-

† G. — t Musc. — v Ang. — x Pi. — y Ang. — z For. — a Musc. — b Ang. — c Pi. — d Ang. — * G. — f Ang. — g Ca. — h Calv. — i Jun. — k Ang. — l G. — m V. ex He. — n V. — o Di.

hypocritæ, qui videntur esse fertiles & apti ad bona opera, manifestabuntur quòd sint arbores sylvestres[p]. Pius, qui priùs horridus videbatur, fit tanquam excultus & ferax ager; & impius elatus, qui priùs videbatur esse cultissimus, horrescet[q]. Prius itaque כַּרְמֶל in bonum posterius in malum, sumit: quod etiam coactum videtur. Fortè in ל in לַיַּעַר possit esse tertii casûs, ac verti, *& arvum sylvæ reputabitur*, eâdem phrasi ac sensu cum v. 5. *non vocabitur stulto* (i.e. stultus) *ingenuus* ità hîc, *arvum sylvæ*, &c. i.e. sylva reputabitur arvum: sic ut לַיַּעַר subjectum enunciationis denotet, כַּרְמֶל prædicatum; sitque idem quod aliis verbis in priori membro dixit, *Erit desertum in arvum*[r]. Non dicit, quod exspectaret carnalis Judæus, *Civitas reædificabitur*, &c. sed, *Spiritus* de cœlo missus *desertum*, h. e. inopes Gentes, fœcundavit, &c. & *Carmel*, h. e. Israelitas secundùm carnem, *in sylvam redegit*, & habitationem ferarum. Intelligant ergò Judæi, spiritualem esse restaurationem, & jam cùm Dom. advenit, & Judæam vastatam fuisse, & mundum spiritualiter restauratum. Quòd si adhuc protervire velint, conferant Esa. 29. 17. ubi hæc ipsa de Judæis manifestè dicuntur †.

16. *Et habitabit in solitudine* (i. e. in illis qui olim desertum erant[t]) *judicium*] Ubi priùs fuit desertum, ibi habitabunt homines, & fiet judicium inter eos; & [ut in seq. versu] propter *opus justitiæ, erit pax*[v]. Deus Assyrios illos graviter puniet. Vocat illos מִדְבָּר ob id quod fuerunt, nempe elati, ut montes sylvosi[x]. ¶ *Et justitia in Charmel*] In novo videlicet *Carmel*, qui olim erat *desertum*. Hæc est nova Jerusalem[y]. Al. Bonitas Dei se aperiet erga Judæos, qui fuerant velut terra humilis[z]. Sensus versûs, Justitia erit in omnibus terræ partibus; in *desertis*, (quæ sylvis constabant, & planitiebus, ubi pascebantur pecora, 1 Sam. c. 25. v. 15, 21. Luc. 15. 4. & oppida erant, Luc. 1. 39, 40, 80.) & in *Carmel*, sive agris, qui vel arati erant, vel vineis, olivis, &c. consiti[a]. *Erunt homines juris amantes atque justitiæ*, Ch. in V. Tum Judæis, tum barbaris, ad justitiam Christi aditus patebit[b]. De regno Ezechiæ sic vaticinatur, ut omnia in regnum Christi, ceu finem & complementum, conferat[c].

17. *Erit opus* (vel, *factum*, sive *factura*, For. sic Belg. i. e. effectus[d],) *justitiæ pax*] i. e. Prosperitas*, cujus & causa, & pars præcipua, est *pax*[f]; quo nomine intelligitur salus & omnimoda felicitas[g]. ¶ *Et cultus*, &c. וַעֲבֹדַת הַצְּדָקָה הַשְׁקֵט וָבֶטַח וגו׳] *Et cultus* (vel, *& opus*, M. P. vel, *effectus*, Pi. sic Ca. *effectus, inquam*, V. JT. *& proventus*, G. Heb. *labor*, seu *operatio*, Pi.) *justitiæ* (sub. *est*, For. vel, *erit*, Pi.) *requiescere*. Mo. Glas. (h.e. requies; infinit. pro nomine; quia nomen בֶּטַח sequitur[h]: vel, *tranquillitas*, M. P. Ti. Ca. &c.) *& fiducia*, Mo. vel, *securitas*, M. P. Ti. &c. in mentibus scilicet hominum[i]. Dei bonitas nobis pariet pacem & securitatem[k]. Tranquillitatem habebunt tum externam, quâ à bellis & tumultibus quiescent, tum mentis, quâ in Deo fident, &c[l].

18. *Et* (vel, *Nam*, JT.) *sedebit* (vel, *residebit*, JT. Pi. *manebit*, Ca.) *populus meus in pulchritudine*, &c. בִּנְוֵה שָׁלוֹם וּבְמִשְׁכְּנוֹת מִבְטַחִים וּבִמְנוּחֹת שַׁאֲנַנּוֹת] *In habitaculo* (vel, *tabernaculo*, P. *mansione*, Ca. *caula* JT. Pi.) *pacis*, Mo. M. &c. (vel, *pacata*, Ca. vel, *in caulis pacatis*, sing. collectivè[m]) *& in tabernaculis* (vel, *mansionibus*, M. *habitaculis*, JT. Pi. *sedibus*, Ca.) *fiduciarum*, Mo. P. (vel, *securis*, vel *tutis*, Ca. M. Ti. *securissimis*, JT. Pi.) *& in requiebus* (vel, *refrigeriis*, M. *mansionibus*, Ti. *habitationibus*; nam מְנוּחָה *& quietem*, & *habitationem in qua quiescimus*, significat[n]: vel, locis *ad quietem* JT. vel, *in locis quietis* atque, Pi.) *tranquillis*, sive *quietis*, Mo. Ca. Pi. (vel, *opulentis*, P. *opulentissimis*, Ti. *tutissimis*, M. *tranquillissimis*, JT.

19. *Grando*, &c. וּבָרַד בְּרֶדֶת הַיָּעַר וּבַשִּׁפְלָה תִּשְׁפַּל הָעִיר] Locus difficillimus, quem qui illustrare conatur laudem meretur[o]. *Utut grandine ruente* (Heb. *descendente*, Jun.) *sylva, & depressione deprimatur civitas*, JT. i. e. Quamvis totus mundus (quem synecdochicè describit per *sylvam* & *civitatem*, h. e. incultos & habitabiles locos[p],) inhorrescat malis, pii tamen tuti erunt[q]. *Sed grandinabit ubi descendunt in saltum*, (h.e. ubi Deus judicia sua immittit in saltum, h. e. in homines feros & indomitos: confer Jos. 10. 11. Ezec. 38. 22.) *& civitas* (rebellis, nempe Jerusalem, cum omnibus impiis,) *humilis erit in humili loco*, h. e. humiliabitur & dejicietur. Confer suprà v. 14. & Matt. 11. 23[r]. *Grandinabit autem in dejectu sylvæ*, (h. e. Alienis, & Evangelii culturâ non æquatis, hæc mala accident †,) *urbe in humili jacente* Ca. Al. *Grandinabit autem grando in sylvam*, P. sim. Ti. vel, *Divertet enim grando, quum descenderit, in sylvam*, M. sim. Calv. *Et grandinabit in descendendo sylva*, Mo. *Grandinabit autem in descensu sylvæ* V. i.e. Quando grandinaverit, non cadet (Deo ità disponente[t]) super civitatem, nec super sata, nè ea lædat, sed in sylvis[v]. Non fruges lædet, sed sterilem saltum; i. e. Malos puniet, non bonos[x]. Alludit forsan ad illam discriminationem in judiciis, &c. Exod. 9. 23—26[y]. Avertet Deus noxas à suis, & aliò convertet[z]. Descendet grando, h. e. procellosa ira, & plaga[a], malorum omnium agmen[b], in saltum, in quo in Carmel, ut antè dixi, mutabitur[c]; i. e. in sylvescentem & desertam synagogam[d]; in infideles Judæos*. [Reliqua sic reddunt,] *& in humili* (vel *humilitate*. P. For. *humili loco*, Calv. Mo.) *humilis erit* (vel, *humiliabit se*, P. Mo. *considet*, Calv. *humiliter desidebit*. M. *humiliabitur* For. i.e. permanebit in summa humilitate, neque propter illa erit elatior[f]: dejicietur[g]:) *civitas*, Ti. nempe Hierosolyma[h], ubi multi mali erunt, in quos tempestas desæviet, & quæ per *saltum* intelligitur[i]. Vel, *civitas*, i. e. civitates, ut Esa. 25. 2, 3[k]. Tunc in locis editis civitates exstruebant, quò difficilior ad ipsas aditus esset. Eam verò tutelam Dei fore dicit erga populum suum, ut civitas tutò poterit considere in vallibus[l]. Eòdem spectat hic versus quò & præcedentes & sequens, ad demonstrandum novam rerum sub Messia faciem. Verto, *Et grandinabit in imo sylvæ, & in planitiem humiliabitur civitas*. Sensus, Ità tum omnia tuta erunt, ut nullus amplius sylvarum & civitatum usus sit. Sylvæ securitatem præstant à grandine, pluviâ, &c. densitate ramorum eos qui in imo sunt illæsos reddentes: Civitates muris suis, &c. securitatem præstant à latrociniis. At tum his nihil erit opus; quia omnia adeò erunt secura, ut ipsæ sylvæ denudatæ in imo suo grandinem sint excepturæ, & civitates in planitiem redigendæ sine ullo securitatis detrimento. יֶרֶד בְּרֶדֶת *descensus*, à יָרַד, pro *imo*, sive *loco inferiori*, rectè sumitur; sicut מַעֲלֶה *ascensus*, à עָלָה, passim sumitur pro *loco superiori*, ut 1 Sam. 9. 11. Neh. 12. 37. Quòd si quis רֶדֶת accipere velit pro *dejectione* passivè sumpta, ut Deut. 28. 52. vertere poterit, *Et grandinabit pro dejectione sylvæ*, i. e. ut dejiciatur sylva. Sensus est, Quia nullus ampliùs tum sylvæ usus, grandine dejicietur ea; *& simul in planitiem redigetur civitas*[m]. Al. *Et grandinabit* (nempe populus meus, ex v. præc. i. e. instar grandinis dejiciet & consternabit conscientias impiorum per comminationes in contemptores Evangelii; vide 2 Cor. 10. 4, 5, 6. Heb. 4. 12.) *quum descendet in sylvam:* (i. e. quum Verbo Dei penetrabit in conscientias reproborum:) *in loco humili* (nempe in gehenna; Heb. *in humilitate*, meton. adjuncti;) *humilis erit civitas*, nempe civitas reproborum, quod in Hebræo innuitur per articulum. Civitas illa superba quæ insurgit adversùs Deum humilis ab eo reddetur; i. e. Impii in æternum exitium præcipitabuntur[n]. Al. *Grando* (i. e. Ira Dei, ut Esa. 28. 2. & in Psalmis sæpe,) *autem descendet super sylvam*, (i. e. super montes sylvosos, nempe Assyrios,) *& humilitate humiliabitur civitas*, Babylon[o]. Al. *Quum grandinaverit, descendens super saltum*, (vel, *Quum Deus grandinavit super saltum*, i.e. super terram Judææ, quæ saltuosa erat[p],) *& civitas humilis erit in humili loco*, Ang. i.e. Quum Deus humiliavit superbiam Hierosolymæ, quo sine Deus hostem induxerat, tunc populus Dei pace illâ & tranquillitate prædictâ fruetur*.

20. *Beati qui*, &c. אַשְׁרֵיכֶם וגו׳ מְשַׁלְּחֵי וגו׳] *Beati*, vel *Felices, vos* (vel, *O vos beatos*, JT. Pi. sim. Ti.) *serentes super* (vel, *secundum*, sive *juxta*, JT. Pi. For. San. vel, *ad*, Ti. G.) *omnes aquas*, Mo. JT. Pi. Ti. G. Calv. Di. (i. e. in locis irriguis[q], & ob id valde feracibus[r]. Vel, in ripis omnium, h. e. multarum, aquarum †. Vel, *super omnem locum aquosum*, P. vel, *in omnem humorem*. מַיִם hic eam *aquam* sign. *quâ madens terra stirpes alit*, ut Num. 24. 6, 7[t]. Vel, super ipsas aquas. Ostendit quanta futura sit mutatio ubi Christus regnare cœperit.

Margin notes (left column): p Pi. — q Jun. — r Di. — † For. — t For. — v M. — x G. — y For. — z G. — a Ang. — b Calov. — c Calv. in v. 15. — d For. sim. Belg. Pi. — * Ang. For. — f Arg. — g For. — h Glas. gram. 3. 3. 44. 364. — i Jun. — k G. — l Ang. — m Pi. — n V. — o Di. — p Glas. rhet. 1. 10. 251. — q Glas. ex Jun.

Margin notes (right column): r Belg. — † Ca. — t Ang. — v V. ex Heb. sim. Ang. Mer. — x Ang. — y Calv. — z T. — a Me. — b For. sim. — c For. — d Me. sim. — * T. — f For. — g V. — h T. — i T. — k Hi. For. Mer. &c. — l Arg. — Q. in V. sim. Calv. Ang. M. — m Di. — n Pi. — o G. — p Q. in Ang. — * Q. in Arg. — q Jun. G. — r G. — † For. — t Ca.

Prius summa erat vastitas, ut vepres terram contegerent; hîc eximiam soli ubertatem deprædicat: q. d. Loca quæ obruebantur aquis erunt apta sationi, nec aqua segetes corrumpet; & pecora [ut in seq.] sine timore jacturæ immittetis in segetes[v]. Etsi jam maria, paludes, flumina, inepta sunt & frugum sationi, & jumentorum pastioni; itâ tamen rerum omnium facies sub regno Messiæ in melius mutabitur, ut beati futuri sint qui super quasvis aquas severint, & in quasvis aquas boves agnósque pastum immiserint[x].) *mittentes*, vel *immittentes*, (*& dimittitis*, M. *qui immittitis*, P. Pi. sub. *eò*, Pi. Di. Ang. vel, sub. *in agrum vestrum*, P.) *pedem bovis & asini*, Mo. Ti. &c. Hs, pro, qui abigitis boves & asinos vestros in segetes vestràs, ut illas luxuriantes depascantur[y]. Tanta erit frugum copia, ut etiam jumentis permissuri sitis ibi pasci[z], citra ullum frumenti defectum[a]. Non modò boves, sed etiam asinos, aràsse, constat ex h. l. & ex Deut. 22. 10. Esa. 30. 24. & Joseph. contra Appion. l. 2[b]. Apostrophe est ad præcones Evangelii[c]; ad Apostolos[d]. Cùm Propheta miram illam rerum vicissitudinem, excisionis Judæorum & electionis Gentium, enarràsset sub nominibus *Carmeli* & *sylvæ*, & felicem quandam agricolationem commemoràsset per *Spiritum* S. à quo *justitia* propagaretur, &c. & Spiritu vidisset felicem agricolationis [istius] successum, multitudinem nempe fidelium, novum Dei populum, &c. non potuit se continere Propheta, quin sermonem hunc tot mysteriis refertum epiphonemate clauderet[*]. Conclusio est epiphonematica, quâ Propheta pios cum beatissimis agricolis comparat, qui agrum optimum coluerint, propter venturam messem[f]. Apostolis sanctè invidere videtur Jesaias, cùm suos & aliorum Prophetarum labores penè inanes experiretur; q. d. O vos felices agricolas, qui tam uberem terram colitis, &c! *Immittere pedem bovis & asini* est, terram colere. Frequens est in Scriptura tropus, ut Minister Verbi *agricola*, & Verbum Dei *semen*, & corda hominum *ager*, dicantur[g]. *O vos beatos, qui seritis* (nempe Verbum Dei, confer Luc. 8. 11[h].) *super*, vel *secundùm*, *aquas omnes*, Pi. T. &c. (i. e. super omnes populos[i], super omnes agros idoneos sementi[k]; in locis irriguis[l], i. e. in cordibus electorum[m]; vel, ubicunque est *humor*, i. e. ubi spes est fore ut crescat & alatur, tanquam humore stirpes; q. d. qui Evangelium toto publicatis orbe[n]:) *qui eò immittitis*, &c! Eò, nempe in loca illa irrigua, ubi semen quod ibi sevistis enatum fuerit magnâ copiâ: nam in talia loca solent immitti boves & asini ad decerpendum aliquid de herbascente segete. Sensus est, Qui videtis laborem vestrum in ferendo Verbo Dei non fuisse inanem, sed in auditoribus spem magnam fructûs esse[o]. Vel, *qui immiseritis eò*, &c. JT. i. e. qui colueritis immisso bove & asino ad arandum. Periphrasis agriculturæ[p]. Vel, *immittentes pedem bovis*, &c. i. e. prædicatores & operarios Evangelicæ messis[q], quò celeriùs subigantur, arentur & colantur[r]. *Pedem bovis*, &c. i.e. ipsum bovem, &c[†]. Idque facitis [i.e. prædicatis] *immittentes bovis asinique pedem*, i. e. nullo Judæorum aut exterorum discrimine. Alludit enim ad Mosis præceptum, quo vetat *arari bove & asino*; hoc est, si præcepti vim penitiùs consideres, vetat Judæis commercium esse cum reliquis nationibus, tanquam cum dispari genere: quemadmodum Paulus præceptum illud, de *non obturando bovis ore triturantis*, refert ad rem diviniorem, videlicet ad Ministrorum alimoniam. Igitur illud discrimen Evangelio sublatum est: felicésque sunt Evangelii Ministri qui omnes, nullo, neque docentium, neque docendorum, gentis discrimine, docent[t]. Verùm primarius & proprius Prophetæ sensus hic esse videtur, ut summam terræ fertilitatem promittat; quæ tamen typus esse possit felicis successûs agricolationis spiritualis per Ministros Evangelii[v]. Sensu historico hæc verè & aptè dici videntur de captivo priùs, deinde restituto, Judæorum populo, qui post exilium reversi terram seminabunt, quam, licèt antè sterilem, Deus jam fœcundabit, &c. q.d. O fortunati qui illud tempus cernent! Sed allegoricè multò meliùs & illustriùs de Ecclesia. Mos est Esaiæ, ut, oblatâ specie sive umbrâ temporis Evangelici, ad illud statim transferat vaticinium. Judæorum populi felicitas, amplitudo & gloria, & urbis Templique instauratio, typus erat propagationis Ecclesiæ, &c. Nihil itaque prohibet hæc sensu tum historico, tum mystico, vera esse, & à Spiritu Sancto intenta[x].

[v] Calv. [x] Di. [y] V. [z] G. [a] M. [b] BA. 1. 2. 13. 186. [c] Pi. Belg. [d] Mr. T. For. E. [*] For. [f] Jun. [g] For. [h] Pi. [i] L. E. Mc. [k] T. [l] Pi sim. T. [m] Pi. [n] Ca. [o] Pi. [p] Jun. [q] Mc. [r] T. [†] Belg. [t] Ca. [v] Ang. [x] San.

CAP. XXXIII.

1. VÆ, &c. הוי שודד וגו'] *Væ* (sub. *tibi*, Pi.) *qui vastas*, sive *spolias*, *nec fuisti* (vel, *quum non sis*, Heb. *& tu non es*, Pi.) *vastatus*, sive *spoliatus*, Calv. Pi. &c. Hæc concio, comprehensa tribus capitibus, de industria subjecta fuit superioribus omnibus; quia nunc demum singularia omnia judicia omittit, ut transeatur ad Regnum Christi, quod post illa adventurum erat[a]. Idem subjectum hujus capitis atque præcedentis. Loquitur de populi Dei tum calamitate, tum liberatione, & de hostium subversione. Apostrophe ad hostem[b]: vel, 1. Nabuchodon[c]. vel potiùs, 2. Assyrium, sive Sennacheribum[d], prædatorem Judææ acerrimum, &c. ad quem hîc redit Propheta[*]. q.d. O tu prædator Sennacheribe, nonne æquum est te quoque prædam fieri? Vide Apoc. 13. 10[f]. Hic tamen typum gessit Diaboli & hostium populi Dei. Videbis autem Prophetam itâ historiam persequentem, ut multò plura ejus verba mysterio quàm historiæ aptiùs accommodentur. Quam interpretandi rationem qui non sequitur, nunquam, ut ego quidem judico, Prophetas intelliget[g]. Allegoricè Sennacherib est Diabolus[h]; de quo Hieron. hæc intelligit[i]. ¶ *Et qui*, &c. ובוגד וגו'] *Quique perfidè* (vel, *iniquè*, Calv.) *agis*, *quum non egerint perfidè tecum*, Pi. simil. JT. &c. At, inquis, Zedecia perfidè egit cum Nabuchod. Itâ sanè, indéque colligo de eo hîc non agi. Verùm & Ezecias perfidè fecit, &c. quia rebellavit, &c. 2 Reg. 18. 7. Respondeo, Ezecias nec coroham ab Assyrio acceperat, nec ei unquam obstrictus fuerat, quanquam pater ipsius, Achazus, ob opem sibi latam, tributum pollicitus esset; quod Ezecias recusavit solvere, ideóque rebellâsse dicitur[k]. Extremam hostium crudelitatem significat, quòd etiam immeritos & innocentes, à quibus non lacessiti fuerint, vexarent[l]. ¶ *Cùm*, &c. כַּהֲתִימְךָ שׁוֹדֵד וגו'] *Quum desieris* (vel, *consummaveris*, P. sim. V. Ca.) *vastare*, Pi. sic M. Ti. (vel, *esse prædator*, sive *vastator*, P. JT.) *vastaberis*, P. JT. &c. h. e. Cùm consummaveris cursum victoriæ, nullum de illa fructum capies, &c[m]. Quum tempus tibi à Domino præfixum exspiraverit, &c[n]. ¶ *Cùm*, &c. כַּנְּלֹתְךָ וגו'] *Quum consummaveris* (vel, *cessaveris*, M. Ti. Pi.) *prævaricari*, P. M. Ti. simil. JT. Pi. כַּנְּלֹתְךָ, pro כְּהַנְלוֹתְךָ, per syncopen, à radice נָלָה[o]. ¶ *Contemnêris*] Heb. *prævaricabuntur in te*, Mo. sic P. M. Ti. &c. sub. *alii*, P. nempe filii tui, tibi jure & naturali & civili obstricti, te interficient, Esa. 37. 38[p].

2. *Domine, miserere nostrî*] Dum historiam narrat, obiter, quasi per parenthesin, brevem orationem inserit quâ ad Deum usi sunt, deinde ad narrationem redit. Vel, Propheta, cogitans quàm benignè Deus Jerosolymam defendisset, optat ut semper talem experirentur Dominum[q]. ¶ *Esto brachium nostrum*, זְרוֹעָם] *Brachium eorum*, Mo. P. Calv. Ti. vel, *horum*, M. JT. Pi. Dura est enallage personæ in זְרוֹעָם, quòd affixum 3. personæ collocetur inter duo affixa 1. pers. Vulgatus ergò mutavit in 1. personam, *brachium nostrum*[r]. [Sic & Sy. *adjutor noster*, & Chald. *fortitudo nostra*.] *Horum*, nempe Jerosolymitanorum[†]. Ecclesia pro singulis precatur, & singuli pro Ecclesia tota[†]. Forsan Ecclesia istius temporis precatur, ut pro se, *miserere*—itâ pro Ecclesia N.T. quæ præced. cap. à v. 15. usque ad finem descripta fuit, *sis brachium eorum*—at non tantùm eorum, verùm [ut sequitur] *etiam salus nostra*—ibi rursus pro se[v]. [Alii conjungunt cum seq.] *Esto brachium eorum qui manè ad te currunt*, Ti. *Esto tu*, qui fuisti *brachium horum*, &c. (i. e. vel, 1. eorum qui nos oppresserunt; vel, 2. priscorum fidelium[x], patrum nostrorum[†].) *etiam salus nostra*, Genev. in Di. Ellipsis relativi, ut Esa. 30. 5, 6, 9. & pronomen pro nomine, ut Gen. 15. 13[y]. ¶ *In mane*; לַבְּקָרִים] *Maturè*, Ca. *in matutinis*, Mo. P. Angl. Di. i. e. citò, vel constanter, ut Job. 7. 18. Psal.

[a] Jun. [b] Ang. [c] Q. in Ang. [d] For. L. Pi. Mc. T. G. ex Hi. Ang. Ca. [*] San. [f] G. [g] For. [h] T. [i] San. [k] Ang. [l] Calv. sim. M. [m] San. [n] Ang. [o] Pi. sim. M. [p] Ang. [q] For. [r] Di. [†] Pi. [†] Jun. [v] Di. [x] Q. in Di. [†] Ang. [y] Ang.

Psalm. 73. 14. & 101. 8. Lam. 3. 23 [z]: *singulis matutinis*, JT. Pi. sim. For. quum scil. te invocabunt tempore sacrificii matutini [a]. Vel, omnibus diebus quibus illuxerit, nos in gratiam recipias. De hac re primo loco agimus; nihil nobis antiquius est tuâ gratiâ, quæ quidem in singulos dies nobis est necessaria [b]. *In omni die*, Ch. *Per singulos dies: manè*, pro *die*, per synecdochen [c]. Quum quotidie nova nobis occurrant incommoda, quotidie sis brachium nobis [d].

3. *A voce*, &c. מקול המון] *A voce* (sub. *tua*, Sy. Ar. vel, *A sono*, Pi. *Ad sonitum*, Ca. *Ob tumultum*, V.) *turbæ*, Mo. vel, *terribili*, G. sim. Ar. Sy. *timoris* ὁ. *tubæ*, [forsan *turbæ*,] Ca. *tumultûs*, M. P. vel, *fremitûs*, Ti. V. sive, *strepitûs*, Pi. sic JT. sub. *tui*, Ti. i. e. strepitûs Angeli invadentis, 2 Reg. 19. 35 *; vel, quem excitavit ille Angelus [f]. ¶ *Ab exaltatione tua*; ità Mo. JT. Calv. M. מרוממתך] *Ob* (vel, *Ad*, Ca.) *exaltationem* (vel, *sublimitatem*, V. Ca.) *tuam*, Pi. vel, 1. ut Judicis [g]; quum conscendes tribunal tuum [h]: vel, 2. ut militis seipsum excitantis, & brachium erigentis ad percutiendum [i]. *Ab exaltatione tui*, qui hactenus jacere visus es, Chaldæis impunè grassantibus [k].

4. *Et*, &c. ואסף שללכם אסף החסיל] *Et* (vel, *Tum*, Pi. *Nunc autem*, LXX; *Et mox*, Ar. *Et tamen*, Ca.) *colligetur* (vel, *colligentur*, Pi. Angl. vel, *perdetur*; nam אסף, *colligere*, sæpe est, *auferre*, *perdere*, ut Gen. 30. 23. Psal. 26. 9. Jer. 8. 13. Soph. 1. 2 †.) *spolium vestrum*, vel *præda vestra*, (vel, *præda quæ vestra erit*, M. vel, *spolia vestra*: vel, 1. Assyriorum, [passivè,] qui illa reliquerant & perdiderant; vel, 2. Judæorum, [activè,] quorum vos domini facti estis, ut, *Davidis spolium*, 1 Sam. c. 30. v. 20 [l].) *collectione bruchi*, Mo. sic JT. vel, *in modum collectionis* (vel, instar *collectionis*, Ang. ellipsis notæ similitudinis, ut Esa. 28. 1. quæ exprimitur Mic. 7. 1 [m].) *bruchorum*, M. vel, *ut colliguntur bruchi*, P. Pi. qui in acervos colliguntur, & aut foveis aut aquis occiduntur, tam in oriente & Africa quàm in Hispania [n]; qui vel à pueris facilè & nullo negotio turmatim interimuntur [o]. Vos, qui bruchorum instar alios perdidistis, nunc ut bruchi perdemini catervatim [p]. Current passim omnes homines ad castra Assyriorum, ut cùm ad colligendos bruchos, prima nascentia depascentes folia, egrediuntur urbem *. Vel, *ut leguntur multipedæ*, Ca. vel, *ut si quis bruchos colligat*, Ti. *Sicut colligit bruchus*. Tam impunè legentur de vobis (Assyriis) spolia, quàm bruchus herbas depascitur. Hanc interpretationem flagitant quæ sequuntur [q]. Vel, *sicut perdit bruchus*, vel, *perditione bruchi*; sicut à bruchis & locustis momento absumitur omnis viror. *Perditio* videtur activè recte dici de brucho, sicut [sequens] משק *discursitatio*, de locustis [r]. Vide vers. 23 *. Prædæ vobis erit quicquid sibi comparavit hostis, qui tanquam bruchus depopulatur omnia [t].

¶ *Velut*, &c. כמשק גבים שקק בו] Vox גבים sign. & *fossas*, 2 Reg. 3. 16. Jer. 14. 3 [v]. & (Chaldaicè [x], & cum levi mutatione [y],) *locustas* [z], seu τεττιγοειδεῖς [a], Amos. 7. 1 [b]. & Nah. 3. 17 [c]. [Hinc variant.] *Velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo*, Vulg. [scil. brucho.] Hebraica sic vertas, *Sicut congregatio fossarum congregans in eo*, pro, *ex eo*, scil. brucho. Duram loquendi formam emollivit Hieron. Sanè cùm locustæ colliguntur, in foveis eas sepeliunt [d]. Sed plerique *locustas* reddunt *. [Hi tamen locum variè vertunt.] *Sicut incessus locustarum incessus* (vel, *incedens*, Mar. P.) *per eum*, P. vel, *in eo*, Mar. *Gressu locustarum gradietur per illum*, sub. *exercitum Assyriorum*. Intellige incessum continuum & assiduum, non intermissum; vel, quasi hominis nihil timentis [f]. *Secundùm discursum*, sive *discursionem*, *locustarum*, Calv. Pi. *pergent illuc*, Calv. vel, *discurrent* (scil. Judæi; Hebr. *discurrens* erit, enallage numeri;) *in illis*, nempe spoliis: nam affixum in בו refertur ad nomen שלל [g]. *Discursione qualis est prasocuridum* (i. e. locustarum) *discursantium in eam*, i. e. viriditatem terræ exedentium [h]. Vel, *Quasi discursitatio locustarum discursaret per illud*: id est, Momento absumetur spolium vestrum. Vel, *Et sicut discursitant locustæ, discursitabitur* (impersonaliter, subintellecto איש; aut, *discursabit* hostis) *in illud* [i]. *Ut discursus locustarum ubi discurrunt*, G. *Ut est discursus locustarum in eo loco quo discurrunt*, Ti. Eritque *quasi discursus locustarum*, M. Q. in V. *multitudo pergens ad illam*, M. vel, *qui discurrit in eo* loco: i. e. Ut ambulant locustæ per segetes, illas vastando; itidem Angelus per castra Assur, illa consumendo [k]. Vel, *ut avidè appeti solent locustæ*, Ca. Vel, *Tanquam gressu locustarum graditur in eum*, hostis in Assyrium: i. e. Ità graditur, ut non possit averti: nam, quidquid agas, locustæ pergunt; nec, nisi saturæ, recedunt. Cohærent hæc cum præcedentibus, *Colligitur præda vestra collectione bruchi*: i. e. Vos spoliabit hostis, quomodo bruchus agrum, quem non nisi nudum relinquit [l].

5. *Magnificatus est*, נשגב] *Exaltatus* (vel, *Editus*, JT.) *est*, M. Ti. sim. Mo. *Magnificabitur*, G. *Exaltabitur*, P. sim. V. Pi. quum scil. Assyrios per Angelum percutiet [m]. ¶ *Quoniam*, &c. כי שכן מרום מלא וגו'] כי *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Qui*, Ca. Ille, inquam, qui. hìc relativè accipitur, pro אשר, ut Exod. 13. 17. Prov. cap. 11. v. 15. & 20. 16. &c [n].) *habitat in excelso*, P. M. Ti. &c. (cœlo scilicet, unde mala, & quidem inevitabilia, effundere potest super capita hostium [o]. *Habitavit in excelso*, Vulg. i. e. edidit facta sublimia, infrà 10 P.) *implevit* (vel, *implet*, JT. *implebit*, Pi.) *Sion judicio & justitiâ*, P. &c. *Nam qui habitat in alto implebit Sionem judicio & justitiâ*, Angl. i. e. vel, in perditione hostium, & præstatione promissorum [q]; vel potiùs, in restitutione reip. ad pristinam puritatem, ut Esa. 1. 25, &c. Vide Esa. 32. 1, 16 [r]. [Ca. versum sic reddit, *Extollendus est Jova, qui, altè habitans, tanto jure justitiâque replet Sionem.*]

6. *Et*, &c. והיה אמונת עתיך חסן ישועות וגו'] *Et* (vel, *Itaque*, Pi.) *erit firmitas*, sive *stabilitas*, (vel, *subsistentia*, M. *veritas*, Mo. *fides*, Ti.) *temporis tui* (i. e. vel felicitatis tuæ †, vel gubernationis tuæ; meton. subjecti, hæc enim tempori illi accidebat [t]: vel, *temporum tuorum*, Mo. For. *temporibus tuis*, Ti. G.) *fortitudo salutum, sapientia, & scientia*, Mo. P. V. vel, *fortitudo, salus*, &c. M. sive, *salutes*, &c. Ti. vel, & *robur multiplicis salutis*, (Hebr. *salutum*,) *sapientia* tua, &c. Quod supplementum postulare videtur tum ipsa sententia, & collatio incisi præcedentis, ubi habetur, *temporis tui*, tum forma vocis constructa, חכמת [v]. Construe sic, *Sapientia* tua & *scientia erit firmitas*— & *robur*, &c. i. e. causa firmitatis & roboris tui, sive gubernationis tuæ [x]. *Et fiet ut stabilitas temporum tuorum, robur salutum tuarum, sit sapientia*, &c. Belg. [Ca. hunc versum cum præcedente connectit, —*replet Sionem*, v. 6. *Ut tui temporis firmitas sint victoriarum opes, sapientia atque prudentia.*] Apostrophe est vel, 1. ad Ezeciam [y]: vel, 2. ad Ecclesiam; q. d. Id quod Ecclesiam stabilem reddet erit cognitio favoris Dei, &c [z]. Sensus est, q. d. Stabilietur vobis in tempore vestro pax & salus, si occupemini in sapientia, &c [a]. *In temporibus tuis*, i. e. quamdiu stabis, ô Sion, vel potiùs, ô Ecclesia Christi, *erit fides*, &c. i. e. apparebit veritas promissionum Dei [b]; & opes Ecclesiæ non erunt aurum, &c. sed *sapientia*, &c [c]. *Et ità fit ut, sicut dixeras te benefacturum timentibus te, adducas & confirmes in tempore suo fortitudinem & salutem*, &c. Ch. *Est itaque firmitas temporis tui, robur omnis salutis, sapere te & nôsse*, JT. Heb. *sapientia tua & scientia*. Sensus est, Neque vita stabilis, neque firma salus, cuiquam contingit nisi per fidem, quæ in sapientia scientiâque certa versatur [d]. ¶ *Timor Domini ipse est* (vel, *erit*, M.) *thesaurus ejus*] Id est, vel, 1. Ecclesiæ *; vel, 2. Ezeciæ [f]. *Thesaurus*, i. e. vel, charus illi ceu thesaurus, Psal. 19. 10, 11 [g]; vel, reddet eum locupletem [h]. Epexegesis. Declarat quæ qualisve fuerit sapientia Hiskiæ [i]: non, frigida vel inanis; sed, efficax, timorem Dei producens & obedientiam. *Thesaurum* vocat timorem Dei, quia sine hoc misera est omnis felicitas. De Ezecia hæc dicit: pertinent tamen ad totum populi corpus, & multò magis ad Christum, &c [k].

7. *Ecce*, &c. הן אראלם צעקו חוצה] Vox אראל alibi non occurrit; vicina est voci אריאל Esa. 29. 1 [l]. Idem est quod Ezech. 43. 15. אראיל, Syriacè איל posito pro אל; suprà verò 29. 1. cum י epenthetico, אריאל. Sic itaque verto, *Ecce altare ipsorum, clamabunt foris*; Clamabunt è castris Assyrii, Ecce altare ipsorum, per irrisum; i. e. Nihil illis proderunt quotidianæ illæ victimæ [m]. *En Erelam, clamabunt foris*, Mo. Al. *Clamabunt foris ob ipsorum Erel*, sive *Ariel*, h. e. urbem, Templum,

Marginal notes (left column): z Ang. · a Pi. · b For. · c V. · d San. · * G. sim. M. For. · f Pi. · g Q. in Ang. · h Pi. · i Al. in Ang. · k Calv. · † Ang. · l Ang. · m Ang. · n For. · o Calv. · p Q. in Ang. · * M. ex K. · q G. · r Di. · * Ang. · t Jun. · v Ang. · x Pi. · y Ang. · z G. Ang. · a G. · b G. Ang. · c Ang. · d Mar. · * Ang. · f V. · g Pi. · h Jun. · i Di.

Marginal notes (right column): k Q. in V. · l BA. 2. 5. 478. · m Pi. · n For. · o Ang. · p G. · q Q. in Ang. · r Ang. · † V. · t Pi. · v Pi. · x Pi. sim. Ang. · y Pi. Ang. G. &c. · z Q. in Belg. · a M. ex He. · b Mc. sim. T. · c T. · d Jun. · * Q. in Belg. sim. Me. T. · f Pi. Ang. &c. · g Ang. · h Pi. sim. Ang. · i Pi. · k Calv. · l Ang. · m G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

plum, &c. ut *Ariel* sumitur in Esa. 29. 1, 2 [n]. *Ecce leo fortis eorum*, &c. i. e. Jerosolymitani, qui arcem habebant & Templum, clamant præ angustia in plateis [o]. Al. *En valentissimi* (nam *Ariel* sign. ut *leonem fortem*, ità & virum leoninum, 2 Sam. 23. 20 [p]: vel, *nuncii*, M. P. Ti. Ca. Angl. sic enim vox sumitur apud Thalmudistas; vel, *legati*, qui solent vocem attollere instar leonis, Esa. 21. 8. Dan. 3. 4. qui etiam cum potestate loquuntur. *Nuncios*, intellige ab Ezecia missos, 2 Reg. 18. 14 †.) *eorum* (scil. Jerosolymitanorum, subditorum Hiskijæ, id est, potentissimi & proximi à Rege, nempe tres illi 2 Reg. 18. 18 [q].) *clamant* (vel, *clamaverant*, JT. vel, *exclamant*, Angl. præ dolore & anxietate [r], ob non impetratam pacem †,) *foris*, Pi. JT. sim. Ang. Id est, vel, extra urbem [t], quò missi sunt, Esa. 36. 3; vel, in plateis, dolorem cohibere non valentes [v]. Propheta vel commemorat quanto in discrimine versati sunt, quò magis illustret liberationis gratiam [x]; vel potiùs, futuram calamitatem prædicit, nè sub ea paulò pòst deficerent piorum animi [y]. ¶ *Angeli*, &c. מַלְאֲכֵי שָׁלוֹם מַר יִבְכָּיוּן] *Nuncii* (vel, *Nuncii*, inquam, V. Et *legati*, M. Ti. &c.) *pacis* (i. e. de pace in castra missi, 2 Reg. 18. 18 [z].) *amarè* (vel, *acerbè*, Ca.) *flent*, P. *fleverant*, JT. *flebunt*, Mo. P. nullam spem pacis, omnia autem circùm vastata, referentes [a]. *Nuncii*, inquit, qui primùm prædicaverunt *pacem*, adveniente hoste *flebunt amarè* [b]; vel, cum *amaritudine*, Angl.

8. *Dissipatæ*, &c. נָשַׁמּוּ וגו'] *Desolatæ sunt* (vel, *Desolabuntur*, præt. pro fut [c].) *viæ*, P. vel, *viæ stratæ*, Mo. Pi. &c. nempe, in terra Juda [d], per Assyrios *; ut nulli sint ultro citróque commeatus; ut fit in bello [f]. Hæc est relatio legatorum [g]. *Præclusi nobis sunt exitus omnes*: nam שָׁמֵם vertitur, ἀβατῶσω, Jer. 49. 20. & שְׁמָמָה, vel שְׁמָמָה, ἄβατ☉, apud Jerem. sæpe. Simile vide Jud. 5. 6 [h]. ¶ *Irritum*, &c. הֵפֵר וגו'] *Irritum fecit* (sive, *fecerat*, JT.) *pactum*, vel *fœdus*, P. Pi. &c. Nempe, vel, 1. Deus [i]. Deseruit nos Deus. Sunt verba incredulorum querentium [k]. Vel, 2. Assyrius, sive Sennacherib [l], violavit fœdus cum Regibus Juda initum 2 Reg. 16 [m]. Al. Assyrii stare nolunt paci quam cum Ezechia fecerant 2 Reg. 18. 14 [n]. Vel, 3. populus Judaicus, qui idcirco vastatus est [o]. ¶ *Projecit* (vel, *reprobavit*, Mo. P. M. *sprevit*, Ti. sim. JT. Pi.) *civitates*] Et invadens eas, & insultans eis, Esa. 10. 9, &c. & 36. v. 1, 19. sic Hab. c. 1. v. 10 [p]. Disjecit oppida Judæ [q]. ¶ *Non*, &c. לֹא חָשַׁב אֱנוֹשׁ] *Non* (vel, *Nullius*, sive *Pro nihilo*, Ti. M.) *reputavit*, vel *reputat*, *hominem*, sive *homines*, Mo. P. &c. sive ut parcat eis, sive ut cum illis fœdus custodiat [r]. Omnes homines nostros pro nihilo duxit. Vide verba Rabsacis †. *Non habet rationem ullius mortalis*, JT. Pi. sed neque Dei, Esa. 10. 8,——14. & 36. 7, &c [t].

9. *Luxit——terra*] Judæa [v], ab Assyriis vastata [x]. ¶ *Confusus est* (*Pudefactus est*, Ti. sim. Mo. P. JT. Pi.) *Libanus*] Mons ille superbus [y]: quòd scil. nudatus sit ornatu suo, nempe cedris, quas Assyrii (vel Babylonii [z]) exsecuerant ad faciendum machinas bellicas [a]. Vide Esa. 14. 8. & 37. 24 [b]. ¶ *Et factus est Saron* (ager quidam pascuosus, 1 Par. 27. 29 [c]. plana regio & ferax [d], in tribu Gad, infra Libanum, & vicina Basani, 1 Par. 5. 16. & 27. 29. vide & Esa. 35. 2. Cant. 2. 1 *.) *sicut desertum*; sic Ti. sim. Mo. JT. Ca. &c. כָּעֲרָבָה] *Quasi locus campestris*, Pi. *Eritque planities* (vel, *Factus est locus pascuosus*, M.) *sicut desertum*, P. M. Proxima Basani arva squalebant. Vide 1 Par. 5. 16 [f]. ¶ *Et*, &c. וְנֹעֵר וגו'] *Ruditque*, &c. Pi. sic JT. (Sic usurpatur Jer. 51. 38. & apud Thalmudistas [g].) Propter abacta pecora [h]. Vel, clamabant præ sterilitate & solitudine [i]. *Et spoliata est*— sub. *fructibus suis*, M. nempe per milites [k]. *Et excussit*, sub. *fructus suos in terram*, V. *Et excussus est Basan & Carmel*, P. Ti. synecdochicè [l], pro omnibus locis pascuosis Judææ [m]. Memorantur loca per quæ transierat Sennacheribus. Tacitus Hist. 2. *Est Judæam inter Syriámque Carmelus*. Vide & Plin. 5. 19 [n]. Dixerat in genere, universam Judæam per Assyrios devastatam: hìc quatuor regiones quatuor plagis mundi respondentes exprimit. *Libanus* est ad Septentrionem, *Saron* ad occidentem, *Basan* ad orientem, *Carmel* ad meridiem [o].

10. *Nunc consurgam*] Contra Assyrios [p]. q. d. Nunc demum, rebus omnibus deploratis, tempus est ut me moveam [q].

11. *Concipietis ardorem*, חֲשַׁשׁ] *Stramen*, Mo. M. Di. &c. *quisquilias*, P. Ti. G. Erit acsi stramen loco frumenti vel sereretis, vel meteretis. Confer Job. 4. 8. Psal. 7. 15. Esa. 59. 4 [r]. Concepistis animo spem evertendi Hierosolymam: sed nihil efficietis; non secùs acsi stipulis pro hastis uti velletis †. ¶ *Parietis*, &c.] Stulta consilia inanes habebunt eventus. Assyrios hìc Deus alloquitur [t]. Per *conceptionem*, intelligit cogitationem; & per *partum*, exsecutionem consilii: q. d. Vos conati estis perdere populum meum, sed frustrà; conatus enim vester futurus est irritus; non potiemini voto vestro [v]. Machinationes vestræ non magìs nocebunt eis quàm *stipulæ*, aut *quisquiliæ*: vobis autem pro fomentis perditionis vestræ inservient [x]. ¶ *Spiritus*, &c. רוּחֲכֶם אֵשׁ תֹּאכַלְכֶם] *Spiritus vester ignis comedet vos*, Mo. vel, velut *ignis absumet vos*, M. sic Pi. vel, erit *ignis* qui *consumet vos*, P. vel, est *ignis consumpturus vos*, JT. *Vestri spiritùs ignis vos conficiet*, Ca. *Spiritus*, qui scil. vos impulit contra Jerusalem [y]. *Spiritus*, i. e. superbia vestra [z]; animus superbus & præfidens. Confer 2 Reg. 18. 19, &c [a]. Vel, *halitus*; ignis quem ad alios comburendos sufflâstis: furor vester contra Deum & populum ejus, expressus convitiis, blasphemiis, &c [b]. Ira vestra vobis exitio erit [c]. Al. In *spiritu vestro ignis vorabit vos*. Partes Assyriorum internæ & vitales ab Angelo combustæ sunt, exterioribus illæsis [d].

12. *Et erunt* (vel, *Nam erunt*, Pi. *Ità fuerunt*, JT. *Et reddentur*, Ti.) *populi quasi de incendio cinis*, מִשְׂרְפוֹת שִׂיד] *Incendia*, sive *combustiones*, (vel, ut *incendia*, P. sim. M. Angl. Pi.) *calcis*, Mo. Pi. P. V. &c. i. e. erunt quasi positi in fornace calcaria *; ut lapides qui excoquuntur in fornace, ut vertantur in calcem [f]. Comburentur instar calcis [g]. *Exusti sicut calx*, Ti. simil. Ca. velut inditi *fornacibus calcariis*, JT. ¶ *Spinæ*, &c. קוֹצִים כְּסוּחִים וגו'] *Spinæ* (vel, *Ut spinæ*, P. Ca. G. sic M. Ti. &c.) *excisæ* (vel, *eradicatæ*, M. non crescentes sive virentes, quæ non tam facilè flammam concipient, &c [h].) *in igne comburentur*, Mo. vel, quæ *igne*, &c. Pi. Subitum illud malum quod Assyriis immisit Deus, qualecunque tandem fuerit, incendio comparatur [i].

13. *Audite, qui longè estis*, &c.] Alloquitur & vicinos, qui oculati hujus rei testes futuri erant, & remotissimos, ad quos fama spargenda erat, ut attenderent [k].

14. *Conterriti sunt in Sion peccatores*] Sim. Mo. P. M. &c. Sed quinam hi sint, vel quæ timoris occasio, dubium est [l]. De illis loquitur qui, mutatâ Religione, salutem ab Assyrio quæri volebant [m]. Al. Hoc dicitur de incredulis Israelitis, qui dicebant, Quis ex nobis superstes manebit ab exercitu Assyriorum, qui omnia loca nostra in favillas redegit [n]? Expaverunt impii Hierosolymitani quum audivissent minas Assyrii, &c. vide 2 Reg. 18. 19, &c. & 19. 9, &c [o]. diffidentes promissionibus Dei [p]. Al. Judæi aliqui hypocritæ & impii, videntes cladem Assyriorum [q], non ad Deum laudandum amandúmque excitati sunt, sed, sicut gentes, obstupuerunt, & erga Deum, qui sic punire posset, quasi malè affecti, hæc dicebant, *Quis poterit habitare cum igne devorante*, &c [r]? metuentes sibi ob sua scelera similes pœnas; parùm tutum putantes eum habere vicinum, & quasi convictorem sibi, qui in peccatores talem stragem edidisset †. Hic vide, quæso, animos impiorum, qui, perspectâ Dei potentiâ, etiam in sui ipsorum gratiam exsertâ, potiùs ad fugiendum à Deo, (cum illis Philistinis 1 Sam. c. 5.) quàm ad eum diligendum, inducuntur; nec quicquam in Deo præter potentiam perdendi considerant: Deum autem colere, & cum eo consuetudinem [habere,] vocant, per auxesin, *habitare cum igne devorante & flamma æterna*, quasi Deo invidiam conflare volentes [t]. Al. Puto hæc pertinere ad Assyrios, qui esse dicuntur *in Sion*, i. e. prope Jerusalem: nam, juxta familiarem Scripturæ morem, in aliquo loco fieri dicuntur quæ juxtà fiunt [v]. Sed non dubium est quin, nomen *Sionis* exprimens, degeneres & hypocriticos Judæos perstringit, qui minas omnes & judicia Dei ridebant, Dúmque sibi obstrictum imaginabantur, &c. Deum ergò Judicem illis severum fore denun-

denunciat, &c *. ¶ *Possedit* (vel, *Apprehendit*, P. M. &c. *Tenuit*, Mo.) *tremor hypocritas*; sim. M. Ti. &c. חֲנֵפִים] *Impios*, Ch. ό. Sy. Ar. P. *impuros*, Ca. ¶ *Quis*, &c? מִי יָגוּר לָנוּ אֵשׁ אוֹכֵלָה] *Quis* (sub. *dicunt*, Angl. P. &c. sim. JT.) *habitabit*, vel *manebit*, (vel, *commorari poterit*, Pi.) *nobis*, Mo. V. For. i. e. propter nos [x], (vel, ex *nobis*, M. P. Ti. &c. vel, *inter nos*, Ang. vel, *nostrûm*, Ca.) *ignem comedentem?* Mo. vel, cum *igne——?* P. Ti. JT. vel, juxta, sive apud, *ignem—?* M. Pi. Al. *Quis congregabit* (id verbum significat, ut Psalm. 56. 7. & 59. 4 †.) *nobis*, sive *pro nobis*, (copias scil. militares quæ nos defendant [y],) contra *ignem——?* Angl. Ellipsis præpos. *contra*, ut Psal. 53. 6. Esa. 32. 2 *. Al. *Quis nostrûm non timeat* (ità verbum sumitur Job. 19. 29. Ps. 22. 24. & 33. 8. Hos. 10. 5 †.) *ignem—?* Angl. Per *ignem* intellige, vel, 1. Deum [z]: vel, 2. Assyrium [a]. Potest sic verti, *Quis commorabitur nostrûm? ignis devorat*, Di. Alludit ad verba Mosis, Deut. 4. 24. *Deus—ignis consumens est* [b]. ¶ *Quis habitabit ex vobis* (vel, *nobis*, Mo. &c. ex *nobis*, Pi. &c.) *cum*, &c? מוֹקְדֵי עוֹלָם] *Incendia seculi?* Mo. cum *ardoribus perpetuis?* P. JT. sive *æternis?* Ti. Ang. ad, vel juxta, vel apud, *incendia perpetua?* M. sive *sempiterna?* V. vel, *focos æternos?* Pi. cum igne qui non exstinguitur? Talem putabant illi esse vim Assyriam [c]. Exponunt hoc de furore Assyriorum non minùs insatiabili quàm ignis, Prov. 30. 16. incessanter vastante, &c. Esa. 10. 7. & 14. 6. *Focus perpetuitatis* dicitur, ut *odium antiquitatis*, aut *perpetuitatis*, h. e. inveteratum & diu durans, Ezec. 25. 15 [d]. *Quis commorabitur nostrûm? ardores æterni* sunt, Di. Verba hæc sunt desperantium de salute quam Deus promiserat: q. d. Quis subsistat ad constantissima Dei judicia, quæ ab hominibus expugnari nequeunt? Frustrà liberationem exspectamus: ignis consumens Deus zelotes est, & nos consumet *. Exprimit hîc Propheta tormentum conscientiæ in impiis, & inextinguibile scelerum incendium. Loquitur in persona eorum qui minas omnes subsannaverant, nunc autem, fragilitatis suæ convicti, præ dolore exclamant, Quis Dei præsentiam sustinebit? Cæterùm quia Deo nihilominus obstrepunt, ut eos compescat, respondet, non ex Dei natura metum hominibus afferri, sed eorum culpâ, & scelerum conscientiâ [f]. Sunt hæc Prophetæ verba [g], ad Judæos occasione recentis tragœdiæ conterritos [h]; q. d. Audite, & ad majoris incendii cogitationem animos erigite: si gravissimum supplicium videtur quod de Assyriis sumpsi, quid de gehennæ ardoribus æternis sentiendum erit [i]? [Ch. locum sic reddit, *Dicunt, Quis habitabit ex nobis in Sion, ubi est splendor majestatis ejus sicut ignis consumens, ubi impii judicandi sunt incendio sempiterno?*]

15. *Qui ambulat*, &c.] Respondet Propheta ad illa verba impiorum [k]. Boni beati futuri sunt: Psal. 15 [l]. ¶ *Qui projicit*, &c. מֹאֵס בְּבֶצַע מַעֲשַׁקּוֹת] *Reprobans*, vel, *qui reprobat*, vel *spernit*, (vel, *odit*, ό. Sy. Ar. *respuit*, Ca. *exsecratur*, M. *abhorret*, Ti.) *avaritiam* (vel, *lucrum*, M. JT. Pi. Ca. G. Ang. בֶּצַע & vitium ipsum notat, & lucrum [m]: vel, *fraudem*, Sy. *impietatem*, ό. *iniquitatem*, Ar. vel, *in aviditatem*, Mo. vel, *ab emolumento*, Ti.) *oppressionum*, P. Mo. Ang. vel, *injuriosum*, Ca. *ex concussione*, G. *ex fraudibus*, JT. Pi. Angl. Heb. *fraudum*; genitivus efficientis [n]: vel, *ex calumniis* proveniens, M. vel, *quod per vim & calumniam* extorquetur, Ti. vel, *& oppressionem*, Sy. Ar. *& iniquitatem*, ό. opes oppressione aliorum partas [o]. ¶ *Et excutit manus* (vel potiùs, *volas*, For. Mo. i. e. manuum concavitates [p], [quibus scil. munera accipiuntur,]) *suas ab*, &c. מִתְּמֹךְ בַּשֹּׁחַד] *A susceptione muneris*, M. *nè contrectent* (vel, *teneant*, Pi. sic JT. *suscipiat*, P. *capiat*, Ca.) *munus*, sive *munera*, Ti. Pi. P. &c. quum nempe ipsi offertur [q]; ad corrumpendum judicium [r]. Non modò non retinet, sed neque *accipit*, (ut verbum redditur Prov. 4. 4. sive *apprehendit*, ut Prov. 5. 5. & 28. 17.) &, si fortè in manus ejus venerit, illud (ut Paulus viperam, Act. 28. 3, &c.) excutit †. Quando nihil manibus nostris pulveris aut rei alterius adhærere volumus, manus complodimus, & palmam palmâ excutimus. Hinc odii symbolum est, quo nihil nobis commercii cum homine fore, aut fastidii, quo nihil illius rei apud nos habituros, significamus: sicut lotio manuum, &c.

[*] Calv. [x] V. [†] Ang. [y] Ang. [*] Ang. [†] Ang. [z] Pi. Calv. [a] Ang. M. [b] For. ad v. 15. [c] Q. in Ang. [d] Ang. [*] Jun. [f] Calv. [g] Q. in Belg. [h] T. [i] Me. sim. T. San. [k] G. sim. M. Pi. [l] Ca. [m] For. [n] Pi. [o] V. [p] For. [q] Ang. [r] Sic Ti. [†] Ang.

Hebræa sunt emphatica [t], *à sustinendo* (vel, *à fulciendo*, Mo. vel, *nè sustentet*, Ma.) *in munere*, For. Mo. ut indicet grave & ponderosum munus, quod manibus fulciri ac sustineri opus sit [v]. ¶ *Qui obturat aures suas, nè*, &c. מִשְּׁמֹעַ דָּמִים] *Nè audiat* (vel, *ab audiendo*, Mo.) *sanguinem*, vel *sanguines*, P. Ti. Ca. V. Mo. vel, *cædes*, JT. Pi. V. i. e. consilia de cædibus [y]; vel, eos qui loquuntur de patranda cæde [z]. Surdus est ad calumnias, per quas vitæ alterius periculum struitur [a]. Nè ei persuadeatur ut injuriam faciat [b]. *Nè audiat judicium sanguinis*, ό. nempe injustum [c]: vel, *effundentes sanguinem innocentem*, Ch. vel, de innocenti effusione sanguinum, P. Non magìs attendit ad cruenta consilia, quàm si aures haberet obturatas. Sic Virg. Æneid. 4. *Fata obstant, placidásque viri deus obstruit aures* [d]. ¶ *Et claudit oculos suos, nè videat malum*] Sic P. JT. Pi. &c. h.e. mala facinora *; nempe cum voluptate [f]; id quod constructio רָאָה cum בְּ notat [g]. ¶ בְּרָע] *In malum*, Mo. *malum*, Calv. &c. *injustitiam*. G. ex ό. *oppressionem*, Ar. vel, *operantes iniquitatem*, Ch. Sensus est, Aversatur omne genus injustitiæ †.

16. *In excelsis*] Id est, securé [h]. Loca excelsa tuta sunt, Psalm. 18. 34 [i]. ¶ *Munimenta*, &c. מְצָדוֹת סְלָעִים מִשְׂגַּבּוֹ] *Munitiones*, vel *Munimenta*, vel *Propugnacula, saxorum*, vel *petrarum*, (i.e. vel, in petra fundata, ut Matt. 7. 24. vel, de petra excisa, Esa. 22. 16. Utrumque verbum conjunctum vide Psalm. 18. 3. & 31. 4 [k]. Sub. *erunt*, P. JT. &c.) *sublimitas* (vel, *asylum*, M. Ti. V. *locus editus*, JT. Pi. Angl. *munitio excelsa*, Angl. ut Psal. 9. 10 †. *locus munitus* Ang. *elevatio*, V.) *illius*, P. Mo. JT. &c. Non minùs tutus erit quàm si turrem in inaccessa rupe inhabitaret [l]. *Arces petrarum*, &c. Q. in Di. Id esset מְצֻדוֹת, formâ constructâ. Malim ergò, per asyndeton, *Arces, petræ, sublimitas ejus* [m]. ¶ *Panis*, &c. לַחְמוֹ נִתָּן] *Panis huic*, vel *ei*, (vel, *ejus*, Mo. P. JT. Pi. &c. i. e. quo eget [n]; vel, quem cupit [o],) *datur*, M. vel, *dabitur*, P. JT. Pi. &c. *Habet panem constitutum*, quem suis temporibus dabit illi Deus, ut nunquam desit [p]. A fame liberabitur [q]. Tutæ stationi addit copiam bonorum [r]. Securi sunt qui in rupibus degunt, modò eis non desint cibus & potus †. ¶ *Aquæ ejus fideles sunt*; sic Mo. Ti. V. נֶאֱמָנִים] *Stabiles*, P. *statæ*, JT. Pi. *indesinentes*, M. *certæ*, aut *perseverantes*, Q. in V. Heb. *creditæ*, h.e. fidæ, seu firmæ [t]: sub. *sunt*, vel *erunt*, M. JT. &c. Non destituetur aquâ [v], vel potu [x].

17. *Regem* (i. e. vel, Deum in visione beatifica [y]; vel, Christum [z]; vel, Ezeciam [a],) *in decore suo* (vel, *pulchritudine sua*, sive *ejus*, Mo. Ca. JT. Pi. h. e. in gloria ejus post prostratos Assyrios [b]; in solio majestatis sedentem [c]; non prostratum coram tyranno, & lugentem, ut 2 Reg. 18. 14. Esa. 37. 1, 3. sed pristinæ, imò majori, gloriæ restitutum [d],) *videbunt oculi ejus*; nempe Eliacim *: עֵינֶיךָ] *Oculi tui*, Mo. P. &c. Apostrophe ad multitudinem piorum Judæorum [f]. ¶ *Cernent terram de longè*, מַרְחַקִּים] *Distantiarum*, Mo. V. *longinquitatum*, Pi. *longinquam*, P. *remotam*, Ca. *longinquarum* regionum, M. Ti. *longinquissimam*, JT. multùm distantem [g]. [Variè exponunt.] Regnum Christi toto orbe diffusum, & cœlestem civitatem; quum impii non nisi terræ præsenti incumbunt, alteram ab hac distantem aut non credunt esse, aut spernunt [h]. In Beatorum sede terram de longè cernes, instar puncti, &c [i]. Videbis cœlestem Hierosolymam, quæ nunc abest [k]. Al. Legatos qui venturi sunt è terra longinquissima, videlicet è Babylonia. Vide 2 Reg. 20. 12, 14 [l]. Solutâ obsidione, cùm restitutus fuerit Rex tuus in pristinam dignitatem, tibi licebit securè peregrinari ad regiones multùm distantes à Jerusalem [m]. Virgilius, —*libet ire, & Dorica castra Desertósque videre locos*— Non erunt diu inclusi mœnibus, (ut antehac, quum non auderent egredi ex urbe, suprà v. 8. Lam. 5. 9 [n].) sed quaquà lubebit spatiabuntur [o], & securè totam terram peragrabunt usque ad remotissimas ejus partes. Vide Ps. 31. 9. & 119. 45 [p]. Al. Dicit, non modò Regem in pristinam majestatem restitutum iri, sed etiam ampliandos esse Regni fines [q]. Rex hostes superabit, quorum sedes te vidente adjunget sibi. Hoc autem typicè quidem in Chizkija factum, 2 Par. 32. 23. sed consummatum in Christo.

[t] For. [v] Ma. [y] Pi. sim. T. [z] V. [a] G. [b] Ca. [c] Me. [d] BA. 2. 3. 6. 391. [*] Pi. [f] For. sim. Pi. [g] G. [†] G. [h] Pi. Ang. Jun. [i] Ang. [k] Ang. [†] Idem. [l] G. [m] Di. [n] Pi. Ang. [o] Ang. [p] For. [q] G. [r] Calv. [†] For. [t] Pi. [v] V. [x] G. [y] Q. in Ang. San. T. [z] Sin. T. [a] Pi. Ang. &c. [b] Pi. [c] G. [d] Ang. [*] L. [f] Pi. [g] V. [h] For. [i] San. [k] Ca. [l] Pi. [m] V. [n] Ang. [o] G. [p] Ang. [q] Marl. ex Calv.

Christo [r]. Et sanè tenuis esset hujus promissionis fructus, nisi ab Ezecia ad Christum transitum faceret. In summa, hîc restitutionem Ecclesiæ promittit [†]. Doctus inter Hebræos dicit futurum esse pro præterito, *qui viderunt* Regem *terræ longinquæ*, nempe Regem Assyrium ad mœnia Jerusalem [t]. Alii hunc versum de Sobna accipiunt, acsi Propheta respiceret ad illa Esa. 22. 17. q. d. Oculi tui videbunt Regem abs te contemptum in decore ipsius : sed felicitate illâ non fruêris, sed illis ipsis oculis quibus gloriam Regis cernes videbis etiam terram remotam, ad quam projicieris à Domino [v].

18. *Cor tuum meditabitur* (vel, *meditabatur*, M. *meditatur*, Q. in Musc.) *terrorem*] Ità Mo. JT. Calv. &c. Sed abrupta videtur orationis series, à *regis decore*, v.17. transire ad *terrores* [x]. [Id variè expediunt.] Est insultatio contra Assyrios post stragem eorum ; Ubi sunt qui tributa vestra colligebant, &c [y] ? Sunt verba admirantium quo pacto tam subitò & insperatò cessaverint exactiones scribarum, &c [z]. *Attonito sic cogitabis animo, Ubi*, &c? Miraberis jam nusquam esse scribas, &c. h. e. vos esse alienorum servitute liberatos [a]. Al. Propheta, ut beneficium Dei amplificet, (& quia obliviosi sunt homines, & maligni in æstimandis Dei beneficiis,) in memoriam illis revocat priores miserias, nè indè erepti lasciviant, & μιμητικῶς refert eorum voces qui conterriti exclamabant, *Ubi est*, &c [b] ? Prædicit h. l. terrores eorum grassante Sennacheribo, & urbem appropinquante, futuros. Vide Esa. 22. 7,—11. & 37. 1, 2 [c]. Ante cladem Assyriorum multa patieris, & cor tuum varia versabit, secúmque disceptabit [d]. Alii accipiunt de revocatione cladium suarum in memoriam, &c [*]. q. d. Nihil metues amplius [f] : Dulcis (& secura [†]) erit exactorum periculorum memoria [g] ; adeò ut libere queas ludificari omnia consilia, rationes, conatus & turbas hostium infensorum tibi. Atque huc spectavit Paulus 1 Cor. 1. 20 [h]. Qui priùs semper fuisti in timore, *Ubi est*, &c? nunc ab illa solicitudine liberaberis [i]. *Cor tuum*, &c. Alloquitur unumquemque ex piis Hierosolym [k]. Al. Conclusio hæc est & epiphonema dictorum ; quasi sic moneat Propheta [l], Quisquis spectator hîc ades tragœdiæ Assyriacæ [m], hæc seriò perpendes, & *meditaberis*, si sapis, *terrorem* Divinæ vindictæ [n], nè in æternam damnationem incurras [o]. ¶ *Ubi est literatus ?* אַיֵּה סֹפֵר] *Ubi* (vel, dicens, *Ubi*, JT. sub. *est*, P. JT. &c. vel, *esset*, M.) *scriba ?* Mo. P.G.&c. vel, *legisperitus ?* JT. videlicet castrensis, sive militaris [p] ; vel, qui captivos matriculæ inscribebat [q] ; vel, qui conscripsit nomina eorum qui pendere debebant tributa [r] ; vel, qui exigebat tributa [†]. Vel, consiliarii bellici [t]. ¶ *Ubi*, &c? אַיֵּה שֹׁקֵל] *Ubi ponderator ?* sive *pensator ?* sive *appensor ?* Mo. P. M. Ti. JT. Pi. i. e. collector tributorum , qui ad sacoma nummos exigebat [v] : is cui numerabantur tributa ad pondus [x] : vel, qui pendebat nummos militibus [y]. Vel, *publicanus?* Ca. quæstor præfectus ærario militari [†]. ¶ *Ubi*, &c? אַיֵּה סֹפֵר אֶת הַמִּגְדָּלִים] *Ubi numerans turres?* Mo. P. G. sic Pi. &c. i. e. metiens, ut Capaneus ad Thebas, de quo senex in Euripideis Phœnissis, Ἐκεῖνος ἑπτὰ προσβάσεις τεκμαίρεται Πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν. (*Ille septem aditus turrium designat, mœnia sursum & deorsum dimetiens* [z].) *Ubi censor* (vel, *scriba*, Ti.) *turrium ?* JT. i. e. tribunus præfectus censendis & curandis machinis, tormentis, munitionibúsque bellicis ; synecdochicè [a]. Ubi architecti bellici, qui monent quotnam turres seu munitiones exstruendæ sint ad obsidendum aliquam urbem [b] ? *Ubi scriba castellanus?* Ca. *Ubi qui annotaret domos insigniores ?* M. sim. V. quæ scilicet solent majus pendere tributum [c]. *Numeratores turrium* forsan hîc dicuntur qui habent ex officio descripta oppida regionis, munitiones, &c [d]. Nominat [hoc loco] castrorum Assyriorum præcipuos, & quærit ubi sint ; nempe εἰρωνικῶς [*]. q.d. Si quid est ad bellum, &c. opus, hæc profectò sunt ; consilia à peritis, pecuniæ à quæstoribus, munitiones à censoribus & tribunis militaribus, robur denique & copia militum : sed ubi sunt ista omnia ? evanuerunt jam olim, & in perpetuum. Hic sermo est piorum, qui, ad Ecclesiam se recipientes, & freti præsidio Dei, securè hostibus insultant [f]. Sensus, q. d. Pa-

r Jun. † Calv. t V. v Q. in Marl. x Calv. y Q. in Musc. z For. a Ca. b Calv. c Q. in Ang. d Ma. * Ang. f Jun. † Idem. g G. sim. Jun. h Jun. i M. k Pi. l San. m T. n T. sim. San. Mc. o Me. p Jun. q G. r V. † M sim. For. t Pi. v G. x V. y Pi. † Jun. z G. a Jun. b Pi. c V. ex Ma. d For. * G. f Jun.

tieris quidem multa ante illa tempora, sed tandem liberaberis. Tu videberis tibi semper videre, & putabis semper adesse, qui exigat tributa [g].

19. *Populum* (vel, Nam *populum*, Pi.) *impudentem* (vel, *fortem*, P. simil. Mo. JT. Ca. V. i. e. trahentem secum multas copias [h],) *non videbis*] Ità M. sub. *ampliùs*, Pi. nempe intra urbem terrámve tuam, ut ab eis vexeris [i]. Hebræis עַז פָּנִים, *fortis facie*, est impudens. ¶ נוֹעָז וגו׳] *Roboratum*, vel *obfirmatum*, scil. facie, seu vultu [*] ; qui non avertit frontem, neque erubescit [†]. נוֹעָז est Benoni Niphal, à עָז *robustus fuit* ; similiter ut עַז פָּנִים, *robustus facie*, dicitur Deut. 28. 50. Dan. 8. 23 [*]. Sed hoc tantùm ex conjectura dicunt, neque hæc loco huic quadrant. Mihi hîc עַם נוֹעָז, pro עַם לוֹעֵז, *populus barbarus*, (ut verbis seq. exponitur,) permutatis, ex more, literis ל & נ lingualibus : hinc apud Danielem & Esdram est לֶהֱוֵה, לֶהֱוֹן, pro futuris, נֶהֱוֵה, נֶהֱוֹן. Sic אַרְמְלָה Chald. pro אַלְמָנָה *vidua* : נְתַל, Syriacè, *dabit*, à נְתַן *dedit*. Sic indifferenter in Scriptura usurpantur לִשְׁכָּה & נִשְׁכָּה, *cubiculum* ; in Targum, לְדָנָה & נְדָנָה, *vagina* [k]. *Populum illum barbarum non videbis*, Ti. *Populum*, intellige extraneum [l] ; arrogantem Assyrium [m]. ¶ *Populum alti*, &c. עִמְקֵי שָׂפָה מִשְּׁמוֹעַ] *Profundi*, sive *profundæ*, (vel, *profundioris*, JT. Pi. Heb. *profunditatum*, Pi. vel, *abstrusi*, Ti. *abstrusioris*, Ca.) *labii*, sive *linguæ*, sive *sermonis*, M. P. V. Ti. Ca. JT. &c. (*profundos labio*, Mo.) *audies*, M. vel, *ab audiendo*, Mo. vel, *quàm ut audiatur*, Ca. vel, *quàm ut intelligatur*, JT. Pi. V. G. *Audire*, pro *intelligere* [n], ut Esa. 36. 11 [o]. Idem significant verba sequentia. Si Syriacam linguam populus Judæorum non intelligebat, ut vides 2 Reg. 18. 26. multò minùs Assyriam [p]. ¶ *Disertitudinem*, &c. נִלְעַג לָשׁוֹן אֵין בִּינָה] *Blæsum* (vel, *balbutientem*, Ti. sic V. For. Ang. *ridiculum*, Pi. sic Ca. propter peregrinum sermonem [q] ; vel, *peregrinæ*, JT. *stridulæ*, M.) *linguâ*, vel *linguæ*, Mo. P. &c. *absque intelligentia*, Mo. M. vel, cujus *non est intelligentia*, Pi. *ac non intellectæ*, JT. *quem non possis intelligere*, P. Ti. *& non est* audienti *intelligentia*, ο'. sim. Ar. *quia non est in eis intellectus*, Ch.

20. *Respice* (vel, *Contemplare*, Ti. V. G. *Aspicies*, Ca. V. Imperat. pro fut. mox enim sequitur futurum [r] :) *Sion*] Ità P. sim. Mo. M. JT. &c. cum gaudio [†]. Vide quàm tutus stet, sine ruptura, defectu, &c. in mœnibus; cui hostis frustrà minatus est [t]. ¶ *Civitatem solennitatis nostræ*] Ad quam undique diebus festis confluitur [v]. Videbis adhuc solennitates in ea celebrari [x]. Ostendit unde potissimùm æstimanda sit instauratio Sionis, quòd scilicet illic conveniret populus ad orandum, audiendum Legem, confirmandum fœdus, &c [y]. ¶ *Videbunt Jerusalem*] Vel, 1. propriè dictam [z]. Vel, 2. Ecclesiam : nam terrestris Hierosolyma denuo eversa est per Romanos [a] : Ecclesiam militantem [b]. Vel, 3. cœlestem Hierosolymam [c], sive Ecclesiam triumphantem [d] ; cœlestes mansiones [*] : nam terrestri sequentia non conveniunt [f]. ¶ *Habitationem* (vel, *mansionem*, Ca. *caulam*, JT. Pi.) *opulentam* ; ità Ti. sic ο'. Ar. שַׁאֲנָן] *Quietam*, sive *tranquillam*, Mo. Ca. JT. Pi. sublatis belli rumoribus [g]. ¶ *Tabernaculum quod*, &c. בַּל יִצְעָן] *Non deponetur*, Mo. sim. M. ad solum [h] : *non migraturum*, Ca. quod *non dissipabitur*, JT. Pi. vel, *transferetur*, P. Ti. sub. *aliò*, Ti. h. e. immobile [i]. Verbum צָעַן alibi non exstat ; nec lingua Arabica Syriacáve, quod sciam, subsidii aliquid adferunt. Adfert lingua Æthiopica, ubi צען sign. *vehi*, [in Æthiopica versione] Matt. 21. 7. Marc. 11. 2, 7. Verto itaque, quod *non avehetur*, vel, jumentis imponetur ut aliò transferatur, ut solebant tentoria, &c [k]. ¶ *Nec*, &c. בַּל יִסַּע יְתֵדֹתָיו] *Nec migrabunt* (vel, *proficiscentur*, Mo. *amovebuntur*, M. sim. Ti. *transferentur*, Ca. *recedet*, JT. Pi.) *clavi* (vel, *paxilli*, Mo. V. &c. quibus extensum est [l] ; ad quos religabantur capita funium [m] : vel, *ullus paxillorum*, Pi. JT.) *ejus*, P. Al. *Nemo amovebit*, vel, *Non amovebit* quispiam, *clavos ejus*, Q. in Ma. *Proficisci facere* valet, *removere*, Job. 19. 10. & *proficisci* hîc valet, *loco moveri* [n].

21. *Quia*, &c. כִּי אִם שָׁם אַדִּיר יְהוָה לָנוּ מְקוֹם נְהָרִים יְאֹרִים רַחֲבֵי יָדָיִם] *Sed* (vel, *Quin potiùs*, Ti. *Quia vere*, P. *Quia si*, Mo.) *ibi magnificus* (vel, *fortis*, P. *gloriosus*, Ang.) *Dominus nobis* (vel, *pro nobis*, M.

sub.

g V. h V. i Ang. * Pi. † For. * Pi. k Di. l M. m G. n Pi. Ang. o Ang. p G. q Pi. r V. † G. t Ang. v G. x V. y Calv. z Sic Ang. Mar. &c. a Pi. b Hi. & Theod. in T. c San. d T. ex Cyr. Procop. La. &c. * Me. f San. g Mar. h M. i G. k Di. l M. m V. sim. G. n Ang.

sub. *est*, vel *erit*, M.P.JT.Ang.) *loco* (vel, *locus*, Mo. Ang. vel, velut *locus*, M. P. Ti.) *fluviorum*, (sub. *&*, P. M. JT. Ang. ellipsis copulæ, ut in Esa. 32.13 [o].) *rivorum latorum* (vel, *amplorum*, JT.) *manibus*, Mo. vel, *locis*, sive *spatiis*, V. JT. vel, *latissimorum*, M. Al. ubi circumfluunt *amplissimis utrinque ripis flumina & rivi*, Ti. Deus nobis erit pro fluvio circumeunte urbem [p]. Ità אַדִּיר est descriptio subjecti enunciationis, & prædicatum est מְקוֹם. Sed huic versioni repugnant, 1. לָנוּ cum Zakeph, quo distinguitur à sequentibus: 2. adjectivum אַדִּיר, quod hîc collocatur ante substantivum suum. Situs, ex more Hebraismi, postulat ut יְהוָה sit subjectum, hujúsque prædicatum [unum] אַדִּיר, alterum verò מְקוֹם [q]. [Alii ergò locum aliter reddunt:] *Verùm ibi magnificus est Jehova nobis*, velut *locus fluviorum*, &c. Di. *Sed ibi* est *vere* quòd *Deus nobis* est *magnificus*: ibi est *locus*, &c. Gal. *Sed ibi magnificus* apparebit *Jehova nobis*, erit ut *locus fluviorum & rivorum lata occupantium spatia*. יָדַיִם propriè sign. *ambas manus*; hîc autem, *spatia*, sicut & Gen. 34. 21. Psal. 104. 25 [r]. *Adeò illic fortis nobis Jehovah*; *locus fluminum*, &c. Calv. [His favent veteres, qui sic reddunt, *Quia nomen Domini magnum vobis. Locus ubi erit, flumina & rivi lati*, &c. o'. *Quia nomen Domini maximum erit apud vos, erit vobis loco fluminum*, &c. Ar. *Quia Dominus nomen est apud nos gloriosum, ipséque erit nobis locus*, &c. Sy. *Sed indè revelabitur potentia Domini, ut benefaciat nobis de loco ex quo egrediuntur flumina*, &c. Ch.] Alludit ad situm Jerosolymæ, cui rivulus tantùm exiguus erat †, qui nec munitionem urbi, nec transitum navibus, præbebat [t]; non autem ampli fluvii [v], quales erant Nineve & Babyloni & Ægypto. Occurrit iis qui Jerosf. ob defectum talis fluvii spernebant [x]. [Ca. sic, *Quin ibi Jovam illum nobilem habebimus, quo loco spatiosa erunt amnium flumina*.] ¶ *Non*, &c. בַּל תֵּלֶךְ בּוֹ אֳנִי שַׁיִט וְצִי וגו׳] *Non ibit*, vel *itura est*, *per eum*, vel *in eo*, (vel, *in ullo eorum*, Pi. vel, *per quem non transibit*, M. Ch. sive, *possit ire*, P. vel, *quà non ibit*, Ca. *in quibus neque grassatur*, Ti.) *navis* (h. e. navigiolum [y]; vel, *classis*, JT. vel, *triremis*, Ti.) *remigii*, Mo. Pi. P. &c. (vel, *remigans*, Ca. vel, *piscatorum*, Ch. vel, *impulsa remis*, JT. sic Pi. h. e. navis hostilis [z],) *&* (vel, *neque*, M. Ti. P. JT. Pi.) *navis* (vel, *trieris*, M. Ch. G. Aliud *trieris*, aliud *triremis*. *Triremes* tribus remis aguntur; *trieres*, ternis remorum ordinibus [a]. Vel, *classis*, Ca.) *magna* (vel, *magnifica*, M.JT.Pi. *nobilis*, Ca. *oneraria magna*, Ti.) *non transeat*, vel *pertransibit*, (vel, *trajiciet*, Pi. simil. JT.) *eum*, Mo. M. &c. sive, *per eum*, P. [nempe fluvium.] Hæc *classis*, &c. omnem vim Ecclesiæ adversantem notat [b]; Sensus, Omnia ibi tranquilla [c], nulli hostes [d]. Non perferet [Deus] nobis rem ullam nobis adversantem, sed potiùs judicio suo perdet & immerget, ut olim Ægyptios *. Fluvium illum nec parva nec magna navigia pertransire possunt. Significat Jerosol. esse inexpugnabilem, instar insulæ mari tempestuoso, in quo navigari nequit, circumdatæ [f].

22. *Dominus enim judex* (vel, *vindex*, JT.) *noster*] Ità Pi. &c. Patronus & vindex [g]. ¶ *Legifer*, &c. ità Mo. P. sic JT. Pi. מְחֹקְקֵנוּ] *Princeps* (vel, *imperator*, Ca. *interpres*, Sy. *doctor*, Ch.) *noster*, o'. Ar. Ille, & non Assyrius [h].

23. *Laxati*, &c. נִטְּשׁוּ חֲבָלָיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ כֵן תָּרְנָם בַּל פָּרְשׂוּ נֵס] [Locus obscurus, in quo multùm variant.] *Laxati sunt funes* (vel, *rudentes*, Ti.) *tui*, M. P. Pi. Ti. Calv. Belg. For. Vulg. Non placet: si id voluisset Propheta, verbum רָפָה potiùs adhibuisset quàm נָטַשׁ, quod nusquam sign. *laxare*, sed in Kal, *diffundere*, vel *spargere*, *extendere*; & in Niphal, *diffundi*, vel *diffundere se*, &c. ut patet ex Num. 11. 31. Jud. 15. 9. 2 Sam. 5. 18, 22. Esa. 16. 8. &c. ubi Interpretes uno ferè consensu sic reddunt [i]. Al. *Deserti* (vel, *Dimissi*, For. & Marin. in Boot.) *sunt*, &c. Buxt. & K. in Boot. *Deserantur*, sub. *à nautis*; ut fit quando de salute desperant [k]. *Deserent rudentes tuos*, JT. Verùm si id voluisset, potiùs dixisset, deserta esse vela aut gubernacula, quàm rudentes. Ista enim in tempestate deserere dicuntur apud Ovid. Trist. 1. 3. & Senec. Consol. ad Polyb. c. 6. &c. Alioquin congrueret verbum נָטַשׁ, in significatione, non quidem *deserendi*, (utut enim Lexicographi omnes & Interpretes ità statuunt; certus tamen sum nullum esse [S. S.] locum in quo non aliter reddi debeat:) sed, *dimittendi, emittendi, missum faciendi*, quo sensu sumitur 1 Sam. 10. 2. Prov. 17. 14. Malim ergò sic reddere, *Disjecti sunt*, &c. Ità enim נָטַשׁ sign. Esa. 32. 14. Ezec. 31. 12. Non multùm discrepant o'. & Chald. *Disrupti sunt*, quum necesse est ut ruptio præcedat disjectionem, & huc illuc à vento raptationem [l]. [Hæc de primo membro: transeo ad sequentia, nonnulla tamen de verbis prælibans.] Verbum יְחַזְּקוּ o'. Ch. Sy. & Hi. & Oecol. Oleaster & Mar. pro intransitivo habuerunt, acsi esset יֶחֱזְקוּ, è conjugatione prima; & in hac voce finiunt comma, à תָּרְנָם novum comma inchoantes [m]. Particula כֵן, planè omissa à Ca. Calv. &c. à multis vertitur, *sic*, *ità*: alii exponunt acsi esset עַל כֵּן, *ob id*; Genevenses, *ità ut*: aliis est substantivum, ut Marino & Pi. & JT. aliis, quod rectiùs, est adverbium, ut sumitur Ex. 10. 29. Num. 27. 7. 2 Sam. 18. 14. 2 Reg. 7. 9. Jer. 8. 6. תָּרְנָם aliis est nominativus, (quod ex dictis & dicendis de יְחַזְּקוּ & כֵן per se corruit:) aliis, rectiùs, est accusativus, qui à יְחַזְּקוּ regitur [n]. [Hinc variant, & quidam hæc cum præcedente membro sic reddunt:] Ità *intenti sunt funes, ut refectione nihil egeant*; (Heb. *non reficient*; יְחַזְּקוּ impersonaliter sumendum, *non opus erit ut quis reficiat*, vel, *ut reficiantur*:) *sic erectus* est *malus, ut velum non pandatur*, Zuing. in Boot. *Disrupti* (vel, *Soluti*, Sy.) *sunt funiculi tui, quia* (vel, *qui*, Sy.) *non invaluerunt*, (vel, *firmati fuerunt*, Sy.) *malus tuus inclinatus est*, (vel, *columnæ tuæ inclinatæ sunt*, Sy.) *non demittet velа, non elevabit signum*, o'. vel, *quæ*, vel *quia*, *non expanderunt signum*, Sy. Mirificè hi mutârunt כֵן in verbum, & alia errata admiserunt. [De quibus vide Author.] Chaldæus his meliùs textum exprimit, de suo tamen, ut solet, multa addens, [*Eo tempore clade affectæ gentes, omníque robore amisso, similes erunt navi, quæ*] *rudentibus diruptis, nullum habet in malo suo subsidium*, [*qui amputatus*, seu *defractus*, *quum fit*,] *velum super eo extendi nequit*. Additamenta hamis inclusi, &c [o]. [Reliqui quid de primo membro senserunt, dictum est; sequentia sic vertunt:] *Neque malum suum firmabunt*, Ca. [Ità τὸ כֵן planè negligit.] *Non possunt firmare* (vel, *Nondum confirmaverunt*, JT. *Non fortificabunt*, Marin. in Boot.) *erectum malum suum*, sive *ipsorum*, Pi. JT. nempe hostium; mutatio personæ [p]: vel, *aptationem mali sui*, Marin. in Boot. Heb. *rectitudinem mali*; hypallage, pro *malo erecto* †. Hi כֵן pro substantivo acceperunt [q]. Al. *Non firmabunt* (i. e. firmum habebunt) *malum*. Apud Horatium, *Et malus celeri saucius Africo* [r]. Al. *Et ob id non solidaverunt malum suum*, M. *Ità ut non roboraverint malum*, Gal. in Boot. כֵן exponunt acsi esset עַל כֵּן †. *Ne tantillum quidem confirmârunt*, &c. τὸ כֵן, præcedente negatione, sæpe valet, *nè tantillum quidem* [t]. Sed hæc regula minimè vera est [v]. *Non roborabunt rectè malum suum*, Mo. [Ultimum membrum sic vertunt:] *Non* (vel, *Nondum*, JT. *Neque*, Ca.) *expanderunt*, vel *extendent*, (vel, *extendent*, Ca. *expandent*, G. *expandere possunt*, Pi.) *vexillum*, Mo. vel, *velum*, P. JT. Pi. Ca. &c. Horatius, ——*non tibi sunt integra lintea* [x]. [Alii hoc membrum cum præcedente sic vertunt,] *Ut nec malum suum firmiter retinere, nec velum expandere, possint*, Ti. Totam periochen sic verto, *Rudentes tui disjecti*, vel *divulsi*, aut *dirupti*, *neque malum suum ritè*, sive *rectè*, sive *ut oportet*, *firmare*, *neque velum pandere*, vel *expandere*, vel *expansum tenere*, *valent*. Ellipsis hîc est verbi *possum*, quod in verbis פָּרְשׂוּ & יְחַזְּקוּ tacitè comprehenditur, & subintelligendum relinquitur, ut alibi fit: ut Jud. 16. 10. *quo* תֵּאָסֵר *vinciri possis*; Job. 6. 6. הֲיֵאָכֵל, *Potéstne edi?* Jer. 13. 23. הֲיַהֲפֹךְ, *An mutare potest*, &c? Vide & Psal. 49. 8. & 76. 8. & 77. 5. & 78. 20 [y]. Al. Locum sic reddo, *Relicti sunt dolores tui*: (Id quidem vox חֲבָלַיִךְ indubiè sign. ut Job. 21. 17. Psal. 18. 5. & 116. 3. quod tamen hîc non videtur congruere [z].) *non roborabunt basin mali sui, non expandent vexillum*. In bello malus terræ insigi solebat, eique vexillum appendi; unde hæc duo etiam junguntur Esa. 30. 17. Sensus est, Non est quod doleas, ô Ecclesia: nam etsi bellum in te moveant hostes, non permittet ipsis Deus ut vel basin mali sui firmare possint, in eóque vexillum expandere [a]. Locum hunc porrò exponunt, vel, 1. de navibus. [De quo

Marginal notes (left column): o Ang. — p G. sim. M. — q Di. — r Pi. — † Calv. — t Ang. — v Calv. — x Ang. — y Sin. sim. Ang. — z Me. T. — a G. — b Glass. rhet. 1. 12. 395. — c G. — d Pi. — * Jun. — f For. — g For. sim. Ang. — h Ang. — i Boot. anim. 2. 2, 6, 7, 8. — k Q. in V.

Marginal notes (right column): l Boot. ib. 10, 11, 12. — m Boot. anim. 2. 3. 1. — n Boot. ib. 3, 4, 5, 6. — o Boot. 3. 2. 1, 2, 4. — p Pi. — † Pi. — q Boot. 2. 3. 3. — r G. — † Boot. ib. — t For. — v Boot. ib. — x G. — y Boot. ib. 8. — z Ang. — a Di.

quo statim.] Vel, 2. de tentoriis. Perinde se habebunt res Ecclesiæ, acsi quis tentorium figat, cujus malus, qui deberet totum onus tabernaculi sustinere, tam infirmus videatur, ut non possit ferre ut vel vela appendantur, vel funiculi intendantur, adeóque ruinam minatur, &c [b]. Vel, 3. junctim de utrisque. Laxati sunt & soluti funes tui, quibus figebas tentoria: sed nec in malo extenderunt velum, ut navibus fugere possent [c]. [Sed plerique primam amplectuntur sententiam.] Ob cœptam comparationem fluminis, Assyriorum exercitum navi comparat; ut Romanam rempublicam Horatius, cujus locus huic respondens est, —*ac sine funibus Vix durare carinæ Possunt imperiosius Æquor* [d]. Comparaverat Ecclesiam loco munito, & fluviis circumdato, adeóque inaccesso: nunc impiorum statum navibus comparat, (quæ nempe solidum fundamentum non habent;) & quidem abruptis funibus & malis, &c *. Quia tyrannos *navibus*, quæ, vento inflatis velis, aut remis, impetu feruntur, comparaverat, in metaphora persistens, ad Assyrium convertitur. Ipsum Regem *malo* in navi comparat: Principes verò ejus, *funibus*, qui malum confirmant: instructas acies militum, *velo* ventis inflato: totum denique Assyriorum exercitum *navi* ipsi comparat. Notum est autem, quum tempestas ingruit, *confirmationem mali*, *quæ funibus* fit, summi esse momenti; ideóque nautas alios funes aliis superaddere, nè malus abrumpatur [f]. Propheta, ad indicandum ultimum discrimen atque exitium Assyriis impendens, eos hisce verbis comparat navi, quæ in medio mari, disruptis procellarum vi rudentibus, (tam iis qui velo ac velificationi inserviunt, quàm qui firmando ritè malo peculiariter sunt destinati,) ipsóque malo defracto, ac proinde in totum amisso veli usu, in summo naufragii periculo versatur [g]. [Locum hunc plerique, ut videmus, de Assyriis exponunt; alii verò de Judæis.] Possunt hæc ad Judæos pertinere. Laxati sunt funiculi tabernaculi tui: non extenderunt in malo velum, ut saltem navigio deferrentur, sed pedibus in captivitatem abierunt [h]. Persequitur metaphoram tabernaculi, cui comparârat cœlestem Hierosolymam, cujus funiculi nunquam laxandi erant. Ait ergò, Jerusalem terrestrem sub Ezecia in eum statum redigendum ab Assyriis, ut laxentur funes, &c. & malus, i. e. lignum medium seu statumen tabernaculi, parùm firmatus videatur, & nutet tentorium, ab hoste concussum, &c [i]. ¶ *Tunc*,&c. ''אָז חֻלַּק עַד שְׁלַל מַרְבֶּה וגו] *Tunc* (vel, 1. simulac hostes in te proficiscentur [k]: vel, 2. Assyriis partim occisis, partim fugatis [l]: vel, 3. cùm res Judaicæ desperatæ fuerint [m]. Vel, *Atque ità*, Ca.) *divisa est*, vel *dividetur*, *præda spolii multi*, sive *spoliorum multorum*, Mo. V. JT. Pi. Di. (vel, *præda* & *spolia multa*, P. *multa spoliorum copia*, Ca. vel, *partitio fiet usque ad spolium multum*, Di.) *claudi* (vel, etiam *claudi*, P. Pi. sic M. ut vel *claudi*, Ca. Proverbiale, cui simile 2 Sam. 5. v. 6 [n].) *diripuerunt* (vel, *diripient*, JT. *diripiant*, Ca.) *prædam*, Mo. &c. *Tunc distributa sunt ornamenta prædæ ingentis ut & claudi diripiant spolium*, Ti. Jam tum tanquam de victis spolia opima distribuentur, quorum & claudi participes futuri [o]. Nec quisquam erit in Jerusalem tam *claudus* & *infirmus*, qui non cum gaudio exsiliet & excurret ad prædam [p]. Alloquitur [hoc versu] hostium classem [q]. Illi, inquit, primo impetu à Deo consternati, cum animis abjicient omnia, & præda fient Ecclesiæ [r].

24. *Nec dicet vicinus*, (vel, *habitator*, Mo. P. *ullus habitator*, M. Ti. sub. *urbis*, M. nempe Hierosolymæ, v. 20 †.) *Elangui*] Sic M. vel, *Ægrotavi*, sive *Ægroto*, Mo. Pi. sim. P. Ti. JT. ex obsidione [t]. Vel, *Male habeo*, propter afflictiones scilicet: i. e. Vivent postea in summa tranquillitate, nec affligentur ultrà [v]. Omnes Sionis cives sani, læti beatíque erunt; nullus ibi luctus aut clamor [x]. Propheta, ubi breviter attigit exitium hostium, revertitur ad Ecclesiam & ad argumentum suum, & significat Deum nihil omissurum quo piorum salutem promoveat [y]. Al. Nullus ex civibus à prædatione abstinebit, etiamsi decumbat infirmus. Tanta erit exsultatio & alacritas [z]. Omnes alacres & erecti erunt in colligendis spoliis [a]. ¶ *Populus* (vel, Nam *populus*, Pi. Sed *populus*, M.) *qui habitat in ea* (scil. Hierosolyma [b], i.e. in Ecclesia [c],) *auferetur*, &c. נְשֻׂא עָוֺן] *Remissus* (vel, *dimissus*, M. *levatus*, Pi. *solutus*, Q. in V. sub. *est*, vel *erit*, M. P. Pi. JT. &c.) *iniquitate*, sive *peccato*, Mo. V. vel, *ab iniquitate*, M. JT. Pi. Hebr. *ablatus est iniquitatem*; i.e. ablata ab eo est iniquitas. Sic Psal. 32.1 [d]. Omnis mali sensus à populo auferetur *. Occisis vel fugatis Assyriis [f], melior Judæis fortuna affulgebit [g]. *Iniquitas*, pro pœna, ut sæpe [h]. Carebunt omni ægritudine, & corporali & spirituali [i]. His verbis innuit hæc non esse carnaliter accipienda, nec ad Ezeciæ tantùm tempora pertinere, sed ad Christum, qui *populum suum salvat à peccatis suis*, Matt. 1. 21. & in illa [carnali] victoria aliam, spiritualem scilicet, designari [k]. Ostendit hîc benedictionum fontem esse remissionem peccatorum; unde colligimus, miserias nostras ex peccatis fluere [l]. Sensus, Omnes incolumitatem & pacem obtinebunt per remissionem peccatorum [m].

CAP. XXXIV.

1. *Audiat terra, & plenitudo ejus*] Ità M.P.Mo.&c. vel, *& quæ implent eam*, JT. Pi. *& quicquid in ea est*, sive *continetur*, Ti.Ca. Sed obscurum est quò spectet Propheta [a]. Nunc venit ad priorem partem prolepseωs de qua diximus suprà 33.1. nimirum, ad propositionem judicii Divini improbis eventuri [b]. Agit de vastatione & interitu vel, 1. totius mundi [c]; vel, 2. Idumæorum [d], aliorúmque hostium populi Dei *; vel, 3. Judæorum, quos hîc, ut alibi, nomine *Edom* significat [f]. Agit de extrema Synagogæ vastatione, quæ post Christi contigit adventum: id quod ex magnifica hac præfatione liquet [g]. Convocat hîc omnes gentes ad spectaculum eorum quæ hîc aguntur [h]. Proposito hîc Assyriorum supplicio, deterret omnes gentes à peccando, & præcipuè Idumæos [i]. Prophetia hæc implebitur tempore Messiæ, quum Deus gentes mutuis bellis eliminabit [k]. ¶ *Germen ejus*, צֶאֱצָאֶיהָ] *Propago ejus*, Ca. *germina*, vel *propagines*, *ejus*, Mo. P. M. Ti. Pi. *populus qui in ea*, ό. sic Ar. [JT. & Pi. hæc cum voce præc. reddunt, *& quæcunque progignuntur in eo*.] *Qui habitant in eo*, Ch. in M. sic Sy.

2. *Super* (vel, *contra*, Pi. &c.) *omnes gentes*] Ità Calv. &c. nempe quæ Assyriorum erant aut subditæ, aut sociæ [l]: vel, quæ Assyrios mores imitabantur [m]; quæ persecutæ sunt populum Dei [n]; quæ Judæis infestæ, & simul vicinæ, erant [o].

3. *Projicientur*] Ità Mo. JT. Pi. ό. Ut fiant esca volucrum [p]. Insepulti jacebunt [q]. ¶ *Et de*, &c. וּפִגְרֵיהֶם יַעֲלֶה בָאְשָׁם] *Et de cadaveribus* (vel, *cadaverum*, JT.) *eorum ascendet fœtor eorum*, P. sic M. &c. Redundat pronomen [r]. *Et ad cadavera illorum quod attinet*, *ascendet*, &c. Pi. Lucanus Pharsal. 7. —*quid olentes deseris agros* †? ¶ *Tabescent* (vel, *liquescent*, Mo. sic M. Ti. JT. &c.) *montes à sanguine* (vel, *propter sanguinem*, P. Sy.) *eorum*] Id est, ob copiam sanguinis effusi [t], præ qua montes diffluunt, sicut assiduis imbribus decrescunt & veluti liquefiunt [v]. Defluet sanguis ex montibus [tantâ copiâ] acsi liquescerent ipsi montes; ut cùm imbres defluentes terram unà secum devolvunt [x]. Forsan *montes* hîc denotant Principes, ut Zac. 4. 7 [y]: vel, acervos cadaverum, quales Jud. 15. 16 [z]. Lucanus, —*fidentes in tabem spectat acervos* [a]. Al. *Liquescent*, i. e. lubrici erunt, ut pedem vix tutò ponas præ sanie [b].

4. *Et*, &c. ''וְנָמַקּוּ וגו] *Et mucescent*, &c. Mo. vel, *liquescet*, &c. P. *dissolvetur*, vel *corrumpetur*, &c. i.e. peribit [c]: *contabescet*, &c. Ti. JT. Pi. sic ό. Ch. Ar. Vulg. &c. scil. præ anxietate; vel, hominibus contabescere videbitur. Metaphora hyperbolica [d]. Omnia illa videbuntur illis quasi perire: tanta erit afflictio hominum *. Sensus, Aer ipse ex sanguine & tabo attracto obducetur turpibus nebulis, & quidem tam crassis ut siderum conspectum adimant [f]. *Tabescere* est, lucem amittere [g]. Frequens est Sacris scriptoribus, ut, cùm de insigni loquantur tribulatione, dicant *cœlum obtenebrescere*, &c [h]. ¶ *Et complicabuntur* (vel, *volventur*, Mo. *involventur*, M. con-

Margin notes (left column): b Os. sim. Masc. in Boor. — c Oleast. in Boor. — d G. — * Calv. — f For. — g Boot. animadv. 2. 3. 14. — h Oleast. in Boot. — i San. — k Di. — l For. — m San. — n G. — o Di. — p M. sim. For. — q Ca. sim. Jun. — r Ma. — † Ang. — t G. — v V. — x Pellic. in Masc. — y Calv. — z For. sim. San. — a Me.

Margin notes (right column): b Ca. Pi. Belg. — c Pi. Belg. — d Pi. — * G. — f Me. — g Me. San. — h San. — i V. — k For. — l Calv. — m Jun. — a San. — b Jun. — c Q. in For. sim. Hi. & Cyr. & Procop. & c. in San. Me. — d Q. in For. — * Ang. — f For. — g Q. in M. — h For. sim. Me. — i San. — k He. in M. — l G. — m San. — n Pi. — o Calv. — p Pi. — q G. — r V. — † G. — t V. — v For. — x Calv. — y San. — z Q. in Ang. — a G. — b Mar. — c V. — d Pi. — * V. — f G. — g For. — h M.

convolventur, Ti.) *ficut liber*] Ità P. JT. Pi. Sicut in volumine complicato (& circum cylindrum convoluto, ut olim fiebat [l],) nihil legi poteſt; ità in cœlo nihil erit quod ſpectetur. Vide & Ezec. 32. 7 [k]. Stellæ, quæ ſunt in cœlo velut literæ [l], abſcondentur atris nubibus [m], nec apparebunt [n]. Ut cœlorum creatio per tabernaculum extenſum ſignificatur; ſic eorum obſcuratio, quæ moralis quædam diſſolutio eſt, per volumen complicatum [o]. ¶ *Sicut defluit folium de vinea*] Sim. Ti. M. Mo. &c. Multa ſanguinis copia multas exhalationes de ſe edit calidas, quæ, ubi in nubes incurrunt, faciunt ſpeciem ſtellarum cadentium, aut, ut Seneca loquitur, *defluentium*. Hîc tales ſtellæ *folio cadenti* comparantur, & *groſſo decidenti* Apoc. 6. 13 [p]. ¶ *Et de*, &c. וּכְנֹבֶלֶת מִתְּאֵנָה] *Et ſicut decidens* (vel, *decidit*, P. ſub. *folium*, P. & Genev. in Di.) *de ficu*, Mo. P. &c. *Ut deciduus* fructus (vel, *Ut decidua* ficus decidit, Pi.) *è ficu*, JT. ſimil. Ang. Ellipſis ſubſtantivi, ut antè notatum [q]. Verto, *Et ſicut quod defluit*, &c. Fœmin. Heb. נֹבֶלֶת reſpondet Latinorum neutro, & poteſt vel ad folium, vel ad fructum, referri [r]. Pertinent hæc vel, 1. ad diem univerſalis Judicii †: vel, 2. ad vaſtationem Judææ poſt mortem Chriſti [t]: vel, 3. ad judicium in Edomæos exercendum [v].

5. *Inebriatus eſt* (id eſt, furere cœpit; ideo ſequitur, *deſcendet* [x]: vel, *humectatus eſt*, For. *revelatus eſt*, Ch. *lotus erit*, Ang. ut Jer. 46. 10. vel, *ſatiatus eſt*, ut Pſal. 36. 9. Prov. 7. 18. Jer. 31. 14 [y]. Notat redundantiam. Confer Jer. 46. 10 [z].) *in cœlo gladius meus*; ſic Mo. P. Ti. &c. רִוְּתָה וגו'] *Conſperſus eſt*, &c. Ca. *In cœlo*, i. e. apud me: vel, firmiter hoc ſtatui, ſicut cœli firmi ſunt; vel, excellenter, ſive magnificè [b]. In cœlo decretum eſt ut inebrietur, &c [c]. q. d. Res jam in cœlis concluſa eſt & confecta [d]. Quamvis impii ſibi indulgeant, & altâ pace fruantur; Dominus tamen in cœlo quæſtionem de eorum ſceleribus habet, & gladium quo cædendi ſunt in conſpectu ſuo habet. Vaticinii efficaciam commendat, quòd immutabili Dei conſilio certum eſt, &c *. Al. *In cœlo*, i. e. inter magnates, qui ſurſum, & velut in cœlo, ſedent, ut Eſa. 14. 13, 14 [f]. Vel, in Eccleſia mea, Ezec. 9. 6. 1 Pet. 4. 17. quæ *cœlum* dicitur Apoc. 4. 1. & 12. 1 [g]. Quidam, converſo ordine, vertunt, *gladius meus* qui eſt *in cœlis*; q. d. Dominus is eſt qui excitat corda Principum, ut interficiant ſe mutuis vulneribus [h]. ¶ *Super Idumæam*] Synecdochicè intelligit omnes Eccleſiæ hoſtes [i]. Idumæos autem primo loco nominat, quia hi ex propinquitate notiſſimi erant [k], conſanguinei, eâdémque Religionis notâ inſigniti [l], Judæorum hoſtes ſemper infenſiſſimi [m], & ſecuti ſunt partes Aſſyriorum, ut diximus ſuprà cap. 21. Malum autem quod hîc deſcribitur illatum eſt Idumæis per Æthiopas, ut ibi ſignificavimus [n]. ¶ *Et*, &c. וְעַל עַם חֶרְמִי לְמִשְׁפָּט] *Et ſuper populum* (vel, *Super populum*, inquam, Calv.) *interfectionis meæ*, Vulg. P. ſim. V. (vel, *anathematis mei*, Mo. Calv. For. vel, *qui eſt in anathemate meo*, M. vel, *quem ultioni meæ devovi*, Ti. Heb. *devotionis meæ*, Pi. à me devotum [o]: vel, *perditionis*, ο'. Ar. vel, *quem condemnavi*, Ch. *qui convictus eſt*, Sy.) *ad*, vel *in*, (vel, *propter*, V.) *judicium*, P. Mo. M. Ti. V. Calv. i. e. ut judicium exerceam in eos [p]. q. d. Non temere vel ſævè graſſatur, ſed juſto judicio pœnas de reprobis ſumit [q]. Vel, *in judicio*, Ch. ſic Sy. *cum judicio*, ο'. *juſtè*, Ar. [Alii hæc verba cum præcedentibus ſic vertunt,] *Ecce, in judicium deſcendet ſuper Edomæos, & ſuper populum quem devovi internecioni*, Pi. JT. i. e. & ſuper alios omnes excidio deſtinatos [r]. Verbum לְמִשְׁפָּט in Hebræo trajectum eſt ad finem verſûs †. *In Idumæos, & in perpopulandum à me populum, ad pœnas deſcenſurus eſt*, Ca.

6. *Repletus eſt ſanguine*, &c.] Ut culter in immolandis victimis. Horribilem ſtragem deſcribit [t]. Cædes ſacrificiis comparatur, & eis maximè quæ pro peccato fiebant, in quibus adeps & ſanguis Deo cedebant, Levit. 7 [v]. Oſtendit Deus quàm grata ſibi eſſet profligatio hoſtium Eccleſiæ [x]. ¶ *Incraſſatus eſt*, &c. הֻדַּשְּׁנָה מֵחֵלֶב מִדַּם וגו'] *Impinguatus* (vel, *Incraſſatus*, Mo.) *eſt* (vel, *Pinguefiet*, JT. Pi.) *adipe*, vel *ab adipe*, P. Calv. JT. Pi. ſim. Mo. Ti. *de ſanguine*, M. ſic Mo. P. JT. Pi. (vel, *& ſanguine*, Ti. vel, *ſanguine*, inquam, Calv.)

[i] Me. ſic T. [k] G. ſim. [l] Me. T. For. [l] Me. ſim. For. [m] Me. [n] For. [o] San. [p] G. [q] Ang. [r] Di. † Q. in Di. [t] For. [v] Di. Med. [x] G. [y] Ang. [z] For. San. [b] For. [c] Pi. ſim. Jun. Calv. Sin. Ang. [d] Jun. * Calv. [f] Q. in Ang. [g] Al. in Ang. [h] V. [i] Pi. [k] Jun. [l] Calv. [m] Jun. ſim. Calv. [n] G. [o] For. [p] V. [q] Calv. [r] Jun. † Pi. [t] San. [v] G. [x] Jun.

agnorum & hircorum, ex adipe renum arietum, Pi. Mo. &c. i.e. plebeiorum. De magnatibus dicetur verſu ſequente [y]. Vel, *agnorum*, i. e. plebis; *hircorum*, ſacerdotum; *arietum*, opulentorum ac ſummatum virorum, Thren. c. 1. v. 6 [z]. Significat nemini, nec tenuioribus nec potioribus, parcendum fore [a]. ¶ *Victima enim* (vel, *Quum ſacrificium*, JT. vel potiùs, *Nam mactatio*, ut docet ſequens epexegeſis; & verbum זָבַח non tantùm *ſacrificare* ſign. ſed & *mactare*, Geneſ. 31. 54. 1 Sam. 28. 24. 1 Reg. 19. 21 [b].) *Domini* (vel, *Jehovæ*, Calv. JT. ſub. *erit*, JT. Pi.) *in Boſra*] Quæ Βόσρα, in Arabia Petræa, Ptolemæo & Stephano [c]; præcipua urbs Idumæorum [d], Eſa. 63. 1. Jer. 49. 13 *. Amoſ. 1. 12. Verùm *Boſra* eſt urbs Moabitarum, Jer. 48. 24. Reſp. Vel utriſque adſcribitur, quia in confinibus fuit; vel, quod puto verius, gemina fuit Boſra, una Idumæorum, altera Moabitarum [f]. Stragem Idumæorum comparat ſacrificiis; utpote in honorem Domini factam [g], & Deo gratam [h], tanquam exſecutionem judicii Divini [i].

7. *Et deſcendent* (vel, *concident*, ο'. ſim. Sy. Ar. *occumbent*, Ca. *occidentur*, Ch.) *unicornes* (vel, *fortes*, Ch. ſic ο'. vel, *divites*, Ar.) *cum eis*; ità M. P. Mo. &c. nempe cum agnis, hircis & arietibus *: וְיָרְדוּ רְאֵמִים וגו'] *Tum deſcendent* (i. e. humiliabuntur, occidentur [k],) *monocerotes*, &c. Pi. vel, *oryges*, BA. vel, *rhinocerotes*, For. San. &c. [Sed abſurdum eſſet in Synopſi repetere quæ de רְאֵם prolixè ex Bocharto, Bootio aliiſque decerpta ſunt in Collectaneis noſtris ad Numer. 23. 22. Indè petat cui lubet.] Significat hîc magnates, feroces, & potentes [l], qui invicti putabantur: hi, inquit, vincentur [m]. ¶ *Et*, &c. וּפָרִים עִם אַבִּירִים] *Et juvenci cum tauris*, Mo. P. Calv. vel, *cum robuſtis* tauris, JT. Pi. G. Intellige magnos & parvos, ut Pſal. 22. 13. & 68. 31 [n]. Al. *& tauri cum magnificis*, M. Ti. Vox אַבִּירִים propriè ſign. *robuſtos*, ſive *potentes*; & adſcribitur, 1. hominibus potentiſſimis, Job. 24. 22. Lam. 1. 15; 2. Angelis, Pſal. 78. 25; 3. tauris, hîc, & Pſal. 22. 13. & 50. 13. & 68. 31; 4. equis, Jud. 5. 22. Jer. 8. 16. & 47. 3. & 50. 11 [o].

8. *Annus retributionum*] Ità Mo. P. M. JT. Pi. ſim. Ti. Sy. Sub. *erit*, Pi. ¶ *Judicii*, &c. לְרִיב צִיּוֹן] *Ad*, vel *in*, (vel, *ob*, Pi. JT.) *judicium* (vel, *cauſam*, V. JT. Pi. *rixam*, Mo. vel, *pro judicio*, M.) *Sion*, P. Ti. &c. *judicii Sion*, ο'. Sy. Vulg. *ad contendendum pro Sione*, ejúſque cauſam vindicandam [p]. *Contentionis*, vel *rixæ*, *cum Sion*, aut, *ô Sion*: q. d. Veniet dies in qua Dominus ulciſcetur ſe de iis qui injuſtè contenderint cum Sion, ſive cum fidelibus ſuis [q]; cum Eccleſia tum Judaica, tum Chriſtiana [r]. *Tempus reddendi vicem adverſario Sionis*. Idumæi ſemper infeſtiſſimi Judæis; Pſal. 137. 7. Thren. 4. 21. Ezec. 25. 12. Amoſ. 1. 11. Abd. verſ. 10, &c †. *Sioni patrocinans*, Ca. Poteſt & in malum ſumi, *Deus vicem reddet ipſi rixæ Sionis*, i.e. Sioni rixanti & contendenti. Infideles Judæi Sionem ſpiritualem oppugnant. Alii in favorem Sion interpretantur, [ut dictum.] Quod non placet, quia verbum רִיב, quando *pro aliquo contendere* ſign. ſemper cum dativo conſtruitur [t]. Sed hoc falſum eſſe patet, tum ex Eſa. 1. 17. & 51. 22. tum ex Rabbinis, linguæ certè ſuæ non imperitis, qui in favorem Sion hoc judicium interpretantur. Deinde, nec רִיב hoc loco verbum, ut vult For. ſed nomen, eſſe videtur [v].

9. *Et convertentur torrentes ejus* (ſcil. Idumææ [x]) *in picem*] Pix & [ſequens] *ſulphur* ignem & citò concipiunt, & diu conſervant [y]. Alludit ad excidium Sodomæ, &c. ut Prophetæ ſolent [z]. Urbes incendentur quaſi pix aut ſulphur [a].

10. *In ſempiternum*] Id eſt, diu: ſolent enim incenſarum urbium diu manere favillæ & fumus [b]. Significat vaſtitatem irrecuperabilem *. ¶ *Deſolabitur*] Ità Mo. P. Ch. ο'. &c. i.e. deſolata manebit [c]. ¶ *In*, &c. לְנֵצַח נְצָחִים] *In ſeculum* (vel, *ſecula*, G. ex Vulg.) *ſeculorum*, Ch. P. Mo. Sy. *In tempus multum*, ο'. ſim. Ar. *In ſempiternum*, JT. *In omnem* (vel, *perennem*, Ti.) *æternitatem*, Ca. *In perpetuis æternitatibus*, M. Heb. *In æternitatem æternitatum*, Pi. ſic Angl. Longiſſimo tempore [d].

11. *Poſſidebunt illam onocrotalus* (vel, *pelicanus*, M. P. Mo. G. ex He. *platea*, JT. Pi. *ibis*, Ti. ſic Ca.) *& ericius* (vel, *ulula*, M. *caſtor*, Ti. *anataria*, JT. Pi.) *& ibis* (*noctua*, vel *ulula*, vel *bubo*, Mo. P. M. Ti. &c.) *& corvus*, &c.

קָאַת

[y] Pi. [z] G. [a] Muſc. [b] Pi. [c] G. [d] Ang. ſic Pi. * Ang. [f] BA. 1. 2. 48. 534. [g] Calv. [h] For. ſic Calv. [i] Calv. * Pi. [k] Pi. [l] Pi. [m] G. [n] G. [o] BA. 1. 2. 6. 97. [p] For. [q] V. [r] Pi. † G. [t] For. [v] Sin. [x] Ca. Pi. [y] Sin. [z] Calv. [a] G. [b] G. * Calv. [c] G. ſim. Pi. Ang. [d] G.

קָאַת וְקִפּוֹד יִנְשׁוֹף וגו׳] [De his avibus non est quòd actum agam, quum de iis aliisque plurimis fusè dictum, præcipuè ad Levit. 11.] Horrendam significat vastitatem. Confer Esa. 13. 21 *. [De קִפּוֹד vide dicta ad Esa. 14. 23.] ¶ *Et extendetur*, &c. וְנָטָה עָלֶיהָ קַו תֹהוּ וְאַבְנֵי בֹהוּ] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *extendet* (sub. *architectus*, vel *Deus*, V.) *super eam lineam*, sive *funiculum*, (vel, *regulam*, Ti.) *inanitatis*, (vel, *inanem*, M. V. *desolationis*, P. sim. Pi. *deformationis*, JT.) *& lapides* (vel, *perpendicula*, JT. Pi. vel, *pondusculа*, quæ filo pendent, &c [f].) *vacuitatis*, Mo. P. &c. vel, *inanitatis*, JT. Pi. vel, *vacua*, V. quibus scilicet aptetur ad solitudinem, ut in solitudinem redigatur [g]. Vel, *& lapides perpendiculi vani*, M. Per hoc intelligit oppositum ædificationis: q. d. Aliter faciet quàm illi architecti qui solent ducere lineam, &c. Perdet eam regionem, ità ut postea non instauretur neque exstruatur. Ut in ædificiis necessaria sunt funiculus & perpendiculum, quibus artifex in ædificando dirigitur; sic Deus eis utetur ad destruendum, & omnia ædificia rediget in nihilum [i]. Architecti, cùm veteris ædificii partem aliquam dejicere volunt, metiuntur latitudinem lineâ, & altitudinem perpendiculo [k]. Al. Sensus, q. d. Architecti frustrà laborabunt eam instaurare [l]. *Vastitatis incultûsque normâ atque librâ ab illo definitam*, i. e. in vastitatem incultúmque redactam [m], [nempe, *Occupabunt eam ibes*, &c. v. præc.]

12. *Nobiles*, &c. חֹרֶיהָ וְאֵין שָׁם מְלוּכָה יִקְרָאוּ] *Heroes ejus, & non ibi regnum vocabunt*, Mo. *Principes ejus, & non ibi*, ad *regnum vocabunt*, P. Quidam, converso ordine, sic vertunt, *Vocabunt* (i. e. Si aliqui vocaverint) *principes illius ad regnum* (suscipiendum,) *& illic nulli erunt*, qui adire possunt dignitatem regiam †. *Nemo est ibi qui vocet nobiles ejus ad regnum*, M. *Ingenuos* (vel, *Nobiles*, Q. in V.) *ejus vocabunt, & non erit ibi regnum*, Ti. *Nobiles* (vel, *Clarissimos*, JT.) *ejus ad regnum vocare volent*, (vel, *vocabunt*, JT.) *sed nullus ibi erit*, Pi. JT. Verba in Hebræo trajecta sunt [n]. *Nobiles ejus sine regno vocabuntur*; i. e. Sic destruentur Idumæi, ut nulla illic futura sit nobilitas, nullus principatus [o]. Al. *Nobiles ejus, & non regnum vocabuntur*: i. e. Habebit quidem ille populus nobiles, vel ex Regia stirpe ortos; non tamen vocabuntur ad Regnum, Regem non ampliùs habebunt [p]. Al. *Regnum vocabunt*, &c. i. e. Memoriâ quidem recolent veteres Reges suos; sed ex ea familia nemo exstabit. Favet huic interpretationi Chaldæus [q]; [qui tamen locum sic reddit, *Qui dictitabant, Filii liberi sumus, & nolebant suscipere regem super se*.] Al. *Regnum vocabit nobiles ejus*, nempe ad consilium & auxilium præbendum [o]. At sic nomen & verbum nec genere nec personâ congruunt [o]. *Ejus optimates deleto regno quiritabuntur*, Ca. ¶ *Et omnes*, &c. וְכָל־שָׂרֶיהָ יִהְיוּ אָפֶס] *Et omnes principes ejus erunt nihil*, Mo. P. Ang. ut [vox אֶפֶס redditur] Esa. 40. 17. & 41. 12. vel, *nulli*, Angl. ut 2 Sam. 9. 3. Amos. 6. 10 [p]. vel, *in nihil redacti erunt*, Ti. sim. Ca. [Alii totum sic reddunt,] *Principes clamabunt*, (i. e. altâ voce dicent: ו redundat:) *Non est ibi regnum*, (sub. *quia nulli erunt subditi*,) *& omnes principes ejus non exstabunt*; i. e. nemo erit qui volet admittere dignitatem Regiam [q]. Al. *Nobiles ejus, quum nullum ibi sit regnum*, ubi viderint Regnum penitùs interiisse, *invocabunt*, i. e. clamabunt ut id denuo erigatur; ut nempe & ipsi sub Rege in loco aliquo & pretio esse possint. Sed frustrà; nam *omnes principes ejus erunt nihil*. ו sæpe valet, *quum* [r].

13. *Et*, &c. וְעָלְתָה אַרְמְנֹתֶיהָ סִירִים] *Et scandet* (vel, *ascendent*, P. *succrescent*, Ti. *nascetur*, Pi. *proferet* terra, M.) *palatia* (vel, *in palatiis*, P. M. Ti. JT. Pi.) *ejus spinæ*, Mo. P. Ti. vel, *spinas*, M. vel, *spinarum multitudo*, JT. Pi. Pertinet ad describendam vastitatem, &c †. Solent ruinæ spinis & urticis oppleri [t]. ¶ *Et*, &c. קִמּוֹשׂ וָחוֹחַ] *Urtica* (vel, *carduus*, Ca. *chamæleon*, JT. Pi. quæ herba est cardui species [v],) *& carduus*, Mo. Ti. sic M. vel, *spina*, JT. Pi. *paliurus*, P. Ca. *vepres*, V. Virgil. *Carduus, & spinis surgit paliurus acutis* [x]. ¶ *In munitionibus*] Intra ambitum mœnium quæ fuêre *. ¶ *Et pascua*, &c. חָצִיר לִבְנוֹת יַעֲנָה] *Atrium* (vel, *mansio*, M. *statio*, Ca.) *ululis*, JT. Pi. vel, *struthionum*, Ca. vel, *filiabus* (sive, *pro pullis*, M.) *ululæ*, Mo. vel, *struthionis*, M. P. quæ habitare solent in locis desertis [y]. Vide Esa. 13. 21 [z].

[* Calv. f For. g Pi. i V. k G. l Jun. sim. Calv. m Ca. † V. n Pi. o Q. in V. p For. q G. o Q. in Ang. o Ang. p Ang. q He. in V. r Di. † Calv. t Musc. v Pi. x G. * G. y V. z G.]

[& quæ tum ibi, tum ad Job. cap. 30. vers. 29. dicta.]

14. *Et occurrent dæmonia*, &c. צִיִּים אֶת אִיִּים] *Bestiæ sylvestres*, M. P. *& insulares*, M. vel, cum *ululis*, P. vel, *cum satyris*, V. *feræ & feles sylvestres*, G. *feræ animalia cum terrifico*, JT. *desertorum animalia animalibus insularum*, Pi. *martes cum felibus*, Mo. *feles cum thoibus*, BA. *Sylvani Faunis*, Ca. *spiritus horrendi cum ululis*, Ti. ¶ *Et*, &c. וְשָׂעִיר וגו׳] *Et satyrus*, sive *Faunus*, V. Mo. M. Ti. Pi. sic Ca. &c. (vel, *dæmon*, P. He. in M. *scops*, JT. *strix*, Q. in V.) *ad socium suum clamabit*, Mo. &c. nempe ad alterum satyrum [a]: Dæmon ad Dæmonem [b]. Spectra hìc intelligo hirciformia [c]. Sunt שְׂעִירִים *fauni pilosi, & monstra quædam deserti* [d]. De his vide dicta ad Esa. 13. 21 *. ¶ *Ibi*, &c. אַךְ שָׁם הִרְגִּיעָה לִּילִית] *Veruntamen* (vel, *Quin*, P. Ca. *Quin &*, M. Ti. *Etiam*, V. *Certè*, vel *Profectò*, V. Pi. *Tantùm*, JT.) *ibi refocillata est* (vel, *quiescet*, P. M. *residet*, JT. Pi. Heb. *quiescere faciet sese*, vel *collocabit sese*, ut Esa. 51. 4. Jer. 31. 2 [f].) *strix*, Mo. JT. Pi. V. G. BA. vel, *lamia*, P. M. Ti. Ca. vel, *nocturna avis*, AE. in BA. Bestia est solitudinem incolens, vocata לִילִית, quòd nocte clamet [g]. Est spectri genus (ut veteres summo consensu docent) muliebri formâ, (ut docet terminatio fœmin.) à nocte dictum, quâ potissimùm talibus spectris est locus [h]. *Strigis* meminêre Ovid. Lucan. &c. sed quid sit, negat constare Plinius [i]. Poetis erant alatæ mulieres, aut nocturnæ aves [k]. Paria de לִילִית Hebræi memorant iis quæ Latini de strige [l]. ¶ *Et invenit sibi requiem*] Sic P. Mo. &c. vel, *quietis locum*, JT. Pi. *mansionem commodam*, M.

15. *Ibi*, &c. שָׁמָּה קִנְּנָה קִפּוֹז] *Ibi nidificavit* (tutò, nemine prohibente [m],) *Kippoz*, Mo. Qu. Quid קִפּוֹז? Alibi nullum animal occurrit hujus nominis in S. Scriptura, nec in Talmude, nec in Syrorum aut Chaldæorum libris. ὁ'. Ch. Sy. Ar. Vulg. Hi. Pomar. Schindl. [sic & P. Ti.] reddunt, *hericium*, acsi idem esset quod קִפּוֹד v. 11. ità suadente soni vicinitate, & literarum z & d facili permutatione. K. & RS. & Aquin. & Hebræi ferè omnes *kippod* & *kippoz* pro eodem habent: sed variè reddunt: alius, *testudinem*; alius, *noctuam*; alius, in genere, *avem solitariam*. Solus AE. (quod sciam) *kippod* & *kippoz* diversas aves esse vult: rectè sanè; ut patet, 1. quòd in hoc capite proponuntur ut diversa, *kippod*, v. 11. & *kippoz*, hoc versu: 2. quòd, cùm קִפּוֹד sit *hericius*, animal viviparum; קִפּוֹז hìc sit oviparum [n]. קִפּוֹז à saltu dicitur: Hebræum קָפַז, sicut & Chald. קְפַז, & Arabicum קפזא, *saltare* sign [o]. Hinc sequitur קִפּוֹז non esse, 1. *testudinem*, quæ nè graditur quidem, nisi reptitando; 2. nec *cypselum*, quam alii *apodem* vocant, quòd pedum usu caret, & incessûs ferè est expers [p]. Verisimilius est קִפּוֹז esse *merulam*. 1. Hæc Græcè est κόσσυφος, quod ex Heb. *kippoz* per metathesin factum. 2. Hæc subsultat potiùs quàm ambulat, teste Plin. 10. 38. His rationibus permotus Junius *merulam* reddidit. Sed obstat quòd *kippoz* sit animal φιλέρημον, quum merula in habitatis locis degat, &c. ut notum. Deodatius, ὁ μακαρίτης, adhuc probabiliùs *scopem* esse vult, quæ avis est φιλέρημος, nocturna, deformis, quæque saltatione adeò delectatur, ut, aucupe saltante, capi legatur ἀντορχούμενη, i. e. *ex adverso saltitans*, ut docent Athen. 9. 10. Ælian. Hist. 15. 28. &c. Nec aliud voluêre qui קִפּוֹז *bubonem*, vel *magnam ululam*, reddiderunt; [inter quos M.] Non tamen placet; nam Heb. verbum *kaphaz*, & Arab. *kaphaza*, non sign. ὀρχεῖσθαι, *tripudiare*, sed ἅλλεσθαι, *saltare*: quæ duo quàm differunt notavit Scaliger ad Aristot. Hist. animal. 8. 12. Mihi קִפּוֹז videtur ad serpentes pertinere, & *acontias* sive *jaculus* esse, qui est *serpens saltu valens*, Ælian. Hist. 8. 13. *in jaculi modum insiliens*, Galen. 8. ad Pisonem, Ælian. 6. 8. unde est quòd *acontias* Arabicè vocatur ab Avicenna *kipphaza*, (quod *assultricem* sign.) quod idem cum *kippoz*, vel *kipphoz*, ut veteres legisse & extulisse certum est. Porrò, inter Africæ pestes nulla est hoc serpente deterior; cujus morsus & insanabilis est, & penè inevitabilis. Loca itaque hæc vasta & inculta fore satis docet Esaias, cùm acontiam in Idumæa scribit non modò diversaturum, sed pariturum etiam, & exclusurum ova quibus incubuerit. Si quis neget hunc serpentem Judæis vel Idumæis fuisse notum; facilè refelletur, quia illum Ammian. Marc. lib. 22. Ægypto, Lucan. l. 6. v. 672. Arabiæ, Agatharcides, Diod. & Strabo

[a Pi. b BA. 1. 2. 53. 643. c BA. 2. 6. 7. 829. d M. * G. f Pi. g V. h BA. 2. 6. 9. 831. i G. k BA. ib. l G. m G. n BA. 1. 3. 11. 409. o BA. ib. 411. p BA. ib. 409.]

Sabæis,

Sabæis, adſcribunt. At *nidulari* eſt avium proprium. Reſp. Ità : nidus tamen καλαχρηστικῶς aliis animantibus tribuitur ; utpote homini, Job. 29. 18. leoni, [in Græca verſione] Nah. c. 2. v. 12. hericio, [in Græca verſione] Eſa. 13. 22. vermibus apud Plin. 11. 28. imò & ſerpentibus apud Ciceronem de Divinat. 2. —— *ubi apud focum angues nidulari ſolent* ; & Epiphan. in Phyſiolog. cap. 16. Confirmant hanc ſententiam verba quæ in Eſaia ſequuntur, *& pariet, & ova excludet, quæ foverit umbrâ ſuâ :* quæ ipſiſſima verba in hoc argumento naturæ conſulti uſurpant. Ariſtot. Hiſt. l. 5. in fine de ſerpentibus, *Ova foris edunt, quæ, cùm pepererunt, in terra fovent. Ea autem excluduntur anno ſequente.* Simil. Plinius 10. 62. Ergò in Eſaia מלט eſt, *ova parere* ; דגר, *fovere, incubare* ; בקע, ἐκλέπειν *excludere.* Etiam verbum דגר, *congregare* propriè, vel, *ova congregata & connexa fovere,* etſi tribuatur avibus, tamen in ſerpentem maximè quadrat, cujus ova non modò ſunt ſimul collecta, ſed & mutuo nexu hærent, monilis inſtar, teſtibus Ariſtot. ubi ſuprà, Damire, &c. Denique, quum *umbrâ ſuâ fovere* dicat Propheta, dixiſſet, *ſub alis*, vel *umbra alarum*, ſi de ave res eſſet [q]. ¶ *Et enutrivit*, &c. [וְתְמַלֵּט וּבָקְעָה וְדָגְרָה בְצִלָּהּ] *Et edidit ova*, Mo. (vel, *pariet*, P. G. Ti. Pi. vel, *ponet*, ſub. *ova*, V. Jun. q. d. pariet more gallinæ quæ ponit ova. Dictio ſign. *edere in lucem fœtus ſuos ſalvos* [r]. מלט in genere eſt, *liberare*, vel *liberari* ; hîc, *parere*, ut Eſa. 66. 7. *Malata* etiam Arabes uſurpant de partu, ſed abortivo †. Vel, *conſervabit* partum, M. Heb. *faciet evadere*, ſcil. ova in ventre ſuo incluſa. Vide Eſa. 66. 7 [t].) *& ſcindet*, vel *findet*, (vel, *rumpet*, P. ſub. *ova*, Mo. P. Pi. i. e. ruptis ovis excludet fœtum [v], ut Eſa. 59. 5 [x]. Sic Pſal. 74. 15. *fidiſti fontem* ; i. e. fidiſti rupem, atque ità eduxiſti fontem †. Vel, *rumpentur*, M. vel, *fovebit*, Ti. *excludet ova*, Pi. vel, *quum eruperit*, JT. ſive excluſa fuerit, ſub. *pullities* [y] : vel, *erumpet*, ſub. *fœtus ejus*, G.) *& fovebit* (vel, *colliget*, ſive *congregabit*, M. Pi. V. JT. ut Jer. 17. 11 [z]. ſub. *ova*, M. vel, *eos*, Pi. [nempe pullos :] vel, *poſtquam collegerit*, P. *poſteaquam foverit illa*, V. ſim. For. BA. ו hîc valet, *poſtquam* [a], ut Exod. 14. 21. *& diviſæ* —— i. e. *poſtquam diviſæ*, &c. Eſa. 64. 5. *& peccavimus*, &c [b]. Alioquin ordo non ſervatur ; nam incubatio præcedit excluſionem ; quanquam & pullos jam excluſos *fovere* dici poſſit [c]. דגר apud Chaldæos, à quibus deſumptum eſt hoc verbum, in genere eſt, *congregare* ; hîc, *congregare ſub ſe ova*, vel *pullos*, ut calore materno foveantur. Sic & Jer. 17. 11 [d]. Vel, *& exſculpet*, Ti.) *in umbra ejus*, Mo. P. M. &c. vel, *ſub* (vel, *ad*, JT.) *umbram ſuam*, i. e. ſub alis ſuis [e]. [G. ultimum comma ſic reddit, *Et educabit eum mater ſub ruinis*.] ¶ *Illuc*, &c. [אַךְ שָׁם נִקְבְּצוּ דַיּוֹת אִשָּׁה רְעוּתָהּ] *Veruntamen* (vel, *Tantùm*, JT. *Sed &*, M. *Quinetiam*, P. Calv. *Profectò*, Pi.) *ibi congregati ſunt*, vel *congregabuntur, vultures*, Mo. P. M. &c. (vel, *milvi*, Ti. JT. Pi. G.) *alter cum altero*, P. JT. Pi. vel, *fœmina* (vel, *quæque*, M.) *cum ſocia ſua*, V. *quiſque cum ſodali ſuo*, Ti. vel, *ad ſocium ſuum*, V. Significat multitudinem volucrum funeſtarum fore, quæ ibi gregatim & libere incedunt, concurſant, incubant, &c [f]. [Ca. verſum ſic reddit,] *Illic bubo nidificabit impunè*, [ità verbum תמלט adverbialiter reddit,] *excluſóſque ſuâ fovebit umbrâ pullos : illic & milvi inter ſe convenient.*

16. *Requirite*, &c. [דִּרְשׁוּ מֵעַל סֵפֶר יְהוָה וּקְרָאוּ] *Quærite*, vel *Requirite*, (vel, *Sciſcitamini*, M. Ti. Calv. Ca.) *ex* (vel, *ſuper*, For. *deſuper*, Mo.) *libro Jehovæ, & legite*, P. JT. Pi. &c. vel, *& clamate, accerſite*, i. e. recenſete animalia illa [g]. [Sed quem librum hîc intelligit ?] Reſp. 1. Librum decretorum & judiciorum Dei non ſcriptum [i]. 2. Annales Domini, in quibus res geſtæ per Dominum deſcriptæ ſunt [k]. 3. Prophetiam hanc [l]. Ubi tempus illud advenerit, tunc in manus ſumite volumen Prophetiarum, & hoc caput legite [m], & deprehendetis nihil non impletum [n]. Confirmat denunciationem ab eventu, quo veritatem ſermonis ſui examinandam Deus exhibet, ut Deut. 18. 22°. 4. Scripturam Sacram, vel Legem Dei, quæ per excellentiam *liber Domini* vocatur, ex qua Prophetæ doctrinam ſuam hauſerant. Ad Legem eos revocat, ubi ſæpius aſſerit Deus ſe & ſuos tutaturum, & impios puniturum, ut Levit. 26. 3, &c. Deuter. 28. 1, &c. Occurrit eorum incredulitati, q. d. Nihil adfero novi, ſed tantùm quæ à Moſe dicta ſunt confirmo [p]. ¶ *Unum ex eis non defuit* ; ità Mo. P. vel, *deerit*, Ca. Pi. ſim. JT. [לֹא נֶעְדָּרָה] *Non fuit ſubſtractum*, M. Omnia ad unguem evenerunt ut prædicta ſunt [q]. Al. Illorum quæ dixi animantium nullum ibi deſiderabitur [r] ; vel, de diverſis ſpeciebus, ut Matt. 4. 23. vel, de integro numero, ut Eſa. 40. 26 †. ¶ *Alter alterum non quæſivit* ; ſim. LXX ; vel, *quæret*, Sy. Ar. [אִשָּׁה רְעוּתָהּ לֹא פָקָדוּ] Ad verb. *Fœmina cum ſocia ſua non deficient*, V. vel, *Unumquodque ſocio ſuo non deſiderata ſunt*, Mo. *Nec unum nec alterum* (vel, *Nullum ab alio*, Ca. *Neque ullum cum ſodali ſuo*, Ti.) *deſiderabitur*, Pi. Ti. Ca. *Unum alterum non deſiderabunt*, JT. *Nulli defuerunt*, P. *Nec defuerunt hoc vel illud*, M. Heb. *Mulierem & ſociam ejus non viſitabunt*, i. e. non deſiderabunt [t] ; ut *viſitandi* vox ſæpe ſumitur, Num. 31. 49. 1 Sam. 25. 15 [v]. per metonymiam effecti [x]. Ad verb. *Mulier ſodales ſuas non requiſivit*, i. e. Unaquæque res ſuam comparem non deſideravit, ſed, ut in prophetia ſingula conjunguntur, ità quoque in eventu conjuncta videbis [y]. Nihil malorum prædictorum deerit, ut à ſocio quæri debeat [z]. Referendum hoc aut ad ferarum monſtra, aut potiùs ad infortunia prædicta. Idem dicit quod in commate præcedente [a]. Hebræi fœminina uſurpant pro neutris [b]. ¶ *Quia quod*, &c. [כִּי פִי הוּא צִוָּה וְרוּחוֹ הוּא קִבְּצָן] *Quia*, vel *Nam, os meum ipſum præcepit*, Mo. Di. Pi. ſub. *hoc*, Pi. (Nam *os meum eſt* quod *præcipit*, JT. *os meum ipſum* eſt quod *præcepit* ea, P. *os ejus præcepit*, M. Ti. ſim. Ca. Pleonaſmus eſt : הוא eſt merè emphaticum ; quo Syris nihil eſt uſitatius [c]. *Quod ex ore meo procedit ille mandavit*, Vulg. Optimè reddidit Hebraiſmi ſenſum, *quia os meum ipſe mandavit* [d]. *Quia Dominus eis mandavit*, ό. vel, *præcipiet*, Ar. *Sed ipſe ore ſuo præcipiet*, Sy. *Quia in verbo ejus congregabuntur*, Ch. Senſus, Ipſe effecta dabit mea verba *.) *& ſpiritus ejus* (vel, *ſpiritus ejus ipſe*, Mo. Di. Pi. potentia ejus †. Mutatio perſonæ, pro, *& ſpiritus meus*, ſive *oris mei*, i. e. flatus [f]. Vel, *ſpiritus ejus* eſt qui, P. M. vel, *ſpiritu ſuo idem*, JT.) *congregabit* (vel, *congregavit*, Mo. ſim. Di.) *ea*, Ti. &c. antè dicta animantia [g] : vel, illud malorum agmen [h]. Senſus, Ego ipſe ore meo præcepi id fieri, & ego ipſe jubebo animalia illa congregari illo tempore [i]. Dixi, & præſtabo dictum verbo potentiſſimo [k].

17. *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *ipſe* (vel, *idem*, P.) *miſit* (vel, *projecit*, M. P. Ti. *cadere fecit*, Mo.) *eis ſortem*] Terram hanc illis ità attribuit ut ſolent qui per ſortes eam aſſignant. Vide Num. 26. 56 [l]. ¶ *Et manus ejus diviſit eam* (ſcilicet, terram Edomæorum [m],) *illis* (ſub. *beſtiis*, M. ſim. V.) *in menſura*] Vel, *in linea*, Mo. P. &c. vel, *ceu per funiculum*, M. ut ſolent dividi hæreditates [n]. Sortem præcedit dimenſio. Vide Joſ. 18 [o]. ¶ *In æternum poſſidebunt*, &c.] Interpretare ut ſuprà 10 †. [JT. verſum ſic reddunt, *Nam quum projecerit illis ſortem, & manu ſuâ diſtribuerit illis ad amuſſim, uſque in ſeculum* —— *poſſidebunt*, &c.] i. e. Ex quo ſemel regionem illam feris aſſignaverit, nunquam deſinet hæc maledictio, &c [p].

Marginal notes: q BA. ib. 411, &c. r V. † BA. ib. 408. t Pi. v V. ſim. BA. ib. 109. Pi. x BA. ib. † Pi. y Jun. z Pi. a V. BA. For. b BA. ib. c For. d BA. ib. e Pi. f San. g Q. in V. i Q. in M. k For. l Me. Belg. ſim. Pi. M. m G. ſim. Jun. n M. o Jun. p Calv. q Me. ſim. San. T. r G. † Ang. t Pi. Ang. v Ang. x Pi. y For. z T. ſim. Me. a San. b For. c Di. d For. * G. † G. f V. g G. ſim. Pi. San. h Me. ſim. San. i V. k Jun. l G. ſim. For. m Pi. n V. o G. † G. p Jun.

CAP. XXXV.

1. LÆtabitur, &c. [יְשֻׂשׂוּם מִדְבָּר] *Gaudebunt*, vel *Lætabuntur*, (*Lætabuntur de his*, JT. Pi. quæ narrata ſunt [q] ; tum de liberatione bonorum, cap. 33 [r]. tum de judiciis in hoſtes Eccleſiæ, cap. 34 † : vel, *in*, ſive *cum, eis*, Mo. He. in Ma. ut ם in יְשֻׂשׂוּם ſit affixum [t] :) *deſertum*, Mo. P. Ti. &c. Id eſt, fideles, qui in hoc mundo premuntur & contemnuntur [v]. Eccleſia Chriſti, quæ in hoc capite *deſerto* comparatur [x]. Hîc mira converſio deſcribitur. Cap. præc. dicit Idumæam in deſertum convertendam : nunc, è diverſo, fœcunditatem promittit *deſerto* ; quo & Judæam & totum orbem intelligo, quia utrumque Deus flagellaverat, &c. qu. d. Poſtquam Dominus pœnas ſumpſerit

Marginal notes: q Pi. r Jun. † Jun. ſim. P. t He. in Ma. v Pi. x M.

rit de hominum sceleribus, Judæósque & Gentes ultus fuerit, tunc instaurabitur mundus, &c. Postquam tractarit Propheta de horrendis totius orbis cladibus, pius consolatur hâc promissione, quâ instauranda omnia esse denunciat. Hoc autem fit per Christum, &c [y]. Alii de Judæis accipiunt [z]. Dum hæc Dei judicia in Idumæam exercebuntur, Judæa interim, quæ deserta fuerat, coletur tutò & reflorescet sub Rege Ezechia [a]. Ità Grotius, cum Judæis, de temporali Judææ felicitate accipit; eis tamen deterior, quòd quæ illi ad tempora Messiæ referunt, hic ad tempora Ezechiæ detorquet. Verùm non de Ezechia, &c. sed de Messia, & felicitate, non temporali, sed spirituali, Ecclesiæ sub eo agi multa docent. 1. Συνέχεια & collatio cum cap. præced. Ibi de exitio hostium Ecclesiæ, totiúsque orbis excidio, actum est: hîc de Ecclesiæ felicitate, cùm spirituali, tum cœlesti. 2. Ecclesia Gentilium in S. S. *deserto* confertur, & Cant. 8. 5. dicitur *de deserto ascendere*. 3. Ezechiæ nullum hîc est vestigium; nec convenit tempori Ezechiæ vel tanta solitudo terræ quæ hîc innuitur, vel tanta gloria terræ Judææ quanta hîc describitur. Nec probabile est Prophetam, neglectâ spirituali felicitate, solùm de temporalibus bonis tam operosè tractâsse. 4. Quæ in hoc capite sequuntur evidenter respiciunt tempora Novi Testamenti, & in N. T. eò respicitur; v. g. de *apertione oculorum cæcorum*, Matt. 11. 5. de *aquis in deserto*, Joh. 7. 38, &c. de *semita & via*, Joh. 14. 6. 5. Dicit vers. 9. *Non erit ibi leo*, &c. Itáne erat in Judæa sub Ezecia [b]? Reprobationem Judæorum antè tractaverat; hîc electionem Gentium decantat [c]. Hoc capite est conclusio totius concionis, quâ Propheta præstantiam illius Regni explicat quod consummatur in Christo [d]. Instaurationem hîc prædictam inchoavit Dominus quum Judæos è Babylone eduxit. Verùm id leve quoddam præludium fuit. Indubiè ergò hic locus (maximè si cum aliis prophetiis conferas) referendus est ad Regnum Christi, quod hîc inchoatur, in extremo autem die completur, Act. c. 3. v. 21 [*]. ¶ *Quasi lilium*; ità LXX, Ch. M. Ti. Ca. כַּחֲבַצָּלֶת] *Velut rosa*, Mo. P. JT. &c.

2. *Germinabit, & exsultabit*] Nova scilicet Jerusalem. Tam felicem & insperatam filiorum progerminationem sequitur ingens gaudium [f]. ¶ *Lætabunda*, &c. אַף גִּילַת וְרַנֵּן] *Etiam exsultatione* (sub. *suâ*, JT.) *& ovando*, Mo. vel, *& laude*, P. *& cantu*, JT. Pi. Heb. *& cantando*, Pi. infinit. pro nomine [g]: *subindè exsultatione, atque jubilabit*, M. *magìs ac magìs, atque jubilabit*, Ti. *& exsultando ovabit*, Ca. *Etiam exsultatio & ovatio*, nempe indies crescet. Exsultationem exsultatio & ovatio excipiet. Id enim sonat אַף [h]. Vel, *& cantu* cantabit, Angl. Verbum infinitivum sæpe innuit defectum indicativi vel imperativi, vel potiùs alterutrum includit: ut זָכוֹר Exod. 20. 8. Eccles. 9. 11. collat. cum Psal. 132. 16. Vide Jer. 31. 12. & 51. 48 [i]. ¶ *Gloria* (i. e. celsitudo [k]; vel, *decor* novæ progerminationis gloriæ [l],) *Libani data est* (vel, *dabitur*, P. M. Ti. &c.) *ei*, &c.] Sic Mo. *Libanus, Carmel* ac *Saron* insigniora erant loca terræ Canaan [m]. Erant montes amœnitate aut fertilitate nobiles [n]. Erant & tres terræ limites, *Carmel* ad meridiem, *Libanus* ad Septentrionem, *Saron* ad occidentem; qui hîc totam terram denotant [o]. Sign. totum Synagogæ decorem ad Ecclesiam translatum esse [p]. ¶ *Ipsi*, &c. הֵמָּה יִרְאוּ וגו׳] *Ipsi* (vel, *Hi*, Ti. *Illi*, M. *Qui quidem*, Ca. de quibus est sermo, qui erant *desertum* &c [q]: vel, *Ista*, JT. Pi. sub. *loca*, Pi.) *videbunt gloriam Domini*, &c. Mo. P. For. i. e. potentem ejus tutelam reipsa experientur. Id enim sæpe est *videre* Hebræis [r]. *Populus meus videbit*, &c. ό. Ar. Angl. vide Esa. 33. 17. & 52. 8. Vel, homines videbunt; alii, non minùs quàm illi, id observabunt, ut Psalm. 98. 3. Esa. 40. 5. Vel, indefinitè, q. d. Gloria Dei admodum conspicua erit, &c [†]. Al. *Domus Israel, quibus dicuntur hæc, videbunt*, &c. Ch. Sensus loci, Agnoscent Gentes Christum incarnatum, crucifixque virtutem, &c [t]. Fideles glorificabuntur corpore & animâ [v].

3. *Confortate* (vel, *Confirmate*, JT. Pi. Ca.) *manus dissolutas*, (vel, *remissas*, Mo. *languidas*, Ti. Ca.) *& genua debilia* (vel, *labantia*, Mo. V. *nutantia*, M. V. *trementia*, Ch. Sy.) *roborate*] Sim. P. &c. *Confortamini*, vel *Confirmamini, manus remissæ*, &c. ό. Sy. Ar. Vires hominis in brachiis ac cruribus maximè consistunt: Metus autem & brachia remittit, & genua dissolvere videtur [x]. *Confortate*, &c. Vos Prophetæ omnes, aliíque viri boni, addite animos Judæis, nè memoriâ toleratæ obsidionis pavescant [y]. Sed nimis dilutum hoc est [z]. Ob afflictiones priores debilitatos hâc spe erigite, & confortate [a]. Apostrophe, vel ad Gentes, quibus promittit Isaias strenuas ad agendum atque industrias manus; &, more prophetico, adhibet imperativum pro futuro: vel ad Apostolos, seu ad apostolicos viros, (sive ad Doctores Ecclesiæ [b], ut sequens versus ostendit [c],) quibus id negotii dat, ut perculsum populum ad majora confirment [d]; vel, ut Gentes abjectas, timidas & inertes excitent ad studium fidei & bonorum operum [*]; vel, ut hortentur & animent imbecilles homines, ut constantiores & alacriores reddantur. Hoc verò tempestivè inseruit, quia fieri non posse videbat quin tot iræ signa, de quibus concionatus est, fortissimos quosque animos anxietate & metu replerent [f]. Sensus, Alii alios docete, jubete bono animo esse, & salutaribus monitis adjuvate. Metaphoræ, ut Job. 4. 3, 4. quæ versu seq. exponuntur [g].

4. *Dicite*, &c. אִמְרוּ לְנִמְהֲרֵי לֵב] *Dicite festinis*, vel *acceleratis*, (vel, *inquietis*, Mo. *inconsideratis*, JT. Pi. *pusillanimibus*, qui facilè terrentur, & commoventur ad desperationem in tribulatione [h]; vel, *præcipitibus*, Ti. Pi. sic M. V. i. e. levibus & inconstantibus [i],) *corde*, vel *animo*, P. V. Ca. &c. ¶ *Ecce*, &c. הִנֵּה אֱלֹהֵיכֶם נָקָם יָבוֹא גְּמוּל אֱלֹהִים הוּא יָבוֹא וְיֹשַׁעֲכֶם] *Ecce, Deus vester veniet* cum *ultione*, P. Calv. cum *retributione Dei*: *ipse veniet, & salvabit vos*, P. vel, cum *retributione Deus ipse veniet*, &c. V. Calv. Al. cum *vindicta & retributione veniet. Deus ipse veniet*, Ti. vel, cum *ultione*; videbitis *retributionem Dei*: *ipse veniet*, &c. M. vel, cum *ultione*, nempe *Deus* cum *retributione*; *ipse veniet, & salvabit vos*, Ang. vel, *quum venerit salvabit vos*, Angl. vel, *ultor veniet, præmiator Deus ipse veniet*, Ca. Al. *Ecce, Deus vester revelatur ut faciat vindictam judicii*; *Dominus auctor retributionis ipse revelabitur*, Ch. *Ecce Deus vester*, JT. (*Ecce Deum vestrum*, Pi.) *ultio advenit, retributio Dei*: (i. e. magna & copiosa [*]:) *ipse* (vel, imò *ipsemet*, Pi.) *advenit*, &c. JT. Pi. *Deus veniet, & salvabit vos*; efficiet nè Æthiopes ad vos perveniant [k]. Sed dilutum hoc; nullus hîc de Æthiope sermo; nec miracula illa de *cæcis, claudis*, &c. tempori Ezechiæ congruunt. Nimis apertè de Christo loquitur, qui est Deus & Salvator noster, &c. cujus etiam nomen *Jesu* in voce יֹשַׁעֲכֶם continetur [l]. Causam hîc reddit cur omnem metum deponerent [m], nempe promissionem venturæ gratiæ [n]. Nihil sic mentes surrigit ut adventus Domini & Incarnationis mysterium [o]. *Ecce, Deus* (nempe, Christus manifestatus in carne [p],) *vester* (quem *vestrum* hostes per irrisionem vocabant, vide Deut. 32. 37. Psal. 42. 4. & 115. 2.) qui, nisi *vester* esset, terrorem potiùs quàm gaudium adventu suo afferret [q]:) *veniet* (non mittet alios, ut antea [r]: *veniet*, licèt tardare videatur, & impii ipsum non adventurum putent, *veniet* tamen certè & brevi, Esa. 30. 27. & 40. 10. &c [†].) cum *ultione*, &c. de hostibus vestris sumenda [t], ut Esa. 34. 8. & 59. 17, 18. Ellipsis particulæ *cum* [v].

5. *Tunc aperientur oculi cæcorum*] Ità ό. Mo. P. &c. vel, *oculi domûs Israel, qui sunt quasi cæci à lege*, Ch. Tunc etiam stupidissimi intelligent quàm faveat suis Deus [x]. Sed quorsum à proprietate vocum discedamus, quum propriè hoc impletum sit per Christum, qui hunc locum de seipso exponit Matt. 11. 5. Luc. 7. 22 [y]? *Tunc*, quum advenerit Christus [z], illuminabuntur cæci, vel corporaliter, Matt. 9. 27. & 12. 22. &c. vel spiritualiter, Act. 2. 37, 41. &c [a]. Et ad animos & ad corpora hoc referendum [b].

6. *Tunc saliet sicut cervus* (quod animal est ἁλτικώτατον, teste Gesnero [c],) *claudus*] Etiam præ senio aut morbo tardi egredientur ut conspiciant Dei opera [d]. [Non placet Calovio, ob rationes ad prius membrum allegatas.] Impletum hoc tempore Christi, idque tum corporaliter, ut in Matt. 11. 5. & 15. 30. &c [*]. tum spiritu-

Marginal notes: [y] Calv. [z] Q. in Calv. [a] G. [b] Calov. [c] For. [d] Jun. [*] Calv. [f] For. [g] V. [h] For. [i] Arg. [k] G. [l] For. [m] For. [n] Calv. [o] Cocl. in Marl. [p] For. fin. Oecol. [q] For. [r] G. [†] Ang. [t] For. [v] Pi. [x] For. [y] G. [z] Calov. [a] Mar. [b] Pi. fin. Ang. Me. Calv. [c] Calv. [d] San. [*] Me. [f] Calv. [g] Jun. [h] V. ex M. [i] V. [*] Jun. [k] G. [l] Calov. [m] Musc. [n] For. [o] For. [p] Pi. [q] Ang. [r] Mar. [†] Ang. [t] Ang. fin. Calv. Pi. For. [v] Ang. [x] G. [y] Calov. [z] Pi. Belg. [a] Ang. [b] For. [c] EA. 1. 3. 17. 682. [d] G. [*] Ang. fin. Pi. &c.

spiritualiter, Rom. 6. 4. & 8. 1. Gal. 5. 25 [f]. Gentiles claudicantes, & à via virtutis aberrantes, per Christum roborati & directi rectà incedent [g]. Quando claudis gressus restituitur, non ambulant tantùm, sed & saliunt ex animi lætitia [h]. ¶ *Lingua mutorum*] Etiam infantissimi Dei laudes canent. Hæc illo tempore figuratè impleta: apertissimè verò Messiæ temporibus [i]. Impletum, tum corporaliter, Matt. 9. 32. & 12. 22. &c [k]. tum spiritualiter, Matt. 21. 16. Luc. 2. 20. &c [l]. Gentiles divinitus edocti loquentur Dei magnalia [m]. ¶ *Quia scissæ sunt* (vel, *eruperunt*, Pi. Sy. sim. JT. Ar. præt. Heb. pro fut. *rumpent sese*, i. e. exsilient ruptâ terrâ [n]: vel, *erumpent*, Pi. sic Ca. *exscindentur*, Ti. *effossæ sunt*, M.) *in deserto aquæ*, &c. ità Mo. sim. [o]. [נִבְקְעוּ וגו׳] *Diffindentur aquæ*, Pi. sic Ch. i. e. terra diffindetur, ut indè erumpat aqua [o]. Hoc dicent omnes, magnam sc. factam esse rerum mutationem, & quidem Judæis in melius. Vide suprà 1 [p]. Desertum vertetur in locum irriguum & fertilem. Typus spiritualis irrigationis eorum qui antè steriles erant [q]. Desertum Gentilitatis rigârunt aquæ gratiæ [r]. Spiritus Sanctus corda electorum recreabit, & fertilia reddet ad bona opera. Vide Joh. 7. 38, 39 †.

7. *Et quæ*, &c. [וְהָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם] *Et erit* (vel, *convertetur*, Pi. *redigetur*, Ti. sim. M.) *locus aridus* (vel, *torridus*, P. sic JT. Ti. vel, *terra sicca*, Di.) *in stagnum*, Mo. P. &c. שָׁרָב dicitur de *adustione* tam ignis, quàm Solis, infrà 49. 10 [s]. Significat *æstum*; & hîc, metonymicè, *terram siccam* [v]. ¶ *Et*, &c. [וְצִמָּאוֹן לְמַבּוּעֵי וגו׳] *Et terra sitiens*, sive *siticulosa*, P. M. Ti. Di. BA. sim. JT. Pi. (Ità sumitur & Psal. 107. 33 [x]. Heb. *sitis*, Mo. Vel, *& locus sitis*, i. e. siticulosus & squalidus [y],) *in scaturiginem*, sive *scaturigines*, &c. Mo. P. M. Ti. &c. Quanta fuerit Gentibus concessa gratia, hæc indicant [z]. ¶ *In*, &c. [בִּנְוֵה תַנִּים רִבְצָהּ חָצִיר לְקָנֶה וָגֹמֶא] Difficillimum est hoc membrum ob affixum in רִבְצָהּ: quò enim pertinet [a]? [Hinc locum variè reddunt.] *In habitaculo draconum accubitus ejus, atrium calamo & junco*, Mo. *In eo domicilio ubi dracones cubabunt*, Ti. simil. M. Ca. *erit herba virens calami & junci*, Ti. vel, *erit locus humectus pro arundine & junco*, M. vel, *in ea fit arundinis junciqué statio*, Ca. Possit affixum referri vel, 1. ad *terram*, &c. ut locus sic vertatur, *Cujus* (nempe *terræ siticulosæ*) *accubitus erat pro habitaculo draconum*, (i. e. Quæ terra non alium habebat usum quàm ut cubationem præberet draconibus, illa vertetur in amœnum pratum, & erit quasi) *atrium calamo & junco* consitum, h. e. locus irriguus; calamus enim & juncus non nisi in locis irriguis & pinguioribus crescunt. Vel, 2. ad Ecclesiam, de cujus restitutione hîc agitur, quæque in mente Prophetæ erat, (affixum autem sæpe apud Hebræos non ad id quod expressum, sed quod continetur in mente, refertur,) ut ad verbum sit, *In habitaculo draconum erit accubitus ejus, in atrio* (sic חָצִיר sumitur suprà 34. 13.) *arundinis & junci*. Habitaculum certè draconum est locus arundinibus & juncis refertus; ibi, inquit, cubabit Ecclesia. Vel, 3. ad תַנִּים, quod proximè antecedit. Eò plerique referunt. Sed obstat, quòd alterum sit plur. mascul. alterum sing. fœmin. nisi singularem numerum dicamus distributionem indicare; fœmininum autem genus rectè usurpari, quia de bestia agitur, prout & v. 9. mascul. genus & fœmin. de bestiis confunduntur [b]. *In habitaculo* (vel, *caula*, JT. Pi.) *draconum*, (vel, *serpentum*, V.) *in accubitu* (vel, *cubili*, JT. Pi. Di.) *ejus*, P. (ut תַנִּים sit sing. vel, *earum*, nempe serpentum fœminarum [c]; vel, *cujusque illorum*, Pi. Di. sim. JT. singular. positum distributivè, vel collectivè [d];) *locus humectus*, &c. P. vel, *gramen* (sub. *erit*, Pi. Di. vel, *esse*, JT.) *cum arundine & junco*, Pi. JT. vel, *in arundinem & juncum*. Penitiùs rem attendens hanc versionem præcedentibus præfero. Scopus est, docere, nusquam defuturas fidelibus aquas. In hoc dixerat, fore ut erumperent aquæ in deserto, &c. jam pergit idem probare, quia etiam draconum pascua, ubi tum herba erat & gramen, in stagnum verterentur, ubi arundines crescerent & junci †. Sensus, Agri Judææ diu desolati revirescent [f]. Al. In locis desertis (nempe Gentilibus) erit viror gratiarum & virtutum [g]. [JT. hæc verba cum præcedentibus canticum faciunt ab eo qui mutus fuerat canendum, hunc versum cum præced. sic vertentes; v. 6.—— *& cantabit lingua muti, Erupisse in deserto aquas*, &c. v. 7. *Abiisse torridum locum in stagnum*, &c.]

8. *Et erit ibi semita & via*, [מַסְלוּל וגו׳] Vox alibi non occurrit [h]. *Semita*, P. *agger*, JT. Pi. *semita strata*, vel *exaltata lapidibus*, Mo. V. sim. Angl. ut vox cognata significat Esa. 7. 3. & 40. 3. & 49. 11. *Semita & via*; una hominibus cum jumentis & vehiculis, altera peditibus. Collectivè accipio, pro semitis & viis [i]: q. d. Viæ non, ut antè, neglectæ jacebunt & solitariæ, sed paratæ viatoribus, qui libere & securè per eas proficiscentur [k]. Liber erit Judæis è Babylone reditus in patriam, & ambulabunt illi per desertum tanquam per loca culta: omnia pacata erunt, ut ultro citróque sine metu transeant [l]. Non, quia ibi futurum dixi calamum, &c. propterea putes palustrem fore locum & invium [m]. *Erit ibi*, nempe in Ecclesia [n], *agger & via*, i. e. aggesta & excelsa via, per hypallagen, vel potiùs hendiadyn [o]. *Via*, quæ nempe ducat in cœlum [p]; nempe Christus, fides, Sacramenta, & doctrina morum sanctissimorum [q]. ¶ *Via sancta*] Nempe illa via quæ ad Templum ducit [r]. ¶ [הַקֹּדֶשׁ] *sanctitatis*, Mo. Ang. i. e. sancta, vel *sanctuarii*, Angl. vel, virorum *sanctitatis*, sive *sanctorum*, i. e. illis solis designata †. Non abs re docet viam sanctam fore, hominésque per Christum renovandos ut terram sanctificent; quia alioquin, ubi magna hominum frequentia, illic vitia regnant [t]. ¶ *Non transibit per eam pollutus*] Nemo ibi spectabitur Syrus, Assyrius, Ægyptius, Æthiops [v], infidelis vel sceleratus ullus [x]. Segregabit Deus in Ecclesia fideles à reprobis: quod tamen non impletur in hac vita [y]. ¶ *Et hæc*, &c. וְהוּא לָמוֹ [הֹלֵךְ דֶּרֶךְ וֶאֱוִילִים לֹא יִתְעוּ] Multùm torserunt se Interpretes ob Athnach in לָמוֹ [z]. *Sed erit* (nempe via illa; Heb. *Et ipsa* [a]. Pronomen pro verbo substantivo, ut Job. c. 28. v. 28. Eccles. 1. 5, 10 [b]. Pronomen etiam masc. est, quia refertur ad nomen דֶּרֶךְ, quod est generis dubii; plerumque quidem est fœmin. interdum tamen mascul. ut planum est in voce יַעַבְרֶנּוּ, & Deut. 17. 16. Ezec. 18. 25 [c].) *illorum*, M. JT. vel, *pro illis*, Pi. Ang. nempè Sanctis [d], vel, qui ambulant in via sancta *. Pronomen pro nomine, ut Esa. 33. 2 [f]. Al. *Et hoc ipsis*, Mo. *Et*, vel *Sed, hæc*, sive *ipsa*, (scil. *via*, For.) *erit ipsorum*, V. vel, *ipsis*, P. For. sic Ca. nempe cæcis, claudis, &c [g]. [Reliqua porrò sic reddunt;] *ambulans viam*, Mo. For. sive, per *viam*, P. (vel, *viator*, JT. Heb. *incedens viæ*, Jun. vel, *qui iverint per viam*, Pi. sic Ang. sanctam illam scilicet [h]; vel, *assuetus itineri*, M. vel, *qui peritus est viarum*, V. Heb. aliquis *incedens* in *via*, ut Esa. 65. 2. collectivè, [i]) *&* (vel, *etiam*, Pi. sim. JT. vel, *quamvis*, Ang.) *stulti* (quorum indicium est, *nescire viam in urbem*, Eccles. 10. 15 [k]. vel, *& qui non sunt periti*, V.) *non errabunt*, Mo. P. &c. vel, *deerrare poterunt*, JT. sub. *in ea*, P. Ang. Nam etiamsi in aliis rebus stulti sint, tam rectè tenebunt viam, ut à via salutis non deflectant [l]. *Iis patebit qui viâ gradientur*, i. e. rectè vivent [m]. Via plana erit & recta & facilis, sine flexibus & diverticulis, quæ in aliis viis reperiuntur, Prov. 2. 13, 15. ut etiam stulti (h. e. simplices Christiani [n]) ab ea non aberrent [o]. [Atque hi Athnach observant; quem alii negligunt, locum sic vertentes,] *Et hæc erit vobis directa via*, (Rectò [incedetis] tramite, qui brevissimus, sine tortuosis anfractibus, quibus ignari possent decipi; [p]) *ità ut stulti non errent per eam*, Vulg. *Et* (vel, *Sed*, Di.) *erit illis* (vel, *ipse illis*, Di. *ipse cum eis*, Ti.) *ambulans in via*, (vel, *ambulator viæ*, i. e. comes erit, [q]) *ut* (vel, *&*, Di.) *stulti non errent*, Calv. vel, *errare possint*, Ti. vel, *aberrabunt*: quia nempe ipsum Deum comitem sunt habituri. Ità sensus planus & facilis videtur *. τὸ הוּא ad Deum refertur. Non sufficit transitum esse patefactum, nisi Deus præcat tanquam dux viæ & monstrator. Alludit ad historiam Exod. 13. 21. simul obliquè nos omnes stultitiæ damnat, &c. Fideles hîc vocat stultos ob priorem ignorantiam, Tit. 3. 3 [r].

9. *Non erit ibi* (in deserto per quod iter faciunt †) *leo*] [Vel, propriè;] q. d. Amovebit Deus vel cohibebit leones, qui alioqui ibi abundabant, Exod. 23. 29 [t].

[f] Ang. [g] Me. [h] For. [i] G. [k] Ang. sim. Pi. [l] Ang. [m] Me. [n] V. [o] Pi. [p] G. [q] Ang. [r] Me. sim. For. † Pi. [s] For. [v] Di. [x] PA. 2. 3. 8. 39. [y] V. [z] For. [a] Di. [b] Di. [c] V. [d] Pi. † Di. [f] Jun. [g] Me. sim. Calov. San.

[h] Ang. [i] Ang. [k] Ang. sim. Musc. [l] Musc. [m] Me. [n] Me. For. [o] Jun. [p] Pi. sim. For. [q] For. † G. † Ang. [t] Calv. [v] G. Ang. [x] Jun. [y] Calv. [z] Di. [a] Pi. [b] Ang. [c] Pi. [d] Ang. * Pi. [f] Ang. [g] For. [h] Pi. [i] Ang. [k] Ang. [l] Di. [m] Ca. [n] Pi. [o] Ang. [p] G. [q] Di. * Di. [r] Calv. † Calv. [t] Arg.

[Vel,

[Vel, metaphoricè ;] nullus inimicus Dei aut Eccleſiæ damnoſus [v]; vel, Diabolus, qui *leo* dicitur 1 Pet. 5. 8[x]. ¶ *Et mala*, &c. פְּרִיץ חַיּוֹת] Vox פְּרִיץ ſign. *latronem*, Jer. 7. 11. & propriè, *eum qui effringit domos*, in eas irrumpens ad ſpoliandum, Ezec. 7. 22. & 18. 10. Hoſ. 4. v. 2 *. [Locum ſic vertunt :] *Effractor* (vel, *diſſipatrix*, V. *irruptio*, Ti. *irruptor*, For. *violenta*, JT. Pi. G. *ſæva*, Ca. ſic M. Heb. *latro*, Q. in V. Pi. *rapax*, Ang. *lædens*, P.) *ferarum*, ſive *beſtiarum*, Mo. V. G. Ti. vel, *beſtiis*, Ca. Ang. ſim. M. *ulla fera*, JT. Pi. i. e. alia beſtia rapax [y]: vel, *inter beſtias*, P. Significat feram eminenter rapacem. Sic, *electio cedrorum* denotat cedros præſtantiſſimas [z]. Chald. hunc locum ſic reddit, *Non erit ibi rex maleficus, & dominator opprimens* [a]. ¶ *Et*, &c. וְהָלְכוּ גְּאוּלִים] *Et* (vel, *Sed*, M. JT. Pi. &c.) *ambulabunt* (nempe, in ſumma libertate & ſecuritate [b] : & ſub. *in ea*, Ti. Pi. vel, *per eam viam*, M.) *redempti*, Mo. &c. vel, *aſſerti*, ſive *liberati*, quos Deus ſibi aſſeruit & vendicavit ; vide Levit. 23. 43. & 25. 48, &c [c]: quos Deus tot malis eripuit [d].

[v] Jun. [x] Ang. * Ang. [y] V. [z] Ang. [a] BA. 1. 3. 5. 776. [b] Luth. in Marl. [c] For. [d] G.

10. *Et* (vel, *Itaque*, V. *Nam*, P.) *redempti* (vel, *Redempti, inquam*, V. redemptione tum corporali, tum ſpirituali *; Judæi, qui exitio erepti multis in locis exſulaverant [f];) *à Domino convertentur*, (vel, *revertentur*, Pi. P. &c. à captivitate locíſque ubi exſulaverant [g], redibunt in patriam [h];) *& venient in Sión*] Diebus ſolennibus †. Vel, *Tſionem*, i.e. Hieroſolymam, ſcilicet, tum terrenam, tum cœleſtem. Confer Apoc. 22. 14 [i]. Recipientur in Eccleſiam[k], tum militantem [l], tum triumphantem [m]. Forſan, *revertentur & venient* eſt H[s], pro, *iterum venient* [n]; ut phraſis uſitata eſt, Gen. 26. 18. Pſal. 78. 41. Mal. 1. 4[o]. ¶ *Et lætitia ſempiterna ſuper caput eorum*, &c.] Tanquam corona pretioſa, 2 Tim. 4. 8. Jac. 1. 12 *. Vel, totos perfundet, ac etiam ſuper caput exuberabit [p]. Vel, *ſuper caput*, i. e. ſuper ipſos ; nam *caput* pro toto homine ponitur, per ſynecdochen[q]. Non poſſunt tam magnificæ promiſſiones ad animarum redemptionem non pertinere [r].

* Pi. [f] G. [g] Ang. [h] G. † G. [i] Pi. [k] Jun. [l] T. [m] T. Me. [n] For. ſic Ang. [o] Ang. * Ang. [p] Ma. [q] T. [r] For.

CAP. XXXVI.

1. ET *factum eſt*, &c.] Totum hoc caput, & uſque ad cap. 38. v. 9. habes 2 Reg. 18. 13, &c. & cap. 19. & 20. ad verſ. 12. eiſdem ferè ſcripta verbis [a]. Ex hoc capite & tribus ſequentibus deſumpta ea quæ habemus 2 Reg. 18. 17. & deinceps ad uſque 20. 19[b]. Hæc hiſtoria hîc inſerta eſt, tum, 1. ut ſigillum doctrinæ ipſius [d]. Hiſtoricè factum hîc narrat quod antè prædixerat : forſan eo conſilio, ut certus prædictorum eventus rebus aliis quæ longis pòſt ſeculis eventuræ dicebantur fidem faceret *. Tum, 2. quia commodè ad proximè præcedentis prophetiæ interpretationem pertinent. Hinc enim occaſio Prophetæ data eſt prophetandi de Regno Chriſti ; &, ex gloria Chizkijæ ac totius Regni, amplificandi gloriam Chriſti & Eccleſiæ, quæ tribus præcedentibus capitibus fuit explicata [f]. ¶ וַיְהִי וגו׳] *Et* (Hebræi ſæpe narrationes cum copula inchoant, ut Eſd. 1. 1. Neh. 1. 1. Jon. 1. 1[g]. Vel, *Nam*, JT. vel, *Nunc*, Ang.) *fuit* (vel, *fuerat*, JT. *accidit*, Pi. Calv. Heb. *factum eſt*, Pi.) —*aſcendit*, &c. Ma. &c. Appoſitio Hebraica, & ו redundat quoad ſententiam, ſervítque tantùm ſignificationi vocis, ut ſcilicet futurum mutet in præteritum [h]. Vel, ut *aſcendens*, &c. JT. Pi. ut *aſcenderet*, &c. Calv. Ang. Defectus particulæ relativæ, ut Eſa. 7. 1 [i]. ¶ *Super omnes civitates Juda munitas, & cepit eas*] Non ſimpliciter omnes, Eſa. 37. 4, 8. ſed ferè omnes, ut particulæ illæ univerſales ſæpe accipiuntur, Eſa. 64. 6, 7. Jer. 6. 28. & 9. 2. Vel, *aſcendit——& cepit*, pro, *aſcendit———ut caperet*, eo nempe conſilio : vide 2 Par. 32. 1. Ut dicitur Balac *ſurrexiſſe & pugnâſſe contra Iſrael*, Joſ. 24. 9. i. e. *ſurrexiſſe* cum propoſito *pugnandi*, &c. alioquin actu non pugnavit, Jud. 11. 25 †.

2. *In*, &c. בְּחֵיל כָּבֵד] *Cum exercitu valido*, M. vel, *gravi*, P. *magno*, V. ſim. Ca. *numeroſo*, V. ſim. JT.

3. *Qui erat ſuper domum*] i.e. Præfectus regiæ[k]. ¶ *Et Sobna*] Quem tamen perfidum eſſe non ignorabat Ezecias. Nè Regibus quidem eos ſtatim abjicere licet quos ſciunt non eſſe ſinceros, quòd vel turbas hinc naſci timeant, vel copiâ meliorum deſtituantur[l]. ¶ *Scriba*] i.e. Qui præerat libris ſacris, & verſabatur in illis. Q. vertunt, *cancellarius* [m]. ¶ *A commentariis*, הַמַּזְכִּיר] Ad verb. *recordator*, *commonefactor* ; qui agenda reducebat in memoriam † : cujus officium erat, reducere in memoriam agenda ſuo ordine [n].

[a] V. [b] G. [d] Oecol. in Marl. * San. [f] Jun. [g] Ang. [h] Pi. [i] Ang. † Ang. [k] V.

4. *Rex magnus*, &c.] Nomen hoc tributum eſt tum Regi Aſſyrio, hîc, & Judith 2. 4. (vel 5.) tum Regi Perſarum, teſtibus Suidâ, Herod. 8. Xenophonte, Joſ. Antiq. 11. 6 [o].

5. *Aut quo*, &c. אָמַרְתִּי אַךְ דְּבַר שְׂפָתַיִם עֵצָה וגו׳] In 2 Reg. 18. 20. legitur אָמַרְתָּ [p]. Et ità hîc habent nonnulli codices. Et hunc habere poteſt ſenſum, *Dixiſti fortaſſis* (ut אַךְ ſumitur Gen. 44. 28. Pſal. 139. 11. vel potiùs, *profectò*, ut Gen. 29. 14. Pſal. 73. 1, 18. vel, *tantummodo*, nam אַךְ poſt alias voces excluſiva eſt, ut Gen. 18. 32. *loquar tantùm vice hâc*, & Deuter. 28. 29.) *verbum hoc labiis tuis, Conſilium——eſt*, ſub. *nobis* : vel potiùs, *Verbum labiorum* (i.e. Oratio ad Deum, quam irriſoriè ſic vocat,) *eſt conſilium & fortitudo ad bellum*. Vide 2 Par. 32. 8.——*nobiſcum Dominus eſt*, &c. Irridet itaque fidem & preces Ezechiæ[q]. *Ut dicas ſupereſſe tibi ſermonem labiorum & mentem viréſque ad bellandum*, Sy. [Reliqui veram lectionem אָמַרְתִּי ſequuntur, & locum ſic reddunt ;] *Dixi*, (ſub. apud me ; i. e. Reputavi apud me quòd ità cogites [r],) *Certè*, vel *Profectò*, *verbum*, ſive *ſermo*, *labiorum*, (i. e. eloquentia mihi eſt ad commovendos milites *,) *conſilium & fortitudo ad prælium*, P. *Dixi, Utique in loquela labiorum & conſilio——faciam bellum*, Ch. *Dixi, Certè in verbo labiorum* confidis, *cùm conſilium & fortitudo pro bello* neceſſaria ſint, M. *Dixi, Tantùm verbum labiorum* ; *Conſilium & fortitudo ad bellum*. Rabſaces, quaſi exploratis Ezechiæ conſiliis, ironicè exprobrat ; Video quid cogites, iſtæ ſunt tuæ deliberationes ; ſed verba ſunt labiorum : q.d. Magnificis verbis Ezechias utitur, ſed iis bellum geri nequit †. *Dixi certè, Verbum labiorum*, (eſt nempe in quo Ezechias confidit ; q. d. credit adulantibus : at) *conſilium & fortitudo ad bellum* requiruntur. *Conſilium & vim* dixit Tacitus 2. Annal. *conſilium & gladium*, Cæſar 1. de Bello civili *. Quaſi dicat dux, *Ego apud me dicebam*, *Eſſentne verba*, quæ in aera evaneſcunt, (magnifica illa verba, quòd vel *Ægyptus*, vel *Jehova*, *liberabit vos*,) *conſilium & fortitudo*, &c ? q. d. ſi ità eſt, bene res veſtræ habebunt, quia non deſunt vobis verba [t]. *Dico*, dicis tu, (*ſed verba* tantùm *vana* ſunt,) Mihi eſt *conſilium*, &c. Ang. *Verba vana*, Heb. *verba labiorum*, q. d. in labiis, non in corde, nata [v], ac proinde temeraria & futilia [x]. Vel, verba ventoſa, h. e. ſine fructu vel effectu ; ut *labium* hîc non tam *cordi*, quàm *manui*, opponatur, ut Prov. 14. 23. Vel, *res*, ſive *negotium*, ut דָּבָר redditur Prov. 16. 20. & 25. 2[y]. *Dixero*, (*veruntamen verba futilia*,) adeſſe, vel eſſe, tibi *conſilium*, &c. JT. Pi Di. Conceſſio ironica : q.d. Ut dem te virum eſſe valentem conſilio & fortitudine ; certum eſt tamen te unum nihil præſtare poſſe, &c [z]. Illuſtrando huic loco facere poteſt, quòd Autor libri Halichot Olam, cauſam daturus cur in recenſendo ſapientum catalogo brevis eſſe cupiat, ſententiam hanc addit, *quia in re ſimplici* (vel clara) *verbum labiorum* (i.e. multus ac futilis ſermo) *tantùm eſt ad indigentiam*[a]. [Alii hæc verba cum fine præcedentis verſûs nectunt, & locum ſic reddunt,] v. 6.—*Quæ confidentia hæc quâ tu niteris ?* Ti. ſimil. Ca. v. 7. *Dixi, Certè in verbo labiorum : conſilio & robore in bello gerendo* opus eſt, Ti. vel, *Verba orationis*, *credo*, *conſilium & virtus bellica*, Ca.

8. *Trade te*, &c. הִתְעָרֶב אֶת אֲדֹנִי וגו׳] *Fidejube*, &c. Mo. P. *Vadem promitte*, &c. vel, *Da obſides*, &c. V. *Oppignera dominum meum*, i. e. Devinci muneribus, vel obſidibus, vel, te in manus ejus tradendo, &c. vel, *Depone* quidquam *cum domino meo*, &c. עָרַב, propriè *miſcere*, de pactis dicitur, ubi in fœdere & amicitia animi coeunt & quodammodo commiſcentur [b]. *Miſceto* bellum *cum domino*, &c. JT. *Oppignera* (ut עָרַב ſign. Neh. 5. 3.) *te apud dominum meum*, i.e. Promitte te fore in poteſtate domini mei, ſi non poteris dare mihi tot equites, &c [c]. *Paciſcere cum*, &c. Ang. ¶ *Nec poteris*, &c] Heb. *ſi*

poteris

[l] Muſc. in Marl. [m] V. † V. [n] V. ex He. [o] Ga. [p] V. Ang. Di. &c. [q] For. [r] V. * Idem. † Calv. * G. [t] For. [v] Ang. ſim. Pi. [x] Pi. [y] Ang. [z] Jun. [a] Di. [b] For. [c] Pi.

poteris dare, &c. Pi. q. d. Tu paucos habes in Regno tuo equites *, peritos scilicet: nam & Regibus [Israelis] interdicta erat multitudo equorum, Deuter. 17. 16. &c. Quanquam videtur potiùs esse Assyriaca jactantia [f].

10. *Sine Domino*; i. e. absque mandato Domini [g]: יְהוָה] Unde constat hoc nomen tunc temporis tum Judæis, tum Gentibus, usitatum & notum fuisse [h]. q. d. Dei mandato hanc provinciam suscepi [i].

12. *Ut comedant stercora sua*, חוֹרֵיהֶם] Nomen hoc Chaldaicum est, significans *stercora* [k]; à חור *foramen* [l]. In margine verò ipsius contextûs honestiori voce scriptum, מוֹצָאוֹתָם, *egesta sua* [m].

16. *Facite* (vel, *Transfigite*, Heb. *Agite*, Pi.) *mecum benedictionem*] Vel, *munere*; Heb. *benedictione*, Pi. Munera mihi date. Sic בְּרָכָה sumitur 2 Reg. 5. 15 [n]. & Gen. 33. 11. 1 Sam. 25. 27 [o]. Percutite mecum fœdus: Recipite leges pacis quas vobis offero [p].

17. *Donec—tollam vos*] Impotens animus occultare omnino consilium nequit, &c [q]. ¶ *Ad terram*, &c.] Intellige vel, 1. Assyriam [r]: vel, 2. Africam; & eò iverunt, conditione hâc acceptâ, Gergezæi †. Et hos esse credam illos Phœnicas unde se ortos dicebant Tingitani. Nam quòd Procopius Vandalicorum 2. eos ad Josuæ refert tempora, in eo credibile est illum aut linguæ ignorantiâ, aut ab impostore aliquo, fuisse deceptum. Didonis tempora, quæ de Tyro coloniam in Africam deduxit, unde multæ fluxerunt aliæ, his temporibus non paulò posteriora sunt [t].

18. *Nec*, &c. פֶּן יַסִּית וגו'] *Ne forte* (vel, Videte *ne*, JT. Pi. Cavete *ne*, Ang. Ellipsis qualis Gen. 3. 22 [v]. Deut. 8. 12. Job. 36. 18. Jerem. 51. 46 [x].) *decipiat vos*, Calv.

19. *Numquid*, &c? הַהִצִּילוּ וגו'] *Et num*, vel *an*, (vel, *Et quando*, vel *Etiamne*; nam כי interdum interrogat, ut Esa. 29. 16. *Num dicet factura*, &c [y]?) *eruerunt*? P. V. sim. M. Ca. Calv. &c. *Et quòd assererent*, Ti. *Quinetiam eripuerúntne*? JT. Pi.

[Marg.: * V. — f Ang. — g Pi. — h Ang. — i For. — k For. — l For. sim. He. in V. — m He. in V. — n G. — o Pi. — p V. — q For. — r Calov. — † G. ex Maim. — t G. — v Pi. — x Ang. — y For.]

CAP. XXXVII.

1. IN *domum Domini*] Ubi orantes se auditurum pollicitus est Deus, 1 Reg. 8. 29, &c. collat. cum 9. 3 [a].

3. *Venerunt—usque ad partum*, &c. עַד מַשְׁבֵּר] *Usque ad angustias uteri*, sub. *parientis*, in quibus scilicet confringitur fœtus ipse: i. e. Multa patitur, &c [b]. Tantus est noster dolor quantus parturientis fœminæ quæ ad ejiciendum fœtum, jam ad vulvæ fauces progressum, vires non habet [c]; quum tamen vires & nixus tunc maximè necessarii sunt parturienti. Significat summos dolores & ingentia pericula [d], è quibus se expedire non poterant *.

7. *Dabo* (vel, *indam*, JT. Pi. *pono*, V. For. præs. pro fut [f]. *apponam*, Q. in V.) *ei spiritum*] Id est, vel, terrorem: vox enim *spiritûs* sæpe vehementem quemvis & validum affectum denotat. Vide Num. 5. 14. Esa. 19. 14. & 29. 10 [g]. Vel, animum, propositum [h], voluntatem revertendi, &c [i]. Vel, *ventum*, Q. in V. For. q. d. *Veniet per aera nuncius*, vel *rumor*, i. e. citissimè & non exspectatus. Quid si Angelum intelligamus [k]?

8. *Profectum esset de Lachis*] Ad Libnam: idque ut propiùs accederet ad Jerusalem. Nam ut Josua, à locis Hierosolymæ vicinis egressus, perrexit à *Libna ad Lachis*, Jos. 10. 29, 31. ità Sennacherib, pergens Hierosolymam versùs, pergit à *Lachis* ad *Libna* [l].

10. *Hæc dicetis*] Non vivâ voce, sed scripto [m].

16. *Qui*, &c. יוֹשֵׁב הַכְּרֻבִים] *Sedens* (vel, *qui habitas*, V. Ang. sub. *super*, P. vel, *inter*, V. Ang. &c.) *Cherubim*, Mo. P. sim. JT. Pi. Heb. *sessor Cherubinorum*, Pi.

18. *Desertas*, &c. הֶחֱרִיבוּ—כָּל־הָאֲרָצוֹת וְאֶת אַרְצָם] *Desertas fecerunt* (vel, *vastârunt*, Mo. G.) —*gentes* (vel, *gentes illas*, JT. Pi. vel, *terras*, Mo. Calv. For.) *& regiones* (vel, *& regionem*, JT. Pi. *& terram*, Mo. For. *terram, inquam*, Calv.) *earum*, G. &c. vel, *eorum*, vel *suam*, Mo. For. Vox אֶרֶץ hìc per antanaclasin diversâ significatione repetitur: primo loco *incolas*, secundo *terram*, denotat. Sic חֲמוֹר bis positum Jud. 15. 16. primo loco *asinum*, secundo *acervum*, sign. Sic 1 Sam. 1. 24. וְהַנַּעַר נָעַר, *Et puer* (nempe homo Samuel) erat *puer*, ætate [n]. Sensus, Provincias illas, quas nunc tanquam proprias sedes obtinent, priùs devastârunt, cùm eas de potestate incolentium eriperent [o]. Σύλληψις hìc est in verbo *vastandi*, quod aliter de gentibus dicitur, aliter de terris [p]; ut in voce *videndi*, Exod. 20. 18. *aperiendi*, Luc. 1. 64. *potandi*, 1 Cor. 3. 2 [q].

[Marg.: a Ang. — b V. — c Ca. — d For. — * Pi. — f V. — g Ang. — h Pi. — i V. — k For. — l Ang. — m Ang.]

21. *Pro*, &c. אֲשֶׁר הִתְפַּלַּלְתָּ וגו'] *Quòd* (vel, *Quoniam*, Calv. vel, *Pro quibus*, P. Vulg. vel, *Quod attinet ad id quod*, Pi.) *precatus es*, JT. *Ad quem precatus es*. Mos est Hebræis, ut quando אֲשֶׁר in obliquo casu pertinet ad primam personam quæ loquitur, sequatur affixum primæ personæ: sic Esa. 49. 23. *Ego sum Dominus*, אֲשֶׁר לֹא יֵבֹשׁוּ קוָֹי, *quem qui exspectant non pudefient*. Sic cùm אֲשֶׁר in obliquo casu pertinet ad secundam personam quam alloquuntur, affixum sequitur secundæ personæ: ut Esa. 49. 3. *Servus meus tu es Israel*, אֲשֶׁר בְּךָ אֶתְפָּאָר, *in quo gloriabor* [r]. Al. *Quæ precatus es*, &c. sub. ex 2 Reg. 19. 20. *audivi* †. ¶ *De Sennacherib*; ità Pi. Calv. Di. &c. אֶל וגו'] *Contra*, &c. JT. Di. אֶל ponitur pro עַל, quod est, *contra*, & *de*, ut & Jer. 40. 16 [t].

23. *Ad*, &c. אֶל וגו'] *Super Sanctum*, &c. Calv. *Contra*, &c. JT. Pi. Nempe *contra*, &c. Ang. [In 2 Reg. 19. 22. est, עַל.]

24. *Et introibo*, &c. וְאָבוֹא מְרוֹם קִצּוֹ וגו'] *Tum veniam* (vel, *Et introibo*, P. sim. JT.) ad *summum*, vel *summitatem*, (vel, *celsitudinem*, JT. Pi.) *extremitatis ejus*, V. Calv. &c. vel, *celsissimam extremitatem ejus*, JT. Id est, vel, 1. ad ipsam Jerusalem, quam ultimo loco obtinendam putabat: vocatúrque 2 Reg. 19. 23. מְלוֹן קִצּוֹ *habitaculum finis ejus*, nempe Regni Judææ, quòd supremus esset locus & metropolis totius Regni, &, quâ devictâ, nullus alius superesset locus expugnandus. Vocat quoque eam *sylvam campestrem*, seu *sylvam optimis consitam arboribus*, [verbis sequentibus,] quòd campus circa Jerusalem plenus esset, quasi sylva, frugiferis arboribus & vitibus: id enim sign. *Carmel* [v]. Vel, 2. turrem Libani, de qua Cant. 7. 4. quæ, ut hìc dicitur מָרוֹם, à celsitudine loci, ità 2 Reg. מָלוֹן, i. e. *diversorium*, ut Gen. 42. 27. Exod. 4. 24. vel *tugurium*, ut Esa. 10. 29. Jer. 9. 2. vel, quòd ibi, utpote in limite Regni, præsidium diversaretur; vel, ex contemptu, quòd Assyrius eam non pluris æstimaret quàm tugurium in horto. Dicitur autem *celsitudo*, vel *diversorium*, *finis* (potiùs quàm *termini*) *ejus*, quòd steterit in fine montis, prospiciens versùs Damascum, &c [x]. Vel, 3. domum Sanctuarii, quæ *excelsa* dicitur à situ, &c [y]. Quæ hìc recitantur in persona Sancherib, quidam generaliter accipiunt de prioribus victoriis quibus potitus multos populos subegerat. Sed simplicius est ad præsentem obsidionem referre. Nam quum propè in manum ejus tota Judæa redacta videretur, occupatis montibus qui eam regionem undiquaque cingebant, insolescit quasi victor, & se pro jure arcibus illis, monte Libano, ejúsque cedris aliísque commodis, usurum minatur *.

25. *Ego fodi, & bibi aquam*] Vel, *aquas*, nempe *externas*, ut pleniùs habetur 2 Reg. 19. 24 [z]. In locis aridissimis aquas omnino ignotas, & antea latentes, eruere soleo [a].

26. *Numquid*, &c? הֲלֹא שָׁמַעְתָּ לְמֵרָחוֹק אוֹתָהּ עָשִׂיתִי מִימֵי קֶדֶם וִיצַרְתִּיהָ עַתָּה הֲבֵאתִיהָ וּתְהִי לְהַשְׁאוֹת גַּלִּים נִצִּים עָרִים בְּצֻרוֹת] Locus difficilis est [b]. Incertum est de quo intelligenda sunt verba & relativa. Puto hìc fœminina esse pro neutris [c]. *Nunquámne audivisti me hoc olim ità comparâsse, & à multis jam temporibus destinâsse, quod nunc ad rem contuli*? i. e. istarum vastitatum autorem esse de quibus tu te jactas [d]? *Annon audivisti, me indè à longinquo* tempore (Vox hæc usurpatur, modò de loco, ut 2 Par. 26. 15. Esd. 3. 13. modò de tempore, sive præterito, ut hìc & 2 Reg. 19. 25. sive futuro, ut 2 Sam. 7. 19 *.) *id* (vel, *eam*, Calv.) *fecisse*, Pi. (vel, *facere*, JT. vel, *parâsse*, Di.) *& indè à diebus priscis formavisse istud*? Pi. sim. Di. JT. (Heb. quòd *indè—feci istud*? Pi. ellipsis τῶ כִּי [f]. *Istud*, ut respiciat rem, vel à Sennacheribo dictam, vel à Deo factam, Esa. 41. 20 [g]. *Istam* subjugationem gentium quam tibi adscribis [h]. Vel, *ipsam*? Calv. Angl. nempe Hierosolymam, de qua

[Marg.: n Glass. rhet. 2. 2. 3. 519. — o For. — p G. — q Ang. — r Di. — † V. — t Di. — v V. — x Ang. — y Buxt. vind. 2. 2. 383. — * Calv. — z Ang. — a V. — b Di. — c For. — d Ca. — * Ang. — f Pi. sic Ang. — h Pi.]

vers. 22. quamvis eam hîc non exprimat, sed de ea loquatur tanquam unica illa quam Deus respexit [i]. Deinde, & *fecisse* & *formavisse* hîc ponuntur pro, facere decrevisse [k].) *nunc adduco* (vel, *nunc* verò *adduxi*, Pi.) *illud, ut sis* (scil. comparatus seu aptus *) *ad deturbandum in acervos vastos civitates munitas*, JT. Pi. Vel, *eône illam adducerem*, (sensus potentialis, ut Esa. 26. 9[l].) *ut* (Heb. *&*, pro *ut*, ut Esa. 16. 12†.) *tu esses ad* illam, vel istud, (nam frequens est pronominis ellipsis *,) *vastandum*, (vel, *ad vastitates*, sive *desolationes*; quibusdam enim nomen est, ut vox similis Psal. 73. 18. & 74. 3. sub. *adducendo*, ellipsis†,) *munitas civitates in*, &c? Angl. Vel, *Jam* verò *adduco illud*, nempe *ut sit in desolationem*, (ad verb. *& erit ad desolandum*, V.) *& redigam in acervos*, &c. Q. in V. Vel, *Nunc adduxi illud, & fit*: (sic verto וּתְהִי & hanc distinctionem confirmat appositus accentus Reviah.) *desolare* (vel, *quòd desolem*) *in acervos desolatos*, &c. Sensus est, *Quòd desolentur civitates*, &c. perperàm tu id tibi arrogas. Ego jam pridem id ità paravi & formavi meo decreto, & meis prædictionibus ac minis; & prout formaveram, ità reipsa adduxi, & jam fit[m]. Al. Hoc argumento utitur Deus, Ego Hierosolymam sive Ecclesiam fundavi, eam igitur perpetuò servabo, &c. Qui enim cœpit opus, ad fastigium perducet[n]. [Sed de hoc versu & reliquis plura videsis in Collectaneis nostris ad 2 Reg. 19.]

27. *Quæ exaruit antequam maturesceret*; sim. Calv. Ti. Ca. *quod uredine tangitur antequam perveniat ad spicam*, Ch. וּשְׁדֵמָה לִפְנֵי קָמָה] *Et uredo* (vel, *& ager tactus uredine*, JT. *& ut seges tacta uredine*, Pi. sim. V. *& tanquam herba perculsa ariditate*, P. *& tanquam ariditas*, V. *Uredo* hîc, pro segete *uredinis*, i. e. uredine tacta; ut, *stans*, pro segete *stante*, Esa. 17. 5[o].) *ante segetem*, Mo. V. vel, *antequam sit seges*, P. sim. V. *culmum segetis præcedens*, M. vel, *antequam in culmum assurgat*, sive *excreverit*, JT. Pi. sim. V. Heb. *ante erectionem*, Pi. שְׁדֵמָה hîc idem quod שְׁדֵפָה 2 Reg. 19. 26. מ enim & פ sunt ejusdem exitûs, ut Hebræi loquuntur, i. e. inter se permutantur, & altera pro altera accipitur [p]. Verùm שְׁדֵמָה nusquam alibi ità usurpatur, sed semper pro agro sativo. Sic ergò vertas, *& sicut arvum ante segetem*, i. e. antequam segetem ferat: cùm enim usus arvi ejúsque ornamentum sit seges, inutile sanè est, tristémque faciem præ se fert, quum in segetem adolescere nequit. Causa autem cur nequeat adfertur in 2 Reg. quia nempe est uredine tactum: indè non sequitur idem esse שְׁדֵמָה quod שְׁדֵפָה [q].

28. *Habitationem*, &c.] *Et sedere* (*habitare*, V.) *tuum*, Mo. Pi. V. *Et sessionem tuam*, JT. Pi. V. i. e. quæ feceris domi cùm habitabas in patria [r]: vel, consilia tua domestica †. ¶ *Egressum tuum*] Quid cogitares cùm egressus es è patria tua, & quot milites illinc eduxeris [s]. ¶ *Introitum*, &c.] Adventum tuum in hanc terram *. ¶ *Insaniam*, &c. וְאֵת הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי] *Et* (vel, *etiam*, JT. *atque etiam*, Pi.) *iracundiam tuam*, vel *furorem tuum*, (vel, *furibundum impetum tuum*, Pi.) *contra me*, Calv. V. JT. &c. quomodo commoto vel concitato animo mihi interminatus fueris, tanquam idolo [v]. אֶל hîc, pro עַל, ut Jer. 45. 5, 7. & 50. 29. & 51. 1 [x].

29. *Superbia tua*, שַׁאֲנַנְךָ] *Tumultus tuus*, P. V. i. e. verba tua tumultûs plena [y]. *Opulentia tua*, vel *otium tuum*, Q. in V. Mo.

30. *Hoc erit signum*] Sed quomodo signum hoc erat, quod liberatione posterius erat [z]? [Resp. 1. Imò prius erat.] Verisimile est Assyrium obsedisse Judæam tempore messis, solvisséq; obsidionem repentino nuncio de Æthiopum adventu, conculcatis jam frugibus; anno autem seq. ab expeditione Æthiopica rediisse, &c [a]. Sensus loci, q. d. O tu Ezechia, cùm videris duo hæc signa, scias ruinam Sennacherib futuram in principio anni tertii, quando revertetur ad obsidendum Jerusalem: ità quòd, ipso dejecto, poteris tutè seminare & metere, & vivere quietè [b]. Sed hæc historia fundamento caret, & S. Scripturæ repugnat. Vide 2 Reg. 20. & 2 Par. 32 [c]. Resp. 2. Signorum duo sunt genera: quædam rem præcedunt; quædam verò subsequuntur, ad confirmationem rei, ut meliùs hæreat animis nostris, ut Exod. 3. 12. Resp. 3. Hoc signo ostendit Deus se liberationis authorem esse [d]. Resp. 4. Hoc signo non modò fidem oraculi confirmat, sed & curis Regis populíque de alimonia succurrit *. Depulso enim hoste, periculum erat (ut post bellum obtingere solet) à fame. Hostes enim annonam vel corruperant, vel consumpserant; nec liberum erat obsessis vel profugis agriculturæ dare operam: promittit ergò illis victum absque satione [f]. ¶ *Pomis*, שָׁחִיס] *Sponte natum*, sive *renatum*, JT. Pi. sim. M. P. Ti. Ca. Sy. &c. *quod ex illis renascitur*, Ch. *quæ hinc* (i. e. ex spontè natis) *renata fuerint*, V. Fruges quæ spontè renascentur hoc anno. Hinc colligitur fuisse tunc annum sabbatarium, quo non licebat Israelitis terram colere. Vide Levit. 25. 5[g]. In 2 Reg. 19. 29. est סָחִישׁ, per metathesin; ut in כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *agnus*, שַׂלְמָה & שִׂמְלָה *vestis* [h]. Sensus versûs est, Deus ità benedicet agris, ut sufficiant Jerosolymitanis decidua illa ab hostibus conculcata, anno primo; anno autem secundo ea quæ nascentur ex conculcatis pro messe erunt; & anno tertio iterum seminare incipietis [i].

33. *Et non occupabit*, &c. וְלֹא יְקַדְּמֶנָּה מָגֵן] *Neque oppositurus ei scutum*, JT. *Neque occurret ei* (nempe ipse Sanherib [k]) *cum scutis*, Pi. i. e. cum satellitio suo scutis armato [l]. *Et non præoccupabit*, &c. P. vel, *præveniet eam clypeus*, i. e. Milites clypeis tecti (qui primi solent muros conscendere, quum sagittarii aliquantulùm à muro separati non finunt obsessos in muro securos agere [m];) non oppugnabunt urbem [n]. Hinc apparet Sanheribum non venisse Hierosolymam ad obsidendum eam: ac proinde exercitum quem Rabsake secum adduxerat unà cum illo revertisse [o].

36. *Egressus*, וַיֵּצֵא] *Exivit igitur*, Pi. sic JT. nempe è cœlo [p]: vel, à Domino missus, ut 2 Par. 32. 21: vel, est verbum militare, 2 Sam. 11. 1. *Tunc exivit*, h. e. statim post nuncium illud, ut ostendit filum orationis [q]. ¶ *Et surrexerunt*] Sub. *famuli à rege missi*, V.

CAP. XXXVIII.

1. *IN diebus illis*] Hierosolymâ jam à Sanheribo liberatâ [a]: nè ob illam liberationem superbiret [b].

2. *Ad parietem*] Sub. *lecti*, V. vel, *cubiculi*, San. ut oraret secretiùs & devotiùs [c], & liberiùs [d], & attentiùs *. Vel, sub. *templi*, i. e. versùs Templum [f].

3. *Quomodo ambulaverim*, &c. וְאֵת אֲשֶׁר הִתְהַלַּכְתִּי וגו׳] *Quòd ambulaverim*, &c. Mo. Calv. *Me indesinenter ambulâsse*, &c. JT. Pi. i. e. per totam vitam meam te reveritum esse [g]. ¶ *Et flevit*, &c.] Tum quia Deum sibi iratum esse putabat; tum ex præscientia turbarum in republica & Ecclesia post mortem suam futurarum [h]; tum quia nullus ipsi erat filius, hæres: nam Manasses nondum natus est, ut patet ex collat. v. 5. & 2 Reg. 21. 1 [i].

8. *Umbram*, &c. אֶת צֵל הַמַּעֲלוֹת אֲשֶׁר יָרְדָה בְמַעֲלוֹת אָחָז בַּשֶּׁמֶשׁ] *Umbram graduum* (vel, *graduum illorum*, JT. Pi. vel, *solarii*, Ca. vel, *in gradibus*, V. Angl.) *quæ* (vel, *quibus*, M. P. Ti.) *descendit per gradus Achaz in sole*, Mo. vel, *gradibus Achazi solaribus*, JT. vel, *in solario*, sive *horologio*, *Achaz in*, vel *cum*, *sole*, M. P. Ti. Ca. Pi. Vox מַעֲלוֹת significat, *& gradus*, h. e. ascensum seu cochleam; *& solarium*, *quadrantem*, sive *horologium*, quòd lineis sive gradibus designetur; & *lineas* ipsas *solarii* quæ indicant horas [k].

9. *Scriptura Ezechiæ*] Ità Mo. P. &c. Dictata ei, ut credibile est, ab ipso Esaia [l]. Et quidni ab ipso Ezecia, Rege pio & S. Spiritu repleto [m]? *Scriptum* confessionis *Ezechiæ*, M.

10. *In dimidio dierum*, &c.] Sim. Sy. In dimidio ejus ætatis quam homines plurimi agere solent, & quam Lex promittit. Videmus ubique mortem immaturam gravem visam etiam bonis, nondum plenè revelatâ vitâ meliore [n]. ¶ בִּדְמִי וגו׳] *In excisione*, vel *præcisione*, &c. Mo. Ti. V. sic M. For. &c. *quum rescinderentur dies mei*, Pi. sim. JT. Metaphora à textoribus, qui, quum telam absolverunt, rescindunt eam à jugo [o]. Cùm Propheta mihi renunciavit finem vitæ meæ instare. *Excisionem dierum* vocat mortem illam immaturam, quæ scilicet accidit ante periodum naturalis vitæ: q. d. Periissem in flore ætatis meæ, nisi misertus fuisset mei Dominus.

[Margin notes, left column:] i Ang. k Pi. * Pi. l Ang. † Idem. * Id. † Id. m Di. n V. sim. Calv. o Ang. p V. sic Calv. q Di. r V. † Q. in V. s V. * Idem. v Id. x Ang. y V. z Calv. a San. b L. c Ang. d Calv.

[Margin notes, right column:] * Musc. f Calv. g Pi. h San. i Musc. k Pi. Q. in Ang. l Q. in Ang. m For. n V. o Pi. p Pi. Ang. q Ang. a Pi. b Ang. c L. d For. * V. f V. ex Chald. g Pi. h Ang. i Ang. sim. For. k V. l G. m Calov. n G. o Pi.

[Line numbers in gutter:] 10 20 30 40 50 60 70

Dominus [p]. Al. *Cum silentio dierum meorum morior*, i.e. non relictâ prole, teste vitæ meæ: à דָּמָה *siluit, quievit*; unde דְּמִי *silentium*, vel quies [q]. ¶ *Quæsivi*, &c. פֻּקַּדְתִּי יֶתֶר וגו׳] *Privor*, vel *Privatus sum*, (vel, *Privabor*, sive *Carebo*, præt. Heb. pro fut.) *residuo annorum*, &c. Mo. JT. Pi. P. &c. *Quæsivi*, vel *Desideravi*, i. e. Deesse mihi sensi, *residuum*, &c. h. e. subtractos mihi esse aliquot annos, cùm me florente ætate ad mortem rapi viderem. Verbum פָּקַד eo sensu sæpe sumitur, ut Num. 31. 49. 1 Sam. 25. 7. 1 Reg. 20. 39 [r]. Heb. *Factus sum visitare*, h. e. desiderare, &c. q. d. cogor desiderare. Meton. effecti: nam privatio rei bonæ facit ut eam desideremus & quæramus †. *Visitatus sum cùm adhuc superessent anni*, Ti.

11. *Dixi, Non videbo Dominum*] Id est, vel, 1. opera Domini in vita mea [t]: vel, 2. Templum Domini [v]. ¶ *Deum*, יָהּ] Vocem hanc duplicat, ut vehemens ipsius desiderium tum Dei colendi, tum vitæ prorogandæ, exprimat [x]. ¶ *Non aspiciam hominem*] Vel, *homines*, Pi. &c. i. e. Non cum iis versabor. Status defunctorum sic describitur, quòd nec alii ipsos videant, ut Job. 7. 8. nec ipsi alios, ut hoc loco *.

12. *Generatio*, &c. דּוֹרִי נִסַּע] *Incolatus meus* (vel, *Vita mea*, Ti. *Ætas*, &c. Pi. *Habitatio*, &c. P. JT. *Duratio*, &c. BA. 1. p. 465. *Series vitæ meæ*; nam דּוֹר *revolutionem quasi sphæricam* notat: nostra autem vita tota in revolutionibus ac vicissitudinibus consistit [y].) *profectus est*, Mo. vel, *translatus est*, M. sic Ti. JT. Pi. *recessit*, P. Heb. *proficisci facta est*, Pi. Al. *Proles mea*, &c. qualem nondum habebat [z]. ¶ *Præcisa*, &c. קִפַּדְתִּי וגו׳] *Præcidi* (vel, *Abrupi*, For. *Ad excidium perduxi*, JT.) *velut textor* (sub. *stamen*, JT. vel, *telam*, Pi. vel, *filum*, Ca. nempe à jugo, quum telam pertexuit [a],) *vitam meam*, Ti. Pi. sim. M. P. Mo. &c. sub. *peccatis meis*, P. i.e. Peccatis meis Deum commovi ut præcidat, &c †. Mors mea mihi soli imputanda est [b]. Sic Judas dicitur *acquisivisse agrum* (Act. 1. 18.) suâ pecuniâ à sacerdotibus acquisitum, Matt. 27. 6, 7. Vel, refertur ad opinionem suam, &c. q.d. Vitam meam præscindendam reputavi, &c [c]. ¶ *Dum*, &c. מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי] *Ab attenuatione*, vel *tenuitate*, (vel, *Præ tenuitate*, For. vel, *Macie*, V. For. *Ægritudine*, P. *Præ morbo*, qui maciem inducere solet [d]; vel, *Tabe*, Ca. sub. *Deus*, P.) *concidet*, vel *succidet*, *me*, Mo. P. &c. *Et ipse exhauriendo consummabit me*, M. *A fastigio incidit me*, Ti. *Ab elevatione succidet me*; q. d. Quum ad ulteriores progressus tenderet vita mea, subitò prostrata est *. Al. *A peniculis*, sive *peniculamento*, (vel, *A liciis*, Pi. Heb. *A vitta*; metaphora: sunt enim licia fila tenuia (instar vittarum) quibus implicantur stamina quum texitur tela [f]. Vel, *A pano*, quod esse *tramæ involucrum* docent nos Festus & Nonius. Habet autem id similitudinem πλοκὴς· דַּלָּה πλόκιον vertitur Cant. 7. 5 [g].) *resecturus est me*, JT. Pi. &c. i. e. Non exspectabit donec telam vitæ meæ pertexuerit, sed vitam meam resecturus est dum adhuc liciis stamen implicabit; i. e. vitam mihi auferet, quæ diutiùs durare potuerat [h]. Peniculi sunt extrema telæ stamina, seu tenuia fila, quæ textor circumvolvit jugo, nec potest cum reliqua tela propter brevitatem staminis reliqui percurrere, ac propterea ab ea solet resecare [i]. דַּלָּה *vittam* sign. Cant. 7. 5 [k]. Verbum בָּצַע avaro plerumque tribuitur, quòd opes rapiat, &c. unde ad quamvis aliam actionem quæ studiosè & magnâ animi contentione fit transfertur [l]. בָּצַע, inter alia sign. *secare*, Joel. 2. 8. Amos. 9. 1. atque ità cognatum est cum verbo בָּקַע *diffindere* [m]. ¶ *De mane*, &c. מִיּוֹם עַד לַיְלָה תַּשְׁלִימֵנִי] *A die* (vel, *A prima luce*, Ti. sim. For.) *usque ad noctem* (h.e. Ab initio diei usque ad initium noctis; h. e. Intra spatium unius diei [n]; Intra unum diem, i. e. Brevissimo tempore [o],) *consumes* (vel, *consummabis*, P. &c. *conficies*, Ti. sim. JT. vel, *finiet*, M. Est enim vel 2. pers. masc. ut ad Deum, vel 3. fœm. ut ad morbum, referatur *.) *me*, Mo. &c. Supple, *dixi*, herì scilicet. Intra hunc diem lucentem moriar [p]. Vel, *complebis*, sive *finies*, *me*, i. e. annos meos: h. e. Finiam vitam, te autore, intra hanc noctem. Mutatio personæ. q. d. Tanta erat ægritudo, ut non putarem me supervicturum usque ad noctem insequentem [q].

13. *Sperabam*, &c. שִׁוִּיתִי עַד בֹּקֶר כָּאֲרִי כֵּן יְשַׁבֵּר וגו׳] *Posui usque ad manè sicut leo, sic conterebat omnia ossa mea*, Mo. *Tunc posui vitam meam usque ad manè: ut leo sic contrivit*, &c. P. *Constitui rursum terminum usque ad manè*, &c. V. i. e. Dixi me forsan victurum ad manè, &c [r]. Ubi nox advenerat, non ultrà quàm ad Auroram victurum me putabam †: atque interim, quasi fractus, gravissimos patiebar dolores [t]. *Constitui* (sub. *vivere*; vel, *Æquavi*, sub. *vitæ meæ durationem*,) *usque ad manè? tanquam leo confringes*, &c. [Legendum videtur, *confringet*.] Di. *Supputabam usque ad auroram: ut leo*, &c. Ti. sic Calv. Significat se mortem ad singula momenta exspectâsse [v]. *Exspecto ad matutinum: omnes artus mihi quasi à leone confringuntur*, Ca. *Proponebam*, (vel, *Cogitabam*, Heb. *Posui*, scil. ante oculos mentis meæ, ut Psal. 16. 8 [x].) *dum manè erat*, (h.e. ipso die, ut interpretantur sequentia [y],) *tanquam leonem, ità fracturum esse* Deum *omnia*, &c. JT. BA. 1. p. 767. sim. Pi. Verbum שִׁוָּה Esa. 28. 25. signif. *adæquare*: transfertúrque ad animum, quando mente res conferimus ad invicem. *Conferebam in corde meo usque ad manè*, &c. i. e. Noctem ducebam insomnem, & mente volvebam quid hoc rei esset, quòd Deus me ità confringeret, &c [z]. *Supputabam* pervigil in lecto horas, ut solent ægri, *usque ad manè*, &c [a]. ¶ *De manè*, &c.] Cùm dies iterum illuxisset, tanta erat morbi gravitas, ut vesperam me visurum sperare non auderem [b]. Non vivam ultra hanc diem [c].

14. *Sicut*, &c. כְּסוּס עָגוּר כֵּן אֲצַפְצֵף] Vox עָגוּר hìc tantùm & Jer. 8. 7. occurrit [d]. In ea hæsisse video priscos Interpretes. Pro verbis כְּסוּס עָגוּר, ο'. solùm habent, ὡς χελιδὼν, *ut hirundo*; sic & Ar. Hieron. *sicut pullus hirundinis*; Aq. ὡς ἵππος ἄγωρ, (*Sicut equus Agur*, Aq. in D.) & Th. ὡς χελιδὼν ἄγωρ· quia vocem ignotam describere sat habuerunt. At Syrus, *Sicut hirundo quæ garrit*; & Chald. *Sicut hirundo quæ capta est*: cui gemina Symmachi versio, ὡς χελιδὼν ἐγκλεισθεῖσα, *ut hirundo inclusa*, quasi legerint סָגוּר, pro עָגוּר. (Quod non credo. Potiùs sumpserunt עגור pro participio passivo ab inusitata radice עָגַר *.) Sed legendum esse עגור docent Aq. Sym. Hebræi omnes, & collatio cum Jer. 8. 7. ubi rursus סִיס & עָגוּר junctæ sunt, & quidem ità junctæ, ut appareat utrumque esse avis nomen [f]. [Locum sic reddunt recentiores,] *Sicut grus* (vel, *hirundo*, Ca. BA. 2. p. 69. sub. *&*, P. M. Ca. BA. vel, *aut*, JT. Pi. Ti. G. Ang. Deest hìc ו, sicut 1 Par. 2. 1. Hab. 3. 11 [g].) *hirundo*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Ang. G. (vel, *grus*, BA. Ca.) *sic garriebam*, Mo. P. M. Ti. vel, *strido*, Ca. *mussitabam*, vel *suspirabam*, V. *pipiebam*, JT. Pi. BA. Quarum avium una querulam, altera contentissimam, habet vocem. q. d. Non modò, instar hirundinis, leni murmure gemui, sed &, gruis instar, contentâ voce ejulavi. Sic Talmudici in tractatu Kiddusim, c. 2. f. 44. *Et clamabat ut grus*—— Grus est avis φωνητική, *vocalis*, teste Eustathio. Hinc clangori gruum conferuntur, tum planctus Nereidum, in Smyrnæo l. 3. tum barritus militum, in Homer. Il. 3. Virgil. Æn. 10. &c. Illæ tamen grues quæ noctu excubias agunt non nisi submissâ voce murmurant. Quò etiam hic locus non absurdè referatur, ut gruis lene murmur cum hirundinis minuritione jungatur [h]. כּוּס hìc scribitur, sicut & Jer. 8. 7. at ibi סִיס legitur: quod magis probo, tum ut distinguatur à סוּס *equus*; tum quia *Sis* videtur magis exprimere naturam avis. Τὸ סִיס porrò *gruem* exponunt P. M. Buxt. Merc. &c. item RS. K. & Pomar. sequuti Jon. qui, pro סִיס, habet כורכיא *kurkeia*, quod *gruem* esse tam ex Talmude constat, quàm ex Arabum scriptoribus, qui scribunt *kurki*. Nihilominus סִיס *hirundinem* esse multa docent. 1. Consensus veterum, qui *hirundinem* hìc reddunt. Ità ο'. Th. Sym. Hi. Sic & Arabs, qui hìc habet *Sununua*, quod *hirundinem* vertunt Erpenius, Damir, &c. Sed & Chald. habet *Sununitha*, i. e. *hirundinem*. 2. Ratio: nam vox סִיס est ὀνοματοποιητική, ad ψιθυρισμὸν (*minuritionem*) hirundinis exprimendum; unde & Italis circa Venetiam *zisilla* est *hirundo*. Sed & *Isis* (quæ vox palàm ad *Sis* alludit) in hirundinem mutata fingitur ab Ægyptiis. Deinde, vox hirundinis habet aliquid querulum & luctuosum, ut notant Hesiod. in Oper. v. 366. Aristoph. in Ranis, Horat. od. 4. 12. &c [i]. Vox עָגוּר *gruem* sign. Hæc autem vox, necnon Chald. *kurkeia*, Arab.

Marginal notes (left column): p V. — q For. — r For. — † Pi. — t V. — v M. G. Ang. sim. For. — x Ang. — * Ang. — y For. — z Q. in Ang. — a Pi. — † Pi. — b Calv. — c Ang. — d Q. in V. — * Calv. — f Pi. — g G. — h Pi. — i Jun. — k Pi. — l For. — m Pi. — n V. — o For. — * Idem. — p G. — q V.

Marginal notes (right column): r V. Calv. — † G. sim. Di. — t Di. — v Calv. — x Pi. — y Jun. — z For. — a Q. in Mo. — b G. — c V. — d Ang. — * Buxt. vind. 2. 9. 704. — f BA. 2. 11. 79. — g BA. ib. 69. — h BA. ib. — i BA. 2. 1. 10. 59. &c.

Arab. *kurki* & *gurnuk*, Græcum γέρανος, German. *cran*, [unde Ang. *crane*,] Romanum *grus*, ſunt totidem voces ὀνοματοποιητικαὶ, ad vocem illius utcunque imitandum[k]. Et quamvìs עָגוּר, *agor*, pro *grue* hodie non uſurpetur apud Arabes, tamen potuit olim uſurpari; atque indè fieri quòd verbum *agara* ſign. *aliquem ad lares ſuos poſtliminiò reverti*, vel *aufugere*; quod gruum eſt maximè proprium[l]. ¶ *Meditabor*, &c. vel, *Meditabar*, &c. M. V. *Gemebam*, &c. Mo. P. JT. Pi. Sy. ſim. ο'. Ar. Ca. [אֶהְגֶּה וגו'] i. e. Voces obſcuras emittebam, teſtes doloris[m]. Columbæ vox lugubris. Vide Eſa. 59. 11. Ezec. 7. 16[n]. Senſus loci, Vix potui proloqui, & paucis ſupplicavi[o]. Doloris magnitudo vocem ademit, & vox faucibus hæſit[p], ut moribundis ſolet[q]. Al. Preces ſuas citatas & breves fuiſſe ſignificat[r]. Al. Suſpiria ſua & voces lugubres his metaphoris exprimit†. ¶ *Attenuati ſunt oculi mei*, [דַּלּוּ וגו'] *Sublati erant* (vel, *Tendebant*, Ti.) *oculi mei ad excelſum*, ſive *in ſublime*, M. Ti. ſim. Mo. P. Ch. Sy. Al. *Exhauriebantur oculi mei* ſpectantes *in ſublime*, Pi. ſic JT. ſim. Ang. Ar. Verbum hoc eſt prægnans: qualia Pſal. 89. v. 45. *profanâſti* (ſub. *dejiciendo*) *ad terram*; Eſa. 14. 2. *Exciſus es* (ſub. *& dejectus*) *ad terram*; & 21. 9. *confregit* (ſub. *& proſtravit*) *ad terram*[t]. Senſus, Dum inter precandum cœlum intueor, interim deficere incipit lux oculorum[v]. *Oculis mihi ſuſpiciendo tabeſcentibus*, Ca. ¶ *Domine*, &c. [יְהוָה עָשְׁקָה לִּי] *Jehova*, vel, *Domine*, (ſub. *dicebam*, Ti. Pi. Sy.) *vim fecit mihi*, Mo. P. vel, *opprimit me*, M. ſub. *infirmitas*, vel *morbus*, P. Angl. ſic M. Al. *oppreſſio* (vel, *vis*, Ti. *injuria*, Ca. *fraus*, For.) fit *mihi*, JT. Pi. &c. ſcil. à morbo[x]: quem deſcribit ſub ſpecie improbi alicujus publicani[y]. ¶ *Reſponde pro me*, [עָרְבֵנִי] *Sponde* (vel, *Pacare*, Ca.) *mihi*, Mo. *Fidejube pro me*, Ti. Ang. Fac quod ſolent fidejuſſores: ii enim impediunt nè quis in nervum ducatur[z]. q. d. Eripe me è manu crudelis hujus lictoris, ſive exactoris, qui me tenet, &c[a]. *Refrigera* (vel, *Quieſcere fac*, *Releva*, Ang. in marg.) *me*, M. Verbum quidem ſignif. *dulce* vel *amœnum* eſſe, Prov. 3. 24. & 13. 19. nuſquam verò activè, *dulce efficere*, nedum, *relevare*†. Al. *Pertexe me*, JT. Pi. i. e. Proroga vitam meam, &c. ità ut moriar morte naturali. Hebr. *texe*, i. e. perge texere, *me*[b]. Verbum ערב hanc ſignificationem habet à nomine ſuo conjugato עֵרֶב, quod *ſubtegmen*, ſive *tramam*, ſign. Senſus loci, Hic morbus me intempeſtivè opprimit, antequam decurrerim ſtadium vitæ meæ, (quæ adhuc ſupereſt pertexenda,) ut nequeat perfici: tu ergò pertexe me, i.e. effice ut juſtum vitæ meæ ſpatium percurram. Hæc ità accipienda eſſe, oſtendit ſeries allegoriæ[c].

15. *Quid*, &c? [מָה אֲדַבֵּר וְאָמַר לִי וְהוּא עָשָׂה] *Quid loquar?* vel, *dicam?* Mo. P. M. Ti. &c. *& dixit mihi*, (vel, *de me*, Angl. i. e. vel de morte, vel de valetudine, mea*: ſub. *per prophetam*, P.) *& ipſe* (vel, *& is idem*, Ti. vel, *qui & ipſe*, M.) *fecit*, Mo. P. &c. ſub. *quod dixit*, P. id eſt, Priſtinam valetudinem, quam promiſerat, reſtituit[d]. Vel, *Qui dixit mihi, ipſe fecit:* q. d. Mors & vita ſunt in manu ejus; fruſtrà conqueror, aut cum eo contendo. Deus, quod verbo minatus eſt, reipſa complevit, & ſic comminationem ſeriam eſſe comprobavit. Nihil habeo quod prætexam; fruſtrà adversùs judicem obſtrepo*. Al. *Quid loquar* (ſub. *ampliùs?*) *ipſe dixit mihi*, (nempe fore ut convaleſcerem, 2 Reg. 20. 4, &c.) *& ipſe fecit*, i.e. ſanitatem mihi reddidit[f]. In verſu præcedente definunt ipſius querelæ: hîc incipit narratio inſperatæ bonitatis Dei, qui priorem revocavit ſententiam, aliámque lætiorem ejus loco ſubſtituit: q.d. Quod abs illo petii, ut vitam prorogaret, promiſit, & fecit[g]. Per Prophetam vitam longiorem promiſit, & ſic fecit, &c. Jon. ſic reddit, *Qualem proferam laudem, cùm dixerit de me quòd multiplicaturus ſit bona quæ facturus eſt mecum*[h]? Al. *Quod loquebar*, vel *eloquebar*, (i.e. Quod à Domino petebam, ut vitam mihi prorogaret[i],) *id dixit* (i. e. promiſit, ſynecd. gen †.) *mihi*, (vel, *ſtatim prædixit mihi*, JT. per Eſaiam, 2 Reg. 20.4[k].) *idémque fecit*, Pi. JT. Altera hæc pars narrationis, continens profeſſionem beneficii à Deo accepti, tribus verſibus; & gratiarum actionem ad gloriam Dei, tribus reliquis[l]. ¶ *Recogitabo*, &c.

[k] BA. 2. 1. 11. 69. [l] BA. ib. 80. [m] V. [n] Ang. [o] Jun. [p] Calv. ſim. Luth. in Mal. [q] Luth. [r] Q. in Ang. † Ang. [t] Ang. [v] G. ſim. Pi. Ang. [x] Pi. ſic G. [y] G. [z] G. [a] Ang. † Ang. [b] Pi. [c] Jun. * Ang. [d] Q. in Ma. * Calv. [f] G. [g] Ang. [h] M. [i] Pi. † Pi. [k] Jun. [l] Idem.

[אֶדַּדֶּה כָל־שְׁנוֹתַי עַל מַר וגו'] *Vagabor* (vel, *Leniter*, ſive *Pedetentim*, *incedam*, P. V. Ang. more mœrentium, qui meminerunt afflictionis præteritæ[m]. *Movebor* igitur, i. e. Nunquam ſine commotione capitis recordari valeo hujus amaritudinis de qua me Dominus liberavit[n]. Al. *Movitando* [Legendum videtur, *Motitando*] caput, concutiendo corpus, *meditabor*, Ti. Al. *Progredior*, JT. vel, Poſthac *alacriter incedam*. Vox אֶדַּדֶּה unica eſt, ſed permixta ex duabus, nempe ex voce אֶדַּד, à verbo נָדַד, & ex voce אֶדֶּה, à verbo נָדָה[p].) *omnibus annis meis* (i.e. annis vitæ meæ, ſyn. gen[q].) *ſuper* (vel, *in*, P. vel, *ſuper* hac, M. *de* hac, Ti.) *amaritudine animæ meæ*, Mo. &c. Senſus, Toto vitæ meæ tempore cogitatio hujus amaritiei mihi recurret[r]. Vel, *poſt* (Nota עַל hîc valere, *poſt*†. Vel, *ultra*, JT. vel, *propter*, V.) *amaritudinem*, &c. i. e. poſtquam expertus ſum hanc amaritudinem morbi*. Supervivam illi amaritudini, &c[t]. Vel, *propter liberationem ab amaritudine*, &c. Ch. & He. in V. [Ca. verſum ſic reddit, *Quid dicam, quò mihi promittat, idémque præſtet? An meos tam paucos annos cum animi mei ægrimonia allegem?*]

16. *Domine*, &c. [אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם יִחְיוּ וּלְכָל־בָּהֶן חַיֵּי רוּחִי וְתַחֲלִימֵנִי וְהַחֲיֵנִי] Locus hic, ſi ullus, obſcuriſſimus eſt[v]. Eum multifariàm explanant[x]. *Domine, ultra* (vel, *ſuper*, Mo.) *eos*, vel *hos*, (nempe annos præſcriptos[y],) *vivent*, P. Mo. M. Ti. V. *& omnibus in eis vita ſpiritûs mei: tu me ſomno degravas*, & rurſum *vivificas*, Ti. vel, *& omnibus in ipſis eſt vita ſpiritûs mei: itaque ſana* (vel, *impingua*, vel *robora*, ſive *confirma*, V.) *me*, *& vivifica me*, P. vel, *& omnibus* hominibus narrabo quòd *in ipſis* annis habeam *vitam ſpiritûs mei*, *& quòd tu me dormire feceris, atque vivificaveris me*, M. V. i. e. Jam cognovi quòd ultra præſcriptos annos homines vivere poſſunt, ſi tu volueris: id quod in me experior, qui in ſuperadditis annis fruor gratiſſimâ vitâ ſpiritûs mei: id quod aliis narrare ſoleo[z]. Alii vertunt, *Ultra annos ſuos vivent* pii; *& omnibus* dicam, *In illis eſt vita ſpiritûs mei: itaque ſerva me incolumem, & vivifica me.* q.d. Simile beneficium quod ego conſequentur qui revertentur ad te toto corde, victuri nempe diutiùs: & poſthac dicam omnibus hominibus, In annis beneficio Dei ſpatio vitæ meæ additis vivo. Qui videntur propiùs ad mentem Prophetæ accedere, [Calvinum intelligit, è quo hoc & innumera alia hauſit Vatablus, ſed diſſimulato ipſius nomine;] converſo paululùm ordine dictionum, vertunt, *Etiam omnibus* qui *ultra eos* (annos ſcilicet quos mihi prædixiſti*) *vivent*, *vita ſpiritûs mei in illis* nota erit, *& quòd me dormire feceris, & vivificaveris me:* i.e. Quicunque ultra iſtos annos vivent, illis etiam ſpiritûs mei vita nota erit[a]. q.d. Beneficium hoc celebre erit etiam poſteris, qui me mortuo ſuperſtites erunt, & quædam reſurrectionis ſpecies cenſebitur†. [Alii locum ſic reddunt;] *Super hos vivunt, mi Domine*; Ultra hos annos plerique homines vivere ſolent: *& in ipſis vita ſpiritûs mei*, i.e. & inter eos, nempe qui plures annos, v. g. 50 aut 60, vivunt, poſſet quidem adhuc ſpiritus meus vitam ducere: facies ut ægritudo hæc veluti *ſomnium tranſeat & evaneſcat*, (nam חָלַם eſt, *ſomniare*, &, in tertia conjugatione, *facere ſomniare*,) *& tandem ſanitati reſtituar*[b]. Al. *Domine, per hæc*, ſive *iſta*, (quæ dicis & facis[c]; per promiſſa ſcilicet tua[d], ex collat. v. præc *. & facta[f], ſive promiſſorum complementa[g],) *vivitur*, JT. Pi. G. (vel, *vivunt*, nempe homines; indefinita locutio†:) *& in omnibus iſtis* conſiſtit (vel, *etiam his ſingulis ineſt*, JT.) *vita ſpiritûs mei*, Pi. JT. Ang. (vide Pſal. 104. 29, 30. Eſa. 42. 5*. q.d. per iſta reſpiravi[h];) *ſic feciſti, ut revaleſcerem*, (vel, his *facis ut revaleſcam*, JT. הֶחֱלִים ſignificationem hîc petit à חָלַם *revaleſcere*; Job. 39. 4[i]. i. e. non aliunde vivo quàm ex verbo procedente ex ore tuo[k]:) *& in vita*, ſive *vivum*, *conſervâſti*, ſive *conſervas*, *me*, Pi. JT. ſim. Ang. vel, *tu me ſanas, & facis ut vivam*, G. Apoſtrophe ad Deum, quâ Chizkija theſin de virtute Verbi operúmque Dei (ex quibus vita conſtat hominibus) accommodat ſuæ hypotheſi[l]. Liceat & mihi conjecturam meam afferre. Sic verto, *Pro quibus*, vel *Supra quos*, *Dominus eſt*, (i.e. Quorum protector Deus eſt; אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם, pro, אֲשֶׁר אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם, phraſi uſitatiſſimâ;) illi *vivent*; *& omnibus in illis rebus*, vel, *& omnibus* qui

in

[m] V. [n] M. [p] Pi. [q] Pi. ſim. JT. [r] G. † Pi. * Idem. [t] Jun. [v] Di. [x] Ms. [y] Q. in V. [z] He. in V. * Calv. [a] V. † Calv. [b] For. [c] Jun. [d] G. ſic Pi. * Pi. [f] G. [g] Ang. † Ang. * Ang. [h] G. [i] Pi. [k] Jun. [l] Idem.

in illis rebus sunt, (i.e. qui in eo statu sunt ut Deum pro se habeant,) erit *vita spiritûs mei:* (i. e. contingent eadem vita quæ jam spiritui meo contingit:) *itaque* (ut hoc pateat, ut in me omnes hujus rei documentum capiant,) *sana me, & vivifica me.* Aliter, עֲלֵיהֶם referri potest ad שְׁנוֹתַי v. præced. Dixerat, *Incedam leniter omnibus annis meis supra amaritudinem animæ meæ:* Jam docet, se non frustrà id de annis suis confidere: nam, *Dominus illis præest, vivent,* (nempe anni mei;) *& omnibus* diebus (ellipsis usitatissima ubi de annis & mensibus agitur; vide Gen. 8. 5, 13.) *in illis* erit *vita spiritûs mei;* i. e. omnibus diebus qui in illis meis annis restant concedetur vita animæ aut spiritûs mei, nè uno quidem excepto. Aliter, *Pro quibus Dominus* est, *vivent: itaque secundùm omnia in quibus* consistit *vita spiritûs mei, sana me, & vivifica me.* עֲלֵיהֶם, pro, אֲשֶׁר עֲלֵיהֶם, & בָּהֵן, pro, אֲשֶׁר בָּהֵן; ubi affixum fœm. pro neutro bene respondet τῷ לְכֹל, quod ad res, non ad personas, relatum sign. *omnia*, & cum sequente בָּהֵן construi ex Maccaph liquet: ad homines enim absolutè si referretur, לְכֹל scribendum fuisset [m].

17. *Ecce*, &c. הִנֵּה לְשָׁלוֹם מַר לִי מָר [Variant.] *Ecce, saluti mihi fuit ista maxima amarities*, G. Gravissimæ ærumnæ meæ mihi cesserunt in bonum [n]. *Ecce, in*, vel *ad, pacem*, sive *incolumitatem*, cedet *mihi amara hæc amaritudo*, Ti. sim. For. *Ecce, in pace* (vel, dum essem *in pace*, P. vel, *ad pacem*, JT. vel, *post pacem*, Pi. Angl. i.e. post liberationem ab Assyriis [o]; vel, *pro pace*, sive loco pacis, ut Gen. 11. 3. i.e. tranquillitatis & prosperitatis [p],) *amaritudo mihi, amaritudo*, Mo. vel *amara*, P. JT. Pi. (nempe morbus †,) sub. *venit*, Pi. sic Jun. Angl. *Ecce, pro valetudine* habenda *fuit mihi amara amaritudo*, M. V. Al. *Certè propter pacem* perditam *amaritudo erat mihi amara*, Q. in V. ¶ *Tu*, &c. וְאַתָּה חָשַׁקְתָּ וגו׳ *Et*, vel *Sed, tu amplexus es amore*, &c. Mo. vel, *desideràsti*, sive *concupivisti*, (vel, *voluisti*, V.) eruere *animam meam*, P. V. &c. vel, *dilexisti animam meam*, ut eam erueres, Ti. vel, *propensus amore* eduxisti, &c. JT. sim. Pi. Ang. vel, *tibi complacitum fuit* eripere *animam meam*, M. Concisa locutio, uno verbo duas notiones exprimens, ut 1 Sam. 7. 2. Jer. 46. 27 [q]. [Qui plura vult, adeat Glas. gram. 3. 3. 2. 229, &c. ubi hanc regulam, *Brevitatis causâ unum quandoque verbum pro duobus ponitur, duásque significationes continet*, per metalepsin, vel synthesin, plurimis exemplis firmat. Calocum sic reddit, *Cùm mihi salvâ re tam acerbus evenerit casus, numquid tu hanc animam vindicare vis?*] ¶ *Ut non periret*; ità ο΄. sim. Ch. Sy. מִשַּׁחַת בְּלִי [*A fovea abolitionis*, Mo. vel, *consumptionis*, P. Angl. *corruptionis*, V. Ang. *putridâ*, M. *nihili*, Ti. *exedente*, JT. Pi. Heb. *inveterationis*, vel *vetustatis*, Pi. For. à בָּלָה, quod sign. *inveteratum esse*, deinde &, *corrumpi* [r]. ¶ *Projecisti post tergum*, &c.] i. e. Non vis ad culpas meas respicere †, ac proinde me punire [t]; sed condonâsti mihi [v]; ea texisti quorum nomine affligebar [x]. Frustrà Papistæ remissionem pœnæ à culpæ remissione secernunt, quum Ezechias hîc testatur pœnam sibi remissam esse quòd culpa remissa sit. Rectè Ezechias ad morbi causam respicit, eúmque peccatis suis imputat, &c [y]. *Projecisti*, &c. i. e. Desiisti meminisse peccatorum meorum [z].

18. *Quia non infernus* (vel, *sepulchrum*, Mo. P. &c.) *confitebitur tibi*, &c.] Laus tua per mortuos non celebratur, Psal. 6. 6 [a]. Quum dicit se Dei laudes celebraturum non fuisse si ablata esset vita, gratum se ac memorem fore promittit, & simul testatur hunc sibi præstantissimum esse vitæ fructum, ut Deum laudaret. Non itaque mirum est, pium Regem refugisse mortem, quum existimaret eam esse pœnam scelerum, & se damnari quasi indignum qui operam impendat promovendæ Dei gloriæ [b]. ¶ *Non exspectabunt*— (vel, *sperabunt*—P.) *veritatem tuam*] Id est, adimpletionem promissionum tuarum, quæ verissimæ sunt [c], de liberatione ab Assyriis, & susceptione prolis ex me per quam Messias olim procreabitur: quod minimè expertus essem, si jam mortuus fuissem [d]. Qui jam mortui sunt non sperant se vitæ restituendos [*].

19. *Vivens, vivens* (vel, *Vivus, vivus, inquam*, Ti.) *ipse confitebitur tibi*] Ità Mo. P. &c. Geminatio vocis sensum intendit: q. d. Omnino hoc ad viventes pertinet, videlicet celebrare te [f]. ¶ *Veritatem tuam*] In præstanda mihi promissione conservationis in vita. Heb. אֶל אֲמִתֶּךָ; ubi præpositio אֶל ponitur pro articulo אֶת [g].

20. *Domine*, &c. יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי] *Dominus* (sub. *adfuit*, P. vel, *præstò fuit*, Pi. sic JT.) *ad servandum me*, Mo. P. JT. Pi. &c. Ellipsis, ut Neh. 8. 3. Psal. 119. 38 [h]. *Jehovæ est, ut salvet me*, V. sic M. *Jova*, *intende saluti meæ*, Ca. ¶ *Et*, &c. וּנְגִנוֹתַי נְנַגֵּן וגו׳] *Et* (vel, *Ideo*, P. JT. Pi.) *modulamina* (vel, *cantica*, M. Ti. simil. P. *odas lyricas*, JT. *instrumenta pulsatilia*, Pi.) *mea modulabimur*, Mo. sic Ca. vel, *psallemus*, sive *cantabimus*, M. P. V. *celebrabimus*, Ti. *pulsabimus*, JT. Pi. *Idcirco nos* (Loquitur in plurali, ut solent magnates; vel, ut alios secum in eo officio conjunctos significet [l].) *cantabimus cantica mea* (h. e. vel à me, vel de me, composita; vel, *cantica*, ut ׳ paragogicum sit *;) *ad instrumenta chordata*, Ang.

21. *Ut tollerent massam de ficis*] Quæ vi nativâ magis nocitura fuisse creditur [k]: Ficus enim ulceribus noxiæ sunt [l]. Al. Quum ficus adhibeantur ad pestem maturandam, fieri potest ut Dominus promissioni adjunxerit medicinam [m]: quæ tamen, utpote morbo longè impar, non tollit miraculum, &c [n]. ¶ *Et*, &c. וְיִמְרְחוּ עַל הַשְּׁחִין] *Et alligent* (vel, *cataplasment*, Mo. V. i. e. instar cataplasmatis superponant [o]; vel, *appingatur*, JT. *conficiatur emplastrum* quod *imponatur*, Pi. *conficient emplastrum*, Ti. *adhibeant*, M.) *super ulcus*, P. Ti. &c. vel, *super inflammationem*, Mo. vel, *ulceri*, JT. Pi. &c. Verbum מָרַח non invenitur alibi in Sacris: sed per conjecturam deducunt ex nomine Levit. 21. 20. מְרוֹחַ וגו׳ *contusus testiculis*: unde ad verbum vertunt, *& contundant*, i. e. contusam applicent. Verùm Arabicè מרח sign. *inungere, fricare*. Hinc rectè vertas, *Et fricent*, &c. ut ibi, מְרוֹחַ וגו׳, *cui confricti & compressi sunt testiculi* [p].

22. *Quod*, &c? מָה אוֹת וגו׳] מָה est admirantis [q]. *Quantum erit miraculum me ire in domum Domini!* G. Quæ interpretatio refutatur ex responso Prophetæ, quod habetur 2 Reg. c. 20. v. 9 [r]. quod hîc omittitur †. *Quod*, vel *Quodnam*, (sub. *est*, JT. Pi.) *signum, me ascensurum esse in domum Jehovæ?* JT. Pi. &c. ut agam ibi gratias de valetudine recepta [t]. *Me ascensurum*, nempe die tertio; quod incredibile erat: & hoc erat quod confirmari petiit, non autem sanationem ipsam, &c [v]. Non petit vitam deliciandi gratiâ, sed ut honorem cultúmque Dei tueretur, & pietatem coleret [x].

CAP. XXXIX.

1. MErodach Baladan] Dicitur *Berodach* 2 Reg. 20. 12. vel, errore scribæ [a]; vel, permutatione literæ; ut, *Dimon*, pro, *Dibon*, Esa. 15. 9. Dictus *Merodach*, nomine idoli, Jer. 50. 2. Confer 2 Reg. 25. 27. Dan. 1. 7. & 4. 8. &c. Et *Baladan*, ex patris nomine addito: quod nomen compositum est ex *Bel*, vel *Bal*, idolo, Esa. 46. 1. vide & Dan. 5. 1. & *Adan*, quod reperitur & in *Nabuzar-adan*, 2 Reg. 25. 8 [b]. Josephus tantùm *Baladam* vocat, atque ejus mentionem factam & à Beroso in Chaldaicis. Fuit autem hic Medus. Nam Medi post Asarhaddonem Regnum Babylonicum tenuêre: Cujus mutationis jam antè vaticinia habuimus. Medos postea expulit Nabopolassarus, Chaldæus ortu, Nabuchodonosori pater [c]. Hic Merodach ob beneficia in deos relatus, ut dicemus ad Jer. 50. 2 [d]. Videtur *Merodach* nomen fuisse commune Regibus Babyloniæ, ut *Pharao* Ægyptiis *. ¶ *Rex Babylonis*] Priùs fiduciarius Assyrii; tandem verò Assyriorum & Babyloniorum Monarcha effectus [f]. Videntur Chaldæi olim ab Assyriis fuisse subjugati: deinde rursus per se regnâsse, & Assyrios atque Chaldæos bella inter se gessisse; & nunc hos, nunc illos, superiores fuisse [g].

2. *Lætatus est*—*super* (vel, *de*, M.) *eis*] Ità ο΄. Ch. Ti. Mo. &c. vel, *propter eos*; nempe, quia honori & commodo suo hoc cessurum fore confidit [h]. ¶ וַיִּשְׂמַח עֲלֵיהֶם] At 2 Reg. 20. 13. est וַיִּשְׁמַע; forsan ex errore scribæ †. Quod tamen non est necesse. Uterque sensus commodus est [l]. וַיִּשְׁמַע עֲלֵיהֶם verti potest, *&* audivit

Margin notes (left): [m] Di. — [n] Q. in Ang. — [o] Pi. sim. Jun. — [p] Ang. — † Idem. — [q] Ang. — [r] For. — † G. sim. Pi. Ang. — [t] Pi. — [v] Pi. sic V. Jun. &c. — [x] Jun. — [y] Calv. — [z] V. — [a] G. sim. V. Ang. — [b] Calv. — [c] V. sim. Calv. T. &c. — [d] T. — * Mo.

Margin notes (right): [f] Mo. — [g] Pi. — [h] Ang. — [l] Ang. — * Idem. — [k] G. — [l] Q. in Calv. — [m] Calv. — [n] Ang. — [o] V. — [p] Di. — [q] Q. in Calv. — [r] Ang. — † Calv. — [t] V. — [v] Ang. — [x] Calv. — [a] Ang. sim. G. — [b] Ang. — [c] G. — [d] G. ex San. — * San. — [f] Pi. — [g] For. — [h] Ang. — † Idem. — [l] B. X. vid. 2. 2. 381.

audivit illos, pacificè eos & humaniter excepit, morem illis gessit, petitionibus illorum annuit; lætus scilicet de illorum adventu [k]. ¶ *Ostendit eis cellam*, &c. בית נכותה] *Gazophylacium suum*, JT. Pi. Heb. *domum aromatum*, Pi. vel, *aromatum suorum*, P. vel, *rerum desiderabilium*, Pi. vel, *concupiscibilium suorum*: i.e. locum in quo erant quæcunque chara habebat & pretiosa [l].

[k] Buxt. ib. ex Abarb. [l] V.

4. *Et dixit*, ויאמר] *Rursum ait*, P. ו pro *rursum*, ut docet contextus orationis. Versu seq. pro *tunc* accipitur [m].

[m] V.

8. *Bonum verbum Domini*] Sub. *est*, Pi. Sunt verba pœnitentis, & parati in flagella Dei [n]; & æquo animo ferentis non modò hortationes, sed & minas, &c. & justitiæ laudem Deo tribuentis †. ¶ *Quod locutus est*] Esaias. Sermonem Dei, licèt ab homine allatum, reverenter excipit: quum impii ægre ferunt se à Ministris objurgari, &c [o]. ¶ *Et*, &c. ויאמר כי יהיה וגו] *Et* (vel, *Præterea*, JT. Pi. Ang.) *dixit*, Mo. Ch. &c. (vel, *adjecit*, P.) *Quia erit* (vel, *Saltem fiat*, P. *Saltem erit*, Calv. *Modò sit*, M. sim. Ti. Ca. *Fiat nunc*, ο'. *Quòd futura est*, JT. Pi. Angl. *Tamen erit*, Angl.) *pax & veritas*, &c. Mo. vel, *stabilitas*, &c. JT. Pi. Calv. &c. sub. *bonum est*, JT. Pi. vel, *nonne bonum est?* ut pleniùs exprimitur 2 Reg. 20. 19 [q]. Per *pacem* & *veritatem* intellige omnia ad salutem animæ & corporis necessaria [r]. אמת hîc denotat vel, 1. veram Religionem, acsi Rex gratias Deo ageret quòd pietatis doctrinam moriens relinqueret superstitem †: vel, 2. stabilitatem, sive tranquillum Regni statum; nisi per hypallagen accipere malis, prosperitatem diuturnam & certam fore [s]. כי interdum interrogat, éstque optantis, *Putásne, erit pax*, &c? vel, *Fierine potest* ut sit *pax*, &c? Confirmatur ex 2 Reg. 20. 19. ubi habetur, *O si fieret pax*, &c [v]. *Et dixit, Precor ut fit pax*, &c. i. e. Tantùm peto ut vivam incolumis, & præstet Dominus quod est pollicitus, nè ab hostibus arguatur mendacii [x]. Non negligit posteros [y], aut salutem eorum súsque déque habuit: sed, quoniam illos à Deo tandem castigandos fore didicit, patientiam Dei, quâ sibi parcit, grato animo agnoscit [z]; & gratias Deo agit, quòd vitam longiorem promissam ob hoc peccatum non abrumperet, & quòd pœnam Deus temperaret clementiâ; quam etiam posteros ex parte sensuros sperabat. Quamvìs autem hæc pœna posteros maneret, tamen præsentem gratiam amplecti debuit. Futurum non est negligendum: sed præsentis seculi præcipuè ratio habenda est, & hoc magis officium nostrum requirit. Qui enim simul vivunt majore vinculo astricti sunt, &c [a]. Sensus loci, Accepto sententiam Dei sic punientis meam vanitatem. Cùm enim non possim pœnam in totum declinare, saltem gaudeo de illa mitigata, & quòd durante vitâ meâ differatur [b].

[n] Oecol. in Marl. sim. For. † Calv. [o] Idem. [q] Ang. [r] For. † Q. in Calv. [s] Calv. [v] For. [x] V. [y] Calv. [z] Masc. [a] Calv. [b] T.

CAP. XL.

1. *Consolamini, consolamini*, &c.] Verba sunt Spiritûs Sancti, aut Esaiæ [a]. Alloquitur Prophetas [b], futuros exsilii tempore [c]. Chald. locum sic reddit, *Prophetæ, prædicite populo meo consolationes* [d]. Quàm aptè historia præcedens hîc inserta erat, docent sequentes prophetiæ, quæ de populi Judaici tum captivitate, tum restitutione, agunt, &c *. Sermo hic consolatorius ad 49. usque caput durat, partim ad abductos, partim ad abducendos, habitus, nè captivi inter Gentes aut desperarent, aut à Deo deficerent [f]. Cùm apertè prædixisset Propheta captivitatem Babylonicam, liberaliter ejus calamitatis participes futuros partim ad emendationem vitæ excitat; partim, si eam præstent, promittit severa Dei judicia in ipsorum hostes; ipsis verò reditum in patriam, statum tutum & florentem, magnum denique numerum eorum qui ipsorum exemplo atque institutione aut Legem totam susciperent, aut certè ab idololatria moribúsque improbis, quæ idololatriam plerumque comitantur, discederent. In longum autem tempus extendunt se hæc vaticinia, à temporibus exsilii ad tempora Templi & urbis restitutæ; imò & ad Maccabæorum & sequentia tempora. Nulla enim decora quæ populo erant obventura taceri Deus voluit, quò plus solatii esset piis per aliorum culpam exsulantibus. At cur transiliit tempora Manassis, Josiæ, Joakimi? Quia nihil ea continebant nisi corruptelas populi, quæ causam dedêre deportationi. Josias enim, quamvìs bonus, non multùm exemplo suo apud populum profecerat, nisi quòd ritus aliquo modo restituerat; sed plerisque & procerum & populi animus manserat remotus à vera pietate. Cùm autem omnia Dei beneficia umbram in se contineant eorum quæ Christus præstitit, tum præcipuè ista omnia quæ deinceps ab Esaia pronunciabuntur, verbis sæpissimè à Deo sic directis, ut simpliciùs limpidiúsque in res Christi, quàm in illas quas primò significare Esaias voluit, convenirent [g]. Propheta, relicto populo, apud quem nec minæ nec monitiones proficiebant, convertit se ad posteros omnes, Judæos aliósque, qui futuri erant usque ad finem mundi. Hæc autem non tantùm ad captivitatem Babylonicam refero, sed ad totum liberationis tempus, quod in se complectitur regnum Christi: latissimè enim patent, & doctrinam Evangelii comprehendunt [h]. Historicè hæc explicanda sunt de Hierosolyma & de Judæorum reditu ex Babylone; ità tamen ut hoc non sit primum & præcipuum Prophetæ institutum, sed ut aliquid splendidius atque sublimius spectet in Ecclesia, cujus typus erat Hierosolyma [i]. [De qua sententia plura vide in Authore.] Malè Grotius alíique statuunt sensum harum prophetiarum literalem & directè intentum esse de liberatione Judæorum è Babylone, mysticum verò de Christo: tum quia sensus de Christo (ut fatetur Grotius) est *simplicissimus* & *limpidissimus*, adeóque literalis & nativus; tum quia de Christo in N. T. explicantur [k]. Loquitur Propheta de temporibus Messiæ [l]. *Omnes hæ consolationes* (inquit K. ad h. l.) *futuræ sunt in diebus Messiæ; & repetitio vocis confirmatio est* *. Hîc incipiunt apertiora de Christo oracula, ut non tam Propheta videatur Esaias, quàm Evangelista [m]. Ad consolationem Ecclesiæ labefactatæ atque jacentis prænunciat beneficia Evangelii, &c [n].

[a] V. [b] G. ex Ch. [c] G. [d] M. * Ang. [f] V. [g] G. [h] Calv. [i] San. [k] Calov. [l] M. ex He. * Calov. [m] For. [n] Jun.

2. *Loquimini ad* (vel, *secundùm*, Calv.) *cor*, &c.] Id est, quæ grata illi erunt [o]. Verbis blandis lenite mœstitiam ejus. Vide Genes. 50. 21. *locutus est ad cor fratrum*; 2 Sam. 19. 7 [p]. ¶ *Quoniam*, &c. כי מלאה צבאה] *Quòd* (vel, *Nam*, Ti.) *completa est militia* (vel, *tempus*, P. *tempus præfinitum*, JT. *tempus servitutis*, Angl.) *ejus*, Mo. sic M. Ti. Vox צבא sign. modò, *tempus definitum*, Job. 14. 14; modò, *ministerium* quodvis, ut Num. 4. 23. & 8. 24 [q]; modò, *exercitum*, sive *stationem*, quæ certo tempore & ordine constituitur, sive in Ecclesia, sive in bello [r]; modò, *tempus constitutum ministerii*, vel *servitutis*, ut hîc, & Job. 7. 1 †. Sensus, Finis erit labori ejus [t], & afflictionibus, quas experti sunt [Israelitæ] tempore Maccabæorum [v], & exsilio Babylonico; cujus tempus justæ militiæ comparat, quo exacto, velut emeriti milites, domum redibunt. Metaphora à missione militum. Adest molestiarum exitus [x]. Advenit tempus visitationis & auxilii, in quo acceptura est consolationem [y]. Finem accepit militia & lucta sub jugo Legis [z], necnon ministerium Leviticum; & jam nova militia est exercenda [a]. ¶ *Dimissa est iniquitas illius*, נרצה וגו] *Remissa est*, &c. M. P. Ti. V. ex Ch. id est, Tempus imminet quo remittentur peccata illius [b]. *Placabilis*, vel *expiabilis*, *facta est*, vel, *expiata est*, *iniquitas ejus*, Mo. Q. in V. *Exsolutam esse iniquitatem ejus*, JT. *Perfecta*, vel *completa*, *est pœna*, sive *miseria*, *ejus*, Pi. He. in V. *Accepta*, vel *grata*, *est*, &c. Pi. For. scil. Deo: vel, quòd Jerusalem errorem suum agnoscens pœnam approbet; vel, quòd Deus significet sibi jam satisfactum esse [c], & se in pœna ejus, tanquam opere à se perfecto, acquiescere [d]. Alludit ad sacrificia, quibus acceptis, peccatum expiari dicitur, Levit. 1. 4 *. Videtur Esaias hoc desumpsisse ex Levit. 26. 43. *Tunc bene accipient pœnam*, &c [f]. ¶ *Suscepit de manu Domini duplicia* (vel, *duplum*, JT. Pi. Ca.) *pro* (vel, *in*, Mo.) *omnibus peccatis suis*] Sic P. M. Ti. &c. Non quasi pœnæ majores aut æquales essent delictis [g], contra Esd. 9. 13. Lament. 3. 22 [h]: sed *duplum* ponitur pro copioso [i], ut Esa. 61. 7. Jer. 16. 18. & 17. 18. Apoc. 18. 6 [k]. *Duplum*, i. e. castigationem copiosam [l]; tantum quantum Deus satis esse judicat [m]. *Duplicia*, i. e. multiplicia & gran-

[o] V. sim. Pi. [p] For. [q] Ang. [r] For. † Ang. [t] G. [v] Pi. [x] Calv. [y] V. [z] M. [a] For. [b] V. [c] For. [d] Pi. * Ang. [f] For. [g] Calv. [h] Ang. [i] Ang. sim. Pi. Calv. [k] Ang. [l] Pi. [m] G.

grandia [n]. q. d. Satis superque castigata est. Sermo est hyperbolicus, quasi blandientis, & seipsum reprehendentis, quòd sic duriter cum amico egerit: *Plùs quàm opus erat indignatus sum; duplices pœnas dedisti; ignosce, redeamus in gratiam*,&c [o]. Cyril. Theod. & Procop. exponunt de pœnis Christi, quibus ipse expiavit peccata suorum [p]; quæ etiam ità satisfecerunt Divinæ justitiæ, ut non modò remissio peccati, sed & præmium, eis debeatur. Jam non est hyperbolicus sermo, sed verissima veritas [q]. Sasbout & alii de donis & gratiis accipiunt quæ propter Christum nobis donantur loco pœnarum quas merebamur [r]. *Duplicia*; numerus finitus pro infinito: q. d. Conferet illi Dominus multa beneficia loco pœnarum quas meritò datura erat, &c. tantum abest ut puniturus sit jam [legendum videtur, eam] pro ratione delictorum †. [Si sic exponas, τὸ לָקְחָה, quod præt. est, & ità à plerisque vertitur, pro fut. ponitur; quæ enallage frequens est; & verba sic reddenda, *Quia accipiet duplicia*, &c.]

3. *Vox*, &c. קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ וגו׳] *Vox clamantis* (vel, *clamans*, Calv. *clamat*, Ca.) *in deserto, Parate viam Domino*, Calv. Ti. vel, *Repurgate*, &c. P.M.V. sub. *à lapidibus & luto*, V. *Complanate*, &c. Mo. Quasi interrogatus Propheta undenam sciret tempus hoc adesse quo cessarent figuræ, Deo satisfieret, &c. respondet se audire *vocem* cujusdam viri *in deserto* vocantis ad se ac dicentis, *Parate*, &c. τὸ *in deserto* conjungo, non cum sequente voce, *Parate*, sed cum præcedente, *clamantis*, auctoritate Evangelistæ, Matt. 3. 3 [t]. Verùm distinctiones Hebraicæ, & collatio sententiæ continenter per epexegesin annexæ, postulant ut referantur ad verbum sequens, *Parate*, &c [v]. Sed respondeo, 1. accentum distinctivum non semper vim suam obtinere, ut patet in Zakeph-kato 2 Sam. 15. 34. Esa. 5. 30. Jerem. 17. 3. 2. Esse etiam ad מִדְבָּר accentum distinctivum, quo à sequent. distinguitur. 3. Manente illo accentu, sensum tamen eundem esse: nam ibi *clamat*, ubi *complananda* erat *via*, &c [x]. *Vox clamantis*, JT. Pi. G. &c. sub. *erit*, Pi. (vel, *sit*. Respicit id quod præcesserat, *clamate ad eam*: Dicit ergò quid clamare debeant eo tempore Prophetæ [y].) *In deserto parate*, &c. Pi. JT. G. Loca deserta solent esse valde inæqualia. Per montes, valles, sylvas, quâ Rex incedere debebat, mittebantur munitores, qui arbores cæderent, & valles adæquarent, &c. Vide dicta ad Matt. 3. 3. Sic etiam Deus vult exsulantibus Judæis dici, ut auferant mores malos, qui restitutionem ipsorum morabantur [z]. Declarat Deum missurum ministros consolationis populo in exsilio Babylonico. At, dicere poterant, ubi erunt Prophetæ? nam in deserto sumus, Resp. Nec desertum impediet, &c. *Desertum* capio pro vastitate tunc futura: alludit tamen ad iter intermedium; nam deserti asperitas videbatur reditum intercludere. At, inquit, Deus suis etiam per invia exitum patefaciet [a]. *Vox clamantis*, collectivè, h. e. prædicantium populi reditum è Babylone [b]. [Aliis hoc non placet.] Hebræi stultè hanc sententiam intelligunt, quòd repurgandum sit desertum, ut Judæi suaviter ex captivitate redeant in Canaan [c]. De Johanne Baptista loquitur [d]. De eo enim exponitur Matt. 3. 1, &c. Luc. 3. 2, &c. Et vox singularis, *clamantis*, ostendit de singulari persona agi. Locus etiam, scil. *desertum*, Johannem indigitat. Non enim Prophetæ jubebantur *in deserto* clamare, sed Johannes *in deserto* clamaturus prædicitur. Vide Matt. 11. 7, &c *. Possit hic locus accipi de conversione Gentium, quæ erant veluti desertum, & in Carmel versæ sunt [f]. *Parate viam Domini*, Vulg. vel, *Jehovæ*, Pi. Calv. &c. ut fieri solet in adventu Principum [g]. Compellat Persas & Medos: q. d. Sternite viam, ut populus Dei in Judæam reducatur; ex inviis pervia facite. Dicit, *viam*, non Judæis, sed *Domino*, ex singulari ipsius amore, quo in se transcribit quicquid in salutem electi populi spectabat. De Johanne hæc exponuntur Matt. c. 3. &c. nec immeritò, quia primarius hic erat nuncius nostræ redemptionis, cujus illa è Babylone redemptio typus tantùm fuit [h]. Imò literaliter hæc de Johanne accipienda sunt, licèt alludatur ad illam Judæorum liberationem, &c [i]. ¶ *Rectas*, &c. יַשְּׁרוּ וגו׳] *Rectam* (vel, *Planam*, Ti.) *facite* (vel, *Corrigite*, Ca. *Adæquate*, JT. Pi.) *in solitudine viam Deo nostro*, P. &c. Christo scilicet in carnem advenienti [k]. Amovete impedimenta quæ illum offendere possunt, errores & peccata: mores corrigite,&c [l].

[n] T. [o] For. [p] T. [q] For. [r] T. † V. [t] For. [v] Pi. [x] Calov. [y] G. [z] G. [a] Calv. [b] Ang. [c] M. [d] M. For. Pi. Calov. Ang. Me. T. &c. * Calov. [f] For. [g] Me. [h] Calv. [i] T.

4. *Omnis vallis exaltabitur*] Sim. Mo. P. M. V. &c. i. e. evadet in montem [m]. Sensus, Via reddetur plana [n]. Vel, *exaltetur*, Ti. G. sic For. i. e. complanetur. Sic & sequentia [o]. Fut. pro imperativis [p]. Verùm hæc non tantùm imperantur, sed etiam προφητικῶς prædicuntur [q]. ¶ *Et*, &c. וְהָיָה הֶעָקֹב לְמִישׁוֹר וְהָרְכָסִים לְבִקְעָה] *Et erit* (vel, *fiat*, Ti. *abibit*, JT. *redigetur*, Pi. sic Ca.) *pravum* (vel, *curvum*, P. M. Ti. JT. Pi. *perversum*, vel *præruptum & asperum*, V. i. e. via perversa, montosa, aspera [r],) *in directionem*, Mo. P. (vel, *in rectitudinem*, V. *in planitiem*, Pi. Ch. sim. JT. Sy. *rectum*, M. Ti. via erit recta & plana †;) *& prærupta* (vel, *confragosa*, V. *excelsa*, P. *salebrosa*, JT. Pi. *iniqua*, Ca. *quæ aggeribus tument*, M.) *in planitiem*, Mo. M. sim. Ti. Ca. vel, *in convallem*, JT. Pi.

5. *Et* (vel, *Nam*, Ti.) *revelabitur* (vel, *Ut reveletur*, JT. Angl.) *gloria Domini*] Ità M. Pi. &c. Si hoc faciatis, [*si exaltetis valles*, &c.] apparebit Dei auxilium, quicquid tandem homines contrà moliantur [t]. Verùm de auxilio Dei non corporali, sed spirituali in temporibus N. T. agi docent tum antecedentia, tum consequentia [v]. *Gloria*, non illa in monte Sinai [x], sed Verbi incarnati, Joh. 1. 14 [y]. *Gloria* bonitatis & veracitatis & potentiæ Divinæ in servandis electis [z]. Significat magnificum fore hoc redemptionis opus, ità ut palàm Dominus se authorem ejus esse ostendat [a]. ¶ *Et videbit* (i. e. certò & reipsa experietur [b]) *omnis caro*, &c.] Id est, omnes electi [c]: vel, omnes gentes [d]. Etiam in exteris & longinquis regionibus celebre erit hoc miraculum *. Omnium oculis carneis exposita erit Christi Humanitas [f]. Voce *carnis* dat intelligi, hominum nullas esse vires, ubi velit hoc Deus. Id sequentia clariùs explicant [g].

6. *Vox*, &c. קוֹל אֹמֵר קְרָא] *Vox dicentis*, (vel, *dicebat*, M. Ti. *dicit*, Ca. *dicet*, Pi. *dicens*, JT.) *Clama*, Mo. P. &c. vel, *Prædica*, Pi. *Prophetiza*, Ch. *Vox*, non illa de qua loquitur v. 3. sed Dei [h], vel Christi [i]: *dicentis*, ad Esaiam [k]; vel, ad Apostolos [l]; vel, ad Prophetas, Apostolos, omnésque Ministros, &c [m]. ¶ *Et*, &c. וְאָמַר וגו׳] *Et dixit*, (nempe Propheta [n]; vel, quisque Ministrorum, &c [o].) *Quid clamabo?* Mo. P. &c. Significat Propheta se non temere prædicare, sed id tantùm quod distinctè certòque edoctus sit [p]. ¶ *Omnis caro fœnum*] Vel, *gramen*, Pi. For. i. e. Totum Legale ministerium, quod *caro* est, & *carnale* dicitur Heb. 9. 10. *fœnum* est, h. e. ad tempus tantùm durabit, &, si per se spectes, ut fecerunt Judæi, nullius est virtutis [q]. Al. Omnis homo gramen [r]; i. e. corruptibilis †, citò arescens [t]. Sed quorsum hîc concio de fragilitate hominis [v]? Resp. Agit hîc, sensu saltem historico, de reditu ex Babyl. qui arduus videbatur & incredibilis, ob potentiam Chaldæorum, Judæorúmque infirmitatem. Dicit ergò omnem istorum potentiam esse fœnum,&c [x]. Sed hæc sententia paulò pòst ex contextu refellitur, ubi ad Judæos disertè hoc accommodatur [y]. Al. Hæc verba hominem irregenitum spectant [z]. Subest hîc tacita antithesis inter communem generis humani naturam, & gratiam regenerationis. Totus homo, cum suis facultatibus & dotibus excellentibus, quibus superbit, flori confertur à Propheta, ut evellat fiduciam hominum de sua sapientia, industria, &c. Quamvìs autem res nihili sit homo, fideles tamen gloriandi causam habent, quia extra se salutem quærunt [a]. Al. Pertinet ad mysterii admirationem [b]: q.d. Omnis humana natura est res vilissima & fragillima, & indigna cui *Verbum* Divinum jungeretur [c]: nec tamen dedignatus est Dominus carnem induere [d]. ¶ *Gloria ejus*, &c.] Sic ὁ'. Ar. Sic & Petrus 1.1. 24. Legerunt nimirum non חַסְדּוֹ, sed הוֹדוֹ, & rectiús *. Sed unde hoc probat? 1. S. Petrus translationem ὁ'. ceu receptam sequitur. 2. Sic potiùs legendum esset כְּבוֹדוֹ. 3. Lectio חַסְדּוֹ constans est & commoda [f]. ¶ חַסְדּוֹ וגו׳] *Excellentia ejus*, Di. ex Maimon. Vide dicta ad Psal. 4. 4 [g]. *Benignitas* (vel, *pietas*, Mo. M. Ca. V. *misericordia*, P. *beneficentia*, Ti. *sanctitas*, sive *bonitas*, For.) *ejus*, Pi. sic JT,

[k] Calov. [l] Me. sim. T. [m] V. [n] Pi. [o] G. [p] For. [q] Calov. [r] V. ex He. † V. ex He. [t] G. [v] Calov. [x] T. [y] T. sim. Me. For. [z] Pi. [a] Calv. [b] Musc. [c] Pi. [d] Ang. * Calv. [f] For. [g] G. [h] Calv. [i] Pi. [k] For. [l] Pi. [m] Belg. [n] M. [o] Belg. sim. Pi. [p] Calv. [q] For. [r] Pi. Musc. Calv. † Pi. [t] V. [v] Ang. [x] San. Ang. [y] Calv. [z] Jun. [a] Calv. [b] Me. [c] T. [d] Me. * G. [f] Calov. [g] Di.

JT. q. d. *Sanctitas eorum*, Judæorum, quâ gloriantur, (quamvis ejus tantùm speciem habeant,) est *velut flos*, id est, non diu durans. Confer Os. 6. 4[i]. *Gratia ejus*, Calv. Q. in V. sim. Ang. i. e. Quicquid in homine præstantissimum est[k], venustas, sapientia, industria, potentia, &c[l]. quicquid benignissimè in hominem contulit Deus ad naturæ ornamentum & bonum[m], totum hoc citò marcescit & perit[n], & nihili apud Deum æstimatur[o]; ut necesse sit hominem extra se salutem quærere[p]. Etiam præstantissimos homines, & qui propter clementiam seu pietatem commendantur, vanitatis condemnat[q].

7. *Exsiccatum est*, יָבֵשׁ] *Aruit*, Mo. sic M. P. &c. *Aret*, Ca. sic V. vel, *Arescere solet*; præt. pro præsenti[r]. ¶ *Quia* (vel, *quum*, JT.) *spiritus Domini sufflavit* (vel, *flavit*, M. Ti. vel, *perflat*, JT. Pi.) *in eo*] Vel, *in eum*, For. vel, *ipsum*, JT. Pi. *Spiritus*, &c. i. e. vel, 1. æstus, Jac. 1. 11 †. Vel, 2. ventus[t]; qui *spiritus Dei* dicitur Psal. 147. 18[v]. Spiritu vehementi & urenti siccantur herbæ & flores[x]. Vel, 3. jussio & impulsus Jehovæ[y]. Exprimit quorsum illud pertinet, homines cum sua gloria nihil aliud esse quàm herbam, nempe, quia spiritus Dei repentè uno flatu omnes absumet, ut sentiant se nihil esse. Quantumvis superbiant homines dotibus suis, Spiritus Sanctus arguet eos vanitatis, &c[z]. ¶ *Verè fœnum est populus*] Id est, vel, 1. Judæi, qui à Prophetis *populus* [κατ' ἐξοχὴν] appellari solent[a]. Etiam populus Dei[b], ad quos Propheta missus est; quamvis se antecellere putant, & à communi sorte eximendos: eos igitur propriè & nominatim compellat, nè quid sibi præ aliis arrogent; ut doceat eos prudenter facere, si, inopiam suam reputando, omnem sui fiduciam abjiciant[c]. Vel, 2. omnis *populus*, sicut *omnis caro*[d]. Ellipsis, qualis 1 Sam. 30. 8. Esa. 30. 17 *.

8. *Verbum autem Domini —— manet*, &c. sic o'. JT. Pi. יָקוּם וגו'] *Stabit*, Mo. *stat*, P. *consurget*, M. *ratum est*, Ca. *est constans*, Sy. firmum & solidum erit[f]. *Verbum*, vel, 1. increatum & incarnatum[g]: vel, 2. creatum, per Prophetas dictum[h]. Prædicta Prophetarum[i]. Vel, Evangelium[k]; cujus hîc summa comprehenditur paucis: constat enim agnitione nostræ miseriæ, inopiæ & vanitatis, ut verè humiliati ad Deum confugiamus, à quo solo nos in integrum restitui oportet. Consolationem optimam hîc affert; Deum, scilicet, ubi suos dejecit, statim ipsos erigere & reficere[l].

9. *Super montem*, &c.] Alludit ad situm Zionis[m]. At nuncium de liberatione Judæorum è Babylone venturum erat[n]. q. d. Fac undique audiaris quisquis hæc mea dicta suo tempore es prolaturus[o]. Morem spectat quo vigiles collocari solent super loca edita, ut indè aliis eventa significent, &c[p]. ¶ *Ascende*, &c. עֲלִי לָךְ מְבַשֶּׂרֶת צִיּוֹן] *Ascende* (vel, *ascende tibi*, Mo. P. *ascende tu*, M.) *evangelizatrix* (vel, *annunciatrix*, M. V. *ô nuncia*, Ca. *qui evangelizatis*, Ch. *ô quæ evangelizas*, JT. Pi. sic o'. Ch. *prædicatrix*, Sy. sic Ar.) *Sion*, Mo. P. Ti. vel, *Zionis*, Ca. vel, *Tsijoni*, JT. Pi. G. Angl. i. e. quæ prima annunciatura es Christum in Sion[q]. Verbum בִּשַּׂר sign. in genere, *nuncium afferre*, ut 2 Sam. 18. 19, 20. sive malum sit, ut 1 Sam. 4. 17. sive lætum, ut frequentiùs sumitur, 1 Sam. 31. 9. 1 Reg. 1. 42. & inprimis 2 Sam. 4. 10[r]. Vox מְבַשֶּׂרֶת est sono fœminina, sensu communis †. Subauditur נֶפֶשׁ *anima*, ut *anima evangelizans* sit præco Evangelii[t]. Sic alibi fœminina vox occurrit masculino sensu; ut מְבַשֶּׂרוֹת, Psal. 68. 11[v]. & קֹהֶלֶת, Eccles. 1. 1, 12[x]. ¶ *Noli timere*] Hoc prædicare, utcunque incredibile videatur; nam verum esse comprobabitur[y]. Evangelium totis viribus & intrepidè denuncia[z]. Prophetæ & Doctores non, quasi de re ambigua, timidè loquantur, sed tanquam certissimi eorum quæ promittunt, &c[a]. ¶ *Dic civitatibus Juda*] Id est, vel, 1. hominibus dispersis ex omnibus civitatibus; synecdoche[b]: vel, 2. ipsis civitatibus, utpote quæ jam instaurandæ erant, &c. Vide de Esa. c. 44. v. 28[c]. ¶ *Ecce Deus vester*] Quem Ethnici vobis tamdiu exprobrârunt, quasi impotens esset; de quo & vos dubitare cœpistis: præstò est ad illorum convictionem, vestrúmque solatium[d]. Docet summam nostræ felicitatis in præsentia Dei consistere. Propheta rem prædictam tanquam præsentem fidelibus demonstrat *. *Ecce Deus vester*, i. e. Christus adveniens. [f] Ecce, quem tamdiu exspectâstis, jam tandem exhibitus est[g].

10. *Ecce, Dominus —— in fortitudine*, &c. בְּחָזָק יָבוֹא] *In robore veniet*, Ti. V. sim. For. o'. Ch. &c. *cum forti*, Mo. P. Ang. sub. *manu*, Ang. quod exprimitur Exod. 13. 3. Esa. 8. 11. Ezech. 20. 33, 34[h]: vel, sub. *exercitu*, P. *Potenter*, M. sim. Ca. *fortis*; ב hîc pleonasticè nominativum designat: de quo vide plura ad Esa. 26. 4[i]. *Contra robustum*, JT. Pi. i. e. contra hostes potentissimos, ut vox collectivè sumatur, ut Jer. 9. 23. Amos. 2. 14[k]. Vel, contra Diabolum[l]. ¶ *Brachium ejus dominabitur*, מֹשְׁלָה לוֹ] *Dominatur*, vel *dominabitur*, (vel, *dominans*, Mo. sim. Ca. *potens erit*, M. V.) *sibi*, P. vel, *ei*, Mo. *per sese*, Ti. *ex seipso*, M. h. e. propriâ suâ virtute[m]: nec eget ullius auxilio[n]. *In illum*, JT. Pi. nempe *robustum* jam memoratum[o]. Al. τὸ לוֹ eleganter redundat[p], ut Exod. 18. 27. Vide & Esa. 59. 16[q]. ¶ *Merces*, &c.] Vel, 1. benignitatis, quam piis in se sperantibus rependet: vel, 2. furoris, erga hostes, &c †. *Merces*, quam dabit Dominus *robusto* illi, &c. nempe æterna damnatio[r]. ¶ *Et opus illius*, &c.] Sic Mo. P. JT. &c. i. e. pretium operæ, per metonymiam †. Præmium operis quod daturus est habet in promptu[t]. פְּעֻלָּה sign. modò, *opus*, ut Prov. 10. 16. modò, *mercedem*, ut Levit. 19. 13. *Non pernoctet* פְּעֻלַּת *mercenarii*, &c. pro quo habetur שָׂכָר Deut. 24. 15. Idem hoc loco bis dicitur. Dupliciter autem accipi potest. Vel, 1. ut ingens Christi studium in opere Redemptionis circumloquatur: nam qui præmium coràm habent gnaviter laborant. Vel, 2. hæc referuntur ad sequentia, ut *mercedem* & *opus* appellet Propheta ipsos fideles, & *oves ipsi à Patre traditas*; ut sit allusio ad Jacob pastorem, qui coram se ducebat uxores & greges, quas *mercedem suam* dicere potuisset. Certè *merces* mortis Christi erant fideles. Vide Psal. 2. 8. *Dabo tibi gentes hæreditatem*[v].

11. *In sinu* (vel, *gremio*, Ti.) *suo levabit*] Vel, *portabit*, Mo. P. &c. ¶ *Fœtas*, &c. עָלוֹת יְנַהֵל] *Fœtas* (Quæ fœtum utero gerunt, vel jam recens enixæ sunt[x]. Intellige, qui labore fessi sunt[y]. Vel, *Lactantes*, Sy. For.) *ducet*, Mo. G. sic Virgil. ———— *hanc etiam vix, Tityre, duco: Hîc inter densas corylos modò namque gemellos, Spem gregis, ah! silice in nuda connixa, reliquit*[z]. Vel, *deducet*, P. *ducet commodè*, JT. Pi. *suaviter ducet*, M. Ti. Calv. pedetentim scilicet, nè fatigentur[a]. Afflictas conscientias eriget[b]. Sensus versûs, regimen Christi suave fore, &c[c]. Christum nihil omittere quod boni pastoris est, infirmas oves solicitè curare, & humaniter ferre, &c[d]. Nè quis putaret Christum armis & bello imperium in terra obtenturum, significat illud Pastorale potiùs quàm Regale fore, ipsúmque curâ & dilectione erga homines effecturum quod nemo alius armis efficere potuisset *.

12. *Quis*, &c? מִי מָדַד בְּשָׁעֳלוֹ מַיִם וְשָׁמַיִם בַּזֶּרֶת תִּכֵּן וְכָל בַּשָּׁלִשׁ וגו'] *Quis mensus est*, sive *mensuravit*, (vel, *mensurare potest*, Angl. nam indicativus sæpe potentialiter sumitur; vide Num. 23. 8, 10. Jer. 2. 23, 32[f].) *in pugillo suo* (ità vox sumitur 1 Reg. 20. 10. Ezec. 13. 19 *: vel, *volâ suâ*, Ti.) *aquas*, Mo. &c. (h. e. mare, ut Gen. 1. 10 †.) *& cœlos in palmo* (*spithamâ*, JT. Pi. &c. sub. *suâ*, Angl. ellipsis pronominis, ut Job. 39. 21 *: vel, *palmâ*, i. e. quasi palmâ; sic & sequentia[g]:) *direxit*, Mo. P. V. (*Dirigendi* voce significat, Deum non temere cœlos extendisse, sed sapientissimè, &c *. Vel, *dimensus est*, M. V. *dimetiendo concinnavit*, V. *æstimavit*, Ti. *aptavit*, Ca. *disposuit*, G. *mensus est*, Pi. *expendit*, JT.) *& (vel, aut*, JT. Pi.) *continuit* (vel, *comprehendit*, Ti. Ca. sim. JT. Pi. *mensus est*, P.) *in mensura ternaria* (vel, [simpliciter,] *mensura*, P. Ang. vel. *triente*, Ca. *trientali*, JT. Pi. sive *tridentali*, ut Psal. 80. 6[h]. Sic nominatur vas quod continet tertiam partem sextarii[i]. Vel, *tribus* digitis, Ti. sic Vulg.) *pulverem terræ*? Mo. P. &c. i. e. totam terræ molem. ¶ *Et libravit* (vel, *ponderavit*, JT. Pi. &c.) *in pondere* (vel, *statera*, JT. Pi. *libra*; פֶּלֶס propriè est, *regula* ex cujus extremitatibus lances pendent[k].) *montes, & colles in statera*?] Vel, *lancibus*? JT. Pi. אֹזֶן *auris*, hinc מֹאזְנַיִם *duæ aures*, i. e. bilanx, metaphoricè[l]. q. d. Qui non minùs facilè mon-

tes

Margin notes (left column): i For. | k V. sim. | l Calv. | m Musc. | n Jun. | o Calv. | p Luth. in Marl. sim. Belg. | p Belg. | q V. | r V. | † G. | t Pi. Ca. | v Ang. | x Mc. | y Q. in Mo. | z Calv. | a For. | b Belg. Pi. Calv. | c Calv. | d G. Ang. | * Ang. | f M. | g L. Mc. | h L. | i G. | k For. | l Calv. | m Q. in Ang. | n Ang. | o G. | p Ang. | q V. | r Ang. | † G. | t Pi. Ang. | v Ang. | x Ang. sic G. Pi. | y Ang. | z For. | a Calv. | b G. | c Ang. sim. Calv. | d Ang.

Margin notes (right column): * Calv. | f Jun. sim. | g Pi. For. | h Belg. Ang. L. | i Ang. | h Ang. | i Di. | k Q. in Ang. | l Pi. | m V. | n Q. in Marl. | o Ang. | p Ang. sic Q. in V. | q Ang. | † Ang. | r Pi. | † G. | t V. | v For. | x Mc. | y G. | z G. | a V. Mc. | b Pi. | c Mc. | d Calv. | * For. | f Ang. | * Idem. | † Id. | * Id. | g G. | * Musc. | h G. | i Pi. et Jun. | k For. | l For.

tes sustinet, quàm homo pondera in statera[m]. Sed quorsum hæc de potentia & sapientia Dei hîc dicuntur[n]? Resp. Est confirmatio promissionum proximè præcedentium[o]. Vix persuaderi potest infidelibus, quales erant Judæorum plurimi, Deum rebus hominum adesse, omnia prospicere, & omnibus providere[p]. In adversis hæremus attoniti, acsi Deus nos negligeret: si enim plena esset nostra persuasio de potentia Dei, non ità perturbaremur. Vide Rom.4.20. Docemur ergò oculos supra mundum attollere, & promissis Dei fidere, quòd omnia in ejus arbitrio sint[q]. Quæ suprà dicta sunt fieri posse, persuadet Dei potentia, quæ omnia superat, & sapientia, quam nihil latet; sive de restitutione captivi populi intelligas, sive de majori alia libertate à potestate Dæmonis. Proverbialis locutio, qualis Hispanorum, qui, cùm significant ab aliquo quidquam gubernari, dicunt ipsum *illud in pugillo tenere*, quia quæ in pugillo sunt facilè quis moderatur[r]. Ne quis miram hanc liberationem vel à potentissimis hostibus, vel saltem à diis eorum, impeditum iri putaret, considerandam eis proponit infinitam Dei potentiam & essentiam †. In tam arduo mysterio Incarnationis Dei, necesse erat in locum de Sapientia & Potentia Dei excurrere, &c[t]. Comparat hîc res creatas cum Creatore; quarum natura, vis, opus, efficacitas, &c. demonstrantur nihil ad Deum accedere, usque ad v. 18. Exponit hoc versu, tam facile Deo esse res omnes creatas sustentare & regere arbitratu suo, & promissa exsequi, quàm hominibus res minimas exiguis modis & instrumentis capere, tractare, & appendere[v].

13. *Quis adjuvit*, &c? "מִי תִכֵּן וגו] *Quis direxit*, vel *instruxit*, (vel, *ponderavit*, M. *expendit*, JT. *cognovit*, ό. Ar. *mensus est*, i. e. exploravit & cognovit, ut Rom. 11. 34[x]. Vide & Prov. 16. 2. & 21. 2. & 24. 12. Ponderando res exploramus, adeóque cognoscimus; vide Psal. 62. 10. Dan. 5. 27[y]. Vel, *penitùs perpendit*, vel *certò metitus est*, For. vel, *paravit*, Ti. *aptavit*, Ca.) *spiritum* (vel, *mentem*, ό. Ar. Pi.) *Domini*? Mo. P. V. ό. Ar. G. vel, *spiritum sanctum in ore omnium prophetarum*? Ch. Græci, τίς ἔγνω, (*novit*,) sic & Rom. 11. 34. quod hîc valet, *scire fecit*, i. e. docuit. Nam Judæi Græcè loquentes verba duplicem actionem significantia per unam exprimunt *. ¶ *Aut quis*, &c? וְאִישׁ עֲצָתוֹ יוֹדִיעֶנּוּ] *Et vir consilium ejus scire faciet eum?* Mo. For. Aut אִישׁ pro מִי, aut מִי *quis* repetendum[z]. Ut *vir* (*Quisve ut vir*, Pi.) *à consiliis ei*, sive *ejus*, *docuit eum?* JT. Pi. *Quis verò à consiliis ei fuit*, & *cum docuit?* Ti. *Et quis vir consilii ejus*, (i. e. consiliarius ejus[a],) *indicavitque illi?* P. sub. *quæ facturus esset*, V. *Aut cui indicavit ille consilium suum?* M. *Aut quis homo suum ei consilium ostendit?* Ca.

14. *Cum quo*, &c? אֶת מִי נוֹעָץ וַיְבִינֵהוּ] *Cum quo consiliatus est*, & *instruxit eum?* Mo. *A quo petiit consilium*, &c? P. *Cum quo consultat*, vel *consilium inivit*, sive *communicavit*, *ut instruat ipsum?* Pi. vel, *ut instrueret se?* JT. *qui eum erudiret?* Ti. *Aut cujus consilio instructus est*, & *quis dedit ei intellectum?* M. ¶ *Et docuit eum semitam* (vel, *iter*, Pi.) *justitiæ*] Vel, *judicii*, P. Pi. &c. id est, rationem & modum rerum rectè gerendarum[b]. ¶ בְּאֹרַח מִשְׁפָּט] *In semita dispositionis*, V. ex He. i. e. Quis docuit Deum hanc mirabilem dispositionem & ordinem quem in creatione mundi imitatus est[c]? ¶ *Et viam prudentiæ*] Heb. *intelligentiarum*, Angl. Pi. ut Psal. 78. 72. i. e. multiplicis intelligentiæ[d]. Pluralia enim interdum rem augent, ut 2 Sam. 22. 51. Psal. 18. 51. Prov. 1. 20. interdum verò diminuunt, ut Esa. 27. 11. ità & h. l. sumo, non pro omnimoda intelligentia, sed pro ullo gradu vel modo intelligentiæ[e]. q. d. Ecquis Deum edocuerit rationem, sive methodum prudentem ullam[f]?

15. *Ecce, gentes* (omnes nempe, ut v. 6, 7[g]; vel, Chaldæi, domini nunc vestri[h]: sub. *ad ipsum comparatæ*, Ti. & sub. *sunt*, P.) *quasi stilla* (vel, *gutta*, M. Ti. JT. Pi.) *situlæ*] Ità P. M. Ti. vel, *è situla*, JT. Pi. &c. sub. *stillans*, Pi. postquam aqua è situla effusa est[i]; quæ mensuram non minuit[k]; quæ, si decidit, à nemine curatur[l]. ¶ כְּמַר מִדְּלִי] Vox מַר *gutta* alibi non occurrit[m]. ¶ *Et quasi*, &c. "וּכְשַׁחַק וגו] *Et quasi pulvisculus*, &c. M. Pi. vel, *tenuis pulvis*, &c. Mo. P. vel, *flos pulvisculi*, &c. JT. lanci adhærens post effusum indè aroma contusum[n]; qui nec pondus nec pretium mutat[o]. *Et quasi momentum stateræ*, sive *bilancis*, ό. Ch. Sy. Vulg. vel, *quod bilancem propendet*, Ti. Optimè vertit [Vulgatus] שַׁחַק; ut & Sapiens, ῥοπὴν, c. 11. v. 23. qui locus huic loco geminus est. Intellige, *scriptulum* P. ¶ *Insulæ*, &c. אִיִּים כַּדַּק יִטּוֹל] *Insulas* (Intellige terras maribus, aut etiam amnibus, adsitas, more Hebræo; præcipuè Mesopotamiam, Assyriam, Armeniam[q]. Intelligas, non, *insulas* propriè dictas, quæ revera exiguæ sunt, unde non bene cohæreret collatio imparium, sed, magnas regiones quæ respectu Ægypti & Palæstinæ trans mare sitæ sunt[r]; remotissimas regiones, quas per mare adire solebant †:) *ut pulverem* (vel, *minutum*, Mo. *rem minimam*, M. V. sic JT. *minutissimum pulverem*, Ti. *momentum*, Ca. *spumam*, G. ex ό. Per errorem legerunt רֹק[t]. τὸ דַּק omne quod *minutum* est significat[v], Exod. 16. 14. Levit. 16. 12. hîc verò *minutum* pulverem, per ellipsin subjecti[x].) *projicit*, P. vel, *projiciet*, Ti. G. ubi velit[y]: *disjicit*, Pi. *dispositurus esset*, JT. *transfert*, Ca. *tollit*, M. *attollit* & projicit, Angl. Verbum enim utrumque includit. Vide Esa. 63. 9. Jer. 16. 13. & 22. 26[z]. *Operiet*, tanquam *nebulâ*; mallem enim esse à טָלַל, quàm à טוּל: q. d. Tam facile esset Deo insulas omnes submergere, quàm nebulâ operire, quod sæpissimè facit[a].

16. *Libanus non sufficiet*, &c.] i. e. Arbores Libani, &c[b]. nempe si pro dignitate sacra ei facienda essent[c]. ¶ אֵין דֵּי בָּעֵר] *Non sufficit* (vel, *sufficiens*, Mo. *sufficeret*, JT. Pi. sim. Ti.) *ad accendendum*, P. sim. Ti. JT. Pi. sub. *ignem*, Ti. vel, *holocaustum*, Pi. Al. *pro incendio* holocaustorum, M.

17. *Gentes — quasi nihilum*, &c. מֵאֶפֶס וָתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לוֹ] *Pro* (vel, *Minus*, JT. Pi. P. M.) *nihilo & inani*, vel *inanitate*, (vel, & *eo quod non est*, M.) *reputantur*, sive *reputatæ sunt*, *ei*, Mo. JT. Pi. i. e. ab eo[d]; vel, *præ ipso*, P. *comparatione ejus*, M. sim. V. *Et res inanes atque frivolæ reputantur illi* comparatæ, Ti. *Apud eum perinde nihili flocciqùe fiunt, acsi non essent*, Ca.

18. *Cui*, &c? וְאֶל מִי תְּדַמְּיוּן אֵל] *Cui igitur* (vel, *Et ad quem*, Mo.) *assimilabitis* (vel, *similem facietis*, Ti.) *Deum?* P. Mo. sic JT. Pi. &c. Non abs re tractat hîc locum contra Imagines quæ Deo, aut quasi Deo, erigebantur. Cùm enim Israelitæ à Theglathphalasare & à Salmanasare deportati jam viverent inter eos qui Deo fingebant imagines, idémque eventurum esset Judæis quos deportaturus erat Nabuchodonosor, præmuniendi fuêre utrique, ut, Legis optimæ & sapientissimæ memores, caverent sibi ab iis moribus qui minùs convenientem Divinæ majestati cogitationem imprimere possent animis, deinde & à vero Deo ad falsos abducere. Laudatur à plurimis Moses, quòd nullas Deo imagines struxerit, nè Deus aut animali alicui, aut etiam animalium potissimo, Homini, similis crederetur. Vide quæ ad hanc rem pertinentia protulimus ex Empedocle, Xenophane, Tacito, Plutarcho, ad Deut. 4. 15. Adde illud Antiphanis de Deo, Ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε, διόπερ αὐτὸν ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος οὐδεὶς δύναται· (*Oculis non cernitur, nulli similis est, ideóque illum imagine exprimere nemo potest* *.) Cùm Judæi Gentibus permixti essent, non leve illis erat idololatriæ periculum, nè Gentium aut ludibriis aut exemplis eò pertraherentur; maximè cùm omnia idolorum cultoribus prospere, sibi autem pessimè, cedere viderent[f]. ¶ *Aut*, &c? וּמַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ לוֹ] *Et quam similitudinem* (*quid similitudinis*, Mo. *quodnam simulacrum*, Ti. sic ό.) *disponetis* (vel, *ordinabitis*, Mo. V. *adornabitis*, Ti. *comparabitis*, JT. Ca. *apparabitis*, Pi. *æquabitis*, i. e. adscribetis, & aptè accommodabitis[g],) *ei?* P. *Aut quâ similitudine exprimetis eum?* M. Non sic insaniebant idololatræ, ut simulacra manibus suis facta deos esse crederent, sed tantùm deorum imagines. Sed & hoc impium atque absurdum esse significat[h]. Apertissimè docet, illicitum esse externis figuris repræsentare Deum. Necdum loquitur de imaginum cultu, sed quòd eas fabricare & erigere per se exsecrandum sit. Confer Deut. 4. 12[i].

19. Num-

19. *Numquid*,&c? הַפֶּסֶל נָסַךְ חָרָשׁ] *Numquid* (vel, *Nonne*, P.) *sculptile conflavit faber?* Vulg. For. P. sim. LXX. Rectè ה sumunt pro nota interrogationis. Sensus, q. d. Numquid dignum est ut sculptile fundat,&c? vel, An si sculptile fundat ——— Deum expressisse putandus est [k]? [Aliis ה tantùm articulus est.] *Sculptile*, vel *Simulacrum*, *conflavit*, vel *conflat*, (vel, *parat*, M. *fudit*, Ti. Pi. *tegit*, JT. Quam versionem respuunt verba proximè sequentia [l].) *faber*, Mo. P. &c. vel, *artifex*, M. Ti. JT. *opifex*, Ca. ¶ *Aut aurifex auro figuravit illud*, יְרַקְּעֶנּוּ] *Expandit*, vel *expandet*, vel *ducit*, Ca. &c. *deducit*, Ti. *obducit*, JT. Pi. *dilatat*, V. Heb. *extendit*; i. e. aurum in laminas diducit atque extendit, deinde laminis istis obducit sculptile [m]. ¶ *Et*, &c? וּרְתֻקוֹת כֶּסֶף צוֹרֵף *Et catenas* (ut vox sumitur Ezec. 7. 23. vide & Nah. 3. 10 [n].) *argenteas conflat*, JT. Pi. M. P. &c. sub. *pro eo*, M. P. vel, in ornamentum, ut 1 Reg. 6. 21 [o]; vel, quibus ad parietem alligetur sculptile, ut firmum consistat [p].

20. *Forte*, &c. הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה עֵץ לֹא יִרְקַב יִבְחָר [Variant.] *Qui ità indigus est ut non habeat quod offerat*, (Heb. *Indigus oblationis*, Pi. At tum in forma regiminis scribendum erat הַמְסֻכַּן [q]. Et sic quidem in libris nostris manuscriptis legitur *.) *lignum non putrescens eligit*, JT. Pi. sim. Ang. *Nonne pauper oblationi lignum quod non putrescat eliget?* P. ה hîc (ut v. praeced.) potest esse & nota interrogandi, & notificandi [r]. *Qui ignobilius donarium facit, lignum deligit*, &c. Ca. *Qui pauper est* (is scilicet cui aurum & argentum non suppetit †,) *ad offerendum* (vel, *Pauper verò, ut habeat cui offerat*, M. *Qui opibus destitutus est, ut & is offerat*, Ti.) *lignum eligit quod cariem non sentiat*, G. vel, *quod non putrescit*, M. Ti. Tale autem lignum praecipuè est cupressus, è qua factum simulachrum duravit supra 600 annos, teste Plin. 16. 4. Laudat item Plinius ad eos usus vitem, juniperum, morum *. Plana est & perspicua haec interpretatio, sed negligit accentum Zakeph super תְּרוּמָה, sumitque pro לִתְרוּמָה [s]. Amplificatio vanissimi studii illius ab exemplo egentium, qui, quum non habent quod offerant quo tegant aut ornent idola sua, lignum firmius à carie eligunt †. *Depauperato erit oblatio*; (q. d. Nemo tam pauper qui non oblationem aliquam habere vult [v];) *eligit*, &c. Angl. [Alii locum aliter reddunt.] Verbum סָכַן *periclitari* sign. Eccles. c. 10. v. 9. & apud RR. quibus hoc ipsum הַמְסֻכָּן usurpatur de eo qui in periculo versatur. Considerent ergò eruditi annon eo sensu hic locus verti possit, *Qui in periculo versatur oblationem* (sub. *vovet*. Quomodo autem oblationem illam praestat?) *lignum non putrescens seligit* [x]. Al. מְסֻכָּן quidam exponunt *thesaurarium*, *praefectum*, &c. vel, *assuefactum*, &c. Hinc locum ità reddunt, *Qui est praefectus oblationi* (vel, *Qui est assuetus*, sive *exercitatus*, *in elevatione*, seu *separatione*, seu *delectu*, lignorum, Q. in Ma.) *lignum quod non putrescat eliget*, Al. in Ma. Plerique autem, per antithesin, *depauperatum*, &c. vertunt [z]. Sign. *adcollectum*, *thesaurizatum*, scil. olim, sed non ampliùs: atque idem est quod *decollectus*, *dethesaurizatus*, vel *penuriosus* [a]. Al. מְסֻכָּן idem est quod אָצוּר, *conditum*, *repositum*: ut sit sensus, *Cum reposita pecunia comparat sibi lignum durabile* [b]. ¶ *Artifex*, &c. חָרָשׁ חָכָם יְבַקֶּשׁ לוֹ] *Fabrum sapientem quaerit sibi*, Pi. &c. ut hâc diligentiâ penset materiae vilitatem [c].

21. *Numquid non scitis?*] Sub. *ex vobis ipsis*, V. ex cognitione vestra naturali [d]. *Numquid non vultis scire?* Voluntariam & affectatam ignorantiam arguit *. ¶ *Numquid non audîstis?*] Sub. *qualis sit Deus*, V. *Audîstis*, ex libris [f]; vel, ex rumore de miris providentiae Divinae, &c [g]. ¶ *Numquid non annunciatum est* (ex traditione antiquorum & primorum hominum [h]) *vobis ab initio?*] Id est, jampridem, ante multas aetates, quum Deus se patribus vestris patefecit [i]. Ex quo fuistis sive populus [simpliciter,] sive populus Dei, si Judaeos alloquatur [k]; ut revera alloquitur [l]: vel, si ad Gentes sermo sit, ab initio mundi. Sensus enim Deitatis exinceps insculptus est hominum mentibus, & traditione propagatus [m]. Ex tribus istis errorem vestrum agnoscere deberetis [n]. ¶ *Numquid*, &c? הֲלוֹא הֲבִינוֹתֶם מוֹסְדוֹת הָאָרֶץ] *Annon intelligitis*, vel

k For. l Pi. m Pi. sim. V. n Ang. o Ang. p Pi. Ang. &c. q Di. * Jun. r Mo. † G. * G. s Di. † Jun. v Ang. x Di. z Ma. a Forst. in Ma. b M. ex AE. c For. d M. * Ang. f M. sim. L. g Ang. h M. i Calv. k Ang. l Calv. m Ang. n M.

intellexistis, vel *intelligetis*, (vel, *intelligentiam didicistis*, M. *docti estis*, Ti. vel, *An ignoratis*, Ca. Annon intelligere potuistis, vel, Nunquam consideràstis, [o]) *fundamenta* (vel, *fundationem*, Ca.) *terrae?* Mo. P. V. G. For. &c. Quibus fundamentis fulciatur terra [p], & quis illa jecit [q]. Ea à Deo facta esse, ut infrà 26 [r]. Nonne ab initio mundi hoc apud homines constitit, Deum esse auctorem totius mundi? Quid hinc colligat, mox inferet †. Haec omnia dicit, ut de Deo ea quae ipso digna sunt sentiantur [t]. Vel, *ex* (sive, indè à, JT. Pi.) *fundamentis terrae?* M. JT. Pi. sim. Ti. i. e. à mundo condito [v]. Excusare ergò nequeunt homines ignorantiam suam; Deum enim despiciunt sese palàm offerentem ac planè loquentem. Non parùm confirmatur vera doctrina ex ejusdem vetustate, &c [x].

22. *Qui*, &c. הַיֹּשֵׁב עַל חוּג וגו'] *Sedens* (vel, *Is sedet*, P. *Ipse sedet*, Pi. *Eum qui insidet*, JT. *Ille est qui sedet*, M. V. sub. *longè*, M.) *super globum*, vel *sphaeram*, (vel, *orbem*, G. *gyrum*, M. V. *circulum*, V. *ambitu*, Pi. *ambitui*, JT.) *terrae*, Mo. &c. ¶ *Quasi locustae*] Velut minuta animantia, si cum ipso comparentur [y]. Confer Num. 13. 33 [z]. ¶ *Extendit velut nihilum caelos*, כַּדֹּק וגו'] *Velut tenue*, Mo. vel, *paululum*, Ch. *tenuissimum*, V. *telam*, P. *pellem*, M. *pelliculam*, Angl. Tentoria ex pellibus facta erant [a]. Vel, *nebulam*; vide suprà vers. 15 [b]: *membranam*, Ca. *cortinam*, Ti. V. Ang. vide Psalm. 104. 2. Esa. 42. 5 [c]: vel, *conopeum*, JT. Pi. i. e. linteum tenue, Heb. דוק, à tenuitate [d]: vel, *cameram*, ο'. *testudinem*, Sy. *fornicem*, Ar. rotundos scilicet instar camerae vel fornicis *. Significat Deum facili negotio hoc fecisse [f]. ¶ *Et expandit eos*; ità Ch. Mo. P. Ti. &c. וַיִּמְתָּחֵם] *Et extendit*, vel *distendit*, *eos*, ο'. Sy. Ar. JT. Pi.

23. *Qui dat*, &c. הַנּוֹתֵן רוֹזְנִים לְאָיִן] *Dans* (vel, *Qui ponit*, P. *Qui disponit*, JT. *Qui redigit*, M. Ca. Sy. &c. *Ipse redigit*, M. sim. Pi.) *gubernatores* (vel, *principes*, P. Ch. &c. *potentes*, M. Ti. &c.) *in nihilum*, Mo. P. M. &c. vel, *in infirmitatem*, Ch. ¶ *Velut inane*; ità Mo. P. sim. JT. Pi. &c. כַּתֹּהוּ] *Quasi non sint*, M. sic Sy. [Ti. haec cum verbo sequente sic vertit, *reddit ut sint inanes*.]

24. *Et quidem*, &c. אַף בַּל נִטָּעוּ וגו'] *Neque plantantur*, (vel, *Quin ut neque plantentur*, Ti. Unde *neque plantantur*, Pi. vel, *Perinde ut non plantati*, Calv. *Ut etiam* de eis dicatur, *non fuerunt plantati*, M. *Etiam non plantati sunt*, Mo. P. sive, *erunt*, Ang.) *neque seruntur*, (vel, *neque sati sunt*, Mo. P. sive, *erunt*, Ang. vel, *perinde ut non sati*, Calv. vel, *neque seminentur*, Ti. *neque seminati*, M.) *nec radicatur*, sive *radices egit*, (vel, *radicem fundat*, Ti. *radices aget*, Ang.) *in terra truncus succisus* (vel, [simpliciter,] *truncus*, P. vel, *stirps*, Ti.) *eorum*, JT. Pi. &c. q. d. Ità pereunt quasi nunquam fuissent plantati, &c [g]. Comparat eos arboribus [h]; & quidem avulsis, vel non plantatis, & quarum stipites radices non egerunt [i]. Haec exponunt vel, 1. de idolis, quae nihil roboris habent, &c [k]: vel, 2. de Principibus [l]. Amplificat quod priùs dixerat, ostenditque Principes funditus deleri, acsi nunquam exstitissent; quo Deus potentiam suam atque providentiam demonstrat [m]. ¶ *Repentè*, &c. וְגַם נָשַׁף בָּהֶם וַיִּבָשׁוּ וּסְעָרָה כַּקַּשׁ תִּשָּׂאֵם] *Et insuper flavit* (vel, *Et etiam flat*, P. sive *flabit*, Ang.) *in eos*, *& aruerunt*; (vel, *& arescunt*, P. *& arescent*, Ang.) *& turbo velut stipulam auferet eos*, Mo. P. Ang. *Quin* (vel, *Etiam*, Calv. *Quinetiam*, JT. Pi.) *cùm sufflat in eos*, *arescunt*, &c. M. sim. JT. Pi. Ti. [Ca. totum sic reddit, *Ità ut quasi non plantati, quasi non sati, quasi non actis eorum caudicis radicibus, eo in illos vel flante arefacti, turbine tanquam stipula auferantur*. Ch. autem sic, *Quamvìs invalescant, quamvìs crescant, & quamvìs evehantur in terra filii eorum; furorem tamen suum mittet in eos, & turbabuntur; & verbum ejus auferet eos, velut tempestas stipulam*.]

25. *Et cui* (vel, *Et ad quem*, Mo. *Cui, inquam*, P. *Cui igitur*, M. sic JT. Pi.) *assimilàstis* (vel, *assimilabitis*, Mo. P. Pi. &c. *assimilaretis*, JT.) *me*, *& adaequàstis?* וְאֶשְׁוֶה] *Et aequabor?* Mo. *& aequabor illi?* P. *& cui aequalis ero?* M. *aut cui similis ero?* Ti. *aut aequalis essem?* JT. *ut aequalis ei sim?* Pi. q. d. An vestris comparationibus mihi majestatem adimetis [n]?

o V. p V. q For. r G. sim. For. † For. t G. v Pi. x Calv. y G. z Ang. a Ang. b For. c Ang. d Pi. * Me. f For. sim. San. g V. h V. sic San. i San. k Q. in Ang. l Calv. sic Pi. For. &c. m Calv. n Calv.

26. *Videte*

26. *Videte quis creavit hæc*] Scilicet sidera [o]. Vel, *his*, nempe cœlos [p]. ¶ *Qui educit in numero*, &c.] Velut ordinatis agminibus [q]. Qui exoriri facit quotidie multitudinem stellarum [r]. Qui suis quælibet astra temporibus oriri facit, certâ lege dierum; horarum & momentorum numero servato. מוֹצִיא *exire faciens*, i. e. oriri †. Stellarum numerus infinitus & mirificus ordo Deum palàm evincunt [s]. Manilius Astron. 1. de stellis, *Nec quicquam in tanta magìs est mirabile mole, Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent. Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur, Quâ pateat mundum Divino numine verti, Atque ipsum esse Deum, nec Forte coisse magistrâ* [t]. ¶ *Et omnes ex nomine vocat*, לְכֻלָּם בְּשֵׁם יִקְרָא] *Omnes illas ex nomine vocat*, P. sim. M. Ti. &c. Quis *ista omnia vocet de nomine?* JT. *Ad omnia ipsa in nomine vocabit*, Mo. *Omnibus nominatim acclamabit*, V. Ut Imperator, qui singulorum militum non modò facies cognoscit, sed & nomina tenet [x]: vel, ut domini servos, *Heus, Syre*; *heus, Geta*; pro imperio [y]. Deus sideribus utitur pro arbitrio suo, acsi quis servo suo imperaret, nominatim ipsum ad se vocans [z]. ¶ *Præ*, &c. מֵרֹב אוֹנִים וְאַמִּיץ כֹּחַ אִישׁ לֹא נֶעְדָּר] *Præ multa fortitudine*, (sub. *hæc facit*, V.) *& forti potentia, nè unum quidem* [nempe sidus] *deest*, P. V. sim. Calv. sub. *illi*: q. d. Adeò potens est Dominus, ut simulatque aliquid mandavit, omnes siderum exercitus promptum ei obsequium præstent; nè unum quidem deest, quod non mox pareat acclamanti & jubenti †. Al. *præ multa fortitudine*. Et est ille exercitus *fortis robore*, *nulla* (sub. *stella*) *deficit*, sub. *suo robore*; i. e. privatur suâ vi, caret suâ virtute & officio: nam Lucifer lucem, & Hesperus noctem, indicat [a]. *Juxta multiplicem efficaciam, & constantem virtutem, quâ nullum, inquam, privabitur*, M. *Præ multitudine virium, & robore virtutis, ut nè unum quidem deesset*, Ti. Nulla stellarum defugit imperium: ex præscripto oriuntur omnes [b]. *Præ amplitudine virium, prout* (vel, *quia*, Ang. *& quia*, Pi.) *fortis est robore, adeò ut quidquam* (Heb. *vir*, i. e. ullus è militibus illis Dei, putà stellis [c]. אִישׁ dicitur etiam de brutis & de inanimatis. Vide Esa. 34. 15 [d].) *non desit*, JT. Pi. sim. Ang. quin sistat se ipsi vocanti, & pareat *.

27. *Quare dicis, Jacob*, &c.] Hactenus arguerat idololatras; nunc & populum Dei, ob diffidentiam suam [f]. Quare diceres, ô Jacobi posteritas, &c? Monet eos nè, cùm eæ calamitates advenient, putent se Deo curæ non esse [g]. q. d. Cùm tantus sit Deus tuus, ô *Israel*, quid igitur est *quòd dicas*, &c? Huc tendit tota [præcedens] oratio [h]. Cùm singulas mundi partes regat Deus, Ecclesiam deserere non potest [i]. ¶ *Abscondita est via mea à Domino*] Id est, vel, nescit [k], vitæ scil. rationem & statum [l], sive quid agam [m]; rerum mearum statum [n], nempe miserum [o]: vel, non curat [p]; non magìs curat quàm si ipsi abscondita esset. Confer Gen. 4. 14. Psal. 31. 23. & 94. 7. Vel sic, *Via mea*, i. e. liberatio mei ex captivitate, *abscondita est*, i. e. nimis difficilis, Deo. Sic homini *via abscondita* dicitur, qui illis implicatur difficultatibus quibus se extricare nequit, Job. 3. 23. Vide & Lam. 3. 7. Hos. 2. 6. *Via mea* non significat quid agam, sed quid patiar; ut, *injuria mea*, Gen. 16. 5. Vide & Jer. 51. 35. Vel, viam mecum, sive mei gratiâ, sive ad mei liberationem, ineundam [q]. ¶ *Et à Deo meo judicium meum* (vel, *causa mea*, JT. *jus meum*, Pi.) *transivit?*] Ità P. sim. Ti. vel, *transibit*, Ch. M. Mo. *præterit*, JT. Pi. *Nec ullam habere tui rationem Deum tuum?* Ca. Causam meam negligit, nec me defendit cùm affligor [r]. Al. Evadam judicium Dei, quòd ille actiones nostras ignoret †. Al. Ità transivit, ut nec Deus restituere possit: medela difficilior est quàm ut Deus eam perficiat, ut in priore membro [t]. Anticipat Propheta insidas populi querimonias, in quas plerique delapsi sunt ante adventum Christi ob diuturnas & graves calamitates suas [v].

28. *Qui creavit terminos terræ*] Id est, totam terram [x], ad finem usque illius [y]; quicquid extremitatibus continetur: ideòque res nostras ignorare non potest [z]. ¶ *Non*, &c. לֹא יִיעַף] *Non lassatur*, sive *fatigatur*, M. P. G. sim. Mo. Pi. Ca. gubernando res humanas [a], ut plus olim quàm nunc possit, diminutis viribus [b]. Non est ut homo, qui deficit senio, fatigatur

[o] Ca. sic Pi. &c. [p] For. [q] G. [r] V. † For. [s] Calv. [t] Ga. [x] Calv. [y] G. [z] V. † V. [a] Q. in V. [b] G. [c] Pi. [d] Calv. * Jun. [f] Ang. [g] G. [h] For. [i] Calv. [k] T. ex Cyr. sim. [l] Q. in V. Me. Pi. &c. [m] V. [n] Q. in V. [o] P. Me. [p] Pi. [q] T. Me. V. Jun. &c. [q] Ang. [r] V. sim. Pi. † M. [t] Ang. [v] Ma. ex Jun. [x] V. sic For. Ang. &c. [y] Musc. [z] For. [a] G. [b] For. sim. Jun.

operando [c]; cujus facultates exhauriuntur sæpius largiendo, aut quem suæ liberalitatis pœnitet. Inexhausta est ipsius beneficentia, nec posteris minor quàm patribus [d]. ¶ *Nec est investigatio sapientiæ ejus*] Hoc vult, *sed sapientia ejus* (quæ mundum regit) *est imperscrutabilis*. Cùm cessare videtur, jam causas actuum in occulto disponit *. Nè igitur murmuremus, si Deus aliter agat quàm nos expedire putemus, nec statim votis nostris annuat; quia Deus in suis servandis mirabiliter & arcano consilio operatur †.

29. *Qui dat lasso virtutem*] Quomodo lassaretur is qui lassos recreat [f]? Non solùm Deus non fatigatur, sed & lassis vires animósque restituit [g]. Cùm ergò vos, ô Judæi, viribus fracti estis, officium Dei est, iis qui hoc modo fessi sunt & debilitati opem ferre [h].

30. *Deficient*, &c. וְיִעֲפוּ נְעָרִים] *Lassabunturque* (vel, *Lassantur quidem*, P. &c.) *pueri*, Mo. M. &c. *adolescentes*, P. Ti. G. *juvenes*, Ca. Sæpe evenit, inquit, ut qui vegetæ sunt ætatis sub labore deficiant [i]. ¶ *Et*, &c. וְיִגָעוּ וגו'] *Et laborabunt*, &c. Mo. vel, *fatigantur*, P. sic JT. Pi. *deficient*, M. *anheli redduntur*, Ti. *labefacti cadunt*, Ca.

31. *Qui — sperant in Domino mutabunt*, &c. יַחֲלִיפוּ כֹחַ] *Mutabunt* (vel, *mutant*, JT. *innovabunt*, vel *renovabunt*, V. Ang.) *vires*, M. JT. sic Mo. P. Vulg. sub. *suas*, Ang. *novas accipiunt vires*, Pi. sic Ti. V. G. For. &c. subindè à Deo [k]. Metaphora ab armis, quibus fractis aut retusis, alia atque alia accipimus [l]. Violenti homines suo se impetu frangunt: at pii, placidè in Deo sperantes, recreantur, & virtus Dei in ipsorum infirmitate perficitur, 2 Cor. 12. 9 [m]. ¶ *Assument*, &c. יַעֲלוּ אֵבֶר וגו'] *Ascendent alâ* (vel, *Sustollent alas*, Ti. V. *Ascendunt pennis*,] JT. Pi. sing. pro plur. [n]) *sicut aquilæ*, Mo. P. For. sic Ang. quæ & fortiter & velociter & altissimè volant. Vide Deut. 28. 49. Job. 39. 27 [o]. Quàm celerrimè ex difficultatibus evolant; &, sicut aquila contento in cœlum volatu superat omnes alites, ità omnia transcendunt, freti benignitate Dei [p]. *Assument* (vel, *Producent*, Ar.) *alas*, &c. o'. Vulg. novas scilicet. Vide Psal. 103. 5 [q]. [& ibi fusè annotata.] *Renascentur eis pennæ*, &c. Ti. Pro vero & certo omnes agnoscunt, aquilam stato tempore, veteribus plumis abjectis, alias subindè resumere, atque hoc modo renovari [r]. Sed non placet hæc interpretatio, quum hoc non sit aquilæ peculiare, sed omnibus alitibus, tum & aviculis, commune, ut statis tempestatibus plumas amittant; unde etiam languidiores fiant, donec novis succrescentibus denuo convalescant. Malim ergò sic accipere, *Vires mutabunt*, sive *iterabunt*, sive *duplicabunt*, *tanquam aquilæ*; i. e. ut instar aquilæ vividi vegetíque sint, & firmi consistant, persistant, progrediantur citra lassitudinem aut defectum †. Aquilarum more, vegeti erunt usque ad ultimam senectutem [t]. [Ca. locum sic reddit, *Qui in Jova spem habent viribus adolescunt, crescentibus quasi aquilinis pennis*.] Nè ergò despondeatis animum, ô Israelitæ, utut res vestræ sint deploratæ; veniet vobis salus, &c [v]. ¶ *Current*, &c.] Dominus ità illis aderit, ut agiles sint, & cursum suum sine molestia peragant [x]. *Currendi* verbo fervorem & alacritatem spiritûs, verbo *ambulandi* indefessam pergendi continuationem, exprimit [y].

CAP. XLI.

1. TAceant, &c. הַחֲרִישׁוּ אֵלַי וגו'] *Tacete* (vel, *Silentes accedite*, JT. *Silete*, & venite, Pi. *Silete*, & auscultate, For. Angl.) *mihi*, sive *ad me*, (vel, *coram me*, Ang.) *insulæ*, Mo. M. V. JT. &c. vel, ô *insulares*, P. vel, *regiones*, Angl. ut Esa. 20. 6. & 40. 15. i. e. populæ variarum regionum [a]. Silenter attendite *. *Auscultate, insulæ, verbum meum*, Ch. Cum silentio admiramini. LXX legerunt הַחֲדִישׁוּ; vertunt enim, ἐγκαινίζεσθε, (*innovamini* [b].) Hæc loquitur Dominus, ut percipitur ex versu 4 [c]. Tametsi videtur nova Prophetæ concio, tamen idem argumentum prosequitur. Nam, quò pudorem incutiat Judæis, dicit, si apud incredulos causa agenda sit, se fore victorem, &c [d]. Cùm fiduciam in Deum superiori

[c] Musc. [d] G. * Idem. † Calv. [f] G. [g] Me. [h] Calv. [i] V. [k] G. [l] For. [m] Calv. [n] V. [o] Ang. [p] Jun. [q] G. [r] BA. 2. 2. 1. 168. † Ga. ad Verf. cap. 8. p. 68, 69. [t] Calv. [v] For. [x] Calv. [y] Musc. in Marl. [a] Ang. * For. [b] G. [c] Pi. [d] Calv.

riori oratione Israelitis persuasisset; hîc jam ostendit quantò sic sapientiùs faciant quàm Gentes, quæ idolis suis confidunt. Inducit itaque Deum cum Gentibus veluti judicio contendentem, volentémque ut illi causam deorum suorum agant, utpote qui muta sunt simulacra, & pro se loqui nesciunt; suam autem Deum ipsum agentem *. Judicii speciem describit Esaias quod Dominus cum omnibus Gentibus subire non recusat: tantùm postulat ut in causa sua audiatur f. Prædicit Deus quid facturus sit in liberatione populi sui; provocátque idola ut, vel idem faciant, vel ipsum in opere suo impediant g. Superiore capite promisit adventum Christi, in falsos invectus deos: nunc Israelitas ad Christum exspectandum confirmat his rationibus. Quod de Messia promitto, nolite dubitare quin id præstiturus sim, quippe qui *primus postremúsque* Deus sim, h.e. solus; sicut *caput & caudam*, *proram & puppim*, & similia, dicimus, pro *toto*, aut *omnibus*; & Livius dec. 1. lib. 1. *Ut illa palàm prima postrema ex illis tabulis cerâve recitata sunt*, h.e. omnia. Quid ergò? dicet quis, nullíne sunt alii Dii? Videamus quales sint. Dei est, magna facere, nedum prædicere: At isti non solùm non faciunt, sed nè prædicunt quidem, v. g. adventum Cyri. At ego non modò eum prædico, sed etiam adduco, eique gentes subjicio. Ite nunc, & interrogate istos deos de hac futura re. Quòd si neque prædicere, neque nocere lædere've, possunt, nolite eos colere, sed me; & sperate Servatorem Christum, quem promitto. Cúmque hic advenerit quem dico, Cyrus, qui vos in patriam revocet, sperate eum quoque venturum qui *deserta* colat, h. e. alienigenas doceat, videlicet Christum. Vocat autem Cyrum *justitiam*, h. e. justum, (ut Latinè *scelus*, pro *scelerato*, dicimus,) quoniam erat Judæos liberaturus, & Christum Servatorem non solùm re, sed etiam nomine, significabat. Nam Cyrus *Solem* significat Persicâ linguâ, ut docet in Artaxerxe Plutarchus, & Christus est *lux mundi*. Hactenus argumentum h. Confirmatio promissionum prædictarum in primis præcedentis capitis versibus petitur à duobus locis: 1. à comparatione rerum creatarum cum Creatore, Esa. c. 40. v. 12, &c i; 2. à singularibus Dei beneficiis in Abrahamum & in totam Ecclesiam: ubi primùm Deus exteros omnes populos contestatur, qui suo malo sæpius Dei fidem in Ecclesiam fuerant experti, hoc versu; deinde narrat beneficia sua in Abrahamum, v. 2. & 3 k.

¶ *Et*, &c. [וּלְאֻמִּים יַחֲלִיפוּ כֹחַ] *Et nationes*, vel *populi*, *mutent* (vel, *innovent*, sive *renovent*, Mo. Pi.) *vires*, JT. sim. M. P. &c. vel, *novas resumant vires*, Sy. Ti. Repetita locutio ex Esa. 40. 31 l. Animum ac vires colligant, ut, postquam [me dicentem] audierint, fortiter causam deorum suorum agant m. Instruant se omnibus armis dialecticis, &c n. *Cùm populi* (i. e. Judæi) *novas acquirent vires*. Frequens est S. Literis לְאֻמִּים, id est, λαὸς, vocare Judæos; cæteros גוֹיִם, ut & hîc אִיִּים o.

¶ *Accedant*, *& tunc loquantur*] Mecum disputent p, & causam deorum suorum agant q; ostendántque an ab iis talia acceperint qualia à me populus Hebræus, &c r. Postquam admirando defessæ erunt Gentes, tunc loquantur, & causas intelligant. Quod in Abrahamo fecit Deus, idem se ait fecisse in ejus posteris; idque meritò, ob unius Dei cultum ab aliis neglectum †.

2. *Quis*, &c? [מִי הֵעִיר מִמִּזְרָח צֶדֶק יִקְרָאֵהוּ לְרַגְלוֹ] *Quis* (nempe alius à me t; Quis ex omnibus vestris diis v) *suscitavit*, vel *excitavit*, (De re futura prophetice loquitur acsi præterita esset x.) *ab oriente justitiam*, Mo. P. Ti. Ca. (vel, *justum*, G. ex Vulg. Frequens Hebræis, abstracta ponere pro concretis y. Vel, virum *justitiæ*, M. V. ut, virum *superbiæ*, Psal. 36. 12. &, virum *doli*, Ps. 109. 2. pro superbo, & doloso z. Vel, virum illum *justum*? Pi.) *vocavit* (vel, *vocabit*, Mo. *& vocavit*, M. *vocat*, Ca. quis *vocavit*, Pi.) *eum ad pedem suum*? Mo. P. M. vel, *pedes suos*? Ca. vel, *ut sequeretur se*? sive *ipsum*? G. ex Vulg. Pi. Ga. Bene vertunt sensum Hebræi לְרַגְלוֹ. Vide Genes. 12. 1. Jos. 24. 3. Heb. 11. 8 a. Vel, ut obsequeretur ipsi b: ut huc illuc iret, prout jussit Deus c. Id significat tum לְרֶגֶל Gen. 30. 30. 1 Sam. 25. 42. tum ei affine בְּרֶגֶל Jud. 4. 10. 2 Sam. 15. 18 d. Vocavit eum Dominus, ut sequeretur se quócunque vellet eum ire: ut prompti & morigeri famuli solent, qui domini vestigia sequuntur, tametsi incerti sint quò ipsos ducat *. Al. *ad*, vel *post pedem ipsius*? i.e. ut post ipsum ambulantem incederet f. Vel, *prædicabat eum quócunque veniebat*? Ti. vel, qui *prædicabat eum ad pedem suum*? i.e. Deum invocabat & prædicabat ubicunque esset g. Al. *Quis suscitavit ab oriente* eum quem *justitia advocabit ad pedem ejus*? vel, *Quem suscitabit ab oriente*? eum quem *justitia advocabit ad pedem ejus*, i.e. ad ministerium ejus h. [JT. hæc verba cum proximè sequentibus nectunt, & sic vertunt, *Quem excitaverat ab oriente* Deus, *justè* (Heb. *justitiâ*, i. e. justissimè & efficacissimè regens eum pro vocatione sua i,) *vocans eum ad vestigia sua*, *exposuit ei gentes*.] Si, cum Junio, מִי, non interrogativè, sed indefinitè, vertere velimus, sic licebit vertere, *Quem suscitabit ex oriente*, *justitiam vocabit* (Heb. *vocabit eam*, pleonasticè, ut sæpe,) *ad pedes ejus*, i. e. ut pedem ejus sequatur, ut quócunque pergit justitiam Dei exsequatur: vel sic, *Quem suscitabit ex oriente*, *justitiam vocabit eum ad pedem suum*, i.e. hoc nomen ipsi indet, *Justitiam ad pedem suum*, utpote cujus operâ Deus sit usurus ad justa sua judicia exsequenda k. Versioni illi, *Quis excitavit—justum*, obstat accentus distinctivus l. Al. *Quis excitavit ab oriente* eum quem in *justitia* (i. e. ex justitia, vel justè, ad justitiam fidémque meam illustrandam, comprobandam, exsequendam, in meis tum eripiendis, tum vindicandis,) *ad pedem suum evocavit*? Duplex hîc ellipsis: 1. frequentior, præfixi ב, ut Esa. c. 26. v. 8, 18. &c. צֶדֶק, pro בְּצֶדֶק; ut in loco affini, Esa. 45. 23. *exiit ex ore meo* צְדָקָה in *justitia*, &c. & sicut אֱמֶת, Psal. 132. 11. pro בֶּאֱמֶת, *verè*, Jerem. 4. 2. & 26. 15. & בֶּטַח, Prov. 1. 33. pro לָבֶטַח, *fidenter*, vel בְּבֶטַח, ut Deut. 33. 12: 2. quæ haud infrequens, relativi cum antecedente; ut 1 Par. 15. 12. *ad* (sub. ex Exod. 23. 20. *locum eum quem*) *præparavi illi*; Esa. 65. 1. *Inquiror ab* (sub. ex Rom. 10. 20. *eis qui me*) *non interrogabant*; Jer. 2. 8. *post* (sub. *ea quæ*) *prodesse nequeunt*; & simil. v. 11. & Thren. 1. 14. *in manus* (sub. *eorum à quibus*) *exsurgere nequeo*. Interpretatio nostra firmatur ex locis parallelis, Esa. 45. 13. *Ego illum excitavi* בְצֶדֶק *in justitia*; & 42. 6. *vocavi te* בְצֶדֶק *in justitia* m.

¶ *Dabit*, &c. [יִתֵּן לְפָנָיו גּוֹיִם וּמְלָכִים יַרְדְּ] *Dabit* (vel, *Tradidit*, Ga. *Dedit*, P. Calv. *Posuit*, Glass. *Subdidit*, V. *Exposuit*, JT. sub. *Deus*, Glass.) *ad facies ejus* (vel, *in conspectu ejus*, P. *ante eum*, sive *coram eo*, M. Ti. Di. Calv. vel, *ei*, JT. Glass.) *gentes*, *& reges dominari faciet*, Mo. vel, *& regibus* (vel, *in reges*, M. JT.) *dominari fecit*, P. sim. M. Ti. JT. &c. Ellipsis hîc est præfixi ב (sicut Psal. 109. 4. *Ego* תְפִלָּה *oratio*, pro, in *oratione* sum; Prov. 8. 22. רֵאשִׁית, pro בְּרֵאשִׁית, *in principio*; Esa. 13. 2. פִּתְחֵי, pro בְּפִתְחֵי, *per portas*:) ante מְלָכִים; ut in sequentibus est ellipsis ל ante חַרְבּוֹ, & קַשְׁתּוֹ. Sine qua ellipsi sensus verborum videri posset, quòd Deus ipsos Reges dominari fecerit, & gladium similem pulveri, arcum similem stipulæ, fecerit; quod alienum est n. [Alii locum sic reddunt;] Quis *posuit ante faciem ejus gentes*, *fecitque ut in reges dominaretur*? Pi. *Ejus ditioni gentes regésque subjicit*, Ca.

¶ *Dabit*, &c. [יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ כְּקַשׁ נִדָּף קַשְׁתּוֹ] *Dabit* (vel, *Dedit*, P. *Ut daret*, Ti. *Tradens*, M. *Objiciens*, Ca. Quis *dedit*, Pi. Et quis *posuit*, Q. in V. sub. *eos*, M. Ti. Ca. Ang. vel, *eas*, Pi. scil. gentes & Reges o,) *ut pulverem* (vel, *terram*, Q. in V. Al. *Reddidit similes pulveri*, JT. Glass. Quos *exposuit ut pulverem*, Ga. h.e. quos comminuit instar pulveris, Psal. 18. 43. & qui non magis ei obsistere possunt quàm pulvis vento forti, Psal. 1. 4. & 35. 5 p. *Tanquam pulverem*, sub. *vento impulsum*, ex proximo incisi membro q.) *gladium* (vel, *gladio*, P. JT. Pi. Calv. Ti. Ca. &c. vel, *in gladium*, M. vel, *gladius*; nam חַרְבּוֹ, & sequens קַשְׁתּוֹ, in nominativo accipio r;) *ejus*, Mo. P. JT. (vel, *suum*, sive *suo*, M. Ti. vel, *eorum*, nempe Regum *:) *ut stipulam* (vel, *paleam*, V.) *propulsam*, sive *impulsam*, sive *propulsatam*, *arcum* (vel, *arcui*, P. Ti. Ca. Calv. &c. *in arcum*, M. ante *arcum*, Q. in V. *arcus*, For.) *ejus*, Mo. V. vel, *suum*, sive *suo*, M. Ti. &c. q. d. Quis ademit animum illis Regibus †? Gentes & Reges gladio & arcu disjecti sunt tanquam pulvis & stipula t. *Gladius* & *arcus* erant arma tunc usitatissima v; unde hîc pro omni armorum genere usurpantur *. [Sed de quo hæc singula dicuntur, & locus hic intelligitur, non mediocriter litigant Interpretes, & in partes eunt; aliis de Messia, aliis de Abrahamo, aliis de Cyro,

Margin notes (left column): * For. — f V. — g Ang. — h Ca. — i Jun. ad Esa. 40. 12. — k Jun. — l G. sim. V. — m For. — n M. — o G. — p M. — q For. San. — r San. — † G. — t T. Ang. — v E. Ang. — x Ang. — y G. — z Q. in Ga. — a G. — b Ga. ad-verb. cap. 21. — c Ang. — d Ga. ib. p. 232.

Margin notes (right column): * V. — f Pi. — g V. — h Di. — i Jun. — k Di. — l Glass. gram. 3. 5. 1. 429. — m Ga. ib. 231. — n Glass. gram. 4. 1. 5. 673. — o For. — p Ang. — q Ga. et Ls. — r For. — * Belg. — † Q. in V. — t G. — v Ang. San. — * San.

Cyro, interpretantibus.] 1. De Messia[x], qui hîc *justitia* dicitur, sicut Jer. 23. 6. & 33. 16. q. d. justus ille, ut Act. 22. 14[y]. qui ab orientali mundi parte, h. e. à Judæa, venit. Vide Apoc. 16. 12 †. Sensus, q. d. Quis gratiæ Divinæ diem novum mundo fecit illucescere, cùm satisfactione perfectâ pro suorum peccatis justitiæ Divinæ præstitâ, tum & sanctitate verâ in credentibus quibusque creatâ; Quis, inquam, istud præstitit, nisi Filius meus solus? Dan. 9. 24. Ut sint verba Dei, non quid ipse fecerit, sed quid Messias effecturus sit, prædicantis; nec tam Deum, quàm Messiam, verbum *excitandi* respiciat [z]. In quo si solus sit Vir Cl. non mirum, quum dictionis propheticæ series continua id respuere videatur [a]. 2. De Abrahamo [b]. Qui ad eum referunt coguntur omnia futura hoc & seq. vers. per præterita exponere [c]. *Quis adduxit publicè ab oriente Abraham, electum justorum in veritate accivit in locum suum, tradidit in conspectu ejus populos*, &c? Chald. Propheta exemplum causæ suæ accommodatum eligit, &, cùm alia Dei opera recensere potuisset, mentionem hîc facit Abrahæ, progenitoris eorum, quem Deus per tot discrimina eduxit è Chaldæa, eúmque unum, inopem, solitarium, &c. salvum deduxit, &c. ut hoc filiis ejus futuræ redemptionis pignus esset vel speculum, ut sperarent Deum non minùs sibiipsis adfuturum, quando nec virtus ejus imminuta est, nec benefaciendo fatigatur [d]. [De Abrahamo porrò exponunt hoc modo:] *Quis excitavit* (i. e. mandavit ut aliò proficisceretur [e]; Quis vocavit [f], ipsúmque aliud agentem suscitavit [g],) *ab oriente* (ex Ur Chaldæorum [h], Gen. 11. 31. & 12. 1 [i]. Chaldæa & Mesopotamia ad orientem Judææ [k].) *justitiam*, (non solùm ipsum, sed & in ipso *justitiam, excitavit* [l]. Vel, *justitiam* eum vocat, ut ostendat publicam totius Ecclesiæ personam ipsi divinitus fuisse impositam, & in eo uno documentum æternæ Dei justitiæ editum fuisse, quod piis omnibus commune foret, ut confiderent eandem salutis suæ & justitiæ Dei perpetuitatem fore; & quia Abraham erat velut speculum Divinæ justitiæ. Fuit enim præclarum Dei opus, justitiam ab oriente, ubi omnia corruptissima erant, excitare *. Vel, *justum*, Pi. &c. Abrahamum sic vocat, vel, 1. utpote Dei unius cultorem [m]: nam ut qui non tribuit aliis quæ sua sunt, injustus est; ità & qui Deum honore suo fraudat [n]. Nihil justius quàm eum pro Deo haberi qui mundum condidit, non alios quos humana audacia deos fecit [o]. Vel, 2. quòd illius justitia celebris erat, Gen. 15. 6. & 18. 19. & 22. 16 [p]. & fide justus fuit [q], & pater justitiæ fidei, &c. Rom. 4. 11, &c [r].) *vocavit* (Heb. *vocabit*; sed per præteritum reddo, tum ob præcedens præteritum, tum ob rem ipsam, quum de re gesta atque præterita sermo sit †. [Quod tamen est τὸ κρινόμενον, & ab aliis prorsus negatur, ut videbimus.]) *ad pedem suum?* (ut ipsum sequeretur [t]; & quidem statim sine mora [v]: vel, ut pedibus vocantem sequeretur [x]; ut pedibus iter conficeret [y]; quod quantò humilius erat, tantò magis ad augmentum eorum quæ sequuntur [z].) *dabit* (vel, *dedit*; nam futura hîc valent pro præteritis, more Hebræo [a];) *ante eum gentes, fecitque ut in reges dominaretur*, &c. Belg. Vide Gen. 14[b]. & Gen. 12. 17. & 20. 3 [c]. & Psalm. 105. 14 [d]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Chaldæa, unde Abraham venit, in S. Scriptura passim audit, non, *terra orientalis*, (quæ est Syria, Gen. 29. 1.) sed, *aquilonaris*. Vide Jer. 1. 13, &c. & 4. 6. & 6. 1, 22. & 10. 22. Zach. 2. 6. &c. 2. Abrahamo non competit, quòd hîc dicitur Deus *tradidisse coram ipso* (i. e. in ipsius potestatem, vide Jer. 27. 6. & 32. 3, 4.) *populos*, & eum *dominari in reges fecisse*: cùm Abrahamus in nullas gentes, nullos Reges, dominium obtinuit. Nec impletum hoc Gen. 14. nam *dominationis* vox aliquid amplius sonat, ut docent Genes. 1. 28. Psalm. 72. 8. & 110. 2 *. 3. Al. de Cyro interpretantur [f]. Id multis indiciis patet. 1. Vox הֵעִיר de Cyro à Deo ad expeditionem adversùs Chaldæos suscitato creberrimè usurpatur, Esa. 13. 17. Jer. 50. 9. & 51. 1, 11. 2. Cyrus disertè dicitur ab oriente venturus Esa. 46. 11[g]. nempe ex Perside, quæ Judææ verè orientalis est [h]. 3. Cyro hæc optimè congruunt. Hunc Deus *ad pedem suum evocavit*: is enim Deo, motibus arcanis excitanti ac dirigenti, obsequium ministeriúmque alacriter constanterque exhibuit, Esa. 13. 3, 4, 17. & 44. 28. & 45. 1,—4. hic in multos populos Principésque dominatus est, &c [i]. 4. Potest & de Cyro & de Christo hic locus accipi: hæ enim duæ expositiones non pugnant, sed subordinatæ sunt; ità ut alter sensus sit literalis, alter mysticus. Id enim in Prophetis frequens est, ut sub typo alicujus hominis, vel populi, Christus, vel ejus Ecclesia, & rursum alibi Diabolus, ejúsque sequaces, significentur. Cyrus autem erat typus Christi, ut patet ex Esa. 45. 1. *Justus* verò hîc vocatur, quia fuit minister tum justitiæ Dei adversùs gentes, tum bonitatis Dei erga Israelem [k].

3. *Persequetur* (vel, *Persequebatur*, M. Ti. Ch. sic P. &c. Ità ut *persequeretur*, Angl. sic Pi. ut Psal. 109. 27. ut sententia continuetur ad finem versûs [l]. Deficit לְמַעַן [m].) *eos*] Ità Mo. ό. Sy. ¶ *Transibit*, &c. יַעֲבוֹר שָׁלוֹם] *Transivit* (vel, *Transibit*, Mo. For. & *transivit*, M. & *transiret*, Pi. & *evasit*, Ti. sic For. Calv.) *pax*, seu *integritas*, i. e. integer, incolumis; vel, *pacificè*, sive *integre*, nemine ex suis amisso [n]; vel, in, sive cum, *pace*, P. V. Pi. M. Calv. Angl. i. e. cum incolumitate & successu, Jud. 18. 6. 2 Sam. 3. 21. sine impedimentis, vide Exod. 11. 7. Esa. 45. 1 [o]; vel, *incolumis*, Ti. V. [Alii hæc cum præced. sic reddunt,] *Persecutus eos* (vel, Ità ut *eos persequens*, Ca.) *pervenit* (vel, *evasit*, JT. *transeat*, Ca.) *incolumis*, G. JT. Ca. Pacificè, feliciter, ex voto perrupit agmina hostilia, & adeptus est optatas victorias [p]. ¶ *Semita*, &c. אֹרַח בְּרַגְלָיו לֹא יָבוֹא] *Semitâ*, sive *viâ*, (vel, per *viam*, M. sim. P. *eâ viâ*, G. *itinere*, JT. Pi. etiam *per viam*, Ang. sub. *quâ*, vel *quam*, M. P. Ti. Calv. vel, *quo*, JT. Pi.) *non* (vel, *nunquam*, Ti.) *ingressus erat*, sive *venerat*, (sub. *antè*, G. Ti.) *pes ejus*, Calv. sim. Ti. vel, *pedibus suis*, M. P. JT. &c. *Semitâ suis non ambulatâ pedibus*, i. e. insolitâ [q]. Per regiones incognitas [r]; i. e. Damascum usque, Gen. 14. 15 †: ut ad Abrahamum referatur [t]. Malim, per Assyriam, &c. usque ad Babylonem, ut Cyrum respiciat [v]. Al. *semitâ quam nunquam—ingressus fuerat*, q. d. quum nunquam antea prælium inierat: id quod miraculum auget, ut evaderet incolumis [x]. Al. *Viam pedibus suis non insistet*, i. e. Volare potiùs videbitur quàm pedibus viam ire. Rectè hæc omnia ad Cyrum referuntur, qui potentissimus, prosperrimus & velocissimus erat [y]. Al. *Semita in pedibus ejus non apparebit*, Me. & Mar. & T. ex Vulg. i. e. Repentè irruit in eos nullo adventûs sui signo [z]: vel, tam velociter, ut volasse videatur [a]: vel, Tam sanum, vegetum & integrum deduxit Deus Abrahamum totúmque Israelem per tot itinera & bella, ut nullum esset tam prolixæ & molestæ semitæ vestigium. Confer Deut. 8. 4. & 29. 5 [b]. *Virtus itineris in pedes ejus non introivit*, Ch. [Ar. totum sic reddit, *Persequetur eos, transigétque incolumis iter pedum suorum*.]

4. *Quis* (vel, *Quis*, inquam, Pi.) *hæc operatus est* (vel, *designavit*, Calv.) *& fecit*] Sic JT. Pi. &c. ¶ *Vocans*, &c? קֹרֵא הַדֹּרוֹת מֵרֹאשׁ] *Vocans* (vel, Quis *vocat*, JT. Pi. Angl. ut repetatur interrogatio ex membro præcedente [c]. Vel, *Ille qui vocat*, M. P. sim. For.) *generationes* (vel, *secula*, Ti. For. *nationes*, Calv.) *à capite?* Mo. *indè à principio?* JT. Pi. vel, [sine interrogationis nota,] *ab initio*, Ti. sim. M. P. i. e. Qui novit homines multò antè quàm nascantur [d]. Imperans & imperaturus omnibus populis à mundi initio ad finem usque *. Qui est auctor cunctorum & moderator [f]. [Alii interrogativè accipiunt.] Quis singulis hominum generationibus præest, eásque beneficiis afficit solo suo verbo [g]? Quis, non dico Abrahamo tantùm, sed, omnibus imperat? sic enim accipitur *vocandi* verbum, ut suprà 40. 26 [h]. Authoritas innuitur in *vocatione*, h. e. impositione nominum, Gen. 1. 5, 8, 10. & 2. 19. Dan. 1. 7 *. Quis efficit ut homines alii aliis per generationem succedant, atque ità orbis nunquam destituatur incolis [i]? In ætatum serie clarè perspicitur Dei providentia [k]. ¶ *Ego Dominus, primus*, &c. רִאשׁוֹן וְאֶת אַחֲרֹנִים אֲנִי הוּא] *Primus*, (vel, qui sum *primus*, Pi.) *& cum novissimis* (vel, *atque* etiam *cum ultimis*, Pi. vel, *& ultimus*, Sy. sim. Ca. *& in*, vel *ad*, *ventura*, ό. Ar. sub. *secula*, Ar. ut designet tempora Christi [l];) *ego ipse*, Mo. Ti. vel, *ego sum*, P. M. Angl. existens, ut Joh. 8. 58. Pronomen demonstrativum pro verbo substantivo, ut Psal. 44. 5. & 102. 28 [m]. Vel, *ego sum ille*, Pi. Ang. qui hæc omnia facit *. Subjectio ad præcedentes interrogationes [n]. Si quæras quis iste sit,

Marginal notes (left column): x Ità Deod. & Hebr. O. apud Ga. — y Q. in Ga. — † Q. in Ang. — z D. ol. in Ca. — a Ga. ib. 228. — b Ità plerique in Di. RS. & K. in Ga. Calv. Musc. M. V. G. For. Jun. Pi. &c. — c Di. — d Calv. — * Pi. sim. Belg. — f V. — g For. — h V. sic Pi. Belg. &c. — i Pi. Belg. — k G. sim. For. — l For. — * Calv. — m G. sim. V. — n V. — o G. — p Belg. ex Pi. — q Belg. — r For. — † Pi. — t Belg. Pi. — v Belg. — x For. — y For. sim. M. — z For. — a G. — b Pi. Belg. Calv. For. — c Calv. — d Calv. G. — * Ga. ad. vers. ib. 229. — f Ga. ex AE. Di. Ca. — g Ga. ib. — h Di.

Marginal notes (right column): i Ga. ib. 232. — k E. — l Ang. — m Pi. — n For. — o Ang. — p T. — q Ca. — r Marl. ex Calv. — † G. — t Q. in Ang. — v Ang. — x For. — y Di. — z Mar. — a Me. — b T. — c Ang. — d O. in V. — * G. — f For. — g V. — h Jun. — * Ang. — i Pi. — k Calv. — l Cas. — m Ang. — n Pi.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Ego, inquit, —primus, &c. i. e. qui ante omnia sum, & quem, quando ultima venerint, invenient: *à quo omnia, & in quem omnia* [o]: qui ab initio ad finem usque cuncta guberno [p]. At verba illa, *primus & ultimus*, non imperium, sed æternitatem, Dei describunt. Confer Esa. 43. 10. & 44. 6. Apoc. 1. 8. & 21. 6. & 22. 13 [q]. Docet, se non senescere, nec unquam cessurum jure suo; &, quamvis innumeros deos substituat mundus, nihil sibi decedere [r]. Al. *Ego Jehova primum, etiam ultima ego idem* operor, JT. q. d. Totum est à me: nihil planè à principio ad finem usque geritur sine me. *τὸ operor* subauditur ex membro præced †. [Alii totum sic accipiunt,] *Quis agit & facit accersens à capite secula? primus & cum postremis ego idem*, Ca. Versus hic satis difficilis est apud Interpretes. Nobis hoc modo satis planus videtur: *Quis operatus est, & fecit, & vocat generationes pristinas? ego Dominus primus; & subsecuturas? ego idem.* Duæ sunt generationum species: aliæ sunt *ab initio*, sive *pristinæ*; aliæ *posteriores*, pòst futuræ. Utrasque, inquit Deus, ego & feci, & voco, ut mihi ministrent. Itaque nè miremini me jam de Cyro prædicere quæ multa demum post secula futura sunt: ego enim etiam ultimas generationes jamjam voco [t].

5. *Viderunt*] Ità For. Calv. &c. *Videntes*, JT. *Quum vident* hoc, Pi. quod Deus per Abrahamum operatus est [v]: miram populi mei restitutionem, & severa judicia in gentes alias [x]: vel, cladem inopinatam potentis exercitûs [y]. ¶ *Appropinquaverunt*, &c. קָרְבוּ וַיֶּאֱתָיוּן] *Appropinquaverunt* (vel, *Appropinquant*, JT. Pi. *Accesserunt tamen*, Ti.) *& venerunt*, Mo. P. &c. vel, *conveniunt*, JT. *veniunt*, Pi. *venient*, Ch. Vel, 1. ut viderent opera mea [z]. Vel, 2. ut mutuò se cohortarentur ad novos deos fabricandos, &c [a]. ut se religione & cultu deorum defenderent à novæ Religionis professoribus, & ut hos exterminarent [b]. Hæc verba conjungo cum proximo versu [c]. Vides insaniam hominum, qui, cùm de abjiciendis idolis consultare debuissent, animum & vires colligunt ut errori antiquo insistant †. Vel, 3. ut in commune consulerent quomodo se tutarentur [d]: ut junctis armis mihi resisterent *.

6. *Auxiliabitur*] Ut facerent scilicet idola [f]. Coibunt inter se ut idololatræ [g]. ¶ *Confirmare*] Ità Pi. &c. vel, *Fortis esto*, V. &c. id est, Alacriter suscipe confectionem idoli [h].

7. *Confortavit*, &c. וַיְחַזֵּק חָרָשׁ אֶת צֹרֵף מַחֲלִיק פַּטִּישׁ אֶת הוֹלֶם פָּעַם] *Et confortavit* (vel, *confirmat*, JT. Pi.) *faber* (nempe *lignarius*, M. Ti.) *aurificem* (vel, *conflatorem*, Ti.) *levigantem* (vel, *polientem*, P. sic Ti. *qui leniebat*, M.) *malleum* (vel, *malleo*, Ti.) *cum contusione* (vel, *ad percussionem*, P. V. ut אֶת sit pro לְ [l],) *incudis*, Mo. V. sive, *super incudem*, V. Al. *cum quo percutiebat incudem*, M. vel, *cum eo qui crebris vicibus incudem percutit*, Ti. *Quod fortificat faber cum aurifice, percutiens malleo cum eo qui concutit malleolo*, Ch. Mos est aurificum, malleo uti tum majore, (hìc פַּטִּישׁ,) quo materiam contundant atque diducant, tum minore, (hìc פָּעַם,) quo eam poliant. Ità Hebræi quidam ex Chaldæo. Illorum aliis פַּטִּישׁ est *malleus minor*, פָּעַם verò *major*; id quod textui magis congruit, in quo פַּטִּישׁ *malleus poliens* esse videtur. Sed revera Chaldæus τὸ פָּעַם pro *malleo* non videtur sumere, quum illud reddat per vocem וּמְנָא, quæ respondet τῷ פָּעַם prout *vicem* significat. Utitur quidem Chaldæus & aliâ voce quæ apud Talmudistas *malleum* significat: at illa ad interpretationem vocis הוֹלֶם pertinere videtur [k]. [Alii locum sic reddunt,] *Confortavit faber* (nempe *lignarius*, JT. Pi. vel, *ærarius*, G.) *conflatorem*, Calv. (vel, *aurifabrum*, JT. Pi. sim. G. *fictorem*, Ca.) *malleo percutiens* (vel, *& qui malleum polit*, Ca. sim. G. *malleator*, JT. *is qui laminam lævigat malleo*, ellipsis nominis relati [l]: *dividens malleo*, Q. in V. *incudem percutiens*, Al. in V.) *tundentem*, sive *contundentem*, *vicissim*, Calv. Q. in V. Angl. sub. *hortatur*, Q. in V. vel, *eum qui tundit incudem*, JT. Pi. Ca. G. i. e. aurum incudi impositum, ut in laminam diducatur [m]. Verùm τὸ פָּעַם nusquam *incudem* significat, at *vicem* sæpe, ut Gen. 18. 32. Jos. 6. 3 [o]. ¶ *Dicens*, &c. אֹמֵר לַדֶּבֶק טוֹב הוּא] *Dicens, Ad juncturam bonum illud*, Mo. *Dicens*, vel *Dicit*, (vel, *Et dicit*, Ti. Et *dixit*, Calv. sub. *aurifici*, P.) *de ferrumine*, (quod σύμβλημα Græcis [o]; quo extrema laminæ quâ sculptile obducitur ferruminanda sunt, ut inter se cohæreant [p]. לְ hìc valet, *de*, ut Esa. 38. 15 [q].) *Bonum est*, JT. Pi. Angl. sim. Ca. G. *Et dicens de glutino*, (id דֶּבֶק aliàs sign. à דָּבַק *adhæsit* [r];) *Accommodum est*, M. Alii, *Ad plumbaturam* (vel, *ad coagmentationem*, V. *ad conjunctionem* bractearum, P.) *bonum hoc*, Calv. P. Sensus, q. d. Bene hoc elaboratum est; partes singulæ ità concinnæ & perfectæ, ut conjungi jam & glutinari possint, ut simulachrum fiat. Sibiipsis opifices blandiuntur de perfectione operis †. Egregiè describit idololatrarum insaniam, qui alii alios inspirant ad resistendum Deo [t]. ¶ *Et*, &c. וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים לֹא יִמּוֹט] *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *roboravit* (vel, *firmavit*, M. Ti. *firmat*, JT. Pi. Ca. *firmius reddidit*, V.) *ipsum* (sub. *sculptile*, M. V. Pi. sic Ti. Ca. vel, *eum*, deorum aliquem [v]; vel, *illam*, sub. *coagmentationem*, V.) *in*, vel *cum*, *clavis*, (*gomphis*, ut loquitur in hac re Arnobius †: vel, *compagibus*, Ca.) *nè moveatur*, Mo. P. &c. scil. à pariete cui clavis affixum est [x]. Egregium munimen adversùs omnipotentem Deum [y]. Sensus est, Quàm facilè simulacra sua statuminant, tam facilè putant statuminari à se posse Imperia sua [z].

8. *Et* (vel, *At*, Calv.) *tu*, *Israel*] Vel, *ô Israel*: nam ità sumitur אַתָּה [a]. Ab idololatricis gentibus convertit se ad populum suum [b]. ¶ *Servus meus*] Sub. *tu es*, vel potiùs, *qui es*, & sic deinceps, per modum compellationis & descriptionis eorum quos alloquitur †. ¶ *Semen Abraham amici mei*; ità Sy. Mo. Ti. JT. Pi. אֹהֲבִי] *Dilecti mei*, Ch. *quem dilexi*, o'. Ar. *qui dilexit me*, P. sim. V. sub. *qui es*, Angl. vel, *tu es*: q. d. Memento te ex Abrahamo ortum, pariter tractandum, si paria feceris. Magnus honos Abrahami *amicum Dei* dici, 2 Paral. 20. 7. Jac. 2. 23. Ejus amicitiæ signum ingens, quòd Abrahami causâ Deus juravit, Heb. 6. 17 [c].

9. *In quo*, &c. אֲשֶׁר הֶחֱזַקְתִּיךָ וגו'] *Quia* (vel, *Qui*, Mo. Ti.) *apprehendi te*, &c. P. Calv. Al. *Quem* (vel, *Tu quem*, JT. Pi. Ca. Ang. Tu es *quem*, M. G.) *assumpsi* (vel, *apprehendi*, M. JT. Angl. &c. *ascitum*, Ca. *apprehendi* & eduxi, Pi. Angl. scil. in lumbis Abrahami [d],) *ab extremis terræ*, o'. Angl. &c. Id est, vel, 1. ex Ægypto *: vel, 2. ex Chaldæa [f]: cui favent & verba sequentia [g]. Vetera memorat, ut nova sperentur [h]. ¶ *Et à longinquis ejus vocavi te*, וּמֵאֲצִילֶיהָ] *A cubitis*, sive *brachiis*, sive *axillis*, *ejus*, h. e. à recessibus, vel à concavitatibus, i. e. ab abstrusis locis, unde videbamini vix educi posse. Attribuit Hebraismus mari & terræ *manus* & *brachia*, quòd sinus recessúsque habeant [i]. *Et de medio magnificorum ejus*, M. *Et ab eminentiis ejus*, Ti. V. sub. *terræ*; i. e. ab eis regionibus quæ præ aliis in pretio habebantur [k]. *Et à*, vel *è*, *selectis* (vel, *magnis*, G. *majoribus*, P. *primariis*, Ca. *de inter majores*, V.) *ejus*, Mo. JT. Pi. scil. *terræ*; i. e. à Regibus qui tibi dominabantur [l]; à Rege & Principibus Ægypti [m]: à divitibus, potentibus & honoratis [viris] Chaldææ [n], quibus vel cognatus, vel saltem vicinus, fuerat Abrahamus. Vide Gen. 12. 1. Jos. 24. 2, 3 [o]. אָצִיל, ab אָצַל *seposuit*, propriè sign. *sepositum* [p], *reservatum*, vel *segregatum*, à rebus scilicet vilioribus. Vide Gen. 27. 36. Num. 11. 17. Locutio desumpta ab iis quæ secretò & tutò servantur sub *axillis*, Jer. 38. 12. Ezec. 13. 18 [q]. ¶ *Elegi te, & non* (vel, *nunquam*, For.) *abjeci* (vel, *abjiciam*, Angl.) *te*] Te mihi feci populum peculiarem, non autem insuper habui, ut alias gentes [r].

10. *Nè timeas*] Hæc crepundia †, [idola.] ¶ *Nè*, &c. אַל תִּשְׁתָּע] [Variant.] *Nè terrearis*, P. Sy. vel, *stupeto*, JT. Pi. Angl. ut Esa. 29. 9 [t]: vel, *advertas*, i. e. solicitus sis, cures [v]; *circumspectes*, Ti. Angl. sim. For. ut Esa. 17. 8. ut solent homines in angustiis constituti, Psalm. 142. 5 [x]. quorum mens vacillat. Vel potiùs, quia est in quarta [conjugatione,] *Nè temetipsum respicias*, i. e. Nè ad te viresque tuas attendas, sed ad me Deum & adjutorem tuum [y]. *Nè declines*, G. ex Vulg. i. e. Nè animo concidas [z]. *Nè frangaris*, Ch. *Nè mollescas*, Mo. sim. Ca. *Neque dissolvaris*, M. V. nempe velut cera [a]. Putant verbum Hithpahel תִּשְׁתָּע formatum à nomine שַׁעֲוָה, quod *ceram* sign. quæ calori exposita facilè dissolvitur [b]. ¶ *Et*, &c. אַף תְּמַכְתִּיךָ וגו'] *Insuper* (vel, *Et*, M. Ti. *Etiam*, JT. P.) *sustentavi* (vel, *sustento*, JT. Pi. *fulcio*, Ti. Ca.) *te in dextra justitiæ meæ*, Mo. sic M. P. Ti. vel, *justi mei*, Vulg. id est, vel Mosis, vel Christi,

[Margin notes, left column: o For. p G. q Calov. r Calv. s Calv. † Jun. t Di. v For. x G. y Pi. z Me. a Calv. ad v. 6. sim. For. San. b For. c Calv. † For. d Ang. * T. f V. g G. h Pi. sim. M. l V. k Ang. l Pi. m Pi. n Ang. o G.]

[Margin notes, right column: p Pi. q Ang. r Pi. † San. t Calv. v G. † G. x Pi. y T. z G. a G. b Ang. † Idem. c G. d Pi. * G. f Ang. sim. Pi. For. g Pi. h G. i For. k V. l Q. in V. m G. n Pi. Ang. o Ang. p Pi. q Ang. r G. † T. t Ang. v For. x Ang. y For. z G. a V. Hein BA. 1. 4. 12. 531. b M.]

Christi [c], vel Cyri [d]: vel, *justa mea*, JT. Pi. Ca. G. ex ο'. h. e. quâ me fidelem justúmque esse monstrabo, in conservandis meis adversùs insultus hostium *.

11. *Peribunt viri qui*, &c. [אַנְשֵׁי רִיבֶךָ] *Adversarii tui*, JT. Ar. sic ο'. *qui litigant tecum*, Pi. sim. P. Ti. Sy. G. *viri litis*, sive *rixæ*, *tuæ*, V. Mo. *qui contradicunt tibi*, Vulg. i. e. obstant. Vide quæ ad Luc. 2. 34 [f].

12. *Quæres eos, & non invenies*] i.e. Penitùs perdentur [g]. ¶ *Viros*, &c. [אַנְשֵׁי מַצֻּתֶךָ] *Viros* (sub. *scilicet*, P.) *jurgii tui*, Mo. vel, *qui tecum contendunt*, P. Ca. sim. M. Ti. JT. Pi. ¶ *Et veluti consumptio*; ità Mo. [וּכְאֶפֶס] *Et velut nihilum*, P. M. Ti. JT. Pi. &c.

13. *Apprehendens manum tuam*] Tanquam pugnæ socius [h]: vel, ut pater manum filii sui timore perculsi [i]. Apprehensio dexteræ apud homines gestus est ejus qui alteri opem pollicetur: & symbolum hoc erat fœderis & amicitiæ [k].

14. *Noli timere, vermis* (vel, *vermicule*, Ti. JT. Pi. Sy. Ar.) *Jacob*] Qui à gentibus tanquam vermis contereris, Psal. 22. 7 [l]. & contemneris [m]. ¶ *Qui mortui estis ex Israel*] Simil. Calv. Redemptorem se afflictissimis, & vel mortuis, fore significat [n]. Qui velut mortui reputati estis [o]. ¶ [מְתֵי יִשְׂרָאֵל] *Israelitarum*, JT. Heb. *hominum Israel*, Jun. *viri Israel*, P. G. sic M. Pi. Ang. *mortales Israelitæ*, Ca. Id מְתִים P. *Viri pauci Israel*, Mo. M. sim. G. ex ο'. Ar. *ô Israel, qui pauco es numero*, Ti. Sic מְתֵי sæpe sumitur [q]. Ità; sed tunc ei adjungitur vox *numeri*, ut Gen. 34. 30. Deut. 4. 27 [r].

15. *Ego posui* (vel, *dispositurus sum*, JT. *reddidi*, Pi.) *te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia*, [לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ בַּעַל פִּיפִיּוֹת] Vox מוֹרַג *trabam* sign. à מָרַג, quod in Targum Deut. 19. 5. 2 Reg. 6. 6. *impellere*, sive *propellere*, denotat †. Vel, per metathesin, fit ex מוֹגַר *traba*, quæ vox ducitur à גָּרַר *trahere*; ut à רָדַד *extendere*, fit מוֹרָד *opus extensum*, 1 Reg. 7. 29. Ex Hebræo *morag* fit Arabicum *Naurag*, (*M* & *N* permutatis,) quod Alcamus definit *instrumentum ferreum, aut ligneum, quo fruges in area teruntur* [t]. τὸ חָרוּץ aliis est substantivum, (idque vel in conjunctione per copulam subintellectam, vel in rectione;) aliis adjectivum, sive nomen verbale aut participiale. Quod etiam accipiunt vel, 1. in notione passiva; cui favet forma vocis, & usus; nam חָרוּץ sign. *mutilatum*, Levit. 22. 22. *decisum*, Esa. 10. 22. *incisum*, Dan. 9. 26: vel, 2. in notione activa; quam etiam verba passivæ formæ sæpe habent, ut non tam perpessionem aliunde illatam & impressam, quàm affectionem insitam & inhærentem, designent; ut patet ex vocibus עָשׁוּק *oppressor*, Prov. 28. v. 17. לָמוּד *peritus*, 1 Par. 5. 18. שָׁכוּן *habitans*, Jud. 8. 11. sed & ipsum חָרוּץ (ab eadem radice, sed in significatu diverso, quâ *movere* sive *agitare* denotat, Exod. 11. 7.) pro *sedulo* sumitur, Prov. 10. 4. & 12. 24. qui *pigro*, vel *remisso*, opponitur. Sic λελογισμένος Græcis, & *consideratus* Latinis, dicitur, *qui consideratione justâ utitur*, &c [v]. [Hinc locum variè reddunt.] *In trabam, tribulam*, Mo. sim. Ca. (vel, *in trabam* & *tribulam*, P. *plaustrum, tribulam*, Ti. *quasi tribulam* & *rastrum*, M. *in trabam, ut tribula*, Calv. *in tribulam stylis recentibus*, JT. *tribulam acutam*, Heb. *in tribulam incisam*, i. e. incidendi facultate præditam [x]. *In trabam bene incidentem*, ut חָרוּץ sit nomen Toár sive adjectivum ipsius מוֹרַג [y]. Verùm חָרוּץ, quanquam primariò adjectivum sit, interdum tamen substantivè accipitur; quod & aliis adjectivis contingit: ut, קָלִי *tostum*, pro frumento, Levit. 23. 14. יַבָּשָׁה *arida*, pro terra, Gen. 1. 9, 10. Sic & חָרוּץ, cùm *incisum* primariò significet, substantivè tamen accipitur, nunc pro *fossa incisa*, Dan. 9. 25. nunc pro *traba*, sive *tribula, incidente*, ut hîc, & Esa. 28. 27. Sic itaque verba reddi possint, *in trabam excisionis*; ut, *vallis* הֶחָרוּץ *excisionis*, Joel. 3. 14: vel potiùs, *in trabam triturationis*, sive *tribulæ*, sive *tribularem*, quo à trahis aliis usibus designatis distinguatur [z]. *novam*, vel *novum*, (vel, *novа*, Calv.) *habentem ora*, Mo. P. vel, *dentatam*, Ti. Ca. sim. Calv. Ga. *instructam acutis clavis*, Pi. *quod habet rostra*, M. *bipennem*, JT. Heb. *orium dominum*, sive *possessorem*, i. e. præditam oribus [a], quibus mordeat & incidat grana frugum [b]; Hebraismus, ut, *ensis orium*, Psal. 149. 6. i. e. *anceps*, Heb. 4. 12. Sic, *cornuum*, & *alæ, dominus*, Prov. 1. 17. Dan. 8. 6. est, cornibus, & alis, instructus. *Denti-*

bus instructam, hîc reddo, quia reperio *dentem anchoræ*, Æn. 6. & *vomeris*, Georg. 1. & *aratri* in Columella 2. 4. & *forcipes denticulatos*, Plin. 9. 11. Sed & Servius *vehiculum* hoc undiquaque *dentatum* dixit; ejusdémque *orbiculos dentatos*, Varro [c]. חָרוּץ est *tabula lignea* [d], cum multis foraminibus confecta *, quorum in medio sunt vel silices acuti [f], vel styli sive clavi frequentes [g], ad stipulam incidendam [h]; vel potiùs, ad grana ex arista excutiendum [i]. Huc facit quòd Targumista reddidit, *trabas*, sive *tribulas, ferreas*, (quales occurrunt 2 Sam. 12. 31. Amos. 1. 3.) sic dictas, non quòd è ferro confectæ, sed quòd clavis ferreis instructæ, essent, à quibus hîc *orium dominus* traha dicitur [k]. Locum hunc sic reddo, *Ponam te in novam tribulam incisam variis incisuris*, à quibus vocatur חָרוּץ *incisum* hîc, & Esa. 28. 27. Boves autem hujusmodi tribulas traxisse colligitur ex 2 Sam. 24. 22 [l]. Sensus, Faciam ut sis velut tribula valde incidens, bene dentata *. [Plura vide ad Esa. 28. 27.] Significat eos divinitus armandos fore, non modò ad repellendas injurias, sed & ad hostes ulciscendos [m], atque obterendos [n]. ¶ *Triturabis montes —— & colles*] Id est, homines potentes [o], Reges & Principes [p]. Sensus, Precibus tuis obtinebis ut, sicut olim Abrahami causâ contrivi Reges, & Mosis eúmque comitantium causâ Regem Ægyptium, ità nunc etiam vestrî causâ conteram Medos & Babylonem, à quibus pessimè tractati estis [q].

16. *Ventilabis eos*] Qui, antequam subjugarentur, *montes* & *colles* erant, hîc paleis & quisquiliis comparantur, quas ventus facilè aufert [r]. ¶ *Exsultabis in Domino*] Id est, piè, & in honorem Dei *. Vel, *ob Jehovam*, ut ב hîc valeat בַּעֲבוּר *propter* †.

17. *Egeni & pauperes* (vel, *Quod attinet ad pauperes & ad egentes*, Pi. *Quum pauperes & egeni*, Ang.) *quærunt* (vel, *quærent*, Q. in V. vel, *qui quærunt*, Pi.) *aquas, & non sunt*] Vel, *sed nulla* adest, Pi. Quum populus meus, sive captivi in Babylone, sive redeuntes in via, siti vel fame laborant [t]. *Sitis* & *fames*, præsertim in locis æstuosis, omne vehemens desiderium significant: ostendunt id sequentia [v]. ¶ *Lingua*, &c. [לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה] *Quorum lingua siti deficit*, JT. Pi. vel, *exaret*, Ti. *periit*, Mo. P. ¶ *Ego —— exaudiam*, &c.] Versum sic exprimas, *Egenos & pauperes qui aquas quærunt ubi nullæ erunt, ità ut siti ardeat eorum lingua, ego Deus exaudiam*, G. Hæc & sequentia Israelitis in deserto conveniunt, tanquam typo; sed multò aptiùs veritati & mysterio. Nam pauperculi discipuli Christi, omni humano auxilio destituti, aquis & consolationibus cœlestibus refecti sunt *. Sensus, Pauperes spiritu, qui justitiam sitiunt, quærúntque consolationem contra conscientiam peccatorum ex doctrina Scribarum & Pharisæorum, sed nullam ibi inveniunt, ego Jehova consolabor per doctrinam Evangelii, &c [y].

18. *Aperiam in*, &c. [עַל שְׁפָיִם וגו'] *Super* (vel, *in*, M. P. Ti. &c.) *editioribus*, &c. Mo. vel, *præcipitiis*, i. e. abruptis & inviis [z]; vel, *excelsis*, P. *locis editioribus*, M. simil. JT. Pi. Ti. *montes*, Ar. sic ο'. Sy. *in planitiebus*. Cur שְׁפָיִם, quod alii *loca excelsa* vertunt, nos *planities, convalles*, reddamus, vide in annotatis ad loca Num. 23. 3. Esa. 49. 9. Jer. 4. 11. & alibi [a]. *In torrentibus*, Ch. ¶ *In rivos*, [לְמוֹצָאֵי וגו'] *In processus* (vel, *exitus*, For. Ma. i. e. fontes, †) *aquarum*, Pi. &c.

19. *Dabo in solitudinem* (vel, *in deserto*, Mo.) *cedrum*, &c.] Altera similitudo sumpta ab umbris in locis quæ umbras habere non solent. Eæ enim subitò si appareant, magno id solatio est. Vide suprà 25. 4 [b]. ¶ *Et spinam*] Sic Ti. Ar. Ca. Sic vocant, quòd [hæc arbor] spinui albæ non sit dissimilis †. ¶ שִׁטָּה *Sitta*, Mo. P. M. Pi. *Setbim*, Ch. Cedri proprium genus est, unde *ligna Setim* *. *Lectissimam cedrum*, JT. sim. V. Vide Exod. 25. 5. & 35. 7 [c]. ¶ *Ulmum*; ità Ti. P. Ca. Ch. תִּדְהָר Vox alibi non occurrit †. *Sapinum*, Mo. *pinum*, M. Ang. Ar. *tædam*, JT. Pi. *fagum*, Luth. in Pi. *cyparissum*, ο'. Aliud hoc cedri genus [d], à duratione dictum *. *Brezilium*, Al. in V. ¶ *Buxum*; ità Mo. P. M. Ca. Ch. Luth. in Pi. תְאַשּׁוּר] Est ἅπαξ λεγόμενον [f]. *Populum*, Ar. Ti. Pi. *arbores opacas*, JT. Hanc etiam cedrorum generi annumerant Hebræi [g].

20. *Ut videant*, (tam Judæi quàm gentes idololatri-

[Margin notes, left column:] c For. d Sin. * Calv. f G. g For. h G. i Musc. k For. l G. m Pi. BA. 2. 4. 28. n Calv. o For. p M. q M. r Ang. sim. For. † Ga. cin. p. 184. t BA. 1. 2. 32. 310. v Ga. cin. p. 184. x Pi. y V. z Ga. cin. p. 185. a Pi. Ga. ib. b Pi.

[Margin notes, right column:] c Ga. ib. d K. sim. Abarb. & RS. in Ga. * Abarb. ib. f Abarb. sim. K. ib. g RS. in Ga. h K. & RS. ib. i Ga. ex Abarb. k Ga. ib. l BA. 1. 2. 32. 311. * G. m Calv. sim. Musc. & Oecol. in Marl. n Musc. Oecol. o Pi. p M. sim. Calv. For. q G. r For. * For. † Pi. t Ang. v G. * For. y Pi. z For. a Di. † Pi. b G. † G. * G. c Ang. † Ang. d He. in V. & in G. * G. f Pi. g G.

cæ [h],) *& sciant, & recogitent,* וְיָשִׂימוּ] *Et ponant,* (vel, *reponant,* Mo. Ti.) sub. *super cor,* P. V. simil. M. Ti. ut plenè legitur mox v. 22. & Esa. 57. 1. Ezec. 40. 4. & 44. 5. i. e. considerent [i]. *Adhibeant,* sub. *se,* JT. vel, sub. *animum,* Pi. ¶ *Quia manus Domini fecit hoc*] Id quod nemo negare potest, cùm nulli alteri populo similia contigerunt [k]. ¶ *Creavit illud*] Græci, ἀπέδειξε, (*præstitit,* vel *exhibuit,* ο'. in For.) bene: nam בָּרָא de omni facto mirabili dicitur *.

21. *Propè,* &c. קָרְבוּ רִיבְכֶם] *Appropinquate* (vel, *Appropinquare facite,* P. Pi. sim. M. Ch. Sy. *Admovete,* V. *Proferte,* Pi. sim. JT. Ca. Ar. Ponite in medium [l],) *litem,* vel *causam, vestram,* Mo. JT. &c. Convertit sermonem ad idololatras [m]. קָרְבוּ est imperat. Pihel, & habet sub ק Kamets loco Pathach sequente Dagesch, quia litera ר respuit Dagesch [n]. *Adeste causæ vestræ,* Ti. Calv. G. Sistite vos judicio, & vestram causam tuemini [o]. ¶ *Afferte,* &c. הַגִּישׁוּ עֲצֻמוֹתֵיכֶם] *Admovete,* JT. sim. Mo. P. (vel, *Allegate,* Ca. *Proponite,* Pi. *Adducite,* P. sim. Ti.) *firmamenta* (vel, *robora,* G. simil. For.) *vestra,* JT. Pi. Ti. V. vel, *argumenta,* &c. Ca. sic G. *opiniones,* Sy. simil. Ar. *quod vobis videtur,* Ch. *prægnantes causas,* &c. M. *fortia vestra,* Mo. P. Ang. sub. *argumenta;* ellipsis subjecti, ut Esa. 40. 10 [p]. probationes validissimas [q].

22. *Accedant,* יַגִּישׁוּ] *Accedere faciant,* P. Pi. *Adducant,* V. Calv. sub. *deos suos,* V. vel, sub. *confirmationes vestras,* For. *Proponant,* JT. Pi. nempe idola vestra sermonem suum [r]. ¶ *Et nuncient nobis quæcunque,* &c. אֵת אֲשֶׁר תִּקְרֶינָה] *Quæ accident,* Mo. *quæ eventura* (vel, *obventura,* JT.) *sunt,* P. M. Ti. Pi. Ca. Heb. *occursura,* Pi. ¶ *Priora,* &c. הָרִאשֹׁנוֹת מָה הֵנָּה] *Priora* (i. e. Præterita †,) *quid ipsa,* Mo. vel, *quænam sunt,* JT. Pi. *quæ fuerant,* P. M. *Aut* saltem *quæ priùs fuerunt,* Ti. *Priora quæ sint* eventura scilicet *nunciate.* Dicite nobis ex deorum vestrorum dictatu quæ jamjam eventura sint [t]. *Præterita quæ sunt præsignificate,* &c. Si Sennacheribi casum prædixissetis, &c [v]. Divinitas comprobatur vel ex prædictione futurorum, vel etiam enarratione præteritorum [x]. Indè probate divinitatem vestram [y]. Dicite quid Deus à principio & ab æterno fecerit, cogitaverit, decreverit [z]. ¶ *Et ponemus cor nostrum*] Id est, considerabimus diligentiùs, & attendemus [b]. Credemus illos esse Deos. Est κοίνωσις, (*communicatio:*) nam Deus hîc se hominibus quasi adjungit [c]. ¶ *Et,* &c. וְנֵדְעָה אַחֲרִיתָן] *Et* (vel, *Ut,* Ti. V. Pi.) *sciemus* (vel, *sciamus,* Ti. V. G. sim. JT. Pi.) *novissimum* (vel, *finem,* sive *exitum,* JT. Pi. Ca. *posteriora,* G.) *eorum,* Mo. P. &c. id est, quæ illis primis futuris proximè consequentia erunt [d]. Sensus loci, Antiqua repetite oracula, & expendite an veros habuerint exitus: nunciate quæ illa prædixerunt, & ex eventu judicabimus an vera locuti sint *. ¶ *Et,* &c. אוֹ הַבָּאוֹת וגו'] *Aut ventura,* sive *eventura,* (nempe *in longum,* ut sequentia exponunt. Ità ordine progreditur [f]. Vel, *quæ in foribus sunt,* Ti. *venientia,* i. e. instantia, & quæ jam à tergo instant. q. d. Si nec futura prædicere, nec præterita enarrare, possunt; saltem vel quæ jam veniunt, quæ vel mediocriter prudens vir prædicere aut annunciare posset [g],) *facite audire nos,* Mo. M. vel, *narrate nobis,* P. sim. JT. Pi. At multa exstant vaticinia ab oraculis Gentium profecta. Respondeo, 1. Illa omnia obscura erant aut ambigua; ut, *Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.* 2. Quum Gentes se à vero Deo alienâssent, & Satanam consulerent, justè tradidit illos Deus erroribus, &c. Vide 1 Reg. 22. 22. 2 Thes. 2. 9, 10 [h].

23. *Bene,* &c. אַף תֵּיטִיבוּ וְתָרֵעוּ] *Etiam* (vel, *Quin,* Ti. Calv. Quin *etiam,* Pi. P.) *benefacite, aut malefacite,* JT. Pi. M. Ti. &c. *Saltem prodeste, aut officite,* Ca. hominibus scilicet [i]. Evertite hostes vestros, ut ego Pharaonem everti: servate cultores vestros, quomodo ego Israelitas servavi [k]. ¶ *Et,* &c. וְנִשְׁתָּעָה וגו'] *Et narrabimus,* (vel, *Ut enarremus,* Ti.) *& videbimus,* sive *aspiciemus, simul,* Mo. P. M. Et versis vultibus ad nos mutuò pariter rem examinabimus, atque tractabimus quonam honore digni sitis [l]. Hæc ubi præstiteritis, agemus postea de rebus aliis, & eas quoque examinabimus [m]. *Et narrabimus* (sub. *miracula vestra,* Q. in V.) *posteaquam viderimus.* ו pro *postquam* [n]. *Et admirabimur,* &c. ο'. *Ut admiremur,* &c. Ar. *Ut obstupescamus videntes* (vel, *& spectemus,* Ang.) *pariter,* JT. Pi. Ang. *Et attendamus,* &c. Ch.

Margin: h San. — i V. — k For. — * G. — l V. — m V. sim. Pi. G. — n Pi. — o Musc. — p Ang. — q V. — r Pi. — † Pi. — t G. — v Ca. — x For. sim. Me. — y Me. — z Me. T. — b V. — c G. — d G. sim. T. — * San. — f G. — g For. — h Calv. — i Pi. — k G. — l For. — m G. — n V.

24. *Ecce, vos,* &c. אַתֶּם מֵאַיִן] *Vos* (sub. *estis,* P. JT. &c.) *ex nihilo,* Mo. P. M. Ti. q. d. fictitii dii, non ex veritate, sed inani & stulta imaginatione, orti [o]. Vel, *nihili,* Ca. vel, *minus quàm nihil,* JT. Pi. G. For. Heb. *præ nihilo,* Pi. Mem sæpe est comparationis particula [q]. ¶ *Et opus,* &c. וּפָעָלְכֶם מֵאָפַע] *Et opus vestrum* (vel, *factura vestra,* Ti. Intellige vel, 1. passivè [r], quo vos, idola, facta estis †; fabrica vestra [t]; vel, vos ipsa, quæ estis opus sive fabrica stultorum hominum [v]: id quod circa vos fit [x], i. e. idololatria [y]: [vel, 2. activè;] id quod vos efficitis [z].) *ex nihilo,* Mo. P. M. Ti. V. Ang. i. e. minus, vel deterius, quàm nihil *. Nihil potestis efficere, neque bona, neque mala [a]. Vel, *pejus* opere *viperæ,* JT. G. vel potiùs, *basilisci;* quia huic serpenti ova tribuuntur infrà 59. 5. quæ viperæ denegantur, Plin. 10. 62. quippe vivipara est [b]. אֶפְעֶה est *vipera,* ut apparet ex Esa. 59. 5. & ex sermone Arabico: Id hîc breviùs effertur [c]. אֶפַע, pro אֶפְעֶה, per apocopen [d]. ¶ *Abominatio,* &c. תּוֹעֵבָה יִבְחַר בָּכֶם] *Abominatio* (vel, *abominabilis,* JT. Pi. Vir *abominabilis,* P. sic M. Glass. sive *abominationis,* Glass. gram. 3. 1. 154. sub. *est qui,* Pi. Ang.) *elegit,* vel *eligit, vos,* Ti. V. M. JT. Pi. &c. qui sibi sumit vos colendos *: vel, *qui delectatur in vobis,* Angl. ut Esa. 1. 29. & 58. 5, 6 [f]. Al. *Abominationem elegit in vobis,* sub. *homo:* q. d. Homines idola fabricare non possuut, quin simul abominationem fabricent [g]. *Abominatio est id quod vobis elegistis,* Ch.

25. *Suscitavi* (vel, *Suscitabo,* P. G. sim. Pi. *Excitavi,* M. Ti. sub. *virum,* M. Ga. sim. Ang. vel, sub. *populum,* Pi. Angl. quod eòdem recidit; quia vir iste populum secum adduxit [h].) *ab Aquilone*] Ità Mo. &c. ¶ *Et,* &c. וַיַּאת מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ יִקְרָא בִשְׁמִי] *Et veniet ab ortu solis,* M. Pi. Vulg. *vocabit* (vel, *invocabit,* Pi.) *in nomine meo,* M. vel potiùs, *nomen meum,* V. Pi. G. ex Vulg. ut ב redundet. H [s], qu. d. Nomen meum profitebitur; vel, Seipsum commendabit meo nomine, tanquam auspiciis meis meâque authoritate militans [i]. Me colet [k], auctorémque suæ felicitatis agnoscet [l]. Al. *Et veniet ab ortu solis vocabit nomen meum,* P. Ang. sic Mo. vel, *Et veniet* (sub. *vir*) *ab ortu solis* qui *proclamabit,* vel *ad proclamandum, nomen meum,* Angl. Vide Esd. 1. 1, 2 [m]. His [nempe P. & Ti.] meliùs locum reddit Castellio, *Excitatus à me ab aquilone veniet; ab ortu solis qui, meum invocans nomen,* &c. Omnium optimè Junius, *Excitaturus sum ab aquilone qui veniat, ab ortu solis* qui *vocet nomen meum:* quanquam malim ego, *qui nomen meum prædicet* [n]. Obscurus est hic locus, & variè exponi solet [o]. 1. De populo decem tribuum ex Media tandem reducendo, &c [p]. 2. De Ecclesia [q]. *Excitabo,* sub. *populum,* &c. i. e. electos ex Gentibus [r]. Antithesis potentiæ Dei, quâ prædicit & interminatur subversionem Regni tenebrarum per Ecclesiam Christi ex omnibus orbis partibus adunatam ad invocandum nomen ejus †. Dicit, *ab aquilone,* sub. *& Austro;* & deinde, *ab ortu,* sub. *& occasu* [t]. Synecdoche membri [v]. Eclipsis contrariorum, ut Gen. 33. 10 [x]. Sed nec ibi, nec alibi etiam in scriptis Mosis, lego duas mundi plagas pro quatuor positas esse [y]. 3. De Judæis. Deus per gradus quosdam clariùs clariúsque explicat modum quo Judæorum restitutionem sit procuraturus [z]. Non populum, sed virum, hîc suscitandum intelligo; sed quemnam, quærunt [a]. 1. Christum, qui suos dispersos per totum orbem recolligeret, Esa. 43. 5, 6. & 49. 12 [b]. 2. Abrahamum, quem vocavit Deus, primùm ab oriente, à Chaldæa, deinde à Septentrione, ab Aram; qui per se, vel per posteros suos, Reges conculcavit, &c [c]. 3. Cyrum [d]. Medi Judæis ad Septentrionem, Persæ ad ortum *. Cyrus Medo-persa, ideo ἡμίονος (*mulus,* sive *hybrida,* Ga.) dictus in oraculo [f], quod Nabuchod. per furorem edidit. Vide Euseb. Præpar. Evang. 9. 41 [g]. Persa, per patrem Cambysem; Medus, per matrem Mandanem, Astyagis filiam [h]. Hic, cùm gente utrâque oriundus esset, ex utraque regione copias conscriptas duxit: partim è Perside, quæ ad orientem erat Babyloni; partim è Media, quæ ad Aquilonem magis vergebat, Jer. 50. 9, 41. & 51. 48 [i]. 4. Non unum, sed duos viros, hîc intelligo,

Margin: o For. — q For. — r Me. — † Me. T. — t Me. — v T. — x G. Ang. — y G. — z Ang. — * Ang. — a V. — b Pi. — c G. — d Pi. — * G. sim. Pi. — f Ang. — g Q. in V. — h Ang. — i V. — k G. For. — l G. — m Ang. — n Ga. — o Musc. — p Ics. K. in Ga. — q Jun. & Pi. in Ga. — r Pi. — † Jun. — t Pi. ex Jun. — v Pi. — x Jun. — y Ga. adv. — z 1. 230. — a G. — b Ga. ib. — b Q. in Ang. — c For. — d G. Ga. et RS. & AE. & K. — * G. — f G. sim. Ga. — g Ga. — h G. — i Ga. ib.

intelligo, & tempore & ministerio dissitos; Nabuchodonosorem, qui *ab aquilone* venit ad Judæos debellandos, & Cyrum, qui *ab oriente* ad eos liberandos processit [k]. Chaldæos ab Aquilone, Medos & Persas ab Oriente: q. d. Duæ mutationes memoratu dignæ contingent: Chaldæos primùm exaltabo, deinde Persas. Ità & captivitatem & liberationem populi opus suum fore testatur; ut palàm sit penès ipsum & præscientiam (quum hæc liberatio post 200 annos evenerit) & potentiam esse [l]. ¶ *Et adducet*, &c. וְיָבֹא סְגָנִים כְּמוֹ חֹמֶר וגו׳] *Et invadet* (vel, *Veniétque* super, P. Ti. M. *Et veniet* ad, Calv. *Veniet, inquam*, sub. *& conculcabit*, Pi.) *magistratus* (vel, *antistites*, Pi. tum politicos, tum ecclesiasticos [m]; vel, *principes*, sive *duces*, M.P.Ti.G. nempe Astyagen, Crœsum, Nabonidum [n],) *sicut* (vel, *velut* super, P. Ti.) *lutum, & sicut figulus* (vel, *tanquam figulus* erit qui, Pi.) *conculcabit lutum*, Mo. P. &c. vel, *conculcat cœnum*, Pi. Est in Hebræo transpositio quædam hunc habens sensum, *Is veniens principes ut lutum conculcabit, aut ut figulus humum mollem* [o]. Est ἐμπλοκὴ verborum, locum sic vertimus [p], *Qui veniens proculcet antistites tanquam lutum, & tanquam figulus cœnum*, JT. Al. *Superveniet præfectis militaribus, tanquam cæmento*, (sic enim חֹמֶר verti possit,) *& quasi figulus, qui lutum calcat*. Sic duplex imago exsistit, & cæmentarii, qui cæmentum, & figuli, qui lutum, sive argillam, pedibus subigit [q].

26. *Quis* (nempe, ex vobis idolis [r], ex collat. v. 22 [†].) *annunciavit* (vel, *præsignificat*, Ca. *potest indicare*, Pi. sub. *aliquid*, Pi. quod futurum erat [t]; vel, sub. *hoc*, sive *hæc*, Angl. Ti. Ca. G. ut Esa. 45. 21. & 48. 14 [v].) *ab exordio?*] Vel, *à capite?* Mo. vel, *ab initio?* P. Ti. inde *à principio?* JT. Pi. longo antè tempore [x]? i. e. annis ferme 150 [y]. ¶ *Ut sciamus*] Sim. V. Calv. &c. sub. *illum esse verum Deum*, V. Dicite, *ut sciamus* quisnam vestrûm sit [z]. ¶ *Et*, &c. וּמִלְּפָנִים] *Et à faciebus?* Mo. *& a principio?* P. For. G. Idem bis dictum [a]. *Aut* (vel, *aut* indè, JT. Pi.) *ab antiquo?* V. sim. JT. vel, *à prioribus* temporibus? M. sim. Ar. Pi. vel, *jam antè?* V. *jam olim?* Ch. *quæ à facie sunt?* ο'. quæ fuerunt *à principio?* Sy. Heb. *ab antè?* ad verb. *à secundùm faciem?* Pi. Et dicite quis antea ista prædixerit [b]. ¶ *Ut*, &c. וְנֹאמַר צַדִּיק] *Et dicemus*, (vel, *ut diceremus*, JT. sim. G. ex Vulg.) *Justus*, Mo. JT. Pi. &c. sub. *es*, Pi. vel, sub. *est*, JT. Al. *quòd justus sit*, P. sic M. Sy. i. e. justè ille sibi nomen Dei vindicat [c]. Eum justum pronunciabimus, i. e. absolvemus, & pro eo sententiam feremus: superiùs enim deos & deorum cultores quasi in judicium vocaverat [d]. *Ut dicamus, Verum est*, Ch. *& dicemus, quia vera sunt*, ο'. *ut sciamus ea esse certa*, Ar. *Justi* appellatio latè accipitur, interdum pro vero & probato [*]. [Alii hoc membrum cum proximè præcedente sic reddunt,] *Et porrò quid futurum sit? & dicemus eum habere causam potiorem*, Ti. *Quis antè denunciat, ut ab eo jus esse fateamur?* Ca. Al. Locum sic verto, *Quis indicabit pristina? cognoscemus: & ea quæ fuerunt antehac? dicemus, Verus est*. Id malim quàm, *Justus est*, tum quia apud Arabes צַדִּיק *veracem* sign. & צֶדֶק *veritatem*; tum quia ο'. & Ch. sic vertunt hoc loco; tum quia צֶדֶק *justitia* ponitur pro *veritate*, ut Esa. 42. 21. & 45. 23. & passim in Scriptura, præsertim ubi de promissionibus Dei & remissione peccatorum agitur [†]. ¶ *Non*, &c. אַף אֵין מַגִּיד וגו׳] *Neque* (vel, Sed *neque*, Pi. *Utique non*, Calv. q. d. Sed frustrà exspectamus, *non* [f]: Heb. *Etiam non*, Pi.) *ullus* (aliquis deorum [g]; sub. *est*, JT. Pi.) *qui indicet*, (vel, *annuncians*, Calv. sub. *hoc*, Angl. vel, *res futuras*, V. in Marl.) *neque* (vel, *utique non*, Calv.) *ullus* (propheta diis illis serviens [h]) *qui pronunciet*, (vel, *audire faciat*, V. sic Pi. Calv. sub. *vocem suam*, i. e. dicat, sive doceat & narret, ut v. 22 [i].) *neque* (vel, *utique non*, Calv.) *ullus* (ex cultoribus vestris [k]) *qui audiat sermones vestros*, JT. Pi. nempe de illa Judæorum restitutione [l]: vel, *verba*, i. e. negotia, vestra, ô Judæi [m]. Nihil dicunt unde futurorum notitia haberi possit [n]. Muta sunt saxa & ligna, neque ullus ipsa loquentia audit [o].

27. *Primus*, &c. רִאשׁוֹן לְצִיּוֹן הִנֵּה הִנָּם] [Variant.] *Primus ad Sion*, Mo. (vel, *Primus ipsi Sion* dicet, M. Ang. *Primus* qui veniet, *ad Sion* dicet, P. *Ego primus sum qui* dico hæc *Sioni*, Ti. *Ego primus* dico, vel dixi, *Sioni* Angl. G. sim. Mar.) *Ecce, ecce ipsi*, Mo. V. Ang. Ti. Intellige, vel, milites Cyri venientes ad oppugnationem Babylonis, & liberationem Judæorum; vel, Judæos turmatim è captivitate redeuntes [p]. Vel, *Ecce, adsunt*, P. M. G. qui scilicet tibi futura prædicant [q]. Vel, Aderunt Judæi ex omnibus terræ finibus [†]. Vel, *Ecce ipsa*, scil. veniunt quæ dixi [r]. Sed pronomen [affixum ם] est hîc masculinum [†]. Sensus, Ego Deus primus id significo [s]; nempe, vel Babylonis deletionem, vel Judæorum redemptionem, & per quos hæc efficienda erant: quæ idola vestra non poterant prædicere [v]. *Primus ego Sioni ista instare demonstro*. Alludit ad id quod suprà dixerat; q. d. Ego Jova, qui me suprà *primum postremùmque*, i. e. solum, dixi, hæc præsignifico [x]. ¶ *Et*, &c. וְלִירוּשָׁלַםִ מְבַשֵּׂר אֶתֵּן] *Et ipsi Jerusalaim* (quæ eadem hîc cum Sione [y],) *evangelistam* (vel, *felicia nunciantem*, M. sim. For. Ang. vel, *nuncium*, V. *lætum nuncium*, Ca. sim Ti. Id est, vel, Esaiam, qui nunc prædicat restitutionem urbis [z]; vel, Cyrum; vel, Christum; vel, Johannem Baptistam [a]: vel potiùs, collectivè, *nuncium*, pro *nuncios*, ut Esa. 40. 9. & 52. 7 [b]. Sing. pro plur. Evangelistas, qui scil. nuncient cives suos redire è captivitate [c]. Isaiam, Jeremiam, aliósque Prophetas, qui quasi Evangelistæ [d] prædicent populo meo quæ ipsi obventura sunt, tum tristia, tum læta [*], præcipuè ad Christum pertinentia [f].) *dabo*, Mo. M. P. &c. vel, *do*, Ca. G. [Alii versum sic reddunt;] *Primarium virum* (nempe Christum [g]) *Tzijoni & Hierosolymæ evangelistam* (nempe Christum, ex collatione membri præcedentis [*],) *dabo*, in quo *ecce, ecce, ista* erunt, Pi. nempe suprà dicta, videlicet facultas indicandi futura, benefaciendi, &c [†]. *Primarium Tzijoni*, in quo *ecce, ecce ista, & Jeruschalaimis evangelizantem, dabo*, JT. Alterum membrum antitheseωs. Non efficiuntur, inquit, neque prædicuntur hæc ullâ virtute aut scientiâ hominum, sed ab eo uno cui donavero. Est autem is Christus, in quo, ecce, istarum prophetiarum omnium invenitur complementum. Hunc, inquit Deus, dabo Ecclesiæ, ut efficiat res prophetiis prænunciatas, & prophetias evangelicas suis committat, &c. Hunc locum ut ità accipiamus cogunt distinctiones Hebraicæ, ipsa argumentatio, & prophetiæ sequentis comparatio [h]. Interpretes duas hîc faciunt enunciationes; quarum primam duris satis ellipsibus supplent. Mihi videtur hîc mera esse vocum transpositio, in hac lingua mirè elegans, sed aliis linguis inimitabilis. Sic explico, *Primus ego dabo Sioni & Hierosolymis lætè annunciantem, Ecce, ecce illa*. Provocârat omnes Gentium deos, ut quæ futura sunt prædicerent; quúmque eos nihil tale posse gloriatus esset, Ego, inquit, & ego primus, dabo Sioni & Hierosolymis qui lætum nuncium afferentes dicant, Ecce, ecce illa; præstò sunt quæ Deus prædixit [i].

28. *Et*, &c. וְאֵרֶא וְאֵין אִישׁ וּמֵאֵלֶּה וְאֵין יוֹעֵץ] *Et* (vel, *Autem*, P. V.) *videbo*, vel *aspiciam*, vel *contemplabor*, Mo. P. V. (sub. *idola gentium*, V. vel, *aspexi*, Calv. *Ego videbo*, Ti. *Et ut video*, M. *Nam circumspicio*, ut quæram virum qui servet populum meum [k]. *Nam quum respicio*, JT. Sensus, Quòd si contempler [l]; Quantumvis circumspectem [m]. *Et vidi*, an me hæc pro Domino proponente, vellet quisquam suorum deorum divinitatem ostendere, &, etsi non primo loco, saltem secundo post Deum nostrum, vellet quisquam futura prædicere [n].) *& non* (vel, *nullus*, JT. sim. Calv. Pi. sub. *est*, M. JT. vel, *erat*, Calv. vel, *erit*, P. vel, *adest*, Pi.) *quispiam*, Mo. P. (vel, *vir*, M. Ti. JT. sub. *indicans futura*, V.) *&* (vel, *etiam*, P. JT.) *ex*, vel *de*, *ipsis*, sive *istis*, Mo. P. JT. Pi. Ti. Calv. (sub. *inquisivi*, Calv. vel, sub. *aliquem circumspicio*, Pi.) *&* (vel, *sed*, Pi.) *non* (vel, *nullus*, JT. Pi. Calv. sub. *est*, JT. vel, *erat*, Calv. *erit*, P. *adest*, Pi.) *consiliator*, sive *consiliarius*, Mo. P. Pi. Calv. sive, *consultus*, JT. i. e. nullus dare poterit consilium [o], salutare afflictis conscientiis, præter Christum [p]. ¶ *Et interrogatus*, &c. וְאֶשְׁאָלֵם וְיָשִׁיבוּ דָבָר] *Et interrogabo eos, & respondebunt verbum*, Mo. *Interrogabo* (vel, *Interrogavi*, Calv.) *prætereà eos, & non respondebunt quicquam*, P. sim. Calv. *Neque, si interrogavero eos, respondebunt mihi verbum*, M. sim. V. Ti. Repetenda hîc, more Hebræo, negatio [q], ex membro præcedente. Simil. Psal. 1. 5. & 9. 19.

[k] Q. apud RS. in Ga. [l] Calv. [m] Pi. [n] G. [o] G. [p] Jun. [q] Ga. adv. 21. 23. [r] Pi. sim. [†] V. For. G. [t] Pi. [v] V. Ang. [x] G. sim. V. [y] G. [z] For. [a] G. [b] For. [c] G. sim. Ang. [d] G. [*] Calv. [†] Di. [f] For. [g] G. sim. Ang. [h] G. sim. Ang. [i] V. [k] Ang. [l] G. [m] Mar. sim. T. [n] Calv. [o] Me.

[p] Ang. [q] Me. [†] G. [r] Mar. [†] Ang. [s] G. sim. Ang. [v] Ang. [x] Ca. [y] Ang. [z] G. [a] Q. in Ang. [b] Ang. [c] V. [d] M. T. [*] T. [f] Me. [g] Pi. [*] Idem. [†] Idem. [h] Jun. [i] Di. [k] Pi. [l] V. [m] G. [n] For. [o] V. sim. [p] Pi. [q] For. Gacin.

9. 19. & 44. 19. Esa. 23. 4. & 28. 27, 28[r]. *Ut, quum interrogo eos, respondeant quicquam,* JT. Nulli adsunt *quos interrogare possem, ut responderent aliquid;* Hebr. *ut referrent verbum,* Pi. [Ca. versum sic reddit, *Nam istorum quidem neminem animadverto consiliarium, qui interroganti mihi quicquam respondeat.*] Sensus, Nemo est ex illis diis ità futuri peritus, ut consultoribus suis de ea re certi quicquam respondere possit †. Vidi an ex illis quisquam esset qui consultaret cum altero quidnam facto opus esset. Quorum silentium cùm animadverterem, interrogavi eos an haberent quod dicerent; & non responderunt[s]. De se locutus Deus ad idola revertitur, iisque se opponit: q. d. Hæc à me fiunt, ab idolis verò fieri non possunt. Nihil illis consilii aut intelligentiæ inest, nec interrogantibus respondere, nec miseros alleviare, possunt[v]. Ad hæc interrogata & argumenta nemo in deorum suorum causa respondit, neque consultavit de adornanda responsione. Itaque concludit pronuncians contra idola, ut habetur versu seq[x]. Ætiologia præcedentis promissionis de Christo, quâ confirmat Deus, se gratiosè propterea mittere Filium in mundum, quòd nemo ex diis aut hominibus prophetare possit per se, nedum salutem sibi comparare, aut præstare alteri[y].

29. Ecce, &c. הֵן כֻּלָּם אָוֶן] *Ecce, omnes* (vel, *omnes ipsi,* Mo. M. Ti. Ca. *hi omnes,*] T. simil. Pi. nempe dii gentium[z]; sub. *sunt,* P. M. JT. &c.) *vanitas,* P. Ti. JT. Pi. Ch. vel, *vani,* M. Ti. *iniquitas,* Mo. *injusti,* G. ex Vulg. Immeritò Deorum nomen sibi vendicant[a]. Vel, *concupiscentia*: q. d. Gentium dii absque ulla ratione inventi sunt, sed ex mera hominum stulta concupiscentia, &c[b]. Vide Num. 23. 21. 1 Sam. 15. 23[c]. ¶ *Et vana,* &c. ità Sy. אֶפֶס וגו'] *Nihil* (vel, *Nihili,* Ca. Ch. sub. *sunt,* M. P. &c.) *opera eorum,* Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Nihil prorsus agunt[d]. Al. *Opera eorum,* i. e. cultus qui eis exhibetur, ut suprà 24 *. ¶ *Ventus* (i. e. Res nullius soliditatis, stabilitatis, efficaciæ vel usûs, sed quæ plurimum doloris & molestiæ adfert. Vide Psal. 16. 4. Jer. 10. 15[f].) *& inane*; ità Mo. P. sim. M. JT. Pi. וָתֹהוּ] *Et res informis,* Ti. vel, *confusio,* Ang. Vide ad Esa. 24. 10. & 34. 11. &c[g]. Nihil per se valent, nec qui iis utuntur spiritus [qui nempe simulacra incolebant ex opinione gentium] quicquam contra Deum[h]. Sunt res nullius momenti. Omissis ergò ipsis, transit ad res solidas, & admiranda Dei opera, quæ Propheta prævidebat facturum Dominum futuris temporibus[i].

[r] Ga. cir. p. 182. † G. [s] For. [v] Calv. [x] Mc. [y] Ms. ex Jun. [z] For. [a] G. [b] For. [c] Ms. [d] For. * G. [f] Ang. [g] Ang. [h] G. [i] For.

CAP. XLII.

1. **E***Cce servus meus*] Caput hoc cum duobus sequentibus unam constituunt concionem, de beneficiis à Deo in populum suum conferendis[a]. [Qu. De quo hîc loquitur?] Resp. 1. De Cyro[b]. Sed hæc sententia, tanquam inepta, ab aliis reprobata est *. Multa hîc sunt quæ Cyro non congruunt †. Sed in propheticiis non est insolitum, ut quædam typo conveniant, & non veritati; ut Psal. 22. 7. & 40. 13: quædam veritati, & non typo; ut Psal. 16. 10. collat. cum Act. 2. 29. & 13. 35, 36, 37: vel, typo in uno sensu, & veritati in altero; ut in Psalmis, ubi vel David est typus Christi, ut Psal. 2. & 16. & 22. vel Salomon, ut Psal. 45. & 72 *. 2. De populo Judaico[c]. 3. De Jesaia[d]; de quo suprà 41. 27. Ad quem redire sermonem Dei apparebit bene cuncta intuenti: quanquam sublimiùs hæc impleta in Christo, cujus figuram, quantum potuit, gessit Esais *. Sed quomodo illa, quòd sit *lux* & *legislator gentium,* &c. sine στρεβλώσει ad Esaiam abripi possunt[f]? 4. De Messia[g]. Id multa suadent. 1. In eo impletum hoc dicitur Matth. 12. 18, &c[h]. 2. Huic omnia apprimè congruunt: *in hoc uno sibi placuit anima* Dei, Matt. 3. 17. & 17. 5. 3. Hebræi sic accipiunt[i]. Chald. sic transfert, *Ecce servus meus Messias,* &c. Ità & Abrabaneel, qui de R. Saadia & de AE. &c. locum de Cyro, vel Esaia, vel justis Israelitis, exponentibus, ait, *Videntur omnes hi sapientes percussi fuisse cæcitate*; quia nimirum non viderunt Scripturam hanc non posse rectè exponi nisi *de Rege Israelis ex domo Davidis*: id quod ex textûs serie probat, atque addit, *Et iste est Messias*[k]. Sic K. (nempe in libro Radicum[l]) ad hæc verba ait, *Is est Rex Messias.* Sed & Grotius ipse ad Matt. 12. 18. ubi hæc habet, *Ex aliis Esaiæ locis, præsertim verò ex iis quæ sunt Esa. 44. 6. observare debuissent* [LXX Interpretes] *agi hic de eo qui lucem allaturus sit tum Judæis, tum Gentibus: quod rectè vidit Chaldæus, qui Messiæ nomen hic addidit.* Nondum enim eò audaciæ pervenerat, ut vaticinia pleraque omnia ad tempora prisca detorqueret, &c[m]. Videtur quidem Propheta ex abrupto ad Christum transilire: Sed sic solent Prophetæ, cùm aliquid difficile creditu promittunt; quia in eo omnes promissiones ratæ sunt, 2 Cor. 1. 20. Porrò, dum Judæis liberationem promittit, altiùs eorum mentes evehit, ut majora spectarent quàm libertatem corporis & reditum in Judæam. Ea enim præludia tantummodo fuêre redemptionis per Christum; de quo hîc sermonem haberi ex progressu liquebit, & Evangelistæ controversiam omnem tollunt[n]. Concio hæc commodè conjungitur præcedenti: exponit enim præcedentis conclusionis argumentum de Christo, capite Ecclesiæ, & auctore omnium prophetiarum, ut proximè nominatus est, Esa. 41. 27[o]. Hæc autem sunt verba Dei Patris[p]. *Servus meus,* nempe per excellentiam[q]; q. d. qui mihi serviet in officio Mediatoris, &c[r]. qui *formam servi accepit,* Phil. 2. 7 †. ¶ *Suscipiam eum,* אֶתְמָךְ בּוֹ] *Innitar ei,* P. Calv. sim. M. Ti. G. ut herus solet servo fideli[t]; ut Reges innitebantur servis, &c. Vide 2 Reg. 5. 18. & 7. 2, 17[v]. Ejus operâ uti volo[x]. Ei omnia committo, & in manu ejus potestatem & imperium depono[y]. Sed תָּמַךְ pro *inniti* non reperio[z]. Al. *Applicabo eum,* Ch. *Quem sustento,* sive *sustentabo,* JT. Pi. Ang. sim. Sy. Id תָּמַךְ constanter sign. ut Psal. 16. 5. & 17. 5. & 41. 13. Esa. 33. 15. & 41. 10 †. Nè scilic. succumbat sub onere iræ meæ, &c[a]. Nè pereat, aut cadat[b]. *Cui adminiculor,* Ca. *Assumam eum,* ὁ'. ¶ *Electus,* &c. בְּחִירִי רָצְתָה וגו'] *Electus meus, quo delectatur,* &c. Pi. Deficit hîc אֲשֶׁר, idque cum voce בּוֹ è præcedente inciso repetenda[c]. Vel, quem *benignè accipit,* &c. JT. vel, in quo sibi *complacuit anima mea,* P. sim. M. V. Ti. sive, *verbum meum,* Ch. q. d. qui est mihi charissimus & gratissimus[d]. ¶ *Dedi spiritum,* &c.] i. e. Dona Spiritûs, &c *. ¶ *Judicium* (vel, *jus,* Pi.) *gentibus proferet*] Scilicet è sinu Patris †. Judicia mea in Medos & Babylonios enunciabit[f]. Sed judicium, sive denunciatio pœnæ, non convenit huic loco, in quo servus Dei commendatur à mansuetudine; & dicitur *non clamare,* ut solent irati, & qui pœnas denunciant. Rectiùs ipse Grotius ad Matt. 12. 18. per *judicium* intelligit Legem, sive Verbum, Dei, quæ eo nomine passim venit Psal. 119[g]. *Judicium,* i. e. justas leges, verum justúmque Dei cultum, & veram justitiam & sanctitatem[h]; ejúsque assequendæ vias & media[i]. *Judicium* hîc significat regimen bene constitutum: nam *judicare* Hebræis est, regere & moderari[k]. q. d. Erit Gentium gubernator, eos vocans, subigens, regens, &c[l]. Jus dicet: Periphrasis Imperatoriæ majestatis[m]. *Jus,* &c. i. e. Doctrinam Evangelii Gentibus proferet[n]. Prophetam aget, Sacerdotem, & Regem[o]. Promissio hæc admodum nova & insolita fuit: ideóque luculentis testimoniis opus erat[p].

2. *Non clamabit*] Clamore contentionis[q]. *Ira* & *clamor* conjunguntur Eph. 4. 31[r]. Nihil aget perturbato animo †. Spiritu lenitatis [officium suum] administrabit, in humilitate & misericordia, ut Zach. 9. 9[t]. Al. Ostendit Christum venturum sine pompa aut apparatu, qualis Regibus esse solet cum strepitu & acclamationibus, &c. Hoc dicit, tum ut laudet modestiam Christi; tum ut nihil de eo terrenum fingant[v] [homines.] Erit Regnum ejus humile, & à mundi oculis absconditum[x]. Christus non se venditavit populo, ut Reges solent; quin sæpe miracula sua vulgari prohibebat[y]. Non jactabit se, &c. Confer Matt. c. 12. v. 16[z]. ¶ *Neque,* &c. וְלֹא יִשָּׂא וגו'] *Neque exaltabit,* sive *attollet,* &c. P. JT. Pi. Ar. sim. Mo. M. sub. *vocem suam,* Pi. M. Angl. supplendam ex membro sequente, ut Esa. 30. 17[a]. scilicet rixando[b]; vel, plusquam res exigit[c].

Vel,

[a] Ang. [b] Q. He. in Cartw. Ang. * Calov. † Q. in Ang. * Al. in Ang. [c] LXX in G. [d] G. Al. He. in Cartw. * G. [f] Calov. [g] M. ex He. For. Jun. Calv. Mc. [h] Jun. [i] San. Calov. Belg. Cartwright. [k] Calov. [l] c T. &c. [m] Calov.

[k] Cartw. in mellif. [l] p. (in crit.) 2971. Galat. in Cartw. [m] Calov. [n] Calv. [o] Jun. [p] Pi. [q] Calv. [r] Pi. sim. M. † Jun. sic For. [v] V. [x] Q. in Ang. [y] G. [z] Calv. [a] Ang. † Idem. [a] Pi. [b] For. [c] Pi. sim. V. [d] V. * Pi. † Id. [f] G. [g] Calov. [h] Mc. T. [i] T. [k] Calv. [l] Ang. [m] For. [n] Pi. [o] Jun. [p] Calv. [q] L. sim. Mc. T. [r] Ang. † G. [t] Jun. [v] Calv. [x] Musc. [y] Calv. [z] Pi. [a] Ang. [b] For. [c] G.

Vel, sub. *facies*; i.e. Personas non accipiet [d]. *Nec vociferabitur*, Ch. sim. Sy. *Neque dimittet*, o'. *Non quiritabitur*, Ca. *Neque efferetur*, Ti. Sensus versûs, Placidus erit Judex, nemini vim faciens, sed mitibus verbis omnes ad se trahere contendet *.

3. *Calamum quassatum* (vel, *fractum*, o'. sic M.) *non conteret, & linum* (vel, *ellychnium*, JT. Pi. Ca. V. Metonymia materiæ gemina; nam ex lino intelligitur tela linea, ex tela, &c. ellychnium [f].) *fumigans* (vel, *obscurum*, Ti. V. *languescens*, Ca. *caligans*, Mo. *ferè exstinctum*, P. i.e. lucernam parùm ardentem, & penè exstinctam [g]; vel, quæ incipit exstingui [h];) *non extinguet*; sic P. Mo. &c. ופשתה כהה וגו'] *Et linum contractum*, corrugatum, hebetatum, simile oculis senis, de quibus כהה dicitur. Matt. c. 12. 20. reddit, τυφόμενον quod rectè explicat Hesychius; τύφεσθαι, μαραίνεσθαι, &c. *marcescere, paululum exardere, sine flamma fumum esse*. Linum itaque hîc intelligo extinctioni proximum, quippe sine flamma fumigans [i]. Est hæc λιτότης. q.d. Esaias vaticiniis suis confirmabit Hebræos quibus restat pietatis aliquid, sed penè extinctum calamitatibus [k]. Verùm non Esaiæ, sed Christi, munus hoc est; nec tantùm ad Ebræos, sed & ad Gentes, hoc spectat [l]. Mansuetudinem Christi in specie hîc declarat, quòd debiles sustinebit [m]. Nullum infirmum contemnet, sed ad se allicere studebit. Qui non est omnino desperatæ vitæ, non abjiciet: linum caligans fovebit, &c [n]. *Calamum quassatum*, i.e. fistulam fissam & hiulcam, quam homines abjicere solent, utpote inutilem, & suis aculeis manus lædentem [o]; rem vilem, cœptam frangi [p]; *non conteret: & linum*, i.e. ellychnium lineum [q], non ardens, sed *fumigans* [r], (quod, quia fumo oculis, & fœtore naribus, incommodat, extingui mox solet †,) *non extinguet*; non clamosè nec contentiosè increpabit & opprimet, sed sustentabit, fovebit, sanabit & accendet [t]. Totus ad salvandum, non ad perdendum, propensus erit; neminem fastidiet, nè publicanos quidem & peccatores [v]. Semifractos non franget, sed sustinebit; ut quod boni in ipsis erit conservet atque adaugeat. Quod exemplum & Ministri Christi imitari debent [x]. Conscientias sensu peccatorum territas non adiget ad desperationem, sed per promissionem gratiæ eriget & consolabitur [y]. Nutantes in pietate confirmabit, & præditos scintillâ pietatis aliquâ velut moribundâ fovebit & excitabit [z]. [Ch. versum sic reddit, *Mansueti, qui similes sunt calamo quassato, non confringentur; & pauperes, qui sunt quasi linum obscurum, non extinguentur*.] ¶ *In*, &c. לאמת וגו'] *In*, vel *Ad, veritatem* (vel, *In*, sive *Cum, veritate*, Calv. Pi. Vulg. h.e. sinceritate [a]; i.e. Verè [b]: *Fideliter*, Pi.) *proferet judicium*, JT. For. &c. Dei judicia fideliter enunciabit, nihil sui affectûs permiscens [c]. Pro veritate sententiam feret [d]. Ex veritate omnia administrabit *. Hoc subjungit, nè hâc mansuetudine vitia & corruptelas foveri existimemus: q.d. Quamvis Christus infirmos sublevet, tamen longè abest à blanditiis quibus vitia aluntur [f], nec improbis indulgebit, &c [g]. Significat hanc Christi mansuetudinem non convenire duris, præfractis atque indomitis; sed iis qui dociles sunt, &c [h].

4. *Non*, &c. לא יכהה ולא ירוץ] *Non caligabit*, (vel, *remissus erit*, P. *deficiet*, Calv.) *nec frangetur*, Mo. G. P. i.e. Neque ignorantiâ falletur, neque metu retrahetur à faciendo officio [i]. *Non hallucinabitur*, *neque præceps erit*, Ti. sim. E. *Non observabit*, [Legendum, *obscurabit*:] i.e. Non docebit vel loquetur obscurè; sed ad ædificationem, luculenter, planè & simpliciter [k]. *Non obscurabitur, neque conteretur*; i.e. Non occidetur, donec annunciaverit Evangelium [l]. *Non debilitabitur*, (sub. *à faciendo judicio*, Q. in V. vel, in functione officii sui. Confer Matth. 26. 39. Luc. 12. 50 [m].) *neque frangetur*, sive *conteretur*, Ar. Pi. Q. in Buxt. sub. *robur ejus*, Q. in Buxt. vind. 2. 12. 840. *Non afficietur mœrore, nec animo frangetur*, M. *Non languescet, neque fatiscet*, Ca. Confirmat præcedentia: q.d. Lenis est Christus, sed non mollis & effœminatus; nec deerit officio suo, sed id viriliter exsequetur [n]. Summum illius studium erit, ut pacem faciat inter homines ipsos, & inter homines & Deum [o]. Non succumbet sub gravitate oneris sui [p]. *Non faciet ut fumiget, neque quassabit*, JT. i.e. Nemini erit offensioni [q]. ירוץ hîc deducunt vel à רוץ *currere*, vel à רצץ *quassare* [r]. *Non fatigabitur, nec tædio afficietur*, V. ex Ch. ¶ *Donec ponat in terra judicium*] Quò minùs Dei judicia terris annunciet †. Quamdiu jus in terra dicet [t]; vel, quousque efficiet ut in terra vigeat justitia [v], & lex Evangelica [x]. Donec homines reformentur: q.d. Invictum & efficax erit Christi ministerium, ut emergat fructus doctrinæ [y]. Particula *donec* hîc sumitur, non per modum determinationis, quasi tunc demum deficeret, &c. sed per modum continuationis, quòd tamdiu duraret, &c. nam difficultatibus amotis, nullum erat periculum, nulla suspicio, nè laberetur. Sic *donec* accipitur Gen. 28. 15. Psal. 71. 18. Cant. 3. 4. &c [z]. *Donec*, &c. i.e. nunquam. Simil. Esa. 22. 14. Matt. 1. 25 [a]. ¶ *Et*, &c. ולתורתו איים ייחלו] *Et documenta ejus insulæ exspectent*; id est, Certò sciant illi Assyrii, Mesopotamienses atque alii, eventura quæ dicit Esaias [b]. Sed manifesta hæc est στε-ελώτις. 1. Nihil hîc de Assyriis. 2. Per *insulas* intelligit omnes gentes. 3. Non sunt hæc verba mandati, sed prædictionis [c]. *Et legem* (vel, *ad legem*, Mo. vel, *in nomine*, o'. Ar. vel, *à lege*, Ca. vel, *institutionem*, For. *doctrinam*, nempe Evangelii [d]; *in doctrina*, JT.) *ejus insulæ* (vel, *insulares*, P. vel, *gentes*, o'. *regiones*, JT. *populi*, Ar. remotissimæ quæque gentes *; populi in insulis & aliis regionibus degentes [f]; non modò Judæi, sed & Gentes [g],) *exspectabunt*, Mo. M. Ti. Ch. &c. vel, *sperabunt*, o'. vel, *pendeant*, Ca. *exspectationem habebunt*, JT. *cum desiderio exspectabunt*, Pi.

5. *Hæc dicit—Deus creans*, &c.] Vocatio Christi, quam præmunit Deus argumentis à mirifica creatione, &c [h]. Cùm incredibile videretur omnia per Christum restituenda esse, Dei omnipotentiam hîc proponit, quæ hæc facilè præstaret, &c [i]. Forsan tamen latiùs patent hæc Divinæ potestatis præconia, nempe ad probandam idolorum futilitatem, verique Dei potentiam, &c. quia adhuc, ut statim constabit, Deus cum idolis disceptat, &c *. ¶ *Firmans*, &c. רוקע וגו'] *Fundavit* (vel, *qui firmavit*, o'. Sy. Ar.) *terram*, Ch. *qui expandit*, Ti. JT. Pi. sic Mo. P. vel, *extendit*, M. For. ut exstaret super aquam [k]. Vide Gen. 1. 9. Esa. 40. 28. & 44. 24 [l]. Vel, *porrexit*, Ca. *dilatat*, M. spatiosam facit, ut & hominibus & bestiis commoda sit [m]. ¶ *Et quæ*, &c. וצאצאיה] *Et habitatores ejus*, Ch. *& quæ in ea*, o'. sim. Sy. Ar. *& germina* (vel, *progeniem*, Ca.) *ejus*, Mo. P. *& res prognatas ex ea*, JT. Pi. Hebr. *exitus ejus*, i.e. ea quæ exstant, h.e. nascuntur, ex ea [n]. *Pro germinibus ejus*, M.

6. *Vocavi te* (vel, Esaiam [o]; vel, Christum [p], ad officium Mediatoris [q];) *in justitia*] Vel, *in justitiam*, i.e. ut omnia vera ac recta eloquaris [r]. Vel, *justè*, JT. Pi. Calv. rectè & legitimè: q.d. Legitima erit tua vocatio, ideóque firma & stabilis. Quæ enim ritè & ordine non fiunt, non durant. Nisi fortè ità accipere placeat, Deum, ut Christum præficiat Ecclesiæ instaurationi, non aliunde caussam petere, sed à seipso & propria justitia †. *Justè*, non obtrudendo tibi tam grave onus invito, sed imponendo consentienti & liberâ voluntate spondenti. Vide Psal. 40. 9. Heb. 10. 7 [t]. Hebr. *cum justitia*, Pi. For. i.e. justitiâ & sanctitate plenum, ut esses *ipse justus, & justificans alios* [v]. Vel, *per justitiam*, i.e. motus justitiâ meâ, quâ præstare soleo promissa [x]. Vel, *ad*, sive *in*, *justitiam*: vel, 1. Dei; q.d. ut justus appareat Deus, promissa sua complens [y]: vel, 2. hominum [z]; ut scil. collapsam justitiam, sanctitatem, morum probitatem, & veram Religionem, restitueres [a]. ¶ *Et*, &c. ואחזק וגו'] *Et apprehendam* (vel, *& tenebo*, M. *ut confirmem*, JT.) *manum* (vel, *in manum*, Mo. vel, te *manu*, M. Ti. sim. For.) *tuam*, P. Pi. &c. Confirmabo te, ut Esa. 41. 13 [b]. Te dirigam [c], & adjuvabo, vires tibi suppeditando, &c [d]. Confirmabo te in vocatione tua, & invictum te reddam *. ¶ *Et servavi te*] Vel, *custodiam te*; nempe, donec munus tuum peregeris [f]: vel, nè ante tempus rapiaris ad supplicium, néve in supplicio desperes [g]. ¶ *Et dedi* (vel, *dabo*, Mo. P. &c. *tradam*, JT. *ponam*, M.) *te in fœdus populi*] Sic Mo. P. &c. nempe Israelis [h]: nempe, ut eos ad observationem fœderis revoces [i]. Vel, ut sis Angelus fœderis, Mal. 3. 1 [k]. *Ut esses fœdus*, sive reconciliatio;

[d] He. in Ang. [*] M. [f] Pi. [g] V. [h] Ca. [i] Di. [k] G. [l] Calov. [m] Calv. [n] M. [o] T. ex Hi. [p] Me. [q] T. Me. [r] T. [†] T. sim. Mc. [t] Me. [v] Musc. [x] Calv. [y] Pi. [z] Jun. [a] Pi. [b] Me. [c] G. [d] For. [*] Jun. [f] Calv. [g] Ang. [h] Calv. [i] G. [k] Q. in V. & in M. [l] V. [m] Pi. [n] Calv. [o] M. [p] Pi.

[q] Jun. [r] Mi. [†] G. [t] For. [v] For. sim. T. [x] Me. T. [y] Calv. [z] Ang. [a] Glass. gram. 3. 5. 457. [b] G. [c] Calov. [d] Pi. [*] For. [f] Pi. [g] Ang. [h] Jun. [i] Calv. sim. San. ex Hi. & Cyr. &c. [*] San. [k] Ang. sim. M. [l] Ang. [m] Musc. [n] Pi. [o] G. [p] Calv. For. San. Jun. Pi. Me. T. [q] Pi. [r] G. [†] Calv. [t] Pi. [v] For. [x] Pi. [y] San. [z] Al. in San. [a] Me. sim. Q. in San. [b] G. [c] Ang. [d] Pi. [*] Musc. [f] G. [g] Pi. [h] Pi. sim. G. San. Calv. [i] G. [k] Jun.

ciliat'o ; ut eos mihi reconciliares [l]. In Mediatorem fœderis gratiæ, quod Deus pepigerat cum Abrahamo & semine ejus [m]. Ad complendum pactum & promissum meum de mittendo Messia, &c [n]. Sed cur statuatur Christus in fœdus quod multò antè sancitum erat? Resp. Fœdus Abrahami fundatum erat in Christo, Gen. 22.18. Vide & Rom. 15. 8. 2 Cor. 1. 20 [o]. ¶ *In lucem gentium*] Ità Mo. P. Ch. vel, *gentibus*, Sy. Angl. sic Ar. Ut Gentes doceas unum esse Deum, mundi Opificem [p]. [Reliqui longè aliter, & de Christo, exponunt.] Ut Gentes eruas ex tenebris ignorantiæ [q]; easque illumines, doceas, deducas ad justitiam vitamque æternam [r]: ut eas exhilares cognitione tui, ut lux recreat oculos, &c †. Ut illis vel noctu ambulantibus præeas, & instar lucis viam monstres [t]. De Israelitis *pactum* dicit, de Gentibus tantùm *lucem*; quia nullum cum illis pactum fecerat Deus de Christo mittendo, &c [v]. Hunc locum non de Esaia, (ut vult Grotius,) sed de Messia, intelligendum esse constat ex collat. Esa. 49. 6. Luc. 2. 32. Act. 13. 47. & ex re ipsa, & ex verbis sequentibus: Num enim Esaias erat *fœdus populi*, *lux gentium*, *apertor oculorum*, &c [x]? [Ca. locum sic reddit, *Prehensumque manu tueor, & humano fœderi gentisque collustrationi destino.*]

7. *Ut aperires oculos cæcorum*; sic Sy. P. Ti. G. idololatrarum [y]: vel, *cæcos*, M. Mo. JT. עֵינַיִם עִוְרוֹת] *Oculos cæcos*, nempe spiritualiter [z]: per prædicationem Evangelii [a]. ¶ *Et educeres de conclusione* (vel, *clausura*, Mo. Ti. *carcere*, P. Ti. Pi. &c. i.e. à dominatu peccati & Satanæ, & metu mortis [b],) *vinctum*] Vel, *vinctos*, Ti. Angl. Singulare collectivè [c]. Ut Judæi, per te moniti de corrigendis viis suis, hoc modo exitum reperiant ex illa custodia in qua detinebantur [d]. Verùm non de Judæis hoc dicitur, sed de Gentibus, [saltem non minùs de Gentibus quàm de Judæis, nam de utrisque loquitur v. præced.] quarum hæc descriptio est, quòd *in tenebris sedeant*, Esa. 9. 2. & 60. 1, 2. Luc. 1. 79 *. ¶ *Sedentes in tenebris*] Id est, in summa mœstitia [f], miseriis obrutos, &c [g]. [Ch. locum sic reddit, *Ad aperiendum oculos domûs Israel, qui sunt quasi cæci à Lege*, &c.]

8. *Ego Dominus, hoc est* (vel, *illud* est, Pi.) *nomen meum*] Quo à diis Gentium discernor [h]. *Hoc*, nempe *Jehova* [i]. Alludit ad Exod. 3. 15 [k]. Vide & Exod. 6. 3. Deut. 6. 4. &c [l]. Est epiphonema, & confirmatio prædictorum: significat se solum esse Dominum, &c [m]. Absolutâ de Christo prophetiâ, redit ad propositum, & contendit Dominum esse solum verum Deum [n]. Al. Est confirmatio præcedentis instituti de Christo, 1. à natura vocantis Dei, hoc versu; 2. à veritate præcedentium prædictionum, v. seq [o]. Promissioni de Christo sigillum addit, repetitque confirmationem antegressam, ut sibi fidem faciat. Vide quàm proni ad diffidentiam simus, quum in ea curanda vix ullis verbis Dominus sibi satisfacere possit [p]. Illud, *Ego Dominus*, nota est & quasi familiaris subscriptio, quâ Deus decreta sua consignare & confirmare solet, ut passim Levit. 18. & 19. quæ hîc forsan dici possit adhiberi ad confirmandam promissionem de Christo. Sed prius malo [q]. ¶ *Gloriam meam alteri non dabo*] Λιτότης. Vult dicere, se vindicaturum severè in eos qui nomen quod ipsius est dant Belo, Neboni, Merodacho, & aliis qui Dii naturâ non sunt [r]. Verùm non agit de pœna idololatrarum, sed de nullitate idolorum †. *Alteri*, i. e. peregrino, simil. Marc. 16. 17. sub. *deo*, ut Psalm. 16. 4. Ellipsis substantivi, ut Esa. 43. 12 [t]. Non patiar gloriam meam minui: quod fieret, si promissis non starem. Eximia fidei nostræ confirmatio [v]. ¶ *Et* (repete, לֹא *non* [x],) *laudem meam sculptilibus*] Nisi Deus suos redimeret, gloriarentur increduli, acsi fallax & inanis fuisset vera Religio [y].

9. *Quæ*, &c. הָרִאשֹׁנוֹת וגו'] *Priora*, (i.e. quæ antea prædixi [z],) *ecce, venerunt*, M. P. Mo. &c. Loquitur Esaias quasi captivitati Babylonicæ intersit. Videtis evenisse quæ Ezechiæ dixi de hac calamitate [a]. Sed nihil hîc de captivitate Babylonica: nec Esaiæ hæc sunt verba, sed Dei [b]. Ex priorum vaticiniorum complemento fidem sibi in posterum habendam esse ostendit [c]. ¶ *Nova quoque*, &c.] Liberationem futuram [d]: populi exsilium & captivitatem, deinde & redemptionem, &c *. Vel, Messiam de semine Abrahæ oriturum, &c [f]. ¶ *Antequam oriantur*; ità P. M. Pi. &c. בְּטֶרֶם תִּצְמַחְנָה] *Pullulent*, Mo. *germinent*, i. e. eveniant [g]. Antequam ulla exsistant ejus rei semina [h].

10. *Cantate Domino canticum novum*] Id est, excellens, ut Psal. 33. 3 [i]. Solet id dici in magnis gaudiis, Psal. 33. 3. & 40. 3 [k]. Potiùs, *novum*, ob materiam & occasionem, novum scilicet beneficium. Vide v. 9. & Esa. 43. 19. Jer. 31. 22 [l]. Hortatio Ecclesiæ ad Deum laudandum, &c [m]. Propheta, velut in rem præsentem vocans, promissionem confirmat: q. d. Quamvis duriter premamini, nè succumbite, sed animate vos ad lætitiam & cantum [n]. Materia Cantici est Christus patefactus, &c [o]. Durat hoc carmen ab hoc versu ad 17 [p]. ¶ *Laus ejus ab extremis terræ*; sic Mo. G. sub. *sonet*, G. תְּהִלָּתוֹ וגו'] *Laudem ejus*, &c. sub. *canite*, Ti. sim. P. vel, *dicite*, Ch. sim. M. Canticum *laudis ejus*, &c. JT. ¶ *Qui descenditis in mare*] i. e. In navem vehendam per mare [q]. Nautæ [r]. ¶ *Et*, &c. וּמְלֹאוֹ] *Et plenitudo ejus*, Mo. P. M. &c. Id est, vel, 1. vectores. [Illi scilicet homines qui præter nautas in navi vehuntur.] πληρώματα (*plenitudines*) pro *vectoribus* etiam apud Thucyd. videmus l. 7. ut ibi notat Scholiastes. Et apud Suidam πληρώματα exponuntur οἱ ἐπιβάται, (*vectores* †.) Vel, 2. insulæ [t], ut seipsum statim declarat [v]. *Et quicquid in eo est*, Ti. sim. Ca. vel, *implet illud*, [nempe mare.] Homines qui degunt in illo, i. e. in insulis illo conclusis [x]. Insulæ dicuntur *impletiones* maris, quòd ei inserantur ut gemmæ annulis, Exod. 25. 7. &c [y]. Sed hoc nimis curiosum [z]. *Et in* flumina *implentia illud*, JT. His verbis, *qui descenditis*, &c. Tyrios indicat multùm vexatos à Babyloniis, & à Nabuchod. per 13 annos obsessos. Vide dicta ad V. R. C. l. 3 *. Sed perperàm hæc restringuntur ad Tyrios, aliáque h. l. ad Idumæos, &c. quæ ad insulas quasvis & ad terræ fines se extendere constat †. ¶ *Insulæ*] Præcipuè illæ quæ ad Tigrin & Euphratem [a]. Exteræ & remotæ regiones [b].

11. *Sublevetur*, &c. יִשְׂאוּ מִדְבָּר] *Attollant*, sive *Levent*, (vel, *Tollent*, P. *Levabunt*, Mo. subaud. *vocem*, P. M. Ti. &c. vel repete, *canticum*, ex versu præcedente [c],) *desertum*, P. M. Ti. &c. *Lætare, desertum*, ό. sic Sy. Ar. Gaudeant Idumæi ad Sinum rubrum habitantes, qui Medorum hostes, & à Medis malè tractati, fuerunt. Vide quæ diximus ad Esa. cap. 21 [d]. *Clament deserta*, Ca. ¶ *In*, &c. חֲצֵרִים וגו'] *Atria habitavit Chedar*, Mo. *Villæ* (vel, & *villæ*, P. M. Ti. sub. *quas*, JT. Pi.) *habitat Kedar*, JT. Pi. simil. P. M. Ti. i. e. Kedareni, h. e. Arabes *. q. d. Et vos, qui tentoria habitatis, Arabes Σκηνῖται: nam & hi earundem fuerunt partium [f]. Vel, Cedareni, qui agresti ingenio erant, & ferino more vivebant, ponuntur pro paganis, &c [g]. ¶ *Habitatores Petræ*] In petris, sive arcibus ibi ædificatis *. Incertum an *petræ* in genere, i.e. petrarum; an *Petræ*, metropoleως Arabiæ, Esa. 16. 1 [h]. Etiam illi qui in Arabia sunt Petræa plurimùm de hac re gaudebunt; & meritò: nam & hi Medorum hostes fuerant [i]. Verùm latiùs hæc patent [k]. Quum omnes orbis partes comprehendat, eas præcipuè nominat quæ magis notæ Judæis erant. His ab occidente erat mare; ab oriente, desertum & Kedar. Est ergò synecdoche, q.d. A Solis ortu ad occasum usque Deus laudabitur, qui priùs tantùm in Judæa colebatur [l]. Omnes ubique homines Deum celebrent [m]. ¶ *Clamabunt*; ità Mo. יִצְוָחוּ] *Clament*, P. sim. JT. Pi. V. sub. *præ lætitia*, V. *jubilent*, M. Ti. V.

12. *Ponent* (vel, *Tribuant*, JT. Pi. G. *Dent*, V.) *Domino gloriam*] Nempe Arabes isti, à tanto malo liberati [n]. Significat qualis erit hîc clamor, nempe laudantium Deum [o]. ¶ *Et laudem ejus*, &c.] Nuncient hæc Dei opera in omnibus oris longinquis [p].

13. *Dominus sicut fortis* (i. e. tanquam Imperator potentissimus [q],) *egredietur*] Nempe, ad prælium contra hostes populi sui. Vide Esa. 37. 36 [r]. *Quiescere* videtur Deus, quum populum & nomen suum hostium libidini permittit, &c. *egredi* verò, ubi ultionem sumpturus est, &c †. *Jehova*, i. e. Christus, *prodibit*, vincétque Diabolum, &c [t]. ¶ *Suscitabit zelum*] Sub. *ultionis suæ*; i. e. Vindictam de hostibus sumet [v]. Magno ardore agetur in hostes [x]. Vel, *zelum* suum, Angl. ellipsis pronominis, i. e. furorem suum, Prov. 6. 34. vide & Deut.

Deut. 29. 20. Eſa. 59. 17. qui hîc aptè *zelus* dicitur, utpote ab ardenti affectu erga honorem & populum ſuum procedens [y]. ¶ *Vociferabitur* (vel, *Clanget*, JT. *Jubilabit*, Pi.) & (vel, *etiam*, Mo. P. JT. Pi.) *clamabit*] Sic Mo. P. Ti. vel, *jubilabit*, M. *barriet*, JT. Pi. *barritum edet*, G. Vehementiſſimè ac horribiliter clamabit [z], ut milites prælium inituri, &c. Vide Amoſ. 1. 14 [a]. Omnia enim hæc ſumpta ſunt de re militari [b]. Hebræa ſunt, יריע אף יצריח. ¶ *Super* (vel, *Contra*, P. JT.) *inimicos ſuos confortabitur*; ſim. P. Ca. &c. יתגבר] *Prævalebit*, Mo. G. M. ſim. Ti. V. *potenter ſe geret*, JT. *robuſtum ſe declarabit*, Pi. Perſiſtit Propheta in eadem comparatione [c].

14. *Tacui*, &c. החשיתי מעולם אחריש אתאפק] *Tacui à ſeculo*, P. (vel, *ab olim*, Mo. *multo tempore*, M. Ang. ſim. V.) *ſilui*, (vel, *quievi*, Ang.) *continui* (vel, & *continui*, Ang.) *me*, P. M. ſic Mo. Al. *Hactenus diu ſilui*; num igitur *diſſimularem?* num *me continerem* perpetuò? Ti. *Tacui*; *num & ſemper tacebo?* ο'. ſic Ar. *Qui tamdiu tacitus me continens diſſimulavi*, Ca. Al. Verbum *dicens* hîc, ut & alibi, ſubauditur [d]. Dicens, *Silui jam olim, ſurdum egi, continui me*, JT. Dicet, *Silui jam olim: an diutiùs tacerem? an continerem me?* Pi. *Silui*, dicens, *Num in ſecula ſilebo?* Sy. Dicens, *Diu continui iram meam, ſicut halitum fœminæ parturientis*, G. [Ità hæc verba conjungit cum ſeq.] Sunt verba Dei loquentis *, & profitentis ſe diu diſtuliſſe pœnas hoſtium, &c [f]. Occurrit tentationibus impatientiæ, quæ ingruunt quum Deus auxilium ſuum differt. Afflictos hîc ſuſtinet, nè ſe deſtitutos à Deo putarent. Negat Deus, quamvìs ſe continuerit, ſe ideo imbecillum eſſe [g]. Al. q. d. Jam multis ſeculis idololatriam & alia hominum vitia patienter tuli: non ampliùs feram [h]. ¶ *Sicut*, &c. כיולדה אפעה אשום ואשאף יחד] *Quaſi* (vel, Nunc *quaſi*, M. Quin *more*, Ti. Imò *inſtar*, Pi.) *parturiens* (vel, *parturientis*, Ti.) *ejulabo*, vel *clamabo*, Mo. P. M. Ti. Pi. BA. Ca. (Verbum פעה uſurpatur tantùm de clamore in partu; unde אפעה *vipera*, cui ſcil. dolores partûs vehementiorem ſibilum extorquent [i].) *deſolabo*, ſive *devaſtabo*, & *abſorbebo*, ſive *deglutiam*, (vel, *exhauriam*, Pi.) *ſimul*, vel *pariter*, P. M. Pi. *ſimiliter*, Mo. vel, *deſolans atque populans*, Ca. vel, *anhelus gemam, & ſimul ſuſpiria ducam*, Ti. Vel, *flatum*, ſive *halitum*, *emittam*, (ſive אשום ſit à נשם, ſive à שמה, ſive à שמם,) & *inſorbebo pariter*: i. e. frequenter inſpirabo & reſpirabo; quod eſt eorum qui vel labore, vel animi dolore, fatigantur. Parturientes flatum cum gemitu & impetu emittunt; & quò halitum diutiùs continent, eò majore impetu refundunt [k]. [Alii locum aliter reddunt.] *Ut parturientem viperam deſolabo, exhauriámque pariter*, JT. Alludit ad id quod produnt auctores, catulos viperæ naſcentes abrodere & ambedere uterum parentis, & eam interimere. Vide Herod. l. 3. num. 109. Plin. 10. 62 [l]. Verùm hoc ut fabuloſum meritò rejicit Theophraſtus, & poſt eum Ælian. Hiſt. 15. 16 [m]. *Clamabo*, ut parturientes præ dolore, &c. *deſolabo* terras, *abſorbebo* homines [n].

15. *Deſertos faciam montes & colles*] In quibus plerumque ſitæ ſunt urbes [o]: in quibus erant altaria & templa idolorum [p]. Summam deſolationem ſignificat [q]. Totam Chaldææ regionem deſolabo [r]. Removebo omnia obſtacula, ut electi ad me pervenire poſſint in cœlum †. ¶ *Gramen*, &c.] Herbas quas montes præbent [t]. Al. Cives auferam. Amant Hebræi metaphoras [v]. Sed textum torquent qui *montes* hîc urbes, *herbas* incolas, exponunt [x]. Potiùs, *gramen*, i. e. ornatum & majeſtatem [y]. ¶ *Et ſtagna arefaciam*] Nihil verius: nam ipſum Euphratem pervium ſibi fecit Cyrus. Vide de V. R. C. 3 [z]. Sed latiùs hæc patent: de Regno Chriſti per totum orbem divulgando ſermo eſt. Regna Chriſto oppoſita hîc deſignat, potentiora per *montes*, minùs potentia per *colles*, &c [a]. Per *montes, colles, flumina*, &c. intellige homines diverſis ſtudiis Chriſto reluctantes [b]. Significat omnes munitiones & copias quibus efferuntur impii impedimento non fore Deo quò minùs populum ſuum in libertatem vindicet [c]. Al. Senſus, Potiùs ordinem naturæ evertam, & cœlum miſcebo terræ, quàm Eccleſiam deſeram [d]. Al. Per catachreſin ſignificat Regna idolorum per Chriſtum

[y] Ang. [z] Pi. [a] Ang. [b] G. [c] G. [d] G. * Me. Ang. San. [f] Ang. [g] Calv. [h] Me ſim. T. [i] BA. 2. 3. 1. 364. [k] For. [l] Jun. [m] BA. ib. [n] G. [o] G. [p] Me. ſim. T. San. [q] For. [r] Ang. † Pi. [t] Ang. [v] G. [x] Ang. [y] Calov. [z] G. [a] Calov. [b] M. [c] Calv. [d] Jun.

everſa iri *. Fontes & flumina à Gentibus ſacra habebantur. Hinc *ſacri fontes* in Virgil. Vide & Horat. od. 3. 13. Senec. Nat. quæſt. 4. 2. Cicer. de Natura deorum, &c [f].

16. *Et* (vel, *Ut*, JT.) *ducam* (vel, *deducam*, JT. Pi.) *cæcos*, &c.] Id eſt, eos quibus res adeò perplexæ ſunt & difficiles, ut ignorent quò ſe vertant [g]. Senſus, Judæos domum reducam, qui nihil minùs ſperaverant [h]; qui tamdiu in anxietate vixerant, ut oculi longâ promiſſæ liberationis exſpectatione deficerent: quos etiam duxit per vias antea ſibi incognitas. Vide Eſa. 43. 19. & 49. 9, 11. &c [i]. Al. Cæcis Gentibus veritatem impertiam [k]. *Cæcos*, ſpiritualiter [l]; ſive Judæos, ſive Gentiles, naturâ cæcos [m], ſalvificâ Dei cognitione deſtitutos [n], convertam & illuminabo, &c. Confer Eſa. 35. 5. & 43. 8 [o]. Diſcamus hinc, in omnibus calamitatibus, tentationibus, &c. claudere oculos [p], judicium noſtrum cohibere, oculos à præſenti ſtatu avertere [q], & ſequi Verbum Dei [r], ac à ſolo Deo pendere; qui tunc nobis adeſt quum nihil ſuppetit conſilii, &c. Longè enim præſtat, cæcos Dei manu regi, quàm nimiâ perſpicaciâ labyrinthos nobis fingere †. ¶ *Ponam tenebras coram eis in lucem*] Mutabo adverſa ſecundis [t]. Al. Per loca tenebricoſa eos ducam, atque luce meâ præibo [v]. ¶ *Et prava* (vel, *obliqua*, M. P. Ti. JT. Pi.) *in recta*] Ita Ca. vel, *rectum*, Mo. P. *planum*, ſive *planitiem*, M. Ti. JT. Pi. Omnia eis quæ difficillima videntur reddam facillima [x]. Impedimenta itineris tollam [y]. ¶ *Hæc*, &c. אלה הדברים עשיתם] *Hæc* (vel, Secundùm *hæc*, M. vel, *Has*, G.) *verba* (vel, *res*, G. vel, ſunt *res* quas, JT. ſunt *illa* quæ, Pi.) *faciam* (vel, *feci*, Mo. *efficiam*, G.) *eis*, P. Ti. JT. &c. Hæc beneficia conferam eis [z]. Hæc quæ dico & polliceor ad unum omnia implebo [a].

17. *Converſi ſunt* (vel, *Convertentur*, P. ſim. JT. Pi.) *retrorſum*] Vel, tanquam illi qui hoſtem fugiunt; vel, qui præ pudore faciem avertunt; vel, ut illi qui redeunt ſpe ſuâ fruſtrati [b]. Fugient illi Babylonii. Vide implementum alterum Joh. 18. 6 [c]. Succumbent idololatræ, & terga vertent [d]. Gentes illuminatæ novum inchoant curſum, veterem exſecratæ *.

18. *Surdi, audite*, &c.] Alloquitur vel, 1. Gentes, vide ſuprà v. 7 [f]: vel, 2. Judæos [g], qui poſt tot & tanta miracula cæci adhuc permanſerunt [h]; qui tot Prophetarum oraculis non credidêre; qui, cùm Gentes converſæ eſſent, magìs obduruerunt, &c [i]. Cæcitatis hîc damnat Judæos; vel potiùs, omnes homines. *Surdos* hîc vocat qui audire nolunt; & *cæcos*, qui in media luce caligant [k].

19. *Quis cæcus, niſi ſervus meus?*] Id eſt, ſervi mei; ſing. pro plur [l]. Senſus eſt, Quanquam quid Gentes objurgo, cùm nemo ſit inter eas cæcior quàm multi Hebræi, poſt tot & tam conſpicua Dei beneficia [m]? Fruſtrà contendo cum alienis, quos non mirum cæcos eſſe: ſed inſtar prodigii eſt, quòd ſtupidi hebetéſque ſint Judæi, qui Verbo Dei illuſtrabantur, &c [n]. Deplorare videtur Judæorum cæcitatem [o]. Quis in cæcitate obſtinatus eſt niſi populus Iſraeliticus [p], populus 10 tribuum [q], vel Judaicus [r]? Qui *ſervus* Dei vocatur, utpote liberatus ab hoſtibus ut Deo ſerviret †: quem Deus emit, & multis modis ſibi vendicavit [t]. ¶ *Et ſurdus, niſi*, &c? כמלאכי אשלח] *Sicut nuncius meus* quem *mitto?* ſive *mittam?* P. JT. Pi. ſim. M. Ti. ſcil. ad docendum populum [v]. Intellige Sacerdotes & Levitas [y]. *Nuncius*, collectivè, i. e. Prophetæ & Doctores [z]. Gradatim progreditur Eſaias, ab univerſo hominum genere ad Judæos, deinde ad Sacerdotes [a]. Al. Refertur hoc ad Prophetas Domini, quos impii *cæcos* & *ſurdos* inſimulabant [b]. Refert convitia impiorum in Prophetas, in quos retorquent quæ indignè ferunt in ipſis reprehendi: q. d. Quos [ô Propheta,] accuſas cæcitatis? quos ſurdos vocas? hoc tibi ſume. Quis cæcus, niſi tu [c]? Sed hæc ſententia non quadrat contextui. Conqueritur hîc cæcos eſſe illos quos prælucere aliis oportuit [d]. Al. *ſicut* (ſub. *ad quem*, vel *ad quos*,) *angelum*, ſive *nuncium*, *meum miſſurus ſum?* For. ex Vulg. *Nuncium*, id eſt, Eſaiam, ad cujus tot minas & promiſſa magna populi pars nihilo fiebat melior *. ¶ *Niſi*, &c? כמשלם] *Sicut perfectus*, Mo. M. Ti. Ca. ſub. *meus*, For. Id eſt, vel, 1. populus Iſraeliticus; ſic dictus, vel, ironicè;

* T. [f] San. [g] Calv. [h] G. [i] Ang. [k] Me. ſim. San. [l] Calov. [m] Ang. [n] Pi. [o] Ang. [p] Luth. in Marl. [q] Calv. [r] Luth. † Calv. [t] G. [v] Ang. [x] G. [y] Ang. [z] Calov. [a] For. [b] Ang. [c] G. [d] T. ſim. Me. * San. [f] G. [g] San. For. Calov. ex Cyr. Ang. Pi. [h] Ang. [i] Sar. [k] Calv. [l] M. ſe. [m] G. [n] Calv. [o] For. [p] T. [q] San. [r] T. Me. † Jun. [t] Sar. [v] Pi. [y] Pi. ſic Calv. [z] Ang. [a] Calv. [b] Q. He. in M. [c] Q. in Calv. [d] Calv. * G.

ironicè; vel, quòd se perfectos putarent *. Vel, 2. Sacerdotes; qui *perfecti* dicuntur vel, 1. quòd tales esse debuerant, quum perfectam justitiæ regulam haberent. Probrosè meminit hujus perfectionis à qua exciderant [f]. Vel, 2. quòd se *perfectos* vocare solebant [g]. Al. *sicut fœderatus*, nempe Dei, populus Israeliticus. Mahumetistæ eodem sensu, quanquam falsò, se appellant *Musulmanos* [h]. *Sicut est præfectus*, P. [nisi fortè error sit typographi, pro, *perfectus*: quanquam illud non est necesse, nam & alii sic reddunt.] Græci legerunt, מְשֻׁלְטָן, οἱ κυριεύοντες αὐτῶν, (*qui dominantur eis* [i].) Sic & Ar. *Sicut princeps*, Sy. Al. *ut donatus pace*, JT. i.e. populus quîcum Deus fœdus æternæ pacis & omnis benedictionis iniverat [k]. *Sicut is qui beneficiis affectus est*, nempe populus Israel [l]. Heb. *qui redditus est*, h.e. cui redditum est [m]: vel, *cui persolutum est* omne promissum. Verbum שִׁלֵּם sign. *reddidit, persolvit*, Deut. 23.21. 2 Reg. 4.7 [n].

20. *Qui*, &c? רָאִית רַבּוֹת וגו׳] *Vidisti* (vel, *Videre*, Mo. *Videndo*, JT. Calv. *Vides* quidem, Pi. *Videndo* vidit, Angl. Elliptica, sed emphatica, locutio, q.d. Satìs videt [o];) *multa*, (scil. opera Dei mirabilia [p],) *&* (vel, *quæ*, Calv. vel, *sed*, Pi. *tamen*, JT.) *non observas*, vel *observisti*, P. M. Ti. JT. Pi. Calv. Glas. i. e. non observat, utì antecedens & sequens verbum ostendit. Enallage 2. personæ pro 3. ut Psal. 22. 9. *Devolve* &c. i. e. Devolvat, &c. Jer. 29. 19. *non auscultavistis*, &c [q]. Vidistis multa miracula, & non curatis [r]. ¶ *Qui apertas*, &c? פָּקוֹחַ וגו׳] *Aperuisti* (vel, *Aperire*, Mo. *Aperiendo*, JT. Calv. Angl. sub. *aperit*, Angl. *Aperit* quidem, Pi. *Apertæ sunt*, M.) *aures*, *&* (vel, *sed*, Pi. sic Ti.) *non* (vel, *nemo*, M. Ti.) *audivisti*, P. vel, *audit*, M. Ti. JT. Pi. vel, *ut non audiat*, Calv. Audierunt auribus corporis, non mentis †. Non magis curant quàm si non audirent [t]. In hoc versu exponit cæcitatem Judæorum [v], qui scelesto contemptu suffocaverant Dei lucem. Ità ostendit quale sit hoc cæcitatis genus [x]. [Alii aliter.] *Qui apertas habet* (vel, *habes*, Vulg.) *aures*, *nonne audiet?* G. (vel, *audies?* Vulg.) i. e. audire debet? Cui tamdiu insonuêre Legis & Prophetarum voces, nonne ejus fuit illas in animum admittere? Nam *audire* hoc de mentis attentione accipiendum, ut Matt. 11. 15. & alibi [y]. Nemo miretur personas mutari à secunda in tertiam, & à prima in tertiam: nam sermo nôn est ad unum, sive ad præsentes, tantùm, sed ad omnes, vel ad multos; sicut si dicerem, Audi tu, audiat ille, audiant & alii [z]. Loquitur Deus ad aliquos eorum per modum reprehensionis; ad alios, de illis per modum querelæ [a]. Alii locum sic exponunt, atque etiam vertunt, Non prodest *videre multa, nisi custodias; nec aperire aures, nisi sit qui audiat.* Doctus inter Hebræos infinitiva pro futuris esse scribit, exponitque, *Videbitis multa*, i. e. *multas afflictiones, & non observabitis corde vestro ad quid evenerint: —— & ecce, oculi vestri vident, & cæci estis. Quid enim prodest videre, nisi custodiatis vias vestras? Et aures vestræ apertæ sunt, & non audiet quispiam ex vobis increpationem: & si estis surdi.* Et dixit sing. num. *custodies*, *audiet*; perinde acsi ne unus quidem ex illis custodiret, sed nec audiret, bonam viam [b]. Masoretæ in margine scripserunt רָאוֹת, quasi sit plur. nominis רְאָה, ut vertere possimus, *Visiones multæ sunt* tibi, & revelationes à Deo datæ; *at non attendes*, sed cæcuties sub adventum lucis & veritatis [c].

21. *Et Dominus voluit*, &c. חָפֵץ לְמַעַן צִדְקוֹ יַגְדִּיל תּוֹרָה וְיַאְדִּיר] *Voluit* (vel, autem *voluit*, P. sub. *illa facere*, V. Mar. quæ scil. dicta sunt, bonis favere, malos punire [d]: vel, *pius est*, M. vel, *favens*, Ca. *volens*, Q. in V. *voluntarius*, Calv. Q. in V. vel, *benevolus*, Q. in Marl. propensus ad liberandum populum suum *: vel, *complacet sibi*, Ang. *delectabatur* ipso, JT. Pi. Belg. nempe servo, vel populo, suo; vel, *illis*, nempe hominibus [f]; vel, *ipso*, i.e. Lege suâ, & punitione pravi populi [g]. Deus hanc Judæorum excæcationem, sive indurationem, voluit, approbavit, ratam habuit [h]. Al. *egregiam quidem voluntatem erga vos habuit*, Ti.) *propter justitiam suam*, Mo. P. &c. (i. e. propter veritatem suam [i]; propter præstationem promissorum quæ fecit patribus Israelitarum [k], quibus promisit se benefacturum semini eorum [l]: vel, pro singulari ejus bonitate & probitate, ut צֶדֶק accipitur Psal. 51. 16. & alibi [m]: vel, ut se justum ostenderet [n], dum nec populo suo peccanti parcit, sed ab eis, quum veritati credere nollent, aufert Regnum Dei, &c [o].) *magnificabit* (vel, *magnificat*, M. *ut magnificet*, Calv. sic Calov.) *legem* (sub. *suam*, Angl.) *& illustrabit*, Mo. vel, *corroborabit*, P. *sublimat*, M. *extollat*, Calv. Al. *magnam legem condet & nobilem*, Ca. *legem suam inter vos magnificam & augustam reddidit*, Ti. *magnificabit doctrinam* (Evangelii scil. juxta Esa. 2. 17 *.) *& illustrem reddit*, Calov. Verax apparere voluit Deus animadvertendo in Judæos, sicut ipsis per Legem minatus erat [p]. Judæorum excæcationem prædixerant Moses & Prophetæ: Hinc consecuta est magnificatio & gloria Legis sive dictorum Dei, &c [q]. Al. *magnificabat* (sub. *eum*, Pi.) *doctrinâ*, (quam ei dedit per Mosen [r],) *& reddebat magnificum*, JT. Pi. opere scilicet: nam triplex gradus dignitatis ponitur à Deo in populum collatæ, videlicet amoris, colloquii, & operis. Confirmatio hîc est cæcitatis Judæorum à præsentibus Dei castigationibus; cujus peccati indignitas ab antegressa Dei benignitate amplificatur †. Al. Rectè [versum] vertas, *Deus voluit eum* (populum) *justum* (sive *sanctum*) *reddere: magnam ei legem dedit*, (multa præcepta,) *ut illustriorem eum redderet* [t]. Al. *voluit ut sanctificaret* (vel, *sanctificare*, T.) *eum*, (populum [v]; ideóque Legem dedit, Prophetas, Scripturam, sacras ceremonias [x];) *& magnificaret* (& declararet [y]) *legem*, (tot ceremoniis †, tot tantisque miraculis [z],) *& extolleret*, Me. & T. ex Vulg. cùm scilicet viderent ex ejus observatione salutem, ex contemptu exitium, exstaret *. q. d. Non Dei culpâ, factum est ut surdus fieret & cæcus. Deus enim voluit eum sanctificare, &c [a]. Ut exaggeret Judæorum crimen, ostendit per Deum non stetisse quò minùs feliciter viverent. Jam dixit, miserias quas sustinent pœnas esse cæcitatis quam spontè sibi accersiverunt: nunc auctarium ponit, quòd levamen omne suâ obstinatione repudient [b]. Dominus non malè, sed bene, vult populo suo, &c. Ezec. 18. 23 [c]. & propensus fuit ad benefaciendum ei; ídque Legis ornandæ causâ, ut eam propagaret, hominésque ad cultum sui adduceret, & ut in eo [populo] gloria ipsius ac justitia refulgeret [d].

22. *Ipse*, &c. וְהוּא עַם בָּזוּז וְשָׁסוּי] *Et* (vel, *At*, P. JT. Pi. &c.) *ipse*, vel *hic*, (sub. *est*, JT. vel, *erit*, For.) *populus* (scil. Judaicus, Calov.) *direptus & conculcatus*, M. sic Ti. JT. Pi. vel, *expilatus*, P. Attamen, inquit, vide quæ ei eveniant post tot decora. Causam jam reddet *. Sic Dominum excusat, ut populum graviter accuset: q. d. Verùm hic populus, quum posset benevolum habere Dominum, & protectorem fidissimum atque fortissimum, mavult, illo deserto, in prædam cedere, &c [f]. ¶ *Laqueus*, &c. הָפֵחַ בַּחוּרִים כֻּלָּם] *Illaquea in foraminibus omnes ipsos*, M[illegible]. i. e. Detrude, & compelle in foramina [g]. [Ut sit [illegible]tum Prophetæ abominantis ingratitudinem illor[illegible]n, &c. qualia non semel occurrunt.] *Laqueus in omnibus foraminibus eorum*; id est, Nusquam exire poterunt, ità ubique eis tendentur insidiæ [h]. *Illaqueati* (vel, *Illaqueantur*, M. *Illaqueârunt se*, vel *Illaqueati sunt*: הָפֵחַ est infinit. à פַּח *laqueus* [i]:) *in antris* (vel, *cavernis*, sive *foraminibus*, M. Pi. Ex verbis proximè sequentibus apparet בַּחוּרִים esse pro בְּחוּרִים, ex ב, & חוּרִים *foramina* †.) *omnes*, Ca. vel, *cuncti ipsi*, Pi. *omnes, inquam, ipsi*, M. *Quos omnes* eorum inimici *capere facient in speluncis*, P. Ad verb. *capere facere in speluncis omnes ipsos*: aut est imperativus, *capere fac*, aut *illaquea*, pro, *capere faciebant*, aut *illaqueabant*, *omnes ipsos*; vel, *quibus omnibus laqueos tendebant*; vel potiùs, per futurum, *tendent* [k]. *Illaqueandi in carceribus omnes*. Loquitur de populo in captivitatem abducendo [l]. *Illaqueando* illaqueavit (vel Deus, ut v. 24. vel hostis, ut 2 Reg. 25. 7. verbum enim indefinitè ponitur; q. d. *Illaqueantur* *) *in foraminibus*, seu *cavernis*, (sub terram) *omnes ipsos*, Angl. Alludit ad foramina in quibus vel delitescunt feræ, vel capiuntur [m]. [Alii aliter.] *Illaqueans cunctos juvenes suos*, Ti. *Illaqueant juvenes quotquot sunt*, JT. *Laqueus* (i. e. Illaqueati, sub. *sunt*, vel *erunt*,) *juvenes omnes ipsi*, electi in illo populo, qui ad bella eligi solent [n]. Al. *Suspirant juvenes* (vel, si mavis, *in cavernis*) *omnes*. פוּחַ & הָפֵחַ sunt synonyma, & significant, *flare, sufflare, suspirare*. Qui הָפֵחַ sumunt pro *illaqueare*,

Margin notes (left): * Q. in For. — f Calv. — g Musc. — h G. — i G. — k Jun. — l Pi. sic For. — m Pi. — n For. — o Ang. — p Pi. Ang. — q Glas. gram. 3. 3. 50. 390. — r G. — † Musc. — Ang. — t Ang. — v For. sim. Calv. — x Calv. — y G. — z Oecol. in Calv. — a Ang. — b V. — c For. — d Mar. — * Calv. — f Belg. — g Q. in Belg. — h For. — i Di. ad Esa. 41. 26. — k Pi. Belg. simil. Di. Ang. — l Belg. — m Calv.

Margin notes (right): n V. sim. For. — o For. — * Calov. — p V. — q For. — r Pi. — † Jun. — t G. — v Me. Mar. — x Me. sim. T. — y Me. — † Idem. — z Me. T. — * Mar. — a Me. — b Calv. — c Musc. — d Calv. — * G. sim. Ang. — f Calv. — g Ma. — h G. — i Pi. — † Idem. — k V. — l Calv. — * Ang. — m Ang. — n For.

queare, necesse habent per ellipsin subintelligere *hostes*, quia eâ significatione in Hiphil transitivum est[o]. *Laquei sunt omnes juvenes*, Sy. *Laqueus enim in cubilibus ubique*, ο'. vel, *in penetralibus est*, Ar. *Illaqueant in foraminibus*, &c. q.d. Capiebant eos laqueis in ipsis speluncis in quibus delituerunt [p]. ¶ *Et in domibus carcerum* (vel, *coercitionum*, Pi. vel, *in carceribus*, JT. Pi. V. Ca. *in locis carceralibus*, M.) *absconditi sunt*] Sim. JT. Pi. &c. vel, *latitarunt*, Mo. כלא non *carcerem* tantùm sign. sed omne *id quod bene clauditur*. ο'. hîc, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα ὅπου ἔκρυψαν αὐτούς, (*& in domibus simul in quibus absconderunt eos.*) Rectè ergò vertas, *Et in reclusis locis ubi latitabant*, supple, *& ibi erunt insidiæ*. Historiam vide 2 Reg. 25. 5 [q]. *Et in domibus carcerum* in quibus *latitabant*, P. [Sensus completur sequente membro.] *Et retrusi sunt in carceres*, Ti. ¶ *Facti*, &c.] *Erunt* (vel, *Sunt*, JT. *Fuerunt*, Mo. Pi. *Cesserunt*, Pi.) *in prædam*, —*nec erit qui dicat, Redde*, P. &c. Nemo aut facto aut verbo eos ab injuria vindicat. Describit statum captæ urbis, & manentis servitutis[r]. Intellige hæc vel de decem tribubus, quæ nunquam redieruntf†; vel de vastatione Judæorum, tum per Chaldæos[f], tum etiam per Romanos[v]. Hoc magis probo, quia loquitur de gentis πανολεθρίᾳ, & excæcatione sive induratione maxima & finali; qualis non erat illa sub Chaldæis[x]. Admonet, populum interiturum fine ulla spe liberationis, quòd respueret gratiam Dei [y].

23. *Quis est* —*qui audiat hoc*] Apostrophe ad populum. q. d. Quis hæc tam gravia monita accipit? cæci ergò & surdi estis [z]. Quàm pauci sunt qui, cùm hæc divinitus prædici audiant, in tempore se corrigant [a]? Stuporem illis exprobrat [b]. ¶ *Attendat*, &c? יקשב וישמע לאחור] *Attendet*, (vel, *advertet*, M. P.) *& audiet* (vel, *attendet*, M.) *in posterum?* Mo. P. &c. id est, ut in posterum admoneatur[c]. *Attendit, ut auscultet in posterum?* JT. *Attendat, & intelligat in finem*, Ch. *Auscultet adhuc, & aliud audiet*, Sy. Qui attendat, *& audiat* quid *in posterum* futurum sit? Pi. *Quis advertit & attendit, ut in posterum caveat?* Ti. Quis *advertet? quis attendet in posterum?* i. e. ut tandem, malis domitus, quamvis serò, resipiscat [d].

24. *Quis dedit*, &c?] Hæc sunt quæ à Judæis non observari conqueritur. Mala sua fortuitò accidere putabant; aut, in externis causis occupati, judicia Dei non animadvertebant. Ideo ad cœleste eos tribunal retrahit, pronuncians Deum esse authorem *. ¶ *Nonne*, &c? הלא יהוה זו חטאנו לו] *Nonne Dominus, cui*, vel *in quem*, (vel, *ille in quem*, Ang. eò *quòd*, Ch. Sy. Calv.) *peccavimus?* P. Ca. Mo. *ei?* Mo. vel, *coram eo?* Ch. *in eum?* Sy. Calv. *Nonne Dominus?* M. Ti. Pi. sic JT. *peccavimus ei*, Ti. vel, *eò quòd peccavimus contra eum*, M. vel, *hic*, sive *is*, est *cui*, vel *contra quem, peccavimus*, JT. Pi. Κοι-νῶνς. Neque enim Esaias inter illos erat quorum culpâ hæc eveniebant: sed ipse, quanquam integer, loquitur ut pars populi corrupti [f]. Quò minùs offendat admonitio, se ipse quoque facit culpæ obnoxium. Nè Deum insimulent sævitiæ, dicit eum non fine necessitate justâque causâ punire, &c [g]. ¶ *Et*, &c. ולא אבו וגו'] *Et noluerunt* (vel, *& noluimus*, Ti. sic Sy. vel, *quia noluerunt:* sic ו sæpe sumitur [h]:) *in viis ejus ambulare*, Mo. P. &c. *Non enim acquieverunt ut* —*ambularent*, JT. Pi. ¶ *Et non*, &c. ולא שמעו בתורתו] *Neque auscultaverunt legi ejus*, JT. Pi. &c. *& non acquieverunt in doctrina ejus*, For. *neque morem gesserunt* ut ambularent *in lege ipsius*, V.

25. *Effudit super eum indignationem*, &c. חמה אפו] *Furorem iræ suæ*, Calv. Ang. &c. חמה absolutum, pro חמת constructo [i]. *Æstum, iram suam*, Q. in Ma. *excandescentiâ iram suam*, JT. *iram suam* in, vel cum, *æstu*; vel potiùs, *æstum in ira sua*, Angl. Ellipsis præpositionis[k]. *Excandescentiam* & *iram suam*, Pi. [Ellipsis copulæ, quæ non semel antè notata.] ¶ *Et forte bellum*, ועזוז מלחמה] *Et* (vel, *nempe*, Pi.) *robur* (vel, *firmitudinem*, For. *impetum*, Ti. *atrocitatem*, Sy.) *belli*, P. M. JT. Pi. illati vel per Sennacheribum [l]: vel ab Ægyptio primùm, deinde & Chaldæo; 2 Reg. 23. 33. & cap. 24. & 25[m]: vel à Romanis, qui obfirmato animo depugnabant; *quorum adventus*, inquit Josephus, *erat effusio ardoris iræ Domini* [n]. *Et fortitudinem bellatorum suorum adduxit super eos*, Ch. *bellum difficile & durum*, For. ¶ *Et*, &c. ותלהטהו וגו'] *Et* (sub. *bellum*, M. Ti.) *inflammavit eum*, &c. Mo. P. M. Ti. &c. *Quanquam autem inflammavit eum circumquaque, tamen non animadvertit*, Pi. sim. JT. Cùm omnia circùm urbem sita incendio corrumpentur, nondum resipiscet populus [o]. Verè admirandus est stupor populi Judaici, qui, per tot secula miseri, pœnarum causam nondum cognoscant, quòd nempe Messiam reprobârint [p]. ¶ *Et succendit eum, & non intellexit*] Nè tum quidem resipiscet cùm urbs à Chaldæis incendetur; 2 Reg. 25. 9. Jer. 39. 8 [q]. Notat hîc excæcationem atque indurationem Judæorum, qui, post tam diram obsidionem, post tam atrox bellum, post vastatam Judæam, non intellexerunt se ob infidelitatem punitos esse [r].

Margin notes: [o] Di. [p] Q. in Ma. [q] G. [r] G. [f] Sa. [t] T. [v] T. Mc. [x] Calov. [y] Calv. [z] Ma. ex Jun. [a] G. [b] Musc. sim. Calv. [c] V. [d] Calv. * Calv. [f] G. [g] Calv. [h] G. [i] Ma. [k] Ang. [l] Pi. [m] G. [n] For. — [o] G. [p] Calv. [q] G. [r] For.

CAP. XLIII.

1. *ET nunc*] Vel, *Nunc autem*, For. sic Pi. &c. Quæ transitio ostendit hoc caput cum præcedente cohærere [a]. Est velut appendix quædam superioris orationis, & temperamentum quoddam quo illa intelligi debet. Quia cæcitatem & devastationem Israelis enarrârat, nè videretur Deus omnino repulisse populum suum, qualis futurus sit deinceps Dei populus, tum ex Israelitis, tum ex Gentibus, jam incipit exponere; obscurè tamen, quia Judæis hoc invidiosum erat [b]. q. d. Quanquam maxima populi mei pars corruat, &c. electos tamen meos curabo, &c. vel, Quanquam decem Tribus in captivitate mansuri sint, vobiscum tamen mitiùs agam [c]. Cùm dixisset Propheta, supplicium decem tribuum æternum fore, nè duæ Tribus idem timerent, illas hîc consolatur, & in eis Ecclesiam, &c [d]. Quarta concionis pars, nimirum consolatio à promissionibus Dei: quæ confirmantur à natura ejus, ab opere creationis, à vocatione populi, & à singularibus exemplis beneficentiæ Dei erga vocatum ascitúmque populum: quæ omnia proleptice hoc versu posita sequentibus exponuntur *. Cùm exitium Judæis denunciâsset, acerbitatem illam hîc temperare voluit. Semper enim Deus piis prospicit, nè illi unà cum reprobis exterminentur. Est autem diligenter notandus hic locus. Tametsi enim exardeat ira Dei, atque interitui proximi videamur; tamen, si duo tantùm vel tres pii supersint, eis desperandum non est [f]. Alloquitur Hebræos Babylone captivos, eósque liberandos prædicit: sed sub hoc typo altius aliquid intelligit, scilicet liberationem fidelium à peccato & Diabolo per Christum. Itaque typum cum antitypo permiscet, jámque dicit aliqua quæ magis typo, jam quædam quæ magis antitypo, conveniant *. ¶ *Creans te, Jacob, & formans te, Israel*] *Jacob* & *Israel* idem sunt, ut Esa. 41. 8 [g]. Loquitur hîc de creatione, vel, 1. universali; q. d. qui, quum nihil esses, fecit te & aluit, &c. Dicere poterat, *qui creavit omnia*; sed ad consolationem, &c. dicit, *creator tuus* [h]. Vel, 2. speciali, sive de regeneratione, ob quam *figmentum Dei* vocamur Eph. 2. 10. q. d. Non ideo Ecclesiam formavi, in qua eniteret gloriæ meæ decor, ut deleam tam præclarum opus [i]. *Creationem* & peculiarem *formationem*, quando videlicet gentem illam sibi in peculiarem populum in Patribus elegit, commemorat, ut confirmet [eam] in spe, neque de se actum putet [k]. *Creans te*, miraculosè [l], & præter morem, ex sterilibus Rebecca & Sara [m]: *formans te*, legibus & sanctis institutis [n], tanquam vas in honorem, ut esses mihi in remp. fidelem, &c [o]. ¶ *Redemi te*] Ex Ægypto [p]. Al. Jacobum ex multis malis liberavi. Parentes cum liberis iidem censentur [q]. Al. Certò redimam te è Babylone & è potestate Diaboli [r]. ¶ *Vocavi te nomine tuo*, &c.] Indidi illi nomen *Israelis*: sicut servi vocantur *Marcipores, Quintipores* †. Non solùm liberavi te, sed & peculiarem mihi populum feci. *Vocare nomine* est, recipere in jus aliquod necessitudinis; veluti cùm à Deo in filios adoptamur [t]. Volui ut nomen tuum esset, *Meus es tu* [v]: hoc ipso faciens ut reipsa sis *populus meus*: nam *Dei appellatio est, cùm facit inesse rei nominatæ id quod nomen significat* [x]. Familiaritatis & benevolentiæ est, vocare aliquem nomine suo, non alieno aut communi; nam hoc malevolentiæ est & contemptûs: unde Saul

Margin notes: [a] Ang. [b] For. [c] Calv. [d] For. * Jun. [f] Calv. * Mc. [g] Ang. [h] Musc. [i] Calv. [k] I. [l] Mc. [m] T. sim. Mc. For. [n] Mc. sim. For. [o] Mc. sim. T. [p] For. Mes [q] G. [r] Pi. sic Mc. † G. [t] V. [v] Me. sim. T. [x] T.

Davidem nunquam appellabat, sed *filium Isai*, &c. Illud, *meus es tu*, puto materialiter sumi: q. d. cùm dicebam tibi compellatione blandâ, *Meus es tu*. Sic & Latini amicos blandè compellant, *mi Attice*, *mea Terentia*, &c [y]. Hebraismus est, quem sic rederem, *Tuo te nomine compellando dixi, Israel, tu meus es* [z].

2. *Cùm transieris* (vel, *transis*, JT. *transibis*, Pi. *transires*, G.) *per aquas*] Nempe, tribulationum [a]: vel, per mare Rubrum [b]. ¶ *Tecum ero*] Ità Pi. Calv. vel, *eram*, For. G. *Tibi adsum*, JT. ¶ *Et*, &c. ובנהרות לא ישטפוך] *Et* (vel, *aut*, V.) *flumina* (vel, *& per flumina*, Mo. P. M. &c. *quum verò flumina*, Ti. *si per flumina*, Ca. Et quum transibis *per flumina*, Pi.) *non* (vel, *nè*, JT.) *operient* (vel, *inundabunt*, Mo. P. Pi. &c. *inundent*, JT. *obruerent*, Ti. *summergent*, Ca.) *te*, ο'. *Flumina* (ut Jordanes, ex duobus fontibus oriens,) *te non inundârunt*, quinimo transitum tibi dederunt [c]. ¶ *Cùm ambulaveris* (vel, *incederes*, G. sic For. *ibis*, Pi.) *in igne*, &c.] Vel, *per ignem*, &c. Pi. &c. Cùm in circuitu urbis tuæ Sennacheribi exercitus subito exitio (quod flammæ comparari jam sæpe vidimus) periret, te salvum, quasi ab incendio, præstiti. *Incedere per ignes* etiam Horatius dixit, pro, *in periculis versari* [d]. *Ignis & aqua* proverbialiter maxima pericula denotant; vide Psal. 65.7 [*]: præsens enim exitium illa adferunt [f].

3. *Dedi* (vel, *Tradidi*, Sy. Ti. *Addicam*, Ca. *Feci*, ο'. *Exposui*, Ar.) *propitiationem tuam* (vel, *pretium tuum*, P. *piaculum tuum*, Ca. *in redemptionem tui*, JT. Ar. *in redemptionis pretium pro te*, Pi. ἄλλαγμά σου, (*commutationem tuam*,) ο'. in G. *ut tu redimereris*, M. *ut esset pro te piaculum*, Ti.) *Ægyptum*, *Æthiopiam* (vel, *Chus*, Mo. P. *Æthiopes*, Ca. Dedi insuper *Æthiopes*, Ti.) *& Saba* (vel, *Sebam*, JT. *Sabæos*, Ti. Pi. Ca.) *pro te*; sic Mo. &c. vel, *loco tui*, JT. Pi. נתתי כפרך וגו'] Sensus, In gratiam tui Ægyptios & Æthiopes miris modis divexavi, ut eorum exemplo resipisceres, & possem tibi tua scelera condonare [g]. Feci ut Sennacherib vires suas in Ægyptios, Æthiopes & Sabæos converterit: id feci parcens vobis, & impetum hostis aliò convertens [h], quò respirarent Judæi, & Jerosolyma redimeretur. Vide 1 Reg. 19. 9, 36 [i]. Cùm Asarhaddon cogitaret tibi inferre malorum ultima, objeci ei alium hostem, Æthiopem Tharacam, comitatum ingenti agmine ex Ægypto & Meroe, aut, ut Græci hîc habent, Syene. Vide suprà cap. 18. & 37. 9 [k]. Ità Tirhaka, deveniens in Judæorum locum, juxta Prov. 11. 8. ipse fusus est, & Judæi liberati [l]. Sed non placet hæc, licèt communis sit, sententia. Non tam rumor de Tirhaka, quàm subita illa plaga per Angelum, &c. Sennacheribum abire coegit, non quidem ut Ægyptum Æthiopiámque invaderet, (cui expeditioni tunc planè impar fuit,) sed domum citissimè fugeret [m]. Al. Ægyptiorum primogenitos loco tuorum posui, &c [n]. Al. *Ægyptios* in mari Rubro submersi; *Æthiopes* verò, sive *Cusitas*, & *Sabæos*, (illorum fratres, Gen. 10. 7. & vicinos,) profligavi tempore Asæ. Vide 2 Par. 14. 9, &c [o].

4. *Ex quo*, &c. מאשר יקרת בעיני נכבדת ואני אהבתיך ואתן אדם תחתיך] *Ex quo*, For. (vel, *Eò quòd*, M. Ti. V. Angl. sic Calv.) *pretiosus fuisti*, vel *fueris*, (vel, *es*, JT.) *in oculis meis*, *gloriosus*, vel *honoratus*, *fuisti*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *es*, M. Calv. V. (i. e. te magnifacio, [q]) *& ego dilexi te*, Mo. Calv. (q. d. Denique, ex quo mihi fuisti peculium, præ omnibus aliis populis honore & dominatione valuisti propter amorem meum erga te [r]. Ex quo tempore pretiosus mihi visus es, i.e. Ex quo eduxi te ex Ægypto, honoratus fuisti, & ego dilexi te, i. e. dilectionem erga te meam tibi declaravi multis magnísque beneficiis [†].) *&* (vel, *propterea*, P. V. sim. Pi. Ang.) *dabo* (vel, *dedi*, Pi. Angl. *tradam*, M. Calv. *subjeci*, JT.) *hominem* (vel, *homines*, JT. Pi. Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, ex v. præced [t].) *pro te*, Mo. P. &c. vel, *loco tui*, Pi. sim. Calv. vel, *tibi*, JT. Alii hunc locum sic exponunt, Ideo fuisti honorabilis, quoniam te in honorem extuli. Sed locus potiùs sic resolvi debet, Quoniam dilexi te, ideo hominem, i. e. Ægyptum, &c. pro te, sive tui loco, hostibus tradidi. Haud enim ideo dilexit Dominus Israelem, quòd esset in oculis ipsius pretiosus & honoratus; sed ideo pretiosus, &c. fuit Israel, &c. quòd diligeret ipsum: quæ dilectio effecit ut homines traderentur in vicem ipsius [v]. Pendet oratio usque ad verbum *dedi*: *Quia*, inquit, *pretiosus fuisti*— *& quia honoratus fuisti*, *& quia dilexi te*, *idcirco dedi*, &c. vel, *Ex quo tempore mihi pretiosus esse cœpisti*, *& te in honore habui*, &c. *statim dedi*, &c. i. e. in tui gratiam homines alios nihili feci. Pro eodem accipit, *in pretio esse*, *honoratum esse*, & *dilectum esse*: nisi fortè quòd ultimo loco adjecit *dilectionem*, tanquam fontem omnium bonorum, &c [x]. Sensus est, Quod antehac feci, nunc quoque faciam: Quia apud me in magno es pretio, plurimíque à me haberis & diligeris, propterea nullis hominibus aut populis parcam ad te liberandum. Ad Medos & Babylonios hoc pertinet [y]. *Propterea dabo*, &c. i.e. Cùm aliqui oppugnaverint te, efficiam ut bellum convertatur in alios, & [illi] cadant in prælio, non tu [z]. [Alii locum sic reddunt,] *Eò quòd pretiosus fueris*—, *quódque tanti esses*, *& quòd te amore prosequerer*; *imò quodvis genus hominum pro te expendi*, &c. Ti. *Quandoquidem apud me in pretio es*, *& gloria*—*homines pro te addicam*, Ca.

5, 6. *Ab oriente adducam semen tuum*, &c.] Id est, vel, posteros tuos [a]: duæ enim Tribus in 4 orbis partes dispersæ sunt. Vide Ezec. 5. 10, 12. Zach. 2. 6 [b]. Vel, Gentes, jam in semine Abrahæ censendas. Vide Matt. 8. 11 [c]. Quoniam Prophetæ de Judæorum captivitate & dispersione crebrò vaticinabantur, poterátque ea res fidei præcedentis promissionis & consolationis multùm derogare, consultò hoc subjicit, &c [d]. *Ab oriente*, &c. i. e. Ex omnibus mundi partibus te reducem faciam. Vide dicta ad Matt. 24. 31 [*].

7. *Et omnem qui*, &c. כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו וגו'] *Omnis vocatus in nomine meo*, *& ad gloriam meam creavi eum*, &c. Mo. P. *Omnes vocati* (i. e. vocabuntur) *nomine meo*: (i. e. auspiciis meis: q. d. Non hominum manu aut ope reducendi sunt Judæi, sed nomen meum in eo illustre erit. Hoc addit, quòd alioquin incredibile erat eos adeò dispersos recolligi.) *&* (i. e. quoniam) *ad gloriam meam creavi eos*: *formavi eos*, (idem dicit;) *adeóque* (vel, *etiam*, sive *adhuc*,) *feci eos*. q. d. Gloria mea cum salute populi mei conjuncta est; ideóque non possum illius curam abjicere, aut opus meum, & quidem tam præclarum, contemnere [f]. *Omnis qui vocatur in nomine meo*, *hunc pro gloria mea creavi*, &c. M. *Quicunque vocatus est*, &c. *hunc enim ad gloriam*, &c. Ti. Al. *Omnem qui vocatur*, vel *vocat se*, *de nomine meo*, (nempe filius filiáve Dei [g], Christianus [h],) *quem* (vel, *& quem*, Pi.) *ad gloriam meam creavi*, *quem formavi*, *etiámque feci*, JT. Pi. i. e. magnum effeci [i]. *Creat* nos Deus nondum existentes; creatos *format* corpore & spiritu; & formando *facit* ut quales vult simus. Sic nihil nobis, totum quod sumus ipsi, tribuitur [k]. *Creavi*, i. e. produxi à non esse ad esse: *formavi*, i. e. existere feci aptâ formâ: & *feci*, i. e. disposui & ordinavi [*]. *Omnes*, scilicet, *qui vocantur de nomine meo*, *& quos in gloriam meam creavi*, &c. Q. in V. sim. Ca. *Et omnem qui invocat nomen meum*, (rectiùs, *qui vocabitur nomine meo*, G. ex ο'.) *in gloriam meam* (ut appareat mea potentia, & in promissis fides ac constantia,) *creavi eum*, &c. Malim, *creabo*, &c. Sensus est, Eos omnes vitæ reddam. Nam misera conditio *mortis* nomine appellatur [l]. Sensus est, Non præcipio ut Judæos tantùm dispersos adducas: nam quicunque invocat nomen meum, (vel, passivè, vocatus in, vel cum, nomine meo, i. e. cui de me prædicatum est, & qui mihi vocanti acquievit, ut sit ex *vocatis* meis, Rom. 8. 28.) sive sit Judæus, sive Græcus, in gloriam meam ego creavi eum. Confer Act. 10. 34, 35. Rom. 3. 29 [m].

8. *Educ*, &c. הוציא עם עור ועינים יש וגו'] *Educ* (vel, *Produc*, JT. Heb. *Producere*, Jun. *Educere*, Mo. Jussi *educere*, M. Omnino propositum est *educere*, Ti. *Educendo* educite, vel, *Educendo* educam, Angl. formula qualis Ecclesi. 9. 11. Jer. 14. 5 [n]. *Ut educam*, P. Calv.) *populum cœcum*, Pi. Mo. &c. *& oculi sunt*, Mo. P. sub. *ei*, P. Al. *cui* (sub. *tamen*, Ti. Pi.) *sunt oculi*, M. Ti. JT. Pi. Ang. &c. *& surdos*, Mo. P. JT. &c. *& aures* (sub. *sunt*, P.) *eis*, Mo. P. vel, *quibus* (sub. *tamen*, Pi.) *sunt aures*, JT. Ang. sim. M. vel, *tam surdos quàm eos qui aures habent*, Ti. [Locum variè intelligunt.] 1. De Judæis. Sic prophetia est comminatoria excæcationis Judæorum: q. d. Produc foras, ut omnibus notum sit, Judæos quidem oculos habere ad legendum Legem & Prophetas, & cæcos

Marginal notes (left column): y San. z For. a M. sim. T. b G. For. c G. d G. * San. f Musc. g For. h V. sim. Calv. &c. i Calv. k G. sim. Jun. Mc. T. San. &c. l Jun. m Ang. n He. in Ang. o Ang. q V. r Jun. † Pi. t Pi. v Calv.

Marginal notes (right column): x For. y G. z V. a Pi. b San. c For. d Musc. * G. f Calv. g Pi. h Calov. i Pi. k Musc. * K. in Fagii collat. translat. ad Gen. 1. 1. l G. m For. n Ang.

& cæcos tamen esse, &c [o]. *Educ* (i. e. Ad judicium voca [p]; vel, *Egredi fac*, id est, Ejice, Extrude, in tenebras exteriores, juxta Matt. 8. 12 [q]. Ejice extra limites patriæ, extra numerum populi Dei [*],) *populum qui cæcus est, quamvis oculos habeat, & surdus, quamvis aures ei sint*, G. sim. For. Judæos intellige, qui multa Dei opera viderant, nec satis tamen plerique ea considerabant; & qui multa à patribus audita non satis animo retinebant [r]. Qui vident & palpant veritatem, sed nolunt amplecti; imò oculos occludunt, ut cæci †: qui voluntariè & suo vitio cæci sunt *. Qui, cùm cæci essent, se tamen videre dicerent, Joh. 9. 39, 40, 41. Manifestè hîc videmus pro Judæis vocatas esse Gentes, &c †. [2. De Gentilibus, sed diverso modo.] 1. Redit hîc ad antiquam illam disceptationem cum idolis & idolorum cultoribus [t]. Provocat Gentiles (quos hîc *surdos* & *cæcos* vocat, instar idolorum, Psal. 115. 5, 6, 8 [v]. quia tam manifesta non vident, &c [x].) ut, si quid habeant pro diis suis dicendum, producant illud [y]. 2. Læta est de Gentibus prophetia [z]. Produc populum Dei, qui, ex cæco & surdo, per gratiam Dei oculatus & auritus factus est [a]. Sic educam cæcos, ut ipsis visum restituam, &c [b]. Cæci naturâ illuminabuntur per Spiritum meum, &c [c].

9. *Omnes gentes congregatæ sunt*, &c. נִקְבְּצוּ וגו׳] *Congregentur*, Calv. G. P. Ang. &c. Præt. pro fut. optat. aut præs. conjunct [d]. Etsi *congregentur*; ellipsis conjunctionis discretivæ *: nempe, ad judicium [f]. Animo finge *congregari*, &c. For. sim. San. nihil respondebunt, &c [g]. Redit ad disceptationem cum Gentibus & earum idolis [h]. ¶ *Quis*, &c? מִי וגו׳] *Quis in illis*, sive *inter eos*, (vel, *eorum*, Ca. vel, est *in eis* qui, M. vel, *apud eos* deus est qui, Pi.) *indicaret*, vel *annunciet*, (vel, *indicare possit*, Pi. sim. G.) *istud?* JT. Mo. &c. quod ego modò indicavi de redemptione tui è Babylone [i]: quis & quo nomine futurus sit qui populum meum sit liberaturus: quod ego dicam per Esaiam [k]. ¶ *Et quæ prima sunt*, &c?] Dicat saltem illa quæ proximè futura sunt. Vide Esa. 41. 22 [l]. ¶ וְרִאשֹׁנוֹת וגו׳] *Et* (sive, *vel*, JT. Pi.) *priora indicabunt* (vel, *pronuncient*, JT. *audienda præbeant*, Pi. sim. Mo.) *nobis?* P. Pi. &c. q. d. Nè præterita quidem indicare possunt, nedum ut indicent futura [m]. Aut qui inter illos indicare poterunt nobis talia qualia sunt illa priora quæ jam prædixi, & jam evenerunt *? ¶ *Dent testes*, &c.] De divinitate eorum [n]; vel, ullius vaticinii quod ab illis manavit [o]. ¶ *Justificentur*] Si id præstare possunt, justa illorum causa pronunciabitur. Confer Esa. 41. 26 [p]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Calv.) *audiant*] Deinde audiant testes meæ partis [q]. ¶ *Et*, &c. וְיֹאמְרוּ אֱמֶת] *Et dicant*, (vel, *dicent*, Calv. Pi. P. scil. homines; impersonaliter [r];) *Verè*, Vulg. vel, *Veritas*, Mo. *Verum est*, M. P. Ti. Calv. JT. &c. scil. quòd dii gentium sint dii *. Vel, cogentur dicere à me stare veritatem †, & me Deum unicum esse, ipsos verò idola [t].

10. *Vos testes mei*] Quòd scil. verè Deus sim [v]. Testes, quos ab illis postulabat, ipse præstat, ut æquum erat [x]. *Vos*, populi mi [y]; scilic. Israelitæ [z]; ex quibus fuerunt Prophetæ, qui vobis prædixerunt, docti à me, ea quæ jam experti estis [a]. Qui ista ex Esaia audîstis, & audietis [b]. ¶ *Et servus meus*] Id est, vel, 1. Esaias [c], ut suprà 42. 1. testis & dicendo palàm, & scribendo, & scriptum consignando [d]: qui nunc de futuris per Messiam vaticinatur *. Vel, 2. Prophetæ in genere [f]: ut vox collectivè sumatur [g]. Vel, 3. Cyrus, testis per edictum suum [h]. Vel, 4. populus Judaicus, cum quo etiam Gentes testificabuntur [i]. Vel, 5. Messias [k]; ut Esa. 42. 1 [l]. ideóque sing. num. usus est. Hic summus est testis, & in eo Prophetiæ omnes clauduntur ac perficiuntur, Rom. 10. 4. 2 Cor. 1. 20 [m]. ¶ *Quia*, &c. כִּי אֲנִי הוּא] *Quòd ego*, Mo. P. &c. *ipse*, Mo. vel, *sum*, P. M. Angl. &c. nempe Deus *. Pronomen in verbum substantivum verti debet [n]. q. d. Quòd ego exsistentiam habeam, quâ illi carent, 1 Cor. 8. 4 [o]. Vel, sum *ille ipse*, Ti. sum *ille qui est*. Alludit ad Exod. 3. 14 [p]. *Me illum*, sive *ipsum*, esse, Pi. JT. ¶ *Ante me non est formatus Deus*] Videtur his verbis irridere deos Gentium, ut qui ab hominibus formati sint [q].

12. *Ego annunciavi*, (vel, *indicavi* vobis, Pi.) *& salvavi*] Sic M. P. &c. vel, *servo*, JT. sic Ca. subaud. *vos*, Pi. Prædixi salutem vestram, & præstiti ut prædixeram [r]. ¶ *Auditum*, &c. וְהִשְׁמַעְתִּי וְאֵין בָּכֶם זָר] *Et audire feci*, Mo. P. M. (vel, *nota feci*, Ti. *significo*, Ca. *pronuncio*, JT. *audiendum* id *præbui* vobis, Pi. *audire feceram*, Calv.) *& non* (vel, *non autem ullus*, JT. *& non* est, Ti. sic Ca. vel, *cùm non*, sive *nullus*, *esset*, M. Pi. Ang. *&*, pro *quum*, ut Esa. 33. 1 †.) *in vobis*, vel *apud vos*, *alius*, Mo. vel, *alienus*, P. M. Ti. Ca. sub. *deus*, P. JT. Pi. Ang. Ellipsis substantivi, ut Esa. 42. 8. Psal. 16. 4 [t]. Est hîc transpositio. Sensus est, Ego, non autem aliquis deorum extraneorum, effeci ut hæc vaticinia apud vos tantò antè audirentur [v]. Cùm hæc miracula fierent, nulla idola colebatis, sed me tantùm: ergò illorum auctor fui [x].

13. *Et ab*, &c. גַּם מִיּוֹם] *Etiam* (vel, *Insuper*, sive *Quinimo*, For.) *à die*, Mo. P. For. &c. i. e. post diem, sive tempus, post finem temporis, cùm jam desierint dies; i. e. in æternum; ut sine principio esse dicatur Deus, & sine fine. מִן præpositum nominibus temporis interdum valet, *post*, ut Gen. 16. 3 [y]. *Ex quo dies* fuit, Ang. vel, esse cœpit, V. ut Exod. 10. 6. Jer. 36. 2 [z]. *Indè à tempore diei*, sive quo cœpit dies, h. e. ab origine mundi [a]. Vel, *antequam esset dies*, M. JT. Pi. Glas. ante diem creatum [b]: vel, *ab æterno*, Ti. sim. Ca. ¶ *Operabor, & quis* (vel, *Quum operor, quis*, JT. Pi.) *avertet* (vel, *revocabit*, P. M. ad verb. *redire faciet*, i. e. irritabit, aut retundere poterit, sive rescindere, vel, obsistet [c],) *illud?*] Sic Mo. JT. Pi. &c. sub. *opus*, M. sive, *quod operor*, Pi. Vel, *illam?* [nempe *manum*, quæ in versu præcedit,] JT. Quis obstabit, si quid facere velim [d]? *Nemo rescindit quod ego operor*, Ti. sim. Ca.

14. *Hæc dicit*, &c.] Hîc faciunt [JT.] initium cap. 43. & illud continuant usque ad cap. 44. vers. 6 *. Tota hæc concio est quoddam veluti argumentum breve sequentium capitum. Duo enim summatim continet, quæ copiosiùs deinceps exponuntur: casum Regni Babylonici, hoc versu & seq. & liberationem populi, reliquo cap. [f]. ¶ *Propter vos emisi* (vel, *mittam*, Pi. G. &c. hostes scilicet [g]; Cyrum [h];) *in* (vel, *adversùs*, G.) *Babylonem*] Ut vos redimerem; & Cyrus mihi erit quasi mercenarius miles, &c [i]. ¶ *Et detraxi*, &c. וְהוֹרַדְתִּי בָרִיחִים כֻּלָּם וְכַשְׂדִּים בָּאֳנִיּוֹת רִנָּתָם] *Et deponam* (sub. *à sede sua*, V. vel, *descendere feci*, Mo. P. *detraxi*, Ti. *demolitum*; Heb. *mittam & demoliar*, pro, *mittam demolitum*; ut Matt. 14. 10. πέμψας ἀπεκεφάλισε, *misit decollatum* [k]. Vel, *dejecturus*, JT. *dejiciam*, Pi. *descendere faciam*, sub. *in naves*, Q. in V.) *fugitivos universos*, V. Mo. *ipsos*, Mo. (vel, *fugitivi universi ipsi*, P. Ità vox בָרִיחִים sumitur Esa. 15. 5 [l]. בְּרִיחִים sign. *vectes*; at [ut hîc scribitur,] *fugitivos* *. Per quos intelligo Judæos, quos fugitivos, i. e. exsules, dicit se indè detracturum; & cum eis [ut sequitur] etiam Chaldæos detracturum, acturúmque in captivitatem †. Sic verto, *Et faciam ut illi omnes* (nempe Babylonii) *fugiendo descendant*, sive fugâ abeant ad Borsippa. Vide locum Berosi ad lib. 3. V. R. C [m]. Al. *vectes omnes*, JT. Pi. sic Ti. ut vox sign. Psal. 147. 13 [n]. Id est, vel, 1. potentiam, quâ, ceu vectibus, Judæi cohibebantur nè evaderent [o]. Vel, 2. Principes; sic dictos ob fortitudinem, & quòd populum muniant [p]. Vel, 3. munimenta [q]; vectes portarum [r]; i. e. impedimenta & remoras, quas Zach. 6. 1. vocat *montes æreos*: ut [Cyrus] totâ faciliùs Babyloniâ potiatur, & vos in libertatem asserat †. Vel, 4. portulas illas ædificatas à Nitocri Regina in ora fluminis, quibus descensus erat in flumen; quas si Babylonii observâssent, ipsi, pro ripis stantes, Persas progressos in flumen veluti in cavea excepissent, inquit Herodotus lib. 1. num. 191. sed Deus ademit illis mentem, nè portulas vectibus firmarent, ut per eas ingrederentur Persæ. Vel, fortè alludit ad portas Babylonis, de quibus sic Herodotus l. 1. num. 179. *Ejus per ambitum centum portæ stabant, æreæ omnes, cum cardinibus postibúsque* [t]. Vel, 5. ipsum Euphratem, qui Babyloniis erat pro vectibus, quem Cyrus in partes divisit, &c. Vel, 6. repagula illa quibus Deus gestientes ad bellum & imperium Persas ac Medos continuerat & remoratus fuerat [v]. Al. *Et deposui potentes, omnes ipsi fugitivi sunt*; q. d. Potentes quosque in fugam converti, ut vos liberarem [x]. Sensus, Dignitate privabo fugi-

[Margin, col. 1:] o E. p G. q For. sim. Me. T. * T. r G. † T. ex Hi. & Procop. & Theod. * Me. † For. t San. v Ang. sim. Sir. x San. y Ang. z E. a Jun. b Calv. c Pi. sim. Belg. d V. * Pi. f G. g San. h Me. i Pi. k G. l G. m Pi. * V. n G. o Calv. sim. Ang. p G. sim. Pi. q G. r Pi. * Pi. † G. sim. Ang. t Ang. * Pi. * Musc. v Ang. * Me. For. x For. y G. z For. G. He. in Ang. Belg. a G. b For. c Q in Ang. sic Belg. Calv. g Q. in Ang. Calv. h Al. in Ang. i Al. in Ang. k Ang. ex Chald. Jun. Calv. San. Me. &c. n Jun. m Calv. * G. n Ang. For. o Ang. p For. q Pi. sim. Ang. Calv.

[Margin, col. 2:] r G. † Ang. t Ang. v G. x Me. sim. Calv. y For. z Ang. a Pi. b V. c V. d G. sim. Me. * Ma. f Jun. g G. h M. sim. Pi. i Calv. k Ca. l Ang. * Ma. † Mar. m G. n Ang. o Pi. p For. q Jun. Me. sim. San. r Mc. T. † T. t Ma. v San. x M.

fugitivos Babylonios, qui postea fugient navibus [y]. Al. *claustra omnia*, Ca.) *& Chaldæos*, (vel, *& Chasdim*, P. Mo. vel, *unà cum Chaldæis*, M. vel, *nempe Chaldæos*; ו hîc valet, *nempe* [z];) *quorum clamor* (vel, *ovatio*, Mo. *exsultatio*, Ti.) *in navibus*, (sub. *est*, P. V. Ti. vel, sub. *audiebatur*, M. *Clamor* Chaldæorum, vel, 1. captivorum, quos Medi ac Persæ navibus impositos asportârunt aut vendiderunt [a]. Vel, 2. fugientium. Terrâ fugere non poterant. Commodissimum autem fluvium habebant, nempe Euphratem conjunctum Tigri, quo faciliùs poterant evadere. Hîc autem eos frustrata est sua opinio, propter siccatum alveum [b], & per Cyrum aliò derivatum [c]. Sensus versûs, Mittam Persas, &c. qui Babylonem expugnent, captivósque vendant Chaldæos, qui navibus in diversas terras portentur, atque ità *in navibus ejulent* †. Al. *Ad naves, erit clamor eorum*. Alii alios hortabuntur ut in naves se conferant ad fugam [d]. Clamabunt, *Ad naves, ad naves*; ut Esa. 22. 5. *Ad colles, ad colles* *. Al. *cum navibus celeberrimis ipsorum*, JT. vel, *ob quas jubilant*, Pi. Heb. *cantûs* (vel, *jubilationis*, Pi.) *eorum*, Jun. Vel, *in navibus ovatio eorum*. Nam cùm illàc Tigris & Euphrates fluant, navibus & triremibus abundabant [f]. Celebris erat Babylon navibus, ob varios fluvios, & vastos atque navigabiles lacus, &c. ut patet ex historia Alexandri apud Plut. & Arrian [g]. [Calv. totum sic reddit, & distinguit, *Propter vos misi in Babylonem, & descendere feci*: (Cyrum nempe cum Persis.) *Omnes ipsi* (Babylonii scilicet) *fugitivi*; *& Chaldæorum clamor in navibus*.] Vox רִנָּה *altisonum* quemvis *clamorem* significat, sive lætum, ut Esa. 35. 10. & 51. 11. sive tristem & horrendum, ut Jer. 14. 12 [h].

15. *Ego Dominus*, &c.] Sigillum hoc est præcedentis sententiæ [i]; quam confirmat à natura Dei, officio, & beneficiis [k]. Potentiam & authoritatem promittentis ostendit, &c [l].

16. *Qui dedit* (vel, *dat*, For. Calv. i. e. potens est dare, ut olim [m]: *ponit*, M. *facit*, Pi.) *in mari* (Rubro [n]) *viam*: in exitu ex Ægypto [o]: "הַנּוֹתֵן וגו] *Dans*, &c. Ma.

¶ *Et*, &c. "וּבְמַיִם עַזִּים וגו] *Et in aquis validis*, JT. Pi. vel, *violentis*, Calv. vel, *asperis*, BC. Id est, vel, 1. per Jordanem [p]: vel, 2. in mari Rubro; cujus *aquæ asperæ* meritò appellantur, quia *litus est asperum, importuosum, inaccessum*, &c. testibus Strab. l. 17. Diod. l. 3. &c. Confer Neh. 9. 11 [q]. Ejusdem rei consueta ingeminatio [r].

17. *Qui*, &c. "הַמּוֹצִיא וגו] *Qui educit* (vel, *eduxit*, Q. in V. *Quum educit*, Calv.) *currus & equos*, *copias* (vel, *exercitus*, Calv.) *& robur*, JT. Pi. (vel, *& populum fortem*, Q. in V.) *simul*, vel *pariter*, (vel, qui *pariter*, Q. in V.) *jacent*, sive *jacebunt*, (vel, *obdormierunt*, Calv. Q. in V.) *non resurgent*, JT. vel, *ut non surgant*, Calv. *& non* (vel, *nunquam postea*) *surrexerunt*, Q. in V. i. e. non reviviscent, scil. ad vitam hanc terrenam †. q. d. Illis *Nox est perpetua una dormienda* *. Vel, ut *simul cubarent*, (nempe in fundo maris, Exod. 14. 27, 28 [t].) *& non resurgerent*, Angl. Ellipsis finalis particulæ, ut Esa. 41. 7 †. [Alii locum sic reddunt;] *Quum educit* populum suum, *currus & equus, exercitus & robustus pariter obdormierunt*, &c. P. *Ipse est qui educit currus*, &c. M. *Qui quadrigas & equos, copias & potestatem sic educit, ut non surrecturi jaceant universi*, Ca. Intelligunt vel, 1. de exercitu Pharaonis [v], quem Deus è terra in mare perduxit [x]: vel, 2. de exercitu Assyriorum, quem accersivit Dominus de loco suo contra Israelitas, quémque postea delevit nocte, &c [y]: vel, 3. de exercitu quem educturus est Deus ex Media & Persia; *jacebunt* autem Chaldæi, &c [z].

¶ *Contriti*, &c. דָּעֲכוּ כַּפִּשְׁתָּה כָבוּ] *Extincti sunt*, (sub. *subitò*, M.) *sicut linum* (sub. *inquam*, M.) *extincti sunt*, Mo. P. M. sic Ch. Vide suprà c. 42. 3 [a]. *Extincti quasi linum*, vel stupa fumigans in aquas depressa [b]. *Ità ut*——*exstincti ut linamentum exspirent*, Ti. *Exspirabunt, ut ellychnium* (Heb. *linum*, Pi.) *exstinguentur*, JT. Pi. *exstinctíque tanquam ellychnium*, Ca. *Extincti sunt, velut lucerna extincti sunt*, Ar. *Sed extinguuntur, sicut lucerna quæ crepitat*, Sy. Ut *extincti, extincti*, inquam, *sint, ut ellychnium*, Angl. quum aquæ immergitur [c]. *Linum* notat Ægyptum [d].

18. *Nè memineritis priorum*] Scil. mirabilium beneficiorum meorum erga vos *. Hoc interdictum non simpliciter, sed respectivè, accipiendum est [f]. q. d. Nihil opus me vetera revolvere: Satis erit novorum beneficiorum unde cognoscar [g]. Confer cum hoc loco Jer. 16. 14, 15 *. & Jer. 23. 7, 8 †. Hæc quæ commemoravi, quæ in vestrî gratiam feci, magna quidem sunt: sed non est quòd ipsa ampliùs celebretis; majora, ecce, jamjam effecturus sum, quibus comparata antiqua prorsus vilescant [h]. Priora non sunt comparanda cum futuris; nempe cum liberatione è captivitate Babylonica, & inprimis cum redemptione spirituali per Christum [i]. Perperàm vaticinium hoc restringitur ad paucos annos, quum Propheta fructum reditûs extendit usque ad Christum [k]; [sine cujus intuitu, Ægyptiaca redemptio cum Babylonica jure componi, si non ei anteponi, posse videatur.] ¶ *Et antiqua nè intueamini*; ità Ch. P. אַל תִּתְבֹּנְנוּ] *Nè memineritis*, M. Ti. *nè memoretis*, Calv. *nè consideretis*, Mo. V. JT. sic Pi. Ca. i. e. nolite admirari [l].

19. *Facio nova*] Heb. *novum*, Mo. P. &c. *novam rem*, JT. Pi. *novum quiddam*, Ca. i. e. rem excellentem [m]: potiùs, insolitam [n], & inauditam [o]; ut Num. 16. 30. Jer. 31. 22 [p]: conversionem scil. Gentium, &c. quod multò majus est quàm ex Babylone aut Ægypto eripi [q]. Omnia jam nova facturus sum: 2 Cor. 5. 17. Apoc. c. 21. v. 5 [r]. Sed nec textus id admittit, nec scopus †.

¶ *Et*, &c. עַתָּה תִצְמָח] *Nunc*, vel *Jam*, (vel, *Jamjam*, P. Ti. vel, *quod jam*, Ca. sim. ὁ.) *germinabit*, Mo. vel, *orietur*, P. Ca. sic JT. Pi. *efflorescet*, Ti. A me efficietur ex decreto meo. Metaphora à plantis, &c. *Jam*, i. e. brevi [t]. Nam etsi post multos annos futurum erat, sic tamen loqui solent Prophetæ, non tantùm ut insinuent *mille annos in conspectu Domini esse velut diem*, &c. sed nè usque adeò aperta sint Divina oracula indignis, ea præsertim quæ stomachum impiis movere poterant [v]. Jam nunc operatur, ut 2 Thes. 2. 7 [x]. Ità nos hodie rectè judicamus diem Domini imminere, etiamsi ille sit post aliquot demum annorum centurias venturus. Tanti videlicet faciendus nobis est, ut quamvis multi anni ad ipsum usque restantes sint, pauci ac breves videri debeant [y]. [Idem de Judæis hanc redemptionem sperantibus cogitandum.] ¶ *Utique*, &c. הֲלוֹא תֵדָעוּהָ] *Annon eam cognoscetis?* Calv. Ang. vel, *sentietis?* nam ידע sæpe non tam intellectûs, quàm sensûs, est [z]: vel, *nosceretis?* JT. *Num & hoc cognoscetis?* Ti. *Annon ità est quòd cognituri sitis illam?* Pi. Interrogatio plus habet vehementiæ & efficaciæ quàm affirmatio simplex: q. d. Nè quæratis quomodo hoc cognituri sitis; sic enim eveniet ut ignorare nequeatis: vos illius maxima pars eritis, in vobis ea potissimùm implebitur [a]. Alloquitur eos tanquam in captivitate, quum Cyrus jam ad hanc expeditionem se accingeret [b]. *Id quod sanè scietis*, Ca.

¶ *Ponam*, &c. אַף אָשִׂים וגו] *Insuper* (vel, *Nam*, V. M. *Etiam*, Ti. Ang. For. *Videlicet*, Ca. *Utique*, V. *Hâc vice*, Calv.) *ponam* (vel, *parabo*, Pi.) *in deserto viam*, &c. P. &c. facilem ac planam, sine offensis. Plerumque enim in desertis loca sunt confragosa. Simile suprà 11. 16 [c]. Alludit ad desertum illud inter Judæam & Babylonem, quia de reditu populi concionatur. Ideo *viæ* adjungit *flumina*, nè iter faciendo per aridam regionem siti perirent [d]. Ut olim populo viam paravi in deserto * Sinis; [f] ità etiam facturus sum [g], viámque paraturus in deserto illo quod interjacet inter Chaldæam & Judæam [h]. Verùm non agitur hîc de reditu ex Chaldæa: nam, ut vidisti, illud inter vetera beneficia computatur [i]. Commemoratio [sequens] bestiarum facilè ostendit hunc locum (ut multa alia) metaphoricè intelligendum [k]. Intellige de gratia [Dei] in quosvis peccatores, & inprimis in Gentes, [quæ *deserti* nomine sæpe veniunt in hoc nostro Propheta,] diffusa. Quòd Judæis adventura esset salus, planè constabat: at quòd Gentes illius gratiæ participes forent, paradoxum erat, & vix credi poterat. Quando autem quis inexspectatus ingreditur solet sic loqui, *Ego quoque huc venio*, &c. Ità & hîc, *Ponam quoque* (id אַף valet) *in deserto*, &c [l]. Videtur Propheta immodicus esse, & hyperbolicè loqui. Nec enim talia in Babylone portenta qualia in Ægypto edita sunt. Hinc Christiani ferè locum de adventu Christi interpretantur. Qua in re haud dubiè falsi sunt. Falluntur item Judæi, qui ad redemptionem

ptionem Babylonicam restringunt. Quid ergò? Ut redemptio ex Ægypto (quæ velut prima Ecclesiæ nativitas fuit) non restringitur ad exitum ab Ægypto, sed continuatur usque ad possessionem terræ Canaan, &c. ità & hæc instauratio (sive παλιγγενεσία) ad exitum è Babylone restringenda non est, sed ad Christum usque extendenda, & omne opus illud quod redemptionem Babylonicam sequutum est, usque ad Christi adventum, comprehendit: quo toto tempore magnæ res proculdubio & stupendæ evenerunt. Qualia certè erant, quòd vilis & captivus populus ab ethnicis Regibus libertatem, commeatum, sumptus, &c. acciperent: quòd pauci illi qui redirent tot conspirationes, odia, impedimenta, &c. superarent. A Christo tandem ingens prioribus beneficiis cumulus additus est. Atque ità secunda hæc redemptio primam longè antecelluit. Hæc interpretatio nihil habet coacti, & usitato Prophetarum stylo congruit. Semper enim Messiam pro fine habent, atque in eum perpetuò intendunt. Sed hoc apertius redditur ex collat. Hag. 2. 7[m]. [ubi σὺν Θεῷ dicenda vide.]

20. *Glorificabit me bestia agri, &c.*] Bestiis etiam utilis fuit ea [Judæorum è Babylone] reductio, nam aquam unde biberent & ipsæ habuerunt[n]. Confer Num. 20. 8. Psal. 74. 14[o]. Mutis vocem tribuit: Cùm lætæ sunt bestiæ, videntur Deum laudare[p]. Significat virtutem Domini tam conspicuam fore, ut bestiæ non modò ex arcano instinctu cedant, ut securum populo transitum præbeant; sed velut attonitæ subsistant, visis his miraculis, Deúmque agnoscant & venerentur. Sensus brutis hîc tribuitur, ut mari, montibus, &c. Psal. 114. 3, 4[q]. Al. His figuris feras gentes denotat[r]; quæ, cùm potarentur aquis doctrinæ quæ primò Judæis datæ sunt, juxta Matt. 15. 24. Rom. 9. 4, 5. (sicut feræ bibebant ex aquis quas Deus Israelitis produxit in deserto; eò enim alludit;) Deum glorificabant, &c †. ¶ *Ut darem potum* (i. e. solatium[t]) *populo meo, electo meo*] Ut spem exsulum confirmet, revocat illis adoptionis suæ memoriam; q. d. eos in tristissima afflictione manere tamen populum Dei; quia consilium non mutat qui semel eos elegit[v]. Significat Judæos ex Babylone redeuntes similia accepturos beneficia ac Israelitæ ex Ægypto venientes[x].

21. *Populum istum formavi mihi*; (Formabo istos reduces[y];) *laudem meam narrabit*] Vel, *narrabunt*, Mo. P. Ang. &c. Respondet objectioni; Quorsum huc conveniunt feræ gentes, &c? Respondet Dominus, Non modò Judæos, sed & Gentes, formavi ut me laudarent[z]. Significat Dominum necessariò facturum quod jam prædixit, quoniam interest gloriæ ipsius, populum quem sibi delegit conservari. Dicit, *formavi mihi*, nè quis sibi aut meritis suis regenerationem suam arroget, &c[a]. ¶ [עַם זוּ וגו'] *Populus quem formavi*, &c. Pi. sic M. JT. Demonstrativum pro relativo, ut Psal. 74. 2. & 104. 8[b]. Significat hîc sacrificia Mosaica abroganda fore, & sacrificia laudum Dei illis substituenda[c].

22. *Non*, &c. [וְלֹא אֹתִי קָרָאתָ וגו'] *Et* (vel, *Nam*, JT. *Sed*, Ang. *Attamen*, Pi.) *non me invocâsti*, (vel, *invocas*, JT.) *ò Jacob*, P. Mo. M. &c. Obscurum est quò hæc pertinent[d]. Causam reddit Deus deportationis populi, defectionem à Lege, cujus initium per Manassem vide 2 Reg. 21. 9[*]. Al. Objectioni occurrit; Quorsum Gentes vocas ut te laudarent, id quod ego præsto, &c? Respondet, Invocationes tuæ & cantica perinde sunt acsi non essent, quia illa non rectò animo offers, &c[f]. Ideo elegi Gentes, quia tu me non ut par erat coluisti[g]. Al. Forsan לֹא interrogativè sumendum, [pro הֲלֹא:] *Non me invocâsti, Jacob?* q. d. Non alios vocavi qui me laudarent, quasi tu non me laudares[h]. Al. Est ætiologia honoris quem sibi attribui Deus præcepit, ab improbitate populi, cui exprobratur sua hypocrisis, &c[i]. Al. Sensus est, Non est quòd hanc liberationem tribuas vel precibus, vel sacrificiis, vel meritis aut operibus, tuis, sed meæ misericordiæ & bonitati duntaxat[k]. *Invocationis* nomine totum Dei cultum comprehendit. Confer Gen. 4. 26. Psal. 50. 15[l]. Liberalitas mea erga vos Judæos non est provocata officiis vestris, &c[m]. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic

m Calv. n Mar. sim. Ang. o Ang. p Mar. q Calv. r G. sim. For. † For. sim. Me. T. t G. v Calv. x Sar. y G. z For. a Calv. b Ang. c M. d For. * G. f For. g Me. h For. i Jun. k Calv. sim. Musc. Pi. l Calv. m Sar.

vertit, *Nec id verò, quia me invocâsses, Jacobæe, aut meâ causâ laborâsses, Israelita.*] Particula *quia* in Hebræo est in posteriore membro, quæ tamen intelligenda est in priore. Argumentatur autem ut Paulus, qui ostendit Abrahamum non esse justitiam consecutum propter circumcisionem, aut Legem, quippe quæ nondum esset lata cùm justus est habitus. Itidem hîc Deus ità docet: Eduxi vos ex Ægypto, Israelitæ, (nam paulò antè hac de re locutus est,) & per deserta tutò perduxi. Cur tandem hoc feci? An propter vestras supplicationes & sacrificia? At nondum sacrificaveratis. An propter virtutem vestram? At eratis contumaces. Cur igitur? Propter meipsum, gratis. Quòd si tum ità feci, idem exspectate futurum in salute quam sum vobis per Christum allaturus; ut eam non vestro merito, sed meo beneficio, adscribatis, méque ideo collaudetis[n]. Tacita hîc est antithesis: q. d. Non me invocâsti, (ut putas,) sed deum fictitium; nempe talem qui contentus sit sacrificiis & cultu externo[o]. ¶ *Nec*, &c. כִּי יָגַעְתָּ [בִּי וגו'] [Variant.] *Aut laboras apud me*, (i. e. ante faciem meam[p],) *Israel*, JT. *Quia laborâsti in me*; q. d. cum fastidio suscepisti quicquid à me præcipiebatur[q]. *Quin* (vel, *Quum*, Pi. Angl. M. Mo. Ità כִּי sumitur Esa. 36. 11. Joel. 2. 11[r].) *fatigatus es* (vel, *laborâsti*, Mo. Pi. *fatigareris*, M. obeundo scilicet cultum externum†,) *in me*, P. Calv. Mo. vel, *mecum*, i. e. colendo me[t]; vel, *propter me*, Pi. M. ad honorandum & placandum me*. *Quin potiùs tædio mei affectus es*, V. sic Calv. Vult Dominus alacres & promptos esse qui ipsum colunt, adeóque non fatigari, &c†. *Imò tædio fuisti mihi*, ut infrà v. 24. יגע κοπιᾶν (*fatigare*) vertitur Eccles. c. 10. v. 15. & παροξύνειν (*irritare*) Mal. 2. 17[v]. Sed verbum hîc alterius formæ est quàm in istis locis[x]. *Tantum abest ut laboraveris in me*, i. e. fessus fueris in cultu meo[y]. *Nec laborâsti in me*, For. ex Vulg. i. e. Nihil molestiæ propter me sustinuisti[z]. [Ti. versum sic reddit, *Et tu, Jacob, non invocâsti me, ut mei gratiâ laboris aut molestiæ aliquid insumeres, ò Israel.*] *Jacob* & *Israel* eundem populum denotant, ut v. 1. & Esa. 44. 1. & duæ hîc sunt propositiones eòdem recidentes, per discretivam tamen conjunctam[a]. [Ch. locum sic reddit, *Non accedittis ad cultum meum, viri domus Jacob; quia laborâsti, Israel, in doctrina legis.*]

23. *Non*, &c. [לֹא הֵבֵיאתָ וגו'] *Non adduxisti* (vel, *offers*, JT. *obtulisti*, Pi.) *mihi pecus holocaustorum tuorum*, P. sic M. Ti. &c. Non mihi, sed deo fictitio[b], Baali & Molocho, astrísque aliis[c]. Vel potiùs, *non mihi*, quia non accepta mihi, utpote à veritate sejuncta, sine integritate, fide, &c[d]. ¶ *Non*, &c. [לֹא הֶעֱבַדְתִּיךָ בְּמִנְחָה] *Non servire feci te* (vel, *coegi te ut servires*, Ti. *premo te*, JT. *facessi tibi laborem*, Pi.) *in munere*, Mo. Pi. JT. scil. offerendo*; vel, *oblatione*, P. *oblatione Minhæ*, Ti. sic M. *Non ego te exigendo ferto presseram*, Ca. Hebraismus, *Non oppressi te multitudine oblationum*; sive, *Non exegi à te multùm oblationes*. A servis multum operis exigere solent[f]. Nec tu id præstitisti, neque id ego à te exegi: sed id potissimùm quæsivi, ut me diligeres, timeres, &c. sacrificia tantùm ut signa mentis fidelis; non quia illis tantùm constaret justitia[g]. Ego tibi sumptui non fui, sed dii tui imaginarii[h]. Non tam grave onus oblationum tibi imposui, ut tædio mei afficereris, &c[i]. ¶ *Nec*, &c. [וְלֹא הוֹגַעְתִּיךָ וגו'] *Nec fatigavi* (vel, *fatigo*, JT. *laborare feci*, M. Mo. *negotium feci*, Ti.) *te* (vel, *tibi*, Ti.) *in thure*, Pi. Mo. sic M. Ti. &c. quod muneri solebat imponi[k]. Vel, *in suffimento*, P.

24. *Non emisti mihi argento calamum*] Sic Mo. &c. sub. *odoratum*, sive *aromaticum*, P. JT. Pi. Angl. ut Jer. 6. 20. vel, 1. ad compositionem unguenti illius Exod. 30. 23[l]; vel, 2. ad suffitum[m], Exod. 30. 7[n]. Hinc colligitur moris fuisse Judæis, ut Deo suffirent non solùm thure, sed etiam calamo aromatico[o]. קָנֶה *arundinem* sign. tam aromaticam, quàm non aromaticam: hîc autem aromaticam denotat[p]; insinuat enim Propheta, fuisse aroma peregrinum magni pretii[q]. Canellam emisti, sed non mihi, qui tali odore non oblector, sed corde pio, &c[r]. Calamum quem emisti ut mihi offerres, ego mihi emptum & oblatum non reputo, non accepto, non admitto, cùm sis sceleratus, &c†. ¶ *Adipe——non inebriâsti me*; sic P. M. Pi. &c. i. e. delectâsti

n Ca. o Pi. p Jun. q Q. in V. r Ang. † Pi. t Q. in Ang. * Pi. † Calv. v G. x Ang. y Q. in V. z For. a Ang. b Pi. c G. d Calv. sim. Musc. Ang. * Pi. f V. g For. h G. i Ang. k Pi. l Ang. m G. Ang. n Ang. o Pi. p For. q BA. 25. 6. 687. r T. in For. † Me.

&taſti me[m]; metaphora, qualis Proverb. 5. 19[n]: לֹא הִרְוִיתָנִי] *Non me imbuiſti*, Ti. vel, *irrigas*, JT. *perfuderas*, Ca. *irrigâſti*, V. Angl. nempe *abundanter*, vide Pſal. 65. 11. Eſa. 55. 10[o]. *implevisti*, Ang. Verbum hoc ſign. ad ſatietatem & delectationem bibere vel edere. Vide Pſal. 36. 9. Prov. 5. 19. & 7. 18 †. *Non impinguâſti altare meum*, Ch. Alludit forſan hîc Deus ad craſſiam Ethnicorum imaginationem, quæ Judæis etiam nonnullis adhærere poterat, quaſi dii fumo ſacrificiorum veſcerentur. Deus altare *menſam* ſuam, & ſacrificia *cibum* ſuum, vocat, Ezec. 41. 22. Mal. 1. 7, 12 [p].

¶ *Veruntamen*, &c. אַךְ וגו'] *Verùm* (vel, *Sed*, P. Ang. M. *Quin*, JT. Pi. *Quin potiùs*, Ti. ſic For. *Quinimo*, Ca.) *ſervire me feciſti* (vel, *ſervitute premis me*, JT. i. e. me angis, mihi moleſtus es; ἀνθρωποπαθῶς [q]. *laborem faceſſiſti mihi*, Pi.) *in peccatis tuis*, Mo. Calv. &c. hypocriſi tuâ, & oppreſſione proximi; confer Eſa. 1. 15[r]: vel, ſacrificiis & toto cultu veſtro *. Vel, *ob peccata tua*, V. in Tignot. Calov. Non ego te thure, verùm tu me peccatis tuis, ſervire, vel laborare, feciſti †. *Peccatis tuis*, 1. ob oculos meos impudenter ſtatuendis & oſtentandis [t]; 2. ferendis, & quaſi contra juſtitiam meam, nè mox plectantur, tutandis [v]; 3. producendis concurſu meo, qui, licèt optet ſe ad bona impendi, ſinit tamen [ſe] etiam ad mala, ſed invitum, trahi. Exprobrat itaque eis, quòd Deum, quaſi mancipium eſſet, impio ſuo nutui deſervire cogerent [x]. 4. Expiandis & delendis, per Chriſtum, qui formam ſervi aſſumpſit, &c [y]. Me tibi ſubjicere conatus es, ut voluntati, aut potiùs libidini, tuæ inſervirem: fatigâſti me cùm ferendo, tum corrigendo, peccata tua [z]. Tam gravia mihi ſunt peccata tua, quàm ſervitus duriſſima homini eam ſervienti [a]. Al. Occaſionem dediſti, peccatis tuis, ut duriſſimam paſſionis ſervitutem & onus ſuſtinerem. Sunt verba Chriſti [b]. De Chriſto loquitur, qui ſervi formam induit propter peccata noſtra [c]. Locum hunc de Chriſti paſſione, ob quam peccata nobis remittuntur, explicandum eſſe multa docent. 1. Propheta in præcedentibus egit de beneficiis per Chriſtum partis, de vocatione, regeneratione, protectione Eccleſiæ, & inprimis de converſione Gentium; cujus reſpectu, collationem inſtituens inter vetera & nova beneficia, hæc illis longè præfert. 2. Hæc loqui Chriſtum docet v. 14. *Hæc dicit* גֹּאֵל: quod nomen Chriſti *Redemptoris* proprium eſt. 3. De illa ſervitute in peccatis τῷ Goel ſermo hîc eſt, per & propter quam delentur peccata in v. ſeq. Et cùm verba hæc propriè ſumi poſſint, quum Chriſtus *ſervus* dicitur, Eſa. 53. 11. & *obediens uſque ad mortem*, &c. Phil. 2. 8. & verè ſervivit propter peccata noſtra; non eſt cur, deſerentes literam, ad impropriam & figuratam loquendi rationem (contra regulas interpretandi) diſcedamus. 4. Obſervanda eſt hîc ſpeciatim ἀντίθεσις ſacrificiorum Leviticorum, quibus negat Dominus Iſraelitas gratiam ſibi comparâſſe, & ſervitutis ac laboris quem ſuſtinuit ipſe Dominus, ut peccata ipſis remitterentur. 5. ב hîc cauſam meritoriam notat, & vertendum, *propter*; ut בְּחֵטְא valet, *propter peccatum*, Deut. 24. 16. Jer. 17. 3. 6. Non loquitur hîc Dominus ut populo iratus, ſed ut propitius ac placatus; nec triſtia refert, ſed jucunda; nec peccatorum populi meminit in modum irati judicis, ſed benigniſſimi Servatoris [d].

25. *Ego*, &c. אָנֹכִי וגו'] *Ego, ego ipſe* (vel, *ſum*, P. *ſum is*, Pi. ſim. Ti.) *delens*, vel, *qui deleo*, *prævaricationes tuas*, &c. Mo. P. &c. *iniquitates*, &c. i. e. pœnas iniquitatum, nempe exſilium, &c *. Significat redemptionem ſive reditum populi non alia de cauſa ſperari poſſe, niſi quia Deus gratis ignoſcit peccatis, &c [f]. Quietem & felicitatem populi oſtendit non ſacrificiis, ſed gratiæ Dei, deberi, &c [g], q. d. Non tuæ victimæ, quæ plus habent ſceleris quàm pietatis, ſed ego per Chriſtum deleo, &c [h]. Remiſſionis potiùs quàm redemptionis mentionem hîc facit, quia, quum gravis pœna ipſis inflicta eſſet, venia priùs danda erat quàm liberarentur, & cauſa morbi priùs tollenda erat quàm morbus, &c [i]. ¶ *Propter me*] Ex mea bonitate pœnitentiâ veſtrâ contentus [k]. Ex mera mea miſericordia & gratia; non propter merita tua [l], aut juſtitiam tuam ex Lege [m]. Certum eſt, omnibus meritis hanc exceptionem opponi [n]. Præſumptionem Iſraelitarum retundit, qui ex Lege arbitrabantur ſe juſtificari, & ex genere à Patribus, &c [o]. *Propter me*, i. e. propter gloriam meam, ſive bonitatis meæ [p]. ¶ *Peccatorum tuorum non recordabor*] Ut puniam [q]. Peccatorum deletorum nulla ampliùs eſt apud Deum recordatio. Nos tamen memores eorum eſſe convenit, ut cauti reddamur, &c [r].

26. *Reduc*, &c. הַזְכִּירֵנִי נִשָּׁפְטָה יָחַד] *Recordari fac me*, P. M. ſim. Mo. Ti. V. Ca. JT. (vel, Aut *revoca mihi in memoriam*, Pi. ſub. *bona quæ feceris*, V. Pi. quorum oblitum me eſſe putas †. q. d. Si verò res non ſic ſe habeat, imò habere te putas cur ignoſceram, fac me recordari; nihil enim tale memini [t]. Tacita irriſio: quid enim Deum fugit [v]? Narra mihi quæ feceris, & quæ paſſus ſis, ut videamus quæ pertuliſti, jure an injuriâ pertuleris [x].) *judicemur* (vel, *diſceptemus*, JT. Pi. ſic Ca. *judicabimur*, Ti. *contendamus judicio*, P. *ut judicemur*, M.) *ſimul*, Mo. P. Ti. vel, *pariter*, M. *unà*, JT. Ca. Pi. ſuper iſta calamitate veſtra [y]; uter verum dicat [z]. Videamus ſitne tuis meritis adſcribenda remiſſio peccatorum, an bonitati meæ [a]. ¶ *Narra*, &c. סַפֵּר אַתָּה לְמַעַן תִּצְדָּק] *Narra tu*, (ſub. *facta tua*, Pi.) *ut juſtifices te*, Mo. vel, *juſtificeris*, P. JT. Pi. V. ut juſtus pronuncieris [b]; & ſuperior evadas [c] in hac cauſa [d], dicatúrque meritis tuis remiſſionem deberi *. Vel, *ſi potes te juſtificare*, M. *Narra tu id cujus cauſâ abſolutionem ſperes*, Ti. *Expone quæ ad tui defenſionem faciunt*, Ca. Si quid habes quo ſperes te poſſe oſtendere immeritò tibi hæc evenire [f]. Inſultat hominibus [g], quos, quum aliquid ſibi arrogant, ſtultiſſimos eſſe oſtendit [h]. Al. *Dic tu* iniquitates tuas primus, *ut juſtificeris*, ό. ſim. Ar. Oratio conciſa eſt. ό. repetunt ex præcedentibus, *iniquitates tuas*, & de ſuo addunt, *primus* [i].

27. *Pater*, &c. אָבִיךָ הָרִאשׁוֹן וגו'] *Pater tuus primus* (vel, *iſte primus*, Ti. ſic Sy. Ca.) *peccavit*, Mo. P. Vulg. &c. *Pater*, &c. i. e. vel, 1. Adamus [k]: q. d. Ex illo peccatum in te propagatum eſt [l]. 2. Abrahamus: qui *peccâſſe* hîc dicitur, vel, quia dubitabat de promiſſo Dei, petendo ſignum, Gen. 15. 8 [m]; vel, ob uxoris abnegationem, Gen. 12. 11, &c. & 20. 2 [n]; vel, quia in juventute idololatra erat [o]. 3. Nahor avus, & Terah pater, Abrahæ; qui *parentes* Hebræorum dicuntur, & idolorum aſſeclæ, Joſ. c. 24. v. 2 [p]. 4. Jeroboam, autor idololatriæ 10 tribubus [q]. At locus hîc Judæos æquè ac Iſraelitas ſpectat [r]. 5. Achazus, 2 Par. 28 †. 6. Manaſſes. Reges enim *patres* populorum [t]. 7. Parentes, ut vox collectivè ſumatur, ut Ezec. 16. 3 [v]. Eſt enallage numeri [x]. *Primus* autem dicitur, pro præcedente: ut, *prima ætas*, pro priore, Job. 8. 8; &, *prima*, pro prioribus, ſuprà verſ. 9, 18. ſimil. 1 Tim. 5. 12. Apoc. 2. v. 4 [y]. Ut antè præſentium, ità nunc etiam parentum, merita ſubmovet [z], quibus hæc deberi putabant [a], ideóque contra Deum ferociebant. Hinc Prophetæ etiam patrum flagitia detegere ſolent. Vide Act. 7. 51 [b]. Ait igitur Deus ſatis datum eſſe parentibus, ut ipſis peccata remittantur, &c [c]. ¶ *Et*, &c. וּמְלִיצֶיךָ וגו'] *Et interpretes* (vel, *oratores*, Pi. *interventores*, JT. Pi. *doctores*, M. Ch. *principes*, ό. Sy. Ar. *rhetores*, vel *legati*, Q. in V.) *tui*, Mo. Ti. P. Ca. &c. Qui Legis interpretes eſſe debuerant [d]; Sacerdotes & Levitæ *. Qui erant interpretes inter Deum & populum [f], Moſes & Aaron [g]; qui peccârunt ad aquas contradictionis [h].

28. *Et*, &c. וַאֲחַלֵּל שָׂרֵי קֹדֶשׁ] *Et* (vel, *Ideo*, P. ſim. JT. Pi. Ca. V. Glaſ. &c. ו pro illativa conjunctione ponitur [i]. *Et ego quoque*, M.) *prophanavi* (vel, *contaminavi*, P. ſim. M. V. id eſt, contaminatos oſtendi [k]: prophanos denunciavi, & indignos qui Terram ſanctam intrarent [l], & mori juſſi, Deut. 32. 50. & 34. 5. idque pro peccatis, quo contaminatos declaravi. Sæpe autem aliquid in S. S. fieri dicitur, quando factum oſtenditur [m]. Vel, *fœdè perdidi*, Ca. Permiſi ut plurimi Iſraelitæ cum ducibus ſuis perirent in deſerto propter peccata ſua. Quidam retinere malunt futurum, quòd propriè eos compellet qui ſub captivitate victuri erant [n]. *Prophanabo*, Mo. vel, *eſſem prophanaturus*, JT. Pi. ſcil. ſi pro merito vobiſcum agerem [o];) *principes ſanctitatis*, Mo. P. G. vel, *ſanctos*, V. ſic JT. vel, *ſacrarii*, ſive *ſanctuarii*, Ca. M. Ti. Pi. Intellige vel, 1. Reges, qui ſacro

sacro oleo ungebantur, Psal. 89. 21. & Principes sancti populi[p]: vel, 2. Mosen & Aaronem[q]: vel, 3. gubernatores Templi, Jer. 20. 1[r]. Feci ut à prophana plebe non distinguantur Pontifices ipsi; quia vivendum habent sine Templo, sine victimis, sine habitu sacerdotali. Loquitur hæc Deus quasi in ipso tempore captivitatis †. Abjeci omnem cultum vestrum, unà cum tota Lege, & omnibus illis qui Legi sunt addicti[t]. *Contaminare sanctuarium*, sive Ecclesiam, dicitur Deus, cùm eam ceu rem vilem contemnit & prosternit[v]. ¶ *Dedi*, &c. וְאֶתְּנָה לַחֵרֶם וגו׳] *Et dedi* (vel, *dabo*, Mo. *tradam*, M. *expositurus essem*, JT. Pi. nisi gloriam meam respicerem †; *devovi*, Ti. *addixi*, Ca.) *occisioni*, P. simil. Ti. V. vel, *excidio*, Ca. *anathemati*, sive *in anathema*, Mo. P. M. JT. Pi. i. e. ut omnino delerentur, ut urbes à Deo excommunicatæ, &c[x]. Vide Jos. cap. 6. v. 17, &c. Esa. 65. 12[y]. Judæos plurimos occidit Nabuchodonosor[z]. ¶ *Et Israel in blasphemiam*, לְגִדּוּפִים] *Contumeliis*, JT. Ca. Pi. *in opprobria*, P. sic G. *in blasphemias*, M. *opprobrantibus* objeci, Ti. Servituti exposui Israelis posteros, nempe Hierosolymitas & alios quos deportavit Nabuchodonosor *.

p Q. in Ann. q M. sim. T. San. For. &c. r Al. in Ang. † G. t M. v V. † Glas. gram. p. 269. x For. sim. Ang. y Ang. z G. * Idem.

C A P. XLIV.

1. **N***Unc*, &c. וְעַתָּה] *Et nunc*, Mo. P. &c. *Nunc igitur*, Pi. *Nunc tamen*, V. Calv. *Jam verò*, JT. ו adversativè sumitur, ut sæpe. Post minas, more Prophetarum, consolationem subjungit, & pœnarum atrocitatem mitigat; q. d. Tametsi graves ærumnæ tibi immineant, nunc tamen audi quid tuâ causâ facturus sim[a]. Alloquitur Deus illos deportatos jam pœnitentiâ ductos peccatorum[b]. Veros Israelitas iterum consolatur, ostendens ex eis quæ inter eos per Christum facturus sit, se solum verum Deum esse. Ex beneficiis etiam acceptis spem eorum confirmat, nè se omnino delendos putent, sed multiplicationem exspectent, videlicet per Gentium conversionem[c]. Postremus [hic est concionis] locus, exponens promissiones restitutionis in Christo ex fœdere æternoque decreto Dei[d]. Felicem statum & aureum seculum Ecclesiæ hîc describit *; sed cum allusione ad reditum è Babylone, tanquam illius figuram[f].

2. *Et formans*, &c. וְיֹצֶרְךָ מִבֶּטֶן יַעְזְרֶךָּ] *Et formator tuus* (vel, *formavit te*, JT. Pi. sic M. i. e. regenuit[g],) *ab*, vel *ex*, *utero*, Mo. P. JT. &c. (vel, *indè à ventre*, scil. matris *: potiùs, à primis initiis gentis tuæ, quum ab aliis separatus fuisti[h]:) *auxiliabitur tibi*, Mo. *adjuvaturus te*, JT. atque *adjuvat te*, M. qui *auxiliatur*, sive *auxiliabitur*, *tibi*, P. Pi. Al. *& qui finxit te*, quique *ab utero auxilio tibi fuit*, Ti. *& conditor tuus Jova*, *tuus ab utero adjutor*, Ca. *Formavit te*, instar obstetricum, quæ fœtum nuper editum componunt, & singulos ejus artus in debitum statum formant[i]. ¶ *Et rectissime*, וִישֻׁרוּן] *Recte*, Mo. *dilecte*, Calv. *Jeschurun*, JT. Pi. &c. i. e. Israel[k]: sic dictus, vel, à שׁוֹר *taurus*; q. d. taurus dux, qui præit reliquis. Pater est in domo veluti pastor; primogenitus autem, veluti dux gregis. Vel, à יָשַׁר *rectum fuit*[l]; quòd rectus esse debeat[m]; vel, quia ad rectè vivendum vocatus est à Deo[n]. יְשֻׁרוּן, i. e. Ἰσραηλίδιον quomodo filiolos alloqui solemus. Vide Deut. 32. 15[o]. [& ibi à nobis congesta.]

3. *Effundam enim aquas*] i. e. Spiritum Sanctum, ut mox declaratur[p]. ¶ *Super sitientem*] [Nempe hominem] qui sitit justitiam, Matt. 5. 6[q]. Vel potiùs, sub. *terram*, ut in seq. *aridam*, terram scilicet. Ellipsis subjecti. Vide Esa. 35. 7. Ezec. 19. 13[r]. *Sitientem terram* appellat Gentilem populum *, qui priùs aridus, squalidus & infrugiferus erat †. ¶ *Effundam spiritum meum super semen tuum*] Id est, filios, &c‡. Dabo ex te Prophetas, Jeremiam, Ezechielem, Aggæum, Zachariam, Malachiam[t]. Sed *semen* potiùs credentes hîc denotat, & ad tempora N. T. hoc pertinet. Confer Joh. 7. 37, 38. Act. 2. 17[v]. *Spiritum* hîc sumo, ut Psalm. 104. 30. pro arcano Dei vigore, quo, ut ibi mundum, ità hîc Ecclesiam, instaurat, &c[x]. *Spiritum*,

a Calv. b G. c For. d Jun. * M. sim. San. f San. g Pi. * Idem. h Ang. i Ang. k M. ex He. Jun. Pi. &c. l For. m M. ex He. n Pi. o G. p Pi. sim. G. q Pi. r Ang. * T. sic Me. † Me. ‡ Pi. t G. v Calv. x Calv.

i. e. ut sequitur, benedictionem, quâ ipsi reflorescerent & multiplicarentur, &c[y]. *Spiritum*, i. e. halitum, seu calorem vitalem, quo semina quasi emortua vivificantur[z]. ¶ *Et benedictionem*, &c.] Efficiam ut multa tibi sit soboles[a].

4. *Et*, &c. וְצָמְחוּ בְּבֵין חָצִיר] *Et germinabunt* (vel, *crescent*, Ti. sic M. *efflorescent*, JT. Pi.) *in inter* (vel, *quasi inter*, P. sic Ti. *quasi* seminata essent *inter*, M. *velut inter*, JT. Pi. Legendum videtur כְּבֵין[b].) *herbam*, Mo. P. &c. i. e. Et felices erunt, & egregiis virtutibus instructi[c]. ¶ *Quasi salices*, &c.] Ità eminebunt inter populos, *Quantum lenta solent inter viburna cupressi*[d].

5. *Iste* (Populus scilicet Gentilis *, conversus[f],) *dicet*, (gratulabundus†,) *Domini ego sum*) Sub. *servus*, vel *cliens*, Ti. sic Me. ut, *Domini & Gideonis*, pro *gladio Domini*, &c. Jud. 7. 18, 20[g]. Quilibet, abdicatis idolis, Deo serviet[h]. Impletum hoc, 1. in reditu ex Babylone, quando multos illis se adjunxisse credibile est, ut in simili rerum statu factum, Exod. 12. 38. Esth. 8. 17[i]. Illustratur hic locus ex Ps. 87. 4. *Ecce Philistæa, Tyrus*, &c. *ille natus est ibi*: q. d. Nunc deserta est Jerosolyma; sed Deus non tantùm dispersos colliget, sed & alios inseret in populum Dei, &c[k]. 2. Pleniùs, in conversione Gentium[l]. Clarissimus est hic locus de vocatione Gentium[m]. Ubiq; per orbem erunt homines qui de Christiano nomine gloriabuntur[n]. ¶ *Et ille*, &c. וְזֶה יִקְרָא בְשֵׁם וגו׳] *Et ille*, vel *iste*, *vocabit* (vel, *invocabit*, Mo. P. *vocabit* se, Pi. V. Me. *vocabitur*, Calv. For.) *nomine* (vel, *in nomine*, Mo. P. *cum nomine*, For. *de nomine*, V.) *Jahakobi*, JT. &c. Se Israelitam vocabit[o]. Volet se haberi non tantùm de posteris Jacobi, sed & ejus imitatorem[p]. Invocabit Deum ejúsque opem, dicens se esse Jacobitam, i. e. veri Dei, non simulacrorum, cultorem[q]. ¶ *Et hic* (vel, *iste*, Mo. &c. *alius*, P. Ti. Ca.) *scribet manu suâ Domino*] Ità Mo. M. &c. vel, *Jehovæ* sum, Pi. JT. LXX, non malè, ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ, &c. (*inscribet manui ipsius*, *Jehovæ sum*:) sicut milites Imperatoris nomen in manu scriptum habebant[r]. Sed dubito an mos iste tam antiquus fuerat †. Scripto profitebitur se ad Jehovam pertinere. Repetendum τὸ אֲנִי[t]: & ellipsis est τοῦ ב [ante יָדוֹ] ut Psal. 17. 13, 14[v]. Syngraphâ manu propriâ exaratâ testabitur se Domini esse. Servi etiam olim stigma manui inustum ferebant, ex quo cujus essent agnoscerentur[x]. Morem respicit, quo in censu agendo nomen suum quisque dictat, vel inscribit[y]. ¶ *Et in nomine Israel assimilabitur*, יְכַנֶּה] *Cognominabit*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *denominabit*, M. sub. *se*, JT. Pi. M. P. *Insigniet* se, h. e. tanquam titulum honorificum assumet sibi: id enim verbum כָּנָה sign. vide Job. 32. v. 21, 22[z]. *Cognominabitur*, Ti. G. *verè Israelita*, &c. Joh. 1. 47[a]. Censebuntur Israelitæ. Nota, veram fidem stare non posse sine confessione: hi ergò factis dicísque testantur se Dei servos esse[b].

6. *Hæc dicit Dominus*] Hîc incipit cap. 44. & nova concio. Nam quum præcedentis concionis duæ partes erant, 1. de reversione populi è Babylonia, 2. de instauratione Regni per Christum; priorem partem hîc aggreditur, & capitibus quinque explicat[c]. Pluribus hîc confirmat superiorem doctrinam, ut necesse erat, quia ad diffidentiam valde proclives sumus, nec unquam Dei potentiæ quantum opus est tribuimus, &c[d]. Redit Deus ad disceptationem cum idolis *. ¶ *Ego primus*, &c.] Vide Esa. 41. 4[f]. Id Hebræi sic enarrant, *Primus*, *neque datur principium principii ejus*. Rectè, modò rectè intelligatur: at illi vafre opponunt Divinitati Christi, quia non est primus, sed secundus à Patre. Verùm non opponitur hîc Divinarum personarum una alteri, sed Deus creaturis. Deinde, Filius quoad essentiam non minùs primus est quàm Pater, nec principium habet essentiæ, (quippe quæ eadem est in Patre & Filio & Spiritu Sancto,) sed tantùm personæ[g]. ¶ *Absque* (Hebr. *Præter*, G. Pi. &c.) *me non est Deus*] Sunt tantùm λεγόμενοι θεοί, ut 1 Cor. 8. 5[h].

7. *Quis*, &c? וּמִי כָמוֹנִי יִקְרָא וְיַגִּידֶהָ וְיַעְרְכֶהָ לִי] *Et quis* (vel, *Quis ergò*, JT. illorum qui dicuntur *dii*[i],) *sicut ego* (vel, *similis mihi* est, Pi.) *vocabit*, Mo. Calv. (vel, *advocet*, P. *prædicat*, JT. qui *prædicet*, Pi. qui *vocet*, P. V. Ch. i. e. clarâ & altâ voce dicat ac narret[k]; sub. *quod præteriit*, M. sic P.) *& annunciabit* (vel, *indicat*, JT. *annunciet*,

y Ang. z Me. a G. b Pi. c Bochart. nim. 2. 12. 14. 259. d G. * Me. sic T. f T. † Idem. g Ang. h G. i Ang. k Calv. l Ang. m Calv. n M. o Me. p G. q San. r G. † Ang. t For. v Ang. x Me. y Calv. z Gl. ad verf. c. 21. p. 240. a G. b Calv. c Jun. d Calv. * Me. f G. g Di. h G. i G. sim. Pi. k V.

nunciet, P. M. Ch. sim. Pi.) *hoc*, Mo. Calv. (vel, *illud*, P. M. sic JT. Pi.) & (vel, *aut*, JT.) *ordinabit* (vel, *ordinat*, JT. *ordinet*, P. Pi. Ch.) *illud* (*hoc ipsum*, M.) *mihi?* Mo. Calv. P. JT. Pi. vel, *ante me?* M. Ch. Al. *Quod si quis mihi par est, clamet, idque indicet, & mecum conferat*, Ca. *Et quisquis est mihi similis, clamet, instruat se, & indicet* res actas, Sy. *Et quis mei similis? vocet & annunciet illud, atque disponat illud mihi*, Ti. *Pronunciet*, inquit, *quispiam, & annunciet illud*, i. e. hoc ipsum, nempe *an sit aliquis mei similis, & conferat eum mibi*. עָרַךְ signif. *ordine collocare*, & (quia id sæpe fit ut res inter se conferantur) *æquare* [f]. *Quis, ut ego, significat & publicat, idque ordine?* Quis deorum suis populis omnia eventura suo ordine præsignificat, ut ego ei populo quem miris modis conservo [m]? Observa tria hîc verba Divinæ providentiæ ac dispositioni tributa: *vocat*, ut fiat; *ordinat*, ut competenter, *annunciat*, ut haud ex improviso, fiat quod fieri constituit [n]. *Tò vocare* hîc refertur vel ad præscientiam Dei; vel, potiùs, ad actum: q. d. An reperietur inter deos Gentium qui vocare, i. e. suscitare, liberatores, annunciare, atque ordinare, possit? Annon his apertè constat me solum esse Deum? Itaque insultat idolis, quibus frustrà homines potentiam ullam tribuunt [o]. Antithesis, quâ Deus ex antegressa propositione sibi uni asserit facultatem & officium prophetandi in Ecclesia, alisque omnibus abjudicat [p]. *Et quis—vocabit* (vel, *vocet*, vel, *vocare possit*, Angl. vel, 1. Israelitas, ut sint populus ipsius, Esa. 41. 9 [q]; vel, 2. Cyrum, aliósve, ad liberandum populum suum, infrà v. 28. & Esa. 45. 1, 4 [r]. Verbum hoc potentialiter sumitur, ut Esa. 40. 12, 13. & 41. 26 †.) *& annunciabit*, &c. (vel, *annunciet illud*: i. e. vel, 1. prædicet quid populo illi obventurum est *; vel, 2. doceat me harum rerum administrationem [t]:) *& ordinabit*, &c? Ang. vel, *ordinet*, sive *ordine disponat, mibi?* i.e. ordine mihi referat quid deinceps populo illi futurum est, sicut ego præstiti de servitute & liberatione tum Ægyptiaca, tum Babylonica [v]? ¶ *Ex quo*, &c. [מִשּׂוּמִי עַם עוֹלָם] *Ex quo* (vel, *ab eo quo*, Ti. *ab eo tempore quo*, M.) *posui* (vel, *disposui*, JT. *constitui*, M. *posui mihi*, P. Al. *à ponere me*, Mo.) *populum æternum*, Pi. JT. i. e. Ecclesiam, quam ab æterno elegi [x]: vel, *in æternum*, Sy. populum electorum, qui in æternum vivet apud Deum [y]: vel, *populum mundi*, P. vel, *seculi*, Mo. M. Ti. V. Calv. vel, *qui à seculo est*, Ch. Id est, vel, 1. ex quo homines creavi [z]. q. d. Quis est Deus indè ab initio mundi qui faciat quæ ego facio, qui vocet quicquid & unde voluerit, qui annunciet hoc & disponat mihi quod facturus sum [a]? *Ex quo feci hominem in seculum*, o'. Ar. Vel, 2. ex quo constitui progeniem Abrahæ numerosam, populúmque mihi peculiarem fore; id quod ego jamdudum & prædixi, & præstiti [b]. Hos autem vocat *populum seculi*, sive antiquissimum, non tam tempore, quo alii eos antecedebant, quàm dignitate, quòd omnibus aliis præferantur; & quòd propiùs ad Deum accederent, qui fons est æternitatis. Antiquitas Israelis non ex annis, sed electione Dei, æstimanda est: q. d. Antequam fabricarentur idola ab hominibus, constitui me Ecclesiam habiturum quæ in omne ævum duraret [c]. Vox עוֹלָם usurpatur de tempore tum futuro, tum præterito, Esa. 42. 14. Jer. 28. 8 [d]. [Alii sic reddunt,] *De constituto à me prisco populo*, Ca. Sicut ego, *qui disposui omnia populo perpetuum duraturo*; Ut ego [præsignificavi] ei populo quem mirificis modis conservo *. ¶ *Ventura*, &c. [וְאֹתִיּוֹת וַאֲשֶׁר תָּבֹאנָה יַגִּידוּ לָמוֹ] *Et ventura* (vel, *Tum futura*, Ca. *Et venientia*, Ang. *Ut futura*, JT. *Agè, ventura*, Pi. *Et quæ pendent*, Calv. *Et imminentia*, Ti. Ex propinquo imminentiâ. Confer quæ suprà 41. 22, 23 [f]. *Et quæ brevi futura sunt*, M. *Et ea quæ paulò pòst sunt ventura*, P.) *& quæ ventura* (vel, *eventura*, JT. Pi. sic Ca. M. vel, *futura*, P. Ti. sub. *post longum tempus*, M. sim. P. G.) *sunt, annuncient* (vel, *indicentur*, JT.) *eis*, Mo. Ti. Calv. sic P. Pi. &c. vel, *de illis*, M. vel, *indicet*, Heb. *sibi indicent*. Mutatio numeri, quæ frequens est. *Sibi* redundat, ut in sing. sic etiam in plur. Psal. 80. 7. *hostes nostri derident sibi*, i. e. derident [g]. *Et futura antequam veniant annuncient nobis*, o'. Ar. *Et quæ eventura sunt, & futura, annuncient nobis*, Ch. scil. dii Gentium. Hinc habemus, futurorum contingentium cognitionem aut Dei esse, aut ex ipsius revelatione [h]; & frustrà revelationem exspectari ab idolis, quæ, si quid nuncient, præstigiis aut flexuosis ambagibus consultores suos deludunt. Ideo tam accuratè in his insistit Propheta, ut pios magis confirmet, & nè, quum Babylonii illis insultarent, animis deficerent [i].

[Margin, left column: f For. — m G. — n Mas. — o Calv. — p Jun. — q Ang. — r Q. in Ang. — † Ang. — * Ang. — t Q. in Ang. — v Ang. — x Jun. — y Pi. — z V. sim. For. Me. T. — a Q. in Calv. — b Ang. — c Calv. — d Ang. — * G. — f G. — g Ca.]

8. *Nolite timere*] A diis Gentium, quum idololatræ Israelem vastaverint [k]. ¶ *Neque conturbemini*: hâc captivitate [l]: [וְאַל תִּרְהוּ] *Et nè timeatis*, Ti. Ca. sic M. JT. &c. vel, colatis idola vana & infirma, sed Deum, qui solus omnipotens & verus Deus est. Necessaria exhortatio: nam visuri erant ruinam Sionis, & audituri blasphemias Babyloniorum, &c [m]. ¶ Ex, &c. הֲלֹא מֵאָז וגו׳] *Nonne ex tunc* (i.e. priùs quàm acciderint [n]; vel, *hactenus*, Ti. *ex eo tempore*; P. Ch. Calv. sic JT. Pi. scil. quo posui populum æternum, ex v. præced [o]. *jampridem*, Sy. Angl. ut Esa. 16. 13. & 48. 3 [p]. *à principio*, o'. Ar.) *audire feci te?* Mo. M. sim. Pi. vel, *indicavi* (vel, *pronunciavi*, JT.) *tibi?* P. sim. Ti. &c. *Cùm jam olim vobis significaverim*, Ca. Memento per Esaiam pridem id tibi prædictum. Tela prævisa minùs feriunt [q]. Fidem vestram alui multis vaticiniis, & paterni favoris signis. מֵאָז significat tempus, aut longum, aut, si mavis, opportunum; tunc enim Deus electis suis arcana revelat. Sed prius simplicius est [r]. ¶ *Vos estis testes mei*] Scitis olim hæc præscripta †. Vide Esa. 43. 10 [t]. Ea ad unguem evenisse quæ prædixi, & me majoribus vestris opem tulisse, cùm fideliter me invocarent [v]. Non potestis ignorantiam prætexere, quò minùs unico Deo contenti sitis [x]. ¶ *Et*, &c? [וְאֵין צוּר בַּל יָדָעְתִּי] *Et non petra, non novi?* Mo. *Et quòd non sit fortis* (vel, *Deus*, i. e. qui se Deum dicat [y],) quem *non noverim*, P. sim. Calv. *Aut éstne creator quem ego ignorem?* M. sim. Ti. *Utique nulla* (sub. *alia*, Pi. & sub. *est*, JT. Pi.) *rupes*, JT. Pi. (sub cujus protectione tutus aliquis esse possit [z]: vel, *nullus* est *Deus*, repete ex præced. *præter me*, Angl.) *nullam novi*, JT. vel, *non novi* ullam, Pi. [Ca. hoc membrum cum præcedente sic reddit, *Nullum, excepto me, Deum, aut ignotum mihi numen, esse*.] Sensus est, An aliquis Deus est præter me, & mihi incognitus [a]?

9. *Plastæ* (vel, *Fictores*, P. Calv. &c. *Artifices*, V.) *idoli omnes*, &c. [יֹצְרֵי פֶסֶל כֻּלָּם תֹּהוּ] *Omnes sunt* (vel, *omnes ipsi*, Mo.) *vanitas*, P. vel, *inanitas*, Mo. *vani*, M. Ti. *futiles*, Ca. vel, *rei inanis* formatores, JT. Pi. vel, *nihil sunt*, Vulg. Nullius rei nomine digni sunt qui desipiunt, &c [b]. ¶ *Et*, &c. [וַחֲמוּדֵיהֶם וגו׳] *Desiderabilia eorum* (i. e. quæ maximè amant [c]; nempe sculptilia [d]; & eorum cultus, ornatus, honor, obsequium, quæ stulti homines illis impendunt *. *Pretiosa eorum*, i.e. aurum & argentum, &c. quibus idola ornabant [f];) *nihil prosunt*, Calv. *non proderunt*, i.e. prodesse possunt [e], quum maximè ope indigent [h]. ¶ *Ipsi*, &c. [וְעֵדֵיהֶם הֵמָּה בַּל יִרְאוּ וּבַל יֵדְעוּ לְמַעַן יֵבֹשׁוּ] *Et* (vel, *Autem*, V. *Et quidem*, M. Ti. *Imò*, Pi.) *testes eorum* (vel, *sui*, V. *istorum*, JT. *ipsorum*, nempe testes qui testantur de ipsorum vanitate [i],) *ipsi* (Illi ipsi formatores optimi testes sunt unde & quomodo facta sint ista quæ *deos* vocant: *Cùm faber, incertus scamnum faceretne Priapum, Maluit esse deum*——[k]. Vel, *ipsa*, JT. *ipsamet*, Pi. idola scilicet [l]; sub. *sunt*, M. Ti. &c.) *non videbunt*, Mo. (vel, *non vident*, JT. Pi. quòd non video, M. P. Ti. Calv. V. fut. Heb. pro præs [m].) *nec cognoscent*, Mo. (vel, *cognoscunt*, sive *intelligunt*, P. G. Calv. &c. Simulacra illa neque sentiendi neque intelligendi instrumenta habent [n].) *ideo* (vel, *atque ideo*, Calv. M.) *confundentur*, Mo. M. sim. Ti. vel, *ut erubescant*, JT. Pi. sim. P. Ang. sub. *cultores eorum, hoc dico*, V. Quare meritò pudere debeat eos qui talia faciunt & colunt, Psal. 97. 7 [o]. Atque hinc fit ut idololatræ erubescant [p]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Et quæ habent charissima ad nihil aliud prosunt, quàm ut testimonio sint eos nihil videre aut intelligere, quò deos pudeat*.] Antithesis inter testimonia populi Dei & idololatrarum. Ille insigne testimonium reddet gloriæ Dei ab operibus, à promissis & vaticiniis: hi obmutescere cogentur, nisi falsa & vana commenta tradere velint, &c. Ipsi artifices conscii sunt vanitatis idolorum, & adversùs illa testimonium ferent [q]. Sensus est, *Ipsi* [nempe artifices] *sunt testes quòd idola non videant, neque quidquam nôrint: ut vel ex hoc*

[Margin, right column: h For. — i Calv. — k For. — l G. — m Calv. — n V. — o Pi sim. Ang. — p Ang. — q G. — r Calv. — † G. — t G. V. Pi. — v Me. — x Calv. — y V. — z Pi Ang. — a Me. — b For. — c V. sim. G. et LXX, Ang. — d V. sic Calv. Ang. — * Calv. — f For. — e Pi. — h For. — i Pi. — k G. — l Jun. Pi. — m V. — n G. — o G. — p Pi. — q Calv.]

hoc pudefieri deberent [r]. Vel ſic, *Non opem ferre poſſunt idola: cujus rei ipſi luculentiſſimi teſtes ſunt. Hoc tamen non vident, neque nôrunt, huic rei nolunt attendere; ut vel ſic pudefiant*, & idolorum cultum deſerant †.

10. *Quis*, &c? מִי יָצַר אֵל וּפֶסֶל נָסָךְ לְבִלְתִּי הוֹעִיל] *Quis* (vel, *Quis* igitur, M. Ti. *Quis* unquam niſi ſtolidus, V.) *formavit* (vel, *fingat*, Ti. *finxit*, V. *formare audet*, M.) *deum*, Mo. P. &c. (vel, *deum aliquem*, V. i. e. idolum, qui *Deus* eſt opinione idololatrarum [t]. Quis niſi demens deum ſibi fabricet [v]?) *&* (vel, *aut*, Ti. V. Ang.) *ſculptile conflavit*, Mo. P. V. (vel, *ſculptile conflare*, M. vel, *fuſile ſimulacrum*, Ti. [Ità verbum נָסָךְ reddit per adjectivum:]) *ad nihilum profuit*, Mo. vel, *ut non profit?* P. V. vel, *quod nihil prodeſt?* M. Ti. Q. in V. ſim. Ca. Calv. Al. *Is qui format deum, & ſculptile fundit, ad nullam utilitatem*, Pi. ſic JT. ſub. *fundit*, JT. vel, ſub. *id facit*, Pi. Non quòd id ſibi propoſitum habeat, ſed quòd ità eveniat. Heb. *ad non prodeſſe* [x]. Quomodo ergò ſculptilia ſunt laicorum libri, quum & inutilia ſint, Habak. 2. 18. & abominanda, Eſa. cap. 41. verſ. 24 [y]?

11. *Omnes*, &c. כָּל־חֲבֵרָיו וגו׳] *Omnes ſocii* (vel, *partiarii*, Ti.) *ejus*, &c. Mo. P. M. &c. ſub. *artificis*, V. vel, *ſe conſociantes ei*, JT. Pi. qui format deum, ex v. præced [z]. qui adhærent illis, & tanquam ſpirituali conjugio copulantur [a]. q. d. Non modò artifices, ſed & cultores, pœnas dabunt [b]. ¶ *Fabri enim ſunt ex hominibus*] Verte, *falſi præ cæteris*; pudefient ſcilicet [c]. וְחָרָשִׁים הֵמָּה מֵאָדָם] *Et* (vel, *Imò*, Pi.) *fabri* (vel, *artifices*, Mo. P.) *ipſi* (vel, *fabri quidem*, M. ſub. *ſunt*, P. Ti. M. Ang. Calv.) *ex hominibus*, Ti. Mo. P. Calv. Ang. M. i. e. ſunt homines. Ridiculum autem eſt Deum fieri per hominem, quum homo fiat per Deum [d]. Vel, *magìs quàm quiſquam*, Pi. Angl. vel, *magìs quàm homines ulli*, JT. Heb. *præ homine*, Pi. [intellige, *pudefient*.] Vide ſimilem phraſin Eſa. 52. 14. *Adam*, pro quovis homine, ut v. 15. ut & *Iſh*, Jer. 5. 1 *. Vel, inſenſati ſunt *præ cunctis hominibus*, Sy. ſimil. Ar. ¶ *Convenient*, &c. יִתְקַבְּצוּ וגו׳] *Congregabuntur* (vel, *Ut conveniant*, Calv. *Congregentur*, Ti. Agè, *congregent ſe*, Pi. ſic JT. ſcil. idololatræ, ut Eſa. 43. 9 [f].) *omnes*, ſive *omnes ipſi*, *ſtabunt*, (vel, *& ſtabunt*, P. *ſtent*, Ti. ac *ſtent*, Calv. *conſiſtant*, Pi. ſic JT.) *pavebunt*, &c. Mo. P. M. Calv. Ti. vel, at *expaveſcent*, &c. Pi. [Ca. verſum ſic reddit, *Cùm futurum ſit ut omnes eos ſocios pudeat, útque artifices (qui quidem omnes ex hominibus conſtent) paveant, eóſque ſimul pudeat.*] Conceſſio idololatras graviter provocans, exitiúmque eis prænuncians [g]. Adveniant cuncti illi fabri deorum, & coràm conſiſtant: ſtatim causâ cadent [h]. Deus ipſos & idola eorum viſitabit [i].

12. *Faber*, &c. חָרַשׁ בַּרְזֶל מַעֲצָד וּפָעַל בַּפֶּחָם] Quid ſit מַעֲצָד, Rabbinis ipſis incertum eſt. Puto eſſe participium verbi quod *polire*, ſeu *complanare*, notat; & locum ſic reddo, *Faber ferrum polit*, &c [k]. [Alii locum ſic vertunt;] *Faber ferrarius* (vel, *ferri*, Mo. ſub. *faciet*, P. ſim. Pi. vel, *parat*, M. vel, *ſumet*, Calv.) *dolabram*, P. M. Mo. (vel, *limam*, Calv. *aſciam*, V. G. *ſecurim*, Pi. quâ ſcil. faber lignarius cædat arborem, &c. מַעֲצָד *ſecurim* eſſe colligi poteſt tum ex periſtaſi hujus textûs, tum ex Jer. 10. 3 [l]. Vel, cum *norma*, JT. cum *forcipe*, Ang. *forcipe* correptâ, Ti. ſim. Ca.) *& operabitur* (vel, *& operatur*, M. Pi. JT. *operabitur*, Calv. *operatur*, Ti. *agit*, Ca.) *in carbone*, Mo. vel, *prunis*, JT. ſim. Ca. *in*, vel *cum*, *prunis*, P. M. Ti. ¶ *Et in*, &c. וּבַמַּקָּבוֹת וגו׳] *Et ſcalpris* (vel, *malleis*, P. JT. Pi. Ca. Ang. ſic M. Mo. Calv. ut patet ex Jer. 10. 4 [m].) *fingit* (vel, *figurabit*, Mo. *format*, JT. Ca. &c. quâ *figuret*, P.) *illud*, Ti. &c. ſub. *ſculptile faber lignarius*, V. ¶ *Et operatus*, &c. וַיִּפְעָלֵהוּ וגו׳] *Et* (vel, *Dein*, M. *Quum*, JT. *Inquam*, P.) *operabitur*, vel *operatur*, *illud* (vel, *cum eo*, M.) *in brachio fortitudinis ſuæ*, Mo. ſic P. &c. vel, *robuſto ſuo*, JT. Pi. i. e. totis viribus ſuis [n]. ¶ *Eſuriet*, &c. גַּם רָעֵב וְאֵין כֹּחַ לֹא שָׁתָה מַיִם וַיִּעָף] *Eſuriet & deficiet*, (deo illo qui fabricatur eſuriem & ſitim non ſedante [o]. Niſi cibum habeat, deus ſuus ei cibum præbere non poterit, ut ego meis manna præbui. Itáque neceſſe erit deficiat [p].) *non bibet aquam, & laſſeſcet*, G. ex Vulg. Si non adſit ei aqua quam bibat, deus ſuus ipſi eam non dabit, ut ego meis ex rupe. Itáque præ ſiti, deo ſuo inſpectante, concidet †, [artifex ſcilicet.] *Etiam* (vel, *Quin* interim, Ti. *Imò*, Ang. *Ut etiam*, M.) *famelicus*, Mo. P. (vel, *eſurit*, JT. Pi. Ti. &c. *eſuriat*, M.) *& non vis*, Mo. (vel, *& vires non habeat*, M. ſim. JT. *ità ut deficiant vires*, P. Ti. *donec nullis* ſit *viribus*, Pi.) *non* (vel, *neque*, Ti.) *bibit* (vel, *bibat*, P. M. *bibens*, Ti. JT.) *aquam, & defatigatus eſt*, Mo. vel, *defetiſcitur*, JT. *donec defetiſcatur*, Pi. *& laſſus ſit*, P. *ità ut laſſus concidat*, Ti. *& planè deficiat*, M. Exprimit artificum morem, qui, quum operi valde intenti ſunt, nec cibum nec potum ſumunt, etſi eis valde indigeant [q]. Exprimit ardorem quo feruntur ad fabricandos deos; omnes animi corporíſque vires intendunt, genium ſuum fraudant, &c [r]. [Ca. hæc cum præcedente membro ſic reddit, *Et tantâ brachiorum vi agit, ut eſuriens viribus deſtituatur, & nè feſſus quidem aquam bibat.*]

13. *Extendit* (ſuper lignum ex quo vult facere idolum †) *normam*] Ità V. Sed *norma* eſt ad quam fiunt anguloſa. Malim, *lineam* [t]. Sic P. Mo. Pi. Filum quo fabri materiarii utuntur ad ſignandam materiam [v]. Vel, *regulam*, M. JT. Ti. Ca. Heb. נָטָה קָו. ¶ *Formavit*, &c. יְתָאֲרֵהוּ בַשֶּׂרֶד] *Delineabit*, vel *delineat*, (vel, *ſignat*, Pi. *deſignat*, Ti. *deſignabit*, vel *figurabit*, V. *effigiem adhibet*, M.) *illud* (vel, *ei*, M.) *in filo tincto*, Mo. vel, *amuſſi*, JT. Ca. *cum creta*, M. *rubricâ*, Ti. *filo Phœnicio*, P. Pi. i.e. quod intinxit in colore Phœnicio, putà minio [x]. *Filo tincto rubricâ*, V. cum quo ſignatur lignum, ut appareat artifici quæ pars ligni ſit reſecanda, & quæ pro ſimulacro relinquenda [y]. *Amuſſi miniatâ*; μιλτείῳ ϛίγματι in epigrammate Græco [z]. *In runcina*, Vulg. id eſt, *planula* quâ fabri aſſamenta radunt ac poliunt. Verbum שָׂרַד ſign. *reſiduum eſſe* [a]. Nomen שֶׂרֶד alibi non exſtat [b]. ¶ *Fecit*, &c. יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת] *Faciet* (vel, *format*, M. Ti. &c. *aptat*, JT. Calv. *dedolat*, Pi.) *illud in aſciis*, Mo. ſic V. vel, *in angulis*, M. in locis ſecretis angulíſque domûs idola fabricat [c]. *In angulos ſuos*, JT. *normis*, Ti. *dolabris*, P. Pi. *planulis*, Calv. Ang. ¶ *Et*, &c. וּבַמְּחוּגָה וגו׳] *Et in circino deſignabit*, ſive *figurabit*, *illud*, Mo. P. ſim. Ti. JT. Pi. Ch. Calv. &c. *& circularem figuram inducit ei*, M. Vox alibi non exſtat, éſtque ex verbo חוג, quod exſtat tantùm Job. 26. 10 [d]. ¶ *Et fecit*, &c. וַיַּעֲשֵׂהוּ כְּתַבְנִית אִישׁ כְּתִפְאֶרֶת אָדָם לָשֶׁבֶת בָּיִת] *Et* (vel, *Tum*, Pi. *Denique*, JT.) *facit*, vel *faciet*, *illud ad*, vel *in*, vel *ſecundùm*, *imaginem*, ſive *ſimilitudinem*, (vel, *ſtructuram*, JT. *formam*, Pi. Calv. *modulum*; nam vox de ædificiis propriè dicitur, Exod. 25. 40. 1 Par. 28. 12 *: *effigiem*, Ca.) *viri*, Mo. P. M. &c. *ſecundùm*, vel *juxta*, (vel, *ad*, Pi. & *juxta*, M.) *gloriam* (vel, *effigiem*, M. Calv. *ornatum*, JT. *pulchritudinem*, ſive *venuſtatem*, Pi. Ca. Ang. ſim. For. i.e. decentem proportionem, externa lineamenta, &c [f].) *hominis*, Mo. P. &c. (id eſt, ſicut ſpecioſum ſive decorum hominem [g],) *ut* (vel, *qui*, Pi.) *habitet* (vel, *ſedeat*, ſive *deſideat*, M. JT. *maneat*, Ca.) in *domo*, P. Pi. ſim. Mo. &c. Heb. *ad habitandum*, &c. i.e. quod ſit aptum ad habitandum in domo vel privata vel publica, h. e. idoléo [h]: habitaturum in templo, ſicut homo dives domi ſuæ habitat [i]. *Et dat ei formam viri, atque ſpeciem hominis, ut in æde ſedeat*, Ti. Dat illi effigiem humanam elegantiſſimam, ùt reponat illud in æde [k]. Significat non in alium uſum affabrefactum fuiſſe idolum, niſi ut domi maneret, ſenſu & vitâ caſſum, ut dicitur Eſa. 46. 7 [l]. unde ſe movere nequit [m].

14. *Succîdit*, &c. לִכְרָת־ וגו׳] *Cædit* (vel, *Ad ſuccidendum*, Mo. *Succîdet*, Calv. Ibit *ut ſuccîdat*, P. Accingit ſe *ad incidendum*, Ti. *Quum quis cecîdit*, Pi. *Cædendo*, JT. *Cædendo* cædit, Angl. ut Jer. 3. 1. i. e. Sedulò cædit [n],) *ſibi cedros*, Ca. &c. Al. Sæpe dictum ל infinitivi formare gerundia in *dum*, & indicare rem aliquam faciendam eſſe. Ità & hîc ſumo, *Succidendæ ipſi ſunt cedri* [o]. ¶ *Tulit*, &c. וַיִּקַּח תִּרְזָה וְאַלּוֹן] *Adhibet* (vel, *accepit*, M. *accepitve*, Pi. *& tollet*, Mo. P. *ut advehat*, Ti. *quum ſumpſit*, JT. *& capit*, Di.) *tirzam*, Ca. M. ſic Mo. (vel, *ilicem*, P. Ti. Calv. *cupreſſum*, JT. Pi. Ang.) *&* (vel, *aut*, Pi.) *ilicem*, Ca. vel, *robur*, JT. *quercum*, M. P. Mo. Ti. &c. תִּרְזָה (unde Græca vox θύρσος [p]) alibi non occurrit: de eo Rabbini parùm dicunt. Aliis eſt *pinus*; aliis, ſpecies quercûs *eſculus* (Anglicè holme) dicta; aliis, ſpecies *cedri*, quia nomen cedri [אֶרֶז] unicâ, eâque tantùm ſervili, literâ ab hac voce differt; aliis, quod veriſimile eſt, *cupreſſus*, arbor & pulchra, (à qua

r For. † For. t Pi. v G. x Pi. y Ang. z Pi. a Jun. b Calv. c G. d Muſc. * Ang. f Pi. g Jun. h G. i Pi. k For. l Pi. m Ang. n V. Ch. o Mo. p G. † G.

q For. r Calv. † Pi. Ang. t G. v Pi. x Pi. y M. z G. a For. b Ang. c For. d Ga. * Ang. f Ang. g For. h Pi. i G. k V. l Q. in Ma. m Ang. n Ang. o Di. p G.

(à qua loca amœna denominata fuisse videntur. Vide 1 Reg. 16. 9. Cant. 6. 4.) & durabilis, & ad imagines faciendas adhibita. Vide Esa. 40. 20 [q]. ¶ *Quæ* (ו sæpe habet vim pronominis relativi, ut in sequ. וַיְּאַמֶּץ[r]. Vel, *aut quæ*, JT.) *steterat* (vel, *extulerat se*, G. *fortificat se*, JT. *fortificat sibi*, Ang.) *inter ligna* (vel, *arbores*, JT. G.) *saltûs*; vel, *sylvæ*, JT. G. וַיְאַמֶּץ לוֹ בַּעֲצֵי יָעַר] *Et roborat se* (vel, *roborabit sibi*, Mo. *robur suum adhibuit*, Pi. sic Belg.) *inter arbores*, &c. Di. vel, *in lignis*, sive *arboribus*, &c. Ti. Pi. Mo. scil. cædendis †. *Et roborabitur ad ligna sylvæ*, Calv. Robur adhibet ad succidendum ligna *. *Et roborabit se* ut quærat meliora *inter ligna sylvæ*, P. H[s], q. d. Magnâ curâ & diligentiâ deliget sibi optimam materiam ex lignis sylvestribus [t]. *Et sumpto animo* quæsivit meliora *ligna sylvæ*, M. ¶ *Plantavit*, &c. נָטַע אֹרֶן וְגֶשֶׁם יְגַדֵּל] *Plantavit*, vel *Plantat*, vel *Plantabit*, (vel, *Aut plantavit*, Pi.) *ornum*, Mo. Pi. G. (vel, *cedrum*, Ti. *pinum*, P. M.) *& pluvia evehet*, Mo. vel, *atque imbre auget*, Ti. *pluviâque grandem* eam *reddidit*, Pi. vel, *quam pluvia nutriet*, P. sic M. *Plantavit*, i. e. Destituit coram se, ut eam dedolaret, eique formam animo conceptam induceret [v]. Arbores plantat & erigit, nè desit unquam materia idolis [x]. *Ornum* quam *plantaverit*, *& pluvia educaverit*, JT. Sensus loci, Sive arborem cædat quæ spontè nascitur, sive cultam humanâ arte; materia illa, quæcunque tandem sit, in varios usus consumitur, ac proinde nihil Divinum habet [y]. [Ca. hæc verba cum præced. sic vertit, *Séque in sylvestribus exercet arboribus, satâ, auctâque pluviis, orno.*]

15. *Et*, &c. וְהָיָה לְאָדָם לְבָעֵר] *Et* (vel, *Tum*, P. JT. Pi. Ga.) *erit* (vel, *est*, JT. *fit*, Ti. sim. M. *serviunt* istæ arbores, Pi.) *homini ad comburendum*, Mo. P. JT. &c. vel, *ad incendendum* ignem, Ti. *in incendium*, M. nempe pars quæ dolando decidit. Explicant id sequentia [z]. ¶ *Sumpsit*, &c. וַיִּקַּח מֵהֶם וַיָּחָם אַף יַשִּׂיק וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, P. M. Ang. *Qui*, JT. *Imò* ipsemet, Angl. *Ità ut*, Pi.) *sumet* (vel, *accepit*, M. Ti. *sumit*, JT. *accipiat*, Pi.) *ex eis*, Mo. P. JT. &c. (sub. *lignis*, Ti.) *& calefaciet*, vel *calefecit*, *se*, Mo. P. M. (vel, *& calefit*, Ti. *& calefiat*, Pi. *ut calefiat*, JT.) *etiam* (vel, *præterea*, P. *quin &*, M. Ti. atque *etiam*, Pi. *imò*, Ang.) *succendet*, vel *accendet*, Mo. P. &c. (sub. *furnum*, P. JT. Pi. sic M. Ti.) *& coquet* (vel, *ut coquat*, JT. Pi.) *panem*, Mo. ¶ *De reliquo*, &c. אַף יִפְעַל וגו׳] *Etiam* (vel, Attamen *etiam*, Pi. *Imò*, Ang. *Deinde &*, Ti.) *efficiet* (sub. *ex his*, Ti.) *deum*, &c. P. sim. Mo. M. Ti. &c. ¶ *Et*, &c. וַיִּסְגָּד לָמוֹ] *Et procumbit* (vel, *incurvat se*, M. P. sim. G. ex Vulg. Mo. &c.) *coram illo*, Ti. sim. JT. vel, *illi*, Pi. Mo. *cui sese summittat*, Ca. Vox est Chaldæa, quam de industria hîc usurpavit Esaias. Usurpant eam eodem sensu & Arabes. Exstat apud Danielem sæpe. Aliarum gentium alii erant ritus in colendis idolis; quorum nullum præterire voluit Esaias [a].

16. *Et de*, &c. עַל חֶצְיוֹ וגו׳] *Super medium ejus* (vel, *Ad partem ejus*, JT. Pi. *Et de medio ejus*, M. *Ex parte*, Calv. *Et ex altera parte*, P.) *carnem*, vel *carnes*, *comedet*, vel *comedit*, Mo. JT. Pi. &c. Parte alterâ coctas carnes comedit [b]. [Ca. versum sic reddit, *Partim cremavit igni, partim ad carne vescendum usus, eâque satiatus est assâ, neque non incaluit, &, Euge, inquit, concalui, adeptus ignem.*] ¶ *Vah*, הֶאָח] *Euge*, M. P. Mo. G. &c. Est enim lætantis interjectio, ut Psal. 35. 21 [c]. ¶ *Vidi* (vel, *& sensi*, M.) *focum*] Ità Mo. P. &c. bene lucentem †; vel, *ignem*, M. Ti. JT. &c. i. e. Sensi calorem ignis [d].

17. *Obsecrat*, &c.] Preces allegat imagini. Heraclitus, ὅμοια ὡς εἴ τις τοῖς δόμοις λεσχηνεύοιτο, πιστεύουσι οἱ θεοπόνιες ὡς θεοῖς τοῖς ἀψύχοις· (*Paria faciunt qui ad deos inanimos accedunt, acsi verba ad domos facerent* *.)

18. *Nescierunt*, &c. וְלֹא יָבִינוּ כִּי טַח מֵרְאוֹת וגו׳] *Nec intellexerunt*, Calv. G. ex Vulg. (Nè mica quidem illis restat bonæ mentis [f]. Vel, idoloplastæ [g]; vel, idololatræ [h]. Vel, *neque animadvertunt*, Pi. JT.) *quia* (vel, *eò quòd*, M. vel, *quòd*, Pi. [particulâ αἰτιολογικῶς nempe, non αἰτιολογικῶς, sumptâ,]) *oblevit* (sub. *Deus*, M. P. Calv. vel, *sculptile*, Pi. Belg. vel, illud *obducere*, JT.) *à videndo* (vel, *nè videant*, P. M. JT. &c.) *oculos eorum*, Mo. P. &c. Sed quis *oblevit oculos*, &c? Resp. Vel Diabolus [i]; vel pseudopropheta populum fallens; &c [k]; vel Deus, ex justo judicio, &c [l]. Vel, verbum indefinitè sumitur, q. d. *oblinuntur*, &c. Vide Gen. 41. 13. 2 Sam. 24. 1. &c [m]. Potest & sic reddi, *oblinitio est nè videant*, &c [n].

q Ang. r G. ex For. † Pi. sic Belg. * Iidem. s V. v G. x For. y Jun. z G. a G. b G. c G. † G. d Pi. * G. f G. g San. h For. Ti. i G. in Calv.

19. *Non*, &c. וְלֹא יָשִׁיב וגו׳] *Et non* (vel, *Sed nec*, M. *nullus*, Ti.) *reducet* (vel, *revocat*, JT. Pi. Ti. *redit*, P. M. sub. *eorum quisquam*, Pi.) *ad cor suum*, *nec scientiam*, &c. Mo. &c. vel, *non est scientia*, &c. P. *non est sensus*, &c. M. *neque scientia*, &c. sub. *inest*, JT. Pi. & sub. *cuiquam*, Pi. ¶ *Idolum faciam?* לְתוֹעֵבָה וגו׳] *In abominationem vertam*, Calv. *in rem abominandam aptem?* Pi. sic JT. *Feci nefas*, i. e. nefarium simulacrum [o]. Ipsi dicerent, *deum*: sed Esaias, more suæ gentis, *abominationem* dixit. Vide quæ ad Matt. 24. 15 [p]. ¶ *Ante*, &c. לְבוּל עֵץ אֶסְגּוֹד] *Trunco* (vel, *Ramo*, Mo. Et *ante stipitem*, sive *truncum*, M. Ti. *ut ad truncum*, Ca.) *arboris*, vel *ligni*, vel *ligneum*, *incurvabo me*, Mo. P. M. vel, *procumberem?* Ti. *me summittam?* Ca. *Ante id quod provenit ex arbore procumbam?* Pi. sic JT. Idolum vocat *germen ligni*, quòd instar germinis ex ligno fabrefactum sit [q]. בּוּל hîc, sicut & Job. 40. 15. (al. 20.) pro יְבוּל, deficiente י initiali; ut עָשָׂה, pro יַעֲשֶׂה, 1 Sam. 20. 2. עָבוּר, pro יַעֲבוּר, Esa. 28. 15. אֹר, pro יְאֹר, Amos. 8. 8 [r].

20. *Pars*, &c. רֹעֶה אֵפֶר] *Pascit* (vel, *Pascens*, Mo. *Pascitur*, Pi. *Itaque pascit*, M. *Depascitur*, For. ex He.) *cinerem*, Mo. P. M. i. e. Frustrà laborat *. *Pascere cinerem*, sicut & *pascere ventum*, Os. 12. 2. est, rem vanam & inutilem facere †. q. d. Quicunque facit sculptile in vanum laborat *. Vel, *cinere*, JT. Pi. vel, vanâ spe, ex re nihili [t]: vel, luctu & miseriis; sic *cinis* accipitur Psal. 102. 10 [v]. *Pascitur*, scil. idololatra: q. d. Quærit consolationem ab idolo, sed non nanciscitur; perinde ut famelicus non satiatur cinere [x]. Al. Idolum ejus *pascit* ipsum cinere, &c [y]. *Pars ejus cinis est*, Vulg. Legit רִבְעָה: nam רֶבַע *quartam* propriè, impropriè etiam alias partes, significat [z]. Al. Legisse videtur [Vulgatus] רֵעֶה, *socia*, seu *pars*, *ejus*, ut Gen. 15. 10 [a]. *Socius cineris* est, idolum, scil. quia pars illius in cinerem versa est [b]. *Ecce, dimidium dei ejus in cinerem redactum est*, Ch. Significat h. l. idolorum artifices & cultores inflatos fore & tumidos; sed & vacuos, quia imposturis tantùm referti sunt [c]. ¶ *Cor*, &c. לֵב הוּתַל הִטָּהוּ וְלֹא וגו׳] *Cor* (vel, *& cor*, Ti.) *seductum* (vel, *errore seductum*, Ti.) *declinare fecit* (vel, *inclinat*, M. Calv. *devolvit*, Ti.) *eum*, Mo. P. &c. *& non liberavit animam suam*, P. &c. vel, *ut non liberet*, &c. Calv. ad id *ut non liberet*, &c. M. *ut mentem suam non asserat*, Ti. *Cor* ejus *illusum est*, *avertit eum*, (scil. à vera Religione [d];) *ità ut non eripiat*, &c. scil. ex errore & superstitione *. [Alii hæc verba cum præcedentibus nectunt, & sic vertunt,] *Pascens cinere* (i. e. Luctificus deus, nihil nisi luctum & mala omnia importans cultoribus: periphrasis idoli: aut, si mavis, *Consocians cineri*, i. e. hominem in terram dejiciens †,) *animum illusum* (i. e. qui jam idolorum velo captus & excæcatus est *) *avertit*, JT. i. e. magis ac magis seducit, & in transversum rapit †. Al. *Pascitur cinere* (i. e. re nihili. Quicquid lignum est, cinefieri potest,) *cor deceptum*; *divertere illum facit*, nempe *à vero*, *cor illud deceptum*, prava scilicet consuetudo [f]. Ostendit homines non aliunde impelli ad impios cultus, quàm quòd illuc spontè feruntur [g]. ¶ *Neque dicet*, (vel, *dicat*, JT. Pi. Calv. &c. *cogitet*, G.) *Forte*, &c. הֲלוֹא שֶׁקֶר בִּימִינִי] *Nonne mendacium* (vel, *dolus*, Ti. *falsitas*, JT. Pi. i. e. res fallax [h]; sub. *est*, JT.) *in dextera mea?* Mo. P. M. Calv. &c. vel, est quod est *in dextera mea?* i. e. idolum †. Frustrà laboravi, cùm feci simulacrum [i]. Vel, *ad dexteram meam?* JT. i. e. Annon in falsitatem incumbo, quum operam do idololatriæ [k]? *Certè falsum est in*, &c. i. e. Id in quo laboro mera deceptio est [l]. *Se falsò agere*; Heb. *se habere falsum in dextera*. Quoniam autem manu agunt homines, præsertim dexterâ, fit ut *manus*, aut *dextera*, pro *actione* dicatur. *Falsum* autem apud Hebræos pro *injusto* ponitur, sicut *verum*, pro *justo*. Vide Psal. 7. 15 [m]. Modum ostendit quo se homines ab exitio liberent; ubi scilicet expendunt opera sua, neque sibi adulantur & in errore suo placent, sed diligenter inquirunt quæ sit Dei voluntas, & quis cultus quem Deus probat, &c [n].

21. *Memento horum*, (harum sive rerum, sive personarum;

k Al. in Calv. l Calv. m Ang. n For. o Ca. p G. q For. r BA. 1. 2. 44. 467. * Ca. † M. sim. V. Calv. t V. v Ang. * Ang. ex Jun. x Pi. y Q. in Ang. z G. a Mar. sim. For. b For. c Calv. d Pi. * Pi. † Jun. * Idem. † Id. f G. g Calv. h Pi. † Pi. i V. k Jun. l G. m Ca. n Calv.

narum; & ex harum stupiditate & stultitia disce sapientiam[o],) *Jacob*,&c.] Nempe cùm sub idololatris vixeris[p]: nè eorum consuetudine corrumparis [q]. ¶ *Non*, &c. [לא תנשני] Verbum hoc accipiunt, vel, 1. passivè; *Non traderis oblivioni à me*,[r] V. JT. Pi. Ang. K. in Ma. sim. Ti. Etsi oblitus mei peccavisti in me: quamobrem sequitur proximè prædicatio remissionis, &c *. Est futurum Niphal[s], & affixum est pro [pronomine] separato †; ני pro ממני[t]. Vel, 2. activè; *Nè obliviscaris mei*, o'. Sy. Ar. M. P. Mo. Ca. sim. Ch. in Ma. Communicantur hîc significationes Hithpahel & Niphal; ità ut reciprocatio & frequentatio in hac voce confluant: *Ne te obliviosum exhibeas mei* [v].

22. *Delevi* (i. e. Disparere faciam [x]) *ut nubem*, &c.] Ità Mo. P. M. Calv. aut, *nebulam*, G. *densas nebulas*, Ti. Ut nubes solvit sive dissipat vel, 1. ventus[y], vide Psalm. 68. 3. Prov. 25. 23[z]; vel, 2. Sol [a], vide Job. 37. 11. Psal. 18. 12: vel, Ut nubes disparet prorsus, acsi nunquam fuisset, Hos. 6. 4. & 13. 3. sic ego amoveo peccata tua, quæ instar nubis interponunt se inter te & me, & tum lumen vultûs mei, tum preces tuas, intercipiunt, &c [b]. Al. *ut densa nubes*, scilicet, delet & abluit sordes quæ in terra sunt, quum pluviam profundit. Eclipsis relati, ut Levit. 21. 4. Prov. 5. 19[c]. ¶ *Et quasi nebulam*] Id est, facillimè [d]. ¶ *Revertere ad me*] i. e. Si modò te corrigas, & ad mei verum cultum redeas *. ¶ *Quoniam redemi te*] Meliùs, *ut redimam te*, ex hac captivitate. Nam ad illa tempora, quasi præsentia, dirigitur hic sermo. Sic & in sequentibus pone, *faciet*, &, *redimet* †. *Redemi te*, nempe per Christum [f].

23. *Laudate*, (vel, *Ovate*, Mo. Ca. *Jubilate*, Ti. *Cantate*, JT. Pi.) *cæli*, (id est, Angeli [g],) *quoniam*, &c. כי עשה וגו׳] *Quia*, vel *quoniam*, *fecit*, M. P. Mo. &c. sub. *bona Israeli*, V. vel, *quod promisit*, Musc. sic V. Emphatica reticentia, sicut Psal. 37. 5. *Spera in* Domino, *& ipse faciet*. Intellige utrobique, *opus dignum Deo*: nisi mavis hîc referre ad præced. *delevi transgressiones*, &c [h]. *Fecit* illud, Ang. Ellipsis pronominis, ut Mal. 2. 17 [i]. Al. *quum fecerit*, Musc. Quidam ex כי relativum faciunt, *quos fecit* [k]. *Facere Jehovam* hæc, JT. ¶ *Extrema* (vel, *ima*, JT. Pi. G. &c. *inferiora*, Mo.) *terræ*] Id est, vel, terra, quæ infima est [l]: vel, plebeii [m]. ¶ *Montes*] Summi terrarum, i. e. Reges †. ¶ *Saltus, & omne lignum*, &c.] Principes, Regum comites *. Sensus loci, omnes homines in montibus, sylvis, &c. habitantes [n]. ¶ *Et Israel gloriabitur*, ובישראל יתפאר] *Et in Israel* (vel, *Israelitis*, Ca.) *gloriabitur*, Mo. vel, *magnificabitur*, M. *decoratur*, Ca. *glorificabitur*, vel *glorificabit se*, P. V. Calv. &c. Scil. redimendo Israelem [o]; nempe per Christum, &c [p].

24. *Formator tuus ex utero*] Qui ab Abrahami tempore te institui [q]. ¶ *Stabiliens*, &c. רוקע הארץ מי אתי] *Expandens terram à mecum*, Mo. vel, *à meipso*, sive *per meipsum*, Pi. JT. V. sic M. Ca. vel, *meâ virtute*, sive *potentiâ*, P. Ti. sic Ch. Legitur & מי אתי, *quis mecum?* i. e. quis me juvit in condendo mundo [r]?

25. *Irrita faciens signa divinorum*; sic M. Ca. בדים] *Vanidicorum*, Mo. *mendacium*, P. Ti. JT. Pi. Ang. i. e. divinatorum idololatrarum †. Qualia signa sunt exsta animantium, garritus avium, &c [t]. בדים sign. *mendacia*, Esa. 16. 6. Jer. 48. 30: deinde, viros *mendacii*; necnon *ariolos*, sive *augures*, hîc, & Jer. 50. 36 [v]. Hoc addit, quòd Babylon celebris erat ob astrologiam & prudentiam, quâ pericula futura longè prævidebat, eáque declinare poterat. *Signa* hîc notat positus, concursus & varios aspectus siderum, ex quibus Chaldæi vaticinabantur, &c [x]. Sensus, Inania esse ostendens signa ex astris, &c [y]. ¶ *Et ariolos*, &c.] Chaldæos, qui ità artem ex astris divinandi, & quidem sine modo, coluêre, ut quod nomen gentis fuerat, factum sit nomen professionis. Vide Ciceronem 1. de Divinatione, Tacitum Annal. 2, 3, 12, 14, 16. Eòdem pertinent quæ sequuntur [z]. ¶ *Convertens sapientes* (sub. *ut cadant*, Ti.) *retrorsum*] A priore gloria, &c [a]. Vel, quòd non audeant recto vultu stare, cùm inania fuisse sua consilia aspiciunt: vel, quia contraria consilia inire cogerentur [b].

26. *Suscitans* (i. e. Stabiliens & confirmans [c]; vel, *Præstiturus*, JT. Sum *is qui præstat*, Pi. Qui ratum faciam [d],) *verbum* (i. e. vaticinium *) *servi sui*] Ità Calv. sic P. &c. Esaiæ †, de Babylone per Cyrum expugnanda, &c [f]: aliorúmque Prophetarum [g]; & Christi, &c [h]. ¶ *Consilium nunciorum*, &c.] Ut Jeremiæ & Ezechielis [i]. Consilium suum de reducendis in patriam Judæis [k].

27. *Qui dico profundo*, (i. e. vel, Babyloni [l], amplæ, frequenti & opulentæ civitati [m]; quæ antè appellabatur *mare deserti*, Esa. 21. 1. quod idem est [n]: vel, *profundo* maris Rubri; quò alludit hîc, ut & Esa. 43. 16: vel, *profundo* fluminis magni Euphratis [p]. Vel, *abysso*, o'. *valli*, Sy. sic Ar.) *Desolare*; sic Ch. simil. o'. Sy. Ar. חרבי] *Exsiccare*, M. JT. Pi. *Sicca te*, Mo. P. *Qui gurgitem arere jubeo*, Ca. Hoc pertinet ad id quod Cyrus fecit ut Babylonem caperet: amnem enim Euphratem diffidit, & parte ejus in lacus abductâ, per alveum veterem in urbem ingressus est. Historia est apud Jerem. 51. 32. & apud Herodotum [q].

28. *Qui dico* (*Edicturus*, JT.) *Cyro*; ità Ti. o'. לכורש] *Ad Chores*, Mo. *de Chores*, P. M. *de Cyro*, Pi. Ch. Mirum tanto antè tempore [r] (annis scilicet 170 †, vel 210 [t],) nomen hujus Regis apertè enunciatum [v]. Cui simile habes de Josia, 1 Reg. 13. 2. Sedenim qui hæc prædixerat, Deus, idem his qui jus habebant dandi nominis eam mentem indidit, ut id nomen, non & aliud, darent. Meminit hujus prophetiæ Cyrus apud Josephum 11. 1 [x]. Vide hîc & admirabilem Dei providentiam, & fidem atque authoritatem prophetiarum [y]. Prædixit hoc Deus ut Judæis fidem faceret; tum liberationem ipsorum esse opus Dei, non hominis; tum alia nobiliora oracula suo tempore præstanda fore [z]. ¶ *Pastor*, &c. רועי] *Pastor meus*, sub. *es*, Angl. vel, *est*, M. P. Ti. &c. *Pastori meo*, JT. i. e. pastoris officium facturo erga populum meum, eos liberando, curando, fovendo, &c [a]. à me ordinato in pastorem, &c. i. e. Principem beneficum [b]. *Pastor*, i. e. Rex [c]. *Pastoris* nomen datum rectoribus tum politicis, tum ecclesiasticis. Vide Esa. 56. 11. & 63. 11. Jer. 2. 8. & 23. 1, 4 [d]. ¶ *Omnem voluntatem* (vel, *delectationem*, JT. Pi.) *meam complebis*] Vel, *perficiet*, Calv. *ut perficiat*, JT. *Omnem delectationem*, &c. i. e. omne id quo delector, scilicet, quod necessarium erit ad reductionem populi mei †. *Voluntatem*, non signi, sed beneplaciti, circa liberationem Judæorum. Non enim hinc rectè colligitur quòd Cyrus Deo placuerit; nam & per malos sæpe implet voluntatem Deus, malis aliud cogitantibus [f]. ¶ *Qui*, &c. ולאמר וגו׳] *Et dicendo* (vel, *Dicendo etiam*, Calv. *Et dicit*, M. *Qui dico*, Ti. *idque edicat*, JT. *idque dum dicet*, Pi. *Et qui dicendo* dico, Angl. i. e. fidenter dico & certum facio [g],) *ad* (vel, *de*, V. Pi. &c.) *Jerusalaim*, &c. P. &c. vel, *Hierosolymæ*, &c. Calv. sic JT. Prosopopœia [h].

CAP. XLV.

1. HÆC dicit Dominus christo, &c. למשיחו וגו׳] *Unctio* (vel, *Meschiæ*, M. de *Christo*, P.) *suo*, *Cyro*, JT. Pi. Sy. &c. Secunda hæc pars concionis, quam propheticam narrationem esse antè diximus, nunc demum incipit: in qua Deus mirificam suam administrationem prædicit in perdendis Babyloniis, & servandis suis [a]. Pars hæc est prolixæ istius concionis quæ cœpit cap. 40. & in hoc cap. definit [b]. Sed quomodo nomen Messiæ, quod Regibus Judæ tributum est quòd Christi personam sustinerent, Cyro hîc tribuit? Resp. 1. Quòd Deus illum ordinaverit in Regem, per quem perficeret quæ sequuntur, &c [c]. *Unctio*, i. e. ad opus Dei singulariter dilecto, [rectiùs forsan, delecto,] ac consecrato, non minùs quàm si more Regum Judæorum per Prophetam aliquem unctus esset [d]. *Unctio*, i. e. Regi quem unxit, h. e. consecravit & vocavit, ad liberandum Judæos, &c †. *Uncti* dicuntur Elisæus, & Hazael, (confer 1 Reg. 19. 15. cum 2 Reg. 8. 13.) & Christus noster, Esa. 61. 1. non tamen materiali oleo, sed ob designationem ad specialia munia, &c [f]. Nota quanti fit apud Deum Ecclesiæ salus, quòd hujus tantùm gratiâ Cyrus, homo Ethnicus, *Messias* nominatur [g]. 2. Quòd veri

Meschias

Meschiæ typum gereret [h]. ¶ *Cujus apprehendi* (vel, *confirmaturus sum*, JT. *prehendendo*, Ca.) *dexteram*] Ità P. Ti. &c. Ad verb. *quem apprehendi per dexteram ejus*, For. vel, *dexterâ suâ*, Di. Gestus hic & favorem & fœdus indicat [i]. Locutio Hebraica, pro, quem præsenti auxilio meo defendo, guberno, ac confirmo in ea vocatione in qua cum constitui [k]. ¶ *Ut*, &c. 'ור לרד] *Ad sternendum* (vel, *ut sternam*, Pi. *ut subjiciam*, Ti.) *ad facies ejus gentes*, &c. Mo. sim. Al. i. e. Chaldæos [l]; Medos, Lydos, Ionas, Babylonios [m]. *Sternendæ sunt*, &c. Infinitivus hîc ponitur ut Esa. 44. 14 [n]. ¶ *Et dorsa*, &c. ומתני מלכים אפתח] *Et lumbos* (vel, *latera*, Ca.) *regum* (Astyagis, Crœsi, Nabonidi [o]; vel, Regis & Principum Babyloniæ [p];) *dissolvam*, Mo. P. M. JT. &c. vel, *aperiam*, Ti. *discingo*, Ca. i. e. enervabo; sicut, è contrà, *accingere lumbos*, significat strenuè & viriliter agere [q]. Faciam ut viribus destituantur [r]. *Ut solvam*, vel, *quum solvero*, (Similis copulativæ usus Esa. 33. 1. & 43. 12 †.) *lumbos regum*, vel, *regum* eorum, Angl. Ellipsis pronominis, ut Esa. 40. 31 *. *Lumbos*, i. e. cingula, seu baltheos [t]. Reges exarmo & subigo [v]. *Lumbos solvam*, Heb. *aperiam*: vel, gladium transadigendo per lumbos, quorum vulnera lethalia sunt, Deut. 33. 11. & in quibus robur situm est, Job. 40. 16. (al. 11.) Nah. 2. 1; vel, terrorem immittendo, atque dolorem indè venientem, Ezec. 21. 6. Dan. 5. 6; vel, solvendo cingulum, roboris & authoritatis indicium, Esa. 11. 5. & 22. 21. &c [x]. ¶ *Et aperiam coram eo januas*, (vel, *valvas*, JT. Pi. Ang. nempe palatiorum [y],) *& portæ* (*& ut portæ*, Pi. magnarum urbium, ut Jos. 2. 5. 2 Reg. 7. 1, &c *.) *non claudentur*] Vel, *maneant occlusæ*, Pi. Angl. ut, *aperiri*, pro, apertum manere, Esa. 60. 11. &, *ædificari*, pro, ædificatum manere, Dan. 9. 25 †. Significat facturum Deum ut nihil illi obstet. Parem ferme felicitatem præstitit Deus Alexandro & Cæsari; illi, ad Persarum, huic, ad Romanorum, ferociam edomandam [z]. Metu consternati Chaldæi liberum ingressum Persis & Medis permittent [a]. Potest locus sic reddi, *Quem dexterâ tenens*, vires ipsi sufficio *ad subjugandum gentes coram eo, quum lumbos regum solverim*; & *ad aperiendum*, &c. vel sic, *Quem dexterâ meâ teneo, ad subjugandum coram eo gentes, quarum regibus lumbos solvi*, (copulativa pro relativa, ut Esa. 4. 6. & 17. 2.) *& ad aperiendum*, &c [b].

2. *Ego ante te ibo*] Velut antesignanus; vel, ut præfectus castrametationis, & ut præcursores, qui an tutus sit progressus considerant, &, si quid sit periculi, antevertunt [c]. ¶ *Et gloriosos*, &c. אדירים legit [d]: והדורים אושר] *Et inæqualia* (vel, *montes*, &c. Angl. facilè enim permutantur ד & ר; ut in *Diphath*, & *Rodanim*, pro *Riphath*, & *Dodanim*, 1 Par. 1. 6, 7. collat. cum Gen. 10. 3, 4. Vide & Jer. 2. 20. & 31. 40. Nomen הדורים alibi non occurrit *. Vel, *tortuosa*, Mo. *prava*, Ca. *iniqua loca*, G. *vias obliquas*, M. *loca aspera*, Ti. Pi. *viæ* [f],) *æquabo*, Pi. Ti. sic G. JT. vel, *dirigam*, Mo. P. *corrigam*, Ca. *recta faciam*, M.

3. *Et dabo tibi thesauros absconditos*] Heb. *tenebrarum*, Pi. vel, *in tenebris latentes*, Ti. Pi. sim. M. P. Ut Sardium, ubi gaza erat plurima: item Asiæ, Ioniæ, Mesopotamiæ, ditissimarum regionum. Plinius 33. 3. *Jam Cyrus, devictâ Asiâ, pondo 34 millia invenerat, præter vasa aurea aurùmque factum, & in eo folia ac platanum vitémque. Quâ victoriâ argenti quingenta millia talentorum reportavit, & craterem Semiramidis, cujus pondus 15 talentorum colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo 80 capere Varro tradit* [g]. *Thesauros*, prætertim Babylonis, Jer. 50. 37. & 51. 13 [h]. ¶ *Et arcana secretorum*] Gemmas & monilia diligentissimè asservata [i]. ¶ *Ut scias*, &c. 'למען תדע וגו] *Ut agnoscas, me Jehovam, qui voco te nominatim, Deum Israelis* esse, JT. Ang. *Ut cognoscas me esse Jehovam, qui vocat te nominatim*, (Heb. *nomine tuo*, Pi.) *Deum* scilicet *Israelis*, Pi. Angl. sim. Calv. q. d. Ut insigne tibi potentiæ meæ documentum darem [k]. *Qui voco te*, &c. qui tibi jam nunc indo nomen magnificum. Nam Κῦρος, si Ctesiæ & Plutarcho credimus, *Solem*, si aliis, *alimoniam*, significat. Fuit autem Cyrus & lux magna Persarum, & verus altor parentium sibi populorum [l]. Deus *nomine vocare* dicitur eos quos eligit atque ad opus aliquod destinat: ut ipsum Cyrum constituit ac designavit ducem ac Principem esse hujus liberationis [m].

4. *Propter servum meum*, &c.] Quia ad ejus libertatem tuâ operâ uti volo [n]. Non tui, sed meorum, gratiâ te felicem reddo [o]. Nota, constitui ac everti Regna propter pios, &c [p]. ¶ *Assimilavi te*, *&*, &c. אכנך ולא ידעתני] *Cognominavi te*, (i. e. Cognomine te appellavi: i. e. Aliquando de te locutus sum per Prophetas meos nomine proprio, interdum nomine tacito [q]. Infantem adhuc insigniam egregio illo titulo *Cyri*. Nam proprium ei nomen fuit aliud, ut ait Herodotus [r].) *& non* (vel, *etiamsi non*, M. Ang. sim. JT. *cùm tamen*, Ca. *quum nondum*, Ti. sim. Pi. G.) *cognovisti me*, Mo. P. &c. antequam tu esses †; vel, de me quidquam scires aut cogitares [t]. Hoc dicit, non modò ut intelligat Cyrus nullis hoc suis meritis concedi; sed nè Deum Israel, quamvìs sibi incognitum, contemnat [v].

5. *Accinxi te*] Ità Mo. P. &c. vel, *Accingam te*, M. Pi. &c. scil. baltheo ad pugnandum, &c. Vires tibi dedi. Efficiam ut exercitum ab Harpago habeas, quo Astyagem oppugnes. Deum esse unum mundi Opificem nondum tunc nôrat Cyrus, sed id postea ab Hebræis didicit; (vide suprà 41. 25.) ut & animorum immortalitatem, quam firmè ab eo creditam testantur Xenophon & Cicero Catone majore [x].

6. *Ut sciant*, &c.] Ut beneficium hoc ab omnibus nationibus celebretur. Loquitur autem de futura Ecclesiæ redemptione, cujus præludium erat populi reditus [y]. Qui priùs fortunæ aut idolis omnia tribuere solebant, Deo soli potentiam omniúmque rerum administrationem & gloriam attribuent [z].

7. *Formans lucem*] i. e. Pacem [a]; res secundas & jucundas [b], Medis Persísq; ac proinde Judæis [c]. ¶ *Tenebras*] Id est, bellum [d], contra Assyrios *. ¶ *Faciens pacem*] Dans salutem populis, ut Persis [f]. ¶ *Creans malum*] Id est, calamitates [g]; bellum, famem, pestem [h]. Immittens mala in populos, ut Medos, Babylonios [i].

8. *Rorate, cœli*, &c.] Hæc verba variè intelligunt [k]. 1. Sunt votum populi captivi adventum Salvatoris exspectantis [l]: q. d. Non tam citò vos liberabit Dominus; sed interea vestri officii est, precibus incumbere [m]. 2. Sunt precatio Prophetæ accelerationem hujus redemptionis petentis [n]. 3. Propheta Dei nomine loquitur. Nam pro suo imperio cœlum & terram compellat, ut, sicut priùs iræ Dei indicia monstrarent, ità nunc operam Ecclesiæ restitutioni impendant [o]. Sub hoc mandato latet promissio Divina: nam quod Deus cœlo & terræ mandat, id ipse effectum dat [p]. 4. Describitur hîc imperium Cyri, quem *patrem populorum* appellârunt omnes; nempe fore ut terra plena sit justitiæ ac felicitatis, non aliter quàm plena humoris esse solet cœlo largiter pluente. Similis locutio Psalm. 72. 6, 7. Fuit Cyrus, ut ex historiis apparet, justus, magnanimus, clemens, liberalis. Tot atque tantis virtutibus eum Deus instruxerat: quod hîc dicitur, *creavi* [q]. 5. Provocatio rerum creatarum omnium ad testificandum & prædicandum salutare justúmque Dei opus, & quibuscunque modis poterunt ministrandum ei †. 6. Propheta, præstrictos habens oculos sublimitate mysterii, relicto filo historiæ, subitò à Cyro ad Christum orationem convertit. Admonitus enim per Cyrum, umbram, Christum Liberatorem optat; Descendat, inquit, Spiritus Sanctus in Virginem, velut ros & imber, & nascatur de cœlo justus, Christus, &c [r]. Non Cyro, sed Christo, conveniunt nomina *justitiæ* & *salutis* in abstracto: Christo autem tribuuntur Jer. 23. 6. & 33. 16. Esa. 49. 6. Huic etiam optimè congruunt illa, *Nubes pluent justitiam*, &c. Confer Psal. 72. 6. *Descendet sicut pluvia*, &c. Esa. 11. 1. *Egredietur virga*, &c. Sed & verbum צמח Messiam non obscurè respicit. Vide Esa. 4. 2. Jerem. c. 23. v. 5. &c [v]. ¶ *Et nubes*, &c. ושחקים יזלו צדק] *Et nubes* (vel, *cœli*, P. *æther*, Ca. sim. Mo. *superiores nubes*, JT. *tenue cœlum*, Pi.) *stillent justitiam*, M. Ti. P. &c. vel, *justum*, Vulg. i. e. Christum [x]. Vel, *fluant justitiâ*, JT. Pi. i. e. redemptione populi ex Babylone, quæ erit opus justitiæ meæ, tum quòd eam promisi, tum quòd æquum est afflictos recreare, &c [y]. Vel, *effundant in justitia*, Angl. ut Psal. 72. 3. & Joel. 2. 23. h. e. debitâ & justâ mensurâ: vel, imbres *justitiæ*; ut, *pluvia liberalitatum*, Psal. 68. 10. &, *benedictionis*, Ezec. 34. 26. pro copiosa:

[Margin, left column: h M. — i For. — k V. — l Pi. For. — m G. — n Di. — o G. — p Pi. — q M. — r V. sim. Pi. — † Ang. — * Ang. — t Pi. — v Ca. — x Ang. — y Ang. — * Idem. — † Idem. — z G. — a For. — b Ang. — c For. — d G. — * Ang. — f Pi. — g G. — h Ang. — i G. — k Calv. — l G.]

[Margin, right column: m V. — n G. sim. Pi. — o Calv. — p Luth. in Marl. — q V. — r G. — † M. sim. For. — t For. — v Calv. — x G. — y Calv. — z Calv. ad v. 7. — a M. — b Pi. sim. Ang. — c For. — d M. — * For. — f G. — g Pi. — h Ca. — i G. — k Ang. — l For. — m Q. in Calv. — n Al. in Calv. — o Calv. — p Pi. — q G. — † Jun. — r Plerique in Ms. sim. Me. T. — v Calv. — x Me. T. San. — y Pi.]

copiosa: vel, imbres *justitiæ*, i. e. misericordiæ; ut vox illa sæpe sumitur, Psalm. 112. 3,9. 2 Cor. 9. 9, 10 [z]. ¶ *Aperiatur* (vel, *Aperiat*, Ang.) *terra*; ità Ti. תִּפְתַּח אֶרֶץ] *Aperiat se terra*, Mo. P. Angl. &c. Talia verba neutraliter sumpta reciprocum sæpe sensum habent; ut, *obdurare*, pro, *obdurare se*, Job. 9. 4. & 39. 16. Vel sic, *Aperiat terra*, sub. *os suum*, (ut Psal. 106. 17. sicut plenè exprimitur Gen. 4. 11. Num. 16. 30,32.) ut recipiat quod de supernis descendit. Confer Cant. 5. 6. *Aperui*, sub. *ostium* [a]. *Terra* autem quæ *se aperit* sunt homines suscipientes *justitiam* & *salutem*, quam utramque Dominus creavit [b]. ¶ *Et germinet*, &c. וְיִפְרוּ יֶשַׁע וּצְדָקָה תַצְמִיחַ יַחַד] *Et fructificent* (vel, *proveniant*, P. *succrescant*, M. vel, *Ut enascantur*, Pi. *fœtificet*, Ca.) *salus & justitia*, Mo. P. Pi. M. *germinare faciet simul*, Mo. vel, quas *germinare faciet* (i. e. proferet ac producet [c]) terra *simul*, M. P. vel, *fruticet simul*, Ca. *producat* (scil. terra) illas *simul*, Pi. *Et fructum edant salutem & justitiam*, quas *progerminare simul faciet*, Ti. Al. *Et* (sub. *terrestria*, JT.) *edant fructum salutis, justitiáque efflorescat simul*, JT. sim. Ang. Al. *Ut illa* (i. e. cœlum & terra [d]) *producant salutem*, (i.e. liberationem vel incolumitatem, ut Esa. 26. 1. & 60. 18. populo meo scilicet*,) *& illa* (h. e. terra, ut Gen. 3. 18. Deut. 29. 23. desuper irrigata†,) *justitiam germinare faciat simul* cum illa, Angl. ¶ *Ego*, &c. אֲנִי יְהוָה בְּרָאתִיו] *Ego Dominus creavi* (i. e. tot virtutibus instruxi*; vel, *creabo*, Q. in Angl. *creans*, Ti. i. e. missurus sum in terram [f],) *eum*, Mo. P. M. &c. Nempe, vel, 1. Cyrum, cujus facta mentio initio capitis [g]. Intellige, ad populum meum redimendum [h]. Vel, 2. Christum [i]. Vel, *illam*, Ti. utramque [k], nempe *justitiam & salutem*, Q. in V. Vel, *illud*, Ang. Q. in Ma. opus justum & salutare mittendi Cyrum ad liberationem populi [l]. *Me Jehovâ patrante illud*, JT. *Me Jovâ illius creatore*, Ca. Sensus, Ego, qui omnia creavi ex nihilo, & hoc sic faciam mirabiliter, ut ex nihilo, præter spem omnem, creatum videri possit [m].

9. *Væ qui contradicit* (vel, *ei qui litigat*, P. sic JT. sim. Mo. M. &c.) *fictori suo*] Qu. Quorsum hoc hîc inseritur? [Variant.] 1. Causam jam adfert evertendi Babyl. quòd ejus Reges in Deum verum impii futuri sint verbis factísque. Vide Dan. 5. Quàm autem hoc sit iniquum, similitudinibus illustrat [n]. 2. Reprimit superbiam Babyloniorum, qui Judæos, vel invito Deo, in perpetua captivitate tenere cogitabant [o]. 3. Increpat eos qui de providentia Dei querebantur, quòd in tristia tempora incidissent [p]. Tempestiva hæc admonitio fuit, ut, patienter crucem ferendo, consolationem sibi oblatam admitterent Judæi. Obstrepit caro sub cruce, Cur non citiùs juvat Deus? Hanc itaque proterviam castigat, asseritque penès Deum esse ità nos tractare ut ei visum erit [q]. q. d. Væ Judæis propter captivitatem murmurantibus, quòd tamdiu eos opprimi fineret Deus. Contra hos justitiam illius suæ gubernationis demonstrat à sua majestate, & liberrima de suis creaturis quicquid velit agendi potestate [r]. ¶ *Testa*, &c. חֶרֶשׂ אֶת חַרְשֵׂי וגו'] *Testæ* (vel, *Testa*, Di. M.) *cum* (vel, *ex*, V.) *testis* (sub. *aliis*, JT.) *terræ*, sive *terteis*, P. JT. Di. sub. *litiget*, Di. Ang. sic Gal. *Vas fictile cum figulis luti* scilicet, Ti. חֶרֶשׂ est *testa*, Levit. 6. 28. Psal. 22. 16. &c. at חָרְשֵׁי mihi est participium, q. d. *operatores*, à חרשׁ *opus urgere**. Si חָרְשֵׁי legamus, dicamus, Væ *testæ* litiganti *cum figulis terræ* †. *Fictile cum terræ opifice*, Ca. Ut *testa* litigat *cum testis*, &c. Belg. Acsi litigaret *testa tum aliis testis*, &c. Pi. ¶ *Numquid*, &c? הֲיֹאמַר חֹמֶר וגו'] *An dicet lutum fictori suo*, *Quid faceres?* Pi. vel, *facis?* M. P. Ti. *facies?* Mo. *facturus esses?* JT. i. e. Non poteris facere quod dicis. Te invito permanebimus, [inquiunt Babylonii,] neque Judæi eripientur nobis*. Vel, *Quomodo me faceres?* G. ¶ *Et opus*, &c? וּפָעָלְךָ אֵין יָדַיִם לוֹ] *Et operi tuo non fuerunt* (vel, *sunt*, Ti.) *manus*? P. M. Ti. sub. *adhibitæ*, M. i.e. Opus tuum per manus non est factum [t]. Opus tuum est rude, & tale quale est id quod non est factum manibus artificis periti [v]. *Cùm ad opus istud tuum nullæ sint manus*, JT. Heb. *opus tuum non sint manus ad istud*: ἐμφατικὴ verborum, Hebræis recepta in concursu relativi cum antecedente. Sensus, Cùm vires te deficiant ad præstandum præ pronunciâsti, &c [x]. *Ad opus tuum non sunt manus*, idoneæ scilicet: non satis habes virium. Hoc est adversùs eos qui rerum Creatorem negabant [y]. *Quod ad opus tuum attinet, non* sunt tibi *manus ad illud efficiendum*, Pi. *Et opus tuum non manus illud*, sub. *fecerunt*. ל in לו nota accusativi [z]. *Et* (vel, *Aut*, Belg. Ang.) *opus tuum* dicet, *Non sunt manus ei?* Di. Belg. Ang. nempe ad bene faciendum, &c [a]. Non habet manus; quum ipsummet manuum tuarum sit indicium, utpote iis fabrefactum & exstructum. Illud פָּעָלְךָ unà cum חֹמֶר ab הֲיֹאמַר regi puto [b]. *Aut, Caret opus tuum ansis*, Ca. *Manus*, pro *ansis* per quas apprehenditur vas, ut Exod. 26. 21, 25. *Duæ manus erant in tabula una*: q.d. Dicitne *testa figulo*, *Opus tuum ansas habet?* vel, *non habet? Quid me fine ansis*, aut *cum ansis*, *facis* [c]?

10. *Væ qui dicit patri*, (vel, *quærit ex patre*, Ca.) *Quid generas?* sic Mo. P. M. Sy. מַה־תּוֹלִיד] *Quid generabis?* Ti. ὁ'. *Quomodo generare posses?* G. *Quid geniturus esses?* JT. Pi. q. d. Laboras frustrà: penès me est potestas rerum conficiendarum, non penès te [d]. *Quid gignat*, Ca. Qualémnam filium generas? cur talem, &c? vel, Quidnam tibi est quòd rursum generas? quasi doleat filius ob fratrum multitudinem*. Perinde indignum est à Deo facti rationem exigere, acsi quis ex parentibus rationem suæ generationis exigat [f]. Ut indignum est queri de parentibus quòd genuerint; ità de Deo, quòd sic vel sic fecerit [g]. Illorum impudentiam incusat qui in Deo aut consilium aut benignitatem requirunt [h]; quasi Deus aut ignoret, aut nolit, aut nequeat, rebus nostris attendere ac providere. Versu sequenti has similitudines accommodat [i]. Referuntur hæc omnia ad illa quæ suprà docuit Deus, nempe quòd ipse solus formaverit omnia, Cyro straturus sit imperium, &c. In qua admirabili molitione ostendit, neque à quoquam se petiisse consilium, neque ejus reddendam esse rationem. Forsan occurrit hîc tacitis hominum cogitationibus de mira rerum vicissitudine, quâ Judæi nunc abjecti, nunc gloriosè revocati, erant, depulsi Chaldæi, excitati Persæ, &c. Quibus respondet, satis esse, si Deum rerum istarum auctorem esse cognoverint, qui talia fecit qualia priùs sæpe, & postea facturus est [k].

11. *Hæc dicit Dominus, sanctus Israel, plastes* (vel, *formator*, M. Ti. &c.) *ejus*] Qui ut Creator ab ipso agnoscor [l]. Qui formavit eum sibi in servum [m]. ¶ *Ventura*, &c. הָאֹתִיּוֹת שְׁאָלוּנִי עַל בָּנַי וְעַל פֹּעַל יָדַי תְּצַוֻּנִי] [Variè reddunt & exponunt.] *Ventura*, sive *Quæ ventura sunt*, *interrogate me*, *super filios meos*, Mo. P. M. (vel, *Sciscitamini à me imminentia filiis meis*, Ti.) *& super opus*, vel *de opere*, *manuum mearum præcipite*, sive *mandate*, *mihi*, Mo. P. M. Ti. i. e. Prophetis meis [n], *propter me* [o]; ut dicant vobis futura in gratiam meam: quod idola nequaquam possunt [p]. Et illi [Prophetæ] annunciabunt qualia bona facturus sum *filiis meis*, &c. De piis hominibus, qui sunt *opus manuum mearum*, *interrogate me*, & non idola [q]. *De futuris interrogate me*, *super filiis meis*, *superque opere—date mihi negotium*, Ca. *Ventura interrogate me de filiis meis*, *& de operibus—præcipite mihi*; nempe, ut narrem vobis quæ futura sunt*. Alloquitur hîc Dominus Judæos fideles [r]: *Quæ ventura sunt interrogate me: filios meos* (id est, vos ipsos*) *& opus manuum mearum* (Epexegesis, i. e. vos ipsos quos regenui per S. S. metaphora κατάχρηστικὴ†.) *commendate mihi*, scil. per preces. Heb. *præcipite mihi*: synecdoche generis κατάχρηστικὴ*. Quærite à me præstationem promissi mei de filiis meis, qui sunt opus meum, vel de operibus illorum gratiâ faciendis; & me paratum habebitis, acsi mandato vestro subjacerem. Vide Jos. 10. 14. Quicquid petitis obtinebitis; 1 Joh. 5. 14†. Argumentum est à minori, in quo plurimùm elucet mitissimum Dei in suos ingenium; q. d. Non contendit sive lutum cum fictore, sive filius cum patre, &c. Ego tamen plastes & pater vester hoc vobis permitto. Quare ventura interrogate, & mandate, &c. & eorum ego vobis rationem reddam. Huic sententiæ optimè congruunt quæ statim succedunt. τὸ mandare non semper valet, præscribere, sed suam voluntatem explicare; q. d. Explicate quid vobis in votis sit [t]. *Mandate mihi*, i.e. A Prophetis meis sciscitamini & postulate: & licèt, ut figulus luto, rationem reddere non teneat consilii mei; tamen, quæ mea est benignitas, quid de vobis, deque

Marginal notes (left column): z Arg. · a Ang. · b M. · c V. · d Ang. · * Idem. · † Id. · * G. · f V. · g Pi. For. · h Pi. · i Calov. Q. in Ang. · k M. · l Q. in Ma. · m Gl. s. rhet. 1. 10. 217. · n G. sim. Jun. · o Ang. · p Mc. sim. Calv. · q Calv. sim. Ang. Belg. · r Pi. · * For. · † Mar. · * Jun. · t M. · v V. · x Jun.

Marginal notes (right column): y G. · z Mar. · a Belg. · b Di. · c For. · d Jun. · * For. · f Ca. · g Mc. · h San. · i For. · k San. · l G. · m Pi. · n V. M. · o M. · p V. · q M. · * Med. l. 3. ad Heb. · r 5. Pi. · * Idem. · † Id. · * Id. · † Q. in Ang. · t San.

déque vestra captivitate vel proroganda, vel solvenda, decreverim, aperire non dedignabor [v]. Al. *Mandate mihi*, i.e. Mihi totum committite; mihi curæ estis, pater & figulus vester ego sum [x]. [Alii aliter.] Alloquitur hîc Deus impios inter populum, & in genere omnes incredulos. *Illi* (nempe impii, profanâ impudentiâ) *me interrogant de rebus venturis*, (quasi experimentum scientiæ meæ quærentes,) *de filiis meis: vósne mihi mandata daretis de operibus manuum mearum* [y]? *Interrogandi* verbum in malum accipitur, dum homines impudenter à Deo causam cujusque facti exigunt: quod meliùs patet ex sequente *præcipiendi* verbo. Applicat præcedentem similitudinem: q.d. Nec lutum cum figulo, nec filius cum patre, disceptare audet: mihi, qui summus sum Pater & Opifex, similis potestas in filios meos & figmenta negabitur? nec finetis me in familia mea dominari? mihi præscribent mortales qualiter filios tractare debeam? Judæos hîc compescit aliósque incredulos, inter quos blasphemiæ passim volitabant, hominésque ad sobrietatem & tolerantiam hortatur; quia simulac disceptare cum Deo incipiunt, detrahere è cœlesti solio conantur. Posset & versus sic exponi, quòd populus suo vitio in ærumnis tristitiâ opprimuntur, quia præ ignavia Deum non interrogarent, ut ex ipsius ore intelligerent quæ ad consolationem suam pertinerent; quum ex prophetiis intelligere possent se Deo curæ esse, atque exitum miseriarum suarum intelligere. Τὸ *præcipite mihi* hîc non est ex imperio capiendum, sed valet, *petite à me* quæ scire vestrâ interest; ego ea patefacere paratus sum, ut ex his consolationem percipiatis. Sed quoniam coactus esset hic loquendi modus, simplicior & aptior est prior sensus [z]. [Alii locum sic reddunt;] *Num interrogatis me de rebus venturis*? (id est, de iis quæ facere cogito [a]?) *de filiis meis & de opere manuum mearum mihi præcipietis?* vel *præscribetis?* Angl. sim. Q. in Belg. Præsumetis me instruere quomodo me geram erga populum meum? Vide Esa. 40. 13, 14. & Rom. 11. 34. Ità aptè convenit cum v. 9. & 10. & clariùs explicat quid similitudines istæ innuunt, nimiam scilicet audaciam esse ut homo Deum doceat sive redarguat [*]. Ironia est; q.d. Estne vestrum mihi mandare quid facere, & quomodo filios meos regere, debeam [b]? Al. Objectio est ironica in Babylonios; Agitè, inquit Deus, negate ista, siquidem vultis; aut, si potestis, impedite: sed tamen signa præsentia jam satis evincunt dictorum meorum veritatem, sequente versu: opus autem meum cui obsistitis, vobis invitis, suo tempore consummabo, v. 13 [c]. *Quæ ventura sunt petite à me, de filiis meis* (i. e. Judæis liberandis †) *& de opere manuum mearum* (i. e. toto eo quod me denunciavi per Cyrum effecturum esse *) *interdicite mihi*, JT. Verbum צַוֵּה interdum valet, *prohibere*, ut Deut. 2. 37. Esa. 5. 6 [d]. *Ventura interrogate me super filios meos*, (Quærite à me quid ego facere velim de illo populo quem ut filium amplector;) *& super opus manuum mearum præcipite mihi*, i. e. impedite, si potestis, nè quod volo de illis faciam. Ità experiemini quid vos possitis, & quid ego possim *.

12. *Ego, manus*, &c. אֲנִי יָדַי וגו'] *Ego, manus* (vel, *Ego* cujus *manus*, Calv. *Ego* sum cujus *manus*, M. Ti. V. *Ad me quod attinet, manus*, Pi. *Ego*, nempe *manus*, Ang.) *meæ tetenderunt*, vel *extenderunt*, *cœlos*, Mo. P. &c. *Ego* sum qui *manibus meis extendi*, &c. Gal. sim. Ca. Dicta sua confirmat à signis & elementis rerum naturalium [f]. q. d. Cùm homines stent in suo gradu, egóne, cujus sapientia & virtus in cœlo & terra relucet, protervè interrogabor, & trahar in reatum, adeóque infra communem hominum sortem detrudar [g]? ¶ *Et omni militiæ eorum mandavi*] Ità M. sim. P. Mo. vel, *impero*, Ti. G. i. e. Mandato feci, vel solo verbo & jussu [h]. Vide suprà 40. 26. Quomodo ergò vos mea decreta impediretis, quibus & astra parent [i]? Cur ergò me in jus vocatis, acsi legibus vestris subjacerem? Cur mihi non tribuitis ut opus meum prout visum fuerit administrem [k]? Ego, qui omnia rego, annon solicitus ero de familia mea? Argumentum à minori ad majus [l].

13. *Ego suscitavi* (vel, *excitavi*, Calv. Ang. &c. *excitabo*, Pi. evexi ad Regnum [m],) *eum* (nempe Cyrum [n]) *ad justitiam*] Id est, ut ea quæ justa & æqua sunt faceret [o]. ¶ בְּצֶדֶק] *Propter justitiam*, i. e. ut exerceat justitiam in Babylonios, & remittat populum meum in patriam [p]. *Justè*, JT. Pi. prout justitia mea denunciat peccatis vestris, & justè effectura est ad meorum liberationem [q]. *In veritate*, Angl. ut v. 23. ut ostendam fidelitatem promissionum, &c [r]. Justè & veraciter; q. d. quia [Deus] fidelis est Ecclesiæ custos, nec cultores suos frustratur. *Justitia* sæpe pro fide accipitur †. *In*, vel *cum*, *justitia*, P. Pi. Calv. For. Ang. &c. i. e. Vel, 1. ex mea bonitate, (ut *justitia* sæpe sumitur;) nullis provocatus meritis, sed tantùm quia justus & sanctus sum: quare non est quòd quispiam quærat quare non antea, quare non aliter, &c. sed quòd gratias agat. Vel, 2. cum summa æquitate, pensatis, ut in re tam ardua oportuit, omnibus temporis, loci, &c. circumstantiis [t]. ¶ *Omnes vias ejus* (per quas profecturus est adversùs Babylonios [v]) *dirigam*; ità Mo. P. Calv. &c. אֲיַשֵּׁר] *Æquabo*, Pi. sim. JT. *rectificabo*, i. e. efficiam ut rectâ eat [x]. Successus ipsi admirandos dabo, ut suprà hoc cap. 1, 2 [y]. ¶ *Ædificabit*] Id est, ædificari curabit [z]. ¶ *Civitatem meam*] Nempe Hierosolymam [a]. i. e. Templum, partem urbis potissimam. Vide 2 Par. 36. 23 [b]. ¶ *Et*, &c. וְגָלוּתִי] *Et deportatos meos*, JT. Pi. Judæos scilicet [c]; populum meum captivum [d]. Heb. *migrationem* (vel, *captivitatem*, Mo. P. M. &c.) *meam*, Pi. ¶ *Non in pretio*, &c.] Sed gratis *, præter morem victorum [f]; nihil pro tanto beneficio ab Judæis aut accepturus, aut postulaturus. Describit animum ejus verè Regalem [g]. Sed hæc omnia multò magis Christo conveniunt, quem in Cyro potissimùm intuebatur Esaias, ut patebit singula consideranti [h]. Cyrus hoc fecit inchoatè, Christus tantùm perfectè [i]. Patres magno consensu de Christo accipiunt [k].

14. *Labor Ægypti*, (i.e. Opes labore partæ [l]; facultates [m]: vel potiùs, laboribus dediti Ægyptii, divites ex labore & agricultura [n]:) *& negotiatio* (vel, *merx*, sive *merces*, JT. M. Ti. Ca.) *Æthiopiæ*] Sic Pi. vel, *Chus*, Mo. P. &c. i. e. pecunia quam negotiando acquisiverat *: vel negotiosi Æthiopes [o]. ¶ *Et Sabaim*, &c. וּסְבָאִים אַנְשֵׁי מִדָּה עָלַיִךְ יַעֲבֹרוּ וגו'] *Et Sebaim* (vel, *Sabæorum*, JT. Pi. Ca. *Sabæi*, Calv.) *viri mensuræ* (i.e. staturæ proceræ [p], quales erant Sabæi. Vide Agatharcidem, l. 5. c. 50 [q]. Vel, *virorum magnorum*, Ti. *procerorum*, JT. Pi. sic Ca. i. e. potentissimorum agro & mercibus *. Dicuntur *viri mensuræ*, i. e. ad quos metiendos opus est mensurâ magnâ sive longâ, propter proceritatem. Sic Num. 13. 33. 1 Par. 11. 23. & 20. 6 [r]. *Viri excelsi*, o'. *viri præstantes*, Ar. sim. Sy. *viri negotiatores*, Ch. *Virorum mensuræ*, i.e. mercatorum, qui sic dicuntur, quòd mensuris utantur †.) *super* (vel, *ad*, Ti. JT. Ca. &c.) *te transibunt, & tibi*, vel *tui*, vel *tua*, *erunt*, Mo. P. Calv. JT. &c. *Ad te*: Quem? Resp. 1. Ad te, Cyre [t]. Sensus est, Quia mercede nullâ adductus, Cyre, rem facies tam egregiam, ego ultro tibi mercedem dabo. Ægyptii, Æthiopes, Sabæi in Babyloniorum fuerant partibus, & pariter cum eis cæsi, capti, spoliati sunt eo prælio quo ad Babylonem victor extitit Cyrus. Erant autem populi illi ditissimi. De Ægypto vide 1 Reg. 10. 28. de Æthiopibus, Job. 28. 19. Psal. 68. 32. de Sabæis, Plin. 6. 28. *Sabæi Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus* †. Omnes has nationes Cyro subjectas fuisse constat ex Xenophonte, qui Imperium illius terminat ab oriente mari Rubro, ab occidente Ægypto, à meridie Æthiopiâ, ab Aquilone ponto Euxino *. 2. Ad te, ô deportatio mea [x]; ô tu captiva, vel, ô civitas mea [y]: nam omnia pronomina (quorum hîc sex occurrunt [z]) sunt fœminina [a]; & referuntur vel, 1. ad nomen עִירִי *, ad Jerusalem, de qua v. præced. q. d. Parùm est quòd remitteris & reædificaberis, imò verò major te manet felicitas, nam *Labor Ægypti*, &c [b]; vel potiùs, 2. ad præced. גָלוּתִי [c]. Non Cyro, sed soli Christo, conveniunt ea quæ sequuntur, *te adorabunt*, &c [d]. Alludit hîc ad sumptus quos Cyrus (cui Ægyptus & Æthiopia tributariæ erant) extruendo Templo suppeditavit. Sed hoc præludium tantum erat instaurationis illius sub Christo, & obsequii quod tunc variæ nationes Ecclesiæ Dei præstiterunt. Ideo Dominus populum redemit è Babylone, ut Ecclesiam conservaret usque in adventum Christi, cui omnes populi (qui hîc sub nomine Ægypti, Æthiopiæ,

piæ,&c. continentur,) subjiciendi erant. Ideóque nihil mirum si, de reditu populi verba faciens, Propheta ad finem & consilium Dei simul orationem suam dirigat, faciátque unicam redemptionem*. Hæc non possunt referri ad reditum ex Babylone,(neque enim post illum Ægyptus, Æthiopia, &c. Judæos coluerunt tanquam magistratus suos;) sed ad tempora Evangelii, quum Evangelium amplexi sunt, tum Æthiops ille Act. 8. tum Ægyptii plurimi, ut ecclesiastica historia testatur[f]. Ostendit Deus se hoc tantùm fine ista effecturum esse, ut promoveat Regnum Christi, qui fundamentum est & finis omnium prophetiarum. Quamobrem prædicuntur duo: 1. Gentes his principiis adductum iri ad colendum Deum, quatuor versibus; 2. Deum illos ultro vocaturum esse, aucturum, & confirmaturum in notitia & fide in Christum, à v. 18. ad finem cap[g]. Al. *Ad te* (nempe Hierosolymam) *transibunt opes & merces Ægyptiorum & Æthiopum*; de quo & suprà cap. 43. dixit. Nam cùm Sanherib Rex Assur oppugnaret Jerosolymam, distrahebatur per Ægyptios & Æthiopes: & cùm illos vicisset, & bona eorum diripuisset, & reversus [esset] contra Jerusalem, percussus fuit exercitus ejus ab Angelo unâ nocte, & reliquit Jerosolymitanis omnes opes memoratarum gentium[h]. Sed alienum hoc est & frigidum, necnon dubium & incertum[i]. ¶ *Post te ambulabunt*] Vel, *Te sequentur*, JT. Pi. scilicet populi illi[k]: personati illi seu magnifici viri quos Rex Assur secum habuit in exercitu, & quos cepit in pugna quam habuit cum Ægyptiis & Æthiopibus[l]. *Post te*, ut captivi post victorem triumphantem[m]. ¶ *Vincti*, &c. בַּזִּקִּים יַעֲבֹרוּ] *Compediti* (vel, *In compedibus*, M. P. Ti. Mo. *Cum manicis*, sive vinculis manuum[n],) *transibunt*, JT. &c. ut captivi[o]. Designat omnimodam subjectionem[p]. De Cyro verum hoc est literaliter[q]; q. d. bello subacti[r]: de Christo, spiritualiter†; *vincti manicis*, potentis nempe & efficacis gratiæ; *cujus vincula adamante sunt fortiora*, inquit Ambros[t]. q. d. Intelligent se victos esse per veritatem cœlestem & efficaciam Spiritûs Sancti[v]. ¶ *Et te adorabunt*] Coram te se prosternent, more Orientis. Hunc honorem inter Persas Cyro primùm delatum ait Arrianus. Apud alias gentes erat satis antiquus[x]. ¶ *Téque deprecabuntur*] Sic Psal. 45. 13. & 72. 15[y]. ¶ *Tantùm*, &c. אַךְ בָּךְ אֵל וְאֵין עוֹד אֶפֶס אֱלֹהִים] *Tantùm* (vel, *Utique*, Calv. *Profectò*, For. *Denique*, Ca. Dicentes, *Tantùm*, JT. Pi. Dicentes, *Utique*, Ang. ellipsis participii, ut Psal. 105. 15[z].) *in te Deus*, (sub. *est*, M. P. &c. vel, *erit*, Ca.) *& non ampliùs præter Deum*, Mo. M. vel, *præter quem nullus* (vel, *non*, G.) *Deus* est, Ti. sim. Ca. *& nullus* est *ultrà*, *non* est *Deus*, P. Ang. sub. *præter Deum Israelis*, V. *& nullus* est *præterea*, *nusquam præterea Deus* est, Pi. JT. *& non ampliùs nisi Deus*, i. e. non ampliùs alius deus quærendus nisi is Deus qui in te est[a]. *In te*, i.e. vel, 1. tecum, ô Cyre[b]. Deus est qui in te pugnat & vincit; non est, inquam, extra te Deus, i. e. non abesta te. Hinc tam facilis Cyro victoriarum cursus[c]. Vel, 2. *in te*, ô Christe, ut Exod. 23. 21. Joh. 1. 2. & 14. 10. &c[d]. In te hypostaticè*, & corporaliter, Col. 2. 9[f]. & superexcellenter, per tanta dona Christo communicata[g]. Vel, 3. *in te*, ô Ecclesia[h]. q.d. Vos soli estis qui verum Deum colitis. O vos felices, inter quos Deus inhabitat! O nos felices, si vobis, tanquam dominis, inservire licet! Quis posset sic animum hominis immutare, affectus domare, nisi verus Deus[i]?

15. *Verè*, &c. אָכֵן אַתָּה אֵל מִסְתַּתֵּר] *Verè*, vel *Utique*, (vel, *Omnino*, Ti.) *tu es Deus abscondens te*, P. sic Mo. M. &c. vel, *absconditus*, Ti. Aq. in G. *latens*, aut *delitescens*, V. κρυφαῖος, Th. i. e. *admirabilis*, G. Hic Esaias iterum loqui incipit[k]. [Variè explicant.] Qui potentiam tuam occultas, quæ tantùm in Judæa nota est[l]. Qui abscondis te Gentibus, populo tuo te patefacis[m]. Al. Qui naturâ invisibilis es, quum dii gentium videantur, &c[n]. Al. De Christo hæc dicit, Cyrum tamen respiciens: q.d. Sicut in Cyro occultè salutem Judæorum operatus est Deus, & quasi abscondit se; ità multò magis in Christo, homine, paupere, &c. abscondet se Deitas, &c[o]. In tam vili creatura tantus Deus tam occultè latens, operans, relucens[p]. Qui reticuisti apud Gentes mysterium Redemptionis, &c[q].

* Calv. | f Calov. sim. For. | g Jun. | h M. | i Calov. sim. For. | k Ti. | l M. | m Ang. | n For. | o Ang. | p For. | q Ang. | r T. | † Ang. | t T. | v Pi. | x G. | y Ang. | z Ang. | a For. | b G. Ang. | c San. | d Ang. | * T. | f Me. | g T. | h Ang. For. | i For. | k G. sim. Pi. | l V. | m Q. in Calv. | n For. | o Me. | p T. ex Hi. & Hil. Amb. &c. | q Belg. et Jun.

Al. *Absconditus* hîc dicitur Deus, quia in Cyro pugnabat usque adeò occultè, ut nec ipse cognoverit[r]. Al. *Absconditus* dicitur, quia non statim patent oculis quæ promisit†: quia populum in calamitatibus ad tempus deserit[t], & se subducere atque occultare videtur; ut sciamus patientiâ opus esse ut promissis fruamur[v]. ¶ *Servator*] Explicat Deum in modo servandæ Ecclesiæ se abscondere, nec subitò se nobis ingerere, neque oculis patere, sed velut in tenebris latere velle, &c[x].

16. *Confusi sunt*, &c.] q.d. Gentes, tametsi ad tempus floreant, Deúsque illis propitius esse videatur, peribunt tamen, &c. Occurrit itaque gravi tentationi, quâ solicitari poterant quum Gentes prosperis rebus frui viderent†. ¶ *Fabricatores errorum*: Chaldæi astrologi[y]: צִירִים] *Sculptilium*, M. P. sim. Ti. JT. Ca. Pi. Ch. Sy. *torminum*, Mo. *angustiarum*, sive *dolorum*. Sic vocantur idola ab effectu, quia cultoribus suis dolores afferunt[z].

17. *Salute æternâ*] Ità P. M. &c. vel, *seculorum*, Mo. G. i.e. in longum duraturâ[a]. Imò, in æternum, ut sequitur[b]. Significat Israelem nullo seculo deserendum à Domino, Deúmque non esse temporarium populi sui servatorem, &c[c].

18. *Non*, &c. לֹא תֹהוּ וגו׳] *Non* (vel, *qui non*, JT. Pi.) *inanitatem* (vel, ad *inanitatem*, JT. Pi. *in vanum*, P. Ar. Ch. ο'. *frustrà*, Sy. For. *ut rem vanam*, M. *ut vasta esset*, Ti. *vacuam*, V. *inertem*, Ca. *inanem*, Calv. *inordinationem*, i. e. ut inordinata & rudis perpetuò esset[d]; ut suâ inanitate deformis ac vasta esset*;) *creavit eam*, Mo. &c. Terram, vel, 1. Judæam: vult eam rursus habitari & coli[f]. Reducam vos per Cyrum in Judæam; non enim frustrà creavi eam, ut esset & maneret deserta[g]. Vel, 2. universam; quam in usum hominum destinavit, ut omnes, etiam impios, aleret & sustineret. Argumentum est à minori ad majus, ut v. 12. q.d. Providentia Dei ad omnes creaturas extenditur, multò magis ad filios suos[h]. Hebræi hinc inferre volunt, etiam post Resurrectionem terram non fore inanem[i]. Non vult Deus, profligatis hostibus & idolis, terram desertam esse, sed habitari à suis; ac proinde statuit Gentes cum Judæis in Ecclesiam cooptare[k].

19. *Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso*] Sic M. ο'. vel, *tenebrositatis*, Mo. *tenebrarum*, P. *obscuro*, Ti. *tenebrosæ*, JT. Pi. V. sic Ca. in antro obscuro[l], ut necromantes, aut Apollinis vates[m]. Alludit ad vaticinia quæ ex antris & tripodibus idolorum dabantur[n]. Tribus notis [Deus hoc versu] se à diis Gentium discernit. Dii Gentium audiebantur ex antris & locis ad fraudem idoneis. Vide Scholiasten ad illud Papinii fine primi Thebaidos, —*seu Persei sub rupibus antri*[o]. Non locutus sum ut Dæmones lucifugæ[p], ex ventre pythonum, &c[q]. responsis ambiguis & flexiloquis, &c[r]; sed publicè & palàm, clarâ voce, mediâ luce, ut olim in Sinai & Hierosolymis, &c†. quod & nunc facio[t]. Vide Johan. 18. 20[v]. ¶ *Non dixi semini Jacob, Frustrà* (vel, *Vanè*, Mo. *Inaniter*, JT. Pi. *In vanum*, P.) *quærite me*; sic Ti. &c. vel, *timorem mei*, Ch. תֹהוּ וגו׳] Cum *inanitate*, Pi. *nequicquam ut me requirant*, Ca. Quidam istud *frustrà* negationi adjungunt, sic, *Non frustrà dixi semini Jacob, Quærite me*[x]. Idola frustrà coluntur, nullo præmio, nullo fructu: Deus verò cultoribus suis amplissima dat præmia, v.g. Canaanitidem, & tot adjunctas terras, ac demum etiam cœlum[y]. Dii Gentium cultores suos stantes servare, vel prostratos erigere, non valent[z]. ¶ *Ego Dominus loquens justitiam*, &c.] Sine ulla fraude, &c[a]. Apud Babylonios recepto ritu omnes fœminæ corpus vulgabant, idque in honorem Veneris, quam *Mylittam* vocabant. Vide Herod. Clio. Dei lex custos castitatis[b].

20. *Congregamini*,——*qui*, &c. פְּלִיטֵי הַגּוֹיִם] *Abjecti gentium*, P. Calv. i. e. qui inter Gentes estis abjectissimi[c]. Al. *qui præcipui estis in gentibus*, M. Qui dignitate, opibus, potentiâ & scientiâ inter Gentes præcellunt; qui in conspectu Dei nihili sunt, tametsi ab hominibus magni æstimentur[d]. Imitatus sum hoc loco D. Kimhi, qui פליט exponit pro פָּרִיץ. AE. exponit pro Babyloniis*. *Liberati gentium*, Mo. *emoti gentium*; q. d. ab extremis terræ†. *Qui evasistis* (vel, *servamini*, ο'. *evasuri estis*, Sy. ô *salvandi*, Ar.) *ex gentibus*, Ti. JT. sim. Ch. Ca. Id est, vel, 1. reduces è Babylone[f]; vel,

r San. | † Calv. | t Pi. sic Ang. | v Calv. | x Idem. | † Idem. | y G. | z Pi. | a G. | b Calov. | c Musc. | d For. | * Calv. | f G. | g Me. | h Calv. | i G. | k Jun. | l V. | m Ca. | n Calv. | o G. | p Me sic Ti. | q T. | r Ang. | † T. sim. | t Ang. | v Me. | x V. | y T. | z G. | a Calv. | b G. | c V. | d Q. in V. | * M. | † Al. in V. | f For. sic San. T.

vel, 2. qui à Gentilismo ad Christum convertimini [g]: vel, 3. vos Chaldæi [h], qui superstites eritis ex cladibus Cyri [i]. Quicunque idolorum causam defenditis, convenite, & afferte, si quid habetis quod iis quæ dixi opponatis pro causa idolorum [k]. Agitur hîc de universali vocatione Gentium, ut apparet ex versu 22 [l]. ¶ *Nescierunt*, &c. לֹא יָדְעוּ הַנֹּשְׂאִים אֶת עֵץ פִּסְלָם וּמִתְפַּלְלִים וגו׳] *Non* (vel, *Nihil*, M. P. Ti. Calv.) *cognoverunt* (Earum quas dixi rerum nihil nôrunt [m]: *Nullam habent scientiam*, Ang. *Non sciunt* quicquam, Pi. Qui *ignari erant*, JT. i. e. Qui priùs alieni erant à Deo & promissionibus ejus, Eph. c. 2. v. 12 [n].) *extollentes*, sive *qui extollunt*, (vel, *qui gestant*, sive *portant*, Pi. Belg. ο'. Ar. *gestantes*, JT. scil. humeris collocatum in thensis [o], ritu Babylonico sive Gentilico [p], ut in processionibus factum [q]; vide Esa. 46. 7. Jer. 10. 5 [r]: *qui tollunt*, Ch. *qui ferunt*, P. *qui reverentur*, M. *qui efferunt*, Calv. i. e. in alto & eminenti loco collocant [*],) *lignum sculptilis sui*, Mo. P. M. JT. (vel, *ligneum simulacrum*, Ti. *ligna sculptilia sua*, Pi. qui erigunt statuas, quas sculpi fecerunt [†];) *& orantes*, sive *qui orant*, *ad deum* (vel, *& obsecrantur deum*, M. *& deprecantur deum*, Pi. *& deprecantes pro deo forti*, JT.) *non salvabit*, Mo. vel, qui *non servat*, P. Sy. qui *salvare non potest*, M. sic Pi. Ar. sim. Ti. JT. i. e. nullarum virium [t]. Ellipsis relativi, ut Esa. 30. 5, 6. & futurum potentialiter sumptum. Vide Esa. 44. 17. Jer. 2. 27, 28 [v]. [Sy. sic, *Et ignoratis tulisse vos lignum sculptum, & oravisse deum qui non salvat*. Ca. totum versum sic reddit, *Coïte & venite congregati eòdem qui externos evasistis adeò imperitos, ut simulacri sui lignum ferant, deúmque precentur non servaturum*.] Sensus, q. d. Quicunque hominum evaditis ex quovis periculo, dicite si quid auxilii ab idolis experti estis: deinde quasi per parenthesin infert, *Nescierunt*, &c. quasi sit correctio quædam, Quid eos voco aut compello? stipites sunt, non homines, *qui levant*, &c [x]. Frustrà eos provoco ad defendendam idolorum suorum causam; scio enim omnes mecum dicturos, cæcos & stolidos esse omnes idololatras [y].

21. *Annunciate, & venite*, וְהַגִּישׁוּ] *Et adducite*, Calv. Ti. *accedere facite*, Mo. P. *admovete*, JT. Pi. sub. *vos*, Pi. vel, sub. *illos*, Ang. vel, sub. *quosque*, M. *& proferte*, Ca. ¶ *Et*, &c. אַף יִוָּעֲצוּ וגו׳] *Etiam consultent simul*, Calv. *ut pariter consilium ineant*, M. Ti. *idque collatis consiliis*, Ca. ut quod uni non occurrit, alter suggerat [z], pro deitate idolorum [a]. Orationem, quam interruperat Gentium sortem commiseratus, repetit [b]. Reputate apud vos quid dicto factóque opus sit, &c [c]. Significat Propheta, tum, 1. hostes Judæorum, quantumvis inter se conspirent, nihil profecturos; tum fortè, 2. evanidam esse speciem & fucum quicquid excogitant increduli ad excusandos suos errores. Ergò utcunque sua figmenta venditent, in Verbo Dei satis fulturæ esse nè labascat fides [d]. Al. Vocate alii alios, convenite, & consilia inite fidei & pœnitentiæ [*]. ¶ *Quis* (idolorum [f]) *auditum fecit* (vel, *audire fecit*, P. sim. Pi. i. e. narravit, sive prædixit [g],) *hoc*, &c?] Cum omnibus circumstantiis suis, ut ego feci. Loquitur rursum quasi illis temporibus, Cyro victore, & Judæos restituente [h]. Vel, *hæc*, sc. vel, quæ expertæ fuerant Gentes, dum preces irritas ad simulacra fundunt; vel, quæ hactenus commemorata sunt ab Abraham usque ad Esaiæ tempora [i]. Vide dicta ad Esa. 44. 8 [†].

22. *Convertimini* (vel, *Respicite*, M. P. Mo. Ang. *Accedite*, Sy. *Recipite vos*, Ca. *Respicite* ergò, Ti.) *ad me*] Ità ο'. sic Ar. Ut servus ad dominum, &c. Psal. 123. 2. vide & 2 Par. 20. 12; vel, ut Judæi ad serpentem æneum, Num. 21. 8, 9 [k]: abdicatis idolis. Quod multos illis temporibus fecisse omnino credibile est: sed ut id nihil esset ad eam mutationem quam Christus effecit [l]. *Aspicite ad verbum meum*, Ch. ¶ *Et*, &c. וְהִוָּשְׁעוּ וגו׳] *Et* (vel, *ut*, M. Ar.) *salvamini*, (vel, *servemini*, JT. Pi. *salvi eritis*, Ti. P.) *omnes fines terræ*, Mo. sic Ca. i. e. omnes ubique homines [m]. Bene explicant Græci, οἱ ἀπ᾽ ἐσχάτου τῆς γῆς, (*qui ab extremis terræ* [n].) Insigne testimonium vocationis Gentium [o]. Ostenderat priùs quàm vana sit simulacrorum religio, & spes illa quæ ex eorum promissione pendet: jam suis cultoribus salutem promittit, &c [p]. Dirutâ maceriâ, omnes promiscuè Dominus ad se invitat. Id facit, tum ut admoneat, Gentes frustrà colere falsos deos, se verò solum esse verum Deum & Servatorem; tum ut simul declaret, non delectari se perditione hominum, sed paratum esse ad servandum omnes qui se colunt [q]. Puto tamen hæc non modò ad salutem spiritualem & æternam, sed etiam ad temporariam, pertinere. Nam sicut neutrum ab idolis, ità utrumque à Deo, obtineri poterit [r]. ¶ *Et*, &c. וְאֵין עוֹד] *Et non* (vel, *nullus*, Ti. JT. Pi. sub. *est*, M. P.) *ampliùs*, vel *ultrà*, Mo. P. Ti. vel, *præterea*, JT. Pi. *alius*, M. Vulg. ο'. Ch. Ar. *Quo excepto nullus est*, Ca. Quid ergò superest nisi ut ad me respiciant qui servari cupiunt [†]?

23. *In*, &c. בִּי וגו׳] *Per me juravi*, Mo. P. M. &c. vel, *juro*, Ca. Jurandi forma h. l. magnum aliquid portendit [r], & insolitum; Gentium scil. vocationem. Jurat per se, quia ipso nihil melius, aut superius [v]. *Per verbum meum juravi*, Ch. ¶ *Egredietur*, &c. יָצָא מִפִּי צְדָקָה דָּבָר וְלֹא יָשׁוּב] *Exiit*, vel *Prodiit*, (vel, *proferens*, Ca.) *ex ore meo justitia verbum*, Mo. For. (q. d. haud vulgaris gratia; ut *justitia* pro *beneficentia* sumatur. Vel, jurat Deus daturum se mundo Christum, qui est & *Justitia* & *Verbum* Patris [x]. Al. *justitiæ verbum*, G. ex Vulg. Belg. Sy. i. e. dictum verissimum [y]; sententia justissima [z]: *justum verbum*, Ca. Significat nihil hîc Deum exigere ab homine quod justum non sit; debetur enim Creatori obedientia, &c [a]. In *justitia verbum*, M. P. Ch. Gal. Ang. Calv. q. d. Non temere ex ore meo fluxit hoc edictum, nec fallax est verbum, sed firmum ac stabile erit: quo sensu *justitia* sæpe in S. S. accipitur [b]. *Justè verbum*, JT. Pi. i. e. cum justitia, h. e. bonâ fide [c]. *Justitia, verbum*, Ti. *veritas, verbum*, vel, in *veritate verbum*. צְדָקָה hîc, ut Esa. 41. 26. sign. *veritatem* [d].) *&* (vel, *quod*, Ti. JT. Pi. Calv. Di.) *non revertetur*, Mo. Pi. P. vel, *retrocedet*, Ti. sim. M. *revocabitur*, JT. sim. Ca. sine effectu [*]. Non erit irritum; ut legati qui revertuntur re infectâ [f]. Revertitur aliquis quum longiùs progredi aliquâ difficultate prohibetur: docet ergò nihil esse quod cursum hujus verbi impediat aut retardet [g]. ¶ *Mihi curvabitur omne genu, & jurabit* (sub. *mihi*, Ti. vel, *per me*, P. *per nomen meum*, M.) *omnis lingua*; sic Mo. &c. *Mibi incurvatum iri*, &c. JT. Nempe, *mihi incurvatum iri*, &c. Pi. כִּי לִי תִּכְרַע וגו׳] Illud *omne* hîc non sine exceptione sumendum ostendit quod sequitur, *pudefient*, &c. Ergò intelligendum, de plurimis gentibus futuros aliquos qui veniant invocatum Deum verum in ambitu Templi, ut prædictum 1 Reg. 8. 41, 42. Præterea, multos etiam domi Deum verum culturos, ut Neheman [sive Naaman] fecerat. Cultus autem, quod est nomen generis, per juramentum, i. e. speciem suam, explicatur populariter [h]. Sed locum hunc pessimè pervertit Grotius. Ad Christum & conversionem omnium hæc pertinere multa evincunt. 1. Τὸ *respicite ad me*, quod fidei est, Joh. 3. 15. 2. Qui hîc loquitur dicitur unicus *Salvator*, v. 21. qui certè Christus est, Act. 4. 12. Vide & Matt. 1. 21. Joh. 3. 16. 3. Vocationem Gentium hîc respici probat, quod ad Christum respicere jubentur *omnes fines terræ*, (sine ulla distinctione, juxta Rom. 10. 12. *Non est distinctio*, &c.) & omnes qui *genua curvare* debent, & qui coram tribunali Domini sistendi sunt. 4. De Christo hæc explicantur in N. T. Vide Rom. 14. 11. 5. Christum apertè respicit symbolum confessionis hîc propositum, v. penult. *In Domino* (Christo) *sunt justitiæ & fortitudo*: quod symbolum etiam præscribitur Jer. 23. 6. quòd nempe vocaturi sint fideles Christum, *Jehovah justitia nostra*. 6. De Messia hunc locum (sicut & v. 25.) accipit RS. post Chald. qui v. 17. ità exponit, *Israel salvatus erit in Verbo Domini*; per quod Messiam intelligit [i]. Particulam כִּי expositivè accipio, q. d. Hoc verbum, &c. est, *Quod mihi flectetur omne genu*, &c. q. d. Gentes omnes mihi supplices erunt, me cognoscent & colent & profitebuntur. Vides hîc cum animi cultu etiam externam professionem requiri. Vide 1 Reg. 19. 18. Psal. 116. 10. Rom. 10. 10. Rem hîc à signo notavit [Propheta,] ut sæpius fieri solet [k]. Prophetia hæc ad totum Regni Christi cursum pertinet, præcipuè verò ad ultima Judicii tempora, quando complebitur [l].

24. *Ergò*, &c. אַךְ בַּיהוָה לִי אָמַר צְדָקוֹת וָעֹז] [Variant]

Margin (left column): g Me. sim. T. — h Ang. — i G. sim. Ang. — k Me. — l Med. c. per. l. 6. ad Apoc. 21. 24. — m G. — n Jun. — o Ma. — p San. — q Belg. — r Ang. — * Oecol. in Marl. — † G. — t G. — v Ang. — x Fer. — y Me. — z Me sim. For. — a Me. — b For. — c San. — d Calv. — * Ma. ex Jun. — f Calv. sim. G. — g V. — h G. — i San. — † Ang. — k Ang. — l G. — m Calov. sim. Ang. — n G. — o Calv. sim. San. — p San.

Margin (right column): q Calv. — r San. — † Marl. — r San. — v Calv. — x For. — y G. — z T. — a San. — b Calv. sim. Ang. — c Pi. — d Di. — * Ang. — f G. — g Calv. — h G. — i Calov. — k Calv. — l Calv. sim. Musc. T.

riant.] *Utique in Domino mihi, dixit, justitiæ & fortitudo*, Mo. *Utique in Jehova mihi, dicet, justitiæ*, &c. Calv. *Utique in Domino sunt mihi, dicet* jurans, *justitiæ*, &c. M. *Veruntamen per Jehovam mihi (dixit* electus*) justitiæ*, &c. P. *Nempe per Jehovam*, (per nomen illud Dei Israelis; vide quæ ad Matt. 22. 44 [m].) *dicet, meæ sunt justitiæ & imperium*, G. *Ergò* jurando *dicet* omnis lingua, *In Domino*, i. e. Per Deum, Per Christum, (hæc erit formula juramenti,) *meæ sunt justitiæ*, &c. i. e. à me stat justitia, non à parte idolorum [n]. *Tantummodo in Jehova, de me inquiet, omnis justitia & robur est*, JT. Prædicatio Ecclesiæ gloriantis in Christo, quam Christus de se futuram dicit [o]. *Certè, dicet de me*, (ità particula ל usurpatur Gen. 20. 13. Esa. 41. 7 [p].) *in Domino est justitia*, &c. Angl. *Certè, dicet* aliquis, *in Jehova* est *mihi justitia*, &c. Ang. *Dicent de me*, (Dicet quisque credentium,) *Certè, in Jehova sunt justitiæ*, &c. Belg. *Profectò apud Jehovam* (*de me dicet* quisque, scilicet credentium,) *omnis justitia* (tum imputativa, tum inhærens,) *& robur* est, i.e. vires ad obediendum mandatis Dei: q. d. Jehova ista bona possidet, & tribuit suis [q]. *Seque in Jova dicent habere sanè virtutes & potentiam*, Ca. [Ti. hæc verba disjungit, & priorem partem præcedenti versui annectit, hoc modo; vers. 23.——*jurabit mihi omnis lingua, duntaxat in Domino.* (vel, *per Dominum*, Tig. not.) v. 24. *Dixit*, (nempe Dominus, Tig. not.) *Sunt mihi justitiæ & robur.*] Præterit. אָמַר, & fut. [sequens] יָבוֹא, accipio impersonaliter, subintellecto אִישׁ, quo Hebræis nihil familiarius; itáque sic verto, *Utique in Domino, dicetur, sunt mihi justitia & robur: ad ipsum ibitur* [r]. Justitiam & robur, quæ duo sunt præcipua salutis nostræ capita, fideles Deo in solidum adscribunt, & in eo solo quærunt, agnoscentes sibi nihil aut justitiæ aut virium ex seipsis esse †. ¶ *Ad eum*, &c. עָדָיו יָבוֹא] *Usque ad eum veniet*, P. Ti. sic Mo. Calv. M. scil. is qui habet justitiam & fortitudinem Domini [t]. De fidelibus accipio; q. d. Qui genua flectet Domino, jurabítque justitiam, &c. esse in Domino, is utique ad eum veniet, h. e. illi erit conjunctus, ad eum pertinebit. Jucundissimum gratiæ fructum commendat hîc Propheta; quia Deo conjunget homines, quos antè abigebat sua impietas: & significat accessum patêre ad Deum per fidem, ut præsentem eum sentiant quicunque justitiam suam in ipso sitam esse agnoscunt. Et certè nemo, nisi Deo reconciliatus, libenter unquam ad eum accedet, quin potiùs eum longissimè refugiet, &c [v]. *Veniet*, ut priùs, *dicet: adventus erit ad illum*, nempe, ab iis qui priùs descripti sunt [x]. *Ad eúmque pervenietur*, Ca. sive, *ibitur*, Di. [ut antè.] Alii de impiis exponunt [y]. *Ad ipsum* (i.e. ad ipsius tribunal [z]) *venient*, Pi. i. e. venire cogentur, ut judicium subeant, &c [a]. ¶ *Et*, &c. וְיֵבֹשׁוּ כֹּל הַנֶּחֱרִים בּוֹ] *Et* (vel, *At*, Mo. P. sim. Calv. Di.) *confundentur*, vel *pudefient, omnes qui irritant*, vel *provocant, eum*, M. Calv. sic Ti. &c. vel, *succensentes* (vel, qui *exardescunt*, Pi. Di.) *in*, vel *contra, eum*, Mo. P. &c. i. e. impii omnes [c], qui Deum contemnunt, eúmque impœnitentiâ suâ contra se exacerbant [d]: qui rebelles sunt*. Vel, *qui te odio prosequuntur*, Sy. vel, *qui separant se*, ο'. sic Ar. sub. *à Domino*, Ar. [Q. hæc verba cum præcedentibus sic reddunt,] *Dicet, Meæ sunt justitiæ & imperium; ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei*, G. ex Vulg. Hîc lectio quam LXX secuti sunt melior est, nempe לוֹ pro לִי, [initio versûs;] ut illud עָדָיו sit quasi repetitio illius לוֹ, genere loquendi Hebræis non infrequente. Sensus [versûs] est, Dicet quisque illorum ex Gentibus, cùm ista quæ jam diximus videbit, Deum & veracissimum & potentissimum esse, meritóque eos erubescere debere qui se ei opponunt [f]. *Ad ipsum veniat congressurus; at erubescent: quicunque exardescunt contra eum*, erubescent, JT. Provocatio gloriosa in hostes: quasi dicat Ecclesia, Agedum, veniant, si qui pugnâ experiri cum Christo volent [g]; victi cum pudore discedent [h]. [Ch. locum sic reddit, *In verbo ejus confitebuntur, & confundentur in idolis suis omnes populi qui irruebant in populum ejus.*]

25. *In Domino* (vel, *Sed per Dominum*, Pi. sic Angl.) *justificabitur*, &c.] i.e. Propter unius Dei cultum laudem ac gloriam consequetur populus Israeliticus apud omnes bonos qui sunt in Gentibus. Δικαιοῦσθαι sæpe est, *justitiæ* aut *probitatis nomine laudari*, Matt. 11. 19. Luc. 7. 29. & 10. 29. & 16. 15. 1 Tim. 3. 16. Ecclesiastic. 1. 22. & 31. 5 [i]. Adversarii *pudefient*; at Israelitæ *justificabuntur*, i.e. justi pronunciabuntur, &c [k]. contra calumnias hostium, qui hoc prætexebant, se justas crudelitatis erga Israelitas causas habuisse. Vide Esa. 47. 6. Jerem. 50. 7. Dicit ergò Deus, se populi sui sinceritatem probaturum, & justitiam ipsorum causæque suæ ostensurum, &c [l]. Al. *justificabuntur*, id est, justitiam consequentur in Christo [m], per fidem & sacramenta [n]. Hypocritæ se justificant, & de propria justitia gloriantur: at pii tantùm in Domino justificantur & gloriantur [o]. ¶ *Omne* (vel, *totum*, JT. Pi.) *semen Israel*] Id est, vel, 1. corpus Judæorum ex captivitate ereptorum: nam etiam impii *justificari* possunt, quum injuriam passi sunt. Vel, 2. omnes fideles Israelitæ [p]; filii, non carnis, sed promissionis [q]; filii spirituales [r]; Ecclesia Dei ex omnibus gentibus adunata †; tum Judæi, tanquam primogeniti, tum Gentes eidem corpori insitæ. Occurrit objectioni; Absurdum videbatur, Gentes à Deo vocari. An igitur irrita est promissio Abrahæ facta? Respondet, Nequaquam. Quamvis Gentes eligit, Judæi tamen gradum prærogativæ suæ tenebunt: neque enim hîc, ut sæpe alibi, de rejectione Judæorum agitur; sed simpliciter docet, gratiam Dei, quæ se diffundet per totum orbem, orituram ab illo fonte [t].

Marginal notes: m G. — n T. ex Vulg. — o Jun. — p Ang. — q Pi. — r Di. — † Calv. — t M. — v Calv. — x Ang. — y Q. in Musc. — z Pi. Belg. — a Q. in Musc. — c Pi. — d Calv. — * For. — f G. — g Jun. — h Mi. — i G. — k For. sim. San. Ang. — l Ang. — m Jun. sim. — n Plerique in A g. — o Musc. — p Ang. — q For. — r Pi. — † Jun. — t Calv.

CAP. XLVI.

1. *Confractus est* (vel, *Curvavit se*, Mo. Pi. P. sim. Ch. Di. *Concidit*, M. Ti. V. Sy. simil. ο'. Ar. *Procubuit*, JT. *Succumbit*, Ca.) *Bel*, כָּרַע בֵּל] Exornatio narrationis quæ præced. cap. facta est nunc demum incipit, ut diximus suprà 45. 1 [b]. De Gentium conversione, ac proinde de idolorum ruina, præcedente cap. dictum est: nunc autem illa eadem pluribus persequitur [c]. Vaticinium hoc cap. & seq. est illustre de ruina Babylonis, & de liberatione populi Dei [d]. ¶ *Contritus est Nabo*; ità ο'. sic Ar. קֹרֵס נְבוֹ] *Incurvavit se Nebo*, P. Pi. Mo. Verbum קרס hîc tantùm occurrit, & v. seq *. *Succisus est*, G. ex Ch. *corruit*, Ti. Sy. *concidit*, V. *succubuit*, M. *inflectitur*, Di. sim. For. vel, *contorquetur*, seu *incurvatur*, For. *Reflexus est deus vaticinus*, JT. Vocem [נְבוֹ,] quâ Propheta appellativè utitur, accipimus pro idolis omnibus quæ superstitiosi consulebant, à verbo æquè Babyloniis atque Hebræis usitato, quod significat *prophetare*. Hâc loquendi formâ non dubium est quin Propheta ad fatidica illa oracula respexerit quæ religionis specie edebantur. Nam stabant proceræ statuæ; sacerdotes verò, ex tripode aut alio instrumento, veluti deum à tergo consulentes, responsa dabant: jam verò, inquit Propheta, illi reflexi & complicati sunt, ademptáque facultas ampliùs edendi oracula [f]. Sensus, *Bel* & *Nebo*, idola Babyloniorum, dejecti sunt à Medis & Persis [g], qui illa, non ut colerent, sed ad alios usus, deferebant; ideóque contundebant, flectebántque, &c [h]. *Cecidit Belus*, quia Babyloni auxilio esse non potuit. Et solent captis urbibus dirui templa, abripi aut destrui simulacra. C. Flaminius in oratione pro M. Fulvio, *Signa ablata, & cætera facta quæ captis urbibus solent.* Tertul. Apologetico, *Tot de diis quot de gentibus triumphi*: & in libro Adversùs nationes, *Manent & simulacra captiva.* Vide quæ dicta à nobis de J. B. & P. l. 3. c. 20 [i]. *Bel* erat idolum præcipuum [k] & proprium Babyl [l]. בֵּל Babyloniis est qui בַּעַל Phœnicibus, Sol scilicet. *Jovem* hunc vocant Herodotus aliique; non ob stellam Jovis, sed quòd, sicut Græcis Ζεὺς erat deorum summus, ità Sol Babyloniis. Templum ejus augustissimum erat Babylone structum à Nabuchod. ut testatur Berosus. Vide quæ nos ad l. 3. V. R. C. Ejus mentio & in Herod. Clio, & in Hecatæo apud Jos. contra Appion. 1 [m]. *Bel* idem quod *Baal, dominus*, nomen summi idoli apud Assyrios, Persas & Babylonios. Alii Saturnum esse volunt, alii Jovem; alii Solem; quod magis probamus, quia hunc istis pro deo summo habitum

Marginal notes: b Jun. — c San. — d Ang. — * For. — f Jun. — g Pi. — h For. — i G. — k Pi. Ang. &c. — l E. sic T. &c. — m G.

bitum esse, & igni, tanquam illius particulæ, cultum exhibitum, omnes historiæ testantur [n]. *Jovis Beli* apud Babylonios meminêre Herod. l. 1. n. 181. Diod. Sic. l. 2. num. 69. Plin. 6. 26. &c [o]. Fuit Bel, sive Belus, multiplex; Ægyptius, Tyrius, Babylonius, &c. Et ut Tyrius erat Rex vetustus illius regionis, Virg. Æn. 1. ità affirmatur idem de Babylonio, quem Nabuchodonosor (in illa ipsius oratione quam ex Megasthene refert Euseb. Præpar. l. 9.) *progenitorem suum* vocat. Et nonnulli hunc Nimrodum fuisse volunt [p]. *Nabo* est deus alter Babyloniorum; unde nomen habent *Nabonassar*, *Nabopolassar*, *Nabuchodonosor*, *Nabonidus*, & alii Reges Babyloniorum. Fuit autem ariolus aliquis, in deum consecratus à Babyloniis paribus de causis ut Apollo ὁ Λοξίας apud Græcos [q]. Ut Bel videtur fuisse magnus aliquis Monarcha, ità Nabo insignis aliquis pseudopropheta, à *prophetia* sic dictus, quòd ab ipso jam in deos relato per sacerdotes exspectabantur vaticinia. Et ut apud Latinos, licèt Jupiter summus esset deus, non tamen ab illo, sed ab Apolline, oracula exspectabant: ità apud Chaldæos Bel forsan erat ipsorum Jupiter, Nabo verò Apollo. Et hujus forsan erat oraculum illud quod Stephanus Byzantinus eodem pretio Chaldæis, quo illud Apollinis Delphis, fuisse dicit [r]. Belus erat summus deus, cui Nebo quasi secundarius deus adjungebatur, ut Mercurius Jovi. Sub horum nomine cætera etiam idola comprehendit; atque significat, omnes Gentium superstitiones & impios cultus subversum iri, ubi Deus triumphum aget, &c. Quum idolorum præsidio gloriarentur Chaldæi, hanc confidentiam retundit, quia Deus Israelis non modò impiam illam gentem profligabit, sed deos etiam ejus, &c. Et ut certitudinem innuat, dicit in præsenti, *Incurvatur*, &c†. Nam licèt tunc in maxima existimatione erant, reipsa tamen destructioni vicina erant [t]. Forsan alludit hîc ad historiam eversi templi Belis à Xerxe, de qua fusè Strabo, Arrian. & Ælian. Hist. var. 13. 3 [v]. In primariis hisce Chaldæorum idolis à Cyro conterendis significat per Christum abolendam idololatriam [x]. ¶ *Facta sunt*, &c. [הָיוּ עֲצַבֵּיהֶם לַחַיָּה וְלַבְּהֵמָה] *Fuerunt* (vel, *Cesserunt*, Pi. *Fuerunt* imposita, M. Ti. JT. *Erunt*, Calv.) *dolores* (vel, *terricula*, JT. *idola*, M. Ti. Pi. &c.) *eorum bestiis & jumentis*, P. M. Pi. Ti. &c. i. e. Jumenta habuerunt illa, nempe in potestate ipsorum, velut sortem eorum [y]. *Habent eorum statuas bestiæ*, &c. Ca. Captâ Babylone, simulacra diripientur à Persis [z], & bestiis imponentur, ut portentur in Persiam [a]. Al. *Facta sunt sculptilia eorum in bestias & jumenta*, ὁ. *Fuerunt simulacra eorum in similitudinem serpentum & jumentorum*, Ch. q. d. Quid mirum si corruerint hæc idola, quum feras & jumenta pro numinibus colerent [b]? ¶ *Onera*, &c. [נְשֻׂאֹתֵיכֶם עֲמוּסוֹת מַשָּׂא לַעֲיֵפָה] *Gestatricia vestra onerata onere ad lassitudinem*, Mo. *Quæ à vobis sunt gravata, & onerata pondere premente ad fatigationem*. Loquitur ad idola, quæ pondere suo premebant animalia ipsa portantia; quæ sic infirma fuerunt, ut nec se nec jumenta *potuerint liberare*, quin *anima ipsorum*, i.e. ipsamet, *abierint in captivitatem*, à Cyro scilicet avecta. Et per hæc irridet Propheta cæcos homines, qui tales habuerunt deos quos animalia portare oportebat [c]. *Oneribus vestris gravata erunt pondere usque ad defatigationem*, Ti. *Sarcinas vestras adeo ponderosas, onus tantæ lassitudinis*, Ca. *Quæ vos ferebant onerata* erant *onere* nimio, &c. P. Hebræi vertunt ut vertit noster Interpres, [Pagninum intelligit,] qui volunt נְשֻׂאֹתֵיכֶם esse adjectivum animalium gestantium simulacra†. *Gestatrices vestræ*, &c. i. e. bestiæ quæ vos portant, aut vestra onera. Sic & alia participia passiva, cùm nomina sunt, actionem significant. Sic Prov. 28. 17. *Homo* עָשׁוּק *oppressor*; & 30. 1. *Verba* אָגוּר *collectoris*; Jer. 9. v. 8. *Sagitta* שָׁחוּט *mactatrix* [d]. *Onera idolorum suorum gravia sunt portantibus ea, & ipsi sunt lassi*, Ch. Jussu Cyri, aurum & argentum ex quo conflata erant idola per partes impositum est dorsis camelorum & asinorum, &c*. Ità dii vestri facta sunt onera jumentorum, quæ priùs erant *onera vestra*, ô Babylonii, vestris humeris bajulari solita, & vos suo *pondere fatigantia* [f]. *Gestamina vestra onerata oneri sunt defessæ*, JT. sub. *bestiæ*, Jun. in Persidem exportanti. Erant enim aurea pretiosáque

[n] Jun. [o] Ma. [p] Ang. [q] G. † Calv. [t] Musc. [v] Ma. [x] Me. sim. E. [y] For. sim. Me. [z] Calv. [a] Pi. sim. Calv. T. &c. [b] Cas. [c] M. † V. [d] BA. 1. 2. 17. 220. * T. ex For. [f] T.

& gravia multa, ut patet ex Dan. 3. 1 [g]. Ellipsis subjecti, ut Esa. 28. 12. & 40. 29 [h]. *Onera* (Heb. *Gestamina*) *vestra* (i. e. Onera quæ imponitis bestiis: apostrophe ad Persas:) *gravia* sunt, (Heb. *onerata*, i. e. onere prædita, ponderosa,) *oneri* sunt *fessis* bestiis; Heb. *fessæ* bestiæ, collectivè [i]. *Oneribus vestris onerabuntur, pondus erit illis fessis*: q. d. Vos aliò asportabimini, & præ pondere auri & argenti onerabuntur admodum feræ & jumenta*. [Alii hoc membrum cum præcedente sic reddunt,] *Fuerunt dolori bestiis & jumentis, quæ gestando onere pressa sunt ad lassitudinem*. Est χλευασμὸς, (*irrisio*.) Dicit enim gavisura jumenta quòd posthac non futurum sit ut ista idola portando lassescant. Solebant in thensis idola portari. Sic Romanus quidam dicebat tauros & vitulos optare nè Cæsar rediret [k]. Difficultas hîc aliqua est, sed elegantissima, ex sola transpositione orta, quâ Prophetam nostrum passim & suavissimè uti antehac monuimus: quòd nempe מַשָּׂא junxerit in fine cum לַעֲיֵפָה, quod tamen ad præcedentia, nempe ad לַחַיָּה & לַבְּהֵמָה etiam, pertineret. Sic verto, *Fuerunt idola eorum onus bestiæ & jumento, & gestamina vestra onerata defessæ bestiæ* [l].

2. *Contabuerunt*, קָרְסוּ] *Incurvârunt se* Pi. P. Idem verbum quod v. 1 [m]. *Corruerunt*, V. vel, 1. Babylonii [n]; vel, 2. idola, ex v. 1 [a]. ¶ *Non potuerunt*, &c. לֹא יָכְלוּ מַלֵּט מַשָּׂא] *Non potuerunt* (vel, 1. *Babylonii*, JT. Pi. vel, 2. idola [b],) *salvare* (vel, *eripere*, JT. Pi. Ang.) *onus*, Mo. sic Ti. &c. vel, *eruere se ab onere*, P. *subtrahere se oneri*, V. *facere ut evaderent onus*. q. d. Tam pulchri dii sunt, ut suamet idola à captivitate liberare non potuerint [c]. *Et non potuerunt liberare portantes ea*, Ch. sim. Sy. bajulos suos [d]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Onus tantæ lassitudinis, ut collapsa succumbant, nec onus perferre valeant*,] sc. jumenta. Verbum מַלֵּט sign. *liberare*; aliquando tamen, *ad exitum perducere*, ut Esa. 34. 15. *Ibi nidificabit* (impunè) *bubo, &* (pullos) *ad exitum perducet*, prorsúmque nutriet. Sic Gallicè dicimus, *evasisse pullos, nihilque jam metuere*, cùm eò usque nutriti sunt, ut jam injuriam (cui obnoxia est tenera ætas) non metuant. Igitur hîc *tueri* aut *liberare onus* est, eò perferre quò destinaveris. Quod idem intelligendum est in verbis quæ paulò pòst sequuntur, *Idem & feram, & perferam*, v. 4*. ¶ *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. *Etiam*, Di.) *anima eorum* (i. e. ipsi dii, locutione Hebræâ [f]; *idola*, quibus per irrisionem tribuitur anima [g]; *ipsimet*, JT. Pi.) *in captivitatem ibit*] Vel, *abiit*, M. P. Ti. sic Mo. &c. *Anima* interdum rebus sensu carentibus tribuitur, Esa. 10. 18 [h]. Al. *Et cultores eorum*, &c. Ch.

3. *Audite me*, —*residuum* (vel, *reliquiæ*, Calv. &c.) *domus Israel*] *Reliquias* vocando, significat (ut Esa. 10. 22.) plurimos defecisse, & spem liberationis tantùm ad paucos pertinere [i]. Duas Tribus alloquitur, decem tribubus jam antè abductis [k]. Ad eos est sermo qui ex vastatione Chaldæorum superfuerunt, qui fuerunt typus reliquiarum Judæorum quæ Christo credebant, &c†. ¶ *Qui*, &c. הָעֲמֻסִים מִנִּי בֶטֶן הַנְּשֻׂאִים מִנִּי רָחַם] *Onerati* (vel, *qui portamini*, sive *gestamini*, M. Ti. P. Ca. vel, *bajulamini*, JT. Pi. sub. *à me*, P.) *ab utero, portati* (vel, *& portamini*, M. sim. Ti. *qui gestamini*, JT. Pi. sim. P. sub. *à me*, P.) *à vulva*, Mo. P. &c. vel, *à partu*, Ti. Quos ego à prima origine affectu tenerrimo, qualis est matrum, custodivi [l]; nec permisi vos pedibus ambulare, sed humeris meis vos imposui. Fortè meminit eductionis ex Ægypto [m]. Ex eo tempore quo prodiistis è ventre matris bajulavi vos, sicut infans à matre vel nutrice bajulatur [n]; vel, ut filius à patre, Deut. 1. 31; vel, ut pullus ab aquila, Exod. 19. 4. Deut. 32. 11 [o]. Ostendit quantum verus Deus differt ab idolis: hæc plaustris vehenda erant; ille populum suum portavit [p]. Hieron. vertit, *à meo utero*, ut י in מִנִּי sit affixum; ad verb. *à me utero*, i. e. à meo utero [q]. Verùm י in מִנִּי paragogicum est [r], ut Psal. 44. 19. & 74. 22. Esa. c. 30. v. 11. &c†. Mic. 7. 12 [t].

4. *Usque ad senectam ego ipse*] Sic Mo. Ti. Pi. *Portabo vos*, ut sequitur: in hoc matres vincam [v]. ¶ אֲנִי הוּא] *Ego idem*, JT. Ca. Angl. ut Psal. 102. 28 [x]. [Vide Mal. 3. 6.] *Ego sum*, ὁ. Ch. Sy. M. P. sub. *vobiscum*, M. P. ¶ *Ego feci* (sub. *vos*, Pi.) *&* (vel, *itaque*, Pi.) *ego feram*, &c.] Ità Mo. P. &c. vel, *gestabo* vos, Pi. ¶ *Et*

salvabo,

[g] Jun. [h] Ang. [i] Pi. * Q. in V. [k] G. [l] Di. [m] V. [n] Ang. M. [a] Pi. Ang. &c. [b] Ang. Di. [c] Di. [d] G. * Ca. [f] G. [g] For. [h] Ang. [i] Calv. [k] San. † For. [l] G. sim. Ang. [m] For. [n] Pi. [o] Jun. [p] Calv. sim. Ang. For. [q] For. [r] For. Sin. D. misc. 1. 100. Glas. rhet. 1. 7. 114. † Glas. ib. [t] Glas. gram. 4. 1. 4. 655. [x] Ang.

ſalvabo, וַאֲמַלֵּט] *Et perferam*, Ca. *& eruam*, Mo. P. vel, *ſalvabo*, o'. Sy. M. *liberabo*, Ar. *eripiam*, Ti. Pi. ſim. JT. ſub. *vos*, Ar. Pi.

5. *Cui* (vel, *Cui*, quæſo, Ti. *Cui ergò*, Pi.) *aſſimilâſtis* (vel, *aſſimilabitis*, P. Mo. Ti. *aſſimilatis*, M. *aſſimilaretis*, JT. G.) *me?* לְמִי תְדַמְּיוּנִי] Hoc ideo dicit, nè, exemplo idololatrarum corrupti, & feſſi longâ ſervitute, Babyloniorum mores imitarentur. Nam Perſæ imagines non habebant [y]. Interrogatio indignantis; q. d. Cùm ergò dii alii ſtipites ſint & immobiles, ego verò vos feci, &c. *cui*, &c [z]? ¶ *Et feciſtis*, &c? וְנִדְמֶה] *Et aſſimilabor?* Mo. *& ſimilitudo* (vel, *ſimilis*, For.) *ero?* P. *ut ſimiles ſimus?* Pi. ſic JT. *ut* (ſub. *ei*, Ti.) *ſimilis ſim?* M. Ti. Ca.

6. *Qui*, &c. הַזָּלִים וגו'‎] *Qui prodigunt*, ſive *profundunt*, (vel, *effundunt*, Pi. *depromunt*, M. P. ad verb. *Qui abire faciunt*, V. Al. *Qui vilipendunt*, Q. in V. ſic Mo. id eſt, temere profundunt [a]; *vilipendentes* producunt & profundunt. Unum verbum pro duobus, ut ſæpe fit [b]. *Qui abjiciunt*, i. e. profundunt ut rem vilem [c]. *Illi poſtquam prompſerunt*, G.) *aurum è marſupio*, JT. &c. ¶ *Et argentum ſtaterâ*, &c. בַּקָּנֶה יִשְׁקוֹלוּ] *Scapo* (ſcilicet ſtateræ [d]; vel, *in calamo*, Mo. *in ſtatera*, P. M. o'. ſic Ca. *in bilance*, Ti. *in trutina*, G.) *appendent*, JT. Pi. Mo. Ca. vel, *ponderant*, M. ſim. P. *expenderunt*, G. Vel, 1. ut artifici ſolverent. Id in ſolutione factum eſt, Jer. 32. 9, 10 *. Olim pecunia rudis erat, non ſignata; quare non numerabatur, ſed appendebatur [f]. Vel, 2. ut certi ponderis deum acciperent [g]. Idem dixerat Eſa. 41. 7. & 44. 10, &c. quod hîc repetit, ut animis eorum infigat, in quibus ſuperſtitio altiſſimè radices egit, &c [h]. ¶ *Ut*, &c. וְיַעֲשֵׂהוּ אֵל] *Et faciet* (vel, *ut faciat*, M. Pi. *qui faciat*, JT. Ca.) *illud* (vel, *ex illo*, P. M. Ti. JT. Pi.) *deum*, Mo.

7. *Portant illum in humeris*] Vel, 1. ad locum ubi ſtet: vel, 2. foris, ut conſpiciatur, &c [i]. ¶ *Et*, &c. וְיַנִּיחֻהוּ תַחְתָּיו] *Et* (vel, *Deinde*, JT. Pi.) *deponent* (vel, *ponent*, P. *collocant*, Ti. JT. Pi.) *eum ſub ſe*, Mo. For. vel, *pro ſe*, For. *in loco ſuo*, P. Pi. G. ſic M. Ti. *in ſede ſua*, JT. ſic Ca. i. e. ſuper baſin [k]. ¶ *Et*, &c. וַיַּעֲמֹד מִמְּקוֹמוֹ לֹא יָמִישׁ] *Et ſtabit*, Mo. P. (vel, *In quo ſic ſtat*, Ch. *Ubi ſtat*, JT. Pi. *Et* ibi *ſtat*, M. ſim. Ti.) *de loco ſuo non recedet*, Mo. vel, *movebit ſeſe*, P. *movetur*, M. Ti. *recedit*, JT. *ut nequeat moveri*, Ch. ¶ *Et cùm*, &c. אַף יִצְעַק וגו'‎] *Quinetiam clamat ad eum*, &c. Pi. *Si quis clamet*, &c. Calv. *Imò, clamabit* aliquis, &c. Ang. vel, *Quamìs clamet* aliquis, &c. Angl. ſcil. idololatra [l].

8. *Mementote iſtud*] Vel, *hujus*, Mo. JT. ſic Pi. quod jam recenſui [m]; idola eſſe opera hominum, &c [n]. Alloquitur vel, 1. Gentes [o]: vel potiùs, 2. Judæos [p], ad quos pertinent quæ paulò pòſt ſequuntur [q]. ¶ *Et confundamini*] Credo locum in Vulgato depravatum, legendúmque, *fundemini*, i. e. tanquam fundamenta in corde ponite, h.e. altâ mente reponite [r]. ¶ וְהִתְאֹשָׁשׁוּ] *Et præſtate*, ſive *præbete*, *vos viros*, Mo. JT. Pi. V. Ang. Nè remolleſcite; ut, vel metu vel gratiâ Babyloniorum, adoretis idola †. *Viros*, non beſtias, inſtar idololatrarum, Eſa. 45. 20. Jer. 10. 14 [t]: non fœminas [v], quæ meticuloſæ ſunt [x], & facilè decipiuntur [y]. *Et viriliter agite*, M. For. *& ingemiſcite*, o'. ſic Ar. *& animadvertite*, Sy. *& roborate vos*, P. ſim. Ch. Ti. Verbum deducitur vel, 1. ab אִישׁ [z]; vel, 2. ab אֵשׁ *ignis* [a]. *Et erubeſcite*, Calv. *Ardete, comburite vos*: q. d. Erubeſcite de operibus veſtris malis. Qui enim pudore ſuffunduntur videntur quaſi inflammari [b]. Hanc verſionem probo, quia meliùs convenit, ubi retectum eſt illis ſuum dedecus, pudefieri, quàm viriles animos induere [c]. Vel, 3. ab אָשִׁישׁ *fundamentum*, acſi diceret, colligite animos, nolite de auxilio meo deſperare [d]. *Et vos colligite*, Ti. ¶ *Redite*, &c. הָשִׁיבוּ פוֹשְׁעִים עַל לֵב] *Et redite*, (vel, *reducite*, ſive *revocate*, Mo. P. JT. Pi. ſub. *hoc*, vel *illud*, Pi. Ang.) *prævaricatores*, (vel, *ſontes*, Ca. ô *defectores*, JT. ſim. Pi.) *ad* (vel, *ſuper*, Mo.) *cor*, ſive *animum*, Mo. M. Pi. &c. vel, *mentem*, Ca. Significat eos non eſſe ſanæ mentis *. Rectiùs vertas, *Reducite eos qui errant ad ſapientiam*, G. Verbum ſign. *reducere*, vel *reclamare*, Jer. 31. 18. Lam. 5. 21. & *cor* ſæpe ponitur pro *ſapientia*, Prov. 6. 32. & 7. 7. Hoſ. 7. 11. Veruntamen hæc forma loquendi uſitatior eſt in priore ſenſu, Deut. 4. 39. & 30. 1 [f].

[y] G. [z] For. [a] V. [b] Glaſs. gram. 3. 3. 2. 231. [c] For. [d] Pi. * Ang. [f] San. [g] For. [h] Calv. [i] Ang. [k] G. [l] Pi. [m] Muſc. [n] For. [o] Calv. [p] Calv. Pi. &c. [q] Calv. [r] For. † Pi. [t] Ang. [v] For. Ang. [x] Ang. [y] For. [z] For. Ga. &c. [a] He. in V. Calv. [b] V. ex He. [c] Calv. [d] Q. in Calv. * Calv. [f] Ang.

9. *Recordamini prioris ſeculi*, רִאשֹׁנוֹת מֵעוֹלָם] *Priorum* (ſub. *operum meorum*, Pi.) *à ſeculo*, Mo. ſic Calv. JT. vel, quæ *à ſeculo*, P. quæ *jam olim*, Ti. ſub. *contigerunt*, P. M. vel, *facta ſunt*, Ti. Pi. *jam olim præterita*, Ca. Omnia veſtra prædicta cum eventis comparate [g]. *Priorum*, vel, ab initio ſeculorum erga genus humanum; vel, erga pios & fideles, erga patres eorum, &c. Docet Deus, ſe ſat multis documentis oſtendiſſe qualis & quantus ſit [h]. ¶ *Nec eſt*, &c. וְאֶפֶס כָּמוֹנִי] *Et non* (vel, *Neque eſt*, P. *Et nihil* eſt, M. ſim. Ti. Pi. *Et nullus* eſt, V. ſim. JT.) *ſicut ego*, Mo. P. vel, *ſimilis*, ſive *ſimile*, *mihi*, V. M. Ti. Ca. Pi. ſim. JT.

10. *Annuncians* (vel, Ego *indico*, Pi.) *ab exordio* (vel, *principio*, M. JT. &c.) *noviſſimum*] Ità Mo. P. &c. *finem*, JT. *Qui ſecutura præſignifico*, Ca. ſim. V. A longo tempore prænuncians multò pòſt ſecutura [i]. ¶ מַגִּיד מֵרֵאשִׁית אַחֲרִית] *Qui* (vel, *Quòd*, Sy.) *nuncio à principio* (vel, *priùs*, o'.) *poſtrema*, Ti. ſic Sy. o'. ¶ *Dicens, Conſilium meum ſtabit*; ità P. Calv. &c. vel, de Cyro [f]; vel, de Chriſto [g]: אֹמֵר וגו'‎] *Dico*, & *conſilium meum ſtat*, i. e. Præcipio, & idem fit: Quæ loquor eveniunt [h]. A præfatione mox tranſitum ſibi facit ad ſpem liberationis. Nec miremur hæc ſæpius repeti, quia & res videbatur incredibilis, & populus ad credendum tardus erat [i]. Idola nihil aut faciunt, aut prædicunt; & ſi quid dæmones prædicunt, non rarò irritatur: non ità conſilium Dei, &c [k]. Deo hîc adſcribuntur ſumma ac plena voluntatis libertas, & abſolutiſſima poteſtas atque omnipotentia [l].

11. *Vocans* (vel, *Voco*, Ti. JT. Pi.) *ab oriente avem*; ità P. ſim. Mo. Ti. עַיִט] Velocem *ut avem*, P. ſim. Ch. *alites*, Ca. עַיִט nomen eſt collectivum, & ſignificat *turbam avium feralium*, à עוּט *involando celeriter & cum impetu*, more aviùm rapacium. Deſignat exercitum Medorum, &c †. Exercitus in S. S. non ſemel *avis* dicitur. Vide Jer. 48. 40. *extendet alas ſuas*; Ezec. 17. 3. *Aquila magnarum alarum* dicitur Nabuchodonoſor, quia magnas copias in Judæam invexit [m]. *Avem* hîc vocat vel, 1. Nabuchodonoſorum [n]. Vel, 2. Chriſtum [o], qui ab Oriente velociter ad hominum ſalutem advolavit [p]. Vel, 3. Cyrum [q]; ſic dictum vel, 1. à potentia & ſævitia quam in deſtruenda Babylone Divino impulſu exſeruit [r]. עַיִט eſt, *avis rapax*, ſive *prædatrix*, Gen. 15. 11. Jer. 12. 9. à עוּט, quod ſign. *involare* in aliquid, prædam præcipuè. q. d. Qui, inſtar aquilæ vel vulturis ad prædam inhiantis, Job. 9. 26. inſigni cum vehementia Babylonem invaderet †. Vel, 2. à velocitate [t]; q. d. Qui, inſtar avis, leviter celeritérque in Babylonem venit [v]: Qui tam leviter & expeditè difficultates omnes ſuperaturus eſt, quàm ſi prætervolet [x]. Vel, 3. quia naſus ipſi erat aquilinus, ut notat Plutarchus: id quod Ariſtoteli in Phyſiognomicis eſt magnanimitatis indicium [y]. Erat is γρυπὸς, h.e. *naſo adunco*, roſtri aquilini, an vulturini, ſpeciem referente: unde Perſis talis naſi figura ſpecioſiſſima habebatur [z]. Vel, 4. per alluſionem ad auguria, quibus valde intenti erant Chaldæi. Dominus itaq; avem quam non præviderant miſſurum ſe denunciat. Cùm autem עַיִט pro *cogitatione*, ſive *conſilio*, ſive *decreto*, ſumi poſſit, ut Dan. 2. 14. [ubi tamen vox eſt עֵטָא,] (nam epentheſis illa [י] in nomine עַיִט Chaldæis uſitata eſt,) quidam non malè vertunt, *Vocans ab oriente cogitationem*. Interea fieri poteſt ut alludat ad avem: q. d. Subitum erit conſilium, & ſubitus Cyri adventus [a]. Dicit, *ab oriente*, i. e. è Perſide [b], quæ ad Ortum Babylonis reſpectu erat, Eſa. 41. 2, 25 [c]. ¶ *De terra longinqua*] Reſpectu ſive Babylonis, (Aſſyriâ aliíſque provinciis inter has regiones interpoſitis;) ſive Judææ [d]. ¶ *Virum*, &c. אִישׁ עֲצָתִי] *Virum* (vel, *effectorem*, JT. Pi. G.) *conſilii mei*, M. P. Mo. Calv. &c. de Babylonia occupanda, & populo meo indè dimittendo *. Sic eum vocat tum, quòd ſuopte conſilio [illum Deus] priuſquam naſceretur elegerat, & evocaturus erat; tum, quia erat decretum Dei exſequuturus [f]. ¶ *Et loquutus ſum, & adducam illud*] i. e. Prædixi, & prædictionem meam adimplebo [g]. Conſilium illud meum effectum dabo [h]. ¶ *Creavi*, &c. יָצַרְתִּי וגו'‎] *Finxi*, vel *Formavi*, (i.e. Statui [i]: vel, *Cogitavi*, Calv. *Præformavi*, G. ſcil. in mente ſive animo meo [k]; id eſt, Propoſui mihi [l],) & (vel, *etiam*, Mo. atque *etiam*, Pi.)

[g] G. [h] Calv. [i] G. ſim. For. [f] Pi. Oecol. [g] Oecol. [h] V. [i] Calv. [k] Oecol. [l] Muſc. † For. [m] San. [n] Q. in San. [o] San. et Hi. & Dion. &c. [p] San. [q] M. V. G. Calv. Jun. Pi. Ang. &c. [r] Glaſs. rhet. 1. 11. 231. † Ga. adv. 21. 229. [t] Ang. &c. [v] V. ſim. Pi. Ang. Muſc. &c. [x] Jun. [y] G. [z] Ga. adv. ib. [a] Calv. [b] G. Pi. Ang. &c. [c] Ang. ſim. Pi. [d] Ang. * Pi. [f] Calv. [g] V. [h] G. [i] V. [k] G. Pi. Ang. &c. [l] Pi.

faciam istud, JT. Pi. &c. sic Mo. Confirmat quod antea dixit; nempe, hoc ità esse à se constitutum, ideóque fore stabile & irrevocabile [m].

12. *Audite me, duro*, &c. אַבִּירֵי לֵב] *Robusti*, sive *validi*, (vel, *fortes*, Mo. *præfracti*, Calv. *superbi*, Pi.) *corde*, For. JT. Ch. Sy. &c. *duri corde*, M.P.&c. H[s], q.d. præfracti corde, sive pervicaci animo [n]: qui cor habetis indomitum [o]. Alloquitur vel, 1. Israelitas [p]; illos de captivitate [q], qui de promissis dubitaturi erant [r]: vel, 2. hostes, qui præ superbia animi se frustraturos prædictiones atque consilia Dei putabant†. Hæc phrasis in Psal. 76.6. sign. viros *strenuos & animosos*, ac imperterritos, ut ex seq. hemistichio patet: hìc autem, ut è contextu patet, in vituperium sumitur, & signif. *arrogantes*, sive *contumaces*; vel, homines *ingentis spiritûs*, sive *animi*, qui contumaciter se gerunt adversùs illos quibus potiùs reverentes & supplices se exhibere deberent, &c [t]. ¶ *Qui longè estis à justitia*] Qui impœnitentiâ vestrâ indignos vos redditis gratiâ Dei [v]. Qui à Deo & virtute, sanctitate, justitia defecistis. Vel potiùs, qui me accusatis violatæ fidei, quasi procul sitis ab ea justitia obtinenda, i. e. ab ea libertate, quam ego vobis toties promisi [x]. Qui, quòd infidi estis, me quoque talem putatis [y]. Qui, licèt miseri oppressíque sitis, auxilium & gratiam Dei repellitis contumaciâ & incredulitate vestrâ, &c [z]. Sed malo ad hostes referre; q. d. qui populum meum injustè & crudeliter tractâstis [a].

13. *Propè feci* (vel, *Admovebo*, V. sic JT. *Adducam*, Pi. sic Ti. *Accedere faciam*, V. *Præsentabo*, Ca.) *justitiam meam*; ità M. sim. Mo. P. קֵרַבְתִּי וגו'] *In procinctu est ut veniat*, &c. Sy. *Justitiam*, i. e. vel, 1. Christum, quem promisi justificatorem [b]. Vel, 2. fidelitatem [c]. Propè adest tempus quo fidem meam implebo [d], de vobis per Cyrum è Babylone liberandis*. Significat incredulitatem Judæorum maximum quidem impedimentum esse, sed tamen ejusmodi, ut Deo obstare non possit quin suæ veritatis vim tandem patefaciat. Confer Rom. 3.3,4[f]. Vel, 3. opus justitiæ meæ; videlicet liberationem populi mei è Babylonia [g], & exsecutionem judicii in hostes. q. d. Quanquam vos longè à justitia sitis in tractatione populi mei, ego tamen vobiscum justè agam [h]. ¶ *Et salus mea*] Hinc constat *justitiæ* nomine significatum esse auxilium Dei [i]. ¶ *Non morabitur*] Id est, præcisè complebit [Deus] suo tempore salutem meam, neque impedietur nequitiâ vestrâ, aut in supplicio de vobis sumendo ità occupabitur, ut gratiæ salutaris opus avertat [k]. ¶ *Dabo in Sion salutem, & Israeli gloriam meam*] Reddam populum meum gloriosum per liberationem è Babylonia & instaurationem cultûs Divini [l]. Liberationem ejus efficiam mihi gloriosissimam [m].

m Calv. n V. o For. p Calv. q G. r G. sim. Calv. † Ang. t Bros. ani- nim. 3.3.2. v Q. in Ang. x Mc. y G. z Calv. a Ang. b Jun. c Q. in Ang. d G. sim. M. T. * T. sim. Mc. f Calv. g Pi. h Ang. i Calv. k Jun. l Pi. m G.

CAP. XLVII.

1. DEscende] De solio [a], ut sequentia ostendunt: nam ab aliquo tempore penès Babylonios Imperium fuerat [b]. Apertiùs jam de calamitate Babylonis disserit: quia salus non erat per Cyrum ventura, nisi vastato Chaldæorum Regno [c], quo stante, nulla erat spes reditûs: proinde hæc duo conjunxit, nempe eversionem illius Monarchiæ, & populi, quæ deinde sequuta est, liberationem [d]. ¶ *Sede in pulvere*] Ut in luctu gravissimo fieri solebat *: instar vilis mancipii [f]. Ità Judæa, subacta à Vespasiano & Tito, desculpta in nummo visitur quasi ancilla humi in terra sedens [g]. Omnia hæc imperativa intelligenda sunt per futura. Plus autem efficaciæ habent imperativa in narratione, quàm si nudis verbis & simplicibus idem significâsset [h]. ¶ *Virgo*] Civitates fœminarum nominibus & figurâ describi solent. *Virginem* verò dixit, quia mollis erat & tenera in victu atque habitu, ut mox sequetur [i]; delicata & florida [k]: quia videbatur sibi indomita, & erat in summo luxu deliciísque perdita [l]: vel, quia inexpugnata [m] & illæsa manserat ab irruptione hostili [n], & hoc nomine sese ostentabat [o]. ¶ *Non*, &c. אֵין כִּסֵּא בַּת כַּשְׂדִּים] *Non* (sub. *est*, M. P. & sub. *ultrà tibi*, P.) *solium*, Mo. M. P. (vel, *non in solio*, Ti. *defecta solio*, JT. Hebr. *nullo solio*, Jun. ubi *nullum* est *solium*, scil. regale [p]; *sine sella*, Ca. *absque solio inclyto*, Ch. *Non enim* adest *solium*, Sy.) *filia* (vel, *filiæ*, M. *regnum*, Ch. *puella*, Ca.) *Chasdim*, Mo. P. &c. vel, *Chaldæorum*, JT. Pi. &c. Babylon, quæ à Chaldæis possideris [q]. *Chaldæa*, Ca. *Solium* ponitur pro regimine, ut Psal. 89.15, 30 [r]. ¶ *Ultrà non*, &c. לֹא תוֹסִיפִי יִקְרְאוּ לָךְ וגו'] *Non addes ut vocent te mollem & delicatum*, P. V. Hebr. *Non addes vocabunt te*, &c. V. sic Mo. Verba duo per conjunctionem copulata, aut sine copula, usurpantur Hebræis sicut apud Latinos verbum cum infinitivo: ut h. l. & Deut. 2. 31. הָחֵל רָשׁ, *Incipe possidere*, pro, Incipe possidere; 2 Sam. 7. 29. *velis & benedic*, pro, velis benedicere†. Non ultrà vocabunt te, &c [t]. Non ampliùs applaudent tibi homines, &c [v]. Non ampliùs futura eris tenera, &c. Voces verbales pro realibus ponuntur; ut, *vocare*, pro fieri, vel esse, ut Esa. 56. 7. collat. cum Matt. 21. 13. Matt. 5. 9, 19. &c [x]. *Non perges vocari*, &c. JT. Pi. *Non ampliùs nominabunt*, &c. Ti. *Neque enim deinceps vocabere*, &c. Ca.

2. *Tolle*, &c. קְחִי רֵחַיִם] *Tolle*, vel *Accipe*, (vel, *Corripe*, Ti. *Prehende*, Ca.) *molas*, Mo. P. JT. vel, *molam*, M. Ti. Pi. Ca. Vox dualis est, quia mola è duobus constat lapidibus, inferiore ac superiore [y]. q.d. Para te servilibus ministeriis [z]. Abi in pistrinum & mole, ut mancipium abjectissimum. Vide Exod. 11. 5 [a]. Servies servitutem, & moles in pistrino [b]. Extremam servitutem significat. Captivi enim olim in carceribus molere cogebantur [c]. Vide Jud. 16. 21. Job. c. 31. v. 10 [d]. ¶ *Mole farinam*] Ità Mo. P. &c. i. e. frumentum, ex quo commolito farina conficitur. Metonymia materiati pro causa materiali: ut Psal. 74. 15. *Tu rupisti fontem*, &c. h. e. petram, ex qua factus est Divino miraculo fons; Esa. 28. 28. *Panis comminuitur*, h. e. triticum, unde panis conficitur *. Vide & Esa. 44. 19. Hos. 8. 7 [f]. ¶ *Denuda*, &c. גַּלִּי צַמָּתֵךְ] *Detege*, vel *Retege*, (vel, *Denuda*, P. *Dissolve*, M. Ti. Calv. *Depone*, Ar.) *operimentum* (vel, *velum*, Sy. Ar.) *tuum*, o'. *velamen tuum*, quo orientales fœminæ totum corpus tegebant [g]: vel, *fasciam*, sive ornatum capitis, cujus usus fuit nobilibus fœminis [h]; quo cincinni constringuntur nè diffluant [i]: vel, *comam tuam*, Mo. *crines tuos*, JT. Pi. *cincinnos tuos*, M. P. Ti. Ca. Calv. in quibus concinnandis puellæ curiosæ esse solent [k]. Vox sign. *cincinnos*, maximè circa tempora, Cant. 4. 1, 3. & 6. 7. quos heroïnæ magnificis fasciis colligabant, &c [l]. *Detege* (i. e. Rade) *capillos*, more lugentium [m], Job. 1. 20. Esa. 22. 12. vel captivorum; vide ad Esa. 3. 24 [n]. Verùm sic non capillos detegerent, sed caput, amovendo crines [o]. Detonsa cæsaries signum servilis conditionis [p]. *Denuda turpitudinem*, T. ex Vulg. capitis & comæ tuæ, præscindendo capillitium, ut appareat *turpitudo*, i. e. calvitium tuum [q]. ¶ *Discooperi*, &c. חֶשְׂפִּי שֹׁבֶל] *Denuda vestigium*, JT. vel, *talum*, Mo. *plantam*, Ti. *plantas*, P. Ca. *tibiam*, Ang. *pedem*, Pi. Angl. *pedes*, M. *humerum*, Vulg. ut expeditior sis ad molendum [r]: vel, ut plagas & verbera Persarum nudo humero & dorso accipias *, ut fit in triremibus †. Ad laborem te para *. Vox שֹׁבֶל hìc tantùm reperitur. Cognatæ voces *fluxum* aut *protensionem* notant, ut semitæ nomen, & calami frumenti. Ergò videtur posse accipi pro parte illa quæ excurrit à coxendice usque ad talos. Alludit ad eos quibus per aquas eundum est, qui eam corporis partem denudant quam aquæ madefacere possunt [t]. ¶ *Revela*, &c. גַּלִּי שׁוֹק עִבְרִי וגו'] *Detege coxam*, Mo. (vel, *crus*, JT. Pi. Ang. *crura*, M. P. Ca. Singulare collectivè, ut Esa. 20. 2. Mallem, *genu*, nam à *crure* distinguitur Jud. 15. 8 [v].) *transi* (vel, *ut transeas*, V. M.) *flumina*, Mo. P. &c. ut transire possis fluminum vada fugiens [x]. Milites enim victores transferent te aliò [y]. *Et retectis cruribus transi*, &c. Ti. Succinge vestimenta, non tantùm ut viatores, Exod. 12. 11. 1 Reg. 18. 46. sed altiùs, ut qui profunda flumina transituri sunt, Psalm. 66. 12. & 69. 2, 3 [z]. Babylonii transituri erant Tigrim aliáque flumina, ut in Persidem captivi abirent: quæ in morem servorum pedibus suis trajicere oportebat [a]. Virgines vix solent ambulare in publico, saltem viis bene stratis iter facere; at tu nudis pedibus flumina transibis, &c [b].

a G. Pi. b G. c For. d Calv. * G. f T. ex Mc. g T. h V. i G. sim. Mc. Calv. Ang. k T. l Jun. m Ca. n Pi. sim. For. Calv. o Pi. p Pi. q Pi. r Ang. † Glass. gram. 3. 3. 34. 344. t V. v Calv. x Glass. gram. 3. 3. 16. 275. y Pi. z G. a Jun. sim. Ang. Mc. T. &c. b V. c M. d Glass. rhet. 1. 11. 305. * Glass. rhet. 1. 2. 30. f Ang. g Q. in For. h For. i Q. in Ma. k Calv. l Ang. m V. n Q. in Ang. o Ang. p San. q T. ex San. r T. sim. Mc. * Mc. sim. T. † T. * G. t For. v Ang. x G. y V. z Ang. a For. b Calv.

3. Re-

3. *Revelabitur ignominia* (vel, *nuditas*, Mo. Pi. *turpitudo*, P. JT. Ar. *confusio*, Ch. *verenda*, Ti. Ca.) *tua*] Ità ο'. i. e. pudendum tuum [c]. Vel, Ità tractaberis ut fœminæ captivæ à barbaris hostibus [d] : vel, Non erit tibi unde vel ea tegas quæ maximè tegi vult pudor *. Detegentur occulta vitia & tortuosa membra vel maculæ, quæ priùs splendidâ veste tegebantur [f]. ¶ *Ultionem*, &c. נָקָם אֶקַּח וְלֹא אֶפְגַּע אָדָם] *Ultionem capiam*, Mo. P. sic M. JT. &c. (sub. *de te*, Ti.) *& non occurram* (sub. *tibi*, P. Pi. Ang. & sub. *in miseratione*, M. & sub. *sicut*, P. M. Ti. Pi. Ang.) *homo*, Mo. Ti. Pi. Ang. vel, *homines*, P. sub. *sed ut leo*, V. Nè putes tibi cum homine negotium esse, cujus impetum sustinere possis. Et certè aliis locis, quum loquitur de manu hominis, moderationem aliquam designat: hîc autem significat nullum remedium relinqui, quòd Deus ipsos in nihilum redacturus sit *. Al. *Et non irruam* in te more *hominum*, i. e. non viribus humanis, sed Divinis, ità ut non possis resistere [g]. Perfectam sumam de te ultionem [h]. Non more humano, i. e. leniter, ut Hos. 11. 4. *Funibus humanis traxi eos*. Jon. vertit, *Mutabo judicium tuum à filiis hominum* ; h. e. Alio modo te ulciscar quàm homines solent : qu. d. Non humanâ, sed Divinâ, pœnâ te afficiam, i. e. maximâ [i]. Al. *& non occurram homini*, M. i. e. לְאָדָם : q. d. Nemo hominum occurret qui mihi resistat, tibi auxilietur ; neque enim hoc feram [k]. *Neque feram obstare quenquam mihi*, JT. Heb. *occurram homini* ; hypallage, pro, occurret mihi homo [l]. *Nec mihi quisquam hominum occurret* ; nullo mihi resistente : Heb. *nè cuiquam hominum occurram* ; quod idem est, sed obscurius. Tale est illud Marc. 14. 13. ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος, &c. *occurret vobis homo*, &c. i. e. *occurretis homini*, aut, *incurretis*, sive *incidetis*, *in hominem*, &c [m]. Al. *& non occurram homini*, i. e. occursum hominis non recipiam : quisquis occurrat, aut intercedat, ei non parcam, nec pœnas remittam, neque mitigabo [n]. *Non acceptabo ullius hominis interventionem pro eis*, He. in M. *Et non suscipiam deprecatorem quenquam*. Nam פָּגַע est, & *deprecari*, & *deprecantes admittere* [o]. Priori modo sumi videtur Gen. 23. 8. Jer. 7. 16. & 27. 18. Posterior autem significatus non facilè probatur. Allegant Esa. 64. v. 5. sed an rectè, dubitari potest [p]. Heb. *Non obviàm habebo hominem*. *Obviare* enim pro *interpellare* usurpant Hebræi, Gen. 23. 8. Ruth 1. 16. Esa. 59. 16. *admiratus est quòd non esset occurrens* [q].

4. *Redemptor* (vel, *Vindex*, Ca. Inquit *vindex*, JT. sim. Ar. Hoc dicit *redemptor*, Angl. Frequens est hæc ellipsis ; ut Esa. 5. 9. & 45. 14. &c [r].) *noster* (sub. *est*, Ca.) *Dominus*, &c.] Ità Ch. M. P. Mo. &c. *Quod ad redemptorem nostrum attinet*, [nominativus absolutè positus, ut sæpe,] *Dominus exercituum est nomen ejus*, Ang. *Redemptor noster*, &c. sub. *hæc faciet*, Mar. Apostrophe est piorum Deum laudantium de Babylonis excidio †. Deus, qui nos olim ex Ægypto, & deinde ex Babylone liberabit, hoc faciet [t]. Ostendit in quem finem Deus pœnas sumpturus sit de Chaldæis, nempe in salutem populi sui. Emphasin habet, quòd velut ex abrupto, & quasi è somno expergefactus, loquatur, quum Babylonem dirutam videt [v].

5. *Sede*, &c. שְׁבִי דוּמָם] *Sede, tace*, P. *Sede quieta*, sive *in quiete*, Calv. M. vel, *compuncta*, ο'. *in stupore*, Sy. *à sensibus alienata*, Ar. *Sede tacita*, vel *silens*, Ch. Mo. Ti. Ca. JT. Pi. Calv. &c. Indicium hoc est pudoris vel probri : vel, Opponitur hoc priori statui, quum magno personabat strepitu, suísque edictis totum Orientem terrebat ; nunc autem nè fremere audebit [x]. Vel, respicit statum mortuorum, qui status *silentii* dicitur : Psal. 94. 17. *in silentio* ; & 115. 17. *descendentes in silentium* ; & Virg. Æneid. 6. *Dii quibus imperium est animarum, umbræque silentes* [y]. *Sede* cum *silentio*, vel *silenter* ; si דוּמָם sit adverbium, ut חִנָּם *gratis*, רֵיקָם *inaniter*, *frustrà* [z]. ¶ *Intra in tenebras*] Id est, in perpetuam oblivionem & gloriæ obscurationem [a]. Vel, refertur ad captivitatem ; nam captivi in obscuris locis detineri solent [b] : vel, ad pudorem, quo conspectum hominum fugiunt [c].

6. *Iratus sum* (vel, *fui*, Mo. P. &c. vel, *Efferbueram*, JT.) *super* (vel, *contra*, Mo. P. JT. &c.) *populum meum*, *contaminavi* (vel, *prophanavi*, M. For. i.e. quasi rem communem aliorum injuriæ exposui. חִלֵּל est, *commune facere* : *commune* autem vocabant Hebræi inquinatum seu immundum [d]. Vel, *pollui*, transferendo scil. eam in terram pollutam sive idololatricam * : vel, quasi rem pollutam abjeci [f] : vel, contaminari permisi [g] : vel, ut rem pollutam profanis gentibus tradidi [h]. Vel, *prophanaveram*, JT.) *hæreditatem meam*, (i. e. populum mihi charum, & [i].) *& dedi* (vel, *tradidi*, P. *tradideram*, JT.) *eos in manu tua* : (vel, *in manum tuam*, P. M.) *non posuisti* (vel, *præstitisti*, P. *exhibuisti*, M.) *eis misericordias* ; ità Mo. &c. vel, *nullâ usus es erga eos clementiâ*, Sy. קָצַפְתִּי וגו'] *Quum efferbui*, &c. *quum prophanavi*, &c. *tradidi eos in manum tuam* : at *non exhibuisti*, &c. Pi. Hebr. *Efferbui —& tradidi* : Copulativum enunciatum pro relativo temporis [k]. *Equidem ità iratus fui—ut prophanarem, & traderem*, &c. Ti. *Quæ* [forsan legendum, *Quia*] *cùm ego meis iratus meam profanaverim hæreditatem, eósque tradiderim tibi, tu, nullâ in eos humanitate usa*, Ca. *Cùm ego iratus populo meo terram mihi propriam abs te contaminari paterer, hominésque traderem in manum tuam, tu eorum nihil es miserta*, G. ¶ *Super* (vel, *Imò super*, Pi. Quin *supra*, Ti.) *senem* (vel, *senes*, Ti. Pi. &c.) *aggravâsti* (vel, *degravâsti*, Ti.) *jugum tuum* (non, quod tu portâsti, ut 1 Reg. 12. 4. Jer. 2. 20. sed quod illos ferre coegisti, ut Jer. 27. 7, &c [l].) *valde*] Ità Mo. P. &c. Senibus debetur reverentia [m], & misericordia, propter ætatis incommoditatem [n]. Truculentiæ eos accusat, quòd miseros & supplices prorsus delere conati fuerint [o].

7. *Ero domina*] Objicit superbiam, & Numinis oblivionem seu ignorantiam, quæ sese ferè comitantur [p]. ¶ *Non*, &c. עַד לֹא שַׂמְתְּ וגו'] *Adeò ut non poneres*, sive *posueris*, (vel, *Unquam non reposuisti*, JT. *Hucusque non reposuisti*, Ti. *Nec hucusque posuisti*, M.) *hæc*, vel *ista*, *super cor tuum*, Mo. P. M. &c. Nempe, ex ira Domini in Judæos venisse ut eos vinceres [q] ; & quòd illi erant populus meus [r], qui puniendus tibi tradebatur, non immaniter vexandus †. Non cogitâsti de his quæ nunc tibi eveniunt [t]. ¶ *Neque recordata es novissimi tui* ; sic P. אַחֲרִיתָהּ] *Novissimi*, sive *postremi*. (vel, *exitûs*, Ca. *finis*, Calv. sic JT. Pi.) *hujus*, sive *illius*, Mo. M. Ti. JT. Id est, vel, 1. Babylonis [v]. *Illius*, i. e. *tui*. Permutatio personarum, qualis Esa. 1. 29. & 31. 7. & 34. 16 [x]. Non venit tibi in mentem hoc [tuum] excidium [y]. Vel, 2. urbis Hierosolymæ [z]. Dominus enim sæpe de Ecclesia κατ' ἐξοχὴν, sine expressione nominis, loqui solet : ut solemus quum erga aliquem vehementer affecti sumus [a]. qu. d. Non observâsti quem finem calamitatum Deus præstiturus sit, & præstare soleat, Ecclesiæ suæ [b]. Impii finem Ecclesiæ ignorant, & quorsum in eam Dominus animadvertat ; piorum calamitati insultant, nec eos curæ Deo esse considerant [c]. Vel, *hujus rei*, Ca. *istius rei*, Pi. Varia lectio, אַחֲרִיתָהּ, & אַחֲרִיתֵךְ *.

8. *Et nunc*] Ità Mo. &c. *Nunc itaque*, JT. Pi. Ang. *Nunc verò*, Calv. Angl. Copulativa vel pro adversativa, ut Esa. 40. 31. vel pro illativa, ut Esa. 42. 25 [d]. ¶ *Delicata* ; ità M. P. Mo. &c. עֲדִינָה] *Voluptaria*, JT. Pi. *deliciis affluens*, sive *dedita*, For. ¶ *Ego*, &c. אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד] *Ego* (vel, *Ego sum*, M. P. Ti. JT. Pi. ο'. Ch. Sy. Ar. Locutio arrogantiæ plena. Locutio Deo propria, Esa. 41. 4. & 43. 10, 11, &c *. *Ego sola sum*, Ti. *Ego sum domina*, Pi.) *& non* (vel, *nulla*, Ti. JT. Pi. Sy. *non alia*, Q. in Di. domina scilicet mentione digna [f] ; *nihil*, M. sub. *est*, P. Ti.) *præter me ampliùs*, sive *ultrà*, Mo. P. &c. τὸ אַפְסִי volunt valere, *præter me non* ; quod non placet : nam אֶפֶס duplicem negationem non continet, sed simplicem, *non*, *nisi*, *præter*, ut אַפְסִי sit, *nisi ego*, *præter me*. Sic ergò ellipsis esset τοῦ אֵין, (*præter me* non *est ampliùs*,) quæ sanè durissima est. Sic ergò reddo, *Ego sum, & num præter me ampliùs?* Interrogationem tamen fateor negationi æquivalere : ideo quoad sensum bene vertunt Interpretes, licèt dictionem Hebræam non sint assecuti. LXX videntur animadvertisse quam movimus difficultatem ; quare simpliciter verterunt, *Ego sum, & non est alia*. Videntur י in אַפְסִי non habuisse pro affixo, sed pro paragogico, acsi simpliciter dictum fuisset, אֲנִי וְאֶפֶס עוֹד. Posset locus & sic reddi, *Ego sum, & tantummodo* (id אֶפֶס signif. Num. 22. 35. Deut. 15. 4. 2 Sam. 12. 14.) *ego deinceps* [g].

Ad

[c] Pi. sim. For. Ang. [d] Ang. * G. sim. Ang. [f] Me. * Calv. [g] Q. in V. [h] M. [i] D. prov. 2. 5. 65. ex K. [k] Al. in D. ib. [l] Jun. [m] Ca. [n] Q. in V. [o] G. [p] Ang. [q] For. [r] Ang. † For. [t] Me. [v] Calv. [x] Calv. [y] For. [z] Pi. [a] Musc. [b] For. [c] Ang. sim. Calv.

[d] For. sim. T. * V. [f] Me. [g] L. [h] Belg. [i] Pi. [k] Pi. [l] Ang. [m] Calv. [n] Musc. [o] Calv. [p] For. [q] For. [r] For. Me. † Me. [t] G. [v] For. [x] Ang. [y] G. [z] M. Jun. Calv. [a] Calv. [b] Jun. [c] Calv. * V. [d] Ang. * Ang. [f] Ang. [g] Di.

Ad verb. *nulla* eſt, *ego*; pro, *nulla* niſi *ego*, vel, præter *me*. Particula *præter* hîc ſubauditur, ex collat. Eſa. 45. 6. Præpoſitio autem interveniens inter nomen ſive verbum, & pronomen alterutri affixum, apud Hebræos abſorberi ſolet. Vide Eſa. 28. 15 [h]. ¶ *Non ſedebo vidua*] Ità Mo. JT. Pi. &c. vel, ut *vidua*, Ang. Non carebo Rege [i], tanquam marito [k]. ¶ *Et ignorabo ſterilitatem*] Non carebo poſteritate [l]; vel, ſubditis [m], tanquam liberis [n]. Paria verba Romæ ſub nomine Babylonis tribuit Apocal. 18. 7 [o].

9. *Venient tibi——in die una*] Uno tempore [p]. Subitò & præter ſpem capta erat Babylon. Vide Dan. 5. 30 [q]. ¶ *Sterilitas*, &c. שְׁכוֹל וְאַלְמוֹן כְּתֻמָּם וגו'] *Orbitas*, (vel, *ſterilitas*, M. nempe *orbitas*, Ti.) *& viduitas: planè* (vel, *ſecundùm perfectionem*, ſive *integritatem*, *ſuam*, Mo. M. *in perfectione ſua*, Ti. *plenè*, Ca. Pi. *repentè*, ό. Sy. Ar. *cùm fuerint perfectæ*, Ch.) *ſupervenient tibi*, JT. Pi. vel, *quum perfecta fuerint ipſa* mala: *venient*, inquam, *ſuper te*, P. ad verb. *ſecundùm perficere ipſorum*, &c. i. e. quum completa fuerint illa peccata tua [r]. ¶ *Propter*, &c. בְּרֹב כְּשָׁפַיִךְ] *In multitudine* (vel, *propter* (ità ב ſumitur Gen. 18. 28. Jer. 18. 18 [†].) *multitudinem*, P. M. Ti. Pi. Ang. &c.) *maleficiorum* (vel, *præſtigiarum*, JT. Pi. Ang. *divinationum*, V. *præſtigiatorum*, For. *veneficorum*, Ti.) *tuorum*, Mo. P. &c. Intellige tum politicas artes, quibus alios Principes populóſque ſibi devinxerant, & quaſi faſcinaverant; tum magicas artes, quibus abundabat, verſ. 12, 13 [t]. *Cum multitudine*, &c. JT. Angl. unà cum præſtigiis, ut ב ſign. 1 Sam. 1. 24. Jer. 11. 19. Hoſ. 5. 6. q. d. Artes illæ nihil valebunt, ſed ipſæ unà tecum deficient [v]. ¶ *Et*, &c. בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ מְאֹד] *In* (vel, *cum*, JT. *propter*, P. Pi.) *multitudine* (vel, *duritiam*, G. ex Vulg. Q. in V. *fortitudinem*, P. *cumulum*, Pi. *vim*, V. *copiam*, Q. in V. *denſitatem*, For. Heb. *robur*, Pi. For.) *incantatorum* (vel, *incantationum*, V. JT. Pi. Ch. *magorum*, Sy. *aſtrologorum*, Ar. For. *ſacerdotum*. Ità חבר ſumitur Arabibus, & mox hîc 12. Ità vocem hanc explicat Baal Aruch. Apparet ſæpe in Chaldæis Paraphraſtis [x].) *tuorum vehementer*, Mo. Ch. vel, *vehementem*, P. magnam *valde*, V. *maxima*, JT. ſic P. Heb. *valde*, Jun. ό. *plurima*, Ar. Vel, ſupervenient tibi *valde*, ut repetatur verbum ex præced [y]. Al. *& in copia multa divinatorum tuorum*, M. *in multo robore incantatorum*, &c. Ti. *ob aſtrologiæ tuæ tantam copiam*, Ca. Neque te defendent iſta [z]. Non liberabunt te plurimi magi, &c [a].

10. *Et* (vel, *Nam*, Calv. *Quia*, JT. Pi.) *fiduciam habuiſti in malitia tua*] Hoc eſt, in fraudibus & injuriis, quibus in tantam potentiam evecti eſtis [b]. Cùm ſceleribus ſcateres, ſecura fuiſti [c]. Fidenter mala perpetrâſti, Deum non timens [d]. ¶ *Non eſt qui videat me*] Nè Deus quidem [*]. Deus aut non videt, aut non curat [f]. ¶ *Sapientia tua & ſcientia tua*, (h. e. Malitia tua, vel aſtutia tua, quam ſpecioſè *ſapientiam* vocas. Confer Job. 5. 13 [g]. Fiducia in peritia aſtrologicæ divinationis [h]; quæ tanta in ea gente, ut omnes ejus profeſſionis *Chaldæi* dicti fuerint. *Scientia Chaldæorum artis* apud Tacitum An. 6. Vide & Gel. 1. 9. L. *Nemo*, C. de Maleficis [i].) *hæc*, &c. הִיא שׁוֹבְבָתֶךְ] *Ipſa* (vel, *ipſa*, inquam, Ti.) *avertit* (vel, *pervertit*, JT. ſic Ca. *rebellare fecit*, P. *ſeducit*, Ti.) *te*, M. Mo. Pi. &c. ſcil. à recta via [k].

11. *Veniet ſuper te malum*; ità Mo. Ti. &c. רָעָה] Dies *mala*, P. dies *malitiæ*, M. *fovea*, ό. *exitium*, Ar. ¶ *Et neſcies*, &c. לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ] *Non ſcis auroram* (vel, *lucem*, P.) *ejus*, P. *Cujus ortum* (vel, *diluculum*, M. Calv. i.e. diem [l], συνεκδοχικῶς [m],) *ignoras*, vel *ignorabis*, Ti. JT. Ca. Pi. &c. i. e. cujus adventum ſubitum non animadvertes primùm, ſicut Aurora manè in momento adeſt [n]. Neſcies unde, ſeu quando, veniet [o]. Perſa non habuit odii cauſas, &c [p]. Illudit Babyloniis, qui ex ſtellis divinabant [q], quòd ſigna imminentis tempeſtatis non viderent [r]. Tu, quæ omnes dies, proſperos & adverſos, certò te nôſſe jactas, hunc diem exitii tui non prævidebis. Vide infrà 13 [†]. ¶ *Calamitas*, &c. הֹוָה לֹא תוּכְלִי כַּפְּרָהּ] *Contritio*, (vel, *ærumna*, JT. Pi. *calamitas*, M. Ti.) *non* (vel, quam *non*, P. Ti. JT. Pi. &c.) *poteris placare eam*, Mo. vel, *expiare*, Ti. JT. Pi. *removere*, Pi. *averruncare*, Ca. antevertere, ſeu avertere, muneribus aut precibus. Medi *non volent aurum*, c. 13. 17. nec Deus *hominem obviàm*, v. 3. qui interpellet [t]. Non poteris te ab illa liberare; ſicut per expiationem homo liberatur à peccato, & pœna ejus [v].

[h] Ang. [i] G. M. ſim. Jun. Pi. For. [k] Jun. [l] G. [m] Pi. ſim. M. [n] Pi ſim. For. [o] G. [p] Ang. Œcol. [q] Muſc. [r] V. [†] Ang. [t] Ang. [v] Ang. [x] G. [y] Ang. [z] Jun. [a] M. [b] Calv. ſim. M. [c] For. [d] Me. [*] San. [f] Me. [g] Calv. [h] G. ſim. For. San. Me. [i] G. [k] Pi. [l] V. G. [m] G. [n] Glaſ. rhet. 1. 10. 235. [o] Me. ſim. Ang. [p] For. [q] Pi. ſim. For. San. [r] For. [†] G. [t] For.

12. *Sta cum incantatoribus*, &c.] Ironica permiſſio [x]. ¶ *In* (vel, *cùm*, M. For.) *quibus laborâſti*; ità Mo. P. JT. &c. יָגַעַתְּ] *Te fatigâſti*, M. *negotium tibi fuit*, Ti. ¶ *Aut*, &c. אוּלַי תַּעֲרוֹצִי] *Fortaſſe* (vel, *ſi fortè*, Mo. JT. P. &c. aut *fortè*, M. Ti.) *confirmabis te*, Pi. vel, *præbebis te fortem*, JT. *robores te*, Mo. P. ſim. V.

13. *Stent, & ſalvent te augures*, &c. הֹבְרוּ שָׁמַיִם הַחֹזִים בַּכּוֹכָבִים מוֹדִיעִים לֶחֳדָשִׁים וגו'] *Aſtrologi*, JT. Pi. (vel, *aſtrologi cœli*, ό. *ſpeculantes cœlos*, Mo. P. ſim. Ti. *Chaldæi contemplatores cœli*, Sy. *ſcrutatores cœlorum*, M. *cœli ventilatores*, Ca. *conjunctores cœli*, qui nunquam ceſſant ſtellas combinare ſeu conjungere, ac conjunctiones aſtrorum, oppoſitiones & conſtellationes obſervare. Et ſcribendum & legendum puto, חוֹבְרֵי, nullibi enim reperitur הָבַר, & facilis eſt literæ mutatio [y]. *Colligatores cœlorum*. Salsè dicit cœlos ab ipſis ſociari; quia perinde proferunt ſua decreta, acſi ſtellarum colligatione & complexu conſtrictum tenerent humanum genus [z].) *contemplantes in ſtellas*, Mo. ſim. JT. Pi. M. Ti. Ca. ό. Ch. (vel, *qui futura præſagiunt ex aſtris cœleſtibus*, Ar. Hebraica conſtructio videtur ſignificare *attentâ conſideratione oculos figere*. Poteſt & ſic verti, *qui prævident in ſtellis*, i. e. qui, virtute ſtellarum inſpectâ, futura prævident atque prædicunt [a].) *cognoſcere facientes menſes*, Mo. ſic P. *Neomenias declarantes*, i. e. qui ex ſiderali ſcientia hæc ipſa deprehendebant quæ Iſraelitæ ex ſola φύσει [b]. Vel, *quique nova prædicunt*, Ti. *ex novis lunis divinantes*, Ca. *& qui ex lunationibus* futura *indicant*, M. *qui indicant* quæ ventura ſunt *per ſingulos menſes*, V. *qui ſcire faciunt*, ſeu *denunciant*, *ad ſingulas lunationes*, ſive menſes & lunæ renovationes, vel, *qui de ſingulis menſibus pronunciant*, For. *qui notas faciunt in menſes* prædictiones ſuas, JT. Pi. His verbis aſtrologi deſignantur triplici nomine: 1. הֹבְרֵי הַשָּׁמַיִם, i.e. *qui ex præſtituto ſtellarum rem decîdit*, ſive *decernit*, (nam הָבַר Arabicè ſignificat, teſte K. *decidere*, ſive *decernere*,) & dijudicat quæ cuique ſunt eventura. Quòd ſi legas חוֹבְרֵי וגו' (nam ה & ח ſunt literæ affines,) tum *incantatores cœlorum*, vertas; nam, ut incantator rerum terreſtrium, ità aſtrologus corporum cœleſtium, naturas immutare, iíſque novas ſe vires indere, poſſe putat. 2. הַחֹזִים וגו', i. e. vel, *contemplatores ſtellarum*; vel potiùs, *prophetæ ſtellarum*, ſive ex ſtellis futura contingentia prævidentes. Nam חָזָה non ſolùm denotat *contemplationem* in genere, ſed ſpeciatim etiam *futurorum præſenſionem*. Unde & Propheta חוֹזֶה dicitur Eſa. 30. 10. & alibi. 3. מוֹדִיעַ וגו', i. e. *qui notas facit* (ſub. *prædictiones ſuas*) *in menſes ſingulos*, vel *in calendas ſingulas*; id enim propriè חֹדֶשׁ, 2 Reg. 4. 23. In ipſam jam incidimus aſtrologorum praxin, quâ pervulgare atque edere ſoliti ſunt elaboratas à ſe rerum futurarum præſenſiones in quædam temporum ſpatia, præſertim menſtrua, digeſtas. הַמּוֹדִעִים ſunt quos vulgus, vocabulo Hebraico ad amuſſim expreſſo, *Prognoſticatores* vocat. Porrò, ſciunt omnes, ephemeridem popularem vel *calendarium*, à calendis, (h. e. חֳדָשִׁים,) vocari: vel, *Almanah*, ſive ab *Al* Arabico articulo, & Græca voce μὴν *menſis*; ſive potiùs voce ab Ægyptiis profectâ, apud quos Porphyrii ætate (cujus verba habentur apud Euſeb. Præpar. 3. 4.) paſſim uſitata fuit appellatio *Almenach*, & deſcriptio *Almenachica* [*].

14. *Non liberabunt animam ſuam*] Vel, *ſeipſos*; nedum alios [c]. ¶ *Non ſunt*, &c. אֵין גַּחֶלֶת לַחְמָם] *Non* (vel, *Nullus*, JT. ſub. *erit*, P. vel, *ſupererit*, Ti. ſic M. JT. vel, *erunt*, Pi.) *prunæ* (vel, *pruna*, Mo. P. &c. *carbo*, JT.) *ad caleſcendum*, Pi. JT. Ca. vel, *calefaciendum*, M. Ti. *calefaciendum ſe*, Mo. P. vel, *quibus calefiant*, ſub. *alia*. In cineres ità vertentur, ut nihil carbonum ſuperſit [*]. ¶ *Nec*, &c. אוּר לָשֶׁבֶת נֶגְדּוֹ] *Focus* (vel, nec *ignis*, Pi. P. Ti. aut *ſplendor* flammæ, M. nedum *ignis*, JT.) *ad ſedendum coram eo*, Mo. P. ſive, *ex adverſo ejus*, JT. Pi. vel, *juxta quam ſedeatur*, M. *ut quiſpiam ad eum ſedeat*, Ti. Nihil relinquetur ab incendio: omnino peribunt, neque utilitatem aliquam capient homines ex illis [d]. Sapientes tui ſubitò redigentur, non in prunas, ſed in favillas, ex quibus nulla haberi poteſt utilitas [*]. Nihil ex eis remanebit quod ſpem ſive conſolationem ullam præbeat.

[v] Pi. ſim. Ang. [x] Pi. ſim. For. Me. &c. [y] For. [z] Calv. [a] For. [b] BA. 1. 2. 50. 564. [*] Ful. miſc. 1. 16. [c] Pi. [*] G. [d] V. [*] M.

præbeat[f]. Al. Vis illa ignea Medorum & Persarum non erit utilis & commoda Babyloniis, qualis est ignis, ad quem sedentes sese calefaciunt delicati isti; sed erit vis noxia, nempe comburens[g].

15. *Sic*, &c. כֵּן הָיוּ לָךְ אֲשֶׁר יָגַעַתְּ סֹחֲרַיִךְ וגו׳ איש לְעֶבְרוֹ תָּעוּ] *Sic*, vel *Ità*, (vel, *Tales*, Ti. Ca.Pi.) *fuerunt* (vel, *sunt*, JT. Ca. *erunt*, P. *facti sunt*, M.) *tibi quibus* (vel, *in quibus*, P.V.Pi. scil. congregandis & parandis[h]. Vel, in quibus consulendis: Intelligit astrologos Babyloniorum. In Hebræo deficit בָּהֶם[i]. *Cum quibus*, M. Ti. sic JT.) *laborâsti*, Mo. JT. Pi. (vel, *adlaborâsti*, Ca. plurimùm insudâsti[k]; *te fatigâsti*, M.Ti.) *negotiatores tui* (iidem astrologi[l]; vel, quin & *negotiatores tui*, M. Ti.) *ab adolescentia tua*, P. &c. (vel, *qui à pueritia tua* tecum fuerunt, M. Qui tecum à prima ætate vixerunt mercatores magnarii. Magnam enim ad commercia opportunitatem præbebant Euphrates, Tigris, Naharmalca, ac tot alii amnes in mare Persicum se devolventes[m].) *quisque* (vel, *unusquisque*, Mo. *singuli*, JT.Pi.) *ante se* (vel, *ad latus suum*, Mo. V. *ad plagam suam*, M. alludit ad plagas cœli quas astrologi dividunt ac metiuntur, ut ex iis prognostica sua deducant[n]: *ad*, vel *in*, *transitum suum*, Ti. Jun. Pi. *in partes suas*, JT.Pi. i.e. quòcunque permeare possunt ut vitæ suæ consulant[o]: *in via sua*, Vulg. G. T. &c. i. e. arte & conatu suo[p],) *errabit*, P. sim. Ti. JT. Pi. vel, *erraverunt*, Mo. *divertit*, M. Fugerunt omnes qui potuerunt, alii alio itinere[q]. Al. *diversi vagantes*, Ca. [Al. sic,] *Ità tibi erunt cum quibus laborâsti*, nempe *mercatores tui*, &c. Ang. vel, *Ità erunt tibi mercatores cum quibus te fatigâsti*, &c. Angl. Videtur enim trajectio esse in textu, qualis Apoc. 13.8. collat. cum 17.8. qu. d. Ità accidet tibi, sicut respectu ariolorum, sic etiam respectu mercatorum[r]. Nonnulli putant hîc allegoriam esse; Ut infortunati negotiatores in quovis transitu sive commercio, aut transvectione mercium, jacturam patiuntur: sic isti astrologi, vanissimarum mercium nundinatores, passim errant, falluntur, ac fallunt in quovis transitu, supputatione, applicatione, combinatione, influxu, trajectione, stellarum[†].

[f] Ang. [g] Pi. [h] V. [i] Pi. [k] V. [l] Pi. [m] G. [n] V. [o] Jun. [p] T. sic San. [q] G. [r] Ang. [†] Q. in Ma.

CAP. XLVIII.

1. **A***Udite hæc, domus Jacob*] Post castigatos idololatras[a], sermonem convertit ad Judæos; ut ostendat ipsorum præcipuè habitam fuisse rationem cap. præced. Babyloniis excidium nunciavit, ut Judæi, promissis freti, liberationem exspectarent. Quum autem prævideret Esaias quàm duri, contumaces & increduli in exsilio futuri essent Judæi, vehementer eos objurgat, &c[b]. Quam utilitatem deberent Judæi habere tam ex consideratione liberationis è Babylone, quàm ex istarum rerum prædictione, aperit Dominus per Prophetam, & viam parat ad apertiora de Christo vaticinia[c]. Suum in Israelitas amorem ostenderat in Babylonis strage, quæ ob illos duriùs acceptos inflicta est: Nunc alia etiam beneficia signáque commemorat, quibus se solum esse Deum facilè persuadet. Priùs tamen Judæos perfidiæ & improbitatis incusat, &c[d]. Docet Propheta in hoc capite cur Deus castiget homines, præmittens tamen exordiolum, ut sint attenti. *Audite*, inquit, quæ dico: ego novi vos esse hypocritas, &c. nec tamen desino benefacere; non propter merita vestra, sed propter gloriam meam[*]. ¶ *Qui vocamini* (vel, *vocant se*, JT. Pi. &c.) *nomine Israel*] Significat eos degeneres esse, & titulo tenus, non autem revera, fuisse Israelitas[f]. Falsam eorum jactantiam convincit, quòd titulo illo gloriarentur à cujus veritate erant alienissimi[g]. ¶ *Et de aquis Juda exîstis*] Vel, *exierunt*, Mo. P. &c. i. e. ex fonte, semine[h]. Hebræi semen & roris & aquæ vocabulis designant. μικρὰν ῥανίδα, (*guttam fœtidam*,) dixit Palladas in epigrammate. Rabbini טפה סרוחה[i]. Jon. vertit, *de cognatione Juda*, semen scilicet liquidam *aquam* vocans[k]. Al. *Et qui ex visceribus*, &c. Pi. Al. Judæi rivulis conferuntur, de fonte quidem puro promanantibus, sed extra illum defœdatis[l]. Jacob erat quasi fons, ex quo 12 rivi, i.e. 12 Patriarchæ & Tribus[m]. Eodem sensu *fons Jacob* Deuter. 33. 28. &, juxta quosdam, Psal. 68.27[n]. Vide & Prov. 5.15,—18[o]. ¶ *Qui juratis in nomine Domini*] Atque ità eum pro vero Deo agnoscitis[p]. ¶ *Et Dei*, &c. וּבֵאלֹהֵי יִשְׂרָאֵל יַזְכִּירוּ] *Et Dei* (vel, *Deum*, Ca. *in Deo*, Mo. Ti.) *Israelis recordantur*, P.M. vel, *recordari facient*, Mo. *mentionem faciunt*, JT.Pi. sic G. Mutatio personæ, ut in præced. *exierunt*, pro, *exîstis*[q]. *Commemoratis*, Ca. *memoriam facitis*, Ti. ¶ *Non in veritate*, &c.] Non animo sincero. Eos alloquitur qui cum Deo idola culturi erant[r]. Significat meram esse simulationem & fucum, quòd se populum Dei profitebantur[†]. *Non in veritate*, &c. i. e. vel, falsò jurantes; vel, hanc quasi larvam Religionis veri Dei multis & gravibus sceleribus prætendentes. Confer Matt. 15. 8[t]. Qui, quod vocibus Deo tribuunt, vitâ & moribus auferunt[v].

[a] Pellic. in Marl. [b] Calv. [c] For. [d] San. [*] M. [f] Luth. [g] Calv. [h] Ca. [i] G. [k] M. [l] Calv. [m] T. [n] Glass. rhet. 1. 10. 256. [o] Ang. [p] Pi. [q] V. [r] G. [†] Calv. [t] Mc. sim. T. [v] For.

2. *De*, &c. כִּי מֵעִיר הַקֹּדֶשׁ וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Imò*, Pi. *Quamvìs*, JT. sic V. *Utpote*, Ca.) *ab urbe sancta* (vel, *sanctitatis*, Mo. vel, *sanctuarii*, Angl. cujus respectu Hierosolyma *civitas sancta* dicta est[x],) *vocantur*, vel potiùs, *se vocant*, P. Pi. &c. *se vocent*, JT. *denominati sunt*, M. Persona 3. pro 2. Quanquam, inquit, nomine à pace deducto, *Solymi*, vel *Hierosolymitæ*, vocamini[y]. כִּי נד pro continuationis particula accipio; i.e. *Appellari quoque volunt de civitate*, &c. i. e. cives, &c[z]. ¶ *Et super Deum Israel constabiliti sunt*, נִסְמָכוּ] *Innituntur*, Pi. Ti. sic Mo. P. JT. i. e. dicunt se inniti[a]. *Fundati sunt*, M. *sustentantur*, ut domestici à patrefamiliâs[b]. Non de vera fiducia loquitur, sed de confidentia inani, quâ inebriantur, jactantes quòd Deus non rejiciet populum suum, &c. & securi omnia contemnunt[c]. Sensus versûs, Profitemini quidem nomen meum, & Religionem meam specie quadam jactatis; vultis videri acsi mihi niteremini: sed omnia sunt hypocrisis[d].

3. *Priora* (videlicet de Sennacheribi casu[*]) *ex tunc* (vel, *antè*, Ca. *jam olim*, i.e. ante multa tempora[f]: *indè ab eo tempore*, JT.Pi. scil. quo recepi vos in populum[g]: vel potiùs, temporibus præteritis, ut Esa. 46. 9[h].) *annunciavi*] Ità Mo. M.P. &c. Per Esaiam jam tum hæc quæ videtis vobis prædixi. Loquitur enim quasi in ipso tempore captivitatis[i]. Ut quum accidisset exsilium, jam antè prædictum fuisse cogitarent, & scirent illud non esse fortuitum. Objurgat igitur eos quòd, quum Deus antè prædixerit quæ postea evenerunt, nec quicquam promiserit quod reipsa non præstitit, populus tamen, post tot experimenta, & quum veritatem rei ex eventu cognoverint, opus Dei agnoscere, eique fidem habere, non poterant, Deique gratiam reditum per Cyrum offerenti respuerant[k]. ¶ *Repentè* (vel, Ea *repentè*, JT. Quinetiam ea *repentè*, Pi. Ea *protinus*, Ti.) *operatus sum*] Vel, *feci*, sive *effeci*, Mo. M.P. JT.&c. has calamitates[l]: vel, quicquid prædixi sive promisi[m]. *Repentè*, i. e. vel, inopinatò & rebus desperatis[n]; vel, tempore præfixo, Exod. 12. 41. sic Mal. 3. 1[o].

4. *Scivi*, &c. מִדַּעְתִּי כִּי קָשֶׁה אַתָּה] *Jam novi* (vel, *Ex scientia mea*, Mo. vel, *Scio quidem*, M. sic Ar. *Quamvìs non ignorarem*, Ti. simil. For. *Quia*, vel *Propterea quòd*, *sciebam*, Ca. Pi. sic Calv. Heb. *Propter scire me*: מִן hîc valet, *propter*[p]. Al. ad verb. *Ex scientia mea est*, sive *scientiæ meæ est*, V. Vel, *A scire me*, i. e. Eò quòd scirem[q]: vel, *A scire meo*, Angl. ut Esa. 31.4. & 53.5. Psal. 12. 6. מִן causaliter sumitur, ut Deuter. 9. 28[r]. *Manifestum est coram me*, Ch. Ex *præscientia mea* erat, JT. ut testantur Exod. 32.9. Deut. 31.27. & 32. tot. cap[†].) *quòd durus* (vel, *rebellis*, Ch.) *es*, vel, *te durum esse*, P. M. JT. Ca. &c. Pendet oratio usque ad sequentem versum, *Quia*, inquit, *sciebam quòd pertinax esses*, &c. v. 5. *Idcirco ex tunc annunciavi tibi*[t]. Ob duritiem tuam futura prædixi, & Legem meam vaticiniis multis comprobavi[v]. *Durus*, nempe cervice, i. e. refractarius & inobediens[x]. Vide Exod. 32.9. & 33. 5. & 34. vers. 9[y]. ¶ *Et*, &c. וְגִיד וגו׳] *Et nervus* (vel, *&* ut *nervus*, P.) *ferri*, sive *ferreus*, (sub. *est*, Ang. sic JT. &c.) *cervix tua*, Mo. P. M. &c. vel, *in cervice tua*, Angl. ellipsis præpositionis, ut Esa. 34. 13. & 44. 12[z]. *Ferreus*, i. e. durus æquè ac ferrum[a]. Metaphora à bobus, qui, promovere jussi, contrà retrocedentes, cervicem & humeros jugo subducunt. Confer Neh. 9. 29. Zach. 7. 11. Act. 7. 51[b]. Nervi duri sunt, sed tamen flexiles: hic nullum flexum esse

[x] Ang. [y] G. [z] For. [a] G. sim. Pi. [b] For. [c] Calv. [d] V. [*] Ca. [f] V. [g] Pi. sim. [h] Ang. [i] G. [k] Calv. [l] G. [m] Ang. [n] Me. sim. T. Ang. [o] Ang. [p] Pi. [q] For. [r] Ang. [†] Jun. [t] For. [v] Calv. [x] Pi. [y] Ang. [z] Ang. [a] Pi. [b] BA. 1. 24. 41. 413.

esse dicit, quia sunt indomiti[c], & nec bonis nec malis ad submissionem & obedientiam flecti poterant[d]. ¶ *Et frons tua ærea*] Id est, impudens[*]. Duo sunt quibus in officio retineri possumus: 1. si monenti dociles simus; 2. post peccatum pudor & pœnitentia. Duo ergò hîc argumenta perditæ nequitiæ & deploratæ gentis notat, quòd indocilis esset & impudens[f].

5. *Prædixi tibi ex tunc*] Idem repetit, ut populus ereptus beneficium illud Deo, non idolis aut fortunæ, tribueret[g]. ¶ *Idola mea*, &c. עָצְבִּי וגו׳] *Idolum meum*,&c. M.P.&c. *Dolor meus*,&c. Mo.Pi. Meton. effecti[h]. *Terriculum meum*, &c. JT. Dices, Judæos cultum unius Dei professos esse. *Resp.* Sic jam depravati erant consuetudine gentium, ut Dei prorsus obliti essent, & idola colerent. Vide Ezec. 8. 3, &c. Vide ingenii nostri malignitatem, quæ semper excogitat quomodo Deum suâ laude exspoliet[i].

6. *Quæ audisti*, &c. שָׁמַעְתָּ חֲזֵה כֻּלָּהּ וְאַתֶּם הֲלֹא תַגִּידוּ] *Audisti*, (vel, *Audiveras*, JT. *Audivistis*, ὁ'. sic Ar. sub. *istud*, Pi. Belg. quod scil. antè prædixi, & posteà evenit[k]: vel, sub. *omnia*, ὁ'. Ar. vel, quæ Dominus per servos suos locutus est[l]:) *vide* (vel, *respice*, JT. *contemplare*, Ti. *considera*, Pi.) *totum hoc*, Mo.Ti.JT.Pi.P. (i.e. universam illam afflictionem jam evenisse[m]: vel, *omnia*, sive *singula*, q. d. Expende singula, idque attentissimè, nec sinas quæ audita sunt memoriæ excidere, ut hominum torpore vel socordiâ sæpe fit[n].) *& vos nonne annunciabitis?* sive *indicabitis?* Mo. JT. Pi. Calv. Ti. P. Ang. sub. *istud*, Pi. Ang. Annon prædicabitis me ità paternè vobiscum egisse[o]? *Et vos nonne id soletis prædicare?* nempe quòd multò antè prædicta sint, &c[p]. An dissimulabitis ea omnia quæ in vos fuerunt collata? neque credetis prædictionibus meis, quibus vos testimonium oportuit perhibere ab anteacta experientia[q]? Dominus hîc populum suum compellat, à quo requirit ut sit præco & testis miraculorum quæ expertus est[r]. [Alii locum aliter reddunt:] *Audivisti, &, ecce, totum evenit: & numquid vos annunciabitis?* q.d. Non: Non enim quæritis gloriam meam, sed negatis ea quæ oculis vestris videtis[†]. Al. *Quæ audîsti*, (ex me & Prophetis meis, esse ventura[t],) *vide omnia:* (scil. opere impleta[v]:) *vos autem num annunciâstis?* Vulg. ea ex responsis, scil. idolorum[x]. An quisquam ex idolorum cultoribus illa prædicere potuit[y]? Al. *num* (Heb. *nonne*) *annunciâstis?* jampridem hæc omnia completa esse ut prædixeram[z]; & adhuc quotidie annunciatis[a], dum celebratis festa in eorum memoriam instituta, v.g. Pascha, &c[b]. & Scripturas legitis, Psalmos decantatis, &c. quæ illa commemorant[c]? Al. *Considera totum hoc* quod *audivisti*, (i. e. quod tibi indicavi, v. 3, 5. ellipsis relativi[d]:) & num vos dissimulabitis? *annon & vos* ipsi agnoscetis, & aliis *indicabitis?* Angl. ut sitis testes mei, &c[†]. Al. *Quòd si audiveras, vaticinare rem omnem, & vos certè indicate.* *Si* in Hebræo non est, sed sæpe subjicitur; sicut apud Plinium juniorem, *Dedisses huic animo par corpus, fecisset quod optabat*, i. e. Si dedisses. Item חֲזֵה pro eo quod est, *prædicere* & *vaticinari*, non rarò ponitur. Utriusque exemplum & alibi sæpe & Esa. 1. invenies. Cæterùm hæc sententia est obscurissima propter orationis brevitatem, & videtur primâ fronte parùm apta & conjuncta; quam tamen, si diligenter attendas, invenies convenientissimam. Sunt autem consideranda quæ antè dicta sunt, in hunc modum: *Prædico vobis*, inquit Deus Israelitis, adventum Cyri: *& ideo prædico, ut*, cùm evenerit, ejus rei laudem mihi tribuatis, non *statuis* falsísque diis; qui tantum abest ut tale aliquid facere valeant, ut nè prædicant quidem. Nam si prædicunt, vobis prædicunt qui eos colitis; *& si* vobis prædicunt, eáque vos ex eis *audivistis*, *prædicite* eorum instinctu hæc quæ vobis de Cyro à me significantur. At non potestis: sunt enim *ignota vobis*. Ex quo perspicuum est, eorum gloriam non diis esse vestris tribuendam, qui vobis quamvìs suis cultoribus, nè prædicant quidem; sed mihi, qui etiam contumacibus hæc præsignificem. Cur autem hæc significem causa est hæc, quòd scio vos (*quæ vestra est perpetua improbitas*) hujus rei laudem tributuros esse diis istis, nisi fueritis à me præmoniti. Quod si faceretis, ego ob tam ingratum animum & perfidiam in vos sævirem ad internecionem. *Nolo autem vos funditus exstirpare*, sed genus servare vestrum, *mei nominis causâ*, h. e. ut ea res mihi sit laudi, promissúmque servem. Hanc ob causam *præcludam vobis meam laudem*; h.e. hæc vobis præsignifico, ut, cùm acciderint, non vos indè vestrósve deos laudetis, cùm per eos *nè præsciveritis* quidem, nedum ut horum autores esse videantur: sed, intelligentes eam laudem in vos non cadere, eam mihi adscribatis; atque ità fiat ut ego, à vobis laudatus, *iram meam cohibeam, neque vos evertam*. Atque hoc videmus accidisse. Nam post Babylonicam captivitatem à simulacris abstinuêre Judæi: sicut & nos, (siquidem verè Judæi sumus,) postquam ex vera Babylone nostri veteris hominis pravæque naturæ emigraverimus, nulla deinceps habebimus simulacra nostrarum effrænatarum libidinum, quibus servivimus, tanquam diis alienis nostrâ manu factis, ut prædictum est in Ezec. 36. Igitur non excîdam vos, inquit, *sed explorabo, & rebus adversis* exercitos, & tanquam metallum *in fornace* probatos, *eligam: non quidem ob pecuniam*, ut solent qui metalla igne probant; sed id faciam gratìs & *meâ causâ, nè quis* sibi possit hujus *rei laudem* vendicare; quod esset indignissimum. Hoc in loco nobis etiam atque etiam animadvertendum est, quando fiat hæc hominis electio, videlicet *in fornace calamitatis*[*]. ¶ *Audita*, &c. הִשְׁמַעְתִּיךָ חֲדָשׁוֹת מֵעַתָּה וּנְצֻרוֹת וגו׳] *Audire feci te* (vel, *Porrò, annunciavi*, Ti. *Pronuncio tibi*, JT. *Significo tibi*, Ca.) *nova* (vel, *nova quædam*, Ti.) *ex nunc* (vel, *ex tunc*, P. M. *jam nunc*, Ca. *ex hoc tempore*, JT. Pi. Ang. *in futurum*, Ti.) *& conservata, & non scivisti ea*, Mo. vel, *& conservata* apud me, *& non noveras ea*, P. vel, *quæ non noveras*, V. *& quæ retrusa fuerunt*, &c. M. *& abstrusa*, &c. Ti. *& recondita, quæ ignorâsti*, JT. Pi. nempe antea, ut v. 7. Copulativa pro relativa, ut Esa. 44. 14[f]. Non, inquit, adduco vetera, ut fidem astruam; sed nova, quæ contra Babylonios facturus sum, annuncio[g]. Novum beneficium, nempe redemptionem ex Babylone[h]. Transit ad accommodationem exemplorum[i]. q. d. Observa hunc diem, quo Dominus per os meum prædicit quæ nesciebas. Hæc enim humanâ conjecturâ prævideri nequeunt[k]. Loquitur de vaticiniis[l] de subversione Babylonis[m].

7. *Nunc* (vel, *Nunc demum*, Pi. *Quæ nunc*, JT. Ca. *Nuper*, V.) *creata sunt*, (i. e. vel, decreta & statuta à me[n]; vel, in lucem prolata, sicut quæ creantur[o]; vel, *fiunt*, ὁ'. Ar. Ca.) *& non ex tunc*] Ità Mo. P. M. vel, *& non jam olim*, Ti. sic ὁ'. Ca. *non autem ab eo tempore*, JT. Pi. *& non à principio*, Ang. *Nunc creata sunt*, i. e. Nunc planè exsistunt qualia dixi[p]; nempe, de populi tum captivitate, tum liberatione, & de excidio Babyl[q]. Nunc à me lata est sententia in Bab. nunc cùm illud per Esaiam prædico[r]. ¶ *Et* (vel, *etiam*, JT. Pi.) *ante diem*, (vel, *ante* hunc *diem*, For. ex He.) *& non audîsti ea*] Ità Mo. vel, *quum non audivisti*, JT. Ang. *illa*, Ang. *quæ tu non audivisti*, M. *quo non audivisti illa*, Pi. Al. *Neque ante diem hunc audiveras ea*, M. Ti. *neque successu temporis: non audieras ea*. Ostendit Propheta se non disputare de rebus notis aut compertis, tum ut arrogantiam hominum corrigat, tum nè fortunæ hoc tribuatur[†]. *Aut antehac, eáque inaudita tibi*, Ca. Heb. וְלִפְנֵי יוֹם וגו׳.

8. *Neque*, &c. גַּם לֹא וגו׳] *Quinimo* (vel, *Certè*, Calv. *Etiam*, Belg. &c. *Et tamen*, V.) *non* (vel, *neque*, V.) *audîsti*, For. vel, *audieras*, Calv. sub. *me*, V. (vel, *Neque audivisti quicquam*, JT. *Neque audivisti*, ea, Pi. nempe ab aliquo alio[t]; vel, ab astrologis tuis[v]. Al. *Etiam* (repete, *quum*, ex v. 7[x].) *non audieras*, Angl. Ter hoc ipsum repetit; unde constat magnum Divinitatis argumentum esse prædictionem futurorum[y]. ¶ *Neque*, &c. גַּם מֵאָז לֹא פִתְּחָה וגו׳] *Neque* (vel, *Etiam non*, Mo. Quinetiam non, Pi.) *ex tunc* (vel, *jam olim*, Ti. V. *ab illo tempore*, JT. sic Pi. Ang.) *aperta fuit*, vel *aperuit se*, *auris tua*, Mo. P. Pi. &c. Nemo te hæc docuit[z]. Etiamsi illa clarissimè prædicta erant tanto tempore, nunquam eis fidem habuisti[a]. Al. Propter scelera tua nolui arcana mea tibi retegere[b]. ¶ *Scio*, &c. כִּי יָדַעְתִּי וגו׳] *Quia sciebam quòd transgrediendo transgressurus esses*, P. Calv. &c. Toties te hoc ignorare repeto, quia novi quòd consuevisti prævaricari, & mores tuos persequeris[c]. Negotium mihi est cum obstinatis: non ergò frustrà

frustrà urgeo, & tantopere insto, ut agnoscas te à Deo & castigatum & liberatum fuisse [d]. [Alii hæc & sequentia cum versu sequente jungunt;] *Quum igitur nôrim te omnino acturum esse perfidè, & transgressorem à ventre vocari te*; v. 10. *Propter nomen meum differam iram*, &c. Pi. *Nam novi te omnino acturum esse perfidè*, JT. & hanc rerum præscientiam idolis vel ariolis tuis adscripturum [e]. ¶ *Et*, &c. ופשׁע מבטן קורא לך] *Et* (vel, *&* quòd, Ti. P.) *prævaricator*, vel *transgressor*, *ab utero* (scil. matris, i.e. à nativitate tua [f]. Hyperbole. Vide ad Psal. 51. 7 [g]. Sed fictitia est hæc hyperbole. Peccatum originis hîc respicit [h]. Al. ab exitu ex Ægypto, qui erat velut nativitas illius populi: vide Esa. 46. 3. Jer. 2. 2. & 22.21 [i].) *vocatum est tibi*, Mo. vel, *vocatus sis*, P.

9. *Propter nomen meum*] i. e. Propter meipsum, v. 11. vide Esa. 43. 25. Psal. 25. 11. & 106. 8. Vel, quia tu vocaris nomine meo, sive populus meus, vide Esa. 64. 9. Jer. 14. 9 [k]. Non ob merita tua, sed propter me, continebo me, nè paria meritis rependam [l]. Rationem reddit cur eos non exscindat: non propter te [m]; sed nè nomen meum blasphemetur [n], quasi per impotentiam te servare nequiverim [o], & quasi Gentium dii me potentiores essent [p]. ¶ *Longè*, &c. אאריך וגו'] *Prolongabo furorem meum*, Mo. sic V. *Prolongare iram* duplici sensu dicitur: 1. pro, *continuare*, ut Psalm. 85. 6; 2. pro, *reprimere*, ut Prov. 19. 11. vide & Num. 9. 19, 22 [q]. *Retardabo*, &c. Ca. *prorogabo*, Sy. *differam*, M. P. Ti. *elongabo*, i. e. continebo diutiùs [r]. ¶ *Et*, &c. ותהלתי אחטם לך] [Variant.] *Et laude meâ injiciam frænum tibi*, Mo. *Erit enim laus mea, si longanimis fuero tibi*, M. *frænum injiciam mihi tui causâ*, Ti. *Meâmque laudem tibi præcludam*, Ca. *Et laudem meam obsignatam asservabo* (vel, *obsignabo*, Ma.) *tibi*, JT. i.e. Quasi sigillo munitam reservabo tibi laudem & gloriam meam, ad non exscindendum te: q. d. Tibi parcam propter gloriam meam †. *Et* (repete, *propter*) *laudem meam* (i. e. Ut habeam populum qui me laudet; vel potiùs, Ut obtineam laudem potentiæ & misericordiæ meæ [t],) *prolongabo iram meam tibi*, P. vel, *obsignabo* illam *tibi*, Pi. Q. in Ma. i. e. concludam, vel non exseram: ut חטם idem sit quod חתם *: vel, *sustentabo te*, Ch. vel, *obstruam*, sive *obturabo*, *nares meas tibi*, nè scil. egrediatur fumus iræ meæ. Flatus narium iram indicat, Virgil. Georg. 3. *Collectúmque premens volvit sub naribus ignem* [v]. Vide Psal. 18. 9. Hinc phrasis, *longus* vel *tardus*, *halitu*, vel *naribus*, pro tardo ad iram, Prov. 14. 29. & 15. 18. & 16. 32. Eccles. 7. 8. &, *brevis*, vel *celer*, *halitu*, vel *naribus*, pro iracundo, Prov. 14. 17, 29. Optimè congruit hæc interpretatio cum præcedente אף, quod & *iram*, & *nasum*, sign [x].

10. *Ecce*, &c. הנה צרפתיך ולא בכסף] *Ecce*, (vel, *Equidem*, Ca.) *purgavi* (vel, *examinavi*, M. Calv. *conflavi*, Ti. vel, *conflabo*, JT. Pi. i.e. conflando expurgabo; *explorabo*, Ca.) *te*, *&* (vel, *at*, Ti. sim. JT. Pi. *tamen*, M.) *non* (vel, *nec id*, Ca.) *in*, sive *cum*, *argento*, Mo. Ch. JT. Pi. Ang. vel, *inter argentum*, Sy. *tanquam argentum*, M. P. sim. Calv. vel, *in* fornace *argenti*, V. Tò *fornace* accipit ex seq. membro [y]. i. e. Non tam accuratè [z]; non ad vivum, exactè & omnino, ut examinatur argentum in fornace [b], in quo [argento] nulla relinquitur rubigo: alioquin absumerem te in universum [c]. Nam in argento aliquid est puri, in nobis nihil præter scoriam. q. d. Clementer vobiscum agam, plagas infligam, sed salutares [d]. Non agam tecum summo jure; magis imbecillitatis quàm iniquitatis tuæ rationem habebo *. Vel, *non in argentum*, i.e. Diu cùm te per ærumnas explorarem, nihil boni in te apparuit [f]. Vel, *non pro pecunia*, Ti. sim. Ca. ο'. eodem sensu qui infrà 52. 3 †: *non ob argenti* quæstum, Sy. Non agam ullo pretio, sed gratis curabo & magnificabo te [g]. Nihil acquisivi hâc vestrî purgatione in Babylone [h]. ¶ *Elegi* (vel, *Eligam*, Ca. *Selectum*, vel *Electum*, *efficiam*, JT. Pi. i.e. Reddam purum instar argenti electi [i]: *Probavi*, Ch. Erasi, LXX, Sy.) *te* (sub. *probatum*, Ti.) *in camino* (vel, *catino*, sive *fornace*, P. M. Pi. Sy. &c. vel, *de fornace*, ο'. Ar. *in angustia*, Ch.) *paupertatis*; vel, *afflictionis*, M. P. Mo. JT. &c. בחרתיך בכור עני] *Eligere* hîc accipitur pro discernere: Eligimus enim quod conservare cupimus.

[d] Calv. [e] Ang. [f] Pi. [g] G. [h] Calov. [i] Ang. [k] Ang. [l] Mar. [m] Calv. [n] T. San. sim. Calv. [o] Calv. [p] San. [q] Ang. [r] V. † Ma. [t] Ang. * Ma. [v] Ma. sim. Ang. [x] Ang. [y] Ti. [z] For. [a] Pi. [b] V. [c] M. sim. Ang. Calv. Jun. [d] Calv. * Glas. rhet. 1. 10. 246. [f] G. † G. [g] Q. in Ma. [h] Q. in Ang. [i] Pi.

Docet quantum differunt pœnæ impiorum & piorum: illis in exitium cedunt, hos probatiores & acceptos efficiunt [k]. Al. *Elegi te*, &c. i. e. Seposui te ad fornacem miseriæ, excoquendum magis & magis [l]. Al. *Eligam te*, &c. Electum & eximium te reddam purificando te per afflictiones [m]. Al. *Elegi tibi*, sive pro *te*, *fornacem afflictionis*, Angl. Sic plerique Hebræi rectè reddunt. Concisa locutio, ut Jos. 15. 19. Jud. 1. 15. ad verb. *dedisti me*, pro, *mihi*. Sic Psalm. 5. 5. *habitare te*, pro, *tecum*. Vide & Esa. 28. 15. *veniet nos*, pro, *ad nos* [n].

11. *Propter me*] Id est, honorem meum; non, vos & vestra merita [o]. ¶ *Faciam*] Ità M. Mo. &c. inquam, *faciam*, P. *faciam* istud, Pi. *operabor*, Angl. ¶ *Ut*, &c. כי איך יחל] *Nam quomodo* (sub. *alioqui*, Pi.) *profanabitur?* Mo. vel, *pollutum esset?* P. *violabitur?* sive *violaretur?* V. *prophanaretur?* M. Ti. JT. Pi. V. sub. *illud*, JT. vel, sub. *nomen meum*, M. Pi. G. ex. v. 9 [p]. Nam quî fieri posset ut paterer nomen meum violari? q.d. Nunquam patiar [q]. Quomodo ergò paterer dici à Gentibus, vires mihi defuisse ad liberandum populum meum [r]?

12. *Et Israel, quem*, &c. מקראי] *Vocatus* (vel, *invitatus*, Ch.) *meus*, M. Ti. Mo. vel, *à me*, V. sim. ο'. Sy. Ar. h. e. qui à me sic appellatus es †. Quem vocavi ex Ægypto, Hos. 11. 1. Quem vocavi nomine meo. Vide Esa. 43. 7. & 63. 19 [t]. Qui diceris populus Dei [v]. q.d. Adeò degenerâstis, ut meritò vos rejiciam: rationem tamen habeo vocationis meæ, quam nulla hominum ingratitudo aut nequitia irritam facere potest [x]. ¶ *Ego primus, & ego novissimus*] Non loquitur hîc de æterna Dei essentia, sed quòd talis sit erga nos. Nihil aliud docet quàm Deum sibi perpetuò constare, nec consilium mutare †.

13. *Dextera mea mensa est cœlos*, טפחה וגו'] *Palmo mensa est*, &c. M. P. Mo. Ti. *palmo explanavit*, vel *explicavit*, sive *distendit*. Unde Thren. 2. 22. de infantibus dicitur, quos matres nunquam cessant palmis extergere, fricare, & recens natos explanare, ut ipsorum membra in planum & longum distendantur, nè fiant distorta; quos in palmis gestant, & palmis tractant. Unde ipsi pueruli טפחים appellantur Thren. 2. 20 [y]. Verbum *metiendi* miram Dei sapientiam notat, quòd immensum cœlorum spatium tam aptâ proportione undique æquaverit, ut neque terræ propius esset, neque ab ea remotius, quàm utile esset [z]. ¶ *Ego*, &c. קורא אני אליהם] *Voco* (vel, *Vocans*, Mo. *Cùm vocarem*, Ti. sim. Ca.) *ego eos*, sive *ea*, P. M. Ti. &c. vel, *ad eos*, Mo. *Me vocante*, &c. G. ¶ *Et*, &c. יעמדו וגו'] *Stabunt* (vel, *stant*, G. *consistunt*, Ga. cin. pag. 154. & *astant*, M. P. *adfuerunt*, Ca. protinus *constiterunt*, Ti.) *simul*, Mo. P. &c. omnia ista, nempe velut servi parati ad exsequenda herilia imperia. Similis locutio Psalm. 119. 91 [a].

14. *Congregamini*, &c.] Vos ô Judæi [b], congregati respondete [c]. Obliquè perstringit eos, quòd malignè & perversè ad obscurandam Dei gratiam inter se conspirent [d]. ¶ *Quis de eis*, &c?] Vel, ex diis Gentium *; vel, ex divinis & auguribus [f]. ¶ *Dominus dilexit* (vel, *diligit*, Pi. *diligens*, JT.) *eum*] Ità Mo. P. M. &c. Cyrum [g]; de quo antè [h]. Cyrum non nominat, quia in præcedentibus manifestam fecerat illius mentionem [i]. Agnosce Prophetarum phrasin: Cùm jamdudum de Cyro loqui intermiserit, quia tamen omnia quæ his capitibus continentur ad liberationem ex Babylone per Cyrum futuram pertinebant, sub relativo, non expresso nomine, de eo loquitur [k]. Sic alibi, *ille* (h. e. Deus) *dixit*, Gen. 15. 13; *ille* (h. e. Deus) *scripsit*, Exod. 34. 28; *ille* (i. e. Rex) *ivit*, 2 Reg. 25. 4 [l]. Sed quomodo hunc dilexit Deus? Resp. 1. Fuit Cyrus dilectus Deo, & cultor unius Dei: nè quis putet fabulosa esse omnia quæ de eo Xenophon scripsit [m]. Resp. 2. Dilexit eum, nempe dilectione naturali, seligendo illum ad tam nobile & grande ministerium [n]. *Diligere* est, velle alicui bonum. *Dilexit* ergò, quantum ad bonum Regni, non quantum ad bonum gratiæ & gloriæ [o]. Dilectio hîc non simpliciter, sed πῇ, accipitur; ideóque ad felicem expeditionis eventum restringitur: quomodo & Saul Deo charus fuit, 1 Sam. 10. 10. *Dilectum* eum vocat Deus, non quòd ipsum adoptaret, &c. sed quòd ei propitius esset quoad externa, & quòd mini-

[k] Calv. [l] G. [m] Q. in Ang. [n] Ang. [o] Ang. [p] Ang. G. [q] V. [r] G. † M. [t] Ang. [v] G. [x] Calv. † Calv. [y] For. [z] Calv. [a] G. [b] Calv. [c] San. [d] Calv. * Pi. Calv. [f] Calv. [g] M. Ca. [h] For. G. Pi. Calv. Ang. [i] L. Me. &c. [k] G. [l] Calv. [k] For. [l] Ang. [m] For. [n] T. [o] L.

sterio ejus ad liberandam Ecclesiam uteretur. Nam ut magnæ virtutes Cyro inerant, sic & maxima vitia, ambitio, avaritia, crudelitas, &c. & qualis esset, infelix ejus exitus monstravit [p]. ¶ *Faciet* (vel, *Perficiet*, Ti. *Ille exsequetur*, Ca. *Facturus est*, JT. Idcirco *effecturus est*, Pi. Et *faciet*, P.) *voluntatem* (vel, *delectationem*, JT. Pi. i. e. id quo delectatur [q].) *suam* (vel, *ejus* : i. e. vel, Dominus faciet voluntatem Cyri [r] ; vel potiùs, Cyrus Domini †. Ut exsequatur decreta Dei [t].) *in Babylone*] Sic Mo. &c. scilic. evertenda [v]. ¶ *Et*, &c. וּזְרֹעוֹ כַּשְׂדִּים] *Et brachium* (vel, *potentiam*, sive *potestatem*, M. Ca.) *ejus* (sub. *erit*, P. Ang. G. vel, sub. *ostendet*, M. vel, *exseret*, Pi.) *Chasdim*, Mo. vel, in *Chasdim*, P. in *Chaldæis*, scil. subjugandis [x]; in, vel contra, *Chaldæos*, M. Ti. Ca. JT. G. Potentiæ Dei minister erit in Chald [y]. [Ch. totum sic reddit,] *Quis in eis annunciet hæc? Dominus, qui dilexit Israel, faciet voluntatem ejus in Babel, & fortitudinem brachii sui revelabit in Chaldæos*. [אֲשֶׁר ה supplet ante verbum (אֲהֵבוֹ,) ut sæpe fit; &, pro *eum*, ponit *Israelem*.]

15. *Ego*, &c.] Ego volui ut hæc fierent. Nemini alteri aut res ipsa, aut ipsius præcognitio & denunciatio, adscribi debet [z]. ¶ *Et*, &c. וְהִצְלִיחַ דַּרְכּוֹ] *Et* (vel, *Et etiam*, P.) *prosperabitur via ejus*, Mo. Angl. G. Verbum indefinitè sumitur, ut Esa. 46. 6, 7 [a]. *Prosperabitur* in *via sua*, Angl. sic Pi. Verbum neutraliter sumitur, & præpositio suppletur, ut Esa. 55. 11 [b]. *Qui prosperabitur in profectione sua*, Ti. *Iter facientem prospere*, Ca. *Et iter ipsius faustum reddam*, Sy. *Et prosperam feci* (vel, *Et prosperam faciam*, Angl. 3. persona pro 1 [c]: vel, *Et secundabit*, JT. *Et ipse prosperam faciet*, M. *Et explanabo*, Ar.) *viam ejus*, sive *suam*, ο'. Ar. M. JT. Quicquid aget succedet feliciter [d].

16. *Accedite ad me, & audite hoc*] Sunt hæc verba vel, 1. Christi [*]: nam, 1. ejus opus esse censetur, quicquid ad hominum salutem pertinet: 2. in cap. seq. (cum quo hoc eodem filo contexi patet) omnium penè consensu loquitur Christus [f]. Est itaque hîc mysterium S.S. Trinitatis, qui enim loquitur, Christus, à Domino se missum dicit, & à Spiritu ejus [g]. Vel, 2. Prophetæ [h], fidem dictis suis astruentis [i]. ¶ *Non*, &c. לֹא מֵרֹאשׁ בַּסֵּתֶר דִּבַּרְתִּי מֵעֵת הֱיוֹתָהּ שָׁם אָנִי] *Non à principio*, sive *initio*, (i. e. ex quo cœpi prophetare [l], de excidio Babylonis [m]: vel, ex quo me patribus vestris patefacere cœpi [n]; ex quo vos assumpsi [o]:) *in abscondito* (vel, *clàm*, Sy.) *locutus sum*, P. M. Ti. sic JT. Pi. &c. sub. *prophetiam hanc*, Pi. h. e. Non in angulis, non ambiguè & perplexè [p], aut obscurè [q]; sed palàm, clarè & apertè [r]: non furtim, ut magi & augures, tenebrarum & angulorum amici, sed publicè, vos contestatus sum †. Quicquid ergò vobis inest ignorantiæ, debet malitiæ vestræ imputari, quia lucem spontè fugistis [t]. Jampridem hæc vobis dico apertissimè, non per ænigmata aut Λοξίου θεσπίσματα, (*oracula flexiloqui Dei* †.) [Reliqua variè reddunt.] *Ex tempore antequam fieret*, (Heb. *A tempore esse hoc*, i. e. Antequam hæc contingerent [v]; nempe, eversio Babylonis [x]; vel, transmigratio vestra in Babylonem, & remigratio in Judæam [y]:) *ibi eram*, Vulg. *A tempore esse illud, ibi ego*, Mo. scil. annunciavi hæc [z]. Ex (vel, Sed *ex*, Pi.) *quo tempore* (Al. *Tempore quo*, מֵעֵת, pro בְּעֵת, *) *fuit* (vel, *esse cœpit*, M. Ti. *facta est*, Calv. Pi.) *hoc*, (vel, *id*, Sy. *illa*, Pi. *res*, Calv. *ipsa* prophetia, P.) *ibi sum*, vel *fui*, vel *eram*, JT. Pi. M. Ti. P. Ang. vel, *ibi aderam*, Sy. Hæc etiam verba sunt vel, 1. Dei: sed diversimodè intelligunt [a]. 1. Ex quo quicquam fuit, ibi ego eram, tanquam illius creator, &c. ut æternitas Dei significetur. 2. *A tempore quo erat hoc*, (mea nempe assumptio vestri in populum meum) *fui ibi*, præsens inter vos, in Prophetis, per Spiritum, Deut. 18. 15, 18. Esa. 59. 21. & 63. 11 [c]. 3. Quum dicit Deus se adfuisse cùm res facta est, tantundem valet ac, perfectum fuisse ejus virtute & manu quod ore prodiderat. Meritò itaque prædicat se dedisse præsentiæ suæ signa, quum omnia præstando non solùm vaticinia comprobavit ipso eventu, sed monstravit suo arbitrio gubernari quæ fortuita putantur [d]. 4. Rectiùs alii hoc de tempore venturo accipiunt; *A tempore quo hoc erit*, (i.e. Cùm tempus præfixum advenerit quo exsecutioni mandetur magnum illud opus quod vobis prædixi,) *ibi ero* præsens & paratus, ut ad umbilicum perducam. Idem ferè dicit quod Esa. 46. 11 *. Vel, 2. Prophetæ. [Sed & hîc variant.] 1. Planè, inquit, [hæc dico vobis,] quasi præsens interessem rebus tantò pòst futuris [f]. *Antequam fieret*, Heb. *A tempore esse ejus*, i. e. nondum existente tempore horum eventuum. Hæc est enim interdum vis particulæ *Mem*. Vide infrà 54. 9. 1 Sam. 15. v. 23. *repulit te ab esse regem*, i. e. nè esses Rex [g]. 2. Ex *quo tempore fuit hoc*, i. e. Ex quo fuit verbum Dei ad me, non dissimulavi, sed palàm concionatus sum [h]; *ibi fui*, i. e. operam dedi muneri meo prophetico [i]: vel, *ibi sum*, nimirum in ea tanquam specula ubi me collocavit Deus, ut verbum ab ipso audiam, & ad vos diligenter atque fideliter referam [k]. Propheta suos exhortatur ad fidem. Ab initio, inquit, publicè locutus sum de casu Sanherib; & fui etiam ibi cùm id fieret [l]. [Ca. versum sic vertit & exponit;] *Non tectè quondam locutus sum*, h. e. Sennacheribi casum non obscurè prædixi: & nunc, *posteaquam id evenit*, non latito, (quod facerem præ pudore, si non evenisset quod prædixeram,) sed me *præsentem exhibeo*; ut ostendam me vera prædixisse, atque ità fidem merear de futuris quæ præsignifico, h. e. de Cyro, quem *meo spiritu præditum mittam*. Sed hoc intellige de vero Cyro, h. e. Christo, qui erit Divino Spiritu præditus, ut est in cap. 42. 1 [m]. Hæc verba Christo tribuo, ad cujus mysterium apertiùs annunciandum Propheta hoc capite, ut antè admonui, transitionem facit [n]. ¶ *Dominus*, &c. אֲדֹנָי יֱהוִה שְׁלָחַנִי וְרוּחוֹ] *Dominus Dominus* (sive, *Deus*, M. Ti.) *misit* (vel, *mittit*, JT.) *me*, (Asserit vaticiniis suis authoritatem Dei, & poscit fidem debitam nuncio Dei [o].) *& spiritus* (vel, *verbum*, Ch, *spiritum*, Ca.) *ejus*, ο'. Sy. Ar. P. Mo. Pi. &c. i. e. Dominus per Spiritum hæc mihi imperavit [p]. *Spiritum* nominat, quòd unicus hic sit magister & director Prophetarum. Vide Matt. 10. 20. 1 Cor. 7. 40. & 12. 3, 4 [q]. Verba hæc sunt Prophetæ [r]. Imò potiùs, Filii Dei. Is qui hîc loquitur non homo est, sed Deus, 1. quia Deus loquitur v. 15. *Ego vocavi eum*, &c. idémque pergit hoc versu. 2. Loquens vocatur גּוֹאֵל *redemptor Israelis*, h. e. Filius Dei. 3. Hæc verba, *Non in abscondito locutus sum*, & usurpantur à Deo, Esa. 45. 19. & à Christo ad se applicantur Joh. 18. 20 †.

17. *Docens*, &c. מְלַמֶּדְךָ לְהוֹעִיל] *Docens* (vel, *doceo*, JT. Pi. Ca.) *te*, *ut prosim*, P. vel, *ad proficiendum*, Mo. *proficere*, JT. *utiliter*, Calv. Ca. *ut proficias*, V. *utiliter agere*, M. *quæ profutura sunt*, Ti. sim. Pi. Ch. quæ apta vel comparata sunt ad hoc, ut prosint [t]: *utilia*, Vulg. non curiosa, vana, fastuosa; sed quæ curandæ saluti tuæ, & præsenti & æternæ, conveniunt [v]. q. d. Nihil vobis celavi quod utile esset in salutem, nisi vosmet fraudâssetis doctrinæ fructu [x]. ¶ *Gubernans*, &c. מַדְרִיכְךָ בְּדֶרֶךְ תֵּלֵךְ] *Dirigens*, vel *ducens*, (vel, *deduco*, Pi. *calcare faciens*, For. *ambulare faciens*, Mo.) *te in via*, sive *per viam*, (vel, *in itinere*, M.) *ambulabis*, Mo. vel, quâ *ambules*, JT. Ch. sim. P. Ca. ο'. &c. quâ *tibi est eundum*, Ti. quâ *ambulare debes*, Pi. *Monstrans tibi viam quam ambules*; sc. in qua tibi ambulandum est, si salvus esse velis [y].

18. *Utinam attendisses*, &c.] Votum Dei, &c [z]. q. d. Præsto quod mearum est partium [a]. Anthropopathia [b], quâ Deus commiseratur eos qui spontè pereunt. Nec enim voluptatem capit ex nostris malis; neque severus est, nisi quum malitiâ nostrâ ipsum quodammodo cogimus; & paratus est ad beneficia omnis generis præstanda, nisi nostrâ contumaciâ ipsum repelleremus [c]. ¶ *Facta*, &c. וַיְהִי כַנָּהָר וגו׳] *Et* (vel, *Tunc*, M. P. *Nam*, JT. Pi.) *fuisset sicut flumen* (magnum, quod ripas superfluit; vide Esa. 59. 19. Jer. 12. 5 [d]: abundantissima fuisset *,) *pax tua*, Mo. &c. i. e. prosperitas tua [f]. Ut fluvius, qui nunquam deficit [g]. Nunquam desiissent fluere, sed omnia bona se ultro dedissent tibi [h]; nec timenda tibi fuisset ulla mutatio [i]. Vestrâ igitur culpâ in servitutem redacti estis [k]. ¶ *Et justitia tua*] Id est, vel, 1. jus tuum; q. d. Paratus eram jus tuum tueri, &c. Vel potiùs, 2. status reip. optimè constitutus; q. d. Omnia domi bene composita habuisses. Ac meritò hunc statum paci conjungit: nam, eversâ politiâ, omnia pessum eunt atque evertuntur; nec pace fruemur,

[p] Calv. [q] P. [r] Q. in San. † San. Pi. Ang. [t] G. [v] Pi. [x] Pi. [y] For. [z] For. [a] Q. in Ang. [b] Ang. [c] Ang. [d] G. [*] San. ex Aug. Chrys. Euseb. Procop. L. &c. [f] San. [g] San. sim. L. [h] For. Hi. & Ch. in San. Jun. [i] For. [l] Me. T. For. &c. [m] Me. [n] Calv. [o] Ang. [p] T. ex Me. [q] Calv. [r] T. Me. [s] i. Calv. For. † For. [t] Calv. † C. [v] Mar. [x] Me. [y] T. [z] Mar. [*] V. [a] Ang. [c] Q. in Ang. [d] Calv.

[*] Ang. [f] G. [g] For. [h] Jun. [i] Pi. [k] Jun. [l] M. [m] Ca. [n] For. [o] Calv. [p] G. [q] Calv. [r] Ang. Q. in Calv. † Calv. [t] Pi. [v] Me. [x] Calv. [y] G. [z] For. [a] Jun. [b] Calv. sim. Musc. [c] Calv. [d] Ang. [*] G. sic Ca. sim. M. &c. [f] G. Pi. &c. [g] For. [h] Jun. [i] Calv. [k] Calv. ad v. 17.

fruemur, si æquabilis & moderata rerum administratio desit [l]. Vel, 3. prosperitas [m], tanquam justitiæ fructus [n], & præmium [o]: ut *iniquitas* ponitur pro ejus mercede, *pœna*. *Justitia* sæpe pro benignitate sive beneficentia ponitur, ut 1 Sam. 12. 7. Psal. 36. 6, 7, 11. 2 Cor. 9. 9, 10 [p]. ¶ *Sicut*, &c. כְּגַלֵּי הַיָּם] *Sicut fluctus maris*, Mo. P. &c. i. e. Continenter perrexisset, ut fluctus excipiunt alii alios [q]. Fuisset vel continua; vel potiùs, multa, infinita: nam vox *fluctus* multitudinem indicat; ut, *fluctus malorum*, & *populorum* [r].

19. *Fuisset quasi arena*, &c.] Prout promiseram †. Vide Gen. 22. 17 [t]. q. d. Non meâ, sed tuâ, culpâ adeò attritus & imminutus es, &c [v]. ¶ *Et stirps*, &c. וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כִּמְעֹתָיו] *Et germina*, vel *propagines*, *viscerum tuorum*, (vel, *prognati è visceribus tuis*, JT. Pi. i. e. filii [x],) *sicut viscera* (vel, *interiora*, M. *lapilli*, P. Ti. Calv. sim. JT. Pi. Ca.) *ejus*, Mo. P. &c. sub. *maris*, M. Angl. ex v. 18 [y]. vel, sub. *arenæ*, sive *litoris*, G. ex K. Frequens apud poetas comparatio [z]. ¶ *Non*, &c. לֹא יִכָּרֵת וגו'] *Non excideretur*, (vel, *exterminabitur*, V.) ——— *nomen ejus*, &c. P. sic Calv. &c. *Nomen*, i. e. vel, 1, legitimus populi status [a]: vel, 2. memoria ejus, ut Psal. 83. 5. Prov. 10. 7: vel, 3. posteritas, in qua hominis nomen continuatur, Num. 27. 4 [b]. Al. *Non tamen exscindetur* ——— *nomen ejus*, &c. JT. Pi. Angl. Ellipsis discretivæ particulæ, ut Job. 14. 9. Esa. 44. 11. His favet, quòd statim sequitur promissio liberationis, v. 20 †. Transitio ad summam promissionum, simili argumento atque usus est suprà v. 8. & 9 [c]. *Non interisset*, &c. Gratiosa semper apud me fuisset ejus posteritas [d]. Non permisissem famam sublimem populi mei apud gentes viles tam fœdè proculcari, nunc à Chaldæis, postea à Romanis *.

20. *Egredimini de Babylone*] Ubi captivi estis [f]: nè vel ab illa [g], vel cum illa, perdamini [h]. Dixit populum suâ culpâ exsulare, &c. subjungit, tamen se nihilominus ei adfuturum, ut ipsum è servitute educat [i]. Prophetica hortatio, quasi in rem præsentem Judæos adducens, & præmonens de liberatione futura [k]. Simulatque Cyrum audietis venire contra Babylonem, vos Hebræi, qui tum in ea urbe eritis, nolite adventum ejus exspectare, sed statim fugite quantum potestis. Similia monita vide Gen. 19. 15. & in hac ipsa re, Jer. 51. 6, 45. & in re pari de Roma, Apoc. 18. 4 [l]. Exite, dum licet [m]. Verùm de exitu loquitur, non meticuloso & periculoso, ut cùm captivi furtim se proripiunt, sed læto & libero †. ¶ *In voce*, &c.] Hæc cum gaudio alii aliis dicite. Nam capta Babylon initium erit vestræ liberationis [n]. Hæc autem liberatio erat typus Redemptionis per Christum, quam hîc decantari jubet *usque ad extrema terræ*, nempe per prædicationem Evangelii [o]. ¶ *Dicite*, *Redemit* (vel, *Redimet*, G. nempe, vel, è captivitate Babylonica [p]; vel, à peccatis [q],) *Dominus servum suum*] Tempus liberationis jam propè est [r].

21. *Non*, &c. וְלֹא צָמְאוּ בֶּחֳרָבוֹת וגו'] *Et non* (vel, *Neque*, Ca. Pi. *Itaque non*, Calv.) *sitierunt*, (vel, *sitiunt*, JT.) *per* (vel, quum *per*, Ti. JT. Pi.) *deserta deduxit eos*, &c. P. sic M. Ti. &c. Quoniam via Judæis ad reditum non patebat, magnæque solitudines & periculosæ intercedebant; ideo virtutem Dei prædicat, ejúsque exempla proponit †. Si hæc Deus facere potuit olim in liberatione ex Ægypto, paria aut majora nunc facere poterit. Nè dubitate [t]. Al. *Et non sitient*, ut quum *deduxit eos*, &c. Angl. Ellipsis, & adverbii temporis, ut v. 13. Esa. 41. 17. & notæ similitudinis, ut Esa. 33. 4, 11 [v]. *Neque sitiverunt*, &c. scil. Judæi è Babyl. per desertum redeuntes in Judæam. Continuatur hîc mimesis [x].

22. *Non*, &c. אֵין שָׁלוֹם אָמַר יְהוָה לָרְשָׁעִים] *Non* (vel, *Nulla*, JT. At *nulla*, Pi. Angl. vel, *Nulla tamen*, Angl. ellipsis discretivæ, ut Esa. 44. 11 [y]. sub. *est*, JT. Pi. &c.) *pax*, (i. e. prosperitas [z],) *dixit* (vel, *ait*, Pi. Ang. sim. JT.) *Dominus*, *impiis*, Mo. P. &c. Vel, 1. Babyloniis [a]. Contrà, inquit, Babyloniis, ut impiis, cuncta cadent adversa [b]. Proinde nè copulemini cum illis, sed fugite, ut suprà v. 20 [c]. Vel, 2. Judæis [d]. Hoc addit, nè hypocritæ, suo more, inanem ex his promissionibus fiduciam conciperent: & nè infirmi vacillarent, aut impiorum & incredulorum multitudine turbarentur, quum viderent illos hanc Dei gratiam rejicere; sed, nullâ illorum habitâ ratione, amplecterentur ipsi hoc beneficium, atque eo fruerentur: q. d. Dominus minatur ultionem impiis; quare pax illorum & prosperitas, quâ jam securi potiuntur, finem suum sortietur *. Hæc verba dupliciter accipi possunt. 1. Quasi opponat sortem impiorum sorti quam descripserat servorum Dei, quibus ad Deum redeuntibus nihil deest; at *improbis nullâ pax*, omnia in malum cedunt. 2. Ut dolorem Prophetæ exprimant, quasi præsagientis frustrà vocare Christum Israelitas ut è Babylone & à peccato fugerent; nam vocantem non erant audituri: q. d. *Sed quid moror? quid verba in ventum profundo? improbi sunt, & indigni pace & felicitate quæ illis offertur.* Quare ad Gentes conversus Christus ait, [verbis proximè sequentibus,] *Audite, insulæ*, &c [f]. *Pacem Jova negat impiis*: Hoc dicit, ut intelligatur hanc felicitatem solis piis promitti [g]. Hæc spectare puto ad illos captivos qui hærere in exsilio maluerunt quàm in patriam reverti: quos *impios* vocat, quòd Babylonicæ impietati adhæserant, & ad Templum Sacráque Judæorum redire noluerunt; aut quia alio nomine indigni erant. His autem negatur pax, quæ reducibus ab exsilio promittitur [h]. *Non est pax impiis*, tum Chaldæis, tum Chaldæorum servis ultroneis (pro pudor!) Judæis: sed erit perpetua isthîc ipsis afflictio & miseria [i]. Illis mala impendent, ut etiam iis qui illorum societate delectantur: quare relinquite Babylonem [k].

C A P. XLIX.

1. A*Udite insulæ*, &c.] Hactenus multa de Cyro [a], & de reductione Israelis è Babylone [b]. Jam, discussis umbris, apertiùs de Christo agit; ad quem manifestè referuntur versus 6. hujus capitis in Act. 13. 47. & v. 8. in 2 Cor. 6. 2. & v. 10. in Apoc. 7. 16 [c]: & de quo etiam Judæi nobiscum hunc locum accipiunt [d]. A typo, Cyro, ad veritatem, Christum, ejúsque Regnum, transit, &c *. & veritatem cum typo confert [f]. Cùm Propheta indè à cap. 40. duos consolationis locos sibi explicandos proposuerit, unum de reversione Judæorum ex Babyl. alterum de instauratione Ecclesiæ per Christum; nunc demum incipit speciatim hunc secundum locum exponere, & in eo pergit usque ad finem prophetiæ [g]. Nunc ex abrupto transilit Propheta ad Christum, cujus auspiciis populus è Babylone, sicut olim ex Ægypto, eductus est. Nec aliter populus liberationem speraret nisi per Christum, à quo pendebat reconciliatio cum Deo, & à quo solo salus tum æterna, tum temporaria, speranda erat [h]. Non Esaias hîc loquitur, ut vult Grotius, sed Christus: ut patet, 1. Quia non Judæos, sed Gentes, hîc compellat. 2. Quia non Esaias, sed Christus, *ab utero vocatus* est, noménque accepit quum in utero esset, Luc. 1. 31. 3. In Christo, non in Esaia, *gloriatur* Deus, juxta vers. 3. 4. Non Esaias, sed Christus, missus est tum *ad restaurandas tribus Jacob*, tum *in lucem gentium*, juxta v. 6. 5. De Christo intelligunt Judæi in Bereschith Rabba ad Gen. 41. 41 [i]. *Insulæ*, i. e. habitatores earum [k]. *Regiones*, Angl. præsertim transmarinæ [l]. ¶ *Populi de longè*] Qui procul à Judæa abestis [m]. Gentes omnes ad salutem vocat [n]. ¶ *Dominus ab utero vocavit me*] Loquitur Esaias. Paria Deus de Jeremia, Jer. 1. 5. Paulus de se, Gal. 1. 15. Hebræi illa loca interpretantur de egregia temperatura cerebri quâ Deus à primo ortu donare solet eos quem Prophetiæ præparat [o]. Imò loquitur de Christo [p]; q. d. Ante nativitatem meam huc me destinavit [q], & statuit me subiturum hoc munus Redemptoris: neque ego hunc honorem mihi usurpavi, Heb. 5. 4, 5 [r]. Deus, qui ab æterno me prædestinavit huic officio, 1 Pet. 1. 20. ab utero matris hoc consilium suum & hominibus & Angelis patefecit. Vide Luc. 2. 10, 11. Heb. 1. 6 †. *Ab utero appellavit me*, Jesum, Matt. 1. 21, 23 [t]. ¶ *Recordatus est nominis mei*] Sim. P. V. &c. Familiarem notitiam designat hæc phrasis,

[l] Calv. [m] Pi. For. Ang. [n] Pi. [o] For. Ang. [p] Ang. [q] Jun. [r] D. prov. 2. 5. 1845. † For. [t] G. [v] Calv. [x] V. [y] Ang. [z] G. [a] Calv. [b] Ang. † Ang. [c] Jun. [d] G. * T. [f] Calv. [g] Marl. [h] Marl. sim. Jun. [i] Calv. [k] Jun. [l] G. [m] T. † Ang. [n] G. [o] For. [p] Pi. [q] For. [r] G. † Calv. [t] G. [v] Ang. [x] Pi. [y] Ang. [z] Pi. Ang. &c. [a] Pi. [b] G. [c] Jun. [d] Pi.

* Calv. [f] For. [g] Ca. [h] Sar. [i] T. [k] Mc.

[a] For. sim. M. &c. [b] For. sim. San. [c] For. [d] Oecol. in Marl. Calv. * Mc. [f] San. [g] Jun. [h] Calv. [i] Calov. [k] M. Ang. [l] Q. in Ang. [m] Calv. [n] M. [o] G. [p] Mc. San. Calv. Jun. For. &c. [q] For. sim. Calv. [r] Calv. † Ang. [t] San. sim. T. Calv.

phrasis. Discrevit me à vulgo hominum, quia ad rarum munus electus sum [v]. *Mentionem fecit nominis mei*, scil. apud electos Judæos. Vide Matt. 1. 20. Luc. 1. 43 [x]. *Celebravit nomen meum*, commendavit honorificè, &c [y]. *Indidit mihi nomen*, Q. in V. G. pulchrum, quo *salus* à Domino ventura significatur [z].

2. *Et posuit* (Pater, scilicet, à quo omnis potestas in Christum derivatur, Esa. 50. 4. & 61. 1 [a].) *os meum* (i. e. verba oris mei [b]) *quasi gladium acutum*] Vel, *quasi gladii acuti*, sub. *os*, sive *aciem*, For. Angl. Sim. Dan. 4. 33. *Capilli ejus erant instar* (sub. *plumarum*) *aquilarum*, & *ungues instar* (sub. *unguium*) *avium* [c]. Sensus, Auctoritatem mihi dedit ad exscindenda vitia [d], & errores *, & Dæmones, mundi hucusque principes [f]; & ad penetranda audientium corda [g]. Armavit me Verbo suo efficacissimo, quod cum gladio & sagitta comparatur [h]. Vide Eph. 6. 17. Heb. 4. 12. & Apoc. 1. 16 [i]. Christus hîc vim doctrinæ suæ prædicat. Vide Esa. 11. 4. 2 Thess. 2. 8 [k]. q. d. Per prædicationem meam efficaciter operatur, & in corda auditorum penetrat [l]. ¶ *In* (vel, *Sub*, vel *Cum*, For.) *umbra* (i. e. protectione, ut *umbra* sumitur Psal. 17. 8. & 91. 1 [m].) *manûs* (i. e. potentiæ, ut *manus* accipitur Esa. 10. 10, 13. & 11. 11. &c *.) *suæ protexit* (vel, *occultavit*, Pi. &c.) *me*] Contra insidias Scribarum & Pharisæorum [n]. Sed impropriè videtur *umbra manui* tribui. Resp. 1. *Manus* pro brachio hîc, ut alibi, sumi potest: *brachium* verò pro alis non est durum, quia quod homini brachium, id volucribus ala, est; unde & brachium Latinis *ala* dicitur, ut, *ferre aliquid sub alis*; & Horat. ——— *latet hircus in alis*. Ut autem *scapulæ obumbratio* tribuitur Psal. 91. 4. *Scapulis suis obumbrabit tibi*, & *sub pennis ejus sperabis*; ità hîc *manui*, h. e. brachio [o]. 2. Videtur in metaphora gladii perseverare, qui sub sinistro brachio abditur in vagina, ut dexterâ indè facilè educatur [p]. Ut statim locus sagittæ ostenditur, nempe pharetra; ità & hîc locus gladii, qui sive femori incumbat, sive lateri appendatur, manu tegitur & obumbratur [q]. 3. Metaphoram ab iis sumit qui contra Solem manu velum prætendunt [r]. 4. Metaphora tantùm in *umbra*, non autem in *manu*: quomodo dicitur *umbra mortis* in S. S. & in aliis scriptoribus, *umbra gloriæ*, *virtutis*, sive *vitii*, &c †. ¶ *Et* (vel, *Imò*, Pi.) *posuit* (vel, *disposuit*, JT. *fecit*, Ca. *reddidit*, Pi.) *me* (vel, *ex me*, Ca.) *sicut sagittam electam*; sic ό. Ar. לְחֵץ בָּרוּר] *In sagittam tersam*, Mo. P. sic Ti. vel, *nitidam*, JT. Pi. *politam*, M. Ca. Heb. *puram*, qualis faciliùs penetrat quàm rubiginosa [t]. Ut verba mea quàm longissimè pervenirent [v]. Cùm gladio cominus, sagittâ verò eminus, dimicetur; significat tam eos qui propè, (Judæos [x],) quàm eos qui longè, erant, (Gentes †,) felici & vitali vulnere esse percutiendos [y]. ¶ *In pharetra sua abscondit me*] Postquam de efficacia doctrinæ dixit, adjungit, Deum virtute suâ Christum & doctrinam ejus protegere, ut nihil ejus cursum impedire possit [z]. Protexit me, (ut jam dixerat,) nè ulla vis seditiosorum mihi noceret [a]. In pharetra reconduntur sagittæ, ut ibi & conserventur, & paratæ sint ad usum [b]. Reposuit in pharetra, ut suo tempore meis verbis hostes feriat [c].

3. *Et dixit mihi, Servus meus es tu Israel*, &c. יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר בְּךָ אֶתְפָּאָר] [Variè reddunt.] *Israeli*, (i. e. Israelis bono,) *per te gloriam assequar*, i. e. per tua prædicta [d]. *Tu servus meus* es *Israeli*, Q. in Angl. vel, in *Israel*, Q. in Glas. Ad hunc enim primariò missus est Christus. Vide Matt. 4. 23, 24. & 10. 6. Luc. 24. 47. Act. 3. 26. &c †. Hanc sententiam amplecterer, nisi obstaret pausa, &c *. Obstat ei accentus distinctivus Athnachta, qui nomen *Israel* cum sequentibus verbis conjungit †, & à præced. *servus* divellit *. [Verùm ת״ Athnach vim suam distinctivam interdum perdere non semel notatum est. Quanquam de eo lis est inter doctos.] Al. *Israel*, (vel, *ô Israel*, Ang.) *quia* (vel, &, ό. Ar. *nam*, Ch. *quinetiam*, nam אֲשֶׁר interdum est asseverantis, ut 1 Sam. 15. 20. *Imò audivi vocem*, &c *.) *in te gloriabor*, P. Mo. Ar. vel, *glorificabor*, ό. For. *laudabor*, Ch. *Israelita*, *de quo glorier*, Ca. *Israel* tu es, *in quo gloriabor*, M. Ti. Sy. Di. ת״ אֲשֶׁר בְּךָ, cum Tigurinis, vertimus, *in quo*. Hebræi enim, quum personam alloquuntur, affixum quod præcedente אֲשֶׁר ad illam personam pertinet non in alia quàm in secunda persona usurpant. Exempli gratiâ, dicturi Hebraicè, *tu es quem diligo*, non dicent, אַתָּה הוּא אֲשֶׁר אֲנִי אוֹהֲבוֹ, sed, אַתָּה הוּא אֲשֶׁר אֲנִי אוֹהֶבְךָ. Vide & quæ infrà annotamus ad vers. 23. Non ad populum hoc refero, sed ad Christum, ad quem præcedentia referuntur †. Christus hîc notatur *Israelis* nomine [f], (ut alibi, *Davidis* [g];) non tamen solus, sed cum toto populi, sive Ecclesiæ, corpore. Mos autem Scripturæ est ut, quum de toto Ecclesiæ corpore agitur, Christus velut in medio collocetur. Vide Gal. 3. 16. Ità & hîc Esaias Israelis nomine, quo Christum significat, totum populi corpus, velut membra sub capite, comprehendit. Similiter & *Christi* nomen Israeli, sive Ecclesiæ, tribuitur 1 Cor. 12. 12 [h]. Christus porrò *Israel* vocatur, vel, 1. voce patronymicè sumptâ, pro Israelitide [i], q. d. Israele prognatus [k]: vel, 2. quia primo loco ad Israelem missus est [l]: vel, 3. quia Israel sive Jacob typus ejus fuit [m]. q. d. Tu non tantùm servus meus es [n], sed & verus Israel sive Israelita es [o], qui cum Deo potentíque ejus ira luctaturus victoriam de eo es reportaturus [p], ità ut eum ex irato propitium reddas [q]. Al. *Israel*, *in quo gloriosus apparebo*, h. e. qui me glorificaturus es coram mundo [r]. Al. *Servus meus es: Israel* (i. e. multitudo electorum ex Judæis & Gentibus: confer Rom. 11. 26 †.) est de *quo* (vel, *est* is de *quo*, Pi. sim. Gal.) *per te gloriaturus* (vel, *me glorificaturus*, Gal.) *sum*, JT. Pi. quatenus illum per te servabo, ex mera gratia *. q. d. Jubeo te primùm Israeli proponere Verbum meum, & in Judæis primùm meam gloriam explicare. Vide Matt. 10. 6, 23. Act. 13. 46. & 28. 25, &c [t]. אֲשֶׁר, pro בַּאֲשֶׁר; ellipsis ת״ ב, ut Psal. 109. 4. תְּפִלָּה, pro בִּתְפִלָּה, *in oratione* sum; Prov. 8. 22. *Dominus possedit me* רֵאשִׁית, pro בְּרֵאשִׁית, *in principio viæ suæ* [v].

4. *Et*, &c.] Heb. *Et ego dixi*, Mo. &c. *Ego autem dixi*, Calv. sic Pi. Angl. *Tum dixi*, Ang. ¶ *In vacuum* (vel, *In vanum*, M. *Frustrà*, Ti. JT. &c.) *laboravi*] Ità Mo. P. q. d. Pater *in me glorificandum* se fore dixit: Quid ergò exspectandum esset, nisi ut Judæi me pro Dei filio reciperent, colerent, &c? Sed video rem longè aliter evenisse: Frustrà videor hanc provinciam suscepisse: non credunt, non auscultant, pejores fiunt [x]. Frustrà prædico apud Judæos [y], quorum paucissimi credunt [z]. Quum antea vim Verbi Christi celebrâsset, & Christus interea parùm aut nihil promoveat, hanc Ecclesiæ querimoniam subjici valde necesse erat, tum nè veritatem Verbi in dubium vocemus, quòd à multis contemnatur; tum ut invicto animo pergamus, &c [a]. ¶ *Et vanè* (nullo aut exiguo fructu [b]) *fortitudinem meam* (vel, *vires meas*, Pi. G. &c.) *consumpsi*] Prædicando †. ¶ *Ergò*, &c. אָכֵן מִשְׁפָּטִי אֶת־יְהוָה וּפְעֻלָּתִי אֶת־אֱלֹהָי] *Profectò*, vel *Veruntamen*, (vel, *Propterea*, ό. Ar. *At*, V. Calv. *Verè*, Sy. P. *Certè*, ut אָכֵן sumitur Gen. 28. 16. 1 Sam. 15. 32. vel, Tamen *certè*, Ang. ellipsis ת״ *tamen*, ut Job. 14. 9. Esa. 44. 11 [c]. *Tametsi*, Ca.) *judicium meum* (vel, *jus meum*, Pi. Ca. Sy. *officium meum*, JT. Pi. *merces mea*, quæ dicitur מִשְׁפָּט, quia ex pacto redditur [d].) *cum* (vel, *coram*, Ch. Sy. Calv. *à*, Ar. *apud*, ό. *penès*, Ca.) *Domino*, Mo. Ti. M. P. &c. (vel, *Dominum*, ό. sic Ca. sub. *est*, JT. Pi. Sy. Ca. vel, *esto*, Ar. vel, *manifestum est*, Ch. Jehovæ probè notum est quàm fideliter officio meo functus sim. Confer Matt. 23. 37 *.) & *opus meum* (vel, *merces mea*, Pi. Ca. *merces operum meorum*, Ch. *labor meus*, ό. *cura mea*, Ar. *causa mea*, Sy.) *cum* (vel, *coram*, ό. Ar. Ch. *penès*, Ca. JT.) *Deo meo*, Mo. P. &c. vel, *Deum*, &c. Ca. &c. *Opus*, vel, 1. propriè; opus mihi mandatum ad expediendum [f]: vel, 2. metonymicè, h. e. merces operis, ut Jer. 22. 13 [g]. Sensus, Licèt frustrà doceam Israelitas, at non frustrà servio Jehovæ, quem penès est me remunerari [h]. Amplificatio indignitatis à testimonio conscientiæ, & Dei, qui, inquit, solus officium & opus meum novit [i]. Utut frustrà laborem, novit Deus me causam suam agere fideliter, & opus meum approbat [k]. Feci quod mei muneris erat [l]: mercedem à Deo exspectabo; Deo me & mea committo [m]. Judicium hujus causæ, tibi, ô Pater, committo [n]; tu judica cujus vitio factum sit ut tam pauci meâ operâ sint conversi & salvati [o]. Nemo existimet me frustrà laborâsse, quòd non missus venerim, aut quòd

[Marginal references, col. 463:] v Calv. x Pi. y For. z G. a Ang. b T. ex Ch. c Ang. d G. sim. Me. T. * Me. sim. T. f T. g Me. h Jun. i Jun. G. k Calv. l Pi. m Ang. * Ang. n Pi. o San. p For. sim. San. q San. r Mar. † San. t Pi. v G. x Mi. San. † Ma. San. y For. sim. Calv. Ma. San. z Calv. a G. b Ang. c Mar. d G. † Q. in Ang. * Ang. † Glass. gram. 4. 1. 5. 674. * Ang. * For.

[Marginal references, col. 464:] † Di. f For. San. Me. T. &c. g For. h Calv. i San. k Ca. sim. Sin. Me. l Mar. m S. sic Me. n Me. sim. o T. Belg. p Di. q D. r Di. M. s Di. * For. † V. † Pi. † Pi. t Jun. v Glass. ib. x For. y Pi. z Jun. sic Ca. ad v. 5. a Calv. b G. † G. c Ang. d G. * Pi. sim. Ang. f Pi. g G. h Ca. i Jun. k Musc. l Me. m Mar. n Me. sim. T. o Me.

quòd in aliquo deliquerim: *Certè conditio mea*, vel *status meus*, (Ità sumitur משפט Jud. 13. 12. *Quæ conditio pueri?* 2 Reg. 1. 7. *Quod judicium*, i. e. forma, habitus, *hujus viri?*) *à* (ità את sumitur Gen. 49. 25. *A Deo patris tui*, &c. & 44. 4. *egressi erant ex urbe:*) *Domino, & studia mea* (in quibus occupor & me exerceo, actiones meæ,) *à Deo meo*; omnia mea à Deo disposita fuêre, à cujus judicio nè latum unguem unquam aberravi, aut aberrare potui [p]. Pro labore, non successu, meo remunerabitur me Deus [q]. Pios doctores hortatur Christus, ut alacriter in officio pergant, nec tædio flaccescant, eo contenti quòd Deo serviunt, cui ipsorum obsequium gratum est, quamvìs non constet fructus laboris, &c [r].

5. *Formans* (vel, *qui formavit*, Pi. sic JT. Calv. i. e. dotibus ad munus meum accommodis ornavit †,) *me ex* (vel, *indè ab*, JT.) *utero servum sibi*] Vel, *in servum sibi*, Mo. Pi. Calv. Jun. vel, *ut serviam ipsi*, JT. ¶ *Ut reducam* (vel, *convertam*, Ch. Pi. i. e. ad conversionem horter; nam loquitur de officio prophetico [s]: ut ad pœnitentiam vocem [v]. Hic finis vocationis exprimitur [x].) *Jacob ad eum*; vel, *ad se*, P. M. Ti. &c. "לשובב וגו] *Ut congregarem*, o'. Ar. ¶ *Et Israel*, &c. וישראל לא יאסף ואכבד וגו"] *Et* (vel, *Quum*, JT. *Sed*, Pi. sim. M. *Etiamsi*, Ti. *Atque* ut, Calv.) *Israel non colligetur*, (vel, *colligatur*, Ti. Calv. *reciperet se*, JT. *vult colligi*, Pi. *congregabit sese*, sub. *ad ipsum*, V. i. e. Christum, à cujus Regno Judæi infideles apertè excluduntur [y]: vel, in cœlum, per conversionem [z]:) *&* (vel, *tamen*, Calv. sic Pi.) *gloriosus ero* (vel, *glorificabor*, M.) *in oculis Domini*, &c. Mo. Ti. &c. vel, *gloriosus evasi*, propter fidem à me præstitam in munere meo prophetico [a]. Etiamsi Israel ad mea monita nolit converti, ego tamen Deo placebo, qui scit me in officio meo non cessaturum [b]. Contraria inter se hîc opponuntur. Ministris dedecori esse videtur, quòd paucos colligant, &c. Id hîc negat Propheta, eósque nihilominus gloriosos esse statuit, &c [c]. [Alii versum sic reddunt,] *Et nunc dixit Dominus, qui formavit me ab utero in servum sibi, ad reducendum Jacobum ad se, & Israelem qui non colligitur, ut glorificarer in oculis Domini, & Deus meus esset robur meum*; *Dixit*, inquam, &c. quæ sequuntur v. 6. *Israelem qui non colligitur*, i. e. dispersum, qui à pastoribus suis negligebatur. Videtur mihi illud לשובב non tantùm ad יעקב, sed etiam ad ישראל, pertinere, sicut versu sequenti, ubi quoad sensum hæc eadem repetuntur, scil. Christus dicitur *servus* Dei *ad erigendum tribus Jacobi, & desolatos Israelis reducendum*; ubi *desolati Israelis* idem est quod hîc, *Israel qui non colligitur*: & causam reddi puto quare Christo munus injunctum sit לשובב *reducendi*, quia nempe dispersi erant instar ovium, neque à pastoribus suis colligebantur [d]. Duplex hîc lectio, in textu לא, in margine לו [*]. [Quidam marginalem lectionem sequuntur, sed non uno modo vel sensu.] *Ut reducam —& Israel ei congregabit se*, &c. P. *ad reducendos ad ipsum Jacobæos, & Israelitas ei allegendos, ut decorer*, &c. Ca. Al. *Et nunc dicit Dominus, qui formavit me in utero in servum sibi, ad reducendum Jacobum ad ipsum, ut Israel colligatur ad ipsum, & ego glorificer in oculis Domini, nempe* (*&*, pro *nempe*, ut Esa. 40. 30 [f].) *Dei mei*, qui (ellipsis relativi, ut 44. 2 [*].) *fuit robur meum*, Angl. Judæi locum sic depravant, pro לא, legunt, הלא *annon Israel aggregabitur?* vel, *certè aggregabitur* [g]. Sed coactum hoc, & contra scopum Prophetæ [h]. Al. *& Israel non peribit*, vel *auferetur*, Q. in Calv. & in Angl. Ità אסף sæpe sumitur [i], ut Esa. 4. 1. & 16. 10. & 57. 1. &c [k]. Sed prior interpretatio melior; Utut votis successus non respondeat, qui Christo serviunt gloriosi erunt: loquitur enim tum de capite, tum etiam de membris [l]. *Et glorificatus sum*, &c. q. d. Non vitio meo neque Dei factum est ut non reducerentur Israelitæ: mirè enim Pater me glorificavit, per signa, &c. ipsi tamen colligi noluerunt [m].

6. *Parum*, &c. נקל מהיותך לי עבד] *Leve est ab esse* (vel, *ab essendo*, For.) *te mihi servum*, For. Mo. vel, *ut*, sive *quòd*, *sis mihi*, vel *meus*, *servus*, M. P. Ti. *Parùm est mihi ut sis servus*, Ca. *Leve est præ esse te mihi servum*, i. e. præ eo ut mihi servus sis [n]. *Levius est quàm pro te esse*, &c. Particula [מ] sic usurpatur per modum collationis, Job. 11. 6. Esa. 41. 24 [o]. [Alii interrogativè legunt;] *Numquid leve est, ut sis*, &c? Pro נקל, legunt הנקל [p]. *Levior videris quàm ut sis*, &c? JT. An *vilior videris* (scil. Judæis [q]) *quàm ut sis*, &c? Pi. *Parvine res est momenti, esse te*, &c? Ar. *Numquid parùm vobis est quod vocemini servi mei*, &c? Ch. Al. *Magnum tibi est ut vocaris puer* (vel, *servus*, Ar.) *meus*, o'. sic Ar. Non sufficit mihi ut Hebræis prædices [r]. ¶ *Ad suscitandas tribus Jacob, & fæces*, &c. "ונצורי וגו] *Et servatos*, sive *custoditos*, *Israel*, sive *Israelitas*, Mo. JT. Pi. For. i. e. quos ego singulari studio custodiveram hactenus, &c †. *Et dispersiones*, &c. o'. Ar. *& desolationes*, &c. M. sim. Ti. P. Di. vel, *ruinas*, &c. Ca. reliquias populi [t]: qui in via remanserunt, &c [v]. ¶ *Ecce*, &c. "ונתתיך וגו] *Et* (vel, *Etiam*, P. Ca. Ch. *Nam*, M. *Sed*, Q. in V. *Ergò*, JT. Pi. sic Calv. *Nisi*, Ti.) *dedi* (vel, *constituo*, JT. Pi. *constitui*, Calv. *ponam*, Q. in V. *dabo*, Ca. *dedero*, Ti.) *te in lucem gentium*, Mo. P. &c. *ut sis salus mea*, &c. Calv. &c. Ut illos quoque ab idolis avertas, & sic plurimos serves. Vide suprà cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 33. 34. 41. 45. 46 [x]. Sed perperàm hæc de Esaia hîc exponit Grotius, quæ de Messia accipiunt tum Rabbini ipsi, tum Paulus Act. 13. 47. tum Grotius ipse ad Luc. 2. 30. Nomina hæc, *lux gentium*, & σωτήριον vel *salutare Domini*, sunt soli Messiæ propria, nec Esaiæ, qui tantùm adversùs gentes quasdam vaticinatus est, congruunt [y]. Apertus est hic locus de vocatione Gentium, &c [z]. q. d. Hic Gentes Judæis adjunget, ut in eundem populum coalescant, & Christi nomine censeantur [a].

7. *Hæc dicit Dominus redemptor Israel, Sanctus ejus*, (nempe Israelis [*],) *ad*, &c. לבזה נפש למתעב גוי לעבד משלים] Difficillimus locus est, qui meritò Interpretes vehementer torquet [b]. *Ad contemptum*, vel *contemptibilem*, *animâ*, Mo. P. sim. Ti. (vel, *animæ*, Q. in Angl. *animam*, For. Calv. vel, *ad eum cujus anima contemnitur*, M. sic Sy. *ei quem spernit quisque*, JT. Pi. Heb. ei qui est aptus *ad spernendum animam*, i. e. ut spernat eum anima, h. e. unusquisque [c]. *Anima* hîc pro homine, sive persona [d], ut Exod. 1. 5. Act. 7. 14. 1 Pet. 3. 20. & *anima*, indefinitè, pro, quævis *anima*, ut Levit. 4. 2. & 5. 1 [*]. Deficit לאשר [f]. *Ad contemnere anima*, h. e. *ad* eum quem *contemnens est anima* cujusque. Infinitivus pro participio, ut Gen. 8. 5. "הלוך וגו, *eundo*, &c. pro, *euntes*, &c; Jos. 3. 17. הכן *erigere*, pro, *erecti*; Psal. 32. 9. *non intelligere*, h. e. non intelligentes [g]. Al. *his qui contempti sunt inter populos*, Ch. Al. *ad contemptorem animæ suæ*, G. sim. o'. Ar. quales omnes pii esse debent, Matt. 16. 24, 25 [h].) *ad abominatam*, sive *abominabilem, gentem*, Mo. Calv. P. (vel, *abominatum*, sive *abominabilem*, *gentium*, sive *gentibus*, G. V. sim. Ti. o'. Ar. i. e. inter gentes [i]: *& in abominatione est gentium*, M. quem *abominatur gens*, JT. Pi. Ang. Judaica. Synecdoche generis [k]. Judæi hîc dicuntur גוי, quòd & conversatione & religione gentibus à Deo alienis similes facti sunt [l].) *servo*, vel *ad servum*, *dominorum*, sive *dominantium*, JT. Pi. Mo. P. vel, *& dominantium est servus*, M. Ti. [Ca. locum sic reddit, *Sic alloquitur Jova, sancti sui Israelitæ vindex, contemptam animam, hominibus abominatum, dominantium servum*.] ¶ *Reges videbunt*, (vel, *videntes*, JT. *videbunt* te, Pi. Angl. ellipsis pronominis, ut v. 18 [m].) *& consurgent* (*assurgent*, JT. Pi. Ang. sub. *tibi*, Pi. Angl. scil. honoris causâ; vide Lev. 19. 32 [n].) *principes*, (itémque *principes*, Pi.) *& adorabunt* (sub. *te*, Pi.) *propter Dominum*, *quia* (vel, *qui*, Pi.) *fidelis est*, *& Sanctum* (vel, propter *Sanctum*, Pi.) *Israel*, *qui elegit te*] Versum hunc exponunt, 1. de Jesaia, quem vocat *contemptorem*, &c. quia cum summo vitæ periculo Dei dicta enunciavit, nè maximis quidem parcens, ut Sobnæ; *abominatum gentibus*, ob perpetuam idololatriæ reprehensionem; *servum*, &c. utpote subjectum Regibus Judææ: *Reges* tamen, inquit, te ut Prophetam venerabuntur; *& principes*, Eliakim boníque Principes alii; *quia fidelis*, &c. h. e. quia credunt Deum impleturum quæ ejus nomine prædicis [o]. Non placet hæc sententia, quia nulla de Esaia mentio vel in antecedentibus vel in consequentibus [p]. 2. De Israelitis, qui contemptibiles erant, abominabiles, & dominantibus serviliter subjecti. Horum extremam ignominiam designat, ut sciant maturum Deo fore tempus opis ferendæ quum penitus

Marginal notes (left column): [p] For. [q] Ang. [r] Calv. † Calv. [s] Pi. [t] G. [x] Calv. [y] M. [z] Pi. [a] Pi. [b] G. [c] Calv. [d] Di. [*] G. Ang. [f] Ang. [*] Ang. [g] M. [h] Calv. [i] Calv. Ang. [k] Ang. [l] Calv. [m] For. [n] Gl. adv. 18. 201.

Marginal notes (right column): [o] Ang. [p] He. in M. [q] Pi. [r] G. † Pi. ex Jun. sim. For. [t] G. [v] For. [x] G. [y] Calov. [z] M. [a] Calv. [*] Calv. &c. [b] Di. [c] Pi. [d] Ang. sim. For. [*] Ang. [f] Pi. [g] Glas. gram. 3. 3. 363. [h] Q. in Ang. [i] V. [k] Pi. [l] Calv. [m] Ang. [n] Pi. [o] G. [p] Calov.

q Calv. r Musc.sim. Calv. † For. Ca-lov. Ca. Jun. Ang. Pi. Di. San. &c. t For. sim. Calov. ex Brent. & Os. v T. x Me. sic T. y Me. z For. a T. sim. Me. b T. † Q. in For.

penitùs humiliati fuerint q. Horum, inquit, liberationem stupendam *reges videbunt*, &c r. 3. De Christo †, & Discipulis ipsius t. Christus hîc dicitur *contemptus*,&c. sc. à Judæis, Herode & Pilato v, habitus tanquam vermis, &c x; *abominabilis gentibus*, Ethnicis non minùs quàm Judæis y; (*crux* nempe Christi *gentibus stultitia*, *Judæis scandalum* z;) *servus dominantium*, quia quasi vilissimus servus à dominis Gentilibus & Principibus Judæis irrisus est, consputus,flagellatus, &c a. Verùm sors hæc,inquit,utut putetur miserrima,brevi in felicissimam commutabitur. Nam *reges & principes* potentissimi ex Gentibus, auditis visisque miraculis tuis, *tibi*, ô Christe, ô Ecclesia Christi, *assurgent* b, ——*quia fidelis est*,&c. i.e. implet promissiones Patribus factas de semine benedicto, &c †. Durum est בְּזֹה sumere pro nomine, ut significet *contemptibilem*, quum revera sit infinit. Kal activ. similiter מְתָעֵב pro nomine, *abominabilis*, quum sit Benoni Piel, *abominans*. Diu multùmque de hoc cogitanti tandem incidit sic verti posse, *Sic dixit Dominus redemptor Israelis, Sanctus ejus, Spernere oportet animam* (vitam) *pro eo* quem *abominatur gens*, *pro servo dominantium*. Observavimus antehac in hoc Propheta aliquoties, ל infinitivi formare gerundium in *dum*, & significare rem quæ facienda est, quam facere oportet. Ità & hîc sumi potest. Deinde, לִמְתָעֵב sumo pro לַאֲשֶׁר מְתָעֵב, quod Hebræis usitatum; ut Esa. 65. 1. bis est לְלֹא, pro, לַאֲשֶׁר לֹא, *qui non quæsiverunt*. Sensus est, Oportet te, quem constitui in lucem Gentium, &c. animam tuam parvi pendere pro iis qui & populis exosi, & magnatibus mancipati, sunt. Id quum videbunt Reges Principésque, cogentur surgere & adorare te. Aliter: נֶפֶשׁ pro *affectu* & *voluntate* sumi potest, ut Psal. 27. v. 12. ut sensus sit, *Spernere oportet voluntatem abominantis gentem, servi dominantium*. Animat Deus Christum ut, coram Pilato constitutus, qui gentem sanctam abominabatur, & servus erat Cæsaris dominantiúmque Romanorum, non succumbat, sed fortiter ejus voluntatem spernat c.

c Di. t G. v Ang. x Jun. Pi. Ang. &c. y G. z Pi. a Calov. b T. sim. Me. c G. d Calov. * Me. f Calov.

8. *Hæc dicit Dominus*] Esaiæ t. Sed contortum est hoc v: potiùs, Christo x. ¶ *In tempore placito* (vel, *accepto*, JT. Ca. Ang. *voluntatis*, Mo. G. ubi tu voluisti y: *gratuitæ voluntatis*, M. *placiti*, Calv. *beneplaciti*, P. Pi. i.e. Tempore illo quo mihi placuit te mundo patefacere, cúmque per te redimere z. Die passionis Christi a. Tempore quo decreveram favere & benefacere tibi, & propter te toti orbi b,) *exaudivi* (vel, *exaudiam*, JT. Ca.) *te*] Ità Ti. &c. pro Ezechia deprecantem c. Imò te, ô Christe, orantem in cruce d. Exaudiam te, cùm incarnatus fueris, in & pro membris tuis deprecantem, &c *. Sed dubium est quomodo 2 Cor. 6. 2. ad Ecclesiam totam accommodetur, quum de Christo agit f. Tenendum ergò, Prophetam sic totum Ecclesiæ corpus alloqui, ut à Christo incipiat, qui caput est. Alioqui non poterit hoc caput eodem tenore explicari. Ideo Paulus ad Ecclesiam accommodat. Dices, illa, *dabo te in fœdus*, soli Christo convenire. Quomodo hæc inter se conciliabimus? Nempe, si consideremus Christum non tam esse suum, quàm nostrum; quia nec venit, nec mortuus est, nec resurrexit, sibi. Itaque promittit Deus universo Ecclesiæ corpori. Christus, velut sponsor, recipit has promissiones; nec sibi privatim stipulatur, sed toti Ecclesiæ. Christum itaque compellat, non separatim, sed ut corpori conjunctus est. Sub voce *placiti* frænum injicit, nè festinent in suis desideriis fideles, sed tempus præfixum patienter exspectent g. ¶ *In die salutis*] i.e. Tempore quo mihi placuit operari salutem electorum h. ¶ *Servavi te*] Effeci nè quid Assyrii aut Sobna cum sua factione tibi nocere possent i. *Custodiam te*, nè ab hostibus vincaris k. ¶ *Et dedi* (vel, *dabo*, Calv. *ponam*, Pi. *disponam*, JT. *constitui*, Oecol. in Marl.) *te in fœdus populi*] i.e. Per te renovavi meum cum populo fœdus l. *Dedi te in fœdus*, &c. i.e. ut sis reconciliationi ex fœdere. Sic Dan. 9. ult m. In mediatorem fœderis: Metonymia subjecti occupantis, sive objecti. Sic Esa. 42. 6 o. Ut fœdus pacis inter me & populos sancires sanguine tuo p. *In fœdus*, tum, 1. passivè, ut victima sis fœderalis, quâ reconcilier, &c q: tum, 2. activè, ut fœderator sis, novo fœdere rursus me populo obstringens; ut olim antiquo fœ-

g Calv. h Pi. sim. Calv. i G. k Pi. l G. m Jun. o Pi. p Me. q T. ex For.

r T. † Calv. t San. v Calv. x M. y For. z G. sim. Oecol. Calv. a G. b Calv. c T. sim. Me. Fo. d Jun. * Pi. f For. g T. sim. Me. San. h Pi.

dere Moyses meilli obstrinxit r. Sponsor & renovator fœderis quod Judæi irritaverant, &c †. *In fœdus populi*, i.e. ut fœdus ineatur cum Gentibus, sicut olim cum Judæis t. Dirutâ enim maceriâ, Judæi & Gentes in unum populum coalescunt v. Al. Omnia hæc referenda sunt ad Ecclesiam primitivam x; quæ *fœdus*, &c. dicitur, ob *ministerium reconciliationis*,&c. 2 Cor. 5. 18 y. ¶ *Ut suscitares* (vel, *ad confirmandum*, JT. *ut erigas*, Pi. *ad stabiliendum*, Ang.) *terram*] Ità G. &c. Ut instaures terram desolatam, eámque facias iterum habitari z; Judæis ad tua monita resipiscentibus a. Reditus populi erat nova quædam creatio. Respexit tristem illam dissipationem & vastitatem quæ in mundo erat, cujus remedium à solo Christo sperandum erat b. *Ut terram*, i.e. terræ incolas morti æternæ obnoxios, erigeres, & ad vitam resuscitares c. *Terram*, i.e. Ecclesiam, & illius habitationem, synecdochicè d: electos qui in terra degunt *. ¶ *Et possideres* (vel, *& possideri facias*, G. sim. JT. Hebr. *ad hæreditare faciendum*, Mo. Pi. Christo & Apostolis hîc injungitur, ut eo munere fungantur quo Josue, qui Israelitis possessiones divisit f.) *hæreditates dissipatas*] Vel, *desolatas*, Mo. JT. Pi. vel, *locorum desolatorum*, Pi. i.e. Gentes (quæ tibi pro hæreditate concessæ sunt) dissipatas & perditas, &c g. Vel, ut jure hæreditario accipiant cœlum, è quo per Diabolum ejecti erant h.

l San. k Me. sim. T. l Jun. Pi. m G. n Calv. o Pi. p T. q Me. r G. † G. † Ang. Me. v Ang. x T. For. y T. z For.

9. *Ut*, &c. לֵאמֹר וגו'] *Dicendo* (vel, *Ut dicas*, sive *diceres*, P. Calv. Vulg. &c.) *vinctis*, (Gentibus à Dæmone vinctis l, & peccatorum atque errorum laqueis implicatis k; vide plura Esa. 42. 7 l.) *Exite*, JT. Pi. V. i.e. Corrigite vos, ut exire possitis m. Describitur hîc mira mutatio quæ Christi adventu contigit. Vox לֵאמֹר emphatica est, ostendit enim prædicationem Evangelii esse modum quo liberamur n. ¶ *Et his qui in tenebris*, (i.e. in omni miseria spirituali & tristitia o; in infidelitate & ignorantia p; in idololatria & gentilismo q; in calamitatibus r,) *Revelamini*] Sic M. JT. Pi. G. Date operam ut omnia vobis lucescant, i.e. prospera eveniant †. הִגָּלוּ] *Manifestate vos*, Mo. P. Prodite in lucem †, ut 1 Sam. 14. 8, 11 v. *Ostendite*, vel *Revelate*, *vos*, V. Illustremini, h.e. Luce cœlesti perfundamini x, & recreemini. Porrò, *lucis* nomine designantur omnia læta & prospera y. Nè ampliùs latebras appetite, sed *induamini arma lucis*, &c z. ¶ *Super*, &c. עַל דְּרָכִים יִרְעוּ] *Super* (vel, *Juxta*, M. Ti. V. *Per*, JT. Pi.) *vias* (vel, *In viis*, P. Ch. *In omnibus viis*, ο'.) Ubivis locorum a: In planis locis; nam viæ publicæ in plano sunt b.) *pascentur*, Mo. Vulg. V. &c. vel, *pascent*, JT. Pi. i.e. percipient consolationem spiritualem c. Ubique pascua erunt d. Etiam viæ erunt pascuæ: i.e. Florebunt omnia, si se convertant Israelitæ *. Non Hierosolymis tantùm, ut olim, sed ubique terrarum, erit vobis copia pabuli spiritualis f. Vel, sumitur metaphora à pecoribus, quæ, dum è regione in regionem proficiscuntur, per eam viam à pastoribus deducuntur juxta quam pascua inveniant g. Promissioni liberationis è captivitate subjungitur hîc alia promissio, quòd Deus illis in via redeuntibus domum prospiceret h. ¶ *Et in omnibus planis*, &c. שְׁפָיִים] *Rivis*, Ch. Verùm vox Chald. נִגְרִין non modò *fluenta*, sive *flumina*, ut Esa. 44. 4. &c. sed etiam *colles*, vel *clivos*, sign. ut notat Buxtorfius, & constat ex Esa. 41. 18. *Aperiam super* נִגְרִין (non certè, *fluenta*, sed, *colles*) *flumina*. Cur autem *colles* sic vocentur ex Targumista ipso discimus, qui Jerem. 4. 11. pro שְׁפָיִים, dixit, עַל רֵישֵׁי נִגְרִין דְּמַיִן, *super capita fluentorum aquarum*; quia scilicet à collibus sive clivis, in quibus oriuntur, defluant illa i. *Jugis*, Ca. *clivis*, JT. Pi. *locis* (vel, *verticibus*, Ti.) *editis*, sive *excelsis*, Mo. P. sim. M. Ti. Calv. Ang. &c. quæ plerumque aridæ sunt & steriles k. Vide Esa. 41. 18. Jer. 12. 12 l. Al. *in campis*, sive *planitiebus*. Id שְׁפָיִים significare diximus ad Num. 23. 3. Vide & Jer. 4. 11. LXX [& cum iis Sy. Ar.] hîc habent, *semitis*, quod cum planitiebus magis quàm clivis convenit m. *Planis*, G. ex Vulg. Idem est quod præcessit, τρίβοις, ut hîc habent Græci. Vide Num. 23. 3. Jer. 3. 2 n. Verùm contextus hanc versionem respuit; sequitur enim v. 10. *Non sitient*, licèt in montibus, &c. & vers. 11. *Redigam montes——in viam* o.

a Pi. sic Jun. b For. c Pi. d Mar. * G. f Me. sim. T. San. g For. h Ang. i Ga. adv. 23. 260. k Ang. sim. Mar. l Ang. m Di. n G. o Ga. ib.

10. *Non*

10. *Non esurient*,&c.] Ad reditum nihil ipsis deerit: omnia erunt facilia [p]. Non deficient in itinere, &c [q]. Nihil illis incommodabit iter facientibus [r]. Electis in cœlo nihil erit incommodi, sed omni commodo fruentur †. ¶ *Non percutiet eos æstus*, (vel, calor *adurens*, Angl.) *&* (vel, *aut*, P. Angl. *nec*, Mo. Ti. &c.) *sol*; ità Mo. P. &c. i. e. *calor adurens solis* [t]: שָׁרָב וָשָׁמֶשׁ] *Ventus calidus, neque sol*, Ar.

11. *Et ponam* (vel, *disponam*, JT. *redigam*, Pi.) *omnes montes meos* (i. e. vel, 1. montes Judææ; quia fingit ad illam terrenam Jerusalem properare Dei filios, per quam altera intelligenda, ut suprà: vel, 2. montes altissimos, quales dicuntur *montes Dei* [v]: vel, 3. *montes*, per quos populus meus transiturus est, *meos*, quòd ego eos condidi, adeóque de iis, ut lubet, disponere possum [x]:) *in viam*] Ità Mo. P. &c. vel, *ut sint pervii*, JT. sim. Ti. i. e. Removebo difficultates & impedimenta omnia, vel, 1. reditûs vestri [y]; vel, 2. conversionis Gentium, &c [z]. ¶ *Et semitæ* (vel, *viæ stratæ*, Mo. Pi. &c.) *meæ* (si quæ nimis depressæ fuerint [a]) *exaltabuntur*] Ità Mo. P. G. &c. Id est, valles, ut via sit æqua: מְסִלָּה, סָלַל vertitur, ὁδοποιεῖν: vertitur, ὁδὸς, (*via*,) ὁδὸς, (*transitus*,) τρίβος, (*callis*,) πορεία, (*iter* [b].) ¶ וּמְסִלֹּתַי יְרֻמוּן] *Et in aggeribus meis emineant*, JT. nimirum quos Christus è vinculis Satanæ extraxerit *. Tollam itineris molestias, ut facilè ad domum Domini undequaque perveniri possit. *Montes suos* vocans, & *semitas suas*, non modò significat se illis pro suo jure imperare, sed & se fore profectionis ducem, &c [c].

12. *Ecce, isti* (nempe Hebræi [d], & Gentes *,) *de longè venient*] Id est, ab Oriente [f]; à Perside, & aliis locis ad Orientem Judææ sitis [g]. Synecdoche generis [h]. Hanc expositionem sequentia requirunt [i]. Orientalem regionem sic exprimit, quia nulla longiùs Palæstinæ patebat quàm illa [k]. ¶ *Ab Aquilone*] Id est, ex Media, quò multi deportati erant [l]. ¶ *Et mari*] Id est, à locis transmarinis, Cypro, Creta, Macedonia †. Vel, ab Occidente [m]: nam mare Syriacum ad Occidentem Judææ [n]. Vel, ab Austro [o]: nam *mare* opponitur *Aquiloni*. Vide Psal. 89. 13. *Aquilonem & mare creâsti*; & 107. 3. *ab ortu & occasu, ab Aquilone & mari*. Mallem tamen per *mare* Occidentem hîc intelligi, ut Num. 2. 18. Jos. 18. 15. Ezec. 42. 19. & 46. 19 [p]. ¶ *De terra Australi*, סִינִים] *Sinim*, G. &c. *Sinis*, M. Calv. nam desinit in Samech [q]. *Sinæorum*, JT. Pi. i. e. meridiem versùs [r]. Post Ortum, Septentrionem, Occidentem, restabat Auster †. Ad Austrum Judææ sunt Sinæi, Gen. 10. 17 [t]. & desertum Sin, & in eo mons Sinai, Exod. 16. 1 [v]. quæ loca Judæis erant celeberrima [x]. Nisi fortè intelligantur Sinæ ultra Gangem: hoc enim videtur esse εὐφρατικὰ τέρεν [y]. Verùm hi sunt צִינִים, non סִינִים [z]: nec illa regio tum nota erat †. Al. Intelligo Syenem, urbem Ægypti *: vel, Pelusium, ut optimè Sadias apud K. quod terræ Canaan ad Austrum erat ‡. Hæc urbs à luto Syriacè *Sin* appellatur Ezec. 30. 15. & Græcè, Πηλούσιον *. Erat enim, teste Strabone, paludibus circumdata. Pelusium autem ponitur pro Ægypto, quia illius primaria urbs erat, dicta *robur Ægypti*, Ezec. 30. 15 †. Hîc quatuor describuntur orbis plagæ [a]. Significat ab omnibus terræ plagis venturos, sive Judæos, sive in commune fideles [b]. Sic reditum è Babylone promittit, ut simul ad tempus Christi respiciat [c]. Ex omni gente iter ad Deum aperuit Dei Filius [d].

13. *Laudate*, &c.] Idem propè versus qui Esa. 44. 23 *. ¶ *Jubilate*, &c. וּפִצְחוּ הָרִים רִנָּה] *Et conclamate*, (vel, *erumpite in laudem*, M. sim. Ti. *edite clamorem*, P. V. sim. JT. &c. lætum scilicet [f],) *montes præconio*, Mo. &c. vel, *cantu*, JT. q. d. Vos, res omnes creatæ, gratulamini Christo, & filiis Dei vindicatis in libertatem gloriæ, Rom. 8. 19, &c [g]. Omnibus elementis linguas optat, ut congratularentur à captivitate peccati redeuntibus [h].

14. *Et dixit Sion, Dereliquit me Dominus*] Querela Ecclesiæ secundùm externam faciem [i]. Ut efficacior sit sequens consolatio, præmittit querimoniam, &c [k]. *Sion*, i. e. vel, 1. urbs Hierosolymorum destructa, cui hîc dat sermonem [l]: vel, 2. Synagoga Judaica, Deo antè charissima, jam, ob spretum Christum rejecta, miseriam suam sic deflens [m]; carnales Judæi, qui, additione Gentium non contenti, carnalia tantùm sapiunt, sempérque Jerusalem desolatam deflent [n]: vel, 3. fideles Judæi, qui in Templo convenire solebant, &c [o]: vel, 4. Judæi ad Christum conversi [p]. Transitio ad alterum promissionum Evangelicarum caput, quæ sunt de studio Dei erga Ecclesiam, usque ad v. 17. & de propagatione ejus, indè ad finem. Transit autem per occupationem, ad quam respondet v. seq [q].

15. *Numquid oblivisci potest* (vel, *obliviscetur*, Mo. P. &c.) *mulier infantem*, &c עוּלָהּ] *Lactentis* (vel, *fœtûs*, JT. Calv. &c. *infantis*, M. P. Ti. *parvuli*, Pi.) *sui*, Mo. sic Pi. Ang. עוּל propriè *lactentem* sign [r]. Verùm vox hæc generalior esse videtur, de quibusvis parvulis; & à *lactentibus* distinguitur Psal. 8. 3 †. Æthiopicè עוּל *pullum* significat, Matt. 21. 2 [t]. Non patri se comparat Deus, sed matri, cujus ardentissimus & incredibilis est affectus erga fœtum, quem fovet sinu suo, & sollicitè curat, adeò ut se vigiliis maceret, & suiipsius obliviscatur, &c. Imò in feris & immanibus bestiis, hæc solicitudo reperitur [v]. ¶ *Et si*, &c. גַּם אֵלֶּה תִשְׁכַּחְנָה] *Etiam* (vel, *Etiamsi*, Calv. M.) *hæ*, vel *istæ*, *obliviscantur*, Mo. vel, *obliviscentur*, P. *oblivisceerentur*, M. *oblivisci possint*, JT. Pi. i. e. Esto tamen posse hoc fieri [x]. Interdum matres degenerant in monstra, &c [y].

16. *Ecce, in*, &c. עַל כַּפַּיִם חַקֹּתִיךְ] *Super volis* (vel, *in manibus*, P. M. *quasi in manibus*, Ch. *in manibus istis ambabus*, Ti.) *exaravi* (vel, *descripsi*, P. *sculpsi*, M. sic Ti.) *te*, Mo. q. d. Ego semper tui sum memor, tuque versaris mihi ante oculos, quasi scripsissem te in manibus meis [a]. Delineatam tui figuram in palmis geram: cui favent verba sequentia, *Muri tui*, &c [b]. Solebant qui negotii alicujus meminisse volebant, signum ejus aliquod apponere digitorum alicui. Vide Exod. 13. 9 [c]. Ità te habeo in memoria, sicut illud quod tenetur manu [d]. Proverbium est, nos aliquid tanquam proprios digitos tenere, quum illud memoriæ penitùs infixum habemus. Confer Deut. 6. 8 *. Vel, alludit ad annulos memoriales [f]; q. d. velut in annulo, manûs ornamento, in quo insculpi olim solebat imago ejus quod præ aliis diligebatur & in pretio habebatur, ut in memoria & conspectu jugi esset [g]. Solebant Jerosolymitani gestare in annulis cælatam urbis suæ imaginem, ut colligo ex Psal. 137. 5. *oblivioni detur dextera mea* [h]. Al. Loquitur potiùs de vulneribus manuum, quæ memoriale sunt Christo eorum quæ & pro quibus passus est [i]. Al. *Palmis imprimam*, Ca. sim. Sy. Molliter premam & informabo, ut solet recèns natus infans [k]. ¶ *Muri tui*] i. e. Muri Ecclesiæ, quam comparat urbi Hierosolymæ [l]. ¶ *Coram*, &c. נֶגְדִּי] *Coram me*, Mo. P. &c. *è regione mei*, JT. sub. *sunt*, P. vel, *versantur*, JT. *positi sunt*, Pi. ut te restaurem *. *Murorum* nomine rectum ordinem politiæ & disciplinæ notat, cujus sedulum custodem se fore affirmat [m].

17. *Venerunt*, &c. מִהֲרוּ בָּנָיִךְ] *Festinabunt* (vel, *Accelerant*, Ti. sim. Ca. i. e. Festinanter & cupidè ad te accedent [n]: Citò redibunt; vide Esa. 51. 14. Jer. 50. 8 *.) *filii tui*, P. sic JT. Pi. Ca. Sy. i. e. electi qui in te generabuntur per semen Verbi [o]. Vel, *structores*, vel *ædificatores*, *tui*, Mo. Ti. Calv. sim. M. q. d. Jamjam repareberis [p]. Jamjam Cyrus id præcipiet [q]. ¶ *Destruentes*, &c. מְהָרְסַיִךְ וּמַחֲרִיבַיִךְ וגו׳] *Demolientes* (vel, *Dissipantes*, P.) *te & destruentes te* (i. e. Exteri hostes, quorum perpetuum studium erat ut Jerusalem diruta jaceret [r]; Babylonii, necnon Samballetes & Tobias Ammonita †: vel, Falsi doctores [t],) *à*, vel *ex*, *te* (vel, *procul abs te*, Calv.) *exibunt*, Mo. P. sim. JT. Pi. vel, *discedent*, M. Calv. *recedent*, For. longè erunt à te, nihil tibi nocebunt [v]: eos profligabo, nè urbis instaurationem impediant. Ità duplex est instaurandæ Ecclesiæ ratio; 1. mittendo architectos, &c. 2. abigendo vastatores [x].

18. *Leva—oculos*] i. e. Contemplare & considera [y]. ¶ *Omnes isti* (vel, 1. conversi ex Gentibus, qui tamen filii tui sunt, &c [z]: vel, 2. ingens illa multitudo [Judæorum, ut Grotius manifestè intelligit,] qui per omnes terras, Assyriorum, Medorum, Babyloniorum, Persarum, exsulant [a],) *congregati sunt*, (vel, *congregant se*, Pi. *congregantes se*, JT. ex omnibus partibus & locis ubi dispersi erant [b],) *venerunt* (vel, *venient*, Pi. *accedunt*, JT. & *veniunt*, Ang. *ut veniant*, Angl.) *tibi*, נִקְבְּצוּ בָאוּ לָךְ] Jamjam

jam venient ad te [c]. Significat, electos Ecclesiæ unum corpus fore sub Christo, Joh. 10.16 [d]. ¶ *Quia omnibus his* (filiis tuis *) *velut* (vel, *tanquam*, Pi.) *ornamento vestieris*, (ità M. JT. sim. Mo. Ti. &c.) *& circumdabis*, &c. וְתְקַשְּׁרִים כַּכַּלָּה] *Et ligabis*, vel *circumligabis, eos* (sub. *tibi*, JT. Pi. Ang. vel, sub. *ut torques collo tuo*, P. vel, *Et circumligaberis eis*, M. V.) *ut*, vel *tanquam*, *sponsa*, Mo. Ti. JT. Pi. Ang. &c. sub. *facit*, Ang. vel, circumligat sibi ornamenta sua [f]. Sicut vestibus speciosis & monilibus decorari sponsæ solent, sic illorum egregiæ virtutes te decorabunt [g]. Multitudine & varietate fidelium ornatur Ecclesia [h]. Gentiles tibi adjuncti non oneri erunt, sed ornamento [i]. Certè pii Judæi ad hunc modum Gentium conversionem accipiebant [k]. Ostendit quis sit verus Ecclesiæ ornatus; nempe, si liberos quàm plurimos habeat, qui fide ad ipsam aggregentur, &c [l].

19. *Quia*, &c. כִּי חָרְבֹתַיִךְ וְשֹׁמְמֹתַיִךְ וְאֶרֶץ הֲרִסֻתֵךְ כִּי עַתָּה תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב] *Quia* (vel, *Nam*, Di. *Siquidem*, M. Ti. *Quum*, JT.) *deserta tua*, (vel, *desolationes tuæ*, M. Ti. Calv. in *desertis tuis*, P. in *locis tuis desolatis*, Di. Angl. *vastitates* erunt *tuæ*, JT.) *& solitudines tuæ*, (vel, *devastationes tuæ*, M. Ti. sim. Calv. & *desolationes tuæ*, JT. *& desolationibus tuis*, P. *&* in *vastatis tuis*, Di.) *& terra destructionis tuæ*, Mo. Ch. (vel, *destructa*, sive *eversa, tua*, JT. Di. M. Ti. vel, *&* in *terra tua destructa*, Di.) *nunc* (vel, *brevi*, V. *nam nunc*, Mo. *quia jam*, JT. sic ο'. *jamjam*, Ti. *quia*, inquam, *nunc*, P. *nunc tamen*, Calv. *utique nunc*, Di. Angl. *nunc sanè*, Ch.) *angusta*, vel *arcta*, (vel, *angustior*, Ti.) *erit* (vel, *eris*, P. vel, *angustaberis*, JT. *arctaberis*, Di. Angl.) *ob*, vel *propter*, *habitatores*, M. Di. &c. vel, *ab incola*, Mo. *præ habitatoribus*, P. JT. *ob multitudinem habitantium*, Calv. *quàm ut habitatores capere possit*, Ti. Duplex illud כִּי sic se habet sicut Gen. 22.16,17. *Quia* (כִּי) *fecisti hoc*,—*utique* (כִּי) —*benedicam tibi*. Posterius כִּי vertunt ἦ μὴν & ο'. & Paulus Heb. 6.14 [m]. *Deserta tua*, i. e. loca quæ talia per 70 annos fuêre [n]. [Alii locum sic reddunt,] *Adeò ut vasta & derelicta ista loca eversáque terra jam futura sit quàm pro incolis angustior*, Ca. *Imò quod attinet ad vastitates tuas, & ad desolata loca*,— certum est *quòd jam angustaberis propter habitatores*, id est, propter multitudinem fidelium ex Gentibus, qui in Ecclesiam ingressi fuerint [o]. Quantæ olim solitudines, tanta posthac frequentia sequetur [p]. τὸ *nunc* non est ad tempus vaticinii hujus, sed adimpletionis illius, referendum [q]. ¶ *Et longè*, &c. וְרָחֲקוּ מְבַלְּעָיִךְ] *Et elongabunt se* (vel, *procul abscedent*, vel *discedent*, V. Pi. vel, *longè aberrant*, Ti.) *absorbentes* (vel, *perdentes*, P. *qui devorant*, Ti.) *te*, Mo. sim. M. JT. Pi. *Remotis tuis voratoribus*, Ca.

20. *Dicent in auribus tuis*] Id est, tibi [r]; vel, te audiente †, ut Jer. 28.7 [t]. Non hoc rumore percipies, sed ipsa ab ipsis audies [v]. ¶ *Filii*, &c. בְּנֵי שִׁכֻּלָיִךְ] *Filii orbitatis tuæ*, JT. Pi. Ca. vel, *orbitatum tuarum*, Mo. P. For. vel, *tui orbati*, M. tui quæ fueris orba [x]; tui quæ te sterilem & desolatam [esse] quereris [y]: nati tibi cùm sterilis videreris [z]; vel, cùm deserta, captiva & vidua esses [a]; cùm liberis orbata esses [b], videlicet Judæis incredulis [c]: qui præter spem orbæ & sterili dati sunt *: vel, qui tibi remanserint & superstites fuerint †: *qui tibi sterili nati sunt*, Ti. ¶ *Fac*, &c. גְּשָׁה לִּי וְאֵשֵׁבָה] *Accede mihi, & habitabo*, Mo. *Fac mihi spatium*, sive *locum, ut habitem*, sive *sedeam*, ο'. Ch. Vulg. *Cede mihi, ut sit ubi habitem*, Ca. *Adjice mihi aliquid, ut sedeam*, Ti. *Secede* (sub. *aliò*, P. vel, *Retrocede*, JT. Pi.) *mihi*, (vel, *à me*, M. vel, *propter me*, P.) *ut habitem*, Calv. P. vel, *habitare queam*, M. sic JT. Pi. *Accede propter me*, sub. *ad remotiorem locum*, &c. M. Phrasis hîc est peculiaris: nam נגש sign. *accedere*. Sensus, *Fac ut aliò possem accedere*, sive *concedere*, *Cede mihi*; vel quid simile. Significat dilatandam Ecclesiam cum admiratione Judæorum. Ipsi, inquit, filii tui, Apostoli, per totum orbem proficiscentur, ut Gentibus impertiant gratiam Dei, & te dilatabunt, & compellent ut pro filiis agnoscas Garamantes & Indos [d].

21. *Et dices—Quis genuit mihi istos?*] Sermo admirantis *, & obstupescentis ad inopinatam hanc restitutionem [f], quum collapsa erat fides, & paucissimi in Ecclesia filii, &c [g]. ¶ *Ego*, &c. וַאֲנִי שְׁכוּלָה וְגַלְמוּדָה

c G. d Calv. * Pi. f Pi. g G. h Me. i Ang. k For. l Calv. m Di. n G. o Pi. p Musc. q Calv. r Me. † V. Ang. t Ang. v For. x Ca. y Me. z G. a San. b Pi. sim. For. c Pi. * Calv. † For. d For. * Ang. sim. For. San. Calv. f Calv. g For.

גֹּלָה וְסוּרָה] *Et ego* (vel. *Quum ego sim*, sive *fuerim*. M. P. Ti. sic JT. Pi. *Nam ego sum*, V.) *orba*, sive *orbata*, (vel, *sterilis*, M.) *& solitaria*, Mo. P. JT. Pi. &c. (vel, *desolata*, ut in forma masc. ponitur Job. 15.34. & 30.3. vel, *vidua*, ut ex locis parallelis colligitur, Esa. 47.8,9. Jer. 18.21 †; vel, *& veluti in utero molam gerens*, loco fœtûs. גַלְמוּד, à nomine גמל [lege גולם] *mola*, & verbo ילד *genuit*, sic accipitur, me judice, Job. 3.7. *Nox illa sit* גַלְמוּד, i. e. non, *sterilis*, vel *solitaria*, quid enim hoc? sed, qualis est in qua mulier *molam edit*; & Job. 15. v. 34. *Congregatio hypocritæ generatio molæ*: quæ sanè comparatio est lepidissima [h].) *demigrans*, (vel, *captiva*, P. Ang. *exsulans*, M. V. *relegata*, Ti. *huc illuc migrans*, JT. *migraveram*, Pi. scil. è Judæa in Babyloniam [i],) *& recedens*, Mo. P. vel, *recesseram*, Pi. *fugitiva* fui, JT. *abducta*, M. *demigrans*, V. *vaga*, Ti. *vagabunda*, Angl. deserta, abductis civibus, ipso etiam solo in miseram servitutem redacto [k]. Al. *mihi orba & liberis privata, extorri & exsuli?* Ca. ¶ *Et*, &c? וְאֵלֶּה מִי גִדֵּל] *Et istos* (vel, *Istos igitur*, Pi. sic Ti.) *quis* (vel, *quis, inquam*, M.) *evexit?* Mo. vel, *educavit?* P. JT. Ti. Pi. *enutrivit?* M. Difficile erat exsulibus & vagis educare liberos [l]. Unde hi prodierunt [m]?

22. *Ecce, levabo ad gentes manum meam*, &c.] Ut solent qui aliquem ad se vocant [n]. Modum ostendit Deus quo captivos in civitatem restituet, seu, quod idem est, filios gignet Sioni sterili & viduæ: nam per Gentes à Gentibus prædam auferet, Cyrum vocans, &c [o]. Verùm hæc & sequentia allegoricè intelligenda sunt de amplificatione Regni spiritualis Christi [p]. Sensus, Non tantùm ex Judæis, sed etiam ex Gentibus, liberos Ecclesiæ dabo [q]. Gentes vocabo per Evangelium [r]. ¶ *Signum meum*] Ut solent duces qui militem paratum esse volunt *. Per *manum* & *vexillum* intelligit occultam Spiritûs virtutem †; & Verbum Evangelii [t], in quo exserebat se manus & virtus Dei, & homines & Dæmones vincens, &c [v]. quod est *potentia Dei ad salutem*, Rom. 1.16 [x]. ¶ *Et afferent* (vel, *Ut afferant*, JT.) *filios tuos in ulnis*; ità P. בְחֹצֶן] *In sinu*, Mo. M. G. ex ο'. & Ar. sicut parvuli portari solent [y]. *In gremio*, Ti. *lacerto*, JT. *in brachio*, pro *brachiis*, Mar. h. e. Summâ humanitate & liberalitate complectentur eos [z]. ¶ *Super humeros*] Quasi in lecticis ferent: i.e. Omnia itineri commoda præbebunt [a]. Commodissimè instar parvulorum eos tractabunt & ducent. Vide Deut. 32.10,11. Os. 11.3 [b].

23. *Et erunt reges nutritii* (vel, *alumni*, M. *educatores*, Ca.) *tui*; ità Mo. P. &c. אֹמְנַיִךְ] *Nutritium*, pro *nutritore*, habemus & apud scriptorem Belli Alexandrini [c]. אמנים *fidos*, seu *fideles*, sonat: quâ voce *curatores, educatores*, &c. quorum fidei & curæ res & officia, aut infantes, committuntur, significant Hebræi, à fide quæ in his requiritur, &c [d]. *Reges*, ut Cyrus, Darius, Artaxerxes, Esdræ memorati; Alexander Magnus, & successores ejus, maximè Demetrius. Hi enim & in populum & in Templum plurima beneficia, immunitates, dona, contulerunt: quæ videre est apud Josephum. Adde quæ diximus ad Matt. 24.1 *. Reges alent te, & bonis suis ditabunt [f]. Ità Constantinus, Theodosius, &c [g]. Significat molliter & regio more tractandum populum [h]. ¶ *Et reginæ*, &c.] Ut Esthera, ut Cleopatra Regis Ptolemæi filia nupta Alexandro Judæorum Regi, & aliæ [i]. ¶ *Vultu*, &c. אַפַּיִם אֶרֶץ] *Facies terrâ*, &c. Mo. Patet hîc אַפַּיִם אֶרֶץ positum pro אַפֵּי אֶרֶץ; qualis constructio reperitur Exod. 28.17. Prov. 20.1, 21. &c. Intellige autem *spectabiles in terra, honoratos*: quomodo id nomen interdum sumi notant Hebræi. Pertinet autem hoc ad Principes Idumææ, Moabitidis, & aliarum terrarum, quas Judæi reversi subegêre [k]. Al. *Et proni* (vel, *facie tenus*, M.) *in terram*, &c. P. sic Sy. *Cum facie*, sive *faciebus*, eorum ad *terram*, Angl. Ellipsis tum præpositionis, tum pronominis, ut Gen. 42.6. 1 Sam. 24.8. & 28.14. quanquam posterius exprimitur Gen. 48.12. 2 Sam. 24.20. & prius Num. 22.31. 1 Reg. 1.23 [l]. *Vultu* in *terram* demisso, Pi. JT. sim. Vulg. Quod non intelligas tantùm de oculis in terram fixis, sed quòd procumbentes & naso terram attingentes supplicarent [m]. ¶ *Et pulverem pedum tuorum lingent*] Hyperbole, significans summam

† Ang. h For. i Pi. k G. l For. m Me. n G. o San. p Jun. q Calv. r Pi. * G. † Musc. Calv. t Musc. sim. For. v For. x Jun. y G. sim. Pi. Ang. z San. a G. b Calv. c G. d For. * G. f T. et Me. g T. h San. i G. k G. l Ang. m For.

ſummam demiſſionem [n]. Terram quam pedibus tuis calcas ipſi ſupplices oſculabuntur, ſéque ſuáque ſceptra tibi ſubmittent. Hic ritus etiamnum viget apud Sinas, Japones, & plures alios Indos, ut Principem veneraturi fronte humum feriant [o]. Ut ſignificet quanto in honore futuri erant Judæi, illud obſervantiæ genus iis attribuit quod ſolis Perſarum Regibus impendebatur, quos proſtratis corporibus adorabant, teſtibus Herod. Plut. Xenoph [p]. q. d. Tam demiſsè ſe proſternent coram te, ut ore terram attingent [q]. Adorationem intelligit quâ ſe Principes Deo ejúſque Verbo ſubmittunt †. *Pulverem pedum lingere* non eſt Regum, ſed hoſtium ſubactorum. Apparet hoc Pſal. 72. 9. Confer Eſa. 60. 14. *Veſtigia adorare* hoc dicit Statius, i. e. ibi procumbere ubi alter inceſſit [z]. ¶ *Et ſcies* (vel, *Sic experieris*, Pi.) *quia* (vel, *quòd*, Pi. Calv. &c.) *ego* (ſub. *ſim*, Pi. &c.) *Dominus*, *ſuper quo*, &c. אֲשֶׁר לֹא יֵבֹשׁוּ קֹוָי] *Quia* (*quòd*, Mo. P. &c. & *quòd*, V. Angl. ut Eſa. 38. 7 [a]. Pronomen אֲשֶׁר hîc valet conjunctionem כִּי *quòd* [b].) *non pudefient qui me exſpectant*, Calv. ſim. Mo. Ti. JT. Pi. &c. Al. *quem qui exſpectant* (vel, in *quo qui ſperant*, Q. in V. *cui qui confidunt*, G.) *non pudefient*. Notetur hîc phraſis Hebræa. Quum perſona loquitur, affixum quod poſt אֲשֶׁר ad illam perſonam refertur non in alia quàm in prima, i.e. loquentis, perſona uſurpatur; v. g. dicturi, *Ego ſum quem quæretis*, non dicent, אֲנִי הוּא אֲשֶׁר תְּבַקְשׁוּהוּ, ſed, אֲנִי הוּא אֲשֶׁר תְּבַקְשׁוּנִי: ut & quum perſonam alloquuntur, affixum quod poſt אֲשֶׁר ad illam perſonam refertur in ſecunda uſurpatur; de quo vide ſuprà ad v. 3. Tale eſt Gen. 45. 4. *Ego ſum Joſeph* — אֲשֶׁר מְכַרְתֶּם אֹתִי מִצְרָיְמָה, *quem vendidiſtis in Ægyptum* [c].

24. *Numquid tolletur à forti præda?* vel, *captura?* Mo. מַלְקוֹחַ] *Rapina?* M. Sion loquens inducitur, & vix credens id fieri poſſe [d]. ¶ *Aut*, &c? וְאִם שְׁבִי צַדִּיק יִמָּלֵט] *Et an* (vel, *An etiam*, JT. *Anve*, Pi.) *captivitas* (vel, *captiva turba*, JT. Pi.) *juſti* (vel, *juſta*, P. *juſto*, Ti.) *evadet?* Mo. vel, *liberabitur?* M. *eriperetur?* JT. Pi. *eripi poteſt?* Ti. Al. *Aut captus feroci elabetur?* עָרִיץ, non צַדִּיק, legit Vulgatus, qui vertit, *robuſtum*, & rectè, ut videtur: eſt enim gemina ſententia, eáque iiſdem aut affinibus verbis, pro more, repetita. Adde quòd ut legitur non eſt apta ſententia. Nihil enim facit juſtitia ad retinendam prædam, at ferocitas facit. Eſt autem hæc ſententia, Poteríſne nos, ô Jova, eripere ex Babyloniorum poteſtate, hominum tam potentium, támque ferocium *? Sed huic commento repugnant, 1. conſenſus omnium codicum Hebræorum, qui ὁμολόγως habent, צַדִּיק: 2. Chaldæus, qui vertit, *Et an id quod captivârunt juſti eripietur?* 3. Euſebius, qui de hoc loco ſic ſcribit, Pro, ἀδίκως *injuſtè*, (ſic habet Græca editio Vulgata,) Hebræus textus habet, δικαίως, *juſtè*: 4. ſenſûs recepti concinnitas. *Præda*, vel *captivitas*, *juſti* dicitur, vel, 1. κατ' ἀλήθειαν [f]. *juſti*, ſub. *militis*; i. e. quam miles, vel Imperator, juſtè, h. e. juſto bello, cepit [g]: ii qui capti ſunt belli jure. Quod à bello inter gentes indicto fit, id fieri dicitur κατὰ νόμον δή τινα, (*ſecundùm legem quandam*,) & eſſe δίκαιόν τι, (*quodammodo juſtum*.) Qua de re loca egregia adduximus de J. B. ac P. 3. 10. Et propterea quæ hîc dicitur *captivitas juſti*, ſtatim dicetur *captivitas violenti*; ſicut apud Romanos in hoc argumento idem & *jus* & *injuria* dicitur [h]. Porrò, juſta eſt captivitas infidelium ſub poteſtate Satanæ [i]. Sive captivitatem corporalem & Babylonicam, ſive ſpiritualem & diabolicam, ſpectes, utraque juſta eſt, ſi non captivantium, at certè captivorum, reſpectu, qui ob peccata juſtiſſimè puniuntur [k]. Vel, 2. κατὰ δόξαν [l]. *Juſti*, i. e. qui juſtè ſe putant prædam tenere [m]: tyranni, qui ſe prædicat juſtum dominum ac poſſeſſorem eorum quos bello cepit [n]; quem tamen Dominus prædonem iniquiſſimum eſſe declarat verbis ſequentibus [o]. Sic Phariſæi *juſti* vocantur Matt. 9. 12. Luc. 15. 7. quia tales ſibi videbantur, Luc. 18. 9 [p]. Anticipat Deus ſermonem prædonum Eccleſiam expilantium: q. d. Ludificantur iſti promiſſiones meas duobus argumentis; tum quòd ſibi valentiores videntur, tum quòd juſto bello Eccleſiam ſibi ſubjectam & mancipatam putant. Sed ad hæc argumenta reſpondetur verſibus ſeq [q].

25. *Dicit Dominus*] Vel, *Jehova*, JT. Deus æternus, ac proinde hoſtibus potentior. Sic reſpondet primo argumento [r]. ¶ *Et quod*, &c. וּמַלְקוֹחַ עָרִיץ] *Et captura*, vel *præda*, *violenti*, Mo. JT. &c. vel, *robuſto*, P. *feroci*, Ca. *violenta*, Ti. *tyrannica*, M. *Violenti*, inquit, ac propterea non juſti domini; quod hoſtes de ſe prædicant. Reſponſio ad poſterius argumentum †. ¶ *Eos*, &c. וְאֶת יְרִיבֵךְ וגו'] *Et* (vel, *Quia*, V.) *cum eo* (vel, *adversùs eos*, Pi. ſim. JT.) *qui contendit*, ſive *litigat*, (vel, *contendunt*, Pi.) *tecum ego contendam*, M. Ti. V. &c. Cum Babyloniis, Idumæis, aliíſque illarum partium [t]. q. d. Cauſam tuam agam [v]. *Adverſarium quoque tuum ego judicabo*, P.

26. *Et cibabo hoſtes*, &c. אֶת מוֹנַיִךְ וגו'] *Oppreſſores* (vel, *ſpoliatores*, P. Calv. ſim. Mo.) *tuos* (vel, *qui tibi vim faciunt*, ſive *fecerunt*, M. Ti. Ca. Heb. *numeratores tuos*, i. e. qui te ſub numero aliis vendunt, ut fit captivis; ſynecdoche generis [x]. Sic, *numerantur ad gladium*, Eſa. 65. 12. Reſpici volunt vel, 1. duces, qui captivos numerant; vide Eſa. 33. 18: vel, 2. alios qui numerant oves, vide Jer. 33. 13. Ezec. 20. 37 [y].) *ſuâ ipſorum carne*, Ang. ſic JT. Pi. &c. Committam illos inter ſe, Perſas cum Medis, deinde Perſas & Medos cum Babyloniis; qui omnes olim Nabuchodonoſoro militaverant [z]. Efficiam ut ſeſe ipſi mutuis vulneribus conficiant [a]; ſicut olim Midianitæ [b]: vel, ut, dolore furentes, carnes ſuas dentibus lacerent [c]. ¶ *Et ſciet omnis caro*] Omnes homines [d], qui rem perpendere volunt *. ¶ *Quia* (*quòd*, Calv. &c.) *ego* (ſub. *ſum*, Calv.) *Dominus ſalvans te*, &c.] q. d. Quòd ego ſim ille fortior, qui fortem alligarem, &c. Matt. 12. 29. quòd ego Deus carne indutus apparuerim, ut *diſſolverem opera Diaboli* †. Sic Deus Iſraelis verus & unicus Deus ab omnibus agnoſcetur [f].

CAP. L.

1. HÆC *dicit Dominus*] Una hæc concio eſt hoc cap. & ſeq. comprehenſa [a]; quæ ad explicationem pertinet illius dicti quo Eſa. 49. 4. utebatur Chriſtus [b]. Oſtendit in hoc capite, Judæos ſuo vitio rejectos, quia Chriſtum optimè docentem audierunt, ſed & oderunt, &c [c]. Cum incredulis Judæis res eſt. Quaſi enim non contenti fuerint reſponſione Domini, qui orbitatem compenſandam Gentium multitudine promittebat, adhuc de Deo queruntur, quòd progeniem Judæorum, quam ſibi deſpondiſſet, immeritam abjecit, & aliam duxit. Hîc oſtendit non eſſe quòd conquerantur [d]. Dubium eſt an hîc loquatur Propheta de captivitate Judæorum corporali, ut volunt Hieron. Haymo, Hugo, &c. an verò de ſpirituali, ut Cyril. Procop. Euſeb. &c. accipiunt *. ¶ *Quis eſt*, &c? אֵי זֶה סֵפֶר כְּרִיתוּת אִמְּכֶם אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּיהָ] *Ubi iſte* (vel, *Ubi tandem*, Ca. *Ubi eſt*, M. Ti. JT. Pi. Pronomen demonſtrativum pro verbo ſubſtantivo, ut Eſa. 49. 21. & 66. 1 [f]. *Quiſnam eſt*, P. Ch. Sy. *Qualis eſt*, ό.) *liber*, ſive *libellus*, *exciſionis* (vel, *repudii*, P. M. ό. Ch. Sy. &c.) *matris veſtræ*, *quam dimiſi eam?* Mo. [τὸ *eam* redundat, quam idcirco alii omittunt, ſic vertentes,] *quam dimiſi?* M. P. Ca. Al. *quo dimiſerim eam?* JT. Pi. Ti. q. d. Producite libellum, quo probatis (quod dicitis) vos immeritò rejectos eſſe. Dabatur autem libellus repudii uxoribus quæ injuſtè repudiabantur. Eo enim teſtari coactus fuit maritus, uxorem pudicè atque honeſtè vixiſſe, ut conſtaret penès maritum tantùm culpam reſidere, cujus moroſitati & faſtidio repudii cauſa aſſignabatur [g]. Servabantur autem hi libelli non modò apud repudiatam, ſed & apud publicum ſcribam. Hinc, inquit, *Ubi eſt liber*, &c? ut fidem faciatis verum eſſe quod dicitis, me tantùm quia libuit matrem veſtram abjeciſſe, non ob juſtas & neceſſarias cauſas [h]. Aptiſſimâ ergò ſimilitudine oſtendit Dominus ſe non eſſe authorem divortii, ſed populum libidines ſuas ſequutum, &c [i]. ¶ *Aut quis*, &c? אוֹ מִי מִנּוֹשַׁי וגו'] *Aut quis eſt creditorum meorum*, vel, *ex creditoribus* (vel, *fæneratoribus*, Mo.) *meis*, *cui vendidi vos?* V. Mo. JT. Pi. *Aut qui ſunt creditores*, &c? P. *Aut cui ex*, &c? M. Ti.

Solebat

Marginal notes (col. 473): [n] Me. [o] T. [p] Sin. [q] Pi. † Calv. [z] G. [a] Ang. [b] Pi. [c] Di. [d] G. * G. [f] Glaſſ. philol. loc. 61. p. 105. [g] V. [h] G. [i] Calov. [k] Glaſſ. ubi ſuprà. [l] Glaſſ. Pi. [m] M. [n] Pi. ſim. Calv. [o] Calv. [p] Glaſſ. ib. [q] Jun.

Marginal notes (col. 474): [r] Jun. † Jun. [t] G. [v] V. [x] Pi. ſim. Heb. in Ang. [y] Q. in Ang. [z] G. [a] Pi. ſim. M. For. Me. Jun. [b] Pi. [c] Me. [d] Pi. * For. † Idem. [f] Calv. — [a] Ang. e Jun. [b] Jun. [c] M. [d] For. * San. [f] Ang. [g] Calv. [h] For. [i] Calv.

Solebat debitor, cùm solvendo non erat, filios creditori vendere[k]. Deus videtur Judæos vendidisse, cùm in captivitatem tradidit[l]. Non habeo creditores, quorum nummis egeam, ut propterea oporteat me vos iis vendere, &c[m]. juxta Legem, Exod. 21.2,7[n]. [Sensus versûs,] Morosi mariti levibus de causis instrumentum divortii uxoribus dant, Deut. 24.1. Patres interdum ære alieno pressi liberos vendunt, Exod. 21.7. Neutrum in me convenit. Restat ergò ut dissidii hujus miseriæque vestræ causa in vobis hæreat. Eam amoliri vestrum est[o]. Alloquitur reprobos Judæos: q.d. Non iniquè vos repudiavi, ut faciunt illi qui uxores suas ità repudiant, ut ab aliis qui illas ducere cupiunt pecuniam accipiant, quâ dissolvant æs alienum; vel certè, ut ipsis creditoribus suis eas vendant. Quod alioqui licitum erat in liberis, &c. Vide Deut. 24.1[p]. Ut evidentior fit argumentatio, ità conjungenda est cum seq. versu; Miror me, ait Christus, cum ad meos venio, à meis non recipi. Quid verò causæ est cur neque venientem admittatis me, neque respondeatis advocanti? An ego unquam dimisi aut alienavi vos? Neutrum profectò probabitis. Quod confirmat Deus ex ritu usitato Legis: Alienantur, inquit, ex Lege liberi à patria potestate, quum aut repudiatur mater propter adulteria cum adulterino semine, ut Hos. 2.4. aut venduntur propter paupertatem liberi, ut Exod. 21.7. Horum neutrum factum. Quòd ergò ità discessionem facitis à me, id planè acceptum ferendum est improbitati vestræ[q]. Ait Deus, nunquam à se dimissam aut repudiatam matrem (i.e. rempublicam aut gentem) Judæorum, ità ut nefas sit eam iterum ad connubium admittere; h.e. non interclusum esse illis reditum ad Templum & libertatem; & nihil obstare inquit quò minùs ipse captivos filios ab exsilio vendicet, quum non fuerint à se, i.e. à parente, venditi, & ab ipsius potestate abalienati[r]. ¶ *Ecce, in iniquitatibus*, &c. vel, *propter iniquitates vestras*, &c. Pi. vel, *iniquitatibus vestris venditis vos*, JT. &c. [בַּעֲוֹנֹתֵיכֶם וגו׳] Iniquè facitis & injurii estis tum, 1. in me, quia jus meum erga vos adhuc servavi integrum; tum, 2. in vos, quia ipsi vobis abjudicatis libertatem filiorum Dei: ut si quis paterfamiliâs, nullâ necessitate pressus, seipsum certâ malitiâ venderet †.

2. *Quia*, &c. [מַדּוּעַ בָּאתִי וְאֵין אִישׁ] *Cur veni, & non vir?* Mo. V. sub. *me recepit*, aut *mihi occurrit*, V. vel, *& nemo* adfuit? P. vel, occurrit? Calv. *Quid causæ est ut venerim, & nemo* curaverit? M. *Cur, cùm ego venirem*, Ti. sic JT. Pi. Ca. *nemo* recipiebat? Ti. vel, *nemo* adest? JT. sic Ca. Sy. Ar. vel, aderat? Pi. *Quare venienti mihi nemo se sistit?* nemo mihi paret[t]. *Veni*, nempe ut manum Judæis porrigerem. *Venire* dicitur Deus, quum dat signum aliquod præsentiæ suæ, v. g. per prædicationem Verbi & varia beneficia, &c[v]. *Veni*, per Ministros & nuncios, 2 Par. 36.15. Jer. 35.14[x]. ¶ *Vocavi, & non erat qui audiret*] *Vocanti nemo respondet?* id est, Cur non recipitis facturos vos ad quæ vos excitant Prophetæ[y]? ¶ *Numquid*, &c? [הֲקָצוֹר קָצְרָה יָדִי מִפְּדוּת] *Numquid abbreviando* (vel, *abbreviando se*, Mo.) *abbreviavit se* (vel, *abbreviata est*, M. *prorsus decurtata est*, Pi. *ullo modo brevior est*, JT.) *manus mea, ut non redimat?* P. Pi. *possit redimere?* M. *à redemptione?* Mo. Jun. *ut liberando non esset?* Ti. *quàm ut redimat?* JT. Fortè putatis me, si vos faciatis officium, promissa mea non præstiturum, quasi ea vires meas exsuperent. Id refellit[z]. Tacitæ objectioni respondet, quæ talis esse poterat; Decebat Redemptorem quem exspectabamus manu forti nos eripere à servitute Romanorum: At Jesus in infirmitate venit, &c. Respondet Dominus, Non eo inficias, esto: At numquid nesciebatis in Deo esse infinitam virtutem, quâ posset, si vellet, mare exsiccare, cœli faciem immutare, &c. igitur & Romanum Imperium dissolvere, &c? Oportebat itaque vos mihi & dictis meis parêre, &c. id si fecissetis, & adhuc in servitute vixissetis, esset fortassis querimoniæ locus[a]. Colligit culpam in illis hærere, quòd non citiùs liberati fuerint[b]. q. d. Quòd vos non liberem, in causa sunt scelera vestra, non impotentia mea[c]. ¶ *In increpatione mea*] i. e. Imperio meo, ut Psal. 106.9[d]. Increpatio Dei est realis, non verbalis: quicquid tamen facit, adeò facilè efficit acsi solo verbo efficeret *. ¶ *Desertum faciam* (vel, *siccabo*, G. ex Ch. *exsicco*, JT. Pi. *mare*] Facere hoc possum, si velim. Ostendi id in mari Rubro[f]. ¶ *Ponam flumina in siccum*] Ut Jordanem illum, & nunc Euphratis alveum *. His argumentis admonet eos potentiæ suæ[g].

3. *Induam* (vel, *Induo*, P.M.&c. *Vestio*, Ti.Ca. *Vestire possum*, Angl.) *cœlos tenebris*; sim. ~~Mo. P. &c.~~ vel, *nigredine*, M. sim. JT. Pi. i. e. atris nubibus[h]: [קַדְרוּת] *Pullo*, Ca. ut Exod. 10.21[i]. ¶ *Et saccum*, &c.] q. d. Cœlum velut habitu lugubri induo[k]. *Et cilicium* (i.e. nubem atram instar cilicii *) *reddo* (Heb. *pono*) *tegumentum ejus*, Pi.

4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam*; ità Ca. [לִמּוּדִים] *Eruditorum*, Mo. P. M. Ti. Pi. sub. *hominum*, M. *eruditissimam*, JT. *morigeram*, Ar. παιδείας, (*disciplinæ*,) G. ex ό. h. e. aliis instituendis idoneam[l]: *docentium*, Ch. Loquitur hæc vel, 1. Esaias[m], qui fidem hîc sibi conciliat, & ministerium suum asserit, tum ut Deum justificaret, qui ad eos vocaverat, &c. v. 2; tum ut seipsum adversùs Principes, falsos prophetas populúmque in se conspirantes muniret[o]; tum ut promissiones quibus populum erigit plus momenti habeant[p]. Verè autem de se hoc dicere potuit Esaias, cujus dictio purissima inter omnes qui post Mosen fuère, & ἔννοιαι pulcherrimæ[q]. Vel, 2. Christus[r]. Qui enim hîc loquitur est Jehova, v. 1. quum una sit continua oratio ejusdem personæ †. Confirmatio hæc est benevolentiæ Dei erga Ecclesiam Judæorum. Deus, inquit Christus, tantopere vos amat, ut jam mittat Filium suum instructum rebus omnibus ad salutem vestram pertinentibus, Spiritu & Verbo hoc versu, obsequio v. seq. patientiâ v. 6. &c[t]. Omnes ferme Patres de Christo exponunt, de quo ex hoc loco deinceps apertior sermo est *. ¶ *Ut*, &c. [לָדַעַת לָעוּת אֶת־יָעֵף דָּבָר] *Ut sciam* (*ad sciendum*, Mo.) *tempestivè*, sive *opportunè*, (vel, *tempore*, P.) *loqui*, vel *dicere*, (Verbum עות sign. *tempestivare*, i. e. tempestivè aliquid facere[v].) *lasso*, vel *sitibundo*, (vel, *cum afflicto*, Ti.) *verbum*, P. Mo. &c. *Ut sciam lasso verbum in tempore*, sub. *administrare*, vel *proponere*, Calv. *Ut nôrim loqui sermones opportunos his qui fessi sunt*, calamitatibus scilicet[x]. Ut miseros homines aptâ consolatione sublevare possim[y]. Ut conscientiis afflictis succurram[z]. Multiplex erat doctrinæ usus; ibi erant objurgationes & minæ, &c. Hoc tamen Esaias sibi præcipuè injunctum docet, ut pro necessitate præsenti deficientibus Judæis aliquid solatii adferat. Is demum se in Evangelio professe sciat, qui tempestivâ consolatione adversis rebus, aut etiam deploratis, animum suum erigere potest[a]. ¶ *Erigit*, &c. [יָעִיר בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר יָעִיר לִי אֹזֶן לִשְׁמֹעַ כַּלִּמּוּדִים] *Excitat* (vel, *Excitabit*, Mo. sub. *me*, Angl.) *unoquoque manè*, JT. Pi. (vel, *à manè ad manè*, h. e. de die ad diem[b]. Indesinenter me informat Spiritu; non autem per tempora seu momenta, ut omnes Prophetas alios †. *Manè* post *manè*, Angl. *in manè manè*, V. Angl. *in manè in manè*, Mo. singulis diebus, primo quoque manè; quod tempus ad discendum aptissimum est[c].) *excitat* (vel, *excitabit*, Mo. *excitabit*, inquam, P. M. *vellicavit*, inquam, Ti. *vellet*, Ca.) *mihi aurem ad audiendum*, *sicut* (sub. *audiunt*, Pi.) *docti*, sive *eruditi*, Mo. Pi. V. i. e. qui eruditi evadere cupiunt; h. e. attentè[d]: vel, *sicut doctis*, P. *quasi doctos*, M. *ut* solent *doctores*, Ti. *ut* audiuntur *eruditissimi*, JT. Al. *ut discipulorum more audiam*, Ca. *ut audientiam præbeam*; *sicut doctores* nempe discipulis facere solent. At LXX ultimam vocem cum sequentibus connectunt, & videntur legisse בַּלִּמּוּדִים. Idem enim valet ἡ παιδεία Κυρίε ἀνοίγει μοι τὰ ὦτα, (*Disciplina Domini aperit mihi aures*,) quod, ὁ Κύριος ἐν παιδείᾳ ἀνοίγει μοι τὰ ὦτα, (*Dominus disciplinâ aperit mihi aures* †.)

5. *Aperuit mihi aurem*] i. e. Fecit ut auscultarem[f], & verbum abs illo acciperem[g]. Revelavit mihi dicenda & patienda[h]. Ad obsequium informat me, ut quæ audivi à Patre, hæc loquar vobis, Joh. 8.26. & exsequar voluntatem Patris, &c. Joh. 4.34[i]. τὸ *aperire aurem* non tantùm ad doctrinam, sed ad totam vocationem & totum Doctoris officium, referri debet; quum scil. addicit sibi [aliquem] in servum, & certiorem facit sui officii; quum dat mandata, & [illa] exsequi jubet. Cæterùm non tantùm aperitur auris à Domino quum ostendit quid ipse velit; sed quum efficaciter animum hominis percellit, atque ità efficit ut ei obsequatur.

Vide

k Mar. sim. l Calv. l Mar. m Me. ex For. n Me. o G. p Pi. q Jun. r San. † Jun. t G. v Calv. x Ang. y G. z G. a For. b Calv. c Me. d G. * Ang.

f G. * G. g Mar. ex Calv. h Pi. i G. Jun. k Calv. * Pi. l G. m G. He. & Hugo in San. Ang. Calv. &c. n Calv. o Ang. p Calv. sim. Arg. q G. r Calov. For. Jur. Ar. g. &c. † Calov. t Jun. * San. v Pi. x G. y Calv. z Musc. a Calv. b G. † Jun. c For. d Pi. † G. f For. sic Ang. g Ang. h Me. i Jun.

Vide Psal. 40.7, 8. Joh. 6.45 [k]. ¶ *Non contradico*] Vel, *rebello*, JT. Pi. sim. M.P.Mo.&c. Non molestè tuli; tranquillo animo quæ dicebantur excepi [l]. ¶ *Retrorsum*,&c. אָחוֹר לֹא נְסוּגֹתִי] *Retrorsum non reversus*, vel *conversus*, (vel, *actus*, M.) *sum*, Mo. P. vel, *averto me*, JT.Pi. *Nec sum retroactus*, Ti. [Ca. hæc verba cum præced. sic reddit, *Nec ego contumax retrocedo*.] Non defugi ministerium, quanquam odiosum,ut Jonas[m]. Non tergiversatus sum, ut Moses, Exod. 3. 11, 13. & 4. 1,10,13. sed spontè & promptè vocanti me obtuli [n]. Vocationis Dei probè conscius, munus acceptum constanter obii, nec ullis adversis ab eo aversus sum [o].

6. *Corpus* (vel, *Tergum*, sive *Dorsum*, ο'. Ar. Ca. For.) *meum dedi* (vel, *præbeo*, Pi. *præbui*, Ti. *exposui*, Sy.) *percutientibus*] Ità Mo. P. Hæc & sequentia dicta figuratè sunt ab Esaia, ut intelligeretur constantem ipsum fuisse in exsequendis Dei mandatis,etiamsi à Sobna & factione ejus prævalida multùm irrideretur. Cæterùm voluit Deus hæc omnia etiam κατὰ λέξιν impleri in Christo, ut nihil excusationis haberent Judæi, literarum aucupes[p]. De Esaia quidam hæc accipiunt [q], cui hæc obtigisse credibile est [r]. Rectiùs alii ferè omnes de Christo capiunt †. Ità Patres omnes, nec non Zuing. Oecol. &c. Et soli Christo, non autem Esaiæ, hæc convenire multa docent. 1. Textûs συνέχεια (*connexio*.) Idem hìc loquitur qui v. 1. *Jehova* dicitur. 2. Agitur hoc capite de reprobatione populi Judaici, ob spretum illum cui *Deus aures aperuit*, &c. qui *corpus dedit percutientibus*, &c. 3. Non Esaiæ, sed Christo, congruunt lingua eruditissima, perfecta obedientia, omnimoda innocentia, quæ hoc capite huic personæ tribuuntur. 4. Quorsum à proprietate literæ sine necessitate discederetur? 5. Qui loquitur ultionem dicit *manu suâ factam*, vers. ult [t]. ¶ *Et genas meas vellentibus*; ità P. לְמֹרְטִים] *Vellicantibus*,M.Ca.*depilantibus*,JT.Pi.V.&c.i.e.volentibus evellere pilos & barbam[v]. *Barbam vellere* etiam apud Latinos poetas opprobrii aut ludibrii habet significationem [x]. Horatius de stolido,—*barbam tibi vellunt Lascivi pueri*: & Persius, *Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Jupiter*—[y]. ¶ *Faciem meam non averti* (vel, *abscondi*, P. sic JT. Pi. *subtraho*, Ca.) *ab*, &c. מִכְּלִמּוֹת וָרֹק] *Ab ignominiis*, sive *contumeliis*, *& sputo*, Mo. P. Ti. JT. &c. *Consputari faciem* ignominiosum erat, Deut. 25. 9. Job. 30. 10 [z]. & tum detestationis, tum contemptûs, indicium, Matt. 26.67. & 27. 30 [a].

7. *Ideo posui* (*reddidi*, Pi. *compono*, JT.) *faciem meam ut*,&c. כַּחַלָּמִישׁ] *Ut silicem*, M. P. Mo. Ar. *petram*,Ch. *saxum adamantinum*, JT. Pi. Malim, *chalybem*,quæ omnia domat, à חלש *domuit*, inserto מ [b]. Hæc phrasis alibi impudentiam designat [c], sive pertinaciam; ut Jerem.5.3 [d]. vide & Zach. 7. 12 *: hìc autem, (sicut & Ezec. 3. 8,9 [f].) invicti animi constantiam [g]. Constantiam animi etiam vultu prætuli. Confer Ezec.3.8[h]. Obfirmo me adversùs omnes injurias [i], ipsámque mortem mihi subeundam [k]. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Unde fit ut inturbatus vultum præbeam marmoreum*.] Significat se imperterritum fore: nam metûs aut perturbationis signa in vultu apparent [l]. Hanc autem constantiam non sibi tribuit, sed auxilio Dei [m]. ¶ *Non confundar*] Verbum *confundi* in priore membro ad affectum refertur; hìc ad rem ipsam, seu effectum, & frustrationem significat, quâ subsannationi exponimur [n].

8. *Juxta* (vel, *Propè*, M. Ti. *Propinquus*, Pi. sim. Sy. Mo. &c.) *est qui justificat me*] i. e. Qui missionem meam probat & acceptam habet [o]. Deus rebus ipsis mea dicta approbabit [p]. Qui me justum pronunciat [q], & brevi demonstrabit innocentiam meam [r]; per miracula quæ acciderunt Christo in cruce pendente †; item per excitationem à mortuis, translationem in cœlum, &c [t]. Objici poterat, Damnatum vidimus, crucifixum, & secundum Legem maledictum. Respondet, Imò verò Deus ipsum absolvit, &c [v]. Licèt obloquantur homines, aut propter mortem meam scandalizentur; tamen iniquo illorum judicio Dei judicium oppono [x]. *Justificare* hìc, ut Esa. 5. 23. significat, justum declarare †. ¶ *Quis*, &c? מִי־יָרִיב אִתִּי] *Quis contendat mecum?* JT. Pi. &c. Contradictores non metuo. Confer Rom. 8. 33 [y]. Quis audeat dicere me mortem meruisse [z]? ¶ *Stemus* (vel,*Consistamus*,P.JT.Pi.)*simul*] Ità Mo.P.M. vel, *unà*, JT. Pi. ut solent actor & reus coram judice, Exod. 22. 9. Deut. 19. 17 [a]. Ostendit tantum piis Doctoribus fiduciæ esse debere, ut adversarios ultro provocare non dubitent,nec palàm stare & cum hoste congredi vereantur. Tanta enim est vis veritatis, ut apertam lucem non reformidet. At Satan cum suis ministris clandestinis artibus, ac veluti per cuniculos, agunt,&c[b]. *Congrediamur*, Ca. ¶ *Quis*, &c? מִי בַעַל מִשְׁפָּטִי יִגַּשׁ אֵלָי] *Quis adversarius meus?* (vel, *causæ meæ?* Calv.) *accedat ad me*, P. Calv. sim. Ch. Sy. *Quis auctor judicii mei*, &c? Mo. *Quis* est *dominus*, vel *magister*, *causæ*, sive *litis*, *meæ?* V. sive, *judicii mei?* Pi.For. potiùs, *meus magister*, vel *dominus*, *litis?* Angl. Heb. *judicii*. *Judicium*, pro *causa*, sive *lite*; ut 2 Par. 6.35. Job. 9. 19. *Magister litis*, pro *litigante*; ut, *magister negotii*, pro *habente negotium*, Exod. 24. 14. Et, *meus dominus litis*, pro eo *qui litigat mecum*; ut,*tui viri litis*,Esa.41.11. pro, *qui litigant tecum* [c]. Hebræi vocant adversarium in judicio בַּעַל מִשְׁפָּט, & בַּעַל דִּין, i. e. *habentem causam coram judice discutiendam* [d]. Al. *Quis in potestate habet judicium meum?* Quis speret quòd victor evadat si mecum in judicium descenderit *? Al. *Quis* (vel, Et *quis*, M.) *habet causam* (vel, *causam judicii*, M.) *adversùs me?* &c. Pi. M. *Si quis habet causam mecum*, &c. Ca. *Quis experiatur jure contra me?* &c. JT. *Quicunque velit mecum judicio contendere*, &c. Ti.

9. *Quis*, &c? מִי הוּא יַרְשִׁיעֵנִי] *Quis ipse impium faciat me?* Mo. *Quis* (vel, *Quis* igitur, M. Ti. Pi. *Quis est* qui, P. Pronomen pro verbo substantivo, ut v. 1. Eccles. 1. 10. & ellipsis relativi [f].) *me condemnet?* vel *condemnabit?* M. sic Ti.sim.JT. scilicet jure [g]: vel, *condemnare possit?* Angl. futurum potentialiter sumptum *: ad verb. *impium*, vel *prævaricatorem*,*faciet me?* V. q. d. Scio falsa & vana esse quæ mihi ab hostibus intentantur: facilè igitur absolvar, quicquid moliantur impii [h]. ¶ *Ecce*, *omnes* (vel, *omnes ipsi*, Mo. P. &c. scil. hostes mei [i],) *quasi vestimentum* (sub. *vetus*, vel *detritum*, vel, sub. *à tineis corrosum*, ex membro seq. ellipsis adjuncti, ut Esa. 1. 18 [k].) *conterentur*] Vel, *veterascent*,Mo.P.&c. Significat se,quámlibet infestis copiis gravetur, fortiter tamen staturum, quia suâ fragilitate concident hostes Dei [l]. *Ecce*, *omnes*, &c. Quomodo audent miseri homunciones, & vermium escæ, de electo Dei sententiam ferre, & Redemptorem convitiis proscindere [m]? ¶ *Tinea comedet eos*] Hieron. hoc refert ad vermem conscientiæ, &c. Cyrillus, ad perpetuam calamitatem gentis Judaicæ [n].

10. *Quis* (sub. *est*, Pi.) *ex vobis* (vel, *inter vos*, Pi.) *timens Dominum*, *audiens vocem servi sui*] Simil. JT. Pi. Ang. &c. Ab obstinatis ad pios Judæos sermonem convertit [o]; ut se à promiscua turba explicent, nec pravis consiliis consentiant, aut multitudine malorum abripiantur, sed se Verbo Dei dociles præbeant [p]. Quoniam dixerat quòd omnes inveterascent,&c. nè pios quoque involvere videatur, hos à reprobis discernit [q], eósque adversùs mala ingruentia sustinet; simúlque paucitatem eorum innuit [r]. Sensus versûs, Si quis est ex vobis pius, is, quamvis in mediis calamitatibus, nè desinat Dei opem exspectare †. [Alii aliter punctant:] *Quis in vobis est timens Jehovam? audiat vocem servi ejus*, Calv. i.e. mei, qui sum servus Patris [t]; &,dictis Christi acquiescens, redemptionem speret, &c [v]. ¶ *Qui ambulavit* (vel, *ambulat*, Pi. &c.) *in*, &c? חֲשֵׁכִים וְאֵין נֹגַהּ לוֹ] *Tenebris*, (vel, in *tenebris*, M. P. &c. vel, 1. peccati [x], ut phrasis sumitur 1 Joh. 1. 6 [y]. q. d. O vos cæci & impii, redite ad Deum, & ipsi fidite [z]: vel potiùs, 2. miseriæ, ut Psal. 23.4 [a]. q. d. in miseriis & ærumnis[b], & persecutionibus [c]:) *& non*(vel,*necfuit*,P.) *splendor sibi?* vel *ei?* Mo.P. sim. M. Ti. JT. Pi. Ca. vel, *fuitque privatus luce?* V. *& qui caruit luce*, Calv. ¶ *Et innitatur*, &c.] Tanquam fulcro, nè labatur [d]; omnem curam in illum velut pondus importabile conjiciendo *. Verbum enim *innitendi* emphasin habet. Prævertit piorum querimoniam, non sibi constare fructum pietatis, sed ipsos miserè affligi; affirmans pios, quamvis hactenus duriter tractati fuerint, tandem tamen luce Domini fruituros [f].

11. *Ecce, vos omnes accendentes ignem*] Vel, (ut exigit usus participiorum in forma regiminis,) *accensores ignis*; h.e.

Marginal notes (left column): k Calv. l For. m G. sic Ang. n Ang. o Calv. p G. q Ità He. & Thom. Hug. &c. in San. r Musc. † San. t Calov. v V. x G. sim. San. y San. z San. a Ang. b For. c San. d Ang. * San. Ang. f San. g San. Ang. h G. i Jun. k Pi. l Calv. m Musc. n Calv. o Ang. sim. Calv. p G. q For. r Pi. sic Mc. † Pi. t Pi. Mc. v For. x Mc. † San. y G. z For.

Marginal notes (right column): a Ang. b Calv. c Ang. d V. ex M. * For. f Ang. g Pi. * Ang. h Luth. in Marl. i Pi. sim. Ang. k Ang. l Calv. m For. n Calov. o Ang. p Calv. q Musc. r Ang. † G. t Jun. sim. For. v For. x He. in Ang. y Ang. z He. in Ang. a Ang. b Pi. sim. Calv. Mc. T. c Mc. d Calv. * Musc. f Calv.

h.e. qui velut ex officio id agitis omnibus vestris studiis, sermonibus, &c. ceu furnis accendendis deputati homines*. Id est, vel, 1. qui Divinam iram in vos concitatis[g]. Vel, 2. qui docetis doctrinam à vobis excogitatam ad illuminandum auditores vestros[h]. Antithesis h. l. est inter lucem Dei, & lucem hominum; i.e. inter consolationem quæ adfertur ex Verbo Dei, & vana hominum solatia, dum rebus nihili conantur angores suos allevare. Lucem quam piis promiserat v. præced. à Judæis rejectam esse docet, ut aliam sibi accenderent, quâ tamen ipsos velut incendio absumendos denunciat[i]. Judæos evincit impietatis, quòd in tenebris illis spiritualibus se sibi accensuros lucem putaverint, & humanas traditiones tanquam malleolos comportaverint, neglectâ luce Verbi & Evangelii, &c[k]. Dixit, non esse lumen afflictis, [piis;] modò [dicit,] esse quidem pravum ignem, & lucem, impiis[l]. Per *ignem* intellige impios cultus & fœdera cum gentibus, aliáque carnis consilia, ad quæ, velut focum quendam, abunde se calefieri posse putantes, se totos futuro incendio involvebant[m]. ¶ *Accincti flammis*; ità G. ex ὁ. [מְאַזְּרֵי זִיקוֹת] Nomen hoc hîc tantùm occurrit, & Prov. 26. 18[n]. [Verba variè reddunt.] *Et excitatis scintillas*, M. *fortificantes scintillas*, i.e. augentes; quòd qui accincti sunt, fortiores sint[o]: *& scintillis cuncti incedetis*, Ti. *cingentes vos* (vel, *accincti estis*, P. *circumjecti*, Ca. *circumdati estis*, Calv. San.) *scintillis*, Mo. Ang. sic Pi. Belg. vel potiùs, *torribus*, Angl. ut Prov. 26. 18. neque enim flammas, sed torres, projiciunt furiosi. Callida impiorum consilia *torres*, sive *titiones*, vocat, in quibus est plus fumi quàm lucis vel caloris: & dicuntur homines *cingi titionibus*, ut *cingi robore*, 1 Sam. 2. 4[q]. Al. Sensus, q.d. Quócunque pergitis, scintillas disseminatis, quæ cùm in aridam materiam involitent, quid sperari potest præter incendium†? *Circumcingentes malleolis*, JT. Perstringit varias Judæorum cogitationes, quibus incitati huc atque illuc incerti ferebantur; vanitatémque eorum hoc modo deridet, quòd in quamcunque partem eos traherent vanæ illecebræ, libenter & cupidè currebant[r]. Al. *accinctiores laqueorum*, q. d. qui nihil aliud agitis quàm laqueos conficitis, vobísque & aliis aptatis. Vulg. *flammas* reddit, quia sequitur, *in ZIKOT quas succendistis*. Existimo itaque *vincula ignea* hîc designari, per quæ ignem damnatorum intelligit*. *Qui cingitis*, &c. i.e. qui sapientiâ vestrâ calamitates vestras avertere putatis[t]. ¶ *Ambulate* (pro, *Ambulabitis*, imper. pro fut[v].) *in lumine* (vel, *foco*, Mo. G. P. &c. *fulgore*, Ti. *flamma*, Pi.) *ignis vestri*] Sentite iram Divinam[x]. Al. Verba sunt concedentis seu permittentis; q. d. Quia lucem Verbi rejicitis, agedum, ambulate in flamma doctrinæ vestræ, quæ vos tandem consumet[y]. Quum non acquiescatis igni sacro, pergitote in prophano vestro; sed perituri tamen, ut illi Levit. 10. Sic obsignat Christus, primùm obdurationem & excæcationem eorum, deinde æternam condemnationem[z]. Revera experiemini quàm inanis & evanida sit lux vestra, ubi vos spes de nihilo conceptæ deceperint. Ironica enim permissio frustrationem notat[a]. Al. *Ite in focum*, &c. q. d. Ad hanc certè lucem emergetis, ignis nempe inexstinguibilis; q. d. *Ite in ignem æternum*, &c[b]. ¶ *Et in flammis* (vel, *scintillis*, Pi. Calv. &c. *torribus*, Angl. luce *laqueorum*, sive *fasciculorum*, For.) *quas succendistis*] Vestra vos peccata premunt: luitis quod fecistis[c]. ¶ *De*, &c. [מִיָּדִי וגו'] *E manu mea fuit*, vel *est*, vel *factum est*, (vel, *accidit*, Pi. *erit*, Musc. sim. Ang.) *hoc vobis*, JT. Calv. Pi. Sunt verba vel, 1. Prophetæ; q. d. Hoc accipite ex me, Dei nuncio. *Manus*, pro *ministerio*, ut Mal. 1. 1[d]. Vel, 2. Dei*, vel Christi[f]: q. d. Quicquid vos moliamini, de manu, i. e. vindicta, mea erit hoc vobis[g]. *Hoc*, i. e. hæc excæcatio, &c[h]. hæc perversitas vestri cordis[i]. Meâ providentiâ est factum, ut peccator utatur suâ pravitate[k]. Ego, quem vos ut hominem sceleſtum reprobâstis, ego vos ad hunc ignem damno[l]. Al. Interrogativè legas, *De manu mea factum est hoc vobis?* i. e. Numquid hæc mala à quibus consumpti estis, aut ignis cujus flammis accincti estis, è manu mea sunt, & non potiùs operâ & industriâ vestrâ in vestrum exitium comparata[m]? ¶ *In*, &c. [לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן] *In dolore* (scil. conscientiæ[n], vel inferni[o],) *jacebitis*, Mo. M. Ti. JT. Pi. vel, *dormietis*, V. *moriemini*, P. *Ad dolorem cubatum ibitis*, For. q. d. Malè peribitis[p]. Moriemini extorres[q]. Jugi calamitate torquebimini, donec prorsus exterminati pereatis[r].

* For. [g] G. sim. San. For. [h] Pi. [i] Calv. [k] Jun. [l] Mar. [m] Musc. [n] Ang. [o] Q. in V. [q] Ang. † San. [r] Calv. * For. [t] Belg. [v] V. [x] G. [y] Pi. [z] Jun. [a] Calv. [b] For. sim. M. [c] Mar. [d] Q. in Ang. * Calv. Ang. &c. [f] San. [g] Musc. [h] Jun. [i] Pi. [k] Mar. [l] For. [m] San. [n] Pi. [o] For. [p] V. Calv. [q] G. [r] Musc.

CAP. LI.

1. *A*Udite me] Judæos diviserat cap. præc. in duas partes; 1. timentium Deum, 2. impiorum. Hîc ad reliquias sanctas convertit sermonem. Illi ob reliquorum impietatem & calamitatem non poterant non mœsti esse. Hos itaque erigit[a], consolatur, & confirmat[b]; nè desperent ob paucitatem & sterilitatem suam, cùm Deus illam, æquè ut effœtum Abrahamum & sterilem Saram, fœcundam facere possit[c]. ¶ *Qui*, &c. [רֹדְפֵי וגו'] *Qui sequimini*, sive *sectamini*, *justitiam*, Pi. Calv. *sectatores justitiæ*, JT. For. h. e. qui avidi & studiosi estis justitiæ. Metaph. vel, ab amatoribus, qui quas amant studiosè sectantur[d]; vel, ab avaris pecuniam, vel, à militibus hostem vel prædam, insequentibus*. ¶ *Et quæritis Dominum*] Id est, voluntati ejus obsequimini, ipsiúsque opem imploratis[f]. ¶ *Attendite*, &c. [הַבִּיטוּ אֶל צוּר חֻצַּבְתֶּם וְאֶל מַקֶּבֶת בּוֹר נֻקַּרְתֶּם] *Aspicite ad*, vel *in*, *petram* (sub. *unde*, JT. Pi. P. &c.) *excisi estis*, (vel, *petram excisionis vestræ*, Calv.) *& ad*, vel *in*, *perforationem* (vel, *cavum*, JT. Pi. sic Ca. *cavernam*, M. Calv. *fossam*, Ti.) *cisternæ*, sive *foveæ*, sive *laci*, (vel, *ad perforatum lacum*, V. sub. *unde*, P. JT. Pi.) *eruti* (vel, *effossi*, JT. Pi. Ti. *exsecti*, Ca.) *estis*, Mo. &c. id est, Respicite in Abrahamum & Saram, &c[g]. ut seipsum explicat v. seq[h]. Illum *petram* vocat, vel, 1. ob inconcussam fidem[i]: vel, 2. quia similis erat duræ & siccæ rupi, corpore tum emortuo, Rom. 4. 19[k]: vel, 3. metaphorâ à lapidicinis sumptâ, unde effodiuntur lapides[l]. Huc facit quòd *filius* בֵּן dicitur à בָּנָה *ædificare*, quasi quoddam ædificium fit ex patris satu matrísque conceptu fabricatum; aut quasi quidam lapis in ædificio familiæ. Hinc & *domum ædificare* ponitur pro, *liberos suscipere*, Exod. 1. 21. Deut. 25. 9. Ruth 4. 11. Et hinc illud sumptum puto, Matt. 3. 9. *Potest Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*[m]. Quanquam צוּר etiam simpliciter pro *origine* accipi potest, notante Maimonide[n]. Sara confertur cisternæ, & quidem aquâ carenti, quia sterilis erat[o]. *Perforationem*, &c. i.e. uterum quem Deus aperuit[q]. Sicut effodiuntur aquæ ex cisterna, sic filii ex ventre Saræ. Videtur allusio esse ad etymon nominis quo *fœmina* dicitur נְקֵבָה[r]. Si quid hîc indecorum videatur, sub alia metaphora explicari potest. *Fons* pro generis principio sæpe sumitur: ut Psal. 68. 27. *de fonte Israel*; Esa. 48. 1. *de aquis Juda*. Erat autem Israelitis notissimus & gratissimus fons ille qui in deserto de petra exsiluit, Exod. 17. 6. item alius qui Num. 21. 16, &c. *puteus* vocatur, quique commodè *caverna* aut *lacus* dici potest, quem suis baculis perfoderunt. Priorem fontem Deus comparare videtur cum Abraham, qui non tam continuisse videtur, quàm effudisse, aquas, quod agentis facultatis est: posteriorem cum Sara, quæ quasi quidam lacus fuit, quæ quas aliunde collegit aquas tandem effudit†. Al. *Aspicite ad petram*—i.e. Saram, quæ est patiens; *& ad malleum*, instrumentum agens, i.e. Abraham[t]. Hoc vult, Majores vestros considerate, propter quos vobis benefacio[v]. Al. Docet, non esse cur dubitent Judæi sive de potentia Dei, sive de ejusdem voluntate benefaciendi[x]. Cogitate vos ex illis ortos esse qui steriles fuissent, nisi Deus potente verbo, tanquam malleo, ex rupe lapides excidisset; ac proinde credite me instauraturum Ecclesiam, utcunque vastata sit, ac penè nulla, v. 3. & vos, qui in eodem fœdere estis, eandem virtutem Dei ejusdem experturos[y].

2. *Attendite ad Abraham*, &c.] Explicat, more Scripturæ, quod obscuriùs dixerat[z]. Sicut illis prolem dedi; sic & vos, qui jam steriles videmini, propagabo[a]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי אֶחָד קְרָאתִיו] *Quia* (*Cùm*, JT. *Quem*, Ca.) *unum* (vel, *unicum*, P. JT. eum *unicum*, M. *solum*, Angl. *Unum*, i. e. prole omni carentem[c]. *Solitarium*, licèt maritatum, quia sine liberis; &, quoad prolem, sine uxore, quippe quæ effœta erat. Vel, *unum*, pro, *tantummodo*

[a] For. [b] Jun. [c] M. sim. Calv. [d] Musc. * Ang. [f] Calv. [g] For. San. Calv. D. [h] prov. sic G. &c. [i] D. prov. 2. 3. 129. [k] G. [l] Pi. [m] Jun. sim. Luth. in Marl. San. [m] San. [n] G. [o] Pi. [q] G. [r] For. † San. [t] H. in V. [v] Mar. [x] Marl. ex Musc. [y] Jun. [z] For. [a] Ca. [c] G. sim. Pi.

tummodo unum, ut Deut. 6.4. Zach. 14.9[d].) *vocavi* (vel, *evocans*, JT.) *eum*, Mo. &c. Al. Nam, *cùm unicus* esset, *vocavi*, &c. Pi. sic Ar. *Quomodo cùm unus* (vel, solus & *unicus*, Ti.) *esset*, &c. Sy. *Unicum*, quia & sine prole,& sine spe prolis *. ¶ *Et multiplicavi eum*] Ab eo Ismaelitæ, Idumæi, Israelitæ, Cheturæ posteri [f].

3. *Consolabitur——Sion*] Id est, reliquias Judæorum [g]; vel, Ecclesiam [h]. Jam accommodat exemplum Abrahæ [i], & exprimit statum Ecclesiæ, quæ tota à benedictione Dei pendere debet [k]. ¶ *Ruinas ejus*] i.e. Loca vasta instaurabit [l]. ¶ *Et ponet desertum ejus* (i.e. paucitatem illam credentium Judæorum †; vel, Gentes, quæ Deum deseruerant [m]: nam licèt Sioni restitutæ hæc contigerint, multò tamen magis Ecclesiæ à Christo fundatæ [n]:) *quasi delicias*; sic P.sim.M. [כְּעֵדֶן] *Tanquam Hedenem*, JT. Pi. G. sic Mo. Ch. Sy. vel, *paradisum*, o'. Ar. sic Ti. i. e. Plantabit in Ecclesia Judaica electos ex Gentibus,per efficacem scilicet vocationem [o].

4. *Attendite ad me, populæ meus*] Nempe, Judæi [p]; vide Exod. 19.5. Deut. 7.6 [q]: quos hîc ad fidem hortatur exemplo Gentium,ut Deut.32.21[r]. ¶ *Quia*,&c. [כִּי תוֹרָה וגו'] *Quia*, vel *Nam*, *lex* (vel, *doctrina*, JT. Pi. G.) *à me exibit*, Mo. P. &c. Docebo, inquit,populos me esse verum Deum; idque illi agnoscent, ubi judicia mea in impios viderint †. Al. Asserit se iterum regnaturum in Ecclesia; & modum regnandi simul indicat, nempe per legem & doctrinam suam [t]. Al. *Lex*, vel *doctrina*, Evangelii, &c [v]. abrogatâ Lege Mosis: unde & Hebræi dicunt, Legem per Messiam promulgandam post devictos Gog & Magog [x]. ¶ *Et*, &c. [וּמִשְׁפָּטִי לְאוֹר עַמִּים אַרְגִּיעַ] *Et judicium meum* (vel, *jus meum*, JT. Pi. i.e. doctrinam meam quam veluti jus præscribo, &c [y]. Idem repetit aliis verbis [z].) *in*, vel *ad*, *lucem* (vel, *illustrationem*, Ca.) *populorum* (i. e. in hunc finem ut luceat electis, &c [a].) *quiescere faciam*, Mo. P. V. i. e. ponam [b]; vel, *proferam*, Pi. *patefaciam*, Calv. *repræsentabo*, Ca. *collocabo*, JT. Pi. scil. in Ecclesia, quæ est *columna veritatis*, 1 Tim. 3.15 [c]. Malim hîc, (sicut & Jer. 49.19.) *erumpere faciam*; elegantissimâ metaphorâ: quia quando manè oritur lux, videtur quasi findi cœlum, indéque infinitis radiis lux erumpere. Verbum רָגַע propriè sign. *scindere, findere, rumpere* [d]. Al. ad verb. *momentabo*, i. e. momento, vel derepentè, patefaciam, sive perficiam †. Al. *concitabo*, i.e. faciam ut momento appareat. Nam verbum hoc ex eorum numero est verborum quæ contraria significant; adeóque etiam *commotionem*, seu *conturbationem, subitam* denotat. Vel, *in luce populorum quiescere faciam*, ut omnibus populis manifestum fit *. Al. *Et judicium meum* erit *in lucem populorum*, quo [scil. judicio] *requiem dabo*, M.

5. *Propè*, &c. [קָרוֹב צִדְקִי] *Propè* (vel, *Propinqua*, JT. Pi.) *est* (i.e. Veniet [f], Jamjam adest [g],) *justus meus*, G. ex Vulg. i. e. Cyrus, cultor unius Dei [h]. Vel, *justitia mea*, JT. Pi. Calv. Ang. &c. tempus liberationis populi mei [i], quæ justitiæ & fidelitatis meæ effectus est [k]. Vel, Christus meus [l]; vel, justitia per Christum: vel, *justificatio mea* [m]. ¶ *Egressus*, &c. [יָצָא יִשְׁעִי] *Prodibit* (vel, *Egressa est*, Mo. Calv.) *salus mea*, JT. Pi. Mo. i. e. salus electorum, quam ego illis tribuam [n]. Decretum jam exiit de populo meo liberando [o]. Egressus est qui populum meum liberabit [p]. ¶ *Et brachia mea* (i. e. potentia mea [q]) *populos judicabunt*] Id est, vel, regent, synecdochicè [r]: vel, vindicabunt ab hostibus, iisque jus procurabunt †. Sensus versûs, Jam propè est quum justitiam meam, salutarem doctrinam meam, i.e. Evangelium, communicabo cum Gentibus, & illæ accepturæ sunt [t]. ¶ *Et*, &c. [וְאֶל־זְרֹעִי יְיַחֵלוּן] *Et brachium* (vel, *ad*, sive *in*, *brachium*, V. For. &c.) *meum* (i.e. auxilium meum [v]; virtutem ad salvandum [x]; Evangelium, quod est virtus Dei, &c [y]: vel, *in brachio meo*, G.) *exspectabunt*, JT. Pi. vel, *præstolabuntur*, P. *sperabunt*, M. Ti. *confident*. Persæ, mari adsiti, à me sperabunt victoriam. Persæ, ut antè diximus, nullas habebant imagines quas colerent [z]. Sed perperàm hoc restringit ad Persas, quum *insulæ* passim Gentiles indigitent, Esa. 41.1. & 42.4. &c. & *insulæ* hîc dicantur ità *exspectare Dominum*, & *confidere*, &c. ut ab ipso justitiam & salutem lætitiámque æternam sibi promittant, &c [a].

6. *Levate in cœlum*, &c.] Vos Judæi, quibus hæc incredibilia videntur [b]. ¶ *Cœli sicut fumus liquescent*, [נִמְלָחוּ] *Consumpti sunt*, Mo. *deficient*, P. *corrumpentur*; Ti. *peribunt*, M. Calv. *evanescent*, Ca. sic JT. Pi. Aq. μιασθήσονται, *comminuentur in nihilum*; Sym. ἁλισθήσονται, *in salis modum conterentur & evanescent* [c]. נִמְלַח sign. *corrumpi*, vel *evanidum fieri*, ductâ metaphorâ, vel, à pannis, qui sale admisso corrumpuntur; vel, à sale ipso, qui humore quovis admisso facilè dissolvitur. Hinc & מְלָחִים Jer. 38.11, 12. sign. *pannos obsoletos usque diuturno detritos*, tanquam qui sale corrupti sunt. Sal enim, cùm alia constringat & conservet, alia tamen dissolvit atque corrumpit [d]. *Cœli*, &c. i. e. Sidera in cœlo modò apparent, modò latent *. ¶ *Et terra sicut vestimentum atteretur*, [תִּבְלֶה] *Veterascet*, Mo. Pi. &c. *obsolescet*, Ca. *vetustate peribit*, Ti. Magnæ terrarum partes hauriuntur à mari [f]. ¶ *Et habitatores ejus sicut*, &c. [כְּמוֹ כֵן יְמוּתוּן] *Similiter* (vel, *in hunc modum*, M. simil. Ti. Calv. *sicut hæc*, nempe fumus & vestis, quorum antè meminit [g]: *sicut sic*, nam כֵּן δεικτικῶς accipi potest [h]; *velut sic*, nimirum facto talitro vel crepitu digitis; vel, demonstratâ digito re aliquâ levi & nullius momenti *:) *morientur*, Mo. P. JT. Pi. Ang. Gal. sim. M. Sed quia fumus & vestis non rectè dicuntur mori; & quia cœlis suum dedit simile, terræ quoque suum; existimo habitatoribus terræ etiam suum tribui simile: sic verto, [& probatur hæc versio Ga. Angl. Calov.] *tanquam pediculus morientur*. Etsi enim alibi non inveniatur nisi in plurali כִּנִּים, quia nempe usu non veniebat de uno pediculo agere; certum tamen est singulare ejus esse כֵּן, cujus notio videtur hoc loco optimè convenire [i]. Sensus, Multa loca inculta fient quæ plena fuêre cultoribus [k]. ¶ *Salus autem mea*, &c.] Promissa mea manent semper firma [l]. Sensus loci, Priùs devastarem cœlum quàm ut salutem promissam non exhiberem, &c [m]. Priùs interibunt quæ æterna hominibus videntur quàm fides mea deficiat [n]. Confer Psalm. 102.27. *Cœli peribunt*, &c. Esa. 54.10. *Montes commovebuntur*, &c. Matt. 24.35 [o]. Stabilius est & diuturnius imperium meum quàm cœlum, &c. Quare à me *justificari* & *salvari* omni alteri saluti, &c. præferendum est [p]. ¶ *Non deficiet*; ità o'. [תֵחָת] *Conteretur*, vel *atteretur*, Mo. JT. Pi. *interibit*, M. *concidet*, Ti.

7. *Audite me, qui*, &c. [יֹדְעֵי וגו'] *Scientes* (vel, *qui cognovistis*, M. *qui agnoscitis*, JT. Pi. i. e. in pretio habetis, synecdoche generis [q];) *justitiam*, Mo. P. &c. i.e. probitatem ac pietatem [r]. Pios qui inter Hebræos erant alloquitur †. *Justitiæ periti*, Ca. ¶ *Populus* (vel, *popule*, JT. Pi. Ti.) *meus lex mea in corde eorum*] Sim. Mo. &c. vel, *in quorum corde est lex* (vel, *doctrina*, JT. Pi.) *mea*, P. sim. Ti. Ca. qui Legem cordi insitam & infixam habent [t]. ¶ *Nolite timere opprobrium hominum*, &c.] Convitia idololatrarum, qui vos vocabunt *nubium adoratores, recutitos, parcentes porcis, insociabiles* [v]. Vel, Scribarum, Pharisæorum, tyrannorum, aliorúmque infidelium [x].

8. *Sicut enim*, &c.] Duæ hîc sunt rationes cur non timerent pii, &c. 1. ab interitu impiorum; 2. à perpetuitate justitiæ ac salutis futuræ [y].

9. *Consurge*, &c. [עוּרִי וגו'] *Evigila, evigila*, JT. Pi. *Suscitare*, &c. Mo. P. *Excitare*, &c. V. Sunt verba vel, 1. Prophetæ [z], quum discipuli adhuc timidi essent, &c [a]; vel, 2. populi exspectantis Christi adventum [b], vel Ecclesiæ [c]; vel, 3. Dei ad seipsum, vel ad Christum, qui in S.S. & *virtus*, & *brachium*, *Dei* dicitur [d]. ¶ *Sicut*, &c. [כִּימֵי קֶדֶם] *Secundùm dies quondam*, Mo. *ut in diebus antiquis*, P. sim. For. JT. Pi. ad verb. *initii*, V. ¶ *In*, &c. [דּוֹרוֹת עוֹלָמִים] *Generationes seculorum*, Mo. *in generationes æternas*, JT. & *ut ævis æternis*, Sy. sicut *in generationibus seculorum*, P. i. e. præteritis *. [Alii hæc verba cum proximè præcedentibus sic reddunt,] *sicut retro temporibus per omnia secula*, Ti. *ut antiquis priscorum seculorum temporibus*, Ca. id est, quæ ante multa secula fuêre [f]. ¶ *Numquid*, &c. [הֲלוֹא אַתְּ־הִיא הַמַּחְצֶבֶת רַהַב] *Nonne tu ipsum* (vel, *es*, Ca. vel, *illud es*, JT. Pi. Ang. vel, *es brachium illud*, P.) *excidens* (vel, *quod excidit*, P. Pi. Ti. sim. JT. *qui excidisti*, Ca.) *superbum*, Mo. vel, *ferociam*, Ti. *Ægyptum*, P. JT. Ca. Pi. For. Glas. BP. &c. *superbam Ægyptum*, M. quæ רַהַב dicitur, vel, 1. à forma pyri, quæ Deltæ congruit [g]; [de quo vide ad Psalm. 87.4.] vel, 2. propter summam superbiam [h], (רַהַב enim

Margin notes, left column: d Ang. — * Calv. — f G. — g For. — h Pi. — i Luth. Calv. — k Luth. — l Pi. — † Calov. — m Calov. sim. San. — n San. — o Calov. — p San. sic Ang. Jun. &c. — q Ang. — r Jun. — † G. — t Calv. — v Pi. For. Ang. Me. T. &c. — x M. — y Pi. — z Calov. — a Pi. — b V. — c Pi. — d Di. — † Q. in Ma. — * For. — f G. — g For. — h G. — i Ang. sim. Pi. &c. — k Ang. — l L.E. Me. T. M. For. — m For. — n Pi. — o Ang. — p G. — q Pi. sim. For. Calv. &c. — r Ma. ex For. sim. Calv. — † Pi. — t Jun. — v Q. in Marl. — y Ma. — * G. — a Calov. — b Calv.

Margin notes, right column: c D. — d Ga. adv. cap. 43. p. 440. — * G. — f G. — g Q. in Di. — h Calov. — * Ma. ex Forst. — i Di. — k G. — l G. — m M. ex K. — n San. ex Thom. & Pint. &c. — o San. — p For. — q Pi. — r Pi. sim. San. — † G. sim. For. — t Calv. — v G. — x Me. — y Musc. — z San. For. — a For. — b San. — c Pi. — d For. — * V. — f G. — g BA. 4.14. 294. — h Glass. Ang. &c.

enim appellativè id sign. Psal. 87. 4. & 89. 11[i].) & potentiam[k]. ¶ *Vulnerâsti draconem?* [מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין] *Vulnerans* (vel, *& vulnerabis*, M. & *dolore confecit*, Ti. & *perfodisti*, ut propriè sign. vide Esa. 2. 19. & 5. 12. vel, *interfecisti*, ut bene vertitur Ezec. 28. 9. & 32. 26†. Quod, vel quódque, *dolore affecit*, P. JT. Pi. propriè, dolore quasi parturientis[l];) *draconem?* Mo. P. M. &c. vel, *balænam?* JT. Pi. *belluam marinam?* G. Pharaonem[m]; sic dictum, quòd prope mare & inter fluenta Nili habitaret[n]. Tyrannos Prophetæ eo nomine appellant, maximè Ægyptios. Vide Ezec. 29. 3. & 32. 2. & ibi dicenda[o]. Hæc refert, ut statuant fideles Deum non dissimilem sui fore in posterum[p].

11. *Et nunc* (Etiam nunc[q]; vel, *Ergò*, Calv. *Ità*, JT. Pi.) *qui redempti sunt à Domino revertentur*, &c.] q. d. Sic se res habet sicut diebus antiquis, &c[r]. simile exemplum in suis liberandis editurus est †. ¶ *Lætitia——super capita eorum*] Ut coronæ semper recentes[t]. Vel, alludit ad eos qui onera ingentia imposita capitibus deferunt; quò spectat & *gloriæ pondus* 2 Cor. 4. 17[v].

12. *Quis*, &c? [מִי אַתְּ וַתִּירְאִי וגו'] *Quis* (vel, *Quæ*, Mo. P. JT. &c. *Quænam* igitur, Pi. אַתְּ, fœm. pro אַתָּה, masc. vel, 1. quòd infirmum & muliebre & viro indignum erat, timere sine causa[x]: vel, 2. quòd Ecclesiam alloquitur Deus ut mulierem & uxorem suam. Vide Num. 11. 15. Deut. 5. 27[y].) *tu* (sub. *es*, P. Pi. Al. *Tu* verò *quis* es, Ti.) *ut* (vel, *&*, Mo. vel, *qui*, Ca. *quòd*, Pi.) *timeres ab homine mortali?* vel, *qui morietur?* M. P. &c. Ità parùm tibi fit animi, ut homines timeas, Deum habens adjutorem[z]? ¶ *Qui*, &c? [חָצִיר יִנָּתֵן] *Herba dabitur?* Mo. qui *fœnum* (vel, ut *fœnum*, JT. Pi. sic M. Ti. vel, tanquam *herba*, P.) *redditur?* i.e. reddi solet[a]? vel, *reddetur?* Ti. JT. Pi. *dabitur?* P. *reputabitur?* M. Calv. sic Ch. *cujus eadem quæ graminis conditio est?* Ca. Exprobrat Judæis, quòd plus homini mortali tribuunt potentiæ in nocendo, quàm Deo in juvando[b].

13. *Et oblitus es* (Heb. *obliviscĕris*, i. e. oblivisci soles? vel, *oblivisci poteris?* interrogativè[c],) *Domini*, &c.] Causam timoris docet esse oblivionem Dei[d]. ¶ *Et formidâsti——à facie*, &c. [מִפְּנֵי חֲמַת הַמֵּצִיק כַּאֲשֶׁר כּוֹנֵן לְהַשְׁחִית] *A furore* (vel, *à facie furoris*, P. M. *excandescentiæ*, Mo. *propter excandescentiam*, JT. Pi.) *affligentis* (vel, *coarctantis*, Mo. *opprimentis*, P.) *hominis tribulantis*, M. *ejus qui angustiâ afficit*, JT. Pi. i.e. tyrannorum, atque etiam Diaboli *; vel, hostis à quo infestabantur[p];) *quando paravit* (*quum sese comparat*, Pi. sim. Calv. *quum pararet*, M. *dum se componit*, Ca. *quasi comparet se*, JT. i. e. quasi jam gladium strictum momentis singulis vibraturus esset in cervices tuas[q]; *qui parat*, Ti. *qui comparat se*, P.) *ad corrumpendum*, Mo. vel, *ad perdendum*, JT. Pi. Ca. sim. Ch. P. *inferre damnum*, M. *vastare* te, Ti. Sic explicat & impiorum furorem, qui perdere moliuntur; & inanem populi timorem, qui ad quasvis furentis impii minas formidine torquentur[r]. Statim ut ille se parat ad nocendum, times *. ¶ *Ubi*, &c? [וְאַיֵּה וגו'] *Et ubi* (vel, *Ubi ergò*, Pi. *Ubi nunc*, Vulg.) *furor affligentis?* Calv. vis illa Chaldæorum[t]. q. d. Evanescet, nusquam erit, irritus reddetur[v]. Etsi gladius strictus est in manibus ejus, quando percepisti hostem agere omnia pro furore suo, neque potentiâ meâ cohiberi[x]?

14. *Citò*, &c. [מִהַר צֹעֶה לְהִפָּתֵחַ] *Festinavit* (vel, *Festinat*, Calv. Quin *festinabit*, Ti. *Accelerat*, V. *Festinat* enim tempus, M.) *demigrans* (vel, *discurrens*, Ti. *volutator*, qui te tuaque omnia volutabat & prosternebat. Verbum צָעָה sign. *volutare*, se, vel sua; vide Esa. 63. 1. Jerem. 2. 20. & 48. 12[y]. Vel, *ligatus*, P. *vinctus*, M. G. *captivus*, vel *incarceratus*, V. *exsul*, Calv. Angl. *captivus exsul*, Ang.) *solvi*, Mo. vel, *ut solvatur*, P. M. G. *ut aperiatur*, Ti. Pi. i. e. solvatur[z]. Heb. *ad aperiendum*, passivè[a]. *Celeriter solvetur qui exsulat*, Pi. *Festinanter educet peregre vinctum*, qui *solvendus est*, JT. Populus meus citò liberabuntur. Vide Gen. 41. 32. *Festinat Deus facere*, i. e. citò faciet[b]. *Ut solvatur*, populus captivus, per Zorobabelem: nam preces suas ad Cyrum deferet[c]. Al. *Citò veniet* (vel, 1. Cyrus à me mittendus[d]; vel, 2. Christus *,) *gradiens* (& accurrens[f]) *ad aperiendum*, Vulg. vel, carcerem vestrum *; vel, ostium salutis[g]. Hanc liberationem per Cyrum obiter hic pro pignore vel arrha Judæis objicit liberationis per Christum futuræ[h].

[Marginal notes, left column: i Gl. s. gram. 4. 3. 820. / k Ang. / † Ang. / l Pi. / m G. Pi. Ang. For. Ca. / n Ang. / o G. / p Calv. ad v. 10. / q G. / r For. / † Calv. / t G. sim. Pi. / v For. / x San. in Glas. / y Glass. gram. 3. 1. 83. 436. / z G. / a For. / b Calv. / c For. / d Musc. sim. Mar. / * Pi. / p Musc. / q Jun. / r Musc. / * For. / t G. / v Musc. / x Jun. / y For. / z Pi. Ang. / a Pi. / b Ang. / c G. / d T. / * Mc. Calov. / f T. / * T. / g Mc. / h T.]

Locus bifariàm intelligi potest: vel, 1. quasi nimiam Judæorum festinationem castiget, quòd impatienter reditum appeterent: vel, 2. quòd maturè reditum in patriam adventare significet, nè tædio exanimati succumberent[i]. ¶ *Et non*, &c. [וְלֹא יָמוּת לַשַּׁחַת וְלֹא וגו'] *Et non*, vel *Nec*, (vel, *Ut non*, Calv.) *morietur* (vel, *moriatur*, P. M. Calv. sub. *vinctus*, Ti.) *in fovea*, sive *lacu*, (vel, *ista fovea*, JT. non interibit in miseriis[k],) *nec deficiet* (vel, *deficiat*, P. M. &c.) *panis ejus*, Mo. &c. Viaticum illi non deerit[l]. Ad suos liberandos maturè occurret[m]. [Ca. hunc versum cum fine præcedentis conjungit, totúmque locum sic reddit,] *Ubi verò est tyranni furor, ultro citróque solvi festinantis, nè perditè moriatur, néve victu careat?* Quid tibi noceat qui ipse sibi metuit[n]? Est locus hic multùm obscurus. Quidam Hebræorum sic explicant, *Qui sic premitur à tyranno & incarceratur, si patienter sustineat, post modicum tempus aperietur sibi carcer, evadet mortem, & habebit unde vivat.* Unde AE. exponit צוֹעֶה, pro יוֹשֵׁב בְּמָצוֹר. K. verò exponit pro טִלְטוּל, *discursu*, vel *vaga habitatione* qualem Judæi habent. Et id quoque est captivitas. Et talis ferè olim fuit status Christianorum inter Gentes, quorum Propheta hîc meminisse videtur[o]. Al. *Ut non moriatur* (is quem captivum detinebat, sub. *festinavit, inquam*,) *ad foveam*, in qua detinebatur captivus, *& ei cibum ministravit largiter*. Cùm v. præc. de hoste *opprimente* quæsiverat *ubi esset*; brevi hîc exponit quàm jam non premat, sed mutatus sit in amicum. Aliter sic; Quæsivit, *Ubi furor*, &c? q. d. Nihil planè effecit. *Festinavit quidem volutator ad aperiendum*, i. e. evaginandum gladium, *& non morietur* is in quem gladium strinxit: *festinavit item ad perdendum funditus*, *& non defecit panis ejus quem perdere festinabat*[p].

15. *Ego autem*, &c.] Vide ergò quantò dignius fuerit, omisso hominum timore, me colere, & à me uno pendere[q]. ¶ *Qui conturbo*, &c. ità LXX, Ar. [רֹגַע הַיָּם וַיֶּהֱמוּ וגו'] *Findens* (vel, *disseco*, M. *increpans*, Ch. Ti. sim. Sy. *qui disrumpo*, JT. Pi. *qui divisit*, P. Ang. potiùs, *qui tranquillat*, Angl. Vox enim *quietis* significationem habet[r]; & sic accipio Jer. 31. 35[r].) *mare*, (rubrum †,) *& personuerunt fluctus ejus*, Mo. P. vel, *& sonabunt*, &c. M. *cujus fremunt*, &c. JT. *ut fremant*, &c. Pi. ità *ut tumultuentur*, &c. Ti. *ubi perstrepunt*, sive *tumultuantur*, &c. Ga. ex AE. ו, pro אַחַר, *postquam, ubi, quando*, particulis temporis articulum designantibus, sæpe usurpatur. Vide Esa. 37. 9, 36. & 44. 14 *. *Frementibus*, &c. Ca. *quamvis frementibus*, &c. G. In voce רֹגַע variant. Q. Hebræi per metathesin accipiunt pro גֹּעַר. [Quæ vox nihili est: sed lege גֹּעֵר.] Sic & Chald. qui vertit, *increpans*. Aliis sign. *diffindere*, &c. aliis, *movere*, vel *commovere*. At Levi Gersomi Fil. & Abraham Esdræ Nepos sumunt in notione *quiescendi*, vel *sedandi*: quam confirmant tum illa verbi in Hiphil significatio Deut. 28. 65. Esa. 34. 14. Jerem. 31. 2. & 47. 6. &c. tum & verbalia indè deducta quietem denotantia, Esa. 28. 12. Jer. 6. 16. Adde quòd potentia Dei hoc nomine in S.S. sæpe prædicatur, in procellis sedandis, &c †.

16. *Posui verba mea in ore tuo*] Sunt hæc verba vel, 1. Christi ad populum electum[t]; q.d. Per Prophetas promissa mea tibi dedi, quæ subindè recites[v]. Al. Legem tibi dedi *. Vel, 2. Dei ad Esaiam[x]. Vel, 3. Dei ad Christum[y]. Vel, 4. Dei ad omnes Prophetas, primò, Esaiam, deinde reliquos suo ordine; sed tandem ad Christum veniendum est. Usque adeò cavit Deus ne quid esset in arbitrio Prophetarum, ut non modò res proferendas, sed ipsa etiam verba, in ore ipsorum posuerit, nec quicquam ipsis reliquit in ministerio vaticinandi præter organum oris. Vult Dominus consolationes ità audiri à Prophetis, acsi coràm ipse loqueretur[z]. ¶ *Et in umbra manûs meæ*, &c.] Id est, potentiâ[a] & favore meo te protexi[b]. ¶ *Ut*, &c. [לִנְטֹעַ וגו'] *Ad plantandum* (vel, *Ut plantes*, P. *Ut plantem*, M. Ti. Pi. Calv. sic Med.) *cœlos, & ad fundandum terram*, Mo. &c. Exprimit finem legationis; q.d. Ut omnia in ordinem suum restituam. Cœlum & terra, & omnes creaturæ, quæ ex lapsu primi hominis turbantur, & quasi pœnas luunt, per Christum & salutis doctrinam instaurantur, Eph. 1. 10[c]. Ut creem cœlum novum, & terram novam; confer Esa. 65. 17. & 66. 22[d]. 2 Pet. 3. 13. Apoc. 21. 1 *: id

[Marginal notes, right column: i Calv. / k G. / l G. / m Calv. / n Ca. / o M. / p For. / q For. / r Ang. / † Musc. sc Calv. M. d. &c. / * Ga. ad vers. 25. 277. / † Ga. ib. / t San. / v G. / * Med. / x Thom. & Hug. in San. / y Mc. T. For. / z Calv. / a San. / b For. / c Calv. / d Pi. sim. Ang. / * Pi.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

id quod ab Esaia factum est ministerialiter & prophetice; (ut simile dicitur de Jeremia, Jerem. 1. 10. vide & Jerem. cap. 18. vers. 9.) à Christo autem actu & reipsa, Jer. 31. 28. Matt. 16. 18 [f]. Ut constituam novum, id est, spiritualem, orbem, & Regnum Dei, cujus fundamenta Christus & Apostoli jecerunt*. Al. Ad stabiliendum, vel stabiliendo, Regnum meum inter vos [g]. Ut te Regnum, ceu mundum politicum, constituerem, nempe in Terra promissa, quum te ex Ægypto eduxerim, &c. Prophetis omne Regnum *mundum* refert, ut partes quoque, *cœlum, terra, stellæ*, pro illa imagine sint; ut vel ex hoc uno loco constat. *Cœlum* itaque denotabit quicquid in Regno celsum est; *terra*, contrà, quod infimum; *stellæ* verò, eos qui in celsitudine ista locum obtinent obeúntque [h]. Quid sit Deum per Christum *plantare cœlos*, &c. Propheta mox explicabit, formare scilicet populum Domino [i]. Al. Videntur mihi ο'. [quos sequuntur Sy. & Ar.] optimè vertisse, ἐν ᾗ ἔστησα τὸν οὐρανὸν, &c. Illâ manu te protegam quæ satis valida fuit ad constituendum cœlum firmandámque terram. Est in Hebræo ellipsis non magna [k]. Al. *Donec plantetur cœlum*, &c. Q. in V. *Donec plantatum* maneat *cœlum*, &c. ut sit promissio protectionis æternæ [l]. ¶ *Et dicas*, &c. [וְלֵאמֹר וגו'] *Et ut dicam* (vel, *& ad dicendum*, Mo. G. *dicámque*, M. *ut dicatur*, Ti.) *Sioni, Populus meus es*, Pi. vel, *Tu rursus mihi eris populus*, G. q. d. Quæ per Prophetas de felicitate & restauratione Sionis dicta sunt, in vobis, electis Judæorum reliquiis, complenda sunt. Hoc est Evangelium, Deum habere velle in terris populum, i. e. ut Sion, quæ videbatur deserta, sit congregatio sancta [m]. Ostendit altiùs hoc spectare quod dixit de cœlorum plantatione, &c. quàm ad visibilem mundi formam, quæ citò præterit; nempe, ut spem vitæ cœlestis excitet ac foveat in cordibus piorum [n]. [JT. versum sic reddunt, *Qui indidi verba mea ori tuo, umbrâ manûs meæ tegens te; me plantaturum cœlos*, &c.] id est, me instauraturum esse omnia per Christum pro Ecclesia mea [o]. [Chald. sic παραφράζει, *Ut suscitarem populum de quo dictum est, quòd multiplicarentur sicut stellæ cœli; & fundarem congregationem de qua dictum est, quòd multiplicarentur ut pulvis terræ*.]

17. *Elevare*, &c.] Vel, *Expergiscere*, &c. Pi. Calv. &c. ex somno peccati & securitatis, 1 Cor. 15. 34. sic enim applicari videtur Eph. 5. 14. ubi tamen ad alium locum alludi videtur [p]. Judæos hîc ad sanitatem & officium vocat [q]. Al. Excita te ex luctuoso illo statu, &c [r]. Quæ hactenus depressa fuisti, nec stare poteras; jam tempus est ut animum resumas, & mœrorem deponas †. Hierosolymæ reditum & libertatem promittit, simúlque liberationem spiritualem, &c [t]. Occurrit dubitationi Judæorum, qui nullum promissionum fructum cernebant. *Expergiscere*, velut ex sepulchro: Significat nullas tam horrendas vastationes fore quæ hanc instaurationem impedire possint [v]. ¶ *Quæ*, &c. [אֲשֶׁר שָׁתִית וגו' אֶת קֻבַּעַת כּוֹס הַתַּרְעֵלָה שָׁתִית מָצִית] *Quæ bibisti è manu Jehovæ calicem furoris ejus*, Calv. sim. Mo. JT. Pi. &c. (i.e. acerbas afflictiones & tentationes, &c [x]. experta es graves persecutiones tyrannorum ex permissu Dei [y];) *fæcem*, vel *fæces*, (vel, *crassamentum*, JT. Pi.) *calicis*, sive *poculi*, (vel, *poculum*, JT.) *veneni* (vel, *tremoris*, P. Pi. Ang. i. e. tremorem efficientis [z]; *horribilis*, G. *horrificentissimum*, JT. quo totum corpus concutitur [k]; *horroris*, vel *concussionis*, Angl. vide Nah. 2. 3 [l]; *soporis*, Vulg. V. sim. Ti. i.e. soporem & stuporem inducentis [m]; qualis damnatis propinari solebat [n]. Sed talem calicem priùs potaverant, securi facti, id quod hunc calicem induxit, &c [o]. Vel, *angustiæ*, Calv. *tetri*, Ca. *mortiferi*, M. *mortiferi veneni*, Mo.) *bibisti, expressisti*, Mo. vel, *exsuxisti*, JT. & *expressisti*, P. M. sub. *sugendo scilicet*, V. imò *exsuxisti*, Pi. sub. *guttas remanentes*, M. V. totum exhausisti [p]. Vox תַּרְעֵלָה pro angore aut tremore capitur quo ferè exanimantur homines quum gravibus ærumnis premuntur [q].

18. *Non*, &c. [אֵין מְנַהֵל וגו'] *Non* (sub. *est*, M. P. vel, *erat*, Ti.) *ductor ei ex omnibus filiis*, &c. Mo. P. vel, *qui dirigat*, &c. M. *qui te duceret*, Ti. *Nemo deducit eam*, Pi. sic JΓ. nempe Hierosolymam [r]. *Non portans*, &c. V. Cùm gravissimè concutereris ex illo horribili poculo, & esses quasi παραλελυμένη, nemo tuorum te manu duxit. Nempe, quia nulli id erat virium; non Regi, non Principi, non Sacerdoti †. Ab omnibus deserta erat, quum illud epotâsset [t]. Filii non obsequium matri præstiterunt, sed perditionem ejus accelerârunt [v]. Hoc vult, Quamvis nihil opis vel solatii matri esset ab ingratis filiis, (id quod acerbissimum est,) aliisve hominibus, consolationem tamen à Deo exspectet. Insuper Propheta indignos esse admonet tam degeneres filios pro quibus luctum suscipiat mater; ideóque potiùs expetendam esse novam sobolem, quæ Deum laudet, Psal. 102. 19. nec mirum esse, si tales Deus exterminet, ut probis filiis Ecclesiam augeat [x]. ¶ *Et non est qui apprehendat manum*, &c.] Scil. ut eam instituat & consoletur [y].

19. *Duo*, &c. [שְׁתַּיִם הֵנָּה קֹרְאֹתַיִךְ] *Duo hæc*, sive *ista*, (sub. *sunt quæ*, Ti. sic M.) *acciderunt*, vel *evenerunt*, vel *obvenerunt*, vel *occurrerunt, tibi*, P. Ti. M. JT. Pi. &c. vel, *evenientia tibi*, Mo. ad verb. *eventus tui*, V. Sed quare *duo*, cùm quatuor numeret [z]? Resp. 1. *Duo*, vel *duplicia*, pro, *multiplicia* [a]. 2. *Duo*: scil. persecutio hostium, & desertio tuorum, &c [b]. *Duo*: unum externum; quia & *belli* cladibus & *fame* ad interitum usque & *vastitatem* redigetur: alterum internum, [quod sequitur,] quòd consolatione destituatur [c]. 3. *Duo*, quia alterum fuit urbis flagellum, *vastitas* scilicet & *contritio*; alterum civium, scilicet *fames* & *gladius* [d]. 4. Hæc quatuor duo vocantur, quia duobus temporibus distinguuntur: *fames* & *gladius*, durante obsidione; *vastatio* & *contritio*, illâ peractâ *. 5. Hæc duo sunt *fames* & *cædes*; sed utrumque bis nominat: Idem enim sunt *vastitas* & *fames*, item *contritio* & *gladius* [f]. ¶ *Quis*, &c? [מִי יָנוּד לָךְ] *Quis* (nimirum hominum, præterquam ego, ait Christus;) quum ab exteris afflicta, à tuis deserta, es [g]. Vel, Sed *quis*, Pi. Et tamen *quis*, G.) *condolebit* (vel, *indoluit*, G. *condolet*, Pi. *condoleret*, JT.) *tibi?* Mo. P. &c. *Quis tuam vicem dolet?* Ca. Al. *Quis ex te effugiet?* Ti. [נוּד signf. *vagari*, &c.] ¶ *Quis*, &c? [מִי אֲנַחֲמֵךְ] *Et quis consolabitur te?* M. *Ecquis te solatur?* Ca. sic Ti. *Non erit qui consoletur te*, Ch. Al. *Quo* (In *quo*, P. *Per quem*, JT. Di. Sed *per quem*, Pi. alium præter me [h]; *Quâ re*, Ti.) *consolabor te?* Mo. vel, *Quem faciam consolari te?* ut נִחַם in Piel significet *consolari*, & *facere consolari* [i]. מִי, pro בְּמִי [k].

20. *Filii tui projecti*, &c. [עֻלְּפוּ שָׁכְבוּ וגו'] *Defecerunt*, Mo. P. Ang. (vel, *exanimati sunt*, Calv. *lassati sunt*, V. *in deliquium animi inciderunt*, Pi. עָלַף Hebræis est, *obscurari, obtegi*. Ergò dicere possumus, *obvoluti sunt*, ut Gen. 38. 14. Cant. 4. 12. sed quia transfertur ad animum, *mœrore confecti sunt*, reddere poterimus. Obscuratur enim cor in mœrore, & nigrescit humore tetro; Ezec. 31. 15 [l]. Heb. *operti fuerunt*, scil. mœrore; synecdoche generis metaphorica. Confer Thren. 2. 11, 12 [m]. *Deficiunt*, Angl. ut Amos. 8. 13. Jon. 4. 8 [n].) *jacuerunt*, Mo. P. &c. (sub dio jacent, aut animam præ fame agentes, aut vulneribus confossi [o],) *in capite* (i.e. initio, sive ingressu [p]; [de quo vide dicta ad 1 Par. 14. 15.] vel, exitu, ubi hostes illis manus injecerunt [q];) *omnium viarum*, Calv. &c. vel, *platearum*, Pi. Ang. &c. Jerosolymæ †. [Alii hæc duo verba conjungunt, & sic reddunt,] *Defatigati* (vel, *mœrore affecti*, M. *defecti animo*, JT. *exanimati*, Ca.) *jacent*, &c. Ti. in viis sive compitis, vel, longâ viâ, aut fame & labore, penè confecti; vel, oppressi onere quod humeris gestare cogebantur [r]. Luctuosissimum statum describit, quòd liberi in conspectu matris jugulati jacent, & eorum strage plenæ sunt viæ †. ¶ *Sicut*, &c. [כְּתוֹא מִכְמָר] [Variant.] *Ut bubalus* (vel, *bos sylvestris*, P. Mo. Ang. M. ex He.) *irretitus*, JT. Pi. vel, *retis*, Mo. Pi. in *reti*, P. *reti* captus, M. *Sicut ibex reti implexus*, Ti. *Ut oryx in reti*, sub. *detentus* & *implicitus*; unde se expedire cùm frustrà conatus est, quid superest quàm ut inutili labore victus tandem fatiscat, & humi jaceat [t]? תוֹא (quod & תְּאוֹ [imò תְּאוֹ] scribitur Deuter. 14. 5.) videtur idem esse animal quod *Thoa* vocant Aristoteles Hist. animal. 2. 17. Plin. 8. 34. Oppian. de Venatu 3 †. Ὡς ὄρυξ (*ut oryx*) ἀμφιβληστρευόμενος *irretitus*, sive *illaqueatus*, Aq. vel, συνειλημμένος *comprehensus*, Theod. vel, ἐν ἀμφιβλήστρῳ *in reti* [v]. Ex תְּאוֹ (quod ο'. Hi. &c. *oryzem* reddunt Deut. 14. 5.) per metathesin factum creditur hoc תוֹא; quomodo כֶּשֶׂב, ex כֶּבֶשׂ, *agnus* [x]. [תְּאוֹ *orygem* esse, non bovem sylvestrem, probatum vide in Collectaneis

lectaneis meis ad Deuter. 14. 5. [Alii aliter vertunt.] *Velut irretiti viri*, Ca. Græci habent, ὡς σεῦτλον, vel σεύτλιον, ἡμίεφθον, *ut beta semicocta* [y], vel *semitosta*, sub. *æstu*, vel *sole*; à כמר *incalescere*, *exuri* [z]. In Talmude מכמר vocatur, cùm *quod ante tempus collectum est Soli exponitur, ut calefactione maturescat*; quale ἡμίεφθον, aut potiùs ἡμίπεπλον, *semimaturum*, non incommodè dicatur, quia hæc non est perfecta maturatio. Syrus & Arabs, *ut beta flaccida*. Hoc magis ad rem, ut animo defecti cum beta flaccida conferantur. Ità enim Catullus, —*languidior betâ*. Sed ut Augusti verbum fuit, *betissare*, pro, *languere*, ut notat Sueton. in Augusto, cap. 87. Græcos suspicatur Hieronymus ex תוא *tho*, fecisse *thoreth*, quæ Syrâ linguâ est *beta*. Legendum תרד *therad*, aut etiam תריד *therid*, vox in Thalmude pro *beta*, seu *blito*, non infrequens. Cl. Buxtorfius putat illis תוא idem fuisse quod תיאה, vel תיעה, *thea*, quæ laseris est species in Talmud. Tunc verò Græci scripsissent σίλφιον, *laserem*, *laserpitium*. Chaldæus habet, כמזרקי מצרין, *ut phialæ fractæ*, quæ sunt prorsus ἀπεσφονδυλωμένα · legerim libens, כרימני מצרין, vel כמא רימי, *ut oryges retium*, i. e. irretitos. Et verò pro מצרין, Elias & Buxtorfius legunt מצדין. Sed in voce quæ præcedit omnes hærere video, aut ea dicere quæ essent —ἄῤῥητ' ἀμείνω [a]. ¶ *Pleni indignatione Domini*, &c.] A Jova sæviter tractati [b].

21. *Ebria non à vino*] Non vino, ut olim, Esa. 5. 11, 12. & 22. 2, 13, &c; nec superbiâ & securitate, ut in prosperitate tua, Esa. 29. 9, 10. Jer. 2. 31. & 22. 21: sed anxietate animi, & calice illo vers. 17. &c [c]. moerore & tristitiâ [d]. Nam, ut Alexis habet, Λύπη μανίας κοινωνίαν ἔχει τινά · (i.e. *Mœror insaniæ quandam speciem habet.*) *Aliquos insanis attonitisque similes discurrere fecit metus*, ait Seneca Natur. quæst. 6. 29 *. Λύπη μέθη ἐστὶ, &c. *Mæstitia & ipsa temulentia est mergens mentem*, &c. ait Basilius de Jejun. or. 1. Ἔστι καὶ χωρὶς οἴνου μεθύειν, &c. *Est & absque temeto temulentia quædam*, &c. ait Chrysost. Contra Judæos l. 5 [f]. Ebrietatem peccati, luxûs, superbiæ, &c. quæ in Sione fuerat, sequuta est ebrietas pœnæ. Inebriati stupent, dolent, & rationis usu privantur, &c [g]. Non alloquitur hîc robustos & florentes, sed debiles, miseros, consternatos, atque ebriis similes; iisque se consolationem adferre dicit [h].

22. *Qui*, &c. יריב עמו] *Litigabit populo suo*, Mo. *vindex populi sui*, V. Calv. *causam acturus*, &c. JT. Pi. sic P. *qui vindicat*, &c. M. Ad verb. *litigavit* [*adversus*] *populum suum*. Videtur in malum accipiendum esse, q.d. Ego ipse, qui calicem tremoris propinavi, jam calicem auferam de manu tua, &c [i]. ¶ *Fundum*, &c. ''את קבעת וגו] *Fæcem*, vel *fæces*, (vel, nempe *fæces*, Ang. cum *fæcibus*, Angl.) *calicis*, &c. Calv. &c. Vide ad v. 17 [k].

23. *In manu eorum qui*, &c. מוגיך] Quæ vox, quum alibi in S. S. non reperiatur, videtur irrepsisse pro מוניך, quæ habetur Esa. 49. 26 [l]. Sed non opus est lectionem movere, quum verbum unde deducitur sign. *vexare*, vel *affligere*, Lam. 1. 5, 12. & 3. 32 [m]. [Verbum h. l. sic reddunt;] *affligentium te*, JT. sim. M. Ti. *depopulantium te*, P. Mo. *deprimentium te*, Sy. *oppressorum tuorum*, Calv. Pi. sic ὁ'. Ar. Ch. *eorum qui vexant te*, Angl. ut Job. 19. 2 [n]. *extinctoribus tuis*, Ca. ¶ *Incurvare*, &c. ''שחי ונעבורה ותשימי כארץ גוך וכחוץ לעוברים] *Incurva te*, (vel, *Sternere*, Sy. Ti. G. *Inclinare*, ὁ'. *Abjice te*, JT. *ut te submittas*, Ca.) *& transibimus*: (vel, *ut transeamus*, G. Ti. JT. ὁ'. Sy. &c. *quò transeant*, Ca. sub. *super te*, P. sim. Angl.) *& posuisti* (vel, *quibus exponebas*, JT.) *quasi terram*, sive *humum*, *corpus* (vel, *tergum*, Pi.) *tuum*, *& sicut plateam* (vel, *ut sis vice plateæ*, Ti.) *transeuntibus*, Mo. sic JT. Pi. vel, *& quasi platea esset, quod transituri* calcarent, M. Al. *dorsúmque tuum humi pro vico supponas transeuntibus*, Ca. Fastus hic erat Regum Orientis, super corpora humana incedere; vide Jos. 10. 24. Psalm. 110. 1. Retinent adhuc quidam in India Reges †. Verba hostium hîc refert, &c. Semper conjuncta est impietati superbia & crudelitas. Nam ut mansuetos reddit homines Dei cognitio, ità ignoratio feroces & truculentos efficit *.

[y] BA. ib. [z] For. [a] BA. ib. [b] Ca. [c] Ang. [d] Pi. * G. [f] Ga. ad. vers. 5. 46. [g] Musc. [h] Calv. [i] For. [k] V. [l] Pi. [m] Ang. [n] Ang. † G. * Calv.

CAP. LII.

1. *Consurge*, &c.] Hoc caput continenti textu cum superiori conjungitur [a]. Præcedentem doctrinam de Sionis restitutione confirmat [b]. Describitur hîc splendor & gloria Ecclesiæ, sub umbra tamen status populi Israelitici è Babylone erepti, &c [c]. Libertatem Ecclesiæ Christi à peccato ejúsque pœnis canit jam Propheta: Interim explicat quæ sit Christi Redemptio, & Sionis reparatio; utraque scilicet spiritualis [d]. Postquam Deus reliquias Judæorum promissionibus consolatus est, nunc demum per Prophetam veluti in rem præsentem adducit eos, hoc capite, & Ecclesiam ad præsentem Christum Evangeliúmque ipsius percipiendum hortatur *. ¶ *Induere fortitudine*] i. e. Confirma animum [f], quem abjecisse videris [g]. Sume arma *. ¶ *Induere vestimentis gloriæ tuæ*] Heb. *ornatûs tui*, i.e. quibus te ornare soles [h], diebus lætitiæ [i]. *Vestes decoris* opponit squalori & sordibus prioribus; q. d. Nunc te ad beatum statum compara, in quem te Dominus restituet [k]. Depone luctum, & ad lætitiam te compara in adventum sponsi tui [l]. ¶ *Non*, &c. ''לא יוסיף יבא בך וגו] *Non adjiciet, veniat* (vel, ut *veniat*, M. P.) *in te* (vel, *per te*, P. ὁ'. Ar. *contra te*, Angl. ut ב sumitur Num. 23. 21, 23 *.) *ultrà*, sive *ampliùs*, *præputiatus*, sive *incircumcisus*, *& immundus*, Mo. P. &c. quales erant Assyrii, Ægyptii, & Chaldæi. Vide 2 Reg. 18. & 23. 33, 34. & 24. & 25 [m]. Babylonii [n]; (synecdoche generis [o];) aut alius quispiam infidelis, qui hactenus tibi dominatus fuit [p]: quisquis adversatur sanctitati aut saluti tuæ; synecdochicè, ritibus Legis [q]: profani omnes qui pervertunt cultum Dei, & conscientias tyrannide opprimunt. *Incircumcisi* vocari solent omnes alieni ab Ecclesia; sed quia multi circumcisi illis meliores non erant, ut omnem dubitationem tolleret, addit, *immundum*. Significat, Ecclesiam, sublatis corruptelis, & restituto Dei cultu, plenissimo gaudio perfruituram †. Al. Romani & Turcæ [r]. *Ultrà non veniet*, &c. Ti. *Neque enim deinceps jam per te ibit*, &c. Ca. *Non perget*, sive *pergent*, *invadere te*, &c. JT. Pi. Hebræi hæc intelligunt de redemptione per Messiam suum, &c. nostri, de Redemptione Christi; q.d. Toties es capta & redempta, & deinde iterum vastata: instituam aliquando redemptionem quæ sit æterna; ea verò est spiritualis, à peccatis & morte æterna †. Non ampliùs vastaberis, &c [t]. *Veniendi* verbum hostilem invasionem denotat, ut Psal. 79. 1. Sed quomodo dicit, *non ultrà veniet*, quum postea venerit Antiochus, deinde & Romani? Resp. 1. Propheta loquitur tantùm de Babyloniis. 2. Conditio intelligitur in his promissionibus, nempe, si Judæi in gratia Dei perstitissent [v]. Qu. Quomodo dicit in Ecclesia non fore immundum, quum ibi sint hypocritæ, &c? Resp. Sic dicit, quòd omnes mundi esse debent. Apud Hebræos autem id dicitur fieri, quod aptum aut dignum est ut fiat [x].

2. *Excutere* (vel, *Excute te*, Mo. P. &c.) *de pulvere*] In quo priùs jacuisti, sive ut lugens, Job. 2. 8. & 42. 6. sive ut captiva. Vide Psal. 7. 6. & 44. 26. & 119. 25 [y]. Vel, hypallage est, pro, *Excute pulverem à te*, quem scilicet contraxisti dum, humi cubans, te velut scabellum dominis tuis supposuisti; ut alludat ad Esa. 51. 23 [z]. Prædicit insignem fortunæ mutationem [a], & restitutionem Ecclesiæ, &c. *Excute*, &c. Imperativus efficaciùs rem exprimit quàm simplex narratio [b]. ¶ *Consurge*, &c. קומי שבי] *Surge*, *sede*, Mo. JT. Calv. Ch. P. &c. vel, *& sede*, Ang. nempe in pristino solio [c]; vel, in loco aliquo honesto [d]. *Sessio* hîc opponitur *decubitioni*: q. d. O Sion, quæ in pulvere decumbis, noli pavimento affixa ulteriùs agere, sed exsurge, solóque te erige, &c *. Alii, à ישב שבי [f]. Alii, à שבה, *captivum ducere* [g]. *Surge*, *captivitas*, i. e. captivi [h]. ¶ *Solve*, &c. ''התפתחי מוסרי וגו] *Solve* (vel, *Explica*, Ti. *Extrica*, M. Calv.) *te è*, vel *de*, *vinculis colli tui*, Pi. P. sic Mo. quibus instar jumentorum colligati erant. Vide Jer. 27. 8. & 28. 13, 14. &c [i]. *Solve jugum à collo tuo*, Sy. *Soluta* (vel, *Succisa*, Ch. Heb. *Aperta*, For.) sunt *vincula*, &c. For. Ch. ut jam surgere & ambulare, & pulverem excutere, possis. Verbum in tertia persona reddo;

[a] San. [b] Calv. [c] San. [d] For. * Jun. [f] Jun. sim. Pi. For. [g] Ang. &c. [g] Jun. * Mar. [h] Pi. sim. For. [i] For. [k] Calv. [l] Jun. * Ang. [m] G. [n] Pi. sim. Me. T. [o] Pi. [p] T. sim. Me. [q] Jun. † Calv. [r] He. in Me. † M. [t] For. sim. Calv. [v] Musc. [x] San. [y] Ang. [z] Ang. sim. San. [a] San. [b] Calv. [c] T. [d] Ga. ex V. * Ga. ad. vers. 25. 277. [f] V. [g] Q. in V. For. [h] For. [i] Ang.

10 20 30 40 50 60 70

reddo [k]; [juxta τὸ Kethib: quum reliqui, præter Chaldæum, sequuntur τὸ Keri.]

3. *Gratis venundati estis*, &c.] Mihi Domino vestro nullum pretium persolverunt, nè gratiam quidem ullam retulerunt, oppressores vestri [l]. Nullum pretium accepi, ut Psalm. 44. 12. quum venderemini; ac proinde rem venditam meo jure recepturus sum [m]. Non sum obstrictus creditori, qui possit vos, velut jure mancipii, retinere. Chaldæi, licet vos diu tenuerint, nullo jure vos retinent [n]. Nè desperetis de redemptione, quasi difficilis esset; nam respondebit emptioni, nec minùs facilis erit quàm illa. Nihil dedit emptor, nihil recipiet ubi dimittendi eritis: gladio vincens occupavit, gladio victus dimittet [o]. Libertas, sine pretio erepta, sine pretio restituetur [p]. ¶ *Sine argento redimemini*] Non dicit, *gratis*; nam licet *non argento*, &c. sanguine tamen Christi redempti sumus [q].

4. *In Ægyptum descendit populus meus in principio*, (vel, *olim*, Ti. JT. Pi. jam olim [r]; *primùm*, Ca.) *ut colonus*, &c. [לָגוּר שָׁם וְאַשּׁוּר בְּאֶפֶס עֲשָׁקוֹ] *Ad peregrinandum illic*, Pi. JT. sim. Mo. P. M. &c. (vel, *ut inquilinus ibi esset*, Ti. *ad ibi commorandum*, Ca.) *& Assur* (vel, *& Assyrii*, Pi. *Assyrius quoque*, JT. *verùm Assur*, Calv.) *pro nihilo* (vel, *temere*, Ti. *absque causa*, M. nullâ provocatus injuriâ †; gratis, sine pretio, ut v. præced [t]. *impunè*, Ca. *per vim*, Sy. *temere violenter*, Ch.) *oppressit* (vel, *calumniatus est*, M. *abduxit*, Sy. *defraudavit*, For.) *eum*, Mo. JT. Pi. &c. vel, *vim ei fecit*, Ti. De sensu loci Interpretes admodum discrepant [v]. 1. Sermo tantùm est de captivitate Ægypti [x]. *Assur* hîc dicitur Pharao [y], ut Ezec. 31. 3 [z]. vel, 1. ob potentiam & crudelitatem [a]: vel, 2, quia Pharao ille qui Israelitas oppressit fuit natione Assyrius, ut dixi ad Exod. 1 [b]. alioquin Josephus ipsi cognitus fuisset [c]: vel, 3. quia apud Hebræos nomen *Assur* in proverbio erat, pro hoste quovis potente & feroce Judaici nominis [d]. Adducit autem exemplum captivitatis hujus, quia similis erat captivitati de qua erat sermo. q. d. Quum Ægyptii populum meum immerentem opprimerent, non potui sustinere quin tunc descenderem, eúmque liberarem. At nunc quid moror? annon graviori servitute premitur? descendam ergò & liberabo [*]. 2. Duo exempla hîc confert, hoc modo: In Ægyptum venit populus; Ægyptius de nihilo oppressit; ego oppressum liberavi: de Assyrio itidem, in Babyloniam abductus est; de nihilo oppressit Babylonius; & similiter liberavi. Oratio est ἀνανταπόδοτος, & horum exemplorum accommodatio subjicitur sequente versu [f]. Hoc versu innuuntur perpessiones populi Dei tum per Ægyptios, tum per Assyrios, ex quibus, inquit, nullum Deo lucrum accessit [g]. Suprà non semel exemplo ex liberatione Ægyptiaca petito probaverat Deus se facilè posse ex manu Chaldæorum suos eripere: id nunc confirmat. Sententia hæc est, *Populus meus in Ægyptum descendit*, &c, Adde, quæ hîc omittuntur per aposiopesin, *Quem ego à rege barbaro oppressum liberavi*. Ecce, Assur similiter vexat populum. Quid ergò nunc otiosus sedeo? non deest mihi voluntas juvandi, &c [h]. Ostendit hîc pejorem esse causam Assyrii [i] [quàm Ægyptii.] Ratio à minori ad majus. Deus punivit Ægyptios, multò magis puniet Chaldæos [k]. *Populus meus descendit*, &c. i.e. spontè eò venit [l], ubi sustentatus erat, & in optima terræ parte collocatus [m], ideóque Pharaoni subditus [n]. At Chaldæi eos è justa possessione ejectos in servitudinem rapuerunt, & nullo jure tenent, &c [o]. *Assur*, nempe Teglathphalasar, Salmanasar, Sennacheribus; hic etiam violato fœdere [p]. Al. Babylonius, Nabuchodonosor [q], dictus *Assur*, vel, quòd Babylonia olim Assyriæ accenseretur; Strab. l. 16. p. 743. *Babylon Assyriæ metropolis*; similiter Herod. l. 1. num. 178 [r]: vel, quòd Babylon olim membrum erat Imperii Assyriaci; vide 2 Reg. 17. 24. 2 Par. 33. 11 †: vel, quòd Assyriorum Imperium jam ad Chaldæos translatum erat, &c [t]. Vel, *Assur* hîc totam seriem Regum illorum antè memoratorum, populúmque Dei opprimentium, comprehendit [v].

5. *Quid*, &c? [מַה־לִּי פֹה — כִּי לֻקַּח עַמִּי חִנָּם] *Quid mihi hîc?* Mo. P. For. Calv. JT. Pi. &c. (subaud. *est*, JT. Vulg. sim. Ang. vel, *negotii est*, Pi. V. Quid mihi accedit ex oppressione populi mei [x]? Quid moror quin libero populum meum [y]? Quid hîc agendum [z]? Quid hîc habeo, ut non idem faciam quod tunc feci? quid me morabitur [a]? Suam cessationem quasi castigat; q. d. Annon exseram manum meam? an populum diutiùs opprimi sinam? Si mihi non obstitit legitimus dominus, Pharao, an violenti prædones mihi obstabunt [b]? Cur diutiùs *hîc*, id est, Hierosolymæ, commoror [c]? quum populus meus est in Babylone [d]: eò me conferam, ut ipsos liberem. Brachylogia & anthropopathia [*]. Al. *Quid* ago *hîc*? nempe in Babylone, ceu captivus unà cum populo meo [f]. Ità plerique hoc referunt ad præcedentia, quod ego malim per se accipere, ut, post recensitas duas præcedentes oppressiones, tertiam, ceu præsentem, hîc addat [g]. Al. *Quid mihi istbinc* usûs est? Ti. *Quid* estis *hîc*? ο'. Ar. *Quid mihi superest hîc?* Sy.) — *quia* (vel, *quum*, Ti. Angl. vel, *quandoquidem*, ut Job. 38. 5 [h]; *nam*, JT. Pi. ut particula usurpatur Esa. 28. 27 [*]; *ut*, Calv.) *ablatus* (vel, *abductus*, Ti. *captus*, JT. Ca.) *est* (vel, *fit*, Calv.) *populus meus gratis*, Mo. &c. Verbum לָקַח sign. vel, *tollere*, sive *auferre* †, ut Psalm. 51. 13 [i]. Hos. 4. 11. & 13. 11 [k]. item Gen. 5. 24. & 30. 15. Prov. 1. 19. &c [l]; vel, *abducere*, ut Gen. 12. 5. Opponitur hæc *oblatio* spontaneo ipsorum descensui in Ægyptum [m]. Accommodatio exemplorum præcedentium ad Judæos Satanæ & peccato servientes quum adventaret Christus. Nihil amplius, inquit, mihi accessit ex ista Judæorum alienatione quàm ex præcedentibus. Quamobrem meos esse confirmo, & pro meis vindicaturus sum, versu seq [n]. Pertuli hæc: sed an & hoc feram, ut illi in populum meum dominentur qui mihi maledicunt? Chaldæi scilicet, quorum causa pejor est quàm Assyriorum, Jerem. 50. 17 [o]. ¶ *Dominatores ejus iniquè*, &c. [יְהֵילִילוּ] *Ejulant*, JT. sim. Ca. *ululant*, scil. in captivitate, ob tyrannidem Babyloniorum [p]. Illi quos populo meo præfeci, imperio doctrinâque, gravissimè affliguntur, & servitutem cum cæteris serviunt [q]. Nè Principibus parcitur, nedum plebeiis [r]. Al. *vocem attollunt*: nam הֵילִיל non de *ejulatu* tantùm dicitur, sed & de omni *clamore*. *Jactant se* Chaldæos †. Al. *ejulare*, vel *ululare*, *faciunt*, P. M. Mar. Ang. sim. Mo. For. Ti. &c. sub. *eum*, P. sic Mar. ob vim & injustitiam [t]. Metaphora à lupis præ fame ululantibus. Infensos igitur & quasi hostes populi notat Magistratus [v]. ¶ *Nomen meum blasphematur*; ità M. Mo. Ti. Pi. ο'. Ar. &c. [מִנֹּאָץ] *Spernitur*, P. *irritatur*, JT. *contumeliæ exponitur*, Calv. à Chaldæis, vide Dan. 3. & 5. & 6 [x]. quasi non possem populum meum redimere [y]. Ità ego cum populo meo patior, &c [z]. Quomodo has blasphemias ferrem [a]? מִנֹּאָץ compositum est ex Pahul, Pihel, & Hithpahel: unde & compositio & anomalia indicant maximam injuriam fieri nomini Dei [b].

6. *Propter hoc sciet* (vel, *experietur*, JT. For. curabo ut *cognoscat*, M.) *populus meus* (quum per me liberabitur [c]) *nomen meum*] Sic Mo. P. &c. in Christo, ut Exod. 23. 21 [f]. Vel, *nomen*, i.e. virtutem meam, quantum valeo [g]: gloriam meam, seu gloriosam naturam meam; videlicet bonitatem, potentiam & veracitatem [h]. Agnoscent me esse יְהוָה, i.e. reipsa implentem quod promisi [i]; adeóque magis in notione nominis Dei, quàm ex Verbo habuerunt, confirmabuntur per opera, &c [k]. ¶ *In die*, &c. [לָכֵן בַּיּוֹם הַהוּא כִּי אֲנִי הוּא הַמְדַבֵּר הִנֵּנִי] *Propterea in die illa*, Mo. Calv. *quia ego ipse loquens, ecce ego*, Mo. vel, *quod ego idem qui loquor, ecce, adero*. *Loquendi* verbum ad promissiones pertinet; *ecce ego*, ad potentiam actualem: q. d. Tametsi nunc solummodò in auribus vestris sonent verba, &c. tamen paulò pòst rem ipsam percipietis [l]. Vel, *quòd ego ipse qui loquebar ecce adsum*, Ti. Al. *Propterea*, vel *Idcirco*, (sub. *sciet*, M. Ca. For. sic Pi. Ang. vel, sub. *experietur*, JT. ellipsis vocis ex præcedente membro repetendæ, ut Gen. 1. 16; 30. &c [m]. & sub. *inquam*, M. JT. Pi. Ca. & sub. *tum*, Ca.) *in die illa* (liberationis è captivitate [n]) *quòd ego sum qui loquor, ego, inquam*, M. Non loquitur Esaias, sed ego per illum, &c [o]. Vel, *me* (Christum, sermonem Dei Patris [p],) *illum esse qui loquitur*, Pi. (vel, *proloquitur*, JT.) *ecce me*, JT. Pi. Al. *cum esse me qui me adfuturum promiserim*, Ca. *Ideo in tempore illo scietis quia ego sum qui loquebar, & verbum meum permanet*, Ch. *In die illa* (Redundat לָכֵן *propterea*, V. ex P.) *quòd ego ipse qui loquebar*,

Marginal notes (left column): k For. — l G. sim. Ang. Pi. &c. — m Jun. — n Calv. — o Musc. — p Me. — q For. — r G. — † Pi. — t Jun. — v Ang. — x For. — y For. Me. T. — z Me. — a Me. ex For. — b T. ex Caj. — c Q. in Ang. — d San. ex For. — * For. — f Jun. — g Ang. — h San. — i G. Ang. — k Calv. — l G. Ang. — m Ang. — n Ang. Calv. — o Calv. sim. Ang. — p G. — q San. Ang. Ma. — r Ma. — † Ang. — t San. — v Ang. — x Ang.

Marginal notes (right column): y V. — z T. — a For. Me. — b Calv. — c Pi. — d Q. in Ang. — * Pi. — f Al. in Ang. — g Ang. — h Ang. — * Ang. — † Boot. — i Ang. — k Ang. Boot. — l Boot. — m Ang. ex Calv. — n Jun. — o G. — p Pi. — q Jun. — r Pi. — † G. — t For. sim. San. — v For. — x G. — y Pi. — z Ang. — a Calv. — b Q. in Ma. — c Pi. — f Jun. — g For. sim. Ang. — h Pi. — i G. sim. Mar. Calv. — k Calv. — l Calv. — m Ang. — n Pi. — o Ang. — p Jun.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

bar, ecce, adsum, P. vel, *nam ego ipse sum qui loquebar*; & dicam, *En, adsum*, V. *Ego qui olim loquebar*, cujus non sciebatis nisi verba & promissiones per Prophetas, jam adsum. Olim certè adfuit virtutis præsentiâ: de persona igitur intelligendus est locus [q]. Et Rabbini ipsi de Messia adventuro intelligunt in Midrasch Tillim super Psal. 91. 14 [r].

7. *Quàm*, &c! [מַה־נָּאווּ עַל הֶהָרִים רַגְלֵי מְבַשֵּׂר וגו׳] *Quàm speciosi* (vel, *decori*, Mo. *ornati*, M. *elegantes*, Ca. *decentes*, JT. *amœni*, Pi. *pulchri*, For. Vulg.) *sunt super montes* (vel, *in montibus*, Ca. *super istos montes*, JT. *Montium* meminit vel, 1. quòd de Sione loquitur, quæ in montibus sita erat †, vide Psal. 121. 1. & 125. 2. quasi nuncium vidisset venientem super montes illos, ut Hierosolymæ læta nunciaret [t]: vel, 2. quòd in vicinis montibus speculatores haberent, qui quæ viderent nunciarent, celeri cursu per montana currentes [v]. Significat Evangelium hoc omnibus & palàm & summo studio annunciandum fore, acsi super montes publicaretur, &c [x]. ut solent homines in montium jugis, sublato ex speculis signo, concionem advocare, in qua res sibi in mandatis datas publicent atque invulgent [y].) *pedes* (quâ voce adventum significat *; ut Gen. 30. 30. 2 Reg. 6. 32 [z]. Vel, *pedes* laudat, quòd ex remota regione venirent [a], & pedibus iter conficerent [b]. Vel, *pedes*, pro persona veniente, ut Psalm. 38. 17. & 119. 59. Prov. 6. 18. & 7. 11 [c]. Vel, *pedes*, emphaticè [d], quia nihil minùs decorum in viatore pedestri quàm pedes; ut significet totos illos speciosos esse *: q. d. Utut pedes eorum pulvere lutóque consperfi sint, amabiles tamen sunt, &c [f]. Al. Nè intelligas de pedibus externis, sed de interiori & Divina, tum missione, tum παῤῥησίᾳ & fervore in dicendo, [quibus] sicut pedibus abitio demandata propere perficitur [g].) *evangelizantis*, &c! LXX, Ch. P. Ti. Mo. JT. vel, *annunciantis*, Sy. Ar. M. Pi. sic Ca. [Locum variè intelligunt.] 1. Quàm pulchrum erit ministerium Jeremiæ, qui definiet ipsum tempus quo Sion rursus habitata florebit [h]! Verùm nullum hîc Jeremiæ indicium, de eo nec vola nec vestigium est in textu, sed omnia contraria, ut videbimus [i]. Nec Jeremias tam gratus erat Judæis, nec tam lætum ipsis nuncium de liberatione post 70 annos ex horrenda illa captivitate quæ jam illis adventura erat [k]. Porrò, ipsi Judæi locum non de Jeremia, sed de Messia, intelligunt [l]. 2. Amplificat Sionis liberationem eversâ Babylone, &c [m]. eámque futuram confirmat, &c [n]. Sunt verba Esaiæ, in spiritu cernentis quomodo Prophetæ alii post ipsum annunciaturi sint Judæis liberationem è Babyl [o]. 3. De Christo loquitur & Apostolis aliísque præconibus sub N. T [p]. ut patet, 1. ex συνεχείᾳ cum præcedentibus: [de quibus dicta vide.] 2. Singula [ferè] verba liberationem, non corporalem, sed spiritualem, denotant: v. g. vox *evangelizandi*, ut Esa. 61. 1 [q]; voces *pacis, boni, salutis*, quæ tria significant omnia illa quæ Evangelium complectitur [r]. 3. De illis apertè exponitur Rom. 10. 15. 4. De præconio per totum orbem agi docent sequentia †. Hæc licèt in typo de Babyl. dicta videri possint, multò tamen meliùs intelliguntur de præconibus N. T. qui *super montes* incedere dicuntur, vel, quia nullâ locorum asperitate deterriti sunt; vel, quia nemini occultum esse voluerunt Evangelium [t]. ¶ *Regnabit* (vel, *Regnat*, P. &c. i. e. jam regnare cœpit, regnat & regnabit †,) *Deus tuus*] i. e. Regalem suam potentiam ostendit in devictione hostium, & liberatione suorum [v]. *Deus*, Verbo suo; non jam Moses, ceremoniis suis [x]. *Deus tuus*: non Diabolus, non peccatum, mors, infernus, Rex, aut judex, quales jam habuisti; sed Deus ipse, *in carne patefactus*, &c [y].

8. *Vox*, &c. [קוֹל צוֹפַיִךְ נָשְׂאוּ קוֹל יַחְדָּו יְרַנֵּנוּ] *Vox speculatorum tuorum*, Vulg. sic Mo. P. Calv. M. (i. e. vel, 1. Levitarum. Dicetis, quando Levitæ rursus in Templo cantaturi sunt laudes Dei [z]. Vel, 2. Prophetarum, ut Ezec. 3. 17. Vel, 3. Evangelistarum [a].) *levaverunt* (vel, *attollent*, P.) *vocem*, (tam altè ut per totum orbem audiantur: non mussitabunt, ut ἐγγαστρίμυθοι, aut vates Ethnicorum è spelæis suis; nec susurrabunt, vel in angulis domorum, vel in latebris sylvarum ac montium, cum paucis arbitris, ut facere solent seditiosi aliíque qui, vel instituti fœditate, vel sceleris immanitate, lucem fugiunt [b].) *simul* (vel, *pariter*, M.) *laudabunt*, G. ex Vulg. vel, *clamabunt*, P. *præconia dicent*, Mo. *jubilabunt*, Calv. *jubilant*, M. Al. *Vocem speculatores tui*, Ti. JT. *attollunt vocem, pariter cantant*, JT. vel, *vocem, inquam, tollunt, & pariter jubilant*, Ti. *Voce speculatores tui, voce sublatâ simul ovabunt*, Ca. *Quod attinet ad vocem*, &c. Pi. Hæc est *vox*, &c. nempe, *Regnavit Deus*, &c [c]. *Speculatores tui attollent vocem* suam, (ellipsis pronominis, ut Esa. 49. 22, 23 [d].) cum *voce simul cantabunt*, Angl. vel, *vociferabuntur*, sub. *præ lætitia*, V. Concors erit omnium jubilatio de rebus Christi *. ¶ *Quia*, &c. [כִּי עַיִן בְּעַיִן יִרְאוּ] *Quia oculo* (vel, *oculus*, For. *oculi*, ό.) *oculum* (ut ב constructioni inserviat, ut in *Respice* בי *in me*, &c [f]; vel, *ad oculum*, M. P. Mo. Ti. Calv. For. *ad oculos*, ό. vel, *cum oculo*, For.) *videbunt*, San. &c. i. e. palàm [g]. Phrasis claram visionem & familiaritatem notat. Sic Jer. 34. 3. *Oculi tui oculos regis videbunt*, &c. i. e. venies in conspectum Regis, & is te coràm alloquetur [h]. Eadem phrasis *facie cum facie*, sive *ad faciem* [k], Gen. 32. 30 [l]. Exod. 33. 11. Deut. 5. 4. &c [m]. &, *ore ad os*, Num. 12. 8. vide Jer. 32. 4 [n]. Significat speculatores Sionis Regem oculis suis conspecturos, & testes futuros oculatos eorum quæ diceret & faceret Rex ille. Confer Act. 4. 20. *quæ audivimus & vidimus*, &c. 1 Joh. 1. 1. *quod vidimus*, &c. Causa itaque hîc assignatur cur vocem tollant, quia *videbunt oculo*, &c [o]. *Se oculis videre coràm*, JT. Heb. *oculo ad oculum*, i. e. cominus, evidentissimè, ut Numer. 14. 14 [p]. *Nam oculis suis videbunt coràm*, Pi. *Quòd ipsis oculis coràm spectabunt*, Ca. *Cùm oculatim viderint*, Sy. *Quia oculis suis videbunt*, Ch. ¶ *Cùm*, &c. [בְּשׁוּב וגו׳] *Quum reduxerit* (vel, *in convertendo*, Mo. *quum converterit*, Vulg. M.) *Jehovah Sion*, P. Ti. Mo. Ch. Ang. sim. Ca. JT. Pi. Sy. i. e. cùm populum in Sionem reverti fecerit [q]. Testes erunt oculati Domini reducentis Israelitas [r]. *Quando misertus fuerit Dominus Sion*, ό. Al. *cùm revertetur Jehova* in *Sion*, V. Angl. Ellipsis hîc particulæ, ut Esa. 35. 10. & 51. v. 11. Sanè verbum שׁוב intransitivum est, nec *reducere*, sed *reverti*, significat. Interdum tamen transitivè accipitur, ut Job. 42. 10. Nah. 2. 2. ut priori modo verti possit †. Impleta hæc sunt sub Zorobabele, &c. continuanda tamen sunt usque ad ultimum adventum Christi [t].

9. *Gaudete* &c.] Vel, Dicent, *Fragorem edite*, Pi. ¶ *Deserta Jerusalem*] Desolationes urbis [v], à Babyloniis factæ [x], & jam restaurandæ [y]. Ipsa etiam deserta omnésque regiones pervadet prædicatio Evangelii [z]. *Vastitates* vocat, ut timorem excuteret, eósque adversùs miserias advenientes muniret: q. d. Quamvìs nihil præter vastitatem cernatis, tamen instaurationem fidenter exspectate [a].

10. *Paravit*, &c. [חָשַׂף וגו׳] *Nudavit*, vel *Nudat*, (vel, *Et revelabit*, ό. sim. Ar. Sy. *Exserit*, Ca.) *Jehova brachium sanctum*, &c. JT. Pi. sim. M. P. Mo. &c. i. e. Potenter liberavit populum suum. Confer Luc. 1. 68, &c [b]. Ostendit potentiam suam, & obtulit salutem omnibus, &c [c]. Vim sanctitatis suæ exseruit, quâ potuit hominem ex immundo mundum efficere; ostendítque quanto odio Deus peccatum odit, &c [d]. Metaphora à militibus, qui brachia proferunt quum se instruunt ad certamen: nec enim *nudare* significat nudum proferre brachium, sed exserere, quia, quum sedemus otiosi, aut complicata habemus brachia, aut abscondimus. *Brachium nudat* Deus in administratione mundi; sed non vocat ipsum *sanctitatis*, ut hîc quum peculiare auxilium fert Ecclesiæ suæ *.

11. *Recedite*, &c. ità ό. Ar. Mo. P. &c. [סוּרוּ וגו׳] *Discedite*, &c. M. Ti. Dicent, (nempe Prophetæ & Apostoli, aliíque Evangelii præcones [f],) *Discedite*, — *exite illinc*, Pi. i. e. vel, 1. à perversa vestra vita [g]; vel, 2. è Regno Diaboli & Antichristi [h]; vel, 3. è Babylone [i]. Judæi, ante liberationis tempus, importunâ abeundi cupiditate flagrabant: ubi verò exsilii tempora impleta sunt, elanguerant diuturnâ morâ, omnémque redeundi & spem & voluntatem abjecerant; permiscuerant se Babyloniis, quorum consuetudine illecti & corrupti patriam suam negligebant. Excitari igitur ipsos, & torporem excuti, necesse erat. Vide hominum carnalium stupiditatem, qui, instar pecudum, stabulum, etiamsi

[q] For. [r] Calov. † For. Ang. [t] Ang. [v] For. [x] Boor. ex K. & Musc. [y] Boor. anim. 2. 5. 11. [z] Boot. [a] Ang. [b] Mar. [b] For. [c] Q. in Ang. [d] Ang. [e] For. [f] Pi. sim. Ang. [g] Glass. rhet. 1. 12. 350. [h] G. [i] Calov. [k] Ang. [l] Calov. [m] Musc. [n] Calv. [o] Pi. sim. Ang. [p] Calov. sim. Pi. Ang. Jun. M. For. &c. [q] Calov. [r] For. sim. Calov. † Calov. [t] San. † V. [v] Ang. [x] M. [y] For. [z] G. [a] Calov. sim. For. San.

[b] Calov. [c] For. [d] Ang. * Calov. [f] San. [g] Calv. [h] For. [k] For. sim. Ang. [l] Ang. [m] For. [n] Ang. [o] For. [p] Jun. [q] G. [r] For. † Ang. [t] Calv. [v] Musc. sim. Pi. [x] Pi. [y] Musc. [z] For. [a] Calv. [b] Pi. [c] M. [d] For. * Calv. [f] Pi. [g] M. [h] Pi. [i] Pi. Ca. Ang. Calv. &c.

amsi igni corripiatur, deserere nolunt, &c[k]. Vel, 4. è vastitatibus illis v. 9[l]. *De medio ejus*, [ut sequitur,] i. e. Hierosolymæ, quæ omni impietate, &c. contaminanda erat. Relativum autem [*ejus*] pro antecedente [*Hierosolymæ*] posuit, ut mysterium celaret[m]. q. d. Eripite vos resipiscentiâ è tantis malis in quibus adhuc versati estis, & sanctificationi vestræ incumbite[n]. ¶ *Pollutum nolite tangere*] Alludit ad legem de immundis non tangendis[o]. q. d. Cavete vobis ab omni immunditie Legali, &, si quam contraxistis, eam eluite secundùm Legem. Omnia accuratè agite cùm exibitis. Satìs erit temporis, nec quisquam vobis obstabit[p]. Curate ut sancta sanctè tractetis[q]. Cavete nè superstitionibus Gentium corrumpamini, eorum vel exemplo vel gratiâ abrepti, &c[r]. ¶ *Mundamini* (vel, *Purificate vos*, Mo. P. sic JT. Pi. *Separamini*, ό. sim. Ar. *Sequestrate vos*, Sy. *Electi estote*, Ch.) *qui fertis vasa Domini*] Sic M. Ti. &c. Vasa Templi quæ Babylone reportata sunt †. Vos, Sassabasar & tui comites, Esd. 1. 7, 8, &c[t]. Vos, sacerdotes & Levitæ[v], qui aliis exemplo præire debetis[x]; & vos, Christiani omnes, quorum est *regnum sacerdotale*,——qui *sacerdotium* estis——1 Pet. 2. 5. Apoc. 1. 6[y]. Ministri κατ' ἐξοχὴν ponuntur pro tota plebe[z]. Qui non modò vasa Templi fertis, sed Templum Dei estis[a]; quorum membra sunt vasa seu instrumenta Jehovæ[b]. In sanctificatione possidete vasa vestra, &c[c].

12. *Non in*, &c. [בְּחִפָּזוֹן וגו'] *In*, vel *cum*, *festinatione*, &c. Mo. P. Ang. sim. Ti. JT. Pi. ut ex Ægypto[d]; sed commodè & sine metu *. Ratio cur *mundi* forent *qui ferunt*, &c. quòd spatium ad sui purificationem haberent, nec hostis à tergo urgeret, &c[f]. Non præcipitanter, anxiè & occultè fugam moliemini; sed liberè & securè, & cum honore, triumphantium more[g]. *Trepidè*, &c. Ca. *in conturbatione*, &c. Ch. *cum tumultu*, &c. ό. *turbulenter*, &c. Ar. *præcipitanter*, &c. Sy. ¶ *Præcedet enim vos*, &c.] i. e. Erit dux itineris vestri[h]; omnem itineris molestiam cunctáque discrimina removebit[i]. ¶ *Et*, &c. [וּמְאַסִּפְכֶם וגו'] *Et congregabit*, sive *colliget*, *vos*, &c. P. M. Ch. Ar. Ca. Calv. q. d. Non palantes errabunt, sed palàm aggregati; & turmatim atque disposito ordine, veluti collectam manum aut exercitum, educet[k]. *Et colligens vos*, &c. Mo. sic ό. For. *& collector vester*, &c. For. *& extrema vestra acies* erit, &c. JT. Pi. Ang. Vide Num. 10. 25. Jos. 6. 9, 13[l]. q. d. Ducturus est vos, & omni ex parte conservaturus, quasi primam aciem & postremam ageret. Metaphora à re castrensi, quâ gloriam liberationis in Christo omnibus modis præferendam docet Ægyptiacæ[m]. Dices, Deum ducem illis fuisse ex Ægypto exeuntibus, Exod. 13. 21. Hoc quidem verum est, sed non ità palàm majestatem suam illic ostendit ut hîc, &c[n]. Verbum hoc dicitur de gregibus, item de castris, Num. 10. 25. & de exercitu, suprà 13. 4. & de contaminatis, quum revocarentur in castra, Num. 12. 14, 15. Quovis autem horum modorum verum est, Dominum suos colligere, &c[o].

13. *Ecce*, &c. [הִנֵּה יַשְׂכִּיל וגו'] *Ecce, intelliget* (vel, *sapiet*, Ca. Sy. *prudenter aget*, Mo. M. Ang. sim. Ti. Ar. For. ut 1 Sam. 18. 30[p]. i. e. præditus erit intelligentiâ & prudentiâ[q]: vel, *erudiet*, sive *intelligere faciet*, juxta Esa. 53. 11 *: vel, *prosperabitur*, JT. Pi. sim. Calv. ut Esa. 53. 10. Jer. 23. 5 †.) *servus* (vel, *puer*, ό.) *meus*; *exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde*, Mo. M. P. &c. Varia hîc verba coacervat, ut summam ipsius exaltationem innueret. Videtur hîc inchoari nova concio, quæ his tribus versibus & cap. seq. continetur[r]. Imò hinc caput 53. inchoant Augustin. Origen. Justin †. item LXX & Luth[t]. [& Pi. &c. Quæstio nobilissima est, & πολυθρύλλητος, de quonam hîc & in sequentibus agitur: de qua, quia acropolin fidei nostræ spectat, operosiùs agendum est; ità tamen ut præsentis instituti memor sim, me non polemicæ, sed exegeticæ, Theologiæ operam hîc navare, atque ut verbis & phrasibus illustris hujus perioches discutiendis & enucleandis præcipuè insudem. Sententiæ autem primariæ sunt, Prophetam loqui, 1. de Jeremia; 2. de Rege Josia; 3. de quovis justo in genere; 4. de populo Israelitico; 5. de Messia.] Alii de Ezra accipiunt, alii de Zorobabel, alii de Abrahamo, alii de Angelis ministris; R. Alschech de Mose †. [Sed leviora hæc sunt, & spontè corruunt: unde Judæi, his desertis, in aliquam ex præcedentibus sententiis concedunt, de quibus idcirco paulò fusiùs differendum.] 1. De Jeremia[v]. q. d. Hæc omnia clarissimè sibi revelata cognoscet Jeremias, figura Christi[x]. Rationes hujus sententiæ petuntur à convenientia v. 15. hujus cap. & Esa. 53. 2, 7, 12[y]. Sed hanc sententiam rejiciunt AE. & Abarbanel, his verbis, *Revera nè unus versiculus de ipso exponi potest; & vehementer miror sapientes dari qui hanc expositionem laudent, quæ planè aliena est, & Scripturâ non fulta*, &c. *Quâ ratione de Jeremia dicetur*, Extolletur valde, *&c. item*, Propter eum obdent reges os suum, *aut*, Morbos nostros portavit, *&c. aut*, Videbit semen, prolongabit dies, *item*, Cum robustis partietur spolium, *&c*[z]? [Sed de his aliisque argumentis adversùs hanc opinionem suis locis agetur.] 2. De Rege Josia. Ità statuit solus Abarbanel, qui confirmat à nexu & applicatione partium totius vaticinii. Nexum petit à v. 1. hujus cap. ubi, inquit, de Nechone Ægypti Rege agitur, & eâ occasione de Josia, &c. Resp. 1. Negatur ibi agi de Nechone. Non Necho invasit Judæam, sed Josias Nechonem, &c. 2. Si ità esset, non tamen sequeretur hîc de Josia agi. Felicissimum Ecclesiæ universæ statum & ante & post hoc vaticinium descripsit Esaias: quorsum itaque hîc particulare aliquod & luctuosissimum exemplum, tam ab instituto & scopo alienum, immisceret? Quin ipse Abarbanel ideo contendit locum non de Messia, sed de populo Isr. intelligendum, quia in præced. & seq. de populo sermo est; ergò & eadem de causâ non est exponendus de Josia. Deinde, Abarb. de populo Israel. cum aliis Judæis intelligit, malè ergò de Josia exponit. Denique, Josiæ multa minimè congruunt: v. g. quòd hic *servus prosperabitur*, &c. hoc versu; quòd *de eo multi obstupuerunt*, v. 14; quòd *gentes asperget*, &c. v. 15; quòd *violentiam non fecit*, Esa. 53. 9; aliáque, &c[a]. 3. De quovis justo in genere. Qui hoc tuentur pauci sunt, nec idem sentiunt. Alii enim putant vaticinium competere cuivis justo in solidum; alii, illud ex parte tantùm competere, ut R. Alschech, qui quatuor priores versus refert ad Messiam. Ansam dissensûs dedit vaga & contradictoria expositio quæ in utroque Talmude reperitur, ubi aliqua referuntur ad Messiam, aliqua ad Mosen, aliqua (ex sententia cujusdam R. Jonah) ad R. Akibham, de quo sub finem cod. Berachot refertur, quòd *ob nomen Dei ferreis pectinibus carnem ejus pexerunt usque ad necem*, &c. Hæc expositio, inquit Glossator, est *melle dulcior*. Addit autem scopum R. Jonæ minimè fuisse, ut totum vaticinium de R. Akibha exponeret; sed januam tantùm istâ Medrasch aperuisse, per quam verus Prophetæ sensus deprehendi possit. Hinc jam colligit, Esaiam non de certo quodam viro, sed de quovis justo indeterminatè, loqui, sive de justis afflictis, vel mortem passis, &c. Summa huc redit, Esaiam confecisse calceum quem quidem nullius pedi adaptaverit, sed Rabbinis potestatem dedit cujuscunque vellent pedem inferre, sive Mosis, sive R. Akibhæ, sive alterius cujusdam justi, non tamen Messiæ. Sed expositionem hanc citâsse, est refutâsse. Nullus hîc versiculus non ad singulare quoddam subjectum respicit; quapropter meritò à recentioribus hæc sententia est rejecta. Alschechus frustrà est, qui, cum veteribus, primos quatuor versus de Messia intelligens, sequentes ad justum in genere ineptè detorquet; quum omnes ferè RR. rectè sentiunt totum vaticinium unum idémque subjectum intendere[b]. 4. De populo Israelitico. Ità K. & RS. & AE. & Abarb. & Lipman. & Rabbini communiter. Hæc sententia duplici fundamento nititur; 1. nexu, 2. applicatione. 1. Nexu cum versu præcedente 12. *Præiturus est vobis Deus*; & cum seq. Esa. 54. 1. *Canta, sterilis*, &c. qui versus de Israele intelliguntur; ergò & intermedii. Resp. Neg. conseq. Tanta enim intercedit necessitudo inter Messiam & populum, ut à populo ad Messiam, & vicissim à Messia ad populum, facilis sit transitus: quæcunque enim beneficia Deus promittit populo, illa in Messia impleri Judæi non diffitentur: unde quoties Prophetæ de Messia sermonem in-

[k] Calv. [l] Jun. [m] For. [n] Jun. [o] For. [p] G. [q] Mc. [r] Calv. † Ca. sim. Ang. [t] G. [v] Calv. Ma. [x] Calv. [y] Jun. Ma. sim. Calv. [z] Calv. [a] Calv. sim. For. [b] For. [c] M. [d] Ca. For. BA. 1. 601. Calv. &c. * Pi. [f] For. [g] Musc. sim. Ang. [h] Calv. [i] Musc. [k] Calv. [l] Ang. [m] Jun. [n] Calv. [o] For. [p] Ang. [q] V. * Morus ad Esa. 53. † Ang. [r] Ang. † San. Calov. [t] Calov.

† Calov. [v] R. Saad. Gaon in AE. G. [x] G. [y] Q. in Huls. [z] Huls. theol. Jud. 1. 2. 1. 384. [a] Huls. ib. 2. 385... [b] Huls. ib. 3 390...

 stituunt,

stituunt, toties etiam singulare quoddam Divinæ benevolentiæ documentum erga populum in ipso perhibetur. 2. Applicatione, tum subjecti, tum rei. 1. Subjecti. Nomen *servi* collectivè sumi volunt, ut alibi. Resp. 1. Ità quidem sumitur addito aliquo nomine proprio, ut, *Israel servus meus*, &c. Esa. 41. 8. at separatim positum, ut hoc loco, sæpius individuum denotat. 2. *Servi* nomen Messiæ quadrare Esa. c. 42. 1. fatentur RR. 3. Servus hîc dicitur אִישׁ Esa. 53. 3. quod collectivè alicubi sumi nemo facilè probaverit. AE. affert illud, אִישׁ מִלְחָמָה, *vir belli*. Octies sanè occurrit, semper autem de individuo, nisi Esa. 3. 2. ubi tamen phrasis non collectivè sumitur, sed distributivè, additâ ipsâ distributionis notâ, quæ est כול *unusquisque*, v. 1. quæ totum illum contextum regit, & per accidens efficit, ut quicquid ibi in genere dicitur de singulis, illud pluraliter de omnibus exponi possit. Sic Judic. 20. 17. Ezec. 39. 20†. Inst. 1. At nomen עֶבֶד *servi*, quod hîc singulare est, mox Esa. 54. 17. exprimitur pluraliter[e]. Resp. Neg. conseq. Periodus enim hujus vaticinii, ipsis Hebræis definientibus, ultra finem cap. 53. se non extendit[d]. Inst. 2. In Esa. 53. 9. est בְּמֹתָיו *in mortibus suis*, quod nomen est plurale, adeóque plurium mortem designat*. Resp. Imò tantùm plures mortis species, (quo sensu postea patebit,) sed in una tantùm persona, ut affixum singulare indicat; alioquin dixisset בְּמוֹתֵיהֶם: non ergò subjectum, sed prædicatum, multiplicari constat[f]. Inst. 3. De subjecto collectivè sumpto agi constat ex affixo poetico לָמוֹ, Esa. 53. 8. quod valet לָהֶם *ipsis*[g]. Resp. 1. Dato, non concesso, ità sensus foret, *Ex defectione populi mei* (Judaici) *plaga est ipsis*, quòd scil. Messiam exciderint; juxta illud Matt. 27. 25. *Sanguis ejus super nos*, &c. Et licèt Abarb. לָמוֹ pluraliter sumat, totum tamen contextum de uno Josia intelligit: quidni & nos de uno Messia? Resp. 2. τὸ לָמוֹ singulariter sæpe sumitur, ut Esa. 44. 15. ubi de uno simulacro apertè agitur, quod efformat homo & adorat, &c. *Facit ex illo simulacrum, & incurvat se* לָמוֹ *coram illo*: ubi K. fatetur לָמוֹ idem esse quod לוֹ *ipsi*; & Propheta v. 17. eandem repetens sententiam, pro לָמוֹ, ponit לוֹ. Adde & Job. 22. 2. *An prodesse potest* גָּבֶר *vir*, &c? *sed* עָלֵימוֹ *sibi ipsi proderit*, &c. Sic Job. 20. 23. *Depluit* עָלֵימוֹ *super ipso* בִּלְחוּמוֹ *loco cibi ejus*: ubi K. in Gram. agnoscit מו esse *affixum 3. pers. num. sing.* Addit etiam rationem quare utrique numero istud affixum conveniat, nimirum *quia in eo est* ם, *nota num. plur. &* ו, *nota num. sing.* Hæc plana de hoc affixo controversiæ decisio est. Hactenus de applicatione subjecti: sequitur 2. applicatio rei. Ad hanc resp. 1. in genere, Nititur hæc sententia vanæ Judæorum fidei de carnali sua liberatione: 2. in specie, ad præcipuos factæ applicationis modos. Quæro itaque, primò, Cùm RR. ex Esa. 52. 14. & 53. 2, 3. hodiernas Judæorum calamitates colligant, quo sensu accipienda sunt illa, *Quando intuemur illum, non inest species ut desideremus illum*, &c? Hæc loquitur, vel, 1. suo & populi Israelitici nomine: quod absurdissimum, quia sic Israel invisus & contemptus esset in oculis Israelis. Vel, 2. nomine Gentium, quæ hîc loquentes introducuntur. Sed quo jure fingitur hæc introductio à Prophetæ mente adeò aliena? aut quomodo Gentibus ascribitur prædicatio, Esa. 53. 1? Quin Abarb. ubi de Josia agit, verba illa, *Quis credidit prædicationi nostræ?* vult esse Israelis; ubi de Israele, Gentibus tribuit. [Sed de insulso hoc commento plura lege, si vacat, in Authore.] Quæro, secundò, Quomodo Esa. 53. 4, 5, 6. dicetur populus Israeliticus *portare dolores & morbos* aliorum, & ab aliorum *iniquitatibus atteri?* Duo hîc fingunt[h]. 1. Gentes ità dicunt, quia hoc judicium erat Gentium, licèt falsum: qu. d. Putabamus olim Israelem ob sua facinora afflictum esse; at nunc videmus id propter iniquitates Gentium factum[i]. Resp. 1. An Propheta rem falsissimam tot versibus proponeret, nullo addito falsitatis indicio? Resp. 2. Falsò fingit Gentes sive Christianos ità sentire, unam gentem ferre peccata & pœnas alterius gentis, &c[k]. 2. Verba illa Gentium, *Dolores nostros ipse fert*, activè sumuntur, *nostros*, i.e. à nobis & malitia nostra ipsi inflictos[l]. Resp. Refutatur hoc commentum ex Esa. 53. 5. *Tumice ejus fit curatio nobis*. Ejusdem sanè erat *curatio*, & morbus præcedens: quum ergò Gentes *curationem* sibi adscribant, eorum erat & morbus. Quæro, tertiò, Quomodo Judæis illa tribui possunt Esa. 53. v. 7, 9? Quæ RR. ità exponunt, ut eorum in perpetuis exsilii afflictionibus innocentiam, patientiam, mansuetudinem, &c. denotent. Quod quàm falsò de Judæis dicitur, omnes historiæ testantur. [Vide Authorem.] Quærò, quartò, Quomodo Judæi *seipsos in mortem profuderunt*, juxta v. 12. nisi per impiam αὐτοφονίαν, &c? Præcipuam confutationis rationem, *ab imputatione peccati*, &c. quæ Israeli nullo modo competit, hîc non attingo, sed in seq[m]. 5. De Messia: de quo locum exponunt veteres Rabbini qui circa tempora Christi vixerunt, Jonathan Paraphrastes Chaldæus, & alii, in vetustissimis illis libris Tanchuma & Siphre, quorum fragmenta collegit R. Simeon, author libri Jalkut, & in libro Pesikta: quibus ex recentioribus accedit R. Mosche Alschech, &c[n]. [quorum verba vide ad singulos versus.] Hos itaque nobis eripere conatur Abarbanel: non quòd neget veteres exposuisse vaticinium hoc de Messia, (nimis enim hoc est manifestum;) sed quòd distinctione eludere conetur. *Expositio*, inquit, *illorum non est genuina, & secundùm sensum simplicem, sed mystica duntaxat & superfunctoria, quâ ex Scripturis istis leviter tantùm illustrant quæ de Messia traditione acceperant; non autem quòd putarent veram prophetiæ mentem esse talem; ut ex eo constat, quòd versus quosdam de Israele exponunt*, &c. Et quia celeberrimum est illud in Medrasch Tanchuma ad hunc versum 13. Esa. 52. *ECCE, PROSPERABITUR SERVUS MEUS*; *hic Rex Messias est*: *EXTOLLETUR——VALDE*; *extolletur supra Abrahamum, supra Mosen, supra Angelos ministerii*: de mente hujus traditionis valde soliciti sunt, & variè exponere conantur. [Quæ vide in Authore: neque enim tam putidas ineptias describere vacat.] Sed hæc distinctio facilè refellitur. Agnoscimus quidem in S. S. sensum non modò literalem, sed etiam mysticum: ità tamen ut sensus mysticus, 1. non repugnet aut circumstantiis contextûs, aut analogiæ fidei; 2. non inferatur Scripturæ, sed in ea inveniatur, & in similitudine exacta in textu includatur. Omnis sensus mysticus est compositus, & in eo est vocum, phrasium, rerum compositio & collatio, unde mystici quid eliciatur. Hîc autem nulla figura adest; ideóque mystico sensui non datur locus, quia fundamento caret. Itaque applicatio illa veterum Hebræorum non erat mystica. Dicere enim Messiam hîc intelligi per *servum*, est tantùm simplex declaratio, & nihil habet mystici. At sit mysticum; ideóne sensus ille non convenit cum mente Prophetæ? Id non concedet Abarb. qui cum reliquis illud Esa. 42. 1. *En servus meus*, &c. secundùm intentionem Prophetæ ad Messiam refert. Quæ ratio discrepantiæ? Nempe quia iste locus fidei Judaicæ non æquè adversatur atque cap. 52. & 53. Porrò, commento huic repugnat simplicitas styli Jonathæ Chaldæi. Nihil stultius est quàm dicere, eum in sensu mystico à mente Esaiæ remoto hoc vaticinium intellexisse; eodem enim jure totam ipsius Paraphrasin dixeris mysticam, & à mente Scripturæ alienam: imò planè ridiculus fuisset, qui Scripturam ex Heb. in Chald. verbotenus ferè transfundebat, ut mentem Prophetæ meliùs perciperent, si, vero sensu præterito, ineptum & fictitium illius loco supposuisset. Hoccine esset Targum, seu expositio paraphrastica? Et cur, quæso, Jonathan *servum meum*, Esa. 42. 1. simpliciter, & hoc loco mysticè, exponeret? Deinde, ad sensum mysticum hæc trahi non possunt, cùm afflictiones & dolores Esa. 53. 4. in libro Pesikta expressis verbis Messiæ tribuantur, & in rei veritatem citatur hic locus[o]. Inst. Veteres illi hunc tantùm versum de Messia exponunt[p]. Resp. Splendidè mentitur: tota enim Jonathanis paraphrasis tendit ad Messiam: in eo tantùm errat, quòd omnia ad Messiæ statum gloriosum detorqueat, & activè exponat, &c. Et in Gem. Sanhed. roganti quodnam sit Messiæ nomen, respondent, ipsum vocari *leprosum*; & pro eo allegant Esa. 53. 4. ubi dicitur נָגוּעַ *percussus*, quod de lepra dicitur Levit. 13. 3. Et in Rabboth in Ruth 2. ait hoc dici de castigationibus

† Hulf.

[e] Lipman. in Hulf.

[d] Hulf. ib. 395.

* Lipm. ib.

[f] Hulf.

[g] AE. & Abarb. in Hulf.

[h] Hulf. ib.

[i] K. in Hulf.

[k] Hulf.

[l] Abarb. in Hulf.

[m] Hulf. ib. 430.

[n] Hulf. ib. 318.

[o] Hulf. ib. 442, &c.

[p] Abarb. in Hulf.

gationibus Messiæ, & subjicit ejus confirmationem ex Esa. 53. 5 [q]. In Midrasch Tillim super Psal. 2. 7. *Narratæ sunt*, inquit, *materiæ Regis Messiæ, & mysteria ejus, in Scriptura tum Hagiographorum*, Psalm. 110. 5. *tum Prophetarum*, Esa. 42. 1. & 52. 13 [r]. Vaticinium hoc Esaiæ est carnificina Rabbinorum; de quo aliqui Judæi mihi confessi sunt, Rabbinos suos ex propheticis Scripturis facilè se extricare potuisse, modò Esaias tacuisset †. Multos è Judæis hujus solius vaticinii lectio ad Christum perduxit, teste Helvico Append. Elenchi Jud. 3. 39. & inter alios Johannem Isaacum Levitam, ut ipse in Defens. verit. Heb. de se fatetur. Grotium saltem movere debuit authoritas N. T. ubi decies occurrit, & semper de Christo exponitur. Non autem de Jeremia, [aut quovis alio,] sed de Christo, hîc agi multa docent. 1. *Servi* nomen. Quis ille servus sit, non à nobis fingendum, sed ex Propheta discendum: ille, nempe, qui dicitur *servus, electus*, &c. Esa. 42. 1. quem Messiam esse probat Abarbanel; *servus ad suscitandum tribus Israel*, [& Gentes,] Esa. 49. 6; *servus meus Zemach*, Zach. 3. 8. 2. Servi hujus descriptio: dicitur enim, 1. absolutè, *justus*, Esa. 53. 11; 2. *sapienter agere*, hoc versu; 3. *valde exaltari*, hoc etiam versu; 4. formæ contemptibilis, v. sequente; 5. qui *gentes aspergit*, & iis *prædicatur*, & quem *reges venerantur*, &c. v. 15: quæ omnia Christo emphaticè & propriè conveniunt, &c. Plura petantur è capite sequente [t]. Postquam Esaias de restitutione Ecclesiæ loquutus est, transit ad Christum, in quo omnia colliguntur. Nobis datus est Christus: quamobrem ejus ministerium ad nos quoque pertinet. *Servum* vocat Christum, ob munus ei impositum [v]; quòd formam servi haberet, Philip. 2. 7 [x]. Deóque in opere redemptionis inservivit, Joh. 5. 17, 30. & 6. 38. &c [y]. [Præsentem versum quod spectat,] *Rabbini b. m. uno ore juxta receptam traditionem statuunt hîc de Messia sermonem esse*, ait R. Alschech. *Ecce, prosperabitur servus meus Messias*, &c. Chald. *Ecce, prosperabitur servus meus. Hic Rex Messias est, qui extolletur supra Abraham, supra Mosen, supra Angelos ministerii*, Tanchuma [z]. [Grotius autem hoc, ut dictum, de Jeremia accipit;] *Exaltabitur*, &c. i. e. in magno honore erit apud Chaldæos. Vide Jer. 39. in fine, & 40 [a]. At ibi tantùm legitur in vita conservatus, & liber dimissus. Quid hoc ad tantam exaltationem tam magnificè descriptam? Qualis hæc fuerit, exponit in seq. quòd nempe *Reges ipsum revererentur*, quòd *gentes aspergeret, fortium spolia divideret*, &c. quæ Messiæ propria sunt, Jeremiæ nullatenus congruunt [b].

14. *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים כֵּן מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ וְתֹאֲרוֹ מִבְּנֵי אָדָם] Difficilis satis locus est, & non parùm controversus. In eo tamen omnes, quos vidi, consentiunt, מִשְׁחַת hîc significare *corruptum*: quod Pagnin. vult esse Paül Hophal, pro מָשְׁחָת; alii, adjectivum peculiaris alicujus formæ: alibi certè hoc nomen eo sensu non reperitur. Si מִשְׁחַת sit à שַׁחַת, dicerem substantivum esse, non adjectivum [c]. At potest esse formæ constructæ ab absoluto מִשְׁחָה *unctio* [d]. [Hinc, & aliis de causis, locum variè reddunt.] *Quemadmodum* (vel, *Quantò magis*: id valet כַּאֲשֶׁר quando ei respondet τὸ כֵּן *. *Quàm*, Ca. *Ità* Ar.) *obstupuerunt* (vel, *admirati sunt*, P. M. sic Ca. Sy. Ar. *admirabundi obstupuerunt*, Ti. *sibilârunt*: τὸ שָׁמַם *afflatum* denotat *quem emittere solemus propter malum aliquod ingens aut culpæ aut pœnæ* [f]: *stupebunt*, ό. sic Q. in V.) *super te* (vel, *de te*, JT. *super illum*, P. M. *de eo*, Ti. Confusio personarum [g]. Modò 2. modò 3. personâ de eo loquitur: quod frequens est Hebræis [h].) *multi*, Mo. P. Ti. &c. *sic corruptus* (quòd *adeò corruptus esset*, P.) *præ viro aspectus ejus, & forma ejus præ filiis hominum*, Mo. P. vel, *quòd aspectus ejus deformior fuerat quàm* ullius *viri, & forma ejus plusquam filiorum hominum*, Ti. vel, quòd *sic deformatus esset præter humanum morem aspectus ejus, & forma ejus alienata à filiis hominum*, M. vel, *ità de corrupta supra quemlibet specie istius, & forma istius præ filiis hominum*, JT. vel, *adeò immutata est species ejus à virili, & aspectus ejus ab humano*, Sy. *tam ejus species & forma corrumpetur, ut non jam sit homo, non sit unus de humano genere*, Ca. *quòd aspectus ejus deformior fuerit quàm ut vir esset*, &c. מֵאִישׁ, *ut non sit vir*, sed vermis. Formula negandi apud Hebræos: sic, *desolari dicuntur urbes* מִיּשֵׁב, *ut nullus sit incola*. מִשְׁחַת significat ἀφανισμὸν, (quomodo ό. reddunt 2 Par. 36. 19.) & *squalorem* †. Vel, *sic ingloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filiis hominum*, ό. *ità aspectus tuus despicietur ab hominibus*, &c. Ar. *adeò deformata fuit ab hominibus species ejus, & forma ejus à filiis hominum*: *Sic*, &c. V. Calvin. Sequenti versu perficitur sensus [i]. מ in מֵאִישׁ non sumo comparativè, pro *plusquam*, sed significat eum perverso hominum judicio deformem fuisse †. *Ità corrumpetur pejùs quàm cujusvis hominis aspectus ejus, & species ipsius pejùs quàm reliquorum hominum*: Et *ità loqui faciet*, &c. Q. in V. [Alii hæc verba parenthesi includunt,] (*adeò corrupta*, vel *deformata*, erat, vel erit, *præ quolibet species*, vel *aspectus*, *ejus, & forma ejus præ filiis*, vel *plusquam filii, hominum*, Pi. Ang.) Al. *sic unctio aspectus ejus erit præ viro*, &c. vel, *tantò magis*, sive *eò major, erit gratia aspectûs ejus*, &c. Quæ interpretatio videtur præcedentibus convenire. Nam cùm dixisset, *Exaltabitur*, &c. objici posset, Quid? annon capietur, conspuetur, flagellabitur? subjicit ergò, Nihil hæc obstabunt quin summus erit ejus decor, &c [k]. Locum sic vertas, *Sicut obstupefacti fuerunt de eo multi, sic fuit corruptio speciei ejus præ viro, & formæ ejus præ filiis hominum*: Tamen *sic* [ut sequitur v. 15.] *consperget*, &c. Sensus est, Non immeritò obstupefacti sunt de eo, nam secundùm stuporem ipsorum fuit deformatus totus vultus ejus: tamen eâ deformatione suâ consperget multos. Vel sic, *Sicut obstupuerunt de eo multi, sic corruptio speciei ejus præ homine, & forma ejus præ filiis hominum, sic* (inquam) *consperget multas gentes*. Experiamur aliter. *Quemadmodum obstupuerunt super te multi*, dicendo, (τὸ לֵאמֹר, ut sæpe, subauditur,) *Siccine corrupta est præ viro species ejus, & forma ejus præ filiis hominum? Sic asperget gentes multas; claudent Reges os suum*, &c. Prius כֵּן lego per interrogationem; secundum כֵּן vers. 15. inchoat ἀπόδοσιν, quâ respondetur ad כַּאֲשֶׁר. Sensus est, Sicut multi stupebunt primùm ob Christi contemptibilem speciem; ità tandem fiet ut, aspergens multos sanguine suo, efficiat ut & Regibus os occludatur. Experiantur eruditi annon sic verti possit, *Sicut desolati fuerunt propter te multi, sic unctio præ homine speciei ejus, & formæ ejus præ filiis hominum, sic* (inquam) *consperget*, &c. Dixerat vers. 13. servum Dei, Christum, fore elevatum. Id jam probat per comparationem hujus servi cum reliquo populo Dei. Ad populum quod attinet, propter te, inquit, propter peccata tua, desolati sunt multi: sed ad servum meum hunc quod attinet, tota ejus species & forma ungetur supra reliquos homines, eâque unctione suâ consperget non tantùm multos, sed multas etiam gentes. q. d. A te interitus fuit, ab illo salus erit [l]. [Sed hîc repetenda est præcedens quæstio, de quonam hîc loquitur Propheta.] 1. De Jeremia: q. d. Sicut multi mirati erant hominem tam egregium tam fœdè tractari, detrudi in carcerem, in lacum, &c. sic contrà, rebus mutatis, admirationi erit honos ipsi habitus [m]. Verùm quidnam admirandi erat in Jeremia, sive afflictionem respicias, quæ ipsi cum aliis Prophetis communis erat, sive gloriam, quæ tanta non erat, &c *? [2. Partim de populo, partim de Christo.] *Sicut obstupuerunt de te*, (nimirum, popule Jehovæ, cujus antè meminerat;) *ità de corrupta——specie istius*, &c. i. e. tantam gloriam ex tanta Christi abjectione mirabuntur [n]. *Sicut super te*, ô Jerosolyma à Chaldæis excisa, *obstupuerunt multi*, cùm viderent te, tam charam Deo, tam fœdè tractari; *sic aspectus ejus*, nempe Messiæ, *inglorius erit*, &c [o]. Ch. hunc versum sic reddit, *Dum per multos dies ipsum exspectârunt domus Israel, contabuit inter gentes aspectus eorum, ex filiis hominum*, scil. sublatus est; Hulf. p. 322. 3. De Christo [p]. Dixerat fore ut valde exaltetur; hîc subjicit de illius obscuritate, &c [q]. Prævenit dubitationem de illa Christi sublimitate, quippe quæ primo aspectu non apparebat; monétque eum priùs humiliandum fore; nec esse cur abhorreant homines ab illa deformitate & ignominia, quam perpetua sequitur felicitas [r]. [Sed & hîc variant.] 1. *Stupor* hîc sumitur pro admiratione hominum ob miracula Christi †, mirámque ejus docendi rationem, &c [t]. qu. d. Sicut multi

Christum

[q] Hulf. 451. [r] Calov. † Hulf. 318. [t] Calov. [v] Calv. [x] Ang. sic For. San. Calov. [y] Ang. [z] Hulf. 1. 2. 321. [a] G. [b] Calov. [c] Di. [d] Di. sim. For. * For. sim. Calov. [f] For. sim. Calov. [g] V. sim. Di. [h] G.

† Mor. ad Esa. 53. [i] V. † Calv. [k] For. [l] Di. [m] G. * Calov. [n] Jun. [o] T. sim. Mar. [p] L. Me. M. For. Calv. Pi. Ang. Belg. San. Calov. &c. [q] Musc. [r] Calv. † Q. in Calv. & in Ang. [t] Q. in Ang.

Christum ob miracula admirati sunt, ità mortem quoque ejus & ignominiam conspiciebant; nec tamen propterea impediebatur redemptio, sed Reges & Gentes eum postea adorabant, &c. Quam interpretationem exosculor, quòd sit & Patrum, & Rabbinorum, & ferè omnium. Vereor tamen nè verbum שמם uspiam in bonum accipiatur [r]. שמם stuporem denotat ex contemplatione miræ & inusitatæ desolationis, deformitatis, aut miseriæ, ortum. Ità usurpatur 1 Reg. 9. 8. 2 Par. 7. 21. Jer. 18. 16. & 19. 8. & 49. 17. Ezec. 26. 16. & 27. 35. &c [x]. 2. *Stupor* hic contemptum denotat quo ab hominibus spretus est Christus, à quo, inquit, omnes abhorrebunt, &c. Atque hæc causa stuporis fuit, quòd sine ullo splendore apparuit, &c [y]. Sed magis stupebant ad crucem ejus. Vide Psal. 22. 8. & Matt. c. 27. v. 39 [z]. *Corruptus*, sive *deformatus*, dicitur Christi *aspectus*, non respectu deformitatis ullius corporis ejus, sed respectu vilitatis externi status, obscurorum parentum, &c. Quanquam & corpus ipsius à frequentibus vigiliis, raptationibus huc illuc, flagellationibus, &c. non exiguam mutationem & deformationem accepisse verisimile est [a].

15. *Iste*, &c. כֵּן יַזֶּה וגו׳] *Sic* (vel, *Tam*, Ca. *Ità*, inquam, JT. τὸ *sic* respondet præcedenti *sicut* [b]. Apodosis sive redditio collationis, de Christi exaltatione, præcedenti humiliationi opposita, v. 14 [c].) *asperget* (vel, *persperget* stupore, JT.) *gentes multas*, Mo. P. Calv. Ut multi stupebant, &c. ità multi ipsum amplectuntur, &c†. Al. *Sic mirabuntur*, &c. o'. Non malè: nam *mirari* est, veluti aspergi fulgore alicujus [d]. Al. *Sic stillare faciet*, &c. Ti. *Sic faciet loqui* de se, M. i. e. dabit multis ansam & occasionem loquendi de se*, de gloria & fortitudine ejus [f]. Verbum *aspergendi* (potiùs *stillandi*, quod aliud verbum est [g],) de sermone usurpatur Deut. 32. 2. Ezec. 20. 46. Amos. 7. 16. Mic. 2. 6, 11 [h]. Al. *Sic dispergent*, &c. Ch. Mor. Quæ dispersio gentium non est à Prophetæ stylo aliena, nec à descriptione victoriæ Christi, Esa. 53. 12. Sic Dan. 11. 24. *Spolium & substantiam ipsorum disperget*, יִבְזוֹר*. *Sic effundet gentes*, &c. i. e. sanguinem gentium [i]. Sed cùm נָזָה signif. *aspergere*, convenientior est hæc interpretatio [k]. Et hunc locum exponunt, 1. de Jeremia. *Persperget gentes multas*, scil. ore suo per prophetiam [l]. Multos ex Gentibus ab idolorum cultu avertet. Unde & Chaldæis נְזָה est, *objurgare* [m]. Sed quomodo præ aliis Prophetis hoc maximè Jeremias fecit? Et hæc *aspersio* longè aliter infrà explicatur [n]. 2. De Christo [o]. q. d. Etsi tam vilis habitus fuit, crucifixus, &c. gentes tamen multas (non tantùm Judæos) mundabit, reconciliabit [p]. *Asperget*, tum Verbo & Spiritu suo, Esa. 59. 20, 21 [q]; tum aquâ Baptismi [r]; tum sanguine suo†. Allusio vel ad aquas baptismales, 1 Pet. 3. 21 [t]; vel ad aspersiones legales [v]. Vide Exod. 24. 8. Heb. 9. 19 [x]. Num. 19. 17, &c. Heb. 9. 13, 14 [y]. *Sicut per castigationes quadruplex ipsi dignitas obtinget; sic per easdem disperget multos*, &c. *& aspergetur eorum robur*, Esa. c. 63. v. 3. i. e. *sanguis eorum* [z].

¶ *Super*, &c. עָלָיו יִקְפְּצוּ וגו׳] *Super* (vel, Sed & *super*, M. Quin *coram*, Ti. *Propter*, JT. Quinetiam *propter*, Pi.) *eum*, vel *eo*, *compriment*, vel *claudent*, *reges os suum*, Mo. P. &c. Reges, ut Nabuchodonosor, Nechos, eorúmque satrapæ, admirabuntur cum silentio, ubi videbunt omnia quæ dicet Jeremias ità adamussim & suis temporibus impleta [a]. Sed jejunum hoc: longè ampliora hîc promittuntur, nempe conversio Regum, &c [b]. *Claudent os*, &c. nempe in signum admirationis [c], reverentiæ [d], subjectionis, pudoris, pœnitentiæ*; vide Job. 29. 9, 10 [f]: ut, è contrà, *aperire os super aliquem* symbolum est audaciæ, & procacitatis seu inverecundiæ, ut Job. 16. 10. Psal. 109. 2. Ezec. 16. ult [g]. Al. Non obloquentur, sed silentium præstabunt, dociles ad prædicationem Evangelii [h]; ei non contradicentes, quamvis stulta humanæ rationi videatur [i]. ¶ *Quia quibus*, &c. כִּי אֲשֶׁר לֹא סֻפַּר לָהֶם רָאוּ וגו׳] *Quia* (vel, *Nam*, Pi. *Quando*, JT.) *quod* (vel, *quibus*, Ti. Pi.) *non* (sub. *antea*, P. & sub. *de eo*, ex collat. Rom. 15. 21 [k].) *narratum fuerat eis*, *viderint*, Mo. (vel, *videbunt*, P. JT. Calv. &c.) *& quod non audierant*, *intelligent*, Calv. i. e. Cognoscent rem insolitam & inauditam [l]. *Quia quod explicatum illis non fuerat*, (sub. *ab alio quoquam*,) *id viderunt*, per ipsum apertissimè prædictum; *& quæ non audierunt*, (ab astrologis & magis suis,) *hæc intellexerunt*, ab ipso prævisa [m]. Imò verò de prædicatione Evangelii inter Gentiles [n], & de Gentium fide ac conversione [o], hîc agi autor est Paulus Rom. 15. 21 [p]. cujus expositione contenti esse debemus [q]. Significat admirationem hanc non ex nudo Christi aspectu, sed potiùs ex prædicatione, futuram esse, quâ patefacta sunt quæ non erant narrata illis, nempe Gentibus, Eph. 3. 5. Alioquin Israel pleraque ex Prophetis audiverat [r].

Marginal notes, left column: r For. x Ang. y Calv. z Musc. a Ang. b G. c Ang. † Ang. d G. * V. f Q. in Ang. g Ang. h Q. in Ang. * Mor. ad Esa. 53. i He. in V. k Calv. l R. Saad. in Huls. 311. m G. n Calov. o For. Me. Calv. Jun. &c. p For. q Ang. r Me. T. † Me. T. Pi. Ang. For. &c. t Q. in Ang. v For. sic G. Ang. Calv. &c. x Calv. y For. z Alsche h in Huls. 324. a G. b Calov. c Calv. For. Ang. d Ang. * For. Calov. f Ang. g For. h Jun. i Pi. k Pi. l V.

Marginal notes, right column (first part): m G. n Calov. o For. p Calov. sic For. q For. r Calv.

CAP. LIII.

1. **Q**Vis, &c? מִי הֶאֱמִין לִשְׁמֻעָתֵנוּ וּזְרוֹעַ יְהוָה עַל מִי נִגְלָתָה] *Quis credidit* (vel, *credit*, JT. Ca. Pi. *crediturus esset*, Sy. *fidem habebit*, K. & AE. in Mor.) *auditui* (vel, *auditioni*, Mor. *prædicationi*, Ti. JT. Pi. *annunciationi*, Ch. *orationi*, Ca.) *nostro?* (vel, *nostræ?* Ti. JT. &c.) *& brachium* (vel, *robur brachii potentiæ*, Ch.) *Domini cui* (vel, *super quem*, Mo. Pi. V. in Tig. not. Ch. *in quo*, JT. sub. *nunc*, Ch.) *revelatum est?* M. P. Mo. Ti. &c. vel, *patefit?* Ca. *sese retegit?* Pi. [In interpretatione hujus loci variant. 1. Non desunt qui de Jeremia exponunt.] Est continuus sermo cum iis quæ præcesserunt Esa. 52. 7. Vultis scire, inquit, quis ille sit futurus de quo cœpi agere, qui & meis prophetiis plenam habebit fidem, & ipse de maximis rebus, quas Dei potentia peraget, revelationes accipiet exactissimas, omnibus circumstantiis additis? dabo vobis geminas ejus notas unde cognosci possit. Hæ notæ in Jeremiam quidem congruunt priùs; sed potiùs sublimiúsque, sæpe & magis κατὰ λέξιν, (*ad literam*,) in Christum†. [Sed aliis hæc valde displicent.] Idem Grotius, qui in libello de Religione Christiana hæc habet, *Ipsum Messiam debuisse per ærumnas & mortem pervenire ad Regnum suum, negare nemo potest qui ad Esa. 53. 1. animum volet attendere*; & ibi totum hoc caput non incommodâ paraphrasi descripsit, & in fine hoc addit, *Quis potest nominari aut Regum, aut Prophetarum, in quem hæc congruant? Nemo sanè* [t]; idem, inquam, h. l. totum hoc caput, omniáque commata & verba, ad Jeremiam operosè detorquet [v]: sed non fine titubante conscientia, dum ea fatetur *sæpe Christo magìs* κατὰ λέξιν *convenire* [x]. Sed his verbis prævenire voluit, quam satis præsagiebat, objectionem prævaricationis, quâ Judæis insultandi materiam præbet [y]. Verùm nullius fides hîc commendatur, sed infidelitas arguitur, [ut videbimus:] nec unquam, credo, ulli mortalium in mentem venit, Jeremiam hîc intelligi, qui unus *crediderit auditui* Esaiæ, & *cui uni revelatum fuit brachium Domini*, i. e. potentia ejus in liberando populo, & modo liberationis. Nec materia auditûs Prophetæ fuit liberatio è captivitate, sed de servo Domini exaltando, &c. Et quorsum darentur notæ dignoscendi Jeremiam, in cujus cognitione parùm situm erat, sive populum spectes ad quem prædicabat Esaias, sive posteros ejus? Opportuniores multò sunt Redemptoris dignoscendi notæ, qui *cognitione sui multos justificaret*, vers. 11. Denique, Apostoli hunc locum longè secùs exponunt, Joh. 12. 38. Rom. c. 10. v. 16. quàm hîc Grotius: Illi negativè explicant Prophetæ interrogationem; hic, affirmativè: illi, de Judæis incredulis; hic, de Jeremia credente: illi, de tempore N. T. hic, de tempore captiv. Babyl. illi, de verbo Evangelii; hic, de prædictione liberationis è captivitate Babylonica. Sed & ipse Grotius ad Rom. 10. 17. de paucis ex populo tempore Jeremiæ credituris exposuit. Et *quod Jeremiæ tempore evenerat*, inquit, *iterum erat eventurum paribus de causis* [z]. [2. Nonnulli Judæorum de populo Israelitico intelligunt.] Rabbini Gentiles hîc volunt loquentes introduci, quasi dicant quisque socio suo, *Si audivissemus ex ore aliorum quæ videmus, ipsi non credidissemus: nam in quo revelata est* unquam *magnificentia* similis illi quam videmus in populo Judæo? Sed, 1. hoc coactum est: dixerat enim de Gentibus Esa. 52. ult. *videbunt quod non audierant*: dicendum igitur fuisset, Quis credidisset rei visæ, non, rei

Marginal notes, right column: † G. t Riv. v Calov. sim. Riv. x Calov. y Riv. z Calov.

rei auditæ, à nobis? 2. Temerarium est: Quum enim antè loquebatur Dominus, *Ecce servus meus*; insolens est ut Gentes ità loquentes introducantur ex abrupto, nullâ adhibitâ particulâ quæ id admoneat. 3. Absurdum: Quia sic verba illa, *super quem brachium*, &c? aliter interpretanda sunt quàm superiora ejusdem formæ, *Quis credidit auditui nostro?* i. e. Nemo: quod fatentur Judæi: nempe interrogatio æquipollet negationi. Igitur, *super quem?* erit, *super neminem:* quod jam dilutum est & falsum. At illi volunt intelligi, similiter ut suprà, Judæos. Ergò pariter tale aliquid subintelligendum esset in priore hemistichio, cujus est eadem planè ratio: quod nè ipsi quidem agnoscunt. Propheta igitur nomine suo & collegarum loquitur[a]. 4. Si Gentes hæc loquuntur, quænam erit illa Gentium *prædicatio*, cui fides denegatur? Quot capita, tot ferè hîc sunt sententiæ. 5. Si Gentes hîc loquuntur (ut volunt RS. AE. & K.) de concione quam Prophetæ seu Rabbini ad se habuerint, (q. d. Quis credidit rei auditæ de futuro Judaici Messiæ adventu, quem Rabbinos ex Prophetis demonstrantes audivimus?) malè illa tribuitur Gentibus, cùm non Gentium illa sit, sed Prophetarum ad Gentes; nec tum dixissent לִשְׁמוּעָתֵנוּ, sed לִשְׁמוּעָתָם, *prædicationi eorum*; & Gentes, personam audientis gerentes, dixissent, *Quis nostrûm credidit* בְּשָׁמְעֵנוּ, *cùm audiremus*[b]? [Plura vide, si lubet, in doctissimo Authore. 3. De Christo reliqui omnes intelligunt.] Propheta hoc capite sic apertè de Christi morte & opere Redemptionis nostræ agit, ut non tam futura prædicere, quàm præterita narrare, videatur[c]. Qua de causa Hieron. eum *Evangelistam* & *Apostolum* vocat[d]. Manifestiora sunt quæ hîc continentur quàm ut expositionem requirant *. Ad alia de Christo oracula non difficile est Judæis aliquid respondere: sed hîc valde torquentur. Integrum unum caput, in quo tota Christi passio, ejúsque causa, describitur adeò luculenter, imò verbera, judicium, mors, sepultura, locus, socii denique latrones, apertè pronunciantur, alteri quàm Christo accommodare quis poterit? Quicquid dicunt Judæi, ab ipsis Prophetæ verbis mendacii convincuntur[f]. In cap. præc. prophetia hæc de Messia sub umbra & typo liberationis ex captiv. Babyl. per Cyrum inchoatur: quæ autem in hoc capite dicuntur nullâ ratione de Cyro dici possunt[g]. [Connexionem sic statuunt;] Hic versus prioribus conjungi debet. Propheta enim hîc, veluti in medio orationis cursu, resistit. Siquidem quum antea nomen Christi ubique promulgandum, & ignotis Gentibus patefaciendum, esse diceret, interea verò tam humile futurum, ut hæc fabulosa videri possent, abrumpit sermonem suum, atque exclamat, neminem ista crediturum. Simul dolorem suum exprimit ob incredulitatem hominum. Est igitur pia ejus querimonia, &c[h]. ό. & post eos Joh. 12. 38. Rom. 10. 16. sic supplent, Κύριε, *Domine, quis*, &c[i]? Propheta appositè apud Deum, à quo missus erat, expostulat de paucitate credentium, quantumvìs officio ipse suo fungeretur[k]. Prædicit hîc paucitatem credentium sive Christo, Joh. 12. sive Apostolis, Rom. 10. & de incredulitatis causis agit[l]. In præced. de Gentibus loquitur, ceu intelligentibus ea quæ non audiverant: jam verò, cùm audientibus exprobret incredulitatem & cæcitatem, consequens est de aliis agi, nempe Judæis; ut miretur Propheta, tum credidisse Gentiles, tum non credidisse Judæos[m]. Antithesis hîc est fidei Gentilium, (qui *aspergi* & converti dicuntur Esa. 52. ult.) & incredulitatis Judæorum[n]. Al. Miratur hîc paucitatem credentium, tam ex Judæis, quàm ex Gentibus[o]: nam utrisque applicatur Rom. 10. 16. collat. cum 12. & 1 Cor. 1. 22, 23, 24. Verba præt. h. l. vel pro fut. ponuntur, ob certitudinem: vel potiùs, præteritam designant Judæorum incredulitatem quam expertus erat; indéque tacitè argumentatur ipsos in posterum non credituros; quod postea eventus comprobavit. Vide Joh. 3. 32. Act. 7. 51[p]. Vox שְׁמוּעָה, *auditus*, non hîc refertur ad Prophetas audientes quid in se loqueretur Dominus; sed activè sumitur, pro prædicatione[q], sermone, fama, sive rumore[r]; ut 2 Reg. 19. 7†. Esa. 37. 7. Jer. 49. 14. & 51. 46. Dan. 11. 44. Hab. 3. 2[r]. Obad. 1[s]. Sic & Græcis ἀκοὴ pro *fama*, seu *rumore*, ponitur in Thucyd. Polyb. Plat. Vide & Gal. 3. 2. ἐξ ἀκοῆς πίστεως, & 1 Thes. 2. 13. λόγον ἀκοῆς. Syrus ad Rom. 10. 16. habet, *Quis credidit filiæ vocis nostræ*[b]? alludens ad cœlestem illam vocem quâ Deus se patefecit postquam Prophetæ esse desierant[c]. Per *brachium Domini* hîc intellige, vel, 1. Christum ipsum. Sic ferè Patres[d]. Vel, 2. potentiam Dei *: vel, verbum auditionis, sive prædicationem Evangelii, quæ *potentia Dei* dicitur Rom. 1. 16. ut idem hîc repetatur quod in priore membro[f]. עַל מִי, *super quem?* q. d. In quo alio magis unquam apparuit Verbum Dei quàm in isto apparebit quem Liberatorem fore prædicimus[g]? Verùm non hoc quærebatur, an Verbum Dei in Christo apparuerit; sed querebatur Propheta quòd paucis Verbum illud innotuisset[h]. At hâc interpretatione tollitur elegans illa antithesis quæ est in hoc versu collat. cum Esa. 52. 10. ubi dicit, *Nudavit Dominus brachium—omnibus gentibus*, &c. hîc, *Cui revelatum est brachium*, &c? Eadem antithesis in priore membro, collat. cum Esa. 52. 8, 9. ubi jubentur speculatores, ex quibus Esaias est, *clamare*, &c. hîc queritur, Judæos nolle ipsum clamantem audire. Quare עַל מִי reddimus, *cui*; ut Psal. 9. 20. עַל פָּנֶיךָ, pro לְפָנֶיךָ[i]. Ità עַל usurpatur Exod. 20. v. 3. 2 Reg. 18. 27. collat. cum Esa. 36. 12. Psal. 13. v. 6. & 18. 42. Esa. 19. 12[k]. *Revelatum est:* Ostendit cur tam pauci credunt, quia nemo sine singulari Spiritûs revelatione credit. Vide Matt. 11. 25[l]. Quid sit hæc *revelatio* disce ex Ephes. 1. 17, 18, 19[m]. *Revelandi* vox sonat veli detractionem: quot vela, tot sunt revelandi genera. Velum autem est vel, 1. in re & objecto; vide Matt. 16. 17: vel, 2. in facultate, putà oculo, sive in persona, & subjecto; vide 2 Cor. 4. 4. Hinc duplex *revelatio:* 1. externa, cùm objectum revelatur; 2. interna, cùm facultati velum detrahitur, quæ & efficax dici potest. Sicut enim *ostendere* sæpe τεχνικῶς usurpatur, pro effectu, (ut Psal. 4. 7. *Quis ostendet nobis bona?* h. e. conferet; & Psal. 60. 5. *ostendisti dura*; & 2 Tim. 4. 14. *ostendit mihi mala multa*; & Eutropius de Tacito, *Vir*, inquit, *reip. gerendæ idoneus, nihil tamen clarum potuit ostendere:*) ità & *revelatio* in S. S. pro efficaci, quæ rem præsentem constituit & confert, exhibitione ferè semper sumitur, Luc. 10. 21. Eph. 3. 5. &c. pro efficaci & flexanima doctrina, Job. 36. 15. Præter abolitionem veli Mosaici per Evangelium, necessaria est veli alterius, quod cordibus obducitur, detractio, ut constat ex 2 Cor. 3. 14, &c. Sol enim cæcis non lucet. Sed unde hæc, quæ abnormis videtur, loquutio, *brachium—cui revelatum est?* cùm exspectaret aliquis, *brachium—quem tetigit, apprehendit, ac pertraxit?* 1. Scriptura, quum vim illam flexanimam Spiritûs quâ corda convertuntur describit, sæpe conjungit voces quæ & efficaciam ejus ineluctabilem & suavitatem significant; nè quis hîc aut violentum aliquid & fatale fingat, aut suasorium duntaxat & blandum sine viribus & effectu somniet. Sic alicubi in Jer. *pellexisti me*,— & *vim attulisti mihi*. Sic, qui Prophetis *spiritus roboris* dicitur, idem & *voluntarius* Psal. 51. 14. *Spiritus* idem est *potentiæ*, & *charitatis*, 2 Tim. 1. 7. Ità hîc *brachium*, quod efficaciam sonat, cum *revelatione* conjungit, quæ persuasionem denotat. 2. Vocabula sensuum promiscuè sumi solent: sic, *vox videri* dicitur Exod. 20. 18. & aliquid *revelari in aurem* Job. 36. 10. 3. *Revelato*, aut *nudato*, aut *extento*, *brachio* agere dicitur, qui magnificè ac potenter agit. Vide Exod. 6. 6. Jer. 27. 5. & præcipuè Esa. 52. 10[n]. Solent homines nudato brachio ad opus se accingere, &c[o]. Postquam Propheta summam Evangelii explicavit, nunc anticipat scandalum Judæorum, exponens historiam perpessionum Christi & consequuturæ gloriæ. Partes capitis duæ sunt: 1. anticipatio, quâ per admirationem Judæorum incredulitatem traducit, v. 1; 2. quâ incredulitatis causas & remedia explicat, per narrationem historiæ Christi, & consilii quod Deus inivit de Christo & Ecclesia ejus[p].

2. *Et*, &c. וַיַּעַל כַּיּוֹנֵק לְפָנָיו] *Et* (vel, *Nimirum*, G. *Quidem*, JT. Pi. *Profectò*, ut Esa. 30. 20[q]. *Cùm*, Ca. *Sed*, vel *Tamen*, Calv. Q. in Riv. ut v. 7. & Esa. 46. 7[r]. *Nam*, vel *Quia*, Riv. Ang. Ti. ut reddat rationem cur tam pauci crediderint, nempe quia multa erant in Christo quæ ipsos offenderant †;) *ascendit* (vel, *assurgit*, JT.

Marginal notes (left column): a Mor. p. 15. — b Hulf. 401. — c Sin. sim. Riv. — d Riv. — * For. sim. San. — f For. — g Clop. in Esa. 53. — h Calv. — i Mor. Riv. — k Mor. ex Hi. sim. Riv. — l Riv. — m Mor. — n Calov. — o San. sim. Clop. Procop. in Mor. — p Clop. — q Riv. — r Mor Riv. — † Mor. — r Riv. — s Clop.

Marginal notes (right column): b Mor. p. 45. — c Mor. p. 16. — d Riv. — * Clop. — f Riv. — g V. in Tig. not. — h Riv. — i Clop. — k Ang. — l Calv. — m Clop. — n Mor. — o Clop. — p Jun. — q Q. in Ang. — r Al. in Ang. — † Riv. sim. Ang.

JT. Pi. *creverit*, Ca. *ascendet*, Angl. Q. in V. Aquila, ἀναβήσεται, vel, secundùm alios, ἀναῤῥηθήσεται, *renunciabitur*[r];) *ut virgultum* (vel, *tener ramus*, Mo. *tenera planta*, JT. Pi. Ang. *ramusculus*, Angl. quanquam vox hæc *ramum* significat fine ulla roboris aut magnitudinis differentia. Vide Job. 8. 16. Pfalm. 80. 12. Ezec. 17. 4. Hof. 14. 6[v]. Al. *ut infans*, Sy. fic ο'. Ar. vel, *qui lactet*, Th. in Riv.) *coram eo*, M. P. Ti. Mo. Ca. JT.Pi. Sy. Ar. fic ο'. &c. vel, *coram se*, Q. in Riv. Senfus eft, Jeremias adhuc puer Deo fervire in prophetico munere incipiet: vide Jer. 1. 6. Sic Jefus anno ætatis 12. Doctores docuit[x]. Verùm phrafis hæc muneri non convenit, fed ortui; confer Efa. 11. 1. Jer. 23. 5. & 33. 15: & quomodo ætas puerilis hinc deducitur, Oedipo opus erit[y]. Superiori anticipationi refponfionem hîc fubjicit, ut Judæos præmoneret nè de Chrifto ex fpecie judicarent, fed partim caufas perpeffionum, partim eventa, obfervarent[z]. Hoc verfu incipit defcribere infirmitates Chrifti, quæ illis fcandalo erant; & primò quidem, circa ortum[a]. Verbum *afcendendi* vel, 1. emphaticè denotat, Chriftum ex humili initio in fublimitatem mox afcenfurum[b]. Quod non placet, quia eft præter fcopum loci[c], qui eft, humilem Chrifti nativitatem defcribere[d]. Vel, 2. idem valet quod, fuccrefcet, germinabit, vel pullulabit *: quare pro ויעל, *& afcendit*, Efa. 11. 1. eft ויצא, *& prodibit*[f]. עלה *afcendit* de terræ nafcentibus adhibetur[g], Deuter. 29. 23. Prov. 24. 31. Efa. 32. 13. Hof. 10. 8. Amof. 7. 1: & hunc fenfum poftulat vox *furculus*[h]. Vox יונק (à ינק, *lac fugere*[i],) propriè *lactentem* fign[k]. Num. c. 11. v. 12. 1 Sam. 15. 3. & 22. 19. Pfal. 8. 3. Jer. 44. 7. &c[l]; metaphoricè verò, *furculum*, five *tenerum ramum*, qui fugit arboris fuccum[m], ut Job. 14. 7[n]: quomodo hîc fumenda, ut oftendunt tum כ præfixum τῷ יונק *; tum verba fequentia, *ex terra fitienti*[o], unde *virgultum* rectiùs quàm *lactens* puer exoriri dicitur[p]. Adde quòd hæc fimilitudo plantarum Prophetis frequens eft, cùm de Meffia fermo fit; ut patet ex Efa. 4. 2. & 11. 1. Ezec. 34. 29[q]. Et folet Scriptura variis plantarum nominibus varios hominum ftatus explicare. Vide Pfal. 37. 35. Mic. c. 7. v. 4. Utilis eft difquifitio, quid fignificet per לפניו[r]; in quo affixum ו hîc, ut alibi fæpe, difficultatem parit; quod vel fimpliciter, *coram illo*, vel reciprocè, *coram fe*, reddi poteft. Notum eft enim præp. מ cum affixo poni pro affixo poffeffivo; ut, *facies à fe*, ממנו, idem fit quod, *facies fuas*. Vide Deut. 7. 10†. [Hinc variè reddunt, ut antè notatum.] *Coram illo*: quod dupliciter exponunt. 1. Coram Deo, de quo v. 1[t]. *Coram Deo* id effe dicitur, quod, rejectum ab ædificantibus, pretiofum fuit *coram eo*, 1 Pet. 2. 4. Vide Efa. 49. 4†. q. d. Etfi ab hominibus contemnatur, afcendet tamen coram Deo: ut opponatur judicium Dei fenfibus humanis, qui Filii fublimitatem nequeunt comprehendere[v]. Verùm hoc ad commendationem ejus faceret, non ad abjectionem fignificandam: quod tamen fuit Vati propofitum[x]. *Coram Deo* id effe dicitur, quod eft à Deo fancitum & conftitutum. Chriftus autem, ejúfque humiliatio tota, erat *juxta confilium Dei*, Act. 4. 28[y]. *Coram eo*, id eft, Deo volente, faciente, providente[z]. 2. *Coram eo*, i. e. Ifraele, five Judæis[a], non credentibus[b]. Affixum refertur ad eum de quo dictum v. 1. *Quis credidit*, &c? i.e. quotufquifque, &c? *afcendit coram eo*, i.e. coram eorum unoquoque; aut quolibet homine qui eum contemplabatur: *velut virgultum*, &c. i. e. in fumma humilitate & abjectione: ideo pauci crediderunt[c]. Al. *Coram fe*. [Quod etiam bifariàm accipiunt.] 1. Defignat humilitatem Chrifti, qui *parvus* fuit *in oculis fuis*, ut loquitur Scriptura 1 Sam. 15. 17*. *Coram fe*, vel, *in oculis fuis*, idem valet quod, in fua exiftimatione. Vide 1 Sam. 29. 9. &c†. 2. לפניו, *ad faciem fuam*, Mor. ex Aq. Riv. vel, *in facie fua*, Riv. i. e. quoad externam fpeciem[f]. ל hîc, ut fæpe, valet *ad*, vel *in*. Placeret hæc interpretatio, fi aliquo alio exemplo nomen illud cum præpof. & affixo in S. S. in eodem fenfu legeretur[g]. ¶ *Et ficut*, &c. וכשרש מארץ ציה] *Et tanquam*, vel *ficut*, *radix* (vel, *ftirps*, Ca.) *de terra ficcitatis*, five *ficca*, Mo. Pi. For. fic V. vel, *fitienti*, five *fiticulofa*, Ti. Sym. in D. Mor. G. ex Vulg. &c. *æftuofa*, Ca. *deferti*, P. M. *folitaria*, JT. Aq. ἀπὸ τῆς ἀβάτου, *de terra invia*, five *inacceffa* †. Natus in paupere viculo Anathoth, Jer. 1. 1. Addito quod habuimus hîc fuprà c. 10. v. 30. Sic & Bethleem Jefu tempore vico quàm oppido propior, Joh. 7. 42[h]. Verùm non patria hîc defignatur, fed ftirps & familia[i]. Chriftus non tantùm *furculus* dicitur, fed & *radix*, ut Rom. 15. 12. Apoc. 5. 5. Idque, 1. quia ei, tanquam rami, fideles omnes inferuntur, Rom. 11. 17, &c. 2. Quia radix portat ramos, non rami radicem. Hîc tamen accipimus *furculum* & *radicem* pro furculo quem radix trudit. Non debent urgeri nimiùm fimilitudinum circumftantiæ, fed fcopus. Ut *palus* in Mart. ponitur pro herba paluftri; & *Anticyra* apud Perfium, pro helleboro; ità vox *radix* fæpe in S. S. non activè, fed paffivè, fumitur: ut Num. 13. 29. *ftirps Enac*, pro fobole; 2 Par. 22. 10. *ftirps regia*; Hof. 14. 6. *erumpet radix ejus*. Ità Chriftus dicitur *radix Jeffe*, Jef. 11. 10. & *radix Davidis*, Apoc. 5. 5. & 22. 16. h. e. ramus & foboles[k]. שורש hîc non tam *radicem*, quàm *ftirpem*, vel *furculum*, denotat. Ut apparet, 1. quòd refpondet τῷ יונק, & hæc duo commata funt ἀλληλοῦχα. 2. Alioquin dixiffet, בארץ; quia radices non *è terra* prodeunt, fed *in terra* latent[l]. שורש, propriè *radix*, hîc abufivè ponitur pro *ima parte rei*; adeóque & pro ipfo *trunco*, qui ex radice oritur; imò & pro ipfa *planta*[m]. Forfan ellipfis eft, & verba fic verti poffunt, *Sicut* (fub. ex præced. membro, *furculus*) *radicis*, qui prodit *ex terra*, &c[n]. Per *terram fitientem* hîc intelligunt, vel, 1. Mariam Virginem[o]: q. d. ex folo non arato, neque irrigato[p]; quia fine femine virili concepit[q]: ex matre non aliunde quàm ex cœlefti rore fœcunda. Vel, q. d. ex paupercula, mifella & contempta[r]. Vel, 2. terram Bethleem, quæ fiticulofa erat, tefte Strabone †. Vel potiùs, 3. gentem Judaicam, quæ fitiebat Meffiam; vel potiùs, quæ omni ferè Dei notitiâ carebat, &c. Ex illa tamen gente, tunc miferrima, Chriftum nafci voluit Deus, Deut. 18. 15. Act. 7. 37. Sed fupervacanea hæc funt: fufficit tenere Prophetæ fcopum. Ut nihil triftius eft agricolis quàm furculus oriens ex terra fitienti[r], vel in arenofo loco; cui parùm viroris aut pulchritudinis ineft[v]; qui nec trunci proceritate aut frondium amœnitate ad fe homines allicit, nec fibras ità latè diffundit[x], nec ad juftam magnitudinem pervenire poteft[y]: ità nihil erit abjectius Chrifto, &c[z]. Domus Davidis inftar trunci aridi erat, nullus in eo vigor, nulla fpecies, apparebat. Significat *furgendi* vim non fore in Chrifto ex terræ humore, fed præter communem naturæ modum[a]. [M. in Annotatis fuis hæc verba cum præcedentibus fic exhibet,] *Afcendet veluti* pulchrum *virgultum*, fed quod pulchrum eft *coram Deo*; *& quafi radix* nobiliffima pullulans *ex terra*, *fqualida & deferta* *. ¶ *Non*, &c. לא תאר לו ולא הדר] *Non* (fub. *eft*, vel *erat*, M. P. Ti. &c.) *forma* (vel, *fpecies*, ο'. Ar. *forma*, i.e. pulchritudo, h. e. magnificentia, ut mox per epexegefin declaratur[b]:) *ei*, *neque decor*, Mo. P. M. Sy. &c. vel, *gloria*, ο'. *majeftas*, Ar. *magnificentia*, Pi. *Informis*, *indecorus*, Ca. Nihil magnificum in vultu præferet, macer & mœftus[c]. תאר (à תאר *formare*, *figurare*[d],) formam externam & pulchritudinem fignificat *; ut Gen. 29. 17. Thren. 4. 8[f]: הדר, decorem, gloriam[g], ornatum[h], & magnificentiam. Duo hæc aliquem fpectabilem reddunt: 1. pulchritudo, quæ etiam à Politicis in Regis idea requiritur; 2. regius morum fplendor & majeftas. Neutrum in eo futurum prædicit[i]. Non facies digna imperio ei, non majeftas. Virtutis augurium apud prifcos erat oris præftantia. Cave tamen de vultu Chrifti hoc intelligas, qui nec pulcher, opinor, nec admodum deformis, fuit, (quod non nemo nefcio unde hariolatur;) fed de tota ejus humiliatione. Hinc fcandalum Judæis, qui Meffiam exfpectabant gloriofum, &c[k]. Porrò, hoc quidam, fine neceffitate & præter fcopum, ad tempus fupplicii reftringunt[l]. q. d. Qui pulcherrimus nafcetur, ut virgultum elegantiffimum, tempore fupplicii valde deformis erit, ut videatur priftinâ, five humanâ, fpecie carere[m]. Non placet. 1. Quia *virgultum* hîc non elegantiam, fed infirmitatem, Chrifti defignat. 2. Ipfa hiftoria miferias [Chrifti] ab ipfa nativitate orditur[n]. ¶ *Et vidimus*, &c. ונראהו ולא מראה ונחמדהו] Locus obfcurus

Marginal notes (left): r Riv. · v Ang. · x G. · y Calov. · z Jun. · a Clop. · b Q. in Clop. fic Riv. · c Clop. fim. Ang. · d Clop. · * Me. fic Calov. ex Ch. · f Clop. · g Calov. fim. For. · h Calov. · i Riv. · k Riv. Mor. Ang. · l Ang. · m Riv. fim. Ang. Mor. · n Ang. · * Clop. · o Mor. fim. Riv. Clop. · p Riv. · q Mor. · r Riv. · † Mor. · t Q. in Clop. & in Riv. &c. · † Mor. · v Q. in Riv. fic Calv. · x Riv. · y Mor. · z Q. in Mi. · a For. fic Jun. Clop. · b Clop. ex Jun. · c Riv. · * Q. in Mor. & in Riv. · † San. · f Mor. San. · g Riv.

Marginal notes (right): † D. · h G. · i Calov. · k Mor. · l Boot. anim. 1. 5. 36. · m For. · n Ang. · o Procop. in Riv. M. T. &c. · p Me. · q Q. in Riv. · r Me. fim. For. Mor. · † Q. in Mor. · r Mor. · v For. · x Riv. · y Calv. fim. Clop. · z Mor. · a Calv. · * M. · b Pi. · c G. · d Clop. · * Clop. fim. · f Riv. · g Riv. Clop. · h Riv. · i Clop. · k Mor. · l Clop. · m Tig. not. · n Clop.

Line numbers: 10 · 20 · 30 · 40 · 50 · 60 · 70

scurus & implexus [o]. *Videbimus* (vel, *Et vidimus*, sive *aspeximus*, Mo. P. *Quum videmus*, Ti. *Et quando intuemur*, JT. Pi.) *eum*, Calv. &c. *non* (vel, *& non*, Mo. P. &c. *sed non*, M. sub. *est*, M. vel, *inest*, JT. Pi. & sub. *ei*, Pi.) *species* (vel, *aspectus*, Mo. M. V. P. Calv. sub. *talis qualis antea erat*, V.) *cur* (vel, *ut*, Mo. M. Ang. Calv. q.d. cujus respectu; *&*, pro *ut* [p], sicut Esa. 40. 25. Mal. 1. 9[q].) *desideremus*, vel *desideraremus*, *eum*, V. JT. Pi. &c. sub. *videre*, V. q. d. Non erit vultus illi amabilis. Hîc Esaias sermonem tribuit Judæis qui cum Jeremia vixerant, & visuri vera esse quæ dixerat [r]. Vel, *& non desideravimus eum*, For. San. Riv. P. sub. *videre*, P. Repetitur negatio ex priore membro †; ut Deut. 33. 6. *—& non moriatur, & sit* (pro, *& non sit*) *—numerus*; Psal. 9. 19. Prov. 30. 3. Esa. 38. 18. *Non sepulchrum laudat te, mors* (repete, *non*) *laudat te* [r]. [Alii locum sic reddunt,] *Quum videmus illud*, [quòd scil. Christo nulla est forma, &c.] *nihil habet pulchritudinis, ut desideremus illud*, Ti. *Nullam ut in eo formam cerneremus, quò eum appeteremus*, Ca. Loquitur autem hoc Vates vel, 1. in sua & sui similium persona. Sed quomodo illi *non desideraverint eum* [v]? Resp. Solent Hebræi id fieri vel dicere, vel negare, quod ut fiat aptitudinem habet, vel non habet. Quo sensu dicimus, *Ego non doceo*, i.e. non ad docendum aptus sum: *non comedo hoc*, i.e. non libenter utor hoc cibo: Ità h. l. *non desideravimus—* i. e. aspectus ejus non erat desiderabilis [x]. Vel, 2. in persona Judæorum incredulorum, quibus seipsum adjungere videtur, per figuram communicationis, quâ quodammodo leniunt, qui redarguunt, reprehensionis duritiem [y]. Quod duobus verbis תאר & הדר dixerat Propheta, unâ voce מראה repetit, quæ speciem externam, & in universum quicquid in re aliqua extrinsecùs est spectabile, significat [z]. Non negat de Christo omnem *aspectum*, sed nitentem & regium [a], vel formam aspectabilem. Sic *deformis* dicitur, qui formam quidem habet, sed despicabilem [b]. מראה, *aspectus*, hîc sumitur pro re decora & speciosa [c]; & *formam* sign. quia formosa oculos oblectant [d]. *Aspectus* hîc latiùs patet, nec tam vultum indicat, quàm cultum; & non solùm corporis habitum, sed & vitæ genus *. Sic dicimus aliquem esse *aspectu* Græcum, vel Barbarum [f]. Innuit occasionem infidelitatis, quòd eum *sine aspectu vidissent*: (elegans vocum consonantia, &c [g].) Judæi avari erant, ambitiosi, &c. quare deformis eis erat Christi paupertas, humilitas, &c [h].

3. *Despectum*, נבזה] *Despectus*, vel *Contemptus*, *est*, vel *fuit*, Mo. P. &c. *Contemptissimus*, Pi. A neglectu, sive non-desiderio, procedit ad contemptum [i]. Hoc versu, 1. perpessiones Christi describit; 2. docet quid de iis judicârint tum alieni, tum qui Christi erant [k].

¶ *Et*, &c. וחדל אישים] *Et contemptissimus*, sive *abjectissimus*, *hominum*, sive *virorum*, Ti. Pi. Mor. Sy. *Et desiit viris*, Mo. Hebr. *desitus virorum*, Jun. Pi. i.e. in quo desinunt viri, ità ut ipse non habeatur pro viro [l]. Qui inter homines esse seu conversari desiit, eò quòd consortio illorum excludatur [m]. Vide Psal. 22. 6. Act. 22. 22. 1 Cor. 15. 8, 9 [n]. A quo omnes cessant & abstinent; qui nulli curæ est; qui habetur pro homine nihili [o]. Hinc Nicodemus ad Christum nocte accessit. Heb. *cessatio*, vel *cessator*, *virorum*, i. e. ultimus, & finis, & minimus, ultra quem non ampliùs vir [p]. *Rejectio hominum*, ut חדל fit nomen, & abstractum pro concreto [q]. Sed malim esse participium, quod integrum habetur Ezec. 3. 27. hîc contractum, quia nomini sequenti innititur [r]. *Et rejectus* (vel, *devitatus*, M. *rejectaneus*, Clop.) *inter viros*, P. sic Calv. vel, *virorum*, V. *ab hominibus*, M. G. i.e. à consortio virorum †. *Et minus quàm homo*, Ca. [Alii locum sic reddunt,] *Sed species ejus inhonorata*, o'. vel, *contemptissima*, Ar. *& deficiens præ filiis hominum*, o'. vel, *& omnium mortalium imperfectissima*, Ar. *Et abjectum virorum*, i. e. inter viros, vide Job. 31. 34. ad verb. *qui desiit viris*, h. e. *à viris* agnosci, vel, *inter viros* putari. Latet ὀξύμωρον cum elegantia summa. Christo hoc adamussim convenit, (qui passim dictus est, *insanus*, *dæmoniacus*, *hostis Cæsaris*, &c. Marc. 3. 21. &c [v].) minimè verò Jeremiæ. Neque Judæorum hoc de ipso judicium aut fuisse unquam legitur, aut opus erat id prædici: cujus rei simile exemplum vix invenietur [x]. ¶ *Virum*, &c. איש וגו'] *Vir* (sub. *inquam*, Ti.) *dolorum*, P. Mo. Ti. &c. Non, *doloris*, sed, *dolorum*, quasi totus esset dolor [y]. *Doloribus affectus*, JT. vel, *plenus*, Pi. vel, *confectus*, V. Vox איש eum significat qui in aliqua re antecellit; ut, contrà, sequioris sexûs vocabula infirmitatem denotant [z]. Sic, *vir malarum machinationum*, Prov. 12. 2. qui ex malis machinationibus quasi constitutus est, & nihil aliud est vel agit [a]. *Homo* est *doloribus plenus*, M. ¶ *Et*, &c. וידוע חולי] *Et notus ægritudine*, Mo. Sym. in Riv. q. d. qui præ cæteris ægritudine seu infirmitate laborat, adeò ut ejus mala ad omnium notitiam pervenerint [b]. Sic accipiunt, quia ידוע est formæ passivæ, Deut. 1. 13, 15. Verùm passiva sæpe activè vel neutraliter accipiuntur [c]. *Et familiaris morbo*, JT. *Et sciens* (vel, *expertus*, M. P. Ti. Pi. Riv. &c. τὸ *scire* sæpe ad usum & experientiam refertur [d], ut 2 Cor. 5. 21. Vide & Gen. 2. 9, 17. Sic dicimus, *Ille nunquam novit miseriam*, qui scil. non est expertus *.) *infirmitatem*, Riv. M. &c. vel, *morbum*, Pi. quo intelligo languorem ex variis passionibus in monte, &c [f]. Non legimus Christum ægrotâsse: nulla in eo erat humorum intemperies: suscepit infirmitates omnes naturales, non personales, qui non personam suscepit hominum, sed naturam [g]. ידוע vel est particip. passiv. & sic sensus est, illum innotuisse jam infirmitati & doloribus: vel, est nomen ex eo particip. ortum, quod *peritum* signif. & sensus est, dolores jam innotuisse ipsi. Diuturnam ergò & continuam dolorum experientiam denotat [h]. Possis reddere, *& sciens* (vel, *peritus*, Calv.) *infirmitatis*: ut, *sciens maris*, 1 Reg. 9. 27. *sciens temporum*, Esth. 1. 13. vide & Gen. 3. 5: i. e. in iis peritus & exercitatus, &c [i]. *Et haud ignarus passionum*, Sy. [Alii hoc cum præced. sic reddunt, *Homo in plaga positus*, *& sciens ferre infirmitatem*, o'. *Homo qui in vulneribus versatur*, *& dolorem pati decrevit*, Ar. *Homo dolorum ægritudinisque gnarus*, Ca.] *Et scientem infirmitatum*, G. ex Vulg. Qualis ille apud Homerum, Οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, οὐδὲ βελέων, (Non ignarus enim telorum est atque dolorum *).

¶ *Et quasi*, &c. וכמסתר פנים ממנו] ממנו, quod & *à nobis*, & *ab eo*, reddi potest, ambiguitatem parit [k]. מסתר aliis est participium, aliis nomen verbale. Hinc variè reddunt [l]. *Et quasi abscondens* (vel, *abscondere faciens*, Clop. vel, *quasi abscondimus*, Calv. vel, *Et quisque erat quasi abscondens*, M. *Et velut* homo *abscondens*, JT. *Et tanquam* aliquis *qui obtegit*, Pi. *Et quasi absconsio*, P. For.) *faciem*, sive *facies*, (vel, *faciei*, P. sic For.) *ab eo*, Mo. P. M. Riv. Calv. &c. vel potiùs, *à se*, Riv. vel, *à nobis*, JT. Pi. Verùm de spectatoribus, non de Christo, intelligendum sequentia satis docent [m]. *Et tanquam à quo* quisque *faciem abscondit*, Di. *Erit ut is à quo absconderet quis faciem*, Ti. Fuitque quasi homines tegerent faciem suam nè aspicerent illum [n]. q. d. Alii congressum Christi pudori sibi esse putabant: talis erat vultu & cultu, ut à se averteret spectantium facies [o]. *Et quasi aspectu aversandus*, Ca. *Avertimus ab eo facies nostras*, Sy. *Absconsio faciei* profluit, vel ex reverentia, Exod. 3. 6. vel ex splendore glorioso, vel ex misericordia, vel ex neglectu, Esa. 58. 7. vel ex indignatione, Psal. 10. 1. & 27. 9. Esa. 54. 8. & 59. 2. vel ex detestatione Esa. 1. 15 [p]. *Abscondens—à se*, Me. T. quasi sui & sortis suæ puderet [q], atque ità à seipso faciem averteret, séque absconderet [r]. Al. *Abscondens—à nobis*, ut scil. facere solent miseri, qui in alios incidentes conspici nolunt †. Alludi hîc volunt vel, 1. ad leprosos [t], qui faciem obnubere jubebantur; vide Levit. 13. 45 [v]. Verùm leprosi non פנים *faciem*, sed שפם *labium superius*, aut oris rictum, operiebant *. Vel, 2. ad damnatos [x], quorum facies obnubebantur; (vide Esth. 7. 8. Job. 40. 8. al. 13. adde Esa. 22. 17.) quasi hoc facto se luce indignos rei profiterentur [y]. Ego simpliciter pudorem intelligo [z], non tam in Christo, quàm in aliis [a]; pudorem quem incutiebat spectantibus abjecta Christi conditio, ut abhorrerent ab ejus conspectu. Alibi, *abscondere oculos ab aliquo*, contrarium significat, h. e. *non punire*, *connivere*, ut Levit. 20. 4. cujusmodi complures sunt in Sacra Scriptura voces contraria significantes [b].

¶ *Et*, &c. נבזה ולא חשבנהו] *Despectus erat*, (vel, *Despectus*, inquam, P. *Fuit enim contemptus*, M. *Nempe contemptus*, Ti. *Ità*, vel *Adeò*, *contemptus*, JT. Pi.) *&* (vel, *ut*,

ut, Ca. JT. Pi. *ità ut*, Ti. *ideo*, M.) *non* (vel, *nihil*,Calv. *nihili*, Ti. *non esse*, Ca.) *reputavimus* (vel, *putavimus*,P. *reputemus*, Ti. *arbitraremur*, Ca. *æstimemus*, JT. Pi. *æstimavimus*, Mor.) *eum*, Mo. &c. id est, nullo in pretio habuimus eum [c]. Verbum honorificam æstimationem notat [d]. RR. חשבין [rectiùs forsan, חֲשׁוּבִים] vocant *existimationis præcipuæ viros*; & חושבנק [rectiùs, חוּשְׁבְּנָא, vel חֻשְׁבּוֹן] *æram*, epocham nobilem. Verba *numerandi* ad animi opinionem sæpe referuntur; ut Lat. *putare*, Græc. λογίζεσθαι, Heb. חשב *. Non abs re utitur primâ personâ, quoniam universale judicium fore significat; nemo enim aliter judicat, nisi quem Spiritus Dei corrigit, &c [f]. Meiosis hîc est, *non reputavimus*, pro, sprevimus; ut Prov. 10. 2. *non prodest*, id est, multùm nocet. Sic Prov. 17. 21. & 24. 23. 1 Cor. 16. v. 22. *Qui non amat*, i. e. malitiosè persequitur, &c [g].

4. *Verè*; ità Mo. P. Sy. [אָכֵן] Vocula est magni momenti, quam ὄντως (*Certè*, D.) vertit Sym. sic & ο'. pro quo כֵּן hodie perperàm legitur: Chald. בְּכֵן, *Ideo* [h]. *Sanè*, Ca. Calv. V. Non solùm affirmantis particula est, sed causæ rationem simul continet: quum scilicet aliquid præcessit quod novum & insolens videri posset; quale erat, eum prosterni cui Deus summum in omnes imperium dedit, Eph. 1. 22 [i]. *Et tamen*, M. *Quum tamen*, Ti. *Veruntamen*, JT. Pi. *Certè*, V. *Verè*, non οἰονέως putativè, *portavit*, &c [k]. ¶ *Languores*, &c. [חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא וּמַכְאֹבֵינוּ סְבָלָם] *Languores* (vel, *infirmitates*, M. Ti. *morbos*, JT. Pi. Ca.) *nostros ipse tulit*, Mo. P. Ca. (vel, *pertulit*, JT. Pi. *portavit*, M. *levavit*, For.) *& dolores* (vel, *ipsos dolores*, JT.) *nostros bajulavit eos*, Mo. vel, *portavit*, sive *bajulavit*, P. JT. Pi. *sustinuit*, M. *toleravit*, Ca. τὸ *eos* redundat, more Hebræorum [l]. Sunt duo hîc nomina, & duo verba, consideratione digna [m]. חולי (à חָלָה *ægrotavit*) dolorem animi & corporis significat [n]. Rabbinis morbum chronicum ac difficilem curatu denotat; & illis חולי מעים est, *colica passio*. כאב [forsan מַכְאוֹב] autem accipiunt de leviore ac breviore morbo *eunte ac redeunte*, ut loqui amant [o]. τὸ הוא *ipse* alibi redundat; hîc autem momentum habet, ut patet, 1. quia sæpius hoc capite repetitur, v. 4, 5, 7, 12: 2. quia Petrus hunc locum reddens, 1 Pet. 2. 24. non omittit ut otiosum, sed reddit, αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, *ipse pertulit in corpore ejus*. Accipitur ergò vel, 1. κατ' ἐξοχήν. Cabalistæ enim unum ex Dei nominibus propriis esse הוא probare instituunt ex Esa. 42. 8. & Zach. 9. 9. Alii ex Esa. 51. 12. *Ego, ego ipse*, &c. Meliùs fortè produxissent Ps. 24. ult. ubi est duplex הוא; Psalm. 103. 14. Hebr. 1. 12. ex Psal. 102. 28. σὺ δὲ ὁ αὐτός· item Heb. 13. 8. Χριστὸς ὁ αὐτός· ubi vide Syrum. Huc facit, quòd Dionysius Deum vocat τὸ Ταυτόν. Clemens Alex. recenset inter nomina Dei, Αὐτόν, ut legi quidam volunt, vel, Αὐτὸ τὸ ὄν. Vel, 2. κατ' ἔμφασιν, ut notet hunc esse Messiam illum; ut apud poetam, —*pulchrum est digito monstrari, & dicier, Hic est*. Quod Moses, Josue, Cyrus, &c. non poterant, *hic perficiet*. Vel, opponitur hic sacerdotibus Leviticis, qui non ferebant ipsi peccata populi, sed imponebant devoto capiti: at Messias feret peccata *ipse*, sive *in corpore suo*, 1 Pet. 2. 24 [p]. ¶ *Et nos*, &c. [וַאֲנַחְנוּ חֲשַׁבְנֻהוּ נָגוּעַ מֻכֵּה אֱלֹהִים וּמְעֻנֶּה] *Et* (vel, *Tamen*, Ang. *Autem*, P. simil. Pi. *Quamvis*, JT.) *nos reputavimus eum plagatum*, (vel, *plagis affectum*, P. JT. *cæsum*, M. *vulneratum*, Ca. tanquam *plagâ affectum*, Pi. Al. *tactum tanquam leprâ*, vel *leprosum*, V. sic For. Vulg. G. Riv. qualem Messiam fore, Judæorum traditio erat [q]. Adde quòd lepra à Judæis existimata est θεήλατος, & ab irato Deo propter peccatum immissa: vide Num. 12. 10. 2 Reg. 15. 5 [r]. Sic ex fœdis plagis in corpore Jobi colligebant amici eum à Deo percussum fuisse. Hanc versionem probant ex Levit. 14. 35. ubi נֶגַע, *plaga*, synecdochicè *lepram* significat [s]. Resp. Cùm ibi agatur de *lepra*, eáque priùs vocetur נגע צרעת *plaga lepræ*, si postea *plaga* simpliciter dicatur, satis constat lepram intelligi: sed non indè sequitur, quoties *plagæ* fit mentio, lepram intelligi. Sic *morbi* vox apud nostrates pestem denotat, scil. ubi pestis grassatur; non autem quandocunque occurrit. Christi plaga nec lepra erat, nec ei similis [v]; neque enim id hostes ei usquam objecerunt; sed habitum eum tanquam leprosum innuit [x]. Ex hoc loco orta inter Judæos fabula, Messiam inter leprosos morari †. Al. *cruciatum*, Sy.) *percussum Dei*, Mo. Mor. (vel, *Deum*, Q. in Mor. Quibus verbis sic redditis multi ex Africanis Judæis ad Christum perducti sunt. Sed hæc versio non placet: non propter grammaticas rationes, si textus legatur absque punctis; sed, 1. ob œconomiæ legalis ingenium, quæ non patiebatur tam nudè tantum mysterium enunciari; minimè autem hoc in loco, in quo humilitas, & patientia, & passio Messiæ describitur; cùm in posterioribus, ubi gloria ejus extollitur, adeóque maximè opportunum fuisset, Messias non vocetur *Deus*. 2. Ob sensum: nam errorem suum agnoscunt, ubi dicunt, *Nos putavimus*, qui nullus esset, si putarent *percussum Deum*; sed error erat, quòd putarent *percussum à Deo*, &c [y]. [Alii ergò sic reddunt,] *à Deo*, M. P. JT. Pi. Ca. Mor. &c. מֻכֵּה hîc est in statu regiminis [z], ac proinde vertendum, *percussum Dei*, h. e. à Deo [a]: sicut dicitur *captivus Regis*, quem Rex cepit; *heri stigmaticus*, quem herus stigmate notavit [b]; *dilectus Dei*, i.e. à Deo [c]. Scribitur quidem מַכֵּה in Bib. Reg. & Steph. sed erratum est typographicum, cùm lectionem per Tzere (מֻכֵּה) maxima pars codicum Heb. & veteres Interpretes & Masora, disertis verbis, confirment *.) *& humiliatum*, Mo. vel, *oppressum*, Ca. *afflictum*, M. JT. Pi. V. [Ti. locum sic reddit, *Nos autem existimabamus eum tactum percussione Dei, & afflictum*.] Ad Messiam hæc pertinere Christiani dubitare non possunt, cùm de eo interpretantur & Christus, Matt. 8. 17. & Chald. & Hebræorum doctissimi [d]. [At dubitat Grotius, & de Jeremia disertè exponit; quàm sanè & piè, judicet cordatus lector ex dictis & dicendis.] Hæc dicturos [ait] Judæos post captam urbem, Ille, non talia meritus mala, tulit quæ nos eramus meriti. Nos credidimus Jeremiam meritò conjectum in carcerem & lutum, Deo illum exosum habente, ut hostem urbis & Templi, ac pseudoprophetam. Vide Jer. 26 *. [item 37. & 38.] Verùm nec Jeremiæ, nec cuivis mortalium, hæc convenire, sed soli Christo, planissimum est. 1. Quis alius ferre potuit humani generis languores, sive pœnas peccatorum? 2. Quomodo hæc de Jeremia profiterentur Judæi, cùm & ipsi pœnas peccatorum suorum tulerunt, captivitatem, &c. & Jeremias non pro iis pœnas sustinuit, sed reliquiis captivatis, &c. liber dimissus est? 3. De eo hîc agitur qui falsò credebatur propter peccata sua percussus. Id verò soli Christo convenit. Reliqui omnes homines ob peccata propria affliguntur, &c. 4. Sensum hunc de Christo pleniorem esse, fatetur Grotius ad Matt. 8. 17 [f]. His verbis redditur ratio humilitatis & afflictionum Christi [g], & exponitur remedium scandali indè orti [h]. Dicitur Christus peccata nostra eorúmque pœnas pertulisse. Duo hîc sunt verba, נשא & סָבַל, quorum primum ipsum actum tollendi onus in humeros designat [i]; & significat, *elevare ad portandum*, *sublevare*, &, per consequens, *portare*, *tolerare* [k]: secundum, gestationem oneris impositi [l]; & sign. *ferre*, *sustinere*, *gestare* [m]. Quæ duo Cicero conjunxit, *Plus oneris sustuli quàm ferre me posse intelligo*. Non autem Christus ità suscepit peccata, ut sub iis fatiscens ea deposuerit, impar oneri tanto: nec ità portavit ut onus proprium, sed ut aliunde sublatum ac susceptum subiit, &c. Ergò Christi pro peccatis nostris obita mors adæquatè in hujus utriusque nomenclaturæ vi ac potestate continetur [n]. Hoc Socinus conatur eludere, dicendo נשא significare simpliciter *auferre*, sine ulla rei ablatæ in auferentem derivatione, ut Exod. 34. 7. Num. 14. 18. Sed esto ibi ità sumi; ergòne h. l. & ubivis ità sumendum [o]? נשא signif. non modò, *condonare*, sed etiam, *tollere*, *attollere*, *ferre*, *suscipere*, &c. Cur primo tantùm sensu accipi jubet Socinus? Hebr. נשא & Græc. αἴρειν & Lat. *tollere* sunt πολύσημα; duo tamen præcipuè significant, vel, *auferre tollendo de medio*, vel, *auferre tollendo in humeros*. Notum est illud Ciceronis de Cæsare, *Puerum esse tollendum*, ambiguè; i. e. vel, educandum ac evehendum, vel, interficiendum: & illud, *Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem*. נשא autem in S. S. (cùm peccato jungitur, ut hîc fit, Socino confitente, per *languores* & *dolores* peccata posse intelligi,) utrumque significat: 1. peccatum de medio

[c] Mor. sim. For.
[d] Clop.
* Mor.
[f] Calv. Clop.
[g] Ang.
[h] Mor.
[i] Calv. Riv.
[k] Hi. in Mor.
[l] Mor.
[m] Riv.
[n] Riv. sim. Mor.
[o] Mor.
[p] Mor.
[q] Mor.
[r] Mor. ex Riv.
[s] Riv.
[v] Mor.
[x] Riv.
† G.
[y] Mor.
[z] Riv.
[a] Riv. sim. Mor.
[b] Riv.
[c] Mor.
* Buxt. vind. 2. 6. 516.
[d] Riv.
* G.
[f] Calov.
[g] Riv. Musc.
[h] Musc.
[i] Mor.
[k] Riv.
[l] Mor.
[m] Riv.
[n] Mor.
[o] Riv.

medio tollere, vel remittere, ut Gen. 4. 13. Psal. 25. 18; 2. peccatum auferre in se transferendo, &c. ut Exod. 28. 43. יִשְׂאוּ *portabunt* peccatum, i. e. pœnam; Ezec. 18. 20. Quæritur utrùm hîc sign. *tollere* absolvendo, an *tollere* persolvendo. Res aperta est: Juxta prius non possunt dici peccata *sustineri* & *bajulari*; ergò posterius obtineat. Deinde, ità נָשָׂא, ut indè elici poterit speciosa ratio *arbitrandi eum à Deo percussum*, ut sequitur. Id autem non potuit indè colligi, quòd peccata abstulit condonando; sed quòd in se transtulit, & pœnas nostras luit, &c. Porrò, cùm verbum נָשָׂא maximè ambiguum sit, & verbum סָבַל unum tantùm significet, (nempe *bajulare*, ut constat ex Gen. 49. 15. Psal. 81. 7. Esa. 10. 27. & 14. 25. & 46. 7. unde & nomen סַבָּל *bajulum* sign. & 2 Par. 2. 2. אִישׁ סַבָּל, *vir oneris*, bajulus dicitur;) omnino par est ut præcedens נָשָׂא, quod ambiguum est, per sequens סָבַל, quod planum & simplex est, exponatur; quum præsertim unum hemistichium in Esaia alterius ἐξηγητικὸν esse soleat, & ἐν παραλλήλῳ sibi respondeant duo hæc membra, *languores nostros tulit*, &, *dolores nostros portavit*: ideóque non magis *tulit* & *portavit* invicem differunt, quàm *languores* & *dolores*. Consideranda est & σχέσις sive relatio verbi unius ad alterum: quæ nulla est, si נָשָׂא *condonare*, maxima verò, si *suscipere*, sign. actio enim suscipiendi in humeros præcedit actionem bajulandi. Adde quòd hæc verba, vel iis æquipollentia, non semel tantùm, sed sæpius, in hoc ipso capite repetuntur, ut videbimus: ut pervicax admodum sit oportet qui aliquam substitutionem & subrogationem, &c. negat. Denique, Christus portavit peccata, vel, ut reus pro nobis patiens, &c. vel, ut Deus condonans. Hoc ad majestatem Christi manifestè pertinet; illud, ad humilitatem, in qua describenda adhuc versatur Esaias [p]. Sed quomodo dicit, *Et nos reputavimus eum à Deo percussum*, quasi falsum esset hoc judicium, cùm verè à Deo percussus fuit? Resp. Propheta loquitur ex sensu carnis, quæ sponsionem Christi non intelligit, sed ab eventu judicium fert: qu. d. Putavimus Deum approbâsse judicium Judæorum, illum tanquam blasphemum, &c. crucifigentium; quippe qui *Deus justè judicans* cùm sit, (quod propriè denotat vox אֱלֹהִים, hîc fortè emphaticè posita,) hominem innocentem ità indignè tractari minimè permisisset [q]. Errabant hoc suo judicio, non quidem materialiter, sic enim verum erat, Christum à Deo percussum, &c. sed formaliter, quia pro vera illius causa falsam substituerent, eúmque merito suo percussum censerent [r]. [Placet hîc subjungere Chald. & He. sententiam de hoc versu.] Chald. sic vertit, *Ideirco pro delictis nostris ipse deprecabitur, & iniquitates nostræ propter ipsum condonabuntur; licèt nos reputati simus contusi, plagis affecti à Deo, & afflicti*. Pesikta sic, *Produxit Deus Benedictus animam Messiæ, dixitque ipsi, Visne tu sanare & redimere filios meos post sex millia annorum? Respondit ipsi, Volo. Dixit ipsi, An etiam sustinebis castigationes ad abstergendum iniquitates eorum, sicut scriptum*, Certè morbos nostros ipse tulit? *Respondit, Sustinebo illas cum gaudio*. R. Alschech, *Et quia absconsio faciei non est propter seipsum, sed propter populum, ut docet v. præced. hîc intelligimus, quòd verè morbos nostros ipse fert, &c. q. d. Ipse suâ sponte illis ferendis delectatur; licèt nos æstimemus ipsum à Deo percussum esse, idque ex proprietate judicii, propter peccata ipsius, & non ex amore* †.

5. *Ipse*, &c. וְהוּא מְחֹלָל מִפְּשָׁעֵנוּ מְדֻכָּא מֵעֲוֹנֹתֵינוּ] *Et* (vel, *Nam*, JT. *At*, Pi. Ang. simil. M. P. Calv. &c. *Veruntamen*; ו adversativè ponitur [t]:) *ipse vulneratus* (vel, *doloribus affectus*, V. sic JT. Angl. Verbum unde deducitur denotat dolores parturientis, Job. 39. 1. Psal. 51. 7. indéque dolores quosvis acerbos sign. Esa. 26. 18. & 51. 9 [v]. Vel, *confectus*, V. vel, *violatus*, sive *prophanatus*, Q. in Mor. For. vel, *vim passus*, For.) *à prævaricationibus*, sive *defectionibus*, *nostris*, Mo. JT. (vel, *propter transgressiones nostras*, Pi. sim. M. P. Ti. Ca. Calv. ο'. Ch. Sy. Ar.) *attritus* (vel, *contritus*, M. *contusus*, Ca. *comminutus*, Riv.) *ab iniquitatibus*, &c. Mo. JT. vel, *propter*, &c. M. P. Ti. Calv. Pi. sic Ca. &c. Hic versus est superioris ἐργασία, confirmans quod diximus, nempe agi de morbis spiritualibus, &c [x]. Dixerat v. præc. *Existimavimus eum à Deo afflictum*, propter sua peccata: huic opponit, *attritus est*, merito alieno, non suo, *propter peccata nostra* [y]. Nihil in his verbis difficile admodum est. Vox עָוֹן dicitur tum de culpa, Psal. 51. 4, 7, 11. tum de pœna, 1 Sam. 28. 10. Ei respondet פֶּשַׁע. Voces מְחֹלָל & מְדֻכָּא vix differre puto. Nam Psal. 109. 22. video חָלַל accipi de contritione, & vulneratus דַּכָּא *contusione* dicitur Deut. 23. 1. Idem ergò hîc bis dicitur exaggerandi causâ [z]. Verbum מְחֹלָל est ex quadratis, à חוּל, quod *dolorem* sign*. vel, à חָלַל, *vulnerare* †. [Grotius locum sic reddit, & explicat,] *At verò ipse vulneratus*, i. e. malè tractatus, (sic vertit, quia Jeremiam non invenit vulneratum: at vox חוּל dolores notat *vehementes*, vide Esa. 23. 4. & 26. 18. &c: sed & דָּכָא dicitur de oppressione ad terram; vide Job. 6. 9. Thren. 3. 34 [a].) *nostro crimine*; in nobis culpa fuit, non in ipso: *attritus est per nostram culpam*. Iniquissima de eo sensimus, & propterea crudeliter eum tractavimus: id nunc rebus ipsis apparet. Similia dixerunt Judæi qui se converterunt die Pentecostes & deinceps [b]. Ità non causa meritoria cur vulneratus fuerit exprimeretur, sed qualitas & injustitia attritionis. Quæ σφάλμα detestanda certè est. *Particula* מִן *valet*, *propter*, *& causam antecedentem sive impulsivam denotat*, inquit ipse Grotius in Defens. fid. Cath. de Satisfactione, &c. & cum ipso agnoscit Crellius. Nunc verò propugnaculum suum ipse Grotius evertit, &c. Nec de Jeremia, sed de solo Christo, dici potest, eum *propter peccata aliorum fuisse vulneratum* [c]. Minima vox difficultatem hîc maximam parit. Certum est quòd מִן vel *ab*, vel *ob*, reddi potest, & causam modò efficientem, modò meritoriam, significat. Non argumentamur ex particula מ pro מִן posita, neq; ex illis formulis, *pro*, *propter*, sed ex re & loco, &c. Judæi & Socinus מִ vertunt *ab*. Esto, sic vertas, *Vulneratus est à defectionibus nostris*, sic nempe ut eas pertulerit*: [ut vidimus, & porrò videbimus.] Socinus ait τὸ מִן causam efficientem declarare, ut Christum notet à peccatis nostris quodammodo occisum fuisse. Quod si ità sit, quo jure potuerunt nostra peccata Christo mortem inferre, nisi ipsi imputetur reatus, &c [f]? At מִן hîc valet, *propter*, ut Deut. 7. 8. Psal. 12. 6. Esa. 1. 29. Obad. v. 10. Zach. 9. 8 [g]. & causam, non efficientem, sed meritoriam, significat. Ut patet, 1. ex orationis complexu. Quàm enim esset illud à Prophetæ scopo alienum, *ab iniquitatibus*, &c? Nam occasione peccati Christum venisse in mundum, notius est quàm ut toties repeti debeat, si nihil nisi metaphoricum complecterentur illa verba: quia verò magnum illud mysterium expiationis peccatorum, &c. continent, ideo ea repetendo expleri nequit Propheta: ut neque N. T. scriptores, qui toties τὸ ὑπὲρ hîc usurpant, quod non potest reddi, *ab*. 2. Ex circumstantiis loci: non enim rectè opponuntur, *percussus à Deo*, &, *ab iniquitatibus nostris*, cùm utrumque verissimum sit: sed, *Putabamus eum à Deo percussum*, propter merita sua; at *vulneratus est propter merita nostra*. Hoc etiam sequentia confirmant, *Castigatio pacis*, &c. 3. Ex natura rei. Nam cur peccata nostra Christum occiderunt, nisi quia ipsi moriendi necessitatem imposuerunt, si quidem ea expiare voluit [h]?

¶ *Disciplina*, &c. מוּסַר שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו] *Castigatio* (vel, *Disciplina*, ο'.) *pacis nostræ* (vel, *pacificationum nostrarum*, Mo. *retributionum nostrarum*, i. e. quod nos retribuere ac rependere debuimus pro peccatis nostris [i]: ità vox usurpatur Psal. 55. 20. *Extendit manum suam in retributionem*; & 69. 23 [k].) *super eum*, Mo. Riv. &c. sub. *est*, vel *fuit*, Pi. M. vel, *imponitur ei*, JT. *incumbit ei*, Pi. H[s], pro, *Fuit castigatus ut haberemus pacem* [l]. Nos, inquit, in pace & securitate altum dormivimus somnum, & peccatis peccata cumulavimus; ut necesse esset illum nostri loco castigari, &c †. *Pœnas nobis salutares dedit*, Ca. *Mulcta enim correctionis nostræ ei imposita est*, Ti. Sunt qui שְׁלוֹמֵנוּ accipiunt pro שְׁלֵמָה, ut sit sensus, *Integra nostra castigatio illi fuit imposita*: sed regimen orationis illam non admittit interpretationem [m]. שָׁלוֹם idem quod כֻּלָּנוּ, *omnes nos*, juxta illud, [Jer. 13. 19.] *deportata est* שְׁלוֹמִים *perfectiones*, h. e. perfectâ deportatione. Castigationes quæ nobis omnibus perfectè simul comprehensis debuerant contingere, venerunt super ipsum*. ¶ *Et*, &c. וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא לָנוּ] *Et livore* (vel, *tumice*, JT. *vibicibus*, Ca. Pi. *in livore*, Mo. Riv.

Margin notes: p Mor. — q Clop. — r Riv. — † Huls. — t Riv. — v Ang. — x Riv. — y Riv. sim. Ang. — z Mor. — * K. in Mor. — † Æ. ibi. — a Calov. — b G. — c Calov. — * Mor. — f Riv. — g Calov. — h Mor. — i Glass. gram. p. 107. — k Sanc. sim. Mor. Riv. — s Sin. — l V. — † M. — m M. — * K. in Mor.

Riv. Calv. *per livorem*, M. *livor*, P.) *ejus medicatum est* (vel, *sanatio*, Calv. *sanitas* fuit, P. *fit curatio*, JT. Pi.) *nobis*, V. Mo. &c. vel, *sanati fuimus*, Riv. [Hoc etiam de Jeremia accipit Grotius, hoc modo:] *Disciplina pacis nostræ apud eum*; i. e. Monita nobis attulit salutaria, si ea recepissemus: *livore ejus* (i. e. ipsius patientiâ) *nos sanati fuissemus*; i. e. liberati ab impendentibus malis, si verbis ipsius tantâ malorum tolerantiâ confirmatis habuissemus fidem. Hebræi potentialem modum aliter quàm per indicativum exprimere nequeunt: ideo multa adhibenda attentio ad consequendos sensus[n]. Quam detorsionem quis ferat? Ex absoluta facit hypotheticam; è *disciplina*, *doctrinam*, meram informationem, vel admonitionem. Vox מוסר *disciplinam*, non verbalem, (id תוכחת Prov. 6. 23. & 12. 1.) sed realem, & afflictionem, importat, Job. 5. 17. Prov. 13. 24. Jer. 30. 14. &c. Vide & Deut. 11. 2. Adde quòd de Christo, non autem de Jeremia, locum exponunt & Petrus, 1 Pet. 2. 24. & ipse Grotius, vi veritatis convictus, cùm in Annotatis suis ad locum Petrinum pervenit[o]. Hoc hemistichium Socino [& Judæis] negotium facessit[p]. Strophas nectunt, 1. in voce *castigationis*; quam simpliciter *afflictionem*, sine ullo respectu ad pœnam, vel propriam, vel alienam, significare contendunt, ex Psal. 73. 14. 2 Cor. 6. 9. Nos autem affirmamus eam vocem significare *afflictionem* quæ pœnæ rationem habet, & respectum includit ad culpam, vel propriam, cùm aliis, vel alienam, cùm Christo, tribuitur. Nec aliter in tota S. S. usurpatur. In locis allegatis respectum habet ad aliqua peccata, vel, 1. judicio proprio, ut Psal. 73. 14. ubi David se innocentem esse dicit, non absolutè, sed comparatè præ aliis facinorosis, quos Deus impunè dimisit; cùm ipse quotidie *castigaretur* ob imperfectiones & delicta minora: vel, 2. judicio alieno, ut 2 Cor. 6. 9. ubi externam speciem veritati opponit, & vanum falsúmque carnis judicium animo sibi rectè conscio, cùm ait, *Ut impostores, & tamen veraces; ut castigati, & tamen morti non addicimur*, &c. q. d. Homines credunt me percussum à Deo propter peccata mea, sed aliter se res habet; stigmata hæc sunt Christi, &c. 2. In voce *pacis*; quâ *felicitatem*, non *reconciliationem*, intelligi suadent, 1. ex Jer. 29. 7. ubi *pax* liberationem significat oppositam flagello aut afflictioni simpliciter. Resp. In rebus temporalibus *pacem* ità sumi concedo; in spiritualibus, nego. 2. Quia nulla hìc *inimici* mentio. Resp. 1. Nec ejus mentio in Rom. 5. 1. *pacem* (i. e. reconciliationem) *habemus apud Deum*. 2. Planum est *pacem* hìc bello sive inimicitiæ ac odio opponi, ut sæpe alibi: Quod confirmat præpositio sequens על, quæ aptissima est designandæ fidejussioni; ut Jud. 19. 20. *defectus tuus* עלי *super me*, i. e. Ego me constituo debitorem, ac me obligo ad præbendum omnia necessaria. Sic 2 Par. 2. 4. *In seculum hoc est super Israelem*, h. e. incumbit quasi debitum sempiternum sacrificia offerendi. Sic Gen. c. 27. v. 13. *Super me*, &c. i. e. Ego pro te luam. Ut in Matt. 27. 25. *Sanguis ejus super nos*: ità hìc, *Castigatio nostra super eum*[q]. [Quòd si *pax* felicitatem sign. id concedi potest, fine ullo veræ sententiæ dispendio.] Sensus est, Super eum fuisse disciplinam, sive flagellum, quo nobis peperit bona illa maxima & mirifica, quæ *pacis* nomine significantur[r]. חבורה est μώλωψ, (ut vertunt & o'. & Petrus 1 Pet. 2. 24.) *vibex*, verberum in cute vestigium †. Propriè *livorem* sign. à חבר *conjungere*, quia in livore sanguis aggregatur aut conjungitur. Et quidem livores vibicésque ex flagellatione Christo propriè tribuuntur[t].

6. *Omnes*, &c. כלנו כצאן תעינו] *Omnes nos tanquam ovis*, vel *oves*, *erravimus*, M. P. Mo. &c. vel, *dispersi sumus*, Ch. *Ut ovis*, nempe sola & pastore destituta. Confer Psal. 119. 176. Luc. 15. 4. *Ovium ingenium simplex & stultum*, inquit Arist. Hist. animal. 9. Hinc proverbium in stupidos ac stolidos, *Ovium mores*. Et Diogenes opulentum quendam, sed stolidum, πρόβατον χρυσόμαλλον, *ovem aureo vellere*, dixit[v]. Oves ad errandum proclives; nec ab errore ad caulas redeunt, nisi à pastore colligantur, sed in errore pereunt, &c[x]. Peccatores comparantur ovibus ob dispersionem & stoliditatem[y]. ¶ *Unusquisque*, &c. איש לדרכו פנינו] *Quisque* (vel, *Quique*, JT. *Singuli*, M.) *viam* (vel, *ad*, sive *in*, *viam*, Mo.

[n] G. [o] Calov. [p] Riv. [q] Mor. [r] Sin. Riv. † Riv. sim. Clop. [t] Clop. [v] Riv. [x] Calv. [y] Mor.

P. M. JT. Pi.) *suam* (vel, *propriam*, M. Al. *in via sua*, Calv. Riv. o'. *per viam suam*, Ar.) *sectatus*, Ti. Ca. vel, *declinavit*, P. Calv. Riv. *respeximus*, M. *conversi sumus*, Mo. *convertimus nos*, JT. Pi. sim. Ang. *Faciem vertimus* (nempe à Deo ejúsque viis, & respeximus) *quisque ad viam propriam*, Angl. Ità verbum hìc sign. & Esa. 56. 11. & quia cum facie corpus totum vertimus, hinc verbum sign. *vertere*, vel *reverti*, Num. 14. 25. Deuter. 1. 7, 40. & 2. 3. & 16. 7[z]. *Via* in S. S. sæpe sumitur pro vitæ instituto seu ratione[a]. *Viam suam*, sub. *malam*, ex Jer. 26. 3. *à via sua mala*. Qualitas subintelligitur in pronomine *suas*. *Ire secundùm vias suas* est, suo more, & corruptæ naturæ impetu, *vivere*[b]. *Via nostra* opponitur *viæ Dei*[c]. Significat, unicam esse viam rectè vivendi, &c[d]. Porrò, Propheta, ab universali sententia, quâ omnes complexus est, ad specialem descendit, ut singuli secum reputent num ità sit. Nam generali sententiâ minùs afficiuntur homines, nisi ad se separatim eam pertinere intelligant singuli *. ¶ *Et posuit*, &c. והי' הפגיע בו וגו'] *Traduxit* (vel, *conjecit*, P. Ca. vel, *fecit occurrere*, sive *incurrere*, sive *irruere*, V. Mo. Mor. simil. Sy. Ti.) *in eum* (vel, *in eo*, M. vel, *ei*, V.) *iniquitatem omnium nostrûm*, Mo. Calv. Riv. Vox פגע sign. *occurrere*, sive casu, sive consilio; cùm aliæ sint voces quæ significant occurrere casu tantùm[f]. Sign. *occurrere*, in bonum, & in malum: vel, 1. nocendi[g], sive occidendi[h], vel, 2. deprecandi, causâ[i]. Socinus ait, locum sic verti posse, *Deum cum eo*, vel *per eum*, *occurrisse iniquitatibus nostris*. Verùm conjug. Hiphil non unicam, sed duplicem, actionem significat, additque verbis Kal, cujus virtute vel impulsu fit actio: ideòque ad verb. vertendum est, vel, *rogare fecit pro eo iniquitatem*, &c. quod absurdissimum est; (apud personam rectè quis rogat & intercedit, apud iniquitatem minimè[k];) vel, *ocurrere fecit ei*, &c[l]. [Ch. locum sic reddit, *Et à facie Domini voluntas fuit, ut dimitteret peccata nostra propter eum*.] Verbum hoc sign. *occurrere*, ut Exod. 23. 4. Num. 35. 19, 21. Esa. 47. 3; vel, *incurrere*, ut 1 Sam. 22. 18. 2 Sam. 1. 15. 1 Reg. 2. 25, 29, 31, 34, 46. Vide & Gen. 28. 11[m]. [Et hæc de Jeremia accipit G. qui versum sic intelligit;] *Omnes nos* (jam à Manassis temporibus) *erraveramus*, *unusquisque declinavit*, &c. (alii ad alia idola;) *& posuit*—*in eo*, &c. id est, permisit Deus ut ille, nostro gravi crimine, indignissima pateretur[n]. Contrà, 1. Illud nec cum historia, nec cum justitia Dei, conciliari potest, Jeremiam ob populi crimen passum esse. 2. Nihil hìc est quod locum hunc ad Manassis tempora restringat, aut ad idololatriam Judæorum: sed aliunde id inferitur. 3. De solo Christo hæc accipienda multa docent. 1. Universalis totius generis humani corruptio, in voce *omnes* significata, quæ, cum Judæis, & Gentes complectitur; ut patet ex Rom. 3. 23. *Omnes enim peccârunt*, &c. Vide & Rom. 11. 32. 2. Quum duæ hìc sint personæ, una à qua, altera in quam, peccatum est translatum; illa autem genus humanum universum sit; utique hanc oportet esse immunem ab iniquitate, h. e. Christum. 3. Quòd omnes iniquitates in hunc conjiciuntur. 4. Ipsa phrasis, quæ sacrificalis est, & desumpta ab hirco illo ἀποπομπαίῳ Levit. 16. 20, &c. 5. Fructus hujus impositionis, pax & sanatio, &c[o].

7. *Oblatus est*, (nempe à seipso[p], vel, judici Pilato[q]; vel, judicio Patris[r]; vel, cruci, ut admovebantur aris pecudes †;) *quia ipse voluit*] Sensus non malus, quin & apprimè congruus v. seq[t]. Pro נגש, Vulgatus legit, נגש; quod sign. *accedere*, (ut Esa. 49. 20. גשה לי, *accede mihi*[x];) vel, *adduci*, *admoveri*, & *adhiberi*[y]. τὸ נענה in *respondendi* sensu cepit, quia respondendo, *velle* nos aliquid significamus; ut contrà, non respondendo, *nolle*[z]. Non placet hæc versio[a]. 1. Quia coactior videtur. 2. Quia omnes codices legunt נגש[b]. 3. τὸ נגש in forma passiva neutraliter, non activè, nec passivè, sign. valétque, *accedere*; non, *offerre*, vel *accedere facere*, nec *admoveri*. Vide Gen. 33. 7. Exod. 20. 21. Esa. 29. 13[c]. ¶ נגש והוא נענה] [Variant.] *Admotus est*, *& ipse obedivit*, Sym. in D. Chald. habet בעי והוא מתחנן, *Orans*, (sive *Exigens*: nam utrumque vox ea Chaldæis, Syris, Talmudicis sonat; sed illud hìc potiùs, ob id quod sequitur:) fuit scilicet, *& responsum ipse tulit*, sive *exauditus est*. Non placet, quia נגש nuspiam significat *orare*,

[z] Ang. [a] Riv. sim. Mor. [b] Riv. [c] Oecol. [d] Calv. sic Riv. * Calv. [f] Mor. [g] Riv. [h] Mor. [i] Riv. Mor. [k] Mor. [l] Riv. [m] Ang. [n] G. [o] Calov. [p] Mor. [q] Mor. ex Proc. [r] Mor. † Riv. [t] Mor. [x] Mor. [y] Riv. &c. [z] Mor. [a] Riv. [b] Ga. cin. p. 327. [c] Riv. Ang. &c. Riv. Ang.

orare, nec נַעֲנֶה, *exaudiri*. Neque ad intercessionem, sed ad satisfactionem, hoc pertinet [d]. [Alii aliter.] *Adactus*, vel potiùs, *Abactus, est*, (ut ad sequentem ovium similitudinem pertineat,) *& est ope destitutus*; id est, afflictus, tanquam is cui nemo respondet & opem fert *. Al. *Oppressus est, & ipse afflictus est*, Mo. P. Ang. Ità τὸ נִגַּשׂ æquipolleret τῷ נַעֲנֶה sequent. Sed inconveniens tum est interjectum pronomen הוּא, quod conjunctum cum particula ו adversativè sumitur, ut v. 5. & oppositionem facit inter subsequentem orationis partem & id quod præcessit [f]. *Vim est passus, & iniquè tractatus*, M. *Multatus est, & afflictus*, Ti. Calv. sive, *oppressus*, Ca. Hi forsan secuti sunt K [g]. qui vertit, *Exigitur* ab ipso pecunia, [sim. RS. in Mor.] *& affligitur* in corpore, K. in Mor. vel, verborum opprobriis, RS. in Ga. Al. *Exigitur*, (vel, *Molestè ab eo exacta est*, Mor. vel, *Quum exigebatur*, sub. *illa*, Pi. vel, sub. *pœna*, JT. Riv. Pi. Angl. Ga. vel potiùs, sub. *solutio*, quæ suppletur ex vi vocis: quia ut activum נָגַשׂ est, *solutionem exigere*, ità passivum נִגַּשׂ commodiùs transferri non potest quàm, *exigitur solutio*; quemadmodum ab activo רָפָא, *medeor*, passivum נִרְפָּא, suprà vers. 5. transferebatur, *fit curatio* [h]. נִגַּשׂ itaque Cl. Clop. impersonaliter sumit, *Exactum est*, i.e. *Exactio fit*, sive *postulata est*. Sensus est, Quum de pœna peccatorum exigenda ageretur, non ab alio quàm ab illo exacta est [i]. *Exigitur*, scil. debitum nostrum ex rigore justitiæ Divinæ [k]. Al. τὸ נִגַּשׂ hîc, ut alibi passim, ad personam potiùs à qua solutio exigitur, quàm cum Cl. Junio ad pœnam aut solutionem quæ exigitur, referendum arbitror. Verto, *Exactus est*, i. e. Postulata ab ipso est solutio & præstatio iniquitatum nostrarum, v. præc [l].) *& ipse afflictus*, Mor. sive, *affligitur*, JT. Riv. Clop. vel, *ipse affligebatur*, Pi. vexatus & duriter habitus ab exactore, qui nihil remisit: omnia persolvit ἀκριβῶς· *judicium absque misericordia subiit* [m]. Vel, *& ipse humilis*, vel *mansuetus, fuit*. Sic in Kal עָנָה *humiliari*, עָנָו *humilis*, עֲנָוָה *humilitas*: sic & infinit. Niphal Exod. 10. 3. renuisti לֵעָנוֹת *humiliari* [n]. Verùm aliud est, *humiliari*, aliud, *humilem esse*: & hæc versio repugnat scopo hujus loci [o]. Vel, *& ipse respondit*, Mor. Angl. h. e. persolvit pro nobis. Respondit, inquam, re, solvendo, non ore, obloquendo [p]. *Ipse verò spondet*, vel, *sponsor*, sive *fidejussor, constituitur*, Ga. ex Cap. Hanc loci versionem lubens amplector [q]. 1. Quia verbum נָגַשׂ propriè sign. *exigere* [r]; vel, *vi adigere aliquem ad solvendum debitum aut tributum*, vel, *ad aliud aliquod opus molestum efficiendum*: & in N.T. per ἀγγαρεύειν exprimitur †. Vide Exod. 3. 7. & 5. 6, 14 [t]. item Deuter. 15. 2, 3. 2 Reg. 23. 35 [v]. Esa. 58. 3 [x]. Vide etiam Job. 3. 18. Esa. 9. 4. & 14. 2. Dan. 11. 20 [y]. נִגַּשׂ sign. *opprimi*, & *ad solvendum adigi ab exactore*. *Pœnas* dicimus *exigi*, *reposci*; *luere*, *persolvere*. Itaque sensus erit, Obtulit seipsum Judici ad solvendum pro nobis; qui Judex idem acerrimus exactor, & suprema potestas, erat. Nam Principes exigendi jus habent. Hinc Æthiopicè נגשׂ, *Rex, Princeps*; & נוֹגֵשׂ, *exactor*. Targum reddit, *dominator*, Job. 3. 17. & 39. 7. simil. & Esa. 60. 17 [z]. 2. Huic favet verbum נַעֲנֶה, quod sumitur significatu *respondendi* [a]: ídque vel verbaliter, ut Job. 11. 2. vel realiter, ut Job. 19. 7. Prov. 21. 13. Et sicut activum עָנָה in sensu *affligendi* passivè ponitur, Psal. 116. 10; sic passivum נַעֲנָה in sensu *respondendi* activè sumitur, Ezec. 14. 4, 7 [b]. Porrò, ut Latinis *respondere* est à *spondere*, & Galli *respondere* pro *fidejubere* dicunt; quidni pari ratione עָנָה, quod propriè *respondere* sign. pro *spondere* & *fidejubere* usurpetur? licèt alibi in hac significatione non occurrat [c]. Prorsus assentior. Apud nos etiam vox *respondendi* in *præstandi*, sive *satisfaciendi*, (quomodo apud Maronem Servius est interpretatus,) notione usurpatur, cùm dicimus, to answer a Debt [d]. 3. Ex connexione cum v. præced *. ubi *Deus traduxisse* dicitur *in eum——iniquitates*, i. e. pœnas. Traductio illa, & veluti occursus, non potuit aliter fieri quàm per imputationem, quâ constitutus est veluti pœnarum debitor pro nobis [f]. Christum ergò hîc habemus ἔγγυον sive sponsorem nostrum, ut Heb. 7. 22 [g]. à quo Deus, ut Legislator & justus Judex, solutionem & exegit, & accepit [h]. ¶ *Et non aperuit os suum*] At Christus multa dixit, in horto, in concilio sacerdotum, coram Pilato, in cruce, &c *.

[d] Ga. cin. &c. * For. [f] Clop. [g] Ga. ib. [h] Clop. [i] Di. [k] Cap. in Ga. cin. 328. [l] Di. [m] Mor. [n] Di. [o] Ang. [p] Mor. [q] Ga. Calov. Ang. &c. [r] Ang. † Calov. ex Weller. [t] Calov. [v] Ang. [x] Mor. Ang. [y] Calov. [z] Mor. [a] Mor. sim. Ang. &c. [b] Ang. [c] Cap. in Ga. [d] Ga. cin. * Riv. sic Di. [f] Riv. [g] Ga. ib. [h] Clop. * Riv.

Resp. Mens hîc spectari debet, non verba. Similitudinis autem mens est, Nullam illum dedisse impatientiæ significationem aut vindictæ [i]. Proverbialis forma est, pro, *non conquestus est*, &c [k]. Sensus, *Non convitiabatur*, aut *minabatur*, ut exponitur 1 Pet. 2. 23 [l]. Placidè & sine repugnantia, silens, ad mortem ducebatur [m]. *Non aperuit os*, ad refutandum criminationes, &c [n]. ¶ *Sicut ovis*, &c. ità ο'. Ar. כַּשֶּׂה וגו׳] *Sicut agnus* (vel, *pecus*, M. Ti. *parva pecus*, JT. Pi.) *ad mactationem* (*occisionem*, Mo.) *ductus est*, P. vel, *ducetur*, Mo. M. &c. vel, *dum ad cædem agitur*, Ca. Magnum hîc continetur mysterium. Ethnici noluerunt ullam cædere victimam quæ invita aut reluctata aris admovebatur, testibus Macrob. Saturn. 3. 5. Plin. 8. 13. Plut. Sympos. 8. 8. Id certè in hac victima locum habuit; quia, nisi voluntariam subiisset mortem, pro inobedientia nostra non satisfecisset [o]. ¶ *Et quasi*, &c. וּכְרָחֵל וגו׳] *Et sicut ovis* (vel, *agnus*, JT. Pi. Ca.) *coram tondentibus eam obmutuit*, Mo. &c. (vel, *obmutescens*, JT. Pi. Ca. quæ *obmutescit*, M.) *& non* (vel, *neque*, JT. *sic non*, Pi. Ti. *sic ille non*, M.) *aperiet* (vel, *aperuit*, P. Ti. *aperit*, JT. Pi.) *os suum*, Mo. &c. Id quod vel ad Dominum, vel ad pecudem, referri potest [p]. Hâc similitudine innocentiam & mansuetudinem patientiámque Christi in perpessionibus exprimit [q]. Nota est similitudo: *Agno mitior*, in Stobæo; *Agninis moribus*, in Aristoph. & Hesychio. Ovem *patientem injuriæ* Phædrus dixit. Fabius Maximus *Ovicula* dictus, ob morum mansuetudinem. In vita Æsopi legitur, *Tracta ovis ad cædem non clamat*. Sic Tacitus, *Pecorum modo trahi*; sed meliùs hîc, *ducitur*. *Agnus* spectatur, vel, ut à pastore ducitur & tondetur; vel, ut à sacerdote trahitur ac mactatur. Priori patientia, posteriori passio, Christi depingitur [r]. [Versum hunc de Jeremia accipit Grotius.] *Sicut ovis*, mitissimum animal, *& quasi agnus*, cum quo Jeremias se comparat c. 11. v. 19. q. d. Etiam tunc cùm in carcerem ageretur, nihil fecit dixítve iracundé. Mirè hæc omnia invertit Chaldæus, ut Messiam nobis depingat qualem Judæi volunt †. Sed pessimè hæc ad Jeremiam torquet, quæ & Philippus, Act. 8. 32, 35. & Petrus, ep. 1. c. 2. v. 23. exponunt de Christo, qui & *agnus ille Dei*, &c dicitur Joh. 1. 29 [t].

8. *De*, &c. מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח] Exponitur hic versus vel, 1. de Passione, ut ad præcedentia referatur: vel, 2. de Resurrectione & ascensu, ut ad sequentia spectet. Quæ duæ sententiæ ità conjungi possunt, ut prior verbis illis, *de carcere & judicio*, contineatur; posterior voce לֻקָּח includatur, ut sit transitio [v]. [Verba variè reddunt.] *A*, vel *De*, vel *Ex*, (vel, Sed *è*, Pi.) *clausura* (vel, *vinculis*, Ca. *carcere*, M. P. Ch. Ang. Riv. G. Calv. sepulchri scilicet [x]. עוֹצֶר, propriè *retentio*, hîc capitur pro loco retentionis [y]. Non placet hæc versio, quia Christus nunquam in carcere fuit: nec *carceris* voce in S. S. sepulchrum indigitatur [z]. Vel, *coarctatione*, sive *angustia*, JT. Pi. Boot. For. Angl. i. e. Ex angustia illa & anxietate animi orta è sensu iræ Dei, &c [a]. vel, Ex omnibus angustiis, injuriis, malis, &c. quæ à Judæis vel Gentibus perpessus est [b]. Ità reddunt ob Psal. 107. 39. ubi עוֹצֶר Græci reddunt, θλίψις· Chald. Ti. & Mol. *angustia*; Sym. συνοχή· JT. Pi. & Buxt. *coarctatio*; Marin. *constrictio*: atque ab eadem mente, Zuing. *vis*; Ca. *necessitas*; Calv. *dolor* [c]. עוֹצֶר dicitur de *angustia uteri*, Prov. 30. 16. & de *angustia afflictionis*, Psalm. 107. 39 [d]. Al. *Propter angustiam*, Mor. *Per coarctationem*, Jun. in Boot. vel, *A dominio, potentia, tyrannide*, Angl. ut vox sumitur Psal. 107. 39. Sic vox cognata עֶצֶר *potentiam*, sive *authoritatem*, sign. & utriusque radix עָצַר, *prævalere*, 2 Par. 14. 11 *. Vox עוֹצֶר *prævalescentiam* & *prædominationem* sign [f]. Huic congruit, quòd *potestas* tum Judæorum tum Gentium adversùs Christum adhibebatur [g]. Al. *A cœtu*, vel *Per cœtum*, h. e. multitudinem Judæorum, qui omnes ad Christum perdendum conspirârunt. Vide Matt. 27. 20, &c. Luc. 23. 4, &c. 18, &c. Act. 3. 11, &c. Non *judicii* tantùm meminit Esaias, sed & *cœtûs*; quia cœtûs æquè magnæ erant partes in Christi condemnatione ac ipsius judicis: imò majores; quia judex veluti minister cœtûs erat, & post longam reluctationem à cœtu impulsus & quasi coactus id fecit. עוֹצֶר accipio ut עֲצָרָה (à quo solâ inflexione & generis diversitate differt,)

[i] Mor. [k] For. [l] Clop. sic For. Riv. [m] Riv. [n] Pi. [o] Riv. [p] For. [q] Clop. [r] Mor. † G. [t] Calov. [v] Mor. [x] Olearius in Boot. simil. M. Mor. [y] M. [z] Boot. anim. 4. c. 7. 208. [a] Pi. Belg. [b] Jur. [c] Boot. ib. [d] Calov. * Ang. [f] Forst. in Calov. [g] Ang.

differt,) Jer. 9. 2. ubi *cœtum* rectè reddunt Hi. P. Ti. M. &c[h]. Ego עֹצֶר *compressionem*, sive *coarctationem*, pro *turba sese comprimente & coarctante*, accipio, seu pro cœtu populi & synagoga: nam & verbum עָצַר sign. *concludere, coarctare, impedimento esse*; & nomina עֲצָרָה & עֲצֶרֶת ità passim accipiuntur, ut Levit. 23. 36. Deut. 16. 8. 2 Reg. 10. 20. Jer. 9. 2. Joel. 1. 14. Ut significet hîc Propheta, Christum vel à concilio quod Pontifices & Pharisæi coegerunt, vel à turba furente, & [ut sequitur] *à judicio*, h. e. judicibus, sive judicum consessu, adeóque ab omnibus ordinibus, fuisse damnatum[i]. Al. *Indictâ causâ*; ad verb. *Sine cœtu*: Mos enim erat apud quosdam, celebribus comitiis capitis reos judicare[k]. Sed contortum hoc, ut, *fine cœtu*, dictum sit pro, *non datâ agendi ad cœtum, sive populum, & causæ dicendæ, potestate*[l]. Al. *Absque dilatione*, Ti. *Sine carcere*, Q. in Riv.) *& de judicio* (vel, *per judicium*, i. e. cognitionem judiciariam, & quæstionem à legitimo judice habitam, sententiámque ab ipso pronunciatam[m]. *E judicio*, Dei scilicet, sive è damnatione æterna, quam sensit ad tempus, &c. Gal. 3. 13[n]. *A judicio*, JT. h. e. manu & consilio Dei, quo Christus tanquam sponsor noster à Deo verberatus est[o]. Ego autem existimo iisdem tribui & *coarctationem* & *judicium*; utrumque scil. & hominibus suo modo, & Divinæ dispensationi[p]. Vel, *citra judicium*, Ti. Zuing. *fine judicio*; ut judicum iniquitas & præcipitatio, qui carceri non inclusum, & causâ legitimo judicio non examinatâ, ad mortem rapi jusserunt[q]. Vel, *à sententia*, i. e. statim postquam vinctus fuit & condemnatus à Pilato[r];) *sublatus est*, M. P. Mo. V. Pi. Riv. Mor. sub. *de medio*, V. vel, *ductus est*, Ca. *tollitur*, JT. *raptus est*, Ti. *captus*, vel potiùs *pertractus, est*, For. Al. *De angustia & de judicio* (est hendiadys, pro angustia judicii, vel judicio angusto, seu angustiæ & oppressionis pleno, nempe iniquissimâ sententiâ Pontificum & Pilati,) *sublatus est*†. *A coarctatione*, &c. Sensus, q. d. Video vos infirmitate & ignominiosâ Christi morte offendi: sed non satis est præsentia respicere; quin potiùs introspiciendus est eventus ille gloriosus, &c*. τὸ לֻקָּח, *sublatus*, exponunt vel, 1. de Passione Christi†: *sublatus*, vel *ablatus*, morte scilicet[t]; ut verbum sumitur Psal. 31. 14. Prov. 1. 19[v]. Jer. 15. 15. Ezec. 33. 4, 6. collat. cum v. 8, 9. sic & Gen. 5. 24. & 42. 36. 2 Reg. 2. 3. Job. 1. 21[x]. Sic Prov. 24. 11. לְקֻחִים לַמָּוֶת, *qui pertrahuntur ad mortem*[y]. *Ductus est*, scil. ad supplicium[z]. Actus est in crucem[a]. Vide Joh. 3. 14. & 12. 32, 33[b]. Huic interpretationi favent, 1. voces עֹצֶר & מִשְׁפָּט, quæ modum perdendi Christum exprimunt[c]: 2. sequens comma, *abscissus est*, &c. quod τὸ *sublatus est* exegeticum esse videtur, & de Christo patiente hîc agi docet[d]. Vel, 2. de Resurrectione & ascensu Christi*. *Sublatus*, i.e. ereptus[e]; & in summum honoris gradum evectus[g]. De tribulatione & judicio ad Patrem victor ascendit[h]. De sepulchro custodibus munito *sublatus fuit*, & *judicium* mortis per Pilatum datum in resurrectione evasit[i]. Hæc sententia priori præferenda, 1. Quòd passio jam plenè descripta videtur per mactationem agni. 2. Quòd *generationem* [quæ sequitur] & posteritatem spiritualem præcessit victoria de morte, & ascensio in cœlum. 3. Quòd לֻקָּח hîc videatur respondere voci apostolicæ ἀνελήφθη. 4. Quid illud esset, *de carcere*, &c. *sublatus est de medio*? quare liberationem ex illa angustia describit. 5. Ex collat. Act. 8. 33. ubi tamen difficultas est, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· quæ non videntur Ebræis usquequaque respondere. Nec injusta suspicio est lectum olim, בְּעֹצְרוֹ לֻקַּח מִשְׁפָּטוֹ. Quicquid id est, dubium non est quin Lucas ex o'. hæc hauserit κατὰ συγκατάβασιν ad Judæos huic innutritos versioni. Sed nec valde discrepant ab Hebræis, quæ sic vertas, *Propter angustiam & à judicio sublatus est*, sive, *sublatum est judicium*, quod idem planè est; nam cujus judicium tollitur, ille judicio sui condemnationi eximitur[k]. 6. Propheta ad resurrectionis gloriam progreditur, postquam de morte locutus est; eundem ordinem servans quem Paulus Phil. 2. 8, 9. Voluit enim anxiis hominum cogitationibus occurrere; quum enim nihil præter plagas & ignominiam intueantur homines, attoniti hærent, &c. Docet ergò, ipsum non fuisse morte obrutum vel absorptum, sed victorem in media morte exstitisse, &c[l].

[h] Boot. [i] For. [k] Zuing. in Boot. 209. [l] Boot. ib. [m] Boot. ib. [n] Pi. [o] Jun. [p] Riv. [q] Q. in Riv. [r] V. † T. ex Mc. * Jun. † Q. in Mor. Boot. &c. [t] Riv. Q. in Ang. [v] Ang. [x] Boot. ib. [y] For. [z] Boot. ex Ca. [a] V. [b] Ang. [c] Q. in Mor. [d] Riv. * Mor. Clop. Hi. in Riv. &c. [f] Pi. Calv. Clop. [g] Calv. Q. in V. [h] Q. in Boot. [i] M. [k] Mor. [l] Calv.

¶ *Generationem*, &c? [וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ] *Et* (vel, *At*, JT.) *generationem* (vel, *seculum*, For. *ætatem*, Q. in Ma.) *ejus quis eloquetur?* sive *enarrabit?* Mo. P. M. Ti. JT. &c. [*Generationem* variè intelligunt.] 1. Generationem illam ineffabilem & Divinam, quatenus mirabiliter effulsit in resurrectione Christi, Act. 13. 33, &c. quæ sigillum quoddam est & exemplum deductum ab exemplari generationis à Patre[m]. [Sic Ca. qui hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Ejus genus quis eloquatur, cùm sit ex vivorum terra excisus?*] Quis eum dicat Deo natum, cùm sit infra omnes infimos homines[n]? De hac generatione veteres ferme omnes intelligunt. Sed non placet, quia דּוֹר sive γενεὰ nunquam sumitur pro activa illa aut passiva generatione producentis & producti: *generationes* ubique in genealogiis dicuntur תּוֹלְדוֹת, non דּוֹרוֹת[o]. דּוֹר non tam actum generandi signif. quàm tempus ac seculum, aut res generatas[p]. 2. Generationem humanam ex Virgine[q]. Utramque enim substantiam in unam convenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat, ait Leo*. 3. Ætatem, sive durationem, sive vitam Christi immortalem & æternam, post resurrectionem, Rom. 6. 9[r]. q.d. Est quidem sublatus, sed à mortali vita in immortalem†. דּוֹר vitam & durationem seculorum notat, ut Psalm. 10. 6. Esa. 51. 8[t]. Vide & Esa. 13. 20. & 60. 15[v]. *Inenarrabilitas* æternitatem notat[x]. Brevitati vitæ humanæ, (qualem egit Christus, in angustia, &c.) quam quisque enarrare potest, opponitur æternitas durationis Messiæ[y]. Ità expono דּוֹר ex collat. v. 10. *prolongabit dies*[z]. Sed non placet: Cùm enim de humiliatione Christi agat verbis omnibus tum præcedentibus tum insequentibus, inopportunum esset & alienum, contrarii statûs mentionem inserere[a]. 4. Sobolem numerosam & immensam[b], quam generabit Messias, non, ut alii, vivens, sed mortuus & occisus, juxta Johan. 12. 24[c]. דּוֹר simpliciter positum ubique notat *generationem, liberos, posteritatem*; nusquam autem *durationem & æternitatem*: ut patet ex Gen. 7. 1. & 17. 7, 9, 12. Exod. 12. 14, 17. & 16. 32. aliísque locis ubi occurrit; quæ omnia examinavi[d]. Convenit hæc interpretatio & cum præcedentibus; nam post resurrectionem demum, &c. innumeram sobolem procreavit: & sequentibus, *quia excisus est*, &c. &, *videbit semen longævum*, &c*. Mihi non placet, ob rationem jam allatam[f]. 5. *Seculum ejus*, sive illud quo vixit. דּוֹר dicitur & de tempore, & de hominibus illius temporis, & omnibus denique quæ spatio illo fiunt & eveniunt. Exempla passim obvia[g]. דּוֹר hîc idem quod γενεὰ, non quando *generationem* seu *procreationem & ortum*, nec quando *seculum* seu *ætatem*, significat, sed quum *ipsum hominum genus* denotat: ut דּוֹר sumitur Psal. 73. 15. Prov. 30. 11, 12, &c. Jer. 2. 31. & 7. 29. & γενεὰ, Matt. 11. 16. Marc. 8. 12. & in scriptoribus exteris[h]. *Ætatem ejus*, pro, *viros ætatis ejus*, ut Gen. 6. 9. & 7. 1. Deut. 32. 5, 20. Psalm. 78. 8. Matt. 11. 16. & 12. 39. & 16. 4. & 17. 17. Congruit hic sensus cum præcedentibus, & cum seq[i]. *Seculum*, i. e. pravitatem hominum sui seculi; ut sit exclamatio in pravos Judæos qui tempore Christi vixerunt, & eum occiderunt[k]. Insignis hæc est & pathetica exclamatio, quam summa rei atrocitas Prophetæ expressit; q.d. Quis satis demirari ac describere posset rabiosam illorum feritatem, qui tam fœdis & indignis modis Messiam suum tractaturi sunt, &c[l]? Non potuit non admirari mores eorum qui talia ausi sunt[m]. Forma שׂוּחַ (ג) יְשׂוֹחֵחַ, quod est, *meditari*, & *eloqui*, ac tam animo quàm ori tribuitur,) hîc tantùm occurrit, & Psal. 143. 5. & sign. *meditari*, vel *recensere*[n]. Non, *enarrare*, verterim, sed, *describere*; & יְשׂוֹחֵחַ ponitur pro, יוּכַל לְשׂוֹחֵחַ, *describere potest*, quod solus Diodatus animadvertit[o]. [Sed fallit vir doctissimus, nam ante eum V. sic vertit, *oratione consequi poterit*.] *Quis enarrare poterit?* Futurum potentialiter sumptum, ut Esa. c. 49. v. 15[p]. Non displicet Chald. Paraphr. scholion, *Et miracula quæ fient nobis in diebus ipsius quis poterit enarrare*[q]? ¶ *Quia*, &c. [כִּי נִגְזַר מֵאֶרֶץ חַיִּים] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Cùm*, Ca. *Quamvis*, Q. in Angl. ut Gen. 8. 21. Jos. 17. 18. Esa. 12. 1. Ità hîc vertunt qui duo præcedentia membra de ejus liberatione & exaltatione accipiunt[r].) *excisus*, vel *succisus*, *est* (vel, *fit*, Ca. vel, *est* quidem, Pi. sic

[m] Mor. [n] Ca. [o] Riv. [p] Mor. [q] Q. in Ang. * E. [r] Calv. † Pi. Riv. Clop. Jun. † Jun. sim. M. [t] Clop. [v] Ang. [x] Clop. [y] Riv. [z] Pi. sic Clop. [a] Boot. ib. 215. [b] Mor. Calov. &c. [c] Mor. [d] Calov. * Mor. [f] Boot. Riv. [g] For. [h] Boot. ib. [i] Ang. [k] V. [l] Boot. [m] For. [n] Calov. [o] Boot. ib. 216. [p] Ang. [q] Mor. [r] Ang.

sic JT.) *de terra viventium*, P. M. V. sim. Mo. Ti. JT. &c. quæ opponitur *terræ mortuorum*, ut & Psal. 27. 13. Esa. 38. 11 †. Sic vocatur etiam terra Canaan (typus cœlestis Canaan) non semel apud Ezechielem; & cœlum, Psal. 27. 13. & 142. 6. Nullum autem dicitur *cœlum viventium*, quia ibi omnes in æternum vivunt; cùm in terra & vivant homines & moriantur [t]. נִגְזַר, à גָּזַר *scidit, abscidit, amputavit*. Metaphora desumpta ab arboribus, quæ non ultro cadunt, sed exscinduntur; quâ mors violenta Messiæ significatur, ut Dan. 9. 26. Quò etiam allusum videtur Luc. 23. 31 [v]. Rami arborum excisi repullulant. At hîc non ramus è trunco, sed arbor è terra postquam excisa est, vivit tamen, & immensam fructuum vim producit. Quis credat? quis rem adeò miraculi plenam edisserat? Hominem Plato dixit *plantam cœlestem*, & *arborem inversam*, *cujus radix in cœlo defigitur*. Ecclesia etiam & viri justi arbori sæpe conferuntur. Vide Esa. 60. 21. Rom. 1. 13. 1 Cor. 3. 6, 7, 8. At inprimis Christo convenit, cujus nativitas cum *radice* ac *surculo* comparatur Esa. 11. 1. & ejusdem mors *excisio* dicitur [x]. Sensus loci, q. d. Est quòd admirer gentem illam perditam, quia tandem eum de medio sustulerunt immaturâ, violentâ & immeritâ morte. Vel, Vitam ejus quis enarrabit? fuit enim brevissima: præreptus enim fuit immaturâ & violentâ morte [y]. Al. Exornatio præcedentis antitheseos, cujus prius membrum hoc & seq. versu, posterius tribus ultimis, exponitur [z]. Mortis & perpessionum præcedentium præmium esse hanc æternam vitam denotat particula כִּי; cui æquipollent & לָכֵן *propterea*, & תַּחַת אֲשֶׁר *vice ejus*, vel *pro eo quòd*, v. 12. & διὸ Phil. 2. 9 [a]. ¶ *Propter*, &c.

מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ] *Propter prævaricationem*, sive *transgressionem*, (vel, *Ex defectione*, JT. Mor. h. e. per improbitatem [b]. Ità מִן denotaret causam efficientem proximam mortis Christi, nempe improbitatem Judæorum, qui Christum prodiderunt, &c. sed malim vertere, *propter*, ut notet causam meritoriam *. *A transgressione*, i. e. falsò accusatus ab iis [c];) *populi mei*, (vel, *à populo meo*, V.) *plaga* (sub. *est*, vel *fuit*, P. JT. Pi.) *ei*, sive *ipsi*, Mo. P. JT. Pi. Mor. &c. *Quæ plaga ei propter transgressionem populi mei inflicta est*, Ti. *Accepto ob peccatum—vulnere*, Ca. לָמוֹ, pro לָהֶם [d], sæpe ponitur *, & poeticè usurpatur [f]: hîc autem ponitur pro לוֹ, per anomaliam [g], & enallagen numeri [h]. Quidam codices Hebræi hîc habuerunt לוֹ; sed לָמוֹ idem significat: neque enim exemplis caret מ epentheticum [i]. Sic fortè Gen. 9. 26, 27. Esa. 44. 15 [k]. לָמוֹ interdum singulariter significat [l]. K. docet מו affixum esse 3. pers. sing. Citat Job. 20. 23. & 22. 2. Adde Job. 27. 23. Psal. 11. 7. Esa. 44. 15. Quidam addunt Psal. 28. 8 [m]. מו singulariter usurpari, fusè satis docet Cl. L'empereur in notis ad Grammat. R. Mosis Kimhi p. 243, &c. Ignoramus autem cur מו illud vocetur Moabiticum, cùm Æthiopicum sit, ubi, pro Heb. 3. pers. plur. ם, usurpatur semper מו; nisi quòd hi מו legant, ut & in aff. sing. pro ו, ו. Sic in Æthiop. vers. Luc. 2. 4. & Joh. 19. 27. ביתומו idem est quod aliàs dicunt ביתו. Sic & Act. 1. 20 †. Alii לָמוֹ pluraliter accipiunt [n]; ut sæpe sumitur: vide Exod. 15. 15. Deut. 33. 29. Psal. 2. 5. & 17. 10. & 21. 11. & 49. 12 [o]. Syllepsis est: *Excisus est —propter scelus populi mei: plaga illis*, h. e. populo, debebatur: ut apud poetam, *Turba ruunt*. Vel, relativum intelligitur, ut Job. 3. 15. *cum principibus*, זָהָב לָהֶם, *aurum ipsis*, pro, אֲשֶׁר זָהָב לָהֶם, *quibus aurum ipsis*: ità נֶגַע לָמוֹ, pro, אֲשֶׁר נֶגַע לָמוֹ, *quibus plaga ipsis erat debita* [p]. *Succisus est—propter iniquitatem populi mei, quibus plaga* debebatur, M. *Propter iniquitatem populi mei plaga illis*, Sym. in D. vel, *tetigit eos*, Th. in D. i.e. percussit. Sic, *flos tactus aratro*: & Psalm. 105. 15. *Nè tangite Christos meos* [q]. Sic verto, *Excisus est* (Christus) *à terra viventium*: (i. e. à terra Canaan, sic dicta Ezec. 26. 20. & 32. 23. &c. vel, ex illius corde terræ Hierosolymis:) & *propter scelus hoc populi mei, plaga illis*, viventibus illo seculo Judæis, sub. *incumbet*. Vel sic, *Propter scelus populi mei, plaga illis*, h. e. popularibus meis. His adde, per appositionem verti posse, *E terra viventium excisus est*, idque *per* summum *scelus populi mei*, quod scelus *plaga eis*, h. e. morbus & vibex & veluti ulcus quoddam in iis fuit. *Plaga ipsis maxima*, inquit Proco-

† Mor. ex Riv. [t] Mor. [v] Riv. [x] Mor. [y] For. [z] Jun. [a] Clop. [b] Jun. * Riv. [c] V. [d] Riv. Cap. * Riv. [f] Cap. crit. [g] Cap. Buxt. [h] Riv. [i] G. [k] Mor. [l] Riv. Buxt. ex He. [m] Buxt. vind. 2. 8. 577. † Di. [n] Mor. Q. in Ang. [o] Ang. [p] Q. in Mor. [q] D.

pius, *fuit ejus mors* [r]. *Quia excisus est de terra viventium, à transgressione populi mei, plaga eis*, sub. *erit*: q. d. Quia per suam malitiam & pro sua contumacia ausi sunt eum occidere, qui ad eos redimendos missus fuerit, plaga ingens veniet iis: quasi non potuerit Propheta tantam impietatem ejúsque retributionem non admirari in media narratione †. In ultimo commate est mutatio personæ; quæ in Prophetis frequens est. Nam cùm sub nomine Prophetæ quæ præcesserunt dicta fuerint; jam, mutatâ personâ, Deus loquens introducitur, ut plus insit ponderis [t]. [Alii hoc comma cum præcedente sic accipiunt;] Potest adhuc continuari sententia per modum admirationis, *quòd excisus esset* (h.e. violentâ morte abreptus) *è terra viventium*, quòd (repetitur hæc particula ex præced.) *per transgressionem populi mei sic percuteretur*, Act. 2. 23. & 3. 13, &c *. [Hunc porrò versum Grotius ad Jeremiam suum traducit, hoc pacto:] *De carcere & de judicio ablatus est*, i.e. liberatus tandem. *Judicium* vocat hoc, quia specie judicii ipsi hæc mala imposita fuerant. Vide Jer. 32. 3. Liberatus autem per Babylonios. *Generationem ejus quis enarrabit?* Quis numerare poterit dies vitæ ejus? i. e. Erit valde longævus. *Quia abscissus est*, &c. nempe, cùm actus fuit, primùm in carcerem, deinde in lacum illum cœnosum, ac rursum in carcerem. *Propter scelus populi mei plaga ipsi*, sub. *evenit*, populi summo errore ac crimine, ut & antè dictum est [v]. [Sed Grotio aurem vellit, ut solet, Calovius.] 1. Depravationi huic apertissimè contrariatur Act. 8. 34, 35. ubi hæc verba negat Philippus de Propheta ipso, aut de quoquam alio, intelligi debere, quàm de Jesu. 2. Perperàm textus ad *liberationem per Babylonios* factam abripitur, cujus nec vola nec vestigium est in toto hoc capite. Nec verò tum ab angustia liberatus est Jeremias cùm à Babyloniis dimitteretur, ut patet ex Jer. 43. 2, &c. 3. Vita Jeremiæ, etsi valde longæva fuisset, non tamen inenarrabilis est. 4. Frustrà occisionem ipsius, quæ hâc phrasi *abscissus est*, &c. satis innuitur, & v. 7, 10. apertè indicatur, ad detrusionem in carcerem detorquet. 5. Hanc στρεβλώσιν refellunt singula ferè versûs verba [x]. [Quæ non opus est hîc repetere, cùm de iis jam abunde actum sit.]

9. *Et dabit*, &c. וַיִּתֵּן אֶת רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת עָשִׁיר בְּמֹתָיו] *Et* (vel, *Qui*, scil. populus meus [y]; vel, *Populus enim*, JT.) *dedit* (vel, *exposuit*, JT. Calv. *posuit*, V. Mor. Ut Græcis θεῖναι, *ponere*, pro, διδόναι, *dare*, Hom. Il. α. ἄλγε' ἔθηκε, (*dolores dedit*, vel *immisit*) ità Hebræis contrà, *dare*, pro, *ponere* [z].) *impiis*, sive *improbis*, JT. Calv. Pi. Clop. (i. e. Gentibus, sive *improborum*, Act. 2. 23. & *peccatorum*, Galat. 2. 15. nomine veniunt [a]: militibus ethnicis sepulchri custodibus [b]. Tradidit ipsum Gentibus, ut ipsum occiderent ac sepelirent. Synecd. gen. in voce, *improbis*; & synecd. membri in voc. *sepulchrum ejus*. Confer Matt. 27. 2. Act. 3. 13 [c]. אֶת hîc interpretor, ut omnes ferè, pro ל, signo dativi; ut Levit. 13. 49. & 16. 15. Job. 26. 4 [d]. Al. *cum impiis*, Mo. P. Ti. sic V. Mor. Riv. vel, *apud impios*, M.) *sepulchrum* (vel, *sepulturam*, Mo. P. V.) *ejus*, (vel, *suam*, V.) *& diviti* (i.e. vel, 1. Gubernatori, ut vox sumitur Eccles. 10. 20 *. nempe Pilato [f]. Vel, 2. Josepho Arimatheensi, quem Sp. Sanctus ideo *divitem* vocat, Matt. 27. 57. ut impletum doceret quod hîc dicitur. Quod autem hîc coactum videtur, facilè mitigatur, si hysterologiam esse dicamus, & per sepulchrum, tum sepulturæ curam, respectu Josephi, tum sepulchri custodiam, militum respectu, intelligamus. Ità ut ordo sit, In morte, seu post mortem, ejus, sepulchri arbitrium quidem diviti Josepho permiserunt, custodiam verò impiis militibus demandârunt [g]. Vel, 3. sing. *diviti*, pro plur. *divitibus*: *divites* autem intelligit violentos, quia homines ob divitias insolescunt, iisque ad crudelitatem abutuntur. Vide Luc. 16. 9. & 18. 24. Intelligit ergò Christum fuisse obnoxium contumeliis, insolentiæ & libidini impiorum [h]. Al. *& cum divite*, Mo. P. Ti. vel *& apud divitem*, M.) *in mortibus ejus*, Mo. M. Ti. vel, *in morte sua*, P. V. *mortem ejus*, Calv. Pi. scil. & sepulchrum: synecd. membri. Hinc factum ut Josephus Arimath. potestatem sepeliendi à Pilato petere cogeretur, Matt. 27. 58 [i]. *Sepulchrum* metaphoricè hîc, ut alibi, accipitur pro morte, quòd impii eum veluti obruerint & sepelierint [k].

[r] Mor. † For. [t] Riv. * Ang. [v] G. [x] Calov. [y] Pi. [z] Mor. [a] Jun. sim. Clop. [b] Clop. [c] Pi. [d] Clop. * Pi. [f] Pi. ex Jun. [g] Clop. [h] Calv. [i] Pi. [k] Calv.

Vel *in mortem suam*, JT. i. e. eâ lege ut sanguis ipsius super populum filiósque ejus recideret, ut Matt. 27. 25. quamobrem & *mortes* in plur. dixit [l]. Vel, plurale hîc denotat ipsum non uno cruciatuum genere peremptum esse [m]. Sicut alibi אַשְׁרֵי, *beatitudines*, pro summo bono ponitur; itâ מוֹתָיו, *mortes*, pro summo malo, sive summis cruciatibus corporis & animæ [n]. Dicit, *in mortibus*, propter multiplices pœnas & dolores [o]. מוֹתָיו non tam *mortes* sign. quàm *cruciatus mortales*, ut patet ex Jer. 16. 4. Ezec. 28. 8, 10. Sic ingentia discrimina *mortes* dicuntur, 2 Cor. 1. 10. & 11. 23 [p]. Sed quis cui *dedit sepulchrum*, &c? Resp. 1. Deus sepulchrum Messiæ [q]. 2. Messias sepulchrum suum [r]. 3. Populus, cujus immediatè præcessit mentio †. *Et dedit*, nempe in cogitatione sua; ut de Balaco dicitur, quòd *pugnavit contra Israelem*, i.e. pugnare sibi proposuit [t]. Cohæret hoc cum præced. Plaga erit illis, id est, populo meo, quia tanto scelere se inquinavit, nec contentus eum excidisse de terra viventium, & cum impiis latronibus interfecisse, *posuit sepulchrum*, &c. i. e. quantum in ipso fuit, effecit ut cum iis sepeliretur. Lucem accipiet hic locus ex Nah. 1. 14. *Domum ejus ponam sepulchrum tuum*; non quòd ibi sepultus esset Sennacherib, sed quòd ibi occisus: itâ & hîc Judæi posuerunt sepulchrum Messiæ cum impiis, quia cum impiis crucifixus est, (nisi aliquid aliud à Deo intervenisset, cum iis pari sepulturâ sociandus,) & eo quidem in loco ubi permulta jacebant impiorum ossa †. Sed hæc omnia coacta sunt [v]. Versio Genevensis [sive Gallica] impersonaliter accipit וַיִּתֵּן, *Et dedit*, *datum erat*, i.e. dispositum, ordinatione hominum, *sepulchrum ejus cum impiis*; *sed fuit cum divite in morte sua*; i.e. post mortem non fuit cum impiis sepultus, sed in sepulchro divitis hominis. Quid si וַיִּתֵּן sumatur, ut alibi sæpe, in signif. *existimandi*? q. d. *Existimavit*, vel *reputavit*, nempe *unusquisque* qui eum vidit affici supplicio cum sceleratis, unà quoque cum iis sepeliendum fore: sed aliter res accidit; nam à divite sepultus est, &c. itâ ut in ipsa etiam morte gloriæ ejus aliquod emicuerit initium [x]. Voluit [Christus] mori in loco ubi sumebatur supplicium de improbis; sed postea fuit delatus in sepulchrum divitis, nempe Jos. Arim [y]. [Ca. hæc conjungit cum præced. versu, *Atque ejus genus quis eloquatur? cùm sit——excisus*——v. 9. *Sitque ei mortuo tributum* [sive *attributum*] *cum impiis & cum divite sepulchrum*.] Alii locum intelligunt de effectu perpessionum Christi; quòd impii illi, & divites sive magnates, qui mortem ejus procurârunt, pœnas luerent, &c. vel, quòd tales Christo subjicerentur & lucrifierent [z]. Al. *Et dabit* (Deus, tanquam Judex [a]; vel, *dabo*, ο'.) *impios* (i. e. tradet ad supplicium †, in manus hostium [b]; vel, in gehennam [c]. Al. *rependam iniquis*, Ar.) *pro sepultura*, (vel, *sepultura ejus*, ο'. Ar.) *& divitem* (vel *divitibus*, Ar. *divites*, ο'. qui iidem sunt cum impiis [d]; scilic. potentes, Pilatum & principes sacerdotum *,) *pro morte sua*, Vulg. sive, *pro morte illius*, ο'. Ar. Id est, vel, quia Christum injustè occiderunt [f]; vel, merito & efficaciâ mortis suæ. q.d. Mors Christi nec inulta erit, nec infœcunda seu inutilis. Nam Diabolus, peccatum, mors & infernus per mortem Christi spoliabuntur dominio suo, & quasi cum Christo occumbent. Impii etiam Judæi pœnas dabunt, tum hîc, tum in gehenna; atque itâ sociabitur mors illorum morti Christi, &c [g]. Sed non placet hæc interpretatio. 1. Tum Judæi *ob interfectionem*, non autem *ob sepulturam*, Christi traditi dicerentur. 2. Nulla commutatio in Ebræo textu designatur. 3. Verbis illis, *Dedit impios ob sepulchrum ejus*, minimè quadrat hæc glossa, *Propter ejus mortem tradidit impios ultricibus hostium manibus*. Locum κατὰ πόδας sic reddo, *Et posuit* (Christus scilicet) *impios* (sub. *in*, ut Jer. 37. 4, 15. ex seq. membro,) *sepulchrum suum*, *& divitem in mortem suam*, vel, *in mortes suas*, vel, *mortibus suis*: ut de fructu sepulturæ & mortis ejus intelligatur, in quo totus occupatus hîc Propheta est [h]. Propheta v. 3. ea attigit quæ Domini passionem præcesserunt, privatam videlicet conditionem, humilitatem, paupertatem, &c. à versu 4. ad 9. verbera, ignominiam, crucem commemorat; sub finem verò v. 8. nonnihil de pœna quæ maneret sceleris istius authores attigit: jam verò hoc 9. & seq. effectus & præmia passionis Domini recenset [i]. Gemina hujus sententiæ traditur explicatio, utraque textui congrua. 1. Brentii est: q.d. Ingressus est ad mortem & sepulchrum; non autem solus, sed assumpsit secum impios & divites. 2. Welleri & Glassii, qui concretum pro abstracto, *impios* & *divites*, pro *impietatibus* & *divitiis*, hîc poni volunt [k]. *Dedit*, seu *Posuit*, (Christus,) *improbitates* in *sepulchro suo*, (קִבְרוֹ, pro, בְּקִבְרוֹ: h. e. Peccata hominum, quæ portaverat in cruce, intulit quasi secum in sepulchrum, ut ibi manerent, & credentibus remitterentur: vide Heb. 9. 28.) *& divitias in morte sua*; qu. d. In morte Christi reponuntur omnes divitiæ spirituales, de quibus Eph. 1. 7, 8. & 2. 7. & 3. 8 [l]. Forsan *divitem* posuit, pro *divitiis*, ut Christum ipsum esse illas credentium divitias, juxta Col. 1. 27. subinnueret [m]. *Divitem* autem in sing. dicit, ut doceat, Christum non modò pro omnibus, sed etiam pro singulis, mortuum & sepultum esse, ut unusquisque illa sibi applicare possit, ut Gal. 2. 20 [n]. *Dedit* (Deus) *improbos sepulchrum ejus*, i. e. Fecit ut sepulchrum ejus (quod perfectæ mortis est symbolum) essent improbi: q.d. Sepultus est ut improbi cum ipso sepelirentur, & omnis improbitas in barathrum truderetur; & ut nos *commortui simus Christo*, nec nobis, sed *Christo*, *vivamus*, juxta Rom. 6. 8. & 2 Cor. 5. 14, 15. *Dedit* quoque *divitem per mortes*, vel potiùs, *cruciatus mortales*, *ipsius*, h. e. Christum reddidit per suos ipsius cruciatus & mortem ditissimum [o]. [Alii locum aliter reddunt.] *Et posuit cum impiis sepulchrum ejus*, *&* (vel, *at* fuit) *cum divite* (nempe Josepho Arimath.) *monumentum suum*; Heb. *monumenta*, vel *excelsa*, enallage plur. pro sing [p]. ב non est servile, sed radicale, & legendum בְּמוֹתָיו [q]. Hoc primùm animadvertit Forst. & post eum Merc. & Schindl [r]. Imò (nè quis Christianis hoc adscribat causæ & hypothesi suæ servientibus) ante eos AE. ex aliis Hebræis. *Alii*, inquit, *legunt* בְּמוֹתָיו, *excelsa ejus*, *& intelligunt sepulchrum ejus*, sive *structuram quæ imponitur sepulchro* †. בָּמָה idem quod βῆμα & βωμὸς, *ædificium*, aut *locus editus*, quidvis exstans supra terram, *tumulus*, atque adeò sepulchrum [t]. Sepulchra quoque in S. S. *excelsa* vocantur. Vide Esa. 22. 16. & 65. 4. collat. cum 7. Ezec. 43. 7 [v]. Commodè itaque hîc intelligitur monumentum divitis Josephi [x], in quo Christus conditus est [y]; itâ disponente Deo, quamvis impii secùs destinâssent [z]. Obj. Tunc non esset Scheva sub ב [a]. Resp. 1. Vox hæc irregulariter punctatur, ut & multa alia [b]. 2. Ejusdem vocis duæ sunt formæ, בָּמוֹת, Deut. 33. 29. & בָּמוֹת, h. l. sicut סָרִיסֵי, Esth. 2. 21. & סָרִיסֵי Genes. 40. v. 7 [c]. 3. Judæi locum corruperunt [d], ex בְּמוֹתָיו facientes בְּמֹתָיו, ו extruso, & (ּ) mutato in (ְ) *. Quæ responsio non placet. 1. Quando enim Judæi id fecissent, aut quare, ut nobis locum hunc eriperent, qui tot loca intacta reliquerunt non minùs luculenta [f]? 2. Quomodo universa Biblia in toto orbe simul corrumperentur [g]? 3. Constat itâ lectum fuisse ante Christi etiam tempora ex Masorethis & Jonathane [h]. [De quo vide Glas. Philol. p. 107. ad locum 63. Alii aliter.] Conjungi possunt hæc verba cum præcedentibus, ut continuetur admiratio,——*quòd per transgressionem populi mei sic percuteretur*, v. 8. [deinde sequitur v. 9.] *&* quòd *sepulchrum ejus subesset constitutioni*, sive *dispositioni*, *impiorum*, *& divitum*, *in morte ejus*, Angl. i. e. quòd impii magnates illum itâ sub potestate sua haberent, ut eum non modò interficere, sed etiam pro lubitu suo sepelire, possent [i]. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל לֹא חָמָס עָשָׂה וְלֹא מִרְמָה בְּפִיו] *Quia*, sive *Quòd*, (vel, *Eò quòd*, JT. Pi. Riv. *Propterea quòd*, Glas. *Cùm tamen*, M.V. *Quamvis*, P. V. Calv. ad verb. *Super non*, For. Mo.) *violentiam* (vel, *injuriam*, Mo. Ti. *scelus*, Ca. sim. P.) *non fecit*, (vel, *nihil iniquum gesserit*, M.) *& non* (sub. *est*, vel *fuit*, Mor. P. JT. &c.) *dolus in ore ipsius*, Mor. &c. עַל לֹא sumunt, 1. causaliter, sed diverso modo. Vel, 1. Itâ exceptus fuit [ab impiis,] quia invidebant ei propter integritatem, tum in vita, tum in doctrina †. Vel paulò aliter, *Non ob violentiam* quam *fecit*, *neque* ob *dolum* qui fuerit *in ore ejus* [k]: h. e. non propter malum aliquod quod in ipso esset. Sic trajectæ hîc sunt particulæ [עַל לֹא, pro לֹא עַל;] & ellipsis est relativi; & עַל ἀπὸ κοινοῦ repetitur [l]. Sic Job. 16. 17. ubi eadem sunt verba, & formula loquendi [m]. Vel, 2. Connexus sic se habet, Voluerunt

Margin (col. 519): l Jur. — m Clop. — n Mor. — o V. — p For. — q Q. in Mor. — Al. in Mor. — † Mor. — t Mor. ex AE. — † Q. in Mor. — v Mor. — x Riv. — y V. — z Ang. — a Q. in Riv. — † Q. in Riv. — b Cyr. in Calov. — c Al. in Calov. — d Riv. — * Me. — f Me. — g T. ex Hi. & Cyr. &c. — h Calov.

Margin (col. 520): i For. — k Calov. — l Glas. gram. 3. 1. 2. 4. sim. Calov. — m Glass. ib. — n Calov. — o For. — p Mor. — q Mor. ex Riv. — r Riv. — † Mor. — t Mor. ex Riv. — v For. — x Riv. — y Forst. For. &c. — z For. — a Riv. — * Q. in Riv. — b Riv. — c Mor. ex AE. — d Forst. — * Q. in Mor. — f Mor. — g For. — h Mor. — i Ang. — † Q. in Clop. — k K. in Clop. sim. Ang. — l Clop. — m Ang.

runt ipsi dare sepulchrum ei cum impiis: Deus autem noluit. Quamobrem? Scilicet minimè decebat eum post mortem conjungi cum impiis, quem pia mors & vita tam longo ab impiis intervallo separabat [n]. Non eos ultra mortem sævire passus, docuit (Deus) in mortuum nihil ipsis licere; quoniam qui mortuus est à peccato justificatus est: nam in mortuos lex non valet. In morte quidem pro peccatore habitus est; sed post mortem nihil quicquam ei ampliùs cum peccato [o]. Itaque divitem illum suscitavit Deus, cujus in monumento minimè vulgari honorificè conderetur [p]; quia justus erat, non maleficus, quia nec factis nec verbis quenquam læsit: quibus duobus verbis vita inculpata comprehenditur [q]. Neque facto neque verbo ulla in re impegit. Hoc certè de nullo mortalium dici posse, omnibus in confesso est*. Vel, 3. Omnia prædicta proveniunt ex eo, quòd sanctissimus est; unde per mortem suam tot ac tanta bona promereri potuit [r]. 2. Adversativè. Commendat hîc innocentiam Christi, non tantùm ut ipsum à calumnia vindicet, sed ut fructum mortis ipsius commendet, nè eum fortuitò passum esse arbitremur. Innocens patiebatur decreto Dei: non suâ igitur causâ patiebatur, sed nostrâ †. Al. Hæc verba cum seq. versu conjungi debent hoc pacto, Etiamsi neque vi neque fraude cuiquam nocuisset, Jehova tamen voluit contundere eum, &c [t]. [Videamus tandem quo pacto hæc Jeremiæ accommodat Grotius.] *Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua*: h. e. Illi ipsum etiam interficere voluerant, ut legimus Jerem. 26. 10, &c. at Deus ipsius vice viros potentes quidem, sed improbos, Sacerdotes nempe mortem Jeremiæ machinatos, morti dedit per Chaldæos, 2 Reg. 25. 18, &c. Nihil illis divitiæ suæ profuerunt, quibus redimi se posse speraverant. Sensum hunc bene expresserunt Græci. *Eò quòd iniquitatem non fecerit*, &c. i. e. quanquam nihil aliud dixerat quàm quod Deus ei mandaverat [v]. Sed non est quòd impiæ huic detorsioni inhæreamus. 1. Sacerdotes per *impios* hîc intelligi merè precarium est. 2. De Chaldæis, & excidio per illos facto, hîc agi, falsissimum. 3. Petrus de solo Christo intelligendum docet, 1 Pet. 2. 22. qui solus ἀναμάρτητος est [x].

10. *Et*, &c. וַיהוָה חָפֵץ דַּכְּאוֹ הֶחֱלִי] *Et* (vel, *At*, JT. Pi. *Ideo*, Ar. *Tamen*, Ti. Calv. Ang. *Et eò quòd*, San.) *Dominus voluit* (vel, *volens*, Pi. *delectatus*, JT. Al. *Complacuit autem Domino*, M. sim. For. *Libuit autem Jovam*, Ca.) *conterere* (vel, *contundere*, Mo. Ca. vel, *mundare*, sive *purgare*, ὁ'. & Chald. & Hi. in Mor. i. e. illum ab omni suspicione proprii criminis purgare, puniendo scilicet sceleratos illos qui eum interfecerunt [y]. דְּכָא quidem Chald. sign. *mundare*, non item דָּכָא Heb [z]. Al. *humiliare*, Sy. *atterere*, Ti.) *eum*, *ægrotare fecit*, P. &c. i. e. cruciatibus affecit [a]: vel, *morbo affecit*, JT. Pi. sub. *eum*, P. Pi. Angl. vel, *infirmitati subjecit*, Calv. vel, & *infirmitatem inferre*, M. vel, *infirmando*, Ti. vel, *ægritudine*, Ca. Pergit hîc Propheta amovere crucis Christi scandalum [b]. Retinenda hîc est antithesis. In Christo nihil culpæ fuit: cur ergò Deus ipsum pati voluit [c]? Ità Deo placitum erat [d]. Cùm autem Deus nihil temere statuat aut velit, sequitur legitimam mortis ejus esse causam: in Christo autem nihil culpæ fuit*. Id ergò voluit Deus, quia causam nostram [Christus] sustinebat, nec aliter satisfieri poterat judicio Dei [f]. חָפֵץ sign. *velle*, & quidem cum desiderio & approbatione effectûs [g]. Maximi est momenti, ut agnoscamus mortem Christi non accidisse, vel nolente Deo, vel otiosè spectante [h], sed prædeterminante, juxta Act. 2. 23. & 4. 28 [i]. Hæc oratio, ut ità loquar, tota sacerdotalis est. Nam חָפֵץ, *voluit*, εὐαρεσίαν includit, quæ ad sacrificia referri solet, Heb. 13. 16. Sic Psalm. 51. 18. *Quia* לֹא תַחְפֹּץ *non voles sacrificium*; ibidémque v. 19. *cor fractum* וְנִדְכֶּה *& contritum, Deus, non despicies* [k]. דָּכָא sign. *opprimendo contundere*, Psal. 143. 3 [l]. ¶ *Si*, &c. אִם תָּשִׂים אָשָׁם נַפְשׁוֹ] *Si* (vel, *Quum*, P. Calv. Riv. Pi. *Quandoquidem*, JT. *Quia si*, Ca. *Ut si*, M. *Ut ubi*, Clop. Ti.) *posuerit* (vel, *poneret*, M. *exponebat*, JT. *exposuerit*, Ca. Pi.) *delictum anima sua*, Mo. vel, *animam suam hostiam*, sive *pro hostia*, *delicti*, M. Ti. vel, *piaculo*, Ca. *pro peccato*, Clop. *in sacrificium*, Calv. Riv. vel, *se ipse sacrificium pro reatu*, JT. Heb. *se reatum anima ipsius*; metonymia [m]: vel, se *in sacrificium pro reatu* (sive, *delicto*, P.) *anima ejus*, P. Pi. תָּשִׂים est fœm. & refertur ad נַפְשׁוֹ *animam ejus*, nempe Christi. *Anima*, vel, pro persona; vel, forsan, pro vita [n]. Christus ergò & sacerdos est, & victima, seipsum Deo offerens, Heb. 9. 14, 25, &c [o]. Sed malim תָּשִׂים esse 2. pers. masc. & ad Deum referri: atque ità verto, *Cùm posueris delictum animam ejus*, quò allusum puto 2 Cor. 5. 21 [p]. אָשָׁם sign. 1. *peccatum*, seu *delictum* [q]: 2. *reatum peccati* [r]: 3. *piaculum*, vel *sacrificium pro peccato* †, ut Lev. 7. 2. 1 Sam. 6. 3. 2 Cor. 5. 21 [t]. Hinc transtuli *pro peccato*, sicut vox חַטָּאָה Ps. 40. 7. bis transfertur περὶ ἁμαρτίας, Heb. 10. 6, 8. Vide & Rom. 8. 2 [x]. Sicut peccatum pro pœna sæpe ponitur, Gen. 4. 13. Zach. 14. 19. ità & qui pœnam luit *peccatum* vocatur. Sic Latinis *piaculum* tum crimen, tum hostiam piacularem, denotat [y]. ¶ *Videbit*, &c. יִרְאֶה זֶרַע יַאֲרִיךְ יָמִים] *Videbit* (vel, Dicens, *Videbit*, JT.) *semen*, Mo. Pi. &c. (i. e. numerosam sobolem; intellige pios omnes & regenitos [z]. *Videre semen* est, liberis & posteritate frui & gaudere [a]. Alludit ad Isaac, ex quo quodammodo mortuo semen numerosum propagatum est: resurrectionem etiam Messiæ, & vitam post mortem, connotat hæc phrasis; quia multi semen post se relinquunt, quod non vident [b].) *prolongabit dies*, Mo. Pi. q. d. Non impedietur morte suâ quò minùs proroget dies suos, & perpetuò vivat [c]. Promissio est vitæ æternæ, quam Christus, tanquam caput corporis mystici, accipit, & in totum corpus derivat [d]. [Alii aliter vertunt.] *Videat*, vel *videret*, *semen* quod *prolongabit*, vel *proroget*, (vel, *longos viveret*, M.) *dies*, P. Ti. *semen adipiscetur diuturnum*, Ca. ¶ *Et*, &c. וְחֵפֶץ יְהוָה בְּיָדוֹ יִצְלָח] *Et voluntas* (vel, *delectatio*, JT. Pi. *favor*, Ca. *beneplacitum*, For. *desiderium*, Clop. Angl. ut vox redditur 1 Sam. c. 18. v. 25. *propositum*, ut Eccles. 3. 1, 17. & 8. 6*: voluntas εὐδοκίας [f]. i. e. opus redemptionis Christo commendatum; vide Joh. 4. 34. & 6. 38 [g]: reductio hominum ad Deum, hominum sanctificatio [h]: nostra υἱοθεσία (*filiatio*, sive *adoptio*) per Christum [i]: res illa quâ delectatur Deus, viz. collectio electorum ex Gentibus in corpus Ecclesiæ [k]. Verùm hæc voluntas ad Judæos æquè ac Gentes extenditur; imò ad Judæos primùm spectat, &c [l].) *Domini* (vel, quodcunque volet Jehova [m],) *per manum*, vel *in manu*, *ejus* (i. e. ministerio ejus, ut *manus* sæpe sumitur, Num. 36. 13. Esd. 3. 10 [n]: vel, per ipsum sedentem ad dexteram Dei, & indè dantem ministros, Eph. 4 [o].) *prosperabitur*, Mo. P. JT. &c. vel, *prospere succedet*, Ca. sim. M. Ti. ad verb. *perrumpet*, *pervadet*, &c. metaphoricè; id est, *feliciter pertransibit*, *prospere cedet*, superatis omnibus impedimentis, & perruptis obstaculis [p]. Progressus faciet, felicémque exitum consequetur; nec ulla potestas progressum Evangelii impediet [q]. Efficiet Dominus ut ministerium Christi fructus producat, nè frustrà tam diris cruciatibus ipsum exposuisse videatur [r]. [G. hæc, more suo, de Jeremia exponit.] *Tamen Deo visum est eum conterere & infirmare*, i. e. attenuare fame, illuvie, squalore. Verba activa apud Hebræos sæpe permittendi habent significatum. Causa sequitur cur id Deus permiserit, *Si posuerit*, &c. Verteris rectè, *Ut cùm semetipsum subjecerit pœnis*, *videat semen*, *diúque vivat*. Hebræis pœna etiam injustè irrogata אָשָׁם dicitur, quia infligitur si non sonti, certè quasi sonti. Sic חֵטְא sumi apparet Genes. 31. 39. Zach. 14. 19. Vixit diu Jeremias in Ægypto. *Et voluntas Domini in manu* (ejus scilicet) *prosperabitur*. Multi per ipsum ad pietatem convertentur †. [Sed audiamus quid regerat Calovius.] Quum hæc Solis radiis scripta sint de Christo, multis opus non est. 1. Non nuda permissio, sed decretum & consilium, Dei hîc designatur. אָבָה quidem est simpliciter, *voluit*; at חָפֵץ, *voluit cum summa delectatione*. 2. *Ponere pro delicto animam* est phrasis sacrificialis, & de Christo intelligenda, juxta Eph. 5. 2. nuspiam verò idem est quod, *pœnæ se subjicere injustè irrogatæ*. חֵטְא Zach. 14. 19. dicitur de pœna justè à Deo gentibus irrogata, simúlque culpam infert. In Gen. 31. 39. de injusta quidem exactione adhibetur; sed ibi de injusto Labane agitur, hîc de Deo, qui pœnam injustam non infligit, &c. Porrò, *animam ponere* hîc est, vitam ponere, sive mortem subire; idque spontè, ut phrasis denotat, *Exposuit se sacrificium*, &c [c].

Vide

[n] Mor. [o] Mor. in enar. cap. p. 153. [p] Mor. ex Riv. [q] Riv. * Calv. [r] Glas. gram. ib. † Calv. &c. [t] For. [v] G. [x] Calov. [y] Cyr. & Proc. in Mor. [z] Riv. sim. Mor. [a] V. [b] Riv. [c] Calv. sim. Mor. Musc. [d] Mor. sim. Musc. Riv. * Riv. [f] Riv. ex Calv. [g] Clop. [h] Riv. [i] Ang. [k] Mor. [l] For.

[m] Jun. [n] Riv. [o] Clop. [p] Di. [q] Riv. Clop. Calv. &c. [r] Clop. † Riv. sic Calv. Clop. Ang. &c. [t] Riv. [x] Clop. [y] Riv. [z] Riv. [a] Clop. [b] Riv. sim. Calv. [c] Riv. ex Calv. [d] Clop. * Ang. [f] Mor. [g] Riv. [h] For. [i] Clop. [k] Pi. [l] Clop. [m] Jun. [n] Calv. sic Riv. &c. [o] Pi. [p] Riv. [q] For. [r] Calv. † G. [c] Calov.

Vide Joh. 10.15,17,18. 1 Joh. 3.16[v]. 3. Jeremias *videbit semen, diúque vivet*, quàm jejunum & incertum est! Quodnam ille semen vidit? aut num is diu vixit postquam vitam suam posuerat[x]?

11. *Pro eo,*&c. מֵעֲמַל נַפְשׁוֹ יִרְאֶה יִשְׂבָּע [Variant.] *A*, vel *De*, vel *Ex*, *labore* (vel, *Præ labore*, Mor. *Propter laborem*, Mo. P. Riv. *Per laborem*, Ca. *Post laborem*, For. Mor. Angl.) *animæ suæ*, sive *ejus*, M. Ti. Clop. Calv. (vel *Propterea quòd laboraverit anima ejus*, Pi.) *videbit*, Mo. For. Ti. Calv. Di. &c. *saturabitur*, Mo. For. Mor. sic Riv. Di. vel, & *saturabitur*, Ti. sic G. ex Vulg. i. e. videbit diu ad satietatem. Simile loquendi genus in Hebræo Gen. 25.8. & 35.29. 1 Par. 23.1. & 29.28[y]. Fructum laboris animæ suæ videbit abundantissimum, sic ut saturetur*. *Videre* interdum absolutè sive per se ponitur, & sign. videre, aut sentire, vel, 1. cum voluptate[z], ut Psal. 35.21. & 54.9[a]. Esa. 60.5. & 66.14[b]: vel, 2. cum tristitia, ut Esa. 26.11. *Videant, & confundantur*. Vel in malum, vel in bonum, sumitur, prout sequitur aliquid vel lætum, vel triste: hîc in bonum, ob sequens יִשְׂבָּע[c]. *Videbit*, i. e. possidebit[d]. Al. *adipiscetur satietatem*, Ca. Al. *videbit* (repete, *semen*, ex præced *. & *natos natorum, & qui nascentur ab illis*[f]: vel, sub. *fructum*, M. P. Clop. Calv. & sub. *quo*, P. vel sub. *&*, M.) *saturabitur*, P. M. Clop. &c. Videndo *satiabitur*, h. e. immortaliter gaudebit[g]. Optato laboris sui effectu fruetur plena & perfecta cum lætitia[h]. Saturabitur tum gloriâ suâ, tum felici animarum messe[i]. Votis suis potietur, nempe salute fidelium, quam unicè esurivit. Plena hæc sunt suavissimæ consolationis. Nec enim meliùs potuit immensum erga nos Christi amorem exprimere, quàm quum significat ipsum unicè oblectari salute nostrâ, & in ea, ut in fructu laborum suorum, unicè acquiescere[k]. [Alii aliter vertunt.] *Exemptum molestiâ* (ad verb. *Ex labore*, Clop.) *seipsum* (Heb. *animam suam*, Jun.) *videns satiabitur*, JT. i. e. Cùm finis laborum advenerit, satiabitur gloriâ cœlesti, &c[l]. עָמָל *laborem* corporis & animi significat cum molestia & dolore conjunctum: hinc pro injuria, miseria, periculo, &c. accipitur. *Anima hominis*, pro homine, tritum est. *Laboravit anima ejus*, i. e. ipse, tam corpore, quàm animâ[m]. *Labor animæ* hîc est, sensus iræ Divinæ, qui animam ejus fatigavit. Hinc discimus, Christum, ut corpore, sic etiam, imò præcipuè, in anima, passum & excruciatum fuisse; non tantùm per sympathiam cum corpore, sed peculiari modo, maledictione nimirum & desertione Divinâ, ipsísque inferni doloribus, Act. 2.24[n]. Al. *Labor*, pro fructu laboris, ut Psal. 128.2[o]. Sed עָמָל propriè non est *labor operis*, ut plerique omnes hîc accipiunt, sed *labor molestiæ*. Sic Job. 4.8. & 5.6. & 15.35. Psal. 7.15. Esa. 59.4[p]. ¶ *In*, &c. בְּדַעְתּוֹ יַצְדִּיק צַדִּיק עַבְדִּי לָרַבִּים [*Cognitione* (vel, *In scientia*, Mo. Riv. *Et cognitione*, M. Pi. sic Ti. Ca. *Doctrinâ*, Calv. *Per scientiam* & doctrinam, sive Verbum[q],) *sui* (vel, *sua*, Mo. Riv. Calv. P. *suam*, For.) *justificabit* (vel, *justos reddet*, Ca.) *justus* (vel, qui est *justus*, M. sic Ti.) *servus meus multos*, JT. Mor. &c. vel, *quamplurimos*, For. *Multos*, comparatè, non cum damnatis, qui multò plures sunt, sed cum temporibus V. T. ob Gentium concursum Messiæ tempore[r]. *Multos*, ut v. 12. Matt. 20.28. & 26.28. Rom. 5.15, 19. nempe omnes qui credunt, &c †. *Multos*, absolutè, ut Matt. 8.11. Apoc. 7.9. *Multos*, non omnes; *non enim omnium est fides*, 2 Thes. 3.2. Interdum *multi* pro *omnibus* ponuntur, non ex vi vocis, sed ex natura prædicati, quando omnes comprehendi aliàs constat; ut Dan. 12.2. Rom. 5.19[t]. [Qu. Quid hîc sign. *justificabit?*] Resp. 1. Hæc vox aliter sumitur in V. & N. T. quàm apud profanos autores. Dicitur tum de re, tum de persona. Sed apud exteros, cùm *justum declarare*, aut *probare*, significat, nunquam de persona dicitur, ut in S. S. sed de re tantùm. Cùm autem de persona dicitur apud illos, sign. *condemnare*, aut *punire*. Sic Hesychius, Δικαιοῦν, μαστιγοῦν. Sim. Suid. & Etymol. Sic Cleon apud Thucydidem contra Mitylenæos, *Aliter autem si censueritis, nec ipsis gratificabimini*, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσετε, *& vos ipsos magis condemnabitis*. In S. S. de re non dicitur *justificare*, sed, *imputare in justitiam*[v]. 2. *Justificabit*, &c. i. e. exemplo & institutione suâ corriget multos etiam ex Gentibus. Hæc est maximè propria verbi הִצְדִּיק, & Græci δικαιοῦν, significatio; quæ apparet & Dan. 12.3. Apoc. 22.11. & alibi sæpe. Ab hoc significatu proprio alii per similitudinem fluunt[x]. 3. *Justificabit*, i. e. viam aperiet ad justitiam; vel, docebit quomodo justi esse possint[y]. 4. *Justificabit*, i. e. justos pronunciabit, vel absolvet[z]: justos constituet, per imputationem nempe justitiæ suæ[a]: justitiam illis imputabit, i. e. in judicio justos censebit. Atque hanc esse propriam & usitatissimam verbi צָדַק aut הִצְדִּיק, & Græcæ vocis δικαιόω, significationem, negari non potest[b]. *Justificare* hîc non est, justum facere, seu justitiam dare, sicut *calefacere* est, calidum facere, ut volunt Scholastici[c]. Non favet illis vox *facere*, quæ interdum valet, *judicare*; ut 1 Joh. 1.10. & 5.10. *mendacem facere Deum*. Sic הֶאֱמִין suprà v. 1. est, *verificare*, seu *verum facere*; id verò rectè transfertur *credere*, seu veracem æstimare. Vide Joh. 3.33[d]. *Justificatio* in hoc argumento *condemnationi* opponitur, ac proinde vox est forensis, & judicialem actum notat, non solùm extra doctrinam justificationis, sed in ipsa, Esa. 5.23. Luc. 18.14. *Justificari* est, *non vocari*, sive *venire*, *in judicium*, Psal. 143.2. Joh. c. 5. v. 24. *non judicari*, sive *condemnari*, Joh. 3.18. Quæ omnia sunt forensia, sive judicialia*. Vide & Prov. 17.15. Matt. 11.19. Luc. 7.29, 35. & 16.15. 1 Tim. 3.16[f]. Hæc significatio etiam probatur ex circumstantiis hujus loci[g]. 1. Ex toto contextu, & collat. v. 5, 6, 7, 10[h]. 2. Quia cognitione Christi, i. e. fide alienam justitiam apprehensurâ, justificari dicimur[i]. 3. Ex ratione verbis sequent. reddita[k]: Eos justificat Christus *quorum iniquitates bajulavit*, i. e. quos ab iniquitatibus absolvit. Nam ut aliquis justificetur inhærenter, non opus est ut alius pro eo satisfaciat[l]. [Mar. locum sic explicat, Justificabit multos, dimissis peccatis, quæ ipse portabit.] Vox *justificandi* hîc vel ipsum Dei judicium, quod Christo ut servo suo tradidit, significat: vel, quod malim, causalis est locutio; Christus nos justificat, i. e. justitia Christi in causa est cur Deus nos justificet. Sic innocentiam alicujus ipsum absolvere dicimus, id est, causam esse cur judex ipsum absolvat[m]. Quod additur, *justus servus meus*, minimè otiosum est[n]; ubi adjectivum, præter morem Hebr. ante substantivum, ut Psalm. 11.7[o]. Significat Christum justificare non tantùm quà Deum, sed etiam quà hominem; quia serviendo & obediendo justitiam nobis acquisivit[p]. *Servus* opportunè dicitur, quia ut servus, non ut filius, in hoc negotio habitus est. Nihil ei indultum ex gratia; κατὰ τὸ ἀκριβοδίκαιον totam summámque Dei iram pertulit. Filius cùm hæreditatem consequitur, non opus ejus æstimatur, sed persona respicitur: Servo cùm merces solvitur, nulla personæ ratio habetur, sed opus æstimatur. Itâ Christus à Deo emit omnia pretio laboris & sanguinis[q]. *Servus* erat, 1. juxta humanam naturam: 2. ratione œconomiæ & voluntariæ submissionis; ratione officii suscepti à Θεανθρώπῳ *. Christus tripliciter factus est *servus* Dei. 1. Conditione naturæ humanæ. Homo esse non potest quin servus Dei sit, & obligatus ad officium charitatis Deo præstandum. 2. Ex fœdere legali, sive ex Lege quatenus peculiari œconomiâ administratur, minísque & promissionibus sancita est; cui etiam Christus serviliter subjectus fuit. 3. Quatenus pro nobis factus est peccatum, ideóque Legi obnoxius, & ad pœnam obligatus. Prima & secunda servitus & nostro & Christi nomine fuit; tertia, nostro tantùm nomine[r]. *Justus* dicitur signanter; quia si injustus fuisset, nos justificare non potuisset †. Sic, *justus ille* vocatur, Act. 3.14. & 7.52. *pius, innocens, impollutus*, &c. Heb. 7.26. Vide & 2 Cor. 5.21. 1 Joh. 3.5[t]. Christus primò *justus*, deinde *justificans*, primò seipsum, deinde & nos, Rom. 3.26: nos *justificati* primò, deinde *justi*[v]. Addit, *meus*, quia Patri inserviebat in opere Redemptionis[x]. [Sed quid illud בְּדַעְתּוֹ? Id variè explicant.] Resp. Vel activè, vel passivè, sumi potest[y]: utrovis autem modo Judæis, vel invitis, extorquet quod hîc dicitur, Christum solum esse magistrum simul & authorem justitiæ[z]. Scientiâ aut doctrinâ suâ, vel sui, vel de se[a]. 1. Activè, pro doctrina Evangelii, quæ non solùm ostendit justitiam, quod Lex facit, sed etiam justificat, nempe cùm recipitur fide. Cùm autem tribuat justificationem actu huic scientiæ Christi, necesse est ut intelligamus non tantùm

Marginal notes (left column): v Clop. x Calv. y G. * Di. z Riv. Ang. a Ang. b Riv. Ang. c Riv. d Mor. * Q. in Clop. f Mor. g Mor. h Clop. sim. Riv. i Riv. k Calv. l Ang. ex Jun. m Riv. n Clop. p. 41. o Ang. p Mor. q For. r Mor. † Ang. t Riv. v Mor.

Marginal notes (right column): x G. y San. z Riv. sim. Ang. a Pi. b Clop. c Riv. d Clop. * Riv. f Clop. g Riv. h Ang. i Clop. k Ang. l Riv. m Clop. n Mor. o Ang. p Riv. ex Calv. q Mor. * Riv. r Clop. † Riv. t Ang. v Mor. x Ang. y Calv. San. Riv. z Calv. a Riv.

tantùm de scientia activè sumpta, quatenus docetur, sed passivè, quatenus recipitur [b]. Al. *In scientia sua*, i.e. sapienter; non temere, & sine delectu [c]. Vel, sapientiâ suâ, quam depromet in Evangelii prædicatione [d]: in scientia Divina & humana*. Vel, secundùm quod novit inter nos convenisse. Explicat enim hîc pacta conventa inter Deum Patrem & Christum, quibus pro passione Christi decernuntur præmia, &c [f]. Vel, secundùm scientiam quam habet, vel de se, vel de Deo, Matt. 11. 27. Joh. 8. 55. & 10. 15. vel de ipsis, Joh. 10. 14, 27 [g]. 2. Passivè [h], vel subjectivè; i. e. scientiâ quâ ipsum cognoscunt, vide Phil. 3. 8. 2 Pet. 1. 3. & 2. 20. Sic, *timor meus*, & *tuus*, pro, *timor mei*, & *tui*, Psal. 5. 8. Jer. 32. 40; *cogitationes tuæ*, pro, *meæ cogitationes de te*, Psalm. 139. 17; &, *injuria mea*, i. e. mihi facta, Gen. 16. 5 [i]. Affixum passivè vertendum esse, loca parallela evincunt, Joh. 17. 3. 1 Cor. 1. 30, 31. 1 Joh. 4. 12 [k]. Porrò, per *cognitionem* intelligitur h. l. fides [l], antecedens pro consequente, ut Joh. 17. 3. quia cognitio ejus est fundamentum fidei & fiduciæ, Rom. 10. 14, 17. 1 Joh. 5. 20 [m]. Fides verbis *scientiæ* sive *intelligentiæ* sæpe exprimitur, (non ratione evidentiæ, sed ratione certitudinis:) ut Job. 19. 25. Matt. 13. 13. Joh. 17. 3. Eph. 1. 17. Heb. 11. 3. Ei etiam opponuntur *ignorantia*, Act. 17. 23, 30. *cæcitas*, Rom. 11. 25. Eph. 4. 18. *insipientia*, Luc. 24. 25. Rom. 10. 19 [n]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, sive *Quia*, Pi. Calv. Riv. Copulativa pro causali [o], ut sæpe [p].) *iniquitates eorum ipse portabit*] Sic Mo. P. &c. Al. *quorum iniquitates ipse portabit*, sive *bajulabit*, M. Ti. JT. &c. Hîc Propheta se exponit. Hæc duo simul cohærent; justificabit doctrinâ suâ, aut cognitione sui, quatenus portabit iniquitates: factus enim est piaculum pro nobis; nunc autem ad percipiendum ejus fructum Evangelium nos invitat [q]. Illi soli justificantur quorum iniquitates ipse portat; & horum tantùm iniquitates portat qui justificantur [r]. Non sine causa hoc repetitur, licèt jam non semel superiùs positum. Modum enim justificationis ostendit. Quo tandem pacto justificabit multos? Peccata eorum ab iis removendo, & in se transferendo †. *Portare* hîc accipio ex Matthæo 8. 17. ut suprà v. 4. pro, *exportare*, *auferre*, quasi exponat quid sit *justificari*. Nisi malis dicere, juxta Legis phrasin, *portare iniquitates* esse, puniri pro iniquitatibus [t]. *Portabit*, i. e. *auferet*, per metonymiam, quia qui sordes aliquas auferunt, solent eas collo supposito portare. Sic & נָשָׂא pro *auferre* habes Num. 16. 15. 2 Reg. 20. 17. vertitúrque per ἐκσπᾶν, ἀναιρεῖν, ἀφαιρεῖν. Abstulit Jeremias multorum peccata, ità ut diximus, eos corrigendo [v]. Ità de sola doctrinali cognitione hanc portationem accipit. At ipse Grotius in Defensione fidei cathol. p. 11. hæc habet; *Vox* נָשָׂא *quidem signif.* auferre, סָבַל *verò nunquam, sed sustinere, bajulare; & quoties id ponitur cum nomine peccati, id in omni lingua, & maximè in Hebraismo, sign.* pœnas ferre. *Disertè igitur hîc dicitur Christus laturus pœnas eorum qui justificantur. Hæc phrasis nullam aliam interpretationem recipit*, &c [x]. [Sed de his verbis plura vide ad v. 4.]

12. *Ideo*, &c. [לָכֵן אֲחַלֶּק לוֹ בָרַבִּים] *Ideo partem*, vel *portionem*, *dabo* (vel, *segregabo*, M. *distribuam*, Calv.) *ei in* (vel, *cum*, P. vel, *pro*, JT.) *multis*, Mo. P. Riv. vel, *inter multos*, V. *cum magnis*, Calv. Ang. *cum magnatibus*, sive *primoribus*, Q. in V. Meliùs istis omnibus Castalio, *Itaque impertiar ei inter multos* [y]. *Ideo dispertiar ei in multis*, Ti. לָכֵן, ut quod sequitur תַּחַת, non hîc simplicem consequentiam designat, sed meriti justique præmii rationem includit. Christus cumulatissimè satisfecit, nihil de pœna recusavit, &c. quare non est hîc gratia, sed meritum [z]. Christus, postquam se membrum fecit corporis mystici, toti corpori hanc gloriam meruit; quam ipse quidem sibi mereri opus non habuisset, nisi se nobiscum univisset, ità ut pauper & inops perpessionibus gloriæ istius divitias acquirere debuit. Vide Heb. 1. 9. collat. cum Psal. 45. 8 [a]. *Dabo*: Mutatio personæ, solennis huic Prophetæ, (jam enim Deus loquens introducitur,) injecisse scrupulum videtur τοῖς ό. qui propterea reddunt in 3. pers. κληρονομήσει, quasi legissent יַחְלֹק, vel יִנְחַל; quum veræ lectioni suffragentur Ch. Sy. & Hi [c]. Sensus eòdem redit, sive dicas, *Dabo ei*, sive, *Ipse à me accipiet*, *hæreditatem* [d]. Verbum חָלַק est valde πολύσημον. Primò, sign. *partiri*, sive *in partes dividere*, ut Jos. 14. 5. 1 Par. 23. 6; indè, *spargere*, ut Gen. 49. 7. Job. 38. 24*: hîc verò sign. *tribuere*, vel *impertiri*. Sic & Job. 39. 17. חָלַק לָהּ בַּבִּינָה, (*attribuit ipsi intelligentiam*;) ubi, ut h. l. בּ accusativum format. Sic & Deuter. 4. 19. *quæ* חָלַק (quod JT. Ca. Buxt. &c. rectè reddunt) *impertivit*: & Deut. 29. 26. Job. 21. 17 [f]. Vocem רַבִּים exponunt, vel, 1. *magnos*; ità M. Calv. For. Pi. Riv. &c. nempe ut sic respondeat τῷ עֲצוּמִים *fortes*, aut *robustos*, in seq. membro: estque repetitio Hebræis usitata, &c [g]. Hos sequerer, si עֲצוּמִים id valeret [h]. Vel, 2. *multos*, Q. in Riv. Boot. &c. qui nativus & vulgatior vocis sensus est. Sic accipio, quia עֲצוּמִים (contrà quàm statuunt plerique) non, *fortes* aut *robustos*, sed, *numerosos* vel *plurimos*, hîc significare contendo [i]. Et hæc significatio ferè obtinet, non quidem in omnibus derivatis, [à עָצַם,] quippe nomina verbalia alteram notionem *roboris* ac *virium* utplurimum obtinent; sed tum in ipso verbo, (quod *virium* quidem significationem habet Dan. 8. 8, 24. & 11. 23. forsan & Genes. 26. 16. *multitudinis* verò Exod. 1. 7. Psal. 105. 24.) tum præcipuè in nomine עָצוּם. Hoc enim, excepto unico loco Prov. 30. 26. (ubi *validum*, seu *fortem*, denotat,) alibi semper convenientissimè interpreteris *copiosum*, seu *numerosum*, tum ubi cum גָּדוֹל *magnus* jungitur, ut Gen. 18. 18. Num. 14. 12. Deut. 4. 38. & 9. 1. & 11. 23. Jos. 23. 9. Dan. 11. 25. tum ubi cum synonymo suo רַב copulatur, ut Exod. 1. 9. Deut. 7. 1. Joel. 2. 2 [k]. & ubi רַב & עָצוּם ἐν παραλλήλῳ, ut hîc, usurpantur, ut patet ex locorum pensitatione quæ hîc sequuntur, Num. 32. 1. Psal. 35. 18. & 38. 20. & 69. 5. & 135. 10. Prov. 7. 26. Esa. 31. 1. & 47. 9. Jer. 5. 6. & 30. 14. Joel. 2. 11. Amos. 5. 12. Mic. 4. 3. Zach. 8. 22. De omnibus istis locis unus tantùm est ubi *roboris* significatio aptior videtur quàm illa *multitudinis*, putà Psal. 135. 10. sed & ibi *multitudinem* aptissimè significari docet versus sequens, è quo apparet, illud מְלָכִים עֲצוּמִים dictum de Regibus Cananæis, qui cùm 33 fuerint, Jos. c. 12. meritò canit David plurimos Reges à Deo profligatos. [Et certè cùm Reguli, potiùs quàm Reges magni & potentes, isti fuerint, significatio *multitudinis* hîc aptior videtur.] Etiam de Mic. 4. 3. contendere quis posset: sed litem dirimet collatio cum loco parallelo Esa. 2. 4. ubi רַבִּים solùm occurrit. In cunctis reliquis *multitudinis* significatio apertissimè convenientior est quàm *roboris*. Et mirari hîc licet insignem Interpretum incogitantiam [l], qui (licèt significationem *multitudinis* agnoverint, & aliquando usurpaverint, ut omnes fecerunt Psal. 40. 6, 13. plerique Num. 32. 1. Psal. 35. 18. Prov. 7. 26. Esa. 60. 22. multi etiam Esa. 31. 1. Jer. 5. 6. & 30. 14 [m].) passim tamen *roboris* significationem adhibent, neglectâ sententiæ vel necessitate, vel convenientiâ [n]; idque in iis etiam locis ubi in Annotatis suis *multitudinis* significatum meliùs quadrare agnoscunt: ut Bucer. & Mar. ad Psal. 40. 6, 13. Oecol. & Oleaster ad Esa. 60. 22. &c [o]. Ex dictis patet עֲצוּמִים significare *numerosos*, ac proinde etiam רַבִּים pro *multis* capiendum. Porrò, בּ ante רַבִּים (quod alii *in* vertunt, ut Sy. Oecol. &c. alii, *inter*, ut Genev. Amama, &c. alii, *cum*, ut Oleast. Steph. & plerique, alii, *pro*, ut JT. novè; alii putant formare genitivum, ut Chald. & Zuing.) effornando accusativo inservit [p]: ut in Exod. 7. 20. *Et elevans* בַּמַּטֶּה *virgam*; Levit. 24. 16. 1 Reg. 22. 34. Psal. 46. 7. & 78. 31. Prov. 25. 20. & 30. 6. Esa. 8. 21. & 11. 6. &c [q]. ¶ *Et fortium*, &c. [וְאֶת עֲצוּמִים יְחַלֵּק שָׁלָל] *Et* (vel, *Ut*, JT.) *cum fortibus*, sive *potentibus*, sive *robustis*, (vel, *robustissimis*, M.) *partietur*, vel *dividet*, (vel, *participabit*, Ca. *partiatur*, JT.) *spolium*, sive *prædam*, sive *spolia*, Mo. P. Ti. M. Ca. JT. Riv. Calv. Comparatur Messias victori ac triumphanti duci, qui ingentem prædam vel ipse potitur, vel dividit inter suos [r]. Significatur plena Christi victoria & triumphus de hostibus magnis & fortibus, &c †. Eadem est sententia cum priore, hâc tantùm differentiâ, quòd priore membro Deus testatur quid Christo dederit; posteriore verò subjungit, Christum eo beneficio frui: fruitur autem non suâ causâ, sed nostrâ [t]. Totum hemistichium sic verto, *Propterea ipsi attribuam*, sive *addicam*, *permultos*, & *plurimos*, seu *innumeros*, *habebit* loco

[b] Riv. [c] Mor. [d] Mo. * L. [f] T. [g] Q. in Ang. [h] Calov. Mo. [i] Ang. [k] Calov. [l] Riv. Clop. Ang. [m] Ang. [n] Riv. [o] Riv. Ang. [p] Ang. [q] Calv. [r] Riv. † Mor. [t] For. [v] G. [x] Calov. [y] Boot. [z] Mor. [a] Clop. [b] Mor. [c] Boot. anim. 4. 12. 1. 232. [d] Mor.

* Boot. ib. 7. 238. [f] Boot. 232. [g] Riv. [h] Boot. 4. 11. 2. 219. [i] Boot. ib. [k] Boot. ib. 229. [l] Boot. ib. 220. [m] Ib. 225. [n] Ib. 222. [o] Ib. 228. [p] Ib. 230. [q] Boot. 1. 1. 7. 6. [r] Mor. † Riv. [t] Calv.

loco prædæ; vel, *plurimi obtingent ipsi pro præda*. Significat innumeram hominum in Christo crediturorum multitudinem[v]. Particula את (quæ genitivum format Græcis, Ch. & Hi. *fortium dividet spolia*; dativum verò Oleast. *fortibus dividet spolium*, ac fortasse Syro, לְעַשִׁינָא, (quod tamen potest etiam accusativus esse, quum ל in ista lingua utrique casui ex æquo inserviat;) *cum* transferunt Oecol. Mar. Genev. M. &c.) accusativo efformando inservit, ut sæpe fit; atque ità hîc sumpserunt Luth. Os. Am. Belg[x]. [Alii sic;] *Idcirco pro parte dabo ei magnates, & potentes partietur* tanquam *spolia*: i. e. dabo illi victoriam de malis spiritibus, &c. Hebr. *partiar ei in magnatibus*. ב hîc notat objectum partitionis; & חָלַק, *partiri*, in priore membro habet significationem Hiphil[y]. Al. *Propterea distribuam ipsi portionem inter magnates*, (i. e. Prædam ipsi distribuam in magnatibus, i. e. in ipsorum imperio & facultatibus, & personis quoque,) *& fortes partietur* ut *prædam*. Ut sic *magnates* & *robusti* appellentur hostes ab ipso subjugandi, Satanas, mors, infernus. Et sic Propheta scandalo crucis respondet; quomodo Apostolus 1 Cor. 1. 25, 27. De præda & spoliis confer Matt. 12. 29. Vel, את עצומים vertas, *cum fortibus*; & sic ista continebunt comparationem cum eo quod magnates & fortes facere solent, ut hostes devictos spolient. Sed prius simplicius puto[z]. Al. Novam hîc interpretationem lectoris judicio subjiciam. Propheta mortis Messiæ circumstantias singulares hîc satis apertè describit; sepulchrum, v. 9. *cum divitibus*, &c. crucifixionem inter duos latrones, verbis hîc seq. *peccatoribus annumeratus est*: ità forsan & h.l. partitionem vestium inter milites: præcipuè, cùm alteræ illæ duæ circumstantiæ vix ab ullo alio Propheta annotatæ sint, hæc autem tertia à Davide descripta est, *sortem jecerunt super vestes meas*. Locum itaque sic reddo, *Ideo impertiar illi multitudinem*, sive *multos*, (h. e. gentes, ex Psal. 2. 8.) *quoniam* (ו sæpe αἰτιατικὸν [*causale*] esse nemo ignorat:) *fortibus*, sive *potentibus*, sive *rixosis*, (ut vox עצומים sumitur Prov. 18. 18. & alibi; quo epitheto nescio an ullum militibus conveniat magis:) *dividet vestes*, & quidem sorte, ut Job. 21. 17. Nec obstat quòd ipse vestes non divisit suas: nam nec ipse sanguinem effudit suum, quod statim sequitur. Nimiâ diligentiâ contendit Boot. vocem עצומים hîc non pro *fortibus*, sed pro *multis*, accipiendum esse; quum in omnibus ferè linguis quantitas continua & discreta iisdem ferè nominibus efferuntur. Sic nostrates dicunt *force* de multitudine, *forces* de exercitu. *Vim* Latini sic usurpârunt, ut cùm *vim aquæ*, *vim pecuniæ*, dicunt. Ità רבים Hebræis: quidni & עצומים? cùm præsertim ejus derivata non minùs de magnitudine aut fortitudine, quàm de multitudine, dicantur. Sic עצם *os*, quia nihil solidius aut fortius in corpore[a]. *Idcirco dispertiam ei plurimos*, (Heb. *in plurimis*, i. e. inter plurimos; Dabo illi ut inter multos accipiat sortem, & multos secum deferat, ut *sit ipse primogenitus in multis fratribus*;) vel, *magnos*, sive *magnates*, (i. e. Dabo ei ut dispertiat cum magnatibus; Faciam ut dividat magnatibus, & singulis det gratiarum divisiones, alios faciat Apostolos, alios Evangelistas, alios Prophetas, &c. Eph. 4. 11. nec dubito quin huc Apostolus alluserit:) *& fortium dividet*, &c. Hebr. *& cum robustis dispertiet spolium*. In priore membro dicit *dispertiam*, hîc, *dispertiet*; ut significet hanc gratiarum divisionem & Patri & Filio adscribendam[b]. ¶ *Pro eo quòd*, &c. [תחת אשר הערה וגו׳] *Pro eo quòd effudit*, vel *profudit*, *in mortem animam suam*, Mo. P. Pi. Mor. &c. vel, *seipsum*, JT. vel, *vitam suam*: *anima* sumitur aut pro vita, aut pro homine. q. d. Quia se morti tradidit, idque voluntariè, ut hæc phrasis innuit. Confer Luc. 12. v. 50. Joh. 10. 17. Eph. 5. 2[c]. *Effudit*: Metaphora est ab aqua[d]. Sed non opus est, cùm *anima sit sanguis*, ut Levit. 17. 11, 14. & sanguis rectè dicitur *effundi*. Sic Poeta, *Purpuream vomit ille animam* — Sic Tacitus *effundere spiritum* non semel dicit. Ità hîc *effudit*, *deplevit*, vel *evacuavit*, &c. nempe cùm ejus vacuarentur venæ, sanguísque funderetur; & cùm ei aqua & sanguis ex latere fluitarent. Hîc igitur αἱματεκχυσία intelligenda est, sine qua nullum sacrificium*. Propriè, *denudavit*, vel *retexit*; per metaphoram, *evacuavit*, vel *effudit*; quia evacuando vel effundendo vas aut alia res nudatur[f]. Vel, propriè vertas, *denudavit morti animam suam*, sicut dicunt Latini, *pectus gladio nudavit*, i. e. libenter se discrimini objecit, & morti nequaquam restitit[g]. *Quia objecerit*, &c. Ca. ¶ *Et cum*, &c. [ואת פושעים נמנה] *Et cum prævaricatoribus*, vel *transgressoribus*, (vel, *defectoribus*, JT.) *numeratus*, sive *annumeratus*, *est*, Mo. P. JT. Pi. For. &c. vel, *deputatus est*, For. *reputatus est*, Vulg. ο΄. Riv. In omnibus ferè linguis voces à numeris aut ponderibus deductæ transferuntur ad significandum animi considerationem ac judicia[h]. Impletum hoc partim, quòd eum tanquam sceleratum, imò Barabbâ pejorem, in crucem egerunt; præcipuè autem in cruce, quum inter duos latrones, quasi omnium scelestissimus, locaretur[i]: in quo impletum hoc dicit Marcus c. 15. v. 28[k]. ¶ *Et ipse* (*Nam ipse*, JT. *Qui tamen*, Ti. *Quum tamen*, Pi. *Idémque*, Sy.) *peccatum multorum tulit*] Ità M. P. &c. Hoc repetit, 1. ut constet eum inter nocentes innocentem fuisse: 2. nè quis, cùm audit mortis ignominiam, partam victoriam, i. e. mortis fructum, non percipiat[l]: 3. ob verba sequentia, ut significet eundem qui peccata multorum tulit, & victimam proprii corporis obtulit, (quæ pars erat officii sacerdotalis cruenta & ignominiosa,) nunc ingressum in Sancta sanctorum intercedere pro populo: quod est revera implere quicquid in veteri Pontifice adumbratum est[m]. ¶ *Et pro*, &c. [ולפושעים יפגיע] *Et pro prævaricatoribus oravit*, P. vel, *rogavit*, M. ad verb. *obviàm ivit*, For. *intercessit*, Ti. sic JT. Pi. Plerique hoc referunt ad orationem illam pro crucifixoribus suis. Potiùs, sic ostendere voluit, mortem ejus verè sacrificium fuisse, &c[n]. & deprecatione ejus ratam esse expiationem quâ nos Christus morte suâ abluit[o]. *Orabit*, vel *intercedet*, Riv. Clop. De tota Christi mediatione & intercessione hunc locum intelligo: & futurum puto hîc indicare tacitam promissionem æternitatis sacerdotii, quâ in æternum liberaturus est populum suum, eóque fruiturus invitis hostibus[p]. Verbum פגע signif. *occurrere*, sive nocendi, sive deprecandi, causâ: hîc sumitur in postrema illa significatione, quia Christus pro peccatoribus occurrit iræ Dei, &c[q]. הפגיע construitur & cum ל, & cum ב: ità tamen ut ל significet eum pro quo intercedit; ב autem, apud quem intercessio adhibetur[r]. [Grotius versum de Jeremia sic explicat:] *Dabo ei partem in multis*; i. e. Multos servabunt Chaldæi in ipsius gratiam; vide Jer. 39. 17. *Et fortium dividet spolia*; i. e. Nabuzaradan, magister militum, captâ urbe, de præda ipsi dona mittet, Jer. 40. 5. Oblatum etiam ipsi à Chaldæis terræ quantum vellet. Vide & Jerem. 15. 11. *Quia effudit*, &c. i. e. periculo mortis semet objecit, colendo veritatem, quæ odium parit: vide Jer. 26. 13. Sic, τιθέναι ψυχὴν, (*ponere animam*,) dici pro, *periculo mortis semet objicere*, diximus ad Joh. 10. 11. *Et cum sceleratis*, &c. i. e. ità est tractatus quomodo scelerati solent, in carcere, catenis & barathro. *Et ipse peccata multorum tulit*; pessimè tractatus fuit per multorum improbitatem, ut suprà vers. 5. *Et pro transgressoribus rogavit*. הפגיע est, *deprecari*, ut exponit, ad hunc locum respiciens, scriptor Hebræus De vita & morte Mosis. Sensus est, Eo ipso tempore cùm tam dura pateretur à populo, non cessavit ad Deum pro eo preces fundere, ut olim Moses in deserto. Vide Jer. 14. 7, &c. & 37. 3 †. Sed nihil hîc nisi meræ detorsiones sine ulla probatione, acsi dictaturam exerceret Grotius in Sacra Oracula. Nam si ob qualemcunque historiæ convenientiam prophetias applicare, & quæ non quadrant ità torquere, fas esset, cereus nasus foret S. Scriptura. 1. Vix per somnium ulli in mentem venit *dispertitione* illâ indicari, multos in gratiam Jeremiæ servatos esse, quamvis hoc certissimum foret, quod tamen non constat: nam Jer. 39. 17. unius Ebedmelechi mentio fit, qui non in gratiam Jeremiæ, sed quòd *Domino fideret*, servatus est. 2. Quàm jejunum est, hoc impletum esse cibariis & munusculis aliquibus Jeremiæ datis! 3. Verba illa, *effudit in mortem*, &c. non tantùm periculum mortis, sed & ipsam mortem, inferunt; sicut hîc accipiunt ο΄. & Ch. & RS. & K. & alii quicunque translatores vel commentatores: & sic accipitur Joh. 10. 11. 4. Illa, *cum sceleratis reputatus est*, de Christo disertissimè exponuntur

Marc.

[v] Boot. 4. 12. 151.
[x] Boot. 4. 11. 231.
[y] Pi.
[z] Clop.
[a] Mor.
[b] For.
[c] Riv.
[d] He. in Mor.
* Mor.
[f] Riv. sim. For.
[g] For.
[h] Mor.
[i] Clop.
[k] Calv.
[l] Riv.
[m] Mor.
[n] Riv.
[o] Clop.
[p] Clop.
[q] Riv.
[r] Mor.
† G.

Marc. 15. 28. Luc. 22. 37. Mirandum profectò, Grotium in tanta luce cæcutire: siquidem nusquam in S.S. hoc de satisfactione Christi argumentum, quod fons & fundus est omnis vivificæ consolationis, copiosiùs & luculentiùs traditum sit quàm in hoc nostro. Dicitur hîc Christus *languores nostros tulisse*, v. 4. *propter scelera nostra attritus*, v. 5. *abscissus esse*, v. 8. &c. eandémque rem Propheta duodecies repetit. [Vide in Authore.] Quorsum? Non delectatur Spiritus S. inani βαττολογίᾳ & ταυτολογίᾳ· sed toties hæc iterat, ut significet sententiam hanc non esse humanâ vanitate excogitatam, sed esse verissimam & certissimam, &c. ejúsque cognitionem nobis maximè necessariam. Palmam hîc præripuit Grotius & Socino, (qui De servat. 2. 5. ità scribit, *Non dubito quin Propheta, non minùs hîc quàm alibi mos est ferè cæterorum Prophetarum, sub aliquo typo hanc de Christo prophetiam exposuerit,*) & Judæis, quorum plurimi [ut ad initium capitis notatum] de Messia hoc caput exponunt. De Jeremia autem *nè unum*, inquit Abarbanel, *versiculum video qui exponi possit*: de quo tamen Grotius omnes exponit [t]. Chaldæus totum hunc versum sic reddit, *Idcirco dividam ipsi prædam populorum multorum, & facultates civitatum fortissimarum dividet spolium, ideo quia tradidit animam suam in mortem, & contumaces subjectos reddidit legi. Ipse pro peccatis multorum intercessit, & contumacibus condonatum est propter ipsum.* R. Alschech hæc habet, *Idcirco reportet partem dabo ipsi cum multis, ut in mundo futuro reportet partem cum multis, qui digni facti sunt per ipsum, nimirum per meritum castigationum, & deinceps per mortem pro peccatis generationis. Ideo etiam* cum fortissimis *ex patribus, ipsisque similibus*, partietur spolium, pro eo quòd seipsum in mortem profudit *pro Israele, & quòd* cum defectoribus numeratus est. *Dicebant enim, cùm castigationes portaret, ipsum à Deo percussum esse propter peccata sua propria, atque ità* cum defectoribus ipsum numerabant: *quod ille scivit, & tamen patienter tulit, illúdque* multorum peccatum portavit; *nec indè ægritudine affectus est, ut ipsis irasceretur. E contrà*, pro peccatoribus *illis, ea etiam de causa, quòd istud non ex errore, sed mera malitia, dicerent, & ideo peccarent*, ipse intercessit, *& Deum pro ipsis precatus est* [v].

[t] Calov. [v] Hulf. theol. Jud. 337.

CAP. LIV.

1. **L***Auda*, &c. רָנִּי עֲקָרָה לֹא יָלָדָה] *Præconiza*, (vel, *Lauda*, P. *Ova*, M. Angl. præ gaudio, ut Esa. 12. 6. Zeph. 3. 14. &c [a]. *Jubila*, Ti. *Exsulta*, M. V.) *sterilis non* (vel, quæ *non*, M. P. Ti. JT. Ang. &c. ellipsis relativi; ut Esa. 51. 12 †.) *peperit*, Mo. vel, *parit*, JT. *parturiebat*, i. e. quæ es velut mulier quæ non parturit [b]: *pariebas*, P. *paris*, M. Ti. Pi. *paries*, i. e. soles vel consuevisti parere [c]. Enallage personæ 3. pro 2. ut Gen. 49. 4. עָלָה *ascendit*, pro, *ascendisti*; Esa. 1. 29. Mic. 7. 18. Mal. 2. 15: ut alibi personæ 3. pro 1. ut Psal. 6. 3. *quia* אֻמְלַל *languet*, pro, *langueo*; Thren. 3. 1 [d]. [Connexionem non uno modo instituunt.] Redit ad eum sermonem quem cœperat initio capitis 52. & mentione injectâ Jeremiæ interruperat *. Hæsit hîc aqua Grotio. Quum συνέχειαν perpetuam in vaticiniis Esaiæ aliàs crepârit; ut præconceptæ opinioni, quòd de rebus gestis ante Messiæ adventum, quæ vel vivente Esaiâ, vel non ità longè pòst, impleta sunt, vaticinatus sit, velificaretur, ideóque varias detorsiones adhibuit; nunc ipse cohærentiæ rationem invenire non potuit, sed interruptam vaticiniorum seriem statuit, ut modò ingereret Jeremiam, Christúmque è litera vaticiniorum eliminaret [f]. Plerisque nova hæc prophetia est; quæ tamen cum præcedente cohæret [g]. Ut cap. præc. Christum caput Regni describit; ità hîc corpus ejus, nempe Ecclesiam [h], quæ nunquam à capite suo sejungi debet. Ibi dixit de morte, resurrectione & triumpho Christi; hîc, de ejus fructu, &c [i]. Post passionem Christi, cui Pater Regum spolia & numerosam sobolem promisit, aptè transit ad Ecclesiæ fœcunditatem [k]. Cùm fructus passionis Christi commemorâsset, & inter eos multitudinem liberorum & justificandorum, id jam spiritu prævidens, non potuit se continere quin tot filiorum matri congratularetur, & ad Deum laudandum incitaret [l]. Hactenus descripserat Messiæ tum exinanitionem, tum exaltationem fructúmque laborum suorum, quòd sublimis valde foret; & quamvìs pauci admodum è Judæis crediturì essent, multas tamen gentes aspergeret, genus haberet inenarrabile, seménque spirituale, & plurimos justificaret, &c. quare provocat Gentilitatem ad laudem & lætitiam, &c [m]. Explicatis perpessionibus, & gloriâ consequente, Christi; nunc demum Propheta ad Ecclesiam Christianam transit, ut quæ filios Dei in Christo esset genitura, quia Christus Ecclesiæ veteri erat scandalo, ut dictum est præc. cap. &c [n]. Habetur hæc concio ad Ecclesiam generatim, sive omnium temporum; ità tamen ut peculiariter ad Ecclesiam & tempora N. T. referatur: idque vel ad Judaicam, quæ in primordiis N. T. sterilis & deserta fuit, & orba verè fidelibus; vel ad Gentilem, quæ istis nominibus propriè & sæpe describitur [o]. Alloquitur Ecclesiam Christi tum ex Judæis, tum potiùs ex Gentibus, congregandam [p]: hæc enim initio exigua erat, & quasi sterilis respectu Synagogæ; & antequam converteretur sterilis erat, quia à Deo deserta, fide, gratiâ filiísque fidelibus destituta [q]. Forerius triumphantem Ecclesiam hîc intelligit [r]. [Sed falleris, vir bone, nec mentem ejus capis.] Sterilis hæc non est Ecclesia quæ jam in cœlis est, sed illa quæ descendit de cœlo, quæ spiritualiter *deserta* & *sterilis* erat toto ante Christum tempore, (quando soli Judæi erant populus Dei,) & sub tempus passionis Christi fuit *sterilis*, abjecta, pusillus grex, &c †. Alii referunt ad Jerosolymam terrestrem, cui post reditum è Babylone rerum & filiorum abundantiam promittit Deus, &c [t]. Urbs Hierosolyma longo tempore fuerat *sterilis* ac *sine partu*, i. e. deserta, desolata, ut illa locutio exponitur suprà 49. 21 [v]. Sed glossam hanc Judaicam multa refellunt. 1. Contextus: [de quo dictum.] 2. Materia concionis, in qua merè spiritualia resonant; gaudium, generatio, tabernaculum, &c. omnia spiritualia sunt. 3. De Ecclesia N. T. disertè exponitur Gal. 4. 27. Vide & Joh. 6. 45. collat. cum v. 13. hujus capitis. 4. RR. de tempore Messiæ intelligunt. Nam in Midrasch ad Cant. 1. 5. *Nigra sum*, hæc habentur; *De Jerusalem Messiæ dicuntur*, Lætare sterilis, Esa. 54. 1. quæ non paris *filios in gehennam*, &c. Et in Midrasch Tillim super Psal. 21. *Dixit R. Chanina, Non est Rex Messias venturus nisi ad dandum præcepta Gentibus; Israel autem discent Legem à Deo Sancto Benedicto, sicut dicitur* Esa. 54. 13. Et omnes filii erunt docti à Deo, &c. 5. Targum Jonathæ totum hoc vaticinium indè à cap. 52. 13. usque ad cap. 54. finem de Messia interpretatur [x]. ¶ *Decanta*, &c. פִּצְחִי רִנָּה וְצַהֲלִי לֹא חָלָה] *Prorumpe in laudem*, P. M. (vel, *in jubilum*, Ti. vel, *in hilarem cantum*, Ca. Al. *Vocifera præconium*, Mo. *Fragorem ede cantu*, JT. Pi. Aq. κελάδησι αἶνον, *Resona laudem*; Sym. ἰλάρυνον ἐν ἀγαλλιάσει, *Hilaris esto cum exsultatione*; Th. ῥῆξον ὦ ὀρθρισμὸν (?), *Erumpe in lætitiam* [y];) *& exsulta*, P. (vel, *jubila*, M. Pi. *exclama*, Ca. sim. JT. *oblecta te*, Th. in D. *hinni*, Mo. Ti. Aq. & Sym. in D. Hinniunt equi ex lascivia & petulantia. Transfertur aptissimè ad eam quæ jamjam mater esset futura; instante enim hoc tempore hinniunt equi [z].) quæ *non parturiebas*, P. vel, *parturis*, M. Ti. *eniteris*, Ca. *parturiebat*, i. e. quæ es velut mulier quæ non parturit [a]: *dolet*, JT. *doles*, Pi. For. vel, *doluisti*, i. e. quæ dolores parturientis non experiris [b]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי רַבִּים בְּנֵי שׁוֹמֵמָה מִבְּנֵי בְעוּלָה] *Quia plures* (vel, *multi*, Glas. sub. *sunt*, P. M. vel, *erunt*, Pi. sim. JT. Ti.) *filii desertæ*, sive *desolatæ*, (i. e. non habentis virum [c]: i. e. Ecclesiæ illius sterilis quæ in adventu Christi improlis erat [d]; vel, Ecclesiæ Judaicæ propter idololatriam rejectæ [e]; vel, Ecclesiæ Gentium [f], quæ antea derelicta fuerat [g]; vel, Ecclesiæ tum ex Judæis, tum potiùs ex Gentibus, congregatæ [h];) *quàm filii* (vel, *præ filiis*, Glas. Angl.) *maritatæ*, sive *conjugatæ*, Mo. P. M. JT. Pi. i. e. veteris Ecclesiæ, cui Deus se sacro connubio junxerat [i]; Ecclesiæ Judaicæ nondum rejectæ [k]; Synagogæ, quæ maritata videbatur [l]. Ecclesia autem & viduata erat [m], & sterilis; quorum

Marginal notes: [a] Ang. † Idem. [b] V. [c] For. [d] Glass. gram. 3. 3. co. 391. * G. [f] Calov. [g] Ang. [h] Luth. in Marg. [i] Calv. [k] Sr. [l] For. [m] Calov. [n] Jur. [o] Q. in Calov. [p] Me. sim. San. [q] Me. [r] San. † For. [t] Thom. & Hug. in San. [v] G. [x] Calov. [y] D. [z] For. [a] V. [b] For. sim. Pi. [c] V. [d] Jun. [e] Pi. [f] Q. in For. Calov. [g] Calov. [h] Me. [i] Jun. [k] Pi. [l] M. For. sic Me. T. &c. [m] M. Calv.

quorum

quorum tamen alterum prolis spem sustulit, &c. Potest hic Ecclesia comparari vel, 1. cum Gentibus, quæ instar mulieris conjugatæ florebant: vel, 2. cum eo statu quem ante exsilium obtinebat. Nec malè conveniet uterque sensus; sed simplicior magis arridet, ut significet Ecclesiam præter naturæ ordinem fœcundam fore [n]. Sensus loci, Plenior fies illis urbibus quæ semper habitatæ sunt, & Reges apud se habuēre [o]. Hierosolyma *longè clarissima urbium orientis*, Plin. 5. 14 [p]. Sed merè precaria est hæc glossa. Constat Ecclesiam intelligi, cujus *maritus est Dominus*, v. 5, 6 [q]. Sed plerique referunt ad spiritualem Sionis statum. Gentiles ante Evangelium steriles erant; Judæi olim fertiles. Alludi putant ad statum Saræ, quæ, diu sterilis, tandem Hagarem prole superavit: vel, ad Hannam respectu Peninnæ, &c. 1 Sam. 1. 5, 6 [r].

2. *Dilata locum tentorii tui*] Ità Mo. JT. &c. Urbes *tentorio* comparantur †. Imò Ecclesiam alloquitur, ut probavimus [t]. *Dilata*, &c. tot filiis excipiendis [v]; nempe conversis Gentilibus [x]. Ex Ecclesia singulari Judææ, fies universalis [y]. ¶ *Extende*, יַטּוּ] *Extendant*, Mo. M. impersonaliter [z]: *extendantur*, Ti. JT. Pi. ¶ *Nè parcas*] Ità ό. Ar. sic M. Ca. seu loco, seu sumptui, seu labori [a]. Nè cesses, sive negligas [b]. ¶ אַל תַּחְשֹׂכִי] *Nè prohibeas*, Mo. P. Pi. *Nè cohibeto*, JT. *Nè parcas* id facere, Ti. ¶ *Longos*, &c. הַאֲרִיכִי וגו'] *Prolonga funes tuos*, M. JT. &c. quibus tentorium religatur [c]. *Nè parcas prolongare*, &c. ut, *multiplica, lava*, pro, *multiplica lavare*, Psal. 51. 4 [d]. ¶ *Et clavos tuos consolida*; ità Mo. P. חַזֵּקִי] *Robora*, M. *confirma*, JT. Pi. sim. Ti. Ca. Paxillos bene defige, ad quos deligantur funes illi qui tentorium sustinent. Vide suprà c. 33. vers. 20 †.

3. *Ad dexteram enim & ad lævam* (vel, *Ad austrum & aquilonem*, Ch. sic G.) *penetrabis*, תִּפְרֹצִי] *Erumpes*, Mo. Ti. *multiplicaberis*, M. V. *confortaberis*, Ch. *propagabere*, Ca. *dilataberis*, P. *cresces*, V. *prorumpes*, JT. Pi. scil. copiâ liberorum [*]. ¶ *Semen tuum* (i. e. filii tui, spirituales scilicet †,) *gentes hæreditabit*] Etiam extra veteres fines imperium porriges, in Idumæam, Moabitidem, Syriam [f]. Verùm umbra hæc tenuis erat rei hîc designatæ, quæ erat hæreditas Christi & Ecclesiæ in Gentibus conversis, &c [g]. Initium habuit hæc prophetia sub Cyro, deinde ad Christum usque progressa, in eo complementum suum habet [h].

4. *Noli timere*] Quasi hæc incredibilia & impossibilia sint [i]. Bono animo esto [k]. ¶ *Non confunderis*] Tanquam spe tuâ frustrata [l]. Tametsi ad tempus misera sis [m], & confusioni sis proxima [n], tamen res tuæ bene habebunt [o]. ¶ *Neque*, &c. וְאַל תִּכָּלְמִי כִּי לֹא תַחְפִּירִי] *Nec erubesces, quia nec confunderis*, Mo. vel, *quia non ignominiâ afficieris*, P. vel, *quòd probris afficienda sis*, Ar. sim. ό. vel, *quia non te pudebit*, Ch. sim. Sy. *Et nè ignominiâ confusa esto, quia non erubesces*, Pi. sim. JT. *Non*, vel *nec*, *ignominiâ afficieris*, *neque erubesces*, M. Ti. Trinâ negatione securitatem promittit, quòd nullo pudoris genere laborabit Ecclesia ex Gentibus [p]. Eadem sententia bis repetita diversis verbis: nisi quòd prior ad animi affectum, posterior ad causam externam, referri potest. Simplicior tamen erit in utroque membro lætæ fortunæ promissio; q. d. Concipe bonam spem, & confide. Erubescunt enim quos sui pudet, & qui spe suâ frustrati animum dejiciunt [q]. ¶ *Quia* (vel, *Sed*, JT. Pi. M. Ti. *Quin*, Ca. *Quippe*, Mo.) *confusionis* (vel, *pudoris*, Mo. P. Pi. *verecundiæ*, JT. Ar.) *adolescentiæ tuæ* (vel, *virginitatis tuæ*, Calov. ex Brent. vel, *pristinæ*, Ar.) *oblivisceris*] Ità Ch. Adolescentiæ tempus, quod, cùm hæc evenient, diu exactum erit. Sic & mox v. 6 [r]. Sed vel hinc refutatur Grotii commentum; non enim in *adolescentia* sua confundebatur Hierosolyma terrena, sed florebat †. *Adolescentiam* vocat primam ætatem Ecclesiæ: hujus *confusionem* sive *pudorem* vocat studia & mores quos tum sectabatur [t]; vel, vetera peccata quæ olim commisit [v]; peccata tum Judæorum in deserto, &c. tum Gentium ante Christum, sive ante conversionem suam: nam *adolescentulæ* dicuntur innuptæ, & virgines, licèt grandes natu sint [x]. Memoriam autem hujus pudoris dicit præsenti felicitate & honore delendam. Nihil minus Gentes sceleratæ consecutæ sunt, quàm si justitiam coluissent, vel quàm Judæi, quibus tantùm notus est Deus [y]. Al. *Pudoris* nomine intelligit calamitates quæ Ecclesiæ acciderunt quum veluti adolesceret [z]. Felicitas quâ postea fruetur omnem earum memoriam delebit [a]. *Pudoris*, &c. i. e. probri quo olim affecta es ab Ægyptiis [b]. ¶ *Et opprobrii viduitatis tuæ*] Cùm sine Deo esses, quem peccato amiseras [c]. *Vidua* figuratè dicitur, quæ à viro relicta est. Talis erat gens Israelitica in Babylone, quum à Deo derelicta videbatur [d]. Ecclesia Gentium *vidua* fuisse dicitur toto illo tempore quo sine Deo fuit [*]. Puto idem hîc esse *viduitatem* cum *adolescentia*, nam utraque & innupta & sterilis est. Dicit ergò Deus, sublatumque se sterilitatem, quæ olim probro erat. Vide 1 Sam. 1. 6. Esa. 4. 1 [f]. *Probri viduitatis*, i. e. tribulationum in Babylone [g].

5. *Quia*, &c. כִּי בֹעֲלַיִךְ עֹשַׂיִךְ] *Quia*, vel *Nam*, *maritus tuus* (sub. *erit*, JT. Pi.) *opifex tuus*, Pi. sic JT. Construe sic, Opifex tuus erit maritus tuus. Heb. *mariti tui factores tui*. Videntur significari tres Personæ Divinæ [h]. Quod mysterium geminâ voce plurali hîc insinuatur. Plures sunt עֹשַׂי *factores* hîc, & Job. 35. 10. Psalm. 149. 2. Esa. 44. 2. [vide & Eccles. 12. 1.] plures בֹּעֲלִים [i]. *Qui te fecit* erit *tibi maritus*; i. e. fœcundam te faciet [k], tecum cohabitabit [l]. Te Deus in gratiam admittet. Captivitas erat quædam divortii species. Vide Esa. 50. 1. *Fictorem* se vocat Ecclesiæ, non tantùm quòd creavit eam, sed quia adoptavit: quæ prærogativa instar novæ vitæ est. Quanquam autem indè exciderant Judæi, spiritualis tamen eorum creatio non prorsus extincta erat, quia manebat fœderis memoria; unde etiam factum ut Deus eos de integro refinxerit [m]. Non habebis alios maritos præter Deum [n]. ¶ *Deus omnis terræ*] Hoc est, non modò Judæorum [o], ut olim, Deut. 26. 17, 18 [p]; sed & Gentium [q], Esa. 56. 3,—8. Zach. 14. 9. Matt. 28. 19 [r]. Rom. 3. 29. & 15. 10. Eph. c. 2. v. 14 †. Apertus hic locus de vocatione Gentium [t].

6. *Quia*, &c. כִּי כְאִשָּׁה עֲזוּבָה וַעֲצוּבַת וגו'] *Quia sicut mulierem* (vel, *uxorem*, JT. Sy.) *derelictam* (vel, *dimissam*, Ti. à marito [v]; vel, omnium ope destitutam [x],) *& afflictam* (vel, *perturbatam*, V. *cruciatam*, Pi. *dolentem*, JT. sim. P.) *spiritu* (vel, *animo*, JT.) *vocavit* (vel, *vocabit*, Ti. Pi. *vocat*, Ca. *revocat*, JT. *revocabit*, Sy. Q. in Angl. ut Hos. 11. 1 [y]. *Vocare* hîc ponitur pro *censere*, ut Gen. 21. 12 †.) *te Dominus*, Mo. P. &c. q. d. Hactenus sic se tecum gessit Deus ut vir cum uxore quam repudiavit, quæ mœret, squalida & horrida est, &c. quam vir non invisit aut curat. Hæc erat sors Gentium. Vide Eph. 2. 12 [z]. Quidam *spiritu* jungunt cum *vocavit*, *spiritu vocavit te* [a]. Al. *Quia ut mulier relinquitur* à marito, *sic vocavit te Dominus derelictam spiritu*, M. *Ut—derelictam*, &c. i.e. quæ jam longo tempore non gignebat ex promissione filios, sed tanquam sterilis spernebatur à Synagoga [b]. q. d. Nè desperetis; Deus enim propensus est ad reconciliationem, &c [c]. instar viri maritali affectu præditi, qui uxoris suæ repudiatæ dolentisque miseretur [d]. ¶ *Et*, &c. וְאֵשֶׁת נְעוּרִים כִּי תִמָּאֵס וגו'] *Et uxorem* (vel, *& velut fœminam*, Ti. Ca.) *adolescentiæ* (vel, *adolescentem*, Ti. *ductam in juventute*, Ca. *juvenculam*, i. e. charissimam, meton. efficientis; ut Prov. 5. 18 [*]. & Mal. 2. 14. vide & Joel. 1. 8 [f].) *repudiatam*, M. vel, *quæ repudiata est*, Ti. sic Ca. *quia reprobata fuisti*, Mo. *quum repudiata fueris*, P. Ang. *quamvis spreta fueris*, Pi. sic JT. vel, *rejecta*, ut Jer. 31. 37. vel, *dimissa*, vide Lam. 5. 20 [g]: vel, *quia fastidio habetur*, For. Al. *ut mulierem quæ ab adolescentia odiosa est*, ό. sim. Ar. Ch. *uxorem ab adolescentia abjectam*, Vulg. Major autem videtur ignominia, si juvencula mulier repudiatur [h]. q. d. Nè despondete animum: Videt Dominus quam ambit sponsam esse derelictam, mœrentem, abjectam; vocat tamen ad socialem torum, &c [i]. Ecclesiam hîc vocat *uxorem adolescentiæ*, ut spem confirmet. Faciliùs enim juvenum conjugum quàm seniorum animi reconciliantur. Mollior enim ætas & tener amor ipsos invitat, & quodammodo impellit. Ità Deum placabilem esse ostendit [k]. Alii totum sic legunt, *Quia ut mulier derelicta fuisti, & afflictam spiritu vocavit te Jehova*; fuistique velut *uxor juventutis cùm sperneretur*, &c [l].

¶ *Deus*

[n] Calv. [o] G. [p] Ang. G. [q] Calov. [r] Ang. † G. [t] Calov. [v] T. ex Me. [x] Pi. sim. Calov. [y] Jun. [z] Pi. [a] T. [b] Me. [c] Pi. [d] Ang. † Ang. [*] Pi. † Pi. [f] G. [g] Ang. [h] Calv. ad v. 2. [i] Ang. [k] For. [l] Ang. [m] Calv. [n] Luth. [o] Calv. [p] For. [q] Calv. [r] G. † Calov. [t] For. [v] Me. [x] Sir.

[y] For. [z] Calv. [a] Calv. sim. Ang. [b] Pi. [c] Me. [d] San. [*] For. sim. San. [f] San. [g] Calv. sim. Pi. Ang. [h] Pi. [i] Calov. [k] G. sim. Ang. [l] Ang. [m] Calv. [n] Oecol. [o] Calv. Ang. sim. Pi. [p] Ang. [q] Calv. Ang. sim. Pi. [r] Ang. † Calv. [t] Calv. sim. For. [v] T. sim. Me. Ang. [y] Q. in Ang. † Ang. [z] For. [a] V. [b] Jun. [c] Calv. [d] Musc. [*] Pi. sim. Ang. [f] Ang. [g] Ang. [h] For. [i] Sin. [k] Calv. [l] V.

¶ *Deus tuus*] i. e. Qui adhuc Deus tuus est, & te curat, &c[m]. Affectus hìc maritalis se prodit[n].

7. *Ad punctum*, &c.] Nempe, si cum æternitate comparetur[o]: alioquin Judæos per 70 annos, Gentes per 2000 annos, dereliquit, &c[p]. Demonstrat quale futurum sit hoc divortium, nempe, ut statim in pristinum locum restituatur[q]. Deus est & ad iram tardus, Exod. 34.6. & brevis irâ, Psal.30.6[r].

8. *In*, &c. [בְּשֶׁצֶף קֶצֶף הִסְתַּרְתִּי פָנַי רֶגַע מִמֵּךְ] *In modico* (vel, *Momento*, P. *Per momentum*, M.) *iræ* (vel, *Pauculo fervore*, JT. Pi.) *abscondi* (vel, *absconderam*, JT.) *facies meas*, vel *faciem meam*, *momento* (vel, *ad momentum*, P. *ad punctum*, M. V. nempe *temporis*, V. רֶגַע, pro כְּרֶגַע†.) *à te*, Mo. Pi. &c. *Per momentum quo irascebar abscondi vultum meum à te*, Ti. *Momentaneâ sævitiâ tibi paulisper vultum meum subtraxi*, Ca. Afflictiones Ecclesiæ semper sunt momentaneæ, ubi ad æternam felicitatem oculos attollimus[t]. Vox שֶׁצֶף alibi non occurrit. קֶצֶף *ira*, propriè *bulla*, Hos.10.7. ut significet iram Dei statim defervescere[v]. ¶ *In misericordia sempiterna*] Id est, beneficiis in longum duraturis[x]: imò æternis[y].

9. *Sicut*, &c. [כִּי מֵי נֹחַ זֹאת לִי אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי מֵעֲבֹר וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Et*, M.) *aquæ* (vel, ut *aquæ*, P. JT. Pi. Ti. sicut in *aquis*, M.) *Noah hoc*, vel *istud*, (vel, *in hac re*, M.) *mihi*, (sub. *est*, M. JT. Ang. vel, *erit*, Ti. Pi.) *cui* (vel, *qui*, JT. *quando*, M. sic Pi. *quandoquidem*, Calv. Ut *enim*, Ti. sic Ang. relativum pro conjunctione causali, ut 1 Sam. 15. 15. & ellipsis notæ similitudinis: vel, *quod*, Angl. de *quo*, Q. in Angl. *sicut* Angl. sic relativum usurpatur Jer. 48. 8[z].) *juravi* (vel, *juraveram*, Ti.) *à transeundo*, &c. Mo. vel, *quòd non transirent*, &c. P. M. sim. Ti. JT. Pi. &c. *Nam idem hîc ago quod in Noanis aquis, cùm quidem juravi non ampliùs pervasuras*, &c. Ca. Legitur in quibusdam cod. כִּימֵי; propterea quidam vertunt, *Sicut in diebus Noah*, sub. *sic erit*; ut referatur ad tempus exsilii Babylonici, quod cum Diluvio comparat, quoniam Ecclesia prorsus interiisse videbatur. *Hoc mihi*, &c. Significat hanc calamitatem instar Diluvii fore; ut quemadmodum Deus uno diluvio contentus fuit, nè unquam ipsum iteret; ità hoc uno Ecclesiæ velut interitu contentus sit, nec unquam ejus faciem deleri sinat[a]. *Sicut in diebus Noe*, Vulg. Ch. Sy. *istud mihi est*, &c. Vulg. vel, *hoc est coram me*, &c. Ch. vel, *hoc esto mihi*, &c. Sy. Sicut tunc juravit, quòd non transire faceret aquas Noe, i. e. aquas similes illis, &c[b]. Sed non legimus Deum id jurâsse. Resp. Deus promissum & fœdus suum *juramentum* vocat, quia non minùs firmum certúmque est quàm juramentum. Sic *juramentum* vocatur promissio Isaaco facta, Psal. 105. 9. & Davidi, 2 Sam. 3. 9. Psal. 132. 11[c]. ¶ *Sic juravi ut non*, &c. [מִקְּצֹף עָלַיִךְ וּמִגְּעָר־בָּךְ] *Ab irascendo* (vel, *nè irascar*, M. Ti. *quòd non irascar*, P. sim. JT. Pi. &c.) *contra te, & ab increpando in te*, Mo. vel, *nec increpabo te*, P. sim. M. Ti. &c. comparativè, ità scil. ut iratus sum[d]; ità ut te abjiciam sive perdam*: alioquin irascitur Deus cum optimis, Exod. 4. 14. Num. 12. 9. &c[f]. ad correctionem & salutem[g]. Ecclesiam è Gentibus colligendam nunquam abjiciam, ut Israel. abjeci[h]. Peccata mundi delebuntur per Filium meum, ut non sit cur te increpem, &c[i].

10. *Montes enim commovebuntur*; sic M. sim. P. [כִּי הֶהָרִים יָמוּשׁוּ] *Nam montes recedent*, Mo. vel, *locum deserent*, Ti. in interitu mundi[k]. Al. Fieri hoc potest, ut in magno terræ motu. Vide Sen. Nat. quæst. 6. 29. *Vides totas regiones à suis sedibus revelli*. De Taygeti montis magna parte abrupta, de duobus montibus qui inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes recedentésque, de prædiis in contrarias sedes transgressis, de 12 urbibus unâ nocte prostratis, vide Plin. 2. 81, 85, 86[l]. Al. *Nam montes* quidem *recedere possent*, M. *Quamvis hi montes recederent*, JT. [Hypotheticè intelligunt.] Comparationem sumit à rebus firmissimis, &c[m]. Priùs montes commovebuntur, &c[n]. ¶ *Fœdus pacis meæ*] Ità Mo. Pi. &c. Malim, *meum fœdus pacis*, vide Ezec. 34. 25. & 37. 26. i. e. vel reconciliationis, vel prosperitatis & salutis æternæ[o]. Quo tibi promisi pacem, i. e. salutem æternam[p].

11. *Paupercula*, &c. [עֲנִיָּה סֹעֲרָה לֹא נֻחָמָה] *O afflicta*, (vel, *inops*, Ca. *paupercula*, P. Mo. M. Calv. En, *ô paupercula*, Ti.) *procellis* (vel, *tempestate*, M. For. V. &c. *in turbine*, P. sic Mo.) *agitata*, JT. Pi. Ang. (vel, *versans*, P. *obruta*, M. For. V.) *consolatione destituta*, JT. Pi. sic M. Ti. &c. ¶ *Ecce, ego sternam*, &c. [מַרְבִּיץ בַּפּוּךְ וגו׳] *Colloco*, vel *collocabo*, (vel, *jacere faciam*, P. sim. Mo. *sternam*, G. ex Ch. & Vulg. *sternam ordine*, Ti. sic For.) *lapides tuos super carbunculum*, M. sim. Mo. P. V. ο΄. Gal. vel, *in margarita*, Ca. *in stibio*, G. ex Ch. San. For. Sed per *stibium* intellige lapides nigricantes, ut 1 Par. 29. 2[q]. *Cum ornamento*, JT. Pi. *pulcherrimè*, Belg. *pulchris coloribus*, Ang. *in fuco*, Ti. פּוּךְ est *fucus*[r]: quo Latini significant, primò, medicamen illud quo oculi decorantur, ex stibio†, vide 2 Reg. 9. 30. Jerem. 4. 30[t]; deinde, abusivè, omnia alia quibus facies fœminarum illita decoratur; denique, colores omnes quibus pristinus color immutatur. Propriè ergò *subnigrum colorem* notat, à *stibio* dictum, ex quo pavimenta confici possunt. Hîc ergò, *in*, sive *cum*, *stibio*, est, q. d. stibinis lapidibus[v]. *Stibium* hîc intelligunt, non liquidum, sed lapideum, & fossile subnigrum, teste Dioscoride, putà marmor fulgidum, ejus coloris cujus est stibium, &c†. ¶ *Et fundabo te in sapphiris*] Ità Mo. &c. Mallem utrosque lapides & utrumque verbum ad fundamenta, & utrumque ad pavimenta, referre[x]. *Substernam carbunculos lapidibus fundamenti tui*, &c. Q. in V. Nihil hîc super vèrum dicitur: nam Jos. in Templi, quod ipse vidit, descriptione, τὸ δ᾽ ὕπαιθρον ἅπαν πεποίκιλτο παντοδαπῶς λίθων κατεστρωμένων· (*Subdiale totum variegatum erat lapidibus stratis omnigenis*.) Vide & de lapidibus pretiosis à Davide ad Templi usum congestis 1 Par. 29. 2[y]. Solebant olim pavimenta lapidibus pretiosis insterni, ut referunt de Julio Cæs. Sueton. cap. 47. de Nerone Plin. 37[z]. Verùm hæc spiritualiter intelligenda esse constat[a]. Sic exprimitur Ecclesiæ dignitas, & majestas, quæ pedibus calcat gloriosa hæc, &c[b]. Significat, aut dona cœlestia etiam infimæ notæ viris danda; aut servos & Ministros Christi pretiosa quæque mundi conculcaturos[c]. Intellige hæc de restauratione spirituali electorum, quæ incipit in hac vita, perficitur in altera[d].

12. *Et*, &c. [וְשַׂמְתִּי כַּדְכֹד שִׁמְשֹׁתַיִךְ] *Et ponam* (vel, *disponam*, JT. *faciam*, Ti. Pi) *crystallum*, vel *è crystallo*, (vel, *ex margaritis*, P. M. Calv. sic Ch. *ex achate*, Angl. Sed hic lapis nec pretiosus est, nec pellucidus*. Vel, *jaspidem*, Vulg. sic ο΄. Ar. Sy. Hunc scimus fenestris esse aptissimum[f].) *fenestras tuas*, Mo. Ti. M. P. Ang. &c. vel, *specularia tua*, JT. Pi. G. à sole sic dicta[g], quia per ea Sol lucem administrat[h]. Vox alibi non occurrit[i]. Alii, *propugnacula tua*, ο΄. Vulg. *pinnas tuas*, Ar. *ligna tua*, Ch. *parietes tuos*, Sy. ¶ *Et portas tuas in*, &c. [לְאַבְנֵי אֶקְדָּח] *Ex lapide*, sive *lapidibus*, (vel, *lapides*, M.) *carbunculi*, P. sic Ti. JT. Ca. vel, *rubini*, Pi. *gemmæ rutilantis*, Mo. *igne rutilantes*, M. *flammantes*, ut ex lingua Hebr. & Chald. & Arab. constat[k]. Al. *sculptos*, Vulg. Sy. *crystalli*, ο΄. For. ¶ *Et omnes terminos tuos in*, &c. [לְאַבְנֵי חֵפֶץ] *Ex lapidibus* (vel, *lapides*, M. Heb. *in lapides*, Angl.) *beneplaciti*, Mo. V. vel, *desiderabilibus*, P. sic M. Ti. *elegantissimis*, Pi. sim. JT. Ca. *complacentiæ*, V. *delectationis*, Pi. i.e. qui habentur in pretio[m]. Græci, τὸ περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτοὺς, (*murum te ambientem lapides electos*.) In peristyliis erunt purissima marmora. *Marmor Parium* ait Interpres dicto loco 1 Par. 29. 2. κίονες μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρου, (*columnæ ex uno solidóque lapide constantes, ex marmore candidissimo*,) ait Jos. Belli Jud. 5. 14[n]. Alludit ad lapides terminales, quibus Deus, ut agricola, suam possessionem distinguit, &c[o].

13. *Universos*, &c. [וְכָל־ וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, Calv.) *omnes filii tui edocti* erunt *à Jehova*, JT. Pi. &c. Heb. *edocti Jehovæ*; genitivus efficientis[p]: vel, *Domino*, Glass. bene instituti à Daniele, Aggæo, Zacharia, Malachia[q]. Sed nimis angustum hoc est. Respicit Ecclesiam generatim, maximè N. T. ut patet ex Joh. 6. 45[r]. ex quo loco constat, non tantùm prædicationem externam hîc intelligi, sed & interiorem Spiritûs efficaciam†. Non est hæc nuda scientia, sed conjuncta cum bono affectu, & voluntate implendi Legem, juxta Heb. 8. 10. *Dabo legem in cordibus*, &c*. Ponam *doctos*, &c. non solùm externâ magistrorum doctrinâ, sed etiam inter-

Margin (left): m Ang. n Calv. o San. ex Hi. sim. For. Ang. p Sin. q Calv. r Ang. † Pi. t Calv. v Ang. x G. y Calov. sim. For. z Ang. a V. b For. c Ang. d Oecol. * Ang. sim. San. f Ang. g San. h Calov. i For. k Calov. l G. m Calv. n M. sim. Sin. Ang. &c. o Ang. p Pi.

Margin (right): q G. r For. Ang. † For. t Ang. v For. † T. x For. y G. z Sin. a Calov. b San. c For. d Pi. * Ang. f For. g G. h For. sim. Ang. G. i For. Ang. k G. m V. n G. o San. p Pi. q G. r Calov. sim. E. † Calv. * E.

nâ *ab* ipso *Domino:* qu. d. Quæ præcones Evangelii exteriùs proponent, ego interiùs illuminando intellectus, & movendo voluntates, inculcabo suaviter & persuadebo †: absque quo frustrà est omnis doctrina externa; ut patuit in perfidis Judæis,&c *. Hinc [i.e. ex hoc v.13.] colligo Esaiam de hominibus concionari ex quibus spirituale ædificium construitur, & gemmas hîc dona esse Spiritûs Sancti quæ in homines conferuntur, ut ex iis exstruatur Ecclesia †. Al. Et ponam *doctos à Domino*, M. Me. T. *cognoscent me*, Sy. *discent legem Domini*, Ch. ¶ *Et*, &c. וְרַב וגו׳] *Et multa* (vel, *magna*, Ang. *ampla*, JT. Pi. sub. *erit*, JT. Pi. Ang.) *pax filiis tuis*,Calv.&c. Omnia prosperrima [t].

14. *Et*, &c. בִּצְדָקָה תִּכּוֹנָנִי] *Justitiâ* (i.e. vel, 1. viris *justitiæ*, sive *justis*, Angl. ut Esa. 1. 21. & 41.2. piis gubernatoribus [v]. q. d. Viri erunt optimi qui urbem restituent, quales Esdras, Zorobabel, Jesus Josedechi filius, Nehemias [x]. Vel, 2. sanctitate, quam à me consequêris [y]. Non rapinâ, vi, fraude (ut solent non rarò magnæ urbes) tu exsurges & stabilieris, sed piâ & sanctâ vitâ, &c *. Vel, 3. clementiâ & bonitate Dei, ut 1 Sam.12.7. Psalm.36.10 [z]. justitiâ Dei, quâ protegit suos[a],) *stabilieris*, JT. Pi. vel, *fundaberis*, Mo. P. *firmaberis*, Ti. For. *præparaberis*, M. Calv. V. stabilis eris & constans [b]. ¶ *Recede*, &c. רַחֲקִי מֵעֹשֶׁק] *Longè aberis* (vel, *Elonga te*, Mo. *Procul esto*, JT. Pi. Imperat. pro fut [c]. ut Gen.20. 7. Psal. 37. 27. Prov. 4. 4 [d]. *Recedes*, Q. in V.) *ab oppressione*, P. JT. &c. *calumnia*, M. potiùs, *vi*, G. Ti. Noli vi agere cum vicinis illis Samaritis & aliis qui te impedire in ædificando volent; namque ego illorum consilia difflabo. Vide Esd.4. Neh.6 *. ¶ *Et à*, &c. וּמִמְּחִתָּה] *Et à contritione*, Mo. P. vel, *terrore*, JT. Pi. Ca. *interitu*, Ch. *prostratione*, For. *Sic à pavore aberis*, Ti. *& à certamine omni*, G. Non de terrena, sed spirituali, Hierosolyma loquitur; nec de prosperitate temporali, sed spirituali [f].

15. *Ecce*, &c. הֵן גּוֹר יָגוּר אֶפֶס מֵאוֹתִי] *En, peregrinando peregrinabitur non ex me*, Mo. *Ecce, accola veniet* (i.e. Gentilis populus [g]) *qui non erat mecum*, Vulg. sed mihi adversabatur [h]. *Ecce, proselyti accedent ad te per me*, o'. *Extranei in te ingredientur, propter me habitabunt in te*, Ar. Al. *En, omnino commorabuntur* quidam tecum *sine me*; i.e. sine spiritu meo, hypocriticé *. *Congregando congregabit te*, (sic גור sumitur Psalm. 56. 7. & 59.4 [i].) *sed non ex me*, G. ex Ch. Sensus est, Sanballates multas vicinas gentes ad se attrahet, ut opus impediat; sed me nolente, ac facilè consilia ejus disturbaturo †. *Ecce, conveniens conveniet contra te absque me*, Calv. *En, congregando congregabit* (i.e. vel certè, vel sedulò, congregabit [k]; sub. *se*, M. P. Ti. & sub. *globus*, Ti. vel, *populus*, P. vel, *gens*, M. & sub. *contra te*, P. vel, *ad te*, M. q. d. Erunt quidem hostes tibi malum machinantes, sed frustrà [l]:) *absque* (vel, sed *absque*, Ti. Angl. ellipsis adversativæ, ut Esa. 17. 11 *.) *me*, P. M. Ti. Angl. i.e. injussu meo [m]: non ut Sennach. & Nabuch. quos misi, &c. Esa. 10. 6. Jer. 25. 9 [n]. Vel potiùs, frustrà & inutiliter, quia sine Dei auspiciis: Sola enim Dei manus prosperum dat successum [o]. Intelligunt hoc de Gog & Magog. Obj. At Deus dicitur illos *adducere*, Ezec. 38. 17. Resp. Ità quidem, sed ad ipsorum ruinam, & populi sui liberationem. Sic Mic. 4.11,&c [p]. *Ecce*, qui *contrahendo contrahit* (i.e. qui bellum gerit, seu exercitum cogit ut bellum tecum gerat,) *defecit à me*, ad verb. *de cum me*, recessit à me, non habet partem mecum, non est de numero meorum: q.d. Scito hostes tuos esse hostes meos, quibus idcirco favere nunquam possim. גור est interdum verbum castrense, & hostibus tribuitur; ut Latinis, *cogere, colligere, contrahere*: ut Psalm.56.7. & 59. 4. & 140.3. unde & מָגוֹר nomen, i.e. *contractio*, seu *exercitus*, seu *congregatio* hostium; ut Psal. 31. 14. אֶפֶס ut verbum accipio, ut Gen. 47. 15. Esa. 16. 4 [q]. *Omnes illi qui se tibi junxerunt* malo animo, & *non ex præcepto meo, cadent*: sed & quicunque contra te arma fabricati fuerint, ut hæretici, peribunt [r]. ¶ *Advena quondam tuus adjungetur tibi*: in eadem Ecclesia Christi †: מִי גָר אִתָּךְ עָלַיִךְ יִפּוֹל] *Quisquis peregrinans* (vel, *Quicunque congregabitur*, Ti) *tecum contra te, cadet*, Mo. Ti. *Quicunque in te contraxerit*, (i.e. contra te exercitum collegerit aut duxerit,) *juxta te* *cadat* necesse est, me enim impugnat, &c [t]. *Et qui se junxerit tibi contra te, ille cadet*, M. Sed *qui commorabitur tecum contra te, corruet*, Pi. *Quisquis congregaverit se tecum*, (vel, *in te*, V. *contra te*, Q. in V.) *contra te* (vel, *in te*, Q. in V.) *ille cadet*, P. in regione tua peribit [v]. *Quisquis coibit contra te, is coram te cadet*, G. ex Ch. עַל, pro *coram*, habes Zach. 6. 5. & alibi [x]. *Quicunque* populus *congregabit* se unà *contra te*, ad pugnandum *tecum, cadet*; vel, *Quisquis congregabit unà* ad pugnandum *tecum, cadet coram te*, Angl. עַל valet, *coram*, Exod. 20. 3. Psal. 9. 20. Zach. 6. 5. q. d. Omnes illorum molitiones in suam ruinam cedent [y]. [Ca. versum sic reddit, *Quòd si quis commorabitur, nisi autore me, si quis tecum commorabitur, is tibi adversando cadet*. Al. sic,] *En, omnino altercetur* homo *nihili* abalienatus *à me*: (Heb. *En, habitando habitabit nullus*, &c. Jun.) *qui altercabitur in te*, ruens *in te corruet*, JT. q. d. Neque ego ipse sum angustiâ affecturus te, neque alios perpessurus, sed impediturus potentiâ mea, &c [z].

16. *Ecce, ego* (vel, *En*, ut *ego*, Ti. *Cùm ergò*, Ca.) *creavi* (vel, *creaverim*, Ca.) *fabrum* (vel, *fabrum ferrarium*, P.) *sufflantem* (vel, *qui flat*, Ca.) *in igne* (vel, *ignem*, Ch. vel, *in ignem*, JT. Pi.) *prunas*; sic P. Mo. vel, *prunarum*, JT. Pi. נֹפֵחַ וגו׳] *Qui flatu carbones incendit*, Ti. ut ferrum immissum calefiat [a]. ¶ *Et proferentem*, &c. וּמוֹצִיא כְלִי לְמַעֲשֵׂהוּ] *Et proferentem*, vel *producentem*, (vel, *producit*, Ti. Ar. *diducentem*, Ch. *perficeret*, Sy. *quique profert*, Pi.) *vas*, vel *instrumentum*, *in*, vel *ad*, *opus suum*, Mo. Ch. P. Ti. JT. vel, *pro opere suo*, M. Ang. i.e. quo in opificio suo utatur [b]: *ad opera sua*, Sy. *ad opus illius*, scil. qui tecum commoratur contra te *: *operis sui*, Angl. i.e. quale efficere solet quum instrumenta bellica ex ipsius officina prodeunt; vide 1 Sam. cap. 13. 19 †. Vel, *& qui producit instrumenta* (singulare, collectivè, pro plurali, ut Zach. 11. 15.) *ad opus ipsorum*, Angl. i.e. quibus utantur qui tibi malum moliuntur. Convenit hic sensus & cum præced. v. 15. & cum seq. 17 *. *Et artis suæ telum procudit*, Ca. Sensus versu sequente absolvitur [c]. Cùm creator sim & fabrorum qui tela cudunt, & eorum qui eis utuntur [d], & in manu mea sint hostium vires, industria, & arma bellica *, imò & ipsi fabri [f]; non est quòd timeas [g]; facilè te defendam [h]. Ostendit quàm facile sit ipsi Ecclesiam eripere conatibus impiorum. Referri hoc potest ad Chaldæos aliósque hostes, ut sensus sit, vel, 1. q. d. In promptu mihi est quos adduxi profligare, & quos extuli tollere de medio: vel, 2. significat hos suo arbitrio non nocituros, nec fine impulsu Dei, &c [i]. ¶ *Et ego* (vel, *Similiter ego*, JT. Pi. [ut ו sit adæquationis;] vel, Ità *ego quoque*, Ti. *& idem ego*, Ca. *ego, inquam*, P. Calv.) *creavi interfectorem* (vel, *vastatorem*, Mo. P. Ti. &c.) *ad disperdendum*? Sic JT. Pi. &c. Qu. *Ad disperdendum* quos? Resp. Vel, 1. eos quos mihi visum est perdere [k]: vel, 2. tyrannos Ecclesiam oppugnantes, eorúmque Principem, Diabolum, *perditorem* antonomasticè dictum [l]: vel, 3. impios, quorum totum studium est perdere, &c: vel potiùs, 4. viros militares, quorum solenne opus est perdere, & quorum arma vocantur *instrumenta perditionis*, Ezec. 9. 1 [m]. ¶ מַשְׁחִית לְחַבֵּל] *Perditorem ad exitium*, Ca. Sensus versûs, Sicut fabri operâ utor ad opera fabrilia; sic etiam ad perdendos quos volo non desunt mihi instrumenta [n].

17. *Omne vas* (vel, *instrumentum*, P. M. &c. *telum*, Ca. *Omnia arma*, G. ex Ch. Sic כְּלִי vertitur Jer. 21. 4. Ezec. 32. 27 [o].) *quod*, &c. כָּל־כְּלִי יוּצַר עָלַיִךְ לֹא יִצְלָח] *Fictum* (vel, *cusum*, Ca. *quod formatum est*, M. Ang. sim. P. sub. *ut adhibeatur*, Angl. ellipsis, qualis est Esa. 38. 17, 20 [p]: *quod aptatum est*, Ti.) *contra te non prosperabitur*, Mo. P. M. &c. vel, *non promovebit*, Ti. *non proficiet*, ut scil. Ecclesiam pessundet aut deleat [q]: *erit infortunatum*, Ca. Idcirco *nullum instrumentum quod formatum*, &c. Pi. ¶ *Et omnem*, &c. וְכָל־לָשׁוֹן תָּקוּם אִתָּךְ לַמִּשְׁפָּט תַּרְשִׁיעִי] *Et omnem linguam* (i.e. hominem linguâ sic abutentem, ut Psal. 12. 4. & 52. 4 [r].) *surget* (vel, quæ *surget*, P. M. sic Calv. Pi. *insurgentem*, JT.) *tecum* (vel, *contra te*, M. P. JT. Pi. &c.) *in judicio* (vel, *in jus*, JT. Pi. *in judicium*, Calv. *ad disceptandum*, Ca.) *condemnabis*, Mo. P. JT. Pi. &c. Ad verb. *stantem tecum ad judicium*, &c. Est phrasis quâ nos Lusitani utimur, *stare ad judicium*, i.e. judicio contendere

Marginal notes (left column): † T. sim. Me. * T. † Calv. [t] G. [v] Ang. [x] G. [y] For. sim. T. Me. * T. [z] Ang. [a] Pi. [b] Q. in V. [c] V. Ang. [d] Ang. * G. [f] Calov. [g] Ti. sic L. Me. [h] T. * Pi. [i] G. † G. [k] Ang. [l] Ang. * Ang. [m] V. Mar. [n] Ang. [o] Calv. [p] Ang. ex Hc. [q] For. [r] M. ex Hc. † T.

Marginal notes (right column): [t] For. [v] Q. in V. [x] G. [y] Ang. [z] Jun. [a] For. [b] Ang. * Pi. † Ang. * Idem. [c] Musc. [d] Ca. * For. sim. Musc. [f] Musc. [g] For. Musc. [h] Ca. [i] Calv. [k] Pi. sim. Ang. [l] For. [m] Ang. [n] G. [o] G. [p] Ang. [q] For. [r] Ang.

tendere cum quoquam, & totam causam ad judices deferre, & coram eis sistere, ut sententia feratur†. *Et omnis lingua quæ insurrexerit contra te, hanc tu jure impiam esse convinces*, Ti. vel, *quæ tecum steterit in judicio, convinces*, Sy. vel, quæ *tecum judicio contendere velit, refelles*. Omnes calumnias quæ adversùs te ad Reges Persarum deferentur facilè vinces[t]. Sed glossa hæc Judaica ex dictis refellitur[v]. *Quæ surget in judicio contra te*, vel, ut te falsò accuset, Deut. 19. 16; vel, ut jus in te prætendat, ut te tanquam legitimum captivum detineat[x]. Sensus loci, Nemo factis aut dictis tibi nocere poterit[y]. Te tuebitur Deus adversùs & vim & calumniam, &c[z]. Duo sunt modi alium opprimendi; 1. violentiâ, 2. prætextu juris: adversùs utrumque hîc eos munit Deus[a]. Sive armis sive judicio tecum contendent, tu vinces[b]. ¶ *Hæc* (vel, *Talis*, Ti.) *est* (vel, *erit*, For.) *hæreditas* (vel, *possessio*, JT.) *servorum Domini*] Ità M. P. &c. Magnificum & elegans epiphonema. *Hæc* est eorum *sors*, ut hostes superent, & summâ pace fruantur, &c[c]. Hoc est ipsorum privilegium[d]. ¶ *Et*, &c. וְצִדְקָתָם מֵאִתִּי נְאֻם] *Et justitia eorum* (vel, *quorum justitia*, JT. sub. *est*, M. P. JT. Ang.) *à*, vel *ex*, *me*, M. P. Sy. Pi. Ang. vel, *apud me*, G. ex Vulg. For. Ad verb. *de cum me*, i. e. qui mei sunt, aut mecum habitant, & rem meam agunt†: vel, eorum quorum probitas mihi perspecta est*. Vel, *à mecum*, Mo. Angl. i. e. à coram me, vel, in conspectu meo, h. e. sincerè, ut Luc. 1. 6. vide & 1 Sam. 16. 7[f]. Sed *à mecum* idem hîc valet quod, *à me*. Vide Gen. 19. 24. Psal. 24. 5[g]. *Justitia*, i.e. vel, 1. merces justitiæ[h]; ut, *opus*, pro mercede operis, Esa. 49. 4. sic Psal. 112. 3, 9. Vel, 2. beneficentia, sive benedictio: vide Psal. 24. 5[i]. Vel, 3. jus. Significat ergò, Dominum vindicem adfore suis, ut eorum innocentiam tueatur, & in lucem proferat[k]. Vel, 4. justificatio & laus[l]. Vel, 5. defensio eorum, quæ est opus justitiæ meæ[m].

† For. t G. v Calov. x Ang. y Jun. z San. a Ang. b Mar. c For. d G. † For. * G. f Q. in Ang. g Ang. h Mar. Ang. Calov. i Ang. k Calv. l For. m Pi.

CAP. LV.

1. OMnes, &c. הוֹי כָּל־צָמֵא] *Heus quisquis sitit*, JT. Pi. &c. Torporem & stuporem hominum accusat, qui clamoribus egent, &c[a]. הוי hîc nota & compellationis, & invitationis, sicut & incitationis, ut Zach. 2. 6[b]. Est vocantis cum commiseratione*. Præced. cap. domum construxit splendidam; hîc ostendit quàm instructa sit, &c[c]. Ibi generales promissiones Ecclesiæ per Christum factas recitat: hîc Christus sigillatim Ecclesiæ filios provocat, 1. ad fidem, usque ad vers. 6. 2. ad pœnitentiam, usque ad v. 10. ac postremò, commendans prædicationem Evangelii, promissiones amplissimas facit singulis ipsum adituris, &c[d]. Cùm felicitatem Christianorum descripsisset, jam Deum invitantem homines, ut tantis bonis per Christum allatis frui velint, inducit Propheta*. Hæc loquitur Christus, ut patet ex Joh. 7. 37. cujus beneficia erga fideles N.T. hîc describuntur[f]. Al. Continuatur idem sermo, monentúrque populi ut doctrinam de uno vero Deo ab Jeremia hauriant. Qui verum dicere cupitis, ad hunc doctorem venite. Ità hîc Chaldæus[g]. Sed Sole clarius est, non de Jeremia hîc agi, cujus nulla hîc vel in præcedentibus fit mentio, sed de Christo, de quo præced. cap. actum est, qui etiam hoc ad se trahit, Joh. 7. 37. *Siquis sitit, veniat ad me, & bibat*. Quæ verba *Christus ex hoc Esaiæ loco desumpsit*, inquit Grotius ibidem[h]. Magnificè hîc commendat gratiam Dei in Regno Christi, &c[i]. *Qui sitit*, vel justitiam, Matt. 5. 6[k]; vel veritatem, sive sapientiam salutiferam[l]. Qui, pondere peccatorum pressus, respirare desiderat; aut, itineribus errorum divexatus, veritatem invenire satagit[m]. Qui, gratiæ & consolationis Divinæ indigus, earúmque defectum cum dolore sentiens, ardenter desiderat, &c[n]. Observandum hîc quæ sit vera præparatio ad recipiendam Dei gratiam, nempe *sitis*. Nam qui turgent inani fiduciâ justitiæ suæ & saturi sunt, vel qui, terrenis cupiditatibus ebrii, non sitiunt, Christo locum non dabunt†. *Sitis* graviter urit & excruciat, eáque optimè explicatur ardor & studium quo quis animi sui quietem aut levamentum quærit. Vide Psal. 42. 3[p]. *Sitis* nomine *esuriem* etiam contineri, docent sequentes *comedendi* & *panis* voces: *sitim* nominat, quia ea vehementior est & urgentior quàm esuries[q]. ¶ *Venite ad aquas*] Spirituales[r]; consolationis & gratiæ salvificæ, Esa. 12. 3. Ezec. 47. 1, 2. Joh. 4. 10, 14. & 7. 37, 38†. Bona illa cœlestia quæ vobis per Evangelium offero[r]. Manifestum est ex Evangelio, *aquarum* nomine Sp. S. gratiam & cætera dona designari, quibus sitis aliarum rerum tollitur, & fons in animo fit *aquæ vivæ salientis in vitam æternam**. Certum est, Esaiam his nominibus *aquarum*, *lactis*, *vini*, *panis*, omnia comprehendere ad vitam spiritualem necessaria[v]. De *vino* & *lacte* assentior, non item de *aquis*. *Ad aquas* idem hîc esse puto quod, *ad rivum*, ut Jud. 7. 4, 5. Siquidem non ad *aquam*, sed ad lac vinúmque emendum advocantur; nec *in aqua*, sed *apud aquas*, coemenda illa inventuri erant. Est imago ab illorum ritu petita, qui juxta amnem sita oppida cùm incolant, per amnem vecta ubi navigiis appulsa fuerint mercimonia, eò confestim se conferunt ad emendum, &c[x]. ¶ *Qui non habetis argentum*] Nullam dignitatem, nullum meritum[y]. Pauperes nominatim vocat, nè quis fortè putaret, ut terrena bona, sic etiam cœlestia, divitibus solùm esse pervia[z]. Qui omnibus rationibus omnino caretis quibus cœlestis vita comparari possit[a]. Etiam pauperes sine ulla impensa ab ipso discere poterunt[b]. ¶ *Emite, & comedite*] i. e. *Emite ut*, vel *quod*, *edatis*: ut Gen. 42. 18. *Hoc facite, & vivite*, pro, *ut vivatis*: Jos. 24. 9. *surrexit, & belligeravit*, hoc est, belligerandi animo, ut belligeraret; confer Jud. 11. 25. Jer. 29. 5. *Ædificate*——*& habitate*, h. e. ut habitetis[c]. Vera doctrina & potui & cibo comparatur, quia animum pascit & recreat. Vide Prov. 9. 5. Jer. 15. 16. Ezec. 3. 3. Ecclesiastici 15. 3. & 24. 19. (al. 21.) Philo, τὸ φαγεῖν σύμβολόν ἐστι τροφῆς ψυχικῆς, (*Edere symbolum est pastus animarum*.) Adde Maimonidem, Doctoris dubitantium 1. 30[d]. Verbum שָׁבַר primò, *frangere*, sive in frustula & minutias *confringere*, denotat. Quum autem institores quæ integra & solida coemerint, quò pluribus plurísque postea divendant, particulatim diducere, & in portiunculas minores dividere, consueverint; hinc שָׁבַר Hebræis notione secundâ, in forma altera, pro, *emere*, Gen. 41. 57. & 42. 3. in altera, pro, *vendere*, usurpatur, Gen. 42. 6. Amos. 8. 5, 6*. ¶ *Emite absque argento*] Sumite gratis[f]. Frustrà quæritis etiam magnis sumptibus à diis alienis auxilium, quod in me promptissimum invenietis[g]. Sed ἐναντιοφανὲς hîc esse videtur; nam *emptio pretium* præsumit[h]. Resp. 1. *Emis*, quia id affers pretii quod venditor exigit: *gratis* sumis, quia quod abs te exigit venditor exiguum est & instar nihili, ex quo nihil commodi ipsi accedit. Sic magister gratis docet discipulum, etiamsi doctrina magno labore comparetur. Si ità accipias, respexisse videtur morem philosophorum, qui mercedem à discipulis exigebant[i]. Non omnis conditio muneri accipiendo necessaria obstat quò minùs gratuitum sit: ut in Principis eleemosynis, ubi eleemosynarius est adeundus; in ægroto, quem medicus gratis invisit, curat, &c. qui tamen ejus præscriptis obsequi tenetur, &c. Nihil à te hîc exigitur, 1. quod largienti prodest, Job. 22. 2, 3. & 35. 6, 7; 2. quod non antea ipsius erat, 1 Paral. 29. 11, &c; 3. quod non & officium tuum est, Luc. 17. 10. & in bonum tuum concedit, Deut. 5. 29. & 6. 24. & tibi cum fœnore restituendum est, Marc. 10. 29, 30[k]. 2. In, *emite*, est catachresis[l]. שִׁבְרוּ hîc pro *comparare* accipitur[m]. *Vendi* dicitur in S. S. quod simpliciter *datur*, *traditur*, *dimittitur*, etiam sine pretio. Ità Deus populum suum in hostium manus, modò *vendidisse*, Deut. 32. 30. Jud. 3. 8. & 4. 2. modò *tradidisse*, dicitur, Jud. 2. 14. & 6. 1. idque sine pretio, Psal. 44. 13. Pariter τὸ *emere* simpliciter pro, *accipere*, *acquirere*, &c. ponitur: ut Prov. 23. 23. *Eme veritatem, ac nè vendas*; Apoc. 3. 18. *Consulo tibi ut à me coemas*, i. e. compares[n]. Festus ait, *emere* olim sumptum pro *accipere*†. ¶ *Vinum & lac*] i. e. Maximas delicias[o]; & solatium animis, & alimentum; omnis generis bona cœlestia[p]. Verbum Evangelii: quod *pani* confertur, quia nutrit; *vino*, quia cor confortat;

a Calv. b Ang. * For. c San. d Jun. * For. f Pi. g G. h Calov. i Calv. Pi. k T. l For. m Ang. † Calv. sim. Calov.

p San. q Ga. ad. vers. cap. 24. p. 263. Ma. † Plerique in Ang. r Pi. * For. v Calv. x Ga. ib. y G. z For. a Jun. b G. c Ga. ib. d G. * Ga. ib. f G. sim. Calv. &c. g Q. in Mar. h Ga. ib. i San. k Ga. ib. l San. sim. Pi. m Musc. n Ga. ib. † San. o San. p Pi.

fortat; *lacti*, tum ob suavitatem, tum ob nutritionem[q]. *Vinum* non modò sitim sedat, sed etiam delectat, Cant. 1. 2. & 4. 10. cor exhilarat, Jud. 9. 13. &c. & mœrorem pellit, Prov. 31. 6. *Lac* optimè nutrit, &c. *Vinum* & *lac* junguntur Gen. 49. 12. tanquam præcipua vitæ sustentacula[r]. Grandiores in Evangelio *vinum* inveniunt, infirmiores *lac*, pro sua consolatione †. *Vinum* & *lac* suavia sunt, somnum inducunt[s], mentes reficiunt, aliarum rerum appetitum restinguunt. Intellige hoc de omni doctrina Christi & Sacramentis, præsertim verò de Eucharistia[v]: vel, de donis Spiritûs Sancti[x].

2. *Quare* (vel, *Quorsum*, For.) *appenditis* (vel, *impenditis*, sive *expenditis*, Ca. M. Sy. JT. Pi. Heb. *libratis*, ut Jerem. 32. 9, 10. quia solutiones olim pondere fiebant, Gen. 23. 16[y].) *argentum* (i. e. studium atque industriam[z], consilia & opera[a],) *non in*, &c? [בְּלוֹא־לֶחֶם] *In non panem?* V. &c. vel, *pro eo quod non est panis?* Pi. vel, *quod panem vobis non afferet?* V. vel, quod non alit[b]? *pro nullo cibo?* JT. Pro doctrina falsa, quæ cor nec cibat, nec satiat[c]. Al. Cur magno studio & impendio discitis ματαιολογίαν Chaldaicam, unde nullus fructus ad animum redit[d]? Fortè sensus est, Si libratis argentum, cur non in altera lance panem apponitis, ut pro argento reportetis panem *? ¶ *Et laborem vestrum non in*, &c? [בְּלוֹא לְשָׂבְעָה] *In non ad saturitatem?* Mo. V. *pro re minimè satiatura?* JT. Pi. &c. *in* id quod *saturare non potest?* P. sic V. *non pro saturitate?* Sy. M. *pro* eo quod *non* est aptum *ad satietatem?* Pi. *ut tamen victus non comparetur?* Ca. In eos invehitur qui vitam quidem appetunt, nec tamen ejus adipiscendæ viam aut rationem tenent, sed incerti per deserta & invia loca vagantur[f]: qui illa magno sumptu & labore quærunt quæ ipsos nec delectare, nec in ærumnis suis levare, poterunt[g]: qui omnem pro rebus mundanis industriam impendunt, nec Deum quærunt[h], qui solus panis est hominum mentes satians[i]. Conqueritur de hominum ingratitudine & dementia, quòd Dei, ultro omnia offerentis, beneficentiam respuant vel fastidiant, & interim se in inanibus nugis torqueant[k]. Redarguit Judæos, qui ab impostoribus emebant quod pacaret conscientiam: verùm non panem emebant, sed quisquilias[l]. Expostulat potiùs cum omnibus Adæ filiis, quòd in quærenda cœlesti vita omnino errent, & vanas opiniones suas potiùs quàm Dei vocem sequantur[m]. Reprehensio causam explicans vocationis præcedentis, nimirum quòd omnes extra Ecclesiam Dei operam consumant in rebus infructuosis & fallacibus[n]. ¶ *Audite audientes* (vel, *Auscultate indesinenter*, JT. sive, *attentè*, Pi. Angl. sive, *obedienter*, Angl. Heb. *audiendo*, Pi.) *me*] Id est, vel, 1. Deum loquentem per Jeremiam[o]: vel, 2. Christum in Evangelio concionantem[p]. Quia suo quisque consilio trahitur in errorem, hîc omnium remedium subjicit, ut toti pendeamus ab ore Dei, & nosmet subjiciamus Verbo Dei[q]; quod unum conscientiam pacat & vivificat: reliqua studia addunt dolores, imò occidunt[r]. ¶ *Et comedite* (pro, *comedetis*, For. Angl. ut Gen. 45. 18. Esa. 36. 16 †.) *bonum*] Quod absolutè bonum est[t], & salubre & jucundum[v]; salutarem animæ cibum[x]. Discite salutaria[y]. Vel, טוֹב est adverbium, *comedite bene*, i. e. lautè, opiparè[z]. ¶ *Et delectabitur* (vel, *delectetur*, Ang. *oblectet se*, JT. *delicias percipiat*, Pi.) *in*, &c. [בַּדֶּשֶׁן] *In* (vel, *cum*, Angl. *ex*, Pi.) *pinguedine*, Calv. Ang. &c. i. e. pinguibus. Caro pinguis sapida est[a]. *Lac* & *vinum* sic vocat, quòd nihil est gustatu suavius, vel ad robur augendum efficacius[b]. Pinguibus cibis multùm delectabantur gentes istæ, Job. 36. 16. Psalm. 36. 9. & 63. 6. Habebitis pacem conscientiæ[c]. *Pinguedo* Verbi Dei est suavissima promissionum consolatio[d]. *Hâc pinguedine*, JT.

3. *Audite, & vivet*, &c.] i. e. Longâ vitâ fruemini *: imò spirituali & æternâ[f]. Vel, *ut vivat*, JT. Tunc vivet, i. e. fruetur consolatione spirituali[g]. Nè de vita corporis accipias, dicit, *vivet anima*, h. e. pacatæ erunt conscientiæ & alacres[h]. Hic Dei scopus, ut nos ad vitam adducat[i]. Omnes aliæ doctrinæ occidunt, sola Dei doctrina vivificat[k]. ¶ *Et feriam* (vel, *pangam*, JT. Pi. Hebr. *scindam*, Pi. sim. Mo. &c. à sectione

[q] Calov. [r] Ang. † M. [s] For. [v] T. [x] For. [y] Ang. [z] Calv. [a] San. [b] San. [c] Pi. [d] G. * For. [f] V. [g] Ang. [h] For. sim. Mo. T. [i] San. sim. T. [k] Calv. [l] Musc. [m] Calv. [n] Jun. [o] G. [p] Calov. [q] Calv. [r] M. † Ang. [t] For. [v] Ang. [x] Calov. [y] G. [z] For. [a] For. [b] San. [c] G. [d] Calv. * G. [f] Calov. [g] Pi. [h] Musc. [i] Calv. [k] Luth.

bestiæ in fœdere pangendo, Gen. 15. 9, &c. Jer. 34. 8, 18[l].) *vobiscum pactum sempiternum*] Sic P. &c. quod nunquam irritum erit, Esa. 54. 10[m]. Recipiam vos in illud fœdus quod cum Noa ejúsque posteris feci, Gen. 9. 9. quod & *sempiternum* dicitur ibidem 16[n]. At agitur hoc loco de fœdere, 1. adhuc complendo, 2. Davidi promisso, [ut sequitur.] Nullum erat dubium de fœdere Noe irritando, sed de fœdere Davidis, ut subindè confirmarentur fideles tot calamitatibus obnoxii. Et quid hoc ad præsentem concionem? saltem ad Jeremiam? Num mittendus erat Jeremias ut fœdus illud confirmaret? Somnia illa sunt aut deliria plusquam Rabbinica. Denique, de promissione Davidi facta de Christo, &c. exponit Apostolus, Act. 13. 34[o]. *Fœdus ferire* est, pacem inire ac benevolentiam, fidem, societatem certo pacto ac jurejurando confirmare[p]. Qu. Annon priùs Judæi fœdus æternum cum Deo inierant? Videtur enim novum quid & insolitum promittere. Resp. Nihil hîc novi promittitur: sed renovatio est & confirmatio fœderis quod, ob exsilium eorum à terra, Templo, sacrificiis, &c. irritum videri poterat[q]. ¶ *Misericordias* (quâ voce fœdus gratuitum esse monet *. Vel, *benignitates*, JT. *beneficia*, Pi. *benignitate*, Ca.) *David fideles*; sic P. M. &c. [הַנֶּאֱמָנִים] *Stabiles*, Mo. V. *firmas*, V. *certissimas*, JT. sic Pi. sub. *dabo vobis*, Pi. sim. JT. ex Act. 13. 34[r]: *fideli*, Ca. nempe *certas misericordias Davidis*, Ang. Exhibebo vobis beneficia tam constanter quàm Davidi exhibui. Hoc est quod Græci volunt, cùm dicunt, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά· nam חסידים voce vicinâ ὅσια, aut ὁσιότητα, solent transferre †. Sed frustrà per analogiam hoc intelligit, quum nulla sit in textu comparatio, sed quòd illas ipsas *misericordias* quas Davidi promiserat præstare & exhibere velit[t]. *Misericordias* hîc intellige quas cecinit David Psal. 89. cujus initium est, *Misericordias Domini in æternum cantabo*: ex quibus verbis Psalmi initialibus puto hunc Psalmum, more Hebræorum, dictum *Misericordiæ Davidis*. Et in eo Psalmo expressæ sunt promissiones ferè omnes quæ hîc occurrunt[v]. Non placet. 1. Initium Psalmi non est, *Misericordiæ David*, sed, *Domini*. 2. Nec David ejus scriptor fuisse videtur, sed Ethan, cujus nomen ei præfigitur. Et quanquam hic locus materiam respiciat illius Psalmi, malim tamen alludi ad 2 Par. 6. 42. ubi ipsissima verba sunt, *Memento misericordiarum Davidis*[x]. *Beneficia Davidis*, i. e. Davidi à me promissa[y], in Christo, 2 Sam. 7. 12, &c[z]: vel, de Messia ex ejus prosapia nascituro, & in æternum regnaturo[a]; morituro ob peccata nostra, & resuscitando, &c[b]. Genitivus [*Davidis*] objecti[c]. Fœdus hoc cum Abrahamo pactum erat, & cum Davide renovatum[d]. Qu. Cur *Davidis* h. l. fit mentio? Resp. 1. Quia hoc fœdus, ut æternum esset, sancitum est in manu Davidis, qui etiam hîc ut typus Christi considerandus est *. Regnum Davidis typus erat Regni Christi, Esa. 9. 7. Luc. 1. 32, 33. in statuum exinanitionis & exaltationis successione, (vide Esa. 11. 1.) in Gentium gubernatione, in Regni perpetuitate. Confer 2 Sam. 7. 12, &c. cum Heb. 1. 5. Psalm. 89. 22, 29. & Amos. 9. 11. cum Act. 15. 16[f]. 2. Quia in exsilio Babylonico extincta erat Regni dignitas, & per familiæ Davidicæ ruinam videri poterat collapsa esse Dei veritas[g]. 3. Per Davidem multi, tum Judæorum, tum Christianorum, Messiam hîc intelligunt[h]. Parentum nomina patronymicè ponuntur pro filiis, ut Esa. 42. 24. ut, *David*, pro *Roboam*, 1 Reg. 12. v. 16[i]. Sic Christus sæpe apud Prophetas *David* vocatur[k], ut Ezec. 34. 23, 24. & 37. 24, 25. & Hos. 3. 5[l]. ubi Chaldæus vertit, *Messias filius Davidis*. Vide & Psal. 132. 10. Jer. 30. 9[m]. Huc inclino, quia non de Davide, sed de Messia, Davide secundo, (sicut Johannes Baptista alter *Elias* dicitur Matt. 11. 14.) sermo est vers. seq. Significat itaque misericordias antè promissas, & per Messiam exhibendas, in quo *omnia promissa sunt Etiam & Amen*, 2 Cor. 1. 20[n].

4. *Ecce, testem populis dedi* (i. e. constitui, vel designavi, ut Jerem. 1. 5. Ezec. 3. 17[o].) *eum*] Sic Mo. P. M. Jeremiam, cujus prophetiæ adeò definitæ certum dabunt meæ providentiæ testimonium apud populos omnes[p]. Sed detestanda est hæc depravatio. Elogia hæc augustiora sunt quàm ut Jeremiæ conveniant[q]. Posset quidem

[l] Ang. sim. Pi. [m] Ang. [n] G. [o] Calov. [p] Musc. [q] Calv. * Calv. [r] Pi. † G. [t] Calov. [v] San. [x] Ang. [y] Pi. Glas. Ang. Jun. [z] Jun. [a] Glas. gram. 3. 1. 107. [b] Calov. [c] Pi. [d] Ang. * Calv. [f] Glas. rhet. 1. 13. 416. [g] Calv. [h] Ang. [i] San. [k] Ang. sic Calv. San. Glas. [l] Ang. Sin. Glas. [m] Glas. rhet. ib. [n] Ang. [o] Ang. [p] G. [q] Calov.

quidem hoc ad Davidis personam aptari, cujus cur meminit hîc exprimit, nempe quòd in ejus manu deposita fuerat promissio de venturo Redemptore. Minimè tamen dubium est quin ad Christum rectà nos ducat Esaias, ad quem facilis transitus fuit à Davide; qu. d. Prodibit ille Davidis successor, per cujus manum promissa est perfecta salus ac felicitas [r]. Cùm obscurè de Christo sermonem fecisset sub nomine *misericordiarum Davidis*, subitò, per relativum *eum*, de Christo planè loquitur; ut hâc subitâ mutatione intelligamus quònam semper mentes Prophetarum tenderent†. Hinc constat quis sit ille *David* in v. praeced. nempe Christus [t]. Digressio est hoc & seq. v. quià Deus, filios suos cooptans in Ecclesiam Christi, confirmat primùm vocationem Christi, hoc versu, deinde functionem, vers. seq [v]. Christum autem hîc tribus nominibus appellat accommodatè ad superiora [x]. *Testem*, i.e. Prophetam & Doctorem qui testetur de mea voluntate [y]. *Testis* pro praedicatore, & *testimonium* pro Verbo Dei, interdum accipitur, Johan. cap. 1. vers. 7. Act. 1. 8. & 22. 15. &c. *Testis* est, qui testatur de veritate, & de re certa atque comperta [z]. Testis est, testificari de re incognita aliis, sibi verò certa [a]. Christus testis fuit eorum quae *in Patris sinu* occulta erant, Joh. 1. 18. inter quae erat Dei dilectio [b]. *Testem*, foederis mei [c], jam ex mea parte completi [d]; liberatae meae fidei [*]. Restat ut & vos praestetis quod ex vestra parte, vi foederis inter nos initi, debetis [f]. ¶ *Ducem*, &c. [נגיד ומצוה לאמים] *Ducem* (vel, *principem*, Ti. Pi. *antecessorem*, JT. *antistitem*, qui annunciat & praecipit quae agenda sunt, & obedientiam eloquentiâ suâ suadet [g]. Ducis est, anteire caeteris [h].) *& praeceptorem* (vel, *praecipientem*, Mo.) *populis*, P. Mo. &c. i. e. qui praecipiat & mandet quae velit [i]; vel, qui doceat quid facto scitóque opus sit [k]: cui omnes sub poena damnationis obedire tenentur [l]. Haec addit, quò attentionem Christo conciliet, &c [m]. Haec tria ordinem inter se habent. Christus, 1. de veritate testimonium perhibet, 2. eam amplectendam suadet, 3. imperat tanquam legitimus Princeps [n].

5. *Ecce, gentem quam nesciebas vocabis*] Christum alloquitur [o]: quod nemo negat [p]. [At negat non nemo.] Tu, ô Judaea, gentes antè tibi incognitas amicè compellabis [q]. Kimhi ad Ecclesiam Sionis refert. Sed haec refutant pronomina, quae hîc masc. sunt, non foem. adeóque Christum spectant [r]. Significat Christum ducem fore, non unius populi, sed cunctorum. *Vocare* hîc possessionem designat. *Vocat* Christus pro imperio, ut eas sibi subjiciat, &c†. *Quam non cognoveras*, id est, quam non curaveras, quam neglexeras, & ire siveras in viis ipsius, Act. 14. 16 [t]. Sic verbum *cognoscendi* saepe sumitur; ut Psalm. 1. 6. Prov. 12. 10. Matt. 7. 23 [v]. Cum qua nihil habuisti consuetudinis aut commercii [x]. ¶ *Quae te non cognoverunt*] De te non audiverunt, Rom. 15. 21. & 16. 25 [y]. Non curaverunt te, ut scilic. in te, tanquam Servatorem mundi, crederent [z]. ¶ *Ad te current*] Venient, ut in Templi ambitu gentibus piis destinato Deum verum invocent [a]. Verùm non agitur hîc de Judaea, aut Hierosolyma, quae Gentibus non ignotae erant, nec de Templo materiali [b]. Christum vocantem alacres & laeti sequentur. Ità efficaciam vocationis Christi exprimit [c]. ¶ *Propter Dominum Deum tuum*] Rationem reddit tam avidi & frequentis concursûs Gentium [d]: nempe quia Gentes intelligent negotium sibi cum Deo esse [*]; Christíque vocationem non humani, sed Divini, consilii esse [f]; Christúmque esse Dei Filium, ac verum Deum [g]. Dicit, *Deum tuum*, quoad humanitatem Christi, quâ Deum habet, Matt. 27. 46. Joh. 20. 17 [h]. ¶ *Et*, &c. [ולקדוש וגו'] *Et Sanctum* (vel, *& ad Sanctum*, Mo. *& propter Sanctum*, M. Ti. JT. Pi. Ch. &c. ל hîc valet [למען [i]]) *Israel*] Ità P. &c. ¶ *Quia* (vel, *quum*, JT. Pi. *qui*, Ti.) *glorificavit* (vel, *glorificabit*, P. *decoravit*, Ch. Ca. simil. Mo. *honorificum reddit*, Ti.) *te*] Quia, licèt praecesserit crucis ignominia, tamen à Deo glorificatus est [k]. Quia videbunt Christum à Deo decoratum sanctitate vitae, doctrinae verbo, miraculis, resurrectione, adventu Spiritûs S. in Discipulos ipsius, ipsorum denique vitâ & praedicatione [l]. Venient illi [populi] exciti famâ beneficiorum magnorum quae Deus tibi praestitit [m].

[r] Calv. † For. [t] San. [v] Jun. [x] San. [y] Pi. [z] For. [a] Musc. [b] For. [c] T. et Me. [d] T. [*] San. [f] T. [g] For. [h] G. [i] Pi. [k] San. [l] Ang. [m] Calv. [n] For. [o] Ca. sim. Pi. Calov. Calv. Luth. Musc. San. &c. [p] San. [q] G. [r] Calov. ex Musc. † Calv. [t] Pi. Ang. [v] Ang sim. San. For. [x] San. sim. Musc. [y] Ang. [z] Pi. [a] G. [b] Calov. [c] Calv. sim. Ang. [d] San. sim. For. Musc. Calv. &c. [*] Calv. [f] Q. in Marl. [g] For. [h] Calv. [i] Pi. [k] San. [l] For. sim. Musc. San. Pi. &c. [m] G.

6. *Quaerite Dominum*] Quem deseruistis & amisistis, cujus favore excidistis [n]. Haec dicit Propheta [o], vel, 1. ad Gentes [p]. Hîc pergit Deus eos qui ex Gentibus nondum conversi sunt ad resipiscentiam hortari, promissa minis miscendo [q]. Vel, 2. ad Judaeos [r]; quibus incognitus & despectus erat Christus †: quos hîc stimulat proposito exemplo Gentium, juxta Deut. 32. 21. ut ipsos pudeat, currentibus aliis, desidere [t]. Vel, 3. ad utrosque [v]. Pertinent haec ad [totum] Evangelii tempus, nè illud otiosum abire sinant [x]. Redit Dominus unde digressus erat. Vocaverat ad foedus, tempus jam adesse ostenderat: redit jam ad foederis partes sive conditiones; quarum prima est, ut Deum prope eos stantem non ignorarent, &c [y]. Vocat ad poenitentiam, &c [z]. *Quaerite*, &c. id est, 1. Inquirite de Deo, ut Esa. 8. 19. Vide Psalm. 14. 2. & 24. 6. 2. Implorate ipsius gratiam & favorem, ut Psal. 34. 5. & 77. 3. &c [a]. ¶ *Dum*, &c. [בהמצאו] *Dum invenitur*, P. Ti. ad verb. *in inveniendo* (vel, *invenire*, Mo.) *eum*, V. *quando ille inveniri potest*, M. sic V. Ang. &c. *dum praestò est*, JT. Pi. *dum vos estis vivi*, Ch. Ante vastationem per Titum [b]. Quando Deus se ultro offert. Oblata salutis occasio non est negligenda. Vide Prov. 1. 24, &c. Matt. 21. 42, 43. Joh. 12. 35. Rom. 13. 11. 2 Cor. 6. 2 [c]. Dum se Deus in ministerio Verbi offert, Psalm. 27. 8. & 95. 7, 8. Heb. 3. 7. antequam tempus poenitentiae datum exspiraverit, Gen. 6. 3. Exod. 9. 18, 19. Jon. 3. 4. Luc. 19. 42, 44. Apoc. 2. 21. antequam decretum prodeat, Zeph. 2. 1, 2, 3. Vide & Esa. 1. 15. Jer. 7. 16. & 15. 6. & 44. 22. Hos. 5. 6 [d]. Ait AE. *Deum inveniri posse ubique, & quovis tempore, ante obsignationem decretorum. Obsignatio decretorum* Hebraeis dicitur tempus illud cùm conditionata decreta de gente aliqua exscindenda, propter longam eorum contumaciam, transeunt in absoluta: quod & *mensuram judicii completam* vocant. Vide quae diximus ad Luc. 19. 44 [*]. ¶ *Invocate eum*] Jam *quaerendi Dei* speciem designat, votis nempe & precibus [f]. ¶ *Dum propè est*] Ità Ti. sim. P. JT. Pi. &c. nempe gratiâ suâ, ejúsque mediis & oblatione per Ministros, &c. Vide Esa. 51. 5. Eph. 2. 17 [g]. Al. Dum recens est sanctitatis ipsius [Christi] & miraculorum memoria: nam de adventu Christi hîc sermo est [h]. Dum gratiam suam vobis familiariter offert [i].

7. *Derelinquat impius* (רשע, *πονηρός*, gnavus & industrius peccator, à verbo רשע, quod *inquietum*, vel *molestum, esse* sign [k].) *viam suam*] Id est, peccata & vetera studia [l]; malos mores [m]. *Viam suam*, quâ à Deo recessit, Esa. 53. 6. Sic *viae tuae* opponuntur viis Dei, Esa. 58. 13. Vel, *viam suam*, sub. *malam*, ut exprimitur Jer. 18. 11. & 25. 5. & 26. 3. Ellipsis adjuncti, supplendi ex qualitate personae cujus via est [n]. *Via* alibi vitae cursum sive institutum sign. hîc autem, ex antithesi *cogitationum*, externam conversationem denotat [o]. Vide hîc initium poenitentiae, ut peccata & opere & animo abjiciamus [p]. *Viae* nomine totam vitae rationem comprehendit [q], & consueta vitae studia, quae quasi calle quodam trita sunt [r]. Consultissimè Propheta sic gratiae praedicationem attemperat, ut nec, impoenitentes & hypocritas admittendo, justitiam Dei labefactaret; nec, impios excludendo, misericordiae detraheret†. Ut succedat oratio, poenitentia ei adjungenda est. Vide Prov. 28. 13. Dan. 4. 27 [t]. ¶ *Cogitationes suas*] i. e. Prava cordis consilia [v]; concupiscentiam, & malos motus cordis [x]. Significat non solùm externos actus corrigendos esse, sed ab animo initium esse faciendum. Requiritur immutatio ut vitae, ità & mentis, affectuum, consiliorum [y]. ¶ *Revertatur* (vel, *convertatur*, Pi.) *ad Dominum*] Id est, ad fidem & observantiam ejus, à quo discessit ut adultera à marito; cui non sufficit ut illa adulterum deserat, nisi etiam ad maritum redeat [z]. Non solùm animus in detestationem veteris vitae ferri debet, sed ad Deum se vertere, & propter eum illa sectari quae ipse jubet [a]. Non sufficit ut viam deviam deserat; sed via etiam contraria ineunda est, & prioris viae vestigia sunt delenda, &c [b]. & ambulandum est juxta Verbum Domini. Vide Jer. 4. 1. Zach. 1. 3. &c [c]. ¶ *Et* (i.e. *tunc* [d]) *miserebitur ejus*] Nullam dubitantis particulam apponit, sed hoc ut certissimum affirmat, &c [*]. Ostendit, homines non aliter quàm

[n] Ang. [o] Pi. [p] Q. in Ang. [q] G. [r] Calv. For. Hi. in San. † For. [t] Calv. [v] Ang. [x] San. [y] For. [z] Jun. [a] Ang. [b] For. [c] Calv. [d] Ang. [*] G. [f] Calv. [g] Ang. [h] For. [i] Calv. [k] Me. d. d. fert. 34. [l] For. [m] Me. sic L. &c. [n] Ang. [o] Med. ib. [p] For. [q] Calv. [r] Oecol. † Musc. [t] Ang. [v] Musc. sic Ang. [x] Med. ib. [y] Calv. sim. Ang. &c. [z] Musc. [a] For. [b] Med. ib. [c] Ang. [d] Pi. [*] For.

quàm propositâ veniæ fiduciâ ad pœnitentiam adduci posse. Quisquis igitur pœnitentiæ doctrinam urget prætermissâ Dei misericordiâ, ludit operam. Semper conspectum Dei fugiet peccator, &c. nec unquam nisi animo pacato ad timorem & obsequium mansuescet [f]. Vox *misericordiæ* hîc meritum excludit [g]. ¶ *Ad Deum nostrum*] q. d. Qui noster est, ideóque nos tanquam suos agnoscet ac paternè suscipiet [h]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי יַרְבֶּה לִסְלוֹחַ] *Quia* (vel, *qui*, Ch. Sy. Ca.) *multiplicabit* (vel, *multus est*, P. *propensus est*, Ti. Ca. *abundat*, M.) *ad parcendum*, Mo. vel, *remittendum*, P. sim. M. Ti. *Quia plurimùm*, vel *largiter*, *condonat*, JT. Pi. Uni eidémque sæpius peccanti sæpius etiam ignoscit [i]. Quia difficile est terrore eximere pavidas mentes, & semper dubitamus an Deus ignoscere nobis velit; à natura Dei ratiocinatur, exorabilem fore & propitium, quia Deus clementiâ delectatur [k].

8. *Non enim cogitationes meæ* (sub. *sunt*, Ti. JT. &c. & sub. *ut*, JT. Pi.) *cogitationes vestræ*] Ità M. P. Mo. &c. vel, *eædem quæ vestræ*, Ca. Ætiologia cur Deus homines revocet à viis & cogitationibus ipsorum, hoc & seq. versu, explicans quod dixit, Deum *plurimùm condonare*. Nam etsi facta & cogitationes vestræ videntur in infinitum peccati affines esse; tamen angustiora sunt illa & humiliora factis & cogitationibus meis, quibus sum condonaturus peccata vestra. Infinitas peccati vestri, si resipiscetis, infinitis modis à misericordia mea superabitur [l]. Viis & cogitationibus hominum impiis, quas v. præced. homines relinquere jubentur, statim opponit Dei cogitationes & vias sanctas, &c [m]. qu. d. Si Deo reconciliari vultis, cogitationes viæque vestræ omnino reformandæ sunt [n], & magnam fieri oportet morum mutationem [o], quum tanta sit inter illas & cogitationes, &c. Dei discrepantia [p]. Al. q. d. Facilè homines consilia mutant, &, si qua inciderit offensio, promissa non complent: Deus autem constans est in promissis de salute mundi per Christum, &c [q]. Al. Vos difficiles estis ad obliviscendas injurias [r], in vindictam proni †; ægre, parcè, & iniquis ferè conditionibus, reconciliamini [t]: ego promptus ad ignoscendum [v]. Cohæret enim hoc ad id quod præcessit [x]. Homines Deum ex seipsis metiri solent, quoniam irritabiles sunt eorum animi, & difficulter placantur, &c [y].

9. *Quia, sicut*, &c. כִּי־גָבְהוּ שָׁמַיִם מֵאָרֶץ כֵּן גָּבְהוּ וגו׳] *Quia* (vel, *Nam*, Sy. Ca. *Sed*, Ti. JT. Pi. sub. *ut*, Pi. sim. Sy. Ti.) *altiores sunt cœli quàm terra*, Mo. sim. Ti. JT. &c. (Hanc comparationem affert, quòd nulla alia major esset in rebus creatis [z].) *sic altiores sunt viæ meæ*, &c. Mo. &c. *Nam quantò altiores —— tantò*, &c. P. sim. Ca. Ad verb. Sicut *exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt*, &c. V. *Quomodo celsiores*, &c. M. Quantò sum sublimior, tantò & clementior [a]. Principes hoc imitentur [b]. Hoc maximè turbat conscientias nostras, quòd falsam de Deo ideam concipimus, eúmque nostrî similem fingimus; quod certè gravem illi injuriam infert [c]. Indoles mea, tam bonitate quàm fidelitate, vestram in immensum superat, &c [d]. Damnantur per hæc verba cogitationes, studia, & viæ nostræ. Et nisi nosmetipsos negaverimus, & voluntati Dei subjecerimus rationem nostram in obsequium Christi, gratiam Dei nusquam consequemur *.

10. *Et*, &c. כִּי וגו׳] *Nam sicut descendit —— de cœlo*, i. e. de nubibus [f]. ¶ *Non revertitur*, (sub. *vacua*, ex v. seq †. non caret effectu [g]:) *sed*, &c. כִּי אִם הִרְוָה וגו׳] *Sed* (vel, *Quin*, Ti. *quin-imò*, Mo. *donec*, ό. Ar. Angl. *nisi*, Angl. ut Gen. 32. 26. *Non dimittam te, sed si* (i. e. nisi) *benedicas*, &c [h].) *inebriat*, &c. P. *inebriavit*, Mo. vel, *irrigat*, Ti. Pi. &c. *inebriet*, ό. Ar. &c. ¶ *Et dat* (vel, *dabit*, P. præt. pro fut. vel præs [i]. *ut det*, Ti. sim. JT. Pi. Ca.) *semen serenti*] Sic M. &c. vel, *seminaturo* anno sequenti [k]. q. d. Nemo de promissionibus meis dubitet. Si magna sit efficacia in pluvia, quæ meo jussu terram irrigat, &c. multò major erit in Verbo [l]. Duos hîc effectus pluviæ, &c. commemorat; quòd præbeat hominibus, 1. panem, 2. semen in annum sequentem [m].

11. *Sic erit* (vel, *est*, For.) *verbum*, &c.] i. e. Promissum quodque meum [o]. Promissum hoc de venia oblata suprá [p]; vel, de novo fœdere, de Messia, &c [q].

f Calv. g Med. &c. h Marl. i For. k Calv. l Jun. m San. n Q. in Ang. o San. p Q. in Ang. sim. San. q San. r G. sim. Pi. Ang. Me. T. † Mar. Ang. sim. T. t T. v G. sim. Mar. Ang. &c. x G. y Calv. z For. a G. b Oecol. c Calv. d Ang. * M. f Ang. † T. g G. h Ang. i V. k V. l Calv. m Musc. n G. sic Pi. Ang. Calv. o S n. q T.

Verbum Evangelii [r]. Vel, Verbum æternum, cujus descensum David *descensui pluviæ* comparaverat Psal. 72. 6. q. d. Filius Dei non frustrà ad terras descendit, sed ut homines felices redderet: hoc certè efficiet †. ¶ *Non revertetur ad me vacuum*] i. e. Non fiet irritum, sub suis scilicet conditionibus. Similitudo sumpta à legato, qui sibi mandata efficere non potuit [t]. Efficax erit, vel ad salutem, vel in damnationem, &c [v]. q.d. Nè miremini quòd à vobis ad Gentes abeam: non enim decebat Filium Dei frustrà in mundum venisse, & reverti vacuum, sed hominem juvare & redimere. Ità fiet; si vos non credideritis, alii credent, &c [x]. ¶ *Sed faciet*, &c. כִּי אִם עָשָׂה וגו׳] *Sed* (vel, *Quin*, Ca. *quin-imò*, Mo. *donec*, ό. Q. in V. &c.) *facit*, vel *faciet*, (vel, *faciat*, Ca. *compleat*, ό. Ar.) *quod volo*, P. M. sic Ti. ό. Sy. Ar. vel, *id quo delector*, Pi. JT. *quod mihi visum fuerit*, Ca. Est μετωνυμία· nam promisso tribuitur id quod est promittentis [y]. ¶ *Et*, &c. וְהִצְלִיחַ אֲשֶׁר שְׁלַחְתִּיו] *Et prosperabitur* (vel, *prosperatur*, P. *prosperum reddit*, M. *successum afferat*, Q. in V. *proficere faciet*, vel *promovebit*, For. *feliciterque transigat*, Ca.) *id quod emisero*, JT. i. e. verbum meum; periphrasis [z]: vel, *quò* (vel, *ad quæ*, Ti. *propter quod*, in his *quæ*, P. in eo ad *quod*, Pi.) *misi illud*, Mo. M. Ti. &c. vel, *quod ei mandavero*, Ca. Quæ dixi evenient *.

12. *Quia* (vel, *Itaque*, V. Calv. *Propterea*, G.) *in lætitia* (sicut olim ex Ægypto [a]) *egrediemini*] De Babylone [b]: vel, è captivitate spirituali, per Babylonem figurata [c]. Dicit, liberationem gaudio plenam fore [d]. Sensus est, Quandoquidem tanta est promissorum meorum constantia, nolite dubitare, Judæi, quin de exsilio exituri sitis feliciter & cum gaudio *. ¶ *Montes & colles cantabunt*, &c.] Id est, hymnos vestros resonabunt [f]. Omnia quæ in itinere obvia erunt, tametsi alioqui noceant, adjumento certè erunt vobis redeuntibus, &c. Quum restitutio Ecclesiæ sit veluti renovatio totius orbis, cœlum & terra quasi converso ordine immutari dicuntur [g]. ¶ *Ligna —— plaudent*, &c.] Lenibus ventis agitatæ arbores ramis suis, quasi brachiis, plaudent [h].

13. *Pro*, &c. תַּחַת הַנַּעֲצוּץ וגו׳] *Pro spina alba* (vel, *Loco virgulti*, JT. Pi. *Pro rubo spinoso*, M. Ti. Sign. *genus arboris vilis*, Q. He. in V. vel, *genus spinæ quæ crescit in deserto*, Al. in V. *Pro rubo*, Calv. *Pro saliunca*, Vulg. Ἀντὶ στοιβῆς, ό. in G. Στοιβὴ, quæ & φλεώς, palustris herba, cujus meminêre Theophr. Plin. Aristoph. Aq. & Th. hîc habent κόνυζαν, quod in sequentibus habent ό. Vulgatus *fruteta* transtulit suprà 7. 19 [i]. ubi dicta vide [k]. *Pro dumis*, Ar.) *ascendet abies*, Mo. P. M. JT. Pi. Sy. &c. vel, *pinus*, Ca. sic Ar. *cupressus*, ό. At ό. בְּרוֹשׁ *myrtum* reddunt Esa. 41. 19 [l]. ¶ *Et*, &c. תַּחַת הַסִּרְפַּד וגו׳] *Pro* (vel, Et *pro*, M. P. Ti.) *urtica* (vel, *paliuro*, JT. Pi. à סִיר *spina*, & פִּיד *pernicies*, q d. spina perniciosa [m]: vel, *conyza*, ό. *ebulis*, Ar. *hyssopo*, Sy. *arbore senticosa*, M. Vox alibi non occurrit [n]. Genus spinæ est [o], vel *germinis vilis & humilis*, He. in V.) *ascendet myrtus*, Mo. Ti. Ca. ό. Ar. Sym. Nec aliter Hebræi, ubi explicant nomen *Hadassæ* quod Estheri datum [p]. Vel, *ulmus*, M. Egerat de libera dimissione ex loco exsilii, & de tuto transitu sive itinere; hîc de regione sua, de qua metuere possent, nè inculta & inhospita foret, &c [q]. Sensus hujus loci est, Ubi, propter cultorum penuriam, herbæ nascebantur damnosæ aut inutiles, ibi satum iri arbores ad usum aut voluptatem egregias [r]. Non relinquentur in Ecclesia spinosæ & steriles arbores, sed fructuosæ & proceræ †. Al. Pro reliquiis peccati erit perfecta sanctitas in cordibus electorum [t]. Nocitura tollet Christus, vel convertet illa in bonum, &c [v]. Exterminatis vitiis, nascentur in mundo virtutes [x]. *Pro impiis consurgent justi*, &c. Ch. ¶ *Et erit*, &c. וְהָיָה לַיהוָה לְשֵׁם לְאוֹת עוֹלָם לֹא יִכָּרֵת] *Et erit* (vel, *Ut sit*, JT. Pi. sub. *hoc*, Pi. i. e. hæc populi liberatio & restitutio [y],) *Domino in nomen*, Mo. P. Ti. &c. (vel, in laudem *nominis Domini*, M.) *in* (vel, & *in*, P.) *signum seculi*, sive *æternum*, *non* (vel, quod *non*, M. JT. Pi. Ang. quod *nunquam*, Ti.) *succidetur*, Mo. sic Ti. JT. Pi. vel, *delebitur*, P. *exterminabitur*, M. [Ca. locum sic vertit, *Id quod Jovæ nomen existimationémque conciliabit nunquam interituram.*] His visis, Dei nomen celebrabitur perpetuó [z].

r M. † For. t G. sim. Ang. v Calv. x For. y G. z Jun. * G. a Calv. b Ang. c Pi. d Marl. * G. f G. g Calv. h G. i G. k Ang. l G. m Q. in Ang. n Ang. o K. & AE. in G. p G. q Ang. r G. † M. t Pi. v Calv. x San. y Ang. z G.

In

In signum, quòd ille nunquam deerit sponsæ suæ [a]. In monumentum: q. d. Propterea laudabitur Dominus indesinenter [b]. Solebant in agris, ab aliquo aut recèns possessis, aut ab hoste vindicatis, lapides aut signa erigere, quæ verum fundi dominum testarentur: Ità hîc significat Ecclesiam à Christo fundatam (de qua hactenus egit) futuram Dei æternam possessionem; ideóque dicit ponendum in ea æternum signum, & quasi terminalem lapidem, qui apertè prædicet possessionem esse Dei. Hæc explicatio non aliena videtur. Malim tamen Prophetam significare, eos qui ad Ecclesiam accedunt nominandos esse Christi nomine, h. e. Christianos, seu, quod idem est, Christum in illis esse nominandum, in æternum. Mos erat in S. S. ut nomen superioris super inferiorem invocaretur, &c [c]. Sicut solent Imperatores nomen & titulum gentis alicujus à se devictæ sibi assumere in perpetuum victoriæ istius trophæum & monumentum, v. g. *Africani*, *Asiatici*, &c. ità Christo erit nomen universale *Jesu*, i. e. Salvatoris, nempe omnium Gentium, perenne trophæum, & partæ de toto orbe victoriæ monumentum [d].

[a] M. [b] V. [c] San. [d] T.

CAP. LVI.

1. HÆC *dicit Dominus*] Videtur hoc caput usque ad v. 9. ad præcedentem concionem pertinere [a]. Actum est de adventu Messiæ, futuráque per ipsum mutatione [b]. Nunc Esaias, tanquam alter Johannes præcursor, Salvatoris viam parat, & Johannis ferè verbis utitur, Matt. 3. 2. *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [c]. Propositio est doctrinæ Evangelii de fide & pœnitentia, hinc usque ad v. 9 [d]. Docet Propheta hoc capite qualiter se gerere debeant qui Deo reconciliati sunt *. Monet ad observantiam Legis donec veniat Christus [f]. Ut meliùs intelligatur natura promissorum de quibus hactenus actum est, additur monitio ad Judæos, ut ipsi quoque officium faciant, & ea evitent propter quæ tam graves pœnas in se accerserunt. Vide suprà 1. 16, 17. & 10. 1 [g]. ¶ *Custodite judicium*, &c.] Vel, *æquitatem*, sive *moderationem*, prout rigori justitiæ opponitur [h]. Sic vox sumitur Psal. 25. 9. & 112. 5. Jer. 10. 24. & 46. 28 [i]. *Judicii* & *justitiæ* nomine omnia charitatis officia comprehendit [k]. ¶ *Quia juxtà* (vel, *propè*, Ch. M. P. &c. *propinqua*, Mo.) *est salus mea ut veniat*] Sic Ch. M. P. &c. *Nam propè est quum salus mea ventura est*, Pi. *Nam propediem mea ventura est salus*, Ti. *Salus*, i. e. Salvator [l]: vel, *salus*, quâ servabo electos [m]; cujus nemo particeps fit, nisi sub his conditionibus [n]. ¶ *Et justitia mea* (i. e. mea fides in implendis iis quæ à mea parte exspectari possunt [o]; vel, *justitia*, quâ electos ab hostibus ipsorum vindicabo [p]: *justitia mea*, demonstrata tum fideli præstatione promissorum populo meo, tum vindictâ hostibus infligenda [q]. Vel, tutela mea, ut *justitiæ* vox sumitur Esa. 16. 5. & 45. 13. & 51. 5. idem ergò hîc *justitia* quod *salus* [r]. Al. justitia Christi †. Vide Jer. 23. 6. Dan. 9. 24 [t].) *ut reveletur*; ità Ch. M. P. &c. לְהִגָּלוֹת] *Ad revelandum se*, Mo. *revelanda*, JT. Sy. sim. Ca. *revelabitur*, Pi. Causam designat cur omnes ad vitæ novitatem accingantur, quia justitia Domini ad nos appropinquat, ideóque nos quoque vicissim accedere debemus [v].

2. *Beatus*, &c. אַשְׁרֵי אֱנוֹשׁ יַעֲשֶׂה זֹּאת] *Beatitates hominis fecerit hoc*, Mo. *O quàm bene habebit!* O te felicem, etiamsi miser à nativitate sis, &c! אֱנוֹשׁ à *miseria*, vel à *desperatione*, dicitur [x]. *Beatus homo* (vel, *mortalis*, JT. Pi. quisquis sit, sive Judæus, sive alienigena [y].) qui *fecerit hoc*, P. M. Ti. Pi. &c. nempe, *judicium* & *justitiam*, ex v. præced [z]. ¶ *Et filius hominis* (vel, *Adæ*. Hæc nomina libenter apponit Propheta, ut miserabilem hominis sortem notet; ut insinuaret omnia illa per hanc felicitatem absorbenda [a].) *qui*, &c. יַחֲזִיק בָּהּ] *Apprehenderit in illud*, Mo. qui *apprehenderit*, vel *tenebit*, (Verbum *firmam apprehensionem & retentionem* denotat [b],) *hoc*, vel *illud*, P. Calv. &c. i. e. hanc doctrinam [c]; vel, hanc *justitiam* & *salutem* quæ adveniebat [d].

[a] Ang. [b] San. [c] San. ferè et For. [d] Jun. * Calv. [f] M. [g] G. [h] Q. in Ang. [i] Ang. [k] Calv. [l] San. [m] Pi. [n] Ang. [o] G. [p] Pi. [q] Ang. [r] Calv. † For. sic Calov. [t] Calov. [v] Calv. [x] For. [y] G. [z] Pi. For. [a] For. [b] For. [c] Calv. [d] For.

¶ *Custodiens* (sub. *scilicet*, Ti.) *sabbatum*, &c.] Versus præced. continet officia secundæ Tabulæ; hic, primæ *. Cavens sibi à violanda lege Sabbati, & aliis legibus quæ in exsilio observari poterant [f]; qualis erat hæc lex, quum aliæ ad Templum restringerentur, Deuter. 12. 11,—14 [g]. Est enim species pro genere [h]. *Sabbatum* hîc, pro toto cultu Dei [i]; ut Lev. 19. 3. Jer. 17. 21, 22 [k]. tum, quia præcipuum cultûs Domini symbolum hoc erat [l]; tum, quia documenta & exercitamenta pietatis Sabbato maximè observabantur [m]. Fortè *sabbatum* metonymicè ponitur, pro his quæ tunc fieri debent, sive pro sanctificatione Sabbati [n]; quæ non consistit in otio nostro, sed frequentatione & studio doctrinæ, precum, & abnegatione nostri [o]: ut abstineamus à peccatis, & sedulam pietati operam impendamus [p]. ¶ *Nè faciat omne* (i. e. *ullum*, JT. Pi. Ang. &c. ut Ezec. 18. 11 [q].) *malum*] Proximo suo scilicet, ut pleniùs exprimitur Psal. 15. 3. Sic Zach. 8. 17 *.

3. *Et non dicat filius*, &c. בֶּן־הַנֵּכָר הַנִּלְוָה וגו'] *Alienigena* (vel, *peregrinus homo*, Ca. *extraneus*, M. *filius alienigenæ*, Mo. P. qui alterius est aut generis [r], aut religionis †,) *qui adhæret*, vel *adjungit*, *se* (vel, *adhæsurus erat*, Ti.) *Jehovæ*, Pi. JT. &c. Ità restringit hanc consolationem ad eos qui Deum vocantem sequuti fuerint [t]. Interdixerat olim Deus populo suo commercium cum Gentibus [v]; quidam etiam Gentiles *congregatione Israelis* excludebantur, &c. Vide Deut. 23. 3, 7, 8 [x]. Loquitur de proselytis, nè desperarent [y], quasi ad ipsos non pertinerent promissiones præcedentes [z]: Deus enim non est acceptor personarum [a]; aditus, antea præclusus, jam aperitur omnibus [b], Act. 10. 34, 35. Rom. 3. 29, 30. Gal. 3. 28 [c]. Ritus illi in Regno Christi perituri sunt [d]. Tollitur velum quod inter Judæos & Gentes distinctionem fecit. Vide Ezec. 47. 22, 23. Matth. 27. 51. Eph. 2. 11,—16 *. Cùm autem pii alienigenæ duûm essent generum, alii qui præcepta Adamo & Noæ data servabant, alii qui toti Mosis Legi se subjecerant; de hoc posteriori genere hîc agi ostendit Sabbati mentio, quod illis prioris generis non esse datum consentiunt Hebræi. Unde & *fœdus*, cujus sequetur mentio, intelligendum de eo quod per Mosem fuit publicatum. Talis fuit Jeremiæ temporibus Abdemelech Æthiops [f]. Occurrit hîc commentum de *duplici genere proselytorum*, & de *præceptis Adam & Noe datis*, quibus non universam Legem datam esse cum Judæis somniavit Grotius: cui refellendo non est quòd immoremur, quia nullo testimonio id docuit, ut eâ facilitate reprobari possit quâ asseritur. Legem inscriptam fuisse homini in primæva creatione, & ad eam observandam omnes homines obligari, adeò certum est, ut hoc fundamentum fit conscientiæ, & cogitationum quæ se accusant vel excusant, juxta Rom. 2. 15 *. ¶ *Separatione*, &c. הַבְדֵּל יַבְדִּילַנִי וגו'] *Separando separavit me*, P. M. &c. *Omnino* (vel, *Accuratè*, Pi. Hebr. *Discernendo*, Pi.) *separavit*, sive *discrevit*, *me*, &c. Ti. JT. Ang. &c. Poterat cogitare talis proselytus, hæc magnifica promissa ad solos eos qui ex Israele ortum haberent pertinere, ac se ab iis excludi. Huic opinioni occurrit Deus [g]. ¶ *Eunuchus*] Ità M. P. Mo. Ti. &c. Qui, propter deformitatem illam, arcebatur à Templo [h]. Qui infamis erat, & à privilegiis populi exclusus, Deut. 23. 1 [i]. Cùm Lex promitteret Legem sequentibus fœcunditatem, Israelitæ eunuchi cogitare poterant inane fore studium suum [k]. Ideo quod hac in parte ipsis deest, id aliis magnis beneficiis se compensaturum dicit Deus: ità nulli operam perituram [l]. In eunucho etiam Gentilis populus intelligitur, qui sterilis fuit bonorum operum [m]. Sub *alienigenis* & *eunuchis* designat omnes qui videntur indigni quos Deus in populo suo censeat: Contemptibiles & probrosos alloquitur, nè diffidant. Spiritus Sanctus obstaculum Legis Mosaicæ diligenter rejicere voluit, tum, ut consuleret conscientiis Gentilium qui ad Christum accessuri erant; tum, quia magna erat Israelis pertinacia, quâ Gentes erant ab Ecclesia Dei repulsuri. Vide Act. 11. 12. & 15. 7 [n].

4. *Qui custodierint sabbata*, &c.] i. e. Deum sanctè coluerint [o]; sanctitati doctrinæ & vitæ operam dederint [p], & nominatim Sabbatum servaverint [q]. ¶ *Et elegerint quæ ego volui*] Eáque omnibus præferunt [r].

* Q. in Marl. [f] G. [g] Ang. [h] G. [i] M. sim. Calv. San. Ang. Jun. [k] Ang. [l] Calv. [m] Jun. [n] San. [o] Musc. [p] San. [q] Ang. [r] Ang. [r] For. sim. Ang. &c. † For. [t] Calv. [v] San. [x] Ang. [y] M. [z] Ang. [a] M. [b] Calv. sim. Ang. Jun. San. [c] Ang. [d] Jun. * Ang. [f] G. * Calov. [g] G. [h] San. [i] T. sim. For. San. [k] G. sim. Ang. [l] G. [m] San. [n] Calv. [o] Mc. sa F. r. [p] Jun [q] Mc. [r] For.

Qui

Qui amaverint præcepta mea †. Qui ea non temere suscipiunt, exemplo, traditione, gratiâ, metu, &c. moti, sed maturâ consideratione & liberâ electione [t]. Qui non suo arbitrio, sed juxtâ Legis præscriptum, vivunt [v]. Frænum iis injicit, nè vel tantillùm à Lege declinent, aut eligant quod illis visum fuerit, sed quod Deo placet. Videtur hoc modo externas notas, quibus solis gloriabantur Judæi, in nihilum redigere: quia novæ Ecclesiæ non externa, sed spiritualis, est dignitas, &c [x]. ¶ *Et tenuerint fœdus meum*] Qui conditiones omnes pacti adimplent, ut vitam potiùs dimittant quàm jura Dei resolvant [y]. Qui, quantum in ipsis est, curant nè quo pacto à fœdere meo prævaricentur, &c [z].

5. *Dabo*, &c. ונו׳ וְנָתַתִּי] *Dabo* (ו redundat: additum autem est ad mutandum tempus verbi præt. in fut [a]. Vel, *Nempe dabo*, Ang. *Dabo*, inquam, For. *Tunc dabo*, For.) *eis in domo mea*, (i. e. in Templo [b], h. e. Ecclesia [c]; vel, in ministerio ecclesiastico [d];) *& in muris meis*, vel, *intra muros meos*, P. M. &c. i. e. in civili & politica administratione. Opponitur hoc illi loco Deuter. 23. 1 *. Vel, in urbe Hierosf. h. e. Ecclesia [f]. Intellige hîc *muros*, vel, 1. Hierosolymæ, ut Psalm. 122. 7; vel potiùs, 2. Templi, de quibus v. 7. ex quo quidam excludebantur, qui tamen civitate exclusi non erant. Vide Levit. 21. 22, 23. Lam. 1. 10. Act. 21. 28 [g]. ¶ *Locum*, ità P. M. Ca. &c. יָד] *Manum*, Mo. *partem*, Ti. *spatium*, JT. Pi. יָד hîc *locum* sonat, ut Deut. 23. 12 [h]. Al. *Manum*, i. e. vel, vicem, vel, dignitatem [i]. Vel, *manum* meam, non modò auxiliatricem, sed & fœderis specialis cum eis, adeóque & connubii spiritualis, conciliatricem [k]. *Dare manum* est, & fœdus inire, 2 Reg. 10. 15. & pactum connubiale inire, Tob. c. 7. v. 15 [l]. (al. 13.) ¶ *Et*, &c. ונו׳ וָשֵׁם טוֹב מִבָּנִים] *Et nomen melius quàm filiis*, vel *filiorum*, &c. Mo. P. Ti. &c. id est, præ omni nomine quod filii parentibus conciliant: unde fit ut filii parentum *lucernæ* & *scintilla* dicuntur, 2 Sam. 14. 7. 1 Reg. 11. 36 †. Al. *quàm filii & filiæ*, id est, Patriarchæ, sub. *habuerint*: nam pleniùs effusa est in nos Dei gratia adventu Christi [l]. *Quàm nomen* quod habere poterant à *filiis*, &c. i. e. à generatione & posteritate [m]. [Alii hæc verba cum præced. sic reddunt,] *Dabo——in muris meis locum nominatum*, sive *celebrem*, *meliorem*, &c. ό. Ar. In δοξολογίαις in Templo nomen ipsorum memorabitur, éritque celebrius quàm si prolem reliquissent. Tales δοξολογίας multas habemus apud Sirachidem. Imitati sunt id Christiani offerentes pro mortuis [n]. Verùm de tali δοξολογίᾳ in Templo nihil in historia Sacra reperitur, nec eò pertinet quòd Sirachides viros justos celebrat. Sed nec talis commemoratio quicquam habet commercii cum Papistica oblatione pro mortuis in Missa, cui hîc Grotius non obscurè favet [o].

6. *Et*, &c. ונו׳ וּבְנֵי הַנֵּכָר הַנִּלְוִים עַל יְהוָה] *Alienigenas verò* (vel, *Et alienigenas*, Ar. sic ό. *Filios*, inquam, *alieni*, Calv. *Et filios alienigenæ*, Mo. *Etiam filii*, &c. Ang. *Quod verò attinet ad alienigenas*, Pi.) *qui adjunxerint se* (vel, *adhærent*, P. *cupiunt adhærere*, Ti. *copulatos*, Mo. *qui aggregati erunt*, Calv. *qui additi sunt*, ό. qui adducunt se, & nomen suum dant [p]) *Jehovæ*, JT. M. &c. (vel, *super Domino*, Mo. *ad Jehovam*, Calv.) *ad ministrandum*, vel *ut ministrent*, *ei*, Mo. JT. Pi. &c. Non modò atrium illis, ut olim plebi, concedit in quo adorent; sed ordinem magis honorificum illis attribuit, ut pro sacerdotibus & Levitis Deus agnoscat, ut sint illi *servi*, [ut sequitur:] quo nomine in S. S. Ministri sacri potissimùm significantur [q]. Non dicit, *ad ministrandum Aaroni*, ut de Levitis dicitur, Num. 18. 2, 4. sed, *ad ministrandum Domino*, quod de sacerdotibus dicitur, Deut. 21. 5. Vide & Deut. 10. 6, 8. & Esa. 61. 6 [r]. Confirmat quod dixerat, Deum aperturum promiscuè omnibus Templi fores, &c †. ¶ *Ut colant eum*] Explicat quibus partibus constat præcedens *addictio*, seu *adjunctio* *. ¶ *Et diligant nomen ejus*] Hîc excluduntur hypocritæ [t]. ¶ *Ut sint ei in servos*] Sic P. Ti. JT. &c. שָׁרֵת de duriore servitute dicitur quàm עָבַד, ut patet ex Num. 8. 11, &c. collat. cum 26 [v]. *Ad diligendum——& ad serviendum*, i. e. ex dilectione servire ei [x]. Qui ei serviunt, non spiritu timoris, sicut sub Lege, verùm ex animo [y].

7. *Adducam*, &c. וַהֲבִיאוֹתִים] *Illos quoque* (vel, *Nempe illos*, ut versu 5. vel, *Illos, inquam*, Angl.) *adducam*, JT. &c. Non dicit, *venient*, sed, *adducam*: homines enim sibi relicti magis ac magis se à Deo alienant; opus itaque est eos manu Dei ab errore & ignorantia retrahi, &c [a]. *Nemo enim potest ad Christum venire, nisi Pater eum traxerit* [b], Joh. 6. 44. Confer Joh. 10. 16. & 14. 6 [c]. Sed quia hæc attractio libertatem non tollit, dicimus illos venire summo cum desiderio, & Deum eos adducere summâ misericordiâ *. ¶ *In montem sanctum*] Id est, ad Ecclesiam [d], sive cœtus ecclesiasticos *. Ad montem Sionem, ubi Templum, typus Ecclesiæ, Esa. 2. 2. & 11. 9. Ezec. 20. 40 [f]. Loquitur ex more tempori illi consueto, in quo adhuc stabat Templum [g]. ¶ *Lætificabo eos* (benedictione & consolatione meâ [h]) *in domo orationis meæ*] Passivè, i. e. in domo ubi Deus oratur [i]; in Templo [k], ad me orandum destinato [l]. Vide 2 Sam. 7. 13. 1 Reg. 8. 19, 28, &c [m]. *Orationis meæ*, i. e. quæ ad me dirigitur [n]. Sensus, Me facilem & propitium experientur qui antea Templo arcebantur [o]. Pronomen hîc transpositum est, *in domo orationis meæ*, pro, *in domo mea orationis*; nam mox sequitur, *domus mea*, &c [p]. ¶ *Victimæ*, &c. ונו׳ וְזִבְחֵיהֶם לְרָצוֹן עַל מִזְבְּחִי] *Sacrificia eorum* (sub. *erunt*, M. P. JT. Ang. &c. & sub. *mihi*, P. Pi. ό.) *grata*, vel *accepta*, (vel, *ad beneplacitum*, Mo. vel, *in acceptationem*, sive *cum acceptatione*, sub. *ascendent*, vel, sub. *oblata*, Angl.) *super altari meo*, ό. P. Mo. Ang. &c. vel, *in ara mea*, Ti. sic Ar. M. JT. Pi. q. d. Omnibus alienigenis non modò Templum, sed etiam altaris adyta patebunt [q]. Cultum Evangelicum hîc intellige [r]. Metaphora κατα̃χρηστική, qualis Mal. 1. 11. Confer Rom. 12. 1. Heb. 13. 15 †. Loquitur Propheta figuris quæ suæ ætati conveniunt [t]. *Altare* ex quo cultus noster sanctificationem habet est Christus [v]. Vide Jer. 33. 18. Matt. 23. 19. Heb. 13. 10, 15. Apoc. 8. 3, 4 [x]. ¶ *Quia domus mea domus orationis vocabitur* (i. e. erit [y]; ut Esa. 47. 1, 5. Matt. 5. 9, 19. &c [z].) *cunctis populis*] Maximè proselytis, qui pari jure cum Israelitis intra τὸν δρύφακτον (*septum*) admittebantur [a]. Sed perperàm additur hæc restrictio, quum verba promissionis generalia sint, &c [b]. Hîc apertum habemus discrimen Legis & Evangelii. Sub Lege unius populi erat cultus, Rom. 9. 4. & Templum [c]; quod Judæis singulari privilegio constitutum erat, nec permittebatur Gentibus idipsum ingredi: at nunc in illo omnibus orare me licet, & exaudientur *. Olim quidem admittebantur Gentiles ad Templum, 1 Reg. 8. 41, 42, 43. sed ut hospites: nunc verò per Christum facti sunt cives, & domestici Dei [d]. Vide Rom. 10. 12, 13 *. Vide & Marc. 11. 17 [f]. Nunc Deum ubique invocare licet, Joh. 4. 20, 21. 1 Tim. 2. 8. Nota hîc, ideo nos in Ecclesiam vocari, ut Deum invocemus [g]. Constat Christum hunc locum de Templo materiali accipere. Quomodo ergò ad illud Templum jam olim destructum accurrere possunt omnes Gentes orationis causâ? Resp. Prædicit Templum illud post reditum è Babylone ità gloriosum fore, ut passim etiam Gentes eò ad orandum ascenderent, juxta 1 Reg. 8. 41. Hoc tamen secundùm mysticum sensum pleniùs impletum fuit in vero Dei Templo, h. e. Ecclesia, ad quam ex omnibus omnino gentibus congregantur fideles †.

8. *Ait Dominus*; ità Mo. P. &c. ונו׳ נְאֻם] *Sic dicit*, &c. Hebr. *Dictum Domini*, Pi. qu. d. Fidelis est hic sermo, &c [h]. Non vanè hoc repetitur: talis enim tunc erat Ecclesiæ status, ut magnifica illa promissa incredibilia & ridicula viderentur. Quare ad fulciendos debiles animos hoc addit [i]. ¶ *Qui congregat dispersos* (vel, *expulsos*, sive *depulsos*, M. Mo. JT. Pi. *profugos*, Ti.) *Israel*] Populi Israelitici [k]: vel, Israelis veri, sive Ecclesiæ, de qua omnino sermo est [l]. q. d. Is hoc affirmat, cujus est depulsos Israelitas congregare, qui hoc sibi nomen toties imposuit, & toties eos colligere pollicitus est [m]; cujus officium est, Ecclesiam dissipatam congregare, Psal. 147. 2 [n]. ¶ *Adhuc*, &c. עוֹד אֲקַבֵּץ עָלָיו לְנִקְבָּצָיו] *Adhuc* (vel, *Præterea*, Angl.) *congregabo* (sub. *alios*, Ang. sic Calv. nempe populos [o],) *super* (vel, *ad*, M. Ti. Angl. &c. ut עַל sumitur Psalm. 16. 2. & 23. 2. Esa. 22. 15. & 53. 1 [p]. vel, *supra*, Angl. ut Job. 23. 2 †.) *eum congregatos ejus*, Mo. rectiùs, *congregandos ejus*, G. For. id est, qui præordinati erant ut congregarentur, juxta

Marginal notes (left column): † G. — t Ang. — v Q. in Marl. — x Calv. — y For. — z Musc. — a Pi. — b Pi. For. — c Pi. — d For. — * For. — f Pi. — g Ang. — h BC. 1. 3. 3-3. Ang. — i For. — k T. ex Sa. — l San. — † San. — l V. — m For. — n G. — o Calov. — p For. — q Calv. — r Ang. — † Calv. — * Idem. — t Idem. — v For. — x Ang. — y For.

Marginal notes (right column): a Calv. — b For. — c Calv. — * For. — d For. Ang. — * Pi. — f Ang. — g Calv. — h Ang. — i San. — k Me. T. Ang. — l T. Ang. — m Ang. — n Glas. gram. 3. 1. 30. 110. — o San. — p V. — q San. — r Pi. sim. San. Calv. &c. — t Pi. — v Calv. — x Calv. Ang. — y Ang. — z Ang. Glas. — z Glas. gram. 3. 3. 16. 275. — a G. — b Calov. — c Calv. — * V. — d For. — * Ang. — f Jun. — g Calv. — † E. — h For. — i Calv. — k Pi. — l San. — m For. — n Calv. — o Calv. — p Ang. — † Ang.

juxta Act. 13. 48[q]. Post congregationem Esdræ sequetur congregatio Nehemiæ[r]. At hæc spectant ad tempora N. T. & vocationem Gentium†. Sensus est, Præter Israelem, congregabo etiam eos quos adjuncturus sum illi in Ecclesia mea[t]; Gentes scilicet, &c[v]. Non impedit, inquit, vocatio Gentium quò minùs & vos congregemini. Vide Rom. 11[x]. qu. d. Nè putetis, ô Judæi, cùm Gentiles voco ad Ecclesiam, me vos ab ea excludere: nam Ecclesia mea tam erit vestra quàm Gentium; & sicut Gentes, sic & vos, toto orbe dispersos, ad eam colligam†. Gentes dicebantur Hebræorum vulgo *dispersæ*, vel *dispersio*, Joh. 7. 35. & Judæi, *synagoga*, sive *congregatio*. Sicut autem Israel typus erat populi Dei, & ideo *dispersi Israel* vocantur Gentiles pii: sic, quia Synagoga typus erat Ecclesiæ, quæ *congregationem* sonat, Synagogæ filii sunt umbra filiorum Ecclesiæ, qui *congregati* dici possunt à synagoga, h. e. congregatione[y]. [Alii locum sic vertunt,] Illos *ampliùs aggregaturus sum ei, ad aggregatos ejus*, JT. i. e. Alias oves in hanc caulam cum grege meo adducturus sum[z]. *Adhuc congregabo ad illum*, (Israelem[a],) *præter eos qui congregati sunt ad ipsum*, Pi. *Item præter eos colligam ad eorum collectitios*, Ca. *Quia congregabo ad eum congregationem*, o'. sim. Ar. *Adhuc aggregabo ei aggregatos*, Sy. *Adhuc congregabo captivitatem eorum, ut colligam eos*; Ch.

9. *Omnes bestiæ agri, venite ad devorandum*] Ità P. &c. [Qu. Quomodo hæc cohærent cum præcedentibus?] Resp. Novus hîc sermo incipit[b], & hi quatuor versus cum sequenti capite jungendi sunt[c]. Post consolationes liberaliter piis expositas, nè animum abjicerent, redorditur objurgationem impiorum, qui post Esaiæ tempora exstituri erant inter Judæos plurimi, minis additis valde gravibus[d]. Duplex Prophetæ consilium erat: 1. ut pios de gravissima futura calamitate præmoneret, nè, quum ea adveniret, animum despondérent; & ut, fide hanc cladem cernentes, necessitate acuerentur quò magis solicitè & ferventer ad Dei gratiam confugerent, unico illo solatio contenti: 2. ut hypocritas terreret, nè, more suo, vanâ confidentiâ se efferrent prætextu harum promissionum, quæ ad ipsos nihil pertinent*. Cùm dixisset, *dispersos Israel congregandos*, prævidens hos Christum occisuros, dolore & indignatione tactus, propheticè evocat bestias, h. e. Romanos, à quibus perdantur[f]. Cùm priùs ostendisset quæ & quanta felicitas maneret illos qui, ut Messiam exciperent, servaturi essent judicium, &c. ac tandem videret quàm pauci Judæorum Christum exciperent, & quòd hi ipsum morti traderent, &c. edicit quomodo tractandi sunt à Romanis. Imperat. hîc pro fut. ponitur, more Prophetarum[g]. Al. Exponit Propheta cur *depulsos Israelis* modò nominaverit, nim. quia Deus, justo judicio suo, gentes inimicissimas & ferocissimas contra eos accersiturus erat, Assyrios, Babylonios, Græcos, Syros, Ægyptios, Romanos, qui Judæam infestarent & consumerent, hoc versu: deinde causas horrendi istius judicii per contestationem proponit, in sequentibus[h]. Dicit Dominus quòd *adhuc colliget* Israelem: verùm [inquit] non statim id fiet, sed priùs patietur Israel inauditas calamitates[i]. *Bestias agri omnis generis* intellige, Ægyptios, latrunculos ex Chaldæis, ex Syris, ex Moabitis, ex Ammonitis, qui omnes Judam vastârunt, etiam ante deportationem. Vide 2 Reg. 23. 33. & 24. 2[k]. Sed hoc non convenit vel cum ordine [prophetiarum hujus libri,] quem juxta seriem temporum fixit Grotius; vel cum applicatione Christi, qui, cùm de *domo orationis in latronum speluncam* converso Prophetam adduxisset, πανωλεθρίαν, sive excidium novissimum, prædicit. *Bestiæ* hæ erant Gentium Reges[l]; Antiochus, Romani, cæterique populi hostes, sed potissimùm Chaldæi, 2 Reg. 24. 14, 15[m]. Significat tam magnam fore mactationem, ut omnibus bestiis agri exsaturandis sufficere possit[n].

10. *Speculatores* (i. e. Doctores[o], Sacerdotes[p]; tum ii qui se pro Prophetis venditabant[q]. Confer Ezec. 3. 17. & 33. 2, 6, 7[r]. Item Principes†, Judices & Reges. Utrumque enim regimen comprehendit, & præfectorum & ministrorum Verbi, quos Dominus, velut binos in corpore oculos, ad regendam Ecclesiam constituit[t]. Vide Jer. 6. 17. Ezec. 33. 2, 7[v].) *ejus* (i. e. populi Judaici[x]) *cæci*] M. P. Mo. JT. &c. i. e. ignorantes Legis meæ[y], non videntes mala quæ ipsis impendent[z]: *cæci sunt, & cæcorum duces*, Matt. 15. 14[a]. Causam ostendit Solymitanæ cladis[b]. ¶ *Nescierunt*; ità Mo. לֹא יָדְעוּ] *Nihil nôrunt*, P. sic Pi. Ch. *nesciunt prudenter agere*, Ar. *indocti*, Ca. *non agnoscunt*, JT. Non viderunt mala ventura[c]. Non sciunt quæ scire oportebat, Scripturas, & adesse Messiæ tempus, aut qualis foret Messias[d]. ¶ *Canes muti*, &c.] Peccata aliorum dissimulant. Sicut canum officium est, allatrare fures; ità Sacerdotum & Prophetarum, reprehendere vitia*. Objicit illis ignaviam & socordiam[f]; quòd, cùm irreperent falsi cultus, pastores & judices mali, &c. quos profligari & arceri oportebat, tacerent[g], & populum Dei exitiali suo silentio proderent[h]. In hoc tantùm sunt utiles domestici canes, ut latratibus suis lupos & fures arceant: quòd si muti sint, cùm naturâ sint voraces, plus ex iis damni quàm utilitatis accrescit. Et forsan præstaret pastoribus carere, quàm tales habere: nam si sciret populus se canibus carere, quisque pro se invigilaret, &c[i]. ¶ *Videntes vana*, הֹזִים] [Variè reddunt.] *Jacentes*, M. Calv. Ca. *torpent*, Ti. *stertunt*, Pi. *tempori serviunt*, JT. Cujus versionis rationem nec ipsi reddunt, nec ego percipere valeo[k]. *Indulgent voluptati*, Sy. *deliria loquentes*, Mo. *delirant*, G. *dormitantes*, P. *dormientes*, Ch. RS. & AE. & R. Jon. &c. in B[A]. הֹזִים vocantur *loquentes in somnis, aut in morbis, vana verba*. Ità quidam, inquit K. in Lexico. Id quod verissimum est. Nam Heb. *haza* idem est quod Arab. *hadsa*, literis Zajin & Dsal de more permutatis. Et *hadsa delirare* est; unde *hadsian, deliratio*, sive per somnum, sive per morbum, fiat. Vox passim occurrit in Avicenna. Et הֲזָיוֹת, pro *somniis* & *deliramentis*, occurrit in More Nebochim, teste Buxt. in Lex. Talm. Proinde הֹזִים à o'. [& Ar.] non malè redditur, ἐνυπνιαζόμενοι, *somniantes*; & ab Aq. φανταζόμενοι, i. e. *phantasiis & vanis imaginationibus acti*. Eódem etiam referri potest Sym. versio, ὁραματισταί, [*Prophetæ*, ut reddit Drusius,] & Hi. *videntes vana*; nisi fortè חוֹזִים legerit. Porrò, Prophetæ hi, *delirantes* & *somniantes* dicti, (quia vanis rerum imaginibus & ipsi deluduntur, & credentes in se deludunt,) canibus meritò conferuntur, qui non modò somniant, ut multa animalia, sed somnia sua vel latratu, vel gustu, saltem ex parte patefaciunt: de quo vide Aristot. Hist. animal. 4. 10. Æschyl. in Diris, Lucret. lib. 4. vers. 988[l]. ¶ *Et*, &c. אֹהֲבֵי לָנוּם] *Diligentes dormitare*, sive *dormire*, Mo. P. Ch. sim. o'. Sy. Ar. M. JT. vel, *stertere*, Ca. *somni amantes*, G. *somno indulgent*, Ti. Ignavi canes, paululùm si respiciant, quia auditu pollent, rursus caput reclinant, &c[m]. Hebræi hinc colligunt, canem somniculosum esse animal. Quod falsissimum est, cùm canis sit potiùs unum è vigilantissimis; ut docent Lucret. l. 5. v. 862. Ovid. Fast. 4. 488. Horat. od. 3. 16. Columella de Canibus 8. 12. Fateor canes dormientes Gallis Capitolium silentio suo prodidisse. Sed historici id mirantur, utpote præter morem. Vide Liv. l. 5. Plut. de Fort. Rom. Canibus igitur somnolentia tribuitur ab Esaia, non ut proprium & naturale quid, sed ut vitium præter naturam[n].

11. *Et canes*, &c. וְהַכְּלָבִים עַזֵּי נֶפֶשׁ לֹא יָדְעוּ שָׂבְעָה] *Et* (vel, *Sed*, Pi. *Nempe*, G. *Imò*, Ang. *Etiam*, Angl.) *canes* (vel, *canes illi*, sive *isti*, M. Ti. JT.) *fortes animo* (vel, *impudentes animo*, o'. M. Heb. *obfirmati animo*, vel *animâ*. Impudentia faciem obfirmat, & immotos facit; sicut pudor facit avertere faciem, & discedere ab incepto[o]. Vel, *impudentissimi*, Hi. Fortè non malè; cùm huic geminâ phrasi, עַזֵּי פָנִים, *firmi facie*, dicantur, qui sunt perfrictæ frontis. Vide Deut. 28. 50. Prov. 7. 13. & 21. 29. Eccles. 8. 1. Dan. 8. 23. Alii exponunt, *gulosi*, ob sequentia, *nesciunt saturitatem*. Sed & voracitatis inverecundia ferè comes est, ut in heluonibus & parasitis videmus. Præterea, aptissimè his, qui *canes* vocantur, tribuitur impudentia, quæ in canibus eminet. Vide Hesych. in voce Κύων, Pollucem 5. 11. &c. Hinc & *Cynicorum* nomen, ob impudentiam, &c. Adde etiam R. Jakimi apophthegma in Semoth rabba, cap. 42. *Tres sunt valde impudentes, in quadrupedibus canis, in avibus gallus, & in gentibus Israel.* Sic confitentem habemus

q For. r G. † Calov. t V. v Calv. x For. † Me. T. y San. z Jun. a For. Pi. b G. Plerique in Ang. c Plerique in Ang. d G. * Calv. f T. sim. For. g San. h Jun. i For. k G. l Calov. m M. n Musc. o Pi. For. Ang. M. sic Calv. p G. Pi. q G. sim. For. r G. † M.

t Calv. sim. Ang. v Ang. x G. sic Pi. &c. y Pi. z For. sim. Ang. a Me. b San. c G. d For. * G. f Calv. g Musc. h Marl. i For. k Ang. l B[A]. t. 2. 56. 680. m For. n BA. ib. 679. o For.

mus reum & αὐτογαστρίμαργοι p. Vel, *fortes animâ*, sub. *appetente*, i.e. edaces aut voraces q: *ingluviosi*, Ca. *avidissimi*, JT. Pi. sim. Ti. *avidi appetitûs*, Sy. sub. *sunt*, Pi. Ang.) *non noverunt* (vel, *nesciunt*, M. Ca. *non possunt*, Ti. qui *non noverunt*, For.) *saturari*, P. sic Ti. He. in Angl. ac si שׂבעה esset infinit. quod potiùs videtur nomen esse, Ruth 2. 18. Esa. 23. 18. & 55. 2. Ezec. 16. 28. & 39. 19 †. Vel, *saturitatem*, Mo. M. Ca. JT. Pi. &c. Sunt insatiabiles t, avaritiâ v. Quamvis ignavi sint ad res administrandas, sunt tamen validi ad cibum capiendum x. Ignavorum hoc certè est, non nôsse saturitatem: sapientes enim paucis contenti sunt, nec corpori indulgent. Taxat ingluviem & avaritiam sacerdotum tempore Evangelii, &c y. ¶ *Ipsi*, &c. והמה רועים וגו׳] *Et ipsi pastores non noverunt intelligere*, Mo. P. Ti. non dant operam Legi z: vel, *nihil sciunt, neque intelligunt*, M. V. vel, *non nôverunt discernere*, sive *dijudicare*; nam הבין est, *intelligere cum discrimine*, 1 Reg. 3. 9, 11 a. *Propterea ipsi pascunt se, nesciunt docere*, JT. i. e. pascere populares Verbo Dei b. *Imò ipsi* sunt *pastores* qui *nesciunt intelligere* quidquam, Pi. sim. Ang. *Canes* dicuntur præfecti inferiores; *pastores*, qui superiores erant c. *Pastores* hîc sunt magistratus politici. Nomen *pastoris* & Davidi & Cyro in S. S. aliísque Regibus in profanis scriptoribus, tribuitur d. Al. *Pastores* vocat eosdem quos antè *speculatores*, & quos jam sub canum imagine descripsit *. ¶ *Omnes*, &c. כלם לדרכם פנו] *Cuncti ipsi* (vel, *Quotquot sunt*, JT. vel pastores f, vel etiam populus sub iis g,) *ad viam suam respiciunt*, Pi. sim. Mo. M. Ti. &c. vel, *declinant*, V. *se convertunt*, JT. sim. P. Quod cuique libuit sequuntur, ut illi Jud. 17. 6. Quisque pravitatem cordis sui secutus est h. Res suas agunt, non Dei i, non fratrum k, non gregis. Vide Jer. 22. 17. Ezec. 34. 2, 3. Philip. 2. 21 l. q. d. Causa tantæ cæcitatis est, quia avaritia eos excæcavit m. ¶ *Unusquisque*, &c. איש לבצעו מקצהו] *Quisque* (vel, *vir*, Mo.) *ad avaritiam* (vel, *cupiditatem*, Mo. *lucrum*, JT. G. For. sim. M. Ti. &c. sub. *propensus est*, Ti.) *in* (vel, *à*, sive *de*, M. Ti.) *termino suo*, P. i. e. quilibet in regione sua, in loco suo, & in episcopatu; ut sit מ pro ב n. Vel, *ab extremitate* (sub. *una ad alteram*, JT.) *illius*, Pi. JT. scil. populi; q. d. per totam civitatem, ab una extremitate ad alteram o. Ità locutio defectiva hîc esset, quæ pleniùs exprimitur Exod. 26. 28. & 36. 33 p. Vel, *ab initio ejus*, sub. *viæ*, ad finem scilicet q. Vel, *à fine suo*, i. e. à parte sua r: quod Gallicè dicimus, *Chacun à son endroict* †. q. d. Quisque aliis præferri vult, acsi sibi [tantùm] natus esset, & ad se trahit omnia, ac, neglecto officio, studet commodis suis t. Vel, *absque termino ejus*, nempe lucri sive avaritiæ, cui nullum finem imponunt v. *A fine*, pro, *sine fine*; ut, *à visione*, Mic. 3. 6. pro, *sine visione*. Sed affixum hîc constructionem duram reddit x. Vel, *à summo usque ad novissimum*, Vulg. ut Jerem. 6. 13 †. Vel, *ab extremo ejus*, Mo. BA. i. e. ad unum omnes; ut Jer. 50. 26. *Venite ad eam* מקץ *ab extremitate*, tota scilicet. Extrema sæpe ponuntur pro omnibus: ut Gen. 19. 4. *totus populus* מקצה *ab extremitate*, &c. & 47. 2. *ex extremitate fratrum*, i. e. ex omnibus, &c. Psal. 19. 5. *& in extremitatem orbis*, &c. i. e. *in totam terram*, quod præcessit. Plura hujus generis doctè observat Di. ad Ezec. 33. 2 y. Vel, *ex præcipuis uniuscujusque eorum*, i. e. non infimi tantùm sacerdotes, sed & summi. Vel, sic vertas, *quisque ad quæstum suum* capiendum *ex præcipuis ejus*, nempe populi: non enim ex pauperibus, sed ex ditioribus, quæstus exspectatur. Sacerdotum præsertim hoc vitium est, ut opulentiores, qui opima sacrificia afferre valent, potissimùm sectentur. Atque ità Jonathan hunc locum intellexisse videtur, qui vertit, *Omnes illi quisque è regione viæ suæ migrârunt, quisque ad deprædandum divitias Israelis*. Ad Esa. 26. 15. ostendimus variis exemplis, קצה, *extremitatem*, sicut & פנה & פאה, [sed legendum videtur פאה,] quæ *angulum* significant, adhiberi interdum ab Hebræis ad dignitatem denotandam, & sumi pro *primoribus, præcipuis* z. Producit [hic Author] Genes. 19. 4. & 47. 2. Jud. 18. 2. Esa. 26. 15. Ezec. 33. 2. Sed contra, 1. De locis illis dubitari potest an ità sumantur. 2. Idem hic author alibi fidenter dicit hanc phrasin significare, *ab omni parte*, & hîc, & Jerem. 50. 26. & 51. 31. 3. Affixum h. l. ità sumi vetat a. [Ca. locum

p BA. ib. 688. q V. sim. Belg. † Ang. t G. sim. Calv. v Jun. x Calv. y For. z G. a For. b Jun. c Q. in Ang. d For. * G. sim. Ang. f For. &c. g Musc. h For. sim. Me San. i G. sim. Calv. Ang. Musc. &c. k Calv. l Ang. m Oecol. n V. o Pi. p Ang. q G. r Calv. Q. in V. † V. t Calv. v For. x Ang. † Idem. y BA. 1. 2. 34. 357. z Di. a Ang.

sic reddit, *Omnes ad unum suam viam, suum quisque lucrum, sequuntur*.]

12. *Venite*, &c. אתיו אקחה וגו׳] *Venite*, (sub. *inquiunt*, P. JT. Pi. &c. Frequens apud Hebræos ellipsis b, ut Neh. 13. 25. Esa. 22. 13. & 45. 14. Act. 7. 32 c. Mimicè voces eorum exprimit & studia, &c d.) *capiam*, vel *accipiam*, (Quisque sic loquebatur *. Vel, *accipiamus*, P. sim. Vulg. Sy. vel, *adferam*, Ti. Pi. Verbum hoc duas notiones includit, *accipere*, vel *adferre*, ut Psalm. 68. 19. collat. cum Eph. 4. 8. vide & Genes. 18. 7. & 27. 9 f.) *vinum*, Mo. M. &c. ¶ *Et*, &c. ונסבאה שכר] *Et potabimus*, vel *potemus*, (vel, *inebriemur*, P. sim. Pi. *ingurgitabimus nos*, JT.) *sechar*, Mo. M. For. G. vel, *temetum*, Ca. vel, *potu inebriante*, JT. Pi. vel, *ad ebrietatem usque*, Ti. Ità studio & datâ operâ ebrietatem sequuntur, & ad eam se mutuò provocant g; omnes minas, monita, &c. securè contemnentes h. ¶ *Et erit*, &c. והיה כזה יום מחר גדול יתר מאוד] *Et erit secundùm hunc diem cras magnus abundanter valde*, Mo. *Et* (vel, *Atque adeò*, Ti.) *erit sicut hæc* (vel, *sicut hodie*, M. Ti. &c. *similis huic*, JT. Pi. sic Ca.) *dies crastinus* (vel, sic *crastinâ die*, M. ità & *cras*, Ti. Heb. *dies* qui erit *cras*, Pi.) *major multò* cum *excellentia*, P. vel, *major, excellentior multò*; ad verb. *magna, & excellens valde*, V. vel, imò *major, excellentior valde*, JT. Pi. vel, imò *longè ampliùs*, Ti. *multò celeberrimus*, Ca. imò *major & multò excellentior* dies erit, M. Cras lautiùs etiam prandebimus i. Idem faciemus die crastinâ, aut certè fortiùs compotabimus k. Cras compotationem repetemus l. Ità Dei lenitatem irrident, securitatem sibi promittentes m. Potiùs propositum pergendi in sceleribus profitentur, &c n. Obstinati animi verba, &c o. Alii avaritiâ æstuant, v. præced. alii luxu, hoc versu p.

b G. c Ang. d For. sim. Calv. * For. f Ang. g Musc. h Calv. i G. et Chald. k V. sim. For. l Pi. m Calv. n Ang. o San. p Jun.

CAP. LVII.

1. *Justus perit*] Quorsum tendat hæc oratio, non constat a. Causa hæc superioris excidii, quòd, præripiente Deo cladi imminenti viros justos, qui Deum placare poterant, nemo sit qui recogitet b, quorsum id fiat; non moventur, non curant, non expendunt hoc opus Dei c. Postquam ostendit quàm securè delicientur hypocritæ, & Verbum Dei contemnant, conqueritur quòd opera Dei non considerant d. *Justus* hîc, vel, 1. Josias *. Sed quum Grotius seriem temporum historiæ sæpe urgeat, regreditur nunc à captiv. Babyl. ad Josiæ tempora f. Vel, 2. Esaias, qui à Manasse occisus est g. Vel, 3. Christus, qui sæpe in V. & N. T. *justus* vocatur h. Vel, 4. Ezechias recèns defunctus, de cujus morte gaudebant impii Judæi i. Vel, 5. justi generaliter k. *Justus*, collectivè, ut Psalm. 11. 5. & 34. 20 l. *Perit*, i. e. moritur m; ut Esa. 27. 13 n. ¶ *Et non*, &c. ואין איש שם על לב] *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *non quisquam* (sub. *est*, P.) *ponens*, vel *qui ponat*, (sub. *id*, M. Ang.) *super cor*, Mo. P. &c. sub. *suum*, Angl. i. e. nemo curat o. Nemo cogitat de causa cur id Deus faciat p. ¶ *Et viri misericordiæ* (vel, *misericordes*, P. *benefici*, Ti. simil. JT. Pi. *pii*, Ca. *pietate conspicui*, M. sic V.) *colliguntur*, &c. נאספים באין מבין] *Collecti* (vel, *congregantur*, P. sim. M. Pi. sub. *ad populum suum*, P. sim. M. *Colligere*, pro, *mori* q. Auferuntur è vivis, & reconduntur in sepulchris r. Vide Gen. 25. 8. Psal. 27. 10. Metaphora à collectione frugum, Levit. 23. 39. Esa. 17. 5 †. Vel, *tolluntur*, Ti. *abeunt*, Ca. *recipiuntur*, JT.) *in non intelligente*, Mo. vel, *nemine advertente*, JT. Pi. Ca. Heb. *quum non* est *advertens*, Pi. sim. M. *& nemo expendit*, Ti. ad verb. *non exsistente qui intelligat*, For. [P. hæc cum sequent. sic vertit, *Nec est qui intelligat quòd propter malum* venturum *congregatur justus ille*.] ¶ *A facie*, &c. מפני הרעה וגו׳] *Ante malum* (Heb. *à facie mali*, i. e. antequam veniat malum, h. e. calamitas t: *ante adventum ipsius mali*, JT.) *colligi* (vel, *recipi*, JT.) *justum*, Pi. *Tollitur autem* (vel, *Colligitur* ad majores suos, G.) *ante malum* (i. e. ante captivitatem v, nè eam videret & experiretur x,) *justus*, Ti. vel, *justus ille*, G. Vide 1 Reg. 14. 12, 13. 2 Reg. c. 22. v. 20 y. Intelligi hoc potest de malo & culpæ, & poenæ.

a For. b Calov. c Musc. d Calv. * G. f Calov. g Sin. h Hi. & Cyr. & Proc. in San. i T. k San. et Thom. l Calv. &c. m Ang. n Ang. G. o V. p G. q M. r Pi. † Ang. t Pi. v G. x For. sim. G. Ang. &c. y Ang.

pœnæ. Deus justos etiam ante ætatem completam tollit, tum nè à pietate discedant, vi peccati inundantis abrepti; tum etiam nè calamitatis imminentis participes sint[z]. Sæpe Deus justos velut ex incendio aufert, quum impios ulcisci vult. Nec tamen ea lex perpetua est, quum sæpe justi unà cum reprobis temporalibus pœnis implicentur; sed adeò frequens, ut raro aliter eveniat[o]. Al. *Propter malitiam autem colligitur justus*, M. *Quum præ malis obeant justi*, Ca.

2. *Veniat pax*] In pace requiescat[p]. ¶ [יָבוֹא שָׁלוֹם] *Veniet*, vel *Venit*, *pax*, Calv. Sy. Ti. sub. *justo*, V. sim. For. sing. pro plur[q]. *Obveniet* illis *pax*, Angl. *Adveniat illi* (Josiæ Regi) *pax*, G. *Ingredietur* (sub. *ad patres suos*, V. Al. *Venit*, M. *Ibunt*, Ch. *Erit*, o'. Ar. *Ibit*, Angl.) *pace*, Mo. vel, in *pacem*, sive *pace*, M. P. o'. Ar. Ch. Ang. Mortem tranquillam *pacem* sive felicitatem vocat, & sic viri justi eam reputant[r]. ¶ *Requiescat*, &c. "[יָנוּחוּ וגו׳] *Requiescent*, vel *Requiescunt*, (vel, Et viri pii *quiescunt*, M.) *in cubilibus suis*, P. sic M. Ti. Mo. i. e. in sepulchris, omni prorsus malorum timore sublato †. *Requiescant in cubilibus suis*, i. e. ἐν τῷ κοιμητηρίῳ, & subaudi, *ossa ejus*. Hæc vulgus intelligebat de corpore; sapientes de spiritu, qui in locis Deo cognitis, nobis incognitis, quiescebat. Sed hæc apertè revelari non debebant ante Messiæ tempus, cui reservata erat rerum obscurarum patefactio. Hæc ipsa verba in usu sunt Judæorum jam olim, ubi de piis mortuis loquuntur[t]. Verùm geminus ille sensus sapientum, & vulgi, quonam documento probabitur[v]? ¶ *Qui ambulavit in directione sua*] Pro נְכֹחוֹ, legit נִכְחוֹ[x]. ¶ [הֹלֵךְ נְכֹחוֹ] [Variant.] *Ambulans* (vel, *qui ambulaverit*, P. quisque *ambulans*, V. Ang. sic Calv. aut, singuli *qui ambulaverint*, V. Ellipsis τῷ *quisque*, quia talis conjunctio nom. sing. cum verb. plur. distributionem innuit[y]. *Ambulavit* enim, G.) *coram eo*, Mo. P. Calv. G. Ang. marg. V. nempe Deo[z]. Relativum sine antecedente[a]; ut Gen. 15. 13. *Ille* (i. e. Deus) *dixit*[b]: & sing. pro plur[c]. *Et coram se gradientur*, Sy. *qui operantur secundùm legem ejus*, Ch. Al. *Præceditque ante illum*, M. Ti. nempe abeuntem ex hoc mundo[d], sub. *pax*, M. Q. in Angl. ex præced. Sic, *justitia præcedet eum*, Psalm. 85. 14. &, *opera comitantur*, Apoc. 14. 13. Ità hîc, pax illos transmittit ad locum quietis †. Moritur pius antequam horribiles Dei incidant ultiones; sicut & Ezechias dixit, *Fiet pax in diebus meis*. AE. Sic interpretatur, *Qui ambulat coram ipso Deo, ille in morte venit ad pacem, quia mors est transitus in veram & æternam vitam**. [Alii totum versum sic reddunt,] *Ingredi pacem*, (apud Deum, relictis quâcunque ratione agitationibus mundi[f]. Heb. Quòd *ingrediatur pacem*, i. e. cœlum ad fruendum vitâ æternâ. Deficit כִּי, repetendum ἀπὸ κοινοῦ è versu præcedente. Asyndeton[g].) *requiescere* (Heb. quòd *requiescant*, scil. justi. Mutatio numeri: nam sing. antè collectivum erat[h].) *in cubilibus suis*, (i. e. sepulchris[i]. Metaphora elegans: nam indè cadavera suo tempore evigilabunt atque resurgent[k].) *quisquis ambulat rectâ*, Heb. *è regione sui*, ità ut non declinet à Lege Dei ad dexteram vel ad sinistram[l]. [Infinitivi hujus versûs pendent à *nemine advertente*, in præced. versu.] Vel, in *æquitate sua*, JT. Al. *Cùm adveniet pax, quiescent in suis cubilibus, eâ præter eos eunte*: Eam ignorabunt impii, neque ejus erunt participes, dormientes in suis peccatis[m].

3. *Vos autem* (vel, *Et vos*, Mo. P. &c. Apostrophe ad idololatras Judæos[n]. *Vos*, emphaticè, q. d. Vos qui pios & cultum Dei irridetis[o],) *accedite huc*] i. e. Prodite ad Dei tribunal. Non proficietis tergiversando, quia inviti [eò] trahemini. Accedite huc, ut vobiscum disceptem †: ad contestationem causæ & judicium[p]. Vel, *Accedite*, ut audiatis[q]: Aliud vobis nuncium fero[r]: Illi in pace quiescunt, vos aliter, &c †. Postquam fideles consolatus esset, qui ante lugubria illa tempora tollerentur; convertit se ad impios, qui pios illos ablatos miseros judicabant, se verò felices, qui terrâ adhuc fruerentur, &c[t]. ¶ *Filii*, &c. [בְּנֵי עֹנְנָה] *Filii iniqui*, o'. Ar. *Populè generationis cujus opera sunt mala*, Ch. Legerunt עָוֹן, sensu meliore[v]. *Filii auguratricis*, Mo. P. M. Vulg. vel, *veneficæ*, Ti. Calv. *præstigiatricis*, JT. Pi. Judæos sic vocat[x], quia auguriis & divinationibus erant deditissimi[y]. *Filii*, non, ut fingitis, Abrahami, Esa. 41. 8. Matt. 3. 9. vel Saræ, Esa. 51. 2. sed, *veneficæ* alicujus. Homines in S. S. eorum filii dicuntur quos affectu & moribus exprimunt[z]. ¶ *Semen*, &c. [זֶרַע מְנָאֵף וַתִּזְנֶה] *Semen adulterum*, Mo. (vel, *adulterans*, Pi. vel, *adulteri*, M. P. Ti. &c.) *& fornicata est*, Mo. vel, *fornicariæ*, Ti. *prostitutæ*, Ca. *meretricis*, o'. Ar. Calv. *fornicarium*, Sy. Al. *quod scortaris*, JT. copulativa pro relativa †: *tu*, *inquam*, quæ *scortata es*, Pi. *& vos* qui *scortamini*, Belg. *&* alicujus, vel illius, quæ *scortatur*; vox enim hîc est verbum, sicut & Levit. 19. 29. Jud. 19. 2. Jer. 3. 6, 8. ubi sic vertitur. Ellipsis relativi frequens est*. Vel, *&* quorum mater *fornicata est*, M. P. Al. *Semen quod commisit adulterium, & scortabitur* adhuc, Angl. ut notet insatiabilitatem & perseverantiam in pollutione, &c. Sensus, q. d. qui moribus non magis ad Israelem pertinetis, quàm naturâ ad dictum patrem pertinent quos mater adultera ex adultero genuit. Confer Matt. 12. 39. & 16. 4[a]. Adulterio, i. e. idololatriæ, dediti. Vide Ezec. 16[b].

4. *Super*, &c? [עַל מִי תִּתְעַנָּגוּ] *Super quo* (vel, *In quem*, Ca. *Contra quem*, JT. For. *E quonam*, i. e. E cujus contemptu & irrisione[c]; *Quâ re*, Ti.) *oblectati estis*? vel, *oblectatis vos*? Mo. P. M. Ti. JT. &c. vel, *delicias percipietis*? Pi. vel, *lasciviistis*? sive *luxuriati estis*? Loquitur forsan de opiparis conviviis, saltationibus, cantionibus, ludis ipsorum in gratiam idolorum, quæ omnia erant contra Deum[d]. Exagitat eos, quòd Verbo & Ministris Dei illuderent. Illud, *super quo*, significat eos subterfugia captâsse quibus impietatem suam velarent. Nec enim fatentur impii se rebelles esse Deo; imò, eâ criminatione gravem sibi injuriam fieri obtendunt: sed protrahendi sunt in lucem, & convincendi impietatis suæ. Bellum cum Deo gerunt qui Verbum ejus oppugnant aut rejiciunt*. Al. Videte qualis fuerit ille Rex quem vos contempsistis. Ad eos loquitur qui ex Manasse impietatem didicerant, & Josiam irriserant ob pietatem; homines qualis Sobna, qui etiam cum pietatis detrimento rebus suis consulere volebant[f]. Sed ostensum est hoc vaticinium ad tempora N. T. pertinere, &c. Causas itaque hîc ostendit reprobatæ gentis Judaicæ, quas arcessit indè ab antiquis temporibus, idololatriam, &c. Ideo clamare jubetur Propheta, & peccata eorum taxare, & pœnas denunciare, c. 58. & 59. In solatium autem fidelium, convertit se ad descriptionem Regni & victoriæ Christi, c. 59. &c. Ità optimè cohærent hæc vaticinia[g]. ¶ *Dilatâstis* (vel, *dilatatis*, JT. *distenditis*, M. *dilatabitis*, Mo. Pi. quum scilicet vos è medio sustulero, vel in Bab. traduxero, & Prophetis, quos antea irridere solebatis, privavero[h],) *os*] Ità P. &c. convitiis[i]. Laudes idolorum sunt convitia in Deum[k]. *Dilatare os* est, loqui quæ lubitum est, ut Psalm. 22. 14. & 35. 21[l]. ¶ *Et*, &c? [תַּאֲרִיכוּ וגו׳] *Protrahitis*, vel *protrahetis*, (vel, *exseruistis*, V. Ti. Ar. *produxistis*, V. *prolongabitis*, Mo.) *linguam*? M. JT. &c. i. e. sermonem: i. e. Cui detrahitis & obloquimini[m]? *Ejicere linguam*, inter tria sannarum genera quæ habet Scholiastes Persii ad sat. 1[n]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *In quem diducto ore linguam exsertatis*?] Gestus hîc irridentium Gallis, apud Gellium, 11. 13. Hispanis aliisque. Possumus hæc omnia accipere, non de Deo, sed de justis, de quibus paulò antè loquebatur, & sanctis Prophetis, quos deridebant impii[o]; vel, de Christo, quem Judæi impii subsannaturi erant, &c[p]. [Ità optimè congrueret illud, *Super quo*? vel, *In quem*? q. d. Non est ψιλὸς ἄνθρωπος, homo tantùm, quem vos irrisui habetis, sed summus Deus, &c.] ¶ *Numquid non vos filii*, &c? [יַלְדֵי פֶשַׁע זֶרַע שָׁקֶר] *Nati*, vel *filii*, *prævaricationis*, Mo. sim. M. Pi. (vel, *defectione*, JT. vel, *perfidi*, Ti. vel, *sceleris*, i. e. quasi in hoc nati, ut scelera patretis: υἱοὶ ἀπωλείας in Græco, sicut Latinè dicimus *hominem perditum*[q]: dediti transgressioni[r]. Al. *prævaricatores*, P. *nefarium genus*, Ca.) *semen* (vel, *progenies*, Ca.) *falsitatis*? sive *mendacii*? Mo. M. Pi. vel, *mendax*? sive *falsum*? Ch. Sy. P. Ti. &c. sub. *estis*? P. Ca. &c. dediti nempe falsæ religioni †; idololatræ, quales à Prophetis ità vocantur[t]. q. d. Annon à patribus vestris degeneràstis, &c? Vos scelerati estis, quos minimè decet viros pios reprehendere[v]. *Semen falsum*, i. e. spurium[x], sive ex patre adultero[y].

5. *Qui*, &c. [הַנֵּחָמִים בָּאֵלִים וגו׳] *Qui consolamini* (passivè, i. e. consolationem quæritis[a],) *in* (vel, *cum*, For.) *diis*, Vulg. sim. Sy. sic & o'. παρακαλοῦντες, [quod tamen Latinus illius versionis Interpres vertit, *qui vocatis*; Arabicam verò versionem reddit, *qui rogatis*.] Legerunt נִחָמִים, præt. Niphal à נחם[a]. Non placet hæc versio, quia vox textualis ab ea differt & radice, & formatione, & etiam vocalibus[b]. *Incalescentes* (vel, *Incalescitis*, Ti. Ca. V. *Calefacitis vos*, M. *Inflammantes vos*, Ang. Eorum *qui incaluerunt*, JT. *Quòd incalescitis*, Ca. *Qui incalescitis*, Pi. G. sub. *calore venereo*, V. sim. G. i. e. concumbitis[c]; calidissimo amore tenemini[d]: q. d. Qui idololatriam exercetis *; qui thura incenditis[f]. Ardor idololatriæ passim in S. S. confertur cum amore meretricio[g].) *in ulmis* (vel, *inter*, seu *apud*, *quercus*, seu *ulmos*, V. M. Ti. sic Calv. Angl. &c. vel, *in lucis*, JT. vel, *cum idolis*, Pi. *divis*, Ca. *cum diis*, P. *apud deos*: Nam in lucis Templo circumjectis prostabant fœminæ & mares in honorem deorum falsorum. Ideo luci apud Templum in Lege prohibiti[h].) *sub omni ligno*, vel *arbore*, *viridi*, sive *frondoso*, P. M. Mo. JT. &c. i. e. sub densis arborum umbris[i]. Idem loquendi genus 2 Reg. 17. 10. Ezec. 6. 13. Ose. 4. 13[k]. Vide & Deut. 12. 2. Jer. 2. 20. & 3. 6. Vox אֵלִים sign. & *deos*, Exod. 15. 11. Psal. 89. 7. Esa. 44. 10. & *arietes*, Esa. 1. 11. & 34. 6. & *quercus*, vel, in genere, *arbores*, Esa. 61. 3. Ezec. 31. 14[l]. ¶ *Immolantes parvulos*; ità P. [הַיְלָדִים] *Natos ipsos*, JT. *liberos*, Ti. sim. Mo. Pi. &c. sub. *vestros*, Angl. Pi. ut patet ex 2 Reg. 16. 3. & 21. 6. & 23. 10. Ellipsis pronominis, ut Esa. 46. 4. &c[m]. Mos hic Cananæorum, sive Phœnicum, de quo egimus alibi[n]. ¶ *In torrentibus*; ità Mo. P. JT. [בַּנְּחָלִים] *Juxta torrentes*, Pi. Angl. Fontes & fluvii errore Gentili sacri existimabantur, &c[o]. *In amnibus*, Ca. Al. *in vallibus*, o'. Ti. M. Ang. G. Et quia in vallibus esse solent torrentes, ideo & *torrentem* sign[p]. Intelligitur hîc præcipuè vallis Hinnomi apud torrentem Cedron[q], ubi erat Topheth, & Moloch, 2 Reg. 23. 10[r]. Erant dii qui vallibus gaudebant & locis opacis; alii rursus, qui excelsis in montibus, &c †. ¶ *Subter eminentes* (vel, *prominentes*, M.) *petras*; ità P. [תַּחַת סְעִפֵי הַסְּלָעִים] *Sub scopulis* (*subter ramos*, Mo. *prominentiis*, Q. in V. *eminentiis*, Ch. in G. i. e. sub præcipitiis, quæ Hebræi hîc & alibi *ramos* vocant[t],) *petrarum*, JT. Pi. Ca. *in cavernis*, &c. Ti. *sub dentibus* (i. e. scopulis, vel summitatibus) *petrarum*. Vox Hebræa sign. *ramos arborum*, quorum similitudinem referunt scopuli & prominentiæ rupium[v]. Sunt ad radices montium & in alveis torrentium excavatæ rupes & prominentes, sub quibus aræ idolis erigebantur, quasi ex antris prodiret numen, & ut religione tangerentur homines. Erant etiam ibi tuti ab aeris injuriis, ut tranquilliùs & sine impedimento sacra peragerent. Deorum enim est totum hominem sibi addicere. Hinc solebant loca solitaria petere, & ab urbium tumultu secedere. Religionem autem veram imitatur superstitio[x]. Si loquatur de Topheth, seu Cedrone, certum est torrentem illum labi subter eminentes & præruptas petras, teste Jos. Antiq. 15. 14. Si de aliis etiam torrentibus accipias, altaria excitabant ad capita fontium, qui è radicibus montium erumpere solent, præsertim in illa petrosa & confragosa regione. Adde quòd Dæmon coli solebat in obscuro, ut in antro Trophonii, & Sibyllæ. Confer cum hoc loco Senec. epist. 5. 41. *Si quis specus saxis penitùs exesis montem suspenderit non manu factus,——animum tuum quadam religionis suspicione percutit. Magnorum fluminum capita veneramur: subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet.* Ubi etiam de lucis dicta vide[y].

6. *In*, &c. [בְּחַלְּקֵי וגו׳] *In lævibus* (vel, *saxis*; vox enim חלק interdum *lapides* sign. Forsan idola per contemptum vocat *saxa torrentis*, quasi ab his illa nihil differrent[z]. Vel, *In lenibus petris*, P. *Inter læves lapillos*, JT. Ang. sim. Pi. Heb. *In lævoribus lapillorum*, Pi. *In politioribus lapidibus*, M. V.) *torrentis* (vel, *vallis*, M. sub. *est*, P.) *pars*, vel *portio*, *tua*, Mo. P. JT. Pi. &c. q. d. Cùm vides pulchrum aliquem & politum lapidem positum in torrentibus, viæ aut alterius rei causâ, illum adoras[a]. Significat Legis contemptum, ubi vetuerat Deus politionem lapidum exstruendo altari, Exod. 20. 25[b].
Al. *In divisionibus*, vel *partibus*, (Id חֵלֶק sine Dagesch sign. Jos. 18. 5, 6, 9. Ezec. 45. 7. & 48. 8, 21 *.) *torrentis*, Vulg. Q. in Angl. i. e. In partibus vicinis torrenti[c]: vel, ubi torrentes se findunt in varios alveos, inter quos, nempe in insulis, aras erigebant[d]. At חלק cum Dagesch sign. *læves*, sub. *lapides*, hîc, ut & 1 Sam. 17. 40 *. *Tibi cum lævibus saxis fluviatilibus res est*, Ca. ¶ *Hæc est*, &c. [הֵם הֵם וגו׳] *Ipsi ipsi* (vel, *Ipsi sunt*, P. *Illi ipsi* sunt, JT. Pi. *Illi*, *illi*, inquam, sunt, M. *Illi*, *illi* ergò sint, Ti.) *sors tua*, Mo. &c. *Ab eo* [i. e. ea re] *portionem hæreditatis tuæ exspectas*; vel, illo tam fidis quàm *portione tuâ hæreditariâ*[f]. Al. Locum sic verto, *In lævigatis* lapidibus (Ellipsis substantivi, ut Psal. 73. 10. Esa. 40. 10[g].) *qui sunt ad ripas torrentium positi spes & fiducia tua*. Illis fiditis sicut divites possessionibus suis[h]. Delectaris altaribus idololatricis exstructis juxta torrentes qui repleti sunt lævibus lapillis, ac proinde aquâ suâ aerem suaviter refrigerant[i]. Politos lapides in deos consecras, & dicis, *Tu es portio mea*, contrà quàm David dixit, *Deus est portio mea*[k]. ¶ *Et* (vel, *Etiam*, Mo. JT. Calv. Ang. &c. *Quinetiam*, Pi. *Nam*, M.) *ipsis effudisti* (vel, *fundis*, JT. Pi.) *libamen*] Sic Mo. P. &c. In honorem illorum lapidum vinum libatis[l]. *Ipsis*, vel diis, vel lapidibus. נֶסֶךְ est, *libamen ex vino*, Exod. 29. 40, 41. Num. 15. 5, &c[m]. ¶ *Obtulisti sacrificium*] Ità o'. in G. &c. Sic vertunt מִנְחָה, quod in Græcè loquentium libris est πόπανον, ipsi autem idololatræ vocabant כַּוָּנִים, ut Jer. 7. 18[n]. [De מִנְחָה vide dicta ad Lev. 2. 1, &c.] ¶ *Numquid*, &c? [הַעַל אֵלֶּה אֶנָּחֵם] *An super his consolationem* (vel, *oblectationem*, V. Calv.) *accipiam*? P. sic JT. Pi. Mo. &c. i. e. Ferámne æquo animo talia[o]? Alii, *pœnitebit me*? sub. *mali quod immissurus sum in mundum contra infideles*, nè illud inducam, He. in V. An hæc ego mihi Legique meæ adversantia sinerem abire impunè[p]? An tristitiam quam ex vestra idololatria concipio ex mente mea excuterem, & oblivione sepelirem? Confer Gen. 24. 67. 2 Sam. 13. 39. qu. d. Nequaquam: sed vos propter illam puniam[q]. An unquam possum conquiescere, ni scelera tua in me illata ulciscerer[r]? *An super his commiserebor*? For. Quomodo me oblectem tali populo? Esa. 9. 17 †.

7. *Super montem*] Qui loci Cananæis vicinisque populis erant pro templis[t]. Hunc morem & Israelitæ imitabantur[v]. Non diis vallium contenta, deos quoque montium coluisti[x]. Vel, scorti hujus impudentiam notat, quasi conspectum non vereretur, &c[y]. ¶ *Posuisti cubile tuum*] Nam pernoctabant in illis locis spe consequendi somnia futurorum præsaga. Sic olim Delphis fiebat antequam oracula ibi redderentur. Euripides Iphigeniâ in Tauris, Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων νύχια χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα, Οἳ πολέσιν μερόπων Τά τε πρῶτα τά τ' ἔπειθ', Ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν, Ὕπνῳ κατὰ δνοφερὰς γᾶς Εὐνὰς ἔφραζον· (*Visus sedibus è sacris Tellus nocte vagos dabat*, *Qui mortalibus ederent Prima & deinde sequentia*, *Et quæ curriculis novis Ætas serior adferet*, *Somnorum indiciis apud Terræ nigra cubilia*[z].) Al. Posita ab idololatris erant lectisternia diis suis, ex more Gentium; ut Romæ in rebus dubiis factum est[a]. Al. Perseverat in adulterii similitudine[b]. Ideo altare & cultum *cubile* vocat[c], quia ibi scortabantur cum idolis[d].

8. *Et post ostium & retro postem* (vel, *& postem*, Mo. P. &c.) *posuisti memoriale tuum*; sic M. &c. i. e. aliquid quod revocet tibi in memoriam deum quem colis *: [זִכְרוֹנֵךְ] *Suffitum*, vel *odorem*, *tuum*, P. V. *monimentum tuum*, Mo. Ti. JT. Pi. Ca. &c. i. e. idola quæ monent te de diis quos repræsentant[f]. Tutelares deos & lares designat[g]. *Post ostium*, &c. vel, figuratè; q. d. Nullus est absque deo angulus[h]: vel, propriè; q. d. ad interiorem & exteriorem portarum faciem[i], ut tam intrans, quàm exiens, illius meminisses[k], ejúsque tutelæ te tuáque commendares[l]; ut felix esset & faustus tam ingressus quàm egressus[m]. Heb. *post ostium & postem*, vel, 1. Templi, Ezec. 8. 3, 5, 7, 14. & 43. 8: vel potiùs, 2. domuum privatarum; ut *ostium* & *postis* collectivè sumantur, quia de populo loquitur tanquam de uno scorto[n]. Lucis, antris & montibus non contenti, etiam in domos suas idola intulerunt[o]; eáque ponebant in illa ipsa ædium parte ubi præcepta Dei poni debuerant, Deut. 6. 9. & 11. 20[p]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי מֵאִתִּי גִּלִּית וַתַּעֲלִי] Concisa

[a] T. sim. Me. [a] Cap. crit. 5. 8. 359. [b] Ang. [c] Pi. sic V. [d] Cap. ib. * V. [f] M. [g] Calv. [h] G. [i] G. sic Ang. [k] G. [l] Ang. [m] Ang. [n] G. [o] San. [p] G. [q] G. sim. Me. San. [r] San. † For. [t] G. [v] V. [x] For. [y] San. [z] For. [a] V. [b] Calv.

* Ang. [c] T. [d] Q. in Ang. * Ang. [f] V. [g] Ang. [h] G. [i] Pi. [k] M. [l] G. [m] For. [n] G. [o] V. [p] G. [q] Pi. [r] Jun. † Ang. [t] G. sim. Ang. [v] San. Ang. [x] For. [y] Calv. sim. Ang. [z] G. [a] Q. in Marl. [b] For. [c] For. sim. M. Calv. Pi. [d] Pi. * V. sim. For. [f] Pi. [g] For. sim. G. ex Hi. [h] For. [i] San. [k] T. ex Me. & San. [l] sim. Calv. [m] T. Me. San. [n] For. [n] Ang. [o] Calv. [p] G. sim. Calv. Ang.

cisa loquutio indignationem & detestationem facti exprimens, qualis Gen. 49. 4 [q]. [Variant.] *Quia* (vel, *Quum*, JT. *Imò*, Pi. *Quinimo*, G.) *à me* (vel, *præter me*, Ti. sim. Ang. *juxta me*, Vulg. in conspectu meo, i. e. in ipso Templo meo; vide 2 Reg. 21. 3, 4, &c [r]. Heb. *de cum me*, i. e. à latere meo. More mariti loquitur Dominus, à cujus latere surgere, & cum altero rem habere, est contemptus & summum scelus †. Vel, *à me* discedens, sive recedens, P. M. Pi. Glas. Ellipsis participii, qualis Ezec. 11. 11. *In terminum Israelis* disjectos *judicabo*; & 16. 29. *in Chaldæam* discurrens; Mic. 3. 3. *quasi* injicientes *in lebetem* [t].) *discooperuisti*, Mo. P. Ang. &c. (vel, *discooperta es*, Calv. *publicâsti*, M. *renudâsti*, Ti. *retectura*, JT. *retegis*, Pi. sub. *te*, Pi. M. JT. Ang. &c. ellipsis pronominis, ut Levit. 18. 6. vel, sub. *turpitudinem tuam*, P. Angl. & sub. *alteri*, Ang. Tantam mihi fecisti injuriam quantam uxor adultera marito facere posset. Ità hîc Chaldæus. *Discooperuisti* est quod Græci dicerent ἀνέῳξας [v]. Prostituisti teipsum. Ità enim hanc phrasin sumi docent Levit. 20. 17, 18, &c. Ezec. 23. 18 [x].) *ascendis*, JT. vel, *ascendisti*, M. Calv. *& ascendisti*, Mo. P. Ti. &c. *& ascendis*, Pi. vel, *quum* (Ità ו sumitur Gen. 14. 14. Esa. 37. 9, 36 *.) *ascendisti*, Angl. sub. in cubile tuum [y], in alto positum, vers. 7. ut ibi te pollueres †. Respicit Exod. 20. 26. ubi vetuerat Deus altaria in loco celso ponere, quò per gradus ascenderent, &c [z]. Vel, *suscepisti adulterum*, Vulg. Bene vertit id quod in Hebræo est, *ascendere fecisti*, i. e. admisisti adulterum [a]. In hac significatione verbo *ascendendi* utitur Scriptura, unde & עָלוֹת de femellis fœtis, &c. Vide Gen. 31. 10. & 33. 13. Psal. 78. 71. Ità autem תַּעֲלִי in significatione passiva accipiendum est: neque enim de ascensu in montes accipio. Cùm autem גָּלָה fit de numero eorum verborum quæ contraria significant, nam sign. *apparere*, & *disparere*, quod fit migrando, exsulando, &c. locus aliter reddi possit, *A me* (i. e. à latere meo) *migravisti*, & *ascendisti*, seu *concubuisti*, sive alteri *tui copiam fecisti* [b]. [Ca. locum sic reddit, *Utpote quæ alii quàm mihi prostes, conscendénsque.*] Me maritum deserens, retegis vestem tuam, atque ità te comparas ad libidinosum concubitum, id est, ad idololatriam [c]. ¶ *Dilatâsti cubile tuum*] Ità M. P. Mo. &c. ut cum marito adulterum quoque admitteres. Vel, Extendisti cubile ad omnem superstitionem, &c [d]. Multiplicâsti altaria *, & idola [f]. Rectiùs vertas, *Laxata es concubitu tuo*: nam sic sumi מִשְׁכָּב apparet Num. 31. 17 [g]. ¶ *Et*, &c. וַתִּכְרָת־לָךְ מֵהֶם] *Et excîdisti tibi ex eis*, Mo. *Et pacisceris* (vel, *pepigisti pactum*, P. sim. M. Ti. Calv.) *tibi cum illis*, Ca. sic P. M. Calv. &c. vel, cum quibusdam *ex eis*, M. Obstrinxisti te idolis, &c [h]. Non placet: nam, 1. כָּרַת nunquam sign. *pacisci*, nisi cum nomine בְּרִית [i]. 2. Fœdus non dicitur *scindi ex aliquo*, sed, *cum aliquo* [k]. Al. *Et castrâsti quosdam ex eis.* Sic sumitur כָּרַת Levit. 22. 24. Deut. 23. 1. Faciebant hoc fœminæ libidinosæ servis, ut partum effugerent [l]. Al. *Cædens tibi amplius* cubile, *quàm illorum sit*, JT. nempe parentum tuorum: q. d. Parentes tuos peccando superas [m]. At parentum nulla hîc mentio [n]. *Cubile* ex præcedente membro repetitur: ut Exod. 12. 4. *accipiat*——repete, *parvam pecudem*; Jos. 22. 20. *non exspiravit*——repete, *unus*, ex præced †. *Cædis tibi* arbores (scil. ad efficiendum spatium in luco, ubi altaria & idola colloces. Ellipsis nominis relati, & syneodoche generis.) *plusquam illi*, scil. idololatræ apud gentes, à quibus idololatriam tuam accepisti [o]. ¶ *Dilexisti*, &c. אָהַבְתְּ מִשְׁכָּבָם יָד חָזִית] *Dilexisti* (vel, *Amas*, JT. Pi. *Amans*, Ca.) *cubile* (vel, *concubitum*, JT. Pi. Ca. *stratum*, Vulg.) *eorum*, Mo. P. M. &c. (nempe idolorum [p]: vel, *Etiam borum concubitu delectata es*, G.) *manu apertâ*, Vulg. i. e. vel, 1. palàm, & impudenter [q]: vel, 2. largiter eis donans [r]. Vel, *manum vidisti*, Mo. G. i. e. sensisti. Nam omnis sensus apud Hebræos voce *videndi* exprimitur, ut Psal. 34. 9. & alibi. LXX hæc omisêre de industria †. Vel, *spatium* amplius *prospicis*, JT. & *locum* quem *vidisti*, M. loco quem *vidisti*, Calv. in omni *loco* quem *vidisti*, P. *ubicunque vidisti*, Ti. sic Ang. Ca. nempe ipsos, qu. d. Es instar scorti impurissimi, aut meretricis, quæ, datâ quâlibet occasione, statim accenditur, &c [r]. Uno intuitu subitò & ferventer abreptus es ad quemlibet locum [v]. Vel, in *spatio* quod *prospexisti*, Pi. יָד, *manu*, pro *loco* [x], ut Deut. 23. 12. Esa. 22. 18. & 33. 21. & 56. 5 [y]. Vel, *locum* (sub. *illis*) *parâsti*, vel *providisti*, Angl. Ità חָזָה sumitur, ut Exod. 18. 21. & verbum ipsi parallelum, ראה Gen. 22. 8 †. Alii locum sic reddunt, *Excidisti tibi ab eis*, quos *dilexisti*, *cubile eorum*, in *loco* quem *parâsti*, vel *providisti*, illi, Q. in Angl. Ellipses hæ frequentes sunt; sed pausæ hanc constructionem respuunt †.

9. *Et ornâsti*, &c. וַתָּשֻׁרִי וגו׳] *Et progressa es* (vel, *tendis*, Ca. *abiisti*, M. Ang. *rectà abiisti*, Ti. vel, in persona propria, ut Ahazus, 2 Reg. 16. 10. vel, per nuncios tuos; ut *venire* dicuntur & centurio, Matt. 8. 5. collat. cum Luc. 7. 3, 4, 6. & Christus ad mundum antediluvianum, 1 Pet. 3. 19. collat. cum 2 Pet. 2. 5. & ad Ephesios, Eph. 2. 17 [z].) *ad regem in*, vel *cum*, *oleo*, Mo. M. sic Calv. vel, *unguento*, Ca. Al. *Profecta quoque es ad regem*, tulistique ad eum *oleum*: q. d. Tu quoque posuisti fiduciam tuam in hominibus, non in me [a]. *Munera quoque detulisti*, &c. P. sim. Angl. Quæ verbi significatio colligitur ex nomine indè deducto, 1 Sam. 9. 7 [b]. *Circumspicis*, *&* mittis (vel, *Et contemplata* mittis, JT. Glas. Heb. *contemplaris*, Glas. Ità verbum sæpissimè sumitur, ut Job. 20. 9. & 35. 5 [c]. Unum verbum pro duobus, ut Esa. 14. 17. & cap. 38. vers. 17 [d].) *ad regem* (vel, 1. Assyriorum *, Tiglathpileserum; vide 2 Reg. 16. 7 [f]: vel, 2. ad Reges Gentilium [g]; ut vox *rex* collectivè & indefinitè sumatur; Jer. 2. 36. Hos. 7. 11 †: vel, 3. idolo Moloch, quod rege sign [h].) *cum oleo*, nempe balsami, quod Regi offeratur pro munere [i]; vel, *cum unguentis*, JT. i. e. Omnibus modis te comparans, ut impurissimum scortum, & alliciens exteros, qui scortentur tecum, etiam oblatis muneribus [k]. Verbum שׁוּר de porrectione, procursione, seu exportatione reali, dicitur; qualis fit in exportatione munerum, quæ extento brachio porrigi & offerri solent. Verbum hîc omnia ista complecti potest, *Et rectà intendisti*, *procurristi*, *direxisti*, *contemplata es*, *observâsti*, *ad regem*, &c [l]. ¶ *Et multiplicâsti* (vel, *auges*, JT.) *pigmenta tua*] Ità M. P. Mo. &c. Vel, 1. quibus te parares, &c [m]. ut meretrix quæ adultero placere vult [n]: vel, 2. quæ dono mittas Regi [o]. Multa ac varia pigmenta etiam tecum tulisti [p]. *Multis adhibitis pigmentis*, Ca. *pigmentis tuis delibuta*, Ti. Etiam Ægyptios mores imitata es, ut Nechoni Regi placeres, 2 Reg. 23. 35. Simile factum Achazi habes 2 Reg. 16. vers. 8 [q]. ¶ *Misisti legatos tuos* (velut amorum pararios †) *procul*; sic P. Ca. עַד מֵרָחוֹק] *Usque ad de longè*, Mo. vel, *longinquum*, JT. Pi. Ti. M. sub. *locum*, M. vel, *ultra terminos tuos*, ό. Ar. scilicet in Assyriam [r]. ¶ *Et*, &c. וַתַּשְׁפִּילִי עַד שְׁאוֹל] *Et humiliâsti* (vel, *dejecisti*, P. *demittis*, JT. Pi.) *te usque ad sepulchrum*, Mo. JT. vel, *infernum*, M. Pi. Ch. sic ό. P. Ti. Ca. Sy. Ar. i. e. quàm demississimè †. Prorsus serviliter humiliâsti te, amicitiam Regis ambiendo [r]. Respicit verba Achazi 2 Reg. 16. 7 [v]. Projecisti te tanquam vile scortum, ὡς χαμαιλύπη. Martialis, *Abscondunt spurcas & monumenta lupas* [x]. Al. Humiliata es vilissimè & profundissimè [y]. *Ad inferos* proverbialiter sumitur, pro, *valde*, vel *supra modum* [z]. Hebræi dicunt fœminam *humiliari*, cum cognoscitur & violatur [a]: Propheta autem de idololatria loquitur tanquam de adulterio [b].

10. *In*, &c. בְּרֹב דַּרְכֵּךְ יָגַעַתְּ] *Magnitudine* (vel, *Amplitudine*, JT. *Longitudine*, For. *Copiâ*, Ti. *In multitudine*, Mo. P.) *viæ tuæ*, Pi. Ang. &c. (i. e. itineris tui ad Assyrios [c], & alios [d]: vel, *viarum tuarum*, P. Ti. Al. *Multiplici itinere tuo*, V. *In multiplicibus viis tuis*, For. In multiplicando studio & conatu tuo *; nempe, in idolis plurimis coacervandis, ornandis, colendis [f];) *fatigaris*, Mo. sic P. JT. &c. vel, *laborâsti*, Mo. Ti. &c. Plures deos colebas, & multiplices ritus addiscebas [g]: omnes omnium gentium religiones amplexa es. *Via* ponitur pro instituto, consilio, modo vivendi, &c [h]. Nil reliquisti intentatum: omnibus modis polluta es. Sic Judæi etiam nunc sumunt דֶּרֶךְ. Vide Prov. 30. 19 [i]. Al. *In multitudine*, &c. i. e. Pro augmentatione & promotione studiorum tuorum impiorum contumaciter laborâsti. Sed malim רוב in infinitivo accipere, *In multiplicando viam tuam laborâsti*, i. e. ut proficeres in eo vitæ instituto quod ingressa es [k]. Salsè deridet perversa eorum studia, qui satagendo se totos consumere malunt, quàm compositè progredi

Margin (col. 1): [q] Ang. [r] G. † For. [t] Glas. gram. 4. 2. 2. 705. [v] G. [x] Ang. * Ang. [y] Ang. ex Pi. † Ang. [z] He. in Ang. [a] G. [b] For. [c] Pi. [d] Sin. * T. [f] Me. [g] G. [h] Musc. [i] Arg. ex For. [k] Ang. [l] G. [m] Jun. [n] Ang. † Glas. gram. 4. 2. 8. 716. [o] Pi. [p] Pi. [q] Me. sim. Sin. [r] Me. sim. T. † G. [r] Ang.

Margin (col. 2): [v] Calv. [x] For. ex He. Ang. [y] Ang. † Idem. † Idem. [z] Ang. [a] V. [b] Ang. [c] Idem. [d] Glas. gram. 3. 2. 3. 310. * V. In. [f] Pi. [g] M. sim. Ang. [h] Ang. M. F. [i] Sin. [k] Pi. [l] Jun. [l] Forst. in Me. [m] Ang. [n] For. [o] Pi. [p] V. [q] G. † Idem. [r] Pi. † Pi. [v] V. in Marl. sim. Ang. &c. [x] Pi. [y] G. [z] Me. [a] Sin. [b] Me. sim. Sin. [b] Me. [c] Pi. sim. For. Ang. [d] Ang. * T. [f] T. sim. Me. Sin. [g] For. [h] Sin. [i] G. [k] For.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

gredi quò Dominus vocat [l]. ¶ *Non* (vel, *Nunquam*, G. *Nec* tamen, Pi. sic Ang.) *dixisti*, *Quiescam*, נואש] *Desinam*, ὁ'. sim. Sy. Ar. Jam satis est, satur sum [m]. q. d. Nullum idololatriæ modum fecisti. Lassata es, sed non satiata [n]. Al. *Convertar*, Ch. *Revocatum est*, sub. *cor meum*, nè eat ultrà post idola [o]. *Destituor*, M. *Cor mihi linquit*, G. *Animum abjicio*, JT. *Desperatum est*, Mo. P. Ti. V. Calv. sub. *cor meum*, He. in V. Plena locutio habetur Ecclef. 2. 20. q. d. Deficiunt mihi vires [p]. *Res desperata est*, i.e. Frustrà me fatigo [q]. Nullis difficultatibus aut impedimentis cessisti, ut ab incepto desisteres [r]. Stuporem accusat, quòd obstinato pergeret animo, nec, ubi malè cesserunt consilia, pœnitentiâ duceretur, &c †. [Ca. hæc verba cum præced. sic reddit, *Cùmque magnitudine itineris istius labores, non renuis.*] ¶ *Vitam*, &c. חַיַּת יָדֵךְ מָצָאת] *Vitam manûs tuæ invenisti*, P. M. Ti. Calv. &c. [Variè explicant.] *Invenisti*, ex voto tuo, *vitam tuam*, id est, amasios, nempe idola, quæ phrasi meretriciâ vocas *vitam* tuam, animam tuam, corculum tuum [t]: quæ vocat *vitam manûs*, tum quia hæc manu facta sunt [v]; tum quia ab illis necessaria ad vitam sperabat [x]. Non destitisti ab incepto, & via quam ingressus es; & tandem vitæ genus quod optabas apprehendisti. *Vitam* ironicè vocat, quæ pestis & mors erat; & *vitam manûs* vocat vitam industriâ partam [y]. *Vitam virium tuarum invenisti*: q. d. Invenisti aliquid quod tam dulce tibi fuit quàm sunt escæ, quæ sunt vita hominis [z]. *Vita manûs*, vel, pro viribus ejus; vel, pro vitæ sustentaculis manu acquisitis. Adhuc existimas te studiis hisce tuis vires & auxilia comparaturum [a]. *Sufficit virium tuarum vigor*, Ca. *Victum manûs*, &c. Mo. q. d. Perinde gratus tibi fuit hic labor, acsi victum tibi manu tuâ comparares [b]. Al. Tam fœdo labore victum tibi parâsti *. Al. *Catervam* (vel, Sed quia *catervam*, Pi.) *manûs tuæ* (i.e. Assyrios [c], qui tibi sunt ad manum, tuo judicio [d]; vel, qui tibi sint ad manum, ut tibi auxilientur *;) *invenisti*, JT. Pi. i.e. tibi conciliâsti [f]; vel, adepturum te speras [g]. חַיָּה *catervam* sign. 2 Sam. 23. 13 [h]. De quo tamen dubitatur [i]. ¶ *Propterea non rogâsti*] Ità ὁ'. sim. Sy. nempe *me*, ὁ'. Non mihi supplex facta es, superba meretrix [k]; nec, ut sponsæ solent, à me marito tuo petis victum, vestitum, &c [l]. quia sperabas à tuo amasio omnia te impetrare posse [m]. Aq. vertit, οὐκ ἐλιτάνευσας, (*non precata*, vel *supplicata*, *es*, non supplex orâsti. Hinc λιτάνεια *supplicatio*, & Gal. [sed & Ang.] *letanies* †. Legit חִלִּית *: nam hîc *precari* sign †. constructum scilicet cum voce פָּנִים *.) ὥστε τυχεῖν ἀσφαλῶς, quod à Procopio additum videtur explicationis gratiâ †. ¶ לֹא חָלִית] *Non curâsti*, Ar. vel, *gravaris*, Ca. *ægrotâsti*, Mo. sic JT. Pi. *elanguisti*, G. sic Ti. οὐκ ἐνέδωκας· omnia sustinuisti spe lucelli: non modò nulli negâsti, sed & nihil. Vide Ezec. 16. 25, 26. & 23. 19 [n]. Via illa non fuit tibi molesta [o]. Non defetisceris longitudine itineris, quò minùs illud perficias [p]. *Non doluisti*, M. Calv. For. q. d. Dixisti, O me felicem, quæ quod tamdiu optavi tandem teneo! O benè collocatos labores! Nihil molestum nobis contigit: nullus fuit labor, postquam, voti compotes facti, deorum istorum sumus cultores, &c [q]. Possunt hæc accipi, vel, 1. simpliciter; q. d. Ideo non doluisti, quia fortuna tibi ad tempus arridere visa est: Secunda fortuna te excæcavit, & securam fecit, &c. Vel, 2. ironicè; q.d. Quî fit ut non referas gradum & resipiscas? An quia habes vitam in manu tua, & prospere tibi omnia succedunt? Amplificat ergò socordiam populi pervicaciter accersentis exitium suum, quum saltem, more stultorum, accepto malo sapere debuisset [r].

11. *Pro quo*, &c? וְאֶת מִי דָּאַגְתְּ וַתִּירְאִי כִּי תְכַזֵּבִי] *Et quem* (vel, *Quem verò*, Pi. Ca. *Et à quo*, JT. *Ecquem*, For.) *verita es & timuisti?* Mo. &c. (vel, *solicita times?* Ca. *solicita timuisses?* JT. *vereveris*, *aut timeres?* G. *expavisti*, *aut timuisti?* Pi. sim. For.) *quòd* (vel, *ut*, JT. Ca. *quandoquidem*, G. Ti. *quum*, ut Gen. 4. 12. Psalm. 75. 3 †.) *mentiaris*, Mo. vel, *mentireris*, JT. *sic mentita es*, M. *mentita es*, P. Ti. Pi. Calv. G. sub. *mihi*, P. Ti. G. vel, *mentita*, i. e. adulata Regi Assyriæ [t]. [Variè explicant.] Conclusio præcedentis contestationis: q. d. Quid plura? Scortum es impudentissimum, quòd neminem vereris, sed palàm pervicacissimè gloriaris in scortatione tua [v]: nihil times, sed in mediis periculis & diris sceleribus secura es, & mentita es, i. e. fefellisti fidem conjugalem [x]. Al. Quid timuisti idola [y], nè tibi forsan nocerent [z], ut fidem (conjugalem †) mihi datam falleres, & mentireris [a]? Al. Ecquem hostium tuorum metueres, ità ut ab illo opem peteres, & me relinqueres, &c [b]? Sed malim hîc reprehendi defectum timoris Dei, tanquam fontem pervicaciæ in sceleribus, &c [c]. *Quem expavisti?* q.d. Neminem; ac proinde non me. Sensus, Quum adulata es Assyrio, implorando ejus auxilium, debuisti me timere: sed hoc non fecisti [d]. Etiamsi videaris me colere, mentiris; nullo mei timore tangeris: voces tantùm habes & verba, corde longè abes à me: tantum abest ut me timeas, ut neque mei recorderis *. Quem, quæso, vel cujus iram, timere debueras, quum adeò perfidè atque impiè mecum egisti? Hæc locutionis formula officium indicat, ut & alibi [f]. ¶ *Et mei*, &c. וְאוֹתִי וגו׳] *Méque non recordata es*, *nec reposuisti in corde tuo*, Pi. &c. In mentem tibi non veni [g]. ¶ *Quia ego*, &c. הֲלֹא אֲנִי מַחְשֶׁה וּמֵעֹלָם] *Annon ego taceo*, *& quidem à seculo? & tamen me non times*: i. e. Peperci tibi semper cùm peccâsti, nec alium deum invenies clementiorem me: & tamen cultum meum deseris [h]. *Annon ego tacens*, *& à seculo?* (i.e. Quòd à seculo consueverim tacere, & aliquandiu dissimulare,) *& me non timebis*, i. e. timere soles, quòd in te non subitò animadverto, &c [i]. *Annon me tacente*, *quemadmodum olim*, *etiam me non metueres?* JT. Nonne etiam porrò pergeres, si dissimularem ampliùs & reticerem impuritatem tuam? Vide Ecclef. 8. 11 [k]. *Numquid ego dissimulo*, sicut *& à seculo*, *& me non times?* M. *Num me*, *quod hactenus feci*, *dissimulaturum speras*, *ut me nihil metuas?* Ti. *Annon* quia *ego taceo*, (i. e. dissimulo peccata tua, nec è vestigio te propter illa punio,) *idque jamdiu*, *idcirco me non times?* Pi. sim. Angl. Calv. *An* quia *ego taceo jampridem*, *ideo me non curas?* q. d. incipiam ergò loqui [l]. Exprobrat Judæis quòd indulgentiâ Dei abusi sunt, quâ tamen potiùs frangi debuerant [m]. Ironicus est totus versus. Quum enim populus videri nollet Deum prorsus rejecisse, mentiebatur Deo, tanquam si & ejus rationem aliquam habere cuperet. Quorsum id facis? inquit Deus. Quùm Prophetæ mei te peccatorum tuorum arguunt, negas peccata tua, & mendaciis ea celas. Id miror: *Quem* enim *formidas* (vel, *curâsti*) *& times*, (vel, *timuisti*,) *quòd mentiaris?* sive *mentireris?* nec apertè loquaris? quid tibi metum incutit? Non mei memoria: *nam mei non es recordata*, *neque posuisti me super cor tuum*; i.e. in mentem tuam tibi non veni [n]; me non in animo gestas. Non pœnæ meæ: nam, *annon ego sileo*, *& quidem à longo tempore?* Non mei timor: *nam me non timuisti*: idque meritò facere videris; nam ego sileo, permitto tibi vivere pro arbitrio, idque diu feci, adeóque me non times. Quid est ergò quòd non apertè loquaris, & palàm dicas te me deinceps non morari? putâsne peccata tua mendaciis celari posse? Non, inquit, v. seq. *Ego indicabo justitiam tuam*, (ironicè,) *& opera tua*, &c [o].

12. *Ego* (vel, Sed *ego*, Pi.) *annunciabo* (vel, *annunciavi*, V. *indicabo*, scil. tibi, nec diutiùs tacebo aut dissimulabo [p],) *justitiam tuam*] Sic vocat, vel, 1. ipsorum æstimatione, quibus nempe viæ suæ justæ videbantur, ut Prov. 16. 2. & 21. 2 [q]: vel, 2. ironicè [r]; i.e. peccata tua †, hypocrisin & falsam justitiam [t]. Sic sumitur *justitia* Esa. 64. 6. & alibi [v]. *Ego tuam innocentiam ostendam*, an sis innocens [x]. Al. Quid tibi ex justitia debetur palàm faciam, tradendo te Chaldæis, &c [y]. ¶ *Et opera*, &c. וְאֶת־מַעֲשַׂיִךְ וְלֹא יוֹעִילוּךְ] *Et opera*, vel *facta*, *tua*, *nec* (vel, quæ *non*, JT. *nam non*, Ang. Heb. *& non*, G.) *proderunt tibi*, Pi. Calv. &c. i. e. Talia sunt ut nihil tibi boni sint allatura [z], sed tibi nocebunt. λιτότης [a]. Sensus versûs, Ostendi qualis sit tua justitia, & qualia opera, quæ tibi erunt perniciosa: ex quibus tamen utilitatem aliquam sperabas [b]. Al. *An indicabo justitiam tuam*, *& opera tua? non proderunt tibi*. q. d. Vos auxilium quæritis quo juvemini, & fiduciæ fulcrum cui innitamini. Vultísne me justitias vestras & præclara vestra opera proferre, & ostendere vobis? Frustrà id fecero, nam nihil proderunt [c].

13. *Liberent te congregati tui*, קִבּוּצַיִךְ] *Congregationes tuæ*,

tuæ, Mo. M. JT. Pi. V. i. e. milites Aſſyrii, quos ad te congregâſti [d], multo ære ac labore *. *Turmæ tuæ*, vel alienorum, verſ. 9. quibus confiſus es; vel idolorum, Eſa. 65. 11. Vide Deut. 32. 37, 38 [f]. Dii, quos undique congregâſti *. *Collectitii tui*, Ti. *tui catervarii*, Ca. milites *congregati à te*, P. Congreges tui, quorum facta imitata es [g]. Præſidia quibus fidebatis [h]. Al. *Quum clamas tu*, (i. e. quum invocas ea,) *liberent* (nempe opera tua, v. præced. h. e. idola,) *te, collectiones tuas*. Aſyndeton; qu. d. te & omnia quæ collegiſti, opes, milites, &c [i]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, M. Ti. &c.) *omnes eos auferet ventus*] Difflabuntur; vide Pſalm. 1. 4 [k]. i. e. citiſſimè auferentur. Aliter vertas, *Omnes ipſi auferent ventum*, h. e. rem nihili. Ità אֶת כֻּלָּם *omnes ipſi*, ut in Prov. 16. 33. *In ſinum projicitur* אֶת גּוֹרָל *ſors*: & יִשָּׂא, pro יִשְׂאוּ, enallage frequens [m]. ¶ *Tollet aura*, הָבֶל] *Vanitas*, Mo. P. M. &c. i. e. halitus ſeu vapor, qui citò evaneſcit. Ità הֶבֶל accipitur Pſal. 144. 4. *Homo vanitati* (i. e. halitui evanido) *ſimilis eſt*. Confer Jac. c. 4. v. 14. Et in Chaldæo Pſal. 90. 9. *Conſumimus dies noſtros ſicut ſermonem*, Chald. *ſicut* הֶבֶל *vapor oris hyemalis* [n]. ¶ *Qui autem*, &c.] Cùm flagella impiis denunciaverit, viam tamen aperit pœnitentibus, &c [o]. ¶ *Hæreditabit terram*] Faciam ut in patriam redeat, poſſeſſionéſque avitas recuperet [p]. ¶ *Montem ſanctum*] Ut Deum ibi colant; ſine quo alia omnia vitæ commoda nihili eſſe ſignificat [q].

14. *Et*, &c. וְאָמַר] *Dicétque*, M. P. Mo. &c. ſub. *Dominus*, V. vel, *præco*, Pi. ſic Muſc. *Dicetúrque*, ut verbum indefinitè ſumatur, ſicut ſumitur Mal. 1. 4. &c [r]. nempe ad Cyrum & Darium, quorum mentibus inſpiravit, &c †. ¶ *Viam*, &c. סֹלּוּ סֹלּוּ פַּנּוּ דָרֶךְ] *Munite, munite*, (vel, *Complanate*, &c. M. *Aggerate*, &c. JT. Pi. i. e. Efficite aggerem [t]. *Elevate*, &c. P. ſub. *viam lapidibus, aut ingeſtâ terrâ*: vel, *Sternite, ſternite*, V.) *complanate* (vel, *repurgate*, M. ſic Pi. P. *comparate*, JT.) *viam*, Mo. vel, *iter*, Ti. Omnia impedimenta tollam [v]. Quamvis longa ſit & difficilis via, & vos in Babylone, velut in ſepulchro, concluſi ſitis, nè deſpondete, &c [x].

15. *Habitans*, &c. שֹׁכֵן עַד] *Habitans* (vel, *quique inhabitat*, M. Ti. qui permanet [y]) *perpetuò*, Mo. vel, *æternitatem*, M. Ti. JT. vel, in *ſeculum*, P. *in æternitate*, vel *perpetuitate*, V. Calv. Qui ſolus eſt immortalis, æternus, immutabilis [z]. Ideo trepidamus in adverſis, quòd Deum modulo noſtro metimur. Oſtendit ergò Deum nobis valde diſſimilem eſſe, & in cœlis habitare: quo ſignificat eum humanis affectibus non obnoxium eſſe, ſibi ſemper conſtare, nec conſilium unquam mutare. Sicut igitur ſemel promiſit reſtitutionem populo ſuo, ità præſtabit [a]. ¶ *Et*, &c. וְקָדוֹשׁ שְׁמוֹ] *Et cujus nomen ſanctum* eſt, P. Pi. *Nomen ejus*, i. e. ipſe, ut Pſal. 99. 3 [b]. ¶ *In*, &c. מָרוֹם וגו׳] *Excelſo & ſancto habitabo*, Mo. *Excelſum* locum, &c. P. Ti. Qui *in ſublimi*, &c. JT. Pi. nempe in cœlo, ubi nihil eſt non ſanctum, Apoc. 21. 27 [c]. ¶ *Et cum contrito*, &c.] Quanquam in excelſo habitat, humilibus tamen favet [d]. Id enim eſt apud Hebræos, *cum aliquo eſſe*. Confer Pſal. 51. 19 *. Occurrit dubitationi hominum, qui Deum cogitant magno abeſſe intervallo, & res humanas negligere, &c [f]. ¶ *Ut vivificet* (vel, *vivum conſervem*, JT. recreem, Pi. ſic Ca.) *ſpiritum* (vel, *animos*, Ca.) *humilium*] Sic P. M. &c. vel, *demiſſorum*, JT. Pi. *dejectorum*, Ca. Ut conſoletur pœnitentes [g].

16. *Non enim in ſempiternum litigabo*] Nempe cum hominibus [h]; cum Judæis captivis [i]; cum peccatoribus [k]. Non ſuccenſebo illis diu, nempe poſt pœnitentiam [l]. Fruſtrà itaque hoc ad Diabolum & reprobos torquent [m]. *Non contendere Deum*, &c. alibi eſt iræ, Gen. 6. 3. Eſa. 1. 5. hîc verò, miſericordiæ [n]. ¶ *Quia ſpiritus à facie mea egredietur*, (vel, *prodit*, Sy.) *& flatus* (vel, *flatum omnem*, ο'. *auram vitalem*, Sy.) *ego faciam*] Vel, *feci*, ο'. Sy. q. d. Anima ſive vita hominis creatur à me, ideóque amo hominem [o], faciléque pœnitenti ignoſco [p]. ¶ כִּי רוּחַ מִלְּפָנַי יַעֲטוֹף וּנְשָׁמוֹת אֲנִי עָשִׂיתִי] [Variè reddunt.] *Quia*, vel *Nam*, *ſpiritus à faciebus meis involvet ſe, & animas ego feci*, Mo. vel, *ſpiritus* qui eſt *à facie mea induit* corpus, *& animas*, &c. P. i. e. Spiritus hominis à me profectus, ſive creatus, immiſſus fuit in corpus: ego circumdedi corpore ſpiritum. q. d. Ego creavi homines; novi igitur eos, & ſcio quòd caro ſunt. Idem mox repetit [q]. *Nam ſpiritus à facie mea induetur*, (vel, *latebit*, aut *deficiet*,) *& flatus ego feci*. q. d. Nolo experiri vires meas cum flatu aut ſpiritu, quaſi cum herba, quæ protinus evaneſcit, ſi Solis ardorem ſenſerit. Ideo indulgeo ipſis, quòd infirmitatis eorum rationem habeam, &c. Confer Pſalm. 78. 38, 39. & 103. 13, 14 [r]. *Quia ſpiritus à facie mea eſt* & corpore *involvitur*, *& flatus*, &c. M. *Spiritus* & *flatus* animam ſive vitam denotant, & eo ſenſu ſæpe conjunguntur, Job. 27. 3. Eſa. 42. 5. Senſus, q. d. Cur ego iraſcar in ſempiternum contra illos quibus vitam dedi †? Al. *Quia ſpiritum mortuorum ego reſtituam, & ſpiramenta ego feci*, Ch. Al. *Spiritus à facie mea operitur*, vel *tegitur*, vel *obruitur*, *& flatus ego feci*; q. d. Ego ſum qui occîdo, qui, cùm volo, ſpiritum exhalare facio: ſed ipſe quoque ſum qui vivere facio. Meum eſt & percutere & ſanare, deducere ad inferos & reducere: jam verò percuſſi, & humiliavi uſque ad inferos; nunc itaque ſanabo & vivificabo. עָטַף eſt, *tegere*, ſeu *obrui*, *ut non appareat*; Thren. 2. 19. Jon. 2. 8. *Operiri cor*, nobis Luſitanis eſt, *valde triſtari*; Hebræis, *mori*. Quòd ſi יַעֲטוֹף cum Aq. & Sym. activè accipiamus, ſenſus erit, *Spiritus meus, qui à facie mea*, ſub. *egreditur*, *operit*, *obtegit & omnia occupat*; i. e. Ego ſum qui omnia ſpiritu meo vivifico. Quî igitur fieri poteſt ut omnino perire ſinam homines, &c [t]? Al. *Nam induetur profectus à me ſpiritus, & animantes ego faciam*. Hæc ſunt ità cum antecedentibus [& ſequentibus] conjungenda: Dixi me reducturum meos Hieroſolymam. Dicent Iſraelitæ, ut eſt Ezec. 37. 11. Quo pacto id fiet, cùm oſſa noſtra aruerint, & tanta ſit ſævitia tua? Reſpondeo, Non erit æterna hæc ſævitia, *nam induetur*, &c. h. e. Placatus meis per Chriſtum, eorum corpora ſpiritu animabo, eóſque in vitam revocabo, & in promiſſam à me felicitatem perducam. Nunc quidem *eorum vitio eis iraſcor*, eóſque ſino præcipites *in ſuas ferri libidines*: Sed *medebor* aliquando eorum malis, mittámque nuncium, quo omnibus, ubicunque ſint, *pax* nuncietur. Sed nè putent quicunque ſunt humanâ naturâ Iſraelitæ hanc ſe pacem conſecuturos, hoc denuncio, hanc *impiis non patere*. Ex hoc loco apparet pios eſſe veros Iſraelitas. Confer cum Ezec. 37 [v]. Al. עָטַף Syr. & Arab. ſign. *reverti*: ſic ergò verto, *Spiritus ab ante me revertetur* [x]. Sed quis indè ſenſus [y]? Quomodo hoc huic loco convenit, non oſtendit, nec video [z]. Al. *Imò aura à me* veniens *teget* illum humilem & contritum; *& ventulum ego faciam*. Mœror æſtui comparatur, ſolatium verò auræ refrigeranti [a]. Alii *ſpiritum* pro furore accipiunt, à quo Deus deſiſtet, &c [b]. Alii, pro vento ſecundo, quo velut navigantes in patriam reducerentur [c]. Alii, pro Spiritu Sancto [d]. Cùm præcedentia loquantur de Evangelio, & officio Chriſti in carne, &c. ſequentia verò de propagatione Evangelii inter Judæos & Gentes, rectè noſtri hæc intelligunt de miſſione Spiritûs Sancti, ejúſque effectu, afflatu nempe jucundo, quo recreamur. Certum eſt, è totius textûs cohærentia, quòd ad N. T. pertinet *. *Spiritus à facie mea involvet ſe, & flatus ego faciam*: h. e. Spiritus Sanctus, quem credentibus meis contriſtatis & contritis mittam, iis quaſi ſe operiet, & in illis gratiâ ſuâ habitabit; atque ità afflictas conſcientias ſuavi afflatu recreabo [f]. Al. *Quia ſpiritus ante faciem meam deficiet, & flatus ego feci*, Ti. *Nam ſpiritus* (i. e. animus [g], vel anima [h],) *à conſpectu meo* (vel, *coram me*, Ang.) *obrueretur*, (vel, *in deliquium incideret*, Pi. ſic Ang.) *& animæ* quas *feci*, JT. Pi. Ang. repete ἀπὸ κοινοῦ, *in deliquium inciderent* [i]. Ellipſis relativi. עָטַף ſign. *tegere*, vel *tegi*, Pſal. 65. 14. & 73. 6. interdum, (præſertim cùm de anima ſive ſpiritu dicitur,) *obrui*, vel, *in deliquium incidere*, tanquam involutum & ſuffocatum, Pſal. 77. 4. & 107. 5. &c [k]. יַעֲטוֹף *obtegeretur*, ſcil. tenebris ac terroribus; id eſt, deficeret, deſperaret [l]. Ità ſumitur עָטַף Pſalm. 61. 3. & 102. 1 [m].

17. *Propter iniquitatem avaritiæ* (vel, *cupiditatis*, Mo. *quæſtûs*, JT.) *ejus* (vel, *eorum*, Pi. id eſt, vel, vigilum, Eſa. 56. 11 [n]; vel, in genere, Judæorum [o], qui hoc morbo eximiè laborârunt [p]. Vide Jerem. 6. 13. & 8. 10 [r].) *iratus ſum*] Ità P. Ti. &c. vel, *fueram*, G. ſim. Pi. Ju-

re eos plecti admonet, ut culpæ conscii veniam petant †. ¶ *Et*, &c. [וָאַכֵּהוּ הַסְתֵּר] *Et percussi eum abscondendo*, Mo. For. i. e. latenter & manu alterius, nempe Chaldæorum [t]. Vel, *abscondendo me*, JT. Angl. Activa forma pro reciproca, ut Esa. 45.15 [v]. Vel, *abscondendo*, sub. *faciem meam*, P. Angl. &c. ut sæpe exprimitur, Esa. 8.17. & 54.8 †. Vel, *absconderem me*, Pi. *abscondo* faciem, M. ¶ *Et abiit*, &c. [וַיֵּלֶךְ שׁוֹבָב וגו'] *Et* (vel, *Tamen*, Pi. Angl. quamvis iratus eum percussi [x]: vel, *Quia*, JT. Angl. ut ו sumitur Esa. 52.15. & 53.2. & 64.4, 5 †. *Et ille*, M. *Et quum*, Ti.) *abiit* (vel, *abit*, Ti. *ibat*, JT. *perrexit*, Ang.) *refractarius* (vel, *rebellis*, P. *oberrans*, Ti. *aversus*, M. V. JT. Calv. For. nempe à Deo [y]; vel, *hàc illàc*, Heb. *redire factus*, Pi.) *per viam* (vel, *in via*, Ti. *in viam*, M.) *cordis sui*, Mo. &c. i. e. quam cor ipsorum excogitavit [z]. Indignatus sum dum populus vagatur, sequens cordis sui cupiditates [a]. *Abire in via cordis sui* est, facere quicquid nobis gratum est [b]. Ostendit Judæos desperatos esse, quòd extrema remedia illos non reduxerint in viam, &c [c]. Supplicium illi non profuit [d]. [Ca. versum sic reddit, *Vitio ejus avaritiæ iratus eum cecidi; méque latente & irascente, aversus abit suæ mentis viâ.* Ch. autem sic, *Ob peccata pecuniæ eorum quam vi abstulerunt,—subduxi majestatem meam ab eis,——eò quòd erraverunt post cogitationes cordis sui.*]

18. *Vias ejus vidi*, (vel, *video*, JT. Pi.) *&* (vel, *sed*, JT. Pi. *tamen*, Angl.) *sanavi* (vel, *sanabo*, P. sic JT. Pi. *sano*, M.) *eum*] Ità Mo. &c. *At rursum vias ejus contemplatus sum, sano ipsum*, Ti. Nunc verò, cùm videam vias ejus correctas, medebor malis ipsius *. *Via conversionis eorum revelata est coram me, & peperci eis*, Ch. Verùm τὸ *vias* potiùs respicit *viam cordis*, &c. v. præc. & sic plerique accipiunt [f]. *Vias*, id est, rationem agendi, vel actiones, scilic. malas. Syn. gen [g]. q. d. Novi quidem totam viam eorum impuram esse, sed tamen propter me (& propter nomen meum [h], pro summa mea misericordia [i],) curaturus sum [k]. Condolui quum viderem quantum deflecterent à via vitæ; quare medelam eis adhibebo [l]. *Vias* has *ejus* tam periculosas vidi oculo paterno [m]. *Vidi* eum vagum, errantem, & ruentem in exitium [n], & misertus ejus traxi eum in aliam viam: *& sanavi* [o], per flagella [p], Chaldæorum [q]; per inspirationes, monita, prophetias [r]. Amplificat gratiam suam, quòd isti populo, tametsi obstinato, contumaci & indomito, sit propitius. In hoc populo etiam humani generis imaginem habemus, ut intelligamus quæ sit nostra in Deum pervicacia, totúmque proprium Dei opus esse, ut pergamus in recto cursu †. Discimus hinc, salutis nostræ initium esse misericordiam Dei [t]. ¶ *Reduxi eum*: ab exsilio in patriam [v]: [וְאַנְחֵהוּ] *Et requiescere feci eum*, Mo. *Et ducam* (vel, *deducam*, P. JT. &c. *duco*, M. *reduco*, Ti.) *eum*, Calv. Ca. &c. ¶ *Et lugentibus ejus*, ità Mo. P. &c. vel, *super eos*, Ch. vel, *eum eo*, M. [וְלַאֲבֵלָיו] *Et his qui lugent ipsum*, Ti. Solabor & ipsos, & eos qui ipsorum malis indolent [x]. *Nempe illis qui inter eos lugent*, quòd me offenderunt. Heb. *ejus*, pro, *eorum* [y]. Qui lugent ob ruinas Sionis, & judicia Dei, & sua aliorúmque peccata. Horum præcipuè rationem habet Deus qui, vel, *in Sione* lugent, Esa. 61. v. 2, 3. vel, *pro Sione*, Esa. 66. 10 [z].

19. *Creavi*, &c. [בּוֹרֵא נִוב שְׂפָתַיִם שָׁלוֹם וגו'] *Creo* (vel, *Creans*, Mo. &c. *Creabo*, Pi. *Creari* sæpe in S.S. dicitur, quod ex ignobili in meliorem ordinem attollitur, sive restituitur [a].) *fructum* (vel, *germen*, Mo. *proventum*, Pi.) *labiorum*, P. Mo. &c. *pacem, pacem*, (i. e. salutem maximam [b]: vel, *pax, pax*, V. Pi. Calv. sub. *erit*, Pi.) *longinquo & propinquo*, P. Mo. vel, *tum longinquis, tum propinquis*, Pi. sim. V. vel, *ei qui longè* fuit à me, *& propè* ad me accessit; i. e. ei qui se convertit †: vel, *bis qui procul, & bis qui propè, sunt*, Ti. Al. *Reformo verbum labiorum, ut dicat, pax, pax, sive longè absit, sive propè sit*, M. *Hanc creans orationem, pax, pax tum remotis, tum propinquis*, Ca. *Labia* hîc intellige vel, 1. Dei, sive Prophetarum; quasi dicat Deus, Creavi pacem fructum labiorum meorum, id est, quem ego promiseram [c]: vel, 2. Judæorum [d], historicè; humani verò generis, typicé *. Per *fructum labiorum* intellige sermonem [f], vel Verbum prædicatum. נוב *fructificare* de sermone dicitur Prov. 10. 31 [g]. Vel, verbum novum: omne novum *creatura* vocatur [h]. Vel, consolationem. Metaphora & synecd. gen [i]. Vel, gratiarum actionem, & laudes Divinas [k]; prout exponitur Hos. 14. 2. Heb. 13. 15 [l]. Vel, effectum orationis, quæ labiis proferri solet, vel confessionis peccatorum [m]: mercedem orationis, quâ mihi supplex factus est populus meus [n]. Sensus, Dabo illis materiam cur me laudent, mihíque gratias agant maximas [o]. Puto ipsam *pacem* hîc dici *fructum labiorum*: q. d. Nihil aliud quàm pacem sonabunt passim ora hominum. Verùm in pace Judæorum sub Cyro pacem etiam nostram per Christum designat [p]. Nihil nunc auditis præter horribiles minas, quas contumacia vestra postulat; silet doctrina gratiæ & salutis, quia non estis capaces: sed aliquando restituam & publicabo doctrinam pacis per Prophetas, & deinde Apostolos, &c. vide 2 Cor. 5. 20 [q]. *Creans* (i. e. Efficiens magnificentissimè & potentissimè [r]) *proventum labiorum*, (i. e. consolationes in piis †,) *summam pacem*, &c. JT. i. e. perpetuam & constantissimam quietem ab antecedentibus malis, factâ reconciliatione per Christum. Vide Rom. 14. 17 *. Repetitio (*pax, pax*,) & certitudinem & continuum tenorem denotat †. Per *longinquum* intellige, vel, 1. eos qui longè à patria sunt, putà captivi in Babylone [t]: vel, 2. Gentiles [v], ex collat. Eph. 2. 12, 13, 17 [x]; qui hactenus remoti fuerunt à fide, Deo, salute [y]. Confer Act. 2. 38, 39. Col. 1. 21. Vide & Esa. 56. 3 [z]. Per *propinquum* pariter, vel, 1. qui in Judæa vel prope eam habitat [a]; vide Deut. 30. 3, 4. Esa. 11. 11, 12 [b]: vel, 2. Judæos [c]; populum Deo propinquum. Vide Psal. 148. v. 14 [d]. ¶ *Et sanavi* (vel, *sano*, P. *sanabo*, Ti.) *eum*] Ità Mo. &c. Mala ejus auferam *. *Ut curem eum*, JT. Quod non placet; nam *pax* & salus est potiùs effectum, quàm medium, sanationis [f].

20. *Impii autem quasi mare fervens*, [נִגְרָשׁ] *Impulsum*, vel *propulsum*, Mo. JT. Pi. sic V. scil. à vento [g], Jac. 3. 4 [h]: vel, *expulsum*, Angl. ut Exod. 34. 11 †: *motum*, P. sic Ch. *agitatum*, Ca. sim. Sy. *turbatum*, Ang. *quod ebullit*, Sym. sic & Aq. in D. [Ti. locum sic reddit, *Euripi instar fremunt, qui quiescere non poterit.*] Ut fretum æstu reciproco, sic illi cogitationibus suis agitantur [i]. Improborum mentes affectibus suis & afflatu malorum spirituum agitatæ sunt [k]. Terret impios suum scelus, & mala conscientia, quâ nullus sævior carnifex esse potest *. ¶ *Et*, &c. [וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט] *Et propellunt*, sive *expellunt*, (vel, *ejiciunt*, V. *impellent se*, Mo.) *aquæ ejus cœnum & lutum*, P. JT. Pi. G. vel, *cœno & luto*, Mo. *Spumam aut lutum*. רֶפֶשׁ est *stercus*; at רֶפֶשׁ, *perturbatio*, i. e. spuma [l]. *Cùm aquæ ejus limo & luto turbantur*, Ti. Sic & cor impii [emittit] actiones fœdas [m]. Ut mare, dum sævit in litora ipsius, nihil potest, nisi quòd turpitudinem suam evomit: sic impii nihil efficiunt dum pios insectantur, nisi quòd malitiam suam produnt [n]. Fructus omnis talis agitationis [in impiis] sunt sordes & quisquiliæ, quæ tam à Deo quàm ab hominibus contemnuntur & conculcantur [o]. Al. Judicia Dei, quibus ad pœnitentiam ducerentur, ipsorum tantùm turpitudinem eliciunt. Vide Apoc. 16. 8, 11 [p].

21. *Non est pax impiis*] Pacem, quam veris Israelitis promisit, impiis negat [q]. Prævidebat Propheta, Judæos qui è Babylone redituri erant [Addi possit ex mente Authoris, & qui Christi tempore victuri erant,] pace illâ abusuros, & ad scelera prolapsuros, ob quæ perpetuæ calamitates eos manerent. Dolet ergò, in tanto pacis proventu, gentem suam pace carituram [r]. Epiphonema repetitum ex Esa. 48. 22. Sensum & hîc & ibi bene exprimunt Græci, Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι. *Ut corpora verberibus, ità sævitiâ, libidine, malis consultis animus dilaceratur*, Tacitus Annal. 6. ¶ *Dicit Dominus Deus*] Scripsit, puto, Interpres, *Dominus meus*, ut est in Hebr. & Chald. nisi fortè Græcos sequi maluit: nam Græci libri alii habent, ὁ Θεός, alii, ὁ Κύριος ὁ Θεός †.

CAP. LVIII.

1. *Clama*, [קְרָא בְגָרוֹן] *Clama*, vel *Exclama*, *in*, vel *ex*, *gutture*, Mo. P. Ch. Sy. &c. instrumento vocis sive soni, Psal. 69. 4. & 115. 7. Vel, *gutture*, sub. *pleno*,

Marginal notes, left column: † Calv. t For. v Ang. † Idem. x Idem. † Idem. y For. z Pi. a G. b V. c Calv. d Mar. * G. f Ang. g Pi. h Ang. i Calv. k Jun. l For. m T. n Me. o T. p Me. T. q T. r Me. † Calv. t Oecol. v T. ex For. x G. y Pi. z Ang. a San. b G. † Idem. c Q. in San. d San. ex V. & Pint. &c. * San. f V. g Glass. rhet. 1. 11. 289.

Marginal notes, right column: h Mar. i Pi. k San. Ang. &c. l Ang. ex San. m Me. n T. o G. p For. q Calv. r Jun. † Idem. * Idem. † Calv. t T. sim. Ang. v Me. San. Ang. Jun. For. &c. x Ang. y Me. z Ang. a T. ex Thom. & Hug. Ang. b Ang. c Me. San. Jun. &c. d Ang. * G. f Ang. g Pi. Ang. h Ang. † Idem. i G. k For. * Calv. l For. m G. sim. Me. n Musc. in M rl. o T. p Q. in Ang. q Oecol. r For. † G.

Line numbers (between columns): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

pleno, ut Jer. 12. 6. *exclamant pleno*, sub. *gutture*. Ubi ellipsis est subjecti, ut h. l. adjuncti [a]. Hoc caput quidam cum sequente conjungunt [b]. Pergit hîc Propheta explicare indignissima Judæorum facta, & comparare cum infinita Dei misericordia [c]. Hæc cum præc. cap. jungenda sunt. Testatus est Propheta, sic puniendum esse populum, ut tamen pacis spes reliqua esset; deinde, impiis bellum indixit. Id nunc confirmat, Deúmque ad ultionem paratum esse docet, nisi maturè resipiscant [d]. Deus, quia pœnitentiâ ductis reditum jam promiserat, videns multos inter Judæos fore qui se ei numero accenserent, tantùm quòd jejunâssent in diebus כִּפֻּרִים, [*expiationis*,] per Prophetam ostendit, se tali pœnitentiâ non esse contentum, sed requirere ut, si quid alieni teneant, id reddant; quia, ut dici solet, *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*; de quo vide ad J. B. & P. 3. 10. 3: præterea, ut ab omni injustitia rebúsque per Legem vetitis abstineatur: ad hæc, ut eximia quædam opera misericordiæ exerceantur; quomodo & Nabuchodonosorum Daniel monet, c. 4. v. 27*. Sed quia superiora ad tempora Christi spectabant, hæc etiam eò referenda sunt: Et videmus Christum hypocrisin Judæorum sæpe reprehendisse, Matt. 15. & 23. idque in jejuniis. Constat etiam hypocrisin fuisse causam excidii, Esa. cap. 28. Quia verò jam tum tempore Esaiæ hypocrisis summa vigebat, ab ea dehortatur, &c. Quapropter, occasione gravissimæ comminationis supremi supplicii, populum revocat ab hypocrisi ad resipiscentiam, propter quas πανωλεθρία ipsis impendebat [f]. Hæc refero ad tempora quæ Christi adventum præcessêre: quibus cùm idololatriâ & sceleribus contaminati essent, carnali justitiâ tantùm contenti, putabant malè secum Deum agere, quòd non Messiam mitteret, ut eos à tantis calamitatibus, quibus post reditum è Babylone premebantur, liberaret. Jubetur ergò Propheta eos coarguere omnium scelerum [g]. Ego hæc pertinere puto tum ad tempora ante Christum, historicè; cui sententiæ favet Zach. 7. ubi hæc ferè omnia repetuntur: tum ad tempora Evangelii, mysticé. Pacem promiserat Deus cap. præced. Judæis, pœnitentibus scilicet, non autem *impiis*, v. ult. Id nomen Judæi à se longè abesse putabant, quòd Deum colerent, &c. nec tamen pax illis data est, &c [h]. ¶ *Nè*, &c. [אַל תַּחְשׂוֹךְ] *Nè prohibeas*, vel *cohibeas*, Mo. P. JT. Pi. scil. *clamorem*, P. Pi. *Nè parcas*, M. Ti. V. sub. *voci tuæ*, V. *Nè cesses*, Ch. ¶ *Quasi tuba*, &c.] Gutture pro tuba utere, & quantum potes attolle vocem [i]. Verùm non tam de contentione vocis loquitur, quàm animi ac spiritûs ardore & vehementia [k]. Signif. tum servorum Dei audacia, tum surditas populi obfirmata [l]. Quantum potes lateribus, voce, spiritu contende, more præconis, &c [m]. ¶ *Populo meo*] Notetur in Prophetis hæc distinctio, quòd nunc voces spargunt ad totum vulgus, nunc ad paucos fideles. Quum itaque hîc spem pacis facit Esaias, exiguum piorum gregem spectat; quum bellum indicit, multitudinem terret, &c [n]. ¶ *Et domui Jacob*] Eos ironicè sic vocat, qui à Patrum fide turpiter desciverant †.

2. *Me*, &c. [וְאוֹתִי וגו'] *Et* (*Tamen*, P. *Nam*, Pi. sic Ti. *Quidem*, M. *Utut*, JT. *Qui*, Ca.) *me die die* (vel, *quotidie*, Ti. JT. &c. singulis Sabbatis, &c [o].) *quærent*, Mo. vel, *quærunt*, M. Ti. Ca. Pi. &c. i. e. consulunt [p]: simulant se quærere me & voluntatem meam [q]. *Requirant*, JT. in speciem scilicet: q. d. Quamvis hypocritæ sint, & viros bonos simulent externâ specie [r]. Vel, *interrogant*, P. San. cum quadam offensione aut querela, quòd, cùm multa sibi deberentur, nihil acceperint à debitore †. *Me quærunt*, non ut iratum placent, sed, quasi sibi injurium, ad causam dicendam cogant *. *A facie mea de die in diem doctrinam quærunt*, Ch. Quotidie in Templum veniunt, ut ibi me adorent [t]. ¶ *Et scire vias meas volunt*] i. e. Dicunt se velle [v]. Ità interrogant, quasi nihil præter notitiam ipsis deesset, & quasi non multa facerent quæ sciebant iniqua esse: ut explicant sequentia [x]. Al. *Volunt scire* consilia & rationes cur sic cum ipsis agam [y]; cur adventus Messiæ differtur, quare permittit Deus populum suum indigna pati, aliáque hujusmodi, ut patet ex v. seq †. Allegant enim suam justitiam, meásque vias, i. e. consilia, accusant iniquitatis, quòd promissam eis pacem & bona non præstem [z]. Al. *Cognitione* — *delectantur*, Pi. sic Ang. &c. i. e. delectari se simulant, dum audiunt sacerdotes, &c [a]. Confer Ezec. 33. 30, 31. Sic, *innituntur*, i. e. inniti profitentur, Esa. 48. 2 [b]. ¶ *Quasi gens quæ justitiam fecerit*] q. d. Ipsi potiùs injusti sunt [c]. Justorum propria videtur esse solicitudo, ut Dei mentem & consilia percipiant, nè à Lege deflectant, &c. Hos imitantur hypocritæ, &c [d]. ¶ *Rogant me*, &c. [יִשְׁאָלוּנִי וגו'] *Rogant* (vel, *Interrogant*, P. M. Pi. *Petunt*, Ca. *Rogent*, JT.) *me* (vel, *ex me*, Ca. Ang.) *judicia* (vel, *jura*, Ca. JT. *de judiciis*, M. *de juribus*, Pi.) *justitiæ*, P. Ti. &c. scil. per sacerdotes *. Inquirunt de voluntate Dei, ut vitam suam ad eam instituant, pendentes ab ore ipsius, & simulantes se ardere studio pietatis. Præcipua hîc fidelium exercitia recenset, quæ interdum ostentant impii, & in quibus interdum optimos quosque superare videntur [f]. Al. *Interrogant*, &c. quasi Deum injustitiæ redarguerent, eúmque adigere vellent ut operum suorum rationem reddat, &c [g]. ¶ *Appropinquare Deo volunt*] Sic ο'. Ar. non ad illi supplicandum [h], sed cum eo congressuri & disputaturi [i]: קָרֵב enim est vox castrensis, & animum hostilem notat [k], Ps. 27. 2. Esa. 41. 1. Mal. 3. 5 [l]. ¶ [קִרְבַת אֱלֹהִים יֶחְפָּצוּן] *Appropinquationem Dei volent*, Mo. vel, *volunt*, P. *Ut Deus appropinquet cupiunt*, Ti. *Accessu Dei delectantur*, JT. Pi. i. e. delectari videntur [m]. Simulant se religiosè conjungi velle cum Deo [n]. *Et propinqui Deo esse volunt*, M. *Divinæ familiaritatis avidi*, Ca. *Accessionem ad Deum optant*, i. e. Optare videntur ut sint prope Deum, sítque Deus illis propinquus [o]. Dicunt se nihil malle quàm Deo conciliari: & addunt quod sequitur [p]. [Ch. hæc cum membro præc. sic reddit, *Interrogant à facie mea judicium & veritatem, acsi vellent accedere ad timorem Domini*.] Occurrit hîc Deus exceptionibus hypocritarum, dicentium, Nos Deum timemus, colimus, amamus: cur nos tanquam impios objurgas? Respondet, omnia illa ficta esse, nihil sincerè agi. Notandus est hîc ordo Prophetæ, ísque à piis Doctoribus tenendus est; postquam bellum impiis denunciavit, severè ipsos arguit, atque prætextus adimit & fucos quibus se obtegebant [q].

3. *Quare* (sub. *inquiunt*, Ti.) *jejunavimus*, (vel, *jejunamus*, Ti. Angl. vel, annuo illo die, Levit. 23. 27, 29. quo totius anni peccata expiari par erat [r]. Favet huic interpretationi collatio v. 13. ubi de Sabbato agitur: erat enim ille dies feveræ quietis, Lev. 23. 28, 30. Vel, de aliis loquuntur jejuniis sæpe & sponte susceptis, vel, ante captivitatem, Esa. 22. 12. Jerem. 14. 12. & 36. 9; vel, durante captivitate, Zach. 7. 3, 5. & 8. 19. & 12. 12 †: vel, in obsidione Hierosolym. per Chaldæos, vel, in exsilio [t].) *& non* (vel, *tu non*, Ti.) *aspexisti?*] Ità P. sim. Mo. &c. vel, *aspicis?* Ti. *Cur nos jejunantes non respicis?* Ca. *Quare dum jejunamus* (sub. *dicitis*, JT. vel, *dicunt*, Pi.) *non respicis?* JT. Pi. sub. *afflictionem nostram*, V. Cùm tam rigidè jejunemus, cur nos non liberas [v]? Concesserat hypocritis speciem sanctitatis, &c. sed nunc intus superbiâ inflatos esse significat [x]. ¶ *Humiliavimus*, &c. [עִנִּינוּ וגו'] *Afflximus*, vel *affligimus*, (vel, *subigentes*, Ca.) *animam nostram*, Mo. P. M. Ti. &c. i. e. nos [y], ut Psal. 44. 26. & 123. 4 [z]. scil. jejunando [a], Levit. 23. 27, 29 [b]. ¶ *Et nescisti?*] Ità Mo. P. M. *& tu ignôras?* Ti. *non curas?* Ca. *non agnoscis?* JT. Pi. i. e. & nos per Prophetas objurgas, & pœnas de nobis sumis [c]? ¶ *Ecce, in die jejunii*] Responsio est ad præced. interrogationem; q. d. Causa est hypocrisis vestra, &c [d]. *Dies* latè sumitur, pro tempore: neque enim illo ipso die actiones sequentes peragi poterant, quia in eo jus non diceretur: sed hoc vult, Quum jejunium indicitur, & peccata ac peccatores investigari debent, vos in sceleribus vestris pergitis *. ¶ *Invenitur*, &c. [תִּמְצְאוּ חֵפֶץ] *Invenitis* (vel, *invenietis*, Mo. *præstatis*, JT. *adipiscimini*, i. e. adipisci studetis; meton. finis [f]. Conamini ut inveniatis *. *Invenire*, pro, *persequi*, quia inventio est finis persequendi; ut, *quærere*, pro, *acquirere*, Eccles. 3. 6. &, ut aliqui putant, pro, *invenire*, Esa. 65. 1 [g].) *voluntatem*, Mo. sub. *vestram*, Angl. sic ο'. Ar. Sy. Vulg. ex collat. v. 13. vel, voluntatem carnis [h], Eph. 2. 3 [i]: vel, *quod vultis*, P. Ti. *quod desideratis*, M. *id quod delectat*, JT. Pi. sub. *vos*, Pi. חֵפֶץ sign. *voluntatem*,

Marginalia (left): a Ang. b Q. in Ang. c Jun. d Calv. * G. f Calov. g For. h San. i G. k Marl. l Jun. m San. n Calv. † Calv. o San. p Mar. q Me. r Jun. † San. * T. t Pi. sim. Ang. v G. ex Ch. & K. x G. y T. sim. For. † For.

Marginalia (right): z Me. sim. T. ex Cyr. & San. a Pi. sim. Ang. b Ang. c San. d For. * Pi. f Calv. g For. sim. San. T. h T. i Me. sim. For. San. T. k For. sim. San. l San. m Ang. n Calv. o V. p G. q Calv. r Q. in Ang. † Ang. t San. v G. x Calv. y San. Ang. z Ang. a Pi. Ang. b Ang. c Calv. d Pi. * Ang. f Pi. * For. g Ang. h San. Ang. i Ang.

tem, desiderium, animum, voluptatem, propositum, 1 Sam. 18. 25. Eccles. 3. 1,17. & 8. 6. Esa. 53. 10[k]. Sensus, Nè tum ab iis rebus abstinetis quæ vobis adlubent[l]; sed voluptatibus illo die vos immergitis[m]. Quod non placet; quia repugnat hoc & ipsorum professioni, h. v. & Dei concessioni, v. 5[n]. *Libidini satisfacitis*, Hebr. *invenitis*, &c. Sed *invenire*, pro, *consequi*, & *potiri*, aut *indulgere*, & *obsequi*, ponitur, ut in hoc eodem capite, versu 13. ubi ponitur, *libidinem facere*; & paulò pòst, eodem sensu, *libidinem invenire*. Sic & Paulus loquitur, Philip. 3.8,9. *ut Christum lucrer*, ϰ̀ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, h. e. *& in eo satìs habeam*, aut, *mihi satisfiat*[o]. Hoc jam est quod Propheta illis quasi præsentibus dicere jubetur: Jejunatis quidem, sed pergitis ea facere quæ vobis lubet[p]; avaritiæ, libidini & cupiditatibus vestris indulgetis[q]. Facitis quod vultis, non quod Deo placet[r]. Non exuitis interea pravos affectus, nec incipitis à vestrî abnegatione†. ¶ *Et omnes debitores vestros repetitis*] Ità Sym. & Th. qui habent, ὑπόχρεως· & non aliter fortè scripsêre ο'. quorum libri nunc habent, vicinâ voce, ὑποχειρίους, (*subjectos*.) Arabibus עצב est, *ligare*. Indè עֲצָבִים sunt, *obligati*. Sensus, Sine misericordia in nervum abducitis. Non liberatis alios, & quomodo vultis liberari[t]? *Debitores vestros, dolore affectos, vos exigitis*, vel *urgetis*, RS. in Buxt. Nempe notandum, עַצְּבֵיכֶם habere Dagesch in צ, quasi à singulari עַצָּב, unde sumpserunt pro *debitore afflicto*, *& vel ad operas præstandas, vel debitum solvendum, subjecto & obligato*[v]. ¶ וְכָל עַצְּבֵיכֶם תִּנְגּוֹשׂוּ] *Et* (vel, *Ut*, JT. *Dum*, Pi.) *omnes labores vestros* (vel, *facultates vestras*, P. M. V. Calv. sub. *creditas*, aut *concessas, aliis*, V.) *exigitis*, Ti. Pi. P. &c. vel, *exigatis*, JT. h. e. exigitis ab omnibus quos molestiâ afficitis*. Sed dura & coacta est hæc phrasis †. [Reliqui aliter sentiunt & explicant.] Per *labores* intelligunt, vel, 1. facultates, sive opes[x]; sic dictas, quia labore & dolore ferè parantur[y]. Vide Psalm. 128. 2. Proverb. 5. 10. Eccles. 4. 8. & 5. 18[z]. Vel, 2. labores quos ipsis præstare cogebantur servi & ancillæ. Heb. *dolores*, sive *cruciatus*, meton. effecti[a]; à dolore ad quem adiguntur illi à quibus hoc exigitur. q. d. Servitium ab iis exigitis, contra præceptum Dei, Lev. 25. 39, &c. vel, ultra tempus præscriptum, Exod. 21. 2. Levit. 25. 40. Deuteron. 15. 18. Jerem. 34. 8, —11, &c[b]. Vel, 3. debita[c]; quæ cum rigore exigitis, vel quum debitor solvendo non est, vel quum Deus illa remittere jubet, Levit. 25. 28. Deuter. 15. 2. Vide 2 Reg. 4. 1[d]. Cui favet, quòd in die solennis hujus jejunii remissio facienda erat, ut alibi patet *. *Et omnia quæ vobis debentur exigitis*, Ca. Chald. reddit, *Omnia offendicula* (vel, *idola*, Sy.) *vestra vos adducitis*. [Sim. & Sy.] *Idola* intelligit, quæ עֲצַבִּים vocantur[f]. Ego per metathesin hîc lego בִּצְעֵיכֶם, (sed punctandum erat, בִּצְעֵיכֶם†,) *lucra vestra*: nam בֶּצַע *lucrum* sign. & *quæstum*, & Arabicè propriè dicitur de illis qui usurâ quæstum faciunt; ità ut בצאע significet summam pecuniæ capitalem quæ fœnori datur: quæ significatio hîc aptissimè quadrat; *Exigitis, tum usuram atque fœnus, tum ipsam capitalem summam fœnori elocatam*. Et sanè נָגַשׂ Hebraicè propriè usurpatur de illis qui usuras exigunt[g]. At contrà, 1. Temerarium hoc est, quia contra fidem omnium codicum & Interpretum. 2. נָגַשׂ sumi propriè de illis qui usuras exigunt, nego, nec probari potest. Sign. autem propriè, *operam servilem, tributum, & debitum quodcunque exigere*, indefinitè, *& quidem violenter, & per angariationem subditi vel debitoris*[h].

4. *Ad lites & contentiones jejunatis*] Vocem *jejunii* figuratè hîc sumo, pro tempore jejuniis destinato: quomodo *messis* ponitur pro æstate; *vindemia*, pro autumno; *jejunium*, pro mense Septembri, Act. 27. 9. q. d. Tempus hoc eligitis ad rixas, &c[i]. Verùm contextus apertè docet jejunium hîc præstitum fuisse[k]. Sensus, q. d. Nè ipsis quidem diebus jejunii abstinetis à maledictis & malefactis: ità in consuetudinem vobis ista verterunt[l]. Al. Jejunatis, ut ad litigia otium habeatis[m]; ut totum diem litibus impendatis[n]; ut capite sereniore, & largiore tempore, quod jejunantibus abundantiùs suppetit, vacetis instruendis litibus, quibus debita vestra repetatis[o]. Jejunio bilis exasperatur, maximè in domesticos & familiares[p]. Ex jejuniis majorem licentiam peccandi captatis. Sic hodie jejunant plerique ut expient fraudes, &c. & liberiùs prædentur; & ut jejunii tempore plus otii habeant ad expendendum fœnora & rationes suas[q]. Jejuniorum eventum exprimit, &c. Hic loquendi modus alibi occurrit[r]. Quum jejunia lites excipiebant, in hoc illa instituisse videbantur, ut liberiùs vacare illis possent †. ¶ *Et*, &c. וּלְהַכּוֹת בְּאֶגְרֹף רֶשַׁע] *Et ad percutiendum*, vel *ut percutiatis*, (vel, 1. vos invicem, dum de jejuniis litigatis[t]; vel, 2. servos[v], Exod. 21. 20,21,26,27[x]; vel, 3. debitores[y], quibus manus injiciebant, ut Matt. 18. 28[z].) *pugno* (vel, *in*, sive *cum, pugno*, Mo. M. Ang.) *impiè*, Mo. sim. Ca. vel, *impio*, M. sim. Pi. *improbissimo*, JT. *impietatis*, Ch. vel, *adjudicatum*, Ti. ~~Et~~ *ut percutiatis pugno eum qui condemnatus est in judicio*, Q. in M. Non solùm judicio publico pro tribunali debita repetitis, sed insuper privatâ auctoritate cogitis misellos solvere quod non habent[a]. Tyrannidem illorum perstringit, quâ inopes percutiebant, non ex judiciaria sententia, sed mera libidine & contemptu[b]. ¶ *Nolite*, &c. לֹא תָצוּמוּ כַיּוֹם לְהַשְׁמִיעַ וגו׳] *Nè jejunetis* (sub. *posthac*, P.) *ut hodie*, Ti. Sy. Calv. Ang. &c. (sub. *facitis*, M. sicut hoc tempore, ut hactenus consuevistis[c]. Al. *sicut in die*, G. sic Mo. i. e. prout in diebus כִּפֻּרִים facere soletis[d]: vel, *isto pacto*, Heb. *secundùm diem*, i. e. isto modo quem dixi. Nec dissimile est quod paulò pòst v. 13. vertimus, *isto modo loquendo*, videlicet, quem suprà dixi *. Vel, *in hunc modum hodie*, M. vel, *pro ratione hujus temporis*, i. e. prout hoc tempus postulat[f]:) *ut* (vel, *ut* scilicet, Pi.) *audire* (vel, *audiri*, Calv. sim. Ca. *resonare*, M.) *faciatis* (vel, *audiendam præbeatis*, Pi.) *in excelso* (i. e. in cœlo[g], ut Esa. 57. 15*; vel, altè[h], ut vel in montibus possit exaudiri[i],) *vocem vestram*, Ti. P. &c. vel, *clamorem vestrum*, quem scil. vos extorquetis debitoribus vestris, &c. violentias, rapinas, fraudes, quarum clamor cœlos penetrat, &c[k]. Vide Gen. 18. 20,21. Exod. 22. 23,27. &c[l]. Clamorem oppressorum[m]; vel, clamorem vestrûm jurgantium[n]. Vel, preces vestras[o], & planctus cum jejunio junctos[p]. Vocem attollebant, vel, 1. ex fervore spiritûs, 2 Par. 14. 11. & 32. 20. Joel. 1. 14. Jon. 3. 8[q]; vel, 2. ostentationis causâ[r]; vel, 3. acsi ob altos clamores se à Deo audiendos putarent, ut illi 1 Reg. 18. 27,28†. Hoc vult, q. d. Talibus precibus & jejuniis non est exorandus Deus, &c[t]. [Alii locum sic vertunt,] *Non jejunatis (prout sunt hæc tempora,) ut efferatis in excelsum*, &c. JT. Heb. *ut est hæc dies, ut audire faciatis*, &c. Jun. *Ut quid jejunatis, ut hodie audiatur in clamore vox vestra?* ο'. *Ut quid jejunatis* mihi *ut hodie?* an *ut audiatur*, &c? Ar. *Nè jejunetis talia jejunia, ut audiatur*, &c. Ch.

5. *Numquid*, &c? הֲכָזֶה יִהְיֶה צוֹם אֶבְחָרֵהוּ] *An tale* (vel, *sicut hoc*, Mo. *hujusmodi*, JT. Pi.) *est* (vel, *esset*, JT. Pi.) *jejunium quod elegi?* P. M. sic Ti. &c. vel, *eligo?* JT. Pi. vel, *approbem?* Ca. G. sim. V. Quia homines pro sua temeritate definiunt cultum Dei, disertè nos hîc revocat ad suum arbitrium, & jus eligendi sibi uni vendicat[v]. Non improbatur hîc jejunium Judæorum[x], quod à Deo institutum erat; sed abusus jejunii, & prava fiducia, quódque externis his operibus non præluceret verus Dei timor[y]. Jejunium hîc cum charitate confert, & hanc illi præfert[z]. ¶ *Per diem*, &c. יוֹם עַנּוֹת וגו׳] *Die affligere hominem animam suam*, Mo. i. e. se & corpus suum †. Quid sit *se affligere*, explicant sequentia[a]. *Dies quo affligit*, &c. JT. vel, *seipsum subigat*, Ca. *Ut affligat* (Heb. *affligere*, Pi.) per *diem*, &c. Pi. sic P. G. ex Vulg. i. e. exiguo tempore[c]. Nimirum, *ut* certo *die homo affligat*, &c. Ti. *Ut* scilicet *humiliet*, &c. Sy. [Ar. hæc cum præced. sic reddit, *Nequaquam eligo tale jejunium, & diem, quo quis affligat*, &c. Sim. ο'.] ¶ *Numquid*, &c? הֲלָכֹף כְּאַגְמֹן וגו׳] *An ut incurvet* (vel, *contorqueat*, For. vel, *incurvare*, JT. Præp. ל hîc infinitivo præponitur[d]. Al. *Aut demittat*, M. *Aut retorqueat*, Ti.) *sicut juncus* (qui, quamvìs rectus sit, facilè inflectitur *; qui contusus pondere suo deorsum pendet[f]: vel, *restis* ex junco, ut Job. 40. 21[g]. vel, *hamus*, Sy. Ti. *circulus*, ο'. Vulg. *circulus curvus*, Ch. *collare*, Ar.) *caput suum?* P. &c. Perstringit superstitiosos gestus, &c. Caput incurvant quasi macie confecti, vel, ut humilitatem ostentent, &c[h]. Jejunantes partim ex debilitate, partim ut se ad pœnitentium habitum componerent, caput & collum incurvabant.

[k] Ang. [l] For. [m] Q. in Ang. [n] Ang. [o] Ca. [p] G. [q] Me. sim. T. [r] Mar. sim. T. † Calv. [t] G. [v] Buxt. vind. 2. 13. 979. * Q. † Cap. crit. p. 427. [x] Buxt. ib. He. in Ang. sim. For. [y] Buxt. Ang. [z] Ang. [a] Pi. [b] Ang. [c] Pi. Ang. Buxt. [d] Ang. * Q. in Ang. [f] Buxt. † Idem. [g] Cap. crit. [h] Buxt. ib. [i] San. [k] Ang. [l] G. [m] Glas. gram. 4. 2. 6. 676. [n] Me. [o] T. ex Thom. & Hug & San. [p] Mar.

[q] Calv. [r] Ang. † For. [t] For. [v] Pi. sim. Ang. For. [x] Ang. [y] Pi. Ang. Me. sic T. [z] Ang. [a] T. [b] Musc. [c] For. [d] G. * Ca. [f] Pi. [g] Ca. For. Pi. Ang. * Ang. [h] San. [i] G. [k] For. [l] Ang. [m] M. [n] G. [o] Pi. sim. Ca. For. Ang. [p] San. [q] Q. in Ang. [r] San. † Al. in Ang. [t] Ang. [v] Calv. [x] Calv. ad v. 4. sim. For. [y] Calv. ad v. 4. [z] For. † For. [a] G. [c] G. [d] Pi. * Calv. [f] Ang. [g] Ang. et For. [h] Calv.

incurvabant[i]. ¶ *Et,&c?* [וְשַׂק וָאֵפֶר יַצִּיעַ] *Et saccum & cinerem sternat?* Mo. sic P. M. Ti. *centone stratus & pulvere?* Ca. *An* ut quis *cilicium ac cinerem sibi sternat?* JT. An ut *saccum* induat, *ac*, &c? Pi. ¶ *Diem acceptabilem,* [רָצוֹן] *Beneplaciti,* Mo. *gratum,* sive *acceptum,* M. JT. &c. Ità exactò die Deum putatis contentum fore[k]?

6. *Nonne hoc—jejunium,* &c?] Obj. Videtur Propheta jejunium tollere, quum alia opera ejus loco recenseat. Resp. Jejunium probatur, ubi charitati & puræ conscientiæ conjunctum est[l]. ¶ *Dissolve,* &c. [פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע] *Solvere,* vel *Dissolvere,* (vel, *Aperire,* Ti.Ca. *Ut dissolvas,* P. sic Sy. *Separate,* Ch. *Ut solvatis,* JT. Pi. Sed *solve,* ο'. Ar.) *colligationes* (vel, *nexus,* Ti. Ca. G. Sy. *vincula,* V. Ar. *congregationem,* Ch.) *impietatis,* Mo. Ca. Ch. &c. vel, *impias,* M. sim. V. JT. Pi. vel, *addicti* tibi, Ti. i. e. coitiones judicum in fraudem innocentium. Ità hìc Chald. & mox 9[m]. Al. iniquos contractus, v.g. usurarios, vel pauperi nimis molestos[n]. *Nexus* vocat, quæ vulgò gravamina[o]. Vincula quæ ipsa improbitas debitoribus injicit[p]. Vox חַרְצֻבּוֹת hìc tantùm est, & Ps. 73. 4[q]. [ubi annotata vide.] ¶ *Solve,* &c. [הַתֵּר אֲגֻדּוֹת מוֹטָה] *Solvere* (*ut solvas,* P. *ut dissolvatis,* Pi. sic JT. *transilire facere,* i.e. præterire[r]: *Dissolve,* ο'. *Rescinde,* Ar. *Solvite,* Ch. *& rumpas,* Sy.) *fasciculos* (vel, *nodos,* Ca. *lora,* Pi. *fasces,* JT. For.) *jugi,* Mo. Ti. Pi. Ca. V. G. vel, *nutationis,* V. *oppressionis,* For. *graves,* P. *onerosos,* M. *declinationis,* h. e. qui hominem declinare vel deorsum vergere faciunt †. *Deprimentes,* i.e. onera gravissima hominibus imposita[t]. *Loris* vinctos, JT. i.e. sarcinas gravissimas, quibus fratres vestros modum oneratis. Nam quò graviores sunt sarcinæ, eò validiùs compinguntur loris[v]. Vel, *jugi,* i. e. servitutis[x]. Vel, *vincula fraudis,* Sy. *colligationes scripturarum judicii depravati,* Ch. στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, (*obligationes violentorum contractuum,*) ο'. Significat contractus aut extortos vi aut metu, aut fœnebres, per quos opprimebantur pauperes. Vide Neh. 5. 7[y]. Fasciculos syngrapharum, quibus pauperes premunt[z]. Fœnora quæ debitores non possunt ferre aut solvere; vel, servitia & operas quas illis injungebant interim dum non solverent[a]. ¶ *Dimitte,* &c. [וְשַׁלַּח רְצוּצִים חָפְשִׁים] *Et dimittere* (vel, *ac dimittatis,* JT. Pi.) *contritos,* sive *confractos,* (vel, *quassatos,* Ca. sic JT. Pi. *oppressos,* Ti. V. sub. *gravissimâ servitute,* V. consanguineos vestros vinculis vestris attritos[b]; qui se vobis vendiderunt, & à vobis duriter tractantur[c]: vel, miseros debitores[d],) *liberos,* Mo. P. &c. vel, ut sint *liberi,* JT. Dimittite eos: Lev. 25. 39, &c. Multi enim potentes eam legem spernebant. Confer Matt. 18. 30*. ¶ *Et,* &c. [וְכָל־מוֹטָה תְּנַתֵּקוּ] *Et omne jugum* (vel, *onus,* M. Vulg. &c. *lorum,* JT. συγγραφὴν ἄδικον, (*scripturam iniquam,*) ο'. *judicium depravatum,* Ch. *cautionem falsam,* Sym. in G. Nam quicquid aut æquo & bono aut Legi non congruit, *falsum* Hebræis dici solet[f]. Chirographa hìc intellige de bitoribus onerosa[g].) *disrumpatis,* Mo. P. &c.

7. *Frange,* &c. [הֲלוֹא פָרֹס וגו'] *Nonne* (sub. *est,* Ang. vel, hoc est jejunium quod eligo, ex v. præc[h].) *frangere,* vel, *ut frangas,* (vel, *ut partiaris,* JT. Pi. sic Ang. Ca.) *esurienti panem,* &c. Mo. P. &c. Si quis fortè debitores non habeat in quos misericordiam ostendat, cuivis egeno benefaciat. Panes in illis partibus erant tales qui facilè frangerentur. Eo factum ut *frangere* dicatur, pro *communicare.* Multùm ea quæ hìc dicuntur ad Evangelistam accedunt. Vide ad Matt. 25. 35, &c[i]. *Frangere* hìc ponitur pro *distribuere*; non autem in institutione Cœnæ, ubi dispar est phrasis, *Fregit & dedit,* &c. absurdè autem diceretur, Distribuit & distribuit, &c[k]. ¶ *Et,* &c. [וַעֲנִיִּים מְרוּדִים וגו'] *Et afflictos,* vel *pauperes, vagos* (vel, *extorres,* Ti. *ejectos,* JT. *expulsos,* Pi. *transmigrantes,* Ch. *peregrinos,* Sy. *sine tecto,* ο'. Ar. vel, *afflictos,* sive *attenuatos,* aut *abjectos,* V. Heb. *rebellatos,* i.e. rebelles judicatos, expulsos tanquam rebelles[l]; vide Ezec. 20. 38. Dan. 9. 5[m]: vel, *defectos,* i. e. qui velut ab opibus & viribus defecerunt[n],) *introducas domum?* Mo. P. &c. Etiam φιλοξενία (*hospitalitas*) egregia est virtus. Matt. 25. 35. Rom. 12. 13. Heb. 13. 2[o]. Vox מְרוּדִים alibi non occurrit: Arabicè *vagum* sive *peregrinum* sign[p]. ¶ *Cùm videris nudum, operi,* &c. [וְכִסִּיתוֹ] *Et operies* (vel, *operias,* P. Ca. sic M. [ut ו redundet;] vel, *ut tegas,* Ti. Pi.) *eum,* Mo. scil. veste[q]. Vide Jac. 2. 16[r]. ¶ *Et,* &c. [וּמִבְּשָׂרְךָ וגו'] *Et à carne tua* (i.e. cognatis tuis, qui tibi sunt tanquam caro tua †: vel, à proximo tuo[t], qui eâdem quâ tu carne præditus est[v]; vide Jud. 9. 2. 2 Sam. 5. 1. Neh. 5. 5. Prov. 28. 27[x]. *Carnis* voce intellige universos homines: quorum nemo est in quo, velut in speculo, carnem nostram non contemplemur[y].) *non abscondas te,* Mo. P. &c. Nè faciem ab eo avertas, ipsum cernere aut agnoscere renuens. Vide Psal. 142. 4. Luc. 10. 31, 32[z]. Solent immites occursum pauperum fugere[a]. [Alii locum sic vertunt,] *Neque tuis te subducas consanguineis,* Ca. *Et à proximo carnis tuæ non avertes oculos tuos,* Ch. *Et domesticos seminis tui nè despexeris,* ο'. sim. Ar. nè destituas eleemosynis[b]. Fortè ו *sicut* subintelligendum, q.d. *Et sicut carnem tuam non despicis, sic etiam illum nè despexeris*[c]. Fortè dicit, *à carne tua,* quia qui fratrem nudum operit seipsum operit, & sibi providet, nè nudus coram Deo appareat[d].

8. *Tunc,* &c. [אָז יִבָּקַע וגו'] *Tunc erumpet* (vel, *proferetur,* P. M. Heb. *scindetur,* vel *scindet se,* Pi.) *velut aurora* (vel, lumen *auroræ*; nam שַׁחַר hìc non est nominativus, quod omnes Interpretes putaverunt, sed genitivus*: *ut aurora rutilans,* Ar. Aurora latè & citò se diffundit[f].) *lumen tuum,* Mo. JT. &c. i. e. felicitas tua & gaudium[g]. Prosperitas tua succedet adversis, ut Aurora tenebris nocturnis[h]. E tenebris calamitatum emerges, &c[i]. ¶ *Et,* &c. [וַאֲרֻכָתְךָ מְהֵרָה תִצְמָח] *Et sanitas* (vel, *sanatio,* Pi. *medela,* Mo. V. *incolumitas,* Ca. *diuturnitas,* Ti.) *tua* (vel, *tui,* Pi.) *cito,* vel *celeriter,* (vel, *protinus,* Ti. JT.) *germinabit,* P. Mo. Ti. vel, *crescet,* M. *efflorescet,* JT. i. e. Citò liberaberis à captivitate. Omne malum *morbus,* & liberatio à malis Hebræis *medicatio,* dicitur[k]. Quod antè *lucem,* hìc *sanationem,* sive restitutionem, vocat, h.e. prosperum & incolumem statum[l]. LXX, τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ, (*sanitates tuæ citò orientur.*) Vide quantum peccent negligentes librarii, qui pro, ἰάματα, levi ad literas, sed magnâ ad sensum, mutatione, scripserunt, ἱμάτια. Quem errorem sequuti sunt Tertul. Cyprian. Ambros. Aug. eum autem h. l. notavit Hieronymus[m]. ¶ *Et anteibit faciem tuam* (sicut anteambulo Principis[n]; quasi fax[o], tibi ambulanti in loco tenebricoso, præcipiti & lubrico prælucens[p]; vel, quasi vitæ dux ad lætiorem fortunam[q],) *justitia tua*] Id est, vel, 1. probitas tua: hæc tibi pro duce erit in patriam[r]. Vel, 2. testimonium justitiæ tuæ †. In omnibus quæ occurrerint rebus apparebit quòd justus sis. Obtinuerat enim passim opinio, quòd adversa non nisi ob scelera contingerent[t]. Vel, 3. Christus, sic dictus Jerem. c. 23. v. 6. & 33. 16. 1 Cor. 1. 30. qui te ducet, Luc. 1. 79. & 2. 32. &c[v]. Vel, 4. misericordia tua[x], ut *justitia* sumitur Ps. 112. 9. Dan. 4. 27. Act. 10. 35. &c[y]. ¶ *Gloria Domini* (i.e. gloriosa protectio †, sive liberatio[z], sive conditio[a]: dicta, *Domini,* vel, quia à Deo[b]; vel, q. d. magna[c]. Dei bonitas, quæ Deo maximè gloriosa est[d]. Gloria Dei se exserens, ut Esa. 40. 5. i.e. Deus gloriæ, sive gloriosus, Esa. 33. 21. Act. 7. 2*. Felicitas tua, quæ oritur à bonitate & potentia Jehovæ, quâ gloriam suam demonstrat[f].) *colliget te*; ità M. P. Mo. Ti. &c. [יַאַסְפֶךָ] *Excipiet te,* Ca. *circumdabit te,* LXX; *illustrem te reddet,* Ar. Eripiet te è periculis & captivitate[g]. Te in tuto collocabit. Alludit ad Num. 14. 10. ubi gloria Dei Mosem protexit[h]. *Extremum agmen tuum aget,* JT. vel, *erit,* Pi. sic Ang. Alludit ad modum quo Deus populum in deserto duxit, Exod. 13. 21. & 14. 19[i]. Ostenderat cur jejunantibus non subveniret: subjungit, si ritè jejunarent, majora acciperent quàm optarent[k]. Ostendit hoc versu, Deum non esse nimis rigidum aut severum, ut queruntur hypocritæ[l]. Dei bonitas te subsequetur; οὐραγήσει, (*extremum agmen ducet.*) Id sæpe sign. אָסַף, ut apparet Num. 10. 25. idque exigit ratio antitheti, quale & suprà 52. 12. Græci vertunt per συνάγειν, (*colligere,*) & ἐπισυνάγειν, (*coacervare*;) & nomen מְאַסֵּף, per ἔσχατοι, (*extremi,*) & per οὐραγοῦντες, (*extremum agmen ducentes*[m].)

9. *Tunc* (si ità egeris[n],) *invocabis,* (Preces jejuniis annexæ erant[o].) *& Dominus exaudiet*] Vel, *respondebit,* Mo. Ang. &c. ¶ *Ecce, adsum*] Tibi propitius & propinquus.

Marginal notes (col. 569): i Mo. — k G. — l Calv. — m G. — n T. sim. Me. — o Calv. — p For. — q Ang. — r For. — † Ang. — t Q. in V. — v Jun. — x Pi. — y G. — z Me. sim. T. — a For. — b G. — c Pi. — d San. sim. Me. — * G. — f G. — g San. — h Pi. Oecol. — i G. — k Pi. — l Pi. — m Ang. — n Q. in Ms. — o G. — p Ang.

Marginal notes (col. 570): q Pi. — r G. — † V. sim. G. ex Ch. — t Pi. — v Pi. sic Ang. — x Ang. — y Calv. — z Ang. — a Oecol. — b Me. — c San. — d For. — * Boot. anim. 2. 11. 219. — f BA. 2. 4. 5. 475. — g Pi. — h T. sim. Ang. Calv. &c. — i For. — k G. — l Mass. — m G. — n Zuing. — o Me. T. San. Ang. — p San. — q T. sim. Ang. — r G. — Mar. ex V. — t For. — v Q. in Ang. — x Me. T. — y T. — † Idem. — z Me. — a Ang. — b Me. — c Q. in Ang. — d G. — Ang. — f Pi. — g Me. — h T. — i Ang. — k For. — l Calv. — m G. — n G. sir. — o San. Mercer.

Line numbers (col. 570): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70.

pinquus [p]. *Præsto sum. Faciet quod orabis*,ut hîc Chald. Confer Matt. 8. 2,3 [q]. ¶ *Si* (Nempe *si*, Pi.) *abstuleris* (vel, *amovebis*, JT. Pi.) *de medio tui* (vel, *ab inter vos*, Angl. quia loquitur de populo vel statu: vel, *ab intra te*, Angl. ut reformationem non actûs tantùm, sed & cordis, designet [y]. Vel, *tollere de medio* est, prorsus auferre [z].) *catenam*, [מוטה] *Jugum*, Mo. P. &c. *onus*, M. de quo suprà v. 6. Th. κλοιόν, i. e. *nervum*, aut *numellam*, vertit [a]. Servitutem duram quâ premis fratres[b]: quicquid oneri potest esse fratri: q. d. Si dimiseris debita debitoribus [c]. ¶ *Et*, &c. [שלח אצבע] *Porrectionem* (vel, item *porrectionem*, Pi. *extensionem*, JT. *mittendo*, Mo. *exporrigere*, vel *extendere*, V. *exserere*, Ti. Angl. Infinit. pro nomine [d]. Et cessaveris *emittere*, M. sim. P. G. ex Vulg.) *digiti*, JT. Pi. &c. vel, *digitum*, M P. &c. ο'. χειροτονίαν, sed cujus sensum interpretantur Sym. Aq. Th. per δάκτυλον ἐκτεταμένον, (*digitum extentum* [*].) [Sed quid hoc vult?] Hoc non intelligo [f]. Porrectionem manûs ad ullum opus improbum, aut etiam extremi digiti; ἐμφατικῶς [g]. Al. χειροτονίαν, quâ impiæ confœderationes in eo populo stabilitæ fuerint[h]. Al. Ut promittas, vel affirmes, quod non oportet [i]. Al. Gestus hic est rixantium [k]. Qui inter se rixantur manus & digitos crebrò movent ac porriciunt: imò alter alteri digitum in os intendit [l]. Al. Gestus est irridentis[m], vel conviciantis[n], vel insultantis [o]. *Si desieris infami digito*, ut Persius loquitur, denotare viros probos, & eorum simplicitati illudere [p]; & Prophetas meos ridere, &c [q]. Confer Prov. 6. 13 [r]. Al. Gestus est minantis [†]; vel, incitati & iracundi animi [t], quasi digito velit oculos suffodere [v]. qu. d. Si non modò ab externis violentiæ actibus abstineas, sed etiam à minacibus verbis, Eph. 6. 9. & gestibus [*]. Al. *Extensionem digiti* ponit pro percussione quæ pugno fit, ut respiciat quod dicitur v. 4 [x]. Hortatur ut manum à sævitia erga debitorem cohibeat. *Digitus*, synecdochicè, pro manu, &c [y]. Quod suprà *pugnum*, hîc *digitum*, vocat [†]. Dubium non est quin digiti emissio contineat omnes species injuriæ. Dicimur enim emittere digitum, quum minamur proximis, aut crudeliter ipsos tractamus, aut aliquam inferimus violentiam [z]. Chald. hîc habet, *innuere per digitum*, (nempe in proverbio, *Digito loqui*,) quod est signum fastûs, ut alibi dictum [a]. ¶ *Et*, &c. [ודבר און] *Et loqui* (vel, *loquendo*, Mo. *orationem*, Ca. *prolocutionem*, Pi. sic JT. *sermonem*, Calv. Sy. sic ο'. Ar. *loquentem verba*, Ch.) *iniquitatem*, P. Mo. vel, *vanitatem*, Ti. *inutile*, M. *iniquam*, Ca. sim. Pi. i. e. dura & iniqua imperia, quibus servos tuos premis [b]. Quod antè *contentionem*, hîc vocat *inutilem* seu *iniquam locutionem* [c]. Vel, *vanitatis*, JT. Calv. Tertia hæc species injuriæ, quâ proximum blanditiis circumvenimus [d]. Vel, *falsum*, Sy. *violentiæ*, G. ex Ch. verba comminantia innocentibus: & idem fortè voluerunt ο'. qui transferunt, ῥῆμα γογγυσμοῦ, (*verbum murmurationis*.) Utuntur enim eâ voce in sensu quem dixi Exod. 15. 24. Num. 14. 2. & alibi [*]. Vel, *vexationem*, sive verba *vexationis*, h. e. quæ alios vexant, qualia 1 Sam. 25. 10, 11. Prov. 18. 23. vel, sermonem de aliis vexandis, ut Psal. 36. 3. Esa. 59. 13 [f].

10. *Cùm*, &c. [ותפק וגו'] *Et* (vel, *Si*, M. Ti. Ca. *Et si*, P. V. τὸ *si* repetitur ex v. præced. ut Job. c. 22. v. 23. & cap. 31. vers. 9. &c [g]. *Item si*, Pi.) *protuleris* (vel, *exprompseris*, JT. Pi. Ang. Verbum copiam denotat, Psal. 144. 13 [†]. *Aperias*, Belg. *effuderis*, V. G. ex Vulg. Ch. sic Ca.) *famelico*, vel *esurienti*, *animam tuam*, Mo. P. &c. i. e. teipsum [h]; vel, tota misericordiæ viscera [i]; pium affectum [k]. *Anima* benevolentiam significat, & hîc metonymicè effectum benevolentiæ. Vide Rom. 12. 8. 2 Cor. 9. 7 [l]. Si benevolentia beneficentiam comitetur [m]. Si de bonis tuis dederis liberaliter & ex animo [n], & hilariter [o]. Si promptè & alacriter iis succurrere parati simus quoties necesse est. Duæ sunt hujus officii partes: 1. affectus misericordiæ; ut eorum miseriis condoleamus, & sic afficiamur acsi eas ipsi sustineremus: 2. opus & effectum. Vide 1 Cor. 9. 17. & 13. 3. 1 Joh. 3. 17 [b]. *Si dederis esurienti panem ex anima tua*, ο'. ¶ *Et animam* (i. e. hominem [c]) *afflictam* (vel, *inopem*, For. *humiliatam*, ο'.) *repleveris*, [תשביע] *Satiabis*, Pi. sic M. Ti. JT. &c. i. e. non parcè [d], sed affatim, ei suppedites [*]. Exponit quid per *effusionem animæ* intellexerit, nempe promptum & liberalem benefaciendi affectum qui fructus suos exserat, benefaciendo scilicet [f]. ¶ *In tenebris lux*, &c.] Idem sensus qui suprà 8. Amant Hebræi eadem sæpe dicere, mutatis nonnihil verbis [g].

11. *Et*, &c. [ונחך וגו'] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *ducet*, sive *deducet*, *te*, &c. Mo. P. M. Ti. Ch. &c. ut pastor oves; vel, ut Deus Israelitas in deserto [h]: vel, *reget te*, Sy. *erit tecum*, ο'. Ar. *requiem tibi dabit*, G. ex Vulg. i. e. sedem durabilem. Radix, vel נוח, (*quiescere* [i],) vel נחה, *deducere* [k]. ¶ *Et implebit* (vel, *satiabit*, Pi. sic JT. P. &c. sim. Ti. Ca. &c. *saturari faciet*, Mo.) *splendoribus*, [בצחצחות] *In siccitatibus*, Mo. P. Ti. Ca. &c. *in summa ariditate*, JT. Pi. Angl. Plurale eminentiam denotat, ut Psalm. 78. 72. Prov. 1. 20. & 9. 1. vide & Esa. 40. 14. & Jerem. 14. 1 [l]. *In siccitate*, i. e. tempore ἀνομβρίας, ac proinde & famis [m]. Tempore famis [n]. Cùm *siccitates fuerint*, M. *Impleberis sicut desiderat anima tua*, ο'. sim. Ar. Ut tu fecisti, sic tibi fiet [o]. ¶ *Et ossa tua liberabit*, [יחליץ] *Impinguabit*, Mo. Ang. sim. Ti. ο'. Calv. vel, *expedita reddet*, JT. Pi. *confirmabit*, Sy. Angl. vel, *munibit*, Angl. nè frangantur, Psalm. 34. 21. Verbum enim sign. *comparare se ad militiam* [p]. Vel, *eripiet*, sive *liberabit*, M. Angl. Chaldæus ad resurrectionem hoc refert; [*Et corpus tuum vivificabit in vitam æternam*;] sensu vero, sed non primitivo. Verbum חלץ sign. *pinguefacere*, Prov. 15. 30 [q]. Sed alia ibi vox est. Ossa tua medullâ replebit, Job. 21. 24. Prov. 3. 8. Vel, *ossa*, pro corpore, quod ex iis constat, ut Psal. 35. 10. & 141. 7 [r]. Sign. & *eripere* [†]: interdum, *expromere*, Lam. 4. 3. calceos *detrahere*, Esa. 20. 2. arma *induere*, Num. 32. 17, 20, 32. plerumque autem, *solvere*, vel, *liberum dimittere*, Prov. 11. 8, 9. quod hîc congruit, ut respondeat solutioni jugi & vinculorum v. 6. q. d. Ut tu fratrem, ità Deus te liberum dimittet [t]. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Artúsque tuos ità curabit, ut similis sis irrigui viridarii*.] ¶ *Et eris quasi hortus*, &c.] Virebis, florebis [v]. *Velut paradisus*, Sy. ¶ *Et sicut fons*, &c. [כמוצא] *Sicut exitus*, &c. Mo. V. ¶ *Cujus non deficient* (vel, *mentientur*, Mo. *fallunt*, JT. Pi. G. &c.) *aquæ*] Sic P. &c. q. d. Eris omnibus bonis affluens [x]. Latices ejus perennes erunt [y]; nunquam deerit aqua indè haurire cupientibus [z]. Instar fontis, cui, quantum effuderit aquæ, tantum administrat natura: idem tibi eveniet, si largiter erogaveris, &c [a]. Non est metuenda tibi inopia [b]. Satis & tibi habebis, & quod aliis largiaris [c].

12. *Et*, &c. [ובנו ממך חרבות עולם] *Et ædificabunt* (vel, *reparabuntur*, M. *exstruentur*, Ca. sic Ch.) *à te* (vel, *per te*, M. Ca. *tibi*, ο'. *ex*, vel *de te*, P. Ch. Sy. JT. sub. *geniti*, JT. vel, qui *ex te* prodierint, P. sim. Angl. Al. Et erunt *ex te* qui *ædificabunt*, P.) *deserta*, vel *desolata*, (vel, *desolationes*, JT. Pi. *solitudines*, Ti. *vasta loca*, Ca. *ruinæ tuæ*, Ar. Sy.) *seculi*, Mo. M. Ch. V. vel, *antiqua*, Ca. sic JT. Pi. *sempiternas*, Ti. sic Ar. *à seculo*, ο'. sic Sy. *longi temporis*, P. i. e. loca jam olim [d], ante multa secula [*], desolata [f], non tantùm per Nabuch. sed & per Teglathphal. & Salman. & Sennach. per te rursum in urbes & vicos erigentur [g]. Al. *Ædificabunt à te*, &c. i. e. Opera quæ à te proficiscentur erunt in causa ut, ob frequentiam tuam, cogaris instaurare urbes olim destructas & interruptas, ut in illis habites [h]. ¶ *Fundamenta* (i. e. ædificia [i], quorum tantùm fundamenta terrâ obruta remanserant [k],) *generationis & generationis*] Ità Mo. P. &c. vel, *seculorum*, Ti. *prisca*, Ca. *generationum æternarum*, Sy. sim. ο'. Ar. *per multas generationes*, sub. *jacentia*, JT. vel, *desolata*, Pi. quæ remanserunt imperfecta [l], quæ diruta sunt[m], à multis seculis [n]. Al. quæ per multas hominum ætates durent [o]. Agit de instauratione Jerosolymæ, &, sub ejus typo, Ecclesiæ Dei [p]. Significat Synagogam collapsam, ex cujus ruinis excitata est Ecclesia Christi, additis Gentilibus, qui de lapidibus facti sunt filii Abrahæ [q]. ¶ *Et* (vel, *Denique*, Pi.) *vocaberis* (i. e. eris, ut Esa. 61. 6 [r]. Heb. *vocabitur tibi*, Mo. Pi. &c. ut Esa. c. 48. v. 8. & 62. 2 [†].) *ædif.* &c. [גודר פרץ] *Sepiens fracturam*, sive *rupturam*, Mo. P. *obstruens hiatus*, scil. mœnium. Nam ab hoc verbo גדר *Gadir*, urbs Phœnicum, dicta; quod περίφραγμα vertit Hesychius, Plinius, *sepem*, Avienus in Dionysio, *locum undique septum* [*]. *Ædificator sepium*, ο'. Ar. *parator* (vel, *reparator*, Ti. sim. Sy. Ca. V. JT. Pi.) *ruinarum*, M. Ca. vel, *ruinæ*, Pi. *rupturæ*, Ti. sic Sy. muri scilicet [r], quam

quam Deus ob peccata fecerat in muro urbis vel reip[v]. ¶ *Avertens*, &c. [מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת לָשָׁבֶת] *Reductor* (vel, *seductor*, Ti. & *restitutor*, Pi. sic JT. sim. Ca.) *semitarum*(vel,*reverti faciens semitas*,Mo.)*ad habitandum*, P. Mo. Ti. Ca. sub. *securè*, Ti. vel, *quas inhabitent*, i.e. per quas transitur ad loca inhabitanda[x]; quum viæ istæ antea neglectæ erant: vide Jud. 5.6. Lam. 1.4[y]. Director viarum quæ ducunt ad loca antea desolata, ut in illis habitent homines[z]. LXX, ut quidem citat Hieron. τὰς τρίβους τὰς ἀναμέσον παύσεις, (*Semitas tuas in medio quiescere facies:*) i. e. ut ipse interpretari dicit Judæos, tam excelsos muros ædificabis, ut nullus hostium possit intrare. Ad verb. *convertens semitas ad quiescendum*. Nullum insidiatoribus aditum relinques[a]. *Et vias interjectas abolebis*, Ar. *avertens* (vel, *convertens*, vel *restituens*, For.) *semitas in quietem*, Vulg. Me. For. T. &c. nè scilic. per eas semitas quæ ad rupturas tendebant ultrà quisquam veniat[b]. q. d. Quiescere seu cessare faciens omnes aditus per quos seu bestiis seu hostibus ingressus patebat ad urbes, vel vineas[c]. *Reddens*, vel *restituens*, *semitas quieti*; ut sit nomen à [שָׁבַת] *quievit*: vel, *reducens semitas ad habitandum*; ut sit à [יָשַׁב] *sedit*[d]. Al. Restitutor illorum locorum sive ædificiorum per quæ, quia diruta erant, semitæ fiebant *. [Ch. locum sic reddit, *Vocabunt te confirmantem viam rectam, convertentem impios ad legem*.]

13. *Si*, &c. [אִם תָּשִׁיב מִשַּׁבָּת וגו'] *Si averteris* (vel, *avocaveris*, Ca. *reverti*, vel *redire*, *feceris*, Mo. P. vel, *reduxeris*, aut *retraxeris*, V.) *sabbato* (vel, *in sabbato*, M. [ut מ sit pro ב, quod interdum fit:] vel, *à sabbato*, Ch. Mo. &c. vel annuo, vel hebdomadario[f]: *propter sabb.* sive *sabbati gratiâ*, Belg. [ut מ sæpe sumitur:] vel, *à sabbatis*, ο'. Ar.) *pedem tuum*, Ti. JT. &c. [*Pedem* hîc sumunt vel, 1. propriè:] q.d. Si nulla itinera eo die facias, nisi pauxilla, Synagogæ adeundæ, aut modicæ oblectationis, causâ[g]. Prohibitum erat Sabbato longum iter[h], omnéque opus servile, quod pedibus aut manibus fit[i]. [Vel, 2. metaphoricè.] *Pes* in S.S. affectum significat; quia affectibus movetur animus, sicut pedibus corpus[k]. *Pedes* hîc, pro operibus, seu insectatione rei desideratæ: organum scilicet, pro opere. Taxat eos, quòd quum aut iter facere, aut carnem coquere, Sabbato non auderent, proximos eo die vexarent, &c. Vera Sabbati observatio non est in externo otio, sed in nostrî abnegatione, & abstinentia ab omni peccato[l]. Si mentem & affectum à mundanis studiis & negotiis Sabbato avoces[m]. Totus cursus humanæ vitæ synecdochicè per *incessum* designatur, Gen. 17. 1. Eph. 5. 8. q.d. Si desinas pergere in tuo cursu; si tibi viam præcludas, & necessitatem injicias, nè libere & solutè in tuis cupiditatibus vageris[n]. Ut antea jejunia, ità hîc Sabbata, reprehendit. Sub Sabbato intellige quælibet festa, imò totum Dei cultum[p], de quo hîc agit, ut in præced. de misericordia in proximum[q]. Ex uno præcepto cætera omnia quæ quidem in exsilio observari poterant vult intelligi[r]. ¶ *Facere*, &c. [עֲשׂוֹת חֲפָצֶךָ וגו'] *Faciendo* (vel, *à faciendo*, Ang. Belg. sim. For. Ellipsis præpos. מִן, supplendæ †, vel ex membro præcedente, [מִשַּׁבָּת;] vel ex sequente, ubi legitur [מֵעֲשׂוֹת][v]. Ut *nè facias*, Pi. sic M. P. JT. Præp. מ commutanda est in negationem, ut fieri solet quando Mem est Bachlam *. *Nec facias*, Calv. quò minùs *facias*, Ti. Sy. nempe, *facere*, Di. *facere*, repete ἀπὸ κοινοῦ, *Si averteris*, i.e. abstinueris[x].) *voluntatem tuam*, Mo. P. M. Ti. vel, *desideria tua*, Di. *ea quibus delectaris*, Pi. sic JT. i. e. tyrannidem in exigendis laboribus servorum, ex v. 3[y]; vel quæstum[z]. Si non indulgeas gulæ & genio[a]. *Ab exsequenda tua libidine*, Ca. ¶ *Et vocaveris* (vel, *Sique vocabis*, Pi. i.e. si æstimaveris, colueris[b],) *sabbatum delicatum*, &c. [עֹנֶג לִקְדוֹשׁ יְהוָה מְכֻבָּד] *Delicias*, Mo. JT. Pi. G. Di. &c. (sub. *tuas*, G. Angl. vel, *delicatum*, Ti. diem *voluptatis*, M. Si habueris pro deliciis[c]. In Sabbato & gaudebant Judæi, & Deum laudabant, & splendidiùs quàm diebus cæteris vestiebantur[d]. Sed nomen hoc ad Deum, non ad homines, referri debet; quia nihil Deo gratius quàm vera Sabbati observatio *. *Delicatum*, i. e. instar rei delicatissimæ Deo tibique charum[f]; delicatè & tenerè observandum: vel, delicias tum tuas, tum Domini, qui Sabbati cultu valde delectatur[g]. Sic & viris piis officia Sabbati charissima sunt. Vide Psal. 27. 4. & 36. 9. & 42. 2, 3, 5. &c[h]. *Deliciis plenum*, Sy.) *sanctum* (vel, *sanctúmque*, JT. & *sacrum*, G. & *sanctum* diem, M. Pi. Angl.) *Domini* (vel, *Domino*, G. Q. in V. Gal. ut sit לַיהוָה, pro לִיהוָה †,) *gloriosum*, Mo. G. vel, *honoratum*, JT. Pi. Gal. Angl. q. d. Si diem illum reputaveris non modò delectabilem, sed etiam honoratum[i]. Vel, *honorandum*, Di. Ang. קָדוֹשׁ pro *re sancta* accipitur hîc, & Ps. 46. 5. & 65. 5. & præfixum ל [in לִקְדוֹשׁ] regitur à וְקָרָאתָ, eodem modo ut in לַשַּׁבָּת, & sensus in utroque membro idem est variatis verbis. Quid est Sabbatum? est sanctum Domini. Quomodo id *deliciæ* vocatur? si vocetur honorandum, res quovis honore digna. Locum itaque verto, *Et vocaveris sabbatum* (vel potiùs, quum ל sit dativi casûs, *Si sabbato nomen imposueris*,) *delicias*, & *sanctum Domini*, *honorandum*: vel sic vertas, *Et vocaveris sabbatum delicias, ut sanctificetur Deus honoratus*[k]. *Vocaverisque sabbatum honorandas sancti Jovæ delicias*, Ca. [Alii postremum membrum sic reddunt,] *ut sanctificetur & honoretur Dominus*, Ti. *ut sanctificetur Dominus qui honorandus est*, Belg. *ad consecrandum Jehovæ, eò quòd sit honorabile*, Calv. Sabbatum glorificatur quum prædicatur Verbum Dei, & diligenter auditur[l]. *Sanctum & gloriosum Domini*, Vulg. T. i. e. Deo sanctè colendo & glorificando destinatum *. Plerique ל in לִקְדוֹשׁ exponunt per accusativum casum; quod & in S. S. & Syris frequens: sed id non sine necessitate statuendum. קָדוֹשׁ quidam vertunt, *sanctitatem*, ut קֹדֶשׁ substantivè sumatur, pro קֹדֶשׁ: nos לִקְדוֹשׁ capimus pro infin. Kal & transferimus, *ut sanctificetur* †. ¶ *Et*, &c. [וְכִבַּדְתּוֹ מֵעֲשׂוֹת דְּרָכֶיךָ מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ וְדַבֵּר דָּבָר] *Et* (vel, *Sique*, Pi. *Si, inquam*, Ti.) *glorificaveris*, vel *honoraveris*, *ipsum*, Mo. (vel, *eum*, M. nempe Deum[m]; vel, *id*, sive *illud*, Ca. P. Angl. For. Sabbatum †: Si honorem ei diei habueris. Quomodo id faciendum sit, sequitur[n].) *à faciendo vias tuas*, Mo. (i. e. impia tua opera & studia[o]: vel, *ut non facias*, &c. P. sic M. Ti. Belg. *non exercendo*, &c. JT. *nè exerceas*, &c. Pi. *ut non exsequaris vias tuas*, Calv. i.e. actiones tibi usitatas & placentes[p]: *non ex tuis moribus agendo*, Ca. *dum non facis*, &c. Me. & G. ex Vulg. i. e. nullum iter nisi quale diximus suscipiendo[q]: vel, q.d. Hoc autem præstabis dum actibus, moribus & vitiis consuetis non insistis[r].) *ab inveniendo voluntatem tuam*, Mo. (vel, & *non inveniendo*, &c. G. i. e. quæstum nullum faciendo †: *neque invenias*, &c. P. sic Ti. & *nè inveniatur*, &c. M. sic Calv. *neque provideas in eo quæ tibi necessaria sunt*, Ch. *neque tuæ libidini obsequendo*, Ca. *ut nè adipiscaris* (vel, *non præstando*, JT.) *id quo delectaris*, Pi. *nè invenias*, &c. i.e. nè potiaris, &c. מָצָא, ex more Orientalium, est, *invenire*, *consequi*; item, *incipere consequi*, i.e. parare ac facere ut habeas. Sic accipitur Prov. 3. 13. Os. 12. 8. Sic Act. 7. 46. *quæsivit invenire*, i.e. facere, *tabernaculum*, &c[t].) *& loquendo verbum*, Mo. vel, *ut loquaris de re ulla*, M. aut (vel, *néve*, P. sic ο'. Ch. Sy. Ar. Ti. Negativam hîc repetunt[v].) *loquaris verbum*, Pi. P. Ti. ο'. &c. repete, *iniquum*, ex v. 9[x]. i.e. nihil loquaris; nihil agas, quo proximo noceas[y]: vel, sub. *iracundum*, ο'. in G. vel, sub. *violentiæ*, Ch. vel, sub. *tuum*, Ti. Di. sim. Ang. ut præc. affixum 2. personæ in דְּרָכֶיךָ & חֶפְצְךָ repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in דָּבָר[z]. *Sermonem nostrum* vocat, ad quem nimis propensi sumus naturâ, improbum, calumniosum, scandalosum, vel etiam, ut Brentius explicat, quieti Sabbati contrarium; vel, mandata œconomica ea quibus familia abstrahitur à sanctificatione Sabbati[a]. Al. *sed* (ו adversativè, ut sæpe,) *loquendo sermonem*, intellige, κατ' ἐξοχὴν, Dei, i.e. Legem[b]. Exigit Deus in observatione Sabbati, ut abstineamus à verbis levibus & ad mundanam jucunditatem compositis, & ut, nostrî nostrarúmq; rerum & voluptatum prorsus obliti, Deo tantùm vacemus[c]. Ex voluntate erumpunt sermones, deinde opera[d]. Quum ergò vetat loqui verbum, de eo intelligit quod pravæ voluntati quam priùs damnavit respondeat *.

14. *Tunc* (si ista facies[f]) *delectaberis* (vel, *deliciis frueris*, Ca. *eris confidens*, ο'. Ar. sic Sy.) *super* (vel, *in*, M. P. Ti. &c.) *Domino*] i. e. Deo dante habebis quo te oblectes. Confer Psal. 33. 21. & 37. 4[g]. Pro deliciis carnis, quibus mei causâ te privas, spirituales & cœlestes delicias tibi dabo[h]. Delectatio in Deo modò à nobis postulatur, ceu officium, Psalm. 37. 4: modò nobis promittitur, ut præmium; ut hîc, & Job. c. 22. v. 26. q. d.

Erit

[Marginal notes, left column: v Ang. — x M. — y Ang. — z V. — a G. — b For. — c T. sim. Me. — d For. — * Ang. — f Q. in Ang. — g G. — h Me. sim. T. San. — i Me. — k San. — l Calv. — m Ang. — n Musc. — p Luth. — q Oecol. — r G. — † Pi. sim. Ang. — t Ang. M. — v Pi. — * M. — x G. & Me. ex San. — y Pi. — z G. ex Ch. — a Me. T. — b T. sim. Ang. — c Ca. — d G. — * Calv. — f T. — g Me.]

[Marginal notes, right column: h Ang. — † Di. — i Ang. — k Di. — l Calv. — * T. — † Di. — m For. Ang. — † Idem. — n G. — o Ang. — p Pi. — q G. — r Me. — † G. ex Ch. — t Di. — v G. — x Pi. sim. Me. T. — y T. — z Di. — a Calv. — b G. — c For. — d Calv. — * Marl. — f G. sim. For. — g G. — h T.]

Erit tibi plenitudo deliciarum, Psal. 36.8. Esa.55.2. & cap. 66. vers. 11. quibus impii nunquam fruuntur, Job. c.27.v.10[i]. Significat populum ideo nullam ex Deo oblectationem percipere, quòd ipsum provocet, nec voluntati ejus pareat; nec nisi per ipsos stare quò minùs, Deo propitio freti, hilarem & lætam vitam degant. Exprobrat eis, quòd sibi propriâ culpâ multas molestias accersant [k]. ¶ *Et*, &c. וְהִרְכַּבְתִּיךָ וגו׳] *Et vebam* (vel, *equitare faciam*, Mo. P. Ang. *ascendere faciam*, M. *vectari faciam*, nempe curribus [l],) *te super excelsa terræ*, JT. Pi. Mo. P. &c. in loca tutissima. Vide Deut.32.13. Esa. 33.16[m]. Vel, supra omnem gloriam & altitudinem mundi [n]. q. d. Animi celsitudinem tibi dabo[o]. Mente fixus in cœlo & Deo terrena omnia despicit [p]. Vel, in terrarum excellentissimam[q]. Imponam te excelsæ terræ: h.e. Reducam te in terram Sanctam, ut habites in ea[r]. Judæa est vicinis terris montosior †; vide Psalm. 87.1. Esa. 14.25. & 37.24[t]: quum Babylonis situs demissior esset [v]. ¶ *Et cibabo te*, &c.] Faciam ut vivas de fructibus terræ avitæ [x]. Dabo tibi insignia illa bona quæ promisi Abrahæ, Isaaco, Jacobo [y]. Sed cur dicit, *hæreditate Jacobi*, non, *Abrahæ?* Resp. Quia tota Jacobi progenies comprehensa est fœdere, Deut. 33. 4,28,29. Apoc. 7. 4. à quo Ismael & Esau exclusi erant [z]. ¶ *Os enim Domini*, &c.] i. e. *Deus ità decrevit*, G. ex Ch.

[i] Ang. [k] Calv. [l] G. [m] Ang. [n] Calov. [o] Me. [p] T. [q] Ca. [r] V. sim. Calv. † G. [t] Ang. [v] Calv. [x] G. sim. Ang. [y] Me. T. [z] Ang. ad loc. & ad Esa. 43.1.

CAP. LIX.

1. Ecce, *non est abbreviata* (vel, *curta*, Pi. sic Ca. *mutila*, Ti. *brevior*, JT.) *manus Domini*; ità Mo. P. M. &c. קָצְרָה] *Contracta est*, For. ¶ *Ut*, &c. מֵהוֹשִׁיעַ] *A salvando*, Mo. *quàm ut servet*, JT. *ut salvare non possit*, M. P. Pi. &c. ¶ *Neque*, &c. וְלֹא כָבְדָה וגו׳] *Nec aggravavit se*, &c. Mo. vel, *gravis est*, &c. Pi. vel, *gravior*, &c. JT. vel, *aggravata*, &c. M. P. &c. ut Esa. 6.10. Zach. 7. 11 [a]; *obtusa*, Ca. Angl. Non habeo aures graves, i. e. obturatas aliquo humore noxio, ut non audiam preces, &c [b]. [Ch. versum sic reddit, *Ecce, non propter defectum potentiæ*, &c. *non estis salvi; nec quia grave est coram eo audire.*] Cohæret hic sermo cum superiori [c]; cujus hæc est conclusio [d]. Est tertia pars concionis, nim. confirmatio redargutionis, promissionúmque præcedentium, &c *. Respondet adhuc Judæorum querelis [f]. Alia hæc est concio à priori [g], sed ei similis: nam quum hypocritis larvam detraxerit, cósque justè puniri ostenderit, nunc objectionibus aliis respondet. Solent enim hypocritæ Deum aut infirmitatis, aut severitatis nimiæ, arguere[h]. Idem [hujus loci] sensus qui suprà 50.2. Deus nec imbecillior factus, nec surdior [i]: potens semper & exorabilis fuit: jam non est dissimilis sui: hæc ergò mutatio non Deo ascribi potest, sed in vobis culpa hæret, &c[k]. Non me accusare debetis quòd vos non audiam, &c [l]. sed vos ipsos [m].

2. *Diviserunt*, &c. הָיוּ מַבְדִּלִים בֵּינֵכֶם לְבֵין וגו׳] *Diviserunt* (vel, *disterminant*, JT. Pi. *divellunt*, Ti. *fuerunt dividentes*, Mo.) *inter vos & Deum vestrum*, Ch. P. &c. ad verb. *inter vos, ad inter Deum*, &c. Mo. Angl. Redundantia sermonis, qualis Gen. 1. 4. & maximè Gen. 1.6. Deut. 17.8. quâ summa inter Deum & hominem distantia indicatur [n]. *Disjungunt*, &c. Ca. velut murus interpositus, &c [o]. Crimina vestra impediunt nè preces vestræ pro libertate recuperanda à Deo exaudiantur. Illi enim neque potentia ad hoc deest, neque bonitas [p].

3. *Pollutæ—sanguine*] i.e. Oppressione pauperum; metaphora hyperbolica, ut Esa. 1.15 [q]: vel, cædibus innocentum [r]. ¶ *Iniquitate*] Rapinis & furtis†. ¶ *Mendacium*] Falsa testimonia*. ¶ *Lingua vestra iniquitatem* (vel, *perversitatem*, M. Ti. &c. *injustitiam*, o'. sim. Ch. Ar.) *fatur*, תֶּהְגֶּה] *Meditatur*, o'. M. Pi. sic Mo. &c. *meditatam effert*, JT. *sonat*, vel *obmurmurat*, For. *concinnat*, Ti. *exprimit*, Ca. *loquitur*, P. q.d. Calumniatur †.

4. *Non*, &c. אֵין קֹרֵא בְצֶדֶק] *Non* (vel, *Nemo*, Ti. JT. Pi. o'. Sy. Ar. &c. sub. *est*, P. Ti. &c.) *vocans*, vel *qui vocet*, (vel, *qui clamat*, M. P. sic JT. Pi. verbum emphaticum [t]: *loquitur*, o'. Ar. sim. Sy. *orat*, Ch. *invocat*, G. ex Vulg. For.) *in justitia*, Mo. Ti. vel, *ad justitiam*, V. *pro justitia*, P. M. JT. Pi. Ang. *in veritate*, Ch. *justa*, o'. *justè*, Sy. Ar. *cum justitia*, For. [Variè explicant.] Nemo justè increpat proximum suum errantem [v]. Nemo justitiam sitit. Ea invocamus quæ adesse optamus. Vel, Nemo justè quenquam ad judicium vocat [x]. Nemo justitiam ad judicandum sive ad consilium advocat [y]. Nemo vocem liberam pro justa causa emittit [z]. Nemo se potentiorum injuriis opponit, aut patrocinium justitiæ suscipit [a]. Nemo judices officii sui admonet [b]. Non satis est si abstineamus ab injuria, nisi eam quoque ab aliis, quantum in nobis est, arceamus [c]. *Nemo*, &c. i.e. Pauci Manassis tempore & sequentibus viri boni fuerunt. Confer cum hoc loco Psalm. 14.3. ex quo loco, & hoc, & aliis Psalmorum particulis, conflatus est locus ille Rom. 3. 11, &c. adaptatúsque Pauli temporibus, simili cum αὐξήσει & ὑπερβολῇ [d]. *Nullius* [lege, *Nullus*] *justè auxilium invocat*, Ca. ¶ *Neque*, &c. וְאֵין נִשְׁפָּט בֶּאֱמוּנָה] *Et non*, vel *nemo*, *judicatus* (vel, *judicat*, P. sic Ch. Sy. *disceptat*, JT. Pi. V. Calv. Ca. *judicatur*, M. Ti. Angl. examinatur, sententiam habet in causa sua latam, Ps. 109.7. 1 Cor. 6. 1*: vel, *subit judicium*, V.) *in veritate*, Mo. vel, *pro veritate*, P. *pro fide*, JT. Pi. *secundùm veritatem*, M. *ex fide & veritate*, Ti. *in fide*, Ch. *fideliter*, Sy. *verè*, V. Ca. *pro judicio*, V. Nemo fidem propugnat [f]. Nullus est veritatis aut rectitudinis vindex [g]. Judices non judicant justè [h]. ¶ *Sed*, &c. בָּטוֹחַ עַל תֹּהוּ] *Confidendo* (vel, *Confidunt*, P. V. Calv. Ang. Infin. pro præs [i]. *Confidere*, Ti. For. Sed *confidunt*, M. *Confiditur*, Ca. Quisque *confidit*, JT. sic Pi.) *super inanitate*, Mo. sic Pi. vel, *in nihilo*, aut *in inordinatione*, quando nihil ordine fit. Ipsa inordinatio animos iniquis addit [k]. Vel, *inani rei*, JT. Ca. Sy. sim. Ti. M. o'. תֹּהוּ, *vanitas*, hîc ponitur pro fraude & mendaciis, quia hæc inania sunt, &c. Vide Esa.28.15. &c [l]. Dolis malis rem quærunt, de qua se jactant [m]. ¶ *Conceperunt*, &c. הָרוֹ עָמָל וְהוֹלֵיד אָוֶן] *Concipiendo* (vel, *Concipiunt*, P. M. *Concipere*, Ti. *Concipit*, JT. Pi.) *laborem*, (vel, *perversitatem*, P. *molestiam*, JT. Pi. Machinantur quo pacto *laborem*, sive dolorem, aliis inferant[n];) *& pariendo* (vel, *pariunt*, P. *parit*, JT. Pi. i.e. opere complet [o], vel, in actum producit[p]: *parturiunt*, M. *parturire*, Ti.) *iniquitatem*, Mo. Pi. M. P. vel, *vanitatem*, Ti. *mendacium*, JT. vel, *vim*, sive *violentiam*, For. Vide Job. 15.35[q]. *Concepto facinore parietur nequitia*, Ca. Eleganter comparat impios mulieribus gravidis, quæ fœtum in utero alunt, ac deinde emittunt [r]. Impii non temere & obiter & per occasionem peccant, sed de eo meditantur, &c †.

5. *Ova*, &c. בֵּיצֵי צִפְעוֹנִי בִּקֵּעוּ] *Ova aspidis* (vel, *reguli*, sive *basilisci*, Mo. Ti. Pi. Sy. *hæmorrhoï*, JT. *viperarum*, Ar. Ca.) *ruperunt*, Mo. M. &c. vel, *rumpunt*, P. V. vel, *excludunt*, Ti. JT. Pi. V. G. BA. Sy. i. e. Pestes aliis sunt & causa mortis [t]. Pessima cogitata produxerunt in actus [v]. Et aliis exitium accersunt [x], & sibi [y]: nam rupto ovo erumpit aspis, &c [z]. Venenata & perniciosa consilia tractant [a]. Suos malignos iræ, rapinæ, &c. conceptus exsecuti sunt [b]. [De voce צֶפַע sive צִפְעוֹנִי vide annotata ad Prov. 23. 32. Esa. 11. 8.] ¶ *Et*, &c. וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ וגו׳] *Et telas araneæ texunt*, P. M. Ti. o'. Sy. sic Ch. Ar. &c. [De voce עַכָּבִישׁ vide ad Job.8.14.] De voce קוּרֵי lis est. R. Menachem deducit à קוֹרָה *trabs*, quia *aranea stamina sua trabibus obsepit*, dum nempe ab una trabe ad aliam fila deducit. Alii, à קָרָה *occurrere*, quòd indè aranea muscis occurrat. Mallem קוּרֵי dici pro חוּרֵי, (quod *retia* sign. Esa. 19.9. sic dicta à חוֹרִים *foraminibus* quibus scatent,) ח & ק permutatis. At Mercerus has literas permutari negat. Nempe virum sui temporis in Hebraicis literis facilè doctissimum fugerat, in Jonathane Gen. 21. 15. legi אתקליש, pro אתחליש, *attenuatus est*; & Deut. 6.7. חיתון, pro vulgato קיתון, i.e. κοιτὼν, *conclave*; & in Syro, Luc.22.55. & Act. 28.2. אוחד *accendere*, pro Hebræo אוקיד [c]. Sensus, Consilia ineunt quibus alios irretiant & exedant, ut araneæ muscas[d]; vel, in quibus nihil est solidi*. Opus inutile: nimiâ enim tenuitate sunt, ideóque non ullius usûs: q. d. Opera improborum aut ipsis noxia sunt, aut inutilia [f]. Impii steriles sunt & vacui boni: nihil humanitatis, officii, charitatis, fidei præstant aliis, &c. virtutum specie fallunt [g]. ¶ *Qui comederit*, &c.] i. e. Qui illorum consilia probabit [h], & machinationibus se sociat [i], qui quodvis cum illis commercium habet [k], exitium sentiet [l]. ¶ *Et quod*, &c. וְהַזּוּרֶה תִּבָּקַע אֶפְעֶה] *Et* (vel, *Etiam*, JT. *Nam*, Angl. ut sit

[a] Ang. [b] For. [c] G. sim. For. [d] For. * Jun. [f] San. sim. Luth. [g] Q. in Ang. sim. Calv. [h] Calv. [i] G. [k] Calv. [l] For. sim. Calv. [m] Calv. [n] Ang. [o] San. [p] G. [q] Pi. [r] G. † Idem. * Id. † G. [t] Musc.

[v] V. [x] For. [y] San. [z] G. sim. Musc. [a] Calv. [b] Pi. [c] Musc. [d] G. * Ang. [f] Jun. [g] Calv. [h] V. [i] V. [k] For. [l] Ang. [m] G. [n] For. [o] For. [p] San. [q] G. [r] Calv. † Musc. [t] For. [v] G. [x] Jun. sim. T. [y] Jun. V. [z] V. [a] Pi. [b] Mc. [c] BA. 24. 23.607. [d] Pi. * BA. ib. 608. [f] V. [g] Calv. [h] G. sim. Pi. [i] Me. [k] Ang. [l] G. sic Me.

ratio præced. cur moriatur, &c[m]. *At*, G. sim. Ti. Pi.) *compressum*, Mo. V. (sub *pedibus*, V. Alii, *quod fractum est*, P. vel, *si comprimantur*, M. sic Calv. *si exprimantur*, Ca. *si quis conculcaverit*, Ti. *si quis comprimat*, G. *si quis ea conterat*, BA. 2.3.9.399. vel, *quod compressum est*, BA. 2.3.1.364. *qui aspergitur*, JT. *si quis spargat* ea, Di. ex Pi. i. e. si quis, comedere nolens, è manibus ejiciat & spargat ea [n]: vel, si quis consilia eorum detegat [o]. Difficultas hîc oritur ex inusitata forma הזורה, quæ planè sublata est si legas הזורה; & illud pro hoc positum esse nullus dubito, arguítque Segol in fine, esse Benoni Kal ex quiesc. ultimâ ה. Sic alibi ו pro ו, 1 Paral. 3. 5. נולדו, pro נולדו; est enim præt. Niphal à ילד *peperit*. Sic נוגות, *mæstæ*, Thren. 1. 4. & נוגי, Soph. 3. 18. pro נוגי & נוגות, à יגה. Porrò, quòd Benoni הזורה vertam, *si quis spargat*, nemo miretur: sæpe enim apud Hebræos Benoni sic usurpatur, ut à nullo præcedente aut sequente verbo regatur, sed, absolutè positum, per *si*, aut *quum*, reddi debeat. Talia sunt 1 Sam. 2. 13. כל־איש זבח, [*quum*, vel] *quoties quis sacrificabat*; 2 Sam. 14. 10. המדבר, *si quis alloquitur*; 2 Sam. 19. 7. אינך יוצא, *si tu non exis*; 2 Reg. 7. 2. עשה, *si faceret*; Psal. 141. 7. כמו פולח, *sicut quum quis scindit* [p].) *erumpet* (sub. *ex eo*, BA. vel, *producetur*, M. *excludetur*, Ti. Ca. *frangetur*, V. quasi *irrumpat*, JT.) *vipera*, Mo. Ti. JT. Pi. BA. vel, *regulus*, M. sic LXX; *in regulum*, P. V. *aspis*, Ca. sic Ar. i. e. illum lædere conantur instar viperæ [q]. Al. *exibit pullus*, i. e. nihil ipsi nocebit. Ità videtur hîc sumpsisse Chaldæus: nam אפרחין, aut ספרחין, sunt *pulli* [r]. [Sed fallit Grotius, & fallitur; nam Chald. locum sic reddit, ומשחנן ומפקן חיון חרמנין מפרחין, quæ Interpres Latinus sic vertit, *Et calefiunt, & educunt aspides volantes*; vel, *volucres angues*, ut Chaldæum vertit BA. p. 359.] Vox אפעה, *vipera*, occurrit hîc tantùm, & Esa. 30. 6. & Job. 20. 16 †. [ubi dicta vide.]

6. *Telæ* (i. e. consilia [t]) *eorum non erunt in vestimentum*] i. e. Utiles ad conficiendam vestem; h. e. nihil juvabunt [v]. Utut aliis damnosi, sibi tamen sunt inutiles [x]. Hoc perditi ingenii signum, ità se maleficiis addicere, ut nulla indè commoditas oriatur, &c [y]. ¶ *Neque operientur*, &c.] Sim. Mo. P. &c. vel, *operient se*, &c. M. JT. Pi. i. e. Non protegent se contra casus adversos [z]. Non tegent nuditatem suam coram Deo [a]. Opera eorum aliis inutilia sunt [f]. ¶ *Et opus iniquitatis*, חמס] *Violentiæ*, JT. Calv. Pi. &c. Al. *puniens*, ipsos scilicet: nam חמס pro *pœna* sumitur, ut Psal. 7. 17. & alibi ταλαιπωρία & πόνος. Sunt enim hîc perpetua ἀντίθετα mali consilii & infortunati eventûs [g].

7. *Pedes eorum ad malum currunt*] Strenui sunt & ardenter properant ad maleficia. De manibus & linguis antè loquitur, hîc de pedibus; ut ostendat eos in omni genere maleficiorum exercitatos esse, nec ullam esse corporis partem quæ à scelere immunis sit [h]. ¶ *Cogitationes inutiles*: vanæ, nihil ipsis profuturæ [i]: און] *Iniquitatis*, P. Verbum חשב non est simpliciter vel obiter, sed diligenter ac sedulò, cogitare. Tribuit igitur illis non temerariam & impetuosam, sed astutam & subdolam, crudelitatem [k]. ¶ *Vastitas & contritio in viis* (i. e. studiis [l]) *eorum*] Quocunque pergunt, omnia rapiunt, nulli parcunt [m]. Ea moliuntur quæ contra jus sunt [n].

8. *Viam pacis*, &c.] i. e. Vel, 1. tranquillæ conscientiæ; impii enim in perpetuo sunt cruciatu [o]: vel, 2. quæ ducit ad felicitatem [p]: vel, 3. concordiæ & benevolentiæ erga homines [q]; quia toti odiis occupati sunt [r]. Neque apud se, neque cum aliis, sciunt pacem colere †. Inter illos nihil est fidei, humanitatis aut integritatis [t], quibus pax & societas inter homines fovetur [v]. ¶ *Semitæ*, &c. נתיבותיהם עקשו להם כל־דורך בה וגו'] *Semitæ eorum obliquæ* (vel, *incurvatæ*, G. ex Vulg. *pravæ*, Ch.) *sunt eis*, Mo. Ch. &c. (i. e. Tortuosa sunt eorum consilia [x]. Vel, *Semitas suas depravant*, vel *perverterunt*, *sibi*, P. sic JT. Pi. vel, *illis*. Redundat *illis*, ut Jer. 23. 12. Vide Prov. 10. 9. & 28. 18 [y]. *Semitas suas sic apud se*, vel *sibi*, *depravant*, M. Ti. *Iter habent adeò perversum*, Ca.) *omnis calcans* (vel, *quisquis incedit*, JT. Pi. Ang. sim. P. *ut omnis qui graditur*, vel *transit*, M. Ti. sim. Ca.) *in ea*, Mo. (vel, *in eo*, [*itinere*,] Ca. *per eas*, M. P. Ti. *per aliquam earum*, JT. Pi. Heb. *per eam*; sing. positum distributivè [z].

m Ang. n Di. o Pi. p Di. q Pi. r G. † BA. 2. 3. 1. 364. t Pi. sic Ang. v Pi. x Q. in Ma. y Calv. z Pi. a For. f Calv. g G. h Calv. i G. k Q. in Marl. l Musc. m Calv. n G. o Q. in Luth. p San. q Luth. r Musc. † Jun. t V. sim. Luth. v Luth. x G. y Ang. z Ti.

q. d. Qui ea sequitur [a], qui insistit semitis eorum [b], quicunque imitatur studia eorum [c]. Al. Qui inciderit in manus eorum [d].) *nescit* (vel, *nesciet*, P. *nesciat*, M. Ti. *expers est*, JT. Pi. Ut *scire* valet, habere, sive frui, vide Ps. 34. 13. Joh. 3. 36. Phil. 3. 10. ità *nescire* est, non habere, ut 2 Cor. 5. 21 *.) *pacem*, Mo. P. &c. vel, *pacis*, JT. Pi. Bene illi non erit [f]: ignorat felicitatem, mille miseriis involvetur [g]: infelix erit [h]: ipse quoque à pace alienus erit [i]. Al. effrænis in proximos irruit, atque injuriam infert [k]. Al. truculentos ipsos & immanes sentiet. Uterque sensus congruit [l]. Per illorum importunitatem nemo degit in pace & prosperitate, ut sequens peccatorum confessio ostendit [m].

9. *Propter hoc* (i. e. Propter peccata nostra [n]. Licèt superioribus adjungi posset, potest tamen oratio pendere usq; ad v. 12. *Propter hoc*, &c. *Quia multiplicatæ sunt*, &c [o].) Infert hæc particula, non expostulandum esse cum Deo, quasi indignè populum tam corruptum tractet [p].) *elongatum est* (vel, *elongavit se*, Mo. sic P. *subduxit se*, Q. in V. *longè recessit*, V. sim. Ti. Pi. *abest*, Ca.) *judicium* (vel, *jus*, Ca. Pi.) *à nobis*, *& non apprehendet* (vel, *assequitur*, Pi. Ca. *pertingere possit*, Ti.) *nos justitia*] Ità M. &c. *Idcirco procul exsistente jure à nobis*, *& non assequente*, JT. Populum captivum hîc loquentem inducit Esaias. Hæ sunt causæ, aiunt illi, cur Deus nos non vindicet; (Nam משפט sæpe vertitur, ἐκδίκησις, Exod. 7. 4. & 12. 12. Num. 33. 4. Ezec. 14. 21. & 16. 38, 41. & 20. 4.) & cur Dei beneficentia [quo sensu non semel in S. S. venit *justitia*] ad nos non perveniat [q]. *Judicium* & *justitiam* de Deo accipio [r], & tutela Dei †. Phrasi Hebraicâ vocat *judicium*, cùm Deus ulciscitur injurias populo suo illatas; sicut *justitiam*, quum eos tuetur. Pronunciat igitur Deum abjecisse curam populi sui, &c [t]. *Jus* hîc & *justitiam* vocat auxilium Dei, ut v. 11. quia hoc observatione juris acquiritur [v]. ¶ *Exspectavimus lucem*] i. e. Libertatem [x]; vel, felicitatem, ut Esa. 58. 8 [y]. ¶ *Ecce tenebræ*] Manet calamitas [z]. Contabescimus in malis, spe nostrâ fraudati [a].

10. *Palpavimus* (vel, *Palpamus*, JT. Pi. &c.) *sicut cæci parietem*] Ità Mo. P. &c. Bene describit cæcorum morem; de quo vide Quintil. in Pariete palmato. Sensus est, Nihil nobis certi est: sumus ἀστατοῦντες, (*instabiles*, vel *sine certis sedibus*,) ut loquitur Paulus [b]. Pendemus animis dubii, nec causam cur Deus nos deserat cernimus, licèt manifestissima sit [c]. Et consilio & remedio destituimur [d]. Allusum videtur ad Deut. 28. 28, 29. *Percutiet te amentiâ & cæcitate*, &c. Nescimus quò nosmet vertamus, quòd mala nostra, quicquid tentemus, augeri sentiamus *. ¶ *Quasi* (sub. *ii qui sunt*, P. simil. Ti. &c.) *absque oculis*] Sic Mo. P. &c. ¶ *Impegimus* (vel, *Impingimus*, P. Pi. vel, *Offendimus*, JT. *Impingentes*, Ca.) *meridie*] Sic Ti. Mo. &c. q. d. Omnia tempora, etiam optima, & quasi meridiana, nobis miserrima sunt [f]. Ubique positæ nobis sunt offensæ [g]. Proverbium est & Græcorum & Latinorum, *Impingere in meridie*, de eis qui nusquam tuti sunt [h]. Nulla est malis nostris relaxatio; acsi dies in noctem conversus esset [i]. ¶ *In*, &c. באשמנים וגו'] Vox ambigua, 1. quòd alibi non exstat; 2. quòd dubium est num prima an ultima litera sit radicalis [k]. Deduci potest vel, 1. à שמן, *pinguedo*; vel, 2. ab אשם [l], quod *reatum* denotat [m]. [Hinc variant.] *In desolatis locis*, Mo. sim. Calv. (q. d. in locis super quibus afflatur, damnatis & reis mortuorum [n]: vel, *in sepulchris*, P. i. e. Versamur quasi in tenebris sepulchri [o]: vel, *in squaloribus*, M. *in tumulos*, Ca. *in locis neglectis ac sordidis*, Ti.) *sicut mortui*, Mo. P. &c. [Non uno modo explicant.] Nihil ex prudentia agimus, ut mortui, &c [p]. Ità conclusi undique tenemur ut mortui in sepulchris [q]. Terra nostra ab hostibus vastata est. Al. Lugubrem statum describit, quum eis eorum qui ad talia loca damnantur, Psal. 44. 20. & 68. 7 [r]. *In rebus pinguissimis*, JT. *in pinguetudinibus*, id est, in omnium rerum abundantia, in copia annonæ †. Ità conturbati sumus justo Dei judicio, ut nè præsentibus quidem commodis, iisque amplissimis, sciamus uti [t].

11. *Rugiemus*, ונהמה] *Fremuimus*, Mo. sim. Ti. *Fremimus*, JT. Pi. Ca. For. Ch. Fut. pro præs [v]. *Vociferamur*, M. sic P. præ dolore [x]; ob calamitates [y]. *Sæviimus*

a G. b T. Me. sim. Calv. c V. d Calv. Q. in V. * Ang. f Me. g T. h G. i Calv. k V. l Calv. Q. in V. m Jun. n San. o For. p Calv. q G. r For. † Calv. t V. ex Calv. sim. Ang. Pi. v Pi. x G. sim. Ang. y Pi. z G. a Calv. b G. c For. d Calv. * Musc. f San. g G. h Ang. i Calv. k Ang. l Ma. Ang. m Ang. n Forst. in Ma. o V. p Mar. q G. ex Ch. r Ang. † Pi. t Jun. v For. x San. y For.

Sed vox non est ursorum propria: dicitur enim de cane, Psalm. 59. 7, 15. alibi verò, de columba; item de tumultu viscerum, Jer.31. 20. & de maris fremitu sæpe[z]. ¶ *Meditantes*, &c. הָגוֹ וְהֹגוּ] *Sonamus*, Ca. *susurrando susurramus*, vel, *garriendo garrimus*, V. *indesinenter* (vel, *intimè*, Pi. *gemendo*, Mo. P.) *gemimus*, JT. Pi. sim. Ti. gravi & continuo gemitu. הָגוֹ ubique ad luctum refertur; Esa. 38.14[a]. *Meditando meditamur*, M. ¶ *Exspectavimus*, &c.] Repetit quod dixerat ver. 9[b]. *Salutem* hîc vocat, quod ibi *justitiam*, i.e. damnatis hostibus, justificationem seu absolutionem, juxta Luc. 1.71. *Salutem ex inimicis*, &c[c].

12. *Et*, &c. וְחַטֹּאותֵינוּ עָנְתָה בָּנוּ] *Et peccata nostra* (*Et peccatorum nostrorum quodque*, JT. Pi. sic Belg. Angl. ceu testes singillatim vocati & examinati[d]. Syntaxis distributiva[e]. Verbum sing. & nomen plur. ut contrà, Esa. 26. 19[f].) *respondent* (vel, *responderunt*, M. *respondit*, Mo. *testantur*, V. sim. Ch. P. Sy. G. *testatur*, JT. Pi. nam עָנָה & hoc significat: nimirum quia testes adjurati & interrogati respondebant. Vide suprà 3. 9[g].) *nobis*, Ti. M. vel, *contra nos*, Mo. P. JT. Pi. Sicut ad verba testium condemnari solent rei, sic nos ex ipsa criminum evidentia †. Dicit, non citari testes de cœlo, sed ex ipsa Judæorum conscientia, quæ ipsos satis convictos tenet[h]. τὸ *respondere* vel ponitur pro loqui; vel significat peccata nostra coram Deo assistere, & vindictam ab eo exigere[i]. *Responderunt*, nos dignos esse talibus pœnis[k]. Peccata, quasi echo, respondent vocanti, referúntque eandem vocem quam à clamante acceperunt[l]: q. d. Sicut vos in fratres fuistis impii & crudeles, ità Chaldæi in vos[m]. Pœna culpæ respondit[n]. ¶ *Scelera nostra* (vel, *scelerum pœnæ*[o],) *nobiscum*; simil. Mo. V. P. &c. אִתָּנוּ] *Penès nos*, Pi. *super nos*, M. *apud*, vel *ante*, *nos*, For. in conscientiis nostris[p]: *manifesta* sunt *nobis*, Ch. sim. V. Undique se nobis ostendunt[q]. Non possumus illa evadere: Psal. 32. 3, 4. & 38. 5. & 51. 5. &c[r]. Homines subterfugiunt & tergiversantur, sed frustrà, quia secum illa gerunt. Vide Genes. 4. 7. Sicut fures, qui res furto ablatas secum retinent, &c†. Peccata erant & coram Deo, tanquam judice & ultore; & coram ipsis, tanquam reis ac pœnas dantibus, imò & dolentibus, &c[t]. *Nos accusant*, Ca. ¶ *Et*, &c. וַעֲוֹנֹתֵינוּ יְדַעֲנוּם] *Et iniquitates nostras agnoscimus*, Pi. Ti. id est, agnoscere cogimur. Earum enumeratio sequitur[v]. Vel, *agnovimus*, seu *cognovimus*, *eas*, Mo. P. M. Pleonasmus, qualis Esa. c. 8. v. 13. & alibi sæpe[x]. Non intelligit Judæos verè affici, sed tantùm proprio conscientiæ testimonio constrictos esse & confixos, &c. Seipsum hîc involvit Propheta, ut significet malum hoc per universum corpus grassari: & quamvìs Deo causam suam probare possit, se tamen communi contagione infectum fatetur[y]. *Et quod ad iniquitates nostras attinet, cognoscimus eas*, Ang. [Alii hæc cum præced. sic reddunt,] *Defectiones enim nostræ sunt penes nos, & iniquitates nostræ; agnoscimus ista*, JT. Sym. ultimam vocem יְדַעֲנוּם conjungit cum versu seq. hoc modo, *Novimus injustè agere, & mentiri*[z].

13. *Peccare*, פָּשֹׁעַ] *Prævaricari*, Mo. Nempe nos *transgredi*, Pi. sim. JT. Videlicet *prævaricari*, Ti. פֶּשַׁע est, præfractè Legem transgredi[a]. *Impiè* (vel, *Perfidè*, Sy.) *egimus*, ο΄. sim. M. P. Ch. Ca. &c. Infinit. pro indicat. Estque ellipsis, *Rebellando* rebellamus, qualis suprà v. 4. & Dan. 9. 5, 11[b]. ¶ *Et*, &c. וְכַחֵשׁ וגו'] *Et mentiri in Dominum*, Mo. Falsum jurare[c]. *Et mentimur*, &c. M. sim. P. &c. *Negavimus Dominum*, Sy. *Fidem Jovæ fregimus*, Ca. Deo renunciavimus, & perfidè ab eo defecimus[d]. ¶ *Et averti*, &c. וְנָסוֹג מֵאַחַר וגו'] *Abacti* (vel, *Et retrocedere*, Mo. *Et deficere*. Ti. *Et averti*, G. *Et avertere nos*, JT. Pi. *Et retrocessimus*, P. sim. Ca.) *post Deum nostrum*, M. vel, *à Deo*, &c. P. Ti. *à sequendo Deo*, JT. Pi. Ca. Heb. *à post Deum*, Jun. Angl. sim. Mo. i.e. *ab ambulando post Deum*, ut Psal. 78. 71. Hos. 1. 2. Amos. 7. 15[*]: *post tergum à Deo*, Ti. ¶ *Ut*, &c. דַּבֶּר עֹשֶׁק וְסָרָה] *Loqui* (vel, item *loqui* nos, Pi. *loquentes*, M. *loquuti sumus*, ο΄. P. &c. *suadendo*, Ca.) *calumniam* (vel, *oppressionem*, JT. Pi. *vim*, Ca. Ar.) *& defectionem*, Mo. vel, *perversitatem*, P. *rebellionem*, M. *apostasiam*, JT. Pi. G. *declinationem*, Ca. h. e. quomodo proximum opprimant, & à Deo discedant[f]. Hæc communis materia sermonum inter ipsos[g]. ¶ *Concepimus*, &c. הֹרוֹ וְהֹגוּ] *Concipere & meditari*, Mo. JT. vel, *proferre*, Pi. *Concepimus ac loquuti sumus*, P. vel, *meditati sumus*, Sy. *concipientes & excogitantes*, M. *ejaculari & concinnare*, Ti. *concipiendo atque meditando*, Ca. *Parturivimus & meditati sumus*, ο΄. ¶ *De corde*] q. d. Non futiliter fallunt, ubi occasio invitat; sed fabricandis malis dediti sunt[h].

14. *Et*, &c. וְהֻסַּג וגו'] *Et* (vel, *Sic*, JT.) *aversum* (vel, *conversum*, G. ex Vulg. *actum*, M.) *est retrorsum judicium*, Mo. M. vel, *jus*, JT. Alio hoc sensu dicitur h.l. quàm v. 9[i]. Corrupta sunt judicia[k]. q. d. Justa vobis reddita est merces. Ut vos aliis, ità Deus vobis judicium sive auxilium denegavit[l]. Al. *Propterea retrocessit* nobis, &c. P. *Ergò retro jus abiit*, Ca. sim. Pi. For. Belg. Idcirco [Deus] judicio suo nobis non subvenit[m]. ¶ *Corruit* (vel, *Impegit*, Mo. P. *Offendit*, Ca.) *in platea* (vel, *in vicis*, Ca. *in foro*, G. in publico, ubi judicia exercebantur: q. d. Non modò plebs corrupta est, sed totus populi status, &c[n].) *veritas*] Ità Mo. P. JT. &c. Nè in publico veritatem colimus[o]. ¶ *Et*, &c. וּנְכֹחָה לֹא תוּכַל לָבוֹא] *Et æquitas* (vel, *rectum*, Mo. *integritas*, Pi.) *nequit prodire*, Ti. Calv. vel, *incedere*, JT. Pi. *ingredi*, Mo. P. Ang. V. sub. *congregationem nostram*, V. à foro exclusa est[p]. Palàm sceleratè agere non pudet[q]. *Neque sana mens advenire potest*, Ca. *Et per rectum iter transire non poterant*, ο΄. sim. Ar. *Et increpatio venire nequit*, Sy. [Ch. hæc & præced. sic reddit, *Impegerunt in plateis veraces, & fideles non poterunt manifestari.*]

15. *Et*, &c. וַתְּהִי הָאֱמֶת נֶעְדֶּרֶת] *Et* (vel, *Imò*, JT. Pi. &c. *Adeóque*, Ca. *Inquam*, P. Calv.) *sublata est* (vel, *defecit*, P. sim. Mo. Ca.) *veritas*, ο΄. sic JT. &c. ¶ *Et qui*, &c. וְסָר מֵרָע מִשְׁתּוֹלֵל] *Et recessit à malo exspoliata*, Mo. *Et qui recedit à malo prædæ seipsum exponit*, M. sim. P. Ti. V. Pi. Calv. ad verb. *seipsum despoliavit*, For. ablatus fuit, more spoliorum scilicet; i.e. sublatus fuit de medio[r]. Vel, *facit ut insanus habeatur*, JT. i. e. propinat se deridendum omnibus cum suo justitiæ studio; adeò corrupta sunt tempora; ut 2 Reg. 9.11. Sapient. 5. 4 †. Vir innocens ad omnium injurias patet[t]. Tanta juris erat oblivio: adeò in foro dominabatur dolus, &c. Viri quippe justi non audebant fraudibus alias fraudes obtendere, ideóque inermes erant, &c. Huc facit Punicum proverbium, *Nisi lupus sis, luporum prædam te esse oportet*[v]. ¶ *Et vidit Dominus*, וַיַּרְא] *Quod videt*, JT. *Vidètque* hæc, Pi. scilic. facta injusta[x]. ¶ *Quia* (vel, *quòd*, For. Pi. &c.) *non est* (vel, *esset*, For.) *judicium*] Quòd non esset qui hominem vindicaret, & veluti judicio absolveret[y].

16. *Et vidit quia*, &c. כִּי אֵין אִישׁ] *Quòd non* (sub. *esset*, P. sim. JT. &c.) *quispiam*, Mo. sim. JT. Pi. vel, *vir*, P. M. &c. sub. *justus*, M. vel, sub. ex seq. *qui occurreret*, For. qui preces serias ad Deum funderet, ut sequitur[z]: vel, sub. *qui auxilietur*, Pi. ¶ *Et*, &c. וַיִּשְׁתּוֹמֵם כִּי אֵין מַפְגִּיעַ] *Et obstupuit* (vel, *Et admiratus est*, M. P. Calv. *Quúmque obstupescat*, Pi. ad verb. *Et obstupescere se fecit*, Calv. Anthropopathia[a]. Res hæc incredibilis erat & portento similis[b].) *quòd non* (vel, *nemo*, Ti. Ang. sic Ca. sim. JT. Pi. sub. *esset*, M. P. Ti. &c.) *intercedens*, Mo. sim. P. M. vel, *qui occurreret*, V. Ca. *qui deprecetur*, G. ex Ch. *qui sese opponeret*, Ti. *qui interveniat*, Pi. sim. JT. id est, qui Deum pro populo oret[c]: vel potiùs, qui res in meliorem statum restitueret, veritatis gratiâ; vide v. 4. & Esa. 63. 5[d]: qui medicam manum morbo admoveret, aut rebus afflictis opem adferret. Hâc admiratione Deus, 1. pudorem Judæis incutit: 2. hypocrisin eorum perstringit, quòd pietatem simularent, quam Deus nè solicitè quærendo invenire potuit: 3. paternam de illis solicitudinem ostendit: 4. extollit misericordiam suam, quòd talem populum eripere dignaretur: 5. stuporem illorum accusat, quòd mala sua non agnoscerent, nec curarent: 6. monet eos quomodo speranda esset redemptio[*]. ¶ *Et*, &c. וַתּוֹשַׁע לוֹ זְרֹעוֹ] *Et* (vel, *Ut*, G. *Itaque*, Calv. Ang. sim. M.) *salvavit* (vel, *vincit*, Ca. *servet*, G. *salutem fecit*, Mo. P. sim. JT. Pi. Ang. *opem contulit*: ità יָשַׁע cum dativo significat. Vide Deut. 22. 27. *non est opitulator illi*; Psal. 98. 1. *Opem sibi contulit dextra ejus*[f].) *sibi* (quod redundare videtur[g]. Vel, *eum*, G. M. *ei*, JT. Pi. Ti. Nempe vel, 1. viro, qui neque

[z] BA. 1. 3. 8. 810. [a] BA. 2. 1. 3. 13. [b] For. sim. G. [c] For. [d] Ang. [e] Pi. [f] Ang. [g] G. † Idem. [h] Calv. [i] For. [k] T. [l] T. sim. For. Sin. [m] T. [n] Me. [o] Me. San. [p] Pi. [q] G. [r] Ang. † Calv. [t] Musc. [v] G. [x] Ang. [y] Calv. [z] D. Cap. crit. p. 342. [a] G. [b] Ang. [c] G. [d] Calv. [*] Ang. [f] Belg.

[g] Ang. [h] Oecol. [i] Calv. [k] G. [l] Calv. [m] For. [n] Calv. [o] Jun. [p] G. [q] Calv. [r] V. † Jun. [t] G. [v] San. [x] San. [y] For. [z] G. [a] Ang. sim. For. [b] Calv. [c] Pi. [d] Ang. [*] Calv. [f] For. [g] Mer. Ang.

10 20 30 40 50 60 70

neque scipsum sistere poterat coram Deo, neque pro altero intercedere, sed jam in peccatis mortuo, Eph. 2. 1[h]: vel, 2. populo Dei[i].) *brachium suum*, sive *ipsius*, For. Mo. P. JT. &c. vel, *brachio suo*, M. Ca. G. &c. Per *brachium* Dei hîc intellige vel, 1. potentiam Dei[k], ut Esa. 53. 1[l]; vel, 2. Christum, *potentiam Dei*, &c. 1 Cor. c. 1. v. 24[m]. ¶ *Et justitia ejus* (i.e. sanctitas, bonitas & misericordia ejus[n]; vel, Christus, justitia nostra, 1 Cor. 1. 30[o]: vel potiùs, justitia punitiva[p], quâ hostes suorum castigat*: vel, rectitudo quâ utitur Deus in procuranda suorum salute, quum est ipsorum vindex[q].) *ipsa*, &c. הִיא סְמָכָתְהוּ] *Ipsa fulcivit*, vel *sustentavit*, vel *confirmavit*, (vel, *fulciet*, Pi.) *eum*, Mo. P. M. Ti. For. &c. nè ab incepto desisteret, vel, nè victus ab hostibus nobis auxilio non esset[r]. *Et bonitate suâ ipsum stabiliat*, G. *Et justitiâ suâ stabilivit se.* Significat desperandum non esse, tametsi nihil auxilii ab hominibus feratur; se enim sibi abunde sufficere, ac satis potentem esse ad suos redimendos†. Revocat nos ab externis adminiculis, omnémque operum nostrorum fiduciam tollit, & ab uno Deo pendere docet[t]. Historicè hæc accipio de Deo Judæorum gratiâ Chaldæos puniente; mystico autem sensu, qui hîc præcipuus est, de Christo ejúsque justitia, &c[v]. Deus, justitiâ destitutus alienâ, usus est propriâ; justum lytrum repetens ex meritis Christi, quibus pro peccatis mundi plenè satisfieret[x].

17. *Indutus*, &c. וַיִּלְבַּשׁ צְדָקָה כַּשִּׁרְיָן] *Et* (vel, *Nam*, Pi. Ang.) *induit* (vel, *induet*, Pi.) *justitiam sicut loricam*, Calv. sic M. Ti. JT. &c. Ut per justitiam tutus sit velut loricæ præsidio, nempe si quis esset Deum orans, ex superioribus[y]. Al. *induit*, nempe vel, 1. Deus[z]; quem hîc Regi ad bellum se paranti comparat[a], armísque suis instruit, tum ut piorum fiduciam confirmet, tum ut omnem propriæ virtutis fiduciam tollat[b]. Cùm Deus videt se & Verbum suum contemni, assumit arma ultricia, &c. nec quisquam immunis evadet, &c[c]. Vel, 2. Christus[d]; ut ex analogia textûs planum est*. ¶ *Et galea*, &c.] Ità P. vel, *galeam*, &c. Mo. M. &c. sub. *imposuit*, Ti. sim. M. Pi. Ut salvus sit in periculis, quomodo galeati in prælio[f]. ¶ *Indutus*, &c. וַיִּלְבַּשׁ בִּגְדֵי נָקָם תִּלְבֹּשֶׁת וַיַּעַט כַּמְעִיל קִנְאָה] *Et induit se* (vel, *Induens scilicet*, M. *Induit*, vel *Induet, inquam*, JT. Pi. Calv.) *vestimenta* (vel, *vestimento*, P. *vestium*, JT.) *ultionis vestem*, Mo. (vel, *indumentum*, JT. Ca. tanquam *veste*, P. sim. M. Pi. &c. vel, vice *indumenti*, Ang. Belg.) *& involvit se* (vel, *amiciens*, M. *amicivit*, vel *amiciet, se*, JT. Pi.) *sicut pallium* (vel, *pallio*, P. JT. Pi. vel, ceu *pallio*, Ang.) *zelum*, Mo. M. vel, *zelo*, P. JT. Pi. *indignatione*, V. [Alii totum sic reddunt;] *Ultionem induit tanquam vestem, & indignatione amictus est vice pallii*, Ti. *Induit ultricium vestium indumentum, sagatus impetu*, Ca. Ut Deus ipsum protegat, vindictam sumendo de oppressoribus, ut sequitur[g]. Cinctus est telis & armis ad ultionem (de hostibus populi sui[h]) sumendam idoneis[i]. Vestis totum corpus tegens fuit ultio: nam totus, totóque quasi corpore, ferebatur in hostes, h. e. in peccata, ut ea exterminaret. Arma ejus jam dicta obtexit zelus honoris & gloriæ suæ, iræ in Dæmonem & peccatum, & amoris erga homines[k]. Sensus, q. d. Duo sunt quæ Deum ad redimendum populum suum movent: 1. ejus veritas sive justitia, & salus populo suo promissa; 2. ejus ira & vindicta in hostes. Vide 1 Thes. c. 5. v. 8[l].

18. *Sicut*, &c. כְּעַל גְּמֻלוֹת כְּעַל יְשַׁלֵּם חֵמָה וגו'] *Quasi*, vel *Ut, propter retributiones*, Mo. P. M. V. Calv. (scil. induit se his armis[m]. Al. *Planè secundùm facta*, JT. Pi. Di. sic Ang. sub. *illorum*. Ellipsis pronominis, ut & alibi; &, *retributiones*, pro factis, ut Jud. 9. 16. 2 Par. 32. 25[n]. *Retribuere* sæpe est, simpliciter tribuere[o]. Ad verb. *Secundùm propter facta*, Di. *Juxta retributiones*, i. e. juxta ea quæ ab hostibus acceperunt[p]. *Ut in retributionibus*, Angl. ex He. scil. olim fecit, Pharaoni rependit[q]. Vel, q. d. Per modum amplæ retributionis. De ejusmodi pluralibus vide ad v. 9. & Esa. 58. v. 11[r].) *quasi propter*, Mo. (vel, *ut in*, talibus, inquam, ut repetitio sententiam vividiorem reddat†; vel, *sic in*, retributione scilicet, nunc iterum[t]: *planè secundùm* ea, JT. Pi. Angl. Di. ad verb. *secundùm propter*, i.e. secundùm causam factorum, prout causa factorum postulat; עַל enim *propter* causam denotat[v].) *reddet* (vel, *rependet*, JT. Pi. Ang. sim. Di.) *iram hostibus suis, retributionem inimicis suis: insularibus*, &c. Mo. vel, *insulis ipsis*, &c. JT. Pi. sim. Ang. [Alii sic reddunt,] *quasi ad reddendam vindictam, hostibus suis indignationem, vicem inimicis*, &c. Calv. sic P. vel, & *quasi propter vindictam reddendam, hostibus* scilicet *suis furorem*, & *inimicis suis vicissitudinem*; sed & *insulis redditurus talionem*, M. Et *sicut olim* fecit, ut *retribueret iram hostibus suis*; (id est, sicut olim Deus Israelitas de Ægyptiis ultus est[x];) sic reddet *retributionem inimicis suis, insularibus retributionem reddet*; i.e. ità perdet Deus inimicos Christi sui†. [Alii totum sic reddunt;] *Sicut pro factis, sicut pro* ipsis, inquam, factis *reddit* aliquis *iram hostibus suis, & repensationem inimicis suis*; *sic* Deus *redderet vicem insularibus*, nempe si essent qui orarent[y]. *Ac omnino talis erat fervor, qualis esse solet quum redditur ac rependitur hostibus suis & inimicis suis, ut vicissitudinem redderet insulis*, Ti. *Ut ad pœnas atroces irrogandas suis adversariis, soluturus hostibus suis, soluturus insulis digna præmia*, Ca. Confirmat sententiam v. præced. Ostendit qualis illa ultio erit quâ Dominum induerat, nempe quâ hostibus vicem reddat; quia Ecclesiæ salus cum exitio impiorum conjuncta est[z]. [Per *insulas* hîc intelligit] vel, 1. Mesopotamienses[a]; vel, 2. gentes à Judæa remotas[b], & quæ se tutiores putabant[c]: vel, insulares illos qui persequuntur populum Dei[d]. Omnibus ad unum rependet, etiam longinquissimis*.

19. *Et* (vel, *Tum*, Pi. *Adeóque*, Ar. *Ità*, Ang. *Proinde*, Calv.) *timebunt* (vel, *reverebuntur*, Pi. *revereantur*, JT. vel, *videbunt*, Sy. Ti.) *qui ab* (vel, *indè ab*, JT. Pi.) *occidente nomen Domini, & qui ab ortu*, &c.] Sic Ch. M. P. Mo. &c. Timerent Gentes Dei potentiam[f]. Significat hîc, vel, terrorem quo Deus hostes consternat; vel potiùs, conversionem Gentium, ut hæ Deum colant, &c. Imò verò prædicitur, ut aliàs sæpe, impiorum Judæorum in locum successuros piissimos quosque Dei cultores ex toto orbe, &c[g]. Majestatem Dei & Christi colent & suspicient omnes Gentes[h]. *Timebunt*, scilicet, vel, 1. Judæi, ubique terrarum vaticinii hujus minacis pondus experti[i]: vel, 2. tartareæ potestates, abolito per Evangelium Dæmonum cultu[k]. ¶ *Cùm venerit* (ad gentes illas debellandas[l]) *quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini* (i.e. ventus validus[m]: nam flatu Domini liquescunt nubes, & magnæ inundationes fiunt; vide Psal. 147. 18[n].) *cogit*] i.e. Impellit[o]. Significat impetum, vim & copiam Evangelii, & prædicationis Christi & Apostolorum, qui Spiritu Divino in die Pentecostes accepto agebantur[p]. Ut fluvii in præceps ruentis cursum nemo sistere potest, &c. ità nec Christum quis impedire poterit[q]. ¶ כִּי יָבוֹא כַנָּהָר צָר רוּחַ יְהוָה נֹסְסָה בוֹ] In hoc loco, ob voces ambiguas, non parùm variant Interpretes. צָר aliis est adjectivum, & epitheton נָהָר; aliis substantivum, nec uno sensu: יָבוֹא variè & redditur & construitur: רוּחַ aliis *ventum*, aliis *spiritum*, denotat: נֹסְסָה deducunt vel à נוּס, *fugio*, vel à נֵס, *vexillum*: in כִּי etiam & in בוֹ variant[r]. [Hinc tanta versionum varietas.] Q. totum hoc de una eâdémque persona intelligunt: idque vel, 1. de hoste†; *Quia veniet velut fluvius hostis, quem ventus Domini impellit*, Ti. [sim. Vulg. ejúsque sequaces.] Vel, 2. de Deo[t]. Locum sic reddo, *Etenim veniet* (sub. vel, *Dominus*, vel, *nomen Domini*; utrumvis enim ex præcedentibus repeti potest;) *instar fluminis angusti*, (i. e. cum magna celeritate magnóque impetu, ut solent flumina, etiam placidissima, ubi vel marginum contractione, vel alio objectu, coarctantur, ut præter Senec. Nat. qu. 6. 17. testatur oculorum fides;) *spiritu Domini levante* (vel, *gerente*, seu *usurpante*) *ipsum pro vexillo*. Sensus itaque metaphoræ est, Christus, (is enim per Deum seu Dei nomen intelligitur,) vel Christi nomen, à Spiritu Sancto instar vexilli prægestatum & præmonstratum, (ministerio Apostolorum atque Evangelistarum, ab ipso afflatorum instinctorúmque,) erit fidelibus signum ejusmodi, quo & apud alios insigniantur atque notabiles reddantur, quomodo vexillis distinguuntur militum globi, (tum de nomine ipsius se appellando, tum præcipuè vitâ atque factis pro ipsius sectatoribus se approbando,) & inter se in unum quasi corpus colligantur,

Marginal notes (left column): h Jun. — i Pi. — k Pi. Ang. — l Ang. — m Jun. — n For. — o Jun. — p San. sim. Ang. — * Ang. — q Calv. — r For. — † V. ex Calv. — t Calv. — v San. — x T. ex For. & Cyr. & Sasb. — y G. — z Calv. — a Musc. Ang. &c. — a Musc. — b Calv. — c Q. in M. ad v. 19. — d Jun. Glas. — * Glas. rhet. 1. 7. 160. — f G. — g G. — h Calv. — i T. — k Mc. — l Belg. — m M. — n Ang. — o For. — p For. — q Ang. ex He. — r Ang. — † Ang. — t Ang. ex He.

Marginal notes (right column): v Di. — x V. — † Idem. — y G. — z Calv. — a G. — b T. sim. Mc. Belg. San. Musc. — c Musc. — d Pi. sim. Ang. — * Jun. — f G. — g Calv. — h T. — i San. ex Cyr. Hi. Procop. &c. — k San. ex Hi. — l T. — m T. ex Mc. San. — n San. — o Mc. T. San. — p Mc. — q T. — r Boot. anim. 1. 1. 1, 2, 3. — † Q. in Ang. — t Al. in Ang.

Line numbers in the inner margin: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tur, quod capiti suo fideliter adhæreat, ejúsque ductum per omnia sequatur. Eadem verò metaphora (nè cui mira sit) usurpatur Exod. 17. 15. Psal. 20. 6. & 60. v. 6. [De quibus vel Authorem consule, vel Collectanea nostra ibidem.] Et hic quidem sensus bonus est & loco congruus; alium tamen præfero, & locum ità redditum sic intelligo, Cœtus fidelium in nomine, vel ad nomen, Domini, seu Messiæ, quod à Spiritu Sancto (i. e. ab Apostolis, &c. Spiritu Sancto instinctis) vexilli instar elevatum atque ostensum est, per efficaciam ejusdem Spiritûs, undique concursuros. Nec mirum sit quòd, *tollet vexillum*, vel *pro vexillo*, interpretamur, *sublato vexillo*, seu *instar vexilli*, *hominum cœtus convocabit*: quia vexilli erectio ad convocandos cœtus adhiberi consueverat. Quare plùs semel, ubi de convocandis hominibus sermo est, *vexillum erigi* dicitur. Confer Gen. 11. 12. & 49. 22. & 62. 10. in quibus etiam locis de prædicatione Evangelii, & de Ecclesiis per id congregandis, agitur, idque eâdem quæ hîc est loquendi formâ [v]. Ad hanc interpretationem proximè omnium Aquila accessit, eámque plenissimè exhibuisset, si pro, Πνεῦμα Κυρίου σύσσημον αὐτῷ, dixisset, Πνεύματι Κυρίου σύσσημον αὐτὸς, vel αὐτό· nunc enim expositio ipsius ità sonat; *ipsum uti spiritu Dei pro vexillo*; quum verba Hebraica contrà dicant, *spiritum Dei ipsum pro vexillo uti* [x]. נֹסְסָה puto esse Benoni verbi נָסַס, ejúsque masculinum נוֹסֵס habetur Esa. 10. 18. ב in בוֹ accusativ. format, ut Exod. 7. 20. Levit. 24. 16. Esa. 11. 6. Ezec. 35. 13. Amos. 4. v. 11. &c [y]. [Alii etiam de eadem persona totum hoc intelligunt, & sic reddunt;] *Veniet enim quasi fluvius violentus ira à Domino*: (Alii autem codices habent, *ira Domini*, quod rectius est, & sic legit Hieron [z].) *veniet cum furore*, ο'. Ità רוּחַ *iram* transferunt, ac neglecto commate, cum יָבוֹא construunt: quod non placet [a]. *Quando veniet infesti more fluminis, Jovæ spiritu ei vexillum impellente*, Ca. [Alii autem locum de diversis personis accipiunt, hoc modo;] *Cùm venerit* (vel, *Cùm abierit*, M. *Quia veniet*, Calv.) *velut fluvius* (quæ comparatio de hostibus externis non semel venit, Esa. 18. 2, 7. Jer. 46. 7, 8. Amos. 8. 8. & 9. 5 [b].) *hostis*, (sic usurpatur vox צַר v. 18. & alibi †. *Quum invadente, tanquam fluvio, hoste*, JT.) *spiritus Domini eriget* (vel, *erigens*, Mo.) *vexillum contra eum*, Ang. Belg. sic Mo. Q. in V. i.e. contra hostes Ecclesiæ aciem instruet [c], & exercitum ducet [d], vexillis contra eos elatis *. Vox eo sensu sumi videtur Psal. 60. 6. Esa. 10. 18 [f]. Vel, *contra eum incurret*, Pi. sive, *incurrerit*, JT. ut sensus sit, qu. d. Ipsi quidem irruent instar rapidi torrentis, Esa. c. 17. v. 12. Spiritus autem Domini, instar venti violenti, eum repercutiet; ut allusio sit ad Exod. 14. 21 [g]. Hostes Ecclesiæ aquis inundantibus comparat, ut Psal. 124. 4, 5 [h]. Vel, *impellet*, [nempe *eum*, ut ex sequente ipsius interpretatione colligo.] Verus & simplex sensus est, tantum fore hostis impetum, ut, torrenti rapido similis, omnia abrepturus ac perditurus videatur: sed Dominum effecturum ut desinat prorsus & evanescat *. Vel, *fugabit eum*, P. vel, *quem spiritus Domini fugabit*, M. vel, *sufflando contra eum, fugabit eum*; q. d. vel flatu suo dissipabit [i]. Convenit hoc cum historia & phrasibus usurpatis de Sennacheribi, tum irruptione, Esa. 8. 7, 8. & 17. 12, 13. tum clade, Esa. 37. 7, 36. fugâque insequente, Esa. 17. 13. & 31. 8, 9 [k]. Sed נוֹסֵס, pro *fugare*, nusquam usurpatur [l]. Esto: hanc tamen vocem hoc significatu regulariter deduci à נוּס, *fugere*, negari nequit [m]. *Quia veniente sicut fluvio oppressore, spiritus Domini humiliabit eum*, Sy. *Quia venient tribulantes quasi inundatio fluminis Euphratis*: *& in verbo Domini conterentur*, Ch. Superveniret illis Dei potentia ità subitò, sicut Euphrates interdum ventis impulsus terras obruit. Solitam enim præcipiti Euphratis cursu Babyloniam infestari, testis est Plin. 5. 26 [n].

20. *Et*, &c. וּבָא לְצִיּוֹן גּוֹאֵל] *Et* (vel, *Porrò*, Ti. *Autem*, Pi.) *veniet ad* (vel, *propter*, ο'. sic Ar.) *Sion* (ad Sionitas, sive cives Sionis [o]; ad captivos seu exsules [p]; ad populum Dei [q]; ad electos Judæos [r];) *redemptor*, Mo. P. M. Pi. &c. vel, *vindex*, JT. Ca. vel, *liberator*, G. גָּאַל propriè quidem sign. *redimere jure propinquitatis* †, Lev. 25. 25, 26. Num. 35. 19, 24 [t]; sed per κατάχρησιν, *quovis modo liberare* [v]. Sic Prov. 23. 11. Jer. 50. 34. & h. l [x]. Hic autem liberator est, vel, 1. Cyrus, figura Christi [y]: vel, 2. Christus [z], de quo exponitur Rom. 11. 26. Nec insolens est Evangelico huic Prophetæ, à liberationibus temporalibus transire ad spirituales, quarum illæ typi erant; & prophetias de temporalibus cum promissione spiritualium concludere [a]. ¶ *Et eis*, &c. וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע וגו'] *Et* (vel, *nempe*, Pi. G. Angl. vel, *inquam*, Angl.) *ad redeuntes* (vel, *ad eos qui resipuerunt*, M. sic Ti. *conversis*, JT. sic Pi. *eis qui se retraxerint*, Ca. *illis qui se converterint*, ad Deum scilicet [b],) *prævaricatione*, Mo. (vel, *ab iniquitate*, M. P. G. sim. Ti. Ca. JT. Pi.) *in Jahacob*, Mo. sic M. P. &c. i. e. inter Israelitas [c]: vel, *de Jacob*, Ti. *Jacobæorum*, Ca. Ità degeneres Israelitas (quales multi è Babylone redierunt) ab hoc redemptionis beneficio excludit [d]. Al. *&* (vel, *qui*, Ar.) *avertet impietates à Jacob*, ο'. simil. Ar. *& ut convertat transgressores domûs Jacob ad legem*, Ch. [Sy. locum sic reddit, *Sioni verò, & his qui avertunt iniquitatem à Jacobo, Salvator adveniet.*]

21. *Hoc*, &c. וַאֲנִי זֹאת בְּרִיתִי אוֹתָם] *Et ego*, Mo. (vel, *Ego enim*, M. *De me autem*, JT. sic Gal. *Ad me verò quod attinet*, Pi. sim. Ang.) *hoc pactum*, sive *fœdus*, *meum* (sub. *ineo*, M. vel, *pangam*, Ti. vel, *sancio*, Calv. vel, *erit*, JT. Pi.) *cum eis*, Mo. M. Ti. &c. i. e. cum illis qui conversi fuerint *; cum Sion & Israele jam dictis [f]; cum Ecclesia [g]. *Et* hoc est *pactum meum* quod pangam *cum eis*, P. sim. ο'. Ch. Sy. Ar. *Et ego, hoc fœdus*, &c. vel, est jurantis; vel, est quasi dicat, *Ego sum, qui isthæc loquor*: *Ego ille sum redemptor*, &c. Vel, *Et hoc est fœdus*, &c. i. e. Istæ sunt promissiones fœderis [h]. Diligenter notanda est vox *fœderis*, quâ Propheta hujus promissionis magnitudinem & præstantiam (necnon firmitudinem; quia in fœdere omnium est promissorum confirmatio [i];) designat [k]. ¶ *Spiritus*, &c. רוּחִי אֲשֶׁר עָלֶיךָ וּדְבָרַי אֲשֶׁר שַׂמְתִּי בְּפִיךָ לֹא יָמוּשׁוּ מִפִּיךָ וגו'] *Spiritus meus qui* (sub. *est*, Pi. &c.) *in*, vel *super*, *te*, *& verba mea quæ posui in ore tuo*, *non recedent de ore tuo*, *& de ore seminis tui*,——*ex nunc*, *& usque in seculum*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. Alloquitur hîc vel, 1. Esaiam [l]; vel sic, Spiritus prophetiæ, i. e. sermo à Spiritu Dei profectus, ità implebitur, ut semper ejus memor sit futura posteritas [m]: vel sic, Spiritus prophetiæ, qui in te est, non recedet à sequacibus sive discipulis tuis [n]: vel sic, Prophetæ injungit ut provideat, *nè recedant ex ore suo*, &c. i. e. ut spiritualia hæc documenta (quomodo vox *spiritûs* accipitur 1 Joh. 4. 1.) de salute per Messiam, & quidem solis pœnitentibus, exhibenda, semper post discessum ejus sint in animo & in ore populi sui, &c [o]. Vel, 2. Christum; ut Pater hîc Filio promittat Verbi atque Spiritûs sui perseverantiam cum illo Christi semine de quo Esa. c. 53. v. 10 [p]. Vel, 3. Ecclesiam; cui hîc pollicetur perpetuam Verbi ac Spiritûs sui præsentiam per omnia secula usque ad finem mundi: Esa. 30. 20, 21. & 54. 13. Jer. 31. 34. Matt. 28. 20. Joh. 14. 16, 17 [q]. Vel, 4. populum Judaicum, qui, postquam ad Christum redierint, ei sine ulla apostasia adhærerent ad finem mundi [r]. Nota hîc promitti, tanquam Ecclesiæ thesaurum, summámque felicitatem, Deum Verbo & Spiritu suo præsentem habere †. *Spiritus* hîc conjungitur *verbo*, quoniam hujus prædicatio sine illius efficacia infructuosa est [t]; & ut sciamus Satanæ spiritum esse qui à Verbo divellitur [v].

CAP. LX.

1. SUrge, &c. קוּמִי אוֹרִי] *Surge* (vel, *Agè*, Ca. sub. *igitur*, Ti.) *illuminare*, Mo. P. Pi. vel, *luce*, JT. sim. Ti. Ca. *& splendesce*, P. sim. V. Id est, vel, 1. expergiscere [a]: vel, 2. da operam ut recipias lucem [b]; attolle oculos vel palpebras [c]: vel, 3. implere gaudio [d]. De temporali Hierosolymæ felicitate hanc prophetiam nonnulli, inter quos Grotius, accipiunt: quam explicationem Judæorum vel semi-Judæorum esse notavit Hieronymus. Illam sententiam refellunt, 1. cohærentia cum fine præc. cap. [de qua statim.] 2. τὸ ῥητὸν apertè absurdum, aut falsum, est; nec unquam talis Hierosolymæ obtigit felicitas qualis hîc describitur. 3. Spiritus

---

[v] Boot. ib. 1. 1. 7. & 2. & 3. & 5.
[x] Boot. ib. 1. 1. 8.
[y] Ibid. 1. 6, 7.
[z] Ib. 1. 2.
[a] Ib.
[b] Ang.
† Idem.
[c] Q. in V.
[d] Ang.
* Belg.
[f] Ang.
[g] Q. in Ang. sim. Jun.
[h] Jun.
* Calv.
[i] Q. in Ang.
[k] Ang.
[l] Boot. ib. 1. 5.
[m] Ang.
[n] G.
[o] Ang. sic Pi.
[p] Calv.
[q] Ang.
[r] Pi.
† G. sic Ang.
[t] Ang.
[v] G. sim. Ang.
[x] Ang.

[y] G. sim. Calv.
[z] Musc. Pi. Pellic. Calov.
[a] For. Ang. ex He.
[b] Ang.
[c] G.
[d] G. sim. Pi.
[d] Calv.
* G.
[f] Musc.
[g] Calv. sic For.
[h] For.
[i] Musc.
[k] Calv.
[l] Q. in Ang.
[m] G.
[n] Q. in Ang.
[o] Al. in Ang.
[p] Al. in Ang.
[q] Ang.
[r] Al. in Ang.
† Calv.
[t] Calv. sim. Ang.
[v] Calv.
[a] G.
[b] V.
[c] Ang.
[d] Pi.

tus Sanctus, optimus sui interpres, neglecto τῷ ῥητῷ, spiritualiter explicat, Apoc. 21. 24. 4. Connexio cum sequente capite & concione, quæ, Christo interprete, ad N. T. pertinet, Luc. 4. 18, 19. 5. Confessio Judæorum, qui de Messia accipiunt in Bereschit Rabba ad Gen. 15. 17. & ad Gen. 25. 6. qui etiam per *lucem* hanc Messiam intelligunt. Ità Targum & Bereschit Rabba ad Gen. 41. 44. & Pesikta ad hunc locum. 6. Subditorum multitudo, Hierosolymâ nimirum per Gentium vocationem ampliatâ *. Jam de mysterio Christi apertiore decantat Propheta. Redimendam esse Sionem prædixerat, & Ecclesiam Spiritu donandam: ei igitur nunc congratulatur, &c[f]. Postquam Deus se unum auctorem salutis Ecclesiæ fore confirmavit, cap. præced. nunc Ecclesiam excitat, ut Dei beneficia agnoscat[g]. Restitutæ Ecclesiæ felicitatem hîc describit[h]. Ostendit quanta sit Verbi illius efficacia de quo loquutus est: erigit enim prostratam Ecclesiam, &c[i]. Gloriosum Ecclesiæ statum sub Messia hîc depingit[k].

¶ *Quia venit lumen tuum*] Id est, vel, 1. prosperitas tua[l], salus & integer status; sicut antea per *tenebras* adversum Ecclesiæ statum significavit[m]. Vel, 2. Christus[n], qui est *lux vera*, &c. Joh. 1. 9[o]. confer Joh. 8. 12. Eph. 5. 14[p]. Christique doctrina, præsentia, gratia & gloria[q]: vel, Evangelium[r]. ¶ *Et gloria Domini*] Id est, vel, 1. gloria maxima: vel, 2. splendor & majestas Dei, qui, ut sponsus liberalis, Ecclesiam suam splendidissimis donis & seipso luculenter ornavit †: vel, 3. gloriosus Dei adventus in liberatione tui, &c. q.d. Apparebit ejus gloria super te, ut olim super montem Sinai, Exod. 24. 15, 16. & Tabernaculum, Exod. 40. 34, 35. & Templum, 1 Reg. 8. 11[t]: vel, 4. Christus, qui est gloria Dei Patris[v]; Christi præsentia, doctrina, & miracula, sicut exponitur Matt. 9. vide & 2 Cor. 3. 15, &c[x]: vel, 5. opus redemptionis, &c[y].

2. *Ecce, tenebræ*, &c.] Erroris[z], & ignorantiæ Dei[a]; idololatriæ aliorúmque errorum & vitiorum[b]. Beneficium præced. collatione illustrat[c]. Aliis omnibus gentibus tenebræ sunt, tibi uni lux, &c. Quicquid extra Ecclesiam est tenebricosum est. Alludit ad tenebras Ægypti[d]. Ostendit lucem gratiæ & favoris, cujus meminit, promiscuam omnibus non fore, sed peculiarem populo Dei *. Sicut olim, te afflicto, gentes aliæ pace fruebantur; ità, ex adverso, hostibus tuis calamitates plurimæ obtingent, te felice, &c†. ¶ *Et caligo populos*] Medos primùm, deinde Babylonios *. Sed quodnam, quæso, in textu hujus restrictionis vestigium est[f]? ¶ *Super te—orietur Dominus*] Id est, Christus[g]. Confer Mal. 4. 2[h].

3. *Et ambulabunt* (vel, *Ut accedant*, JT.) *gentes in lumine tuo*] Ità Mo. vel, *ad lumen tuum*, P.M.JT.Ti.&c. i. e. ad lucem Evangelii quod apud te prædicatur[i]. ¶ *Et reges in splendore* (vel, *ad splendorem*, M.P.Ti.&c.) *ortûs tui*] Sic Mo. vel, *exortum*, sive *exorientem*, *tibi*, JT. Ti. &c. i. e. ad splendorem Solis qui tibi oritur[k]. Sensus, Venient tibi gratulatum[l]. Sed inepta est hæc detorsio. Longè aliud verba sonant, nec nudam gratulationem, sed lucis & felicitatis hujus participationem, inferunt, & illustrem de Gentium vocatione prophetiam continent[m]. *Venient—ad lucem tuam*, ut qui in mari noctu jactantur, ad facem in portu accensam[n]. Tu, instar speculi, hauries primùm cœlestem hanc lucem, quam deinde in reliquum orbem vibrabis, &c[o]. Splendorem Ecclesiæ sic vocat, quem ipsa à Christo habet. Alludit ad Auroram: quia sicut Lucifer diem inchoat ab una tantùm cœli plaga, statim verò Sol totum mundum irradiat: ità primum diluculum fuit in Judæa, unde Lex orta, atque per totum orbem expansa est. Præluxit Judæa Gentibus, quæ non aliunde lucem petere poterant quàm ex Verbo illo quod prodiit à Judæis, &c[p].

4. *Leva—oculos*] Quia incredibile hoc videbatur, adducit Judæos veluti in rem præsentem[q], acsi in visione hoc ostendisset[r]. ¶ *Omnes isti congregati*, &c. ex longo exsilio †: נִקְבְּצוּ בָאוּ לָךְ] *Congregaverunt se, venerunt* (vel, *veniunt*, Pi. Ang.) *ad te*, Mo.P. vel, *congregati venerunt*, &c. M. vel, *congregantur venientes*, Ti. *congregantes se accedant tibi*, JT. q.d. Tui erunt; si quid ex hoc illis emolumenti accrescit, tibi quoque accrescit[t]: fient illi tui incolæ & cives[v]. ¶ *Filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent*] Id est, venient, portabuntur brachiis & in sinu aliorum[x]. Scripsit Interpres, *sugent*. *Lac sugent* habet in Commentariis Hieron. Videtur ergò pro צַד (*latus*,) legisse שַׁד, (*mamma*[y].) Sed non video quomodo *sugendi* aut *nutriendi* voces hîc locum habeant. Credam quòd verbum אָמַן, inter alia, *surgere* aut *portare* significet, quantumvis dictionaria sileant[z]. [Non est ergò quòd Vulgatæ versionis patroni se adhuc torqueant in defensione locorum quorundam S.S. Dicant tantùm, vocem illam, qualiscunque sit, ità ut lubet, & materia postulat, significare, utcunque sileant dictionaria, aliique omnes Interpretes; & res confecta est, nec unquam, si sapiant, illis aqua hærebit, ut hactenus non semel factum.] ¶ עַל צַד תֵּאָמַנָה] *Juxta*, vel *ad*, *latus* (sub. *tuum*, Ang. vel, sub. *illorum*, Angl.) *nutrientur*, Mo. P. Calv. Ang. vel, *educabuntur*, Pi. Ca. in sinu, in ulnis[a]; *fovebuntur*, M.Ti. *Quæ in latere sunt, fovebuntur*, h. e. quæ propinquæ & ad latus sunt, sicut pueri ab obstetricibus, sic illæ suaviter gestabuntur[b]. Heb. *super latus confirmabuntur*, i.e. si vim verbi exprimas, *fideliter, tanquam ad latera nutricum, educabuntur, ut confirmentur viribus*[c]. *Ad latus tanquam a nutriciis apportantur*, JT. *Ad latus permanebunt*, ad verb. *constantes, fidæ & perpetuæ erunt*: i.e. In itinere, quando filii tui reduces fient, filiæ quoque tuæ lateribus eorum constanter adhærebunt, neque inde discedent, ut & ipsæ in terram meam redeant[d]. Al. Mares, utpote fortiores, hîc *venire* dicuntur; fœmellæ, utpote imbecilliores, in ulnis gestari *. Sed argutum hoc esse docet collat. Esa. 49. 22. ubi filii in ulnis, & filiæ super humeros, adduci dicuntur. Est itaque rhetorica tantùm amplificatio distributione illustrata, &c[f]. Utrumque hîc verbum utrique tribuendum est, quæ Hebraismus eleganter solet distribuere. Dicendum enim foret, *Filii tui & filiæ tuæ de longinquo venient, & utrique super latus tuum confirmabuntur*[g]. Significat fore ut filii & filiæ ad Ecclesiam concurrant: h. e. non tantùm domi gignantur, sed etiam foris, atque adeò in extremis partibus mundi. Quidam per *filios*, robustiores, per *filias*, infirmiores, intelligunt[h]. Sed simplicius est, Ecclesiam accessione Gentium ampliandam & magnificandam esse[i]. Filii tui & filiæ tuæ ad te venient ex omnibus plagis[k], tam remotis, quàm propinquis & ad manum[l]: non modò ex propinquis, sed & longinquis; quæ sunt & ante te, & ad latus tuum[m].

5. *Tunc videbis*] Ità Mo. P. M. Pi. Ch. Sy. Ti. &c. sub. *illud*, Pi. nempe cum admiratione[n]. Vel, cum voluptate[o]: est autem Hebræis *videre* absolutè positum interdum gaudii[p]. *Et timebis*, ο'. ¶ *Et affluet*; ità Ti. וְנָהַרְתְּ] Verbum נָהַר & *splendere*, & *diffluere*, sign[q]. [*Variant.*] *Splendebis*, vel *fulgebis*, Mo. M. V. sic Calv. sim. Ca. i. e. in magno splendore eris[r]. Deducunt à nomine נְהָרָה, quod *lumen* redditur Job 3. 4. Dan. 2. 22 †. Sed nomen illud deduci videtur ab hoc verbo, prout *confluxûs* vel *influxûs* notionem habet[t]. *Et illuminaberis*, P. Ch. Vultu splendido & hilari eris: nam mœsti Hebræis *obscuri* dicuntur[v]. *Diffluet*, For. omni copiâ bonorum[x]. *Et confluet*, Ang. Cor tuum velut undabit ac fluet huc illuc, gestiens illo spectaculo[y]. *Et instar fluvii erumpes*, gaudio scilicet[z]. Læta, inquit, aspicies, & tanquam fluvius, qui, cùm ripas transgreditur, latè diffunditur, amplificaberis[a]. *Et stupebis corde*, ο'. [JT. hoc cum præced. sic reddunt, *Tunc timebis, deinde confluet*.] Maximam denotat gentium & turbarum concursationem, quam si quis viderit, primùm commovetur animus illius, deinde agnitis illis confirmatur. Ità, inquit, futurum est ut commovearis primùm præ multitudine, &c. & obstupescas, ut Act. 10. 45. sed, deposito tandem timore, vicissim populis concursantibus occurras, officiosè gratulatura atque exceptura, ut Act. 10. 47[b]. ¶ *Et*, &c. וּפָחַד וְרָחַב וגו'] *Et pavebit*, Mo. sim. P. JT. Pi. Calv. (sub. *quidem*, JT. non metu, sed admiratione: obstupescet conspectu rei tam inopinatæ. Metaphora καταχρηστική. Cujus exempla alia vide Jer. 33. 9. Os. 3. 5[c]. Al. *diffluet*, Q. in V. *obstupescet*, M. Ti. V.) & (vel, *sed*, JT.) *dilatabitur*, vel *dilatabit se*, *cor tuum*, Mo. P. JT. Pi. &c. sc. gaudio[d], & charitate erga illos, ut 2 Cor. 6. 11. & c. 7.

[Marginal notes, left:] * Calov. f For. g Jun. h M. i Calv. k Ang. l G. sim. Ang. m Calv. n Jun. Pi. o Oecol. Calov. M. T. p Jun. Oecol. q Pi. r Me. s M. † San. t Ang. v L. x For. y Musc. z Calov. a Pi. ex Jun. b Me. c Luth. d For. * Calv. † Ang. * G. f Calov. g Pi. For. Calov. Ang. &c. h Ang. i Pi. sim. San. Calv. k San. l G. m Calov. n Me. o T. p Calv. q Calv. r Ang. † G.

[Marginal notes, right:] t For. v Calov. x Mar. y G. z Mar. a Pi. b M. c For. d Di. * Q. in Ang. f Ang. g For. h Calv. i Zuing. k Me. l Q. in Ang. m Calov. n Belg. o Me. p For. q Calv. r V. † Q. in Ang. t Ang. v Q. in Ma. x Q. in Ma. y Ang. z Pi. a For. b Jun. c Pi. d Pi. sic Jun. Ang.

&c. 7. v. 3 *. Al. *Seque tuus animus explicabit attonitus*, Ca. ¶ *Quando*, &c. [כִּי יֵהָפֵךְ עָלַיִךְ הֲמוֹן יָם] *Quando* (vel, *quia*, sive *quod*, P. Ti. &c.) *conversa fuerit* (vel, *mutabitur*, JT. Pi. scil. vel religione, vel affectu erga te; quippe qui te amabunt, quum antea odissent: & sub. *& veniet*, ex collat. membri sequentis; ellipsis verbi relati [f].) *ad* (vel, *erga*, JT. Angl. ut 2 Reg. 5. 26. vel, *super*, Angl.) *te tumultus*, vel *fremitus*, *maris*, Mo. JT. i.e. Quando Gentes, quæ priùs, tanquam furens mare, perniciem tibi minari videbantur, mutatis animis accedent tibi, ut sequentia verba explicant [g]. Vel, *multitudo*, sive *copia*, *maris*, P. M. Ti. Pi. Ang. i.e. multi insulares, & transmarinæ gentes [h]: vel, *turba marina*, Ca. Al. *Venient ad te divitiæ maris*. Tyrii ad te res promercales adferent, Neh. 13. 16. imò & de Tyriis spolia capies. Vide Josephum 12. 11. & 12 [i]. Glossa frivola. 1. Non de divitiis, sed de copia confluentium, loquitur. 2. Hoccine, quæso, tam insignem admirationem pareret? 3. Consentiunt omnes, gentium multitudinem hîc exponi. 4. De Tyriis solis nemo præter Grotium exponit [k]. ¶ *Fortitudo*, &c. [חֵיל גּוֹיִם יָבֹאוּ לָךְ] *Copiæ* (vel, *Opes*, M. Ti. Angl. ut Esa. 8. 4. & 61. 6 [l]; *fortitudo*, Mo. P. quum *copiæ*, vel *exercitus*, Pi.) *gentium venient* (vel, *venerit*, P. *accedent*, JT.) *tibi*, vel *ad te*, Ca. JT. Pi. ut amicitiam tecum contrahant, Religionem tuam amplectentes [m]. *Fortitudinem gentium* vocat, vel, gentes fortes; vel, præclarissimos & præstantissimos quosque Gentium [n]; vel, Regum majestatem [o]. [Alii hoc cum præced. sic reddunt,] *Quia transferentur* (vel, *convertentur*, Sy.) *tibi*, vel *ad*, sive *in*, *te*, *divitiæ maris*, ό. Sy. Ar. (vel, *occidentis*, Ch.) *& gentium & populorum*, ό. vel, *gentes ac populi*, Ar. vel, *& opes gentium ad te venient*, Sy. sim. Ch.

6. *Inundatio* (vel, *Multitudo*, sive *Copia*, P. Ti. Mo. G. *Armentum*, Ca. *Agmen*, JT. Pi. Sy.) *camelorum* (quibus vehentur gentes peregrinæ cum opibus suis [p],) *operiet* (vel, *obruet*, Ti.) *te*, [שִׁפְעַת וגו׳] Vox *abundantiam* sign. Deut. 33. 19. interdum, magnam *turmam*, vel hominum, 2 Reg. 9. 17. vel equorum, ut Ezec. 26. 10. vel, ut h. l. camelorum, quorum usus in his partibus frequens, Esa. 21. 7. & 30. 6 [q]. Disces ex dicto Josephi loco, & 1 Mac. 5. 25. tum *Nabatæos*, qui jam mox hic nominabuntur, tum Arabas alios, socios & amicos fuisse populi Judaici [r]. Verùm non agitur hîc de societate politica, sed de confluxu Gentium ad Ecclesiam †. *Turba Arabum*, &c. Ch. *Et venient tibi greges camelorum*, ό. ¶ *Dromedarii*, &c. [בִּכְרֵי וגו׳] *Dromades*, vel *dromedarii*, (vel, *cameli juniores*, BA. *pulli* camelorum, P.) *Midian*, (i. e. Midianitarum [s],) *& Ephah*, Mo. Ti. JT. Pi. Ca. &c. id est, posterorum Hephæ, filii Midianis, Gen. 25. 4 †. Madian urbs erat in litore maris Rubri, testibus Jos. Antiq. 2. 5. Euseb. & Hieron, in locis. Huic Epha vicina fuit in provincia Madianitide, ut hinc colligere est, & ex Gen. 25. 4. 1 Par. 1. 33. Meritò autem camelos hinc venientes describit, cùm nullibi sint frequentiores. Vide Jud. 6. 5. & 7. 12. בִּכְרֵי est à singulari בֵּכֶר, cujus fœmin. בִּכְרָה est *camela junior*; vide Jer. 2. 23. Ità interpretor ex Arabismo vocem, quæ hactenus Interpretes torsit. *Albecro junior est camelus*, inquiunt Damir & Alcamus, simil. & Abuabida. His accedat usus Arabum, qui *becron* sæpe usurpant pro *camelo juniore*. Non placet, quòd Kimchio בִּכְרֵי sint *cameli lactentes*, quum de camelis vecturæ idoneis loquatur [v]. *Dromades sunt camelorum genus, minoris quidem staturæ, sed velociorum, unde & nomen habet*, inquit Isidor. Orig. 2. 1. Hinc dromas in Talmudis tractatu Maccoth vocatur *camelus volans* [x]. Cameli lactentes vocantur בִּכְרֵי; &, quum ablactantur, גְּמַלִּים, quia verbum גָּמַל sign. *ablactare*, 1 Sam. 1. 22, 24 [y]. Sed ridiculum hoc est, eos nullos camelos oneribus ferendis destinâsse nisi lactentes [z]. ¶ *Aurum & thus* (i.e. quicquid pretiosissimum est [a]) *deferentes*] Ad sustentationem Ministrorum Verbi & pauperum Christianorum. ¶ *Et laudem*, &c.] Vel, *laudes*, id est, beneficia. Meton. effecti [b].

7. *Arietes Nabaioth*] Id est, Nabatæorum, posterorum Nebaiothi, filii Ismahelis, Gen. 25. 13 [c]. ¶ *Offerentur*, &c. [יַעֲלוּ עַל רָצוֹן מִזְבְּחִי] *Ascendent super voluntatem* (vel, *cum beneplacito*, sive *benevolentia*, P. M. Pi. *cum acceptatione*, Ang. Belg.) *altare* (vel, *super altare*, P. M.) *meum*, Mo. &c. *Sacrificabunt super altare quæ mibi placent*, Ti. *altari meo ad litandum impositi*, Ca. *Ascendentes altare meum, accepti erunt*, JT. *Et offerentur acceptabilia* (vel, *accepti*, Ar. *voluntariè*, Ch.) *super altare meum*, ό. Ch. Ar. *Ascendétque in sacrificium gratum*, &c. Sy. *Ascendent super acceptionem altaris mei*, i. e. super altare mihi gratissimum: [ut sit hypallage:] vel, *juxta acceptationem altaris*, i.e. quantum quantum altari meo placuerit; ut voluntas figuratè rei inanimatæ tribuatur [d]. *Ascendent ad beneplacitum altaris mei*: Quod sic resolvi poterit, Ascendent ad placandum Deum: sicut in hoc ordinatum est altare, & offeruntur sacrificia, ut homines Deum sibi propitium habeant. Docet, sacrificia hæc Deo grata fore, ut à profanis Gentium oblationibus distinguantur *. Sensus, Cultus meus spiritualis sub N. T. erit mihi gratus. Metaph. ut Mal. 1. 11 [f]. Alludit ad veterem ritum, &c. Altare hoc nos ducit ad Christum, extra quem nihil acceptum, &c [g]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *domum majestatis* (vel, *gloriæ*, Mo. P. M. &c. *ornatûs*, JT. *magnificam*, Pi.) *meæ* (vel, *domum orationis meæ*, ό. Ecclesiam N. T [h].) *glorificabo*; vel, *decorabo*, M. Ti. &c. [אֲפָאֵר] *Ornabo*, JT. *magnificam reddam*, Pi. Nempe per illas pecudes quæ tibi ex longinquis locis advenient [i]. [De qua sententia repete priùs sæpe dicta.]

8. *Qui*, &c? [מִי אֵלֶּה כָּעָב תְּעוּפֶינָה וְכַיּוֹנִים אֶל אֲרֻבֹּתֵיהֶם] *Qui* sunt *isti* qui *ut nubes volant*, sive *advolant*, *& sicut columbæ ad fenestras suas?* P. M. Ti. Pi. Ang. Calv. &c. i. e. columbarii sui [k]: vel, *ad columbaria sua?* Mo. G. BA. ex Ch. ad perfugia sua [l]: vel, *in suis forulis*, Ca. Angl. Vel, alludit ad columbam Noæ, &c [m]. Al. *Cujus sunt*, inquies, *isti qui ut densa nubes convolant*, &c? JT. Verba sunt mimetica velut mirantis Ecclesiæ tantam propagationem, ut Esa. 49. 21 [n]. Hoc alii sequuntur, quòd מִי singulare tantùm esse videtur. Verùm pluraliter accipitur etiam Gen. 33. 5. *Qui sunt isti* [o]? Sensus est bene à Chaldæo expressus, *Quàm velociter ut nubes Judæi undique in patriam redeunt, sicut columbæ ad notas turres* [p]? Sed alienum hoc. Illi enim hîc advolare dicuntur de quibus hactenus egit, quos *gentes & populos & insulares* vocaverat, eósque à copia & varietate descripserat; quos aurum aliáque dona sua allaturos dixerat [q]. Si Prophetæ tot annis assiduè institerant Judæis, [ut in patriam redirent,] quid sperandum erat de Gentibus à Deo alienis? Meritò itaque obstupescit Propheta [r], cernens tanquam in visione multitudinem populorum Hierosolymam adventantium, &c †. De Gentibus omnibus loquitur ad Ecclesiam confluentibus [t]: vel, de Apostolis, quos *nubibus* comparat propter fructus & efficaciam Verbi; *columbis*, propter velocem cursum. q. d. Nos Prophetæ hîc ceu in angulo quodam delitescimus; at Apostoli sub N. T. totum orbem permeant [v]. *Ut nubes*, quæ veniunt sæpe à remotissimis locis [x], vento impulsæ [y], celerrimè [z], vide Esa. 19. 1. Jer. 4. 13. & confertim, ità ut cœli faciem tegant, Psal. 147. 8. Ezec. 38. 9. *Ut columbæ*, quæ, imminente tempestate aut aquilâ, celerrimè & confertim advolant, &c [b]. Disce hîc, quàm omnia impedimenta mundi prætervolent illi quos Deus ad se trahit Spiritu aut amore sui: sicut non est in terra qui nubium cursum, aut volantes aves, impedire possit [c].

9. *Me enim* (vel, *certè*, Ang. ut כִּי usurpatur Esa. 7. 9, 16. & 49. 18 [d].) *insulæ* (i.e. insulani *) *exspectant*] Sim. Mo. P. &c. Ad meum nutum attentæ sunt gentes illæ fluminibus adsitæ [f]. Imò *insulæ* omnes gentes denotant quæ Judæis sunt ad occidentem, sive in mari, sive ultra mare, habitent [g]. qu. d. Dixi advolaturos: nam extremi quique orbis accolæ & transmarinæ provinciæ à me uno pendebunt, ideóque ad me properabunt [h]. ¶ *Et naves maris*; sim. Ti. Pi. &c. [תַּרְשִׁישׁ] *Ciliciæ*, Ca. *Tharsis*, Mo. P. ό. Ar. &c. Hæ enim naves ad manum erant, & deportationi hominum paratissimæ [i]. *Naves*, i. e. vectores navium [k]. Nautæ venientes ex Tharsis sperabunt in me, & venient ad te, ut olim faciebant tempore Salomonis [l]. Ante omnia paratæ sunt naves in mari Persico, quæ Judæos deducant [m]. ¶ *In*, &c. [בָּרִאשֹׁנָה] *Inprimis*, M. Ca. Pi. ό. Ar. *cum primis*, sive *inter primos*, Angl. qui populum Dei domum

[Marginal notes, left column:] * Jun. — f Pi. — g Jun. — h Mc. sim. Pi. Calov. Ang. For. &c. — i G. — k Calov. — l Ang. — m Pi. — n Mc. — o San. — p Pi. sim. For. Ang. — q Ang. — r G. — † Calov. — s, t Pi. — † Idem. — v BA. 1. 2. 3. 81. — x BA. ib. 1. 2. 4. 88. — y He. in Ang. — z Ang. — a San. — b Pi. — c Pi.

[Marginal notes, right column:] d For. — * Calv. — f Pi. — g Calv. — h Pi. — i G. — k V. — l Ang. — m San. — n Jun. — o Ang. — p G. — q Calov. — r Calv. — † Ang. — t Calv. — v M. sim. T. ex Hi. & Ang. & Greg. — x Ang. — y San. Ang. — z Musc. Ang. — b Ang. — c For. — d Ang. — * Pi. — f G. — g Calov. — h For. — i Ang. — k Pi. — l V. — m G.

domum deducunt [n] : *in principio*, Mo. P. ficut *inprimis*, M. ut *ab initio*, JT. Refpicit vel illud Pfal. 72. 10. *Reges Tharfis*, &c. vel illud 2 Par. 9. 21. *Naves regis ibant in Tharfis*, &c. q. d. Non jam primùm de Gentibus dicitur quòd Evangelio meo credituræ fint, fed jam olim dictum eft, &c [o]. Ut naves Tharfis olim in Judæam advehebant res ad Templum, &c. neceffarias ; ità rurfum abrupta illa navigatio inftaurabitur. Per *Tharfis*, i. e. Ciliciam, quæ oppofita erat Judæis, fynecdochicè intelligit omnes navigationes & commercia quæ cum exteris nationibus exercebantur *. Alii exponunt, q. d. à multo jam tempore [p]. Mihi hæc non placent. רִאשֹׁנָה non pro *principio* fumo, fed pro *prima*, & *quæ præcedit*, i. e. prætoria, *navi* : interdum enim *primus* & *principium* Hebræis non tam temporis aut ordinis funt nomina quàm dignitatis. Locum itaque fic reddo, *Naves item onerariæ plurimæ cum primaria*, five *prætoria*, &c. ut integram claffem adventuram fignificet [q]. Placet *principium* hîc idem effe quod præcipuum, ut alibi fumitur. Significat ergò quòd Gentes & frequentiùs & ardentiùs ad Ecclefiam accederent quàm Judæi *. *Inprimis*, i. e. præcipuè, avidiffimè †, præ Judæis, &c *. Vel, refpici poteft ad illud Matt. 2. 1. quòd fcilicet Magi, qui fymbolum erant & primitiæ Gentium, &c. ad Chriftum venerunt *in principio*, i. e. cùm primùm natus effet Jefus ; vel etiam, *ab oriente : principium* autem pro *oriente* Græci Patres communiter accipiunt [r]. Al. Quum primùm lux affulferit Evangelica, aderant Gentes cum impetu & frequentia, &c †. Alii ad æternam prædeftinationem eorum qui vocantur referunt [t]. Alii hoc referunt ad prima verba, q. d. *mibi miniftrabunt inprimis*, deinde tibi & tuis [v]. ¶ *Argentum eorum*, &c.] Multi liberalitate fuâ vos juvabunt ob Dei reverentiam, Efd. 1. 6 [x]. Omnia fua ad Dei gloriam impendent [y], & in obfequium Dei fe fuáque omnia tradent [z]. ¶ *Nomini*, &c. לְשֵׁם וגו'] *Nomini Domini*, &c. Mo. P. Ti. *pro nomine*, vel *propter nomen*, &c. M. Pi. *ad nomen*, &c. JT. V. Ang. fub. *glorificandum*, V. vel, ad locum ubi Deus nomen fuum pofuit, Deut. 12. 5. ad Templum, Ecclefiæ typum [a]. ¶ *Quia* (vel, *quum*, Pi. *qui*, Ca.) *glorificavit te*] Ità Mo. P. &c. ut temporali liberatione [b], ità & minifterio Evangelii in te conftituto [c].

10. *Et ædificabunt filii peregrinorum* (i. e. ipfi extranei, qui funt alterius gentis feu religionis [d] ; profelyti multi * ;) *muros tuos*] Adjutores erunt ad inftaurandum Templum & urbem †. Priùs de Templo, nunc de urbe, loquitur ; fiquidem utrique confertur Ecclefia [f]. Muri Ecclefiæ funt boni Paftores, qui Ecclefiam Verbo Dei muniunt [g]. ¶ *Et reges eorum miniftrabunt tibi*] Παρασήσονταί σοι, (*affiftent tibi.*) Suppeditabunt tibi neceffaria ; vide Efd. 1. 7, 8. & 6. 8, 9, 10 [h]. Refellit hoc Anabaptiftas, qui Reges authoritate fuâ fe abdicare jubent, &c [i]. ¶ *In indignatione—mea——& in reconciliatione mea*, &c. id eft, cùm rediîfti mecum in gratiam * : וּבִרְצוֹנִי] *Et in beneplacito meo*, P. *& in clementia mea*, V. Sicut graviter iratus te afflixi, ità fummè tui mifertus te reftituam & ornabo [k]. Mutationem hanc accidere docet Dei providentiâ atque clementiâ, non autem populi juftitiâ [l].

11. *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Porrò*, Ti. *Idcirco*, Ang. *Autem*, Ca.) *aperientur* (vel, *patebunt*, Ca. Ar. *apertas tenebunt*, JT. Pi. Imperfonaliter dictum [m]. Heb. *aperient*, Angl. ut Efa. 26. 2 [n] : vel, *aperient ipfi*, fcil. miniftri [o] ; vel, *aperient* fe, Angl. ut Efa. 48. 8. Act. 12. 10 [p].) *portæ tuæ* (vel, *portas tuas*, JT. For. &c.) *jugiter*] Ità Mo. Ut in alta pace fieri folet. Vide Luc. 21. 37. Joh. 18. 1 [q].) Significat, 1. altiffimam pacem [r], fine ullo hoftium metu : 2. ingentem & continuum populorum affluxum [t] : 3. magnam Ecclefiæ capacitatem & amplitudinem, quæ neminem excludit [v]. *Aperire* hîc, pro, apertum tenere [x]. Verba inchoativa fæpe completivè intelligenda funt : ut Gen. 38. 23. *Accipiat* (i. e. Acceptum retineat) *fibi* ; Marc. 5. 3. *vincire*, i. e. vinctum detinere [y]. Sic, *vaftari*, pro, *vaftum manere*, Efa. 34. 10. *ædificari*, pro, *ædificatum manere*, Dan. 9. 25 [z]. ¶ *Die ac nocte*] Interdiu portari onera folent : atqui dies non fufficiet, adeò frequens erit concurfus, &c [a]. ¶ *Ut afferatur ad te fortitudo gentium* ; fim. Mo. &c. חֵיל וגו'] *Robur*, M. *copias*, JT. Pi. Ca. *opes*, Ti. G. bello fcilicet Judæis partæ. Vide 1 Mac. 4. 23 [b]. ¶ *Et*, &c. וּמַלְכֵיהֶם נְהוּגִים] *Et reges* (Per *reges*, duces quofvis intellige, more loquendi Hebræo †.) *eorum*, five *earum*, *ductos*, Mo. vel, *ducti*, V. Calv. i. e. qui fe patientur duci [c], & fe Deo & Ecclefiæ fubmittent [d]. Hoc confultò addit, quia Reges feroces funt, &, freti poteftate fuâ, luxuriant, &c *. Hæc vox alibi fignificat *ducere* captivum, ut Efa. 20. 4. unde quidam ità hîc intelligunt, juxta Pfal. 149. 8. Efa. 45. 14 [f]. Vel, *compediti*, Ch. *impulfi*, Sy. *adacti*, Ar. *qui adducendi funt*, ό. *adducantur*, P. Ca. G. nempe bello capti [g] : ad te *ducantur*, Ti. *& conducant fuos reges ftipatos*, M. fim. Angl. ex He. Ità vox ufurpatur 2 Reg. 4. 24. Sic & h. l. magnificum Regis introitum cum fatellitio fuo defignat, &c [h]. *Etiam regibus earum adductis*, JT.

12. *Gens—& regnum*, &c.] Id eft, Siqua civitas à vobis bello jufto impetita ad conditiones non venerit, ea excidium feret : ut evenit plurimis civitatibus, quarum mentio apud Jofephum 12. 11, 12. & 1 Mac. 5. Sic & Pella fubverfa quòd leges Judæorum fufcipere noluiffet, Jofeph. 13. 23 [i]. Verùm de fpirituali Hierofolyma hîc agi, non de temporali, res ipfa docet : de ea enim ftructura loquitur quæ, 1. fufficiat multitudini Gentium, &c : 2. ab alienis, eorúmque Regibus, peragenda, ídque ex officio, nifi perire vellent : 3. valde magnifica & gloriofa effet. De Ecclefia itaque Chrifti hîc loquitur [k]. Anticipatio objectionis : At periculum eft, nè, fi portæ jugiter pateant, hoftes in ipfam involent. Minimè, inquit ; nam aut peribunt, aut miniftrabunt tibi [l]. Extra Ecclefiam nulla falus [m], ideóque portæ ejus femper patebant [n]. ¶ *Et gentes——vaftabuntur*] Quod in fingulari dixerat, repetit in plurali, ut fignificet, multitudinem non poffe obftare quò minùs intereant ; nec quicquam excufationis fore impiis, quòd fe mutuò impediunt, & ad nequitiam cohortantur [o].

13. *Gloria Libani*, &c.] Id eft, cedri [p], (præcipuæ arborum, Ezec. 31. 3, 8 [q].) vel, arbores Libani [r]. Syriæ loca multa à Judæis poffeffa docet nos Jofephus †. ¶ *Et*, &c. תִּדְהָר וּתְאַשּׁוּר] *Pinus* (vel, *fapinus*, Mo. *buxus*, P. Ch. *tæda*, JT. Pi.) *& buxus*, M. Ti. vel, *pinus*, P. Ch. *ulmus*, Mo. *arbores opacæ*, JT. Pi. De his vide ad Efa. 41. 19 [t]. Per arbores has intellige omnia quæ ad decorem & ftabilitatem Ecclefiæ pertinent [v]. ¶ *Locum pedum*, &c.] Id eft, vel, Sanctuarium [x] ; vel, Propitiatorium, quod erat aureum arcæ operculum, fuper quod erant pedes Dei velut inter Cherubim fedentis, vide Exod. 25. 22. Num. 7. 89 [y] ; vel, Arcam, 1 Par. 28. 2. &, per fynecdochen, ipfum Templum [z]. Locum quietis & refidentiæ meæ, Efa. 11. 10. *Arca* dicta eft *fcabellum Dei*, Pfal. 99. 5. & 132. 7 [a]. Dicit *pedum* tantùm, ut confcendamus in cœlum, nec in externis hifce fignis hæreamus, neque Deum ibi inclufum fomniemus [b]. *Locum pedum*, i. e. Ecclefiam, &c *.

14. *Et* (vel, *Quinetiam*, Pi.) *venient ad te curvi* ; fic M. Ch. שְׁחוֹחַ] *Curvando fe*, P. fic Mo. Curvato corpore in reverentiæ fignum [c]. [Ut fæpe notatum.] Cum *incurvatione*, V. *humiles*, M. *demiffè*, JT. Pi. demiffo ac dejecto vultu in terram [d] : humiles & venerabundi, fupplices & pœnitentes *. ¶ *Filii*, &c. בְּנֵי מְעַנַּיִךְ] *Filii affligentium te*, Mo. P. &c. patrum peccata agnofcentes, & veniam deprecantes [f]. Vel, *filii*, &c. pro, affligentes te ; ut, *filii alienorum*, verf. 10. pro alienis [g]. ¶ *Adorabunt*, &c.] Ad pedes tibi accident ; vide fuprà 49. 23 [h]. ut victi & fupplices [i]. ¶ *Et vocabunt te*, &c.] Agnofcent te, quam priùs fpreverant, effe civitatem Dei [k].

15. *Pro eo quòd fuifti* (vel, *eris*, Mufc.) *derelicta*] Tempore captivitatis tuæ [l]. Beneficium hoc amplificat comparatione malorum præcedentium [m]. De eo monet ipfos, nè, quum id poft mortem ipfius obtingeret, omnes de remedio & falute defperarent, &c [n]. ¶ *Et*, &c. וְאֵין עוֹבֵר] *Et non tranfiens*, Mo. *ut nemo* per te *tranfiret*, Ti. fim. JT. Pi. M. P. i. e. qui ad te accedere & tibi aggregari auderet [o] : q. d. Civitas eras deferta [p] ; nemo te ampliùs frequentavit [q]. ¶ *Ponam*, &c. וְשַׂמְתִּיךְ לִגְאוֹן עוֹלָם] *Et* (vel, *Contrà*, JT.) *ponam te* (vel, *efficiam te*, Ar. Pi. fim. Sy. *difponam tibi*, JT.) *in celfitudinem* (vel, *exfultationem*, ό. fim. Ar. *excellentiam*, JT. Pi. *gloriam*,

Margin notes (col. 589): [n] Ang. [o] Calov. * Calv. [p] Q. in Ma. [q] For. * San. † T. * Mc. [r] San. † Hi. & Haymo in San. [t] Adam. in San. [v] Q. in Ang. [x] G. [y] For. [z] Calv. [a] Ang. [b] Ang. [c] Ang. fim. Pi. [d] For. * G. † G. [f] Calv. [g] M. [h] G. [i] Calv. * Q. in V. [k] G. [l] Calv. [m] Pi. [n] Ang. [o] For. [p] Ang. [q] G. [r] Me. fim. T.M. [t] T. [v] San. fim. For. [x] Glaf. fim. Ang. [y] Glaf. gram. 3. 3. 3. 236. [z] Ang. [a] Calv.

Margin notes (col. 590): [b] G. † Idem. [c] V. [d] Calv. * Calv. fim. V. [f] Q. in Ang. [g] G. [h] Ang. [i] G. [k] Galov. [l] Jun. [m] For. San. [n] San. [o] Calv. [p] San. Ang. [q] Ang. [r] Pi. † G. [t] Ang. [v] For. [x] Pi. For. [y] San. [z] G. fim. Ang. [a] Ang. [b] Calv. * Me. T. [c] G. [d] V. * T. [f] For. [g] Ang. [h] G. [i] San. [k] Ang. fim. Calv. [l] Ang. [m] Oecol. [n] Calv. [o] Me. [p] For. [q] Mufc.

gloriam, P. Ch. *magnificentiam*, M.) *seculi*, Mo. M. Ch. vel, *perpetuam*, P. JT. Pi. In claritatem durabilem [r]. *Efficiam ex te sublimitatem æternam*, Ca. *Claram te reddam in perpetuum*, Ti. ¶ *Gaudium*, &c.] q. d. Lætam te efficiam, &c [*]. Omnibus dilecta eris, ergò omnes ad te accurrent. Non est quòd quisquam gaudeat, si ejus gaudii particeps non sit [t]. Gaudebunt omnes Sancti consuetudine tui [v].

16. *Et suges lac gentium*] *Divitias earum ad te attrahes*, ut hîc habet Chaldæus [x]. Commode alêris à Gentibus [y]. Quicquid pingue, dulce, optimum habuit totus orbis, Discipulorum Christi imperio cessit [z]. ¶ *Et*, &c. "שׁוֹד וגו] *Et mammas*, vel *ubera*, *regum*, &c. JT. Pi. Ca. &c. *Et divitias*, &c. ο'. Ar. vel, *spolia*, &c. Sy. Ch. Idem quod suprà 49. 23 [a]. Aliis שׁוד non est *mamma*, (id שַׁד,) sed humor indè manans [b].

17. *Pro ære afferam aurum*] Omnia quæ tibi adempta sunt restituam cum augmento [c]. Locupletiorem te faciam quàm antea [d], sub Salomone, quando auri tanta copia erat quanta æris, &c [*]. Alludit ad structuram Templi veteris, atque ipsum cœlesti & spirituali confert: q. d. In captivitate deplorabitis ruinam Templi, sed efficiam ut multò præstantius à vobis exstruatur. Hoc autem in Templo secundo minimè erat impletum. Itaque ad Christum & Templum spirituale, sive Ecclesiam, necessariò hoc referendum est [f]. ¶ *Et ponam*, &c. וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם וְנֹגְשַׂיִךְ צְדָקָה] *Et ponam* (vel, *reddam*, Pi. *constituam*, Sy. Ti. *dabo*, ο'. Ar.) *censum tuum* (vel, *oppressionem tuam*, M. *tributum tuum*, i. e. pro tributo quod præfectis impendis [g], *censorem tuum*, Sy. *principes tuos*, ο'. *præfectos tuos*, Ti. Pi. sim. Ch. Ar. pro *præfectis tuis*, P. Heb. *præfecturam tuam*, Pi. sic G. quod metonymicè pro *præfectis* ponitur [h]. פְּקֻדָּה non solùm *actionem visitationis*, seu *inspectionis*, sed *munus* quoque, notat [i]. Officium hîc, pro officiariis; ut, *regna*, pro Regibus, Jer. 10. 7 [k]. Pro *præfectura tua*, i. e. pro illis qui præficientur tibi ut exigant à te tributa [l],) *pacem*, Mo. P. M. Ti. &c. (vel, *pacificos*, Pi. in *pace*, Ch. viros *pacis*, ut Psal. 120. 7. vel potiùs, præfectos (quod ex altera parte suppletur, ut & alibi sæpius,) *pacis* [m]. Hebr. præfecturam *pacis*. Genitivus effecti [n].) *& exactores tuos* (vel, *& pro exactoribus tuis*, P. *exactionem tuam*, M. *episcopos tuos*, ο'. *præfectum tuum*, Sy. *censores tuos*, Ar. *principes tuos*, Ch.) *justitiam*, Mo. P. M. Ti. G. vel, *justos*, Pi. in *justitia*, ο'. Heb. exactores *justitiæ*, Pi. Angl. i. e. justos, h. e. moderatos & clementes: sic enim *justitia* sumi solet, Psalm. 112. 3, 9. &c [o]. [Alii totum sic reddunt,] *Efficiámque ut pro tui administratione sit pax, & pro magistratibus justitia*, Ca. *Et imponam tibi præfectos pacis, exactoré sque justitiæ tibi*, JT. Heb. *præfecturam tuam pacis, & exactores tuos justitiæ*, Jun. Dabo tibi homines amantissimos pacis & justitiæ: q. d. Pro afflictione dabo tibi summam pacem [p]. Sensus est, Clementer gubernaberis ab Esdra, Zorobabele, Nehemia, & horum similibus: & summa cum æquitate ac moderatione tributa abs te exigentur [q]. Vox נוגשים in malum plerumque sumitur, pro *exactoribus*, sive *oppressoribus*, ut Esa. 3. 12. & 9. 4. & 14. 2. interdum tamen pro *præfectis*, ut hîc, & Zach. 10. 4 [r]. Dabo tibi Ministros & Magistratus justos & pacificos [†]. Hos opponit præfectis illis injustis & crudelibus, nempe Babyloniis, &c [t]. Loco turbulentorum & iniquorum exactorum, præficiam tibi superiores æquissimos & pacis studiosissimos [v].

18. *Non audietur ultrà iniquitas*, &c.] Nempe quæ liceat, & publicis legibus imperetur, suadeatur, permittatur, ut antè fiebat [†]. Tantum abest ut hæc fiant, ut nulla eorum mentio futura sit [x]. Hoc tantùm ex parte experimur, quia Regnum Christi nondum impletum est [y]. In cœlo demum hoc implebitur [z]. ¶ *Vastitas* (vel, *vastatio*, Pi. *depopulatio*, Q. in V. *spoliatio*, G.) *&* (vel, *aut*, Pi.) *contritio*] Ità Calv. Pi. vel, *oppressio*, V. *concussio*, G. sim. Q. in V. quæ frequentia solent esse sub externis Imperiis [a]. Heb. שׁוֹד וָשֶׁבֶר. ¶ *Et occupabit salus*, &c. Videtur legisse קָרָה, à קִרְיָה: sed ut nos habemus legerunt ο'. & Ch [†]. "וְקָרָאת יְשׁוּעָה וגו] *Et* (vel, *Sed*, M. Pi. Ang. &c.) *vocabis salutem muros tuos*, (quia scilicet nullus hostis eos assiliet [b], nec erunt necessariæ excubiæ militares in alta pace degenti [c]:) *& portas tuas laudem*, Mo. P. Ti. M. &c. nempe quia vigiles in illis non hostium adventum significabunt, sed in summa securitate Dei laudes canent [d]. Sensus, In muris tuis erit summa pax, in portis verò canentur laudes Domino. Chald. paraph. *Et evenient redemptiones muro tuo, & in portis tuis erunt laudantes* [*]. *Murorum* usus est, ut securè, *portarum*, ut in judicio & justitia, vivant cives [f]: porta enim erat locus judicii, Lam. 5. 14 [g]. Ità sensus est, Incolatus tuus erit securus & pacificus [h]. Sed præstat *muros & portas* in notione defensionis accipere: q. d. Licèt vobis muri & portæ desint, (vide Neh. 1. 3. & 2. 13, 17. &c.) Deus tamen eorum vicem supplebit, eritque tibi salus, & materia laudis. Confer Esa. 26. 1. & Psalm. 147. 12. *Vocabis*, &c. i. e. erunt tales. Vide Esa. 7. 14. & 9. 6. & 47. 1. &c [i]. Nota, nomen Jesu hîc exprimi; quod in talibus vaticiniis non temerè negligendum [k].

19. *Non erit tibi ampliùs sol*, &c.] V. præced. de securitate egit, hîc de gaudio: utrumque junctum Psalm. 84. v. 12. *sol*, *& scutum* [l]. ¶ *Nec*, &c. וּלְנֹגַהּ הַיָּרֵחַ לֹא יָאִיר לָךְ] *Et splendor lunæ* (vel, *Et in splendorem lunæ*, Mo. vel, *Et pro splendore*, nocturno scilicet, *luna*, G. *Neque pro splendore luna*, Belg.) *non illuminabit te*, P. sim. M. Ti. Calv. Ca. &c. *Et quod ad splendorem lunæ attinet*, illa *non præbebit lucem tibi*, Pi. Sensus est, Non indè gaudium capies, quòd Solem de die, & noctu Lunam, videas; cùm multò majus gaudium, idque perpetuum, tibi sit futurum ex Dei perpetuo favore [m]. *Lux* gaudium sæpe sign. Mysticè tamen hæc ad vitam meliorem trahit non Apocalypsis tantùm, sed & Hebræorum eruditi [n]. Non vult pios communibus his bonis privandos esse; sed notare voluit majus aliquod bonum, quo illi soli fruuntur, lucem nempe cœlestem, quam, ut oderunt impii, ità percipere nequeunt [o]. Christiani, inquit, in spirituali vivunt Regno; alio ergò quàm hoc corporali Sole egent, qui soli radios in cor suum transfundat, nempe Christo & Verbo ejus [*]. Al. Non erunt alternantes in te vices *solis & lunæ*, neque eclipses, decrementa, recessus [p]. Lux tua non erit ut lux Solis, quæ subindè à nobis demigrat; nec ut splendor Lunæ, varius, alienus, &c. Ecclesiæ ergò perpetuam felicitatem hîc promittit. Malim tamen cum Hieron. ad cœlestem Hierosolymam referre, de qua exponitur Apoc. 21. 23. & 22. 5. Aptè Propheta, de felicitate militantis Ecclesiæ loquens, ut ipsius complementum adderet, transit ad triumphantem, ejúsque gloriam & felicitatem hîc adjungit [q]. Hæc verba apertè significant spiritualem esse hanc civitatem, quæ Sole, &c. non indiget [r]. ¶ *Erit tibi Dominus* (Christus & nomen ejus [†]) *in lucem*, &c.] Tenebras adversitatum suo tempore depellens, ignorantiæ verò semper [*]: hîc radiis suæ doctrinæ, favoris & gratiæ continuò te illuminans; in cœlo verò lumine gloriæ æternùm recreans [†]. Dominus suâ gratiâ, curâ & protectione semper tibi aderit, novámque indies gaudii materiam tibi suppeditabit [t].

20. *Non occidet—sol tuus*] Implebitur hoc (maximè [v]) in resurrectione justorum [x]. ¶ *Et luna tua non minuetur*, לֹא יֵאָסֵף] *Non colligetur*, Mo. vel, *recolligetur*, V. *deficiet*, P. ο'. *occultabitur*, M. sim. Ti. *occidet*, Ca. *recipiet se*, JT. Pi. *subducet se*, Ang. in thalamum suum, ut Psal. 19. 6 [y]: *discedet*, Angl. ut Num. 11. 30 [z]: postea non obscurabitur [a]. Non erit vobis ampliùs ea anxietas animi quæ vultus in terram dejiciat, & astra aspectare vetet. Vide suprà 13. 10. & considera id quod sequitur hoc loco [b]. ¶ *Et*, &c. "וְשָׁלְמוּ וגו] *Et finientur* (vel, *completi erunt*, JT. Pi. vel, *compensabuntur*, Ti. Zuing. in Marl. nam שׁלם sign. *rependere* [c];) *dies luctus tui*, Mo. P. &c. Conditionem & felicitatem Ecclesiæ hoc loco depingit, nè eam à rerum vicissitudine, vel ex præsenti rerum specie, æstimemus: lucem enim perpetuam & immutabilem habet, &c [d].

21. *Populus—tuus* (vel, *Populares tui*, JT. Pi.) *omnes justi*] Per fidem in Christum [*]; vel, justitiâ inhærente. Intelligi potest de Ecclesia, vel, 1. triumphante [f]. In cœlo omnes sancti [g]. Vel, 2. militante: vide Esa. 4. 3 [h]. *Omnes* solet Scriptura usurpare pro plurimis. In primitiva N. T. Ecclesia ferè omnes *sancti* erant [i], & sic dicebantur [k], quia & plerique tales erant, & omnes ad sanctitatem vocabantur: ità hîc omnes *justi*, quia in Ecclesia justitiæ legibus excoluntur [l]. [At G. locum aliter reddit, hæc verba sequentibus conjungens hoc modo,]

modo,] *Illi omnes in populo qui justi erunt perpetuo jure terram possidebunt.* Confer quod suprà, cap. 57. 19, &c. & 59. 20[m]. ¶ *Hereditabunt terram*] Nempe Judæam, à qua pulsi fuerant, & in quam restituentur[n]. Quod non placet; quia illam non *in seculum*, sed ad tempus tantùm, possederunt, & ab ea per 16 jam secula exsulant: nec omnes Judæi reduces erant *justi*, &c. Quare *terram* intellige, non mundanam, sed alterius vitæ[o]. ¶ *Germen*, &c. נֵצֶר מַטָּעַו מַעֲשֵׂה יָדַי לְהִתְפָּאֵר] *Virgultum* (vel, *Germen*, M. Calv. *Flos*, Ti. *Surculus*, Pi. sub. *erunt*, Pi. vel, *eritque*, P. M. נֵצֶר sign. *plantam teneram & novellam*, & etiam *ramum* [p].) *plantationum*; vel *plantationis*, vel *plantarum*, vel *plantæ*, *meæ*, vel *mearum*, Mo. P. V. Pi. &c. (vel, *ejus*, M. Ti. V. Calv. nam duplex lectio Hebræis, מַטָּעַו, & מַטָּעַי[q]. Vulg. legit מַטָּעַי, ut Masoretæ in margine posuerunt, putantes nim. id significari, istos reduces à Deo velut consitos in terra avita[r].) *opus manuum mearum, ad glorificandum me*, Mo. vel, *ut glorificer*, P. Calv. *ut glorificetur*, M. *ad gloriandum*, Ti. *quo gloriabor*, Pi. *A me sata stirps, opus manuum mearum, quod mihi sit honestamento*, Ca. *Surculus mihi charissimus, qui meis manibus plantatus est, quo tanquam ornamento me ornabo.* Ità enim accipiendum est verbum in Hithpahel. Quis verò audeat plantulam convellere quam ad se decorandum Deus plantavit *? Non possum abjicere populum quem plantavi [s]. Asserit Deus, germen novum quod prodibit opus suum fore, ut pii in spe futuræ restitutionis confirmentur: neque enim humanitus renasci poterat Ecclesia, &c. Finem autem hujus plantationis esse docet, ut illustremus gloriam Dei, & virtutes ejus enarremus[v]. [Alii locum sic reddunt,] *Ut surculus* (i. e. Christus, cui, tanquam surculo, Esa. 11. 1. insita sunt Ecclesiæ membra à Domino[x],) *plantarum* (i. e. piorum Ecclesiæ membrorum, qui, tanquam malleoli aut taleæ, inoculantur aut emplastrantur in Christo per Spiritum[y],) *ejus* (nim. populi, ex principio versûs †,) *opere manuum mearum* (id est, benedictione meâ, seq. versu *; sive, ob mea beneficia †,) *glorietur*, JT. G. At *surculus plantarum ejus* hîc dicitur posteritas *. Al. *Surculus plantarum ejus* (nempe populi tui) *opus manuum mearum* erit, *ad gloriandum*: Sensus, Omnis surculus qui ex plantis populi orietur mihi asseretur, & pro opere mearum manuum habebitur, in quo & ego & omnes electi mei gloriemur[z]. *Surculus* (id est, Populus meus quum sit surculus, ut hoc per appositionem præcedentibus adjungatur[a],) *specialis meæ plantationis*, (nam plurale sæpe eminentiam denotat, vide Prov. 1. 20 †.) *opus manuum mearum*, (illustre scilicet *,) *in quo me magnificum*, sive *gloriosum*, *ostendam*, Angl. Esa. 49. 3 †.

22. *Minimus*, &c. הַקָּטֹן יִהְיֶה לָאֶלֶף וְהַצָּעִיר לְגוֹי עָצוּם] *Parvus* (vel, *Minimus*, Ca. Ch. Sy. Heb. *Paucissimus*, ut & Græcè ὀλιγοστὸς, nempe familiæ numerus[b]; *Parva* familia, P.) *erit* (vel, *evadet*, Pi. *excrescet*, Ch. *sobolescet*, Ti.) *in mille, & pusillus*, vel *exiguus*, (vel, *infirmus*, Ch. *abjectus*, Ar. *paucissimus*, Sy. *minutissimus*, Ca. *parva* familia, P.) *in gentem fortem*, Mo. M. Ti. P. Ch. Ang. &c. vel, *magnam*, o'. *ingentem*, Sy. vel, *populosam*, Ca. *numerosam*, JT. Pi. Angl. ut duo sententiæ hujus membra idem valeant[c]. Ut inoculata planta in ramos plurimos diffunditur admirabili Dei operatione: sic piorum etiam minimus in infinitum propagabitur[d]. Contractum fuit initium Ecclesiæ, sed crevit in multa millia *. Quum hæc prædiceret Propheta, adhuc numerosus erat populus [Judaicus,] qui tamen postea valde imminutus est. Vide Esa. c. 1. v. 9. & 10. 22. Hanc paucitatem in immensum augendam fore significat. Quod Judæis, idem & nobis dictum puta; nempe, quamvis exigui simus, Ecclesiam interire non posse[f]. Magna filiorum erit procreatio, &c[g]. Hæc multò aptiùs Ecclesiæ militanti conveniunt quàm triumphanti. Sermo propheticus, qui ab Ecclesia quæ in terris est paululùm videbatur digressus, ad eam jam redit, &c. Si ergò præcedentia ad triumphantem pertineant, aut parenthesi claudenda sunt, aut sic accipienda, ut militantis Ecclesiæ pars illa quædam sit, & consummatio[h]. Sensus, Parvulus Ecclesiæ surculus plurimos alios producet[i]. Etiam illi qui parvis Spiritûs Sancti donis prædити erunt multos ad fidem Christi adducent[k]. Unus Paulus quot millia ad Christum adduxit[l]! ¶ *Ego Dominus in tempore*, &c. בְּעִתָּהּ אֲחִישֶׁנָּה] *In tempore suo* (vel, *ejus*, Vulg. *illius*, nempe Ecclesiæ N. T. Hanc expositionem postulat forma affixi, quod est fœm[m].) *accelerabo illud*, M. Ti. &c. *Tempore suo*, i. e. vel, postquam domum redierint[n]; vel, aptissimo tempore[o]; tempore consilio Dei præfixo[p]. Cùm tempus promissionum advenerit, non procrastinabo[q]. *In tempore opportuno* [Rectiùs forsan, *In tempus opportunum*] *id reservo*, Sy.

CAP. LXI.

1. *Spiritus Domini super me*] Prophetiam hanc alii à præcedente diversam, alii, quod verisimilius, eandem cum illa, putant[a]. Loquitur hîc Esaias de se, ut notat Chaldæus: sed in quo Christi non obscuram conspicimus imaginem[b]. Intelligenda hæc sunt tum præcipuè de Christo, capite Prophetarum, cujus non tantùm ista publicare, sed etiam præstare, est; tum etiam de Esaia cæterisque Prophetis & Apostolis, qui suam operam Christo impendunt, & singuli partes suas agunt in publicandis ejus beneficiis[c]. Sunt qui hæc Esaiæ accommodant, quem Sp. Sanctus afflavit, ut captivo populo evangelizaret, &c. Ità Thomas & Hugo. Sed hoc valde durum est, & contra communem Doctorum sensum, neque cum fine præced. capitis consentit[d]. Hæc de Christi persona dicta esse, non de alio Propheta ullo, res ipsæ commonstrant meridie clariùs *. Sententiam Grotii & Calvini multa refellunt. 1. συνέχεια sive connexio cum præcedentibus, quæ, si de Christo accipias, optimè se habet. Quum enim ibi de spirituali structura Ecclesiæ actum sit, introducitur hîc Christus, per quem ea exstruenda est. Beneficia priùs descripserat: hîc eorum autorem, Christum. Is qui Esa. 60. ult. dicit, *Ego Dominus—accelerabo illud*, hîc orationem continuat, *Spiritus—super me*[f]. Dixerat Dominus, quòd *rem citò ad tempus suum properare faceret*: cùm autem felicia illa per Christum essent ventura, eum ipsum loquentem facit[g]. Idem qui dicit cap. præced. *Insulæ exspectârunt me*, hîc dicit, *Spiritus Domini super me*. 2. Collatio cum sequentibus. Is hîc loquitur qui v. 8. dicit, *Ego Dominus diligens judicium*, &c. *Dominum* se vocat, & à *Domino*, h. e. à Deo Patre, necnon à *Spiritu Domini*, apertè se distinguit: unde necesse est solum Christum hunc esse. Deinde, cum hac annunciatione Evangelii conjungitur Gentium conversio, v. 11. 3. Quæ hoc versu loquenti tribuuntur; *Unxit me*. Hic absolutè & antonomasticè מָשִׁיחַ, χριστὸς, & *unctus Domini*, dicitur. Imò solus inter Prophetas Christus ab *unctione* nomen sortitus est, Psalm. 45. 8[h]. His verbis, *eò quòd unxit me*, &c. vocationem plenam sibi arrogat Christus, quâ singulares aliorum omnium vocationes nituntur, ut ipse Christus docuit Matt. 28. 18. Illis etiam verbis, *Spiritus Domini est super me*, plenitudinem Spiritûs sibi asserit, Joan. 1. 16[i]. *Sanatio cordis* est opus Divinum, quod mero homini non convenit. Porrò, hæc beneficia quæ ab hoc uncto Domini annunciantur, ab eodem etiam reapse conferuntur. 4. Quòd ipse Christus hoc de se exponit, Matt. 11. 5.—*pauperes evangelizantur*, & in se impletum expressè dicit, Luc. 4. 21. nec Judæorum Christum audientium quisquam se illi interpretationi, & thesi, quòd hæc de Messia agant, opposuit, sed *omnes illi testimonium dederunt*, &c. Luc. c. 4. v. 22. De Christo etiam locum accipiunt Judæi hodierni, R. Saadia Gaon in libro Haemunoth, c. 8. & K. in libro Radicum, rad. משח, & Midras Tillim. Sed & Paræus Calvinum suum hîc tueri non potuit, sed victas Hunnio nostro manus dedit; *Malo*, inquit, *in sententiam receptam concedere, ipsum Christum hîc induci de officio & beneficiis suis concionantem*[k]. Explicat hîc Propheta quis sit Christus, & quæ sint officia ejus[l]. Hoc caput veluti sigillum additur superioribus, ut restitutionem Ecclesiæ, &c. confirmet; atque in hunc finem testatur Christus se unctum esse, &c *. [Sed jam verborum explicationem aggrediamur.] ¶ *Spiritus*, &c.] *Ideo*, inquit, *me spiritu suo afflavit*, G. Affirmat se non proprii cordis cogitata adferre, sed Spiritu Dei agi[m]. In S. S. *esse* aut *fieri spiritum*,

[m] G. [n] Q. in Calv. [o] Calv. [p] V. [q] V. [r] G. * For. [s] Musc. [v] Calv. [x] Jun. [y] Idem. † Idem. * Idem. † G. * Idem. [z] Di. [a] Ang. † Idem. * Idem. † Idem. [b] G. [c] Ang. sim. G. [d] Jun. * M. [f] Calv. [g] Mar. [h] San. [i] Mc. sim. For. [k] Pi. [l] For. T.

[m] Pi. [n] G. [o] For. [p] Calv. sim. Ang. [q] Mar.

[a] San. [b] G. [c] Calv. [d] San. * Jun. [f] Calov. [g] For. [h] Calov. [i] Jun. [k] Calov. [l] M. * Calv. [m] Musc.

tum, seu *manum*, *Domini super aliquem*, est, Spiritu Dei impelli, & à Deo destinari ad aliquid peragendum [a]. *Spiritus —— super me*, descendet in specie columbæ [y]. ¶ *Eò*, &c. יַעַן מָשַׁח וגו׳] *Eapropter* (vel, *Eo quòd*, P. Ti. For. JT. Ch. Sy. *Propter quod*, ο'. *Propter quem*, Ar. *Quandoquidem*, Ca. *Nam*, V. *Idcirco*, For. *Et ob id*, M. *Propterea* quòd; יַעַן, pro יַעַן אֲשֶׁר, Gen. 22. 16 [z].) *unxit Dominus me*, Mo. &c. Sensus est, Ideo mihi Spiritum suum dedit, quia munus magnificum mihi imposuit, quale est unctorum in Regnum aut Sacerdotium [a]. Spiritus Sanctus descendit in me, quia jam ab initio unxit & deputavit me ad Messiæ & Salvatoris munus. Vel, sensus esse potest, Spiritus Sanctus descendit in me, idcirco suis donis, quasi effectibus, unxit & replevit me †. Aptè, de vocatione & officio suo loquens, unctum se dicit à Domino, etsi non oleo externo, ipso tamen Spiritu Domini [b]. Declarat se publico munere fungi, nè tanquam privatus quispiam censeatur [c]. *Unxit me*; q. d. Non me inermem, aut imparatum à rebus necessariis, mittit Deus; sed, ut mitteret, priùs instruxit Spiritûs plenitudine: nam τὸ *ungere* hîc metonymicè sumitur, ut Psal. 45. 8 [d]. *Unxit me*, nempe, *oleo lætitiæ**; i. e. unctione suavissimâ, quæ & ipsius qui ungitur & credentium in eum mentes inenarrabili lætitiâ perfundit [f]: vel, donis Spiritûs Sancti. Vide Hebr. 1. 9 [g]. Me non modò aptavit & instruxit, sed etiam segregavit, destinavit & constituit, &c. Confer 1 Reg. 19. 16, 19, 20. & 2 Reg. 2. 9, 15 [h]. *Unxit me*, constituendo me caput, Regem, Doctorem & Redemptorem universi †. *Unxit*, i. e. publico testimonio declaravit (in Jordane) me esse unctum Divinitate, &c [i]. ¶ *Ad*, &c. לְבַשֵּׂר עֲנָוִים] *Ad evangelizandum* (vel, *ad annunciandum*, P. *ut læta nunciem*, Ti. sim. Ca. Ang. G. Vox media est, plerumque tamen in bonum sumitur. De ea vide ad Esa. 40. 9. & 52. 7 [k]. *Ut prædicarem*, M. sic Calv. scil. Verbum Dei [l], vel remissionem peccatorum; synecd. generis [m].) *mansuetis*, Mo. Ch. JT. Pi. M. P. Ti. Ang. scil. ex agnitione peccatorum †: bonis, ac patienter inflicta sibi mala tolerantibus [n]; qui cum mansuetudine Verbum recipiunt, Jac. 1. 21. quales describuntur Esa. 57. 15. quos Christus felices pronunciat, Matt. 5. 5. quibus solis Deus gratiam suam impertit, Psalm. 10. 17. & 22. 27. & 25. 9. &c [o]. Vel, *humilibus*, Sy. *pauperibus*, ο'. sim. Ar. non tantùm *pauperibus* simpliciter, Luc. 4. 18. sed etiam *pauperibus spiritu*, Matt. 5. 3 †. Vel, *afflictis*. Vox Hebræa & *afflictos*, & *mansuetos*, sign. & Propheta utrumque comprehendere videtur: quoniam intelligit eos qui, quum destituti sint omnino ac rejecti, apud se etiam miseri sunt, & malorum suorum sensu confusi, nihil altum spirant, sed in humilitate & modestia se continent: talibus enim solis promittitur Christus. Et hinc colligimus Esaiam propriè de Evangelio loqui. Lex enim data est ut superbos prosternat, &c. Evangelium verò, ut afflictos erigat, &c [p]. ¶ *Ut*, &c. לַחֲבֹשׁ לְנִשְׁבְּרֵי לֵב] *Ut alligarem*, vel *obligarem*, P. G. sic V. JT. Pi. For. vel, *ad ligandum fasciâ*, Mo. *ad medicandum*, Ca. sim. M. V. *sanare*, ο'. Ar. *ut consolidem*, Sy. *ut confortarem*, Ch.) *contritos* (vel, *fractos*, JT. Pi. Ar. *fractis*, Ca. *contritis*, M.) *corde*, Mo. G. &c. vel, *mente*, Ca. *ut obligem vulnera corde contritorum*, Ti. Quomodo boni chirurgi vulnera obligant [q], fasciolis suis [r]; sic ego jussus sum illorum dolores mitigare meis vaticiniis*. Sic unxit me, ut consoler & confirmem eos qui tum ob tardum meum adventum penè de salute sua desperabunt [t]: ut consoler conscientias perculsas sensu iræ Dei [v]: ad curandum mortales, liberandum, & reconciliandum Deo [x]. Ostendit prædicationem Verbi medicinam esse vulneratis conscientiis efficacissimam [y]. *Contritis corde*, i. e. Judæis & Gentilibus, qui, onere tum peccatorum, tum Legis Mosaicæ, tum infidelitatis, & ignorantiæ rerum Divinarum, pressi, ac penè oppressi & obtriti, afflictissimo erant animo [z]. ¶ *Et prædicarem captivis indulgentiam*, דְּרוֹר] *Libertatem*, M. P. Mo. Ti. G. ex ο'. & Ch. &c. Judæi non tantùm exsules erant, sed & quasi in laxa catena captivi, ut olim in Ægypto. Exire enim illis de assignatis locis non licebat [a]. *Libertatem*, tum temporalem, per Cyrum, &c [b]. tum spiritualem, à peccato & Satana, per Christum [c]. ¶ *Et clausis* (vel, *vinctis*, M. P. Mo. &c.) *apertionem*, פְּקַח־קוֹחַ] Vox non alibi apparet [d]. Duo termini hîc connectuntur per Maccaph, quod

[x] For. [y] San. [z] Pi. [a] G. † Mc. [b] Oecol. [c] Calv. [d] Jun. * Pi. For. [f] For. [g] Pi. [h] Ang. † T. [i] San. [k] Ang. [l] M. [m] Pi. † Pi. [n] G. [o] Ang. † Idem. [p] Calv. [q] G. sim. V. Jun. Ang. &c. [r] V. [s] G. [t] V. [v] Pi. [x] Jun. [y] Calv. [z] Mc. [a] G. [b] Ang. [c] Ang. sim. M. Pi. Mc. &c. [d] G.

voces diversas connectere solet *. Quamvis autem duabus scribatur dictionibus, est tamen vox solummodo una, ex geminatis constans dictionibus radicalibus; quò gemina, i. e. omnimoda, apertio denotetur [g]. Aliis sunt duæ voces [h]. Duæ sunt dictiones, una tamen significatio *. קוֹחַ potest esse Macor [sive infinitivum] à לָקַח *accepit*, hoc sensu, *ad aperiendum*, *ad accipiendum eos è carcere vel captivitate* †. [Hinc variè reddunt.] *Solutionem*, Sy. in Di. *apertionem*, For. ex Vulg. *omnimodam apertionem*, Glas. Q. in Di. Geminatio literæ vel syllabæ significatum intendere solet: ut Psal. 3. 3. יְשׁוּעָתָה *salus omnimoda*, seu *maxima*; & 44. 27. עֶזְרָתָה *multum auxilium*. Sic alibi, חַלְחָלָה *dolor maximus*; Hos. c. 2. vers. 2. נַאֲפוּפִים *adulteria maxima*; Hos. 8. 7. סוּפָתָה *maxima procella*, &c [i]. ο'. hîc posuêre, τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, (*cæcis visum*,) quia summæ miseriæ per cæcitatem adumbrantur [k]: vel, quia פָּקַח propriè de apertione oculorum vel aurium dicitur [l]. [Alii aliter reddunt.] *Apparete in lucem*, Ch. *apertionem*, & cæcis *visum*, Ti. *apertionem* (vel, *solutionem*, Sy. Ca.) *carceris*, M. P. Mo. Pi. Ca. Ang. i. e. gehennæ [m]; vel, *carcere detentis*, Sy. קוֹחַ sign. *carcerem*; sic dictum, quòd capti & clausi ibi sint [n]. Moneo in lingua Æthiopica מוּקָח esse *vinculum*, Matt. c. 5. v. 25. plur. מוּקָחָת, *vincula*, *catenæ*, Ma[illegible] 5. 4. Luc. 8. 29. בֵּית מוּקָח, *domus vinculi*, i. e. carcer, Act. 5. 19. & simpliciter מוּקָח, *carcer*, Matt. 14. 10. ubi observandum, Mem esse heemanticum, à radice וקח, quæ Hebraicè esset יָקַח, unde abjecto י קוח formari potest; sicut à יָצָא fit צֵאָה, à יָשַׁע תְּשׁוּעָה, per Vau in medio [o]. In lingua Chaldaica, unde hoc loquendi genus credibile est sumpsisse Esaiam, quòd de ea captivitate ageretur quæ per Chaldæos facta est, קִיחָה *lorum* significat. *Apertio* autem sive *dissolutio lori* non malè per similitudinem dicitur illa de qua hîc agitur liberatio [p]. Al. *apertionem prædæ*, i. e. captivorum: vox enim מַלְקוֹחַ (quæ ab eadem radice venit, additis tantùm literâ servili & præfixo,) *prædam* sign. Esa. 49. 24, 25. & de hominibus vel jumentis promiscuè dicitur, Num. 31. 11 [q].

2. *Ut prædicarem annum placabilem*; sic V. רָצוֹן] *Voluntatis*, Mo. He. in V. *piæ voluntatis*, M. *acceptum*, JT. Pi. gratissimum & jucundissimum Deo & hominibus *: *favorabilem*, Ca. *benevolentiæ*, vel *beneplaciti*, Pi. P. Ti. For. Calv. Ut significarem tempus quo Deus se ostensurus esset propitium Judæis, si pœnitentiâ ducerentur [r]. Tempus redemptionis †, vel reconciliationis [t], vel veræ expiationis peccatorum per Christum; quæ res Deo gratissima erat [v]: Divinæ benevolentiæ, & placabilis in homines voluntatis [x]: tempus gratiæ hujus insignis impetrandæ. Cùm autem hæc Ecclesiæ redemptio non hominum justitiæ aut satisfactioni adscribenda est, sed gratuito Dei favori, meritò in ipsius arbitrio & beneplacito erat tempus deligere [y]. *Annum* dicit, propter allusionem ad annum jubilæi [z]; quò etiam spectat *prædicandi* vox. Vide Levit. 25. 9. *Clanges buccinâ*, &c †. ¶ *Et diem ultionis Deo nostro*] Ità Mo. P. &c. vel, *Dei nostri*, M. Ti. JT. Pi. Calv. Ca. &c. vel, *coram Deo nostro*, Ch. nempe in hostes Ecclesiæ [a]; vel, in Babylonios [b]. Sed quid commercii inter *vindictam*, & *bonam voluntatem*? Resp. Non parùm [c]: nam ultio quoque pertinet ad nostram liberationem [d]: nec potest Deus liberare Ecclesiam, quin ultionem sumat de impiis; quippe qui Ecclesiam infectari non desinunt *. [Alii aliter expediunt, & verba aliter reddunt.] ¶ וְיוֹם נָקָם] *Et diem retributionis*, ο'. vel, *compensationis*, Ar. *salutis*, Sy. Nihil hîc durum, sed totum hoc oraculum stillat Evangelicâ suavitate, ut docet Luc. 4. 19. ubi, loco *ultionis*, est *retributio*, quæ compensationem aliquam importat. Est autem æqua compensatio, & retributio quasi legitima, ut qui in tenebris & exsilio fuerat, liber sit, &c [f]. Sed alienum hoc est: neque clausula illa, quam Vulgatus apponit, in Græco Lucæ textu habetur: nec *retributionis* vox necessariò bonum importat, sed sæpe vindictam & malum; ut Esa. 65. 6, 7. Jer. 25. 14. & 51. 24. &c [g]. ¶ *Ut consolarer omnes lugentes*] Sub pressuris mundi [h]: propter peccata sua [i], vel, propter miserias Ecclesiæ, Esa. 66. 10 [k]. Lugentes Sionis, ut sequitur v. 3. vide & Esa. 57. 18 [l].

3. *Ut*, &c. לָשׂוּם לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן לָתֵת פְּאֵר תַּחַת אֵפֶר] *Ad ponendum* (vel, *Ut ponerem*, M. P. *Ut dem denique*, Ti. *Ad constituendum*, V. Calv. Belg. *Ad adhibendum*, sub. *consolationem*,

* Ang. [g] AE. in Di. sic Glas. [h] Ang. et He. &c. * V. et He. † V. [i] Glas. gram. 3. 1. 16. 59. [k] G. [l] For. [m] Pi. [n] He. in V. [o] Di. [p] G. [q] Q. in Ang. * T. [r] G. † V. et He. [t] Mc. [v] For. [x] M. sim. T. For. [y] Calv. [z] For. sim. Musc. † Musc. [a] For. Pi. &c. [b] G. [c] For. [d] Luth. * Calv. [f] San. [g] Ang. [h] M. [i] Pi. Belg. [k] Belg. [l] Ang.

folationem, Pi. JT. Angl. ex v. præced[m]. *Ut ponerem*, sub. *cor*, vel *animum* : ut alibi, *absque ponente*, i.e. animadvertente, seu curante[n]. Similes ellipses, Gen. 42. 33. *sumite*, sub. *cibum*; & alibi, *frangite*, sub. *panem* [o]. Significat sibi demandatam lugentium curam, ut illorum paracletus & patronus esset [p].) *lugentibus Sion*, Mo. (vel, *Sionis*, JT. Pi. i.e. Ecclesiæ [q]; vel, in *Sione*, P. M. Ti. Ang. V. vel, pro *Sione*, Angl. i.e. pro malis, vel in illa commissis, Ezec. 9. 3, &c. vel illi illatis, Esa. 66. 10 [r].) *ad dandum* (vel, *ut dem*, V. Calv. *darémque*, P. *dem, inquam*, Ti. *ponerémque, inquam*, M. *ut detur*, V. Belg.) *eis gloriam* (vel, *ornatum*, JT. Pi. i. e. pulchras vestes †; *decorem*, M. V. Calv. vel, *decor*, V. *ornatus*, Belg. *coronam*, ut Ezec. 24. v. 17. Aliàs generaliter omne *decus* aut *ornamentum* significat [t].) *pro cinere*, Mo. P. &c. quo sese aspergebant, & in quo sedebant lugentes †. Vide Job. 2. 12. & 42. 6[v]. Nota elegantem paronomasiam inter פאר & אפר *. [Ca. locum sic reddit, *Ad conciliandum dandúmque Sionis lugentibus decus*, &c.] ¶ *Oleum* (vel, *unguentum*, JT.) *gaudii* (i.e. vel, unguentum quod in rebus lætis sumi solebat [x]; vide Psal. 45. 8. & 104. 15. &c [y]: vel, gaudium, quo suaviter afficiantur & recreentur tanquam ab oleo bene olente ac fragrante [z].) *pro luctu*] Ità Mo. P. &c. Miserum populi statum in libertatem restituendum significat [a]. ¶ *Pallium*, &c. מעטה תהלה] *Amictum* (vel, *pallium*, sive *stolam*, P. M. Ti. Heb. *operimentum*, Pi. καταστολήν, (*amictum*,) ό. in G. [Pro quo in Bib. Pol. mendosè legitur, κατὰ στολήν, quod Latinus Interpres reddit, *secundùm stolam*.] *laudis*, Mo. Pi. e. quod laudatur ob pulchritudinem [b] : vel, *gloriæ*, ó. Ar. *pulchrum*, Pi. Pulchras & candidas vestes, Eccles. 9. 8. ut in festis, Zach. 3. 4, 5. Matt. 22. 11. &c[c]. Intellige, vel, 1. *spiritum lætitiæ*, ut vertit Chaldæus, & ostendit contextus [d]: vel, 2. justitiam quæ credentibus imputatur *. ¶ *Pro spiritu mœroris*, ità ó. כהה] *Mœsto*, Ti. sic Ca. M. sim. Ch. Sy. *deficiente*, vel, *debili & infirmo*, aut *languido*, V. *angusto*, Calv. *stricto*, Mo. *constricto*, P. *contracto*, JT. Pi. Heb. *contractionis*, Pi. Angl. quia mœror contrahit, ut gaudium dilatat. Vide Ezec. 21. 7[f]. *Conturbato & obscuro*. Sic enim mœrorem aptè vocat Hebraismus. De oculis dicitur, Gen. 27. 1. & Deut. 34. 7. transfertur autem ad animum, Esa. 42. 3[g]. Heb. *obscuritatis*, ut Gen. 27. 1. Zach. 11. 17[h]. *Torporis*, Ar. ¶ *Et*, &c. וקרא להם אילי הצדק מטע יהוה להתפאר] *Et vocabitur eis* (vel, *Et vocabuntur in ea*, G. ex Vulg. i. e. qui in ea erunt [i]: *Et vocabuntur in eis*, P. sing. Heb. pro plur. *Et vocabitur in eis*, H[s], pro, *ad vocandum eos*. Aut redundat להם, pro, *& vocabuntur*. Similis locutio Esa. 58. 12 [k]. *Et vocarem eos*, M. Ti. *atque vocentur*, Ca. *ut vocentur ipsi*, Pi. JT. Heb. *Et vocabitur illis*; hoc est nomen quo illos appellabunt [l].) *arbores* (vel, *quercus*, JT. Pi. vel, *fortes*, V. For. ab איל *fortitudo* [m].) *justitiæ*, Mo. P. G. &c. (Sic dicuntur qui firmi sunt in justitia, velut actis radicibus. Vide dicta ad Matt. 13. 6 [n]. Vel, arbores justæ plenæque staturæ, vel firmiter radicatæ [o].) *plantatio* (vel, *plantarium*, Ca. & *plantationem*, M. Ti.) *Domini*, *ut glorificer*, P. vel, *ad glorificandum*, Ti. V. id est, ut glorificem me in illis; vel, gloriam habeam de illis [p]. Vel, *ad glorificationem*, M. *quo decoretur*, Ca. *quâ glorietur*, Pi. vel, *ut planta Jehovæ* (i. e. quæ in Christum, tanquam in truncum, insita fuerit à Deo [q],) *glorietur*, JT. Sunt Christiani quasi arbores, quas Dominus plantavit in Ecclesia ut fructum ferrent, & homines indè glorificarent Deum [r]. His verbis restitutionem populi designat, affirmans eos, quum priùs eradicati essent, Divinâ tamen virtute plantandos & stabiliendos esse †.

4. *Et ædificabunt* (vel, *Ut ædificent*, JT. *Exstruentur autem*, Ca.) *deserta* (vel, *desolationes*, Mo. &c.) *à seculo*] Vel, *seculi*, Mo. vel, *longi temporis*, P. *perpetuas*, Ti. *antiquas*, JT. Pi. sic M. Quæ diu deserta fuerant, ultra annos 50 : quod tempus עולם Hebræis [t]. Civitates desertas, &c [v]. Promissam Ecclesiæ instaurationem amplificat [x]. ¶ *Et*, &c. שוממות ראשנים] *Solitudines* (vel, *devastationes*, M.) *priscorum*, Mo. sic P. &c. vel, *primorum*, V. *priscas*, Ti. V. JT. Pi.

5. *Et stabunt* (i. e. ad nutum præstò erunt, ut Esa. 48. 13 [y]. & parati ut ipsis occurrant, & opem ferant [z], & serviant [a]. Vel, *surgent*, Sy. sic V. quòd finis surrectionis sit statio [b]. *Et venient*, ó. sic V. *Aderúntque*, Ca.) *alieni*, *& pascent* (vel, *qui pascant*, Ca.) *pecora*, &c.] Vel, *pecus*, vel *gregem*, *vestrum*, Mo. Ti. &c. q. d. Non vos ipsis, sed ipsi vobis servi erunt [c]. Ità in bona omnes fortuna eritis, ut facilè ad quævis ministeria reperturi sitis aut hostes bello captos, aut alios mercede conductos [d]. Al. Vobis, res Regni cœlestis curantibus, necessaria alicunde suppeditabuntur *. Judæi & Gentiles, qui vos antea duro ministerio premebant, famuli vestri erunt [f]. *Nunc adstantes pascent*, &c. JT. Pascendo pecori vestro operam dabunt [g].

6. *Vos autem sacerdotes*, &c.] Spirituales, qui vos Deo offertis. Vide Rom. 12. 1. Heb. 13. 15. 1 Pet. 2. 5[h]. Aliâ curâ soluti, soli Deo vacabitis [i]. Non una Tribus, ut olim, sed vos omnes eritis regale sacerdotium, 1 Pet. 2. 9 [k]. Al. Tanto in honore eritis, acsi *sacerdotes* essetis, vel etiam *principes*, ut vox כהן sumitur 2 Sam. 8. v. 18 [l]. Israelitæ quasi Sacerdotes in Paschate. Vide ad Exod. 19. 6. Cæterùm etiam extra hanc causam omnes sanctè viventes sanctéque Deum precantes dici possunt *sacerdotes*, i. e. quasi Sacerdotes. Vide Hieroclem ad initium Aurei Carminis. Stoicorum dictum, Μόνος ἱερεὺς ὁ σοφός (*Solus sapiens Sacerdos* [m].) ¶ *Ministri Dei nostri*, (sub. *estis*, Angl.) *dicetur vobis*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *dicemini*, JT. Ca. Pi. ¶ *Fortitudinem*, &c. ità V. &c. חיל] *Opes*, P. G. V. Pi. &c. q. d. Opibus fruemini quas Gentes in medium afferent ubi fidem receperunt [n]. ¶ *Et in gloria earum superbietis*, תתימרו] *Prædicabitis* (vel, *oblectabitis*, Ti. *summe efferetis*, JT. Pi.) *vos*, Mo. *exaltabimini*, P. sim. M. תתימרו, pro תתאמרו, mutato א in י, pro natura literarum אהוי [p]. Significatio deducitur ex nomine אמיר *ramus*; sicut & in Deut. 26. 17. האמרת, *extulisti*, &c. Alii tamen deducunt ab אמר *dicere*, &c [q]. *Gloriabimini*, vel, *jactabitis vos*, Q. in Ma. Belg. Fruemini Gentium bonis, potentiâ, opibus, eloquentiâ, &c [r].

7. *Pro*, &c. תחת בשתכם משנה וכלמה ירנו חלקם] Pro varia dispositione, variè hæc transferuntur †. *Pro pudore vestro* (vel, *Pro confusione vestra*, M. Ti. *Loco pudoris vestri*, Di.) *duplex*, Mo. M. P. sub. *gloria*, M. vel, *præmium*, Ti. Calv. sim. V. Al. *duplicia*, P. *duplum*, Di. Ang. & sub. *erit*, M. Ti. Di. Calv. vel, sub. *recipietis*, P. vel, *habebitis*, Di. Ang.) *& ignominiâ*, Mo. (vel, *&* pro *ignominia*, M. P. Ti. Ang. repete, *vestra*, Ti. Angl. vel, loco *ignominiæ*, subaudito תחת quod præcessit : vel, *& viri ignominiæ*, i.e. ignominiâ affecti, subaudito אנשי :) *præconia dicent parte suâ*, Mo. vel, *exsultabunt*, sive *jubilabunt*, *de portione eorum*, M. P. Ti. Ang. Calv. vel *cantabunt portionem suam*, Di. vel, *vocem lætam edetis in parte vestra*; ut sit personæ mutatio [v]. [Aliter;] *Pro pudore vestro duplici*, (Intellige, vel, 1. pudorem vestrum, & terræ vestræ, Ezec. 36. 3, 4, 13, 15: vel, 2. opprobrium & à vestris, & à Gentibus [x]: vel potiùs, 3. *duplicem*, i. e. copiosum, ut Esa. 40. 2. Jer. 16. 18. & 17. 18. ut respiciat id quod ejus loco percepturi erant, *duplicem*, nempe, sub. *honorem*, vide 1 Tim. 5. 17. vel, sub. *portionem*, ex proximo membro [y].) *& ignominiâ*, (vel, *&* loco *ignominiæ* eorum. Præpositio [תחת] repetitur ex præced. membro; & quia persona mutatur, ut Job. c. 18. v. 4. Ezec. c. 31. v. 10. præpositio [sive affixum] omittitur, ut Esa. 59. 18 †.) *laudabunt portionem suam*, Di. gratulabuntur sibi Christiani, quòd probra & verbera à tyrannis patiantur, &c *. Vel, *& exsultabunt*, sive *triumphabunt*, *in portione eorum*, Angl. Mutationem personæ hìc statuo. Sicut enim v. 3. & 4. consolatus est lugentes in 3. persona, quam protinus v. 5. & 6. mutavit in secundam : ità & continuans in initio v. 7. in 2. pers. protinus mutat eam in tertiam : adeò ut ירנו חלקם referam ad eosdem illos lugentes quos antea est consolatus. Sensus est, Prò duplici vestro pudore, & ignominiâ quâ affecti estis à Gentibus, ô pii, omnes lugentes inter vos gratulabuntur sibi portionem suam [z]. Judæi credentes, pro *multiplici illa confusione* cui initio Evangelii expositi erant apud fratres infideles & Gentes, *laudabilem partem* obtinuisse dicuntur, & *duplicem portionem* consecuti, quasi omnes essent primogeniti, quorum duplex erat portio [a]. [Alii aliter.] Idque *loco pudoris vestri* (quo pudefacti estis) *duplicis*, (i. e. magni, syn. speciei;) *&* loco *ignominiæ*, de qua *cantabant*, (persecutores scilicet vestri:) Hæc portio illorum est. Pi. Al. *Pro pudore vestro duplicia*: (i. e. honores duplos vobis dabo;

m Ang. n For. o Ang. p For. q Pi. r Ang. s Pi. sim. t Ang. u G. x Pi. y Ang. z Calv. * For. x G. sim. Ang. y Ang. z Pi. a V. b Pi. c Ang. d Pi. * Ang. f Ang. g For. h Ang. i G. k V. l For. m V. n G. o Ang. p V. q Jun. r M. † Calv. t G. v For. Ang. x Calv. y G. sim. Musc. z Calv. a Musc. b V.

c Marl. d G. * Q. in Ang. f Me. g Ang. h Ang. i Mar. sim. Me. k Calv. l Q. in Ang. m G. n V. p Pi. q Glas. gram. 3. 30. 33. r V. † Di. v Di. x Q. in V. y Q. in Ang. z Ang. † Ang. * T. z Di. a For.

dabo, ut sequitur [b]:) *& robor illis veniet qui laudant partem suam*, G. ex Ch. id est, idola: sicut Deus est pars piorum, Psal. 73. 26. & alibi *. Al. *Loco pudoris quem vos habuistis*, gentes *duplum* habebunt, *& exclamabunt* quòd *confusio est ipsorum portio*, Gal. [Alii hæc verba cum sequentibus nectunt, & sic totum reddunt ;] *Pro* eo quòd *pudorem vestrum duplum* (i. e. quo plus satis perfusi estis: sic blandè parcit Deus Ecclesiæ suæ, & honorificè loquitur, ut suprà 40. 2 [c].) *& ignominiam cantabant horum* (i. e. Judæorum, qui tum erant Ecclesia Dei. Apostrophe à secunda persona ad tertiam *.) *portionem* esse ; *idcirco in terra illarum duplum* (i.e. abunde, plus satis ; numerus finitus pro infinito †.) *hæreditario jure possidebunt*, JT. Al. *Propter pudorem vestrum duplum, &* quia (ut repetatur תַּחַת ante כְּלִמָּה ,) *cantabunt, Ignominia est pars eorum*, [Ità etiam trajectio est, quæ in S. S. non infrequens.] *propterea in terra eorum duplum possidebunt*, nempe ii qui tali ignominiâ affecti erunt [d]. *Pro pudore ingenti, &* pro *ignominia* ob quam *jubilârunt in parte sua*, (i.e.in regione sua hostes,) *propter hoc duplicia* (i.e.multa) *possidebunt* Israelitæ *in terra sua*, h.e. Gentium. Respicit id, *Divitias gentium comedetis* *. ¶ *Propter*,&c. לָכֵן בְּאַרְצָם מִשְׁנֶה וגו׳] *Ideo* (vel, *Propter hoc*, G. ex Vulg. Al. לָכֵן non verto hîc, *Propterea*, sed, *Propterea quòd* ; utrumque enim sign.sicut & עַל־כֵּן. Verti etiam potest, *Certè, Utique, Profectò* ; sicut Gen. 4. 15. Jer. 2. 33. & 5. 2. Os. 2. 14 [f].) *in terra eorum* (vel, *earum*, Di. nempe gentium [g], quæ vos persecutæ fuerunt [h],) *duplum* (i. e. opes amplissimas †: vel, *duplicia*, Me. ex Vulg. i. e. vel, animæ & corporis bona * ; vel, magna & multiplicia dona Spiritûs Sancti † :) *possidebunt*, Mo. &c. vel, *hæreditario jure possidebunt*, Pi. sic Di. &c. Pro duplo pudore ipsis à gentibus illato, duplum in terra earum possidebunt [l]. [Alii aliter.] Existimo retributionem *duplicis* honoris, sive præmii, antè memoratam fuisse ; hîc autem rationem reddi cur in portione quæ illis obtingeret gauderent: & לָכֵן non verto, *idcirco*, ut sit illativum, sed, *quia*, ut sit causale, ut necessariò accipitur Esa. 26. 14. Sensus itaque est, In terra (non, hostium, sed) ipsorum, sive sua, possidebunt duplum, vel, 1. pretio & usu, ob benedictionem Dei ; vel, 2. spatio, ob paucitatem redeuntium, &c. Allusio est vel, 1. ad legem de primogenitis, Deut. 21. 17: vel, 2. ad duplicem Josephi portionem, Jos. c. 17. v. 17. 1 Par. 5. 1. Ezec. 47. 13. q.d. Tunc cuilibet Tribui obtinget quod olim uni Josepho, & quisque fidelium primogenitus erit, Heb. 12. 23 [k]: vel, 3. ad duplicem spiritum Eliæ super Eliseum [l].

8. *Quia ego Dominus diligens justitiam*] Non in verbis hujus versûs difficultas est, sed in connexione, &c [m]. ¶ מִשְׁפָּט] *Judicium*, Calv. Mo. &c. i. e. quicquid rectum & æquum est [n]. *Jus*, Pi. &c. Rationem hîc reddit vel, 1. cur alienos, qui populo suo ministraverant, tam liberaliter compensaret ; quòd non ex rapina, sed de suis, spontè obtulerint [o]. Vel, 2. cur populum suum, qui inter tot mala firmiter illi adhæserant, remuneraret [p]. Vel, 3. cur non Pharisæis, &c. meliorem partem in Regno suo daret [q]. [Alii aliter.] Materia hæc diversa est à præcedente [r]. Secundum hoc est benedictionum genus: quòd Deus fœdus perpetuum cum Ecclesia in Christo ineat, &, omissis ceremoniis Legis, novum & spiritualem cultum in Ecclesia instituat. *Amo*, inquit, *jus*, ac proinde non possum amare Ecclesiam injustam, servientem Deo, non in novitate Spiritûs, sed in vetustate literæ †. Non tantùm confirmat quod pollicitus est, sed etiam Judæos ad resipiscentiam hortatur, à natura Dei, qui vanos prætextus non moratur, sed cordis munditiem exigit, &c. nè oblatam sibi gratiam suâ pravitate respuant. *Judicium* hîc opponit inanibus Judæorum figmentis, quibus satisfacere se putabant Deo, atque interim malitiam suam tegebant [t]. ¶ *Et*, &c. שֹׂנֵא גָזֵל בְּעוֹלָה] *Odi* (sub. *vero*, Pi.) *rapinam* (vel, *raptorem*, M. *raptum*, Di.) *in holocausto*, sive *in holocaustum*, P. sic M. Ti. Calv. sim. Mo. Ca. q. d. Odi rapto acquisita, avara & injusta lucra [v], etsi in holocaustum vertantur [x]. Nolo mihi sacrificia offerri ex rapina, vel cum sceleribus [y]. Vel, *conjunctam holocausto*, JT. i. e. veteri Legi ac ceremoniis, synecdochicè, & toti ministerio literæ, quod est *ministerium mortis*, &c. 2 Cor. 3. 7, &c [z]. Odi illos qui me externè & fucatè colunt, dum proximos opprimunt, &c [a]. Vel, ἐξ ἀδικίας, (*ex injustitia*, sive *iniquitate*,) οἱ. in G. עוֹלָה legerunt punctis aliis, ut sit à עָוֶל, non à עָלָה [b]. Vel, *per injustitiam*. עוֹלָה accipio pro עַוְלָה, *iniquitate & injustitia*: quomodo & עוֹלָה usurpatur Job. 5. 16. Psal. 64. 7. & 53. 2. rectéque hoc referri potest ad Gentes, quibus, ob injustas rapinas in Dei populum patratas, & sua eripere Deus minatur [c]. Sic omnia bene cohærent, ut ratio reddatur cur Deus pro suis judicabit, & injurias ipsis illatas rependet, quia jus amat, & injurias odit [d]. Chald. hîc habet, *Abominabilis est coram me falsitas & violentia* [f]. ¶ *Et dabo*, &c. וְנָתַתִּי פְעֻלָּתָם בֶּאֱמֶת] *Et* (vel, *Ideo*, JT.) *dabo* (vel, *reddam*, Ti. *dirigam*, Ang. *constituam*, Calv. *disponam*, JT. *solvam*, Ca.) *opus* (vel, *mercedem*, V. Ca. G. ex Ch. *Opus*, metonymicè, pro mercede [g]. Sed probabilius est, nomine operis notari omnia vitæ instituta, quibus felicem exitum Dominus promittit [h].) *eorum* (vel, *eis*, Ca. V.) *in veritate*, Mo. P. Calv. JT. h. e. verè, & sine fraude [i]. Sub *veritatis* nomine æquabilis cursus notatur ; quia increduli plerumque evanido gaudio inflati sunt, sed mox diffluunt [k]. Vel, *firmum*, Ti. *fideliter*, Ca. *æquam*, G. ex Ch. *Et dabo eis juxta opus eorum in veritate*, M. *Ideo efficiam ut retributio eorum certa sit*, Heb. *cum veritate*, Pi. [Locum variè exponunt.] Faciam ut sincerè agant, non hypocriticè. Vel sic, Faciam ut opus, i. e. fructus operis, eorum firmum sit & stabile, nec ab illo excidant [l]. Faciam ut me colant, non, hypocritarum more, exteriùs tantùm, & intus pleni dolo, &c. sed *in spiritu & veritate*, exterioribus interiora, & signis signata, adjungentes. Vel, Faciam ut constantes sint in opere, neque unquam ab incepto desistant [m]. Opus ab Apostolis fiet, non dolosè, ut à Pharisæis & Pontificibus Judæis, sed fideliter, justè & piè [n]. Al. Renovabo spiritum mentis eorum, & induam eis novum hominem, *qui conditus est ad sanctimoniam*, &c. Eph. 4. 24. ut me verè colant [o]. Ità [ut videmus] τὸ בֶּאֱמֶת alii ad Deum referunt, qui verè illos remunerabit ; alii, ad mercedem, quæ certa erit ; alii, ad opus, quod Deus curabit, vel, ut sincerè fiat, vel, ut successu coronetur [p]. ¶ *Et fœdus perpetuum feriam eis*] i. e. Perpetuus ero itineris dux: hæc vera stabilitatis causa, & perseverantiæ nostræ fultura [q]. Promittit gratiæ hujus perpetuitatem fœdere confirmatam [r]. Fœdus meum cum ipsis instaurabo, quod ex parte mea nunquam deficiet. Ex mea parte sponsores erunt Aggæus, Zacharias, Malachias: ex parte populi, illi qui nominantur Nehem. cap. 10 †.

9. *Et scient* (vel, *innotescet*, JT. Pi. *cognoscetur*, id est, nobile erit [t],) *in gentibus semen eorum*] Apparuit id in Daniele amicísque ejus, & in Zorobabele [v]. Conspicuum & illustre erit apud Gentiles semen, & germen spirituale Apostolorum, fideles scilicet ab eis conversi [x]. Ecclesia, nunc terræ angulo conclusa, tunc per totum orbem propagabitur, & conspicua erit [y]. Scientur inter gentes ab eis & earum moribus diversi & distincti, per fidem, dilectionem, &c. utpote qui mandatum acceperunt nè fierent sicut Gentes [z]. *Cognosci*, pro, illustre esse, ut Psal. 76. 2. Prov. 31. 23 [a]. ¶ *Cognoscent illos*, (tum ex pia conversatione sua, tum ex benedictione Dei [b],) *quia* (vel, *quòd*, M. P. &c.) *isti sunt semen cui benedixit Dominus*] i. e. Cognoscent illos esse posteritatem Abrahami, cui Deus tam magna promisit, Genes. 26. 4 [c]. Vel, quòd sint populus Dei singulari Dei gratiâ ornatus, ac multis dotibus cumulatus [d].

10. *Gaudens gaudebo* (vel, Dicent, *Summè gaudeo*, Pi.) *in Domino*] Hinc quidam [JT.] caput 62. ordiuntur *. Sed non necesse est, quandoquidem materia subjecta cum præcedente dissertatione bene congruit [f]. Sunt hæc verba vel, 1. civitatis Hierosolymorum, respondentis Prophetæ [g]: vel, 2. Prophetæ, qui canticum addit in persona Ecclesiæ de tantis promissionibus gaudentis [h]: vel, 3. chori Apostolici & spiritualis Hierosolymæ [i], & totius Ecclesiæ exsultantis pro acceptis beneficiis [k]: vel, 4. Prophetæ in persona propria exsultantis ob felicitatem Regni Dei, ad quod ipse pertinebat [l]: vel, 5. Christi, qui gratulatur Deo de beneficio sibi & Ecclesiæ collato, per prolepsin, hoc versu;

[Marginal notes, left column: b G. · * Idem. · c Jun. · * Idem. · † Idem. · d Di. · * Mar. · f Di. · g Pi. Di. · h Pi. · † Idem. · * Me. · † Me. T. · l Di. · k Ang. · l T. · m Ang. · n Calv. · o Q. in Ang. · p Al. in Ang. · q For. · r Al. in Ang. · † Jun. · t Calv. · v T. sim. · x Me. · y Q. in Me.]

[Marginal notes, right column: z Jun. · a Belg. · b G. · c Di. · d Ang. · f G. · g G. · h Calv. · i V. · k Calv. · l Me. · m For. · n T. ex Hi. · o Jun. · p Ang. · q Calv. · r Musc. · † G. · t G. sim. Ang. · v G. · x Me. sim. T. · y Calv. · z For. · a Ang. · b Belg. · c G. sim. T. · d Musc. · * Ms. · f Ang. · g G. et Ch. · h Luth. · i For. · k Me. · l For. · m Jun.]

su; deinde speciatim administrationem explicat, primùm, suam ipsius erga Ecclesiam, deinde, ministrorum Ecclesiæ, in sequentibus [m]. ¶ *Induit me vestimentis salutis, & indumento justitiæ*, &c.] Prosperitate, tanquam veste, circumdedit me [n]. Salute, ceu veste [o]; & justitiâ, ceu pallio [p]. *Justitiam* hîc accipio pro justificatione, seu testificatione justitiæ: qu. d. ut omnes sciant me salvum & justificatum per Deum [q]. *Justitiam* conjungit cum *salute*, quoniam alterum ab altero sejungi non potest: q. d. Contulit in me salutem & justitiam [r]. ¶ *Quasi*, &c. כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר [Variant.] *Tanquam sponsum* (vel, *sponsus*, P. Ca. Di. &c.) *consecrabit* (vel, *ornavit*, M. *sacerdotabitur*, Forst. in Ma. *sacerdotali more ornabit*, Ti. Dominus scilicet †: vel, *comitur*, Ca.) *gloriâ*, Mo. vel, *decore*, M. Ca. *magnificentiâ*, Ti. Al. *sacerdotem aget ornatu*, i. e. magnificè, ut sacerdos, ornatum parat [r]. Vel, *decoratum coronâ*, G. ex Vulg. nuptiali scilicet. Eadem vox [פְּאֵר] quæ suprà 3. Græci hîc habent, μίτραν, quæ vox, inter alia, etiam *coronam* significat [v]. Vel, qui *magnificat gloriam*, P. sim. Di. i. e. qui elegantissimè ornat se [x]: qui *administrat ornatum*, JT. justitiæ & vitæ, quem Christus Sponsus exhibet Ecclesiæ [y]. Al. *ministrat* cum *ornatu*. Antiquus mos est, ut in nuptiis sponsus ministret sponsæ, sed non ut vulgares ministri, sed ut כֹּהֵן, ut qui in dignitate constitutus est; quamobrem ornatu suo sponsali indutus ministrat: כֹּהֵן enim non tantùm ad ecclesiasticam, sed & ad politicam, dignitatem refertur. Rectè docet K. vocem כָּהַן significare *ministerium cum magnificentia*, quia sacerdotes ministrabant Deo, & erant capita populi. In Glossario Syro-Arabico כָּהִינוּתָא vertitur, non tantùm, *abundantia, fertilitas, ubertas*, quomodo & vocem Syriacam reddit Ferrarius, sed etiam, *gloria, majestas, claritas*; item, *magnificentia, excellentia*: cum quo convenit Heb. כֹּהֵן, quod non tantùm in ecclesiasticis Sacerdotem, sed & in politicis Principem quemvis & magnatem, significat, virum clarum & excellentem; ut videre est Genes. 41. 45. & 47. 22. Exod. 2. 16. & 3. 1. 2 Sam. 8. 18. & 20. 26. Job. 12. 19. Unde colligere est, verbum כָּהַן in Kal significâsse olim, *abundantem, prosperum, magnum, gloriosum & excellentem, esse*. In Piel, non tantùm, *sacerdotio fungi*, sed &, *magnum, gloriosum & excellentem, reddere* [z]. Al. qui *sacerdotem refert ornatu*, id est, vestibus magnificis, ut suprà v. 3 [a]. Verbum כָּהַן sign. 1. *munere sacerdotis*, vel *principis, fungi*; vide ad v. 6: 2. *instar sacerdotis*, vel *principis, se gerere*. Respicit h. l. magnificas vestes, vel summi Pontificis, Exod. c. 28. v. 2, 3, 40. vel magni alicujus Principis, Ezec. 23. 15 [b]. ¶ *Et quasi*, &c. וְכַכַּלָּה תַּעְדֶּה כֵלֶיהָ] *Et tanquam sponsam* (vel, *sponsa*, P. Di. &c. *aut ut sponsa*, Ca.) *ornabit* (vel, *ornatur*, Di. Ca. *quæ ornatur*, vel *ornat se*, M. Ti. P. Pi. sim. V. JT. die nuptiarum [c],) *vasis* (vel, *instrumentis*, JT. Di. *monilibus*, M. P. Ti. V.) *suis*, Mo. V. vel, *mundo suo*, Ca. Pi. muliebri scilicet; qui infinitam multitudinem rerum & ornamentorum comprehendit [d]: vel, vestibus nuptialibus *. Non necessarium videtur Hiphil תַּעְדֶּה accipere significatione conjugationis Hithpahel. Verto simpliciter, & *sicut sponsa ornat vestes suas*. Sensus est, Sicut sponsus & sponsa non quovis habitu prodeunt, sed sponsus magnificat gloriam suam, & sponsa ornat vestes suas; sic Deus induit me vestibus salutis & justitiæ †. Chorus Apostolicus comparat se & sponso & sponsæ propter decorem: Ecclesia respectu Christi est Sponsa; at respectu eorum quos ad fidem adducit, est Sponsus, qui filios generat [f]. Priùs Ecclesia in situ & squalore erat, ab omnibus spreta; nunc, in gratiam à marito recepta, miro splendore fulget. Hoc præstitum in [primo] Christi adventu, plenissimè verò in secundo adventu [g].

11. *Sicut—terra profert germen*, &c.] Eleganti similitudine confirmat præced. promissiones [h]; eò quòd incredibilia ferè continebant [i]. Revocat Judæos ad ordinariam Dei potentiam, &c. q. d. Qui hanc vim terræ præbuit, ut germen proferat, &c. annon ipsam magis exseret in populo suo liberando [k]? ¶ *Et sicut hortus semen*, &c. זֵרוּעֶיהָ] *Semina* (vel, *sata*, P. JT. Pi. sic Ti.) *sua*, Mo. quæ *in eo seminata* sunt, M. Ang. ¶ *Sic* (i. e. copiosissimè [l]) *Dominus Deus* (i. e. Christus, per Spiritum suum intus secundùm Divinam naturam operans, & per Verbum suum, quod secundùm humanam naturam prædicavit *,) *germinabit justitiam & laudem*] i. e. Fructus beneficentiæ suæ, quæ laudis materiam populo suo suggeret [m]. Apparuit Dei justitia, tum in liberatione populi sui, &c. tum præcipuè in Christo patefacto, &c. Rectè autem *laus justitiæ* subjungitur, quia finis justitiæ est, ut Deo detur laus & gloria [n]. ¶ יַצְמִיחַ וגו'] *Germinare facit*, vel *faciet*, &c. Mo. P. M. &c. vel, *procreabit*, &c. Ca. *producturus est*, &c. JT. *faciet ut appareat justitia & laus*, nempe *Hierosolymorum* [o]. Verùm cùm præcedentia de tempore ac beneficiis N. T. dici probatum sit, de iisdem & hoc accipiendum est. Nec de *justitiæ ostensione*, sed *progerminatione*, sermo est [p]. *Laudem* hîc vocat virtutes Sanctorum laude dignas, &c. Videmus hîc cui adscribi debeat progerminatio virtutum in terra [q].

CAP. LXII.

1. PRopter Sion (i. e. Ecclesiam, quæ mox nominatur *Hierosolyma* [a]. Ob amorem quem erga Sion gero [b],) *non tacebo*] Ità P. Mo. Sy. &c. Non cessabo orare [c], & clamare [d], & hortari, &c *. *Non faciam quiescere regna*, Ch. Sensus est, Regna omnia commovebo, donec Cyrus rerum potitus sit [f]. Sunt hæc verba vel, 1. Dei, qui hîc rursum loqui incipit [g]. Vel, 2. populi Israelitici Deum solicitantis pro restitutione sua [h]; vel, ut Deus tandem Messiam exhibeat [i]. Vel, 3. Christi; q. d. Non desinam Prophetam agere, & opus Redemptionis procurare [k]. Vel, 4. Prophetæ [l]; qui adversùs omnes difficultates, populìque diffidentiam, se perstiturum in officio declarat, nec loquendi finem facturum donec piorum spem erigat, &c. Simul ostendit quale piorum doctorum studium esse debet; & alios officii sui admonet, ut colligant animos, & restitutionem certâ fiduciâ exspectent [m]. Propheta, amore spiritualis Hierosolymæ captus, laudes ejus non semel cecinerat. Veritus autem nè quis ipsi id vitio daret, quòd in eodem argumento diutiùs hæreret, adeò non desistit, ut etiam sciens vidénsque inceptum persequatur; & innuit quòd, dum viveret, à celebranda suæ civitatis gloria non cessaret, quousque tandem, quæ mente prævideret, coràm ipse oculis (si daretur) conspiceret [n]. ¶ *Non quiescam*] Ità Mo. P. &c. vel, *vacabo*, Ti. Licèt impii persequantur me & Verbum Dei, propter pios tamen non quiescam, nec tacebo, donec venerit Christus [o]. ¶ *Donec* (vel, *Quin*, Ca.) *egrediatur* (vel, *prodeat*, Ti. JT. Pi.) *ut*, &c. כַנֹּגַהּ צִדְקָהּ] *Ut splendor justitia ejus*, Mo. P. M. &c. *Secundùm splendorem*, Angl. nempe diei, ex Prov. 4. 18; vel, q. d. splendidè, claré [p]. *Ut lumen justitia ejus*, o'. Sy. Ar. *Justitiam* accipit pro jure Ecclesiæ, quia tempore calamitatis damnata videbatur; emergit autem quum restituitur; latebat enim tempore exsilii [q], instar seminis sub tellure, suo tamen tempore progerminaturi: quare aptè utitur voce *egrediendi* [r]. De justitia ejus respectu hominum, non Dei, hîc loquitur †. Al. *ut splendor justus ejus*, G. ex Vulg. i. e. Cyrus, misericors in Judæos: idem eorum sospitator, Christi figuram gerens [t]. Verùm justus ille non est Cyrus, (cui tanta elogia minimè conveniunt, neque Judæi ejus adventum adeò avidè exspectabant;) sed Christus, quem Judæi unicè profitebantur *justitiam suam*, Jer. 23. 6. & *salutem suam*, Esa. 45. 21, 22. utpote extra quem nec *justitia* est, nec *salus*, Act. 4. 12. & 10. 43. Id sequentia evincunt [v]. ¶ *Et*, &c. וִישׁוּעָתָהּ וגו'] *Et salus ejus ut lampas ardeat*, P. Ti. JT. &c. vel, quæ *ardet*, Ang. claré & conspicué. Vide Matt. 5. 14, 16. Joh. 5. 35 [x].

2. *Reges inclytum tuum*] Hebr. *gloriam tuam*, Pi. Ang. &c. h. e. salutem tuam [y]. Gloriam Christi & Ecclesiæ ejus [z]. ¶ *Et*, &c. וְקֹרָא לָךְ וגו'] *Et vocabitur* (vel, *indetur*, Pi.) *tibi nomen novum*, Mo. P. *Et vocabit te* (vel, *Et vocaberis*, Ca. *Et vocent te*, Sy. *Ut voceris*, Q. in Angl.) *nomine novo*, M. quod exprimitur infrà v. 4 [a]. Nempe, populi, vel filiorum, non Abrahami aut Israelis, sed Dei [b]. Pro Israelitis, vocabuntur Christi-ani.

Margin (col. 601): m Jun. — n G. — o Ang. Pi. Me. sic For. &c. — p Ang. &c. — q For. — r Calv. — † Q. in V. & in Ma. — r Ma. ex Bux. — v G. — x V. — y Jun. — z Di. — a Pi. — b Ang. — c V. — d For. — * BA. 1. 2. 44. 455. — † Di. — f For. — g Calv. — h Calv. — i Marl. — k Calv. — l Me.

Margin (col. 602): * Jun. — m Arg. — n Calv. — o G. ex Ch. — p Calv. — q For. — a Pi. — b For. — c Me. Gu. Sar. T. — d Me. — * San. — f G. — g G. ex Ch. — h G. & alii in Arg. — i Q. in Ang. — l E. — k Q. in Ma. — l For. Calv. Arg. Pi. &c. — m Calv. — n For. — o M. — p Ang. — q Calv. — r Musc. — t Calv. — v G. — x Calov. — x Ang. — y Calv. — z Musc. — a Pi. sic Me. Ang. E. T. For. — b M.

ani [c]. *Novum* hîc, pro *alio*; ut, *novæ linguæ*, Marc. 16. 17. pro *aliis linguis*, Act. 2. 4 [d]. Vel, *novum* ponitur pro insolito & eximio, ut Psal. 33. 3. & 96. 1. *Novum nomen* simpliciter accipitur pro celebritate, & status populi innovatione *; quam sequitur nominis quoque renovatio [f]. Inter Babylonios dissipati vix retinebant nomen populi; id autem recuperârunt quum reduces in unum corpus coaluerint [g]. Al. Fama tua celebrior erit quàm unquam antea. *Nomen*, pro *fama*, ut Gen. 6. 4. & 11. 4 [h]. ¶ *Quod os Domini nominavit*, יִקֳּבֶנּוּ] *Declarabit illud*, Mo. simil. Ch. *imponet*, P. Sy. *nominabit*, M. sic ο'. sim. Ca. *denunciabit*, Ti. *præfixerit*, JT. Pi. i.e. determinaverit, designaverit [i]: *vocabit*, vel *exprimet*, V. Heb. *perforabit*, i.e. notabit vel signabit, ut Gen. 30. 28. *Excava mercedem tuam*, i. e. Signa [k]. Confirmat quod dixit, Deum hujus gloriæ authorem fore promittens: alioqui incredibile fuisset [l]. Sensus, Gloriam obtinebis à Deo prædictam, nempe ut sis *corona magnifica*, ut sequitur. Nam *vocari*, apud Hebræos, est, jure tali elogio ornari posse [m].

3. *Et*, &c. וְהָיִית עֲטֶרֶת וגו׳] *Et eris corona* (vel, *diadema*, Mo. Ga. tanquam *corona*, P. Ti. Angl.) *gloriæ* (vel, *gloriosa*, Angl. *ornatûs*, Pi.) *in manu Domini*, M. Mo. &c. sim. ο'. Ar. &c. At corona non est ornamentum manûs, sed capitis [n]. [Id variè expediunt.] 1. Etsi coronæ capiti imponi consueverint, juvat tamen eas in manibus habere ad earum pulchritudinem contemplandam. 2. Alludit ad coronas quæ ex floribus fiunt [o]. 3. In quibusdam regionibus coronæ non capitibus imponi, sed manibus gestari, consueverunt [p]. Sed probandum id erat [q]. Nec refert quòd moris fuit coronam Olympicam capite, Pythicam manu, gestare, Sueton. Nerone, c. 25. Nam, 1. illud necessarium erat, quum utramque capite gestare non possent. 2. De coronis regiis, non athleticis, hîc loquitur [r]. 4. *Corona* synecdochicè ponitur, pro quolibet ornamento, ut patet ex 1 Mac. 4. 57. adeóque pro manuum deliciis, annulis, armillis, &c †. 5. Τὸ *in manu* redundat, ut sæpe [t]; ut Esa. 37. 24. *Per manum servorum*, i. e. per servos: ità hîc, *in manu Domini*, i. e. in Domino [v]. Verùm voces יָד & כַּף, ejusdem notionis, ἐν παλάμαις hîc positæ, emphasin subesse aliquam liquidò ostendunt [x]. 6. *In manu* esse *corona* dicitur, non quòd manu gestetur, sed quòd manu (i. e. tutelâ & protectione, ut *manus* sæpe sumitur; vide Psal. 31. 6, 16. Esa. 3. 6. & 49. 2 [y].) Dei in capite populi Dei teneatur, nè vel decidat, ut Thren. 5. 16. vel vi ullâ dimoveatur, Apoc. 3. 11 [z]. Significat fore ut suâ manu texat Deus coronam pulcherrimam, quam capiti illius imponat. *Eris* ergò *corona*, i.e. occasio coronæ conficiendæ *. Verùm non populi, sed *Dei*, corona hæc est, &c [a]. 7. Est *in manu Dei*, non quam ipse *gerat*, sed *quam Christi capiti imponet* [b]. Introducitur Deus quasi coronam manu tenens, eam scil. lubenter spectans, quam capiti suo imponet [c]. *In manu*, i. e. quam Deus suâ manu sibi ipse imponet [d]. Explicatiùs sic reddi potest, *Diadema speciosissimum futura es per manum Jovæ*, ut ב causam efficientem denotet: sicut Psal. 17. 7. *per dextram tuam*; & 18. 30. & 44. 6. *Manus* autem Dei pro potentia, sive operatione, Divina sumitur, ut Esa. 5. 25. & 9. 12, 17, 21. Ità sensus clarus exsurgit, qu. d. Per ea opera admiranda quæ Deus in tui gratiam efficiet ad honoris culmen evehêris, ut pro ornamento summo Deo tuo sis *. *Corona* ponitur pro quovis ornamento, &c. ut Prov. 4. 9. & 12. 4. & 17. 6. &c [f]. *In manu Domini*, i. e. per Dominum, Dei beneficio [g]. Apprimè hoc convenit cum Esd. 7. 28. & 8. 22. Nehem. 2. 8. *per manum Jovæ Dei mei bonam* [h]. ¶ *Et*, &c. וּצְנִיף מְלוּכָה וגו׳] *Et diadema* (vel, *cidaris*, Mo. G. Pi. *amictum*, i. e. tegmen capitis [i],) *regni* (vel, *regia*, Pi. G.) *in manu Dei tui* P. M. Ti. &c. Eris summum ornamentum populi Judaici [k]. Imò significat Sionem tam gratiosam Deo futuram ut corona esse solet [l]. צָנִיף, *cidaris*, tiara, pileolum rotundum, non acuminatum, erat, quo Reges, sacerdotes & judices, utebantur [m]. צָנִיף & עֲטֶרֶת idem hîc significant, *insigne regni*, *ornamentúmque regium*: aliquo tamen modo distinguuntur. עֲטֶרֶת propriè est *diadema*, à עָטַר, *ambire*, seu *cingere*. Nec alia olim erant diademata quàm vittæ, fasciæ, tæniæ, redimicula, strophia, ornatu notâque aliquâ peculiari insignita. Huic respondet כֶּתֶר, Esth. 1. 11. & 2. 17. à כָּתַר *cingere*, seu *circumdare*, Jud. c. 20. v. 43. At צָנִיף, (à צָנַף *involvere*, Levit. 16. 4. Esa. 22. 18.) pileo aut galeæ propior, id coronamenti genus propriè denotat quo non tempora duntaxat cinguntur, sed caput integrum involvitur: nostri *coronam clausam* vocant: itaque malim cum Gal. *tiaram*, quàm *cidarin*, vertere [n]. In vestitu pontificali נֵזֶר, *diadema*, seu *corona*, à מִצְנֶפֶת, sive *tiara*, distinguitur, Exod. 29. 6. Levit. 8. 9 [o]. Quum autem מִצְנֶפֶת (quod eódem cum צָנִיף redit) duplex esset, sacerdotalis, Exod. c. 28. v. 4. Zach. 3. 5. & regia, Ezec. 21. 26. voci צָנִיף addit מְלוּכָה, *tiaram regni* [p]. [JT. versum sic reddunt, *Quum eris coronata manu Jehovæ, & cidari regiâ manu Dei tui.*]

4. *Non vocaberis ultrà, Derelicta*] Dubitationi piorum occurrit, qui tunc destituti erant, &c. q. d. Tametsi ad tempus sis instar repudiatæ mulieris, repudium tamen hoc non erit perpetuum, conditionem noménque mutabis [q]. ¶ *Vocaberis, Voluntas*, &c. חֶפְצִי בָהּ] *Hephzibah*, Ang. sic Ti. Nomen fuit uxoris Hezeciæ, 2 Reg. 21. 1 [r]. *Deliciæ meæ*, JT. Sy. *Chara mihi*, Ca. simil. V. G. ut mox explicabitur †. *Voluntas* (vel, *Beneplacitum*, Calv. For. *Delectatio*, Pi. *Lubentia*, Ga. 275.) *mea in* (vel, *cum*, For.) *ea*, M. P. Mo. &c. Significat hæc illi non meritis aut viribus suis, sed beneficio Dei, obtigisse [t]. ¶ *Inhabitata*; sic LXX, Ar. בְּעוּלָה] *Beulah*, Ang. Ti. *Maritata*, M. P. Mo. &c. *Juncta viro*, i.e. inhabitata, translatione sumptâ ab uxore quæ viro cohabitat [v]: vel, acceptissima, ut sponsa sponso [x].

5. *Habitabit*, &c. כִּי יִבְעַל בָּחוּר בְּתוּלָה יִבְעָלוּךְ בָּנָיִךְ] *Quia* (vel, *Sicut enim*, P. Ti. Sy. Pi. Ang.) *adolescens*, vel *juvenis*, *maritabitur* (vel, *maritat*, M. *maritat sibi*, Ti. Calv. sim. P.) *cum virgine*, Mo. (vel, *virginem*, M. P. Ti. Pi.) *maritabuntur tibi* (vel, *maritabunt te sibi*, Calv. sim. P. vel, *se tibi*, Ti.) *filii tui*, Mo. &c. *Ut enim virginem in matrimonium capit adolescens, sic te tui nati capient*, Ca. At naturæ repugnat, ut matrem liberi ducant, nec à re adeò detestanda Spiritus Sanctus imaginem sumeret [y]. [Id diversimodè solvunt.] In figuratis dictionibus non est infrequens varias relationes nunc Deo, nunc populo Dei, attribui. Sic eadem Jerusalem nova dicitur & *civitas sancta*, & *Agni sponsa*, atque *uxor*, Apoc. 21. 2, 9, 10. & ab ea distinguuntur *invitati*, sive *sancti*, Apoc. 19. 9. ex quibus tamen Ecclesia constat [z]. Quum de Ecclesiæ conjugio agitur, unus est ipsius maritus, nempe Deus, 2 Cor. 11. 2. Sed hoc non obstat quin metaphora conjugii ad exprimendam fidei unitatem transferatur quam habent omnes filii Dei cum Ecclesia matre sua. Imò Deus Ecclesiæ maritat omnes populos qui ad eam aggregantur [a]. Alii de Principibus exponunt, qui quasi mariti reip. sunt; vide Esa. 47. 8, 9. Thren. 1. 1. quos jam ex popularibus, sive filiis, suis haberent. Confer Deut. 17. 15. Jer. 30. v. 21 [b]. Alii, de Ministris, qui Ecclesiæ quasi mariti sunt, &c [c]. Alii locum aliter vertendo nodum solvunt. Nostra [Anglicana] antiquissima versio sic exhibet, *Sicut juvenis filiam nuptum sumit, ità Deus maritabit se filiis tuis.* Sed, 1. vox *Elohim* longè petitur ex vers. 3. 2. Affixum in יִבְעָלוּךְ planè supprimitur. *Nam sicut conjugio sibi devincit juvenis virginem, ità conjugio sibi devinciet te & filios tuos*, Pi. Verùm versionis suæ rationem nullam reddit. Ei repugnant, 1. verbi numerus; 2. quòd sic *Elohim* ex clausula sequente hîc suppletur; 3. ellipsis τοῦ *&* inter pronomen affixum noménque subsequens, qualis nulla hactenus occurrit [d]. יִבְעָלוּךְ possit impersonaliter sumi, ut Luc. 12. 20. *repetent*, &c. i. e. repetetur: sic, *maritabunt te*, i. e. *tu maritaberis & filii tui*. בָּנָיִךְ tum per asyndeton cohæret cum præcedenti affixo: quis autem maritus sit, exponit verbis seq. nempe, *Deus tuus*. Aliter, *Nam maritatur juvenis virgini? maritabuntur tibi filii tui*: q. d. Si hoc contingit, quod sanè contingit quotidie, ut virgo nubat juveni, continget & hoc, ut tu nubas tuis filiis: id est, Tantum abest ut deserta ac vidua deinceps sis habenda, ut, præter Deum tuum, tuos quoque filios habitura sis maritos, qui quam ut matrem reverentur, eandem ut uxorem diligent *. Sed dubito an plur. impersonaliter usurpentur, nisi ubi res verbo illa designata à pluribus peracta denotatur [f]. [Alii hoc membrum cum

Marginal notes (left column): c Q. in Calv. sim. Mo. — d Ang. — * Calv. sim. Musc. — f Musc. — g Calv. — h Q. in Ang. — i Pi. — k For. — l Calv. — m G. — n San. — o For. — p AE. in Ga. — q Ang. — r Ga. ad vers. c. 24. p. 269. — † San. — t For. — v Q. in Ga. — x Ga. ib. 270. — y Ga. Ang. — z K. Cyr. & Procop. in Ga. ib. — * Mar. — a Ga. ib. — b Hi. in Ga. — c Oleast. in Ga. — d Pi. — * Ga. ib. 271. — f Ang. — g G. sir. San. — h Ga. — i V. — k G. — l Calov. — m For.

Marginal notes (right column): n Ga. ib. 265. — o Ga. 267. — p Ga. 268. — q Calv. — r Ga. adv. 24. 275. — † G. — t For. — v V. — x Calov. — y Ga. ib. 272. — z Ga. ib. 273. — a Calv. — b Q. in Ga. — c La. in Ga. — d Ga. ib. — * Di. — f Ga. ib. 274.

cum sequente conjungunt, locúmque sic reddunt ;] *Nam* quomodo *juvenis homo se maritat virgini,* & quomodo *filii tui se maritant apud te ; ità Deus tuus de te gaudebit*,&c. Gal. τὸ & pro *ità* occurrit Prov.17.3. Esa. 53.7. Particulæ etiam inter verbum & affixum absorbentur alibi : ut Psal. 18.49. קָמַי, *exsurgentes in me* ; & 53.6. חֹנָךְ, *castra habens adversùs te* : ità hîc, יִבְעָלוּךְ, *maritant*, non, *te*, sed, *apud te* [g]. Ut *quum ducit juvenis virginem*, quum uxores *tibi ducunt filii tui* ; *gaudio*, inquam, *sponsi cum sponsa, gaudebit tecum Deus tuus*, JT. Ità יִבְעָלוּךְ fuerit pro יִבְעָלוּ לָךְ, *maritant tibi*, pleonasmo eleganti ; ut Genes. 12. 1. לֶךְ לְךָ, *ito tibi*, collat. cum Act.c.7. v.3. Cant. c.4. v.6. *ibo mihi*. Græci, quò hanc difficultatem declinent, sic reddunt, Ὡς συνοικῶν νεανίσκος παρθένῳ, οὕτω κατοικήσουσιν (rectiùs posuissent, συνοικήσουσιν, ut in priore membro, ubi idem verbum,) οἱ υἱοί σου · *Quemadmodum juvenis virgini cohabitans, ità habitabunt filii tui*. Ità omittunt affixum, quod tamen Cyrilli codices exhibent, addentes, μετὰ σοῦ, *tecum* [h]. *Sicut enim inhabitat juvenis cum virgine, sic habitabunt in medio tui filii tui*, Ch. Res decora & accepta magis est, ubi virginem ducit juvenis, quàm ubi aut senex puellam, aut juvenis viduam. Talis erit terra Israelitica, quum filii sui reversi eam habitent, quæ, dum à populis seculi incolebatur, non erat בְּעוּלָה, *à marito possessa*, nec amœna erat illius habitatio, &c [i]. Sed accuratiùs hoc indagandum est. Verbum בָּעַל sign. primò, *possidere*, unde nomen בַּעַל, *dominus, proprietarius, possessor, rei*, &c. Exod.21. 28, 34. & 22.8 : secundò, *mulierem conjugio sibi devinctam tenere ac possidere* ; ut Deut. 21. 13. *intrabis ad eam*, וּבְעַלְתָּהּ, *& conjugio junctam tenebis* ; & 24. 1. *Si —mulierem acceperit*, (*in uxorem* scilicet, ut pleniùs habetur Deut. 21. 11.) וּבְעָלָהּ, *& conjugio devinctam possederit* : ità potiùs quàm, *maritaverit*, quod verbo antegresso significabatur. Vide & Esa. 54. 5. τὸ בָּעַל itaque in notione sive sylleptica, sive metaleptica, accipio, & sic verto, *Quando*, sicut *juvenis* (eximius quispiam, id enim בָּחוּר sonat, Esa. 40. 30.) qui *adolescentulam maritatam* (h. e. conjugio sibi junctam) *possederit*, ità *filii tui te possidebunt* ; h. e. Quando ità tenebunt & habebunt te, te tecum unà degentes perfruentur, liberi tui, (hæc sunt enim conjugii ritè aptéque initi consequentia,) idque tanta cum contentatione & allubentia, acsi juvenis, &c. Firmatur hæc versio ex usu verbi בָּעַל in v. præced. *Terra tua*, inquit, dicetur בְּעוּלָה, h.e. (ut rectè Chald.) *habitata, possessa* ; & hîc subjicitur nominis ratio, *quia terra tua* תִּבָּעֵל, h.e. (ut Chald. non malè,) *habitabitur, possidebitur*, à filiis tuis utique, prout versu isto indicatur. Certè, cùm τῷ שְׁמָמָה, *vastatæ*, בְּעוּלָה ibi opponitur, *possidenda* & *incolenda* fore insinuatur. Ellipses in hac versione usitatissimæ sunt [k]. *Habitabit enim juvenis cum virgine, & inhabitabunt in te filii tui*, G. ex Vulg. Pacificè contrahentur connubia, quæ tempore belli, juvenibus in castra abductis, præpediri solent [l]. Suaviter vivet juvenis cum virgine, sed longè suaviùs intra muros tuos vivent filii tui [m]. Sicut amicè vivit juvenis cum virgine quam amat [n], & duxit [o], ità vivent inter se cives tui [p] ; ità pacificè & jucundissimè vivent fideles in Ecclesia [q]. Hoc primis post reditum temporibus verum fuit. Particula ו hîc est comparativa. Est autem hæc distinctior explicatio epitheti secundi ; [nempe τοῦ בְּעוּלָה in v. præced.] ut sequens membrum est explicatio ἐξηγητικὴ illius prioris [r] [nempe τοῦ חֶפְצִי בָהּ ibid.] ¶ *Et*, &c. וּמְשׂוֹשׂ חָתָן עַל כַּלָּה וגו׳] *Et gaudium* (vel, *gaudio*, JT. Pi. Angl. juxta *gaudium*, M. sim. Ti. Ang. &c. ut cum *gaudio*, Angl. ut est *gaudium*, P.) *sponso* (vel, *sponsi*, M. JT. &c.) *super sponsam*, Mo. P. &c. (vel, *cum sponsa*, Pi. *de sponsa*, Di. quod habet *de sponsa*, M. Sicut sponsus de sponsa sua lætatur†,) *gaudebit* (vel, sic *gaudebit*, P. Ti.) *super te*, &c. Mo. &c. Considera, lector, quid sit, eum qui seipso abunde felix est *delicias* suas in homine collocare, illis *frui, gaudere*, tanquam sponsum, &c. & indignum nimis tibi videbitur, abjecto Deo, alias tibi delicias perquirere [t].

6. *Super*, &c. עַל חוֹמֹתַיִךְ וגו׳] *Super muros tuos*, (Qui vigilum locus est : vide 2 Sam.13. 34. & 18.24 [v]. Vel, *Pro muris tuis*, i.e. Pro salute tua precatores [x]. Ità עַל sumitur 1 Paral. 6. 49. Esa. 31. 4. & is vigiliarum finis est, Psal. 127. 1.) *Hierosolyma, præficiam* (vel, *constitui*, G. ex Vulg. Calv. Non dicit, *ordinabunt se*, aut *ordinabuntur*, sed, *ordinavi*, ut sciamus unde tales custodes dentur [z].) *custodes*, Pi. &c. i. e. Vel, 1. Angelos [a], tutelares [b] ; qui & *vigiles* dicuntur, Dan.4. 13, 23. & sunt populo Dei, Gen.32. 1, 2. Psal. 34.8. & 91.11. &c [c]. Vel, 2. Magistratus. Vide Esa. 56. 10 [d]. Vel potiùs, 3. Prophetas *, Sacerdotes & Levitas [f], Pastores & Doctores [g]. Vide Jer. 6. 17. & 31. 6. Ezec. 3. 17. & 33. 7. Hebr. 13. 17 [h]. Plenam Regni Christi felicitatem describens, colligit omnia quæ ad beatum urbis statum pertinent [i]. ¶ *Non tacebunt*] Nunquam cessabunt invigilare protectioni tuæ [k], hostiúmque insidias detegere [l]. Perpetuò inclamabunt, vel Deum precibus, vel homines monitis, suis : utrumque enim pertinet ad vigilum officium, Act. 6. 4 [m]. Non cessabunt Christum ejúsque beneficia prædicare [n]. ¶ *Qui*, &c. הַמַּזְכִּירִים אֶת יְהוָה] *Recordantes Domini*, ὁ. *Rememorantes* (vel, *Et vos qui reminiscimini*, M. sim. Ti. V.) *Dominum*, Mo. P. sic Ca. i. e. Pii omnes, qui Dei recordantur, &c. Vide Esa. 26. 8 [o]. *Qui commemoratis*, &c. JT. For. *Qui facitis ut alii reminiscantur*, &c. For. *Qui memoriam celebratis*, &c. i. e. Dominum prædicatis [p]. *Qui Deum memoratis*, Angl. vel, laudando Deum, ut Esa. 12. 4. vel, orando, ut Esa. 26.13 [q]. Vigiles alloquitur [r]. *Qui Deo estis à memoriis*, Angl. i. e. qui eum pro Ecclesia perpetuò solicitatis, &c†. Dicendo, *Quod attinet ad vos qui admonetis*, vel *commonefacitis, Jehovam*. Heb. *Illi qui admonent*. Nominativus absolutè positus ; vel certè vocativus, *O admonentes* †. Verùm hæc non vigilum, sed Prophetæ, verba sunt [t]. ¶ *Nè*, &c. אַל דֳּמִי לָכֶם] *Nè silentium* (*quies*, Angl. For. sub. *sit*, vel *esto*, P. JT. &c.) *vobis*, Mo. P. &c. *Nolite vobis ipsis intermissionem dare*, Ca. Precamini perpetuò [v].

7. *Et nè detis silentium* (vel, *quietem*, For. Ang. Eadem vox quæ versu præced [x].) *ei*] Sic Pi. For. Ang. &c. nempe Domino, quem admonetis, v. præced †. Deum sine intermissione orate [y], ut promissis stet, & populi sui misereatur : hâc spe populum de futura Israelis felicitate confirmate. Dixi quidem de me, quòd non quiescerem quousque oriretur Christus : id profectò fecissem, si tamdiu viverem : sed cùm mihi priùs moriendum sit, vos futuri Ministri, &c. pro me id facite. Hoc unicum erit solamen meum, si intellexero non defore qui Deum pro civitate solicitent [z]. Silentium v. 1. ad doctrinam, h. l. ad preces, retulit [a]. Nè patiamini Deum quiescere : excitate eum [b]. *Et nè permittatis silentium esse de illo*, JT. sc. Christo, Jehova, quem commemoratis *. ¶ *Donec ponat Jerusalem laudem*, &c.] Sic Mo. P. &c. vel, *gaudium*, ὁ. *gloriosissimam*, Sy. *laudabilem*, Ca. Donec reddat eam illustrem, & materiam laudis [c].

8. *Et in brachio*, &c.] Vel, *per brachium roboris sui*, Calv. vel, *per brachium suum roboris*, Angl. *per brachium robustum suum*, Pi. Angl. q. d. Si qua est mea potentia, eam in salute vestra proferam [d]. ¶ *Si dedero triticum tuum*, &c.] O Hierosolyma * ; vel, ô Ecclesia [f] : ut antehac Assyriis, Ægyptiis, Chaldæis [g], juxta minas meas, Deut.28.33 [h]. De hac juramenti forma vide ad Esa. 5. 9. & 22. 14 [i]. Dicens, Non ero Deus, *si dabo*, &c. i. e. Non ampliùs tradam te libidini hostium [k]. [JT. versum sic reddunt ; Sed dicite, *Juravit Jehova——per brachium roboris sui, Nè vivam, si dabo frumentum*, &c.] Eclipsis contrarii, ut Gen. 33. 10. Est autem hîc summa Evangelii, salus ab omnibus inimicis, & vita gloriáque æterna [l]. Promittit hîc pacatam frumenti & vini fruitionem [m], & defensionem ab hostibus [n].

9. *Qui*, &c. מְאַסְפָיו] *Colligentes illud*, Mo. sic P. M. &c. nempe frumentum [o], v. 8 [p]. ¶ *Comedent, & laudabunt*, &c.] Liberalis erit Dominus, & populus gratus, Deum laudans tanquam omnium largitorem [q]. Donum Dei est, si labore nostro partis fruamur [r]. ¶ *Et qui*, &c. וּמְקַבְּצָיו] *Et congregantes* (qui in testas condiderint †) *illud*, Mo. vel, *hoc*, P. Pi. &c. scilicet mustum [t], v. 8. vel, uvas [v]. ¶ *Bibent in atriis*, &c.] In epulis illis ad quas Levitas vocabant in circumjectis Templo locis, Deuter. 14. 23. & seq [x]. Vide & Levit. 6.16. Deut.12.17,18, 19. &c [y].

[g] Ga. ib. 273.
[h] Ga. ib. 274.
[i] K. in Ga.
[k] Ga. 274.
[l] T.
[m] San.
[n] G. sim. Mc.
[o] Mc.
[p] G.
[q] Mc.
[r] G.
† G. sic Pi. &c.
[t] For.
[v] Ang.
[x] G.

[y] Ang.
[z] Calv.
[a] He. in Ang.
[b] Hi. & Huge & Bern. in T.
[c] Ang.
[d] Q. in Ang.
* For.
[f] G.
[g] T. ex Thom. Cyr. Musc. Ang.
[h] Ang.
[i] Calv.
[k] T.
[l] T. sim. Me.
[m] Ang.
[n] M.
[o] Q. in Ang.
[p] V.
[q] Q. in Ang.
[r] Ang.
† Idem.
† Pi.
[t] Ang.
[v] G.
[x] Ang.
† Idem.
[y] Ca. sim. For. Pi. Ang. Calv.
[z] For.
[a] Calv.
[b] G.
* Jun.
[c] V.
[d] Calv.
* Pi.
[f] San.
[g] G.
[h] Musc.
[i] Ang.
[k] Pi.
[l] Jun.
[m] Calv.
[n] Oecol.
[o] Pi. Angl.
[p] Ang.
[q] San.
[r] Calv.
† G.
[t] Pi. Ang.
[v] Ang.
[x] G.
[y] Ang.

10. *Transite, transite per portas*] Contextus abruptus est, ob variationem tum materiarum, tum personarum. Introduxerat Deum vigiles promittentem, v.6. Vigiles incitaverat ad præstandum officium suum, v.7. Introducit iterum Deum jurantem, &c. v.8, 9. Hîc alloquitur populum ipsum. Porrò, ambigua hîc phrasis est, & tam de introitu, quàm de exitu, per portas intelligi potest. Hinc variant [z]. Liber erit vobis transitus per portas urbis, quæ priùs aut clausæ erant, ut urbe obsessâ, aut dirutæ. De Ecclesia Christi agit, quam confert urbi populosæ, quum ad tempus diruta fuisset [a]. *Portæ*, inquit, *sunt apertæ*, Ecclesia docet Verbum remissionis peccatorum: transite & amplectimini Verbum [b]. Significat magnam multitudinem ex captivitate confluentium in urbem, Esa. 60. 11. Vel, est invitatio populi ut accedant ad Ecclesiam, cujus civitas typus erat. Et quum obstare videntur verba sequentia, *Parate viam*, &c. sic intelligunt, ut illi qui in urbe jam constituti erant per portas exeant, ut aliis advenientibus gratulabundi occurrerent [c]. Hortatur veros Israelitas ut, exeuntes per portas, præparent itinera filiis Dei dispersis jam adventantibus Hierosolymam. Quæ certè nihil aliud significant quàm ex Jerusalem ituros Discipulos Domini per totum orbem, ut alios ad Ecclesiam perducant [d]. Al. *Transite*, &c. Vos Sacerdotes & Levitæ, de quibus suprà, intrate in Templum [*]. Verùm in omnibus parallelis Prophetæ locis, *præparatio viæ* refertur ad populum ex Babylone redeuntem; nec à Judæis pro aliis fiebat, sed ab aliis pro Judæis. Sic ergò locus intelligi potest; q.d. O vos captivi, exite portis Babylonis, &c. nam per Cyrum id licet: vel sic, O vos populi vicini, exite portis urbium vestrarum, ut vias populo Dei muniatis [f]. At hic versus & seq. Christi Regnum & vocationem Gentium concernunt: ut patet, 1. ex superioribus, quæ de iis egerunt; 2. ex verbis & phrasibus sequentibus [g], [de quibus in suis locis dicetur.] ¶ *Præparate* (vel, *Complanate*, Mo. *Expurgate*, P. sic M. vide ad Esa. 57. 14[h].) *viam populo*; sic Pi. &c. הָעָם] *Populi*, Mo. P. Ang. *pro populo*, M. Angl. Dei scilicet [i]. Vos Doctores inprimis [k]: quorum hoc officium est [l], ut populo præeuntes viam parent, & alios animent [m]. Antè Medos & Persas alloquebatur, &c. Sed generaliter hoc loco loquitur, & quidem imperiosè ad omnes homines, tametsi insensissimos; ut intelligerent Judæi etiam hos mandato Dei obsequuturos, & omnia impedimenta facilè sublatum iri [n]. ¶ *Planum facite iter*] Docete eos recta. Id fecit Esdras cum Levitis, Esd. 7. 10. Neh. 8. 4, &c [o]. ¶ [סֹלּוּ וגו׳] *Munite* (vel, *Aggerate*, JT. Pi. *Sternite* lapidibus, P. *Complanate*, M. sim. Ca.) *iter*, Ti. vel, *viam*, P. *viam stratam*, Mo. P. *aggerem*, JT. Tollite scandala, & retinete Verbum purum [p]. ¶ *Et*, &c. סַקְּלוּ מֵאֶבֶן] Verbum סקל sign. in genere, *lapidare*, & modò, *lapides eximere*, ut Esa. 5. 2. modò, *lapides projicere*, ut 2 Sam. 16. 6, 13. Hinc variant [q]. *Elapidate*, Ca. *Amovete lapides*, JT. Pi. *Purgate eam lapidibus*, P. sim. Ti. *Elapidate* (sub. *illum*, nempe aggerem [r],) *à*, vel *è*, *lapide*, Pi. Mo. h. e. lapidibus, collectivè [†]; h. e. ità ut nulli sint lapides in via ad quos impingant, ut Psal. 91. 12. Sic Hos. 9. 12. *ab homine*, i. e. nè sit homo [t]. Projicite omnia offendicula quæ æqualem gressum impedire possent. Talia sunt connubia cum alienigenis, Esd. 9. & 10. avaritia, usura, Neh. 5. 7. sabbati violatio, Neh. 13. 15, &c. aliáque similia [v]. Verti potest, *Sternite eam lapidibus*, V. sim. For. vel, *cum lapide*, Angl. מ valet *cum*, ut Cant. c. 1. v. 2. & c. 3. v. 9 [x]. i. e. Facite viam altam magnis lapidibus [y]. *Lapidate ex lapide*, For. ¶ *Elevate signum ad* (vel, *super*, Mo.) *populos*] Ità P. &c. i. e. Facite ut gentes aliæ exemplo vestro ad pietatem provocentur [z]. Quoniam Judæi inter varios populos dispersi erant, vexillum erigi jubet ad illos populos, ut Judæos adducerent, &c [a]. Vel, ut, more militiæ, sciant ubique electi quò debeant convenire, quos duces itineris sequi [b]. Loquitur de signo illo apud Gentes erigendo, Esa. 11. 10, 12[c]. per prædicationem Evangelii [d].

11. *Ecce, Dominus auditum*, &c. [הִשְׁמִיעַ אֶל וגו׳] *Audire fecit* (vel, *divulgavit*, M. sic Ti. *proclamavit*, V. *audiendam præbet* vocem suam, Pi.) *ad* (vel, *usque ad*, Ti. JT.) *extremum*, vel *fines*, *terræ*, Mo. P. &c. i. e. Ab extimis terræ partibus jussit hoc pronunciari, per Ezechielem maximè [*]. Sed hæc glossa & inaudita est, & absurda, quia auditus hic ad fines terræ se porrigit [f]. Convenit hæc phrasis cum illa in edicto Cyri, *Omnia regna terræ* (nempe Orientis) *dedit mihi Dominus* [g]. ¶ *Salvator tuus*, &c.] Ità M. Ti. &c. i.e. vel, 1. Cyrus [h]; vel, 2. Christus [i]. ¶ *Merces ejus*, &c.] Id est, [vel, 1. quam ille ipse accipiet.] Hæc est merces adventûs & laboris Christi, quòd *gentes hæreditabit*, &c. Psal. 2. 8 [k]. Vel, sensus est, Pro ista liberatione vestra jam mercedem in antecessum recepit, victoriam de Chaldæis [l]. Vel, 2. merces quam dabit fidelibus [m]. q. d. Bona quæ confert præstò sunt [n]. Afferet secum veram, summam & æternam salutem [o]. ¶ *Et opus ejus coram illo*] Sic M. P. Mo. &c. vel, *præmium*, &c. V. simil. G. Pi. vel, *operæ pretium*, &c. JT. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Ecce suam mercedem habentem secum, suúmque præmium*.] Vide de his verbis ad Esa. 40. 10. Triplex hîc *Ecce* & certitudinem & magnificentiam rei denotat [p]. Illa, *cum eo*, *coram eo*, summam accelerationem significant [q].

12. *Vocabunt eos*, (nempe Sionis filios, sive populum [r],) *Populus sanctus*] Vel, *populum sanctum*, Pi. &c. ¶ *Quæsita*; ità Mo. דְּרוּשָׁה] *Requisita*, Ch. P. JT. Pi. Ca. Ad quam multi confluent [†], aut visendi, aut negotiorum, causâ [t]. Quæ à multis requiretur, ut nomen suum ipsi dent [v]. *Requisita*, cùm à Christo redimente, tum ab electis omnibus, à quibus relicta videbatur [x]. Constabit te non esse, ut antea, derelictam à Domino, sed requisitam & restitutam [y].

CAP. LXIII.

1. **Q***Uis est iste qui venit de Edom, tinctis*, &c? חֲמוּץ בְּגָדִים מִבָּצְרָה] *Rubefactus* (vel, *madefactus*, JT. *aspersus*, Ti. sic Pi. Heb. *fermentatus*, metaphora;) *vestes*, vel *vestibus*, *de Bosrah*, Mo. sim. P. M. Ca. &c. Non facilè explicatu est quò spectet hæc prophetia [a]; & num cum præcedentibus connexionem habeat, (quod probabilius puto,) nécne [b]. Tota hæc prophetia (in qua tria capita conjungimus) est dialogistica, ac proinde tribus quæstionibus responsísque continetur. Quæstiones proponit Ecclesia Judæorum; responsa, Christus. 1. Quærit quis ille sit, & cognoscit ex Christo, hoc versu. 2. Quærit cruentarum vestium causam, v. 2. cui respondetur v. 3, 4, 5, 6. 3. Ecclesia repentè adducta, partim in admirationem antegressorum Dei operum, reliquo capite, partim in metum ex peccatorum suorum conscientia, implorat misericordiam Christi, toto cap. 64. cui respondet Christus, cap. 65 [c]. Quærunt Interpretes & quis loquitur, & de quo [d]. 1. Quis? Resp. Sunt hæc verba vel, 1. Angelorum [*], qui triumphali cantico gloriosum Christi ascensum celebrant [f]: vel, 2. Prophetæ [g]: vel, 3. Israelis [h]; fidelium Israelitarum, triumphantem admirantium, & vocationem Gentium ignorantium [i]: vel, 4. Ecclesiæ [k], Christianæ [l]. 2. De quo? Resp. 1. De Michaele, qui cum Persa pugnaverat, Dan. 10. 13 [m]. [2. De Juda Macc.] Hîc Prophetæ oblatum est visum de Juda Maccabæo, qui Idumæam vastavit, Bosram (quæ Βόσρα Ptol. & Strab. Βόσορρα Josepho & Maccabæorum scriptori,) cepit atque incendit, cunctis maribus qui militaris essent ætatis, interfectis. Vide Jos. 11. 11, 12. 1 Mac. cap. 5 [n]. Sed vanitas hujus commenti facilè detegitur. 1. Nulla aut è textu Prophetæ, aut è N. T. aut ex veterum explicatione, fides ei conciliari potest. 2. Ità perit nexus cum præcedentibus, quem adeò urget Grotius. Quis enim saltus à Cyro ad Judam Maccabæum? 3. Nomina quæ hîc sequuntur augustiora sunt quàm quæ Judæ, aut ulli mero homini, conveniant, ut in sequentibus patebit. Ea autem omnia ex asse conveniunt Messiæ; inprimis si visio hæc Esaiæ cum visione Johannea conferatur, Apoc. 19. 11, &c [o]. 3. De Deo, qui proclamationem illam Esa. c. 62. v. 11. edixerat [p]; quem Propheta introducit rubicundis vestibus, ceu vindicem suorum [q]. 4. De Christo [r]: ut facilè patebit.

1. De

z Ang. a Calv. b M. c Q. in Ang. d For. * G. f Ang. g Calov. h Ang. i Ang. k Oecol. l Calv. m Oecol. n Calv. o G. p M. q Ang. r Pi. † Pi. sim. Ang. t Ang. v G. x Ang. y V. ex He. z G. a Ang. b Mar. c Calov. d Calov. Pi.

* G. f Calov. g Calv. h G. i San. Calov. For. k For. l G. m Pi. n Mar. o Calov. p Ang. q For. r Ang. sim. Pi. † G. sim. Ang. For. t For. v Q. in Ma. sim. For. San. Calov. x Jun. y Calv.

a San. b Ang. c Jun. d Ang. * Mr. Dion. Orig. Hi. Aug. &c. in T. f San. ex Dion. &c. g Calv. Calov. Mc. &c. h He. in Ang. i For. k Mc. Pi. Jun. l Pi. m He. in Ang. n G. o Calov. p Q. in Ang. q Calv. Mc. Calov. Pi. Jun. &c. r Calov.

1. De illo actum est in præcedentibus, cum quibus hæc connectuntur. 2. Illi singula optimè congruunt, ut videbimus. 3. De eo intelligunt Interpretes ferè omnes, tum Christiani, tum etiam Rabbini veteres, qui in Bereschith Rabba ad Gen. 49. 11. hunc locum ad Regem Messiam expressè referunt[r]. Q. hoc referunt ad triumphum Christi, qui *rubicundus* hîc dicitur ob sanguinem suum in cruce fusum, &c †. Jusserat nunciare Tsioni, quòd *adveniret Salvator ejus*, Esa. 62. 11. jam eum appropinquantem civitati inducit, & de hostibus triumphantem[t]. De Gentium conversione, & extinctione idololatriæ, accipiunt[v]; vel, in genere, de hostibus à Christo superatis, quorum ipse sanguine aspersus est[x]. Christi victoris, & de Gentilibus sibi subactis triumphantis, speciem hîc describit[y]. *Quis*, &c? Non dissimilis est ἔννοια illa Virgiliana, *Quis procul ille autem ramis insignis olivæ Sacra ferens? nosco crines incanáque menta Regis Romani. Tinctis vestibus*, i. e. cruentis ab hostium sanguine[z]. Quum infinitis malis premerentur Judæi, Idumæis aliisque hostibus impunè lascivientibus, periculosè tentari poterant, quasi fortuitò hæc sibi acciderent, aut à Deo negligerentur. Huic tentationi occurrit Esaias, Deum introducens vindicem, &c[a]. Sed quid hîc *Edom* & *Bosra*? Resp. Hæc non ad loca ista refero[b], sed ad habitum hujus Herois, (cum allusione tamen ad ista nomina, quod in S. S. non est insolens[c],) qui hîc venire dicitur quasi *de Edom*, quasi *de Bosra*; ut sit ellipsis notæ similitudinis. אדום sign. *rubrum*, & בצרה *vindemiam*, quæ aptè adjungitur *tinctis vestibus*, nempe tanquam musto de torculari[d]. [Reliqui aliter.] *Edom* hîc est Idumæa; vide Esa. 11. 14. *Bosra* autem duplex erat; una in Moab, Jer. 48. 24. altera in Idumæa, Gen. 36. 31, 33. Jer. 49. 13, 22. Amos. 1. 12. Quidam illam Moab hîc intelligunt, quia Edom & Moab conjunguntur 1 Par. 18. 11. Sed malim esse hanc Idumæorum metropolin. Sic *Edom* & *Bosra* junctim occurrunt in loco huic parallelo, Esa. 34. 6. Sed quæritur, Cur illustris hic heros venire dicitur à clade Idumæorum, & non potiùs Chaldæorum? Resp. Horum meminit, tanquam vicinorum, ut significet Judæos tranquillos fore, vicinis hostibus subactis: vel, horum nomine hostes omnes appellat, quòd Idumæi hostes populi Dei erant & antiquissimi, & malignissimi, (vide Psalm. 137. v. 7. Amos. 1. 11. Obad. vers. 10,—14.) non obstantibus, sive cognatione, Mal. 1. 2. sive benignitate Israelitarum erga ipsos, Deut. 2. 4, &c. sive legibus de ipsis clementer latis, Deuter. 23. 7*. Idumæi plurimùm semper gavisi fuerunt Judæorum malis. Ideo multùm ad rem pertinebat, solatium hoc ex malis quæ Idumæis per Judæos eventura erant per Prophetam Judæis velut repræsentari: quale est illud apud Virgilium, *Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis. Eruet ille Argos*, &c[f]. Idumæorum meminit, nè quis impunem ipsis fore putet immanem illam sævitiam quâ exarserant in fratres suos[g]. *Moab* & *Edom* synecdochicè poni solent pro omnibus sceleratis, & Dei populique sui hostibus[h]. ¶ *Iste*, &c. [זה הדור בלבושו] *Iste* (sub. *inquam*, P.) *decoratus* (vel, *decorus*, P. JT. &c. *honoratus*, M. *magnificus*, Ca.) *in stola* (vel, *in veste*, P. M. &c.) *sua*, Mo. *Ille tam honorificè paludatus*, Ti. sim. G. Licèt sanguine fœdatus, decorus tamen, &c[k]. In bellatore vestis sanguine respersa honesta est[l]. ¶ *Gradiens*, &c. [צועה וגו] *Gradiens*, vel *obambulans*, (cum pompa scilicet & fastu, quasi conscius dignitatis suæ[m]: vel, *festinus*, Mo. *peregre agens*, JT.) *in* (vel, *cum*, Pi. vel, *præ*, Q. in V.) *multitudine* (vel, *amplitudine*, JT. Pi.) *virtutis* (vel, *potentiæ*, Mo.) *suæ*, Calv. For. &c. vel, *virium suarum*, JT. Pi. nempe potentiæ suæ Divinæ[n]: præ se ferens ingentem virtutem: aliter enim incedunt debiles, aliter robusti[o]. i. e. —*agmen agens, magnique ipse agminis auctor*[p]. Peragrans & pervadens securè omnes hostium regiones, non alienis copiis, aut collectâ manu, sed solâ potentiâ suâ[q]. *Ac tanto robore suo gradiens*, Ti. *Summâ vi incedens*, Ca. *Demigrare faciens*, &c. P. *Proficisci faciens*, &c. V. vel, 1. Israelem de locis captivitatis suæ[r]; vel, 2. Gentes, quas aliò transferet Deus, licèt firmas sedes habere videantur †. Verùm צועה capitur absolutè[t], vel intransitivè & neutraliter[v]; est enim nomen Toar[x].

[r] Calov. † Q. in Calv. [t] For. [v] Q. in San. [x] Al. in San. [y] Mc. [z] G. [a] Calv. [b] Q. in Ang. [c] Calov. ex Glas. [d] San. sim. Calov. * Ang. [f] G. [g] Calv. [h] San. [k] Calv. sim. For. [l] San. p. 714. [m] For. sim. San. Ang. Calv. [n] Pi. [o] For. [p] G. [q] Ma. ex Jun. [r] V. ex He. † Q. in Calv. [t] Calv. [v] For. [x] Calv.

¶ *Ego, qui loquor justitiam*; [בצדקה] *In* (vel, *cum*, For. vel, *de*, Pi.) *justitia*, Calv. &c. Respondet Prophetæ ille exstiturus olim Maccabæus. Ego ille sum qui Religionem veram contra Antiochum defendi[y]. Imò respondet Dominus[z], vel Messias[a], cui descriptio sequenti similis in S. S. sæpe tribuitur[b]. Fortè *justitia* pro *veritate* ponitur[c]; quasi glorietur quòd promissa adimpleat[d]. Vel, *loquor in justitia*, i. e. judicium justè exerceo; quo se Regem & justum esse dicit*: justam Dei iram hostibus Ecclesiæ denuncio[f]. Al. prædico Evangelium, quod homines justificat[g]. Vel, *in justitia*, i. e. justè, ut Esa. 48. 1. sic, *in veritate*, i. e. verè, Esa. 38. 3[k]. ¶ *Et*, &c. [רב להושיע] *Multus* (vel, *Magnus*, vel *Princeps*, For. vel, *Magister*, Calov. vel, *Sufficiens*, JT. sic Pi. *Propugnator*, Vulg.) *ad servandum*, Calv. Pi. &c. Qui omnibus periculis me objicio ut populum servem. Vera descriptio Judæ Maccabæi[l]. Imò Christi, cujus nomen *Jesus* in voce להושיע insinuatur, qui est Magister salutis, qui potest & novit & vult servare, qui *& verbis & factis potens est*, Luc. 24. 19. qualis hîc describitur[m]. Justitiam ergò & misericordiam hîc celebrat: non tamen se *principem*, vel *magnum*, dicit *ad justitiam exercendam*, sed, *ad salvandum*[n]. Polleo omnipotentiâ in danda gratia & vita æterna[o].

2. *Quare ergò rubrum est*, &c?] De persona satis instructus, quærit de habitu & incessu[p]. Loquitur vel Ecclesia[q]; vel Propheta[r]. Dic, ait, unde iste cruor vestes tuas asperfit, sicut viri aspergi solent qui in torculari laborant. Similitudo hæc frequens Hebræis. Vide Thren. 1. 15. Vox אדום *rubrum* manifestè alludit ad nomen *Idumææ* †. Alludit ad nomina: nam *Idumæa* à *rubendo*, & *Bosra* à *vindemiando*, nomen habet*. Si es Magister salutis, unde cruentæ tuæ vestes[t]? Unde carnem niveam & virgineam cruentâsti? Magis enim tibi convenit clementia quàm crudelitas, magis candor quàm cruor[v].

3. *Torcular* (sub. *inquiet*, Ti.) *calcavi solus*] Ità P. M. JT. &c. Judas Maccabæus in viso oblatus Prophetæ rursum loquitur; aitque non mirum esse si cruentatus sit, quandoquidem ipse solus, cum paucis Judæis, nullo externorum adjuvante, primùm cum Philisthinis, deinde cum Idumæis, pugnaverit. Est & hîc ingeniosa allusio: nam גת [quæ vox in priori versu occurrit] & *torcular* sign. & est nomen urbis principis Philisthinorum[x]. ¶ [פורה וגו] Vox hîc tantùm occurrit, & Hag. 2. 16[y]. *Prelum*, Ca. *Lacum*, Sy. Torcular quidem calcavi, inquit, verùm hostium, non uvarum[z]. Respondet hîc Christus: q. d. Hostes Ecclesiæ debellavi solus. Confer Apoc. 14. 19, 20. & 19. 15[a]. Hæc significant victoriam quam Christus reportavit de Gentibus per Evangelium captivatis[b]. ¶ *Et de gentibus non est vir* (vel, *de populis non fuit quisquam*, Pi. Calv. &c.) *mecum*] Qui me in debellandis hostibus juvaret[c]. Rationem reddit cur cruentatus sit, quòd ipse torcular, non, ut alii, per servos suos, sed per se, & quidem solus, calcaret[d]. Omnes me deseruerunt*. Solus Christus opus redemptionis nostræ absolvit, tum patiendo, tum potentiam Dæmonis frangendo, &c[f]. Verùm alii, iique optimi, Interpretes de Christo intelligunt, non tanquam Sacerdote, sed tanquam Principe & strenuo bellatore, pro suis pugnante adversùs hostes, &c. Obj. At in eo opere non est solus. Respondent; 1. Non hoc vult, neminem fuisse cum eo, nempe assistentem, sed cum eo congredientem; ut Psal. 55. 19. *multi mecum*, pugnantes scilicet. 2. Deus quidem hominibus utitur ceu instrumentis suis, qui tamen sine illo nihil valent, & totum robur suum ab ipso accipiunt. Hinc Deus *solus* dicitur *duxisse populum*, &c. Deut. 32. 11. quanquam id fecit per manum Mosis, Psal. 77. 21; & opus Templi reædificandi *non robore*,—*sed spiritu suo*, peregisse, Zach. 4. 6. quanquam per Cyrum, Zorobabelem, &c. hoc effecit[g]. Significat Deum sic animadversurum in Idumæos, ut ope hominum minimè indigeat. Et quamvis aliæ gentes perderent eos, tamen separatum fore Dei opus; quia profanis hostibus nihil minùs propositum erat, quàm pœnas crudelitatis ab eis exigere[h]. Significat Christus, se solum Gentes captivâsse in obsequium fidei, magnámque hanc, sed spiritualem, cædem fecisse. Magna quidem erat victoria, quòd Gen-

[y] G. [z] Calv. [a] M. Jun. Pi. [b] Calov. [c] For. [d] For. sim. Calv. [f] For. Pi. [g] Ma. ex Jun. sim. Calov. [k] Ang. [l] G. [m] Calov. [n] For. [o] Jun. [p] For. [q] Pi. [r] G. Ang. † G. * Cs. [t] Calov. ex Brent. [v] Calov. ex Hi. [x] G. [y] Ang. [z] Calov. [a] Pi. [b] For. [c] Pi. [d] Ang. * Mar. [f] San. [g] Ang. [h] Calv.

tes à falsis diis & depravatissimis moribus eò perduxit, ut se etiam dura imperantem [libenter & avidè] sequerentur. His autem similitudinibus id exprimit, ut carnali exspectationi Judæorum satisfaciat, qui victorem & stragem edentem Messiam exspectarent. Ità verò eis satisfacit, ut doceat eos hæc & similia ad spiritualem victoriam referre. At si misericordiæ hoc opus sit, quid *ira* & *furor* in seq. commate? Resp. Scilicet in peccatum, & peccati tyrannidem[i]. ¶ *Calcavi*, &c. ואדרכם וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, Ang. *Sed*, Angl. ו sumitur causaliter Esa. 53. 2. & adversativè Esa. 60. 10[k].) *calcavi* (vel, *calcabo*, Ang.) *eos* (hostes scil. Ecclesiæ[l]. *Eos* tantùm dicit, nec exprimit quinam illi sunt, sed id colligendum relinquit, tum ex personæ suæ descriptione, tum ex aliis S. S. locis, Gen. 3. 15. & 49. 10[m].) *in ira*, &c. For. &c. ¶ *Et aspersus*, &c. ויז נצחם וגו׳] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi.) *spargetur* (vel, *aspergebatur*, Angl. sim. JT. Pi. Ti. &c.) *sanguis* (vel, *victoria*, Mo. For. poeticè, pro victoriæ signis, nempe sanguine hostium: vel, *excellentia*, vel *sustentatio*, i. e. ea quæ sustentant; vel, *laus*, & quæ ad laudem victoris faciunt[n]: vel, *robur*, sive *fortitudo*, Pi. G. Calov. i. e. sanguis, in quo est hominis fortitudo[o]: vel, sanguis *cujusque robustissimi*, JT. Quæ ellipsis nimis arbitraria est[p].) *eorum*, &c. P. Significat hostes acriter summâque virtute pugnâsse; ità tamen, ut potentia eorum super Christi vestimenta sparsa sit, &c[q]. ¶ *Indumenta mea inquinavi*; sic Mo. &c. אגאלתי] *Inquinabo*, P. M. In hac voce א est pro ה[r].

4. *Dies enim ultionis* (à Deo destinatus ad vindictam de hostibus Ecclesiæ †; vel, quo ultionem de posteris Esaui sumerem[t]; sub. *est*, M. vel, *erat*, Pi.) *in corde meo*] Ità M. Mo. P. &c. i. e. in consilio meo designatus, Esa. 65. 6. Actor. 17. 31[v]. Vel, q. d. dies exoptatissimus: vide Psal. 40. 9[x]. Postquam rem velut compendio significaverat, eam nunc ordine narrat: q. d. Venit mihi in mentem (Anthropopathia) tempus opportunum & à Patre decretum adesse quo ultionem sumerem, &c[y]. Videbam venire diem pridem mihi exoptatum[z]. ¶ *Annus redemptionis meæ*, &c. sic ό. Ch. Ar. sim. Sy. גאולי] *Redemptorum* (vel, *redimendorum*, Pi. Ca. G.) *meorum*, Mo. P. &c. *quo mei redimantur*, M. sim. Ti. Id est, ut, perdomitis Idumæis, Judæos in posterum liberem à vexationibus, quales sæpe antehac ab Idumæis pertulêre[a]. Venit annus quo Pater decreverat suos redimere[b]. [Alii versum sic reddunt;] *Quando dies ultionis ex animo meo*, (id est, Quum exoptata mihi plenitudo temporum advenit, Gal. 4. 4[c].) *& annus vindicandorum meorum*, (i. e. verus ille jubilæus, quem legalis ritus figuraverat, Levit. 25. & 27†.) *venit*, JT.

5. *Non erat auxiliator*] Eo tempore nulla erant Judæis cum gentibus illis fœdera: nam ea quæ facta sunt cum Demetrio, cum Romanis, cum Spartiatis, facta sunt postea[d]. ¶ *Quæsivi*, &c. ואשתומם ואין סומך] *Et obstupui*, (vel, *admiratus sum*, P. M. sic Ca. Ang. vel, *consideravi*, ό. sim. Ar.) *&* (vel, *sed*, Ti. Pi. vel, *quòd*, M. JT. Ang.) *non* (sub. *erat*, Pi. P. Ti. vel, *esset*, M. Ang.) *qui fulciret*, P. Pi. Ti. &c. vel, *sustentaret*, M. qui manum mihi judicia mea exsequuturo porrigeret *. [At si de opere redemptionis sermo foret, neutiquam miraretur Christus, neminem sibi auxiliari in isto opere, quod omnibus aliis humeris longè impar esse probè noverat.] Al. Verto, *Et meipsum devovi*, &c. vel, *piaculum feci*, ad expianda aliorum peccata[f]. ¶ *Et* (vel, *Itaque*, Pi. sic V.) *salvavit* (vel, *salutem fecit*, M. sim. Ti. JT. Pi. &c.) *mihi brachium meum*] i. e. Potentia mea Divina[g]. ¶ *Et*, &c. וחמתי וגו׳] *Et ira mea ipsa fulcivit me*, P. M. &c. *Et æstus meus*, &c. Mo. G. id est, animus æstuans[h]. *Et bilis mea*, &c. Ca. *Ira*, vel in hostes Ecclesiæ[i]; vel in peccatum, cujus imperium diutiùs ferre non poteram[k]. *Zelus* pro populo meo[l]. Zelus Legis, qualis in Phinea & Elia, qui in Juda illustris erat. Vide 1 Mac. 2. 54, 58. & 1 Mac. 3[m].

6. *Et inebriavi* (vel, *inebriabo*, Mo. P. &c.) *eos*, &c.] Ità Ti. JT. Ca. &c. i. e. Iræ meæ calicem eis potandum (vel, epotandum[n],) dedi. Vide Psal. 75. 9. Esa. 51. 22, &c[o]. Eos ad satietatem usque percussi[p]. Ademi eis vim rebellandi aut resistendi[q]. Ità obstupefeci eos, ut, ebriorum instar, nec stare possent, nec scirent quò

[Margin: i For. | k Ang. | l Pi. | m Calov. | n For. | o G. sic Calov. | p Calov. | q Calov. | r G. | † Pi. | t G. | v Ang. | x Q. in Ang. | y For. | z G. | a G. | b For. | c Jun. | † Jun. | d G. | * Calv. | f For. | g Pi. | h G. | i Pi. | k For. | l Ang. | m G. | n Jun. | o G. | p Calv. | q Pi.]

se verterent[r]. ¶ ואשכרם] *Et conculcavi eos*, LXX, Ar. *Et exagitavi eos*, Sy. *Et confregi eos*, Ch. Legit ואשברם †. Convenit hoc cum præced. אבוס *calcavi*[t]. ¶ *Et*, &c. ואוריד לארץ נצחם] *Et* (vel, *Denique*, JT. *Ità ut*, Ti.) *descendere faciam* (vel, *deponam*, M. *dejeci*, JT. Pi. *prosternam*, V. *derivârim*, Ti.) *in terram fortitudinem* (vel, *victoriam*, Mo. *potentatum*, Ca. *sanguinem*, ό. Ti. G. vide suprà 3[v]. vel, *robustissimum quemque*, JT. vel, viros *roboris*, Angl. ut Esa. 3. 25. ut, *justitia* & *sapientia*, pro viris *justis*, Esa. 41. 2. & *sapientibus*, Mic. 6. 9[x].) *eorum*, P. &c. i. e. Ingentem occidionem feci[y].

7. *Miserationum Domini recordabor*] Nova hæc concio est[z]. [Et novum caput hîc inchoant JT. Pi.] Postquam Propheta triumphum Christi de hostibus suis & Gentibus convertendis narravit, animo videns multa priùs Judæos passuros, ac demum adveniente Redemptore pejùs habituros, Deum orat, &c[a]. Hæc est ratio contextûs, nempe Prophetam, antehac de exitio populi [sui] loquutum, seipsum consolari hâc misericordiæ fiduciâ, quòd Deus aliquos servare velit[b]. Agnoscit hîc tum Dei beneficia, tum populi peccata, Deíque ob illa judicia, &c[c]. Loquitur hîc populus in Babylone captivus[d]; vel Propheta ipsorum nomine *. Versus hic sequentis Cantici titulus est & exordium[f]. ¶ *Laudem* (vel, *& laudes*, Ang.) *Domini super omnibus quæ*, &c. כעל כל אשר גמלנו] *Pro omnibus* (vel, *in omnibus*, Ar. *secundùm omnia*, Pi. Ang. *planè pro omnibus*, JT. *velut super omnibus*, Ti. sic Mo. Calv. *velut de his omnibus*, M. Utitur particulâ similitudinis, ut ostendat nobis, in rebus adversis statim occurrere debere Dei beneficia erga populum suum, acsi ob oculos posita essent, tametsi longâ vetustate sepulta videantur[g].) *quæ contulit* (vel, *reddidit*, sive *retribuit*, Mo. M. Ar. Id verbum sign. 1 Sam. 24. 17. Psalm. 103. 10. alibi autem, *gratis tribuit*, Psalm. 116. 7. & 119. 17. & h. l[h].) *nobis*, P. Sy. &c. Dicit, *nobis*, quamvis in majoribus collata fuerant; quia Judæi [tunc viventes] ejusdem corporis membra erant, ideóque ad ipsos etiam fructus illorum beneficiorum redundabat[i]. *Pro tot ejus erga nos meritis*, Ca. ¶ *Secundùm indulgentiam* (vel, *misericordiam*, Pi.) *suam*] Omne meritum removet[k]; etiam Mosis, Aaronis, &c[l].

8. *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *dixit*] Id est, secum cogitavit[m]; nempe olim Dominus[n], quum fœdus pangere vellet cum patribus nostris, educturus eos ex Ægypto[o]. ¶ *Veruntamen*, &c. אך עמי המה בנים לא ישקרו] *Verè*, vel *Utique*, vel *Certè*, (vel, *Veruntamen*, Ch. San. q. d. Offendit me populus, veruntamen meus est[p]. Vel, *Fortasse*; est enim אך interdum ominantis[q].) *populus meus ipsi*, (vel, *sunt*, P. Pi. &c. vel, *erunt*, M. For.) *filii non* (vel, qui *non*, P. Pi. Ang. &c. qui *nequaquam*, Ti.) *mentientur*, Mo. P. vel, *fallent*, Ti. vel, *mendaciter agent*, Pi. sic JT. vel, *infideliter agentes*, M. vel, *fallaces*, For. vel, *mentientes*, i. e. falsi, quales sunt illi qui se in alienas familias mendacio inserunt *. q. d. Non erunt tam impii atque impudentes ut à me degenerent[r]. Humanitus dictum †. Sic prudens homo, ex rebus judicium faciens, speraret, propter patrum sanctitatem & fidem quâ suos filios imbuerant, &c[t]. Non falli potest Dominus spe suâ; sed sic loquitur, quia per homines non stat quò minùs Deum frustrentur[v]. [Ca. versum sic reddit, *Quos cùm populum suum, filios fidem non falsuros, cogitaret.*] ¶ *Et* (vel, *Ideo*, Pi. sim. V. hâc spe conceptâ[x]: Tandem[y],) *factus est eis salvator*] Ab hostibus ipsorum[z]; ab Ægyptiis[a].

9. *In*, &c. בכל־צרתם לא צר] Duplex hîc lectio, לא, & לו[b]. Similis de eadem voce est diversitas Exod. 21. 8. Levit. 11. 21. & c. 25. v. 30. Vide & 2 Reg. 8. 10. 1 Par. 11. 20. Esd. 4. 2. Job. 13. 15. Psalm. 100. 3. Esa. 9. 3. & 49. 5[c]. [Hinc inprimis varietas versionum.] *In omni tribulatione*, vel *afflictione*, (vel, *angustia*, Mo. P. JT. Pi. vel, quâ afficiebantur ab Ægyptiis[d]; vel, quâ Deum indignissimè affecerunt. Humanitus dictum *.) *eorum*, Ti. Vulg. &c. [In sequentibus admodum variant:] *non angustia*, Mo. vel, *non affecit* eos *angustiâ*, JT. Pi. i. e. non malum, sed bonum, rependit pro malo[f]. *Non afflictus est*, Ti. sim. For. & San. ex Vulg. Non est defatigatus eos adjuvando †. Ad modicum Deus non est tribulatus cum tribulatis, sed durum se orantibus ostendit,

[Margin: r Ang. | † G. ex Capello. | t Cap. crit. 6. 9. 427. | v G. | x Ang. | y G. | z Ang. | a For. | b Calv. | c Ang. | d Pi. | * Ang. | f For. | g Calv. | h Ang. | i Calv. | k San. sim. Calv. | l Calv. | m Ang. | n Pi. | o Pi. sim. Ang. | p San. | q For. | * G. | r Jun. | † Jun. Calv. | t For. | v Musc. | x For. Ang. | y G. | z Pi. | a For. | b Mar. sic San. ex Hi. | c Ang. | d Pi. | * Jun. | f Jun. | † G.]

dit, & postulata distulit, ut, compuncti vexatione,(quæ soladat intellectum,) sua cognoscerent errata, & ad Deum veniæ atque subsidii causâ confugerent. *Non tribulatus* dicitur Deus, humano more, quia non adjuvit, &c [g]. Visus est Deus eorum curam abjicere, &c [h]. Vel, *ipse non afflixit eos:* neque enim id volens fecit, vide Thren. 3. 33. sed ipsi sibi afflictionem intulerunt [i]. Vel, *non coarctavit eos*, intellige, vel *Deus*, vel *angustia*, For. Vel, *non* fuit *angustia*, Di. For. Sensus, Quantacunque in illos ingruerent mala ab Ægyptiis, vel in deserto, non permittebat eos succumbere; sed aut consolatus est eos, aut eripuit [k]. Vel, *non* fuit *angustus*; nam צר adjectivè sumi potest, ut Num. 22. 26. Esa. 49. 20. id est, Quâcunque tandem premerentur angustiâ, Deus ipsis non fuit arctus, sed latum semper in eo habuerunt locum[l]: manus ejus non erat coarctata erga illos, Esa. 59. 1. paratus erat illis succurrere [m]. Vel potiùs, *non* fuit *hostis:* quæ consueta est τῷ צר significatio. Vide Thren. 1. 5, 7, 10 [o]. qu. d. Afflixit quidem, sed non tanquam hostis [p], sed ut amicus [q]. Qui furor videri poterat, fuit potiùs favor & indulgentia [r]. Alii לא legunt, sed interrogativè, sicut Job. 13. 15. *nonne afflictus erat?* vel, *afflictio* erat ei †? [Alii aliter.] Scribitur hîc לא, & legendum לו [t]. *Ipse* fuit *contribulatus*, M. sic Ang. *angustia ipsi fuit*, G. Calv. h. e. Ipse indoluit illorum malis: ἀνθρωποπαθεία [v]. Videbatur quodammodo affligi [x]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Pi. Di.) *angelus faciei ejus salvavit eos*] Ità P. &c. h. e. Impedivit id [nempe angustiam quæ præcedit] Angelus faciei ipsius, quem saluti ipsorum præfecerat [y]. Vocatur hîc *angelus faciei*, quia testis fuerit Dei præsentiæ, & quasi ejus apparitor ad jussa exsequenda: nè putemus Angelos prodire à seipsis, aut proprio motu se ingerere, ut opem nobis ferant, sed à Deo mitti ut sint ministri salutis nostræ. Ergò nè hæreamus in ipsis, quum ad Deum rectà nos ducunt, Potest de Christo exponi [z]. οἱ hîc negationem tacitè pro repetita habent; q. d. *Non per Angelum, sed ipse eos salvos fecit.* Verùm aliter Chaldæus. Et dicunt Hebræi non quemvis Angelum dici *Angelum à facie Dei*, sed eum quem ipsi vocant מטטרון, voce ex Latina desumptâ, i. e. *metatorem:* de quo vide ad V. R. C. 4. Vocant eundem ספרא רבא, *magnum præceptorem:* item שדי, i. e. *potentem*, propter potentiam ei à Deo communicatam. Ità RS. Videtur hic Angelus esse is quem *Michaelem* nominat Daniel, quem Deus populo Israelitico dederat protectorem, qui *unus est de septem Angelis magnis*, sive *faciei*, i.e. summis Satrapis Regni cœlestis. Vide quæ diximus ad Matt. 18. 10 [a]. De illo Angelo loquitur qui comitatus est Israelitas per desertum [b]; de quo vide dicta ad Exod. 23. 20, 23 [c]: quem vocat *Angelum faciei Dei*, quia vultui Dei assistebat; vel, quia faciem & præsentiam Dei referebat, & loco Dei illis aderat [d]. Messiam hîc intelligi multa docent *. 1. Nomen, huic uni proprium, qui Patris faciem quasi conspicuam reddidit, vide Exod. 33. 14. Joh. 14. 9. Ebr. 1. 3. & gratiam Dei (quæ per *faciem Dei* designari solet; vide Num. 6. 25. Psal. 67. 2.) exhibet. 2. Opus ipsi tributum, quod Christo proprium est, nempe, populum suum *salvare & redimere*, confer Gen. 48. 16. & *portare cunctis diebus*. 3. De eo agit cujus Spiritum Israelitæ tentârunt [f], quique Israelem ex Ægypto salvavit, &c [g]. Is autem, ut *Angelus* vocatur, Exod. 33. 2. ità *Jehovah*, Exod. 13. 21. & 14. 10, 24. & *facies*, sive *præsentia, Dei*, Exod. 33. 14, 15. Nec alius is erat quàm Christus, ut constat ex Act. 7. 38[h]. & 1 Cor. 10. 4, 9. 4. Antiquiores Hebræi id agnoverunt, ut antè observatum[i]. 5. Christus dicitur *Angelus fœderis*, Mal. 3. 1. Vocatur *Angelus*, ob officium ejus mediatorium, Heb. 8. 6: &, *faciei Dei*, vel, quòd Patrem perfectè exprimit, Joh. 14. 9, 10. Col. 1. 15; vel, quia pro nobis apparet *coram facie*, sive in præsentia, *Dei*, Heb. 9. 24. Vide & Rom. 8. 34. Apoc. 8. 3 [k]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Ut in tot periculis non periclitarentur, ejus apparitore genio eos conservante.*] ¶ *In*, &c. ''באהבתו וגו] *Dilectione*, vel *In dilectione, suâ* (vel, *Pro amore suo*, Ca. sim. M. P. Mo. &c.) *& clementiâ* (vel, *indulgentiâ*, Ti. sim. Mo.) *suâ is redemit* (vel, *vindicavit*, JT.) *eos*, Pi. &c. Non tantùm Angeli illius magni tutelæ ipsos commisit, sed ipse etiam fecit quod Angelus non poterat, movit cor Cyri ad illos liberandos [l]. Quæ reliqui omnes ad eandem historiam eductionis Israelitarum [ex Ægypto] retulerunt, unus Grotius discerpsit, partem eò, ni fallor, referens, partem ad liberationem per Cyrum, partem ad tempora subsequentia [m]. Notat eos sæpius peccâsse in deserto, &c. verùm illis indulsisse Deum pro sua gratia, &c [n]. ¶ *Et*, &c. ''וינטלם וינשאם וגו] *Et tulit* (*bajulavit*, Ti. *imposuit* sibi, Pi. sim. JT.) *eos, & portavit eos cunctis diebus seculi*, M. P. Mo. *Sublatósque olim tanto tempore pertulit*, Ca. Longo tempore eos tutos clarósque præstitit, à tempore nempe Zorobabelis [o]. *Et sustulit eos*, &c. Angl. vel, ut parens sive nutrix gestat infantes; vide Psalm. 91. 12. Esa. 46. 3 [p]: vel, ut aquila pullos; vide Exod. 19. 4. Deut. 32. 11 [q]. Populum non modò semel redemit, sed & custodit *cunctis diebus*, h. e. toto retrolapsorum temporum cursu, vel continuâ serie multorum annorum. Nec enim uni duntaxat ætati clemens erat, &c [r].

10. *Ipsi autem ad*, &c. מרו] *Rebellabant*, Pi. sim. M. P. Mo. JT. &c. nempe circa tempora Antiochi. Vide quæ ad Danielem dicemus †. ¶ *Et*, &c. ועצבו את־רוח קדשו] *Et dolore affecerunt* (vel, *exasperârunt*, Ti. sim. P. *conturbaverunt*, M. *vexârunt*, Ang.) *spiritum sanctitatis* (vel, *sanctum*, P. M. JT. Pi. Ang.) *ejus*, Mo. sim. JT. Ca. (quem Deus illis ducem præfecerat, v. 11. & quo eos corrigere conatus est, Num. 14. 11. Psal. 95. 10[t].) peccatis contra conscientiam, &c [v]. Humano more loquitur [x]. Nimirum Deus, quia sanctus est, impietatem ferre non potest. Confer Eph. 4. 30. ubi tamen sensu paulò alio *Spiritus sanctus* pro donis sumitur [y]. ¶ *Et* (vel, *Ideo*, P. sic Pi.) *conversus est* (vel, *Mutabatur quidem*, JT.) *eis in inimicum*] Sic M. P. &c. i. e. Exhibebat se ut inimicum, dum prosterneret eos in deserto [z]. Certabat contra ipsorum improbitatem, & reprimebat afflictionibus. Humanitus dictum, ut Psal. 18. 27[a]. Objici poterat, Si Deus patribus nostris adeò beneficus erat, cur non & nobis? an dissimilis est sibi? Respond. Minimè: sed nos ipsi perfidiâ nostrâ bonitatem repellimus [b]. ¶ *Et ipse*, &c. ''הוא וגו] *Ipse* (vel, Et *ipse*, Ang. Pi. Ellipsis copulæ, ut vers. 7. quam supplet pronomen; id quod rarò fit, & emphasin habet [c]. Ità *ut ipse*, Ti.) *pugnavit* (vel, *pugnaret*, Ti.) *contra eos*, Mo. P. &c. Tradendo eos in manum Antiochi & ducum ejus [d]. Al. Excitando in eos Assyrios, Babylonios, &c*. Non est ergò quòd Deum accusemus, qui scelera nostra ulciscitur, &c [f].

11. *Et*, &c. ''ויזכר ימי עולם משה עמו] *Et* (vel, *Tum*, Ang. *Attamen*, G. *Sed*, JT. Pi.) *recordatus est* (vel, *recordabitur*, Musc. sub. *Israel*, M. Ti.) *dierum seculi* (vel, *longi temporis*, P. *priscorum*, JT. Pi. V. Al. *retro temporum*, Ti.) *Moseh*, (vel, *Mosis*, Ti. sic JT. M.) *populi sui*, Mo. JT. vel, & *populi sui*, sive *ejus*, P. M. Ti. JT. Pi. sub. *dicens*, M. Ti. JT. Pi. [nempe quæ sequuntur. Interpretes hæc accipiunt vel, 1. de ipso Deo.] Luctatus est Deus cum populi malitia, quia maluit beneficia ingratis dare, quàm non implere quod cœperat [g]. Noluit Deus fructum antegressorum beneficiorum perdere, sed eorum intuitu etiam nova contulit: quo argumento pii sæpe usi sunt, Exod. 32. 11, &c. Deut. 9. 26, &c. Vel sic, *recordatus est*, h. e. ostendit se recordatum esse populi sui, eos liberando, &c. Recordatus est Deus fœderis sui, aliorúmque quæ mediante Mose pro populo fecerat [h]. Al. Quanquam illi pessima erant meriti, Deus tamen etiam ab Antiocho eos liberavit, fecitque illis qualia olim Mosis tempore fecerat [i]. [Vel, 2. de populo.] Querela est populi, ubi ex flagellis didicit quàm miserum sit à Dei protectione excidere. Cogitationem & memoriam Dei, quam res prosperæ delent, flagella reducunt; Ubi est Deus qui tot olim præstitit, &c? nam in præterito accipio [k]. Posset & in futuro accipi; q. d. Populus in exsilio recordabitur prisca exempla præsentiæ & protectionis Dei [l]. Potest sic verti, *Populus ejus* (in captivitate) *recordatus est dierum seculi Mosis*, dicens, *Ubi est*, &c [m]? Ergò recolit prisca *Mosis* tempora populus *ejus*, Ca. Sed verborum series & ratio punctorum has [duas] versiones respuunt [n]. [Alii locum aliter reddunt.] *Recordatus est dierum priscorum, ejus qui extraxit*, vel *eduxit*, (ut ferè David loquitur Psal. 18. 17.) *populum suum*, nempe ex Ægypto, vel ex mari Rubro: ut משה non

Margin notes (left): g Sa. h Q. in Ang. i He. in Ang. k For. l Di. m Q. in Ang. n Di. o Ang. p Di. Ang. q Ang. r Sin. † Q. in Ang. t V. ex He. G. ex Hi. v G. sim. Ang. x V. y Di. z Calv. a G. b For. San. c San. d For. * Calov. Ang. f Calov. g Calov. Ang. h Ang. i Calov. k Ang.

Margin notes (right): l G. m Calov. n For. o G. p Ang. sim. Calv. q Ang. ex Pi. r Calv. † G. t Ang. v Glassius x Ang. y G. z Pi. a Jun. b Calv. c Ang. d G. * For. f Calv. g Oecol. h Ang. i G. k Calv. l Musc. m For. n Ang.

non sit nomen proprium, sed participium verbi ex quo Moses nomen habuit, Exod. c. 2. v. 10[o]. ¶ *Ubi*, &c? [אַיֵּה הַמַּעֲלֵם מִיָּם אֵת רֹעֵי צֹאנוֹ] *Ubi* (sub. *est*, P. Ti. vel, *esset*, JT. Pi.) *qui eduxit eos è mari*, JT. Pi. sim. P. Mo. &c. (Rubro scilicet [p],) *cum pastore*, JT. Pi. &c. (vel, *cum pastoribus*, Mo. sim. M. Ti. *sub pastoribus*, Mose & Aarone. At Chald. vertit, *ut pastores pecus suum*, supple, *deducere solent* *. *Per pastores*, Ca.) *gregis sui?* JT. &c. [Sunt & hæc verba, vel, 1. Dei.] Deum inducit recogitantem sua beneficia [r]. Prosopopœia summè pathetica, quâ figuratur Deus secum disceptans; qu. d. Ubi amplius videretur gloria mea, sublato populo †? *Ubi esset*, &c? si scil. ità pergerem castigare populum meum pro merito ipsius: qu. d. Nusquam esset apud populum suum, scil. præsentiâ gratiæ suæ; ac proinde frustrà eos eduxisset ex Ægypto, quum illis pereundum esset [t]. [Vel, 2. populi: sed non uno modo intelligunt.] Chald. sic, Nè dicant Gentes, *Ubi nunc ille Deus*[v]? Sunt hæc verba, modò irridentis, & innuentis Deum non posse ipsos liberare, Deut. 32. 37. Psal. 42. 4. & 115. 2. modò expostulantis, ut Jud. 6. 13. modò inquirentis Deum, ut ipsum sciant & colant, cujus neglectus reprehenditur Jerem. 2. 6, 8 [x]. Innuitur h. l. eos qui rebus prosperis Deum non requisiverunt, in rebus adversis de ejus absentia conquesturos [y]. *Ubi est*, &c? Ità solebant antiqui expostulare cum Deo, *Ubi est Deus Heliæ, etiam nunc*, &c? i. e. Quid non modò, sicut tunc, subvenit [z]? Verba sunt populi querentis non exhiberi ipsis pristinam gratiam [a]. ¶ *Ubi est qui posuit in medio ejus* (id est, vel, 1. Mosis[b]: vel, 2. maris; ut *spiritus* hîc sit ventus vehemens quem in medium maris immisit, ut illud exsiccaret [c]: vel, 3. gregis, sive populi, sui[d], cui *spiritum dedit*, Neh. 9. 20. qui etiam *spiritum vexavit*, suprà. *Populus* est nomen collectivum †.) *spiritum Sancti sui?* Heb. *sanctitatis suæ?* i.e. ut accipit Chaldæus, *qui donum prophetiæ dedit Mosi & Senibus LXX*. Vide Num. 11. 25, &c [f].

12. *Qui*, &c. [מוֹלִיךְ לִימִין מֹשֶׁה זְרוֹעַ וגו׳] *Deducens* (vel, *Ducebat*, M. *Qui deduxit*, JT. sic Pi. Ang. sub. *istos*, JT. Pi. Ang.) *ad dextram* (vel, *per dextram*, i. e. per virgam quam Moses dextrâ manu tenebat *,) *Moseh*, Mo. vel *Mosis*, JT. Pi. (sub. *exsistens*, JT. ut scil. illi opem ferret; vide Psal. 16. 8. & 110. 5 [g]. i. e. Mosen quasi manu ducens, & dexteram illius agens ad perficiendum opus suum [h]. *Dextera* Ethnicis prosperitatis, Ezec. 21. vers. 22. Hebræis autem potentiæ, significationem habet. Sic Psalm. 21. 9. & 89. 26, 43 [i]. A dextris Mosis erat potentia Dei ad miranda perpetranda [k]. Vel, *ad dextram*, i. e. dextram ejus apprehendens, ut patres pueris solent [l].) *brachio gloriæ suæ*, Mo. &c. Duo hîc conjuncta sunt, *dextera Mosis*, & *brachium* Dei. Sic utitur Dominus hominum ministerio, ut nihil de ejus gloria imminui debeat [m]. [Alii locum sic reddunt;] *Qui Mosen dextrâ* (vel, *deprehensâ dexterâ ejus*, Ti.) *ducebat suo nobili* (vel, *magnifico*, Ti.) *brachio*, Ca. *Qui ire*, vel *incedere, fecit ad dexteram Mosis brachium gloriæ suæ*, Di. ex Ch. Belg. i.e. Qui effecit ut dexteram Mosis comitaretur brachium gloriæ suæ [n]. Qui Mosi ad manum semper erat, ut ei assisteret, secundùm promissionem suam, Exod. 3. 12. & 33. 14 [o]. ¶ *Ut faceret sibi nomen*, &c.] Adeòque ut populus perpetuum haberet tam potentiæ quàm curæ & providentiæ suæ exemplum, ad quod respiciens in fide confirmaretur [p].

13. *Quasi*, &c. [כַּסּוּס בַּמִּדְבָּר לֹא יִכָּשֵׁלוּ] *Sicut equum* (cui Juda confertur, Zach. 10. 3 †: vel, *ut equos*, Ca. V. *Sicut equus*, P. G. sub. *non impingit*, P.) *per desertum*, vel *in deserto*, Mo. Ti. JT. Pi. Ca. &c. (ubi nihil impedimenti est ex aqua & luto, sed sicca sunt omnia [q]. *Desertum*, pro terra sicca, quia deserta ibi talia erant, Esa. 41. 18. Jer. 17. 6 [r]. Vel, *in campis*, in quibus nec domus sunt, nec arbores, sed lata ad cursum spatia †. Vel, *in planitie*, Angl. sim. Calv. ut Jer. 9. 10. Thren. 4. 19. & 5. 9 [t]. &, pro *deserto*, nominat *planitiem* v. seq. q. d. in locis pascuis in quibus armenta libere vagantur [v].) *non* (vel, *ut non*, V. Pi. sic JT. *quò minùs*, Ti.) *impingerent*, Mo. Ti. JT. Pi. sic V. vel, *impegerunt*, P. *impingentes*, Ca. *Quasi equos*, qui, currentes *per desertum*, *non impingunt*, M. Israelitæ non minùs securè per maris alveum ivêre, quàm equus per tales campos desultat [x].

14. *Quasi*, &c. [כַּבְּהֵמָה בַּבִּקְעָה תֵרֵד] *Velut animal*, sive *jumentum*, *per* (vel, *in*, M. JT. Pi. Ca. vel, quod *in*, G. M. vel, quod *per*, P.) *vallem* (vel, *convalle*, JT. Pi. *campo*, Ti. vel, *planitiem*, Ca.) *descendit*, P. M. JT. Pi. q. d. Facilè; nam per declive facilè ambulamus [y]: facilis est descensûs labor [z]. Id ideo [dicit,] quia pecora, cùm à monte per clivum descendunt, leniter admodum duci solent [a]. *Sicut jumentum* quod *descendit in vallem*, sub. *ducitur*, ex verbis sequentibus, ut Esa. 18. 7. & 30. 17. i.e. leniter, non præcipitanter, ut porci illi Matt. c. 8. v. 32. Alludit hîc ad descensum Israelitarum in mare, sicut ad ascensum, v. 11 [b]. Al. quod *in campo*, vel *valle*, vel *planitie*, *graditur*, Angl. Ità verbum sæpe sumitur. Vide ad Esa. 38. 8. Id est, facilè, libere, sine impedimento. q.d. Deus non modò mare divisit, sed etiam limum duravit, in quo alioquin suffocari potuissent; (vide Exod. 14. 22. & 15. 19. Neh. 9. 11.) & rem ità moderatus est, ut tutò & facilè tum descendere, tum ascendere, possent, quod alioquin satis difficile fuisset [c]. ¶ *Spiritus*, &c. [רוּחַ יְהוָה תְּנִיחֶנּוּ] *Spiritus* (vel, *Spiritus* enim, Sy.) *Domini* (vel, *à Domino*, o'. Ar. *Verbum Domini*, Ch. *Spiritus Domini*, i. e. Deus ipse, more Hebræo [d],) *duxit*, vel *deduxit*, (vel, *regebat*, Sy. *requiescere faciet*, Mo.) *eum*, P. Ca. Ch. nempe Mosen, & Judæos per illum *: vel, *præbebat ei* (vel, *eis*, Ca. nempe populo [f],) *requiem*, M. Ca. vel, *quietè egit*, sive *duxit*, *eum*, JT. Pi. vel, *ducens eum quiescere fecit*, ut verbum duplicem notionem obtineat. Simile vide Zach. 10. 6. Verba *quiescendi* & *ducendi* adeò sunt & literis & sono affinia, ut significationem interdum à se invicem mutuentur [g]. [Alii locum sic reddunt;] *Sicut animal quod spiritus Jehova dimittit*, id est, relinquit, ut libere scilicet incedat quò libuerit [h]. Al. Omnes quos vidi תְּנִיחֶנּוּ referunt ad populum, vertúntque, *sensim* aut *leniter duxisti eos*; quod cum verbi significatione non rectè videtur convenire: aliud enim est, *facere quiescere*; aliud, *leniter ducere*. Ego affixum in תְּנִיחֶנּוּ refero ad בְּהֵמָה, per enallagen generis usitatissimam: cujus etiam hîc ratio aliqua subest, quia per בְּהֵמָה videtur intelligi סוּס *equus*, de quo v. præc. Versum sic verto, *Sicut bestia in vallem descendit, & ventus Domini quietem dat ei; sic duxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriosum*. Difficilis est è monte in vallem descensus, præsertim equi clitellas gestantis; unde quum delassata bestia est, ventus quietem & refocillationem præbet: sic, post difficillimum per desertum iter, duxisti populum in terram Canaan, ubi quietem nactus est [i]. Describit vers. 12, 13. populi transitum per mare; hîc, ductum per desertum, usque ad *quietem* ipsorum, nempe Canaan. Vide Deut. 12. 9. Psal. 95. 11. Esa. 14. 3 [k]. Objicit Deo populus, si semel gloriosum nomen acquirere voluit, hanc ei curam abjiciendam non esse, nè pristinorum beneficiorum memoria deleatur [l]. ¶ *Sic adduxisti*, &c.] Hîc, absolutis Dei verbis quæ interjecerat, Judas Maccabæus sermonem suum prosequitur[m]. Sed merè arbitraria est hæc interpretatio [n].

15. *Attende de cœlo*] Beneficia præterita, quæ retulit, nunc ad præsentem causam accommodat, Deúmque orat, &c [o]. ¶ *De habitaculo*, &c.] Id est, non ex Sanctuario, de quo v. 18 [p]. sed è cœlo [q]. Significat non imminutam esse Dei potentiam, tametsi non semper appareat, & Deus quasi cœlo inclusus lateat [r]. ¶ *Ubi est zelus tuus?*] Id est, amor qualis mariti erga conjugem †; præ quo noluisti ut quisquam populum tuum tangeret [t]: quem toties contra hostes nostros ostendisti [v]. ¶ *Multitudo* (vel, *tumultus*, Mo. *commotio*, M. BA. 2. p. 302.) *viscerum*, &c? ità P. Ti. [הֲמוֹן וגו׳] *Copia benignitatis tuæ*, G. ex Ch. Amor ille maximus quo olim prosequebaris populum tuum [x]. ¶ *Super*, &c. [אֵלַי הִתְאַפָּקוּ] *Erga me continuerunt se?* Mo. Angl. Quomodo *se erga me continent?* Ti. *Possúntne erga nos se continere?* Angl. ut verbum potentialiter sumatur; qu. d. Qui fieri potest ut infinitæ illæ tuæ misericordiæ cohibeant se, nec miseriis meis moveantur ut se in me effundant *? *Mihi continent se*, P. Præt. Heb. pro præs. i.e. meo damno continent se apud te [y]. *Super me continuerunt se*; i.e. Apud te constinuisti, nè venirent super me †. *Erga me cohibuerunt se*, Calv. *Cohiberi* dicuntur, quæ à naturali suo ductu & impetu impediuntur. Deus naturâ clemens est, & propensus ad misericordiam, &c.

Vide

Margin notes (col. 615): [o] He. in Ang. [p] Pi. &c. * G. [r] G. † Jun. [t] Pi. [v] G. [x] Ang. [y] Q. in Ang. [z] For. [a] Calov. [b] He. in Ang. [c] For. [d] Pi. Ang. sim. For. † Ang. [f] G. * M. [g] Ang. [h] Jun. [i] Ang. [k] For. [l] G. [m] Calv. [n] Di. [o] Q. in Ang. [p] Musc. † Q. [q] Musc. [r] Ang. † G. [t] Ang. [v] Calv. [x] G.

Margin notes (col. 616): [y] Me. [z] San. [a] G. [b] Q. in Ang. [c] Ang. [d] G. * Q. in Ang. [f] Al. in Ang. [g] Ang. [h] For. [i] Di. [k] Ang. [l] Calv. [m] G. [n] Calov. [o] Calv. [p] Musc. [q] Musc. [r] Ang. Calv. † Calv. † Musc. [t] For. [v] Me. sim. For. [x] V. * Ang. [y] V. † M.

Vide Exod.34.6. Psal.135.8[z]. Verbum significat, *se quasi per vim cohibere*, nè affectum intus latentem exprimat; vide Gen. 43.30. & 45.1. De Deo dicitur Esa. 42.14. & 64.12[a]. Al. *In me se effuderunt cum impetu.* Nam à verbo אָפַק dicuntur אֲפִיקִים *torrentes*. Sicut aquæ diu retentæ uberiùs & validiùs erumpunt; ità & Dei bonitas, diu repressa, in Juda Maccabæo potentissimè se exseruit[b]. Sed hæc interpretatio scopo loci directè repugnat[c]. אָפַק est, *vim intulit, impetum fecit*; & in Hithpahel, *impetum sibi fecit, continuit se impetu magno*, vide Esth.5.10. [aliáque loca suprà producta:] nec uspiam in S.S. sign. *effundere*. De torrentibus verò usurpatur אָפַק, quia cum vi & impetu, ut contineri nequeant, ruunt. Et manifestum est continuari querelam. Ideo omnes de *retenta*, non *effusa*, Dei miseratione exposuêre[d]. [Alii hæc verba cum præcedentibus sic reddunt,] *Fremitúsne viscerum tuorum & misericordiæ tuæ erga me se continerent?* JT. id est, Nunquámne velut pœnitentiâ adductus misereberis mei? Metonymicè: sic Cant.5.3[*]. Ubi est *fremitus viscerum*—quæ *erga me se continent?* Pi. Ubi est *fremitus viscerum*—(Quid de iis factum est†?) quòd *illa cohibeant se erga me?* Angl. nè se prodant, &c[f]. *Ubi est tuus impetus, fortiáque facta? tuáne erga nos tanta misericordia atque humanitas repressa est?* Ca. Ubi sunt miserationes tuæ, quas cunctæ gentes experiuntur? mihíne tantùm, qui sum populus tuus, denegabuntur[g]? Qu. Ad quænam tempora pertinent hæ querelæ? Resp. Brentius & alii ad captivitatem Bab. referunt. Ego malim cum Hieron. & Cyrillo referre ad excidium Judæorum novissimum per Romanos, eorúmque miserrimum statum, in quo adhuc sunt, è populo facti non populus, Gentibus in eorum locum suffectis. Huic sententiæ multa favent. 1. Connexio, tum cum superioribus, quæ tempora N.T. inprimis spectant; tum cum sequentibus, cap. 65. & 66. ubi agitur de vocatione Gentium & consummatione seculi, &c. 2. Ei magìs convenit querelarum πάθος, & gravissima Judæorum excæcatio & induratio, vers. 17. necnon eorum universalis abjectio, & rejectio totalis, Esa. 64. 6, 7[h].

16. *Tu enim* (vel, *Certè tu*, Pi. Calv. &c.) *pater noster*] i.e. Tu nos ut pater tractas[i]. Imò queruntur h. l. quòd eos non ampliùs ut filios habeat & tractet[k]. *Pater*, i.e. adoptâsti nos[l]; nec potes erga filios non misericordiâ affici[m]: indignum ergò videtur, te nostri non misereri[n]. ¶ כִּי אַבְרָהָם לֹא יְדָעָנוּ וְיִשְׂרָאֵל לֹא יַכִּירָנוּ] *Et*, &c. *Etiamsi*, vel *Quamvìs*, (vel, *Nam*, sive *Quia*, Mo. V. Angl. *Siquidem*, M. Ti. *Et*, G. ex Vulg.) *Abraham* (vel, *Nam Abraham* quidem, Ca.) *nesciat* (vel, *nescivit*, Mo. sim. M. *nescit*, Ca. sim. Ti. Ang. *nesciturus esset*, JT. *non curaret*, Pi.) *nos*, *& Israel non agnoscat* (vel, *agnovit*, Mo. sic M. Ti. *agnoscit*, Ca. Ang. *agnosceret*, Pi. *agniturus esset*, JT.) *nos*, P. &c. [Hoc variè explicant.] Quamvis Abraham non amplecteretur nos tanquam filios, quia degeneres sumus, &c[o]. Occupatio brevis: Atqui (dixerit quispiam) Deus pater est Abrahami, &c. aliorúmque ejus vestigiis insistentium; vos autem à fœdere adeò discessistis, ut nec ipse Abraham, si in vivis esset, vos pro filiis agnosceret: vide Deut.32.5. Resp. Fatemur nos indignos esse qui Dei Abrahami, &c. filii appellemur; sed fœdere tuo gratuito & constantissimo nitimur. Sic perstringit brevi argumentum illud Esa. 64. 6,7,8. q.d. Nos quidem descivimus: at Deus à fœdere suo desciscere non potest[p]. Al. Filii Abrahæ aut Israelis nolumus dici, quòd illi servi tui fuerint; nihil nobis cum illis præ te: nullo nisi te patre gloriamur: tu illos & nos genuisti; illi mortui sunt; à te & illi & nos pendemus[q]. Tu justiùs Pater noster diceris, quàm illi ex quibus naturæ ordine geniti sumus, & qui nos in his malis constitutos sublevare non potuerunt. Sic *ignorare* sæpe sumitur, nec aliter hîc sumpsit Chaldæus. Et יָדַע Græci vertunt per ποιμαίνειν, οἰκτείρειν, σώζειν, (*pascere, misereri, servare*[r].) *Nescit*, i.e. non curat, sed spernit†. Multò plus tibi debemus quòd sumus, quàm illis[t]. Memor Propheta quòd sæpe Deus suprà docuisset in se uno ponendam esse spem, neque salutem à parentibus petendam esse, quia ipsi & infirmi erant & peccatores; ipse nunc eâ ratione urget Divinam misericordiam, dum affirmat neminem se parentem agnoscere præter Deum, ab illo uno, non ab Abraham, &c. pendere, & sperare omnia[v]. Al. Non est quòd invocemus Abrahamum, &c. nam nunquam juverunt nos[x]. Frustrà quicquam ab eis exspectamus, qui è mundo migrârunt, quibus res nostræ & hujus mundi ignotæ sunt[y]. Al. Tametsi abnegent nos patres nostri, tamen nos, ô Deus, pro filiis habiturus es, &c. etiamsi jus patrium cesset, cognatióque omnis in terra, tamen pater esse non desines[z]. Potiùs naturæ jura cessabunt, quàm labefactetur sacra [nostra] adoptio in consilio tuo immutabili & morte Christi fundata[a]. Al. Noverat Propheta carnales Judæos stultam in Patribus habuisse fiduciam: à qua ut eos avocet, significat ipsis in exsilio nihil auxilii exspectandum esse ab Abrahamo, &c[b]. q.d. Non confidimus Patrum meritis, sed tuæ clementiæ[c]. Non docuit Propheta Judæos animum ad Abrahamum & Jacobum (quibus tamen tot tantæque promissiones datæ erant) convertere ut exaudirentur à Deo, sed Deum sine aliorum intercessionibus precari, &c. Nec privata est hæc oratio, sed publica & universalis totius Ecclesiæ; acsi Propheta communem formam præscriberet. Qu. Cur *Abraham* & *Jacob* hîc nominat, prætérito *Isaaco?* Resp. 1. Quia magis solennis fuit cum illis sanctio fœderis, & ampliores atque frequentiores promissiones acceperunt quàm Isaac[d]. Vel, 2. quia *Abraham* primus erat Patriarcharum, cum quo fœdus ictum est; *Jacobi* autem tota posteritas in fœdus recepta est, non sic Isaaci. Vide Esa. 43.1. & 44.1[*].

17. *Quare errare nos fecisti* (vel, *facis*, M. *facies*, Mo. *faceres*, G. vel, *finis*, Pi. *fineres*, JT. Ar. *fivisti*, Angl. *concederes*, destituendo nos gratiâ tuâ, &c. Verba quæ actionem seu effectum notant sæpe de promissione seu concessione intelligenda sunt: ut Deuter. 2.28. *facies* (i.e. concede) *me comparare*, Psal.119.31. *Nè facias* (i.e. concedas) *me erubescere*; Joh.6.39. *nè perdam*, i.e. sinam perdi; 1 Cor. 6.7. *Cur non defraudamini?* i.e. permittitis vos defraudari[f]?) *Domine, de viis tuis?*] Ità P. &c. Cur fineres nos longâ tyrannide oppressos deficere à Lege tua? Vide Psalm. 125.3[g]. *Quare seduxisti*, &c? ό. vel, *abduxisti*, &c? Ti. *avertis*, &c? Ca. *abjecisti nos ut aberremus*, &c? Ch. Confer hoc cum v.10. *Sed illi contumaces*, &c[h]. ¶ *Indurâsti* (vel, *indurare fecisti*, Mo. *indurares*, G. sic Ar. nempe prorogando nimiùm nostra mala[i]; vel, *avocas*, Ca. *removisti*, vel *recedere fecisti*, V. ex He. קָשַׁח sign. *removere*, & *elongare*†: vel, *torrefaciens obdurares*, JT. miserâ servitute, quâ servitur Satanæ, peccato, & omnibus inimicis Dei, tanquam in fornace ferri: ex qua incommodorum consuetudine ferè exuitur pietas, & induitur obduratio[k]. Vel, Quare *obduras*, Pi. Quare *obdurâsti*, Angl. vel, Et *permittis avelli*, M.) *cor nostrum*, (collectivè, ut Psal.119.70. pro, *corda nostra*[l];) *nè* (vel, *quò minùs*, Sy. Ti.) *timeremus te?*] Sic ό. Sy. Ar. Ti. Pi. Angl. &c. vel, *à timore tuo?* M.P.Mo. Ang. Sic Psal. 69.24. *à videndo*, i.e. nè videant, &c[m]. Vel, *à reverentia tui?* JT. Ca. *Timor tuus*, pro, *timor tui*, ut Psal.5.8. Sic Esa.53.11. *cognitio sua*, id est, sui†. Vel, *à cultu tuo*, Angl. ¶ תַּקְשִׁיחַ וגו'] Pagninum laudo, qui vertit, *indurari*: nam & Arabicum קָשַׁח Camus vertit per *indurari & arescere*; ejúsque participium, per *crassus*. Sensus est ergò, Quare durum, aut aridum, aut crassum fecisti cor nostrum, quò minùs aptum sit ad timorem tui[n]? Mihi קָשַׁח idem sign. quod קָשָׁה[o]. Quoniam duræ videntur hæ locutiones, nonnulli putant impios hîc induci obstrepentes Deo[p], eíque mala sua imputantes[q]. Sed nullo modo patitur id contextus: nam Propheta ærumnarum fructum ostendit, quibus subacti ferocire, & sibi in vitiis placere, desinent. Certè, dum mala sua assignant iræ Dei, culpam ipsi suam agnoscunt, & se erràsse fatentur, quòd Spiritu Dei gubernati non fuerint: nec expostulant cum Deo, sed exoptant Spiritum illum, à quo dum olim regebantur Patres, prospera omnia obtinebant. Non Deum faciunt sceleris authorem, aut culpam suam elevant; sed potiùs agnoscunt se culpâ suâ alienari à Deo, atque destitui Spiritu ipsius, atque hinc fieri ut præcipitentur in omne genus malorum[r]. Mirantur simul & lugent, quòd Deus, ipsorum Pater, antea tam benignus ipsis, nunc traderet (justè licèt) populum suum errori & pervicaciæ, ejúsque diris effectis†. Non hoc volunt, Deum fuisse scelerum suorum auctorem; sed, potuisse Deum impedire

---

Margin notes (left column): z Musc. · a Ang. · b G. · c Ang. · d Calov. · * Jun. · † Ang. · f Ang. · g For. · h Calov. · i G. · k Calov. · l Calov. Marl. &c. · m Ang. · n For. · o Pi. · p Jun. · q For. · r G. · † T. sim. · t L. Sim. · v Mc.

Margin notes (right column): x Sir. · y Q. in V. · y He. in Ang. · z V. ex Calv. · a Calv. · b Musc. · c Pellic. · d Calv. · * Ang. · f Glass. gram. 3.3. 11. 256. · g G. · h Ca. · i G. · † Calv. · k Jun. · l Ang. · m Ang. · † Idem. · n Di. · o Ma. · p Calv. · q Q. in Ang. · r Calv. · † Ang.

pedire nè peccarent, dato illis auxilio speciali, sine quo nemo in officio suo consistet [t]. Deus dicitur nos *errare facere* & *indurare*, non quòd errorem aut duritiam in nobis efficiat; sed quia illa in nobis vel circa nos agit quæ nobis, ex nostra malitia, vel ignorantia, vel infirmitate, fiunt occasiones erroris, vel indurationis in peccato [v]. *Quare errare fecisti*, nempe permissivè & occasionaliter, non abducendo nos à deviis itineribus [x]? *Indurat* & *excæcat* Deus, non tantùm privativè, sed etiam tradendo excæcandos Satanæ, qui iræ ipsius minister est, nec injussu Dei quicquam efficere possit: nec tamen Deus author culpæ est, quia ingratitudinem hominum hâc excæcatione ulciscitur [y]. Ex usu omnium gentium, alicui tanquam auctori factum tribuitur quod fieri permisit, licèt in eo nulla sit culpa. Sic medicus ægrotum occidisse dicitur, quem curare noluit; & dominus subvertisse domum, quam non à ruina defendit, &c [z]. Verba in Hiphil non semper impulsionem, sed sæpe permissionem, denotant; ut constat ex Exod. c. 22. v. 18. Psalm. 37. 33. & 119. 10. Prov. 10. 3. Ità sensus esset, Cur cordibus nostris spontè malis occasionem dedisti, &c? nec absimilis illi loco, 1 Sam. c. 26. v. 19 [a].

¶ *Convertere*, &c. שׁוּב לְמַעַן עֲבָדֶיךָ שִׁבְטֵי וגו׳] *Revertere* (ab ira tua, & in misericordia propitius sis [b]. Rursum benefac nobis [c]. *Convertere*, For. Calv. i. e. Converte faciem tuam, quam peccata te avertere fecerunt [d]. *Respice nos clemens*, G. ex Ch. *Revertere*, i. e. Tanquam reversus tuos ab erroribus suis revoca. Humanitus dictum [*].) *propter servos tuos*, (i. e. patres nostros [f], Davidem aliósque pios progenitores [g], & præcipuè Abrahamum, Isaacum & Jacobum [h]; quibus tanta promisisti [i]: propter sanctitatem & merita Patrum [*]. Verùm non hos nominat quòd illorum intercessione niterentur, sed tanquam ministros & depositarios fœderis cum ipsis pacti, quod fundamentum fiduciæ ipsorum erat; q. d. Redi in gratiam propter promissiones tuas illis factas, &c [k]. Al. *propter servos*, i. e. propter 12 Tribus [l]: propter nos quos tibi delegisti in servos [m]: propter gratiam & fœdus tuum, quo nos tibi servos gratuitò comparâsti [†].) *tribus* (per appositionem [n]: propter *tribus*, P. Q. in V. Epexegesis [o]. *Tribus* hîc pro capitibus tribuum sumuntur. Explicat quos *sanctos* intelligat, illos scilicet ex quorum *surculo* (id enim propriè שֵׁבֶט) rami isti prodiêre [p]. שֵׁבֶט sign. tum *tribum*, tum auctorem ejus [q]. Al. ad *tribus*, Calv. Q. in V.) *possessionis*, vel *hæreditatis*, *tuæ*, JT. Calv. i. e. vel terræ, ex collat. v. 18. vel populi [r]. q. d. Tu nos in peculium delegisti: ubi erit populus tuus si pereamus [†]? Dedecori tibi erit, hæreditatem tuam non curare [t].

18. *Quasi*, &c. לַמִּצְעָר יָרְשׁוּ וגו׳] [Variant.] *Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum*, Vulg. Id est, Tractârunt nos hostes nostri quasi essemus res nihili, quisquiliæ, &c [v]. Vide Thren. 1. 11, 17. & 3. 45. Favet usus vocis מִצְעָר, quæ modò sign. *parvum*, Gen. 19. 20. modò, *juniorem*, Gen. 25. 23. modò, *exiguam turmam*, 2 Par. 24. 24. modò, hominem *nullius pretii*, Psal. 119. 141. Mic. 5. 2. Vide Esa. 60. 22. מִצְעָר de brevitate temporis alicubi accipi non memini [x]. Particula porrò præfixa similem usum obtinet. Gen. 16. 3. *Dedit Abrahamo Hagarem*, non dicit, *ut esset uxor ejus*, ut malè redditur, sed, *ut esset tanquam ejus uxor*. Amplector sensum Vulgati: *Pro modico*, & *quasi modicum*, idem sunt [y]. [Alii aliter.] *Ad minimum usque hæreditario jure possident populum sanctitatis tuæ*, JT. Al. *Ut modicum possideamus*, &c. LXX. *Ut vel exiguam* partem *possideas*, &c. Ar. *Parùm possedit*, &c. Sy. *Cùm paulisper in possessione fuerit*, &c. Ca. *Ad breve*, sive *modicum*, sive *exiguum*, (sub. *tempus*, M. Calv. Pi. Ang. sic P. Heb. *Ad exiguitatem* temporis, Pi. *Parùm diu*, Ti.) *in possessione fuerunt* (vel, *possederunt*, Mo. P. Ch. Ang. &c. sub. *id*, Ang. vel, sub. *terram*, Pi. Belg. Angl. vel, *hæreditatem tuam*, P. vel, *sanctuarium*, Belg. Q. in Angl.) *populus sanctitatis tuæ*, sive *sanctus tuus*, M. &c. Queruntur se tam citò è Terra sancta expulsos fuisse [z]. Sed quomodo *breve* dicit spatium 1400 annorum, quo terram possederunt? Resp. 1. Quia longum tempus, quum præterierit, breve videtur, (maximè si res lætæ fuissent.) Vide Job. 9. 25, 26. Psal. 90. 4 [a]. 2. *Breve* erat præ tempore promisso [b]; nempe in perpetuum, Gen. 17. 8. & 26. 3. &c [c]. 3. Brevi tantùm possederunt terram, in pace scilicet [d]. 4. Spectat Sanctuarium, sive Templum, quod stetit tantùm per 420 annos [*]. [Alii aliter reddunt.] *Ad breve tempus possederunt populum*, &c. Nempe, Syro-macedones, Rege Antiocho Epiphane, Hierosolyma tenuêre per annos tres & sex menses [f]. Sed hoc repugnat scopo Prophetæ. Hoc sensu stultum esset queri de brevitate temporis, &c [g]. Al. *Propemodum possederunt hostes nostri populum*, &c. Calov. ex Luth. *Modicum fuit*, vel *Parùm abest*, *quin hostes possideant populum*, &c. For. ¶ *Conculcaverunt*, &c.] i. e. Sanctuarium tuum profanârunt sacris impuris. Id acciderat paulò antequam Idumæam invaderet Judas Maccabæus, 1 Mac. 1. 45. &c [k]. Verùm non de prophanatione tantùm Sanctuarii, sed etiam de conculcatione & deletione politiæ Ecclesiasticæ Judæorum, hîc agitur [l].

19. *Facti*, &c. הָיִינוּ מֵעוֹלָם לֹא מָשַׁלְתָּ בָּם לֹא נִקְרָא שִׁמְךָ עֲלֵיהֶם] *Sumus*, vel *Fuimus*, (vel, *Nos fuimus*, G. sub. *illi*, JT. videlicet, in quos dominaris, & super quos invocatum est nomen tuum: nam hæc zeugmaticè petenda sunt ex seq. membro; vel potiùs, ex v. 17. resumenda [m]. Vel, sub. *tui*, G. Ang. vel, *populus tuus*, Ch. & He. in Angl. servi & subditi tui [n],) *à seculo*, Mo. M. Ch. (vel, *ab omni ævo*, G.) *non* (vel, *nunquam*, JT. quando *non*, M. *non* autem, G.) *dominatus es in eos*, (Græcos scil [o].) *nec invocatum* (vel, *pronunciatum*, G.) *est nomen tuum super eos*, Mo. M. vel, *de eis*, G. vel, *non vocati sunt nomine tuo*, Ang. nunquam vocati sunt populus Dei [p]. Al. *Non enim populis dedisti disciplinam legis tuæ*, *nec invocatum est*, &c. Ch. [Alii sic reddunt,] *Jam olim eramus*, *antequam dominareris in eos*, &c. Sy. *Et redacti sumus in pristinum statum*, *eò quòd*, &c. Ar. *Facti sumus ut olim*, sive *à principio*, Ti. ό. (i. e. Sumus à te derelicti, ut fuimus olim, seu in Ægypto [q], seu in Ur Chaldæorum [r];) *cùm non dominareris nobis*, &c. ό. vel, *quibus non dominabaris*, &c. Ti. *Sumus*, vel *Fuimus*, vel *Facti sumus*, (ob peccata nostra [†], sub. *ut ii*, P. sic Pi. Belg. Angl. sim. Ca.) *quibus*, vel *in quos*, *à seculo non dominatus es*, &c. P. Pi. sic Belg. Angl. simil. Ca. *Fuimus à seculo*, *quibus tu non dominatus es*, &c. Calv. h. e. Adeò spreti sumus & sordidè tractati, acsi tui non essemus, &c. Vide Esa. 26. 13. Simile supplementum in Job. 39. v. 16. *Obdurat se versùs pullos suos*, acsi *non essent sui*. Heb. *non dominatus es eis*, pro, *quibus non dominatus es*, demonstrativum pro relativo, ut Esa. c. 42. v. 1. vel est hîc ellipsis relativi, ut v. 8; vel, redundantia demonstrativi, ut Jer. 1. 2 [t]. Populus objicit Deo, quòd nihil ab incredulis differant, quia nullam in adversis opem percipiunt; quod absurdum & indignum est. Significat vocationem Dei irritam esse non debere, nec velle Deum à nobis frustrà invocari [v].

CAP. LXIV.

1. Utinam, &c. לוּא קָרַעְתָּ שָׁמַיִם יָרַדְתָּ מִפָּנֶיךָ הָרִים נָזֹלּוּ] *Utinam* (vel, *O si*, Calv. Ti.) *disrumperes* (vel, *lacerares*, Pi. *lacerans*, JT. *disrumpas*, Calv. *scindas*, Ti.) *cœlos*, *descenderes*, Mo. P. JT. (vel, *descendas*, Calv. ac *descendas*, Ti. & *descenderes*, Pi.) *à* (vel, *ut à*, Pi.) *facie tua montes defluerent*, vel *diffluerent*, P. Mo. JT. Pi. vel, *diffluant*, Calv. Al. *fluentibus adventu tuo montibus*, Ca. Istud est finis ultimi versûs cap. præced. apud Hebræos [a]. Nostri verò (& ό. in Angl.) novum hîc incipiunt caput [b]; quod contextui magis quadrat. Unde videmus Masoretas, vel si qui alii fuerunt qui libros S. S. in capita & versus distribuerunt, id non exactè præstitisse [c]. Lamentatur adhuc populi exsilium, Deúmque orat ut è cœlo, sicut olim in monte Sinai, descendat [d]. Alii ad Christum referunt, ejúsque adventum, vel secundum, sive ad judicium [*]; vel potiùs primum: q. d. Utinam ad Servatoris egressum disrumpantur cœli, &c. Humanitus dictum. A typo hîc, ut sæpe, ad veritatem sese statim attollit [f]. Est hoc votum, aut Judæorum desiderantium adventum Messiæ, quò à malis prædictis eriperentur; aut potiùs Esaiæ pro populo [g]. Regressio ad postulatum, cujus duo sunt capita:

1. adversùs

Marginal notes (left column): t For. — v E. — x T. ex San. — y Calv. — z San. — a Ang. — b Ang. — c Pi. — d For. sim. Musc. — * Jun. — f G. — g Ang. — h Ang. Calv. — i Ang. — * For. — k Calv. — l Me. ex San. — m Pi. — † Jun. — n V. in Marl. sic Me. San. &c. — o Pi. — p G. — q For. — r Ang. — † Calv. — t Ang. — v Me. sim. T. — x Ang. — y For. — z Mar. — a Q. in Ang. — b Pi. sic Calv. Al. in Ang. — c Ang.

Marginal notes (right column): d Belg. — * He. in Ang. — f G. — g Ang. — k G. — l Calv. — m Jun. — n Ang. — o G. — p G. — q Me. sim. T. — r T. — † Belg. — t Ang. — v Calv. — a V. sim. M. Ang. — b M. Ang. — c Ang. — d Hug. Pint. Alvar. in San. — * Ales in San. L. — f San. — g For. sim. Calov.

1. adverſùs hoſtes Eccleſiæ, uſque ad v. 4; 2. pro Eccleſia [h]. Cùm לוּא plura ſignificat, contextus docet optantis eſſe; q. d. Utinam, ut olim, accingereris ad nos redimendos, cœlum diſrumpens, &c. Cœlum diſrumpere Deus dicitur, quum rarum aliquod ſignum præbet ſuæ virtutis, ídque ex inſperato. Videtur Deus cœlo incluſus, quum opem non fert [i]. Alludit hìc ad deſcenſum in montem Sinai [k]. [Alii aliter reddunt.] *O ſi diſrupiſſes cœlos*, &c. quum ſcil. Nabuchod. urbem invaderet, &c [l]. Sed præſtat in futuro accipere [m]. Al. *Si aperueris cœlos, tremor apprehendet ex te montes*, &c. ό. Chaldæus לוּא ſumpſit, non malè, pro הֲלוֹא *nonne*, & verba non optantis, ſed indicantis, ſenſu, *Nonne tu (propter nos*, addit Chald.*) dirupiſti cœlos, & deſcendiſti? à facie tua liquefacti ſunt montes?* Continuatur ſermo Judæ Maccabæi [n]. Quod ſomnium eſt Grotii [o]. *Annon cœlos aperires*, &c? Sy. Al. *Num etiam rupiſti cœlos propter eos, & deſcendiſti*, &c? ſicut propter nos, in Sinai [p].

2. *Sicut*, &c. כִּקְדֹחַ אֵשׁ הֲמָסִים מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ לְהוֹדִיעַ וגו'] [Variant.] כ in כִּקְדֹחַ duplicem uſum habet, quod JT. Pi. Ang. viderunt [q]. קָדַח eſt verbum neutrum, non activum, ut volunt JT. Pi. Buxt. ex RS [r]. הֲמָסִים non eſt verbum, aut participium, ut volunt Muſc. Sym. Ti. & ό. ſed nomen; non quidem accuſativum, à קָדַח recto, ut volunt JT. Pi. Buxt. ex RS. ſed genitivum, ac epitheton τοῦ אֵשׁ †. Vox הֲמָסִים alibi non occurrit *. Derivatur vel à מָסַס *liquefacere*, ut ה ſit articulus; vel potiùs, à peculiari radice ſignificante, non, *ſtipulas aridas*, ut R. Jona, neque *cremia*, ut JT. Pi. Buxt. ſed, *vehementiam*, vel ſimile quid. בָּעָה ſign. *facere ut bulliat*, ſive *efferveſcat*, ut conſentiunt RS. AE. & K [s]. Locum hunc malè reddit Chaldæus, (ſic, *Quum mitteres iram tuam inſtar ignis, tempore Eliæ, liquefactum eſt mare*; הֲמָסִים exponens quaſi duæ voces eſſent, הֲמָס יָם, non quòd ità legit, ſed ità exponit [v]:) peſſimè autem ό. (quos, contra morem, Syrus hìc ſequitur,) *Sicut cera à facie ignis liquatur* †. Pro מַיִם *aquis*, מוּם *ceram*, legerunt; & כִּקְדֹם אֵשׁ, *ut coram igne*, pro כִּקְדֹחַ אֵשׁ, *ut conflagrat ignis* *. Porrò, non eſt hìc alluſio, ſive ad ignem illum cœlitus delapſum 1 Reg. 18. 38. ut putavit Chald. ſive ad oſtenta in monte Sinai, ut volunt M. Calv. K. &c. ſed eſt ſimilitudo è medio petita; eáque non duplex, ut putant K. Schindl. Oleaſt. & vernaculi plerique; ſed unica, ut cenſuerunt P. For. Oſ. Luth. &c. Deinde, hæc ſimilitudo non pertinet ad ſequentia לְהוֹדִיעַ שִׁמְךָ, ut multi putârunt; ſed ad finem præcedentis versûs, à quo hæc verba perperàm divulſa ſunt à Maſorethis [x]. [His de cauſis varietas eſt verſionum.] *Secundùm ardere ignem liquefactionum, aquas bulliet ignis, ad manifeſtandum nomen tuum*, &c. Mo. *Tanquam incendio ignis liquefactionum, ignis aquas ebullire fecit*, &c. V. ex Calv. *Sicut exarſit ignis diſſolvens, & aquas fervere fecit ignis, ut notum*, &c. Q. in V. *Sicut ardente igne ex ramalibus, aquas ebullire facit vis ignis: ut manifeſtares*, &c. G. Alludit ad montem Sinai [y]. Vide Exod. 19. 18. Adde Pſal. 18. 8, 9. & 97. 5. ubi Græci habent, τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν, (*Montes ſicut cera liquefacti ſunt*;) ut hìc, ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρὸς τήκεται, (*Sicut cera ab igne liqueſcit* [z].) Dicit aquas igne liquefactionum efferbuiſſe, quia præter morem imbribus violentis ignes & fulgura permixta erant: q. d. Igne Dei liquefacta fuit ſumma quæque durities, aquæ verò fervore conſumptæ. Quoties autem Prophetæ mentionem hujus hiſtoriæ faciunt, omnia beneficia complectuntur in populum hunc collata in deſerto, & in terra Canaan [a]. Pendet hic verſus à præcedenti, *Utinam diſrumperes*, &c. Quidam [ut Ti.] ſic liberiùs vertunt, tres iſtos verſus ſimul jungentes; *O ſi cœlum ſcindas* ac *deſcendas, quò montes à facie tua tanquam ab ignis incendio colliqueſcant: ignis, inquam, qui ebullit violentas aquas: ut innoteſcat nomen tuum hoſtibus tuis, & gentes à conſpectu tuo contremiſcant.* Utinam, inquam, deſcenderes ut olim *deſcendiſti cùm faceres terribilia quæ non exſpectabamus, & à conſpectu tuo montes colliqueſcebant* [b]. *Cùm incendio ignis* omnia *liqueſcerent, ignis aquam bulliebat, ut notum faceres*, &c. Pendent hæc ad finem præcedentis capitis: Ignis, inquit, cùm in Sinai in tantum arderet, ut nihil non in illud projectum ſubitò liquefactum fuiſſet, & præterea denſa nubes, quæ montem tegebat, vi caloris in aquam reſolveretur, apparuiſti ibi mirabilis Deus, quòd aqua ignem non extinxit, nec ignis aquam abſumpſit, ſed tantùm in bullas excitavit. Et cùm mirabilia multa faceres, feciſti ea præter omnem exſpectationem noſtram: nos enim nunquam exſpectâſſemus quòd tu deſcenderes de cœlo, &c [c]. [Alii aliter.] *Sicut exurit ignis liquefaciens, aquam bullire facit ignis, ut notum facias*, &c. P. Manifeſtior eſſet oratio, ſi, vitato Hebraiſmo, nomen *ignis* non repeteretur, *Sicut accenſus ignis liquidas aquas elicit*, vel *ebullire facit*; (quanquam prius malo;) *ut notum fieret*, &c. (Propheta in adventu Chriſti non tam liberationem populi, quàm gloriam & celebrationem Dei, attendere videtur.) *à facie tua gentes turbarentur*, vel *commoverentur*. Videtur eſſe explicatio *liquefactionis montium*, vel *agnitionis nominis Domini*: per Evangelium enim commotæ ſunt Gentes, ut eum timerent quem antea ignorabant, &c. Optat Propheta hanc commotionem in Gentibus, &c. Verùm ſi negligamus Rabbinorum diſtinctiones, & hìc verſus incipiat, alius ſenſus auguſtior erit. Cogitemus ergò Jeſaiam in Spiritu videre adventum Domini, & converſionem Gentium, & Chriſti victoriam, Judæos autem adhuc immotos manere, & quaſi dolentes ac ſemideſperantes dicere, *A facie tua gentes commoventur: video jam gentes ante te commoveri, & ad prædicationem Evangelii contremiſcere: at nos*, &c. Puto eſſe ſermonem de aquis quæ virtute ignis eliciuntur ex herbis, lignis, &c [d]. Verùm בָּעָה nunquam *elicere* ſign *. *Et quaſi incendio in humorem præ ignis fervore colliqueſcentibus*, [nempe *montibus* in v. præced.] *ad declarandum hoſtibus tuis nomen tuum, contremiſcentibus adventu tuo gentibus*, Ca. [Pi. hunc verſum cum præc. connectit, locum ſic reddens,] *Utinam lacerares cœlos,—ut à facie tua montes diffluerent*: (Nam *quum accendit ignis cremia, aquarum bullas excitat*, Heb. *aquas bullire facit ignis*. Antecedens nomen repetitur πλεοναστικῶς [f].) *ut notum faceres nomen tuum hoſtibus tuis*, (i. e. potentiam tuam in ulciſcendis hoſtibus tuis †,) útque *à facie tua gentes contremiſcerent*. [Al. ſic,] *Ut quum* (de quo uſu τοῦ כ vide ad Eſa. 17. 5 [g].) *ignis liquefaciens* (vel, *diſſolutionum*, Q. in Boot. vel, *fortis*, K. & Schindl. in Boot. vel, *vehemens*, ſive *luculentus*, Boot. vel, *magnus*, qui omnia liquefacit [h],) *ardet, ignis aquas bullire facit, ut notum facias nomen tuum hoſtibus tuis*, ut (ellipſis particulæ *ut*, ſicut Eſa. 63. 13 *.) *gentes ad præſentiam tuam contremiſcant*, Ang. ſim. For. [Alii ſic,] *Quemadmodum conflagrante igne cremia, aquarum bullas excitat* (Heb. *aquas bullat*, Jun.) *ignis, ut notum faceret nomen tuum hoſtibus tuis; à facie tua gentes contremiſcant*, JT. Allegoria [initio versûs] in fine ejus exponitur [i]: q. d. Sic etiam quum ira Dei accenditur contra impios, torquet & angit eos [k]. Elegans comparatio montium diffluentium cum aquis ferventibus in olla ad luculentum ignem [l]. Quæ explicatio ut plenior ſit, addi velim, non ad bullas tantùm in fervente aqua excitatas hìc reſpici, ſed & ad vaporem indè affatim conſurgentem [m]. Cui addi poteſt, quòd fodinæ ſulphureæ ſub terram accenſæ prope fluvios eos mirè ebullire faciunt [n]. Al. *Sicut exarſit* (nempe in Sinai) *ignis diſſolutionum, ut aquam fecit fervere ignis, ut celebre redderes nomen tuum apud hoſtes tuos; ſic à te gentes timeant*, V. in Tig. not. *Sicut ignis liquefaciens* (Heb. *liquefactionum*) *ardet, & ignis aquas bullire facit, ad notificandum nomen tuum hoſtibus tuis: ſic ethnici ad conſpectum tuum tremant*, Belg. *Sicut ardet ignis liquefactionis*, ſive *fuſionis*, [metallarii,] & ſicut *ignis aquam bullire facit: ſic quoque nomen tuum manifeſtatum fuit hoſtibus tuis, & gentes tremuerunt ob præſentiam tuam*, Gal. Quid ſit הֲמָסִים nemo niſi per conjecturam hactenus docuit. Videtur lingua Arabica opem ferre, ubi vox hæc uſitata eſt. Eliduri in lexico Arabico tradit ſignificare, *quemvis lenem & ſubmiſſum ſtrepitum*, qualis eſt eorum qui ſubmiſsè aut loquuntur aut incedunt. Idem docet Camus, qui addit, generaliter eo nomine denotari *occultum*. Hinc אֵשׁ הֲמָסִים erit *ignis ſubmiſſitatis*, vel ſubmiſſorum ſtrepituum, ignis lentus, non admodum ſtreperus. Verto, *Sicut ardente*, vel *accenſo, igne lento, aquam ebullire facit ignis: ſic manifeſtando nomen tuum hoſtibus tuis, à facie tua gentes contremiſcunt.* Senſus eſt, Sicut ad fervefaciendam & in bullas agendam aquam non opus eſt

vehementi

[h] Jun. [i] Calv. [k] For. [l] H. in Ang. [m] For. [n] G. [o] Calov. [p] M. [q] Boot. anim. 1. 9. 9. 78. [r] Ib. 8. 77. † Idem. * Ang. [s] Boot. ib. 8. [v] Buxt. vind. 2. 11. 770. † Boot. ib. 7. 77. * BA. 2. 4. 12. 531. [x] Boot. ib. 7. 77. [y] V. ſim. G. Calv. &c. [z] G. [a] Calv. [b] V.

[c] M. [d] For. * Boot. ib. 8. 78. [f] Pi. † Pi. [g] Ang. [h] Mar. * Ang. [i] Jun. [k] Pi. [l] Jun. [m] Boot. ib. 9. 78. ſim. Ang. [n] Ang.

vehementi admodum & strepero igne, sed sufficit ad id lentus & submissus: sic ad expavefaciendas gentes sufficit nomen tuum vel innotescere ipsis [o].

3. *Cùm*, &c. בַּעֲשׂוֹתְךָ נוֹרָאוֹת וגו׳] *Quum faceres* (scil. apud patres nostros ex Ægypto prodeuntes [p]: vel, *Faciens*, JT.) *mirabilia* (vel, *terribilia*, M. P. Ti. &c.) *non* (vel, quæ *non*, M. Ti. &c.) *exspectavimus*, vel *speravimus*, Ch. &c. Cùm tam mira nostrî causa feceris, nonne æquum est tuam opem à nobis patienter exspectari [q]? Al. Sicut *cùm faceres*, &c. ut sententiam continuet; q.d. O si talia nunc faceres ut olim, &c. Ellipsis τὸ *sicut* [r]. Al. *Cùm feceris*, vel *facias*, *terribilia*, nos tamen *non attendemus*, vel *attendimus*. Innovatur apud Gentes religio, totus orbis quærit & colit Jesum, quem nos damnavimus, adimplentur Prophetarum oracula, nos exsules & captivi sumus; nec tamen hæc omnia mente volvimus. τὸ קִוָּה dicitur de *animorum suspensione, & attenta animi consideratione ad aliquam rem*. Vide Job. 17. vers. 13. *Etiamsi diu exspectavero, tamen infernus*, &c †. ¶ *Descendisti, & à facie tua montes defluxerunt*] Repetit quod suprà dixerat, quò magis rem inculcet animis [r]. ¶ נָזֹלּוּ] *Diffluebant*, Pi. sic Ang. &c. *colliquescebant*, Ti. Angl. ut Jud. 5. 5. Idémque, licèt alio verbo, de montibus dicitur Ps. 97. 5. Respicit montem Sinai [v]; vel, 1. quoad imbres illos quos densa illa nubes Exod. 19. 16. fundebat, qui de montibus decurrebant [x]: vel potiùs, 2. quoad ignem tunc è nubibus emicantem, qui forsan, instar illius Exod. 9. 23. de monte decurrebat, acsi mons ipse liquefactus esset. Et alludi videtur ad montes ignivomos, unde velut rivi ignis & materiæ sulphureæ manant [y]. Al. Utinam *descendas, à facie tua montes diffluant*, JT. Al. Optabam *ut descenderes*, *ut liquescerent montes*. O vota inania! Ecce, jam *descendisti*; jam *montes fluxerunt*: video totum orbem perterrefactum, &c [z].

4. *A seculo*, &c. וּמֵעוֹלָם לֹא שָׁמְעוּ לֹא הֶאֱזִינוּ עַיִן לֹא רָאָתָה אֱלֹהִים זוּלָתְךָ יַעֲשֶׂה לִמְחַכֵּה לוֹ] *Et* (*Nam*, Ang. *Imò*, Pi.) *à*, vel *indè à*, *seculo* (vel, *ab* initio *mundi*, Ang. vel, *ab æterno*, ut Psalm. 90. 2. Proverb. 8. 23. Esa. 63. 16. vel, *ab olim*, ut Genes. 6. 4. Esa. 57. 11 [a]: vel, homines *de seculo*, He. in Angl.) *non audierunt*, P. Pi. Ang. Calv. &c. (sub. *homines*, Ang. vel, sub. *audientes*, Angl. Nomen sæpe verbo includitur, ut Gen. 50. 26 †. Vel, *non fuit auditum*, Angl. ut Mal. 1. 4. *vocabunt*, pro, *vocabitur* *.) *neque auribus perceperunt*, P. Pi. Calv. Ang. (Præcedens vox auditionem immediatam, hæc ex aliorum relatione, denotat [b].) *oculus non* (vel, *nullus*, Ti.) *vidit Deum* (sub. *alium*, P. M. vel, *vidit*, ô *Deus*, Ti. Pi. Ang.) *præter te*, M. P. Calv. Pi. &c. (vel, *uno te excepto*, Ti.) *faciat exspectanti ipsum*, Mo. vel, qui *faciat* sic *exspectanti ipsum*, vel *se*, P. M. vel, quid *paravit* (ut verbum sumitur Ezec. 46. 2. confer 1 Cor. 2. 9 †: vel, quid *fecit*, sive *faciet*, Angl. nam tempora promiscuè usurpantur [c]: *quæ facturus est*, Pi. vel, talia quæ *fecisti*, Ti. Enallage personæ, *fecit*, pro, *fecisti*; ut, *expetivistis*, pro, *expetiverunt*, Esa. 1. 29. *laniat*, pro, *lanias*, Job. 18. 4 *.) *exspectanti* (vel, *exspectantibus*, Angl. sic Pi. vox enim vel collectivè, vel distributivè, sumitur †.) *ipsum*, Ang. Pi. i. e. quemvis deorum, ut illi fecerunt 1 Reg. 18. 26, &c. vel, *exspectanti te*, Ti. Angl. verum Deum, ut sit mutatio personæ, ut suprà *. [JT. locum sic reddunt, *Et indè à seculo inaudita, auribus minimè percepta*, quæ *oculus non vidit*, ô *Deus*, *præter te*, Deus *comparet præstolanti ipsum*.] i. e. Utinam Deus comparet, &c *. [Locum hunc tripliciter exponunt. 1. De bonis vitæ præsentis.] Sensum simplicissimum hîc Græci exprimunt, quem sequendo licet sic vertere, *Nunquam auditum est, nunquam*, inquam, *auribus perceptum, nunquam oculis patuit esse Deum, præter te, ullum qui in se confidentibus talia faciat.* Nemo est qui viderit deos Gentium talia suis præstare; imò nemo est qui vel probabili auctoritate tale aliquid de illis audierit [d]. Confirmat quod antea dictum est, fideles nihil novum hîc aut insolitum petere, sed tantùm ut Deus se talem ergà ipsos præbeat qualem erga Patres, &c *: nec immeritò ipsos à Deo talia sperare, quem talia facere posse nôrunt qualia nemo alius, &c [f]. 2. De bonis quæ electis præparantur in Regno gloriæ [g]. 3. De Christo & Evangelio [h]; de modo & ratione præparationis gratiæ & gloriæ fidelium per Christum. Itaque hæc sententia priorem non excludit, sed comprehendit [i]. De mysteriis Evangelii [k]. Significat incomprehensibilia esse quæ per Christum mundo exhibita sunt [l]. Probatur hæc sententia, 1. ex 1 Cor. 2. 9. ubi Apostolus, de Christo & bonis per ipsum partis agens, hunc locum adducit [m]. Obj. At Paulus ad spiritualia transfert quæ hîc de temporalibus beneficiis à Propheta dicuntur. Resp. Quamvis Propheta de externis beneficiis agat, altiùs tamen conscendit, atque illa potissimùm spectat quæ ad populum Dei peculiariter attinebant, (ut fidei proprium est, à visibilibus gratiis ad invisibiles assurgere,) & à speciali Dei beneficio ad considerationem omnium, eorúmque causam, transit [n]. 2. Verba hæc Prophetæ his mysteriis singulariter conveniunt, quæ certè maxima sunt, 1 Tim. 3. 16. & supra intellectum, &c. & soli Christo nota. Vide Matt. 11. 27. Joh. 1. 18. 3. De illis agit quæ præstitit qui *cœlos disrupit*, &c. (is autem Christus erat;) ídque quando disrupit, &c. & descendit in terram. 4. Huic favent verba sequentia [o]. Ostenderat paulò ante Propheta quanta foret in mundo mutatio in adventu Messiæ, ut montes tabescerent, & aquæ igni arderent. Id verò Christus perfecturus erat, tum doctrinâ, tum sanctitate & operibus; qualia nemo vidit vel audit præter te, ô Christe, & illos quibus tu revelas [p]. Nunquam auditum est populo alicui tot & tanta bona data esse, ut dabit Christus fidelibus, cùm carnem sumpserit, & cùm beatos in cœlum receperit [q].

5. *Occurristi*, &c. פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וגו׳] *Occurrebas*, vel *Occurristi*, (vel, *Occurris*, JT. Vel, 1. occursu mortis; i. e. Sustulisti eos de medio qui gaudebant, &c [r]. Intellige, vel Mosen & Aaronem, Num. 20. 12, 24; vel, in genere, pios tunc viventes qui pro populo intercederent †. Vel, 2. beneficiis tuis. Synecd. gen [t]. q.d. Succurristi & favisti [v]; ut pater filii dissoluti ipsi occurrit Luc. 15. 20 [x].) *gaudenti*, (sub. *in te*, P.) *& facienti* (vel, *gaudentibus & facientibus*, Pi. nempe patribus nostris [y],) *justitiam*, Mo. P. JT. sic M. Ti. &c. *Gaudenti & facienti*, &c. i. e. qui cum lætitia & alacritate justitiam faciunt [z]; qui te cum gaudio colunt [a], & voluntariè [b]. Al. *Lætantes* hîc vocat qui rebus prosperis gaudebant; & antithesis hîc est; q.d. Olim solebas occurrere Patribus antequam ullo incommodo premerentur, eósq; adventu tuo exhilarare: nunc longè abes, nósque mœrore contabescere sinis [c]. Al. *Occurristi* ultro obviàm veniens cuique *lætanti* de adventu tuo, tibíque credenti, & *facienti justitiam* [d]. Al. *Ades ultro iis qui æquum facere gaudent*, Ca. Al. *Occurristi cum gaudio* (i.e. patientia, ut hîc habent Græci,) *recta facienti*: i. e. Ultro illis nec sperantibus beneficia maxima contulisti, ut Abrahamo, Mosi, Davidi, &c *. Al. *Exaudîsti* orationem *eorum qui lætabantur* in te, &, &c. He. in V. Cùm irascereris populo tuo, justorum intercessionem admisisti, Exod. 32. 11, &c. Num. 14. 13, &c. De hoc verbi usu vide ad Esa. 47. 3. & 53. 12 [f]. Ecclesia hîc misericordiam Dei erga pios & pœnitentes explicat; deinde eam (post peccatorum confessionem) implorat [g]. ¶ *In*, &c. בִּדְרָכֶיךָ וגו׳] *In* (vel, qui *in*, JT. & *in*, He. in V. atque his qui *in*, Ti. iis, inquam, qui *in*, G.) *viis tuis* (vel, *omnibus actibus suis*, G.) *recordabuntur*, vel *memores erunt*, (vel, *meminerunt*, G.) *tui*, P. M. Ti. &c. *Vias Dei* vocat, vel, 1. vias mandatorum Dei [h]: vel potiùs, 2. vias providentiæ Dei: vel, 3. possemus intelligere res prosperas; sive quòd Deus hoc modo Patribus propinquus erat, quum molliter ac delicatè velut filios tractaret; sive quia Deus ad beneficentiam propensus est naturâ. Sed quia dixit Deum justis occurrere solitum facientibus justitiam, recordatio ad studium pietatis referri potest, quòd scilicet sedulò ad Deum colendum se addixerint. Atque ità explicatio erit superioris membri. Recordari Dei est, ejus memoriâ delectari, &c [k]. Quidam has personas à præcedentibus distinguunt, sic vertentes, *Et qui meminerunt tui in viis tuis*: q. d. Gratiosè egisti, non modò cum iis qui in rebus prosperis se recte gesserunt, sed cum illis etiam qui, judiciis tuis admoniti & emendati, misericordiam tuam implorârunt. Alii easdem utrobique personas esse volunt, quæ hîc novâ notâ insigniuntur, & sic reddunt, Nempe illi qui memine-

Marginal notes: [o] D. [p] Pi. Belg. [q] G. [r] Ang. † For. [r] G. [v] Ang. [x] Q. in Ang. [y] Ang. [z] For. [a] Ang. † Idem. * Idem. [b] Idem. † Idem. [c] Idem. * Idem. † Idem. * Idem. * Jun. [d] G. * Calv. [f] Ang. [g] Q. in E. Hi. in Calov. [h] San. sic Calov. E. Belg. Mc. T. &c. [i] Calov. [k] Jun. San. [l] For. [m] Calov. [n] Calv. [o] Calov. [p] San. [q] Mc. [r] V. † Ang. [t] Pi. sim. Ang. Calv. &c. [v] Mar. [x] Ang. [y] Pi. [z] Calv. [a] Mc. sim. Jun. Ang. [b] Q. in Calv. [c] Calv. [d] T. * G. [f] He. in Ang. [g] Jun. [h] T. sim. Mc. San. [k] Calv.

meminerunt tui in viis tuis; i.e. qui constanter memores erant tui, & officii sui erga te, secundùm varias providentiæ tuæ methodos, ut te & in prospero statu laudarent, & in adverso orarent, & in utroque te colerent & tibi benedicerent [l]. [Alii locum sic reddunt;] *Quia meminerunt tui*,&c.Q. in Angl. *Tui in præscriptis à te vitæ viis memores*,Ti. Tum *propter vias tuas* (i.e. mirabiles actiones tuas quibus eos protegebas) *recordabantur tui*, i.e. laudabant te. Meton. efficientis [m]. ¶ *Ecce*, (vel, *At*, G.) *tu iratus es*, (sub. *nobis*,G. For. vel,*effervescis*,JT. *effervescebas*, ac proinde castigabas nos [n],) *&* (vel,*quum*, JT. Pi. vel, *nam*, Angl. ut Psalm. 60.13. & 108. 13 [o]; vel, *quia*, P. Angl. G. sic Ti. ut 2 Sam. 24. 1. Esa. 57. 17 [*]; vel, *postquam*, Q. in V. & in Angl. ut Exod. 14. v.21. *Et siccavit mare*, *postquam* (Hebr. *&*) *dividebantur*, &c. Exod. 16. 20. *Et vermes produxit*, *postquam putresieret*, Heb. *& putrefactum est* [p].) *peccavimus*] Ità Mo. M. &c. quia similes illis majoribus nostris non fuimus [q]. Vel, *peccamus*,JT. *peccaremus*,Pi. ¶ קָצַפְתָּ וַנֶּחֱטָא וגו׳] Diversa admodum in hoc versu continentur. q. d. Illos quidem omnes *obviàm habuisti qui gavisi sunt* de tuo adventu, *& justitiam* proinde *apprehenderunt*, *tui memores*,&c. istis, inquam, bona tua, quæ nullus hominum putâsset, obtulisti, dona nempe cœlestia; & illi per te servati sunt,ex quacunque gente fuerint. Sed heu nos miseros Judæos! nam *tu* in nos *efferbuisti irâ*, nam *peccavimus* [r]. ¶ *In*, &c. בָּהֶם עוֹלָם וְנִוָּשֵׁעַ] Concisa loquutio, ideóque obscura [†]. *In ipsis* (sub. *est*, Ang.) *seculum*, Calv. Mo. id est, diuturnitas [t]. Referri potest vel, 1. ad peccata [v]: *In ipsis* fuimus in *seculum*, P. q.d. Tametsi obstinati fuimus in peccatis nostris, ac digni quos centies perderes, tamen misericordiâ tuâ salvati sumus [†]. Et *in his* peccatis *consenuimus*, Ti. Et *in ipsis* peccatis *semper* fuimus: q. d. Postquam ob peccata iratus es, à peccando non destitimus, ut qui semper in illis fuerimus [*]. Vel, 2. ad vias Domini, & erit causæ redditio cur non perierit populus, quia perpetuæ & stabiles sunt viæ Domini, nec unquam cessat misericordia ejus [†]. Sed *in illis* (nempe in viis tuis) *seculum* est, i. e. Tu in seculum manes Deus populi tui, ac proinde illum mirabiliter protegis [x]: tu constans es in viis quibus salutem nostram procuras [y]. Vel, Sed *in illis* (viis tuis) tu es *semper*, Angl. id est, constanti es bonitate [z]. [Vel, 3. ad justos præcedentes:] *In ipsis nixum est seculum*. Quando, inquit, justi fuerunt in mundo, & tu peccatis nostris ad iracundiam provocabaris, *per illos à diebus seculi salvabamur*. Sic enim Moses te iratum precibus sæpe placavit, &c. Nunc verò quando justi sublati sunt, *nos omnes* [ut sequitur] *sumus immundi*, &c[a]. [Ultimum verbum sic reddunt,] *& salvabamur nos*,Mo. vel, *& salvabimur*, M. Calv. Ang. *& tamen salvi facti sumus*, P. alioqui *salus nobis contigisset*, Ti. *ideo servamur*, Pi. Angl. vel, *servabimur*. Copulativa pro illativa; q. d. Quia tu constans es in misericordia tua, ideo non perdimur, vel, ideo nos ex ærumnis nostris servandos speramus [b]. Vel, *& salvabimur?* q.d. minimè gentium [c]: *&* quomodo *salvaremur?* ut Ezec.c.33. v.10 [d]. [Alii locum sic reddunt,] Si *perpetuò in illis* (nempe viis tuis, quarum mentio præcessit [*],) stetissemus, *servati fuissemus*,JT. Elegans hypotyposis,cui adversativa confessio subjicitur [f]. *Si in ipsis* (in illorum viis de quibus suprà) *fuissemus semper*, etiam nos *salvi fuissemus*, G. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Enimvero & tu sævis, & nos in iis jamdiu peccavimus, & servabimur*.] *Per illas ab olim servati sumus*, vel, *Propter illas tamen*, sicut *ab olim*, *possemus servari*,Angl. *Et*,pro *tamen*,ut Esa.42.25. & c.46.v.7. & particulæ transponuntur, ut Job. 23. 12. Esa. 17. 14. & ellipsis τοῦ *sicut*, confer Thren.5.21. q.d. Posset Deus adhuc pro sua misericordia, illorum gratiâ vel intercessione, ut olim, nobis parcere, si qui tales inter nos essent. Vox עוֹלָם signif. modò, *antiquitatem*, modò, *diuturnitatem*, *perpetuitatem*, *constantiam*, *æternitatem*; unde modò, *ab olim*, modò, *in æternum*, redditur [g]. Versus hic difficilis est, quem sic verto, *Occurris gaudenti & facienti* (i. e. cum gaudio facienti) *justitiam: per vias tuas recordabuntur tui. Si tu iratus fuisti cùm peccavimus*, (vel,interrogativè, *Ecce, tu iratus fuisti cùm peccavimus?*) *in iis* (nempe viis tuis) *est æternitas, ut servemur*. Versus totus est consolatorius adversus iram

[Margin: l Ang. — m Pi. — n Pi. — o Ang. — * Idem. — p Q. in Ang. — q G. — r For. — † Ang. — t Calv. V. sic Ang. — v V. ex Calv. — † Idem. — * For. — † V. ex Calv. — x Pi. — y Q. in Ang. — z Ang. — a M. — b Ang. — c For. — d Q. in Ang. — * Jun. — f Ma. ex Jun. — g Ang.]

Dei, quæ quamvis interdum effundi tota in populum Dei videatur, meditantur tamen pii vias Dei, i.e. mores, proprietates, consuetudines & virtutes, Dei, scilicet, misericordiæ & bonitatis, & per eas recordantur Dei; tandémque concludunt, Etsi indignatus sit Deus cùm peccavimus, est tamen in viis misericordiæ ejus æternitas, ut servemur: id est, viæ Dei non mutantur, in æternum sunt eædem; quâ ergò antehac usus est gratiâ & benignitate erga miseros peccatores, eâdem & nunc utetur, ut servemur. Quam fiduciam statim sequitur vers. 6. & 7. ingenua peccatorum confessio, & miseriæ declaratio: cui rursus, v. 8. subjicitur fides de gratia Dei, & ardens benignitatis ejus imploratio. Affixum in בָּהֶם refero ad *vias Dei*, per quas mandata Dei intelligo, in quibus pii Dei memores sunt; & versum sic transfero, *Occurristi gaudenti, & facienti justitiam*,qui *in viis tuis memores erant tui*. *Ecce, tu indignatus es*; *nam peccaveramus*, *in illas*, *semper*: *&* tamen *servati fuimus*. Gradatim peccata amplificat: primò, *peccavimus*; secundò, *in illas*, nempe vias tuas; tertiò, *semper*: ad quam gradationem denotandam וַנֶּחֱטָא notatur accentu Zakeph: hinc meritò indignatus fuisti nobis; & tamen servati fuimus. Scopus est, ut deinceps etiam Deus suâ misericordiâ peccata ipsorum superet, & indignos servet; in quem finem sequentibus etiam versibus peccata populi amplificare pergit. Quia autem per *vias Dei* intelligi etiam possunt promissiones & misericordiæ, visum est aliam etiam sententiam adjungere. פָּגַעְתָּ & קָצַפְתָּ lego per modum interrogationis, & locum sic accipio, Sive benignitate tuâ usus es erga pios, effecisti ut promissionum tuarum & misericordiarum recordarentur; sive irâ tuâ peccata nostra persequereris, non ità ei indulsisti, quin patefaceret se æternitas tuarum promissionum, ut servaremur [h].

6. *Et*, &c. וַנְּהִי כַטָּמֵא וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. Ang.) *fuimus* (*sumus*,JT.Pi. *eramus* antea,P.) *ut immundus* (nempe homo; ut leprosus [i]; separatus à consortio hominum [k], & Dei [l]. Ut leprosi: ità enim sumi solet טָמֵא, Levit. 13. 45. Ità peccatis obsorduimus ut leprosi leprâ [m]. Vel, *ut res immunda*, Ang. quæ ex Lege comburenda vel abjicienda erat,Lev.13.55,&c. Verùm טָמֵא est masc [n].) *omnes nos*, Mo. M. Ti. &c. Ad tempora post Christum refero, quum Judæi ut rei & polluti habebantur [o]. Facti sumus quasi Gentiles, qui à Judæis immundi habebantur [p]. Est vox Judæorum quærentium justificationem post Christi tempora, quando sacrificia omnia erant & mortua & mortifera [q]. Qu. Quomodo dicit, *omnes*, cùm nonnulli restarent puri Dei cultores? Resp. Non loquitur de singulis, sed de universo corpore [r]. ¶ *Et*, &c. וּכְבֶגֶד עִדִּים] Vox עִדִּים alibi non est in S. S [†]. [Hinc locum variè reddunt.] *Et ut vestimentum* (vel, *pannus*, M. sic Ca. JT. ο'. Ar. Sy.) *centonum*, Mo. vel, *centonum abjectorum*, Ti. *abjectissimus*, JT. *detritus*, ad verb. *prædæ*, à עַד, *præda*, i. e. dilaceratus [t]: *è vilibus panniculis consutum*, Heb. *frustorum panni veteris & attriti*, Pi. *inveteratum & lacerum*, Q. in M. *sordidorum*, i. e. factum ex sordidis & putridis panniculis [v]: *abjectum*, G. ex Ch. Chaldæis עִדְיָא est quod Hebræis סְפַחַת, Theodotioni ἐκβεβρασμένος, ut diximus ad Levit. 13. 6. Significabitur ergò pittacium quod pustulis imponi,ac deinde abjici,solet [x]. Al. *inquinatum*, vel *deturpatum*, P. M. sic Ang. sanguine scilicet, ut solent *vestes prædæ*, quæ scilic. vel à bestiis prædæ, vel ab hominibus præliantibus, desumuntur. עַד *præda*, Gen. 49. 27 [y]. Al. Per antiphrasin verto, *contaminatum*, [à עָדָה, *ornavit* [z].] Sym. vertit, κυούσων, *parientium*; Aq. μαρτυριῶν, *testimoniorum*, quando sanguis in primo coitu maritalis virginis approbatur [a]. Vide Deut. 22. 15, 17 [b]. ἀποκαθημένης, (*sedentis*,) ο'. in Angl. Alludit ad Gen. 31. 34, 35 [†]. Al. *separationum*, Q. in Angl. *menstruatum*, vel *menstruatæ*, Sy. Ar. Vulg. D. à עָדָא *removit*. (Quam significationem habet verbum עָדָה in aliquibus saltem conjugationibus, tum Hebræis, tum Chaldæis, Prov. 25. 20. Dan. 2. 21 [c].) [Vide etiam Dan. 4. 28. & 5. 20. & 7. 14.] q. d. Pannus quem omnes aversantur & à se removent. Hoc firmat Chaldæus,hic reddens,מְרַחַק,ad verb. *procul amovendus*: & רָחוּק Chald. est, ἐμμήνιον, *menstruum*, sive *menses*. Sanguis porrò menstruus detestabilis est, & meritò; interdum

[Margin: h Di. — i Ang. — k Jun. sim. Calv. — l Ang. — m G. — n Ang. — o For. — p San. — q Me. — r Calv. — † G. Ang. Ma. — t For. — v V. — x G. — y Q. in Ang. — z For. — a D. ex Hi. — b Ang. — † Idem. — c Ang.]

terdum enim evadit purum venenum. q. d. *Justitiæ nostræ* abominationi sunt Deo [d]. ¶ *Universæ justitiæ nostræ*] Variè accipiunt *. Loquitur χτ' μίμησιν, & *justitias* vocat id quod homines improbi eo nomine appellant, sacrificia scilicet & ritus similes. Similis locutio Esa. 57. 12 [f]. Quæ illi ità præstiterunt, ut Deo abominationi essent [g]. Alii extendunt ad omnia bona opera, quæ tunc temporis ex ambitione, æmulatione, &c. præstita erant [h]. Vide Matt. 6. 2, 5. & 23. 5 [i]. Multi etiam ad optima piorum opera porrigunt, quasi imperfecta, & labe aliquâ infecta, si Deus ex rigore justitiæ judicaret [k]. Ità accipiunt tum veteres, Orig. ad Rom. 3. 3. Hieron. ad hunc locum, Augustin. Soliloq. c. 28. Gregor. l. 9. c. 28. tum recentiores, non modò nostri, Perkins. Abbot. Chamier. sed etiam Pontificii, Ferus ad Matt. 12. 34. Cajet. ad 2 Cor. 5. 21. Pighius de Fide, &c [l]. Alii etiam ad nativam labem, & originariam humani generis corruptionem, extendunt. Cur sic intelligerent in causa fuit, quòd Propheta in sua persona loquitur, *justitiæ nostræ*. Sed non advertunt hunc esse Prophetarum morem, ut loquantur tanquam os populi, & membra ejusdem corporis, cujus malis vehementer afficiuntur, quanquam culpæ de qua loquuntur immunes fuerint. Vide Exod. 34. 9. Esd. 9. 6, 7, &c. Dan. 9. 5, &c. Quare alii ab his omnibus recedunt; siquidem Prophetæ scopus est, non meras infirmitates, sed atrocia flagitia, agnoscere, quæ iram Dei in ipsos adeò concitaverant, &c [m]. Malè facerent qui hæc referrent ad vitam compositam ad Legem Mosis; multò pejùs, qui ad martyrium, & alia opera Evangelio congruentia [n]. Loquitur tantùm de justitia hypocritarum & Judæorum, (qui justitiam externo cultu definiebant,) & quidem post adventum Christi, quum sanguinis Christi rei fuerunt [o]. Ego de personis potiùs quàm de actibus locum intelligo, ut sit abstractum pro concreto: ut, *sapientia*, Mic. 6. 9. *stultitia*, Prov. 14. 1. *pax*, Psal. 120. 7. *robur*, Esa. 3. 25. *superbia*, Psal. 36. 12. pro homine *sapientiæ, stultitiæ, pacis* sive *pacifico, roboris, superbiæ*. Atque hæc abstracta in forma plurali superlativum denotant: ut, *sapientiæ*, Prov. 1. 20. & 9. 1. pro summa sapientia; vide & Prov. 11. 12. &, quod magis ad rem accedit, *desideria*, sive *amœnitates*, Dan. 9. 23. Cant. 5. 16. ponitur pro homine desideratissimo, sive amœnissimo, ut pleniùs exprimitur Dan. 10. 11, 19. Ità h. l. ut *justitia* ponitur pro homine justo, ut Esa. 41. 2. ità *justitiæ* in plur. pro hominibus justissimis, h. e. qui optimi reputantur. Hanc interpretationem colligo ex loco parallelo, Mic. 7. 2, 3, 4. *Periit benignus,——rectus nullus est: optimus*, sive *rectissimus, eorum similis est spinæ*, &c [p]. [Ad quem locum plura σὺν Θεῷ dicenda vide.] ¶ *Et*, &c. וַנָּבֶל כֶּעָלֶה] *Et decidimus* (vel, *defluximus*, Ti. LXX; *diffluximus*, JT. Pi. Chald. *emarcuimus*, M.) *veluti folium*] Quando marcescit [q]. Marcescunt & concidunt homines, quum iratum sibi Deum sentiunt. Conqueruntur pii de gravitate pœnarum suarum, non ut expostulent cum Deo, sed ut ipsum ad clementiam provocent: quemadmodum ubi reus judicem flectere conatur, miserias ei suas exponit [r].

7. *Non* (vel, *Nec ullus*, JT. Pi. &c.) *est qui invocet nomen tuum*] i. e. Preces ad te dirigat †, ut malis his medearis [t]. *Nullus*, id est, pauci, ut Psalm. 14. 3 [v]. Sunt ὑπερβολαὶ tales frequentes omnibus populis, orientalibus maximé [x]. Sed non opus est ut admittamus hyperbolen: loquitur enim de universali apostasia, qualis erat sub ultima tempora politiæ Judaicæ, ob quam abjecti Judæi sunt [y]. *Qui invocet*, verè & ex animo [z]; eâ fide, mente, sanctitate, quâ par est †. ¶ *Qui*, &c. מִתְעוֹרֵר לְהַחֲזִיק בָּךְ] *Qui excitat*, vel *incitat, se* (vel, *exsuscitat se*, magno animi conatu, tanquam ad rem seriam & magni ponderis; qui excutit desidiam, avocat ab aliis omnibus animum, & magnâ animi contentione agit [a],) *ut apprehendat te*, P. Ca. sim. Mo. P. JT. Pi. minantem discessionem, ut Ezec. 10. 4; vel, ut te inducat ad redeundum in misericordia, &c [b]: vel, ut te revocet & avertat à percutiendis nobis [c]: vel, ad consequendum te, ut Phil. 3. 12 [d]: vel, ut tibi adhæreat *: qui quasi manu tenet Deum, nè elabatur, ut sententiam revocet. Sic tenebant Deum & Jacob, Gen. 32. 26. & Moses, Exod. 32. 10 [f]. Ipsos pœnâ dignos probat. Commemorat autem gravia peccata, & quoniam longum esset omnia sigillatim referre, fontem ipsum designat, & neglectum Dei cultum (quem *invocationis* nomine comprehendit) esse dicit. Significat neminem seriò animum adjicere & operam dare quærendo Deo, sed omnes diffluere, suâque segnitie dissipari [g]. ¶ *Abscondisti*, &c. "כִּי הִסְתַּרְתָּ וגו] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Cum*, vel *Quando*,) JT. For. Angl. ut כִּי sumitur Job. 5. 21. Psal. 75. 3. Joel. 2. 20 [h]; vel, *Quamvis*, Angl. ut Psal. 23. 4. Esa. 53. 8 †.) *abscondisti* (vel, *abscondis*, Pi.) *faciem tuam à nobis*, Calv. Pi. Ang. &c. i. e. benevolentiam tuam nobis subtraxisti, id est, beneficia, per metonymiam [i]: vel, omnino decrevisti nos delere, non videre miseriam nostram, ut miserearis [k]. Nos aversaris, nec quid poscamus curas: ut, contrà, *faciem ostendere*, auxilium significat [l]. Vide Exod. 33. 14. Psalm. 4. 7 [m]. Docet nihil optabilius esse quàm ut penitùs Deo simus conjuncti. Nam quum simus ab ipso alieni, omnia nobis infeliciter cedunt. Describit deploratum populi statum, in quo nullum quærendi Dei studium est, &c [n]. ¶ *Et*, &c. "וַתְּמוּגֵנוּ וגו] *Et dissolvisti* (vel, *tabescere fecisti*, M. V. vel, *evanescere fecisti*, V. *liquefecisti*, aut *resolvisti*, V. Angl. *dissolvis*, JT. *liquefacis*, Pi. *tradidisti*, LXX, Ch. Sy. Ar. G. For. מָגַן est, *tradere*. Hìc noster [id est, Vulgatus, qui reddit, *allisisti*,] à מוּג derivat [o]. [Quod nollem à Grotio dictum; nam מוּג non signif. *allidi*, sed, *liquefieri*, sive *dissolvi*: quod & Capellus innuit in Critica sua, unde hæc, ut multa alia hujus generis, transtulit G.] Vel, *liquefecisti*, id est, *liquefactos*, h. e. attritos, fractos, consternatos, *tradidisti*, Buxtorf. vind. 2. 10. 744. Vel, *contabescere sinis*, Ti.) *nos in manu* (vel, *in manum*, Ch. Sy. sic G. sicut scilicet debitor creditori addicitur [p]: vel, *per manum*, Pi. Angl. vel, *in manu*, h. e. in loco ubi commissæ sunt, in regione nostra [q];) *iniquitatum nostrarum*, vel *iniquitatis nostræ*, P. Calv. &c. vel, *propter* (vel, *per*, JT.) *iniquitates nostras*, o'. Ch. Ar. Glas. gram. pag. 149. V. &c. Tradidisti nos peccato, quasi lictori, cruciandos [r], & ab eo comminuendos atque resolvendos †. Illud, *in manu*, Hebraismus est, & instrumenti nota, idémque quod *per*: ut, *Verbum Domini in manu Aggæi*, i. e. per Aggæum; &, *in manu fœminæ*, i. e. per fœminam [t]. Iterum queritur Esaias populi nomine, se obrui mali gravitate, nec à Deo levari; & precatur nè in tantis miseriis ipsum diutiùs tabescere sinat [v].

8. *Et* (vel, *At*, G. sim. JT. Pi.) *nunc, Domine*] Nempe, quando nos vides in meliora versos [x]. Conclusio ex antecedentibus confecta [y]. Ad commiserationes redit †. ¶ *Pater*, &c.] i.e. Auctor generis [z]. q.d. Filii tui sumus. Sola adoptio nos ad bene sperandum erigit, &c [a]. ¶ *Nos—lutum*, &c.] Sicut opus fictile ad figulum, quod & sequentia ostendunt. Neque sola creatio hìc respicitur, sed tota Dei circa populum suum dispensatio [b]. Omnes opera sua diligunt [c]. Verba humilitate plena: post, *tu Pater*— dicendum erat, *nos filii*; verùm non audent hoc dicere, sed, *nos lutum* [d]. Amplificant Dei gratiam, qui ex ignobili & fœtido luto ipsos formavit; neque in se præstantiæ causam quærunt *.

9. *Nè irascaris—satìs*, עַד מְאֹד] *Vehementer*, G. sim. Ang. *quamplurimùm*, JT. *nimiùm*, Pi. *ultra modum*, ut vers. ult [f]. Hebr. *usque valde*, Jun. Pi. For. Petit nè ira vel valde magna sit, vel diu duret; nè reprobatio Judæorum æternùm duret [g]. ¶ *Ecce*, &c. הֵן הַבֶּט־נָא] *En, intuere, quæsumus*, JT. Pi. Ang. Pathetica loquutio. Confer 1 Sam. 24. 11. Esa. 38. 3 [h]. ¶ *Populus tuus*, &c.] *Profitemur nos esse populum tuum*, id est, omnia nostra nos tibi debere. Ità hìc Chaldæus [i]. Al. quòd *populus tuus omnes sumus*, Pi. Non ad merita sua confugiunt, sed ad gratuitum Dei fœdus. Optima hæc erat veniæ impetrandæ fiducia, Deum, qui verax est in promissis suis, non posse abjicere quos semel elegerat [k]. *Nos* sumus *totus populus tuus*, Ang. Vide Exod. 19. 5, 6. Psalm. 147. 20 [l]. Dum nos perimus, quod tuum est perit: non enim alium populum habes præter nos [m].

10. *Civitas*, &c.] Hebr. *Civitates sanctitatis* (vel, *sanctæ*, Pi. Ca. Ang. &c.) *tuæ*, M. P. Mo. &c. Id est, vel, 1. Sion & Hierosolyma [n], ut in membro sequente decla-

[d] D. prov. 2. 5. 128. [*] Ang. [f] G. [g] Q. in Ang. [h] He. in Ang. [i] Ang. [k] Al. in Ang. [l] Ga. adverf. c. 18. p. 195. [m] Ang. [n] G. [o] For. [p] Ang. [q] For. [r] Calv. † G. ex Ch. sim. Ang. [t] Ang. [v] G. Ang. &c. [x] G. [y] Calov. [z] For. † Me. [a] For. [b] Ang. [c] Pi. [d] Jun. [*] G. Ma. [f] For.

[g] Calv. [h] Ang. † Idem. [i] G. [k] For. [l] San. [m] Luth. [n] Calv. [o] G. [p] G. [q] Ang. [r] Me. † For. [t] San. [v] Calv. [x] G. [y] Jun. † For. [z] For. [a] Calv. [b] G. [c] For. [d] Musc. [*] Calv. [f] V. [g] For. [h] Ang. [i] G. [k] Calv. [l] Ang. [m] Luth. [n] For. Pi.

declaratur [o]. De his veluti de duabus civitatibus hîc loquitur [p]. Per Sionem hîc intelligitur civitas Davidis, quæ in monte illo sita fuit: per Hierosolymam verò, pars urbis inferior, quæ sita erat in monte Moria [q]. Vel, 2. urbes Judææ [r], Jer. 10.22 †: quæ *sanctæ* vocantur, utpote Deo dicatæ [t], & assignatæ populo Dei, qui sanctus erat, Exod. 19. 6. & quia in iis erant conventiones sacræ, &c. vide Psalm. 74. 8. Act. 15.21 [v]. & in iis regnabat Deus atque invocabatur [x]; & quia omnes Deum agnoscebant [y]. Hinc tota terra *sancta* dicitur Zach. 2. 12 [z]. ¶ *Sion deserta*, &c.] Non tantùm urbium minores [a]. ¶ *Domus sanctificationis* (vel, *sanctitatis*, JT. For. Pi.) *nostræ*] Ità Mo. P. &c. quâ Deus sanctè colitur à nobis, & in qua tota sanctitatis nostræ ratio continetur [b]. Vel, *sanctuarii nostri*, V. i.e. Templum, in quo solebamus expiari, & te colere [c]. Sanctuarium aliâ ratione vocatur populi, quàm Dei: nam quia testimonium erat sacræ inter Deum & populum conjunctionis, sæpe dicitur sancta Dei domus, quæ scilicet sanctitati ejus respondeat: nunc verò passivè nominant fideles suum Sanctuarium, quia indè illis petenda erat sanctificatio [d]. Gradatim ascendit h. l. ab urbibus inferioribus ad Hierosolymam, indè ad Templum. Urbes reliquæ sæpe captæ sunt, salvâ Hierosolymâ, Esa. 36. 1. &c. sed & Hierosolyma capta est, salvo Templo, 2 Par. 25. 23, 24. nunc omnia sunt perdita *. ¶ *Et gloriæ nostræ*] Ità Calv. &c. Ea sc. de quibus gloriabamur, palatia putà. ¶ *Ubi laudaverunt te patres nostri*] A Zorobabelis temporibus [f]. Non dicit, *ubi nos te laudavimus* [g]; quia tunc corruptus erat Dei cultus, omnésque ferè à Deo desciverant [h]: sed, *ubi patres*, &c. q. d. Tametsi nos te non ut decebat coluimus; (vide Esa. 65.11. & 66.3 [i].) tamen in hoc Templo patres te purè coluerunt. Memor ergò sis fœderis, &c. nec sinas illud profanari, quia in te recidet ignominia, &c [k]. ¶ *Facta est in exustionem* (vel, *incendium*, V.) *ignis*] Sic Pi. Calv. &c. id est, correpta est incendio [l]. Vel, synecdoche est: non enim omne Templum, sed in Templo & in urbe multa, exussit Antiochus, 1 Mac. c. 1. v. 33, 59. Joseph. 12. 7 [m]. Sed torquet textum qui exustionem Templi palàm asserit. Nec gravissimæ hæ querelæ isti calamitati congruunt, quæ vix per tres annos & dimidium duravit. Alii ergò ad captivitatem Babylonicam retulêre [n]. Ex his verbis percipitur, precationem hanc Judæis præscriptam fuisse ut eam recitarent tempore captivitatis Babylonicæ [o]. Sed neque illi tempori conveniunt hæ querelæ, quum viderent Prophetæ ex ea captivitate & reditum, & tempus reditûs [p]; [sed ultimæ desolationi per Romanos, ut antè dixerat.] ¶ *Et*, &c. מַחֲמַדֵּינוּ הָיָה לְחָרְבָּה] *Et omnia desiderabilia*, vel *exspectabilia*, *nostra* (vel, *elegantissima*, Ca. Heb. *desideria*, vel *amœnitates*; est enim substantivum, ut apparet ex 1 Reg. 20. v. 6. Ezec. 24. 16, 21, 25. Abstractum autem hîc est pro concreto, ut suprà v. 6. *desideria*, i.e. vel, res desiderii, sive *desideratissima*, ut alibi non semel; vel, loca *desiderii*, sive exoptatissima, ut Hos. 9. 6 [q].) *sunt*, vel *fuerunt*, (vel, *fuit*, Mo. *facta est*, Pi.) *in desolationem*, Mo. P. &c. *Unaquaeque rerum desiderabilium nostrarum cessit* (vel, *est*, JT.) *desolationi*, Pi. sim. JT. Angl. Syntaxis distributiva [r]. Omnia pretiosa in Templo & in urbe †.

12. *Numquid*, &c? הַעַל־אֵלֶּה תִתְאַפַּק] *An circa ista* (vel, *super his*, M. P. Mo. &c. *ad hæc*, Ca. circa miserabilem populi tui statum [t]: *ob hæc*, i.e. ob has injurias Chaldæorum [v]: vel, *propter illas*, JT. nimirum iniquitates nostras, de quibus suprà; q. d. Indignum esset te magis ad peccata nostra respicere, quàm ad gloriam tuam in Ecclesiæ liberatione positam [x].) *continebis te?* Pi. M. P. Mo. &c. vel, *contineres te?* JT. nè scil. nobis opem feras, & hostes ulciscaris [y]. Possésne hæc, ô Domine, dissimulare [z]? Num semper affliges miseros, & nobis inexorabilis eris [a]? ¶ *Et affliges nos vehementer?*] Ut suprà versu 9. Et interim nos pati miseros? Quasi dicat Judas Maccabæus, Non est hoc credibile [b]. Imò statum rerum Judaicarum post Titi vastationem hîc desleт [c].

[o] Pi. sim. For. [p] For. [q] Pi. [r] For. G. Ang. Calv. &c. † Ang. [t] Calv. [v] Ang. [x] Calv. [y] G. [z] Ang. [a] G. [b] For. [c] G. [d] Calv. * Ang. [f] G. [g] Musc. Ang. [h] Calv. sim. Ang. [i] Ang. [k] Calv. [l] V. [m] G. [n] Calov. [o] Pi. [p] Calov. et Zuinglio. [q] Ang. [r] Pi. † Musc. [t] Pi. [v] Mo. [x] Jun. [y] Me. sim. Pi. [z] G. [a] Pellic. [b] G. [c] For.

CAP. LXV.

1. QUæsiêrunt, &c. נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ] *Quæsitus sum* (vel, *Expositus sum*, JT. vide Rom. 10.20 [a]. *Manifestus factus sum*, ο'. Ar. *Exhibui me quærendum*, vel, *Effeci ut me quærerent*, V. vel, *Obvius factus sum*, G.) *eis* (vel, *ab eis*, M. P. Ti. Pi. Ch. Sy. vel, *ii*, V.) *non* (vel, *qui non*, M. Ti. JT. Pi. *qui antea non*, P.) *interrogaverant*, vel *interrogabant*, Mo. P. JT. Pi. sic M. Ti. sub. *me*, G. vel, *de me*, Pi. sic Ang. Sensus idem qui suprà 64. 5. Inducitur hîc Deus respondens Judæ Maccabæo, & ei comiter causas reddens suæ dispensationis. Judæi plerique corruptissimi erant, cùm eos Deus ab Antiocho liberavit, & egregias rei bene gerendæ occasiones præbuit [b]. Hebræi hoc de populo suo exponunt, cui in cap. præc. conquerenti hîc respondet Deus, & rationem reddit cur ità eos tractavit, nempe ob pervicaciam & patrum, & suam ipsorum, qui gratiam ipsis oblatam respuerunt. Prima autem vox illos torquet; videtur enim esse, inquiunt, contradictio in textu, *Quæsitus sum*, &, *non interrogant*. Hanc difficultatem variè solvunt, reddendo, vel, 1. *Paratus eram quæri*, vel exorari, & patribus conciliari, si me in afflictionibus quæsivissent. Sic Psal. 111. 2. *quæsita*, i. e. parata quæri. Vel, 2. *Feci me quæri*, i. e. Obtuli me quærendum illis. Vel, 3. potentialiter, *Potuissem quæri* ab illis, si voluissent. Vel, 4. interrogativè locum vertunt, h. m. *Num offerrem* me *quærendum* ab iis qui *non quærunt* de me [c]? Sed obtorto collo hoc pertrahitur, vel ad Judæos, [in genere,] vel ad Judam Maccab. quum palàm sit ad tempora N. T. pertinere [d]. Ad antecedentem Ecclesiæ postulationem hoc capite respondet Christus. Responsi autem tres sunt partes: 1. narratio vocationis Ecclesiæ ex Gentibus & Judæis, usque ad v. 11; 2. contestatio Judæorum, indè ad v. 18; 3. conclusio, à magnificis promissionibus Dei erga filios suos *. Dictum fuerat præced. cap. quidnam causæ esset quòd non misereretur [Deus] populi sui. Respondet Dominus, Gentes, quæ me non *quærebant*, nec de me *interrogabant* quid agere deberent, me *quæsierunt* summo cum studio, ac tandem *invenerunt*: quare me ad illas transtuli. Judæi autem, quos vocabam, quærebam; & ad quos *expandebam manus*, &c. noluerunt attendere: quare illos punio & deleo. Hæc his septem primis versibus continentur [f]. De vocatione Gentium hîc agi constat ex Rom. 10.20, 21 [g]. *Quæsitus sum*, i.e. inventus, ut Eccles. 3. 6 [k]. Metonymia efficientis, vel effecti destinati [l]. Inventio est finis inquisitionis, Matt. 7. 7. Luc. 11. 10. Sic contrà, Gen. 19. 11. *inveniendo* (i.e. quærendo) *ostium*. Rectè reddit Vulgatus, *Quæsierunt*, vel *Quærunt*, *me* qui ante *non interrogabant* de me. Ad verb. Jam *quæsitus*, sive requisitus, *sum*, vel invocatus, (ut vox sumitur Esa. 55. 6. Ezec. 36. 37.) ab illis qui in prioribus temporibus, me non cognoscentes, *non interrogare*, vel *requirere*, solebant, nempe quicquam ex me. Vide de hoc verbi usu Esa. 7. 11. & 58. 2. Hos. 4. 12. Zach. 10. 1 [m]. Videntur quidam codices habuisse הַדְרַשְׁתִּי, quod εὑρέθην (*inventus sum*) vertit Apostolus Rom. 10. 20. Nec aliter credo legisse ο'. qui verterunt, ἐμφανὴς ἐγενόμην [n]. Sed diversa interpretatio non probat diversam lectionem [o]. Et vox illa εὑρέθην Rom. 10. non hanc vocem respicit, sed sequentem, duobus scilicet membris ab Apostolo transpositis [p]. ¶ *Invenerunt* (vel, *Inventus sum* ab illis, JT. Pi. Ang.) *qui non quæsiêrunt me*] Præveni eos, sponte quærendo, &c. 2 Cor. c. 5. v. 20. Eph. 2. 17 [q]. Ostendit Gentes præventas esse gratiâ Dei, nec quicquam attulisse meriti aut dignitatis. Diligenter notandus est hic locus; est enim veluti clavis quâ nobis [Gentilibus] Regnum cœlorum aperitur. Videmus nos non temerè aut casu vocatos fuisse à Deo, sed id sæpe prædictum, &c [r]. ¶ *Dixi*, (vel, *Dico*, Angl.) *Ecce ego*, (vel, *me*, JT. Pi.) *ecce ego*] Vel, ut sæpe redditur, *Hîc* sum *ego*, *hîc* sum *ego*, ut Gen. 22. 1, 7, 11. & 27. 18. Esa. 6. 8. Vox Dei respondentis supplicantibus; q. d. Adsum, paratus ad audiendum & opitulandum †. Offeram me, patefaciam me [t]. Geminatio magnam vim addit [v], & dictum confirmat [x]. ¶ *Ad gentem*, &c. אֶל]

[a] Jun. [b] G. [c] Ang. [d] Calov. * Jun. [f] For. [g] Calov. [k] Ang. sim. For. [l] Pi. Ang. Pi. [m] Ang. [n] G. [o] Calov. [p] Ang. [q] Ang. [r] Calv. † Ang. [t] Musc. [v] Sin. [x] Musc.

אל גוי לא קרא בשמי] *Ad gentem* (*genti*, JT. Pi. *adsum ei genti*, Ti. inventus sum *à gente*, M.) *non vocatum est in nomine meo*, Mo. vel, *quæ nomen meum non invocavit*, M. sim. Ca. o'. Ch. Sy. Ar. Sed hanc versionem respuit verbum passivum [y]. Vel, *non vocatam nomine meo*, P. sim. Ti. JT. Pi. Ang. i. e. quæ non dicebatur aut reputabatur populus meus. Q. totum versum in futuro reddunt, *Quærar, inveniar, dicam*; quia prophetia est de futuris temporibus. Sed Prophetæ de futuris loqui solent tanquam præteritis, aut præsentibus [z]. Sensus loci, Ostendi me præstò esse cùm illi me non colerent [a].

2. *Expandi manus meas*] Ut mos eorum qui postulant, vel audientiam, ut Act. 26. 1. vel acceptationem, ut Prov. 1. 24 [b]. Nihil omisi quo attentionem captarem [c]. Meipsum obtuli, benefeci, rogavi, minatus sum [d]. Expansio manuum invitationem significat, præcipuè in Verbo suo, quo manum nobis porrigit ut nos sibi conjungat; imò nos amplectitur, ut nostra culpa sit si invitanti non pareamus *. *Expandi*, &c. i. e. Incitavi eos ad conversionem. Vertitur פרש per διδάσκειν (*docere*) Nehem. 8. 8 [f]. *Expandere manus* significat, magno studio & conatu aliquem accersere, eúmque procul abesse indicat [g]. *Expandi*, &c. quasi profundens in eos mea munera [h]. Manus ambas porrexi, auxilium, solatium, cœlestia & terrestria munera, sine mensura illi impertiens [i]: ac novissimè in cruce mea expandi [k]; ut vel moriens populum illum occisorem mei ad sinum meum allicerem, imò pertraherem [l]. ¶ *Ad populum incredulum*; ità o'. סורר] *Contumacem*, Mo. Sy. For. *rebellem*, Ch. M. JT. Pi. Ang. G. nec aliud significat quod est in Græco, ἀπειθοῦντα [m]. *Desertorem*, Ti. *degenerem*, Ca. populum nempe Judaicum [n]; ut constat ex Rom. 10. 21 [o]. Opponit obedientiam Gentium Judæorum contumaciæ [p]. q. d. Rejectionis Judæorum culpa in ipsis est, non in me [q]. Non est cur querantur si Deus gratiam in alios suam transferat [r]. Non semel illos vocavit Deus, sed quotidie †: longâ ætatum serie non destitit Prophetas alios aliis submittere [t]. ¶ *Qui graditur* (potiùs, *gradiebatur*; sic sequentia, *provocabat*, *immolabat* [v]: vel, ad *illos qui ambulant*, Pi.) *in via non bona*, (i. e. pessima, ut 1 Sam. 2. 24. Psal. 36. 5. Prov. 24. 23. & 28. 21 [x].) *post cogitationes suas*] Id est, qui cupiditatibus suis obsequitur per vias illicitas [y]. מחשבה non simplicem *cogitationem* tantùm notat, sed etiam *discursus* & *ratiocinationes*, adeóque & *opiniones* [z]. Ostendit quæ sit *rebellio*, quòd scilicet cogitationes suas sequantur. Maximè Deo displicent αὐθάδεις, h. e. ingenio suo addicti. Nos enim proprium sensum abdicare jubet, ut veræ doctrinæ capaces simus [a]. Hæc omnium superstitionum origo est, quòd sibi placent homines in suis inventionibus, sibíque sapere mallent, quàm frænare sensus suos sub Dei obsequio [b].

3. *Ante*, &c. על פני] *Ante* (vel, *in*, sive *ad*, P. M. Ang. &c.) *faciem meam*, For. ex Vulg. sim. Pi. vel, *in os*, JT. i. e. vel, in ipso Templo, & apud Templum [c]; vel, palàm & confidenter, instar servi coram domino, &c [d]. Coram Deo, qui veluti præsens est per Verbum suum *. ¶ *Immolant in hortis*] Vide Esa. 1. 29. & 66. 17 [f]. Vel, in lucis, more Gentium, Exod. 34. 13. Deut. 7. 5. Jud. 3. 7. & 6. 28. &c [g]. Non in Templo, ut præcepi [h]. Sunt qui hæc non audent referre ad tempora Christi, tunc enim Judæi non erant idololatriæ dediti [i]. Resp. 1. Propheta quidem verbis utitur suo tempore usitatis: sed his intelligit omnia impia sacra Judæorum tempore Christi [k]. 2. Spiritus Sanctus datâ operâ figuris hæc obtegere voluit, in pœnam incredulorum, &c [l]. 3. Respicit antiqua populi peccata, quorum pœnam hìc repetit. Confer Matt. 23. 32 [m]. ¶ *Super lateres*] Figuris quibusdam incisos, Levit. 26. 1. Num. 33. 52 [n]. Vel, super tecta *. Domus eorum tegulis tegebantur [o]. Vel, in lateritiis aris [p], quas per contemptum *lateres* vocat; ut Ezechias serpentem *æs* dixit, 2 Reg. 18. 4 [q]. *Super lateres*, more sc. Gentilium [r], & contra præceptum Exod. 20. 24 †.

4. *Qui*, &c. הישבים בקברים] *Qui sedent* (vel, *manent*, P. Ca. Ang. sim. Mo. ut 2 Sam. 7. 2. Jer. 39. 14 [t]. *habitant*, Ch. Vulg.) *ad* (vel, *apud*, Ca. Pi. *inter*, Ang. ut ב sumitur Esa. 57. 6 *.) *sepulchra*, JT. vel, *in sepulchris*, Mo. P. &c. ut ibi captent somnia [v], quibus de futuris rebus edoceantur [x]; vel, ut Dæmones consulant [z], qui fœtidissima ambiunt loca [a]; vel, ob necromantiam, & ut mortuos consulerent. Vide Deut. 18. 11 [b]. 1 Sam. 28. 8, 11. Esa. 8. 19. Marc. 5. 5 [c]. Al. *in domibus quæ ædificantur de pulvere sepulchrorum*, Ch. ¶ *Et in*, &c. ובנצורים ילינו] *Et in monimentis*, Mo. Ang. (vel, *in delubris*, Ti. *in desertis*, vel, *in desolatis locis*, P. M. Angl. ex He. BA. quæ à Dæmonibus insidentur, Matt. 12. 43 *: vel, *ad tumulos*, Ca. *apud custodita*, sive *custoditos*, JT. Pi. i. e. idola, sic per contemptum dicta, quòd ipsa non custodiant cultores suos, sed custodibus opus habent, ut Esa. 46. 7 [f]. contrà quàm Deus facit, Deut. 32. 10 [g]. *In specubus*, sive *speluncis*, o'. Sy. Ar. in quibus Ethnici cum diis suis commercium habuerunt: *in occultis* locis; ut, res *occultæ*, Esa. 48. 6 [h]: vel, *cum cadaveribus hominum*, Ch. in Glas. sic dictis, vel, quòd in sepulchris, tanquam in carceribus, custodirentur, Esa. 14. 18. Ezec. 32. 23; vel, quòd in superstitiosos usus ibi servarentur [i].) *pernoctant*, Ang. sic Mo. &c. Ut in Æsculapii templis fieri solebat [l]. Mos Ethnicorum erat, ibi somnia à diis suis captare [m], ut docent nos Aristides, & Hieronymus [n], & Aristophanes [o]. Al. *in observatis*, &c. i. e. locis abominandis & tetris [p], è quibus præservare nos solemus [q], vel præ metu [r], vel nè contaminemur †. Auget indignitatem rei, quòd in locis horridis pernoctare auderent [t]. Al. *in observationibus*, &c. i. e. in custodiis, vel excubiis, templorum, sive idolorum [v]. ¶ *Qui comedunt carnem suillam*] A Gentibus coacti aut illecti, 2 Mac. 6. 18 [x]. contra Legem, Levit. 11. 7. Deuter. 14. 8. Esa. 66. 3, 17 [y]. ¶ *Et jus*, &c. ופרק פגולים כליהם] Duplex hìc lectio *. Keri (quod hìc habent editiones Munsteri in folio, Bomberg. Rob. Stephani, Ariæ Montani; at eo carent editiones Plantini, & Munsteri in quarto [z]:) est מרק, quod *jus*, sive *jusculum*, sign [a]. Jud. 6. 19, 20. nec alibi occurrit. Hanc lectionem sequuntur Chald. o'. Vulg. & Hebræi [b]. Chetib est פרק [c]: quod retineri potest, & commodum fundit sensum; sign. enim *frustum*, sive partem separatam, à פרק *rumpere*, *frangere* [d]. פרק propriè, *fragmentum*; sed quia פרק etiam *reservare* sign. putat Hieron. hìc spectari legem illam Levit. 8. 32. & notari eos qui jus edebant hesternum *. מ & פ sunt literæ ejusdem organi, nempe labiales, ideóque inter se facilè permutantur. מרק dicitur *jus*, quasi defricatio, detersio & defæcatio carnium †. [Locum sic reddunt,] *Et jus*, vel *jusculum*, (vel, *fragmen*, JT. *frusta*, Pi.) *prophanatorum* (vel, *pollutorum*, Calv. V. *abominandorum*, Ti. *abominationum*, V. *immundum*, Ch. *profanum*, Vulg. carnium *abominandarum*, JT. sim. Pi. M. quæ comedi Lege prohibentur [f]: jus in quibus elixantur carnes suillæ [g], aut aliæ Lege vetitæ [h]; quæ est sceleris oratoria exaggeratio [i]:) *vasis* (vel, est in *vasis*, P. Ti. Ang. habentes in *vasis*, M. Ca. in ollis [k]: vel, ex *vasis*, Pi. ex *instrumentis*, JT.) *eorum*, vel *suis*, Mo. P. Pi. JT. &c. Vox פגולים significat quicquid Lege vetitum est, ut apparet Ezec. 4. 14 [l]. Verto, *Edulia inquinationum*, i. e. in tertium diem reservata, ideóque illicita, Levit. 7. 18. & 19. 7. *vasa*, vel, in vasculis & utensilibus, *eorum* reperiuntur [m].

5. *Qui dicunt*, *Recede*, &c. קרב אליך] *Accede*, vel *Appropinqua*, *tibi*, sive *ad te*, Mo. Ti. V. Angl. i. e. A me recede [n]: vel, *ad tuos*, JT. Pi. i. e. ad alios tui similes [o]. Heb. *ad te*; meton. subjecti, qualis in Terent. *Eamus ad me*: vel, ut alii, *Retrocede illuc apud te*, i. e. Recipe te in locum tuum [p]. *Contine te*, Ca. V. in loco tuo [q]. *Mane apud te*, M. P. Calv. q. d. Apage. Negant sibi quicquam negotii esse cum probis monitoribus [r]. *Sta seorsum*, Angl. ex He. ¶ *Non*, &c. אל תגש בי] *Nè accedas ad me*, V. sim. Mo. P. M. Ti. &c. *Nè attingito me*, JT. Pi. Tales erant & Pharisæi, Luc. 5. 30. & 7. 39. & 18. 11, 12. qui idcirco lavabant, velut aliorum contactu polluti, Marc. 7. 4. & Samaritani, Joh. 4. 9 †. quorùm mos erat clamare, *Nè attingas* [t]. Nè te conjungas mihi, nè quid commercii apud me quæras [v]. ¶ *Quia*, &c. כי קדשתיך] *Quia sanctificavi te*, Ti. For. Sy. id est, impurum te reputo [x]. Ad verb. *polluo te*, ut Act. 10. 15. & 11. 9. *nè polluas*, i. e. pollutum habeas. Ut ברך sign. & *maledicere*, Job. 1. 5. 1 Reg. 21. 13; ità קדש, per antiphrasin, significare potest, *polluere*, ut Esa. 66. 17. *Sanctificant* (i. e. polluunt) *se*, &c. & vox קדש sign. *immundam*

[Margin, left column:] y Ang. — z Ang. — a G. — b Ang. — c For. — d Luth. — * Calv. — f G. — g San. — h Me. — i T. — k T. Me. ex For. — l T. — m G. — n San. sic Pi. Ang. ex He. &c. — o Ang. — p For. — q Luth. — r Calv. — † Marl. — t Calv. — v G. — x Ang. — y G. — z For. — a Calv. — b Calv. ad v. 3. — c G. — d Musc. sim. Ang. — * Calv. — f Ang. — g G. — h M. — i For. — k Calov. — l For. — m Calov. ex Cyr. & aliis. — n G. — * BA. 1. 700. — o Q. in Ang. — p Ca. Pi. Ang. sic Calv. — q Ang. — r T. — † Me. — t Ang. — * Idem. — v G. ex o'. T.

[Margin, right column:] x T. ex Cyr. & Theod. — z Me. sic T. — b Ma. ex Jun. Ang. Belg. &c. — c Ang. — * Ang. — f Jun. sic Pi. Glas. — g Glas. gram. 3. 4. 1. 408. — h Q. in Ang. — i Al. in Ang. — l G. — m Ang. — n Ang. ex G. — p Arg. — q Forst. — r For. — t For. ex Forst. — † Forst. — t For. — v Ma. ex Aven. — x G. — y Ang. — * Idem. — z Cap. crit. 3. 8. 96. — a Cap. Ang. — b Ang. — c Cap. Ang. — d Cap. ib. — * G. — † Ma. — f V. sim. Pi. San. — g BA. 1. 1. 57. 700. — h Me. — i BA. ib. — k BA. ib. — l G. — m For. — n Mar. — o Q. in Ang. — p Pi. — q V. — r Calv. — † Ang. — t G. ex Hi. & ex geog. Arab. — v Musc. — x For. Q. in Glas. & in Ang.

dam & vilem personam, ut Gen. 38. 21. Deut. 23. 17. Job. 36.14. Hos. 4. 14. &c [y]. Sic Græcis ἅγος, *sanctitas*, pro scelere ponitur, teste Suidâ: & ἁγής, pro scelerato & sordido; & καθαγίζειν, *consecrare*, pro polluere, teste Hesychio. Sic Virg. *Auri sacra fames*, &c [z]. Al. *Quia sanctificabo te*; h.e. Cùm sis indignus qui me sanctissimum attingas, contaminaberis, ac Deum offendes, me attingendo [a]. *Nam te consecrarem*, Ca. *Quia mundus sum*, o'. Ar. Al. *Quia sanctior sum te*, M. P. JT. Ang. Ch. vel, quàm *tu*, Pi. præ *te*, vel *à te*, vel super *te*, Angl. Sic, *bonus à*, vel *super*, est, *melior*, Prov. 22. 1. Eccles. 7. 1. &, *sapiens à*, vel *super*, 1 Reg. 4.31. est, *sapientior*. Confer Jud. 5.24. Ps.45.8. Ellipsis particulæ, sive præpositionis; quæ frequens est in affixis pronominum verbis adjunctorum, & in plurimis S. Scripturæ locis occurrit. Ellipsis hujusce particulæ est Jerem. 10. 20. *exierunt me*, pro, *ex me*; & præcipuè Jer. 20.7. *fortis me*, id est, *à*, vel *super*, *me* [b]. Deficit hîc מִן; קְדַשְׁתִּיךָ, pro קָדַשְׁתִּי מִמְּךָ [c]. Sed durissimum videtur, & fortassis inusitatum, subintelligere מִן, præsertim ubi comparationem facit; quia tota comparationis vis in ea particula consistit, nec aliud Hebræi habent quo comparationem innuant: at verò in compositione affixorum cum verbis ל subintelligere usitatissimum est; nec aliud hîc subintelligo, ut ponatur pro קָדַשְׁתִּי לָךְ, *Sanctus tibi sum, tu mihi impurus es*, (ut rectè Vulgatus reddit quoad sensum,) cui me sanctum attingere non licet. Res sanctas nemini, nisi ad id consecrato, attingere licebat: reliqui, si eas contingerent, impuri habebantur [d]. Sensus loci, Alios à se, tanquam sacri profanos, arcent *. Cùm sint ipsi impurissimi, se tamen pro sanctis venditant, & alios tanquam immundos à se abigunt [f]. ¶ *Isti*, &c. אֵלֶּה עָשָׁן בְּאַפִּי] *Isti* (vel, *Istiu*, JT. *Iste*, o'. *Hoc*, Ar. *Hæc*, Sy. sub. *sunt*, P. Ti. Pi. vel, *erunt*, Vulg. vel, *est*, JT. o'. Ar.) *fumus* (vel, suscitant *fumum*, M.) *in naso* (vel, *furore*, M. Ti. sim. o'. Sy. Ar.) *meo*, Mo. P. JT. Pi. Ang. עָשָׁן, ni fallor, rectè hîc intelligemus vaporem ex lignis rebúsque aliis unde ignis accenditur. Sublimiore sensu ad Gehennam hoc refert Chaldæus [g]. Sensus, Fumum concient in naribus [h]; h.e. iram meam provocant [k]. Fumus molestus est naribus & oculis, Prov. 10.26. Vide Esa.3.8 [l]. *Hæc fumum mihi in nasum concient*, i.e. iram [m]. Hæc fastidio mihi sunt, quo ira mea accenditur [n]. Al. Convertentur in fumum ardentem [o]. Al. Eos puniam: ut ligna subjecto igne in fumum abeunt, sic isti nihil erunt [p]. Dissipabo illos instar fumi, Psal.68.3. & ex eis pabulum ignis faciam, Esa.1.31. & 9.18 [q]. Ira mea fumabit in eos, exuretque illos, Deut. 29.20. & 32.22. &c [r]. In ira mea consumam eos, acsi fumus essent: עָשָׁן, pro כְּעָשָׁן †. ¶ *Ignis ardens toto die*] Id est, perpetuò [t]. Tradentur ignibus sempiternis [v]. Forsan idem est *fumus*, per metonymiam, quod hîc *ignis*, quòd fumus ignis naturale signum est [x].

6. *Ecce*, (sub. *peccatum istud*, P. Mar. M. quicquid agunt idololatræ [y]) *scriptum est* (vel, *scriptum est*, & jacet, Angl. Elliptica loquutio, de qua vide ad Esa.38.21 [z].) *coram me*] Ità M. Ti. &c. i. e. Non obliviscar [a]. Tam bene memini quàm Reges ea quæ in commentariis suis scripta asservant. Vide Esth. 6. 1 [b]. Mihi compertissimum est [c]. Alludit ad judicum morem, apud quos scribuntur testimonia, acta, &c. ut, quum opus fuerit, facilè reus convincatur [d]. Quæ oblivisci nollemus, libris mandamus. Vide Esd. 4. 15, 19. & 6. 2. Esth. 2. 1. Confer etiam Deut.32.34. Psal.56.9. Hos. 7. 2 *. ¶ *Non tacebo*] Ità Mo. P. M. &c. *Non dissimulabo*, Ti. *Non negligam*, Ca. *Non quiescam*, G. Non diu differam pœnam eorum, ut hîc Chald [f]. ¶ *Sed*, &c. כִּי אִם שִׁלַּמְתִּי וגו׳] *Sed* (vel, *Quin*, Ca. *Quinimo*, Mo. *Nisi*, JT.) *reddam*, & *rependam* (vel, & *reddam*, Mo. vel, *rependam, inquam*, Pi.) *in sinu eorum*, P. &c. i. e. copiosè & largiter †. Metaphora ab illis qui non ad certam mensuram, sed largiter, dant, non curantes quantum sit. Vide Jer.32.18. Luc. 6.38 [g]. *In sinum reddere* est, cumulatè reddere, ut quæ in finum effundi solent, Psalm. 79. 12. Hîc quoque permiscentur personæ secunda & tertia [i]. Hæc dicit Deus, quia homines peccata sua aut latere putant, aut in rationem non ventura, &c [k].

7. *Et iniquitates patrum*, &c.] Sensus est, Cùm Deo visum erit punire eos, postquam peccatorum cumulus completus fuerit, ut dicitur Gen. 15. 16. peccata tum ipsorum, tum patrum, in ipsis vindicabit. Neque hoc justitiæ Dei officit, quippe qui omnes infra merita peccatorum suorum punit, Esd. 9.13. Job.37.23. Respicit tamen Deus etiam patrum peccata, & graviùs punit, ut illustrius sit exemplum justitiæ Divinæ super progeniem impiorum. Vide 1 Sam.3.12,13. Jer.2.5, &c. Thren. 5.7. Matt. 23.32, &c. & 27. 25. 1 Thes. 2. 15, 16 [l]. Non sustinet filius iniquitates patris, Ezec.18.20. quum tamen filius illis subscribit, eodem judicio comprehendi ipsos ac damnari necesse est, dum obstinatio insanabiles ostendit esse morbos. Exaggerat ipsorum peccata, quòd patrum exempla sequerentur, malorum corvorum ova pessima. Non itaque excusat filios, quòd corruptela à patribus manavit [m]. Vide quem thesaurum posteris relinquunt qui impunè peccantes è vita discedunt, &c [n]. Qui severè admodum puniuntur (etsi non supra merita) dicuntur luere & sua peccata, & eorum qui ipsos in similibus peccatis præcesserunt, quorúmque Deus peccata reliquit impunita. Vide ad Matt. 23. 35 [o]. ¶ *Simul*] Vel, *pariter*, JT. sub. *rependam*, Pi. vel, sub. *erunt*, sive *conjungentur*: i.e. Propter utrumque iniquitatum genus vos puniam [p]. ¶ *Qui sacrificaverunt*, קִטְּרוּ] *Adoleverunt*, Ti. *suffitum fecerunt*, G. ex o'. & Ch. sim. Mo. P. &c. *thus incenderunt*, M. ¶ *Exprobraverunt mihi*] Vel, *probro affecerunt me*, JT. Pi. Angl. non tam verbaliter, quàm realiter [q]. *Irritârunt me*, ut temporibus Abiæ, Athaliæ, Manassis [r]. ¶ *Et* (vel, *Idcirco*, M. P. &c.) *remetiar opus eorum primum*] Ità Mo. P. M. V. JT. &c. i. e. inprimis, sive ante omnia †. Vel, *primum*, i. e. in quo indè à principio se occupârunt & ipsi, & patres [t]. ¶ רִאשֹׁנָה] *Quamprimùm*, Sy. *principio*, Ch. [Uterque videtur subintelligere ב.] Al. *prius*, Ang. ut Esa. 41. 22. & 42. 9 [v]: *pristinum*, Ca. *vetustum*, Calv. sim. For. illud scil. Exod. 32. [quod etiam in sera posteritate se vindicaturum minatus est Deus, ibid. v.34.] aliáque vetusta scelera *. A principio omnibus eorum factis vicem rependam [y]. Prima & prisca parentum peccata [z], cum præsentibus sceleribus [a]. Ridet leve hoc & inane præsidium quod in operibus sive observationibus patrum locabant; quum hoc pacto gravius illis judicium incumberet [b]. Frustrà sunt qui errores vel superstitiones annorum multitudine tuentur [c].

8. *Quomodo, si*, &c. כַּאֲשֶׁר יִמָּצֵא הַתִּירוֹשׁ בָּאֶשְׁכּוֹל וְאָמַר אַל תַּשְׁחִיתֵהוּ וגו׳] *Sicut* (vel, *Sicut quum*, Mo. Ti. Angl. Pi. vide ad Esa. 17. 5. & 64. 2 [d].) *invenitur* (ut Esa. 13. 15 †: vel, *si inveniatur*, Vulg. vel, *si quis inveniat*, V. *Ut cui præsto est*, JT.) *mustum* (vel, *acinus*, Ti.) *in botro*, Ang. sic P. M. V. &c. (i. e. acinus integer inter multas uvas corruptas *,) & *dixit*, Mo. (vel, *dicit* aliquis, Pi. Ang. & *dicit* quis, P. M. & *dicat*, V. vel, *dicitur*, Angl. dicere solent homines, Jer.3.1. Mal. 1. 4 [f].) *Nè corrumpas*, vel *perdas*, *illud*, Mo. P. M. &c. Solet paterfamiliâs illud jubere servari [g].) *quoniam est in eo benedictio*, Calv. &c. (i. e. in eo spes novæ vitis [h]. Omnia quibus alimur *benedictionis* nomine vocant Hebræi [i].) *ità faciam propter servos meos*, (i.e. pios Judæos [k],) *ut non perdam totum*, Calv. P. &c. vel, *omnes*, M. o'. &c. [Ca. locum sic reddit, *Sicut uva reperto in ea musto corrumpi vetatur, quòd in ea sit aliquid boni: sic ego faciam propter cultores meos, nè corrumpam omnes*.] Nè ex præced. colligerent fideles de sua salute actum esse, temperat sententiam [l]; q.d. Ut si quis vitem sibi incommodam aut damnosam eradicare statuit, at fructuosum palmitem reperiens ei parcet [m]: ità non evellet illos Deus in quibus aliquid est vigoris aut saporis. Verba bifariàm accipi possunt: vel, 1. quòd Dominus populo parcet propter electos; ut Gen.c.18.v.26, &c. & 30. 30. & 39.5. vel, 2. (quod contextui magìs quadrat,) Dominum sic ulturum scelera populi, ut tamen pios servet, &c [n]. Paucos bonos servabo in spem generis, ut olim Noam & Lothum. Hæc ad Evangelium aptat Paulus, Rom. 11.5 [o]. Etiamsi dicam quòd Judæi pœnas dabunt, non tamen omnes delebo [p]. Justos propter impios non perdam; sicut vitis frugifera non reciditur cum infœcunda [q].

9. *Et*, &c. וְהוֹצֵאתִי וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, M. Pi. Angl. *Nam*, JT.) *deducam* (vel, *producam*, Ti. *eximam*, Ar. *excipiam*, JT. *exire faciam*, For. *educam*, M. P. Ca. Pi. &c.

y Q. in Ang. — z Glas. rhet. 1. 5. 81. — a Glas. et Flac. — b Ang. — c Pi. — d Di. — * Ca. — f For. — g G. — h D. prov. 2. 3. 141. — k V. sim. Pi. Ang. D. ib. — l Ang. — m Ca. — n Jun. — o Me. — p G. — q Q. in Ang. — r Al. in Ang. — † D. ib. — t Ang. — v For. — x San. — y Pi. — z Ang. — a Ca. sim. Mar. M. — b G. — c Jun. — d Calv. — * Ang. — f G. sim. Arg. — † Musc. Ang. — g Ang. sim. Musc. — i G. — k Calv.

l Ang. — m Calv. — n Musc. — o G. — p V. — q Ang. — r G. — † V. — t Jun. — v Ang. — * For. — y G. — z T. Me. — a T. — b Calv. — c Musc. — d Ang. — † Idem. — * G. — f Ang. — g G. — h G. sim. Ang. — i G. — k Calov. — l Calv. — m Calv. sim. Ang. — n Calv. — o G. — p For. — q M.

scil. è captivitate, tum Babylonica, tum Diaboli[r],) *de Jabacob semen*, Mo. &c. Sicut in semine, re parva, est arbor; ità in illis paucis erit unde gens tota renovetur†. Sic castigare solet Dominus populum suum, ut Ecclesiam exstare velit, in qua veritas ipsius & pura Religio conservetur[t]. ¶ *Montes meos*] Id est, vel, 1. montes Judææ; vide Esa. 14. 25. Ezec. 36. 1, 8. & 38. 8[v]. Judææ regio erat montuosa[x]: vel, 2. Jerosolymam, quæ in montibus sita erat: vel, 3. montem meum, i.e. Sionis, in quo erat Templum[y].

10. *Et*, &c. וְהָיָה הַשָּׁרוֹן וגו׳] *Et erit Saron*, &c. Mo. Ch. Sy. M. Ti. JT. Pi. Regio hæc erat Libano subjecta indè à Basane[z], vel circa Joppen & Lyddam, Act. 9. 35[a]. pecori pascendo aptissima, 1 Par. 27. 29[b]. [Alii appellativè reddunt.] Saronem πεδίον, *campum*, reddunt & Sym. Esa. 35. 2. & ο'. Cant. 2. 1[c]. At ο'. ad h. l. vertunt, δρυμὸν, i. e. *sylvam*, propriè *quernam* & *glandiferam*; fortè ex Græca lingua, quâ σαρωνὶς est *quercus*, apud Callimachum. Sed aliud Hebræis שָׁרוֹן, *locus* scil. *lati prospectûs*, (quales sunt campi apertissimi,) à שׁוּר *prospicere*. Nomen est formæ שָׂשׂוֹן (*gaudium*,) & לָצוֹן (*irrisio*[d].) Eritque *planities*, &c. P. שָׁרוֹן *campum* significare valde verisimile est, quamvis id Hebræos lateat. Nempe à יָשַׁר *rectum & planum esse*; unde מִישׁוֹר *planities* tactum; etiam יְשֻׁרוּן, formæ רִבְעוֹן, [lege רְעָבוֹן *fames*,] &, per aphæresin, שָׁרוֹן; qualis in יְאוֹר, pro אוֹר (*rivus*,) &c. Utut sit, *Saron* omnino esse loci nomen docet comma sequens *. *Erit Saron caula pecoris*; id est, Tam plena ea regio erit pecore quàm caulæ esse solent[f]. Sed hoc argutum[g]. Sensus est, Tametsi terra hæc deserta fuerit, tamen ità denuo coletur ut pecoribus & armentis abundet[h]. ¶ *Et vallis Achor*] Pulcherrimus ille tractus apud Hierichuntem[i]. Vide Jos. 7. 24, 26. Os. 2. 15[k]. Hîc *ostium spei*, Os. 2. 15. (quò forsan respexit Esaias) de totius terræ possessione; quia primus hic locus videtur in quo pedem ponerent postquam Jordanem transiissent, Jos. 3. v. 16[l]. *Vallis Achor*, i. e. Jerichuntina, per synecdochen, quæ est fertilissima. Hæc erat in Regno Judæ, Saron in Regno Israelis; ut significetur illa futura Regnorum conglutinatio[m]. Al. Quum hæc duo loca in utraque terræ extremitate sita fuerint, *Achor* ab oriente, *Saron* ab occidente, per hæc totius terræ possessio denotatur[n]. ¶ *In cubile* (vel, *accubitum*, Mo. vel, *locus accubitûs*, P.) *armentorum*] Id est, tam plena armentis quàm esse solent stabula[o]. Summam pacem significat: nam belli tempore pecora ad montana transire solent, nè præda fiant hostibus, qui amœnas valles statim occupant. Magnam etiam abundantiam denotat, &c[p]. Si autem armenta servorum Dei bene habebunt, quantò magis ipsi[q]? ¶ *Populo meo, qui requisiêrunt me*] Ità reprobos & hypocritas abdicat[r].

11. *Et vos* (vel, *At vos*, Calv. Ang. sub. *estis illi*, Ang. Al. *Ad vos verò quod attinet*, Pi.) *qui dereliquistis Dominum*, &c.] Vel, *vos desertores*, &c. For. ¶ *Qui obliti estis montem*, &c.] Id est, montem Sionis†; i.e. Templum, h.e. cultum Divinum[t]: qui tanquam obliti negligitis, neque acceditis[v]: qui cultum meum contemnitis, moribus & fide perversi[x]. ¶ *Qui*, &c. הָעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן] *Parantes* (vel, *Præparatis*, M. *adornantes*, Ti. *qui instruitis*, JT. Pi. sim. Ch. Ca. For.) *Jovi* (vel, *Gad* Jovi, M. *Gadi*, Ca. *ipsi Gad*, Ti. *dæmoni*, ο'. *turmæ illi*, JT. Pi. *idolis*, Ch. Ar. *exercitui cæli*, P.) *mensam*, Mo. M. &c. Idolis in ipsorum templis sternebantur mensæ[y]; ubi etiam comedebant idololatræ[z], Judic. 9. 27. vide etiam Amos. 2. 8. 1 Cor. 8. 10. & 10. 21. in imitationem Judæorum, qui coram Deo comedebant, Deut. 16. 14, 15. Psal. 68. 4[a]. In Luciani Dialogo mortuorum, Hecates seu Lunæ cœna celebratur: in Mela 3. 10. mensa Solis famosissima, ad quam visendam profectum esse Severum refert Spartianus *. Vel, *mensa* pro altari ponitur, ut Ezec. 41. 22. Mal. 1. 7, 12[b]. [Sed quid hîc גַּד?] Resp. 1. Stella quædam[c]. Stella Jovis[d], eo nomine Arabibus dicta †. Vel, stella Martis, i. e. *Excursoris*, (id sign. גַּד:) vel, Gradivi, à quo putabant gentes pendere rei bellicæ fortunam[e]. Resp. 2. Fortuna[h]. [Sy. locum sic reddit, *Implevistis mensam in honorem fortunæ*.] גַּד Ebræis est מַזָּל טוֹב, i.e. *Bona fortuna*, cui & lectum instruebant, (qui in Deuterosi Ebræorum עַרְסָא דְגַדָּא vocatur; de quo autor Lexici Talmudici, *Lectus erat factus in honorem bonæ fortunæ, in quo nemini licebat dormire*;) & mensam[i]. Quin & in qualibet domo huic idolo sternebatur lectus, sive mensa, (nam lectus olim erat pro mensa,) quam vulgò dicebant *Bonæ fortunæ mensam* †. גַּד in Oriente, i. e. Hebræis, Chaldæis, Arabibus, fortunam significat, sive bonam, sive malam, sed sæpius bonam. Indè factum nomen idolo quod Idumæi maximè, si Hebræis credimus, coluerint. Vide, si libet, Beresith Rabba ad Gen. 27. 31. & adde quæ multi Interpretes dixêre ad Gen. 30. 11. Hieron. ad h. l. *Mos in Ægypto, ut ultimo die mensis extremi ponant mensam epulis refertam*, ——— *vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auspicantes. Id & Israelitæ faciebant*[k]. Et hic Gentilium mos instruendarum ultimo die epularum videtur apud Christianos perdurâsse, ut præteriti anni felicitatem cum gaudio terminent, & novi prosperitatem mutuò apprecentur. Vide Lactantium & Lipsium. Exprobrat iis, quòd, contempto Deo, ejúsque providentiâ, potentiâ, & expertâ toties benevolentiâ, supplicent *fortunæ* profanæ, cæcæ, incertæ & imbelli[l]. Resp. 3. Exercitus cœlorum, cui veteres sacrificâsse notum est[m]. *Turmæ illi*, i.e. stellis. Confer Jer. 7. 18. & 8. 2[n]. Resp. 4. גַּד hîc, sicut & Gen. 30. 11. est *turba*, vel *exercitus*; quia tot ipsis erant idola, ut vix numerari possent[o]. Dicit, *turmæ illi*, per contemptum, idola velut digito exserto commonstrans[p]. ¶ *Et*, &c. וְהַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ] *Et implentes*, vel, *quique impletis*, (sub. *calices*. Ellipsis nominis relati[q]. *Et consecrantes*, Ti. *& peragitis*, Ca. *& perfecistis*, vel *consecrâstis*, Ar. *& temperâstis*, Sy. *& libatis*, Ch.) *Meni* (vel, *fortunæ*, ο'. sic Sy. *diis eorum*, Ch. *dæmonibus*, Ar. *numero*, Calv. P. sub. *stellarum*, P. *planetis*, M. V. *septem*, V. *numeris illis*, JT. quibus velut exercitibus cœlum, terra & aqua instructa sunt, ut Gen. 2. 1[r]. *Numero illi*, nempe stellis, quarum magnus est numerus. Metonymia adjuncti, & synecdoche generis†. *Ad numerum*, cui favent sequentia; q. d. *Ad numerum omnes occidemini, quia ad numerum libâstis*. Fortasse alludit ad morem Gentium, quo tot cyathos libabant quot erant literæ in illius nomine cui bene precabantur: vel certè, ad quædam antiqua sacra Annæ Perennæ, in quibus putabant Gentiles æquandos sibi esse ætatis annos cum poculis[s]. De quibus vide Ovid. Fastorum l. 4. & Martial. Epigram. 1. 12[v].) *libamen*, Mo. Ti. P. &c. vel, *libamina*, Ca. V. *infusionem*, seu *poculum*, For. *scyphos*, Ch. *lagenas*, Sy. vinum *temperatum*, Ar. *potionem*, ο'. *potu*, Heb. *mistione*, i. e. vino, ut Prov. 23. 30, sic dicto, quòd illud aquâ temperarent[x]. Sed non verisimile est illos vinum aquâ dilutum diis offerre voluisse: malim ergò vinum merum intelligere, quod etiam voce *mistionis* non rarò exprimitur, vide Psal. 75. 9. Prov. 9. 2. & 23. 30. quanquam ea loquutio ex antiquo illo more vinum cum aqua miscendi originem duxit[y]. Intelligitur hîc libamen, per synecd. gen[z]. Verbum *implendi* bifariàm accipi potest: vel, 1. quòd omnia ad idolorum cultum munificè suppeditaverint: (nam superstitio nullum aut finem aut modum habet; & qui parci sunt in cultu Dei, omnia idolorum gratiâ libentissimè profundunt:) vel potiùs, 2. quòd nullum idolum prætermiserint, cui cultum suum non exhiberent *. [Sed quid hîc מְנִי?] Resp. 1. Numerus: fortè quòd hi, Pythagoreorum more, *Numerum* colerent[a]. 2. Stellæ, quippe numerosissimæ[b]. Doctus inter Hebræos sic exponit, *Qui adimpletis vasa eorum ad libamen numeri stellarum* *. 3. Idola, quippe quæ innumera erant[c]. *Numerum* vocat, quod in membro præced. *exercitum*. Est enim repetitio usitata Hebræis[d]. 4. Erat nescio quis deus à *numero* denominatus *. Est planeta Mercurius, sic dictus à *supputatione*, cui libabant ut in negotiationibus feliciores essent. Nam eidem etiam hodie divinam quandam potentiam adscribunt, ut qui eo horoscopo seu ascendente nascuntur, in negotiationibus felices evadant[f]. Al. Est deus *Menis*, quem in Armenia & Phrygia cultum discimus ex Strabone, & Iamblicho in Vita Pythagoræ[g]. Adde quòd Armenia sic dicta creditur ab *Aram*; vel, ut alii, ab *Har*, *mons*, & *Minni*, sive *Menni*, Jerem. 51. 27. *Minni*, cùm sit antiqua illius regionis appellatio, videtur ab insigni aliquo viro, qui ibi

ibi regnavit, & post mortem inter deos relatus est, nomen accepisse [h]. Vulg. [qui locum sic reddit, *& libatis super eam,*] לְמְנִי pro præpositione accepit [i]. Sed & Sym. vertit, *absque me,* ut sensus loci sit, *Qui paratis Fortunæ mensam, & impletis absque me potionem;* ut doceat non sibi [id] fieri, sed Dæmoni [k].

12. *Numerabo,* &c. וּמָנִיתִי וגו׳] *Et* (vel, *Itaque,* Calv. *Etiam,* vel *Itidem,* Angl.) *numerabo* (vel, *deputabo,* sive *destinabo,* For.) *vos gladio,* sive *ad gladium,* Mo. Pi. Calv. &c. i. e. Numeratos vos ensi cædique objiciam [l]. Gladio Græcorum, fame malisque aliis vos interfici curabo, ità ut de numero omni nemo desideretur. Est hyperbole [m]. Alludit ad nomen *Meni* [n]. Elegans paronomasia: q. d. Quia vos peccâstis circa numerum, ego puniam vos numero, magno scilicet [o]. *Tradam quoque numeros vestros gladio,* JT. Hinc constat v. præc. non loqui de duobus planetis, sed de multitudine idolorum, ad quam hîc alludit; q. d. Facilè deprehendam quo in numero sitis, vos enim numerabo gladio [p], & curabo nè quis vestrûm desit [q]. ¶ *Et omnes* (vel, *omnes vos,* Mo. P. &c.) *in cæde,* &c. לַטֶּבַח תִּכְרָעוּ] *Corruetis* (vel, *succumbetis,* JT. Pi. Ca. *incurvabitis vos,* Mo. P. sim. Pi. *trademini,* Ch.) *in,* vel *ad, cædem,* sive *mactationem,* M. Calv. Pi. sim. Mo. P. &c. Vox טֶבַח hîc alludit ad זֶבַח, *sacrificium* eorum abominandum, de quo v. præc †. ¶ *Vocavi*] Nempe, in Verbo & per Prophetas *. ¶ *Et non respondistis*] Sic Calv. &c. vel, *respondere noluistis,* ut contumaciam eorum exprimat. Indicativ. potentialiter sumitur, ut Psal. 81. 12. Prov. 13. 1, 8. Jer. 7. 24, 26. & 36. 25. &c [r]. Amplificat perfidiam, quòd deliberatâ malitiâ, & ex industria potiùs quàm ignorantia, peccarent †. ¶ *Malum in oculis meis*] Id est, quod displicebat mihi [t]; ut 2 Sam. 11. 27. Esa. 66. 4 [v]: vel, *in conspectu meo,* Angl. q. d. me vidente & inspectante, præsentiam meam non verentes [x]. ¶ *Et quæ,* &c. וּבַאֲשֶׁר לֹא חָפַצְתִּי וגו׳] *Et id quo* (vel, *Et id in quo,* V. vel, *Et in quibus,* Calv.) *non delector,* JT. Pi. &c. sim. Ang. V. Calv. &c. *elegistis,* Pi. &c. Non damnat eos ob crassa scelera, sed ob stultas devotiones, & quòd, in colendo Deo, non Verbum Dei, sed libidinem suam, sequerentur [y].

13. *Servi mei*] Ex vobis Israelitis [z]: electi ac cultores mei [a]; quos vilipendistis vos, v. 5 [b]. Nota hîc antithesin inter servos Dei, & eos qui falsò nomen ejus obtendunt [c]. ¶ *Et vos confundemini*] Rebus instauratis pudebit vos desertæ Legis. Idem dicit quod Dan. c. 12. v. 2 [d].

14. *Laudabunt,* &c. יָרֹנּוּ מִטּוּב לֵב] *Ovabunt* (vel, *canent,* JT. sic Pi. *lætabuntur,* P. sim. *o.* M. &c. *jubilabunt,* Ti.) *à bono* (vel, *ex,* sive *præ, hilaritate,* JT. Pi. V. ex He. sim. P. Ti. Sy. &c. vel, *bonitate,* V. ex He. Pi.) *cordis,* Mo. &c. vel, *ex jocundo corde,* M. sim. Ar. Docet satietatem prædictam [v. præced.] non in rerum copia positam esse, sed in pace animi & spirituali gaudio *.

15. *Et dimittetis* (vel, *relinquetis,* M. P. Ti. &c.) *nomen vestrum in juramentum;* ità Mo. לִשְׁבוּעָה] *In exsecrationem,* M. P. Ti. Pi. q. d. Dicent homines qui sibi malè precabuntur, Ità mihi contingat ut Judæo idololatræ, vel, Dispeream ut Judæus, &c. si non id fecero [f]. Vide Esa. 43. 28. Jerem. 24. 9. & 29. 22 [g]. Quum aliquem exsecrabuntur, imprecabuntur ei plagas vestras [h]. Dicent pii, cùm jurare volent, *Si fallo, eveniat mihi quod illis* ἑλληνίσασι *sub Antiocho* [i]. ¶ *Et servos suos vocabit nomine alio*] Id est, vel, 1. חֲסִידִים 'Ασιδαῖοι, 1 Mac. 2. 42. ex quo nomine factum nomen Essenorum, extritâ ה literâ [k]. Vel, 2. nomine populi stabilis; ut declaratur v. seq [l]. Vel, 3. Christianorum [m]. Dignum quippe erat ut hoc quoque à Prophetis prædiceretur, quòd à nomine [Christi] Filii Dei denominandi essent; non ab Israele, aut Juda, ut olim: ut vel ex ipso nomine appareat quòd essent Dei populus [n]. Vide Act. 11. 26 [o]. Quum nomen *Judæorum* odiosum fuerit [p]. 4. *Vocari nomine* aliquo, in S. S. est ità vivere, aut esse, &c. ut sic vocari possit: ut Esa. 62. 4. *vocabitur Hephzibah.* Hinc *vocari* & *esse* idem sunt. Sensus itaque est, q. d. Quum vos meritò vocari possitis *miseri, exsecrabiles,* &c. hi *dilecti,* aut *Deo accepti,* &c [q]. Nomen servorum meorum non erit in exsecrationem, sed in benedictionem [r], juxta Prov. 10. 7. Confer Gen. 48. 20 †. *Nomen* in S. S. ponitur pro *statu,* & mutatio nominis denotat mutationem statûs. Vide Hos. 1. 6, 9. & 2. 1, 23. Rom. 9. 26. 1 Pet. 2. 10 [t]. Judæi insolescebant antiquitate nominis sui, & quòd à Deo electi essent, acsi Deus ipsis carere non posset, nec, illis exclusis, populum haberet: Sed ego, inquit, alios adoptabo, quos etiam populi mei nomine exornabo [v].

16. *In quo,* &c. אֲשֶׁר הַמִּתְבָּרֵךְ בָּאָרֶץ יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן] *Qui* (vel, *Ut qui;* אֲשֶׁר valet ὥστε, ut [x];) *benedixerit* (vel, *beneprecabitur,* G. *placebit,* Ca.) *sibi in terra,* (i. e. vel, 1. super terram, ut Esa. 42. 4. Matt. 16. 19. & 18. 18 [y]. *Terram* totam hîc Judææ opponit, ubi cultus Dei conclusus erat: Tunc, inquit, ubique coletur. Vide Joh. 4. 21. 1 Tim. 2. 8 †. In solius veri Dei (non idolorum) nomine benedicetur & jurabitur; idque non solùm in Judæa, sed & in toto orbe *. Vel, 2. in regione, ut Esa. 5. 8. & 6. 12. & 60. 18. nempe quam servi Dei incolunt [z]: *in terra* Juda †. Vel, 3. τῷ *in terra* redundat [a].) *benedicet,* vel *benedicat,* (vel, *is bene precabitur,* G. *placeat* Pi.) *sibi in Deo veraci,* sive *vero,* P. M. Ti. &c. vel, *Amen,* Mo. אָמֵן *verum* sign. *Deum vivum* eodem sensu dixit Chaldæus [b]. q. d. Qui benedictus haberi volet, dicet & asseret se benedictum in Deo veraci, qui præstat quod pollicetur [c]. *In Deo Amen,* i. e. in Christo, qui & *verus Deus* dicitur, 1 Joh. 5. 20. & *Amen,* Apoc. 3. 14 [d]. Vox אָמֵן Deo tribuitur Psal. 31. 6. Jer. 10. 10. hic tamen non est abstractum, sed attributum, & respicit subjectum aliquod hîc supplendum *. [Hinc alii ultima duo verba sic reddunt,] *per Deum firmi,* JT. i. e. populi sancti, qui, fundatus & radicatus in Deo, firmus & immotus permanebit [f]. *Per Deum populi stabilis,* Heb. *stabilitatis,* ut Psalm. 89. 38. i. e. populi Israelitici, qui per Dei protectionem manet stabilis [g]. In benedictionibus memorabunt, tum Deum, tanquam authorem, tum populum Dei, tanquam exemplar, earum. Vide Gen. 28. 4. & 48. 15, 16. Ruth 4. 11 [h]. Locus insignis est, & Divinitatem Christi apertè testatur [i]. [Sic ergò alii reddunt;] *In quo* (scil. Christo, sive Deo Christianorum [k]; vel, nomine Christi [l]; vel, nomine illo *altero,* nempe Christiano [m]; vel, nomine servorum Dei: *Quo,* pro, *In quo* [n]. Ellipsis τοῦ ב, quæ frequens est [o].) *qui benedictus est super terram,* (h. e. qui in mundo benedictus fuerit [p],) *benedicetur in Deo Amen,* Vulg. sive, *veritatis,* sive *vero,* Mar. Me. T. sic For. nam Christus est verus Deus [q]. Hoc circumloquio Christum verum Deum esse affirmat [r]. Vel, *benedicet se,* & *in Deo vero.* Itáque in nomine servorum Dei, & in Dei nomine, se benedicet †. Sensus versûs, Benedictiones & juramenta fient per nomen Christi, quasi veri Dei, & non ampliùs per Abrahamum, vel Deum Abrahami: multò minùs per Jovem, Herculem, &c [t]. ¶ *Et qui,* &c. וְהַנִּשְׁבָּע וגו׳] *Et qui* (vel, *In quo etiam nomine qui,* For.) *juraverit,* &c. Calv. sic Pi. &c. Benedictione & jurejurando totum Dei cultum notat. Quum juramus, Deum testem agnoscimus, eíque judicium omne deferimus; quum benedicimus, ei soli omnia ferimus accepta [v]. ¶ *Quia* (vel, *Quum,* JT. Pi. Angl.) *oblivioni traditæ sunt* (vel, *fuerint,* JT. Pi.) *angustiæ priores, & quia* (vel, *quum,* JT. &c.) *absconditæ sunt* (vel, *fuerint,* JT. Pi.) *ab oculis nostris*] Nempe, vel, 1. culpæ sive peccata eorum [x], causæ [angustiarum] earum. Neque illi calamitatum, neque ego peccatorum meminero; & ità ostendam reipsa me esse ipsorum Deum [y]. Peccata pœnitentium *abscondi* dicuntur *à conspectu Dei,* quia illa non magis ulciscitur quàm si non videret, Psal. 32. 1. & 85. 3. Esa. 38. 17. Mic. 7. 19. Sed hoc non placet, quia nulla in textu peccatorum mentio [z]. Vel, 2. pœnæ sive afflictiones [a]. Finem ærumnis imponam [b]; eas auferam è medio: pro quo dicit, *abscondentur,* &c. ut exprimat affectum patris, qui, cùm diu filiorum suorum miseriam inspicere non poterit, eam, si potest, prorsus ab oculis suis aufert. Sanè quum absconduntur ab oculis Dei, ut nusquam sint necesse est. Nihil enim non est oculis illius manifestum [c]. Vide Esa. cap. 16. vers. 4. & 60. 18 [d]. Sensus, Præstabit Deus quod promisit, ut scil. abstergatur memoria antiquarum calamitatum multitudine & magnitudine novorum beneficiorum *. Vel, 3. Legis & Legalium rituum angustiæ, sive observationes, quæ *abscondi,* &c. dicuntur, quia Deus illas à suis non ultrà exigit. Rata

Ee 4 erunt

erunt benedictiones Dei in Christo, qui est *Deus Amen.* Huic sensui sequentia optimè conveniunt [f].

17. *Ecce enim,* &c.] qu. d. Nè miremini quòd dixi, *oblivioni tradendas,* &c. & ampliora Christianos habituros quàm olim habuerint Judæi: decrevi enim novum orbem condere [g]. ¶ *Cœlos novos & terram novam*] Id est, novum mundum, putà metaphoricum [h]; nempe Ecclesiam Christi [i]; quæ multò amplior, ornatior, augustior erit Synagogâ, & quasi novus mundus [k]. Nova rerum omnium facies erit. Lætis cuncta videntur pulcherrima [l]. Loquitur non tantùm de restitutione Ecclesiæ post reditum ex Babylone, quæ sanè manca est nisi ad Christum extendatur; sed etiam de Regno Christi, per quem mundus quodammodo renovatur: unde etiam Apostolus *seculum novum* vocat [m]. Præstitum quidem hoc erat in primo Christi adventu, non autem plenè completum ante ultimum adventum [n]. Sensus, Omnia in Christo instaurabo [o]. Regnum Christi est novus mundus, pulchrior, augustior [p]. Al, *Cœlum novum,* i. e. non, ut antè, nubilum, sed serenum: & *terram novam,* i. e. non desertam & sterilem, sed habitatam & fœcundam. Sicut *vetustescere* dicuntur quæ vim suam amittunt; sic, *innovari,* quæ vegeta fiunt [q]. ¶ *Non erunt in memoria priora*] Nempe, vel, 1. prius cœlum & prior terra [r]. Vel, 2. *priores,* sub. *afflictiones,* V. omnia illa mala sub Antiocho †. ¶ *Et non ascendent* (vel, *venient,* Ti. JT. &c.) *super* (vel, *in,* Ti. JT. &c.) *cor*] Ità Mo. P. &c. Ut vapores, qui ex stomacho in cerebrum ascendunt, ibique phantasmata & somnia producunt: q. d. Nec per somnium de illis cogitabunt. Tanta erit Ecclesiæ sub Christo excellentia, respectu claræ revelationis, cultûs spiritualis, &c. ut præcedentis memoriam prorsus abolere videatur. Vide Jer. 3. 16. 2 Cor. 3. 7,—11 [t]. *Nec ascendent,* &c. H [s], pro, tradentur oblivioni [v].

18. *Sed* (vel, *Quinimò,* Mo. *Quin potiùs,* Ti.) *gaudebitis* (vel, *gaudebunt,* Ti. *gaudete,* Mo. P. M. &c. Verbum imperat. hic pro fut [x].) *& exsultabitis usque,* &c. עֲדֵי עַד] *In perpetuum,* Mo. *in seculum seculi,* P. *in secula seculorum,* Ch. Sy. *usque in æternum,* M. diutissimè [y]. ¶ *In his quæ ego creo*] *Creandi* verbum Hebræi de omni magnifico Dei opere usurpant [z]. Al. *recreo,* JT. ¶ *Creo Jerusalem exsultationem*; sic Mo. M. P. &c. גִּילָה] *Exsultatione,* JT. *exsultantem,* Ca. vel, ad *exsultationem,* Pi. cum *exsultatione,* id est, Redditurus sum Ecclesiæ gaudium [a].

19. *Et gaudebo in* (vel, *de,* Pi. *populo meo*] Ità M. Mo. &c. Illi in me gaudebunt, Esa. 61. 10. & ego in illis, Esa. 62. 5 [b]. Tantus est Dei erga nos amor, ut non minùs delectetur nostro bono, quàm si eo nobiscum unà frueretur [c]. Lætatur Deus in gaudio & prosperitate populi sui, & dolet in calamitate ejus [d].

20. *Non,* &c. לֹא יִהְיֶה מִשָּׁם עוֹד עוּל יָמִים וְזָקֵן אֲשֶׁר לֹא יְמַלֵּא אֶת־יָמָיו] *Non erit* (vel, *exsistet,* JT. Pi. egredietur *, vel exportabitur, nempe ad sepulturam [f],) *indè,* sive *illinc,* (i. e. ex Hierosolyma [g], ex v. 19. quæ hic pro toto Regno ponitur, utpote metropolis ejus *: vel, eorum qui illic erunt. Vide animadvers. in Psal. 68 [h]. Vel, *tunc,* M. vel, *hinc,* Gal. τὸ משם ad tempus refert, quod potiùs ad locum pertinet [i].) *ultrà infans dierum,* (vel, *infantulus ætate,* JT. vel, *infantulus qui non impleat dies suos,* scil. dies qui requiruntur ad partum, ut fœtus sit vitalis. Hanc expositionem peto ex collatione verborum sequentium. Heb. *infantulus dierum* [k]. Ità promissio hæc esset par illi, quòd *nemo abortiret,* &c. Exod. 23. 26. Et vox quidem huic affinis *abortivum* sign. Job. 3. 16. Sed singularis est hæc sententia [l]. Vel, *infantulus,* sive *lactens, dierum,* sub. *paucorum.* Belg. ut, *numerus,* pro parvo numero; vide Esa. 10. 19 [m]: q. d. infans qui moritur quum annum impleverit. *Dies,* pro anno, ut 1 Sam. 2. 19 [n]. Verùm עול à *lactente* distinguitur, & grandiorem sign. Job. 19. 18. Thren. 2. 11. & 4. 4 [o]. Vel, *puer* multorum *dierum,* vide Jos. 23. 1, 2. Dan. 10. 14 [p]. h. e. senex qui tanquam infans fit animi stupore, & morum levitate [q]. Vel, *puer diebus,* sive *ætate,* Angl. ut patet ex antithesi τοῦ *senis,* qui scil. non implebit dies suos [r].) *neque senex, qui* (vel, *cujus,* JT.) *non impleverit,* vel *impleat, dies suos,* Mo. P. M. &c. vel, *ætatem suam,* Ca. vel, *dies* Deus, JT. *Dies,* qui, scilicet, ad justam senectutem requiruntur †; vel, quos per naturam vivere posset [t]. Locus hic valde difficilis est, ejúsque cum præcedentibus connexio [v]. [Hinc variè explicant.] Fuerunt priùs in Jerusalem in senili ætate infantiles mores: id tunc futurum negat [x]. *Non erit—infans—*aut *senex, qui dies* vitæ suæ, concessos sibi à Deo, *non impleat,* supple, benè vivendo, & suæ ætatis officia rectè obeundo [y]; i. e. qui faciat ea quæ tot illos dies & grandem ætatem dedeceant. *Implere* autem est, muneri, aut exspectationi, aut nomini suo, satisfacere. Ovid. de Ponto 1. *Maxime, qui tanti mensuram nominis imples* [z]. Ut dies vacui & inanes sunt qui vitiosè traducuntur; sic pleni & completi dicuntur qui honestè & bonis operibus implentur [a]. Alii ad longævitatem filiorum referunt: id quod mihi olim valde probabatur, nunc non item; quia multa hîc contorqueri video, alia duriùs suppleri. Quis enim neget aut in civitate felici esse infantes, aut, si mysticè accipias, in Ecclesia esse qui lacte indigent [b]? [Videamus tamen quomodo Authores hanc sententiam explicant.] *Non—infans—* i. e. qui paucos dies vivat. Nam Deus, si judices peccata non punirent, se vindicem erat professus, ut Levit. cap. 20. vers. 3, 4, 5. Vindicta autem erat, mors ipsius qui deliquisset immatura, & sine prole. Hoc ampliùs eventurum jam negat, quia judices optimè facturi erant officium. *Infans dierum* dicitur, qui non vivit ultra infantiæ annos: quæ, ut diximus, pœna erat parentum. *Senem* hîc intellige oppositum *infanti,* qui provectæ sit ætatis, non tamen maximæ [c]. Alia tum erit seculi ratio quàm nunc: Hoc seculo multi moriuntur infantes, alii quodammodo senes, sexagenarii aut septuagenarii, pauci qui justum vitæ spatium absolvunt, & ad centesimum annum attingunt: tum verò eadem erit ratio omnium, sive juvenum, sive senum, omnes complebunt dies suos [d]. Non immaturâ morte rapientur *parvuli* *; sive fame, ut Lam. 2. 11, 12, 19. sive gladio, ut 2 Reg. 8. 12. Psal. 137. 8, 9 [f]: nec *senes,* i. e. qui jam canescere incipiunt, indè exibunt, aut ad tumulum efferentur, antequam ad decrepitam ætatem perveniant [g]. Sensus, Diutissimè vivent [h]. Id quod sæpe promittit Deus tanquam benedictionem, Deut. 4. 1, 40. & 6. 2. ut vitæ brevitatem ceu maledictionem minatur, Job. 15. 32, 33. Psal. 55. 24. & 94. 23 [i]. Sensus loci, Sive pueri sint, sive senes, sic ad maturam usque ætatem pervenient, ut semper vegeti & integri sint; & nemo nisi maturâ ætate morietur [k]. ¶ *Quoniam,* &c. כִּי הַנַּעַר בֶּן־מֵאָה שָׁנָה יָמוּת] *Quoniam puer* (Heb. *adolescens,* G.) *centum annorum* (proverbialiter dici puto de sene fatuo, qui priùs vocatus est *infans dierum* [l],) *morietur,* Vulg. in exsilio & tanquam maledictus, &c †. Dat causam cur dixerit in Ecclesia non fore senem, qui non impleat dies suos moribus & virtutibus: quia si quis esset senex moribus puerilibus, is puniretur à Deo morte æternâ [m]. Al. Quamvis inter Christianos moriatur quis *puer,* tamen quoad mores & sensum perinde *morietur* acsi esset *centum annorum,* i. e. sapientiâ cœlesti & virtutibus maturus [n]. Al. Qui adolescens erit tempore instaurati Templi, perveniet ad plenissimam ætatem, qualis est annorum centum [o]. [Alii aliter reddunt.] *Qui centum annos natus morietur, puer erit:* Ità diu vivent, ut, qui centenarius morietur, puer moriatur [p]. *Nam* ille qui *centum annos natus morietur* erit adhuc *puer,* Gal. vel Genev. Ità הנער faciunt prædicatum enunciationis, quia subintelligunt אשר; & sensus est, Tanta tum erit longævitas, ut, qui jam senex habetur, tum infans habendus sit [q]. *Quoniam filius centum annorum morietur adolescens*; q. d. Ecclesiæ cives in ipso quoque senio robusti erunt & vegeti. Quòd hoc non impletur, sed morbis, senio, &c. obnoxii sumus, nobis imputandum est, quia Christus in nobis perfectè non regnat, &c [r]. Meliùs observant constructionem & distinctionem, qui הנער, notatum accentu Reviah, pro subjecto enunciationis habent, & non subintelligunt אשר †. [Alii ergò sic reddunt,] *Nam,* vel *Quia, puer* (vel, *adolescens,* Angl. nam נער in S. S. extenditur ad *infantiam, pueritiam,* & *adolescentiam.* Vide Gen. 37. 2. & 43. 8 [t].) *filius centum annorum* (vel, *centenarius,* P. sim. Ti. JT. Ang. Ità phrasis sumitur Gen. 11. 10. & 21. 5. Vide & Gen. 5. 32. & 7. 6. &c [v].) *morietur,* Mo. M. JT.

[f] For. [g] For. [h] T. [i] T. & Me. [k] T. [l] Mar. [m] Calv. [n] Belg. [o] Jun. Calv. [p] Jun. [q] For. [s] G. [r] Pi. † G. [t] Ang. [v] V. [x] V. [y] G. [z] G. [a] V. [b] Ang. [c] Calv. [d] Musc. * V. sic For. Ang. [f] Ang. [g] Pi. Di. ex K. & V. & Jun. [h] Belg. Ang. * Ang. ex He. [i] Ca. [k] Di. [l] Ti. [l] Ang. [m] Q. in Ang. [n] Belg. [o] Ang. [p] Q. in Ang. San. [q] Sar. [r] Ang.

† Pi. [t] Ang. [v] San. [x] San. [y] T. [z] San. [a] T. [b] San. [c] G. [d] Di. Belg. * For. Ang. [f] Ang. [g] For. [h] V. Musc. [i] Ang. [k] Calv. [l] San. † Idem. [m] Me. [n] T. [o] G. [p] Ca. [q] Di. [r] Calv. † Di. [t] Ang. [v] Ang. Di.

Di. &c. i. e. Puer non morietur puer[x], sed debitum vitæ spatium absolvet[y]. Adipiscentur completam ætatem; quæ Græcis & Latinis centum annis definiebatur: unde *ludi seculares*[z]. ¶ Et,&c. וְהַחוֹטֶא וגו׳ יְקֻלָּל *Et peccator* (vel, *qui peccat*, M.Ti.) *filius* (vel, ut *filius*, M.) *centum annorum* (vel, *centenarius*, P. &c.) *maledicetur*, Mo. P. M. &c. [Hîc etiam variant.] Est hæc usitata repetitio proximè dictæ sententiæ[a]. Peccator inter Christianos probrosus apud omnes & maledictus erit. Æstimabitur enim & laudabitur sola virtus & scientia, non verò ætas minùs vel magis adulta[b]. Al. Si quis contra Legem facinus aliquod commiserit, nè summa quidem senectus, cui apud multos parci solet, obstabit quò minùs judices ei pœnam Legis (quæ *maledictio* dici solet) infligant. Vide quæ diximus ad Deut. 21. 23. Mirum est quid non comminiscuntur Judæi quidam, qui hæc ad tempora post resurrectionem referunt[c]. *Qui sons——afficietur supplicio*, Ca. Al. Senex, qui abusus ætate longævâ peccârit, infamis erit & maledictus[*]. Al. Sensus apertus est, q. d. In summa hac Ecclesiæ felicitate, qui in illa impœnitens vixerit, quamdiucunque vita ejus per patientiam Dei prolongetur, maledictus tamen evadet. Vide Job. 21. 7,—20. Psal. 37. & 73. Eccles. 8. 12, 13. &c. Confer Apoc. 20. 6. *Beatus* (non dicit, *qui tunc vixerit*, sed) *qui partem habet in resurrectione prima*, &c. Addo quòd ו hîc discretivè sumi, & hoc membrum parenthesi includi possit, hoc modo; (*Quamvis peccator——maledictus sit:*) quia verba sequentia de præcedente felicitate agunt[d]. Al. *Peccator verò natus centum annos maledicetur*: i.e. Felicior erit in Regno Christi puer, quàm in Regno mundi senex: puer enim in Regno Christi beatam assequetur vitæ perfectionem; at in Regno mundi peccator, etiam ubi vitæ perfectionem attigisse videbitur, maledictus erit[*]. [Alii hoc membrum cum præcedente aliter accipiunt.] כִּי הַנַּעַר refertur ad eum qui tunc peccaturus sit, & prius membrum hîc per posterius explicandum est[f]. Sic & Jonathan; vertit enim, *Nam qui peccaverit adolescens centum annorum morietur: & qui peccat, natus centum annos ejicietur*. Sensus eorum est, neminem eo tempore è Jerusalem exportatum iri ad sepulchrum qui sit puer; nè quidem senem, nisi dies suos compleverit, i.e. ætatem antediluvianorum æquaverit: quòd si quis centum natus annos extinguatur, quod quidem non nisi ob iniquitatem ejus futurum sit, eum revera puerum & infantem moriturum, quia exigua ea tum futura sit ætas. Hæc somnia sunt Judæorum, quibus mirum quoddam Messiæ Regnum, & felicissimam tum Judæorum in terra vitam, imaginantur: nos hæc spiritualia esse novimus[g]. Al. *Sed puer*, (i.e. homo impius, qui indulget cupiditatibus suis instar pueri: metaphora. Petitur autem hæc expositio ex collatione membri sequentis; ubi dicitur *peccator*, qui hoc loco *puer*.) *quanquam natus fuerit centum annos, morietur*; (nempe, morte æternâ, quæ mox *maledictio* nominatur:) *& peccator, quanquam natus fuerit centum annos, maledicetur*[h].

21. *Et ædificabunt* (nempe servi mei, ex v. 13[i]. reduces Judæi[k],) *domos*, &c.] i. e. Omni genere benedictionis Divinæ exhilarabuntur[l]. Per hæc temporalia bona spiritualia intellige, & veram felicitatem, &c[m].

22. *Non ædificabunt, & alius habitabit*, &c.] Vel, *ità ut alius inhabitet*, &c. Pi. sive hostis, Esa. 62. 8, 9[n]. juxta maledictionem Deut. 28. 30, &c[o]. sive alius quis: q.d. Non posteris tantùm ædificabunt & plantabunt, sed ipsi, ob longævitatem, istis fruentur[p]. Non fiet secundùm illud, *Insere, Daphni, pyros, carpent tua poma nepotes*[q]. ¶ *Secundùm enim dies ligni*, &c.] Vel, *arboris*, M. P. Ti. &c. Non, folii, quod marcescit; sed, arboris[r], & quidem vivacissimæ[†], quercûs, aut cedri, &c[t]. Tamdiu vivent quàm ipsa arbor[v]. Diutissimè vivent[x]. Potiùs arboribus conferuntur electi ob pulchritudinem & germinationes[y]. q.d. Electi immobiles stabunt in Regno Christi; vel, perpetuò vivent, vel fructum ferent[z]. Fortè ad *lignum vitæ* alludit, quòd viverent acsi de ligno vitæ ederent[a]. *Secundùm dies arboris vitæ*, &c. o'. Ch. Ar. RS. in G. An ad Paradisum respiciunt? an ità dicunt arborem vivacissimam[b]? ¶ *Et opera*, &c. וּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם יְבַלּוּ בְחִירָי] *Et opus manuum suarum inveterabunt electi mei*, Mo. Ch. vel, *ad vetustatem perducent*, &c. P. vel, *durabile reddent*, &c. Heb. *veterascere facient*, Pi. vel, *continuabunt*, sive *perpetuabunt*, id est, absolvent quod instituerunt; prosperum successum habebunt[c]: vel, *diu fruentur*, Ang. vel, *consument*, Ar. *comedent*, Sy. *deterent*, JT. Angl. Non morientur donec viderint ædes suas vetustate consumptas[*]. *Opera laborum suorum inveterascere facient electi mei*, o'. i. e. ædificationes & plantationes, quas nec hostis, nec senium, auferet[f]. Durabunt ædes quas struxerint[g]. *Et opera*, &c. *durabunt cum electis meis*, M. Ti.

23. *Non laborabunt frustrà*] Vel, *inaniter*, Heb. *ad inanitatem*, Pi. Non demetent alii illorum sementem[h]; juxta minas Levit. 26. 16. Deut. 28. 30[i]. ¶ *Neque*, &c. וְלֹא יֵלְדוּ לַבֶּהָלָה] *Nec parient* (vel, *gignent*, JT. Pi. Ca. sim. Mo. sub. *liberos*. Ellipsis nominis relati[k].) *cum*, vel *in*, *terrore*, M. P. Calv. vel, *conturbatione*, Ti. G. ex Vulg. For. *in*, vel *ad*, *maledictionem*, LXX, Ar. Sy. quod Chald. bene interpretatur, *ad mortem*, nempe ἄωρον (*immaturam*,) quæ inter κατάρας. Potest in eundem sensum trahi recepta lectio, si per conturbationem intelligamus luctum parentum. Hieron. בֶּהָלָה putat verti posse, ἀνυπαρξίας, (*non-exsistentiam*.) Vide quæ ad Job. 18. 13[l]. Vel, *ad conturbationem*, JT. Pi. Ang. V. i.e. ut conturbentur morte filiorum qui statim morientur[m]; per hostium gladium[n], pestem, &c. Confer Deut. 28. 4. Hos. 9. 11, 12, 13. Matt. 24. 19[o]. q. d. Si peperint filios, diutissimè vivent[p]. Nec patres nec matres posteris suis metuent, ut fieri solet quoties impendet aliquid discriminis; sed summa tranquillitas erit[q]. Liberi cum parentibus prospere vivent, nec occasionem luctûs habebunt ex immatura alterutrorum morte[r]. Al. Partus mulierum tunc non erit formidolosus, quia expers erit doloris[†]. ¶ *Quia*, &c. כִּי זֶרַע בְּרוּכֵי יְהוָה הֵמָּה וְצֶאֱצָאֵיהֶם אִתָּם *Quia semen benedictorum Domini* (vel, *à Jehova*, P. JT. Pi. Heb. *Jehovæ*; genitivus efficientis[s];) *ipsi*, Mo. (vel, *sunt*, M. P. &c. vel, *erunt*, JT. Pi. Ca. G.) *& genimina* (vel, *germina*, P. sic Ti. *soboles*, M. sim. JT. Pi. Ca. Sy. Heb. *propagines*, metaphora[t]; *nepotes*, o'. Ar. sim. V. Ch.) *eorum cum ipsis*, Mo. simil. P. Ti. &c. sub. *erunt*, M. vel, *vivent*, P. non morientur ante parentes[x]. Ideo Deus infantes in vita conservabit, quia amabit parentes[y]. Optimè convenit hæc ratio. Unde enim metus & inquietudines, nisi ex maledictione Dei? Levit. 26. 36. Deut. 28. 65. Eâ itaque sublatâ, parentes cum sobole à formidine immunes erunt[z].

24. *Antequam clament*, &c.] Mala avertam antequam de eis conquerantur[a]. Si quid triste evenerit, ad succurrendum propensus ero[b]. Insignis promissio. Nihil optabilius est quàm accessum habere ad Deum, illúmque propitium[c]. ¶ *Adhuc*, &c. עוֹד הֵם מְדַבְּרִים וגו׳] *Adhuc ipsis loquentibus*, &c. Mo. P. M. &c. vel, *ipsi loquentes* erunt, &c. Pi. Ad bona largienda paratus ero simulatque rogabor[d].

25. *Lupus & agnus pascentur simul*; ità P. M. &c. כְּאֶחָד] *Sicut unus*, Mo. Musc. Angl. i.e. simul. Ità usurpatur hæc forma Esd. 2. 64. & 3. 9. & 6. 20. Neh. 7. 66. item Psal. 82. 7. quod ibi neglectum errorem induxit[*]. q.d. Quasi sint naturâ unum. Quid si legerimus, בְּאֶחָד, *in unum*, vel *simul*[f]? Significatur hîc magna rerum conversio[g]. Significat Christum omnia in integrum restituturum quæ ex peccato primi hominis depravata sunt[h]. Homines feroces & virulenti mitescent[l]. ¶ *Leo & bos comedent paleas*: Repete, *simul*, G. תֶּבֶן] *Demensum*, i. e. certam mensuram: id vox sign[m]. [At reliqui omnes aliter sentiunt, & vertunt,] *paleam*, vel *stramen*, o'. Ch. Ar. M. P. Mo. Ti. JT. Pi. Ca. ¶ *Et serpenti* (vel, *serpens*, Mo. vel, *ad serpentem quod attinet*, Pi.) *pulvis panis ejus*] Vel, *cibo* erit, JT. *Et cibus* (vel, *panis*, M.) *serpentis erit pulvis*, P. Ti. G. pulvis tantùm, ut Gen. 3. 14[n]. Homines non attinget[o], nec bestias[p]. Cum his comparantur homines feroces, qui coguntur ferociam deponere, & parère legibus: ut videre est clarissimè Mic. c. 7. v. 17. addito loco Psalm. 72. 9[q]. ¶ *Non nocebunt*, &c.] Alii aliis[r]. Nulla homicidia, nullæ rapinæ erunt: ità vigebunt leges. Vide suprà 20[†]. ¶ *In omni monte sancto meo*] i.e. Ecclesia mea[t], quæ, discussis quisquiliis, pura colligetur[v]. Vide de hoc versu Esa. 11. 6. q.d. Nihil damnosum esse poterit Ecclesiæ, ut Hos. 2. 18. Marc. 16. 18[x]. Regnabit charitas in Ecclesia[y].

CAP.

CAP. LXVI.

1. HÆC dicit, &c.] Hæc concio à priore diversa est [a], paris tamen argumenti [b]. Quæ jam sequuntur consolandis illis serviunt qui visuri erant profanationem Templi sub Antiocho, & sacrificiorum cessationem per annos tres & dimidium. Ostendit ergò Deus, non esse quòd hâc re offenderentur; piam mentem mihi Templum, &c [c]. Sed hæc non dicenda erant, sed probanda. Non Antiochi tempora respicit, sed N. T. quando non in Templo aut monte, sed ubique, adoraturi erant, Joh. 4. 21, 23. 1 Tim. 2. 8. Ideo Stephanus totalem & finalem Templi eversionem, de qua & Christus [Matt. 24.] & ipse Stephanus Act. 6. 14. loquuti sunt, à Prophetis prædictam probat ex hoc loco, Act. 7. 49 [d]. In hac concione Propheta exitium veteris Synagogæ, & Christianæ Ecclesiæ constitutionem, explicat [*]. Jesaias, populi vicem dolens, & causam agens, domum Dei exustam dixerat, Esa. 64. 11. quam iterum ædificari vellet: Huic nunc respondetur [f]. Invehitur hîc in stultam Judæorum fiduciam in Templo, sacrificiis, &c [g]. eísque ultionem minatur [h]. Hoc illos indubiè irritavit, &c [i]. Nec dubium est quin ob hanc præcipuè prophetiam populus Esaiam necari jusserit [k]. Respondet principio prophetiæ illius finis, & ad priores minas postremas has adjungit, quæ aut eædem sunt, aut certè non valde dissimiles. In primo capite reprehendit Judæos, quòd, externâ religione & umbrâ contenti, securè in sceleribus pergerent, quia Templum habebant, &c. Quàm parùm ista valent, [hoc capite] graviter docet, &c [l]. Quæ hîc dicuntur omnia talia sunt ut iter struant Evangelio [*]. ¶ *Cœlum* (sub. *est*, Pi.) *sedes mea*] Ità Calv. &c. vel, *solium meum*, Pi. solium majestatis [m]. Sæpe docet Scriptura Deum esse in cœlo, Psal. 115. 3. non quòd illic inclusus sit, cùm potentia ejus ubique diffusa sit, Levit. 26. 11. Jer. 23. 24. sed ut significet spiritualem esse Dei naturam, nec modulo nostro metiendam, nósque mentes altiùs ultra mundum evehere debere, nec quicquam carnale aut terrenum de eo cogitare, & meras nugas esse cultum qui ipsi non respondet, & quicquid sine cordis puritate obtruditur [n]. Ostendit Deus sibi optimum Templum esse piam mentem; ex eo æstimari sacrificia. Est oraculum apud Hieroclem, Εὐσεβέων δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον ὅσσον Ὀλύμπῳ, (*Non minùs piis hominibus quàm cœlo ipso delector.*) Seneca, *Non immolationibus & sanguine multo colendus est Deus, sed mente purâ honestóque proposito. Non templa illi congestis in altitudinem saxis exstruenda sunt: in suo cuique consecrandus est pectore.* Vide annotata ad finem l. 4. de V. R. C [o]. ¶ *Terra autem scabellum pedum*, &c.] Ὑποπόδιον, quale erat Regum soliis. *Terra*, pars rerum vilior. Vide quæ ad Matt. 5. 35 [p]. De Deo h. l. loquitur more humano, &c. Mysticè autem per *cœlum* intelliguntur homines cœlestes sive pii, in quibus residet Deus per gratiam suam; per *terram*, homines terreni, quos calcat Deus & premit, &c [q]. Adeò, inquit, magnus sum, ut, cùm in cœlo sedeam, terram pro subsellio habeam [r]. ¶ *Quæ* (vel, *Ubi*, Calv. For. *Ubi ergò*, Pi.) *est ista domus*] אי de loco interrogat, & cum זה junctum, [ut hîc,] optimè redditur, *Ubi est*, ut 1 Sam. 9. 18. *Ubi hæc domus Videntis?* Job. 28. 12. *Ubi hîc locus intelligentiæ* [†]? Exiguum hoc est, si cœlo & terræ comparetur [t]. Non est quòd putetis me Templo inclusum. Confer 1 Reg. 8. 27 [v]. Putatis me admodum delectari vestro Templo, in quo pro sede habeo alas Cherubim, & Propitiatorium pro scabello pedum [x], méque illi quasi throno affixum esse: sed fallimini: non adstringor aut delector loco; at si delector, totum cœlum mihi pro throno est, in quo majestatem meam spectandam exhibeo [y]. ¶ *Quam ædificabitis*, &c?] Ità V. &c. vel, *ædificaretis*, JT. Angl. Verbum potentialiter sumitur, ut Esa. cap. 49. vers. 15 [z]. Vel, *ædificâssetis*, Pi. reædificare cupitis [a]. ¶ *Et quis*, &c? [וְאֵי זֶה מָקוֹם מְנוּחָתִי] *Et* (vel, *Aut*, ο'. Ar. Ca. Angl. Copulativa pro disjunctivâ, ut Gen. 2. 6 [b].) *quis* (vel, *ubi*, Mo. M. JT. &c.) *est* (vel, *ille*, Mo. vel, *hic*, V. vel, *erit*, M. *esset*, Ar. *est iste*, Ch.) *locus quietis* (vel, *stationis*, Ar. *domûs mansionis*, Ch.) *meæ?* P. Mo. M. &c. vel, *in quo quiescam?* Ti. sim. For. Hos sequitur Stephanus Act. 7. 49. rectè, quoad sensum. Sic autem dicendum fuisset מְקוֹם in constructione; quia מָקוֹם est statûs absoluti: quod cùm vidisset Junius, cepit מְנוּחָתִי pro לִמְנוּחָתִי, & vertit, *locus quieti meæ*. Ego sic verto, *Et quis locus* est *quies mea?* אי־זה interdum valet, *ubi*; sæpe autem, *quis*, vel *quid*, *quale* [c]. Domus hæc non erat Deo locus quietis, sed hominibus locus orationis [d], signúmque præsentiæ Divinæ, quo admoniti mentes in cœlum eveherent Judæi, &c. At illi ex adminiculis impedimenta fecerunt, Deúmque sibi devinctum putantes, defunctoriè eum, imò & lusoriè, pro suo ingenio colebant [*], dediti legalibus figuris, & veram pietatem negligentes [f].

2. *Omnia hæc*] i. e. Vel, 1. cœlum & terram, v. 1. & quicquid eis continetur [g]. Omnia quæ usquam videtis [h]. Vel, 2. Templum, & omnia quæ illic offeruntur. Confer Psal. 50. 9, &c [i]. ¶ *Manus mea fecit*] Ac proinde mei juris sunt [k]. Victimis tuis non egeo, nec me illis promereris [l]. ¶ *Et facta sunt*, &c. [וַיִּהְיוּ כָל־אֵלֶּה] *Et fuerunt omnia hæc*, Mo. *Et* (vel, *Indè*, Pi. vel, *Utique*, Ch.) *erunt*, For. vel, *sunt*, For. Angl. i.e. exsistentiam habent, Act. 17. 25, 28. & subsistunt, Col. 1. 16, 17 [m]. q. d. Et hactenus eâdem meâ virtute consistunt, & erunt quamdiu fuerint [n]. Vel, *sunt*, i. e. durant, ut Dan. 1. 21. à me sustentata, Heb. 1. 3 [o]. Vel, *facta sunt*, Pi. P. Ch. Calv. vel, *exsistunt*, JT. sub. *verbo meo*, P. vel, sub. *per eam*, [nempe *manum meam*,] JT. Angl. vel, *esse cœperunt*; nam היה sign. non tantùm, *esse*, sed etiam, *fieri*. q.d. Non sum illis comparandus, nec illis indigeo quæ aliquando esse cœperunt, cùm æternus sim [p]. [Ca. locum sic reddit,] *Cúmque fecerit — cúmque — exstiterint*, i. e. facta sint [q]. ¶ *Ad*, &c? [וְאֶל־זֶה אַבִּיט] *Et* (vel, *Sed*, Pi. Ang. sim. JT. Ti. *Et tamen*, Q in V. *Et ego potiùs*, M.) *ad illud* (vel, *ad*, sive *in*, *hunc*, sive *eum*, M. Ti. JT. Pi. V. &c. vel, *cum hoc*, P. [quod non capio, nisi vel respiciat supplementum ipsius præcedens, *verbo meo*; quo forsan Verbum substantiale sive Christum intelligit: vel, *cum hoc* accipiat pro, *præter hoc*, sive *præterea*; vel pro, *& tamen*, ut est in Tig. not.]) *respiciam*, sive *respicio*, Mo. P. M. &c. id est, hunc gratiâ meâ & favore complector [r]. *Respicere* eos dicitur Deus quorum miseretur, & quos benevolè accipit, ut Exod. 2. 25. Num. 16. 15. Jud. 6. 14. Psal. 11. 7. & 25. 18. Amos. 5. 22. Mal. 2. 13 [†]. Jam venit ad sacrificia, quæ dicit ità sibi aut grata aut ingrata esse, prout est vita & animus offerentis [t]. ¶ *Ad*, &c. [אֶל־עָנִי] *Ad afflictum*, Mo. *Ad pauperem*, P. Ch. JT. Pi. Ang. &c. nempe spiritu, Matt. 5. 3. vel potiùs, *afflictum*, sive *humiliatum*, ut Psal. 18. 28. & 22. 25. &c [v]: *inopem*, i.e. ope destitutum hominem [x]: *humilem*, ο'. sim. Ti. Calv. i.e. modestè de se sentientem [y]: *tranquillum*, Sy. *mansuetum*, Ch. in G. Ar. Sæpe hæ voces [עָנָו & עָנִי] ejusdem originis & vicini significatûs, inter se permiscentur. In eum qui agnoscit paupertatem suam spiritualem, nempe vacuitatem justitiæ [z]. ¶ *Et contritum* (vel, *fractum*, Ca. *percussum*, vel *saucium*, For.) *spiritu*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *animo*, JT. Pi. ex agnitione peccatorum [a]: pœnitentiam agentem peccatorum [b]. Sensus, Viva templa quærit Deus, &c [c]. *Humiles & contritos*, &c. hîc indubiè opponit ceremoniarum pompæ, splendoríque illi quibus oculi hominum perstringi solent. Hoc sacrificium optimum, dum fideles verâ sui abnegatione sic prostrati jacent, ut nihil de se altum sapiant, sed patiantur se in nihilum redigi. Confer Psal. 51. 19 [d]. ¶ *Et*, &c. [וְחָרֵד עַל־דְּבָרִי] *Et trementem*, sive *trepidantem*, (vel, *qui reverentiâ quadam contremiscit*, Ti. *formidantem*, Ca. *metuentem*, Ch.) *sermones meos*, For. ex Vulg. sim. Ca. vel, *ad* (vel, *super*, Mo. For. &c. *propter*, Ch.) *verbum meum*, P. JT. Pi. &c. i. e. metuentem in leges meas impingere [*], aut ab iis vel latum unguem declinare; Legis meæ observantem & amantem [f]. Hæc reverentia est piorum indicium. Vide Esd. 9. 4. & 10. 3. Sic 2 Reg. 22. 11, 19. Esa. 50. 10. Jer. 36. 16 [g]. *Tremorem* hîc intellige, non quo absterrentur homines qui Deum fugiunt & oderunt; sed quo subiguntur in obsequium Dei, eúmque loquentem attentè & patienter audiunt, nec quicquam sibi confidenter & protervè arrogant. Porrò, referendus est hic tremor non modò ad Legem, quæ minatur ac terret; sed etiam

[a] Calv. sim. Ang. [b] Ang. [c] G. [d] Calov. [*] Jun. [f] For. [g] Calv. [h] Musc. [i] Calv. [k] Musc. [l] San. [*] G. [m] G. Ang. [n] Calv. [o] G. [p] G. sim. Ang. [q] E. [r] For. [†] For. [t] G. [v] Pi. Ang. [x] Mc. [y] T. [z] Ang. [a] T. ex For. [b] Ang.

[c] Di. [d] Musc. [*] Calv. [f] Musc. [g] Ang. sim. For. [h] G. [i] Calv. [k] G. sim. Calv. [l] Calv. [m] Ang. [n] For. [o] Ang. [p] Calv. [q] Ca. [r] Pi. sim. Mc. [†] BA. l. 1. 49. 537. [t] G. [v] Ang. [x] For. [y] G. [z] Pi. [a] Pi. [b] G. [c] Oecol. [d] Calv. [*] G. [f] For. [g] Ang.

etiam ad promissiones, ad quas contremiscunt pii quum eas reverenter amplectuntur [b].

3. *Qui*, &c. שׁוֹחֵט הַשּׁוֹר מַכֵּה אִישׁ] *Mactans*, vel *Qui mactat*, (vel, *Qui immolat*, P. Ca. Iniquus autem *qui immolat*, ο'. Ar. Alioqui *qui immolat*, G. *Qui jugulat*, JT. Pi. Ch. *Qui decervicat*, V.) *bovem*, (scil. ad sacrificandum mihi [l], ut in seq. membro [k],) *percutiens* (i. e. occidens, ut Num. 35. 11, 15, 30. Jer. 40. 14, 15 †.) *virum*, Mo. &c. vel, acsi *percuteret*, &c. JT. acsi *interficeret*, &c. Sy. sic Angl. est sicut *qui percutit*, &c. i. e. occidit; syn. gen[l]. quasi *qui interficit*, Ch. perinde est acsi *interficeret*, &c. M. perinde peccat atque *qui interficit virum*, P. acsi altare ipsius sanguine liberorum suorum immolatorum pollueret, Psal. 106. 37, 38. Confer Ezec. 23. 37, 39. Mic. 6. 7. Ellipsis notæ similitudinis, ut Esa. 47. 3. quæ tamen emphasin hîc addit. Vide ad Esa. 40. 6, 7[m]. q. d. Si istæ virtutes absint, abominor victimas quasi homicidium: quod Deus ità exsecratur, ut etiam ab altari suo homicidam velit abstrahi, Exod. 21. 14. Pythagoras, Θυηπολίαι ἀφρόνων, πυρὸς τροφή· *Sacrificia stultorum sunt pabulum ignis* [n]. Non magis mihi gratus est quàm si occideret, &c [o]. Æquè exosus est, si sine fide & agnitione peccatorum sacrificet[p]. ¶ *Qui mactat pecus*, (vel, *agnum*, Mo. *parvam pecudem*, JT. שֶׂה tum *agnum*, tum *hædum*, sign. ut percipitur ex Exod. 12. 5 [q].) *quasi qui*, &c. עֹרֵף כֶּלֶב] *Decervicans* (vel, *jugulat*, Ca. ut *qui jugulat*, P. &c. [ut in præced. membro :] quasi qui *excoriat*, Ch. acsi *decollaret*, JT. quasi si quis *decollet*, G. A עֹרֶף *collo* fit [verbum quod sign.] *decollare*; interdum & *cervicem frangere*, ut Exod. 13. 13. & 34. 20: ut à שֹׁרֶשׁ *radice*, fit *eradicare*, Job. 31. 12. Psalm. 52. 7. & à זָנָב *cauda*, fit *decaudare*, Deut. cap. 25. vers. 18 [r].) *canem*, Mo. &c. scil. ad sacrificandum mihi †: id quod Lege Dei vetitum erat [t]. Collum in Talmude dicitur *domus*, vel *locus*, *mactationis*, quòd ibi in immolationibus vulnus lethale infligerent [v]. *Canis*, pro re exsecrabili & fœda: vide 1 Sam. 24. 14. 2 Sam. 3. 8 [x]. Canis ità vile Hebræis animal, ut nè pretium quidem ejus in Templo recipi posset. Vide ad Deut. 23. 18[y]. ¶ *Qui offert oblationem*; ità P. מַעֲלֵה מִנְחָה] *Hostiam minha*, M. *munus*, Mo. JT. &c. vel, *molam*, Ti. *fertum*, Ca. μαναά, nempe *libum ex simila*: σεμίδαλιν (*similam*) hîc LXX [z]. ¶ *Quasi*, &c. דַּם חֲזִיר] *Sanguinem* (vel, offert *sanguinem*, Ti. est ut qui offert *sanguinem*, P. Pi. sim. Ang. Supplementum ex membro præcedente [a].) *porci*, sive *suillum*, Mo. P. &c. Quod dupliciter illicitum: & quia sus immunda Lege [b]; (quam scil. nec comedere, nec attingere, licebat, Levit. 11. 7, 8. Deuter. 14. 8 [c]. quæ neque in publico Dei cultu, neque in privato usu, permissa erat *;) & quia sanguis omnis effundendus, non offerendus, Exod. 23. 18[d]. ¶ *Qui*, &c. מַזְכִּיר לְבֹנָה] *Qui adolet* (vel, *offert*, Sy. vel, *suffire facit*, V.) *thus*, JT. Pi. *Qui thure supplicat*, Ca. *Qui recordatur thuris*, P. Calv. Vulg. *Memorans thus*, Mo. *Qui dat thus in memoriale*, ο'. sim. Belg. Angl. ut Levit. 2. 2 *. Qui recordando offert, vel, qui in mei memoriam, sive accepti beneficii, offert [f]. *Qui mei recordatur per thus*, G. *Qui Deum thure celebrat*, sive laudat. Vide Psal. 141. 2. Esa. 1. 13. Mal. 1. 11 [g]. זָכַר sign. & *recordari*, & *offerre* [h]. ¶ *Quasi*, &c. מְבָרֵךְ אָוֶן] [Variè reddunt.] *Rem vanam laudat*, Ti. *commendat improbitatem*, Ca. *benedicit iniquitati*, V. *benedicens vanitati*, Mo. quasi qui *benedicit iniquitati*, M. *Laudat violentiam*, quá nihil Deo odiosius est [i]. *Offert*, pro *munere*, *pecuniam rapto congestam*, Q. in V. nam בָּרֵךְ etiam *offerre munus* significat [k]. *Est ut munus rapinæ*, Ch. Pro אָוֶן, legit עָוֶל [l]. *Quasi blasphemus*, ο'. Ar. acsi (vel, est ficut *qui*, Pi.) *muneraretur* (vel, *laudat*, Pi.) *idolum*, JT. Heb. *benedictionem offerret vanitati*, Jun. *Benedictio*, pro *munere*, Gen. 33. 11[m]. Ut qui *benedicit idolo*, P. sic Sy. Ang. Acsi illa adoleret idolo [n]. Confer Ezec. 20. 39. Idolum dicitur אָוֶן, quia mera *vanitas* est, Jer. 10. 15. & *vexationis* materia. Vide Esa. c. 41. v. 29. & 46. 1. & de usu vocis, Esa. 1. 13. & 10. 1 [o]. Ideo autem Deus adeò detestabatur Judæorum sacrificia, quia omnem pietatem in eis ponebant, Legem interea violantes, &c. Sic etiam loquitur, quia respicit ad tempora Christi, quando hæc sacrificia abolita sunt, imò facta mortifera [p]. Verùm non differit hîc de abrogatione sacrificiorum Legis, ut multi putant, sed eorum corruptelas tantùm damnat, quòd fallaci nudâque specie satisfieri Deo putarent Judæi, verum Dei timorem negligentes, atque ità Deo putamen vacuæ nucis offerentes [q]. ¶ *Hæc*, &c. גַּם הֵמָּה בָּחֲרוּ בְּדַרְכֵיהֶם] *Etiam* (vel, *Et sanè*, Calv. *Nam &*, M. Sed *sicut*, Pi. [ut hæc connectantur cum versu sequente :] vel, *Imò*, Ang. vel, *Quia*, sive *Quandoquidem*, Angl. גַּם alibi illativum, Job. 7. 11. hîc autem causale est, pro שְׁגַם *quia*, Gen. 6. 3 [r]. ut hîc rationem reddat cur tam odiosus Deo esset eorum cultus, quia, scilicet, personæ & actiones tales erant. Confer Jer. 7. 21,—28. Ezec. 20. 39 †. גַּם hîc correctionis vim habet, q. d. Quid immolationem bovis cum hominis jugulatione confero, &c. quasi verò illa omnia quibus eorum sacrificia comparo illi non perpetrent? Homicidæ planè sunt, &c [t].) *ipsi*, vel *isti*, (vel, *hæc*, Mo.) *elegerunt* (vel, *eligunt*, JT.) *vias suas*, P. JT. Pi. &c. i. e. rationem seu modum cultûs Divini *. q. d. Addicti sunt suis commentis, quibus cultum Dei adulterârunt [v]. Vel, *vias istorum*, M. nempe Gentilium [x]; quorum nefandis ritibus se & Templum & loca omnia conspurcârunt [y]; & abominandis sacrificiorum generibus quæ ab Ethnicis acceperunt me honore affici putârunt [z]. Non, inquit, illi qui in Templo meo ministrant meliores illis sunt qui homines offerunt Molech, aut qui canes sacrificant, &c [a]. Vel, *in viis suis*, Mo. [Alii locum sic reddunt,] *Et ista* (nempe ante memorata [b]) *isti elegerunt in viis suis*, Ti. Q. in Angl. Quæ lectio si admittatur, verba præcedentia aliam interpretationem ferrent; nempe, quòd illi qui *sacrificant bovem, aut agnum*, &c. simul sunt *homicidæ & immolatores canum*, &c. Verùm בְּ hîc non sign. *in*, sed est nota regiminis nominis, &c. quomodo non rarò accipitur, tum in aliis verbis, tum in hoc maximè, Deut. 7. 7. & 14. 2. & 18. 5. & 21. 5. 1 Sam. 10. 24. & 16. 8, 9, 10. Esa. 14. 1. & 44. 1, 2. Sensus ergò est, Viis quas vos commenti estis affixi estis [c], non autem iis insistitis quas ego elegi [d]. *Hæc omnia elegerunt in viis suis*, G. ex Vulg. nempe Hebræorum quidam: qualis Jason, qui Pontificatum sibi pretio mercatus est ab Antiocho, dejecto fratre suo Onia, Pontifice optimo; deinde Menelaus, qui pari modo Jasonem expulit, Oniam autem interfecit, successorémque sibi substituit Lysimachum, sacri ærarii expilatorem *. ¶ *Et in*, &c. וּבְשִׁקּוּצֵיהֶם וגו'] *Et in contaminationibus* (vel, *Et abominationibus*, JT. Pi. id est, ceremoniis quæ mihi sunt abominationi [f]; vel, sacrificiis [g]; vel, in vi, cædibus, rapinis [h]: *Et abominationes*, M. P. Calv.) *suis* (vel, *eorum*, P. M. Calv. nempe Ethnicorum [i]. Al. *Et istis abominandis rebus*, Ti.) *anima eorum* (i. e. ipsi, ut Psal. 3. 3. & 33. 20. &c [k].) *voluit*, Mo. ο'. vel, *dilexit*, P. *elegit*, Ch. *desideravit*, M. Calv. sic Ar. *delectatur*, JT. sic Ti. Pi Sy. Indicat eorum contumaciam, quòd scientes & volentes hæc fecerint, &c [l].

4. *Unde*, &c. גַּם אֲנִי אֶבְחַר בְּתַעֲלֻלֵיהֶם] *Etiam* (vel, *Ità*, Pi. *Itaque*, Angl. Ut גַּם in v. præc. causale, ità hîc illativum, est †. *Unde &*, Ti.) *ego eligam* (q. d. Elegerunt illi; bene: eligam & ego [m]: retaliationem indicat [n]. *Eligam*, i. e. delectum habebo, & exquisitas pœnas immittam eis [o]. Vel, *delectabor*, Sy. vel, *retribuam*, ο'. sic Ar.) *illusiones* (vel, *adinventiones*, V. vel, *in adinventionibus*, Mo. Quoniam vox huic cognata significat *consilia*, sive *proposita*, mala scilic. Ezec. 20. 43, 44. & 21. 24. & 24. 14. plerique etiam hanc vocem h. l. ità accipiunt: verùm hæc nusquam ità usurpatur, hîc tantùm occurrit, & Esa. 3. 4 [p]. Vel, *cogitationes*, For. vel, *opera perversa*, Ch. & K. in M. vel, *mercedem multiplicis petulantiæ*, Heb. *petulantias*, meton. efficientis. Hæc autem interpretatio confirmatur è verbis proximè sequentibus [q]. Vel, *illusione*, Sy. vel, *propter facinora*, JT.) *eorum*, M. P. Ti. Quod intelligunt, vel, 1. activè, sive subjectivè, *illusiones*, petulantias, &c. quibus Deo illudunt, i. e. mercedem earum: vel, 2. (quod rectius,) passivè, seu objectivè, *illusiones* & probra quibus ipsi objicientur; ut, *injuria mea*, Gen. 16. 5. &, *violentia mea*, Jer. 51. 35. i. e. injuria seu violentia mihi illata [r]. Irriserunt me, & ego irridebo eos †. Illi quicquid libitum fuit mandatis meis prætulerunt: mihi etiam meæ erunt vices, ut pro arbitrio omnes eorum fallacias explicem [t]. Ca. hunc versum cum posteriori parte præcedentis versûs conjungit, locúmque sic reddit, *Quàm ipsi suos mores deligunt;*

b Calv. l Pi. Ang. k Ang. † Idem. l Pi. m Ang. n G. o Ca. p Pi. q Pi. r Ang. † Pi. G. t Pi. v Ang. x San. y G. sim. For. San. &c. z G. a Ang. b G. c Be. G. sim. Pi. Ang. * Jun. d G. sim. Ang. Jun. * Ang. f Mo. g Ang. h Mar. i For. k V. l G. m Ang. n M. o Ang. p Mo.

q Calv. r Ang. ex He. † Ang. t For. * Pi. v Calv. x Calv. sic M. y Calv. z Musc. a M. b Ang. c Ang. Jun. d Ang. * G. f Pi. g M. h Calv. i Ang. k Ang. l Calv. † Ang. m Oecol. n sim. Belg. Ang. o G. Jun. p Ang. q Pi. r Ang. † Oecol. t Calv.

deligunt, suisque flagitiis delectantur, v. 4. *Tam ego eorum infantes deligam:*] i.e. In eos adeò graviter animadvertam, ut etiam infantes ad pœnas desumam [v]. ¶ *Et quæ timebant* (vel, *timores eorum*, Mo. V. sic M. mala illa quæ timebant, & quæ cultibus his idololatricis avertere se posse putabant [x]; vim hostilem Chaldæorum[y],) *adducam eis*] Sim. P. Ti. Ca. Nec Jason nec Menelaus retinebunt emptum Pontificatum: Lysimachus in ipso scelere interibit: Jason & Menelaus inter se movebunt arma. 2 Mac. 4. & 5 [z].

5. *Qui tremitis*, &c.] Qui reveremini Verbum Dei, ejus jussa & minas [a]; tanquam verè humiles & obedientes [b]. Sermonem convertit ad pios, ut Esa. 50. 10. & 51. 1, 7 [c]. Multi simulant se Deum timere, qui tamen securè Verbum ejus respuunt. Opponit itaque Propheta hanc virtutem falsæ professioni, &c [d]. Al. Qui viri boni eritis illo tempore: ut qui Oniæ favebant *. Al. Propter scelera rejiciendos Israelitas, & Templum vastandum, nec reædificandum, significaverat: jam cum veris Israelitis ipsi res est. Alloquitur discipulos Domini, ut eos adversùs impios fratres Judæos confirmet [f]. ¶ *Dixerunt fratres vestri*] Nomine scilicet, & professione; sed falsi fratres, ut 2 Cor. 11. 26. Gal. 2. 4. Hâc etiam appellatione crudelitatem eorum exaggerat. Confer Ezec. 18. 18. Obad. vers. 10, 12. 1 Joh. 3. 15 [g]. Sic *fratres suos* vocat Apostolus alienos à fide, Act. 22. 1. Rom. 9. 3 [h]. *Fratres*, i. e. isti qui in factione erant Jasonis, aut Menelai [i]. Potiùs, Judæi increduli [k], hypocritæ, qui piis permixti multum illis negotii facessebant [l]. ¶ *Et*, &c. מְנַדֵּיכֶם וגו'] *Elongantes* (vel, *expellentes*, M. *procul arcentes*, JT. *quique procul arcent*, Pi. *qui vexant*, Ca. vel, *rejicientes*, Calv. *repellentes* à se, P. *Abjicientes*, seu *removentes*, tanquam immundum & pollutum; *removentes è synagogis*, Joh. 16. 2 [m]. *Qui ejiciunt*, Angl. ex He. ut Job. c. 18. v. 18. Ità infimum denotaret excommunicationis gradum, quem *Niddui* vocant [n].) *vos propter nomen meum*, Mo. &c. i.e. mei odio [x]; quòd veram Religionem profitemini [o]: vel, propter nomen Jesu, qui verus Deus est [p]. Al. *propter nomen* Dei dupliciter: 1. Quòd nomen Dei perpetuò erat in ore piorum, objiciebatúrque defectoribus, quo de Fœdere ac Lege ejus admonebantur; unde reprobi eos oderunt, &c. 2. Quòd impii pios ejicientes prætexebant nomen & zelum Dei, asserentes se ejicere eos quia cultui Dei adversabantur, &c [q]. ¶ *Glorificetur*, &c. ità Calv. יִכְבַּד וגו'] [Variant.] *Gravis est* (sub. *nobis*, M.) *Dominus*, Ti. M. He. in Angl. Nam verbum hâc formâ nusquam aliter sumitur, inquit Rabbi Ægyptius; cùi tamen alter contradicit, allegans Job. 14. 21 [r]. [Sic autem explicant:] Onerosus est; præcepta ejus sunt importabilia. Ità conqueruntur quòd Deus cum populo suo severiùs ageret †. Al. *Gloriosus fit*, Mo. P. Age, *gloriosus evadat*, Pi. i. e. Exhibeat specimen aliquod gloriæ illius quam assiduè inculcant Prophetæ, ut nos tutò in eum recumbamus. Rident prophetias & promissa, &c [t]. Faciat aliquid magni vestri causâ, si tanti apud eum estis [v]. Gloriosus appareat liberando vos [x]. Defendat vos, quòd sit ei gloriæ [y]. Demonstret potentiam suam, immittendo nobis pœnas quas minatur [z]. Irrident spem piorum de manifestatione Divinæ potentiæ, &c [a]. [JT. hoc cum præced. jungunt, sic, *Propter nomen meum honoratur Jehova.*] Fastuosorum hypocritarum verba, qui Deum inhonoratum fore jactant nisi ab ipsis coleretur, aliorum cultum præ suo nihili faciunt, Deúmque sibi debitorem putant. Hæc ità accipienda clarè distinctiones docent [b]. Plùs Deum honoramus, tantâ locorum & sacrificiorum varietate, quàm illi qui unico loco alligabant, &c [b]. ¶ *Et*, &c. וְנִרְאֶה בְשִׂמְחַתְכֶם וגו'] *Et*, vel *Sed*, *conspiciatur* (vel, *conspicietur*, sive *apparebit*, M. Mo. Pi. G. nempe Deus [d]: vel, *videbitur*, Calv.) *in*, vel *cum*, *lætitia vestra*, P. M. Mo. Calv. sic G. (vel, *ad lætitiam vestram*, Pi. Ang. Al. *videbimus* (vel, *videamus*, V.) *lætitiam vestram*, JT. nimirum ego & vos omnes, quum Deus gloriam suam explicaverit illustratione Evangelii ad lætitiam vestram & totius Ecclesiæ, de qua infrà v. 10 *.) *&* (vel, *quando*, M. sic Ti. JT. vel, *verò*, Pi.) *ipsi pudore afficientur*, Mo. P. sim. M. Ti. JT. Pi. &c. [Ca. locum sic reddit, *Afficiatur Jova gloriâ, ut vestrum videamus gaudium, hos pudebit.*] Ostendet Deus potentiam suam, & isti à me punientur, nec ab idolis poterunt protegi [f]. Al. Judæi hîc irrident credentes in Christum, *Glorificetur Dominus*; Christus sublatus in crucem [g] suam ostendat potentiam [h]: *& videbimus in lætitia vestra*; i. e. vestrâ felicitate lætabimur, vobis congratulabimur, cùm ea quæ exspectatis evenerint. Sic nos, quum inanem aliorum spem deridemus, solemus dicere, *Laudetur Deus qui vos adeò felices fecit*, &c. i. e. Nihil minùs estis quàm felices, &c. Sed quid tandem erit [i]? Magno stabit sannionibus istis hic lusus. Non vos confundemini [k], sed *isti* inimici vestri *confundentur* [l]. Id quid sit jam sequitur [m].

6. *Vox*, &c. קוֹל שָׁאוֹן וגו'] *Vox sonitûs*, sive *tumultûs*, (vel, Nam audietur *vox tumultuosa*: Ellipsis conjunctionis declarativæ, & verbi relati [n].) *de civitate*, *vox de templo*, Mo. P. M. Ti. &c. Bifariàm accipi potest. Vel, 1. Ista quæ adversùs vos jactantur sunt voces tumultuantis populi Jerosolymitani, necnon Pontificum *è templo* spes vestras irridentium, &c. Vel, 2. Explicat quomodo pudefierent isti derisores; dicens, se audire *vocem ex*, &c [o]. [JT. hæc cum præced. jungunt, sic, *Quum isti erubescent*, v. 6. *voce tumultuosâ è civitate*, &c.] i. e. Evangelio, ad cujus auditionem, quasi tumultûs invadentis, turbatur mundus, ut Matt. 2. 3. &c [p]. Al. Prophetam puto abruptè in hæc verba erumpere, quasi in prophetica extasi hanc vocem audiret. Sed, qualis hæc vox, quærunt [q]. 1. Vox triumphi [r]. q. d. Audio ovationem Judæ Maccabæi, & militum ejus, intra urbem derelictam ab Antiocho, impiisque Judæis qui Antiochi erant partium. Audio [etiam] eosdem in ipso Templo Deo gratias agere, &c †. 2. Vox futura Messiæ tempore, ad promovendum expeditionem contra Gogum, &c. Ezec. 38. &c [t]. 3. Vox, vel Chaldæorum [v], vel potiùs, Romanorum [x], urbem & Templum demolientium [y]. q. d. Vocem Dei assiduè in ore Prophetarum personantem respuitis: at brevi futurum ut aliam vocem atque horribiliorem audiatis. Venient hostes cum ingenti strepitu, &c [z]. Jam videor mihi audire *vocem* populi *de civitate* perculsi, & ululantis propter obsidionem Romanorum; *vocem* Angelorum *de templo* clamantium, *Migremus hinc* [a]; *vocem Domini* per Prophetas & alios clamantis, vide Jo. Bell. Jud. 7. 12 [b]. & jubentis urbem exscindi, &c [c]. *Vox è templo*, vel populi qui eò confugerant, vel sacerdotum, vel utrorumque, ad Deum clamantium, sed frustrà [d]. Ex ipso *templo*, quod impiis perversæ confidentiæ latibulum erat, prodibit *vox*: frustrà itaque gloriantur impii, suámque proterviam Dei judiciis opponunt *. ¶ *Retributionem inimicis suis*] Id est, vel, 1. exteris Judæorum hostibus, &c [f]: vel, 2. impiis Judæis [g], quos *hostes suos* vocat etiam Esa. 1. 24. Confer Esa. 65. 6, 7 [h]. Deus in illis Psalmis quos canunt respondet jamjam ultionem se sumpturum de illis malis Judæis; quorum alii mutuis cædibus, alii manu Judæ Maccabæi, conciderunt. Talis est Psalmus 81. &c [i].

7. *Antequam* (vel, *Quum nondum*, JT. Pi.) *parturiret*, (scil. *Sion*, ex fine v. 8. sive Ecclesia Judaica, futura initio N. T [k]. Priusquam se sentiret gravidam [l]; vel, Priusquam sentiret dolores partûs [m]; Quum vix parturire cœpisset, ex collat. v. 8. Synecdoche generis hyperbolica: nam per *parturitionem* hîc intelligitur parturitio vehemens ac diuturna [n].) *peperit*] Ità M. P. Mo. Ti. &c. Subitum & inopinatum fore hoc Dei opus indicat [o]. Priusquam quisquam id sperare posset, venit Judæ liberatio per Romanos [p]. Al. Subitò & insperatò è Babylone exibunt; non, ut olim ex Ægypto, cum ingenti labore & difficultate, sed per proclamationem Cyri [q]. Mulieres gerunt uterum per 10 menses, deinde pariunt [r]. Sion autem, quæ mulieri parturienti confertur, vivacior est, &c. Alludit enim ad Exod. 1. v. 19 †. Al. Subitam miramque Gentium conversionem hæc significant [t]. ¶ *Antequam*, &c. בְּטֶרֶם יָבוֹא חֵבֶל לָהּ] *Antequam veniret ei* (vel, *invadet*, sive *invaderet*, *eam*, JT. Pi. vel, *invaserint eam*, Ca.) *dolor*, Mo. P. &c. vel, *partus*, Vulg. vel, *dolor*, sive *dolores*, *partûs*, Ar. Ca. חֵבֶל *funem* signif. & *dolorem*, qui instar funis constringit [v]. ¶ *Peperit masculum*] Ità P. &c. Id quod indicat, tum majus robur ejus, ut Apoc. 12. 5. Vide Psal.

v Ca. x Ang. y Pi. z G. a Me. b L. c Ang. d Calv. * G. f For. g Ang. h Musc. i G. k San. sim. l For. m For. n Ang. x Ca. o Pi. p For. q Musc. r Ang. † Q. in Calv. t Calv. v G. x V. y Ca. z Pi. a Ang. b Jun. c Q. in Ang. d G. * Jun.

f Pi. g For. sim. Me. T. h T. Me. i For. k T. l T. For. m G. n Pi. o For. p Jun. q Ang. r Q. in Ang. † G. t He. in Ang. v Pi. Ang. x Ang. y Pi. sim. z Ang. Musc. Calv. a Me. T. b Mc. c T. d Ang. * Calv. f Q. in Ang. g Pi. sim. T. Ang. &c. h Ang. i G. k Pi. l M. m M. sim. Calv. n Pi. o Calv. p G. q He. & alii plerique in Ang. r Calv. † Ang. t G. sim. Pi. Ang. Me. T. v For.

105.37 [x]. q. d. Prolem non mollem, sed generosam, & virilem, & forti animo præditam [y]. Tum majus gaudium de eo, ut Joh. 16. 21 [z]. De gaudio in reditu populi ex Babylone vide Psalm. 126. 1, 2 [a]. Summum exprimit gaudium piorum Judæorum ex conversione Gentilium [b]. Vide Act. c. 2. v. 46. & 8. 8. & 11. 18, 23 [c]. ¶ וְהִמְלִיטָה וגו׳] *Enixa est*, M. Mo. Pi. *edit*, Ca. *jam posuerit*, JT. id est, ediderit, ut Esa. 34. 15 [d]. *Liberata est à mare*, sicut Gallicè [& Anglicè] loquimur, i.e. peperit marem *.

8. *Quis audivit*, &c?] q.d. Magnum hoc est miraculum, & supra vires naturæ, quæ sensim operatur, & in tempore [f]. Admirabilem & inauditam fore significat Ecclesiæ restitutionem [g]. ¶ *Numquid*, &c? הֲיוּחַל אֶרֶץ וגו׳] *Numquid parta est* (vel, *condita est*, Ti. *reparatur*, M. *edita est in lucem*, P. ad verb. si Latinè dici posset, *parturita est* [h], vel, *parietur*, Calv. vel, *efficeretur ut pariat*, JT. Pi. sim. Ang. nempe gentem integram, ex collatione verborum sequentium [i].) *terra* (i.e. populus aliquis †, vel regio [k],) *in die una?* Mo. &c. *Numquid potest fieri terra unâ die?* Ch. Potéstne mulier tot liberos unâ die parere, ut totam regionem impleat [l]? ¶ *Aut*, &c? אִם יִוָּלֵד גּוֹי פַּעַם אֶחָת] *Num* (אִם interrogativum est, quia præcedit ה interrogativum [m]. *Aut*, JT. *Aut si*, M.) *parietur* (vel, *nascetur*, M. V. *gigneretur*, *JT. *nasceretur*, Pi.) *gens vice unâ?* Mo. &c. vel, *semel?* Ti. *simul?* o'. Vulg. *uno ictu?* sive *impetu?* For. q. d. Quis unquam id vidit, ut ità subitò restitueretur totus status aliquis, & ubi non erat populus, populus exsisteret [n]? ¶ *Quia*, &c. כִּי חָלָה גַּם יָלְדָה וגו׳] *Quia*, vel *Quòd*, (vel, *Siquidem*, Pi. *Veruntamen*, vel *Attamen*, Glas. Angl. ut כִּי sumitur Job. 5. 7. Esa. 9. 1. & 31. 4. & 49. 25 [o]. Opponitur enim hoc per adversativam præcedentibus: q. d. Non potest fœmina sine mora eniti sobolem; at Sion, &c [p]. *Sicut*, G.) *ægra fuit*, (vel, *parturivit*, Sy. P. Ti. G. i.e. partitudinem primùm sentire cœpit [q]; *parturiit*, scilicet leviter & breviter [r]: vel, *doluit ad partum*, M. vel, *simul doluit ad partum*, Calv.) *etiam* (vel, *&*, G. ex Vulg. eodem momento †: *imò*, Angl. *simúlque*, JT. Pi. sic Calv.) *peperit Sion filios suos*, Mo. Angl. &c. Repete ex præced. *semel*, vel, *in una die*, Angl. Hæc impleta sunt, 1. in reditu ex Babylone [t], quum tot millia simul redierint. Vide Esd. 2. 64, 65 [v]. Uno velut momento Sion impleta est civibus, quæ deserta fuerat [x]. 2. Et multò luculentiùs, in Evangelio [y], quum tot millia uno die conversa sunt. Vide Act. 2. 41. & 4. 4 [z]. Ecclesia Judaica initio N. T. enixa est fideles ex Gentibus [a]. Evangelii præcones brevissimo tempore, per orbem discurrentes, Gentes converterunt [b].

9. *Numquid*, &c? הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד] *An* (vel, *Scilicet*, Ca.) *ego venire faciam ad partum*, P. sim. Ang. M. (sive, *ad os matricis*, Angl. Al. *Num contererem*, Ti. vel, *matricem frangam*, Mo. vel, *fœtus emitto*, Calv. vel, *aperirem os matricis*, JT. Pi. i. e. efficerem ut parerent mulieres. הִשְׁבִּיר significationem mutuatur à nomine מִשְׁבָּר, *os matricis*, sic dictum à שָׁבַר, *fregit*; quòd ibi fœtus in partu quasi frangatur [c]. Vel, *perducerem ad sellam*, Exod. 1. 16. i.e. Num dilectam meam Sionem in hos dolores conjiciam [d]? Vel, *fœtum exprimam*, Ca. vel, *parere facio*, nempe fœminas *;) *& non parere faciam?* Mo. &c. vel, *gignerem?* JT. Angl. *pariam?* Ca. G. ex Vulg. *valeo partum perficere?* M. vel, *nec tamen efficerem ut pareret* (Sic הוֹלִיד sumitur Esa. 55. 10.) Sion? Ellipsis nominis relati [f]. Non potero subitò efficere ut exsistat populus [g]? Priùs magnitudinem operis extulit: nè autem id incredibile foret, considerandam proponit admirabilem Dei potentiam, quam in partu muliebri intuemur; quæ etiam admirabilior erit in augenda Ecclesia, &c [h]. q. d. Desine mirari: nam ego Deus hujus generationis auctor sum. Mihíne negabitur generandi virtus, cujus virtute omnia partus suos edunt [i]? Egóne opus aggrediar quod non perficiam? Infantes ad os matricis perducam, & indè non educam [k]? Egóne, qui alias fœcundas facio, Gen. 29. v. 31. & 30. 22. non ipse gignam? vel, non Sionem meam parere faciam [l]? Intellige hoc de conversione Gentium, cujus auctor Deus, Apostoli ministri tantùm, &c [m]. ¶ *Si ego*, &c. אִם אֲנִי הַמּוֹלִיד וְעָצַרְתִּי] *Num ego* (vel, *Aut si ego*, M. *Num ego* is sum, Angl.) *qui generare facio*, P. sic Mo. (vel, *parere facio*, sive *faciam*, Ti. Ca. sic Pi. Ang. sub. *mulieres*, Pi. qui in humanum genus contuli virtutem generandi, Gen. 1. 28 [n]; vel, hucusque *parere feci*, Ti. vel, *qui gigno*, JT. Al. *Egóne* is sum *qui genui*, Angl. ut verbum redditur Jer. 16. v. 3 [o].) *& claudar?* Mo. G. i. e. ero velut mulier clauso utero [p]? vel, *sterilis ero?* Vulg. Fœminæ steriles *conclusæ* vocantur [q]. At recedunt hi ab usu verbi עָצַר, quod semper activum est [r]. Vel, *& abstinebo?* Ca. *& cohibebo?* Ti. *probibebo* nè pariant? P. *cohibebo* deinceps partum? Ti. *ampliùs occluderem?* JT. *cohiberem*, sub. *eam?* Angl. ut Deut. 25. 12. nempe Sionem, ex v. 8. sub. *à pariendo*, Angl. ex Genes. 16. 2 †. Vel, *occluderem* Sionem? i. e. uterum Sionis, nè scil. posset parere [r], & eniti liberos quos ego genui [v]?

10. *Lætamini*, &c.] Promittit lætum fore statum, qui antea mœstus erat [x]. Summum Israelitarum gaudium post Gentium conversionem significat [y]. Hæc Hebræi multi μυστικῶς referunt ad tempus Resurrectionis [z]. ¶ *Qui lugetis* (vel, *luctu conficimini*, Ti. vel, *luxistis*; nam participia Hebræis sunt cujusvis temporis [a]: *lugebatis*, JT. Pi. nempe tempore afflictionis ipsius [b],) *super eam*] Ità M. P. Mo. &c. vel, *propter eam*, JT. Pi. vel, *ejus vicem*, Ca.

11. *Ut*, &c. לְמַעַן תִּינְקוּ וגו׳] *Ut* (vel, *Ut scilicet*, Ti. vel, *Propterea quòd*, Glass. gram. 3. 7. 20. 625. San. ut Deut. 3. 26. לְמַעַן non finem hìc significat, (cùm homines non exsultent ut sugant,) sed potiùs rationem cur exsultent, scilicet quia sugent [c].) *sugatis* (vel, *sugitis*, Glass. *sugetis*, San. ut modò geniti infantes [d],) *& saturemini* (vel, *ad satietatem*, Ca.) *ubere*, vel *ab ubere*, *consolationum ejus*, M. P. Mo. JT. sim. Ca. Pi. &c. Ut participes sitis divitiarum urbis ac triumphorum *. Ut fruamini matre vestrâ cum bonis omnibus, atque à mammis ejus pendeatis [f]. *Consolationes* hìc intellige tam passivè, quàm activè; cùm quibus ipsam consolaturus esset Dominus, tum quibus ipsa consolatura erat filios suos [g]. לְמַעַן mihi est imperandi particula, ut ἵνα, Marc. 5. 23. Ephes. 5. 33. & ὅπως, in Theoc. Idyl. Ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ. Ità & hìc, *Ut sugatis*, i.e. Sugitote [h]. At ego malim propriè accipere, ut finis indicetur cur de Jerusalem gaudere debeant; *ut*, nempe, *sugentes satientur*, &c. *atque exprimentes oblectentur*, &c [i]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן תָּמֹצּוּ וְהִתְעַנַּגְתֶּם מִזִּיז וגו׳] *Ut mulgeatis*, (vel, *exprimatis*, M. Ti. JT. *exsugatis*, Pi.) *& delectemini* (vel, *deliciemini*, Pi. sim. JT.) *à splendore* (vel, *copia*, Ti. Ang.) *gloriæ ejus*, Mo. P. &c. vel, *ab introitu*, &c. o'. *è limine*, &c. Ar. *à magnificentia*, &c. Sy. *de vino*, &c. Ch. vel, *ab omnimoda gloria*, &c. Vulg. Quid זִיז sit, non constat ex RR [k]. *Splendorem* sign. ex voce vicina Chaldaica [l], [זִיו; quæ vox *splendorem* sign. Dan. 2. 31. & 4. 36. (al. 33.) &, si qui libri faveant, putem זִיו hìc, facili lapsu, pro זִיז exscriptum fuisse. Ca. locum sic reddit, *Ut ejus gloriæ ubertatem suaviter exsugatis.*]

12. *Declinabo*, &c. נֹטֶה אֵלֶיהָ וגו׳] *Declinans* (vel, *declino*, P. *derivo*, Calv. *derivaturus*, Boot. anim. 4. 9. 10. 195. *extendens*, M. Ti. *extendo*, V. *extensurus sum*, JT. Pi. Ca. *multiplico*, Q. in V.) *ad* (vel, *in*, Ca. *super*, M. Ti.) *eam* (nempe Sionem, sive Ecclesiam [m],) *tanquam fluvium*, *pacem*, Mo. P. &c. i.e. pacem copiosam & perennem [n]. Vel, *tanquam pacis fluvium*, Ca. *Tanquam Euphratem*, ait Chaldæus; i. e. ingentem prosperitatis copiam [o]. Omnia occupabit pax & felicitas [p]. ¶ *Gloriam* (i.e. opes [q]) *gentium*, &c.] q.d. Eam gloriosam reddam accessione Gentium [r]. Al. Prædam de Idumæis, Moabitis, gentibúsque aliis †. ¶ *Ad*, &c. עַל צַד תִּנָּשֵׂאוּ וְעַל בִּרְכַּיִם תְּשָׁעֳשָׁעוּ] *Super* (vel, *Ad*, M. Ti. JT. Pi. Ca.) *latus* (vel, *ubera*, Ch. Vulg.) *portabimini*, Mo. Calv. Ang. &c. (vel, *gestemini*, Ca. i.e. Satiabimini ut infans de uberibus pendens [t].) *& super genua oblectabimini*, Mo. &c. vel, *ludatis*, Ca. *delectabiliter fovebimini*, M. *plurimo gaudio afficiemini*. Geminatio significationem intendit [v]. *Molliter agitabimini*, Angl. *lætificabimini*, P. i. e. ad risum & lusum provocabimini [x]. Læti agetis in urbe patria, non minùs quàm pueri qui in gremio matris ludunt [y]. Comparat filios Dei infantibus, qui in ulnis gestantur, qui foventur in sinu matrum, cum quibus etiam luditur [z]. *Super latus*, & *genua*, sub. *ejus*, Angl.

[Marginal notes, left column: x Ang. y Calv. sim. Me. T. z Ang. sim. Pi. a Ang. b Pi. c Ang. d Jun. * BA 1. 2. 30. 292. f Me. g Calv. h V. i Pi. † Idem. k Ang. l He. in Ang. m Pi. n G. o Ang. p Glass. gram. 3. 7. 12. 606. q G. r Pi. † G. t Calv. Ang. &c. v Ang. x G. y Calv. sim. Ang. z Ang. sim. M. a Pi. b For. c Pi. d He. in Ang. * G. f Pi. g G. h Calv. i For. k Ang. ex He. l Al. in Ang. m For.]

[Marginal notes, right column: n Ang. o Ang. p G. q For. r Ang. † Ang. r Pi. v Ang. x Calv. y For. z G. a G. b Ang. c San. d M. sim. For. * G. f Calv. g Musc. h Clop. i Di. in ccl. crit. pag. 3997. k For. l Ang. ex He. m Pi. n Musc. o G. p For. q Pi. sim. Calv. r Ang. † G. t G. v Pi. x V. y G. z Calv.]

Ità est ellipsis pronominis, ut alibi: sine qua tamen verba legi possunt, *in ulnis*, &c. id est, solicitè & delicatè, &c[a].

13. *Quomodo si*, &c. "כְּאִישׁ אֲשֶׁר וגו] *Sicut vir* (vel, *quispiam*, JT. sim. Pi. M. Ti. Ca. sub. *afficitur*, Pi.) *quem mater sua consolatur*, Ch. P. &c. *Siquem mater consoletur*, puerum flentem scilicet[b]. Non dicit, *ut virum uxor*, quia plus valet in matre vis naturæ sive maternus affectus, quàm plerumque in uxore lex aut societas conjugii[c]. ¶ *Et in Jerusalem* (i.e. in Ecclesia[d]) *consolabimini*] De bonitate Dei erga illam gaudentes, & eâ unà cum ipsa fruentes *. Non privatim tantùm vobis bona contingent; sed & gaudebitis patriâ gaudente, ut suprà 10[f]. Bifariàm exponi potest: vel, 1. pios lætos fore, quum restitutam Ecclesiam videbunt: vel, 2. (quod malim,) posteaquam restituta fuerit, partibus suis functuram esse, ut filios suos exhilaret[g].

14. *Videbitis*] Hæc vox certam experientiam exprimit, nè de eventu dubitent. ¶ *Gaudebit cor*, &c.] i.e. Impensè gaudebitis[h]. ¶ *Et ossa vestra quasi herba germinabunt*; sic ο'. Mo. P. &c. vel, *florebunt*, M. G. ex Sym. sim. JT. Pi. תִפְרַחְנָה] *Virescent*, Ti. Ca. *Ossa*, i.e. vel membra[i]; vel corpora[k], per metonymiam. Confer Ezec. 37. 11[l]. Sensus, Ossa vestra novum vigorem recipient, sicut herbæ emortuæ reflorescunt[m]. Ossa nominat, quæ, ut tristis spiritus desiccat, Prov. 17. 22. ità lætus replet & vegetat[n]. Vel, *ossa*, quæ præcipua sunt corporis membra, id est, vos ipsi. q. d. Vos, antea mœrore squalidi & aridi, novo gaudio excitati reflorebitis[o]. Cùm vigor corporis absumitur, ossa vel marcescere, vel confringi, &c. dicuntur, ut Psalm. 6. 3. & 22. 15. & 31. 11. &c. & cùm vigor restituitur, ossa revivíscere & recreari & humectari dicuntur, Job. 21. 24. Psal. 51. 10. Prov. 3. 8. & 15. 30. Esa. 58. 11[p]. ¶ *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *cognoscetur* (vel, *agnoscetur*, JT. Pi. Ca.) *manus Domini* (id est, vel, 1. potentia & virtus[q]: vel, 2. beneficentia, ut docet antithesis; syn. gen. nam manu utimur & ad benefaciendum, & ad lædendum[r].) *servis ejus*, "אֶת וגו] *Cum servis suis*, Mo. P. *apud* (vel, *erga*, JT. Ca. Ang. &c.) *servos* (vel, *cultores*, Ca.) *suos*, M. Ti. Apparebit jam quàm potens sit Deus ad servandos & ornandos quos amat †. Ubi totus orbis Crucifixum colere cœperit, paucíque homines, imbelles, imperiti, illiterati & ignobiles, tot gentes & Regna ad fidem pertrahent, *cognoscetur* esse *manus Domini*, &c[t]. ¶ *Et*, &c. "וְזָעַם וגו] *Et indignabitur inimicis suis*, &c. Mo. sim. P. M. Ti. *Detestabitur verò*, &c. ut Num. 23. 7, 8. Quam significationem hoc loco indicat syntaxis; quia regit articulum accusativi casûs, אֶת. Aliàs sign. *indignari*[v]. Al. *Et indignatio contra*, vel *erga*, &c. JT. Ang. ut זַעַם sit nomen[x].

15. *Dominus in* (vel, *cum*, Pi. Ang.) *igne veniet*] Ad vastandos scil. Judæos[y]; & in extremo Judicio[z], cum igne gehennæ[a]. Multus erat ignis usus & terror in bellis. Vide Jos. 6. 24. & 8. 19. Jud. 9. 49. & 20. 40. Jer. 38. 18[b]. ¶ *Et quasi*, &c. וְכַסּוּפָה מַרְכְּבֹתָיו] *Et tanquam turbo* (sub. *erunt*, Ti. vel, *venient*, P. Pi. Angl. ex præced. membro[c];) *quadrigæ* (vel, *currus*, Pi.) *ejus*, Mo. M. P. &c. id est, velociter, insperatò, & violenter. *Currûs* verò meminit, ut cum exercitu adventare intelligatur[d]. Per *ignem* efficacia, per *turbinem* celeritas, intelligitur *. ¶ *Reddere*, &c. לְהָשִׁיב בְּחֵמָה אַפּוֹ] *Ad reddendum*, vel *Ut reddat*, (Meritam esse ultionem significat[f]. Vel, *Ut exsecutioni mandet*, Angl. *Ad adhibendum*, Heb. *Ad advertendum*, Pi.) *in*, vel *cum*, *ira furorem* (vel, *nasum*, Mo.) *suum*, P. M. sim. Ti. Pi. id est, pœnas[g]: vel, ἐκδίκησιν, (*ultionem* suam,) G. ex ο'. Al. *Ut convertat in indignationem iram suam*, V. Potest sic reddi, *Ad efflandum in indignatione*, seu *ardore*, *nasi sui*, i. e. Venit naribus ignem emittens præ furore. Nam נָשַׁב est, *efflare*. Vide Gen. 15. 11. Ps. 147. 18[h]. ¶ *Et*, &c. וְגַעֲרָתוֹ בְּלַהֲבֵי־אֵשׁ] *Et increpationem suam in* (vel, *cum*, JT. Pi.) *flammis ignis*, Mo. P. M. Pi. &c. vel, *ardentibus*, JT. vel, *in flammas ignis*, i. e. in iram ardentissimam: q. d. Ut acriùs ac severiùs solito puniat inimicos suos[i]. Increpabit, non verbis tantùm, sed & igni[k]. Quod hîc est *increpationem*, Græci verterunt ἀποσκορακισμόν, (*contemptum*.) Suidas, Ἀποσκορακίζω, ἀτιμάζω, ἐξουθενίζω, διώκω, (*contemno*, *vilipendo*, *ejicio*, *persequor*.) Ver-

[Margin: a Ang. b G. c Luth. d Pi. * Ang. f G. g Calv. h Musc. i Cs. k G. ex Ch. l G. m Calv. n Oecol. sim. For. o T. p Ang. q For. r Pi. † G. t For. v Pi. x Ang. y M. sim. For. T. &c. z T. Calv. Calov. a He. in Ang. b Ang. c Ang. d For. * G. f Marl. g Pi. h For. i V. k For.]

bum גָּעַר alibi vertunt Interpretes per ἐπιτιμᾶν, (*increpare*,) vel ἐμβριμᾶσθαι, (*indignari*.) Nomen indè derivatum, quod hîc habemus, vertitur ἐπιτίμησις, (*increpatio*,) ἀπειλή, (*comminatio*,) ἔλεγμός, (*exprobratio*.) Vertitur & נָטַשׁ per ἀποσκορακίζειν, Psal. 27. 9. Ità enim ex ο'. citat Theodoretus, ubi alii codices habent, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, (*nè deseras me*.) Σκορακίζειν est dictum pro, ἐς κόρακας βάλλειν, (*ad corvos projicere*,) ut Græci sentiunt[l]. Τὸ σκορακίζειν seu *ad corvos mittere*, aut abjicere, est, aliquem ad necem devovere, & ultima quæque illi exoptare. Tamen apud Sacros Scriptores σκορακίζειν & ἀποσκορακίζειν solùm est, *relinquere*, *repellere*, *increpare*; & σκορακισμὸς vel ἀποσκορακισμὸς, *repulsio* & *increpatio*, ut Ecclesiastic. 41. 25. & in LXX ad Psal. 27. 9. Esa. 17. 13. & h. l. ubi *increpatio* pro *perditione* sumitur; quomodo sæpe apud Hebræos. Tamen Cyrillus ἀποβολὴν, *abjectionem*, explicat; quia Deus dicet reprobis, *Discedite à me*, *maledicti*, *in ignem æternum*[m]. Hæc omnia minatur Judæis illis qui Legem quidem non apertè reliquerant, sed revera facti erant impii, neque Legem retinuerant nisi, ut Herodes, ad gratiam populi retinendam. Hi omnes gravissimas pœnas dedêre, ut ex Josepho & Maccabaica historia discimus[n]. [Ca. hoc membrum cum præcedente sic reddit, *Ut iram sævitiámque suam*, *igneis incandescens flammis*, *exserat*.]

16. *Quia in igne*, &c.] Ut v. præced[o]. i. e. incendiis oppidorum castrorúmque[p]. Nihil hîc novi, sed confirmat tantùm præcedentem sententiam. ¶ *Et in gladio suo ad omnem*, &c. אֶת־כָּל־בָּשָׂר] *Omnem carnem*, Mo. Ti. Calv. Cladem denunciat cunctis mortalibus, quia passim regnabat impietas, &c. nec impiorum turba & conspiratio illos ab exitio vindicabit[q]. *Cum omni carne*, P. M. JT. Pi. i.e. cum omnibus impiis[r]; sive Judæis, ut Matt. 24. 22. & omnibus eorum ordinibus, ut Esa. 1. 5, 6; sive omnibus in universum, si ultimum Judicium hîc intelligatur †. ¶ *Et multiplicabuntur* (vel, *multi erunt*, Mo. Ti.) *interfecti à Domino*] Sim. P. Ca. vel, *Domini*, Mo. Ti. Pi. &c. Deus multâ hominum occidione se ulciscetur. Vide 1 Mac. 4. 20. & 5. 5, 44. & 6. 31. & 10. 84[t]. Multi peribunt in eo judicio[v]. Ego locum intelligo de Christi judicio tum ultimo, tum etiam primo, sive in Evangelio. Evangelium est *ignis*, vitalis quidem in piis, dilectionem Dei inflammans; pestilens verò est eis qui indurantur: est & *gladius*, vitæ quidem piis; mortis verò impiis. Venit Dominus *ut mitteret gladium*, Matt. 10. 34. & *ignem*, Luc. 12. 49. Christus *in resurrectionem & ruinam multorum* esse dicitur, & *in judicium venisse*, Joh. 9. 39. Porrò, quos non vivificat Evangelium, *interemisse* seu *vulnerâsse* dicitur, &c[x].

17. *Qui*, &c. הַמִּתְקַדְּשִׁים וְהַמִּטַּהֲרִים אֶל־הַגַּנּוֹת אַחַר אַחַד בַּתָּוֶךְ] Nunc hostes illos designat quibus Deum infestum fore docuit[y]. Dubium esse poterat exterósne & professos hostes notaret, an alios Dei contemptores, qui electis permixti erant[z]: falsos ergò & degeneres Judæos apertè compellat[a]; quorum superstitionem & consilia hîc describit[b]. [Locum variè reddunt.] *Qui sanctificant se*, *& qui mundant*, vel *purificant*, *se*, JT. Pi. P. Ti. (i. e. ità se facere credunt, utuntur superstitiosis ritibus expiationis[c], abluendo se aquis expiatoriis[d], in imitationem rituum à Deo præscriptorum, Num. 19. v. 7, &c. quò alluditur & Psal. 26. 6*. Al. Cùm הִתְקַדֵּשׁ, non minùs quàm קָדַשׁ, & in bono, & in malo, sensu sumatur, non malè vertas, *Qui se polluerunt*, *ac deinde lustrârunt*, aquâ sumptâ[f],) *in hortis*, JT. P. M. Ti. Mo. (qui idololatriæ dicati erant: in piscinis vel lavacris quæ ibi erant[g]: in hortis, ubi idololatriæ & libidini vacabant*. Vel, *in lucis*, G. Confer quæ suprà Esa. 1. 29. & 65. 3[h]. Vide & 1 Reg. 14. 23. & 15. 13. 2 Reg. 23. 7[i]. Vel, *ad*, sive *in*, *hortos*, Pi. Angl. (Particula [אֶל] ità usurpatur 1 Sam. 1. 27. Ezec. 6. 9, 11[k].) i. e. in hunc finem, ut in hortis sacrificent idolis[l]: i. e. parantes se cultui idolorum aspersione aquæ, &c[m].) *post unam*, M. Mo. Ti. Calv. Ang. BA. (sub. *arborem*, vel *arborum*, Q. in Calv. Ang. quæ vox implicitè continetur in voce הַגַּנּוֹת, quæ non quosvis hortos significat, sed hortos arboribus consitos, uno verbo, lucos aut paradisos[n]. Credibile est unicuique fuisse, ut deum peculiarem, ità & arborem peculiarem, ubi illum colebant[o]. Al. *post piscinam peculiarem*,

[Margin: l G. m BA. l. i. 16. 201. n G. o Ang. p G. q Calv. r Pi. Ang. † Ang. t G. v V. x For. y Calv. sim. Ang. z Calv. a Calv. b sim. San. San. c Ang. d Mc. sim. San. * Ang. f G. g Ang. * T. h G. sic Ang. i Ang. k Ang. l Pi. sim. Ang. m Ang. n BA. l. 2. 57. 700. o Q. in Ang. & in Calv.]

rem, P. sive insignem & præcipuam, in loco peculiari. Legitur ꝑ, *post unum*, i. e. peculiarem & insignem ac præcipuum, fontem P. Al. *post januam*, Vulg. in G. ità & Græci, ἐν τοῖς προθύροις, (*in liminibus*,) sensu non malo, qui intelligi potest ex iis quæ suprà 57. 8 q. ubi lares suos, aliáque idola reposita, habebant r ; &, ut in loco secretiore †, latebras captantes: ità ut *post januam* idem sit quod, clausis januis t. Sed contendunt aliqui, non sine valida conjectura, nostrum Interpretem scripsisse, *unam*; deinde ab oscitantibus irrepsisse, *januam* v. Al. *alienus*, sive *alius*, (id אחר,) *unus*, sive *quispiam*; quo nomine ab Hebræis vocari fictitios deos planum est: utuntur item passim rectis pro ablativo absoluto. Latinè dicendum esset, *Alieno quopiam in medio exsistente*, cui circumsedentes *comedebant* (ut sequitur) *carnes suillas*, &c x. *Alter post alterum*, Sym. & Th. in D. For. ὀπίσω ἀλλήλων, *post se invicem*, Sym. in D. *sequentes alter alterum*, JT. Pi. Chaldæus [qui juxta Latinam ipsius versionem reddit, *turba post turbam*,] haud dubiè legit, אחר אחר, i. e. *alius post alium*, magno agmine. Non improbo y. Al. אחד hic est nomen proprium, non Dei, ut quidam superstitiosè volunt, Job. 31. 15. Zach. 14. 9. sed idoli z. אחד sumo pro *Sole*, deo Assyriorum, qui nomen [illud, nempe אחד, *unum*,] habebat; unde & Latinum est, quòd solus sit in suo genere, nec quicquam simile habeat. Hebræi dicunt אחד; Syri autem, omissâ literâ gutturali, & duplicatâ literâ postremâ, חדד a: unde *Hadad*, nomen commune Regum, tum Idumææ, Gen. 36. 35. 1 Reg. 11. 14, &c. 1 Par. 1. 46, 47. tum Syriæ, 2 Sam. 8. 3, &c. & 10. 16. 1 Reg. 11. 14, &c. & 15. v. 18. &c b. Philo Byblius, Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν, (*Adodus Rex deorum*.) Macrob. Saturn. 1. 23. *Accipe quid Assyrii de Solis potentia opinentur. Deo enim quem summum maximúmque venerantur ADAD nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio significat*, Unus. *Hunc ergò ut potentissimum adorant deum*. Ergò *post Adad* erit, pone sacella illa in quibus Adad colebatur c. Vel, *post Ahad*, post quem ambulant, h. e. quem sequuntur & adorant, ut Jud. 2. 11, 12 d.) *in medio*, Mo. M. Ti. Ang. &c. vel, quæ [respicit vocem *arborum*, quam supplevit,] *in medio sunt*, BA. ib. quæ est *in medio* horti, P. V. Lucus erat in utraque horti extremitate, & inter duos lucos fons, vel lavacrum, in quo se expiabant *. Al. *palàm*, JT. Pi. non separatim in abdito, sed in medio circumstantium symmystarum, & forsan aliquid ceremoniarum interea obeuntium, vel oculos in undis lavantium, præsertim muliercularum, corporibus pascentium, &c f. [Ca. hæc cum sequentibus sic reddit, *Qui lustrati & purificati, in mediis hortis, per vices carnem suillam, nefásque & murem comedunt, simul tollentur*.] ¶ *Et*, &c. והשקץ] *Et abominationem*, o'. Ch. M. P. Mo. &c. vel, *rem abominabilem*, Pi. Angl. ut Levit. 11. 10, &c. Ezec. 8. 10. Confer etiam Dan. 9. 27. & 11. 31. cum Matt. 24. 15 g. Intelligenda hîc *idolothuta*, discere poteris ex Chaldæo suprà 28. 8 h. *Et alias res abominabiles*, Pi. Aliis שקץ est nomen immundi cujusdam animalis. Cui favet, quòd inter duo distincta genera collocatur. Forsan idem est quod חולד, *mustela*, quippe quæ, ut hîc שקץ, cum *mure* jungitur Lev. 11. 29 i. *Insecta*, Sy. ¶ *Et*, &c. והעכבר] Vox hîc tantùm occurrit, & Levit. 11. 29. & 1 Sam. 6. 4, &c k. Vertunt, *& murem*, o'. Ch. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. &c. Cujus esus vetitus Lege, Levit. 11. 29. Erant qui eo vescerentur, ut gliribus Itali, teste Varrone l. *Muris* nomine μυόξους, *glires*, Hieron. intelligit, qui olim apud Romanos fuêre in deliciis, adeò ut his saginandis gliraria instituta sunt; vide Varron. Rustic. 3. 15. donec lege Censoriâ glires Romanorum mensis adempti sunt, quo modo conchylia, aut peregrinæ aves, Plin. 8. 37. & 36. 1. Huc confugit Hieron. quia mures nullos edules noverat m. Nomen עכבר (quod dici videtur pro עכלבר, eliso ל, ut in *Babel*, pro *Balbel*, &c. à עכל *consumere*, & בר *agrum*,) *murem* signif. non quemvis, (quanquam Hebræi posteriores ità accipiant,) sed agrestem, ejúsque unam tantùm speciem, nempe *aljarbuo* marem n, qui Arabibus hîc ipsâ voce *acbbar*, & *acbabiro*; in toto enim murium genere hîc solus apud Arabes edulis est. Vide Teixeram & Olearium. [Quorum verba reperies in Authore.] Ex quibus manifestum est, *aljarbuo* idem esse quod שפן Hebræis, &

p V. q G. r T. sim. Me. † T. t Me. v Ms. x For. y G. z Ang. a G. b Ang. c G. ferè ex Scalig. ad fragm. Græci. d Ang. * He. in Ang. f Musc. g Ang. h G. Ang. ex He. &c. i Ang. k Ang. l G. m BA. 1. 1. 4. 33. n BA. 1. 3. 34. 1019.

quod Hieronymo ἀρκτόμυς, & quod mus ille Herod. Aristot. Theophr. Plin. &c. qui pedum posteriorum longitudine & saltu insignis est o. Dubito an עכבר hîc *murem* significet; nam Levit. 11. 29. inter reptilia numeratur; è quorum numero cur *mus*, *mustela*, *viverra*, magis habeantur quàm *lepus* vel *cuniculus*, non video, nec cur non comprehendantur sub nomine *bestiarum* Levit. 11. 2. & regulis quæ de iis traduntur v. 4, 5. *bestias* autem à *reptilibus* distingui video Genes. 1. 24. & 7. 14, 21, 23. Mallem itaque עכבר esse reptile quoddam, scorpioni non absimile. Reptilia autem multa, ut lacertum & locustam, multis olim in cibum fuisse, (sicut aliis hodie, ranam, limacem, testudinem,) ex idoneis Authoribus constat, &, de locusta, ex Levit. 11. 22. Matt. 3. 4. Sed de his judicent alii b.

18. *Ego*, &c. ואנכי מעשיהם ומחשבותיהם באה לקבץ וגו'] Ex difficillimis est hic locus: experiamur an lucis aliquid sine magnis ellipsibus adferre possumus c. [Ad verb.] *Et ego opera eorum & cogitationes eorum veniens ad congregandum*, &c. Mo. o'. Quidam ex tribus primis verbis integram sententiam constituunt, sed cum reticentia verbi alicujus, sive verborum; ut in locutionibus à commoto sive concitato animo profectis sæpe evenit d. [Hi ergò sic reddunt:] *Et* (vel, *Nam*, V.) *ego* (sub. *scio*, G. o'. [in aliquibus nempe exemplaribus, ut notatur in Angl.] & Ch. Ti. sic For. Calv. Ang. Mar. ut exprimitur Amos. 5. 12 *: vel, sub. *notata habeo*, For. Est aposiopesis seu reticentia f.) *opera eorum & cogitationes eorum*, Calv. V. G. Ang. (Confirmat quod dixerat, impios non impunè evasuros, quia opera & cogitata eorum observat, idque reipsa ostensurum, &c g.) *venitque* (vel, quia *venit* tempus, Calv. V. sic Mar. jam maturum est*;) *ut congregem*, &c. Ti. V. Calv. nempe in Ecclesiam†. Vel, *eo congregatum gentes omnes*, &c. i. e. Tanta erit gloria populi Judaici, ut omnes gentes eorum fœdera ambiant. Hunc sensum exigunt sequentia h. Vel, *venio ut congregem*, &c. For. ex Vulg. q. d. Quia Judæi talia agunt, ego venio in mundum ad judicium, ut, illis damnatis, Gentibus innotescam i. [Alii locum sic reddunt;] *Ego autem* ero cum *operibus eorum & cogitationibus eorum*, quando tempus *veniet ut congregem*, &c. P. M. Al. *Et ad me quod attinet, ô opera eorum, & cogitationes eorum! venturum est*, vel *venit, quòd colligam omnes gentes*, &c. Vers. præc. invectus fuerat in ipsorum idololatriam: post quam invectivam eleganter jam hunc versum incipit aposiopesi, ואנכי *& ego*, i. e. ad me quod attinet, ut & Psal. 73. 28. Eleganter deinde sequitur admiratio, *ô opera*, &c! Deinde additur præparatio ad minas. Quid autem est באה? Benoni est fœminini generis, quo Hebræi uti solent pro neutro; ut & Esa. 10. 23. נחרצה עושה, *præcisum facit*, i. e. rem præcisam. Sicut ergò Latini, quum adjectivum ponunt absolutè sine substantivo, id neutro genere efferunt; ità Hebræi fœminino: quod ergò Latinè diceretur, *venturum est*, aut *veniens est*, neutro genere, pro, *venit*; id Hebræis est באה. Quid autem *venit*? לקבץ וגו', *colligere omnes gentes*: illud colligere venit. Forsan tres primæ hujus versûs dictiones legendæ sunt per interrogationem, quæ contineat aposiopesin Dei irati; qualis est Phædriæ apud Terentium, *Egóne illam, quæ illum, quæ me?* Ità h. l. *Egóne ipsorum opera, & ipsorum cogitationes? supple, ferrem? venit quòd colligam*: q.d. Non feram, sed jam adest tempus quo omnes gentes colligam, &c. Ità ו in ואנכי interrogationem formaret, ut & alibi sæpe: ut 1 Sam. 20. 14. ולא אם וגו', *Annon, si adhuc ego vivo, annon facies*, &c? Esa. c. 36. v. 19. וכי הצילו וגו', *An liberârunt Samariam*, &c k? [Atque hi duo quasi membra hîc constituunt.] Alii autem, ad quos accedo, verba omnia in unam sententiam compingunt l. [Hi sic vertunt;] *Atque ego eorum facta & cogitationes collectum veniam, unà cum omnibus gentibus ac linguis, quæ venient*, &c. Ca. *De me autem, quum factorum erga hos, cogitationúmque erga hos quæque adveniet, congregando omnes gentes*, &c. JT. i. e. quum plenitudo temporum advenerit, quæ effecturus sum ea quæ cogitavi & statui in consilio meo, & vocaturus Gentes in Ecclesiam. Altera hæc est narrationis pars de operibus Dei erga servos suos, &c m. *Ad me verò quod attinet*, (Nominativus absolutè positus n, ut 1 Par. 28. 2. Vide Esa. 65. 11 o.)

o BA. 1. 3. 33. 1015. b Ang. c Di. d Ang. * Ang. f For. sic G. g Calv. * Mar. † Idem. h G. i For. k Di. l Ang. m Jun. n Pi. Ang. o Ang.

quum *opera eorum & cogitationes eorum venerint*,(Heb.*venerit*, syntaxis distributiva: q.d. Quum venerit unumquodque operum, &c [p]. q. d. Quum venerit tempus quo constitui ipsos punire propter opera eorum mala, &c [q].) *congregabo omnes gentes*, &c. Pi. Vel, ut alii, propter *opera ipsorum*, &c. ut Mal. c. 2. v. 5. propter *timorem*; vel, quandoquidem *opera ipsorum*, &c. talia sint, Angl. *eveniet ut congregem*, &c. vel, tempus adveniet *quod* (*&*, pro, *quod*, ut Esa. 65. 24 [r].) *congregabo*,&c.Angl. q. d. Pervicaces hos Judæos puniam & abjiciam, Gentésque in eorum locum substituam*. ¶ *Et videbunt gloriam meam*] i.e. Gloriosam meam præsentiam in institutis meis, quæ olim Judæis peculiaris erat. Vide Ps.97.6.Esa.40.5.&c†. Gloriam meam & Christi mei [t]. Ecclesiam, in qua Christus regnat, &c [v]. Vel, gloriam cœlestem, &c [x]. Sed huic non congruit sequens legatorum missio, &c [y].

19. *Et*,&c. וְשַׂמְתִּי בָהֶם אוֹת] *Et* (vel, *Nam*, Angl. Copulativa pro causali, ut Esa. 53. 2. & 65. 15 [z].) *ponam in eis*, vel *his*, (vel, *inter illos*, Ang. i. e. vel, Judæos conversos, ut seq. docent [a]; vel, Gentes, ut Gal. 2. v. 2 [c].) *signum*, JT. Pi. &c.) Sed quale hoc signum sit, quæritur [d]. 1. Signum ad convocandum populum, ut Esa. 11. 12. & 49. 22. & 62. 10*. quod aliis Christus est; aliis, ministerium Verbi, primùm inter Judæos erectum, deinde inter Gentes [f]. q. d. Advocabo eos veluti signo erecto [g]. Ad vexillum crucis omnes vocabo [h]. Vel, per *signum* intelligit charismata Spiritûs Sancti [i]. 2. Signum quo alius ab alio distinguitur [k]. Hoc tantùm significat, electurum se & obsignaturum in Israele quosdam qui de numero pereuntium serventur [l]. Alludit ad id quod factum Exod. 12. 13. Confer & Apoc. 7. 4. Atque ità ostendit neminem effugere posse iram Dei præter electos, quibus notam Dominus impresserit [m]. Huic favet sequens *evasionis* vox. Quod addit, *inter illos*, mixtum populi corpus intelligit, inter quos sunt hi signati, &c [n]. ¶ *Et*,&c. וְשִׁלַּחְתִּי מֵהֶם פְּלֵיטִים] *Et mittam* (vel, *dimittam*, Ca. sub. *aliquos*, Pi. sic Calv.) *ex eis* (vel, nempe *ex eis*, Pi.) *evasores*, sive *qui evaserunt*, P. Ti.&c. vel, *servatos*, V.sim.M. *dilapsos*, Ca. Ex Judæis qui superstites erunt illis temporibus Antiochi *mittam*, i. e. faciam ut mittantur legati ad amicitias quærendas. Vide 1 Mac. 12. 2 [o]. *Servatos*, i. e. ex Judaismo & Gentilismo ad Christum traductos [p]: *qui evaserint*, è rejectione maximæ partis [q]. Dicit, ex hac residua manu quosdam fore sibi præcones ad celebrandum in Gentibus nomen suum [r]. Apostolos eorúmque discipulos intelligit, qui cladem evasuri erant quam universæ Judæorum genti Deus erat interminatus*. ¶ *Ad gentes in mare*, תַּרְשִׁישׁ] *Tharsis*, Mo. P. &c. *Ciliciæ*, Ca. Vide ad Esa. 2. 16. & 23. 1†. In *oceanum*, Pi. *Oceani*, i. e. ad eos qui adsiti sunt mari Persico & Arabico [t]; vel, ad quos per mare magnum transitur [v]: ad insulas & transmarinas regiones [x]. Hinc patet non agi h. l. de extremo Judicio, sed de judicio Evangelii [y]. ¶ *In*, &c. פּוּל] *Pul*, Mo. P. &c. *Africæ*, Ca. *in Africam*, Vulg. [Ità reddit] ex Græcis, qui legerunt פוט. Ea est pars Africæ apud Fesam. Vide Annotata ad V. R. C. 1. Chald. tamen פּוּלָאֵי, i. e. Πύλαι, Portæ Caucasiæ: de quibus vide Plin. 6. 11 [z]. *Pul* idem quod *Put*, Jer. 46. 9. Ezec. 30. 5 [a]. & utraque sunt loca in Africa, diversa tamen [b]. Vir valde doctus putat *Pul* esse Cyrenem, sive Pentapolin & ulteriorem Africam, ab *Aphulla* Rege sic dictam. Sed nomen illi non erat *Aphulla*, sed *Ophellas*, ut habent Justin. l. 22. Suidas, &c. qui etiam vir Græcus erat. Is regnabat 400 annos post Esaiam. Malim *Phul* esse quod Græcis *Philæ*, urbem ad Nilum, supra Syenen, ambigui juris inter Ægyptios & Æthiopes, de qua Strabo 1. & 17. Heliod. 8. &c. *Philæ* idem sonat quod Græcum *Elephantine*, quia Syris, Arabibus, &c. פִּיל *phil* est *elephas*. Potuerunt [illæ duæ] vicinæ urbes commune nomen habere propter similitudinem quam in illis notavit Strabo. *Phul* pro *Phil* scripsit Esaias, permutatis י & ו; ut in *Pau*, Gen. 36. 39. & *Pai*, 1 Par. 1. 50. in *Thou*, 1 Par. 18. 9. & *Thoi*, 2 Sam. 8. 9. &c. Adde quòd Chald. habet פּוּלָאֵי *Phulæ*, cui proximè accedit *Philæ* [c]. Sed non videtur hæc urbs amplum habuisse territorium,&c. Si ex nominibus Regum conjectura duci posset, crederem *Pul* esse locum

p Pi. q Pi. Ang. r Ang. * Idem. † Ang. sim. t Calv. v For. x San. y Q. in San. z San. a Ang. c Pi. d Al. in Ang. f Ang. * Q. in Ang. g Ang. h G. i T. k Me. l Al. in Ang. m Musc. n Calv. o Ang. p G. q T. r Pi. * Calv. † BP. 4. 26. 306. t Ang. v G. x For. y T. z M. a G. b Q. in Ang. c Ang. BP ib. 3. 4.

in Assyria; nam in Assyriorum nominibus *Pul*, vel *Pil*, sæpe legitur, ut 2 Reg. 15. 19. & 16. 7,10. 1 Par. 5. 26. 2 Par. 28. 20. Huc facit, quòd in loco parallelo mentio fit *Assyriæ*, ex qua populus Dei colligendus est, Esa. 11. 11 [d]. ¶ *Et*, &c. וְלוּד] *Et Lud*, Mo. M. &c. *Lydiam*, Vulg. sic Ca. *Lydos*. Lydos quidem bis Cyrus subegit, & gentem bellacem omni luxûs genere corrumpi voluit: sed facilè redditur ad ingenium. Unde proverbium, Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. (*Lydum in campum provocas**.) *Lud* erat unus ex filiis Semi, Gen. 10. v. 22. Plerique Lydiam in Asia minore intelligunt hîc, & Ezec. 27. 10 [f]. Sed malo לוּד esse Æthiopiam, quod multa docent. 1. Quòd Ludæi hîc describuntur ut arcubus insignes, quod & in Æthiopibus notârunt plurimi. 2. A connexione h. l. *Phul & Lud*, loca vicina esse constat. 3. Ab eventu, conversione scilicet Eunuchi, Act. 8. 27. aliorúmque per ministerium illius. 4. A Gen. 10. 13. *Et Misraim genuit Ludim*; q. d. Ægyptiorum colonos esse Æthiopas [g]. [Vide plura in Annotatis ad Gen. 10. 13.] Sed argumenta hæc non cogunt assensum: nam & Lydi erant, 1. populus bellicosissimus; 2. Ægyptiis confœderatus; unde ab illis opem petere cogitavit Crœsus adversùs Cyrum. Nec vicinitatem magis probat quòd hîc *Phul & Lud*, quàm quòd alibi *Peres & Lud*, conjunguntur. Conjunctio autem hîc interponitur, ob sequens epitheton utrisque commune [h]. ¶ *Tendentes*, &c. מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת] *Trahentes* (vel, *valentes*, Ti. *jaculantes*, JT. Ad *eos qui tendunt*, Pi. Et ad *trahentes*, P.) *arcum*, Mo.Pi.&c. vel, *arcu*, JT. Ti. i. e. Thraces sive Turcas [i]. Al. Parthos intelligit, quoniam periti erant sagittarii*. Attributum hoc pertinet, vel, ad *Lud*; vel potiùs, ad utrumque, *Pul & Lud*, quia vox pluralis est. Adscribitur hoc, ut *Ludim*, Jer. 46. 9. ità *Elam*, Esa. 22. 6. Jer. 49. 35. *Elam* autem idem est quod *Elymais*, quæ Straboni l. 16. est pars Aturiæ, h. e. Assyriæ: id quod confirmat nostram de *Pul* sententiam. Elymæi etiam experti sagittarii habiti sunt [k]. ¶ *In*, &c. תֻּבַל] *Thubalem*, Pi. &c. id est, Hispanos [l]. *In Italiam*, Vulg. Romam usque, cum qua fœdus fecêre. Vide 1 Mac. 8. At Heb. est תֻּבַל. Ea verò est Iberia Asiatica. Vide Annotata ad V. R. C. 1. Dubitari potest an quidam codices habuerint איטל [m]. [Vide fusè dicta ad Genes. c. 10. v. 2.] ¶ *Et*, &c. וְיָוָן] *Et Javanem*, Pi. &c. i. e. Græcos [n]. Vide 1 Mac. 12. 2 [o]. [Repete dicta ad Genes. 10. 2.] ¶ *Ad insulas*, &c.] Ad loca longinqua mari aut amnibus adsita [p]. Eas regiones hîc potissimùm commemorat in quibus maximè viguit & diutiùs permansit Christiana Religio [q]. Spargendam esse significat Dei notitiam per totum orbem [r].

20. *Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino*; ità ὁ. P. &c. מִנְחָה וגו'] *Munus*, Mo. *muneri*, JT. Pi. *oblationem*, M. *sacrificium*, Ti. Deo ejúsque cultui consecratum †. Gratissimum erit Deo sacrificium, si animæ ad ipsum convertantur*. Distinguit victimas Legis & Evangelii: illæ erant oves, boves, &c. hæ verò, homines, quos sacerdotes N. T. exhortando & docendo adducunt ad Deum, &c †. *Fratres* vocat, vel, 1. Judæos; [de quibus bifariàm exponunt.] 1. In honorem Dei, Romani & Græci in libertatem restituent, ac domum remittent cum honore, captivos quos bellis Macedonico & Syriaco ceperunt. Similia exempla benignitatis in socias gentes vide de J. B. & P. 3. 9. 2 [t]. 2. Ubi Deus novum populum sibi ex alienis gentibus colliget, Judæos dispersos congregandos esse vult [v]. Qui sensus non est prorsus repudiandus [x]. Vel, 2. electos Gentiles [y], qui vobiscum facti sunt filii, tum Abrahami, Rom. 4. 11, 12. Gal. 3. 16, 29. tum Dei, Joh. 1. 12, 13. & 11. 52. Gal. 3. 26, 28 [z]: non quidem genitos secundùm carnem, sed Spiritu, &c [a]. Refertur hoc ad vocationem Gentium, quas Deus Christo promisit, Psal. 2. 8. &, maceriâ dirutâ, Eph. c. 2. v. 14. in Ecclesiam cooptavit [b]. ¶ *In equis*, &c.] Quoniam hi in longinquis locis erant, coacervat varios modos quibus accedere possent [c]. q. d. Præstò erunt omnia adminicula, &c [d]. ¶ *Et*, &c. וּבַצַּבִּים] *Et in lecticis*, Mo. P. Ti. BA. vel, *pilentis*, JT. Pi. *vehiculis*, M. Vox hîc tantùm occurrit, & Num. 7. 3. Interpretes nostri [Christiani] bene reddunt, *plaustra*

camerata,

d Ang. e G. f Ang. g BP. ib. 299. h Arg. i V. H. in Ang. * Calv. k Ang. l Pi. For. m G. n G. sic Pi. o G. p G. q For. r Calv. † Ang. * Me. sim. L. † Marl. ex Oecol. sim. Calv. Musc. t G. v Q. in Calv. x Calv. y Pi. For. Calv. Ang. z Ang. a Jun. b Calv. c Musc. d Luth. sim. Musc. Ang.

camerata, vel *operta*; sic dicta à tumore, quem vox huic vicina significat, Num. 5. 21, 22, 27. vel, à forma testudinea, nam vox [צָב] primùm *testudinem* significat[x]. ¶ *Et in*, &c. [וּבַכִּרְכָּרוֹת] Hæc vox valde ambigua est, & incertæ significationis. Græcorum alii, & cum his Ar. *umbracula*, alii *vehicula*, explicant; Hier. *carucas*; Syrus omisit; Chald. *laudes*, reddidit; RS. *cantica ludentium & saltantium*; R. Menachem, *agnos*: sed Hebræorum reliqui, K. & AE. &c. *camelos*, aut *dromades*. His accedo, ob seriem orationis. Cùm alios *in curribus*, *lecticis*, *equis*, *mulis*, venturos dicat; reliquum erat ut adderet, *in camelis*, vel *dromadibus*. Nec enim verisimile est Prophetam hîc prætermisisse tam nobile jumenti genus, & in Oriente tam recepti. Sed origo vocis non constat. K. deducit à כִּרְכֵּר *saltare*, ob agilitatem: AE. à geminato כַּר, quod cameli præstans genus esse vult. At כַּר Hebræis est *aries*, aut *agnus*: Arabicè verò, כרה, *carh*, est *camelus strenuus*; & verbum כרי, *vehementer cucurrit*, *vehementer saltavit*; ad camelos sæpe transfertur[f]. [Vocem sic reddunt nostri,] *& in animalibus velocibus*, Mo. M. vel, *veredariis*, JT. Pi. vel, *carucis*, P. Ti. ¶ *Quo modo*, &c. [כַּאֲשֶׁר יָבִיאוּ וגו׳] *Quemadmodum afferunt Israelitæ munus* (i.e. pari lætitiâ[g], pari religione & pompâ, ut cùm munera Regibus deferuntur, aut Deo[h],) *in vase mundo*, Pi. JT. Ang. &c. i. e. in lance bene purgata ab omni immunditie legali. At ο'. per כְּלִי intelligunt instrumenta musica: vertunt enim, μετὰ ψαλμῶν, (*cum psalmis*;) non malè. [Sim. Ar. *cum jubilo*.] Solet enim כְּלִי sæpe eo sensu sumi, ut 1 Par. 15. 16. & 16. 5, 42. & 23. 5. &c[i]. טָהוֹר autem vertitur interdum per ἅγιον, ὅσιον, δόκιμον. *Quomodo*, &c. Supple, sic accepta est Deo conversio infidelium per laborem eorum[k]. Non minùs mundæ & frequentes adferentur oblationes Domino ex Gentibus, quàm sunt oblationes Israelitarum, &c[l].

21. *Assumam ex eis* (sub. *aliquos*, Pi.) *in sacerdotes & Levitas*] *Ex eis*; i. e. vel, 1. Judæis; iisque ex ordine sacerdotali vel Levitico: qui licèt diu in locis remotis permanserint, & memoria prorsus exciderint, & inter Ethnicos eorum more vixerint, illisque servilia ministeria obierint; quæ omnia illos ad munus suum inhabiles & ineptos reddere possint; eos tamen Deus ordini suo restitueret, &c[m]. Ex illis Judæis qui apud gentes externas bello capti servitutem servierant: q. d. Non obstabit illis ista non ipsorum culpâ, sed ex bellica fortuna tolerata calamitas. Hyrcano quidem objecerunt, non posse eum Pontificatu fungi, quòd mater ejus captiva aliquando fuisset: nimirum quia captivis fœminis ægre creditur de pudicitia. Alioqui postliminii jus omnia restituit in eum statum in quo ante bellum fuerant[n]. Vel, 2. ex Gentibus[o]. [Sed hoc variè explicant.] Turbat hoc Rabbinos, quòd Gentiles in ista munia admittantur. Quare sic explicant, *accipiam* לַכֹּהֲנִים, i. e. non, *in sacerdotes*, sive, ut sint sacerdotes, sed, *pro sacerdotibus*, id est, ut illis, loco Gibeonitarum, Jos. 9. 23, 27. ministrent. Quos contextus manifestè refellit, qui de honore loquitur quem illis Deus impertietur: *Adducam*, inquit, *in domum meam*; deinde, ut ulteriorem honoris gradum, addit, *Assumam in sacerdotes*, &c. Quorsum, quæso? num ut eos pro maledictis & mancipiis haberent, &c? Absit. Ipsi Rabbini hoc rejiciunt, &, inter alios, ipse qui hoc patris sui commentum refert[p]. *Ex eis*, i. e. ex conversis Gentilibus; *in sacerdotes*, &c. i. e. in Ministros Evangelii, &c[q]. Non loquitur hîc de sacerdotio, quod omnibus fidelibus commune est[r], de quo 1 Pet. 2. 9. Apocal. 1. 6. & 20. 6†. tunc enim dixisset, *Assumam illos*, non, *ex illis*, nempe aliquos[t]. Amplificat quod dixerat, nec solùm cooptandas à Deo Gentes, sed etiam in summum honorem evehendas, docet. Sub Lege sacerdotium uni Tribui alligabatur, Deuter. 33. 10. nec tantùm ab illo exclusæ erant Gentes, sed ut immundæ Templo arcebantur: nunc verò omnes promiscuè admittuntur[v]. Hinc apparet, & Mosis Legem prorsus interituram fore[x], sacrificium & sacerdotium Judæorum abroganda[y]; & longè aliud esse sacerdotium sub Christo quàm sub Lege fuit[z].

22. *Sicut cœli novi*, &c.] Illi nempe quos promisi Esa. 65. 17. quò palàm alludit[a]; qui futuri sunt in Regno Messiæ, de quo etiam Hebræi locum istum intelligunt, sub quo nova planè erit Ecclesiæ facies. Vide 2 Cor. 5. 17. Heb. 12. 24. *Novum* hîc dicitur quod nunquam antea fuit, ut Num. 16. 30. Jer. 31. 22[b]. Promittit priùs Ecclesiæ instaurationem; hîc, ejus perpetuitatem. Non dubium est quin respiciat ad Regnum Christi, sub quo omnia renovantur, ità ut durent, &c. nam quod vetus est ad interitum tendit. Promiserat Deus, Solem & Lunam testes fore æternæ successionis in Davidis posteris: sed quia interruptio quædam ex perfidia populi contigerat, instauratio per Christum facta vaticinium illud verè sancivit[c]. ¶ *Sic stabit* (vel, *permanebit*, Ang. ut Psal. 33. 11. Esa. 10. 32. Jer. 32. 14. Nulla illi mutatio obtinget, ut priori Ecclesiæ statui obtigit, Heb. 8. 13. & 9. 9, 10. & 12. 27, 28[d].) *semen vestrum*, &c.] Splendebit ut cœlum, florebit ut terra*. *Semen*, id est, liberi[f]. Sobolescent vobis filii & nepotes, &c. Perpetua erit Ecclesiæ successio[g]. *Semen*, nempe fidelium, ut Jer. 31. 36. & 33. 26[h]: vel, Ministrorum; promittit perpetuitatem ministerii, &c[i].

23. *Et erit*, &c. [וְהָיָה מִדֵּי חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ וגו׳] *Et erit* (vel, *fiet*, Pi. sim. Ang.) *à tempore mensis in mense ejus*, Mo. (Redundat *ejus*, ut in seq. membro[k]. Vel, *ut de mense in mensem ejus*, P. *ut à novilunio uno ad alterum*, Pi. sim. JT.) *& de tempore sabbati in sabbatum ejus*, Mo. vel, *& de sabbato*, &c. P. Al. *Et erit tam de mense in mensem, quàm de sabbato*, &c. M. *Ac singulis mensibus singulisque sabbatis*, Ca. *Et erunt perpetuæ neomeniæ, & perpetua sabbata*, Ti. Sensus versûs, Omnis generis gentisque homines venient oraturi in subdiali Gentium: idque non tantùm fiet singulis mensibus, sed quâque hebdomade. Simile loquendi genus habes apud Amos. 8. 5. Vide dicta ad Joh. 12. 20[l]. Non, ut olim, ter in anno[m], sed singulis Sabbatis, &c[n]. quorum nullum intermittent. Notat studium obeundi cultum Divinum[o]. Sæpissimè venient ad Dominum deprecandum[p]. Per singulos dies, non ad certum tempus, accessuri sunt[q]; quotidie, cunctis diebus[r]. Significat sub regno Christi perpetuam fore & continuam solennitatem†. De phrasibus huic similibus vide 1 Sam. 7. 16. 2 Par. 24. 5. Zach. 14. 16. דֵּי in מִדֵּי nonnullis emphasin habere videtur, & constantiam accessûs denotare: & emphasin quidem aliquam habere videtur 1 Sam. cap. 18. v. 30. מִדֵּי וגו׳, *ab exitu*, i. e. quoties egrederentur, &c. sim. 2 Reg. 4. 8. Alibi verò syllabica illa adjectio nullam addit emphasin, ut Exod. 36. 5. Esa. 28. 19[t].

24. *Et egredientur*] Vel, Gentiles, ex mundo, Ecclesiæ se adjungentes[v]; vel, Judæi, ex Hierosolyma, obsidione jam liberati[x], spatiatum per Judæam[y]. Al. *Egredientur* (vel, Sancti in futuro seculo, è cœlo[z]; vel, populus ille, ex Gentibus sive Judæis congregatus, ex Ecclesia, i. e. ex statione tuta[a];) non loco, sed mente & contemplatione[b]. ¶ *Cadavera virorum*, &c.] Vel, illorum qui in Antiochi fuerunt partibus[c]; vel, exercitûs Gogi & Magogi[d]; vel, Assyriorum occisorum, Esa. 37. 36*; vel, Judæorum & impiorum Christianorum[f]; vel, corpora damnatorum[g]. q. d. Intelligent pii æternas impiorum pœnas[h]. ¶ *Vermis eorum non morietur*] Diu vermis pascetur illorum cadaveribus, quia sepulturâ indigni judicabuntur[i]. *Vermis* hîc denotat conscientiæ aculeos[k], quæ, instar carnificis, gravissimè & absque fine eos discruciabit[l]. Cadavera dimittit vermis cùm absumpsit usque ad ossa: at hîc, vermis in Inferis (quorum pœnæ hîc describuntur) nunquam dimittit[m]. ¶ *Et ignis*, &c.] Metonymia, i. e. ignis signa in oppidis incensis. Vide suprà ad v. 16. Mysticè tamen etiam Judæi hæc ad diem Judicii trahunt: etiam Chaldæus hoc loco[n]. Al. *ignis*, i. e. cruciatus conscientiæ acerrimus[o]. Significat impios horribilem in modum pavidos & irrequietos fore, acsi vermis cor roderet, aut exederet ignis; nec tamen homo interiret[p]. Metaphora sumpta est à corporibus inhumatis, in quibus vermes & generantur & pascuntur, quæ tandem putrescunt, & igne absumi debent, &c[q]. ¶ *Et erunt*, &c. [וְהָיוּ דֵרָאוֹן וגו׳] *Et erunt nauseæ omni carni*, M. Mo. Pi. id est, omni creaturæ, omni spectatori, &c[r]. Vel, *ad nauseam*, &c. i.e. Fœtorem de se excitabunt odiosum†. Non possunt eos videre ob multitudinem vermium qui in illis erunt[v]. Vel,

Marginal notes (col. 1): x Ang. — f BA. 1. 2. 4. 90. — g G. sic For. — h For. — i G. — k Me. — l Musc. — m He. in Ang. — n G. — o Ang. ex He. — p Ang. — q Pi. Ang. — r Musc. Ang. — † Ang. — t Musc. sim. Ang. — v Calv. — x Luth. — y M. — z Calv. — a Ang. sim. G.

Marginal notes (col. 2): b Ang. — c Calv. — d Ang. — * G. — f Pi. — g Calv. — h Ang. — i For. — k V. — l G. — m For. — n For. Pi. — o Ang. — p Pi. — q For. — r M. — † V. — t Calv. — v Ang. — x Q. in Ang. — y Ang. ex He. — z G. — a Me. — b Sa. — c Me. T. — d For. Calv. — f G. — g He. in M. — * Q. in Ang. — h M. — i Me. T. — k For. — l G. — m For. sim. Calv. M. Pi. — n Calv. — o BA. 2. 4. 28. 630. — p G. — q Pi. — r Calv. — s Ang. — † Ang. — v G. — V.

Vel, *fastidio*,&c. Ti. *opprobrium*, &c. P. *contemptui*,&c. V. vel, *abominationi*, &c. V. Angl. i.e. valde abominandi. Vox hîc tantùm occurrit, & Dan. 12. 2[y]. Vel, *in visionem*,&c.[o]. *Adeòque fiant spectaculo*,&c. Ar. *Et sint admirationi*,&c. Sy. *Et erunt usque ad satietatem visionis*,&c. Vulg. quasi vox composita esset ex דַּי *sufficientia*, & רָאָה *videre*; quod nonnulli quoque Hebræi existimârunt[x]. Quia nunc impii in honore sunt, horrendam illis mutationem denunciat, & cum extremo cruciatu summam quoque ignominiam[y]. Summa hæc miseria illorum, quòd nemo est qui eorum misereatur, sed omnes in pœnis ipsorum lætantur & triumphant. Ad justorum consolationem hoc proponitur[z].

[y Ang. x For. y Calv. z San.]

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

JEREMIAM.

PROLEGOMINA.

Jeremias erat Sacerdos[a], adeóque ordinarius populi Doctor; id quod alii Prophetæ non erant[b]. In ætate adhuc juvenili prophetare cœpit[c], & 50 annos invictâ animi constantiâ officium suum prosequutus est. Cœpit anno 13. Josiæ, quum res valde confusæ erant. Perierat enim liber Legis. Ità poterat quisque pro sua libidine fingere multos errores, & pervertere cultum Dei. Difficile ergò munus sustinuit. In Judæos acriter invectus est, &c[d]. unde tandem ab iis lapidibus obrutus dicitur*. Ità Hieron. Isidor. Epiphan.&c[f]. Quod & verisimile est. Per Isaiam aliósque Prophetas litigaverat Deus, & minatus est; additâ tamen spe veniæ: quum autem illi operam luserint, per Jeremiam & Ezecielem reos peregit Judæos,& sententiam protulit damnationis, nec ullam misericordiæ spem obtulit, nisi interpositâ scelerum pœnâ, & captivitate 70 annorum. Nè tamen mutila esset Jeremiæ doctrina, voluit Deus ipsum etiam esse præconem gratiæ suæ, & futuræ redemptionis & promissæ in Christo gratiæ[g]. Stylum Jeremiæ notant esse subrusticum & simplicem & incultum. Si ità sit, id non attribuo viculo Anathoth, (qui tribus tantùm milliaribus distabat ab Hierosolyma, in quo etiam, utpote sacerdos, plurimùm versaretur,) sed consilio ipsius; quia tempus illud durum non tam egeret oratione suavi, quæ mulceret, quàm stimulis, qui pungerent: aut sanè, quia spiritu rapiebatur ardenti, qui non tam artem instruit, quàm animum afflat & inflammat, &c. Quòd verò Jeremias stylum habuerit elegantem & gravem, docent Lamentationes. Hanc Prophetiam & Threnos Jeremiæ scripta esse, nemo dubitat. Alia tamen illi adscribuntur, ut Epicedium illud in funere Josiæ, 2 Par. 35. 25. quod ad suam ætatem durâsse testatur Jo. Antiq. 10. 6. Illud tamen Hebræi quidam in Lamentationibus reperiunt. Quidam illi adscribunt Psal. 137. Alii addunt & Psal. 46. quem Jeremiæ cum Ezechiele communem esse putant, quia illorum in titulo præfiguntur nomina. Alii illi adscribunt libros 1. & 2. Regum[h].

[a San. Ang. b Ang. c San. d Calv. * San. Calv. f San. g Calv. h San.]

CAP. I.

1. Verba Jeremiæ] Ità Mo. M. P. &c. i. e. Liber. Est autem hæc inscriptio Libri hujus ad finem cap. 39. Indè sequitur velut alter Liber, additus priori[a]. Imò titulus hic est totius Libri[b]. *Sermones*, &c. Ti. Sy. *Verba Prophetiæ*, &c. Ch. sub. *sunt hæc*: q. d. Sequitur Prophetia Jeremiæ[c]. *Verba*, i.e. Acta[d], Conciones, aut Prophetiæ, ut Esa. 2. 1. Amos. 1. 1 *. Hîc dicit, *verba*, at v. 2. *verbum*. *Verba*, collectivè, & quasi universim, quæ deinde in suas partes, in aliud atque aliud verbum, distribuit; q. d. Hæc sunt verba Jeremiæ, quorum aliud sub Josia, aliud sub Joakim, &c. fuit[f]. ¶ *Filii Helciæ*, חִלְקִיָּהוּ] Ità scribitur hîc & Esa. 22. 20. at חִלְקִיָּה 1 Par. 6. 13, 45. Hujus nominis erat summus ille Sacerdos sub Josia, 2 Reg. 22. 8. qui munus illud administravit aliquo temporis spatio postquam Jeremias prophetare cœpisset, ut constat ex 2 Reg. 22. 4. collat. cum Jer. 1. 2[g]. Hunc Jeremiæ patrem fuisse volunt Judæi, semper ad inanes jactantias proni[h], & Chaldæus[i], & Burg. Maldon. &c[k]. Quibus repugnat, 1. quòd id h. l. non dicit Propheta[l]: 2. quòd in progenie istius Helciæ, 1 Par. 6. non occurrit Jeremias, qui tamen non videbatur omittendus, cùm tantus esset, &c: 3. quòd si tantus fuisset Jeremias, non ità ignominiosè à Pasur tractatus esset[m]: 4. quòd hic Helcias habitaret in Anathoth, vico ignobili[n], (id quod distinctionis causâ additum videtur[o],) cùm summus Sacerdos Hierosolymæ resideret[p]. ¶ *De sacerdotibus qui*, &c. אֲשֶׁר בַּעֲנָתוֹת] *Qui* (sub. *erant*, M. P. JT. Pi. habitabant[q]) *in Anathoth*, Mo. P. &c. & per ἐφημερείας suas serviebant Deo in Templo[r]. Chald. sic, *Unus ex sacerdotibus qui habebant suas possessiones in Anathoth, quamvis alibi habitarent* †. Quasi verò sacerdotibus permissum fuerit agros possidere, &c[r]. *Anathoth* erat urbs sacerdotalis, Jos. c. 21. v. 18. 1 Par. c. 6. v. 60[v].

2. *Quod*, &c. אֲשֶׁר הָיָה דְבַר יְהוָה אֵלָיו] *Quem* (vel, *Cui*, V.) *fuit* (vel, *factum est*, V. &c.) *verbum Domini ad eum*, Glas. Angl. Elegans redundantia, qualis etiam in Psalm. 1. 4. &c[x]. Al. *Nempe* (אֲשֶׁר explicativè sumitur[y],) *fuit sermo*, &c. Calv. *Ad quem fuit*, seu *factum est*, &c. M. P. JT. &c. Quem Dominus allocutus est[z]. *Quòd fuit*, &c. Vulg. in Ma. & G. Mo. Ideo hic Liber scriptus est, quia Deus ei multa futura revelavit digna quæ posteris mandarentur in signum Divinæ providentiæ[a]. *Quòd* hîc causaliter sumitur[b]; ut sensus sit, Quia factum est, &c. reddit enim causam tituli, cur Librum inscripsit, *Verba Jeremiæ*, &c[c]. *Verbum* hîc denotat, vel, 1. mandatum Dei de exsecutione Prophetici muneris, & publicatione prophetiarum: sic *verbum* sumi volunt Hos. 1. 1. Luc. 3. 2. Joh. 10. 35. *Verbum*, pro *mandato*, ut 1 Reg. 12. 24. Esth. 1. 12. & 3. 15. Vel, 2. quod malim, materiam prophetiæ ipsius, ut Esa. 2. 1[d]. ¶ *In diebus Josiæ*] q. d. In statu populi & Re-

[a G. b San. sim. Ang. c V. d Pi. * Ang. f San. g Ang. h Calv. i Ang. k San. l Calv. m San. n Ang. San. Calv. o Ang. p Ang. San. q V. G. &c. r G. † V. r Calv. v Ang. x Ang. Glas. gram. 3. 2. 221. y Calv. z V. a G. b Mc. Ms. c Mc. d Ang.]

& Religionis corrupto [*]. ¶ *Filii Amon*] Lege scilicet, non naturâ; alioquin Amon illum genuisset anno ætatis 16 [f]. [Quod non adeò mirum ostendit experientia, nec desunt in Sacris Scripturis exempla aut paria, aut majora.]

3. *In diebus Joacim*] Ordo Regum sub quibus vixit Jeremias hic est, Josias, Joachaz, Joiakim, Joachin, (qui & Jechonias,) Sedecias. Reges hîc tres nominantur, omissis duobus, ob breve admodum regnum [g]. Vide 2 Reg.23.31.& 24.8. 2 Par.36.2,9 [h]. Exigui temporis rationem non habet S. S. ut 2 Sam. 5. 5. collat. cum 1 Reg. 2. 11 [i]. ¶ *Usque ad*, &c. עַד תֹּם וגו׳] *Usque ad finem*,&c. M.sim.P. *Donec compleretur annus undecimus*, &c. V. sim. JT. Pi. Dices statim addi, *mense quinto*, quo certè annus non finitur. Resp. Mensis ille, quanquam annum simpliciter non finivit, potuit tamen annum regni Zedeciæ terminare, utpote qui mense anni quinto regnare cœperit [k]. ¶ *Usque ad transmigrationem*, &c.] Anni per quos in terra Judæa Prophetam egit Jeremias colliguntur 41. Post eos in Ægypto prophetiæ ei obvenerunt [l]. Qu. Cur hunc prophetandi terminum constituit, cùm constet eum postea, & in Judæa & in Ægypto, prophetâsse? Resp. Titulus hic ad illa tantùm pertinet quæ stantibus urbe & Templo scripsit: illis enim excisis, se ampliùs non scripturum putabat, &c. Reliqua autem pòst addita sunt, extra titulum tamen, quasi quædam fuerint superiorum appendix [m].

4. *Factum est——ad me*] Ferme puerum adhuc, ut apparet infrà 6,7. Vide quæ diximus ad Esa.53.2 [n].

5. *Priusquam te formarem*] Sic Mo. P. &c. vel, *formâssem*, G. sic JT. Vide ad Esa. 49. 1 [o]. ¶ *Novi te*] Notitia approbationis [p]: i. e. prædestinavi te ad officium propheticum [q]; te in mente habui [r]; destinavi & approbavi ut idoneum Ministrum, &c†. Inducit Deum loquentem, ut sermo plus habeat ponderis ac vehementiæ. Ostendit, se non temere ingessisse, sed à Deo vocatum [r]. ¶ *Sanctificavi te*] Id est, vel, 1. gratiam sanctificantem tibi infudi [v]: vel, 2. designavi, sive deputavi, sive consecravi, te ad publicum Prophetæ munus [x]. Tunc elegi te in Prophetam [y]. ¶ הִקְדַּשְׁתִּיךָ] *Præparavi te*, Ch.& He.in V. Al. *Segregavi*, aut *Seposui*, quasi in rem sanctam *. *Consecraveram te*, Ca. De usu verbi קדש vide Esa. 13. 3. Jer. 12. 3.& 51. 27, 28 [z]. Idem hîc *sanctificare*, & *nôsse*. Ego te formavi in utero, sed simul destinavi in usum singularem [a]. Qu. Cur Deus hujusmodi præfatione utitur ad Jeremiam, non item ad Esaiam, &c? Resp. Ut ipsum, tum adolescentem, in gravissimo suo munere confirmaret; [ut tunc maximè opus erat, ob summas difficultates quas in illis temporibus & moribus experturus erat.] ¶ *Prophetam in gentibus dedi* (vel, *constitui*, Ti.JT.) *te*; sic Mo. לַגּוֹיִם] *Gentibus*, M. Ar. Ti. P.&c. Non solùm Judæis, sed & exteris [b]. Ad gentes pertinuit ejus doctrina [c], & de illis prophetavit [d], ut cap.43.& 46.& 47.&c*.

6. *Et dixi, A,a,a*, אֲהָהּ] *Ahah*, Mo.P. &c. *Ah*, M.Ti. Ca. *O qui es*, Ar. *Quæso*, Sy. *Suscipe deprecationem meam*, Ch. אֲהָהּ est interjectio dolentis & conquerentis, ut Jos. 7.7. Jud.6.22. Jer.4.10*. Munus se detrectâsse refert; tum ut se à temeritatis suspicione purgaret, tum ut reverentiam sibi conciliaret [f]. ¶ *Nescio loqui*] Ità P.M. &c. eruditè & graviter, & ut Prophetam decet [g]. Impar sum muneri, &c. Excusatio ex modestia [h], & conscientia, tum gravitatis officii, ut 2 Cor. 2. 16. tum propriæ imbecillitatis, 2 Cor. 3. 5. vide Jer. 17. 16. & confer Exod. 3. 11. & 4.10,13 [i]. & ex timiditate [k], ob quotidiana pericula in quæ se conjecit [l]. ¶ *Puer ego sum*] Vel, 1. ætate [m]; q.d. juvenis nullâ authoritate præditus [n]. Cui favet, quòd tamdiu prophetaret [o]. Ætatis infirmæ, & ad res magnas eloquendas non satis idoneæ [p]. Interdum quidem vox נַעַר de provectioribus dicitur, ut Exod. 33. 11. & fine respectu ætatis, 1 Sam. 25. 5. Esth. 2. 2. Hîc autem nihil est quod ità accipere cogit. Nec desunt exempla juniorum Prophetarum, &c. 1 Sam.3.1,10,19. Dan.1.17.&c. vide & Joel.2.28 [q]. Vix 14 vel 15 sum annorum, unde nec audeo, nec possum, ad viros & magnates loqui [r]. Vel, 2. scientiâ & usu: q.d. Sum rerum imperitus†. Nondum usum habeo vaticinandi. Alludit ad ætatem suam; nam juvenis erat [t]. *Non novi futura prædicere*, Ch. in V.

7. *Quoniam*, &c. כִּי עַל כָּל־אֲשֶׁר אֶשְׁלָחֲךָ תֵּלֵךְ] *Quia* (vel, *Sed*, ο'. Ar. JT. Pi. vel, *Imo*, G.) *ad omnia* (sub. *peragenda*, G.) *quò* (vel, *ad quæ*, P.M.Ti. G. *ad quæcunque*, JT.Pi. Calv. vel, *ad omnes*, ο'. Ar. *ad quemcunque*, Ch. in V. [at Ch. in Bib. Pol. habet, *ad omnem locum*;] sim. Ang.) Nam cum Regibus & proceribus acturus erat [v]. עַל valet, *ad*, 1 Sam.2.11. Psal.13.6. Esa.53.1. Alibi, *super*; ut sensus sit, *super omnibus*, &c. q.d. super quodvis negotium, &c [x].) *mittam te, ibis*, Mo. P. &c. vel, *ito*, JT. Pi. G. sic in seq. *loquitor* [y]. Necesse est te ire, &c [z]. Hoc, *ibis*, & sequens, *loquêris*, non modò actum secundum, sive actionem, sed & primum, sive agendi facultatem, à Deo suppeditandam significant [a].

8. *Ne timeas à facie eorum*] Ità ο'. M. P. &c. id est, à vultu austero, Ezec. 3. 9. qui animum iratum prodit, Dan.3.19. Vel, *facies*, pro *ira*, ut Psal.34.17. Vel, verti potest, *coram eis*, ut Amos. 2. 9. vel, *ad præsentiam illorum*, ut Psal. 68. 3,9. sive cùm nuncium meum traditurus es illis, sive cùm ab illis arcesseris, ut Matt.10.18 [b]. ¶ מִפְּנֵיהֶם] *Ab istis*, Pi. [Ca. locum sic reddit, *Cave metuas vultus eorum*.] Propter eos ad quos te mittam [c]. Non audebat Jeremias palàm fateri quod res erat: Sed Deus, qui corda scit, medetur ejus timiditati [d].

9. *Et misit Dominus manum suam*] Forsan, visibilem, ut illam Esa. 6. vel fortè, manum Angeli, cujus ministerio hæc facta sunt. Vide Esa. 6. 6*. ¶ *Tetigit os meum*] Per Angelum. Vide Esa. 6. 7 [f]. Ut hoc signo externo, quasi sacramento & verbo, Prophetam institueret & confirmaret [g]. Ut palàm ostenderet os illud dicatum sibi esse [h]. Hoc tactu quasi reserans os illius ad libere prophetandum [i]: simúlque admonens Jeremiam, verba quæ prolaturus esset, non ejus debere esse verba, sed Dei, in os ejus immissa [k]; neque posse ipsi verba unquam deesse, cui Deus illa subministraret [l].

10. *Ecce, constitui* (vel, *legavi*, Mo. *præficio*, JT. Ca. præt. pro præs[m].) *te super gentes, & super regna*] Tam Judæorum, quàm aliorum [n]. Prophetam res eximias prædicturum, quæ non ad singulos, sed ad integras gentes, ut Judæos, Tyrios, Idumæos, magnáque Regna, quale fuit Babylonis, Persarum, Ægypti, pertineant [o]. Vult Deus etiam Reges Verbo suo subjici. Hortatur hîc Prophetam ad magnitudinem animi, ut scilicet meminerit vocationis suæ, neque timidè aut serviliter adulетur hominibus [p]. Consultò dicit se authoritatem servo suo dedisse super totum orbem, Regna & gentes; ut dejiceret supercilium stulti illius populi, qui voluit immunis esse ab objurgatione *. ¶ *Ut evellas & destruas*, &c.] Metaphora est ab hortulanis desumpta & ab architectis [q]. Est & Hebraismus, quo [verba] realia ponuntur pro verbalibus [r]: ut Gen. 27. 37. *posui eum super te*, &c. id est, talem ipsum fore significavi; & 30. 13. *beatificabunt*, i. e. beatum prædicabunt; Jer. 15.1. *Projice*, i.e. projiciendos vaticinare; Ezec.13.19. *ad occidendum animas*; &c. i. e. ad pronunciandum morituras esse†. Prophetæ, ex usu Scripturæ, dicuntur id facere, quod futurum prænunciant. Sic Gen. 49.7. *Divisi eos*, &c. i.e. prædixi dividendos, &c. Ezec.43.3. *Quando veni ad perdendum civitatem*, i. e. ad prænunciandum perdendam. Hinc Deus legitur *cædere per prophetas*, Os. 6. 5 [t]. Dei hæc sunt opera, Regna populósque evellere & restituere, infrà 45.4 [v]. Sed Prophetæ tribuuntur, quia non minùs certò eventura erant quæ dixerat, (nempe sub suis conditionibus,) quàm si ipse ea faceret: vide Exod.8.5 [x]. Non debebat Jeremias reipsa destruere gentes [y], sed prædicere & minari has disperdendas, illas ædificandas, esse à Deo [z]. Pluribus verbis utitur ad declaranda adversa quàm prospera, quòd diutiùs immoretur in prædicendis adversis quàm secundis. *Ut evellas*, i. e. ut intermineris hostibus meis quos in regionibus suis plantavi, &c. me evulsurum illos, nisi resipuerint. Et contrà, dices me ædificaturum rursus & plantaturum eos quos destruxero & evulsero, si peccata sua agnoverint. Istud intelligimus ex Jer.45.4.& 42.10 [a]. Utitur hîc Deus congerie verborum, tum ut ostendat quàm altè radices suas fixisset impietas, & contemptus Dei, ut nec primo die, nec levi operâ, corrigi possit; tum ut Prophetam animet ad purgandas illas sordes. Sed meritò

Ff 4

Margin notes (left column): * Calv. f Calv. g G. h Ang. i San. k Ang. l G. m San. n G. o G. p T. q Me. sim. T. Calv. r Ang. † San. r Calv. v T. Me. sic L. Hi. Orig. Athan. Ambros. Thom.&c. x Me. ex Ang. & Hi. sic T. San. Calv. Ang. y Calv. * Q. in V. z Ang. a Calv. b Pi. sim. Ang. T. c Calv. d Me. Ang. Calv. * Ang. * Ang. f Calv. g San. h Calv. i Ang. k Calv. l San. m San. Ang.&c. n Pi. o San. p G. q Ang. r T. ex Castro. † Calv.

Margin notes (right column): t Me. v Ang. ex He. x Ang. y G. z Calv. a San. b Ang. c V. d Calv. * San. sim. Me. f G. g Jun. h Calv. i T. k T. sim. Me. l T. m V. n Me. T. o G. p Calv. * Calv. q T. r T. Glass. † Glass. gram. 3. 3. 15. 265. t BP. i. i. v. x G. y G. sim. Pi. z T. Me. T. a V.

ritò hìc quæri potest de ordine, qui præposterus videtur, quum exterminationem plantationi præponat. Sed considerandum qualis fuit populi status. Sic enim prævaluerat impietas, &c. ut necesse esset initium facere ab eradicatione. Nec potuit priùs plantare, neque erigere Templum Dei, quin priùs destrueret palatium quod Diabolus erexerat: nec potuit seminare doctrinam cœlestem, donec purgata esset terra tot vitiis, &c[b].

11. *Virgam*, &c. ״מקל שקד וגו [Variant.] *Virgam*, vel *Baculum*, (sic vocat, quòd virga quam vidit carebat foliis & fructibus[c]. Sed malim virgam hanc fuisse saltem foliis, si non floribus, &c. instar illius Aaronis, Num. 17. 8. vestitam; alioquin non vidisset cujusnam arboris esset: deinde, vox *virgæ* de tali ramo dicitur Ezec. 7. 10, 11. qui locus hunc illustrat[d].) *nuceum*, ό. sic Ar. vel, *amygdali*, sive *amygdalinam*, Mo. P. M. JT. Pi. Ca. Strig. G. D. ex Th. Ang. &c. (Amygdalus autem est sub genere nucum; unde ab aliis vocatur *nux Thasia* sive *Græca*; Ebraicè est לוז. Glossæ veteres, *Luza*, *nux*, vel *amygdalum* *.) vel, arboris *vigilantis*, & *festinantis* præ cæteris arboribus, ut suos flores prima emittat, à שקד *vigilavit*, aut *festinavit*[f]. Florent amygdali, ut notum est, etiam hyeme[g]. Al. *Virgam vigilantem*, Vulg. Aq. & Sym. in D. quod eodem redit [cum præced. versione:] q. d. Video virgam amygdali cum suis floribus apertis, quasi oculatam & vigilantem[i]. Vel, *vigilantem*, i. e. librantem & agitantem se, ac percutere festinantem[k]. Verùm *vigilans* שקד dicitur. שקד verò est *amygdalus*[l]. Al. *Virgam imminentem* ac vigilantem, Ti. Al. *Baculum vigilis*. Id meliùs quàm, *amygdali*: nam si dicenti, *Video virgam amygdali*, respondeat Deus, *Bene vidisti, quia ego vigilo*, nulla erit in vocibus allusio, & oratio perdet gratiam[m]. [Verùm allusio non ità difficilis videtur: q. d. Rectè vidisti, arborem scilicet amygdali, quæ prima omnium è somno hyberno evigilat, & floret; ego enim evigilabo, &c.] Chald. exponit, *Regem qui festinat malefacere ego video*, V. Stragem Israelitarum festinantem & ingruentem hàc similitudine significat[n].

12. *Bene* (vel, *Rectè*, P. Ca.) *vidisti*] Ità M. Pi. vel, *vides*, JT. Ca. Heb. *Bene fecisti videndo*, V. Pi. sim. Mo. sive, *ad videndum*, V. i. e. exactè vidisti, aut videndo bene judicâsti[o]. Confer Esa. c. 23. v. 16. Ezec. c. 33. v. 32[p].

¶ *Quia*, &c. ״כי שקד אני על וגו [*Quia*, vel *Nam*, *festinans ego super verbum meum, ad faciendum illud*, Mo. vel, *vigilo super*, &c. V. Potiùs, *maturabo*, &c. Nam & hoc שקד significat; & indè שקד *amygdala*, quia *floret omnium prima amygdala mense Januario, Martio verò poma matura*, sicut ait Plin. 16. 25. Sicut in somniis apud Artemidorum & alios multa significant ἐξ ὁμωνυμίας· ità ex conspectu amygdalinæ virgæ intelligi debuit maturatio eorum quæ Deus constituerat[q]. *Instar amygdali me geram* (ad verb. *amygdalabo*) *circa verbum meum, ut effectum dem ipsum*. Ut amygdalus celeriter floret & fructum fert; sic Judæis celeriter immittam Babylonios[r]. Paronomasia. Significatio verbi hujus à nomine deducitur†. Vel, *incubiturus sum in verbum*, &c. JT. vigilo & incumbo *verbo meo, ut illud perficiam*, Ti. *festino ut perficiam meum verbum*, M. *meum dictum exsequi maturabo*, Ca. q. d. Accelero ultionem meam[t]. Verbum שקד & *diligentiam* sive *studium* notat, & *celeritatem*. Vide Esa. 29. 20[v]. Perperàm hoc restringitur ad pœnas, quod etiam ad promissiones omnémque Dei sermonem pertinet; contexi enim debet cum præced. *Constitui te ad eradicandum——& plantandum*, &c. Id hìc probat, quia vigilat super sermone suo, ut exsequatur quicquid protulerit per Prophetas. q. d. Conjuncta est efficacia & virtus mea cum sermone, cujus Prophetæ sunt ministri. Confer Esa. 55. 11. Modò sis mihi fidelis, spem tuam non frustrabor. Vox *vigilandi* ostendit se stare paratum ut proferat effectum sermonis tempore, non semper nostro, at suo, & opportuno: Habac. 2. 3[x].

13. *Ollam succensam*; ità ό. נפוח] *Sufflatam*, G. sim. Mo. *bullientem*, M. G. sic P. Ti. Ca. *ferventem*, JT. Pi. Ollam propter calorem in bullas resolutam. Nota ordinem: post minorem pœnam, *baculum*, sequitur gravior, *olla*, in qua excoquantur, &c[y]. Per *ollam* hìc intelligunt vel, 1. Regem Babylonis[z]. Chald. locum hoc modo exponit, *Regem qui fervet sicut olla ego video*; *& dispositionem copiarum ejus, quæ incedunt & veniunt à facie septentrionis*[a]. Intellige Regem & exercitum Chaldæorum[b], nil nisi furoris ignes efflantem & vomentem in Judæam, &c*. Videtur alludere ad focum & ignem qui in concha, vel olla, nè vento extingueretur, præferri solebat Regibus Assyriorum, Chaldæorum & Persarum†, tanquam viæ dux, & comes, & Deus ab illis cultus*. Vel, 2. Hierosolymam obsessam[c]; ut patet ex collat. Ezec. 11. 3, 7. & 24. 3, &c. Quidni verò unum Prophetam ex alio, eóque coævo, licet exponere[d]? Sed obstat, 1. quòd hæc olla ab Aquilone venit, quum Hierosol. suo loco staret: 2. quòd hæc non modò Hierosol. sed & toti Judææ, minabatur*. Vel, 3. populum Judaicum, ut suo loco videbimus[f]. [Olla hæc] speciem [exhibet] Judææ gravissimas calamitates sensuræ quasi ab igne, sic ut etiam cives extra eam projiciantur. Vide Ezec. 11. 7. & quæ ad Psal. 58. 10[g]. ¶ *Et faciem*, &c. ״ופניו מפני צפונה [*Et facies ejus à facie Aquilonis*, P. Calv. sic Mo. vel, *versùs Aquilonem*, sub. *est*, JT. vel, *spectat*, Pi. *Cujus facies ab Aquilone*, sub. *est*, Ti. vel, *respicit*, M. i. e. Ignis ille qui eam accendit est positus ab Aquilone[h]. Is situs Babylonis respectu Judææ[i]. q. d. Accendi jam ignem apud Chaldæos qui populum meum excoquet, &c[k]. Sed quid hìc *facies ollæ*? Resp. 1. Os[l]; à qua parte ebulliebat[m]. Non placet; nam os cujusvis ollæ super ignem positæ sursum respicit[n]. [Ità sanè in culinis: in visione tamen situs variari posset, & ad Aquilonem vergere: nec, credo, periculum erat nè quicquam ex ea excideret.] 2. Anterior pars ollæ, quæ igni obvertitur[o]. 3. Os furni cui olla imponi videtur, quæ ità furno affixa fuit, ut una cum illo videri posset. Est autem in latere aliquo furni pars aperta, ubi ignis fomitem ingerunt; ea itaque os furni, adeóque & ollæ, vocari potest[p]. 4. *Facies ollæ* pro olla ipsa sumitur[q]: ut, *facies Aquilonis*, pro ipso Aquilone; &, *facies frigoris, iræ*, &c. pro frigore, ira, &c[r]. q. d. Ollam video venire, &c†.

14. *Ab Aquilone pandetur malum*; ità Mo. תפתח הרעה [*Aperietur* (vel, *solvetur*, P. *dissolvetur*, V. *erumpet*, JT. Pi. Calv. Sy. *incipiet venire*, Ch.) *malum*, M. Ti. Ca. vel, *istud malum*, JT. vehemente igne figuratum, quod sigillatim deinceps describitur[t]; nempe, excidium Hierosolymæ[v]. ¶ *Terræ*] Sub. *sanctæ*, V. vel, *regionis*, hujus scilicet[x].

15. *Convocabo*, &c. ״קורא לכל [*Advoco* (præs. pro fut[y]. *advocaturus sum*, V. JT. *convoco*, ό. *convocabo*, Ca. *vocabo*, Pi. Ti. i. e. suscitabo, & invitabo ut veniant[y]: *vocans*, Mo.) *omnes* (vel, *ad omnes*, Mo. Ti.) *familias*, sive *cognationes*, (i. e. regiones, sive populos[z]; vel, *nationes*, Ca.) *regnorum Aquilonis*, P. M. &c. vel, *ad Aquilonem*, Ca. *ab Aquilone*, ό. Regnum Babylonicum multùm in Septentrionem porrigebat se; & Medi erant fœderati Nabuchodonosoro, qui Mediæ Regis filiam uxorem duxerat. Vide quæ ad l. 3. de V. R. C[a]. *Cognationes*, &c. vocat varias illas gentes quæ parebant uni domino. Ut enim qui præest *pater* dicitur, 2 Reg. 9. 1. ità qui illi subsunt, fratres, &c[b]. Perstringit Judæorum stultitiam, qui uni Ægyptio fidebant, adversùs tot Regna quæ Deus illis immissurus erat: & significat malum hoc non esse fortuitum, sed Dei auspiciis[c], qui occultè sanè, sed & efficaciter, rem ità disposuit, &c[d]. ¶ *Ponent——solium suum*] Id est, prætorium suum castrense*. q. d. Tentoria figent, quasi in loco tranquillo; & tanquam domi suæ, ibi considebunt[f]. ¶ *In introitu* (vel, *ad ostium*, M. JT. ante *ostium*, Pi.) *portarum*; ità P. &c. ״פתח וגו [*Ostio*, Mo. In via quâ ad portus itur[g]. *Pro portis*, Ca. *contra portas*, Ch. Ad, vel juxta, portas[h]; ubi vis maxima militum & machinarum. Chaldæorum multitudinem hoc indicat[i], & potentiam[k], & audaciam[l].

16. *Et loquar* (vel, *proferam*, Calv.) *judicia mea cum eis*] Ità Mo. P. M. &c. i. e. Feram sententiam in illos: ostendam illis, me justis de causis pœnas de illis sumere[m]. Prædicam illis mea decreta, per te Jeremiam, per Holdam, Sophoniam, Ezechielem. Considera quæ sequuntur[n]. Al. *Loquar——cum eis*, i. e. Chaldæis: q. d. Illis præscribam quid agant[o]. Sed præstat, *cum eis*, i. e. Judæis[p]. Sævitiam à se amovet Deus[q]. *Loquar*, &c. i. e. Cum Judæis disceptabo, quasi legitimo & judiciali congressu; beneficia mea, illorúmque perfidiam, proponam, &c[r]. Hactenus abstinui jure meo, pœni-

[Marginal notes, left column: b Calv. / c V. Hein Ang. / d Ang. / * D. / f V. / g Calv. / i Me. / k T. / l D. misc. 1. 57. / m Calv. / n San. / o V. / p Ang. / q G. / r Pi. sim. Me. / † Glass. rhet. 2. 2. 523. ex Jun. / t M. / v Ang. / x Ang. / y M. / z Q. in Calv.]

[Marginal notes, right column: a V. / b San. / * T. / † T. ex San. / * San. / c Ang. / Q. in San. / d Pi. Ang. / * San. / f Calv. / g G. / h G. / i V. T. &c. / k Calv. / l Pi. T. ex Maldonat. / Calv. Hc. / m in Ang. / n Calv. / o Ang. / V. / p Ang. / q San. Me. T. / r San. / † Me. &c. / t Jun. / v Pi. / x Pi. Ang. / y V. / z Ang. / a G. / b San. / c Calv. / d Ang. / * G. / f Calv. / g G. / h Me. T. / i San. / k Calv. / l San. sic Calv. / m V. sim. Me. T. / n G. / o Q. in Calv. / p Calv. / San. / q Calv. / r San.]

pœnitentiam frustrà exspectavi; jam conscendam tribunal, & obibo munus Judicis, citabo sceleratos, vindictam sumam. De phrasi confer Jer. 52. 9. *Locutus est—cum* Zedecia, i. e. judicialiter cum eo egit†. *Loquar*, i. e. pœnas denunciabo[s]. *Et loquar vindictam judicii mei ex* [lege, *cum*] *eis*; i. e. Condemnabo eos[v]. *Ab iisque pœnas expetam*, Ca. *Quamobrem eloquuturus sum jura mea contra illos*, JT. nempe per Prophetas meos. Propositio clementis consilii, de præmonendo adhuc populo, &c[x]. ¶ *Super* (vel, *propter*, P. Pi. &c.) *omnem malitiam*, &c.] Vel, *de omni*, &c. Ang. Significat eos scelera cumulâsse[y]. ¶ *Qui* (vel, *Quia*, Pi. sic V.) *dereliquerunt me*] Ità Mo. P. &c. Abnegaverunt me prorsus; apostatæ sunt. Fontem malorum indicat, quòd scil. à Lege desciverant[z].

17. *Tu ergò* (quem vindictæ meæ præconem constituo[a]) *accinge lumbos*, &c.] Ut scil. strenuè & expeditè ad hoc opus pergas†; ut eas cum festinatione[b]. Para te operi. Vide ad Luc. 12. 35[c]. Phrasis duo significat: aut, expedire se & festinare; aut, animum sumere & confirmare se[d]. Orientales longis vestibus utebantur, quas ergò profecturi, &c. accingebant *. ¶ *Et surge*] Celeritatem notat & in agendo ardorem; fortè & reverentiam quâ Verbum Dei excipiendum est[f]. Verùm hæc vox nec certum gestum indicat, nec gestûs mutationem, sed celerem tantùm operis aggressionem[g]. ¶ *Ne*, &c. "אַל־תֵּחַת וגו] *Nè paveas* (vel, *consterneris*, Mo. *conteritor*, Pi. *frangaris animo*, V.) *à facie* (vel, *conspectu*, Pi.) *eorum*, P. M. &c. *Neque illos pertimesce*, Ca. sic G. *Nè consternator attritus conspectu istorum*, JT. *Ne contineas teipsum à corripiendo illos*, Ch. in V. ¶ *Nec*, &c. "פֶּן אֲחִתְּךָ וגו] *Ne* (vel, *Ut non*, JT. sic Pi. *Nè fortè*, Mo. P. &c.) *ego te perterrefaciam* (vel, *conteram*, sive *confringam*, P. V. JT. Pi. Calv. Ch. Sy. *exscindam*, Ca. vel, *disperdam*, M. sic G. Vide 1. Cor. 9. 16*.) *coram illis*, G. vel, *à*, vel *in*, *facie*, seu *conspectu*, *illorum*, P. M. Ti. Calv. qu. d. Nè te seriò timere faciam, & probrosum omnibus te reddam[h]. Al. *Neque exterrearis coram eis*, q. sim. Ar. [Strig. locum sic reddit, *Nè timeas faciem eorum, quasi ego tibi coram eis terrori essem.*]

18. *Dedi* (vel, *constitui*, M. *reddo*, Pi. *facio*, Ti.) *te—in* (vel, *quasi*, M.) *civitatem munitam*] Ità P. &c. q. d. Inexpugnabilis eris, quicquid in te machinentur[i]. Faciam te invictum omnibus[k]. ¶ *Et in columnam*, &c.] Non quæ erecta stat in vacuo loco, sed quæ ædificium sustinet[l]. ¶ *Super* (vel, *contra*, Ti. V. G.) *omnem terram*] Vel, *regionem*, sub. *hanc*, V. sim. Pi. ¶ *Regibus*, &c. "לְמַלְכֵי וגו] *Contra reges*, &c. At unus tantùm Rex erat: significat ergò longum fore militiæ ipsius cursum, &, mortuo uno Rege, certamina ipsi cum successore subeunda[m].

19. *Bellabunt—& non prævalebunt*, &c.] Liberationem promittit, sed hortatur simul ad patientiam[n].

CAP. II.

1. *ET factum est verbum*, &c.] Jam Dominus disceptare vult, seu judicia loqui, cum Judæis[a]. Mandata injungit Deus servo suo ad illos perferenda[b].

2. *Clama* (vel, *clamabis*, Mo. P. M. *prædica*, Pi.) *in* (vel, *coram*, Pi.) *auribus*, &c.] Ità Ti. &c. vel, *ad aures*, &c. Calv. *audiente Hierosolymâ*, Ca. vel, *palàm*, Strig. ità ut omnes audire possint[c]. ¶ *Recordatus*, &c. זָכַרְתִּי לָךְ חֶסֶד נְעוּרַיִךְ אַהֲבַת כְּלוּלֹתָיִךְ] *Recordatus sum* (vel, *Recordor*, JT. Pi.) *tui*, Mo. P. M. &c. (vel, *tibi*, JT. Pi. Angl. &c. i. e. propter te, vel in gratiam tui[d], vide Lev. 25. 45. Neh. 13. 31. Verùm hic loquendi modus non semper favorem indicat, ut patet ex Neh. 13. 29. Psal. 137. 7*. Vel, לָךְ hîc redundat[f]; vel, & *tui*, Q. in V.) *misericordiæ* (vel, *bonitatis*, Ti. vel, & *pietatis*, M. & *misericordiæ*, Q. in V. *benignitatis*, vel *benignitatem*, JT. Pi. propter *misericordiam*, Calv.) *adolescentiæ*, seu *juventutis*, *tuæ*, (vel, *dierum antiquorum*, Ch. in V.) *charitatis*, sive *dilectionis*, (vel, *amorem*, Pi. sim. Calv.) *desponsationis tuæ*, P. M. &c. vel, *sponsalium tuorum*, JT. Pi. &c. Vox hæc alibi non occurrit, sed deducitur à כַּלָּה *sponsa*, v. 32[g]; vel, à כָּלַל *absolvit*, *consummavit*, q. d. quando consummatissimâ pulchritudine & amabilissima eras: vel, amorem quo te primùm mihi desponsam cum omni ornatu tuo adjunxi *. *Benignitatem & dilectionem* hîc intelligunt, vel, 1. populi; ut illorum in primitivo statu affectum erga Deum exprimat[h]. Sed hoc refellit historia. Vide Deut. 9. 6, 24. & Esa. 48. 8[i]. Vel, 2. Dei[k]. *Memini collata in te juvenem sponsámque beneficia, atque amorem*, Ca. *Recordor ejus temporis quo eras suavissima virgo, & dilecta sponsa*: Argumentum à prioribus beneficiis, quod est præparatio ad sequentem objurgationem †. Vult ostendere Deus, post tot ac tanta beneficia immeritò se derelictum[l]. Memini (tibique illa in memoriam revoco[m]; id enim verbum passivâ formâ sæpe significat[n]:) beneficiorum quæ in te contuli cùm te ex Ægypto eduxi[o]; quomodò misertus sum adolescentiæ tuæ, quomodo te protexerim[p]; & amoris quo te prosequebar quando te accepi veluti in uxorem, ut fidem mihi servares, &c[q]. quomodo te primùm desponsatam mihi amaverim[r]. Al. Causam hîc reddit cur de iis adhuc cogitat, aliumque Prophetam mittit; non, inquit, propter merita vestra, quæ nulla sunt, sed propter misericordiam meam pristinam erga vos, & quia perire nollem beneficia quæ in vos pridem contuli. חֶסֶד propriè est, *gratuitus favor*, qui *amori* hîc præponitur, ut doceat, populum à Deo dilectum non alio respectu nisi misericordiæ, ipsúmque præventum fuisse Dei beneficentiâ †. ¶ *Quando*, &c. "לֶכְתֵּךְ אַחֲרַי וגו] *Te prosequutum esse me* (Heb. *Eunte te post me*, Jun.) *per desertum*, *per terram non satam*, JT. vel, *incultam*, ubi penuria annonæ erat[t]; ubi cibum tibi præbui[v]. Al. *Et sequebaris me*, &c. Strig. *Quomodo ambulabas post me*. Ità significat populum Deo tunc fuisse obsequentem[x]: quod repugnat historiæ. Vide Psalm. 106. 7, &c. Amos. 5. 25, 26[y]. Heb. *Profectionem tuam post me*, &c. Angl. *Quòd sequuta sis*, &c. Sy. *Et ambulaverunt post nuncios meos, Mosen & Aaronem*, Ch. *Quando*, vel *Quum*, *sequereris me*, &c. M. Ti. Ca. Pi. vel, *ambulabas*, sive *profecta es*, *post me*, &c. P. Calv. *Me*, ut sponsum[z], ducentem te per columnam ignis, &c[a].

3. *Sanctus*, &c. קֹדֶשׁ יִשְׂרָאֵל לַיהוָה רֵאשִׁית תְּבוּאָתֹה] *Sanctitas* (vel, *Sanctitatem*, JT. *Sacrosanctus*, Ti. *Quasi res consecrata*, M. sub. *est*, P. vel, *erat*, Ti. sic M. Ang. vel, *fuisse*, JT. vel, *tum erat*, Pi. sic G.) *Israel Domino*, Mo. P. &c. (i. e. segregatus ab aliis populis[b], certis legibus & ceremoniis[c], ut in eis refulgeat gloria mea[d]. Israel erat peculium meum *, velut res sacra Deo & dicata[f], vide Exod. 19. 5, 6. Psal. 114. 2[g]. quæ pollui à Gentibus non debet[h]. In magno honore & veneratione erant, ut sacra[i].) *primitiæ* (vel, *primitias*, JT. *initium*, Mo. nempe *primitiæ*, M.) *frugum*, vel *proventus*, *ejus*, P. Ti. Mo. &c. Sicut frugum primitiæ Dei sunt, & jure Dei sacerdotibus cedunt: ità populus ille primus, ex omnibus populis Deo selectus, ad Deum pertinebat[k]. Et tanquam primitiæ, quibus vesci aliis non licebat nisi sacerdotibus[l]. Vide Levit. 22. 2, &c[m]. Tacitè subindicat, tempus fore quo Deus alios populos colliget; nam in primitiis dicabatur Deo totus anni proventus[n]. ¶ *Omnes* (sub. *alieni*, M.) *qui devorant* (vel, *consumunt*, Ca. vel, *comederint*, M. Calv. *devorabant*, G. Angl. sim. JT. Pi. *devorâssent*, Ti. Non enim de præsenti, sed præterito, eorum statu loquitur[o].) *eum* (nempe Israelem[p]; vel, *de eis*, M. [nempe *primitiis*,]) *delinquunt*, יֶאְשָׁמוּ] *Crimen committunt*, Ca. *desolabuntur*, Mo. *delinquent*, P. M. *contrahent noxam*, Calv. *reos fuisse*, JT. Pi. *peccabunt*, Q. in Calv. Sed malo ad pœnam referre, ob verba sequentia[q]. *Delinquebant*, Ti. G. Angl. Reos se fecerunt, & pœnæ obnoxios, Exod. 4. 23. ut illi qui sacra devorabant, Levit. 5. 15. Prov. 20. 25[r]. Qui de messe comedunt antequam primitias dederint—ex Lege damnantur, Exod. 23. 19. & c. 34. v. 26. Num. 15. 19. Deut. 26. 2. &c. Sic tunc damnati fuêre, non tantùm septem illi populi non parentes Israelitarum denunciationibus, verùm etiam alii qui Israelitis ulla ex parte nocuerunt, ut Amalecitæ, Madianitæ, & alii †: nec quisquam tum illos impunè lacessivit. Vide Exod. 17. 8,—14. Num. 21. 23. & 25. 17. & 31. 2. Ps. 105. 14, 15. & 106. 11. Subinnuit secùs jam rem se habere, alienis eos pro lubitu deprædantibus, aeli profanum sibi

quid essent & legitima præda. Vide infrà vers. 14, 15, 16. Jer. 12. 10. & 50. 7[t]. Quicunque olim deprædari ausi sunt Israelem, Moabitæ, Madianitæ, Philistæi, &c. quasi sacrilegii rei, puniti sunt. Et pari modo qui nunc affligunt, vel deinceps affligent, Chaldæi, Persæ, &c. tandem punientur; ut sciant omnes Israelem mihi, ut specialiter consecratum, ità singulariter etiam charum, fuisse[v]. [Strig. versum sic reddit, *Quando Israel tanquam primitiæ frugum Domino sic dedicatus erat, ut omnes devoratores ejus essent piacula, & pœna eos opprimeret, dicit Dominus.*]

4. *Audite*, &c.] Attentionem sibi conciliat[x], utpote de re non vulgari dicturo. q.d. Respondete, si potestis; sed non vereor nè me refellatis. Ostendit quorsum beneficia Dei recensuit, ut scil. meliùs pateret ipsorum ingratitudo[y]. ¶ *Cognationes*] Ità Calv. Strig. vel, *familiæ*, JT. Pi. Ang. i. e. Tribus, ut Jer. 31. 1[z].

5. *Quid invenerunt—in me iniquitatis?*] Perfidiæ[a], vel crudelitatis[b]. Quando ego prior eos deserui? cui parti fœderis non steti? Confer Mic. 6. 3[c]. q.d. Apostatæ estis nulla de causa[d]. Hoc præmittit, tum ut sua damnet ipsos conscientia, tum ut reprehensio plus habeat acerbitatis & ponderis *. ¶ *Et ambulaverunt post vanitatem*] Id est, idola[f]. Id enim הֶבֶל Ebræis, quod εἴδωλον vertitur Deuter. 32. 21. Jer. 14. 22. & 16. 19[g]. Sic dicuntur, quòd nihili sunt, & nihil valent. Abstractum hîc pro concreto, ut Eccles. 1. 2. & 12. 8[h]. ¶ *Et vani facti sunt*, ità Mo. P. ο'. &c. וַיֶּהְבָּלוּ *Et indulserunt vanitati*, Ar. *nihilque profecerunt*, Sy. *& abierunt in vanitatem*, Ch. *& evanuerunt*, Pi. Calv. nempe in suis figmentis sive cogitationibus[i]. *Vani facti*, i. e. bruti & amentes[k], idolis similes. Vide Psal. 115. 8[l]. [Alii hoc cum membro præced. sic reddunt,] *vanáque vani sequerentur*, Ca. *& sequuti vanitatem evanuerunt*, JT. & [repete, *ut*] *adhærescerent vanitati, quâ vaniores facti sunt*, Strig.

6. *Et non dixerunt, Ubi*, &c?] Non cogitârunt apud se[m]. Non sunt recordati mei[n]. Non quæsivistis me ut coleretis[o]. Perstringit Judæorum socordiam[p], & stuporem, quòd alienis uterentur beneficiis, nec cognoscerent auctorem[q], nec reputarent se in perpetuum Deo obstrictos esse. Ostendit eos non ignorantiâ lapsos, aut simplicitate deceptos, fuisse, (qui apostatarum prætextus esse solet;) sed malitiâ abreptos, quòd noluissent animum ad Deum quærendum adjicere. Fœda impietas & ingratitudo erat, oblivisci redemptionis tam admirabilis, ut digna esset quæ per omnia secula & orbis loca celebraretur[r]. ¶ *Per terram inhabitabilem*, &c. עֲרָבָה וְשׁוּחָה] *Desertam* (vel, *vastam*, Ti. Sy. *incultam*, Ca. *squalidam*, M. *campestrem*, JT. sim. Pi. *& vastam*, Mo. vel, *desolatam*, P. *squalidam*, Ca. Calv. *incultam*, M. *inviam*, Ti. *sepulcralem*, JT. Pi. *fossæ*, Pi. *fossarum*, Angl. ut Jer. 18. 20, 22. Prov. 22. 14. & 23. 27. q.d. ubi plurima viæ pericula. Vel, *fossa*, pro *sepulcro*, ut Psal. 30. 3†. q.d. ubi nihil ad sustentandum vitam, sed solùm locus ad sepulturam[t]. ¶ *Sitis*, &c. צִיָּה וְצַלְמָוֶת] *Siccam*, vel *aridam*, (vel, *horridam*, M. Ca. sic Calv. *siticulosam*, Ti.) *& umbræ mortis*, P. M. G. ex ο'. &c. id est, horridam, quæ incutiebat metum mortis[v], utpote serpentibus plenam, hostibus septam[x]. Alludit hîc, vel, 1. ad transitus per lucos, qui horrorem incutiunt transeuntibus, ob noxia animalia ibi latentia, &c. Vel, 2. ad umbras quarundam arborum, quæ animalibus mortiferæ sunt; Plin. 16. 10. Plut. Sympos. 3. 10. Vel, 3. ad nebulas illas quæ oculis morientium insident, &c. Vel, 4. ad statum mortis, qui *tenebris* confertur Job. 10. 21, 22[y]. צַלְמָוֶת propriè sunt tenebræ illæ quæ morituris oboriuntur; impropriè, omnia loca plena periculis, qualia illa erant per quæ incessêre olim Israelitæ, plena serpentum & scorpionum ferarúmque. Vide Deut. 8. 15[z]. Al. *torridam, & plenam tenebrarum*, Strig. q. d. Qui conservavit nos inter mille mortes[a]. ¶ *In qua* (vel, *per quam*, P. Pi. &c.) *non ambulavit* (vel, *transibat*, P. &c. sic JT. &c. antea[b]; vel, *transit*, Pi.) *vir*] Vel, *quisquam*, JT. nisi rarò & difficulter[c].

7. *Induxi vos in terram Carmeli*, כַּרְמֶל] *Charmel*, Mo. P. *cultam*, M. Ti. V. Ca. Pi. Strig. *& fertilem*, M. Ti. Strig. כַּרְמֶל non est hîc nomen proprium[d], sed commune, *agrum feracem* significans *. Al. *in Carmelum*, ο'. Ar. *in terram Israel, quæ erat plantata sicut Charmel*, Ch. in V. Mons Carmel à fœcunditate dictus est[f]. Heb. *in terram spicæ* seu *aristæ*, i. e. ubi nascuntur fruges[g]; in terram fertilissimam[h], & amœnissimam[i]. Vide de Carmel ad Esa. c. 35. v. 2[k]. ¶ *Contaminâstis terram meam*] Id est, meo nomini sacram; cujus usum vobis concessi, ità tamen ut manerem ejus Dominus quoad proprietatem[l]. Vide Levit. 25. 23[m]. *Contaminâstis*, jam à Judicum temporibus, & deinceps. Confer Nehem. 9. Maximè *contaminari* terra dicitur per eminentissimum crimen, idololatriam[n]. ¶ *Posuistis* (vel, *redegistis*, Pi.) *in abominationem*, Mo. P. &c. i. e. *cultum idolorum*, V. ex Ch. vel, *reddidistis abominandam*, Ti. *exposuistis abominationi*, JT. *impiâstis*, Ca.

8. *Et*, &c. וְתֹפְשֵׂי הַתּוֹרָה] *Et tenentes*, sive *qui tenebant*, *legem*, P. M. ο'. Ar. &c. non reipsa, sed qui hoc profitebantur, & jactabant se esse nomophylacæs, qui reconditum haberent thesaurum cœlestis doctrinæ[o]. Vel, *qui tenerent*; indicativus in notione officii, ut Esa. 26. 9[p]: *qui tenere deberent*, Ti. Qui profitebantur se Legis magistros, סוֹפְרִים[q]. At תָּפַשׂ sign. & *operire*. Posset ergò sic accipi, quòd Legem suppressêrint, & clausam haberent velut sub custodia. Sed non quadrat, quia per concessionem honorificè de illis loquitur Deus; quanquam hinc scelus aggravat, quòd nullam gesserint curam officii sui[r]. Al. *Et apprehendentes*, &c. V. *Et qui tractant*, &c. JT. Pi. sic Mo. prælegendo scilicet & explicando †. *Legisperiti*, Strig. *professores* (vel, *doctores*, Ch.) *legis*, Ca. Ch. ¶ *Et pastores*] Id est, Doctores & monitores[t]; vel, Reges & Principes[v]. Vide 1 Reg. 22. 17. Eccles. 12. 11. Esa. 63. 11 †. Omnes complectitur qui aliquo imperio præditi erant[x], politico vel ecclesiastico[y]. ¶ *Prophetaverunt in Baal*] Ità Mo. P. &c. i. e. in nomine Baal[z]: dicebant enim, *Hæc dicit Baal*; non, *Hæc dicit Jehovah*[a]. q.d. Plus deferebant authoritatis idolis, quàm vero Deo. *Baal*, vel *Baalim*, denotat minores deos, quos tanquam socios & auxiliares summo Deo adjunxerunt[b]. *Vaticinati sunt de Baal*, Strig. ¶ *Et*, &c. וְאַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הָלָכוּ] *Et post* (sub. *eos qui*, vel, *ea quæ*, P. M. Pi. &c.) *non proderunt* (vel, *non prosunt*, Pi. *non profuerunt*, P. *nihil prodesse poterunt*, M. sim. Ti. Ang. *non profutura*, Ca. *inutilia*, JT. i. e. post idola, sive falsos deos[c],) *ambulârunt*, Mo. &c.

9. *Propterea adhuc* (עוֹד emphaticum est; q. d. Licèt pœnas de vobis exegi, nè putetis vos defunctos esse pœnis omnibus, nam jus meum adhuc integrum retineo[d]. Vel, *rursus*, M. *ultrà*, Ti.) *judicio contendam* (vel, *litigabo*, sive *contendam*, Mo. M. *judicio contendere cogor*, Ti. *disceptabo*, V. Calv. *judicio disceptabo*, Strig.) *vobiscum*, אָרִיב אִתְּכֶם] *Judicabo vos*, P. *Disceptationem* hîc intelligunt, vel, 1. realem *, ut Psal. 74. 22. Isa. 51. 22. puniendo illos[f]. q. d. Summo jure agam vobiscum, non misericorditer; vos transgressores esse convincam, & puniam[g]. Jus meum persequar, &c[h]. Vel, 2. verbalem: q. d. Ut antea cum patribus egi, ità & vobiscum disceptabo, & vos per Prophetas convincam, &c[i]. ¶ *Et cum filiis*, &c.] Vel, quia parentes imitantur; vel, quia parentum peccata maxima erant, &c[k].

10. *Transite* (profectione non corporis, sed mentis[l],) *ad insulas Cethim*, כִּתִּיִּים] *Chittim*, Mo. P. &c. Id est, vel, 1. Cypriorum[m]: ad Cyprum, ubi Κίτιον[n]. Vel, 2. Cilicum, ortorum è Chittim, Gen. 10. 4[o]. Vel, 3. Græciæ[p]. Extenditur autem hoc nomen [*Chittim* per synecdochen] ad omnes insulas maris Mediterranei, imò ad totam Europam[q]. Vel, insulas oráſque vicinas [intelligit[r].] De Chittim vide ad Esa. 23. 1†. ¶ *Et in Cedar*] Ad Arabas Cedarenos[t]. Hoc nomine designat omnes populos orientales[v], vel meridionales; (nam *Kedar* erat à meridie Judææ;) ut præcedente, Septentrionales[x]. Vel, *Chittim* populos cultos & politos, *Kedar* barbaros, denotat[y]: q.d. Duriùs me tractatis, quàm babari deos suos, &c[z]. Illi in errore sibi constant, vos nè in veritate, &c[a]. ¶ *Mittite*] Sub. *legatos*, V. sim. Ca. aut, *exploratores*, V. ¶ *Et*, &c. וּרְאוּ הֵן הָיְתָה כָּזֹאת] *Et videte* (vel, *Videte, inquam*, JT. Pi. Innuit Judæorum stuporem, qui unâ admonitione expergefieri non poterant[b].) *si* (vel, *an*, JT. Pi. Calv. Ang. vel, *en*, Mo. vel, *ecquid*, Ca.) *factum est*, sive *fit*, (vel, *fuerit*, JT. *fuit*, Mo. *acciderit*, Ca.) *sicut istud*, P. & c. vel, *hujusmodi*, Ca. *tale quid*, M. sim. Strig. Calv. Sy. *aliquid hujusmodi*, Pi. sim. JT. vel,

si fiant

si fiant talia, V. Al. *Utique fictne res talis?* Q. in V. q. d. Nusquam reperietur tale & tam exsecrabile prodigium[c].

11. *Si*, &c. 'וגו הֲהֵימִיר] *Num gens* (sub. *ulla*, Angl.) *mutavit deos?* Mo. P. &c. Verbum hoc K. compositum esse vult, ex מור *mutare*, Levit. 27. 10. & יָמַר *magnificare*, Esa. 61. 6. ideóque duplex significatum in eo contineri, ut sensus sit, *An mutat gens aliqua deos suos?* &, *An magnificat*, seu *extollit*, *deos gentis alius?* Sed simpliciùs י epentheticum esse dicitur, ut sit pro הֵמִיר *mutavit*[d]. *Si mutavit*, &c. q. d. Videte an ulli eorum abdicaverint deos suos, ut Adonim, Venerem, Dusarem*. Dices, Annon mutata fuit apud multos populos religio? Resp. Satis est quòd utplurimum verum fuit quod dicit Propheta. Principium hoc ubique valuit, nè quid in religione innovarent, & illos deos ritè coli qui traditi sunt à majoribus[f]. ¶ *Et*, &c. 'וגו וְהֵמָּה] *Et ipsi* (vel, *At verò isti*, G. *Quamvis illi*, JT. sic Pi. *Qui tamen*, P. Ang. &c.) *non* (sub. *sunt*, vel *sint*, P. Ang. G. &c.) *dii*, Mo. &c.) sed idola[g], dii fictitii[h]. ¶ *Mutavit gloriam suam*] Id est, Deum[i], verum[k], & suum[l]; sic dictum Psal. 106. 20[m]. quia erat Israelis gloria[n], quo meritò debuit & potuit gloriari[o], Psal. 44. 9. & 148. 14. & 149. 2[p]. quem experti sunt esse gloriam suam[q]. Pro כְּבוֹדוֹ, olim fuit כְּבוֹדִי, *majestatem meam*: sed quia illa vox posterioribus temporibus mirabilem quandam Dei præsentiam significare cœperat, ideo mutârunt hoc Scribæ[r].

12. *Obstupescite*; ità Mo. M. Ti. &c. sim. LXX, Ar. Sy. שֹׁמּוּ] *Admiramini*, P. *Lugete*, Ch. ¶ *Cœli*] Id est, vel, 1. Angeli, synecdochicè†: vel, 2. ipsi cœli, per prosopopœiam[t]. Compellando cœlos, innuit nullam esse docilitatem in hominibus[v]. ¶ *Super* (vel, *propter*, Ti.) *hoc*] Ità Mo. M. &c. *Ob id*, sub. *quod dicturus sum*, V. vel, *de hac re*, JT. Super hoc malitiæ portento[x]. *Hujus facti admiratione*, Strig. ¶ *Et portæ* (i. e. vel cardines[y], vel janitores, per metonymiam[z]; Angeli, cœli cives, qui in portis cœli versantur[a].) *ejus desolamini*] שַׁעֲרָיו legisse videtur Vulgatus[b]. Quæ lectio aptior videtur, quia nulla conjunctio præponitur 'חָרְבוּ וגו†. ¶ וְשַׁעֲרוּ חָרְבוּ] *Et horrescite*, (vel, *tumultuamini*, V. vel, *horrendum in modum expavescite*, Ang. Propriè talem commotionem denotat, quali afficitur qui subitâ tempestate deprehenditur, &c*. Vel, *timete*, P. vel, *contremiscite*, Sy.) *desolamini*, Mo. M. Pi. V. &c. i. e. Rumpimini fulguribus & tonitruis, in signum iræ Dei[c]. Præ luctu & dolore pluvias quasi lacrymas, fulgura & tonitrua quasi gemitus, emittite, & his emittendis vos quoque eviscerate[d]. Vel, obscuramini*; gloriâ & splendore vestro spoliamini[f]; lumen vestrum subducite, acsi desolati essetis[g]. Vel, *desolamini*, pro, *lugete*, per metonymiam[h]. Vel, *exarescite*, Calv. *in solitudinem redigamini*, V. sic T. destruimini, vastamini[i].

13. *Duo*, &c. 'כִּי שְׁתַּיִם וגו] *Nam* (vel, *Quia*, ut rationem reddat cur cœli mirentur; vel potiùs, *Certè*, ut pendeat à superioribus sententiis[k];) *duo mala*, &c. Mo. &c. ¶ *Fontem aquæ vivæ*] Id est, spontè fluentis[l], scaturientis è terra[m], perennis[n]: qualis aqua multò salubrior est[o]. q. d. Qui perpetuò eos omnibus bonis abundantes facere possum[p]. Intellige operationem Spiritûs refocillantem conscientias[q]. ¶ *Et*, &c. 'לַחְצֹב לָהֶם בֹּארוֹת וגו] *Ut effoderent* (vel, *exciderent*, Pi. sim. Mo.) *sibi cisternas, cisternas* (i. e. multas cisternas: Repetitio frequentiam indicat, ut Psalm. 122. 4. Esa. 25. 7[r]. Vel, *puteos, puteos, inquam*, M. Ti.) *fractas*, P. Pi. &c. vel, *contritos*, M. *pertusos*, Ti. *perfluentes*, Ca. G. *dissipatas*, Vulg. Sic vocat idola†, quia nullam vitæ actionem aut in se habent, aut in aliis efficere possunt[t]: quia nullam continent Divinitatem aut potentiam, nullam largiuntur solidam opem aut refocillationem. Posset & de Assyriis & Ægyptiis accipi, à quibus, ut dicitur v. 18. Judæi opem subindè postulabant, sed cassam & inanem, &, utplurimum, majori suo damno[v]. Hæc duo mala, Deum relinquere, & ad creaturam vel idola converti[x].

14. *Numquid*, &c? הַעֶבֶד יִשְׂרָאֵל אִם יְלִיד בַּיִת הוּא] *An servus* (sub. *est*, P. &c.) *Israel? an* (vel, *si*, Calv.) *genitus*, sive *natus*, *domi?* Calv. sive, *domus ipse?* Mo. vel, *filius familiâs?* M. *familiaris filius?* Ti. *vernaculus?* P. *verna?* JT. Ca. Pi. Ang. G. i. e. natus ex ancilla? qui in dominio erat ejus cujus ipsa mater[y]. Talis erat servus natus, Exod. 21. 4. Levit. 22. 11. quò alluditur Psal. 116. 16. Vide & Gen. 17. 12, 23, 27[z]. Causas falsas removet, ut veras vehementiùs adstruat[a]. q. d. Non propterea in prædam datus est, quòd servus esset[b]; non paupertatis causâ se vendidit. Vide Deut. 15. 12. Ex Sara matrefamiliâs venerat[c]. Non est Israel suâ conditione miser: erat enim populus Dei electus, & peculiaris, & liber[d], & filius Dei, & quidem primogenitus, Exod. 4. 22*. Deus illum beatum esse voluit. Miser itaque est nova de causa, & sua culpa[f]. Al. An Israel non est ampliùs filius Abrahæ, sed mancipium, &c[g]. quòd tractetur servorum more[h], & instar vilissimæ rei objiciatur leonibus[i]; nec ampliùs à Deo in libertatem asseritur[k]? Significat Judæos à Babyloniis serviliter tractandos[l]. Estne Israel servilis conditionis, ut sic à Deo contemnatur? q. d. Non[m]. ¶ *Quare ergò factus est in prædam?*] Nempe externis[n]; vel, Babyloniis. Loquitur de re futura tanquam jam facta, ob certitudinem eventûs[o]. *Quare*, &c? qu. d. Suâ culpâ, non Dei inclementiâ[p]. Probrosè in memoriam reducit priora beneficia, &c. Cur omnium injuriis obnoxius es? certè propter malitiam tuam[q].

15. *Super* (vel, Nam *contra*, Pi.) *eum rugierunt leones*, כְּפִירִים] *Catuli leonis*, P. *leunculi*, Mo. *juvenes leones*, Pi. Reges Syriæ, Assyriæ[r], Chaldææ†, Ægypti[t]: dicti *leones*, ob ferociam; *juvenes*, ob robur[v]. ¶ *Civitates ejus exustæ sunt*; ità Mo. P. &c. נִצְּתָה] *Desolatæ sunt*, sive *destructæ*, V.

16. *Filii*, &c. גַּם בְּנֵי נֹף וְתַחְפַּנְחֵס יִרְעוּךְ קָדְקֹד] *Etiam* (q. d. Non tantùm professi hostes, sed etiam socii, quibus fidebas[x],) *filii Noph* (vel, *Mempheos*, ο'. Ch. Ar. Vulg. *cives Memphis*, Sy. Urbs hæc primaria, in cujus opposita ripa nunc alia est amplissima civitas, quæ *Cayrus* vocatur. *Taphnes* regia erit Pharaonum*. De hac vide Jer. 43. 8. Ezec. 30. 18†. *Memphitici*, Ca. sic V. ad quorum auxilium tu confugis[y]: vel, *Nophæi*, JT. Pi.) *& Tachpanches* (vel, *Thahpanes*, Pi. vel, *Daphnæi*, JT. Pi. sim. Ar. *Taphnes* est Daphne ad Pelusium, ut alibi diximus[z]. q. d. Ægyptii, quamvis imbelles, & quamvis fœderati[a]; quos *filios*[b], i. e. incolas, ut Esa. 51. 18, 20[c]. *Mempheos* & *Taphnes* vocat, quòd hæ duæ essent principes civitates Ægypti†.) *confringent*, vel *contundent*, vel *conterent*, (vel, *lædent*, Ca. *concutient*, M. *pulsant*, Strig.) *tibi* (vel, *tuum*, Strig.) *verticem*, Mo. P. M. Ti. Calv. vel, *cervicem*, Ca. vel, *caput*, Calv. cujus vulnera sunt periculosa[d]. Vel, *depascunt te vertice*, JT. Pi. i. e. infestant oram tuæ regionis meridianam*, quæ Ægypto proxima erat. *Caput* terræ figuratè dicitur, sicut *humeri* Deut. 33. 12. Potiùs, *caput*, pro parte optima & præcipua, ut Esa. 28. 4. & hunc puto verum loci sensum, *pascent* super *te* in *vertice* tuo. Ellipsis præpositionis, ut sæpe; & pronominis, ut Esa. 60. 4. Verbum רָעָה sign. *pascere*, Jer. 3. 15. vel, *depascere*, Jerem. 6. 3. collat. cum 12. 10[f]. Vel, *cognoverunt te*, *& illuserunt tibi*, LXX. Vel, *constuprârunt te usque ad verticem*, Vulg. i. e. nullam tui partem immunem à libidine sua reliquerunt[g]: totum te imbuerunt cultu idolorum, quod est spirituale stuprum. Vel, per *stuprum* servitutem & oppressionem hostium, omnémque calamitatem quam passi sunt Judæi, intelligunt[h]: q. d. equitârunt super caput tuum, & insultârunt Principibus tuis, qui capita dicuntur. Assyrius pertigit ad collum, Esa. 8. 8. & 30. 28. hi autem supra verticem, Deut. 28. 43. Psal. 66. 12[i]. Vel, sensus est, Ægyptii victores obscœnè tam pueris quàm puellis abusi sunt[k]. רעע est, *corrumpere*. Quare non malè, generali voce aptatâ ad locum specialem, vertit Vulgatus, *constuprare*. Nec aliud voluêre ο'. cùm dicunt, ἔγνωσάν σε. At, *constuprârunt usque ad verticem*, hoc est quod dicerent Græci, ἐφοινίκιζον, Latini, *irrumârunt*: quod ipsum tum in Latino, tum hìc in Hebræo, maximum contemptum & illusionem significat. Et benè convenit cum historia. Nam Ægyptii multas ab Judæis pecunias abstulerant, &, cùm in summis essent periculis, nihil eis adversùs Assyrios opitulabantur; 2 Reg. 23. 35. & 24. 7[l]. Chald. *occident fortes tuos*, *& diripient divitias tuas*, V.

7. *Numquid*, &c. הֲלוֹא זֹאת תַּעֲשֶׂה לָּךְ] *Nonne hoc*, vel *id*, *fecisti* (vel, *facies*, Mo. *tu facis*, M. sic Pi. His תַּעֲשֶׂה est fœmin[m]. Vel, *fecit*, P. Calv. ad verb. *faciet*, V.) *tibi*,

Marginal notes (left): c Calv. — d Glas. gram. 3. 3. 21. 334. — *G. — f Calv. — g Ang. — h Calv. — i V. Ca. Pi. &c. — k V. — l Pi. — m Ang. — n Pi. ex M. — o Mo. sim. V. Calv. Ang. — p Ang. — q Calv. — r G. — †G. — t San. Ang. — v Calv. — x Mc. — y T. — z G. — a Mc. — b San. — †Ma. — *Ang. — c Mc. — d T. — *San. — f T. sim. San. — g Ang. — h G. — i T. — k Calv. — l San. sim. Calv. — m Pi. — n G. sim. Calv. Ang. — o Calv. — p G. sim. Ang. Calv. &c. — q Pi. — r BA. 2. 5. 2. 667. — †E. T. &c. — t E. — v T. — *E. sim. Calv.

Marginal notes (right): y G. — z Ang. — a G. — b Mc. — c G. — d Calv. — *Mc. — f Calv. — g T. sim. Jun. — h Jun. — i T. — k Jun. — l Pi. — m V. — n G. — o Pi. sim. San. — p San. — q Calv. — r Ang. — † Ang. sim. Pi. — t BA. 1. 741. — v Ang. — x Calv. — *T. — †Ang. — y V. — z G. — a Calv. — b Mc. — c Ang. — † Mc. Ang. — d Ang. — *Pi. — f Ang. — g Q. in Ang. — h Mc. sim. San. — i Q. in Ang. — k Mc. — l G. — m V.

tibi, Ti. JT. *Cujus rei tu tibi author es*, Ca. *Ecce, sic tibi fiet*, Sy. *Nonne ista vindicta sumetur de te*, Ch. in V. *Hæc tuâ culpâ contrahuntur*, Strig. ¶ *Quia*, &c. עָזְבֵךְ וגו׳] *Relinquendo te Dominum*,&c. Mo. *relinquens*, &c. Ca. *eò quod* (vel, *dum*, JT. Pi.) *derelinquis*, vel *dereliquisti*,&c. P. M. JT. Pi. *Deserere*, vel *derelinquere*, *tuum*, &c. V. Calv. pro, *Desertio*, vel *derelictio tua Jehovæ*, &c. vel pro, *quòd deserueris*, Calv. i. e. Ob tuam desertionem hæc eveniunt tibi. עֲזֹב infinitivus, pro nomine omnis generis: hîc verò masculeum jungitur verbo masculeo תַּעֲשֶׂה [n]. ¶ *Eo*, &c. בְּעֵת מוֹלִכֵךְ בַּדָּרֶךְ] *In tempore deducentis* (vel, quo *ducebat*, vel *deducebat*, vel, *ducit*, sive *deducit*, JT. Pi. Ca. Ang. V. Sy. Calv. *quando ille duxit*, M. *quando ille dirigit*, Strig. *tunc quum dirigeret*, Ti.) *te per viam?* vel *in via?* Mo. P. Pi. &c. *Viam*, scil. rectam [o], facilem [p], & amœnam [q], Legis suæ [r]. *Ducebat te per viam*, id est, præscripsit tibi rationem vivendi †: vel, *viâ suâ*, JT. i.e. in qua mandavit ut sequaris ipsum [t]: vel, *per viam*, nempe præcedendo in columna ignis, &c. Exod. 13. 21, 22 [v]: vel, *per viam*, quæ pacem ostendebat & quietem; nempe ut à se subsidium in angustiis peteres, non ab Ægyptiis, &c [x]. Al. *Ducere per viam* est, rectè & feliciter gubernare. Crimen exaggerat; q. d. Perfidia tua omni excusatione caret: nullâ tentatione impulsus defecisti à me ad idola, sed tunc quum feliciter agebas sub mea gubernatione; nec tamen te bonitate meâ retinere potui [y].

[n] V. [o] G. Me. T. [p] G. [q] Me. [r] Me. sim. T. † Pi. [t] Jun. [v] L. [x] San. [y] Calv.

18. *Et nunc* (vel, *Nunc enim*, JT. *Nunc ergò*, P.) *quid*, &c. וְעַתָּה מַה לָּךְ לְדֶרֶךְ מִצְרַיִם לִשְׁתּוֹת מֵי שִׁחוֹר] *Quid tibi* (sub. *rei*, Strig. vel, *negotii*, Pi. sim. Ang. & sub. *est*, JT. Pi. &c.) *in via* (vel, *ad viam*, Calv. vel, *cum via*, Ar. Angl. ל *cum*, ut Psalm. 147. 20 [z]: vel, & *viæ*, ο'. Sic 2 Sam. 16. 10. *Quid mihi & vobis?* & 2 Reg. 3. 13. *Quid mihi & tibi?* pro, *Quid mihi tecum*, vel *vobiscum*, negotii est? simil. Marc. 1. 24. & 5. 7. Ita & h. l. nisi quòd ellipsis est copulativæ. Ad verb. *Quid tibi, viæ* †?) *Ægypti*, (i. e. quæ ducit ad Ægyptum [a],) *ad bibendum*, vel, *ut bibas*, *aquas Sichor?* Mo. P. &c. vel, *Nili?* sive *de Nilo?* M. P. Ca. Strig. Calv. &c. vel, Γεὼν *Gehon?* ο'. in D. non temere: sic enim Nilus vocabatur antiquis, testibus Joh. Antiq. 1. 2. & Euseb. de Locis Hebraicis: at de *Sibor* eadem omnes non sentiunt [b]. Sihor est nomen, vel, 1. loci [c]: vel potiùs, 2. fluvii; non tantùm h. l. sed & Jos. 19. 26. 1 Par. 13. 5 [d]; nempe Nili *, ut Esa. 23. 3. [ubi annotata vide,] & Amos. 9. 5 [f]; sic dicti à nigredine [g]; (nam שָׁחוֹר *nigrum*, aut *fuscum*, sign. Levit. 13. 31. & c [h].) unde etiam dictus est Græcis μέλας (*Niger* [i],) testibus Eustathio in Dionys. περιήγησιν [k], & Plut. de Fluminibus [l]; indéque forsan *Melo* [m], auctoribus Servio in Georg. 4. & Festo [n]. Dictus est & Σεῖρις [o], accolis [p], sive Æthiopicè. Σεῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται, (*Siris ab Æthiopibus vocatur*,) ait Dionys. Neque hoc nomen valde abhorret ab Heb. *Sihor*, vel *Sior*, unde, per contractionem familiarissimam, *Sir* [q]. Nigredinem porrò hausit Nilus ex limo, quem secum advexit, & quo terram fœcundavit [r]. Sensus loci est, Quare vadis in Ægyptum †, ut eorum ope te refocilles [t], cùm habeas tam præsens auxilium [v]? Quid proficis? quanta est hæc stultitia, quòd te frustrà fatigas [x]? ¶ *Ut bibas aquam fluminis?*] Id est, Euphratis [y], qui ubique κατ' ἐξοχὴν, *flumen* [z]. Nili & Euphratis meminit, quia utriusque populus & opibus & hominibus abundabat [a]. *Bibere aquas*, &c. significat, 1. suppetias petere [b]; &, 2. deos illorum adsciscere, ut eò apud illos essent commendabiliores: quod sæpe factum didicimus ex Esaia [c]. Sensus, q. d. Cur potum petis è longinquis regionibus, quem Deus tibi præstat? Videtur respicere similitudinem vers. 13. q. d. Præfers aquas Nili, &c. Deo, fonti perenni, &c [d]. Cùm puniebantur Judæi ab Ægyptiis, petebant auxilium ab Assyriis: cùm verò Assyrii eos premerent, confugiebant ad Ægyptios *. Chald. totum sic vertit, *Nunc ergò quid vobis, contrahendo societatem cum Pharaone rege Ægyptiorum, ut projiciatis iterum mares vestros in amnem? & quid vobis percutiendo fœdus cum Assyria, ut transmigrare faciatis vos ultra Euphratem* [f]?

[z] Ang. † Idem. [a] Pi. [b] D. observ. 9. 17. [c] Euseb. in D. ib. [d] D. ib. * Ful. D. G. Calv. Ang. &c. [f] Ang. [g] D. Ang. Ful. [h] Ful. misc. 2. 8. 2298. [i] D. Ful. [k] Ful. [l] D. [m] D. Ful. [n] Ful. ib. [o] G. Ful. [p] G. [q] Ful. ib. [r] Arg. † V. sic Pi. [t] Pi. [v] V. [x] Calv. [y] V. Ca. G. &c. [z] G. [a] Calv. [b] Calv. sim. G. Ang. [c] G. [d] Calv. * V. Me. ex Hi. [f] V.

19. *Arguet*, &c. תְּיַסְּרֵךְ רָעָתֵךְ] *Corripiet*, vel *Castigabit*, (vel, *Erudiet*, Ti. vel, *Erudiat*, JT. *Castiget*, Pi. vel, *Castigare possit*, Angl.) *te malitia tua*, Mo. P. M. Calv. JT. Pi. &c. [Id variè explicant.] Vel, 1. Etiamsi ego quiescam, nec sumam mihi partes Judicis, nec adsit accusator, judicium tamen palàm erit in sceleribus tuis, quæ ex opposito stabunt, & te pudefacient [g]. Vel, 2. Malitia tua erit causa correctionis tuæ, & propter eam castigaberis [h]. Vel, 3. Malitia tua tam malè succedens te corrigere & emendare possit, tibíque timorem incutere, nè ad eam redeas, &c [i]. Vel, 4. Malitia tua argumento erit justè te puniri [k]. ¶ *Et*, &c. וּמְשֻׁבוֹתַיִךְ תּוֹכִחֻךְ] *Et aversiones* (vel, *defectiones*, Calv.) *tuæ* (vel, *aversio tua*, P.) *increpabunt* (vel, *castigabit*, sive *arguet*, sive *corripiet*, V. sim. P.) *te*, Mo. M. &c. vel, *corripiant te*, JT. Pi. vel, *pœnam de te exigent*, Calv. [Alii hæc cum præced. sic reddunt,] *Tua te improbitas perversitásque plectet atque puniet*, Ca. *Castigatus es propter malitiam tuam, & propter inobedientiam tuam punitus es*, Strig. ¶ *Scito*, &c. וּדְעִי וּרְאִי כִּי רַע וָמָר עָזְבֵךְ וגו׳] *Et scito* (vel, *Scito enim*, Ar. *Scito autem*, P. *Agnosce verò*, Sy. *Agnosce, inquam*, JT. Pi. *Scito igitur*, Ang. *Cognoscésque*, Ca. Calv. *Ut scias*, M. sic Ti.) *& vide*, ο'. Mo. (vel, *& cognosce*, Ch. *& considera*, Sy. *& videbis*, Ca. *& scies*, Calv. *& videas*, M. *& intelligas*, Ti. [Strig. utrumque verbum sic reddit, *Ut reipsa comperias*,]) *quòd* (vel, *quàm*, M. Ti. sub. *est*, P. vel, *sit*, M. Ti.) *malum* (*Malum* hîc intellige, non morale, sive culpæ, sed naturale, sive pœnæ, ut Esa. 45. 7 [l].) *& amarum*, Mo. P. M. Ti. Calv. &c. (vel, *malum, &* quidem *amarum*, esse, JT. sic Pi. vel, *quantum mali sit*, Strig.) *te reliquisse* (vel, *quòd derelinquis*, JT. Pi. sic M. Ti. vel, *deserere*, Strig. vel, *tuum derelinquere*, sive *quòd reliqueris*, Calv.) *Dominum*, &c. Mo. P. &c. Definit hîc speciem malitiæ, nempe apertam defectionem à vero Deo [m]. *Cognosces*, &c. q. d. Senties quid sit à Deo deficere: Deus mala malis cumulabit, ut tandem vel invitus cognoscas te recipere justam mercedem tuæ malitiæ *. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא פַחְדָּתִי אֵלַיִךְ וגו׳] *Et non* (sub. *esse*, P.) *pavorem*, vel *timorem*, *meum* (vel *mei*, P.) *in te*, Mo. P. *Et non habueris timorem*, &c. M. *Et quòd non fuerit timor meus apud*, vel *super*, *te*, Ti. Calv. *Nec eum timere*, Strig. *Non enim pavor mei incessit te*, JT. Pi. Heb. *in te* ivit, Pi. Non es lapsus errore, sed impudenter & improbè; quia nulla erat in te reverentia mei, nullus pietatis sensus [n].

[g] Calv. [h] V. sim. Me. [i] Ang. [k] G. [l] Ang. [m] Calv. * Calv. [n] Calv.

20. *A seculo*, &c. כִּי מֵעוֹלָם שָׁבַרְתִּי עֻלֵּךְ נִתַּקְתִּי מוֹסְרוֹתַיִךְ] *Quia* (vel, *Etenim*, JT. *Quum*, Pi. Angl. ut Joel. 2. 20 [o], vel, *Etenim cùm*, Ca. Angl.) *à seculo* (vel, *jam olim*, JT. Pi.) *confregi* (vel, *fregerim*, Ca. *fregeram*, JT. *fregissem*, Pi. *jugum tuum rupi*, vel *disrupi*, (vel, *diruperam*, JT. *disrupissémque*, Pi. & *abruperim*, Ca.) *vincula tua*, Mo. P. Calv. vel, *nexus tuos*, Ca. h. e. Liberavi te à tyrannide Ægyptiaca [p]; multísque aliis vicibus, quum oppressus tueris, ut satis apparet ex libro Judicum †. Al. *A seculo* (vel, *N*[illegible] *indè usque ab initio*, Strig.) *confregisti jugum meum*, (vel, *tuum*, Strig.) *rupisti* (vel, *& perrupisti*, Strig.) *vincula mea*, Vulg. sim. ο'. in G. vel, *tua*, Strig. Legerunt [ο'. & Vulg.] שָׁבַרְתְּ & נִתַּקְתְּ in 2. pers. & עָלַי. Hieron. in Commentario Græcam lectionem sequitur. Neuter sensus est incommodus. Nam aut dicit, pro liberatione ab Ægyptiis & hostibus aliis malam sibi relatam gratiam; aut, jampridem Israelitas fuisse legirupas, & sæpe in eundem morbum eos recidere [q]. De populo loquitur, tanquam de uxore; q. d. Conjugale fœdus violasti [r]. *Confregisti*, &c. Heb. *Confregi*, id est, permisi ut frangeres, &c. *Jugum & vincula*, Lex sunt, quæ & Dei jugum est, & populi. In quo Legem repudiare, ostendit verbis seq †. ¶ *Et*, &c. וַתֹּאמְרִי] *Et* (vel, *Et tamen*, Strig. vel, *Ideo*, JT. Calv. *Tum*, Pi.) *dixisti*, Mo. M. P. Calv. Pi. &c. vel, *dicis*, JT. ¶ *Non*, &c. לֹא אֶעֱבוֹר] Duplex hîc lectio, אֶעֱבוֹר, & אֶעֱבוֹד [v], ob affinitatem ד & ר; ut 1 Par. 1. 6, 7. collat. cum Genes. 10. 3, 4. 1 Par. 18. 3. collat. cum 2 Sam. 8. 3 [v]. [Hinc variè reddunt.] *Non serviam*, Mo. P. Pi. Calv. ο'. vel, *servitura sum*, JT. sub. *idolis ultrà*, V. sic Pi. At hoc coactum est [x]. Vel, sub. *tibi*, Capel. sic Calv. Ità fœdam populi ingratitudinem accusat, quòd libertate ad licentiam abusi essent, nec se in obsequium addicerent Deo Redemptori suo, qui hâc lege populum redemit, ut se totum illi consecraret: nam qui redemptus est alterius beneficio, sui juris non est [y]. Sed hæc expositio non convenit cum historia Exod. 19. 8. ubi obedientiam Deo promiserunt.

[o] Ang. [p] Calv. sim. Pi. M. Ang. &c. † Calv. [q] G. [r] Me. † Mar. [v] V. sim. G. Ang. &c. [v] Ang. [x] Calv. [y] Calv.

10 20 30 40 50 60 70

promiserunt [z]. Verùm istis verbis [Exod. 19. 8.] hoc opponit Deus, non quòd exsertè sic diceret populus,&c. sed quia factis reipsa tales se præstiterunt, quasi exsertè Deo respondissent, *Non tibi serviam:* Sermo est nempe figuratus, ab indignatione profectus, quo populo exprobratur contrarium illius quod tum dixit; quia facta illius contraria fuêre verbis & testificationi ipsorum [a]. *Non me subjiciam*, Ar. Al. *Non transibo*, Ti. vel, *prævaricabor*, M. *transgrediar*, Calv. Q. in V. sub. *ultrà mandata tua*, V. *Non addemus ultrà transgredi verbum tuum*, Ch. *Nihil in me prævaricationis est*, Strig. [Ca. hoc cum voce præcedente sic reddit, *Et tu te nihil commissuram promiseris.*] Si cui magis placet hæc lectio, non contendam: & tunc sensus erit, Ego pridem *excussi jugum tuum*, &c. *tu verò* (vel, *tu ergò*) *mihi dixeras*, h. e. pollicita fueras, (Verbum fœmin. est, quia de populo illo loquitur quasi de muliere, quam Deus, mariti personam sustinens, defectionis accusat.) *te non transituram*, h. e. te fore mihi fidelem [b]. Sed melior hîc est lectio Chetib [אֶעֱבוֹר] quàm Keri [אֶעֱבוֹד c.] ¶ *In*,&c. כִּי עַל כָּל וגו׳] *Quum* (vel, *Quamvis*, Pi. *Atqui*, Calv. sic Angl. *Tamen*, Q. in V. Angl. Sub. Et tamen non stetisti promissis: *nam*, V. *Cùm quidem*, Strig.) *super omnem collem*, &c. JT. Ang. Pi. &c. ubi idololatræ solebant idolis suis immolare [d]. Super colles putabant se cœlo Deóque propinquos; & sub umbris arborum putabant esse secretum aliquod numen, cum quo familiare colloquium haberent *. ¶ *Tu prosternebaris meretrix*] Ut meretrix. Sternere se utrique convenit, & idololatræ, & meretrici [f]. ¶ אַתְּ צֹעָה זוֹנָה] *Tu pervagans* (vel, *vagaris*, à marito tuo, Deo [g]; vel, *peragras*, JT. *circuis*, Pi. *discurrebas*, P. sic M. Ti. Calv. Strig.) *meretrix*, Mo. P. &c. vel, *meretricando*, M. *scortans*, JT. Pi. Ang. scortatione spirituali, h. e. idololatriâ [h]: ô *meretrix*, Ti. ut *meretrix*, V. sim. Strig. Ut scorta facere solent [i], quæ huc illuc discurrunt libidine vel avaritiâ mota [k]. Ibas una arbore in aliam, sicut meretrix de uno prostibulo in aliud vagari solet [l]. *Tamen passim prostas scortum*, Ca. *Tu colebas idola*, Ch.

21. Ego,&c. וְאָנֹכִי נְטַעְתִּיךְ שׂוֹרֵק כֻּלֹּה זֶרַע אֱמֶת] Et (vel, *Atqui*, JT. sim. Ti. *Tamen*, Ang.) *ego plantavi* (vel, *plantaveram*, JT. Pi.) *te Sorek*, Mo. (vel, in *Sorek*, Q. in Angl. Id est, vel, 1. in loco optimo, non vineis modò, sed aliis rebus, qualis erat Sorek. Vide Jud. 16.4. Esa. 5.2. & 19.9. Vel, 2. ut sis mihi *Sorek*, i.e. vinea optima; vel, cum *Sorek*, i.e. plantis de Sorek, sive selectissimis [m]. In locis optimis constitui te [n]. Vel, *vitem generosam*, JT. Pi. Strig. sive, *nobilem*, Ang. sive, *optimam*, P. vel, veluti *vitem optimam*, M. *ut esses nobilissima vitis*, Strig. G. *vineam electam*, sive *nobilem*, sive *exquisitam*. Vox *Sorek* forsan usurpata est, ut *Carmel*, v.7. pro locis ei similibus, &c [o]. Quoniam in prædiis excellunt vites, (solent enim & pratis & agris præferri ;) ideo testatur Deus quanti Ecclesiam æstimet, &c [p].) *totum* (vel, *totam*, Calv. *omne*, G. ex Vulg. *totam ipsam*, Mo. P. & *totum*, Ti. *cujus omne*, Strig. sic M.) *semen* (vel, *seminarium*, Ti. vel, *cum semine*, Angl.) *fidele*, Calv. M. Ti. JT. vel, *veritatis*, Mo. vel, *recto*, sive *genuino*, Angl. i. e. plantam nulla ex parte adulterinam aut insititiam, sed ex Abrahamo, Sara, &c. viris & fœminis optimis [q]. Cujus vineæ omnes palmites sunt perfecti & genuini, &c [r]. Sensus, Te plantavi in hunc finem, ut mihi proferres gratos & amœnos fructus. Respicit hîc Deus gratiam suam & consilium suum, non naturam populi, qui nunquam fuit semen verax †. Verbum aliáque Dei instituta sunt, & *veritas*, Psal. 119. 142. &c. & *semen*, quo Deus Ecclesiam suam serit, Matt. 13.24. &c [t]. Al. *cujus totus fructus esset certus*, Heb. *cujus totum semen esset veritas*, Pi. i. e. ex qua fructum probum speraret [v]. Sed *semen*, pro *fructu*, durum videtur [x]. [Alii hoc membrum cum præcedente sic reddunt,] *Cùm ego te generosâ vite veróque prorsus semine conseverim*, Ca. *Statueram vos sicut plantam vitis electæ, omnes facientes veritatem*, Ch. ¶ *Quomodo*,&c? וְאֵיךְ נֶהְפַּכְתְּ לִי סוּרֵי הַגֶּפֶן נָכְרִיָּה] Et (vel, *Igitur*, Pi. sic JT. &c.) *quomodo conversa*, vel *mutata*, *es mihi declinantes rami*, Mo. (vel, in *degenerationes*; ad verb. in *aversiones*, à סור *avertere* [y]: vel, in *sarmenta*, P. in *degeneres palmites*, JT. Pi. sic Ang. Ad verb. *degeneres*; sed addendum est substantivum aliquod: ut Esa. 17.10. *aliena*, sub. *vinea* [z].) *vitis alienæ?* Mo. P. Calv. JT. Pi. &c. Al. in *vitem degenerem* (vel, *abominabilem*, M.) *& alienam?* Ca. M. vel, *agrestem?* Strig. *Aliena* planta alibi dicitur in laudem, Esa. 17. 10. hîc in vituperium; ut *alieni* cultus & mores, Esa. 2. 6. Zeph. 1. 8 [a]. *Degenerâsti, facta es inutilis*, ut hîc habet Chaldæus. Producis uvas, neque aptas unde vinum fiat, neque τρωξίμας, (*edules* [b].)

22. *Si laveris te nitro*; sic Mo. P. M. &c. בַּנֶּתֶר] Per *nitrum* quidam alumen intelligunt [c]; alii, pulverem cum quo caput lavatur [d]; alii, speciem salis, ab insula Nitria sic nominati *. Plin. 31.10. *Non multùm*, inquit, *à sale differt* [f], *sordésque erodit & expurgat* [g]. Tubera abradit, itémque pustulas ac nævos [h], & nitorem ac pulchritudinem faciei conciliat [i]. [De נֶתֶר vide dicta ad Prov. 25. 20.] ¶ *Et*, &c. וְתַרְבִּי לָךְ בֹּרִית] *Et multiplicaveris tibi* (vel, *frequenter utaris*, V. vel, *multum adhibueris*, Ti. sim. JT. Pi. Ca. Strig.) *Borith*, Mo. P. M. V. G. &c. vel, *smegmatis*, JT. Pi. Ti. vel, *struthii*, Ca. vel, *terræ quâ fullones utuntur*, Strig. בּוֹרִית *Borith* aliis est *sapo* [k], aliis *herba fullonis* [l]; quam Græci dixerunt *στρούθιον struthium* [m], Latini *radiculam*, alii (nempe recentiores [n]) *saponariam* [o]; *quæ herba in virentibus & humectis Palæstinæ locis*, ait Hieron. *nascitur*. Vide Mal. 3. 2. & Chald. hoc loco [p]. Quâ pannorum sordes eluunt, & maculas expurgant [q]. Quod ad rei summam, nulla hîc est ambiguitas: Sensus est, nullo artificio, nullis herbis, posse maculas populi purgari [r]. q. d. Etsi afferres speciosas tui excusationes †, nihil proficis [t]; non poteris te satis apud me purgare [v]. Gravior est culpa quàm ut victimis expietur [x]. Per naturalia hæc expurgandi media intelligunt omnes ritus expiationis; sive religiosos, ut ablutiones, Num. 19. 9, &c. Heb. 9. 10, 13. sacrificia, 1 Sam. 3. 14. Heb. c. 10. v. 1, 2; sive superstitiosos, Esa. 66. 17 [y]. ¶ *Maculata*, &c. נִכְתָּם וגו׳] Vox alibi non exstat, ideóque variè exponitur [z]. *Signata* (vel, *Insculpta*, Calv.) *est*, vel *erit*, *iniquitas tua coram me*, Mo. P. Strig. G. sim. Calv. vel, *Tamen notata est apud me*, &c. Ca. *Descripta est*, &c. He. in V. Sed hi nullam versionis hujus rationem reddunt [a]. Vox כֶּתֶם *aurum* sign. Job. 28. 16. & 31. 24. unde quidam sic reddunt †, *Tamen nitet*, vel *splendet*, instar auri [b]; vel, *ut obducat se auro insigni*, &c. JT. Sed non convenienter adhibetur talis metaphora ad turpitudinem ullius rei exprimendam. Mallem vocem sumere sensu *celandi*, quomodo Arabicus Interpres usurpat Luc. 1. 24. 2 Cor. 4. 3. *Quamvis celet se*, &c. i. e. quantumvis celare studeas, Job. 31. 33. &c. Quanquam aliò respicit contextus [c]. In lingua Arabica כתם *chetema* est, *abscondere*; & כתים, *occultus*, *latens*. Vide [versionem Arab.] Luc. 1. 24. & 8. 17. Hinc locum reddo, *Recondita est iniquitas tua*, &c. Similiter in locis parallelis, Deut. 32. 34. *Nonne illud est* כָּמֻס *reconditum apud me*, חָתוּם *obsignatum*, &c? Job. 21. 19. *Deus* יִצְפֹּן *abscondet*, i.e. reponet, *filiis*, &c. Os. 13. 12. צָרוּר *Ligata est iniquitas*— צְפוּנָה *absconditum est peccatum ejus*, i. e. coram Deo reconditum atque altâ mente repostum. Quæ sunt ipsissima Jeremiæ verba, nisi quòd voce utitur diversâ [d]. Al. *Impressa*, &c. Calv. He. in V. Altiùs tamen *impressa*, &c. Ti. Altiùs impressa est macula quàm ut tam facilè eluatur *. Sapone, &c. purgari nequit macula quæ impressa est, & intus signata [f]. *Insignis est*, &c. V. [Respicit, credo, vocem מִכְתָּם non paucis Psalmis præfixam.] Vel, *Nota est*, &c. ut illam negare non possis: q. d. Etiamsi coneris dissimulare idololatriam tuam, non tamen falles me [g]. *Notata*, &c. K. in Ga. à כָּתַם, quod *notam*, seu *στιγματισμόν*, significat; quomodo Syrus usurpavit Gal. 6. 17 [h]. Al. Vox כְּתַם Chald. & Syr. & sæpe apud RR. sign. *maculam*, vel *nævum*, in cute, ut [in Syr. vers.] Jac. 3. 6. vel, *stigma* cuti impressum, ut Gal. 6. 17. Vertas itaque, vel, *Altè impressa est*, &c [i]. [Favet Syrus, qui sic reddit, *Cicatrices tamen presserunt in te peccata tua coram me.*] vel, *Insigniter maculosa est*, &c. Ga. ib. Cui favent & Chald. qui cum RS. vertit, *Tanquam nota maculæ*, sive *macula impressa*, *& insigniter inusta*; & o'. Κεκηλίδωσαι, &c. *Maculata es in tuis*, &c. & Hieron. *Maculata es in iniquitate tua*; & Oecol. qui reddit, *Maculam servat iniquitas tua* [k]; [& Ar. qui habet, *Nihilominus contaminabo te perversitatibus tuis coram me.*] Certè proportio & oppositio inter *ablutionem*,

ablutionem, & *retentionem macularum*, hâc versione optimè servatur [l]. Sensus est, Facilè potestis à vobis omnem culpam depellere, & peccata coram mundo absCondere, & in Prophetas insurgere: sed nihil valebunt prætextus vestri, quum ego vos arguam [m]. Lava, munda, orna, compara te, utcunque voles, hoc versu; non potest celari iniquitas tua, &c. v. seq [n].

23. *Quomodo* (vel, *Quâ fronte*, Strig. *Quomodo* igitur, Pi.) *dicis*, (vel, *dices*; sed futurum denotat actum continuum [o]: vel, *dicturа esses*, JT. *dicere audes*, Pi. *dicere potes*, Ang. excusas te, vel, jactare audes †.) *Non sum polluta, post Baalim non ambulavi?*] Sic Calv. Pi. &c. i.e. post idola [p]. Quo ore poteris te defendere, & negare id quod patet [q]? Palàm nota erat impietas; & tamen audebant semper objicere suos prætextus: & quoniam erant apud illos Templum, sacrificia, &c. fingebant se unum summúmque Deum colere; licèt deos minores, sive patronos, subindè miscerent [r]. Sicut inter Christianos quidam, idolothyta manducantes, negabant se esse idololatras; sic & inter Judæos, qui de mensa Dæmoniorum participaverant credi volebant nihil mali fecisse. Vide Ancyranæ Synodi canon. 4 †. ¶ *Vide* (*Aspice*, Strig. *Considera*, quæso, Pi.) *vias tuas* (vel, *viam tuam*, Mo. P. &c. idololatrias tuas [t]; tuam agendi rationem [v]; cultum tuum [x];) *in convalle*] Sim. Mo. P. &c. vel, *in ista valle*, JT. Pi. Hinnomi [y]. ἐν τῷ πολυανδρίῳ, (*in sepulchro multitudinis*,) ὁ'. in G. nam multa erant ossa combustorum in ea valle [z]. Vel, *in valle*, i.e. in luco, ubi idolis sacrificabas, & ubi adhuc vestigia tua impressa manent, ità ut videri possint [a]. q. d. Relege vias, ubi non tantùm vestigia, sed etiam cubilia ac volutabra, scelerum invenies [b]. ¶ *Scito quid feceris: cursor*, &c. בִּכְרָה קַלָּה מְשָׂרֶכֶת וגו׳] Vox Interpretes tam veteres quàm novos torsit hactenus [c]. [Hinc variè reddunt.] *Dromedaria*, Mo. P. Calv. Di. ὁ *dromas*, JT. Pi. Est cameli genus [d]. Est camelus fœmina, juvenis ac parva, quæ masculo citiùs currit *. Est *camela junior*. Ità ex Arabismo vocem explico. *Albecro est camelus junior*, ait Damir. simil. & Abuabida & Alcamus & Baal Aruch. [Verba vide in Authore.] Et Arabes *becron* sæpe usurpant pro *camelo juniore*. Chaldæus h. l. habet יָנְקָא *janka*, *lactentem*, manifesto errore, & imperitiâ scribæ, pro נָקָא; quæ vox *camelam* sign. in Megillath, & sæpe in scriptis Arabum [f]. In Græcis exemplaribus Aq. Sym. Th. pro, δρομὰς κύρη, mendosè scriptum, δρομεὺς κύρη [g] contra grammaticam; quia δρομεὺς nusquam est fœm. Hinc tamen Vulgatus habet *cursorem*, & Hieron. *capream*; quasi caprea dicatur δρομεὺς, ab *agilitate cursûs*; quod nusquam legi [h]. [Plura vide de בִּכְרָה ad Esa. 60. 6.] Al. *Camelus*, Ca. *Gamelæ enim*, M. Strig. *Camelopardali*, Ti. [Reliqua porrò sic reddunt:] *levis*, vel *velox*, Mo. P. JT. Pi. Calv. (vel, *levi*, sive *veloci*, similis es, M. Ti. Strig.) *implicans vias suas*, Mo. V. Ca. Instar scilicet corrigiæ calcei, quæ iteratis vicibus illi circumligatur [i]. Vox hæc, quæ alibi non occurrit [k], deducitur à שְׂרוֹךְ *corrigia* [l], Gen. 14. 23. Esa. 5. 27 [m]. Hinc quidam, *retinens vias*, &c. vel, *persistens in viis*, &c. ut corrigia calceum pedi alligat. Alii, *dilatans*, vel, *explicans*, Vulg. i.e. huc illuc, ad lubitum, spatians. Alluditur ad solutionem corrigiæ, Marc. 1. 7 [n]. Alii, *delineans*, &c. ut sectari te possint, &c [o]. *corripiens*, &c. Calv. Chaldæus, דְמַקַלְקְלָא וגו׳: id est, vel, *quæ confundit*, aut *perturbat*, &c. nempe discurrendo, nunc huc, nunc illuc [p]; vel, *depravans*, &c. i.e. à mare ad marem alium discursitans [q]. Al. שרך Æthiopicè est, [illegible], *serò*, *vespere*, Matt. 28. 1. Hinc vertas, *quæ serotinat vias*, i.e. quæ vesperi in tenebris quàm plenâ luce ambulare mavult: ea enim dromedariorum, ut & omnium penè ferarum, indoles est. Et rectè id accommodatur populo quem scortationis spiritualis, in modum scorti carnalis depictæ, insimulat Propheta: noctu enim amant scorta incedere, atque amasios insequi. Al. שרך Arabicè est, *commune reddere*: hinc vertas, *communes reddens vias suas*: quod scortis optimè convenit, & passim populo exprobratur, quòd, uno Deo relicto, alios multos promiscuè admiserint [r]. Al. *circuiens*, &c. P. *quæ circumcursitat*, &c. Ti. *quæ discurrit per vias suas*, M. *quæ hinc indè discurrit*, Strig. *quæ involvit vias suas*, Pi. sim. Ang. q. d. Discursat, quum ardet libidine coitûs [s]. Dromedariæ huc illuc confusè discursitant, modò unum, modò alium, marem sequentes [v]. Al. *ô quæ corrigiâ notat vias suas*, JT. Heb. *ô corrigians*, ut ità dicam: id est, scortum adeò effœtum præ assiduitate sceleris, ut, quòcunque te vertas, terram velut corrigiis & restibus tuarum sordium ex te defluentium coinquines, sequente versu [x]. Ego potiùs verbum in contraria significatione acceperim, (ut à זָנָב, *cauda*, fit זִנֵּב, *decaudavit*, & passim alias;) *excorrigians*, i. e. dissolvens, discingens, relaxans vias suas, h.e. dissolutissimè & impudentissimè vivens [y]. Populum, ob pervicaciam, & furiosos impetus, & libidinem, &c. feris bestiis comparat [z]. Meretrici, cui Judaicam gentem comparaverat, ulteriùs comparat animantes maximè libidinosas, quò magis fœditas rei appareat. *Cameli toto die coeunt*, Aristot. de Histor. animal. 5. 11 [a].

Margin notes (left column): l Ang. — m Calv. — n Jun. — o Calv. — † Idem. — p V. sim. Pi. — q Me. — r Calv. — † G. — t T. — v Pi. sim. Ang. — x Pi. — y G. ex Jun. Pi. T. &c. — z G. — a Me. sim. Mar. — b San. — c BA. l. 2. 3. 82. — d G. — * V. — f BA. ib. — g BA. sim. G. — h BA. ib. — i V. sim. Ang. — k Ang. — l Ang. Di. — m Arg. — n Q. in Ang. — o Al. in Ang. — p V. — q G. — r Di. — s Pi.

24. *Onager*, &c. פֶּרֶה לִמֻּד מִדְבָּר בְּאַוַּת נַפְשׁוֹ שָׁאֲפָה רוּחַ תַּאֲנָתָהּ מִי יְשִׁיבֶנָּה] Vox פֶּרֶה sign. in genere, *ferum*, sive *feram*; & subintelligas, vel *bestiam*, vel *hominem*: vide Gen. 16. 12. Job. 11. 12 [b]. At potiùs, aliquod genus bestiæ denotat: sed quodnam sit, Hebræi discrepant. Plerisque tamen, & rectè, *onager* est, ut hîc vertitur à Vulg. & à ὁ'. Job. 6. 5. & 39. 5. &c. & à Chald. Num verò mas sit, an fœmina, dubitant: & adjectiva quidem alia sunt masc. alia fœmin. Verùm genera in nominibus bestiarum promiscuè usurpantur. Vide Jon. 1. 17. al. 2. 1. Contextus tamen fœminæ favet [c]. [Locum sic reddunt:] *Onager* (vel, *Onagra*, Ca. sim. JT. V. Calv. G. Est enim hæc vox, ut aliæ multæ, & in hac & in aliis linguis, ἐπίκοινος *. Vel, Sicut *onager*, Ch. in V. Sy. Q. in Angl. Et tanquam *asina sylvestris*, V. ut Gen. 49. 9, 14, 17. *leo*, *asinus*, *serpens*, pro, *sicut leo*, &c [d]. Sub. *est*, JT. vel, *es*, Angl. ut in præc *. vel, *ipsa est*, nempe Hierosolyma, de qua præcessit; i. e. Judæi [f].) *doctus desertum* (vel, *edoctus deserti*, Di. *assuetus*, vel *assueta*, *deserto*, JT. Pi. Di. Calv. sive, *sylvis*, Ca. Verbum למד Æthiopicè sæpe pro *solere*, & *assuevisse*, usurpatur, ut [in Æthiop. vers.] Matt. 27. 15. Luc. 2. 42. Joh. 18. 15 [g]. Vel, *edoctus*, sive *assuetus*, *in deserto*, P. Pi. ut scil. vagetur in deserto [h]. Vel, *cujus habitatio est in deserto*, Ch. in V. [Alii hoc cum voce præced. sic reddunt,] Sed & *onagræ desertis assuetæ* assimilaris, M. sim. Ti. Strig. [Reliqua sic reddunt;] *in* (vel, *pro*, Calv. P.) *desiderio animæ suæ*; i. e. cùm æstuat in consortem suum [i], cùm libidine incenditur [k]; *sorbuit* (vel, *colligens*, Calv. vel, *haurit*, V. *attrabit*, P. *attraxit*, G. ex Vulg.) *ventum occasionis suæ*, Mo. P. Calv. (vel, *occursûs sui*, G. ex Calv. nempe auram obviam [l]. Vel, *occursûs sui fortuiti*: nam voluit hâc voce exprimere, nullam esse electionem, vel nullum judicium, vel modum, in bestiis illis. q. d. Ubi collegerit ventum quòcunque tulit fortuitus eventus; ubi huc illuc libere & sine obstaculo vagari possit [m]. Vel, *ventum amoris sui*, Vulg. i.e. eminus olfecit marem [n]; captat auram & odorem consortis [o]; ex vento scilicet cognoscit ubi sit asina quam concupiscit *. Tradit Oppianus, onagros, libidine incensos, summa montium conscendere ad odorandam & captandam auram fœminarum quas amant, in eas totos ferri, ut nullus eos avertere possit [p].) *quis avertet* (vel, *indè reducet*, Calv.) *eam?* Mo. P. Nemo est qui inhibere eam possit, nè ad marem currat †. Al. *pro desiderio animæ suæ*, (id est, vivens in summa libertate & deliciis, sine lege & præceptis,) *acceptâ occasione*, & *quis reducet eam?* sub. *ab hoc appetitu*, V. Alii distinguunt post *ventum*, & vertunt, *impetum ejus quis revocabit?* vel, *impetu suo quis revocabit illam?* Vox תַּאֲנָה *occasum fortuitum* significat [q]. Al. quæ *pro appetitu animæ suæ acceptâ occasione haurit spiritum*. *Et quis reducet eum ab hoc appetitu?* M. qui *pro appetitu*——*destinato* suo tempore *anhelitum haurit*, *quis reducet eum?* Ti. quæ *pro libidinis aviditate cupide ducet auras irrevocabilis*, Ca. qui *in furias ignémque ruens avidè attrahit spiritum*, & *à nemine cohiberi potest*, Strig. Al. *in desiderio animæ suæ anhelat ventum*: *occasionem ejus quis avertet?* Di. *in voluntate animæ suæ*, *bibens ventum sicut draco*, Ch. sim. He. in Angl. ventum naribus hauriens [r]. *Quæ pro desiderio*——*haurit ventum*, (i. e. libero cœlo fruitur, non quiescit uno loco, sed huc illuc discursat libere †;) *cujus occasionem quis revocet?* JT. i.e. quam nemo, oblatâ Veneris occasione, ab ea impedire potest;

Margin notes (right column): v Ang. — x Jun. — y Mi. — z Calv. — a G. — b Q. in Ang. — c Ang. — * G. — d Q. in Ang. — * Ang. — f Pi. — g Di. — h Pi. — i T. — k T. sic Me. — l G. — m Calv. — n G. — o T. — * Mar. — p Me. — † G. — q V. — r Ang. — † Jun.

potest ; ità fervet, &c †. Al. sic, *Pro desiderio——haurit ventum :* (non פֶּרֶה *onager*, quæ vox est masc. sed Hierosolyma, quæ est fœmin[t]. Verùm genera in nominibus bestiarum promiscuè usurpari constat[v]. Porrò, Hierosolymam in eo similem esse onagro docet, quòd ut onager siti laborans (vide Psal. 104. 11.) haurit ventum ; sic illa sitiens atque expetens coitum, i. e. idololatriam, anhelat[x].) *incursum ejus* (quum scilicet in aliquem incurrit, seu aliquem adoritur, lacessens ad concubitum†,) *quis avertat ?* Pi. *Pro animi sui libidine hausit ventum*, tanquam amoris œstro percita : *occasionem ejus quis avertet ?* Non est quòd quisquam speret frænum injici posse prurienti libidini, in quam toto impetu ruit[y]. Vox תַּאֲנָה *occasionem* significat. Vide Jud. 14. 4. 2 Reg. 5. 7[z]. [Alii sic accipiunt ;] Tu, inquit, similis es onagro velocissimo, cùm tibi est iter ad idola tua. Onagri sunt velocissimi : ad hoc facit respirandi facilitas : nam difficultas respirandi causa est tardi incessûs[a]. Sed contextus hunc sensum respuit[b]. ¶ *Omnes*, &c. כָּל־מְבַקְשֶׁיהָ לֹא יִיעָפוּ] *Omnes quærentes eam*, Mo. P. M. &c. (scil. ad scortandum cum ea[c] : vel, *Quisquis persequitur eam*, Calv.) *non deficient*, M. sic G. ex Vulg. Redit ad primam comparationem : Sic etiam, ait, qui hâc meretrice uti voluit, nemo recusatus est[d]. Sed hæc interpretatio similitudini minùs quadrat *. Vel, *non fatigantur*, sive *fatigabuntur*, JT. Pi. P. simil. Mo. Calv. Ti. &c. *non est quòd defatigentur*, Ca. nempe in illa investiganda[f] ; longè latéque quærendo[g] : vel, currendo post illam. Sensus, Quotquot voluerint capere onagram illam, cùm viderint illam sic currentem, non fatigabunt se currendo post eam, quia desperabunt se posse assequi, sed tempus exspectabunt, &c[h]. Non laborabunt eam revocare à Venere, in quam tanto impetu fertur[i]. ¶ *In menstruis ejus invenient eam*] Cùm scilicet menstruis gravatur, aut fœtu[k]. Etiam in menstruis eam paratam invenient qui volent. Non potuit impudentissimum scortum meliùs describere[l]. At menstruum נִדָּה dicitur, non חוֹדֶשׁ. Et peregrinum est, quòd eandem ei significationem tribui velit Junius Hos. 5. 7[m]. ¶ בְּחָדְשָׁהּ וגו׳] *Mensibus ejus potiri eâ possunt*, i. e. etiam tunc quum laborat mensibus ; quo tempore ipsa natura à concubitu abhorret. Heb. *In mense*, aut *novilunio*, *ejus*. Meton. efficientis : nam novilunium sanguinem menstruum ciet[n]. Si quis adulteram illam quærere instituerit, nullo negotio inventurus esset ; quia exstant singulis passibus vestigia fordium illius, tanquam mulieris ex mensium profluvio laborantis. Sic accipitur vox *mensium* *. Vel, *In menstruis*, &c. i. e. in lupanaribus & sordibus meretriciis †. *In mense suo invenient eam*, M. P. Mo. Ti. Mar. BA. &c. Sed quisnam hic mensis fit, disputant[o]. 1. Quum gravida erit, capient eam[p]. *Mensis* collectivè, (ut, *dies*, Gen. 8. 6. & *annus*, Gen. 5. 4, 5, 6, 7.) pro *mensibus*, illis scilicet de quibus Job. 39. 2. in quibus fœtu gravatur[q]. Sic & tu Hierosi. tandem à me capieris & punieris, cùm gravida eris, i. e. cùm ad summum pervenerit peccatum tuum[r]. q. d. Antea impetu maximo ad idola rapiebaris, nec ullis minis aut periculis diverti poteras : cùm autem fœtu ac menstruis gravaberis, capieris †. 2. Quo mense solent sylvestres asinæ maris appetitu fervere. Abarbanel mensem *AB* intelligit, Judæis ominosum, & quo solent hostibus esse expositi. Illo scilicet mense decrevit Deus ut in deserto morerentur qui murmuraverant : & die nonâ ejusdem mensis desolatum est utrumque Templum, tam primum, quàm secundum : & Alexandriæ devastata est Judæorum amplissima Synagoga. Iidem ex Anglia, Gallia & Hispania hoc ipso mense pulsi sunt. Hæc Abarbanel[t]. Duæ sunt versûs partes. 1. Indomitum populi furorem significat, quòd nullis flecti possent monitis, sed ferrentur vesanâ libidine, quasi vento occasionis ; ut asina sylvestris, præsertim ubi collegit ventum, non potest cicurari. 2. Denunciat tempus adfore quo Deus illorum furorem franget, tempus nempe judicii sui : q. d. Ut asina pondere suo gravatur quum tempus partûs instat ; ità ego efficiam ut sentiatis tandem onus vestrarum iniquitatum, quod erit vobis intolerabile, & vos opprimet[v]. Al. *In novilunio ejus*, &c. In hoc versu impotentissimam spiritu-

Margin: † Jun. [t] Pi. [v] Ang. [x] Pi. † Idem. [y] BA. 1. 3. 16. 878. [z] Ang. [a] V. Q. in Ang. [b] Ang. [c] Pi. [d] G. * Ang. [f] BA. ib. [g] Pi. [h] V. sim. Ang. Me. [i] San. [k] Me. [l] G. [m] Di. [n] Pi. * Jun. † San. sim. Me. [o] Ang. [p] V. sim. Ang. Calv. &c. [q] Ang. [r] V. † T. [t] BA. 1. 3. 16. 878. [v] Calv.

alis scortationis libidinem exprimit, 1. quòd, instar sylvestris onagri anhelantis ventum, nihil aliud animo desideret quàm afflari spiritu idolorum : 2. quòd ità ferveat hoc desiderio, ut ab inventa scortandi occasione nemo eam avertere queat : 3. quòd nequaquam opus sit amasios in persequenda ea multùm lassari, quandoquidem facillima sit inventu. Et quia singulo novilunio convenire solebant, atque ob festi solennitatem, novámque Lunæ φάσιν, quæ etiamnum magno honore ab omnibus orientalibus excipitur, peculiari quodam fervore ad cultum idololatricum flagrabant, addit, in novilunio ejus inveniri eam posse[x]. Sed hæc expositio scopo & contextui nequaquam congruit[y]. [Alii ultimum membrum sic reddunt,] *In tempore suo*, &c. Ch. *In humilitate illius*, &c. ο'. *In abjectione illius*, &c. Ar. *In viis ejus*, &c. Sy. [Strig. hoc cum præced. sic reddit, *Nemo quærens eam* (scil. idololatriam) *defatigetur, quia in noviluniis inveniet eam.*]

25. *Probibe pedem tuum à nuditate* ; ità Ti. מִנָּחֵף] *Nè denuderis*, M. *à discalceatione*, Mo. *nè sis discalceatus*, P. sim. Ca. Calv. Ang. &c. Sententia brevitate obscura est[z]. Monitum est Dei ad populum : quare *dicendi* verbum hîc supplent, ut Psalm. 27. 8. & alibi[a]. Dicebam (ad te, ô Hierosol[b].) *Cohibe pedem tuum nè sis discalceata*, Heb. *ab* essendo *discalceatam*, Pi. Dicenti, *Cohibe pedem————*JT. *Noli pedem tuum nudare*, Strig. *Si quis tibi dixit*, (id enim hîc supplendum,) *Noli*, &c. G. [Variè explicant.] 1. Verba sunt revocantis, & per euphemismum scelesta adulteria reprehendentis : q. d. Nè ampliùs te prostituito[c] ; Nè exuas calceos ut componas te ad scortationem[d], & ad adulteri thorum, Esa. 57. 7. Nè retegas pedes tuos *. Noli denudare partes verendas[f] : Eas enim Hebræi, ut & alii, honestè *pedum* vocant nomine. Vide Gen. 49. 10[g]. Deut. 28. 57[h]. Esa. 7. 20[i]. Ezec. 16. 25[k]. 2. Ostendit quò tendebant omnes conciones propheticæ, ut scil. populus quiesceret sub præsidio Dei ; & conqueritur de dementia populi, quòd non obediverint Deo jubenti illos, non quidem longum iter suscipere, quod forsan nimis molestum esset ; sed tantummodo manere quietos, &c. Refert hîc Propheta quid alii docuerint, *Probibe pedem——à nuditate* ; quòd calceos longis itineribus detererent. Sed malim, *à discalceatione* ; solebant enim iter facere discalceati[l]. q. d. Contine te domi, nec calceos attere longo itinere ad quærendum auxilium[m]. Al. Desine huc illuc ad idola discurrere[n] ; nè tandem discalceatus ire cogaris, ad captivitatem & miseriam redactus. Vide Esa. 20. 4. & 47. 2. Jer. 13. 22[o]. Chald. sic reddit, *Probibe pedes tuos, nè societatem facias cum populis ; & os tuum nè colat deos vanos*, M. ¶ *Et guttur tuum à siti*] Ità Mo. P. M. JT. &c. i. e. Vel, 1. ab ardore libidinis[p]. Nè nimiâ scortatione contrahas sitim[q]. Nova translatio in ipsa comparatione[r]. Vel, 2. à siti, quâ, in regionibus præsertim calidis, premuntur viatores † ; quam accersis longis itineribus[t], in Assyriam vel Ægyptum, ut opem cassam accersas[v]. Vel, 3. nè ad extremam redigaris inopiam, præ qua aqua tibi desit ad sedandam sitim. Vide Ps. 107. 5. Esa. 5. 13[x]. ¶ *Et*, &c. וַתֹּאמְרִי נוֹאָשׁ לוֹא כִּי וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. Strig. Ang.) *dixisti*, (vel, *dicis*, M. Ti. JT. *dicebas*, Pi.) *Actum est*, Calv. Me. (vel, *Desperavit*, sub. *cor meum, nè eat post Dominum*, V. *Desperavi*, Vulg. *Desperatum est*, Calv. Pi. G. Mo. i. e. Frustrà revocor à scortatione mea[y] : Abstinere nequeo[z] : Nulla spes est ut faciam quod suades[a]. Vos Prophetæ luditis operam, res peracta est : decretum nobis est persequi quod cœpimus. At, inquies, redarguit eos Esaias quòd non dicerent, *Desperatum est*, Esa. 57. 10. & Jeremias h. l. quòd ità dicerent. Resp. Esaias eos objurgat quòd non dicerent, *Desperatum est*, h. e. quòd non longo usu convicti essent stultitiæ, toties ab Ægyptiis, &c. frustrati : at Jeremias alio sensu sumit, ut notatum[b]. *Nulla spes est*. Verbum *desperandi* significationem habet 1 Sam. 27. 1. Eccles. 2. 20. q. d. Nullum superest remedium. Sic dicimus, *sine spe, sine cura*, sive *studio*[c]. Desperatum est, quòd post tam fœdam idololatriam, recipiar in gratiam pristinam à Deo, vero marito meo[d]. Al. *Fatigatio est* ; q. d. Satis superque me temere vexavi, ut lassitudo ipsa quiescere suadeat[x]. Al. *Expectoratum est*, Ti. Quod ego non capio, nisi intelligas, pectus, seu animus abjectus est[f].

Margin: [x] Di. [y] Ang. [z] Calv. [a] Ang. [b] Pi. [c] Jun. [d] Pi. * Q. in Ang. [f] G. sim. Me. San. &c. [g] G. [h] Ang. [i] Me. Ang. [k] Jun. Ang. [l] Calv. [m] V. ex M. [n] T. sim. Ang. [o] Ang. [p] Me. sim. G. Jun. [q] Pi. [r] G. † V. [t] Calv. [v] T. [x] Ang. [y] Pi. [z] G. [a] Me. [b] Calv. [c] Ang. [d] T. [x] Calv. [f] Ma.

Al. *impudente* fronte, M. Al. *Abborrens est*, sub. *cor meum à Domino*, Q. in V. Alii interrogativè legunt [g]: *Desperatum est?* Mo. *Animus abjiceretur?* JT. Angl. q. d. Num desistam à viis meis? Huic robur addit negatio sequens†.) *non*, M. Calv. &c. (Concisa & ecliptica locutio, quò meliùs exprimat præfractos mores populi [h]. Vel, *nequaquam*, JT. *non* faciam, Pi. Strig. Q. in V. nempe quod dicis, ô Propheta [i]; quod suadet Deus: nolo ad eum redire [k]. Docet eos pertinaciter repellere omnes exhortationes [l].) *quia*, vel *nam*, *amo exteros*, sive *alienos*, (in comparatione, *viros*, in ἀνταποδόσει, *deos* [m];) *& illos sequar*, Pi. sim. JT. Calv. Confert populum desperatæ mulieri, quæ maritum suum respuit, paratum licèt adulteriis ignoscere [n]. [Ca. locum sic reddit, *Minimè verò, inquis, quin alienos amans insequar.*]

26. *Quomodo*, &c. כְּבֹשֶׁת גַּנָּב כִּי יִמָּצֵא] *Secundùm pudorem furis*, Mo. (vel, *Sicut pudor*, vel *probrum*, *furi*, Calv. *Ut pudore afficitur fur*, P. sim. Ti. Ca. *Tanquam pudore furis*, JT. Sed *sicut pudefit fur*, Pi.) *quando invenietur*, Mo. vel, *deprehenditur*, P. sim. Ti. Ca. Strig. JT. Pi. *Fur*, nempe qui honestum hominem agebat [o]. ¶ *Sic*, &c. כֵּן הוֹבִישׁוּ בֵּית וגו׳] *Sic pudore affecti sunt domus Israel, ipsi, reges eorum*, &c. Mo. q. d. Non magìs pudet Israelitas, quàm fures [p]. *Ità pudefacti sunt*, &c. q. d. Judæi nihil consequuntur suis cavillis & prætextibus, dum negant se apostatas esse, &c. Discutit Deus omnes fallacias, scelus eorum crassum est & palpabile, quod negare aut occultare nequeunt; fures manifesti sunt, deprehensi sunt ἐπ᾽ αὐτοφόρῳ· tergiversando impudentiam suam magìs produnt [q]. Al. *Sic pudefient*, &c. G. sic o'. Sy. Ar. V. &c. ipso eventu derelicti à suis idolis, Esa. 46. 7 [r]. *Ità pudefacient* (nempe exteri illi dii non valentes tueri †) *domum*, &c. JT. Pi. &c. Ità loqueretur de pœna, quæ populo adhuc impendebat: sed prius malo [s].

27. *Dicentes ligno*, (i. e. idolo ligneo [v],) *Pater meus es tu*] *Pater*, i. e. Deus: sic *Jupiter*, *Marspiter*, *Diespiter*, apud Latinos. Simulacra autem deorum ferebant nomina: imò & dii in ipsis habitare credebantur [x]. *Pater*, &c. i. e. Dantes idolis honorem Dei [y], qui revera erat eorum *Pater*, Deut. 32. 6. Esa. 64. 8. Jer. 3. 4. &c [z]. Non calumniatur eos Propheta, quia affectum potiùs quàm verba expendit: alioqui non tam stupidi erant ut sic loquerentur. Non damnat hîc Propheta externum gestum, &c. sed quòd affigerent virtutem Dei statuis, &c [a]. ¶ *Et lapidi, Tu me genuisti*] Quod Soli præsertim dici solebat *. ¶ *Verterunt*, &c. כִּי פָנוּ אֵלַי עֹרֶף וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Sed*, Angl. ut Esa. 30. 16. & 49. 25 [b].) *verterunt ad me* (vel, *obverterunt mihi*, P.) *cervicem*, Mo. P. &c. vel, *dorsum*, M. &c. Confirmat apostasiam eorum apertam fuisse [c]. Elegans hîc antanaclasis [d]. Heb. *faciaverunt mihi cervicem*, Ma. sic Angl. Vide Jer. 7. 24 *. ¶ *Et* (vel, *At*, Ang. sic JT. Pi. *Tamen*, Calv. Ca. Angl.) *in tempore afflictionis suæ*] Ità P. Ti. &c. Heb. *mali sui*, Mo. JT. Pi. *cùm malum illis imminuerit*, Ti. ¶ *Dicent, Surge, & libera nos*] Tunc, omissis inefficacibus idolis, ad me recurrent †. Ità abutuntur facilitate meâ [f].

28. *Ubi sunt dii tui*, &c?] Supple, *Ego autem respondebo*, G. sim. Me. Quid de illis factum, quòd vobis non ferant opem [g]? *Ubi*, &c? q. d. Quid mihi vobiscum? contenti estote vestris idolis, quæ patres vocatis, eísque salutis vestræ gloriam ascribitis, & sinite me, quem deseruistis [h]. ¶ *Secundùm*, &c. כִּי מִסְפַּר וגו׳] *Nam juxta numerum*, vel, pro *numero*, (Ellipsis particulæ, qualis reperitur Jer. 32. 11 [i].) *urbium tuarum sunt dii tui*, JT. Pi. P. &c. i. e. Tot dii, quot urbes [k], vel oppida [l]. Idem habes infrà 11. 13. Adde 2 Reg. 17. 30, 31 [m]. Quæque civitas patronum habuit, more Ethnicorum [n]. Ethnica numina supra 30 millia reperisse se annotat Varro [o]. Quoniam non fuit populus contentus uno Deo, unaquæque urbs sibi patronum elegit [p]. Cùm tot deos habeas, ex tam multis aliquis juvet te [q]. Ego, quia unus sum, contemnor: qui fit ut tanta deorum turba non succurrat vobis [r]?

29. *Quid*, &c? לָמָּה תָרִיבוּ אֵלָי] *Quare contenditis mecum?* JT. Pi. vel, *contra me?* Mo. P. &c. me provocantes, & reum facere volentes †, & vos excusantes [t]. *Quare mihi litem intenditis?* Strig. Concludit superiorem doctrinam, dicitque Judæos nihil lucrari, dum excipiunt se esse innoxios, &c. quibus uno verbo respondet Deus, ipsos esse perversos. Vide quàm regnat hypocrisis: plerique Deo obstrepunt, paucissimi reatum suum agnoscunt [v]. Chald. *Quare vos cogitatis judicare* (i. e. judicium ferre) *adversùs verbum meum?* V. Quum affligimini, non est cur expostuletis mecum, quia omnes à me defecistis [x].

30. *Frustrà* (vel, *In vanum*, Mo. Calv. vel, *Propter vanitatem*, seu *vaniloquentiam*, V. Q. in Calv. i. e. quia assueti sunt mendaciis [y]. Sed [huic versioni] non respondet posterius membrum [z].) *percussi filios* (i. e. cives [a]) *vestros*] Ità M. P. Ti. &c. Incursu Assyriorum [b]. q. d. Frustrà usus sum omnibus remediis, verbis, ferulis, &c. indociles estis [c]. In beneficiis numerat ipsos percussos fuisse [d]. Dicit, *filios*, vel, 1. quia & hos idololatriæ adduxerant, Jerem. 5. 7. & 7. 18 *. Vel, 2. quia omnes à maximo ad minimum defecerant, Jer. 6. 13. & 8. 10 [f]. Vel potiùs, 3. hâc phrasi parentes etiam comprehendit [g]: alloquitur enim totam congregationem [h]. Sic, *filii Juda*, Joel. 3. 6. & *Javanis*, Zach. 9. 13 [i]. &, *filii Babylonis*, i. e. Babylonii: sic, *filii taurorum*, i. e. tauri [k]: sic, *filii populi tui*, pro, populus tuus, Levit. 19. 18. Vide suprà v. 16. & Jer. 5. 7 [l]. Vel, 4. ut ostendat omnes fuisse indociles: non modò senes, qui per se morosi & difficiles sunt; sed & juvenes, qui non ità pervicaces esse solent, &c [m]. ¶ *Disciplinam*, &c. מוּסָר וגו׳] *Castigationem*, vel *Correctionem*, *non acceperunt*, Pi. vel, *receperunt*, vel *amplexi sunt*, Calv. Non modò surdæ illis aures erant, sed & collum rigidum, & ferulis indomabile: petulanter respuerunt correctionem [n]. *Disciplinam non receperunt*, Vulg. Præcipienti non paruerunt [o]. *Instructionem recipere noluerunt*, Angl. A me castigati, meliores facti non sunt [p]. מוּסָר primariò *castigationem* sign. Prov. 13. 24. & 23. 13. *instructionem* autem hîc, & Prov. 5. 12, 23. & 6. 23. & 8. 33. &c [q]. ¶ *Devoravit gladius vester* (*Vester*, non [passivè,] quo percussi estis, sed [activè,] quo percussistis, ut Psal. 37. 15 [r].) *prophetas vestros*] Vobis à Deo datos Asæ, Joasi, Manassis temporibus. Habes idem Nehem. 9. 26. & Matt. 23. 34, 35. Adde Luc. 13. 34. & 11. 49, &c †. *Prophetas*, qui salutis ministri erant [t], qui meo nomine & potiùs vos corripiebant [v], & admonebant [x], & ab idololatria revocabant [y]. q. d. Non tantùm præfracti & indomiti eratis, sed & Prophetas occidistis [z]. Al. *Prophetas vestros*, nempe falsos; q. d. vestros, non meos [a]; ut Jer. 37. 19. Qui occisi sunt, vel à vobis, ut 1 Reg. 18. 40. 2 Reg. 10. 25; vel potiùs, unà cum vobis, quibus salutem polliciti sunt, Hos. 4. 5 [b]. Sed hoc coactum [c].

31. *Generatio*, &c. הַדּוֹר אַתֶּם רְאוּ וגו׳] *O generatio*, vel *O seculum*, M. P. Mo. Ti. V. Ca. G. &c. (i. e. O homines hujus seculi [d]! Ad quod tempus recidimus? Quâ ætate nunc vivimus? Nota admirantis *: vel potiùs, compellantis, ut articulus sumitur Deut. 32. 1. Psal. 9. 7. & 114. 5 [f].) *videte* (vel, *vos*, inquam, *considerate*, G. sic Strig. *Videte verbum*, ut, *audite virgam*, Mic. 6. 9. Sunt enim cordi & oculi & aures. Vide Deuter. 29. 2, 3, 4. Prov. 20. 12 †. *Videte*; Propriè & emphaticè loquitur: non enim requirit audientiam, sed defert cognitionem: q. d. Vos potestis conspicere quod Dominus dicit, & cognoscere rem totam. Non agitur hîc de doctrina, sed de re ipsa: q. d. Deus per me vobiscum expostulat, etiamsi nulli adsint testes, nullus judex vel arbiter; vos ipsi perspicite quid pronunciat. A sermone ad rem ipsam eos revocat; q. d. Rem oculis perspicite, quia aures vestræ clausæ sunt ad omnem doctrinam. Et emphaticè dicit, *vos ipsi*; nam meritò poterant damnari Judæi à cunctis gentibus, si adducti fuissent in judicium [g]. Vel, *vos*; q. d. Locutus sum de majoribus vestris: jam ad vos venio: attendite quid dicturus sum *.) *verbum Domini*, Mo. P. &c. ¶ *Numquid solitudo factus sum Israeli?*] Id est, terra sterilis [h]. An infructuosus ipsis fui, ut Arabum deserta [i]? An frustratus sum vos beneficentiâ quam promisi [k]? הַ [in הֲמִדְבָּר] admirantis est [l]: qu. d. Non fui illis desertum, in quo omnia desunt; nam suppeditavi illis omnia necessaria [m]. Ubertas bonorum in me semper reperta est [n]. Cur discessistis à me [o], ad idola conversi, quasi utilius esset ipsa colere quàm Deum [p]? ¶ *Aut terra serotina?*

serotina?] Bene vocem vertit: Sic אֲפִילוֹת sumitur Exod.9.32. In Thalmudicis sæpe *imbres, nubes, fruges,* אפלי. Sensus est, An tardus fui in utilitate ipsis adferenda? imò celerrimus, dum ipsi parturerunt[q]. An serò illis opitulari, & fructus speratos avarè reddere, solitus sum[r]? Terra serotina est illa quæ, cùm Soli exposita non sit, serò fructus producit, nec perducit ad maturitatem †. ¶ [אִם אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה] *Num terra tenebrosa?* P. sim. M. Ti. Calv. Ca. Ang. V. Id est, vel, 1. miserrima; *tenebræ,* pro miseria, ut Lam. 3. 2[s]: vel, 2. quæ infœcunda est, quia Soli non exposita[t]. Vel, *plena caliginis?* Strig. vel, *caliginis Dei?* i.e. maximæ. Nam vox *Dei* addita rem auget: ut, *flamma Dei,* Cant.8.6. *sopor Dei,* 1 Sam.26.12.&c[x]. Vel, *vasta?* Ch. *deserta?* Sy. *inculta?* Ar. *plena sentium?* ό. Vel, *fructum perdens?* JT. vel, *dejiciens* incolas suos? scil. ob defectum alimentorum[y]. ¶ *Quare ergò dixit* (vel, *dicit,* Pi.) *populus meus, Recessimus,*&c?] [רַדְנוּ וגו׳] Obscurum est hîc רדנו, & variè exponitur. Q. à ירד *descendere* deducunt, & vocem desperationis esse volunt, *Descendimus:* quod tamen accipiunt, vel, 1. de calamitatibus populi; q. d. Perditi sumus; quid nunc proficiemus in vocando Deo? Vel, 2. de perfidia populi; quòd scil. semel valedixissent Deo, nec vellent ad ipsum redire[a]. [Locum variè reddunt.] *Defecimus, non veniemus ultrà ad te,* Ti. *Recessimus,* Vulg. Ch. (ad alios scilicet deos qui nobis benefacerent[b]: vel, quod non multum differt[c], *Separati sumus à te,* RS. in Di. Sed non video unde hanc vel illam significationem jure petant †.) *non veniemus,* &c. Vulg. vel, *non revertemur ultrà ad cultum tuum,* Ch. Al. *Dominium accepimus,* V. *Dominati sumus,* Mo. *Domini sumus,* Strig. Ang. *Dominamur,* M. P. JT. Pi. V. Calv. K. & ex eo plerique in Di. i. e. Habemus Reges & Principes[d]; nec est nobis opus alio nunc duce*: non habemus opus te Deo, ut ad te veniamus[f]; non egemus nunc ope tuâ[g]. Sed dilutum hoc. Existimo potiùs vocem esse superbiæ & gloriationis. Accusat eos Deus (qui hîc loquitur) ingratitudinis: q. d. Hactenus omnis felicitas vestra mihi debetur; eratis regale sacerdotium, sed meo beneficio: jam autem separatim & sine me reges estis, confer 1 Cor. 4.8. sed quo jure, vel titulo? רוד & רדה signo. *dominari*[h]. Vide Levit. 26.17. Esa. 14.2. Hos. 11.12[i]. Non aliam ob causam vertunt, *dominamur,* quàm quia Hos. 11. 12. verti solet, *Sed Judah adhuc dominatur cum Deo;* quod & ipsum ex conjectura tantùm est, ut conveniret cum loco Gen. 32.28. *dominatus es cum Deo.* Sed loca ista non videntur parallela; nec personæ sunt eædem, nec res conveniunt. Alibi non reperitur רוד in Kal: credam ergò *dominandi* significationem apud Hebræos non habere. Hîc sanè parùm congruere videtur. Negat enim Deus, justam populo suo de se querendi esse causam; cui malè subjiceretur, *Quare dicit*——*Dominamur,* &c? id enim non est conqueri, sed gloriari: tantùmque aberat ut indè inferrent, nolle se ampliùs ad Deum accedere, ut potiùs adhærere ipsi fideliùs tenerentur, quia dominium sub ipsius ductu consecuti erant. Quod quum videret Jonathan, per modum querelæ vertit, *Quare dixit*——*Disjecti sumus?* Videtur legisse רדנו, à רדד *expandit, extendit;* idque passivè accepisse, *expansi sumus,* disjecti nempe in varias terras: vel, legit רדנו, *expandit nos;* vel potiùs, ex Arabica significatione, *repulit nos:* significat enim ibi verbum רדד, inter alia, *repulit;* nomen רד, *repulsio.* Addamus nostram sententiam. רוד à רדנו: quod verbum quia in Hiphil est, *plangere,* & nomen מרוד est, *planctus;* idem ergò hîc sign. in Kal, & verto, *Quare dixit*——*Planximus;* (i.e. Nunquam nobis lætitiæ argumentum fuit dum tibi servivimus, non alias quàm plangendi flendíque causas suppeditâsti: quocirca) *non veniemus ampliùs ad te?* Itáne, inquit Deus, ego vobis desertum fui, ut sic de me loquamini? Omnino probarem, si hanc significationem loco Hos. 11. 12. aptare possem. Sed quia ibi nec *plangendi,* nec *dominandi,* significatio satis quadrat, aliud experiamur. Apud Arabes רוד, &, mutato, pro more, ו in א, ראד, in Hiphil אראד, est, *velle, cupere.* Sic ergò Hos. 11. 12. exponas, *Sed Juda adhuc vult cum Deo:* ità & h. l. *Quare dixit*——*Voluimus, non veniemus,*&c? q. d. Sic statuimus, hæc voluntas nostra, nos non venturos ampliùs ad te. Atque hæc significatio congruit illis duobus locis (alibi enim non exstat) ubi hoc verbum in Hiphil occurrit: nempe Psal. 55. 3. אריד וגו׳, *Cupio in meditatione mea, & perstrepo;* & Gen. 27. 40. כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וגו׳. Quod nollem vertere, *Quando dominaberis, rumpes jugum,* &c. quia qui dominatur non fert jugum alterius: & si de corporali servitute intelligas, vix operæ pretium erat, hanc veluti magnam prærogativam prænunciari, quòd ille fratris sui jugum excuteret post 150 annos: confer 2 Sam. 8.13. & 2 Reg. 8.22. Optimè ergò ad electionem fœdúsque gratuitum refertur, Rom. 9. 12. cujus qui particeps est, verè dominatur, servit autem qui indè exclusus est. Sic ergò verto, *Quum volueris,* &c. Quod non nisi sub Evangelio impletum. Quamdiu enim idololatræ erant, servitutis spiritualis jugo impliciti mansêre, illúdque abrumpere nec voluerunt, nec velle potuerunt: At nacti gratiam Evangelii, voluerunt abrumpere, & abruperunt, atque unà cum fidelibus Judæis in libertatem filiorum Dei asserti sunt[k]. [Ca. locum sic reddit, *Cur sibi vendicat populus meus imperium, & negat se ampliùs venturum ad me?*]

32. *Numquid oblivíscetur virgo ornamenti sui?*] Ità Mo. P. &c. Ornamenta muliebria sunt quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, &c. item aurum & gemmæ, ut ait Ulpianus[l]. ¶ *Aut sponsa fasciæ,*&c?] [קִשֻּׁרֶיהָ] *Fasciæ suæ?* Ti. *fasciæ pectoris sui?* ό. Ar. G. id est, ligamenti mammillarum, nè grossities earum indecenter appareat[m]. Id *mammillare* in Apophoretis; *strophium* Cinnæ & Turpilio[n]. *Ligaminum* (vel, *collariorum,* Mo. *lemniscorum,* Ca. *torquium,* vel *monilium,* V. *murænularum,* P.) *suorum?* M. Calv. sic Pi. à קשר *ligare*[o]: vel, *eorum quæ alligat sibi?* JT. vel, *pepli sui?* Strig. Repetitio ejusdem: q.d. Virgo sponsa nunquam prodit in publicum oblita ornamenti sui; multò minùs sponsi sui obliviscetur[p]. Fœmina pluris facit ornamenta sua, quàm vos me[q].

33. *Quid,*&c?] [מַה־תֵּיטִבִי דַּרְכֵּךְ לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה] *Cur,* vel, *Quid, bonificabis* (vel, *bonam facis,* Ti. *præparas,* P. sic Sy. Calv. *bonificas,* V. Calv. *concinnas,* Calv. sic Ang. *bonam prædicas,* JT. Pi. *ornares,* Di.) *viam tuam,* Mo. P. &c. (i. e. actiones tuas[r],) *ad quærendum,* vel *ut quæras,* (vel, *ut ambias,* Ti. vel, *quærendo,* JT. Pi.) *dilectionem?* sive *amorem?* Mo. P. Pi. &c. i. e. scortationem spiritualem †: vel, *quod amas?* JT. vel, *amicitiam?* i. e. Cur tanto studio apparas profectionem ut ineas amicitiam cum populis externis[t]? Videbimus quorsum hoc dicat vers. 36. ubi objicit illis Assyrios & Ægyptios[v]. *Quare tam diligenter huc illuc discurris,* &c? Q. in V. Cur tam longa itinera suscipis, &c? Vide Esa. 57. 9, 10. Bene observat Rabbinus, verbum [היטיב] studium & præstantiam agendi significare: ut, *bonificare ludere,* Psal. 33. 3. est, bene ludere; *benefacere in ira,* Jon. 4. 4, 9. est, valde iratum esse; *benefacere in malo,* Mic. 7. 3. est, malum sedulò & vehementer agere: ità hîc, *benefacere in via,* est, iter arduum suscipere[x]. *Quare ornas te in viis tuis, ut facias amatores, ut contrahas societatem cum populis?* Ch. in V. Solent Prophetæ populos externos, &c. amatoribus conferre; Judæos autem meretrici, quæ huc illuc discursat, faciem fucat, & multas impudicitiæ illecebras accersit sibi, ut adulterorum gratiam conciliet[y]. Al. Quid niteris teipsam purgare, & excusare quæ fecisti[z]? Quid sacrificiis & ceremoniis mores tuos niteris ostendere bonos esse, ad quærendam benevolentiam meam, cùm publicè vaces omni impietati[a]? Quum turpissima sit via tua, quid eam ornare coram me tentas, ut favorem meum quæras? Respicit quod vers. 35. dicetur, *Munda sum,* &c. Nempe adulabantur sibi, & negabant se meritos iram Dei; prædicabant se mundos, atque ità vias suas pulchras reddebant coram Deo[b]. Cur adeò es impudens, ut te justifices, quum tamen vitam tuam consumas in conciliandis amatoribus, & explenda tantùm tua libidine? *Facere bonum* hîc sumitur pro, prædicare seu jactare bonum, aut etiam profiteri; ut Matt. 12. 33[c]. Non rectè facis quòd bonam prædicas viam tuam[d]. Frustrà te purgas, cùm nihil agas nisi quod tibi sit libitum *. ¶ *Quæ insuper,* &c.] [לָכֵן גַּם אֶת הָרָעוֹת לִמַּדְתְּ אֶת וגו׳] Duplex lectio hîc[f], & Jer. c. 13. v. 21. לִמַּדְתְּ,

q G. r T. † Me. s Ang. t V. sim. Ang. Calv. x Ang. ex He. sim. Glas. gram. 3.1.17.63. y Pi. z Di. a Calv. b Me. c Di. † Idem. d V. ex M. * V. f M. g Ang. h Calv. i Ang.

k Di. l G. m L. n G. o Calv. p V. q Me. r Pi. † Pi. t V. v Calv. x Ang. y Calv. z Me. a T. b Di. c Jun. d Pi. * G. f V. Ang.

לִמַּדְתְּ, & לִמַּדְתִּי. [Hinc variant.] *Docuisti* i. e. docebo; præt. pro fut[g]. *Ob hoc docebo vias tuas malas* esse, Ti. Sunt verba Dei, q. d. Etiam exteris significavi malitiam tuam, ut te puniant, &c. Vide Jerem. cap. 1. verf. 15, 16. & c. 40. v. 2, 3. Sed altera lectio receptior est, & rectior videtur[h]. *Ideo*, vel *Itaque*, (vel, *Ideirco*, JT. *Quin*, Pi. *Profectò*, Di. He. in Angl. לָכֵן, pro אַךְ[i], ut Gen. 4. 15. Jer. 5. 2. Os. 2. 14[k].) *etiam pravitates*, sive *malitias*, *docuisti* in *viis tuis*; instar meretricis, quæ deterior est adulteris, quos capit suis decipulis: ità & vos pejores estis Assyriis & Ægyptiis, quia hi blanditiis tuis capti sunt[l]. Vel, *malitias docuisti vias tuas*; quod rectè explicat RS. *Pessimam viam quæ est inter omnes vias docuisti teipsam*: & bene addit, לִמַּדְתְּ est, *assuefecisti*; adeò ut non malè vertas, *malitiis assuefecisti vias tuas*, ut suprà v. 24. *Onager assuetus deserto*[m]. Vel, *Et malitias tuas docuisti vias tuas*. Illud *malitias* exponitur per *vias tuas*: i.e. Tuo exemplo gentes etiam improbas improbiores facis[n]: non solùm malè vivis, sed & alios doces malè vivere[o]. Vel, *malas* (vel, *malas ipsas*, JT. *pessimas*, Di. sub. *mulieres*, Pi. vel, *gentes*, V. [ellipsis subjecti, ut sæpe,]) *docuisti vias tuas*, Mo. P. V. JT. Pi. i. e. Ut assequaris quod optas, tu perpetras gravissima flagitia, graviora, inquam, ipsis Gentibus, ut ipsas docere possis malitiam. Chald. *mala*, vel *malas*, *docuisti viis tuis*[p]. [Alii versum sic reddunt,] *Quid pulchram facis viam tuam, ut quæras dilectionem, & subindè etiam malitias, & doceas vias tuas?* M. *Quid tuam rationem componis ad amorem captandum, & ideo alios quoque doces mores tuos?* Ca. *Quare ornas viam tuam, ut tibi sim propitius, & hoc prætextu cumulas scelera?* Strig.

34. *Et*, &c. גַּם בִּכְנָפַיִךְ נִמְצְאוּ דַּם וגו׳] *Etiam*(vel, *Quin &*, Ti. גַּם hîc pondus habet[q].) *in* (vel, *sub*, Ti.) *alis tuis* (Metaphora ab avibus quæ raptu vivunt, quæ alas sanguine plenas habere solent[r]. Vel, *in oris tuis*, V. *in alis*, sive *oris*, sub. *vestimentorum tuorum*, V. P. sic JT. G. Di. ex Genev. i. e. in veste tota: pars pro toto[†]. Allusio ad homicidas, quorum vestes cruore inquinatæ sunt. Vide Esa. 63. 2, 3[t]. Significat cædes non fuisse occultas, quia Judæi resperfi erant sanguine usque ad extremas vestium partes[v]. כָּנָף *ala*, pro ora vestis, Num. 15. 38[x]. 1 Sam. 24. 4, 5, 11[y]. Vide & Thren. 4. 14[z]. & Deut. 22. 12[a].) *inventi sunt* (vel, *invenitur*, M. sim. Calv.) *sanguis* (excretus nempe nimio coitu[b]. Ità *sanguis* hîc similiter sumeretur ac Joh. 1. 13. & vestis, ut Jud. v. 23. sed coactum est[c]. Vel, *sanguines*, M.) *animarum* (i. e. personarum, ut Exod. 1. 5. & 1 Pet. 3. 20. vel, *sanguis vitalis*, i.e. quòcum vita emittitur: *anima*, pro *vita*, ut sæpe[†].) *egenorum*, Mo. P. sic JT. Pi. &c. *innocentium*, Mo. P. &c. vel, sanguis *innocentium*, JT. Pi. qui egestate adducti sunt ut à te acciperent mercedem coitûs[d]. Quod coactum[*]. Al. Nè à cæde quidem innocentium abstines, ut gratiam ineas cum exteris gentibus. Chald. Par. *Etiam in secreto* (i. e. sub veste tua) *deprehensa es quòd effudisti sanguinem justum*[f]. Falluntur Interpretes omnes, dum putant hîc generaliter damnari sævitiam in Judæis. Ostendit eos non modò pertinaces fuisse in vitiis, sed & jugulâsse medicos suos & ministros salutis, nempe Prophetas; adeòque malitiam eorum prorsus desperatam fuisse[g]. *Sanguis innocentium*, tum Prophetarum[h], tum infantium Molocho immolatorum[i]. *Exstátque tuis in gremiis pauperum hominum sanguis*. Hunc versum cum præcedente sic intelligo; q. d. Cur te componis ad peregrinorum deorum cultum; & ideo doces alias civitates tuam defectionem; atque ità in causa es ut peregrinos colant deos, quod fit eis perniciosum? Id quod perinde est acsi insontes interficias, & eorum sanguine vestem tuam cruentes. Neque verò istud occultè facis, ut solent latrones; sed palàm, sub opacis arboribus, tuos colens deos[k].

¶ *Non*, &c. לֹא בַמַּחְתֶּרֶת מְצָאתִים כִּי עַל כָּל אֵלֶּה] *Quos* (vel, *Quos* tamen, Di. nempe innocentissimos pauperes[l]; vel, Prophetas[m],) *non in suffossione* (vel, *cum perfossorio*, Mo. G. sub. *instrumento*, G. i. e. suffodientes domum tuam. Alludit ad Exod. 22. 2[n]. q. d. Non reos ullius criminis, vel furti, vel cædis; ponit enim speciem pro genere[o].) *invenisti*, P. Di. ex Genev. G. sim. Calv. (ut illos scilicet tanquam directarios occidere posses ex Lege, Exod. 22. 2. Vide dicta de J. B. & P. 2. 14, 12[p].) *sed super omnibus his*, Mo. Calv. i. e. Ideo eos occidisti quòd tuas idololatrias sequi nollent[*]. Vel, *sed fecisti ob omnia ista*, Genev. sic V. Q. in Ma. sub. *quæ dicta sunt*, V. sic Ma. quòd scilicet te carperent de suprà dictis, crudelitate & aliis[q]: vel, quòd ad omne maleficium projectissima eras[r]. Malim, *ob omnes istos*, nempe amasios tuos, deos scilicet alienos, quos humano sanguine placari didicistis à Gentibus. Quum autem divites & potentes aggredi non auderetis, pauperes & invalidos necâstis, ut eorum sanguine propitios vobis deos redderetis[†]. [M. hæc cum versu seq. jungit, h. m. *Quos in secreto non invenisti. Propter hæc itaque omnia*, v. 35. *quandoquidem dicis*, &c.] *Quos non in foraminibus invenisti, sed in omnibus his*, Ti. *Non in fossis* (i. e. clàm & secretò, ut solent latrones jugulare viatores[t],) *inveni eos*, Vulg. ο΄. (i.e. sanguines quos fudisti[v]. Vel, *Quos non inveni in scrobibus*, i.e. occultis locis[*]. *Quos nequaquam in furto deprehendisti*, Sy. *Quos non in rimis invenisti*, Ar. h. e. non in cellis & cavernis, ubi latêre solent meretrices[x]: vel, *Non sicut inveniunt in fossa*, Ch.) *sed in omnibus quæ suprà memoravi*, Vulg. i. e. in manibus aut alis tuis[y]. Eos palàm & inspectante totâ urbe occidisti[z]. Palàm fornicata es, ut Esa. 57. 7. Ezec. 16. 24[a]. Vel, *sed ob hæc omnia fecisti*, Ch. Vel, *sed sub quacunque arbore*, Sy. *sed in omni quercu*, ο΄. Ar. *sed apud omnes quercus*, sub quibus deos colebatis[b]; vel, super quas sedentes invenistis pauperes: q.d. Qui non vim ædibus vestris fecerunt, sed quercus potiùs quasvis conscenderunt, ut glandium esu famem sedarent. Sensus non ineptus, cui tamen priorem præfero; quia causam exhibet cur pauperes occiderint, nempe in cultum deorum. Porrò, דַּם hîc collectivum est[c]. *Elah* aut *Allah* iisdem literis scribuntur [in Hebræo] quibus *Elleh*. Ità puncta tantùm mutata sunt, ut aliás. Huic versioni favet sententia, quæ alioqui non constat[d]. [De quo judicium sit penès lectorem.] Al. *Non effossione* (vel, *arcano scrutinio*, Ang.) *inveni hæc*, JT. (nempe peccata tua, quæ non sunt clàm, ut perverstigatione opus habeant, sed palàm, &c[*]. Vel, *illum*, nempe *sanguinem*[f]; *illos*, h. e. sanguines. qu. d. Non fuit opus effodere cistas in quibus vestes tuas sanguine coitûs contaminatas recondidisses; quia sine pudore reliquisti illas in aperto[g].) *sed super omnibus istis*, Pi. Ang. Belg. sim. JT. nempe alis vestium[h]; sub. *sunt*, JT. Pi. q. d. Vestes omnes sanguine contaminantur, non manus tantùm[i]. Al. *Non quidem in latebris, sed in omnibus locis*, Strig. Vox מְצָאתִים potest esse vel prima persona masc. vel secunda pers. fœmin. ideóque variè redditur[k].

35. *Et*, &c. וַתֹּאמְרִי כִּי נִקֵּיתִי אַךְ שָׁב וגו׳] *Et* (vel, *Quandoquidem*, M. *Attamen*, Calv. JT. Pi. Ang.) *dixisti*, (vel, *dicis*, JT. Pi. M. Ang. Potest etiam interrogativè legi, *Potésne*, vel *Audésne*, *dicere*? post hæc omnia[l],) *Quia* (quæ vox redundat[m]: vel, *Utique*, JT. Pi.) *innocens sum*, *verè aversus est* (vel, *recessit*, Pi. *recedet*, Ang. vel, & *avertetur*, M. præt. pro fut. ut Mic. 7. 8. *surrexi*, pro, *surgam*[n].) *furor* (vel, *nasus*, Mo.) *ejus à me*, P. sim. JT. Pi. &c. Non habet Deus causam irascendi mecum[o]. Vel, *avertatur* — *à me*, Strig. *sed avertatur*, &c. ο΄. sic Ar. *duntaxat recedat furor ejus à me*, Ti. sic Calv. q. d. Nè imperiosè nobiscum agat Deus, neque summo jure utatur; æquis rationibus agat, & poterimus ostendere nos esse justos, vel saltem excusabiles, & nos his tam pœnis quàm objurgationibus indignos esse[p]. Sed melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio[q]. Vel, *ideóque avertit*, &c. Sy. [Ca. locum sic vertit, *Et dicis te insontem? irámque meam à te avertendam?*]

¶ *Ecce, ego*, &c. הִנְנִי נִשְׁפָּט אוֹתָךְ עַל אָמְרֵךְ וגו׳] *Ecce, ego judicium subiens tecum*, Mo. (vel, *judico te*, P. Calv. Ti. Sy. *disceptaturus sum tecum*, JT. *judicio contendam tecum*, Calv. Pi. Q. in V. sic ο΄. Ar. vel, *judicium subibo*, Q. in V. *Furori* opponit *judicium*; q. d. Ostendam reipsa me esse judicem, non tyrannum, nec præcipiti & cæco affectu, sed justè, pœnas de ipsis exegisse[r]. Vel, *te condemno judicio*, M. vel, *faciam tecum vindictam hanc*, Ch. in V. Al. *Ego verò hoc ipsum in te animadvertam*, Ca.) *super dicere te*, &c. Mo. vel, *eò quòd dicas*, sive *dixeris*, &c. P. Ti. JT. &c. Auget culpam culpæ negatio[†]. Redarguit Judæos, quòd & innocentiam sibi improbè arrogarent, & Deo litem intentarent, quasi

illos

[Marginal notes, left column: g V. — h Ang. — i Di. ex RS. — k Di. — l Calv. — m Di. — n G. sim. Jun. — o Me. sim. T. — p V. — q Calv. — r Me. — † V. — t Ang. — v Calv. — x Ang. — y Ang. G. — z G. — a Ang. — b Pi. — c Ang. — † Ang. — d Pi. — * Ang. — f V. — g Calv. — h L. Me. T. — i Me. T. — k Ca. — l Di. — m Calv. — n V. ex Calv. sim. Di. — o Calv. — p G.]

[Marginal notes, right column: * G. — q V. sim. Di. — r Ma. — † Di. — t T. — v Me. sim. T. — * Ca. — x Q. in Ang. — y Me. — z T. — a Q. in Ang. — b Ca. — c Di. — d Ca. — * Jun. — f Belg. — g Pi. — h Pi. Ang. Belg. — i Ang. — k Belg. sim. Mi. — l Ang. — m V. — n Ang. — o Ang. — p Calv. — q Strig. — r Calv. — † G.]

illos crudeliter obrueret, &c. Falsæ excusationes semper huc tendunt, ut Deus damnetur injustæ crudelitatis [t].

[t] Calv.

36. *Quàm*, &c! "מַה־תֵּזְלִי מְאֹד לְשַׁנּוֹת וגו׳] *Quàm vilis facta es*, &c! Vulg. Q. He. in V. à זול, vel זלל, *viluit* [v]. Sed hoc improbant doctiores inter ipsos [x]. *Quia contempsisti valde, iterando*, &c. ο'. Potiùs תֵּזְלִי ab אזל †. *Quid*, vel *Cur, discurris* (vel, *abibis*, Mo. *diffluis*, Ca. *contemplaris*, Ch. *cursitas*, JT. Pi. *pergis*, V.) *tantopere*, Calv. Ca. (vel, *adeò*, JT. Pi. *valde*, Mo. *crebrò*, P. *tam crebrò*, M. Ti. *tam studiosè*, vel *anxiè*, V. *admodum*, Ch.) *ad mutandum* (potiùs, *mutando*, Angl. P. JT. Pi. Neque enim hic erat finis discursitationis, sed modus [y]. Vel, *ut mutes*, M. Ca. *ut iteres*, Ti. vel, *ad corrumpendum*, Ch. vel, *repetendo*, Q. in Ma.) *viam tuam?* sive *vias tuas?* Calv. Mo. &c. Instar fœtidæ & impudentissimæ meretricis, cujus amor nusquam constat, sed huc illuc discurrit ad captandos adulteros; se passim prostituit, & obvios quosque appetit [z]. *Mutando*, &c. frequentibus scil. itineribus, modò ad Assur, nunc ad Ægyptum, discurrendo [a]. Nunc Assyriis blandiris, nunc Ægyptiis, ipsorum cultus imitando [b]. Quum respectarent huc & illuc, signum erat diffidentiæ de præsidio Dei, cujus clientes erant, &c [c]. Al. *Quì fit quòd tam facilè mutaris, & modò in hanc, modò in illam, partem inclinas?* Strig. ¶ *Et*, &c. "גַּם וגו׳] *Etiam* (vel, *At etiam*, Pi.) *ab Ægypto*, sive *Ægyptiis*, (vel, *propter Ægyptium*: q.d. Rex Ægypti non proderit tibi copiis suis, &c. Vide Esa. 30. v. 5. Jer. 37. 7 [d].) *pudefies, sicuti pudefacta es ab Assyriis*, Calv. sim. JT. vel, *propter Assyrium*; nempe Tiglath-Pileser, de quo vide 2 Par. 28. 20, 21 [*]. Ante tempus Ezechiæ fœdus percusserant Judæi cum Assyriis; primò adversùs Syros & Israelitas, deinde contra Ægyptios, qui fuerant illis confœderati. Utrumque infeliciter successit. Dicit eundem fore illis exitum quem priùs experti fuerant, nec magis nunc Ægyptios opem laturos quàm olim Assyrios, &c [f]. Assyrius, pactis violatis, terram vastavit, urbem obsedit: Ægyptius magna de te tributa exiget, nec quicquam tibi proderit; 2 Reg. 23. & 24 [g]. Sensus versûs est, Cur te conjungis Ægyptio, & deficis à Babylonio, (in cujus manus Manasse erat traditus,) & fidis Ægyptio, ut Achaz antea Assyrio? 2 Reg. 16. 7. Nam etsi hoc disertè non legimus in S. S. fœdus tamen indubiè cum Ægyptio, aut per Menaschem postliminiò reversum, aut per Amonem, fuit initum; ac propterea Necho negat se adventare ut bellum gerat adversùs Josiam, 2 Par. 35. 21 [h]. Cur toties mutas vias? deflectendo, primùm, à me, deinde, ab uno patrono ad alium, &c [i].

[v] Q. in V. [x] V. † Idem. [y] Ang. [z] Calv. [a] V. sim. Pi. Ang. &c. [b] G. [c] Calv. [d] Pi. [*] Pi. [f] Calv. [g] G. [h] Jun. [i] T.

37. *Nam*, &c. "גַּם מֵאֵת זֶה תֵּצְאִי וגו׳] *Etiam* (vel, *Ac*, Ca. *Imò &*, Strig.) *hinc* (vel, *ab illo*, JT. Pi. nempe Ægyptio [k], cujus opem frustrà petis per legatos, v. 18 [l]. Legati tui irriti redibunt cum mœrore summo, ut sequitur [m]. Vel, *ab hoc*, Calv. Glas. Angl. sub. *loco*, ubi nunc habitas [n]. Vel, *isthinc*, Ca. Vel, *ab hac re*, h.e. propter hoc scelus, i. e. impium illud fœdus, quo tutum te putabas [o],) *egredieris*, Mo. P. sim. Pi. &c. (vel, *prodibis*, JT. *migrabis*, M. Ti. &c. in captivitatem [p],) *& manus tuæ* (sub. *erunt*, P.) *super caput tuum*, Mo. P. Calv. vel, *manibus impositis*, &c. JT. Pi. sim. M. *manibus tuis* complicatis, &c. Ti. Qui mos est fœminis in gravi dolore, 2 Sam. 13. 19 [q]. Signum extremæ desperationis [r]. Redundat hic את post מ, ut in מֵאִתִּי *à me*, מֵאִתְּכֶם; vide & Gen. 19. 24: & ut עם post מ, ut Psalm. 121. 2. מֵעִם וגו׳, *à Jehova*. Sic, מֵעִמּוֹ *ab eo*, מֵעִמָּנוּ *à nobis*, Gen. 26. 16 [†]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי מָאַס יְהוָה בְּמִבְטַחַיִךְ] וְלֹא תַצְלִיחִי לָהֶם] *Quia*, vel *Nam, contempsit*, vel *sprevit*, (vel, *reprobavit*, Mo. *respuit*, Ca. *repulit*, ο'. *procul summovit*, Ch. sic Ar. *detestatur*, Calv. Strig. sim. M. *corrupit*, G.) *Jehovah confidentias*, sive *fiducias*, (vel, *spes*, Strig. G.) *tuas*, P. JT. Pi. &c. (quas collocas in hominibus [t]; vel, *præsidia tua*, Ti. vel, te propter *confidentias tuas*, Angl. ex He. Ellipsis pronominis, ut Esa. 51. 22. & 60. 15. & particulæ *propter*, ut Mal. 2. 5 [v].) *& non* (vel, *itaque non*, Pi. Angl. *ut non*, JT. *neque*, P. Ti. Ca.) *prosperaberis* (vel, *prosperè cedet* tibi, P. Ti. Ca. sic Calv. vel, *secunderis*, JT.) *eis*, Mo. vel, *in eis*, P. JT. Pi. Ca. Calv. *cum eis*, Ti. scil. fiduciis illis tuis [x]. Vel, *quibus non respondebit felix eventus*, Strig. nulla earum succedet [y]. Non

[k] Pi. Glas. [l] Ang. ex He. [m] G. [n] Ang. [o] Calv. [p] Ang. [q] G. sim. V. Ang. Pi. Calv. [r] Calv. [†] Glass. gram. 3. 6. 16. 565. [t] Pi. [v] Ang. [x] Pi. [y] G.

excedit modum Propheta, dum tantopere Judæos traducit, quoniam, 1. Deus prohibuerat nè ad Ægyptios confugerent: 2. sic transtulerant gloriam Dei ad Ægyptios, quos putabant sibi fore authores salutis; & ità contempserant Dei promissiones, & propè extincta fuit Dei invocatio [z].

[z] Calv.

CAP. III.

1. *Vulgò*, &c. "לֵאמֹר הֵן יְשַׁלַּח וגו׳] Connexio obscura est [a]. Putant multi versum hunc ex proximo pendere, & ità legunt uno contextu, Deum abominari *confidentias*, &c. quoniam *dicat*, &c [b]. Hæc verba à præcedentibus divelli iniquissimum est: causam reddit cur *respuit Deus fiducias*, &c. q. d. Si post tot scelera resipisceres, adhuc mihi accepta esses, hoc versu; sed perrexisti in peccatis tuis, v. seq. &c [c]. Rationem reddit Deus cur oporteat eum abjicere Hierosolymam, quia Lex ipsius *dixit*, *Si quis*, &c [d]. Verùm nova hæc est sententia, nempe quòd Deus sibi populum reconciliare studeat, sicut maritus qui vellet uxori impudicæ ignoscere, eámque recipere [*]. [In prima voce reddenda variant.] *Dicendo*, Mo. JT. Calv. Ch. P. *Dicens*, M. *Dicitur*, V. Mar. *Aiunt*, M. Ti. Ang. *Dicere solent*, Ang. *Vulgò dicitur*, Vulg. sic Belg. לֵאמֹר tantundem valere puto, q. d. ut loquimur Gallicè, *par maniere de dire*; vel, barbarè, *posito casu* [f]; vel, *supposito quòd* [g]. Al. *Dicit* Jehova, Pi. sic Strig. *Sic accipe*, Ca. Hujusmodi infinitiva sæpe emphaticè, sed & ellipticè, usurpantur. Exempla vide ad Esa. 59. 13. & de hac voce ad Esa. 44. vers. 26. *Dicendo ad Hierosolyma*, ut patet ex verbo finito præcedente. Sic & Esa. c. 9. v. 9. *Dicendo*, pro, Dicendo dicunt, vel, dicere solent, ut pleniùs exprimitur Jer. 23. 17 [h]. [Reliqua sic reddunt:] *En*, (vel, *Si*, Ch. P. M. Ti. Pi. Di. Ca.) הֵן *si*, ex usu Chaldaico: sic Jer. 2. 10. nisi quòd ibi *si* pro *an* ponatur; ut apud Hebræos אם utrumque valet [i].) *dimittet*, vel *dimiserit*, (vel, *repudiat*, Ti. sic Ca. Heb. *emittat*, ut Genes. 8. 7, 8. per modum divortii, Deuter. 22. 19. & 24. 1, &c. Esa. 50. 1. Mal. 2. 16 [k].) *vir* (vel, *quis*, JT. Angl.) *uxorem suam*, Mo. P. Ch. JT. &c. ¶ *Duxerit*, &c. "וְהָיְתָה וגו׳] *Et nupserit* (vel, *fuerit*, P. Calv. Angl. Heb. *facta fuerit*, Pi.) *viro alteri*, V. Pi. &c. Sic Levit. 22. 12. Deut. 24. 2 [l]. ¶ *Numquid*, &c? "הֲיָשׁוּב וגו׳] *An revertetur*, vel *reverteretur*, *ad eam?* Calv. JT. Pi. *Poteritne dimissam rursus ducere?* Strig. An reciperet eam? Interrogatio hic negat [m]. Non potest recipere, juxta Legem. Quanquam hæc verba non tam Legis interdictum respiciunt, quàm hominum mores: non enim dicitur, *In lege dicitur*, sed, *Dicunt*, vel, Dicere solent; adeóque sic reddi possunt, *An volet*, vel *vellet, ipsam recipere?* h. e. ipsi reconciliari [n]? Estne maritus aliquis adeò remissus, ut, etiamsi Lex id permitteret, vellet eam recipere? Arabes pro summa exsecratione dicunt, *Ter dimissam, & ab aliis subactam, recipias* [o]. Verum hujus loci sensum non attigerunt Interpretes. Non significat Deus se divortium fecisse cum populo, (id enim vitiosum esset, nec Deo congrueret. Vide Esa. 50. 1. *Ostendite libellum repudii*, &c. Libellus repudii erat testimonium & levitatis in viro, & pudicitiæ in uxore: nam si adultera fuisset, non opus erat divortio, erat enim pœna capitalis.) sed à minori ad majus extollit clementiam suam: q.d. Maritus, si uxorem fastidiosè & suâ culpâ abjecerit, eáque alteri nupserit, vix unquam reconciliabitur? vos autem similes fuistis mulieri perfidæ & adulteræ; paratus tamen sum vos recipere [p]. ¶ *Numquid*, &c? "הֲלוֹא חָנוֹף תֶּחֱנַף וגו׳] *Nonne prophanando prophanata est* (vel, *pollutione polluta est*, M. Calv. V. *omnino contaminaretur*, JT. Pi. sim. Ang. *prævaricando prævaricata est*, P. *fallendo fallet*, Ti. Chald. *peccando peccavit*, vel, *condemnando condemnata est*, aut, *puniendo punietur*, V.) *terra ista?* sive *illa?* Mo. &c. Uxor est quasi terra seu ager mariti, qui à viro excolitur, seritur, &c [q]. Vel, terra in qua talia scelera patrantur & permittuntur. Respicit Deut. 24. 4. Vide & Levit. 18. 27, 28 [r]. Vel, *terra illa?* i. e. Judæa, ut hîc incipiat

[a] Q. in Ang. [b] Calv. sim. M. ex He. V. [c] Jun. [d] He. in Ang. [*] Calv. [f] Calv. [g] Belg. [h] Ang. [i] Di. [k] Ang. [l] Ang. [m] Pi. [n] Ang. [o] G. [p] Calv. [q] T. [r] Ang.

cipiat ἀνήσῃον †. q. d. Annon terra quam hic populus incolit valde polluta est per scelera quæ ipsi patrant [t]? Sed prius præfero [v]. Vel, *terra in hoc?* (ut הַהִיא seorsim accipiatur;) nempe, si quis uxorem dimissam rursus recipiat, quia erat contra Legem [x]. *Annon hoc facto terra pollueretur?* Romanæ leges vetuerunt dimissam rursus duci; ut Catoni probri vice objectum est, quòd Martiam Hortensio mortuo rursus duxit [y]. ¶ *Tu*, &c. וְאַתְּ זָנִית רֵעִים רַבִּים] *Et tu* (vel, *Tu autem*, P. Ch. &c.) *fornicata*, vel *scortata*, *es sociis* (vel, cum *sociis*, M. cum *amicis*, JT. cum *amasiis*, Pi. cum *amatoribus*, P. Ti. Strig.) *multis*, Mo. &c. Vel, *errâsti*, (i.e. in errore versata es,) *& societatem iniisti cum populis multis*, Ch. in V. ¶ *Tamen*, &c. וְשׁוֹב וגו'] *Sed* (vel, *Tamen*, JT. sic Pi. V. &c.) *revertere ad me*, Mo. M. &c. Tamen tantâ sum patientiâ ut recipere te velim [z]. Tibi parata est venia, modò resipiscas; ideóque minùs excusabilis es, si favorem hunc tibi oblatum respuas [a].

2. *Leva oculos tuos in directum*] Ità ὀ'. vel, *rectà*, Ar. Sic ὀ'. reddunt etiam Num. 23. 3. & Jer. 7. 29. respicientes nempe ad Syriacam vocis hujus significationem, ubi שְׁפִיא est, *rectus, planus*. Vide dicta ad Num. 23. 3. Unde & hîc vertimus, *super planities* [b]. ¶ [עַל שְׁפָיִם] *In*, vel *ad*, *compita*, Sy. vel, *edita*, sive *eminentia*, *loca*, Mo. P. M. JT. Pi. Ch. *vertices*, Ti. *cacumina* montium, Ca. colles [c], ubi idola coluisti, ex more, 2 Reg. 17. 9. & 21. 3. & 23. 5. &c [d]. ¶ *Et vide ubi*, &c. אֵיפֹה לֹא שֻׁגַּלְתְּ] *Ubi non fuisti*, sive *fueris*, (vel, *sicubi non sis*, Ti.) *constuprata*, Mo. P. vel, *vitiata*, JT. V. Sy. *subagitata*, Ti. *permista*, ὀ'. *compressa*, i. e. coitum idololatricum passa *. Scribitur שֻׁגַּלְתְּ, & honestatis gratiâ legitur שֻׁכַּבְתְּ, *dormieris* [f]. Sed nimia hæc Masoretarum audacia, quòd Sacros Scriptores corrigant [g]. Vide an ullus collis sit purus à scortationibus tuis [h]. Chald. *ubi non inieris societatem tibi ad colendum idola*, V. Scorta se occultant, tu autem prodibas in lucem, &c †. *Et vide quàm vagis libidinibus contaminata sis*, Strig. ¶ *In*, &c. [עַל דְּרָכִים יָשַׁבְתְּ לָהֶם] *In viis*, vel, *Juxta*, vel *Super*, *vias*, (*Cunctis in triviis & angiportis* [i], ut solent meretrices [k]. Vide Gen. 38. 14 [l]. Ezec. 16. 24, 25 [m].) *sedisti illis*, JT. Pi. Calv. &c. nempe amasiis tuis [n]. Vel, *propter illos*, V. in gratiam eorum †: vel, exspectans, sive exspectando, *illos*, M. V. sic Pi. Angl. q. d. Non adducta eras aliorum illecebris, sed, tuâ lasciviâ impulsa, alios etiam corrupisti [o]. ¶ *Quasi*, &c. כַּעֲרָבִי בַּמִּדְבָּר] *Quasi Arabs in deserto*, M. P. Mo. V. &c. sub. *sedere solet*, V. Vel, 1. exspectans mercatores quibus vendat, aut à quibus emat, merces [p]. Vide Gen. 37. 25. Job. 6. 19. Esa. 15. 7. & 21. 13 [q]. Vel, 2. viatoribus insidians, ut eos spoliet [r]. Arabes latrociniis famosi erant †, usque ad Hieronymi tempora, imò & ad nostra [t]. Vide Diod. Sic. 2. 92. Strab. l. 16. p. 747. Plin. 6. 26 [v]. Ità duplex hîc est similitudo; 1. à procaci meretrice, quæ vias obsidet, &c. 2. à latrone veteratore, qui alios in societatem suam attrahit [x]. Al. *Arabs in sylvis*. Arabes pastores erant vagi [y]. ¶ *Et*, &c. וַתַּחֲנִיפִי וגו'] *Et polluisti* (vel, *prophanâsti*, Mo. *prævaricari fecisti*, P. *incestavisti*, Ca.) *terram*, &c. M. V. simil. JT. Pi. *Et effecisti ut falleret* [ad verb. *hypocritam ageret*] *terra*, Ti.

3. *Quamobrem*, &c. וַיִּמָּנְעוּ וגו'] *Et* (vel, *Itaque*, P. *Hinc*, Ti. Pi. *Et quamvis*, JT. *Cùmque*, Ca.) *prohibiti*, sive *cohibiti*, (vel, *interceptæ*, Ca.) *sunt* (vel, *cohiberentur*, JT.) *imbres*, Mo. P. Pi. &c. (i. e. pluviæ temporaneæ, quæ in Octobri sive Autumno decidunt [z]; dictæ *pluviæ seminis* Esa. 30. 23. i. e. semini provehendo necessariæ, maximè in aridis illis & calidis regionibus [a]. Ea pluvia etiam dicitur יוֹרֶה, vel מוֹרֶה: at מַלְקוֹשׁ ea est quæ decidit in Martio, vel Vere [b].) *& pluvia serotina* (vel, *imber vernus*; qui *serotinus* Hebræis, apud quos annus popularis ab Autumno inchoabat [c]:) *non fuit*, sive *fuerit*, Mo. P. &c. Id est, Castigavi te siccitate [d], ob tuum peccatum *: sed nec pœnis subacta eras [f]. ¶ *Frons*, &c. וּמֵצַח וגו'] *Et* (Vel, *Sed*, Pi. Angl. *Tamen*, Calv. G. Angl.) *frons mulieris meretricis fuit tibi*, &c. Mo. P. M. &c. q. d. Inverecunda eras [g]; instar meretricis quæ nomen fronti inscribit, ut Babylon Apoc. 17. v. 5 [h]. Pervicax erat obstinatio tua [i].

4. *Ergò*, &c. הֲלוֹא מֵעַתָּה קָרָאתִי לִי אָבִי אַלּוּף נְעֻרַי אָתָּה] *Nonne ex nunc* (vel, *deinceps*, M. Ca. vel, *posthac*, Ti. V. *nuper*, Q. in V. *ex*, vel *ab*, *hoc tempore*, Pi. JT. ex quo vidisti quòd prohibuerim pluvias [k],) *vocabis*, vel *appellabis*, *me*, Mo. P. Pi. Ca. (vel, *clamabis ad me*, M. Ti. Calv. vel, *acclamares mihi*, Di. vel, *vocare debebis*, seu *deberes*, V. debuisti ad me converti, & invocare me [l]; vel, *te docuero ut me voces*, JT.) *Pater meus*, sive *mi*, Mo. P. M. Calv. &c. (q. d. lugens instar filii ad patrem iratum, ut Luc. 15. 21. Jer. 31. 18. Vel, *Pater mi*, per appositionem, prout vocari vellem, v. 19. q. d. Me habebis pro Patre, Deut. 8. 5. & conditore tuo, Esa. 43. 1 [m].) *dux adolescentiæ meæ* (Periphrasis mariti [n], Prov. 2. 17. præcipuè talis qui juvenem uxorem duxit, Mal. 2. 14. ut Deus hunc populum, Jer. 2. 2. Deus autem & *Pater* vocatur, Esa. 64. 8. & *maritus*, Esa. 54. 5. Ezec. 16. 8 [o].) *tu?* JT. sic Mo. vel, *es?* P. &c. vel, *tu es?* Calv. Di. Al. *O dux adolescentiæ meæ*, qui me à prima ætate fovisti. Confer Prov. 2. 17 [p]. Ità verba sunt uxoris reconciliationem cum marito quærentis [q]. [Strig. hunc versum cum sequente jungit, locum sic reddens, *Et tamen ad me clamas, Pater mi, & magister adolescentiæ meæ, An perpetuò irascêris*, &c?] Probat Ecclesiam istam habere meretriciam frontem. Si enim, inquit, honestatis ullam haberes rationem, annon abhinc me Patrem tuum vocares, ducémque adolescentiæ tuæ? Vel potiùs, Annon ab hoc tempore acclamas, &c? q. d. Verè impudens es. Audes etiam ab hoc ipso tempore me vocare Patrem, &c. audes rogare an semper iram meam sim servaturus: & tamen & dixisti & fecisti malum, & prævaluisti; nempe bonitati meæ, sic ut ab ira abstinere prorsus nequeam [r]. Al. *Annon vocâsti*, &c? i.e. Annon finxisti te mihi fidelem esse, etiam dum idola colis, &c †? Al. Annon post has pœnas me hypocriticè quæsiistis, & Patrem vocâstis, &c [t]? Al. *An dices mihi, Pater mi*, &c? quasi Deus vocem illam respueret, ipsósque argueret quòd nomine Dei glorientur [v]. Potiùs, Deus hîc mitigat asperitatem objurgationis, & ostendit se, si resipiscant, placabilem fore, imò apostatis ultro occurrere. Quid? inquit, annon iterum inter nos conjunctio erit? Deus affectum dolentis suscipit, populum, si fieri possit, retinere volens nè pereat [x].

5. *Numquid*, &c? הֲיִנְטֹר לְעוֹלָם אִם יִשְׁמֹר לָנֶצַח] Obscurum est quisnam hîc loquitur [y]. Sunt verba vel, 1. Prophetæ [z]: vel, 2. Dei [a]; sive quæ Deus docet populum sibi dicere, ut misereatur [b]; sive Dei studentis sibi adulteram synagogam reconciliare [c]: vel, 3. populi [d]; ut continuetur mimesis *. Hæc sunt verba quæ te loqui oportuit [f]; ut Hos. 14. 2, 3. Joel. 2. 17: vel, quibus reipsa, sed hypocriticè, usi sunt [g]. [Locum sic reddunt;] *An observabit* (vel, *reservabit*, P. Ang. *asservabit*, Pi. sim. JT. sub. *Deus*, JT. & sub. *iram*, JT. Pi. Ang. Ellipsis eadem Psal. 103. 9. Nah. 1. 2. & infrà v. 12. Similis nominis ellipsis Gen. 42. 33. *sumere*, sub. *cibum*; Levit. 25. 11. *colligere*, sub. *uvas*; Jerem. 16. 8. *comedere*, sub. *panem*; Zach. 10. 5. *conculcare*, sub. *hostes* [h]. Sic Gallicè dicimus, *Il luy garde*, i.e. vindictam fovet in animo [i].) *in seculum?* Calv. Mo. JT. &c. *an* (vel, *aut*, M.) *custodiet*, vel *reservabit*, (sub. *eam*, Pi.) *in perpetuum?* sive *æternum?* Calv. P. &c. Al. *An perpetuò irascêris, nec aliquid de furore remittes?* Strig. *An perpetuò injuriarum memor erit?* &c. Ti. sic Ca. Sensus, Non est quòd desperes de gratia Dei, si resipiscas [k]. Per vos stat quò minùs recipiamini in gratiam. Argumentum à natura Dei: q. d. Deus non est inexorabilis, sed propensus ad ignoscendum [l]. [Alii locum sic reddunt,] *Num fieri potest ut reserventur tibi peccata tua in æternum? aut roborabitur super te plaga in finem?* Ch. *Numquid permanebit* (vel, *servabitur*, Sy.) *in seculum? aut conservabitur* (sub. *impudentia tua*, Ar. vel, *pertinacia tua*, Sy.) *in victoriam?* ὀ'. ¶ *Ecce*, &c. הִנֵּה דִבַּרְתְּ וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכָל] *Ecce, locuta es, & fecisti* (vel, *perpetrâsti*, Calv. vel, *perficis*, Glas. vel, *designâsti*, Ti. Al. *loqueris & facis*, JT. Pi. q. d. Tam impudens es, ut jactare audeas te rebellem esse Deo [m]. Vel, Quod dixisti de proposito tuo malo, Jer. 2. 25. actionibus tuis approbas [n]. Al. *tu doces & facis*, Strig.) *mala*, Mo. P. M. &c. (vel, *mala ista*, JT. Pi. vel, *malitias*, sive *scelera*, Calv.) *& potuisti*, Mo. P. M. Strig. Calv. [vel, interrogativè,] *& potuisti?* i.e. potes adhuc tantum nefas à te impetrare *? Vel, *& prævaluisti*, V. Sy. vel, prævalida fuisti [o]; i. e. peccâsti pro virili [p], toto impetu & effræni licentiâ

Marginalia (left column): † G. · [t] Q. in Ang. · [v] Ang. · [x] Calv. · [y] Strig. · [z] G. · [a] Calv. · [b] Di. · [c] Pi. Calv. · [d] Ang. · * Pi. · [f] V. · [g] Ang. · [h] Calv. · † Idem. · [i] G. · [k] Pi. · [l] G. Pi. · [m] Pi. Ang. · [n] Pi. · † Idem. · [o] Calv. · [p] V. sim. · San. Ang. ex He. · [q] Ang. · [r] Pi. sim. · Calv. Ma. · Ti. &c. · † T. sim. · G. Ma. · [t] G. · [v] Ma. · [x] Calv. · [y] Ca. · [z] V. · [a] Ang. · [b] V. · [c] G. · [d] Pi. · * Ca. · [f] Calv. · [g] San. Mc. · [h] Me. · [i] Calv.

Marginalia (right column): [k] He. in V. · [l] He. in V. · [m] Ang. · [n] Calv. Ang. · [o] Ang. · [p] G. · [q] Ang. · [r] Di. · † Q. in Ang. · [t] Al. in Ang. · [v] Q. in Calv. · [x] Calv. · [y] Pi. · [z] Pi. He. in · [a] Q. in Pi. Calv. Me. T. · [b] Me. · [c] Q. in Me. · [d] Belg. Ang. · [f] Q. in Pi. Ang. · [g] G. sim. Ang. Belg. · [h] Ang. · [i] Ang. · [i] Calv. · [k] Pi. sim. Calv. · [l] Calv. · [m] Calv. · [n] Ang. sim. T. · * T. · [o] Calv. · [p] Calv. sic V. K. in Glas.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tiâ te in scelera projecisti [q]. Vel, *& praevales*, Pi. Angl. nempe malitiâ tuâ adversùs bonitatem meam, ut iram cohibere nequeam [r]. Vel, *quando potuisti*, ut ו sit pro כַּאֲשֶׁר †. Vel, *quantum potes*, JT. Glaſ. ו significationem habet, ut alibi temporis, *tunc*, itâ h. l. quantitatis [s]. Vel, *& multiplicâsti*, Ch. Sensus, q. d. Frustrà invito te ad resipiscentiam; tibi enim constitutum est audacter pergere, &c [v]. Gloriaris in malitia tua: quare te pro insanabili habeo, &c [x]. [Alii aliter.] *Si ità loquereris*, (verba nempe praecedentia [y],) *quanquam mala plurima fecisti, praevaleres*, i. e. iram mihi adimeres [z].

6. *Et dixit——in diebus Josiae regis*] Quum decem Tribus abductae erant, &c [a]. Nè videretur Jeremias rigidiùs cum populo agere, tempus hîc designat, quum scil. Josias conatus esset terram purgare, & cultum Dei restituere [b]. Diximus alibi, à Josia ritus aliquantulùm correctos fuisse, sed plerisque à populo mansisse malam mentem ex Manassis temporibus [c]. In ore omnibus erat reformatio: multi tamen erant hypocritae, qui ad tempus dissimulabant, sed interea obstinati manebant, &c. Novus hic sermo [d]. Hîc novum caput inchoari debuit *. [Et hîc inchoant JT. Pi.] ¶ *Numquid vidisti quae fecerit aversatrix Israel?* מְשֻׁבָה וגו'] *Rebellis* (vel, *refractaria*, Mo. *defectrix*, Ca. *aversa*, JT. Pi. nempe à Deo [f]: vel, *aversio*, Ti.) *Israel?* P. M. &c. i. e. decem Tribus: sequitur enim nomen oppositum, *Juda* [g]. Comparat h. l. duo haec Regna; eáque sub persona duarum mulierum, sive uxorum suarum, inducit [h]. ¶ *Abiit*, &c. הֹלְכָה הִיא וגו'] *Profecta est* (vel, *Abit*, M. P. *Ire solet*, V. *Vagata est*, Strig. *commeans*, Ca. quae abiit, Ti. *Vadens*, Mo.) *ipsa super omnem montem*, &c. Calv. JT. &c.

7. *Et*, &c. וָאֹמַר וגו'] *Et dixi* (vel, *Dixi tamen*, Calv. Angl. sub. *ad illam*, Angl. Al. *Quùmque dicerem*, JT. *Et cogitavi apud me*, V.) *postquam fecit*, vel *fecerat*, *ipsa omnia haec*, Calv. P. sic JT. Pi. &c. *Ad me revertere*, P. Pi. Sy. vel, *revertetur*, M. V. *revertatur*, JT. per poenitentiam [i]. q. d. Speravi tandem in viam redituros, quamvis ità prolapsi essent [k]. Al. *Dicere* hîc interpretor de doctrina prophetica: Ostendit quàm contumax fuit Israel; Deum quaesivisse cum illo reconciliationem, misisse Prophetas, &c. sed frustrà [l]. ¶ *Et vidit* (sub. *quòd fecerit omnia ista Israel, & non posuit in corde suo*, V. *Vidit*, i. e. cognovit, ut Psal. 37. 25 [m]. Vidit procul, quasi è specula, unde adduci poterat ad resipiscentiam: tamen vidit sine profectu [n].) *praevaricatrix* (vel, *perfida*, M. quae fidem conjugii mihi datam violavit [o],) *soror ejus Juda*] *Soror*, ut Ezec. 16. 46. & 23. 2, 11 [p].

8. *Quia*, &c. וָאֵרֶא כִּי עַל כָּל־אוֹדוֹת אֲשֶׁר נִאֲפָה וגו'] *Et vidi quòd super omnes causas quibus commisit adulterium*, &c. Mo. *Et vidi etiam quòd vidit*, [nempe *Juda*, in v. praeced.] *quòd propter omnes causas quibus fornicata est rebellis Israel, dimisi eam, dedique libellum repudiorum ejus*, P. *Et vidi* etiam quòd non egerit poenitentiam: vidit, inquam, *quòd propter*, &c. V. Videlicet, *quòd ego viderem, quòdque ob*, &c. Ti. *Videns ut ego propter tot ejus adulterii causas*, &c. Ca. *Itaque visum est mihi omnibus de causis quibus adulterata est——dimittere eam*, &c. JT. *Et cùm vidissem* id, & *quòd ob omnes causas illas quibus*, &c. M. *Quùmque viderem, propter omnes actiones quibus——oportere me dimittere*, &c. Pi. *Et vidi* (vel, *video*, Angl. q. d. Quaesivi v. 6. num tu [Juda] vidisti quid de Israele factum: nunc dicam tibi quid ipse vidi, & adhuc video in Juda [q].) *quum* (vel, *quòd*, Calv. vel, *quamvis*, ut כִּי sumitur Esa. 12. 1 [r]: vel, quòd *quamvìs*, Angl.) *ob omnes causas* (vel, *ob omnia*; neque enim vox amplius significat, Gen. 21. 11, 25. Num. 12. 1. & 13. 24. Jud. 6. 7 †: vel, *super his omnibus*, vel *propter haec*; nempe אודות sign. *occasiones*, vel *causas* [t];) *quibus* (vel, *quia*, Calv.) *scortata erat——dimiserim*, vel *dimisissem*, (vel, *repudiaverim*, Calv.) *eam, & dederim*, vel *dedissem*, *ei librum repudii*, Angl. vel, *repudiorum ejus*, Calv. h. e. Tradidi ipsos Regibus Assyriae, in Assyriam deportandos [v]. Abdicâssem illam à tutela mea [x]. Misi in exsilium, quo ostendi nihil mihi conjunctionis esse cum illis. Obj. Negat Deus se dedisse illis *libellum repudii*, Esa. 50. 1. quod hîc affirmat. Resp. Non loquitur hîc Propheta de tabulis repudii, quales mariti uxoribus castis dederunt, sed de legitimo divortio adulterii causâ; quod quidem in usu non erat apud Judaeos: sed vidimus antea discrimen inter Deum & maritos. Quoniam autem Deus non egit summo jure cum Israelitis, neque, ut poterat, capitalem poenam sumpsit, dicit se divortium fecisse, &c [y]. Chald. sic, *Et manifestum fuit coram me, quòd propterea quòd erraverunt* (i. e. coluerunt idola) *qui continent se nè revertantur ad cultum meum, qui sunt de domo Israel, abduxi eos in captivitatem*, V. ¶ *Et* (vel, *Et tamen*, Calv. sic Pi.) *non timuit*, &c.] Ità Mo. &c. aut offensionem mei, aut similem poenam [z]. Securè contempsit judicium Dei, quod tamen diu versatum fuerat ante oculos ipsorum. Magnus hic stupor, non sapere saltem alieno dispendio [a].

9. *Et*, &c. וְהָיָה מִקֹּל זְנוּתָהּ וַתֶּחֱנַף וגו'] *Et fuit* (vel, *factum est*, Calv. sic Ang.) *à levitate*, Mo. Calv. (vel, *per levitatem*, Ang. à קַלָּל, quod sign. *velocem esse* [b], vel, *levem esse*, Esa. 19. 1. Jer. 2. 23 [c]: vel, *à petulantia*, Calv. vel, *ob* (ut *ob*, Ti.) *facilitatem*, P. M. simil. G. ex Vulg. i. e. frequentiam [d]; vel, *ob lubricitatem*, Ti.) *fornicationis suae*, Mo. &c. (Al. *propter famosam*, vel *impudentem, scortationem illius*, Pi. sim. JT. Angl. nempe, vel, 1. aversi Israelis, ex v. praeced *. vel potiùs, 2. Judae, de quo & praecedentia & sequentia dicuntur [f]. Heb. *propter vocem scortationis*, &c. id est, scortationem vocis: h. e. de qua voces aliorum audiuntur; vel, quae ipsa vocem edit, séque aliis patefacit [g]. Peccata atrocia *clamare* dicuntur. Vide Gen. 4. 10. & 18. 20 [h]. Hypallage [i], qualis Levit. 5. 15. &c. Vox קוֹל sign. *sonitum*; interdum tamen *famam*, ut Gen. 45. 16. Jer. 4. 15. & 50. 46 [k].) *peccare fecit terram*, P. &c. Mo. vel, *& prophanavit*, &c. Mo. vel, *ut contaminaret*, &c. JT. Pi. sim. M. Calv. *Cùmque illa impudicitiae suae famâ terram incestâsset*, &c. Ca. Quò magis detestabilis reddatur hominum impietas, ipsa terra culpae obnoxia reddi dicitur [l].

10. *Non est reversa ad me——in* (vel, *ex*, Pi.) *toto corde suo*, (i. e. sincero animo [m]; puro & integro cordis affectu [n];) *sed in* (vel, *cum*, Pi.) *mendacio*] i. e. Simulatè [o]. Quum Judaei tergiversari possent, & reformationem Josiae obtendere, occurrit iis; q. d. Rex & pauci sincerè agunt, reliqui tantùm fucum faciunt [p].

11. *Justificavit* (vel, *Justificat*, JT. Pi. Ti. *Justificare potest*, Pi.) *animam suam* (vel, *se*, Pi. Sy. sic JT. Ang. ut Num. 30. 5. Job. 18. 4 [q].) *aversatrix* (vel, *rebellis*, P. &c.) *Israel, comparatione praevaricatricis Judae*] Vel, *prae praevaricatrice*, Mo. sim. P. &c. i. e. Minùs nocens apparuit. Vide Ezec. 16. 51. Luc. 18. 14 [r]. Justiorem praestitit sese, &c †. *Habet verò justiorem causam——Israel*, &c. Ca. Gloriari potest se justiorem esse, &c [t]. Dicit Judaeos omnium deterrimos esse, quia, 1. exterior Dei cultus, quem apud se habebant, debebat instar fraeni illos regere: 2. ob supinam securitatem, quum deberent Israelitarum malo sapere, & per otium fratrum ruinam secum expendere: 3. ob superbiam, quòd se adhuc integros manere gloriarentur [v].

12. *Clama*, &c.] Vel, *exclama*, &c. M. P. Non modò propter distantiam locorum; sed ut Judaei, qui obsurduerant, audiant dicta ad Israelem, & ejus exemplo spem concipiant [x]. ¶ וְקָרָאתָ וגו'] *Et pronuncia*, Ca. *& prophetiza*, Ch. *ut proclames*, JT. Pi. ¶ *Contra* (vel, *ad*, Mo. P. *versùs*, M. JT. Pi. Calv. &c.) *Aquilonem*] Itâ o'. Id est, versùs Assyriam [y], & Persidem [z], & Mediam [a], vicináque regiones [b], in quas decem Tribus à Theglath-ph. & Salman. deportatae sunt [c]. Quamvis major pars populi in oriente tunc habitaret; quoniam tamen ab Assyriis fuerant profligati, ideo *Aquilonem* nominat Deus, caput ipsum Monarchiae respiciens [d]. Quemadmodum Ezeciel, in Chaldaea prophetans contra Judam, jubetur versùs Austrum (ubi Judaea erat respectu Chaldaeae) respicere, Ezec. 20. 46. & 21. 2. ità hîc Jeremias versùs Aquilonem, ubi Israel erat, &c *. ¶ *Revertere*, &c.] Ab idololatria [f]. Redito ad Legem, & unius veri Dei cultum. Ei conditioni cùm plerique eorum nunquam paruerint, non mirum est si promissa hîc facta in ipsis impleta non sunt [g]. Invitat Israelitas ut ad pristinum Dei cultum redeant; ut hâc viâ stimulos addat Judae, eúmque ad aemulationem provocet, quasi eo (ni resipiscat) repudiato, migraturus sit ad Israelem [h]. ¶ *Non*, &c. לֹא אַפִּיל וגו'] *Non faciam cadere* (vel, *dejiciam*, Pi. *faciam incumbere*, Calv. *faciam irruere*, JT. *firmabo*, o'. Calv. ex Hi. *obdurabo*, Sy. Ar.

Marginal notes (left): q Calv. r Ang. † V. s Glaſ. gram. 4. 1. 7. 690. v Pi. x Calv. y Q. in Ang. z G. sim. Mo. a Belg. b Calv. c G. d Calv. * G. f Pi. G. g G. h Calv. i Ang. k Q. in Calv. l Calv. m Ang. n Calv. o Pi. p Ang. q Ang. sim. Calv. r Ang. † Ang. t Calv. v Pi. x G.

Marginal notes (right): y Calv. z Pi. a Calv. b Calv. c Ang. d G. * Pi. f Ang. g Pi. h Ang. i Pi. k Ang. l Calv. m G. n Pi. o G. et V. sic Pi. & p Calv. sim. Ang. q Ang. r G. † V. t Pi. v Calv. x Calv. y Calv. Med. Ang. Strig. Pi. z Calv. a Calv. Pi. G. Ang. b G. c G. sim. Pi. Calv. Ang. d Calv. * Ang. f Mo. g G. h T. et Hi. & Dionyſ.

Ar. *immittam*, Ch.) *faciem* (vel, *iram*, P. M. Calv. Ang. vel, *faciem iratam*, JT.) *in* (vel, *contra*, Ti.) *vos*, Calv. Pi. &c. sim. Mo. Ti. Ca. q. d. Non insistet ira mea vel incumbet vobis, ut vos penitùs opprimat; sed pœnas mitigabo, non ero inexorabilis. Significat veniam etiam Israelitis (pariter & Judæis) paratam esse, si redeant [i]. In voce *cadendi* metaphora est, vel, 1. ab illis qui super hostes irruunt, Jos. c. 11. v. 7; vel potiùs, 2. à procellis, quæ desuper cadunt, & inferiora obruunt, &c. Gen. 19. 24. Psal. 11. 6 [k]. *Non faciam cadere*, &c. sub. *in perpetuum*, ex membro sequente: alioquin graviter eis jam incubuit ira Dei [l]. Negat plagas has exitiales fore, quia manum retrahet, &c [m]. Al. *Nec tristi vultu vos aspiciam*, Strig. [In iratis, vel mœstis, *vultus cadere* dicitur. Vide ad Gen. 4. 6.] ¶ *Non*, &c. "לא אטור ונו] *Non servabo* (vel, *observo*, Ti. V. sub. vel, *iram*, P. o'. Ti. JT. Pi. Ang. &c. vel, *odium*, Ar. vel, sub. *peccata tua*, V.) *in seculum*, Mo. Ellipsis usitata in נטר [n], ut antè v. 5°. [ubi dicta vide.] Confirmat doctrinam à natura Dei, qui clementissimus est, &c. non est ergò quòd peccator desperet, &c [p].

13. *Veruntamen* (vel, *Tantummodo*, JT. Pi. Calv. Ang. sic G. *Modò*, Ti. *Si modò*, Strig.) *scito* (vel, *agnosce*, P. JT. Pi. Ang. sic Ti. Ca. volo ut *agnoscas*, M.) *iniquitatem tuam*; ità Mo. &c. "אך ונו] *Atqui*, vel, *Sed* interea, *agnosce*, &c. Hoc addit per modum exceptionis, sive correctionis, nè Israelitæ, audientes Deum tam facilè & ultro invitantem peccatores, indormiant vitiis suis, &, persuadentes sibi Deum esse quasi in sua manu & arbitrio, putent se nullo negotio posse cum Deo pacisci de venia. Dicit ergò, *agnosce*, &c. alioqui nulla tibi pax speranda est cum Deo. Semper igitur cum promissione gratiæ conjungi debet exhortatio ad pœnitentiam [q]. Nulla promissio veniæ est sine pœnitentia, Esa. 1. 19, 20. & 55. 7. nec ulla pœnitentia sine cognitione & confessione peccati, Prov. 28. 13 [r]. ¶ *Et*, &c. "ותפזרי ונו] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *sparsisti*, vel *dispersisti*, (*dissipâsti*, Calv. *prostituisti*, Calv. Ar. *effudisti*, o'. *sparsim inivisti*, JT. Pi.) *vias tuas alienis*, Mo. P. &c. diis scilicet. Lucan. 2. *Nec cunctæ summi templo jacuêre Tonantis: Divisêre deos* †. Vel, *ad exteros*, JT. Pi. scilic. viros, nempe adulteros [t]; vel, deos alienos [v]. q. d. Discurristi huc illuc ut coleres varia idola [x]. *Hinc indè discursans ad deos alienos*, Strig. Verecundè loquitur de re obscœna: q. d. Non contenta uno genere superstitionis, permiscuisti quaslibet superstitiones, & hinc indè sumpsisti errores varios; sicut vaga meretrix, ab uno loco ad alterum transcurrens, sese prostituit quibuslibet obviis [y]. Al. *Dispersisti vias*, idem est quod, *divisisti pedes*, Ezec. 16. 25 [z]. *Viæ*, pro *pedibus*, sicut & *vestigia*; quia utrumque signum est calcantis, seu incedentis, pedis [a]. ¶ *Et vocem meam non audisti*] q. d. Non peccâsti ignorantiâ, sed pervicaciâ, quòd indocilis eras, & immorigera, & clausisti aures Verbo Dei, quo gubernari noluisti [b].

14. *Filii revertentes*; ità Sy. שובבים] *Refractarii*, Mo. P. *rebelles*, M. *defectores*, Ca. *vagi*, Ti. *aversantes*, JT. *aversi*, Pi. Mira hæc Dei indulgentia, quòd non statim rejicit tardos & pigros, sed iterum & tertiò nos invitat. Quis hominum ità patienter ferret favoris sui fastidium [c]? ¶ *Quia*, &c. [כי אנכי בעלתי בכם] *Quia*, vel *Nam*, *ego* (vel, *Et ego*, Ti. *Ego tamen*, q. d. Etiamsi vos repudiaverim [d],) *patronus fui in vobis*, Mo. vel, *dominatus sum vobis*, P. *dominabor vestrî*, M. *sum Dominus vester*: q. d. Non est mihi honorificum, ut sitis in manu inimicorum *. Vel, *vobis oblectatus*, Sy. vel, *maritus vester*, Ca. Calv. Dominus & maritus sum vobis; h. e. Dilexi vos ut maritus uxorem charissimam [f]. *Conjugio junctus sum vobis*, JT. Ang. vel, *conjugium inivi vobiscum*, Pi. Angl. Verbum בעל formâ activâ de viro, Deut. 21. 13. & 24. 1. Esa. 54. 5. de muliere autem formâ passivâ, constanter usurpatur, Gen. 20. 3. Esa. 54. 1. & 62. 4. q. d. Ego vobiscum fœdus inivi, Deut. 29. 1, 14 [g]. &, quamvis graviter læsus vestrâ perfidiâ, tamen maneo in proposito, ut sim vobis maritus [h]. Al. *ero maritus vester*, M. Strig. sim. Q. in V. Ti. ¶ *Et assumam* (vel, *accipiam*, M. *recipiam*, JT. Pi.) *vos*, *unum de civitate*, (sub. *una*, Ti.) *& duos de cognatione*] Ità o'. Ch. M. JT. Pi. Ti. vel, *familia*, Calv. Ang. vel, *tribu*, Calv. Vox *familiæ* interdum pro *regione* ponitur, ut Genes. 12. 3.

[i] Calv. [k] Ang. [l] Ang. ex He. [m] Calv. [n] Pi. [o] Ang. [p] Calv. [q] Calv. [r] Ang. † G. [t] Pi. [v] Calv. [x] V. [y] Calv. [z] San. ex L. He. in Ang. [a] San. [b] Calv. [c] Calv. [d] Calv. * He. in Ang. [f] V. [g] Ang. [h] Calv. sim. Ang.

collat. cum 22. 18. Jer. 1. 15. Zach. 14. 17, 18 [i]. alioquin impropriè diceret, *unum ex urbe*, *duos ex familia*; quasi familia urbe amplior esset [k]. [Ca. hæc cum seq. sic reddit, *Vos singulos ex singulis civitatibus, & binos ex singulis ascitos nationibus, perducam Sionem.*] Per *unum* & *duos*, intelligit paucos: q. d. *Eligam aliquot ex vobis* [l]. Significat paucos tantùm redituros, sive ex Babylone, &c. sive ad Christum [m]. Etiamsi in aliqua urbe & vico unus tantùm aut duo essent Israelitæ, etiam illorum non obliviscar [n]. Ostendit Deus non esse cur alii alios exspectent, aut cur desperent duo vel tres, quum totum corpus populi putresceret in peccatis, & fœdus extinctum esse putarent, utpote cum populo ictum: at, inquit, si pauci ad me redeant, ipsis placabilis ero [o]. Si solùm *unus* aut *duo* fuerint qui ad me convertantur, non respuam eos [p]. Sensus est, Adeò diligenter vos perquiram, si resipiscatis, ut si *unus* tantùm vel *duo* sint, &c. non negligentur, sed educentur, &c. Locus illi parallelus Esa. 27. 12 [q]. Si quis vel unicus relictus sit, &c. assumam eum. Hunc versum & sequentes interpretantur omnes Hebræi de Messia [r]; mysticè scilicet: nam alium esse sensum primum ostendit v. 20 †. Sed facilè glossa hæc Judaica profligatur, & de N. T. hîc agi probatur. 1. Quòd solent Prophetæ, cùm populum ab idololatria revocant, de temporibus Messiæ quibus cessabit idololatria, &c. vaticinari. 2. Quòd promittitur hîc desponsatio, quæ sanè non politiam respicit, sed Ecclesiam; non beneficia corporalia, sed spiritualia: Hos. 2. 19. 2 Cor. 11. 2. 3. Revocati è Babylone, non *unus*, vel *duo*, sed multa millia erant, &c. 4. De tempore loquitur in quo nullus erit Arcæ usus, &c. 5. Israelitarum conventui ad Arcam hîc opponitur Gentium congregatio ad Ecclesiam. 6. Splendor Hierosol. externus post reditum è Babylone exiguus erat, &c. 7. Prædicitur hîc & Judam & Israelem in terram suam redituros: at decem Tribus nunquam reductæ sunt: ideóque spiritualiter hæc sunt intelligenda. Videtur quidem Propheta hîc loqui de reditu ex Babylone; longiùs tamen Spiritum respicere, in liberationem Christi, sequentia docent [s]. Possunt etiam duæ partes hujus prophetiæ constitui: 1. de eo quod Deus isto tempore præstiturus erat, v. 14, 15; 2. de eo quod futurum sit posteaquam restituti, & in terra sua confirmati, erant tempore Messiæ, v. 16, 17, 18, 19 [t]: tum quia Judæi has duas partes agnoscunt; tum quia mos Prophetarum est, ut, de liberationibus temporalibus agentes, maximè de captivitate Babylonica, ex abrupto quasi evolent, & ab illis transitum faciant ad Messiæ liberationem [x].

15. *Et dabo* (vel, *constituam*, Ch.) *vobis* (Donum Dei hoc esse significat [y].) *pastores*, &c.] Ità LXX, Sy. Ar. Mo. P. &c. Id est, vel, 1. Principes, ut alibi [z]; *gubernatores*, Ch. ut Jer. 12. 10. Mic. 5. 5 [a]: vel potiùs, 2. Doctores [b]. Nam, 1. horum præcipuè partes erant idololatriæ mederi. 2. Hæc inprimis causa fuerat vindictæ Dei in populum, quòd interciderat apud ipsos doctrina, & pastores vel latrones fuerant, vel canes muti [c]. 3. Modus pascendi est *in scientia & doctrina* [d]. Significat hîc Deus se non tantùm [semel] fore populi liberatorem, sed & perpetuum custodem, &c *. ¶ *Scientiâ & doctrinâ*] Vel, *intelligentiâ*, P. &c. Respicit vel, 1. materiam pastûs, sive cibum quo pascentur, sanam nimirum Verbi Dei cognitionem: vel, 2. modum pascendi [f]. *Scitè & prudenter*, Ca. sim. Pi. Ar. G. ex LXX, & Ch.

16. *Non dicent* (vel, *ut non dicant*, JT. Accidet, inquam, *ut non dicant*, Pi.) *ultrà*, (vel, *Non jam prædicabitur*, Ca.) *Arca testamenti* (vel, *fœderis*, M. P. Ch. &c.) *Domini*] Supple, *sit nobis propitia*, V. vel, *præcedat nos in prælium*, G. He. in Angl. sim. V. Omnino sic intelligenda hæc esse docent sequentia. Solebat enim ea in castra adferri spe præsentioris præsidii, ut apparet 1 Sam. 4. 4. Adde Jos. 3. 3, 6, 11. & 4. 7. & 6. 8, 13. 2 Sam. 7. 2. & 11. 11. & 15. 24 [g]. Promitti volunt tranquillum statum populo [h]. Sed commentum hoc frigidum est & alienum [i]. Usus ille Arcæ extraordinarius erat & singularis, & semel tantùm jussu Dei, Jos. 6. 4, 6. nam illud 1 Sam. 4. 4. factum est contra mandatum Dei. Et quamvis primis temporibus, antequam locum quietum nancisceretur, Arca circumducta fuit [k]; nunquam tamen

[i] Ang. ex He. [k] Ang. [l] V. [m] Ang. [n] G. [o] Calv. [p] M. [q] Ang. [r] V. † G. [s] Calov. [t] Calov. et Burt. [x] Calov. [y] Ang. [z] G. sim. San. [a] Q. in Ang. [b] Calv. Pi. Calov. Al. in Ang. San. L. E. Me. [c] Calv. [d] Calov. * Calv. [f] Ang. [g] G. [h] He. in Calv. [i] Calv. sic Ang. Calov. [k] Calov.

tamen id tempore Templi factum, nec fieri potuit [l]. Usus Arcæ proprius & perpetuus erat ad cultum Dei astrictus, ut notat Abarb. ad h. l [m]. Sed & verba hîc sunt generalia, quòd *non visitaretur*, &c [n]. Al. Notatur hîc divortium illud & dissidium quod diu erat inter Juda & Israel: dum hic opibus, & hominum numero, & terræ amplitudine, præstabat; ille Templum & Arcam habuit. Hanc æmulationem sublatam fore docet, nec Judæos ampliùs dicturos, *Area*, &c. quia Deus aderit similiter omnibus [o]. Al. Non ponent fiduciam in Arca [p]; non jactabunt Legis ceremonias, quæ hîc per *arcam* significantur [q]. Sed hæ interpretationes nimis angustæ sunt. Locus hic cessationem & abolitionem ceremoniarum evidentissimè significat [r]. *Area*, &c. i. e. Ceremoniæ cessabunt †; & totus ille cultus abolebitur [s]. Quod dicunt alii, Arcam in secundo Templo defuisse: 1. De eo jure dubitatur. Certè fundamentum illius sententiæ Hag. 1. 8. ineptum est. 2. Defectus illud erat, fatentibus Judæis, nec aliunde supplebatur: cùm hîc absentia Arcæ memoretur ut beneficium, &c [v]. Al. *Non dicent ampliùs de Arca*, &c. Exhibitâ re significatâ, signum cessat. In Arca fœderis olim asservabantur Manna, virga Aaronis, & Tabulæ Legis, Ebr. 9. 4. Nunc verò Christus est Ecclesiæ propitiatorium, Rom. 3. 25. panis vitæ, Joan. 6. 35. virga quâ regitur, Psal. 23. 4. & Lex, scil. impleta [x]. ¶ *Neque ascendet* (vel, *veniat*, JT. vel, *veniet*, Pi. Ti. V.) *super* (vel, *in*, Ti. V.) *cor*] Ità Ch. M. P. Mo. vel, *mentem*; sub. *illa*, Pi. vel, sub. *area*, V. Nemo de ea cogitabit [y]: nec opus erit ad Arcam confugere, quia tota Jerusalem erit Deo pro solio; quem usum priùs Arca præbebat [z]. ¶ *Neque recordabuntur illius*] Ità P. JT. Pi. &c. vel, *in eo*, Mo. vel, *Nec nominabitur*, ο'. sic Ar. *Nec mentionem facient ejus*, Angl. nempe, ad eum usum*. Nulla pristinæ dissensionis monumenta exstabunt†. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא יִפְקְדוּ] *Nec visitabunt*, Mo. P. Pi. &c. vel, *recensebunt*, JT. sic Sy. *invisent*, Ti. sub. *eam*, M. Ti. *Non desiderabitur*, Ca. *Nec visitabitur*, ο'. Ar. G. i. e. Non pugnabitur, nec ea fient quæ nunc in bello fieri solent. *Visitare*, pro *pugnare*, est χαρισθήσεται, qualis 2 Reg. 14. 8. פָּקַד sæpe vertitur per ἐκδικεῖν, [*ulcisci*.] Vide & Esa. 27. 3*. Al. *Non visitabunt*, i.e. Non venient ampliùs furtim Jerosolymam, ut sacrificent †. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא יֵעָשֶׂה עוֹד] *Nec fiet* (vel, *fiat*, Ar.) *ultrà*, sive *ampliùs*, Mo. P. Ti. M. Ca. ο'. Ar. sub. *quicquam*, M. vel, sub. *illud*, nempe visitatio Arcæ, &c [a]. Al. *Nedum ut magnificetur ampliùs*, JT. *Nec magnifiet* illa *ampliùs*. Verbum עָשָׂה *fecit*, hîc, *magnifacere*, per syn. gen. Sic Deut. 32. 6. 1 Sam. 12. 6 [b]. Vide & Deut. 5. 13 [c]. Tantâ verborum varietate hîc utitur Spiritus Dei, prævidens quàm ægre ab his abstraherentur Judæi, & quàm lubenter quidvis comminiscerentur quò minùs hoc mysterium admitterent [d]. *Nec in ea ampliùs inibunt prælium*, Ch. *Nec ullam rem divinam ibi facient*, Strig. *Non fiet ampliùs*, ut scil. ad eam orent, sacrificent, &c. Vox עָשָׂה de sacrificiis usurpatur Exod. 10. 25. Jud. 13. 15. 1 Reg. 18. 26. Et sacrificia cessatura erant tempore N. T. Dan. 9. 27*. *Denique, nihil tale fiet*, Calv.

17. *Vocabunt Jerusalem* (non terrenam, sed spiritualem [f], nempe Ecclesiam [g], cujus illa typus erat, Gal. 4. 26. Apoc. 21. 2 [h].) *Solium Domini*] Summi Dei [i], (qui ibi residebit, & regnabit Verbo & Spiritu suo [k];) ac præsertim Messiæ, unde imperium suum protendet in totum orbem [l]. Rationem reddit cur non desiderabunt Arcam, quia Deus id, quod olim in Arca, jam in tota civitate præstabit [m]. Sensus est, Ecclesia erit solium Domini, in quo sedebit Christus [n]. Al. Potentia Divina in ea apparebit. Hunc locum Rabbini quidam ad tempus post Resurrectionem referunt, nempe sensu quodam sublimiore [o]. *Vocari* hîc ponitur pro, esse, ac reputari, ut Esa. 60. 14. & 61. 6 [p]. Dixerat, Judæos non facturos mentionem Arcæ; quomodo ergò hîc dicit Hieros. fore solium Dei? Resp. Bene: quoniam intelligit, Jerosolymam, quæ olim obscura erat præ externo splendore & pompa Israelitarum in cultu vitulorum, jam fore domicilium Dei absque controversia. q. d. Apud omnes sine exceptione vigebit pura Religio [q]. ¶ *Et congregabuntur ad eam omnes gentes*] Id est, vel, 1. multi ex Gentibus, qui eò venient Deo vero cultum exhibituri in subdiali Gentium [r]: vel, 2. decem Tribus, quæ sæpe vocantur plures populi: vel, 3. utrumque Regnum, Judæ & Israelis †: vel, 4. promiscuè omnes orbis populi [s], aliqui de omnibus gentibus [v]; q. d. Gentes omnes paratæ erunt amplecti quicquid edoctæ fuerint à Judæis. Cùm soli Judæi è Babylone reversi sint, nec prophetia hæc de concursu Gentium tunc impleta erat, hinc rectè colligunt Judæi, locum hunc de Regno Messiæ intelligendum. Sed quia reditus ille populi quoddam fuit Regni Christi præludium, ideo semper incipere convenit à tempore illo, quoties vaticinantur Prophetæ de nova Ecclesia, &c. Sensus loci clarus est, Ecclesiam scilicet ampliorem fore ubi populus redierit quàm antea fuit [x]. Hierosolyma terrena hîc intelligi nequit, quippe quæ omnes gentes capere non potuit [y]. ¶ וְנִקְווּ וגו׳] *Et aggregabuntur*, &c. Strig. ut aquæ sub cœlo, Gen. 1. 9. ubi idem verbum est [z]. *Et confluent ad eam*, &c. Pi. Ar. *Et rectà confluent eò*, &c. JT. Et multitudinem & ardorem eorum significat †. ¶ *In*, &c. לְשֵׁם יְהוָה לִירוּשָׁלִָם] *In nomine Domini in Jerusalem*, Mo. P. &c. sub. *habitantis*, P. Me. sim. Pi. *Ad* (vel, *propter*, M. Pi. V. Calv. ל est hic vice causalis particulæ [a].) *nomen Domini*, Ti. JT. Calv. Ang. *Hierosolyma*, JT. vel, *in Jerus.* M. vel, *ad Jerus.* Ti. Ang. i. e. Ad locum ubi Deus nomen suum collocaret, Deut. 12. 11. qui olim erat Hierosolyma. Psal. 122. 3, 4. nunc Ecclesia, 1 Tim. 3. 15. Apoc. 21. 2, 3 [c]. Vel, *Jerusalem* dico, Calv. *Nomen* hîc sign. vel, 1. gloriam Domini [d]: vel, 2. Messiam, ut in Bereschit Rabba ad Zeph. 3. 9. *Non est nomen Domini cujus hîc fit mentio, nisi Rex Messias; sicut dicitur*, Esa. 30. 27. Ecce Nomen Domini venit à longinquo. q. d. Ad ipsum colendum, &c*. [Alii hæc cum verbis præced. sic reddunt;] *Et exspectabunt nomen*, &c. Sy. *Et discent colere in ea nomen Domini*, Ch. ¶ *Et non ambulabunt post*, (vel, *ultrà post*, Mo. P. &c.) *pravitatem*, &c. שְׁרִרוּת לִבָּם הָרָע] *Duritiem* (vel, *obstinationem*, Calv. Mo. V. *libidinem*, Ti. *sententiam*, JT. *perversitatem*, Ca. A שֹׁרֶר, quod *umbilicum* ejúsque nodos significat, Job. 40. 11. al. 16. Ezec. 16. 4 [f]. *Imaginationem*, Ang. *cogitationem*, ο'. Ch. Calv. vel, *contemplationem*, Angl. A שׁוּר, *contemplari*, Numer. 23. 9. & 24. 17†. *Appetitum*, Ch. *affectum*, Pi. *Affectus* de anima hîc dictus significare potest, vel, 1. judicium & approbationem, sive quod animus statuit & probat; sic Psal. 17. 2. *aspiciant* (i. e. considerent & probent) *rectum*: vel, 2. affectum, sive quod quis amat & desiderat; sic Psalm. 66. 18 [g].) *cordis sui mali*, Mo. P. JT. &c. vel, *impii*, Ar. vel, *malam*, Calv. *pessimam*, M. [Strig. sic vertit, *Non sequentur pravitatem cogitationum cordis sui*.] Sensus, Non sequentur sententiam animi sui [h]; non instituent actiones suas ex proprio judicio [i]: sed unicum attendent Verbum Dei [k]. Non sequentur id quod cor pravum approbat & amat. Similem phrasin vide Num. 15. 39. Eccles. 11. 9. Esa. 57. 17 [l]. Confirmat hoc, per *cunctas gentes* hîc intelligi vel decem Tribus, vel totum populum [Judæorum:] neque enim solet hoc dici de prophanis gentibus, quæ semper alienæ fuerunt à doctrina Legis [m]. [Alii tamen de Gentibus accipiunt, de quibus si non eadem phrasis, at certè similes phrases adhibentur, & aptissimè adhiberi possunt.] Ad malum proni non vadent Gentes [n]. Nec Israelitæ, nec Gentiles, pessimè, ut antea, vitam instituent, sed ex præscripto Verbi [o]. Cessatio & abdicatio idololatriæ hîc indicatur [p].

18. *Ibit* (vel, *ibunt*, Mo. P. Pi. &c. vel, *ambulabunt*, Ang. *venient*, Calv. *euntes*, JT. *convenient*, ο'. *conjunget se*, Ch. Ar. *coalescet simul*, Calv.) *domus* (vel, *qui sunt de domo*, Ti.) *Juda ad domum Israel*] Sic M. P. Mo. Pi. h. e. Judæi captivi in Chaldæa, quos præcipuè respexit edictum Cyri, mittent & invitabunt decem Tribus [q]. Ibunt ad Israelitas, apud Assyrios & Medos captivos, ut junctis animis regrediantur [r]. Nec vero absimile est quosdam ex illis cum Judæis rediisse, quanquam de eo nihil legitur †. [At exiguum illorum numerum qui forsan redierint, nomine *domus Israel* h. l. significari, vix verisimile est.] Sicut cùm multi ex decem tribubus relicti erant, non tamen decem Tribus relictæ dicuntur: sic quamvis rediêre è decem tribubus non pauci, quia tamen nec suis auspiciis, aut à suis ducibus reducti, nec discreti sunt ab aliis, nec in suis denique

finibus

Marginal notes (left): l Calov. sim. Arg. m Calov. n Ang. o Calv. p T. q Me. r Ang. † Pi. s M. v Ang. x Strig. y Me. T. z San. * G. † Calv. * G. † Calv. a Ang. b Pi. c Ma. d Ang. * Calov. f M. g M. L. Me. San. Calov. Ang. h Ang. i T. k Ang. l T. m San. n M. o G. p Ang. q Calv.

Marginal notes (right): r G. † Calv. s Calv. ex He. sim. Me. Ang. &c. v M. L. x Calv. y Calov. z Ang. † Idem. a Calv. c Ang. d V. * Calov. f Ang. † Ang. g Ang. h Pi. sim. M. i Pi. k M. l Ang. m Calv. n Mar. o Ang. p Calov. q Ang. r T. † Ang.

finibus consedêre, sed confusi cum Judæis, & illorum nomine dicti; idcirco decem Tribus non dicuntur formaliter reversæ*. Al. *eum* (vel, *unà cum*, V.) *domo Israel*, JT. Ch. Ar. Calv. Strig. עַל, pro עִם *cum*[t]. עַל valet, *cum*, Exod. 35.22. 1 Sam. 20.8. Esa. 7. 2. Ezec. 16. 37. Mic. 7.13[v]. Sensus, Regna duo, diu divulsa, & gravibus bellis inter se collisa, coalescent[x]; nulla inter eos ampliùs erit simultas[y]; amicè & familiariter vivent: id quod phrasi *unà ambulandi* designatur, Psal. 55.15. Amos.3.3[z]. Omnes, sublatis inimicitiis, ad Ecclesiam venient[a]. LXX hîc ordinem invertunt, *Ibit domus Israel ad domum Judæ*, quia videbatur non tam Juda Israeli, quàm Israel adhæsisse Judæ. Allegoricè significat magnam animorum studiorúmque in Ecclesia consensionem[b]. ¶ *Et venient simul* (nempe, illi quos Theglath-ph. & Salman. ex 10 tribubus, nec minùs illi quos Sennacheribus ex Judæa, captivos fecit[c]. At Judæi adhuc in patria sua erant. Ità sanè; at innuit simile illis instare exsilium quale tunc cernebant in Israelitis[d].) *de terra Aquilonis*] Chaldæâ & Assyriâ. Vide suprà v. 12. & Jerem. 1. 13. & 31. 8 *.

19. *Ego*, &c. [וְאָנֹכִי אָמַרְתִּי אֵיךְ אֲשִׁיתֵךְ בַּבָּנִים וְאֶתֶּן לָךְ אֶרֶץ חֶמְדָּה נַחֲלַת צְבִי צִבְאוֹת גּוֹיִם] *Et ego* (*Ego quidem*, Pi. *Ego autem*, P. Ang. *Adeòque*, Sy.) *dixi*, Ch. M. Ti. Mo. ο'. Ar. Calv. (vel, *dixeram*, Sy.) *Quomodo ponam* (vel, *ponerem*, Angl. *cooptârim*, Ti.) *te in filios*, Mo. P. M. Calv. (i. e. efficiam ut multâ sobole floreas[f]: q. d. Quomodo fieri poterit ut iterum propagetur genus Abrahæ, postquam fuerit quasi emortuum[g]? Vel, *inter filios*, Pi. Ang. in *filiorum numerum*, Ti. vel, *inter filios* meos, Angl. Ellipsis pronominis possessivi, ut Job. 13.18. Esa. 49.16. Quomodo te habebo inter adoptatos meos[h]?) *& tribuam*, vel *dabo*, (vel, *dederim*, Ti. vel, *darem*, Angl.) *tibi* (in portionem filii, in possessionem inter filios meos[k],) *terram desiderii*, sive *desiderabilem*, Mo. P. &c. (i. e. dignam quæ votis expetatur[l],) *hæreditatem elegantiæ*, Mo. (vel, *concupiscentiæ*, V. sim. Calv. h. e. quæ concupiscitur[m]: vel, *concupiscibilem*, P. *amœnam*, M. *ornatissimam*, Ti. *decoram*, Heb. *decoris*, Pi. *delectationis*, Angl. vel, *præclaram*, i. e. arva lætissima. צְבִי de terra Judæa habes & 2 Sam. 1. 19. & Ezec. 20.6. Dan. 11.16[n].) *exercituum* (vel, *exercitûs*, Calv. *exercitibus*, V. & *exercitus*, M. G. tibi dabo in occidionem, captivitatem, prædam†: vel, terram *exercituum*, Pi. i. e. terram à populo forti & potente possessam, Num. 13. 28, &c. Deut. 4. 38. Amos. 2. 9[o]. Vel, terram quam præparavi Gentium exercitibus, nempe electis[p]: cœlum intellige[q], non terram Canaan, quæ neque facta est hæreditas exercituum Gentium, nec est terra desiderii filiorum Dei[r]. Vel, terram Dei *exercituum*, ο'. in Angl. vel, *delectationum*, sive *desideriorum*, Q. in Angl. ut hæc sit eadem vox in plur. quæ præcessit in sing. ex radice Chaldaica צְבָא, sive צְבָה, quæ sign. *velle*, sive *cupere*, Dan. 5. 19. & 7. 19. q. d. terram amœnissimam, vel, quam omnes desiderant. Confer Ezec. 20.6†.) *gentium*? Mo. sim. Ang. &c. i. e. optatam à multis Gentibus[t]. Interrogatio est, vel, 1. admirantis[v], & gratulantis[x]: vel, 2. secum deliberantis, quonam pacto populum adeò desperatum redintegraret, ut Ezec. 37. 3. *Possúntne hæc ossa vivere*[y]? vel, 3. quærentis ab illis, quo pacto efficeret quod se facturum antè dixerat; nempe illos in terram suam reduceret, qui tam perfidè egerant, quiq; terram illam polluerant[z]. ¶ *Et*, &c. [וָאֹמַר אָבִי תִּקְרְאוּ לִי וּמֵאַחֲרַי לֹא תָשׁוּבוּ] *Et dixi*, Mo. P. M. Ti. Calv. Ang. (vel, *Item dixi*, Pi. *Cùm dixerim*, sub. *frequenter*, V. *Sed* simul *dixi*, q. d. Sub hac lege ista promitto[a]. *Præterea dixi*, ut Jer. 1. 11. & 2. 1[b]. *Tamen dixi*, Angl. ut v. 7. q. d. Post illas cogitationes quæ me ab exhibenda huic populo gratia revocarent, tandem tamen statui eam exhibere; sed sub conditione sequente[c]:) *Patrem meum*, vel, *Pater mi*, *vocabis* (vel, *voca*, M. G. vel, *clamabis*, Calv.) *me*, Mo. P. M. Ti. (vel, *ad me*, Calv.) *& à me* (ad verb. *à tergo meo*, V. vel, *à*, sive *de*, *post me*, Calv. V. sic Mo.) *non recedes*, P. Calv. &c. vel, *avertes te*, Pi. vel, *nè cessa me sequi*, G. ut post idola eas, Deuter. 7. 4[d]. [Sensum versûs quod spectat,] Deus hîc mirantis personam suscipit; q. d. Vos quidem desperati estis; actum est de salute vestra: sed tamen quia mihi in animo est vos restituere, volo nunc invenire rationem quo pacto propagetur genus vestrum. Quomodo igitur hoc fiet? Nempe ostendit, hoc tantùm se requirere, ut ipsum Patrem invocent, non ore, sed vero cordis affectu*. Ego cogitavi quâ ratione ponerem te in numero filiorum meorum, quomodo de te bene mererer tanquam pater de filiis, faciendo ut terra & hæreditas tua ferax esset fortissimarum & numerosissimarum gentium: & putavi te mihi adhæsuram, Patrem me appellaturam, & me secuturam, non autem idola[f]. Al. *Quomodo ponam*, &c? i. e. Quàm multos, quàm egregios, filios tibi dabo! ô quàm pulchram & præclaram hæreditatem tribuam tibi! nempe, non solas reliquias Judæorum modicas & debiles, sed & *exercituum gentium* bellicosissimarum multitudinem infinitam. Ità Hi. Dion[g]. [Alii versum aliter, & sine interrogatione, reddunt:] *Et ego dixi*, Fiat, Domine: ο'. sic Ar. *quia ponam te in filios*, &c. ο'. vel, *quia destinavi te ad filios* procreandos, &c. Ar. *Nam ego indicens quomodo repositurus essem te inter filios, & daturus tibi terram desideratam, possessionem decoram, exercituum gentium, dico*, (i. e. non aliam viam promissionum consequendarum expono tibi, quàm orationem fidei & resipiscentiam[h].) *Pater mi, invocato me*; (q. d. Etsi indigna es quæ voceris filia, tamen, freta veritate & constantiâ meâ, me agnoscito tibi Patrem in æternum esse†;) *& à me sequendo nè avertas te*, JT. Ætiologia superiorum promissionum erga resipiscentes, à decreto Dei gratioso & immutabili erga filios suos: quorum resipiscentia informatur primùm sanctis precibus ad Deum, toto hoc capite; deinde emendatione vitæ, quatuor primis versibus sequentis capitis: quæ duo proleptice hoc versu proponuntur*. Al. *Equidem cogitaveram te sanè filiorum habere loco, tibique elegantem terram, nobilem hæreditatem, exercitus gentium dare; fore putans ut tu me patrem vocares tuum, nec à sequendo me avocareris*, Ca. *Et ego dixi, Quàm multos filios tibi dabo, & tradam tibi terram desiderabilem*, & *hæreditatem amœnissimam*, videlicet *gentium exercitus*. *Itaque* hoc tibi *dico*, *Tu vocabis me patrem, & à me non recedes*. Applicatio beneficiorum Christi, Joan. 1. 12. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri; his qui credunt*, &c[l].

20. *Sed*, &c. [אָכֵן בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ כֵּן וגו'] *Siquidem ut* (vel, *Sed*, Strig. Vulg. ut אָכֵן accipi videtur Psal. 66. 19. & 82. 7. Zeph. 3. 7*: vel, *Utique*, M. JT. *Quemadmodùm*, Ti. *Revera*, vel *Verùm*, V. *Enimvero*, Ca. *Certè*, Calv. Ang. Nam *certè*, Pi. sub. *sicut*, Calv. Ang. Pi. Strig. M. Nota similitudinis vel deficit h. l. ut Job. 7. 9. vel includitur in hac particula אָכֵן, ut in aliis similibus sæpe fit, quæ passim occurrunt[k].) *prævaricata est* (vel, *negligit*, Strig. *perfidè agit*, M. Angl. Calv. i. e. *perfidè agens* discedit; forma complexa, qualis Esa. 38. 17. *amâsti——ex fovea*, i. e. *ex amore eripuisti—è fovea*, ut Psal. 103. 4[l]. Vel, *fidem frangit*, sive *fallit*, Ti. Ca. *perfidè deficit*, Pi. sim. JT. *discedit*, Ang. Calv. vel, *se alienat*, Calv.) *mulier* (vel, *uxor*, P. JT.) *à socio* (vel, *ab amico*, JT. V. Pi. i. e. viro seu marito[m]; vel, *cum marito*, M. Calv. vel, *amatori*, seu *amico*, Ti. Ca. *amatorem*, Strig.) *suo*, Mo. Calv. P. Di. &c. (vel, *suum*, Strig. רֵעָה interdum sign. *sociari*, ut Proverb. 29. 3. Hinc Æthiopicè מרעי *sponsus*, Matt. 9. 15[n].) *sic* (vel, *utique*, JT.) *prævaricati estis*, &c. Mo. vel, *perfidè egistis*, &c. Pi. Calv. &c. [ut in priore membro.] Hunc versum cum præced. variè connectunt[o]. Dixerat v. præc. vix fieri posse ut Judæi recuperarent quod perdiderant, & iterum crearentur in novum populum: hujus jam rationem ostendit, quia similes erant mulieri adulteræ, &c[p]. Al. Dixerat Deus v. præc. quid ab illis exspectavit: hîc docet quomodo spe suâ falsus esset. Confer Zeph. 3. 7[q]. Al. Rationem reddit, cur illam velit fidem sibi sanctè promittere, quia eam antea fefellerat, v. 6, 13[r]. Al. Cùm ego hæc cogitarem & facerem, me contempsisti, ut mulier superba amatorem suum †. Ostendit jam cur illa promissa vim suam non habuerant; quia nimirum Israel sua ex parte non fecit quod debuit[t]. Exornatio prioris membri prolepseos; ut Israel, evictus perfidiæ suæ, hoc versu, inclamet Deum revocantem se, versibus seq[v].

21. *Vox*, &c. [קוֹל עַל שְׁפָיִים נִשְׁמָע בְּכִי תַּחֲנוּנֵי בְּנֵי וגו'] *Vox* (vel, Sed *vox*, 1 i.) *super edita*, sive *excelsa*, *loca* (vel, *campos*, sive *planities*, Di. vel, *in viis*, Vulg. sic Sy. Vide suprà

suprà 2. & infrà 4.11 [z]. Vel, *juxta torrentes*, Ch.) *audita est*, Mo. P. Calv. Ang. (vel, *audietur*, Pi. vel, *audiatur*, JT.) *fletus precationum*, sive *deprecationum*, Mo.P.M. Calv. Angl. (vel, *fletus in supplicationibus*, Angl. id est, supplicationum junctarum cum lacrymis, ut Ezec. 7. 16. Zach. 12. 10. nempe ex dolore de peccatis[y]. Sed non intelligit h. l. preces quæ fidem testentur, sed lamentationes quæ miseriam declarent[z]. Vel, *fletus, deprecationes*, JT. *fletus, & deprecationes*, Pi. Ang. vel, *miserabilis ploratus*, Ca.) *filiorum Israel*, Mo.P.&c. *quia*, vel *eò quòd*, *perverterunt viam suam*, &c. Mo. M. JT. Pi. &c. Hæc vel, 1. est causa calamitatum [a], cur adeò deplorent ærumnas suas, séque omnium miserrimos vocent [b]. Ob istam perfidiam calamitas accidit Israelitis, unde ploratus exstitit [c]. Vel, 2. est materia lamentationis; peccata nimirum deplorârunt, ut Jer. 31. 18 [d]. Pariter *vox* hæc erit lugentium, vel, 1. peccata *; vel, 2. miserias suas [f]. Significat Judæos variè dispersos flere calamitatem suam [g]. Potiùs narrat, Israelitas esse in fletu & lacrymis, quòd desciverint à Deo. Quorsum hoc? nempe, ut hoc exemplo Judæi expergefiant, & sciant sibi eandem pœnam impendere, nisi resipiscant, suámque socordiam esse prodigiosam, quòd non resipiscerent admoniti fratrum pœnâ. *Vox*, inquit, *audita est*, &c. h.e. Calamitas Israelitarum notissima est; & terrorem omnibus incussit, licèt remotis, illa tam florentis Regni solitudo, quæ sub oculis Judæorum erat, &c [h].

22. *Convertimini*; ità Mo. P. שׁוּבוּ] *Revertimini*, M. Ti. JT. Pi. sub. *dicet*, Pi. nempe Dominus [i]. ¶ *Sanabo aversiones* (vel, *rebelliones*, P. *defectiones*, Ca.) *vestras*] Ità Mo. M. Ti. Pi. &c. i. e. morbos vestros [k]. Chald. *Dimittam vobis*, (sub. *omnia peccata*,) *quando revertimini*, V. sim. Calv. Est dialogus quidam inter Deum & Israelitas; quos Deus ultro ad pœnitentiam invitat, ut hoc exemplo commoveat Judæos [l]. ¶ *Ecce, nos venimus ad te*] Ità Mo. P. &c. i. e. Dicite, *Ecce, nos venimus*, &c. Quasi Deus hæc verba illis dicenda præscriberet, ut Hos. 14. 2, 3 [m]. Docet eos ut sic precentur, *Ecce*, &c †. Al. Vos dicetis, *Ecce, nos*, &c. Judæorum hypocrisin damnat, quòd mentiebantur se ipsum semper quæsivisse [n]. *Ecce, omni tempore vos dicitis, Reversi sumus ad cultum tuum*, Q. in V. Sed hoc prorsus alienum est. Non dubito quin hîc Propheta, velut in picturâ, proponit Judæis quod ipsos movere debet nè tam contumaces sint. Perstringit obstinationem Judæorum, cùm dicit Israelitas non fore obstinatos, sed Deo revocanti pariturus [o]. Respondet in persona Israelitarum, ut pudorem Judæis incutiat. Confer 2 Sam. 19. 11, 12 [p].

23. *Verè*, &c. אָכֵן לַשֶּׁקֶר מִגְּבָעוֹת הֲמוֹן הָרִים] *Verè in vanum* (vel, *falsò*, JT. *frustrà*, Pi. *fallacia*, Calv.) *à collibus*, Mo. JT. Pi. Calv. &c. *turba montibus*, Mo. vel, *multitudine* (vel, *multitudo*, Calv. vel, *à multitudine*, Angl. & *à multitudine*, Ang. Gal. Belg.) *montium*, JT. Pi. &c. sub. *exspectatur*, JT. Pi. Angl. & sub. *salus*, Pi. Ang. At sic in forma regiminis scribendum erat הֲמוֹן הָרִים: quâ formâ refertur à Cl. Buxt. in Concordantiis, sed malè; in editione enim Bibliorum ejus, ut & Veneta, & aliis quatuor quas habemus, constanter scribitur in forma absoluta הָמוֹן [q]. Al. *Verè* (vel, *Quandoquidem*, Ar.) *in mendacium* (vel, *mendaces*, Sy.) *erunt* (vel, *sunt*, Sy. Ar.) *colles, & fortitudo* (vel, *moles*, Sy.) *montium*, ό. Ar. Al. *Verè mendacium est* ut exspectemus salutem *à collibus*, *à multitudine*, (sub. *sacerdotum*: & מ repetitur ex voce præced [r].) *à montibus*, P. V. *Verè in vanum* speratur salus *à collibus*, & *multitudo in montibus* vanè quærit salutem, M. *Profectò vanitas ex collibus & multitudine montium*, Ti. q. d. Frustrà multitudo nostrûm collecta fuit in montibus, ut ab eis opem peteremus †. *Certè nequicquam est ex collibus turba montana*, scilicet deorum [t]. Per *colles* & *montes* hîc intelligunt, vel, 1. illos circa Hierosolymam & Samariam, quibus antè plurimùm confiderant: vide dicta ad 21. 13. Psal. 125. 2. Amos. 6. 1 [v]. Vel, 2. auxilia quæ sperabant à locis ultra colles, Psal. 121. 1. nempe à Regibus Assyriæ, vel Ægypti [x]. Vel, 3. idola, quæ in montibus colebantur [y], v. 6. Jer. 2. 20 [z]. Hoc, inquit, dicitote, Colles illi in quibus idola colebantur nos deceperunt [a], promittentes mira, præstantes nihil [b]. Frustrà speravimus in idolis, & precibus sacerdotum, qui ea in montibus colebant [c]. Pluribus verbis hîc exprimit testimonium pœnitentiæ: q.d. Fuimus decepti à collibus, &c. h.e. Putavimus fore plus præsidii in magno deorum numero, quàm si unum Deum coleremus: hic error nos perdidit. Ergò nunc facessant omnia illa mendacia: contenti erimus te unico Deo [d]. Al. *Profectò vanitatis plenissimi sunt omnes montes & colles*, Strig. Al. *Sanè frustrà est, è collibus multitudinem* (nempe, vel, 1. plebis; vel, 2. sacrificiorum, q. d. multas oblationes: vel, si הָמוֹן sumas pro בְּהָמוֹן, *cum strepitu*,) *offerre*. הָרִים mihi est infinit. sign. *offerre*, ut sæpe apud Mosen; unde & תְּרוּמָה *oblatio*. Amabat populus in collibus sacrificare, & in eo sperabant, neglecto vero Dei cultu, qui in Templo, non in collibus, coli voluit: meritò ergò h. l. elevare victimam è collibus, & sperare in Deo, inter se opponit Propheta; & prius frustraneum, alterum utilissimum, asserit *. ¶ *Verè in Domino—salus*, &c.] Ità Mo. &c. q. d. Nulla venit nobis, nisi te dante, salus, Ose. 13. 4, 9, 10. Act. 4. 12 [f]. Unum Deum opponit omnibus idolis. Hæc non possunt simul conjungi, ut Deum colamus & idola [g].

24. *Confusio*, &c. וְהַבֹּשֶׁת אָכְלָה אֶת־יְגִיעַ וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. Ang. ut Esa. 65. 15 [h]. *Autem*, Ch. P. *Ergò*, Ca.) *confusio* (vel, *turpitudo*, Ca. *ignominia*, Ar. Ti. *probrum*, Calv. *pudor*, Calv. Ang. i. e. scelera quorum ipsos pudere debebat [i]; *confusio peccatorum*, Ch. *pudor iste*, Pi. vel, *pudendum istud*, JT. Angl. id est, idolum [k], quod Hebræi בֹּשֶׁת vocare solent, ut vides Jerem. 11. 13. Os. c. 9. v. 10 [l]. Appellationis rationem expressam vide Jerem. 48. 13, &c [m]. Idolum Bahalis [n], quod cultores suos pudore afficit [o]. Et quia Baal erat infame idolum, ideo in S. S. multa nomina promiscuè, vel in *Baal*, vel in *Boseth*, aut *Beseth*, desinunt. Sic idem vocatur *Jerubbaal*, Jud. 6. 32. & *Jerubbeseth*, 2 Sam. 11. 21; idem *Esbaal*, 1 Par. 8. 33. & *Isboseth*, 2 Sam. 2. 8; idem *Meribbaal*, 1 Par. 8. 34. & *Mephiboseth*, 2 Sam. 4. 4 [p].) *comedit*, vel *consumpsit*, *laborem patrum*, &c. Mo. P. &c. Vel, 1. ob frequentia sacrificia quæ idolis offerebant [q]. Vide Ezec. 16. 16, &c. Hos. 2. 8. Vel, 2. ex judicio Dei ob idololatriam, ut Jer. 5. 17. Hos. 2. 3, 4, 9, 12 [r]. q.d. Idolum in causa est cur nobis omnia mala successerint †. Non possunt aliò transcribi mala quæ patimur quàm ad scelera nostra [t]. *Laborem*, i. e. quicquid labore suo acquisierant [v]. ¶ *Ab adolescentia nostra*] Id est, vel, de die in diem, ex quo recordari, vel quicquam observare, potuimus; vel, ex quo populus fuimus, ut Esa. 48. 8. sic Jer. 2. 2. & 22. 21. Sed prius malo [x]. Absumpsit, inquam, nos non semel aut iterum, sed ex professo & continuò, videntibus nobis & palpantibus, jam indè ab adolescentia nostra [y]. Jam indè à pueritia experimur omnia malè succedere [z]. Et stulti nondum resipiscemus, tanto parentum malo, probro ac damno [a]? Tribuunt sibi quod poterat transferri in patres, quoniam sciebant se iniquitatis ipsorum fuisse hæredes [b].

25. *Dormiemus in*, &c.] Ità P. id est, moriemur [c]: נִשְׁכְּבָה וגו׳] *Dormivimus*, &c. ό. *Jacebimus*, &c. Mo. Sy. *Jacuimus*, &c. Calv. Ar. sic Pi. *Et nos jacemus*, &c. M. Ti. Ca. sic Ch. JT. Ang. Ut homines in ærumnis, qui, nescientes quò se vertant, conjiciunt se super grabatum, ut 1 Reg. 21. 4 [d]. *Cubamus*, tanquam ægroti *; qui, cùm non possint diutiùs se erigere, in lectum se recipiunt, ut 2 Sam. 13. 5. 2 Reg. 1. 4 [f]. ¶ *Et operiet* (vel, *operit*, M. Ti. JT. &c. *operuit*, Calv. Ar. &c.) *nos ignominia nostra*] Ità Mo. P. &c. quasi stragula [g]. q.d. Residet malorum causa in peccatis nostris; non alibi quærenda est, nec Deus accusari potest sævitiæ [h]. [Q. interrogativè locum accipiunt;] q. d. Et moriemur in tantis tàmque probrolis miseriis [i]? ¶ *Quoniam—peccavimus*] Sunt verba pœnitentium, & peccata præterita lamentantium [k]. ¶ *Nos & patres nostri*] Significant, Deum à pueritia ipsos admonuisse ut ad se redirent, ipsósque contumaciter à primis etiam annis imbibisse iniquitatem patrum: ut meritò Deus tamdiu vindictam suam prosequutus sit erga eos, *consumendo laborem patrum*, &c. v. præc [l]. Viri pii non se excusant aut justificant ab exemplo patrum, ut illi Jer. 44. 17. sed reos se peragunt, &c. Vide Esd. 9. 7. Neh. 1. 6. & 9. 33, 34. Esa. 64. 6. Jer. 14. 20 [m].

[x] Di. [y] Ang. [z] Calv. [a] Q. in Ang. [b] Calv. [c] Ca. [d] Ang. [e] Ang. ex He. sim. T. [f] Q. in Ang. sim. Calv. [g] Mc. [h] Calv. [i] Q. in Ang. [k] Calv. [l] Calv. [m] Mc. Ca. † He. in V. [n] Q. in Calv. [o] Calv. [p] Ang. [q] Di. [r] V. † Tig. not. [t] Ca. [v] Q. in Ang. [x] Al. in Ang. sim. Pi. [y] Jun. Pi. Ang. ex Mc. [z] Ang. [a] G. sim. Mc. T. [b] T. [c] Tig. not.

[d] Calv. * Di. [f] Strig. [g] Calv. [h] Ang. [i] Calv. [k] G. ex Jun. Glas. [l] G. Glas. thet. 1. 2. 26. BA. 1. 2. 34. 331. [m] Glas. ib. [n] Pi. Ang. Glas. [o] Glas. &c. [p] BA. ib. [q] Mar sim. Pi. Ang. [r] Ang. † G. sim. Mar. [t] Calv. [v] Calv. sim. Pi. T. Ang. &c. [x] Ang. [y] T. [z] Mc. [a] T. [b] Calv. ad v. 25. [c] Mc. T. [d] Ang. * G. [f] Ang. [g] G. sim. Ang. [h] Calv. [i] T. [k] L. [l] Calv. [m] Ang.

CAP. IV.

1. SI, &c. אִם תָּשׁוּב וגו׳ אֵלַי תָּשׁוּב] *Si reversus fueris*, (vel, *convertêris*, Ch.) *Israel*, Mo. &c. (i. e. vel, 1. Juda, ex vers. 3 [a]. quæ interdum *Israel* dicitur, 2 Par. 12.1. & 15.13. & 21.2, 4. & 29. 21, 24. utpote potior, licet non major, Israelis pars: vel potiùs, 2. decem Tribus, quæ ad pœnitentiam invitantur, ut antè Jer. 3. 12 [b].) *ad me*, Mo. Pi. P. G. (*ad cultum meum*, Ch. אֵלַי τὸ conjungitur cum priore membro [c].) *revertere*, P. Pi. &c. seriò, non simulatè*. Vel, *revertêris*, supple, *in patriam*. Hunc sensum exigit membrum sequens [d]. *Recipietur pœnitentia tua priùs quàm sigilletur sententia tua*, Ch. in V. Vel, *quiesces*, P. i. e. tranquillè ages in patria tua *, nec abibis in exsilium, ex membro seq. Vel, *quiesce*, i.e. quietus esto, neque huc illuc respice, sed uni Deo fide [f]. De verbo שׁוּב in sensu *quiescendi* vide ad Esa. 30. 15. & Jer. 30. 10 [g]. Alii verbum תָּשׁוּב eodem sensu sumunt in utroque membro [h], [& אֵלַי ad posterius referunt, & locum sic reddunt,] *Si reverti voles*, (vel, *redieris*, i. e. Si te corrigas *; vel, *revertêris*, G. *conversus fueris, revertaris*, Calv.) *ad me revertere*, M. Ti. Calv. G. JT. Ang. simil. Strig. vel, *redibis*, Ca. q. d. Nè huc illuc te vertas, ab uno idolo vel scelere ad aliud, sed ad me, ut profiteris [i]. Vias plurimas sparsim nè ineas, ut Jer. 3. 13. sed in me uno acquiescas [k]. Vel, *ad me convertere*. Perstringit simulationem Israelitarum, quâ obsequium Deo pollicebantur, sed fallaciter: scias tibi negotium esse cum Deo, qui nec fallit, nec fallitur, & sincerè ac bonâ fide ad me redeas. Vel, *apud me quiesce*: q. d. Mitte idola & scelera tua; nè ampliùs vagis tuis cupiditatibus circumferaris, ut sæpe fecisti; sed in solo Deo acquiesce [l]. Potest sententia hîc suspendi, & locus sic verti, *Si revertêris ad me, revertêris*, inquam; ut idem emphaticè repetatur; ut Esa. 27. 5. & 57. 19 [m]. ¶ *Si*, &c. וְאִם תָּסִיר וגו׳] *Et si abstuleris* (vel, *removeris*, Ti. Ca. sim. JT. Pi.) *abominationes tuas* (vel, *offendicula tua*, Vulg. i. e. peccata [n]; vel, idola abominanda [o];) *à facie mea*, P. M. &c. Hypocritæ semper spectant theatrum, & volunt probari hominibus, & Dei conspectum fugiunt. Deus autem eos ad se revocat [p]. Vel, *è conspectu meo*, Ang. i. e. ex omnibus locis, privatis & publicis [q]; imò ex cordibus vestris; (nam oculus Dei ubivis est, Prov. 15. 3.) multò magis ex terra mea, quam præcipuè respicio, Deut. 11. 12. maximè autem ex Templo, quod inprimis respicit oculus meus, 1 Reg. 8. 29. & 9. 3. in quo idola sua posuerunt. Vide 2 Reg. 21. 7. & 23. 4, 6 [r]. ¶ *Non*, &c. וְלֹא תָנוּד] *Non commoveberis*, Ch. Vulg. *Non timebis*, Sy. *Non exsulabis*, Ca. G. sim. Ti. ultrà scilicet †. *Non migrabis*, M. P. sub. *in captivitatem*, M. *Non poteris loco dimoveri*, Strig. vel, *Nè ergò vageris*, JT. Pi. ad idola tua [t]. Vel, *Tum nè vageris*, Angl. post illa; sed mihi adhæreas: *&*, pro *tum*, ut Esa. 40. 19. Jer. 2. 21. Vel, *& non vagaberis*, Angl. ut sententia adhuc pendeat [v]. Vel, *Et si non ampliùs vagus sis*, sive *vageris*; quemadmodum levitas & inconstantia tua mihi satis cognita est. Hoc vitium damnat, quòd Israel, cùm pietatem simularet, tamen vacillabat, neque poterat toto animo se Deo addicere, sed erat ambiguus consilii [x].

2. *Et*, &c. וְנִשְׁבַּעְתָּ חַי וגו׳] *Et jurabis*, (vel, *Quin jures*, JT. *Sed jurato*, Pi. *Et si jures*, Ch. vel, *Et jurare voles*, Angl. ut adhuc pendeat oratio [y]. Jusjurandum hîc synecdochicè ponitur pro toto Dei cultu [z].) *Vivit* (vel, dicens, *Vivit*, Ar. consueta jurandi forma [a].) *Dominus*, M. P. Ti. Calv. &c. (Forma jurisjurandi hæc erit; non, *Vivit Baal**. Juramentum autem, ut legitimè fiat, tribus hîc comitibus sociatur [b].) *in* (vel, *cum*, o'.) *veritate*, (vel, *verè*, JT. Angl. ut Jud. c. 9. v. 15, 16, 19. 1 Sam. 12. 24 [c]. cavendo nè juretur, aut falsum [d], Zach. 5. 4. & 8. 17 *; aut incertum [f]; aut fictè seu dolosè [g], ut ab illis Esa. 48. 1. Jer. 5. 2 [h].) *in judicio*, (vel, *ritè*, JT. Pi. vel, *jure*, Ca. *consideratè*, Angl. ut Psal. 112. 5. h.e. considerando quid jures, & per quem †; cavendo nè juretur incautè [i], indiscretè [k], irreverenter [l], sine justa causa [m], ut Jos. c. 9. v. 15. Matt. 14. 7 [n]. temere, & in vanum, ac sine necessitate [o], aut levibus de causis, Matt.

a Q. in Ang. | b Ang. | c Q. in Calv. | * Pi. | d G. | * V. | f Q. in Ang. | g Ang. | h Calv. | * Ca. | i Ang. | k Jun. | l Calv. | m Ang. | n Me.T. | o Pi.Ang. &c. | p Calv. | q Ang. ex He. | r Ang. | † G. | t Pi. | v Ang. | x Calv. | y Ang. | z Calv. sim.Me.T. | a E.T.Ang. &c. | * G. | b T. et E. | c Ang. | d E.T. sim. Me. Ang. | * Ang. | f T. | g T. Ang. | h Ang. | † Idem. | i Me. Ang. | * T. | l T. Ang. | m T. sim. Ang. | n Ang. | o T.

5. 34.—37. Jac. 5. 12 [p]. ut si quis non rogatus juret se redditurum librum mutuò acceptum [q].) *& justitia*, Calv. vel, *justè*, JT. Pi. Angl. Ca. ut Psalm. 72. 2. Esa. 63. 1 [r]. cavendo nè quid juretur injustum, sive iniquum †, aut alteri injustè noxium [t]; nè juramentum facias vinculum iniquitatis, ut 1 Sam. 25. 22. Matt. 14. 7; & ut quod jures firmiter præstare statuas, atque etiam præstes [v]. *In veritate, in judicio*, &c. nihil falsi, nihil iniqui [x]. Hæc tria comprehendunt omnia ad religiosum juramentum & cultum Dei necessaria, respectu vel Dei, vel nostri, vel proximi, tum in generali, tum in speciali vocatione [y]. Judæi sibi blandiebantur & securi erant, quòd nomen Dei obtenderent, & pietatem profiterentur, quamvis interea mentiti essent Deo. At, inquit, hoc nihil est, nec tibi proderit, nisi fiat *in veritate*, i. e. integritate cordis, sine qua nullus est Dei cultus: hæc autem veritas præcipuè cognoscitur *in judicio & justitia*, ubi scil. homines inter se justè & fideliter agunt [z]. ¶ *Et*, &c. וְהִתְבָּרְכוּ בוֹ גּוֹיִם וּבוֹ יִתְהַלָּלוּ] *Et* (vel, *Ut*, JT. *Tum*, Angl. Pi. Calv. Hic enim est effectus qui sequitur præstationem conditionum præcedentium [a].) *benedicentur*, vel, *benedicent se*, (vel, *benedicant sibi*, JT.) *in eo* (pro, *in te*; ut fit mutatio personæ [b]: quæ quidem in S.S. frequens est, nec tamen sine necessitate statuenda [c]. Vel, *in eo*, i.e. vel, 1. in Israele [d]; in quo benedicentur omnes gentes, Gen. 22. 18. & 26. 4*. q.d. Gentes optabunt sibi felicitatem tuam [f]. Hâc formulâ benedicent vel sibi, vel aliis; Illis fiat sicut huic, vel illi, Israelitæ [g]. Vel, 2. in Deo [h], ad quem redituri sunt, & per quem jurant [i].)—*& in eo gloriabuntur*, Calv. &c. Forma hujus verbi (sicut & præcedentis) reciproca est, unde reddunt per, *jactare se*, Prov. 25. 14. & 27. 1. hîc autem, ut alibi sæpe, activè significat, sed cum emphasi, ut Psal. 56. 5. *Valde laudabo Deum*†. Sensus, Gentes nomen Dei invocabunt, & per eum sibi benedicent [k], & bona sibi ab ipso exoptabunt [l]; motæ tuo exemplo†; quum videant Jehovam benedicere tibi eò quòd ipsum colis [m]. Vos estis in culpa cur Dei maledictio vos urgeat, & Gentibus probrosos reddat; nam vestra impietas cogit Deum ut duriùs vobiscum agat quàm vellet: vestra improbitas obstaculo est quò minùs glorificetur Deus, & vestra etiam felicitas passim apud omnes populos celebretur: perperàm Deo imputatis miserias vestras [n]. Qui antea in idolis benedixerunt sibi, & gloriabantur, ut Psal. 97. 7. jam in Deo gloriabuntur, ut Psal. 89. 17, 18. eique benedicent, Psal. 103. 1. Eph. 1. 3. & benedicentur in eo, & benedicent sibi propter eum, quòd illum cognoscant & possideant. Vide Psal. 72. 17 [o].

3. *Hæc*, &c. כִּי וגו׳] *Nam* (vel, *Verò*; nam ab Israelitis ad Judæos redit oratio †: vel, *Præterea*, Angl. ut כִּי redditur Esa. 15. 8. & 16. 9. quia novam hîc concionem inchoat, aliósque alloquitur, ab Israele transitum faciens ad Judam [p].) *sic ait*, &c. JT. Pi. &c. ¶ *Viro Juda*] Id est, viris [q]; ut Esa. 5. 3 [r]. ¶ *Novate* (vel, *Novellate*, JT. Pi.) *vobis novale*; ità Mo. P. M. V. Calv. &c. vel, *novalia*, o'. *novellata*, Ti. נִירוּ לָכֶם נִיר] *Arate vobis arvum*, P. sim. Angl. ex He. *Proscindite vobis novalem*, Ca. *Novales* dicuntur agri qui anno uno aut pluribus vacui relicti sunt, & de novo proscinduntur aratro & seruntur †. At נִיר potiùs *terram aratam* sign. ut Prov. 13. 23. Vide & Hos. 10. 11 [t]. ¶ *Et nolite serere super* (vel, *in*, Pi. JT. M. *inter*, Ang. Heb. *ad*, Angl. Mo. pro, *super*, ut 1 Sam. 17. 49. Jer. 35. 17 [v].) *spinas*] Sic P. Calv. &c. i.e. peccata peccatis addere [x]. *Serere super spinas* proverbialiter dici videtur, ut, *serere super lapides*, Amos. 6. 12. Matt. 13. 5. Luc. 8. 6. utrumque de labore irrito [y]. Scriptura sæpe nos confert agro ex quo fructum postulat Deus. Seminabant Judæi, h. e. studium atque ardorem simulabant, & satagebant, sed sine profectu, quia inter spinas, & mixturis suis omnia corrumpebant. Præposteram itaque sedulitatem ridet Deus, & monet ipsos esse similes agro senticoso, qui culturâ plusquam vulgari eget, & aratro aliisque instrumentis bene purgandus est, spinæque eradicandæ, &c. Significat igitur eos obduruisse in sceleribus suis, plenósque multis & reconditis vitiis: jubétque eos non defunctoriè mala sua agnoscere, ut hypocritæ solent, sed vitam suam penitùs examinare, & excutere vitia quæ latent [z]. q.d. Repurgate agrum cordis [a], & vitam vestram sincerâ pœnitentiâ, &c. Non dicit, *nè serant* Prophetæ; sed, *nè* vos

seratis,

p Ang. | q E. | r Ang. | † E. T. Ang. | t T. sim. Me. | v Ang. | x G. | y Belg. | z Calv. | a Ang. | b V. He. in Ang. | c Ang. | d Q. in Calv. He. in Ang. | f Ang. | * V. | g He. in Ang. | h Calv. | i Ang. | k Ang. | † Idem. | l Mar. | l Pi. | † Pi. sic Mar. | m Pi. | n Calv. | o Ang. | † G. | p Ang. | q Pi. Ang. | r Ang. | † Me. | t Ang. | v Ang. | x G. | y Ang. | z Calv. | a G. sic Ang.

seratis, &c. h.e. Nè conatus omnes vestros infectos reddatis[b]. Hortatur ut, evulsis per pœnitentiam idololatriæ & peccatorum spinis[c], verum Dei cultum serant[d], & semina virtutum concipere possent *.

4. *Circumcidimini* &c. הִמֹּלוּ לַיהוָה] *Circumcidimini* (vel, *Circumcidite vos*, Mo. P. Ang. Hæc passiva sæpe reciprocè sumuntur: ut, *occultari*, pro, *occultare se*, Jer. 36.19[f].) *Domino*, M. Ti. i.e. mihi; nomen pro pronomine, ut v.2. Gen. 19. 24. 2 Tim. 1. 18 †: in honorem Domini[g]. Circumcisio erat gloria ipsorum in hominum oculis: at, inquit, vobis negotium est cum Deo, cui non sufficit litera vel signum, nisi accedat spiritus sive interior veritas. Quin circumcisio ipsa satis illos docebat abnegare se, & omnes carnis affectus exuere[b]. *Domino*; h.e. circumcisione illâ quæ Deo probatur, Deut. 10. 16. Rom. 2. 29. Phil. 3. 3[i]. Purgate corda à pravis cupiditatibus[k]. Spiritualis hæc circumcisio est abnegatio sui, & vera ad Deum conversio[l].

¶ *Auferte præputia cordium*] Præputia, per translationem, apud Hebræos vocantur quæ sunt inutilia. Græci σκληροκαρδίαν (*duritiem cordis*) reddunt; *impietatem*, Chald *. [qui hæc cum præced. sic reddit, *Convertimini ad cultum Dei, & auferte impietatem*, &c.]

5. *Et*, &c. ותקעו וגו'] *Et clangite tubâ* (ut hostis adventum significetis, omnésque vel ad arma convocentur, vel se in urbes recipiant[m];) *in terra*, P. &c. scil. vestra, nempe Judæa[n]. Non jubet clangere, sed ostendit quid facturi sint: q.d. Cùm vos premet Dei vindicta, nè tunc quidem resipiscetis, sed clangetis, &c. Recipiant omnes se Sionem, quasi illinc possitis hostes repellere, & vos tueri, &c[o]. *Canite tubâ*—ut omnes se ex agris recipiant[p]. ¶ *Clamate*, &c. קִרְאוּ מַלְאוּ] *Clamate*, vel *Vocate*, Mo. P. M. *congregate*, M. P. Ang. sim. Calv. vel, *complete*, sive *implete*, Mo. Ti. Quod non placet †. Pro eo Chald. habet, *multiplicate*, scil. homines in unum[q]. Al. *Clamate plenè*, Ca. vel, *pleno ore*, Strig. Angl. vide Jer. 12. 6[r]. Vel, *Vocate plenum* cœtum, Angl. *Plenitudo*, pro pleno cœtu, seu multitudine, Esa. 31. 4. Vel, *Vocate, implete*, pro, *Vocate ad implendum*, i.e. Vocate omnes simul *. Al. *Convocate*, Pi. (*Convocate*, inquam, JT.) *cogite multitudinem*, Pi. sic JT. Quæ hîc dicuntur, fieri solent imminente hoste aliquo crudeli. Prædicuntur autem hîc pœnæ quibus afficientur Judæi, quòd pœnitere noluerint †. Prædicitur adventus Nebuchadnezar, contra quem monet ut sese arment, sed frustrà, &c[t]. ¶ *Ingrediamur*, &c.] q.d. Quæretis latebras quæ vos ab hoste protegant[v].

6. *Levate* (vel, *Attollite*, P. Ti. &c.) *signum*] Ità M. &c. vel, *vexillum*, Mo. P. &c. ad quod conscripti milites confluant *. Virgil. *Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit*—*. Al. *signum*, non quo populus moneatur ad arma concurrere, sed in tutum se recipere[y]. ¶ *In Sion*] Ità Mo. P. M. Ch. Calv. &c. Ità & K. qui exponit, *in turre Sionis*, ac si ה hîc significaret *quietem in loco*: id quod facit Gen. 28. 12. אַרְצָה *in terra, humi*. Levit. 16. 25. הַמִּזְבֵּחָה *in altari*; Jer. 29. 15. בָּבֶלָה *in Babylone*. Itaque interpretationi huic non vox obstat, sed sensus. Quomodo enim vexilla in urbium arcibus sublata ullam significationem dare possint eis qui longè in agris morantur, adeòque conspicere nequeunt[z]? ¶ צִיּוֹנָה] *Sionem versus*, Pi. JT. Boot. Ang. Ti. Ca. &c. simil. Sy. *ad Sionem*. Est autem locutio hæc, *Levate signum versus Sion*, elliptica, pro, *Levato signo mittite Sionem, & monete eam aufugiendum*. Cujusmodi ellipsis verborum prægnantium frequens est, ut Esa. c. 14. v. 12. & 21. 9. &c[a]. [Ar. sic reddit, *Capite fugam ad Sion*: sim. ο'.] ¶ *Confortamini*, הָעִזוּ] Hanc vocem deducunt alii à עזז, (*roborare*[b].) *Agite viriliter*, M. *Intendite nervos*, Ti. *Corroboramini*, Ca. *Sumite animos*, Sy. *Confirmate*, JT. *Confirmate* vos ad fugiendum, Pi. Alii deducunt à עוז, sive עיז[c]; quod sign. vel, 1. *colligere*, ut multi colligunt ex Exod. 9. 19. ubi אֱסֹף בַּיְתָה & הָעֵז videntur synonyma esse; sed perperàm, nam nec ipsum אָסַף ibi *congregare* sign. nedum הָעִיז[d]: vel potiùs, 2. *fugere* *, vel, *se colligere metûs causâ*[f]. [Hinc rursus variant.] *Congregate vos*, P. sim. Calv. & plerique ex RS. in Boot. *Congregate vos*, sub. *ad fugiendum*, V. *Festinate*, ο'. Ar. *Migrate*, Ch. *Confugite*, Calv. *Subducite vos*, Boot. Hæc significatio vocis הָעִיז facilè probatur ex Esa.

b Ang. c Me. sic T. d Me. * T. f Ang. † Idem. g Pi. b Calv. i Ang. k Pi. l Calv. * G. m Ang. n Pi. o Calv. p G. † V. q M. r Ang. * Idem. † V. t M. v Sin. * Sin. * G. y Boot. anim. 1. 10. 10. 91. z Boot. ib. 2. 83. a Ibid. 84. b Q. in Boot. c Al. in Boot. d Boot. ib. * Calv. Boot. f Calv.

10. 31. ubi synonymum est נדד *fugere*, & ex Dictionarus Pagnini & Merceri & Schindleri, &c[g]. ¶ *Nolite stare*; ità ο'. sim. Mo. Ti. Ca. M אַל תַּעֲמֹדוּ] *Nè substitatis*, P. *Ne consistite*, JT. Pi. *Nè desidete*, Sy. *Nè moremini*, Ar. Ch. *Nè state*, i.e. properate celeriter[h], ut in maximo pavore fit. Vel, *Non stabitis*, aut *consistetis*, nempe, in monte Sion; ubi firmam vobismet stationem promittitis[i].

7. *Ascendit leo*] Chald. habet, *Rex*: τὸ θηρίον βασιλέα δηλοῖ, (*Bestia illa Regem significat*:) ubi θηρίον est *leo*[k]. Nebuchodonosorem describi apparet[l]. *Leo*, cui vos non pares eritis ad resistendum[m]. ¶ *De*, &c. מִסֻּבְּכוֹ] *De umbraculo* (vel, *septo*, Ti. *latibulo*, V. *vepreto*, Pi. *perplexo vepreto*, JT. *densitate*, Calv. *cubili*, ο'. Vulg. *sylva*, Ar. *densa sylva*, Ca. Heb. *perplexitate*, Pi.) *suo*, Mo. P. &c. vel, *sua*, Calv. &c. *de condensis vepribus suis*, M. *de arce sua*, Ch. Ex Babylone[n]. Ex loco occulto & remoto, unde nunquam illum venturum putabant Judæi[o]. ¶ *Et*, &c. וּמַשְׁחִית וגו'] *Et vastator* (vel, *corruptor*, Mo. *interfector*, P. *prædo*, Vulg.) *gentium*, V. sic M. Strig. q.d. qui sufficit ad delendum multos populos: quomodo ergò vos effugietis? Herculi prælatus à suis, Africæ ipsius & Hispaniæ vastator. Vide ad 1. 3. V. R. C[q]. ¶ *Civitates tuæ vastabuntur*, תִּצֶּינָה] Verbum in hoc sensu non occurrit alibi, quod ambiguitatem parit[r]. *Destruentur*, vel *desolabuntur*, Mo. P. sim. M. Ti. JT. Pi. Ang. &c. Deducunt à voce quæ *siccitatem*, indéque *vastitatem*, sign. Jer. 2. 6. Alii à verbo quod sign. *progerminare*, unde vertunt, gramine succrescente *obducentur*. Atque hinc duplex verbi lectio hîc, ut 2 Reg. 19. 25. Esa. 37. 26 †.

8. *Quia non est aversa*, &c.] q.d. Nihil vobis sperandum est, nisi Deo propitio[t].

9. *Peribit* (vel, *frangetur*, Ch. in V. *contabescet*, Strig. *concidet*, Ti. *exanimabitur*, Ca.) *cor regis*, &c.] Ità Mo. P. M. &c. Sedechiæ[v]. Impletum Jer. 39. & 52[x]. Deficiet cor sive spiritus. Vide Psal. 22. 15. & 73. 26. & 102. 5[y]. Gravissimo timore corripietur[z]. *Cor*, id est, mens, sive ingenium, ut Deut. 29. 4[a]. q.d. Consternabitur omnísque consilii inops erit etiam Rex, qui suos corroborare debuerat[b]. Excutit illis fiduciam in Regis procerúmque intelligentia[c].

10. *Ergòne decepisti*, &c? sic ο'. אֲהָהּ הַשֵּׁא הִשֵּׁאתָ וגו'] *Verè*, vel *Certè*, *decipiendo decepisti* (vel, *prorsus seduxisti*, Pi. vel, *planè diceris seduxisse*, JT.) *populum hunc*, Calv. P. M. sim. Mo. Ca. &c. i.e. sivisti decipi[d], ut Esa. 63. 17. Ezec. 14. 9 *. nempe per pseudo-prophetas[f]. Ità insultat tam impostoribus, quàm populo, qui ob stultam credulitatem & amorem blanditiarum dignus erat falli. Quia populi aures surdæ erant, convertit ad Deum sermonem[g]. Sæpe apud Hebræos verba sono activa significatu permissiva sunt[h], vel declarativa: ut Jer. 1. 10. *ad perdendum*, &c. i.e. prædicendum perditionem; & 15. 1. *Projice eos*, i.e. projiciendos vaticinare; Ezec. 13. 19. & 20. 26. &c[i]. Ità h.l. *seduxisti*, i.e. ostendisti illos seductos esse[k]; nempe per pœnas populo illatas[l]. Possunt hæc interrogativè legi, *Túne seduxisti*, &c? q.d. Num fieri potest ut tu populum lactes falsâ spe & promissione pacis, cùm nihil tale cogitas? Nota interrogandi deficit, ut Hos. 4. 14. Mal. 1. 8[m]. ¶ *Dicens*, (vel, *dicendo*, JT. nempe per pseudo-prophetas, qui Dei nomen obtendebant, Jer. 6. 14[n].) *Pax erit*, &c.] Quod populus cupidè arripuit, &c[o]. ¶ *Et*, &c. וְנָגְעָה וגו'] *Et pertigit*, vel *pervenit*, (vel, *Tamen pertingit*, V. sic Calv. *Quum pertigerit*, JT. Pi. Angl. *Nunc verò penetrat*, Ti.) *gladius usque ad animam*, Mo. M. &c. i.e. magna fit occidio[p]: configimur jam lethalibus plagis[q]. Chald. *Nunc autem gladius occidit in populo*, i.e. grassatur per populum[r]. *Cùm fit capitale bellum*, Ca. Perstringit hîc pseudo-prophetarum adulationes, & ostendit populum tandem reipsa sensuros quàm fallaciter prætexuerint Dei nomen †.

11. *Populo huic*, &c.] Vel, *de populo hoc*, &c. V. ex Ch. Calv. ל enim hîc accipitur pro ב[s]. ¶ *Ventus*, &c. רוּחַ צַח שְׁפָיִם וגו'] *Ventus siccus*, Mo. P. Calv. Ang. sim. V. Ti. Di. (in quo nulla est utilitas hominibus[v] vel, *æstuosus*, Ca. *urens*, Vulg. simil. Strig. Angl. id est, pestilens †: *fortis*, M. *vehemens*, Q. in Calv. *nitidus*, JT. Pi. Angl. vel, *serenus*, Q. in V. Angl. Vox enim sign.

g Boot. h Calv. sim. Ang. i Calv. k G. l G. sim. Calv. Pi. m Ang. &c. m Calv. n Ang. o Calv. p Calv. q G. r Ang. † Ang. t Calv. v Pi. x G. * Pi. a Calv. b M. c Calv. d G. sim. Sin. Me. T. Glas. Ang. &c. * Ang. f T. sim. g M. Calv. h Calv. i G. sim. Sin. k Glas. gram. 3. 3. 15. 258. l Glas. ib. sim. m Ang. ex He. Ang. Glas. ib. n Ang. o Glas. ex Jun. sic G. o Glas. p G. q Calv. r sim. Ang. s V. † Calv. s Calv. v V. † G.

claritatem, sive serenitatem, Esa. 18.4. & 32.4. Talis est ventus Borealis, Job.37.22.Prov.25.23. Respicit regionem unde hostis venturus erat[x].) *locorum eminentium*, JT. Ang. vel, *ab eminentiis*, G. vel, *per vertices*, Ti. (vel, *per sylvarum cacumina*, Ca. *in excelsis*, Calv. *in locis excelsis*, P.M. sic Pi. flat, vel flans, in locis *excelsis*, Pi. Angl. Ellipsis præpositionis, & verbi, vel potiùs participii, quia sententia non absolvitur hoc versu[y]. De excelsis & desertis locis loquitur, ubi nihil impedit venti cursum[z]. Al. *convallium*, ubi, cùm radii Solis reverberentur & conduplicentur, fit ventus torridus & arefaciens. De hac significatione vocis שְׁפָיִם vide Num. 23.3. nilque impedit quò minùs & infrà c.7. 29. & 12. 12. & 14.6. eodem sensu accipiatur[a].) *deserti*, Calv. (vel, *in deserto*, Mo.Ti.JT.&c. *per desertum*, G. *ex deserto*, Strig. *spirans in deserto*, P. ubi omnia evertit[z].) *viâ*, Mo. P. Ti. JT. (vel, *ad viam*, Calv. *versùs viam*, Angl. venit *per viam*, M.) *filiæ populi mei*, Mo.&c. vel, *in via spectante ad filiam*, &c. Pi. vel, *quâ itur ad filiam*, &c. Strig. sive, *ad populum meum*. In Chaldæa multi sunt montes; inter Chaldæam & Judæam multa loca deserta[a], per quæ hostis venturus erat, &c[b]. ¶ *Non*, &c. לֹא לִזְרוֹת וְלֹא לְהָבַר] *Non ad ventilandum*, (vel, *spargendum*, Calv.) *neque ad repurgandum*, P. Ti. sic Calv. &c. vel, *evellendum*, Ca. sub. *sed ad evertendum*, Pi. vel sub. *sed ad urenda omnia*, G. Ellipsis membri oppositi, qualis Rom. c. 8. v. 12[c].

12. *Spiritus*, &c. רוּחַ מָלֵא מֵאֵלֶּה יָבוֹא לִי] *Ventus* (vel, Nempe *ventus*, Ang. ellipsis qualis Job. 42. 16[d].) *plenus*, Mo. Ang. (plenus nempe maledictione & calamitatibus *: vel, ventus pestilens[f]; vel potiùs, ventus fortis[g], ut 2 Reg. 9. 24. *Jehu implevit manum arcu*, i.e. arcum totis viribus tetendit[h]. Al. *plenior*, Ca. Calv. *vehementior*, M. P. Pi. G. *fortior*, JT. multò *turbulentior*, Calv.) *ab his*, vel *illis*, Mo. M. Ti. Ang. sub. *locis*, M. Ang. (vel, *his*, sive *illis*, sive *istis*, P. JT. G. V. sub. *ventis quibus repurgare solent frumenta*, V. vel, *quàm ad talia*, Ca. i. e. ad ventilandum[i]: vel, *præ illis*, Pi. מ in מֵאֵלֶּה comparativè sumitur[k], ut Gen. 48. 19. Proverb. 22. 1. Eccles. 7. 1[l]: vel, *quàm ut illi ferant*, Pi. illi memorati v. 9, 11[m].) *veniet* (vel, *advenit*, Pi.) *mihi*, Mo. Calv. &c. i. e. in meum honorem *; vel, jussu meo, ut Psal. 148. 8. vide & Esa. 6. 8[n]. q. d. præstò advenit, ut mandatis meis obtemperet. Sunt hæc indubiè verba Dei[o]. Vel, sunt verba Prophetæ, sive repræsentantis totum populi corpus[p], & in persona populi loquentis[q]; quod coactum est[r]: sive potiùs, referentis verba quæ populus tempore illo dicturus erat, v. 11. cui interpretationi favet contextus †; &, *mihi*, pro, *contra me*, ut Psal. 51. 6. & 56. 3. Jer. 3. 25[t]. Possit tamen ה *mihi* redundare, ut Gen. 27.13. Num. 22.6,11. Cant. 4.6. ut *tibi*, Genes. 12. 1. Exod. 30. 23[v]. ¶ *Et nunc*, &c. עַתָּה גַּם אֲנִי אֲדַבֵּר מִשְׁפָּטִים אוֹתָם] *Nunc* (vel, *Tunc*, Calv. Ti. *Nunc* igitur, Pi.) *etiam* (vel, *quoque*, Ti.) *eloquor jura* (id est, judicia quæ Deus imperavit, verbis & præc. & seq[x].) *eis*, JT. Verba Prophetæ, quibus ostendit se fideliter populo pronunciare judicia Dei †. Vel, *loquar*, sive *eloquar*, *judicia eis*, Pi. vel, *cum eis*, Mo. P. M. Ti. Calv. &c. illos, tanquam reos, in jus vocabo, ad dicendam causam[y]. Increpabo eos propter scelera sua[z]. Per hunc ventum vindicabo me de Judæis[a].

13. *Quasi nubes*] Vel, celeritate, ut Esa. 19. 1. vel, multitudine, ut Esa. 60. 8. Heb. 12. 1[b]. Nubes repentè exoriuntur, & totum cœlum occupant: q. d. Deus ex inopinato consurget, &c[c]. *Quasi nubes*, tenebrosa, densa, tristis & minax[d], & procellosa *.

14. *Lava à malitia cor tuum*] Non manus tantùm[f]. Hypocritæ semper volunt litare Deo per externos ritus & gestus: ostendit non posse Deum placari, nisi animo ad ipsum redeant[g]. ¶ *Usquequo*, &c? עַד מָתַי תָּלִין בְּקִרְבֵּךְ מַחְשְׁבוֹת אוֹנֵךְ] *Quousque morabuntur*, (vel *manebunt*, (vel, *morari facies*, Mo. *morari sines*, P. vel, *perseverabunt*, sing. pro plur[h]. vel, *pernoctabunt*, Pi. Ch. vel, *differs*, Ti. vel, *pernoctabis*, He. in Angl. i. e. perseverabis, ut Job. 17. 2. Vide 1 Joh. 5. 19[i]. Si dicas formam hîc esse mascul. in reliquis fœmin. respondetur, hîc congregationem respici, in illis verò populum[k].) *in medio tui* (vel, *in corde tuo*, Pi. Ca. &c. vel, *in te*, Ti.) *cogitationes* (vel, in *cogitationibus*, He. in Angl.) *vanitatis* (vel, *vanæ*, Pi. Ang.) *tuæ?* M. Pi. Ang. &c. ut Zach. 10. 2. i. e. de auxiliis exterorum, ut Jer. 2. 5, 37[l]. fallaces spes tuæ, quibus te frustraris, & frivolæ tuæ excusationes, quæ te forsan coram terreno judice absolverent, non item coram Deo, cognitore cordium *. Vel, *iniquitatis tuæ?* P. V. Q. in Calv. acsi esset עֻוְנֵךְ, i. e. injuriæ à te illatæ[m]; h. e. malæ & perniciosæ[n]. Vel, *detrimentosæ istæ?* Ca. vel, *doloris tui?* Q. in Calv. sim. Ar. *afflictionis tuæ?* i.e. quæ, dum pacem tibi promittunt, miserias adducunt[o]: *laborum tuorum?* o'. *malignæ tuæ?* Sy. [Alii locum sic reddunt,] *Quousque pernoctabit* illud (nempe malitia tua[p]) *in animo tuo, cogitationes* (vel, nempe *cogitationes*, Q. in Angl.) *vanitatis tuæ?* JT. Q. in Angl. Nomen plurale sæpe jungitur verbo sing. & sensus hîc est, quævis *cogitationum*, &c. Simile vide Prov. 14. 1. & 28. 1. Esa. 26. 19[q]. Al. *Quamdiu in te hærebunt vanissimæ opiniones?* Strig. *Quousque durabunt & stabiles erunt violenti qui sunt in te?* Ch. [nempe juxta versionem Lat. in Bib. Polygl. at in Vat. aliter, *opera injuriæ quæ sunt in medio tui*, &c. Verba Chaldaica sunt, עָבְדֵי אוֹנָס וגו'.]

15. *Vox*, &c. כִּי קוֹל מַגִּיד מִדָּן] Totus hic contextus repræsentat ad vivum cladem venturam; quam etiam ostendit non procul abesse, ut Judæi somniabant[r]. [Locum sic reddunt,] *Nam*, vel *Quia*, *vox annunciantis* (vel, *annuncians*, Calv. sub. *veniet*, P. Al. *annunciat*, vel *indicat*, M. Ti. Pi. sub. *adventum hostiu*, Pi. sive Nabuchod. V. Al. *auditur*, Ca.) *à Dan*, Mo. Ti. P. &c. vel, *inde à Dane*, Pi. Al. *Affertur fama à Dan*, Strig. קוֹל sign. *famam*, vel *rumorem*, ut Gen. 45. 16. Jer. 50. 46 †. Meminit *Dan*[t], quia hic est terminus terræ Israel[v] versùs Aquilonem, unde malum venturum dixerat[x]; oppidum occurrens primùm venientibus è Babylone Jerosolymam[y]. Dicit, *auditur*, prophetico spiritu, quasi adduceret eos in rem præsentem[z]. ¶ *Et*, &c. וּמַשְׁמִיעַ אָוֶן וגו'] *Et prædicat*, vel *pronunciat*, (vel, *significantis*, Ca. *audire facientis*, Mo. P. i.e. annunciantis[a], sub. *vox*, P. vel, *audire facit*, M. vel, *promulgans*, Calv.) *vanitatem*, Ti. (vel, *iniquitatem*, Mo. P. *detrimentum*, Ca. *molestiam*, i.e. molestum adventum hostium[b]; *contritionem*, Q. in V. *dolorem*, Sy. sic o'. Ar. *calamitatem*, sive *afflictionem*, V. M. Angl. ut Job. 4. 8. & 5. 6. & 15. 35. collat. cum Prov. 22. 8. Esa. 59. 4[c]: vel, *cladem*, sive *pœnam*. אָוֶן, propriè, *iniquitas*; accipiunt autem pro pœna, ut significent non infligi clades à Deo nisi justis de causis, & ob scelera hominum[d].) *à monte Ephraim*, Ti. &c. qui medius jacet inter Dan & Jerosolymam *; qui propinquior erat Judææ[f], quò hostis adventurus erat[g]; qui interior erat terminus Israelis Judæam versùs[h]. [Alii versum aliter accipiunt.] *Vox*, &c. id est, Occidio & exsilium decem tribuum tibi pro monitore esse debet quam mercedem accipiat idololatria. Nominat autem specialiter *Dan* & *Ephraim*, quia ibi positi fuerant vituli, 1 Reg. 12. 29. Nam Bethel fuit in parte Ephraimi[i]. Al. *Nam vox indicat majorem* (repete, ex seq. membro, *vanitatem*, sive *iniquitatem*; vide Esa. 18. 7. & 30. 17[k].) *quàm Danis, & pronunciat vanitatem* (vel, *iniquitatem*, Q. in Angl.) *majorem quàm montis Ephrajimi*, JT. Exornatio præcedentis dicti de cogitationibus vanitatis Judæorum; clamare nimirum ipsorum iniquitatem plusquam Israelitarum, quorum fines Dane & Ephrajimo terminabantur, ubi idola sua collocaverant. Simile est suprà 3. 6[l]. Agnosco particulam מ comparativè sæpe poni, ut suprà v. 12. necnon אָוֶן sæpe *iniquitatem* significare; deinde & Judam aliquo modo deteriorem fuisse Israele. Ferri itaque potest hic sensus; sed non est necessarius, & paulò coactior videtur[m]. [Ch. locum sic παραφράζει, *Quia vox prophetarum qui prophetant adversùs eos qui migraverunt eò quòd coluerunt vitulum qui est in Dan, & nunciantes annunciationes malas, venient super eos, eò quòd servierunt simulachro quod exexerat Michæas in monte domûs Ephraim.*]

16. *Dicite*, &c. הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם] [Variè reddunt.] *Recordamini gentium*, M. i.e. Intelligite rumorem illum de gentibus, quæ veniunt de terra longinqua ut vastent gentem nostram[n]. Remittit Judæos ad Gentes, ex quibus multi præcones erant vindictæ Dei, indignos esse significans quibus Deus doctores mitteret[o]. *Recordamini, ô populi*, Ar. Al. *Memorate*, vel *Commemorate*, (vel, *Narrate*,

[x] Q. in Ang. [y] Ang. [z] Calv. [a] Di. [z] M. [a] G. [b] Q. in Ang. [c] Pi. [d] Ang. * Ang. [f] He. in Ang. [g] Al. in Ang. [h] Ang. [i] Ca. sim. G. Calv. [k] Ang. * Calv. [l] Ang. [m] Q. in Ang. * Pi. [n] Al. in Ang. [o] Q. in Calv. [p] Q. in Ang. [q] Calv. [r] Ang. † Ang. [t] Ang. ex He. [v] Ang. [x] Jur. † Idem. [y] Calv. [z] V. [a] G. [b] Ang. [c] Calv. [d] Me. sim. T. * Me. [f] Ang. [g] Calv. [h] V. [i] Ang. [k] He. in Ang.

[l] Ang. * Calv. [m] V. [n] Q. in Ang. [o] Ang. [p] Q. in Ang. [q] Ang. [r] Calv. † Ang. [t] V. [v] V. sim. [x] Calv. Pi. Ang. &c. [y] Calv. [z] Ang. [a] V. sim. Ca. Calv. V. [b] Pi. [c] Ang. [d] Calv. * T. sim. V. [f] Calv. [g] Ang. [h] Pi. [i] G. [k] Ang. [l] Jun. [m] Ang. [n] Q. in M. [o] Q. in Calv.

Narrate, V. Commemorate, inquit, Pi. Hoc subjectum sive materia vocis præcedentis [p].) *gentibus*, Sy. Ca. Calv. Ang. vel, *gentibus istis*, JT. Pi. scil. in Judæa degentibus [q]: vel, *in gentibus*, sive *ad gentes*. Propheta, videns se operam perdere apud socordem & pervicacem illum populum, ab eis, utpote indignis cœlesti doctrinâ, sermonem convertit ad Gentes; q. d. Judæi nihil posthac audient de clade sua, sed manifesta erit etiam profanis gentibus ultio Dei adversùs eos [r]. Vel, *de gentibus*, P. V. Angl. ut ל sumitur Gen. 20. 13. & 26. 7†. i. e. Annunciate gentes non procul abesse [t]. *Mentionem horum facite apud gentes*, Q. in M. ¶ *Ecce*, &c. ״ השמיעו על וגו] *Pronunciate*, vel *Promulgate*, *contra* (vel, *super*, Calv. vel, *ad*, Angl. ut על sumitur Exod. 20. 3. 1 Sam. 2. 11[v]; vel, *de*, Pi. Angl. ut Esa. 1. 1. & 2. 1*.) *Jerusal.* JT. Ang. ¶ *Custodes*, &c. ״ נוצרים וגו] *Custodes* (vel, *Vastatores*, Q. in V. Buxt. h. e. milites Nabuch [x]. vel, *Obsessores*, Calv. sic Buxt. à צור, vel צרר [y]; vel, à נצר, quod sign. ut, *custodire*, ità & *claudere angustiis* [z]. *Observatores*, M. Ti. *Vigiles*, Ang.) *venientes*, &c. Mo. vel, *veniunt*, Calv. vel, *advenire*, JT. sim. P. Pi. &c. *Custodes*, i. e. milites Chaldæi [a], qui Regem Nabuchod. custodiunt [b]: vel, qui, sicut custodes agrorum aut vinearum [c], aut pecorum, curant nè quid amittatur [d], sic observabunt Jerus. nè vel unus evadat *. Qui suo bono verè custodes erant, nè quid effugiat; instar venatorum, qui in ambitu sylvæ diligenter omnes transitus observant, nè feræ in campos erumpant [f]. Vel, destructores hîc vocantur *custodes*, antiphrasticè & per ironiam [g]. Est χλευασμὸς (*irrisio*) ex ambiguo. Custodes agrorum curam adhibent nè in agrum intretur, & obsessores nè in urbem: sed illi noxia arcent, hi profutura. Hunc sensum apertiorem faciunt verba sequentia [h]. Voce נוצרים tacitâ ὑπαπίξῃ exercitus *Nebuchadnezaris* (cujus nominis posterior pars ab eadem radice נצר est) indicatur [i]. Th. legit בוצרים, *vindemiatores* [k]. Sic & Chald [l]. Non sic legit, sed periphrasticè exponit, ex collat. cum Jer. 49. 9. Obad. vers. 5. ubi בוצרים in simili phrasi invenit: dicit enim, *Exercitus populorum rapacium, instar vindemiatorum, veniunt*, &c [m]. ¶ *Et dare*, &c. ״ ויתנו וגו] *Et dabunt*, vel *dant*, (vel, *edunt*, Pi. *mittunt*, Calv.) *super*, vel *contra*, —*vocem suam*, Mo. M. P. &c. Clamorem intellige militum se ad prælium incitantium, necnon victoriam gratulantium [n].

17. *Quasi custodes agrorum*, &c.] Qui claudunt omnes aditus, &c. q. d. Nè exsilio quidem & fugâ sibi consulere poterunt [o]. ¶ *Quia me*, &c. אותי מרתה] *Me irritavit*, V. sim. Calv. &c. *mihi* (vel, *contra me*, Ang.) *rebellavit*, JT. Pi. &c. *ad me*, vel *erga me*, vel *mecum*, *mutavit*, scil. in pejus †.

18. *Viæ tuæ & cogitationes* (vel, *studia*, Mo. M. &c. vel, *actiones*, Pi. Calv. sic P. &c.) *tuæ fecerunt hæc tibi*] q. d. Parient vobis has clades. Non est quòd vertatis culpam in Deum & adversos casus, ut solent profani [p]. ¶ *Ista*, &c. זאת רעתך] *Hæc*, vel *Ista*, (vel, *Talis* enim, M. sub. *est*, vel *fuit*, M. Ti. Pi.) *malitia tua*, Mo. Calv. Pi. Ti. P. &c. Sic dicendum videtur, רעתך הזאת, adjectivo postposito: quod cùm vidisset doctissimus Junius, transtulit, *Hoc est mali tui* [q]. Al. *Hoc malitia tua*, repete, *fecit*, ex præced [r]. Tota culpa in vobis residet†. ¶ *Quia*, &c. כי מר כי נגע עד לבך] *Quia* (vel, *Quod*, JT. Pi. Angl. [ἐνδικῶς, non αἰτιολογικῶς] ut כי sumitur Job. 11. 6. & 22. 3. Esa. 52. 5, 6 [t]: vel, *Quandoquidem*, Ti. vel, *Quamvis*, Calv. vel, *Verè*, Mar. vel Et *quia*, M.) *amarum*, Mo. P. Calv. (vel, *amarus*, JT. Pi. *res amara*, M. Ti. sub. *est*, vel *fuit*, vel *fit*, M. Ti. JT. Pi. Ang. &c. & sub. *quod tibi eventurum est*, V.) *pervenit*, sive *penetrat*, &c. M. Ti. vel, *quòd pertingit*, &c. Pi. sic JT. Ang. vel, *quia pertigit*, vel *perveniet*, *usque ad cor tuum*, Mo. P. vel, *verè pervenit*, &c. i. e. fecit ut ex corde doleas hâc oppressa clade [v]: vel, *quamvis pertigerit*, &c. qu. d. Quantumvis acerbum sit, quicquid pateris, tibi, non Deo, adscribendum [x]. Al. *Adeo acerba ut perveniat*, &c. Ca. *Tunc sentiet cor tuum quanta sit malitia tua*, Strig.

19. *Ventrem*, &c. מעי מעי אחולה קירות לבי הומה לי לבי לא אחריש] *Viscera* (vel, *Visceribus*, Mo. *Ventrem*, P. *O viscera*, Pi.) *mea*, (vel, *meis*, Mo. *meum*, P.) *viscera mea*, *doleo*, JT. Calv. Ti. &c. (vel, *torquebor*, Mo. *doleo instar parturientis*, Pi.) Videntur hæc cohærere, & ἔλλειψις esse verbi *dices*, hoc sensu, *Quia pœna peccati tui amaritiem affert animo tuo, dices, Ventrem doleo*, id est, —*misero solvent tibi classica ventrem* *.) *parietes cordis mei*, Mo. P. &c. (i. e. vel, præcordia [y]; quæ sunt tanquam parietes cordis, quia sunt ferè cordi conjuncta [z]: vel, viscera cordi circumjecta [a]: sub. *doleo*, V.) *tumultuans* (vel, *tumultuatur*, M. Ti. *fremit*, JT. Pi. V. *resonat*, P.) *mihi* (vel, *in me*, P. sic Calv. *contra me*, M. vel, *mecum*, Angl.) *cor meum*; *non tacebo*, Mo. vel, *non possum silere*, JT. Pi. *ut tacere non possim*, M. Ti. sic Ca. Abstinere non possum quin clamore metum tester †. הומה Aq. vertit, ὀχλάζει, *tumultuans*, vel *tumultuosè* *; Th. (& ὁ. in D.) μαιμάσσει. Id quid sit negat Hier. se intelligere †. Edit. Complut. habet, μὴ μάσσει, *me premit*. Sed putârim scribendum μαιμάσσει conjunctim: id idem quod μαιμάσσει, quod interpretantur, *fluctuat* *. μαιμάσσειν est, *insanire*, & sic reperitur apud Lycophronem, Sophoclem, Herodotum, alios †. Vox est elegans & Attica, parùm tamen in usu. Id torsit Interpretes [b]. Sunt hæc verba Prophetæ [c], populi sui calamitate perculsi [d]; loquentis in persona civitatis jam exitium sibi imminere animadvertentis *. Hoc loco non tam videtur Propheta lugere cladem populi, quàm Spiritu prophetico exaggerare quæ docuit, & figuris uti, ut expergefaciat Judæorum stuporem, vulnerétque eorum animos, qui securè ridebant judicia Dei [m]. ¶ *Quoniam vocem buccinæ audivit*, &c. ״ שמעתי וגו] Duplex hîc lectio, una in 1. pers. altera in 2. quæ receptior est & magis emphatica. Confer Jud. 5. 21. Psal. 103. 1 [n]. *Audîsti* (vel, *audis*, JT. Pi. *audivit*, Calv. Vulg. *audivi*, Ti. G. *cùm audiam*, Ca.) *anima* (vel, *ô anima*, Ti. Ang.) *mea*, *clamorem* (vel, *clangorem*, M. Ca. *classicum*, Ti.) *belli*, Mo. P. vel, *bellicum*, Ti. sic Pi. vel, *prælii*, Calv. Dicit, *anima*, non, *auris*, *mea*, quia nondum audierant aures ejus; necdum enim venerat hostis: at anima ejus audierat per prophetiam [o]. Sed hoc argutius est. Significat potiùs, se non histrionis more agere personam sibi impositam, sed seriò loqui, Deíque vindictam non secùs aspicere quàm si jam pateret [p]. *Anima mea*, i. e. ego, & constructio est κατὰ τὸ σημαινόμενον, (*secundum sensum* *.)

20. *Contritio* (vel, *Clades*, Ti. V. *Calamitas*, Ca.) *super* (vel, *post*, P.) *contritionem vocata est*] Ità Mo. &c. vel, *accidit*, V. vel, *clamatur*, Ti. Ang. *proclamatur*, Pi. sic JT. Angl. q. d. Deus accumulabit mala malis, & finis unius initium erit alterius, nec ullus malorum finis sperandus est [q]. Clades cladem sequitur [r]. Confer Psal. 42. 8 †. Decem Tribus jam abductæ sunt captivæ: duæ reliquæ etiam abducentur, nisi resipuerint [t]. ¶ *Vastata sunt tabernacula mea*] Sic vocat urbes, quòd facillimè captæ fuerint [v]; quòd tam facilè evertentur quàm tentoria. Vide Esa. c. 38. v. 12. Alludit hoc loco, vel, ad antiquum morem habitandi in tabernaculis, Gen. 33. 18. Num. 24. 2, 5. Hab. 3. 7. vel, ad subversionem castrorum, quæ ex tentoriis fiunt, Jud. 7. 13, 14 [x]. vel, ad urbem suam Anathoth, & genus vivendi, ut pastoris personam hîc induat. Et certè Jeremias pastoraliter, h. e. rudi stylo, loquitur, &c [y].

21. *Usquequo videbo* (vel, *videre cogor*, Pi.) *fugientem?* נס] *Vexillum?* Mo. P. Ti. &c. vel, 1. Judæorum, adventum hostium significantium, & populum convocantium, &c [z]. vel, 2. hostium [a]. Ostendit vindictam diu duraturam, &c [b].

22. *Quia* (vel, *Quoad*, JT. vel, *Sed*, Strig. *Nam*, Pi. *Certè*, V.) *stultus* (sub. *est*, P. M. &c. vel, *erit*, JT.) *populus meus*] Ità Mo. &c. Sic vocat eos Deus, non honoris causâ, sed potiùs, ut probrum duplicetur, útque hoc omnes quasi portentum abominentur, quòd populus quem Deus elegit & adoptavit in filios, & Verbo suo dignatus est, ità furenter se præcipitet [c]. *Quia*, &c. sub. *omnia ista evenerunt*, V. ¶ *Me non cognovit*] Ità Ang. &c. vel, *cognoscit*, Calv. &c. vel, *agnoscunt*, esse Prophetam Dei [d]. Verùm loquitur hîc Propheta in Dei persona. Tollit excusationem inscitiæ vel erroris *. Hactenus μίμησις fuit eorum quæ populus præ pavore erat clamaturus. Nunc Deus reddit causas cur id futurum sit †. ¶ *Sapientes sunt ut faciant mala*] In id unum ingeniosi sunt. Sic φρονιμώτερος sumitur Luc. c. 16. v. 8 [f].

[Marginal notes, left column: p He. in Ang. — q Pi. — r Calv. — † Ang. — t V. — v Ang. — * Idem. — x Q. in V. — y Buxt. vind. 2. 10. 735. — z Calv. — a V. — b Me. — c T. — d V. ex M. — * V. ex M. sim. M. T. Pi. &c. — f Glass. rhet. 1. 5. 91. — g Q. in Glas. ib. — h G. — i Glas. in rhet. 1. 28. 5. 14. — k K. & M. — l G. — m Cap. crit. — n Buxt. ib. — n Calv. — o Calv. — † Ma. — p Calv. — q Di. — r Ang. — † Calv. — t Ang. — v Mar. — x Calv.]

[Marginal notes, right column: * G. — y M. Ca. — z T. Pi. — a Calv. BA. 1. 2. 56. 678. V. — * V. — † G. — † G. — * D. G. — † G. — * D. — † G. — b BA. 1. 2. 55. 666. — c Pi. sim. M. Ang. &c. — d T. — * Me. — m Calv. — n Ang. — o V. & Ang. ex He. — p Calv. — * G. — q Calv. — r G. sim. V. — † G. — t V. — v V. sim. Calv. — x Ang. — y Calv. — z Q. in Ang. — a Pi. Ang. sim. V. — b Calv. — c Calv. — d Pi. — * Calv. — † G. — f G.]

23. *Aspexi terram*] Ità Pi. &c. nempe Judæam [g]. Vel, 1. in spiritu, ut Col. 2. 5 [h]. Sub. *spiritu prophetico*. Sunt enim verba Prophetæ quæ sequuntur [i]. Vel potiùs, 2. in visione [k], ut Dan. 7. 2, 13. Act. 10. 11. & 11. 5 [l]. Al. *Quum respicio*, JT. ¶ *Et ecce, vacua*, &c. תֹהוּ וָבֹהוּ] *Inanis* (vel, *desolata*, P. *inanitas*, V. Mo.) *& vacua*, JT. Pi. P. V. sub. *habitatoribus*, V. ad verb. *vacuitas*, V. sub. *est*, JT. vel, *erat*, Pi. Eædem voces Gen. 1. 2. Describit atrocitatem, vel, 1. scelerum: q. d. Ubique est horribile Chaos, & mera confusio; ordinem naturæ & creationem Dei perverterunt Judæi, & cœlum terræ permiscuerunt, ut jam nulla sit rerum distinctio [m]. Vel, 2. calamitatis: q. d. Vidi regionem destructam [n]. Erit terra sine habitatoribus, sine domibus, sine frugibus, qualis initio rerum fuit [o]. ¶ *Et* (vel, *Sin autem*, JT. *Itémque*, Pi.) *cœlos*] Vel, *ad cælos*, M. P. Mo. sub. *respexi*, M. ¶ *Et*, &c. וְאֵין אוֹרָם] *Et non* (vel, *nulla*, JT. Pi. sub. *est*, vel *erat*, P. Pi. JT.) *lux eorum*, Mo. P. JT. &c. vel, *iis*, M. *in iis*, Ti. V. Fumus undique surgens nubem sideribus obducet [p]. Stellæ lumine suo destitutæ erant [q]. Turbatis & in summo discrimine positis videtur etiam serenum cœlum tenebris obductum. Usque adeò interna mentis anxietas obnubilat exteriores sensus [r]. *Nulla lux*, &c. quia homines indigni erant tanto beneficio; & quasi Solem & Lunam puderet testes esse tot scelerum. Sensus, In cœlo & terra apparuêre signa iræ Dei †.

24. *Colles conturbati*, &c. הִתְקַלְקָלוּ] *Destructi sunt*, Q. in Calv. & in Di. Sed nescio quâ ratione [t]. Sic vertunt ex Rabbinica significatione, ubi קִלְקֵל est, *destruxit*. Alii, *commoti*, vel *agitati*, *sunt*, Q. in Di. sim. Calv. instar rei levis quæ facilè commovetur; à קַלַּל *levem esse*. Id cum priori membro consentit, & à lingua Æthiopica confirmatur, ubi אנקלקל (quæ conjugatio ibi τῷ Hithpahel respondet) sign. *concuti*, ut Matt. 24. 29 [v]. *Celeriter movebant se*, Pi. Angl. ex He. sim. JT. *concutiebantur*, Mo. P. M. *subvertebantur*, Ch. *abscesserunt*, Sy. *turbati*, ό. Ar. Tantorum agminum transitu tremere omnia [x]. Hyperbole [y]. De *montibus* & *collibus* hîc loquitur, quia major in illis est stabilitas, quia lapidosi ferè sunt, &c [z].

25. *Non erat homo*] Vel, *populus ejus manens in ea*, Ch. in V. Omnes aut occisi sunt, aut capti, aut aufugerunt [a]. ¶ *Volatile*, &c.] Non mirum, cùm etiam cecidisse de cœlo aves legamus, militarem per clamorem concusso aere [b]. Vel potiùs, Aves (cicuratæ nimirum, aliæve quæ loca culta habitare solent) terram, utpote desolatam, deserent [c].

26. *Carmelus*] Vel, propriè, pars illa terræ sic dicta à fœcunditate [d]: [vel, appellativè,] *ager fertilis*, G. Vide Esa. 29. 17. & 33. 9 *. ¶ *A facie iræ furoris ejus*] Sufficere poterat, vel חֲרוֹן, vel אַף; sed utrumque ponit, quia necesse est quasi malleis conteri duritiem & pervicaciam hominum, & metus quasi fulminando eis incutiendus est [f].

27. *Deserta erit*, &c.] Explicat quid intellexerit per quatuor illas visiones, nempe horrendam fore vastitatem [g]. ¶ *Sed*, &c. וְכָלָה לֹא אֶעֱשֶׂה] *Sed* (vel, *Et*, Calv. *Tamen*, V. Ang. ut Jer. 3. 7, 19 [h]. *Sed tamen*, G. ex Vulg.) *consummationem* (vel, *finem*, sive *consumptionem*, Calv. *excidium*, Ar.) *non* (vel, *nondum*, Sy. Ar. JT.) *faciam*, Mo. P. Ti. ό. Pi. Ch. &c. [Variè explicant.] Nondum ea pœna mihi sufficiet. Volo terra diu sic maneat, ut dictum Levit. 26. 34 [i]. Al. Non penitùs perdam [k]; reservabo mihi reliquias [l], ut Esa. 1. 9. & 24. 13. juxta promissionem, Levit. 26. 44 [m]. Per modum correctionis hoc addit, nè fideles despondeant animos, &c. qu. d. Quantumvis severè ulciscar peccata, exorabilis tamen ero, & memor fœderis, &c [n]. Possit interrogativè sumi, ut retundat impiorum jactantiam de impunitate: q. d. Et adhuc negabitis me consumptionem facturum? כָּלָה alibi *perfectionem* signif. hîc, *consumptionem*. Denunciat, Deum absque modo & fine vastando perrecturum, &c [o].

28. *Lugebit terra*] Quia à cultura in squalorem redigitur [p]. Mutis elementis terrorem & tristitiam tribuit, ut exprobret hominibus socordiam, & doceat quàm horribile sit judicium [q]. ¶ *Et*, &c. וְקָדְרוּ הַשָּׁמַיִם מִמָּעַל] *Et nigrescent* (vel, *obscurabuntur*, P. Ti. *contristabuntur*, M. *atrati erunt*, JT. Pi. sim. Angl. more lugentium [r],) *cæli desuper*, Mo. &c. sic Calv. Vel, fortè vertas, *à transgressione*; nam מַעַל sign. *transgredi*, & *inquietare* †. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל כִּי דִבַּרְתִּי זַמֹּתִי וְלֹא נִחַמְתִּי וְלֹא אָשׁוּב מִמֶּנָּה] *Eò quòd* (vel, *Super quòd*, Mo.) *loquutus sum*, P. JT. Calv. (nempe in Prophetis meis: q. d. Non illi loquuntur, ut vos putatis, ideóque minas deridetis; sed ego ipse hæc contra vos pronunciavi, & tuli sententiam quæ firma manebit & stabilis [s]. Vel, *loquutus sum* istud, Pi. Ang.) *cogitavi*, Mo. JT. Calv. (q. d. Exitium de quo Prophetæ vobis vaticinantur apud me decretum est †. Vel, *proposui* istud, Pi. Ang.) *& non pœnituit me*, Mo. sic Calv. (vel, *nec pœnitet*, JT. *nec pœnitebit me*, Pi. Ang.) *nec avertar*, vel *avertam me*, (vel, *convertar*, Calv.) *ab eo*, Mo. JT. Pi. Calv. Ang. i. e. Non retractabo hanc sententiam. Abrupta oratio non malè quadrabit [v]. *Sum enim locutus, & decrevi*, *cujus me non pœnitebit*, *& à quo non dimovebor*, Strig. *Quia ejus quod loquutus sum*, & *constitui*, *non me pœnitebit*, *nec recedam*, &c. Ti. *Dixi enim quod cogitaveram*, &c. V. Et *quia loquutus sum* ad Prophetas *quæ cogitavi*, *non pœnitet me*, *nec revertar ab eo*, M. *Quandoquidem deliberatum pronunciavi*, &c. Ca. *Quia ejus quod locutus sum prophetis sicut cogitaveram non pœnituit me hactenus: nam quemadmodum cogitavi & dixi*, *sic fiet*, Ho. in V. Alii exponunt, *Locutus sum*, *& cogitavi*, pro, Tuli sententiam postquam cogitavi [x].

29. *A voce equitis*, &c.] i. e. Auditâ famâ, &c [y]. Deridet ipsorum confidentiam, &c. Solus, inquit, strepitus hostium vos terrebit & compellet in fugam [z]. ¶ *Ingressi sunt ardua*, &c. בָּאוּ בֶּעָבִים וּבַכֵּפִים עָלוּ] *In condensa*, Mo. (vel, *in sylvas densas*, P. sim. Calv. V. *in densitates*, V. Calv. i. e. in sylvas, sive sylvestria [a]. Al. *in nubes*, M. Ti. sic JT. Pi. Calv. i. e. Fugerunt in cacumina montium quæ ad nubes usque attolluntur [b]; vel, ut illic lateant inter arbores, quasi inter nubes [c]. *In nubila*, i. e. ardua loca [d]. Posset de hostibus exponi, adeò fore agiles & strenuos, ut per nubes volitent: uno tamen contextu legere malo, in fuga trepida non fore nubes Judæis arduas: quoniam culmina montium sæpe obsita sunt densis arboribus, ut sint illic obscuræ umbræ; eò perrumpent, ut inter arbores lateant, quasi inter nubes *.) *& ad rupes*, &c. Mo. P. M. Ti. &c. sic ό. Ch. Sy. *in speluncas*, Ar.

30. *Tu*, &c. וְאַתְּי שָׁדוּד וגו׳] *Et tu* (vel, *Tu ergò*, Ti. sic M. *Tu verò*, Pi. Ca. vel, *Et quod ad te attinet*, Angl.) *vastata*, Mo. P. &c. (vel, *perdita*, Ca. Calv. vel, *quæ vastanda es*, Pi. ut Psal. 137. 8. *destructa*, i. e. destruenda: vel, q. d. *vastationi proxima*; ut, *perditus*, pro perituro, Esa. 27. 13 [f]. Vel, *vastata*, i. e. quum vastata es [g]. *Tu autem* regio populi *vastandi*, JT.) *quid facies?* Mo. P. &c. Insultat Judæis, ut superbiam corrigat, &c. q. d. Frustrà vobis blandimini, desperati estis, &c [h]. Pronomen & verbum hîc rursus sunt fœmin. nempe quia Hierosol. alloquitur tanquam mulierem & meretricem, ut Jer. 2. 20. & 3. 10. Q. He. sic expediunt, *Tu es* tanquam aliquis *spoliatus*, ut Psal. 89. 11. Sed genera in Prophetis sæpe promiscuè usurpantur [i]. ¶ *Cùm*, &c. כִּי תִלְבְּשִׁי שָׁנִי כִּי תַעְדִּי וגו׳] *Quia* (*Quòd*, JT. *Cùm*, Q. in V. *Si*, Ti. *Quæ* modò, M. *Quòd* modò, P. *Quamvìs*, Calv. Pi. sic Ang. Ca. Strig.) *indues*, vel *induis*, vel *induas*, *te*, *coccino*, Mo. P. &c. (*dibapho*, JT. Pi.) *quia* (*quòd*, P. &c. [ut priore membro]) *ornabis*, vel *ornas*, *te ornamento auri*, Mo. P. &c. ¶ *Et*, &c. כִּי תִקְרְעִי בַפּוּךְ וגו׳] *Quia* (*Quòd*, P. &c. [ut suprà,]) *scindes* (*distinguas*, Calv. *pingis*, P. sic Ti. *laceras*, JT. sic Pi. *oblinas*, Ca. *Si unxeris*, ό.) *in fuco* (*stibio*, P.) *oculos tuos*, Mo. P. &c. *faciem tuam*, Ti. Ang. more meretricum, 2 Reg. 9. 30. Ezec. 23. 40. & *oculi*, pro *facie*, ut 1 Sam. 16. 12. Esa. 1. 15. ut *facies*, vicissim, pro *malis*, seu *oculis*, Esa. 25. 8. collat. cum Apoc. 7. 17 [k]. Vel, *oculi* hîc, pro *superciliis*, &c [l]. *Quòd scindis*, &c. i. e. diducis & dilatas: nam præ nimia fucandi assiduitate oculi dilatantur [m]. Hebr. *aperueris*, &c. Stibium dilatat oculos: ideo πλατυόφθαλμον dicitur. Vide ad 2 Reg. 9. 30. Corrige hîc Græcam editionem, ubi est, ἐγχέῃς τιμῇ, &c. & lege, στίμμι: id est enim *stibium*. Error ex pronunciatione persimili [n]. Quidam hæc referunt ad ceremonias quibus fidunt hypocritæ: verùm respicit ornatum meretricum, quæ talibus illecebris adulteros alliciunt, &c [o]. ¶ *Frustrà compo-*

Marginal notes (col. 707): [g] Pi. Ang. [h] Ang. [i] V. [k] Pi. Ang. [l] Ang. [m] Calv. [n] V. sim. Ang. [o] G. [p] G. [q] V. [r] M. † Calv. [t] Calv. [v] Di. [x] G. [y] Mar. sim. Calv. [z] Calv. [a] G. Ang. [b] G. [c] Ang. [d] Calv. * Ang. [f] Calv. [g] Calv. [h] Ang. [i] G. [k] Me. sim. L. Belg. &c. [l] Ang. sim. Mar. [m] Ang. [n] Q. in Calv. [o] Calv. [p] M. V. sim. Calv. [q] Calv.

Marginal notes (col. 708): [r] Pi. Ang. † Calv. [s] Calv. † Id. [v] Calv. [x] Q. in V. [y] Me. [z] Calv. [a] G. et Chald. [b] M. sim. Pi. Mar. Q. in V. He. in Ang. [c] Calv. [d] Ca. * Calv. [f] Q. in Ang. [g] Ang. [h] Calv. [i] Ang. [k] Ang. [l] Q. in Ang. [m] V. [n] G. [o] Calv.

componeris, תְּתַיַּפִּי] *Decorabis te*, Mo. P. Calv. &c. ad verb. *pulchrificabis*, Calv. *te pulchram reddis*, JT. Pi. sic Ca. ¶ *Contempserunt te*] Non ultrà concubitum quærunt [p]. ¶ *Amatores*, &c. עֹגְבִים] *Amatores*, M. Mo. P. Ca. &c. *amasii*, JT. Pi. *qui te hactenus insanè deperierunt*, Ti. Vox hîc tantùm occurrit, & Ezec. 23. 5, &c. & impurum amorem denotat [q]. ¶ *Animam tuam quærent*] Vitæ imminent, expletis libidinibus: quamvis *Turpe vir & mulier, juncti modò, protinus hostes* [r]. Vide 2 Sam. 13. 14, 15. Apoc. 17. 17 †.

31. *Vocem enim quasi parturientis audivi*] Vel, *audio*, JT. Pi. Ca. Hypotyposis, acsi in rem præsentem esset adductus [t]. ¶ *Angustias*, &c. צָרָה כְּמַבְכִּירָה] *Angustiam* (vel, *tribulationem*, inquam, V. *afflictionem*, vel *anxietatem*, Calv. vocem *anxietatis*, Angl. vocem, inquam, *angustiæ*, P. Supplendum τὸ *vox*, quia respicit aliquid quod auditur [v].) *ut primiparæ*, Mo. sic JT. Pi. &c. vel, *primùm parientis*, G. ex ο'. sim. P. Ti. Ca. &c. Non caret hoc emphasi. Sic in Andria, *Nec satis digna cui committas primo partu mulierem* [x]. Plus huic est doloris [y], & ob defectum experientiæ minus patientiæ [z]. Vel, *ut puerperæ*, M. vel, *instar* anxietatis *primò parientis*, Angl. ¶ *Vox*, &c. קוֹל בַּת צִיּוֹן תִּתְיַפֵּחַ תְּפָרֵשׂ כַּפֶּיהָ] *Vocem* (vel, *Vox*, per appositionem: vel, *Vocem*, ut à verbo *audivi* regatur [a]:) *filiæ Sion*, Mo. Calv. JT. Pi. &c. *conqueretur*, Mo. Calv. (vel, *ingemiscet*, sive *lugebit*, Calv. vel, *ingemiscentis*, M. *anxiæ*, Ca. *magna in animo molientis*, Ti. *intermorientis*, G. ex Vulg. i.e. deficientis præ dolore [b]: *dissolvetur*, ο'. sim. Ar. quæ *lamentatur*, P. Heb. fut. pro præs. *loquitur*, *fremit*, V. quæ *prostrata est*, Ch. in V. quæ *continenter anhelat*, Pi. sim. JT. vel, ut *alta ducens suspiria seipsam luget*, Angl. ea enim est propria vis verbi. Vide Psal. 27. 12. Ellipsis, vel relativi, ut sæpe; vel particulæ *ut*, sive *quomodo*, ut Psalm. 55. 2 [c]. Dicit vocem filiæ Sion fore testimonium gravissimi doloris, quia lamentabitur [d].) *expandit* (vel, *pandentis*, sive *expandentis*, JT. Ca. quæ *expandit*, Pi. Ang. vel, ut *expandit*, Angl. vel, *extendet*, Q. in Calv. ad illos à quibus opem exspectat, ut Esa. 1. 15 *: vel, & *expandentis*, M. ut solent fœminæ in dolore magno; vide Jer. 2. 37 [f]: vel, & *spargentis*, Ti. vel, *frangit*, aut *percutit*, alteram ad alteram, more lugentium [g]: vel, *confliget*, sive *collidet*, vel, *scindet*, sive *dividet*, Calv.) *manus suas*, P. &c. Gestum exprimit mulierum dolentium, quæ solent collidere manus suas inter se, & scindere, quum interseruntur inter se digiti. *Expandit*, Q. vel, *scindit*: quia manus scissæ sunt ubi ità in sublime tolluntur aut sustinentur. Sensus non est ambiguus: Docet, horribilem fore Dei vindictam, &c [h]. ¶ *Defecit* (vel, *lassata*, sive *fessa*, *est*, Mo. Pi. sic JT. Ch. vel, *consumpta est*, Ar.) *anima mea* (vel, *exanimor*, Ca.) *propter*, &c. לַהֹרְגִים] *Propter interfectos*, Vulg. P. Calv. *propter interfectores*, M. Ti. JT. Pi. G. V. Ang. &c. scil. Babylonios [i]. Amore defeci eorum qui pro amatoribus apparent interfectores [k]. Nondum quispiam interfectus erat: sed hâc figurâ docet sibi jam proponi ante oculos quæ aliis erant abscondita & ridicula [l].

[p] G. [q] Ang. [r] G. † Ang. [t] Calv. [v] Ang. [x] G. [y] Calv. [z] Ang. [a] V. [b] G. [c] Ang. [d] Calv. * Q. in Ang. [f] G. [g] He. in V. [h] Calv. [i] Pi. sim. Ang. [k] G. [l] Calv.

CAP. V.

1. *Circuite*, &c. שׁוֹטְטוּ בְחוּצוֹת וגו'] *Discursate* (vel, *Scrutamini*, P. *Disquirite*, M. *Circuite*, Ti. Calv. Pi. *Perlustrate*, Ca.) *in plateis*, &c. Mo. vel, *per vias*, Calv. vel, *per vicos*, M. Ti. Pi. sic P. vel, *plateas*, JT. sim. Ca. *Discursate quærendo*, &c. V. Id verbum hâc formâ constanter sign. 2 Par. 16. 9. Dan. 12. 4. Amos. 8. 12. Zach. 4. 10. Alloquitur non modò Prophetam, sed alium quemvis qui hoc ageret [a]. Permittit hîc judicium mortalibus: q.d. Si Judæi de nimio rigore querantur, adsint omnes, quicunque velint esse judices, inquirant, &c [b]. ¶ *An inveniatis virum*] Sic Calv. &c. nempe justum [c]: vel, *quenquam*, Pi. At erant ibi Jeremias & Baruch [d], & Josias *, aliique, ut suo loco videbimus: quomodo ergò dicit, nè unum esse [f]? Resp. 1. Paucitatem sic indicat, hyperbolicè [g]. *Unus*, pro *paucis*, ut Genes. 27. 44. Esa. 30. 17. Jer. 3. 14. 2. Non habetur in textu, *unus*, nedum, *unus tantùm*, sed, *ullus*, nempe idoneus numerus. 3. Si vis de uno intelligere, sensus erit, hominem posse vicos diu percurrere, nec tamen unum virum bonum reperire [h]: pii nempe præ metu intra domos suas manserant, ut Jer. 36. 19, 26 [i]. 4. Nè unus erat qui pro urbe intercederet, &c [k]. Tunc ultima verba reddi possent, *ut parcam*, &c. Sed non credibile est pios adeò immisericordes fuisse. Vide 1 Sam. 12. 23. Jer. 7. 16 [l]. [Legimus tamen vetitum fuisse Jeremiæ, quidni etiam piis reliquis? pro ea intercedere.] 5. Congreditur hîc Jeremias cum Rege, & consiliariis, & pseudoprophetis, & impiis sacerdotibus, & cum scelerato populo. Inter ipsos nè unum esse dicit. Alloquitur ergò corpus populi, sepositis fidelibus, quos Deus non modò arcano judicio, sed & apertâ sententiâ, à populo reprobo separaverat. Confer Esa. 8. 16 [o]. ¶ *Quærentem fidem*] Sic JT. Pi. &c. sive, *veritatem*, Calv. &c. i.e. Qui studet promissis stare [p]: qui operam dat integritati [q]. Significat, omnes deditos esse mendaciis & fraudibus [r]. ¶ *Et*, &c. וְאֶסְלַח לָהּ] *Et* (vel, *Tunc*, Pi.) *parcam* (vel, *condonabo*, JT. sim. Ca. *propitius ero*, Ti. Pi. sim. M.) *ei*, Mo. P. &c. sub. *civitati*, M. vel, *Hierosolymæ*, Ca. sic V. vel, *illis*, nempe civibus Jerusalem †. Al. *ei*, [nempe viro.] Eum communi exitio eximam, ut Lothum è Sodomis [t]. Sed לָהּ fœm. non potest aliter exponi quàm de Jeros. qu. d. Etsi ad veniam propensus sim, non est tamen clementiæ locus, quia desperata est populi malitia, nè unus est qui rectitudini studet, &c [v].

2. *Quod*, &c. וְאִם חַי יְהוָה יֹאמֵרוּ לָכֵן לַשֶּׁקֶר יִשָּׁבֵעוּ] *Et* (vel, *Quòd*, Ca. *Sed*, JT. Pi. *Nam*, V. Angl. ut Jer. 3. 24 [x].) *si*, (vel, *quum*, JT. Pi. Angl. ut Psalm. 63. 6. Amos. 7. 2 †.) *Vivit Dominus*, (vel, *per viventem Dominum*, Ca.) *dixerint*, P. M. &c. (id est, si juraverint per nomen meum [y]. His verbis pii in juramentis utuntur [z].) *verè*, vel *utique*, (vel, *propterea*, Ch. in V. *ideo*, Mo. *tamen*, Ti. *at*, Ca. *hoc pacto*, JT. ut 1 Sam. 27. 6. & 28. 2 [a]. *Ob id*, V. Calv. quia scil. Dei studiosi non sunt, & nomen ejus contemnunt [b]. *Ob hoc*, i.e. in eam rem, vel, in eam causam. לָכֵן hîc est causalis particula [c]: est item nota asseverandi [d]. Vel, etiam *sic*, Pi.) *in vanum* (vel, *mendaciter*, sive *falsò*, M. Ti. JT. Pi. *mendacium*, P.) *jurabunt*, Mo. Etiam ipsi qui non per deos, sed per Deum verum, jurant, adeò eum contemnunt, ut ad res falsas ejus nomen adhibeant *. Occurrit objectioni dicentium, se non, ut alii, per idola jurare, sed per Jehovam, Jer. 12. 16. Esa. 48. 1 [f]. se Deum Abrahæ colere, &c. & hoc prætextu omnia sua flagitia obtegi posse putabant. Hîc ergò Propheta & hypocrisin damnat in Judæis, & eorum crimen exaggerat, & fallaciam deridet: q. d. Etiamsi juretis, &c. & plurimum honoris Deo deferre videamini, &c. Deum tamen ex professo lacessitis, per nomen ejus promiscuè juratis: si qua in specie maneat apud vos religio, est illic sacrilegium [g].

3. *Domine, oculi tui*, &c. הֲלוֹא לֶאֱמוּנָה] *Nonne* (sub. *sunt*, P. vel, *spectarent*, JT. *intuentur*, M. *respiciunt*, Calv. Pi. gratiosè scilicet [h]: *intenti sunt*, V. Ti. sim. Ca.) *ad veritatem?* sive *fidem?* Mo. P. Ti. JT. &c. i.e. ad amatores veritatis [i]. *Fidem* hîc intelligunt, vel, 1. Christianorum: q.d. Respicis fidem [Evangelii &] Christianorum, non opera Legis & Judæorum [k]. Vel, 2. in pactis & promissis [l]: q. d. Non vides si homo sit in jurando verax [m]? Al. Non sine causa illos punis, quia vides uniuscujusque merita [n]. Al. At tu, Domine, à simulatoribus illis non falleris: etiam intima cogitata pervides [o]. Licèt sibi blandiantur, & mundum fallant, nihil proderit illis, quia veniendum ad judicium Dei, coram quo sola veritas locum & pretium obtinet. Abrumpit sermonem, & ad Deum se convertit emphaticè, ut tædium demonstret, quòd nihil proficeret apud obstinatos & indociles: q. d. Quid mihi cum hoc perdito populo? ego loquor ad saxa: facessite ergò, ad Deum me conferam. Ità acriùs eos pungit, &c †. ¶ *Percussisti eos, & non doluerunt*] Nempe dolore pœnitentiæ, qualis 2 Cor. 7. 9, 10. non ità ut manum Dei justè illos castigantis senserint; vide Esa. 9. 13 [p]. & Prov. 23. v. 35. Esa. 42. 25. Amos. 6. 6 [q]. alioquin sub plagis ingemuerunt, & cæco impetu clamârunt, &c [r]. Hippocratis aphorismus est, *Cùm corpus ægrum suas plagas non sentit*,

[a] Ang. [b] Calv. [c] M. [d] E. Calv. * E. [f] Calv. [g] E. [h] Ang. [i] He. in Ang. [k] Al. in Ang. [l] Ang. [o] Calv. [p] Pi. [q] Calv. sim. Ang. [r] Calv. † Ch. in V. [t] G. [v] Calv. [x] Ang. † Idem. [y] V. sim. Pi. Calv. [z] Ang. [a] Calv. Jun. [b] V. [c] Calv. [d] Ang. * G. sim. Me. [f] Ang. [g] Calv. [h] Pi. [i] V. sim. Pi. [k] Hi. in E. [l] E. [m] V. [n] Me. [o] G. sim. Calv. Ang. † Calv. [p] Calv. [q] Ang. [r] Calv.

ſentit, certum eſt ſignum mentem ægrotare †. Solent ſtulti, malo accepto, ſapere. At hi nè icti reſipuerunt [t]. ¶ *Attrivisti* (vel, *Imminuiſti*, M. *Perfeciſti*, Ti. *Conſumpſiſti*, Mo. P. Pi. &c.) *eos*; כִּלִּיתָם] Non modò leviter caſtigâſti. Signum hoc ſtuporis & ultimæ pervicaciæ [v]. ¶ *Renuerunt accipere diſciplinam*] Id eſt, ex tribulatione proficere, emendando mores [x]. Vide Jer. 2. 30. Zeph. 3. 2 [y]. ¶ *Induraverunt facies*, &c. ſim. P. M. V. Pi. Ca. &c. "חִזְּקוּ וגו] *Roboraverunt*, &c. Mo. *Reddunt obfirmatiorem*, &c. JT. i.e. Depuduerunt [z], quia exuerunt omnem humanum ſenſum, & rationem ac diſcrimen honeſti & turpis [a].

4. *Dixi, Forſitan*, &c. "אַךְ דַּלִּים הֵם נוֹאֲלוּ וגו] *Profectò*, vel *Utique*, (vel, *Veruntamen*, Mo. *Nimirum*, Ti. *Forſan*; אַךְ, pro אוּלַי [b];) *pauperes*, vel *tenues*, *ſunt*, P. M. &c. (vel, *ipſi*, Mo. vel, ſunt *hi*, ſive *iſti*, Calv. JT. Pi. Ti. qui ità peccârunt [c], falsò jurando, ex v. 2 [d].) *ſtulti facti* (vel, *infatuati*, M.) *ſunt*, &c. P. Mo. vel, *ſtultè agunt*, JT. Pi. *deſipuerunt*, V. *deſipiunt*, G. *per imprudentiam ſtulti ſunt*, &c. Ti. *At hi quidem plebeii deſipiunt*, &c. Ca. qui occupantur magis in agris & vineis colendis, quàm in Lege, &c *. qui obtendunt, ſibi non dari otium, nec ſe ad res magnas natos eſſe [f]. Hoc dicit quaſi per conceſſionem, ut eos graviùs premat [g]. Non hoc ſentit Propheta, ſed ut quaſi ſub viva pictura oſtenderet omnes corruptos eſſe, &c. Propheta loquitur ex communi more: interea non extenuat culpam inſcitiam obtendentium, quia Deus Legem ſuam toti populo prodeſſe voluit, &c [i].

5. *Ibo*, &c. אֵלְכָה לִּי אֶל הַגְּדוֹלִים] *Ibo* (vel, *Ibo mihi*, Mo. *Ob id vadam*, M.) *ad magnates*, ſive *optimates*, P. Mo. Pi. &c. ſic JT. vel, *magnos*, M. vel, *erga majores*, P. Regem, conſiliarios, Sacerdotes & Prophetas [k]. ¶ *Cognoverunt*, &c.] Illi nihil habent quo ſe excuſent, cùm & otium & opes illis ſuppetant ad diſcendam Legem [l]. Non ità perſuaſus erat Propheta, ſed loquitur ut de re probabili [m]. ¶ *Confregerunt* (vel, *fregerant*, i. e. fregiſſe eos deprehendi [n],) *jugum*] i.e. Legem ſpreverunt. Vide ad Pſal. 2. 3 [o].

6. *Idcirco percuſſit* (q.d. Non fruſtrà tot calamitatibus fuiſtis afflicti, utpote graviora promeriti [p]. Vel, *percutiet*, Calv. Pi. G. &c. *Præſens pro futuro in vaticiniis*, ait Servius [q]: & ſcimus ut permutent Hebræi tempora verborum [r]. Non videtur hîc narrare quid paſſi ſunt, ſed quid paſſuri †.) *eos leo de ſylva*] Nempe veniens [t]. Nabuchod. ex Syria & Libano ſylvoſo [v]. ¶ *Lupus ad*, &c. עֲרָבוֹת] *Veſperarum*, Ang. Pi. V. vel, *veſpertinus*, JT. Pi. Angl. ſic Ch. Sy. Vulg. & He. &c. in Angl. qui veſpere famelicus eſt [x], & liberiùs diſcurrit [y]. Vide Gen. 49. 27. Pſal. 104. 20 [z]. *Deſertorum*, Mo. Angl. ſim. M. Ti. Calv. ut vox ſumitur Jer. 50. 12. & 51. 43 †. *Deſerta incolens*, P. *agreſtis*, Ca. *planitierum*, Angl. ut Deut. 34. 1. Jer. 39. 5. ubi prædæ causâ morantur *. *Arabiæ*, Q. in Angl. ¶ *Pardus vigilans* (vel, *vigilat*, M. Ca. *vigilabit*, P. *obſervabit*, JT. Pi. *incumbens*, Ti.) *ſuper* (vel, *ad*, JT. Pi.) *civitates eorum*] Ità Mo. &c. ut diſcerpat egredientes. Non audebunt prodire, quia ubique parata erunt pericula. Tam extra urbes quàm in urbibus periculum erit. Vide 2 Reg. 25. 4, 5 *. Per has tres beſtias intelligit hoſtes qui paulò pòſt ſævituri erant, Ægyptios, Aſſyrios, alióſque hoſtes [a]: vel, exercitum Babylon [b]. Nabuchod [c]. qui *leoni* comparatur, ob vires, ut & ſuprà 4. 7; *lupo*, ob rapacitatem [d], (de qua vide Gen. 49. 27. Ezec. 22. 27. &c *;) *pardo*, ob velocitatem [f]: & *vigilans* dicitur, ob expeditionum celeritatem, induſtriam in agendo, & dexteritatem [g]. ¶ *Confortatæ ſunt*, &c. ſim. Ch. vel, *Confortati ſunt*, &c. ο'. עָצְמוּ מְשׁוּבוֹתֵיהֶם] *Invaluerunt*, Mo. Ti. Ar. (vel, *Multiplicatæ ſunt*, P. ſim. JT. Pi. *Auctæ ſunt*, M. ſim. Sy.) *averſiones* (vel, *rebelliones*, P.) *eorum*, Mo. M. Ti. &c. vel, *in averſionibus ſuis*, ο'. in *pravis inſtitutis ſuis*, Ar.

7. *Super*, &c? אֵי לָזֹאת אֶסְלוֹחַ לָךְ] *Ubi*, (vel, *Quomodo*, Pi. V. *Quomodo* igitur, Calv. אֵי, *ubi*, pro *quomodo* ſæpe accipitur Hebræis [h]: ut אֵי ſit pro אֵיךְ. Vel, eſt exclamandi & admirandi particula [i]. Vel, *Quo pacto*, Ca. *Numquid*, M. vel, *O*, P.) *ad hoc* (vel, *propter hoc*, Pi. P. *ſuper*, vel *in*, *hac re*, M. Ti. ſim. Calv.) *parcam* (vel, *parcerem*, Calv. Angl. nam debet futurum reſolvi in modum potentialem: †) *tibi?* Mo. &c. ô Hieroſolyma *.

Verto, *Ad quid*, vel *Ob quid*, vel *Quare*, *parcam tibi?* ut idem ſit אֵי לָזֹאת quod לָמָּה: ſicut enim אֵי זֶה, Chaldaicè אֵידֵין, idem eſt quòd מִי *quis?* ſic אֵי זֹאת idem quod מָה *quid?* ל autem inter utramque compoſitionis partem inſeritur, ſicut מ in אֵי מִזֶּה *ex quo*, ſupple *loco?* i.e. *unde* [k]? Deus hîc cum adverſa parte deliberat; imò ei defert judicium: id quod fiduciæ ſignum eſt. q. d. Dic tu, ſi id tibi juris concederem, an ego, qui Judex mundi ſum, tibi parcerem in tantis ſceleribus? nonne ludibrio exponerem gloriam meam, & potentiam exuerem, & meipſum quodammodo abnegarem, niſi pœnas de vobis ſumerem? Non mihi integrum eſt aliter facere [l]. Al. *Anne propter hanc rem* [quòd ſcil. iniquitates tuæ multæ ſunt] *tibi propitius ero?* Strig. ¶ *Jurant in his qui non ſunt dii*] h. e. Coluerunt idola [m]. Sub una ſpecie omnes ſuperſtitiones eorum complectitur [n]. *Juramentum*, pro quovis cultu. Vide Jer. 4. 2 [o]. ¶ *Et mœchati* (vel, *ſcortati*, Calv. &c.) *ſunt*] Vel, 1. metaphoricè: vel, 2. ad literam, ex collat. v. ſeq [p]. Turpitudo ſpiritualis & corporalis ferè ſe invicem comitantur. Vide Num. 25. 1, 2. Hoſ. 4. 12, 13, 14. Amoſ. 2. 7, 8. Apoc. 2. 20. & 9. 20, 21. & 17. 5 [q]. ¶ *Et in domo meretricis luxuriabantur*, יִתְגּוֹדָדוּ] *Conveniunt*, JT. Pi. ſim. Ch. Ti. *turmatim convenerunt*, V. ſim. Mo. P. Ang. *ſimul conjuncti ſunt*, M. *ſe cuneant*, Ca. Signum hoc impudentiæ: quum alii turpitudinem ſuam occultant, hi ſimiles ſunt brutis pecudibus; gloriantur in ſuis ſuperſtitionibus & ſacrilegiis [r]. Al. *diverſabantur*, ο'. *effrænes erant*, Ar. *pugnaverunt*, Sy. [Alii locum aliter reddunt:] *Et domus meretricis* (h. e. tota familia †, tota Judæa [t], ſive Hieroſolyma [v], quæ eſt quaſi lupanar, [x]) *congregaverunt ſe ſimul*, Calv. ſic M. i.e. conſenſit in idololatriam [y].

8. *Equi*, &c. סוּסִים מְיֻזָּנִים מַשְׁכִּים הָיוּ] *Equi* (vel, *Ut equi*, P. M. JT. Pi. Ang.) *paſti*, ſive *ſaginati*, Mo. Pi. M. Ti. Ca. Ang. Calv. ſic P. V. &c. *manè* (vel, *matutini*, Ca. & *manè*, M. *quum manè*, JT.) *erant*, Mo. P. vel, *ſunt*, Ca. vel, *educti*, Ti. vel, *ſurgentes*, Calv. *ſurgunt*, JT. Pi. vel, hinniendo *conſurgentes*, M. [Duæ hîc voces crucem Interpretibus figunt. 1. מְיֻזָּנִים, ubi varia eſt lectio.] Maſorethæ, tranſpoſitis literis, legunt מְיֻזָּנִים, ut ſit participium à זון [z], vel à זִין, quod ſign. *armari* [a]. Hinc RS. vertit, *armati* [b]; quales equi ferociores ſunt [c]. Talibus confertur hic populus Jer. 8. 6 [d]. Deducitur à voce quæ *arma* ſign. Vide 1 Reg. 22. 38 *. Non placet hæc expoſitio. 1. Talis tranſpoſitio inſolens eſt. 2. Verbum hoc Chaldaicum eſt, qualibus non utitur Jeremias. 3. Senſus frigidus eſt & à ſcopo alienus [f]. Legendum itaque מוּזָנִים [g], à זָן, vel זון, vel זין, quæ ejuſdem ſunt ſignificationis [h]: à זון [i], vel הֵזִין [k], quod ſign. *alere*, *paſcere* [l]; unde nomen מָזוֹן *alimentum* [m]. [Sed major varietas, ſi non difficultas, eſt in voce מַשְׁכִּים.] Omnis hujus loci difficultas eſt in מַשְׁכִּים †. Quam ο'. planè omiſerunt. Chald. tranſtulit, אַחְרִין [n], *tardantes*, nullo ſenſu: ſed indubiè legendum שַׁחֲרִין, *manè quærentes* [o]. AE. putavit eſſe nomen gentilitium, à מֶשֶׁךְ *Meſech*, cujus equi ſalaciſſimi erant. Oppianus, dum præſtantes equos in nationes dividit, Μάζηκας *Mazacas*, inter alios, nominat. Sed nondum conſtat מֶשֶׁךְ eſſe *Mazacas*; & ſi gentilitium eſſet, à מֶשֶׁךְ eſſet מַשְׁכִּיִּים [p]. Sed alterum י in talibus ſæpe omittitur, ut *Jehudim*, & *Sidonim*, Deut. 3. 9. Eſth. 3. 6. Adde quòd terra Togarmæ, qui ejuſdem erat proſapiæ cum Meſech, Gen. 10. 2, 3. equis celebris erat, Ezec. 27. 14 [q]. Aq. Sym. & Th. vertunt, ἕλκοντες, *trahentes* [r]; ut oſtendatur magnitudo genitalium, juxta illud Ezec. *Quaſi aſinorum carnes, eorum carnes* †. Qui ſenſus non eſt commodus [t]. [At BA. commodiùs explicat.] Equi *trahentes* ſunt *refractarii*, qui obnituntur fræno. Phraſis eſt Arabum, quibus *giarara* eſt, *trahere*, & *pharas giarur*, *equus refractarius* [v]. Sed puncta hanc verſionem reſpuunt [x]. Sic eſſet מַשְׁכִּים. Quidam (nempe RS. & K. quos magno conſenſu ſequuntur recentiores [z],) deducunt à שָׁכַם [a], unde הִשְׁכִּים *maturavit* [b]; volúntque eſſe nomen adverbiaſcens, valens, *manè*. Non placet [c]. 1. Caret id exemplo. Ideóque Jun. & Genev. eſt particip. vertúntque, *quum manè ſurgunt* [d]. 2. Tum dicendum erat מַשְׁכִּימִים in plur †. quum jungitur plur. סוּסִים; ſicut Hoſ. 13. 3. מַשְׁכִּים eſt ſing. qui ſingulari טַל copulatur *. Jun. & Genev.

Marginal references (left): † M. — [t] Calv. — [v] Calv. — [x] Me. — [y] Ang. — [z] G. ſim. Calv. Ang. — [a] Calv. — [b] Q. in V. — [c] Calv. — [d] Pi. — * M. — [f] Calv. — [g] G. — [i] Calv. — [k] Calv. — [l] G. — [m] Calv. — [n] Pi. — [o] G. ſim. Pi. Ang. &c. — [p] Calv. — [q] G. — [r] Calv. ſim. G. — † Calv. — [t] Calv. Me. — [v] Me. — [x] Calv. — [y] V. — [z] Ang. — † Idem. — * Id. — * G. — [a] Calv. — [b] Pi. — [c] G. ſim. M. Ang. &c. — [d] G. — * BA. 1. 3. 10. 822. — [f] G. — [g] T. — [h] Calv. — [i] V. — † Calv. — * Pi.

Marginal references (right): [k] Di. — [l] Calv. — [m] Calv. ſim. Ang. — [n] Calv. — [o] Ang. — [p] Calv. — [q] Ang. — [r] Calv. — † M. — [t] Calv. — [v] M. Calv. — [x] Calv. — [y] M. — [z] Boot. anim. 3. 5. 2. 50. — [a] Calv. V. — [b] Boot. ib. — [c] Mar. — [d] Ang. — * He. in Ang. — [f] Boot. ib. — [g] Cap. crit. 3. 12. 22. Boot. ib. Calv. &c. — [h] Q. in V. — [i] Cap. Boot. — [k] Boot. — [l] Cap. Boot. ſim. Calv. — [m] Boot. ſim. Calv. — † Di. — [n] Boot. — [o] BP. 3. 12. 211. — [p] Boot. — [q] Ang. — [r] D. ex Hi. Boot. — † Hi. in D. & in Boot. — [t] Boot. — [v] BA. 1. 2. 9. 167. — [x] Boot. — [y] D. Boot. — [z] Boot. ib. 51. — [a] Di. Boot. — [b] Di. — [c] Di. ſim. Boot. — [d] Di. — † D. Boot. — * Boot. 52.

Genev. accipiunt מַשְׁכִּים pro Benoni Hiphil, ut positum sit pro מַשְׁכִּימִים *manè surgentes*. Sed insolens est illa contractio. Nam חַנִּים, quod positum volunt pro חַנּוּנִים, Jer. 9. 11. & 14.6. Thren. 4. 3. puto singulare esse, sicut Ezec. 29. 3. sed collectivum. Multò minus מַשְׁכִּים, pro מַשְׁכִּימִים, sic enim sing. & plur. absque ulla discriminis nota confunderentur. Alii ergò maluerunt esse nomen substantivum significans *tempus matutinum*,& positum pro בְּמַשְׁכִּים, vertunt, *manè*: sed & illud authoritate caret [f]. 3. Sic sensus minimè aptus est. Nam quod Stephanus [vel potiùs Vat. in Tig. not.] *manè* positum esse putat pro *singulis diebus manè*, id autem pro *quotidie*, per synecd. partis pro toto, durum est & coactum [g]. Nec video cur libidine exarsisse dicantur *manè* potiùs quàm aut nocte, aut post meridiem sive vesperam, ubi post Cererem & Bacchum magis calet Venus [h]. [Alii autem causam se videre putant.] Equi manè sunt libidinosiores [i], ob pabulum noctu liberalius præbitum [k], & semen tum collectum [l]. [Alii vocem aliter accipiunt.] Malim esse à מָשַׁךְ, pro מֹשְׁכִים atque esse formam participialem Chald. qualis in חַשְׁכִין *egentes*, Dan. 3.16. פַּרְסִין *dividentes*, Dan. 5. 25. quæ forma quoque Syris frequens, ut [in Syr. versione] Marc.14.37. 1 Cor.4.11.&c. Nec mirum ad Chaldaismum hîc accedere Jeremiam, qui integros versus habet Chaldaicos. Porrò, מָשַׁךְ absolutè positum sæpe sign. *protractionem pedis, productionem gressûs*, & idem est quod, *ire, progredi*. Proferre hîc libet omnia loca ubi sic accipere malim quàm, cum aliis, per *trahere* explicare, quod coactum est. Gen. 37. 28. וַיִּמְשְׁכוּ וגו׳, *Et protraxerunt*,(scil.pedes,i.e.iverunt,) *& extraxerunt*,&c. Exod.12.21. מִשְׁכוּ וגו׳, *Ite, & accipite*, &c. simil. ο'. & Vulg. ibid. Deut. 21. 3. *vaccam*——*quæ non* מָשְׁכָה *ivit in jugo*. Jud.4. 6. לֵךְ וּמָשַׁכְתָּ וגו׳, *I, & progredere in montem*, &c. Jud. 20. 37. וַיִּמְשֹׁךְ וגו׳, *Et progressus est insidiator*. Job.21. 33. *Et post eum omnis homo* יִמְשׁוֹךְ *ibat*, &c. Sic h.l.expono.*Ut equi bene pasti incedunt*.ο'.& Vulg. מַשְׁכִּים retulerunt ad סוּסִים, quum verterunt, illi, ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, (*Equi furentes in fœminas facti sunt*;) hic, *Equi amatores & emissarii facti sunt*. Uterque proculdubio à מָשַׁךְ *protraxit, produxit, extendit*,derivârunt: q. d. equi bene pasti & producentes, sup. membrum genitale, quod honoris causâ subticetur, quia ex materia subjecta satis intelligitur. Fortè legerunt מְשֻׁכִּים *extensi*, sup. membro genitali; quod talibus equis rectè convenit. Aliter: Conjicio מַשְׁכִּים poni pro מַשְׂכִּים, (שׁ, pro שׂ: ut Esa. 3. 16. וּמְשַׂקְּרוֹת, & *nictantes*, &c. pro,מְשַׁקְּרוֹת; item שַׁעֲרוּרָה *res horrenda*, à שָׂעַר *horrere*,) Benoni Hiphil plur. à שָׂכָה *prospicere*; & sic verto, *prospectantes sunt*, quod exponitur per sequens *hinnire*: éstque ea Venereæ libidinis vis, ut quaquaversum prospectent oculi, & exspectent quo satiari queat [m]. Al.Puto מַשְׁכִּים esse plur. à sing. מַשְׁכֶּה, quod sit nomen participiale, à verbo הִשְׁכָּה: & quum in ἅπαξ λεγομένοις (ex quibus hoc est) ad eruendam significationem duæ tantùm sint viæ, vicinarum dialectorum suffragatio, & sensus,& prior hîc desit, ego, altero subnixus,puto מַשְׁכִּים *admissarios* significare,qui, ut generosiores reliquis equis, ità & libidinosiores,esse solent, & ut sint, מְיֻזָּנִים sunt; quo non tam significantur liberaliter *pasti*, sed peculiari curâ cibati, sive *saginati*, ex more. Virg.3. Georg. Columel. 6.27. Galen. de Facultat. alim. 1. ubi de cicere loquitur. Suspicor etiam Hieron.idem per *emissarios* intellexisse,quum& in Plaut. Mil. glor. pro, *admissarium*, alii codices *emissarium* legunt. Nobiscum stat & Syrus,qui locum sic vertit, *Sicut equi admissarii salaces fuerunt*. מְיֻזָּנִים reddit, *salaces*, (bene ad mentem Prophetæ, qui *saginam* memorat tantùm tanquam libidinis fomitem;) מַשְׁכִּים reddit per אוּשְׁנָא, quod *admissarios* planè sign. Quòd autem Syrus vocum ordinem hîc mutet, non mirum, quum & id sæpe faciat, & vocum ordo hîc in Hebræo inversus esse videatur, quum naturalis ordo sit, *equi admissarii saginati*, &c [n]. Liceat & mihi meam conjecturam proferre. מַשְׁכִּים accipio in significatione *manè surgendi*: id quod sæpe significat aliquid seriò & studiosè agere, ut Jer. 7. 13, 25. & 11. 7. & 25. 3, 4. Zeph. 3. 7. Neque hoc equis, sed hominibus, tribuo; ut locus vertatur, *Equi pasti manè surgentes sunt*. Et ut illi ad ebrietatem dicuntur *manè surgere*, Esa. 5. 11. ità hi ad scortationem. Unum est quod objici potest, nempe particip. hîc esse sing. verbum plur. quod in distributiva notione frequens est. Vide ad Esa.2.20.& 3.12. & 26.19. Potest locus pleniùs sic reddi, Sicut *bene pasti equi manè surgentes erant* unusquisque eorum. Confirmatur ex verbis seq. ubi *homo*, pro *unoquoque*, & *hinniunt* in plur. ponitur, cum *uxore proximi*, in sing [o]. Significat ergò h. l. Judæorum, 1. insanam libidinem [p]. Libido equorum maxima celebratur ab authoribus [q]. De fœminis id docet Aristot. Hist. 6. 18. Colum. 6. 27. & Virgil. Georg.3 [r]. *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum*†. Et de maribus, *Nonne vides ut tota tremor pertentet equorum Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?* (odorem fœminæ:) *Ac nec eos jam fræna virûm,nec verbera sæva, Non scopuli, rupésque cavæ, atque objecta retentant Flumina*——[s]. Hinc Græci voce ἱππόβινος hominem significant ad insaniam usque libidinosum [v]. Hinnitum porrò libidinis testem esse constat ex Sirach. 33. 6. Ælian. 14. 18. & ex historia de equisone Darii, de qua Justin. 1. Valer. 7 [x]. 2. Animi insolentiam atque superbiam. Est enim equus, maximè generosus, animal γαῦρον, valde gloriosum, ut constat ex Ælian. 2. 10. & ex experientia. Hinnitus etiam non modò libidinis testis est, sed etiam animi elationis & alacritatis, ut constat ex Virg. Æn. 11. & 12. Lucret. 5. Præcipuè tamen libidinem hîc taxat [y]. [Ut verba sequentia satis docent.] ¶ *Unusquisque*, &c. אִישׁ אֶל אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יִצְהָלוּ] *Quisque* (vel, *Singuli*,Pi.) *ad uxorem proximi sui hinnit*, vel *hinniebat*, Calv. M. sim. Mo. P. Ti. JT. Pi. Heb. futurum est, significans actum continuum [z]. Vel, ——*uxorem*——*rabidè appetit*, Strig. vel, *hinniendo* quæsivit, &c. Angl. ut 1 Sam. 7. 2. *lugebant* (i. e. lugendo quærebant) *post Dominum* [a]. Hâc voce *hinniendi* utitur Tullius ad Pisonem: *Admissarius iste,simulatque audivit à Philosopho voluptatem tantopere laudari, sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magistrum virtutis, sed autorem libidinis, à se illum inventum arbitraretur* [b].

9. *Non visitabo?* ità P.&c. הַאֶפְקֹד] *Visitarem?* Chald. addit, *ut adducam super eos malum* [c]. *Visitare*, pro *punire* [d], (quando פָּקַד jungitur cum עַל *,) ut Psal.89. 33. Esa. 26. 14. &c. quia visitatio & inquisitio præcedit exsecutionem justitiæ [f]. ¶ *Dicit Dominus*] Judex mundi, qui pœnas non sumere de sceleratis non potest. Judex terrenus potest: at Deus non magis potest abnegare suum judicium,quàm propriam essentiam. Quare Judæi impunè elabi nequeunt. Ignoscit quidem Deus, sed resipiscentibus tantùm, qui sunt judices sui, adeóque judicium Dei præveniunt †. ¶ *Non ulciscetur*, &c?] Significat se esse inimicum sceleribus [g].

10. *Ascendite muros ejus*; ità Calv. &c. בְשָׁרוֹתֶיהָ] *In muros ejus*, JT. Pi. Verba Dei ad Chaldæos [h]. Frustrà fidunt Judæi muris suis, &c [i]. ¶ *Consummationem* (vel, *Consumptionem*, V. Calv. *Finem*, Calv.) *autem* (vel, *tamen*, Pi. &c.) *nolite facere*] Sim. Mo. P. M. &c. [Exponunt vel,1. in malum.] q.d. Nullus sit diruendi finis, delete eam prorsus, ut sequitur, *Tollite*, &c [k]. Nè satis hoc putate, sed omnem gentem de terra hac tollite, ut sequitur [l]. Nè, his quidem rebus gestis, putate vos consummavisse judicia mea: adhuc plura vobis & mihi restant facienda *. Vel, 2. in bonum, acsi Deus mitigaret atrocitatem pœnæ [m]. q. d. Nolite totam gentem perdere [n], ut reliquiæ serventur [o]. Confer Jer. 4. 27. & 30. 11. Matt.24.22 [p]. Ità quidem phrasis alibi sumitur. Sed Prophetæ non semper eodem modo loquuntur. Quum fideles alloquuntur, rigorem temperant;Deus, inquiunt,non faciet consumptionem: quum reprobos, nihil spei relinquunt: hîc autem Deus Judæis severè minatur [q]. ¶ *Auferte* (vel, *Detrahite*, Ca. *Destruite*, Ch.) *propagines* (i. e. familias & capita, quæ à Deo defecerunt ad idola [r]: vel, *mœnia*, M. *sustentacula*, ο'. *fundamenta*, Sy. Ar. Vox sign. *propagines*, seu *ramos*, qui longè sunt diffusi: loquitur autem de murorum latitudine, quæ non est in culmine, sed in fundamentis, quæ latiùs patent quàm culmina †. Al. *pinnas*, JT. Pi. Calv. *minas murorum*, Mo. P. *dentes murorum*,Q. in Calv. K. in M. *& intereisas muri summitates*, K. in M. Al. *palmas*, Ca. *palatia*, Ch.) *ejus*] Ità Calv.

Strig.

[f] Di. [g] Boot. ib. [h] Di. [i] Ca. D. prov. [k] D. prov. 2. 4. 36. [l] Ca. [m] Di. [n] Boot. ib. 53.

[o] Ang. [p] Boot. sic D. Calv. Ang. &c. [q] Boot. sim. D. [r] Boot. 3. 4. 9. 48. † D. [s] Boot. ib. [v] D. prov. 2. 4. 36. [x] Boot. ib. [y] Boot. 3. 5. 9. 55. [z] Calv. [a] Ang. [b] Boot. ib. 54. [c] V. [d] Ang. sim. V. Pi. * V. [f] Ang. † Calv. [g] Calv. [h] G. sic Calv. [i] Calv. [k] Calv. [l] G. * Jun. [m] Q. in Calv. [n] V. sim. Me. T. Ang. [o] Me. [p] Ang. [q] Calv. [r] T. sim. Me. † Calv.

Strig. sic Ti. Heb. נְטִישׁוֹתֶיהָ. ¶ *Quia* (vel, *Quia isti*, JT. Pi. nempe Hierosolymitani[t]: [vel, *illa*,] urbs eorum[v], muri vel fundamenta[x],) *non sunt Domini*] Sic P. M. Mo. &c. q. d. Locum profanârunt Judæi, nec Deus ampliùs ibi habitabit: frustrà confidunt se latere sub Dei præsidio[x].

11. *Prævaricatione*, &c.] q. d. Non modò aliqua in parte peccârunt, sed perfidi & apostatæ sunt[y]. Heb. *Prævaricando prævaricati sunt*. Infinit. ejusdem verbi præpositum [verbo] auget significatum: q. d. Supra modum prævaricati sunt[z].

12. *Negaverunt* (vel, *Abnegant*, Pi. Ca. vel, *Ementiuntur*, JT. *Mentiti sunt*, Ch. Mo.) *Dominum*] Ità P. M. Ti. ὁ'. Sy. Ch. &c. vel, *in Dominum*, Mo. Ch. vel, *Domino*, Q. in Calv. Sed sensus hic frigidior est, & tunc dixisset, לַיהוָה: Malim ergò, Deum rejecerunt, pro nihilo ducunt, vel student abolere, ut seipsum continuò pòst exponit[a]. ¶ *Et dixerunt*, (vel, *dicunt*, JT. Pi.) *Non*, &c. לֹא הוּא] *Non ipse*, Mo. *Non est*, Pi. Calv. *Non* est *ipse*, P. M. &c. Deus qui in Judæa colitur non est Dominus universi[b]. Al. *Non* est *ipse*, sub. *qui prospicit nobis*, *& aspicit opera nostra*, V. qui nos puniat si malè, aut præmiet si bene, egerimus: itaque non est quòd metuamus, ob neglectum illius cultum, obventura nobis mala quæ nomine ipsius à Prophetis intentantur[c]. Objicit illis Jeremias contemptum Dei cum obstinatione: erant enim securi adversùs minas: id quod, inquit, est abnegare Deum. Nempe, qui Prophetis sic illudunt spoliant Deum suâ virtute, & suo officio & potestate Judicis; relinquúntque ei duntaxat nudam essentiam, h. e. nescio quod figmentum & aliquod spectrum. Vide quantopere abominetur Deus eorum socordiam qui obdurescunt adversùs minas[d]. Al. *Non* ità *est*, JT. ut Jehova per Prophetas dicit. Vide 2 Par. 36. 15, 16*. *Nequaquam hæc erunt*, Ar. *Non sunt hæc*, ὁ'. ¶ *Gladium & famem non videbimus*] Nulla erit obsidio adversùs nos. Nam obsidiones alios ferro, alios fame, interimunt. *Videre*, pro *experiri*[f].

13. *Prophetæ*, &c. וְהַנְּבִיאִים יִהְיוּ לְרוּחַ] *Et* (vel, *Imò*, Pi. *Autem*, M. Ti. Ca.) *prophetæ* (vel, *isti prophetæ*, JT. *prophetæ* falsi, M. sic Q. in Ma. vel potiùs, Prophetæ veri[g],) *erunt* (vel, *sunt*, Ca. *abibunt*, JT. Pi.) *in ventum*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. vel, *ventosi*, Ca. Erunt vani, seu vaniores vento, evanescent[h]; nullum habebunt effectum. Proverbialis loquutio, Job. 6. 26. & 15. 2. Prov. 11. 29. &c[i]. *Fuerunt in ventum locuti*, ἀνεμώλια βάζων, ut loquitur Homerus[k]. Prophetia eorum non implebitur[l]. Fides illis non est habenda. Ità sannis irridebant minas, &c. Fortè non ausi sunt hæc palàm dicere, sed S. S. exercet jurisdictionem suam in corda, &c. Qui fidem verbo Dei abrogant, Deum quasi negant, &c[m]. ¶ *Et*, &c. וְהַדִּבֵּר אֵין בָּהֶם] *Et sermo* (vel, *verbum*, M. JT. V. &c. sub. *veritatis*, M. vel, *Dei*, V. G. Angl. &c. vel, *id quod loquutus est* Jehova, Pi.) *non* (vel, *nullum*, JT. sub. *est*, M. JT. &c. vel, *fuit*, ὁ'.) *in eis*, Mo. P. M. &c. q. d. Non afflantur Divino Spiritu[n], quem obtendunt[o], sed confingunt sibi somnia[p]. ה in הַדִּבֵּר idem valet quod אֲשֶׁר, ut 2 Par. 29. ult[q]. *Non venit per eos*, Ar. Al. *Et prophetia falsa eorum non confirmabitur*, Ch. ¶ *Hæc*, &c. כֹּה יֵעָשֶׂה לָהֶם] *Ità*, vel *Sic*, (vel, Imò *ità*, Pi.) *fiet eis*, Mo. P. M. JT. Pi. Calv. V. sub. *ut dixi*, V. Opponunt se prophetis; q. d. Terrent nos gladio, fame, &c. nos vicissim retaliamus, nos habemus oppositum vaticinium, denunciamus illis gladium, &c. annon idem in ipsos nobis licebit, quod illis in nos[r]? Ipsi experientur ista mala, non autem nos†. *Hæc* quæ nobis minantur *evenient illis*: nempe, curabimus ut in illorum capita recidant; nos gladio & fame in eos sæviemus. Ità sævitum erat in Jeremiam[t]. Al. *Hæc ultio fiet de eis*, Ch. Al. *Sic fiat illis*, i. e. Ità pereant quemadmodum Verbum Dei est in illis[v]. *Hæc eveniant ipsis*: In ipsorum capita recidant tristes illæ ominationes[x]. Est imprecatio, q. d. Experiantur hæc Dei flagella quibus aures nostras obtundunt[y]. [Alii hoc membrum cum præcedente sic reddunt,] *Et qui loquatur non est inter eos, quòd sic eveniat eis*, Ti. *Nec est autem quisquam qui quid sit eis futurum antè denunciet*, Ca. *Nam iis quorum sermo non constat sic fiet*, Sy. Sensus loci est, Verbum Dei non erat in eis, quum dicebant, Sic fiet eis, hæc illis eveniant mala[z]. Hucusque sunt verba impiorum[a].

14. *Deus exercituum*] Celebrat ejus potentiam, ut plus incutiat formidinis[b]. ¶ *Quia*, &c. יַעַן דַּבֶּרְכֶם וגו'] *Eò quòd loquimini*, vel *locuti istis*, (vel, *Pro loqui vos*, Mo. *Quia protulistis*, Calv.) *verbum hoc*, M. P. Ti. Ang. &c. i. e. hæc verba, vel, hoc modo[c]; vel, *hanc rem*, JT. Angl. ut Jer. 7. 23 †. Quia Prophetis meis sic insultâtis. Vide quàm intolerabilis sit Deo illa protervia, ubi spernuntur Prophetæ: hoc est Deum ipsum irridere. Vult Deus non secùs obtemperari servis suis, quàm si palàm ipse de cœlo descenderet[d]. ¶ *Ego do* (vel, *pono*, V. *dabo*, id est, redditurus sum *,) *verba mea*——*in ignem*, &c.] Sic Calv. &c. vel, *velut ignem*, &c. JT. Calv. i. e. efficacia ut ignis[f]: non ventum, ut ipsi jactant[g], sed ignem quo vorabuntur[h]. Tam efficacia erunt, ut agnoscant impii, sed suo malo, te esse exsecutorem meæ vindictæ. Confer 2 Cor. 4. 5. Alibi sermo Dei *ignitus* dicitur, quòd corda accendit, expurgat sordes, &c. sed hic non agitur de utilitate ejus, sed de effectu exitiali, &c[i]. Sensus, Per tua verba convincentur contumaciæ, & ejus pœnas dabunt. Simile suprà 1. 10[k].

15. *Adducam*——*gentem de longinquo*] Verba Legis Deut. 28. 49. Vide & Esa. 5. 26*. A qua idcirco non metuebant tibi. Intellige Chaldæos, quos hic videmus quasi projici ex ore Prophetæ, ceu balistam ab hoste in muros, &c. Non respiciendum docet ipsorum robur, &c. sed hoc fore exsecutionem doctrinæ suæ. Omnia flagella pendent ab efficacia Verbi[l]. ¶ *Gentem antiquam*] Ità Ti. Ca. V. vel, *antiquissimam*, JT. vel, *quæ* est, vel fuit, *à seculo*, P. M. Pi. &c. id est, à multo tempore[m], à tempore Nimrodi[o]. Vide Gen. 10. 10. & 11. 2. & quæ nos ad lib. 1. de V. R. C P. & Jerem. 17. 4. & 25. 9[q]. Id autem superbiam & ferociam generat, ubi gens aliqua diu dominata est[r]. ¶ *Cujus ignorabis linguam*] Babylonii enim, sicut & Assyrii, Syriacè loquebantur, Dan. 2. 4 †. Hanc linguam Judæi (ante captivitatem Babylonicam[t]) non intellexerunt[v]. Vide 2 Reg. 18. 26[x]. Esa. 36. 11[y]. q. d. Nulla cum illis erit communicatio: si victi implorent misericordiam, non audientur. In lingua est communicatio, non modò sermonis, sed & affectuum: lingua est character mentis, & vinculum humanæ societatis[z].

16. *Pharetra ejus quasi sepulchrum patens*] Scilicet, vivos devorans, sicut sepulchrum mortuos[a]. Utetur sagittis, quæ omnes perdant[b]. Sicut in uno sepulchro multi sunt mortui, sic & una Chaldæi pharetra multos dabit mortuos[c]. *Pharetra*, nempe respectu sagittarum, quæ lethiferæ erunt, vide Esa. 13. 18. nec aberrabunt à scopo, ut Jud. 20. 16. vide & 2 Sam. 1. 22[d]. Respicit morem orientalium, qui sagittis vel jaculis pugnabant: q. d. Ità periti erunt sagittandi, ut absorbeant quicquid obvium erit *; sine numero & sine fine vos conficient[f]: quot sagittæ, tot mortes[g]. Sagittis è pharetra depromptis confodieris, ut opus sit te sepeliri[h]. ¶ *Universi fortes*] Omnes sunt bellacissimi[i].

17. *Et comedet segetes*, &c.] Concionatur tanquam apud victos, pro confesso sumens Chaldæos fore superiores[k]. ¶ *Devorabit* (vel, *Vorabunt*, Calv. V. *Interficient*, V.) *filios tuos*, nempe gladio: nam omnis consumptio Heb. אָכַל dicitur[l]. ¶ יֹאכְלוּ וגו'] Al. quem [nempe *cibum*] *comesturi fuerant filii*, &c. Pi. sim. JT. Ang. ¶ *Et*, &c. יְרֹשֵׁשׁ וגו'] *Depauperabit urbes*, &c. Mo. sim. P. M. perdendo populum[m]. ¶ *In*, &c. אֲשֶׁר וגו'] *Quibus fidis*, vel *fidebas*, P. M. &c. Insultat vanæ eorum superbiæ †. ¶ *Gladio*, בֶּחָרֶב] Refertur hæc vox ad totum versum: q. d. Jure gladii victores totam regionem vastabunt[n]. *In gladio*, Mo. Idque *in gladio*, vel *per gladium*, P. M.

18. *Veruntamen* (*Et etiam*, P. Mo. *Tunc etiam*, Calv.) *in diebus illis*——*Non faciam*, &c. לֹא אֶעֱשֶׂה אִתְּכֶם כָּלָה] *Non faciam vobiscum consummationem*, Mo. P. M. Ti. Ch. Pi. &c. Plerique omnes putant Deum hic temperare quod dixerat, & spem relinquere fidelibus[p]. q. d. Nè tum quidem perdam vos omnino[q], sed relinquam aliquos qui abducentur in Babyloniam[r]. Malim, ut suadet, imò cogit, contextus, Deum hic ut judicem & ultorem induci, & exaggerari pœnæ gravitatem. Huc facit & particula גַּם [initio versûs,] quæ augendi

Marginal notes (left column): t Pi. sim. Arg. — v Ang. — x Calv. — x Idem. — y Calv. — z V. — a Calv. — b G. — c T ex San. — d Calv. — e Jun. — f G. — g Al. in Ma. sic Calv. Ang. &c. — h V. sim. Ang. — i Ang. — k G. — l Pi. — m Calv. — n V. sim. — o Ang. Calv. — p Calv. — q V. — r Pi. — r Calv. — † Pi. — t T. — v Q. in V. — x G. — y Calv.

Marginal notes (right column): z Ma. — a G. — b Calv. — c Ang. — † Idem. — d Calv. — e Pi. — f Me. Calv. — g T. — h T. sim. Mar. Calv. &c. — i Calv. — k G. — * G. — l Calv. — m V. ex He. — o Pi. sim. Mr. T. — q G. — r Glas. rhet. 1. 16, 458. — † Calv. — t Ang. BP. 1. 15, 65. — v Ang. BP. — x BP. ib. — y Ang. — z Calv. — a M. V. — b V. — c G. — d Ang. — * Calv. — f T. — g T. sim. Me. — h Pi. — i G. — k Calv. — l G. — m Ang. — † Calv. — n Calv. — p Calv. — q V. sim. — r Pi. Mc. V.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

augendi vim & pondus habet: q. d. Tunc etiam ubi hostes nudaverint terram & frugibus & incolis, nè tunc desinam, quia adhuc restabunt flagella. Sic Deus agere solet cum reprobis & pervicacibus †. Nondum abstinebo punire vos, ut suprà 10. Quod restat est longa servitus, de qua jam aget [t]. [JT. versum sic reddunt, *Sed nè temporibus quidem illis, dictum Jehovæ, fecero vobiscum consummationem.*]

19. *Quod,* &c. "כִּי תֹאמְרוּ תַּחַת מֶה וגו] *Quum dixeritis,* Calv. sic Pi. &c. (sub. ô *Propheta,* V.) *Quare* (vel, *Propter quid,* Mo. P. JT. &c.) *fecit* (vel, *facit,* JT. M.) *Jehova,* &c? Calv. &c. Quasi ipsi insontes essent, Deum in jus vocant, & crudelitatis accusant [v]. ¶ *Servistis Deo,* &c. אֱלֹהֵי נֵכָר] *Diis alienis,* vel *peregrinis,* Ti. P. &c. ad verb. *peregrinitatis,* V. *deo alienigenæ,* Mo. vel, *alieni,* i.e. alienorum. Enallage numeri [x]. ¶ *Servietis alienis*] Ità Mo. P. &c. sub. *diis,* M. ό. Ar. vel potiùs, *tyrannis*; quia immorigeri fuistis †. *Sic servietis populis colentibus idola,* Ch.

20. *Annunciate,* &c.] Affirmat Deus se seriò locutum, acsi solenni ritu bellum esset indictum, & jam instarent armati hostes [y]. ¶ *Jacob & —— Juda,* &c.] Videntur hîc *domus Jacob & Juda* idem esse [z], (ut *Jerusalem* & *Sion*, Esa. c. 2. v. 3 [a].) loquitur enim Propheta duabus tribubus, non autem aliis decem, quæ jampridem in Assyriam abductæ fuerant [b].

21. *Audi, popule stulte, qui non habes cor*] Sic M. Heb. *& non cor,* Mo. *& excors,* Sy. P. JT. &c. Socordiam & stuporem illis objicit, &c [c]. *Cor,* id est, mentem sapientem [d].

22. *Et à facie mea* (i. e. à mea præsentia, majestate, potentia *,) *non dolebitis*? ità Mo. i. e. non pœnitebitis [f]? תָחִילוּ] *Verebimini?* ό. Ar. *pavebitis?* P. sic Ch. *tremetis?* Ca. sic M. JT. Pi. Ch. Sy. q. d. Quid hoc sibi vult, quòd me non timetis [g]? ¶ *Qui posui* (vel, *disposui,* JT.) *arenam terminum* (vel, *fines,* Ca.) *mari*] Ità Mo. Ti. Calv. G. &c. i. e. litora [h]. q. d. Non validis obstaculis aut rupibus mare compesco, sed arenâ, quæ spontè flexibilis est, & mobilis ad flatum mediocrem, & penetrabilis: id quod auget miraculum. Sumit exemplum maris tempestuosi, quo nihil terribilius est; quod tamen, inquit, placidè Deo obsequitur. Ostendit monstrosum Judæorum stuporem, utpote quibus minus inest intelligentiæ quàm mari, &c [i]. ¶ *Præceptum,* &c. חָק עוֹלָם] *Statutum* (vel, *in statutum,* M.) *seculi,* Mo. P. &c. vel, *æternum,* sive *perpetuum,* M. ό. *Statuto* (vel, *decreto,* Ti.) *perpetuo,* JT. Pi. Ar. Ti. sic Ch. Sy. V. Heb. *æternitatis,* V. vel, *antiquo,* Angl. ut v. 15. Hab. 3. 6. Respicit ordinationem Dei, vel in creatione, Gen. c. 1. v. 9. Job. 28. 11. vel post diluvium, Gen. 8. 21. & 9. 11 [k]. ¶ *Quod,* &c. "וְלֹא וגו] *Et non præteribit illud,* Calv. &c. *ut non possit transire illud,* Ang. *quod* (nempe statutum [l]) *non transgredietur,* JT. vel, *transgredi potest,* Angl. Indicativus potentialiter sumitur, ut Jer. 2. 23, 32 [m]. *Quem* (nempe terminum [n]) *non audet transgredi,* Pi. Mare sine hoc fræno totam terram obrueret [o]. ¶ *Et* (vel, *Quamvis,* JT. Pi. Ang. *Quidem,* P. M.) *commovebuntur*] Sim. Mo. P. &c. vel, *agitabuntur,* V. vel, *concutiantur,* Pi. sim. JT. vel, *sævient,* M. Ti. sub. *fluctus ejus,* Pi. G. ex sequent [p]. q. d. Insani maris fluctus mihi per omnia obediunt: non item Judæi, qui videri volunt sani, sapientes & pii [q].

23. *Populo,* &c. "וְלָעָם וגו] *Et* (vel, *Autem,* M. *At,* Ti. JT. Ca. &c. ו adversativè sumitur [r].) *populo huic fuit cor contumax,* &c. Mo. &c. ¶ *Recesserunt,* &c. סָרוּ וַיֵּלֵכוּ] *Declinaverunt* (vel, *Recesserunt,* M. Pi. G. ex Vulg. vel, *Defecerunt,* Ti. scil. à me †; vel, à via bona [t]; vel, à Lege mea, quam & mare observat [v];) *& abierunt,* Mo. Ti. vel, *declinaverunt,* M. *abierunt sibi in cogitationem cordis sui,* He. in V. *pergunt,* scil. recedere: perseverant in sua apostasia [x]. *Abeundi* verbo intelligit obstinationem: q.d. Morbus incurabilis est, non potui ipsos retrahere, nulla spes pœnitentiæ [y]. [Alii sic,] *Ut recesserunt, pergunt,* JT. i. e. nullâ re coercentur [z]. Al. *Deficiunt* ad alios, *& recedunt,* sub. *à Deo vero,* V. *Quoniam defecerunt à meo cultu, demigraverunt,* vel *captivi facti sunt,* Ch. in V. Ab effectu probat cor populi esse perversum [a].

24. *Metuamus Dominum —— qui dat nobis*] Ostendit eos non errore aut ignorantiâ peccâsse, sed socordiâ, quòd beneficia Dei quotidiana non expenderint, &c [b]. ¶ *Pluviam,* &c. "גֶּשֶׁם יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ] *Pluviam, & temporaneam,* sive *tempestivam,* (vel, *matutinam,* M.) *& serotinam,* Mo. P. JT. Pi. &c. Masorethæ notârunt legendum יוֹרֶה, quasi ו transpositum esset: sed Cethib indubiè rectum est, & mens Prophetæ, Deum dare primò pluviam in genere, ad quosvis usus & toto anni tempore necessariam; deinde etiam certis temporibus, tempestivam & serotinam, in usum frugum: quod & K. rectè notat [c]. ¶ *Plenitudinem,* &c. "שְׁבֻעוֹת חֻקּוֹת וגו] *Septimanas,* sive *Hebdomadas,* (sic loquitur potiùs quàm *Menses,* respectu septem illarum hebdomadarum inter Pascha & Pentecosten, in quibus ferè messis colligebatur. Vide Levit. 23. 15, &c. Deut. 16. 9, 10 [d].) *statutas* (vel, *statutorum,* Mo. P. G. Calv.) *messis* (vel, *pro messe,* M. Angl. vel, *ad messem,* Calv.) *servat,* vel *custodit, nobis,* Calv. M. G. Ang. &c. i. e. Tempus idoneum messi, h. e. serenum, reservat nobis*: stata messis tempora dat [f]: efficit ut omnia sata maturescant [g] intra 7 illas septimanas inter Pascha & Pentecosten [h]. Al. *Septimanas,* JT. (vel, *Qui septimanas,* Pi. i. e. septimum quemque annum, quo terra quiescit, ex lege Levit. 25. 4. in quibus singularem benedictionem Deus promiserat [i]. Sed non reperio hanc vocem ità usurpatam, & hoc versum nimis distrahit [k].) *statuta* (vel, *& statuta,* Pi.) *messis,* &c. JT. Pi. Al. *Plenitudinem annuæ messis,* &c. Vulg. i. e. copiosas messes [l]. *Tempus plenitudinum,* &c. ό. in Mar. Legerunt שבעות [m]. Al. *Juramentis statutis messem* (vel, *Juramenta statutorum messis,* i. e. jurata statuta messis [n],) *servat nobis,* Ti. Di. Ut loquatur de juramento & pacto cujus meminit Gen. 8. 22 [o]. & 9. 11 [p]. & Levit. 26. 4, 5 [q]. Sed nullum ibi [Gen. 8. 22.] juramentum comparet, nedum juramenta [r]. Al. *Et optimâ fide quotannis messem nobis custodit Deus.* Non tantùm defendit nostras lætas segetes adversùs tempestates; sed etiam adversùs latrunculos Arabicos exundatione Jordanis, ceu vallo firmissimo, munivit †.

25. *Declinaverunt,* &c. "הִטּוּ וגו] *Avertunt,* vel *averterunt, ista,* M. Ti. JT. Pi. V. bona scilicet [t]; pluviam & messem [v]: sub. *à vobis,* V. *Ista,* nempe statuta; ut non servaverim illa vobis: itaque vos periistis fame [x]. Vos turbatis cœlum & terram pravitate vestrâ [y].

26. *Quia,* vel *Nam, inventi sunt* (vel, *præstò sunt,* JT. *inveniuntur,* Pi. Calv. Ang. vel, *inveniendi sunt,* h. e. sunt, ut Esth. 1. 5. Luc. 17. 18 [z]. Vel, *inventi,* ἐπ' αὐτοφώρῳ, (*in ipso furandi actu:*) q.d. deprehensi sunt & convicti; scelera eorum non sunt obscura, ut subterfugiis elabi queant [a].) *in populo meo* (non opus est ut quærantur inter sceleratas gentes †.) *impii*] Vel, *improbi,* JT. &c. vel, *prorsus impii, & scelerati*; id enim רְשָׁעִים †. ¶ *Insidiantes,* &c. יָשׁוּר כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים] *Intuebitur,* Mo. (vel, *Aspicient,* P. Calv. sing. pro plur [b]. mutatio numeri, ut Joel. 1. 20 [c]. sub. *ad vias,* P. Vel, *Aspiciet,* V. Calv. *Aspicit,* vel *Contemplatur,* subaud. *quisque,* V. Calv. JT. vel, sub. *quisque eorum,* Pi. i. e. astutè observat [d], quem possit decipere*. Insidiatur hominibus [f], ut viatores dispoliet [g]. *Aspiciunt,* Merc. & Genev. in Di. *Insidiatur quisque,* M. *Insidiantur,* Ang. sic Strig. Qui *insidiantur,* Angl. Qui *observat,* G. Qui *observant,* Ti.) *secundum positionem,* aut *expansionem, laqueorum,* V. sim. Mo. Calv. i. e. cùm posuerit laqueum [h]: vel, *ut qui ponit laqueos,* P. sic M. Ti. Merc. & Genev. in Di. *sicut quando ponuntur laquei,* G. At יקוש יָקוּשׁ יוקש *aucupem* significant; *laqueus* מוֹקֵשׁ dicitur [i]. Al. *sicut laqueo aucupis,* Strig. Al, *ut tendentes* (Heb. *secundum tendere,* Jun.) *aucupes,* JT. Sed שך nusquam sign. *tendere,* aut *ponere, retia*; sed ubique, *quiescere, cessare* [k]. [Alii ergò sic reddunt;] *ut quum* (particulâ duplicem notionem habente, ut Esa. 64. 2 [l].) *resident aucupes,* Pi. Angl. scil. in campo, insidiantes avibus [m]. כ non habeo pro Caph similitudinis, sed pro litera Bachlam, quæ infinitivo juncta sæpe ad tempus refertur, & per *quum* vertitur; ut כְּרֻם, *quum exaltantur,* Psal. 12. 9. כְּדַבֵּר, *quum loqueretur,* Jud. 2. 4. Sic itaque locum verto, *Contemplatur* quisque, *quum quiescunt aucupes*: i. e. Tam improbi inveniuntur in populo meo, ut nunquam cessent occasiones nocendi explorare: ipsis aucupibus avidiores sunt, qui tempora sua

† Calv. — t G. — v Calv. — x Calv. — † Calv. — y Calv. — z Ang. Me. — a Ang. — b Me. — c Calv. — d Me. sim. Calv. &c. — * T. — f T. sic Me. — g Calv. — h G. — i Calv. — k Ang. — l Pi. — m Ang. — n Pi. — o Calv. — p G. — q T. — r Calv. — † Pi. — t He. in V. — v G. sim. Ang. — x Pi. — y Calv. — z Jun. — a Calv.

b Calv. — c Di. — d Ang. — * V. sim. Ang. — f Ca. — g G. sim. Calv. — h G. — i Pi. sim. Jun. — k Ang. — l Mar. — m Mar. G. — n Di. — o V. — p Di. — q V. — r Ang. — † Strig. — t G. — v Me T. sim. Calv. Ang. — x V. ex He. — y Calv. — z Ang. — a Calv. — † Idem. — † Idem. — b V. G. — c Ang. ex Calv. — d Calv. sic Pi. — * Pi. — f V. — g M. — h V. — i Di. — k Di. — l Ang. — m Pi.

ſua habent quibus quieſcunt. Nam neque noctu, neque omnibus anni tempeſtatibus, venari poſſunt, nec volunt: habent ſua tempora quibus avibus parcunt. At hi nunquam quieſcunt, ſed ſemper ſpeculantur & obſervant [n]. ¶ *Laqueos*, &c. הִצִּיבוּ מַשְׁחִית אֲנָשִׁים יִלְכֹּדוּ] *Statuerunt*, vel *Statuunt*, (vel, *Fodiunt*, Ti. *Locant*, Calv. *Collocaverunt*, V.) *exterminatorium*, Mo. V. (vel, *laqueum*, P. Pi. *foveas*, Ti. *foveam perditionis*, M. *perditionis instrumenta*, JT. ad verb. *perditionem*, V. ità Calv. Angl. ut ſign. Exod. 12. 13. 2 Par. 20. 23. Ezec. 21. 31 [o]. Machina quædam erat [p]. *Pedicas*, Q. in V. Angl. Ità vox huic congener [שַׁחַת] ſign. Pſalm. 16. 10. & 94. v. 13. &c. Vox hîc collectivè ponitur [q].) *homines capient*, vel *capiunt*, Mo. JT. P. vel, ut (vel, in qua, Calv. M. in quibus, Ti.) *homines capiant*, Pi. M. Calv. vel, *perdant*, Pi. Senſus, q. d. Nulla in eis fides aut integritas, nihil præter fraudes & perfidiam. Nam ſpeciem ponit pro genere [r]. מַשְׁחִית hîc videtur eſſe *fovea*, ut nomina ejuſdem originis alibi vertuntur †.

27. *Sicut*, &c. כִּכְלוּב וגו'] *Sicut cavea* (vel, *cors*, Ti. G. ſive ὀρνιθὼν, (*aviarium*,) G. ex Ch.) *plena* (ſub. *eſt*, Calv. &c.) *volatili*, vel *ave*, vel *avibus*, P. Mo. Calv. &c. *Cavea*, ut Heb. כְּלוּב *club*, ità Syriacè h. l. vocatur *clubja*, & Græcè κλωβὸς, aut κλωβὸς, in Oppian. Ixeuticis de ægitho, & Suid. in Ἀμφιππῶνας, & Nicoph. 12. 37. & Philoſtorg. 10. 11. *Ut cavea*, in quam alliciuntur aves [s]. *Sicut decipula* aucupum (i. e. cavea) *plena eſt avibus*; tum decipientibus, & ſuâ ſpecie & cantu alias allicientibus; tum deceptis [v]. ¶ *Plenæ dolo*] Id eſt, bonis dolo partis [x]; ut ſtatim ſe exponit [y]. Sic Eſa. 28. 15. Sic, *labor*, pro bonis labore partis, Jer. 3. 24 [z]. ¶ *Ideo*, &c. עַל־כֵּן וגו'] *Ideo*, vel *Propterea*, (vel, *Eâ ratione*, V. *In hunc enim modum*, M.) *magnificati ſunt* (vel, *aucti ſunt*, Calv. *magni evadunt*, ſive *evaſerunt*, V. Pi.) *& ditati ſunt*, Mo. ſic P. &c.

28. *Incraſſati*, &c. שָׁמְנוּ עָשְׁתוּ] *Impinguati ſunt*, Mo. P. ſim. M. Ti. JT. Pi. &c. *nituêre*, Mo. P. vel, *habuerunt cutem nitidam*, V. Eſt enim cutis hominis pinguis nitida [a]. *Nitidi ſunt*, JT. ſic Ti. & *niteſcunt*, M. *politi*, vel *levigati*, *ſunt*, Angl. Ut nomen hinc deductum (nam verbum alibi non occurrit) ſumitur. Vide Cant. 5. 14. Ezec. 27. 19 [b]. ¶ *Et*, &c. גַּם עָבְרוּ דִבְרֵי רָע] [Variant.] *Etiam* (vel, *Imò*, Ang. *Quamvis*, Calv.) *ſuperaverunt* (vel, *excedentes*, M. *tranſcenderunt*, Pi. *tranſcendunt*, ſive *excedunt*, Pi. Calv. Ang. *ſuperant*, G. *exceſſerint*, Calv.) *verba* (vel, *facta*, P. M. V. h. e. vias, ſtudia, & conſilia [c]; vel, *res*, Pi. G.) *mali*, Mo. P. V. ſive, *peſſimi*, (ſub. *hominis*, M. V. peſſimi cujuſque [d]: vel, *impii*, h. e. impiorum *.) [Variè explicant.] Superârunt alios (etiam Ethnicos [f]) malis facinoribus [g]. Confer Jer. 2. 33. Ezec. 5. 6, 7 [h]. Ut vinum dicitur *tranſire virum*, Jer. 23. 9. i. e. vincere & inebriare; ità hi, *tranſire verba mali*, h. e. ſuperare, rerum potiri, &c [i]. Al. Idem dicit quod ſeq. *proſperaverunt* [k]. Expertes ſunt omnis mali & calamitatis, ut Pſal. 73. 5. &c [l]. *Verba*, vel *negotia*, *mali* nihil aliud ſunt quàm *mala ipſa*; ut, *verba jejuniorum*, &c. pro *ipſis jejuniis*, &c. Vide Pſalm. 65. 4. Jerem. 7. 4, 8, 22 [m]. Al. Cùm malum aliquod aut denunciatur, aut illis obtingit, prætereunt, atque nihilominus malum agunt [n]. [Alii aliter reddunt.] *Malefacta prætereunt*, BA. 1, 2. 46. 525. *Sunt etiam qui tranſgrediuntur malis rebus*, Ti. *Prætereunt*, i. e. tractare renuunt, *negotia*, ſive cauſas, *mali*, i. e. afflicti hominis [o]. Ità vox *mali* ſæpe ſumitur. Vide Gen. 41. 4. Levit. 27. 10, 33. Prov. 15. 15. Hic ſenſus ſequentibus congrueret, hîc autem coactus videtur [p]. *Tranſgrediuntur verba legis*, *malum faciunt*, Ch. in Angl. *Prætereunt ſermones meos peſſimè*, Vulg. id eſt, Violaverunt mandata mea ſceleribus ſuis [q]. Sed utraque hæc verſio textui addit [r]. [Ca. hæc verba cum præced. ſic reddit, *Ac quantò magìs pingueſcunt niteſcúntque, tantò magìs in improbitate progrediuntur.*] ¶ *Cauſam*, &c. דִּין לֹא דָנוּ דִּין יָתוֹם וְיַצְלִיחוּ] *Cauſam* (vel, *Judicium*, Mo. P. *Jus*, Ti.) *non* (vel, *nullam*, M.) *judicant*, vel *judicârunt*, JT. Pi. &c. (vel, *dicunt*, Ti.) *cauſam* (vel, *judicium*, inquam, P. etiam *cauſam*, M.) *pupilli*, JT. Pi. &c. (Aut jus illis non reddunt, aut pravè judicant. Eas autem perſonas maximè nominat Deus quæ, per ſe impotentes, publici auxilii maximè egent †; & quarum etiam crudeles ſæpe miſerentur. q. d. Nulla eſt illis cura æquitatis, ſed impunè licet graſſari per latrocinia & rapinas [t].) *&* (vel, *tamen*, JT. Ang. *& tamen*, P. Ti. Pi.) *proſperantur*, M. JT. Pi. ſim. P. Mo. Ti. feliciter degunt [v]: vel, *ut proſperentur*, Angl. *&*, pro *ut*, ſicut Eſa. 10. 19. & 11. 3. & 13. 2. &c. h. e. Non exercent jus, ut ſic Divinâ benedictione proſperentur [x].

30. *Stupor*, &c. שַׁמָּה וְשַׁעֲרוּרָה נִהְיְתָה בָּאָרֶץ] *Stupor* (vel, *Stupendum*, P. *Stupenda*, Ca. G. *Res ſtupenda*, JT. Calv. *Admiratio*, Ch. V. vel, *Extaſis*, V.) *& fœditas* (vel, *turpe*, P. *horror*, M. *horrenda*, Ca. G. JT. Pi. *res pudenda*, res quæ tranſcendit omnes humanos ſenſus. שַׁעַר (unde nomen deducitur) propriè eſt, *cogitare*, vel *reputare*: ſed videtur Deus per antiphraſin h. l. ut alibi, notare rem prodigioſam, quæ non poſſit concipi, ſeu mente apprehendi [y].) *facta eſt* (vel, *acciderunt*, M. *fiunt*, Ca. *fit*, JT. Pi.) *in terra*, Mo. P. &c. *terrâ hâc*, JT. Pi. Al. *Confuſio & perturbatio rerum omnium eſt in terra*, Strig. Quodnam hoc portentum ſit, docet v. ſeq [z].

31. *Prophetæ prophetabant mendacium*] Vel, *falsò*, Ti. JT. Pi. vel, *in mendacio*, M. ſim. Mo. vana & falſa [a]: vel, in Baalis nomine, ut Jer. 2. 8; vel, falſa in meo nomine, ut Jer. 4. 10 [b]. Hoc certè ſtupendum, quòd in civitate, quin & ſacrario, Dei mendacia ſua ſpargerent, & nomine Dei obtegerent [c]: quòd Prophetæ & ſacerdotes, qui populo debebant eſſe duces ad omnem virtutem, facti ſint ei autores omnium ſcelerum [d]. ¶ *Et*, &c. וְהַכֹּהֲנִים יִרְדּוּ עַל־יְדֵיהֶם] *Et ſacerdotes* (vel, *principes*; ità enim vox ſumitur; qui in rapinis ſuis hoc pacto confirmati ſunt *,) *accipiunt*, vel *acceperunt*, (vel, *admittunt*, Ca.) *in manus ſuas*, P. M. K. in Di. vel, *manibus ſuis*, V. Ca. vel, *per manus illorum*, ſub. *pſeudo-prophetarum*, Q. in V. ſub. *munera*, P. V. Ca. ſic M. K. Ut ſcil. pervertant cauſas [f]; mercede docentes. Vide Mic. 3. 11 [g]. Hanc interpretationem colligunt ex Jud. 14. 9. ubi idem eſt verbum, & Sampſon dicitur *ſumpſiſſe in manus mel*—ſicut hi munera, illis melle dulciora [h]. Jonathan vertit, *juvant ſuper manus ſuas*; i. e. illis non tantùm non reſiſtunt, ſed quaſi ſuper manus ſuas capiunt & geſtant, atque ità juvant & tuentur illos. יִרְדּוּ ſumpſit *capiendi* ſignificatione: non inepta interpretatio: imò vix aliam caperent verba, ſi legeretur יִרְדּוּם, *capiunt eos*: facilè autem affixum ſubintelligitur: tum ſenſus eſt, ſummam inter falſos Prophetas & ſacerdotes eſſe conſenſum [i]. Al. *tenebant manus eorum*, Sy. Al. *applaudunt illis manibus ſuis*, Ti. *applaudebant manibus ſuis*, Vulg. i. e. probabant dicta eorum [k]. Vulgatus tranſtulit verba ο'. quæ tamen malè intellexit: ſic legitur, ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· malè Vulg. legit, αὐτῶν. [Quem tamen errorem errat Latinus Interpres ο'. & Ar. in Bib. Pol.] Senſus eſt, *plauſerunt in manibus eorum*, nempe Prophetarum: non enim legerunt יִרְדּוּ, ſed ad verb. *deſcenderunt in manus eorum*, i. e. aſſenſi ſunt falſis prophetis: aſſentiuntur enim qui aliorum manibus applaudunt, & in eas quaſi deſcendunt. Ut autem nunc habet lectio, יִרְדּוּ, eſt à רָדָה [l], quod modò, *dominari*, modò, *capere*, ſign [m]. [De poſteriore ſignificatu dictum eſt: jam de priore dicendum. Alii ergò ſic reddunt,] *dominantur*, vel *dominabantur*, Calv. G. ſim. Mo. JT. Pi. Di. in populum ſcilicet [n]. [Ultima verò variè reddunt:] *per illos*, ſcil. falſos prophetas, quorum operâ utebantur †: vel, *horum operâ*, JT. *per* (vel, *ſuper*, Mo.) *manum*, ſive *manus*, *eorum*, Pi. Calv. Mo. &c. i. e. miniſterio pſeudoprophetarum, quos ſacerdotes ad conciliandam ſibi authoritatem ſubmittebant [o], & ſine quibus ſacerdotes nullam retinere poterant famam in populo: ità mutua erat inter eos colluſio, & utrique populum deprædabantur [p]. Id autem Hebræi potiùs dicerent בִּידֵיהֶם, hoc enim eſt, *per manus eorum*, & miniſterium plerumque denotat. Quare mallem cum K. reddere, *ſecundùm voluntatem eorum*, adeò ut non tam miniſterium, quàm authoritas, eorum hîc indicetur, quâ fulti ſacerdotes pro arbitrio ſint dominati. Majoris enim authoritatis erant Prophetæ quàm ſacerdotes; quia illorum extraordinarium horum ordinarium; erat munus. At עַל יְדֵיהֶם propriè eſt, *ſecundùm manus eorum*, vel, *juxta eos*, vel, ut RS. vertit, *poſt eos*, i. e. eorum ductum & authoritatem ſequentes. עַל יַד paſſim pro *juxta*, Exod. c. 2. v. 5. Numer. 13. 29. ut & apud Syros עַל יַד יַמָּא eſt, *juxta mare*. Hinc quando de perſonis dicitur, uſurpatur ſæpe de eo juxta quem quis ità eſt, ut ma-

n Di. o Ang. p V. q Ang. r Calv. † G. s BA. 2. 1. 13. 90. v T. ex Mc. x Pi. ſim. M. Calv. Ang. &c. y Calv. z Ang. a V. ſim. Calv. Ang. b Ang. c Calv. d V. * Calv. f Q. in Ang. g Pi. Ang. ex He. h Ang. i Glaſ. rhet. 1. 9. 204. k G. l Jun. Ang. m Ang. n He. in Ang. o Q. in Ang. p Ang. q Me. T. r Ang. † G.

t Calv. v V. x Ang. y Calv. z Calv. ſim. T. a V. b Ang. c Calv. d T. ex Hi. & Theod. &c. * He. in Ang. f V. g Ca. h He. in Ang. i Di. k Mar. ſim. Mc. T. l Di. m Di. ſic Mar. n G. † Idem. o Jun. p Calv.

ut manum ejus, i. e. ductum, regimen & nutum, sequitur; ut 1 Par. 25. 2, 3, 6. ubi filii Asaphi, Jeduthun & Heman dicuntur constituti ut essent עַל יְדֵי *sub ductu* patris quisque sui. Dicitur & de eo juxta quem quis ordine saltem est, ut præeuntem ordine sequatur. Sic 2 Par. 17. ubi Principes Josaphati ordine recensentur, primus *Adna*, v. 14. deinde עַל יָדוֹ *post eum Joannes*, v. 15. וְעַל יָדוֹ *& post eum Amasia*, v. 16. Eadem phrasis 2 Par. 31. 15. Neh. 3. 2, 4, 5, &c. Ità & hîc capio [q]. Al. *in suo munere*, Strig. [Certè יָד non semel valet *locum*, sive *stationem*. Expendat lector.] ¶ *Et populus meus dilexit talia*, [אָהֲבוּ כֵן] *Dilexerunt* (vel, *voluit*, M. Calv. G. Belg. vult & appetit [r]; *amat*, vel *amant*, JT. Pi. Ca.) *sic*, vel *ità*, Mo. P. JT. Glas. &c. h. e. ità tractari †: vel, *id fieri*, Ca. vel, rem *ità* se habere, Ang. sim. Belg. *Sic*, i. e. tam tristia facta & rerum statum. Τὸ כֵן *sic*, ut notat Flacius, quandoque nominis vim obtinet: ut, *Sic non fit*, sive *fiet*, i. e. Talia non solent aut debent fieri, Gen. 34. 7. 2 Sam. 13. 12. & Job. 9. 35. *Non sum sic apud me*, id est, Non sum talis qualem vos putatis: & אַחֲרֵי־כֵן, *post sic*, sæpe valet, *post hæc facta*, aut *negotia*, 2 Sam. 2. 1. &c [s]. [Alii locum sic reddunt,] *Populo autem meo placent ista*, Ti. sim. ο'. Ar. i. e. Delectantur in eo, quòd decipiantur [v]. Solet vulgus à se rejicere omnem culpam, obtendunt se indoctos esse, facilè falli, &c. At mundus nunquam fallitur nisi spontè, quia claudit oculos ad apertam lucem, vide Joh. 3. 20. ideóque justam dat pœnam sui contemptûs, quia non satis attentus erat ad cultum Dei. Deus ergò probationem veræ pietatis sumit, quum impostores mittit, Deut. 13. 3 [x]. *Et populus his rebus delectatur*, Strig. ¶ *Quid*, &c? וּמַה־תַּעֲשׂוּ לְאַחֲרִיתָהּ] *Et quid* (vel, *Quid autem*, P. JT. Pi. sim. Ti. *Quid ergò*, Calv. sic M.) *facietis* (vel, *facturi essetis*, JT. nisi reprimeremini suppliciis, quæ denunciantur cap. seq [y].) *in novissimo* (vel, *fine*, V. Calv.) *ejus?* Mo. P. V. Calv. i. e. Vel, 1. stuporis & fœditatis [z]; vel, 2. populi mei, quando per Chaldæos occidetur & captivabitur [a]: vel, 3. terræ [b]: vel, 4. Jerosolymæ [c], quæ fundata erat manu Dei, cúmque habebat præsidem ac custodem; ideo eam æternam fore putabant: at, inquit, instat ruina ejus. Quid ergò facturi estis quum urbs ipsa peribit, nisi quòd vobis unà percundum erit, &c? Alii ה relativum omittunt. [Ità Chald. qui habet לְסוֹפָא, quod V. rectè reddit, *in fine*; at Lat. Interpres in Bib. Pol. perperàm, *in novissimo ejus*.] Alii referunt ad pseudo-prophetas & sacerdotes [d]. [Alii vertunt,] *denique?* Ca. *posthac?* M. G. *tandem?* Ti. JT. Pi. Quò non evadet ista improbitas, nisi ego eam pœnis repressero *? Ut ratio reddatur illius quod dixerat v. 29 [f]. Al. Quis erit finis, quæ merces, tantum scelerum [g]? Quum omnes ordines adeò corrupti sunt, quisnam erit horum eventus? quid exspectari potest nisi extremum exitium [h]? *Quid tandem de vobis fiet?* Strig.

[q] Di. [r] Calv. † G. [s] Glas. gram. 3. 5. 29. [v] V. [x] Calv. [y] Jun. [z] V. [a] Me. [b] Belg. [c] Calv. Belg. [d] Calv. * G. [f] Q. in Ang. [g] T. [h] Ang.

CAP. VI.

1. Confortamini; ità ο'. sic Ar. הָעִזוּ] *Fortes estote*, Ti. Loquitur acsi hostes jam adessent, & Dux cives hortaretur ad fortiter pugnandum [a]. Quoniam minæ eos non pungebant, pœnas quasi ante oculos subjicit [b]. *Eluctamini*, Ca. *Satagite*, M. Heb. *Fortes sitis*, nempe *ad fugam* [c]. Quod quomodo convenit cum versione [d]? [Bene: *Satagite*, i. e. Statim & sedulò vos comparate, ad fugam scil. ut fit ὀξύμωρον.] *Congregamini*, vel *Congregate vos*, JT. Calv. Strig. V. vel, 1. ut prodeatis in occursum hostibus; ironia *: vel, 2. ut fugiatis [f]. *Confirmate* vos, ad fugiendum. Ellipsis qualis suprà 4. 6 *. [ubi plura vide.] *Subducite* vos, Angl. ut Jer. 4. 6 [g]. *Demigrate*, Ch. in V. *Excedite*. Est χλευασμὸς, [*irrisio* [h].] *Fugite*, Mo. P. Ironia; q. d. Si sit vobis locus quò fugiatis, illuc fugite [i]. Prædicit obsidionem Jerusalem [k]. ¶ *Filii Benjamin*] Alloquitur Benjaminitas qui Hierosolymis habitabant, ut agros suos & villas suas irent defensum contra hostem adventantem. Significare enim vult omnia ista fore vana atque inutilia [l]. q. d. Consurgite jam, adventantibus Chaldæis, ad opem ferendam Judæis [m]. Sed cur *Benjamin* potiùs alloquitur quàm *Judam*? Resp. Quia ipse erat ex Anathoth [n]: adeóque hi populares sui & contribules erant, quos liberiùs compellaret; & ab iis ergò incipit, ut tolerabilius hoc foret Judæis [o]. Hi erant incorporati Judæ [p], & horum multi habitabant in Jeros. Jos. 18. 28 [q]. Al. *Benjamitas* pro Judæis omnibus hîc sumit: quâ appellatione ad scelus Gibeoniticum alludi videtur, de quo Jud. 19. &c. Hos. 9. 9. & 10. 9. Sic, *Ephraim*, pro decem tribubus, Esa. 7. 2, 5, &c. *Joseph*, pro toto Israele, Ps. 80. 2. & 81. 6. & pro decem tribubus, Amos. 5. 15. & 6. 6 [r]. ¶ *In*, &c. מִקֶּרֶב וגו׳] *E medio Jerosol*. JT. Pi. &c. ¶ *Et*, &c. וּבִתְקוֹעַ תִּקְעוּ] *Et in Thecoa clangite*, P. M. &c. Allusio dictionum. Clangite, ut admoneantur de adventu hostium, & se in locum tutum recipiant †. *Thecoa* erat urbs Judæ [t], vide 1 Par. 2. 24. & 4. 5 [v]. 2 Par. 11. 6. Amos. 1. 1 [x]. quæ duodecim millibus distabat ab Hieros [y]. versùs Aquilonem; quâ viâ hostis adventurus erat [z]. ¶ *Et*, &c. וְעַל בֵּית הַכֶּרֶם] *Et super domum vineæ*. Intellige turrim quæ in medio vinearum, ad custodiam earum, erigebatur, ubi & signum aliquod dabatur, &c *. *Et in specula vineæ*, Strig. *Super domum vallis vinearum*, Ch. in Angl. *Et super* (vel, *apud*, Ca. *in*, Calv. Boot. 101. *versùs*, JT. Pi.) *Beth-hacherem*, Mo. sic P. Ti. Ca. JT. &c. Est vicus alter [a], sive urbs in tribu Judæ [b], vel in Benjamine [c], de qua Nehem. 3. 14 [d]. inter Jerus. & Thecua *, in monte, eam regionem spectans per quam Chaldæi venturi erant: quod hîc velut in re præsente describitur [f]. Locus indubiè dictus à multis vineis ibi consitis [g]. Duos hos vicos nominat, utpote in eodem tractu sitos, ac proinde periculo proximos: in iis omnes reliquos in iisdem partibus sitos relinquens intelligendos [h]. ¶ *Levate*, &c. שְׂאוּ מַשְׂאֵת] *Levate*, vel *extollite*, *vexillum*, P. Vulg. Quod nimis restrictum est [i]. Vel, *signum*, M. Ti. Ca. Calv. ο'. Ch. Boot. &c. vel, *incendium*, JT. Pi. Buxt. in Boot. V. vel, *ignem*, V. *facem*, V. G. nempe ex qua intelligebatur adventus hostis. [Græci vocant] φρυκτωρίαν [k]. q. d. Accendite pyram & rogum, ut fugæ signum detis vinitoribus, pastoribus & agricolis, ut se recipiant in tutum aliquem locum [l]. Nomen מַשְׂאֵת, propriè *elevatio*, deducitur à נָשָׂא, quod & hîc ponitur [m]. Vox מַשְׂאֵת sub se comprehendit omnia signa militaria (non quidem absolutè & in se, ut נֵס, sed) illa quæ in speculari significatione adhibentur, & in altum tolli solent. Inter hæc signa frequentissimum erat ignis, de quo vide Veget. 3. 5. Frontin. 2. 5. Diod. 19. &c. qui duplex erat, 1. φίλιος, *socius*, quo auxiliorum ac socialium copiarum adventus significabatur; de quo vide Scholiasten ad illa verba, φρυκτοὶ ἦρον το πολέμιοι, *tollebantur ignes hostiles*, Thucyd. l. 2. versùs finem, Dion. l. 42. & 46: 2. πολέμιος, *hostilis*; de quo Thucyd. ibid. & l. 3. Porrò, hæc signi levatio facta est, vel, 1. ut armatæ manus hosti opponerentur, &c. Ità Hi. & RS. simil. Calv. & Os [n]. Vel, 2. ut loca opportuna præsidiis firmarentur. Vel potiùs, 3. ut agrestes monerentur se suáque in loca tuta subducere. Porrò, hæc verba, *tollite signum*, non seriam continent adhortationem, sed mimesin, & repræsentationem quid facturi essent [o]. ¶ *Quia malum visum est*; ità Mo. P. Ch. נִשְׁקְפָה] *Prospexit*, &c. Ti. *prospectat*, i. e. imminet [p]; *prospectatur*, JT. *ingruit*, Ca. Accuratiùs istis Gal. vetus, & utraque Ital. ac Ang. *apparuit*; meliúsque adhuc Genev. *se monstravit*; optimè verò Stephanus, *exhibuit se videndum*. Et sic verbum accipiendum est Psal. 85. 12. Cant. 6. 10 [q]. ¶ *Ab Aquilone*] A Chaldæis. Ut fidem vaticinio faciat, hostes quoque digito monstrat [r].

2. *Speciosæ*, &c. הַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה דָּמִיתִי וגו׳] *Venustæ*, vel *Speciosæ*, vel *Decoræ*, (vel, *Voluptuosæ*, Sy. *Quietæ*, Calv. Jugiter *habitanti in tabernaculo*, P. Alicui *quæ non vagatur extra domum*, Gal. quæ domi manet, non ex diligentia œconomica, sed ex mollitie, ut Deuter. 28. 56. à verbo significante *habitare*, vel *domi manere*, Hab. 2. 5 †. Equidem *pulchræ*, Pi.) *& delicatæ* (sub. *mulieri*, M. P. Ang. sim. Calv. Pi. vel, sub. *terræ*, vel, *agro pascuo*, Q. in Angl. vide Ezec. 34. 14. Hos. 9. 13 [t].) *assimilavi* (vel, *assimilo*, Ca.) *filiam Sion*, Mo. P. M. sim. JT. Pi. vel, *similem feci*, sive *faciam*, Calv. Ti. Dupliciter hæc accipi possunt, ut sint verba Prophetæ in persona,

[a] Me. [b] Calv. [c] M. [d] Bo t. 1. 10. 85. * Calv. [f] V. sic Ang. * Pi. [g] Ang. [h] G. [i] He. in V. [k] V. [l] G. [m] T. [n] Me. Calv. [o] Calv. [p] T. sim. Ang. [q] Ang. [r] Glas. rhet. 1. 17. 463. † V. [t] Pi. ex Jun. Ang. [v] Jun. [x] Ang. [y] G. ex Hi. [z] Arg. * M. [a] G. sic Me. [b] T. Mar. &c. [c] Pi. [d] Jun. * Jun. Pi. Ang. [f] Mar. [g] G. [h] Calv. sim. Mar. &c. [i] Boot. anim. 1. 11. 13. 100. [k] Calv. [l] Boot. 93. [m] G. [n] V. [o] Calv. [n] Boot. ib. 94, 95, 96, &c. [o] Boot. 99. [p] Pi. [q] Boot. 2. 11. 10. 2, 3. [r] Calv. † Ang. [t] Ang.

vel, 1. Dei; quòd scil. reddiderit illam tranquillam ad tempus, ità ut in deliciis ageret: vel, 2. suâ; q. d. Videor in statu Jerosolymæ cernere imaginem puellæ teneræ & mollis. Sed non multum interest: indubiè exprobrat Judæis torporem, quòd tranquillitate abusi sunt[v]. Al. Illa instar teneræ puellulæ percellitur, & corruit quasi exanimis[x], nec se defendere poterit: facilè capietur[y]. Al. Similis erit [filia Sion] optimæ terræ pascuæ, quò pastores cum magnis gregibus convenire solent[z]. *Pascuis amœnissimis similem judico*, &c. Strig. Al. Hoc verbum [דָּמָה] sign. etiam *exscindere*: sic ergò locus verti possit sine ellipsi, *Pulchram & delicatam filiam Sionis perdidi*, vel *perdam*[a]. Verùm attributa non solent in Heb. subjectum antecedere[b].

3. *Ad eam venient pastores*] Ità Mo. P. &c. Rex & Principes Babyl[c]. Est autem hîc in voce pastorum χλευασμὸς, (*irrisio*, sive *sarcasmus*,) qualis in voce *custodum* suprà 4. 16[d]. Quoniam locus unde oriundus erat Propheta erat pecuarius, ideo ex prima sua educatione multas retinuit loquendi formas: neque enim Deus exuit omni sensu servos suos, &c[*]. ¶ *Et greges*, &c.] Id est, exercitus[f]. Prosequitur suam metaphoram[g]. Sensus, Ut pastores lætum pascuum depascunt; sic hostes Sionis, &c[h]. ¶ *Pascet*, &c. רָעוּ אִישׁ אֶת יָדוֹ] *Pascent*, vel *Depascent*, *quisque* (vel, *vir*, Calv.) *spatium*, vel *locum*, *suum*, V. JT. Pi. Mar. Angl. Ità יָד sæpe sumitur[i]; ut Deut. 23. 12. Esa. 56. 5. & 57. 8[k]. Vel, *partem suam*, V. vel, *in loco suo*, P. Ang. Strig. M. i. e. In locis sibi assignatis spoliabunt, &c †. Vel, *ad locum suum*. Significat totam ditionem ità expositam hostibus, ut deligant sibi libere quisque certam plagam. Ubi est aliquis metus, tunc pastores contrahunt greges suos, ut alii aliis sint auxilio: sed ubi omnia illis licent, sese dispergunt huc atque illuc[l]. Vel, *suâ regione*, Ca. vel, *manum suam*, Mo. Mar. G. i. e. greges sibi creditos; suas nimirum legiones, alas, turmas, cohortes[m]. Vel, *quod manui suæ commissum est*, Ti. *eos qui sub manu sua sunt*, Vulg. i. e. qui imperio suo subjecti sunt[n]. Vel, *ad manum suam*, Ar. vel, *ad latus suum*, Angl. i. e. quod illi proximum est, ut Job. 1. 14[z]. Vel, *manu suâ*, ο'. Angl. id est, vi & potentiâ, ut Esa. 28. 2 †. Vel, *latus quod occupavit*, Sy. [Ch. locum sic reddit, *Et adjuvabunt unusquisque proximum suum*.] Sensus loci, Rex unus aut Princeps destruet urbem unam aut plures, & sic alius, donec finierint subigere regionem illam: & tunc congregabuntur universi ad oppugnationem Jerusalem[a].

4. *Sanctificate*, קַדְּשׁוּ וגו׳] *Sacrate*, vel *Sanctificate*, (vel, *Suscipite*, Strig.) *Instituite*, M. *Comparate*, JT. *Præparate*, P. G. Ang. Sy. Ch. *Indicite*, Ca. Dicéntque, *Suscipite*, Pi.) *contra eam* (vel, *ei*, Ca.) *bellum*, Ti. Calv. &c. Intellige oppugnationem[b]. Sunt verba Chaldæorum se mutuò adhortantium[c]. Imò sunt verba Dei *. Prius Deus quasi fecialis bellum indixit: hîc per prosopopœiam Chaldæos inducit[d]. קָדַשׁ, propriè *sanctificare*, sæpe sign. *præparare*, à Templi ritibus deductâ translatione[f]. *Sanctificate*, &c. q. d. Indicite solenni ritu, ut mos erat omnium gentium: quem affectum indidit illis Deus, nè statim ad arma prosilirent, nisi re secum expensâ, & justè, &c[g]. Instruite aciem, ut eam invadamus[h]. ¶ *Consurgite, & ascendamus in meridie*; sim. P. &c. vel, *ipso meridie*, JT. Pi. בַצָּהֳרָיִם] *Donec sol in meridie est*, Strig. Quò hoc pertinet, obscurum est[i], [& variè explicatur. Q. sic;] q. d. Adeò superiores sumus causâ & viribus, ut non sit opus noctem captare ad insidias[k]: vel in luce meridiana illos aggrediemur. Vide 1 Reg. 20. 16. Jer. 15. 8. Zeph. 2. 4. Argumentum fortitudinis[l]. Al. q. d. Quando res nostræ in meridiana luce sunt, & prospere se habent, ascendamus statim. Status infelix *tenebris*, felix *luce*, significatur[m]. Sed uterque hic sensus alienus videtur[n]. Al. *In meridie*, id est, etiam per æstum, &c[o]. Postquam convocati sumus, statim proficiscamur, &c. licèt meridies sit[p]. Mimesis hostium properantium ad obsidionem Jerosolymæ †. Omnem urbis invadendæ occasionem captemus, sive de die, sive de nocte, sive manè, sive meridie: vel, Etiamsi meridies sit quum huc appulimus, tamen oppugnationem statim aggrediamur[q]. Hostium alacritatem ostendit, & incredibilem celeritatem, ut nè paucis horis exspectent Chaldæi, &c. quò constet hoc non esse ordinarium, &c. Solent hostes urbem manè oppugnare, non meridie, ubi invaluit æstus, qui corpus debilitat, &c[r]. ¶ *Væ nobis*, *quia* (vel, *quòd*, Anglicè, that, Angl.) *declinavit* (vel, *reflectit*, Ti. *convertit se*, Pi. *abiit*, JT. sim. Ang. Metaphora ab aliquo qui à nobis recedens faciem vertit à nobis †: *respexit ad occasum*, M.) *dies*, *quia* (vel, *quòd*, Angl.) *longiores factæ sunt* (vel, *inclinârunt*, JT. Pi. sim. M. *extenderunt se*, Mo. P. sic Ti. Calv. i. e. majores solito factæ sunt[t]. Virgilius, vesperam describens, [ait,] *Majorésque cadunt altis de montibus umbræ*[v].) *umbræ vesperi*; sic Mo. P. &c. vel, *vespertinæ*, M. Ti. &c. כִּי פָנָה הַיּוֹם כִּי יִנָּטוּ וגו׳] *Quòd inclinante die vergunt*, &c. Ca. Sensus, Tam avidè invadent urbem hostes, ut malint noctu pergere, quàm crastinum exspectare[x]. Describit magnum desiderium pugnandi in Chaldæis[y]. Propheta loquitur ex usu militum, qui utplurimum feri sunt, nec modum in loquendo retinent: semper est in ore eorum, *Væ nobis*, vel aliquid contumeliosum adversùs Deum, aut homines[z]. Indignantur primo adventûs die non potuisse rapi urbem[a]. Sensus, q. d. Jam nox propinqua est, & cur cessamus? & cur non irruimus tanto impetu, ut momento capiamus urbem[b]?

5. *Ascendamus in nocte*] Vel, *ipsâ nocte*, JT. Pi. Depingit summum hostium ardorem, quia ferebantur arcano Dei impulsu[c]. ¶ *Dissipemus domos ejus*] Id est, turres[d]. Heb. *palatia ejus*, JT. Pi. Calv. &c. Id eos stimulabat, ut spoliis potirentur[*].

6. *Hæc dicit Dominus*] q. d. Vobis negotium est, non cum Chaldæis, sed cum Deo, quem adeò provocâstis[f]. Non impellit illos ambitio aut avaritia[g]: Deus author est; sub illius auspiciis Chaldæi militabunt[h]. Fient hæc, quia Deus hæc fieri voluit[i]. ¶ *Cædite lignum*] Sic Mo. P. &c. vel, *ligna*, JT. *arbores*, ad statuminandum aggeres[k]; vel, ad arietes, ballistas, aliáque oppugnandi instrumenta[l]. ¶ *Et fundite* (vel, *effundite*, Mo. P. *diffundite*, JT. *exstruite*, Ca. admovete[m],) —*aggerem*] Ità M. Ti. &c. vel, *aggeres*, Pi. vel, *missilia catapultaria*, JT. sim. Angl. Metonymia. Vide 2 Sam. 20. 15. 2 Reg. 19. 32[n]. & Esa. 37. 33. Sic Ezec. 26. 8[o]. ¶ *Hæc*, &c. הִיא הָעִיר הָפְקַד] *Hæc* (vel, *Hæc* enim, Ti. *Hæc ipsa*, JT. Nam *ipsa*, Pi. sub. *est*, P. Pi. Ti.) *civitas visitata est*, Mo. vel, *visitanda est*, JT. *punienda est*, Ca. quæ *visitata est*, P. quæ *visitari debet*, Pi. de qua *ultio capienda est*, Ti. sic G. vel, *cujus* iniquitas *visitabitur*, V. sim. Ch. vel, *visitationis*, Calv. Vulg. q. d. Longâ patientiâ usus sum; expertus sum omnibus modis, an spes aliqua resipiscentiæ esset: jam maturum est vindictæ tempus, nec clades uno die suspendi potest, &c[p]. Advenit enim tempus *ut hæc civitas visitetur*, M. ¶ *Omnis*, &c. כֻּלָּהּ עֹשֶׁק וגו׳] *Tota ipsa* (vel, cùm *tota ipsa*, M. *Omnis* enim, Ti. *Quanta quanta est*, JT. *Tota ejus*, V. *In ea tota*, Q. in V. *Quod ad cunctam ipsam attinet*, Pi.) *oppressor* (vel, *oppressio*, JT. Pi. Calv. *violentia*, Ti. *calumnia*, M. *rapina*, Calv.) est *in medio ejus*, P. JT. Pi. vel, est *in ea*, Ti. conspicitur *in ea*, G. *ab intrà* plena sit, M. Nihil ibi sincerum; tota, non pars duntaxat, est culpæ obnoxia[q]. q. d. Visitabitur, quia opprimuntur in ea pauperes omni genere oppressionum[r].

7. *Sicut*, &c. כְּהָקִיר בַּיִר וגו׳] *Sicut fundit* (vel, *scaturire facit*, P. V. Calv. sub. *sine intermissione*, V. *scaturit*, G. Ca. *evomit*, M. Ti. *manat*, JT. *congerit*, Sy. *profert*, Ar. *frigidam facit*, ο'. Vulg. Verbum à קָרַר (*frigescere*) deducunt: sed præstat altera versio †.) *puteus aquas suas*, Pi. P. M. Ti. &c. *ità fundit* (vel, *scaturire facit*, P. Calv. &c.) *illa malitiam suam*, Pi. &c. h. e. nova semper succrescit[t]. Nullæ sunt à maleficiis induciæ, semper excogitant novas artes nocendi, accumulant mala malis, turgent & quasi crepant malitiâ, quia non possunt eam reprimere[v]. ¶ *Audietur* (vel, *auditur*, Pi. &c.) *in ea*] q. d. Communis ille clamor est[x]. *Ab omnibus exaudiuntur*, Strig. ¶ *Coram*, &c. עַל פָּנַי תָּמִיד חֳלִי וּמַכָּה] *Coram me*, sive *facie mea*, (q. d. Nihil proficiunt tergiversando & excusando se apud homines; cùm enim ad tribunal Dei ventum fuerit, hoc totum erit inutile[y].) *jugiter* est *morbus* (vel, *ægritudo*, Mo. M. Ti. JT. Pi. vel, *infirmitas*, P. G. *cruciatus*, Ca. *dolor*, Calv.) *& plaga*, Q. in V. vel, *percussio*, Mo. JT. Pi. Calv. *cædes*, Ti. *verberatio*, Ca. Exponunt de malis, vel, 1. ab illis admissis[z]. q. d. Me vidente occidunt pauperes injuriâ

v Chald. x T. sim. Mc. y Mc. z G. a Q. in Ang. b Arg. c M. sim. V. ex He. Pi. L. Mc. T. d G. * Calv. f M. V. Pi. g Calv. h Ca. i Mar. Ang. k Ang. † Idem. l Calv. m G. n T. ex Hi. & Theod. z Ang. † Idem. a V. ex He. b G. c G. sim. Calv. v. * Ang. d Calv. f G. g Calv. h G. i San. k Hi. & Hug. & Dion. in San. l Q. in Ang. m San. n Ang. o T. p Q. in Ang. † Strig. q Mc.

r Calv. sim. Ang. † Arg. t V. v G. x Ca. y V. z Calv. a G. b Calv. c Calv. d G. * Ang. f Calv. g Ang. h Calv. i G. k Pi. sim. Calv. l G. m G. n Ma. et Jun. o Ang. p Calv. q Calv. r V. † G. t G. v Calv. x Ang. y Calv. z Q. in Ang.

injuriâ affectos à potentioribus [a]. Crudelis sui invicem oppressio & clamor indè ortus mihi semper obversantur [b]. [Strig. locum sic reddit, *Denique in conspectu meo semper injustæ cædes & vulnera versantur.*] Vel, 2. iis illatis [c]. q. d. Jugiter meditor inducere adversus illam malum & plagam [d]. Hæc à me ipsis reddentur pro iniquitate & direptione *.

8. *Erudire, Jerusalem*; ità P. Ch. JT. Pi. הִוָּסְרִי] *Erudi teipsam*, Mo. *Castigare* adhuc, M. *Patere ut erudiaris*, Ti. *Emendare*, Ca. *Cape disciplinam*, i.e. Resipisce [f]. Deus quasi resistit in medio iræ cursu, & paterno affectu se cohibet: q. d. Hei mihi! an mihi necesse erit vindictam sumere, &c? Libenter parcerem, si fieri posset: annon poterimus adhuc redire in gratiam? Possumus, si velis, si pervicaciam deponas, &c. Ostendit quorsum spectarent præcedentes minæ, nempe ut resipiscerent, &c [g]. Sensus, Si adhuc resipiscas, potero ab ira revocari, & imminentia avertere mala [h]. *Doloribus & plagis erudire*, Sy. vel, *erudieris*, ο'. vel, *si erudiaris*, Ar. ¶ *Ne*, &c. פֶּן־תֵּקַע וגו'] *Nè fortè* (vel, *Ut non*, JT. Pi. *Nè*, Calv. &c.) *recedat*, vel *discedat*, (vel, *avellatur*, V. Calv. Mo. *separetur*, V. *avertatur*, Pi. Strig. *luxetur*, JT. Pi. Glas. Angl. i. e. tanquam luxatum aut elisum membrum discedat abs te, & tu abscindaris ab illa tanquam abalienatum membrum. Metaphora optimè explicans communionem Dei cum fidelibus [i], & quàm ægre fert Deus abjectionem populi sui [k]. Confer Ezec. 23. 17, 18 [l].) *anima mea* (i. e. favor meus [m]) *à te*, M. P. Ti. ο'. &c. i. e. Nè cogar desinere te amare †. *Nè te nauseet*, &c. Sy. *Non recedet à te*, &c. Ar. *Nè fortè abjiciat te verbum meum*, Ch. *Nè prorsus discedat*, &c. Ostendit adhuc se sponsi affectum retinere, & placabilem esse, si redeant [n].

9. *Usque*, &c. עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ וגו'] *Racemando racemabunt* (vel, *racement*, V. Al. *Prorsus*, sive *Accuratè*, *racemabunt*, JT. Pi. i. e. captivos abducent [o],) *velut vitem*, sive *vineam*, (vel, racemos *vitis*, Pi.) *reliquias Israel* Calv. P. &c. sim. Mo. i. e. Nihil in terra relinquent [p]. Loquitur h. l. vel, 1. de decem tribubus, quas Judæis in exemplum proponit: q. d. Videtis vindictam Dei in illis: Ipsi expilati & jugulati sunt, & regio vastata; necdum finis vindictæ, manet racematio; etiam reliquias eorum in latebris & in exsilio Deus adhuc ulciscetur. Quid ergò vobis [Judæis] fiet? quid exspectatis, miseri? cur cessatis? cur non studetis vos reconciliare Deo [q]? Vel, 2. de Judæis [r]: qui cur *Israelitæ* dicti, vide ad Jerem. 3. 15, 20 †. Sensus, q. d. Non solùm nobiles captivi abducentur, sed & pauperrimi, relicti à Nabuzar. &c [t]. Primam abductionem vocat vindemiam; secundam verò, racemationem [v]. ¶ *Converte* (vel, *Reduc*, M. Pi. Dicentes, *Refer*, JT. sic G.) *manum tuam quasi vindemiator ad cartallum*, עַל סַלְסִלּוֹת] *Ad*, vel *in*, *canistra*, Mo. P. Ti. vel, *qualos*, Pi. Ca. *sportas*, M. *cum qualis*, JT. Crebros capiendo, ut solent legali [x]. Rursus conjice racemos in qualos [y]. *Gerens cartallum*, G. Sunt verba vel, 1. Dei, sive ad Jeremiam, ut racemos singulos vitis in visione ipsi ostensa decerperet, &c [z]; sive, quod malim, ad Chaldæos, ut spolient, &c [a]: vel, 2. Chaldæorum [b], se mutuò adhortantium [c]. Ecce, vindemiatores alii aliis addent stimulos, ut nullus sit finis racemandi, & semper redeant ad canistra sua, donec excusserint quicquid erit [d]. *Redire fac manum*, i. e. crebrò percute, subindè cape novos quos abducas in Babylonem *: iterum spolia populum [f]. Bis terve venient Chaldæi, ut videant si quid vel exiguum restet quod auferri posset. Vide infrà cap. 52 [g]. Comparat eos qui captivos abducebant *vindemiatoribus*, carcerem autem captivorum *canistris* vindemiatoriis [h].

10. *Cui*, &c? עַל מִי אֲדַבְּרָה וְאָעִידָה וגו'] *Quos alloquar, &* (vel, *& quem*, P. V.) *contestabor*, (vel, *obtestabor*, i. e. quasi adhibitis testibus denunciabo [i]. Significat eos non modò contemnere simplicem doctrinam, sed & obtestationes, &c [k]. Vel, *monebo*, P. M. sic Ca.) *ut audiant?* JT. Pi. i. e. acquiescant consiliis meis [l]. Interrogatio dubitantis & conquerentis [m]; q. d. Nemo est apud quem sermone meo proficiam [n]. Functus sum officio meo, sed verba & operam perdo. Dixerat Deum adhuc placabilem esse, si resipiscant: nunc, quasi ad seipsum reverters, & tantam obstinationem videns, exclamat quasi attonitus, *Quem alloquar* [o]? ¶ *Incircumcisæ aures*, &c.] Id est, obturatæ [p], sordibus [q]; obstructæ, & veluti obductæ cute, aut adipe, &c [r]. Nam *præputium* Hebræis accipitur pro re quavis putanda resecandâque, ut Levit. 19. 23 †. Circumcisio erat testimonium obsequii: ideo indociles vocantur *incircumcisi*. Circumcisio erat Judæis materia fiduciæ, symbolum & pignus adoptionis, &c. hinc toties Judæis exprobrant Prophetæ præputium cordis & aurium, ceu prophanationem illius signi, &c [t]. Chald. habet, *Infatuatæ sunt*, &c. Dicit eos esse surdos, qui nolunt audire [v]. ¶ *Et*, &c. וְלֹא יוּכְלוּ לְהַקְשִׁיב] *Et non poterunt* (vel, *adeò ut non possint*, JT. Pi. sic Ti. &c.) *attendere*, Mo. P. JT. &c. vel, *advertere*, M. Ti. Qu. An hoc debet vocari in crimen, quòd non possint, &c? Resp. Non extenuat Propheta eorum culpam, nec intelligit eos non posse, quia non præditi sunt facultate; sed quia seipsos adeò demerserint in profundum malitiæ, & se addixerint Diabolo, qui tenet illos sibi devinctos, & impellit furiosè prout placuerit. Ità ipse Aristoteles fatetur eos qui habitum contraxerunt & obduruerunt in suis vitiis non posse bene agere, & nullam libertatem habere [x]. Al. *& nolunt audire*, Strig. sic V. ¶ *Verbum Domini factum est eis in opprobrium*] Id est, probro ducunt, nec sustinent audire [y]. Al. Ipsi vertunt in probrum [z], nempe iis qui illud docent [a]. Ostendit culpam in Judæis residere, & impotentiam illam ortam ex intemperantia, quòd apud se statuerint pro nihilo ducere & Deum, & ejus Prophetas [b]. ¶ *Et non*, &c. לֹא יַחְפְּצוּ בוֹ] *Non amaverunt illud*, P. sic V. ex Ch. *Non delectantur eo*, Pi. Non tenentur ejus desiderio [c].

11. *Idcirco*, &c. וְאֶת חֲמַת וגו'] *Et* (vel, *Atqui*, sive *Ego autem*, Calv. vel, *Itaque*, Ti. Ang. sim. Ca. Calv. V. *Quamobrem*, JT. Pi.) *irâ*, vel *furore*, *Domini plenus sum*, Mo. P. &c. i. e. Irâ & zelo æstuo [d], cernens populi malitiam *; & vindictam cœlitus posco [f]. Sancto zelo excandescere se dicit, vel, quoniam sustinet causam Dei; vel, quòd exhorreat judicium Dei, &c. Sed præstat hoc referre ad doctrinam, q. d. Si vehementiùs vobiscum agam, nè imputetis iræ mei, sed Spiritui Dei, qui me rapit & impellit, &c [g]. *Et prophetiâ de ira à conspectu Jehovæ plenus sum*, Ch. in V. sim. Pi. Sentio intra meipsum quàm graviter Deus his succenseat [h]. ¶ *Laboravi*, &c. נִלְאֵיתִי הָכִיל] *Laboravi continere*, Mo. *Defessus sum*, JT. Pi. sim. P. M. Ti. &c. *continendo*, JT. Pi. Ca. Calv. scil. prophetiam illam, &c [i]: vel, *continendo me*, P. *ut me continere non valeam*, M. Sensum illum non diutiùs intra me continere possum [k]. q. d. Non impellor indignatione propriâ, vel alio carnis motu; sed turgeo irâ Dei, ut quasi rumpar, nisi erumpam in hanc vehementiam, & in capita vestra projiciam, &c [l]. ¶ *Effunde*, &c. שְׁפֹךְ וגו'] *Effundere* (vel, *Effundam*, Ti. *Quin effundam*, M. *Effunde*, Vulg. Me. T. vel, tu, ô Deus [m], vel, tu, ô Jeremia [n]. *Effundendo* effundam, Angl. Ellipticа loquutio: q. d. Certè & statim effundam [o]. *Ad effundendum*, P. Calv. sub. *illam*, P. Pi. Ellipsis pronominis, ut antè †. Al. Sub. *Irâ*, *inquam*, *Jehovæ plenus sum*, *ut effundam*, V. scil. prophetando [p]. *Effundere* volo, Pi. *Effusurus sum*, JT.) *super parvulum*, vel *parvulos*, (quos à reatu non esse immunes significat; quod signum est desperationis ultimæ [q]: eos ergò trucidabit hostis [r].) *in platea*, vel *foris*, Mo. P. M. &c. quò excurrere solent pueri †, & ibi ludere, Jer. 9. 21. Zach. 8. 5 [t]. q. d. Quò minùs hunc sensum meum effundam, gravissima mala omni ætati, sexui atque ordini denunciando [v]. ¶ *Et*, &c. וְעַל סוֹד וגו'] *Et super secretum* (vel, *cœtum*, M. Ti. JT. Pi. sim. P. *choros*, G. *consilium*, Calv.) *juvenum* (propriè, *electorum*, q. d. qui sunt in flore ætatis [x].) *pariter*, Mo. &c. De adolescentibus loquitur, vel, 1. qui se & consilia conjungunt; q. d. Nihil illis hoc proderit [y]: vel, 2. qui coëunt ut hilaria agant, ut Jer. 31. 13: vel, 3. qui convenire solebant in domibus meretricum, Jer. 5. 7 [z]. Pueri carent omni consilio, juvenes eo valent: ego autem utrosque judicio involvam [a]. ¶ *Senex cum pleno dierum*] Ità Mo. Calv. P. Ang. sic M. &c. i. e. saturo dierum [b]: i. e. qui maturus est; ut ab anno 50. ad 80. *Senex* hîc est, qui morti propinquus [c]. Al. *cum decrepito*, Ti. JT. sic Pi. M. V. Vide Esa. 65. 20 [d]. *Cum eo qui explevit naturam satietate vivendi*, Strig. *Senem* hîc vocat sene-

Marginalia (left column): [a] V. [b] Ang. [c] Al. in Ang. [d] V. ex Ch. * G. [f] V. [g] Calv. [h] M. [i] Jun. Glas. [k] Ang. [l] Jun. Glas. [m] V. † V. [n] Calv. [o] Pi. [p] G. [q] Calv. [r] Ang. Jun. &c. † Ang. [t] V. sim. Jun. Pi. Ang. [v] Jun. [x] Ca. [y] Pi. [z] Q. in Ang. [a] Ang. [b] He. in Ang. [c] V. He. in Ang. [d] Calv. * V. [f] Calv. [g] G. [h] V. [i] V. [k] Calv. [l] V. [m] Pi. [n] Pi. sim. Calv.

Marginalia (right column): [o] Calv. [p] G. V. ex He. [q] G. [r] Ma. ex Jun. sim. Ang. † Ma. ex Jun. [t] Calv. [v] V. [x] Calv. [y] Ang. [z] Pi. [a] Q. in Ang. [b] Calv. [c] V. [d] Me. sic T. [e] Me. [f] T. [g] Calv. [h] G. [i] Pi. [k] G. [l] Calv. [m] Me. [n] T. [o] Arg. † Idem. [p] Pi. [q] Calv. [r] M. † G. Arg. [t] Ang. [v] G. [x] Calv. [y] V. [z] Ang. [a] Calv. [b] Pi. [c] Calv. [d] Ang.

senescentem *. Significat neminem fore immunem à vindictâ, quia grassata est impietas inter omnes ordines & ætates [f].

12. *Et*, &c. ונו׳ וְנָסַבּוּ] *Et vertentur* (*transferentur*, M. Ca. Ch. V. *transibunt*, ο'. *trudentur*, Sy. *volventur*, vel *devolventur*, Calv. JT. Pi. Ar. V. quasi per circuitum [g],) *domus eorum ad alteros*, Mo. P. vel, *alienos*, M. &c. q. d. Spoliabuntur terrâ suâ, quam certam & tranquillam sedem fore putabant [h].

13. *A minore*, &c. ונו׳ מִקְּטַנָּם] *A minimo eorum usque ad maximum*, JT. Pi. Non ætatem respicit, [sed statum;] ut docet sequens membrum: q. d. Et pauperes & proceres [i]. ¶ *Avaritiæ student*, בּוֹצֵעַ בָּצַע] *Concupiscit concupiscentiam*. Intelligit omnes fraudes, & turpem quæstum, omnésque partes avaritiæ [k]. *Deditus est quæstui*, JT. Pi. sim. V. *sunt captores pecuniæ*, Ch. in V. ¶ *Faciunt dolum*] Id est, impostores sunt; vel, fraudulenter & perfidè agunt [l]: apostatæ, vel degeneres, sunt [m].

14. *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Etiam*, Ang. *Et ipsi* quidem, M. Ti.) *curabant* (vel, *curant*, JT. Pi. *medentur*, Ti. V.) *contritionem* (i. e. vulnus [n]: vel, *plagam*, Calv. vel, *fracturæ*, vel *confusioni*, V. vel, *cladi*, Ca.) *filiæ populi mei cum*, &c. עַל נְקַלָּה] [Variè reddunt.] *Spernentes*, ο'. *illusione*, Sy. *cum despectu*, Ar. *cum ignominia*, Vulg. i. e. ignominiosè & probrosè [o]: nempe ad opprobrium, vel, 1. Prophetarum Dei, quos hoc modo in contemptum adducebant, ut 1 Reg. 22. 24. Jer. 28. 2, 4, 10, 11 [p]; vel, 2. populi ipsius, utpote spe frustrati & confusi [q]. Certè verbum h. l. *contemptum* sign. ut 1 Sam. 2. 30 [r]. Al. *supervacuè*, M. *leviter*, Ca. *super levitate*, hoc est, super, vel de, nihilo; q. d. Nihil est solidum in hac sanatione †. *Super levi*, Mo. G. i. e. quasi res esset levissima [s]. Sermone *levi*, P. i. e. vano, verbis inanibus, vanis, seu leviculis: aut, *levitate quadam*, sive *leviter*, quasi jocus esset aut ludus aliquis; nihil seriò agentes in re tam seria [v]. *Rebus leviculis*, Ti. *perfunctoriè*, Ang. *secundùm* curationem mali *leviculi*, JT. Heb. *secundùm leviculum*, Jun. Supplent [verbale] *curationem* ex verbo *sanandi*, *malum* ex voce *contritionis* [x]. q. d. Ut curantur afflatu, vel palpatione, leviculi puerorum casus: cùm tamen gravissima sint & mortifera hæc mala, &c [y]. & accuratam reprehensionem postulent [z]. *Ac si esset levicula*, Pi. Per concessionem dicit, *Sanant*, concedens ipsis verbum, & quasi ex eorum ore loquens; sed de re differens, ipsos sit non medicos esse, sed carnifices: q. d. Vos scilicet estis boni medici, qui lenimenta tantùm adhibetis, ubi cauteriis & sectionibus opus est: blanditias populo affertis, quas omnes in morbis, tum corporalibus, tum spiritualibus, cupiunt, &c [a]. ¶ *Dicentes, Pax, pax*, &c.] Id est, Jam jam sanescent [b]. Vide 2 Reg. 4. 23, 26. & 9. 17, 18 [c]. ¶ *Et non erat pax*] Non sanescebat [d]. Prophetæ vobis pollicentur pacem, at pace non fruemini *.

15. *Confusi*, &c. הוֹבִישׁוּ] *Pudore* (vel, Nam *pudore*, P.) *affecti sunt*, Mo. P. sim. Ti. vel, *afficientur*, Ca. *Ideo pudefient*, Strig. *Numquid erubuerunt?* M. sim. Calv. Ang. Interrogatio emphaticè negat. Jam convertit se ad populum; q. d. Ecce, satis convicti estis scelerum, nec tamen pudet vos [f]. Al. *Feceruntne* (scil. prophetæ & sacerdotes [g]) *ut erubescerent?* JT. Pi. scil. populares convicti de suis sceleribus †. q. d. An unquam prophetæ isti populo exprobrârunt maleficia, &c [h]? ¶ *Quin*, &c. ונו׳ גַּם בּוֹשׁ] *Utique confusione non sunt confusi*, V. Imò *nec illi ullo modo erubuerunt*, Pi. sim. JT. Calv. Potest hoc referri ad castigationes quibus non fuerunt subacti; q. d. Datâ operâ impudentiam proditis, quia non humiliamini sub Dei manu [i]. *Quin potiùs—non sunt confusi*. Est ἐπανόρθωσις. Quid dico eos pudefactos? imò pudoris nihil illis restat [k]. ¶ *Et erubescere nescierunt*; sic Mo. P. &c. ונו׳ גַּם הַכְלִים] *Etiam ignominiâ afficere non sciverunt* isti, Pi. similiter JT. ¶ *Cadent inter*, &c. בַנֹּפְלִים] *Cum* (vel, *cum illis*, JT. Pi.) *cadentibus*, M. *inter cadentes*, Ca. sic Mo. vel, *occumbentes*, Ti. *corruentes*, P. gladio Chaldæorum [l]. q. d. Nunc cessabo à verbis, exsequar vindictam, &c [m].

16. *Hæc dicit*, &c.] Hæc dicere solebat [n]. Tam clementer & familiariter cum hominibus egit, ut illis optionem daret [o]. ¶ *State super vias*] Facite ut viatores solent ubi dubitant quà eundum sit [p]. Vide Ezec. 21. 19, 21 [q]. Animadvertite & rectam viam & perversam, & judicate quæ magis sit eligenda [r]. Deum hîc inducit, non præcisè jubentem, sed clementer proponentem quid utile sit, & permittentem populo delectum. Ità coarguitur populi impietas & fœda ingratitudo †. Considerate vias, id est, vivendi rationes [t]. ¶ *Et*, &c. ונו׳ וְשַׁאֲלוּ לִנְתִבוֹת] *Et interrogate* (sub. *alios sapientiores*, V. vel, *inquirite*, Calv.) *semitas*, vel, *de* (vel, *in*, Mo.) *semitis*, *seculi*, Pi. Calv. &c. vel, *quæ à seculo sunt*, Ch. vel, *mundi*, Sy. vel, *Domini*, *quæ à seculo*, ο'. vel, *sempiternis*, Ar. vel, *antiquis*, P. Ca. Pi. Calv. &c. Per quas iverunt Abraham, Isaac, Jaacob [v]; quomodo illi vixerint [x]: quæ præmia virtute sua, quas pœnas sceleribus suis, consecuti sunt [y]. Non tantùm ex privata, sed etiam ex publica, majorum administratione & vitæ genere discite quod vitæ genus sit optimum [z]. Al. De præcedentibus ætatibus, & quomodo in iis vivebatur. Confer Deut. 32. 7 [a]. Al. De actionibus quas Deus olim populo suo præscripsit [b]. ¶ *Quæ sit via bona*] Vel, *melior*, V. T. Hebræi carent comparativo & superlativo [c]. Scelerúmne, an virtutum †. ¶ *Et ambulate in ea*] Quæ magis probata est [d]. ¶ *Et*, &c. ונו׳ וּמִצְאוּ מַרְגּוֹעַ] *Et* (vel, *Ità*, JT. *Tum*, Pi. *Ut*, M. Ti.) *invenietis* (vel, *inveniatis*, M. Ti.) *requiem*, &c. Mo. P. Ca. Ch. Sy. &c. i. e. Non suspensi eritis, ut illi 1 Reg. 18. 21. sed mente fixâ, &c *. Al. Fruemini rebus prosperis & tranquillo statu [f]. Habebitis solatium in ærumnis [g]; immunitatem à præsenti inquietudine, metu, &c [h]. Significat eos spontè fuisse miseros [i]. Græci ἁγνισμὸν, (*purificationem*,) i. e. criminum veniam [k]. Commendat cœlestem doctrinam, quòd ad pacandas conscientias valeat, ut nulla sit perplexitas vel hæsitatio, sed pax & tranquillitas, juxta Rom. 5. 1 *. ¶ *Non ambulabimus*] q. d. Non errore, sed deliberatâ malitiâ & contumaciter, oblatam gratiam respuistis [l].

17. *Speculatores*] Id est, Prophetas [n], ut Esa. 52. 8. Ezec. c. 3. v. 17. & 33. 2, 6, 7 [o]. vel, *Doctores*, Ch. in V. ¶ *Audite*, &c. ונו׳ הַקְשִׁיבוּ] *Attendite* (vel, Itaque *attendite*, Pi. *Attendite* saltem, Ti. *Ut adverteretis*, M. Dicendo, *Attendite*, JT. Ang. Ellipsis qualis Job. 8. 18. Psal. 105. 15. Act. 7. 32 [p].) *voci*, vel *vocem*, vel *ad sonum*, *tubæ*, P. M. Ca. &c. Hunc tubæ clangorem debebant præcipuè attendere, tum quia validior est quàm vox hominis, tum quia signum est periculi imminentis [q]. *Ad sonum*, &c. i. e. ad denunciationem imminentium calamitatum [r]. *Vocem tubæ*, i. e. Prophetæ exaltantis suam quasi tubæ vocem †.

18. *Audite, gentes*] Nè miremini me tam severè cum illis agere [r]. Apostrophe ad Gentes, ut Judæos pudeat suæ socordiæ & surditatis, &c [v]. ¶ *Et cognosce, congregatio*, ונו׳ עֵדָה אֶת־אֲשֶׁר־בָּם] *O cœtus*, JT. Pi. sim. P. M. Mo. (vel, 1. Israelitarum [x]: vel potiùs, 2. exterarum gentium [y]; cujuslibet populi [z]. *Et tu*, ô *concio*, Ti.) *quæ* (vel, *qualia*, sub. *scelera*, M. & sub. *sunt*, P. V. sic JT. vel, id *quod* est, Pi.) *in eis*, Mo. P. V. Relativum pro antecedente; i. e. peccata quæ sunt in hominibus tuis *. Malitiam eorum; quanta scelera regnant in eis [b]; ut justitiam vindictæ meæ intelligatis [c]. Sed malo referre ad pœnas [d]. *Quid in eis*, T. Q. in M. sub. *consiliis Dei*, M. & sub. *constituerim*, Ti. vel, sub. *futurum sit*, Calv. [Ca. sic vertit, *quæ in eis et multitudo*. Sy. sic, *cœtus qui in eis est*.]

19. *Audi, terra*] Id est, incola terræ *; genus humanum [f]; omnes incolæ terræ [g]. ¶ *Fructum cogitationum ejus*] Sentient paria iis quæ in alios fecêre: Psal. 28. 4. Prov. 1. 31 [h]. Supplicia consiliis & studiis eorum digna [i]: vel, quæ consiliis vestris procurâstis [k]. Voce *cogitationum* significat eos non peccâsse levitate & inscitiâ, sed coxisse malitiam suam intus, & in ea obduruisse [l]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עַל דְּבָרַי לֹא הִקְשִׁיבוּ וְתוֹרָתִי וַיִּמְאֲסוּ בָהּ] *Quia verbis meis*, vel, *ad verba mea*, (vel, *super verbis meis*, Mo. עַל *super*, pro, *ad*, ut v. 10 [m].) *non attenderunt*, vel *attendunt*, P. M. JT. Pi. &c. *& legem meam reprobaverunt*, P. M. simil. Ca. vel, *pro nihilo duxerunt*, Calv. ad verb. *& reprobaverunt in ea*, Mo. Sed ו hîc tantummodo futurum convertit in præteritum, & relativum redundat. Verto, *& à lege mea abhorruerunt* [n]. Vel, *& ipsam quoque legem spreverunt*, JT. vel, *nec legem meam, quin eam reprobaverunt*, Ti. Ang. vel,

vel, *&* quod ad legem meam attinet, *spernunt eam*, Pi.

20. *Ut quid*, &c? לָמָּה זֶּה לִי לְבוֹנָה מִשְּׁבָא] *Ut quid*, vel *Ad quid*, vel *Quorsum*, *mihi*, M. JT. Pi. (id est, quatenus meâ interest º: vel, *coram me*, Ch. vel, *hoc mihi*, Ti. Calv. *jam mihi*, Mo. P. *mihi tandem*, Ca.) *thus de Seba veniet?* Mo. M. &c. Ibi esse thuris natales constat, non modò ex Esa. 60.6. sed etiam ex Theoph. Hist. plant. 9.4. Agatharc. cap. 50. Strab. lib. 16. p. 778. Plin. 6. 28. & 12. 17. Virgil. Georg. 1.——*molles sua thura Sabæi*; & Georg. 2.——*solis est thurea virga Sabæis*; & Æneid. 4.——*centúmque Sabæo Thure calent aræ* [p]. [Sy. locum sic reddit, *Quanti est apud me thus quod affertis*, &c?] ¶ *Et calamum*, &c.] Vide ad Esa. 43. 24. Ezec. 27. 19 [q]. & ad Exod. 30. 23 [r]. ¶ *De terra longinqua*] Obj. At calamus hic aromaticus nascebatur prope Judæam, testibus Theoph. Hist. plant. 9. 7. Plin. 12. 22. Et Vegetius meminit *calami Syriaci*. Quem tamen sic appellatum vult Salmasius, quòd advehere-tur in Syriam. Et Prophetarum ævo in Syria non natum fuisse constat ex Esa. 43. 24. *Non emisti*, &c. ubi insinuat fuisse aroma magni pretii. Nec tamen cum Salmasio in sola India nasci concesserim, quum Mosis ævo Judæis jam notus fuerit, Exod. 30. 23. sed & in Arabiæ parte aromatifera, quam Dionysius Periegetes, v. 937. odorem exhalare scribit, Ἢ θύει, ἢ σμύρνης, ἢ εὐόδμου καλάμοιο, *aut thuris*, *aut myrrhæ*, *aut odorati calami*. Ac proinde calamum hunc *Arabicum* vocat Plutarch. necnon Plin. & Theoph. sibi non constantes. Et inter Sabæos crevisse calamum docent Agatharc. & Diod. lib. 3. p. 125. & Strab. l. 16. Idémque ex hoc textu constat, ubi *terra longinqua* idem est quod *Saba* in priore membro. Quo eodem exemplo Sabæi vocantur *gens longinqua* Joel. 3. 8. Confer Matt. 12. 42. ubi Sabæorum Regina venisse dicitur *è terræ finibus*, quia Sabæi extimas ad meridianum oceanum terras occupant; & Ezec. 27. 19. ubi calamus advectus dicitur ex *Uzal*, qui locus fuit circa Sabæos. Vide nostrum Phaleg 2. 21 †. ¶ *Non sunt accepta*; ità JT. Pi. &c. לֹא לְרָצוֹן] *Non* (sub. *sunt*, P. &c.) *ad beneplacitum*, sive *benevolentiam*, sive *voluntatem*; Mo. P. Calv. V. Pi. i. e. apta ad eam conciliandam [t]. ¶ *Non*, &c. לֹא עָרְבוּ לִי] *Non sunt dulcia*, sive *suavia*, (vel, *grata*, M.) *mibi*, P. Ti. JT. Pi. Non fuerunt mihi odorata, non placuerunt [v]. Sensus, Ut quid, puerili more ludentes, placare me studetis thure, &c? Rejicit hîc Deus omnes suffitus, & sacrificia ab obedientia separata [x]. Perpetuus hic erat Judæorum morbus, ut Deum externâ specie & ceremoniis suis contentum putarent; & hoc ad satisfactionem omnium scelerum valere vellent. At, inquit, ego ista nè assis quidem æstimo: sacrificia nunquam per se expetivi, sed in alium finem; nimirum tum ut ad Christum manuducerent, tum ut admonitiones essent ad pœnitentiam. Cùm autem in sacrificiis expiationem quæritis, & pœnarum vestrarum compensationem, spoliatis Christum suo honore, & in ejus locum substituitis victimam, & prætextu ceremoniarum magìs obdurescitis. Apage ergò has nugas & ludibria [y].

21. *Dabo*, &c. נֹתֵן וגו׳ מִכְשֹׁלִים] *Do*, vel *pono*, (vel, *dabo*, Ti. *opponam*, Ca. *dispositurus sum*, JT.) *huic populo offendicula*, M. Calv. JT. Pi. ut scil. in ea impingant [a]: vel, *impedimenta*, Ca. murices, vel tribulos [a]: vel, *ruinas*, Mo. P. Vulg. i. e. clades & calamitates [b], quibus vos irretiam, nec, quod speratis, elabi poteritis [c]. Creabo vobis perniciem inevitabilem [d]. ¶ *Patres & filii simul*, &c.] Sensus, Quamvis omnes conspiraverint, simul punientur. Nam ubi filii sequuntur parentum exempla, putant se esse innoxios: deinde, ubi consortes habent, securiores sunt in sua licentia *.

22. *A finibus* (vel, *lateribus*, M. P. Mo. Ti. JT. &c. vel, *angulis*, i. e. uno ex angulis [f],) *terræ*] Ità Ch. sic ο'. Sy. Ar. h. e. Ab ultimis regionibus [g], dominii Babylonici, Jer. 1. 15. Confer Jer. 50. 41 [h]. A locis remotissimis: quod tamen non erit obstaculum Chaldæis, &c [i].

23. *Et scutum*] Ità P. M. Ch. Non placet, quia [offensionis, non] defensionis hîc mentio fit [k]. ¶ וְכִידוֹן] *Et lanceam*, vel *hastam*, Ti. Calv. sic Sy. Ca. Ar. q. d. Vibrabunt ictus è longinquo, vel eminus [l]. *Et hastam vexillarem*, JT. Pi. Græci, ζιβύνην. Id in Glossis est *venabulum*; in Polybio & Diodoro est hastile. כִּידוֹן alibi vertitur γαῖσον, (*gæsum*, quod Gallici teli genus est [m];) alibi, ἐγχειρίδιον, (*sica* [n].) [De hac voce plura vide in Collectaneis nostris ad Jos. 8. 18.] ¶ *Præparati*, &c. עָרוּךְ—עָלַיִךְ] *Parati* (vel, *Instructi*, Ca. Erunt *dispositi*, sive *ordinati*, Calv. sim. V. Quisque *instructus erit*, M. *Instructa*, Mo. Gens *instructa*, JT. Pi.) *tanquam vir ad prælium adversùm te*, P. Calv. &c. h. e. Senties tibi negotium esse cum viris militaribus º. Al. Tam facilè totus exercitus movebitur quàm vir unus [p]. Tota gens instar unius hominis, ut Jud. 20. 8 *.

24. *Audivimus—dissolutæ sunt*] Sim. Mo. P. &c. *Quum audiverimus—remittentur*, &c. Pi. sim. JT.

25. *Nolite exire in agros*] Nihil proderit exire de urbe: mors ubique [q]. Manete in locis munitis [r]. Rem quasi ante oculos proponit, ut terrorem illis incutiat †. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי חֶרֶב לְאֹיֵב מָגוֹר מִסָּבִיב] *Quoniam gladius inimici*, Mo. P. M. Pi. Ang. &c. (sub. *ibi est*, Pi. vel, *inimico* est, V. JT.) *pavor*, sive *formido*, (vel, & *pavor*, Ang. Calv. sub. *est*, P.) *undique*, M. Calv. sim. Mo. P. JT. Pi. vel, *accolit in circuitu*, ο'. *circumstat nobis*, Ar. *occidit eos qui congregantur undique*, Ch. Al. *Quia hostilis tum gladius*, *tum pavor undique*, Ti. *Nam hostilis gladii terror circumsidet*, Ca. *Propter gladium inimicorum*, *qui te circumcingit*, Sy. *Quia* propter (ellipsis particulæ, ut Psal. 17. 13, 14. & 44. 3 [t].) *gladium hostis* est *pavor undique*, Angl. vel, *omnia plena sunt pavoris*, Strig. Sensus, Omnes agri pleni sunt hostibus, qui omnibus pavorem incutiunt [v].

26. *Luctum*, &c. אֵבֶל יָחִיד וגו׳] *Luctum unici*, Mo. P. vel, *unigeniti*, M. JT. Pi. vel, *unicè amati* filii, Ca. vel, tanquam pro *unico* filio, Ang. Ellipsis substantivi, ut Prov. 4. 3 [x]. *Qualis peremptum quæ flet unicum mater*. Sic & Amos. 8. 10. Zach. 12. 10 [y].

27. *Probatorem*, &c. בָּחוֹן נְתַתִּיךָ בְעַמִּי מִבְצָר וגו׳] *Propugnaculum*, vel *Turrim*, vel *Castellum*, (vel, *Arcem*, G. ex Sym. & Th. *Arcem munitissimam*, V. i. e. fortem instar arcis [z]: *Arcem speculatoriam*, Calv. *Speculatorem*, Sy. In *exploratoria specula*, JT. unde conspicere possis quicquid longè latéque agitur [a]. Vel, *Electum*, Ch. *Exercitorem*, Ti. Me. *Probatorem*, ο'. Vulg. *Conflatorem*, Me. T. *Examinatorem metalli*, propter sequens בְּחַנְתָּ [b]. Vel, *Ad examinandum*, ut verbum fit, sicut Zach. 13. 9 [c]. quanquam plerique aliter sentiunt [d].) *dedi*, vel *posui*, vel *statui*, *te* (ô Jeremia *. Propheta hactenus concionatus est in sua persona; nunc Deus loquitur [f].) *populo*, vel *in populo*, *meo*, *munitionem*, Mo. Calv. (vel, *turrim munitam*, Pi. vel, *in munitione*, JT. M. vel, & *munitionem*, P. Ang. ac *locum munitum*, Ti. aut *munitissimum locum*, G. *in civitate fortissima*, Ch. [Ità reddit Latinus Interpres in Bib. Pol. vocem Chaldaicam בְּכַרַךְ, quam V. aliter vertit, *tanquam munitionem fortem*, quasi legisset כְּכַרַךְ.] Al. *in populo meo prædùro*, Sy. *inter populos probatos*, Ar. sic ο'.) *ut cognoscas*, *&* *probes*, sive *explores*, (id est, increpes *,) *vias*, sive *viam*, *ipsorum*, Calv. JT. Pi. &c. i. e. actiones vel mores ipsorum [g]: ut discernas inter bonos & pravos, &c [h]. q. d. Et cùm cognoveris viam illorum, redargue eos libere [i], & pro imperio [k], quia tibi non poterunt nocere [l]. Perge constanter: ego te protegam. Nec difficile tibi erit, velut in sublimi constituto, explorare quid agant singuli [m]. Duo significat requiri in servis Dei: 1. prudentiam, ut acutè perspiciant quod opus est; 2. infractam animi magnitudinem, ut constanter parati sint ad exsequendum munus suum, nec minis vel calumniis populi moveantur [n].

28. *Omnes*, &c. כֻּלָּם סָרֵי סוֹרְרִים] *Omnes* (vel, *Omnes ipsi*, Mo. P. M. &c. sub. *sunt*, JT. Pi. M. &c.) *perversi perversorum*, Calv. vel, *contumacium contumacissimi*, JT. *apostatæ apostatarum*, Calv. Hebræi superlativum sic exprimunt; ut, *cœli cœlorum*, *sancta sanctorum*, &c º. *servus servorum*, Gen. 9. 25. *pravitas pravitatum*, Hos. 10. 15 [p]. Vel, *supra modum contumaces*, Pi. *apostatæ contumacium*, Mo. *contumaces apostatæ*, M. *apostatæ*, *apostatæ*, inquam, Ti. *inobedientes*, ο'. *degeneres deflectunt*, Ca. *principes* (legunt שָׂרֵי [q],) *declinantium*, P. sim. Q. in Calv. quia populus nihilo melior erat gubernatoribus [r]. Sed hoc est coactum †. *Principes eorum sunt rebelles*, Sy. Ch. ¶ *Ambulantes* (vel, *Ambulant*, Ch. Sy. Pi.) *fraudulenter*; ità P. M. sic Ti. &c. רָכִיל] *Delatoriè*, Mo. *in dolo*, Ch. sic Sy. cum *detractione*, JT. Pi. sim l. V. Calv. Heb. *detractionis*,

[Marginal notes, left column: º Ang. — p BP. 2. 18. 118. — q Ang. — r Me. — † BA. 2. 5. 6. 687. — t Pi. — v V. — x T. sim. Calv. — y Calv. — a V. — a G. — b Me. sim. — c Calv. Ang. — c Calv. — d V. — * Calv. — f V. — g V. sim. — h Ang. — i Calv. — k Calv. — l Calv.]

[Marginal notes, right column: m FA. 1. 2. 8. 137. — n G. — º Calv. — p G. — * Ang. — q G. — r Ang. — † Calv. — t Ang. — v V. — x Ang. — y G. — z V. — a Calv. — b Q. in M. — c Q. in Ang. — d Ang. — * T. sim. V. Pi. Calv. — f Calv. — * V. — g Me. T. — h Ang. — i V. — k C lv. — l V. — m G. — n Calv. — º Calv. — p Ang. — q Calv. — r Q. in Calv. — † Calv.]

ctionis, Pi. in calumniis, Ca. Calv. Eadem locutio Levit. 19. 16. quanquam hîc designat potiùs audaciam populi, quòd sibi licentiam peccandi concesserit, &c †. *Perversè*, o'. *obliquè*, Ar. ¶ *Æs* (vel, *Chalybs*, P. Ut *æs*, Ti. Sy.) *& ferrum*] Ità Mo.Calv.&c. *Ænei* (vel, *Chalybei*, JT.) *& ferrei*, Ca.JT.V. Nihil de argento habent; nedum de auro. Notum quid Hesiodus & Ovidius de Ætatibus dixerint; & de variis animorum temperaturis, ad metalla relatis, Plato [t]. Frontis sunt chalybeæ & ferreæ, i. e. impudentissimi. Sicut chalybs miscetur ferro, quando alterum sine altero non scinderet: sic ipsi sunt misti alter cum altero, ut malefaciant [v]. Multi exponunt æs mixtum ferro, quòd scilicet simul permixti essent tam nobiles quàm vulgus ipsum, & communis esset inter ipsos conspiratio. Hic sensus non admodum displicet, sed subtilior est. Malo referre ad duritiem & inflexibilitatem [x]. Duri sunt & contumaces [y]. Duriores sunt *ære & ferro*, M. Quemadmodum miscetur *chalybs cum ferro*, Ch. ¶ *Universi corrupti sunt*, מַשְׁחִיתִם] *Exterminatores* sunt, V. *corruptores*, P.Calv. Pi. &c. morum scilicet [z]. Vitiorum magistri [a]. Alii aliis duces sunt pravitatis [b].

29. *Defecit*, &c. נָחַר מַפֻּחַ מֵאֵשָׁתַם עֹפָרֶת] *Combustum*, vel *Combustus*, *est* (vel, *Defecit*, o'. Vulg. *Exaruit*, Calv. *Consumptus est*, Ar. sic Sy. Calv.) *sufflatorium*, vel *follis*, (nimiâ scilicet sufflatione [c]: vel, *vas fusorium*, Ti.) *ab igne*, P. Calv. sic Mo. M. Ti. Ca. *consumptum est* (vel, *defecit*, o'.) *plumbum*, Mo. P. Ar. Ca. Meminit *plumbi*, quòd plumbum admisceatur conflationi argenti [d], aliorúmque metallorum adulteratorum *, ut per conflatorium, vi ignis, separetur scoria [f], ut docent Matthiolus & alii [g]; ut meliùs fluat argentum [h], & minori cum detrimento repurgetur [i]. Plumbo tunc utebantur ad metallorum purgationes, nondum cognitâ vi argenti vivi [k]. Agricola l. 8. Fossilium, p. 334. *Argentum*, inquit, *igni liquescit, & potest fundi, cùm plumbum nigrum cum eo permistum in magno catino coquitur. Plumbum partim mutatur in molybdænam, partim in lithargyrum. Similiter æs & reliqua metalla si injecta fuerint, ipsum argentum remanet purum* [l]. Al. *& integrum est plumbum*, M. sic Ti. Calv. Strig. h. e. Nihil repertum fuit in illo populo præter scoriam & sordes. *Plumbi* nomine scoriam intelligo [m]. [Alii locum sic distinguunt;] *Exustus est* (vel, *Exarescit*, JT.) *follis*, Pi.Ang. *ab igne consumptum est plumbum*, Pi. Ang. Belg. sim. JT. נִחַר passivum est in duplicatorum ordine *. ¶ *Frustrà*, &c. לַשָּׁוְא צָרַף צָרוֹף] *Frustrà* (vel, *Adeóque frustrà*, Sy. Ut *frustrà*, M.) *conflavit* (vel, *conflat*, Ti.Ca.&c. *conflaverit*, M.) *conflator*, P. Ca. &c. vel, *excoctor*, Ti. Calv. Al. *conflavit conflando*, Mo. sim. Angl. sub. *conflator*, qui verbo suo includitur. Confer Gen. 50. 26 [n]. Vel, *pergit conflare* conflator, JT. *conflavit studiosissimè* conflator, Pi. ut aliquid argenti eliceret [o]. In hac similitudine, *Conflator* est, vel, 1. Deus [p]; qui conflare dicitur homines, vel excoquere, cùm eos castigat [q]: vel, 2. Propheta [r]. *Argentum* repurgandum est Juda †. *Follis*, vel, 1. judicia quibus populum suum castigat, sed sine profectu; ut queritur Jer. 2. 30 [t]. Vel, 2. Spiritus Dei [v]. Sed neutrum horum congruit [x]. Vel, 3. Jeremias [y], ejúsque os [z], lingua & guttur [a]; confer Psal. 22. 16. & 69. 4: vel potiùs, pulmo, folli non absimilis [b]. q. d. Exustum est mihi guttur ab illo igne, h. e. terrore Dei & minis: erat enim quasi incendium toties minitari, &c [c]. Clamando & concionando fatigatus, & raucus factus, sum [d]. *Plumbum* significat omnia adminicula repurgationis *; assiduitatem in increpando, sive instantiam, & pondus minarum [f]. Ut igitur conflator aliquando operam perdit, dum studet ut conflando repurget argentum: sic Deus, cùm voluit repurgare scoriam Juda, operam & oleum perdidit [g]. Assimilat impios conflationi argenti, in qua follis comburitur, sed opera perditur, & scoria non expurgatur; cùm nihil in illis boni sit à quo malum separetur [h]. *Et liquefactio frustrà suscepta est*, Strig. ¶ *Malitiæ*, &c. וְרָעִים לֹא נִתָּקוּ] *Et* (vel, *Cùm*, M. Ca. V. *Nam*, JT.Pi. Ang. Sy. sim. Calv. copulativa pro causali [i]:) *mali* (vel, *malitiæ*, Vulg. G. sic o'. *mala*, JT. Pi. Angl. sub. *eorum*, Angl. o'. Sy.) *non sunt avulsi*, Mo. P. vel, *extracti*, M. *expurgati*, Ti. *avulsa*, Pi. *consumptæ*, Vulg. G. &c. vel,

† Calv. [t] G. [v] He. in V. [x] Calv. [y] Pi. [z] Calv. [a] Me. [b] Calv. [c] V. sim. G. [d] V. sim. T. Me. Jun. * M. [f] Me. T. [g] T. [h] Me. sim. M. [i] Me. sic V. [k] G. ex M. [l] Strig. [m] Calv. * M. [n] Ang. [o] G. [p] V. M. r. Glas. [q] Calv. [r] Mer. M. † V. [t] Calv. [v] Q. in Ang. [x] Ang. [y] V. [z] Me. M. [a] Calv. sic M. [b] Ang. [c] Calv. [d] Me. sim. M. Ang. T. * V. [f] T. [g] V. [h] M. [i] Calv.

excernantur, Ca. vel, *avelli possunt*, JT. Scoriæ non sunt separatæ; i. e. scelera Judæorum non sunt sublata [k]. Non potuit tolli excrementum, ut aliquid purum maneret [l]. Tot malis quæ Assyrii Ægyptiique intulerant nihilo meliores facti sunt. Miscentur voces comparationis & rei comparatæ, ut sæpe [m]. *Quia malum non est segregatum*, Strig. Chald. *Ecce, sicut follis sufflatorum qui combustus est in medio ignis, sic abiit vox eorum, scilicet prophetarum qui prophetabant illis, Convertimini ad Legem, & non sunt conversi: & sicut plumbum quod liquatur in medio fornacis, sic fuerunt otiosa in oculis eorum verba prophetarum qui prophetabant illis sine utilitate: docuerunt eos doctores eorum, & opera sua mala non dereliquerunt* [n].

30. *Argentum reprobum* (vel, *reprobatum*, Mo. P. M. *rejectaneum*, Angl. oppositum *transeunti*, Gen. 23. 16 [o]. *improbum*, Ca. *contemptibile*, Calv.) *vocate* (vel, *vocârunt*, M. Mo. P. V. &c. sub. *prophetæ*, V. *vocabunt*, Ti.) *eos*] Sic P. o'. Ar. vel, *eis*, Mo. vel, *vocantur illi*, JT.Pi. Heb. *vocârunt illis*. Hebraismus, & loquutio impersonalis [p]. ¶ כֶּסֶף נִמְאָס קָרְאוּ לָהֶם] *Ecce, præ argento reprobato abjectos vocate eos*, Ch. *Argentum* eos vocat κιβδηλικῶς, quòd ità essent suo judicio, & hoc titulo superbirent [q]. Pro argento se venditant; sed exploratio per ignem ostendit speciem fuisse argenti, non rem [r]. ¶ *Quia*, &c. כִּי מָאַס יְהוָה בָּהֶם] *Quia reprobat*, sive *reprobavit*, *Dominus eos*, P.M.&c. *Quippe quos improbat Jehova*, Ca. Ostendit eos nihil lucrari blanditiis suis; Deum solum esse idoneum Judicem, & ferre sententiam de hominibus †.

[k] Pi. [l] Calv. [m] G. [n] V. [o] Ang. [p] Pi. [q] Calv. sim. Jun. [r] G. † Calv.

CAP. VII.

1. **V**Erbum, &c.] Nova hîc concio, quæ continuatur usque ad cap. 10 [a].

2. *Sta* (i. e. Consiste [b]) *in porta*, &c.] Nempe orientali [c]; vel, illa per quam populus ingrediebatur ad subdiale maximum [d]. Dicit, *Sta*, non, *Sede*, quia ibi sedebant ad judicium, Jer. 26. 10. stabant autem ad prædicandum, Jer. 26. 2 *. ¶ *Qui ingredimini per portas has*] Quæ erant in lateribus [f], & sex erant; tres in muro Australi, & tres in Septentrionali [g]. Compellat hîc totam tribum; unde colligitur concionem hanc habitam die festo, quum populus conveniret, &c [h].

3. *Bonas facite* (vel, *Emendate*, sive *Corrigite*, Ti. Ca. Sy. &c.) *vias*, &c.] Ità Mo.M.P. i.e. actiones, ut mox declaratur [i]: vel, *mores*, Ca. ¶ *Et*, &c. וַאֲשַׁכְּנָה וגו'] *Et habitare faciam vos*, M. P. Mo. &c. i. e. Faciam nè migretis: ut intelligitur in sequentibus [k]. Promissio continet tacitam antithesin; q. d. Non habitabitis, &c. nisi Deum alio modo placare studeatis [l]. *Tum efficiam ut habitetis*, Ti. i. e. Porrò conservabo vos in habitatione vestra. Res in S. S. sæpe fieri dicitur, quando continuatur, vel augescit. Sic Levit. 26. 11. *Et ponam tabernaculum*, &c. i. e. positum non auferam; Num. 31. v.15. *An vivificâstis?* i.e. in vita conservâstis [m]?

4. *Nolite confidere in verbis mendacii*] Nempe prophetarum mendacium, quales sunt omnes qui ritualia pro præcipuis habent [n]. *Verba mendacii* accipit pro stulta & inani gloriatione, quâ turgebant, cùm, pietate neglectâ, vellent opponere vindictæ Dei suos externos ritus [o]. ¶ *Dicentes*, (vel, *dicentium*, G.) *Templum* (vel, *Ad templum*, Pi. *Templi*, JT.) *Domini, templum Domini, templum Domini est*, הֵמָּה] *Vos estis*, Sy. *ipsi*, Mo.Me. Nempe Judæi; quasi Templum quoddam Domini sunt, cùm sint populus Deo sepositus & sacer; itaque nihil ab hostibus timendum [p]. Hos si perderet Deus, Templum suum perderet, quod non est credibile. Sensus hic non est incommodus. Neque insusitatum S. S. ut populus Dei ejus dicatur Templum [q]. Vide 1 Cor. 3. 16, 17. Sed sensus hic ineptus est [r]. Quia circumstantiæ omnes arguunt, non tam de metaphorico, quàm de Hierosolymitano & propriè dicto, Templo hîc agi, non dubito quin הֵמָּה non ad personas, sed ad res ipsius Templi, sit referendum. Hebræi enim, quum neutro genere careant, pro eo, non fœminino tantùm, sed & sæpe

[a] Ang. [b] Pi. [c] V. sic M. [d] G. sim. Ang. * Ang. [f] V. [g] M. [h] Calv. [i] Pi. [k] G. [l] Calv. [m] Glas. gram. p. 3. 39. [n] G. [o] Calv. [p] Me. [q] Di. [r] Ang.

& sæpe masculino, utuntur †. Al. *est*, ό. Ar. Ca. Vulg. *ista* pertinent. *Ista*, scil. quòd introimus per has portas, & adoramus Jehovam, ex v. 2. debentur Templo Jehovæ ex mandato Dei, ac proinde grata ei sunt [r]. *Sunt*, M.P. Ti.G. Calv. Ità sæpe nomen sing. construitur cum nomine [vel pronomine] plurali, ob rei partes [v]. *Hæc*, vel *ista*, sunt, V. JT. Di. Ang. sub. *verba illa mendacia*, V. vel, sub. *hæc ædificia*, V. Angl. &c. *hæc*, quæ scil. videtis, quæque ego digito demonstro. Prophetam in porta Templi stantem hoc dixisse arbitror intrantibus, Nè vos decipite, dicentes, *Templum*, &c[x]. *Templum Domini* ter repetit, vel, 1. ad majorem expressionem [y]: vel, 2. ob præstantiam Templi [z]: vel, 3. ut doceat quàm frequenter Judæi hoc in ore haberent [a]. Vel, 4. Sacerdotes ter repetebant, ut ostenderent dictum suum magis firmum fuisse [b]. Sunt hæc verba Judæorum Templum digito monstrantium, &c [c]. Vel, 5. quòd hypocritæ Templum tanquam triplicem munitionem, murum vel fossam, Dei judiciis objicerent [d]. Vel, 6. quia ter quotannis ibi convenerunt. Vide Exod. 23. v. 14. 17 *. Vel, 7. ob tres Templi partes †, vestibulum, domum sanctam, & Sanctum sanctorum *. Vel, 8. quòd Judæi magno cum affectu & spiritu Templi nomen usurparent. Terna repetitio aut affectum ardentem, aut rem certam, denotare solet, ut Jerem. 22. 29. *Terra, terra, terra*; Apoc. 8. 13. *Væ, væ, væ*: sic, *Ter felix, ter maximus*, &c [f]. Sensus hic idem est quem oppugnat Stephanus Act. 7. 48, &c. & quem bene hîc explicat Chaldæus. Templum hoc Imperio Dei structum fuit per Salomonem: ibi ter anno apparetis, procumbitis, offertis victimas: quomodo fieri possit ut Deus locum hunc cultúmque non respiciat, etiamsi cætera malè habeant? Gravis error, & qui vel maximè pseudoprophetas à Prophetis distinguit [g]. *Templi* nomine comprehendebant omnem cultum Dei externum & publicum, quo putabant se à sceleribus expiari [h].

5. *Quoniam*, &c. [כִּי אִם] [Variè reddunt.] *Quoniam si*, P. Mo. *Nam si*, Pi. Ang. Alii, *Quin potius*; alii, *Quòd si*. Hoc pacto in principio v. 7. abundabit ו, nisi vertatur per *tunc* [i]. *Sed*, JT. Ità quidem כִּי אִם plerumque sign. Sed obstat quòd in membro seq. per anaphoram repetitur solum אִם [k]. *Certè si*, Calv.

6. *Advenæ*, &c. [גֵּר וגו׳ לֹא תַעֲשֹׁקוּ וגו׳ אַל] *Peregrinum—nè opprimitote*, JT. τὸ אַל usitatè valet *nè* prohibentis, hîc autem ponitur pro לֹא; ut patet ex collatione membri sequentis: quæ heterosis frequens est [l]. *Peregrinum—non oppresseritis*, Calv. Si *peregrinum—non opprimetis*, Pi. Angl. &c. ¶ *In*, &c. [לְרַע לָכֶם] *In malum vobis*, Mo. P. ό. Ch. vel, *vestrum*, M. sim. Ti. Ca. JT. &c. non meum [m]. *Hoc enim perniciosum vobis est*, Ar.

7. *Habitabo*, &c. [וְשִׁכַּנְתִּי וגו׳ לְמִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם] Et (vel, *Tunc*, V.) *faciam habitare vos——in terra quam dedi patribus vestris, à* (vel, *indè à*, Pi. Heb. *ad à*, Angl.) *seculo, & usque in seculum*, Mo. P. M. &c. Quæ ultima verba referri possunt, vel, ad verbum *dedit*, nempe à tempore Josuæ usque ad hunc diem, &c [n]. vel, ad *habitare fecit*, ut significet permansionem ipsorum in terra, &c [o].

8. *Confiditis vobis in sermonibus mendacii*, (in illis dictis pseudo-prophetarum vobis blandientium [p]: vel, *in rebus fallacibus*, Pi.) *qui non*, &c. [לְבִלְתִּי הוֹעִיל] *Quæ non prosunt*, Plerique in Di. sim. P. M. Ti. Ca. JT. Pi. id est, אֲשֶׁר לֹא וגו׳. Præfero longè Jonathanem, qui ad verbum transtulit, *ut non sit ad juvandum* [q]. *Ad non proficiendum*, sive *promovendum*, Mo. V. Di. sic Pi. i. e. ità ut nemo vestrûm proficiat [r]. Vel, quæ comparata aut apta sunt ad hoc ut non prosint †. Vel, ut non profit vobis, scil. fiducia vestra; quasi datâ operâ hoc ageretis, ut non juvemini, ut nihil vobis prosit. Vel, vertas, *nibil proficiendo*, i. e. frustrà, sine profectu [t]. *Ità ut non prosit vobis*, Ch. *Ideóque nihil proficitis*, Ar.

9. *Furari*, &c. [הֲגָנֹב וגו׳] Sensus hoc versu suspensus est. Aliquid est abruptum in verbis: colligimus tamen hanc summam, An licebit vobis [v]? [Sic vertunt,] *An furari, occidere*, &c? Calv. vel, *furando*, &c? M. Ti. V. G. JT. deficiente literâ aliquâ בכלם ante infinitivum [x]. Infinitiva pro gerundiis, quæ Hebræi non habent [y]. Vel, infin. pro fut. *An furandum*, &c? q. d. An facietis ista, & proderit Templum vobis [z]? *An furando* furabimini, &c? Angl. De modo loquendi vide ad Esa. 59. 13. Emphaticus est, quum consuetudo exprimitur *. *An quum furemini*, &c? Interrogatio indignantis & reprehendentis: q. d. Anno[n] ægre ferrem quòd ità mecum agitis [a]? Genevenses ה acceperunt pro הֲלֹא, quod non est necesse. Commodè cum Pagnino vertamus, *An furabimini*, &c? q. d. An mihi gratum vobísque utile esse putatis, quòd furantes, occidentes, &c. veniatis—in domum meam, &c? ό. Jon. & Vulg. [sim. Sy. & Ar. & Ca. & Strig.] absque interrogatione verterunt, neglecto ה, tanquam literâ superfluâ. Simplicissimum id fateor, & sensus facillimus. [*Furari, occidere*, &c. Vulg. sic Ca. *Fures estis*, &c. Sy. sim. Ch. *Cùm enim sitis fures*, &c. Strig.] Nec tamen ה inutile est: sed vel est ה verificativum, ut vult R. Levi; vel potiùs, ה ἐπιτατικὸν καὶ αὐξητικὸν, *intendens & augens*, eandem ferè vim habens in verbis & particulis, quam in nominibus He emphaticum, ubi, adjectivis junctum, superlativum efficit; ut הַטּוֹב *optimus*, הַגָּדוֹל *maximus*. Ità ה sumi videtur 1 Sam. 2. 27. ubi הֲנִגְלֹה וגו׳ est, *præclarissimâ revelatione revelavi*; & 2 Sam. c. 23. v. 19. הֲכִי נִכְבָּד, *verissimè honoratior erat*. כִּי est, *verè*: at הֲכִי, *verissimè*, vel, summo jure, ut Gen. 27. 36. Sic & 1 Reg. 16. 31. *Et fuit* הֲנָקֵל *valde vile*, &c. & Prov. 24. 28. *Ne sis testis iniquus* —וַהֲפִתִּיתָ, *nam valde falleres*. Ità & in hoc loco: ubi, primò, pro indicativis, emphaticè adhibentur infinitivi; deinde, augetur emphasis, quum dicit הֲגָנֹב, qu. d. Quàm maximè inter vos obtinet furari, occidere, &c. Addatur Jer. 31. 20. Et confirmat non parùm hanc sententiam, quòd אִם, quæ particula in interrogatione idem valet quod ה, sæpe valet, *verè*. Quid si dicamus He illud proficisci à demonstrandi particula הֵן, vel הִנֵּה, *ecce*, &, sicut in nominibus, rectè nuncupari He demonstrativum? Quin & asseverare ausim, in omnibus allatis locis per *ecce* rectè exponi: ut, *Ecce, revelando revelavi me*; *Ecce, verè honoratior*, &c. *Ecce, verè vocatur*, &c. *Ecce, vile*, &c. *Nam, ecce, falleres*, &c. *Ecce, furari, occidere*, &c. Tam commodum id sensum exhibet, ut dubitare subeat, annon in hisce locis pro separato הִנֵּה veniat ה junctum ipsi dictioni [b]. Vide hîc ut egregius Propheta, peccata reprehendens, nominet, non manducationem per ignorantiam cibi vetiti, non parsimoniam in victimis, omissas lotiunculas; sed furta, homicidia, adulteria, perjuria, deos falsos. Certè Prophetæ omnes egregii ad Evangelium duces [c]. Quatuor hîc sunt quæ secundam, duo quæ primam, Tabulam respiciunt [d]. ¶ *Deos alienos, quos ignoratis*] Vel, *non novistis*, JT. Pi. Angl. scil. antea. Confer Jud. 5. 8 *. q. d. Nulla erat ratio, nulla probatio, unde sciretis illos esse deos. At ego me vobis patefeci Lege, miraculis, beneficiis. Hoc itaque crimen exaggerat, &c [f].

10. *Et*, &c. [וּבָאתֶם וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, JT. *Nihilominus*, Pi. *Tamen*, Strig. *Interim*, G.) *venietis*, &c. Pi. &c. vel, *venistis*, Vulg. G. *venitis*, Calv. Strig. (nempe ad Sanctuarium meum [g]:) i.e. venire soletis [h]. ¶ *In qua invocatum est*, &c.] Hoc dicit respectu primæ ordinationis, ad quem Deus ipsos revocat [i]. ¶ *Et dixistis*, (vel, *dicetis*, JT. Pi.) *Liberati*, &c. [נִצַּלְנוּ לְמַעַן עֲשׂוֹת וגו׳] *Liberati sumus* (per victimas & lotiones [k]) *ad faciendum omnes abominationes istas*, Mo. sic Calv. vel, *ut faciatis* postea, &c. P. sic Ch. V. cogitantes facere, &c [l]. vel, *etiamsi fecimus*, &c. Ti. sim. G. vel, *ideo facimus*, &c. M. vel, *propterea quòd facimus*, &c. Q. in V. Al. *Eripimur?* JT. (i. e. tuti sumus ab omni periculo: servat nos Deus, quia colimus eum in Templo [m]. Vel, *Certè eripiemur*, scil. ab omnibus malis. Heb. *Erepti sumus* [n].) *ut perficiatis*, &c. JT. vel, *ut perpetrare possimus*, &c. Pi. Heb. *propter facere*, vel, *ad faciendum*. Ambiguitas ex infinitivo *. q. d. Ut liceat nobis, per victimas, &c. expiatis, ad flagitia reverti, &c †. *Libera nos, dum perpetratis*, &c. Sy. *Liberi sumus*, (scil. *à pœna*,) *etiamsi faciamus*, &c. Strig. Al. *Defendi postulatis, ut ista tot scelera committatis*, Ca. Sic paulatim in Judaismum insinuaverat se Paganismus: quò magis necessarium fuit omnia ea per Evangelium aboleri quibus errores tales nutriri poterant [o]. Non respicit Propheta quid sentiant Judæi aut loquantur, sed de re ipsa disserit in persona Dei. Exprobrat eis impudentiam & protervia, quòd

Margin notes (left column): † Di. r Pi. sim. Jun. v G. x Di. y V. z Q. in Ang. a Ang. b L. c Q. in V. d Calv. * Q. in Ang. sic Chald. † G. V. &c. * M. sic Di. sim. G. V. ex He. f San. g G. h T. i V. k Pi. l Pi. m Ang. n Ang. ex G. o Ang. p G. q Di. r V. † Pi. t Di. v Calv. x Pi. y G. z V.

Margin notes (right column): * Ang. a Pi. b Di. c G. d Calv. * Ang. f Calv. g Ang. h T. i Calv. k G. l V. m Jun. n Pi. * Idem. † Ang.

Templum putarent ipsis esse latibuli & asyli loco, quod peccata ipsorum tegeret, &c. quódque ipsum velut socium scelerum suorum facerent, &c [p].

11. *Numquid*, &c? "הַמְעָרַת פָּרִיצִים וגו] *An spelunca* (vel, ut *spelunca*, P.) *latronum* (vel, *nebulonum*, M. *effractorum*, Mo. JT. Pi.) *est*, vel *fuit*, vel *facta est*, *domus hæc——in oculis vestris?* Calv. sic P. M. Mo. &c. i. e. judicio vestro [q]. An vobis——videtur esse, &c [r]? Patiárne ego ut, sicut speluncæ latronibus sunt pro perfugio, ità Templum meum vos contra omnia scelera defendat? Certè non faciam †. Quî fit ut judicio vestro —sit velut antrum, &c. neque pluris eam faciatis? Nam ut in antra sua recipiunt sese grassatores cædibus patratis; sic vos post scelera etiam gravissima non erubescitis venire in domum meam, quasi existimetis me peccatorum vestrorum esse ignarum [t]. Latrones in locis apertis non audent homines spoliare & jugulare, quia metuunt sibi à pœnis legum; sed in locis absconditis, &c. hoc illos securos reddit, &c. sic & Judæos Templum & sacrificia, quibus scelera sua tegebant, & se omne judicium effugisse putabant. Locus interrogativè legendus, An fieri potest ut Templum hoc sit spelunca latronum [v]? Al. *Pro spelunca latronum habetis hanc ædem*, Ca. ¶ *Ego*, &c. גַּם אָנֹכִי הִנֵּה רָאִיתִי] *Etiam* (vel, Idcirco *etiam*, Pi.) *ego*, *ecce*, (vel, *sanè*, P.) *vidi*, Mo. Ti. ό. Sy. &c. vel, *prospexi*, JT. Pi. vel, *video*, M. P. V. sub. *quid facturus sum*, JT. Pi. quomodo ulturus sim vestrum abusum Templi. Hoc subintelligendum percipitur ex collatione, tum præcedentium [z], tum sequentium [a]. Hîc enim transitio est ad judicia Dei denuncianda Templo & populo [b]. Vel, sub. *quæ cogitatis*, M. sim. V. q. d. Non potestis me fallere *: nihil me latet [c]. Ironicè perstringit stultam confidentiam quâ seipsos fallebant. Putabant se acutos esse, & excogitâsse fallacias quibus Deum & homines deluderent. At, inquit Deus, *ego etiam video*; q. d. Egóne cæcutiam? Confer Esa. 29. 15. *Ego etiam sum sapiens*, &c. q. d. Si vos estis sapientes, relinquite mihi aliquam saltem partem, & nè putetis me esse stultum, &c. Multum ponderis hîc habent particulæ גַּם & אָנֹכִי & הִנֵּה, nam tres hæ voces simul cumulantur, ut ostendat Deus se non esse stupidum, &c [d]. *Coram me quoque sic manifestum est*, Ch. *Id quod ego quoque*, ut sciatis, *video*, Ca. *Profectò ego vigilantibus oculis cerno*, Strig.

12. *Ite*, &c. "כִּי לְכוּ וגו] *Nam* (vel, *Nempe*, vel *Sanè*; nam כִּי sumi potest vel expositivè, vel pro simplici affirmatione *:) *ite nunc in locum meum*, *qui* est, vel erat, *in Silo*, Pi. sic JT. Calv. &c. urbe Ephraim, Psal. 78. 67. sitâ, ut videtur, inter Bethel & Shecem, Jud. 21. 19 [f]. ubi diu fuerant Arca & Altare & sacrificia, in quibus residebat tota Templi sanctitas. Innuit Judæos nulla in re præstare [g]. Egregium argumentum, quo & Stephanus utitur Act. 7. 44, &c. ut probet Dei benevolentiam loco non astringi. Nam olim Tabernaculum & Arca erant vice Templi [h]. ¶ *A* (vel, *in*, Mo. P.) *principio*] Ità M. sim. JT. Pi. Ca. &c. Statim post ingressum Terræ promissæ [i]. Vide Jos. 18. 1. 1 Sam. 1. 3, 7. & 4. 3, 4 [k]. q. d. Silo vobis superior erat antiquitate [l]. ¶ *Quæ fecerim ei*, &c.] Nempe, eousque ista quæ illi putant maxima contempsi, ut ipsam Arcam siverim capi ab hostibus, Ps. 78. 60, 61. 1 Sam. 4. 11, &c [m]. ¶ *Populi mei*] Ità Israelem appellat, non honoris causâ, sed ut ostendat illos pares fuisse Judæis [n].

13. *Manè consurgens*] i. e. Maturè Prophetas mittendo [o]. Sed hoc Deus transfert in se, quia Prophetæ erant tantùm Dei organa, &c [p]. Metaphora à sedulo operario [q]; vel patrefamiliâs, qui manè surgit, ut dispiciat quid opus sit familiæ suæ [r].

14. *Faciam domui huic*] Templo, quod nihil est nisi domus †. ¶ *Et loco quem dedi vobis*] Ideóque auferre possum, quum placuerit, Job. 1. 21. nam meus adhuc est, Levit. 25. 23. & datus vobis sub conditione, &c [t]. Vel, anticipatio est, q. d. Quamvis dederim, nihil vobis proderit: dedi enim ut esset incitamentum pietatis: at vos polluistis, &c [v]. ¶ *Sicut feci Silo*] Quo loco posthabito, fixi mihi Templum alibi [x]. Vel, urbi *Silo*, i. e. Tabernaculo quod erat Schilunte [y].

15. *Sicut projeci——fratres vestros*] q. d. Peræquè ac vos filios Abrahæ *. ¶ *Universum semen Ephraim*] i. e. Israelitas: emphaticè. q. d. Illi superiores erant numero & potentiâ: illi decem Tribus erant; vos constatis ex una tribu & dimidia [z]. Decem Tribus per synecdochen vocat nomine *Ephraim* [a], quòd Reges habuerint ex Ephraimi stirpe [b]; & quòd Tribus illa nobilior erat & opulentior reliquis [c].

16. *Tu*, &c. "וְאַתָּה וגו] *Et tu* (vel, *Tu ergò*, M. P. &c. *Tu verò*, Ca. sic Ch. ô Jeremia [d],) *nè ores pro populo isto*, Mo. Ti. &c. in suis peccatis contumaciter permanente *. Hoc jubet Deus, ut Prophetam tum omni invidiâ exoneraret, dum sciret populus eum ad has partes cogi; tum confirmaret in executione muneris. Jubet ergò eum omnem exuere sympathiam, & animosè illis extrema denunciare [f]. ¶ *Nec*, &c. וְאַל תִּשָּׂא בַעֲדָם רִנָּה] *Neque attollas*, vel *levaveris*, (vel, *offerto*, JT. vel, *assumas*, P. Mo.) *pro eis clamorem*, P. M. sic Pi. Calv. &c. i. e. clarâ voce roges [g]. Dicimur interdum, *preces abjicere*, &c. quod humilitatem designat, ubi supplices accedimus, neque audemus oculos attollere, ut Luc. 18. 13: interdum, *preces attollere*, ob fervorem desiderii, & fidem in precando, &c [h]. ¶ *Et*, &c. וְאַל תִּפְגַּע בִּי] *Et nè depreceris me*, P. *Néve me compella*, Ca. *Neque intercesseris* (vel, *intervenias*, Ti.) *apud* (vel, *in*, Mo.) *me*, M. Ti. sic JT. Pi. Vel, *obsistas mihi*, G. ex Vulg. Loquendi genus quo precum efficacia significatur, Exod. 32. 10. Vide Psal. 106. 30 [i]. Indubiè tamen Propheta perrexit orare, non quidem ut Deus retractaret decretum suum, quod facere vetitus est; sed ut, memor fœderis sui, servaret reliquias; quod factum est [k].

17. *Nonne vides*, &c?] Defert cognitionem Jeremiæ: q. d. Non est quòd litiges mecum, tu vide quò prolapsi sunt; ut meritò sim implacabilis [l].

18. *Filii colligunt ligna*] Juvenibus hoc tribuit, quòd laboriosum erat opus [m]. Nulla ætas, nullus sexus ab idolorum cultu vacat [n]. Parentes instituerunt liberos suos in idololatria: discant ergò Christiani suos in pietate instituere [o]. ¶ *Mulieres* (vel, *Uxores*, Ti.) *conspergunt*, &c. לָשׁוּשׁ בָּצֵק] *Subigunt* (vel, *subigentes*, Mo. *conspergunt*, Ch. *contundunt*, Ar. sim. ό. *depsunt*, JT. Pi.) *pastam*, P. vel, *conspersionem*, Mo. *massam*, JT. Pi. *farinam aquâ conspersam*, Ti. Confer Hos. 7. 4 †. ¶ *Ut*, &c. לַעֲשׂוֹת כַּוָּנִים] Nomen hoc hîc tantùm occurrit, & Jer. 44. 19 [p]. [Verba sic reddunt,] *Ad faciendum*, vel, *ut faciant*, *accensiones*, à כָּוָה *accendere* [q]: vel, *placentas*, Mo. P. M. Ti. Pi. Calv. Ch. Sy. vel, *sacrificia*, Ar. vel, *popana*, JT. à כּוּן *parare* [r], quòd parabiles sunt †; vel, quòd singulari studio pararentur [t]: vel, sic dicta sunt à figura stellæ illis impressæ in cujus honorem offerebantur [v]. In his libis fuerunt deorum icunculæ, [sive imagines [x].] Chrysostomus interpretatur πέμματα. Olympiodorus, πλακοῦντα· ό. Hebr. vocem retinuerunt, χαυῶνας. Est vox ea apud Etymologicum & Suidam [y]. Sunt כַּוָּנִים præparationes ciborum factæ loco Minhæ [z]. ¶ *Reginæ cœli*] Ità Mo. P. Ca. Id est, vel, 1. Junoni [a]: vel, 2. Lunæ [b]; quæ בַּעֲלָה dicebatur illis gentibus; Βῆλτις apud Abydenum, in loco quem produximus ad l. 3. de V. R. C. Βααλτὶς apud Philonem Byblium [c]. Ut Sol Rex est cœli, ità Luna Regina cœli, ob eximiam magnitudinem quâ nobis apparet, ob splendorem quo fulget, & ob dominium quod exercet in hæc inferiora *. Vel, 3. stellæ præcipuæ, qui est Sol [d]; qui voce fœmininâ significatur Esa. 24. 23. alibi autem voce quæ formâ masculina est, usu tamen fœminea, ut Nah. 3. 17 *. Aut, stellæ cuidam magnæ [f]. "לִמְלֶכֶת וגו] Plerisque est vox constructa nominis מַלְכָּה *regina*. Sed illius vox constructa est מַלְכַּת, 1 Reg. 10. 1, 10. Malim esse ex לְאַךְ, [verbo inusitato [g]:] & מְלֶכֶת defectivè scribi, pro מְלָאכֶת [h], *opus*; quæ vox occurrit Exod. 36. 5. 2 Par. 13. 10. Jerem. 48. 10 [i]. [ut מְרֶשֶׁת pro מְרָאשֹׁת Deut. 11. 12. Alii ergò sic reddunt,] *rebus cœlestibus*, JT. *militiæ cœli*, ό. Sy. simil. Ar. *operi* (vel, *machinæ*, M. Ti.) *cœlorum*, Pi. Angl. He. in V. Hæc expositio confirmatur ex collat. Jer. 19. 13 [k]. Jonathan מְלֶכֶת vertit, שִׁיעְבַּד, *opus* [l]. [Quod nescio unde hausit; nisi fortè vocem præcedentem לְמַעֲבַד, (pro qua hîc mendosè scriptum לְשִׁיעְבַּד,) quæ respondet Hebrææ voci לַעֲשׂוֹת, acceperit, per errorem non levem, quasi vocem מְלֶכֶת expressisset: nam in Bib. Pol. est, לְכוֹכְבַת, *stellæ*.] ¶ *Et*, &c. "וְהַסֵּךְ וגו] *Et libandum*

p Calv. q V. r Pi. † G. t V. v Calv. z Pi. a Pi. sim. Jun. b Jun. * V. c G. d Calv. * Calv. f Ang. g Calv. h G. i G. sim. Pi. k Ang. l Calv. m G. n Calv. o Pi. p Calv. q Ang. r Calv. † G. t Ang. v Calv. x … y Pi. * Calv. z Calv. a G. b G. sim. Calv. c Calv. d Pi. * Ang. f Calv. g V. h Calv. i G. sim. Mo. T. k Calv. l Calv. m Calv. n G. o Ang. † Ang. p Ang. q Q. in Calv. r Pi. Calv. † Calv. t Pi. v He. in Ang. x G. et RS. y G. z M. a Ca. b G.L. M. T. c G. * T. d V. * Ang. f V. g Pi. h Ità M. Pi. i Ang. He. in V. l Ang. k He. in V. l M.

bandum (vel, *libent*, P. Ch. ad *libandum*, Pi. ut *fundant*, Calv. [ad] *fundandáque*, Ca.) *libamen*, vel *libamina*, &c. Mo. P. &c. vinum scilicet, quod יין הגוים, (*vinum Gentilium*,) Hebræis; σπονδαὶ, Græcis [m]. In placentis imitabantur *munus-cibarium* Dei, in his, *libamen* Dei: de quibus vide Levit. 2. 1, &c. Numer. 28.7, 8. Esa. 1.13. & 57.6. ex utrisque instructa videtur mensa illa Esa. 65. 11 [n]. ¶ *Et*, &c. [למען הכעסני] *Ut irritent me*, JT. Pi. Ch. sim. Mo. P. Ti. ο'. Sy. *mei irritandi gratiâ*, Ca. Quasi ex professo bellum indicerent Deo, & propositum ipsis esset Deum lacessere [o]. Al. Non hoc illis propositum fuisse, sed hoc necessariò consequuturum esse, significat [p]. *Quatenus me irritant*, M.

19. *Numquid me*, &c ?] q. d. An sperant se mihi nocituros [q] ? An me lædunt irritatione suâ [r] ? Non mihi, sed sibi, nocent †. Non me attingit ipsorum pravitas, & possum carere ipsorum cultu, &c [s]. *Num me ad iram provocant ?* q. d. Nequaquam: non enim est in me iracundia, aut humanus affectus alius [v]. ¶ *Nonne semetipsos*, &c ?] q. d. Omnia ista in ipsos recident [x].

20. *Et super jumenta*, &c.] Sed cur sævit Deus in ista? Resp. Respectu hominum, propter quos illa creata sunt, ut tam triste spectaculum metum illis incutiat. Confer Rom. 8. 20, 21, 22 [y].

21. *Holocautomata*, &c. עולותיכם ספו על זבחיכם] *Ascensiones vestras* (vel, *Holocausta vestra*, M. JT. Pi. quæ solida urebantur, Levit. 1. 9, 13 [z]. *Hostias vestras solidas*, Ca.) *addite* (vel, *conjungite*, Ar. *legite*, Ca.) *victimis* (vel, *cum sacrificiis*, ο'. Ca. *super victimis*, Mo.) *vestris*, P. &c. Sive illæ pro beneficiis impetrandis, sive pro gratiis laudibúsve agendis, sive pro crimine culpâve expiandâ, offeruntur. Vide dicta ad Leviticum [a]. q. d. Etiamsi mactetis quicquid est animalium, hoc irritum erit, &c [b]. ¶ *Et comedite carnes*] Ità P. Ti. V. &c. sub. *eorum*, JT. Pi. Angl. vel, *illarum victimarum*, V. q. d. Cùm offertis holocausta, præstaret vos ea adjungere pacificis vestris, & offerre ea ut pacifica: nam comederetis carnes: illa enim non sunt mihi grata: quare ergò perditis ea? Aut, Vertite holocausta vestra in victimas, ut earum carnes edatis [c]. Hoc tantùm commodi ex illis percipietis. Holocausta tota comburebantur, nec aliquid indè comedebatur [d]. *Comedite*, &c. h. e. Sacrificatis vobis, non mihi: vultis epulari: ergò comedite, & farcite ventres, &c. hæc enim ad me nihil pertinent. Profana sunt vestra convivia, tametsi prætexatis Dei nomen, & velletis ea censeri sacra *.

22. *Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis, in die quâ eduxi eos de terra Ægypti, de verbo*, &c. [על דברי עולה וזבח] *Super verbis* (vel, *super negotio*, Ch. *de rebus*, JT. Pi. Heb. *de verbis*. *Verbum*, pro re †. *De ratione*, Ti. sim. Calv. *de re*, Ca.) *holocausti* (vel, *solidi sacrificii*, Ca.) *& victimæ*, sive *sacrificii*, V. JT. Ti. sim. Mo. Pi. &c. id est, de his quæ pertinent ad holocausta, &c [f]. *De holocaustis & victimis*, P. sic ο'. Sy. nempe offerendis [g]. *Verba de holocausto*, &c. M. Revocat eos Deus ad primum Ecclesiæ formatæ sive expolitæ exordium, ostendítque quid sibi tum placeret, certam formam præscribens, quæ inviolabilis foret, &c. Sed videtur Jeremias contemptim loqui de sacrificiis, quæ & sigilla erant gratiæ Dei, & vivæ Christi imagines, & pignora expiationis, ut homines reconciliarentur cum Deo, & exercitia pœnitentiæ, & à Deo instituta, ídque cùm eduxit eos ex Ægypto, &c. Quomodo ergò hoc dicit [h] ? Resp. 1. Sacrificia hæc non erant præcepta, sed permissa tantùm [i]. Quod tamen Maimonides rejicit [k]. [Sensus est, q. d.] Si tanta vobis bona feci priusquam legem ullam tulissem de holocaustis illis vel victimis, vel ex hoc solo intelligere poteratis, non ista à me curari. Mos quidem erat vetustus ut talia fierent, sed ab humano ingenio profectus; ut ostendimus sensisse veteres in annotatis ad l. 4. de V. R. C. Multò pòst Lex lata est, cùm cultus vituli ostendit illos talibus frænis egere. Paschatis alia est ratio: id enim convivium magis erat quàm sacrificium [l]. Sed non concedendum est Pontificiis & Socinianis sacrificia fuisse humano ingenio excogitata, primùmque apud Gentiles usitata, & à Deo per accidens populo suo, utpote ad ejusmodi ritus Gentilitios propenso, indulta: hoc enim falsum esse, eáque divinitus instituta & præcepta esse, multa docent. 1. Quòd statim post lapsum oblata sunt, ídque per fidem, Heb. 11. 4. adeóque ex verbo Dei [m]. 2. Succedens omnium ætatum praxis, Genes. 8. 20. & 12. 7. & 35. 7. Exod. 5. 3. & 8. 27 [n]. Et Pascha fuisse sacrificium satis notum est *. 3. Mentio sacrificiorum Exod. c. 3. v. 18. 4. Leges de sacrificiis, ídque ante cultum vituli. Non ergò placet illa responsio [o]. Resp. 2. Significat non fuisse primo loco datum mandatum de sacrificiis, sed de obedientia, Exod. 15. 26. atque hoc fuit præceptionum suarum principium [p]. Ità sensus fuerit, *Non sum locutus* (sub. *primò*) *de victimis*: sicut 1 Tim. 2. 14. *Adam non est deceptus*, sub. *primus*. Verùm τὸ *primus* è versu proximo suppletur [q]. Resp. 3. Mandatum hoc de sacrificiis non datum est intentione primariâ & principali, (quæ erat, ut Deum apprehenderent & colerent,) sed secundariâ tantùm [r]. Testatur hîc Deus se non ista præcepisse, eo fine quo Israelitæ offerebant, ut per se expiatoria & meritoria, sed ut typica, & repræsentativa sacrificii Christi; neque externum illum cultum absque interiore postulâsse †. q. d. Non præcepi mihi offerri sacrificia impio animo [s], aut sine bonis moribus [v]. Discernit hîc signa externa à spirituali cultu, & de sacrificiis loquitur ex sensu Judæorum, qui Deo ipsi obtrudebant spectra pro rebus, &, externis tantùm intenti, negligebant quod præcipuum erat eorúmque finis, nempe fidem & pœnitentiam. Scimus enim ab initio Deum voluisse spiritualiter coli: neque enim hodie mutavit naturam. Omnino verum est, Deum nihil mandâsse de sacrificiis per se, sed propter alium finem: & hæc distinctio solvit omnem scrupulum [x]. Resp. 4. Comparatè loquitur [y], ut 1 Sam. 15. 22. Psalm. 50. 16, 17. Hos. 6. 6. Marc. 12. 33 [z]. Matt. 9. 13. & 12. 7 [a]. Negativum adverbium aliquando pro comparativa particula ponitur; ut Gen. 45. 8. Exod. 16. 8. Prov. 8. 10. & 17. 12. Joel. 2. 13. Joh. 5. 45. & 6. 27. 1 Cor. 1. 17 †. Ità h. l. dicit, se non præcepisse sacrificia, quia priùs & potiùs bonos mores præceperit [b].

23. *Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam*, &c.] i. e. Verbum meum, sine quo nullus est verus cultus, nulla pietas, sed mera simulatio & superstitio. Et hâc notâ semper discerni potest vera Religio à superstitionibus [c]. Ea tantùm præcepi exeuntibus quæ per se honesta sunt. Res eadem verbis aliis est Exod. 15. 26. ubi dicta vide [d]. Præcipuus Dei cultus est, audire Verbum Dei, eíque obedire *. Nunquam aberrabimus à pietate, si modò præbeamus nos dociles [f]. ¶ *Ut bene sit vobis*] Ostenditur itaque eorum perversitas, quòd spontè voluerint esse miseri †.

24. *Nec inclinaverunt aurem suam*] Quod tamen hypocritæ interdum faciunt, & volunt scire quid dicitur, & ex parte expendere. Exprimit ergò non modò socordiam & contemptum, sed etiam pervicaciam & obdurationem [g]. ¶ *Sed abierunt* (vel, *ambulârunt*, JT. Ti. &c.) *in*, &c. [במועצות בשררות וגו'] *In consiliis*, Mo. JT. Pi. M. (sub. *suis*, P. V. vel, *in perplexis consiliis*: vox propriè accipitur in malam partem [h].) *in obstinatione* (vel, *duritia*, P. *sententia*, JT. *pravitate*, V. *visione*, Q. in V. & *contemplatione*, Pi. & in *pravitate*, M. *imaginatione*, Ang.) *cordis sui mali*, Mo. &c. Al. *juxta artes suas, & juxta libidinem*, &c. Ti. *Et perditam animæ pravitatem sequuti*, Ca. *post cogitationes suas & post appetitum*, &c. Sy. Secuti sunt consilia & cogitationes cordis sui [i]. Crimen aggravat, quòd maluerint sequi propriam libidinem, stultáque figmenta, quàm obtemperare Deo [k]. ¶ *Factique*, &c. [ויהיו לאחור ולא לפנים] *Et* (vel, *Denique*, Pi.) *facti sunt* (vel, *verterunt se*, Hebr. *fuerunt*, Pi.) *retro*, vel *retrorsum*, *& non* (vel, *non autem*, Pi.) *antè*, vel *antrorsum*, M. Pi. vel, *ad faciem*, Calv. sic Mo. q.d. Tergum mihi, duci viæ ipsorum, obverterunt, nè ad me vel respicerent: id quod contemptûs signum erat, quasi juberent eum facessere [l]. Confer Jer. 2. 27. & 32. 33 [m]. Al. *aversi, non adversi*, Ti. Al. *retrorsum cessêre, non prorsum*, Ca. *Et retrocesserunt, & progressi non sunt*, P. sim. V. Sy. Ar. Id est, vel, 1. Propterea passi sunt adversa, nihilque illis succedit: fuit maledictio in operibus eorum, non benedictio [n]. Vel, 2. A primo tempore longiùs semper à me recesserunt: nempe, si non singula momenta temporum, sed tota secula, spectentur.

[m] G. [n] Ang. [o] Calv. [p] Ang. [q] G. [r] Pi. † Mc. sim. Calv. Ang. [s] Calv. [v] V. sim. Mc. [x] G. sim. Calv. [y] Calv. [z] G. [a] G. [b] Calv. [c] V. ex He. [d] V. * Calv. † Pi. [f] V. [g] Pi. [h] Calv. [i] He. in Ga. [k] Ga. adv. c. 42. p. 420. [l] G.

[m] Calov. * Ang. * Calv. [o] Calov. [p] Maim. & RS. in Ga. [q] Ga. ib. [r] Ga. ex Maim. † Calov. [s] T. [v] Mc. [x] Calv. [y] Mc. Ang. [z] Ang. [a] Mc. † Glass. gram. 3. 5. 22. 487. [b] Mc. sim. Ang. [c] Calv. [d] G. * Strig. sim. Calv. [f] Calv. † Idem. [g] Calv. [h] Calv. [i] V. [k] Calv. [l] Calv. [m] Pi. [n] V. ex He.

tur. Vide Nehem. c. 9[o]. Al. *Et verterunt in cultu meo cervicem, & non posuerunt timorem mei è regione faciei suæ*, Ch. in V. *Denique* hæc (nimirum, τὸ *Auscultate mihi*, &c. Jun.) *fuerunt* ipsis *à tergo, non autem à fronte*, JT. q. d. Oculos defixerunt tantùm in externos ritus; hæc autem, quæ præcipua sunt, tanquam à tergo reliquerunt, juxta Matt. 23. 23 [p]. Non habuerunt mandata mea in oculis, ut observarent & implerent illa [q]. Potiùs facti sunt pejores, quàm meliores [r].

25. *A die*, &c.] Ostendit non excusari filios patrum exemplis, quin potiùs aggravari crimen, dum ità obdurescunt homines ut, scilicet, putent valere ad præjudicium quòd diuturna fuit vitiorum possessio: Deus autem non ità patitur se jure suo dejici. Dicit eos non hodie incipere, sed semper fuisse tali ingenio, docétque illos bis & ter reos esse, quòd imitentur parentum contumaciam, quam Deus severè ultum fuisse ipsi noverant. Hoc Prophetæ sæpe eis exprobrant, quòd genus ipsorum ab initio fuerit perversum, & quòd omnibus seculis respuerint Dei gratiam †. ¶ *Et*, &c. [וָאֶשְׁלַח וגו'] *Misi*, &c. P. Heb. *Et misi*. Aut ו hîc redundat, tantúmque vertit fut. in præt. aut principium hujus versûs jungitur fini præcedentis [t]. ¶ *Per diem*, &c. [יוֹם הַשְׁכֵּם וְשָׁלֹחַ] *Quotidie* (vel, *die*, Mo. ο'. *per diem*, P. G. ex Vulg.) *manè consurgendo, & mittendo*, Ti. sic Mo. Pi. P. V. vel, *surgens, & mittens*, M. Ch. vel, *diluculò & indesinenter*, JT. Vide 2 Paral. 36. 15 [v]. Jerem. 25. 3, 4 [x]. Summa cum diligentia, ut qui bene manè ad opus surgunt. Sic & suprà v. 13 [y]. [ubi dicta vide.] q. d. Non semel tantùm locutus est, (quod tamen sufficere poterat ad damnationem,) sed Prophetas alios aliis indesinenter submisit, nunquam fatigatus, &c. Hinc patet fœditas contumaciæ & ingratitudinis ipsorum, quasi ex professo cum bonitate Dei conflixerint [z].

26. *Pejus——quàm patres eorum*] Ut infrà 16. 12. *Ætas parentum pejor avis Tulit nos nequiores*, Horat [a]. Dixerat, *patres vestros*, [v. 22.] nunc, *patres ipsorum*. Iræ signum est quòd mutat personam, & gravatur ipsos alloqui, videns se verba perdere apud tam stupidos [b].

27. *Et* (*Ideo*, Ang. *Quum*, JT. *Et quamvis*, Pi. Angl.) *loquêris* (tu, ô Jeremia [c],) *ad eos omnia verba hæc*; (emphaticé: q. d. Non tantùm breviter ista denunciabis, quod minùs molestum erat; sed omnia mandata subindè renovata per 40 annos & ultrà †.) *& non* (vel, *non tamen*, Pi. Ang.) *audient te*] Gravissima tentatio erat, quòd sciret se nihil profuturum illis: Deo tamen obediendum erat, qualiscunque esset exitus. Idem hodie à Ministris faciendum, &c. Prædixit autem Deus hanc contumaciam, tum ut insanabiles bis convicti forent; tum ut Propheta animosè exsequeretur munus suum, etiam cùm nullus appareret profectus [d]; (sciens laborem suum non minùs Deo gratum esse, &c *.) tum ut piis consuleret, quamvis turba rueret in exitium, útque exemplum esset secuturis ætatibus, quum totus ferè mundus insaniret contra Deum, &c [f].

28. *Et dices ad eos*] Hoc postremum, vel, vale postremum †. ¶ [אֲלֵיהֶם] [Posset verti, *de eis*, ut לְ, quod אֶל לְמוֹ æquipollet, non semel sumi notatum.] Non jubetur hîc Judæos alloqui, sed eos ignominiosè traducere, & proferre sententiam, ut totus mundus sciat ipsorum contumaciam. Ostendit Deus mutandum esse stylum, & novo modo agendum, quoniam sunt prorsus desperati *. ¶ *Hæc est gens quæ non audivit*, &c.] Nomen גּוֹי, *gentis*, alibi pro populo, hîc verò in finistram partem, accipitur, ut opponitur electo Dei populo; ut significet Judæos esse ex numero גּוֹיִם *gentium*, nec reliquis antecellere [g]. ¶ *Periit fides*, vel, *veritas*, Mo. P. [אֱמוּנָה] *Fides*, M. V. JT. Pi. ο'. Sy. Ch. *religio*, V. Malim, *integritas*; q. d. Nihil in ipsis purum est & sincerum: perfidè agunt cum Deo, & hominibus [h].

29. *Tonde*, &c. [גָּזִּי נִזְרֵךְ וְהַשְׁלִיכִי] *Tonde comam*, vel *cæsariem, tuam*, P. M. JT. Pi. &c. (vel, *nazareatum tuum*. Mo. Alludit ad Nazaræos, qui Deo sacri erant; q. d. populum illum profanum esse, & à Deo rejectum [i]. Vox *coronam* signif. quo innuit coronam de eorum capite cecidisse [k]. Sub. ô *Jerusalem*, M.) *& abjice*, vel *projice*, M. P. JT. Mo. &c. Verba hîc sunt fœminina, quia alloquitur Jerosolymam tanquam fœminam [l]. Tondere cæsariem signum luctûs [m]. Vide Job. 1. 20. Esa. 15. 2 [n].

[o] G. [p] Pi. [q] T. [r] Mc. † Calv. [t] V. [v] Jun. [x] V. [y] G. [z] Calv. [a] G. [b] Calv. [c] Calv. † Idem. [d] Id. * Calv. ad v. 28. [f] Calv. † Idem. * Idem. [g] Calv. [h] Idem. [i] Calv. [k] Ang. [l] Ang. sim. Calv. [m] G. ex Hi. sim. M. Pi. Ang. &c. [n] Ang.

Al. *Evelle capillos*, &c. Ch. in G. Sic in Hippolyto Senecæ, *Crinis tractus, & laceræ comæ* [o]. Sed unus Onkelos non est opponendus tot aliis interpretibus, quibus גָּזַז non est, *evellere*, sed, κείρειν, *tondere*. Ità verbum reddunt & Arabes & Syri ad Act. 8. 32. & 1 Cor. 11. 6. & Talmud in Sanhedrin, cap. 11. fol. 96 [p]. ¶ *Et sume*, &c. [וּשְׂאִי עַל שְׁפָיִם קִינָה] *Et tolle*, vel *attolle*, vel *leva*, *super loca excelsa*, vel *edita*, (*in vertices*, Tr. *secus semitas*, Sy.) *lamentum*, vel *planctum*, Mo. P. sim. M. JT. Pi. G. unde longè audiaris, ut Jerem. 3. 6 [q]. *Projectionis* verbo [in membro præced.] opponitur sublimitas luctûs. Non hîc hortatur ad pœnitentiam, sed denunciat exitium [r]. Al. *Assume super labia*, &c. ο'. Ar. Legerunt שְׂפָתַיִם, quod videtur melius †. Resp. 1. Fortè ità verterunt per ἀσελγείας. 2. Nego ità meliùs legi. Verbum נָשָׂא alibi construitur cum voce שְׁפָיִם, Jer. 3. 2; vide & 12. 12. & 14. 6. confer & Jer. 9. 10: cum שְׂפָתַיִם verò nusquam hoc sensu occurrit. Et frequentissima est phrasis, *Super aliquem tollere lamentationem*. Vide Ezec. 19. 1. & 26. 17. &c. Chald. reddit, *super duces*; quos per *clivos*, seu *loca excelsa*, intellexit [t]. ¶ *Reliquit* (vel, *deseruit*, JT. Pi.) *generationem furoris sui*] Sim. Mo. P. &c. vel, *in quam excandescit*, JT. Pi. sim. V. Ca. gentem Judaicam furori Dei destinatam [v]. ¶ [עֶבְרָתוֹ] *Facientem hæc*, ο'. *talia perpetrantem*, Ar. *peccatricem*, Sy. *qui transgressi sunt verbum suum*, Ch. [quasi à עָבַר *transgressus est*.]

30. *Fecerunt——malum*] Phrasis hæc non tantùm significat delinquere in una specie; sed assuetum esse, & addicere sese, sceleribus †. ¶ *In oculis meis*] Opponit hoc blanditiis quibus vel ipsi se, vel ipsos alii, demulcent: q. d. Si vos non agnoscitis culpam, sufficit unius Dei aspectus, quo satis convicti estis, &c [x]. ¶ *Posuerunt offendicula sua* (vel, *abominationes suas*, Mo. P. M. Ch. i. e. superstitiones [y], idola [z], nefarios deos [a]. Alii ex Græcis verterunt, προσοχθίσματα, ut Deut. 7. v. 26. 2 Reg. 23. 13, 24. Ezec. 5. 11. & 7. 20. & 37. v. 23. & indè hoc Latinum, [*offendicula* [b].]) *in domo*, &c.] De quo vide suprà v. 10, 11. & 2 Reg. c. 16. v. 10, &c. Ezec. 43. 7, 8 [c].

31. *Ædificaverunt excelsa* (i. e. altaria in excelsis [d]) *Thopheth*] De quo vide ad Esa. 30. 33 *. ¶ *Ut incenderent filios*, &c.] Tanquam ex zelo quo Deum liberis præferebant, & exemplo Abrahami [f]. Vide quæ diximus ad Deut. 18. 10 *. ¶ *Quæ non præcepi*] Sed expresse prohibui. Vide Levit. 18. 21. & 20. 3. &c [g]. Hoc dicit, quòd idololatræ illi niterentur mandato illi Abrahæ dato, Gen. 22. 2 †. Hæc ratio diligenter notanda est: hoc solo titulo eos condemnat, quòd Deus non mandaverit. Religio maximè fundatur in fide, fides in Verbo Dei. Nimiùm sapiunt homines cùm excogitant quæ Deus non quæsivit, & sibi permittunt proprio instinctu Deum colere [h].

32. *Vallis interfectionis*] Ità Mo. sim. P. M. &c. vel, *interfectorum*, G. ex LXX. A multitudine Judæorum ibi interfectorum [i]: vel, quos à se occisos Chaldæi in eum locum projicient [k]. ¶ *Et sepelient in Thopheth*, *eò quòd*, &c. [מֵאֵין מָקוֹם] *Absque loco*, Mo. *donec non sit locus*, P. sim. V. in quo aliquis sepeliri possit: ad verb. *à non loco* [l]. *Penuriâ loci*, Ca. sic Sy. *Quòd*, vel *eò quòd*, (vel, *ut*, JT. *ità ut*, G.) *non* (vel, *nullus*, JT. Pi. Ar. sub. *alius*, M. Pi. & sub. *sit*, M. ο'. Ch. vel, *futurus est*, Pi. vel, *superfit*, JT. Ar.) *locus*, M. &c. nempe vacuus à mortuis [m]. q. d. Tantæ erunt strages, ut Jerosolyma non capiat mortuos. Hoc lucrantur homines ubi sequuntur propria consilia. Vide quàm abominetur Deus præposteros cultus [n].

33. *In cibos volucribus*, &c.] q. d. Insepulti abjicientur: quod communiter maledictionis signum est. Voluit Deus jus sepeliendi sanctum esse omnibus seculis, ut in ipsa morte speculum esset & symbolum Resurrectionis [o]. Vide dicta ad J. B. & P. 2. 20. 2 [p]. ¶ *Et*, &c. [וְאֵין מַחֲרִיד] *Et non* (sub. *erit*, P. M.) *exterrens*, Mo. sim. P. M. Ti. &c. vel, *qui abigat*, ο'. *qui redimat*, Ar. h. e. qui terrore abigat: quod humanitatis officium natura ipsa dictat [q]. *Nemine eripiente*, Sy.

34. *Vocem gaudii*] Simile Ezec. 26. 13 [r]. q. d. Omnia luctu referta erunt †. ¶ *Vocem sponsi*, &c.] Carmina quæ sponsus juvenibus, sponsa virginibus, præcinebant.

[o] G. [p] BA. 1. 2. 45. 481. [q] G. [r] Calv. † Cap. crit. [t] Burt. vind. 2. 8. 613. [v] T. sim. Calv. † Calv. [x] Calv. [y] G. Mc. T. [z] Ca. [b] G. [c] Ang. [d] Mc. * Ang. [f] Calv. [g] G. [h] Ang. † L. [h] Calv. [i] Pi. [k] G. [l] V. [m] G. sim. Ang. [n] Calv. [o] Calv. [p] G. [q] Calv. [r] G. † Calv.

nebant. Sic & infrà 16. 9 [t]. Signum hoc ſolitudinis. Sub conjugio deſignat quæcunque pertinent ad conſervationem ſocietatis humanæ. q. d. Nulli jam erunt contractus: immemores erunt eorum omnium quibus humanum genus fovetur [v].

[t] G. [v] Calv.

CAP. VIII.

1. E*Jicient* (vel, *educent*, P. *efferent*, vel *extrahent*, V. ſcil. Babylonii [a],) *oſſa regum*] Ut in captis urbibus ſolet fieri. Horatius, *Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini (Nefas videre) diſſipabit inſolens* [b]. Factum hoc vel ex malitia, vel ex avaritia [c].

2. *Et expandent ea ad ſolem & lunam*] Ut teſtes ſint judicii Dei [d]. ¶ *Et omnem militiam cœli*] i. e. Stellas, 2 Reg. 23. 5 [*]. ut aſtrum Saturni, Veneris, Martis, &c [f]. Senſus eſt, Nocte & die inſepulta jacebunt [g]. ¶ *Quæ* (vel, *Eò quòd*, V.) *dilexerunt*] Ut ſcortator mulierem. Effrænem idololatrarum fervorem & libidinem exprimit [h]. Innuitur hîc pœna talionis [i]. ¶ *Et quibus ſervierunt*] i. e. Se in ſervitutem addixerunt. Hoc adhuc turpius eſt †. ¶ *Et poſt quæ ambulaverunt*] Relicto Deo, quem ſequi debebant [k]. ¶ *Et quæ quæſiêrunt*; ità P. Ch. ſimil. Calv. &c. וַאֲשֶׁר דְּרָשׁוּם] *Et quæ quæſiêrunt ipſa*, Mo. [Sed τὸ *ipſa* redundat, ut ſæpe notatum.] *Et quòd inquæſierint ea*, M. Ti. *& quibus ſtuduerint*, Ca. vel, *adhæſerunt*, ό. *& quæ conſuluerunt*, V. Pi. ſic JT. vel, *requiſiverunt*, V. Pertinaciam & perſeverandi ſtudium ſignificat. Plura verba conjunxit Propheta amplificandi causâ, ut palàm faceret turpem populi ingratitudinem [l], [& inſanum atque immenſum idololatrarum fervorem, quem nulla verba ſatìs exprimere queunt.] ¶ *Non colligentur*] Mortui non tum deferentur ad monumenta majorum: id enim eſt אָסַף [m]. Sed generalius eſſe videtur: oſſa enim hoc modo diſperſa neceſſariò colligenda ſunt antequam ſepeliri poſſunt [n]. ¶ *Et non ſepelientur*] Imò nè commune quidem omnibus, quale pauperibus dari ſolebat, ſepulchrum continget. Tale illud Lucani, ——*petimus non ſingula buſta, Diſcretóſque rogos: unum da gentibus ignem*. Horat. 1. ſat. 8. *Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum*, &c. Vide & quæ ad Matt. 27. 7 [o]. ¶ *In ſterquilinium*, &c.] q. d. Inſepulti jacebunt, donec putreſcant. Vide Jer. 9. 22. & 16. 4 [p]. Poſt mortem ignominioſi & deteſtabiles erunt [q].

3. *Et*, &c. וְנִבְחַר וגו'] *Et eligetur* (vel, *optatior erit*, JT. Pi. Heb. *electa eſt*, Calv. *electa*, vel *eligibilis*, *erit*, Pi.) *mors præ vita*, vel *magìs quàm vita*, P. ſic Pi. Mo. &c. *toti* (vel, *ab omni*, P. ſim. M.) *reſiduo*, &c. JT. Pi. q. d. Quamvìs graviſſima ſunt iſta prædicta, graviora tamen ſentient ſuperſtites: præſtabit ſemel mori, quàm diu tabeſcere, &c [r]. ¶ *In*, &c. בְּכָל־הַמְּקוֹמוֹת הַנִּשְׁאָרִים אֲשֶׁר הִדַּחְתִּים שָׁם] *In univerſis locis reſiduis* (vel, *relictis*, i. e. quæ relicta fuerunt intacta ab hoſtibus †: vel, *reſiduorum iſtorum*, Pi. ſim. Angl. vel, *ubi reſidui*, ſive *ſuperſtites*, *fuerint*, Calv.) *quò propellam eos illuc*, Mo. ſim. Ti. vel, *quò depulero illos*, Pi. *Reſiduis in omnibus locis quò depulero illos*, JT. [Sic vertunt ob diſcrepantiam generum inter הַנִּשְׁאָרִים & מְקוֹמוֹת: Ità etiam trajectio eſt in textu Hebræo.] Al. *Ubicunque locorum ego relictos diſſipavero*, Ca. *In omnibus locis ubicunque relictos illos impulero*, M. *Quod reliquum*, inquam, *fuerat in univerſis locis ad quæ detruſerò eos*, P. Ordo inverſus. Heb. *In omnibus locis quod ſupererit ad quæ pepulerim eos*, vel *expulero*. Alii vertunt, *In quibuſcunque tandem locis, in quæ eos impulero, reliqui fuerint*, Q. in V. שָׁם hîc redundat. Hæc duplicis miſeriæ cauſa: extorres erunt, & in ipſo exſilio ſentient manum Dei ſibi eſſe infeſtam, acſi huc & illuc eos perſequeretur [t].

4. *Et dices ad eos*] Quamvìs nihil proficies, non tamen ceſſabis [v]. ¶ *Numquid*, &c? הֲיִפְּלוּ וְלֹא יָקוּמוּ אִם יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב] *Numquid cadent*, (vel, *ità caditur*, Ca. ſim. Di. ex Gal. vel, ſic *cadunt*, Ti. JT.) *& non reſurgent?* Mo. P. M. (vel, *ut non reſurgant?* Ti. *ut non reſurgatur?* Ca. ſim. Di. ex Gal. *ut non poſſint reſurgere?* JT. Al. *An qui ceciderunt* (vel, *cadit*, ό. Ar.) *non reſurgent?* Calv. vel, *reſurgit?* ό. Ar. Al. *An quum cadunt homines, nolunt reſurgere?* Pi.) *numquid avertetur, & non convertetur?* Mo. P. vel, *Aut qui diſcedit*, vel *avertit ſe, non revertitur?* ό. Ar. *Aut ità deficitur, ut non redeatur?* Ca. ſim. Di. ex Gal. ſub. *in viam?* Gal. *An quum avertitur* aliquis, *non vult reverti?* q.d. Omnino vult †. Vel, *Si converteretur, annon reverteretur* Deus? JT. Glaſ. Ellipſis nominis verbum regentis, ut Eſa. 26. 1. *Salutem diſponit*——ſub. *Deus*. Vide & Eſa. 38. 16. Sic Pſal. 105. v. 40. *Petivit*, ſcil. populus; Prov. 22. 27. *Quare acciperet cubile tuum à te*, ſcil. creditor [x]? Vel, *Aut ſi pœniteat* Iſrael, *& non revertetur* Deus? M. *An revertetur homo* ad Deum, *& non revertetur* ab ira ſua Deus? i. e. non placabitur [y]? Vel, *An avertetur* homo à Deo, *& non revertetur* ad Dominum? V. *Si quis averſus fuerit, non revertetur?* Calv. שׁוּב aliquando ſign. *averti* [z], *deficere, rebellare* [a]; aliquando, *reverti* [b]: aliquando in bonum, aliquando in malum, accipitur [c]. שׁוּב paſſim, etiam hoc ipſo capite, pro, *averti*, & *reverti*, ſumitur: quæ duæ ſignificationes hîc elegantiſſimè conjunguntur [d]. [Pro varietate verſionum diverſimodè locum exponunt.] Plerique primum, aliqui utrumque, membrum ad populum reſtringunt [*]: [ut ex collatione verſionum ſatìs patet.] Senſus, q. d. Præcipitantur quidem Judæi in ruinam ſuam graviſſimè: ſed quantus quantus ſit caſus, omnino major eſt Dei miſericordia, quâ erigerentur, ſi reſipiſcentes ad ipſum ſe converterent [f]. Sed dum propiùs expendo & verba & conſilium Prophetæ, exiſtimo generalem eſſe ſententiam [g]. q. d. An quiſquam tam perverſus eſt, qui, ſi ceciderit, non reſurgat? aut, ſi aberravit à recta via, non revertetur, ut errorem corrigat [h]? Hoc naturaliter ingenitum eſt omnibus, nè ſpontè in malis ſuis pereant. Quod ergò vel ſtultiſſimi faciunt, cur non facit Hieroſolyma? ut ſequitur [i].

5. *Quare*, &c? מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה הָעָם הַזֶּה יְרוּשׁ' מְשֻׁבָה נִצַּחַת] *Quare* (vel, *Quî fit*, Ti. Ca. ſub. *igitur*, Ti. Pi.) *avertit ſe*, vel *avertitur*, (vel, *refractarius*, ſive *rebellis*, *eſt*, Mo. P. Calv. *averſus eſt*, JT. *ut avertatur*, Ti. *ut defecerit*, Ca.) *populus hic*, vel *iſte*, *Hieroſolyma*, Pi. ſic Mo. P. M. &c. (Appoſitio [k]. Vel, urbs *Jeruſchal*. JT. vel, *Hieroſolymæ*, Calv. vel, ſcilicet *Jeruſalem*, Genev. in Di. in *Hieroſolyma*, Angl. Vulg.) *averſione*, vel *rebellione*, vel *defectione*, *perpetuâ?* M. Ca. Angl. Calv. V. vel, *continuatâ?* vel *forti?* P. *pertinaci?* Mo. V. G. *tam pertinaci?* Ti. *pervicaciſſimâ?* JT. Sed hæc non placent. 1. *Populus Jeruſalem* eſſet עַם יְרוּשׁ', non הָעָם וגו'; unde quidam illorum aliter reddunt, [ut notatum.] 2. שׁוֹבְבָה malè conſtruitur cum הָעָם, à quo genere differt [l]. Reſp. Fœmin. illud reſpicit הַכְּנֵסִיָּה, *eccleſiam*, *cœtum*, ut Jud. 18. 7 [m]. Verùm ibi alia eſt anomaliæ cauſa, ut nempe eâ denotaretur, non tantùm populum, ſed & urbem, in ſecuritate ſedere: ſicut 1 Sam. 2. 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים, indicat conſtructio, & arcum fortium, & ipſos, frangi. Non veniendum eſt ad illam conſtruct. maſc. cum fœm. ſine neceſſitate, quæ hîc nulla eſt. 3. שׁוֹבְבָה, quod paſſivè reddunt, activum eſt; ut Eſa. 47. 10. *ſcientia tua*, illa שׁוֹבְבָתֶךְ *avertit*, vel *rebellem fecit*, *te* [n]. Reſp. At participium [hujus verbi,] vel ſaltem participiale, paſſivè ſæpe ſumitur; ut Eſa. 57. 17. Jer. 3. 14, 22. & 31. 22. & 49. 4 [o]. Locum ſic verto, *Quare avertit populum hunc Hieroſolyma* (i. e. rectores & doctores ejus, qui cauſa erant rebellionis populi,) *averſione pertinaci?* Confer Matt. 23. 37. *volui filios tuos congregare*, &c. Ità ב ſubauditur ad מְשֻׁבָה. Vel ſic, *Quare avertit populum hunc, ô Jeruſalem, averſio pertinax?* Hoc ſimpliciſſimum [p]. Ex hoc loco conſtat v. præced. poni generalem ſententiam, quia hîc primùm loquitur de populo, cujus amentiam hîc coarguit, quòd non ſequatur ſaltem eos qui, cùm ceciderint, ſtatim reſurgunt, &c. ſed pertinaciter ſuis ſceleribus inhæreat. Emphaticè dicit, *Jeroſolymæ*, q. d. populi ubi Lex & notitia Dei. Si tanta fuiſſet obſtinatio apud Chaldæos, Ægyptios, &c. non adeò mirum; at in Jeroſ. &c [q]. ¶ *Apprehenderunt*, &c. הֶחֱזִיקוּ בַּתַּרְמִית] *Retinent* (vel, *Apprehenderunt*, Mo. P. M. *Perſeverant*, Sy. *Pertinaciter hærent*, Ti. *Adhæſerunt*, Calv.) *dolum*, JT. Pi. &c. vel, *dolo*, ſive *fraudi*, Ti. Calv. in *dolo*, Sy. *Dolum* hîc intelligo, non quo proximum circumveniunt, ſed quo Deum fallere cupiunt; nempe hypocriſin, ſive cor duplex [r]. Alii tamen

fraudu-

[a] Pi. ſim. Ang. [b] G. [c] Ang. [d] Calv. [*] Ang. [f] G. [g] Ang. [h] Calv. [i] Pi. † Calv. [k] Calv. [l] Calv. [m] G. [n] Ang. [o] G. [p] Ang. [q] Calv. [r] Calv. † Q. in V. [t] Calv. [v] Calv.

† Pi. [x] Glaſ. gram. 4. 2. 1. 697. [y] Q. in V. [z] V. [a] Calv. [b] V. Calv. [c] V. [d] Di. [*] Calv. [f] Jun. [g] Calv. [h] Me. ſim. T. Ang. Calv. [i] Calv. [k] Ang. [l] Di. [m] K. in Di. [n] Di. [o] Ang. [p] Di. [q] Calv. [r] Calv.

fraudulentiam erga proximos intelligunt, de qua Jer. 9. 4, &c. alii potiùs fraudes pseudo-prophetarum, Jer. 5. 31. & 23. 16. Possunt hæc cum præcedentibus continuari, ut totum sic reddatur, *Quî fit quòd hic populus—ità pertinaciter insistit in defectione sua, ut fortiter teneat dolum ? ut renuat redire* †?

6. *Attendi & auscultavi*] Pro, *Attendi ut audirem*, Angl. (sub. *illos loquentes*, V.) ut Jos. 24. 9. *surrexit & pugnavit*, i. e. ut pugnaret[t]. Verba sunt vel Dei; vel, potiùs, Prophetæ, observantis quomodo se gereret populus: q. d. Non temere hæc loquor, sed re probè cognitâ, &c[v].

¶ *Nemo*, &c. לא כֵן יְדַבֵּרוּ] *Non rectum* (vel, *rectè*, Ca. Sy. Ch.) *loquuntur*, vel *loquebantur*, vel *loquentur*, P. Mo. Ti. Ca. Calv. &c. q. d. Tantum absunt à seria pœnitentia, ut nè ipsam quoque ore profiteantur, nec ullum tristitiæ signum ostendunt. Minus est fateri vitia, quàm corrigere[x]. Al. *Prava* (vel, *Quæ non sunt recta*, Pi.) *loquuntur*, JT. *Non erant qui loquerentur quod rectum est*, Ti. Al. Quòd *non sic loquuntur*, Ar. *Sed non sic loquebantur*; i. e. nè tantillùm: ità *sic* sumitur Prov. 15. 7. Esa. 16. 6. Jer. 48. 30[y]. כֵן valet *sic*, Exod. 10. 11. Deuter. 18. 14. &c. *Non sic*, q. d. non eo modo quo homines loquerentur in statu prædicto[z]. *Nonne sic loquentur?* ό. [nempe, se *nolle reverti*, ex fine v. præced. q. d. Nonne pervicaciam suam impudenter produnt?] *Nemo*, &c. Hyperbole est, qualis Psalm. 14. 3. & alibi[a].

¶ *Nullus*, &c. אֵין אִישׁ נִחָם וגו׳] *Non* (vel, *Nemo*, Ti. sim. Ca. JT. sub. *est*, vel *erat*, P. Ti.) *vir* (vel, *quisquam*, P. sic Pi.) *pœnituit*, &c. Mo. vel, quem *pœniteat mali sui*, P. sim. Ti. M. sive, *malitiæ suæ*, Calv. ¶ *Dicens*, *Quid feci?*] Vox seipsum colligentis post actum temerarium. Vide 1 Sam. 13. 11. 2 Sam. 3. 24[b]. Vox consternati & stupentis ad mala sua. Initium pœnitentiæ est, ut peccator sibi sit exactor, & se ad calculum sive rationem vocet, non autem secure indormiat sceleribus suis[c].

¶ *Omnes*, &c. כֻּלֹּה שָׁב בִּמְרֻצוֹתָם] *Omnis ipse* (vel, *Nullus non*, P. *Quisque illorum*, Ti. sic JT.) *conversus est* (vel, *vertitur*, Calv. sic Ca. *tendit*, Ti.) *in cursum suum*, Mo. JT. V. &c. i. e. ad priorem vitam[d]: vel, *ad cursus suos*, h. e. ad cupiditates suas*: vel, *in cursu suo*, Pi. Effuso impetu feruntur[f]; ut nomen *cursûs* designat[g]. Confer Prov. 6. 18. Esa. 59. 7[h]. *Ad cursum suum* malum, Angl. ut Jer. 23. 10 †. *Ad cursum suum*, i. e. ad consuetudinem peccandi[i]. Nulli alteri rei intendunt quàm ut libidinem suam sequantur[k]. ¶ *Quasi equus impetu*, &c. שׁוֹטֵף וגו׳] *Impetu irruens* (vel, *ferox*, Heb. *inundans*, Pi. vel, *exundans*, Mo. Propriè dicitur de torrente, qui exundat & præceps fertur[l]. Vel, *impetuosè agens*, M. *effusus*, Ti. *ruens*, Ca. sic Calv. *præceps ruens*, JT. sim. Hi. & Sy. in Th. & in BA. [quem videsis.] Ferociter procurrens[m], quò eum stimulus vel phantasia agit[n].) *in prælium*, P. Ti. M. JT. Mo. &c. vel, *in prælio*, Pi. Vide Job. 39. 21, 25[o].

7. *Milvus*, &c. גַּם חֲסִידָה וגו׳ מוֹעֲדֶיהָ] *Etiam ciconia* (vel, *grus*, Ar.) *in cœlo* (i. e. in aere[p]; vel, *aerea*, Ca. quæ volat *in aere*, Ti.) *cognovit tempus suum*, sive *tempora sua*, Ch. Sy. P. M. Ca. vel, *tempora stata*, sive *statuta*, *sua*, Mo. JT. Pi. Ti. Vox חֲסִידָה occurrit Levit. 11. 19. [ubi fusè eam explicant Collectanea nostra,] & Job. 39. 13. (ubi vide quæ diximus[q],) & Psalm. 104. 17. & h. l. & Zach. 5. 9[r]. Novit ciconia quibus temporibus debeat redire ad nos, & abire †. Ciconiam esse avem migratoriam, testantur Plin. 10. 33. Solin. 40. Ælian. 3. 23. Strab. l. 5. & 9. necnon scriptores Arabes & Hebræi, aliique, [quos legere est in Cl. Authore.] Porrò, *ciconia in cœlo*, i. e. in aere, & ex aere, cognovit tempus migrationis suæ, & tum esse discedendum cùm aer intepescit, & remittuntur frigora[t]. Ex cœlo cœlique temperie novit tempus demigrationis in alium locum trans mare, ut hyemis rigorem fugiat: rursus remigrationis ad proprios nidos Vere recurrente, ut ova illic & pullos excludat[v]. Emphaticè dicit, *in cœlo*, vel *aere*, alludens ad naturam avium, quæ assiduâ inquietudine laborant, quas aer huc illuc circumfert, quæ perpetuò volant per aerem, & tamen tantum habent prudentiæ, ut apud se colligant quodnam sit idoneum tempus eundi vel redeundi[x]. ¶ *Turtur*] Cujus adventus Veris indicium. Vide Cant. 2. 11, 12. & Aristot. [Hist. animal.] 8. 3, 12, 16. Varron. Rust. 3. 5[y]. ¶ *Et*, &c. וְסוּס] *Et grus*, Ch. Sy. Mo. P. Ca. JT. Pi. &c. & *hirundo*, M. BA. 2. 1. 10. 59. Hirundines esse aves migratorias, lippis notum est & tonsoribus. *Hyeme abeunt*, Plin. 10. 24. sic Aristot. 8. 12. Initio Veris redeunt. Vide Plin. 2. 47. Ælian. 1. 5. Et notum est proverbium, *Una hirundo non facit ver*[a].

¶ *Et ciconia*, וְעָגוּר] *Et hirundo*, Ch. Sy. P. Ti. Mo. Ca. &c. & *grus*, M. BA. [Sed de vocibus סוּס sive סִיס & עָגוּר vide fusè congesta ad Esa. 38. 14.] Gruem non solùm aliò migrare constat, sed & fugâ frigoris in remotissima loca proficisci. Id testantur Aristot. 8. 12. ex Herod. 2. 22. Ælian. 3. 13. Mira porrò est in trajectu maris & alibi gruum industria. Pro saburra lapidem in ore gerunt, (ut testantur Maximus Tyrius orat. 40. Nonnus Dionys. l. 40. vers. 521. Phile cap. 10. Ælian. 3. 13.) & arenas devorant, teste Solino, sic & Plin. In altum volant, tum ut aves rapaces vitent; Alkazuinius: tum quia aer ibi est tranquillior; Horus 2. 93: tum ut indè dispiciant quas petant terras; Solin. & Isid. tum ad omnes aeris mutationes intentæ sint, nè à tempestate obruantur; Aristot. Histor. 9. 10. Est ergò nautis prognosticum tempestatis, cùm vident grues retro volantes; Ælian. Hist. 3. 14. Agmen in ipso volatu formam habet trianguli, tum nè distrahatur earum acies; Plut. in libro Utra animalium, &c: tum ut aerem sic faciliùs dividant; Tzetzes ex Ælian. 3. 13: tum ut basi, tanquam puppi, à ventis adjuventur; Cicero de Nat. deorum 2. Habent duces in primo agmine, seniores scil. & viarum peritas; & ἀγοὺς in extremo, quæ extremum agmen regant, & volatûs desidiam voce castigent: Aristot. Plin. Solin. Inter volandum mirè se juvant. In tergo prævolantium colla & capita reponunt, & aliæ in aliarum locum succedunt, &c. Reliquis dormientibus, paucæ per vices toti gregi invigilant; Aristot. 9. 10. Alkazuinius. Denique, à gruibus multa prudenter fieri dicit Aristot. Hist. 9. 10. & gubernandi artem ab iis homines didicisse contendit Ælian. Hist. 3. 14. Ex his constat grues à Propheta in prudentiæ naturalis exemplum meritò proponi[a].

¶ *Custodierunt* (vel, *observant*, P. Ca. JT. Pi. &c.) *tempus adventûs sui*; ità Mo. Ch. &c. בֹּאָנָה] *Introitûs sui*, Sy. sim. LXX; *profectionis suæ*, Ti. *quando veniant*, M.

¶ *Populus autem meus* (Sub honorifico titulo clariùs exprimit flagitium gentis suæ[b].) *non cognovit*, &c.] q. d. Magis fatui sunt quàm aves †.

8. *Quomodo dicitis*, (vel, *dicetis*, Calv. Pi. Significat continuum actum[c]; vel, q. d. dicere audetis[d]. Vel, *dicere potestis*, Angl. ut Jer. 2. 23*. Interrogat quasi de re nimis absurda[f].) *Sapientes nos sumus*] Vanam illorum jactantiam refellit, quòd nullum sapientiæ suæ signum darent †. Alloquitur hîc vel, 1. scribas[g], sive sacerdotes & falsos prophetas, reliquósque populi duces[h]: vel, 2. totum populum; quia omnes se sapere jactabant, & doctrinam Jeremiæ respuerunt[i]. ¶ *Et lex Domini nobiscum* (vel, *penès nos*, Calv. Pi.) *est?*] Certè Lex Dei est perfectè sapiendi regula: hanc ergò jactant[k]. ¶ *Verè*, &c. אָכֵן הִנֵּה לַשֶּׁקֶר עָשָׂה עֵט שֶׁקֶר סֹפְרִים] *Verè ecce in vanum fecit stylus, falsitas scribæ*, Mo. *Utique ecce ad falsitatem operatur, stylus falsitatem legisperitorum* operatur, JT. *Utique ecce fallaciter agit stylus fallax scribarum*, i. e. legisperitorum*. *Verè ad fallendum inservit perito calamus mendax*, Sy. *Frustrà factus est juncus mendax scribis*, ό. *Directio falsa scribis frustranea facta est*, Ar. *Profectò ecce vanè fecit frustraneus stylus scribarum*, Ti. Placet mihi Vulgatus, *Verè ecce mendacium operatus est stylus mendax scribarum*. Malim tamen לַשֶּׁקֶר cum K. accipere pro לְחִנָּם *in vanum, frustrà*. Sensus est, Perperàm gloriamini vos sapientes esse, & Legem Dei penès vos esse, quam ubique consulere possitis. Enimvero scribæ vestri & legisperiti, quorum est dictare leges & consilia, mendacem habent calamum, qui frustrà operatur: nihil minùs indè quàm sapientiam haurire potestis. Nec impedit hanc interpretationem accentus Zakeph-katon super עָשָׂה; is enim non semper sententiam distinguit; quare & K. eum neglexit[l]. Al. *Profectò stylus mendacia scribit, falsimonia penès scribas*. *Falsitas* Hebræis sæpe id quod iniquum est. Quomodo Doctores vestri dicunt se Legem tenere, cùm quotidie decreta scribant contra Legem? ut Esa. 10. 1[m]. Al. *Ne ille frustrà stylum, frustrà literatos fecit*, Ca. *Ecce igitur, frustrà fecit scriba calamum mendacii* ad

---

Marginal notes (left column): † Ang. — t Ang. — v Calv. — x Calv. — y Glass. gram. 3. 5. 29. 511. — z Ang. — a G. — b Ang. — c Calv. — d V. — * Calv. — f G. sim. Calv. — g Calv. sim. Ang. — h Ang. — † Idem. — i Me. — k T. — l BA. 1. 2. 8. 147. — m Pi. — n T. — o Ang. — p V. — q G. — r BA. 2. 2. 29. — † G. — t BA. ib. 331. — v T. — x Calv. — y Ang. ex BA. 2. 1. 9. 55.

Marginal notes (right column): a BA. 2. 1. 10. 65. — a BA. 2. 1. 11. 20. — b Calv. — † Idem. — c Calv. — d Pi. — * Ang. — f Calv. — † Idem. — g Pi. — h Q. in Calv. — i Calv. — k Calv. — * Pi. — l Di. — m G.

ad falsandas scripturas, Ch. in Me. *Ecce certè se gerunt fallaciter, stylus scribarum est* stylus *falsitatis*, Gal. Al. *Certè ecce frustrà*; vel *in vanum, aptavit stylum*, Calv. sic M. P. (vel, *calamum*, Calv. sub. *suum*, P. & sub. *scriptor*, P. Calv. nempe Legis, Calv.) *frustrà* (sub. *sunt*, Calv. vel, *scripserunt*, P.) *scribæ*, P. Calv. h. e. Doctores[n]; vel, Legis interpretes, ut Esd. 7.6[o]: vel, & *in vanum scripserunt eam*, M. Est species ironiæ: falsè deridet eos quòd arriperent titulum Legis, quam non intelligerent. q.d. Si ità est [ut dicitis, *vos sapere*, &c.] frustrà scripta est Lex[p]. Si Lex penès vos est, quid proderit, si non adimpleveritis eam? perinde est acsi scripta non esset[q]. K. sic παρα-φράζει, *Qui fecit calamum ad scribendum legem, in vanum fecit eum: & sic mendacium sunt scribæ*. Impersonaliter accepit τὸ עָשָׂה, *fecit stylum*, nempe, qui fecit, i.e. factus est stylus: ut Gen. 27.36. קָרָא *vocavit nomen ejus*, nempe, qui vocavit, i.e. vocatum est. Hinc non malè vertetur, *Profectò ecce in vanum factus est stylus, mendacium sunt scribæ*[r]. *Ecce certè in vanum ille* (i.e. Deus; pronomen pro nomine, ut Exod. 34.28. 1 Sam. 6. 19†.) *fecit* eam, (Ellipsis pronominis, ut Jer. 4.4. Vel, verbo indefinitè sumpto, *facta est* illa, Angl. nempe Lex *.) *calamus scribæ frustrà* est, Angl. q.d. Frustrà quoad illos Lex vel à Deo lata est, vel ipsius mandato à scribis descripta in usum populi, Deut. 17.18. & 31.9. quum illi eam non curent, nec ullum beneficium indè redundet ad illos[t]. Frustrà in describenda Lege laborârunt, quando per eam nihilo facti estis sapientiores[v]. עֵט est calamus quivis, Job. 19.24. Psal. 45.2. Jer. 17. 1. propriè tamen ex ala avis desumptus. *Facere ad falsitatem*, (ut, *jurare ad falsitatem*, Levit. 6.3. Jer. 5.2.) pro, *facere falsitatem*, sive *falsò*. Redundat particula, ut Gen. 2. 24. collat. cum Matt. 19. 5. & Ezec. 37. 27. cum 2 Cor. 6. 16[x]. Al. Frustrà sunt scribæ, & scribarum officium; quia ipsi Legem & verbis & factis pervertunt[y], dum flagitiis veniam spondent per nuda sacrificia[z].

9. *Confusi*, &c. הֹבִישׁוּ חֲכָמִים חַתּוּ וַיִּלָּכֵדוּ [*Pudefacti*, vel *Confusi, sunt* (vel, *erunt*, Angl. sim. Calv. Ideo punientur †. Denunciat hîc pœnam, quæ proximè instabat[a].) *sapientes, fracti* (vel, *contriti*, Ch. *territi*, Calv. sic P. ό. sim. Ti. חָתַת propriè sign. *frangere*, seu *conterere*, &, quum transfertur ad animum, *terrere*[b]. Vel, *consternati sunt*, Mo.) *& capti*, M. sic Mo. P. Ti. &c. vel, *illaqueati*: q. d. Vos confiditis effugiis vestris; sunt autem Deo laquei, quibus capiamini[c]. Sapientia vobis non proderit[d]. Malè procedent quæ cogitâstis, & vestris consiliis implicabimini *. Al. *Fecerúntne sapientes ut erubescerent?* (sub. *populares*, reprehensi propter sua peccata, & eorum convicti *:) *consternatine sunt* (sub. *hi*, scil. metu castigationis Divinæ denunciatæ ipsis ex Lege[f],) *& capti?* JT. Pi. adducti ad resipiscentiam, ac proinde dedentes se sub obedientiam Legis†. Sed hæc interpretatio vim textui infert: & primum verbum, licèt formæ activæ sit, semel tantùm activè sumitur; reliqua duo verba nunquam. Vide ad Jerem. 6. 11, 15[g]. ¶ *Verbum ——— projecerunt*] Vel, *spernunt*, JT. Pi. &c. vel, *reprobârunt*, aut *repudiârunt*, Calv. Mo. &c. ¶ *Et*, &c. וְחָכְמַת מֶה לָהֶם [*Et sapientia* (vel, *sapientiæ*, Q. in V.) *quid* (vel, *quorsum*, Ca. vel, *quæ*, ό. Calv. *quæ* ergò, Ti. *quæ tunc*, Angl. *&*, pro, *tunc*, ut Jer. 4.1[h]: vel, *cujus rei*, P. JT. Pi. sub. *est*, P. Calv. vel, *esset*, Pi. vel, *inesset*, JT. vel, *reliqua esse poterit*, Ti. vel, *proderit*, M.V.) *eis?* Mo. M.V. &c. vel, *ad ipsos?* q. d. Sapientes sunt, sed suo judicio: turgent suo fastu, quo sapientiam excludunt, &c. Vel sic, Inutiliter sapiunt, repudiando sermonem Dei, in quo posita est ipsorum salus. *Odi sapientem qui sibi non sapit*. Vel sic, Quæ sapientia, ubi nullus est timor Dei? quum hic illius caput & summa sit, Prov. 1.7. & 9.10[i]. Al. *Ubinam est sapientia illis indita?* Ar. *Et nulla pars est eis in sapientia*, Ch. [Strig. hæc cum præced. sic reddit, *Quid enim boni docere possunt, repudiato Domini verbo?*]

10. *Dabo mulieres* (vel, *uxores*, Pi. Calv. &c.) *eorum exteris*] Vel, *aliis*, JT. Pi. *alienis*, Calv. Quo nihil acerbius[k]. ¶ *Agros eorum hæredibus*; ità Mo. P. ό. לְיוֹרְשִׁים [*Possessoribus*, M. Ti. Ca. Calv. sub. *externis*, M. sim. Ti. Ca. Angl. ex præcedente membro, ut Esa. 10.15. & 58. 13[l]. Vel, *possessuris hæreditario jure*, JT. vel, illis *qui possidebunt* eos, Ang. Ellipsis pronominis, ut alibi sæpe †. Quòd hostes hîc vocat *possessores*, significat eos non tantùm grassaturos ad breve tempus, ut sæpe fit, sed diu, & per totam vitam, prædia Judæorum possessuros. Stultè putabant Judæi se æternos fore terræ hæredes. Succedent, inquit, alii, qui ipsam hæreditabunt[m]. Vel, *iis qui occupabunt eos*; Heb. *hæreditabunt*, vel, hæreditario jure occupabunt. Synecdoche speciei συλληπτική[n]. Vel, *possessoribus*, sub. *novis*, i. e. iis qui usurpabunt eos in captivitate, acsi essent veri possessores; nempe Chaldæis, qui eos jure hæreditario possidebunt[o]. ¶ *Avaritiam sequuntur*, &c.] Ità addicti sunt proprio lucro, ut nulla sit inter eos æquitas. Sub una specie complectitur omnes fraudes & rapinas. Deo ergò non potest objici nimius rigor, &c[p]. Confer Jer. 6.13[q].

11. *Et sanabant ——— ad*, &c. עַל נְקַלָּה [*Super levi*, Mo. *vilissimè*, M. *verbis mendaciorum suorum*, Ch. in V. *vanissimis remediis*, Strig. *velut rem levem*, G. *nugis*, Sy. [Ar. locum sic vertit, *Et fractionem populi mei in jocos vertunt*.] Idem vide Jer. 6. 14[r]. Sed opus fuit surdis vel tardis iterare quod vel effluxerat è memoria, vel non tetigerat eorum animos. Dicit eos *sanâsse*, per concessionem; q.d. Præposteri fuistis medici, qui adhibuistis emplastra ad tegendam iram Dei *. ¶ *Cùm non esset pax*] Id est, vel, 1. quum Deus hoc eventu refutavit: vel, 2. Quum nulla esset prosperitas, tamen pacem fallaciter polliciti sunt †.

12. *Confusi*, &c. הוֹבִישׁוּ וגו' [*An erubuerunt*, &c? Calv. Ang. &c. q. d. Probra sua illis objecit Deus, & convicti sunt, ut non possent tergiversando effugere: tamen etiam in pudore ipso non puduit eos; nullus in eis erat pudoris affectus. Ex hac impudentia probat eos esse homines perditos[t]. Al. *Fecerúntne ut erubescerent*, &c? JT. Pi. Idem vide Jer. 6. 15[v]. ¶ *Cadent inter corruentes*] Simul omnes, ut peccârunt, ità etiam peribunt[x].

13. *Congregans*, &c. q.d. Congregabo omnes Judæos in Hierosolymam, tanquam in caveam, ut ibi à Chaldæis capiantur *. ¶ אָסֹף אֲסִיפֵם [*Colligendo colligam eos*, Mo. Ti. Pi. Metonymia effecti destinati[y]: [colliguntur enim v. g. fructus ut auferantur.] *Consumendo* (vel, *Consumens*, M.) *consumam eos*, P. M. *Omnino exstirpabo eos*, JT. vel, *auferam*, Pi. vel, *perdam*, G. ex Ch. Sic ό. אָסַף per ἀπόλλυμι, (*perdo*,) vertunt Ezec. 24.4. alibi per αἴρω, aut ἀφαιρέω, (*tollo, aufero*[z].) *Perdendo perdam eos*, V. Calv. Ut nemo sit superstes. De corpore populi loquitur: alioqui servatæ sunt reliquiæ[a]. De verbo אָסַף vide Gen. 30. 23[b]. ¶ *Non*, &c. אֵין עֲנָבִים וגו' [*Non* (vel, *Nullæ*, JT. Pi. Ar. sub. *sunt*, P. JT. Pi. vel, *erunt*, Ti. Ca. Calv. Ang. vel, *reperiuntur*, Ar.) *uvæ* (vel, *botri*, M.) *in vite, nec ficus in ficu*, Mo. P. &c. vel, *ista ficu*, JT. Pi. [Variè exponunt. Vel, 1. de culpa.] q.d. Judæi destituti sunt bonis operibus. Allegoria metaphorica[c]. Quare eos, ceu plantam inutilem, eradicabo[d]. [Vel, 2. de pœna.] q. d. Privabo vos omnibus alimentis †, tempore obsidionis. Sic Joel. 1.7, 12. Hab. 3. 17[f]. Minatur famem post obsidionem[g]. Al. *Et deficient, sicut uvæ de vite*, &c. Ch. Deest comparationis nota. Plenus enim sensus est, Sicut cùm *non est uva*, &c. i.e. ubi omnes uvæ dejectæ sunt aliquâ tempestate[h]. ¶ *Folium*, &c. וְהֶעָלֶה נָבֵל [*Et* (vel, *Etiam*, JT. Pi. *Quin &*, M.) *folium* (vel, *folium ipsum*, M. Ti. *folia ipsa*, JT. Pi.) *defluxit*, Mo. P. vel, *defluet*, Ti. vel, *decidet*, V. *deciderunt*, JT. Pi. *emarcescet*, M. i. e. Nè speciem quidem habent bonorum operum[i]. Al. Cum fructu etiam folia decutientur[k]. Al. *Et sicut folium defluens*, Ch. Aut sicut folia ab arboribus dejiciuntur vi venti[l]. Al. *Uvæ* & *ficus* hîc nobiliora Judæorum capita, *folia* opifices & vulgum, denotant[m]. ¶ *Et dedi*, &c. וָאֶתֵּן לָהֶם יַעַבְרוּם [[Variant.] *Et* (sub. *quæ*, P. V. Calv. M. Ti. Di. ex K. vel, *illa quæ*, Ang. Ellipsis & antecedentis & relativi, ut Jer. 2. 8[n].) *dedi* (vel, *dabo*, V. *dedero*, Calv.) *eis, transibunt*, vel *migrabunt, eis*, Mo. vel, *ab eis*, M. P. Ti. Calv. Ang. Præpositio verbo includitur, ut Job. 29. 3[o]. ם finale idem valet quod separatum מֵהֶם, *ab ipsis* P. Vel, *prætéribunt eos*, i.e. privabuntur eis[q]. Sensus, q. d. Etiamsi horrea & cellæ repleantur, &c[r]. Amittent fructus non modò qui adhuc hærent in arboribus, sed etiam quos jam condiderunt, eos auferent hostes eorum †. Sed hoc nimis restrictum. Etiamsi uvæ & ficus maturescant, & victus vobis sit in promptu, non tamen frui dabitur, sed

sed vobis auferentur. Nam *transire* sæpe ità capitur †. Al. *Dederam quidem illis, ac præterierunt ab ipsis*, Sy. *Eisque peritura dedero*, i.e. Quæ dedero peribunt [t]. Non displicet Vulgatus, qui sic vertit, *Et dedi ipsis quæ prætergressa sunt* [v]. Id est, vel, Fructus quos eis dedi ad hostes transibunt, illi eis fruentur [x]: vel, q.d. Non relinquentur in Judæa nisi quæ à Chaldæis derelicta sunt, nempe pauculi racemi post vindemiam [y]. Verti potest, *Et dedi ipsis, ut præterirent eos*. Docet nihil mirum esse, si non sint uvæ, ficus, &c. quia, inquit, non dedi ipsis ut iis fruerentur, sed ut omnia ista transirent & præterirent, eósque destitutos relinquerent. Totum versum ad pœnam refero, ut sicut initio versûs dixit se consumpturum eos, ità in sequent. doceat quâ ratione sit id facturus [z]. Al. *Et quæcunque adhibeo eis prætereunt*, JT. i.e. Nullam culturam à me admittunt, sed operam & spem agricolarum meorum ludificantur [a]. Al. *Et quæ dedi eis* præcepta, *ea transgrediuntur*, Pi. *Quia dedi eis*, (sub. *legem*, G. *legem meam ex Sinai*, Ch.) *& eam transgrediuntur*, vel *transgressi sunt*, G. Ch. sim. RS. in Di. *Quia* (copulativa pro causali, ut Jerem. 6.29 [b].) *transgressi sunt illa*, vel *illas* res, (nempe leges; pronomen pro nomine †;) quæ *illis dedi*, Q. in Angl. Ità ratio esset præcedentis denunciationis. Probabilis interpretatio*. Jonathan quæ de *uvis*, &c. dicuntur ad pœnam refert; reliqua ad querelam, quâ pœnæ istius causa in ipsos rejicitur. Sic & RS. Totum, inquit, hoc erit ipsis, *quia dedi eis* statuta, &c [c]. Strig. versum sic reddit, *Ego tanquam vindemitor decerpam eos, ut nulli botri maneant in vite, aut poma in arbore fici; imò & folia marcescent, & quicquid eis dedi rursus eis eripietur*.]

14. *Quare*, &c? [עַל מָה אֲנַחְנוּ יֹשְׁבִים הֵאָסְפוּ וגו׳ וְנִדְּמָה שָּׁם] *Ad quid*, vel *Propter quid*, vel *Ut quid*, (vel, *Quid*, Ca. *Quare*, Vulg. Ang. Dicent, vel Dicentes, *Quorsum*, JT. Pi. sic Sy.) *nos sedentes?* Mo. (vel, *sedemus?* Ch. Ti. *manemus?* P. *desidemus?* V. JT. Pi. Ca. Calv. vel, *habitamus?* M. *immoramur?* V. sub. *hîc*, V. vel, sub. *in villis*, M. sim. Calv. quæ expositæ sunt violentiæ hostium [d]: quasi seipsos damnarent ignaviæ *.) *colligite*, sive *congregate, vos*, sive *congregamini*, *&* (vel, *ut*, M. &c.) *ingrediamur in civitates munitionis*, sive *munitas*, P. M. &c. *&* (vel, *ut*, JT. Pi.) *silebimus* (vel, *sileamus*, Ch. G. ex Vulg. sic JT. Pi.) *ibi*, P. id est, quietos nos contineamus †: *& illic quiescamus*, vel *quiescemus*, i.e. incolumes erimus [f]; erimus in magna tranquillitate [g]: *illic quieturi*, Ca. *ubi quieti simus*, M. Nihil moliamur adversus Chaldæos, non impugnemus, non provocemus hostem, sed solùm muris defendamus nos [h]; ibi quieti degamus, & procellam hanc præterlabi patiamur [i]. Al. *& projiciamur* (vel, *procumbamus*, Ar.) *ibi*, ό. *ut illic taciti simus*, Ti. *& sedebimus illic*, nempe silentes ac lugentes [k]. q.d. Non est nostrum murmurare aut tumultuari, quare venerit super nos tribulatio [l]. Describit jam consilia eorum qui in oppidis infirmioribus futuri erant adventante hoste. Ii putabant se salutem habituros Hierosolymis, abituramque hanc procellam, ut olim Sennacheribi tempore [m]. Propheta hîc suscipit in se personam populi, & repræsentat quænam consilia caperent Judæi, ostenditque ipsos, ut solent hypocritæ, captare effugia, quasi possent se protegere ab ira Dei, &c [n]. Al. *ibique conticeamus*, i.e. intereamus, Sy. ¶ *Dominus*——*silere nos fecit*; ità Mo. Calv. simil. P. JT. Pi. [הֲדִמָּנוּ] *Compescuit* (vel, *coercet*, Ca. vel, *projecit*, sive *abjecit*, ό. Ar. *pudefecit*, Ch. *silere*, id est, perire, *fecit*, Sy. *excidit*, vel *perdidit*, Q. in V.) *nos*, V. M. *quiescere nos fecit*, Calv. Sunt hæc verba vel, 1. populi, qui jam manum Dei cernere incipiunt in malis suis [o]: vel, 2. Prophetæ, quibus respondet ad præcedens dictum Judæorum [p]. [Variè explicant.] Noluit [Deus] nobis victoriam dare de hostibus [q]. Al. Fecit Deus ut non ausimus os aperire conquerendo de injuriis hostium [r]; nos imbecilles & timidos reddit †; conjecit nos in has angustias, ut in munitis urbibus quiescere sit opus [s]; ut vires non supersint nobis ad bellum hostibus inferendum sed ut summum ad propulsandum & depellendum bellum [v]. Elegans hîc est antanaclasis [x], in voce [דָּמַם], quæ sign. *quiescere*, sive *silere* [y]. Prius *quiescere* [z], quum loquitur in persona populi [a], sumitur in bonum [b], de tranquillo statu [c]: posterius, quum loquitur ex Dei mandato [d],

† Calv. [t] Ca. [v] Di. [x] Mar. sim. Me. [y] T. [z] Di. [a] Jun. [b] Ang. † Idem. * Idem. [c] Di. [d] Calv. sim. Me. T. * Calv. † G. [f] Calv. [g] Q. in V. [h] T. sim. Me. Ang. [i] T. [k] Q. in V. [l] V. ex He. [m] G. [n] Calv. [o] Plerique in Ang. & Ang. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. † Me. sim. Ang. [s] Mar. [v] T. [x] Pi. Glas. Ang. sic Calv. [y] Calv. [z] Glas. [a] Calv. [b] Glas. [c] Calv. sim. Glas. [d] Calv.

in malum *, & interitum designat [f], ut sequens phrasis indicat. Hæc populi contumacis verba μιμητικῶς posita excipit hoc Prophetæ responsum [g]. Cogitabant Judæi quærendas esse munitiones quæ ipsos protegerent. Ostendit Propheta eos longè falli, quia Deus ipsos quiescere fecerit diverso modo, nempe quia redegit in nihilum: quiescere enim & silere dicuntur mortui [h]. ¶ *Et potum dedit nobis aquam fellis*; ità Mo. P. sim. M. Ti. Ca. Calv. ό. [מֵי רֹאשׁ] *Aquas* (*succum*, JT. Pi.) *amaras*, Sy. sic Ar. vel, *cicutæ*, JT. Pi. Glas. videlicet soporiferum & lethiferum [i]: vel, *veneni*, sive *toxici*; V. vel, *venenatas*, Calv. sic V. Sensus, Voluit nos [Deus] hanc ignominiam subire, ut mœnibus hostem arceamus. Ità loquuntur, quòd nihil pejus instare crederent [k]. Vox ראשׁ vertitur *fel* Deut. 29. 18. & 32. 32. Psal. 69. 22. interdum plantam aliquam mortiferam denotat, ut constat ex Hos. 10. 4. & generaliter pro quovis veneno in S. S. ponitur: hîc autem gravissimas & lethales calamitates designat [l]. ¶ *Peccavimus enim Domino*] Hoc sæpe dicunt etiam qui animum non repurgant. Vide 1 Reg. 21. 27 [m]. Hinc colligo, non hîc populum loqui, qui nunquam hoc spontè confessus esset; sed Prophetam, qui coarguit eos ob vanam in munitionibus fiduciam. Dicit ergò ipsos malis omnibus obnoxios fore; quia secum ferent suas impietates quocunque confugiant, & ità secum trahent iram & vindictam Dei [n].

15. *Exspectavimus*, &c. [קַוֵּה לְשָׁלוֹם] *Exspectare ad pacem*, Mo. *Exspectabimus* (vel, *Exspectavimus*, Ti. Ch. Sy. Ang. decepti à falsis prophetis [o]: vel, *Si exspectemus*, M. V. Infinit. pro fut [p]. *Exspectando*, Calv. M. *Exspectando* exspectavimus, Angl. i.e. diu & anxiè exspectavimus, ut Lam. 4. 17. De phrasi vide ad Esa. 59. 13 [q].) *pacem*, P. V. &c. *Speratur pax*, Ca. *Exspecta pacem*, JT. Pi. G. Ironia traducens Judæorum præfidentiam, &c [r]. Respondet Propheta illis quos modò loquentes induxerat. Exspecta sanè quantumlibet meliora tempora †. Clariùs hoc versu se exprimit, Judæos se vanâ spe deludere. Unde videmus eum proximo versu non aliò spectâsse quàm ut stultitiam populi detegeret, qui putabat se fore salvum propinquis remediis, interea autem spernebat Dei judicium [t]. ¶ *Et*, &c. [וְאֵין טוֹב] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. &c.) *non* (vel, *nihil*, Sy. G. Ti. JT. Pi. sub. *erit*, P. M. JT. G. vel, *veniet*, Pi. vel, *contigit*, Sy. sic Ar. vel, *erat*, Ch.) *bonum*, Mo. P. Ch. M. sub. *pacis*, M. vel, *boni*, Ti. JT. Sy. &c. sic G. ¶ *Tempus medelæ*] Sic P. &c. vel, *sanationis*, M. Ti. V. &c. scil. morborum reip [v]. sub. *exspecta*, Pi. vel, *si exspectemus*, M. V. Exspecta donec abeant Chaldæi [x]. *Tempus propitiationis peccatorum*, Ch. ¶ *Et ecce formido*, [בְעָתָה] *Terror*, Mo. P. Ti. JT. &c. *turbatio*, M. *vindicta delictorum*, Ch. *infelicitas*, Sy. sub. *aderit*, sive *veniet*, JT. Pi. Tunc maximè venient mala cùm intra urbem eritis [y].

16. *A Dan*] Usque ad Urbem sanctam, q.d. è longinquo; ut exprimat magnitudinem fremitûs [z]. Simplicior sensus est, quòd si Hierosolyma secura fit, & deliciis vacet, tamen in ipsis finibus hostes sunt; bellum in vestra terra gerendum [a]. Dicit, *A Dan*, quia, Phœnice subactâ, indè per Danitarum terminos adventabat Nabuchodonosor [b]. *Dan* & *Ephraim* erant inter Jerosf. & Babylonem [c]. ¶ *Auditus est fremitus equorum ejus*; ità Mo. P. M. ό. BA. Boot. ex Luth. Zuing. Oecol. &c. [נַחְרַת] *Hinnitus*, Sy. Q. in Angl. At is sequitur [d]. *Sternutatio*, V. *ronchus*, Ti. JT. Pi. sic Ca. נַחְרַת à נַחַר *naris* [c], est sonus qui in equi naribus formatur [d]. Vide Job. 39. 20 *. *Equorum ejus*, scil. Assyrii [f]; vel, Regis Babylonii [g]. Hebræi sæpe relativum ponunt sine antecedente. Vel, *ejus*, nempe Dei, sub cujus auspiciis belligerabant Chaldæi [h]. ¶ *A voce*, &c. [מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו וגו׳] *A voce*, sive *sonitu*, (vel, *Ob vocem*, Ar.) *hinnitum fortium*, sive *robustorum*, *ejus*, Mo. JT. BA. vel, *equorum*, Pi. *caballorum*, Boot. vel, *fortium* equorum *ejus*, P. sim. Ti. *magnificorum* equorum *ejus*, M. Vox אַבִּירִים, propriè *robusti*, & *potentes*, Job. 34. 20. Jer. 46. 15. dicitur de hominibus potentibus, Job. 24. 22. Thren. 1. 15. Transfertur ad Angelos, Psalm. 78. 25. & ad tauros, Psal. 22. 13. & 50. 13. Esa. 34. 7. & ad equos, h. l. & Jud. 5. 22. Jer. 47. 3. & 50. 11. Equos autem intelligi docent, 1 quòd סוּסִים, *equi*, ut synonymon ei ponitur: 2. quòd illis tribuuntur *hinnitus*, & [alibi] *ungulæ*,

&

* Glas. [f] Calv. [g] sim. Glas. Glas. rhet. 2. 3. 530. [h] Calv. [i] Jun. Glas. [k] G. [l] Ang. [m] G. [n] Calv. [o] Mar. [p] V. [q] Ang. [r] Jun. † G. [t] Calv. [v] Pi. [x] G. [y] G. [z] Q. in Calv. [a] Calv. [b] G. ex Hi. Ang. [c] Me. [d] Ang. [c] BA. 1. 2. 8. 126. [d] BA. ib. sim. Ang. * Ang. [f] Ca. Calv. [g] Pi. sim. Ang. [h] Calv.

& דַּהֲרוֹת *curſus*, aut *ſaltus*, aut *inceſſus*, equis peculiaris [i]. Plerique אַבִּיר habent pro adjectivo ſignificante *fortem*, vel *magnificum*; nec *taurum* aut *caballum* ullibi eo ſignificari putant, ſed eas voces extrinſecùs aſſumunt. In quo graviter errant: nam ea vox, ut alibi *taurum*, ità *equum* ſignificat h.l. & locis aliis nonnullis [k]. ¶ *Et plenitudinem ejus*] Omnes arborum ſegetúmque fruges: opes omnes abripient [l]. ¶ *Urbem*] Id eſt, urbes: neque enim uni Jeroſ. minatur, ſed aliis etiam urbibus [m].

17. *Mittam vobis ſerpentes*, &c. נְחָשִׁים צִפְעֹנִים] *Serpentes regulos*, ſive *baſiliſcos*, Mo. P. M. Calv. Pi. BA. &c. vel, *aſpides*, Ca. vel, *hæmorrhoidas*, JT. Appoſitio [n]. Vel, & *regulos*, Q. in Calv. Intellige hoſtes nocentiſſimos [o]. De צִפְעֹנִים vide ad Eſa. 11. 8. & ad 14. 29 [p]. [& ad Prov. 23. 32.] ¶ *Quibus*, &c. אֲשֶׁר אֵין לָהֶם לָחַשׁ] *Quibus* (vel, *contra quos*, M. ſic JT. Pi.) *non eſt* (vel, *nihil* efficit, M. V. vel, *nulla* prodeſt, JT. Pi.) *incantatio*, P. M. Pi. &c. vel, *muſſitatio*, JT. h. e. Nullis artibus à vobis depelli poſſunt [q]. Per metaphoram intelliguntur homines duri, nullis precibus mitigabiles [r]. Si quæras num ſerpentes incantari poſſunt; reſpondeo Prophetam hîc non reſpicere quid verum ſit, ſed loqui ex communi hominum ſenſu. Fuit autem hoc ſeculis omnibus receptum, ſerpentes poſſe abigi incantatione, vel occîdi, vel ſpoliari nocendi arte†. [Sed de hoc plura vide vel in Annotatis ad Pſalm. 58. 6. vel in BA. 2. 3. 6.] ¶ *Et mordebunt vos*] i. e. Graviſſimis malis afficient [t].

18. *Dolor*, &c. מַבְלִיגִיתִי עֲלֵי יָגוֹן עָלַי לִבִּי דַוָּי] Nihil hîc difficile præter מַבְלִיגִיתִי, quod quidam volunt eſſe Benoni Hiph. fœm. gen. pro מַבְלִיגָתִי. Sic Junius. Aliis eſt nomen verbale, *corroboratio*, *recreatio*. Volunt eſſe formæ מַרְבִּית *ſoboles*, *fœtus*; quod tamen ab hoc diverſum eſt: י enim in מַרְבִּית radicale eſt, pro ה poſitum, à רָבָה *creſcere*. Malim itaque eſſe formæ תַּחְתִּית *inferior*, à maſc. תַּחְתִּי: qualia apud Rabbinos ſunt, à גּוּפִי *corporeus*, גּוּפִית *corporea*; ab אַרְצִי *terrenus*, אַרְצִית *terrena*. Sic à participio מַבְלִיג *roborans* derivari poteſt מַבְלִיגִי *roborator*, fœm. מַבְלִיגִית *roboratrix*, *recreatrix*, *conſolatrix* [v]. [Locum ſic reddunt:] *Confortatio mea ſuper mœrorem*, Mo. vel, In *fortificatione mea ſuper dolore*, P. i. e. Dum conor dolorem animi à me depellere [x]. In *conſolatione mea ſuper dolorem*: i.e. Dum memet ſpe inani conſolor, nec quicquam ſuccedit [y]. *Roborare me*, ſive *meum*, vel, *Quum vellem roborare me*, *ſuper dolorem*, Calv. Quum *vellem ſolari me contra dolorem*, Ang. *Roborari* cupiebam *contra mœrorem*, M. *Rictum flendo diduxi propter mœrorem*, Ti. *Dum mœrorem cobibere conor*, Ca. Al. *Recreatio mea* (ſub. *eſt*, Belg. vel, *conjuncta eſt*, Pi.) *in*, vel *cum*, *mœrore*, Pi. Belg. q. d. Quum me volo recreare, putà cibo, potu, &c. tum mœrore obruor, dum ſcilicet conſidero calamitatem eventuram popularibus meis [z]. *Recreatio mea de dolore*, i. e. Si recreare me velim de dolore meo [a]. Volunt מַבְלִיגִיתִי eſſe nomen. Sed verbum hoc ſæpe occurrit, ut Job. 9. 27. & 10. 20. & participium cum eadem hac ſyntaxi occurrit Amoſ. 5. 9. nomen verò tale nuſquam exſtat [b]. Mihi participium eſt. Hinc verto, *O conſolatrix mea adverſùs dolorem!* Apoſtrophe eſt, aut ad uxorem, quæ marito ſolatio eſt; aut ad animam ſuam, quæ ſola ſolatii argumenta excogitare poteſt [c]. *Anima mea recreatura ſe* eſt *in mœrore*, JT. Dicendum erat, *recreatura me*: eſt enim affixum primæ perſonæ [d]. In his verbis, *recreatura ſe*, eſt periphraſis animæ: nam *animus lætus bene medicinam facit*, Prov. 17. 22*. [Reliqua ſic reddunt:] *in me* (vel, *mihi*, Ca. ſed *in me*, M.) *cor meum* (vel, *animus*, Ca.) *mœrens*, Mo. vel, *eſt infirmum*, P. Calv. vel, *languidum*, JT. Pi. *dolore affectum*, M. *torquetur*, Ca. *deficit*, V. *ægrum eſt*, Di. q. d. Linquor animo. Sunt hæc verba vel, 1. eorum qui obſidionem erant perpeſſuri, ut indicant ſequentia [f]: vel, 2. Prophetæ [g]. Hîc incipit pathetica Prophetæ lamentatio [h], ob calamitatem populi. Confer Eſa. 22. 4 [i]. Ità ſe gerit Propheta, acſi eam ob oculos haberet [k]. Al. Non loquitur hîc Propheta de ſe, aut ſui ſimilibus; pii enim facilè terrentur ad judicium Dei: ſed de populo, qui vellent pertinaciâ ſuâ à ſe depellere omnes pœnas. q. d. Fruſtrà hæc remedia tentâſtis, fruſtrà vos roborâſtis adverſùs Deum; prævalebit tandem mœror ipſe, ut neceſſe ſit vobis ſuccumbere. Ego, inquit, oppreſſus fui dolore, quum tamen putarem mihi fore ſatis animi ad reſiſtendum. Nam ità impii viriliter putant ſe agere, dum furioſè reſiſtunt Deo: ſed tandem experiuntur ipſo eventu ſe fruſtrà quærere tale robur [l].

[i] BA. 1. 2. 6. 97. [k] Boot. anim. 3. 3. 3. 19. [l] G. [m] Calv. [n] Ang. [o] Pi. ſim. Calv. [p] Ang. [q] Calv. [r] G. † Calv. [t] G. [v] Di. [x] V. [y] G. [z] Pi. [a] Q. in Di. [b] Ang. [c] Di. [d] Idem. * Jun. [f] G. [g] Pi. Ang. Belg. &c. [h] Jun. ſim. Ang. [i] Ang. [k] Belg. [l] Calv.

19. *Ecce*, &c. הִנֵּה קוֹל שַׁוְעַת בַּת עַמִּי מֵאֶרֶץ מַרְחַקִּים] Abruptus eſt hîc contextus, quia Propheta diverſas perſonas ſuſtinet, verbáque & ſua, & populi, & Dei, hîc exprimit: ſed in ſumma rei nihil eſt ambiguum [m]. [Hæc verba ſic reddunt;] *Ecce vox*, ſive *ſonus*, *clamoris*, ſive *vociferationis*, (id eſt, clamor altiſonus [n]; nempe is quem dixi erit eorum clamor [o],) *filiæ populi mei de terra diſtantiarum*, ſive *longinqua*, Mo. Ti. Calv. ſic Ca. nempe Chaldæa & Aſſyria. Senſus duplex eſſe poſſit. Vel, 1. q. d. Hoſtes veſtri, quamvis procul remoti ſint, id quod ſecuros vos reddit, tamen propediem aderunt, & cogent vos ad vociferationem. Brevi itaque ſentietis quàm ſtultè vobis feciſtis delicias, quum Deus minitaretur, &c. Vel, 2. Deſcribit lamentationem populi jam exſulis in Chaldæa: tunc, inquit, incipietis clamare [p]. Al. *propter terram longinquorum*; i. e. hoſtes indè venientes [q]. Vel, *propter* advenas *terræ*, &c. JT. ſim. Ang. *propter eos qui* veniunt *de*, &c. M. ſim. G. *præ* timore inimici venientis *de*, &c. M. מִן valet, *propter* [r], ut Pſal. 12. 6. Eſa. 31. 4. & 53. 5 †. ¶ *Numquid Dominus non eſt in Sion?*] Id eſt, Hieroſolymæ [t]. h. e. Si Dominus eſt in Sion, quare permittit hoſtes graſſari contra eam [v]? Hoc etiam addent, An Deus, Rex noſter, hanc urbem non ultrà reſpicit [x]? Exprimit populi querimonias in ærumnis ſuis, ejúſque contumaciam. Deum inſimulant mendacii, quaſi ipſos deceperit, quum pollicitus fuerit ſe fore urbis & terræ præſidem. Cur ergò hoſtes adventant? Id fieri nequit, quin Deus vincitur [y]. ¶ *Aut rex ejus non eſt in ea?*] *Rex*, i.e. Jehova [z]. Vel, *Rex*, quem nobis præfecit Deus, qui Regnum hoc æternum fore pollicitus eſt, Pſal. 89. 37, 38. Sequitur ergò, aut mendacem eſſe Deum; aut hoſtes fruſtrà venturos, quia Deus ipſos repellet [a]. ¶ *Quare*, &c. מַדּוּעַ וגו'] *Cur irritaverunt me*, &c. JT. Pi. ſim. M. P. Mo. &c. ſub. *ait ille*, JT. Pi. Reſpondet illis Deus, Si Deus ſum, & Rex veſter, cur idola mihi prætuliſtis [b]? q. d. Juſtas habeo diſceſſûs cauſas: non ego illos deſerui, ſed ipſi me. Ità retundit eorum querimonias. Unde colligimus contumaciam in proximo membro deſcriptam fuiſſe [c]. ¶ *In vanitatibus alienis?* ità ο'. Ar. נֵכָר] *Alienigenæ?* Mo. V. ſub. *populi*, V. *alienigenarum?* JT. Pi. dei *alieni?* P. *numinibus peregrinis?* Sy. *cultu idolorum?* Ch. vanis diis [d].

20. *Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas*] Tempus quo Ægyptii ſe opem nobis laturos polliciti ſunt *: tempus quo putavimus nos ſalvos fore [f]: tempus omne idoneum bello gerendo [g]. ¶ *Salvati non ſumus*] Scil. per Ægyptios [h]. Jam omnis occaſio elapſa eſt, rigor eſt hyemis, &c [i]. Populus iterum loquitur [k], & ad querelam redit [l]. Ecce, jam tanto tempore toleramus obſidium, neque ſpes ulla apparet [m].

21. *Super contritione*, &c.] Loquitur Propheta, indolens popularium malis [n]. Quoniam tanta erat durities in populo, ut minæ eum non afficerent, ideo transfert nunc Propheta in ſuam perſonam quod nuper illis adſcripſit [o]. ¶ *Et*, &c. קָדַרְתִּי] *Denigratus ſum*, Mo. *pullatus*, Ca. *atratus incedo*, JT. Pi. *mœſtus ſum*, Ti. ſim. M. *obtenebratus*, vel *obſcuratus*, *ſum*, P. V. i. e. contriſtatus [p]. ¶ *Stupor obtinuit* (vel, *apprehendit*, ſive *arripuit*, Mo. P. M. Pi.) *me*] Opponit hoc populi torpori & ſocordiæ [q].

22. *Numquid*, &c? הַצֳרִי וגו'] *An reſina* (vel, *theriaca*, P. Ridiculè: hæc enim ex multis medicamentis componitur*. Vel, *cera*, Sy. vel, *balſamum*, V. Ang. Belg. Gal. vel, *opobalſamum*, Q. in V.) *non* (vel, *opobalſami nihil*, JT. Pi. ſub. *eſt*, JT. Calv. &c.) *in Gilead?* Calv. ſic Mo. M. Ti. Ca. Ar. G. ο'. BA. *Reſina* Heb. eſt צֳרִי, *tſeri*; Græcè ῥητίνη, per metatheſin, & צ mutato in ת; ut in Τύρος ex צוֹר *Tſor*, & Τάνις ex צֹעַן *Tſoan* [t]. צֳרִי *reſina* hîc, & Gen. 37. 25. ubi itidem Galaaditidos terræ fit mentio. Nec aliter Gen. 43. 11. Arabibus eſt *terebinthus*. Plin. 14. 20. de reſina, *In oriente optimam tenuiſſimámque terebinthi fundunt.* Iterum de reſina agens, lib. 24. 6. *liquida è terebintho*: deinde, *In arborum*

[l] Calv. [m] Calv. [n] Ang. [o] G. [p] Calv. [q] Pi. [r] Pi. Ang. † Ang. [t] Pi. [v] M. [x] G. [y] Calv. [z] Pi. ità G. Q. in Ang. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] Ca. * T. [f] Med. operum l. 2. p. 648. [g] Calv. [h] Pi. [i] Calv. [k] G. ſic V. [l] Pi. [m] G. [n] G. ſim. Pi. Ang. V. [o] Calv. [p] V. [q] Calv. * Calv. [t] BA. 1. 2. 51. 628.

borum differentia placet terebinthina. Usus autem quis sit resinæ, de quo hîc agitur, eodem Plinii loco satis discimus; Resolvitur resina ad vulnerum usus & malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. Natura [ejus est] in medendo contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones. In Galaaditide, ubi multa erat resina, multi etiam erant medici, id est, chirurgi. Itaque si qui vulnerati erant, nec curabantur, ipsorum erat culpa, medicis se præbere nolentium. Sic Israelitis nunquam defuerunt monita & Prophetæ, qualis & Elias Galaadites 1 Reg. 17. 1. & schola ipsius: sed quò minùs sanarentur, per ipsos stetit †. Resina mitigat & lenit dolorem, astringit vulnera, obducit cicatricem *. Resina fuit gummi, non quodlibet, sed liquor spissus qui in pinu aliisve similibus arboribus hærebat, indéque defluebat. Eam tota Judæa tulit; Gilead verò optimam, & maximè odoriferam, quæ medicamentis aptior & efficacior est[t]. Quòd novi Interpretes post K. צֳרִי balsamum reddunt, est prorsus ἀνιστόρητον. Balsamum enim 1. cis Jordanem crevit, prope Engadi & Hierichuntem, non trans Jordanem, in terra Galaad; ut testantur Strabo l. 16. Diodorus l. 19. p. 724. Trogus l. 36. Jos. Antiq. 4. 3. & Belli Jud. 5. 4. Hegesippus 4. 17. Gorionides 4. 22. 2. In Judæa notum non erat ante Salomonis tempora, quibus eò translatum est ex Arabia Felici à Regina Sabæorum, teste Joseph. Antiq. 8. 2[v]. ¶ Aut medicus non est ibi?] Sim. Mo. P. M. Ang. &c. vel, chirurgus, Angl. Vox enim [רוֹפֵא] utrumque significat[x]. qu. d. An nullum est auxilium populo meo[y]? Nullum remedium aut consilium, quo juvari queant? Defuerúntne sana monita, & preces piorum[z]? Nullósne reperire est medicos spirituales, sacerdotes & Prophetas[a], qui consiliis & industriâ suâ medicinam faciant tantis malis[b]? qui peccata sanare possent[c]? qu. d. Non defuerunt[d]; sed populus non vult eos audire *. Prædicit hanc cladem fore exitialem populo & incurabilem. Populus indubiè multa sibi finxit subsidia, &c. at, inquit, hæc nullo remedio vitari possit[f]. ¶ Quare, &c? כִּי מַדּוּעַ לֹא עָלְתָה אֲרֻכַת וגו׳] Sed cur (Nam cur, JT. Pi. Cur ergò, Ti. V. sim. M. Ang. ad verb. Quoniam quare, V.) non conscendit, sive ascendit, (vel, obducitur, Ti. sic V. vel, procedit, Ca. proficit, Ar. prospere successit, Ch. vel, recuperata est, M. Ang.) cicatrix (vel, sanatio, ο'. sic Sy. medela, V. sanitas, M. Calv. valetudo, Ar. Ca. reparatio, vel prolongatio, M.) filiæ populi mei? Mo. Ti. V. Calv. &c. vel, convaluit (vel, curata est medicinis, P.) filia, &c? JT. Pi. P. De hac loquendi forma vide ad Jer. 30. 17[g]. Sensus, q. d. Nulla speranda est sanitas populo; instat morbus qui impios prorsus consumet[h].

† G. * Me. T. t Calv. v EA. ib. x Ang. y Pi. z T. a T. sic Me. b T. c Me. d Me. sic T. ex Theod. * T. ex Th. f Calv. g Ang. h Calv.

CAP. IX.

1. Quis, &c? מִי יִתֵּן רֹאשִׁי מַיִם וְעֵינִי מְקוֹר דִּמְעָה וְאֶבְכֶּה וגו׳] Quis det, vel dabit, (vel, Quis ponet, vel ponat, P. Ca. vel, O si quis daret, JT. Utinam quis redigat, Pi. O utinam verteretur, Sy.) caput meum (vel, capiti meo, ο'. Ar. Strig.) aquas, vel aquam, Mo. P. ο'. Ar. (vel, esse aquas, JT. vel, in aquam, Sy. Pi. vel, quasi torrentem aquarum, Ch. vel, ut plenum sit aquis, M.) & oculus meus (vel, oculum meum, P. oculos meos, Pi. Ch. oculis meis, ο'. Ar. Strig.) vena lacrymæ, Mo. Ti. (vel, vena sit stillicidii, M. vel, fontem lacrymarum, P. ο'. Ar. JT. &c. vel, fontem scaturientem, Ch.) & flebo, sive plorabo, &c. Mo. ο'. Ch. &c. vel, ut defleam, &c. P. Ti. sic JT. vel, tum deflerem, &c. Pi. Ut semper deflere possem clades quas prævideo[i]. Al. Utinam & caput meum sit aqua, & oculi fons, &c. Ca. sim. G. Quoniam Hebræi optativo carent, circumlocutione utuntur, Quis det, &c? i. e. Utinam totum caput, id est, cerebrum, meum in aquam convertatur, &c[k]. Si tantum lacrymarum fundere possem quantum undarum volvit Euphrates aut Nilus, non exhauriri meus dolor posset[l]. Significat cladem fore horribilem, & nunquam satis deflendam. Variis figuris utitur, quia videbat eos obduruisse, &c. Quum simplex doctrina frigebat, acres adhibet stimulos; quod Ministris hodie imitandum est[m].

i G. k V. l Strig. m Calv.

2. Quis dabit mihi (vel, O si quis poneret me, JT.) in solitudine, &c? בַמִּדְבָּר מְלוֹן אֹרְחִים] In deserto diversorium (vel, in diversorio, V. JT. Calv.) viatorum? Mo. Ti. Pi. &c. vel, ut domus mea in deserto sit hospitium viatorum? P. M. Non quærit locum amœnum aut commodum; non diversorium in pagis aut urbibus; sed in desertis vel sylvis[n]. Hospitium quò divertunt viatores[o]. Tugurium aliquod, quale est in quod per deserta loca viam facientes se recipiunt[p]. Optat potiùs inter feras bestias vivere[q], quas sibi tolerabiliores fore innuit[r]. Optat hoc, ne ultrà videat Israelem †; ne urbis scelera summo suo cum dolore aspicere cogatur[t]. Versu præced. sympathiam ostendit; hîc, indignationem. Hoc voto in se accendit omnium rabiem: verùm non suâ tantùm causâ sic loquitur, sed ut tentaret si quo modo posset penetrare eorum animos[v]. ¶ Omnes adulteri sunt] Tum propriè[x], tum metaphoricè[y]; i. e. idololatræ[z], qui defecerant à Deo, & impiis superstitionibus omnibúsque corruptelis referti erant[a]. ¶ Cœtus, &c. עֲצֶרֶת בֹּגְדִים] Cœtus (vel, retentio, Mo. caterva, Ca. conventus, Calv.) prævaricatorum, P. M. Ti. ο'. Ar. &c. Non congregatio sancta, de qua vox dici solet, Levit. 23. 36. Num. 29. 35. Deut. 16. 8[b]. עֲצֶרֶת, à עצר prohibere, significat conventum condictum, ubi scil. jurejurando aut legibus coguntur homines, nec audent discedere. Designat ergò & damnat impiam conspirationem populi, qui non minùs affixi erant suis sceleribus, quàm si ritu solenni & jure & legibus adstricti eis essent. Idcirco etiam eos vocat בוגדים: quâ voce Hebræi non quosvis peccatores vocant, sed prorsus sceleratos, apostatas & defectores[c]. [Alii aliter vertunt.] Interdicti die perfidè agunt, JT. Pi. Ellipsin itaque τῆς ב statuunt, & עֲצֶרֶת accipiunt in ea notione quam habet Levit. 23. 36. &c. Sed frigidum hoc est, &c[d].

3. Et, &c. וַיַּדְרְכוּ אֶת לְשׁוֹנָם קַשְׁתָּם שֶׁקֶר] Et jaculari fecerunt (vel, extendunt, sive intendunt, M. Ti. JT. Pi. sim. ο'. Ar. Di. Calv. Ang. Et jaculati sunt, Calv. Confecrunt enim, Strig. Heb. Et calcant. Metonymia efficientis: nam calcando intenditur arcus *. Vel, Incedere fecerunt, Calv.) linguam suam, sive linguas suas, Mo. P. M. Ti. ο'. Calv. Di. Ang. (vel, linguâ suâ, JT. Pi. Calv.) arcum (vel, veluti arcum, P. M. Ang. Pi. Di.) suum, Mo. JT. Calv. Di. &c. mendacium, Mo. P. ο'. Calv. vel, mendacem, sive falsum, M. Ti. JT. vel, ad mendacium, sive mendacia, Pi. Calv. sic Ang. [לַשֶּׁקֶר, שֶׁקֶר pro vel, mendacio, Ar. Di. שֶׁקֶר pro בְּשֶׁקֶר[f]: vel, mendacii, G. ex Vulg. Calumnia omni telo nocentior[g]. Al. Qui fallacem linguæ suæ arcum intendunt, Ca. Efficiunt ut lingua ipsorum, tanquam arcus, jaculetur mendacium, non sagittas. Aut, Linguâ suâ, quâ utuntur ut arcu, jaculantur mendacium, i. e. falsa loquuntur[h]. Linguæ eorum acutæ erant, ut fraudibus & fallaciis, aliisque sermonibus mortiferis, configerent alii alios: ità ut nullum esset commercium fine vulnere mortali[i]. Lingua in S. S. sæpe confertur arcui, & verba, sagittis; Psal. 64. 4, 5. & 120. 3, 4. Confer Psal. 52. 4[k]. Al. Et tetenderunt linguam suam: arcus ipsorum mendacium est. Quia tendere linguam metaphoram habet ab arcu, ipsam linguam mox arcum vocat: quum enim audis, & tetenderunt linguam suam, ipsam linguam arcum ipsorum dici intelligis: ut autem scias cujusmodi hic arcus sit, ait, hunc ipsorum arcum quem tetenderunt, nempe linguam ipsorum, merum esse mendacium[l]. Sed coactum hoc; mendacium enim non tam arcus est, quàm sagitta[m]. ¶ Et non, &c. וְלֹא לֶאֱמוּנָה גָּבְרוּ בָאָרֶץ] Et non ad veritatem; roboraverunt se in terra, Mo. Neque in veritate roboraverunt se, &c. P. Neque in fide invalescunt, &c. JT. sim. Ch. Et prævalent in terra, sed non pro veritate, M. sive, ad veritatem, Ti. qu. d. Opprimunt pauperes & debiles, ut non sit veritas & justitia in terra[n]. Sed non sunt fortes pro veritate, &c. Ang. Et contra veritatem roboraverunt se, &c. Gal. Et per neglectum fidei invalescunt, &c. Pi. Et non ad veritatem roborati sunt, &c. Calv. Sensus, Oppressâ veritate, plus licentiæ sibi sumpserunt, triumphos egerunt, quum abolita esset omnis inter homines fides & rectitudo: vel, Postquam prostraverunt fidem & æquitatem, invaluerunt, quia nulla erat veritas; quemadmodum si dicamus regnare

n Calv. o V. p G. sim. q Calv. r Ang. sim. Calv. t Ang. † V. t G. sim. v V. x Calv. y Me. z Me. Calv. a Me. Calv. b Ang. c Calv. d Boot. anim. 4. 10. 8. 108. * Pi. sim. f Ang. f Di. g G. h V. i Calv. k Ang. l Di. m Ang. n M.

regnare cæcos in tenebris, ubi nullum est discrimen. Exprimit hîc deploratum populi statum, quia ubique oppressa est veritas, & fides [o]. Al. *Et pollent in terris, non veritate*, Ca. *Et non propter veritatem potentes sunt*: i. e. Non propter fidelitatem & probitatem dignitates obtinuerunt [p]; sed malis artibus obrepserunt [q]. Certè Propheta stylum dirigit contra proceres, non contra gregarios, &c [r]. Al. *Et invaluit perfidia*, &c. Sy. [Alii præced. שֶׁקֶר huc trahunt, locúmque sic reddunt,] *Mendacium, & non fides, invaluit*, &c. o'. *Falsitate & perfidiâ magnificati sunt*, &c. Sy. ¶ *Quia* (vel, *Quin*, Pi. Ca. *Sed*, JT. *Nam*, Ang.) *de malo* (vel, *malitia*, Pi. vel, *scelere*, Sy. sim. Ar.) *ad malum egressi sunt*; ità o'. Ch. Mo. P. יָצָאוּ] *Migrant*, Strig. *prodeunt*, Ca. *procedunt*, JT. Pi. sic Ar. *progressi sunt*, Sy. *transeunt*. Exire interdum idem quod *transire*. q. d. Si peccant, non resipiscunt, aut retro se flectunt; sed continuant sua scelera, & obstinatè mala malis accumulant: nullum iis inest signum correctionis †. *Exeunt*, M. Ti. H[s], pro, Multa flagitia admittunt [t]. Subindè pejores fiunt: præpositio enim *ex*, vel *de*, cum *in* constructa augmentum & continuitatem rei denotat. Exempla sunt, Psal. 84. 8. *de victoria ad victoriam*; & 144. 13. Rom. 1. 17. 2 Cor. 3. 18 [v]. ¶ *Et me non cognoverunt*, &c.] Ignoratio Dei fons est omnium malorum [x]. Vide Jud. 2. 10, 11. 1 Sam. 2. 12. Jer. 4. 22. Hos. 4. 1, 2 [y]. Cognitio Dei tanquam Judicis mundi, ubi accedit etiam cognitio bonitatis Dei, semper parit reverentiam & pietatis studium [z].

4. *Unusquisque*, &c. אִישׁ מֵרֵעֵהוּ הִשָּׁמֵרוּ] *Quisque* (vel, *Cuique*, Ti.) *ab amico*, vel *socio*, vel *proximo*, *suo cavete*, JT. sic Mo. P. &c. vel, *caveat*, Calv. *custodiat se*, M. *cavendum est*, Ti. Extremam malitiam describit. Manent etiam in hominibus perditis aliquæ στοργαί; in Judæis autem regnat astorgia, humanitatem exuerunt: quare meritò detestabiles sunt tanquam portenta naturæ [a]. ¶ *Et*, &c. וְעַל כָּל־אָח וגו'] *Neque omni* (vel, *ulli*, JT. Pi. Ca. Sy. sim. M. Ti.) *fratri fidatis*, P. Descriptio pessimæ ætatis, qualem ob oculos ponit Hesiodus; Οὐδὲ κασίγνητος, &c. (*Neque fratres sibi invicem amici erunt*, &c.) & Ovid.——*fratrum quoque gratia rara est* [b]. ¶ *Fraudulenter incedet*] Ità Mo. sic Calv. P. o'. Ar. Ch. Astutiis alii alios fallunt: ideo stultos dixit qui fratribus confidunt [c]. ¶ רָכִיל יַהֲלֹךְ] *Fraudulentus* (*mercator*, Ti. cum *detractione*, JT. Pi. Sed hoc frigidum est †.) *incedit*, vel *ambulat*, M. Ti. JT. &c. *calumniatorem agit*, Ca. Vox רָכִיל propriè *mercatorem*, seu *negotiatorem*, sign. Accipitur autem pro *fraudulento* & *impostore*, quòd ferè negotiatores dolis & fraude, etiam proximi jacturâ, negotium suum agant [d]. Jungitur autem in S.S. verbo ambulandi, (sine quo nusquam invenitur *,) quòd detractor ad aliorum domos vadat, ut quæ ibi audierit suis postea narret detrahendi causâ [f]: vel, ut fraudandi occasionem reperiat [g]. Alii vertunt, *supplantat*, vel *delator est*, vel *defert*, vel *detrahit* [h].

5. *Vir*, &c. וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ יְהָתֵלּוּ] *Et unusquisque amicum*, vel *proximum*, (vel, *in socium*, Mo. vel, *proximo*, Ti. Calv.) *suum* (vel, *suo*, Ti.) *fallit*, Ca. sim. Mo. *circumvenit*, M. G. sic P. V. i. e. circumvenire solet *: vel, *illudit*, Ti. sic JT. Pi. *mentitur*, Calv. ¶ *Docuerunt*——*linguam*, &c.] q. d. Linguas suas ità continuò formârunt ad mentiendum, ut nihil aliud possint quàm mentiri †. ¶ *Ut*, &c. הַעֲוֵה נִלְאוּ] *Pravè agendo* (vel, *Ad pravè agendum*, V. *Perversa agere*, M. *Malè agere*, Calv. *Nequitiâ*, Ca.) *laborant*, vel *laboraverunt*, P. Ti. Mo. vel, *defatigantur*, V. sic M. Calv. Ca. *deficiscuntur*, JT. Pi. *laborant ad lassitudinem usque*, V. q. d. Non parcunt labori, nec lassitudinem sentiunt aut molestiam; adeò excæcat illos voluptas malè agendi *.

6. *Habitatio*, &c. שִׁבְתְּךָ בְּתוֹךְ מִרְמָה] *Habitatio tua* (vel, *Sedere tuum*, Mo. Ti. *Tu verò*, Propheta. *sedes*, M. *Tibi sedes*, Ca. sub. *est*, P. Ca. JT. &c.) *in medio doli*, P. Pi. Ti. &c. vel, *populi dolosi*. M. sim. V. Pi. Calv. qui ex fraudibus compactus est; cui lingua mellea, sed cor felleum [i]. Verba Dei ad Jeremiam [k]. Nè putent verba quæ [Propheta] hactenus protulit esse hominis, hîc Dei authoritatem interponit [l]. Dicit eos non levi, ac ne latâ quidem, culpâ, sed dolo malo, delinquere [m]. Ideo oportet te cautè ambulare: vel, Idcirco spes nulla est de ipsorum emendatione: id quod sequentia confirmant [n]. Necessaria fuit hæc admonitio, tum, 1. quia necesse est servos Dei, ut cum fructu munere suo fungantur, cognoscere eorum fraudes quos coarguunt, & tenere fallacias quibus homines se fallunt. *Tu habitas*, &c. q. d. Tibi negotium est cum hominibus perversis, qui non tantùm scelera sua apertè produnt, sed qui etiam fallunt ubi simulant aliquid resipiscentiæ, &c. Ergò nè blanditiis istis animum tuum debilitent, vel deliniant: statue tibi esse certandum cum illorum fraudibus. Tum, 2. quia servis Dei magnitudine & constantiâ opus est, nè hypocrisi hominum terreantur & frangantur, vel prorsus concidant [o]. ¶ *In*, &c. בְּמִרְמָה מֵאֲנוּ וגו'] *Præ* (vel, *In*, Mo. *Pro*, JT. *Ex*, Pi.) *dolo* (i. e. amore fraudis [p]: vel, *Dolo enim repleti*, M.) *renuunt*, vel *renuerunt*, *me cognoscere*, sive *agnoscere*, P. Ti. Sy. JT. &c. Propter scelera & dolos suos noluerunt me agnoscere [q]. Ità fraudibus suis fidunt, ut me non curent [r]. Quia prorsus sibi placent in fallaciis suis, ideo omnem lucem astutè subterfugiunt, & consultò extinguunt †. Tò *renuunt* indicat ignorantiam illorum affectatam & voluntariam fuisse [t].

7. *Ecce*, *ego conflabo*, &c. צוֹרְפָם וּבְחַנְתִּים] *Excoquam* (vel, *conflabo*, M. Pi. *examinabo*, Ca. o'. *igne*, o'. Heb. præf. pro futur [v].) *eos*, *& probabo* (vel, *explorabo*, Ca.) *eos*, P. Ti. o'. &c. igne instar argenti [x]: igne afflictionis [y]; ut consumantur impii, & reliqui expurgentur, Esa. 1. 25. & 4. 4. Dan. 11. 35 [z]. q. d. Quoniam fallaciis vosmet venditatis, iísque mihi oculos perstringere putatis, judicia mea erunt instar fornacis, & vos vestrásque fallacias simul absument [a]. Al. Explorabo an mitiores pœnæ vos reducant, antequam prorsus deleam vos [b]. Al. *excoquens* (vel, *conflans eos*, JT.) *probavi eos*, G. JT. i. e. Misi minora mala Josiæ & Joakimi temporibus, experiens an per ea purgari possent. Similitudo qualis suprà 6. 29 [c]. Sed hanc versionem respuunt, & contextus, & illativa particula in fronte versûs [d]. ¶ *Quid*, &c? כִּי אֵיךְ אֶעֱשֶׂה מִפְּנֵי וגו'] *Quia*, vel *Nam*, *quomodo* (vel, *quid*, Ti. Ar. *quid aliud*, Ca. G. ex Vulg.) *faciam* (vel, *facturus essem*, JT. *facerem*, Ti. Calv. *agerem*, Ca. Calv. Pi. Ar. sub. *aliter*, Pi. Angl. M. q. d. Quomodo me contineam nè eos excoquam *, & repurgem ab improbis, tanquam scoriis [f]?) *à faciebus filiæ populi mei?* Mo. vel, *propter filiam*, &c? P. Ti. JT. Pi. Quid aliud facere poteram ejus causâ [g]? Vel, *cum filia*, &c? Calv. Angl. מִפְּנֵי videtur valere, *cum*, Psalm. 68. 3. Mic. 1. 4 [h]. Vel, *circa puellam*, &c? Ca. vel, *cùm sit filia*, &c? M. vel, *à facie* malignitatis *filiæ*, &c? Ar. sic o'. vel, *spectatâ* nequitiâ, &c? Sy. vel, *propter* nequitiam *filiæ*, &c? Angl. ex He. *à facie* peccatorum *cœtus populi mei?* Ch. Deliberat Deus quasi cum Judæis: q. d. Quomodo postulare possitis ut vos aliter tractemini, qui me toties & tam pertinaciter irritâstis? quomodo ferrem hanc impietatem inter domesticos meos [i]? Id mihi in probrum cederet, &c [k].

8. *Sagitta*, &c. חֵץ שׁוֹחֵט לְשׁוֹנָם] Duplex hîc est lectio, שָׁחוּט, & שׁוֹחֵט [l]. [Locum variè reddunt.] *Sagitta* (vel, *Cuspis*, Ar. vel, *Culter*, JT. Pi. חֵץ sonat *divisorium*, & plerumque sign. *sagittam*; interdum verò *cultrum*, ut Prov. 7. 23. & hîc [m]. Verum quidem est, linguam impiam modò *gladio*, ut Psalm. 57. 5. modò *novaculæ*, Psal. 52. 4. conferri: sed non liquet usquam vocem hanc de cultro usurpari [n].) *extensa*, Mo. P. Ch. vel, *acuta*, M. Ti. Ca. Sy. *evulsa*, He. in M. *tracta*, V. vel, 1. ex pharetra [o]; vel, 2. sub. *super cotem*, *ut exacuatur* [p]; q. d. exacuta & tersa, & proinde incidens [q]. Vel, *vulnerans*, o'. *pungens*, Ar. Quæ versiones infra veram vocis notionem subsidunt; nam sagittæ sunt mortiferæ, Deut. 32. 23. Psalm. 7. 14. &c [r]. Vel, *jugulans*, JT. Pi. sim. V. *mactatrix*, BA. Participia passiva, cùm nomina sunt, actionem significant †: ut Prov. 28. 17. *homo* עָשֻׁק *oppressor*; Prov. 30. 1. *Verba* אָגוּר *collectoris* [t]. ¶ *Ponit ei*, &c. אָרְבּוֹ] *Insidias suas*, P. M. &c. Heb. *ejus*, Pi. Sic, *laqueus ejus*, id est, ei positus, Job. cap. 18. vers. 10 [v].

9. *Non visitabo*, &c?] Idem vide Jer. 5. 9 [x].

10. *Super* (vel, *Propter*, Ti. JT. Pi. Sy.) *montes* (vel, *hos montes*, JT. Pi.) *assumam* (vel, *tollam*, Mo. *extollam*, JT. *excitabo*, Pi.) *fletum*] Ità P. &c. Suo luctu Propheta stuporem totius populi coarguit. ¶ עַל הֶהָרִים וגו'] De

Marginal notes (left column): [o] Calv. [p] V. sim. O. in Calv. [q] Q. in Calv. [r] Calv. † Calv. [t] V. [v] Glass. gram. 3. 6. 1. c20. [x] Calv. sim. Ang. [y] Ang. [z] Calv. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. † Calv. [d] V. * Q. in Calv. [f] V. ex He. [g] Calv. [h] V. * V. † Calv. * Idem. [i] T. ex Hi. & Rabban. &c. [k] G. Me. sim. Pi. Calv. Ang. [l] Calv. [m] G.

Marginal notes (right column): [n] Ang. [o] Calv. [p] V. [q] T. [r] Ang. † Calv. [t] Ang. [v] V. [x] V. [y] Pi. sim. M. [z] Ang. [a] Calv. [b] He. in Ang. [c] G. [d] Ang. * V. [f] Pi. [g] G. [h] Ang. [i] Calv. [k] Ang. ex He. [l] V. Ang. [m] Pi. [n] Ang. [o] Q. in Ang. [p] V. sim. Calv. Q. in Ang. [q] V. [r] Ang. † BA. Ang. [t] BA. 1. 2. 17. 220. [v] Ang. [x] Ang.

De montibus, &c. Ar. Notatur hic vel, [1. modus luctûs;] qu. d. Tollam luctum qui ad montes usque conscendat: vel, 2. causam luctûs [y]; qu. d. Propter montes illos, quondam plenos pascuis[z], nunc desolatos, flebo[a]. q. d. Stultè vobis securitatem promittitis in locis planis, & quò facilè hostis perveniet: nam hostes nihil intactum relinquent; pervenient usque ad montes, & usque ad pascua deserti[b]. Propter montium Judææ vastationem, &c[c]. Judæa, maximè circa Jerosf. montosa erat. Vide Esa. 14. 25. Jer. 17. 3. & 33. 13. &c[d]. ¶ Et, &c. [וְעַל נְאוֹת מִדְבָּר] Et super (vel, propter, Ti. JT. &c.) habitacula (vel, caulas, JT. Pi. Sy. pascua, V. Calv. semitas, ο'. tuguria, Q. in Calv. loca amœna, Ti. Calv. sim. Mo. M.) deserti, P. Ch. sic Ca. &c. מִדְבָּר non tantùm accipitur pro locis vastis & sterilibus, sed & pro locis montuosis*. Vel, planitiei, seu vallis. Vide Esa. 63. 13[f]. Et super amœnas planities. Ità sæpe מִדְבָּר sumi aliquoties observavimus[g]. Sic tota regio dividitur in montes & valles[h]. [Strig. hæc cum præced. sic reddit, In montibus vivam in luctu & squalore, & in locis desertis lamentabor.] ¶ Incensa (vel, Devastata, M. sim. Ca. Ch. Sy.) sunt, eò quòd, &c. [מִבְּלִי אִישׁ עוֹבֵר] A non viro (vel, absque homine, Ch.) transeunte, Mo. quòd non transeat homo, M. adeò ut nullus transeat, JT. Pi. sim. P. Ti. Ca. &c. Non modò nemo ibi habitat, sed nè transit quidem[i]. Omnia facta sunt ferarum lustra[k]. ¶ Et non audierunt vocem possidentis; i. e. incolentis, & depascentis[l]: [מִקְנֶה] Pecoris, sive pecudum, Mo. Ca. JT. P. M. Ch. Sy. &c. Nullus auditur mugitus, nullus balatus[m]. qu. d. Hostes omnia abducent[n].

11. In, &c. [לְגַלִּים] In acervos, Ch. M. Mo. V. &c. sub. lapidum, V. In ruta cæsa[o].

12. Quis—sapiens, &c?] q. d. Nemo[p]: vel, Pauci sunt qui considerant, Deum fore vindicem scelerum, &c[q]. ¶ Et ad, &c? [וַאֲשֶׁר דִּבֶּר פִּי יְהוָה אֵלָיו וְיַגִּדָהּ] Et quem (vel, Et ad quem, P. Et id quod, JT. Quisve est cui, Pi.) locutum est (vel, edixerit, JT. loquatur, Pi.) os Domini ad eum, Mo. [Sed eum, ex more, redundat.) & nunciabit, vel renunciabit, illud? Mo. P. vel, sibi indicet? JT. vel, ut indicet, sive renunciet, istud? Pi. V. Et ille ad quem locutum est os Domini annunciabit ipsum, M. Ti. Conqueritur hìc Prophetas nullos esse[r], vel paucos†, qui socordem populum expergefaciant. Erant quidem adulatores, &c. sed illis Prophetæ nomen detrahit, & se unum omnibus illis opponit, & plenam sibi solidámque authoritatem asserit, etiamsi solus cladem denunciet, quia à Deo missus est[t]. Nullúsne inter istos doctores Propheta est, cui Deus hoc patefecit[v]? ¶ Quare perierit terra, &c.] [Sensus versûs,] Si quis inter vos aut per se sapit, aut prophetico dono instructus est, dicat nobis causas tantæ vastitatis: aut si nemo est qui dicere possit aut velit, ego dicam[x]. [Strig. versum sic reddit, Utinam aliquis hæc sapienter consideret, & verbo Domini commonefactus causam explicet quare terra, &c. Sensus duplex esse possit, & uterque probabilis est. Vel, 1. q. d. Cùm Deus populum graviter afflixerit, stupidus tamen ille erit; & licèt omnes mala sentiant, nemo tamen attendit ad Dei judicium, aut manum percutientis respicit. Vel potiùs, 2. deplorat hìc præsentem populi duritiem & contumaciam; q. d. Nulli sunt qui ultro considerant judicia Dei, & nullus est Propheta qui torpidos excitat[y].

13. Et dixit Dominus] q. d. Etsi nemo sit in terra, vel doctor, vel discipulus, qui loquenti Deo suffragatur, sed omnes stupidi sunt, &c. Deus tamen non dormit, sed loquitur, & [in eo] acquiescendum est: satis est in solo Dei Verbo authoritatis & efficaciæ; & non pendet Dei judicium ab hominum arbitrio, vel sensu. Sileamus ergò nos, neque obstrepamus[z]. Mihi, inquit Jeremias, Deus causas ejus rei aperuit[a]. ¶ Quam dedi eis, [לִפְנֵיהֶם] Coram eis, P. M. Ti. &c. vel, ad faciem ipsorum; ut patefieret illis. Prætextum erroris illis excutit: q. d. Satis superque edocti estis quid rectum est, &c[b].

14. Et abierunt post pravitatem cordis sui, [שְׁרִרוּת וגו׳] Obstinationem, &c. Mo. vel, duritiem, P. contumaciam, M. V. Calv. perversitatem, Ca. placita, ο'. Ar. libidines, Sy. vel, perversam libidinem, Ti. sententiam, JT. contemplationem, Pi. vel, phantasiam, Q. in V. sic Ang. cogitationem, vel cogitationes, Ch. Calv. Vide Jer. 7. 24[c]. Diligenter notanda hìc est antithesis inter Legem Dei, & cogitationes hominum[d]. ¶ Et post Baalim, quod, &c. [אֲשֶׁר לִמְּדוּם וגו׳] Quos (vel, Quod, JT. Pi. Vulg. vel, Quæ, vel In quibus, Ch. in V. vel, Sicut, M. sic V. Calv. Angl. ut alibi significat*. אֲשֶׁר, pro כַּאֲשֶׁר[f].) docuerunt (vel, assuefecerunt, Ch. in V.) eos patres eorum, Mo. Ti. ο'. Ar. &c. Ergò nec parentum, nec majorum, error sequendus; sed authoritas Scripturarum, & Dei docentis, ait Hieron. Sententia omnino verissima. Alioquin redeundum nobis esset ad idolorum cultum. Rectè tamen Catholici nituntur authoritate majorum: non enim qualescunque majores allegant, sed eos quibus S. S. testimonium perhibet veritatis[g]. Stultè opponunt homines exempla hominum authoritati Dei. Non modò frivola est hæc excusatio, sed crimen duplicatur; quia, scilicet, non nunc primùm incipiunt peccare, sed obstinati sunt in suis vitiis. Magìs excusabilis esset inscitia unius anni, quàm ubi filii abominationes acceptas è manu patrum, postquam obstinatè amplexi sunt, tradunt posteris suis[h].

15. Deus Israel] qu. d. Ego qui hæc loquor sum Deus quo stultè gloriamini, cujus nomen falsò prætexitis[i]. ¶ Cibabo, &c. [מַאֲכִילָם אֶת הָעָם הַזֶּה לַעֲנָה] Cibabo eos populum (vel, nempe populum, P. M. Pi.) hunc absinthio, P. M. Ti. simil. JT. Pi. Ca. Sy. Non placet, quia salubris est illa herba[k]. Vel, amaritudine, Calv. summâ amaritie. Græci, ἀνάγκαις, (angustiis.) Quid sit ἀνάγκη, vide Luc. 21. 23[l]. לַעֲנָה est cognata τῷ ראשׁ, & eidem juncta Deuter. 29. 18. Jer. cap. 23. verf. 15. Stirpem herbámve esse aliquam claret satis; at de specie ambigunt Hebræi. Herbam amaram esse patet ex Prov. 5. 4. necnon lethalem; aconitum lubens verterim. לַעֲנָה certè à לען Arabico nomen traxisse videtur, quod exsecrari sign. Gen. 3. 17. Marc. 11. 21[m]. ¶ Aquam fellis] Ità Mo. P. M. &c. vel, amaritudinis, ο'. sic Ar. vel, succum cicutæ, JT. Pi. Exprimit hìc horribilem vindictam: qu. d. Illustria hæc Dei beneficia, sc. panem, &c. convertam in venenum, &c[n].

16. Quas non noverunt ipsi & patres, &c.] Hoc dicit, quia patres imbuerant filios suos erroribus, &c[o]. ¶ Mittam, &c. Nè fuga quidem tuta erit[p].

17. Contemplamini, &c. [הִתְבּוֹנְנוּ וְקִרְאוּ לַמְקוֹנְנוֹת] Animadvertite, (sub. imminentem vindictam, M. vel, Attendite, nempe ad mea verba[q]: Considerate diligenter, V. Prospicite, Ti. Videte, Ca.) & vocate (vel, ut vocetis, Ti. sim. Ca.) lamentatrices, P. Ch. JT. Pi. &c. vel, præficas, Ti. Ca. G. Vide Festum & Nonium[r]. Sic dictas, quasi luctui præfectas†; quæ in funeribus & publico luctu conduci solebant[t], ut sparsis crinibus, nudatis pectoribus, voce flebili, lamenta & lacrymas cierent[v], & laudes mortui loquerentur, &c[x]. q. d. Non poteritis ipsi satis deflere calamitates vestras, nisi etiam præficas advocetis[y]. Non laudat Propheta hunc morem, (sæpe enim S. S. ducit similitudines à vitiis populi;) quin potiùs mordet Judæos, quòd minas Dei spernerent, & interea molles & teneri essent ad nugas præficarum, quas omnes sequebantur. q. d. Video me nihil proficere; ergò Dominus dabit vobis non Doctores, sed mulieres magistras: illis saltem præbete vos dociles[z]. ¶ Et ad, &c. [וְאֶל הַחֲכָמוֹת וגו׳] Et ad sapientes (sub. mulieres, M. Sy. Ang. vel, ad præficas, JT. ad peritas, V. Pi. in negotio scil. luctûs[a]: edoctas cantus lugubres[b];) mittite, &c. Mo. P. &c.

18. Festinent, & assumant, &c.] Ità P. sim. Mo. M. &c. vel, Et festinanter extollant, &c. JT. Pi. Angl. Hebraismus, qualis 1 Sam. 4. 14. Esth. 6. 10[c]. ¶ Deducant (vel, Et demittant, Mo. Et profundant, Ca. Ut deducant, M.) oculi nostri lacrymas; sic P. &c. [וְתֵרַדְנָה וגו׳] Ut descendant ex oculis nostris lacrymæ, Pi. sim. JT. Glas. &c. Hypallage, vel hyperbole[d]. q. d. Oculi præ multo fletu fluant & descendant in lacrymam, vel, in lacrymam, vel, cum lacrymis*. ¶ Et palpebræ nostræ defluant (vel, stillent, M.) aquis] Ità Mo. P. &c. vel, versæ in aquam, V.

19. Quomodo vastati sumus, &c?] Hìc incipit μίμησις carminis præficarum[f]. ¶ Dereliquimus (vel, derelinquere

[y] Calv. [z] G. [a] V. [b] Calv. [c] T. sim. Mo. [d] Ang. * Calv. [f] Ang. [g] G. [h] Ang. [i] G. sim. Calv. Ang. [k] G. [l] T. [m] G. [n] Calv. [o] G. [p] Pi. [q] Calv. [r] Calv. † Pi. [t] Calv. [v] Ang. [x] G. [y] Calv. [z] Calv. [a] G. [b] Calv.

[c] Ang. [d] Calv. * Ang. [f] V. [g] E. [h] Calv. [i] Calv. [k] Calv. sim. Ang. [l] G. [m] Gl. adv. c. 5. p. 50. [n] Calv. [o] Calv. [p] G. [q] Calv. [r] G. † T. et Hi. [t] T. sim. Mc. Calv. Ang. [v] T. [x] Calv. [y] Mc. [z] Calv. [a] V. [b] G. [c] Ang. [d] Q. in Glas. gram. 4. 2. 21. 740. * V. [f] G.

linquere cogimur, Pi. ſim. G.) *terram*] In qua putabamus fore perpetuum nidum [g]. ¶ *Quoniam*, &c. "כִּי הִשְׁלִיכוּ וגו] *Quia projecerunt* (vel, *ejecerunt*, M. ſic Pi. *dejiciunt*, JT. ſub. *illi*, Angl. ex He. vel, ſub. *hoſtes*, Calv. ſic V. & ſub. *in terram*, V. vel, ſub. *nos*, P. M. Ti. JT. Pi. Ang. & ſub. *foras*, M. vel, *à ſe*, Ti.) *habitacula*, vel *tabernacula*, *noſtra*, Mo. P. Ti. JT. &c. Habitationes everſæ [h].

20. *Audite*, &c. "כִּי וגו] *Sed* (vel, *Propterea*, P. Sy. &c. *Nunc*, ο'. *Quæſo*, M. *Nam*, Pi.) *audite, mulieres*] i.e. Vos præficæ [i]. Potiùs, omnes, quia iſtæ non ſufficerent, &c. & ſerius eſſet, non mercenarius, luctus. Mulieres compellat, vel, quia hæ proniores ſunt ad luctum; vel, ut exprobret viris quòd ſurdi ſint, &c †. ¶ *Sermonem oris ejus*] Emphaticè; q. d. Deus quaſi ore ad os vobiſcum loquitur, ut facilè vobis conſtet me fideliter tradere quæ indè accepi [k]. ¶ *Docete filias*, &c.] Id eſt, diſcipulas veſtras in iſta arte [l]. Vel, ſignificat nullas, vel mulieres, vel puellas, quamlibèt rudes adhuc & ignaras, immunes fore à fletu: ex quo ſcilicet pervenerit judicium Dei ad omnes ætates & ſexus & ordines [m].

21. *Aſcendit mors per* (vel, *in*, Mo. *ad*, Sy. JT.) *feneſtras noſtras*] Ità P. M. Ti. q. d. Non per portas urbis [n], in quibus ſolet eſſe cuſtodia [o]; ſed per murorum aperturas [p]: *per feneſtras*, arcium, turrium, domorum [q], inſtar furum [r]. Vide Joel. 2. 9. Joh. 10. 1 †. q. d. Subitò, clanculùm, & nemine prævidente [t]. Hoſtes in nos nec opinantes irruerunt, & quâ minimè putabamus: non enim ſolet hoſtis per feneſtram, ſed per januam, ingredi [v]: at hi, quaſi moræ pertæſi, non per reſeratas fores, ſed per tecta, &c. involârunt, &c [x]. Alluſio, vel ad hoſtem invadentem urbem [y]; vel ad acervos mortuorum uſque ad feneſtras pertingentes, &c [z]. *Mors per*, &c. Saxa illa baliſtaria: διαπύπωσις valde vivida [a]. *Mors*, id eſt, Chaldæi mortem inferentes [b]. Deridet ſtultam Judæorum confidentiam, qui clauſis foribus ſe tutos putabant, &c. quaſi verò Dei potentia non conſcendat ſupra nubes, & non poſſit per feneſtras ingredi [c]. ¶ *Ingreſſa eſt domos*] Per ipſas domos tranſivit, nec ibi ſubſtitit [d]. ¶ *Diſperdere*, &c. "לְהַכְרִית וגו] *Ut diſperdat* (vel, *Ut exſcindat*, Ca. ſim. JT. Pi. Mo. Ti. *Ad exſtirpandum*, M.) *parvulum*, vel *parvulos*, *de platea*, vel *vicis*, P. JT. Mo. &c. Ità ut eadem illa ſaxa per domos tranſeuntia etiam in plateis plurimos occiderent *. Al. Procedit, ſive Pergit, *exſcindere*, &c. Angl. Tali ſupplemento opus eſt: alioqui impropriè diceretur, *ingredi domos per feneſtras, ut exſcinderet in plateis*, ubi pueri ludere ſolent, Zach. 8. 5 [f].

22. *Loquere, Hæc dicit Dominus*] Perge hæc mea mandata loqui [g]. Quia vaticinium hoc incredibile & pro fabula habebatur, illud munit mandato Dei [h]. Hæc verba parentheſi includenda ſunt †. ¶ *Et*, &c. "וְנָפְלָה נִבְלַת וגו] Elegans paronomaſia [i]. *Et cadet* (vel, *cadent*, M. *ceciderunt*, JT. *jacebunt*, Pi.) *cadaver* (vel, *cadavera*, M. &c.) *hominis tanquam ſtercus*, &c. Mo. &c. ob fœtorem & deformem aſpectum: q.d. Sine honore proſtrati erunt ab hoſtibus [k]. ¶ *Et*, &c. וּכְעָמִיר] *Et veluti manipulus*, &c. Mo. P. Ti. M. Ch. &c. vel, *fœnum*, ο'. Sy. *gramen*, Ar. Mallem accipi pro *ſpicis*: neque enim meſſores relinquunt integros manipulos, ſed paucas ſpicas, quæ poſtea vel ſpontè putreſcunt, vel à pecudibus aut beſtiis vorantur [l]. Manipulos, (id enim vox עָמִיר etiam Chaldæis & Arabibus ſonat,) ſi qui excidant, eos parùm curat meſſor mercede conductus. Non pluris tunc fient humana corpora [m]. ¶ *Et non eſt qui colligat*] Nè pauperes, qui ſpicas hinc indè corradere ſolent: q. d. Spicæ hæ pedibus calcabuntur. Signum hoc contemptûs. Durum hoc Judæis, qui adeò ſuperbiâ inflati erant [n].

23. *Non glorietur ſapiens*, &c.] Per conceſſionem ſic vocat eum qui timore Dei vacuus eſt. Sic connectuntur hæc cum præced. Exitium quod Judæis denunciatum erat ab iis non metuebatur, quia fiduciam habebant, vel in fortitudine, vel in divitiis, vel in ſapientia [o]. Sed nihil proderunt hæc omnia ad arcendos Chaldæos [p]. Nè itaque his nimiùm fidite. Tria hîc exempla, Salomonis ſapientiſſimi, Sampſonis fortiſſimi, Achabi ditiſſimi, non abs re hîc adfert Chaldæus [q].

24. *Sed in hoc glorietur qui gloriatur*, *ſcire*, &c. הַשְׂכֵּל וְיָדוֹעַ אוֹתִי] *Intelligendo* (vel, *Cognoſcendo*, Calv.) *& ſciendo me*, Mo. Calv. *Quòd* (vel, *Si*, M. ſub. *nimirum*, Sy.) *intelligat* (vel, *percipiat*, Ca.) *& cognoſcat me*, P. Ti. M. Ca. Sy. Se *intelligere*, &c. JT. Se *prudenter agere*, &c. Pi. q. d. In eo fidat, quòd me noverit, nimirum ſi & hoc factis oſtendat [r]. *Intelligere* Deum eſt, ſcire; *cognoſcere* autem Deum eſt, ambulare in viis ejus †. Neſcio an hoc ſolidum ſit [t]. Nec tamen fruſtrà duo hîc verba eodem ſenſu adhibet: ut ſcilicet hominum ſtudia magìs excitaret ad cognitionem Dei, in qua parte pleroſque torpere animadvertit [v]; & ut ſeriam Dei cognitionem exprimeret, quæ etiam in affectus vitáſque hominum penetraret, &c [x]. ¶ *Qui facio miſericordiam*, &c.] Id eſt, qui vel miſericorditer ſalvo, vel ſeverè vindico ſcelera, ut homines merentur: vel, qui gratiæ meæ auxilio, & juſtitiæ & miſericordiæ auctor ſum, & omnis generis virtutum [y]. Non dicit, *quòd me noverint ſecundùm naturam meam*; ea enim hominum captum ſuperat: ſed, ſecundùm eas proprietates quæ homines ſpectant, quas מִדּוֹת appellant Hebræi; quarum præcipuæ ſunt benignitas in pios, ſeveritas in impios, & in omnibus rebus perfectiſſima ὀρθότης (*rectitudo*,) quæ hîc ſignificatur nomine *juſtitiæ* generaliùs ſumptæ, cùm alioqui ea vox varias habeat ſignificationes. Et nota illud, *in terra*: contra philoſophos, qui ante Ariſtotelem cenſuêre Dei providentiam ad ſublunaria non pervenire [z]. Diligenter notanda eſt hæc explicatio Dei: Vult eos ſeriò ipſum intelligere, nec inane illi nomen duntaxat tribuere, ſed virtutem ipſius agnoſcere. In primo autem & altiſſimo gradu meritò ſtatuit Jeremias miſericordiam Dei, ſine qua horror nos & deſperatio abſorberent, Deúmque fugeremus. *Juſtitiam* Dei Scriptura accipit, non ut vulgò dicitur, ſed pro fideli cuſtodia Dei quâ ſuos tuetur; *judicium* autem, pro rigore contra impios. Cùm autem *juſtitia* & *judicium* ſimul junguntur, deſignant perfectam rectámque gubernationem, quâ Deus res in mundo temperat; quâ Deus pios tuetur & liberat, impios verò compeſcit [a]. ¶ *Hæc enim placent mihi*] His delector, tum faciendo illa, tum ab aliis facta videndo [b]. Antitheſis hîc ſubeſt inter horum cognitionem; & inter ſapientiam, fortitudinem, &c. ſtultámque in illis fiduciam, ſive gloriationem: ut homines ſe exuant prorſus omni fiduciâ, ſciántque ſe extra Deum miſerrimos, & in eo uno felices, eſſe [c].

25. *Viſitabo* (vel, *animadvertam*, JT. Pi. Ca. *puniam*, G.) *ſuper omnem* (vel, *in omnem*, JT. Pi. vel, *omnem*, P. M. &c.) *qui*, &c. מוּל בְּעָרְלָה] *Qui circumciſum habet præputium*, Vulg. M. ſim. ο'. Ar. Ca. Al. *circumciſum cum præputiato*, JT. Pi. Ang. ſim. Strig. Heb. *cum præputio*. Metonymia formæ [d]. *Circumciſum, & habentem præputium*, P. *circumciſum*, (nempe flagitioſum: ſupple, *nec minùs eum qui eſt*) *in præputio*. Pari modo eos pro meritis tractabo. Neque me movebit tantilla pellicula retenta, vel rejecta *. *Circumciſum in*, vel *cum*, *præputio*, Mo. Ti. Calv. Legas hæc vel, 1. diſtinctè, q. d. tam Judæos, quàm Gentes [f], mixtim, & ſine diſcrimine: vel potiùs, 2. conjunctim, q. d. cujus circumciſio inanis eſt, & manet præputio ſimilis. Judæos reſpicit, qui, ut erant degeneres, ità adulteraverant fœdus Dei, & ſimul violaverant circumciſionem [g]. Quos v. ſeq. gentes commemorat, hæ omnes circumcidebantur: id quod ignorantes quidam, hunc locum, quem bene tranſtulerat Vetus, (ut & multos alios,) depravârunt, non autorem ſequentes, ſed trahentes; videlicet Judæos magiſtros ſuos ſecuti, qui arbitrantur ſolos Judæos circumcidi [h]; cùm non ſolùm Ægyptii præter Judæos circumciderentur, ſed & Æthiopes, & Colchi, & Macrones, & Syri, ut docet in Euterpe Herodotus [i]. At autor libri Aruch de Ægyptiis, *Circumciſi*, inquit, *quidem erant quo tempore vivebat Joſeph; at illo mortuo, adduxerunt ſibi præputium*, arte uſi quæ abſciſſam cutem repararet. Sed non ità eſt profectò. Nam ſuo adhuc ævo illos circumciſos fuiſſe memorant Herod. & Strabo, &, poſt eos, Hieron. & Ambroſ [k].

26. *Super Ægyptum*, &c.] Hos populos enumerat, quia alii ab aliis ſperabant certam opem, ità ut omnes ſimul Deum ſpernerent: & quia ad hos, utpote vicinos, Judæi in periculis ſe conferrent [l]. Vide Jer. 46. &

[g] Calv. [h] G. [i] G. † Calv. [k] Calv. [l] G. [m] Calv. [n] T. ex San. [o] San. [p] T. ex Caſ. & San. [q] T. [r] Mar. ſim. Ang. † Ang. [t] M. [v] Me. [x] T. [y] Ang. [z] Q. in Ang. [a] G. [b] Pi. [c] Calv. [d] G. * G. [f] Ang. [g] G. [h] Calv. † Ang. [i] Ang. [k] Calv. [l] Calv. [m] G. [n] Calv. [o] Calv. ſim. Ang. [p] T. ſim. Me. L. [q] G.

[r] G. † M. ex He. [t] Ang. [v] Calv. [x] Ang. [y] Me. [z] G. [a] Calv. [b] Ang. [c] Calv. [d] Pi. * G. [f] Calv. ſic M. [g] Calv. [h] Ca. [i] Ca. Cunæus de rep. Heb. 3. 5. [k] Cunæus ibid. [l] Calv.

48. & 49[m]. ¶ *Et super omnes qui*, &c. "קְצוּצֵי פֵאָה וגו] *Extremificatos* (ad verbum, *angulatos*, V. Calv.) *anguli*, vel *angulo*, Mo. V. i. e. redactos & detrusos in angulum orbis terræ; sive, qui siti sunt in extremitate orbis. Seipsum declarat, cùm mox dicit, *qui habitant in deserto*[n]. *Habitantes in extremo angulo* orbis, P. *qui in extremis oris*, Ti. simil. Ca. *finitimos*, M. *finitos in angulo*. קְצוּצֵי hîc sign. eos *qui sunt in extremitate*; פֵאָה verò sign. *angulum*, & *finem*. Sensus minimè ambiguus est; nempe, etiamsi Moabitæ & alii haberent absconditos recessus, tamen non fore immunes à plaga. Perveniet etiam ad ultimos ipsorum angulos, in quibus se tutò habitare putant, Dei vindicta[o]. *Præcisos* ad *angulum*, Angl. qu. d. qui abscissi ab aliis populis vivebant in extremitate deserti[p]. [Alii aliter reddunt:] *barbitonsos*, Sy. *attonsum circa faciem*, o'. sim. Ar. *attonsos comâ*, Ch. *amputatos latere*, JT. *præcisos in lateribus*, Hebr. *præcisos latere*, seu *angulo*, i. e. quorum capillus in utroque latere præcisus est. Synecdoche generis[q]. Est autem periphrasis Arabum[r], Scenitarum †, vel Cedarenorum[s]; quos eodem modo nominat Jer. 25. 23. & 49. 32[t]. ubi dicta vide, & quæ ad Levit. 19. 27[u]. Dicunt, inquit Herodotus in Thalia, Arabes tondere sui capillamenti comam, ut ipse Dionysius tonsus est: tondentur autem in subrotundam formam, circumradentes tempora[y]. *Circumcisi*, seu *circumtonsi*, *angulis*, nempe capitis. Sic vocat h. l. Idumæos, Ammonitas, Moabitas, cæterósque Arabiæ desertæ incolas. Et Græcus Scholiastes in Leviticum docet, ad suum usque ævum Saracenos ità usurpâsse, & capitis sui σισόην *sisoen*, id est, κρώβυλον aut πλέγμα, Saturno consecrâsse[z]. Ad horum distinctionem vetitum Hebræis erat tondere comam, ut antè notatum. Porrò, per hanc comæ attonsionem insinuare vult Deus, ad effugiendas pœnas non magis profuturam Judæis impiis circumcisionem membri genitalis, cæterósque legales ritus, quàm Gentilibus prosit circumtonsio capillitii, cæterique ethnici ritus[a]. Possunt tamen h. l. intelligi Judæi, qui circumtonsam habebant cæsariem, testibus Jos. contra Ap. l. 1. post medium[b]; & Chœrilo, qui Solymos refert fuisse τροχοκουράδας, *vertice tonso in orbem*[c]. Tunc sensus erit, Sicut visitantur Gentiles, visitabuntur quoque Judæi, qui circa caput attonsi sunt; nec magis curabit Dominus carnem circumcisam quàm circumtonsos capillos. Præstat tamen de Gentilibus accipere[d]. ¶ *Quia omnes gentes* (istæ, scilicet, quas jam nominavi *, vel vicinæ. ה hajedia [in הַגּוֹיִם] demonstrativum pronomen accipi potest pro relativo[f].) *habent præputium:* nempe in glande, aut certè in corde[g]: עֲרֵלִים] Sunt *incircumcisæ*, V. similiter P. Mo. &c. sub. *carne*. Id est, sunt contumaces & immorigeræ, peccatores & rebelles Deo: ut per contemptum circumcisionis totius Religionis contemptus intelligatur[h]. Idumæi & Arabes obligati erant ad circumcisionem non minùs quàm Judæi, sed pridem eam omiserant. Ægyptii, Ammonitæ, Moabitæ eâ lege non tenebantur: sed omnes pariter cor habebant plenum rebus resecandis[i]. ¶ *Domus Israel incircumcisi sunt corde*] i. e. Cor habent peccato coopertum[k]. Quid autem refert ubi sit quod Deum offendit? Cor pluris quàm σύμβολον (*symbolum*) cordis[l]. Deus non moratur externum illud symbolum, sed respicit id quod præcipuum est, nempe circumcisionem cordis. Vide Rom. 2. 27, 28, 29[m].

CAP. X.

1. **A**Udite, &c.] Nova hæc concio, contra superstitiones, quibus Judæi nimiùm erant dediti[a]. ¶ *Locutus est—super*, &c. עֲלֵיכֶם] *Super* (vel, *propter*, V. vel, *ad*, Pi. Calv. Ang. sim. JT.) *vos*, P. vel, *de vobis*, V.

2. *Juxta*, &c. אֶל־דֶּרֶךְ הַגּוֹיִם אַל תִּלְמָדוּ] *Viam* (nam אֶל accipitur pro אֶת[b]: vel, *Morem*, Ca. *Ritum*, vel *Mores*, V. *Juxta vias*, o'. Vulg. *In viis*, Ar. *De viis*, Ch. Incedere *in viam*, JT.) *gentium nè discatis*, P. M. Ti. Sy. Pi. &c. vel, *nolite incedere*, Ar. *Viæ*, sive *Advi-*

m G. n V. o Calv. p He. in Ang. q Pi. r Pi. sim. s Jun. T. ex Hi. G. † G. t Ca. u Jun. x G. y Jun. z BC. 1. 6. 389. a T. b San. c BC. ib. d San. * G. f Calv. g G. h V. i G. k Pi. l G. m Calv. a Calv. b Calv. ex He.

am, *gentium nè assuescatis*, Angl. Quoniam Judæi captivi vel tunc fuerunt, vel postea futuri erant; confirmat eos adversùs superstitiones illorum locorum*. *Via* passim accipitur pro institutis sive præceptis[c]. Revocat eos ab idololatria[d]. Per *gentes*, Chaldæos maximè intelligit, unde nomen arti Chaldaicæ *. Nihil discite à Gentibus: contenti estote Deo magistro, & Lege ipsius, & nè declinate ad ritus Gentium[f]. ¶ *Et à signis cœli nolite metuere*, *quæ*, &c. "כִּי יֵחַתּוּ וגו] *Quia*, vel *Nam*, vel *Quòd*, (vel, *Sed*, Mo. P. vel, *Sicut*, M. vel, *Quamvis*, V. Angl. Q. in Calv. vel, *Quibus*, Ch.) *consternantur* (vel, *metuunt*, M. sim. Ti. Ca. o'. &c. *metuant*, P. *consternentur*, Mo. *consternari soleant*, Al.) *gentes ab illis*, V. &c. Nempe, quasi ab illis omnes eventus rerum humanarum pendeant. Pleræque gentes primam causam, eandémque libere agentem, non agnoscebant, ut docet Maimonides[g]. Putabant Gentes omnia, etiam eventus liberos, non Divinâ providentiâ gubernari, sed vi stellarum[h]; quas etiam animatas & ratione utentes credebat Plato, & ex eo Origenes, &c. eásque tanquam deos colebant; vel, ut minimùm, credebant omnia à stellis, ut certis & fatalibus signis, præmonstrari[i]: itaque magis stellas quàm Deum metuebant[k]. Manifestè hîc reprimitur sententia & vanitas Genethliacorum, sive Astrologorum[l], qui ex astris de actionibus mortalium & eventis fortuitis audent vel certum, vel probabile, aliquid pronunciare[m]. Ex horoscopo divinant de hominum vita & singulis actionibus, & mortis genere atque tempore. Et, quod mirum, qui volunt fortuitos esse rerum eventus, hominésque libere agere in utramque partem, qui etiam fatum exhorrent, interea Deum quasi in ergastulo includunt, & volunt astra regnare. Hoc autem adeò graviter condemnat Propheta, quia hoc pacto tollitur timor Dei; nulla erit fides, nulla agnitio vel pœnarum, vel beneficiorum Dei, nullum precandi studium. Vetat Judæos hæc metuere, quia illos terrebant, modò Chaldæi, modò Ægyptii, ex astris vaticinantes fore aliquam mutationem, novúmque sibi inde promitti imperium. Eos ergò revocat Deus ad pœnitentiam & fidem. Et subest hîc antithesis inter astra & Deum: q. d. Si quid adversi vobis accidat, scitote Dei manum esse, &c. & quamvis astra interitum minentur, confidite in misericordia Dei. Dicit, *quia pavent gentes*, &c. q.d. Relinquite hanc stultitiam cæcis gentibus; vestrum est, in Deum recumbere[n].

3. *Quia*, &c. "כִּי חֻקּוֹת וגו] *Quia* (vel, *Siquidem*, M.) *statuta* (vel, *decreta*, Ch. *legitima*, o'. *idola*, Sy. *leges*, M. G. V. Vulg. *ritus*, V. G. *ceremoniæ*, Ti. Ar. V.) *populorum vanitas* (vel, *vana*, P. Ca. &c.) *ipsa*, Mo. vel, *sunt*, P. Ca. Pi. &c. Monstrat Propheta, insipidos esse illos, qui tamen sòli, & sibi & aliis, etiam Judæis, sapere videbantur; Chaldæos nempe & Ægyptios, ad quos etiam profani scriptores originem scientiarum referunt. Videtur Propheta abrumpere sententiam, & ineptè transire ad idola[o]. Ideo autem sermonem de simulacris conjungit cum sermone de astris, quòd gentium orientalium simulacra pleraque Solem, Lunam, Saturnum, Venerem, aut astrum aliud, referrent; & quidem cum ea hominum opinione, ut crederent deductum magicis quibusdam ritibus spiritum ab astris in simulacris morari, atque ibi vim suam exserere bono illa simulacra venerantium. Est autem hic locus de simulacris expressus ex duobus, Esa. 40. 20. & 44. 19. & seq. Nihil omittit quo auctoritatem demat simulacris. Materia, *lignum* exanime; opifex, homo mortalis, victûs indigens; instrumenta, *ascia*, *clavi*, *mallei*[p]. Potiùs connexio sic se habet, Dehortatur eos à viis Gentium, quia hæ vanitatis & stultitiæ sunt plenæ, ut constat ex idolis[q]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עֵץ מִיַּעַר כְּרָתוֹ מַעֲשֵׂה יְדֵי חָרָשׁ בַּמַּעֲצָד] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quum*, JT. Pi.) *lignum* (vel, *lignum ipsum*, JT. vel, *arbor*, Ca. sic Ti. Pi. sub. *est*, Ar. vel, sub. *est quod*, P. Belg.) *de sylva*, sive *saltu*, *præcidit*, P. V. sim. Ti. Calv. JT. Pi. (ad verb. *scidit illud*, V. sim. Mo. sub. *quis*, vel *aliquis*, Ti. Pi. Ang. vel, sub. *quisque*; nam utitur singulari numero[r]: vel, sub. *faber*, V. [Alii passivè reddunt:] *cæditur*, Ca. Angl. *præcisum*, o'. sim. Sy. Ar. *præciditur ei*, Ch.) *opus* (vel, in *opus*, Angl.) *manuum artificis*, P. Mo. Ti. Calv. *in*, vel *cum*, *ascia*, P. Mo. Ti. Ch. Sy. Angl. Belg. vel, *cum dolabra*,

* Ang. c Calv. d V. sim. M. Pi. * Calv. f G. g Calv. h G. i Me. T. k T. l Me. m E. sim. Calv. Ang. n E. o Calv. p G. q Calv. r Ang. r Calv.

labra, M. V. sub. *fit*, Ti. vel, sub. *factum*, sive *dolatum*, V. Sy. i. e. quod adaptavit dolabrâ †: vel, *& conflatio*, ο'. *aut fusura*, Sy. vel, *ad normam*, JT. *adhibitâ securi*, Heb. *per securim*, q.d. ut artifex ex illa arbore faciat idolum [t]. Ascia hîc inducitur ut instrumentum, non tam cædendæ arboris, quàm fabricandi idoli [v]. Al. *& fabrilium manuum arte dolata*, Ca. [M. locum sic vertit, *Arborem* aliquis *de sylva succidit*, & parat ipsam *cum dolabra*, *ut fiat opus manuum artificis*.]

4. *Argento & auro* (id est, argenteis & aureis laminis [x]) *decoravit* (vel, *ornat*, P. Pi. &c. *pulchrum reddit*, JT.) *illud*; ità Mo. &c. יְיַפֵּהוּ] Ad verb. *pulchrum faciet*: præt. pro præs[y]. ¶ *Clavis & malleis compegit*, &c. יְחַזְּקוּם וְלֹא יָפִיק] *Firmant* (vel, *corroborant*, Ch.) *ista*, Pi. sic JT. Mo. LXX, Sy. &c. (scil. idola [z]: vel, *illud*, P. Ch. Calv. Ti. nempe idolum [a]: clavis per malleum adactis, & in parietem vel columnam ad quam idolum statuitur impactis [b]. Al. *affigit laminas illas*, M.) *nec sinit vacillare*, Pi. vel, *& non prodibit*, Mo. *ut non amittat*, JT. Heb. *finat exire*: i.e. Ut factus ille deus non finat suum aurum & argentum emungi sibi [c]. *Et non egredietur*, sub. *loco suo*, V. *nè resolutio fiat*, M. nè partes idoli dissiliant [d]. At videtur ex solido trunco factum *. *Nè cadat*, P. ad verb. *& non cadet*, vel *corruet*, aut *movebitur*, V. *ut non moveatur*, Ch. in V. sic Ar. *& non movebuntur*, ο'. *nè disjungantur*, Sy. *nè vacillet*, Ti. *ut non exeat*, i. e. ut stare possit. Vide quæ illorum infirmitas, quæ semet sustinere nequeunt [f]. Bene Prudentius, *Forceps Myronis, Polycleti malleus, Natura vestrûm est atque origo cœlitum. Miror quòd ipsum non sacratis Mentorem, Nec templum & aras ipse Phidias habet, Fabri deorum vel parentes numinum: Qui si caminis institissent segniùs, Quum condiderunt gentibus stultis deos, Non esset ullus Jupiter conflatilis.* Vide Baruch. 6. initio [g].

5. *In*, &c. כְּתֹמֶר מִקְשָׁה הֵמָּה] *Sicut palma æqualis* (vel, *æquabilitatis*, Mo. æqualis & recta [h]; vel, teres & procera [i]: vel, *opere continente*, JT. Pi. sim. Angl. non compacta ex partibus [k]. Ità vox sumitur Exod. 25. 18, 31, 36[l]. Vel, *rigent*, Ti. vel, *erecta*, Sy. sic Ch.) *sunt*, P. JT. vel, quidem *sunt*, Pi. vel, *ipsa*, Mo. Ti. Pronomen pro verbo substantivo, ut v. 3 [m]. Al. *Sicut palmæ integer truncus* stant, M. *Illi solidè palmæ similes*, scil. lignei dii [n]. *Adæquationes eorum ut palmæ arboris*, G. Assurgit effigies illa in rectitudinem, & in ea videtur esse aliquid conspicuum [o]. ¶ *Portata*, &c. נָשׂוֹא יִנָּשׂוּא] *Portando portantur*, P. sic Mo. M. &c. scil. in thensis [p]; vel, super humeros, nempe in processionibus [q]: vel, generaliùs, in prima illorum collocatione, vel accidentaria translatione [r]. *Omnino portanda sunt*, Pi. sic JT. ¶ *Quia*, &c. כִּי לֹא יִצְעָדוּ] *Quia non incedent*, Mo. P. vel, *possunt incedere*, Ti. JT. Pi. *Cùm nec per passum sese movere possint*, M. Et hæc magna infirmitas, ire non posse. Et bene hinc infert, Si ista non possunt, quantò minùs prodesse aut nocere †? ¶ *Quia nec*, &c. כִּי לֹא יָרֵעוּ וְגַם הֵיטֵיב אֵין אוֹתָם] *Quia non malefaciunt*, Ti. Calv. sim. Mo. vel, *malefacere possunt*, P. sim. M. JT. Pi. (id est, pœnas infligere, quas *mala* vocamus. Loquitur ex communi hominum sensu [t].) *quin &* (vel, *& etiam*, Mo. sic JT. Pi.) *benefacere* non *est eorum*, Ti. *eis*, Mo. *penès eos*, P. sic JT. Pi. vel, *in eorum potestate*, M. vel, *cum eis*, V. ex He. Solent plerique Gentilium dæmones colere, nè noceant, & alios exorare ut præstent beneficia; unde & illud Virgilianum, *Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam* [v].

6. *Non*, &c. מֵאֵין כָּמוֹךָ וגו'] *A non sicut tu, Domine*, 6. Mo. *Non* (vel, *Quia non*, V.) *est* (sub. *itaque*, M.) *similis tui*, P. M. Ar. V. in MS. Oxon. sim. Sy. Ca. Strig. Revera *non est sicut tu*, &c. Ti. *Ex eo*, vel *Propterea quòd*, *non*, vel *nemo*, est *par tibi*, JT. Pi. Ang. Particula [מִן] causaliter sumitur, ut alibi *. Id quod referri potest vel, 1. ad præcedentia, de impotentia idolorum, quippe quæ non sunt paria vero Deo [x]: vel potiùs, 2. ad sequentia, reverentiam scilicet Deo debitam, cujus causam hîc tradit [y]. *A non*, vel, *Ab eo quòd non*, (h.e. Ab ultimis temporibus non) *sicut tu*, &c. Ab idolis se convertit ad verum Deum, quem hîc producit, ut fulgor ipsius discutiat tenebras gentium; & simul ut veræ Religio seriò afficiat corda hominum, & idolorum detestationem in iis excitet [z]. Heb. *Propter non esse* (scil. quenquam) *sicut tu* es. Præpositio מִן valet, *propter*, & regit infinitivum subintellectum, nempe הֱיוֹת [a]. ¶ *Magnus*, &c. גָּדוֹל וגו'] *Magnus es*, &c. Ch. Ti. Quia, vel Quòd, *magnus*, &c. Pi. vel, *maximus*, &c. Sy. JT. Qui *magnus*, &c. Ca. Hæc cum præced. ad verbum sic verto, *Ex eo quòd non est tibi similis*, cognoscimus quòd *magnus es*, &c. Observa Hebraismum; sic seq. versu [b]. ¶ *Et magnum nomen tuum in fortitudine*] Ità Ch. P. Mo. vel, *potentia*, M. &c. Hoc addit, quia idolis erat celebris fama apud gentes, sed non in virtute [c].

7. *Quis non timebit* (vel, *metuat*, Ti. sic V. vel, *revereatur*, JT. Pi.) *te*, *ô rex gentium ?*] Sic Mo. P. M. Ti. &c. Interrogatio admirantis & indignantis, & stomachosè coarguentis stuporem & vesaniam hominum, quòd vagentur in stultis suis figmentis, nec respiciant ad unum verum Deum; quem vocat, *regem gentium*, non in honorem Gentium, quasi se imperio ejus subjicerent; sed ut exprobret eis ingratitudinem, quòd non timeant Deum, qui tamen potentiam suam apud ipsas exserit [d]. ¶ *Tuum*, &c. כִּי לְךָ יָאָתָה] Vox יָאָתָה est vel, 1. nomen, significans vel *decus*, vel *imperium* *. Quod non placet [f]; ob accentum, qui in penultima est, quum in nominibus ultimæ adhæresceret [g]. Vel, 2. verbum [h], nempe Syriacum. A יְאָה fit in 3. pers. fœm. יָאֲתָה, & Chateph-pathach, propter Athnach in Camets, producto, יָאָתָה [i]. [Hinc varietas versionum.] Σοὶ γὰρ πρέπει, *Tuum est enim decus*, Th. in D. Sed non arbitror peritissimum virum Theodotionem יָאָתָה pro nomine substantivo accepisse †. *Quia tibi est decor*, Ti. *Tuum est regnum*, Ch. in V. *Tuum enim est imperium*, M. simil. Ch. Heb. *decor*, M. *Cujus id imperium est*, Ca. [Reliquis verbum est.] *Cùm in te conquiescat* illa, JT. scil. potentia, ex v. præc. Nam his & sequentibus verbis, per ὑστέρωσιν verborum, ex usu Hebræorum, easdem causas reverentiæ Dei repetit quæ positæ sunt v. præc[k]. *Quia* (vel, *Quum*, Sy. Ar. *Nam*, Ch. *Siquidem*, Pi. sic Angl. *Quippe*, Ful.) *tibi convenit*, sive *competit*, Mo. Pi. Ar. Calv. V. vel, *te decet*, Sy. Ful. sub. *id*, Ful. videlicet, *ut timearis ab omnibus*, quod proximè antecessit [l]. Refertur ad principium versûs: est ergò zeugma, quòd scil. Deus hoc mereatur saltem, ut ipsum omnes metuant [m]. Vel, *illa*, sub. *reverentia*, Pi. Angl. Pronomen *illa* latet in ipsa forma verbi, quod est generis fœminini [n], & refertur ad nomen יִרְאָה *reverentia*, vi præcedentis verbi subintellectum [o]: quod in aliis locis occurrit [p]. Vel, *illud*, sub. *regnum*, Angl. V. ex [voce conjugata] *rex*. Confer 1 Par. 29. 11, 12. Matt. 6. 13. Sed prius malo †. Summa est, fulgere in Deo gloriam, quæ ad se trahat omnes hominum sensus; ideóque stupidos esse qui, eo relicto, sese ad idola convertunt. Vanus ergò est in omnibus incredulis prætextus ignorantiæ. Esto, non fuisse edoctos: sed tamen in ipsis residet culpa tam malitiæ quàm negligentiæ [q]. ¶ *Inter*, &c. כִּי בְכָל־ וגו' מֵאֵין כָּמוֹךָ] Difficultatem hîc parit [מֵאֵין], quod passim significat, *ut non fit*, eo sensu quo dicimus, *Vastabitur urbs*, *ut non fit qui inhabitet*. At quatuor loca sunt in Jeremia ubi sensus iste non quadrat: Jer. 7. 32. & 19. 11. מֵאֵין מָקוֹם וגו', *quia nullus locus erit ad sepeliendum*; ubi מ causam denotat: cap. hujus v. 6. מֵאֵין וגו', *ex eo quòd nullus est par tibi*[r]: & hic locus. [Quem variè reddunt:] *Quia*, vel *Nam*, (*Quandoquidem*, Ang. *Cùm*, JT. Sy. *Etiam*, M. Angl. *Ut*, Ca.) *inter*, vel *apud*, *omnes sapientes*, vel, *in omnibus sapientibus*, *gentium*, *& inter omnia regna*, vel, *in omnibus regnis*, vel, *omni regno*, *eorum*, vel *ipsorum*, Calv. JT. Pi. V. Ang. &c. (vel, *inter reges earum*, Angl. *Regna*, pro *regibus*; ut alibi habetur†. Sub. *magnus es*, Pi. vel, *maximus sis*, JT. vel, sub. *regnas*, sive *rex es*, V.) *à non sicut tu*, Mo. vel, *eò quòd*, vel *ex eo quòd*, vel *propterea quòd*, *nemo* est *par tibi*, Pi. JT. sim. V. Inseruit Junius τὸ *maximus sis*, quamvis in toto versu non exstet, ut מֵאֵין vertere posset, *sicut* in superioribus locis, *ex eo quòd non*. Præfero eos qui, neglectâ præpositione מ, simpliciter vertunt [t], *non*, vel *nullus*, *est* (vel, *sit*, Ca.) *similis tui*, P. & Genev. in Di. M. Ti. sim. Ar. Sy. Ca. Nec tamen illud מ in Hebraismo planè otiosum esse arbitror, nec habere unde regatur. Regitur à לְךָ יָאָתָה, *tibi convenit ut te omnes metuant*. Unde verò hoc tibi convenit ? *ex eo quòd non sit sicut tu*. At, inquies, impedit illud regimen interveniens particula כִּי. Nego impedire, quia, ut in superioribus locis,

ità

Marginal notes, left column: † V. · t Pi. · v Ang. · x Pi. · y V. · z Pi. · a Ang. · b Pi. sim. Ang. · c Jun. · d Q. in Ang. · * Ang. · f G. · g Ca. · h He. in V. · i Al. in V. · k Pi. · l Ang. · m Ang. · n Ca. · o Calv. · p G. · q Q. in Ang. · r Ang. · † G. · t Calv. · v Strig. ex Hi. · * Ang. · x Q. in Ang. · y Ang. · z Calv.

Marginal notes, right column: a Pi. · b V. · c Calv. · d Calv. · * Q. in Calv. · f Calv. Ful. · g Ful. misc. 5. 4. 2471. · h Calv. · i Ful. &c. Ful. ib. · † Idem. · k Jun. · l Ful. ib. · m Calv. · n Pi. · o Pi. sim. Ang. · p Ang. · † Idem. · q Calv. · r Di. · † Ang. · t Di.

Line numbers in the gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ità & hîc, idem valent כִּי & מִ: utraque particula caussam denotat ex qua quod dixerat fluit. Itaque perinde est acsi emphaseos gratiâ כִּי fuisset repetitum, & pro מֵאֵין dictum fuisset, quod idem valent, כִּי אֵין; ac locus Latinè verti posset, *Quia inter sapientes gentium, & inter regna earum, quia*, inquam, *non est similis tibi* [y]. [Alii ultima verba sic reddunt ;] *à nullo tempore similis tibi*, Calv. Inter sapientes Gentium multi & in deos relati, ut Taautes [x]. Sensus est, nusquam repertum fuisse parem Deo, non tantùm in plebe & gregariis, sed in sapientibus & philosophis, vel in proceribus & Regum consiliariis : frustrà illi jactant suas rationes philosophicas, vel prudentia sua consilia ; confundentur omnes, & cogentur tacere : nam gloria Dei conspicua erit omnibus, etiam idiotis. Unde ergò fit quòd sapientes eam non agnoscunt, &c [y] ? *Sapientes* & *reges* hîc memorat, vel, 1. quia sapientes Ethnicorum probè sciebant unam fuisse summam Potestatem, nec ullum Regnum præter Dei Regnum perpetuum fuisse: id quod & Reges conversi noverunt, Dan. 4. 3, 32 [z]. Vel potiùs, 2. quia illos Ethnici post mortem inter deos referre solebant ; sapientes propter prudentiam,& Reges propter regnum ; vide Esa. 46. 1. Jerem. 50. 2. inter quos nemo, sive sapientiâ, sive potestate, Deo par erat [a].

8. *Pariter*, &c. וּבְאַחַת יִבְעֲרוּ וְיִכְסָלוּ] *Et* (vel, *At*, JT. Ang. sic M. *Et certè*, Pi.) *in uno* vel, *in hoc uno*, M. Ti. q. d. *in una quadam re*, Pi. In cæteris sapientes; hîc stulti sunt [b]. Vel, *unà*, JT. i.e. Judæi cum Gentibus convenientes in eandem idololatriam [c]. Vel, *omnino*. Ang. Belg. vel, *in unum*, P. Belg. sub. *computati*, Belg. vel, *simul & semel*, Angl. Confer Luc. 14. 18. q. d. Non quidam, sed omnes idololatræ [d]. Etiam sapientissimi approbârunt crassissimas Gentium superstitiones. Pauci eas ridebant, sed nemo corrigere audebat. *In uno*: Antithesis est, q. d. Non contexam multa capita accusationis adversùs eos : sufficiet hoc unum caput ad illos coarguendos, nempe quòd *lignum est*, &c *. *In unum*, i. e. ut semel, sive uno verbo, dicam [f].) *desipient*, (vel, *desipiunt*, P. &c. *obbrutescunt*, JT. Pi. sub. *illi*, sc. idololatræ [g], vel, sapientes Gentium [h];) *& stultè agent*, Mo. sic P. &c. vel, *stulti fiunt*, Ti. JT. &c. *Omnes, sine exceptione, stulti sunt & delirant*, Strig. ¶ *Doctrina*, &c. מוּסַר הֲבָלִים עֵץ הוּא] *Eruditio* (vel, Quòd *disciplina*, Ti. sim. M.) *vanitatum* (sub. *eorum*, M.) *lignum ipsum*, Mo. vel, *lignum est*, P. M. Ti. Calv. &c. q. d. Sapientes Gentium te non cognoscunt, nec glorificant, nec te inferiora curare putant : atque ideo convertuntur ad creaturas,& ab illis petunt quæ volunt [i]. Omnis forma sive effigies corporea quæ Deo affingitur est eruditio vanitatum, quia hoc modo transfiguratur Deus, &c [k]. *Eruditio vanitatum* (i.e. in omnem vanitatem homines seducens [l]) eruditio *ligni* (i.e. idoli è ligno, metonymicè, ad contemptum †: etsi per synecdochen comprehenduntur idola omnia [m].) *est*, JT. Nam *lignum institutio vanissima est*, Pi. sim. Ang. Ea quæ de simulacris credunt docéntque sunt vanissima [n], & stultissima; nempe quòd dii sunt [o], iisque tanquam diis supplicandum : id quod *doctrina* seu argumentum est *vanitatis*, h. e. fatuitatis ejusmodi idololatrarum [p]. Vel, Quæ idola docent, mera vanitas est. Confer Hab. c. 2. v. 18. Zach. 10. 2 [q]. [Ca. versum sic reddit, *Insaniunt autem illi, ac planè desipiunt, coarguente vanitatem ligno.*]

9. *Argentum*, &c. כֶּסֶף מְרֻקָּע וגו'] *Argentum extensum* (i. e. quod extendi solet [r], nempe in laminas †. Vide Exod. 39. 3. Numer. 16. 38 [t]. Vel, *ductum*, JT. Pi. *diductum*, M. Ca. *ductile*, Ti. malleo. רָקַע significat, *percutere*, & ità contundere ut res diducatur, vel protrahatur [v]. Vel, *tornatile*, ὁ'. *involutum*, Ch. Vulg. vel, *involubile*, quod facilè diduci & flecti, adeòque involvi, potest [x], & in seipsum plicari, ut meliùs transferatur [y]. Vel, *solidum*, Ar. vel, *optimum*, Sy.) *de Tarsis*, &c. Mo. P. &c. vel, *oceano*, JT. G. i. e. ab Hispania, ubi maxima auri fertilitas, Plin. 33. 4. *Africam* hîc habet Chald. nim. quia Pœni Carthagine aurum Hispanicum petebant [z]. Concessio est, hæc è longinqua regione afferri, esséque in idolis aliquid splendoris aut pompæ, quod idololatrarum oculos perstringit ; quod tamen nugatorium est & puerile [a]. ¶ *Et aurum de*, &c. מֵאוּפָז] *De Uphaz*, sive *Ophaz*, Mo. P. M. JT. Ca. &c. Est idem

Margin notes (left column): [y] Di. — [x] G. — [y] Calv. — [z] He. in Ang. — [a] Ang. — [b] He. in Ang. — [c] Jun. — [d] Ang. — * Calv. — [f] V. — [g] Pi. — [h] M. — [i] M. — [k] Calv. — [l] Jun. — † Idem. — [m] Jun. sim. Calv. — [n] G. — [o] Me. — [p] T. — [q] Ang. — [r] V. — † G. Calv. Ang. — [t] Ang. — [v] Calv. — [x] T. — [y] Me. — [z] G. — [a] Calv.

nomen Dan. 10. 5 [b]. Idem est quod פָּז *Paz*, vel *Phaz*, Job. 28. 17 [c]. Id est, Ophire insula. Vide 1 Reg. 9. 28 [d]. Appellationum illarum vestigia ibi sunt in *Pasi* sinu, & *Phasi* amne, Taprobanes *. Est insula Παζῶ in India memorata Stephano ex Alexandro Polyhistore : creditur eadem esse quam in mari Rubro *Topazon* Plinius nominat, unde gemmæ *Topazio* nomen, quæ פִּטְדַת Jobo. In eam insulam cuncta ex India perferebantur, atque inde distribuebantur : ideo aurum Ophir hîc explicat Chaldæus. De Ophir vide quæ dicta alibi [f]. Aurum à certis locis denominârunt non modò Hebræi, sed etiam Græci & Latini. Hinc aurum Κολοφώνιον, *Colophonium*, & *Lydum*, & *Dalmaticum* [g]. Alii non locum hîc significari volunt, sed auri bonitatem [h]. *Et aurum purum putum*, Ti. ¶ *Opus*, &c. מַעֲשֵׂה חָרָשׁ וִידֵי צוֹרֵף] *Opus* (vel, Ad *opus*, Pi. Angl. vel, *Opere*, M.) *artificis*, & *manûs* (vel, *manuum*, JT. Pi. Ang. *manibus*, M. Ti.) *aurificis*, Mo. P. vel, *fabri*, Ca. *fusoris*, V. *conflatoris*, M. JT. Pi. Calv. &c. vel, *ærarii*, Vulg. Interpres, credo, scripsit *aurarii* [i]. Sub. *paratum*, Ti. vel, *paratur*, M. צֹרֵף *omnis generis fabrum* significat : sed hîc de aurario agi evincit materia. *Opus artificum*, mortalium [k]. Pretiosæ materiæ additur artificium. Ità per concessionem loquitur, & irridens Gentium ineptias [l].

10. *Dominus*, &c. וַיהוָה אֱלֹהִים אֱמֶת הוּא אֱלֹהִים חַיִּים] *Et* (vel, *Autem*, P. M. sic JT. Pi. &c.) *Dominus Deus veritas* (vel, *veritatis*, Sy. Q. in Calv. Sed qui sic vertunt non observant syntaxin Hebraicam [m]. Heb. in, vel cum, *veritate*, Pi. vel, *verus*, Ti. Ca. Ch. JT. Ità enallage est formæ absolutæ pro constructa, אֱלֹהֵי אֱמֶת, *Deus veritatis* i. e. verus. Sed malim אֱמֶת sumere adverbialiter, pro, בֶּאֱמֶת, *verè* ; [ità & Pi.] quo sensu sæpe in Liturgia Judæorum usurpatur ; ut quum dicunt, אֱמֶת אַתָּה וגו' *Verè tu es primus & ultimus*: nisi fortè sensus sit, *O veritas, tu es primus*, &c [n].) *ipse*, Mo. (vel, sub. *est*, M. P. Ti. &c. [ut τὸ *ipse* referatur ad sequens membrum.] In hac enunciatione videtur *Jehova Deus* esse subjectum, *veritas* prædicatum. Significat autem אֱמֶת, & אֲמִתָּה, passim apud RR. ipsissimam rei cujusvis subsistentiam, &, ut sic dicam, essentiæ realitatem : nec aliter hoc loco accipiendum [o]. *Veritatem* hîc opponit vanitatibus ; qu. d. Fucantur, ornantur, &c. idola Gentium, sed nihil habent solidi : Deus autem nihil aliunde mutuatur, sed contentus est seipso, & virtus ejus per se satis habet authoritatis ; sibi sufficit ad omnes Gentium errores profligandos, ubi in medium prodierit ejus majestas [p]. Deum hîc vocat non modò verum, sed & ipsam *veritatem* : non respectu veracitatis seu fidelitatis ipsius, quòd mentiri nequit ; sed respectu essentiæ, ut 2 Chron. 15. 3. 1 Joh. 5. 20. hoc est, verum, non fictum, quum idola sunt mera figmenta [q].) *Deus* (vel, *Ipse* est *Deus*, M. Pi. Ch. &c.) *vivens*, sive *vivus*, P. Ti. Pi. Ch. &c. vel, *vita*, M. Calv. & ipse vitâ præditus, & aliis fons vitæ, Psal. 36. 10 [r]. *In ipso vivimus*, Act. 17. 28. Quis dicat se aut vivere à seipso ? Vita ergò hominum est luculentum specimen unicæ Deitatis †. ¶ *Et rex sempiternus*] Sic Pi. vel, *seculi*, Mo. P. &c. vel, *seculorum*. Quòd mundus conditus est, quòd anni alii alios sequuntur, quòd in hac revolutione est tanta varietas, & tamen ordo æquabilis & temperatus; in his conspicitur gloria Dei [t]. ¶ *Et*, &c. וְלֹא יָכִלוּ וגו'] *Et non sustinebunt* (vel, *sustinent*, Ca. *ferre possunt*, M. V. sim. JT. Pi. &c.) *gentes indignationem ejus*, Mo. P. &c. q. d. Etsi gentes eum securè nunc contemnant, tamen ubi apparuerit Judex mundi, non ferent ejus conspectum, &c. Non abs re hæc tam operosè tractat, quia decem Tribus abductæ erant, hostes de Deo triumphabant, quasi devictus esset, nec suos tueri posset; & nè fideles despondèrent animum, &c [v].

11. *Sic*, &c. כִּדְנָה תֵּאמְרוּן לְהוֹם] *Sic* (vel, *Secundùm hoc*, Mo.) *dicetis* (vos Judæi, cultores veri Dei, vos exsules, dicetis tamen [x]) *eis*, M. P. Ti. ὁ'. &c. superbis nempe dominis vestris, scilicet Babyloniis †. Jeremias, Hebraicè scribens [y], hunc (unicum [z]) versum Chaldaicè scripsit, ut Chaldæos ipsorum linguâ alloquerentur [a] ; & Babyloniis cultum idolorum suadentibus hunc versum objiciant [b], hæc ipsa verba usurpantes [c]. q. d. Nè mysticè vel crypticè illos alloquimini in vestra lingua quam non intelligunt, sed perspicuè, &c [d].

Margin notes (right column): [b] G. BP. — [c] Q. in Ang. sic BP. — [d] Pi. Jun. sim. BP. Wal. — * BP. 1. 27. 161. — [f] G. — [g] Wal. de art. q. ium. cap. 6. — [h] Ità K. in Wal. ib. — [i] G. — [k] G. — [l] Calv. — [m] Calv. — [n] Di. — [o] Di. — [p] Calv. — [q] Ang. — [r] Ang. — † Calv. — [t] Calv. — [v] Calv. — [x] Med. dis. sert. 35. — † Idem. — [y] Ca. — [z] Calv. — [a] Ca. sim. M. V. — [b] V. et M. — [c] Me. — [d] Med. sim. V.

Line numbers in the gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70.

Exigit

Exigit ergò ab illis contemptis exsulibus apertam & liberam confessionem, &c. & non modò ut animosè & ingenuè profiterentur quod sentirent; sed etiam ut detestentur & veluti conspuerent idola, eáque exsecrarentur: quod & Chaldæis odiosissimum erat, & Judæis periculosissimum. Voluit tamen Deus illos gloriam ipsius vitæ suæ præferre. Vide quanti facit Deus fidei confessionem; & quàm frigida est excusatio Nicodemitarum, qui satis esse putant, si non abnegent Deum ex animo; sed, metu perterriti, vel simulant se abnegare, vel palàm ostendunt se suffragari erroribus. Qu. An necesse erat fidelibus hoc per compita clamare? Resp. Non omnes electi erant ad munus propheticum, ut passim concionarentur: sed hoc omnibus sine exceptione mandabatur, ut detestarentur idola, & hoc illis opponerent qui tunc petulanter in Deum insurgerent*. Ostendit non cedendum esse impiorum blasphemiis, si protervè subsannarent sacrum Dei nomen†. Chaldæus putat hæc esse epistolam ab Jeremia missam ad primores exsulum in Babylonia[f]. Sed series ipsa prophetiarum ostendit hæc in antecessum dicta, sed ut tunc præcipuè usurparentur cùm inter idololatras vivendum esset. Hinc Chaldaicè scribit[g]. Vel, irrisoriè sic scribit: solemus enim, cùm aliquem irridemus, illius idioma usurpare, præsertim si barbarum sit[h]. ¶ *Dii*, &c. אֱלָהַיָּא דִּי שְׁמַיָּא וְאַרְקָא לָא עֲבַדוּ יֵאבַדוּ מֵאַרְעָא וּמִן תְּחוֹת שְׁמַיָּא אֵלֶּה] *Dii* (vel, *Dii isti*, JT. Pi.) *qui cœlos & terram non fecerunt, pereant* (vel, *perdentur*, Ti. sim. JT. Pi. Q. in Calv. &c. Sed malim futurum hìc resolvi in modum optativum; q. d. Imprecabimini exitium omnibus idolis[i].) *è terra, & de sub cœlo*, sive *cœlis*, Mo. P. &c. (vel, *& è* regionibus quæ sunt *sub cœlo*, Pi. simil. JT.) *hi*, Mo. Ex terra & locis cœlo subjectis tollentur†. Vetus est dictum etiam inter Græcos quosdam, *Qui præter unum Deum se deum dicit, mundum alterum faciat*[k]. Sumit principium illud, Deum non debere censeri qui non sit conditor mundi. At quis dicet ligneos deos mundum creâsse[l]? Vel, *ipsi*, JT. scilicet *ipsi*, Ang. vel, *isto*, sive *ipsis*, [nempe, *cœlo*, vel *cœlis*,] Pi. M. Ti. P. sic ό. Ar. Ch. Calv. Dicit, *istis*, quòd cœli appareant hominibus[m]: [quasi digito monstrans.]

12. *Qui*, &c. עֹשֵׂה וגו'] *Fecit* (vel, *Qui fecit*, JT. G. *Faciens*, Calv.) *terram viribus suis*, vel *virtute suâ*, Pi. JT. Cùm fortitudinem Dei commendet in terræ positu, alludit ad firmum & solidum terræ, quamvis in medio aere pendentis, statum. Loquitur hìc abruptè; sed oratio plus habet vehementiæ, cùm nomen Dei supprimit, ac virtutem ejus in medium profert: q. d. Unus est qui terram creavit, unus est qui disposuit orbem, &c. Perperàm ergò homines imaginantur varios deos[n]. Subaudienda hìc quædam†. Subaudi, *Hunc nos ut verum Deum colimus, qui*, &c[o]. Vel, *Is est Deus ac Dominus noster*. Hoc Judæi respondebunt Chaldæis: & sic multi eorum ab idololatria avertentur[p]. Vel, subaudi, *Vivat in terra, & in cœlo*; per antithesin ad præced. *Pereant de terra*, &c. Hæc est vox abominantis, illa amantis. Confertur autem hìc verus Deus cum simulacris, &c[q].

13. *Ad*, &c. לְקוֹל תִּתּוֹ הֲמוֹן וגו'] *Ad vocem dare eum* (vel, *Quo vocem suam edente*, JT. sim. Ang. *Simulac edit vocem suam*, Gal. Abit hoc à situ verborum, & à constructione Hebræa[r]. *Qui voce suâ dat*, P. M. Ca. Hi infinitivum תִתּוֹ acceperunt pro præsenti*. *Quum ille vocem dat*, Ti. *Ad vocem quam edit*, Pi. Ad verb. *In voce dare eum*, V. Vel, *Ad vocem dationis ejus*, vel, *Ad cujus dationem vocis*, Angl. Possessivum pro relativo, ut Esa. 48. v. 2. i. e. Vel, 1. ad verbum sive voluntatem ejus†; i. e. ubi ipsi lubet. Nam *vox*, aut *verbum*, *Dei*, apud Chaldæos maximè, voluntatem significat*. Vel potiùs, 2. ad tonitru ejus[t], quod *vox Dei* vocatur Psal. 18. 14. & aliis locis[v]. Vel, *Ad vocem suam dat*, Ch. Vulg. *Ad vocem dando*, vel *dare*, Calv.) *strepitum* (vel, *sonitum*, M. vel, *copiam*, Calv. sim. P. Pi. vel, *impetum*, Ch. vel, *fremitus* est, JT. Pi. vel, *multitudo* est, Pi. Ang. sim. Ti.) *aquarum in cœlo*, Mo. &c. vel, *in aere*, Ti. sic Pi. Ca. &c. [Strig. locum sic reddit, *Quoties tonat, magna vis aquæ sub cœlo exsistit.*] Locus dupliciter verti & exponi possit. 1. *Ad vocem dationis ejus, multitudo aquarum est in cœlis*; id est, Nullam habere possunt homines pluviam nisi Deo

[Margin: * Calv. † Calv. ad v. 11. f G. sim. V. g G. h Mc. i Ca. † Ca. k G. l Calv. m V. et He. n Calv. † V. sim. San. o M. sim. V. et Ch. p G. q Sin. r Di. * Idem. † Q. in Ang. * G. t Calv. v Ang.]

dante: simulac dat, ad vocem dationis ejus, statim multitudo aquarum in cœlis reperitur. Nihil obest huic interpretationi, nisi quòd תִתּוֹ non habet accentum majorem distinctivum; quódque cum rerum ordine non satis convenit, quòd primùm dicatur esse multitudo aquarum in cœlis, deinde efferri vapores è terra: nam priùs elevantur vapores, deinde oritur pluvia. Quod impulit Pagn. & Genev. ut וַיַּעֲלֶה verterent, *posteaquam ascendere fecit*. Utrumque obstaculum tollitur altero interpretationis modo. 2. *Ad vocem dandi ipsum* (vel, *quâ dat*, sive *ponit*) *multitudinem aquarum in cœlis, ascendere facit vapores ab extremitate terræ*. Tum ו in וַיַּעֲלֶה non erit copulativum, sed illativum, seu consecutivum. Sensus erit, Eo ipso quòd vocem suam edit, quâ multitudinem aquarum in cœlis ponat, vel, Simulac jubet multitudinem aquarum in cœlis esse, elevantur vapores è terra, unde multitudo aquarum in cœlis oriatur. Id mihi simplicissimum, & constructioni Hebrææ convenientissimum, videtur[x]. ¶ *Et*, &c. וַיַּעֲלֶה נְשִׂאִים וגו'] *Effert* (vel, *Et elevat*, Ti. sim. Mo. P. &c. *Posteaquam ascendere facit*, P. V. Observa ו pro *posteaquam*[y]. *Qui effert*, JT.) *vapores* (vel, *nubes*, P. Ti. *nebulas*, Ca. *exhalationes*, V. vel, *elevationes*, M. V. Calv. sub. *nubium*, M. Videmus vapores exsurgere è terra, & sursum attolli[z].) *ab extremitate terræ*, Pi. &c. Id est, vel, 1. ab oceano[a], qui est terræ terminus & extremum[b]. Vel, 2. à remotissimis & incultis terræ partibus[c]. Vel, 3. ab illa cœlorum parte quæ sensui nostro extrema videtur[d]. Indè enim eminus videmus vespere elevari vapores, qui in nubes concrescunt, & solvuntur in pluviam*. Videmus vapores oriri procul, & statim operiunt capita nostra[f]. Vel, 4. ab omnibus terræ partibus[g]. ¶ *Fulgura* (i. e. fulgurantes nubes[h]) *in*, &c. לַמָּטָר עָשָׂה] *Fecit*, vel *facit*, *pluviæ*, Mo. Ca. sic Ar. vel, *in tempus pluviæ*, Ch. vel, *ad*, sive *in*, *pluviam*, G. ex Vulg. Sy. Calv. Angl. sic ό. sub. *desinere*. Sic & Psal. 135. 7. unde hæc verba & proximè sequentia sumpta sunt[i]. Vel, *in pluvia*, Strig. *inter pluviam*, M. *cum pluvia*, P. Angl. ל hìc valet, *cum*, ut Esd. 1. 5. & 2. 63[k]. i. e. permista pluviæ[l]. Res contrariæ sunt ignis & aqua, & tamen simul habitant, & ignis generat pluviam[m]. Fulgura diffindunt nubes, adeóque viam pluviæ aperiunt[n].

14. *Stultus*, &c. נִבְעַר כָּל־אָדָם מִדַּעַת] *Brutescit* (vel, *Bruto similis redditur*, vel *Stultior est*, V. *Insanit*, Ca. *Stultus fit*, M. Ti. Calv. *Magìs obbrutescit*, JT. *Ut brutum animal fit*, P.) *omnis homo* (scil. idolorum opifex, ex collatione membri sequentis[o]: vel, idololatra[p],) *propter scientiam*, Mo. vel, *à sciendo*, V. *præ scientia*, P. Ti. V. sub. *Dei*, V. vel, *per scientiam*, illam scilicet faciendi idoli[q]. Scientia artificis eum stultum facit, vel ostendit, quum sc. inane idolum fabricatur, & illud pro Deo habendum proponit†. *In scientia* sua, Ang. *per scientiam* suam, Q. in Angl. Scientiam artificum hìc intellige; q. d. Stulti sunt omnes artifices[r]. *A scientia*, M. Calv. ό. Sy. *ex scientia*, id est, Ex eo ipso quòd magnâ scientiâ se egisse arbitratur, stultus fit. Posterius membrum explicat prius. Quum sculptile scitè fabrefactum est, gratulantur sibi suam scientiam & sapientiam: at ex ea scientia obbrutescunt magìs, &c. Confer Rom. 1. 22†. Homines infatuat proprium acumen & sapientia[t]. Sed hoc nimis argutum est[v]. Vel, recedens *à scientia*, i. e. à cognitione unius Dei. Id ità sumi suadent sequentia[x]. Vel, excidens *scientiâ*, vel, qui intellectum suum perdidit, ut dicere solemus. Sic Hos. 9. 1. *scortata es* (sub. *recedens*) *à Deo*, &c[y]. Vel, *quàm ut animadvertat*, JT. vel, *quàm ut hoc cognoscere possit*: q. d. Nemo assequi potest providentiam Dei in operibus prædictis*. Heb. *à sciendo*, pro, *quàm ut sciat*: ut 1 Sam. 25. 17. *à loquendo*, &c. pro, quàm ut loquatur, &c. Ps. 40. 6. *à numerando*, &c. pro, quàm ut numerem, &c[z]. Vel, *inscitiâ*, Ca. *A scientia*, i. e. ob defectum scientiæ[a]: ut Psal. 109. 24. *à pinguedine*, i. e. defectu pinguedinis; Lam. 4. 9. *à fructibus*, i. e. defectu fructuum[b]. [Huic interpretationi favent qui locum sic vertunt,] *Cognitionis imperitus est omnis homo*, Ar. *Fracti sunt omnes populi nescientes sapientiam*, Ch. [Alii locum sic reddunt;] *Desipuerunt, id est, erraverunt omnes homines à scientia*, Sy. *Omnes stulti sunt qui habent*

[Margin: x Di. y V. z Calv. a Pi. Mar. Ang. b Mar. sim. Ang. c He. in Arg. d San. sim. Mc. * Mc. f Calv. g Ang. h T. i G. k Ang. l V. m Calv. n Ang. o G. p T. q Pi. † Mc. r Calv. † Di. t Q. in Calv. v Calv. x G. y Q. in Ang. * V. z Al. in Ang. a Mar. sim. Ang. b Arg.]

bent persuasionem scientiæ, Strig. ¶ *Confusus*, &c. "הוֹבִישׁ וגו׳] *Confunditur*, M. sim. Mo. P. Ti. ό. Ch. Sy. Ar. (vel, *Pudet*, V. ex Ch. vel, *Pudefacit*, JT. Pi. Sed vox hæc activè nusquam sumitur [c].) *omnis conflator*, M. JT. Pi. &c. (vel, *omnem aurificem*, V.) *à sculptili*, M. P. Mo. &c. vel, *ex sculptili*, Di. vel, *per sculptile*, Pi. vel, *facere statuam*, Ch. in V. vel, *sculptili*, JT. Cui ab artifice affertur maximum pudoris argumentum, quo homo verus falso, animatus inanimo, cultum habet *. ¶ *Quoniam*, &c. "כִּי שֶׁקֶר נִסְכּוֹ וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, *falsitas*, vel *mendacium*, *est* (id est, res fallax est [d]; non est id quod dicitur *; fallit, ac mentitur se esse Deum [f]; Dei veritatem in mendacium convertit, ut Rom. c. 1. v. 25 [g]. Vel, *vanitas est*, V. vel, *falsum est*, JT.) *fusile*, vel *conflatile*, *ejus*, P. Pi. (vel, *eorum*, Ti. vel, *tectio*, sive *obductio*, *ejus*, i. e. frustrà obtexit illa [h]. [Alii locum sic reddunt,] *Quia falsa conflavit*, ό. sim. Sy. Ar. *Quoniam frustrà fudit illa*, Ch. in V.) *nec spiritus* est *in illis*, Pi. &c. vel, *in ullo eorum*, JT. sic V. *Spiritus*, id est, vel, 1. anima, sive flatus [i]; res mortuæ sunt, quæ sensu & vigore carent [k], prorsus absimiles Deo vivo, v. 10 [l]: vel, 2. spiritus à cœlo dimissus, ut ipsi arbitrantur [m].

15. *Vana*, &c. הֶבֶל הֵמָּה מַעֲשֵׂה תַּעְתֻּעִים] *Vanitas* (i. e. Res vanissima [n]: vel, *Vana*, Ca. ό. &c.) *ipsa*, Mo. (vel, *sunt*, P. JT. Pi. &c. vel, inquam, *sunt*, M. Ti.) *opus* (vel, & *opus*, Ang.) *errorum*, Mo. M. Ti. Angl. Pi. i. e. quo ducuntur homines in errores. Genitivus effecti, & pluralis superlativum notat [o]. Vel, *fallax*, Ca. *fallacissimum*, Pi. *aberrationis maximæ*, JT. Heb. *aberrationum*, vel *seductionum*, Jun. *stultum*, Sy. *ridiculum*, ό. sim. Ch. Ar. Vulg. *irrisionum*, sive *illusionum*, sive *subsanniationum*, P. V. Calv. vel, 1. passivè [p]; q. d. deridendum [q]: vel potiùs, 2. activè; q. d. opus deceptionum, quo homines se infatuant [r]. ¶ *In*, &c. "בְּעֵת וגו׳] *Quo tempore visitabuntur illi, peribunt ista*, JT. i. e. Uno momento peribunt cum suis cultoribus†. *In tempore visitationis* (vel, *supplicii*, Ca. quum à me visitabuntur in ira [s]; ubi Deo vacaverit ad illorum facta animum adjicere [v].) *eorum* (sub. *conflatorum*, V. vel, *eorum*, i. e. tum, 1. idolorum; tum, 2. idololatrarum [x]. Vel, *sua*, ό. Sy. *vestræ*, Ar.) *peribunt*, Mo. P. M. &c. Poterant excipere Israelitæ, Quî fit igitur ut dii falsi colantur & celebrentur? quomodo hoc patitur Deus? Resp. Peribunt tamen. Nè concidite animis, vel deficite à pietate, sed patienter exspectate tempus quo Deus judicia exsequetur, &c [y].

16. *Non est his* (vel, *istis*, Pi. nempe idolis [z],) *similis pars* (vel, *portio*, Pi.) *Jacob*, "לֹא כְאֵלֶּה וגו׳] *Non est sicut illa* (vel, *istorum*, Ti. vel, *isti* sunt, M.) *pars*, vel *portio*, *Jacob*, P. Calv. i. e. Deus quem Israelitæ colunt [a], & diligunt tanquam portionem [b]. Sic vocat Deum, ut populum contineat in pura Legis doctrina, &c [c]. *Non talis est is cum quo rem habent Jacobæi*, Ca. Deus portio populi sui vocatur, Psalm. 16. v. 5. & 73. v. 26 [d]. ¶ *Qui*, &c. כִּי יוֹצֵר הַכֹּל הוּא] *Quia* (vel, *Sed*, M. Ti. Pi. *Quin*, Ca.) *plasmator*, sive *formator*, *omnium ipse*, Mo. vel, *est*, Pi. vel, *ipse* est, P. V. sic Ti. Ca. vel, pars ejus *est*, M. sim. V. nempe Jacobi *. [JT. hæc cum præcedentibus sic reddunt, *Non sicut istarum* est, *sed formator omnium* est *Jahakobi portio*.] Epiphonema, quo Propheta indignitatem idololatriæ, quâ Judæi cum Gentibus communicabant, summatim ostendit, à mutuo fœdere inter Deum & populum. Longè præstantius, inquit, est jus Israelitarum cum Deo, qui non idola amplectuntur, sed Deum verum, &c [f]. Non possunt ex animo rejici superstitiones, nisi postquam agnitus est verus Deus. Et ideo Prophetæ, quoties de idolis loquuntur, ponunt verum Deum; quia parùm esset traducere stultitias illas, nisi Deus in gradu suo simul statueretur [g]. ¶ *Et* (vel, *Vicissim*, JT. sic Sy. *Autem*, Pi.) *Israel virga* (vel, *tribus*, JT. Sy. vel, *sceptrum*, V.) *hæreditatis* (vel, *possessionis*, JT.) *ejus*] Ità Mo. P. Calv. &c. i. e. portio ipsius: sicut virgâ vel perticâ designari solebat pars Principis, vide Ezec. 48. 21 [h]. atque aliorum. Vide Psal. 74. 2 [i]. Israelem sic vocat, quia Deus ibi constituit Regnum suum [k], & cultum [l]. *Cujus hæreditatis natio sunt Israelitæ*, Ca.

17. *Congrega*, &c. "אִסְפִּי מֵאֶרֶץ כִּנְעָתֵךְ וגו׳] Alloquitur hîc Propheta vel, 1. Chaldæos [m]; vel, 2. Judæos [n]; de quibus versum sequentem accipiunt etiam qui hunc de Chaldæis intelligunt: quod mirum est, cùm manifesta est conjunctio, & ibi causa redditur hujus præcepti [o]. Nova hîc concio inchoari videtur; ejúsque materia à priori longè differt [p]. [Versum hunc sic reddunt:] *Collige*, vel *Congrega*, (vel, *Aufer*, JT. Pi. *Recipe*, Ar. *Retrahe*, sub. & *alib transfer*, V. *Contrahe*, Q. in V. *Subdue*, Angl. ut 1 Sam. 14. 19 †.) *de terra negotiationem* (vel, *mercem*, JT. Ca. sic P. M. V. Ch. Calv. *substantiam*, Ti. ό. simil. Ar. vel, res pretiosas, quæ solent colligi & recondi: q. d. *contractionem*. כְּנַע propriè sign. *contrahere*; indè, *negotiari* [q].) *tuam*, Mo. Pi. &c. (vel, *res tuas*, nempe quæ asportari possunt. q. d. Convasa, migrandum erit *. Vel, *humiliationem tuam*, ut activè accipiatur: qu. d. Define, ô Chaldæa, tibi subjicere omnes regiones [r]. Ità אָסַף accipiunt pro contractione, ubi modus aliquis imponitur †.) *habitans* (Vox fœm. est. Solent Prophetæ cœtus hominum simul viventium, &c. fœm. gen. compellare [t].) *in munitione*, Mo. sic Ca. &c. *In munitione*, i. e. quæ videris nunc habitare in loco inexpugnabili. Chald. *in fortitudine*, nempe, in urbibus munitis [v]. Vel, *in munitione hac*, JT. nempe Jerosolyma [x]. *Terram*, i. e. planam regionem, hîc opponit urbibus munitis, & denunciat h. l. cladem quæ per totam terram grassabitur [y].

18. *Ecce*, *ego longè*, &c. קוֹלֵעַ וגו׳ בַּפַּעַם הַזֹּאת] *Fundâ* (vel, ut *fundâ*, P. M. sic Ca. Calv. &c.) *jaciens* (vel, *ejaculabor*, Ti. simil. JT. Pi. G. ex Aq. & Sym. Ad verbum, *fundibulo*, V. Notatur hâc voce ejectionis tum facilitas, tum celeritas [z].) *habitatores terræ*, Mo. &c. *vice hâc*, P. Calv. &c. i. e. modò, citò [a]; omnes simul & semel [b]. Sæpius experti sunt hostium insultus; sed nunc se redemerant, nunc à Deo liberati sunt: sperabant idem semper fore, & se, bellum trahendo, posse hostes ludificari. Significat ergò cladem hanc fore instar subitæ procellæ, quæ illos quasi uno die ejiciat [c]. Vel, *hâc ipsâ vice*, JT. Pi. *hoc tempore*, Ch. Sy. *nunc*, Ca. *etiamnum*, Ti. ¶ *Et*, &c. וַהֲצֵרוֹתִי לָהֶם לְמַעַן יִמְצָאוּ] *Et angustiam faciam* (vel, *tribulationem inferam*, M. sim. V. Ch. &c. *affligam*, P. *urgebo*, Ca. *faciam ut obsideant*, Calv.) *eis*, Mo. Ti. &c. vel, *eos*, P. Ca. [Reliqua diversimodè reddunt:] *ità ut non inveniantur*, [Vulg. in Mar. & L.] id est, ità ut pereant [d]. Vel, *ità ut inveniantur*, Vulg. in G. & Angl. & Me. &c. i. e. ità ut omnes in urbe reperiantur, nec effugere possint *. [Est itaque varia hîc lectio in Vulgato, quam tamen Brugensis non annotat.] Vel, *ut quærant me & inveniant*, Sy. *ut recipiant vindictam iniquitatum suarum*, Ch. in V. *ut inveniatur plaga tua*, ό. Ar. *ut digni sunt*, ad verb. *ut inveniant*, scil. *quod quærunt*: h. e. ut dignas dent pœnas [f]. *Ut deprehendant*, JT. Pi. vel, *experiantur*, Pi. sub. *ista*, & *dicant*, JT. Pi. [verba scilicet sequentia:] vel, *ut inveniant*, Mo. P. M. Ti. Calv. Ang. sub. *ità*, Ang. Belg. Gal. vel, sub. *quod captàrunt*; vel, quid adepti sunt perversis suis studiis: vel, sub. *mercedem operum suorum* [g]: vel, sub. *quæ dixi per prophetas*, P. sim. V. G. Angl. Calv. adversùm illos [h], & me non esse mendacem [i]; ut cognoscant quòd à meipso sunt omnia [k]. Id autem ipsi agnoscent verbis quæ jam sequuntur usque ad finem capitis [l]. Al. *ut sentiant* vim afflictionis, Strig. *ut illi* (nempe hostes) *inveniant* illos, Q. in Angl.

19. *Væ mihi super contritione mea*] Ità Mo. P. &c. vel *propter rupturam meam*, Ti. sim. Ch. Sy. vel, *contusionem quam patior*, V. Ah! quantum vulnus accepi [m]! Propheta hîc queritur de afflictione populi sui [n]. Non dolet suâ causâ privatim, nec loquitur ex sensu populi, qui prorsus obtorpuerat, sed ex re ipsâ; & repræsentat affectum doloris qui in populo esse debuerat: At nemo, inquit, propinquâ clade movetur: itaque solus lugebo, sed vestrâ causâ. Ità duritiem socordiámque illis exprobrat, tentátque modis omnibus an possent minæ Dei penetrare in eorum animos [o]. ¶ *Pessima*, &c. "נַחְלָה וגו׳] *Ægra* (vel, *Ægerrima*, JT. Heb. *Ægritudo*, Jun. Al. *Doloris plena*, P. sic Calv. sim. Mo. Ti. *Aggravata*, M.) *est plaga* (vel, *percussio*, Calv.) *mea*, Pi. JT. &c. *Quàm atrox vulnus habeo!* Ca. ¶ *Ego autem dixi*] Vel, *Præterea dixi*, G. scil. apud me, id est, cogitavi [p]. *Ego*, nempe civitas Hierosl [q]. Propheta hoc dicit vel, 1. in persona sua [r]: q. d. Putabam me sufficere ad ferendum

[c] Ang. * Jun. [d] Pi. * G. sim. Ang. [f] T. [g] Calv. [h] V. [i] Pi. Ang. [k] Calv. [l] Ang. [m] G. [n] Pi. [o] Pi. [p] Q. in Calv. [q] V. [r] Calv. † Jun. [s] Pi. sim. Calv. Ang. Me. T. [v] G. [x] T. sim. Calv. [y] Calv. [z] Pi. sic V. [a] G. [b] Pi. [c] Calv. [d] Ang. * V. [f] Jun. [g] Calv. [h] G. [i] Ang. sim. Pi. [k] Me. T. [l] L. [m] Q. in C lv. V. [n] Calv. Ang. Jun. Pi.

[o] Calv. [p] Ang. † Ang. [q] Calv. * G. [r] Q. in V. † Calv. [t] Ang. [v] V. [x] Jun. sim. Ca. G. Ang. &c. [y] Calv. [z] Pi. [a] Mar. [b] Ang. sim. Calv. [c] Calv. [d] Mar. * Me. cf. Hi. [f] Ca. [g] Calv. [h] V. [i] G. [k] V. [l] G. [m] G. [n] V. [o] Calv. [p] Pi. [q] G. [r] Q. in Ang.

dum dolorem; sed deceptus fui, quia coactus sum succumbere †. Vel, in persona populi [t]. Admonet hîc populares quo affectu esse debent, ubi infensus est Deus [v]. ¶ *Plane*, &c. אַךְ זֶה חֳלִי וְאֶשָּׂאֶנּוּ] *Profecto*, vel *Certè, hæc infirmitas*, vel *plaga*, (vel, *morbus*, JT. Pi. sub. *est*, P. JT. &c. vel, *est talis*, Pi. vel, *est magna*, G.) *& feram eam*, P. Ti. Calv. &c. vel, *quem perferam*, JT. vel, *ut eum perferre possim*, Pi. vel, *& portabo illam?* qu. d. erône ferendo [x]? [Ca. locum sic reddit, *Quam quidem meam mortem mihi ferendam cogito.*] Sensus, q. d. Hanc ægritudinem meam patienter feram [y]. Duo hîc conjungit Propheta quæ optima sunt ad pœnitentiam præparatio: nempe, confessionem culpæ, quódque pœnas à se meritas sustinent; & tolerantiam, quâ placidè & patienter se subjiciunt judicio Dei [z]. Al. Amplificatio luctûs ab antegressa confidentia: q. d. Me miseram, quòd præcedentibus jam olim minimè crediderim; sed, si quod malum mihi obveniret, illud fore putaverim velut accessiunculam febriculæ, unde illico liberarer [a]!

20. *Tabernaculum meum vastatum est*] Sic P. M. &c. Intelligit Jerosolymam [b]; vel potiùs, totum populum [c], & statum Judæ [d]. Metaphora eadem quæ Jer. 4. 20*. Alludit ad tuguria pastorum [f]. ¶ *Funiculi mei* (quibus extenduntur pelles tabernaculi [g]; nempe civitates reliquæ Israel [h],) *dirupti sunt*] Ità Mo. P. &c. ¶ *Filii mei exierunt à me*] Scil. in captivitatem [i].

21. *Quia stultè egerunt* (vel, *obbrutuerunt*, JT. Pi. sim. Mo. P. *infatuati sunt*, M. Calv. simil. Ti. Ch. Sy. Ar.) *pastores*] Id est, Reges [k], nempe à Joakimo deinceps [l]: Principes, sacerdotes & prophetæ [m]: Gubernatores populi, tam ecclesiastici, quàm politici [n]. Non vult autem Jeremias populum eximere à culpa, (quum pastores suos sequerentur,) sed tantùm demonstrat primam originem & causam malorum [o]. ¶ *Et Dominum non quæsierunt*] Ità Mo. P. Ti. vel, *consuluerunt*, JT. Pi. Hæc nempe unica est sapientia, & lex ritè gubernandi [p]. ¶ *Propterea* (vel, *Et ob id*, M.) *non intellexerunt*] Ità Mo. P. sim. o'. Sy. Ar. vel, *egerunt prudenter*, M. Ti. V. *Idque enim non sapiant*, Ca. Non prospexerunt imminentia mala, ut obviarent, vel diverterent †. ¶ לֹא הִשְׂכִּילוּ] *Non secundabuntur*, JT. Pi. sim. Ch. Ang. *non egerunt prosperè*; i. e. Ideo infeliciter gubernârunt, quia nulla eis erat pietatis cura [q]. *Miseri fuerunt*, i. e. rem malè gesserunt [r]. ¶ *Et*, &c. וְכָל־מַרְעִיתָם וגו'] *Et omnis*, vel *totus*, *grex* (vel, *grex pascbalis*, JT. vel, *pastio*, Ca. vel, *pascua*, Mo. P. i. e. oves pascuæ †,) *eorum* (i. e. populus quem gubernant [t],) *dispergentur*, JT. Pi. &c. *Et grex cunctæ pascuæ*, &c. M. *Et quicquid fuit in pascuis*, &c. Ti.

22. *Vox*, &c. קוֹל שְׁמוּעָה וגו'] *Vox rumoris*, (vel, *Sonorus rumor*, JT. Pi. *Nuncius*, G. ex Ch.) *ecce, venit*, &c. P. M. &c. Ad verb. *Vox auditûs*, V. Calv. i. e. audita, vide Heb. 4. 2 [v]: vel, quæ audietur, à vobis, qui me non audietis, &c. Antithesis inter vocem Dei in Prophetis clamantem, sed absque profectu, & clamores hostium: q. d. Quia surdi fuistis ad vocem Dei, remitto vos ad novos doctores, Chaldæos, qui alio & insolito modo vos percellent [x]. ¶ *Commotio magna*] Ità Mo. P. M. &c. *Tumultus ingens*, ut Latini de bellis Gallicis & Italicis loquebantur [y].

23. *Scio, Domine*] Desperans de populi ingenio, sermonem ad Deum convertit: q. d. Frustrà ad ipsos verba feci; nunc cogor te alloqui, quasi solus essem in mundo [z]. ¶ *Quia non*, &c. כִּי לֹא לָאָדָם דַּרְכּוֹ] *Quod non hominis* (vel, *penès hominem*, JT. Pi. Calv. Ca. vel, *hominis illius*, Ti. sub. *est*, vel *sit*, P. Ti. Calv. &c.) *via ejus*, Mo. P. &c. ¶ *Nec*, &c. לֹא לְאִישׁ הֹלֵךְ וְהָכִין אֶת־צַעֲדוֹ] *Nec viri ambulantis*, Mo. P. M. (vel, *Non sit penès virum ambulantem*, Calv. sic JT. Pi. vel, *Non esse penès mortales ingredi*, Ca. vel, *Nec cujusquam ut eat*, Ti.) *& præparare* (vel, *& firmare*, Ca. vel, *dirigere*, Pi. Strig. vel, *vel dirigere*, JT. vel, *ut dirigat*, Calv. *ut præparet*, P. *quòd disponat*, M. *& disponat*, Ti.) *gressum suum*, Mo. &c. Quia sententia hæc abrupta est, trahitur in diversas partes. Ante omnia respicere oportet ad consilium & scopum Spiritûs Sancti [a]. Exponunt de Nabuchodonosor [b], quem, cùm proficisceretur contra Ammonitas, Dominus imprudentem duxit Hierosolymam. Vide 21. 20, 21 [c]. q. d. Scio Nabuch. non posse venire, neque expugnare me, nisi tu illum juveris [d]. q. d. Scio hominem non esse autorem itineris sui, & nescire quò vadat, nec posse disponere aut prosperam reddere viam suam*. Hoc etiam dicent illorum infelicium temporum homines, (Nam, ut dicitur, Τὴν Μαλέαν πλεύσας εὐσεβὴς ἔσῃ· *Juxta Maleam navigans pius eris:*) Scimus successus bellicos non pendere à sola prudentia aut fortitudine humana, sed à tuo maximè arbitratu, qui etiam potentissimorum Regum conatus facilè difflas. *Dirigere gressus* est, successus dare, ut Psal. 37. 23 †. Q. de libero arbitrio exponunt [f]. Sed hoc alienum est [g]. Non agit hîc Propheta de æterna salute, sed tantùm de actionibus [vitæ] præsentis [h]. Al. Sine tua ope nihil efficere possumus, nec mederi malis [i]. Al. Sensus, q. d. Ego piique omnes, credentes huic decreto tuo contra Judæam, non præsumimus de virtute aut arte nostra, ut judicia tua possimus effugere, aut ab iis vel gressum unum & latum unguem discedere: sibi confidunt impii, ut suprà 8. 14. nos, contrà, nobis omnino diffidimus, & nos totos tibi committimus [k]. In potestate hominis non est, duci quâ cuique libet viâ: sed à tua providentia pendet, ut nunc & sic vel castigetur, vel exerceatur, quisque pro meritis suis, & placito tuo [l]. Propheta hîc securitatem perstringit populi sui, qui omnem metum à se depellere solebant, fidentes vel sibi, vel fœderatorum auxiliis. Id ridet Propheta, dicitque, etiamsi prudenter agant homines, eventus tamen non esse in ipsorum manu, (confer Prov. 16. 1. Jac. 4. 13, 14.) & Judæos decipi, quoniam usurpant dominationem quæ residet penès unum Deum. Per concessionem dicit homines *ambulare*, qui tamen movere pedem non possunt, nisi suppeterent vires à Deo. Non differit hîc Propheta quid possint homines, sed concedit illis hanc partem, ut consultent, ut discernant, (quanquam & ipsa consilia & corda hominum sint in arbitrio Dei;) exsequutionem tamen docet non esse in eorum manu [m].

24. *Corripe* (vel, *Castiga*, M. Ti. JT. &c.) *me*,—*veruntamen* (vel, *sed*, Ca. vel, *tantummodo*, Calv.) *in judicio*; ità Mo. P. M. &c. בְּמִשְׁפָּט] *Ratione*, Ca. *jure*, V. *modicè*, JT. Pi. V. *remissè, leniter, indulgenter*, servatâ æquitate, & mediocritate, non pro meritis meis [n]; cum modo & mensura [o]. Tempera rigorem tuum [p]. Si pœnas vis expetere, expete, quæsumus, moderatas, ut Psal. 6. 2 [q]. Cùm tibi jam stet sententia castigandi nos per Chaldæos [r], non refugimus castigationem, sistimus nos tibi, fac quod bonum & æquum est †: sed in justitia memor esto miserationum, &c [t]. Loquitur sing. num. quia induit personam omnium, docétque qualiter affecti esse deberent; ostendítque tam atrocia esse populi scelera, ut Deus non debeat illis in totum ignoscere, & ipsi non debeant simpliciter veniam petere, sed tantùm vindictæ moderationem*. ¶ *Non in furore tuo*] Iram hîc Propheta sumit, & opponit moderationi quâ utitur Deus erga electos suos, quorum pœnæ sunt testimonia amoris sui, &c. Heb. 12. 6 &c [v]. ¶ *Nè*, &c. פֶּן־תַּמְעִטֵנִי] *Nè imminuas* (vel, *diminuas*, P. sim. Mo. vel, *comminuas*, JT.) *me*, Calv. sic M. &c. i. e. consumas [x].

25. *Effunde indignationem tuam* (i. e. Agas summo jure cum illis, sed iram tempera erga nos [y].) *super gentes quæ non cognoverunt te*, &c.] Docet, initium pietatis esse in Dei cognitione; postea adjungit fructum, vel effectum, nempe invocationem †. Sumptum hoc & quod sequitur de Psalm. 79. 6, 7. ubi quæ dicta sunt vide. In pari re paria verba [z]. Vel; is qui Psalmum illum composuit hinc desumpsit. Fortè Jeremias Psalmum composuit, &c. Confirmatio est petitionis præcedentis, quòd scilicet Deus habeat sufficientem vindictæ materiam in impiis. Reducit Deo in memoriam promissionem Ecclesiæ factam, & discrimen quod placuit ei statuere inter domesticos & exteros: q. d. Adoptâsti nos in populum tuum; castiga nos tanquam filios, paterno more ignoscas: extraneos perdas, &c. Qu. Licétne impiis malè precari? Resp. Possumus in genere ità precari adversùs obstinatos Dei hostes, sic ut maneat penès ipsum cognitio: non autem possumus ferre sententiam de hoc vel illo homine sigillatim †. ¶ *Quia comederunt Jacob*, &c.] q. d. Nos quidem peccavimus, Domine: sed an tu in nostrum interitum ostendes te esse mundi Judicem? & interea parces Ægyptiis, Chaldæis, &c. qui tam

Marginal notes (left): t Q. in Calv. · v Al. in Ang. · x Calv. · y G. · z V. · a Calv. · a Jun. sim. Glas. rhet. p. 354. · b V. · c Calv. · d Q. in Ang. · f G. · g Calv. · h V. sim. Pi Ang. · i V. · k V. Ang. · l M. G. ex Ch. · m G. · n Me. sim. T. Calv. · o Pi. · p Calv. · q T. · † Idem. · q Calv. · r Q. in V. · † V. · t Pi. · v Ang. · x Calv. · y G. · z Calv. · a Calv. · b V. sic Me. · c V. sim. San. &c.

Marginal notes (right): d Me. · * V. · † G. · f Q. in Ang. · g Ang. · h Calv. · i Mar. · k Jun. · l T. · m Calv. · n V. · o V. sim. Calv. · p Calv. · q G. · r T. sim. Jun. · † Jun. · t Jun. sim. T. · * Calv. · v Calv. · x Calv. · y Calv. · † Idem. · z G. · † Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tam atrociter sævierint in populum tuum *?. ¶ *Et decus ejus*] Hebr. *habitaculum ejus*, i.e. urbem præstantissimam †.

CAP. XI.

1. VErbum,&c.] Summa hujus concionis (quæ duobus capitibus includitur [a]) est, Judæos, quamvis glorientur Dei nomine, esse fœdifragos, nec cum Jeremia, sed cum Mose & Lege & Deo, certare [b].

2. *Audite verba pacti hujus*] Meliùs, *illius*, nempe quod per Mosen publicatum est [c]. Dicit, *hujus*, quasi palàm demonstrans, & quasi digito ostendens : q. d. Quid juvat fingere aut prætexere ambiguum esse num ex Spiritu Dei loquamur ? res clara est, hoc est fœdus. Non postulo à vobis audiri, sed audite saltem ipsam Legem: nihil alienum à Mose aut addititium docui [d]. Alloquitur hîc vel, 1. sacerdotes, ex collat. membri sequ *. vel, 2. Jeremiam, & alios Prophetas [f]. Audite, tu Jeremia, & sacerdotes collegæ tui, ut memoriam illius pacti renovetis apud Judæos [g]. Erant aliqui, pauci licèt, Jeremiæ adjutores; Baruch, & alii similes. Hos ergò alloquitur. Quamvìs autem scirent se sincerè agere; tamen voluit illos Deus animare adversùs populi contumaciam, ut primùm sibi, deinde etiam aliis, essent idonei & firmi testes doctrinæ suæ, ut constaret illis justa authoritas: quoniam scilic. ex Lege ipsa loquerentur, &c [h]. Plurali numero hîc utitur, vel, 1. quia alii Prophetæ Jeremiæ adjuncti erant in traditione hujus nuncii; vel Zephanias, si fuit in diebus Josiæ, Zeph. 1. 1. vel Uriah, si in diebus Joiacim, Jer. 26. 20 [i]: vel, 2. ut innueret quid Ministri maximè debent inculcare populo, nempe observationem fœderum : vel, 3. ut sciret Jeremias, non aliud esse hoc ipsius nuncium quàm aliorum Prophetarum. Porrò, mos est S. S. transire de numero ad numerum; quod & hîc fit, nam vers. seq. loquitur num. sing. & constat hoc nuncium uni Jeremiæ exhibitum fuisse [k]. ¶ *Et loquimini* (vel, *Ut loquamini*, M. sic Pi. *Quæ eloquamini*, JT.) *ad viros Juda*, &c.] Ità P. Ti. &c. Qui tot decem tribuum, &c. cladibus superstites, id pietati suæ tribuebant [l].

3. *Et dices*, &c.] Loquitur v. præced. num. plur. quia Deus alios ipsi adjunxit, quos Jeremiæ suffragia sua addere voluit : hîc num. sing. quia major erat Jeremiæ authoritas, &c [m]. ¶ *Maledictus*, &c.] i.e. Pœnas sentiet [n]. Alludit hîc ad formam in Lege dictatam, Deut. 27. 15, &c [o]. ¶ *Qui non audierit*, &c.] Id est, obedierit, ut alibi sæpe [p]. שָׁמַע continet auditum cum actione sive effectu. Integra locutio habetur in seq. *Audite —— & facite illa* [q].

4. *In die quâ eduxi*, &c.] i. e. Postquam eduxi, &c [r]. Quum jam extracti essent quasi ex sepulchro : quæ redemptio debuit eos ità afficere, ut se totos Deo addicerent. Ità aggravat crimen ingratitudinis †. ¶ *De fornace ferrea*] *Fornax* explorationem, *ferrum* diuturnitatem, significat. Sumpta verba de Deut. 4. 20 [t]. *Ferream* vocat, non respectu materiæ ex qua facta est, quæ ex terra erat, vide Ps. 12. 7. sed respectu materiæ in ea liquandæ [v]; q. d. quæ posset quodvis metallum liquefacere [x]. q. d. Ex vase in quo liquatur ferrum, i. e. ex loco gravissimæ afflictionis [y]. ¶ *Et*, &c. "וַעֲשִׂיתֶם אוֹתָם וגו] *Et facite* (*ut faciatis*, JT.) *ea*, Mo. P. Ti. &c. sub. *præcepta*, Pi. Promiscuè loquitur Propheta, nunc de fœdere, nunc de capitibus fœderis †. ¶ *Et eritis mihi in populum*, &c.] Hic includitur promissio vitæ æternæ. Vide Hab. 1. 12. Matt. 22. 32. Poterat Deus simpliciter exigere ut ipsi obsequerentur. Monosyllaba sunt Regum imperia, non blandiuntur, non ratiocinantur. Deus autem quasi de gradu suo descendit, comiter eos hortatur, mercedem ostendit, &c [z].

5. *Ut*, &c. "לְמַעַן הָקִים וגו] *Ut statuam* (vel, *suscitem*, M. vel, *confirmem*, Ca. V. Ch. *adimpleam*, V. *præstem*, JT. Pi. id est, rebus ipsis ratam faciam [a],) *juramentum*, &c. P. G. ο'. &c. vel, *quod jurejurando promisi*, &c. Ca. Non agitur hîc de præcipuo felicitatis aut promissionis scopo; sed, sermonem accommodans rudi & crasso populo, terram Canaan in medium profert, tanquam visibilem arrham & pignus gratiæ suæ. Addit, *quod juravi patribus*, ut ostendat hæreditatem non dari Judæorum meritis, quæ promissio illa longè antecessit, &c [b]. Al. *Et præstabo*, &c. Sy. Heb. *Ut faciam surgere*, sive *stare*, Pi. Ut reipsa perficiam, aut faciam reviviscere, promissionem quodammodo intermortuam, & captivitate Babylonicâ interruptam [c]. ¶ *Terram fluentem lacte & melle*] Sic Virgil. *Mella fluant illi* [d]. ¶ *Sicut*, &c. כַּיּוֹם הַזֶּה] *Secundùm diem hanc*, Mo. P. sim. ο'. Ch. *Ut testatur dies hæc*, M. sim. T. scil. vobis de facto obtigisse quicquid promiserim *. *Ut perspicuum est*, Ca. *Prout hodie*, JT. Pi. Ang. sic Ar. &c. sub. *est*, JT. Ang. vel, *apparet*, Angl. Qualis [terra] adhuc hodie est [f]. ¶ *Et dixi*, *Amen*, *Domine*; ità Ch. P. Mo. &c. אָמֵן] *Ità esto*, Ca. *Verum fiat*, M. *Veritas*, sub. *fit*; est enim nomen, non verbum [g]. Sunt verba Prophetæ, vel, 1. respondentis huic mandato [h]; q. d. Faciam quod jubes, & collegas meos ad idem officium excitabo [i]: vel, 2. loquentis in sua persona, & præcedentem promissionem amplectentis [k]; q. d. Ità fiat, ità contingat, ut dicis [l]; ut populus hic, fœderis retinens, terrâ adhuc fruatur [m]: vel, 3. loquentis in persona populi se sub pœna obligantis ad obedientiam, ut Deut. 27. 15, — 26 [n]. Non exspectat quid dicturus esset populus, quem sciebat obstrepere & tergiversari cum Deo velle : sed ipse omnium nomine subscribit maledictioni; ità monens, ipsos expellendos fore, &c. nisi Deo paruerint [o].

6. *Vociferare*, &c.] Altâ voce, ut omnes audiant [p].

7. *Contestans* (vel, *Contestando*, Mo. P. M. vel, *Obtestando*, Ti. vel, *Omnino*, JT. vel, *Seriò*, Pi. non semel, sed repetitis vicibus [q],) *contestatus sum* (quasi hîc se subjiceret arbitrio tertii : nam eos contestari solemus qui non spontè accedunt ad tribunal judicis [r]. Vel, *obtestatus sum*, Ti.) *patres* (vel, *in patres*, Mo. V. vel, *adversùs patres*, V.) *vestros*] Significat ipsos semper fuisse rebelles cum patribus †. ¶ *Usque ad diem hanc*] Subaudiendum nonnihil, hoc pacto, *Et sic in singulis ætatibus usque in hunc diem* [t]. ¶ *Mane consurgens*, &c.] Ut opifices antelucani [v]. Ad se hîc transfert Deus quod Prophetis propriè competebat [x]. Vide hanc sententiam suprà 7. 13. infrà 25. 4 [y]. q. d. Diligenter admonendo, &c [z].

8. *Sed*, &c. "וַיֵּלְכוּ אִישׁ וגו] *Et* (vel, *Sed*, P. JT. &c. *Quin potiùs*, M. *Quin magìs*, Ti.) *ambulârunt quisque*, &c. Calv. sic JT. Pi. &c. Non dicit, *omnes*, sed, *quisque*, sive *vir*; q. d. Non tantùm impetu populi abrepti sunt, sed singuli apud se captârunt consilia sua, & concoxerunt hoc scelus, ut Deum rejicerent [a]. Sensus est, Secuti sunt lubita prava [b]. Vide plura ad Jer. 7. 24 [c]. ¶ *Et*, &c. "וָאָבִיא וגו] *Et* (vel, *Proinde*, P. sim. Ti. JT. Pi. Ca.) *induxi* (vel, *inducam*, P. *inducam certò*, G.) *super eos omnia verba pacti hujus*, Mo. i.e. maledictiones, quæ sunt conditiones fœderis, si non audierint [d]; vel minas *, illas Deut. 27. & 28. & 29. & 32 [f]. Synecdoche generis; &, *minas*, i.e. mala quæ comminatus sum [g]. *Verba fœderis*, antea præcepta, hîc minas, significant. Non mirum eum ità confusè loqui; nam populus Legem Dei quodammodo perverterat [h].

9. *Inventa* (vel, *Deprehensa*, Sy. *Præstò*, JT. Pi.) *est conjuratio*, &c.] Ità M. P. Ti. &c. vel, *colligatio*, ο'. vel, *rebellio*, aut *defectio*, *à rege*, Ch. in G. Vide dicta ad Esa. 8. 12 [i]. qu. d. Conjuraverunt in me, &c [k]. Sensus est, Non tantùm pars populi impietate & superstitione implicita est, sed omnes à primo ad ultimum eis impliciti sunt, & turmatim eò concurrerunt; idque non stulto aliquo impetu, sed quasi meditatò; quòd, scilicet, inter se fuerint colligati. Dicit, *inventa est*, i.e. deprehensa, convicta; ut quum fures manifesti sunt, &c. Non multis opus est, non disputandum est, &c. conjuratio satìs nota est [l].

10. *Reversi sunt* (post pœnitentiam sub Josia simulatam [m]) *ad iniquitates patrum suorum priores*; ità ο'. הָרִאשֹׁנִים] *Priorum*, Ch. Ar. Mo. P. M. Ti. &c. *priscorum*, JT. Pi. Sy. *superiorum*, vel, *qui antè fuerunt*, Calv. *præteritorum*, Ar. Intelligit statim à principio ità præfractos fuisse, ut nunquam subigere potuerit eorum ingenia : continua fuit successio, vel series, impietatis [n]. ¶ *Et hi*, &c. "וְהֵמָּה וגו] *Et* (vel, *Imò*, P. *Ità etiam*, Pi.) *ipsi ambulârunt post*, &c. Calv. vel, *sequuntur*, &c. JT. ¶ *Irritum fecerunt*] Hoc jure quodam eximio de idolatria dici solet [o]. ¶ *Domus Israel, & domus Juda*] Capitales inter se hostes in aliis omnibus, in una tantùm

rum te conspiraverunt, nempe ut cultum Dei everterent, &c. hîc eodem erant ingenio, & utrique patribus suis similes [p].

11. *Et clamabunt*, &c.] Id est, Ut maximè clament, non exaudiam [q]. At repugnat promissio illa, *Invoca me, & exaudiam te*, Psal. 50.15. Resp. Horum clamor erat vagus, & erroneus, & confusus, sine fide & pœnitentia, ut patet ex v. seq [r].

12. *Clamabunt ad deos*, &c.] Simulque ad Deum verum. Increduli turbulento spiritu huc illuc vertuntur, ut nihil certum, aut stabile, aut compositum, habeant: est in iis quasi vertiginis spiritus, qui eos torquet in diversas partes, ità ut nunc ad Deum, nunc ad idola, confugiant †.

13. *Secundùm numerum*, &c.] Repetitum ex Jerem. 2.28[r]. ¶ *Posuisti aras confusionis*; sim. Mo. P. ο'.i.e. idolorum, quorum vos pudere deberet [v]: לַבֹּשֶׁת] *Confusioni*, Ch. *pudendo*, JT. *pudori*, id est, pudendo idolo, nempe Bahali, ut sequitur [y]: *pudendas*, Ca. *in confusionem*, M. *ad ignominiam*, Ti. Sy. *in opprobrium*, vel, 1. Dei, cui hæc altaria opposuerunt; quod tamen coactius videtur: vel potiùs, 2. vobis; q. d. quæ cedent vobis in opprobrium & pudorem [z]. ¶ *Ad*, &c. לְקַטֵּר לַבָּעַל] *Ad suffiendum*, Mo. sim. JT. Pi. (vel, *ad thurificandum* in eis, M. vel, *in quibus incendistis suffitum*, Ti. nempe, *ut offerrent suffitum*, Calv. vel, aras, inquam, *ad suffiendum thus*, P.) *ipsi Baal*, Ti. P. &c. Vide ad Jer. 7.9 [a]. At si colebant omnes Baal, quomodo exprobrat eis deorum turbam? Resp. Nomen *Baal* (quod promiscuum esse, & omnibus idolis commune, abunde constat,) synecdochicè hîc comprehendit omnes illos deos qui suis etiam nominibus distinctè vocabantur. Quid aliud est *Baal* quàm patronus, vel mediator, vel deus inferior, qui conciliat gratiam apud summum Deum? Quod autem Propheta hîc reprehendit, (turbam scilicet deorum,) videmus quotidie usu venire: nam ubi à cultu Dei declinant homines, nullus est finis, sed error ex errore nascitur, &c. donec se projecerint in labyrinthum unde nullus est exitus [b].

14. *Tu ergò noli orare pro populo hoc*] Repetitum ex Jer. 7.16. & repetendum infrà 14.11 [c]. Perrexit tamen Propheta orare pro illis [d], doctus exemplo & successu Mosis, Exod. 32. 10, &c *. Quæritur an rectè fecit. Resp. 1. Deus sæpe simplici prohibitione utitur, ut suorum vota exacuat. Confer 1 Sam. c. 15. v. 35. & 16.1. 2. Sciebat Jeremias hoc non tam sibi & suâ causâ dictum, quàm populi causâ [f]. Non dicitur hoc imperativè à Deo, sed solùm comminatoriè, ad terrendum populum [g]. 3. Loquitur Deus de afflictione temporali, non de pœnis æternis [h]. Non debuit orare nè Deus exsequeretur vindictam suam, quæ coram Deo decreta & fixa erat, ut precibus flecti non possit. 4. Vetitus est orare pro illo corpore populi; non autem pro reliquiis, sive electis, & pro instauratione Ecclesiæ [l]. ¶ *Non exaudiam in tempore*, &c. בְּעֵת קָרְאָם אֵלַי בְּעַד רָעָתָם] *Tempore quo clamaverint ad me*, P. sim. JT. Pi. Calv. *super malo suo*, P. Mo. vel, *propter afflictionem suam*, M. V. *propter malum ipsorum*, JT. Pi. *suis in malis*, Ca. & *quo afflicti fuerint*, Ti. *in tempore afflictionis suæ*, ο'. sim. Ch. Sy. Ar. Vulg. [quasi, pro בְּעֵת, legissent בְּעֵת.]

15. *Quid*, &c? מֶה לִידִידִי בְּבֵיתִי עֲשׂוֹתָהּ הַמְזִמָּתָה הָרַבִּים] Oratio concisa, ideóque obscura, & ab Interpretibus variè torquetur [k]. Multa hîc est mutatio: nam nomen *dilectus* est masc. & verbum *committat*, & sequentia, fœmin. *tot* est plur. & *flagitium* sing. *facessent* [in seq. membro] plur. & *caro* sing. Sic paulò pòst, *cujus folia*, masc. & *cujus rami*, fœmin. Id quod & alibi sæpe animadverti, sed ubique indicare non est necesse [l]. [Verba sic reddunt:] *Quid* (vel, *Quid* ergò, Calv. *Quid* negotii, Ti. JT. Pi. sub. *est*, P. Pi. & sub. *ultra*, P.) *dilecto* (vel, *unicè dilecto*, Ti.) *meo in domo mea?* Calv. Pi. Mo. sic P. M. Ti. [nisi quòd post *domo mea* comma habeant, interrogatione ulteriùs rejectâ.] Sunt hæc verba vel, 1. Prophetæ, qui Deum hîc appellat *dilectum suum*. Ità ferè omnes: quos miror in re non dubia fuisse deceptos [m]. Queritur hîc Propheta de idololatria suorum popularium [n]. Quid causæ est cur diutiùs habitet Dominus, quem unicè diligo, in Templo Jerosolymitano [o], quod pro Templo Dei habeo [p]? vel, in quo non minùs frequenter quàm in domo mea versor [q]? Sunt verba Prophetæ loquentis ad Deum. Per *domum* intellige Templum Domini, in quo Deus ampliùs non colebatur; nam tota ferè Judæa colebat Baal *. Vel, 2. Dei [r]; qui *dilectum suum* hîc vocat vel, 1. Prophetam; q. d. *Quid tibi*, ô *dilecte* Propheta, *in domo mea?* sive ut pro eis preceris [t], sive ut eos doceas; cùm nihil illis prosint aut conciones, aut preces [v]. *Quid est dilecto meo* (nempe Prophetæ & pio cuique in tanta confusione rerum †) *domi meæ*, JT. Vel, 2. populum suum [x]; quem, licèt impium & indignum, sic vocat, vel, 1. ironicè [y], quia se ità vocabant, & eo titulo gloriabantur [z]: vel, 2. ob multa beneficia illis præstita [a]; quia quondam dilecti erant [b]: vel, 3. respectu adoptionis & electionis à Deo; ut Israel, quum à Deo desciverat, vocatur *rectus*, Deut. 32.15. nempe, respectu Dei: nam quamvis homines vocationi suæ non respondeant, tamen consilium Dei manet stabile, neque mutatur ipsâ hominum malitiâ. Vide Rom. 11.28, 29. Sensus, q. d. Quid Judæis (quos *dilectos* vocat per concessionem) cum domo mea? quid illis cum ulla sanctitate? quid simulant illi se venire in Templum ut mihi sacrificent? Obliquè perstringit Judæos duobus modis: 1. quòd sibi præclusissent aditum, nè ampliùs sacrificia in Templo offerrent: 2. quòd, cùm Deus illos tanquam amicos amplexus esset, illi cum Deo bellum gererent. Ità ostendit Templum pollui à Judæis, eósque subsannat quòd tererent pavimentum Templi: q. d. Ego scilicet multum vobis debeo; sed manete potiùs domi vestræ, & nè putetis me vobis obstrictum, quia in Templum venitis [c]. [Verba porrò sequentia sic reddunt:] *faciendo ipsam sceleſtas cogitationes multas*, Mo. vel, *quum ea tot committat flagitia*, Ca. vel, *quum ipsa congregatio scelerate multa designet?* Ti. vel, *faciente istâ suum gravissimum scelus?* quibusque *amplissimis?* JT. q. d. An incesta & impurissima illa scortatio mihi allubesceret, aut cuiquam bono? nam istis rebus ego semper fui infensissimus, velut zelotes juris conjugalis mei. Nam rem ità habuisse, & omnes etiam amplissimos ruisse in idololatriam, constat ex Jer. 5.4,5. Ezec. 8.11 [d]. Vel, *quum faciat* (ad verb. *facere ipsa*; relativum pro antecedente; *cùm faciat synagoga* *: vel, *dum facit*, vel, nempe *quia fecerit*, Calv. vel, dum *facit ista*, Heb. in *faciendo ista*, Pi. *quum faciat ipsa*, M. sub. *Jehuda*, M. sim. Pi.) *abominationes*, vel *abominationem*, (vel, *grande istud scelus*, Pi. Belg. nam additio literæ in voce Hebræa auget significatum [f]. Intellige idololatriam [g].) cum *multis?* P. M. sic Calv. sub. *diis*, M. id est, colendo multos deos [h]: q. d. ascitis innumeris idolis, in Templum perrumpit [i]: cultui meo ritus miscuit idololatricos [k]. Alii multitudinem idololatriam innui volunt [l]. Vel, etiam *ipsi potentes*, Pi. Al. *facere ejus* (i. e. quæcunque facit, opera ejus sunt) *summum scelus*, ô *magnates*. עֲשׂוֹתָהּ infinit. pro nomine. הָרַבִּים habet ה vocandi, ut sæpe [m]. ¶ *Numquid*, &c? וּבְשַׂר קֹדֶשׁ יַעַבְרוּ מֵעָלָיִךְ] *Et* (vel, *Nam*, M. JT. Pi. vel, *Idcirco*, ut ו sæpe sumitur [d],) *caro*, vel *carnes*, *sanctitatis*, sive *sancta*, sive *sanctæ*, (vel, *sanctuarii*, M. Mo. Ti. Calv.) *transibunt* (vel *transeunt*, P. M. *transierunt*, Calv. vel, *perierunt*, JT. *transierit fieri*, Ti. *facessent*, Ca. *ablata est*, Calv. *recedunt*, vel *prætereunt*, V. sic Ang.) *desuper te*, Mo. Angl. vel, *de cum te*, Angl. vel, *à te*, P. M. Ti. V. sic JT. Ang. sub. ô *Jehuda*, M. vel, ô *synagoga*, V. *Nam ad carnem sanctam quod attinet*, *perierunt* illæ carnes *abs te*, Pi. Per *carnem sanctam* hîc intelligunt vel, 1. sanctos homines *: *caro*, pro populo, ut Psal. 65. 3. Esa. 40. 5, &, *præterire*, pro perire, ut Job. 6. 15. & 9.26 [f]. q. d. Cùm jam destituta sis viris sanctis [g]. Vel, 2. circumcisionem in carne, quæ per impietatem illorum facta est præputium illis. Vide Jer. 9.26. Rom. 2. 25, &c. Vel, 3. carnem victimarum vel Deo vel idolis immolatarum. Ità plerique [h]. [Non uno tamen modo.] Holocausta Templi transtulisti in cultum idolorum [i]. Non sanctificas Deo, sed idolis: cùm non cures ampliùs oblationes facere quas præcepit Jehova [k]. Nullum sacrificium offerre potes, quia [ut sequitur] impura es, adeóque polluis oblationes tuas [l]. Sacrificia à vobis recesserunt, ea rata non habeo, quia cultum & Templum meum corrupistis. Sic alibi negat Deus sibi offerri, &c [m]. Frustrà victimas immolas: nam eæ mihi non

Ll 2

p Calv. q G. r Calv. † Calv. s G. v V. y Pi. z Calv. a Ang. b Calv. c G. d T. sim. Calv. * T. f Calv. g T. ex Chrys. h E. l Calv. k Calv. l Ca. m Calv. n V. o V. sim. He. in Ang. p V.

q He. in Ang. * M. r Calv. ex Chald. t He. in Arg. sim. Mar. v He. in Ang. † Jun. x Calv. y Arg. Belg. &c. z Calv. a Glass. rhet. 84. b Belg. c Pi. G. ex Ch. c Calv. d Jun. * V. f Belg. sim. Pi. g Pi. h V. i Calv. k G. sim. Calv. l Q. in Belg. m Di. d Ang. * Q. in M. & in V. f Ang. g Q. in V. h Ang. i M. k V. l Jun. m Calv.

non placent, cùm à sceleratis immolentur [n]. Transiverunt sacrificia à te, quia polluta sunt per idololatriam tuam, atque ità sancta esse desierunt [o]. Al. Sacrificia, quæ jam polluitis, à vobis auferentur, Templo, in quo offeruntur, prorsus destructo. *Caro* hîc est sing. cui adjungitur verbum plurale, respectu sacrificiorum, quorum caro hîc intelligitur. Confer Esa. 25.3[p]. ¶ *Malitias*, &c. כִּי רָעָתֵכִי אָז תַּעֲלֹזִי] *Quia* (vel, *Qua*, Ca. vel, *Quum*, JT. Pi. vel potiùs, *Quia quum*, ut כִּי duplicem hîc habeat notionem, ut Jer. 4.30. & 10. 21. &c [q].) *malitiâ*, vel *in malitia*, *tuâ* (vel, *in malefaciendo*, Ti. sim. Ca. *cùm malefeceris*, V. sim. Calv. Ang. M. vel, *cùm adimpleta fuerit malitia tua*, V. vel, *dum patras flagitia*, Q. in V. Ità plerique de malo culpæ intelligunt; alii, quos sequi malim, de malo pœnæ [r]: *malum tuum*, sub. *adest*, vel *præstò est*, JT. Pi. sic Angl. i. e. præstò esse tibi indicatur †.) *tunc* (vel, *tum demum*, JT.) *exsultâsti*, Mo. vel, *exsultas*, P. M. JT. &c. vel, *exsultare soles*, V. contemnens admonitionem [t]: vel, *gloriaris*: q. d. Superbè te effers adversùs Deum, & audes commenta tua opponere & præferre authoritati & doctrinæ Dei [v]. [Alii hæc verba cum præcedentibus nectunt, & interrogativè legunt:] *Numquid carnes* (vel, *vota*, sive *orationes*, *& carnes*, ό. Ar.) *sanctæ auferent à te malitias tuas*, Vulg. ό. Ar. *in quibus gloriata es?* Vulg. vel, *aut propter ista effugies?* ό. sic Ar. [adeóque exsultares?] q. d. Num sacrificia tua expiare poterunt peccata tua? Non; quia idololatrarum sacrificia mihi non placent [x]. Tu, cùm impurus sis, impuras reddis victimas tuas: tantum abest ut tu illis purificeris [y]. *An caro sancta faciat transire super te* (i. e. dissimulare) *quòd in malitia tua pridem exsultâsti?* i. e. An victimæ legitimæ purgare te poterunt à victimis contra Legem oblatis? *Fermenti vel paululum totam inficit massam.* Hunc sensum bene exprimit hîc Chaldæus [z]; [qui sic reddit, *Commiscent carnem abominationum cum carne sanctificata: migrabunt à te, propter malitiam tuam, tunc eras fortis.* Sy. autem sic vertit, *Ideo carnem sacram amovebunt à te propter crimen tuum, quod gravissimum est.* Strig. totum versum sic reddit, *Quid agunt amici mei in domo mea? Exercent infinitam petulantiam, & putant hanc se posse tollere per carnem sanctificatam, & propter malefacta sua exsultant.*]

16. *Olivam*, &c. זַיִת רַעֲנָן יְפֵה פְרִי תֹאַר קָרָא יְהוָה שְׁמֵךְ] *Oleam*, vel *Olivam*, *viridem*, Ang. Calv. P. sic JT. Pi. (vel, *frondosam*, Mo. G. Boot. *opacam*, Sy. vel, *folia semper retinentem*, Boot.) *pulchram fructu formæ*, Mo. (vel, *pulchram fructu*, *formâ*, Calv. *pulchram fructûs specie*, JT. *pulchram fructu specioso*, Pi. *pulchram fructu & formâ*, P. *pulchram fructu & specie*, M. Boot. *pulchram*, & *fructu speciosam*, Ti. sic Ang. in bona partium συμμετρίᾳ * vel, *pulchram fructibus*, & *aspectu* decoram, Sy. Quod adjectivum יפה τῷ κοινῷ repetendum est, ut K. rectè monet. Alii minùs rectè putaverunt תאר esse genitivum, atque à פרי regi [a].) *vocavit* (vel, *vocaverat*, Ti. JT. Pi. vel, *nominavit*, Ca.)—*nomen tuum*, Mo. P. M. Ti. vel, *te*, Ca. Angl. ut Esa. 8.3. *Voca nomen ejus*, i. e. eum: &, *vocavit te*, h. e. fecit te, ut Esa. 54. 5. *vocabitur*, i. e. erit [b]. Vel, *te nomine tuo*, JT. Pi. Propheta Judæos olivæ viridi comparat, respectu adoptionis & gratuiti beneplaciti Dei [c]. Huic olivæ tribuit & decoram speciem externam, & ipsam εὐκαρπίαν ac καλλικαρπίαν, i. e. naturam ejus fructiferam, ac præstantis fructûs productricem [d]. *Olivam*, i. e. similem olivæ, ob pinguedinem gratiæ, fertilitatem bonorum operum, &c *. *Oleam* vocat ob dignitatem [f]. ¶ *Ad*, &c. לְקוֹל הֲמוּלָּה גְדֹלָה הִצִּית אֵשׁ עָלֶיהָ וְרָעוּ דָּלִיּוֹתָיו] *Ad* (vel, Sed *ad*, Ti. vel, Nunc verò *ad*, Pi.) *vocem*, sive *sonitum*, (vel, *Cum voce*, M. *Cum sono*, Ang.) *loquelæ grandis*, sive *magnæ*, Mo. P. Vulg. (i. e. dicto citiùs [g]: vel, *sermonis magni*, Calv. vel, *magni rumoris*, Ti. *magni tumultûs*, M. Calv. sub. *hostis*, M. vel, *magni conflictûs*, Pi. vel, *conflictûs procellarum maximi*, JT. *sonitûs tumultuosi*, Angl. Vox hîc tantùm occurrit, & Ezec. 1. 24. strepitum talem significans qualis à militibus urbem invadentibus fieri solet. Alii tamen volunt ejusdem esse notionis cum מִלָּה *verbum*, vel *sermo*, & exponunt, quòd Deus unico verbo hoc præstaret [h].) *accendit* (vel, *incendet*, JT. vel, *incendere fecit*, Calv.) *ignem* (vel, *igni*, Ti.) *super eam*, Mo. P. Calv. (i. e. super te. Mutatio personarum [i]. Vel, *in ea*, M. *contra eam*, G. *circa illam*, Pi. vel, *præterea*, JT. vel, *folia ejus*, Ti. Angl. ex He. Ità vox usurpatur Nehem. 8. 15 [k].) *& confregerunt* (vel, *& frangent*, JT. Pi. vel, *cùm fregerint*, Glas. rhet. p. 293. *& fracti sunt*, M. Ti. Calv. *& combusti sunt*, G. ex Vulg.) *ramos* (vel, *propagines*, JT. Pi. vel, *rami*, M. Ti. Calv. vel, *summos ramos*, V.) *ejus*, Mo. &c. i. e. populi [l]. *Ejus*, i. e. tuos. Mutatio personæ [m]. [Ca. locum sic reddit, *Cujus folia magno sonitûs strepitu comburet ignis, cujúsque frangentur rami.*]

17. *Qui plantavit te*] Ideóque facilè possit evellere; quia non stas propriâ virtute, sed gratiâ & beneplacito Dei, qui plantavit te. Argumentum est quale illud, *Servare potui; perdere an possim rogas* [o]? ¶ *Pro malis domûs Israel & domûs Juda*] i. e. Propter cultus idololatricos, quos Juda hausit ab Israele tam avidè, ut discipulus magistrum superaret [p]. Mentionem facit Israelis quia hæc prior defecit, &c [q]. ¶ בִּגְלַל רָעַת וגו'] *Propter malitiam*, &c. P. M. &c. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר עָשׂוּ לָהֶם] *Quam fecerunt*, Angl. τὸ *sibi* redundat, ut *tibi*, Gen. 12. 1. & *vobis*, Exod. 20. 23. &c [r]. Vel, *fecerunt sibi*, Mo. V. Calv. i. e. in suam perniciem †. Vel, *quam sibi designârunt*, Ti. *quam exercuerunt inter se*, JT. Pi. Heb. *ipsis*, Pi. *quam fecerunt*, veniétque malum *eis*, M.

18. *Tu*, &c. וַיהוָה הוֹדִיעַנִי וָאֵדָעָה אָז הִרְאִיתַנִי מַעַלְלֵיהֶם] *Et* (vel, *Autem*, P. *Quidem*, M.) *Jehova ostendit*, vel *indicavit*, *mihi*, (ad verb. *scire fecit me*, sub. *insidias quas parabant mihi*, V.) *& cognovi*, Calv. P. M. (vel, *ità ut agnoscerem*, JT.) *tunc ostendisti mihi* (Apostrophe ad Jehovam †.) *opera* (vel, *studia*, M. Ti. V. *conatus*, Mo. *cogitationes*, V. *instituta*, Calv.) *eorum*, P. &c. (i. e. Vel, 1. machinationes Anathothitarum adversùs me [t], ut patet ex collat. v. 21 [v]. Vel, 2. peccata & scelerata studia eorum [x], etiam illa quæ in abdito fiebant [y]. [Ca. versum sic reddit, *Ego verò, ostendente Jovâ atque monstrante, novi mores eorum.*] Jactabant Judæi, Prophetam, utpote hominem mortalem, plus æquo sibi sumere, ipsósque temere coarguere de sceleribus absconditis, & soli Deo cognitis. At, inquit, ego non loquor ex suspicionibus vel conjecturis; non ago meo nomine, nihil proprium affero: sed Deus, qui est cognitor cordium, mihi mandavit has partes, & per Spiritum suum patefecit, ut in medium proferrem quæ putatis esse occulta [a].

19. *Et ego quasi*, &c. וַאֲנִי כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף יוּבַל לִטְבוֹחַ] *Et ego* (vel, *At ego*, Ti. *Ego autem*, P. M. Calv. *Atque equidem*, Ca. *Nam ad me quod attinet*, P. sub. *sum*, M. vel, *eram*, P. Ca. Pi. *Quum essem*, JT.) *tanquam agnus*, *bos*, Mo. (Asyndeton [b]: vel, *agnus*, aut *bos*, JT. Pi. Ang. Ellipsis disjunctivæ, ut Esa. 38. 14. Jer. 2. 31, 32 [c]: vel, & *bos*, M. sim. P. vel, aut quasi *vitulus*, Calv. אלוף *bovem* alibi sign [d]. vel, *agnus innocens*, ό. simil. Ar. sive *simplex*, Sy. sive *electus*, Ch. vel, *agnus assuefactus*, Ti. ut אלף idem sit quod למוד; synonyma enim sunt אלף & למד. Sed hîc non convenit: agnus enim non ab assuefactione habet quòd sit mite animal, non refractarium, ubi ad mactationem abripitur, sed à natura *. Vel, *ovis gregalis*, Ca. vel, *agnus mansuetus*: sic expono ex Arabismo; nam אלף Arabicè sign. *mansuefacere*, teste Golio; & אלוף apud Arabes familiare est epitheton ovis, ut patet ex his Alcami verbis, [illegible] *rawum* est ovis *aluph*, (i. e. cicurata, mansueta,) quæ lingit vestes educatoris sui. Et facti diritatem id auget, ut talis ovis ducatur ad lanienam [f]. Sed אלוף nusquam, quod scimus, *mansuetum* sign. [Forsan mentem mutâsset vir doctissimus & candidissimus, si ista Cl. Bocharti vidisset.] Verto, *agnus amicus*, sive *amicabilis*. אלוף, ex usu linguæ Arabicæ, non rarò in Scriptura *amicum* designare, pluribus probavimus Psal. 55. 14 [g]. [Reliqua porrò sic reddunt,] *ducetur* (vel, *ductus*, Ti. Calv. qui *ducitur*, P. JT. Pi. sic Ca.) *ad jugulandum*, sive *mactandum*, Mo. M. JT. &c. vel, *ut jugulent*, P. *ad lanienam*, Ti. ¶ *Et non cognovi quia* (vel, *quòd*, Pi. Calv. &c.) *cogitaverunt super* (vel, *contra*, Pi. Calv.) *me consilia*] Non magis cogitabam ista in me agitari, quàm agnus qui ad Templum ducitur [f]. Ostendit se non habere respectum suæ personæ, nec persequi privatas injurias, aut propriis affectibus impelli, nè possent Judæi hoc respectu repellere ejus doctrinam, acsi iracundiâ permotus ità acriler & aspere cum illis ageret. Certè quisquis suis affectibus

fectibus vel minimum permittet, non poterit sincere & cum fructu docere, nec poterit nisi turbulenter agere[g]. ¶ *Dicentes, Mittamus*, &c. נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ וגו׳] *Mittamus* (vel, *Ponamus*, Ar.) *lignum in panem ejus*, Vulg. ο'. i.e. Pro pane demus ei lignum, nempe fustem, vel crucem. Sic vulgò dicitur, Fuste te cibabo, baculos gustabis[h]. *Mittamus venenum mortiferum in cibo ejus*, Ch. Hi omnes, pro נַשְׁחִיתָה, legerunt, vel נַשְׁלִיחָה, *mittamus*[i]; vel נָשִׁיתָה, *ponamus*, à שׁוּת *posuit*[k]. Verùm non ità legerunt, sed intellexerunt. Audi K. qui hîc scribit, *Propheta dicit* נַשְׁחִיתָה (*Corrumpamus*,) *pro* נָשִׂימָה (*ponamus*;) quia positio hæc fuit *corruptio, perditio* *. Al. *Corrumpamus* (vel, Nempe *corrumpamus*, Calv. dicentes, vel dicendo, *Perdamus*, sive *Corrumpamus*, M. Ti. JT. Pi.) *lignum* (vel, *ligno*, P. M. Calv. sub. *venenato*, G. ex Ch. quale est taxus, unde toxica nomen habere creduntur, Plin. 16.10[l]. vel, *culmum*, JT. vel, *arborem*, Gal. Belg. Ang. Ca. Pi. Sy.) *in pane ejus*, Mo. Glas. vel, *in panem ejus*, V. vel, *cibum ejus*, P. *panem ejus*, M. *in cibum ejus*, Ti. *cum grano ejus*, JT. *cum cibo ejus*, sive *suo*, Pi. Ca. *cum cibo* [id est] *fructu suo*, Sy. *cum fructu suo*, Ang. Gal. Belg. [Ut autem in versione, sic & in interpretatione, variant.] Sensus, q.d. Inficiamus, perdendi eum causâ, lignum lethale, h. e. toxicum, in panem ejus[m]. *Corrumpamus*, i. e. Veneno inficiamus, *lignum in pane ejus*, i. e. per hypallagen, ligno panem ejus: *ligno*, h. e. catino, עֵץ generali nomine posito pro quocunque vase ligneo[n]. Al. Demus lignum hoc loco panis, corrumpamus panem ligno, vel, 1. in pane putrefacto; vel, 2. duritiâ suâ, quâ lædat dentes, exulceret guttur, nec concoqui possit. Metaphorica locutio, qualis Psal. 69. 23. Lam. 3. 15. Ubi autem victus hominis corrumpitur, nullum ampliùs superest vitæ subsidium[o]. Enecemus eum fame aut gladio, ut demonstrat antithesis pœnarum v. 22. Metaphora à segetibus; q. d. Eradicemus istum, adeò ut nè stipula quidem exstet ipsius[p]. Al. *Dejiciamus arborem cum fructu suo*, Forst. in Glas. Phrasis הִשְׁחִית עֵץ de *dejectione* & extirpatione *arborum* etiam Deut. 20. 19. accipitur: לֶחֶם autem quemvis cibum & fructum notat[q]. Agit sub hac similitudine de consiliis sacerdotum in perniciem ipsius[r]. Sensus, q. d. Occidamus Jeremiam cum doctrina sive prophetia ejus †. Al. לֶחֶם sæpe *carnem* sign. tum bestiarum, tum hominis, ut Levit. c. 3. v. 11. & 21. 8. tum hominis, ut Job. 6. 7. & aliâ formâ לְחוּם Job. 20. 23. Sophon. 1. 17. Hinc verto, *Rumpamus lignum in carnem ejus*. עֵץ, *lignum*, pro baculis ligneis; sicut 2 Sam. 21. 19. וְעֵץ חֲנִיתוֹ, *& lignum*, i. e. scapus, *hastæ ejus*. Sensus est, Baculis carnem ejus ità contundamus, ut ipsa ligna perdantur & frangantur[t]. ¶ *Et nomen*, &c.] Etiam memoriam damnemus, ut pseudo-prophetæ[v].

20. *Et probas renes*, &c.] Id est, desideria & consilia hominum[x]. ¶ *Videam*, &c. אֶרְאֶה נִקְמָתְךָ מֵהֶם] *Videam* (vel, *Videam*, quæso, Pi. sim. Ar.) *ultionem*, vel *vindictam*, *tuam* (sub. *sumi*, Ti.) *de eis*, Mo. P. Ti. Pi. ο'. Ar. Sy. Alii, *Videbo*, &c. Ch. Ca. *Visurus sum*, &c. JT. Ideo *videbo*, &c. M. Volunt ergò nudam esse prædictionem, sine voto. Sed terrentur sine causâ, putantes hoc absurdum esse, si Propheta cupiat populum suum esse perditum. Et videtur quidem Propheta secum pugnare. Dixit enim se similem esse agno, quasi vitam suam offerret in sacrificium spontaneum: hîc autem, quasi repente excandescat, imprecatur illis Dei vindictam. Sed hæc bene conveniunt, si modò distinguamus inter privatum affectum, & zelum purum. Ostenderat se non moveri privatis injuriis; nunc ostendit se tamen non esse stipitem, aut vacuum zelo Dei. Hæc ergò pronunciavit & zelo quem Spiritus Sanctus accenderat in eo, & verbis etiam quæ idem Spiritus dictaverat. Nec tamen omnes indifferenter involvit, sed de perditis & desperatis subscribit Dei judicio[y]. ¶ *Tibi enim revelavi causam meam*] Sic P. M. &c. i. e. commendavi, per metonymiam: nam qui causam suam alicui commendant, priùs eam notam faciunt[z]. *Quia coram te dixi injuriam meam*, Ch. Provocat hîc ad Dei judicium, quia se omnium patrocinio destitui videt[a].

21. *Ad viros Anathoth*] Ubi Propheta habitavit. Vide ad Jer. 1. 1[b]. Sicut Propheta nemo magni factus in patria sua[c]; ità & Jeremias nullos sibi habuit inimicires quàm sacerdotes secum Anathothis habitantes[d], qui & cæteros sacerdotes adversùs eum incitârunt *. Propheta malè acceptus erat non modò Hierosolymæ, sed etiam cùm se reciperet in angulum illum, ut apud suos quietus ageret. Speravit aliquid sibi otii & securitatis fore in patria: verùm ibi etiam omnes eum hostiliter persecuti sunt. Ideo clades peculiaris illis denunciatur[f]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא וגו׳] *Et non* (vel, *Ut non*, Pi. *Nè*, Ti. Ar. vel, *Alioqui*, ο'.) *morieris* (vel, *morieris*, Ti. Ar. M.) *manu nostrâ*, P. &c. *Nè per nos pereas*, G.

23. *Inducam*, &c. כִּי אָבִיא רָעָה אֶל וגו׳ שְׁנַת פְּקֻדָּתָם] *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi.) *inducam*, vel *adducam*, *malum in*, vel *super*, *viros Anathoth*, *annus* (vel, *annum*, M. Ti. Ch. nempe *annum*, Ang. Appositio[g]: vel, *anno*, P. JT. Pi. Calv. G. ο'. Ar.) *visitationis eorum*, Mo. P. &c. i. e. suo tempore[h]: vel, tempore quo visitabo eos[i], in ira[k].

CAP. XII.

1. *JUstus*, &c. צַדִּיק אַתָּה יְהוָה כִּי אָרִיב אֵלֶיךָ] *Justus* (vel, Quanquam *justus*, Ca.) *es*, *Domine*, P. M. &c. *quum litigabo* (vel, *si contendam*, P. M. Ti. vel, *si contendere velim*, JT. Malim, *quum contendo*, sive *contendam*: כִּי pro *si*, non memini legisse; pro *quum*, sæpe[a].) *contra te*, Mo. vel, *tecum*, P. M. JT. Pi. Ca. Di. Ti. sub. *judicio*, Ti. Al. *ut judicio contendam tecum*, Sy. Al. *an contendam tecum?* audebóne contendere tecum? Primùm hæret & disputat, an licitum sibi sit cum justo Deo contendere: tandem tamen concludit, licere sibi quæ justa sunt eloqui[b]. *Justus tu*, nempe apparebis. Vinces, si tecum judicio contendam, Psal. 51. 4. Scio tibi causas esse nobis non patentes[c]. Al. *Justior es*, *Domine*, quàm *ut contendam tecum*, V. ex Ch. Deum compellat, ut sentiant tandem Judæi se tanquam deploratos & damnatos relinqui, & indignos quibus operam suam diutiùs impendat. Sic autem temperat sermonem, nè impiis calumniandi, sive maledicendi, ansam præbeat. Discamus hoc exemplo, simulatque obrepunt cogitationes Deo indignæ, munire mentes nostras, & corrigere vagos circuitus; quia si vel minimum concedimus passionibus nostris, statim abripimur, &c[d]. ¶ *Veruntamen justa*, &c. מִשְׁפָּטִים אֲדַבֵּר אוֹתָךְ] *Judicia* (vel, *de jure*, Pi. vel, *judicio*, Ti. vel, *jure*, Ca. Calv. Heb. *jura*, Pi. rationes meas & argumenta*,) *loquar* (vel, *eloquar*, JT. *experiar*, Ca. *disceptabo*, Calv.) *tecum*, Mo. P. M. G. &c. vel, *ad te*, ο'. vel, *tua*, JT. q. d. Cupio disceptare tecum & expostulare. Chald. *quæstionem judiciorum ego peto coram te*[f]. Al. Agam tecum moderatè: quomodo מִשְׁפָּט sumitur suprà 10. 24. Psal. 112. 5. Liceat mihi, non, disputare, sed, mirari[g]. Hîc non excutit frænum illud quod antè sibi imposuit: sed postulat hoc sibi concedi quasi per indulgentiam, ut proponat Deo quod videri possit omnibus rectum & æquum[h]. ¶ *Quare* (vel, *Quousque*, Calv.) *via* (i. e. instituta & actiones[i]) *impiorum* (sacerdotum mihi adversantium[k]) *prosperatur?*] Sic ο'. M. Ti. &c. Hæc cogitatio illorum temporum piis sæpe oborta, propter promissa, & comminationes ad hanc vitam pertinentes: quæ tamen Deo jus non adimebant suos ad tempus explorandi, ac sic viam sternendi Evangelio. Vide Jobum passim, & Psal. 73. De Nabuchodonosori mira prosperitate multa hîc adferunt Judæi, & huc etiam hunc locum trahit Chaldæus †. Judæi frustrà obtendunt suam prosperitatem, acsi Deus esset illis propitius: ostendit, non debere impios ideo sibi blandiri, &c[l]. ¶ *Bene*, &c? שָׁלוּ כָּל־בֹּגְדֵי בָגֶד] *Securi fuerunt* (vel, *Pacem habent*, P. Et *feliciter agant*, Ti. sim. M. Cur *tranquilli sunt*, JT. Pi. sic V. Cur *fortunati sunt*, Ca.) *omnes prævaricantes prævaricationem?* Mo. P. vel, *transgredientes transgressione?* Calv. vel, *perfidiosi?* Ca. sim. JT. Pi. Heb. *perfidè agentes perfidiâ?* Pi. vel, *qui impudentissimè prævaricantur*, Ti. qui ad extremum usque scelerati sunt[m].

2. *Plantâsti* (vel, Cur *plantas*, JT.) *eos*, &c.] Nempe impios. Miratur hoc Propheta, ut Judæis ostendat, hoc esse quasi prodigium, tamdiu à Deo ipsos tolerari, cùm centies

Ll 3

Marginal notes (left column): g Calv. h T. i Mar. Glas. k Glas. gram. 4. 2. 22. 743. * Buxt. vind. 2. 8. 661. l G. m V. sim. M. n Glas. ib. o Calv. p Jun. q Glas. ib. r G. † Pi. Glas. ib. t Di. v Pi. x G. y Calv. z G. a Calv. b Ang. c G.

Marginal notes (right column): d G. sim. * Mc. * G. f Calv. g Ms. h G. i V. k Pi. a Di. b Di. c G. d Calv. * V. f V. g G. h Calv. i Pi. k G. † Idem. l Calv. m Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

centies promeriti sunt interitum [n]. Significat eos firmo in statu esse [o]. ¶ *Proficiunt*,&c. "ילכו גם וגו׳] *Iverunt*, Mo. (vel, *Pergunt*, JT. *Crescunt*, Pi. *Proficiunt*, vel *Profecerunt*, P. M.Ti. Sy. *Divites facti sunt*,Ch. *Producunt liberos*,Ar. ex ό'.) *&*,vel *etiam*,*fecerunt* (vel,*producunt*,M. Ti. Sy. sim. JT. Pi.&c.)*fructum*,Mo. i.e. opulescunt *: vel, *possederunt substantiam*, Ch. *Proficientésque fructum edunt*, Ca. ¶ *Prope es tu ori eorum*, &c.] q.d. Habent te assiduè in ore suo [p]. Profitentur pleno ore se esse populum tuum [q]. De Lege multa loquuntur, neque tamen eam sequi volunt [r]. Antevertit exceptiones Judæorum. Quisnam tu es qui nos citas ad judicium Dei, & litigas cum Deo quòd nos toleret? nonne sumus ejus cultores, filii, &c? Satis, inquit, hoc scio: sed tu scis hæc esse verba, eósque fallaciter agere, &c †.

3. *Et* (vel, *Ideo*, JT.) *probâsti* (vel, *probas*, M. JT. Pi. *exploras*, Ti. *exploratum habes*, Ca.) *cor meum tecum*; ità Mo. P. &c. אתך] *Apud te*, M.Ti. ut *adhæreat tibi*, JT. *erga te*, Ang. quod *tecum est*, P. quomodo affectum *erga te*, Pi. quale sit erga te [t]: quod te colit [v]. Neglexit Propheta privatas injurias, sed non potuit deserere muneris sui patrocinium. Docet ergò se fideliter functum esse officio suo [x]. ¶ *Congrega*,&c. "התקם וגו׳] *Evelle*, vel *Avelle*, (vel, *Educ*, M. *Extrahe*, Ti. Calv. *Abripe*, Ca. *Avellendo extrahes*, Q. in Calv.) *eos sicut oves* (sub. *quæ ducuntur*, Pi. sim. JT.) *ad jugulationem*, P. &c. Vide quæ dicta ad Jer. 11. 20 [y]. & Psalm. 109 [z]. Promulgaverat sæpe minas, &c. sed frustrà: nunc postulat ut Deus declaret ipso effectu quàm verè hæc prædixerit, &c [a]. התקם est verbum Hiphil à נתק, & in significatu *educendi* invenitur Jud. c. 20. v. 31. Sensus est, Postquam impii multa cumulaverint bona, &c. tu subitò educis illos ad mortem, talíque fine clauditur felicitas eorum. Verùm impii hoc non credunt cùm à piis admonentur; sed respondent, [ut in v. seq.] *Non videt Deus novissimum nostrum* *. ¶ *Et sanctifica* (vel, *segrega*, Pi. *præpara*, Calv.) *eos in die* (vel, *ad diem*, Pi. Calv. &c.) *occisionis*] Id est, Præpara omnia ad eorum pœnam [b].

4. *Usquequo lugebit* (vel, *lugeret*, Calv. vel, *destruetur*, V. ex He.) *terra*] Nempe Judæa, præ siccitate [c]. Quamdiu durabit sterilitas ejus [d]? Al. Quando tandem eveniet illud, ut destruatur hæc terra *? ¶ *Propter malitiam*, &c?] Causas reddit cur Deum oret ut illos tollat, nempe nè propter ipsorum peccata terræ maneant steriles, nihil bonæ frugis proferentes. Vide infrà 14 [f]. ¶ *Consumptum*, &c. ספתה בהמות] *Defecerunt*, vel *Deficiunt*, (vel, *Periit*, Mo. sing. pro plur [g]. *Abeunt*, T.) *animalia*, P. &c. vel, *singula jumenta*, JT. Pi. Quid? nonne, inquit, judicium Dei in herbis & bestiis conspicuum est? nec in illis, sed penès vos, tota culpa residet? an ergò vos eritis sacrosancti, & Deus vobis parcet [h]? ¶ *Quoniam dixerunt*, (vel, *dicunt*, JT. Pi. nempe Judæi [i],) *Non*, &c. "לא יראה וגו׳] *Non videbit* (vel, *videbis*, P. *videt*, JT. Pi. scil. Deus: quanquam Judæi videntur hoc dixisse de ipso Jeremia denunciante eis calamitates. Sed Jeremias ad Deum refert, tanquam cujus verbis calamitates istas denunciabat †.) *novissimum nostrum*, Mo. Calv. &c. vel, *finem nostrî*, JT. Pi. i. e. exitum nostrum [k]. Non curat Deus eventus rerum humanarum. Sic אחרית pro *mercede* sumitur Prov. 23. 18 [l]. Non sumet pœnas de nobis, ut nos prorsus perdat: quia non est ei de nobis providentia [m]. *Quoniam negant me visurum esse ipsorum exitum*, i. e. supplicium, sicut minari soleo, ut in cap. 11. h. e. putant se impunè peccare [n]. Deus non videt, aut non curat, quid nobis eventurum sit [o]. Negant providentiam & præscientiam Dei [p]. Sed malim de Jeremia accipere: q.d. Is quidem prædicit nobis exitum, eúmque miserrimum; verùm ille non videbit exitum nostrî, nos potiùs videbimus exitum illius [q].

5. *Si*, &c. כי את רגלים רצתה וילאוך ואיך תתחרה את הסוסים] *Quia* (vel, *Si*, P. M. Ti. Calv. Ang. &c. ut sit כי, pro אם [r]: vel, *Quando*, JT. Pi.) *cum pedibus* (vel, *peditibus*, Calv. JT. Pi. Ang. Mo. &c.) *cucurristi*, Mo. Calv. &c. (vel, *curris*, JT. Pi. nempe certando de victoria †,) *& fatigârunt te*, P. M. Calv. sim. Ti. JT. Pi. (i. e. vincunt te currendo*: vel, *& laborare fecerunt te*, Mo.) *&* (vel, *ergò*, JT. Pi.) *quomodo contendes* (vel, *misceb*is, sive *misceeres*, *te*, Ti. JT. Pi. Calv. vel, *certare contendas*, Ti.) *cum equis*? Mo. P. JT. &c. vel, *cum equitibus*? Ca. vel, *ad certamen provocabis equos*? M. nempe cursu [t]. Hactenus Prophetæ sermo ad Deum [v]. Hæc sunt verba Dei: ídque vel, 1. ad Jeremiam [x]. [Sed variè explicant.] Respondet hîc ad Prophetæ quæstionem, & docet nè temere perquirat consilia Divina: q.d. Nesciebas quòd Anathothitæ meditabantur tibi exitium, & interrogas quâ ratione ego mundum guberno [y]? Multi existimant Deum hîc compescere audaciam Jeremiæ, quasi modum egressi cùm litigaret; q. d. Hactenus pugnâsti cum mortalibus, & confessus es te esse imparem certamini: nunc audésne me aggredi? Verùm Propheta, ut ostendi, non temere suscepit hanc causam, nec cæco impetu abreptus fuit, sed Divino Spiritu impulsus, ut hæc loqueretur [z]. Al. Prædicit hîc Deus graves afflictiones quas accepturus erat Jerosolymis [a]. Hortatur eum ad constantiam, nè per malitiam & contumaciam popularium suorum patiatur se à fungendo officio deterreri [b]. Cives ejus, i. e. Anathothitas, comparat hîc *peditibus*, Jerosolymitanos verò *equis*, sive equitibus [c]; ut significet, hos illis contumaciores fore [d]. q.d. Exigua sunt de quibus quereris, nempe contumeliæ & minæ Anathothanorum, præ iis malis quæ tibi illaturi sunt Hierosolymitani *. Si te fatigant Anathothenses, quid facient Hierosolymitani [f]? Animat Deus Jeremiam nè succumbat tentationibus: q. d. Non potes ferre civium tuorum petulantiam: quid igitur fiet ubi Jerosolymam veneris, ubi tibi certamen erit cum Rege, & aula, & sacerdotibus? ergò videas ut te compares, quia hæc sunt duntaxat præludia [g]. Vel, 2. ad populum [y]: ut Hieronymus innuit, & Jonathan etiam; sed uterque obscuré. Non dubito quin Propheta populum hîc castiget, ejúsque superbiam, & fiduciam in præsidiis suis. Hactenus Jeremias populum reum peregit coram Deo; nunc, quò plus gravitatis habeat sententia, Deus ipse loquitur: q. d. Vos Judæi leviter præliati estis cum Assyriis, & tamen devicti fuistis, & valde afflicti: jam verò seriò pugnandum est, instat gravior procella, concitandi sunt Chaldæi, qui vastabunt regionem, &c [z]. Videtur hæc fuisse proverbialis locutio, qualis illa Græcorum, *Pedes currens cum curru Lydo*; &c, *Pedites cum equitibus dimicantes in aperto campo* [a]. ¶ *Cùm*, &c. ובארץ "שלום אתה בוטח ואיך תעשה בגאון וגו׳] *Et* (vel, *Item*, Pi. *Etiam*, JT. *Et si* Ang. M. Ca.) *in terra pacis* (vel, *prospera*, JT. *amica*, Pi. *quietis*, V. vel, *in pacato solo*, Ca. in patria tua [b]; inter amicos & cognatos, ut v. seq [c]. quibuscum vivebas in pace & securus [d];) *tu fidens*, Mo. (vel, *fidebas*, P. *fiduciam habes*, M. *tu securus*? Ti. in qua *tu confidis*, Pi. vel, cui *confidis*, JT. Angl. in quo *securus es*, Ca. sub. *defatigant te*, JT. Pi. Angl. vel, sub. *& illa te fallit*, M. vel, *istud tibi accidit*, Ca. vel, *& tamen præter exspectationem insidiæ tibi factæ sunt*, G.) *&* (vel, *ergò*, Pi. *ecquî*, JT. *verò*, Ti.) *quomodo* (vel, *quid*, M. Ca.) *facies* (vel, *faceres*, JT. vel, *te geres*, Pi.) *in altitudine* (vel, *elatione*, P. M. JT. vel, *fremitu & fastu*, Ti.) *Jarden*? Mo. sic G. &c. vel, *apud elatum Jordanem*? i.e. exundantem, tempore messis *: ubi Jordanis fluctibus intumescet [f]. Mallem, *elevationem Jordanis* accipere pro ejus fonte: scimus enim Jordanem oriri ex Libano monte, qui Jerosolymæ vicinus est [g]. *In fastigio*, &c? i.e. in montibus, in quibus sunt leones, ut est cap. 49. 19. h. e. Hierosolymæ [h]. Intellige hîc vulgus Hierosolymitanum [i]; vel, magnates, qui inflantur quasi Jordanes [k]. Sed quoniam certò statuo hæc verba non dirigi ad Prophetam, sed ad populum, ego aliter expono. Deridet Judæos, quòd, nullis munitionibus freti, adeò superbirent: q. d. Vos estis *in terra pacis*, h.e. in terra exposita in prædam, h. e. quæ non est munita, (sicut *terra*, vel *urbs*, *belli* est, quæ cincta præsidiis, vel munita, est;) q. d. Estis imbelles, nec suppetunt vobis opes & copiæ quæ resistant hostibus; & tamen fastu turgetis: *quid fieret si essetis in elevatione*, vel potiùs, *in amplitudine*, *Jordanis*? h. e. ubi Jordanis videtur habere summam, vel præcipuam, gloriam; h.e. si urbes vestræ sitæ essent ad ripam Jordanis, ubi scilicet latè diffunditur, ità ut non sit accessus [l].

6. *Fratres tui*, &c.] Anathothani [m]. ¶ *Pugnaverunt*, &c.] Heb. *perfide agunt tecum*, vel *in te*, Pi. Calv. Nè

Margin notes (col. 779): n Calv. — o G. — * Idem. — p V. — q Pi. — r G. — † Calv. — t G. — v V. — x Calv. — y Ang. — z G. — a Calv. — * M. — b G. — c Pi. — d V. — * V. ex He. — f G. — g V. — h Calv. — i Pi. — † Idem. — k Pi. — l G. — m V. — n Ca. — o Me. — p Q. in Ang. — q Ang. — r V. — † Pi. — * Idem.

Margin notes (col. 780): t V. — v Ang. — x M. V. Calv. Ang. Pi. &c. — y M. ex H. — z Calv. — a V. — b Pi. — c V. sic Pi. sim. M. — d Pi. — * G. — f Ca. — g Q. in Calv. — y Q. in Ang. — z Calv. — a Ang. — b Ca. sic V. — c Pi. — d G. V. — * Pi. — f G. — g Calv. — h Ca. — i G. — k M. — l Calv. — m G. sim. Calv.

Ne ergò dubites me fore vindicem [n]. ¶ *Et*, &c. גַּם הֵמָּה קָרְאוּ אַחֲרֶיךָ מָלֵא] *Etiam illi clamant*, vel *clamârunt, post te*, JT. Pi. P. Mo. Calv. (q.d. ità hostiliter te persecuti sunt, ut, etiam cùm cederes eorum furori, non tamen placati fuerint. Si hostis se opponat, in ipsum irruere solent homines: at cùm vertit tergum, nec vult conserere manus, si ipsum insectamur, & retrahimus invitum in certamen, signum hoc est cæci furoris, & obstinati odii [o].) *implendo*, Mo. P. vel, *plenùm*, i. e. implendo vocem, quantum ferre ea potuit [p]: vel, *turmatim*, M. Calv. vel, *plenâ* voce, Ti. Vulg. Di. Calv. vel, *pleno*, sub. *clamore*, Ca. vel, *gutture*, JT. Pi. ellipsis subjecti, ut Psal. 73. 10[q]. i. e. quantum potuerunt [r]. Al. *convocant post* (vel, *adversùm*, V.) *te multitudinem*, Ti. sic V. Ang. vel, *plenam* congregationem, Angl. *plenitudinem*, ut Esa. 31. 4†. ¶ *Ne credas eis*] Id est, Anathothanis [t]. Al. Multò minus est quòd bene speres de Hierosolymitanis, etiamsi interdum blandiantur tibi [v].

7. *Reliqui domum meam,—hæreditatem meam*] Titulos ipsis concedit, sed non sine specie ironiæ. His elogiis tum exaggerat populi crimen & ingratitudinem, quòd tantis beneficiis non essent devincti; tum demonstrat hæc omnia, quibus superbiebant & fidebant, non obstare quin Deus ipsos puniet [x]. ¶ *Dedi*, &c. נָתַתִּי אֶת יְדִדוּת וגו'] *Dedi* (vel, *Tradam*, Pi. Et *tradidi*, M. Ti. *Addixi*, Ca.) *dilectionem* (aut, *desiderium*, Calv.) *animæ meæ*, &c. Mo. P. &c. *id quod erat animo meo charissimum*, &c. Ca. *eam quam diligebat anima mea*, &c. JT. Pi. populum quem dilexeram [y], quem hîc per periphrasin uxorem vocat [z]: urbem cum Templo & populo quem unicè diligebam [a].

8. *Quasi leo in sylva*, &c.] Exprimit contemptum & furiosam impietatem, quòd belluino impetu in ipsum Deum ruebant [b], & in legatos ejus, &c [c]. q.d. Facta est mihi inimica & rebellis, &c [d]. Sicut rugitus leonis hominibus horrori est *, quem audiens viator fugere solet [f]; ità mihi hic populus loquens impia [g]: vel, ità fugi ego [h]: sic ego, propter rugitum pauperum à potentioribus oppressorum, deserui terram meam [i]. ¶ *Dedit contra me vocem*] Blasphemam, protervè insolescens contra me [k].

9. *Numquid*, &c? הַעַיִט צָבוּעַ וגו'] *Numquid* (vel, *An* ergò, Calv. *Annon*, G. Angl. Ellipsis negativæ particulæ, quæ in talibus interrogationibus infrequens non est [l].) *avis* (vel, ut *avis*, P. vel, dicta est *avis* quædam, G.) *tincta* (vel, *picta*, aut *colorata*, aut *variegata*, Calv. vel, *discolor*, G. q. d. avis insolita, aut sylvestris, quæ scilicet novo aspectu concitat in se homines [m];) *hæreditas mea mihi?* Mo. P. Calv. G. q. d. Ego hunc populum mihi elegeram, ut esset mihi familiaris, & quasi avis domestica, quæ in cavea, vel intra septa, contineretur: nunc est avis fera, &c [n]. Al. *Habeóne tale patrimonium qualis est versicolor ales?* Ca. [Alii sine interrogatione legunt.] *Hereditas mea avitium varicolor est mihi*, Ti. *Avis digitata est mea possessio mihi*, JT. Pi. *Avis picta facta est mihi*, &c. Sy. Vox צָבוּעַ alibi non occurrit [o]. Deducitur vel, 1. à צבע [p]; quod in Hebræo textu non reperitur, sed in Syriaco, Dan. 4. 15, 23, 33. & 5. 21. item in Syr. & Arab. version. N. T. Matt. 20. 23. Luc. 7. 38[q]. צבע autem apud Syros primò & propriè *immergere*, seu *tingere*, sign. Et quia quod colore aliquo inficitur tale fit *immergendo*, sive *tingendo*, hinc item *colorare* denotat. Rectè ergò ab Hi. & K. redditur, *tinctum*, vel *discolor* [r]. Vel, 2. ab אֶצְבַּע *digitus*, unde *digitata* reddunt †: mallem, *uncinata*, vel *unguibus uncis digitata*, quia de animalibus rapacibus agitur [t]. Avis rapax [v], prælongis unguibus prædita [x], uncis unguibus in prædam involans. Sic vocat Plin. 11. 47 [y]. Sed fallitur vir valde doctus. Nam nec in Plinio *digitatæ aves* sumuntur pro rapacibus, sed tantùm opponuntur *palmipedibus*: deinde, ab אֶצְבַּע non esset צָבוּעַ, sed אֶצְבָּעִי, sicut ab אֹרַח fit אֹרְחִי 1 Reg. 4. 31 [z]. Existimo populum hunc, ut nuper leonibus, ità nunc avibus exteris, conferri [a]. *Avis discolor* vocatur populus, quòd, non contenti simplicitate Legis, cum ea superstitiones varias miscebant [b]. עַיִט sign. *avem prædatricem*, ut patet, tum ex usu vocis, Gen. 15. 11. Job. 28. 7. Esa. 18. 6. & 46. 11. Ezec. 39. 4; tum ex notatione ejus à עוט, vel הָעִיט, *irruere* in aliquem, 1 Sam. 14. 32. & 15. 19. & 25. 14. Populus ergò vocatur *avis prædatrix*, respectu rapinæ & oppressionis suæ; nec id modò, sed etiam *tincta*, nempe sanguine. Vide Esa. 63. 1, 2 [c]. Sed hæ interpretationes mihi non placent; nam inter agros bestiæ intempestiva esset avis mentio. Puto, cum Græcis, צָבוּעַ esse *hyænam*. Nam, 1. in epistola Hebraica MS. de animalibus, dicitur צבוע *valere ad sepulchrorum effossionem, ad tractionem cadaverum, & ad pugnandum in canes*: quæ hyænæ apprimè congruunt. [De quo consule Cl. Authorem.] 2. Unus eorum qui Græcam Bibliorum versionem recuderunt, ab Aq. Sym. & Th. diversus, 1 Sam. 13. 18. גֵּי הַצְּבֹעִים exponit, φάραγγα τῶν ὑαινῶν, *vallem hyænarum*, non, *succularum*, ut accepit Drusius. Nam suculæ Græcè non sunt ὕαιναι, sed ὑάδες. Sed & Syris אפעא est *hyæna*, ut patet ex Syra versione Sirach. 13. 22. *Quæ pax hyænæ cum cane?* Proinde in Lexico Syro Baptistæ Ferrarii p. 743. legitur esse *fera quædam homines devorans*, id est, hyæna. 3. *Dsabnon* Arabibus *hyænam* esse constat, quia describunt iisdem planè notis quibus hyænam Græci: ut, 1. lupo simillimam; 2. canibus infestissimam; 3. in Syria, Arabia & Africa natam; 4. sepulchrorum effossorem; 5. quæ sexum alternat. [De his videsis Authorem.] Cur autem hyæna צָבוּעַ vocetur, non est obscurum. Nam, ut post K. Ful. notat, צָבוּעַ id propriè dicitur quod variorum est colorum. Sic in serpentum genere צָבוּעַ est *cenchris*, quæ multicolor est. Sic & hyæna, quam ideo σκιὴν *maculosam* appellat Oppian. Hinc hyæna Arabibus etiam *albakio* dicitur, q.d. vario colore prædita. Hyæna etiam צָבוּעַ dici potest ratione oculorum, in quibus *mille sunt varietates*, ait Plin. 8. 30. vel, ratione animi, qui illis discolor est, & valde fucatus. Sed ut redeamus ad textum, quanquam hæc non sint planè ἀπροσδιόνυσα: צָבוּעַ o'. *hyænam* rectè reddunt, at עַיִט minùs rectè σπήλαιον reddunt, [locum sic vertentes, *Nonne spelunca hyænæ hæreditas mea mihi?* An, pro עַיִט, legerunt עוט, vel שׁוּחָה, quæ est terræ pars depressa, &c?] Alii omnes עַיִט *avem* explicant, aut *avem rapacem*. Ità quidem alibi sumitur. Sed quidni eadem vox pro *fera rapace* sumatur, cùm verbum עוט, unde עַיִט, non modò ad aves, sed & ad alia animalia, pertineat? ut 1 Sam. 14. 32. & 15. 19. Atque, ut scias nomen עַיִט patere latiùs quàm ut solas aves designet, illi additur צִפּוֹר *avis*, διαρρήδως, Ezec. 39. 4. Neque novum est ut idem nomen avi rapaci cum bestia carnivora sit commune. Græcè, κίρκος *accipitris*, ἀκμων *aquilæ* genus, & ἰκτῖνος *milvus*, est. Hos tamen inter luporum species numerat Oppian. Cyneget. 3. vers. 304, 326, 331. *Milvum* vicissim hodie Græci λύκον vocant, à lupino ingenio. Et cur *monedulæ* species λύκος vocetur, rapacitas in causa est. Puto igitur עַיִט צָבוּעַ ad verbum significare *rapacem feram variam*, uno verbo *hyænam*, & sensum loci esse, *An igitur est fera rapax variegata* (vel, *hyæna*) *hæreditas mea erga me?* q. d. Usque adeóne omnia humanitatis sensum exuit populus meus, ut hyænarum instar sit? *An est fera rapax* [Sunt verba sequentis membri.] *circumquaque super eam?* q. d. An feras dicam pro hominibus incolere hæreditatem meam, nempe terram Canaan? cùm moribus & ritibus efferatioribus quàm ulli barbari, imò quàm rapacissimæ belluæ, utantur. Ità est omnino [d]. ¶ *Numquid*, &c? הַעַיִט סָבִיב עָלֶיהָ] *Numquid* (vel, *Annon*, G. Angl. P.) *avis*, vel *volatile*, (vel, *aves*, P. vel, propterea *aves* aliæ, G. sub. *est*, M. vel, *circumstant*, P.) *circùm contra eam?* Mo. sim. P. Angl. vel, *per circuitum ejus?* M. vel, *circumquaque ei adversabantur?* Solet, siqua avis peregrini coloris ad alias aves advenerit, ab aliis impeti *. Al. *Estne alitibus circumdatum?* Ca. [Alii sine interrogatione.] *Avitium per circuitum contra eam est*, Ti. *O aves, circumquaque in eam agite*, JT. vel, *contra eam volate*, Pi. Apostrophe ad Babylonios [f], quos provocat contra Judæos, per ὑστέρησιν: nam Deus priore loco aves provocat contra digitatam avem, & posteriore bestias contra leonem, servatis comparationibus [g]. [Alii totum sic reddunt;] *Hæreditas mea est sicut avis versicolor*, (Pavonem intelligit Hieronymus [h].) *quam reliquæ aves circumstant*, Strig. Verto, *O aves coloratæ*, sive versicolores, cujuscunque tandem coloris sitis, *hæreditas mea* est *mihi*; q.d. hæreditatem meam habeo, quæ mei juris est, quam trado cuicunque volo: ô aves, *circumquaque in eam*; q.d. Jam vos invito, ô aves, adeste, & circum-

[Marginal notes, left column:] n Calv. o Calv. p Di. q Ang. r Di. † Ang. t Calv. v G. x Calv. y G. ex Ch. sic M. Pi. z Pi. a V. sim. G. b Calv. c Ang. d T. * G. f V. ex M. g G. h V. i M. k Calv. l Ang. m Calv. n Calv. o Ang. p Ful. q Ang. r Ful. misc. 6. 19. † Q. in Ful. t Ful. ib. v Jun. x Pi. y Jun. z BA. 1. 3. 11. 838. a Calv. b Q. in Ang.

[Marginal notes, right column:] c Ang. d BA. 1. 3. 11. 830, &c. * G. f Pi. sim. Jun. g Jun. h Strig.

circumquaque in eam irruite: nec vos solæ, sed & bestias agri ad vos assumite: ideo sequitur, *Ite, colligite omnes feras agri, adducite ad comedendum* [i]. ¶ *Congregamini, omnes bestiæ terræ*] Chaldæi, Syri, Ammonitæ, Moabitæ [k]. ¶ אִסְפוּ וגו׳] *Congregate vos*, &c. Mo. P. Et dicunt, —*congregate vos*, &c. P. q.d. Ergò quoniam vos estis mihi ut leones & aves feræ, ego compescam vos, & convocabo omnes aves & feras, quæ vobis bellum inferent, &c [l]. ¶ *Properate*, &c. הֵתָיוּ] *Venite ad devorandum*, Mo. P. &c. sub. *eam*, P. &c. *ut veniant & devorent*, Ti.

10. *Pastores multi* (i.e. vel, 1. Rectores populi mei [m]; vel, 2. Reges ac Principes [n], qui cum Nebuchadn. venerunt [o],) *demoliti sunt vineam meam*] Ità Mo. P. &c. Mordet Judæos; q.d. Ego hactenus fui vobis Pastor, sed me non potestis ferre: aderunt ergò alii pastores, qui vos pro vestro ingenio tractent, atroces & sævi, &c [p]. ¶ *Dederunt —— in*, &c. לְמִדְבַּר שְׁמָמָה] *In desertum solitudinis*, Mo. P. vel, *squalidum*, M. *desolatum*, Pi. *desolatissimum*, JT. *desertam ac desolatam*, Ti.

11. *Posuerunt*, &c. שָׂמָהּ לִשְׁמָמָה] *Posuit* (vel, *Dispositurus est*, JT. *Reddiderunt*, inquam, Ti. *Ponet*, V. *Rediget*, Pi.) *eam* (vel, *ipsum*, M. sub. *quisque*, JT. sic Pi. vel, sub. *hostis*, M. vel, sub. *unus pastorum illorum*, nempe Nabuch [q].) *in desolationem*, P. Mo. JT. &c. vel, *vastatam*, Ti. ¶ *Luxit*, &c. אָבְלָה עָלַי שְׁמֵמָה] *Luxit* (vel, *Lugebit*, JT. Pi. Et nunc *luget*, Ti. Lugendo, de me conquesta est [r],) *contra* (vel, *ad*, Ti. Calv. *super*, M. Calv. *per*, JT. *coram*, Pi.) *me desolata*, Mo. P. JT. Pi. sim. Calv. Ti. vel, *vastatio*, Calv. *desolatio ipsa*, M. שְׁמֵמָה propriè est, *vastatio*; sed appositivè loco participii capitur †. Lamentantur, & ad me clamant, nec exaudiuntur [s]. ¶ *Nullus est qui recogitet corde*, שָׂם עַל לֵב] *Ponens super cor*, Mo. sim. P. *qui id ad cor revocat*, Ti. *qui reponit*, vel *reponat*, *in*, &c. JT. Pi. sub. *timorem meum*, V. vel, *verba mea*, Pi. vel, *prophetarum adhortationes ad pænitentiam*, V. ex Ch. sive, *minas*, M. Possit כִּי [initio hujus membri] adversativè sumi, & locus sic reddi, *Tametsi nemo ponat super cor*, ut sit querimonia de obstinato stupore sub afflictionibus [v]. Nemo est qui resipiscat, & ad me redeat [x].

12. *Super* (vel, *In*, JT. Pi.) *omnes vias*, &c. שְׁפָיִם וגו׳] *Clivos* (vel, *excelsa loca*, P. sim. Mo. *vertices*, M. Ti. sim. Ca. vel, *oras*, ad verb. *prominentias*. Accipitur etiam vox pro rupibus: sed hîc loquitur de finibus extremis [y].) *per desertum* (quod scilicet Chaldæam & Judæam interjacebat, Jer. 4. 11, 12 [z]. Vel, *in deserto*, Mo. P. &c. *in desertum*, Calv. *Desertum* hîc non est locus qui non habitatur [a], sed locus in quo coluntur armenta [b]; & hîc pro locis sublimibus ponitur, quia opponitur locis planis [c]. Vel, *in plano*, Angl. ut Esa. 63. 13, 14. locis planis in terra Judæ [d]. Vel, *deserti*, G. ex Vulg. i. e. agri; h. e. ab omni parte *,) *venturi sunt* (vel, *venerunt*, Mo. P. *pervadunt*, Ca.) *vastatores*, JT. Pi. Mo. &c. Antea minatus est planis locis; hîc & montibus, quò difficilior erat accessus [f]. ¶ *Ab extremo*, &c.] Ab uno fine ad alterum [g]. ¶ *Non est pax universæ* (vel, *ulli*, Pi.) *carni*] Id est, omni homini [h], scilic. incolæ Judææ [i]. Non erit salus [k].

13. *Seminaverunt* (vel, *Quum seminaverint*, JT. Pi.) *triticum, & spinas messuerunt*] Ità M. Ti. P. &c. vel, *spinas metent*, JT. Pi. Intellige, vel, 1. simpliciter & propriè; confer Levit. 26. 16. Deut. 28. 38 [l]. Vel, 2. metaphoricé [m]. Idque vel, 1. de Prophetis [n], qui seminaverunt bonum semen, at illi [Judæi] non responderunt fructibus illis, &c [o]. Sed illud nimis coactum est. Vel, 2. de Judæis, quos, per concessionem, dicit *semináſſe triticum*, i.e. consilia excogitâsse in quibus sibi plaudebant, nempe de fœderibus auxiliisque externorum, unde messem opimam exspectabant: quâ tamen spe frustratos fuisse eos docet [p]. Sensus, Omnes eorum labores cassi atque irriti [q]. ¶ *Hæreditatem*, &c. נֶחְלוּ לֹא יוֹעִלוּ] *Hæreditatem acceperunt, & nihil lucrifecerunt*, M. sim. Calv. Ti. Vulg. G. Ut si quis jure hæres sit, sed possessione excidat [r]. Hæreditate aucti dicuntur, non tantùm quòd terram Canaan hæreditaverint, sed etiam opes cumulaverint, atque ità creverint, nempe suâ opinione, quum scilicet multa sperarent ab Ægyptiis vicinisque gentibus: hæc tamen non proderunt †. Al. *Cleri* (vel, *Prædia*, Ar.) *eorum non proderunt eis*, o'. *Et ex fructu eorum non est illis utilitas*, Ch. *Inutilia possident*, Ca. *Et res familiaris non prodest eis*, Strig. Vulgatus legit נִחֲלוּ, à נָחַל *hæreditavit*. Alii verò, נֶחְלוּ, [& rectè, sic enim est in textu Hebræo,] à חָלָה *ægrotavit, doluit*, &c [t]. [Sic ergò locum reddunt:] *Ægrotaverunt* (nempe, vel prophetæ [v]; vel Judæi, qui se continuis laboribus macerârunt, & ægritudinem [indè] contraxerunt [x]:) *non* (vel, quòd *non*, P. V. Mar.) *profecerunt*, Mo. P. Mar. ex He. sim. Calv. suis verbis [y]. *Fatigabimini, & nihil proficietis*, Sy. *Quum indoluerint* laboribus, *non proficient*, JT. Pi. *Cruciant se*, sed *non prævalebunt*; q.d. Fatigant se consiliis suis, quò se expediant, sed frustrà erunt [z]. ¶ *Confundemini*, &c. וּבֹשׁוּ מִתְּבוּאֹתֵיכֶם] *Et* (vel, *Nam*, JT. *Imò*, Pi.) *pudefietis*, vel *erubescetis*, (vel, *confusi sunt*, M. Calv. sim. P. sub. *prophetæ*, M. V. vel potiùs, Judæi [a],) *à*, vel *ex*, *proventibus vestris*, Ti. JT. Pi. sim. Mo. &c. vel, *à fructibus vestris*, M. *propter fructus vestros*, P. propter scelera vestra, timentes iram Dei, quam effundit in peccatores. Convertit sermonem ad improbos [b]. Vel, *propter proventus vestros*, i.e. propter defectum proventuum [c]: *ob paucitatem proventuum vestrorum*, Sy. *Ebósque suorum pudet proventuum*; i. e. habent minimos proventus [d]: fructus non receperunt quales speraverunt, sed evanidos, &c *. Mutatio personarum hîc est, ut sæpe [f]. *Et confundemini in operibus vestris*, Ch. vel, *propter superbiam vestram*, Ar. simil. o'. Opera vestra vobis ignominiam parient †.

14. *Hæc dicit Dominus adversùs* (vel, *super*, M. Ti. vel, *de*, JT. Pi. vel, *quod attinet ad*, Pi.) *omnes* (vel, *omnibus*, &c. JT. Pi.) *vicinos meos pessimos*; sic Mo. P. הָרָעִים] *Malos*, M. sic JT. Pi. *molestos*, Ti. Intellige, Ammonitas & Moabitas [g], Philistæos, &c [r]. ¶ *Qui*, &c. הַנֹּגְעִים בַּנַּחֲלָה] *Tangentes in hæreditatem*, Mo. [Sed ב tantùm constructioni inservit, ut antè notatum.] *Qui attrectant*, vel *contrectant*, vel *attingunt*, (i. e. nocent †,) *hæreditatem*, sive *possessionem*, P. M. Ti. JT. Pi. &c. *Ad quos pertinet patrimonium*, Ca. ¶ *Quam*, &c. אֲשֶׁר הִנְחַלְתִּי וגו׳] *Quam hæreditare feci*, Mo. P. &c. vel, *possedi*, M. *hæreditario jure possideo*, Ti. sim. Calv. Tollit vicinis tergiversandi ansam. q. d. Etiamsi peccarent Judæi, vos tamen non estis judices, nec debet judicium fieri ex ipsorum improbitate. Ego eos volui mihi in hæreditatem eligere, & in fidem ac patrocinium suscipere. Quare ego vindictam sumam de injuriis populo meo illatis, quoniam his læsa fuit mea majestas *. ¶ *Ecce, ego evellam eos*, &c.] Nempe vicinos [t]; i.e. exstirpaturus sum eos per hostes [v]. Non est quòd sibi placeant de malis quæ nunc inferunt Judæis: Judæos longè ab ipsis auferri curabo. Sed nec ipsi in suis loci mansuri sunt. Vide Jer. 48. & 49. Ezec. 25 [x]. ¶ *Et domum Juda evellam* (i. e. liberaturus sum [y]) *de medio eorum*] Nè, scilicet, eant in exsilium cum illis gentibus quæ sunt vicinæ eorum [z]. *Evellam*, i.e. violenter extraham. Appositè utitur hoc verbo, ut exprimat sævitiam illarum gentium (ad quas confugerant, vel à quibus capti sunt,) quæ nunquam spontè cessisset, nisi violenter eripuisset eos Deus ex ipsorum tyrannide innoxios. *Evellere* primo loco in malum, secundo in bonum, accipitur. Egerat priùs de corpore populi, pro quo orare prohibitus est. Sed quoniam reliquiæ & electi erant inter eos, hîc secum cum eis loquitur, & eorum causâ hîc (ut alibi sæpe in Prophetis) tam diris vaticiniis consolationem permiscet, dicitque se vindicem fore crudelitatis hostium, &c. q.d. Qualescunque sint Judæi, tamen ego mihi & fœderi meo constabo; superabit veritas mea eorum perfidiam [a].

15. *Convertar* (vel, *revertar*, Mo.) *& miserebor eorum*; ità P. M. אָשׁוּב וְרִחַמְתִּים] *Rursus miserebor istorum*, Pi. sim. JT. *Reconciliatus miserabor eos*, Ca. Ut *redeam* cum eis in gratiam, *miserear eorum*, Ti. Judæos reducam [b]: Verùm non Judæis tantùm misericordiam Deus hîc promittit, sed etiam profanis illis gentibus, ut patet ex v. seq. Id facit, ut Judæi certiorem de se fiduciam conciperent. Nec obscuratur, sed duplicatur, hoc pacto gratia Dei erga Israelitas, quòd hostes unà cum ipsis colligere voluit [c].

16. *Si —— didicerint* (gentes vicinæ [d]. Vaticinium tamen hoc generaliter pertinet ad totum orbem, & impletum fuit in ultima Gentium vocatione *.) *vias populi mei*]

[i] Di. [k] G. [l] Calv. [m] Q. in Ang. [n] G. M. &c. [o] M. sim. Ang. Pi. &c. [p] Calv. [q] V. [r] V. † Calv. [s] G. [v] Calv. [x] G. [y] Calv. [z] Arg. [a] Calv. [b] V. [c] Calv. [d] Ang. * G. [f] Calv. [g] G. [h] V. sic Pi. [i] Pi. [k] G. [l] Pi. sim. Jun. [m] Calv. [n] Q. in Calv. M. [o] M. [p] Calv. [q] G. [r] G. † Calv.

[t] Ma. [v] Mar. et He. V. [x] Calv. [y] Mar. et He. sic V. [z] Ang. [a] Ang. [b] V. [c] Pi. [d] Ca. * Calv. [f] Ang. † G. [g] G. Calv. [r] Pi. sim. Calv. † M. V. * Calv. [t] Calv. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. [z] V. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] M. sim. G. Calv. * Calv.

mei] Non, activè, quas populus ipse finxisset; sed, passivè*, quas divinitus acceperat [f]. Si illi, qui Judæis auctores fuerunt ad idololatriam, nunc, meliùs à Judæis instituti, ad me, id est, Dei unius cultum, se referant, vivent placidè in vicinia Judæorum, nemine ipsis nocente [g]. ¶ *Ut jurent*, &c.] Sub una specie comprehendit totum Dei cultum [h]. ¶ *Ædificabuntur* (i. e. Beneficiis à me afficientur [i]) *in medio populi mei*] Id est, Censebo eos in grege, seu populo, meo. Confer Psalm. 87. 4, 5 [k]. Non transferam eos ad Gentiles, sed prospere agent cum populo meo [l].

17. *Quòd si non audierint, evellam*, &c.] Sic Ammonitarum pars cæsa ab Juda Maccabæo: Pella in Moabitide excisa tempore Alexandri Judæorum Regis [m]. Voluit Deus hoc dicto non tam Gentes, quàm Judæos, terrere. Si enim Gentibus impunè non cessit, Deum spernere, quamvis incognitum, quàm inexcusabiles erunt Judæi, &c [n]?

(Margin: * Idem. f Calv. sim. Pi. g G. h Calv. i Pi. k Calv. l V. m G. n Calv.)

CAP. XIII.

1. *Lumbare*, &c. אֵזוֹר פִּשְׁתִּים] *Cingulum* (vel, *succinctorium*, M. Calv. sive, *subligaculum*, Calv. *baltheum* lumbarem, Ti. balteum militarem [a],) *linorum*, Mo. vel, *lineum*, P. JT. Pi. &c. Περίζωμα Græcis, quod corpori proximè adhæret. Sic Judæos Deus proximè sibi admoverat, v. 11 [b]. Dicit, *lineum*, non, *laneum*, ut significet non esse super vestem, sed super carnem, induendum; quæ nobis & conjunctissima est, & diligentissimè servatur [c]. ¶ *Et in aquam non inferes illud*] Id est, recens textum non macerabis†, lixivio [d], vel aliâ aquâ, ut candefiat & poliatur*: sed rude & asperum [f], & fuscum, utì natum & textum est [g], relinques [h]: qualis [nempe asper] est populus Judaicus [i]. Hieroglyphicum est populi Israelitici [k], quem recens natum Deus assumpsit in hæreditatem, cùm rudis esset & impolitus [l], asper, sordidus & illotus, nihil pulchritudinis habens, nisi ex solo Dei favore, &c [m].

4. *Et—vade ad Euphratem*] Fluvium Chaldææ [n]; quò ducendi erant Judæi, Psal. 137. 1 [o]. Factum hoc volunt vel, 1. revera & à parte rei [p]. Sed quid absurdius fingi potest? Scimus Jeremiam quotidie functum fuisse docendi officio apud suos: si suscepta fuisset tam longa profectio, & quidem bis, non rediisset, nisi post aliquot menses [q]. At cur non potuit eò excurrere [r]? Potuit Jeremias & accipere & implere hoc mandatum ante obsidionem Hieros. per Chaldæos, non obsidionis tempore, ut vult Hieronymus†. Vel, 2. in spiritu [s]. Indubiè hìc narratur visio, non res gesta; ut Prophetæ sæpe visiones pro rebus gestis narrant [v]. ¶ *Absconde—illud in*, &c. "בִּנְקִיק וגו] *In foramine* (vel, *scissura*, M. *projectura*, JT. Pi. *cavo*, Ca.) *petræ*, ο'. Ar. Vulg. Mo. P. Ti. &c. Loquitur de petra quadam insigni & nota [x]. In locis remotis ac sterilibus, qualia fuêre illa in quæ deducti Judæi [y]. Vide de hac voce Esa. 7. 19.

5. *Abscondi illud in Euphrate*] Sic Calv. &c. vel, *ad*, sive *prope*, *Euphratem*, JT. Pi. Ang. Sic ב usurpatur Jos. 24. 1, 25, 32. *in Shechem*, i. e. prope eam; & Jud. 1. 4. *in Bezec*, collat. cum 1 Sam. 11. 8; & Jerem. 32. 7. *in Anathoth* [z].

6. *Tolle*, &c. "וְקַח מִשָּׁם וגו] *Et recipe* (vel, *tolle*, Calv. Ang. i. e. tolle & adfer. Confer Gen. 27. 9. Psal. 68. 19 [a].) *indè illud*, &c. JT. Pi.

7. *Et ecce, computruerat*] Ità P. vel, *corruptum erat*, &c. Mo. sic M. Ti. Sic populus in misera illa servitute contabuit, secundùm prædicta Levit. 26. 39. quod ampliùs explicant quæ hìc sequuntur [b]. ¶ *Ità ut*, &c. לֹא יִצְלַח לַכֹּל] *Non prosperabitur* (vel, *proficiet*, V. *aptum*, vel *utile*, *erat*, JT. Pi. P. M. sic Ti.) *cuiquam*, Mo. vel, *ulli*, ad verb. *omnibus*, V. *ulli rei*, P. sic M. JT. Pi. &c. Hieroglyphicum hoc erat eorum vel, 1. culpæ, sive quòd inutiles fuerant, & se viâsque suas corruperant: vel, 2. pœnæ, sive miserrimi illius statûs in quem tam longâ captivitate redacti sunt [c].

9. *Sic putrescere faciam* (vel, *corrumpam*, M. Mo.) *superbiam* (vel, *contumeliam*, ο'. *insolentiam*, Ar. *fastuosos*, Sy. *fortitudinem*, Ch. *excellentiam*, Pi. Calv.) *Juda*; sic P. Ti. Ca. &c. "גְּאוֹן וגו] Vox hæc sumitur alibi in malum; hìc, in bonum, pro dignitate quâ Deus eos dignatus est, &c. ut patet ex seq [d].

10. *Populum*, &c. "הָעָם הַזֶּה הָרָע הַמֵּאֲנִים וגו] *Populum* (vel, *Populum*, inquam, P.) *istum pessimum*, *renuentes*, vel *qui renuunt*, *audire*, &c. Mo. P. *Populus iste malus*, *isti qui renuunt*, &c. [Ità pendent verba usque ad finem versûs, *fiet similis*, &c.] Pi. *Populus enim ille malus renuit audire*, &c. M. sic Ti. sim. Calv. *Populi istius pessimi qui renuunt*, &c. JT.

11. *Sic agglutinavi* (vel, *adhærere feci*, Mo. sim. JT. Pi. *applicavi*, Ch. M. sic Ca. *conjunxi*, vel *conjunxeram*, Calv.) *mihi*, &c.] Sic Ti. Concedit illis quod superbè jactabant; sed retorquet in ipsorum capita, & ostendit dignos esse graviore interitu, quoniam tot beneficia Dei respuerint. ¶ *Ut essent mihi in—nomen, & in laudem, & in gloriam*] Hâc verborum eódem pertinentium congerie crimen populi exaggerat*.

12. *Omnis laguncula* (vel, *uter*, Mo. P. JT. Ti. lagena fictilis, ut Esa. 30. 14 [f]. Similitudinem ducit à vino, quo illi valde delectabantur. Vide Hos. c. 3. v. 1. Mic. 2. 11 [g]. Videtur sententia hæc nullius ponderis, ideòque contemptim & fastidiosè excepta est à populo. Sed consultò voluit Deus in rebus minimis & quasi frivolis ostendere eos non ità perspicaces fuisse. Non reputabant se esse lagenas, vel lagenis similes, h. e. fragiles, &c [h]. ¶ *Numquid ignoramus*, &c?] Ad verb. *An sciendo non scimus?* i. e. Annon certò scimus? q. d. Quid in hac re novi est? Hoc ideo dicunt, quia nondum intelligebant quò irent istæ ambages [i]. Metaphoricè dictum illi propriè accipiebant. Confer Joh. cap. 6. vers. 34, 52, 66 [k].

13. *Implebo omnes—ebrietate*] Nempe spirituali, h. e. cæcitate [l]; q. d. conjiciam eos in sensum reprobum [m]: vel, anxietate ob calamitates [n]; ut præ miseriis fiant veluti amentes [o]. q. d. Inebriabo eos calamitatibus [p]: nam ubi Deus rectam mentem eripit hominibus, hæc est præparatio ad ultimam cladem [q]. ¶ *Reges qui sedent*, &c. "הַיֹּשְׁבִים לְדָוִד וגו] *Sedentes Davidi super solium ejus*, Mo. sic Ti. vel, *pro Davide*, &c. M. P. Calv. JT. Ca. Pi. loco Davidis, tanquam successores ejus; vel, ex stirpe Davidis, proles ejus [r]. qu. d. Quamvis sint Davidis successores & posteri. Ità excutit illis fiduciam quam habuerunt in Davide, cujus nomen quasi sacrum apud illos erat. Hoc dicit, Nec Reges majestas, nec sacerdotes dignitas, tuebitur†.

14. *Et*, &c. "וְנִפַּצְתִּים וגו] *Et collidam* (tanquam lagenas [s]; vel, *dispergam*, Pi. Vulg. G. ο'. Sy. Ar. sim. JT. vel, *irruere faciam*, Ch. propriè, *violenter disjiciam*, Calv.) *eos virum ad fratrem suum*, Mo. vel, *inter se*, Ca. vel, *alterum ad alterum*, P. vel, *quemque in fratrem*, seu *proximum*, *suum*, M. Ti. sic Calv. vel, *unum cum altero*, JT. Pi. In varias regiones, nullâ cognationis ratione habitâ. Sic apud Tacitum Civilis, de delectu Romanorum agens, *Instare delectum, quo liberi à parentibus, fratres à fratribus, velut supremùm, dividantur* [v]. ¶ *Neque miserebor ut non*, &c. מֵהַשְׁחִיתָם] *A perdendo eos*, V. sim. Mo. *ut non* (vel, *quò minùs*, Ti. vel, *quin*, JT. Pi.) *destruam*, vel *perdam*, *eos*, P. M. Ti. JT. Pi. V. Hoc ad totum corpus populi pertinet: interea tamen Deus reliquias servabit, &c [x].

15. *Nolite*, &c. "אַל תִּגְבָּהוּ] *Ne elevetis*, vel *exaltetis*, *vos*, Mo. P. JT. Pi. sim. M. Ti. [Ca. hæc cum voce præcedente sic reddit, *Auscultate sine arrogantia*.] Ne præsumatis de vestra sapientia, ut putetis non audiendos esse Prophetas [y]. Contumaciæ illorum causa erat superbia; quemadmodum etiam principium obedientiæ est humilitas†. ¶ *Quia Dominus locutus est*] Cujus organum ego sum [z].

16. *Date Domino—gloriam*] Vel, *honorem*, Pi. agnoscendo culpam, ut Jos. 7. 19, 20 [a]; humiliando vos sub manu ejus, Jac. 4. 7, 10 [b]; agnoscendo potestatem Dei, & vos subjiciendo Verbo ejus [c]; obediendo mandatis ejus [d]; vestram infirmitatem & iniquitatem, Dei verò potentiam & bonitatem, agnoscendo & prædicando; vestra peccata detestando, & ità vivendo ut Deo sitis in laudem & gloriam*. Gloria scilicet Dei est humiliatio nostra, pœnitentia & confessio peccatorum [f].

¶ An-

(Margin, left column: a Q. in V. b G. c Me. † Idem. d T. sim. V. * T. sim. Mc. f T. sim. Mc. G. g T. h Mc. T. sim. G. i G. k T. sim. Mc. l Mc. m T. n Pi. o G. p T. ex San. Mald. Ls. &c. E. q Calv. r E. † San. s Q. in E. Hi. & L & V. in T. v Calv. x V. y G. z Ang. a Ang. b G. c Ang.)

(Margin, right column: d Calv. * Calv. f G. g Ang. h Calv. i G. k Pi. l V. m Calv. n Pi. o G. p Calv. q sim. M. r Calv. † Ang. † Calv. s Calv. v G. x Calv. y M. † Calv. z Calv. a G. Ang. b Ang. c Calv. d Pi. * Me. f E.)

¶ *Antequam*, &c. [בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ] *Antequam obtenebrescat*, V. sic M. ό. &c. sub. *sol*, V. id est, priusquam veniant tribulationes nubilæ[g]: vel, *contenebrescere faciat*, Mo. P. sic Calv. sim. Ti. JT. Pi. sub. *Deus*, qui hîc dicitur *ponere lucem*, &c[h]: vel, *tenebris involvamini*, Ar. vel, *similes sitis his qui ambulant in caligine*, Chald. ¶ *Ad*, &c. [עַל הָרֵי נָשֶׁף] *Ad*, vel *super*, *montes*, vel, *in montibus*, *crepusculi*, Mo. Ti. Pi. sub. *noctis*, V. quod capitur sæpe pro tota nocte[i]: id est, obrutos tenebris in crepusculo[k]. Vel, *caliginosos*, P. Me. ex Vulg. sic M. Ca. sim. ό. Ar. i. e. celsos, & nebulis obvolutos[l]; tam altos & præruptos, ut aciem oculorum caligare faciant[m]: per quos fugitivi oberrabitis[n]; & pedibus, ut fit in tenebris, ad lapides frequenter offendetis[o]; & præ inopia consilii, quasi tenebris, ubique impingetis[p]. Verto, quasi *in montibus obscuris*. Non summitates montium hîc intelligit, sed angustias, ubi citiùs & magis tenebrescit quàm in locis planis. Vel potiùs vertas, *ad montes*, &c. q. d. Tam densa erit caligo, ut montes sibi oppositos non cernatis: ut sæpe viator priùs pedibus aut manibus, quàm oculis, obstaculum sentit[q]. Fugam nocturnam per montes avios hîc indicat[r], ubi cespitatio periculosa est †. Vel, *in montibus cæcioribus intempestâ nocte*, JT. Hyperbole ingentium tenebrarum, h. e. calamitatum[t]. Al. Montes hîc metaphoricè ponuntur pro Ægypto, quò Judæi in ærumnis confugere solebant[v]: sunt enim in montibus tutiores recessus quàm in planitie[x]. Al. ad montes Mediæ nebulosos[y]. Vel, ad montes super quos captivi ducemini in Chaldæam, &c. vel, ad quos confugitis perfugii causâ, ut Psal. 11. 1. Matt. 24. 16[z]. ¶ *Exspectabitis*, &c. [וְקִוִּיתֶם לְאוֹר וְשָׂמָהּ וגו׳] *Et exspectetis*, vel *speretis*, (vel, *exspectabitis*, Mo. vel, *Quum exspectantibus vobis*, JT. *Ità ut quum exspectabitis*, Pi.) *lucem*, (i. e. pacem & prosperitatem[a],) *& ponat* (vel, *& ponet*, M. Mo. vel, *disposuerit*, JT. vel, *redigat*, Pi. sub. *Deus*, Pi. Calv.) *eam in umbram mortis*, sive *lethalem*, P. JT. Pi. i. e. Quo tempore Deus vos frustrà meliora exspectantes adversis magis magisque involvet[b].

17. *Si hoc* (quod dixi v. præced[c].) *non audieritis*] Si adhuc obdurescitis contra doctrinam meam†. ¶ *In*, &c. [בְּמִסְתָּרִים וגו׳] *In occultis*, vel *secretis*, (i. e. in animo[d]; vel, *in latebris*, JT. Pi.) *plorabit anima mea*, &c. M. P. Mo. &c. ubi liberiùs flere possum*. q. d. Finem faciam loquendi; propheticum munus apud vos cessabit, quasi indignos hoc Dei beneficio; vobis relictis aut valere jussis, abdam me in angulum aliquem, & flebo, &c. Significat actum esse de illis, & salutem eorum esse desperatam. Summa est, non semper habituros quod nunc spernunt, nempe ut moneantur, &c[f]. ¶ *A facie superbiæ*] Sic Mo. Calv. vel, *propter superbiam*, P. M. JT. Pi. &c. sub. *vestram*, Pi. Ang. Dabitis superbiæ pœnas: id quod mihi Jeremiæ dolebit[g]. ¶ *Deducet*, &c. [וְתֵרַד וגו׳] *Et descendet* (vel, *deducet*, P. M.) *oculus meus lacrymam*, Mo. vel, in *lacrymam*; i. e. defluet, versus in lacrymas[h]. Vel, *lacrymâ*. Hypallage[i]. *Defluent*, *inquam*, *ex oculis meis lacrymæ*, Pi. sim. JT. Vide plura ad Jer. 9. 18. & 14. 17[k]. ¶ *Quia captus est grex Domini*] Rationem habuit sui sanguinis & generis; sed hoc illi lacrymas excussit, quòd grex Domini periret, fœdus Dei quodammodo intercideret populi culpâ[l].

18. *Dic regi*] Id est, Joachino, sive Jechoniæ[m]; vel, Sedeciæ[n]. ¶ *Et*, &c. [וְלַגְּבִירָה] *Et heræ*, sive *dominæ*, Mo. Pi. vel, *augustæ*, JT. vel, *reginæ*, P. M. Ti. id est, vel, uxori Sedechiæ[n]; vel, matri Joachini, Nohestæ[o], quæ tunc erat Imperii socia, & cujus authoritas multùm pollebat[p]; quæ cum filio deportabatur in Babylonem, 2 Reg. c. 24. v. 8, 15[q]. ¶ *Humiliamini*, &c. [הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ] *Humiliate vos*, *sedete*, Mo. P. sub. *humi*, P. *Submissè vos geratis*, *& sedete*, Ti. *Degite humiliter*, Ca. *Abjectissimè* (vel, *Loco humili*, Pi.) *considite*, JT. *Descendite & jacete*, q. d. Obliviscimini pristinæ vestræ magnitudinis. Non est exhortatio, verùm prædictio[r]. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי יָרַד מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם עֲטֶרֶת וגו׳] *Quoniam*, vel *Nam*, *descendit*, vel *descendet*, (vel, *delabetur*, Pi.) *principalitates vestræ*, *diadema gloriæ vestræ*, Mo. i. e. principatus vester, magnificentia regiáque dignitas vestra †: vel, *dignitas* (regia scilicet; ad verb. *capitalitas*, vide Gen. 28. 11, 18[*].) *vestra*, & *corona*, &c. M. vel, *ornamentum capitis vestri*, *corona*, &c. Ti. sic Pi. vel, *principatus utriusque vestrûm*, *corona*, &c. JT. vel, *de capitibus vestris corona*, &c. P. sim. ό. De voce מַרְאשׁ vide ad 1 Sam. 19. 13, 16. & 26. 7, 11, &c[v]. Sensus, Et Regnum & libertatem amittetis[x].

19. *Civitates Austri clausæ sunt*] Id est, vel, 1. claudentur & desertæ erunt[y]: dicuntur enim apertæ urbes quæ frequentantur[z]. Vel, 2. obsessæ erunt. Vide Esa. 24. 10[a]. *Austri*, id est, vel, 1. Judæ[b], quæ ad meridiem sita est respectu tum Babylonis[c], tum terræ Israelis[d]. Vel, 2. Ægypti*, nè possitis eò perfugere[f]. Ab Ægypto, quæ ad Austrum Judææ, teste Tacito, nihil vobis erit auxilii: omnia ibi vobis erunt clausa[g]: frustrà ibi asylum exspectatis[h]. ¶ *Translata*, &c. הָגְלָת [יְהוּדָה כֻּלָּהּ הָגְלָת שְׁלוֹמִים] *Deportata est*, vel *Deportabitur*, *Juda tota*, Pi. sim. Calv. &c. (scil. in Babylonem[i],) *translata est* (vel, *abducta est*, Ti. sim. Calv. &c. *deportabitur*, JT. Pi.) *perfectionibus*, Mo. vel, *perfectè*, Calv. V. in *perfectione*, sive *perfectionibus*, V. vel, *omnino*, P. *in universum*, M. *universa*, Ca. *integra*, Pi. cum universis[k]: vel, civitas *pacatorum*, JT. id est, Jerusalem, (ad cujus nomen alludit,) in qua pacem perpetuam nobis pollicebamur[l]. Sed manifestum est utrumque *deportandi* verbum de uda prædicari[m]. Vel, deportatione *perfectionum*, Pi. Angl. Nomen ex verbo supplendum. Sic, *integra captivitas*, Amos. 1. 6, 9[n]. Sensus, q. d. Hanc deportationem sequetur altera multò gravior[o]. Captivitas hæc cœpit in Jeconia, perfecta est in Sedecia[p].

20. *Ab Aquilone*] Id est, per Chaldæos[q], & Medos. Hi sunt qui illud effectum dabunt[r]. ¶ *Ubi*, &c? [אַיֵּה הָעֵדֶר נִתַּן לָךְ] *Ubi est grex* (vel, *grex ille*, JT. Pi. populus Judaicus †,) qui *datus* (vel, *commissus*, Pi.) *est tibi?* P. sub. *ô terra*, M. vel, *ô rex*, Angl. sim. G. Pi. vel, *ô Synagoga*, sive *congregatio*, V. Pronomen enim est fœmin[t]. Alloquitur populum[v], sive statum[x], sub persona mulieris[y], cui regimen commissum est[z]. q. d. Ecce, populus tuus dispellitur[a]. ¶ *Pecus inclytum tuum*] Heb. *gloriæ tuæ*, Mo. P. &c. vel, *ornatûs tui*, i. e. quorum præsentiâ ornabaris[b]. *Multitudo populi gloria regis*, Prov. 14. 28[c].

21. *Quid dices* (Quæ nunc mihi & Deo petulanter obstrepis, quid tunc dices[d],) *cùm visitaverit te?*] Ità P. M. &c. id est, cum opprimet te *: sub. *hostis*, M. V. Calv. vel, sub. *peccatum tuum*, Ch. vel, subaud. *Deus*, Q. in V. Pi. per Chaldæos[f], propter iniquitatem tuam[g]. q. d. Tunc compescet Deus proterviam vestram, & obmutescetis cum pudore[h]. ¶ *Tu*, &c. [וְאַתְּ לִמַּדְתְּ אֹתָם עָלַיִךְ אַלֻּפִים לְרֹאשׁ] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. sic P. *Atqui*, Calv. *Cùm*, V.) *tu* (vel, *Et tu quidem*, Ti.) *docuisti* (vel, *docueris*, V. *assuefecisti*, P. Calv. *instituisti*, M.) *eos super*, vel *supra*, *te*, Mo. P. M. JT. &c. (vel, *contra te*, Pi.) *duces in caput*, Mo. vel, *duces & capitaneos*, M. vel, *principes & in caput*, P. vel, *duces in capite* esse, JT. vel, ut velint *esse duces*, *in caput*, Pi. vel *duces*, & *tanquam præcipuos* esse, Ang. Al. ut *contra te duces & capita* essent, Ti. sim. Angl. ad verb. *duces in caput*. Elliptica loquutio, qualis 1 Sam. 15. 23. *à rege*, i. e. *nè rex* esses. Simil. 1 Reg. 15. 13[i]. Sensus, Dux illis fuisti ad idololatriam, 2 Reg. 24. 9[k]. Sed verba hanc interpretationem nullo modo patiuntur[l]. Al. Tu docuisti illos bellare adversùm te, i. e. in damnum & exitium tuum[m]: tu patefecisti illis aditum, & imposuisti ipsos cervicibus tuis[n]; vel, 1. amicitiam & familiaritatem cum eis contrahendo per mercimonia[o]; vel, 2. eorum opem implorando[p], & demissè subjiciendo te illis[q]. Multò antè ab Israelitis acciti fuerant Assyrii[r], per Achazum †. Ezechias Babyloniis thesauros suos ostentaverat, quasi ad prædam eos invitans, Esa. 39. 2[t]. Fœdus contraxerant Judæi cum Chaldæis adversùs Assyrios antequam conjunctæ essent illæ Monarchiæ[v]. Ità exercuisti & acuisti illos in arte militari in tuam perniciem[x]. [Ca. versum sic reddit, *Quid dices cùm in te animadvertet*, *quæ illos contra teipsam docueris duces esse præcipuos?*] ¶ *Numquid non dolores*, &c?] Dolores acerrimi, ὠδῖνες, Matt. 24. 8[y]. Hoc vult, Ut gravida mulier, cùm hilaris est & securè epulatur, subitò corripitur, &c. ità vos securos repentè, & præter spem, obruet interitus[z].

22. *Si dixeris in corde*, &c.] Hypocritæ justitiam sibi arrogant,

Marginal notes (left column): g V. sim. M. Pi. h Calv. i Calv. k Pi. l Me. m T. n T. sim. Me. o Me. p T. q Calv. r Q. in Ma. † Ang. t Jun. v Q. in Calv. sim. M. x Q. in Calv. y G. z Ang. a Calv. sim. Pi. &c. b G. c Calv. † Idem. d V. * Me. f Calv. g Ca. h V. i Pi. k Ang. l Calv. m Ang. ex Heb. Me. ex Hi. n T. o G. Ang. ex He. p Calv. q G. ex Hi. r Calv. † V. * M.

Marginal notes (right column): v Ang. x G. y V. Calv. sim. M. z Calv. a Ang. b V. ex M. c V. Q. in Ang. d Q. in Ang. * Calv. Pi. Ang. &c. f Pi. g G. h Calv. i Pi. k V. l Jun. m Pi. n Ang. o G. p Ang. q G. sic Pi. Calv. r G. † Pi. sim. V. G. t Ang. v Calv. x Ang. y Calv. z Ang. a Ang. b G. sim. Calv. c Pi. d Calv. * V. f Pi. g Q. in V. h Calv. i Ang. k G. l Ang. m T. n Calv. o Me. p Pi. sim. Me. T. Calv. q Ang. &c. r Pi. s Calv. t V. T. &c. v T. x Calv. y T. z G. Calv.

arrogant, non tantùm coram mundo, sed etiam coram Deo, & seipsos decipiunt[a]. ¶ *Revelata*, &c. [נִגְלוּ שׁוּלַיִךְ] *Revelatæ*, vel *retectæ*, *sunt* (vel, *retegentur*, JT.) *fimbriæ tuæ*, M. Ti. Pi. sim. Mo. P. &c. id est, pedes tui; meton. adjuncti[b]: vel, vestis tua; h. e. Pudenda tua nudata sunt[c]. Duplex est usus vestium: alter necessitatis, ad arcendum frigus; alter honestatis, ut tegant quæ honestè ostendi non possunt[d]. Sensus, q. d. Publicæ ignominiæ exponeris*. Al. In captivitatem traherîs miserrimè[f]. Cogêris tunicam tuam succingere, ut expeditè possis ambulare in captivitatem. Confer Esa. 47. 2[g]. ¶ *Pollutæ*, &c. [נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ] *Discoopertæ* (vel, *Vi afflictæ*, Mo.) *sunt plantæ tuæ*, P. sim. Ang. vel, *calces tui*, vel *vestigia tua*, id est, pudenda tua. Bis idem dicit[h]. *Violenter denudati sunt* (vel, *Violenter auferentur*, JT. *Et dispoliati sunt*, M. *Et vi afflicti sunt*, Ti. *Violenter spoliati sunt*, scil. tegumentis suis[i]; Heb. *Violati sunt*, Pi.) *calcanei tui*, Pi. M. Ti. Di. adeò ut nuditas tua palàm sit conspicua; ut calcanei nudi, & quasi παράδειγμα, publicè ignominiæ causâ ostententur. Antecedens est, *revelatæ sunt fimbriæ*; consequens, *spoliati calcanei*, i. e. privati fimbriarum tegumento, quo alioqui, decoris & pudoris causâ, tegi solebant†. Videtur in utroque membro figurata esse locutio: nec enim reteguntur fimbriæ vestis, sed caro corporis, illarum defectu; nec calces vi abripiuntur, sed calcei, &c[k]. [Ca. locum sic reddit, *Ob tui criminis magnitudinem, tui calces, diductis tuis finibus, detecti sunt.*] q. d. Fœdo affecta supplicio es, ut si meretrici, subductis vestis finibus, detegantur ad ignominiam obscœna[l]. Al. Seminudus & excalceatus abducêris, ut captivi solent, Esa. 20. 4[m]. Chaldæus sensum, etsi non verba, bene expressit, *Quia multiplicata sunt peccata tua, revelata sunt pudenda tua, conspecta est ignominia tua*[n].

23. *Si*, &c. [הֲיַהֲפֹךְ כּוּשִׁי עוֹרוֹ וְנָמֵר חֲבַרְבֻּרֹתָיו] *An mutabit* (vel, *vertet*, Mo. vel, *mutare potest*, JT. Pi. Ang. sic Calv.) *Æthiops pellem*, vel *cutem*, *suam*, *& pardus maculas* (vel, *liventes maculas*, JT.) *suas?* P. M. Ti. Pi. &c. Vox נָמֵר hîc & Jer. 5. 6. significare creditur illud animal cujus marem Latini *pardum* vocant, fœmellam autem *variam*, à magna macularum per totum corpus varietate. Vide Plin. 8. 17. Græci utrumque *pardalin* vocant. Sed omnibus his nominibus significari puto lyncem, Anglicè, the ounce, sive catum montanum, qui mediæ naturæ est inter leonem & catum; capite & facie leoni similis; sed corpore, caudâ, pede & unguibus, similis cato. Vox חֲבַרְבֻּרֹת, quæ alibi non occurrit, significat *luridas*, sive *liventes*, *maculas*, quales sunt in corpore ejus qui cæditur. Vide Prov. 20. 30. Esa. 53. 5. Maculæ autem lyncis subnigræ sunt[o]. Nomine כּוּשׁ Arabiam denotari, jam probatum dedimus. [Vide Synopsin nostram ad Num. 12. 1.] Unum hunc Jeremiæ locum opponunt, eúmque conferunt cum adagiis veterum, *Æthiopem lavas*, &c. Hinc colligunt Æthiopes, non Saracenos, hîc intelligi. Sed Saraceni etiam nigricantes sunt, *colore inter fulvum & nigrum*, inquit Ludov. Vartomannus Navigat. 1. 8. qui diu Mecchæ degit. Nec de nihilo est quòd עֲרָבִי *Arabs*, עֶרֶב *vespera*, & עֹרֵב *corvus*, sunt ab eadem radice[p]. Sed non deserenda est recepta ab omni ævo interpretatio, Cusæos esse Æthiopes, qui à nigro colore per omnia secula notati fuerunt. Nec obstat, quòd Cusæi reperiantur in parte Arabiæ prope mare Rubrum: quia indè forsan facilis erat transitus in Æthiopiam; & frequentes sunt populorum transmigrationes à locis quæ primùm occupârunt[q]. ¶ *Et vos*, &c. [גַּם אַתֶּם וגו'] *Etiam vos poteritis benefacere*, *docti* (vel, *assueti*, P. sim. Ti. vel, *qui docti estis*, M.) *malefacere*, Mo. P. &c. *Vos*, i. e. tu, Rex, & mater tua[r]. Vos Judæi†. Ostendit hic locus difficultatem maximam in mutandis moribus diu inolitis. Euenus vetus poeta, Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεν, φίλε, καὶ δὴ Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι (*Quod meditare diu, durabile fiet, amice, Atque id naturam credo mortalibus esse.*) Hieronymus hoc loco, *Quicquid discitur non naturæ est, sed studii & propriæ voluntatis, quæ nimiâ consuetudine, & amore peccandi, quodammodo in naturam convertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est*[s]. Sed non tangit fontem hujus mali, peccatum nempe originale. Indè enim est tam difficile mutare consuetudinem peccandi, quia naturæ peccatum intimè infixum est; adeò ut unius Dei sit nos convertere, &c[v]. Vera quidem est hæc sententia, & aliunde confirmatur, non autem ex hoc loco. Non enim de natura hominis simpliciter agit, sed de habitu quem Judæi contraxerant longo peccandi usu. Significat eos ità obduruisse in sua pravitate, ut resipiscere nequeant, ut non sint compotes mentis, nec ullum in illis sit judicium, vel discrimen boni & mali; denique, ut sint prorsus incurabiles, ut in morbis corporis chronicis contingere videmus[x]. Non impossibile est, malè assuetum corrigi, sed difficillimum & rarissimum[y]: possibile tamen est per Divinam gratiam, si hanc ferventer imploret, &c[z]. Dico cum Christo Matt. cap. 19. vers. 26. *impossibile hoc esse apud homines, sed apud Deum possibile*[a].

24. *Disseminabo eos*] Exsilium designat[b]. ¶ *Quasi stipulam quæ vento*, &c. [לְרוּחַ מִדְבָּר] *Ad* (vel, *propter*, M.) *ventum* (i. e. quæ vento rapitur*; vel, quæ transit *coram vento*, Sy. sim. Ch.) *deserti*, Mo. P. Ti. JT. &c. h. e. Australem, qui ibi & vehementissimus erat, concitans turbines & procellas, & pestiferus. Significat itaque maximum impetum vindictæ suæ[c]. Al. Alludit vel ad Ægyptios, &c[d]. vel, ad desertum illud inter Jeros. & Babylonem*. Al. quæ feruntur *à vento in desertum*, o'. [Forsan *ventum deserti* vocat, quia ibi ventus liberiùs & vehementiùs furit, utpote nullis obstaculis impeditus.]

25. *Hæc sors tua*] Mutatio numeri & generis[f]. Ad fœminam hîc loquitur, nempe ad Regis matrem[g]. Imò potiùs, ad statum Judaicum[h]. ¶ *Pársque*, &c. [מְנָת מִדַּיִךְ מֵאִתִּי] *Sors*, vel *pars*, vel *portio*, *mensurarum tuarum* (vel, *mensuræ tuæ*, M. Ti. vel, *demensa tibi*, JT. Pi. Alludit ad antiquum morem: Agros & prædia olim partiebantur funibus, postea decempedis, hodie perticis[i].) *à me*, Mo. P. sub. *est*, M. Ti. &c. i. e. pars hæreditatis quam à me accipies: q. d. Consequêris hæc à me, & tibi evenient[k]. [Alii locum sic reddunt,] *Hæc erit merces tua, & pars proportionalis*, Strig. *Hæc tibi sors conditionis à me admetienda est*, Ca. q. d. Sors & hæreditas vestra non est Deus, ut vos stultè gloriamini, sed exsilium, &c[l]. ¶ *Confisa es in mendacio*] Id est, re vanâ & fallaci[m]; vel, idolis[n]; vel, ope Ægyptiorum[o].

26. *Nudavi*, *&*, &c. [חָשַׂפְתִּי שׁוּלַיִךְ עַל וגו'] *Detexi* vel, *Nudavi*, P. M. *Nudabo*, Ti. *Subducam*, Ca. *Revelabo*, i. e. Nudando rejiciam[p],) *fimbrias tuas* (vel, *vestes tuas*, V. *sinus tuos*, Ca.) *super facies tuas*, Mo. sic Ti. Calv. (vel, *contra faciem*, &c. P. *in faciem*, &c. Ca. Calv. vel, *in facie tua*, M.) *& apparuit* (vel, *& apparebit*, conspicietur ab omnibus[q]; vel, *ut appareat*, M.) *ignominia tua*, Mo. V. &c. Al. *Denudaturus sum te*, JT. Pi. *fimbriis tuis obductis faciei tuæ*, &c. JT. vel, *fimbrias tuas* traham *super faciem*, &c. Pi. Attollam vestes tuas super caput tuum: quod ignominiæ causâ fœminis fieri solet, præsertim belli jure captis[r]. [Vide dicta ad v. 22.]

27. *Adulteria tua*, *&*, &c. [וּמִצְהֲלוֹתַיִךְ זִמַּת זְנוּתֵךְ וגו'] *Et hinnitus* (vel, *exsultationes*, P.) *tui*, Mo. Ti. JT. Pi. (vel, *tuæ*, P. vel, *tuos*, M.) *fœditas* (vel, *scelus*, V. vel, *cogitationem*, Calv.) *fornicationis tuæ*, Mo. P. (vel, *infandum scelus scortationis tuæ*, Ti. vel, *scelesta scortatio tua*, JT. Pi. sub. *fuerunt*, JT. vel, *peraguntur*, Pi. vel, *conspicua erunt*, V.) *super colles*, vel *in collibus*, *in agro*, Mo. JT. vel, *in ipso agro*, P. *& in campo*, M. Ti. & *in agris*, Pi. Apparebit quàm laxa facta sis libidines tuas explendo†. Voce *hinnitûs* exprimit furiosum illum impetum, similem illi in equis vel tauris[t]. [Vide dicta ad Jer. 5. 8.] Pluribus verbis figuratè notat idololatriam illorum[v]. ¶ *Vidi* (vel, *Video*, Ca. q. d. Mittite excusationes, res jam à me cognita est[x]:) *abominationes tuas*] Et idololatriam, & libidines quæ eam comitabantur[y]. Verùm hîc tantùm de superstitionibus eorum loquitur. Mihi hîc probatur perpetuus contextus; locum itaque sic lego, *Adulteria tua, & hinnitus tuos, cogitationem scortationis tuæ super montes in agro vidi, abominationes tuas:* hoc postremum per appositionem lego[z]. ¶ *Væ tibi*, &c.] qu. d. Justè addicti estis exitio; nec ullam habetis querimoniæ causam[a]. ¶ *Non*, &c. [לֹא תִטְהֲרִי אַחֲרֵי מָתַי עֹד] *Non mundabis*

a Calv. b Pi. c V. d Calv. * Calv. f sim. Mo. T. f Jun. g Pi. h V. i Di. † Di. k Ang. l Ca. m G. n Di. o Ang. p B?. 4. 2. 244. q Ang. r G. † Calv. s G.

v Calov. x Calv. y T. e. Th. & Thom. &c. z T. a E. b Calv. * V. c Calv. d Q. in Calv. * Q. in Ang. f V. g G. h Ang. i Calv. sim. Ang. k V. l Calv. m V. n G. o Pi. sim. Calv. p V. q V. r G. † G. t Calv. v V. sim. Calv. x Calv. y G. z Calv. a Calv.

bis te, sive *mundaberis*, *posthac*, Mo. M. *quando adhuc*, Mo. vel, *aliquamdiu*, M. i. e. Non mundaberis postquam es inquinata, & priusquam in captivitatem ducta fueris [b]. *Deinceps aliquamdiu non purgaberis*, Ca. *Non mundaberis*, aut *post quando adhuc*, i. e. aut id fiet quando reliqueris idololatriam tuam, & abducta fueris in captivitatem [c]. Vel, interrogativè, aut *post quando adhuc?* vel *rursus?* sub. *mundaberis*. q. d. Non dabis operam ut munda sis: aut, si id facias, quando tandem id erit? q. d. non ante captivitatem [d]. Al. sic, *Num* (vel, *Annon*, Pi.) *mundabis te? post quantum adhuc temporis?* JT. Pi. scil. mundabis te *. *Non mundaberis tandem?* Ti. V. G. (vel, *posthac?* Calv.) *quousque ultrà?* sive *adhuc?* Ti. V. Calv. vel, *quando verò?* G. sic Ang. sub. *id erit*, Ang. i. e. Annon hæc tam fœda Regis & Augustæ tractatio te ad mentem meliorem vertet [f]? Non facies unquam finem? non potero hoc abs te impetrare, cùm toties te exhorter? quousque tandem ista tua obstinatio me arcebit, ut non possim te ullis sanis monitionibus subigere [g]? *Non mundaberis* (i.e. Non curas ut te à peccatis & idolis emundes [h]) *post me:* (sub. *ut curras*, & cultum meum sequaris [i]:) *usquequo adhuc?* Me. & T. ex Vulg. scilicet, talis eris? vel, exspectabo ut resipiscas? quousque te feram, & furorem continebo, ne te perdam [k]? q. d. Frustrà exspecto, desperata est correctio tua: non est cur te non è vestigio exscindam. Ità ferè Hi. Th. La. &c [l].

[b] M. ex K. [c] Q. in V. [d] Al. in V. * Pi. [f] G. [g] Calv. [h] Me. sim. T. [i] T. sim. Me. [k] Me. sim. T. [l] T.

CAP. XIV.

1. VErbum, &c. [אֲשֶׁר הָיָה] *Quod fuit verbum Domini*, Mo. *Verbum Jehovæ quod fuit*, P. *Verbum quod fuit à Domino*, M. sim. Ti. Ar. Titulus hic est duorum capitum sequentium: olim ea erant indivisa. Confer Jer. 1. 2 [a]. ¶ *De*, &c. [עַל דִּבְרֵי הַבַּצָּרוֹת] *Super verba*, sive *verbis*, (vel, *de rebus*, M. Ti. *de negotiis*, Ch. V.) *prohibitionum*, Calv. Mo. P. V. vel, *caristiarum*, M. vel, *retentionum*, Ti. sub. *imbrium*, V. sim. P. G. Ang. Causa pro effectu. Nam retentionem aquarum sequitur sterilitas; sterilitatem, annonæ caritas & fames [b]. בַּצָּרָה sign. *escarum pretium*, à בָּצַר *prohibere* [c]. *Prohibitiones* vocat siccitatem cœli, & terræ sterilitatem: quia ut cœlum & terra se aperiunt, &c. in alimenta nostra; sic Deus illa cohibet & claudit [d]. Vox pluralis hîc denotat siccitatem fuisse diuturnam. Confer Esa. 58. 11 *. דָּבָר sign. & *verbum*, & *negotium*: hîc autem דְּבַר, *verbum* Dei, opponit τοῖς דְּבָרִים, hominum *sermonibus*, quos de illa sterilitate ultro citròque inter se habebant: q.d. Postquam hinc indè quæsierint penuriæ illius causas, tamen hæc est una, [vel unica;] quòd scilicet Deus pœnas exigere vellet de ipsorum sceleribus [f]. Prædicit hîc Jeremias insignem famem & annonæ penuriam [g], vel siccitatem magnam, quæ incidit vel, 1. in initium regni Sedeciæ [h], ante obsidionem [i]; vel, 2. in tempus obsidionis, Jer. 52. 6 [k]. Sed fames illa erat in urbe, defectu panis: hæc in tota terra, defectu pluviæ, v. 4, &c. Vel, 3. in tempus Joacimi; quando jejunium (quod à Judæis aut habitum, aut jam tum habendum, fuisse colligitur ex v. 12.) institutum fuisse legimus Jer. 36. 9. cujus forsan hæc occasio erat. Adde quòd Hebræi præcedentem prophetiam, in capit. 11. & 12. contentam, sub regno ipsius traditam fuisse existimant. Vide ad Jerem. 12. 4. unde colligi posset talem fuisse siccitatem qualis hic describitur [l]. [Alii vertunt,] *de* (vel, *super*, Ca.) *siccitate*, Pi. ο'. sim. Sy. Ar. Hoc ipsum ἀνομβρίαν vocat Josephus in rebus Eliæ. עַל דִּבְרֵי Hebræis nihil aliud est quàm, *propter* [m]. Al. *super verbis cohibitionum*, JT. i.e. deprecationibus quas Propheta & boni fundebant coram Deo, ut amolirentur judicia Dei publicè denunciata [n].

2. *Et portæ ejus* (i. e. urbes [o], ut Exod. 20. 10. Deut. 16. v. 5. Jerem. 15. 7. Lam. 1. 4. & incolæ [p],) *corruerunt*, [אֻמְלְלוּ קָדְרוּ לָאָרֶץ] *Infirmatæ* (vel, *desolatæ*, M. simil. Ch. Sy. *exhaustæ*, G. *vacuæ factæ*, ο'. simil. Ar. *deformatæ*, Ti. *excisæ*, Ca. *debilitatæ*, vel *dissipatæ*, Calv.) *sunt*, Mo. P. (vel, *elanguescent*, JT. Pi. ut nemo per eas ingrediatur aut egrediatur [q]:) *obscuræ*, vel *obscuratæ*, *sunt* (i. e. quæ priùs erant claræ, erunt nominis obscuri, & nullius pretii [r]: vel, *nigruère*, Mo. *pullatæ*, Ca. *contenebratæ sunt*, ο'. sim. Ar. [Et hi ad portas referunt: alii ad homines, & sic reddunt;] *obtenebrati sunt*, Calv. *mœrore affecti sunt*, M. sim. Calv. *atrati erunt*, JT. Pi. ut lugentes: vel, nigrescunt in facie, ex dolore vel fame, Lam. 4. 8. Apoc. 6. 5 †.) *in terra*, P. Ti. Calv. Mo. vel, *usque ad terram*, M. sic Calv. vel, cadent *in terram*, ex deliquio animi propter famem; ellipsis verbi relati [c]: vel, jacentes *humi*, JT. jacent *humi*, Ca. q. d. Sic projecti sunt, ut jaceant in pulvere, neque audeant attollere capita, neque etiam possint, inediâ scilicet & fame attriti; [sed neque velint,] & tenebras captant, eo testantes se nolle communi luce frui, quia ipsis odiosa est [v]. ¶ *Clamor Jerusalem* (urbis per se minimè aquosæ; vide Esa. 22. 9. & Tacit. Histor. 5 [x]: vel, *Jerosolymitarum*, Ca. &c.) *ascendit*] Ob defectum cibi [y]. Clamor desperationem exprimit. Destituti consilio, nec locum habentes querimoniæ, ut curas suas in sinus proximi exonerent, omnes ejulant [z].

3. *Majores* (vel, *Magnifici*, M. JT. Pi. *Magnates*, Ti. V. sim. Ca. G. Mo.) *miserunt minores suos* (i. e. inferioris dignitatis [a]; servos aut domesticos suos [b]: vel, *minimos suos*, JT. vel, *parvulos suos*, Pi.) *ad aquam*] Supple, *quærendam*, G. ¶ *Venerunt* (vel, Qui *venerunt*, P. sim. Pi. Ca. vel, Qui *cùm venissent*, Ti.) *ad hauriendum*, [עַל גֵּבִים] *Ad fossas*, Mo. P. JT. Pi. profundiores scil [c]. vel, *lacus*, M. vel, *puteos*. Sunt aliqui putei qui perpetuò scaturiunt, qui tamen hîc aquam non suppeditârunt. Ità defecit naturæ ordo, nec tamen Deum sibi infestum sentiebant. Ità stuporis eos coarguit †. Vel, *lacunas*, in quibus solet aqua pluvia asservari [d]. Vel, *cisternas*, Calv. G. ex Ch. optimè. Vide Tacitum dicto loco de Hierosolymis *. ¶ *Reportaverunt*, &c. [שָׁבוּ כְלֵיהֶם רֵיקָם] *Reversi sunt* (vel, *Revertentur*, JT. Pi.) *vasis* (vel, cum *vasis*, P. M. Ti. JT. Pi.) *suis vacuè*, Mo. vel, *vacui*, P. *vacuis*, M. JT. Pi. in *vacuitate*, V. Extraordinariam Dei vindictam exprimit [f]. ¶ *Confusi sunt*] i. e. Indoluerunt [g]. ¶ *Operuerunt capita sua*] Vel, ex pudore [h]; vel, ex more lugentium [i]. Vide 2 Sam. 15. 30 [k].

4. *Propter*, &c. [בַּעֲבוּר הָאֲדָמָה חַתָּה] *Propter humum attritam*, Pi. sim. Mo. JT. G. i. e. rimas agentem ex æstu Solis [l]: vel, *fractam*, G. vel, *afflictam*, propriè, *contritam*, i. e. concisam & pulverulentam; ut in gravissimo æstu videmus terram quasi liquescere in pulverem, perinde ac si in mortario esset attrita [m]. Eò quòd *terra erat contrita*, P. vel, *vastata*, M. *vitiata*, Ca. vel, *emarcuit*, Ti. Al. *Et opera terræ defecerunt*, LXX; sim. Ar. *Propter peccata habitatorum terræ contriti sunt*, Ch. sim. Sy.

5. *Nam*, &c. [כִּי גַם אַיֶּלֶת בַּשָּׂדֶה יָלְדָה וְעָזוֹב] *Nam* (vel, *Quin*, Ti. JT. Pi.) *etiam cerva* (quæ timida est, ideòque errare solet in montibus & sylvis, &c. herbam ibi non jam reperiens, præ fame venire cogitur in loca plana [n].) *in agro peperit*, & *dereliquit*, vel *derelinquet*, P. JT. &c. vel, *relinquere*, Mo. vel, *relinquendo* reliquit, Angl. sub. *eum*; ellipsis pronominis [o]: vel, sub. *fœtus suos*, V. sim. G. Pi. quos alioqui maximè amare solet [p], eósque propriæ vitæ præferre [q], vide Plin. 8. 32; quòd, pastu destituta, lac non haberet unde fœtum aleret [r]. Ostendit prodigium fuisse in hac vindicta, &c †.

6. *Et onagri* (asini sylvestres [s], qui tamen inediam diu perferunt [v],) *steterunt in rupibus*, [עַל שְׁפָיִם] *Super semitas*, Sy. Chald. habet, עַל נַגְרִין, [quod Latinus Interpres reddit, *super torrentes*,] absurdè. An onagri siti affecti super fluenta consisterent ventum haurientes, cùm satis aquæ juxtà haberent [x]? ο'. hîc habent, ἐπὶ νάπας, *super valles*. Etymol. Græc. Lat. νάπη, *saltus, vallis*. Hanc interpretationem laudo, non hîc tantùm, sed & alibi. Vide suprà 4. 11. præsertim Num. 23. 3 [y]. Quæ minimè placent. 1. Νάπος & νάπη, sicut & *saltus*, tam in montibus quàm in vallibus reperiuntur, & montibus potiùs quàm vallibus accensentur. Etymologo, an Glossatori? ignoto illi oppono, tum alium ejusdem locum, *Saltuarius*, inquit, ὀρεοφύλαξ· tum Hesychium, Νάπη, inquit, *locus sylvosus & montanus*; tum etiam Suidam, qui eadem verba adhibet. Adde quòd ο'. hâc voce exprimunt, modò, Heb. גֵּאוֹת *valles*, Ezec. 6. 3. modò,

[a] G. [b] V. [c] M. [d] Calv. * Ang. [f] Calv. [g] V. [h] G. sim. M. & T. ex San. [i] Me. T. ex San. [k] Q. in Ang. [l] Ang. [m] G. [n] Jun. [o] G. Ang. M. Pi. Calv. &c. [p] Ang.

[q] Mc. [r] V. † Ang. [c] Pi. [v] Calv. [x] G. [y] Pi. [z] Calv. [a] V. [b] G. sim. Me. Ang. &c. [c] Calv. † Calv. [d] Q. in V. * G. [f] Calv. [g] G. [h] Pi. [i] V. sim. G. Me. T. &c. [l] Pi. [m] Calv. [n] Calv. [o] Ang. [p] V. sim. G. [q] Calv. [r] G. † Calv. [s] Me. [v] Calv. [x] Ga. adv. c. 23. p. 261. [y] Di.

modò, גבעור *colles*, Esa. 40. 12. Nulla ergò causa erat cur vir Cl. *valles* potiùs quàm *montes* redderet. 2. Ipse Dieusius ad Jer. 4. 11. hæc habet, *Ventus convallibus, à radiis Solis reverberatis & conduplicatis, torridus fit & arefacit.* Quæ jugulum causæ ipsius petunt. Onagri enim, æstu sitique vexati, non fervidum aerem, quod instar prodigii esset, sed liquidum frigidúmque, appetunt, eóque ad colles, in quibus liberrimè spirant, sedulò conniuntur. Nec ullus locus magis idoneus erat & ad Solis ardorem arcendum, & ad flatum liberiorem excipiendum, qui inter arbores locis editioribus consitas, & consertas invicem, & convenire frequentior, & spirare vegetior ac jucundior, assolet. Ità ex hoc uno loco satìs refellitur ista vocis שפים significatio, de qua fusiùs egit ad Num. 23. 3. Vide plura ad Esa. 41. 18. Jer. 3. 2, 21. & 4. 11 [z]. [Hìc etiam ità reddunt:] *Super editis locis*, Mo. P. M. *in clivis*, JT. Pi. *in cacuminibus*, Ca. *super colles*, Ar. *in verticibus montium*, Ti. ¶ *Traxerunt*, &c. שאפו רוח כתנים] *Haurient* (vel, *Sorbuerunt*, Mo. *Attraxerunt*, P. M.) *ventum* (nempe vice aquæ [a], ad sitim levandam. Ventum hanc vim habere constat ex Aristot. qui refert, capras in Cephalenia non bibere diebus singulis, sed ad flantem auram conversas hiantésque hausto vento refici [b]. In altis locis liberior est ventus [c].) *tanquam dracones*, JT. Pi. &c. qui calore interno uruntur [d]; qui, ob calidissimum sanguinem, quærunt frigora. Ideóque & elephanti sanguinem, qui frigidissimus est, appetunt, Plin. lib. 8. 12 *. Scribit Ælian. 2. 19. dracones quotidie per aliquot horas erecto capite stare, & ore hiante cœlum versùs, & aspiratione suâ, tanquam illecebrâ quadam, non solùm aerem, sed & volantes aves, ad se trahere. Ità Poeta de bove, —*bucula cælum Suspiciens patulis captavit naribus auram* [f]. ¶ *Defecerunt oculi eorum*] Quamvis naturâ acerrimi, teste Damire †: huc illuc aspiciendo scilicet, si fortè alicubi conspicerent herbam [g]. Al. Præ macie acti sunt introrsum [h].

7. *Si* (vel, *Quandoquidem*, JT. Pi. *Etsi*, Strig. Ang. ut Jer. 5. 2 [i].) *iniquitates nostræ responderint nobis*; sic Ti. ענו בנו] *Responderint* testimonium *contra nos*, M. *nos accusant*, Ca. *testantur contra nos*, JT. Pi. Ang. Sy. sim. Ch. Mo. P. G. Calv. q. d. Conscientia nostra nos damnat, non possumus subterfugere. Conjungit se cum reliquis, tum quia personam populi suscepit; tum quia unus erat ex populo, nec ipse à culpa immunis. Confer Dan. 9. 5, &c[k]. *Nobis obstrepunt*, Strig. Contra nos in judicio stant, quasi accusatores & testes, vindictam clamantes [l]. ¶ *Fac propter nomen tuum*] Ità nobiscum age, ut memineris nos tuos esse [m]. Age nobiscum secundùm misericordiam tuam, ut celebretur nomen tuum ob clementiam, &c [n]. Fac clementer propter gloriam tuam, licèt nihil tale mereamur [o]. A te causam misericordiæ sume, quia in nobis nulla est [p]. Al. *Fac propter nomen*, &c. i. e. quicquid ad illud sanctificandum Divina providentia & justitia deposcit. Nolumus, sed neque possumus, intervertere Divina decreta tua. Supplices tantùm advolvimur genibus tuis [q]. ¶ *Quoniam* (Malim, *Si*, G.) *multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus*] Vicinos nostros non offendimus: de tuo jure agitur [r].

8. *Exspectatio Israel*; ità Mo. P. &c. מקוה וגו] *Spes*, &c. M. JT. Pi. Di. ut 1 Par. 29. 15. Esræ 10. 2 †. is in quo sperat Israel [t]. *Spei* nomen hìc non refertur ad fidem Israelitarum, quæ tum ferè nulla erat; sed ad promissionem Dei, & fœderis perpetuitatem [v]. Al. *Piscina*, &c. q. d. in qua Israel lavatur [x]. ¶ *Quasi colonus*, &c?] Solent conductores terram exhaurire, quia ipsorum non est: at hæc tua est [y]. ¶ כגר בארץ] *Veluti peregrinus in terra?* Mo. P. JT. Pi. *hac?* JT. Pi. Cur adeò aversus es, ut nos non magìs cures quàm si nullâ nobiscum necessitudine conjunctus esses †? ¶ *Quasi viator declinans ad manendum?* ללון] *Ad pernoctandum?* Mo. P. M. Sy. &c. Viator de salute ejus terræ per quam transit solicitus non est. Tu autem hìc non diverteris, sed habitas [z]. At pollicitus es te semper fore in medio populi tui [a], 2 Par. 33. 7, 8 [b].

9. *Veluti vir vagus?* נדהם] Alibi in S. S. non est [c]. *Dormiens?* o'. Ar. *imbecillis?* Sy. *somniculosus?* Ca. *attonitus?* Mo. P. Ti. Calv. Ang. sic M. &c. *territus?* Calv. Ma-

z Ga. ib. — a G. — b Pi. — c G. — d Calv. — * G. — f BA. 1. 3. 16. 877. — † Idem. — g V. — h G. — i Ang. — k Calv. — l T. sim. Mc. — m G. — n V. — o Mc. — p Calv. — q T. — r G. — † Di. Ang. — t V. sim. Pi. — v Calv. — x Hc. in Di. — y G. sim. Mc. T. — † Ca. — z G. — a Calv. Ang. — b Ang. — c G.

rin. & Pagn. in Ma. ut vox דהם sumitur in Arab. vers. Luc. 24. 38 [d]. q. d. homo sylvestris sive ferus *: *obmutefactus*, Forst. & Merc. in Ma. acsi affinis esset τῷ דום *siluit* [f]: *fatiscens*, JT. Pi. q. d. homo defessus præ anteactis laboribus, quasi non posses ampliùs servare nos [g]. נדהם sign. *pavidum*, qui præ stupore & pavore huc illuc vagatur & discurrit: q. d. Videris nos fugitare territus sceleribus nostris †. Al. Arabibus דהם est, *supervenire*. *Quare similis esses viro principi qui, superveniens alicui periclitanti, non satis validus est ad eum liberandum* *? ¶ *Tu—in nobis es*] Non transis aut supervenis [h]. ¶ *Nomen tuum*, &c.] q. d. Dicimur tui [i]. Non jactat operum dignitatem, aut satisfactiones; sed objicit Deo tantùm nomen suum, & promissionem, & à fœdere gratuito pendet [k].

10. *Populo huic*] Vel, *de populo hoc*, Calv. Angl. Ità ל sumitur Esa. 8. 12. & 27. 2. &c [l]. ¶ *Qui*, &c. כן אהבו לנוע] *Ità* (vel, *Quia*, Pi. vel, *Sicut*, Calv. Quia sic, M. Ca.) *dilexerunt*, vel *diligunt*, (vel, *voluerunt*, M. *expetiverunt*, P.) *movere se*, Mo. P. vel, *vagari*, M. Ca. Calv. V. sic JT. Pi. Sy. Ang. vel, *discursare*, V. sub. *ad opem quærendam*, V. sim. Pi. &c. ad vana auxilia, deinde ad idola. Exprobrat eis levitatem & inquietudinem, oppositam quieti illi Esa. 30. 15. quòd in periculis diversa agitabant consilia, & huc illuc raptabantur, &c [m]. Me neglecto, nunc huc, nunc illuc, discursârunt, suprà 2. 18. faciam ut egregiè discurrant [n]. Odit Deus πολυπραγμοσύνην & diffidentiam quærentem inconcessa præsidia [o]. Infidelitas hìc damnatur [p].

11. *Noli orare*, &c.] Intellige, 1. de populo, non de reliquiis: 2. de exsilio, quod immutabiliter decrevit, non de vita æterna [q]. Vide ad Jer. 7. 16 [r]. & 11. 14 †.

12. *Non exaudiam preces eorum*] Quia hypocritæ erant: alioqui non potest Deus exuere illud quod ei quasi essentiale est, nempe, ut exaudiat preces in veritate factas [t]. ¶ *Gladio, & fame, & peste*, &c.] Quæ vel singula sufficerent. Sunt hæc tria gravissima iræ Divinæ instrumenta. Vide 2 Sam. 24. 12, 13 [v].

13. *A*, &c. אהה] *Aha*, JT. *Ah*, Pi. Particula vel dolentis, vel stupentis [x]. ¶ *Prophetæ dicunt eis*, &c.] Vide & infrà 23. 17. Adfert hoc Jeremias, ut leviorem faciat populi culpam [y]. Non spontè ità insaniunt; sed ipsi prophetæ, nomine tuo, illos securos esse jubent, &c [z].

14. *Falsò* (vel, *Falsum*, Mo. P. Ca. *Mendacium*, M. Ti.) *prophetæ vaticinantur in nomine meo*] q. d. Nomen meum sæpe impiè profanatur ab hominibus. Non ergò sufficit prætextus muneris prophetici; sed prudentia adhibenda est, nec facilè & temere, vel absque delectu, credendum est omnibus vaticiniis [a]. Deus hanc excusationem non recipit. Neque enim credere debuit populus iis qui blandiendo fovebant vitia; neque ex ulla prædictione circumstantiis, ità ut oportet, bene definita ac circumscripta, & secuto eventu, fidem fecerant se à Deo mandatum habere. Vide ad Deut. 18. v. 22 [b]. ¶ *Et*, &c. וקסם ואליל] *Et divinationem*, Mo. P. &c. (vel, *divinatione*, JT. Pi.) *& nihil*, Mo. P. vel, *vanitatem*, M. Ti. *futilia*, Ca. *re nihili*, JT. Pi. Al. *& divinationem, quæ nihili est*, Angl. ut Esa. 4. 5. *nubes & fumus*, pro nube fumosa. Vide & Esa. 19. 20. &c [c]. ¶ *Prophetant vobis*] Simil. P. M. &c. vel, *apud vos*, Pi. vel, *bono suo*, JT. Heb. *sibi*, Jun. [Vel itaque exemplar ejus, pro לכם, habebat להם; vel, per ἀκυρολογίαν sic legit.]

15. *De prophetis*, &c.] Ità M. Pi. &c. vel, *contra prophetas*, &c. JT. *Quod attinet ad prophetas*, &c. Pi.

16. *Et populi*, &c.] Peribunt & seductores & seducti, Ezec. 33. 6 [d]. Sed duræ videntur hæ pœnæ, quum Judæi aliunde decepti sunt. Resp. Non decepti sunt nisi propriâ culpâ; quia magìs propensi erant ad vanitatem, quàm ut Deo se subjicerent; & mendacium ultro appetebant, ut illi Rom. 1. 25; & prophetas blandientes semper optabant. Porrò, Deus pseudo-prophetas mittit, ut exploret quinam sinceri sunt, & ut hypocritas puniat *. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Pi. *Adeò*, JT.) *effundam super eos malum suum*] Ità M. Mo. P. id est, pœnam militiæ respondentem [f]. Vel, *malitiam suam*, sive *ipsorum*, Ti. JT. Pi. *Eósque ego suo scelere perfundam*, Ca. Puniam eos ut digni sunt [g].

17. *Deducant oculi mei lacrymam*, &c.] Hæc ipsa verba vult [Deus] Jeremiam loqui, ut perterrefiat populus,

d Ang. — * Calv. — f Ang. — g Jun. — † Mc. — * G. — h G. — i V. — k G. — l Ang. — m Calv. — n G. — o Strig. — p Calv. — q Calv. — r G. Ang. — † Pi. Ang. — t Calv. — v G. — x Calv. — y G. sim. Mc. — z Calv. — a Calv. — b G. — c Ang. — d G. — * Calv. — f G. sim. Pi. — g Calv.

pulus[h], eósque tandem pudeat socordiæ suæ†. ¶ *Virgo*, &c.] Sic eam vocat, quoniam Deus hactenus Judæis pepercerat[i]. ¶ *Plagâ*, &c. מַכָּה נַחְלָה מְאֹד] *Plagâ* (vel, *percussione*, JT.) *dolorosâ* (vel, *durâ*, P. *infirmâ*, Mo. *ægrâ*, JT. Pi.) *valde*, M. sim. Ti. &c.

18. *Attenuati*, &c. תַּחֲלוּאֵי רָעָב] *Dolores famis*, M. sic ο'. Ar. *ægrotantes* (vel, *confecti*, Ti. V. *infirmati*, Mo. *laborantes*, V. *languentes*, Ca.) *fame*, P. JT. &c. ¶ *Propheta*, &c. כִּי גַם נָבִיא גַם כֹּהֵן סָחֲרוּ אֶל אֶרֶץ וְלֹא יָדָעוּ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Imò*, Ang. *Sed*, Ti.) *etiam* (vel, *tum*, P. JT. Pi.) *vates* (vel, *propheta*, Calv.) *etiam* (vel, *tum*, P. JT. Pi.) *sacerdos* (pseudo-prophetæ applaudens & colludens[k]) *circuierunt*, vel *circumeunt*, (quâ voce exprimit longum iter quo in captivitatem ducendi erant[l]: vel, *circuient* ut eant captivi, M. vel, *abierunt*, ο'.) *in* (vel, *per*, Di.) *terram*, sive *regionem*, Mo. P. M. Ti. Calv. (vel, *nundinantur contra terram*, JT. Pi. i. e. contra incolas terræ, nempe Judææ; decipiendo scilicet eos falsis prophetiis, atque ità venale exponendo Verbum Dei, id quod hîc *nundinari* dicitur[m]. Vel, *conversi sunt ad negotiationes suas, ad id quod est in terra*, Ch. סְחוֹר אֶל אֶרֶץ, vel אֶרֶץ, est, *circuire terram negotiandi causâ*, quod ἐμπορεύεσθαι (*negotiari*:) unde & hîc [in ο'.] ἐμπορεύθησαν legendum videtur; non, ἐπορεύθησαν. Vide Gen. 34. 10, 21. & 42. 34. 2 Par. 9. 14. Prov. 3. 14. & 31. 14. Ezec. 27. 21. Ergò & hîc sensus est, Tam prophetas illos falsos, sive Scribas, ut hîc habet Chaldæus, quàm sacerdotes pariter id egisse, ut stultitiam populi sibi haberent quæstui: quod verum esse etiam suprà 5. 31. didicimus[n]. [Ultima autem verba sic reddunt:] *quam nesciunt*, M. Ti. sic ο'. Ar. Ang. vel, *& non cognoverunt*, Mo. P. i. e. vagando venerunt in terram imprudentes[o]. *Et non agnoscunt*, JT. *nec* tamen istud *animadvertitur*, Heb. *nec cognoverunt*. Impersonaliter dictum[p]. *Nec requisierunt*, Ch. *nec animadvertunt*, Sy. Judæi non intellexerunt se decipi agyrtarum dolis[q]. *Et nescient*, vel *non intelligent*, Calv. Id est, vel, 1. post multos circuitus non intelligent exsilium esse justam scelerum pœnam, adeò cæci sunt[r]: vel, 2. *circuibunt*, h. e. quærent vana subterfugia, sed tandem sentient mentem sibi divinitus ablatam esse; profectò carebunt omnia eorum consilia, quæ diu agitabunt; Deus in nihilum rediget eorum astutias†. Vel, *at non agnoverunt*, supp. *ulli eos*, i. e. non fuerunt agniti; nam impersonale est: ut Job. 7. 3. *constituerunt mihi*, i. e. constitutæ sunt. Sensus est, Fames invasit omnes, etiam prophetas & sacerdotes: etsi enim hi ipsi totam regionem peragrârint quærendi cibi gratiâ, & muneris sui causâ præferendi, ac præ cæteris alendi, viderentur; tanta tamen erat penuria, ut nemo eorum rationem habere dignatus sit[t]. Cùm autem id non adeò dolendum videtur, seductoribus hæc obtigisse, veros Dei Prophetas (quales erant Ezeciel & Daniel, qui in captivitatem abducti erant,) & Sacerdotes hîc intelligunt[v]. [Alii locum sic reddunt:] *Et vatibus & sacerdotibus in ignotam sibi terram profectis*, Ca. sim. Strig.

19. *Abjecisti Judam?*] Sicut abjecisti decem Tribus[x]. Videtur subesse ironiæ species: nam etsi precatur pro eis, simul tamen monet eos quàm stultè sibi impunitatem promittunt; Deúmque, si illos perdat, tamen fore in suis promissis fidum & constantem[y]. ¶ *Quare—percussisti nos*, &c?] Vel, *percutores?* Nam Hebræi, cùm subjunctivum non habeant, pro eo ponunt indicativum. Sensus est, Moderatiùs feri[z].

20. *Cognovimus*, &c.] Ego & fideles in populo. Reliquis tamen dictat veram precandi regulam in exsilio, &c*. ¶ *Iniquitates patrum*, &c.] Non hoc dicunt ut culpam extenuent, (ut hypocritæ, qui se hoc modo absolvi putant, quòd hoc didicerint à prima pueritia, & quòd mala educatio ipsos perdiderit;) sed ut aggravent, quòd hoc ab utero quasi hæreditarium attulerint, ut digni essent interitu quoniam ab impiis patribus erant progeniti[a].

21. *Nè des*, &c. אַל תִּנְאַץ וגו'] *Nè* (vel, Sed *nè*, Pi.) *reprobes* (vel, *contemnito*, JT. *detestare*, Ca. *exsecreris*, M. *abjicito*, Pi. sic Ch. sub. *nos*, M. Pi. vel, sub. *illam*, Angl. nempe Sionem, v. 19. quia sequitur sermo de Templo[b]. Al. *Tu verò noli exasperari*, Ti.) *propter nomen tuum*, Mo. &c. ¶ *Neque*, &c. אַל תְּנַבֵּל וגו'] *Nè* (vel, *Neque*, M. Ti.) *dejicias* (vel, *prosternas*, M. Calv. Ti. *demolire*, Ca. *vilipendas*, Calv. sic JT. Pi. *subsannari finas*, Strig.) *solium gloriæ tuæ*, Mo. P. &c. vel, *gloriosum tuum*, Pi. sic Calv. Angl. Id est, vel, 1. Judæam[c], quâ Regnum Dei tum continebatur; synecdochicè[d]: vel, 2. Jerosolymam, ubi erat solium Davidis, quod & *solium Dei* dicitur 1 Par. 29. 23*: vel potiùs, 3. Templum[f], quod, ut alibi vocatur *scabellum pedum* Dei, ut mentes hominum altiùs tollantur, &c. & in aliis locis, Dei habitatio, vel palatium, vel sedes; ità hîc, *solium gloriæ*, ut exprimatur [gloriosa] virtutis Divinæ præsentia; & ut significet nomen Dei fore vel obscurum & ignobile, vel probrosum, nisi populo suo parcat[g]. Nè sinas Templum pollui[h]: hoc enim intoleranda esset contumelia tum nobis, tum tibi[i]. ¶ *Recordare*] Sub. *congregationis tuæ*, ut Psal. 74. 2[k]: vel, sub. *fœderis tui*, Angl. simil. Pi. ex sequente membro[l]. Πρόληψις[m]. ¶ *Nè irritum facias fœdus tuum nobiscum*] Sub. *initum*, M. sim. Ti. Ca. Etsi enim fidelis fores si totum populi hujus nomen aboleres: tamen debet certare tua bonitas cum populi malitiâ, & fides cum perfidia. Neque enim pendebat fœdus Dei à populi fide & probitate. Sumpsit Jeremias hoc principium, Non posse in totum deleri Dei gratiam: quia elegerat genus Abrahæ, ex quo tandem nasceretur Redemptor mundi. Sed Jeremias longiùs voluit extendere gratiam Dei, ut pòst videbimus[n].

22. *Numquid*, &c? הֲיֵשׁ בְּהַבְלֵי וגו'] *An sunt inter vanitates* (vel, *in vanis diis*, M.) *gentium* (sub. *cæterarum*, Ca.) *qui pluviam edant?* sive *efficiant?* JT. Pi. sim. Mo. P. &c. Impotentiam eorum synecdochicè sic exprimit; ut Paulus, potentiam Dei asserens, loquitur de pluvia. Vide Act. 14. 17[o]. ¶ *Aut*, &c? וְאִם הַשָּׁמַיִם וגו'] *Et si* (vel, *Aut si*, M. *Et an*, JT. Calv. *An verò*, Pi.) *cæli* (vel, *cœlum ipsum*, Pi. sub. *absque te*, M.) *dabunt* (vel, *dat*, Pi. vel, *dare possunt*, Calv.) *imbres?* Mo. P. &c. vel, *stillas?* M. Ti. &c. Al. *Efficiántque ut cœlum det imbres?* Ca. *Et an cœlestes dii edunt imbres?* JT. *Et an ex cœlis dabunt* [nempe *vanitates illæ*] *pluviam?* Si autem sic vertas, *an cœli dabunt*, &c? argumentum erit à minore ad majus, q. d. Nè cœli quidem ipsi dant pluviam: quomodo igitur vanitates? h. e. figmenta hominum, &c[p]? ¶ *Nonne tu es*, &c? ità P. &c. אַתָּה הוּא] *Tu ipse*, &c? Mo. Calv. *tu is es?* JT. Pi. qui dat pluviam & imbres[q]. ¶ *Quem*, &c. וּנְקַוֶּה לָּךְ] *Et* (vel, *Nam*, M. *Igitur*, P. sim. JT. Pi.) *exspectabimus*, vel *exspectamus*, *te*, Mo. P. JT. Pi. &c. i. e. opem tuam, ut des pluviam[r]. q. d. Non nisi in tua misericordia superest nobis spes salutis†. Pluviam petimus, non ab idolis, sed abs te, qui dare poteris[t]. ¶ *Tu enim fecisti omnia hæc*] i. e. Vel, 1. cœlos & imbres, & omnia alia quæ sunt in cœlo & terra[v]: & ideo omnia sunt sub tuo imperio[x]. Vel potiùs, 2. pœnas nostras: q. d. Non fortuitò hæc nobis acciderunt, sed vindictâ tuâ. Tu Judex fuisti, & pœnam sumpsisti: jam sis medicus & Pater. Tuum est mederi, qui inflixisti vulnus. Confer 1 Sam. 2. 6. Summa est penès te unum potestas. Concurrant licèt omnes dii Gentium, omnia elementa & omnes creaturæ, in nostram salutem, nihil proderunt[y].

CAP. XV.

1. **E**T *dixit*, &c.] Respondet petitioni præcedenti, eámque expressè & peremptoriè negat, &c[a]. ¶ *Si* (vel, *Etiamsi*, Pi. Ar. Sy.) *steterit* (vel, *instaret*, JT.) *Moyses & Samuel coram me*] Sic Sy. P. M. &c. vel, *ad deprecandum in conspectu meo*, Ch. Phrasis hæc denotat, 1. ministerium, 1 Reg. 10. 8. & 17. 1: 2. gestum precantis, & maximè, intercedentis pro alio. Vide Gen. 18. 22. & 19. 27. Deut. 5. 5. &c[b]. ¶ אִם יַעֲמֹד וגו'] *Si starent*, &c. Ti. Ca. G. Gestus hic orantium. Vide ad Matt. 6. 5. & Luc. 18. 11[c]. i. e. Si pro eis orarent[d]. Hypothetica enunciatio per conditionem impossibilem*: q. d. Si viveret nunc aut Moses, aut Samuel[f]. Ridiculè hoc trahitur ad Sanctos mortuos, quia Moses & Samuel tales erant: nam Deus hîc prosopopœiâ utitur, q. d. Si illi superstites essent. Ezec. 14. 14. nominat & Job,

Marginal notes (left column): h G. † Calv. i Calv. k T. sim. Ang. l Ang. m Pi. n G. o V. p Pi. q G. sim. Jun. r Q. in Calv. † Calv. t Di. v Q. in Ang. x Ang. y Calv. z G. * Calv. a Calv. b Ang.

Marginal notes (right column): c G. Jun. d Jun. * Ang. Me. Ti. Calv. f Ang. Pi. Me. Ti. Calv. g Calv. h T. i T. sim. Me. k Ang. l Ang. m Pi. n Calv. o Calv. p Calv. q Pi. r Pi. † Calv. t G. v L. sim. x Q. in Calv. Q. in Calv. y Calv. a Ang. b Ang. c G. d Ca. sim. Pi. V. * Jun. f G. sim. Jun.

Job, [tunc mortuum,] & Danielem, qui tunc vivebat. Videmus ergò hîc non discerni vivos à mortuis [g]. Recordatur Mosis & Samuelis, vel, 1. quòd uterque fuerit Levita, Propheta, & Rector populi Israelitici [h]: vel, 2. quia hi duo erant populi hujus amantissimi [i], & maximè soliciti de salute populi; pro populo orârunt diligentissimè [k], & ardentissimè, necnon potentissimè [l]; & cum successu [m]. Vide Exod. 32. 11,—14 [n]. & 1 Sam. 7. 9 [o]. ¶ *Non*, &c. אֵין נַפְשִׁי וגו'] *Non* (vel, Tamen *non*, Pi. sub. *est*, M. vel, *erit*, P. vel, *esset*, JT. Ti. vel, *inclinaretur*, Pi.) *anima* (vel, *voluntas*, V.) *mea ad* (vel, *erga*, Pi. V.) *populum istum*, Mo. P. &c. Non, *suum*; quasi eos rejiciens, &c †. Non me moverent [p]. Quisquis ergò cupit sibi prodesse aliorum preces, ille etiam adjungat suas, & strenuè in partes suas incumbat [q]. ¶ *Ejice illos*, &c.] Id est, Patere ejici [r]. Nuncia ejiciendos †. Confer Jer. 1. 10. Confirmat efficaciam doctrinæ propheticæ; quòd ut in minis, ità & in promissionibus, locum habet [t].

2. *Si dixerint—Quò egrediemur?*] Respicit obstreperas hypocritarum voces de Deo querentium; q. d. Quorsum tandem pergit Deus? an nunquam erit finis? cur tam duriter nos vexat [v]? ¶ *Qui ad mortem*, (sub. *exiturus est*, JT. vel, *destinatus est*, Pi. V.) *ad mortem*] Sub. *exito*, JT. Pi. *Mortem* hîc pestem intellige. Vide dicta ad Matt. 24. 7. Sensus est, Nihil meâ refert quomodo ab hac terra tollantur [x]. Tribus mortis generibus, pesti, gladio hostili, & fami, quartum per feras addit Ezec. 14. 15. At hîc feræ sequentur, non tamen ut interemptrices vivorum, sed ut laceratrices mortuorum [y]. Pereundum vobis est, quocunque mortis genere id fiat; non parcet vobis Deus, nulla spes misericordiæ [z].

3. *Et*, &c. וּפָקַדְתִּי עֲלֵיהֶם אַרְבַּע מִשְׁפָּחוֹת] *Et visitabo super eis* (i. e. inducam ipsis in pœnam [a], visitando eorum scelera, & puniendo [b]; vel, *Et animadvertam in eos*, Ca. *Et visitabo eos*, Strig. vel, *Et constituam super eos*, V. *Et præficiam eis*, P. sic JT. Pi. Calv.) *quatuor familias*, sive *cognationes*, Ti. V. vel, *gentes*, P. vel, *familiis*, Strig. vel, *generibus*, Ca. vel, *genera*, Mo. M. JT. Pi. sub. *ultionum*, M sim. Pi. vel, rerum carnivorarum [c], ut denunciatio ostendit [d]. Significat præstò sibi esse iræ ministros. Solent homines malignè restringere potentiam Dei, sive in salute, sive in punitione, eorum. Antithesis est in verbo *præficiendi*; q. d. Quia durum vobis fuit parére Deo, jam duces habebitis canes, feras, &c [e]. ¶ *Gladium*] i. e. Homines accinctos gladio [f]. ¶ *Canes ad lacerandum*] Sic Ti. Ar. Ch. V. interemptorum corpora. Vide 1 Reg. 14. 11. & 16. 4. & 21. 19 [g]. לִסְחוֹב] *Ad distrahendum*, M. P. *ad trahendum*, Mo. Sy. JT. Pi. Calv. vide Jer. 22. 19. & 49. 20 [h]. scil. per terram, dilaniandi causâ [i]. Solent canes in terra trahere quod ore portare nequeunt [k]. *Lavando*, [sed legendum indubiè, *laniando*,] Ca. ¶ *Et volatilia cæli & bestias terræ* (feras, scilicet [l],) *ad devorandum & dissipandum*] Vel, *& perdendum*. Conjunxit duo nomina & duo verba: prius verbum refertur ad prius nomen, secundum ad posterius [m].

4. *Et dabo* (vel, *ponam*, M. *tradam*, Pi.) *eos in*, &c. לְזַוְעָה וגו'] *In commotionem omnibus regnis terræ*, JT. Pi. Calv. G. i. e. ut commoveantur, &c [n]. *In divexationem*, &c. Ti. *Efficiámque ut jactentur per*, &c. Ca. ut vagi errent [o], & trepidi, ut nusquam illis tuta sit quies [p]. Cogam eos solum vertere, & se conferre ad omnia, &c [q]. Sumptum hoc ex Deut. 28. 25 [r]. ¶ *Propter Manassen filium Ezechiæ*] Probrosè eum sic vocat, ad augendum crimen, quòd patrem pientissimum adeò non imitatus fuerit, ut everteret omnia quæ pater optimè constituit. Atqui Manasses jam erat mortuus †, & peccata illa ipsi remissa [t]. [Quid ergò sibi vult?] Resp. Sensus, q. d. Ob peccata illa quorum auctor Manasses, imitator populus [v]. Illo tempore maximè erupit Judæorum impietas, indéque continuum cursum habebat, nec destiterunt mala malis cumulare [x]. Simili modo causa pœnæ adferuntur peccata Jeroboami 1 Reg. 14. 16 [y]. Innuit simul, eos pridem dignos fuisse interitu, & cladem non nisi inæstimabili Dei misericordiâ suspensam fuisse ad illud usque tempus †. ¶ *Quæ fecit in Jerusalem*] Hoc addit, ut intelligant Judæi, urbem illam quâ gloriabantur jam pridem fuisse cavernam latronum [z].

[g] Calv. [h] M. [i] G. [k] Mc. [l] San. sim. Calv. [m] Calv. Pi. [n] Pi. Ang. [o] Pi. † Ang. [p] G. [q] Calv. [r] G. † Mar. sim. Pi. [t] Calv. [v] Calv. [x] G. sim. Calv. [y] G. [z] Calv. [a] T. [b] Mc. [c] G. sim. V. [d] G. [e] Calv. [f] V. [g] BA. 1. 2. 55. 671. [h] Ang. [i] Pi. [k] M. [l] BA. 4. 3. 2. 741. [m] V. [n] Pi. [o] G. Calv. &c. [p] Calv. [q] V. [r] G. † Calv. [t] T. [v] G. [x] Calv. [y] G. † Calv.

5. *Quis*, &c? כִּי מִי יַחְמֹל עָלַיִךְ] *Quia* (vel, *Nam*, Calv. Ang. sic P. M. Ti. Ca. vel, *At*, JT. Pi. Angl. ut כִּי sumitur Jer. 14. 12, 13 †: vel, *Veruntamen*, Angl. ut Job. 5. 7. Esa. 49. 25 [a].) *quis* (sub. *tunc*, Pi.) *indulgebit super te?* Mo. vel, *miserebitur* (vel, *misereatur*, Ti. sic G.) *tui?* P. M. Calv. vel, *tibi parcat?* Ca. sic Calv. vel, *clementiâ uteretur erga te?* JT. Pi. Quis ità esset lenis, ut tui posset misereri [b]? ¶ *Aut*, &c? וּמִי יָנוּד לָךְ] *Et* (vel, *Aut*, JT. Pi.) *quis condolebit* (vel, *compatietur*, M. *condolescat*, Ca.) *tibi?* P. JT. Pi. Mo. Quis indoleret tuis malis? Paulatim crescit oratio [c]. Vel, *te consolabitur?* נוד propriè significat, verbis adhibere aliquod solatium, ut quum conveniunt propinqui ad communem luctum, &c. Dicit ergò neminem hoc officio functurum erga Jerusalem [d]. *Quis tui causâ iter suscipiet?* Ti. [נוד sign. *vagari*.] ¶ *Aut*, &c? וּמִי יָסוּר לִשְׁאֹל לְשָׁלֹם לָךְ] *Et* (vel, *Aut*, M. JT. &c.) *quis recedet* (vel, *discedet*, P. *accederet*, JT. *abibit*, Pi. *secedet*, M. Ti. sub. *è loco suo*, V. *diverteret*, Ch. Sy. *locum mutabit*, Calv. *pedem movere velit*, G. *divertet*, Angl. vel, in transitu*,) *ad postulandum ad pacem tibi?* Mo. vel, *ut pacem tibi petat?* Ti. vel, *ut roget pro pace tua?* M. *Quis tibi pacem* (i. e. salutem [f]) *petere aggrediatur?* Ca. Al. *ad petendum de pace tua?* P. *ad interrogandum te de pace*, sive *prosperitate, tua?* JT. Pi. sim. V. Calv. *ut inquirat quomodo valeas?* G. sim. V. Pi. Ang. Sic phrasis sumitur 2 Sam. 8. 10. 1 Par. 18. 10. Psal. 122. 6 [g]. *Ad salutandum te?* Ch. Sy. q. d. Nemo hoc humanitatis officium præstat, nemo de statu tuo solicitus est: totus mundus cognoscit te esse misericordiâ indignum [h].

6. *Retrorsum abiisti*] Continuationem significat in impia defectione [i]. ¶ *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi. sim. P. M. Ti. Ca.) *extendam* (vel, *extendo*, JT. vel, *extendi*, M. Ti. Pi.) *manum*, &c.] Potest referri vel ad tempus præteritum; vel potiùs, ad futurum: partim eos afflixerat, sed restabant graviores pœnæ [k]. ¶ *Laboravi rogans*, נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם] *Lassus*, vel *Defessus*, *sum* (sub. *toties*, P.) *pœnitere*, Mo. M. Ti. sic P. vel. *temperando*, i. e. à pœnis me continendo [l], quas sæpe minatus sum [m]: vel, *pœnitendo*, JT. Pi. Calv. G. Ang. i. e. indulgentiam meam tamdiu præstando contra Legis minas [n]. Toties peperci illis, & video me toties lusisse operam, ut non sustineam diutiùs falli, nec possum adduci ad ignoscendum [o]. Non sustinui agere pœnitentiam, h. e. mutare sententiam de te perdendo ob scelera tua: q. d. *Toties me pœnituit mali quod minatus sum—*; *Laboravi*, *propterea non possum ultrà pœnitere*, *sed ulciscar* [*me*] *de illis* [p].

7. *Et*, &c. וָאֶזְרֵם בְּמִזְרֶה בְּשַׁעֲרֵי הָאָרֶץ] *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi.) *dispergam* (vel, *ventilabo*, JT. Pi. *dejiciam*, Ca. vel, *ventilavi*, P. *sparsi*, M. *disjeci*, Ti. Potest accipi vel in præt. vel, quod malim, in fut [q].) *eos in ventilabro*. Mo. sic Calv. &c. (i. e. ejeci eos in captivitatem, ut repurgarem eos ventilabro afflictionis [r]; disjiciam illos, ut palea disjicitur ventilabro †;) *in* (vel, *per*, Calv. Ca.) *portas*, vel *portis*, *terræ*, Mo. P. M. Ti. Calv. Ang. vel, *hujus terræ*, JT. Pi. vel, *orbis terrarum*, Angl. Per *portas* hîc intelligit vel, 1. urbes [t]; vel, 2. ostia, aut sinus sive ingressus, terrarum ac regionum [v]. q. d. Disjiciam illos in omnes terminos terræ, ut nempe per eos evehantur [x]. Vel, 3. agros & deserta. Nomen *portæ* eleganter hîc transfertur ad quoslibet exitus. q. d. Soletis ingredi per portas vestras, & egredi, & habetis quietas illic domos: sed aliæ posthac erunt vobis urbes vel portæ, h. e. agri, deserta, viæ, omnísque transitus: quácunque patebit regio, erit vobis illac transeundum [y]. Vel, 4. areas, quæ solent esse prope urbes & oppida, unde cives dispergentur [z]. *In portis*, i. e. in omnibus terminis; synecdochicè [a]. Alludit forsan ad locum ubi fiebat ventilatio, ostia nempe horreorum [b]. Al. *Portas terræ* vocat extremas terræ partes sive oras [c], quibus ex terra in mare exitur, & è mari in terram intratur [d]; nempe portus & ripas*: q. d. Dispergam vos usque ad fines terræ [f]. Alii vertunt, *ex portis terræ*, i. e. ex omnibus urbibus Terræ sanctæ [g]. [Ità ב esset pro מ.] ¶ *Interfeci*, &c. שִׁכַּלְתִּי וגו'] *Orbavi*, (vel, *Orbabo*, Pi. Ang. &c. sub. *illos*, Ang. quod tamen supplementum superfluum est †: & sub. *liberis*, Ang. Angl. ut Gen. 43. 14. Hos. 9. 12 [h].) *perdidi* (vel, *perdam*, Pi. Ang. &c.) *populum*

[z] Calv. † Ang. [a] Ang. [b] G. [c] G. [d] Calv. * Ang. [f] Ca. [g] G. [h] Calv. [i] Calv. [k] Calv. [l] Ca. sim. Pi. [m] Pi. [n] G. [o] Calv. [p] V. [q] Calv. [r] V. † G. [t] M. [v] V. Ang. [x] V. [y] G. [y] Calv. [z] Mar. [a] Jun. [b] Ang. [c] Mc. T. [d] Mc. * T. ex L. & Thom. & Mald. [f] Mc. [g] Q. in Ma. † Ang. [h] Ang.

pulum meum, Calv. &c. Dicit, *meum*, ut significet eos hoc privilegio non esse munitos,&c[i]. Verto, *Orbavi*,&c. nam indubiè ad tempus præter. referri debet. Exprobrat eis Deus socordiam & duritiem, quòd non resipuerint gravibus pœnis,tum decem tribuum, tum suis,admoniti[k]. *Interfeci*,&c. i. e. Multos adhuc tradidi hostibus interficiendos, ut eos qui in Mageddo ceciderunt[l].

8. *Multiplicatæ sunt* (vel,*Multiplicabuntur*,Sy.G.&c.) *mihi* (vel, *à me*, me authore*; h. e. justo meo judicio: ut, *benedictus*, & *salus*, *Domini*, vel *à Domino*, 1 Sam.23. 21. Psal. 3. 9[m]. Vel,*coram me*, Al.in Angl. q.d. Non id me latet, nec temere id feci. Vel, q. d. quæ meæ sunt: *viduas suas*, & filios eorum *suos*, appellat[n]. Vel potiùs, *mihi* redundat[o].) *viduæ ejus*; ità P. M. Ti. &c. עָצְמוּ לִי וגו׳] *Densuêre mihi viduæ ejus*,Mo. maritis ab hoste occisis[p]. ¶ *Induxi*, &c. הֵבֵאתִי לָהֶם עַל אֵם בָּחוּר שֹׁדֵד בַּצָּהֳרָיִם] *Adduxi*, vel *Induxi*, vel *Introduxi*, (vel, *Immisi*, Calv. *Adducam*, JT. Pi. Ca.) *ad*, vel *in*, *eos* (vel, *illis*, P. JT. V. &c. i.e. in perniciem illorum[q],) *super* (vel, *contra*, P. vel, *in*, Ca.) *matrem* (vel, *turmam*,Calv. M. *congregationem*, P. Ch. V. אֵם capitur hîc pro קָהָל[r]; & ab אֵם oriuntur voces quædam *cœtum*, vel *familiam*, aut *populum*, significantes †. Vel, *matres*, ut vox collectivè sumatur *. Vel, *metropolin*, JT. Pi. Di. Q. in Angl. vide Esa. 50. 1. & Gal. 4. 26†. nempe Hierosolymam[t]. Hanc genuinam esse interpretationem commonstrant sequentia[v].) *electi* (vel, *juventutis*, Ti. *sobolis*, Ca. *juvenum*, vel *adolescentum*, P. M. Ch. Calv. V. Q. in Angl. sub. *eorum*, Ch. vel, *adolescentes*, ο'. sim. Ar. vel, *juvenem*, JT. Pi. Di. vel, *selectum juvenem*, Angl. ut vox propriè sign. Jerem. 49. 19. & 50. 44[x]. nempe Nabuchodonosorem[y], qui tunc videtur fuisse in flore ætatis & roboris. Vide Jer. 4. 7[z]. Vel,& *juvenes*; q. d. contra parentes & liberos. Vide Jer.6.11.&13.14.&c[a].) *vastatorem* (vel, *deprædatores*, Ch. sim. Sy. vel, *miseriam*, ο'. sim. Ar.) *in meridie*, Mo. Ti.&c. vel, *ipso meridie*, P. JT. &c. q.d. Non astu, sed palàm & libere, irrumpent, cùm Judæi meliùs cavere possint; ut clariùs pateat vindicta mea[b]. Eum illis adducam qui, non per insidias, sed clarâ die, matres orbet liberis. *Natum ante ora patris, patrem qui obtruncet ad aras.* Viduis bene subjungit orbas[c]. Significat indè esse tot viduas, quia Deus viros perdidit[d]. ¶ *Misi*, &c. הִפַּלְתִּי עָלֶיהָ פִּתְאֹם עִיר וּבֶהָלוֹת] *Cadere*, vel *Ruere*, *feci* (vel, *Projeci*,Calv. *Faciam ut irruat*, JT. Pi. *Incidere faciam*,Di.) *super*, vel *in*, *eam repentè*, Mo. P. M. Calv. &c. [In sequentibus multùm variant :] *civitatem*, Mo. P. (vel, *ipsam urbem*, V. Vult ostendere civitates dirutas & subversas ab hoste*, & fortes omnes earum ruinâ interceptos atque oppressos fuisse[f].) *& festinanter*, P. vel, *& in festinationibus*, vel *præcipitationibus*; i. e. urbs fuit subitò expugnata†: vel, *& terrores*, Mo. vel, *cum terroribus*; q. d. Juvenem illum cadere faciam super eam, nempe civitatem, cum terrore magno†. Al. *terroribus civitas abundabit*, JT. Heb. *civitas & terrores*. Jun. vel, *ad civitatem quod attinet, ibi* erunt *terrores*, Angl. vel, *& terrores super civitatem*, Ang. [Atque hi עִיר pro civitate accipiunt, quomodo & alii nonnulli, qui locum sic reddunt;] *Incutiens ei nec opinanti & urbem*, [i.e. ruinas urbis,ut puto,] *& subitam perniciem*, Ca. *Qui* [nempe *vastator*] *civitatem inopinatâ ruinâ & subito terrore opprimet*, Strig. [Alii locum sic reddunt;] *Misi super civitates repentè terrorem*, G. ex Vulg. Tantum undique terroris erit, ut minorum oppidorum nullum resistere audeat *. [Alii עִיר aliter accipiunt, & locum sic reddunt;] *tremorem* (vel, *perturbationem*, Sy.) *& trepidationem*, ο'. sim. Sy. Al *tumultum & terrores*. עִיר descendit à עוּר, quod signif. *excitare*[g]. Al. *hostem & terrores*, Gal. [Sic Ti. qui locum sic reddit, *Obrui eam subitò hoste & terrore*.] Al. *cruciatum & terrores*. עִיר, Chaldaicè, pro Hebræo צִיר, quod Esa.13.8. & 21. 3. & alibi. *dolores*, *tormina* ac *cruciatus*, sign. Quemadmodum & alia significatione apud Danielem עִיר de Angelo & nuncio Dei dicitur[h], Dan. 4.13[i]. ab Hebræo צִיר, *legatum* & *nuncium* significante[k], Prov. 25. 13. Jer. 49.14[l]. ut & passim עָר *hostis*, pro Hebræo צָר. Usitatum enim est Chaldæis, צ in ע mutare; ut אַרְעָא *terra*, pro אֶרֶץ[m]. Liceat & meam conjecturam addere. Vox צִיר sign. *vigilem*, Dan. 4. 13, 23. & cum levi mutatio-

[i] Ang. [k] Calv. [l] G. [*] V. [m] Q. in Ang. [n] Calv. [o] Ang. [p] Pi. sim. Calv. [q] V. [r] V. [†] Ang. [*] Ang. [†] Idem. [t] Jun. Ca. Pi. [v] Jun. [x] Ang. [y] Ang. sim. Pi. [z] Ang. [a] Q. in Ang. [b] Calv. [c] G. [d] Calv. [*] V. et M. [f] V. [†] Idem. [†] Belg. [*] G. [g] Calv. [h] Di. [i] Ang. [k] Di. [l] Ang. [m] Di.

ne similiter Cant. 5. 2. Mal. 2. 12. Sic ergò locum verto, *Cadere faciam super eam repentè vigilem*, vel *vigiles*, *& terrores*, h.e. qui complebunt eam terroribus. Exercitus Chaldaicus *vigiles* vocantur, quamvis aliâ voce, Jer. 4. 16, 17. & 5. 6[n].

9. *Infirmata est* (vel, *Enervata est*, P. M. vel, *Elanguescet*, JT. Pi.) *quæ peperit septem*] Ità Ti. &c. i. e. multos, ut sæpe[o]. Quoniam locare solent matres in sua sobole multum præsidii, dicit eas *debilitatas esse* suis viribus nempe quia orbatæ sunt omnibus liberis, acsi semper fuerint steriles[p]. Hierosolyma, numerosæ prolis parens, succumbet hosti[q]. ¶ *Defecit*, &c. נָפְחָה וגו׳] *Anhelavit* (vel, *Elanguit*, M. *Dolore affecta est*, P.) *animam ejus*, Mo. sim. Ti. V. flatu scilicet emisso[r]. *Efflabit animam suam*, JT. Pi. præ dolore †, quum viderit filios suos occîdi[s]. Sensus loci, Populus multus redactus est in exiguum numerum: & qui superstites manserunt tam acerbè afflicti sunt, ut penè efflaverint animam suam *. ¶ *Occidit* (vel, *Occidet*, JT. Pi.) *ei* (vel, *ejus*, JT. Pi.) *sol*] Sic P. M. &c. id est, lætæ res[v]. ¶ *Cùm*, &c. בְּעוֹד יוֹמָם] *In adhuc die*, Mo. *quum*, vel *dum*, *adhuc esset* (vel, *futurus esset*, JT. *futurus est*, Pi.) *dies*, P. M. Calv. vel, *dies ipsorum*, JT. Pi. scil. liberorum ejus[x]. q. d. In medio rerum secundarum cursu eversa est[y]. Cùm prosperitas illis certa visa esset, subitò involvit eos calamitatibus[z]. Dies illis visus fuit commutatus in noctem[a].

10. *Væ mihi, mater mea, quare genuisti me*] i. e. In quas miserias sum genitus[b]? Humanum aliquid hîc passus est Propheta: videtur enim partem culpæ conferre in matrem, &c. Cùm videret se parùm proficere, excanduit; ità tamen, ut querimoniam suam referret ad publicam salutem, ut intelligerent Judæi sibi infeliciter cessurum quòd ipsum spernerent, &c[c]. ¶ *Virum*, &c? אִישׁ רִיב וגו׳] *Virum litis*, sive *rixæ*, (vel, *litigatorem*, Ti.) *& virum contentionis* (vel, *discordiæ*, P. *controversiæ*, Ti.) *in universa terra*, Mo. M. Ti. vel, *toti terræ*, P. Calv. vel, *toti huic terræ*, Pi. Sic se vocat, non ex propria conscientia, quasi esset contentiosus; sed ex perverso populi judicio, quòd omnes ipsum morosum dicerent, & turbulentum, & authorem contentionum & dissidiorum omnium: quod & hodie Ministris objicitur, &c[d]. *Virum rixæ*, &c. q. d. quem odêre, quem maledictis incessunt, omnes: σημεῖον ἀντιλεγόμενον, (*signum quod oppugnatur*,) Luc. 2. 34*: omnium injuriis & contumeliis & contradictionibus expositum, propter Verbum Dei, & minas quas illis denunciare cogor[f]. Loquitur Jeremias conquerens de maximis odiis quæ ipsi pareret talium rerum vaticinatio. Nam *Obsequium amicos, veritas odium, parit*[g]. Al. *virum omnium mortalium rixis & litibus exponendum*, Ca. vel, *cum quo litigat & contendit tota hæc terra*, Pi. sim. JT. ¶ *Non*, &c. לֹא נָשִׁיתִי וְלֹא נָשׁוּ בִי וגו׳] *Non fœneravi* (vel, *mutuum dedi*, JT. Pi. *dedi ad usuram*, M.) *eis*, *nec fœnerati sunt* (vel, *mutuò dederunt*, JT. sic Pi. *ipsi dederunt ad usuram*, M.) *mihi*, P. M. JT. Pi. vel, *in me*, Mo. *mecum*, Calv. *Neque creditor sum, neque debitor*; q.d. Sum à litibus alienus[h]. Nullam eis causam præbui litigandi mecum[i]. Hæsi quàm simplicissimè functioni meæ; nihil præterea egi cum eis; ab omni occasione litis, quæ humanitus moveri potuisset, supersedi prudens[k]: quod synecdochicè designatur hîc mutui contractûs nomine[l]. q.d. Non subii hanc invidiam vel propriâ culpâ, vel ob privatum commodum[m]. Fœnus inter Hebræos est vetitum. Itaque vertendum, *Mutuam pecuniam nec dedi ego cuiquam, nec quisquam mihi*[n]. Nullum mihi pecuniarium negotium cum quoquam intercessit, unde lites oriri solent[o]: dum in plerisque cupiditas ità prævaleat, ut judicium & æquitas ferè evanescant[p]. ¶ *Omnes* (vel, Tamen *omnes*, Calv. Ang. sic Pi. Ellipsis discretivæ, ut v. 1. Vel, Quòd *omnes*, Angl. Ellipsis particulæ præcedentis[q].) *maledicunt mihi*] Quòd scilicet fideliter fungor munere meo. q. d. Non gerunt bellum cum homine mortali, sed potiùs cum Deo ipso[r].

11. *Dicit*, (vel, *Dixit*, M. P. Mo. &c.) *Dominus*, *Si non*, &c. אִם לֹא שֵׁרִיתִךָ לְטוֹב] Responsum Dei, quo confirmat Prophetam adversùs omnes inimicos, externos & internos †; & ostendit sibi accepta esse officia ipsius, votúmque ejus exauditum esse[t]. [Sic reddunt:] *Annon*

[n] Ang. [o] Ang. [p] Calv. [q] G. [r] V. [†] V. sic Pi. &c. [s] Pi. [*] V. [v] Ca. sim. Pi. [x] Pi. [y] G. [z] Calv. [a] V. [b] G. [c] Calv. [d] Calv. [*] G. [f] V. et M. [g] G. [h] Ci. [i] Pi. [k] Jun. [l] Jun. sim. Pi. Calv. Glass. rhet. 1. 15. 452. [m] Calv. [n] G. [o] G. sim. Calv. [p] Calv. [q] Ang. [r] Calv. [†] Jun. [t] Calv.

Annon residuò tuo esset *bene?* JT. Al. *Si non residuum tuum*, sive *reliquiæ tuæ*, (sub. *perveniet*, Pi. sic Gal.) *in*, vel *ad*, *bonum*, Mo. P. M. Ti. Calv. Pi. Gal. sub. *nè habear postea verax*, V. sim. Mar. Angl. G. Defectiva locutio in forma juramenti. *Certè bene erit residuo tuo*, Ang. *Reliquias* vocat reliquum vitæ [Jeremiæ] tempus; vel, finem actionum ejus: q. d. Nisi ultimæ res tuæ futuræ sint prosperæ. *Si non finis tuus in bonum*, Ch. in V. q. d. Ego tandem tui miserebor, ut hæc quæ te summo mœrore afficiunt cedant tibi in lætitiam: finis tuus prosperior erit quàm putas. Isti qui residuum à se superstes fore putant, te verò exstinctum iri interminantur, peribunt ipsi à Chaldæis, tu autem residuus eris, & beneficia ab illis accipies; ut narratur infrà cap. 40. 2, &c. Al. Si non reliquias populi tui in mediis calamitatibus reservabo. Sed revera vox *residui* non comparet in textu*. Apud Mazorethas קְרִי est שֵׁרִיתִךָ: voluerunt ergò pro ו legi י, & Chirec sub ת esse Chirec longum, quod post se י habere debeat. Hinc colligunt præterea plerique esse contractum, pro, שְׁאֵרִיתְךָ, & vertunt, *Si non residuum tuum in bonum* erit. At si id voluissent Mazorethæ, ineptissimè sub ת Chirec collocâssent; & longè ineptiùs, addendo י, indicâssent pro Chirec longo esse accipiendum. Indubiè voluerunt esse præt. Piel à שָׁרָה *solvit*, Piel שֵׁרָה idem, aut, *fecit solvi*; primâ personâ, שֵׁרִיתִי; ut sensus sit, *Si non fecero te solvi* (aut, dimitti, liberari,) *in bonum*. *Si non solutiones tuæ in bonum*; i. e. Si non solvero te à vinculis tuis. At non necesse existimamus כְּתִיב emendare: cùm enim verbum שָׁרָה non tantùm *solvere*, sed etiam *habitare*, atque in Piel *incipere*, significet Chaldæis & Syris, legi potest שֵׁרוּתְךָ, & verti, *Si non habitatio tua* (aut, *initium tuum*, vel, *cibus tuus*: apud Syros enim אֶשְׁתָּרִי est, *edere*, & nomen שֵׁרוּתָא, *cibus*, in Syr. versione Psal. 55. 16. sumitur & pro *prandio*, *convivio*, Matt. 22. 4. Luc. 11. 38.) *fuerit in bonum*. ¶ *Si non*, &c.] אִם לוֹא הִפְגַּעְתִּי בְךָ בְּעֵת רָעָה וּבְעֵת צָרָה אֶת הָאֹיֵב *Annon intervenirem pro te tempore mali, & tempore angustiæ, apud inimicum?* JT. Nam, inquit, ego sum intercessurus, ut defendam te ab hoc populo, qui inimicus est tibi, & gratiosum te apud Chaldæos reddam. *Si non occurrere feci*, vel *fecero*, *tibi*, vel *in te*, *in tempore mali, & in tempore afflictionis*, vel *angustiæ*, *hostem*, Calv. sic P. M. Mo. Hoc referunt vel, 1. ad Jerusalem; ut initio versûs respondeat Deus Prophetæ, hîc autem convertat sermonem ad populum; q. d. Quantum ad vos spectat, ego faciam vobis occurrere hostem in die tribulationis. *Occurrere* accipitur pro, *hostiliter irruere*. *Sed irruere faciam in te hostem*, Sy. Vel potiùs, 2. ad Prophetam. Confirmatio est proximæ sententiæ. Poterat enim Propheta excipere, Ergò vel populus immunis erit ab hac clade, vel ego involvar in ea. Respondet Deus, Tibi & aliis multa patienda erunt; sed *occurrere faciam* (non hostiliter, sed officiosè & cum benevolentia: פָּגַע enim significat, *occurrere*, sive in bonum, sive in malum:) *tibi hostem*, h. e. faciam ut hostis sit tibi placabilis, imò ultro te præveniat; faciam ut te benignè suscipiat. Sic solet Dominus suis post crucem dare solatium. Observandum autem, verbum פָּגַע *intercedere*, vel *orare*, construi in Kal & Hiphil cum בְּ personæ quæ oratur, ut liquet ex Job. 21. 15. Jer. 7. 16. & 27. 18. & 36. 25; at cum לְ personæ pro qua oratur, ut Esa. 53. 12. Utrumque concurrit Genes. 23. 8. פִּגְעוּ לִי בְּעֶפְרוֹן, *orate pro me Ephronem*. Quare malim vertere, *Si non fecero orare te inimicum tuum*, i. e. ut oret te inimicus tuus, & ipse supplex tibi occurrat. *Nisi rogare fecero te tempore afflictionis, & tempore angustiæ, inimicum tuum*, i. e. Nisi effecero ut Nabuchodonosor & sui te rogent. *Nisi interveniam pro te,—apud inimicum*, Pi. *Si non occurram propter te hosti*, vel, *faciam rogare hostem pro te*, Q. in Calv. vel, *faciam hostem occurrere tibi*, i. e. placabo, nempe arcano instinctu, ut tibi spontè parcat, & humaniter se gerat erga te. Ità potior erit tua conditio quàm aliorum: quod completum novimus. *Annon id efficiam, ut pro te intercedat hostis?* Ti. *Si non occurri tibi—adversùs inimicum*, G. ex Vulg. i. e. Nisi in tempore calamitoso tibi conciliator sim gratiæ apud hostem. Vide Jer. 40 †. *Si non astiti tibi—in bona contra inimicum*, o'. *Si non venient & deprecabuntur te in tempore quo adduxero super eos hostem*, Ch. *Certè efficiam ut hostis te bene tractet*, &c. Ang. vel, *intercedam pro te in tempore mali, & in tempore afflictionis hostis*, vel, *cum hoste*, vel potiùs, à *cum hoste*, vel simpliciter, *ab hoste*, ut Gen. 19. 24. ubi particula eadem quæ hîc est, Ellipsis præp. *ab*, ut Esa. cap. 32. v. 2. & 40. 21. Ut *hostis* hîc non sit objectum *intercessionis*, sed efficiens *afflictionis*. [Ca. hoc membrum cum præcedente sic reddit, *Cæteroquin tibi bene erit, nisi quod tibi hostem impingam*, &c.]

12. *Numquid*, &c.? הֲיָרֹעַ בַּרְזֶל בַּרְזֶל מִצָּפוֹן וּנְחֹשֶׁת] *An conteret*, vel *franget*, (vel, *fracturum esset*, JT. Pi.) *ferrum* (sub. *vulgare*, Pi.) *ferrum* (sub. *quod est*, vel *venit*, P. M.) *ab Aquilone*, vel *aquilonare*, & (vel, *aut*, Pi.) *æs?* Calv. sic Mo. P. M. Pi. V. vel, *chalybem?* Calv. JT. Ang. *An atterit ferrum ferrum? aut æs ab Aquilone æs?* Ti. *Numquid nocebit ferrum ferro ab Aquilone, & æs?* Sym. in D. *An ferrum nocere poterit & ferro aquilonari, & æri? Ferrum aquilonare*, intellige, *chalybem*, ità dictum à Chalybibus populis ad Septentrionem, de quibus Strabo l. 12. *Scilicet ferrum ferro rodetur septentrionale*, (h. e. durissimum,) *aut æs?* Ca. *Ferrum aquilonare* est periphrasis chalybis. Chalybs nucleus ferri dicitur. Sensus, vel, 1. Esto, Judæi sint duri ut ferrum; ego tibi ero pro duplici muro, altero chalybeo, altero aheneo: ego illis durior sum, i. e. robustior. Cùm te ferreum æneúmque fecerim, tibi noceri non potest. Vel, 2. vires Judæorum comparat ferro puro; vires Chaldæorum, ferro quod habet multum chalybem admistum, & propterea validiori: q. d. Num ensis Judaicus ferreus franget ensem Chaldæum ferro & chalybe constantem? Non*. Vos duri estis, sed Chaldæi vobis duriores sunt; ideóque vos facilè conterent. *Ferrum & æs* vocat ferrum æri admixtum, h. e. chalybem. Al. *Annon putas esse ferrum quod possit ferrum & æs septentrionale frangere & comminuere?* Malo nodo malus cuneus quærendus est. Sic Babylonii vastatores à Persis victi sunt, [vel, erunt.] יָרוֹעַ possit impersonaliter sumi, & potentialiter. *An frangi potest* (vel, *Potéstne* aliquis *frangere*, Q. in Angl.) *ferrum, ferrum aquilonare, & æs?* Di. vel, *chalybem?* Q. in Angl. qu. d. Quàm impossibile est hæc frangi, tam impossibile erit te vinci ab adversariis tuis. Vel, Quisquámne impedire possit consilia mea, quæ durissima sunt & potentissima? alii [prædicti] deducunt à רָעַע, (*conterere*,) alii verò, à רָעָה, [quod *consociare* signif. unde quidam aliter reddunt:] *Numquid fœderabitur ferrum*. (Judaicum, sive ferrei Judæorum animi,) *cum ferro aquilonari*, (i. e. cum Chaldæis longè durioribus †,) *& æs?* Me. T. sim. Vulg. Judaicum cum ære Babylonico? Num poterit esse amicitia inter Chaldæos & Judæos, ut his illi parcant? Nullo modo. Nulla volet fœdera Chaldæus; obruet & evertet omnia. Et sic implebuntur minæ tuæ, quas æmuli nunc rident †. Nè timeas labefactandam fore prophetiæ tuæ fidem, ut fecit Jonas. Ità mœrentem Jeremiæ animum consolatus est. Sed vir hic pius & patriæ amantissimus optavit ei contraria eis quæ prædixit. Vide Jerem. cap. 28. vers. 6. Quare alio argumento ipsum hîc consolatur Deus: q. d. Non mirum si tibi cum populo non bene convenit, sed illi te oderint; sicut neque ferrum ferro adglutinari potest: populus durus est instar ferri ad resistendum & obluctandum; tu durus ad explendum officium tuum. Confer Jerem. 1. 18. At, dices, ferrum hoc ab Aquilone, id est, Chaldæa, provenire dicitur. [Verùm hoc negari potest; & illud, *ab Aquilone*, aliter explicatum dedimus. Aliter respondet Autor, quem vide, si lubet.] Alii, pro יָרֹעַ, legerunt יָדוֹעַ ד pro ר; qui error frequens in versione Græcorum. *Si cognoscetur* (vel, *Si cognosceret*, Th. in D. *Num cognosceret*, Ar.) *ferrum*, &, vel *aut*, *operimentum æneum, fortitudo tua?* o'. vel, *potentiam tuam?* Ar. Multam hîc fuisse versionum varietatem notavit Hieronymus.

13. *Divitias tuas—in direptionem dabo gratis*] Heb. *absque pretio*, P. JT. Pi. &c. pro eis persolvendo, sine aliqua licitatione vel permutatione: victoriæ nomine omnia occupabunt. Nihil pro eo munere accipiam, contentus ultione. Al. Non redimentur ullo pretio. Hîc sermo Dei ad Judæam se convertit. In Hebræo sing. num. est pro plur. Nam hæc de Judæis, non verò de Jeremia, dici, evincunt, 1. quod dicitur de *finibus*.

Multos fines non habuit Jeremias, sed Judæi. 2. Quòd ad extremam sententiam plur. est num. 3. Quòd c. 17. v. 3. eadem sententia ponitur, ubi perspicuum est hæc in Judæos dici. Itaque duos hos locos contuli, &c *. ¶ *In*, &c. וּבְכָל־חַטֹּאתֶיךָ וּבְכָל־גְּבוּלֶיךָ] *Et in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis*, P. &c. *Idque propter omnia peccata tua, & in omnibus terminis tuis*, JT. Pi. Ang. Belg. sub. *id accidet*, V. *Et propter omne scelus tuum, & propter omnem finem*, vel *terminum, tuum*. גְּבוּל, *terminum*, metaphoricè accipio, pro consiliis quæ occultè & astutè captabant, vel, finibus quos Judæi sibi proposuerunt. Ubi aliquid suscipimus, proponimus nobis certum finem. *Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum*, Pers. satyr. 3 [f]. Al. *Quia in omnibus finibus vestris atrociter peccâstis*, Strig. *Propter omnia peccata quæ in finibus tuis omnibus* commisisti. Hunc sensum nobis monstrat id quod infrà habemus c. 17. v. 3. Inter peccata autem vel maximè intelligenda idololatria [g].

14. *Et*, &c. וְהַעֲבַרְתִּי אֶת אֹיְבֶיךָ וגו׳] *Et transire faciam inimicos tuos in terram non nôsti*, Mo. *Et* (vel, *Verò*, Calv.) *transire faciam*, vel *traducam*, vel *transferam*, (sub. *te*, P. Ang. vel, sub. *thesauros tuos*, ex v. præced. Belg.) *ad* (vel, *penès*, JT.) *inimicum tuum*, &c. P. M. sic Calv. JT. Sed insolens est ארץ pro אל accipere [h]. Vel, *cum hoste vestro*, &c. Ti. sic Ang. Belg. Sensum meliùs expressisse videtur Vulgatus, *Et adducam inimicos tuos de terra quam nescis*: subintelligi enim potest אשר, qui sunt *in terra quam nescis*. Vel, *Et transire faciam hostes tuos per terram quam nescis*: i. e. Longissimè à te dissitos, quos nescis quâ viâ ad te transire possent, faciam tamen ut transeant per terram quam nescis. Addo aliud: an non אוֹצְרוֹתֶיךָ construi posset cum וְהַעֲבַרְתִּי, quod est in v. præced. ut sensus sit, *Et faciam ut transeant* (nempe, thesauri tui quos ego in prædam dedero,) *hostes tuos* (i. e. longè ultra hostes tuos avehantur & distrahantur) *in terram quam nescis*; vel, *Et transire faciam* eos *cum hostibus tuis in terram quam non nôsti* [l]. Al. *Et spargam te inter hostes in ignota regione*, Strig. Al. *Faciámque ut transeant* super te (i. e. ut tyrannicè tecum agant; confer Job. 13. 13. Psal. 129. 1, 2, 3.) *inimici tui in terra* quam *ignoras*, h. e. in terra extera seu peregrina, nempe in Babylonia [k]. Al. Duplex hîc est lectio, sicut & Jerem. 2. 20 [l]. [הֶעֱבַרְתִּי, quam lectionem præcedentes Authores secuti sunt; & הַעֲבַדְתִּי, quam alii deinceps sequentur,] facili mutatione ד in ר, ob figuræ similitudinem [m]. Confer 2 Sam. 22. 11. cum Psal. 18. 10 [n]. [Sic ergò vertunt:] *Et servietis inimicis*, &c. Ch. *Et servire te faciam inimicis*, &c. *o'.* Angl. *Vósque hostibus vestris subjiciam*. &c. Ca. Sy.

15. *Tu scis*] Scil. innocentiam meam [o], nec me illis causam litigandi dedisse [p]: vel, sub. *quæ faciunt mihi*, V. vel, miserias meas *; vel, quot & quanta sint pericula mea [q], nec me sine causa queri [r]. Iterum Jeremias loquitur †; & abruptè à populo, ceu indigno, ad Deum transit [t], & tutelæ Divinæ se commendat [v]. ¶ *Et*, &c. וְהִנָּקֶם לִי מֵרֹדְפַי] *Et vindica*, vel *ulciscere, me* (vel, *ultionem sume pro me*, JT. Pi.) *de persecutoribus meis*, Mo. &c. Illos intelligit qui devoti erant exitio, & quos ipse sciebat reprobos esse. Videtur tamen hîc magis excandescere quàm debeat. Sed sciendum, Prophetam non habuisse rationem sui, nec suam, sed Dei, causam egisse. Prophetæ, cùm exuti essent omni carnis affectu, poterunt vindictam de reprobis expetere. Erat hîc in Jeremia zelus, non inconsideratus, ut ille Luc. 9. 54. sed rectus, & recto consilio Spiritûque Dei gubernatus [x]. Vide dicta ad Jerem. 11. 20 [y]. ¶ *Noli*, &c. אַל לְאֶרֶךְ אַפְּךָ תִּקָּחֵנִי] *Nè in longanimitate furoris tui* (vel, *ad longitudinem nasi tui*, Ti. *in longanimitate tua*, M. *post dilationem iræ tuæ*, i.e. posteaquam distuleris iram tuam, & tandem pœnam diu dilatam impœnitentibus popularibus meis intuleris. Brachylogia. Heb. *post longitudinem iræ tuæ*. Præpositio ל hîc valet, *post* [z]. Vel, *lentitudine*, sive *longanimitate, tuâ*, Boot. vel, *in prorogatione*, sive *protractione, iræ tuæ*, cùm scilicet non uno tantùm die, (sperabant enim Judæi brevem fore cladem, & statim reparandam,) sed in longum tempus, protrahes iram tuam, addens clades cladibus, donec omnes perierint: q. d. Nè me involvas eodem exitio quo peri-

Marg.: * Ca. f Calv. g G. h Di. l Di. k Pi. l Ang. m Di. Ang. n Ang. o Pi. Ang. p Pi. * Me. q Strig. r Ang. † G. t Calv. v G. x Calv. y Ang. z Pi.

bunt reprobi, ut precatur David Psal. 26. 9 [a]. Fac discrimen inter me & illos †.) *suscipias me*, Mo. P. Ti. vel, *assumas me*, V. vel, *abripito me*, nempe ad sustinendum communem plagam *: vel, *tollas me*, V. Calv. Ang. &c. sub. *de medio*, V. Nè, dum differs vindictam, priùs moriar quàm sumpserim pœnas de hostibus meis [b]. Nè permittas me mori antequam veniat ultio tua, quò infelices cognoscant me prædicatorem fuisse veritatis. Patitur Propheta humanum quid, rogans nè Deus pro sua longanimitate cum hostibus agat, sed mox eos perdat †. Nolito lentitudine tuâ inimicis meis opportunitatem præbere me de medio tollendi [c]. *Noli me tuâ lentitudine tollere*, Ca. hostium pœnas differendo, qui mihi perniciem moliuntur [d]. Al. *Pro longanimitate tua nè intercipito me*, JT. sed servato in functione mea. Eclipsis contrarii, ut Gen. 33. 10 *. *Nec me propter longanimitatem tuam tollas*, Strig. *Noli in patientia tua* (Heb. *in longitudine iræ tuæ*, vel *nasi tui*, T. Mar. id est, cum longanimitate & dilatione vindictæ [f],) *suscipere me*, Vulg. i. e. amplecti causam meam †: q. d. Citò me vindica [g], & illos plecte [h]. Noli patiens esse & tardus in injuriis meis vindicandis. Sic *susceptus* etiam Latinis dicitur qui in alterius est tutela [i]. Nè differas opem ferre. *Suscipere* sæpe valet, opem ferre, in Psalmis præsertim [k]. Videant eruditi annon exponi possit, *Nè ad longanimitatem tuam adduc me*, i.e. Noli differre vindictam quam postulo. De hostibus tuis, quos jam diu tulisti, puniendis, déque me ab eorum injuriis vindicando, agitur: hîc non postulo à te longanimitatem, iræque dilationem: tempus nunc non est ut ad eam adducar, sed potiùs ad celerem vindictam. Eodem sensu Chaldæus, *Nè da longitudinem afflictioni meæ*, &c. *o'.* Ἀθῷωσόν με, &c. *Immunem fac me à persecutoribus meis, non ad longanimitatem*, i. e. brevi & quàm primùm [l]. *Nè tollas me in longanimitate tua* erga illos; q. d. Dum patienter agas cum eis, nè permittas ut ipsi me tollant, prout designant: vel, *secundùm longanimitatem tuam*; Cùm illa defierit, & populum hunc punîeris, serva me [m]. ¶ *Sustinui propter te*, &c.] q. d. Citò debes adhibere remedium [n], nè diutiùs & tu & ego probris afficiamur [o]. Non ob privatam causam conciliavi mihi odia, probra & calumnias, sed quia fideliter officio meo perfunctus sum [p].

16. *Inventi sunt* (sub. à me, V. Me.) *sermones tui, & comedi* (vel, *devoravi*, Ti.) *eos*] Ità Mo. P. M. Ti. Calv. sim. V. i.e. Cùm inventa sunt à me, devoravi illa. Comparat recipientem Verbum Dei comedenti cibum suavissimum [q]. Simulatque intellexi mandata tua, statim ea in animum admisi [r]. *Oblati mihi sunt*, &c. Calv. *Quum adfuerunt* (vel, *præstò fuerunt*, Pi.) —*admisi illa*, JT. vel, *comedi illa*, i.e. avidè amplexus sum, & diligenter consideravi †. τὸ *inventi sunt* referendum est vel, 1. ad id quod certò compertum habuerit Propheta, Deum sibi esse authorem: nam in S. S. ubi res aliqua deprehensa est & cognita, dicitur inventa esse. Vel potiùs, 2. ad vocationem; q. d. Non ambitiosè captavi hanc provinciam, sed mihi divinitus & gratuitò oblata fuit, vide Jer. 1. 5. & Deus me prævenit [t]. Ego autem nullam puto esse emphasin in voce *inveniendi*, sed hunc sensum esse, Quamprimùm nuncia tua ad me venerint, lubenter ea accepi, &c [v]. *Comedi*, &c. q. d. Nihil ex summis labiis protuli, sed ex intimo corde; ex animo parui mandato Dei. Dicimur comedere sermones Dei, cùm non tantùm gustamus, ut statim respuamus, sed dum recipimus intus & concoquimus: q. d. Non histrionem egi cùm populum docui, sed seriò exsequutus sum partes mihi mandatas [x]. ¶ *In gaudium*, &c.] i. e. Oblectatus sum illo sermone. Confer Ezec. 2. 8. & 3. 1, 2, 3. Qu. Quomodo judicia Dei, quæ illi tantum tristitiæ attulerunt cap. 9. erant ei in gaudium? Resp. Humanitus luxit populi interitum, & tamen virtute Spiritûs superabat omnes humanos affectus, & functus est suo officio, & approbavit justas Dei vindictas. Confer Os. 14. 10 [y]. ¶ *Quoniam invocatum est nomen tuum super me*] Sic Mo. P. &c. i. e. Vocatus sum Propheta Dei [z]; in quo lætabar [a]. Quia Deus voluit operâ meâ uti ad populum docendum, & cognovit me veracem ac fidelem; q. d. ipsi Deo probatus sum. *Invocatur nomen Dei* promiscuè super omnes; verè autem

Marg.: a Calv. † Belg. * Pi. b V. † M. c Boot. anim. 4. 10. 5. 206. d Ca. sim. Ang. * Jun. f T. † Idem. g T. sim. Me. h Me. i G. k Mar. l Di. m Belg. n L. o T. p Calv. ad v. 16. q V. r G. † Pi. sim. Belg. t Calv. v Ang. x Calv. y Calv. z V. sim. Pi. Ang. G. a G.

tem & reipsa super fideles & electos. Jeremias priùs fuit discipulus Spiritûs Sancti quàm esset plebis doctor†. ¶ *Deus exercituum*] Pondus est in his verbis: magnifacit hîc Dei gloriam, quò posset excelso animo despicere adversarios suos: difficile enim fuit illi bellum gerere cum toto populo[b].

17. *Non*, &c. לֹא יָשַׁבְתִּי בְסוֹד מְשַׂחֲקִים וָאֶעְלֹז] *Non sedi* (vel, *dego*, Ca.) *in cœtu* (vel, *concilio*, M.Ti.Ca. Designat impios proceres & gubernatores[c]. Vel, *secreto*, Mo. *choro*, G. *turba*, Ch. *consilio*, JT. Pi.) *derisorum*, vel *irrisorum*, Calv. M.Ca.JT.Pi.Sy.Ar.Calv. (i. e. prophanorum Dei contemptorum, qui subsannant quicquid in medium affertur Dei nomine. Non fui illis conjunctus[d]. Declinavi illorum consortium*. Vel, *ludentium*, Mo.P. Ti. ό'. Vulg. vel, *cantantium*, Ch. G. & saltantium[f]: vel, *jocantium*, V. vel, *hilaria agentium*. Ità vox sæpe usurpatur, ut Eccles. 3.4. & 7.3. & 10.19. & Jer. 30.19. & 31.4[g]. Cùm Prophetam agere cœpi, abstinui à risu, ludis & jocis; ab omni levitate alienus fui[h]: nempe, tueri volui dignitatem statûs mei & muneris prophetici[i]. Al. Quamvìs tantum munus me gaudio perfudit quum illud aggressus fuerim; tamen in exsecutione muneris mei parùm gaudii, & plurimum mœroris, reperi, &c[k].) *nec* (vel, *&*, M. vel, *aut*, JT. vel, *ut*, Ti.) *exsultavi*, Mo.P. Calv. Pi. G. JT. vel, *corrisi*, M. vel, *exsultarem*, Ti. vel, *delectatus sum*, Ch. sub. *cum illis*, Pi. Al. *sed extimui*, Sy. sim. ό'. Ar. Nihil mihi ab eo tempore fuit dulce[l]. ¶ *A facie*, &c. מִפְּנֵי יָדְךָ בָּדָד יָשַׁבְתִּי] *Propter* (vel, Sed *propter*, Ti. Pi.) *manum tuam* (i. e. vel, 1. propter prophetiam tuam, quam mihi inspirâsti[m]; quia indidisti mihi prophetias comminatorias*, ac proinde ingratas, & exosas omnibus†: vel, 2. propter plagam tuam[n]: vel, 3. propter mandatum tuum, quo me gubernas[o]; propter mandata mihi imposita[p]; quia ego te spectavi, & volui me totum tuo imperio subjicere[q]:) *solus* (vel, *seorsum*, Ca. Calv. Sy. *solitarius*, Pi.) *sedi*, JT. M. P. &c. vel, *habito*, Ti. *dego*, Ca. i. e. desertus sum ab omnibus[r]. Al. à turba me subduxi, more lugentium, Jer. 13.17. Lam. 3.28†. discessionem feci à populo, quia non poteram aliter Deo obsequi. Locus hic notatu dignus. Jeremias erat Propheta Jerosolymæ, & unus ex sacerdotibus; divortium tamen ab illis facit, & renunciat omnem societatem cum suis collegis & fratribus, &c[t]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי זַעַם וגו'] *Quia indignatione* (vel, *sævitiâ*, Ca. vel, *impatienti indignatione*, Ti.) *replevisti me*, Calv.Mo.M.&c. *Indignatione*, vel, 1. ab hoc populo, cui ego ob nuncia tua invisus sum; vel, 2. adversùs hunc populum[v], propter scelera illius[x]; vel, 3. quam in illos denuncio[y]. Quia omnia vaticinia quæ mihi imposuisti sunt minacia[z]. Sensus, qu. d. Non fui impulsus levi aliquo motu, sed zelo Dei accensus: propheticum munus talem requirit ardorem[a]. [Strig. versum sic reddit, *Non sedeo in concilio subsannatorum, neo lætitiam ex eis capio, sed in manu tua acquiesco, quia valde mihi irasceris.*]

18. *Quare*, &c? לָמָּה הָיָה כְאֵבִי נֶצַח וּמַכָּתִי אֲנוּשָׁה מֵאֲנָה הֵרָפֵא] *Quare fuit*, vel *factus est*, (vel, *erit*, Calv. vel, *fieret*, G. *durat*, Pi. *duraret*, Angl.) *dolor meus fortis?* P. M. Calv. (vel, *durus?* qui nullâ mollitie leniri potest. Alludit ad ulcera, quæ duritie suâ repellunt medicinam. Vel, *perpetuus?* Mo. Ang. in *æternum?* Pi. Angl.) *&* (sub. *cur*, Pi.) *plaga mea* (sub. *est*, Pi.) *desperata*, Mo. P. M. (vel, *insanabilis*, Ti. Calv. V. *ægra*, Calv. Pi. *mortifera*, Pi. *valida*, vel *doloris plena*, Calv.) *renuit* (vel, *renuit* enim, M. vel, *renueret*, G. vel, quæ *renuit*, Pi. Ang. vel, cur *renuit*, Pi.) *curari?* vel *sanari?* Mo.P.Pi.&c. [Ca. locum sic reddit, *Cur in dolore sum continuo? adeóque sævum vulnus habeo ut curari renuat?*] Cur me relinquis in hac afflictione veluti desperatum, nec consolaris[b]? Cur me patereris opprimi[c]? *Dolorem* vocat illam perpetuam contentionem & persecutionem quam ei moliebatur populus suus[d]. Jeremias nuper præ se tulit heroicam fortitudinem, despiciens superbos omnes, totúmque splendorem mundi: sed nunc suam infirmitatem fatetur. Testatus erat se divinitus vocatum fuisse, & munere suo fideliter functum esse, Spiritu Sancto mentem & linguam ejus ità dirigente, ut nihil in doctrina humanum esset, nihil corruptum: dum autem in seipsum descendit, fatetur se agitari multis cogitationibus,

† Calv. [b] Calv. [c] Calv. [d] Calv. * Ang. [f] G. [g] Ang. [h] Me. sim. T. [i] T. [k] Ang. [l] G. [m] V. * T. sim. Me. V. † T. [n] Q. in Calv. [o] Pi. [p] G. [q] Calv. [r] G. Me. T. † Ang. [t] Calv. [v] Ang. [x] Pi. [y] Ang. [z] G. [a] Calv. [b] Me. [c] G. [d] M.

quæ carnis infirmitatem redolerent; & privatim dolore & metu & tædio affectus est, & optâsset onus suum excutere, &c*. ¶ *Facta est*, &c. הָיוֹ תִהְיֶה לִי כְּמוֹ אַכְזָב מַיִם לֹא נֶאֱמָנוּ] *Eris* (vel, *Essendo eris*, Mo. V. *Futurus es*, P. M. Et *tu omnino es*, Ti. Et *fieres*, G.) *mihi sicut mendacium* (h. e. vana & fallax spes[f]) *aquarum non fidelium*, i. e. quæ non perpetuò fluunt, quæ deficiunt in summo calore, ubi maximè expetuntur. Sed quid sibi vult? Verba, ut sonant, non carent blasphemiâ. Cognovit se non posse falli, aut pudefieri. Quare alios potiùs quàm se hîc respicit. Jactabant sæpe impii Prophetam esse mendacem, & deceptum, &c. eorum ergò impietatem his verbis coarguit*. Al. *fallax*, G. (vel, *quasi mendax*, M. Mo. vel, fons *fallax*, V. vel, *velut* vena *mendax*, P.) ut *aquæ infideles*, G. vel, quæ *non sunt fideles*, P. M. i.e. quæ non perpetuò fluunt, sed aliquando cessant[g]; quæ hyeme multùm strepunt, æstate non comparent. Confer Job. 6.15[h]. Al. *ut aquæ quæ fallunt, & firmæ esse nesciunt*, Ti. [Alii locum sic reddunt,] *Dum tu mihi, quasi infidelis aqua, quasi fallax es.* Speratum à te auxilium non adipiscor: ut si quis speratam in fonte aquam non inveniat[i]. Cùm sperarem te laturum mihi auxilium, deseruisti me[k]. Cur *esses* (vel, *Erisne*, Ang.) *prorsus mihi quasi mendax*, Pi. Ang. *quasi aquæ* quæ *non sunt stabiles?* Pi. vel, & *ut aquæ* quæ *deficiunt?* Ang. *Nè sit verbum tuum mihi in mendacium, sicut fons aquarum cujus aquæ deficiunt*, Ch. [JT. versum sic reddunt, & distinguunt,] *Quare esset dolor meus æternus? & plaga mea mortifera? si renueret curari, omnino esses mihi similis fallaci*, (quum salutem & curam Ecclesiæ tuæ in te receperis ab æterno[l];) *aquis instabilibus*, i. e. torrentibus qui momento coorti momento evanescunt: quum Deus sit fons salutis, Esa. 12.3*.

19. *Propter*, &c. לָכֵן וגו'] *Idcirco sic ait*, &c. JT.Pi.&c. *Nihilominus sic dixit*, &c. Angl. Quanquam Propheta diffidentiam & infirmitatem suam prodidit, dignatur tamen Deus illi respondere, tum leniter admonendo eum ut in munere suo pergat, tum pleniùs ipsum confirmando, &c[m]. ¶ *Si*, &c. אִם תָּשׁוּב וַאֲשִׁיבְךָ לְפָנַי תַּעֲמוֹד] *Si redieris*, Ti. Strig. sim. M. (sub. *ad me*, Strig. vel, *Si conversus fueris*, Mo. P. Calv. h. e. Si pœnitueris ab hac incredulitate tua, quâ Verbum meum sugillas[n]: Si non pendeas ab iniquis judiciis populi, sed fortiter illa contemnas, & perseveres in illa discessione[o],) *restituam* (vel, *reducam*, M. *& convertam*, Mo. *tunc convertam*, P.) *te*, Ti. Strig. &c. (condonabo tibi peccata tua[q]; Spiritu meo te confirmabo, ut sentiant te mihi fidum esse servum[r];) *ut stes* (vel, *ut maneas*, Strig. vel, & *stabis*, P.) *coram me*, Ti. M. &c. vel, *in conspectu meo*, Strig. Hæc phrasis dicitur tantùm de Prophetis & electis[t]: q.d. prosequar te omni favore & gratiâ[v]. Licèt obruaris perversis hominum sermonibus, Deus tamen te fulciet & sustinebit, & *stabis*, &c. Significat se correptum à Domino, quòd vacillaret; quia non debuerat ullo modo deflectere ab officio, quamvìs Judæi obstinatè resisterent[y]. *Si converteris*, ô Jeremia, à tua diffidentia, pusillanimitate & impatientiâ, ad firmam in me spem & constantiam[z], & plenam obedientiam; *convertam te* à tristi hoc statu ad lætum & amœnum[a], & restituam te, ut firmus stes ante faciem meam, sísque mihi familiaris, & Propheta charissimus, ac mihi curæ sit salus tua[b]; nec spretus eris à me, ut tu quereris[c]. [Alii locum sic reddunt,] *Si reverti velis*, (scil. ad me: i.e. Si indignatione illâ tuâ non patieris te abduci à prophetandi officio, sed constanter mihi adhærebis,) *faciam ut revertaris*, (i. e. confirmabo animum tuum in sancto proposito adhærendi mihi: Antanaclasis:) *& coram me stes*, i. e. mihi ministres, nempe ut Propheta. Vel sic, *Si vertes te eò quò ego te verto, coram me stabis*. *Si redieris, reconciliabo te, appariturum mihi*, Ca. ¶ *Si*, &c. וְאִם תּוֹצִיא יָקָר מִזּוֹלֵל] *Et si eduxeris* (vel, *segregaveris*, Strig. &c.) *pretiosum à sordido*, sive *vili*, Mo. P. M.&c. i. e. Si prudens eris[d]. Si separaveris Verbum meum pretiosum à verbis Judæorum minacibus, quæ levia, vilia & infirma sunt; quæ ipsi, utpote invalidi, explere nequeunt: si fortiter & animosè adhæseris Verbo meo, & contempseris Judæorum minas*. Si Verbum & promissum meum tanquam pretiosum thesaurum amplexus fueris & custodieris, præ vili acervo ratio-

* Calv. [f] Calv. * Idem. [g] V. [h] G. [i] Ca. [k] V. [l] Jun. * Idem. [m] Ang. [n] M. [o] Calv. [q] V. [r] Calv. [t] V. ex He. [v] V. [y] Calv. [z] Me. T. [a] T. [b] Me. [c] T. * Pi. [d] Ca. * Me.

num humanarum ad pusillanimitatem te excitantium[f]. Al. Locus hic accipi potest, vel, 1. de doctrina: q. d. Si populo proposueris solum Verbum meum, rejectis falsis consolationibus. Vel, 2. de personis: quod malim, quia יללו alibi de persona tantùm dicitur: q.d. Si solis piis proposueris promissiones gratiæ meæ ad consolandum ipsos, non etiam impiis [g]. Si, seclusâ omni adulatione, & posthabito hominum vel favore, vel odio, in ipsa tantùm veritate defixus sis, libere condemnans omne vitium, & quod rectum est fortiter defendas vitæ tuæ periculo [h]. Si, docendo, discrimen facias inter pios & impios, illos solans & confirmans, hos arguens; contra praxin pseudo-prophetarum, Ezec. 13. 19, &c. & 22. 26 [i]. ¶ *Quasi*, &c. כְּפִי תִהְיֶה] *Tanquam os meum eris*, Mo. P. M. &c. i. e. Nomine meo, cum authoritate, loquêris apud populares tuos contumaces [k]. Ego te agnoscam verum & fidelem servum atque pastorem [l]. Ostendes te esse os meum, & à me loqui; quod & ego notum faciam [m]. Al. *Juxta os meum erit*, i. e. Accidet tibi ut ego tibi prædixero [n]. ¶ *Convertentur* (vel, *Revertantur*, M. V. Ang. *Convertantur*, Calv. *Redibunt*, Ca.) *ipsi ad te*] Ità Mo. P. Ti. &c. nempe populares tui, qui tibi maledicunt: illi cogentur te consulere quum jam in periculo constituti erunt [o]; fient tibi supplices [p], opem à te deposcent: ut factum constat Jer. 21. 2 [q]. ¶ *Et tu* (vel, *Tu autem*, Ti. sic M.) *non converteris* (vel, *convertaris*, V. sic M. Calv. *Neque tu redibis*, Ca.) *ad eos*] Ità Mo. P. Non cogêris ipsorum opem implorare [r]. [Strig. locum sic vertit, *Ac ipsorum quidem inclinatio ad te fiet, & non tua ad ipsos*.] Sensus, Fac ut qui recesserint à legibus Dei tibi acquiescant, & nè acquiescas illis †. Nè illis morem geras, aut blandiaris, aut quicquam illorum vitiis concedas, aut veritatem Dei flectas ad hominum arbitrium; sed cogas præfractos subire jugum Dei, & stabilis firmúsque sis in exsequenda provincia tua, ac convertas illos ad te; non autem illis quicquam concedas, ut eos obsequiis tuis demulceas. Et certè nisi hæc servetur ratio, majestas Dei subjicietur libidini hominum [t]. [Alii versum sic reddunt;] *Quandoquidem converteris prout converto te*, JT. G. (vel, *Quia verteris quò te verto*, G. i. e. ad cuncta imperia mihi præstò es [v],) *coram me stas*; (id est, ministras mihi [x]: vel, *& ante faciem meam stas*, i. e. & quia ministras mihi. Id enim est, *stare coram aliquo*. Vide Deut. 10. 8. & quæ diximus ad Matt. 18. 10 [y].) *quandoquidem, inquam, educis rem pretiosam à vili*, JT. (i.e. prophetando discernis quicquid bonum est à malo, & incorruptè, ac sine acceptione personarum, verum doces, & falsum abdicas, tanquam si ego ipse loquerer [z]:) *tanquam os meum es*: JT. sic G. (fideliter refers quæ tibi imperavi. Idem loquendi genus Exod. 4. 16 [a].) *reverti debuerant isti ad te*, (nimirum si vellent servari; quod planè negligunt, perstantes in obfirmatione sua [b];) *non autem tu reverti ad eos*, JT. Pseudo-prophetarum exemplo videlicet, qui ad illos revertuntur, aversi à me, & sua dicta illorum studiis accommodant, ut Jer. 14. 14. Mic. 2. 11 †. Vel, *convertentur ipsi*, &c. G. ex Vulg. Illi te rogabunt, non tu illos. Vide impletum hoc Jer. 42. 2 [c].

20. *In murum æreum*, &c.] q. d. Superabis omnes illorum ictus [d]: etiamsi tu nudus sis, & inermis, & solus; illi verò multi, potentes, & feroces, fint, &c *. ¶ *Bellabunt*, &c.] q.d. Multis modis te vexabunt [f]. Non promittit ei Deus suave otium, imò hortatur eum ad bellandum †. ¶ *Non prævalebunt*] Non erunt superiores [g]. Vitam tibi non auferent [h]. ¶ *Ego tecum*, &c.] q. d. Tu quidem per te, vel propriâ industriâ, non stabis; sed opus habebis auxilio meo. Nè itaque securus esto, sed disce ad me per preces tuas confugere [i].

21. *De manu fortium*] *Fortium* dicit, nè Prophetam illorum potentia terreat [k].

f T. | g Pi. | h Calv. | i Ang. | k Pi. | l Calv. | m Ang. | n V. | o Pi. | p Mc. sic T. | q T. sim. Mc. | r Pi. sim. Mc. T. | † V. | t Calv. | v G. sim. Jun. | x Jun. | y G. | z Jun. | a G. | b Jun. | † Idem. | c G. | d G. sim. T. Calv. | * Calv. | f G. | † Calv. | g Calv. | h G. | i Calv. | k Calv.

CAP. XVI.

2. NON *accipies uxorem*, &c.] Propter mala imminentia, quibus satius unum exponi quàm plures. Vide Paulum 1 Cor. 7. 29 [a]. Nè, super dolorem proprium, etiam uxoris & liberorum miseriis torqueatur [b]. Hoc jubet, ut scirent Judæi se addictos exitio. Parùm refert, sive Jeremias cælebs tunc fuerit, quod mihi probabilius est, sive non fuerit cælebs; quia per visionem hoc ei mandatum fuit, & potuit utcunque hoc vaticinium promulgare [c].

4. *Mortibus ægrotationum*] Ità Mo. P. Calv. sic M. V. i. e. Vel, 1. post diuturnum languorem, quo tabescent cum maximo dolore: nam mors subita tolerabilior est. Vide Job. 21. 13. Ps. 73. 4 [d]. Vel, 2. peste, ut Jer. 15. 2. nam de *fame* & *gladio* sequitur *. ¶ מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים] *Mortibus ægerrimis*, JT. Pi. i. e. acerbissimis. Heb. *ægritudinum*. Pluralis notat superlativum [f]. Vel, *ægrotantium*, i. e. confectorum fame [g]: vel, *valetudinariorum*, Ti. id est, lentis & longis [h]. *Tristi morte*, Ca. Omni genere morborum ex fame, bello, aliísque ærumnis [i]. ¶ *Non plangentur, & non sepelientur*] Vel, 1. ex maledictione Dei; quia Deus privabit eos hoc communi humanitatis officio, nimirum honore sepulturæ, & luctu: vel potiùs, 2. quia tantæ erunt strages, ut nemo his officiis vacet [k]; & sua cuique sufficiat calamitas [l]. ¶ *In sterquilinium*, &c.] h. e. Cadavera insepulta jacebunt; & putrescent [m]; sicut in vita terram sordibus suis contaminaverant [n].

5. *Nè ingrediaris domum convivii*; ità Ti. מַרְזֵחַ] [Variè reddunt.] *Luctus*, M. P. Calv. Angl. ex He. Sed repugnat Amos. 6. 7 [o]. ubi מִרְזַח est, *convivatio* [p]; & Jonathan, qui ad Numer. c. 25. 2. habet, *& edit populus* בְּמַרְזְחֵיהוֹן *in conviviis ipsorum*, nempe Moabitarum [q]. Certè vox hæc significat aliquid & hilaritati & luctui commune: ut RR. dicunt eam in Arab. lingua significare elevationem vocis, sive ex gaudio, sive ex dolore [r]. Al. *epuli feralis*, Mo. *parentalium*; in qua fiunt parentalia, h. e. funebria convivia †. In luctu mortuorum adhibebantur epula lugubria, ut Romanis, teste Tullio in Orat. pro L. Muræna, ità & Hebræis, ut patet ex contextu [t], ex vers. 7 [v]. Al. *designatoris*, JT. Pi. i. e. curatoris funerum, qui designat & præscribit quæ sunt agenda in convivio funebri. Confirmatur hæc interpretatio, tum ex v. 7. tum ex collat. Amos. 6. 7. ubi est vox conjugata, מִרְזַח, quæ ibi commodè exponitur *designatio*, rerum scilicet ad convivium pertinentium. Vetat igitur h. l. Dominus Prophetæ, nè accedat designatorem convivii funebris, ut scilicet ex illo resciscat num præstò sit aliquod funus [x]. Sensus, Jam nunc exemplum illis esto, ut discant carere omnibus gaudii signis, ut quæ brevi omnia ab ipsis erunt auferenda. Confer v. 9 [y]. ¶ *Neque vadas* (vel, *ito* aliquò, Pi.) *ad plangendum*] Orientales dediti erant multis ceremoniis & gesticulationibus, ideóque lacrymis planctum addebant [z]. ¶ *Neque*, &c. וְאַל תָּנֹד לָהֶם] *Neque commovearis* (vel, *circumcursâris*, Ti. vel, *condoleas*, P. sic JT. Pi.) *eis*, Mo. JT. Pi. P. vel, *propter eos*, M. Calv. *illorum gratiâ*, Ti. *de illis*, Ca. q.d. Non dolebitis cum dolentibus, neque gaudebitis cum gaudentibus [a]. ¶ *Quia abstuli* (vel, *recepi*, JT. *abstraxi*, V. *auferam*, Ca.) *pacem meam*, &c. ità P. Ti. Pi. &c. "אָסַפְתִּי וגו] *Collegi*, &c. Mo. P. Metonymia effecti destinati [b]. Vide Psal. 85. 4. Jer. 10. 17 [c].

6. *Neque plangentur*] Significat, unà cum maximis cladibus, (quæ duritiem & barbariem quandam secum afferre, & mole suâ sensus obruere, solent,) summam fore apud Judæos socordiam & feritatem, ut nemo de uxore aut liberis cogitet, sed quisque malo suo obstupescat [d]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִתְגֹּדַד וְלֹא יִקָּרֵחַ לָהֶם] *Nec incidetur*, Mo. (vel, *Nec se incidet*, Calv. sic P. sim. JT. Pi. sub. *quisquam*, Calv. sim. M. Ti. Non laniabunt vultum suum *; cultellis cutem incidentes †;) *nec decalvabitur* (vel, *decalvabunt se*, P. vel, *calvitium inducet sibi* quispiam, JT. Pi.) *eis*, Mo. vel, *propter eos*, P. Pi. M. sim. JT. Ti. &c. Quos scilicet mores multi à vicinis sumpserant, spretâ Lege, Levit. 19. 27, 28. Deut. 14. 1 *. Certum est gestus illos natos fuisse ex tumultuoso hominum impetu, & signa esse impatientiæ [f]. Facturi sunt, necessitate coacti, quod ex præscripto Legis sponte suâ facere detrectabant †. Sed non differit hîc Propheta quid rectum sit, sed ex communi usu sumit loquendi formam [g].

7. *Et non*, &c. וְלֹא יִפְרְסוּ לָהֶם עַל אֵבֶל לְנַחֲמוֹ עַל מֵת]

a G. | b T. ex Hi. | c Calv. | d Calv. | * G. | f Pi. | g Ch. & He. in V. | h Ms. | i T. | k Calv. | l Ang. | m T. sim. Calv. | n Calv. | o Ang. | p Di. sim. Ang. | q Di. | r Ang. | † Ca. | t Calv. | v Ang. | x Pi. | y G. | z Calv. ad v. 4. | a V. | b Pi. | c Ang. | d Calv. | * V. | † Mo. | * G. sim. M. Pi. | f Calv. | † T. ex Hi. | g Calv.

Et non expandent ſibi ſuper luctum ad conſolandum eum ſuper mortuo, Mo. *Et non complodent* (vel, *expandent*, Q. in Angl. ſub. *manus ſuas*, P. ſic Calv.) *illis*, &c. Calv. vel, *propter eos*, &c. M. In vehementi luctu huc illuc brachia projiciebant, deinde complodebant manus[h]. פָּרַס acceperunt pro פָּרַשׂ *extendere*[i]. Al. *Nec lacerabunt ſe* homines *propter eos*, &c. Ang. Ità ſenſus idem eſſet qui v. præced. *incîdent ſe*: at verbum ibi reciprocum eſt, hîc non item; nec vox hæc uſpiam id ſignificat[k]. Al. *Neque* pilos *tondebunt propter eos*, &c. Sy. Al. *Et non frangent panem*, &c. Q. in Calv. & in Angl. Pro לָהֶם, legunt לֶחֶם[l]; quia pronomen in ſequent. [לְנַחֲמוֹ] eſt ſingulare[m]. *Neque panis in luctu diſtribuetur, ad quempiam de morte alterius conſolandum*, Ca. *Non divident eis in luctu, ut conſolentur*, &c. Ti. *Neque partientur* (vel, *frangent*, Ch. ſim. ο'. Ar. ſub. *cibum*, JT. vel, *panem*, Pi. Angl. Ch. ο'. Ar. Ellipſis nominis relati, ut colligitur ex collat. membri ſequentis, & Eſa. 58. 7. ubi phraſis illa plenè exſtat[n]. Vide & Lam. 4. 4. Ellipſis eadem Gen. 42. 33. *accipite vobis*, &c. ſub. *panem*: & ſimilis Gen. 24. 43. *ad hauriendum*, ſub. *aquam*. Confer Ezec. 24. 17[o].) *illis*, &c. JT. Pi. *Neque verò divident inter eos*, (ſcil. *panem*, aut *res alias*,) *ad levandam luctûs acerbitatem in funere*, Strig. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יַשְׁקוּ אוֹתָם כּוֹס תַּנְחוּמִים וגו׳] *Neque potabunt eos* (vel, *bibendum dabunt eis*, JT. Pi. &c.) *calice*, vel *poculo*, (vel, ex *poculo*, JT. Pi.) *conſolationum ſuper*, vel *de*, *patre*, &c. P. JT. &c. Senſus loci, Comites qui funus proſequuti fuerint non conficient ſilicernium, i. e. cœnam quâ veteres, funus exſequuti, utebantur ad conſolandos proximos & neceſſarios mortui, ut Ezec. 24. 17[p]. Mos erat, ut notant Hebræi, lugentibus mitti ab amicis & epulas & vinum, longè optima. Non diſſimilem morem Græcorum ἐν περιδείπνοις, & Latinorum in parentalibus, notat hîc Hieronymus[q].

8. *Et domum convivii non ingrediaris*] Ità Mo. ſic P. M. &c. Non intelligit hîc convivium funebre[r], ſed geniale†, quale dari ſolet in nuptiis, feſtis, victoriis, &c[t]: ut hoc ipſo ſignificet tempus eſſe luctûs, non gaudii[v]; & omnes epulas & gaudia ceſſatura fore[x]. q. d. Nihil ſit tibi ampliùs cum hoc populo, ſive funebres, ſive hilares, epulas celebrent; nec lætitiæ ſocius ſis, nec doloris: quia populus hic addictus eſt exitio, & maledicta eſt omnis cum ipſis communicatio[y]. ¶ וּבֵית מִשְׁתֶּה וגו׳] *Et domum compotationis*, &c. Ti. ſic Ar. *Ideo in nullam tabernam ingredieris, ut ibi ſedens cum eis cibum aut potum capias*, Strig.

9. *Deus Iſrael*] Ità ſe hîc vocat, ut ſciant ſibi nihil profuturum, quòd genus Abrahæ ſibi adoptaverit†. ¶ *Ecce, ego*, &c.] Hâc phraſi teſtatur ſe jam armatum eſſe, & cladem hanc brevi futuram[z]. ¶ *Vocem ſponſi, &—ſponſæ*] Id eſt, cantiones nuptiales & lætas[a]. Signum hoc ultimi interitûs, quia ſocietas humani generis fovetur conjugio[b]. Repetit ex iis quæ ſuprà cap. 7. verſ. ult[c].

10. *Et dixerint tibi*, &c.] qu. d. Illi non libenter cedent, ſed intendent litem, & tibi, quaſi injuſtè ipſos accuſes, & etiam Deo, quòd inhumaniter ſæviat, &c. Confirmat hîc Prophetam, nè moveatur populi contumaciâ, &c[d].

11. *Patres veſtri*, &c.] Poteſt Deus juſtè ulciſci ſcelera in totum humanum genus: nunquam tamen punit innoxios, &c. Imitabantur hi ſcelera parentum*.

12. *Pejus—quàm patres*, &c.] Quòd confirmarent ſe ad malitiam, ídque exemplo patrum, & obſtinatè pergerent, &c. poſt plures admonitiones propheticas[f]. ¶ *Poſt pravitatem cordis ſui*, &c.] Sectamini libidinem veſtram, quò minùs me audiatis[g]. Nulla tam prava vobis incidit cupido quam non opere impleatis[h].

13. *Et ſervietis ibi diis alienis*] Id eſt, vel, 1. populis qui illis diis ſerviunt[i]: videtur enim qui domino imperat, etiam ſervo imperare[k]. Vel potiùs, 2. diis ipſis[l]. Notatur pœna talionis[m]. q. d. Cogent vos idola colere[n]. Vel, conceſſio eſt, q. d. Poteritis ibi uſque ad ſatietatem ſervire idolis, ad quæ ità anhelatis, imò inſanitis[o]. ¶ *Qui non*, &c. אֲשֶׁר לֹא אֶתֵּן לָכֶם חֲנִינָה] *Quia* (vel, *Et ibi*, M. *Ubi*, Ti. In *quo*, Angl. ſub. *loco*, ut Gen. 21. 17. Ruth 1. 17[p]: vel, *Quamdiu*, JT. Pi.) *non dabo* (vel, *dedero*, JT. Pi.) *vobis miſericordiam*, Mo. P. ſim. M. Ti. &c. ſub. *ab hoſtibus*, M. h. e. Non flectam hoſtium veſtrorum corda, ut ſint vobis propitii vel exorabiles[q]. Faciam ut hoſtes non miſereantur veſtrî[r]. Al. Optimè ad ſenſum qui ſequitur connectendum vertas, *Donec veſtrî miſertus fuero*†. q. d. Toto tempore quo vos decrevi exſulare, neque vobis conciliare gratiam apud dominos veſtros; ut factum eſt temporibus Cyri[t]: q. d. per totos 70 annos. אֲשֶׁר hîc ponitur pro כַּאֲשֶׁר[v]. Sunt autem hæc verba μεταβατικὰ ad ſequentem promiſſionem[x]. Al. *Nec reddam vos clementiâ dignos*, Sy. Al. *Qui non dabunt vobis requiem*, Vulg. ſim. ο'. Ar. liberantes vos à captivitate, &c[y]. q. d. Sed ab iſtis diis non poſſitis requiem ſperare[z].

14. *Non dicetur ultrà*, &c.] i. e. Nova beneficia obſcurabunt veterum memoriam; ſicut magis placent nova cantica[a]. Triſtibus læta miſcet, ſpem liberationis ex Babylone[b]. Majus, inquit, erit hoc beneficium priore, &c[c]. Plerique hîc interpoſitam volunt conſolationem fidelium. Sed ego exiſtimo ſententiam hanc mixtam eſſe, quòd partim ſeverè denunciat, inſtare illis atrocius malum quàm illud Ægyptiacum; partim tamen, ſed obliquè & non ex profeſſo, guſtum aliquem dat futuræ redemptionis. Ità oſtendit quàm formidabilis illos pœna maneret, quòd ſcilicet redemptio [ex illa] futura eſſet magìs incredibilis[d] [quàm illa ex Ægypto.] Significat h. l. vel duriorem fore eorum ſervitutem in Babylone quàm olim in Ægypto, adeò ut, acerbitate præſentis, veteris obliviſcantur; vel, majus hoc fore beneficium, liberationem è Babylone, quàm illam ex Ægypto*.

15. *De terra Aquilonis*] Id eſt, de Babylonia[f]: vel, de Media & vicinis locis[g].

16. *Mittam*, &c. שֹׁלֵחַ לְדַוָּגִים וגו׳ וְדִיגוּם וגו׳] *Mitto* (vel, *Mittens ſum*, Angl. *Miſſurus ſum*, JT. Pi. V. ſub. *legatos*, vel *nuncios*, V. ſic Pi. Eadem ellipſis Gen. 27. 45. Sic autem ſequens ל idem valet quod אֶל, ut aliàs ſæpe[h].) *ad piſcatores multos,—& piſcabuntur eos: &—mittam ad venatores*, &c. M. Ti. Calv. Pi. &c. *Ego multis mandabo piſcatoribus*, &c. Ca. *Mittam piſcatores*, &c. Strig. ſim. ο'. Sy. Ar. Pi. Sic ל ponitur pro אֵת, articulo accuſativi caſûs, ſicut interdum, more Syrorum, ponitur. Per *miſſionem* hîc metaphoricè intelligitur inſtinctus arcanus cordium[i]. Continent hæc verba vel, 1. promiſſionem[k], de reditu ſcil. Judæorum; ſive 1. corporalem[l]. Ità *piſcatores* & *venatores* hîc ſunt Medi & Perſæ ſub Cyro[m]; Eſdras, Zorob. Nehem. & tot alii qui Judæos profugos & diſperſos terrâ maríque recollegerunt, & in patriam reduxerunt. De his ad literam loquitur[n]. Sive 2. ſpiritualem*: ut colligitur tum ex v. 19. *Ad te gentes venient*, &c. q. d. Non tantùm piſcabitur Iſraelitas undiquaque, ſed adducet etiam Gentiles, &c; tum ex collat. cum Ezec. 47. 10. ubi ſub piſcatorum ſimilitudine beneficium hoc promiſſum eſt. Sic locum intelligunt Orig. Tertul. Ambroſ. Hieron. Brent. &c†. Allegoricus ſenſus præcipuè hîc intenditur, qui eſt de Apoſtolis viríſque Apoſtolicis, qui ex Judæis & Gentibus plurimos piſcati ſunt*. *Piſcatores* hîc dicuntur Apoſtoli, qui vocatione ſuâ tales erant, & à Chriſto facti *piſcatores hominum*, Matt. 4. 18, 19. Luc. 5. 10; qui etiam, inſtar piſcatorum, plurimos homines uno retis jactu ceperunt, Act. 2. 41. & 4. 4. *Venatores* autem, eorum ſucceſſores, huc illuc per totum orbem diſperſi, &c[o]. Exiſtimant hi Prophetam hîc proſequi quod v. præced. cœperat dicere, de liberatione Judæorum. Sed, 1. Senſum illum [præced. verſ.] jam repudiavi. 2. Si ità ſit, non ſequitur Deum hîc pergere in illa ſententia, ſtatim enim ad minas redit[p]. Vel, 2. comminationem[q]: ut videtur tum ex eo, quòd hæc ſimilitudo de tyrannis adhiberi ſolet; vide Gen. 10. 9. Ezec. 12. 13. Amoſ. 4. 2. Hab. 1. 14: tum è contextu, quia de vindicta Dei loquitur v. 17[r]. Incipit hîc exornatio, primùm, judicii efficiendi in Judæis quod v. 13. Deus denunciaverat, comprehenſa tribus verſibus; deinde, promiſſæ inſtaurationis, tribus alteris†. *Piſcatores* hîc ſunt Ægyptii, qui vivebant ex piſcatu; vide Eſa. 19. 8. qui ſub Pharaone Nechone Judæos mulctabant[t]. (Sed nec magna tunc clades facta eſt, & hæc prophetia illâ hiſtoriâ poſterior videtur[v].) *Venatores* autem Chaldæi, indè à temporibus Nimrodi celebres

illo

[h] Calv. [i] Ang. [k] Ang. [l] Calv. Ang. ſim. G. Mar. [m] He. in Ang. [n] Pi. [o] Ang. [p] Jun. ſim. Mar. [q] G. [r] Me. † Me. ſim. T. Calv. [t] Me. ſim. T. [v] Me. [x] T. [y] Calv. † Calv. [z] Calv. [a] Me. [b] Calv. [c] G. [d] Calv. * Calv. [f] Calv. [g] V. [h] G. [i] G. ex Ch. Mar. [k] G. [l] Calv. Ang. &c. [m] Pi. [n] V. ſim. Calv. Me. [o] Me. ſim. T. [p] Ang.

[q] Calv. [r] V. † G. [t] Jun. [v] Pi. [x] Jun. [y] Me. [z] T. [a] G. [b] Mar. [c] Jun. [d] Calv. * Me. [f] Pi. [g] G. [h] Pi. [i] Pi. [k] Q. in Ang. [l] Q. in Calov. [m] Q. in Ang. [n] T. * Al. in Ang. Calov. † Calov. * T. [o] Q. in Ang. [p] Calv. [q] Q. in Ang. ſic Calv. Q. in Calov. [r] Calov. † Jun. [t] Pi. ex Jun. [v] Ang.

illò venationis genere[x]. Al. Et *piscatores* & *venatores* hîc vocantur Chaldæi[y], qui cives Jerosolymæ obsidione, quasi reti, cingebant; & Sedeciam militésque ejus fugientes, instar ferarum, venati sunt[z]. Hi, inquit, *piscabuntur*, i. e. redigent in potestatem suam[a]. *Piscatores* Chaldæos vocat, quia totam Judæam exinanirent incolis; deinde, ut significet facilem eis victoriam fore; ut piscatores facilè & sine armis pisces capiunt, utpote non resistentes: *venatores* autem, quòd Judæos huc illuc dispersos in cavernis, &c. persequerentur[b]. Al. *Piscatores* hîc sunt Chaldæi, qui Judæos undique velut everriculo cepêre: *venatores* autem sunt Persæ, qui ex omnibus locis Judæos recolligent[c]. ¶ *Et venabuntur* (i. e. hostiliter persequentur[d]) *eos de omni monte*, &c.] Quò salutis causâ confugerant*.

17. *Super omnes vias*, &c.] Bonas & malas[f]. Significat eos non semel, aut in una tantùm specie, deliquisse, sed scelera sceleribus addidisse; adeóque justam hanc esse mercedem, &c. Prophetæ non tantùm futura prædicunt, sed simul adjungunt causas, & vaticiniis doctrinam addunt[g].

18. *Et* (vel, *Sed*, Strig. *Itaque*, Pi.) *reddam* (vel, *rependam*, JT. Pi vel, *pensabo*, Ca.) *primùm*, &c. ראשונה משנה עונם] *Primùm* (vel, *priùs*, Ti.Ca.JT.Pi.Strig. h. e. antequam eos reducam in terram[h]: vel, *pridem*, sive, *ab initio*; q. d. Cùm rependam Judæis mercedem, colligam omnes iniquitates quæ pridem quasi sepultæ fuerant, & uno quasi fasciculo involvam patres cum filiis, & simul colligam omnia omnium scelera, ut quasi uno rogo ipsos consumam[i]. Vel, *initio*, Mo.) *duplum iniquitatis*, sive *iniquitatum*, (vel, *duplum iniquitatibus*, Ti. vel, *duplo crimen*, Ca. vel, *duplicem iniquitatem*, M.) *eorum*, &c. P. &c. *Duplum*, i. e. vel, 1. primùm pro parentum peccatis, deinde pro suis[k]: vel, 2. abunde[l], ut Esa. 40. 2[m]. (quò videntur hæc verba respicere[n],) & 61. 7. Jer. 17. 18[o]. q. d. justâ & perfectâ mensurâ, vel, extremo rigore, qui tamen culpâ caret. Fortè alludit ad hostes, vindictæ suæ ministros, quorum sævitia atrocior erat quàm putabant[p]. Chaldæus ראשונה משנה interpretatur, *primis*, qui avecti sub Jechonia, & *secundis*, qui sub Sedecia[q]; [locúmque sic vertit, *Et reddam secundis, sicut & primis*, duplices *iniquitates eorum*.] ¶ *In morticinis*, &c. בנבלת וגו׳] *Cadaveribus* Heb. *cadavere*, Pi. Angl. sing. collective[r],) *abominationum* (vel, *rerum detestabilium*, JT. Pi.) *suarum*, P. Calv. &c. h. e. victimarum quas præter præscriptum Dei mactabant †. Antithesis hîc est inter cadavera fœtida, (qualia erant sacrificia idolis oblata,) & bonam fragrantiam, quæ fuit in sacrificiis legitimis. Eadem tamen erat utrísque species: discrimen erat in præcepto Dei, quo ista carebant, &c[t]. *Cadaveribus deorum suorum*, G. i. e. victimis humanis[v], vide Jer. 19. 5. Ezec. 16. 20[x]. & vilibus immundísque animalibus, quæ idolis mactabant. Vide Esa. c. 65. v. 4. & c. 66. v. 17[y]. *Flagitiorum suorum cadavere*, i. e. fœdis suis diis[z]. Scriptura hîc & alibi culturam idolorum vocat *stercus*, *fœtidum cadaver*, *abominationem*, &c[a]. ¶ *Et abominationibus suis*, &c.] Id est, idolis[b]. Idololatriâ suâ multiplici[c].

19. *Domine fortitudo mea*, &c.] Deum hîc ornat aptis epithetis, quæ fidem ejus adversùs omnes tentationum impetus sustinere possent: q. d. Quamvis me exaniment præsentes miseriæ, & ultima clades quæ impendet, tamen tu eris mihi refugium. Jam tempus est quo experiar quid valeat tua potentia[d]. Arripit Jeremias pollicitationem Dei de reducendo populo, & cum gaudio approbat*. Videtur Jeremias ex abrupto verba ad Deum facere. Sed tenendum est ipsius consilium. Quod hactenus dixit, poterat videri promissionibus Dei adversum, & prorsus abolere fœdus ictum cum Abrahamo. Voluit ergò se & alios munire adversùs gravissimam illam tentationem. Abrumpit ergò disputationem cum Satana, & rectà in Deum conjicit oculos[f]. ¶ *Ad te gentes venient*, &c.] Id est, magni greges Judæorum[g]. Non placet. 1. Quia Judæi nusquam vocantur *gentes* sine adjuncto. 2. Nec Babylon ità longè ab Hierosolyma distabat, ut extremum terræ vocari debeat[h]. Vaticinatur ergò h. l. futuram Gentium conversionem[i]; quæ ex Babylonica captivitate occasionem & initium sumpsit[k], (quando multi ex Chaldæis conversi cum Judæis è Babylone migrârunt[l],) post Christi autem adventum expleta est, Rom. 11. 25[m]. De priore conversione accipiunt Thom. Dion. & Mald. de posteriore, Hieron. Theod. &c. ego, de utraque: de illa historicè, & quasi in typo; de hac allegoricè[n]. Exitio Judæorum hîc opponit Gentium conversionem: q. d. Quamvis nunc pereat genus Abrahæ, non tamen intercidet fœdus Dei, quia Gentes convertentur, &c. Sed quid hoc ad Judæos? Resp. Cum Gentibus convertendæ sunt reliquiæ Judæorum, Rom. 11. 5. Eph. 2. 17. Et argumentum est à majori ad minus; q. d. Dispersos per totum mundum ad se colliget, multò magis reliquias illas, &c. Sed quoniam difficile hoc erat certamen, Deum vocat *robur suum*, &c[o]. ¶ *Et dicent*, *Verè*, &c. אך שקר נחלו וגו׳] *Verè*, vel *Utique*, *falsitatem*, sive *mendacium*, sive *falsum*, (id est, falsam religionem[p],) *possederunt* (vel, *habuerunt*, Strig. *hæreditârunt*, Ang. i. e. nacti sunt, ut Prov. 11. 29. & 14. 18[q]: *hæreditate possederunt*, Ti. q. d. amplexi sunt tanquam hæreditatem, quæ cuique pretiosissima est; summam felicitatis suæ posuerunt in superstitionibus[r];) *patres nostri*, Mo. P. M. JT. &c. Non illis obstat patrum exemplum, quò minùs fateantur & se & patres reos esse, &c. Oblique exprobrat Judæis, quòd non destiterant à sceleribus patrum, toties admoniti. Hæc confessio Gentium ostendit eorum conversionem. Pœnitentia, ubi Deum non occultè modò, sed malis exemplis, offendimus, confessionem exigit †. ¶ *Vanitatem*, &c. הבל ואין בם מועיל] *Vanitatem* (vel, *Vanitas*, sive, Stulta imaginatio hæc fuit, quam præclaram nobis hæreditatem esse putabamus*: vel, & *vanitatem*, M. Ti. vel, *Vana*, Ca.) *& inutilia*, JT. Ca. vel, *& nihil in ipsis utile*, Calv. vel, *& non est in eis juvans*, sub. *tempore tribulationis*, Q. in V. vel, *& non est in eis utilitas*, P. vel, *& eos in quibus nulla est utilitas*, V. sim. M. Ti. vel, *& deos inter quos nullus erat qui prodesset*, Pi. Spes habuerunt malè collocatas. Hoc dicent experimento edocti[t].

20. *Numquid*, &c? היעשה לו אדם אלוהים והמה לא אלוהים] *An* (vel, *Num enim*, Ti.) *faciet* (vel, *faceret*, Ti. vel, *facturus esset*, JT. vel, *facere potest*, Pi.) *sibi* (h. e. ad colendum, ut Esa. 2. 20. vel, τὸ *sibi* redundat[v]:) *homo deos*? Calv. P. Mo. M. JT. G. Pi. &c. *&* (vel, *sed*, M. *atqui*, JT. Pi. *cùm* tamen, V.) *ipsi* (nempe homines[x]) *non* (sub. *sunt*, P. M. &c.) *dii*? Calv. P. M. Mo. &c. q. d. Qui Deus non est, an potest facere Deum? an creatura potest esse creator? nemo dat quod non habet. Nec quenquam hîc turbet mutatio numeri, [à sing. *homo*, ad plur. *ipsi*,] quæ frequens est†. Al. *qui dii non sunt*? i. e. Fierine potest ut humana audacia id jus sibi sumpserit, ex non diis faciendi deos? Tertullianus Apologetico, *Apud vos de humano arbitratu Divinitas pensitatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit. Homo jam Deo propitius esse debebit*[y]. *Hominémne sibi facere deos qui dii non sunt*? Ca. reipsa videlicet, etsi opinione sint, Jerem. 10. 3[z]. Num convenit ut decet, ut homo sibi deos faciat? q. d. nullo modo[a]. Sunt hæc verba vel, 1. Dei indignantis adversùs populum suum, quòd nè tot experimentis edocti didicerint vanitatem idolorum, quam & ipsæ Gentes fatentur v. præced[b]. Huic interpretationi favet illatio v. seq. quæ hîc fundari videtur[c]. Vel, 2. conversarum Gentium, quæ hîc porrò agnoscunt patrum amentiam, &c[d]. Vel. 3. Prophetæ, qui, post illam tentationem de qua dictum v. præced. recuperatâ fiduciâ, & collecto vigore, animosiùs insurgit contra impios Judæos*.

21. *Ostendam*, &c. מודיעם בפעם הזאת אודיעם וגו׳] *Ostendam eis* (vel, *faciens ut experiantur illi*, JT. *cognoscere faciam ipsos*, Calv. *faciam ut* rem *cognoscant*, Pi.) *vice hâc*, P. Calv, &c. (q. d. Si hactenus stupidi fitis, nec pœnæ quas inflixi satis vehementes sint[f]: vel, *semel*, Ti.) *ostendam* (sub. *inquam*, P. M. Ti.) *eis manum meam*, P. Vulg. G. &c. (illis puniendis[g],) *& virtutem meam*, G. ex Vulg. in reducendis†. Respondet Deus Prophetæ, quia rem tam fœdam, Jeremiâ fatente, admiserant Judæi, se manifesta daturum Divinitatis suæ indicia[h]. ¶ *Et scient quia* (vel, *quòd*, Calv. &c.) *nomen mihi Dominus*] Vel, *Jehovah*, Calv. G. &c. id est, qui in promissis mihi constans. Vide Exod. 6. 2[i]. Nomen illud mihi esse sacrum, nec ad alios transferendum.

[x] Iun. sic Pi. [y] V. sim. Calv. Ang. Me. &c. [z] V. sim. Me. [a] Pi. [b] Calv. [c] G. [d] Pi. [e] V. [f] G. [g] Calv. [h] Pi. sim. Jun. &c. Me. Ang. Bulg. [i] Calv. [k] Hc. in Ang. sim. V. [l] Pi. Ang. &c. [m] Pi. G. Ang. [n] G. [o] Ang. [p] Calv. [q] G. [r] Ang. † Pi. [t] Calv. [v] G. [x] G. sic Ang. [y] Ang. [z] Ca. [a] M. [b] G. [c] Pi. [d] Calv. * G. [f] Calv. [g] G. [h] Sa. [i] M. sim. Calv. Ang. T. Sa. [k] M.

[l] San. & T. [m] Me. [n] San. [o] Calv. [p] Pi. [q] Ang. [r] Calv. † Calv. * Calv. [t] G. [v] Ang. [x] Calv. † Idem. [y] G. [z] Jun. [a] Me. [b] Q. in Ang. [c] Ang. [d] Plerique in Ang. * Calv. [f] Calv. [g] G. sim. Calv. † Idem. [h] G. [i] G.

dum. Spoliatur Deus jure suo, nisi unicus sit & censeatur [k].

[k] Calv.

CAP. XVII.

1. PEccatum *Juda scriptum est* (vel, *scribetur*, G.) *stylo*, &c. בְּעֵט בַּרְזֶל בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר] *Stylo*, vel *in stylo*, (vel, *calamo*, ο'. Sy.) *ferri*, sive *ferreo*, P. Ti. Pi. Mo. &c. (sub. *in re dura*, quæ requirat stylum ferri [a]:) *in ungue* (vel, & *ungue*, P. Ti. G. est enim utrobique [in בְּצִפֹּרֶן & in בְּעֵט] ב nota instrumenti [b]; vel, *ungulâ*, M. vel, & *cuspide*, Ca.) *adamantis*, Mo. Me. ex Vulg. i. e. in tabella ex adamante, qui *unguis* dicitur à nitore & lævitate *. *Ungula adamantis* idem quod *stylus ferreus* [c]. Videntur hæc esse duo nomina vel ejusdem instrumenti, vel duorum non valde dissimilium; quorum unum calamo, alterum ungui avis, simile erat [d]. Repetitur enim plerumque apud Prophetas una eadémque sententia *. *Unguis adamantis* est acumen ejus quo scribi solet. Vide Paraphrasten Hierosolymitanum ad Deut. 32. 13 [f]. Vel, *adamante acutissimo*, Heb. *ungue adamantis*; hypallage & metaphora. Solent enim acui adamantes ad usum scalpendi; & ungues ferarum atque avium acuti sunt. שָׁמִיר, aliàs *vepretum*, hîc *adamantem* sign. ut & Ezec. 3. 9. Zach. 7. 12 [g]. Vel, & *scalpro* (Heb. *ungue*, Jun.) *lapidis perdiuturni*, JT. i. e. scalpro valentissimo, quali opus est ad scalpendos lapides firmissimos, qui in æternitatem servantur, &c. Ab hac firma natura istius lapidis orta est Hebræa appellatio, quasi lapidem servabilem dicas: quod plerosque Interpretes adduxit ut exponerent, *adamas* [h]. Sed aliud est *adamantis* nomen Exod. 28. 18 [i]. Mihi שָׁמִיר est *smiris*, lapis tam durus, ut eo gemmarii ad gemmas expoliendas utantur; ut testantur Dioscor. lib. 5. & Stephanus in voce Ἀρμενία, & alii [k]. שָׁמִיר significat lapidem quemvis prædurum, (sic dictum, tum quòd diu durat, tum quòd res ei inscriptas diu servat,) ut patet ex Chaldaico vocis usu Deut. 8. 15. Job. 28. 10. Psal. 114. 8. Sed quisnam est usus silicum ad scalpendum [l]? Alii ergò verba sic legunt, *stylo ferri*, & *ungue* in *duro lapide*, putà marmore; hoc est, ut ipse se explicat, *in corde* eorum lapideo. Vide Ezec. 36. 26. Zach. 7. 12 [m]. Sed dura videtur hæc sententia. [Alii forsan aliter sentient; nam ellipsis τῶ ב *in* est frequentissima.] Mallem per *unguem*, vel *instrumentum*, *duri*, vel *diuturni*, *lapidis*, hîc intelligere, non ex tali lapide factum, sed quo tali lapidi aliquid insculpitur: quomodo *fornax ferri* dicitur, non quæ ex ferro facta, sed in qua ferrum liquatur, Deut. 4. 20. Vide ad Jer. 11. 4 [n]. Sensus est, Ego, durè eos tractando, faciam ut meminerint quæ & quanta peccaverint [o]. Peccata Judæ sunt indelebilia; nam cor eorum est durissimum [p]. Judæi non sunt leviter iniquitate tincti, sed iniquitas insculpta est in penitissimo ipsorum affectu: contemptum Dei & contumaciam penitùs imbiberunt: insanabiles ergò sunt, & prorsus indigni veniâ, viámque obstinatione suâ saluti clauserunt [q]. ¶ *Exaratum* (vel, *sculptum*, Mo. P. G. sub. *erit*, G.) *super latitudinem* (vel, *in tabula*, Mo. P. M. Ti. sic Ch. Sy. Ar. &c.) *cordis eorum*] Id est, in corde tanquam tabula. Genitivus speciei. Sic Prov. 3. 3 [r]. *Tabulas cordis* metaphoricè appellat affectus: q. d. Ità iniquitati addicti sunt, ut eam gestent insculptam in cordibus suis; sicut in lapide aut ære conspicitur scriptura incisa †. Al. Conscientia ipsos arguit & convincit peccati. Metaphora [t]. Frustrà quærunt effugia. Verba tam de reatu interpretor, quàm de culpa ipsa, & propensione ad malum [v]. Solebant ab idololatris μείλια (*amuleta*) quædam suspendi ad cor, in quibus erant deorum nomina, aut χαράγματα, (*insignia*,) aut numeri. Ad ea alludens dicit illam idololatriam non facilè abituram ab ipsorum corde, ob pœnas scilicet quas sunt sensuri [x]. *Tabula cordis* hîc significat vel, 1. conscientiam [y]: vel, 2. laminam à collo usque ad cor demissam, cui, æquè ut gemmæ, imaginem idoli sui insculpebant [z], palàm ostentantes se talis idoli cultores esse [a]. ¶ *Et in cornibus* (vel, *ad cornua*, JT.) *ararum eorum*] Ità Ch. Sy. Ar. vel, *vestrarum*, P. Ti. sic JT. Pi. vel, *vestris*, M. [Heb. est לְמִזְבְּחוֹתֵיכֶם] Apostrophe ad Judæos, idololatriam indignissimam exprobrans [b]. Hoc dicit vel, 1. quia cornua altarium (quæ scilicet aspergebantur sanguine, Exod. 29. 12. Levit. 4. 7, 18.) redundabant sanguine victimarum quas idolis sacrificabant [c]. Vel, 2. quia in cornibus ararum scribi solebant deorum nomina [d], vel symbola, vel imagines *; vide Act. 17. 23. Ad eum morem alludens hoc significat, fore ut illis cornibus transfodiantur, i. e. pessimè tractentur ob ista facta. Confer Psal. 22. 22 [f]. Verbis præcedentibus innuit contumaciam eorum; hîc, scelerum evidentiam [g]. q.d. Testimonium iniquitatis vestræ occultæ palàm apparet [h].

[a] V. [b] G. * Me. [c] M. sim. Ang. [d] Ang. * M. [f] G. [g] Pi. [h] Jun. [i] Ang. [k] BA. 2. 6. 11. 842. [l] Ang. [m] Q. in Ang. [n] Ang. [o] G. [p] V. [q] Calv. [r] Pi. † Calv. [t] Pi. sim. Calv. [v] Calv. [x] G. [y] Th. & Hi. & Orig. in T. [z] T. ex Sin. Me. [a] T.

[b] Jun. [c] Me. sim. Pi. Ang. [d] G. Me. * T. [f] G. [g] Ang. [h] Calv.

2. *Cum*, &c. כִּזְכֹּר בְּנֵיהֶם מִזְבְּחוֹתָם וגו'] *Secundùm recordari filios eorum ararum suarum, & lucorum suorum juxta lignum frondosum*, Mo. sic G. Sensus est, Ut recordentur diu quid fecerint [i]. *Recordantur enim filii eorum ararum ipsorum*, &c. P. *Cùm recordentur*, vel *Dum recordantur filii*, &c. JT. Pi. sim. Calv. Ar. ità scilicet, ut, insistentes parentum vestigiis, in altaribus ab ipsis exstructis sacrificent [k]. Confirmatio præcedentis dicti de obstinatione Judæorum, ab ipsa puerorum testificatione, qui, parentum idololatriam imbibentes, nunquam Jehovæ, sed idolorum semper, recordantur [l]. Confer Jer. 7. 18 [m]. Probat quod dixerat, *iniquitatem eorum scriptam esse in altaribus*; nempe quia non fuit temporale scelus duntaxat, sed & post mortem corrumpunt posteros suos, quia memoriam relinquunt suarum superstitionum, &c [n]. *Ut liberi conservent memoriam altarium, & lucorum*, intuentes *in arbores frondosas*, &c. Strig. *Ut filii eorum monimenta habeant ararum eorum*, &c. Ti. V. Filii per has aras & monilia recordati sunt idololatriæ parentum suorum, ità scilicet ut eam ipsi quoque imitentur [o]. [Alii aliter vertunt.] *Qui, quantum suos filios, suas recolunt aras*; i. e. Non minùs amant aras quàm solent amari liberi [p]. *Recordantur, quasi filiorum suorum, altarium suorum*, M. *Sicut recordantur filiorum suorum*, ità recordantur *ararum suarum*, V. Angl. ex Ch. & He. q. d. Tam grata est illis memoria ararum quàm liberorum [q]. De simili forma loquutionis vide Psalm. 106. 4. Esa. 1. 7. & de simili verbi supplemento ex præcedente membro vide Gen. 1. 16. 2 Par. 10. 11. Esa. 10. 15 [r].

[i] G. [k] Pi. [l] Jun. [m] Jun. Pi. [n] Calv. [o] T. [p] Ca. [q] V. sim. Ang. [r] Ang.

3. *Sacrificantes*, &c. הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה חֵילְךָ וגו'] *Montane* (vel, *O mons mi*, Ti. id est, O Juda, qui versaris in montibus †, vel, ut illic colas idola [t]; vel, ut in latebris montium tutum habeas perfugium quum hostis instat [v].) *in agro*, (i. e. O tu Hierosolymita, qui in agro optimo montem Sionis inhabitas [x]. Urbs Hierosol. stetit in loco plano, Psal. 125. 2. acclivi tamen, & superior ejus pars, nempe Sion, super collem eminentem [y].) *opes tuas, omnes thesauros tuos in prædam dabo*, Calv. &c. Excutit Israelitis & Judæis stultam fiduciam: q. d. Putatis vobis tutum esse perfugium in montibus; Deus autem indè vos abstrahet: Ego, inquit, tanquam *in agro*, sive planitie, divitias tuas hosti exponam, ut facilis sit earum direptio [z]. Al. *Montem meum*, (vel, Idcirco *montem meum*, h. e. montem Zionem; metonymicè Templum [a]: vel, *Montes meos*, Pi. Angl. singulare collectivè; id est, montes Judææ, quæ montana est [b], Psal. 125. 2. Luc. 1. 39. cujus montes *suos* vocat Deus, Esa. 14. 25. & 65. 9 [c].) *cum* (ut ב sumitur Jer. 11. 19. Hos. 5. 6. &c †.) *ipso agro*, (totum territorium illud distribuebatur in *montes*, & *agros*, sive *planities*, ut Ezec. 6. 3 †.) *copias*, vel *opes*, *tuas*, *omnes* (vel, & *omnes*, Angl.) *thesauros tuos*, &c. JT. Pi. Angl. sive in agro, sive in repositoriis [d]. Al. *Meus mons complanabitur*: *vestras copias*, &c. Ca. Al. *Super montes in agro*, &c. Ch. *In montibus & campis*, &c. Ar. ¶ *Excelsa*, &c. בָּמֹתֶיךָ בְּחַטָּאת בְּכָל גְּבוּלֶיךָ] *Excelsa tua*, Mo. JT. (vel, item *excelsa tua*, Pi. nempe *excelsa tua*, vel, unà cum *excelsis tuis*, Belg. *propter excelsa tua*, i. e. propter omnes impios cultus; synecdoche [e]: & *excelsa tua*, G. Ang.) *in peccato* (vel, *propter peccatum*, JT. Pi. Calv. Ang. sub. *tuum*, Calv. nempe idololatriam [f]: vel, *quæ tibi in peccatum fuêre*, G.) *in universis confinibus*, sive *finibus*, sive *terminis*, *tuis*, Mo. JT. Pi. &c. sub. *perpetratum*, Pi. q. d. Impietas vestra longè latéque diffunditur [g]. Omnia hæc, ait Deus, diripientur [h]. Ità excelsa sunt subjectum direptionis,

† V. sim. [t] Mar. Calv. Belg. Ezec. [v] V. sic Mar. [x] Calv. [y] G. [z] Ang. [a] Calv. [b] Pi. [c] Pi. Ang. [d] Ang. † Idem. † Idem. [d] Id. [e] Calv. [f] Pi. [g] Calv. [h] G.

reptionis, quæ aliis sunt subjectum peccati[i]. [Alii ergò aliter reddunt.] *Propter peccatum*, sive *peccata, excelsorum tuorum* (sub. *quæ sunt*, P.) *in omnibus finibus tuis*, P. M. Ti. V. Angl. Ordo inversus Hebræis, *Excelsorum tuorum propter peccatum*[k]. Trajectio, qualis Prov. 24. 27. *postea & ædificare*, pro, *& postea ædificare*; Ezec. 39. 11. *locus ibi sepulturæ*, pro, *locus sepulturæ ibi*; & Amos. 5. 16[l]. Al. Verto, *Excelsa tua* sunt *in peccatum in omnibus terminis tuis*; vel, sunt *peccatum*. ב enim nominativum sæpe formare, observavimus ad Job. 18. 8. Psal. 68. 5. & 55. 19. Prov. 28. 2. Os. 13. 9. &c[m]. *Sacella vestra, ob peccatum quod omnibus finibus vestris patet*, Ca. [Strig. totum versum sic reddit; *Ego verò omnia excelsa, tum montana, tum campestria, unà cum possessionibus & thesauris tuis, finam diripi propter peccatum in omnibus finibus perpetratum.*]

4. *Et*, &c. וְשָׁמַטְתָּה וּבְךָ מִנַּחֲלָתְךָ וגו׳] *Et* (vel, *Ità*, JT. vel, *Tunc*, Pi.) *remissionem facies* (vel, *intermissionem facies tu*, JT. G. vel, *relinquêris*, Calv. vel, *intermittes*, Ang. ad tempus exsulabis, & terra habebit intermissionem. Allusio ad legem Exod. 23. 11. ex interminatione Levit. 26. 34, 35 *. Vel, *deturbaberis*, Di. *omittere cogêris*, sub. *manum*, ex collat. Deut. 15. 3 [n].) *& in te*, Mo. Calv. (emphaticè, *& quidem in te* ipsa: q. d. Etiamsi aliqui ad tempus maneant superstites, tamen eritis similes mortuis; exitio addicti estis[o]. Vel, *& remissio illa erit in te*; q. d. non erit spontanea, sed coacta[p]. Vel, *& qui tecum*, G. *& qui* sunt *apud te*, JT. i. e. tui omnes[q]. Vel, *etiam tu*. ב in וּבְךָ mihi hîc est nominativi casûs, ut & alibi. Vide v. præced[r]. Vel, idque *per te*, i. e. tuâ culpâ †.) *ab hæreditate tua quam dedi tibi*, Mo. Calv. &c. ideóque jure repetere possum nunc, cùm sitis ingrati, &c[t]. *Ab hæreditate tua*, scil. colenda. Hanc interpretationem peto ex collatione loci Exod. 23. 11. ubi per omissionem terræ, eodem quod hîc habetur verbo significatam, intelligitur omissio agriculturæ. Hæc expositio confirmatur ex collatione sequentis membri. Vide & Levit. 26. 34[v]. q. d. Cogêris, non unum annum, ut Lex præcipit, Exod. 23. 11. Levit. 25. 3, 4. sed multos annos, tu, cum domesticis tuis, cessare à colenda terra; nimirum ut olim comminatus fui, Levit. 26. 34[x]. [Alii locum sic reddunt;] *Et remissio erit in te ab hæreditate*, &c. P. *Vacabis hæreditate tuâ*, &c. Ti. *Et destituêris tu ab hæreditate tua*, &c. M. *Vósque isthinc ex patrimonio vestro deturbatos*, &c. Ca. *Et excutiêris ex hæreditate*, &c. Strig.

5. *Maledictus——qui confidit in homine*] Videtur abrupta esse sententia: sed considerandum est quæ tunc fuit Judæorum conditio, & quas difficultates Propheta sustinuit, & quam frigebant Judæis & promissiones & minæ, dum fiderent Ægyptiis, &c. Nec poterat Propheta doctrinam suam aliter confirmare, nisi excuteret suis popularibus superbiam & fiduciam, &c. Hoc ergò consilio coactus fuit Propheta sæpius clamare, *Maledictus*, &c. Est tamen generalis doctrina: nam hodie quoque sumimus sententias universales, quas accommodare oportet in privatum usum*. Al. Hactenus idololatriam redarguit; hîc, fiduciam in hominibus[y]. ¶ *Et ponit carnem* (i. e. hominem, quem *carnem* vocat per contemptum, ut Esa. 31. 3[z]: hominem mortalem, omnibus casibus obnoxium[a]:) *brachium suum*] Id est, potentiam[b], vel protectorem[c]: ut illo, quasi brachio, se tueatur, suáque promoveat; subaudi semper, relicto & spreto Deo. Talis enim Deo est maximè injurius, negans ejus providentiam, potentiam, bonitatem, sapientiam; quasi Deus vel nollet, vel non posset, vel non sciret, opitulari[d]. ¶ *Et* (vel, *Autem*, JT. Pi. vel, *Cùm interim*, G.) *à Domino recedit* (vel, *aversum est*, Calv.) *cor ejus*] Sic Calv. JT. Pi. &c. Fingunt hypocritæ, se ità fidere hominibus, ut tamen Deo nihil detrahant. Sed Propheta hîc ostendere voluit, non posse hæc duo simul conjungi, fiduciam ponere in carne, & in Deo; atque apostatas esse & desertores Dei qui hominibus fidunt. Quòd si hoc verum sit quoad præsentem vitam, multò magis quoad futuram, &c. Pondus est in voce *fidendi*. Licet exspectare ab hominibus quod illis à Deo datum est: sed in solo Deo acquiescere nos oportet *.

6. *Erit*, &c. וְהָיָה כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, Ang. P. M. JT. Pi. &c.) *erit* (vel, *erit is*, Ti. Ar. nempe impius[f], vel incredulus[g],) *tanquam juniperus*, Mo. V. G. ex Arabibus, (vel, *myrica*, P. M. Ch. sic Ti. Ca. Pi. *myrica sylvestris*, ό. *tamariscus*, Q. in Angl. sic Ar. Q. in M.) *in planitie*, Mo. vel, *in deserto*, P. M. &c. vel, *inculta*, Ca. Quid sit עַרְעָר non constat Hebræis. Est genus arbusti nobis incogniti. Certum est esse arbustum inutile, & non frugiferum[h]. Infelix est & sterilis planta, quam homines horrent magis quàm ad usum voluptatémque desiderant[i]. Vulgò *myricam* reddunt, cujus duo sunt genera: 1. *tamariscus*, Anglicè tamarisk, qui locis humidis, & prope fluvios, gaudet; 2. *erica*, Anglicè heath, ex qua scopas ad everrendum domos facimus. Hæc autem planta erat ex earum genere quæ *infelices* vocabantur, & *damnatæ religione*, Plin. 13. 21. & 16. 26. & 24. 9. quæ scilicet in nullum religiosum ritum admittebantur, quòd nec fructum nec semen haberent, nec seri aut plantari solebant[k]. Loquitur hîc de myrica, non palustri, sed sylvestri, quæ planè sterilis est & humilis, &c[l]. Aliis עַרְעָר non est specialis aliqua planta, sed adjunctum plantæ, aut arboris. His assentior, 1. quia in membro opposito nulla est specialis plantæ, sed tantùm *arboris* in genere, mentio: 2. quia alibi est adjunctum, non arboris, sed personæ, Psal. 102. 18. [ubi dicta vide.] Ex cujus loci collatione explicari posset, vel, 1. *solitaria*, arbor quæ sola stat in deserto; vel, 2. *sterilis*; (Sed hæc duo postea exprimuntur.) vel, 3. *humilis*, quod cum radice vocis non videtur congruere; vel potiùs, 4. *destituta*, sive *denudata*, foliis scilicet & fructu, à עָרַר *denudare*, Esa. 32. 11. Hab. 3. 9[m]. *Erit enim similis nudatissimæ arbori in loco campestri*, JT. Ellipsis subjecti, ut alibi sæpe[n]. *Similis erit stipiti*, &c. Sy. ¶ *Et* (vel, *quæ*, JT. Pi. Angl.) *non videbit* (vel, *sentit*, JT. Pi. vel, *videt*, Angl.) *cùm venerit bonum*] Ità Calv. sic JT. Pi. &c. id est, fœcunditas[o]. qu. d. Non fruetur bono[p]; (vide Job. c. 9. v. 25. Psalm. 34. 13[q].) h. e. imbre & pluviâ[r], & Sole †. Al. Quæ, cùm tempus venerit arboribus fructum esculentum proferendi, ipsa nihil profert tale. Hunc sensum nobis indicat membrum oppositum[t]. ¶ *Sed*, &c. וְשָׁכַן חֲרֵרִים וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, P. M. Pi. vel, *Quæ*, JT.) *habitabit* (vel, *sita* est, JT. Pi. vel, *manebit*, M.) *exusta*, vel *torrida*, *loca*, Mo. P. (vel, *in siccitatibus*, P. M. sim. JT. Pi.) *in deserto*, *terrâ salitâ*, sive *salsâ*, Mo. Ti. &c. (vel, *salsuginis*, M. Calv. qualis terra Sodomorum[v]; vel, *desolata*, P.) *& quæ non habitatur*, Calv. &c. Incredulos hîc confert, non siccis ramis, sed arbustis, quæ & radicem habent & folia, sed sine fructu: quo significat, eos quidem ad tempus eminere, &c. sed spes eorum aridas fore, nec unquam successuras[x].

7. *Benedictus vir qui confidit in Domino*] Propheta priùs abstulit vitiosas herbas, (perversam fiduciam,) ut locus sit vacuus bonæ segeti. Significat homines esse prorsus inexcusabiles dum fidunt hominibus, quum Deus ultro se & opem suam illis offerat †. ¶ *Et erit Dominus fiducia ejus*] Vel, *& cujus fiducia* est *Jehovah*, JT. Pi. Idem repetit, ut significet quàm pauci intelligunt, vel verè gustant, quid sit in Deo sperare, &c[y].

8. *Quod*, &c. וְעַל יוּבַל וגו׳] *Et* (sub. *quæ*, P. M. Pi.) *super* (vel, *juxta*, P. sic JT. Pi.) *rivum* (vel, *processum aquarum*, JT. Pi.) *mittet*, vel *mittit*, (vel, *extendit*, Pi.) *radices suas*, Mo. P. &c. quæ succum indè trahunt[z]. ¶ *Et non timebit*; ità LXX, Sy. Ar. [quasi à יָרֵא *timuit*:] וְלֹא יִרָא [*Et non videbit*, Mo. P. M. Ch. &c. [à רָאָה *vidit*;] i. e. sentit, ut priùs[a]. ¶ *Cùm venerit æstus*] Significat eos non esse prorsus expertes rerum adversarum: sentient ardores, (sicut & increduli,) salvi tamen erunt[b]. ¶ *Et in tempore*, &c. וּבִשְׁנַת בַּצֹּרֶת לֹא יִדְאָג] *Et anno cohibitionis*, JT. sic Calv. (vel, *siccitatis*, Pi. Vulg. Ca. *prohibitionis*, vel *retentionis*, sub. *pluviæ*, P. Ti. sim. M. V. G. ex ό. *caritatis*, Mo. *carentiæ*, sub. *imbrium*; i. e. caritatis, seu penuriæ annonæ. Vide ad Jer. 14. 1[c].) *non est*, vel *erit*, *solicita*, JT. Pi. M. &c. vel, *non timebit*, P. Calv. sibi ab ardore[d]. Vel, *non dolebit*, i. e. pejùs habebit *.

9. *Pravum*, &c. עָקֹב הַלֵּב מִכֹּל וְאָנֻשׁ וגו׳] *Fraudulentum* (vel, *Insidiosum*, Calv. *Vafrum*, Ti. *Perversum*, M. *Supplantativum*, Mo. sic Pi. sub. *est*, P.) *cor* (vel, *cor ipsum*, JT. Pi. nempe hominis[f],) *super omnia*, JT. Pi. M. Ti. &c. (vel, *præ omnibus rebus*, P.) *& mortiferum est*, JT. Pi. vel, *ærumnosum est*, Ti. vel, *perversum*, sive *præfractum*,

ctum, (vel, *anxium*, Mo.) *ipsum*, P. M. Calv. vel, *validum*, id est, durum [g]; vel, *inscrutabile*, Vulg. vel, *desperatè morbidum*, Glaſ. rhet. p. 354. vel, *desperatè impium*, Ang. ærumnoſum, ſeu deſperatum; magna ſcilicet & ardua præſumens, nihil potens [h]. [Ca. hæc cum ſeq. ſic reddit, *Cùm omnium malitiosissimum sævissimùmque sit cor, quis id cognoscat?*] *Dolosum est*, &c. Poteſt enim homo verbis factiſque bonum præ ſe ferre, corde pravo [i]. De Judæis pleriſque illius temporis loquitur [k]: & quidem hoc conſilio, ut ſciant ſe fruſtrà eſſe aſtutos, putantes ſe & Deum & homines fallere poſſe. q. d. Scio vobis eſſe cor fallax & vitioſum: hinc fiducia, quæ vos inebriat; quia putatis non poſſe detegi veſtras fraudes, ideòque minas impunè ridetis, &c [l]. Alii hæc non de incredulis accipiunt, ſed de illis quibus iſti fidebant: Hi, inquit, vos fallent, &c [m]. Al. Loquitur hîc de pravitate, non acquiſita, ſed naturali, & omnibus communi, quæ quidem abyſſus eſt inſcrutabilis. Hæc verba rationem continent, vel, 1. cur in homine confidendum non ſit, quia cor hominum pravum eſt, &c: vel, 2. cur à confidentia in hominibus maximè cavendum ſit, quia naturâ cor hominis ad hoc vitium nimis proclive eſt [n]. Poteſt hoc ad omnes homines referri, propter concupiſcentiæ malum, quæ omnibus ferè bonis operibus noſtris inſidiatur [o]. Occurrit hîc objectioni, nè quis exiſtimet poſſe Deum latère in quo quiſque confidat, in Deóne, an in hominibus [p]. Propoſitionem illam, de improborum caſu & bonorum ſalute, confirmavit Propheta verſ. 5, 6, 7, 8. exornat hoc verſu 9. & 10, 11, 12 [q]. Tacitè hîc occupatur objectio. Atqui unde futura eſſet iſta adminiſtratio, ut bonis bene ſit, & malis malè; cùm hominis improbi animus ità ſit multiplex, ut à nemine perveſtigari poſſit; bonorum verò exſpectatio nuſquam appareat? Reſpondet Propheta, Et improborum animos, quamvis tortuoſos, novit & corrigit Deus, v. 10, 11; & bonis certiſſimè proſpicit, verſ. 12 [r].

10. *Ego Dominus ſcrutans cor*, &c.] q. d. Dum Deo illudunt homines, nihil proficiunt; quia novi omnes dolos veſtros †. Obtenditis, cor veſtrum non eſſe à Deo averſum: ſed non poteſtis me fallere, &c [t].

11. *Perdix*, &c. קֹרֵא דָגַר וְלֹא יָלָד] *Perdix* (vel, *Ut perdix*, Ti. JT. P.) *collegit*, Mo. (vel, *incubat*, Ti. Ang. ſub. *ovis*, Ang. vel, *fovet*, Ca. BA. 2. 409. vel, *cumulat*, M. vel, *colligit*, JT. Pi. vel, quæ *colligit*, P. ſim. Calv. Ch. ſub. *ova*, M. P. JT. Pi. & ſub. *aliena*, P. ſim. V.) *&* (vel, *ſed*, JT. Pi. Ti. vel, *quum*, Di. vel, *quod*, Ca. vel, *quæ*, P. M.) *non peperit*, Mo. M. Ca. vel, *pepererit*, P. Di. vel, *parit*, Ti. vel, *excludit*, JT. Pi. Avis קֹרֵא *kore* Chaldaicè vocatur קוֹרָאָה *koraa*, vel, קוֹרִיָה *korea*, & Arabicè, *karia*: occurrit hîc, & 1 Sam. 26. 20 [v]. [ubi dicta repetat lector.] Plerique *perdicem* reddunt, duabus de cauſis: 1. quòd promiſcuè ſumpſerunt קוֹרֵא, & כָּרָא, quorum hoc *perdicem* ſonat hodiéque apud Arabes: 2. quia ſcolopacem perdicis ſpeciem eſſe nonnulli putant, quia ſapore ei accedit; unde ruſticula apud Martialem, *Rustica ſim, an perdix, Quid refert, ſi ſapor idem eſt* [x]? קוֹרֵא eſt avis nobis ignota; ei tamen proximè accedit Ariſtotelis ὁ σκολόπαξ, vel ἀσκολόπαξ. Gaza vocat *gallinaginem*; Plin. & Mart. *ruſticulam*, & *ruſticam perdicem*, &c [y]. קוֹרֵא dicitur vel, 1. à *clamando*, quòd, cùm aucupem eluſit, pullos clamore ſuo poſt ſe vocat [z]: vel potiùs, 2. à קוֹרָה, quod, ut *trabem*, ità & *palum acutum*, ſignificat, quòd roſtrum longum & rectum habeat inſtar σκόλοπ☉, i. e. *pali*. Præter roſtri magnitudinem, avi *kore* cum ſcolopace hoc commune eſt, quòd utraque breves habet pedes, utraque edulis eſt, & utraque in montibus degit [a]. Qui קוֹרֵא *perdicem* reddunt, hunc locum variè explicant. 1. Perdicis natura eſt, ut ova aliena, h. e. alterius perdicis, furetur, & eis incubet, foveátque tanquam ſua: cùmque fœtus adolevit, (& veræ matris vocem audiverit [c], quam naturæ inſtinctu agnoſcit [d],) avolat ab ea, &c *. Sed commentum hoc eſt. 1. Ariſtot. Theophr. & Plin. nihil tale habent. 2. Nequit perdix ova ſuffurari, cùm neque roſtro id poſſit præſtare, nec digitos habeat, &c. 3. Quis credat ovipara parentes certiùs cognoſcere quàm vivipara, quàm bruta aut homines † ? 2. Perdix, cùm ſuperbus ſit, alienos pullos voce allicit, qui eum ſequuntur: ſed cùm rediit verus pater, illius voce agnitâ, ad eum pulli ſe conferunt [f]. Sed, 1. nemo, quod ſciam, perdici ſuperbiam objicit: 2. nec pulli ſolo auditu, ſed & viſu, matrem agnoſcunt [g]. 3. Perdix aliena ova congregat, & cum ſuis iis incubat: & poſtquam nati pulli matri diſſimiles inveniuntur, aut derelinquuntur à matre, aut matrem pulli deſerunt [h]. Perdix ova illa derelinquere cogitur antequam planè ſint excluſi, aut adulti, pulli [i]. 4. Perdix ova multa collectim ponit [k], non tamen excludit omnia [l]: quia nimirum, vel, ipſa abigitur & capitur ab aucupibus [m]; vel, ova franguntur, ſive à cucullo [n], ſive à mare pruriente [o]. Cur autem perdici hoc frequentiùs quàm ulli avium accidat, ut ova foveat quæ non excludat, cauſæ plures afferri queant. 1. Quòd humi nidificet, loco aucupibus, feris, &c. maximè obvio. 2. Quòd ſi perdicis ova rore vel pluviâ humeſcant, ni mater denuo incubet, infœcunda redduntur; teſte Ælian. Hiſt. 10. 35. 3. Quòd mares, intemperantiâ libidinis, ova ſæpe frangunt, nè fœminæ diutiùs incubando detineantur; teſtibus Ariſtot. Hiſt. 9. 8. Plin. 9. 10. &c. Sed huic interpretationi unum obſtat, quòd *pariendi* verbum non ſpectat ad ἐκλέπειν, (*pullorum excluſionem*,) ſed ad ὠοτοκίαν, (*generationem ovi*,) quæ plurimùm diſtinguuntur, ut patet ex Eſa. 34. 15. In ovíparis *partus* eſt ὠοτοκία, & ſignificatur verbis ילד & מלט; ut *excluſio*, verbo בקע, quod *rumpere* eſt. Locus itaq; hic accipiendus eſt ut ſonat, de ave quæ ova fovet ab altera parta. Quod naturæ conſulti perdici nuſquam tribuunt [p]. [Quomodo autem avi *kore*, vel *karia*, id tribuitur, ſperabam avidus à Cl. Authore è ſcriptoribus Arabicis deſcribendum; id quod facile illi fuit. Sed hîc me deſtituit Author, & ego lectorem.] 5. *Perdix ova fovet, ſed non parit*, i. e. ſæpe fit ut pullus non ſequatur, quia ova ſunt ſubventanea. Vide Ariſtot. Hiſt. 6. 2. Plin. 10. 33 [q]. ¶ *Fecit*, &c. עֹשֶׂה עֹשֶׁר וְלֹא בְמִשְׁפָּט] *Facit*, vel *Faciens*, (vel, *Qui parat*, Ti. ſim. Pi. Ità *comparans*, JT. ſim. P. Ti. Ang.) *divitias*, *&*, vel *ſed*, *non in*, ſive *cum*, *judicio*, M. P. ſim. Mo. vel, *injuriâ*, JT. *contra jus*, Pi. ſim. Ti. V. Iniquis modis opes ſibi quæſivit non manſuras [r]. ¶ *In dimidio dierum*, &c.] i. e. Antequam illis perfruatur †. Opes, etiam dum eas habet, diffluunt, & in ipſius manibus evaneſcunt; quia præ avaritia iis non utatur, &c [t]. *In dimidio*, &c. ut perdix ova relinquit antequam pulli excludantur, &c [v]. Labor illius non minùs inutilis quàm perdicis, cujus ova mas frangit, &c [x]. ¶ *Erit inſipiens*] i. e. Cognoſcetur talis eſſe [y]. Tandem apparebit ipſum non fuiſſe ſapientem, ſicut ſe eſſe putaverat [z].

12. *Solium*, &c. כִּסֵּא כָבוֹד מָרוֹם מֵרִאשׁוֹן מְקוֹם וגו'] *Solium* (vel, *Ut ſolium*, P.) *gloriæ*, Mo. P. M. Di. JT. Pi. vel, *glorioſum*, Ang.) *altitudo*, ſive *ſublimitas*, (vel, *ſublimitatis*, Ca. vel, *celſitudo*, Di. vel, *excelſum*, Calv. ſim. ὁ'. Ar. מרום tam adjectivè quàm ſubſtantivè capitur *. Vel, ſolium *excelſi*, JT. ſolium *celſitudinis*, Pi. vel, eſt in *excelſo*, V. i. e. in cœlo †: vel, *ſublatum eſt*, Sy.) *à principio*, Mo. P. ſim. M. Ti. JT. Pi. (vel, *jam olim*, Sy. vel, *antiquæ*, Ca. Hebr. *à primo*, Jun. Angl. h. e. à prima ipſius fundatione [a]: vel, *præ primaria*, Di.) *locus* (vel, ſic *locus*, P. vel, eſt *locus*, JT. Pi. Di. Ang.) *ſanctuarii noſtri*, Mo. M. JT. Pi. &c. Alii hæc cum v. ſeq. jungunt, quod mihi maximè placet [b]. *O ſolium gloriæ, excelſum ab initio, locus ſanctuarii noſtri*, v. 13. *Tu, ô Domine, exſpectatio*, &c. Ti. Vel ſic, O tu cujus *glorioſum excelſum ſolium locus ſanctuarii noſtri* eſt, *Jehova, ſpes Iſraelis*, &c *. Al. *At locus ſanctuarii noſtri*, videlicet, *thronus gloriæ*, *inde uſque ab initio immotus manet*. v. 13. *Tu enim, Domine, es ſpes Iſrael*, Strig. Senſus hujus verſûs eſt, Templum noſtrum eſt Divinæ majeſtatis thronus; ac propterea celſitudo quæ primariam quamvis & præcipuam mundi celſitudinem longè ſuperet [c]. Al. Ut, inquit, ſolium Dei glorioſi fuit ab æterno, (ſive, Quemadmodum Deus ab æterno habitavit in cœlo,) ità nunc habitat in hoc Templo, nempe per oſtenſionem gloriæ ſuæ [d]. Sed difficultas hîc non tam in verbis eſt, quàm in eorum connexione cum reliquis, de qua variant *. Sunt hæc verba, vel, 1. populi. Alia hîc notatur vana fiducia, quæ quadruplex erat: 1. in robore, v. 5; 2. in auxiliis externis, v. 5; 3. in prudentia carnis, v. 9; 4. in Templo, h. l [f]. Vel, 2. Prophetæ [g]. [Sed diverſimodè explicant.]

[g] G. ex Ch. [h] M. [i] V. [k] G. [l] Calv. [m] Q. in Ang. [n] Calov. [o] E. [p] Me. ſim. Mar. [q] Jun. ad v. 5. [r] Jun. † Calv. [t] Ang. [v] BA. 2. 1. 12. 80. [x] BA. ib. 89. [y] BA. ib. 82. [z] Ang. [a] BA. ib. 83. [c] T. ſim. Mc. [d] T. * Hi. in Ma. & BA. Mc. T. &c. † BA. ib.

[f] Olymp. & Chryſ. & Hippol. in BA. [g] BA. ib. 86. [h] M. V. [i] Di. [k] Jun. [l] Pi. ſim. * Jun. [m] Pi. ex Jun. [n] Jun. [o] Jun. Pi. [p] BA. ib. 87. [q] G. ſim. Arg. [r] G. † Me. ſim. T. [t] Calv. [v] Di. [x] Calv. [y] Pi. [z] G. * Calv. † V. M. [a] Ang. [b] Ang. * Idem. [c] Di. [d] V. ſim. M. * Ang. [f] Q. in Arg. [g] Ang. &c.

plicant.] Est epiphonema Prophetæ. Nos, inquit, non in homine confidimus, non, tanquam alieni pulli, alienam perdicem sequimur, neque tanquam perdix alienis ovis incubamus; sed in solo Domino confidimus, & gloriosum, &c. solium ejus, quod ab omni æternitate fuit confugium nostrum, [h.e. nobis destinatum,] est & locus unde sanctificamur, &c [b]. Hîc Propheta se suósque nonnullos opponit illis de quibus Deus locutus fuerat. Locus, inquit, cultûs nostri non sunt excelsa & luci, sed illud Templum magnificum abs teipso, ô Deus, jam à Salomonis temporibus ei rei destinatum [l]. Al. Hoc vult, q.d. Cùm Deus habitet in Templo nostro ut in cœlo, quî fit ergò ut quis audeat dicere illum non videre aut curare quæ in mundo geruntur [k]? Al. Altera hæc pars responsionis, [de priore vide dicta ad v.9.] unde fit bene bonis; nimirum à Deo Rege glorioso, excelso, &c [l]. Al. Commemorat hîc Deus beneficia sua, non, ut alibi, ut vel fiduciam, vel gratitudinem, excitet, sed ut Judæos vellicet. Extollit hîc dignitatem ad quam extulerat Deus Judæos, ut scilicet inter ipsos habitaret, non secùs atque in cœlo [m]; ut inexcusabilior esset eorum impietas atque ingratitudo, cùm, rejectâ illâ gratiâ, defecerint ad idola, & spes vanas, & perversa consilia [n].

13. *Exspectatio*, &c. [מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל יְהוָה כָּל־ וגו׳] *Exspectatio* (vel, *O spes*, P. M. Ca. *O exspectatio*, JT. Pi.) *Israel*, (h.e. is cujus opem Israel exspectat [o],) *Domine, omnes derelinquentes te pudefient*, Ti. sim. Mo. &c. Qui beneficium illud prædictum respuunt pudefient; frustrà illâ dignitate gloriantur, quæ ipsis non proderit [p]. ¶ *Recedentes*, &c. יְסוּרַי] Quadruplex hîc est lectio: 1. וְסוּרֵי, *& recedentes*, quasi forma contracta pro integra poneretur; 2. וְסוּרִי, *& qui recedunt*, ut fit ellipsis relativi; 3. יְסוּרַי, ad verb. *& recedentes me*, sive à *me*; 4. יְסוּרַי, *castigationes meæ* [q]. י in fine est servilis litera, ut multi sentiunt. Vox aliis nomen est, aliis est verbum; & י in principio est nota fut. temporis, & י in fine positum pro ו [r]. [Hinc variant.] *Apostatæ mei*, Mo. V. i.e. qui defecerunt à Deo quem colo: vel, simpliciter, *Apostatæ* †. *Et recedentes à me*, P. Di. sic M. Ti. Pi. &c. propriè, *Recessores mei*: sicut קָמַי, *insurrectores mei*, pro, insurgentes in me: vel potiùs, sicut יְרִיבַי, *litigatores mei*, pro, litigantes adversùm me; ubi quoque י heemanticum in principio, à verbo ריב, sicut in יסורי à סור [s]. *A me*, i.e. à doctrina tua per me proposita: ut Jos. 1. 7. *Nè recede ab eo*, i.e. à Mose, h.e. doctrina Mosis [v]. Al. *Et qui recedunt*, sub. *à te*, ex v. 5 †. ¶ *In terra scribentur*] i.e. In pulvere, qui nihil aliud est quàm terra dissoluta. Proverbia sunt, *scribere in pulvere*, —*in vento*, —*in aqua* [x]. Quæ in pulvere scribuntur, ea levi vento delentur [y]. Al. *In terra*, ubi tota eorum spes & felicitas consistit [z], & ubi sæpe nomen celebre acquirunt [a]; & non in cœlo [b], ut Luc. 10. 20. ubi servatur liber vitæ, Apoc. c. 13. v.8. & 20. 12, 15 [c]. q.d. Delebuntur nomina eorum de libro vitæ [d]. Æternâ morte peribunt *. Terræ deputabuntur, & nihil cum Deo commune habebunt [f]. Annumerabuntur iis qui terrena sapiunt [g]. Terrenis opibus & honoribus celebres erunt; quod sanè breve & momentaneum erit, & nullius pretii: ut solent quæ in pulvere scribuntur, præ iis quæ marmori vel æri inscribuntur [h]. Peribunt eorum nomen & fama, ut characteres in pulvere, &c [i]. Al. In terram redibunt, h.e. morientur [k]. Retundit jactantias Judæorum, quòd essent Dei populus, genus Abrahæ, semen benedictum, &c. At, inquit, nulla vobis erit portio in Regno Dei; coram Deo & Angelis nullo loco estis, utpote indigni quos Deus pro filiis suis censeat [l]. Etiamsi habeatis titulum & nomen, & præ vobis feratis zelum aut studium justitiæ; rei tamen estis & damnati sententiâ Legis [m]. [Alii hoc cum voce præcedente aliter reddunt:] *Castigationes meæ* (i.e. Conciones qualescunque habui ad castigandum & reducendum populum hunc [n],) *in hac terra conscribantur*, JT. id est, hîc, te præsente, & coram illis, à te, velut judice, in acta referantur †. ¶ *Venam*, &c.] i.e. Authorem veræ consolationis [o], omnísque boni [p].

14. *Sana me*, &c.] Vel, 1. à peccato. Propheta, cùm videret terram adeo infectam esse sceleribus, sibi metuens nè à pietate abriperetur, commendat se Deo;

[Margin: b Me. — l G. — k V. — l Jun. — m Calv. — n Calv. ad v. 13. — o Pi. — p Calv. — q Ang. — r Calv. — † V. — s Di. — v Pi. — † Ang. — x Ang. — y G. sim. Me. T. — z Ang. — a Calv. — b V. Calv. Ang. — c Ang. — d V. — * Pi. — f M. — g Me. — h T. — i Me. — k Ca. sim. Mar. — l Calv. — m Strig. — n Jun. — † Id. m. — o Pi. — p G.]

q.d. Non possum esse salvus, nisi me serves. Simul agnoscit se morbidum esse, quia labem à perversa consuetudine contraxerat [q]. Vel, 2. à calumnia, & dolore quem indè conceperat [r]: ex laqueis quos mihi struunt †: à morbis & malis omnibus, animi, corporis, famæ; ab hostium probris & insidiis, à mœrore & ærumna [t]. Adfer solatium gravissimis illis doloribus meis de quibus questus sum, Jer. 15. 17, 18. ut meliùs me habeam [v]. Ab Ægyptiis, ab idolis, &c. nec possum, nec volo curari: sed à te solo id volo, & certò præstolor [x]. ¶ *Salvum me fac*, &c.] i.e. Protege me contra hostium machinationes, nè mihi noceant [y]. Testatur non sufficere si Deus semel auxilietur, nisi pergat, &c. nec initium modò, sed & progressum, salutis hîc soli Deo tribuit [z]. ¶ *Quoniam laus mea tu es*] Is quem ob beneficia laudo [a]. De te solo glorior, & à te uno pendeo [b].

15. *Dicunt*—, *Ubi est verbum Domini?*] i.e. Pœna quam minatus es? q.d. Nusquam est [c]. Ubi tamdiu moratur vaticiniorum tuorum eventus? Adsit [d]. Per multos annos minatus es bellum, famem, pestem; manemus tamen quieti *. Ubi Chaldæi? venturos non credimus, nec timemus, Ægyptiis auxilium ferentibus [f]. Ità illudebant Prophetæ [g], & datâ operâ Deum provocant. Ostendit, ventum esse ad extremum desperationis [h].

16. *Et ego*, &c. [וַאֲנִי לֹא אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ] *Et ego* (vel, *Atqui ego*, JT. sim. ο'. Sy. Ar. Ch. Strig. Calv. *Quum tamen ego*, Ti. Q. in Ma. *Ad me verò quod attinet*, Pi.) *non acceleravi à pastore post te*, Mo. vel, *cucurri post te, ut pastor essem*, i.e. non ambii munus hoc propheticum [i]. Vel, *non festinavi* (vel, *impuli me*, Q. in V. vel, *solicitus fuerim*, Q. in Ma.) *ut essem pastor post te*, Calv. Q. in V. & in Ma. Ad verb. *ab esse pastorem post te*, Calv. i.e. non intrusi me in hanc provinciam [k] temere & ex zelo præpostero; tunc enim meritò & impunè mecum litigare possetis [l]. *Post Deum esse prophetam*, est, Dei esse Prophetam: nam Prophetæ sunt secundi à Deo pastores. Hæc versio magis loco convenire videtur propter sequentia, *nec diem contritionis*, &c [m]. Sed hæc versio verbis textûs directè repugnat, quæ non sunt, *ad* esse *pastorem*, sed, *ab* essendo *pastorem*, quod æquivalet מִן, *non esse pastorem*; ut, *ab essendo regem*, 1 Sam. 15. 26. valet, *nè sis rex*. Simil. Ezec. 16. 41. Hos. 4. 6 [n]. Al. *non festinavi à te pastore, sed secutus sum te*, Q. in V. vel, *non propterea à te pastore discessi*, Strig. Al. *non ursi, magìs quàm decebat pastorem*, &c. Belg. sic Gal. h.e. Prophetam. q.d. Dicunt me festinare & urgere, & celerem illis optare perniciem: At ego non aliter me gessi quàm decuit Prophetam, sive quàm tu mihi mandâsti [o]. Al. *non laboravi sequens post te*, ο'. *non sum defessus te sequendo*, Ar. *in adversitate non destitui te*, Ch. Al. *Atqui non ego te sequens incommodare conor*. מֵרֹעֶה, à רוע ductum, significat *incommodare*, & capitur pro eo quod est, *malum nunciare*: ut cap. 1. 10. dicitur mitti Jeremias *ad destruendum*, &c. h.e. ad nunciandam ruinam; & sæpe in Levitico, *purgare*, aut *polluere*, pro, *purum pollutumve pronunciare*. Est autem gemina sententia; ut sit idem, *incommodare conari*, &, [quod sequitur,] *sævam diem avere* [p]. Al. *non sum affectus angore quod te ut pastor sequor*, M. Al. *te sequutus moram non traxerim quò minùs pastor essem*, Ti. Al. *non festinavi* (vel, *abominatus sum*, P. vel, *angore affectus sum*, V. vel, *elongavi meipsum*, Q. in V. vel, *formidavi*, Al. in V. vel, *ursi*, JT. Pi. Angl. ut verbum sumitur Gen. 19. 15. Exod. 5. 13 [q].) *ab essendo pastorem*, Ang. (vel, *nè essem pastor*, P. JT. Pi. Angl. vel, *quò minùs essem pastor*, V. Me. T. id est, Propheta, gubernans populum Verbo Dei [r],) *post te*, Angl. P. T. Me. id est, secundus à te, personam tuam gerens †: vel, *obsequens tibi*, JT. vel, *sectans te*, Hebr. *post te* ambulans; ellipsis verbi relati *, Id est, ut tibi vel obedirem, vel servirem [t]; ex præscripto tuo, tuáque sequens vestigia, populum tuum pascens & regens [v]. Respicit vel, 1. tempus primæ vocationis [x]. q.d. Non recusavi munus Prophetæ, quod mihi injunxisti [y]; non reluctatus sum [z], ut Jonas, Jon. 1. 3, 10 [a]; sed vocationi promptè parui. Ac proinde isti justam non habent causam de me conquerendi, quum propono eis quæ tu mihi mandaveris [b]. Vel, 2. tempus illam sequens. qu. d. Quamvis munus hoc molestissimum esse senserim, non tamen precibus instìti

[Margin: q Calv. — r Me. Ang. — † Ang. — t T. — v G. — x T. — y G. — z Calv. — a Pi. — b V. sim. Calv. — c Pi. — d G. sim. Me. T. — * Calv. — f Me. sim. — g G. — h Calv. — i G. — k V. sim. Calv. — l Calv. — m V. — n Ang. — o Belg. — p Ca. — q Ang. — r Pi. — † Me. — * Pi. — t Ang. — v Me. — x Q. in Ang. — y Me. sim. Jun. Pi. — z Pi. — a Ang. — b Jun. Pi.]

institi apud Deum ut me isto onere levaret [c]. Intrepidus porrexi Verbo tuo Divino illos pascere; maximè cùm videam te, summum omnium Pastorem, etiam ingratis, immeritis & rebellibus adesse, instare, benefacere [d]. Rebellis non fui cùm mihi hoc munus delegares, sed humiliter te sequutus sum, pro viribus meis populum pascens *. ¶ *Et diem hominis* (id est, prosperitatem humanam [f], opes, delicias, &c. quibus adeò pascuntur homines: tunc enim, relictis oraculis tuis, & terrificis minis, dixissem illis placentia [g]. Vel, *hominis*, i.e. malum, quia homo per totam vitam laboribus vexatur [h].) *non desideravi*] Ità Strig. ο'. Sy. Ar. Legerunt אֱנוֹשׁ†. ¶ וְיוֹם אָנוּשׁ וגו׳] *Et*(vel, *Tamen*, M. *Adhæc*, Ti.) *diem anxium*, &c. Mo. vel, *periculosum*, vel *desperatum*, M. *calamitosum*, Ti. *malam*, Ch. *gravis infirmitatis*, V. *contritionis*, P. *doloris*, V.G. [Vel, 1. mihi.] q. d. Ego periculoso huic officio me non ingessi [i]. Satis perspecta mihi fuit conditio officii hujus, & me ad dura certamina trahi [k]. Vel, 2. popularibus meis [l]. *Diem durum*, i. e. gravem & infelicem, quo gravissimè affligentur populares mei [m]. *Diem mortiferum*, JT. Pi. i.e. denunciationem diei mortiferi. Metonymia subjecti [n]. Vel, quod rectius, diem exsequendæ vindictæ denunciatæ. Alludit ad historiam Jonæ, qui, primò, subduxit se legationi sibi impositæ; deinde, ægre tulit quòd vindicta exsecutioni non mandaretur. At ego, inquit, nec me subduxi ab uno, nec alterum optavi [o]. *Nec sævam diem cupio*, Ca. ¶ *Quod*, &c. מוֹצָא שְׂפָתַי נֹכַח פָּנֶיךָ הָיָה] *Quod exivit de labiis meis* (ad verb. *Exitus*, sive *Prolatio*, *labiorum meorum*, Pi. Mo.) *coram te*, sive *facie tua*, *fuit*, P. M. Ti. V. G. &c. vel, *est*, JT. i. e. Sermo meus non fuit tibi ignotus [p]; vel, à te processit [q]. q. d. Locutus sum sincerè, quasi in præsentia tua, certus me nihil aut addidisse, aut diminuisse [r]. Nihil tradidi nisi veritatem, ídque corde sincero. Sic, *ambulare coram Deo*, est, sincerè ambulare: vide Genes. 17. 1. Esa. 57. 2†. Non futilia loquutus sum, sed quod à Deo sumpsi [t]. Vel, *coram te rectum fuit*, Ang. Strig. vel, *rectà expositum faciei tuæ*, i. e. ex animo recto & sincero profectum, ità ut non vererer illud proferre in conspectum tuum. Hebr. secundùm *rectitudinem faciei tuæ*. Per rectitudinem autem hîc intelligitur oppositio per lineam rectam [v].

17. *Non sis tu mihi formidini*] Sic P. M. &c. i.e. exitio [x]: vel, *terrori*, JT. Pi. id est, causa pavoris, ut scilicet destituar constantiâ, & causam tuam agam attonitus, & ità sim expositus omnium ludibriis [y]. Deum citavit testem integritatis suæ [z]; precatur ut sentiat eum patronum & defensorem [a], ut securus consistat inter media hostium tela: qu. d. Tui solius iram metuo, &c [b].

18. *Duplici contritione*, &c.] i. e. Multiplici [c]. Multiplici malo eos doma [d], ut experiantur vera esse quæ prædixi *.

19. *Hæc dicit*, &c.] Non dubium est quin separanda fuit hæc concio à superiori. Et quisquis partitus est capita, caruit judicio in multis, quemadmodum hoc in loco [f]. ¶ *Sta in porta filiorum populi*] Sic P. M. Mo. &c. vel, *in porta popularium*, Pi. sim. JT. vel, *plebis*, Ca. i. e. in frequentissima, ad quam præcipuè conveniebant cives Jeros. juris causâ. Sic describit portam regiam & præcipuam [g], per quam & Rex & aulici & populares transibant [h]. Portam intelligit urbis quæ Regis palatio erat proxima †. ¶ *Et in cunctis portis*, &c.] Nempe per quas populus intrare & egredi solebat [i].

20. *Audite—reges*, &c.] Incipit à Rege, qui hanc licentiam reprimere debuerat, præsertim in re tam facili & aperta [k].

21. *Custodite*, &c. הִשָּׁמְרוּ בְּנַפְשׁוֹתֵיכֶם וְאַל תִּשְׂאוּ וגו׳] *Custodite* (vel, *Cavete*, P. Ti. Ca. JT. Pi. *Circumspecti estote*, Mo. Sy. *Advertite*, Ch. Ar.) *animas vestras*, LXX; G. ex Vulg. (vel, *vobis ipsis*, JT. sic G. Me. vel, *animabus vestris*, Belg. vel, *in* (vel, *pro*, M.) *animabus vestris*, Mo. Calv. Sy. vel, *cautè*, Ar. vel, *sedulò*, Pi. sim. Calv. q. d. Conferte illuc omnes curas vestras & animæ partes. נֶפֶשׁ accipio pro cordis affectibus [l]. Vel, *propter animas vestras*, P. vel, *quàm charæ sunt vobis animæ vestræ*, Ti. sim. Belg. Angl. vel, *si vestram salutem amatis*, Ca.) *& ne portetis onus*, &c. Mo. P. &c. vel, *nè tollatis*, &c. Ti. Ca. Neque ipsi merces inferte, neque ab aliis in urbem inferri sinite, die Sabbati. Vide Neh. 13. 16, &c [m]. Emphaticè hoc dicit; quia id non licebat etiam in agris & desertis: sed in Jerosolyma id agere, magìs probrosum erat; acsi in theatro vellent Deum contumeliâ afficere [n].

c Ang. d T. * M. f Me. g T. h Mar. † Idem. i M. k Calv. l G. m Q. in V. n Pi. o Q. in Ang. p V. q V. r Belg. † Ang. t Calv. v Pi. x G. ex Ch. y Calv. z Calv. sic Ang. a Calv. Ang. sim. T. b T. c V. ex He. Me. T. &c. d G. * Me. f Calv. g V. h Ang. † G. i Idem. k Calv. l Calv.

22. *Et*, &c. וְלֹא תוֹצִיאוּ וגו׳] *Et nè efferatis onera*, &c. Calv. &c. Sordes putá [o]. Sub una specie comprehendit omnia terrena negotia, &c. Sed cur Deus tantopere insistit in re levis momenti, quale erat uno die quiescere? Resp. 1. Quia hinc detegitur crassa populi impietas, quòd in re tam facili Deum contemnerent, & jugum Dei palàm excuterent. 2. Non dicemus Sabbatum esse levem ceremoniam, si illud æstimemus à fine, nempe, ut hoc esset illis symbolum sanctificationis, &c [p].

24. *Si—non inferatis onera*, &c.] Synecdochicè; i.e. Si & legem de Sabbato, & alias leges meas, observaveritis [q].

25. *Ingredientur——reges*, &c.] Hoc tempore res admodum collapsæ erant, & Regnum attritum, terrores undique & clades: singulare ergò jam erat hoc beneficium, &c [r].

26. *Et de campestribus, & de montuosis, & ab Austro*] Distributio totius in suas partes. Nam sortis Juda pars erat ad Austrum, pars in planis, pars in montanis locis, Jos. 15. 1, 2, 4†. Verùm talis distributio ibi non est, sed Austri mentio in hac tribu fit sicut & in reliquis omnibus, Jos. c. 17. v. 9. & 18. 13. &c. Nec australis pars Judæ erat sine monte aut valle, &c. Mallem per נֶגֶב hîc intelligere *terram superiorem*, (mediam inter montes & valles: qualia sunt quæ deserta, vel plana, vocamus; ut in Anglia, Newmarket-heath, Salisbury-plain:) sic dictam, quia valle siccior est, ut partes australes aliis ficciores sunt [t]. ¶ *Portantes holocaustum*, &c.] Tutò scilicet, nemine impediente [v]. Hoc versu aliam felicitatis partem adjungit: nam tota populi salus & solida beatitudo posita erat in Regno & Sacerdotio: nam in utroque fulgebat Dei gratia; in illo, Deum sibi salutis esse præsidem & custodem, in hoc, sibi propitium esse, cognoscebant [x].

27. *Succendam ignem in portis ejus*] In his ipsis portis per quas Jeremias vos alloquitur †. ¶ *Non exstinguetur*] Donec omnes domos absumpserit [y].

m G. n Calv. o G. p Calv. q G. r Calv. † G. t Ang. v G. x Calv. † G. y G.

CAP. XVIII.

2. DEscende] Ex Templo scilicet, sub quo erant figulinæ. Vide ad Matt. 27. 10 [a]. Sed non constat, aut figulinam ibi fuisse, aut Jeremiam hæc in Templo dixisse [b]. *Descendere* sæpe ponitur pro ire, ut Johan. 4. 49 [c]. Vide ad Esa. 38. 8 [d]. ¶ *In domum figuli*, הַיּוֹצֵר] *Figuli illius*, nempe insignis aut noti; quòd fortè solus esset in eo vico aut urbe *. ¶ *Et ibi audies*, &c.] Quæ oculis proponuntur potentiùs movent animos quàm quæ ad aures proferuntur [f].

3. *Faciebat opus super*, &c. עַל הָאָבְנָיִם] *Super formas*, Mo. *super lapide*, vel *typo*, Calv. quasi ab אֶבֶן *lapis* [g]. Vel lapideos, vel ligneos, typos, vel ex argilla factos, designat *. *Super lapides*, ο'. Ar. *super incude*, vel *rota*, Sy. *in suis sellis*, JT. figularibus [h]. Vide Exod. 1. 16 [i]. *In rota sua*, Pi. *rotis*, Ca. *super rotam*, Ch. M. P. G. Vulg. *super rotas*, Ang. Significat instrumentum, non super quo sedet figulus, sed super quo facit opus, quod utplurimum fit è ligno, rotundum. Quibusdam in locis est instar duarum molarum [k]; vel, quasi duplicatus lapis molaris [l]. Indè dualem habet formam [m]. Videtur ב in אָבְנָיִם positum pro litera cognata פ, [lege פ,] euphoniæ gratiâ, ut deductum sit ab אוֹפָן *rota*: nam scripsit Rabbi Jonah, etiamnum hodie tale figulorum instrumentum apud orientales duplici rotâ constare, (ut nominis ratio fert,) inferiore magnâ, & superiore parvâ. Juxta quem modum forsan & sella parturientium facta est [n].

4. *Et*, &c. וְנִשְׁחַת וגו׳] *Et corruptum* (vel, *dissipatum*,

a G. b Ang. c Me. d Ang. * V. f San. sim. Calv. g Q. in Ang. * Calv. h Jun. i G. k V. l Q. in M. m V. ex M. n Pi.

tum, P. M. Ch. *confractum*, Ti.) *est vas quod ipse faciens*, Mo. vel, *faciebat*, P. &c. *fecerat*. Fractum autem ab ipso quia ei displicebat [o]. ¶ *E luto*, &c. בַּחֹמֶר וגו׳] *Velut lutum in manu figuli*, Mo. Ang. marg. h. e. dum adhuc lutum esset, h. e. molle & humidum; vel, dum adhuc faceret [p]. בַּחֹמֶר legitur in variis Bibliorum editionibus [q]; imò in omnibus [r]. Sed in Bibliis Venetis & Basileensibus in octavo legitur כַּחֹמֶר, (*ex luto*, sive *ex argilla*,) & rectiùs: nam & Masora notat eam vocem bis exstare. Alter autem locus est Job. c. 10. v. 9 †. [Hanc lectionem plerique sequuntur, locum sic reddentes;] *ex argilla*, sive *luto*, (sub. *quod erat*, M. sic Ti. Ca.) *in manu figuli*, P. M. Ti. Ca. JT. Ch. &c. vel, *ipsius*, Pi. Antecedens pro relativo *ejus*, ut mox [r]. ב interdum valet, *ex*, vel *de*, & causam materialem innuit: ut Exod. 35. 32. *ad faciendum* בַּזָּהָב *ex auro*, &c. Exod. 38. 8. *Fecit*—בְּמַרְאֹת *ex speculis*, &c. 2 Par. 16. 6. *Et aedificavit* בָּהֶם *ex illis*. Vide & 1 Par. 18. 8 [s].

6. *Sicut figulus*, &c.] Refutat falsam Judaeorum confidentiam, qui putabant Deum sibi obstrictum, &, praesenti ac prosperâ fortunâ superbientes, pollicebantur sibi perpetuum statum. At, inquit, Deus potest in singula momenta dejicere quos extulit, & extollere qui humi jacebant: quod Deus vobis dedit, potest auferre. Argumentum est à minori ad majus. Majus est Dei imperium in homines quàm figuli in lutum. Nam figulus, utcunque artifex sit vasorum, tamen non est creator luti, &c [x].

7. *Repentè*, &c.] *Repentè* (*Subitò*, M. Pi. Calv. *Momento*, Ti. *Quo momento*, JT. sim. Ang. Al. *Verbi gratiâ*, vel, *Exempli causâ*. רֶגַע Graecè ad verbum redditur, αὐτίκα, (*statim*,) aut, τάχ᾽ ἄν, (*fortasse* [y].) *Ad summam*, ό. *Quum facilè*, Ar. *Tempore quodam*, Ch. *Si repentè*, Sy.) *loquar* (vel, *pronunciavero*, Ar. *decernam*, Sy. *ut loquutus fuero*, Ti. *minabor*, Ca.) *adversus* (vel, *super*, ό. Ch.) *gentem*, Mo. P. &c. (sub. *aliquam*, P. M. vel, *de gente*, Ar. Pi. *genti alicui*, Ca.)—*ad evellendum*, &c. vel, *ut evellam*, &c. Mo. P. M. Calv. Ch. *me convulsurum*, &c. JT. ¶ רֶגַע אֲדַבֵּר עַל גּוֹי וגו׳] *Repentè*, &c. id est, cùm minimè id exspectant [z]. Cùm dicit, *repentè*, revocat Judaeis in memoriam pristinam eorum conditionem, & unde ac quàm mirabiliter Deus illos eduxit: q. d. Eodem die fuistis omnium [populorum] miserrimi, & omnium beatissimi [a]. Forsan trajectio est in hoc versu, sicut in sequente; & tunc verba sic reddi possunt, *Loquar de gente*—*subitò*—*ad perdendum eam*, q. d. quòd momento perdetur [b]. Tales [autem] minae, ut & promissa, suam habent tacitam conditionem, *rebus sic manentibus*. Vide Jonae historiam. Non ergò propriè Deus aut poenitentiam agit suorum decretorum, aut ea mutat; sed ità agit quasi mutet; cùm mutatio sit in re, non in ipso. Sic dicimus navigantibus terras recedere [c].

8. *Si*, &c.] וְשָׁב הַגּוֹי הַהוּא מֵרָעָתוֹ אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי עָלָיו] *Et* (vel, *Si*, JT. *Sin autem*, P.) *convertetur* (vel, *convertatur*, P. JT.) *gens illa*, sive *ipsa*, *à malo suo quod locutus sum super illud*, Mo. vel, *quod locutus fui contra eam*, M. vel, *contra quod locutus sum*, P. vel, *contra quam locutus fuero*, JT. [Alii sic;] *Redieritque ea gens* (*contra quam locutus eram*) *à malitia sua*, Ti. *Quum verò gens illa, contra quam locutus fuero, à malitia sua revertitur*, Pi. *Si ea gens, cui minatus fuero, sese à suis sceleribus retraxerit*, Ca. Si resipiscat ex animo, &c [d]. ¶ *Agam & ego poenitentiam*] Anthropopathos *. i. e. Agam ut homines poenitentiâ ducti, qui opus suum destruunt, &c [f]. Mutabo sententiam, nè affligam eos ut constitueram [g]. Quare obstinatio vestra, ô Judaei, in causa est quòd pergam in judiciis meis [h].

10. *Poenitentiam agam*, &c. וְנִחַמְתִּי עַל הַטּוֹבָה אֲשֶׁר אָמַרְתִּי לְהֵיטִיב אוֹתוֹ] *Et* (vel, *Vicissim*, JT. *Etiam*, Pi. *Jam &*, Ti.) *poenitebit* (vel, *poenitet*, Pi.) *me super bono* (vel, *illius boni*, P. M. JT. Pi.) *quod dixi* (vel, *quo dixero*, JT. *quo dixeram*, Pi. *quo constitui*, sive *constitueram*, P. M. Ti. sic Ca.) *ad benefaciendum ei*, Mo. vel, *benefacere ei*, P. M. sim. JT. Pi. vel, *afficere eam*, Ti.

11. *Dic viro*, &c. אֱמָר וגו׳] *Dic*—*ad virum Jehudah*, Mo. &c. *Refer Judaeis*, &c. Ca. Generalis doctrina minùs afficit. Eam ergò Judaeis hîc accommodat, & quasi consertâ manu agit cum eis [i]. ¶ *Ego fingo contra vos malum*] Vel, *fingam*, &c. Manet in comparatione figuli [k].

[o] G. [p] Ang. [q] Glass. gram. 4. 1. 3. 649. [r] Ang. † Glass. ib. [r] V. sim. Ang. [s] Glass. gram. 4. 1. 5. 667. [x] Calv. [y] Ca. ad v. 9. [z] Mc. [a] Calv. [b] Ang. [c] G. [d] Calv. * T. sim. E. [f] E. [g] V. sim. Mc. T. [h] Calv. [i] Calv. [k] G. sim. V. Pi.

12. *Qui dixerunt*, *Desperavimus*, נוֹאָשׁ] *Desperatum est*, Mo. P. G. Pi. ut suprà c. 2. v. 25 [l]. *Desperatione affectum est*, sub. *cor nostrum*, V. Desperata est emendatio [m]; non possumus inolitas voluptates & consuetudines deserere [n]: vincimur habitu peccandi; superamur difficultate, taedio, tentatione [o]. Frustrà est quòd nos mones de emendatione vitae [p]. Obstinatum est cor nostrum in malo, ut te non possit sequi [q]. Surdo narras fabulam [r]. *Fastidio & contemptu affectum est cor nostrum*. Verbum Hebraicum complectitur *fastidium*, *contemptum*, & *negligentiam* †. *Animus noster abjecit spem in Deum*, He. in V. *Actum est*, vel, *Nos sumus fatigati*: h.e. Nolumus frustrà consumpsisse tantum laboris: debueras initio nos revocare; nunc cùm totum ferè iter confecimus, absurdum est redire ad carceres. Vel, *Fatigatio est*, ut sit nomen; q. d. Jam serò nos castigas, quia per multos annos sequuti sumus hanc viam. Verbum יאשׁ sign. *fatigare*, Eccles. 2. 20 [t]. Al. *Expectoratum est*, Ti. *Minimè verò*, Ca. Aq. *Desperavimus*; Sym. *Defecimus* [v]. *Confortabimur*, ό. Hi. in D. scil. in sceleribus [x]. *Sumamus animos*, Ar. *Obstinemus animum*, Sy. *Animum abjicimus* revertendi, JT. *Aversi sumus à cultu tuo*, Ch. ¶ *Pravitatem cordis*—*mali faciemus*] Non ità palàm loquuti sunt, quia nunquam confessi fuissent cor suum malum esse: sed Propheta rem ipsam respicit, & non subterfugia hypocritarum [y].

13. *Quis*, &c? מִי שָׁמַע כָּאֵלֶּה] *Quis* (vel, *An quisquam*, Ti.) *audivit talia?* sive *similia?* P. M. Ti. JT. Pi. qualia scilicet vos facitis, deficiendo à Deo [z]: vel, *sicut haec?* Mo. *secundùm illa?* Pi. *Quis audivit*, &c? nedum fecit [a]? ¶ *Horribilia*; ità ό. Ar. שַׁעֲרֻרִת] *Turpitudinem*, Mo. *Rem valde foedam*, P. JT. Pi. sive, *abominabilem*, M. sive, *alienam*, Ch. *Stultitiam maximam*, Sy. *Nimis horribilia*, Ti. nempe idololatriam, v. seq [b]. vel, desertionem Dei [c]. *Quod improbè fecit*, &c. Ca. ¶ *Virgo Israel*] Sic nominat, ut augeat probrum; q.d. quam Deus sibi desponderat [d].

14. *Numquid*, &c? הֲיַעֲזֹב מִצּוּר שָׂדַי שֶׁלֶג לְבָנוֹן] *An relinquet* (sub. *aliquis*, P. vel, *homo*, M. Ang.) *è*, vel *de*, *petra*, sive *rupe*, sive *saxo*, *agri nivem Libani?* Calv. sic M. P. Mo. Ang. i. e. An deserere solet homo aquas manantes è rupe quae est in agro; aquas, inquam, quae proveniunt è nive Libani, quae per montium rimas percolantur? q. d. Non. Vel, ut alii, *Numquid deserit aliquis aquam manantem de petra agri*, id est, sibi proximam, ut, scilicet, aliò ac longiùs se conferat, *ut bibat nivem Libani?* sive aquam provenientem à nive Libani *? Per *nivem Libani* intellige aquam frigidam: per *saxum agri*, fontem in vicino loco scaturientem. Nemo, inquit, petit aquam à remotis, cùm in propinquo habeat fontem aquam vivam & frigidam evomentem [f]. Si quis vicinus monti Libani nollet bibere aquas frigidas, vel, Si quis fontem puri & frigidi liquoris habeat in suo agro, quantae stultitiae esset, eum aliò & procul proficisci ut bibat [g]? Al. *Desereturne* (Verbum indefinitum passivè reddi potest [h].) *nix Libani* (vel, aqua instar *nivis Libani*, Angl. h.e. aqua frigida. Vox *aquae* subauditur ex membro seq. & nota similitudinis, ut Esa. 21. 8. &c *.) descendens, vel defluens, *de rupe in agris?* Angl. Num viator quisquam in aestu diei, talem aquam reperiens, eam praeteribit, aliam alibi reperturum se sperans †? Al. *An deseret aliquis nivem Libani* (refrigerantem, cui Deus se confert [i],) *pro* (nuda & arida †) *rupe agri?* Gal. Belg. *Num nix Libani petram in agro destituit?* Q. in M. Al. *An derelicturus esset viator prae rupe agrum?* Pi. (vel, *agros meos?* JT. Sed malim י in שָׂדַי non esse affixum, sed positum pro ה, ut Psal. 50. 11. & 96. 12. & 104. 11. Esa. 56. 9. Thren. 4. 9. Os. 10. 4 [k].) *prae nivoso Libano?* Pi. JT. Ex eis quae jam sequuntur ἐν ἀπο-δόσει videtur haec versio esse optima, *An deseret viator aliquis agrum prae rupe ac nive Libani* [l]? Eritne aliquis tam stultus, qui iter confragosum ac nivibus obsitum malit inire quàm vias planas [m]? ¶ *Aut*, &c? אִם] יִנָּתְשׁוּ מַיִם זָרִים קָרִים נוֹזְלִים] *Num deserentur*, vel *relinquentur*, *aquae alienae* (vel, *quae non sunt naturales*, Gal. vel, *quae aliunde veniunt*, Ang. de remotis collibus, per occultos & subterraneos meatus, usque in urbem [n],) *frigidae* (vel, *& frigidae*, Calv.) *fluentes?* sive *defluentes?* Mo. P. Ti. Calv. Ang. Belg. vel, *quamvis fluant?* Gal.

Si cui

[l] G. [m] T. [n] Me. T. [o] T. [p] Pi. [q] M. [r] Strig. † V. [t] Calv. [v] D. [x] T. sim. D. [y] Calv. [z] Pi. [a] Glass. gram. 3. 3. 276. [b] Pi. [c] Calv. [d] Calv. * V. [f] M. [g] Calv. [h] Ang. * Idem. † Idem. [i] Belg. † Idem. [k] Pi. [l] G. [m] G. sim. Jun. Pi. [n] Belg.

Si cui displiceat aqua quæ fluit, & frigida est, & pura, quia velit fontem ipsum bibere, vesaniam suam prodet [o]. An aliquis relinquere solet aquas vivas & fluentes, quæ canalibus deducuntur in urbem? Vel, ut alii, An deserentur aquæ peregrinæ & adventitiæ, h.e. deductæ per canales in urbem †? q.d. Nemo contemnit aquas quæ extra urbem oriuntur, & per canales subterraneos in urbem introducuntur*. *Aut si relinquent aquas extraneas, frigidas, & fluentes?* M. *Aut deseret sitiens aliquis aquas fluentes* præ *corruptis gelu?* ut sit transpositio quædam verborum, & defectus מ ante נוזלים P. *An deserentur* (scil. à sitibundo [q]) *aquæ fluentes* præ *insolenter frigidis?* Pi. JT. Heb. præ *extraneis frigidis?* Pi. sic Jun. Hoc sensu nominatur extraneum Dei opus, Esa. 28. 21 [r]. q.d. Nemo aquas salubres postponet illis quæ nimio gelu aut frigore sunt periculosæ. Hunc versum sic accipiendum demonstrat ἀπόδοσις sequentis versûs, similia hæc duo per ὑστέρωσιν explicans †. Non placet hæc versio, tum quia frigiditas aquam commendat; vide Prov. 25. 25: tum quia מן hoc membro non occurrit, sicut in præcedente membro; nec id significat, aut hîc, aut ibi, quod illi volunt, nempe *loco*, vel *vice*, sed, *magis quàm**. [Alii totum versum sic reddunt;] *An deseret saxum agri nix de Libano? aut deserent aquæ peregrinæ frigidas & scaturientes?* Etsi nix non diu commoratur in agris, sed levi momento liquescit; & aquæ pluviæ non longo tempore admixtæ sunt fontibus & fluminibus: tamen huic populo [ut sequitur] citiùs obrepit mei oblivio [t]. Al. *Nivémne relinqui subdialis rupis Libani? aut omitti recentem gelidam manantem aquam?* Qui vult nivem, petat Libanum, qui perpetuò nivalis est: qui vult aquam, petat jugem fontem, unde gelida, h.e. ex profundo oriens, manat aqua, nihil æstum metuens. Ità qui sibi bene esse vult, me petat, bonorum fontem vivum, &c [v]. Al. *An deserit è rupe agros meos nix Libanon? an exstirpantur aquæ peregrinæ, frigidæ, fluentes?* Sensus est, An nix, quæ in montibus & petris Libanon perpetuò est, unquam deserit agros meos, quò minùs, liquescens de petra, in agros meos defluat? similiter, An aquæ Euphratis & Nili, quæ, etsi in peregrina regione natæ, agros tamen meos alluunt, frigidæ illæ, sempérque fluentes, unquam evelluntur, exstirpantur, & penitùs deficiunt? Quum ergò vel indè pateat me populi mei non oblivisci, sed & de indigenis aquis, è Libanon natis, & peregrinis, ex Euphrate & Nilo ortis, ei prospicere; rectúmne est quòd mei populus meus obliviscatur [x]? Non placet. 1. Quomodo enim Euphrates & Nilus terram Judæ alluunt? 2. Illud iis objicitur, quòd istas aquas quærerent, Jerem. 2. 18 [y]. Al. *Numquid deficiet de petra agri* (i.e. de rupibus Libani, quem *agrum* vocat [z]; ejúsque rupes forsan vulgò vocabantur *petra agri* [a], quòd amplæ & planæ essent instar agri seu campi [b].) *nix Libani?* aut evelli (i.e. funditus educi*, & exhauriri [c], aut prohiberi ne fluant [d],) *possunt aquæ erumpentes* (Heb. *alienigenæ*, i.e. venientes è longinquo †,) *frigidæ, & defluentes?* Vulg. Me. T. i.e. è fontibus & lacunis emanantes*. [Sed hoc variè accommodant.] Citiùs tamen debuissent & nix illa deficere, & aquæ illæ exhauriri, quàm populus meus, in quem tot confero beneficia, mei oblivisceretur. Obliviscitur tamen [f]. Al. Si in eo monte nix & aqua non deficiunt, neque in me veniæ locus. Cur ergò desperant [g]? Al. Sic ego non deero eis qui me colent: populus tamen meus me relinquit, &c [h].

15. *Quia*, &c. כי שכחני וגו׳] *Quia* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Atqui*, Ca. *Attamen*; est enim oppositio [i];) *obliti sunt mei*, &c. Mo. &c. Hoc non satis explicitum videtur. Sed Deus hîc repetit, se esse fontem aquæ vivæ, qui sit Judæis expositus, &c. Oblivio supponit præcedentem Dei cognitionem, (quum Gentibus incognitus fuerit, &c.) ideóque ex destinata pervicacia oritur [k].
¶ *Frustrà*, &c. לשוא יקטרו] *Frustrà* (vel, *Vanitati*, JT. Pi. Ar. Sy. *Rei vanæ*, i.e. idolo [l]; *Rebus nihili*, Ca.) *adolent*, P. Calv. sim. Mo. M. Ti. Sy. Sub hac una specie comprehendit omnia sacrificia, omnémque cultum externum, quem hîc, ut alibi sæpe, vanum & futilem esse monet, si absit sinceritas [m]. ¶ *Et*, &c. ויכשלום בדרכיהם שבילי עולם] *Et* (vel, *Dum*, sive *Quandoquidem*, Calv. Angl. ut copula accipiatur explicativè, vel causaliter [n]; sicut 1 Reg. 11. 25 [o].) *impingere* (vel, *corruere*, M.) *fecerunt*, vel *faciunt*, (sub. *idola*, G. vel, sub. *falsi prophetæ*, P. Ti. M. Calv. Pi. pravis scil. doctrinis & moribus [p]. Ellipsis nominis, frequens Hebræis [q].) *eos* (nempe Judæos [r]) *in viis eorum*, Mo. sic Calv. (id est, pseudo-prophetarum †: vel, *in viis suis*, P. M. Ti. Calv. &c. i.e. sibi præscriptis [t], & quibus assueverant [v]; in quibus probè edocti erant, ut non possent excipere, se fuisse deceptos, nec meliora scivisse [x]: vel, *in viis suis pessimis*, Ch. Al. *fecerunt ut errarent in itinere suo*, G.) *semitis* (vel, in *semitis*, Sy. Calv. Pi. Belg. vel, à *semitis*, M. Ti. Ang. Gal. G. JT. vel, ut deserant *semitas*, P. vel, à *semitis* rectis, Ch.) *seculi*, Mo. V. Calv. vel, *æternis*, Sy. sic V. *perpetuis*, JT. *antiquis*, M. Ti. G. V. Ang. *longi temporis*, P. *quæ à seculo sunt*, Ch. *jam olim præscriptis*, Pi. i.e. majorum suorum fidelium [y]; quas Ab. If. Jac. Mos. & Prophetæ institerant [z]: in doctrina jam olim recepta, & cujus authoritas pluribus seculis stabilita fuerat. Commendat nobis antiquitatem, & exempla Patrum, non promiscuè [a], sed eorum qui Deum sequebantur [b]. עולם hîc refertur ad tempus præteritum, sicut & Gen. 6. 4. Esa. 57. 11. Jer. 28. 8 [c]. ¶ *Ut*, &c. ללכת נתיבות דרך לא סלולה] *Ut ambulent*, vel *ambularent*, vel *irent*, (vel, *eundo*, JT. Pi. Sy.) *in semitis*, vel *per semitas*, M. P. G. Calv. Sy. sim. Mo. Pi. (vel, *itineribus* multis, JT.) *viæ non calcatæ*, Mo. vel, *viam non calcatam*, Calv. sive, *tritam*, Sy. *viâ non aggestâ*, JT. ubi *via non est aggesta*, Pi. vel, *viæ non complanatæ*; per confragosa [d]; ubi non est commodum ambulare*: vel, id est, *per viam non calcatam*, P. sub. *à justis*, V. Nullo exemplo Sanctorum fuerant adducti ut sibi excogitarent novos cultus [f]. Instat cœptæ comparationi [g]. Notat molestias conjunctas cum idololatria [h]. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Et in æternis viarum suarum orbitis impingunt, ambulantes per non tritæ viæ semitas.*] Ut, relictâ regiâ viâ, irent per vias novas, & non tritas [i].

16. *Ut fieret*, &c. לשים ארצם לשמה שריקות עולם] *Ad ponendum* (vel, *Ut ponant*, P. M. vel, *Ut exponam*, JT. Pi.) *terram eorum*, sive *suam*, *in stuporem*, sive *admirationem*, Mo. P. M. (vel, *desolationem*, o'. V. sic JT. Pi.) *sibilósque perpetuos*, P. sim. M. Mo. o'. &c. vel, *sibilis perpetuis*, JT. Pi. sim. Ar. ad verb. *sibilos seculi*, i.e. duraturos per longum tempus [k]: *sibilum longi temporis*, G. עולם v. præced. ad præt. tempus respicit, hîc ad futurum [l]. Solent, qui mirantur, edere sibilum [m]. Sibilus apud omnes gentes signum contemptûs, 1 Reg. 9. 8. Sic, —*populus me sibilat*—— *Pastoritia fistula* apud Ciceronem [n]. Porrò, hic non erat scopus eorum, sed eventus, &c [o]. qu. d. Hic erit exitus illarum pravarum actionum [p].
¶ *Movebit caput*] Signum, vel stuporis, vel ludibrii, vel detestationis [q]; vel contemptûs, ut 2 Reg. 19. 21. Matt. 27. 39 [r].

17. *Sicut*, &c. כרוח קדים וגו׳] *Sicut ventus orientalis* (vel, *Per ventum orientalem*, M. Ti. Legerunt, ברוח †. Vel, *Velut Euro*, JT. Pi.) *dispergam eos*, &c. Mo. Is ventus violentus est in illis locis. Vide Job. 27. 21 [t]. Psal. 48. 8. Esa. 27. 8 [v]. De orientali vento æstivali, qui proximus est Septentrioni, intelligit, qui nubes dispergere solet: q. d. Vertam eos in fugam [x]. ¶ *Dorsum, & non faciem, ostendam eis*] Aversantis hoc est [y]. q. d. Eos non exaudiam [z], aut liberabo [a]. Me adversum sentient, & frustrà tunc implorabunt [b].

18. *Non enim peribit lex à sacerdote*, &c.] [Hoc variè explicant.] Licet Jeremias sit *sacerdos* in *lege* doctus, sit *sapiens*, & *propheta*; non tamen ob ejus interitum destituemur *sacerdotibus*, *legisperitis*, & *prophetis* [c]: non deerunt alii qui mitiùs agent [d]. Al. Ut nunquam sacerdoti Lex, aut sapienti deest consilium; sic Jeremiæ, qui Vates est, nunquam deest quod dicat. Est ergò compescenda ejus loquacitas. Comparatio est sic posita ut illa Virgilii, *Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis, Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ*: h. e. Ut gramina non saturantur rivis, &c. sic amor non saturatur lacrymis*. Occidamus eum: alioqui *non peribit lex*, i. e. non cessabit ipse docens nos Legem, nósque arguens quòd eam non servemus, tanquam *sacerdos*; dans etiam consilia nostris contraria, tanquam *sapiens*; & mala nobis prænuncians, tanquam *propheta* †. Al. Occidamus eum, quasi pseudo-prophetam,

quia dixit perituros sapientes, Sacerdotes, & Prophetas [f]; quos tamen Deus in Ecclesia sua perpetuos instituit, & Lex perituros negat [g]. Accusatio hæc erit, Eum falsa vaticinari. Neque enim fieri potest ut Deus hanc terram sibi dilectam sinat esse sine Sacerdotibus qui Legem doceant, & sine Scribis qui obscura enodent, & sine Prophetis qui Dei voluntatem revelent. Confer quæ supra 5. 12 [h]. Obtendunt speciosos prætextus. Habebant Sacerdotes legitimos quoad vocationem, item Seniores Sacerdotibus conjunctos, & Prophetas. Transferunt à Deo authoritatem ad seipsos, acsi arbitrio & judicio suo subjicerent quicquid attulerit Propheta [i]. ¶ *Percutiamus eum lingua*; ità P. M. &c. בַלָּשׁוֹן] *In lingua*, Mo. &c. sub. *nostra*, Pi. i.e. falsâ delatione apud Regem [k]. *Propter linguam istam*, JT. i. e. quia audacter res importunas, falsas & odiosas effutit, &c [l]. ¶ *Non attendamus*, &c.] q. d. Non moremur quid loquatur, sed fortiter spernamus [m]. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Est nobis feriendus in lingua, nec est ejus loquacitas attendenda* :] h. e. Eum occidamus, ut loqui desinat [n].

19. *Attende, Domine, ad me*] Quia illi non attendunt [o]. Tibi probetur meum obsequium. Significat doctrinam suam vigere coram Deo, & semper habituram pondus suum [p].

20. *Numquid*, &c? הַיְשֻׁלַּם וגו'] *An reddetur*, vel *redditur*, (vel, *rependendum est*, JT. Pi. *reddi solet*, aut *debet*, V.) *pro bono malum?* Calv. &c. q. d. Non modò impii sunt, sed & inhumani, ac intolerabiles, si vocentur vel ad humana judicia [q]. ¶ *Foderunt foveam*, &c.] Sic vocat illam accusationem. Vide & mox vers. 22 [r]. ¶ *Quòd steterim in conspectu tuo*] i. e. Ministraverim tibi [s]; vel, oraverim te pro eis [v].

21. *Da filios*, &c.] Nihil obsto ampliùs quin omnia efficias quæ minatus es, cùm tam obduratam esse ipsorum malitiam video [x]. Nihil in hac precatione turbulentum, tum quia Spiritus Sanctus hoc ei dictabat; tum quia sui oblitus erat, nec privatam egit causam; tum quia sciebat hos esse reprobos & exitio destinatos : pro reliquiis enim indubiè semper solicitus fuit [y]. Sed hoc à nobis non est trahendum in exemplum [z]. ¶ *Et deduc*, &c. וְהַגִּרֵם וגו'] *Et fac fluere* (vel, *absume*, M. *devolve*, Ti. *trade*, Ch. Sy. *congrega*, ο'. Ar. [quasi à גור ;] *eos per* (vel, *super*, Mo. *ad*, vel *in*, Ti. ο'. Ar. &c.) *manus gladii*, P. M. &c. vel, *occidentium gladio*, Ch. *Et fac ut diffluant per gladium*, JT. Pi. vel, *Eósque armis sic vexa*, Ca.

22. *Audiatur clamor* (ob hostem irrumpentem [a]) *de domibus eorum*] q. d. Nihil sit illis perfugii in ærumnis : nam sua cuique domus est receptaculum, &c †.

23. *Consilium eorum——in mortem*] Quo volunt me perdere [b]. ¶ *Fiant*, &c. וְיִהְיוּ מֻכְשָׁלִים לְפָנֶיךָ] *Et* (vel, *Sed*, M. JT. Pi.) *sint* (vel, *erunt*, M.) *impingentes* (vel, *offensi*, Mo. vel, *dejecti in offendiculum*, M. vel, *propellantur in offendiculum*, JT. Pi. vel, *prostrati*, Sy. *corruentes*, Ch.) *in conspectu tuo*, vel, *coram te*, vel, *coram facie tua*, P. Calv. Ch. Sy. q. d. manifesto judicio, te tanquam sedente in solio. Putant hypocritæ Deum abesse quantisper illis indulget : sed ubi vindictam sumit, dicuntur stare in conspectu ejus, quia scilicet constricti tenentur, ut tergiversari nequeant *. ¶ *In tempore furoris tui*] q. d. Etiamsi differas ultionem, veniet tamen illius tempus [c]. ¶ *Abutere eis* : i. e. consume & disperde eos [d] : עֲשֵׂה בָהֶם] *Fac in*, vel *cum, eis*, Mo. P. M. ο'. sub. *vindictam*, M. vel, ut facere soles cùm es iratus iis qui deficiunt à te : q. d. Perde illos *. *Vindictam sume de eis*, Ch. *affice eos*, Ar. *age contra eos*, Ti. JT. Pi. Sy. *Et agas cum eis summo jure*, Strig. Tractes illos tanquam hostes desperatos, quibus nunquam placabilis eris [f]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Quin coràm offendant, dum tu eos, tum cùm irascèris, ità tractabis*.]

[Margin: f Mo. sic Ti. — g T. — h G. — i Calv. — k Pi. sim. M. V. — l Jun. — m Calv. — n Ca. — o G. — p Calv. — q Calv. — r G. — s G. — v V. — x G. — y Calv. — z Calv. ad v. 23. — a Calv. — † Idem. — b V. — * Calv. — c Calv. — d Mo. sim. T. — * V. — f Calv.]

CAP. XIX.

1. *HÆC dicit*] Vel, *dixit*. Narrat enim sibi à Deo imperata [a]. ¶ *Et accipe*, &c. וְקָנִיתָ בַקְבֻּק יוֹצֵר חָרֶשׂ] *Et emes*, vel *eme*, *lagenam* (vel, *œnophorum*, P. *vasculum*, M.) *figuli* (vel, *à figulo*, P. M. Ti.) *testæ*, Mo. vel, *testaceum*, P. sic JT. Calv. Ti. vel, *lagenam fictilem*, Pi. G. Heb. *lagenam fictoris testæ*, i. e. factam à figulo, qui ex argilla fingit testacea vasa. Alii volunt nomen חֶרֶשׂ pendere à nomine *lagena*, & notare genitivum materiæ. At pendet à nomine יוֹצֵר, & notat genitivum effecti [b]. *Lagena* בַקְבֻּק dicitur ἐξ ὀνοματοποιΐας, quia sonus quem edit (quum bibitur [c]) sic non malè exprimitur [d] : est enim vasculum oris angusti, non tantùm fictile, sed etiam aut vitreum, aut ligneum [g]. Lagena hæc repræsentabat populum Juda, ut patet ex v. 10, 11 [h]. Docuerat priùs, Deum esse instar figuli, &c. Hîc cavillari poterant : Esto ; at hic figulus nos fecit vas pretiosum. Propheta ergò hoc loco docet eos vas testaceum esse, quod, licèt splendeat, facilè tamen frangitur, &c [i]. [Hoc vult,] Quàm facilè lagena frangitur, tam facilè Deus fracturus est populum Judaicum †. ¶ *A senioribus populi, & à senioribus sacerdotum*] Quis credat fictile emi potuisse à tot viris summatibus? Est omnino ellipsis, aut syllepsis potiùs ; nam קָנִיתָ etiam huc, quanquam minùs propriè, potest referri : quod benè visum & à Chaldæis, & à Græcis, si editionum posteriores sequimur, καὶ ἄξεις ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἱερέων, supple, τινάς. Eos tibi assume testes, nempe ex magno Synedrio, quod partim ex Sacerdotibus, partim ex aliarum tribuum hominibus, constabat ; nè quis postea excusationem haberet de ignorantia : nam illi 72 totum populum repræsentabant [k]. ¶ וּמִזִּקְנֵי וגו'] *Et* (sub. *adduces*, ο'. sim. Ch. Sy. Ar. JT. vel, *duc tecum*, P. M. vel, *assume aliquos*, Pi. sim. Ang. Gal. Belg. tanquam testes [l],) *de senioribus*, &c. Mo. Ti. *coram senioribus populi*, &c. Strig. *& quidem cum senioribus populi, & cum senioribus sacerdotum*. מ valet, *cum*, ut Esa. 57. 8. *pepigisti* מֵהֶם *cum ipsis*, ad verb. *ab ipsis*. *Seniores ecclesiæ* eos vocat qui Ecclesiæ præerant quoad Legem, quorum gubernatio spiritualis erat : *seniores populi*, qui præerant rebus politicis : utrisque verò quædam erant inter se communia. Et quoniam turba, ut aiunt, est turbulenta, ex utroque ordine præcipui delecti sunt. Quia res hæc seria erat, & populi salus agebatur, nè hæc prophetia contemneretur, voluit Deus adesse gravissimos testes [m].

2. *Egredere ad vallem filii Hinnom*] Quæ erat quasi in suburbio [n]. Ibi enim filios suos lustrabant alii, circumferentes per ignem, ità ut sentirent flammas, salvi tamen evaderent : alii autem, majore zelo aut ambitione rapti, eos mactabant, deinde comburebant [o]. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר פֶּתַח שַׁעַר הַחַרְסוּת] *Quæ* (sub. *est*, P. M. &c. vel, *sita est*, Pi.) *super vestibulo* (vel, *in ostio*, P. *in ingressu*, Sy. *ad ostium*, JT. Pi. *juxta introitum*, M. *ex adverso*, Ar. extra *valvas*, Ti.) *portæ Charsis*, ο'. vel, *Harsith*, sive *Harasith*, Aq. Sym. & Th. in D. Ar. sim. Sy. Ti. [His nomen proprium est, quod alii appellativè reddunt :] *orientalis*, JT. Calv. de qua Neh. 3. 29. à חֶרֶס *sol* [p]. Prodigiosus stupor erat, in tam celebri & conspicuo loco calcare Legem Dei, ubi Sol quotidie oriens admonebat eos lucis in Lege accensæ [q]. Vel, *solaris*, Mo. Pi. Angl. sic dictæ, quòd Sol ibi maximè incumberet : id quod fictoribus vasorum luteorum commodissimum erat ad arefactionem, &c. Deinde, per hanc erat via ducens ad vallem Hinnom, quæ ab australi latere Hierosolymæ erat, Jos. 15. 8 [r]. Al. *fictilis*, P. M. G. Id valet חֶרֶשׂ. Illa erat porta extra quam figuli, qui proximè Templum vasa in usus Templi fabricabant, fragmenta fictilium dejiciebant : quò deinde & alias sordes abjectas fuisse non est incredibile. Hanc interpretationem firmant quæ diximus supra 18. 2. & quæ modò habebimus v. 10. & 14. & Zach. 11. 13. *Vallis Ennomi*, sive Topheth, & Cedron torrens, proximè Templum fuêre : ibidem figuli intra portam, & extra portam ista loca ejectamentorum *. Porta hæc orientalis erat, & *porta Sur*, & *porta stercorum*, ut in Ezra habetur [t]. [Alii locum

[Margin: a G. — b Pi. — c Calv. — d G. sim. Calv. V. et He. — g Calv. He. in V. — h Pi. — i Calv. — † G. — k G. — l Pi. — m Calv. — n Calv. sim. Ang. — o Calv. — p Q. in G. — q Calv. — r Ang. — * G. — t M. à He.]

locum sic vertunt;] *ante portam sterquilinii*, Ch. חרסית Chaldæis *lutum* sign. Duplex hîc est lectio, החרסות, & החרסית ʸ. Al. *ante portam lateritiam*, Ca. Strig.

3. *Audite——reges Juda*] Id est, vel, 1. Rex & Augusta; vide Jer. 13. 18 ˣ: vel, 2. Gubernatores; Rex & consiliarii†. ¶ *Tinniant aures ejus*] Ità P. M. JT. Pi. ό. Ch. &c. i. e. vehementer expavescet, adeò ut in deliquium animi incidat, unde aures tinnient ʸ. Locutio Hebræa est, 1 Sam. 3. 11. 2 Reg. 21. 12. Sensus est, Aures omnium hoc nuncio, quasi tonitru, percellentur ᶻ. Ubi est aliquis impetuosus fragor, aures nobis obstupescunt & hebetes fiunt, simúlque tinniunt ᵃ. ¶ תצלנה וגו׳] *Tremant*, vel *obstupescant*, Mar. *auribus reddatur attonitus*, Ca. Excellens sensibile lædit sensum. Ut fulgor Solis hebetat aciem oculorum; sic vehemens sonus movet tinnitum aurium †.

4. *Et*, &c. וינכרו וגו׳] *Et alienaverunt*, Mo. Calv. sic Ca. (vel, *alienum reddiderunt*, sive *fecerunt*, P. M. ό. Ar. JT. Pi. ità scilicet, ut non ampliùs agnoscam pro meo*: vel, *prophanaverunt*, Ti. sic V. G. *coinquinaverunt*, Ch. sic Sy. vel, *alienè*, sive *mirè*, *abusi sunt*, Angl. ut Deuter. 32. 27 ᵇ.) *locum istum*, sive *hunc*, Mo. Calv. &c. Id est, vel, 1. Templum ᶜ; [quod in propinquo erat, & digito monstrari poterat:] vel, 2. Jerosolymam ᵈ: vel, 3. vallem Ennomi, quam digito demonstravit, quæ non longè erat à Templo, ubi hic sermo habitus. Vide Psal. 106. 37. Jerem. 7. 31 *. Deus nempe consecraverat sibi totam Judæam; hæc tota erat juris & ditionis Dei; &, si Deum ritè coluissent, tota erat quasi Altare & Templum. Cur ergò, inquit, aliò transfertis quod meæ ditionis est†? ¶ *Quos nescierunt ipsi, & patres eorum*, &c.] Illi, nempe, qui Deum ritè colebant, & imitatione digni erant. Alioquin Judæi hoc à majoribus hauserunt. Sed Deus pro nihilo ducit eos patres & Reges qui à Lege degenerârunt ᶠ. ¶ *Sanguine innocentum*] Puerorum ᵍ, & aliorum ʰ.

5. *Quæ non præcepi*, &c.] Repetita ex Jerem. 7. 31 ⁱ.

6. *Non vocabitur——Topheth*, התופת] Sic dictum, vel, à יפה *pulchrum*, seu *decorum*, *esse*; vide Job. 17. 6. *Fui* תופת, i. e. jucundum spectaculum, materia lætitiæ & plausûs, olim scilicet, nunc autem triste spectaculum: vel potiùs, à תוף *tympanum*, quia, cùm jugularentur pueri, tympana pulsabant, nè audiretur clamor. Origo nominis erat à lætitia populi indè orta. Putabant enim se felices esse, Deúmque sacrificiis istis placatum, &c ˡ. ¶ *Vallis occisionis*] Nempe, non puerorum, sed virorum; non innocentium, sed eorum qui id sunt meriti. Repetita & hæc ex Jer. 7. 32 ᵐ.

7. *Et*, &c. ובקתי וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. Ar.) *evacuabo* (ut lagenamⁿ; vel, *exhauriam*, JT. Pi. *dissipabo*, P. Ch. *rescindam*, Ca. *irritum faciam*, Sy. sic V. Alludit ad בקבק v. 1 °. nam significat hoc, *exinanire* ᵖ.) *consilium*, &c. Mo. Ti. &c. *Consilii* nomen impropriè concedit frivolis his commentis & novis cultibus quæ excogitabant, quia homines semper sibi blandiuntur in iis†. ¶ *Et Jerusalem*] Quæ aliis magistra erat errorum, cùm illic fulgere deberet Legis doctrina*. ¶ *In loco isto*] Adhuc vallem Ennomi demonstrat, ubi pars futura erat castrorum Chaldaicorum ᑫ. Putabant se ibi auxilium ab idolis habituros: at ibi occidentur ʳ.

9. *Carnibus filiorum*, &c.] Præ fame tempore obsidionis †. Horrenda, sed vera. Vide 2 Reg. 6. 28. & Jo. Belli Jud. 7. 8 ᵗ. & Jer. 21. 7. Thren. 4. 10 ᵛ.

10. *Et conteres*, &c.] Ut obsignes iis vaticinium ibi prolatum ˣ. Mos vetus in Oriente, & apud alias gentes, non vocibus tantùm, sed & rebus, loquendi. Indè σύμβολα (*symbola* ʸ.)

11. *Vas figuli quod*, &c. אשר לא יוכל להרפה עוד] *Quod non poterit sanari* (vel, *curari*, JT. *instaurari*, M P. *refici*, Ti. Pi.) *ultrà*, Mo. Lagena fracta non instauratur, sed ex eadem materia fit alia lagena, suprà 18. 4. Sic Deus novum fecit populum Judaicum, non eundem ex iisdem, sed per suffectionem ᶻ. ¶ *Eò quòd*, &c. מאין מקום וגו׳] *A non loco ad sepeliendum*, Mo. *propter penuriam loci*, &c. Sy. *eò quòd non* (vel, *nullus*, JT. Pi.) *erit*, vel *sit*, *locus*, &c. P. M. JT. Pi. Ch. &c. sub. *alius*, P. M. Pi. *deficiente loco*, &c. Ca. *ità ut non sufficiat locus*, &c. ut Jer. 7. 32 ᵃ.

12. *Loco huic*] Jam ex Templo urbem monstrat, ut sequentia indicant ᵇ.

13. *Et*, &c. והיו בתי וגו׳ כמקום התפת הטמאים לכל הבתים] *Et erunt* (*Ità ut sint*, Ca.) *domus Jerus. & domus regum Juda, sicut locus Topheth, immundæ*, Calv. Mo. P. G. ex Vulg. &c. vel, *immundæ* scilicet, M. Ti. sim. Ca. Pi. (pollutæ cadaveribus, quæ ubique occisa jacebunt ᶜ,) *ad omnes domos*. ל expositivè capio, ut Propheta extendat suum sermonem ad omnes domos ᵈ. Vel, *omnes domus illæ*, Sy. JT. vel, *propter omnes domos*, Ch. P. Mo. Gal. vel, *cum omnibus illis domibus*, P. sic Ti. Belg. V. vel, *omnes*, inquam, *domus*, Strig. vel, atque idem accidet *omnibus domibus*, M. Alii locum sic reddunt, *Et domus Jerus.——quæ pollutæ sunt* (prædictis nempe abominationibus) *erunt sicut Topheth* *. Illud, *domus regum Juda*, negat Hieronymus in Hebraicis sui temporis exemplaribus fuisse. At est in nostro, & in Chald. & Græco. Vides varietatem exemplarium ᶠ. [In rebus scilicet exigui momenti: nam in majoribus optimè & ad miraculum sibi constant; ut patebit ex inspectione illarum variarum lectionum quæ in Bib. Polyglot. magno quidem numero, sed non pari pondere, congesta habemus.] ¶ *In quarum domatibus*] i. e. In tectis planis seu solariis. Vide ad Matt. 10. 27. Nam talia tecta pro excelsis usurpabantur, eò quòd liber ibi esset siderum conspectus ᵍ.

14. *Et stetit in atrio*] Subdiali maximo, ubi maxima erat frequentia. Non enim longè à Topheth erat Templum ʰ.

CAP. XX.

1. **E**T *audivit Phassur, filius* (non immediatus, sed unus ex posteris ᵃ,) *Immer*] Qui [Immer] in prima constitutione erat primarius sacerdos, 1 Par. c. 24. v. 14. Sic eum vocat, ut distinguat ab alio *Pashur*, Jer. 21. 1 ᵇ. ¶ *Qui*, &c. והוא פקיד נגיד] *Et ipse* (vel, *qui*, JT. M. Strig. vel, *Is autem*, P. Pi. Sy. Ar. sub. *erat*, P. M. Pi. &c.) *præpositus*, vel *præfectus*, Mo. Calv. P. M. JT. Pi. (vel, *inspector*, Sy. vel, *constitutus*, V. ό. Ch. Ar. vel, *primarius*, Ti.) *dux*, Mo. Calv. vel, *princeps*, Ar. Ch. vel, *præfectus*, ό. vel, *antecessor*, JT. vel, & *dux*, P. & *princeps*, M. & *præfectus*, Sy. [Ca. utramque vocem sic reddit, *pontifex*; Strig. sic, *summus gubernator*.] Id est, vel, 1. caput ordinis sui ᶜ, nempe ἐφημερίας decimæ sextæ, 1 Par. 24. 14 ᵈ: vel, 2. princeps sacerdotum *; secundus à summo Sacerdote ᶠ; qui, absente Pontifice, ejus vicem supplevit, vide 2 Reg. 25. 18. Jerem. 52. 24 ᵍ: vel, 3. unus è Templi præfectis; variis enim officiis varii præficiebantur, v. g. oblationibus, cantoribus, &c ʰ: vel, 4. στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, (*capitaneus Templi*,) cujus erat prehensionis in eos qui in Templo delinquebant, ut diximus ad Matt. 26. 47. & Luc. 22. 4. Judicium autem non erat penès illum, aut penès sacerdotes solos; sed penès Synedrium, in quo plerumque multi erant è sacerdotibus. Vide infrà 26. 8, 10, 16 ⁱ.

2. *Percussit——Jeremiam*] Symmystam suum, ejusdem ordinis & familiæ ᵏ; pugno, uti videtur. Vide 1 Reg. 22. 24. Matt. 26. 67 ˡ. Indignum hoc ejus personâ & gravitate officii, & alienum à jure sacræ societatis. Judex de solio non exsiliet, ut percutiat eum qui dignus erit centum mortibus. Hinc ergò videmus & præcipitem ipsius iracundiam, & quanta tunc erat rerum omnium confusio atque perturbatio; & quanta tunc erat bonorum penuria, quòd vir talis electus fuisset qui Templo præfectus esset ᵐ. Al. *Percussit*, id est, manum ei injecit; ut vox Græca πατάσσειν sumitur Matt. 26. 31. Marc. 14. 27. ubi in Syriaco est, מחא, idem significans quod נכה. Hoc autem נכה per ἀλίσκειν vertitur Ezec. 33. 21. & 40. 1 ⁿ. ¶ *Misit* (vel, *dedit*, sive *posuit*, Mo. P. M.) *eum in nervum*; sic Ti. V. D. על המהפכת] *In cryptam*, Mo. *incarcerem*, P. Ca. Calv. G. ex Ch. ό. [hîc] καταῤῥάκτην (*cataractam*) vocant; (quæ vox Græca significat fossam profundam in quam vincti demitti solent*:) infrà 29. 26. ἀπόκλεισμα (*custodiam*°.) At Sym. modò, βασανιστήριον, modò, στρεβλωτήριον ᵖ· quod utrumque *tormenta* sign ᑫ. Is qui Paralipomena interpretatus est, φυλακὴν (*carcerem*, sive *custodiam* ʳ.) *In cippum*,

pum, sive *cippo*, M. Calv. JT. Pi. sic dicto Hebraicè, quòd constaret variis lignis ex adverso coeuntibus †. Erant duo ligna, quibus collum vinctorum constringitur, compedum formam habentia [t]. Erat cippus factus ex lignis [v], in quo erant tria foramina; unum in quod collum immittebatur, & duo in quæ manus singulæ [x]. ¶ *In porta Benjamin*] In summa porta illa quæ à Benjamine dicebatur [y]. Vel, 1. quia fuit in sorte Benjamin. Nam Templum partim stabat in sorte Juda, & partim in sorte Benjamin, confinia complectens utriusque sortis [z]. Vel, 2. quia spectabat terram Tribûs Benjamin [a]; ut *porta Ephraim* dicitur 2 Reg. 14. 13. quæ eò spectabat [b]. Qu. Cujus hæc porta erat? Templine, an urbis? Resp. 1. Templi [c]; quo nomine veniunt & atria, & alia ædificia circum illa. Vide Jer. 7. 2, 10, 11. Matt. 21. 12, 13. Joh. 2. 14, 16. Huic sententiæ favere videntur verba sequentia, *in domo*, &c [d]. Dicta autem est *porta Benjamin*, quòd esset ab illo Templi latere quod erat in sorte Benjamin. Nam ut urbis, ità & Templi, pars in sorte Judæ, pars in sorte Benjaminis, erat *. Quod quidem de urbe verum est, Jos. 15. 63. collat. cum Jud. 1. 21. de Templo autem non constat. Resp. 2. urbis: sic enim *porta Benjamin* accipitur Jer. 37. 13. & Zach. 14. 10. de porta verò Templi nusquam [f]. Erat autem hæc porta vel in muro urbis interiori, qui partem Judæ à parte Benjaminis disterminabat [g]; vel potiùs, in muro exteriori, versùs terram Benjamin [h]. ¶ *Superiori*] Sic dicta est hæc porta, vel, 1. à magnificentia [i]; vel, 2. à celso situ [k]: quòd esset in loco urbis acclivi [l], vel in monte [m]. ¶ *In*, &c. אֲשֶׁר בְּבֵית וגו׳] *Quæ* (sub. *erat*, P. sic M. Ti. &c.) *in domo Jehovæ*, P. V. G. Pi. sic ο'. Ch. Sy. Ar. Mo. i. e. in Templi appendicibus [n]. In septis, sive ædificio quod pertinebat ad Templum ipsum. Non enim hic locus debet intelligi de primo atrii popularis ædificio, sed de appendicibus atrio populari adjectis post tempora Salomonis [o]. Al. quæ erat *ad*, vel *juxta*, *domum*, &c. M. Ti. JT. Angl. sim. Ca. Sic ב, *in*, sumitur pro *juxta*; Num. 33. 37. *in Hor*, i. e. prope, ex v. 38. Jos. c. 5. v. 13. *in Jericho*. Cujusmodi exempla alibi occurrunt. Vide & Jer. 13. 5. *in Euphrate*; & Jer. 32. 7. *agrum meum in Anathoth*, i. e. prope eam [p]. Al. *quæ spectabat ad ædem Jehovæ*. Sic dicit, quia præter atrium erant in toto circuitu Templi multa atriola [q].

3. *Eduxit——Jeremiam*] Vel, 1. ut coram se rationem vaticinii sui redderet [r]: vel, 2. ut eum dimitteret †; vel, quòd sibi timeret ob vexatum innocentem [t]; vel, à prudentioribus admonitus; vel, quia Jeremiam taciturum speraret, &c [v]. ¶ *Non Phassur*, פַּשְׁחוּר] Id est, vel, 1. *Augescentem principem*, à פוש *augescere*, & חור [x] [*candidus*; Principes enim vestibus candidis utebantur:] vel, 2. *Qui extendit pallorem*, sive efficit (authoritate & violentiâ) ut pallescant homines undique, & ab ipso metuant: sicut in Jeremia opere demonstraverat. Hoc vocis etymon amplectimur adducti contrariæ appellationis antithesi. Vox enim composita est ex duobus verbis, quorum prius *diffundere* est, Levit. 13. 5, 7. posterius, *pallescere*, Esa. 29. 22 [y]. ¶ *Sed*, &c. כִּי אִם מָגוֹר מִסָּבִיב] *Sed* (vel, *Quinimo*, Mo.) *Magor missabib*, JT. Pi. Mo. G. vel, *Magormissabib*, i. e. pavor undique, P. vel, *Exitium undique*: nam id per metonymiam *formidinis* nomine appellant Hebræi [z]. Vel, *Magor circumquaque*, Ti. *Omniterrium*, Ca. *Terrorem undique*, Calv. *Pavor* imminebit tibi *per circuitum*, M. *Magor*, i. e. *Pavor*, qui imminebit tibi *per circuitum*, V. Al. *Migrantem*, vel *Migratorem*, ο'. Ar. sim. Sy. Deducunt à גור *migrare* [a].

4. *Dabo*, &c. נֹתֶנְךָ לְמָגוֹר לְךָ וגו׳] *Ponam*, vel *reddam*, (vel, *dans*, Mo. Angl. sub. *sum*, Angl.) *te in pavorem* (i. e. in materiam pavoris [b]) *tibi & omnibus*, &c. P. Ti. quorum te patronum esse gloriaris [c]. *Inditurus sum tibi formidinem*, JT. Pi. Heb. *daturus sum te formidini*. Hypallage, quam ostendunt verba sequentia [d].

6. *Quibus prophetâsti mendacium*; ità M. &c. בַּשָּׁקֶר] *In*, vel *cum*, *mendacio*, sive *falsitate*, Mo. V. Pi. &c. nempe, dicens, fieri non posse ut Deus hanc terram relinqueret sine *sacerdotibus*, *prophetis*, & *doctoribus*. Vide suprà 5. 31. & 18. 18 *.

7. *Seduxisti* (vel, *Decepisti*, ο'. Ar. Calv.) *me*, (vel, *Imposuisti mihi*, V.) *Domine*, *& seductus* (vel, *deceptus*, ο'. Ar. Calv. &c.) *sum*] Reliqua hujus capitis pars soliloquium Prophetæ continet, forsan in carcere compositum, abruptum & mixtum, modò pietatem, modò infirmitatem, redolens. Videtur hîc de Deo queri, &c [f]. Hîc jam incipiunt questus Jeremiæ cùm esset in illo carcere, Jobi questibus non multùm dissimiles [g]. Sed quomodo se à Deo falli dicit [h]? [Non uno modo respondent.] 1. Hæc humano spiritu dicit, non Divino [i]. Sed absit ut in scriptis Prophetarum aliquid agnoscamus quod non à Spiritu Sancto dictatum sit [k]. Queritur humano more, & ex pusillanimitate [l]. Sunt verba Jeremiæ deplorantis sortem suam post cruciatum in cippo. q. d. Cùm munus prophetandi commisisti mihi, fucum mihi fecisse videris [m]: pollicitus enim fuisti te nunquam permissurum me libidini hostium; quod tamen fecisti [n]. Verùm hæc deceptio accidit culpâ, non dicentis, sive promittentis, sed audientis, qui dictum non rectè intellexit [o]. Non animadvertit fortasse, præ dolore [p], Deum non dixisse illum nihil esse passurum, sed se eum liberaturum [q]. 2. Dicit Deum decepisse ipsum, quia eò adduxit quò ipse non credebat deductum iri se; & aliter sibi evenisse prophetiæ studium quàm initio cogitârat [r]. 3. Non temere hoc dicit, sed Spiritu prophetico; ironicè tamen, & in persona hostium, qui jactabant illum temere vaticinari de urbis interitu, quoniam nihil tale futurum esset. Non se deceptum sensit, erat enim optimè conscius vocationis suæ; sed hostium verba refert, & blasphemiam coarguit, qui, dum ipsi fidem detraherent, Deum, authorem doctrinæ ejus, reum faciebant, & cum Deo pugnabant. Qu. Num rectè se facit Dei socium? Resp. Causa ipsius cum causa Dei conjunctissima erat, & Deus abnegaret seipsum, si fidem detraheret Verbo suo. Non itaque mirum eum dicere Deum impostorem esse, si ipse deceptus fuit. Similiter Paulus Verbum Dei & suum supra Angelos extollit, Gal. 1. 8 †. [4. Alii id diversâ verborum versione extricant.] *Pellexisti me*, ——*quando* (vel, *&*, Sy.) *pellectus sum*, JT. sic Sy. ad suscipiendam & obeundam functionem meam: q. d. Tu unus mihi auctor es vocationis meæ, & recusanti vim quodammodo attulisti [t]. *Persuasisti mihi*, *& persuasus sum*, Pi. Strig. Angl. scil. ut munus susciperem [v]; quod tamen difficilius comperio quàm putabam †. ¶ פִּתִּיתַנִי יְהוָה וָאֶפָּת] Verbum פָּתָה propriè significat *persuadere alicui blandis & fallacibus verbis*, ut fieri solet simplicibus & incautis [x]. Ità Job. 31. 9. Prov. 16. 29. & 20. 19. Largiùs tamen sumitur, & sign. simpliciter & in genere, *persuadere*, sive ad bonum, sive ad malum; ut patet ex Gen. 9. 27. Prov. 25. 15. Hos. 2. 14 [y]. Al. Optimè vertas, *Si tu me seduxisti, Domine, seductus sum*. Isti homines aiunt me falsa vaticinari: at ego decipi non possum nisi tu me deceperis, cui fidem habui [z]. Vel, *Tu decepisti me, si deceptus sum*, quia nihil nisi à te tradidi [a]. Placeret, si verba sequentia admitterent: in nam ו valet, *si*, Jer. 18. 8. Amos. 3. 4 [b]. *Si seductus sum*, ut isti falsò queruntur, *tu me seduxisti*; cùm ego non meâ sponte hoc officium subierim, sed te vocantem secutus sum, &c [c]. ¶ *Fortior*, &c. חֲזַקְתַּנִי וַתּוּכָל] *Fortior me fuisti*, (vel, *Fortis à me*, Angl. ut Psal. 18. 18. i. e. præ me [c]: vel, *Fortiter egisti contra me*, M. *Vim intulisti mihi*, Calv. vel, *Confortâsti me*, Ti.) *& prævaluisti*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *potuisti*, Ti. vicisti me verbis & argumentis tuis [v]. Tu, qui multò me es validior, hoc onus vaticinandi mihi imposuisti: quomodo detrectare potui [x]? Non libere, sed coactus, hoc munus suscepi [y]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Decepisti me, Jova, deceptùmque tenes ac vincis*.] ¶ *In derisum*, &c.] Attamen, cùm faciam quod mei est muneris, irrideor, vexor, excrucior [z]. ¶ *Omnes*, &c. כֻּלֹּה לֹעֵג לִי] *Unusquisque* (vel, *Omnis ipse*, Mo. *Universus* Juda, P. *Totus iste* populus, JT. Pi.) *subsannat me*, M. Ti. &c. Insanabiles ipsos deprehendi [a].

8. *Quia*, &c. כִּי מִדֵּי אֲדַבֵּר אֶזְעָק חָמָס וָשֹׁד אֶקְרָא] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Nam quia*, ut כִּי duplicem notionem habeat, ut Exod. c. 18. v. 16. & alibi [b].) *ex quo* (vel, *ex sufficienti*, Mo. vel, *ex* quo *tempore*, V. vel, *omni tempore* quo, P. vel, *ex eo* tempore *quo*, M. vel, *posteaquam*, Ti. Angl. ut Jer. 31. 20. i. e. ex quo prophetare cœpi [c]: vel, *quum*, Angl. i. e. quoties [d],) *loquor*, vel *loquar*, vel *proloquor*, vel *locutus sum*, JT. Calv. Mo. P. M. Ti. &c.

Margin (col. 831): † V. · [t] Me. ex K. · [v] Q. in G. · [x] V. Q. in G. · [y] G. · [z] M. · [a] Pi. Ang. · [b] Ang. · [c] He. in Ang. · [d] Ang. · * Q. in Ang. · [f] Ang. · [g] Q. in Ang. · [h] Ang. · [i] Q. in Ang. · [k] Al. in Ang. · [l] V. · [m] T. · [n] G. · [o] V. · [p] Ang. · [q] Calv. · [r] Calv. · † Ang. · [t] Mc. · [v] Ang. · [x] G. · [y] Pi. ex Jun. · [z] G. · [a] G. · [b] Ang. · [c] Calv. · [d] Pi. · * C.

Margin (col. 832): [f] Ang. · [g] G. · [h] E. · [i] V. · [k] E. · [l] Me. sic Mar. · [m] V. · [n] V. sim. Mar. Me. · T. · [o] E. · [p] Me. · [q] Me. sim. E. · [r] San. · † Calv. · [t] Jun. · [v] Pi. Ang. · † Ang. · [x] Pi. sim. Ang. V. · [y] Ang. · [z] G. · [a] Q. in Ang. · [b] Ang. · [c] M. · [c] Ang. · [v] V. · [x] G. · [y] Calv. · [z] G. · [a] Calv. · [b] Ang. · [c] Q. in Ang. · [d] Ang. ex He.

Ti.&c. (vel, *loqui cœpi*, Heb. *loquebar*, scil. prophetando apud populum*,) *vociferabor*; Mo. (*vociferor*; P. *exclamo*; JT. *clamo*; Pi. *exclamavi*; Ang. i. e. *loquor exclamans*; Angl. ut Prophetam oportet, Esa. 58.1[f].) *vim* (vel, *iniquitatem*, P. *violentiam*, JT. Pi. *injuriam*, V.) *& vastitatem*, vel *vastationem*, *clamabo*, vel *clamo*, vel *proclamo*, Mo. P. JT. Pi. &c. sic Di. [Alii aliter distinguunt, & אֶזְעָק cum sequente voce jungunt, hoc modo,] *vociferor injuriam, & clamo vastationem*, Ti. sic M. Cogor vociferari, & inclamare injuriam mihi factam[g]. Hæc est protasis, & sensus est, Quia, munere meo rectè defungi volens, non locutus sum modò, sed & clamavi, & nihil nisi vim ac vastationem ab hostibus exspectandam (nisi mavis, quam ipsi aliis intulerunt,) clamavi ac prædicavi: Sequentia verba apodosin continent, *Ideo ignominiæ mihi fuit*, &c[h]. Significat se declamâsse contra scelera[i], eorúmque pœnas denunciâsse[k]. Non potui placidè ipsos docere, sed coegit me ipsorum summa improbitas vehementiùs agere, & clamare[l]. ¶ *Et*, &c. כִּי הָיָה וגו' לִי] לְחֶרְפָּה וּלְקֶלֶס *Quia* (vel, *Utique*. Posterius כִּי nihil est nisi prius כִּי repetitum ad majorem emphasin, & certiorem asseverationem; sicut Gen. 22.16,17[m]. Vel, *Nam*, V. vel, *Verùm*, Q. in V. vel, *Propterea*, Al. in V.) *fuit* (vel, *est*, V. JT. vel, *cedit*, Pi. *cessit*, Sy.) *sermo Jehovæ mihi in opprobrium, & in contumeliam*, Calv. &c. Nempe, quia non illico eveniebant quæ dixeram[n]. Probris afficior quòd ex verbo tuo & jussu hæc annuncio[o]. Ratio est quare cogitur vastitatem & violentiam inclamare, quòd probris afficiatur, &c[p]. Nonnulli [nempe, Ti.] illud sequenti versui conjungunt, hoc modo, *Quandoquidem ergò verbum Domini mihi probro vertitur, & omnibus diebus vituperor, Ideo statui me ejus mentionem non facturum*, &c[q]. [Alii totum sic reddunt,] *Nam quandocunque, verbis quiritans, crudelitati & sævitiæ occlamito, sunt mihi dicta Jovæ probro ac ignominiæ*, Ca. *Nam inde usque ab eo tempore quo verba feci, clamavi, & prædicavi de calamitate & vastitate, fuit mihi verbum Domini quotidie loco contumeliæ & dedecoris*, Strig. Summa est, Prophetam non alium videre fructum laboris sui, nisi quòd homines reddantur insolentiores, & magis accendant iram Dei[r].

9. *Et*, &c. וְאָמַרְתִּי לֹא אֶזְכְּרֶנּוּ וגו'] *Et* (vel, *Ideo*, Sy. sim. Ar. Q. in V. *Tum*, Pi. *Si*, V. Ca.) *dixi*, Mo. M. P. ό'. Ch. &c. (vel, *dixero*, Q. in V. *statueram*, Sy. sim. Ti. *cogito*, Ca.) *Non recordabor* (vel, *mentionem faciam*, Pi. Sy. sim. Ti. Ca. JT.) *ejus*, Mo. P. M. i. e. Jehovæ†. Pronomen pro nomine[t]. Vel, *Non nominabo nomen Domini*, &c. ό'. Ar. Cogitatio hæc interdum mihi incidit, rectiùs tutiúsque me facturum, si mihi mandata silentio premerem[v]: melius esse tacere nomen Domini[x], ejúsque minas & oracula[y], quàm sic prophetando crabrones irritare[z], Judæósque insolentiores reddere, & ad majorem peccandi licentiam impellere[a], nec quicquam proficere, sed probra tantùm mihi conciliare[b]. Periculosa hæc tentatio est, quæ non modò Doctoribus, sed & piis aliis, sæpe obrepit, qui, quum vident homines Verbo Dei non proficere, sed rapi in deterius, dubitare incipiunt, an expediat potiùs sepultam esse omnem Dei memoriam, &c. Sed fortiter resistendum est huic cogitationi, &c[c]. ¶ *Et factum est*, &c.] Repressit illam cogitationem metus pœnæ à Deo inferendæ. Confer 1 Cor. 9.16,17[d]. Fervor iste me impulit, nec mei compos fui donec perrexi in officii mei cursu*.——*quis enim celaverit ignem Lumine qui semper proditur ipse suo*[f]? ¶ *Et*, &c. וְנִלְאֵיתִי כַּלְכֵל וְלֹא אוּכָל] *Et laboravi*, vel *fatigatus sum*, (vel, *ut laborarem*, Ti.) *sustinendo*, Mo. sim. P. M. JT. Ti. (vel, *sustinere*, Pi.) *nec potero*, Mo. vel, *nec potui*, P. sic Ti. V. sim. JT. Pi. sub. *ferre*, V. vel, sub. *tenere intra me*, M. *ut nihil ampliùs valuerim*, M. Deus violenter mecum egit, & me reluctantem traxit, &c[g].

10. *Audivi enim*] Non reddit rationem proximè præcedentis versûs, sed versûs 8[h]. [Rectiùs forsan dixisset, non, proximè præcedentis sententiæ, sed, paulò remotioris, cur scil. tacere statuerit, &c.] Causam reddit cogitationem de deserendo officio[i]. Al. Rationem reddit cur tacere non potuit, quia, præter internum Spiritûs impulsum, accessit hostium irritatio[k]. Verto, *Audivi quidem*; ut sit præparatio ad id quod mox sequitur, *Dominus autem*[l]. ¶ *Contumelias*, &c. דִּבַּת רַבִּים מָגוֹר מִסָּבִיב] *Detractionem* (vel, *blasphemiam*, M. *infamiam*, Ti. *calumniam*, Di. Angl. *infamem sermonem*, JT. Pi.) *multorum*, Mo. P. &c. *pavorem* (vel, *pavor* est, P. vel, & *pavorem*, Ti. M.) *undique*, Mo. sim. Calv. &c. vel, *terrorem undiquaque* dicentium, Di. vel, *Magor-missabibi*, JT. sic G. i. e. Passuris, ex v. 3[m]: vel, *Magor-missabiborum*, i. e. multorum talium qualis est hic Passur[n]: vel, de *Magor-missabibo*; quòd dixerit, Pi. scil. insidiatoribus meis[o]: [verba nempe sequentia.] Audivi, inquit, jampridem quas insidias ille & sodales ejus mihi tenderent[p]. ¶ *Persequimini*, &c. הַגִּידוּ וְנַגִּידֶנּוּ] *Indicate*, M. Ti. JT. &c. (scelera ejus nobis[q], sacerdotibus[r]: vel, aliquid mali de Jeremia; cujus amicis hoc dicebant†. Vel, sic adversarii se mutuò hortabantur[t]; dicunt inter se, Indicate nobis verbum aliquod falsum contra eum[v],) *& annunciabimus ei*, M. sim. Calv. vel, *indicabimus illud*, Ti. sim. Mo. P. vel, *eum*, Di. vel, *quod indicemus*, JT. Pi. Regi scilicet[x], vel Synedrio[y], ut eum opprimamus[z]. *Comminiscendum est crimen aliquod, quo eum accusemus*, Ca. ¶ *Ab omnibus*, &c. כֹּל אֱנוֹשׁ שְׁלוֹמִי שֹׁמְרֵי צַלְעִי] *Omnes viri pacis meæ*, P. M. V. Calv. Di. sim. Mo. (i. e. qui antè mihi erant amici[a]; quos putabam esse pacificos meos[b]; domestici & cognati[c]: vel, *Omnes familiares mei*, Pi. Ang. Calv. *Omnis qui pacem colere debebat mecum*, JT. *Omnes qui mihi pacati sunt*, Ca. *Eorum omnium qui mihi bene volebant*, Ti. *Omnibus viris qui erant pacifici mei*, G.) *observant* (vel, *observantes*, Mo. *observantium*, JT. vel, *quique observant*, Ti. vel, *aucupantes*, Ca.) *claudicationem meam*, Mo. M. V. JT. Pi. Calv. Di. Ang. i. e. interemptionem mei, quam moliebantur[d]: vel, *ruinam meam*, Ca. *interitum meum*, M. vel, *an claudicem* in aliquo, P. i. e. sicubi claudicem, aut titubem linguâ*; aut mali aliquid agam[f]. Vel, *latus meum*, Ti. Strig. Calv. G. ex Vulg. h. e. qui à latere meo non discedebant; qui mihi familiares erant[g]. צֶלַע propriè *latus*; indè *claudicatio*, quia claudi in unum flectuntur latus[h]. Sub. *dicentes*, M. P. Di. vel, *dicunt*, Pi. sim. Ca. vel, *talia dicebant homines Phassuris*, G. vel, *dicentium*, Ti. ¶ *Si*, &c. אוּלַי יְפֻתֶּה וְנוּכְלָה לוֹ] *Fortè*, vel *Si fortè*, *decipiatur*, vel *decipietur*, (vel, *pellicietur*, JT. *persuadebitur*, Pi. *persuaderi possit*, Ti. ut mali aliquid agat[i]: Si qua fortè in re dixerit repugnantia, aut aliter εὐδιάβλητα, (*calumniæ opportuna*[k]:) *& prævaleamus*, vel *prævalebimus*, *ei*, sive *contra eum*, Mo. P. M. &c. blanditiis nostris[l]: vel, in judicio Synedrii[m]. ¶ *Et* (vel, *Aut*, JT. *Tum*, Pi.) *consequamur* (vel, *sumemus*, P. JT. Pi. &c.) *ultionem* (vel, *ultionem nostram*, Mo. P. &c.) *ex* (vel, *de*, Mo. P. &c.) *eo*] Sed quid, quæso, deliquerat Jeremias? Nempe, injuriam reputant impii, quòd attrectantur eorum vulnera, quod justè reprehenduntur, &c[n].

11. *Dominus autem mecum*, &c. אוֹתִי כְּגִבּוֹר עָרִיץ] *Mecum* (sub. *est*, P. &c. sim. JT. &c.) *tanquam potens* (vel, *heros*, Pi. *gigas*, M. *robustus*, Ti.) *tremendus*, Mo. sim. JT. Pi. vel, *fortis*, P. vel, *robustus*, M. vel, *heros*, Ti. Al. posuit *me tanquam gigantem fortem*, V. ex He. Omnibus hîc hostium machinis opponit Dei auxilium[o]. ¶ *Quia non*, &c. כִּי לֹא הִשְׂכִּילוּ כְּלִמַּת עוֹלָם לֹא תִשָּׁכֵחַ] *Quia* (vel, *Quum*, JT.) *non prudenter egerunt*, Mo. Pi. sic Calv. Angl. (vel, *Nihil enim suâ prudentiâ profecerunt*, Ti. vel, *Propter stultas actiones*, Strig. vel, *non prosperè agent*, P. Ang. sim. JT. i. e. suâ spe frustrabuntur[p].) *ignominia seculi*, sive *perpetua*, (sub. *erit*, vel *eveniet*, *illis*, P. M. JT. Pi.) *non* (vel, quæ *non* sive *nunquam*, P. M. Pi. &c.) *oblivioni tradetur*, Mo. P. &c. [Alii hæc verba sic reddunt;] *Non succedet res eis: imò sequetur eos infamia æterna quâ nunquam delebitur.* Quod verè prædixisse Prophetam res ipsa comprobat. Est enim in hunc diem infame nomen eorum qui Prophetæ exitium machinati sunt[q]. Al. Construo כְּלִמַּת cum בֹּשׁוּ, & verto, *Erubescent valde, quia non prosperabuntur, ignominiâ æternâ, non oblivîscendâ*[r].

12. *Probator justi*] Qui virorum bonorum constantiam multis modis exploras†. Subest antithesis ad judicia hominum, qui, ubi apparet species aliqua probitatis, statim absolvunt[t]. ¶ *Tibi—revelavi*, &c.] Id est, commendavi. Metonymia, qualis supra 11.20[v].

13. *Quia liberavit animam*, &c.] Liberatio hæc contigisse videtur cùm Jechoniæ successit Sedecias. Id colligi videtur ex duobus capitibus sequentibus[x].

14. *Male-*

Marginal references (left column): * Pi. / f Ang. / g V. / h Di. / i Mc. / k Mc. T. / l Calv. / m Di. / n G. / o Q. in V. / p V. / q V. / r Calv. / † Pi. / t Ang. / v G. / x M. / y Mc. sim. T. / z M. sim. Calv. / a Calv. / b Mc. / c Calv. / d G. / * Calv. / f Mc. / g Calv. / h V. / i Ang. / k T. / l G.

Marginal references (right column): m G. sim. Pi. / n Q. in Ang. / o Pi. / p G. / q Di. sim. Pi. / r Pi. / † G. / t L. / v V. / x M. V. Pi. Di. / y G. / z G. sim. M. V. / a V. / b M. / c Calv. / d M. / * V. / f Pi. / g Mc. / h M. sim. Calv. / i Pi. / k G. / l Pi. / m G. / n Calv. / o Calv. / p V. / q G. / r Di. / † G. / t Calv. / v G. / x G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

14. *Maledicta dies in qua natus sum*] Mira hæc & subita mutatio [y]. A lætitia & gratiarum actione prosilit ad exsecrationes. Id Interpretes sic solvunt, quòd novâ tentatione impulsus fuit. Quod mihi non placet, quia videtur tanta levitas viro sancto indigna. Potiùs, pendet hic locus à gratiarum actione, quia amplificat liberationem suam, quòd quasi ab inferis retractus fuerit: ità posteriùs recitat quod antè acciderat [z]. *Maledicta dies*, &c. sub. *dixeram*, nempe in carcere isto detentus. Confer Job.3 [a]. Propheta abreptus fuit intemperie quadam, ità ut non esset sui compos; & materiam gratiarum actionis convertit in maledictionem. Redundat enim contumelia in Deum, cùm quis natali maledicit. Rectum tamen fuit principium hujus zeli. Non enim damnis suis angebatur, sed probris Verbo Dei illatis, & quòd videret se operam perdere, &c. Hinc tamen monemur quantopere quisque nostrûm debeat sibi esse suspectus, & summâ curâ intentus ut affectus suos frænet, &c [b].

[y Ang. — z Calv. — a G. — b Calv.]

15. *Maledictus vir qui annunciavit*, &c.] At quid ille meruit? Cæcus ergò & immoderatus erat hic Prophetæ affectus, & ingratitudo minimè excusabilis: quam aggravat vox *masculi*. Scimus masculos præferri fœminis. Quod ergò debuit gratitudine prosequi, convertit in partem adversam, & velut datâ operâ conspuit adversùs Dei gratias [c]. ¶ *Et*, &c. "שַׂמֵּחַ וגו] *Lætificando* (& *lætitiâ*, Ti. & *lætificando*, P. & ceu *lætificando*, M. vel, *valde*, JT. quo nuncio *valde*, Pi.) *lætificavit eum*, Mo. P. &c. *Existimans ingenti eum afficere lætitiâ*, Sy. sim. Ar.

[c Calv.]

16. *Ut—civitates quas subvertit Dominus, & non pœnituit eum*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *sine pœnitentia*, Calv. vel, *immisericorditer*, Ca. *implacabiliter*, Sy. *in furore*, ό. sim. Ar. *quæ ità eversæ sunt, ut nè nunc quidem habitentur*, G. ex Ch. Respicit Prophèta Sodoma & vicinas urbes [d]. ¶ *Audiat* (vel, 1. pater meus*; vel, 2. nuncius nativitatis meæ [f];) *clamorem* (sub. *eæsorum*, vel *pereuntium*, V. vel, popularium suorum versantium in periculo [g];) *manè, & ululatum in tempore meridiano*; sim. Mo. M. &c. "וְשָׁמַע וגו] *Audiat præterea*, &c. P. *Audiverat enim*, &c. Ti. *Quum audivisset*, &c. JT. i.e. quum noctu & interdiu, clàm & palàm, impudentissimam peccandi audaciam percepisset Deus. Vide Genes. 18. & 19 [h]. [Hæc itaque refert ad urbes subversas, quæ alii ad patrem Jeremiæ, vel nuncium illum, &c.] Sensus est, Si præscivisset pater miserias meas, maluisset audire ejulatum à propinquis, quàm congratulationem de nato filio [i]. Per *manè & meridie*, intelligit totum diem: q.d. Perturbetur & terreatur totâ die, ut ii qui urbem obsessam incolunt [k]. Devovet perpetuæ inquietudini hominem innoxium. Meminit Auroræ, ut prodigiosum, &c. Scimus enim pavores noctu regnare in tenebris, non item interdiu, &c [l].

[d G. — * M. ex Hc. — f Calv. — g Pi. — h Jun. — i M. — k V. — l Calv.]

17. *Qui*, &c. אֲשֶׁר לֹא מוֹתְתַנִי מֵרָחֶם] *Quòd non interfecit* (vel, *occidisti*, Ti. simil. M. Ca.) *me* (nempe, Deus [m],) *à vulva*, sive *utero*, Mo. P. M. Ch. &c. vel, egressum *ex utero*, Pi. sic JT. cùm primùm editus sum in lucem [n]. Vel, *in utero*, G. sic ό. Sy. Ar. id est, unà cum matre: quem sensum requirunt sequentia [o]. Sed hoc loco non congruit [p]. *Cur non occisus fui*, &c? Angl. Elliptica loquutio ex dolore orta: q. d. Quid causæ est quòd non occidit me? Utinam occidisset me. Hæc expositio confirmatur ex vers. seq [q]. ¶ *Ut*, &c. וַתְּהִי] *Et fuisset* (vel, *Ut esset*, Calv. Ca. Ch. Ar. *Fuisset enim*, M. Ti. *Aut fuerit*, JT. *Quòd* non *fuit*, Pi. Negatio ex præcedente membro repetenda [r].) *mihi mater mea sepulchrum meum*, Mo. &c. ¶ *Et*, &c. וְרַחְמָהּ הֲרַת עוֹלָם] *Et* (vel, *Aut*, JT. Pi.) *vulva*, sive *uterus*, (vel, *in utero*, Calv. sic Sy.) *ejus* (sub. *fuisset*, P.) *conceptio*, vel *conceptus*, Mo. P. M. Calv. Ti. &c. (vel, *graviditas*, Ca. *gravida*, JT. *prægnans*, V. G. *in conceptu*, Calv. *conceptus meus*, Sy. vel, vulva *conceptionis*, ό. Ar. uterus *gravidæ*, Pi.) *seculi*, Mo. vel, *in seculum?* P. *perpetuus?* M. Ti. Sy. Calv. *perpetuæ?* Pi. *perpetuò*, JT. V. G. i. e. fine partu †; quæ nunquam edit partum. q. d. Quare non perii [t]?

[m Q. in Ang. — n V. sic Ang. — o G. — p Ang. — q Pi. — r Ang. — † G. — t V.]

CAP. XXI.

1. REX *Sedecias*] Rex non è pessimis, & quasi medius, ità ut neque Deum seriò timeret, nec tamen sperneret; ideóque legationem honorificam mittit ad Jeremiam, quem fidelem Dei servum agnoscit. Aliquid ergò pietatis habuit, sed hoc evanidum fuit; neque ex animo voluit se Deo reconciliare, & implicitus erat perversis consiliis [a]. Hæc aliquantò sunt posteriùs gesta quàm editæ istæ quas habuimus prædictiones. Cùm hæc scriberet, liber fuit Jeremias, & incepit impleri quod habuimus suprà 15.19 [b]. Est hîc hysterologia, sive præposterus ordo: hîc enim narrantur gesta sub Sedecia; at cap. 25. &c. sub Joakim, &c. Rursus, prophetia hujus capitis diu post præcedentes est edita: illæ enim editæ sunt ante adventum Chaldæorum; hæc, illis urbem obsidentibus [c]. ¶ *Phassur, filium Melchiæ*] Alius est hic Phassur ab illo cap. præced [d]. & mitiore ingenio, &c*. Nam ille erat ἱερομνήμων 16. hic verò, 5. ut videre est 1 Par. 24. 9, 14 [f]. Sacerdotibus in his libris cognomen additur, non ex patre, sed ex familia [g]. ¶ *Sophoniam—sacerdotem*] Ex classe 24. Vide 1 Par. 24. 18 [h].

[a Calv. — b G. — c Me. — d G. — * Ang. — f G. ex Pi. — g G. — h Pi. G.]

2. *Interroga*, &c. "דְּרָשׁ־נָא בַעֲדֵנוּ וגו] *Consule* (vel, *Inquire*, Mo. vel, *Roga*, V. vel, *Ora*, Ch. sic Sy. *Interroga*, ό. Ar. P.) *nunc*, vel *quæso*, *pro nobis*, &c. M. P. Mo. &c. vel, *nostrî causâ*, Ti. vel, *de nobis*, Ca. ¶ *Secundùm—mirabilia sua*] i.e. Sciamus an Deus nobis adesse velit potentiâ suâ admirabili, ut cùm Sennacheribus nos obsedit [l]. q. d. Deus mirè sæpe egit, & semper sui similis manet: nos autem populus ejus sumus. Sumit principium illud, manere inviolabile Dei fœdus; non perpendens se fuisse fœdifragum, &c [m]. ¶ *Et recedat* (vel, *& ascendat*, Mo. P. *ut ascendat* ille, Pi. JT.) *à nobis*] Ità M. &c. nempe Nabuch. Divinâ virtute coactus [n] obsidionem solvere [o]. ¶ "וְיַעֲלֶה וגו] *Ut faciat* eum *à nobis ascendere*, Ti.

[l G. — m Calv. — n G. — o V.]

3. *Sic dicetis*, &c.] Vide quàm animosa fuit Prophetæ libertas, quòd hoc honore non fuit mitigatus, &c [p].

4. *Deus Israel*] qu. d. Ad te nihil pertinent ista miracula: Deus manebit semper Deus Israel, quamvis te & populum perdat [q]. ¶ *Convertam* (sub. *in viscera vestra*, V. Vertam in alios longè usus quàm quibus destinata sunt [r]. Vel, *Reducam*, M. *Reflectam*, Ti. *Aversurus sum*, JT. Pi.) *vasa* (vel, *instrumenta*, P. *arma*, M. Ti. &c.) *belli*, "מֵסֵב וגו] *Convertens*, &c. Mo. *Contraham*, vel *Prohibebo*, &c. Calv. ¶ *Et congregabo ea*, &c.] Sim. Mo. Ch. i.e. Efficiam ut, urbe irruptâ, arma vestra omnia vobis erepta adferantur in locum aliquem urbis vestræ, quem ad id elegerint victores Chaldæi †; qui etiam vos illis ipsis armis in foro, &c. trucidabunt [t]. אוֹתָם] ¶ *Eos*, M. Ti. P. JT. Ca. Pi. Sy. &c. [nempe Chaldæos.]

[p Calv. — q Calv. — r V. — † G. — t Mt. T. &c.]

5. *Et*, &c. "וְנִלְחַמְתִּי אֲנִי אִתְּכֶם וגו] *Et pugnabo ego vobiscum*, Ti. Mo. (vel, *contra vos*, &c. P. M.) *in manu extenta*, Mo. nempe, per Chaldæos. Verba omnia magnifica. *Ego*, fame & peste, ut sequentia explicant [v]. Ego sum dux belli; Chaldæi, mercenarii mei milites. Opponit hoc pristinis miraculis; q. d. Potentia mea vobis est materia terroris, vobis adversa est, &c [x].

[v G. — x Calv.]

7. *Et populum ejus*, &, &c. "וְאֶת הַנִּשְׁאָרִים וגו] *Et residuos*, &c. Mo. Ti. sim. P. M. &c. *nempe residuos*, Angl. sim. JT. Pi. Calv. V. Expositivè accipio. Neque enim enumerat alios qui separati sunt à populo: sed meliùs designat qualis futurus sit populus, nempe exigua portio [y]. ¶ *In manu*, &c.] i. e. Sub potestatem, &c [z]. ¶ *Quærentium animam eorum*] q.d. Qui, non contenti prædâ, nec servitute, capitali odio ferentur ad cædem eorum†. ¶ *Et percutiet eos*, &c.] Mutatio numeri. Quanquam enim refertur ad Regem, comprehenditur tamen totus exercitus sub capite [a]. Vel, *eos*, nempe filios Sedeciæ, multos ex proceribus & populo. Sedecias ipse, ut prædictum Jer. 34. 4. & Ezec. 12. 13. mortuus est Babylone, morte quidem non violentâ, sed haud dubiè ex mœrore contractâ. Vide quàm distinctè hæc prædicta, non ut Λοξίου θεσπίσματα, (*oracula Apollinis*.) Confer 2 Reg. 25. 6, 7 [b].

[y Calv. — z G. — † Calv. — a Calv. — b G.]

8. *De*

8. *Do coram vobis viam vitæ, & viam mortis*] Id est, rationem vel retinendi vitam, vel patiendi mortem [c]. Enunciabo vobis conditiones per quas salvi eritis, aut peribitis. Si vos deditis Regi Chaldæo, vivetis; sin minùs, peribitis. Hæc vera erant: sed quanto cum periculo dicerentur nemo non intelligit. Tamen dicenda erant: & fecit Propheta quod erat officii sui. Libertas παρρησίας hîc ostenditur, ut multis aliis in locis [d].

9. *Qui*, &c. הַיּשֵׁב] *Qui habitaverit*, P. vel, *resederit*, sive *remanserit*. Hinc colligere licet, Benoni non solùm esse præsentis temporis, sed etiam futuri, significativum; aliquando etiam præteriti [*]. ¶ *Qui autem*, &c. וְהַיּוֹצֵא וְנָפַל עַל וגו'] *Qui autem egressus fuerit*, P. M. Ti. Ch. Sy. &c. *& transfugerit* (vel, *defecerit*, Ti. JT. Pi. *corruerit*, M. *delapsus fuerit*, Mo.) *ad Chaldeos*, P. &c. ¶ *Erit ei anima sua quasi*, &c. לְשָׁלָל] *Loco spolii*, JT. Pi. h. e. instar prædæ, quam quis furtim corripit. Spolium accipitur pro lucro adventitio: q. d. saltem animam suam servabit [f]. Vitam saltem incolumem reportabit pro deditionis pretio [g]. *In spolium*, M. P. Mo. &c. i. e. instar multorum spoliorum [h]. *In evasionem*, Ch. Proverbialis locutio, respiciens vel, 1. gaudium ejus de vita servata, tanquam de præda capta [i]: vel, 2. possessionem vitæ, quam, utpote amissam, recuperabit, & veluti de novo acquiret. Legitima autem præda honestus acquirendi modus habetur. Vide Esa. c. 49. v. 24 [k].

10. *Posui—faciem*, &c.] i. e. Maligno vultu illam aspiciam. Vide Levit. 17. 10. & 20. 5 [l]. Decrevi punire [m].

11. *Domui regis Juda:* Sedeciæ, matri, uxoribus, filiis ejus [n]: וּלְבֵית וגו'] *Et ad domum*——sub. *dices*, M. Ti. *Ad domum verò*, &c. sub. *quod attinet*, Pi. sim. Ca. JT.

12. *Domus* (vel, *O domus*, Ti. Pi. &c.) *David*] Sic vocat, tum, 1. in majus probrum, quòd à Patris pietate defecerant: tum, 2. ut reprimat stultam eorum gloriationem, quòd Davidis posteri essent, ideòque quasi sacrosancti: sed non ideo vobis parcet Deus, &c [o]. ¶ *Judicate manè* (Illud ibi judiciorum tempus. Vide ad Job. 24. 17 [p].) *judicium*] Ità Ch. P. M. Mo. &c. vel, *ex jure*, Pi. Magna tum prædandi licentia erat in Rege & consiliariis, &c [q]. Rex duarum tribuum etiam ipse judicare poterat; & curam adhibere in Synedrio, nè per sordes judicaretur [r]. *Judicate manè*, &c. i. e. tempestivè & vigilanter [†], summo conatu & studio & intentione animi: nam opus illud quod maximè nobis cordi est manè suscipimus [s]. Citò expedite lites pauperum [v]. ¶ *Nè fortè egrediatur ut ignis*, &c.] Aliquam hîc salutis spem facit. Jam accensa erat ira Dei, nec poterat statim extingui. Sed quamvis aliquid passi essent, & Rex captivus factus fuisset, leniri potuit ira Domini, & malum hoc mitigari, & exitus felix esse. Distinguit itaque hîc inter paternam correctionem, & extremum exitium. Non impunitatem promittit, sed levationem mali [x]. Etiam decretis Dei contra urbem obsignatis, poterat servari Rex, & ejus domus, & pii alii [y]. ¶ *Propter malitiam studiorum* (vel, *actionum*, JT. *operum*, Ch. P. *morum*, Ca.) *vestrorum*] Sic Ch. JT. Pi. Ca. V. vel, *eorum*, Mo. M. &c. Pronomen tertiæ personæ pro secunda [z].

13. *Ecce*, &c. הִנְנִי אֵלַיִךְ יֹשֶׁבֶת הָעֵמֶק צוּר הַמִּישֹׁר] *Ecce* (vel, *Nunc*, G.) *ego* (vel, *me*, Sy. Ar. Ti. Pi.) *ad* (vel, *contra*, Pi. Calv. Sy.) *te*, Mo. P. M. ο'. (vel, *tibi*, Ti. Strig. sub. *dico*, Strig. vel, *venio*, P. Angl. ut superbæ ipsorum quæstioni sequenti respondeat [a]: vel, sub. *me verto*, G. vel, sub. *mitto furorem meum*, Ch. & sub. *ô civitas*, G. vel, *ô Jerusalem*, M.) *habitatrix* (vel, *quæ habitas*, M. Ti. Sy. Ch. vel, *ô qui degis*, Sy.) *vallis*, Mo. (vel, *istius vallis*, Pi. Periphrasis partis inferioris urbis Hierosolymæ: nam superior pars sita erat in monte Sion [b]. Vel, in *valle*, M. Ti. Calv. Ar. Strig. V. Jerosolyma sita erat in valle montibus circumdata [c]. Vel, *vallem Sor*, LXX; *in convallibus*, Sy. *in fortitudine*, Jon.) *petra planitiei*, Mo. vel, *petræ campestris*, P. *rupis planæ*. Sic vocat montem Morijah, super quo situm erat Templum. Heb. *rupis rectitudinis*, seu *planitiei*; genitivus adjuncti [d]. Vel, quæ velut *rupes planitiei* immines. Urbs Hierosolyma, magnâ sui parte in montibus sita, latè valles, Raphaimorum putà & Hinnomi, despiciebat. Vide Jos. 15. 8 [*]. Vel, ut *petra* in *planitie*. Est fundus civitatis montosus & saxosus, habens per circuitum vallem, & ultra vallem sunt montes [f]. Vel, in *petra*, in (vel, & in, Strig.) *planitie*, V. Strig. Jerusalem erat sita in rupe, juxta quam erat vallis, circùm erant planities, post planities erant montes: & hic erat situs urbis naturâ munitissimæ [*]. Vel, *quæ profundam habes planitiem*, Sy. vel, *in civitatibus munitis*, Ch. Jerosolymam hîc perstringit, tum quia caput erat & sedes omnium malorum, & plus ibi fuit licentiæ; tum quia hæc singulari privilegio immunem se putabat à reprehensione & periculo; tum quia situs urbis inflabat animos [h]. q. d. Nè fidas huic loco, quanquam naturâ munito; nam mittam hostes qui te perdent [i]. Jerosolyma erat supra rupem montis Sion posita, cincta autem aliis majoribus montibus, ut simul rupes & vallis erat. Vocat ergò *vallem rupis*, & *campestrem*, i. e. planam, quia ad radicem montis planities erat [k]. [Alii locum sic vertunt;] *En tibi me, vallis incolarum campestris rupis*, Ca. *Ecce me contra te, ô quæ insides isti convalli*, (quæ dicitur convallis Rephaimorum, & vallis Hinnomi, quæ continentes sunt, Jos. 15. 8 [l].) *rupes istius planitiei*, JT. Periphrasis propugnaculi Tzijonis, quod appellatur *civitas Davidis*, 2 Sam. 5. 9. Nam Tzijonem ab omnibus partibus circumstabant convalles, erátque ab ortu planities, quam rupes, sive propugnaculum illud, defendit [†]. ¶ *Qui dicitis, Quis*, &c. מִי יֵחַת עָלֵינוּ] *Quis terrebit*, vel *terreret*, *nos?* ο'. Ar. Ti. vel, *impressionem in nos faciet?* Ca. Strig. *Quis confringet* (vel, *conteretur*, Q. in Calv. Deducunt à חָתַת: sed malim à נָחַת *descendere*; nam illud coactius est [m]. Vel, *veniat*, Sy. *ascendet*, i. e. castrametabitur [n]; vel, *demittet se*, Pi. *descendet*, P. M. JT. Ch. Ang. Vox militaris. Vide 1 Sam. 26. 10 [o].) *super* (vel, *ad*, M. vel, *contra*, P. JT. Ch. Calv. V.) *nos?* Mo. &c. i. e. Quis auderet nos oppugnare [p]? Hoc sensu verbum hîc sumi videtur [q]. Interrogatio negantis & confidentis [r]. Non recitat populi verba, sed occultos cordis affectus respicit [†].

14. *Succendam ignem in*, &c. בְּיַעְרָהּ וגו'] *In sylva ejus*, Mo. P. M. &c. Id est, vel, 1. in oppidis & pagis Hierosolymæ vicinis [s]: vel, 2. in domibus exstructis è cedro [v], vel ligno deprompto è sylva Libani [x]. Vide mox 22. 7. Adde 2 Reg. 25. 9. 2 Par. 36. 19. infrà 52. 13 [y]. Vel, 3. in sylvis & lucis idololatricis [z]. Vel, 4. in monte Libano, unde materiam sumet Deus ad consumendos Judæos [*].

Marginalia (col. 837): c Pi. — d G. — * V. — f Calv. — g Jun. — h V. — i Q. in Ang. — k Ang. — l G. — m Calv. — n G. — o Calv. — p G. — q Calv. — r E. — † T. — s Me. — v T. ex L. & Hug. — x Calv. — y G. — z G. — a Ang. — b Pi. — c Calv. Ang. T. — d Pi.

Marginalia (col. 838): * G. — f M. — * V. — h Calv. — i V. — k Me. — l Jun. — † Idem. — m Calv. — n V. — o Ang. — p V. sim. Pi. Calv. — q Ang. — r Pi. — † Calv. — s Q. in Calv. sim. M. — v G. sic Jun. Pi. Calv. — x Jun. Pi. — y G. — z Q. in Ang. — * Calv.

CAP. XXII.

1. HÆc *dicit*, &c.] Vel, *dixit*, &c. Jeremias enim, Sedeciæ loquens, simul repetit quæ Regibus antecedentibus, fratri scilicet ipsius Sedeciæ, fratrísque filio, prædixerat; nè quid haberent quod de tam gravi Dei ultione conquererentur [a]. Sed repugnat huic sententiæ series contextûs, & materia hujus capitis, quæ agere videtur de Joachazo, v. 10, 11, 12. de Joacimo, v. 18. & de Jeconia, v. 24 [b]. ¶ *Descende in domum regis Juda*] Vel, 1. Joachazi, sive Sellum [c]: vel, 2. Joacimi [d], (quem Pharao Necao, abducto in Ægyptum Joachaz ejus fratre, Regem Judææ constituerat [*];) ut declaratur v. 18 [f]. Alloquitur hîc Regem & ejus consiliarios, & postea totum populi corpus [g].

2. *Rex Juda*] Qui 2 Reg. 23. 30. *Joachaz* vocatur; hîc verò infrà 11. & 1 Par. 3. 15. *Sellum*, quod *retributionem* significat, omine ipsi non bono [h].

3. *Facite judicium*] Jus sanctè reddite [†]. ¶ *Et justitiam*] i. e. Beneficentiam exercete [i]. ¶ *Vi oppressum*; ità M. גָזוּל] *Direptum*, Mo. *eum qui rapinam patitur*, JT. Pi. Vide Jerem. 21. 12 [k]. ¶ *Nolite*, &c. אַל תֹּנוּ] *Nè fraudetis*, Mo. P. *nè contristetis*, M. Ti. V. *nè vim faciatis*, JT. sic Pi.

4. *Ingredientur——reges*] Non retractat quod dixerat de exsilio, quod semel decretum omnino ferendum erat: sed significat breve fore exsilium, & restitutionem tandem futuram, aliquámque Regni speciem, &c [l]. ¶ *Sedentes*, &c. יֹשְׁבִים לְדָוִד וגו'] *Sedentes*, vel *qui sedent*,

Marginalia: a G. — b Ang. — c San. — d Pi. Me. &c. — * Me. — f Pi. — g Calv. — h G. — † G. — i G. — k V. — l Calv.

sedent, ipsi David (vel, *ex David*, P. *pro David*, M. JT. Pi. sim. Ca.) *super solium ejus*, Mo. P. &c.

5. *Juravi*] Jurat Deus, quia incredibile videbatur istam familiam perire posse, &c [m]. ¶ *Domus hæc*] i. e. Vel, 1. domus Regis, ubi Propheta hoc loquebatur, ex v. 4 [n]. Vel, 2. civitas, quæ hîc *domus* dicitur, ut v. 4 [o]. [Vel, 3. Templum, antonomasticè sic dictum, ut non semel fit.]

6. *Hæc dicit*, &c.] Confirmat & amplificat superiorem sententiam [p]. ¶ *Galaad*, &c. גִלְעָד אַתָּה לִי רֹאשׁ הַלְּבָנוֹן] *Gilead* (vel, velut *Gilhad*, JT. Angl.) *tu* (vel, *tu mihi*, Mo. M. Ti. ο'. &c. *Mihi*, i. e. meâ opinione, vel, coram me, vel, per me [q]. Sed *mihi* potiùs redundat [r]. Sub. *es*, Ca. Pi. Strig. Ang. vel, *fuisti*, P. *fueras*, JT.) *caput* (vel, *cacumen*, Pi. vel, *principium*, ο'. vel, ô *caput*, Ca. vel, ut *caput*, JT.) *Libani*, P. M. Mo. &c. [Sed variè explicant.] Alloquitur domum & stirpem Regiam, cujus arx, & domus, instar montis Galaad, erat edita in monte Sion: q. d. O domus Regia, quæ nobilitate, imperio, pulchritudine, &c. caput es Jerosolymæ, sicut Galaad caput est, principium, & nobilissima pars, Libani †. Solet Scriptura alienis nominibus vocare urbes & gentes, maximè si alienatæ sint à Deo; sic Jerusalem dicitur *Libanus* [s]. Gilead hoc loco significat aulam Regiam ex cedris Libani exstructam. Ut enim Basan quercubus, sic Libanus cedris, insignis est [v]. Al. Ut quondam regioni Galaad sitæ ultra Jordanem urbs primaria fuit Galaad: sic tu, Jerusalem, metropolis fuisti Regni Juda, & fuisti ut *caput Libani*, h. e. totius Judææ [x]. *Libanus*, mons Judææ, pro tota Judæa, per synecdochen [y]. Al. Galaad hîc vocatur *caput Libani*, quia Libanus indè incipit unde definit Galaad. ראש *caput* passim pro *initio* sumitur: ut, *in capite platearum*, Esa. 51. 20. Nah. 3. 10. i. e. in principio: sic, *caput viæ*, Ezec. 16. 25, 31. est, initium viæ [z]. Sed coactum hoc est. *Caput montis* non est illius initium, sed cacumen, Esa. 2. 2. Amos. 9. 3 [a]. Al. Propheta hîc comparat Libanum cum monte Galaad: per quem montem, per synecdochen, designat totum Regnum Israel: sed alio fine quàm existimant Interpretes; nempe quia tunc vastata erat terra Israel, Regnúmque ejus excisum. Vocat Jerosolymam *caput Libani*, quia dominaretur Libano, & Regina esset illius terræ: nam per montem Libanum designat quicquid in illa terra pretiosum fuit. Montis Galaadis meminit, quia locus ille refertus erat balsamo & resinâ, aliisque multis herbis, aromatibus, arboribus & fructibus præstantissimis. Vide Jerem. 8. 22. Summa igitur est, q. d. Quid te putas esse? quo jure tantopere tibi confidis? Gilead erat ampla terra, & excellentior quàm tu nunc es. *Tu eris mihi tanquam Gilead.* Contemplare judicium meum in monte Gilead, & in hac horribili vastitate terræ Israel: idem tibi continget quod illic potes nunc cernere: non magìs Libano parcetur quàm monti Gilead [b]. Noli aut opibus aut situ loci nimiùm confidere. Galaaditis est regio opulentissima, (vide Gen. 37. 25.) & sita est in ipso Libano: attamen vastata est per Teglathphalasarem, 2 Reg. 15. 29. Idem huic regiæ eveniet [c]. Sed duplicem hîc similitudinem esse puto; & Sionem, vel aulam Regiam, tum Gileadi, tum capiti Libani, conferri; & locum sic accipio: Quamvis *tu* sis tanquam *Gilead*, i. e. ei par opulentiâ, & pinguedine soli, & rebus pretiosissimis; & sicut *caput*, sive cacumen, *Libani*, (montis ob præstantissimas cedros celeberrimi,) ædificiorum magnificentiâ & munitionibus [d]. Auxi te divitiis & gloriâ, ut similis sis terræ Gilead *, quæ emporiis celebris erat, oppidis frequentissima ac munitissima, Gen. 37. 25. Vide Deut. 3. Præterea, locupletavi te rebus optimis, quibus cedrorum Libani altitudinem longè superabas [f]. Al. Alludit ad rationem nominis *Galaadus*, quæ posita est in Gen. 31. 48. ubi *Galaadus* dicitur *Tumulus testimonii*. Est igitur hæc sententia: *O caput Libani*, h. e. O domus Regis Judææ, h. e. Hierosolyma Judææ caput, tanquam sylvæ, (nam & ad extremum superioris capitis *sylvam* vocat Judæam gentem,) *tu mihi Galaadus es*, h. e. tumulus testimonii; h. e. te testor, ut apud Mosen testatur Laban Galaadum tumulum. Ità *Galaadi* nomine in affirmando ac jurejurando utitur, propter celebre illud Galaaditicum jusjurandum: quomodo Romani in connubiis solebant uti nomine *Thalassii*, quo sponsus indicabatur [g]. ¶ *Si non posuero te solitudinem*, &c.] Ità P. M. &c. sub. *nè eredas mihi posthac*, V. sim. G. Calv. vel, *nè existimer Deus*. Elliptica jurandi forma [h]. Mentiar, *nisi disposuero te*, &c. JT. Attamen, *nisi reddidero te*——non ero Deus, Pi. Al. *Certè redigam te*, &c. Ti. sic Strig.

m Calv. n Pi. sim. G. ad v. 4. Ang. o V. p Calv. q Q. in Ang. r Ang. † Mc. sim. T. s Mc. v Strig. x V. sim. Mar. y V. z BP. 3. 13. 212. a Ang. b Calv. c G. d Ang. * Pi. sim. Jun. f Jun.

7. *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *sanctificabo*, &c.] Ità Mo. vel, *præparabo*, P. M. &c. *destinabo*, Ca. Ti. *constituam*, Pi. q. d. Non spontè venient, sed Dei instinctu: nec cum mortalibus, sed cum Deo, confligendum est Judæis [i]. ¶ *Electas cedros*, &c.] Unde fabricata erat Regia: Cant. c. 1. v. 17 [k]. Magnificas domos è cedro constructas [l].

8. *Gentes*, &c.] Prudentiores scil. vobis; quæ id intelligent quod vos non capitis, nempe, hanc urbem esse spectaculum vindictæ, &c [m].

10. *Nolite flere mortuum*] Regem Josiam, malis his ereptum, 2 Reg. 23. 29, 30 [n]. ¶ *Plangite eum qui egreditur*, &c. לַהֹלֵךְ ונו] *Abeunti*, Mo. *ipsum abeuntem*, Q. in V. *pro abeunte*, P. JT. sim. M. Ti. Pi. sub. *in exsilium*, G. nempe Sellum, sive Joachazo, qui evehetur hinc in Ægyptum per Necaonem [o]; qui ibi mortuus est, 2 Reg. 23. 33, 34 [p]. Malim generaliter intelligere de populo, quibus optabilius foret semel mori, quàm semper languere, &c [q]. Sed de particularibus personis locum accipiendum docet v. seq [r]. Nè prosequamini lacrymis funera vulgi, sed calamitatem Regis vestri multò miserabiliorem. Sed hoc non cohæret cum præcedentibus †.

11. *Ad* (vel, *de*, JT. Pi. Ang. &c.) *Sellum*; ità Calv. &c. אֶל־שַׁלּוּם] Sed quis hîc Shallum? Resp. 1. Joachaz [t]. Vide ad 2 Reg. 23. 33 [v]. Constat hoc ex 1 Par. 3. 15. ubi inter filios Josiæ est *Shallum*, nempe Joachaz, qui alioquin ibi omitteretur. Objiciunt alii, quòd Joachaz erat secundus, Shallum verò quartus, Josiæ filius. Dicitur hîc Shallum, à brevitate regni. A populo שלום dictus videtur boni ominis causâ; à Jeremia verò ironicè, quòd regni brevitate ferè par erat alteri Shallumo, 2 Reg. 15. 13 [x]. Dicitur autem hîc *primogenitus Josiæ*, 1 Par. 3. 15. non nativitate, in qua præcessit Joacim, 2 Reg. 23. 31, 36. sed dignitate, quia populus eum fratri seniori prætulerat, 2 Reg. 23. 30 [y]. Resp. 2. Sedecias; qui Shallum dicitur, quòd in eo Regnum exspiravit [z]. Sed Sedecias & Shallum erant duo diversi Josiæ filii, 1 Par. 3. 15 [a]. Resp. 3. Joachin seu Jechonias [b], filius Joacim, filii Josiæ [c]. Hîc autem dicitur *filius Josiæ*, quia ejus nepos erat, ex more apud Hebræos recepto, præsertim in familia Davidis [d]. Sed repugnat 1 Par. 3. v. 15, 16. ubi distinguuntur *Shallum* & *Jechonias*; ille filius, hic nepos, Josiæ*. Resp. 4. Alii per Shallum hîc intelligunt quartum illum Josiæ filium; per illum qui *abiisse* dicitur, Joacimum; locúmque sic reddunt, *Hæc dicit Dominus* (non, *de Shallum*, sed) *ad Shallum*, *Qui abiit* (nempe frater tuus Joacim) *non redibit*. Joacim nempe à Pharaone constitutus Rex, 2 Reg. 23. 34. à Nabuchod. postea captus est, &, ut videtur, Babylonem abductus. Vide 2 Par. 36. 6. Ezec. 19. 9. Durante autem ejus captivitate, & filio ipsius, Jechoniâ, tum minorenni, Shallum, ejus frater, Regnum capessivit, & nepotis loco administravit; ideóque hîc regnare dicitur. Cùm autem populus reditum Joacimi fidenter speraret, eam spem Deus hîc præcîdit [f]. Faverem huic sententiæ, si ullum esset indicium de hoc Prorege. Utcunque doctorum judicio permitto [g]. ¶ *Filium Josiæ*] Sic vocat, quia hic Deum ob patris pietatem sibi obstrictum putabat. Ostendit ergò eum non fore patronum filiis impiis, &c [h]. ¶ *Qui egressus est*, &c.] Nempe in Ægyptum captivus [i], Rege Ægypti cogente [k]. ¶ *Non revertetur*, &c.] Rex: Quid ergò vulgo fiet? an melior erit ipsorum conditio [l]?

13. *Væ qui ædificat domum suam in injustitia*] h. e. Injustè [m]. Loquitur vel, 1. de Joachazo, qui *malum fecit*, 2 Reg. 23. 32 [n]: vel, 2. de Joachimo [o], qui & *Eliacim* dicebatur; qui sumptuosa ædificia exstruxerat, mercede pauperum retentâ; quod Lege cavetur [p]. Regem & proceres primos trahit in judicium, tum quia alios exemplis suis corruperant; tum quia sumpserant sibi plus licentiæ, cùm nihil metuerent [q]. ¶ *Non in* (vel, *cum*, Ti.) *judicio*] Id est, absque æquitate [r]. Non datâ, ut sequitur,

g Ca. h Calv. i Calv. k G. l Pi. sim. m M. Calv. n G. Ang. o Pi. p G. sim. Pi. Ang. q P. Ang. r Calv. † Ang. † V. t Jun. Pi. G. Flei. que in Ang. v G. x Jun. y Ang. z He. in Ang. a Ang. b V. Calv. c V. d Calv. * Ang. f He. in Ang. g Ang. h Calv. i Pi. l Calv. m V. Calv. n G. o V. Jun. Calv. Pi. Ang. p V. q Calv. r V.

ſequitur, operantibus mercede, contra Legem, Levit. 19. 13. Deut. 24. 14, 15 †. ¶ *Amicum*, &c. ברעהו יעבוד חנם] *Proximo ſuo* (vel, *Proximum ſuum*, Calv. *In ſocio ſuo*, Mo.) *operatur* (vel, *abutens*, M. *ſerviet*, Mo. *ſervire facit*, Calv.) *gratis*, P. Mo. Calv. vel, *fruſtrà*, M. *Qui proximi ſui labore* (vel, *ſervitio*, Ti.) *utitur gratis*, Pi. ſim. Ti. Ca. vel, *à proximo ſuo laborem exigit*, &c. Heb. *in proximo ſuo ſervit*, i. e. proximo utitur tanquam ſervo [t]. Abutitur proximo ſine mercede [v]. *Amici ſui ſervitutem exigenti gratis*, JT. Qui popularem ſuum nulla juſta de cauſa malis premit [x]. Eſt autem in hoc verſu [& ſeq.] gradatio: quia primùm objicitur injuſta rei alienæ occupatio, deinde alieni laboris abuſus ingratiſſimus, ac poſtremò rerum ſacrarum uſurpatio: quæ omnia nè Regibus quidem licere oſtendit [y]. Regem hic revocat ad jus commune, quòd omnes Iſraelitæ eſſent ejus propinqui [z]. ¶ *Et*, &c. ופעלו וגו'] *Et opus* (vel, *mercedem operis*, P. ſim. M. Ca.) *ejus non dabit* (vel, *dat*, P. &c.) *ei*, Mo. &c.

14. *Domum latam*, מדות] *Amplam*, M. Ti. Ar. Sy. *ampliſſimam*, JT. Pi. *menſurarum*, Mo. Ch. Calv. Angl. i. e. ſpatioſam; ut *viri menſurarum* ſunt magni, vel proceri, Num. 13. 32. 2 Sam. 21. 20. Eſa. 45. 14 [a]. *Menſurarum*, ſub. *magnarum*, P. vel, *multarum*; i. e. maximam [b]. *Latè patentem*, ut ſolent Reges, quibus pecunia abundat [c]: *commenſuratam*, ό. ¶ *Et cœnacula ſpatioſa*; ità P. M. מרוחים] *Spatioſiſſima*, JT. ſic Ch. Ar. Sy. *refrigerantia*, i. e. æſtiva [d]; *perflabilia*, Ca. Pi. ſic ό. *vento expoſita*, Mo. V. G. ſim. Ti. Ca. Pi. Qualis Anaſtaſii Imperatoris ædes Conſtantinopoli dicta *Magnaura* *. *Dilatationum*, vel *reſpirationum*; nam verb. רוח ſign. tam *reſpirare*, quàm *dilatare*. Reprehendit in Rege ſuperbiam & luxuriam, quòd, mediocritate patrum non contentus, appeteret immodicas pompas, &c [f]. ¶ *Qui*, &c. וקרע לו חלוני] *Et exſcindit*, vel *excidit*, (vel, *perforat*, M. *lacerat*, JT. *aperit*, V. ſim. P.) *ſibi* (vel, *ei*, Mo. P.) *feneſtras*, Pi. Ti. &c. vel, *feneſtras meas*, JT. Referunt hoc ad feneſtras Templi: quaſi Joakim indè aliquid amoverit, & ad ſtructuram domûs ſuæ transtulerit. Et ſanè vox חלוני ſonat, *feneſtras meas*: ſed ſubſcribo ſententiæ illorum qui putant poſitum pro חלונים. Neque enim probabile eſt, vel, Regem auſum fuiſſe mutilare Templum; vel, ſi auſus fuiſſet, ſacerdotes id fuiſſe paſſuros †. In omne latus [g]. ¶ *Et facit*, &c. וספון בארז] *Et tecta in cedro*, Mo. *Cedróque tegit*, Ca. ſim. Ch. Sy. *Et tectum cedrinum*, JT. *Et tecta eſt cedro*, V. Calv. domus ſcilicet [h]. *Et contabulata eſt* domus illa *cedris*, Pi. *Et tectam* domum *cedrinis* tabulis, P. *Et contignata in cedro*, ό. *Laqueata cedris*, Ar. Facítque *tabulatum ex cedris*, M. *Laquearia arcuata ex cedro* facit, Ti. ¶ *Pingitque*, &c. ומשוח בששר] *Et ungendo* (vel, *uncta eſt*, V. Calv. *linita*, ό. *illinit*, Ca. *picta*, Pi. Ar. *pictam*, P. *pingit*, M. Ti. Ch. JT.) *minio*, vel *in minio*, Mo. Pi. V. M. Calv. Græci hic μίλτον, (*minium*,) vertunt; alibi, χρώματα, (*colores*.) Vel, *ſinopide*, P. Ti. Ca. Ch. De ſinopide vide Strab. 12. 541. *In Cappadocia naſcitur præſtantiſſimum Sinopicum minium*, &c. *à Sinope urbe ſic dictum*, Plin. 35. 6 [i]. Vel, *Indico*, JT. ששר occurrit hic, & Ezec. 23. v. 14 [k]. Eſt *rubrica* [l], vel *minium*, Anglicè *vermilion* [m]: vel, *ſinopis* [n]; quod eòdem recidit [o]. Al. Eſt Indicum, quod eſt floridi (vel cærulei †) coloris genus, dictum Heb. *Schaſchar*, à Saſuris Indiæ populis ultra Gangem, à quibus exportatur, teſte Plin. 6. 19. Arabes compoſitâ voce appellant *Sarcin*, qu. d. *Sar-canna*, quia in cannis naſcitur, Dioſcor. 5. 67. Senſus eſt, Rerum è domo meâ amotarum loco obducit hunc colorem [p].

15. *Numquid*, &c? התמלך כי אתה מתחרה בארז] *An regnabis*, Calv. ſic Mo. P. &c. (vel *Regnaturum te putas*, Ti. Strig. An ſtabilies Regnum tuum [q],) *quia*, vel *quòd, tu concitans te in cedrum?* Mo. vel, *miſces te cum iſta cedro?* JT. Pi. i. e. Vel, 1. res ſacras admiſces tuis. Hypallage [r]. Sed nec ſacerdotes nec populus illam Templi devenuſtationem permiſiſſent †. Vel, 2. quia habitare conſtituiſti in domo iſta cedrina [t]. Vel, *miſces te cum cedrino ædificio?* P. vel, *cedros oſtentas?* Strig. vel, *permiſces*, ſive *involvis, te in cedro?* An tutior eris, aut felicior, quòd in cedro habitas? Solent Reges luxuriari ubi nullum eſt bellum aut periculum: tu autem periculis involveris, &c [v]. Al. *quòd cum cedris contendis?* Ti. vel, *ut tibi res ſit cum cedris?* Ca. ό. [ſim. & Ar.] pro ארז, legerunt אחז, ut ſenſus eſſe poſſit longè optimus, *Ideóne te diu ac feliciter regnaturum putas, quòd Achazi exemplo peccas?* Verbum חרה, [Dixiſſet potiùs, תחרה,] quod hîc eſt, alibi vertitur ἁμαρτάνειν, (*peccare*,) alibi, πονηρὸν εἶ, (*impium eſſe* [x].) ¶ *Non*, &c? הלא אכל וגו'] *Annon comedit, & bibit*, Calv. &c. [ſic JT. Pi. niſi quòd interrogationem ibi ponunt.] (i. e. ſatis locuples erat [y]; in rebus proſperis diu fuit [z]; feliciter egit, quia Deus ei benedixerat [a]; pacificè regnavit, & nihil ei defuit [b]; commodè & hilariter vixit ſine domo tam magnifica [c]. Vel, contentus erat *bibere & comedere*, i. e. neceſſaria ad vitam à ſubditis accipere [d].) *& fecit* (vel, *cùm faceret*, Calv. *quum exercuit*, JT. *Sanè exercuit*, Pi.) *judicium*, &c? Calv. Dupliciter exponunt. 1. Refutat hanc Joacimi exceptionem, Pater meus regaliter ornatus erat. Fateor, inquit; ſed interea exercuit juſtitiam. Deus per indulgentiam ignovit, ſi quid ſupervacuum fuit, &c. tu autem tyrannicè agis *. 2. Senſus, q. d. Nonne longitudinem vitæ ſibi peperit exercendo juſtitiam? Hebraiſmus [f]. Pater tuus ſuaviter vixit & proſpere, & nihil ei defuit: tu tibi vidéris patre felicior, quia luxuriâ & rebus vanis eum ſuperas [g].

16. *Judicavit cauſam*, &c.] Ità M. vel, *judicium*, &c. Mo. P. Quum *judicavit*, &c. JT. Angl. ¶ *In bonum*, &c. אז טוב הלא היא הדעת אתי] *Tunc* (vel, Et *tunc*, P.) *bonum*, Mo. ſic P. vel, *bene*, M. Ti. Pi. &c. ſub. *fuit ei*, P. Pi. ſic M. Ti. JT. Ca. *Nonne hoc* (ſub. *eſt*, vel *erat*, P. M. Ti. Pi.) *ſcire me?* Mo. ſim. P. M. Ti. Pi. &c. h. e. argumentum, ſive indicium, veræ cognitionis mei [h]. *Cognoſcere Deum* dicuntur, qui factis oſtendunt ſcire ſe quid Deo placeat [i]. Pietas & ſeria Dei cognitio vitam format ad omnia charitatis officia. Impietatem & contemptum Dei Joacimo ineſſe ex eo probat, quòd propinquos opprimeret, &c [k]. Al. *Tum bene fuit. Annon illud eſt? hujus rei ſcientia* eſt *apud me*, JT. i. e. Nonne tu illa facis quæ antè dicta ſunt? ut neges pertinaciſſimè, & alii ignorent, ego certè optimè novi [l]. Sed hæc verſio textum diſcerpit [m]. Al. *in bonum ſuum:* (qu. d. Non tam pauperum commodo id fecit, quàm ſuo: juſtitiâ enim, quaſi baſi, ſtabilitur thronus [n].) *numquid non ideo* (ſupple, vixit bene & juſtè [o],) *quia cognovit me?* Vulg. i. e. coluit & reveritus eſt [p]. Al. *Annon hæc tua res eſt? annon cognoſcis me?* Ar. *Nonne hoc eſt te ignorare me?* ό. *Et fecit quod rectum erat. Qui talia facit cognoſcit me*, Sy. *Tunc bonum erat ei. Nonne iſta eſt ſcientia quam volo?* Ch.

17. *Tui verò*, &c. כי אין עיניך וגו'] *Sed non* (ſub. *ſunt*, P. vel, *reſpiciunt*, M. ſic Pi. &c. vel, *ſic affecti ſunt*, Strig.) *oculi tui, & cor tuum*, (i. e. omnes partes corporis & animi [q],) *niſi ſuper*, vel *ad, concupiſcentiam* (vel, *avaritiam*, P. *quæſtum*, JT. Pi. &c.) *tuam*, &c. Mo. q. d. Corruptus es corpore & animâ, & patri prorſus diſſimilis [r]. ¶ *Et ad*, &c. ועל העשק ועל המרוצה לעשות] *Et ad fraudem*, (vel, *oppreſſionem*, P. Mo. &c. vel, *rapacitatem*; nam עשק ſign. *rapere aliena bona* †;) *& ad concuſſionem* (vel, *contritionem*, P. Mo. ſub. *corporis*, V. vel, *afflictionem*, Q. in V. vel, *oppreſſionem*, exigendo à ſubditis tuis immoderatas operas [t],) *quam perficias*, JT. vel, *ut facias*, P. ſim. Mo. Calv. Pi. h. e. ut exequaris [v]; vel, *ut exerceas* illam, Pi. [Alii ſic:] *Atque facias calumniam & oppreſſionem*, M. *Ad faciendum injuriam*, &c. Ti. *Iniquitatéſque & violentiam exercendam*, Ca.

18. *Propterea hæc dicit*, &c.] Quia tam impius es, &c [x]. Malo, *Præterea hæc dixit*, &c. Nam Jeremias, ſicut retulerat Sedeciæ ea quæ fratri ejus Joachazo, ſive Sellumo, ex Dei mandato antehac dixerat, ità pergit referre quæ Joakimo quondam regnanti, itidem fratri Sedeciæ, dixerat, venturus deinde ad Jechoniam, qui proximè in Regno Sedeciam præceſſerat; ut (ſicut modò diximus) ultionis ejus quam Deus ſumere parabat juſtitia, ex tot monitis ac minis antecedentibus, apertior fiat [y]. ¶ *Non plangent eum*, (ſub. *dicentes*, Pi. vel, ſub. *ſic*, Ti.) *Væ* (vel, *Heu*, P. Pi. *Ah*, G.) *frater*, &c.] Ità Mo. M. &c. h. e. planctu privatorum [z]; vel, conſanguineorum [a]. ¶ *Væ domine*] Id eſt, planctu publico & regio [b]; vel, ſubditorum [c]. Nec à cognatis, nec à ſubditis, lugebitur [d]. ¶ *Et, Væ*, &c. והוי הודה] *Et*, (vel, *aut*,) JT. Pi.) *Væ*, vel *Heu, decori* (vel, *decus*, JT. V. *gloria*,

gloria, P. Ti. *magnificentia*, M. Pi. *majestas*, Ca. *regnum*, G. ex Ch.) *ejus*, Mo. &c. q. d. Ubi diadema? ubi sceptrum? Sunt insulsæ lamentationes quas, utpote usitatas, Propheta refert, sed sine approbatione*.

19. *Sepulturâ asini sepelietur*] Sine honore[f]. Al. Non sepelietur[g], sed insepultus abjicietur, ut cadaver asini[h]. Ὀξύμωρον, q. d. *acutifatuum*, est; h. e. *insepultâ sepulturâ*, ut Cicero vocat in Philip. 1[i]. *Asini* meminit, ut animalis contemptissimi: q. d. Unà cum canibus projicietur[k]. ¶ *Putrefactus*, &c. סָחוֹב וְהַשְׁלֵךְ מֵהָלְאָה לְשַׁעֲרֵי וגו׳] *Tractus* (vel, *trahendo*, Mo. M. V. Calv. vel, *ad trahendum*, Calv. vel, *Trahetur*, Pi. *lacerus*, Ti. *raptatus*, Ca.) *& projectus* (vel, *projiciendo*, Mo. M. V. vel, *projiciendum*, Calv. vel, *projicietur*, Pi. *abjectus*, Ti.) *ultra* (vel, *extra*, Ti. Ca. vel, *extra & ultra*, M. vel, *ante*, Strig.) *portas Jerosf.* P. JT. &c. Meliùs, *longè à portis*: id enim est מֵהָלְאָה[l], & Græcum ἐπέκεινα. Vide Gen. 19. 9. Amos. 5. 27[m]. Sed quomodo hoc impletum sit, quærunt: Dicitur enim *dormivisse cum patribus*, 2 Reg. 24. 6[n]. Resp. 1. Sepultus quidem erat à populo, sed à Chaldæis erutus è sepulchro, &c[o]. Resp. 2. Phrasis illa non necessariò sepulturam convincit, sed mortem tantùm[p]; vide Psal. 49. 20: unde hæc duo distinguuntur, *dormire*, & *sepeliri*, *cum patribus*, 2 Reg. 15. 38. & 16. 20[q]. [Porrò, in modo impletionis variant.] Nabuchod. Joakimum vinctum abducturus erat Babylonem, 2 Par. 36. 6. sed postea, mutato consilio, eundem interfecit, & inhumatum extra muros projecit, ut refert Joseph. Antiq. 10. 8[r]. Al. Joakim à Chaldæis latronibus, quorum mentio 2 Reg. 24. 2. abductus est in Babylonem, ut legimus 2 Par. 36. 6. Ibi interiit longè à patria, longè à suis†, ibique post mortem ignominiosè tractatus est[t]. Nec repugnat illud, *ultra portas*, nam [ut vidimus] מֵהָלְאָה est, *longè ultra*, Heb. *ab ultra*, *portas Jerusalem*: quarum fortè meminit, quia in elegantissimis suis ædificiis & diu se regnaturum; & tandem sepeliendum fore, putavit. Adde quòd *portæ* pro urbibus sæpe sumuntur, ut Deut. 15. 7. & 16. 5. ut sensus esse posset, *longè ultra urbes Judæ*, quæ *urbes Jerosolymæ* dicuntur Jer. 34. 1[v].

20. *Ascende Libanum, & clama*] Jerosolyma[x]: nam verbum est fœmin[y]. Populum alloquitur tanquam mulierem[z]. *Ascende*, ut implores opem aliunde[a]; *clama*, ad Syros amicos tuos: nihil tibi proderunt. Hæc etiam dixerat Jeremias civitati Hierosolymorum antequam aveheretur Rex Joakim[b]. ¶ *Et in Basan*] Meminit *Libani* & *Basanis*, vel, 1. quia hi montes spectabant Assyriam, unde opem sperabant[c]; & obtinebant quidem adversùs Syros, 2 Reg. 16. 7. nunquam autem, quod sciam, adversùs Chaldæos[d]. Vel, 2. quia hi montes altissimi erant*, & vicini[f]. ¶ *Et clama ad transeuntes*, מֵעֲבָרִים] *Ad transfluvianos*, Ti. *trans vada*, JT. Pi. G. Nili scilicet. Clama quantum lubet ad Ægyptios: non juvabunt te[g]. Sed non probo; nec מִן est *trans*, nec עֲבָרִים, *vada*. Quòd si dicas, propriè valere, *à transitibus*, sup. *fluviorum*: respondeo, causam nullam esse cur ad fluvios tantùm referamus; aut, si eò referatur, cur loca tantùm quæ trans fluvios sunt intelligamus; cùm certum sit עֵבֶר Hebræis, & πέραν Hellenistis, non ulteriorem tantùm ripam, sed & citeriorem, & non ripas tantùm, sed & quosvis limites, agrorum, montium, & totius terræ, designare, ut Jer. 49. 32. unde Matt. 12. v. 42. & Luc. 11. 31. πέρατα τῆς γῆς Syrus transtulit, עֶבְרֵיהּ דְּאַרְעָא. Ità & hoc loco verto, *à finibus*, vel, *extremis terminis*[h]. Al. *è transitibus*, Mo. *undique*, P. *ab lateribus*, sub. *omnibus*, V. Per *latera* intelligit omnes partes: q. d. Vocem tuam circumferas huc & illuc[i]. Ἀπέναντι, *de contrà*, Sym. in D. & in Boot. ut significet quòd vox Prophetæ de Jerusalem usque ad montes Lib. & Bas. debeat pervenire[k]. LXX & Th. εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, *trans mare*; sim. Sy. Ar. Legerunt מֵעֵבֶר יָם[l]. *Per regiones*, Ca. *à regionibus*, i. e. ab una plaga ad aliam[m]. Al. *ex Abarim*, Strig. Boot. ex Luth. & Marin. Forst. in Ma. Angl. *Abarim* est nomen montis, æquè ac *Basan* & *Libanus*[n]. De eo vide Num. c. 27. v. 12. & 33. 47. &c[o]. Ironia est: q. d. Frustrà eò conscendes, &c[p]. Clama quantum voles, nemo opem feret[q]. Alia tibi jam quercus est excutienda, si opem desideres[r]. ¶ *Quia* (vel, *Sed*, Pi. *Nam*, Ca. *Quum*, JT.) *contriti sunt* (vel *erunt*, Pi. *fuerint*, JT. scil. per Chaldæos †,) *omnes amatores tui*] Ità P. Calv. Ægyptii & Assyrii[t], aliique vicini[v]. Vide 2 Reg. 24. 7[x].

21. *Locutus sum ad te*] O Hierosolyma[y]. Ego te in tempore admonui. Non peccâsti inscitiâ, aut incogitantiâ, aut errore[z]. ¶ *In*, &c. בְּשַׁלְוֹתַיִךְ] *In tranquillitatibus*, vel *securitatibus*, (vel, *felicitatibus*, P.) *tuis*, Mo. V. G. cùm adhuc tuta & secura viveres[a]: *in rebus tuis adhuc integris*, Ti. sic V. *in felicitate* (vel, *pace*, vel *quiete*, Calv.) *tua*, M. Calv. q. d. Non fui tibi morosus maritus, sed te beneficiis conciliavi: tu autem, perdita mulier, nec consiliis mariti movebaris, nec benevolentiâ & facilitate[b]. *In summa tranquillitate tua*, JT. Pi. sim. Angl. Pluralia hæc emphasin habent. Vide ad Esa. 58. 11[c]. Sensus, Ex quo eduxi te ex Ægypto, monui ut resipisceres[d]. ¶ *Dixisti, Non audiam*] Vitam potiùs eorum quàm verba hîc respicit: q. d. Obstinato fuistis animo, nolentes Deo parêre, &c*. ¶ *Hæc—via*, &c.] Hic fuit mos tuus[f]. ¶ *Ab adolescentia tua*] i. e. Ex quo te ex Ægypto eduxi[g], & in populum formavi[h], & fœdus tecum pepigi per lationem Legis[i]. Jampridem est quòd mea monita spernis. Vide suprà cap. 2. vers. 2. Esa. 47. 12[k].

22. *Pastores tuos*] i. e. Gubernatores[l], Reges & Principes[m]; Sacerdotes & Prophetas[n]. ¶ *Pascet* (*depascet*, Mo. P. Ang. &c.) *ventus*] Ità M. Ti. &c. i. e. Lactat eos vana spes[o], de auxiliis Ægyptiorum & Assyriorum[p]. Sed tunc dixisset, *pascentur vento*, ut Hos. 12. 1[q]. ¶ תִּרְעֶה וגו׳] *Disperget eos ventus*, Angl. ex Ch. Confer Hos. 4. 19*. *Dispergentur in omnem ventum*, i. e. in omnes orbis partes[r]. In ventum dispergentur, evanescent ac delebuntur†. Evanescent tanquam fumus[t]. Celerrimè peribunt, & quasi in ventum abibunt, ac in nihilum redigentur. Natum videtur ex eo, quòd ventus terræ superficiem celerrimè exsiccet, ejúsque humidum absumat, & quasi in nihilum redigat[v]. Ventus absumet eos[x]; vel, afflabit. Metaphora à vento maligno, qui herbas vel fructus arefacit & absumit. Vide Gen. 41. 6. Psal. 103. v. 16. Esa. 40. v. 7. Quò alluditur Hag. 1. 9. Elegans est antanaclasis, *pastores depascet*[y].

23. *Quæ*, &c. יוֹשַׁבְתִּי וגו׳] *Habitas* (vel, *Habitans*, Mo. *Degis*, Ca. *Sedisti*, M. Calv. i. e. Sedem tibi posuisti[z]: vel, *Sedes*, vel, *Habitâsti*, sub. *dudum*, vel *antea*, vel *hactenus*, V. *O quæ desides*, JT. *O quæ habitas*, Pi.) *in Libano*, P. &c. Vel, 1. in ædibus eximiis ex cedris Libani ædificatis[a]. Vel, 2. in gloria, opibus, deliciis, quasi in Libano[b]. Vel, 3. quia putabant Libanum esse tutum ipsis refugium & inexpugnabile[c]. ¶ *Et nidificas in cedris*] Instar avium, &c†. Vel, in domibus cedrinis[d]. Idem bis dicit: nam per *Libanum* Libani arbores, quarum præcipuæ *cedri*, intelliguntur, ex quibus Templum, palatium, aliæque domus ædificatæ sunt. Confer Zach. 11. 1*. יוֹשַׁבְתִּי est forma composita, ex præt. יָשַׁבְתְּ, & participio Kal יוֹשֶׁבֶת; q. d. *O tu quæ habitâsti, & etiamnum habitas*. Similiter & sequens מְקֻנַּנְתִּי, ex præt. קִנַּנְתְּ, & participio Pyhal מְקֻנֶּנֶת; q. d. *Nidulata es jam ante, & nunc nidularis*, ut Kimhi scribit. Utrobique י est paragogicum[f]. ¶ *Quomodo*, &c? מַה־נֵּחַנְתְּ בְּבֹא לָךְ חֲבָלִים חִיל וגו׳] *Quàm* (vel, *Et quàm*, M. *O quàm*, Ca. vel, *Quomodo*, Calv.) *gratiosa* (vel, *accepta*, M. *grata*, Ti. *chara*, V.) *eris*, Mo. P. M. Ti. Calv. (vel, *fuisti*, Calv. vel, *futura*, Ca. h. e. quam gratiam invenies † ? Al. *Quàm afficieris gratiâ?* scil. ab hostibus Babyloniis. Ironia[g]. *Quàm gratulaberis tibi*, JT. *Quam gratiam habuisti*, vel, *Quomodo precata es*, aut, *Quid gratiæ relictum est tibi*, scilicet ex omnibus quæ ædificâsti & possedisti in cedris[h]? *Quomodo ingemisces*, G. sic Me. & T. ex ὁ. & Vulg. sim. Sy.) *in veniendo tibi dolores*, Mo. (vel, *quum venerint*, &c. P. M. &c.) *tormen tanquam parturientis*? Mo. vel, & *dolor*, &c? P. vel, & *angustia*, &c? M. vel, *dolor*, *inquam*, &c? Ti. id est, cùm excidium tibi imminebit[i], & te subitò corripiet, ut dolor partûs mulieres, quæ rident, &c[k]. Quid tibi opis aut solatii tunc erit in illa pompa tua, &c[l]?

24. *Vivo ego*] Forma juramenti, ut Deut. 32. 40. Jer. 46. 18. Confer Jer. 4. 2[m]. ¶ *Dicit Dominus*] Malim, *dixit*. Venit jam ad ea quæ olim Jechoniæ prædixerat, filio fratris Sedeciæ[n]. Sed gratis hoc dicitur. Vide ad v. 4. & 11[o]. ¶ *Si fuerit Jechonias*, כָּנְיָהוּ

Coujahu,

Margin notes (col. 1): * Calv. f G. g V. Pi. Me. h Pi. fi. Calv. Ang. E. Me. T. Jun. &c. i Glas. rhet. 2. 7. 569. k Calv. l G. Ang. m G. n Ang. o Q. in Ang. p E. sim. Ang. q Ang. r Glas. rhet. ib. † G. sim. Q. in Ang. t Q. in Ang. v Ang. x Me. Ang. y Me. z Pi. Ang. a V. b G. c Q. in Ang. d Ang. * Ang. sim. Me. f Ang. g G. sim. Pi. Jun. h Di. i Calv. k Hi. in D. l D. m M. n Boot. anim. 2. 5. 12. 170. o Ang. p V. sim. Calv. T. &c. q Me. r T.

Margin notes (col. 2): † Pi. v V. Calv. Pi. x Calv. y G. z Calv. a G. b Calv. c Ang. d V. * Calv. f V. g Me. h Ang. i Pi. k G. l Pi. Ang. m G. Calv. n Calv. o G. sim. Me. T. Pi. p Pi. sim. T. q Ang. * Ang. r D. et Ch. † Me. t Calv. v D. prov. 2. 3. 21. x V. y Ang. z Calv. a V. sim. M. Pi. b T. sim. Ang. c Calv. † Idem. d Pi. * G. f Glas. gram. 3. 3. 31. 33. † Calv. g Pi. h Q. in V. i T. k Calv. l Ang. m Ang. n G. o Ang.

Conjahu, P. Aliàs *Joiachin*, 2 Reg. 24. 8 [p]. & *Jechoniah* [q], 1 Par. 3. 16 [r]. Detrahitur prima litera per contemptum †. Aufertur י, quod initium facit nominis, ut significetur eventura ipsi capitis diminutio: additur ad finem ו, ut contemptûs nota; qu. d. *Coniah ille* [t]. Sed argutum hoc est [v]. ¶ *Annulus*, &c. ità Mo. Ca. &c. חותם וגו׳] Tanquam *annulum*, &c. P. Ti. *sigillum*, M. JT. Pi. *annulus signatorius*, Calv. sim. G. ex ο'. & Ch. charissimus & conjunctissimus [x], & solicitè custoditus [y]. ¶ *Indè*, &c. כִּי מִשָּׁם אֶתְּקֶנְךָּ] *Quia* (vel, *quòd*, inquam, P. *Tamen*, JT. Pi. Ang. Strig. Calv. *Certè*, Pi.) *indè evellam te*, Mo. i. e. eum. Miscent enim Hebræi sæpe personas. q.d. Tamen nunc, cùm facinora ejus video, eum abjicerem [z].

25. *Dabo te in manu*, &c.] Vel, *manum*, &c. JT. Pi. Elegans antanaclasis; Evellam te de manu mea, & tradam in manum hostium [a].

26. *Et*, &c. וְהֵטַלְתִּי] *Et protelabo te*, Mo. vel, *tollam*, M. V. *transportabo*, Ti. sim. P. Ca. Ch. *projiciam*, Pi. Calv. *ejiciam*, JT. ¶ *Et matrem tuam*] Nohestam; de cujus flagitiis vide Jer. 13. 18, &c. Vide implementum 2 Reg. 24. 12, 15 [b]. ¶ *In terram alienam*] Babylonem [c]: ubi tandem admissus est ad mensam regiam, & in numerum procerum. Sed melius forsan fuisset mori in fœtore carceris, quàm istis illecebris corrumpi [d].

27. *Et in terram ad quam ipsi* (nempe Conia & mater ejus *. Iterum personam mutat, non sine gratia. Nunc Joakim alloquitur, sed paucis: deinde ipsum tanquam surdum præterit, vel indignum cum quo misceatur ullus sermo, & pronunciat quid Deus facturus sit. Ità Propheta indignationem suam prodit, &c [f].) *levant animam suam*, &c.] i. e. Sperant se reversuros [g]. In Judæam, quò redire ardentissimè desiderant [h]. Confirmat priorem sententiam; quia difficulter evellebatur ex animis eorum stulta illa opinio, Regem Babylonis tandem fore illis propitium [i].

28. *Numquid*, &c? הַעֶצֶב נִבְזֶה נָפוּץ וגו׳] *An* (vel, *Annon*, Ti.) *simulacrum*, vel *sculptile*, (vel, *idolum*, Pi. *statua*, Ca. ut *truncus*, Ti. ut *sculptile*, P. G. vel, *dolor*, Mo.) *contemptum*, Calv. JT. M. V. &c. (vel, *contemptibile*, P. *vile*, G. *vilis*, Mo.) *contritum* (vel, *quod dispergitur*, JT. Pi. vel, & *contritum*, P. M. & *dissipatus*, Ti. *cassa*, Ca. *minutim dispersus*, Mo. h. e. ut idolum aliquod, cujus vanitatem cùm compererit homo, illud objicit & conterit; vel, ut vetusta imago casu confracta, nullius pretii, &c [k].) *est vir iste*, &c? Calv. JT. Pi. *Vir iste*, per contemptum, ut Act. 24. 5 †. Propheta hæc loquitur in persona, vel, 1. populi [l]. Est objectio Judæorum fidem Jeremiæ verbis non habentium; *An ut sculptile*, &c. esset, scilicet apud Deum, *vir iste*, &c? An ità Deus Regem nostrum haberet despicatui [m]? Vel, 2. Dei, quærentis ex qua de causa hoc illi obtingeret, &c [n]. Interrogatio hæc est vel, 1. affirmantis; q. d. Jechonias est similis idolo & vasi inutili, propterea projicietur [o]. q. d. Annon videtis Jechoniam, qui priùs à Judæis, tanquam idolum, adorabatur, jam dejectum & contritum [p]? Vel, 2. admirantis; q. d. Fierine possit ut Jeconia miserè pereat in exsilio? Est autem in hac interrogatione ironia quædam. Putabant Judæi Regnum fore perpetuum. Propheta ergò de illo prodigio dubitat & miratur, sed aliorum tantùm respectu, ut alii mirari desinant [q]. Al. *Numquid purgamentum, sive quisquiliæ viles atque projectæ*, &c? Sym. in D. ¶ *Numquid*, &c? אִם כְּלִי אֵין חֵפֶץ בּוֹ] *An* (vel, *Aut ut*, P. Ti. G.) *vas* (vel, *instrumentum*, JT.) *in quo non est oblectatio?* Calv. sic Pi. &c. vel, *voluntas*? P. *desiderium*? V. vel, aliquod *quod nemini placet?* Ti. vel, *ad quod nemo animum habet?* M. i.e. neglectum, tanquam inutile [r]. ¶ *Quare abjecti sunt*] Ità Ti. sim. Mo. P. &c. Innuit hoc ob scelera ipsius factum [v]. ¶ מַדּוּעַ הוּטְלוּ] *Quare repudiarentur*, G. *Cur* igitur *projecti sunt*, Pi. [Strig. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Ah, quàm miserabiliter unà cum semine suo exsulat*, &c!] ¶ *Ipse & semen ejus*] At semen non habuit, v. 30 [x]. Resp. 1. Semen habuit, quod in captivitate obiit [y]. Sed tunc mentio facta esset seminis ipsius 2 Reg. 24. 12, &c. ubi agitur de illis qui cum eo abducti sunt [z]. Resp. 2. Intellige semen quod per benedictionem Dei habere potuerat [a]. Resp. 3. *Semen*, nempe Josiæ, quod in & cum ipso extinctum est [b]. Resp. 4. *Semen*, quod prævidit Deus ipsum in captivitate geniturum, vide Matt. 1. 12. quod hîc abjectum & deportatum dicitur in ipso, quòd in lumbis ejus erat cùm deportaretur. Confer Heb. 7. 9, 10 [c].

29. *Terra*, &c.] Vel, *O terra*, &c. i. e. O vos incolæ Judææ [d]. Respondet Jeremias, & ter inclamans Judæam, quò notabilior sit obtestatio, planè asseverat hoc esse Dei institutum *. Terram ter inclamat, ut contumaciam Judæorum corrigeret, &c [f]. Terram ipsam hîc testem advocat, ut Deut. 30. 19. & 32. 1. Esa. 1. 2 [g].

30. *Scribe*, כִּתְבוּ] *Scribite*, Mo. P. &c. Vos scilicet Angeli, vel Prophetæ, quorum interest scribere decreta Divina [h]. Potiùs hæc locutio videtur sumpta esse ex communi usu, quia scribi solent decreta quæ diu vigere debent [i]. q. d. Ut memoria dictorum meorum permaneat, quæ probabit eventus, refer in acta, me hoc dixisse [k]. *Scribatur*, Ca. Angl. Sic, *Dicite*, i. e. Dicatur, Esa. 3. 10. & Col. 4. 17 [l]. Quæ scribuntur certa sunt [m]. ¶ *Virum istum sterilem*, עֲרִירִי] Vox hîc tantùm occurrit, & Gen. 15. 2. Levit. 20. 20, 21 [n]. [Variè reddunt.] Aq. primâ editione, *sterilem*; secundâ, ἀναύξητον, i. e. *non crescentem*: Sym. *vacuum*; ο'. & Th. *abominabilem*, & *abdicatum* [o]. *Ærumnosum*, Strig. Vide ad Jer. 17. 6 [p]. *Solitarium*, Calv. *orbum*, sive *orbatum*, P. M. Ti. Calv. sic Ca. *prole*, vel *liberis carentem*, Mo. JT. Pi. sub. *fore*, JT. Pi. sic V. Decessurum nullo filio relicto: id enim Hebræis est עֲרִירִי [q]. [Sed duæ hîc exsurgunt quæstiones vindice dignæ.] Qu. 1. Quomodo hæc comminatio convenit cum promissione illa Psal. 89. 37, 38? Resp. Gratia Dei ad tempus abscondita erat & interrupta, non autem extincta: successu enim temporis rursus emersit, partim in Zorobabele, sed præcipuè in Christo. Vide Esa. 11. 1. collat. cum Act. 13. 23. Ezec. 21. 26, 27. Fœdus ergò Dei nunquam excidit, &c [r]. Qu. 2. Quomodo hic *orbus* dicitur, cùm liberos ipsum habuisse constat, tum ex v. 28. tum ex genealogia 1 Par. 3. 17, 18. ubi septem ejus filii numerantur, quorum etiam primus, *Salathiel*, ejus filius dicitur Matt. 1. 12 †? Resp. 1. Jechonias pœnitentiam egit in captivitate, sicut & antea Manasses, ideòque Deus hanc sententiam irritavit [t]. 2. *Orbus* dicitur, quia sceptri hæredem non habuit [v]; ut mox declaratur [x]. *Sterilis* vocari & potest & solet, qui filios non tam vitæ genuisse videtur, quàm ferro & exsilio. Adde quòd, Hebræorum more, subaudiri potest nota similitudinis, ut locum sic vertas, *Scribe Jechoniam* quasi *sterilem* [y]. ¶ *Virum qui in diebus suis non prosperabitur*] Infelicem eum fore toto vitæ tempore †. ¶ *Nec enim erit de semine*, &c.] Heb. *Non prosperaturum de semine ejus*. Non erunt ei superstites, ut sperare possit unquam Regnum ad suam posteritatem rediturum, aut etiam dignitatem aliquam Regno minorem. Vide quæ de hac re diximus ad Luc. 3. 23 [z].

CAP. XXIII.

1. VÆ *pastoribus*] Ità Mo. P. M. &c. Hæc omnia, usque ad cap. 28. commemorationem continent ab Jeremia factam apud Sedeciam de sermonibus, ante Sedeciæ tempora, diversis locis ac temporibus, à se habitis, ac congruentibus cum iis quæ nunc Sedeciæ dicere cœperat: ut Dei in decretis suis & æquitas & constantia magis appareret. In hoc capite, describpturus peccata quæ erant in omnium ordinum hominibus Jechoniâ regnante, incipit à Principibus. Confer Ezec. c. 34. v. 2 [a]. ¶ הוֹי רֹעִים] *O pastores*, ο'. V. *Heu*, &c. Ca. Sy. *Eja*, &c. Ar. *Væ gubernatoribus*, Ch. O infelices pastores & Principes, quorum culpâ periit populus à me vobis commissus [b]! De multis pastoribus hîc agitur: 1. de malis; 2. de bonis; 3. de uno optimo Pastore [c]. Mixta est hæc prophetia ex promissionibus & minis. Promittit hîc restitutionem Ecclesiæ. Interea docet, quicquid promittit Deus electis suis, non debere extendi ad hypocritas, qui talia ad se rapere, atque indè insolescere, solent, &c [d]. ¶ *Qui disperdunt —— gregem*] Id est, populum meum *. Malo suo exem-

exemplo causa sunt interitûs & dispersionis populi [f]. Concedit illis nomen *pastorum*; sed simul detrahit larvam, dum vocat *perditores* †. ¶ *Pascuæ meæ*] Sic vocat, non respiciens merita populi, sed adoptionem suam: q. d. Non tantùm homines læditis, sed & Deum. Populus quidem dignus erat qui periret. Sed id non excusat pastores, qui debebant reputare & à quo, & quorsum, populo præfecti erant [g].

2. *Ad pastores qui pascunt populum*] Scil. nomine, non re [h]. Ironicè eos perstringit [i]. Vel, quorum est pascere [k]. *Pascunt*, i.e. pascere debent; ut Esa. 26. 9. *discunt*, i.e. discere debent. Vel, qui depascunt populum, Ezec. 34. v. 3, 8 [l]. ¶ *Et*, &c. והדיחתם *Et propulistis* (vel, *ejecistis*, P. sim. M. Ti. V. *profligatis*, Ca. *dispellitis*, JT. *seduxistis*, Sy. sim. Ar. *vagari fecistis*, Ch. è recta via depulistis [m],) *eas*, Mo. Expulistis in captivitatem [n]. Non tantùm reliquistis gregem, sed, velut hostes, dissipâstis [o]. ¶ *Non visitâstis eos*] Ut dispiceretis numquid illis desit, numquid noceat [p]. Non habuistis eorum curam quam debebatis [q]. *Visitare* hîc extenditur ad omnes partes inspectionis; q. d. Neglectus & proditus & desertus à vobis est grex [r]. ¶ *Ego visitabo*, &c.] i.e. Puniam †. Lusus ex ambiguo: nam פקד & *curare*, & *punire*, sign [t].

3. *Congregabo reliquias gregis*] Mitiùs eos tractabo qui alieno exemplo peccârunt, quàm qui peccandi auctores aliis fuerunt. Vide infrà cap. 24. & Zach. 10. 3 [v]. Quos vestrâ culpâ dispersistis, meâ misericordiâ & providentiâ congregabo [x]. Ostendit, non antè fore misericordiæ locum, quàm Ecclesiam hâc dissipatione purgaverit [y]. Loquitur & de reductione populi ex Babylone [z], & (quod primariò hîc intenditur [a],) de vocatione Gentium ad Ecclesiam [b], per Christum, &c [c].

4. *Pastores*] i.e. Bonos Principes [d]. Potiùs, Apostolos, &c *. ¶ *Non formidabunt*, &c.] Tranquilli erunt [f]. Vivent securi sub præsidio potentissimo Regum Persarum [g]. Non pavebunt ampliùs, neque à Persis, neque à Græcis, neque à Romanis, sicut tempore Templi secundi [h]. De reditu spirituali, non corporali, h. l. agi, satis constat. 1. Judæi post reductionem suam formidârunt Sanaballat, Tobiam, Macedones, Romanos, & alios. 2. Negat ullum de his periturum: quod de electis verum est, Joh. 10. 28. non item de Judæis, quorum duæ tantùm Tribus, nec illæ integræ, redierunt. 3. Agit Propheta de salvatione & *Juda* & *Israelis*, v. 6 [i]. ¶ *Non pavebunt*, ולא יחתו] *Neque consternabuntur*, JT. Pi. *Non frangentur*, h. e. Non erit eis pudor & contritio ob defectum Arcæ, Prophetiæ, Urim & Thummim, &c [k]. ¶ *Et nullus*, &c. ולא יפקדו] *Nec deficient*, Mo. P. vel, *imminuentur*, M. *desiderabuntur*, V. sic JT. Pi. Ca. i.e. Nè ulla quidem earum desiderabitur: q. d. Nullæ peribunt; non requirentur, ut oves perditæ requiri solent à pastoribus [l]. *Nec desiderabitur* aliquid ex eis, Ti. *Nullus quæretur*, &c. G. ex Vulg. i. e. diutissimè vivent. Vide Esa. 65. 20 [m]. Sed neque verba hanc expositionem ferunt, nec diutiùs vixerunt Judæi post reditum quàm ante eum [n]. *Non desiderabuntur* hîc ulli qui non veniant ad Messiam. Non erit particularis hæc liberatio & reductio, sicuti fuit in Templo secundo, ubi decem Tribus non sunt reversæ, neque ex tribu Juda omnes, &c [o].

5. *Dies veniunt*] Venient post annos ferme 200 [p]. ¶ *Et* (vel, *ut*, Ti. *quibus*, JT. Pi.) *suscitabo* (vel, *excitem*, Ti.) *David* (vel, *Davidi*, P. JT. G. &c. *ipsi David*, Mo.) *germen justum*] Ità Mo. M. P. Id est, vel, 1. Zorobabelem, qui צמח (*germen*,) ut hîc, appellatur & Zac. 6. 12. nimirum, quòd velut surculus renatus esset ex arbore Davidis quasi præcisa: qui & *justitiæ* nomine commendatur Zac. 9. 9 [q]. Vel, 2. Messiam [r]; de quo hîc agi nemini dubium est †. Non Zorob. sed Christum, hîc intelligi docent, 1. Quòd simpliciter & absolutè *justus* dicitur. 2. Quòd nomen *germinis* Christo in promissionibus appropriatur. Vide Esa. 4. 2. & 11. 1. & 53. 2. Zach. 3. 8. & 6. 12. 3. Quòd *Rex* dicitur, qui passim Messiæ titulus. Vide Psalm. 2. & 45. & 72. &c [r]. Nomen quidem *Regis*, & Regni insignia, non sumpsit fibi Zorobabel, licet à suis pro Rege cultus fuit, quantum res ferebant, vera quippe Davidis progenies: ideóque Rex appellatur, Zac. 9. 9. & Jer. 33. 17. figuram gerens Christi satis manifestam [v]. Resp. 1. Non ideo Rex erat Zorob. sive quia ex Davide ortus erat, sive quia figuram Christi gessit: neque enim omnes tales Reges erant. 2. Non de Zorobab. sed de Christo, agitur Zac. 9. 9. ut patet ex Matt. 21. 5 [x]. 3. Zorobab. in S.S. vocatur פחה, *præfectus*, *gubernator*, Hag. 1. 1. Mal. 1. 8. nusquam, *Rex* [y]. 4. Quòd hic Rex dicitur *justitiam & judicium facturus*, idque *in terra*: id quod Regnum œcumenicum designat. 5. Quòd sub hoc Rege promittitur *Judæ salus*, & *Israeli secura habitatio*: quæ certè sub Zorobabele non fuit, &c. 6. Quòd item vocatur *Dominus justitia nostra* [z]. [De quo plura ad vers. seq.] 7. Quòd ipsi Judæi ad Messiam hoc referunt [a]. Ità Chald. *Suscitabo Davidi Messiam, qui justus est*. Et Talmudici in Bava Bathra, cap. 5. fol. 75. 6. *Messias, de quo scriptum est* Jer. 23. 6. Idémque dicunt Midras in Psal. & Echa Rabba in Thren. 1. 16. Ità K. & Abarb [b]. Ità & Bereschith Rabba super Gen. 25. 6. Adde quòd Rabbini, apud Raimundum Martini in Pugione fidei, part. 2. cap. 11. ex hoc loco sic disputant adversùs Christianos; *Judæi hîc salvandi dicuntur in diebus Messiæ*, &c. *quum in diebus Jesu gravissimè dissipati sint*, &c. 8. Ex συνοχῆ cum superioribus, quam sic tradit Hieronymus: *Abjectis*, inquit, *pastoribus Synagogæ, Scribis & Pharisæis, & salvatis reliquiis ex Israel, Apostolisque—constitutis, inducitur Pastor pastorum, & Princeps principum*, &c [c]. Confirmat hîc Propheta quod nuper promisit de Ecclesiæ instauratione, & pastorum fidelium exhibitione, proponendo illis unicum illum Pastorem in quo fœdus Dei omnésque promissiones fundantur, 2 Cor. 1. 20. Et hinc solenne est Prophetis, quoties populo spem salutis facere volunt, adducere in medium adventum Messiæ; quià nihil salutis sperandum erat nisi in Mediatore promisso. Hunc *justum* vocat per antithesin ad reliquos Davidis successores, qui ferè omnes fuerunt degeneres & fœdifragi, & scelestis suis moribus fœdus Dei evertere conati sunt. Hunc *Davidi* excitandum dicit, ut significet Deum non Judæos respicere, qui indigni erant, sed Davidem, pactúmque cum illo ictum [d]. ¶ *Et regnabit rex*] q. d. Erit verus Rex, non tyrannus *. Latissimè regnabit. Quoties enim verbo jungitur conjugatum nomen, multùm intenditur significatio. Sic Esa. 5. 6. *nè pluat super ipsum pluvia*, multa scilicet; Jer. 12. 1. *prævaricantes prævaricationem*, i. e. maximè prævaricantes. Quare etiam K. ex his verbis probat Messiam toto orbe regnaturum [f]. Nomen *Regis* consultò addit, q. d. magnificè regnabit, ut non tantùm appareant reliquiæ aliquæ pristinæ dignitatis, sed ut Rex floreat, vigeat, &c [g]. ¶ *Et*, &c. והשכיל] *Et prosperè* (vel, *prudenter*, Calv. Ti. &c.) *aget*, P. Calv. nam שכל utrumque significat †. ¶ *Et faciet judicium & justitiam*] Non tantùm quia defendit & adjuvat innoxios, & compescit improbos, (sicut terreni Reges faciunt:) sed *exercet justitiam*, quia regenerat nos Spiritu suo; & *judicium*, quia frænum injicit Diabolo [h].

6. *In diebus illis*] Heb. *illius*, nempe Messiæ [i]. Quamdiu manebit ille Rex; h.e. in perpetuum. Complectitur totum Christi regnum ab initio ad finem: ideo non mirum si de perfecta felicitate loquatur, cujus duntaxat primitiæ nunc apparent [k]. ¶ *Salvabitur*] Ab hostibus spiritualibus [l]: tutò vivet, ut sequentia explicant [m]: solidam felicitatem adipiscetur [n]. ¶ *Juda*] i.e. Duæ Tribus [o]. ¶ *Et Israel*] i.e. Decem Tribus *. *Juda & Israel* hîc idem significant, nempe populum Dei, ut Jer. 33. 16 [p]. ¶ *Habitabit confidenter*] Id est, tranquillis animis; quod in beata vita primum est. Vide Rom. 5. 1 [q]. ¶ *Et hoc*, &c. וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו] *Et hoc* (sub. *est*, P. JT. &c.) *nomen ejus quo* (vel, *quod*, Mo. P.) *vocabit*, vel *vocabunt*, *eum*, (sub. *unusquisque*, Pi. vel, *Israel*, JT. vel, *Deus*, Q. in Angl. vel, *quo vocabitur*, Ang. sim. Ca. ut indefinitè sumatur [r],) *Dominus justus noster*, P. vel, *justitia nostra*, Mo. M. Ti. JT. Pi. Ca. Sy. &c. *Eum*. Quem? Respond. Populum. Confer Jer. 33. 16. qu. d. Deus nobis *bene fecit*: nam צדק Hebr. sæpe est *beneficentia*: neque aliter hîc sumpsit Chaldæus †. Non ineptè possit hic titulus tribui Israeli, qui Christo unitus est, 1 Cor. 6. 17. ut hîc profiteantur se Christum habere pro justitia sua [t]. Sed hæc Grotii glossa contorta est. Non populus, sed *germen*, est materia

Marginal notes (left column): f G. | † Calv. | g Calv. | h G. | i Calv. | k Jun. | l Ang. | m Me. | n V. | o Calv. | p T. sim. Me. | q G. | r Calv. | † G. sim. V. | t G. | v G. | x Me. sim. Ti. | y Calv. | z Me. sim. T. | a T. | b Me. | c T. | d G. | * Calov. | f Calv. | g G. | h Abarb. in Buxt. vind. 2. 13. 992. | i Calov. | k Abarb. in Buxt. ib. | l V. | m G. | n Calov. | o Abarb. in Buxt. ib. | p G. | q G. | r M. et Ch. Pi. Calov. BA. Ang. Calv. | † Calv. | r Calov.

Marginal notes (right column): v G. | x Calov. | y BA. 1. 2. 17. 217. | z Calov. | a BA. Ci. lov. | b BA. ib. | c Calov. | d Calv. | * V. | f BA. ib. | g Calv. | † Calv. | h Calv. | i T. et Ch. Me. | k Calv. | l Pi. Ang. | m G. | n Calv. | o Me. T. Calov. | p Idem. | q Ang. | † Calv. | r Ang. | † G. | t Ang.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

materia substrata hujus prophetiæ; is, scilicet, cujus ortus & prosapia, Regnum, virtutes, subditi, hîc describuntur. De hujus ergò, non illius, nomine agendum erat. 2. Nomen *populi* non præcessit. 3. Num aliis justitia est populus Judaicus? 4. Tunc dixisset, *Jehovah justitia*, non, *nostra*, sed, *ipsorum*. Adde quòd de Christo hoc unanimiter acceperunt & Patres, & ipsi Rabbini. 5. Nomina hæc alibi Christo tribuuntur. Dicitur *Deus benedictus*, Rom. 9. 5. &, *justitia nostra*, 1 Cor. 1. 30. Confer Esa. 45. 24 [v]. Ostenditur ex hoc loco Divinitas Christi [x]: tum, quia dicitur *Jehovah*, quod nomen soli Deo proprium est [y]; *quod*, ut dicit R. Moses [Maimon.] *significat Divinam essentiam per se, sine ullo respectu ad creaturam*, ideóque est prorsus incommunicabile: tum, quia illi tribuitur quod Deo proprium est, nempe, justificare impium [z]. Redemptionem promiserat, hîc Redemptorem describit; eúmque fore pronunciat & Deum, *Jehovam*, qui etiam, quatenus est Deus, nos justificat, regenerat, &c. & hominem, filium Davidis: deinde eum ait esse *justitiam nostram* [a], i. e. authorem justitiæ nostræ [b]. Vide Dan. 9. 24. 1 Cor. 1. 30. 2 Cor. 5. 21 [c]. *Vocabunt*, &c. q. d. Fideles Christiani, ut suam in Christum declarent fiduciam, & gratitudinem, assiduò de illo decantabunt, Hic est Deus, qui nos justificabit, & redemit, nempe morte suâ [d]. Al. Non vult Christum ità vocandum, sed revera talem futurum. Nam *vocari* sæpe Hebræis idem quod *esse* *.

[v] Calov. [x] L. M. [y] M. sim. L. [z] L. [a] Calv. [b] Pi. [c] Ang. [d] T. * Me.

7. *Propter hoc*, לָכֵן] *Idcirco*, JT. Pi. &c. *Propterea*, G. ¶ *Non dicent ultrà*, (nempe in jurando [f],) *Vivit*, &c.] Vide suprà 16. 14. Sæpe eadem dixit Propheta, quò magis dicta hærerent animis [g]. Significat secundam redemptionem esse longè excellentiorem priore. Unde constat Prophetam non tantùm liberum populi reditum respicere, quanquam ab eo intium faciat, sed totum Christi regnum complecti: alioqui non constaret effectus & veritas hujus promissionis; quum pauci tantùm reversi sunt, qui etiam vexati, & crudeliter tractati, sunt, &c [h]. Beneficium ergò illud incomparabiliter minus erat eductione ex Ægypto, in tot miraculis, & tanta multitudine, &c [i]. Agitur hîc de Ecclesia Christi, quæ *Israel* & *Juda* vocatur phrasiologiâ propheticâ, quia olim Gentes collectæ sunt ad *politiam Israel*, Eph. 2. 12. Porrò, ut *Canaan* notare solet Ecclesiam: ità constitutio *in terra Aquilonis aliisque exilii locis* notat statum in quo versamur ante conversionem, & designat projectionem à Deo. Sed & Judæi prisci agnoverunt hæc respicere *reductionem per Messiam præstandam*, quæ est substantia istius egressûs ex Ægypto, ut typi substantia est antitypus, uti habetur in libro Berachoth Babylonico, &c [k].

[f] Pi. Calv. [g] G. [h] Calv. [i] L. [k] Calov.

9. *Ad*, &c. לַנְּבִאִים נִשְׁבַּר וגו'] *Propter prophetas* (vel, *pseudo-prophetas*, Ch. *Quod ad prophetas ipsos*, JT. *Ad prophetas* quod attinet, Pi.) *contritum est cor meum*, Mo. M. P. Ch. G. &c. *Prophetas* vocat, sicut antea, *pastores*, qui tales credi volebant, κατ' φαῖον, (*secundum apparentiam*.) Dicit, his & sequentibus verbis, se mirari illorum impudentiam qui se venditârunt nomine ad se nihil pertinente, tantùm ut populo palpum obtruderent, ac vitia nutriendo se nutrirent: quo nihil est sceleratius [l]. Ob hos turbatum se dicit, quia gravius judicium illos manebat [m], tanquam authores scelerum, &c [n]. *Ad prophetas*: (sub. dirigitur hæc prophetia [o]; ut sit tituli vice [p]:) *Contritum est*, &c. Vulg. *In prophetis*. *Contritum*, &c. ο'. *Quoad prophetas*, &c. Ar. *Contra prophetas*. *Contabescit*, &c. Strig. ¶ *Contremuerunt*, &c. ità Sy. רָחֲפוּ וגו'] *Motitârunt omnia ossa mea*, Mo. *Commota* (vel, *Concussa*, Calv. Ar. vel, *Luxata*, Calv.) *sunt*, &c. ο'. M. P. Calv. *Fluctuârunt*, &c. Ti. *Eliduntur*, &c. JT. *Colliduntur*, &c. Pi. *Vacillant*, &c. Ca. *Contremiscunt*, metu scilicet futuri judicii [q]. Verbum hîc tantùm occurrit, & Gen. 1. 2. Deut. 32. 11 [r]. ¶ *Et quasi homo madidus à vino*, וּכְגֶבֶר עֲבָרוֹ יָיִן] *Et veluti vir* (sub. *quem*, P. Ti. &c.) *pertransivit* (vel, *superat*, JT. sic Sy. Ang. *incendit*, Ti. *insanum facit*, Ch. *turbat*, Ca. *demersit*, Pi.) *vinum*, P. M. sic Calv. Mo. &c. ut fluctus in mari, Psal. 42. 8. Jon. 2. 3 †. Potu demersus & obrutus [t]. Ebrietas instar sepulchri hominem tenet oppressum [v]. Vel, *nutans à vino*, Strig. q. d. Planè obstupesio, considerans iram Dei, & illa quæ Deus vobis justissimè minatur [x]. His figuris ostendit, horribile fuisse portentum, prophetas adeò socordes fuisse, ut verbum nullum facerent quum viderent impietatem adeò grassari, &c [y]. ¶ *A facie Domini*, &c.] i. e. Propter Jehovam ejúsque honorem; *& propter verba sua sancta*, quæ isti contemnunt ac blasphemant [z].

[l] G. [m] Calv. [n] Ang. [o] Me. [p] V. [q] V. [r] Ang. † Ang. [t] Calv. sim. Ang. [v] Calv. [x] G. [y] Calv. [z] V.

10. *Quia adulteriis*, &c.] Sub his omnià alia scelera comprehendit [a]. Dum illi qui se Prophetas falsò dicunt ad vitia connivent, & propter Terram ac Templum Domini omnia pollicentur prospera, depravârunt omnium mores [b]. Al. Exaggerat prophetarum torporem, quòd obmutuerint quum necessitas loquendi ipsos stimularet, quum omne scelerum genus grassabatur. Vide quàm detestetur Deus hanc ignaviam in Ministris, dùm connivent ad scelera, eáque securè prætereunt, &c [c]. ¶ *A facie*, &c. כִּי מִפְּנֵי אָלָה] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quamvis*, Angl.) *propter exsecrationem*, Ti. JT. Pi. sim. Strig. Ang. Vulg. nempe Dei super terram. Confer Esa. 24. 6. q. d. Quamvis conspicua sint vindictæ & maledictionis Dei indicia [d]. Al. ob maledicta & blasphemias Judæorum (vel, pseudo-prophetarum *,) in Deum [f]. Vel, *juramentum*, M. *falsum juramentum*, P. sic G. *perjuria*, Ca. sim. Mo. Calv. אָלָה, propriè *jusjurandum*, hîc accipio pro omnibus fallaciis ubi nomen Dei interponitur [g]. ¶ *Luxit* (vel, *luget*, JT. Pi. &c. vel, *desolata est*, P.) *terra*] Ità Mo. M. &c. Ob sterilitatem [h]. Prosopopœia, quâ torporem hominum redarguit [i]. ¶ *Arefacta*, &c. יָבְשׁוּ נְאוֹת וגו'] *Aruerunt* (vel, *Erubescunt*, Ca. [acsi punctatum esset יֵבֹשׁוּ]) *pascua* (vel, *amœna loca*, Mo. *caulæ*, JT. Pi. *speciosa*, M. Ti. Calv. *habitacula*, i. e. caulæ adjacentes locis pascuosis [k]: *stationes*, Ca.) *deserti*, P. sic Strig. &c. Campi omnes erunt sine fruge [l]. Non tantùm in planitie, & locis frequentatis, conspicua est ira Dei; sed & in montibus, ubi tantùm versantur pastores cum gregibus: & interea sibi blandiuntur homines, etiam illi qui erant ora Dei, &c. & obmutescunt [m]. ¶ *Factus*, &c. וַתְּהִי מְרוּצָתָם רָעָה וּגְבוּרָתָם לֹא כֵן] *Et fuit* (vel, *Estque*, P. JT. Strig. *Et factus est*, ο'. *Et quia factus est*, Pi. *Adeò est*, Ca. *Tamen est*, Angl. q. d. Quamvis maledictio Dei terræ incumbat [n],) *cursus* (vel, *concussio*, JT. *negotiatio*, Sy. *clades*, Ti.) *eorum* (vel, *cursus vitæ quem tenent*, Strig. Intelligit omnia studia, & omnes actiones, & ipsum vivendi institutum, sive finem [o]. Vel, *cursus*, i. e. prophetatio, *istorum*, nempe pseudo-prophetarum. Meton. effecti destinati. Confer infrà v. 21 [p].) *malus*, Mo. Calv. &c. (vel, *pravus*, Strig. *mala*, Ti. *pessima*, JT. Sy. Sensus, vel, 1. Currunt effrænes & præcipites in omne malum [q]: vel, 2. Ibunt ad corvos [r].) *& fortitudo*, vel *potentia*, (vel, *dominatus*, Pi. *gubernatio*, Strig. *robur*, V. Calv. i. e. favor†,) *eorum* (nempe sacerdotum. Hæc utriusque membri expositio colligitur ex collatione vers. seq [t].) *non* (sub. *est*, Strig. Ang. &c.) *sic*, Mo. Ità כֵּן sumitur Psal. 1. 4. Prov. 1. 19 [v]. h. e. Non talis qualem esse oportuit, aut Deus præscripsit [x]. Vel, *eadem*, Ar. vel, *firma*, Ti. vel, *recta*, sive *rectus*, P. M. Pi. G. Angl. ex He. Ità כֵּן sumitur Num. 27. 7. Prov. 15. 7. quin & Jer. 8. 6 [y]. Vel, *directa*, Strig. Potiùs favent falsitati quàm veritati [z]. Viribus quas habent malè utuntur; ideo eis eripientur illæ vires [a]. Quare tunc clamandi tempus erat, nisi prophetæ plusquam perfidi fuissent [b]. Al. *& potestas iniqua*, Ca. *& potentia istorum iniquissima*, JT.

[a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] Ang. * T. [f] Me. T. [g] Calv. [h] V. [i] Calv. [k] V. [l] G. [m] Calv. [n] Ang. [o] Calv. [p] Pi. [q] T. [r] G. † V. [t] Pi. [v] Ang. [x] Q. in Ang. [y] Ang. [z] V. [a] G. [b] Calv.

11. *Propheta namque & sacerdos polluti sunt*; sic ο'. sim. Ca. חָנֵפוּ] *Hypocritæ fuerunt*, Mo. Ti. sim. Pi. V. Malim, *profani sunt*. Vide ad Esa. 9. 17. & 32. 6 [c]. *Peccaverunt*, P. *impiè egerunt*, Sy. M. Calv. G. *impiè agunt*, V. *contaminaverunt sese*, Ar. *suffurati sunt vias suas*, Ch. *contaminant* eam, JT. [nempe *terram*.] *Sunt callide improbi*, privatim & publicè mali; facto & exemplo Ecclesiam vulnerant [d]. Silent & connivent ad scelera, quia sibi sunt malè conscii. Unde enim libertas, nisi ex bona conscientia? *Qui alios accusat sibi legem indicit*, ait Cicero *. ¶ *In domo mea* (i. e. in Templo [f], in ipso sacro munere [g],) *inveni* (vel, *invenio*, Ti. JT. &c. *deprehendi*, Ti. Ca. *vidi*, ο'. Ar. *revelatum est coram me*, Ch.) *malum* (vel, *malitiam*, Ti. *malignitatem*, Sy. *scelus*, Ca. sim. ο'. Ar.) *eorum*] Ità Mo. sic P. M. &c. Nempe idololatriam [h], superstitionem [i], corruptionem doctrinæ & cultus

[c] Ang. [d] Strig. * Calv. [f] V. G. Ca. Pi. [g] Calv. [h] V. O. [i] Ang.

cultûs Dei, nundinationes prætextu sacerdotii exercitas [k], fraudes & rapinas, & prostibula juxta eam ædificata [l]. Religio illis nihil aliud est quàm occasio turpis lucri, aut quæstûs, aut dominationis [m].

12. *Via eorum erit quasi*, &c. כְּחַלַקְלַקּוֹת בָּאֲפֵלָה יִדַּחוּ וגו'] *Tanquam lubricitates* (vel, *lubricissima*, JT. Angl. vel, via *lubricitatum*, Angl. Vox *via* suppletur ex membro præced. ut alibi sæpe [n]. Vel, *lubricitas*, Ti. vel, *lubricum locum*, Ca.) *in*, vel *cum*, *caligine*, Mo. JT. M. Ca. *impellentur*, Mo. vel, *in qua impellantur*, JT. *in qua vexati*, Ca. Al. *Tanquam lubrica* itinera, *in caligine impellentur*, P. *quasi lubricitates*, Calv. Pi. *in caligine impingent*, Calv. vel, *quasi caligo*; *impellentur*, Pi. Sensus est, Impingent, lædentur, corruent in mille calamitates [o]. Qui nocte in via lubrica ambulat, fieri non potest quin sæpe cespitet, tandem & cadat †. Sic illi pseudo-prophetæ experientur suo malo quàm falsa prædixerint *. Per *viam* intelligit rationes, quas putabant bene esse compositas: ut alibi *mensa* vocatur quicquid delectabile est aut necessarium. Sensus est, Ubi visi fuerint cepisse utile consilium, & omnia prospere habere, tunc sentient se in lubrico versari [p]. Vel, *Via* hîc est impia doctrina, quæ venustissimè comparatur tenebris & lubricæ viæ [q]. ¶ *Annum visitationis*] Id est, punitionis [r]. Tempus opportunum ad ipsos puniendos †.

13. *Et*, &c. וּבִנְבִיאֵי וגו'] Hic versus cum sequente junctim legendus est: quia dubium non est quin Propheta hîc comparet pseudo-prophetas Israeliticos cum Judaicis; & hos illis longè deteriores pronunciat [t]. ו multos usus habet in lingua Hebræa: hîc valet, *quidem* [v]. *In prophetis quidem Samariæ*, JT. Pi. G. Angl. sim. Strig. h.e. decem tribuum, quæ abierant in captivitatem propter idololatriam [x]. *Et in prophetis*, &c. Mo. P. sim. M. Ca. *Ut in prophetis Samariæ*, Sy. sim. Me. ¶ *Vidi* (vel, *video*, Ca. *videram*, JT. olim [y],) *fatuitatem*; ità Calv. V. sim. Strig. G. תִּפְלָה] *Impietatem*, Ch. simil. ο'. Ar. *mendacium*, Sy. *absurditatem*, Ca. *insulsitatem*, JT. Pi. *insulsa*, P. *rem insulsam*, M. V. simil. Mo. i. e. omni ratione carentem, & absurdam admodum [z]: stoliditatem, quæ intelligenti molesta est, ut res insulsa gustanti [a]. ¶ *Prophetabant in Baal*, (i.e. Proponebant populo prophetias quas dicebant esse de Baal [b],) *& decipiebant*, &c.] Vel, *Nam vaticinantes nomine Baalis deceperunt*, &c. G.

14. *Et*, &c. וּבִנְבִאֵי וגו'] *At in prophetis Jerus.* Pi. G. JT. Calv. Angl. *Ità in prophetis*, &c. Me. sim. Sy. ¶ *Vidi*, &c. רָאִיתִי שַׁעֲרוּרָה] *Vidi* (vel, *deprehendi*, G.) *turpitudinem*, Mo. sim. P. M. Ca. vel, *stultitiam*, Sy. *pravitatem*, Ch. *abominationem*, Strig. *rem horrendam*, JT. Pi. sim. ο'. Ar. *res horrendas*, i. e. multò plus habentes malitiæ [c]. q. d. Non tantùm insulsi erant & fatui, ut illi Israelitici, quos tamen superbè damnabant; sed conspirârunt datâ operâ adversùs Deum, erántque manifesti hostes, non tantùm pietatis, sed legum omnium [d]. ¶ *Adulterantium*, &c. נָאוֹף וגו'] *Adulterare, & ambulare in mendacio*, Mo. *Adulterantes*, &c. ο'. sim. Ar. Sy. *Adulteria committunt, & ambulant*, &c. P. sim. M. Ti. *Adulterando*, &c. JT. Calv. *Dum adulterantur*, &c. Pi. Hominum *adulterantium* veritatem, *& ambulantium in mendacio*. Tantò pejores sunt, quòd non in Baalis, sed in meo, nomine fovent vitia *. Potest hoc ad populum referri, q.d. Si quis sit adulter, aut fraudulentus, horum patrocinium suscipiunt, &c [f]. ¶ *Et confortaverunt*, &c. וְחִזְּקוּ וגו'] *Et* (vel, *Item*, Pi. vel, *Quod*, JT.) *roborant*, vel *confirmant*, *manus improborum*, Calv. sim. Mo. P. M. JT. Pi. V. &c. (i. e. favent hominibus facinorosis [g], eos in improbitate confirmantes [h]: dabant ipsis plus audaciæ & fiduciæ, ut liberiùs peccarent [i]: blanditi sunt vitiis, omnia prospera promittentes, propter Templum, domum Davidis, &c [k].) *ut non revertantur*, &c. M. JT. &c. Atque eo modo multorum impedierunt conversionem: quo genere hominum nullum est exitialius. Vide 2 Tim. 3. 6 [l]. [Ti. hunc versum cum præcedente sic reddit, *Eandem stultitiam insulsam quam vidi apud prophetas Samariæ—apud prophetas quoque Jerus. vidi*, &c.] τὸ *ne revertantur* ad explicationem additum est. Nam vel Dei metus, vel hominum verecundia, frangit impiorum audaciam: ubi autem confirmantur, tunc perrumpunt, & sese obdurant ad obstinationem [m]. ¶ *Facti sunt mihi—ut Sodoma*, &c.] i. e. Æquè abominabiles, ideóque pari pœnâ plectendi [n]. Et de sceleribus intellige, & de pœnis; q.d. Non plus sperandum est [illis] veniæ quàm Sodomitis [o]. Non pluris eos facio quàm Sodomitas, homines, non errore aliquo, sed, destinatò malos [p].

15. *Cibabo eos absinthio*, &c.] Vide suprà 9. 15 [q]. i. e. Persequar eos omni genere pœnarum. Nihil nisi venenum tam in cibo quàm in potu reperient [r]. ¶ *A prophetis—egressa est pollutio*, &c.] Illi enim adulando vitia propagârunt †.

16. *Nolite audire*, &c.] Durum hoc videtur & difficile, quòd populum vetat tales audire; id quod graviter perturbare potuit animos simplicium. Sed Lex Dei eos satis dirigere potuit, modò nè oculos clauderent: & Deus nunquam electos suos destituit spiritu judicii & discretionis, quo inter veros falsósque Prophetas discernant [t]. ¶ *Et decipiunt vos*, מַהְבִּלִים הֵמָּה אֶתְכֶם] *Faciunt vanescere vos*, P. sic Calv. V. h. e. vos infatuant [v]. *Vanitatem enim ipsi docent vos*, M. *Qui vos frustrà habent*, Ca. *Vanos reddunt vos*, Ti. V. h. e. Verbis vanis & fallacibus seducunt vos [x]. *Vanos efficiunt isti vos*, JT. Pi. ¶ *Visionem cordis sui loquuntur*] Id est, quam ipsi excogitârunt [y]. Loquuntur quod ipsis visum est [z].

17. *Dicunt*] Heb. *Dicunt dicendo*, Calv. i.e. Loquuntur constanter [a], & indesinenter [b]. Promittunt, & quidem impudenter †. ¶ *Locutus est Dominus*] Volunt igitur censeri Spiritûs Sancti organa, quum nugas proferunt [c]. ¶ *Qui ambulat in pravitate cordis sui*] i. e. Omnibus qui vivunt pro libitu suo [d].

18. *Quis*, &c? כִּי מִי עָמַד בְּסוֹד וגו'] *Quis enim* (sub. *præter nos*, Pi. ex collat. v. 22 *.) *stetit* (vel, *interfuit*, Strig. Sy. simil. Ar. vel, *stet*, Ti. ut minister coram Rege [f],) *in secreto* (vel, *in consilio*, M. *in consilio arcano*, Ti. vel, *in arcano*, i. e. in loco in quo arcana consilia sua tractat Dominus [g],)—*& vidit, & audivit verbum ejus*? Mo. P. Sunt verba, vel, 1. Jeremiæ [h], exprobrantis falsis doctoribus incuriam, quia ad Dei sermonem non attendunt, &c [i]. q.d. Cui ex pseudo-prophetis revelata sunt arcana Dei [k]? Ex conjectura, non ex revelatione, loquebantur. Conjecturæ autem si in Regum consiliis, quantò magis in consiliis Dei hominem fallunt? Similis est huic loco ille ad Romanos, cap. 11. 34, 35. contra Judæos, qui solâ conjecturâ de voluntate Dei pro certo affirmabant, nolle Deum homines incircumcisos, sed pios, ad vitam æternam admittere [l]. *Quis*, nempe de prophetis sic loquentibus [c]? q.d. Nullus profectò [d]; sed quæcunque prophetant, ex se confingunt *: non possunt res futuras divinare [f]. Vel, 2. pseudo-prophetarum [g], sive Epicureorum contemnentium vocem ministerii in Ecclesia [h]. *Quis*, nimirum alius præter nos? Eclipsis in hoc genere locutionis frequens, ut Prov. 30. v. 4. Sic Jeremiæ aliisque bonis Prophetis suam ordinariam dignitatem & authoritatem objecerunt, ut suprà cap. 18. v. 18 [i]. Al. Per subsannationem sic loquuntur de veris Prophetis vindictam Dei denunciantibus; q. d. Quid? isti denunciant famem, pestem, &c. quasi essent Angeli de cœlo missi: profitentur se esse præcones Dei, testes arcani consilii ejus. Sic decebant nebulones isti, ut sopirent conscientias, *He, quis stetit*, &c? *an steterunt illi*, &c? *quis audivit? quis vidit?* omnia hæc sunt incerta: non est quod metuatis, indulgete vobis, &c [k]. [Ch. locum sic reddit, *Non enim steterunt ut revelaretur sibi secretum à facie Domini*, &c.]

19. *Turbo*, &c. סַעֲרַת יְהוָה חֵמָה] *Turbo*, vel *Tempestas*, (vel, *Procella ingens*; λαίλαψ, χειμὼν, κλύδων quibus verbis verti solet סער [l]:) *Domini excandescentia*, Mo. vel, cum *furore*, P. M. Ti. Ar. Sy. &c. vel, & *ira*, &c. ο'. *Turbo*, q. d. subitò, & præter spem [m]. ¶ *Et*, &c. וְסַעַר מִתְחוֹלֵל וגו' יָחוּל] *Et* (sub. *quidem*, Pi.) *turbo imminens*, vel *impendens*, (vel, *erumpens*, M. *permanens*, JT. Pi. *sese intorquens*, Ti. *immanans*, V.) *super caput impiorum manebit*. Mo. sim. JT. Pi. vel, *cadet*, P. Calv. *sese demittet*, Ti. *residet*, M. *residebit*, Ch. *requiescet*, Sy.

20. *Non revertetur*, &c.] Cassus & inanis, non peractâ ultione [n]. Non reflectet cursum suum [o]. Non cessabit, non discedet à vobis [p]. Similitudo à nuncio sumpta. Sic ἐπιστρεφέτω ponitur Matt. 10. 13 [q]. ¶ *Usque dum compleat*

k Calv. l Me. m Calv. n Ang. o T. † G. sim. Calv. T. * G. p Calv. q Strig. r Me. † Calv. t Calv. v G. x V. y Ang. z V. a Pi. b V. c G. d Calv. * G. f Calv. g V. h Ca. i Calv. k G. l Idem.

m Calv. n T. Me. o Calv. p G. q G. Me. r Calv. † G. t Calv. v Calv. x V. y Pi. z G. a V. b Pi. † Calv. c Calv. d V. * Pi. et Jun. f Pi. sim. Ang. g V. h Q. in Calv. Pleriqueque in Ang. i Calv. k V. l G. c Me. sim. Mar. d T. Me. * T. f Me. g Q. in Ang. sic Calv. Jun. Pi. h Strig. i Jun. k Calv. l G. m Me. n T. o Calv. p Me. q G.

10 20 30 40 50 60 70

compleat (vel, *stabilierit*: ad exsecutionem hoc refertur[r]:) *cogitationem cordis sui*] i. e. Consilium ejus certum & stabile †. Donec opere compleverit id quod decrevit*. q.d. Deus seriò loquitur, non ut homines,quorum lingua sæpe mentem præit. Sermo propheticus certum est testimonium arcani ejus consilii; non varius est: nihil in sermone ejus frustratorium est. Nè ergò putetis levem hanc fore castigationem, quæ citò pertranseat[t]. ¶ *In novissimis diebus*] Sim. Mo. P. Calv. *Post hosce dies*, Heb. *In extremitate*, sive *consequentia, dierum*, Pi. *Tandem*, JT. G. Ubi tempus venerit[v]: tempus quod Deus iræ suæ destinavit, quando janua clausa erit[x]. ¶ *Intelligetis*, &c. תִּתְבּוֹנְנוּ בָהּ בִּינָה] *Intelligetis* (vel, *considerabitis*, Angl. *percipietis*, M.sim.Ar. *animadvertetis*, Sy. JT.Pi.) *hoc* (vel, *eam*, P. V. i. e. hanc prophetiam[y]; vel, *istud*, Pi. vel, *de hac re*, M. vel, *ejus*, Ti. vel, *in ea*, Mo. sub. *prophetia*. Relativum pro antecedente[z]. Vel, *hujus rei*, Calv.) *intelligentiâ*, Calv.P. vel, *intelligentiam*, Mo. Ti. Calv. M. *intelligendo*, Ch. vel, *exactè*, Pi. vel, *animadversione*, JT. vel, *ex intimo corde suo*, Ar. vel, cum *intelligentia*, sive *consideratione*, Angl. q.d. Certissimè & vehementissimè sentietis[a]. Re ipsâ sentietis & experiemini Dei vindictam[b]. Insultat eorum socordiæ; q.d. Intelligetis, sed serò, Deum non frustrà locutum esse, & pœnas pertinaciæ dabitis[c]. Tum demum intelligetis, vel considerabitis, hanc prophetiam de captivitate, cùm impleta fuerit[d]. [Strig. verba sic reddit, *Postea re ipsâ hæc comperietis*.] Tandem plenè intelligetis & considerabitis quod jam non credetis*.

21. *Non misi*, &c.] q. d. Ego unus sto ex opposito adversùs multitudinem, &c. Sed nè fallat vos hæc comparatio: nam Deus me misit, non illos[f]. ¶ *Non loquebar ad eos*] Non instruxi eos ullis mandatis. Pertinet hoc ad exsecutionem; ut *mittere*, ad vocationem. Videmus semper necessariò requiri vocationem, non modò externam, sive ab hominibus, sed & internam, à Deo, ut quis sit Pastor, &c*.

22. *Si*, &c. וְאִם עָמְדוּ בְּסוֹדִי וְיַשְׁמִעוּ] *Et si* (vel, *Quod si*, JT. Ca. Calv. *Nam si*, Pi.Angl. *Sed si*, Ang.) *stetissent* (vel, *adfuerunt*, Ca.) *in secreto*, vel *consilio*, *meo*, Mo. P. Calv. &c. (i. e. si admissi fuissent in locum in quo tracto consilia mea & arcana[g]: si à me revelationes accepissent[h], ut scil. jactant, suprà vers. 18[i]. Cùm pseudo-prophetæ contemptim objicerent Prophetis Dei, ipsos *non stetisse in consilio* Dei, nunc retorquet adversùs eos, *Si stetissent*, &c. qu. d. Detrahunt fidem servis meis. Sunt tamen aliqui Prophetæ: si ipsi velint haberi tales, probent. Quæ erit vera probatio? *Si stetissent*, &c. Legem docuissent, &c[k]. Al. *Si enim consilio meo usi essent*, Strig.) *&* (vel, *certè*, sive *utique*, Calv.JT. Pi. V. Ità ו reddendum[l], aut redundat[m].) *audire fecissent* (vel, *pronunciaturos fuisse*, JT. vel [neglecto ו] *nuncient*, Ca. *nota fecissent*, P.) *verba mea populum meum*, vel, *populo meo*, Mo. Ti. G. ex Vulg. sim. Pi. &c. (i.e. & mea mandata eloquuti essent, nihil addendo aut demendo[n]. q.d. Si fuissent afflati Spiritu meo, aliter docuissent[o]. Hinc probat eos non esse Dei Prophetas, quia non docent Legem, in qua consilium Dei comprehensum est: ità Doctores ex Lege discernendos docet[p].) *& averti fecissent* (vel, *reduxissent*, M. Ti. Calv. *revocaturos*, JT. *revocâssent*, Pi.) *eos à via sua mala*, &c. Mo. Calv. &c. Dedissent, ait, populo ea consilia per quæ, à peccatis sanati, simul & pœnas evasissent[q]. Vel, *haud dubiè aversi fuissent à pravitate & malitia sua*. Argumentum est ab efficacia Verbi, juxta illud Esa.55.11. *Verbum meum non redit ad me vacuum*[r]. Specialis hæc est nota veræ doctrinæ, quòd scilicet ædificat & format homines ad pœnitentiam atque Dei timorem. Vide 2 Tim. 3.16†.

23. *Putásne*, &c? הַאֱלֹהֵי מִקָּרֹב וגו'] *An Deus à propinquo*, &c? Calv.P. sim. Mo.&c. Vel, 1. *tempore*, V. qu. d. An sum Deus novus & recens[t], similis idolis nuper inventis[v]; & non potiùs Deus æternus, & ante mundum exsistens[x]? & antiquus, & cujus omniscientia & majestas vobis nota esse debeat[y]? [Vel, 2. *loco*.] Deus loci propinqui[z] ? qu. d. qui tantùm cernat quæ propè adsunt, hebes & obtuso intuitu[a]? Putásne me tantùm cœlestia (quasi mihi vicina[b]) curare, & non terrestria[c]? utpote nimis dissita[d]. Excusat hypocritis delicias suas. Ideo torpebant in vitiis, quòd putarent se Deum posse fallere*.

24. *Si*, &c? אִם יִסָּתֵר וגו'] *Num* (vel, *Si*, o'.Vulg. *Etiamsi*, Sy. *Aut si*, M.) *occultabit*, vel *abscondet*, *se quispiam*, &c? Mo. P. Ti. &c. *An delitescere potest*, &c? JT. Pi. *Itáne se latebris involvet aliquis, ut ego eum non videam?* G. q. d. Nihil me latet[f]. ¶ *Non cœlum—impleo?*] Tum perspicaciâ, tum efficaciâ; vide Psal.139. 7, &c[g]: non solùm potentiâ & providentiâ[h], sed & essentiâ[i].

25. *Audivi quæ dixerunt*, &c.] Hanc doctrinam sæpe iterat, quia morbus ille non potuit curari levi remedio[k]. ¶ *Somniavi*] i. e. Vidi in somnis visionem propheticam[l].

26. *Usquequo*, &c? עַד מָתַי הֲיֵשׁ בְּלֵב הַנְּבִאִים נִבְּאֵי הַשֶּׁקֶר וּנְבִיאֵי וגו'] *Quousque erit* (vel, *est*, M. Ti. Ch. vel, *est*, sive *erit*, *hoc*, sive *istud*, Ti. Ch.Ang.) *in corde prophetarum* (Significat eos non per errorem, sed meditatò & consultò, labi[m].) *prophetantium* (vel, *ut prophetent*, Ti.) *mendacium*, *& prophetarum* (vel, *ut prophetent*, Ti. vel, *& sunt prophetæ* prophetantes, M.) *doli* (vel, *dolum*, M. Ti.) *cordis sui?* Calv.&c. Sic vocat Deus quicquid excogitant homines quod non acceperint ex ore ejus[n]. *Quousque habebunt in animo vates, falsa animique sui fallaciam vaticinari?* Ca. *Quando desinent tandem prophetæ edere vaticinia*, &c? Strig. Semper illud in mentem venit; Cur Deus hoc permittit, ut veritas misceatur mendacio, &c. an quia eum delectat hic lusus? an quia populi sui salutem negligit? [Huic objectioni occurrit:] *Quousque*? qu. d. Non patiar in perpetuum; tandem vindictam de eis sumam[o]. [Alii aliter vertunt.] *Usquequo?* Mo. P. V. Angl. (sub. *hæc dicturi sunt*, V.sim.Pi. isti falsi prophetæ*. Vel, *Quousque tandem?* JT.Pi. hoc pacto agent? Abrupta locutio, qualis Psal. 6. 4. & 13. 2. &c[p]. Vel, *Usque quando?* Di.) *An* (vel, *Annon*, P.) *est* (vel, *esset*, Pi. sub. *somnium*, JT.Pi.Belg. quod ex verbis præcedentibus & sequentibus subintelligendum est[q]; h. e. somnium Divinum[r];) *in corde* (i. e. vel, illis desiderio & delectationi, ut phrasis sumitur Psal. 40. 9. & alibi; vel, firmiter decretum ab iis, ut Esa. 63. 4†.) *prophetarum* (vel, *prophetarum istorum*, JT.Pi. Angl.) *prophetantium* (vel, *qui prophetant*, Pi. vel, ut semper *prophetantes* sint, Angl. Ellipsis & verbi substantivi, ut Esa.62. 7. *Jerosolymam* (sub. *esse*) *laudem*; Rom.8.29. *conformes*, sub. *esse*: & τῷ *semper*, quod innuitur in præced. *Quousque* †.) *mendacium*, vel *falsum*, &c? Mo. Di. JT. Pi. P. Angl.Belg. Idem est, *An est in corde?* quod v.seq. *An cogitant*[t]? Sensus loci esse videtur, Quousque durabit hæc ipsorum impudentia, &c*? Estne scopus illorum imponere populo meo, &c†?

27. *Qui*, &c. הַחֹשְׁבִים לְהַשְׁכִּיחַ וגו'] *Cogitantium* (vel, *Cogitant enim*, M. *Cogitantes*, vel, *Qui cogitant*, Ca. Pi. Calv. *Qui putant*, JT.) *ad faciendum*, vel *ut faciant*, *oblivisci populum meum nominis mei*, Mo. Calv. M. &c. *per* (vel, *propter*, G. ex Vulg.) *somnia sua*, M.JT. Calv. sim. Mo. P. ex ἐνυπνιασθῶν nugis vaticinia venditantes[v]. *Putantes se oblivioni daturos legem meam*, &c. Ar. *Quorum consilium est, populum meum nomine meo seducere*, &c. Ar. *Quorum consilium huc tendit, ut populum meum somniis suis—in oblivionem nominis mei trahant*, Ti. *An* (vel, *Annon*, P. sub. *inquam*, P. Di.) *cogitant facere ut obliviscatur*, &c? Di. sim. P. ה pro אִם, *an*, ordinariè habet Chateph-pathach, ut [v.præc.] in הֲיֵשׁ: modò tamen simplex Pathach, ut Num. 13. 18, 19, 20. Sensus, Cogitántne inducere plenariam oblivionem nominis mei, &c? Opponam somniatoribus illis veros meos Prophetas, &c[x].

28. *Qui habet somnium*, (nempe Divinum; syn. gen[y]. Cui repugnat, quòd huic somnio opponitur Verbum Dei in sequente membro[z].) *narret somnium*] Vel, ut *somnium*, Angl. sic G. Me. quod vanitate plenum est, Eccles.5.7. vide Zach.10.2†: non, ut revelationem Divinam[a]. ¶ *Et qui habet sermonem meum, loquatur*] Non attenderunt [Interpretes] consilium Prophetæ. Pendet hic versus ex superiore contextu, & Deus respondet huic quæstioni, Quid igitur nobis agendum est, ubi mendacia confligunt cum veritate, & Prophetæ cum Prophetis? Hinc multi occasionem arripiunt socordiæ, ut malint non se fatigare ampliùs, nec quærere quid sit aut

aut velit Deus, quàm se implicare molestis disputationibus. Respondet ergò Deus, q. d. Hoc præjudicio non debet gravari sermo meus. Nè impediant suis fallaciis mendaces prophetæ quò minùs pergant & Prophetæ mei fructuosè docere, & alii ipsos audire. Iniquum enim est ut mendacium viam obstruat veritati [b]. ¶ *Sermonem meum verè*; sim. P. Ca. JT. אֱמֶת] *Sincerè*, Pi. Ar. Heb. *cum veritate*, Pi. simil. Mo. ο'. Opponitur *dolo* v. 26 [c]. *Verum*, M. *ex fide*, Ti. Verbum, inquam, *veritatis*, i. e. verum [d]. Bonâ fide enunciet quæ à Deo accepit; nihil subticeat, nihil addat de suo *. *Purè & incorruptè*, Strig. ¶ *Quid*, &c? מַה־לַתֶּבֶן אֶת־הַבָּר] *Quid* (vel, *Quid autem*, M. *Quid enim*, Ti. Strig. *Quid isti*, JT.) *palea* (vel, *paleis*, M. *stramini*, Ca. sub. *est*, M. Ang. &c.) *cum tritico?* Mo. M. Ti. &c. vel, *ad triticum?* P. ο'. i. e. Quid falsæ prophetiæ cum veracè [f]? Quid valet palea præ tritico [g]? Al. Sicut paleæ cum tritico non convenit; sic nec somniis cum Verbo meo, quod [ut sequitur] instar ignis & mallei ipsis erit [h]. Quid vanitati cum veritate? Plurimùm differt inter falsa & vera [i]. Quid simile habent talia somnia cum revelationibus Divinis [k]. Iterum excipere poterant, non suppetere judicium quo discernerent inter Prophetas. Respondet Deus, veram doctrinam non minùs differre à falsa quàm palea à tritico. Ità ostendit quàm stultè multi detrahunt authoritati Legis hoc prætextu, quia multi sunt falsi interpretes. Si quis enim triticum repudiet quòd opertum sit & permixtum paleâ, annon dignus est qui fame pereat? Ità & qui spernit Verbum Dei quia inquinatur multis figmentis [l]. *Quænam est inter paleam & triticum proportio?* Ar. Al. *Quorsum miscetis paleam cum tritico?* Sy. Phrasin Hebræam sumo ut, *Quid mihi tecum?* vel, *vobiscum?* 2 Sam. c. 16. v. 10. Joan. 2. 4. simil. Hos. 14. 8. vide & 2 Cor. 6. 14. Ità hîc, *Quid paleæ*, &c? h. e. Quorsum commenta hominum miscerentur Verbo Dei [m]? *Paleas* vocat somnia pseudo-prophetarum, quæ vento feruntur: *triticum*, Verbum Dei, quod manet in æternum [n]. *Paleæ* sunt traditiones humanæ, ficti enthusiasmi, ementita miracula, &c. *triticum*, vox Evangelii [o]. Quid commune est doctrinæ pseudo-prophetarum cum doctrina Dei? Proverbiale dictum [p]. Al. *Ecce, sicut qui separat paleam à tritico, sic separo impios à justis*, Ch.

29. *Numquid*, &c? הֲלוֹא כֹה דְבָרִי כָּאֵשׁ—וּכְפַטִּישׁ יְפֹצֵץ סָלַע] *Nonne sic*, vel *ità*, *verbum meum est ut ignis?* JT. Pi. P. &c. *& ut malleus conterens*, vel, *qui conterit*, (vel, *diffindens*, Ca. sim. JT. Pi. vel, *contritam disperget*, Mo.) *petram?* P. &c. Nemini parcens, nè durissimo quidem: cùm illi pseudo-prophetæ omnium auribus & voluntatibus se accommodent [q]. *Ut ignis*, i. e. efficacissimum: *conterens petram*, i. e. duritiam cordis humani [r]. Hæc sunt certissima veri falsique documenta: Quòd, 1. Propheta bonus doctrinâ suâ, velut igne, utitur in purgandis probandisque piis, &c. quum pseudo-propheta nundinetur, &c. juxta Jerem. 20. 10. 2. Quòd ille non cedit saxeorum hominum pertinaciæ; sed Verbo Dei, tanquam malleo, perfringit: hic, contrà, obdurationem confirmat blandimentis suis †. Al. Duæ hæ comparationes ad reprobos pertinent. Priùs dixerat, sermonem Dei esse triticum, quo animæ pascuntur, &c. quo nihil suavius. Sed quia Judæi, ingratitudine suâ, fructum ex eo non perceperunt, illum jam dicit esse, 1. *ignem*, non purgantem, qualis est piis, sed devorantem: 2. *malleum*, confringentem improbos. q. d. Privantur quidem Judæi judicio, quoniam obstupuerunt in malitia sua; sed Verbum Dei non potest exinaniri, aut inefficax reddi: licèt vilipendatur, sua tamen illi constabit dignitas & efficacia; &, si non sit in cibum salubrem, erit instar ignis, &c. confer 2 Cor. 2. 16. unde hic locus optimè explicatur; & sentiunt Judæi quanta sit durities illius sermonis, cum quo confligere audent [t]. Lex est malleus conterens Epicureos & hypocritas [v].

30. *Ecce ego* (vel, *me*, JT. Pi.) *ad* (vel, *contra*, M. Sy. Ch. JT. Pi.) *prophetas*] Ità Mo. P. &c. Sub. *sum*, Ang. vel, *præstò sum*, Sy. sim. Angl. vel, *iratus sum*, M. sim. Ch. Strig. *Vatibus* minitor, Ca. ¶ *Qui*, &c. מְגַנְּבֵי וגו'] *Qui* (vel, *Quia*, Ca.) *furantur*, vel *suffurantur*, (vel, *surripiunt*, Ca.) *verba mea quisque à socio*, vel *proximo*, vel

b Calv. c Pi.? d V. * G. f Pi. g Q. in Ang. h Di. i Ca. k G. l Calv. m Ang. n Me. o Strig. p Jun. q G. r Me. † Jun. t Calv. v Strig.

amico, *suo*, P. Calv. Ti. M. &c. vel, *alter ab altero*, Ar. Sy. sim. Ca. [Variè explicant.] 1. Qui imitantur verba meorum Prophetarum, dicentes, *Hæc dicit Dominus*, &c [x]. Qui mutuabantur aliquid à veris Prophetis, ut essent illorum æmuli, & quasi simiæ [y]. Qui utuntur alienâ prophetiâ, cui tamen mox affingunt sua somnia [z]. Qui surripiunt quædam verorum Prophetarum dicta, eáque vel admiscent suis mendaciis, ut iis fidem faciant; vel, falsâ interpretatione in rem suam detorquent, ut factum Jer. 28. 2 [a]. *Qui prophetant juxta voluntatem cordis sui, & loquuntur cum authoritate, Sic dicit Dominus, Prophetis veris se conformantes*, Ch. in M. Sed falsos prophetas verorum *socios* non vocâsset Jeremias [b]. Verùm in Hebraismo *vir* & *proximus* idem sæpe valent quod *unus* & *alter* [c]. 2. Notat clandestinas eorum artes, quòd inter se furtim conspirarent & ex composito, deinde ad populum divulgarent, acsi quisque oraculum è cœlo habuisset [d]. 3. Sensus est, Qui suis mendaciis efficiunt nè homines Legi & veris Prophetis fidem adhibeant *. Qui, scientes prophetias meas esse Verbum Dei, id tamen pernegant coram populo; vel, eas populo subducunt [f]. Qui fidem ac reverentiam quam populus eis adhibent eorum cordibus excutiunt [g]; Diaboli instar, qui *furatur semen è cordibus*, &c. Matt. 13. v. 19. Luc. 8. 12. Exemplum vide in illa apostasia populi, Jer. 34. 8,—11. pseudo-prophetarum artibus, ut videtur, effecta [h]. 4. Qui Verbum meum sibi cognitum sacrilegè dissimulant. Primus hic gradus sceleratæ prophetiæ [i]. 5. Qui usurpant sibi munus Prophetiæ, & loquuntur quæ ego non præcepi [k].

31. *Qui*, &c. הַלֹּקְחִים וגו'] [Variant.] *Usurpantibus linguam suam, & dixêre*, (vel, *dicunt*, P. Ti. &c.) *Dicit*, Mo. M. vel, *Dixit*, P. sub. *Dominus*, M. *Qui suis linguis utuntur ad inquiendum, Inquit*. Dicunt istud, *Inquit Jova* *. *Usurpantes linguam*, &c. Ti. sic Ang. *Qui adhibent* (Heb. *accipiunt*, Pi.) *linguam suam ut dicant*, (scilicet falsò [l],) *Dictum*, Pi. sic JT. Hebr. נְאֻם: quâ voce veri Prophetæ prophetiam à Deo revelatam insigniebant †. Id est, ut commenta sua pro dictis Jehovæ in populum disseminent: nam hoc tritum erat Prophetarum jam olim exordium. Secundus gradus [m]. Al. *Qui assumunt*, &c. Vulg. G. i. e. dicunt quod ipsis in mentem venit [n]: pro suo placito & nutu moderantur ac dirigunt linguas suas, ut populo placeant; quum veri Prophetæ eas ductui Divino relinquunt [o]. *Qui suum verbum in ore habent, & dicunt, Ipse dixit*, Strig. *Qui prophetant juxta voluntatem cordis sui, & dicunt, Sic dicit Dominus*, Ch. *Qui pervertunt*, &c. Sy. *Qui accipiunt linguam*, &c. i. e. eâ abutuntur: vel, *Qui capiunt linguâ*, &c. fallaci scilicet & adulatoriâ, &c [p]. *Qui tollunt linguam suam*, i. e. in sublime efferunt; qui fastuosè se attollunt, & audacter arripiunt sibi authoritatem, quasi essent legati cœlestes. Ità eorum magniloquentiam notat, quâ turgent, &c [q]. *Qui lenificant*, vel *mollificant*, *linguam*, &c. P. M. Angl. vel, sermonem *linguâ suâ*; i. e. blandis sermonibus plebem illiciunt, & utuntur dictione usitatâ veris Prophetis, nempe, *Dixit Jehovah* [r]. Qui placentia loquuntur, ut simulatorum mos est †. הַמַּחֲלִיקִים hîc, pro הַלֹּקְחִים [t]. Transpositio literarum hîc, ut alibi sæpe. Sic, *chedel*, Esa. 38. 11. pro, *cheled*, *mundus*, Psal. 49. 2. &, *taphel*, 2 Sam. 22. 27. pro, *patal*, *perversum esse*, Psalm. 18. v. 27. Ità, *simlah*, & *salmah*, Exod. 22. 9, 27. *vestis*. Sic, *cebes*, & *keseb*, Levit. 4. 32, 35. [Plura vide in Authore.] Ità & hoc loco, *lakach*, pro, *chalak* *.

32. *Seduxerunt populum meum in mendacio suo*, (vel, *mendaciis suis*, Calv. &c.) *& in miraculis suis*, וּבְפַחֲזוּתָם] *Et rapiditate suâ*, JT. i. e. volubilitate sermonis, & sapientiâ humanâ verborum, quâ ferè eniluntur præstare qui rei veritate carent, ut fucum faciant imprudentibus. Hic tertius gradus [v]. *Et erroribus suis*, ο'. sic Ar. *lasciviâ suâ*, Sy. sim. Angl. sic Zeph. 3. 4. Vide & Gen. 49. 4 [x]. *In extasibus suis*, fingentes se raptos esse à sensibus, &c [y]. *Celeritatibus suis*, Ti. *blanditiis suis*, P. *temeritate suâ*, G. ex Ch. פְּחַז Chaldæis est, *subsilire* [z]. *Et levitate suâ*, Pi. sic Mo. Calv. *atque in levitatibus suis*, M. V. i. e. levibus & stultis suis cogitationibus & inventis [a]. *Levitates animi* dicuntur, cùm modò hoc, modò illud, inconstanter sentiunt [b]. ¶ *Qui nihil*, &c. וְהוֹעֵיל]

x Me. et L. simil. y Mar. Strig. z Q. in Calv. a V. * T. b Calv. c Ang. d Calv. sim. Belg. * G. f Belg. g Belg. sim. Ang. h Ang. i Jun. k M. * Ca. l Pi. † Pi. m Jun. n G. o T. et Hug. & Thom. &c. sim. Me. p Belg. q Calv. r V. † Ang. t M. et K. * Ang. v Jun. x Ang. y L. z G. a V. sim. Calv. b V.

ונו׳ [והועיל *Et proficiendo non profuerunt populo huic*, Mo. P. &c. Infin. cum fut. pro præs. ad amplificationem rei [c]. *Omnino nihil utilitatis afferent*, &c. Ti. sim. M. V. Ca. *Et omnino non prosint*, &c. JT. Pi.

33. *Populus iste*, (profanus & seductus [d],) *vel propheta*] Falsus, qui populum seduxit, &c †. ¶ *Dicens*, (vel, *dicendo*, Pi. Calv. &c. nempe per ludibrium*,) *Quod* (vel, *Quale*, Strig.) *est onus Domini?* sic P. M. Ti. &c. ונו׳ [מַה־מַשָּׂא] משא Græci λῆμμα, *assumptio*, vertunt [f]. Ità ο'. & Sym. & Th. in D. Aquila, ἆρμα, *onus*, vel *pondus* [g]. *Quæ* (vel, *Qualis*, Sy.) est *prophetia*, &c. Ch. vel, *revelatio*, Ar. *sermo*, Sy. *onerosa prophetia*, &c? JT. Eo titulo aut præfatione utebantur Prophetæ ubi vulgaturi erant vaticinia dira atque tristia [h]. Quia verò hæc vox, ob longam patientiam Dei non statim minas suas implentis, apud impios Judæos in ludibrium verterat; ideo Jeremias graviter eos de hujus vocis irrisu increpat [i]. *Quod onus*, &c? i. e. Qualis est prophetia? De משא vide Esa. 13. 1 [k]. *Ecquæ sint Jovæ minæ?* i. e. minax oraculum [l]? Judæi Prophetarum oracula, ex odio & contemptu, atque per derisum, *onus* nominabant [m]. Nomen *oneris* debebat eorum animos dejicere: sed potiùs se inflabant fastu & contumaciâ, & accendebant se rabie, &c [n]. ¶ *Dices ad eos, Vos*, &c. [אֶת־מַה־מַשָּׂא וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם] *Quod* (vel, *Quale*, Strig.) *onus?* Mo. M. sim. P. Calv. (vel, *Quid minæ?* Ca. [Alii sine interrogatione;] *quodnam onus*, Ti. Pi. sub. *fit*, Pi. *id quod* est *onerosa prophetia*, JT. vel, *Talis est prophetia*, Ch. *Is est sermo*, Sy. *Vos estis onus*, Vulg. sim. ο'. Ar. Lusus ex ambiguo. Nam onera gravia & inutilia projici solent: & illos homines Deus plus satis toleraverat. Vide & mox 38 [o].) *derelinquam* (vel, *& abjiciam*, Ti. *cùm sublaturus sim*, Ca. nempe abjiciam, Pi. vel, *nempe deserturus sum*, JT.) *eos*, M. P. &c. qu. d. Verbum meum vobis fastidio est: nihil magìs vultis quàm absentiam meam & silentium. Sed eo ipso vos ulciscar. Tacebo; nulla posthac erit prophetia; & discedam à vobis: id quod maximè horrendum est, utcunque nihil magìs cupitis [p]. Hoc onere vestro levabo vos, &c [q].

35. *Dicetis,——Quid respondit Dominus*, &c?] q. d. Reverentiùs & religiosiùs me alloquemini [r]. Sermonem meum non vocabitis *onus*†: quia odioso hoc titulo se ab omni docilitate alienârunt [t], & se fastidio ac odio occupârunt, aditúmque sibi obstruebant nè proficerent, &c. Jubet ergò eos venire vacuis & puris & paratis animis, &c [v]. Monemur hîc ut sanctè & piè loquamur de verbis Domini, non ea *onus* vocantes, sed *responsa*, & *oracula*, quibus invitamur ad pœnitentiam & salutem [x].

36. *Et onus Domini ultrà non memorabitur*] Non utemini hâc formulâ dicendi, *Quod est onus Domini?* id est, adversa prædictio? nam משא plerumque in malum accipitur. Cùm tamen omnes prophetiæ Divinæ non sint de rebus adversis, sed quædam de prosperis; Judæi ergò per hoc ostenderunt se malè sentire de Deo & Verbo ipsius, quòd semper accipiebant in malam partem, & Prophetas nunquam prædicere ex ore Domini nisi adversa [y]. ¶ *Quia* (vel, *Alioqui*, Calv.) *onus erit unicuique sermo suus*, [דְּבָרוֹ] *Verbum suum*, Mo. P. M. sub. *verum:* q. d. Ut existimant prædici sibi exitium, ità illis eveniet: quicunque ità locutus fuerit, punietur [z]. Illa verba vocem *oneris* per risum usurpantium pessimè ipsis cedent [a]. Al. Significat, si quid acerbum sit in prophetiis, id non à Deo esse, qui cupit homines blandè alloqui; sed aliunde, & ex hominum pravitate, quâ cogitur Deus asperiùs cum illis agere: q. d. Quamvìs cessent prophetiæ, quisque tamen sibi Propheta erit, quum obstrepit Deo; & satis condemnationis secum feret, quòd audet in Deum insurgere [b]. *Onus*, i. e. oneri futurum est; i. e. movebit Deum ut ei inferat calamitates [c]. Al. *Verbum ejus*, nempe Dei. Causam reddit cur vetet Deus uti deinceps illâ phrasi; quia, inquit, idem est unicuique verbum ejus & onus; non aliter quàm si omne verbum Dei esset *prophetia onerosa*, quæ nihil nisi onera & miserias denunciet: dicturi enim, *Quid respondit Dominus?* dicebant, *Quodnam onus est Domini?* acsi æquè latè paterent, *verbum Domini*, & *onus Domini* [d]. ¶ *Et*, &c. ונו׳ [וַהֲפַכְתֶּם] *Et* (vel, *Dum*, Ca. vel, *Quia*, Calv. *Nam*, G. Ang. *Autem*, Sy.) *pervertistis* (vel, *perverteritis*, JT. Pi. *pervertitis*; præt. pro præs [*].) *verba Dei viventis*, &c. M. P. Mo. &c. Quo Dei epitheto monet, hoc eis non impunè cessurum, &c. Id fecerunt duabus de causis: 1. quia suâ pravitate coegerunt Deum aliter loqui quàm vellet: 2. quia præposteri erant interpretes [f]; omnes prophetias in malam partem accipientes [g], in jocum vertentes [h], in nugas & fabulas detorquentes [i]; omnia in pejorem sensum rapientes, quasi meras continerent minas [k].

37. *Ad prophetam*] Sub. *verum*, V.

38. *Si*, &c. ונו׳ [וְאִם מַשָּׂא] *Et num onus Domini dicetis?* Mo. *Et si——dixeritis*, P. M. *Et non——dicatis*, Ti. *Quòd si——dixeritis*, Ca. *Sed quandoquidem* (vel, *quia*, Pi. *cùm*, Strig.)*——dicitis*, JT. Ang. ¶ *Et* (vel, *Ego autem*, Ti.) *misi* (vel, *Quamvis miserim*, JT. Pi. Calv.) *ad vos*, &c.] Ità M. P. Mo. &c. q. d. Si perrexeritis in hac obstinatione [l].

39. *Ecce, ego tollam vos portans:* i. e. *deportandos*[*]: [הִנְנִי וְנָשִׁיתִי אֶתְכֶם נָשֹׁא] *Ecce ego, & obliviscar vestrì obliviscendo*, Mo. i. e. omnino obliviscar [m]. *Ecce*, inquam, *obliviscar*, &c. P. V. ו hîc non copulat, sed præt. mutat in fut †. *Ecce me, qui oblitùrus sum vestrì indesinenter*, JT. *Ecce, ad me quod attinet, obliviscar vestrì omnino*, Pi. Utrumque verbum à נשה *oblitus est* [n]. Sed frigidus videtur hic sensus [o]. Alii deducunt à נשא, *tollere* [p]; ut alludat ad vocem משא: vel, prius à נשה, posterius à נשא [q]. [Hinc alii aliter reddunt.] *Ecce, ego* paratus sum contra vos, *& obliviscar vestrì, ut feram vos*, M. *Ecce*, accinctus sum contra vos, *& obliviscar vestrì, nè feram vos*, Q. in V. *Ecce, ego obliviscar vestrì, ut tollam*, vel *ad tollendum*, vos, Calv. vel, *Ecce, & ego vos levando tollam*, Ti. *Ecce ego, & tollam vos tollendo*, Calv. simil. Sy. qu. d. Sentietis quàm grave & onerosum sit mihi vestrum scelus, [quòd dicitis, *onus*, &c.] quod etiam recidet in vestra capita [r]. ¶ *Et*, &c. ונו׳ [וְנָטַשְׁתִּי] [מֵעַל פָּנָי] *Et evellam* (vel, *abjiciam*, Ti. Pi. *deseram*, JT. Mo. sim. M.) *vos*,——(sub. *abjectos*, JT. vel, *abjiciendo*, P. vel, *& transferemini*, M.) *à facie mea*, P. &c.

40. *In opprobrium*, &c.] Vide suprà 20. 11 †.

CAP. XXIV.

1. OStendit *mihi*, &c.] Ità M. Ti. &c. sub. *visionem*, JT. Pi. vel, in visione prophetica [a]. Jeremias, postquam Regi Sedeciæ commemoraverat quæ olim dixerat Regibus primùm, deinde Principibus, postea his qui Prophetæ haberi volebant, venit ad comparationem quandam inter Regem & Principes intérque populum, postremò monita additurus quæ ad populum solum pertinent; rerum quippe magìs quàm temporum ordinem persequens [b]. ¶ *Duo calathi*; ità JT. Pi. &c. [דּוּדָאֵי] *Canistra*, Mo. P. Forma absoluta est דודאים; quæ vox occurrit Cant. 7. 13. &, contractè, ut hîc, Gen. 30. 14. &c. éstque incertæ significationis: quæ tamen cum hac voce nullam affinitatem habere videtur, quamvìs literæ eædem sint. Sic idem סיר est *olla*, Ex. 16. 3. & *spina*, Esa. 34. 13; idem ציר, & *nuncius*, Prov. 13. v. 17. & *tormen*, Esa. 21. 3. & *cardo*, Prov. 26. 14. Redundat ה. l. א in hac voce: ut in ללאות, Exod. 26. v. 5. à לול, unde לולים, *cochlea*, 1 Reg. 6. 8; & in חלאים, Cant. 7. 1; & in aliis vocibus quæ aliis locis occurrunt. Sicut alibi א deficit: ut in שרית, *residuum*, 1 Par. 12. 38. מלף, *doctor*, Job. 35. 11. Singulare hujus vocis postea occurrit דוד [c]. ¶ *Positi ante templum*] Quos de primitiis ad Templum tulerant agrorum domini [d]. ¶ *Postquam transtulit——Jechon.* &c.] Quod narratur 2 Reg. 24. 10. Ità ipso initio regni Sedeciæ exitum ejusdem regni Propheta prospexerat [*]. ¶ *Et*, &c. [וְאֶת־הֶחָרָשׁ וְאֶת־הַמַּסְגֵּר] *Et artificem*, vel *artifices*, Mo. P. M. Sy. Ch. &c. (i. e. architectos qui conficiebant arietes & turres ad oppugnandas urbes [f]. Vel, *fabros*, M. Ca. *opifices*, Ti. *fabros ferrarios*, Q. in Angl. *fabros ipsos lignarios*, JT. Pi.) *& inclusores*, Mo. P. M. Ti. V. Calv. Ca. &c. Vel, 1. castrorum; i. e. peritos castrametandi: Nam 2 Reg. 24. 14. Nabuch.

Nabuch. abduxisse dicitur viros ingenio præstantes, & excellentes in rebus bellicis[g]. Sed fallitur vir doctus: nam post illos, etiam *artifices*, &c. ut hîc, recensentur[h]. Vel, 2. gemmarum, h.e. gemmarios[i]. Vel, 3. portarum, h. e. janitores[k]. Vel, 4. sic vocat claustrarium, qui claustra facit[l]: *fabros ferrarios*, JT. Pi. Vel, 5. consiliarios & sapientes, quòd consilia celent: à secretis[m]. Vel, 6. cæmentarios, qui urbes mœnibus includunt. Ità Chaldæi illos tractabant ut olim Philisthæi, 1 Sam. 13. v. 19. Abduxerunt fabros ferrarios, nè arma fierent; & cæmentarios, nè loca munirent[n].

2. *Ficus bonas*, &c.] Intellige, Jechoniam & pœnitentes in Babylone[o]. ¶ *Primi temporis*; ità V. הַבַּכֻּרוֹת] *Præcoces*, P. M. JT. &c. Sunt enim ficus quædam quæ & *præcoces*, & *serotinos*, fructus ferunt, Plin. 15. 18†. ¶ *Malas nimis*] Ut ex aspectu patebat[p]. Intellige, Zedeciam cæterósque Judæos in Judæa obstinatos[q]. Comparatio hîc fit inter Judæos exsules, & eos qui patriâ fruebantur, & sibi valde placebant, acsi Deus mitiùs cum eis egisset. Comparativè hîc loquitur Propheta, quum alios bonos, alios malos, vocat[r]; nec tam de culpa loquitur quàm de pœna. Hoc ostendit Deus Prophetæ, tum quia captivos desperatio obruere poterat; tum quia residui exsulibus insultabant, & tolerantiâ Dei abutebantur, & magis obdurescebant, &c†.

5. *Sic*, &c. "כֵּן אַכִּיר וגו'] *Sic agnoscam captivitatem*, &c. M. Calv. i. e. captivos[t]; illis favebo, agnoscam pro bonis[v]. Sicut tu ficus illas approbas, ità ego approbabo pœnitentiam quam agent aliquando isti nunc deportati; quibus ideo Deus vitam produxit, quia alieno exemplo peccaverant[x].

6. *Ponam oculos*, &c.] i. e. Favens eos respiciam[y]. ¶ *Et ædificabo eos*, (i. e. Dabo illis sedes stabiles[z], & augebo illos liberis & opibus[a];) *& non destruam*] Ità Mo. P. &c. Ratio loquendi asperior esset apud Græcos & Latinos: sed sic resolvi debet oratio; Adeò non diruam, ut velim ædificare: vel, Non diruam, sed potiùs ædificabo: vel, Cùm diruerim ipsos, nunc ædificabo: vel, Ædificabo eos, ut posthac non diruam. Sed primum præfero[b]. Impletum hoc est in Jechonia[c], (qui exaltatus est, &c. 2 Reg. ult.) ejúsque sociis; sed & in Daniele ejúsque collegis, item Esdra, Nehemia, Mardochæo, & tot aliis qui classi Jechoniæ accensentur[d]. Prophetia autem hæc non tam ad personas spectat, sive ad singulos, quàm ad populum in genere; in quo non solùm spectantur præsentes, sed etiam posteri ipsorum. In Babylone concessum est eis ædificare domos, terram colere, &c. & post 70 annos reversi sunt*.

7. *Dabo eis cor, ut sciant me*] Maximis beneficiis ità eos obligabo, ut mei immemores esse non possint[f]. Al. Dabo eis cor docile, ut Legem intelligant, & se mihi subjiciant[g]. *Cor* voluntatem significat, studium & affectum quem Deus indidit iis à quibus amatur & colitur[h]. Promittit antea mitigationem pœnæ; hîc, gratiam multò excellentiorem, quòd non modò reducet eos in terram, sed intus mutabit & corriget corda, ipsósque convertet: id quod peculiare esse Dei donum Propheta clarè ostendit. *Cor* sæpe ponitur pro sede affectuum; hîc, pro mente, ut Deut. 29. 4. Sic in Cic. Tusc. 1. *Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus*. Vera tamen cognitio non est imaginativa, sed conjuncta cum serio affectu[i]. ¶ *Quia* (vel, *quòd*, Calv.) *ego sum* (vel, *sim*, Calv.) *Dominus*] Vel, *Jehovah*, h. e. Deus verus, à quo se defecisse sentient. q. d. Ego eos illuminabo, ut tandem agnoscant se fuisse apostatas, & ità humilientur, cùm senserint quàm grave crimen sit quòd me deseruerint, &c*. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, JT. *Postquam*, G.) *revertentur ad me*, &c.] Ità Pi. Calv. &c. Repetit quod dixerat, nempe fore cordatos & intelligentes; cùm fuissent diu stupidi & excæcati, &c. Priùs exposuit unde sit illa conversio, nempe quia Deus præveniebat eos suâ gratiâ. Interea pœnitentia, licèt non sit causa veniæ, cum illa tamen semper conjuncta est[k].

9. *Et dabo eos in vexationem*; sic Ti. "לְזַוְעָה] *In commotionem*, Mo. P. sic Pi. JT. vel, *strepitum*, vel *perturbationem*, Calv. ¶ *Afflictionémque*, "לְרָעָה] *In malum*, Calv. JT. Pi. & *malum*, P. sic M. *propter malum*, Calv. *idque malo* ipsorum, Ti. [Ca. hanc vocem cum præced. sic reddit, *Eósque malè vexandos dabo*.] ¶ *In opprobrium, & in parabolam*, &c.] De miserrimo homine dicetur, *Tam miser est quàm Sedecias*[l]. Exteri quotidianis sermonibus usurpabunt calamitatem & improbitatem Judæorum, & infelices Judæis comparabunt[m]. Mutuatur ipsa verba ex Mose, Deut. 28. 37. & alibi, ut plus authoritatis haberent: quia pudebat Judæos Mosem rejicere; interea securè repudiabant Prophetas, fidos Legis interpretes[n].

10. *Donec consumantur*, &c.] Id est, pereant, nunquam in patriam redituri[o].

[Marginalia, left: g V. — h Arg. — i Q. in Pi. — k Mar. ex Ch. — l Pi. ex Luth. & Merc. — m K. in Mar. — n Q. in Ang. — o M. — † G. — p G. — q M. — r Calv. — † Calv. ad v. 3. — t Calv. — v V. — x G. — y G. sim. V. — z V. sim. G. — a V. — b Calv. — c T. E. — d T. — * E. — f G. — g Me. — h San. — i Calv. — * Calv. — k Calv.]

[Marginalia, right: l G. sim. V. — m V. — n Calv. — o G.]

CAP. XXV.

1. *Ad Jeremiam de omni populo*; sim. Pi. P. "עַל וגו'] *Super*, Mo. M. Ti. *ad*, Ca. Sy. Ar. *contra*, JT. ¶ *Anno quarto Joacim*] IX annis post præcedentem prophetiam, quæ erat de hujus filio Jechonia[a]. Non servat ergò Propheta ordinem temporum. Obj. At Dan. 1. 1. dicitur, *anno tertio Joacim*. Resp. 1. Tertius annus ibi intelligitur Sabbaticus[b]. 2. Locus ille sic legi possit, *Post annum tertium*, &c. nam sic particula ibi usurpata sign. Exod. 2. 23. Num. 28. 26[c]. 3. Primus annus Nabuchod. incurrit & in tertium & in quartum annum Joacim; in illum quidem adultum, in hunc verò inchoatum[d]. ¶ *Ipse est annus primus Nabuchod.*] Nempe regni ipsius absoluti*. Nam primò regnavit cum patre, quandó etiam venit in Judæam: sed, patre mortuo, rediit in Chaldæam, ut res suas stabiliret: quo facto, reversus est in Judæam, & tunc cœpit vocari *Rex* in solidum[f]. Apud Ptolemæum nomen est Regis Nabopollassar, quem esse Nabogdonosor annorum numerus ostendit[g].

3. *A tertio decimo anno*, &c.] Inclusivè[h]. Nam 31 annis regnavit Josias: anno ejus 13. cœpit Jeremias vaticinari: itaque vaticinatus est eo regnante annis 19: quibus si accedant anni 4 regni Joakim, sunt 23[i]. Quo tempore hæc prophetia edita est[k]. Per hos annos nullo labore & se & socios suos abstinuisse ait Jeremias, ut ad meliorem frugem populum reduceret[l].

4. *Misit——omnes servos*, &c.] Exaggerat crimen, quòd non unum contempserint, sed multos, eósque Prophetas†.

5. *Revertimini*, &c. "שׁוּבוּ נָא אִישׁ וגו' וּשְׁבוּ וגו'] *Revertimini nunc quisque*, &c. Mo. JT. &c. (Vult quemque seorsim resipiscere, & suo malo affici. Neminem eximit, nè fortè putent culpam extenuari, quia sit aliquod commune malum[m].) *&* (vel, *ità*, JT. Pi.) *habitabitis*, sive *manebitis*, vel, *habitate*, sive *manete*, *super terram*, &c. P. Concinna allusio in verbis שׁבו & שׁבו *.

6. *Post deos*, &c.] Non absolvit eos de aliis peccatis, sed speciem unam pro pluribus hîc ponit, nempe eorum superstitiones, &c. tum quia Deo nihil est pretiosius puro & legitimo cultu; tum ut ostendat ipsos prorsus à Deo defecisse[n]. ¶ *Et* (vel, *Ut*, JT. Pi.) *non affligam vos*] Ità Ti. vel, *malefaciam vobis*, Mo. P. &c. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Nè ego, vestris actionibus irritatus, vobis malefaciam*.]

7. *In malum vestrum*] Ità M. vel, *vobis*, Mo. *Idque vestro malo*, Ti. non meo, quem peccata vestra non lædunt[o]. q.d. Non meam causam ago, sed vestram[p].

9. *Mittam*, &c. "שֹׁלֵחַ וְלָקַחְתִּי וגו'] *Mittam, &* (vel, *ut*, V. JT. Pi.) *assumam* (sub. *ad me*, V. vel, *accipiam*, Ti.) *omnes cognationes*, vel *familias*, *Aquilonis*, Calv. P. &c. Medos, aliásque gentes Chaldæis aut subditas, aut fœderatas[q]. *Ego curabo accersendas omnes aquilonares nationes*, Ca. Movebo & excitabo corda eorum[r]. ¶ *Servum meum*] Instrumentum iræ meæ†: qui mihi serviet in vobis affligendis[s]. *Servum* suum vocat, tum ut scirent Judæi ipsum esse flagellum Dei, &c. tum in contumeliam Judæorum, quòd prophanus homo Dei servus esset, quum ipsi alieni sint. Interim mutila hæc erat & dimidia servitus, qualis est quum Deus Diabolum omnésque impios arcanâ suâ potentiâ gubernat, & præter animi sui propositum trahit, ut exsequantur quicquid apud

[Marginalia, right: a San. Me. ex San. &c. — b Q. in Ang. — c Al. in Ang. — d San. Ang. — * Ang. — f Calv. — g Strig. — h Me. — i Me. sim. G. — k Me. — l G. — † Calv. — m Calv. — * Calv. — n Calv. — o Ang. — p Calv. — q G. — r V. sim. — † G. — s Pi. sim. Calv.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

apud se statuit. Plurimùm hi differunt à fidelibus Dei servis, qui cum Deo consentiunt, ipsique obsequi cupiunt [v]. ¶ *Et super omnes*, &c.] Vicinos Judæorum, de quibus infrà 20, 21, &c [x]. His minatur, quia Judæi illis fidebant, &c [y].

10. *Vocem molæ*; ità M.Ti.Ca.&c. רֵחַיִם *Molarum*, Mo.JT.P.Pi.&c. Id est, vel, 1. quibus molebant condimenta pro conviviis opiparis [z]. Vel, 2. quibus frumentum molunt; q. d. Panis deficiet, omniáque vitæ subsidia, ut Esa.3.1 [a]. Vel, 3. *vocem molæ*, i.e. cantica puellarum molam trusantium [b]: quale illud in Plutarcho, Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων· *Mola, tu molito, molito: Facit & Pittacus istud, Magnæ dominator Mitylenæ*. Vide Matt.24.41 [c]. & Exod.11.5 [d]. In Judæa*, & Syria, totâque Asiâ & Africâ, ubi deest ventorum & aquæ copia [f], habebant molas domesticas trusatiles [g], quas puellæ binæ manibus vertebant, interímque cantillabant, ut tædium laborémque levarent. q. d. Non erunt qui, vel quæ, molant frumenta, & inter molendum cantent, ut solebant [h]. ¶ *Et lumen lucernæ*] Faces intelligere videtur cum quibus ad convivia ibatur [i]; vel, quæ in conviviis accendebantur [k]. Al. Loci desolati indicium est, quòd nullæ ibi sint lucernæ [l]. His figuris significatur lugubris status, in quo non celebrantur nuptiæ, nec contractus exercentur [m]. [Sensus loci, Peribit illis] omnis commoditas victûs, & vel minima prosperitas, quæ *lucis* nomine in Scripturis significatur *.

11. *Septuaginta annis*] Quorum initium est vel, 1. in hoc anno 4. Joakimi, quum Nabuchodonosor, Pharaone fuso, Jer. 46.2. Hierosolymam cepit, & aliquos Judæorum nobiles abduxit, Dan. 1.3, 4 [n]. Sed eo tempore nec Joakimum, nec multos alios, duxit in captivitatem, nec terram multùm vastavit [o]. Vel, 2. in anno 11. Zedeciæ, ut confirmatur ex 2 Par. 36.20, 21 [p]. Et ibi quidem finis 70 annorum exprimitur, non autem initium de quo quærimus. Vel, 3. in captivitate Jechoniæ, Jer. 22.24, 25, 26. Hìc enim 70 illos annos inchoant & Jer.c.29.1, 2, 3, 10. & Ezec.c.40.1. ubi annus 14. urbis captæ dicitur esse annus 25. captivitatis; & Ezec. 33.21. ubi primum nuncium de urbe capta ad ipsum allatum dicitur anno 12. captivitatis, h. e. post 11 annos Zedeciæ, qui intercesserant [q]. Prædictio hæc insignis ob ità exactam temporis designationem [r].

12. *Visitabo super regem Babylonis*] Nabonidum puniam per Cyrum †. Non levat culpam, quòd Deo servierit; quia id invitus fecit, & nihil sentiens, & nihil ipsi mandatum est [t]. ¶ *In solitudines sempiternas*] Id est, diuturnas [v]. At nihil tale apparuit cùm urbs capta fuit à Medis & Persis. Sed hoc impletum est diversis modis & temporibus; nec semel periit, sed, quod gravius erat, variis cladibus, ut historiæ docent [x]. Alphæus, de rebus Assyriorum loquens, inquit, Chaldæi dicunt, Nabogdonosorem, furore divinitus captum, magnâ voce exclamâsse, O Babylonii, futuram vobis calamitatem prænuncio, quam neque Belus ille, nec ulla vis deorum, avertet. Veniet Persa Mulus, [i.e. Cyrus, Medo-Persa, ut antè notatum,] qui vobis afferet servitutem [y].

14. *Quia*, &c. כִּי עָבְדוּ בָם גַּם הֵמָּה גּוֹיִם וגו׳ *Quia servière in eis etiam ipsis gentibus multis, & regibus magnis*, Mo. *Nam utentur eis etiam ipsis gentes multæ*, &c. P. *Utentur operâ eorum etiam ipsorum*, sub. tanquam servorum; i. e. redigent eos in servitutem, subjicientque illos sibi, qui scilicet antea erant domini, dominabantúrque toti orbi. עָבַד enim, quando construitur cum ב, significat, *uti operâ alicujus tanquam servi*; Gallicè, *se servir de luy*: & illud est domini. Vide idem infrà 27.7 [z]. *Quia*, vel *Nam, servient & ipsi gentibus*, &c. Ti.G. *Quia servient & ipsi eis, gentes*, &c. M. *Nam ad serviendum cogent ipsos quoque* (Heb. *servient per illos, etiam ipsos*, nempe Babylonios, [a]) *gentes amplæ*, &c. nempe Medi & Persæ [b]. Sed hæc Græci non habent, ut notat Hieronymus [c]. *Nam & ipsi erunt servitute oppressi, quamvis multæ gentes & magni reges*, Strig. *Quia de eis sibi serviri facient* (Heb. *sibi servierunt*, i.e. certissimè servient [d],) *illi etiam qui sunt gentes potentes, & magni reges*, Belg. *Nam multæ gentes——sibi servient de illis quoque*, Ang. Heb. *super ipsos, super ipsos quoque*, Angl. sicut super alios fecerunt; vel, *super ipsos, etiam super ipsos*, Angl. utcunque incredibile videatur. עָבַד in hac constructione non significat *servire* alicui, sed, *servitutem* ab aliquo *exigere*, & *sibi* de eo *servire*; de quo vide Jer. 30.8. & 34.10 *. *Quia etiam ipsos ad servitutem adigent populi multi*, Ch. Al. *Quia servierunt* (Judæi [f], Ægyptii, Moabitæ, &c [g].) *eis*, (nempe Chaldæis [h], adversùs populum Dei [i],) *cùm essent gentes multæ*, &c. Vulg. Quia eos in illo bello comitatæ sunt [k]. *Quia servire fecerunt eis* (i.e. sibi *; Heb. *servierunt* sibi *per eas*, T.) *etiam ipsas gentes*, &c. i.e. multas gentes subjugârunt †, talionem eis reddam [l]. Qui coegisti gentes servire tibi, ipse etiam servies [m]. *Quum servitutem exegerint ab his ipsis quoque gentibus amplis*, &c. JT. Eò quòd redegerint sibi etiam in servitutem populos multos, &c. Sy. *Quandoquidem & ipsæ servierunt eis*, (scilicet, diis peregrinis, ut & Israelitæ [n],) *gentes multæ, magnique reges*, Ca. *Quia fecerunt in illis*, vel, *Quia coegerunt eos, ad servitutem etiam ipsi, gentes multæ*, vel *robustæ*, &c. τὸ עָבְדוּ potest accipi vel, 1. in præterito; q. d. *Quoniam serviliter dominati sunt illis*, nempe, Israelitis, (ad quos refertur τὸ בָם; & scimus relativum sæpe poni ubi de Ecclesia agitur;) *etiam ipsi*, h. e. vicissim Israelitæ, sub. *dominabuntur illis*. Vel, 2. in futuro, ut sit præt. loco fut. Mihi quidem simplicius videtur, ut uno contextu legamus, *Quia dominabuntur illis*, &c. *& rependam illis*, &c. Dixerat, Jeremiam vaticinatum fuisse contra omnes gentes. Ergò sequitur explicatio, & ostendit Propheta quorsum tendant illa vaticinia; nempe, *quòd illis*, tam Babyloniis quàm aliis gentibus, *dominabuntur etiam ipsi*, (h.e. Israelitæ, quamvis absurdum videretur & incredibile: ideo ponitur τὸ בָם:) nempe, *gentibus*, &c. ut ב repetatur ante גּוֹיִם. Hoc certè tritum est Prophetis, ubi loquuntur de restitutione Ecclesiæ, & Christi adventu, promittere imperium filiis Dei †. ¶ *Et rependam eis*, &c.] Quia scilicet Israelitas crudeliter tractârunt. Prosequitur ergò eandem doctrinam, nempe, quòd Deus, cùm iratus fuit Ecclesiæ suæ, spem tamen aliquam reliquit, & memor erat fœderis sui. Ità mitigat asperitatem superioris doctrinæ [o].

15. *Sume calicem* (vel, *poculum istud*, JT. Pi.) *vini furoris*] Ità Mo.P.&c. vel, *istud* poculum *excandescentiæ*, JT. vel, vini, inquam, *excandescentiæ*, Pi. sic V. nempe meæ [p]. *Calicem furore*, vel *maledictione, repletum* vocat, vel hanc prophetiam [q], vel cladem futuram [r]. Usitata metaphora à symposiarchis desumpta, quâ significatur iram Dei quasi propinari hominibus, &c †. Calix hic justam continebat mensuram suppliciorum quæ Deus cuique genti destinârat. Non realiter hoc factum, sed imaginariè [t], & ἐν ὀπτασίᾳ, *per visionem*. In illo calice quem videbat Jeremias erat vinum fumigans, signum iræ Divinæ [v].

16. *Et*, &c. וְשָׁתוּ וְהִתְגֹּעֲשׁוּ וְהִתְהֹלָלוּ וגו׳ *Et bibent*, (vel, *Ut bibant*, JT. Pi. Calv. &c.) *&* (vel, *& indè*, Ca. *adeò ut*, Strig.) *commovebuntur*, (vel, *trement*, P. *commoveantur*, Ca. *concutiantur*, JT. Pi. *nutent*, Strig. *tremant*, V.) *& insanient* (vel, *insaniant*, JT. Pi. &c.) *à facie gladii*, &c. P. &c. vel, *metu gladii*, &c. M. *propter gladium*, &c. JT. Pi. Ut, cùm biberint, incipiant tremere, & similes esse furiosis [x]. Confer Esa.51.17. Magnus, inquit, dolor omnem illis sensum ac sapientiam adimet. Αὐτὴ γὰρ ὀργὴ τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον Ἐλθοῦσα, μανίας τοῖς ἔχουσι γίνεται· (*Cùm dolor & ira pectoris sedem occupant Unam, furores inde generari solent* [y].)

18. *Jerusalem*] Nam *judicium incipit à domo Dei*, 1 Pet.4.17 [z]. Id fit, 1. quia Deus ibi residet, & ei maximè invigilat: 2. quia minùs excusabiles sunt qui de voluntate Dei edocti sunt, &c: 3. ad exemplum; nè videatur Deus suâ indulgentiâ ipsorum vitia alere & fovere [a]. ¶ *Regibus ejus*] Joakimo, Jechoniæ, Sedeciæ [b]. ¶ *Sicut*, &c. כַּיּוֹם הַזֶּה *Sicut dies hæc*, Calv. *Secundùm diem hanc*, P. *Prout* (sub. *est*, Ang. vel, *apparet*, Pi.) *hodie*, Ang. sic Pi. V. aut, Ut hodie res habet [c]. Indubiè tempus hìc designat excidii urbis. [Obj. At illud nondum aderat.] Resp. 1. Propheta quasi digito ostendit quod nondum erat completum, ob certitudinem vaticinii, & ut ostendat hoc brevi futurum [d]. 2. Hæc verba adjecta sunt à Jeremia post captivitatem, & cùm in unum volumen redacti sunt hi Sacri Libri. Nam cùm prædicebat hanc captivitatem, hæc locum habere non poterant.

[v] Calv. [x] G. [y] Calv. [z] M. sim. V. [a] Q. in Ang. [b] G. sim. Mc. T. [c] G. [d] Ang. * Mc. [f] T. [g] T. sic Mc. [h] Mc. [i] G. [k] M. sim. V. [l] Ang. [m] Strig. * Jun. [n] Q. in Ang. [o] Ang. [p] Al. in Ang. [q] Ang. [r] G. † G. [t] Calv. [v] G. [x] Calv. [y] Strig. [z] V. [a] Pi. [b] Pi. sic G. [c] G. [d] Belg.

* Ang. [f] L. Mc. [g] Mc. [h] Mc. L. [i] Q. in Ang. [k] Mar. * Idem. † Idem. [l] T [m] Mar. sim. T. [n] Ca. † Calv. [o] Calv. [p] Pi. [q] M. [r] Calv. † Mc. [t] T. [v] G. [x] V. [y] G. [z] Calv. Arg. [a] Calv. [b] G. [c] V. [d] Calv.

poterant *. 3. Prophetia hæc alio tempore exstitit quàm quæ in hoc capite præcedit [f]. 4. Loquitur de tempore invasionem illam Chaldæorum sequente, Dan. 1. 1 [g]. q. d. Sicut jam esse incipit dies ista vastitatis [h]. Nam hoc quarto anno Joakimi cœpit hæc prophetia impleri, perfectè verò impleta est anno ultimo Sedeciæ [i].

19. *Pharaoni*, &c.] Proximus hic sequitur post Judæos, quia Judæi ab eo salutem sperabant, & ratio utriusque populi erat communis [k].

20. *Et*, &c. וְאֵת כָּל־הָעֶרֶב] *Et universæ* (vel, *toti isti*, JT. Pi.) *miscellaneæ*, Mo. V. vel, *miscellaneæ turbæ*, JT. Pi. *Et omnibus populis mistis*, P. *Omne* (vel, *Item omne*, Ca.) *promiscuum vulgus*, M. Ca. sic Ti. Intelligunt vel, 1. alienigenas, qui in Ægypto vivebant permixti indigenis [l]. Vel, 2. populum quendam miscellaneum, ex variis gentibus conflatum, habitantem in desertis finitimis Jerusalem [m]. Vel, 3. varios populos, quorum nomina in sequentibus exponuntur [n]: fines autem inter ipsos non tantùm conjuncti, sed etiam confusi, erant, & permixti dominatus [o]. LXX vertunt, καὶ πάντας τοὺς συμμίκτους αὐτῆ· sicut Exod. 12. 38. verterunt, ἐπίμικτος. Chaldæus, *omnes vicinos*. Non malè vertas, *Et omnes illos Arabas*, quorum scilicet enumeratio sequitur [p]. Si dicas Arabas separatim memorari v. 24. respondent, ibi eos intelligi qui sub aliquo regimine vivunt; hîc, feros & erraticos †. *Omnibúsque terminis ejus*, Sy. *Omnibus præterea provinciis occidentalibus*, Strig. ¶ *Regibus terræ Ausitidis*, הָעוּץ] *Hus*, Mo. sic M. P. filii Arami [q]. Vide Gen. 10. 23. & Job. 1. 1 [r]. Regio hæc est Arabiæ, confinis Idumææ, vel pars illius †. ¶ *Regibus* (i.e. Satrapis [t]) *terræ Philistiim*] Quarum [scil. terrarum] oppida sequuntur hîc. Confer Esa. 14. 29. & quæ infrà cap. 47 [v]. ¶ *Et* (vel, *Nempe*, Pi.) *Ascalonis —— & reliquiis Azoti*] Vel, *Ashdodi*, JT. &c. Sic vocat urbes & vicos Azoto vicinos & subjectos [x]. Exhausta enim erat illa regio obsidione Psammitichi Ægyptii Regis, ut ex Herodoto in Euterpe discimus. Ideo Geth hîc non nominatur, quippe eodem bello disjecta [y].

21. *Et Idumææ*, &c.] Hos tres populos copulat, quia Israelitis cognati erant *. De illis vide Jer. 48. & 49 †.

22. *Et cunctis regibus Tyri*] Vel, 1. Regibus sibi mutuò succedentibus, ad quos hæc pœna pertinet [z]. Occurrit dubitationi, quòd hoc non statim completum fuit, sed populi de quibus nunc agitur retinuerunt statum aliquem mediocrem. Monet ergò fideles ut suspendant suum judicium, donec tempus opportunum vindictæ Dei acciderit [a]. Vel, 2. Regibus coloniarum Tyriarum, è quibus una erat Carthago. Vel, 3. Regulis qui Regno Tyri subjecti erant [b]. ¶ *Et*, &c. וְאֵת מַלְכֵי הָאִי אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיָּם] *Et regibus insulæ* (vel, *insularum*, P. *insularibus*, Ti. *regionis istius*, JT. Pi.) *quæ* (sub. *est*, JT. Ang. Calv. vel, *sita est*, Pi. vel, *qui*, sub. *sunt*, P. M. Calv. Potest enim אֲשֶׁר tam ad Reges quàm ad insulas referri [c].) *trans*, vel *ultra*, (vel, *juxta*, sive *secundùm*, JT. Pi.) *mare*, Calv. P. M. &c. vel, *ultra littora maris*, i. e. in medio mari, Mediterraneo scilicet [d]; h. e. Regibus Cypri, Rhodi, Cretæ, & aliarum maris Mediterranei insularum *; quas insulas Nabuch. cepit [f]. Sed id non constat ex historia [e]. Al. Regibus transmarinis; nam Hebræi *insulas* vocant omnes regiones transmarinas, ut Psal. 72. 10 [h]. Al. Regibus Syriæ mari adjacentis [i], sive superioris, Philisthæis confœderatæ [k]. Vide Jer. 49. 23 [l].

23. *Et Dedan, & Thema, & Buz*] Hi omnes mixti sunt Saracenis, sive Arabibus [m]. De illis vide Gen. 22. 21. & 25. 3, 15 [n]. ¶ *Qui attonsi sunt in comam*] Id est, τεριχουρεμένες, quales Saraceni. Vide Levit. 19. 27. Jer. 9. 26 †. ¶ קְצוּצֵי פֵאָה] *Extremificatis* (vel, *terminis*, P.) *anguli*, Mo. V. sub. *mundi*, P. *qui extremos angulos* incolunt, Ti. sim. Ca. *qui habitant in extremis plagis* mundi, M. sim. V. *Extremos anguli*, vel, *terminatos angulo*, h. e. qui terminati sunt ultimis finibus, qui ferè incogniti erant Judæis propter locorum distantiam [o]. Al. *amputatis latere*, JT. *qui præcisa habent lara*, h. e. Arabibus [p]: *barbitonsis*, Sy. *circumdantibus angulum*, Ch.

24. *Et cunctis*, &c. וְאֵת כָּל־מַלְכֵי עֲרָב וגו׳ הָעֶרֶב וגו׳] *Et* (vel, *Id est*, JT. vel, *Nempe*, Pi. Belg. ut per *præcisos angulis* intelligantur hi Reges [q].) *omnibus regibus Arabiæ*, M. P. Mo. &c. *&* (vel, *hoc est*, P. ut de una sola Arabia loquatur [r].) *omnibus regibus Arabiæ*, M. V. Angl. (q. d. & Arabiæ fertilis & desertæ †: vel, *occidentis*, Mo. Ti. sic Strig. vel, *miscellaneæ turbæ*, JT. Pi. simil. Calv. Ang. Per contemptum accipio, q. d. qui non pollebant magnâ dignitate aut opulentiâ [t].) *habitantibus in deserto*, M. &c. Verto, *Et cunctis regibus Arabum*, id est, Scenitarum, *habitantium in deserto*, G. ex Ch. Vide Jerem. cap. 49. v. 28 [v].

25. *Regibus Zambri*] A Zimrane nominatur Genes. 25. 2. Hi sunt Zamareni Plin. 6. 28 [x]. Populus ignobilis. Significat, quicquid terrarum, vel exiguo aliquo Regno, cognitum erat Judæis, fore obnoxium judicio Dei; ità ut tota terra quaquaversum testis futura sit, Deum sedere in cœlo Judicem [y]; & scirent Judæi, cùm hæc cernerent, ea non fortuitò, sed Deo auctore, contingere [z]. ¶ *Regibus Elam*] Elymaidos. Vide Gen. 10. 22. infrà 49. 34. & à nobis dicta ad lib. 1. de V. R. C [a]. ¶ *Regibus Medorum*] Regibus & Regulis. Pertinet hoc ad bellum Cyri contra Astyagen †.

26. *Regibus Aquilonis*] LXX צָפוֹן alibi *Boream* vertunt; at hîc, ἀφηλιώτην, (*Subsolanum*,) non malè: est enim is ventus inter Aquilonem & Eurum, in quo situ sunt pleræque gentes, de quibus hîc agitur, ad Judæos [b]. ¶ *De propè*, &c. הַקְּרֹבִים וְהָרְחֹקִים אִישׁ אֶל אָחִיו] *Propinquis, & remotis*, Mo. P. JT. Pi. &c. (vel, *propinquos, & longinquos*, M.) *viro* (vel, *cuique*, Calv. *unumquemque*, M. vel, *quisque* erit, Calv.) *ad* (vel, *contra*, M. Calv.) *fratrem suum*, Mo. vel, *uni cum altero*, JT. Pi. Ang. *Ad*, pro *cum*, ut Lament. 3. 41 [c]. Vel, *aliis ab aliis*, P. *quibusque cum proximo suo*, Ti. *sine exceptione*, Strig. *à se invicem*, ad verb. *viro à fratre suo*; Hebraismus [d]: de quo vide Gen. 26. 31. 2 Reg. 7. 6. Jer. 13. 14 *. ¶ *Et* (vel, *Autem*, Pi. Ca. *Denique*, JT.) *rex Sesach bibet post eos*] Deus pœnam differt adversùs Chaldæos, donec eorum operâ usus fuerit ad perdendas alias gentes [f]. Sed quisnam hic Rex שֵׁשַׁךְ? Resp. 1. Rex ignotus. *Sesach* est nomen viri, 1 Reg. c. 11. v. 40 [g]. Sed indubiè hîc loquitur de Rege aliquo insigni [h]. 2. Rex urbis sic dictæ in Chaldæa [i]. Sed leves & frivolæ sunt hæ conjecturæ [k]. 3. Rex Babylonis [l]. Nec alius Rex per ambages nominandus erat extra hunc, sub cujus imperio aliquamdiu victurus erat Jeremias. Sed & ipse Propheta, cùm jam in Ægypto viveret, nomen hoc explicat, Jer. 51. 41 *. ubi *Sesach* nominat, & pro eo ponit *Babylonem* in altero membro. Propheta autem non apertè nominat Babylonem, sed obscurius nomen ponit [m], vel, 1. nè illum irritaret [n], & crearet invidiam populo suo [o]. Eadem de causa Paulus Neronem non nominavit 2 Thes. 2. 7 [p]. Non placet. Nam, 1. Propheta inter ipsas medias mortes intrepidè obtemperavit Deo [q]. 2. Idem Babyloni alibi expressè minatur [r]. Vel potiùs, 2. ut frænum injiceret Judæis, nè festinarent, quum prædicta fuisset hæc pœna; quia hoc esset vaticinium quasi sepultum, ità ut nomen ipsum Propheta reticeret †. [Sed cur בָּבֶל *Babel* dicitur שֵׁשַׁךְ? Resp. 1. Quasi *byssi saccus*, ob byssi & purpuræ abundantiam [t]. 2. שֵׁשַׁךְ est בָּבֶל per eam literarum permutationem quam אתבש (*Athbasch*) vocant, id est, ubi ultima Alphabeti litera pro prima ponitur, penultima pro secunda, & contrà, atque ità deinceps [v]. Non est novum illud commentum [x]. Inter Romanos similis usus erat. Augustus ad filium, pro prima litera, secundam, pro secunda, tertiam, ponebat, &c [y]. 3. Alii malunt hoc nomen, repetitâ literâ primâ, derivare à שַׁךְ, quod nomen alicui dearum Babylonis; ob quam is, qui Hebræis vocabatur מִישָׁאֵל, dictus est Babyloniis מֵישַׁךְ, Dan. 1. 7. Indidem Σακχαῖα nomen festorum dierum apud eosdem Babylonios, ut ex Beroso & Ctesia docet Athenæus 14. 10. Meminit & Chrysostomus 4. de Regno, Σακχῶν ἑορτὼ (*Saccæorum festum*) vocans [z]. 4. *Scheschac*, linguâ Babylonicâ, est, *festum diem celebrans*, & *Shace*, *festi dies*, ut refert Athenæus l. 14. ex Beroso & Ctesia [a]. Sed non id dicit Athenæus, nec illi quos ipse nominat; sed tantùm, festum fuisse Saccæum, simile Saturnalibus, &c [b]. Verba Athenæi sunt, *Berosus scripsit, die 16. mensis Loi, per quinque dies, Babylone festum celebrari*, Σακέαν *nominatum, in quo servi dominis imperabant*, &c. *& servi unum ex eis præficere solebant domui, induentes ipsi stolam regiæ similem.*

lem. *Hunc servum appellatum* ζωγάνην, à Chaldaica voce סגן, *præfectus*. Hujus festi & Scriptura meminit, Esa. 21. v. 5. Jer. 51. 39, 57. Et tempore hujus festi Cyrum expugnâsse Babylonem testantur Herod. lib. 1. p. 89. & Xenoph. l. 7 [c]. Mysticè igitur voce ששך notare voluit Propheta tempus expugnandæ Babylonis, quando scilicet festum Sacea celebratum sit [d]. Similes ὑπαινίξεις alibi occurrunt: ut quòd Edomæa clamosa vocatur דומה, *silens*, Esa. 21. 11. & Ægyptus, מצור, *munitio*, Mic. 7. 12. & Saul *Chush*, Psal. 7. 1. & Babylon, *desertum maris*, Esa. 21. 1. & Nebuchadnetsaris exercitus, נצרים, *observatores*, Jer. 4. 16. &c *.

27. *Dices ad eos*] Solos Judæos alloquitur, quamvis de exteris sermonem habeat [f].

28. *Cùmque noluerint accipere calicem*, &c.] Verte, *Etiamsi nolint*, &c. G. h. e. Etsi pertinaciter hostibus resistant, & videantur sibi posse malum depellere, irriti erunt conatus, &c [g].

29. *Et vos*, &c? ואתם הנקה תנקו] *Et vos omnino impunè essetis?* JT. Pi. sim. Ti. Ca. V. &c. vel, *penitùs eritis innoxii?* P. sim. M. ad verb. *absolvendo absolvemini?* V. vel, *immunes* (vel, *mundi*, Mo.) *exsistendo, immunes* (vel, *innoxii*, Mo.) *eritis?* Q. in V. q. d. Multò magis puniam vos [h]. Si Hierosl. non peperci, cur vobis parcerem? Confer Ezec. 9. 6. 1 Pet. 4. 17 [i]. נקה sign. *esse innoxium*, sed transfertur ad pœnam; ut עון à culpa ad pœnam transfertur [k].

30. *Dominus de excelso* (i. e. de cœlo. Judæos simul monet ut sursum attollant oculos, qui defixi erant in Templo [l].) *rugiet*] Ut leo iratus [m]. ¶ *De habitaculo*, &c.] De cœlo vocabit eos quorum operâ uti volet [n]. ¶ *Rugiet super*, &c. על נוהו] *Super* (vel, *contra*, Sy.) *habitaculum suum*, Mo. P. Calv. &c. i. e. contra Templum [o]. Cui repugnat totus contextus, quippe qui de exterorum pœnis agit [p]. *In habitaculo*, &c. JT. Angl. Ità על usurpatur Esa. 24. 22. & 38. 21. Dan. 11. 20. Vel, *ex habitaculo*, Angl. על, pro מעל; ut Psal. 81. 6. Dan. 2. 1 †. ¶ *Celeusma*, &c. הידד כדרכים יענה אל כל וגו'] *Celeusma* (Significat vocem mutuò se hortantium ad opus aliquod; nam κέλευσμα *exhortationem* sign [q]. Significat *clamorem nautarum* [r]. Al. *Clamor*, M. Calv.) *veluti calcantium*, Mo. P. &c. (sub. *uvas*, Pi. Ang. &c. sim. P. Calv. &c.) *resonabit* (vel, *concinetur*, P. *efferet*, JT. *respondebit*; cui? nempe sibiipsi: q. d. Etsi omnes conspirent ad extinguendam Dei vindictam, tamen ipse superior evadet, nec opus habebit alieno subsidio †. Vel, *exclamabit*, Pi.) *ad* (vel, *super*, Ti. *contra*, M. JT. Pi.) *omnes*, &c. Mo. vel, *omnibus*, &c. P. [Ca. locum sic reddit, *Clamorem emittens, qualis est uvas calcantium, in omnes*. Strig. sic, *Canet carmen, sicut calcantes mustum, de omnibus incolis terræ*.] ענה propriè sign. *respondere*, unde ad verb. *respondebit celeusma*: quo alludi volunt quidam ad cantica amœbæa calcantium in torcularibus, quibus sibi invicem respondent. Et certè ענה sign. *respondere* sibi invicem in cantu, vel canere alternis, ut illi fecerunt Exod. 15. 21. 1 Sam. 18. 7. & 21. 11; quin & simpliciter, *canere*, ut Esa. 27. 2; imò &, *loqui*, ut sæpe; & in specie, *clamorem attollere*, ut Exod. c. 32. v. 18: unde constat hanc vocem significare clamorem, sive invadentium, sive eorum qui invaduntur. Priorem hîc intelligo, nempe clamorem eorum qui vel urbem, vel hostem in campo, aggrediuntur; cum allusione tamen ad clamorem rusticorum in fine messis aut vindemiæ [t].

31. *Pervenit* (vel, *Perveniet*; præt. pro fut [v]. *Pervadet*, Pi.) *sonitus* (vel, *strepitus*, sive *tumultus*, V. vel, *fragor*, i. e. vox illa Jehovæ [x].) *usque ad extrema terræ*] Ad mare Rubrum & Caspium [y]. Vel, à mari Persico ad Mediterraneum, q.d. quousque se porrigit terra [z]. Aut hyperbole est, aut certè intelligit de illa regione tantùm [a]. ¶ *Judicatur*, &c.] i. e. Permittit se examini & judicio hominum, annon meritò puniantur [b]. ¶ נשפט הוא לכל בשר] *Judex est ipse omnis carnis*, P. *Et ipse judicat omnem*, &c. Sy. *Retribuet ipse omni*, &c. Ch. *Disceptat ipse contra*, &c. JT. Pi. sim. Mo. M. *Judicium subibit ipse cum*, &c. Ti. Ostendit toti mundo se nihil nisi justissimè facere. Vide Esa. 1. 18 [c]. Jam tempus est litigandi, &c [d].

32. *Afflictio* (vel, *Malum*, Mo. P. &c. *Calamitas*, Ti.) *egreditur* (vel, *processura est*, JT. Pi.) *de gente in gentem*] Vel, 1. quòd gentes aliæ aliis bellum inferent, ut se conficiant mutuis vulneribus *. Vel, 2. quòd procedet instar tempestatis, quæ, exorta in una regione, longè latèq; se diffundit; ità judicium Dei ab una gente transiliet ad alteram, donec hæc omnia compleverit [f]. ¶ *Turbo magnus* (id est, hostilis invasio [g].) *egredietur à*, &c. מירכתי ארץ] *A lateribus* (vel, *finibus*, V. Ch. sim. Sy. Ca. &c.) *terræ*] h. e. A locis remotissimis; ità ut nulla distantia complementum ejus impediat [h]. Prædicit desolationem secundi Templi: priùs de primo egit. Orientur gravissima bella in mundo, veniétque magnus exercitus oppugnatum Jerusalem ex longinquissima regione [i].

33. *Interfecti Domini*] Ità Mo. M. &c. vel, *à Jehova*, P. i. e. quos Dominus interfici curavit [k]. ¶ *Non plangentur*] Vide Jer. 16. 6. & 22. 18 †. ¶ *Et non colligentur*] Vel, *auferentur*, scil. è locis ubi jacebunt [l]. Non collocabuntur in monumentis majorum. Vide Jer. 8. 2 †. ¶ *Neque sepelientur*] Nè plebeio quidem more [m].

34. *Ululate, pastores*] i.e. Gubernatores politici & ecclesiastici [n]. Reges & senatores magni Synedrii [o]. Hactenus vaticinatus est de judiciis Dei [in gentes,] tum ut Judæi cognoscerent se frustrà sperare veniam, quam Deus non daturus erat cæcis gentibus, quæ poterant ignorantiam obtendere; tum ut solaretur pios, quum viderent profanas gentes pariter puniri. Nunc (quod Interpretes non observant) redit ad gentem suam, cujus Doctor erat, &c [p]. ¶ *Et*, &c. והתפלשו] *Et volutate vos*, JT. Pi. sub. *in cinere*, vel *pulvere*, JT. Pi. Ang. &c. ex Jer. 6. 26 [q]. & Ezec. 27. 30 [r]. & Mic. 1. 10 †. Vel, vox Hebræa totum hoc sign. *volutari in pulvere* [Ità accipiunt Mo. P. &c.] ¶ *Optimates gregis*] i.e. Judices urbium [v]; vel, divites ex populo [x]. ¶ *Completi sunt dies vestri*] h. e. Dies vobis à Deo destinati [y], in spatium resipiscendi: videt Deus malitiam vestram esse insanabilem [z]. ¶ *Ut*, &c. לטבוח] *Ad jugulandum*, Mo. *ut mactemini*, Ti. JT. Pi. *ut mactet* unus alterum, M. sim. P. V. ut factum in obsidione Jerosolymæ [a]. ¶ *Et*, &c. ותפוצותיכם] *Et dispersiones vestræ*, Mo. P. &c. sub. *completæ sunt*, P. vel, *advenerunt*, M. Al. *ut dispergamini*, Ti. G. alius alió [b]. *Item dies* (vel, *Dies, inquam*, JT.) *dispersionum vestrarum*, Pi. JT. &c. Tempus quo dispergemini in exsilium & captivitatem [c]. ¶ *Cadetis* (vel, *Corruetis*, V.) *quasi vasa*, &c. ככלי חמדה] *Ut vas desiderii*, sive *desiderabile*, P. Mo. Pi. simil. M. Ti. Sy. Ut vasa ex crystallo aut gemma aliqua, quæ ità tenera sunt, ut semel solo allisa in partes dissiliant [d]. Frangemini instar vasis pretiosi quod excidit manibus alicujus: vos, scilicet, qui antè eratis in magno pretio habiti *. *Tanquam elegans supellex*, Ca. *ututsitis vasa desiderabilia*, JT. qui eratis delicati *quasi*, &c. Ch. Qui fuistis vas pretiosum, jam velut stercus abjiciemini [f]. Excellentia vestra non præstabit vos salvos. Comparat eos vasi pretioso potiùs quàm testaceo, ut notet diversitatem inter duos status; q. d. In ignominiam vestram convertam quicquid vobis gloriæ contuli [g].

35. *Peribit fuga à pastoribus*, &c.] Illi maximè solent quæri ad cædem [h]. Nè fugâ se servabunt [i].

37. *Et*, &c. ונדמו נאות וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *succisa* (vel, *eversa*, M.) *sunt*, Mo. P. sim. JT. Pi. V. G. (vel, *defecerunt*, V. *desolabuntur*, Ch. *rumpentur*, Sy. *pereunt*, Ca. sim. V. *conticuerunt*, Ti. Vulg.) *habitacula* (vel, *pascua*, P. M. sim. JT. Pi. &c.) *pacis*, Mo. vel, *pacifica*, P. M. &c. Allusio ad nomen *Salem*, sive *Jerusalem* [k]. Pascua ubi pacificè & sine incursione bestiarum greges antea pascebantur [l]: i.e. civitates & provinciæ in quibus erat summa pax & securitas [m].

38. *Dereliquit*, &c. עזב ככפיר סכו] *Dereliquit* (vel, *Derelinquet*, V. vel, *Qui reliquit*, Pi.) *tanquam leo*, vel *leunculus*, *latibulum*, vel *lustrum*, vel *tugurium*, *suum*, Mo. Ti. M. &c. nempe ut prædam suam quærat [n]. q. d. Comparavit se ad devorandum gentes [o]. Vel, ut leo qui penitùs deserit, &c. vix enim deserit illud, nisi ad paucum tempus pro captanda præda [p]. Al. Dei potentiam hîc commendat nomine leonis, ut significet, Deum, quamdiu habitavit in Templo suo, leonis instar, vel solo fremitu hostes abegisse; nunc autem ipsum mutâsse stationem, ipsósque deseruisse, & hinc eos ob-

[c] Glass. gram. 4. 3. 13. 831. [d] Glass. ib. ex Jun. * Glass. rhet. 1. 22. 513. [f] Calv. [g] Calv. [h] Pi. [i] G. [k] Calv. [l] Calv. [m] G. sim. Calv. [n] G. [o] V. sim. plerique in Ang. [p] Ang. † Idem. [q] V. [r] Calv. † Calv. [t] Ang. [v] V. [x] Pi. [y] G. [z] Ang. [a] V. [b] T. sim. Mo. [c] G. [d] Calv. * C. in Calv. [f] Calv. [g] Pi. [h] Calv. [i] V. [k] G. † Idem. [l] Pi. † G. [m] G. [n] Pi. [o] G. sim. Ca v. [p] Calv. [q] Pi. [r] V. † Ang. [v] V. [x] G. [y] Pi. sim. Calv. V. [z] Pi. Calv. [a] V. [b] G. [c] V. [d] G. sim. Ang. * V. [f] M. [g] Calv. [h] G. [i] V. Calv. [k] G. [l] V. [m] V. sim. Calv. [n] G. [o] Pi. [p] V.

noxios esse omnium gentium rapinis [q]. ¶ *In desolationem à facie iræ columbæ*] Id est, vel, 1. Dei, qui est naturâ clementissimus, sed superatur ab iniquitate hominum, & cogitur ad vindictam [r]. Vel, 2. Nabuchodonosoris & Chaldæorum: qui hîc per *columbam* significantur †, vel, 1. ob celerem adventum [t]; vel, 2. quia ad prædam egressi sunt, sicut columba ex columbario ad quærendam escam [v]; vel, 3. quòd, sicut Persæ & Romani aquilam, ità Chaldæi in vexillis & labaris suis præferebant columbam; idque, ut notat Diodorus Siculus, in honorem & memoriam Semiramidis, primæ Babyloniorum Reginæ, à columbis, ut scribit Gnidius, enutritæ, & post mortem in columbam conversæ, ut vulgus credidit [x]. Aiunt Semiramidis signum bellicum fuisse columbam; idque postea usurpatum semper ab Assyriis. Sanè columbas scimus apud Syros sacras fuisse, & Veneri dicatas. Diodoro quoque Siculo persuasum, Semiramida dictam à *pipitu columbæ*, quasi esset à זמירא, quod est *canticum* Chaldæis; non à שְׁמֵי רָם, *cœli altitudine*. At hîc, & 46. 16. non de Assyriis, sed de Babyloniis, agitur: & 50. 16. de Persis. Quis autem credat victarum gentium signa sumpta à victoribus? יונה & *columbam* sign. & *vastatorem*, sive *inimicum*, ut hîc habet Chald. aut, ut Græci sæpe vertunt, θλίβοντα, (*prementem*;) καὶ δυναστεύοντα, (*dominantem*.) Subauditur autem vox *gladii*. Sensus est, Omnia desolata à furore gladii hostilis. Id subintelligi apparet & ex Chald. hîc, & ex Jer. 46. 16. & 50. 16. ubi de eadem re agitur. LXX hîc, ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας μεγάλης, (*à facie gladii magni*;) at aliis duobus illis locis, ἀπὸ μαχαίρας Ἑλληνικῆς, *à gladio Græco*, quasi esset adjectivum fœmininum, à יָוָן, quod *Græcum* sign. Est enim חֶרֶב Hebræis generis fœminini. Et sic hunc quoque locum explicari posse ait Hieron. ad Zach. 3. At si quis omnes hos locos consideret, videbit Græciæ nullas hîc esse partes [y]. ¶ מִפְּנֵי חֲרוֹן הַיּוֹנָה] *A furore columbæ*, Strig. Al. *à facie iræ* (vel, *propter iram*, P. M. *propter æstum*, JT. Pi. sim. Ti.) *oppressoris*, vel *prædonis*, Calv. Ang. JT. vel, *sævitiæ*, M. *vastatoris*, Ti. sim. Mo. *depopulantis*, vel *vim inferentis*, V. *abripientis*, Pi. *opprimentis*, JT. Angl. sub. *gladii*, JT. Pi. Angl. ex Jer. 46. 16. & 50. 16 [z]. Ellipsis substantivi: ut Esa. 17. 5. *stans*, id est, *seges*; Hos. 9. v. 16. *dilectus*, sub. *fructus* *. Chald. vertit, *à facie gladii odio habentis*, sive *inimici*, *qui est sicut vinum inebrians*. Ità deducit à יַיִן *vinum* †. ¶ *A facie iræ furoris Domini*] Si Nabuchodonosori ira evadi nequit, quantò minùs Dei *?

[q] Calv. [r] Mo. M. T. [r] Q. in V. † T. ex San. Hi. [t] Cas. Mald. [v] Q. in San. [x] Al. in San. [x] T. ex San. [y] G. [z] Pi. Ang. * Ang. † V. * G.

CAP. XXVI.

1. IN *principio regni Joacim*] Tunc res penè desperatæ erant: tamen obduruerant contra Deum & Prophetas ejus. Reprobi magìs exasperantur Dei flagellis [a].

2. *In atrio*] Nempe maximo [b]; unde possit audiri à populo, cui non licebat Templum ingredi [c]. ¶ *Ad omnes civitates*, &c.] Vel, viros *urbium*, V. sim. Pi. &c. ¶ *Veniunt ut adorent*, &c.] Eripit illis errorem suum, quo ob sacrificia sua, &c. putabant se meliori mercede dignos esse, &c [d]. ¶ *Noli subtrahere verbum*] Sim. JT. Ca. Sy. &c. vel, *quicquam*, Pi. V. i. e. subticere, aut supprimere *, quod offendere possit; vel, mollire quod videri possit asperius; vel, obliquè aut frigidè proponere quod non potest prodesse absque vehementia: hoc enim est *minuere*, &c [f].

3. *Si fortè audiant*] Hieron. *Nostro loquitur affectu, ut liberum homini servetur arbitrium* [g]. Dicit, *Si fortè*, ex communi loquendi usu: non quasi non præsciret omnes eventus; sed ut notet obstinationem populi, & quàm difficile esset ipsos sanare, se tamen tentare velle: quo & summam bonitatem suam ostendit, & ipsos reddit magìs inexcusabiles [h]. ¶ *Et*, &c. וְנִחַמְתִּי אֶל הָרָעָה וגו׳] *Et* (vel, *Ut*, Ti.) *pœniteat me mali* (vel, *ad malum*, Mo.) *quod cogito*, &c. P. *Ut ego malum revocem*, &c. Ca.

5. *Prophetarum*, &c.] At si Lex Dei sufficit, ut vers. præc. innuitur, quorsum Prophetas audirent? Resp. Ut Legis interpretes, qui etiam eam accommodarent ad usum populi [i].

[a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] Calv. * V. sic Calv. [f] Calv. [g] G. [h] Calv.

6. *Sicut Silo*] Vide Jer. 7. 12 [k].

8. *Apprehenderunt eum sacerdotes*, &c.] Nempe, ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, (*præfectus Templi*,) cui prehendendi in Templo jus erat, assentientibus Sacerdotibus qui aderant & Prophetis, plebe autem obsecundante [l].

9. *Nomine Domini*, &c.] Quem facis contrarium sibi suisque promissionibus, Psal. 132. 14. &c. ergò falsarius es, & injuriam facis Deo, dum ità minitaris Templo & urbi. Quare non carebant illi specioso colore, &c [m].

10. *Et audierunt* (clamorem popularem [n]) *principes Juda*] Senatores magni Synedrii, ad quos pertinebat judicium de Propheta vero aut falso [o]. Signum hoc erat crassi contemptûs, quòd nemo ex Regis consiliariis concioni interesset, sed omnes aliis negotiis intenti essent, &c [p]. ¶ *Ascenderunt*, &c.] Templum enim Regiâ altius erat [q]. ¶ *Et sederunt* (more scilicet judicum, ut meliùs cognoscerent de causa †,) *in introitu portæ — novæ*] Id est, instauratæ [r]; ædificatæ à Jothamo †, 2 Reg. c. 15. v. 35 [t]. Hæc omnium maxima erat [v]. Chald. *orientalis*, V. sim. G. At Maimonides curiam hujus Synedrii ad Occidentem locat. Verùm nihil mirum eum conventûs locum in Templo secundo fuisse translatum [x].

11. *Judicium mortis est viro huic*; ità P. M. sim. Mo. מִשְׁפַּט וגו׳] *Reus mortis* est, Ti. *Crimen capitale*, &c. JT. Pi. sim. Ca. Crimen nempe seditionis: quia qui malè ominatur patriæ, plebem sæpe commovet, & occasiones dat aut seditionibus, aut desperatis consiliis. Confer Act. 6. 13 [y].

12. *Dominus misit me*, &c.] Nota prudentiam Jeremiæ, qui, cùm Deum sibi dicat auctorem, satìs validam protulit exceptionem contra leges omnes [z]. Ità perstringit eos qui jactabant Deum stare à parte sua, &c [a]. Deinde, dicit se venire *ad* (non, *contra*) *civitatem*; significans se ipsorum utilitatibus servire, locum adhuc esse pœnitentiæ [b].

14. *In manibus vestris sum*] Nota humilitatem ejus. Agnoscit in Synedrio vitæ & necis potestatem [c]. Agnoscit Deum laxâsse habenas impiis, &c [d].

15. *Sanguinem innocentem tradetis* (vel, *dabitis*, M. *ponetis*, V. Calv.) *contra* (vel, *super*, P. Calv.) *vosmetipsos*] Propter quem pœnas dabitis *. Hoc facto adeò mala prædicta non evadetis, ut etiam ob id ipsum ea futura sint graviora [f].

16. *Dixerunt principes*] i. e. Major pars Synedrii [g]. Crudeliores fuerunt in Prophetam, per invidiam sanctitatis, qui Religioni videbantur dediti, quàm qui necessitatibus publicis præerant [h]. ¶ *Et omnis populus*] Motus auctoritate Senatorum, ut antè motus fuerat auctoritate sacerdotum [i]. Vulgus, accepta ratione, citò mutat sententiam [k]. Vulgus antè præjudiciis fuit excæcatus, ut rem non auderet examinare [l]. Populus est instar maris, quod spontè tranquillum est, sed facilè commovetur: levis est & inconstans, & facilè trahitur in omnes partes [m]. Forsan populi magna pars stetit à partibus sacerdotum; alia, à parte Principum [n].

17. *Viri de senioribus terræ*] Tum officio & auctoritate, tum præcipuè ætate, qui possent quæ antea contigerant referre [o]. Iidem qui antè *principes* [p].

18. *Michæas de Morasthi*, &c.] Vico in tribu Juda. Idem hic cujus Prophetia exstat. Politici multa exemplis persuadent. Et in legum interpretatione multùm valet rerum antè judicatarum authoritas [q]. Defenditur Jeremias, quem hostes novitate gravabant, quòd neque solus neque primus minatus fuit urbi & Templo *. ¶ *In diebus Ezechiæ*] Regis optimi; sed populus frigidus erat & ignavus, nec eum ducem sequi voluerunt [r]. ¶ *Sion*, &c. צִיּוֹן שָׂדֶה וגו׳] *Sion ager* (vel, *ut ager*, P. M. JT. Pi. &c.) *arabitur*, & *Jerusalem tumuli* (vel, *ut desertum*, P. in *acervos*, vel *tumulos*, V. Ch. M. in *cumulos*, JT. Pi. sub. *lapidum*, V.) *erit*, Mo. P. vel, *redigetur*, M. JT. Pi. &c. Tale illud, *Et campos ubi Troja fuit* — †. Ità vastabitur ut, instar agri, arari possit [t]. ¶ *Et mons domûs* (vel, *domûs hujus*, Sy. JT. Pi. &c. i. e. Templi [v],) *in excelsa sylvarum*] Mons Mo-ria

[i] Calv. [k] G. [l] G. [m] Calv. [n] Calv. [o] G. [p] Calv. [q] V. † Idem. [r] Id. † G. [t] V. G. [v] V. [x] G. [y] G. [z] G. ex Hi. [a] Calv. [b] G. [c] G. ex Hi. [d] Calv. * V. [f] G. [g] G. [h] Hi. in G. [i] G. [k] G. ex Hi. [l] Calv. [m] Calv. ad v. 11. [n] E ad v. 7. [o] Calv. [p] G. [q] G. * Calv. [r] Calv. † G. [t] T. sim. Me. [v] V.

ria erit plenus arboribus [v]. Ità deseretur, ut sylvescat. Habes hæc verba Mic. 3. ult [t].

19. *Numquid morte condemnavit eum Ezechias*—(jure regio, tanquam seditiosum [y],) & (vel, *aut*, G.) *omnis Juda?*] i. e. Synedrium, gerens vices totius populi, & cognitionem habens de Prophetis †. Passus est bonus ille Rex se tam graviter objurgari: quia scilicet videbat sibi opus esse tali adjutore [z]. ¶ *Facimus malum*, &c.] Supple, si occidamus Jeremiam [a].

20. *Fuit quoque vir* (vel, alius *quidam*, Pi.) *prophetans*] Absoluto sermone Senatorum, additur hîc historia illorum temporum, unde intelligi potest quanto in periculo Jeremias fuerit sub Rege improbo [b]. Sunt hæc verba vel, 1. sacerdotum accusantium, & pro se hoc exemplum afferentium [c]: q. d. Quid nobis objicitis Micham, cùm Rex Joiakim interfecerit Uriam [d]? Eadem hujus & Jeremiæ causa, &c. Huic sententiæ suffragari videntur, 1. τὸ וְגַם, *Atque etiam*; quod adversativè sumi potest; q. d. Atqui fuit alius qui non impunè concionatus est de clade urbis, &c. 2. τὸ אַךְ v. 24. quod sign. *Veruntamen*; q. d. Quamvis Jeremias esset in magno discrimine, tamen Achicam fortiter pugnavit, ità ut tandem fuerit causâ superior *. Cohærent hi quatuor versus cum ultimo, & recensionem historicam continuant de exsecutione sententiæ, & liberato Jeremia, contra Regis violentiam; cujus exemplum hîc proponitur. Connexio talis est: v. 20. *Et quamvis etiam quidam prophetans*, &c. [Sic JT. reddunt, sim. & Angl.] h. e. Etsi Rex Joiakim hanc tyrannidem in Uriam exercuit, prout hîc narratur, quod ipsum Jeremiæ obtingere potuisset; v. 24. *Attamen manus*, &c [f]. Sunt hæc verba Scriptoris de præsenti negotio, referentis exitum ejus, & miram Dei providentiam in conservando Jeremia [g]. q. d. Fuit quoque Urias, &c. qui occisus est: Jeremiæ tamen in pari causa nihil mali à Rege illatum, tum quòd Deus illum tutaretur; tum quòd Ahicam ei auxiliaretur, &c [h]. Vel, 2. Seniorum piorum, qui Jeremiam defendunt. Quod malim, 1. ob consensum Interpretum, à quo non temere discedo: 2. quia uno contextu hæc referuntur. Nulla hîc discriminis nota, ut fit ubi loquuntur diversi homines, & alii aliis repugnant: iidem ergò qui antè etiam hîc loquuntur, & aliud exemplum producunt, sed dissimile; Uriam nempe dedisse pœnas; sed ità scelus sceleri fuisse additum, nec Regem Joakimum quicquam profecisse. Fortiter fecerunt quòd hanc Regi cædem objicerent; timidè tamen & cautè, quòd non adjiciunt quorsum hoc proferunt, nec loquuntur de exitu; quia tunc nota erat omnibus urbis & populi conditio, & periculum gravius instabat. Plus ergò relinquunt colligendum singulis quàm ipsi exprimunt, timendam nempe esse vindictam, si sævire pergant, &c [i]. ¶ *In nomine Domini*] Hoc est, pro diversitate prædictarum sententiarum, vel, 1. q. d. obtendens nomen Domini, ut hodie Jeremias: vel, 2. q. d. fidem faciens integritatis suæ †. ¶ *Juxta—verba Jeremiæ*] h. e. Planè ut Jeremias [k]. Si sermo sit impiorum, sensus est, qu. d. Supervacuum est causam ejus cognoscere, quum in alterius persona jam damnatus sit: si piorum, significant satìs esse unum Prophetam occidi, &c *.

21. *Et audivit rex Joacim*, &c.] Loquuntur vel, 1. pii, qui odiosè loquuntur de Rege & consiliariis: vel, 2. improbi, qui populum Regio nomine terrere voluerunt [l]. ¶ *Et timuit*, &c.] Vitiosè; non tamen ità ut vocationem desereret, aut veritatem abnegaret †.

22. *Et misit—in Ægyptum*] Ubi facilè etiam iniqua impetrabat, quia se in fidem & clientelam Regis Ægyptii dedisset, 2 Reg. 23. 34 [m]. à quo hunc petiit tanquam turbulentum & fugitivum [n]. ¶ *Elnathan*] Quem ignominiæ causâ nominat †.

23. *Percussit eum gladio*] Tanquam seditiosum. In tales Rex jus habebat, nisi se Prophetas dicerent. Animadverso autem Regia omnis per gladium [o]. ¶ *In*, &c. אֶל קִבְרֵי בְּנֵי הָעָם] *In sepulchra* (vel, *sepulchrum*, Ti. sim. Ca. G.) *filiorum populi*, M. P. Mo. vel, *publicum*, Ca. sic Ch. in V. & in M. [non ergò, *advenarum*, ut G. vertit ex Chaldæo:] *vulgi*, Ti. *popularium*, JT. Pi. ignominiæ causâ [p]; quum suum cuique diviti sepulchrum esse soleret [q]. Vide 2 Reg. 24. 6. & Matt. 27. 7 [r]. q. d. Non sepultus est more aliorum Prophetarum †: quem hinc colligimus honoratum fuisse [t]; quò minùs putaretur Propheta fuisse Domini [v].

24. *Igitur*; ità M. אַךְ *Veruntamen*, Mo. P. JT. Pi. Calv. Ch. G. &c. *At*, Ti. sic Sy. i. e. Quanquam sub tam malo Rege viveretur, qui jam tale sævitiæ suæ exemplum dederat [x]. Notatur Jeremiæ periculum, & contentionis fervor, &c [y]. ¶ *Manus*] i. e. Auctoritas [z]; vel, conatus, ut alibi; vel potiùs, auxilium [a]; vel, favor. Impii illi infirmare non potuerunt sententiam Principum [b]. ¶ *Ahicam*] Unus fuit è primis consiliariis regiis [c], à temporibus Josiæ [d], 2 Reg. 22. 12 *. De quo vide & Jer. 39. 14. Hic non flexus est à sancto proposito, sed ausus est se opponere furori populi & sacerdotum [f]. ¶ *Ut non traderetur in manus populi*] Qui adhuc implacabilis manebat; adeò virulentiam suam sparserant sacerdotes, &c †. Reges sæpe, cùm perire volunt hominem claræ virtutis, malunt id per seditionem vulgi (quam concitare ipsis facile est) quàm suo jussu fieri, ut sine suo odio alieno scelere fruantur [g].

CAP. XXVII.

1. *In principio regni Joacim*, &c.] Atque ità 11 annis ante regnum Sedeciæ, quum Nabuchod. nondum esset Rex Babyloniæ, ut patet ex Jer. 25. 1 [a]. Sed principium hoc non debet restringi ad 1. vel 2. annum [b], sed extendi ad statum regni prosperum & integrum [c]. [Sed difficultas non levis hîc occurrit.] Nam prophetia hæc dirigitur ad Sedeciam, ut patet ex vers. 3, &c [d]. Resp. 1. Joiakim per errorem scriptum videtur pro Sedecia *, ut patet ex v. 12 [f]. 2. Hic versus in LXX non est, nisi in [codicibus] Regiis [g]. 3. Hic finis est superioris capitis, ut scil. finis ejus principio respondeat, scil. omnia ista contigisse *in principio*, &c [h]. Certè distinctio capitum in Bibliis non est ab Auctore canonico, sed longè pòst. Iteratur autem hæc designatio temporis, quia plurimi intererat nôsse, Regem initio regni admonitum ut sibi & urbi caveret, ideòque illum justè puniri. Obj. Repugnat huic sententiæ τὸ *dicens* in fine. Resp. 1. Nec τὸ *dicens* ad sequentia referri potest; cùm illa sint verba, non Domini, sed Jeremiæ [i]. Sed quidni sint verba Dei, vel à Deo indita ori Jeremiæ, vel de se loquentis in tertia persona [k]? 2. τὸ לֵאמֹר cum *verbo Domini* conjungo, ut millies fit; quasi hæc vox sit proprium epitheton prophetiæ, q. d. *ad dicendum*; ut hic sit sensus, Hoc est verbum Domini Jeremiæ dictum, ut illud ipse postea ad alios transmitteret [l]. Sed exemplum desideratur, ubi לֵאמֹר sententiam claudit [m]. 4. Quod dicitur v. 2. dictum est & factum à Propheta initio Joakim; quod verò sequitur v. 3. dictum à Domino, & factum à Jeremia, tempore Sedeciæ [n]. Vincula hæc, &c. gestavit Jeremias à principio regni Joacim ad annum quartum regni Sedeciæ, h. e. circiter 15 annis, saltem per intervalla [o]. Prophetia hæc, licèt non vulgaretur ante regnum Sedeciæ, data tamen antea erat, & diu deposita in sinu Prophetæ, ut, cùm certò sciret id quod incredibile aliis erat, fulciretur hoc vaticinio, nec in cursu suo deficeret [p]. Sicut quæ antecessit vaticinatio ad populum pertinet, ità & hæc: sed hæc cum verbis rerum etiam signa conjuncta habet, more antiquo [q].

2. *Fac tibi vincula* (vel, *jugum*, Sy. vel, *lora*, Ti. V. vel, *cingula*, V.) & *catenas*] Vel, *vectes*, Mo. P. *ligamina*, M. Ca. *lora*, Sy. JT. vel potiùs, *juga*, Pi. Ch. Ti. ut patet ex collat. Jer. 28. 10, 13. ubi unum ex istis dicitur fuisse ligneum [r]. ¶ מוֹסֵרוֹת וּמֹטוֹת [מוֹסֵרוֹת] aliis est, *jugum*; aliis, *lorum* & *nervus quo jugum ligatur* †. מוֹסֵרוֹת sunt *duo ligna jugi*; מוֹט verò, *lignum tertium quo duo connectuntur* [t]. מוֹט sign. & *vectem*, & *jugum*, & *lignum transversum*: מוֹסֵר, alibi *baltheus*, hîc sign. *vinculum*, aut *ligamen* [v]. Sensus est, Fac tibi juga lignea complura mittenda ad Reges, unum verò gestandum tibiipsi Jeremiæ, nomine populi. Vide Jer. 28. 2, 10, 13 [x]. ¶ *Et pones eas* (vel, *ea*, sub. *tempore Sedeciæ*, V.) *in collo tuo*] Verbo suo adjungit quasi sacramenta; ut & dociles erudirentur,

Marginal notes (left column): v V. · t T. · y G. · † Idem. · z Calv. · a T. · b G. · c Mo. · d M. · * Calv. · f Glass. thet. 2. 4. 546. sim. Jun. · g Ang. · h T. · i Calv. · † Idem. · k Pi. · * Calv. · l Calv. · † Idem. · m G. ex Hi. · n Calv. · † Idem. · o G. · p Calv. sim. · q M. V. · r Calv. G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Marginal notes (right column): † V. · t M. · v M. V. · x G. · y Calv. · z G. · a Calv. · b V. · c T. · d T. sim. G. · * G. T. · f Calv. · † Idem. · g G. · a Pi. · b Calv. ad c. 26. v. 10. · c Calv. · d E. · * M. sim. Pi. · f Pi. · g Mar. sim. San. E. · h He. in Mar. Sanc. ex Mald. & Dion. Sà, Hug. &c. · i San. · k Ang. · l San. · m Ang. · n E. · o T. · p Calv. · q G. · r Pi. · † M. · t G. ex K. · v Calv. · x G.

direntur, & alii inexcusabiles forent. Non dubium est quin ad collum jugum ligaverit, &c. Fuit illud triste spectaculum, quoties in medium prodibat Jeremias, conspici in ejus collo servitutem Regum omnium & gentium. Erat igitur vice omnium captivus ante tempus. Cùm autem Deus jugum gentibus imposuit, liber erat Jeremias [y]. *Pones ea*, i. e. eorum aliquod, &c. Primò tute gere ea, deinde mitte, &c [z].

y Calv. z Ang.

3. *Mittes eas ad regem Edom, &—Moab*, &c.] Omnes hi Reges subjugati sunt à Nabuch. Vide Jerem. 48. & 49 [a]. ¶ *In manu nunciorum*, &c.] Venerunt hi vel, 1. quia Nabuchod. imperium Zedeciæ dederat super hos Reges. Vide 2 Reg. 24. 17 [b]. Vel, 2. ut Zedeciæ gratularentur de novo Regno [c]. Vel, 3. ut eum solicitarent ad defectionem à Chaldæo [d]: ut inter se coirent in fœdus & societatem adversùs Chaldæos, qui eos antea dissipatos facilè fregerant. Nova hæc erat Zedeciæ & Judæis occasio fiduciæ, quam hoc facto prosternere voluit Deus. Sed durum hîc munus Prophetæ imponitur: legati quodammodo violabantur: Rex & populus graviter excandescere poterant: legati non sine stomacho & ludibrio Prophetam ablegare poterant. Hic tamen mandato Dei intrepidè functus est *.

a G. b Q. in Ang. c Me. sim. Ang. d G. sim. Me. * Calv.

4. *Et*, &c. וְצִוִּיתָ אֹתָם אֶל אֲדֹנֵיהֶם לֵאמֹר] *Et præcipies*, vel *mandabis*, (vel, *mandata da*, Ti. sim. V. Ca. Pi. Calv.) *eis*, Mo. Ch. &c. *ad dominos suos dicere*, Mo. vel, *ut dominis suis dicant*, Ch. P. sic V. sim. M. sive, *indicent*, JT. vel, *ad dominos suos, dicendo*, Calv. sic Pi. vel, quæ perferant *ad dominos suos, in hanc sententiam*, Ti.

5. *Ego feci terram*, &c.] Deus hîc & perpetuò doctrinam signo adjungit, quæ est velut anima signi, sine qua non modò frivolum esset & frigidum, sed & mortuum. Præfatur de summo Dei imperio, ut retunderet horum superbiam, qui putant se stare propriâ potentia [f]. ¶ *Dedi eam ei qui*, &c. לַאֲשֶׁר יָשַׁר וגו׳] *Cui rectum fuit* (vel, *rectum videtur*, JT. sic Sy.) *in oculis meis*, Mo. JT. *ei qui rectus est*, &c. Pi. *ei qui mihi placuit*, Ti. sim. Ch. M. Calv. Ca. *cui volo*, Strig. Non propter ejus merita, sed ex mero meo beneplacito [g]. Alii locum sic reddunt, *Proinde optimo jure eam dare possum cui libuerit mihi*, Q. in V.

f Calv. g E.

6. *Dedi*, &c.] Non jure dominii & proprietatis, (neque enim donatur tyranno jus ullum invadendi Judæam, &c. cùm ob illud ipsum punitus fuerit;) sed nudâ & materiali traditione: quomodo etiam furi traditur furtivus equus, cujus dominium manet penès priorem dominum [h]. Deus dedisse dicitur, quia sine Dei voluntate nunquam eam occupare potuit: non tamen justè occupavit, &c [i]. *Dedi*, i. e. constitui dare [k]. ¶ *Servi mei*] h. e. Ministri mei [l], & quasi carnificis, ad ultionem meam exsequendam [m]. *Servus Dei* dicitur, quia divinitus præditus erat imperio. Sic magistratus vocantur *filii Dei*, Psalm. 82. 6. Joan. 10. 35 [n]. ¶ *Et bestias agri*, &c.] Vel, 1. omnes istorum possessiones, bona, jumenta, &c [o]: vel, 2. equos, ut iis vehantur Chaldæi; boves, ut machinas & commeatus trahant [p]: vel, 3. q. d. Non modò oppida ipsi dedi, ubi habitant homines, sed & deserta, montes, sylvas, ubi feræ sunt & volucres: vel, 4. est hyperbole [q]: vel, 5. bestiæ ipsæ hunc dominum sentient, nempe arcano naturæ instinctu. Ità exprobrat hominibus socordiam suam, quòd non agnoscerent id quod bestiæ ipsæ intelligebant [r].

h T. i E. k G. l Me. sim. Calv. m Me. n Calv. o Ang. p G. q E. r Calv.

7. *Servient ei omnes gentes*] Modò dicta †. ¶ *Et filio ejus*] Nempe Evilmerodach [s]; qui apud Ptolemæum corruptè Ἰλλοαρούδαμος *. ¶ *Et filio filii ejus*] Id est, vel, Laborosoarchodo, filio filiæ Nabuchodonosori. Vide ad l. 3. de V. R. C. Ptolemæo hic corruptè Νηριγασόλασσάρος [t]. Vel, Belsasaro [x]. Plerique duos tantùm successores Nabuchodonosori esse volunt, nempe Evilm. & Bels. alii autem quinque [rectiùs, quatuor] numerant, duósque medios ponunt inter Evilmer. & Bels [y]. ¶ *Donec veniat tempus* (sub. *ultionis*, V.) *terræ ejus* (h. e. quo subjugabitur illa [z],) *& ipsius*] i. e. Tempus destinatum excidio Babylonis [a], ut infrà 22. suprà 25. 12. infrà 29. 10 [b]. Ut hominis, ità & Regni, cujusque vita & interitus est in Dei arbitrio; eisque pariter præfixus est limes quem transgredi nequeunt [c]. ¶ *Et*, &c. וְעָבְדוּ בוֹ וגו׳] *Et* (vel, *Inquam*, Sy. M. Ti.) *servient ei gentes*, &c. M. Ti. Ca. Calv. sic Ch. Al. *Et in servitutem redigent eam gentes*, &c. P. *Quum servitutem exigent ab eo gentes*, JT. *Tunc ad serviendum cogent eum gentes*, &c. Pi. *Et subjicient sibi eam*, i. e. reddent eam tributariam; q. d. utentur operâ illius: quod pertinet ad dominium. Id enim significat עָבַד cum בְּ. Relativum in בוֹ refert אֶרֶץ, quod hîc est gen. masc. Vide idem suprà 25. 14 [d].

† G. s M. V. G. &c. * G. t G. x M. V. Pi. Calv. y Calv. z Pi. a G. sim. Calv. b G. c Calv. d V.

8. *Gens autem*, &c.] Loquitur promiscuè de quibuslibet populis; ità tamen ut Judæos acriter pungat, & ostendat eos esse inexcusabiles, nisi se spontè humilient, quia ipsi certò tenebant hoc non contingere fortuitò, sed ex judicio Dei ob peccata sua †. ¶ *Regi Babylonis*] Babylonis nomen erat illis odiosum: & objicere poterant, Quid nobis cum Rege tam longinquo? illi tamen, inquit, parendum est *. ¶ *Collum—sub jugo*, &c.] Explicatio συμβόλων, (i. e. *symbolorum* [f].) ¶ *Donec*, &c. עַד תֻּמִּי וגו׳] *Donec consumam* (vel, *compleverim* tradere, P. sim. V.) *eos in manu ejus*, M. Ti. &c. Tabescent sub fame, gladio, peste, & interea non effugient servitutem, &c. Hoc certè miserrimum est [g].

† Calv. * Calv. f G. g Calv.

9. *Vos ergò*] Judæi; ad quos totus hic sermo dirigitur, & quorum gratiâ hoc dixit [h]. ¶ *Prophetas vestros*] Qui afflatum Divinum simulabant [i]. ¶ *Et divinos*] *Aruspices* intellige [k]. *Hariolos*, Ti. ¶ *Et*, &c. וְאֶל חֲלֹמֹתֵיכֶם] *Et* (vel, *aut*, JT.) *ad somnia vestra*, Mo. P. sic JT. vel, *somniatores vestros*, M. Ti. Ch. Sy. Pi. Ca. Calv. ὀνειρομάντεις, qui humanâ arte somniorum interpretationem pollicebantur [l]; qui jactant se habere Divina somnia de statu reip. Heb. *somnia*: meton. adjuncti, vel formæ. Vel potiùs, est ellipsis, pro, viris seu dominis *somniorum* [m]. ¶ *Et augures*; sic Mo. M. Calv. G. Ch. וְאֶל עֹנְנֵיכֶם] *Et mathematicos vestros*, Ti. vel, *magos*, Ca. *planetarios*, JT. Pi. *præstigiatores*, Sy. Vocem deducunt vel, 1. à עוֹנָה, *tempus statutum*, q. d. observatores temporis, quo scilicet die aliquid feliciter agendum est. Vel, 2. à עָנָן *nubes*, q. d. qui ex astris divinant [n]. Prædicentes futura ex avium gestu gustúque [o]. Vel, 3. à עַיִן *oculus*: vel, q. d. qui tenet oculos, i. e. præstigiator; vel, qui oculis observat situm stellarum, ut ex eis divinet, i. e. astrologus vel genethliacus [p]. ¶ *Et maleficos*; sic Mo. P. Ch. &c. וְאֶל כַּשָּׁפֵיכֶם] *Et incantatores vestros*, M. Calv. vel, *veneficos*, Ti. Sy. *præstigiatores*, Ca. sic JT. Qui sanguine humano effuso umbras excitabant; νεκυομάντεις [q]. His autem nominibus intelligit, vel, 1. augures, divinos, &c. qui inter Judæos erant, quanquam contra Legem, &c: vel, 2. prophetas ipsos, quos comparat auguribus, &c. quòd Judæos deciperent non secùs quàm augures, &c. deciperent alias gentes, &c [r].

h Calv. i V. k G. l G. m Pi. n Calv. o G. p Pi. q G. r Calv.

10. *Ut*, &c. לְמַעַן הַרְחִיק וגו׳] *Ut elongent* (vel, *ad elongandum*, Mo. vel, *ut longè abducam*, Pi. Sy. JT.) *vos à terra vestra*, P. M. sim. Ti. V. *Ut* hîc est ἐκβατικόν, (*eventuale* †.) Si his creditis, trahent vos in longinquum exsilium; præ quo tolerabile erat manere in patria, & Regi Babylonico tributum pendere [r]. ¶ *Et*, &c. וְהִדַּחְתִּי וגו׳] *Et propellam* (vel, *Ut ego ejiciam*, Ti. *Et ut ejiciam*, M.) *vos, & pereatis*, Mo. *Et quum depulero vos, pereatis*, JT.

† G. sim. Pi. r Calv.

11. *Gens quæ subjecerit*, &c.] Nempe deditione facta ante vim hostilem [v]. ¶ *Et colet eam*] Ità Mo. P. &c. Concinna est allusio in voce עָבַר, quæ sign. & *servire*, & *colere terram*; q. d. Servite Babylonio, & terra serviet vobis [x].

v G. x Calv.

12. *Et ad Sedeciam*, &c.] Alia est sectio, & ad aliud tempus pertinens, sed argumento conjuncta cum superiore [y]. Non placet. Vide dicta ad v. 1. & 2 [z].

y G. z Ang.

13. *Quare moriemini*, &c? q. d. Nisi recipitis vitam quæ vobis offertur, pereundum vobis est spontè. Ità nihil omittit quò Judæos flecteret: spem antè fecerat, hîc terrorem adhibet [a].

a Calv.

15. *Non misi eos*, &c.] Notandum hîc est, Diabolum sæpe falsò prætexere Dei nomen erroribus, &c. Et multi putant se absolutum iri coram Deo, si obtendant simplicitatem, & dicant se fuisse non malitiâ credulos, sed quia non ausi sunt curiosè inquirere. Docet ergò discernendos esse veros Prophetas à falsis: quâ notâ? nempe, ut eos tantummodo amplectamur qui à Deo missi sunt, &c [b].

b Calv.

16. *Vasa Domini*] Ablata tempore Joakimi [c], & Jechoniæ [d]. Vide 2 Reg. c. 24. v. 13 †. & 2 Par. 36. 7, 10 [f]. ¶ *Revertentur*] Rex Babylonis vel coactus, vel spontè, reddet [g].

c Pi. d Pi. G. † G. f Pi. g Calv.

17. *Servite*,

17. *Servite*, &c.] Odiosa hæc doctrina erat, ut se tali hosti dederent, &c. Hinc pluribus verbis utitur Jeremias, ut populum afficeret, &c [h].

18. *Occurrant Domino*; ità M. &c. Precibus impetrent [i]: יִפְגְּעוּ־בַיהוָה] *Orent Jehovam*, P. sic Sy. *Impetrent à Jova*, Ca. *Intercedant*, vel *Interveniant*, *apud Dominum*, JT. Pi. Ti. Calv. *Deprecentur in verbo Domini*, Ch. ¶ *Vasa quæ derelicta*, &c.] Non ablata tempore Jechoniæ; quæ postea abstulit Nabuzardan, 2 Reg. 25. 13. Eorum vasorum descriptionem vide 1 Reg. 7†. ¶ *In domo regis*] Supellex palatii *. ¶ *Et in Jerusalem*] Domuum aliarum, quales multæ atque opulentæ Hierosolymis [k].

19. *Hæc dicit——ad columnas*, &c. sic Mo. "אֶל וגו] *De columnis*, &c. M. Ti. Ch. &c. [אֶל pro עַל, ut non semel notatum. Quæ sequuntur omnia antè explicata sunt.]

22. *Usque ad diem visitationis suæ*] i. e. Punitionis: usque dum Cyrus Babylonis victor vasa Templi remittat, Esd. 1. 7 [l].

h Calv. i G. † G. * G. k G. l G.

CAP. XXVIII.

1. IN *anno illo*] Eodem anno quo ista quæ præcedunt Sedeciæ dixeram [a]; vel, quo jugum, &c. gestare cœpi, &c [b]. ¶ *In principio regni Sedeciæ,——in anno quarto*] Qu. Quomodo conveniunt, *in principio*, & *in quarto anno*? Hebræi hîc se multùm torquent, sed nihil certi afferunt*. Resp. 1. Prima verba, *in principio*, &c. præced. capiti annectenda sunt, hoc modo, *Et factum est* (totum scil. illud quod antea narratur) eodem anno, *in principio*, &c †. ב videtur per *usque ad* vertendum, & sic vertunt JT. [nempe in præcedente editione,] *Cùm autem fuisset* illud *ab anno illo, in principio regni—usque ad annum illius quartum* *. i. e. Quum typo & sermone voluntatem Dei significare perrexissem per annos ferme 15, ut colligitur ex Jer. 27. 1, 12 [c]. Resp. 2. Sedechia quarto post Jechoniæ captivitatem anno Babylonem profectus est, Jer. 51. 59. ubi & quando Prorex quinque Regnorum illorum Jer. 27. 3. constitutus est; unde hoc *principium regni* ejus dicitur [d]. Sed commentum hoc est *. 3. Illud, *in anno quarto*, est modificatio illius quod dixerat, *in principio*. Sed vocatur *principium*, quia annis 11 regnavit [f]; quorum annus 4. non est dimidia pars [g]. Cùm tempus quodlibet distribuimus in tres partes, principium, medium, & finem; ad principium spectant quæ ad tertiam ejus partem pertinent [h]. *In principio*, &c. i. e. cùm longè abesset malum illud quod prædixi [i]. 4. *Quartus annus* non malè potest censeri *principium regni*, quoniam tribus primis annis res sic turbatæ fuerant, ut exigua in ipso esset dignitas aut potentia, & tributarius erat, &c. Postea invaluit, & præfectus fuit vicinis regionibus, &c [k]. 5. Quartus hic annus dicitur, non regni Sedeciæ, (quanquam sic intellexêre Græci & Chaldæus [l],) sed hebdomadis annorum qui putantur ab anno Sabbatico [m]. Annus primus regni Sedeciæ incidit in quartum hebdomadis *quietis*, sive *cessationis, terræ*, Levit. 25. 2, 4. & Deut. 15. 1. Nam annus ejus 11. in quo Templum destructum est, fuit principium hebdomadis septimæ [n]; fuit annus Sabbaticus [o]. Confirmant hoc ex collat. 2 Par. 36. 21. Jer. 34. 8, &c [p]. ¶ *Propheta*] i. e. Qui Prophetam se dicebat †.

2. *Contrivi*, &c.] i. e. Conterere decrevi. Vide v. 4 [q]. Statui me brevi erepturum populum meum, &c [r].

3. *Adhuc*, &c. בְּעוֹד שְׁנָתַיִם יָמִים] *Quum adhuc duo fuerint anni dierum*, P. sim. Mo. Calv. M. Ti. &c. h. e. anni perfecti & suis diebus constantes †. *Intra biennium justum*, JT. sim. Ca. Sy. V. *Intra biennium*, biennium *completum*, Heb. biennium *dierum*. Sic infrà v. 11. & Gen. 41. 1. Sic Gen. 29. 14. *mensis dierum*, pro mense integro seu pleno [t]. Mira improbitas hominis, qui sine ulla Divina revelatione ità definitè loqui ausus est: itaque meritò pœnas dedit [v].

4. *Et Jechoniam*, &c.] Sed ingratum hoc erat Zedechiæ, qui hoc pacto abdicatus fuisset, &c. At Zedechias non sedebat in solio Davidis legitimo successionis jure, sed à tyranno impositus fuit, idcoque simulabat se cupere reditum Jechoniæ, quem cupivit populus; cujus gratiâ confisus hoc dixit impostor [x].

a G. b V. * M. † Q. in Ang. * Glass. prim. 4. l. 666. c Jun. d RR. in Ang. * Ang. f Mat. g Mc. h San. i G. k Calv. l G. m Q. in G. T. sim. V. Ang. ex He. &c. n V. o Ang. ex He. p Ang. † G. q G. r V. † V. t Pi. v G.

6. *Amen*, &c.] Verba sunt, non approbantis; sed vel, 1. irridentis, ironico loquendi modo: vel, 2. optantis ut vera sint, non tamen absolutè, quia velle non debebat quod sciebat Deum nolle; sed voluntate quadam antecedente, vel conditionali, videlicet, quia res in se bona erat & optabilis, &, si ità Deo visum esset; vel, optabat secundùm appetitum inferiorem, ut Christus Matt. 26. 39. *Transeat hic calix*, &c [y]. q. d. Utinam essem falsus propheta: libenter retractarem quæ dixi, &c. præfero enim meæ existimationi populi salutem. Erant in Prophetis duo affectus, in speciem contrarii, qui tamen facilè conveniunt. Cùm minitabantur populo, heroicâ animi magnitudine præditi sunt, ut, posthabito populo suo, pergerent in officio. Sed non erant prorsus exuti humano affectu, quin condolescerent miseriis, & dolorem ex suis vaticiniis conciperent. Hinc votum hoc, *Amen, sic eveniat*, &c. Dices, Tunc Jeremias falsus esset vates. Resp. Prophetæ non ità subtiliter ratiocinati sunt, cùm raperentur vehementiâ zeli. Sic Moses, Exod. 32. 32. & Paulus, Rom. 9. 3. non perire voluerunt, sed, in Dei gloriam intenti & salutem gentis suæ, seipsos obliviscuntur, & quasi extra se rapti illa vota fundebant. Idem & Jeremiæ affectus. Noluit quicquam detrahere Verbo Dei: tantùm concepit votum, & reliquit alteram curam Deo, ut salva maneret vaticinii fides, & sine obstaculo precatus est pro reditu populi [z]. *Amen* hîc valet, *Utinam*. Velim, inquit, vera dicas [a]. אָמֵן, i. e. Sit *veritas*, aut *verum*, quod dicis [b].

8. *Prophetæ qui fuerunt ante me*, &c.] Joel, Amos, Oseas, Esaias, Michæas, Sophonias, Nahum, Abacuc, & alii [c]. ¶ *Et prophetaverunt*] ו *&* abundat, more Hebraico [d]. ו non copulat h. l. sed tantùm convertit præt. in fut. i. e. Prædixerunt fore ut evenirent bella, &c*. ¶ *Super terras multas*, &c.] Intellige hoc non de vatibus prophanarum gentium, (quos tanto honore non esset dignatus: & hoc esset sacra miscere profanis:) sed de veris Prophetis, qui ità allocuti sunt Judæos, ut tamen verba facerent de exteris, &c [f]. ¶ *De prælio*, &c. לְמִלְחָמָה וּלְרָעָה וּלְדָבֶר] *De bello, & de afflictione*, (vel, *& malo*, Mo. vel, *aut aliquod malum*, Ca. vel, *calamitatem*, Strig. vel, *de malo*, i. e. omni genere malorum quæ bellum comitantur; qualia fames, vastatio, &c*: vel, *afflictionem* famis, JT. sim. Calv. Fortè pro רָעָה, *afflictio*, legendum רָעָב, *fames* [g], quæ cum gladio & peste passim conjungitur [h].) *& de peste*, Pi. M. P. &c. Subaudi, ex eventu agniti sunt, verine essent, an falsi [i]. Hæc tamen interdum non evenêre, intercedente pœnitentiâ [k]. Neque id Prophetis auctoritatem detrahit, qui, functi officio monendo, fructum quem maximè volebant officii sui vidêre [l].

9. *Qui vaticinatus est pacem*, (qui prædixit res prosperas [m],) *cùm venerit verbum ejus*, (i. e. si eventus respondet †,) *scietur*, &c.] Hananias de conversione nihil monuerat populum, sed simpliciter res felices prædixerat, quæ si non evenirent, jam pseudo-propheta deprehendebatur*. Eventus comprobat Prophetam. [Sensus hujus & præced. versûs est,] q. d. Duo sunt Prophetarum genera: Alii enim prædicunt adversa, alii prospera. Illa non semper eveniunt: est enim Deus summè misericors, qui sæpe mutat sententiam super afflictione quam interminatus est. Hæc autem necessariò eveniunt, alioqui qui ea prædicunt sunt pseudo-prophetæ: nunquam enim pœnitet Deum boni quod pollicitus est [n]. Hinc colligunt, prophetias de rebus prosperis semper esse absolutas; de rebus autem adversis, sæpe comminatorias, & cum conditione intelligendas, nisi resipiscant [o]. Sed refutatur hoc ex Jer. 18. 7, 8, 9, 10. *Repentè loquar*, &c. unde constat, utramque sententiam, tam de prosperis quàm de adversis, retractari posse [p]. Hoc tamen est discriminis: quòd ad terrorem mala plerumque absolutè dicantur, tametsi intelligatur conditio; bona autem, si non absolutè eventura, non absolutè pronunciantur à veris Prophetis, sed additur conditio, si pœnitentiam egeritis, &c. idque nè negligentiæ & securitatis occasio detur [q]. Hoc ità intelligendum est, nempe, quòd frequentiùs eveniant promissiones Dei quàm interminationes: est enim Deus pronior ad parcendum;

x Calv. y E. z Calv. a G. b V. c G. d G. * V. f Calv. * Belg. g Ca. sim. Pi. h Pi. i T. sim. M. k G. ex V. l G. m G. † G. * G. n V. ex He. o E. He. in L. p E. ex L. q E.

cendum, quàm ad perdendum [r]. Porrò, hoc κριτήριον, sive regula judicii, traditur Deut. 18.22†. quæ hîc applicatur Prophetis pacis, qualis erat hic Hananias, quia talibus populus lubentiùs credit [t]. At Deut. 13.1,2. derogatur fides Prophetæ licèt vera dicenti. Quid ergò hîc dicendum? Resp. 1. Tenendum est, Deum solùm præscire futura, Esa.44.7. non Diabolum, nisi Deo permittente, ut interdum fit, in pœnam scelerum. 2. Ut plurimum illi qui vera prædicunt sunt Dei Prophetæ. 3. Veri Prophetæ non possunt falli, aut prædicere quod non eveniet. 4. Non sunt termini convertibiles, verum prædicere, & esse verum Prophetam. 5. Non dicit hîc Jeremias omnes esse veros Prophetas qui veri aliquid prædicunt; neque enim id agitur: sed sumit contrarium membrum, nempe, convinci falsitatis qui id prædicit quod non evenit, ideóque Chananiam esse falsum prophetam [v]. 6. Duplex est criterium Prophetarum: 1. eventus, Deuter. 18.22; 2. Verbum Dei, Esa. cap. 8. v. 20 [x].

[r] V. † Strig. sim. Calv. [t] Ang. [v] Calv. [x] Ang.

10. *Et tulit* (vel, *abstulit*, Pi.) —*catenam*, &c.] Ità M. Jugum illud ligneum, vide Jer. 27. 2 [y]. Vide quantus sit furor eorum quos impellit Diabolus, quíque audent se opponere Verbo Dei. Manus injicit huic ligamini, quod erat instar sacramenti, quia erat signum visibile ad stabiliendam doctrinæ fidem, quasi Deo superior esse vellet [z].

[y] G. [z] Calv.

11. *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *abiit Jeremias*, &c.] i. e. Discessit inde aliò: non ex metu; sed quia nolebat contendere cum bellua, & videbat populum sibi infestum, & hostem rixando superiorem fore. Prudenter ergò se subduxit ex conspectu populi, tum, nè exoriretur tumultus; tum, quia nulla spes erat profectûs [b]. Quare noluit projicere margaritas coram porcis, & nomen Dei prostituere impiorum petulantiæ. Exspectavit etiam nova à Deo mandata, quibus sibi plus fidei acquireret [c]. Nec potuit ferre hominis blasphemias [d]. Non itaque necesse est, aut expedit, Ministros Dei semper & ubique loqui *.

[a] Mc. [b] Calv. [c] Calv. ad v. 12. [d] Ang. * Calv.

13. *Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas contrivisti: &* (vel, *sed*, JT. Pi. *igitur*, Strig.) *facies pro eis*] Ità M. &c. vel, *compara loco illorum*, JT. *Facies*, non tu, Hanania [f]; sed tu, Jeremia, & Hananiæ ostendes [g]. Non continuò tenore prosequitur Jeremias sermonem suum: sed priore membro recitat quid jussus fuit dicere Chananiæ; posteriore, quòd Dei jussu fecerat vincula ferrea [h]. ¶ *Catenas ferreas*] *Jugum ferreum*, gravissimam servitutem significans. Allusio ad Deut. 28.48 [i]. Impii adversùs Deum latrando hoc tantùm consequuntur, ut mala sua duplicent †.

[f] Ang. [g] G. [h] Calv. [i] G. † Calv.

16. *Mittam*, &c. מְשַׁלֵּחֲךָ מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה] *Emittam* (vel, *Amandabo* Ca. *Ejiciam*, vel *Expellam*, V.) *te de superficie terræ*, P. M. &c. vel, *terræ hujus*, nempe Judææ: sed malim, *terræ*, ut indefinitè ponatur pro tota terra [k]. Vel, *ex orbe*, Ca. sim. Calv. q. d. Tollam te de medio [l]. ¶ *Hoc anno morieris*] Non anno currente, sed computando à tempore quo hæc prædixit Jeremias, i.e. intra unum annum [m]. Benè tempore circumscripta prædictio: qualis verum Prophetam ostendit. Vide ad Deut. 18.22 [n]. ¶ *Adversùm*, &c. כִּי סָרָה דִבַּרְתָּ אֶל יְהוָה] *Quia defectionem* (vel, *prævaricationem*, M. *apostasiam*, JT. Pi. verbum *declinans*, P. vel, *recedens*, i. e. alienum à veritate, & absurdum, q. d. absurdè [o],) *locutus es* (vel, *docuisti*, Ang. *suasisti*, JT. Pi.) *contra Jehovam*, Calv. Ti. &c. Adscripsisti enim illi falsitatem [p].

[k] Calv. [l] V. Calv. [m] V. [n] G. [o] V. [p] V.

17. *Et mortuus est*, &c.] Nec tamen populus resipuit. Mira cæcitas. Hic erat spiritus ille vertiginis, & furoris, & amentiæ, & stuporis, quem toties illis minati sunt Prophetæ [q]. Tanta est humani cordis pervicacia, ut sine Dei gratia emolliri nequeat. Vide Numer. 16.41. Deut. 29. 3, 4 [r]. ¶ *Mense septimo*] Id est, bimestri post hanc prædictionem †.

[q] Calv. [r] Ang. † T. sim. Mc. Ang.

CAP. XXIX.

1. **E**T *hæc sunt verba* (vel, *exemplar*, Ca. vel, *argumentum*, Sy. i.e. hic tenor est [a],) *libri*] Sic Mo. M. &c. vel, *epistolæ*, P. Ti. &c. ¶ *Quem misit*——*ad*, &c. אֶל־יֶתֶר וגו׳] *Ad residuum*, vel *reliquias*, *seniorum*, &c. Mo. P. M. &c. q. d. ad seniores captivos qui adhuc superstites erant; multi enim perierant [b]: ad illos qui inter exsules superstites erant de magno Synedrio [c]. Ad hos scribit, tum ut solaretur tristitiam exsulum; tum ut frangeret obstinationem Judæorum Hierosolymæ, &c; tum ut, contra pseudo-prophetas, ostenderet, diuturnum fore exsilium [d]. ¶ *Et ad sacerdotes, & ad prophetas*] Prophetas hîc intelligo, qui præditi erant Spiritu Dei ad vaticinandum: sive quia elangueret in illis Spiritus; sive quia Deus non semper largitus est omnibus omnia; sive quia mentes eorum erant malis suffocatæ. Porrò, Prophetas Deus elegit non sine ignominia sacerdotum, cùm scilicet hi essent degeneres & ignavi, &c. Hac de causa docendi erant promiscuè cum vulgo hominum *.

[a] G. [b] V. sim. Calv. [c] G. [d] Calv. * Calv.

2. *Postquam egressus est*, &c.] Inter principia mutationis, ut ipsos in recenti calamitate solaretur [f]. ¶ *Et*, &c. וְהַגְּבִירָה] *Et domina*, Pi. V. sim. Mo. vel, *Augusta*, JT. *regina*, P. M. Ti. &c. Nohesta mater Jechoniæ, 2 Reg. 24. 15 [g]. hæc enim dominabatur cum filio [h]. ¶ *Et eunuchi*; ità P. M. Ti. &c. וְהַסָּרִיסִים] *Et aulici*, V. sic JT. Pi. Calv. qui grati erant Principi, ut eunuchi esse solent in aulis Principum [i]. *Optimates*, Ch. in V. sim. Calv. Abstulit eos qui authoritate pollebant, nè res novas molirentur [k].

[f] Calv. [g] G. sim. V. [h] Calv. [i] V. [k] Calv.

3. *In manu Elasa*——*& Gamariæ*——*quos misit Sedecias*——*ad Nabuch.*] Ex morte Hananiæ majorem jam fidem habens verbis Jeremiæ, ideóque Nabuchodonosorum sibi studens conciliare, sed frustrà [l]. Hos misit, vel, ut placarent Nabuch. vel, ut amicitiam ejus foverent; vel, ut obsequia omnia in futurum promitteret; vel, ut restitutionem quorundam exsulum obtineret. Quicquid erat, Zedechias precariò tantùm dominabatur, quoniam ità victori placuerat, qui etiam Jechoniam, si vellet, restituere poterat. Et hinc permisit Zedechias hunc librum mitti, non ex pietatis studio, sed quia ipsi utile erat ut Judæi in Chaldæa manerent usque ad mortem Jechoniæ, æmuli sui [m].

[l] G. sim. Mc. [m] Calv.

5. *Ædificate domos*, &c.] Omnia agite tanquam diu mansuri in exsilio [n].

[n] G.

6. *Date filiis*——*uxores*, &c.] Ex legitimo naturæ ordine. Vult eos non aliter conjungi matrimonio, quàm mandato parentum [o]. ¶ *Et*, &c. וְאַל תִּמְעָטוּ] *Ac nè minuamini*, JT. Pi. sim. M. P. Mo. &c. i.e. Nè committite, vestrâ negligentiâ, ut diminuamini [p]. q. d. Generanda est soboles, nisi velletis statim deficere: nolebat autem Deus intercidere genus Abrahæ. Sic etiam solatium illis adhibet, & oculos dirigit ad spem reditûs [q].

[o] Calv. [p] Pi. [q] Calv.

7. *Et* (vel, *Item*, Pi. *Denique*, JT.) *quærite* (vel precibus, vel aliis modis & studiis [r],) *pacem*, &c.] Ità P. M. &c. Non modò placidè ferte jugum Babylonis; sed omne studium vestrum impendite, nè quid adversi Chaldaicæ Monarchiæ accidat †. Intellige, pro captivitatis tempore [t]: Alioqui tenebantur precari pro ruina Babylonis, Psal. 137.8. Jerem. 51. 35 [v]. Disce hinc, 1. præceptum de diligendis inimicis, & orando pro ipsis, non primùm à Christo traditum fuisse. 2. Jugum dominationis alicujus non esse per seditionem excutiendum, etiamsi Princeps infidelis sit [x]. ¶ *Quia in pace illius*, &c.] Tuti eritis sub illius præsidio [y].

[r] Calv. sim. Ang. † Calv. [t] Calv. sim. Ang. [v] Ang. [x] E. [y] G.

8. *Prophetæ vestri*] Falsi [z]: quales non pauci in exsilio erant, Ezec. 13.3, &c†. *Prophetas* vocat catachresticè, & per concessionem, quia tales se venditabant; interim proprio nomine eos *divinos* & *somniatores* vocat [a]. ¶ *Nè attendatis ad somnia vestra*] Ità Ch. P. M. &c. vel, *somniatoribus vestris*, ut Jer. 27. 9 [b]. ¶ *Quæ vos somniatis*; ità Calv. &c. מַחְלְמִים] *Somniare facitis*, Pi. sim. JT. Ang. V. pseudo-prophetas vestros: nam admittitis eorum somnia quæ accommodantur rebus optatis à vobis [c]. i. e. Somniare occasionem iis præbetis †. Imputat omnibus Judæis, quòd somniis impostorum fallantur. Foventur impostores, non modò stultâ credulitate hominum, sed & perverso appetitu. Mundus itaque spontè fallitur, quia ad vanitatem propensus est, & tenebras luci præfert. Si autem vox transitivè sumatur, debuerat scribi מַחֲלִימִים [d]. Forma quidem מַחְלְמִים irregularis est, sed cui gemina occurrit 2 Par. 28. 23 *.

[z] L. Mc. † G. [a] Calv. [b] Pi. [c] V. † Pi. [d] Calv. * Ang.

10. *Cùm*,

10. *Cùm*, &c. כִּי לְפִי מְלֹאת לְבָבֶל וגו׳] *Nam* (vel, *Certè*, Pi. vel, *Quòd*, Ang. Sed redundat כִּי *quia*, sive *quòd*[f].) *ubi* (vel, *postquam*, P. M. &c.) *implebuntur Babyloniæ* (vel, *in Babel*, Mo. P. M. &c.) *septuaginta anni*, &c. JT. &c. q. d. Elapsis 70 annis vestrî miserebor, sed ante eos non revertemini[g]. Implementum vide 2 Par. 36. 21. Dan. 9. 2. Egregium providentiæ Divinæ argumentum[h]. Hinc constat 70 annos inchoari à captivitate Jechoniæ[i]. Al. *Quia ad os implere*, &c. Mo. Heb. *post os implendi*, &c. Pi. Verùm לְפִי est tantùm syllabica adjectio, tum in Rabbinis, tum in S. S. Exod. c. 16. v. 21. Num. 6. 21. & 7. 5, 7. sic & 1 Reg. 17. 1. Prov. 27. 21[k]. Posset verti, *secundùm mensuram*, &c. nam מְלֹאת accipitur metaphoricè pro mensura. Sed aspera esset locutio: ideo simpliciùs verto, *ubi impleti fuerint*, &c. Fræum hîc injicit Judæis, nè ante tempus festinent[l]. ¶ *Suscitabo* (vel, *Præstabo*, JT. Ca. Pi. *Ratum faciam*, Ti. sic Sy.) *super vos verbum meum bonum*] Ità Mo. P. &c. i. e. suave; i. e. promissionem: ut minæ vocantur malus sermo, & acerbus, & durus[m]. Præstabo promissa; modò vos ex vestra parte impleatis conditionem[n]. Sed promissa hæc non erant conditionata, sed categorica; neque solutio captivitatis nitebatur pietate captivorum, sed gratiâ & bonitate Dei: ut hâc etiam parte typus congrueret antitypo, i. e. hæc liberatio illi à Satana, quæ citra conditionem humano generi promissa erat[o]. *Suscitabo*, &c. id est, efficiam ut verum sit, complebo, &c[p].

11. *Ego enim scio cogitationes*, &c.] i. e. Propositum meum de vobis[q]. q. d. Vos certè nescitis, nec quiquam [sciunt] præter me, & Prophetas, quibus arcana mea patefacio[r]. Tacita antithesis est inter certum Dei consilium, & vanas imaginationes quibus Judæi se ludebant. Confer Esa. 55. 9. Perstringit Judæos, quòd non conciperent spem salutis, quia ipsi non intelligerent quomodo hoc fieri poterat; docétque hanc esse veram sapientiam, nos Deo subjicere & permittere, &, si non assequimur ejus consilium, quietè exspectare tempus maturum, &c†. ¶ *Ut dem vobis finem*, (laborum & exsilii[t],) *& patientiam*] Usque ad terminum, &c[v]. Sed Vulgatus ponit *patientiam* pro *exspectatione*; ut Latinis *sustinere* valet, *exspectare*[x]. ¶ אַחֲרִית וְתִקְוָה] *Finem* (*Novissimum*, Mo. V. *exitum*, Ca. *mercedem*, ut אַחֲרִית sumitur Prov. 23. 18. & τέλος *finis*, 1 Pet. 1. 9. Metonymia subjecti: nam in fine operis dari solet merces[y]. *Posteritatem*, Ti. *finem* bonum, M.) *& spem*, sive *exspectationem*, P. Ca. Calv. Mo. G. V. Ch. Glas. &c. i. e. finem qualem speratis; ἓν διὰ δυοῖν[z] finem exspectationis, sive exspectatum. Nam inter duo substantiva per *&* connexa, alterum per genitivum quandoque exponendum est: ut Jer. 36. 27. *volumen & verba*, h. e. volumen verborum. Sic Gen. 3. 16. *dolorem & conceptum*, i. e. dolorem conceptûs: Act. 23. 6. Rom. 1. 5[a]. Vel, *eúmque exspectatissimum*, JT. vel, *& quidem exspectatam*, Heb. *& finem exspectationis*: genitivus adjuncti[b]. q. d. Perficiam captivitatem vestram bono fine: id quod vos exspectatis & speratis[c]. Interitus vester non erit æternus, ut timetis, sed finem habebit, eúmque optatum. Vide hîc duplicem Judæorum, adeóque aliorum hominum, morbum. Dum sibi fingunt vanas spes, statim rapiuntur supra nubes stultâ fiduciâ & superbiâ, rident minas, credunt se statim redituros: ubi autem dejecti sunt, concidunt exanimes, solatia non admittunt, in desperationem sese demergunt. Vide Ezec. 37. 11[d].

12. *Et*, &c. וּקְרָאתֶם אֹתִי וַהֲלַכְתֶּם וְהִתְפַּלַּלְתֶּם אֵלָי] *Et* (vel, *Tunc*, P. *Nam*, Pi. *Ut*, Sy. *Quum*, JT.) *invocabitis* (vel, *invocetis*, Sy.) *me*, Mo. Ti. M. P. &c. *& ibitis*, (compotes jam voti, ad patriam*: vel, *& incedetis*, P. sub. *in viis meis*, V. Mar. vel, *& abibitis*, nempe in cubicula vestra; syn. gen[f]. vel, *ut abeatis*, JT.) *& orabitis ad me*, Mo. Ti. &c. Vel, *ibitis & orabitis*, pro, *ibitis ad orandum*, h. e. seriò vos accingetis ad orandum, ut Dan. 3. 8[g]. *Et euntes adhibebitis mihi preces*, Strig. τὸ *ire* hîc opponitur priori socordiæ & stupiditati, quòd antea non erant subacti ferulis Dei, ut ipsum invocarent; q. d. Postquam defuncti estis pœnâ impositâ per 70 annos, incipietis sapere, & venturi estis supplices, &c[h]. Al. Verto, *invocate*, *ite*, *orate*, G. [Ca. locum sic vertit, *Ac vos invocantes me, ac oratum venientes*.]

13. *Cùm quæsieritis* (vel, *Quoniam quæretis*, Calv. Angl.) *me in toto corde vestro*] i. e. Animo sincero[i]; rectò, sive integro & seriò, affectu. *Cor totum* opponit *duplici*[k]. Si quæratis quantum, & quomodo, res tanta peti à Deo debeat[l].

15. *Quia*, &c. כִּי אֲמַרְתֶּם הֵקִים לָנוּ יְהוָה נְבִאִים בָּבֶלָה] *Quia dixistis*, vel *dicitis*, (nempe quidam vestrûm[m]. A piis Judæis sermonem convertit ad impios[n].) *Suscitavit* (vel, *Excitabit*, Sy. Calv.) *Dominus nobis prophetas* (vel, *doctores*, Ch.) *in Babel*, Mo. P. sic M. Ti. Calv. Ang. Angl. Intelligit falsos prophetas[o]: q. d. quibus vos creditis[p], dum celerem vobis reditum promittunt. כִּי hîc est causale; v. seq. illativum. Dicit nimiùm desipere captivos, qui finem exsilii instare credunt, stultè credentes falsis prophetis[q], non autem veris: non tamen evenient quæ illi prædicunt vobis, sed quæ isti[r]. Al. *Sed putatis Dominum vobis excitâsse prophetas in Babylone*, Strig. *Qui dicitis Jovam vobis ad Babylonem suscitâsse vates*. Nè fortè fidem habeatis vatibus quos Babylone habetis, quasi divinitus afflatis, cùm alter dicant quàm futurum sit †. Al. Transpositio. Sensus est, *Postquam dixeritis in Babylone*, *Deus nobis suscitaverat* (jam olim scilicet) *prophetas*, veraces nempe, qui hæc omnia prædixerant quæ nobis evenêre. Confer Dan. 9. 6, 12[r]. Al. *Quum dixeritis*, *Excitaverat nobis Jehova prophetas* prophetantes eundum *in Babyloniam*, JT. Pi. i. e. Quum agnoveritis, Dominum vos propter peccata vestra in Babylonem deportâsse, sicut per Prophetas vobis denunciaverat[v]. Quum, malis edocti, gloriam tribuetis Deo, & veritatem prophetiarum ejus confitebimini[x]. Sed coacta hæc interpretatio in eo fundata videtur, quòd בָּבֶלָה sign. *ad Babylonem*. Sed verba sic terminata aliter non semel sumuntur: ut הַמִּזְבֵּחָה *ad* (pro, *super*) *altare*, Exod. 29. 13, 16. Levit. 16. 25; & צָפוֹנָה *in Aquilone*, Jer. 46. 6, 10[y].

16. *Quia* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *hæc dicit*, &c. כִּי וגו׳] *Ideo*, &c. Calv. Gal. Belg. כִּי redundat; aut *Profectò* vertendum; aut subaudienda nonnulla, sic, *Quia*, inquam, talia dixistis[z]: vel, Scitote *quòd*, V. Ang. Potest esse aposiopesis. Irascitur enim, pseudo-prophetas imposuisse illis †. ¶ *Ad regem*; ità M. Mo. Ch. &c. אֶל־הַמֶּלֶךְ] *De rege*, P. Ti. Ca. Belg. JT. Pi. אֶל valet, *de*: vide ad Job. 42. 7. Psalm. 2. 7[a]. De Sedecia[b]. Exprimit nomen Regis, quia hoc exsulibus spem reditûs fecit. Manet Regnum Davidis, quod Deus perpetuum fore promisit, &c. Huc transfert sermonem, ut ostendat quanta sit captivorum dementia, qui, cùm essent sub victoris potentia, libertatem & celerem reditum sibi promiserunt, cùm ultima clades immineat tam Regi quàm populo, qui adhuc quiescebant Jerosolymæ[c]. His verbis confirmat Propheta suasionem institutam, ut deportati ædificent domos in Babylonia, &c. abjectâ spe celeris reditûs[d].

17. *Ponam* (vel, *Dabo*, Mo. P. &c.) *eos quasi ficus malas*, הַשֹּׁעָרִים] *Turpes*, Mo. P. M. *sordidas*, V. Calv. *horrendas*, Sy. JT. Pi. *abominandas*, à quibus gustus nauseam habet*: *tetras*, Ca. *austeras*, Ti. Vide Jerem. c. 24. vers. 8[f].

18. *Dabo eos in vexationem*, &c. לְזַוָעָה וגו׳] *In commotionem*, &c. Mo. P. M. Calv. &c. h. e. Ut gentes ad tam triste spectaculum vel, 1. trepident; vel, 2. quod malim, caput concutiant, &c[g]. *Divexandos dabo*, &c. Ca. *Efficiam ut territi circumcurrant in omnibus*, &c. Ti. Dispergam eos per omnia Regna[h]. Vide ad Jer. 18. 16. & 19. 8[i].

19. *Verba mea—quæ misi*, &c. אֲשֶׁר שָׁלַחְתִּי וגו׳] *Quum* (vel, *Qui*, Ca. *quæ*, Mo. P. M. Ti. *Ad quos*, Ch. *Nam*, Sy.) *misi*, &c. Pi. sic JT.

22. *Et assumetur* (vel, *sumetur*, M. Ti. JT. &c.) *ex eis*, &c. מֵהֶם קְלָלָה] *Ab*, vel *ex*, *eis* (vel, *de eis*, Ti.) *maledictio*, Mo. P. M. Pi. vel, *exsecrandi formula*, Ti. sim. JT. ¶ *Quos frixit* (vel, *torruit*, Mo. Ca. G. ex Ch. Ang. sic JT. Pi. *combussit*, P. *ustulavit*, M.) *rex Babylonis in igne*] Sic frixi sunt Macchabæi, 2 Mac. 7. 3[k]. In caminum conjectio pœna apud Chaldæos; Dan. 3. 6. Adde Amos. c. 2. v. 1[l]. קָלָה non tantùm sign. *comburere*, sed & *ustulare*, sive paulatim *urere*[m]. Dicitur de arista ad ignem tosta, Levit. 2. 14[n]. Ità non modò mortem prædicit, sed & speciem mortis, & quasi digito ostendit quod

Margin notes (left column): f V. — g V. sim. Calv. — h G. — i Ang. sim. Belg. Ma. — k Ang. — l Calv. — m Calv. — n G. — o Calov. — p Mc. — q Ang. — r Mc. — † Calv. — t T. — v L. — x Mar. — y Pi. — z G. Glas. gram. 3. 1. 6. 13, 24. — a Glas. ib. 41. 1/2. — b Pi. — c V. — d Calv. — * T. sim. Mc. Mar. — f Pi. — g Ang. — h Calv.

Margin notes (right column): i G. — k Calv. — l E. — m T. — n Ang. — o V. — p V. sim. Calv. — q Calv. — r V. — † Ca. — r G. — v Pi. — x Jun. — y Ang. — z V. — † Idem. — a Belg. — b G. — c Calv. — d Pi. — * M. — f G. — g Calv. — h V. — i G. — k T. — l G. sim. Ang. — m Calv. sim. Ang. — n Ang.

quod adhuc erat incognitum, imò incredibile, nec sub hominis mortalis sensum cadere potuit [o]. Nabuchodonosor quidem illos occîdit suâ causâ, ut compesceret materiam tumultûs; sed interim erat minister Dei, &c[p]. 23. *Pro eo quòd fecerint stultitiam,* [נְבָלָה] *Nefas,* Mo. P. Ti. *abominationem,* M. *flagitium,* JT. Pi. Ca. G. Calv. *rem fœdam,* G. ex Ch. Hoc genus, cui subjiciuntur duæ species [q]. Non refert hic causam cur Nabuch. eos morte mulctavit, sed cur Deus providentiâ suâ rem ità disposuit [r]. ¶ *Et mœchati sunt,* &c.] Judæi hos eosdem illos esse volunt qui Susannæ pudori insidiati sunt: Historiam enim illam veram existimant; non autem omnia quæ in Græco habemus †. ¶ *Ego sum judex & testis,* [הַיּוֹדֵעַ וָעֵד] *Cognoscens* (vel, *is qui novi* illud, P. istarum rerum *cognitor,* Pi. sic JT. vel, *conscius,* Sy. sic Ca.) *& testis,* Mo. &c. Quamvis clanculùm peccent [r].

24. *Et ad Semeiam*] Sic Calv. vel, *Schemaiam verò,* JT. Pi. vel, *de Schemaia,* Calv. Separandum hoc à superioribus. Hoc enim mandatum Jeremias acceperat postquam legati redierant [v]. ¶ *Nehelamitem,* [הַנֶּחֱלָמִי] Sic dictus est, vel, quòd esset ex Nehelam [x]; vel ex Halem [y]; vel, pro *Nachamæus,* à Nachamo, 1 Paral. 4.19. Allusit verò Jeremias per epenthesin unius literæ, [ל,] ut perstringeret illius studium erga pseudo-prophetarum somnia [z]. Sic dicitur, quasi חוֹלֵם, *somniator* [a], quòd somniaret reditum, &c [b]. Hanc vocem patronymicam esse docet terminatio [c].

25. *Pro eo quòd misisti in nomine tuo* (i.e. injussu meo; confer Joh. 5.43 [d].) *libros*] Id est, epistolas ad Sophoniam & alios †. Hoc loco est hyperbaton usque ad v. 30. Nam sermo hic eousque imperfectus relinquitur. Ibi autem sententia instituta absolvitur; sed non sermone continuato, verùm per periodum novam. Simile exemplum sermonis inconsequentis vide Rom. 5.12, 13, 14 *. ¶ *Ad omnem populum*] Quem tamen ipse contempsit; ut fieret omnium conspiratio †. ¶ *Sacerdotem*] Nempe summum [f]: vel, hic erat סְגַן, i.e. secundus à summo Pontifice, ejúsque vicarius, 2 Reg. 25.18 [g]. ¶ *Sacerdotes*] Id est, Levitas [h].

26. *Dominus dedit* (vel, *constituit,* Pi. Calv.) *te sacerdotem pro Joiade*] [Vel, 1. sacerdote tunc temporis sic dicto;] quem probabile est fuisse superstitem & exsulem: q. d. qui præter spem & ante tempus sacerdos factus es. Ità illum insimulat ingratitudinis erga Deum, qui ipsum evexerat. Ità transfigurat se in Angelum lucis [i]. [Vel, 2. celebrato illo Joiada.] qu. d. Joiadæ zelum imitari debes: de quo 2 Reg. 11.18. 2 Par. 23.17 *. ¶ *Ut sis dux in domo Domini*] Ut cæteris sacerdotibus præeas; jubeásque per στρατηγὸν τοῦ ἱεροῦ (*præfectum Templi*) capi pseudo-prophetas, qualis est Jeremias [k]. ¶ [לִהְיוֹת פְּקִדִים וגו׳] *Ad exsistendum præfectos domo Domini,* Mo. *Ut esses censor,* &c. Sy. *Ut sis constitutus princeps sacerdotum,* &c. Ch. *Ut Jovæ templo præfectus——conjicias,* Ca. *Ut* (vel, *Quum,* JT.) *sitis* (sub. *tu, & alii sacerdotes,* M. nam ad utrosque conjunctim scribit [l]. Compellat initio summum sacerdotem, sed postea simul comprehendit etiam alios [m].) *præfecti,* &c. P. M. Pi. JT. &c. Posset sic verti, *Ut essent præfecti* [n]. ¶ *Super* (vel, *adversùs,* Calv.) *omnem virum arreptitium*] Vel, *amentem,* M. JT. Pi. sim. Mo. P. Ità dicebantur Prophetæ, cùm acti essent Spiritu Sancto [o]. ¶ [מְשֻׁגָּע] *Maniacum,* V. *arreptitium,* Calv. V. G. i. e. qui non à Dei Spiritu, sed Dæmonibus, incitatur. Vide 2 Reg. 9.11 [p]. ¶ *Et,* &c. [וּמִתְנַבֵּא] *Et prophetantem,* P. Calv. Sy. sim. Mo. Ca. vel, *prophetare præsumentem,* M. *qui prophetam agit,* Pi. sic JT. *qui fingit se prophetam,* V. sim. Ang. Id enim sign. Hithpahel [q]. Sic, *fingere se ægrotum,* vel *lugentem,* vel *peregrinum,* vel *insanum,* 1 Sam. 21.13. 2 Sam. 13.5. & 14.2. 1 Reg. 14.2, 5 [r]. ¶ *Ut mittas eum in nervum,* [אֶל הַמַּהְפֶּכֶת] *In subversionem,* Mo. Vide Jerem. 20.2 †. Instrumentum quo constringitur collum [t]. ¶ *Et,* &c. [וְאֶל הַצִּינֹק] *Et in nervum,* Mo. P. vel, *truncum,* M. *fidiculas,* Ca. *carcerem,* Ch. Vulg. Sy. *compedes,* vel *manicas,* Calv. *manicas ferreas,* G. ex He. צנק Arabibus *arctum esse* sign [v]. Al. *aut in scapha,* JT. Pi. צִינֹק dicitur ex forma cruciatûs & victûs, *navicula sugentis:* quia homo in binas naviculas, sive scaphas, pari commensu inter se respondentes, arctè compingebatur, ità ut corpus hominis inditum quasi in vagina esset [x], exstantibus tantùm, per quædam foramina, capite, manibus & pedibus [y]: alebatur autem suctu mellis temperati lacte, quod vel invitis infundebatur in os, unde viverent. Hujus cruciatûs meminit Plutarchus in Artaxerxe [z]. Verùm id supplicium Hebræis incognitum fuit: & sacerdotes in Templo prehendendi, non puniendi, jus habebant [a]. Hebræi hâc appellatione angustissimum quemque carcerem durissimúmque designârunt: qualis hodie videtur in muris, quem Galli *caligam* vocant, &c [b]. Summus sacerdos judex quidem erat ex Lege, Deuter. 17.8, 9. quòd autem hanc jurisdictionem sibi sumpserit, constringendi manicis, &c. id præter Legem additum videtur, rebus turbatis atque confusis [c].

28. *Longum,* &c. [אֲרֻכָּה הִיא] *Longum ipsum,* Mo. vel, *est,* P. *Longa* (vel, *Prolongata,* M. *Diuturna,* Ti.) *est,* JT. Pi. sub. *captivitas,* M. Ti. JT. Pi. Ang.

29. *Legit ergò Sophonias——in auribus Jeremiæ*] Vel, 1. quia illi favebat, unde non semel ad Prophetam missus erat, Jer. 21.1. & 37.3 [d]. Vel, 2. nolens prehendere inauditum *. Vel, 3. ut Jeremias alio accusante reus fieret, & odio, vel potiùs furori, populi objiceretur [f].

32. *Non erit ei vir sedens* (vel, *quisquam qui habitet,* JT. Pi. sim. G.) *in medio populi hujus*] Nullus ex posteris ejus supererit. Vide Deut. 28.18 [g]. ¶ *Non videbit bonum,* &c.] Reditum in patriam [h]. Tempus legitimum contempsit, & volebat redire ante biennium; ideo privatus fuit conspectu hujus beneficii [i]. ¶ *Quia prævaricationem locutus est,* &c.] Impediit conversionem populi [k]. Vide Jer. 28.16 [l].

CAP. XXX.

2. *Scribe tibi omnia verba*] Vel, 1. prophetias omnes à te traditas [a]: vel, 2. quæ jam ad te loquor, vel quæ sequuntur [b]. Nihil profecisti loquendo, quare scribe, & quasi in acta redige [c]: in solatium piorum [d]; nè animos despondeant in tam longa captivitate *. Ut hæc legi possint cùm implebuntur, in signum meæ veracitatis †. ¶ *In libro*] In membrana, quæ diu duret [f].

3. *Convertam,* &c.] Antithesis inter hanc veram certámque restitutionem post 70 annos, & illam de qua nugati sunt pseudo-prophetæ ventura post biennium [g]. ¶ [וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּת] *Et convertam transmigrationem,* i. e. eos qui transmigrârunt. Ità ο΄. & Chald. Simile Jerem. 29.1. Allusio vocum vicinarum, quarum prior est à שׁוּב, (*reverti;*) altera, à שָׁבָה, *captivum ducere* †. ¶ *Populi mei Israel & Juda*] Nam cum Judæ & Benjamini posteris nonnulli etiam rediêre ex aliis tribubus, maximè ex Levitica. Vide Luc. 2.36 [h]. Reducam meos, tam ex decem quàm ex duabus tribubus [i]. *Israelis* priùs meminit, quia longius fuit hujus exsilium quàm *Juda* [k].

5. *Hæc dicit Dominus,* (sub. *Gentes dicturæ sunt,* V.) *Vocem terroris* (vel, *horroris,* M. Ti. V. *trepidationis,* Pi. &c.) *audivimus*] Vel, *audimus,* Pi. Deus loquitur, sed in persona populi, quibus verba dictat, quia prorsus erant stupidi & securi; q. d. Ridete ut voletis, extorquebit tamen Deus vobis hanc confessionem, & vocem pavoris [l]. ¶ *Formido,* &c. [פַּחַד וְאֵין שָׁלוֹם] *Formido,* (vel, *pavorem,* Sy. M. Ti. *formidinis,* P. sim. Ch. vocem, inquam, *timoris,* V.) *& non* (vel, *nec,* P. sub. *est,* P. vel, *erat,* Ch.) *pax,* Mo. P. Ch. vel, *pacem,* M. Ti. *ac nullam securitatem,* Sy. *Pavoris, nulliúsque pacis,* JT. *pavoris impacati,* Ca. *Pavor adest, nulla autem pax,* Pi. *Quæ pavorem, non pacem, significat,* Strig. Sensus, Diu durabunt hæc mala [m]. Locum hunc tam Judæi quàm Christiani, qui, cùm vix alibi, hîc tamen mirè conveniunt, ad tempora Messiæ torquent, sed perperàm [n]. Vox hæc Gentium tempore Messiæ [o]. Spectat tempora expeditionis Gogi, &c. Ezec. 38 [p]. Sed ex contextu facilè constat, Prophetam complecti summam doctrinæ suæ, comminationem nempe, & promissionem: illam hîc breviter perstringit; hanc uberiùs, ut exsules solaretur [q]. Hic introdu-

Marginalia (left column): [o] Calv. [p] Calv. ad v. 21. [q] Calv. [r] Ang. † G. [r] Ang. sim. [s] Calv. [v] G. [x] Q. in V. [y] Ch. in V. [z] Jun. [a] M. ex He. [b] V. [c] Jun. [d] G. † Idem. * Pi. † Cal. [f] Calv. [g] G. [h] Calv. [i] Calv. * G. [k] G. [l] Ang. [m] Calv. [n] Ang. [o] V. Ang. [p] G. [q] V. sim. Ang. [r] Ang. † G. Ang. [t] He. in V. [v] G.

Marginalia (right column): [x] Jun. [y] Ang. [z] Jun. [a] G. [b] Jun. [c] Calv. [d] Ang. * G. [f] Calv. [g] Calv. [h] G. sim. Pi. [i] Calv. [k] G. [l] Ang. [a] Ang. [b] G. [c] Calv. [d] Ang. * Calv. † G. [f] G. [g] Calv. † G. [h] G. sim. [i] E. Mc. [k] Ang. [l] Calv. [m] G. [n] Calv. [o] Mar. ex K. [p] He. in Ang. [q] Calv.

troducuntur loquentes Hierosolymitani tempore excidii urbis per Babylonios [r]. *Vocem*, scil. Chaldæorum invadentium Jeros [†]. Aut intelligatur hoc de Cyri adventu in Babylonem, & formidine Babyloniis incussa, unde sequebatur Judæorum liberatio [t].

6. *Interrogate*] Sapientes, & quærite in libris, an id fieri possit. Reperietis non posse [v]. ¶ *Si generat*,&c. Absurda versio. Non certè prodigium est, (de quo hîc sermo fit,) sed naturale, ut masculus generet [x]. אם ילד] *Si*, vel *an*, *pariens*,&c. Mo. vel, *pariat*,&c. Ch. Sy. P. Ti. G. &c. q.d. Viri non solent parere [y]. ¶ *Quare*,&c. מדוע ראיתי כל־גבר ידיו וגו'] *Quare* (sub. *ergò*, P. sic M. &c.) *vidi*, vel *video*, *omnem virum* (scilicet Hierosolymitanum [z]; vel, *fortissimum quemque virum*, Ti. sub. *habentem*, P. vel, *ponentem*, Pi.) *manus suas super lumbos suos*, (vel, *admotis ad latera manibus*, Ca. vel, stare *manibus suis* appositis *ad lumbos suos*, JT.) *tanquam parturientem?* Mo. &c. Nam solent fœminæ parturientes lumbis manus apponere, ad reprimendum dolorem [a]. q.d. Deus gravissimè cruciabit viros, & coget eos ad gestum minimè virilem, qualis est in puerperis, ubi in ultimo nixu se torquent, qui dolor acerbissimus est [b]. Cùm viri parere non soleant, quî fit ut parturientium more doleant [c]? Tantam vehementiam adhibet, quia Judæi duri erant & pervicaces, &c [d]. ¶ *Facies in*,&c. לירקון] *In pallorem?* Mo. P. M. Ca. sic Ful. ex K. & Th. vel, *auruginem?* Ti. V. sic Ch. i.e. Luteo colore suffusæ sunt; ut ictericis accidere solet. Id fit diffusâ bile *. LXX appositissimè vertunt, ἴκτερον. Nam luridus ictericorum color valde perterritis egregiè convenit,&c. Propria vocis notio est, *color herbeus*, qualis in herbis flaccescentibus, cùm jam arescentes livere incipiunt. ירקון ergò, ut & χλωρότης Græcè, *viriditatem herbidam* denotat *cum pallore conjunctam*; qualis est in *morbo viridi*, ut vocamus, cui affinis est icterus. Nam & ex eadem causa oritur; & corpus itidem non solùm tetro lividóque ac lurido colore squalidum reddit, sed etiam, quasi suscepto gravi onere, languidum & invalidum torpidúmque efficit. Utrumque igitur morbi genus Hebraicum ירקון meritò censeatur, q.d. *oleaceum*. Itaque eleganter hîc adhibetur ad exprimendam ingentem formidinem [f]. *In speciem morbi regii?* JT. sim. Pi.

7. *Magna* (i. e. terribilis & calamitosa [g]) *dies illa*] i. e. Tempus totum exsilii [h]; vel, dies quo exscindetur Jerosolyma [i], urbs, Templum, &c [k]. ¶ *Nec*, &c. מאין כמוהו] *A non sicut illa*, Mo. *Ità ut non* (vel, *Adeò ut nullus*, JT. Pi.) *sit similis illi*, P. M. Ti. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Sy. Pi. *Tamen*, M. JT. Ca. &c.) *ex ipsa salvabitur*] Sim. Mo. P. M. G. Nam post descriptionem malorum hîc incipit consolatio [l]. Nunc videmus quorsum tendat hoc Prophetæ vaticinium [m]. *Ex ipso*, i.e. ex duro illo tempore [n].

8. *Jugum ejus*] Babylonii [o]: vel potiùs, Diaboli, aut Antichristi [p]. ¶ *Vincula ejus*] i.e. Quibus illi te constrinxerunt [q]. ¶ *Et non*,&c. ולא יעבדו בו עוד זרים] *Et non servient ei* (nempe Regi Babylonis [r]) *ultrà extranei*, M. sim. Ca. Sed rectiùs de Israele exponitur [†]. *Et non redigent illum ultrà in servitutem alieni*, P. sim. Pi. Calv. *Nec servitute prement eum*, &c. Ti. sic Sy. *Neque servitutem exigent ab illo*, &c. JT. Tertia persona pro secunda, [*eum*, pro *te*;] q. d. *Non tenebunt te in servitute*: sive, *Non utentur operâ tuâ tanquam servi*,&c. Idem verbum quod suprà 25. 14 [t]. *Et non servient deinceps alienis*, Strig. *Et non servient in eo ultrà extraneis*, Mo. *Et non subjicietur Israel ultrà populis*, Ch. Hæc ergò ad literam non sunt intelligenda de liberatione Persarum [v], quia tunc Judæis dominabantur adhuc Persæ [x], & postea Alexander, Antiochus, Romani [y]; sed de liberatione per Christum [z], inchoata in terris, sed complenda in cœlis [a].

9. *Sed servient Domino Deo suo*] Optimum est Deo subjici, sine quo libertas esset belluina & exitialis [b]. ¶ *Et David Regi suo, quem suscitabo eis*] Sed quis hîc *David?* Resp. 1. Zorobabel, de quo & suprà 23. 5. [ubi dicta vide.] Is *David* vocatur & hîc, & Ezec. 34. 23. & 37. 24. nimirum sicut à Ptolemæo orti *Ptolemæi*, à Cæsare *Cæsares* [c]. [Aliis hoc non placet.] Hic obtinuit tantùm precariam dignitatem [d]: nec usquam *David* vocatur; neque Regium aut nomen, aut diadema, unquam gessit *. Post captivitatem nunquam habuerunt Judæi Regem, sed duces tantùm, eósque alienæ potestati subjectos [f]. Paulatim progenies Regia evanuit: & tametsi delecti fuerint 70 ex semine Davidis, tamen nullum fuit sceptrum, aut diadema. Ideóque necesse est vaticinium hoc referre ad Christum. Vide Ezec. 21. 27 [g]. Resp. 2. *David* hîc est Rex Messias [h]. [Probatur.] 1. Conjungitur hîc cum Deo in cultu, *Servient Domino, & Davidi*. 2. Hic *David* sæpe vocatur, Ezec. 34. 23, 24. & 37. 24. Hos. 3. 5. quia, è Davide ortus, solium Davidis obtinuit, Esa. 9. 7. Luc. 1. 32. & in Davide præfiguratus fuit [i]. Sed & Judæi ante Christum vocabant Messiam, *Davidem*, & *Filium Davidis* [k]. In libro Berachoth Hierosol. *Iste*, inquiunt, *Rex Messias, si de vivis est, David est nomen ejus; sive de mortuis, David est nomen ejus*: h. e. sive vivus sit, sive mortuus, nomen ejus est David. 3. Ex consensu Interpretum, tum Christianorum, tum Judæorum [l]. Chald. locum sic reddit, *Sed obedient Messiæ filio Davidis*. Simil. & K. & Abrabaneel [m]. Et in Talmud, tit. Sanhedrim, cap. Chelek, *Dixit Rab. Futurum est quòd Sanctus Benedictus ipse suscitet*, vel *statuat*, *Israeli alium David. Non dicit*, STATUI, sed, STATUAM. Porrò, qui de tempore Messiæ accipiunt, alii de liberatione spirituali, alii de corporali, intelligunt: ego utramque intelligo: nam promissiones hîc sunt & spirituales & corporales, &c [n]. Verbum *suscitandi* hîc Deo tribuitur, cujus officium erat Christum excitare, Psal. 2. 6. Salus per Christum manavit à misericordia Dei [o]. Usurpatur hoc verbum tum de Judicibus, Jud. 2. 16. & 3. 9. tum inprimis de Christo, Luc. 1. 69. Act. 2. 30. & 13. 23, 33 [p]. Nota hîc, Deum non aliter esse Regem nostrum nisi cùm subjicimur Christo; non enim immediatè, sed per manum ejus, vult nobis præesse [q].

10. *Salvabo te de*,&c. מרחוק] *A longè*, Mo. Ti. *è longinquo*, JT. Pi. Ch. sim. V. Sy. sub. *loco*, P. V. Sy. sim. M. q.d. Ne vos terreat difficultas ob distantiam locorum [r]. Reducendo te à regione longinqua, qui priùs eras procul à me [†]. ¶ *Et semen tuum de*, &c.] Quoniam longa erat exspectatio 70 annorum, ideo Deus ad semen transfert quod hîc promittit: q.d. Etiamsi ad vos non perveniat effectus redemptionis, Deus tamen non fallet spem vestram, &c [t]. ¶ *Non erit quem formidet*] Suprà 23. 6 [v]. At hoc Judæis non contigit: ideóque hoc non potest exponi nisi de Christi Regno, quod uti spirituale est, ità & hoc beneficium est spirituale, & de pace conscientiæ intelligendum [x].

11. *Faciam*, &c. כי אעשה כלה וגו'] *Nam* (vel, *Autem*, P. *Quum*, JT. sic Ca.) *faciam consummationem in cunctis gentibus*, &c. Mo. Pi. &c. i. e. perdam funditus [y]. Semel eas ità puniam, ut nihil ultrà puniendum restet [z]. ¶ *Te*, &c. אך אתך וגו'] *Veruntamen te* (vel, *ex te*, P. *tecum*, Ti. Calv. *in te*, JT. Pi.) *non faciam*, &c. Mo. &c. Discernit inter pœnas reproborum, & populi sui: illæ exitiales, hæ salutares, sunt. At alibi dicit se consumptionem facturum in populo suo, Esa. 10. 23. Resp. Ibi loquitur de promiscuo vulgo & toto corpore populi, quod jam ab ipso alienum erat: hîc de reliquiis, sive electis suis [†]. ¶ *Sed castigabo te in*, &c. למשפט] *In judicio*, Mo. P. Calv. &c. *Judicium* hîc non accipio pro rectitudine, sive prout opponitur iniquitati; sed pro moderatione iræ, prout opponitur justo rigori [a]. q. d. Non summo jure & exactâ justitiâ, non furore, sed æquitate, & modo quodam adhibito, quem in castigando [meos] adhibere soleo, vel more meo [b]. *Modicè*, vel *moderatè*, JT. Pi. V. G. Heb. *secundùm judicium*, Pi. Chald. *judicio remisso*, i. e. indulgenter [†]. Idem loquendi genus suprà 10. 24 [c]. ¶ *Ut non*, &c. ונקה לא אנקך] נקה & *purgare*, & *succidere*, sign [d]. Sed non producunt locum ubi sign. *succidere*; nam Zach. 5. 3. aliter exponitur *. [Variè reddunt.] *Veruntamen neutiquam te ad purum putum excoquam*, Ti. Q. in V. vel, *Et mundando non mundabo te*, Mo. Q. in V. i. e. Non exactè excoquam te, ut nihil ultrà in te sit sordium: nam si hoc tentem, ferre haudquaquam posses, & pessum ires [f]. *Et delendo non delebo te*, Ch. & simil. K. in M. ut scilicet sit expositio prioris sententiæ, *te non faciam in consummationem* [g]. *Nec succidendo succidam te*, P. i. e. Non tollam te prorsus de medio [h]. [De hoc sensu vide fusè dicta ad Exod. 34. 7.] Al. *Ne tibi innocens videaris*, Strig. sim. Vulg. Græci,

[Margin notes, left column: r Pi. · † Me. · t Mar. · v G. · x Calv. · y V. · z Pi. · a G. · b Calv. · c Ca. · d Calv. · * G. · f Ful. misc. 5. 13. · g Me. T. sim. Pi. · h Ang. Calv. · i G. sim. Me. · k T. · l Calv. · m G. · n Calv. · o Me. · p Calv. sim. Pi. T. · q T. · r Calv. · † Q. in Ang. · † Ang. · t V. · v T. sim. E. · x Calov. Me. · y T. · z E. · a T. sim. E. &c. · b T. ex Hi. & Th. · c Calv. · d G. · * Calv. · Calov.]

[Margin notes, right column: f E. · g Calv. · h Calov. M. E. Me. T. Calv. Jun. Pi. · i Calov. · k Calv. · l Calov. · m Cartwr. mellif. cap. 5. p. 2972. in append. ad Crit. Lond. · n Calov. · o Calv. · p Ang. · q Calv. · r Calv. · † V. · t Calv. · v G. · x Calv. · y V. sim. Calv. · z G. · † Calv. · a Calv. · b V. · † V. · c G. · d G. sim. Calv. · f V. sim. M. · g M. · h V.]

Græci, οὐ ἀθῳώσω σε, i. e. *Non omnino relinquam te impunitum:* nam ἀθῳοῦν sæpe Græcis, *à pœna liberare*[l]. *Etiamsi innocentem & innoxium te non facturus sim*, M. sim. Belg. Gal. *Non autem prorsus impunem relinquam te*, Pi. sic Sy. JT. Ang. Heb. *Et innocentando non innocentabo te*, Pi. [Ca. hæc cum præcedentibus sic vertit, *Te tamen non prorsus perdam, tametsi, impunitatem tibi non concedens, jure castigabo.*]

12. *Insanabilis*, &c. אָנוּשׁ לְשִׁבְרֵךְ נַחְלָה מַכָּתֵךְ] *Desperata*, vel *Deplorata*, (vel, *Periculosa*, M. *Insanabilis*, Ti. *Sæva*, Ca. *Fortis*, Ch. *Dolorifica*, Sy. *Mortifera*, JT. Pi. sub. *est*, M. Ti. Pi. vel, *erit*, JT.) *contritio*, vel *confractio*, vel *fractura*, vel *ruptura*, (vel, *calamitas*, Ca.) *tua*; *dolorifica* (vel, *difficilis*, P. *gravis*, Ch. *vehemens*, Sy. *ægra*, Pi. *ægerrima*, JT. *languori exposita*, M. *cruciabile*, Ca.) *plaga tua*, Mo. Ti. &c. vel, *vulnus tuum*, Ca. Al. *Gravitas confractioni tuæ*; nam אָנוּשׁ substantivè accipitur, quia interponitur ל; *plaga est ægra*, i. e. difficilis curatu[k]. Ad populum tanquam ad fœminam loquitur; quod affixa demonstrant. Sic & suprà 22. 21. Hoc dicit, *Vulnus tuum desperatum videbitur*, nempe cùm per tot annos servies[l]. De malorum gravitate hîc disserit; ne populus, qui credulus erat, existimet finem exsilio suo adesse; quin potiùs se comparet ad tolerantiam, dum finis à Deo præscriptus advenerit[m].

13. *Non*, &c. אֵין דָּן דִּינֵךְ לְמָזוֹר] *Non* (vel, *Nemo*, JT. Pi.) *judicans* (vel, *adjudicabit*, JT. vel, *judicat*, Pi. vel, *est qui judicet*, M. P. Ch. vel, *dijudicet*, Ti. vel, *agat*, Ca. h. e. qui suscipiat[n],) *judicium tuum*, vel *causam tuam*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Ca. Ch. V. &c. *ad medelam*, Mo. V. sub. *inveniendam*, V. vel, *ad sanitatem*, P. vel, adhibendo *emplastrum*, M. Q. in V. i. e. Nullus inveniri potest medicus qui sciat quo medicamento, emplastro aut cataplasmate sanari possis[o]. Vel, *ut obliget vulnus*, Ti. vel, *ut eam glutinet*, Strig. vel, *ad alligandum*, Vulg. Ang. marg. vel, *ut alligeris*, Ang. vel, *compressioni*, i. e. ut comprimatur ad suppurationem, sicut fit in vomicis*. *Ad compressionem*, Angl. non eam quâ caro vexatur, sed eam quâ materia corrupta extruditur, & quæ conducit ad sanationem. Transitio hîc est ab una medendi methodo ad aliam, nempe à judiciaria ad chirurgicam: utrobique enim designatur medela; hîc, corporis, illic, status[p]. Vel, *de ulcere*, Pi. *de tumore*, sive *vulnere*, ut vox [מָזוֹר] sumitur Hos. 5. 13. Obad. vers. 7[q]. Nemo erit qui de causis tui vulneris rectè judicet, ac manum ei curando admoveat[r]. Vel, *quasi medicando*, Ca. vel, ut *misereatur tui*, Ch. ¶ *Curationum*, &c. רְפֻאוֹת תְּעָלָה אֵין לָךְ] *Medicinæ curationis non tibi*, Mo. *Sanationes vulneris non sunt tibi*, Ti. *Medicina non est exorta tibi*, Ch. *Tu salubri medicinâ cares*, Ca. *Nec quisquam te sanare potest*, Strig. *Curationes, emplastrum nullum proderit tibi*, JT. Difficultas est tum in vocibus, tum in constructione. רְפֻאוֹת alii vertunt, *medicinas*, hîc, & Jer. 46. 11; alii rectiùs, ut puto, *methodos curationis*. תְּעָלָה (à עָלָה *ascendit*) sign. alibi *aquæductum*, de quo vide ad Esa. 7. 3. At ubi de curatione agitur, aliter reddunt: vel, *emplastrum*, quod ascendit & applicatur parti affectæ; vel, *sanitatem*, sive *sanationem*, quæ alibi *ascendere* dicitur, Jer. 8. 22. & 33. 6. & hîc ab *ascendendo* dicitur, vel, ab impositione emplastri super partem affectam; vel, quia levamentum producit; vel, quia in curatione caro ascendit, & cutis vel cicatrix vulneri inducitur. Variant & in constructione: quidam duas has voces in regimine conjungunt, alii seorsim reddunt †: [ut ex versionibus jam exhibitis constat, & patebit ulteriùs ab exhibendis.] *Curationes cicatricem contrahentes* (Hebr. *Curationes ascensûs* cicatricis, seu carnis: synecdoche generis, & genitivus effecti[t]:) *nullæ* sunt *tibi*, Pi. sim. Belg. *Ascensus curationum non* sunt *tibi*; ut sit transpositio verborum in Hebræo, ut interdum fit[v]. *Medicinæ* (vel, *Medicamen*, M. *Curationes*, Angl. i. e. methodi curationis[x],) *& curatio* (vel, auxilia ad curationem †,) *non* sunt *tibi*, P. M. Angl. *Nulla tibi erunt remedia ad sanationem*, G. Sensus loci est, Hæc plaga videtur incurabilis. מָזוֹר [in priore membro] dicitur ab *exprimendo*, quòd adhiberi soleat expressione saniei factâ: תְּעָלָה hîc, ab *imponendo*[y]. Primò sine figura loquitur Jeremias, deinde simplicem sententiam metaphoricâ loquutione illustrat. Versum sic accipio; *Nemo* est *qui judicet*, i. e. suscipiat, *causam tuam*; q. d. Omni auxilio nudata es: id quod tu vides, & tamen, quæ tua est stultitia & securitas, blanditias tibi facis in malis propè desperatis, & putas te fore propediem liberum: ad *sanitatem medelæ & curatio non sunt tibi*; i. e. nemo est qui medeatur malis tuis. Deciperis ergò, dum speras te brevi rediturum[z]. Sed huic versioni repugnant accentus[a].

14. *Amatores tui* (i. e. fœderati illi quorum mentio cap. 27. Persistit in similitudine fœminæ[b]. Assyrii & Ægyptii[c], qui priùs præ se ferebant te amare[d],) *obliti sunt tui*] Videntes quippe statum tuum esse desperatum*. ¶ *Téque non quærent*] Vel, *requirunt*: non invisunt, nec quærunt quomodo valeas[f]: abjecerunt omnem curam tui[g]. ¶ *Plagâ inimici*] i. e. Graviter[h]: vel, quam infligere solent hostes & homines crudeles[i]. Non quòd excessus erat in judiciis Dei, sed hoc referri debet ad communem hominum sensum[k]. ¶ *Castigatione crudeli*; ità Mo. M. &c. אַכְזָרִי] *Crudelis*, vel *sævi*, P. Pi. &c. sub. *hominis*, V. vel, *inimici*, JT.

15. *Quid clamas*, &c?] Ità P. M. &c. vel, *exclamas*, &c? Pi. *exclamares*, &c? JT. de nimia Dei severitate[l]. Non est quòd conqueraris, nam justè affligeris[m]. Serus est clamor tuus, quia præteriit tempus resipiscentiæ & clementiæ[n]. ¶ *Insanabilis*, &c. "אָנוּשׁ וגו] *Mortiferum* (vel, *desperatum*, Mo. sub. *esse*, JT.) *dolorem tuum?* JT. Mo. sim. Pi. *Deploratus est dolor tuus*, Ti. sim. P. M. *Desperato* (nempe humanitus) *morbo tuo?* ut sit expositio prioris κατὰ σχέσιν[o].

16. *Propterea—qui comedunt te devorabuntur*] Sim. JT. Pi. Calv. Ità connectenda hæc sunt cum v. 10, 11. reliquis versibus per parenthesin interjectis[p]. Malim, *Veruntamen*, &c. q. d. Quamvis vos justè affligamini, ego tamen ex mera gratia mea vos liberabo, &c[q]. Nota discrimen inter Jeremiam & pseudo-prophetas. Hi populum blanditiis mulcent, injucundam pœnitentiæ doctrinam omittunt: ille gratiam Dei proponit, sed post domitam eorum pervicaciam, &c[r].

17. *Obducam*, &c. כִּי אַעֲלֶה אֲרֻכָה לָךְ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Autem*, G.) *adducam* (vel, *ascendere faciam*, Mo. Angl. &c. *obducam*, Ti. V. *admovebo*, V. *pariam*, Ca. *restituam*, Ang. Strig. *eliciam*, Sy.) *tibi* (vel, *tuam*, Ti.) *sanitatem*, vel *sanationem*, P. M. Calv. Ch. Ang. simil. Strig. vel, *medicinam*, sive *medicamentum*, V. vel, *incolumitatem*, Ca. vel, *cicatricem*, Ti. G. ut vox apud RR. usurpatur, & in Chald. ad Psalm. 147. 3 †. Sed vox Chaldaica ibi non minùs ambigua est quàm Hebræa. Et detrahit hoc pulchritudini operum Dei, qui non solet cicatricem relinquere, sed plenè & prorsus sanare[t]. Vel, *emplastrum*, Mo. propriè, *emplastrum longum*, h. e. par vulneri[v]. Præstat אֲרֻכָה pro *sanitate* accipere: quæ sic dici potest, vel, quia longum est, sive diu, quo & exspectatur & advenit; nam, ut aiunt, *Morbus advenit equester*, h. e. citò, *abit pedester*, h. e. tardè: vel potiùs, à significatione Chaldaica verbi אֲרַךְ, quod sign. *exspectare*, vel *sperare*, Psal. 147. 11. Lam. 3. 18. quia sanitas est objectum spei. Dicitur autem *sanitas ascendere*, non tam quòd superinducat carnem & cutem parti læsæ, quàm quòd accedat parti vel personæ sanatæ. Nam *ascendere* sæpe ponitur pro *advenire*, vel *abire*, sine ulla ascensûs vel descensûs significatione; ut Numer. 16. 24, 27. Jerem. 4. 7. Joel. 1. 6. Sicut ergò alibi morbi venire & abire dicuntur, ità pariter hîc sanitas, &c. Sensus ergò est, *Adducam*, vel *venire faciam, tibi sanitatem*. Sic alibi sanatio advenire dicitur, & *muris*, cùm reparantur, Neh. 4. 7. & *negotio*, cùm perficitur, 2 Par. 24. 13[x]. *Nam faciam ut assurgat* (Heb. *ascendat*) *sanitas tibi*, Pi. *Quum faciam ut ad justam constitutionem assurgas*, JT. ¶ *Quia* (vel, *Quanquam*, sub. *alienigena*, G.) *ejectam* (vel, *depulsam*, JT. Pi. &c. *abjectam*, G. *expulsam*, ut uxor ejicitur à marito suo[y],) *vocaverunt te*] ¶ *Sion*, &c. צִיּוֹן הִיא דֹּרֵשׁ אֵין לָהּ] *Sion* (sub. *inquiunt*, M. vel, *dicentes*, Ti. V. JT.) *est*, (vel, *ipsa*, Mo. *ipsa* est, P. *ista* est, JT. sub. *urbs*, Ti. G.) *quam nemo requirit*, M. Ti. vel, *non est requirens ipsam*, P. sim. JT. Pi. vel, *cujus nemo curam gerit*, G. [Ca. hæc cum præced. sic reddit, *Quam vocant repudiatam Sionem, eam quam nullus expetat.*] *Sionem illam, cui non est vindex*, Sy. Ostendit extrema populi mala non fore obstaculo gratiæ suæ, & promittit

Marginal notes (left column): [i] G. — [k] Calv. — [l] G. — [m] Calv. — [n] Calv. — [o] Q. in V. sim. Mc. — * Jun. — [p] Ang. — [q] Belg. — [r] G. — † Ang. — [t] Pi. — [v] Q. in Belg. — [x] Ang. — † Id. — [y] V.

Marginal notes (right column): [z] Calv. — [a] Calv. — [b] G. — [c] Pi. Calv. — [d] V. — * Calv. — [f] V. — [g] Calv. — [h] G. — [i] V. — [k] Calv. — [l] Calv. — [m] V. — [n] Calv. — [o] G. — [p] Q. in Ang. — [q] Ang. — [r] Calv. — † G. — [t] Ang. — [v] Q. in Ang. — [x] Ang. — [y] V.

promittit se in rebus desperatis venturum Redemptorem, &c [z]. *Tzion est*, &c. Illusio ex allusione ad originem vocis צִיּוֹן *Tzijon*, quasi deducta sit à nomine צִיָּה *ariditas*, i. e. locus aridus; q. d. Non mirum, neminem eam curare: est enim *Tzijon*, i.e. locus aridus & siccus [a].

18. *Ego convertam* (vel, *reducam*, JT. Pi.) *conversionem* (vel, *transmigrationem*, G. *captivitatem*, Calv. vel, *captivam turbam*, JT. Pi. Ità quidem sumitur *captivitas* alibi: hîc autem non tam personas respicit, quàm loca, quæ non dicuntur *captivari*: malim ergò *captivitatem* hîc sumere, sicut Job. 42.10. pro calamitoso statu, vel desolatione; quæ certè his locis obtigerat [b].) *tabernaculorum Jacob*] i. e. Familiarum Judæorum [c]. De tabernaculis loquitur, vel, 1. per allusionem ad vetustum morem habitandi in tabernaculis. Hinc *tentoria Israelis*, 2 Sam. 20. 1. 1 Reg. 12. 16. &, *tabernaculum Davidis*, Amos. 9. 11 [d]. Vel, 2. ut moneat eos, quamvis domicilia haberent, esse tamen inquilinos & hospites in Chaldæa, &c. & restituendos in patriam, quæ erat vera eorum statio*. ¶ *Et ædificabitur civitas* (nempe Jerusalem [f]) *in*, &c. עַל תִּלָּהּ] *Super cumulum*, vel *acervum*, (*excelsum*, sive *culmen*, Calv. *aggerem*, JT. *tumulum*, Pi.) *suum*, M. P. Ti. &c. i. e. super vetusta fundamenta sua [g]; ubi antea erat tantùm acervus lapidum & ruderum [h]. Vel, *in excelso suo*, G. ex Vulg. In montanis suis locis [i]. Nam situs urbis erat excelsior [k]. *In colle suo*, Pi. V. Strig. i. e. in monte Morija [l]. Hæc Zorobabelis tempore impleta sunt: nec minùs rectè mysterium hoc ad Ecclesiam refertur [m]. ¶ *Et templum*, &c. וְאַרְמוֹן עַל מִשְׁפָּטוֹ יֵשֵׁב] *Et palatium* (i. e. vel, 1. Templum [n]; vel, 2. Regia [o];) *super normam ejus* (vel, *in loco suo*, M. Ti. *secundùm consuetudinem suam*, P. ad verb. *secundùm jus suum*, i. e. ut decet illud [p]: vel, *pro ratione sua*, JT. Pi. *in sua statione*, vel *regula*, Calv. *decenter*, Sy. *sicut decet eam*, Ch. *in suo statu*, Ca. æquè splendida sicut fuerat, & in eodem loco, acsi nunquam excisa fuisset [q],) *sedebit*, Mo. V. vel, *residebit*, M. *manebit*, P. Ti. *consistet*, JT. Pi. *reparabitur*, Sy. *fundabitur*, Ch. instauratum subsistet, h. e. in dignitate in qua priùs erat [r]. מִשְׁפָּט propriè sign. *judicium*; sed accipitur pro *regula*, *mensura*, *more*, *consuetudine* †.

19. *Et egredietur de eis* (nempe Judæis reducibus [v]) *laus*; sic Calv. M. תוֹדָה] *Confessio*, Mo. *gratiarum actio*, P. Ca. Pi. vox (suppleta ex sequente membro [y]) *laudis*, Angl. sim. JT. Sacrificium *confessionis*, vel *laudis*, Angl. ut Levit. 7. 12, 13. Jer. 17. 26 †. *Et multiplicabuntur in iis offerentes confessionem*, Ch. ¶ *Vóxque ludentium*; ità Mo. Ca. Pi. מְשַׂחֲקִים] *Gaudentium*, P. M. *canentium*, G. ex ό. & Ch. Sy. *ridentium*, JT. ¶ *Et multiplicabo eos*, *& non minuentur: & glorificabo*, &c. וְהִרְבִּתִים וְלֹא יִמְעָטוּ] *Multiplicabo, inquam, eos, nec minuentur*, P. ut idem sit cum præcedenti [membro [y].] *Et* (vel, *Itáque*, Ca.) *honorabo* (vel, *honoratos faciam*, Ti. *confortabo*, Ch. *magnificabo*, Sy. *amplificabo*, JT. Pi.) *eos*, Mo. M. Di. Ca. V. *& non vilescent*, Mo. sim. Ti. Di. צָעִיר enim *ætate*, vel *dignitate*, *parvum* significat. Vide Syrum ad Matt. 13. 57. & 22. 16. Marc. 12. 4 [z]. Vel, *& non attenuabuntur*, M. vel, *exigui fient*, JT. Pi. *erunt infirmi*, Ch. *decrescent*, Sy. *fient pauciores*, V. *ut non imminuantur*, Ca.

20. *Et erunt filii ejus* (sub. *Jacob*, i. e. Ecclesiæ universalis [a],) *sicut à principio*] Sim. M. Ti. &c. i.e. Vel, 1. ut ante Legem promulgatam, sub fœdere Abrahami; ut significet abrogationem Legis, &c [b]. Sed hoc argutius puto. Vel, 2. q.d. in statu non minùs felice quàm olim sub Davide [c]. ¶ *Et cœtus ejus coram me permanebit*, תִּכּוֹן] *Disponetur*, Mo. *stabilietur*, JT. Pi. *persistet*, Sy. *firmabitur*, P. *dirigetur*, M. Ti. Ch.

21. *Et*, &c. וְהָיָה אַדִּירוֹ מִמֶּנּוּ וּמֹשְׁלוֹ מִקִּרְבּוֹ יֵצֵא] *Et erit præstans* (vel, *fortis*, P. *magnificus*, JT. Pi. *clarus*, vel *admirabilis*, V. vel, *rex*, Sy. *dux*, vel *magnificus* dux, M. Ti.) *ejus* (vel, *eorum*, Ca.) *ex eo*, sive *ipso*, Mo. P. M. &c. (vel, *ex ipsis*, Ca. Angl.) *& dominator ejus de interiori*, sive *medio*, *ejus* (i. e. ab inter eos, ut Numer. 14. 13. Jos. 7. 12, 13 [d].) *egredietur*, Mo. P. &c. vel, *proficiscetur*, Ca. vel, *prodibit*, JT. Pi. Calv. emerget tandem præter opinionem hominum*. Sensus, Habebunt Principem, non externum, sed suæ gentis [f]. [Sed quisnam hic *magnificus dominator*?] Resp. 1. Zorobabel [g]. 2. Christus [h].

z Calv. a Pi. b Ang. c Mc. d Ang. * Calv. f G. Pi. &c. g Calv. h Ang. i G. k Calv. sim. Ang. l Pi. m G. et Hi. n Ch. & ό. o in G. Calv. Pi. p Pi. sim. G. Calv. q V. r Calv. s V. † Calv. v Pi. y Ang. † Idem. y Di. z Di. a V. b Q. in Calv. c Calv. d Ang. * Calv. f G. sim. Mar. Ang. g G. h V. Calv. Me. T. Mar. Calov. Jun. Pi.

Probatur. 1. Mos est Spiritûs S. à promissionibus corporalibus ad spirituales, & ad Christum, qui omnium promissionum basis est, assurgere. 2. Idem hîc Dux qui vers. 9. *David* dicitur. 3. Soli Christo sequentia congruunt [i]. 4. Ex consensu Interpretum Græcorum, Latinorum [k], sed & Hebræorum [l]; qui hinc hauserunt nomen Messiæ אַדִּירוֹ, ut est in Talmude, in Chelek. Et de Messia locum accipit Midrasch Tillim ad Psalm. 21. Chaldæus etiam hunc locum sic reddit, *Et nutriet se Rex eorum ex ipsis, & Messias eorum de medio eorum revelabit se* [m]. Sensus hujus loci est, q.d. Christus nascetur ex genere Israel secundùm carnem [n]. ¶ *Et*, &c. וְהִקְרַבְתִּיו וְנִגַּשׁ אֵלָי] *Et faciam* (vel. *jubebo*, JT. Pi.) *appropinquare*, sive *accedere*, (vel, *Et applicabo*, M. *Et advocabo*, Ti.) *eum*, (i. e. vel, 1. dominatorem; q. d. Non ingeret se in hoc officium, sed à me vocabitur, &c [o]: vel, 2. populum [p]; qui fuit quasi remotus à conspectu Dei, quantisper scilicet exsulavit à patria; & cui Deus nisi in Christo non est exorabilis [q]. Ità significat neminem, nisi Deo convertente, ad Deum accedere [r]. Vel, 3. Messiam †.) *& accedet* (vel, *& penetrabit*, M. vel, *ut appropinquet*, sive *accedat*, JT. Pi.) *ad me*, Mo. P. Ti. &c. Applicatur autem hic Deo vel, 1. per unionem voluntatum [s]. Habebo eum amicissimum [v]. Approximabo ad me respectu favoris & protectionis meæ [x]. Vel, 2. per unionem hypostaticam [y], Humanitatis ad Verbum [z]. Vel, 3. [quoad sacerdotium.] q. d. Vocabo eum in sacerdotium [a]. Sic accipiendum esse docetur Psal. 110. 4. Jer. 33. sub finem [b]. *Accedet ad me*, tanquam sacerdos, intercedens pro populo, &c [c]. [Strig. locum sic reddit, *Et proximè eum mihi adjungam*.] ¶ *Quis*, &c? כִּי מִי הוּא זֶה עָרַב אֶת לִבּוֹ לָגֶשֶׁת אֵלָי] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Certè*, Calv.) *quis iste* (vel, *hic*, Di. vel, *est*, P. JT. Pi. Di.) *hic* (vel, *qui*, Ca. JT. *iste* qui, Pi. sic M. P. Di.) *edulcavit* (vel, *illexit*, P. i.e. quasi blanditiis & illecebris pellexit [d]: vel, *direxit*, Q. in V. *in sponsionem dedit*, Di. vel, *applicet*, sive *adaptet*, Calv. vel, *obligavit*, Ang. vel, *tam voluntarium fecit*, M.) *cor* (vel, *animam*, Di.) *suum*, Mo. P. V. Calv. Di. &c. (vel, *spondeat cum animo*, sive *corde*, *suo*, JT. Pi. vel, *spopondit pro corde suo*, ut hæc constructio accipitur Gen. 44. 32. vel, *pactum iniit cum corde suo*, ut Esa. 36. 8 †.) *ut accedat*, sive *appropinquet*, (vel, *se appropinquaturum*, JT. *fore ut accedat*, Pi. sim. Di.) *mihi?* sive *ad me?* P. M. &c. *Quis enim est qui spontaneo corde ad me quàm proximè accedat?* Strig. Quis ille qui tanto studio adhæserit, vel, qui adeò studuerit placere, mihi, ut ille? sub. Christus*. Sunt verba Dei Patris †, vel, 1. de Christo [f]; quòd ille unus spontè accesserit ad Patrem [g]. Hic enim, sponsor pro nobis factus, animam suam obtulit, ut nobiscum unà ad Deum accederet. *Cor* pro anima sæpe ponitur*. Quis sibiipsi sumat hunc honorem, nisi Christus, vocatus à Deo, & factus Pontifex, &c? Heb. 5. 4, &c [h]. Quis alius, præter Christum, erit quem volo Regem genti dare [i]? Quis alius, præter Christum, audet se filium meum vocare? naturâ scilicet, non adoptione [k]. Quis Angelorum, vel hominum, mihi adeò conjunctus est per amorem [l], fiduciam & obedientiam [m]? *Quis cor suum sponsorem faceret*, vel *obligaret*, *ut accederet me?* i.e. ut se Mediatorem inter me & hominem interponeret. Quis cor suum adeò fiduciâ & audaciâ impleret, præter Messiam [n]? [Ti. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Advocabo eum propè, & accedet ad me, quicunque cor suum devoverit ut ad me accedat*.] Vel, 2. de populo suo [p]. *Quis est qui mentem suam ad me accedendum libenter applicet?* Nemo, nisi alliciente me [q]. Hortativè legunt, *Quisnam est iste*, &c? Sed malim admirativè, ut perstringat Judæorum socordiam & ingratitudinem, qui gratiam à Deo oblatam respuerunt, &c. Priùs dixerat, *Appropinquare faciam ipsum ut ad me accedat*; ubi tamen de externa tantùm vocatione & restitutione, non de arcana Spiritûs sui efficacia, loquutus est; q. d. Efficiam ut detur illis libertas redeundi per Cyrum, &c. At, inquit, *quis est qui formet cor suum ut ad me accedat?* q.d. Multi Judæorum residebunt in suis fæcibus, & præferent Chaldæam & alias regiones (quarum deliciis assuefacti erunt) Templo & Religioni, pro nihilo ducentes quod Deus promiserat: paucissimi enim in patriam reversi sunt, & contemptui fuit illa restitutio de qua tantopere fuerant priùs

i Calov. k T. l T. Calov. m Calov. n V. o Q. in Ang. p Al. in Ang. Calv. q Calv. r Q. in Ang. † Al. in Ang. Jun. P. &c. s T. v G. sim. T. Mc. x Q. in Ang. y T. ex Hi. & Hug. Q. in Me. z Q. in Me. a Jun. sim. Calov. b Jun. c Pi. d V. e Di. [illegible] * V. † Q. in V. f Q. in Calv. Jun. Mar. Di. g Q. in Calv. Di. h Jun. i Mar. k Me. l Me. sic T. m Me. n Belg. p Calv. Ang. &c. q Ca.

prius anxii; ut meritò Deus hîc de tanta impietate conqueratur [r]. *Quisnam*, &c? q.d. Pauci, ut Esa. 53. 1 †. [G. hoc membrum cum præced. sic reddit,] *Et ad me aditum habebit quisquis volet, quisquis edulcavit cor suum ut ad me accedat.* מִי sæpe ponitur pro *quisquis*: & עָרַב per ἡδύνειν (*dulce reddere*) sæpe vertunt Græci [s]. עָרַב quidem sæpe dulcedinis notionem habet, ut Jer. 6. 20. & 31. 26. Hos. 9. 4. &c. verùm tunc passivè semper, nusquam activè, sumitur, & significat, *dulce esse*, non autem, *dulce reddere* [t]. Al. *Quia quis est iste qui vult corde suo accedere ad cultum meum?* Ch. Referri hoc potest ad populum, & connecti cum v. seq. hoc modo, *Nam si quis vestrûm pactum ineat cum corde suo ut accedat ad me, Eritis mihi populus*, &c [x]. Al. *Quis est ille qui despondit cor suum nè* [Pro *nè*, legendum videtur *ut*.] *accedat ad me?* Q. in V. Verbum עָרַב significat, *fidejubere*, *aptare*, sive *accommodare*, sive *formare*, *suave reddere*. Duplex hîc est pronomen demonstrativum, הוּא & זֶה [y]. Vel est ellipsis relativi; vel alterum demonstrativum ponitur pro relativo, alterum verò pro verbo substantivo, ut Psal. 25. 12. & 44. 5 [z].

22. *Et eritis mihi in populum*, &c.] Vel, *populus*, &c. Pi. q. d. Fœdus renovabitur inter Deum & populum [a].

23. *Ecce*, &c. הִנֵּה סַעֲרַת יְהוָה חֵמָה יָצְאָה] *Ecce turbo* (vel, *tempestas*, Strig. vel, quasi *tempestas*, M. Calv.) *Domini furore* (vel, *excandescentiâ*, JT. vel, *furor*, M. Ti. Calv. vel, cum *furore*, P. Ang. simil. Pi. vel, *magno impetu*, Strig.) *egressus* (vel, *proditurus*, JT. Pi.) *est*, Mo. &c. *Turbo*, i. e. calamitas [b]. Vide ad Jer. 23. 19 [c]. ¶ *Procella*, &c. סַעַר מִתְגּוֹרֵר וגו׳ יָחוּל] *Turbo* (vel, *Tempestas*, *inquam*, M. sim. Ti.) *imminens*; (vel, *permanens*, M. Ang. *indefinenter hospitans*, JT. Pi. instar ingrati hospitis, &c. גּוּר enim sign. *hospitari*, Lam. c. 4. v. 15. Vide & 1 Reg. 17. 20 [d]. Vel, *impendens*, V. *gravissimè*, & tanquam serra, *incidens*; confer Jer. 23. 19 *. Forma reciproca significatum intendit [f]. Vel, *sese contorquens*, sive *involvens*, Calv. Ti. propriè, *se congregans*, Calv. *flammivoma*, Sy. *horribilis*, Strig. גּוּר enim habet notionem terroris, Job. 19. 29 [g].) *super caput impiorum residebit*, vel *manebit*, Mo. P. M. sic JT. Pi. &c. vel, *se sistet*, Sy. [Ca. versum sic reddit, *En, excandescentis Jovæ procella exit, procella ruens, quæ incumbet in capite impiorum.*] Illorum de quibus suprà [vers.] 20 [h]. Sed videtur hoc dici ex abrupto, nec cum præced. convenire. Imò commodè hoc accipi potest de impiis, sive reprobis, vel, 1. exteris, sive Gentibus, Ecclesiæ hostibus: solet enim Dei gratia erga suos conjungi cum ultione & judicio adversus hostes: vel, 2. domesticis, contemptoribus gratiæ oblatæ, quibus vindictam exitialem tempestivè hîc minatur, si eam respuant, &c [i].

24. *Non*, &c. לֹא יָשׁוּב חֲרוֹן אַף וגו׳] *Non* (vel, *Non* enim, M. Ti.) *revertetur*, vel *convertetur*, (vel, *avertetur*, JT. Pi. Ch. *cohibebitur*, Ca. *conquiescet*, Strig.) *ira furoris*, vel, *furor iræ*, (vel, *ira nasi*, Mo. *æstuans ira*, JT. Pi. sim. Strig. Heb. *ardor nasi*, Pi.) *Domini*, *donec fecerit*, P. Pi. (vel, *perfecerit*, JT. Strig. vel, *exsequutus fuerit eam*, M. Ti. vel, *usque ad facere eum*, Mo.) *& donec statuerit* (vel, *præstiterit*, JT. Pi. *suscitaverit*, M. *erexerit*, Ti.) *cogitationes cordis sui*, P. &c. Sensus est, Quicquid promittit Deus, aut minatur, nunquam suo effectu caret. Probat vindictam hanc fore efficacem, quoniam Deus ità statuit & decrevit [k]. ¶ *In novissimo dierum* (tempore Christi, & maximè [l] in fine seculi [m]: vel, *Tandem*, JT. G. ubi eventus aderit [n]: *Tempore novissimo*, Pi.) *intelligetis* (vel *animadvertetis*, JT. Pi.) *ea*, בָהּ] *In eo*, Mo. *istud*, Ch. P. Ti. sic JT. Pi. *id ipsum*, M. *Quam rem vos olim considerabitis*, Ca. Potest accipi vel, 1. de fidelibus, quos hortatur & animat ad patientiam, donec appareat Deus vindex: vel, 2. de reprobis & incredulis, quibus subsannat; q.d. Sapietis tandem, sed serò [o].

CAP. XXXI.

1. IN *tempore illo*] i. e. Novissimo, cap. præced. v. ult. Id quod ostendit hoc caput cum præced. unam Prophetiam sive concionem constituere [a]. Quum Jacobum reduxero [b]. ¶ *Ero Deus*, לֵאלֹהִים] *In Deum*, Pi. &c. i. e. Judex justus [c]. Verùm non justitia Dei hîc indicatur, sed gratia, &c. Vide Gen. 17. 7. Matt. 22. 32. Apoc. 21. 3. Et rectè dixit Brentius, Non est major promissio quàm hæc, *Ego ero in Deum* [d]. ¶ *Universis cognationibus* (i. e. tribubus *) *Israel*] Non modò duabus, sed & decem, tribubus [f]. Vel, hoc ad duas Tribus restringi potest; quum universalia signa accommodatè ad rem subjectam sint explicanda. Pleraque hujus capitis, tum de statu Judæorum post reditum è Babylone historicè, tum de Christi tempore allegoricè, accipio. Quædam de Ecclesia historicè accipienda videntur [g].

2. *Invenit*, &c. מָצָא חֵן בַּמִּדְבָּר עַם שְׂרִידֵי חָרֶב הָלוֹךְ לְהַרְגִּיעוֹ יִשְׂרָאֵל] Plerique verba de tempore præterito accipiunt [h]. *Invenit gratiam* (sub. *apud me*, V. Pi. h. e. Reconciliatus est mihi per intercessionem Mosis. Vide Exod. 32. 30. &c *. Prospexi illis de omnibus necessariis †. Vel, *Charus fuit*, Ca.) *in deserto* (vel, *in desertis*, Ca.) *populus*, Mo. P. M. JT. &c. *superstites*, vel *evasores*, *gladii*, Mo. P. (vel, *reliquus ab armis*, Ca. *qui reliquus mansit à gladio*, M. sic Ti. *eorum qui supersunt*, vel *supererant*, *à gladio*, JT. Pi. *A gladio*, vel, 1. Ægyptiorum [i]; qui eos persecuti sunt in mare, & exscindere statuerunt, Exod. 15. 9 [k]: vel, 2. Amalecitarum [l], & Amoritarum, qui eos intercipere & perdere conati sunt, Exod. 17. 8, &c. Numer. 21. 23. Deuter. 25. 17, 18 [m]: vel, 3. Levitarum, qui jussu Dei plurimos occiderunt, Exod. 32. 27, &c [n]. Populus hîc intelligitur Judæorum & Israelitarum; quia unâ voce dicuntur *Israel* sequente membro per epexegesin [o].) *eundo ad quiescere faciendum ipsum Israelem*, Mo. vel, *cùm scilicet Israel iret ut sibi pararet requiem*, M. sic Ti. Certè הַרְגִּיעַ non modò *quiescere facere* sign. sed simpliciter, *quiescere*, Esa. 34. 14. Jer. 47. 6 [p]. Vel, *vadens in requietem suam Israelita*, Ca. vel, *Israel vadit* (vel, *vadet*, Vulg. *ivit*, G.) *ad quietem suam*, Strig. sic Vulg. i. e. Non potuerunt impedire Amalekitæ, Cananæi, Philistini atque alii, quò minùs pervenirent Israelitæ ad sedes quietas. Terra Judæa vocatur κατάπαυσις (*requies*) Psal. 95. 11. Heb. 3. 11 [q]. Laudo Vulgati versionem: ad verb. *ire ad requiescere suum Israel*. Infin. הָלוֹךְ pro fut. frequens est, etiam pro præt. ut vertas, *ivit*, sicut, *invenit*. Infin. לְהַרְגִּיעוֹ pro nomine; & hoc frequentissimum: & sumitur hoc verbum in Hiphil intransitivè longè sæpius quàm transitivè [r]. Vel, *Israel*, *me eunte ad collocandum eum*, JT. vel, nempe *Israel*, *quum irem ut illum ad requiem perducerem*, Ang. Vel, Invenit gratiam *Israel*, *quum irem* (Heb. *ire*, vel *eundo*,) *ad collocandum eum in quiete*, nempe, in terra Canaan †. Vel, *proficiscendo* (velut dux populo suo, ut הָלוֹךְ ad Deum referatur,) *donec quietem daret ipsi Israeli*; vel, *profectus est Israel*, *donec se ad quietem conferret* [t]. Vel, *ambulavit* (Heb. *eundo*, infin. pro præt.) Deus ante eum, (per nubem & columnam ignis [v],) *ut requiescere faceret eum*, nempe *Israelem*, P. i. e. donec perduceret eum ad locum quietis. *Israel* additum, ut exprimeretur quid significaret pronomen ו in לְהַרְגִּיעוֹ [x]. [Sensum loci quod spectat;] Repetit Deus vetera beneficia, quò magis nova sperentur [y]. Sensus videtur hic esse; Sicut passus sum me per intercessionem Mosis reconciliari Israelitis qui supererant à gladio Levitarum, quo multi eorum ob idololatriam occisi fuerant: sic hoc tempore patiar me reconciliari per intercessionem Christi Israelitis qui supererunt à gladio Babyloniorum, quo occidentur [multi eorum] propter ipsorum idololatriam [z]. Summa sententiæ, & consilium Prophetæ, est, non esse metuendum quin Deus populum suum redimat, quamvis demersi sint in Chaldæa, quam, licèt regionem amœnam & fertilem, *desertum* vocat Esaias c. 40. v. 3. respectu ad patriam habito, quia exsilium semper miserum & triste est. Non obstabit Deo distantia aut difficultas, quia olim Patres liberavit in Ægypto, &c [a]. Sunt qui verba per futurum reddunt, *Populus qui reliquus est à gladio*, nempe Chaldæorum, *inveniet gratiam in deserto*, &c. nempe, in reditu suo; vel, ut *in deserto*, &c. eandem experientur curam meam quam olim experti sunt patres eorum [b]. Certè liberationem Babylonicam Deus cum Ægyptiaca sæpe confert; & nota similitudinis sæpe deest. Sed nulla hîc est illius ellipseωs necessitas, & sensus alius planus est [c].

3. *Longè*, &c. מֵרָחוֹק וגו׳] *A longinquo* (sub. *tempore*, P. JT. Pi. Sy. &c. vel, *Ab antiquo*, Calv. *Olim*, G. Angl.

Angl. ut Esa. 22. 11. Vox (ut de loco, ità &) de tempore usurpatur [d].) *Dominus apparuit*, vel *visus est*, *mihi*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. &c. sub. *gratiose*, Pi. vel, *se ostendit mihi*, sub. *benevolum*, G. & sub. *inquis*, vel *inquies*, JT. Pi. vel, *inquit populus*, P. qu. dic. *non nunc* *, [nempe apparet.] Sunt verba vel, 1. impiorum è populo [f], blasphemantium, & Deo obstrepentium [g]: vel, 2. totius populi [h]; Synagogæ [i]; gentis Judaicæ, quæ hîc etiam ut fœmina ob oculos ponitur [k]. Est hîc dialogismus Synagogæ & populi [l]. Sensus, q. d. Ho, tu antiqua & obsoleta recitas; quid ad nos? cur non profers materiam præsentis lætitiæ [m]? Vera dicit Dominus, jam olim adfuit & favit mihi [n]; sed quid hoc mihi prodest [o]? nunc sum derelicta [p]; non ampliùs mihi apparet. Tacita antithesis. Brachylogia [q]. Alii hæc per futurum reddunt, *Procul est quòd Deus apparebit nobis*: qu. d. Dicis Deum nobis appariturum; sed quando? diu differtur, &c *. ¶ *Et im*, &c. ואהבת וגו׳] *Et* (vel, *Atqui*, Calv. *Imò*, JT. Pi. G. Ang.) *charitate*, sive *dilectione*, *perpetuâ dilexi te*, Mo. P. M. &c. sub. *dicens*, Ang. ut hæc sint verba à Deo olim prolata, quum ità appareret, &c. quod non placet [r]: vel, sub. *ait Jehova*, P. Respondet Deus genti †; Erras, mi popule [t], non prorsus dereliqui te [v]; nunquam quicquam omisi quod mearum esset partium [x]; eodem te amore prosequor quo olim [y], & in æternum prosequar [z]: redemptio illa non est præstita aliquo momentaneo impetu, sed ex fœdere perpetuo & gratuita adoptione, quæ non unius anni erat, sed perpetuæ durationis [a]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Cui Jova procul apparuit, & æterno te amore prosequutus sum*.] In Hebræo, pro לי, legendum videtur לו, ut & sententia ostendit, & Græcus interpres legit, qui vertit, ὀφθήσεται αὐτῷ, (*apparebit ei*.) Loquitur enim Deus, non populus: nisi fortè sit personæ mutatio, qualis est in Psal. 91. 9. & sic quoque conveniet cum re translatio mea [b]. ¶ *Ideo*, &c. [על כן משכתיך חסד] *Ideo attraxi te misericordiâ*, Mo. P. &c. vel, *protraxi* (vel, *extendi*, vel, *protrahebam*, Calv.) *tibi* (vel, *ad*, sive *erga*, *te*, Calv.) *misericordiam*; i. e. usus sum erga te magnâ misericordiâ, nè perderem te [c]. Non tantùm uno die vel anno propitium me ostendi patribus tuis, ut malignè & ingratè dicis; sed per annos 40 in deserto, & per multa secula [d]. Vel, *usus erga te clementiâ*, Ca. vel, *extendo erga te benignitatem*, JT. Pi. quæ sequentibus continetur, nimirum ut benedictionibus perfundaris, &c *. Vel, *attraho* (vel, *attraxi*, Vulg.) *te miserans*; i. e. ad resipiscentiam exhortor [f]. Ideo conatus sum antehac, & adhuc conor, te ad me attrahere variis modis, nunc blandiendo, nunc flagellando, quia miseret me tui [g]. [Ch. versum sic reddit, *Jam olim revelatus est Deus patribus nostris*, Propheta, dic eis, *Ecce, dilectione——ideo duxi te benignitate*.]

4. *Rursumque ædificabo te*, &c.] Scil. Hierosolymam à Babyloniis eversam: h. e. Instaurabo Ecclesiam collapsam [h]. Ubi conversa fueris ad me, faciam rursus habeas domos, & tute eas possideas [i]. ¶ *Adhuc*, &c. [עוד תעדי תפיך] *Adhuc*, vel *Ampliùs*, *ornaberis*, vel *ornabis te*, *tympanis tuis*, M. Ti. P. Mo. JT. Pi. Ang. &c. pro more puellarum in publica lætitia, Exod. 15. 20. Jud. 11. 34. &c [k]: vel, *ornamentis tuis*, Ch. sim. Sy. Malim, *Adhuc ornabis tympana tua*, Di. Angl. vel, quòd ornatis & coronatis tympanis uterentur tempore lætitiæ [l]; vel, quòd tympana priùs abjecta concinnarent, &c [m]. ¶ *Et egredieris in choro ludentium*] Ut fœminæ solebant, 1 Sam. 18. 6 [n]. Nè hîc ad literam intellige *tympana* & *choros*, quibus profani homines se obstupefaciunt, & beneficia Dei corrumpunt; sed per illa significari castam lætitiam junctam cum laudibus Dei, &c [o]. Significatur hîc lætitia spiritualis tempore Evangelii [p].

5. *Adhuc plantabis vineas*] Culturæ & plantationi operam dabis [q]. Descriptio altissimæ pacis [r]. ¶ *In montibus*] Qui vitibus commodissimi sunt. Vide Ezec. 36. v. 8, 9. Joel. 3. 18 *. ¶ *Samariæ*] Samaria, metropolis decem tribuum, ponitur pro Israele, hîc, & Jer. 23. v. 13. Ezec. 16. 46. &c. Hinc, pro *montibus Samariæ* h. l. ponuntur *montes Israel* Ezec. 36. 8. & 37. 22. Impletum hoc, partim in eo, quòd multi ex decem tribubus redierint cum Judæis è Babylone †; partim in eo, quòd *tres toparchiæ*, *Samariæ*, *Galilææ & Peræa*, *Judæis datæ sint in perpetuum*, per Demetrium, cujus epistola ad Judæos exstat apud Josephum, Antiquæ historiæ 13. 5. adde eundem Josephum 13. 17 [f]: pleniùs autem, in spirituali Ecclesiæ restitutione per Messiam. Vide Ezec. 37. v. 21, 22 [v]. Variæ Ecclesiæ fundatæ sunt in terris Samaritanorum [x]. ¶ *Plantabunt*, &c. [נטעו נוטעים וחללו] *Plantabunt* (sub. *inquam*, M.) *plantatores*, & *profanabunt*, M. P. Mo. Ti. Pi. sub. *anno quinto*, V. & sub. *eas*, Angl. ellipsis pronominis, ut Jerem. 24. 6 *. i. e. conferent ad usum communem [y]: vel, *solutis sacris vescentur*, JT. fructum percipient [z], legitimo tempore. Hoc intellige ex lege Levit. 19. 25. Confer & Deut. 20. v. 6 [a]. Fructus tribus primis annis à plantatione arborum immundi erant, nec eis vesci licebat: quarto anno consecrabantur Domino: quinto verò anno *profanabantur*, i. e. communes fiebant, sive illis vesci licebat [b]. *Profanare arborem* idem est quod, licitè ex ea comedere. Opponitur hîc *profanum sancto* [c]. Vel, *vescentur iis tanquam rebus communibus*, Ang. [Strig. locum sic reddit, *Plantabunt*, & *plantatores tibiis canent*.]

6. *Quia*, &c. [כי יש יום קראו נצרים וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, *erit* (vel, *est*, Mo. *est futurus*, JT. Pi.) *dies* (vel, *tempus*, Ti. sub. *quo*, Calv. M. JT. Pi. &c. vel, *quum*, Ti. Ca.) *clamabunt custodes*, Calv. P. &c. Id est, vel, 1. præfecti terræ, tum politici, tum ecclesiastici [d]: vel, 2. speculatores in speculis constituti *: vel, 3. custodes vinearum de quibus jam dixit; quò alluditur Jerem. 4. v. 16, 17 [f]: vel, 4. custodes gregis Dominici, i. e. præcones Evangelii [g]. τὸ נוצרים ad mysticum sensum de Ecclesia optimè trahas [h]: & in hac voce allusio est ad nomen Nazarenorum, quod Ecclesiæ Christi olim attributum fuit, ut videre est Act. 24. 5 [i]. Talis ὑπαινιγμὸς est in voce נצר, Esa. 11. 1 [k]. ¶ *In monte Ephraim*] *Ephraim* ponitur pro decem tribubus. Sensus est, Non modò Judæos reducet Deus, sed & Israelitas, qui omnes in unum corpus coalescent; eorùmque vinculum erit unitas fidei [l]. ¶ *Ascendamus in Sion*] Id est, Jerosolymam [m], ubi Templum, typus Ecclesiæ [n]; à quo eos arcebat Jeroboam, &c [o]: vel, ad Ecclesiam Christi [p]. ¶ *Deum nostrum*] qu. d. A quo priùs scelerate defecimus [q].

7. *Quia*, &c. [כי כה וגו׳ רנו ליעקב שמחה] *Sic enim ait Jehova*, (Sic præfatur, quia incredibile hoc erat, quum jam propè adesset populi & urbis & Templi clades [r].) *Cantate* (vel, *Exsultate*, P. M. sim. Mo. Ti. &c.) *Jahacobo* (vel, *Jacobæis*, Ca. *de Jacobo*, Pi. Strig. *cum Jacob*, M. Angl. ל valet, *cum*, Gen. 46. 26. Jer. 19. 13 *: *propter Jacob*, Ti. Calv. Angl. ל valet, *propter*, Gen. 21. v. 6 †: vel, *in Jaacob*, P. Mo. ל pro ב [t].) *lætitiâ*, Mo. vel, in, sive cum, *lætitia*, P. M. Pi. &c. vel, *jucundè*, Ca. vel, *lætitiam*, JT. Edite vocem testem lætitiæ [v]. Al. Ordo dictionum hîc est inversus, & sic legendum, *Dixit Jehova ipsi Jacob*, *Exsultate* cum *lætitia* [x]. *Exsultate in lætitia Jaacob*, G. ex Vulg. i. e. In publica lætitia suam quisque partem sumite. ל sæpe est nota genitivi [y]. Consultò extraneos alloquitur, ut pudeat ipsos Judæos non amplecti oblatam promissionem, & bene sperare, &c [z]. ¶ *Et*, &c. [וצהלו בראש וגו׳] *Et exsultate* (vel, *jubilate*, M. V. Calv. *hinnite*, Ti. *claram vocem edite*, JT. Pi. G. sim. V. & alacrem [a], instar hinnitus equorum. Vide Esa. 10. 30. & 24. 14 [b].) *in capite gentium*, Mo. P. M. Calv. Ti. i. e. palàm & liberè [c]: vel, *in conspectu gentium*, Pi. sic G. *caput*, pro *facie*, ut Job. 10. 15. Jer. 14. 3. 1 Cor. 11. 7, 10 [d]: *palàm ante ipsas gentes*, JT. in præcipua turba Gentium; h. e. ubi Gentes præcipuæ conveniunt, ad quas etiam pertinet salus *: vel, *in fronte gentium*, Sy. vel, *capite nudato in oculis omnium populorum*, Ch. vel, *in cacumine gentium*, h. e. in editissimo loco [f]. *Caput* quidem sæpe ponitur pro *cacumine*, ut Exod. 17. 9, 10. sed tunc aliquid ei additur [g]. Vel, *propter caput gentium*, Strig. Belg. Gal. h. e. quòd Judæi, quamvis captivi sint sub capite gentium, h. e. sub Babyloniis, certissimè tamen ex illius potestate vindicarentur [h]. Vel, *sub capite gentium*, h. e. in Babele lætentur, &c [i]. Vel, *contra caput*, &c. Vulg. i. e. in oculis, &c. ità ut omnes videant & audiant [k]. Vel, *super capite*, &c. i. e. super Samaritis, eò quòd ex omnibus Gentilibus primi subintrent Ecclesiam Dei [l]. ¶ *Personate & canite*, [השמיעו הללו] *Auditum facite*, Mo. (*Pronunciate*, JT. sim.

sim. Calv. Ang. *Annunciate*, M. Ti. Ch. Sy. sub. *salutem*, M. *Audiendos* vos *præbete*, Pi.) *laudate*, Mo. P. &c. i. e. Cum laude publicate: ut, *ire & flere*, pro, *ire flendo*, Psal. 126. v. 6. *stare & pascere*, pro, *stando pascere*, Esa. 61. 5[m]. *Sonate laudem*, Strig. ¶ *Dicite, Salva, Domine*, (Hosanna[n],) *populum tuum, reliquias Israel*] Verba hæc sunt populi è captivitate erepti, orantis pro reliquis tribubus adhuc captivis[o]. q. d. Salvâsti nos, & salvare nos perge[p]. Fideles hoc spectat, à quibus solis Deus ritè invocatur. Monet eos sic lætari & laudare Deum, ut tamen simul precentur & soliciti sint de restitutione Ecclesiæ. Dicit, *reliquias*, tum nè desperent, ubi paucos redire viderint; tum ut hypocritas ab inani confidentia dejiceret[q].

[m] Ang. [n] G. [o] Ang. [p] Me. sim. T. [q] Calv.

8. *Inter*, &c. בָּם עִוֵּר וגו׳] *Inter eos* (vel, *quos*, M. Ti. sub. *erunt*, P. Calv. Pi. &c. vel, *ambulabunt*, Ch.) *cæcus & claudus, prægnans* (vel, *gravida*, JT. sim. Ca. Pi.) *& pariens* (vel, *puerpera*, M. JT. Pi. *enixa*, V. Ti.) *simul*, Mo. P. &c. q. d. Non erit acceptio personarum[r]. Venient integri & infirmi, divites & pauperes†. Nemo volet abesse; nec uterus, nec partus instans, tardabit fœminas[t]. Al. Ostendit Deum sublaturum omnia impedimenta itineris; q. d. Deus diriget cæcos, confirmabit debiles, gravidas, &c. quales ad iter faciendum minimè idonei sunt[v]. Omne genus hominum ex Chaldæa, magis autem ex Diaboli Regno, per Christum, redibit ad Deum[x]. *Cæci*, nempe spiritualiter, h. e. destituti cognitione Dei; sic & *claudi*, h. e. qui non possunt expeditè ambulare in viis Dei; *gravidæ*, i. e. sentientes onus peccatorum; *puerperæ*, i. e. fracti & defecti viribus ad faciendum bona opera. Allegoria metaphorica[y]. Impedimenta veniendi ad Christum tollentur. Sed & ad literam Christus & Apostoli multos sanârunt *cæcos*, &c[z]. LXX hîc legerunt, [in prima hujus membri parte,] כְּעֲצָרָה פֶּסַח, *tanquam in festo Paschatis*, quò maxima multitudo confluebat: [in alterâ parte] summam fœcunditatem significari volunt[a]. ¶ *Cœtus magnus*; ità Mo. P. &c. vel, *Ingens exercitus*, G. ex Ch. קָהָל וגו׳] Cum *cœtu magno*, V. sim. Pi.

[r] V. † T. [t] G. sim. T. [v] Calv. sim. Ang. [x] Me. [y] Pi. [z] L. [a] G.

9. *In*, &c. בִּבְכִי יָבֹאוּ] *Cum fletu venient*, Mo. P. M. Calv. Ang. i.e. flentes; vel, 1. præ gaudio[b]: sunt enim lacrymæ, ut doloris, ità & gaudii[c]. Vide Gen. 29. 11. & 43. 30. & 45. 2, 14[d]. Vel, 2. præ dolore ob admissa peccata*. Al. *Cum fletu ingressi sunt*, Ti. *In fletu iverunt*, G. ex ό. & Ch. Q. in V. nempe cùm abducerentur[f], in terram hostium[g]. [Ca. hæc cum seq. sic reddit, *Cùmque plorantes abierint, eos ergò clementer reportabo, ducens ad aquæ fluvios.*] Quamvis *cum fletu venerunt*, postea tamen revertentur cum lætitia, &c. Confer Psal. 126. 6[h]. ¶ *Et*, &c. וּבְתַחֲנוּנִים אוֹבִילֵם] *Et in*, vel *cum, misericordiis*, vel *miserationibus*, (vel, *beneficentiis*, Ti. sim. Angl. ex He. vide Jos. 11. 20. Esd. 9. 8[i]: vel, *precationibus*, sive *deprecationibus*, Calv. JT. Ang. sic Pi. pro remissione peccatorum[k],) *reducam*, vel *abducam*, *eos*, P. M. &c. q. d. Ubi inceperint supplices agnoscere peccata sua, tunc veniet tempus lætitiæ. Sed malim hîc opponi Dei miserationes tristitiæ quâ Judæi constricti fuerunt; q. d. Fletum populi convertet Deus in gaudium[l]. Clementissimè reducam eos[m]. Multipliciter eis benefaciam[n]. ¶ *Adducam*, &c. אוֹלִיכֵם אֶל וגו׳] *Ducam*, vel *Deducam, eos ad* (vel, *per*, Vulg. *secundùm*, JT. Pi.) *torrentes*, vel *fluvios, aquarum*, M. Ti. Calv. G. ex Ch. &c. i. e. Non deerit iter facientibus quod bibant[o], ut olim in deserto, &c. Hoc dicit, quia iter Judæorum futurum erat per desertum & steriles arenas[p]. Non patientur sitim[q]; nempe spiritualem justitiæ, &c. vide Matt. 5. 6. Joh. 7. 37[r]. Al. Traducam per torrentes & omnes viarum difficultates atque obstacula†. ¶ *In via recta*, (vel, *plana*, Pi. sic Sy. vel, ità *plana*, G.) *& non impingent* (vel, *ut impacturi non sint*, G. Angl.) *in ea*] Sic Mo. P. &c. nempe in errores[t]. ¶ *Quia*, &c. כִּי הָיִיתִי וגו׳] *Quia sum* (vel, *ero*: quâ voce significat fœdus interruptum fuisse, licèt non abolitum[v].) *Israeli pater*, JT. Pi. h.e. Patris affectum adhuc retineo[x], & me Patrem effectò ostendam*. ¶ *Et Ephraim primogenitus meus est*] Quia, posthabitis cunctis gentibus, illum populum elegi[y]. Amo eum ut pater unigenitum[z], vel primogenitum[a]. *Ephraim* hîc non sumitur pro decem tribubus, sive prout distinguitur à Juda, quia Tribus

[b] V. sic Mar. Me. [c] Ang. sim. Calv. [d] Ang. * Pi. sim. Ang. Me. L. [f] G. [g] V. [h] Calv. [i] Ang. [k] Pi. Ang. [l] Calv. [m] V. [n] Me. [o] G. [p] Calv. [q] Mar. sic Pi. [r] Pi. † T. [t] Pi. [v] Calv. [x] Ang. * Calv. [y] Calv. [z] Me. [a] V. sim. G.

Juda prælatus est Ephraim, Psal. 78. 67, 68. sed pro toto populo, & Juda & Israele, ut sæpe sumitur: q. d. Nunc unicus erit populus, ità ut Ephraim nihil ampliùs differat à Jehuda[b].

[b] Calv.

10. *Annunciate in insulis*, &c.] Id est, in regionibus transmarinis. Ostendit hanc liberationem insignem fore, & omnibus populis celebrandam, &c†. ¶ *Qui dispersit*, &c.] Argumentum à contrariis. Potest Deus sanare plagas quas ipse inflixit. Simul tamen exhortatio est, ut sentiant se justas pœnas dedisse; & monitum, quòd pœnitentia debeat ordine præcedere, ut possent oblatam amplecti salutem[c]. ¶ *Custodiet*, &c.] Non modò colliget, sed & conservabit[d]. Liberatio hæc non erit evanida, sed initium continuæ salutis usque ad finem*.

† Calv. [c] Calv. [d] Ang. * Calv.

11. *Et liberavit* (vel, *vindicat*, JT. *vindicabit*, Pi. *liberabit*, G.) *eum de manu potentioris*, חָזָק מִמֶּנּוּ] *Fortioris eo*, P. sim. M. Ti. &c. i.e. Vel, 1. Chaldæorum[f]; vel, 2. Diaboli[g]. q.d. Nihil redemptionem vestram impediet[h].

[f] Calv. [g] Pi. [h] Calv.

12. *Et venient, & laudabunt* (vel, *ovabunt*, Mo. &c.) *in monte*, &c. בִמְרוֹם וגו׳] *In excelso* (vel, *altitudine*, Pi. *fastigio*, Ca.) *Sion*, P. &c. i. e. in colle[i]; in Templo sito super monte[k]. Promittit ergò Templi restitutionem, sine qua reditus minimè expetendus erat[l]. Potest locus sic reddi, *Ibunt & cantabunt*, h.e. ibunt cantantes, *ad excelsum*, &c. Particula [ב] denotat motum ad locum, Gen. 11. 4. Levit. 16. 22. Esd. 9. 7. Esa. 9. 8[m]. ¶ *Et*, &c. וְנָהֲרוּ אֶל טוּב יְהוָה עַל דָּגָן וגו׳] *Et fluent*, vel *confluent*, (Verbum & alacritatem venientium, & multitudinem, denotat[n]. Vel, *Quia recto cursu contendent*, Strig.) *ad bonitatem Domini*, M. Ti. P. Mo. &c. (vel, *ad beneficentiam*, &c. Calv. vel, ad illum tanquam fontem omnium beneficiorum[o]: vel, *super bonitate*, &c. h. e. his ab ejus benignitate acceptis[p]: vel, *ad bona*, &c. Pi. Angl. Strig. scil. participanda & fruenda[q]. טוּב pro *rebus bonis*, ut Gen. 24. 10. vide & Gen. 45. 18. Vel, *pro bonis*, &c. Angl. nam אֶל & עַל promiscuè usurpari constat[r].) *ad* (vel, *super*, Mo. vel, nempe *ad*, Pi. sim. Strig.) *frumentum*, &c. P. &c. vel, *in*, sive *cum, frumento*, &c. Ti. JT. vel, quam ostendit *in frumento*, &c. M. Sensus, Confluent Sionem, non ut hæc bona ibi reperiant, sed ut Deum pro illis vel precentur, vel laudent, &c†. Sub his figuris & umbris, pro captu puerilis ætatis [Judæorum sub pædagogia Legis,] describit spirituale Christi Regnum, &c[t]. ¶ *Et fœtu*, &c. וְעַל בְּנֵי וגו׳] *Et ad fœtus* (vel, *ad gregem*, Heb. *filios*, Calv. *in*, vel *cum, fœtibus*, JT. Q. in V.) *gregis* (vel, *pecudum*, Calv.) *ac armenti*, Pi. JT. &c. *Filios pecorum* vocat pecora, vel fœtus pecorum[v]. ¶ *Eritque anima eorum quasi hortus irriguus*] Id est, plena gaudii[x], & consolationis spiritualis[y]. Non satiabuntur ad exiguum tempus, sed in perpetuum[z]. ¶ *Et ultrà*, &c. וְלֹא יוֹסִיפוּ לְדַאֲבָה עוֹד] *Nec ultrà dolebunt*, Ti. sim. M. P. V. &c. aut, *pavebunt*, V. ex conscientia peccatorum[a]. *Et non addent ut sint ultrà soliciti*, Ch. scil. de his rebus, quia omnia ad votum suppeditabit Deus. דַאֲבָה & *dolorem*, & *solicitudinem*, sign[b]. q.d. Perpetua erit gaudii materia, &c. Non mirum si hæc beneficia tenuiter tantùm gustemus, quia Regnum Christi hîc solùm inchoatum est[c]. Hoc propriè refertur ad statum Ecclesiæ triumphantis[d].

[i] V. G. [k] Pi. [l] Calv. [m] Ang. [n] Ang. [o] Q. in Ang. [p] Al. in Ang. [q] Pi. [r] Ang. † Ang. [t] Calv. [v] V. [x] G. [y] Pi. [z] Calv. [a] Pi. [b] Mar. [c] Calv. [d] L.

13. *Lætabitur virgo in choro*, &c.] Non permittit lascivias, sed ex communi usu locutiones sumit, Propheta*.

* Calv.

14. *Et inebriabo* (vel, *irrigabo*, JT. Pi. *satiabo*, Ch. Calv. G. *perfundam*, Ca. *complebo*, Strig. Hoc verbo comprehendit omnes partes liberalitatis Divinæ[f].) *animam* (vel, *pectus*, Strig. *appetitum*, Ca.) *sacerdotum pinguedine*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. pinguibus victimis[g]; vel, gratiâ Spiritûs Sancti. Alludit ad morem V. T[h]. Vel, *pingui*, Ca. vel, *deliciis*, Ch. sic Sy. Promittit hoc sacerdotibus, non tam sui, quàm populi, causâ, ut verba sequentia docent; quia status populi imperfectus erat sine sacerdotibus & cultu Dei[i]. Per sacerdotes hîc intellige Ministros N. T[k].

[f] Calv. [g] G. T. Mar. [h] Me. sim. Pi. [i] Calv. [k] Pi.

15. *Vox in excelso*; ità He. in Angl. Calv. &c. בְּרָמָה] *In Rama*, JT. G. ex ό. & Ch. &c. ¶ *Lamentationis*, &c. נְהִי בְּכִי תַמְרוּרִים רָחֵל וגו׳] *Querimonia*, (vel, *Lamentum*, JT. Pi. sim. P. M. Ti. V. Ch. Sy. Calv. Angl.) fletus

fletus (vel, & *fletus*, P. M. JT. Pi. &c.) *amaritudinum*, Mo. P. M. &c. (vel, *amarissimus*, Pi. sic JT. &c.) *Rachel plorante* (vel, *plorans*, P. sim. M. JT. Pi. vel, *deplorantis*, Ti.) *super filios suos*, &c. Mo. P. &c. [Alii locum sic reddunt;] *Lamentabilis acerbæ complorationis vox*, &c. Ca. *Flebilis lamentatio & acerbitas luctus*, &c. Strig. *Lamentationis*, vox *fletus acerbissimi*, *Rachelis*, quæ *flens*, &c. Angl. [Sed duo hîc quærenda sunt; & quorsum, & quisnam, sit hic luctus.] 1. Quorsum hic luctus? Resp. Dixerat v. 13. *Convertam luctum eorum in gaudium*: nunc, qualis sit ille luctus, declarat [l]. Expositâ præstantiâ Regni Christi, nè quis in eo speret omnimodam perfectionem, ostendit in eo fore tum externas perpessiones, hoc versu; quæ occupatio solvitur v. 16, 17: tum in piis infirmitatis suæ conscientiam; quæ occupatio continetur v. 18, 19. solutio v. 20, 21, 22[m]. Promissa lætitia amplificatur ex luctu præcedenti[n]. Adversativè legendi sunt hic versus & sequens; Quamvis Rachel lugebit, &c. tamen Deus ipsam consolabitur. Ità hortatur Judæos Propheta ad pœnitentiam priore versu; altero, ad spem: hîc orbitatem terræ describit; in seq. solatium [o]. [2. Quisnam hic luctus? aut qua de causa?] Resp. Alii referunt ad planctum sub Tito, vel sub Hadriano: alii ad abductionem Assyriacam: plerique autem ad captivitatem Babylonicam [p]. Prosopopœia est Rachelis pridem mortuæ [q], (qualis Esa. 14.) & non longè à Rama sepultæ [r]. Rama urbs est in tribu Benjamin, Jos. 18. 25. 1 Reg. 15. 17†. In eam Nabuzaradan collegit omnes Judæos vinctos catenis, ac deportandos in Babylonem, ut discimus infrà cap. 40. 1. Non mirum ergò si magna ibi tum fuit lamentatio [t]. Rachel sepulta est inter Rama & Bethlehem, Gen. 35. 19. 1 Sam. 10. 2. in quo tractu hæc gesta sunt [v]. Possunt per *Rachelem* matronæ intelligi Tribûs Benjamin [x], utpote à Rachele prognatæ. *Rachel*, pro *Rachelidibus*; ut, paulò pòst, *Ephraim*, pro *Ephraimitis*: qui loquendi modus apud Hebræos frequentissimus [y]; ut, *Jacob*, pro *Israelitis*, *David*, pro *Davidis posteris* [z]: etiam apud Latinos exstat, qui nonnunquam *Romulum*, pro *Romano*, dicunt, ut Persius, —*an, Romule, sævis* [a]? Hæ inconsolabiliter fleverunt, cùm viderent à se abstrahi liberos suos [b], primùm in captivitatem Assyriacam [c], & Babylonicam [d], & dein liberos occidi per Herodem *. Quòd autem Matt. cap. 2. hunc locum citat de infanticidio, sciendum est, Vatum dicta sæpe spectare longiùs quàm videantur. Esaias, cùm de Emanuele & de Cyro loquitur, ad Christum venit, cap. 7. & 8. & 9. Item, cùm de inferenda per Sennacheribum calamitate scribit, eam ad Titum Vespasiani filium extendit: qua de re vide dicta ad Esa. 32. Itidem, quod hîc scribit Jeremias de Ephraimitarum calamitate, id extendendum est usque ad Christi tempora. Id quod ex eo patet, quòd etiam & quæ paulò post hunc locum, & quæ capite superiore de revocandis captivis, dicit, planè ad Christum referenda sunt. Ex quo patet, cùm uno calamitatis nomine comprehendat ea quæ Judæi passuri erant donec revocarentur, cúmque revocandi essent per Christum, rectè hunc locum adduxisse Matthæum de infantibus, qui primi propter Christum occisi sunt [f]. Licèt Jeremias alludat ad Babylonicam Assyriacámque captivitatem, ejúsque planctum; tamen ad literam loquitur de planctu matrum Bethleemitarum ob infanticidium Herodis, quia toto hoc capite agit de tempore & Ecclesia Christi. Obj. Infanticidium erat in Bethleem. Respond. 1. Sed & in circumjectis locis, in quibus erat Rama. 2. Vel sensus est, planctum earum tantum fuisse, ut exaudiretur usque ad Rama [g]. 3. בְּרָמָה vertas, *prope Ramam*, ut ב sæpe sumitur. Sunt autem hæc gesta in agro Ramæ, & toto Bethlehemi tractu [h]. Prophetam de infanticidio loqui multa docent. 1. Quòd locum hunc Matt. 2. 17, 18. in eo impletum dicitur [i]. 2. Luctus ille optimè convenit matribus, quorum viscera maximè commovit trucidatio infantum. In clade autem generali omnes lugent [k]. 3. Specialium locorum & personarum hîc facta mentio. Nam in generali clade non magis *Rama*, vel *Rachel*, quàm alia loca, &c. plorabant. 4. Causa doloris, *quòd non sint*. Filii autem desierunt esse, non per captivitatem, sed per occisionem. 5. Quòd

proponitur hîc signum adventûs illius in quo complementum esset habiturum Regnum Dei, & docetur Regnum illud non fore sine calamitate [l]. [Plura exspectet lector, si Divina clementia nos ad Matt. 2. perduxerit.] ¶ *Quia non sunt*, אֵינֶנּוּ] *Non ipse*; q.d. Nè unus quidem eorum exstat, sive superest: sublati enim sunt de mundo [m]. Vide Gen. 42. 36 [n].

16. *Quiescat*, &c. מִנְעִי וגו׳] *Cohibe* (vel, *Arce*, vel *Contine*, V.) *vocem tuam à fletu*, JT. Pi. &c. q. d. Non erit perpetuus luctus; redibunt exsules, terra habitabitur [o]. ¶ *Quia est* (vel, *erit*, Sy. Calv. Ca.) *merces operi tuo*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. Propter tuam pietatem, ô Rachel, posteros tuos clementer tractabo: vel, propter vestras preces, ô matres [p]. Verùm *laboris* nomine non opus hîc notatur, sed afflictio; nec meritum hîc indicatur, sed nuda consequutio præmii ad opus [q]. *Operi tuo*, i. e. filiis tuis ob Christum occisis: vel, labori quem tui sustinuerunt in Chaldæa [r]. Mercedem patientiæ vestræ feretis, matres; & vos, infantes, effusi sanguinis †: nempe pro servitute, libertatem; pro luctu, gaudium, &c [t]. *Merces*, i. e. prosper & lætus successus, erit *operi tuo*, i.e. molestiæ tuæ: non erit hic tuus, veluti parturientis, dolor sine fructu [v].

17. *Et est* (vel, *erit*, Calv.) *spes* (vel, *exspectatio*, JT. Pi.) *novissimis tuis*, לְאַחֲרִיתֵךְ] *Fini tuo*, V. Pi. &c. i. e. de reliquis filiis tuis [x]: vel, *posteris tuis*, Angl. ut vox sumitur Dan. 11. 4 [y]: vel, *tandem tibi*, JT. Heb. *ad extremum tuum*, Jun. *Tandem erit* (i. e. implebitur) *spes tua*, G. *Spes* hîc pro spei materia sumitur; & antithesis est inter finem & principia: qu. d. Cedent omnes clades vestræ in salutem [z].

18. *Audiens* (vel, *Audiendo*, Calv. vel, *Certè*, aut *Planè*, V. *Omnino*, JT. *Attentè*, Pi.) *audivi* (vel, *audio*, JT.) *Ephraim transmigrantem*, מִתְנוֹדֵד] *Plangentem*, Mo. P. *lamentantem*, M. *affligentem sese*, Ca. *ejulantem*, Sy. *sese in captivitate cruciantem*, Ti. *condolentem sibi*, JT. Ang. sub. *dicendo*, JT. *conquerentem*, sub. *& dicentem mihi in captivitate*, V. Vox *lugendi* significationem habet. Vide Job. c. 2. v. 11. Jerem. c. 15. v. 5 [a]. Al. *consolantem sese*, Pi. Al. *transmigrantem*, Calv. G. ex Vulg. i. e. exsulantem [b]; vel, *cùm transmigravit*, h. e. postquam in exsilium ejectus fuit; ad verb. *factus est transmigrare*: nam נוד significat, *moveri, errare*, &c [c]. ¶ *Castigâsti me, & eruditus* (vel, *castigatus*, Mo. P. Pi. Calv. M. &c.) *sum*] Ità G. vel, *ut castigarer*, JT. יסר sign. & *erudire*, & *castigare*: in priore membro pœnam indicat; in posteriore, sapientiam: q. d. Incipio nunc demum sapere; pœnis admonitus, &c. Ostendit ergò Deus pœnas has non modò justas fuisse, sed & necessarias, & totidem morborum medicinas, quibus Deus vitia purgavit, &c [d]. Per castigationem edoctus sum de officio *. Antanaclasis [f], [in voce יסר diverso sensu repetita.] ¶ *Quasi*, &c. כְּעֵגֶל לֹא לֻמָּד] *Ut vitulus non doctus*, Mo. vel, *instructus*, M. vel, *assuetus*, P. Ti. V. JT. Pi. sub. *ferre jugum*, P. V. sic BA. vel, *trahere aratrum*, V. Pi. quique pluribus plagis instituitur: unde stimulum boum vocant מַלְמַד, qu. d. διδακτικόν. Ità Deum agnoscunt meritò ipsos sic affligere, ut, plagis edomiti, paulatim assuefiant ad jugum Legis ferendum, &c [e]. Sed sensus hujus loci longè alius mihi videtur esse quàm is qui plerisque visus est. Causas reddit Deus cur decem Tribus non sit reducturus, Judam autem reducturus: quia illæ noluerunt resipiscere in captivitate; *Castigâsti me*, &c. q. d. Tu quidem me punivisti, sed ego nihilo melior factus sum quàm juvencus indomitus. Illud, *eruditus sum ut juvencus indomitus*, significat, *non sum eruditus*, *non sum correctus*, ut hîc rectè accepit Chaldæus. Chrysostomus hunc locum sic citat, (unde corrigenda videntur exemplaria Græca quæ habemus.) Ἐπαίδευσάς με, Κύριε, καὶ οὐκ ἐπαιδεύθην, ἀλλ᾽ ἐγενόμην ὡς μόσχος ἀδίδακτος. (*Castigâsti me, Domine, & non sum castigatus, sed factus sum sicut vitulus non edoctus.*) Locus est tom. 6. Sermone, *Eundem esse Deum V. & N. T* [h]. Sed coactum hoc videtur, nec negativa particula est in textu [i]. *Ut vitulus rudis*, Ca. vel, *lasciviens*, Strig. [Ch. versum sic reddit, *Auditum & manifestum est coram me, quòd domus Israel plorat & gemit pro eo quòd transmigraverunt. Dicit enim, Induxisti super nos correptiones; nec edocti sumus, quasi vitulus non assuetus jugo. Nunc autem converte nos ad cultum* tuum,

[l] Mar. [m] Jun. [n] Ang. [o] Calv. [p] Calov. [q] G. sim. [r] Calv. Ang. &c. [s] G. [t] G. sim. Ca. [t] G. [v] Pi. [x] G sim. Ca. [y] Ca. [z] G. [a] Ca. [b] G. [c] T. [d] T. sim. M. Calv. Ang. &c. * T. [f] Ca. [g] Mo. [h] Pi. [i] Calov. [k] Calov. & Jun.

[l] Calov. [m] V. [n] Ang. [o] Calv. [p] G. [q] Calov. [r] G. † Me. [t] T. [v] Calv. [x] V. [y] Ang. [z] Calv. [a] Ang. [b] G. [c] Calv. [d] Calv. * Pi. sim. Me. [f] Pi. [e] BA. 1. 2. 41. 411. [h] G. [i] Ang.

tuum, &c.] ¶ *Converte* (vel, *Converti fac*, Mo. P. *Revoca*, Ca.) *me*, *&* (vel, *ut*, JT.) *convertar*; ità M. Ti. Calv. JT. vel, *revertar*, Pi. sim. Ca. [הֲשִׁבֵנִי וְאָשׁוּבָה] Sensus est, hoc illos dixisse, *Fac ut redeam in patriam, & tunc resipiscam* [k]. Sed perperàm verbum dispari sensu sumitur; quum manifestum sit, eum conversionem ad Dominum petere, ut reipsa convertatur [l]. *Converte me*, gratiâ tuâ præveniente, illuminante, & excitante; *& convertar*, libere consentiendo, & cooperando gratiæ tuæ [m]. q.d. Domine, hoc est opus tuum: nobis profuerunt pœnæ: sed hoc non factum est nostrâ virtute, sed tuâ gratiâ & arcanâ Spiritûs tui virtute. Sed quorsum precatur conversionem, quam priùs habuit? Resp. Quia convertimur per certos gradus, & pœnitentia suos progressus habet, ideóque continuo Dei auxilio indigemus [n].

19. *Postquam*, &c. [כִּי אַחֲרֵי שׁוּבִי נִחַמְתִּי] *Nam post converti me*, Mo. Sy. (vel, *Postquam conversus fuero*, JT. sic P. M. &c. vel, *Protinus ut conversus sum*, Ti. *Quando nos redimus ad legem*, Ch. *Postquam redii*, vel *reversus sum*, Ga. Ca. Pi. nempe ad me, vel ad cor meum, h. e. ad mentem, malíque agnitionem, ut proximo commate explicatur [o]. *Ubi me reduxeris*, G.) *pœnituit me*, Mo. P. M. Calv. &c. sub. *mali*, M. vel, *consolationem accepimus*, Ch. sic Sy. Quod non placet, quia sequitur, *Erubui*, &c [p]. *Agam pœnitentiam*, G. sim. JT. Repetit quod dixerat, ad confirmationem, nempe, resipiscentiam non esse opus humanarum virium, sed unius Dei [q]. ¶ *Et postquam*, &c. [וְאַחֲרֵי הִוָּדְעִי סָפַקְתִּי עַל יָרֵךְ] *Et post notum esse mibi*, Mo. (vel, *Et postquam ostensum est*, vel *fuerit*, *mibi*, P. *Ubi ostenderis mibi*, sub. *tua beneficia*, G. *Et nunc cùm notum fuit nobis*, Ch. *Et postquam mibi res est patefacta*, Calv. Heb. illud *mibi patefactum est*, Angl. *Et postquam cognovi*, Sy. Calv. Pi. vel, *agnovi*, Calv. vel, *recognovi*, Ca. sub. *me*, Pi. sic Ca. *Et postquam cognitus sum*, sub. *mibi*, V. sic Calv. M. Ti. Fatetur se fuisse stupidum & excæcatum, & sibi in vitiis suis placuisse; & celebrat Dei gratiam, qui velum abstulit †. *Postquam enim commonefactus sum*, Strig. sim. Ang. &c.) *percussi* (vel, *applaudam*, JT. *plaudo*, Pi. *percutiam*; nempe in diebus כִּפֻּרִים (*expiationis* [t]:) vel, *plango*, Ca. vel, *concussi* manus, M.) *femur*, P. Ca. Calv. &c. vel, *femori*, JT. *super femur*, Mo. M. Ti. sub. *meum*, Calv. Strig. &c. Signum hoc vel, 1. mœroris [q]. Vide Ezec. 21. 12 [r]. Et Homer. Il. π'. *Achilles*, inquit, *femoribus percussis Patroclum alloquutus est* †. Mœror autem hic erat ex sensu timoris Dei, cujus judicia priùs contempserunt [t]. Vel, 2. admirationis [v], & stuporis ob priora peccata [x]. Vel. 3. pudoris [y], & detestationis sui atque peccati [z]. ¶ *Confusus sum*, &c.] q.d. Nunc non possum vacare agendæ pœnitentiæ, adeò me pudet horum malorum, per quæ vetera mea delicta tam severè puniuntur [a]. ¶ [בֹּשְׁתִּי וְגַם נִכְלַמְתִּי כִּי נָשָׂאתִי וגו׳] *Confusus sum, & etiam erubui*, Mo. P. (vel, *ignominiâ affectus sum*, M. sim. Ti. Sy. Rectiùs, *Erubui, atque etiam confusus sum*; exaggerat enim magnitudinem tristitiæ & pudoris sui [b]. *Quia pudefactus sum, & probro deformatus*, Strig.) *quia* (vel, *qui*, Ca. vel, *&*, Strig. vel, *etenim*, Ti.) *sustinui*, vel *tuli*, (vel, *fero*, Ti. *feram*, JT. Pi. Ca.) *opprobrium adolescentiæ meæ*, P. M. Calv. &c. i. e. lui pœnas scelerum probrosorum, quæ olim admisi [c], in deserto, &c [d]. quum luxuriata sum adversùs Deum, necdum petulantia mea subacta fuerit. *Adolescentiam* vocat tempus quo luxuriati sunt, &c. nam in senibus plus est moderationis; in juvenibus, fervoris. Repetit, profusse sibi pœnam. Nisi enim sic pudefactus fuisset, semper sibi fecisset delicias in suis malis. Non tantùm dolet, sed & fontem doloris reputat, quòd scil. Deum provocaverat *.

20. *Si*, &c. [הֲבֵן יַקִּיר לִי וגו׳] *An* (vel, *Nonne*, M. P. Mo. Ti. Ca. Angl. Strig.) *filius charus*, vel *pretiosus*, (vel, *nobilis*, M.) *mibi* (sub. *est*, P. JT. &c. vel *fuit*, V.) *Ephraim? an* (vel, *nonne*, Mo. Angl. Ti. *numquid*, P. vel, *&*, Strig. vel, *aut*, M. Ca.) *natus*, vel *puer*, *summæ oblectationis?* JT. Pi. vel, *deliciarum?* Mo. Ca. V. sim. Calv. M. vel, *lætitiarum?* vel *lusuum?* vel *solatiorum*, sub. *meorum?* i.e. cum quo jocari debeam, ut solent patres jocari cum filiis morigeris, & qui in omnibus student servare jussa paterna [f]: vel, *delectabilis?* P. vel, *delicatulus?* Ti. G. Sunt verba Dei respondentis Ephraim [g]. Interrogatio affirmans vehementiùs negat: id quod hîc turbat Interpretes, & in varias partes rapit [h]. *An filius*, &c? q. d. Non: peccavit enim: ideo ejeci illum [i]. Conqueritur hîc Deus, Ephraim fuisse rebellem atque indomitum, & indignum ullo honore vel pretio: pronunciat tamen [verbis sequentibus] se fore propitium, &c [k]. Al. *An filius*, &c? i. e. Cupitísne scire an filius charus mihi sit [l]? Responsio ad præcedentem occupationem. Quis putaret, inquit Dominus, Ecclesiam cum superioribus his malis conflictantem mihi charam esse? sed tamen omnino chara est [m]. Al. *An filius*, &c? q.d. Est sanè [n]. Si verba sic acciperem, mallem ità vertere, *Num hic est Ephraim, filius charus meus*, &c? h. e. qui ità luget; ut Saul dixit Davidi, *Heccine tua vox?* non tam dubitans, quàm stupore quodam perculsus, &c. Ità Deus h.l. non dubitat num Ephraim esset charus ipsius filius, sed num hæc esset ipsius vox. Aliam tamen subjungam sententiam, quæ mihi genuina videtur. Verto, *An non filius*, &c? Interrogativum ה sæpe pro הֲלֹא poni volunt; ut Gen. 27. 36. 1 Sam. 2. 28. 2 Sam. 23. 19. Job. 20. 4. Jerem. c. 3. v. 6. Ezec. 20. 30 [o]. Al. *Filius est*, &c. Sy. *Ecce, sicut filius*, &c. Ch. הֲ, pro, הִנֵּה P. Al. Idem hîc esse הֲ & אִם dubitari nequit. Verto, *Certè filius pretiosus mihi est Ephraim, certè natus est oblectationum.* הֲ sæpe esse *confirmationis*, variis exemplis probavimus ad Jer. c. 7. v. 9. אִם autem similiter sæpe idem esse quod בֶּאֱמֶת, [*in veritate*, vel *verè*,] docet Kimhi in libro Radicum. Exempla profert Gen. 47. 18. Job. c. 22. v. 20. Psalm. 63. 7. Prov. 3. 34. & 23. 18. Esa. 4. 4. & 29. 16. quibus addo Psal. 139. 19. Atque ità rectè sumitur ubi præponitur ei הֲ, Num. 17. 13. Job. 6. 13. ubi הַאִם potiùs est, *an utique? an verè?* quàm ut duplex interrogatio simul jungatur, ut plerique, post K. voluerunt [q]. Non placet. Quod ad prius attinet, nullus est ex locis productis ubi הֲ interrogativè sumi non potest: quod ad posterius, in plerisque ex illis locis allegatis, vel conditionaliter, vel discretivè, sumi potest. Sed nec sibi constat vir doctus, & aliter הֲ accipit ad Jer. 7. 9 [r]. Al. *Nonne pretiosus*, &c? qu. d. Certè necesse est credat me ipso carere non posse, quòd tam delicatus est, ut pœnitentiam agere nolit nisi priùs obtento reditu †. ¶ *Quia*, &c. [כִּי מִדֵּי דַבְּרִי בּוֹ וגו׳] Verba hæc variè & reddunt, & exponunt [t]. *Quia ex sufficientia loquendi me cum eo, recordando recordabor ejus adhuc*, Mo. *Nam* (vel, *Cùm*, V. vel, *Tamen*, P. Calv.) *ex quo*, JT. Pi. M. P. Calv. Ca. &c. (sub. *tempore*, Calv. vel, *quoties*, Angl. ex He. ut particula vertitur Jer. 20. 8. & 48. 27 [v].) *loquutus sum* (vel, *mentionem feci*, Ca. vel, *loquor*, i. e. loqui incipio [x],) *contra eum*, JT. Pi. Ang. (ut Num. 12. 1 [y]. nempe, quòd velim eum castigare per Babylonios [z]: vel, *cum eo*, M. Calv. Angl. ut Deut. 6. 7 [a]: vel, *de eo*, P. Angl. Q. in Calv. ut Jer. 38. 24. & 48. 27 †. i. e. dum facio nunc verba [b]; quoties de eo mentio incidit [c]: vel, *ejus*, Ca. vel, *illi*, V.) *omnino* (vel, *studiosè*, Pi. *recordando*, P. Calv. &c.) *recordor* (vel, *recordabor*, P. Calv.) *ejus adhuc*, JT. Pi. &c. non possum ampliùs oblivisci. Sic solemus erga ea quæ amamus *. Soleo adhuc recordari amoris quo antea solitus sum illum prosequi [d]. qu. d. In acerbissimis malis semper ejus misereor *. [Ti. locum sic reddit, *Omnino enim adhuc memor ejus sum jam indè cùm primùm loquerer cum eo*.] Ex quo primùm locutus sum cum eo, fœdus cum ipso iniens, Deut. 4. 12, 13. & 5. 2. non fui immemor ejus, sed, quamvis ab ipso provocatus, constanter ipsum amavi [f]. Revocat eos ad fontem gratuitæ misericordiæ, & ostendit cur Deus tam clementer agat cum populo adeò pravo, nempe quia elegit ipsum, &c. Malim tamen duo hæc membra distinguere, hoc modo: *A tempore loquutus sum cum eo*; i.e. Non semel, sed à multis seculis & continuo tractu, non destiti illum hortari ad pœnitentiam, sed frustrà; ideóque dignus erat populus æterno interitu: sed quamvìs ità sit, tamen *adhuc recordando recordabor ejus*. Ità amplificat beneficium reconciliationis [g]. [Alii aliter:] *Constantissimam enim memoriam conservo earum rerum quas ipsi pollicitus sum*, Strig. Al. *Ubi satìs cum eo loquutus fuero*, (i. e. ubi satis eum admonuero,) *omnino recordabor ejus*, nempe meminero illius pertinaciæ [h]. Sed sic sententia abrupta & pendula relinquitur [i]. ¶ *Idcirco conturbata sunt* (vel, *commoventur*, Ti. sim. M. Ca. V. *sonuerunt*,

Marginal notes (left column): k G. — l Calov. — m T. — n Calv. — o Ga. ad vers. 29. 315. — p Calv. — q Calv. — † Calv. — t G. — q Calv. sic T. M. Pi. Glas. — r Pi. — † Glas. rhet. 1. 4. 72. — t Calv. — v T. — x Ang. — y T. — z Ang. — a G. — b Calv. — c V. sim. Pi. — d Pi. — * Calv. — f Q. in V. — g Me. hcG.

Marginal notes (right column): h Ang. — i V. — k Calv. — l Pi. — m Jun. — n Q. in Ang. — o Ang. — p Q. in Ang. — q Di. — r Ang. — † G. — t Ang. — v Ang. ex He. — x Q. in V. — y Ang. — z Pi. sim. Glas. rhet. 2. 5. 555. — a Jun. — b Ang. — c Idem. — Q. in Calv. — * Mar. — d Idem. — * V. — f Jun. — f Q. in Ang. — g Calv. — h G. — i Ang.

erunt, Mo. P. *perstrepunt*, JT. Pi.) *viscera mea*, [המו מעי] *Infremuerunt*, &c. V. Vel, [1. præ ira.] Ob hoc vehementer ei succenseo. Vox *viscerum* apud Hebræos ad omnem graviorem affectum refertur [k]. Sed valde fallitur, nec usquam hæc locutio ità sumitur [l]. Vel, 2. ex amoris ardore, & dolore [m], ob ejus calamitatem [n]. ¶ *Miserans* (vel, *Miserendo*, Mo. P. &c.) *miserebor ejus*; sim. P. M. &c. [רחם ארחמנו] *Invisceràndo invisceràbo eos*, i.e. Penitissimè & ex intimis visceribus amo eos [o]. Hæc per interrogationem lego, *An omnino misereri ejus possem*, qui corrigere se non vult quamdiu in malis est rebus [p]? Ità insignem hanc pericopam Evangelicam, consolationis plenissimam, commutavit Grotius in sententiam legalem & judiciariam [q].

21. *Statue*, &c. [הציבי לך צינים] *Statue*, vel *Constitue*, (vel, *Colloca*, Strig. *Erige*, Sy.) *tibi cippos*, Ca. vel, *monumenta funebria*, Strig. *signa*, P. M. Ti. *vexillum*, Sy. *titulos*, Mo. V. Calv. i.e. lapides quales solent erigi in agris ad indicandam viam [r]: *hermas*, JT. Pi. i.e. statuas Mercuriales, iter commonstrantes. ציון sign. in genere, *monimentum*, sive *signum*, certo loco positum. Vide 2 Reg. 23. 17. Ezec. 39. v. 15 [†]. Vel, *speculam*, Vulg. ¶ *Pone tibi amaritudines*] i.e. Labores itineris considera, ut in reditu necessaria provideas. Ità vox significat v. 15. Et hanc significationem Hi. & o'. & Ch. secuti sunt [s]. ¶ [תמרורים] *Signa luctus*, Strig. *palmulas*, Ti. *cumulos*, Ca. *cumulos altos*, Mo. P. *acervos*, M. V. sub. *lapidum*, V. quibus viæ signari solent, ut reperias quà iveris: nam eàdem redibis [v]. Vel, *pyramidas*, JT. Pi. i.e. obelos & columnas mucronatas sive fastigiatas [x]. Hæc pertinent ad Israelitas ex duabus tribubus [y]. Consolatur hîc captivandos, docens eos brevi redituros, &c [z]. q. d. Putâsti iter tibi clausum esse, nec unquam redeundum in patriam, ideo oblitus fuetas viæ, nec in ea observabas loca aut hospitia. Sed Deus te reducet: quare adjuva memoriam tuam, ut solent viatores qui redire statuunt; non item illi qui perpetuum exsilium exspectant. Fontem hujus redemptionis v. præced. notavit; hîc effectum ponit, quo probat Deus se reconciliatum fuisse populo [a]. ¶ *Dirige*, &c. [שתי לבך למסלה דרך הלכתי] *Pone* (vel, *Adverte*, Ti. G. *Adhibe*, JT. *Appone*, Pi.) *cor tuum ad stratam viam* (vel, *super viam*, M. *ad istam viam stratam*, G. *ad semitam ejus viæ*, Ti. *ad semitam*, *viam*, P. *ad viam illam aggestam*, *ad viam*, Pi. sim. JT. sub. *quam*, M. vel, *quà*, Pi. JT. vel, *per quam*, G. P. Ti.) *ambulâsti*, vel *ivisti*, Mo. P. G. &c. *Animadverte quà itineris viâ abeas*, Ca. Vide ut totius viæ per quam ductus es bene memineris [b]: nam per eandem redibis [c]. Ità Propheta seipsum interpretatur [d]. [Alii aliter:] *Et dirige cor tuum ad viam in qua ego ambulavi*, Strig. ¶ *Revertere*, &c.] i.e. Dicturus sum aliquando, Redi eàdem viâ [*].

22. *Usquequo*, &c? [עד מתי תתחמקין הבת השובבה] *Quousque vagaberis*, Calv. M. sim. Ca. (vel, *circuibis*: per circuitus autem intelligit vagas illas speculationes quibus increduli agitantur, quæ hîc rectæ viæ à Deo propositæ tacitè opponuntur [f]. Vel, *vertes te huc illuc*, P. Mo. vel, *dubia eris*, Sy. vel, *tu te obfirmas quo minùs redeas*, Ch. vel, *sine certa sede vagaberis*, Strig. vel, *subduceis te*, Ti. G. sub. *mihi te vocanti*, G. vel, *perges*, sive *perageres*, *subduceres te*, JT. Pi. vel, *diverte*, aut *declinabis*, i.e. vives sine certa lege: q. d. diu quidem, sed non semper [*]. Vel, *huc illuc ires*, Angl. ut captivi facere coguntur, pro lubitu dominorum: vel, *circuibis*, Ang. sive post idola, sive post humana auxilia [a]. Quid est quòd non statim ad me venis [b],) ô *filia rebellis*? vel *refractaria*? P. Mo. Pi. vel, *aversatrix*? M. V. sim. JT. *vaga*? Ti. *perfida*? Ca. Objurgat eos quòd huc illuc circumspectarent, & ab eventis penderent, nec Verbo Dei acquiescerent, nec reditum sperarent nisi cùm spes aliqua oblata erat [i]. Vox התחמק alibi non exstat. Hebræi vertunt, *circuire*, ex nomine indè deducto, Cant. 7. 1 [k]. ¶ *Quia* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Siquidem*, Ca.) *creavit* (vel, *creabit*, P. Pi. M. *factum est*, Ca. sim. Sy. *patrat*, JT.) *Dominus novum* (vel, *rem novam*, JT. Calv. Pi. Ang. &c.) *super terram*, *Fœmina circumdabit* (vel, *ambit*, JT. Ca. *tinget*, sive *amplectetur*, V. *reducet*, M. ex He.) *virum*] Ità Mo. Ti. &c. [Variè intelligunt.] 1. Proverbiale est. Viri solent ambire puellas, non puellæ viros. Sic populi erat Deum quærere: at Deus ultro ad populum venit, ejúsque amorem ambit [l]. Quod fateor me non capere. Contrarium forsan dicere voluit, quòd populus, per fœminam designatus, ambiret Deum, ceu virum, & ad ipsum reverteretur [m]. 2. Ego Jova tot Israelitas interficiam, ut, præ paucitate virorum, ambiant fœminæ viros; quod novum & insolitum est: tamen ex tanta paucitate erunt qui evadant. Vide Esa 4. 1, 2. & deprehendes eandem sententiam [n]. 3. Mulier quæ passim aliis viris se prostituit, veteris mariti cupida, ejus amicitiam inquieta ambiet. Meretrix est Israel, & Deus maritus [o]. Huic sententiæ favet Jon. qui locum sic παραφράζει, *Creavit—novum in terra*,—*Israel incumbet Legi* [p]. 4. Significat Israelitas, qui erant quasi fœminæ debiles, superiores fore hostibus, qui robusti sunt & bellicosi, ut vox סבב גבר innuit. סבב sign. non modò, *amplecti*, sed &, *obsidere*, ut Psal. 22. 13. *Circumdederunt me*: q. d. Redigent fœminæ viros in angustias, ità ut ipsos captivos teneant. Sed utitur sing. num. q. d. Fœmina una præstabit multis viris; h. e. Singuli Judæi præstabunt singulis Chaldæis, & superiores erunt: id quod meritò hîc celebratur ut res nova & miraculum; & reprehenduntur Judæi quòd potentiam Dei in promisso reditu ad communem ordinem naturæ redegerunt [q]. [Aliis hoc non placet.] 1. Sic transformat sing. in plur. & *fœminam* rursus de una accipit. 2. Novum hoc non est, ut Judæi parvâ manu magnas hostium copias profligârint. 3. Judæi captivi vires suas cum Medis & Persis neutiquam conjunxerunt in debellandis Babyloniis, &c. ut hîc supponitur [r]. 5. Sensus, q. d. Vide, ô filia aversa, ut confestim arripias occasionem oblatam tuæ vocationis: nam si Ecclesia Dei (quæ cum fœmina comparatur) te, & Judæis, propriis suis filiis, caruerit, propter aversionem vestram, non potest illa profectò orba permanere, sed tanquam vidua (ut appellatur Esa. 54. 1.) sterilis virum ambiet, & liberos aliunde sibi comparabit [†]. 6. Ecclesia Christiana, etsi debilis & infirma, audebit potentibus suis persecutoribus resistere per confessionem fidei. Vide Act. 4. 5, &c. & 5. 27, &c. גבר enim virum potentem, &c. significat [t]. 7. Judaicus populus inchoatè, &, velut typus, Christiana Ecclesia, debilis licèt & impotens, plenius hostes omnes potentissimos, temporales & spirituales, cinget & profligabit [v]. 8. Ad Messiam mysticè hæc aptat etiam Moses Hadarsan ad Gen. 41 [x]. Christiani ferè uno consensu hoc interpretati sunt de Maria Virgine: quod tamen mihi non probatur [y]. Virgo Maria Christum complectetur atque circumdabit utero suo [z]. Hanc interpretationem probat, 1. textûs connexio per כי, quod causam refert cur captivi Judæi patriam desiderarent, nempe quia Messias ibi conciperetur. 2. Vox ברא, quæ propriè *creationem* denotat, quæ hîc erat, &c. 3. Τὸ *novum* absolutè positum [a]. Novus hîc erat homo, simul & Deus: nova mater, simul & Virgo: nova generatio, sine semine virili [b]. 4. Loci determinatio, *in terra*, videlicet *tua*; nempe Ephraim, sive Israelis, ut patet ex verf. 5, 6, 15, 18, 21. Ibi conceptus est Christus, ut hic locus impleretur; at in Bethlehem natus, ut impleretur illud Mic. 5. 2. Reliquæ autem omnes circumdationes [de quibus hîc loquuntur] fiunt extra [non minùs quàm intra] terram Israelis [c]. Porrò, cùm tam accuratè designet Spiritus Sanctus locum nativitatis Messiæ, Mich. 5. 2. & educationis, Matt. 2. 23. & prædicationis, Hag. 2. v. 7. Mal. 3. 1. & passionis, Zach. 12. 11. verisimile est & locum conceptionis definiri, quod hîc fit. 5. Vox נקבה, quæ nusquam in S. S. collectivè de multitudine aliqua, aut de toto sexu fœmineo, dicitur, sed semper individuum singulare, vel vagum vel determinatum, notat; (ut ex locorum inductione constat:) nulla autem alia præter Mariam hîc intelligi potest. 6. Contextûs ratio, qui totus occupatur in beneficiis per Christum partis, ut meritò hîc ad fontem & fundamentum eorum nos revocet. 7. Ea circumdatio hîc intelligitur quæ connexa est cum infanticidio illo, de quo v. 15. 8. Si נצרים v. 6. ut proprium patronymicum accipiatur, Nazarethani invitantur ad celebrandum Deum propter Christum ibi conceptum, Luc. 1. v. 26. Obj. 1. Huic interpretationi non congruit vox סבב, quæ sic nusquam in S. S. usurpatur. Resp. 1. Sunt multa in S. S. ἅπαξ λεγόμενα & meritò conceptio hæc μοναδικόν & singularis tali voce innuitur. 2. סבב in genere

[k] G. [l] Ang. [m] Mar. sim. Calv. [n] Mar. [o] Ma. [p] G. [q] Calov. [r] V. [†] Pi. [s] Mar. [v] G. [x] Pi. ex Jun. [y] G. [z] M. [a] Calv. [b] G. Jun. V. [c] V. ex M. [d] Calv. [*] G. [f] Calv. [*] Q. in V. [a] Ang. [b] G. [i] Calv. [k] Ang. [l] G.

[m] Calov. [n] Ca. [o] He. in M. & in Calv. sim. [p] San. ex Ol. & Pin. & o'. & Th. [q] Calov. [r] Calv. [†] Calov. ex Hun. [†] Jun. [t] Pi. [v] Ang. [x] G. [y] Calv. [z] Me. L. T. Mar. [a] Calov. ex Justin. August. Ocol. Zuing. [b] Calov. [c] T. [c] Calov. ex Bugenhag.

Qq 3

genere est, *complecti*, item, *circumdare*, & *ambire*, optiméque congruit uterinæ circumdationi, quâ fœtus undique ab utero circumscribitur. 3. Cùm hâc voce [potiùs voce סָבַב, indè deductâ,] RR. Chaldæi & Arabes *causam* exprimunt; conservatio causalis, qualis est infantis in utero, non malè sic exprimitur: quin & vocem סוֹבַבְתָּא, *menstruum*, Chaldæi indè deducunt; & expressit hanc vocem Interpres Arabs per *vivificabit*, quod ad officium uteri pertinet. Obj. 2. Nomen גֶּבֶר non congruit Christo, saltem in utero matris. Resp. 1. Vox illa infantulo recens nato tribuitur Job. 3. 3. Jes. 9. 6. Onk. ad Genes. 4. 1[d]. 2. Nomen גֶּבֶר convenit Deo, Deut. 10. 17. & Christo, Zach. 13. 7. collat. cum Matt. 26. 31. qui etiam, ceu proprio nomine, גִּבּוֹר vocatur, Psalm. 45. 4. Esa. 9. 6. Christus est ille גֶּבֶר, *fortis & potens vir*, ille *heros* toties promissus, qui, adhuc infans, est sapientiâ, gratiâ, gloriâ perfectus*, Divinâ potentiâ & virtute instructus[f]. Huic ergò viro, instar sponsæ, adhæreas, suadeo tibi, ô *filia vaga*, relictis pristinis vitiis, &c[g].

23. *Cùm convertero*, &c.] Id est, cùm reduxero captivos: sive cùm asseruero eos in libertatem veram[h]. ¶ *Pulchritudo*, &c. נְוֵה־צֶדֶק] *O habitaculum justitiæ*, JT. Pi. vel, virorum *justitiæ*, Angl. ut Esa. 1. 21[i]. Religionis sedes, Hierosolyma[k]: potiùs, Ecclesia[l].

24. *Et*, &c. וְיָשְׁבוּ בָהּ יְהוּדָה וְכָל־עָרָיו יַחְדָּו אִכָּרִים וְנָסְעוּ בַּעֵדֶר] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *habitabunt in ea* (sub. *terra*, M. Angl. prædicta, v. 23[m].) *Jehuda*, Mo. P. Ti. &c. vel, populus *Juda*, Pi. *Juda*, pro *viris Juda*, ut Jer. 23. 6†. Vel, nempe in terra *Judæ*, Angl. vel, *Judæa*, JT.) *& omnes civitates* (vel, *omnibus civitatibus*, JT. vel, *&* in *omnibus civitatibus*, Angl.) *ejus simul*, sive *pariter*, Mo. P. M. Ti. &c. *agricolæ*, *&* (vel, *&* qui, M. Ti. Pi. G. sim. Ca.) *proficiscentur*, vel *proficiscuntur*, (i. e. vagabuntur huc illuc[n], ad quærendum pastum, fine metu[o],) *in*, vel *cum*, *grege*, Mo. Calv. Angl. ex He. &c. vel, *& pecuarii*, JT. vel, *& qui mutant loca cum grege suo*, i. e. pastores, quibus sæpe dissidium est cum agricolis[p]. Ità distinguuntur agricolæ à pastoribus[q]. Quod mihi ineptum videtur. Intelligit agricolas cum suis armentis & pecudibus fore securos, etiam in agris, fine muris, turribus, &c[r]. qu. d. Non tantùm urbani, sed & rustici †. Indicium hoc pacis publicæ[t]. *Urbium* meminit, ut significet copiam redeuntium, quæ etiam urbes impleret[v].

25. *Quia* (vel, *Nam*, Ca. Pi. *Quum*, JT.) *inebriavi* (vel, *inebriabo*, Pi. *conspergam*, Ca. *satiavero*, JT. sic Ch.) *animam lassam*; ità P. M. &c. עֲיֵפָה] *Sitibundam*, Sy. sic Calv. Pi. ¶ *Animam esurientem*; sic Sy. דָּאֲבָה] *Tristem*, P. sim. Mo. Ti. JT. Pi. Ca. *afflictam*, M. *solicitam*, Ch. *quæ deficit*, Calv. q. d. Non obstabit Israelitarum inopia quò minùs eos satiem, &c[x]. Intellige de Christo & Christi Ecclesia[y], & gaudio spirituali quo Deus explet eam[z].

26. *Ideo*, &c. עַל זֹאת הֱקִיצֹתִי וגו׳] *Propter* (vel, *Ad*, Ca.) *hoc* (*id*, M. Ca. *Propter hanc annunciationem dierum consolationis qui venturi sunt*, Ch. *Propterea*, Pi. sim. Ti. &c.) *expergefactus sum*, Mo. P. &c. (ubi scilicet illuxit gratia Dei, non ipso effectu, sed in hoc vaticinio. Ità Propheta fidem suam ostendit, quòd prædictio hæc, quamvis longè abesset, suo tempore compleretur. Opponitur hoc somno, quo, ob imminentem cladem, quasi obrutus & attonitus jacuit[a].) *& vidi*, Mo. P. (vel, *posteaquam vidi*, per somnium, prophetiam illam de Christo venturo[b]. *Ubi ab hoc viso surrexi, vidi*, i. e. cum voluptate contemplatus sum quæ mihi erant revelata[c].) *somnus* (vel, *& somnus*, Mo. Pi. &c.) *meus dulcis fuit mihi*, Mo. P. &c. sub. *quia plena gaudii erant verba illa*. Liberiùs quidam versum sic reddunt, *Idcirco evigilavi, & suspexi, ubi suaviter dormieram*[d]. Somnus ejus, ante tristis & formidolosus, nunc dulcis est*. Sunt hæc verba vel, 1. populi Israelitici[f]; vel, 2. Christi[g]; vel, 3. Prophetæ Jeremiæ[h].

27. *Seminabo*, &c.] i. e. Replebo, &c[i]. Spiritualiter regenerabo, &c[k]. Ostendit unde terra adeò deserta & maledicta rursus habitetur: Deus manu suâ præstabit[l].

28. *Sicut vigilavi*, &c. ità M. simil. Mo. Ti. Ca. שָׁקַדְתִּי וגו׳] *Sedulus* (vel, *solicitus*, P.) *fui*, &c. JT. Pi. G.

[d] Calov. * T. [f] Calov. [g] T. [h] V. [i] Ang. [k] G. [l] Calov. [m] Ang. † Idem. [n] V. [o] Ang. ex He. [p] V. [q] V. O. in Calv. sic G. [r] Calv. † V. [t] Pi. sim. Calv. [v] Calv. [x] Calv. [y] T. [z] Pi. [a] Calv. [b] V. Me. [c] G. [d] V. * Calv. [f] Hi. in T. [g] Calov. ex Bugenhag. [h] T. ex Rab. L. V. G. Pi. &c. [i] G. sim. V. [k] Pi. [l] Calv.

sim. V. in illis evertendis[m]. ¶ *Sic vigilabo*, &c.] q. d. Experientur quàm potens sum ad perdendum & servandum. Admonet eos, 1. non frustrà ipsos gravia passos esse: 2. non obstare Deo tot & tantas calamitates quin eos reducat[n].

29. *In diebus illis*] Nempe post sumptas pœnas, & redditam misericordiam: utrumque enim necessarium fuit ad subigendum populi fastum, &c[o]. ¶ *Non dicent ultrà*, *Patres comederunt uvam acerbam*; ità Mo. P. בֹּסֶר] *Uvam immaturam*, M. Ti. *omphacen*, JT. Pi. sic Calv. id est, uvam immaturam, ac proinde acerbam[p]. ¶ *Et dentes filiorum obstupuerunt*] Ità Mo. P. JT. sic M. Ti. &c. vel, *infirmantur*, V. *hebetantur*, Pi. Calv. ut fit quum fructus immaturos comedimus[q]. Omphax vim habet multùm adstringentem. Hoc adagium Judæi usurpabant, ut videre est Ezec. 18. 2[r]. Sensus, Filii luunt pœnas propter peccata parentum †. q. d. Punis nos innoxios, &c[t]. Sic & Horatius, *Delicta majorum immeritus lues, Romane*[v]. Non dubitandum est quin Deus, omnium hominum Opifex, ac propterea Dominus, possit parentes, ità meritos, punire exsilio etiam ad posteros permanente. Sed huic summo juri bonitas ipsius tandem modum imponit, partim propter antiquiorum parentum, partim propter ipsorum posterûm, egregias virtutes[x]. Non placet. Huic repugnat, quòd Deus ipsorum restitutionem uni misericordiæ suæ constanter tribuit, &c[y]. Verum est, filios ob parentum peccata puniri[z], quia quiddam parentum sunt. Vide Exod. 20. 5. [& ibi congesta à nobis,] & 34. 7. Jer. 15. v. 9. Lam. 5. 7. Et Judæi ad hunc modum puniuntur ob peccata parentum Christum crucifigentium. Quæ hîc habetur, non est generalis promissio, sed ad eos tantùm pertinens de quibus loquitur. Agebatur autem de Judæis ab exsilio revocatis, & de peccatis Manasse quæ illi diu luerant[b]. Non est quòd vos pœnitentes timeatis vos plectendos ob peccata parentum, Manassis, Achaz, &c. jam enim placatus publicâ pœnâ, non ampliùs puniam vos propter parentum, sed tantùm propter vestra, peccata[c]. Illorum autem sententia erat, ipsos immerentes puniri ob patrum scelera, &c. quod falsum erat[d]. *Non dicent*, &c. qu. d. Desinent blasphemæ illæ voces, & sentient Deum justè ipsos castigâsse*. Cessabit hoc proverbium, quia Deus finem ponet illis calamitatibus quæ occasionem ipsi præbuerunt[f].

30. *In iniquitate sua*, &c.] q. d. Non tamen cessabit Deus vindictam exsequi in immorigeros, &c[g].

31. *Et feriam domui Israel & domui Juda fœdus novum*] Renovabo fœdus per Prophetas meos. Vide Neh. 9. 38. & 10. Solet autem id fieri, ubi pars altera fœdus infregit[h]. Verùm diversitas, non modò beneficiorum, ut vult G. sed ipsius fœderis, constat ex seq[i]. Intellige, Novum Testamentum[k], Legem Evangelicam[l]. Fœdus hoc novum erat, non substantiâ[m], sed formâ; quæ erat, 1. in Christo[n], nempe jam exhibito, cujus morte confirmatum erat[o]; qui complevit re ipsâ quod Deus sub figuris monstraverat: 2. in gratia Spiritûs S. quæ jam efficacior erat[p], & uberior atque diffusior, tum quoad dona collata, tum quoad subjectum recipiens, nempe omnes gentes[q]: 3. in docendi ratione[r], quæ sub N. F. plenior est & clarior, & simplicior, sine umbris & ceremoniis, &c †. Confirmat h. l. Propheta quod dixerat, nec solùm restitutionem promittit, sed aliquid melius: id quod necessariò ad Christum referendum est[t].

32. *Non secundùm pactum*, &c.] Nam illud pactum dicit, *Ego——qui te eduxi de terra Ægypti*. Hoc autem beneficium majore ac admirabiliore beneficio obumbrabitur. Vide Esa. 43. 18[v]. Hoc dicit, quia putabant Judæi nihil posse aut Legi addi, aut in ea mutari. Ostendit ergò, Legem fuisse illis inutilem, & fore adhuc, & ideo opus esse novo fœdere, aut alioqui illis esse pereundum[x]. ¶ *In die quâ apprehendi manum*, &c.] Quæ phrasis indicat, 1. ipsorum imbecillitatem; 2. paternam Dei de illis curam[y]. ¶ *Quod irritum fecerunt*] Multis, scil. gravibus & diuturnis peccatis[z]. ¶ *Et ego*, &c. וְאָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָם] [Variant.] *Et* (vel, *Tamen*, Calv. *Etiamsi*, K. in Ga.) *dominatus sum eis*, vel *in eos*, P. Mo. sic Calv. Vulg. q. d. Quum illos regere vellem,

[m] V. [n] Calv. [o] Calv. [p] Pi. [q] Calv. [r] G. † V. sim. [t] Pi. Calv. [v] Ang. &c. [x] Calv. [y] Calv. G. [z] G. [a] Calv. [b] Ang. sic Me. [c] Me. [d] T. ex Th. [e] Ang. * Calv. [f] Ang. [g] Ang. [h] G. [i] Calov. [k] Mar. [l] Mar. Me. [m] Calv. [n] Ang. [o] Calv. [p] Ang. [q] Calv. [r] Ang. [s] Calv. † Ang. [t] Calv. [v] G. [x] Calv. [y] Ang. [z] G.

vellem, usus tantùm sum jure meo, quo tamen non sum potitus propter illorum pervicaciam. Rejicit hîc culpam in populum, quòd Lex non fuit firma [a]. *Et ego ostendi me esse Dominum eorum*, Ti. sim. Me. h. e. punivi eos jure meo †. *Etiam cùm ego quasi maritus dominium haberem in eos*, M. [Ca. hoc cum præc. sic reddit, *Quod quidem meum eis imperantis fœdus violârunt.*] *Et ego herili imperio eos gubernavi*, Strig. i. e. cum coactione, cogens eos ad obsequium sub fulmine maledictionis[b]: necesse habui illos tractare tanquam servos, non filios, ob insignem eorum pervicaciam [c]. Al. *Et* (vel, *Etsi*, Di. ex Genev. Ang. vel potiùs, *Quum*, ut ו sæpe sumitur [d],) *ego eorum*, vel *eis*, *maritus mansissem*, G. vel, *fueram*, Di. ex Genev. *essem*, Di. q. d. Fidem mihi datam fregerunt*. *Quamvis ego me ut maritum declaraveram erga eos*, nempe per varia beneficia. Confer Os. 2. 7, 8. Jer. 3. 14 [f]. *Et ego complacui mibi in eis*, Ch. At o'. quos sequitur Apostolus, vertunt, καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, *Et ego neglexi eos* [g]. Nihil causæ est cur hoc improbemus. Illi me neglexerunt, ego eos vicissim neglexi*. [Sic & Sy. locum reddit, *Ego pariter aspernatus sum eos*.] Hæc diversimodè conciliant [h]. 1. Puto legisse eos גָּעַלְתִּי *fastidivi*, ut patet ex collat. cum Jerem. 14. 19. ubi etiam à verbo illo regitur ב notans objectum; quam præpositionem verbum בָּעַל regere non solet [i]. Hanc lectionem probat & Medus noster [k]. 2. Pro בָּעַלְתִּי legerunt בָּחַלְתִּי [l]: vel potiùs, sic exposuerunt [m], per commutationem literarum ח & ע [n]. 3. Verbum בָּעַל constructum cum ב semper ignominiosum aliquid sonat [o]. Quod falsum est: nam hîc tantùm occurrit, & Jer. 3. 14. ubi sic accipi non potest [p]. 4. Verba interrogativè legenda, *Et ego conjugio junctus mansissem eis?* JT. Indignantis Dei verba, quæ ad evidentiam majorem negatione categoricâ expressit Apostolus [q]. Sed frustrà hîc vexatur plana lectio ob illum Apostoli locum, ubi verba sumpsit ut in o'. reperiit, quum nihil in iis esset aut falsum, aut scopo contrarium [r].

33. *Sed hoc erit pactum——Dabo legem meam in visceribus eorum*, &c.] Tanta in eos beneficia conferam, ut eorum non possint non meminisse. Sed & hic locus, & Ezec. 11. 19. & 36. 26. suum quidem implementum temporibus illis post reditum habuit; sed quod viam sternebat Evangelio, quo tempore hæc multò eminentiorem effectum habuêre, per revelationem non dubitandam vitæ æternæ, & vim ingentem Spiritûs super Christianos, etiam qui in plebe erant, effusam †. Sed latet hîc ὕπουλόν τι de promissione vitæ æternæ V.T. negata, & de sufficientia revelationis illius ad obedientiam ingenerandam. Verùm non de beneficiorum perenni memoria, sed de Legis Divinæ in corda inscriptione, loquitur Propheta, quæ toto cœlo distant [t]. Discrimen nunc exprimit Legis & Evangelii, quòd, quum illa sit litera, sive literalis, 2 Cor. 3. 6. (sic dicta, quòd oculis tantùm & auribus hominum proposuit quod rectum est,) hoc Spiritus est, & intus corda docet & mentes, & secum affert gratiam regenerationis. Obj. Sed annon Lex sub V. T. scripta erat in cordibus? annon Patres olim regeniti erant? Resp. Ità sanè. Sed, 1. hoc rariùs & obscuriùs tunc factum. 2. Id non habebant ex Lege, sed ex gratia Christi. Propheta autem hîc differit de Legis natura per se, ubi separatur ab Evangelio [v]. Sed quid est, *scribi in corde?* Resp. Propensum cor per gratiam ad ejus observationem effici [x]: corda sic formari, ut Lex illic dominetur, &c [y]. Non dicit, *Seribam aliam legem* [z], sed, *legem*, nempe eandem quæ Patribus olim tradita est. Diversitas itaque non est in doctrina, sed in forma [a]. Confirmat Christus Legem illam, Matth. 5. 17, &c. Scriptio hæc in corde idem est quod *circumcisio cordis*, Deut. 30. 6 [b]. ¶ *Et in corde*, &c.] Hîc ו pro *id est* ponitur. Exponit enim quid vocet *interiora eorum* [c]. ¶ *Et ero eis in Deum*, &c.] Ego ut Rex eos protegam, illi mihi ut Regi parebunt, suprà 7. 23. & 11. 4. & 24. 7. infrà 32. 38 [d]. Spiritualis simul gratia hîc promittitur, quâ verè populus Dei fierent *. Summa hæc est fœderis, & continet sub se omnes salutis nostræ partes [f], & quicquid à Deo exspectari potest, remissionem peccatorum, gratiam, gloriam, &c. Vide Gen. 17. 7. Matt. 22. 32. Apoc. 21. 7 [g].

34. *Et non docebit* (vel, *docebunt*, Mo. P.) *ultrà vir proximum suum*, &c.] Non quasi sub N. T. doctoribus non egerent, ut constat ex Matt. 28. 20. Eph. 4. 11, &c [h]. & ex Esa. 2. 3. & Mic. 4. 2. ubi alii ad alios dicent, *Ascendamus in montem*, &c. *ut ibi doceamur*, &c. à quibus, quæso, nisi à Ministris [i]? [Quomodo ergò hoc intelligendum est?] Resp. 1. Hoc erit in cœlo [k]. 2. Sensus est, Non opus erit ut alter alterum moneat ad reverentiam Deo exhibendam, quod sæpe Hebræi per יָדַע significant [l]. *Cognosce*, i. e. cole, *Dominum*: q. d. Non opus habebunt hortatore ut id faciant †. 3. Subauditur vox *solùm*, ut Gen. 32. 28. 1 Sam. 8. 7. q. d. *Non* solùm *alii alios docebunt*, sed Deus unà docebit eos per Spiritum suum, Esa. 54. 13. & 59. 21. Joh. 6. 45. 1 Joh. 2. 20, 27 [m]. Sub N. T. charitas & unctio homines docebunt, &c. Et frustrà docent Doctores, nisi Spiritus intus doceat [n]. 4. Sensus est, Magna erit Dei, & rerum credendarum & sperandarum, cognitio [o]: nec opus erit prolixâ & molestâ instructione externâ [p], qualis à philosophis & Rabbinis adhiberi solebat, ad persuadendam hominibus Dei cognitionem, cultum, & amorem [q]; quia quæ ad salutem necessaria sunt ad pauca revocentur, quæ etiam simplicibus nota esse possunt [r]; & quia tanto lumine intellectum illustrabo, & tantâ monitione excitabo voluntatem, ut facili negotio etiam rudes doceantur, &c †. Hyperbolicè hîc extollit gratiam Christi, dicitque cognitionem Dei sub N. T. familiarem fore, & clariorem atque uberiorem: qu. d. Non erunt ampliùs alphabetarii, ut principiis doctrinæ indigeant [t]. ¶ *Omnes enim cognoscent me*] Omnes spontè me colent ac reverebuntur ob tam ingentia benefacta [v]. Significat magnam scientiæ copiam, & scientium multitudinem, præ tempore V. T*. ¶ *A minimo——usque ad maximum*] h. e. In omnibus eorum generibus [x]. A discipulis ad Magistros. Confer Joel. 2. 28. Matt. 11. 11 [y]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, Angl. vel, *Qui*, Ca.) *propitiabor iniquitati eorum*] Ità Mo. P. M. &c. Sensus est, Quia ostendi (tantis nempe benefactis) me veniam dedisse ipsis criminum, neque ultrà ea velle exsequi [z]. Ostendit hîc Propheta fundamentum hujus beneficii, quia scilicet Deus redibit in gratiam cum populo suo, non imputando peccata [a]. Discrimen hîc indicatur V. & N. T. quòd V. T. condemnationem, N. T. remissionem, exhibeat [b]. Innuit peccata nemini remitti nisi Deum in Christo scientibus [c]. [JT. hæc verba cum præcedentibus conjungunt, & locum sic reddunt, *Cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum eorum, dictum Jehovæ, me condonare iniquitatem ipsorum.*] ¶ *Et peccati eorum non memorabor ampliùs*] Ità Mo. &c. Quid sibi vult, *ampliùs?* Resp. Quia Deus ad tempus pœnas exegit, ideòque visus est iniquitatum memor: ubi autem pepigit novum fœdus, tunc iniquitates prorsus sepultæ sunt, Mic. 7. 19. nec opus erat repetitis sacrificiis ad expianda peccata. Porrò, Propheta hoc pacto voluit lenire dolorem fidelium, quos Deus duris tentationibus exercuit ante Christum natum [d].

35. *Ordinem*, &c. "חֻקֹּת וגו] *Statuta*, vel *leges*, (vel, *decreta*, Calv. *ordines*, Ti.) *lunæ & stellarum*, &c. Mo. P. &c. Loquitur hîc populariter de cursu Solis & Lunæ, & quidem diurno, &c*. ¶ *Qui*, &c. "רֹגַע וגו] *Findens* (vel, *Qui dissecat*, M. *Qui disrumpit*, JT. Pi.) *mare*, (vel, *Qui scidit mare* Rubrum, V.) *& sonuerunt* (vel, *freniunt*, JT. Pi.) *fluctus ejus*, Mo. P. &c. *Qui fremere facio mare, ut fluctibus tumultuetur*, Ti. *Quo mare findente, murmurant ejus fluctus*, Ca. Quo turbante, maris fluctus insonant [f]. Ponit hîc res diversissimas: cursum Solis & Lunæ, &c. qui compositus est & stabilis; & tempestates, quibus Deus mundum concutit [g].

36. *Si*, &c. "אִם יָמֻשׁוּ וגו] *Si recesserint* (vel, *amovebuntur*, Pi. sim. Ti. M. &c. *amoveri possunt*, P. *cessârint*, Sy. *defecerint*, Vulg.) *statuta ista*, &c. Mo. sic JT. &c. vel, *administrationes istæ*, &c. Sy. putà stata Solis, Lunæ, &c. circumvolutio, maris agitatio [h], & terminatio, Gen. 1. 9 [i]. Si totus ille ordo naturæ cessaverit, tunc & illud fiet [k]. ¶ *Tunc & semen Israel deficiet*, &c.] i. e. Tunc Deus abjiciet Ecclesiæ suæ curam [l]. Hoc est decretum Dei absolutum, &, ut Paulus loquitur, ἀμεταμέλητον, (*sine pœnitentia datum*,) ut semper sit & cognoscatur distinctè ab aliis magna Israelitarum multitudo [m].

Marginal notes (left column): [a] Calv. † Mc. [b] Calov. [c] Calov. ex Os. [d] Di. [e] Ang. [f] Pi. [g] Gu. [h] G. [h] Ang. [i] Pi. [k] Gu. adv. 18. 199. [l] G. ex Cap. [m] Jos. K. in Gu. sim. Bust. [o] Bust. vind. 2. 8. 675. ex He. [p] Jos. K. in Gu. [q] Gu. ib. [q] Jun. [r] Ang. † G. [t] Calov. [v] Calv. [x] Mar. [y] Calv. [z] Ang. [a] Calv. [b] Ang. [c] V. [d] G. sim. Ang. * Ang. [f] Calv. [g] Calov.

Marginal notes (right column): [h] Ang. [i] Ang. sim. Calv. [k] Aug. in Mar. [l] G. † Mar. [m] Q. in Ang. [n] M. [o] Mc. [p] T. sim. Mc. Pi. [q] T. [r] Mc. † T. [t] Calv. sim. Ang. [v] G. * Ang. [x] Ang. [y] Calv. [z] G. [a] Calv. [b] Calov. [c] Ang. [d] Calv. * Calv. [f] G. [g] Calv. [h] T. sic Mc. [i] Ang. [k] G. [l] Calv. [m] G.

37. *Si*, &c. "אִם יִמַּדּוּ וגו] *Si mensurabuntur* (vel, *mensurari possint*, P. sic M. JT. Ang. nempe ab homine: & verbum potentialiter sumitur [n].) *cœli supernè*, Pi. &c. Illi qui super astra sunt [o]. Vel potiùs, cœli visibiles [p]. ¶ *Abjiciam—propter omnia*, &c.] Scil. peccata [q]. q.d. Quamvis meriti sint mille mortes, ego tamen rationem potiùs habebo fœderis & misericordiæ [r].

38. *Ædificabitur civitas Domino*] Hierosolyma; h.e. Ecclesia Christiana †. ¶ *A turre Hananeel*] In latere meridiano [t]; vel potiùs, orientali [v]. Vide Nehem. 3.1 [x]. & 12.39 [y]. Confer cum hoc loco Zach. 14.10 [z]. ¶ *Usque ad portam anguli*] Ità Mo. P. &c. vel, *angularem*, M. In Zach. 14.10. est, *angulorum* [a]. Quæ inter Orientem & Septentrionem, in parte Benjamini, 2 Reg. 14.13 [b]. Vide & 2 Par. 26.9 [c]. Describit hîc accuratè totum urbis ambitum [d]; & prædicit, non minorem fore urbis amplitudinem & splendorem post reditum populi, quàm antea sub Davide fuisset *.

39. *Et exibit ultrà* (vel, *Et procedet adhuc*, JT. Pi. *Hinc ultrà ducetur*, Ti. *Præterquam prodibit porrò*, Ca.) *norma* (vel, *regula*, Ti. *filum*, P. Pi. *funiculus*, M.) *mensuræ* (vel, *mensoria*, JT. Ca. &c.) *in*, &c. נֶגְדּוֹ] *Ad ipsam*, Ca. *ante ipsam*, Ti. Angl. h. e. procedendo in directum: vide Jos. 6.5, 20 [f]. Vel, *è regione illius*, JT. Pi. Ch. Sy. Ang. *à conspectu ejus*, sub. *portæ*, V. *coram ipsa*, nempe *porta*, Calv. *coram eo*, vel *ipso*, Mo. P. M. Calv. nempe Deo, cujus priùs facta est mentio. Ad hunc malim referre quàm ad portam, ut hîc jubeat eos oculos ad Deum attollere, ut ab eo exspectent quod hominibus incredibile erat; q. d. Cùm Deus volet urbem restituere, *tunc egredietur*, &c [g]. ¶ *Super collem Gareb*] Ad Septentrionem, sed Occasum versùs [h]: ità dictum, quòd ibi se tenerent leprosi [i]. *Versùs collem scabiosi*, JT. ubi scabiosi, extra oppidum ex Lege relegati, habitabant [k]. ¶ *Et*, &c. וְנָסַב גֹּעָתָה] *Et circuibit* (vel, *deflectet*, JT. Pi. *reflectetur*, Sy. sim. Ti. *vertet se*, sub. *funis illius*, V.) *Goath*, Mo. P. &c. vel, *usque ad Goath*, M. Ti. vel, *Gobam versùs*, JT. Pi. Arx hæc erat rotunda [l], vel collis arduus in parte exteriore civitatis Davidis [m], ad Occasum & meridiem. Fortè sic dicebatur, quòd laboriosus illuc esset ascensus [n]; à יָגַע, quod κοπιᾶν, & μοχθεῖν, (*laborare*,) vertunt Græci [o]. Hæc loca vicina erant ipsi Jerusalem: q. d. Jerusalem amplioribus finibus exstruetur quàm antea [p]. De nominibus locorum non valde laboro, de quibus etiam Judæi divinant, quia non tenemus antiquum urbis situm [q].

40. *Et omnem vallem* (vel, *Ac tota vallis*, Ca. sic JT. Pi.) *cadaverum*] Ità Mo. P. M. &c. Sic dictam, vel, 1. ab Assyriis ibi interfectis ab Angelo [r]; vel, 2. à cadaveribus damnatorum ibi conjectis †. Hæc inter Golgotha & mœnia Jerusalem interjacebat [t]. Hæc ipsa est vallis Topheth, de qua Esa. 30.33. Hæc regio ab Occasu propiùs ad meridiem accedit [v]. ¶ *Et*, &c. וְהַדֶּשֶׁן] *Et cineris*, Mo. P. M. Ti. sub. *locum*, P. id est, in quem cineres sacrificiorum effundebantur [x]: vel, ubi cineres damnatorum projiciebantur [y]. Aut idem hic locus [cum priore,] aut alius [z]. ¶ *Et*, &c. וְכָל־הַשְּׁרֵמוֹת Græci Hebræam vocem retinuêre, ἀσαρημώθ. Alii legunt, הַשְּׁדֵמוֹת [a]: quod rectius, & ר in textum irrepsit pro ד, per errorem scribæ. Simile vide ad Jer. 2.20. & 17.4 [b]. Aquila vertit, προάστεια· vites, puto, suburbanas intelligens, quæ dicuntur שְׁדֵמוֹת [c]: vel potiùs, *suburbana*, vel *arva*, sive *rura* [d]. Chald. vertit, *aquæductus*, à particulis duabus ה & ש, & רָמוּת ג רְמָה, quod est, *projicere* *. Al. *& universam regionem mortis*, Vulg. i. e. Golgotha, & loca vicina, quæ erant loca supplicio (vel, sepulturæ [f]) reorum destinata [g]. Sic vertit Hieronymus, unum verbum, שְׁדֵמוֹת, in duo dividens, שָׂדֶה *regio*, & מוֹת *mors* [h]. *Et omnes regiones*, Calv. sic P. vel, *agros*, sive *campos*, Calv. M. Ti. V. vel, *campi*, Ca. *Cum omnibus agris illis*, JT. Pi. sic Strig. ¶ *Usque ad torrentem Cedron*] Qui proximus valli Topheth [i], & ad Orientem urbis [k]. Unde probabile est hîc notari loca extra urbem [l]. ¶ *Et usque ad angulum portæ equorum*] Vel, *portæ stadii regii*, G. ex Ch. quòd illic exercerentur equi Regis [m]. Vel, fortè, forum ibi erat equestre [n]; vel, equi Regis per illam educebantur, adaquationis gratiâ, ad torrentem Cedron [o]. De hac porta vide Neh. 3.28 [p]. & 2 Reg. 11.16 [q]. ¶ *Sanctum*, &c. "קֹדֶשׁ וגו] *Sanctitas* (vel, *sancta*, JT. Pi. vel, *Sanctuarium*, Sy. vel, *velut sanctum*, M. sub. *erit*, vel *erunt*, Ti. JT. Pi. Ca. Sy. vel, *adaptabunt*, M.) *Jehovæ*: (i. e. consecrabuntur Domino [r]: vel, includentur hæc loca inter mœnia urbis †: vel, omnia hæc loca personabunt Dei laudibus [t].) *non evelletur, & non destruetur ampliùs in perpetuum*, Calv. i. e. Diu stabit urbs postquam erit reparata †. Verùm verba hæc *perpetuitatem*, non *diuturnitatem*, inferunt; ideòque de Ecclesia hoc intelligendum [v]. Sensus, *Non evertetur*, sub. quod consecratum fuerit Domino: q. d. Perpetuò sacra erit Domino Ecclesia [x]. Significat æternum esse Christi Regnum. Id enim agunt Prophetæ, ut, cùm Babylonicam describunt liberationem, ubique assurgant in illam æternam Redemptionem Christi [y]. Duo hîc promittit: urbem hanc non modò amplam fore, sed, 1. Deo sacram, quia Deus purgabit eam inquinamentis, quibus tum polluta erat; 2. perpetuam: quod tamen de cœlesti Hierosolyma intelligendum [a].

CAP. XXXII.

1. [I]*Pse*, &c. "הִיא הַשָּׁנָה שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה שָׁנָה וגו] *Ipse annus octavus decimus anni Nebuchadresar*, Mo. *Is est*, vel *erat*, *annus* 18. *Nebuch.* P. M. Ti. sic Calv. Ca. *Is annus* est 18. *annus*, &c. Pi. JT. Primus regni ipsius absoluti post mortem patris annus concurrit cum tertio & parte quarti an. Joacim, Jerem. 25.1. Dan. 1.1. octavus, cum depositione Joacin, & exaltatione Sedeciæ, 2 Reg. 24.12, 17. decimusnonus, cum anno 11. & ultimo Sedeciæ, 2 Reg. 25.2, 8 [a]. Vide suprà 25.1 [b].

2. *Obsidebat*, &c.] Jam per aliquod tempus obsederat, ut apparet 2 Reg. 25.1 [c]. Duravit obsidio per sesquiannum, sed cum interruptione aliqua, dum Chaldæi obviàm irent Ægyptiis, &c [d]. ¶ *Jeremias propheta* (Sic eum honoris causâ nominat, ut fœdam eorum contumaciam ostenderet, qui cum Deo certare audebant †.) *erat clausus in*, &c. בַּחֲצַר הַמַּטָּרָה] *In atrio* (vel, *vestibulo*, V. G.) *custodiæ*, Mo. P. Ti. JT. Pi. &c. vel, *carceris*, Ca. G. V. vel, & *custodia*, M. *In habitaculo domûs vinctorum*, Ch. in M. Inversio est verborum, pro, *in custodia*, sive *carcere*, *quæ erat in atrio* *. Vide infrà 37.15, 20 [f]. Paulò lenior erat hæc custodia quàm in qua antea fuerat [g]. Mira obstinatio, quòd, quum hostis urbem obsideret, & verum experti sunt quod Jeremias diu prædixerat, Deúmque infestum sentirent, Jeremiam tamen captivum tenerent [h].

4. *Et Sedecias—non effugiet*, &c.] Hæc causa furoris. Delicatæ sunt Regum aures, nec sustinent moneri & coargui. Mirus stupor & excæcatio, quum effectum vaticinii videret, &c [i]. ¶ *Et loquetur* (vel, *alloquetur*, JT.) *os ejus* (*ore suo*, Pi.) *cum ore illius*, &c.] Ità Mo. P. Pi. sic Jun. &c. vel, *eum in os*, JT. i. e. Alloquetur eum coràm, ac videbit. H [s] [k]. *Et coràm eum eo colloquetur*, Strig. *Eúmque præsens præsentem & ore alloquetur*, Ca.

5. *Donec visitem* (vel, *curem*, Ca.) *eum*] Sic JT. Pi. sim. Mo. M. P. Ti. &c. i. e. Donec tollam animam ejus ab eo, & moriatur [l]; ut Num. 16.29 [m]. Mallem tempus gratiæ & aliquam levationem hîc promitti, nisi fortè species mortis beneficii loco habeatur, quia gladio non interiit. Fortè Nabuchod. eum tandem clementiùs tractavit, ut conjicitur ex sepultura ejus, quæ honorifica erat, & cum luctu, ut videbimus [n]. Al. *Donec visitem* (i.e. ex captivitate reducam) *eum*; non Sedeciam, sed populum; ut caput hîc pro corpore accipiatur, ut Act. 9.4 [o].

7. *Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth*] Vicus hic erat expositus libidini hostium, in tribu Benjamin, quæ deserta erat ab indigenis, ut ridicula esset hæc emptio, &c [p]. At Hanameel erat Levita [q], quomodo & Jeremias [r]; unde non licuisset, vel illi, agrum arabilem possidere †, Num. 18.20 [t]. vel huic, emere [v]. Resp. 1. Deus jussit eum emere, &c [x]. Non placet, quia sequitur, *Tibi competit*, &c [y]. 2. Omnino habebant Levitæ aliquos agros, sed exiguos, nec nisi suburbanos, circum urbes sibi proprias, quibus uti poterant vel ad hortos & pomaria & vineta, vel ad pascua pecorum [z]. Hic ager

[m] Ang. [o] G. [p] Ang. [q] Pi. [r] Calv. † Pi. [t] G. sim. Jun. [v] Plerique in Ang. [x] G. Ang. [y] Ang. [z] G. sic Ang. [a] Calv. [b] G. Plerique in Ang. Jun. [c] Ang. [d] G. Ang. [e] Calv. [f] Ang. [g] Calv. [h] G. ex Jun. [i] G. [k] Jun. [l] G. ex Ch. [m] Jun. [n] G. ex Jun. [o] G. [p] V. [q] Calv. [r] V. Calv. sim. G. ex Ch. † BA. 2. 2. 10. 201. sim. Me. T. [t] T. ex Me. [v] G. [x] V. sim. Calv. [y] T. Me. &c. [z] Mar. [a] Q. in G. [b] Ang. [c] G. [d] D. * G. [f] T. [g] Me. T. [h] Buxt. vind. 2. 11. 799. [i] G. [k] Ang. [l] Calv. [m] V. [n] Calv. [o] Me. T. [p] G. [q] Ang.

[r] V. † M. [t] G. † Idem. [v] Calov. [x] V. [y] M. [a] Calv. [a] Ang. [b] G. [c] G. [d] Calv. † Calv. * Q. in V. [f] G. [g] G. sim. Calv. Ang. [h] Calv. [i] Calv. [k] V. [l] V. sim. M. ex K. G. Ang. [m] Ang. [n] Calv. [o] Me. [p] Calv. [q] V. sim. Calv. Me. Ang. &c. [r] V. † V. sim. E. T. [t] T. [v] V. [x] Q. in E. [y] E. [z] T.

ager non fuit arabilis, tales enim Levitis possidere non licebat, nè sic distraherentur à Divinis [a]; sed erat prædium urbanum, id est, ædificium in urbe cum horto olitorio satis amplo [b]: erat hortus suburbanus [c], vel pratum horto simile; ut docet vilitas pretii [d]. Sed obstat Levit. 25. 34. quæ talia prædia omnino negat posse vendi *. Resp. Non ibi vetantur vendi propinquis, sed solis extraneis, & alteri Tribui, vel familiæ [f]. 3. Potiùs sumendum de prædio aliquo quod ab avia aut proavia communi venerat. Nam mulieres, si fratres non haberent, hæredes erant parentum: & si propinquus eas ducere nollet, nubebant aliis [g]. ¶ *Tibi enim*, &c. כִּי לְךָ מִשְׁפַּט הַגְּאֻלָּה לִקְנוֹת] *Quia*, vel *Nam*, *tuum* (vel, *tibi*, Ch. Calv. V. sub. *est*,) JT. Pi. &c. vel, *competit*, V. sic Ch.) *jus* (vel, *jure*, P. V.) *redemptionis* (vel, *affinitatis*, sive *cognationis*, Calv. vel, *ejus propinquitatis*, V.) *ut emas*, M. P. &c. *Nam tu habes jus redimendi & emendi*, Ti. nempe, si ego sine liberis decederem *. Sensus est, Si alii vendidissem, tibi esset jus redimendi, ex lege Lev. 25. 25 [h]. nè ad aliam transferretur tribum: quantò magis teneris emere eum [i]? quare, ad evitandum hunc circuitum, tibi ante alios agrum hunc venalem offero [k].

8. *Intellexi autem* (vel, *Tunc cognovi*, P. V. sic Pi.) *quòd verbum Domini esset*] h. e. Quòd ille missus esset à Domino. Hebraismus [l]. Deus mihi revelavit, hæc Deo dirigente fieri, ut meo exemplo populus de reditu certam conciperet fiduciam, videns à me agrum emi qui ab hoste teneretur. Florus, l. 2. c. 6. *Parva res dictu, sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax, quòd, illis ipsis quibus obsidebatur diebus, ager quem Annibal castris insederat venalis Romæ fuit, hastæque subjectus invenit emptorem* [m]. Non dubitavit Propheta de veritate oraculi; effectus autem & notitia hæc experimentalis confirmavit fidem, tum suam, tum aliorum, eràtque quasi obsignatio visionis: nec quicquam indè decedit de fide, sed potiùs remedium hoc est & solatium humanæ infirmitatis [n].

9. *Septem*, &c. שִׁבְעָה שְׁקָלִים וַעֲשָׂרָה הַכָּסֶף] *Septem siclos*, (vel, *stateres*, Vulg. Stater idem qui siclus [o]. Vel, *minas*, G. ex Ch. Ergò שֶׁקֶל cùm præponitur nummis argenteis aliud significat quàm cùm ponitur per se [p].) *& decem argenteos*, Calv. P. V. sub. *nummos*, V. h. e. medium sicli. Siclus autem sacer hìc intelligitur, (quia Levita à Levita emebat, ad quos sacri sicli pertinebant.) Constabat viginti obolis, ut liquet ex Exod. 30. 13. Levit. 27. 25. Num. 3. 47. quanquam nonnulli 40 obolos valuisse scribunt [q]. Al. *septendecim* (vel, nempe *septendecim*, Ang.) *siclos argenti*, JT. Pi. Ang. Mos est Hebræorum, minorem numerum majori præponere [r], ut Gen. 5. 3, 6, &c. & *argentum* sæpe ponitur pro siclis argenti, ut Jud. 17. 2. 2 Sam. 18. 11†. Sed quomodo tam exiguo pretio emi potuit ager? Resp. 1. Quia, imminente captivitate, agri quasi pro derelictis habebantur [t], & pauci emptores erant [v]. 2. Potuit parvus esse agellus & sterilis [x]. 3. Fortè hæc tantùm pars pretii erat [y].

10. *Et* (vel, *Idque*, Ca. vel, *Hæc*, Ti. vel, *Et* hoc, Pi.) *scripsi in libro*] Ità M. P. Mo. &c. vel, *literis*, JT. Pi. vel, *scheda*, Ca. סֵפֶר hìc vocat instrumentum & tabulas venditionis [z]. Sensus, Feci instrumentum emptionis & venditionis [a]. Curavi id scribendum in charta [b], vel in schedis [c], vel instrumento publico [d]. Fuerunt autem factæ duæ schedæ, una sigillo clausa, & alia aperta, h. e. *copia originalis*, ut notariorum nostrorum utar vocabulis *. Primùm, conscribebatur instrumentum in quo exprimebatur pretium rei venditæ. Dein, testes contractûs adhibebantur, qui instrumento nomina sua adhibebant. Tertio loco, instrumentum obsignabatur publico annulo. Postremò, pecunia numerabatur & appendebatur. In contractu autem venditionis duo fiebant instrumenta: quorum alterum annulo publico obsignabatur, quo carebat alterum; unde minus authoritatis & fidei habebat. Nam si quando emptor ob rem emptam vocabatur in jus, obsignato instrumento locus erat apud judices, non aperto illi & resignato. Præcipui ergò instrumenti primo loco hìc fit mentio, dein alterius, idque in fine seq. versûs. Hoc secundum vocant *copiam*, aut *duplum* [f]. Illo tempore in omnibus contractibus non adhibebantur tabelliones, sed emptor duo instrumenta eodem ferè exemplo scribebat: alterum signabat sigillo suo; alterum patens ostendebat testibus, ut in eo scriberent nomina sua, & scirent de quo inter quos convenisset. Nomina scribebantur in aversa parte utriusque instrumenti, nè opus esset alterum resignare. Dixi, *eodem ferè exemplo*; nam quædam erant in signato instrumento quæ nolebant testibus nota esse, nimirum conditiones & tempus redemptionis, ut caverent insidias הַגּוֹאֲלִים. RS. perperàm ista refert ad consuetudinem hodiernam. Mos antiquissimus fuit apud omnes gentes, etiam Romanos, ut in obligationibus ex consensu testibus tantùm res transigerentur, non publicis actibus. Quin & Romani vetustiores signatis tabulis testamenti testes adhibebant, quibus nomen hæredis ignoratum, nè illi insidiæ struerentur. At quemadmodum erant & sunt contractus ex literis; sic verisimile est in illis adhibitos fuisse tabelliones publicos, in quibus fortasse is de quo Psal. 45. 2. nam de eo agitur qui notis excipit. Is Græcis ταχυγράφος, Latinis, Notarius. Hæc Scaliger Elench. trihæres [g]. Tres fuisse distinctas literas patet ex v. 14. ubi סֵפֶר הֶחָתוּם à הַמִּקְנָה distinguitur. Tres [Jeremias] accepit literas: primas, in quibus conditio rei emendæ & emptionis modus descripta essent: alteras, in quibus emptio & venditio ipsi facta essent obsignata: tertias, publicas, quæ ratihabitionem continerent [h]. ¶ *Et signavi*] Sub. *illas*, Pi. Clausum obsignavi annulo: Idem fecerunt testes [i]. ¶ *Adhibui*, &c. וָאָעֵד עֵדִים] *Et adhibui* (vel, *testificari feci*, P. *attestatus sum*, V.) *testes*, P. JT. Pi. V. ¶ *Et appendi*, &c.] Ut appareret perfectam fuisse solutionem, ac sic jus agri transiisse [k].

11. *Et* (vel, *Posthæc*, P. *Deinde*, JT. Pi.) *accepi librum possessionis*, &c. אֶת סֵפֶר הַמִּקְנָה אֶת הֶחָתוּם הַמִּצְוָה וְהַחֻקִּים וְאֶת הַגָּלוּי] *Librum* (vel, *literas*, Pi. *instrumentum*, G.) *emptionis* (sub. *illius*, P.) *signatum*, sive *obsignatum*, Mo. P. M. &c. (vel, *& obsignatum*, Di. tum *obsignatas*, Pi. sic Ca.) *præcepti*, *& jurium*, sive *statutorum*, Mo. Di. JT. (vel, secundùm *præceptum*, sive *leges*, & *ritus*, sive *mores*, M. Ti. G. sic P. simil. Calv. sub. *legis*, P. M. vel, *more modóque usitato*, Strig. ad verb. *præcepti*, & *consuetudinum*, id est, in quo cum re empta & ejus pretio scribebantur leges illæ quæ ad redemptionem fundorum pertinent, quarum mentio fit Levit. 25. 23, &c. sive in quo describebatur Lex Dei de emendo & vendendo, & conditiones emptionis & venditionis [l]:) *&* (vel, *tum*, JT. Pi. Ca. sub. *librum*, vel *schedam*, M. P.) *patentem*, vel *apertum*, sive *apertam*, sive *patentes*, sive *publicas*, Mo. P. M. Calv. JT. Pi. G. Di. supple, *alterum*, quod erat ἴσον, *pariculum* [m], sive exemplum illius signati, ut apparet infrà 14 [n]. Vulgò vocant *copiam* [o]. Al. *simúlque descriptum*, Ti. *& exemplum ejusdem libelli apertum*, Strig. מִקְנָה *rem emptam* sign. Gen. 17. 12, 13. & 23. 18. &c. item, *pretium emptionis*, Levit. 25. 16. Ergò סֵפֶר הַמִּקְנָה videtur esse liber descriptionem rei emptæ & pretium continens. Quid autem הַמִּצְוָה וְהַחֻקִּים, *mandatum & statuta*, quæ literis obsignatis tribuuntur? Puto intelligi legem quâ proximo consanguineo imperabatur redemptio: quæ lex, applicata Jeremiæ, conscribi & obsignari debuit, ut constaret, post reditum ex captivitate, eum non tantùm agrum hunc emisse, sed & emere debuisse ex lege redemptionis [p]. [Vide ad v. 10.] Non dubito quin vaticinium hoc scripserit in his duplicibus tabulis, quarum alteræ apertæ erant, ut haberent præsentem usum, ut fideles tunc viventes & alacriùs in exsilium pergerent, & pœnam patienter ferrent; alteræ obsignatæ, ut post 70 annos sperarent Deum liberatorem fore, &c [q].

12. *Dedi—Baruch*] Discipulorum suorum præcipuo [r]. ¶ *In oculis testium qui*, &c. הַכֹּתְבִים וגו׳ הַיּוֹשְׁבִים וגו׳] *Qui scripti erant* (vel, *scribentium*, Mo. *qui scripserant*, id est, adscripserant, sive subscripserant, sua nomina, vel sigilla†: *qui se subscripserant*, M. *qui subscripserant literis*, JT. Pi. sim. Ca.) *in libro emptionis* (i. e. quorum nomina perscripta erant in tergo instrumenti [t];) *coram oculis—Judæorum qui sedebant*, &c. Calv. sic M. Pi. vel, *assidebant*, &c. Ti. *residebant*, JT. *manebant*, P. sim. Mo. *degebant*, Ca. Eorum scilicet qui ad videndum aut audiendum Jeremiam eò venerant [v]. Hinc constat veram hanc fuisse historiam, non nudam visionem [x].

[a] E. sim. Calv. [b] V. [c] Hi. in G. [d] Calv. * G. [f] T. [g] G. * G. ad v. 8. [h] G. sim. V. M. [i] V. ex M. [k] G. [l] V. [m] G. [n] Calv. [o] Mo. sim. Ang. [p] G. [q] V. [r] Ang. Mo. † Ang. [t] T. [v] Mo. [x] Mo. sic T. [y] Mo. [z] Calv. [a] G. [b] V. [c] M. ex Ch. [d] M. V. * M. [f] V.

[g] Ga. [h] Di. ad v. 11. [i] G. [k] G. [l] V. [m] G. [n] G. ex Hi. sim. Pi. [o] V. [p] Di. [q] Calv. [r] G. † V. [t] G. [v] G. sim. Ang. [x] Calv.

14. *Pone*

14. *Pone illos in vase fictili*, &c.] Nè, vel foris positi, paterent rapinæ; vel humo conditi, humore terræ solverentur[y]. Ut hoc liberationis pignus salvum maneret & integrum, donec Deus populum suum liberaret[z].

16. *Et oravi*, &c.] Fatetur se fuisse perplexum in visione: unde apparet, non fuisse omni ex parte semper Prophetis patefactum Dei consilium, sed tantùm quatenus expediebat, & Doctoris munus ferebat. Sciebat Jeremias, certissimum esse quod ipsi in visione ostensum fuit: sed quid hoc sibi vellet, & quomodo hoc peragendum erat, mysterium id erat incomprehensibile: & hinc admiratio ejus ex ignorantia profecta; & hinc anxietas, in qua ad preces confugit, &c[a].

17. *Tu fecisti cœlum*, &c.] Sed precatio hæc erratica videtur & aliena. Minimè veró. Extollit enim potentiam Dei, quò seipsum contineat sub modestia & humilitate, neque audeat obstrepere Deo de operibus ejus. Sic ergò præfatur, q.d. Domine, non est meum rixari tecum, vel, te ad rationem reddendam cogere[b]. ¶ *Non*, &c. [לֹא יִפָּלֵא מִמְּךָ וגו'] *Non mirificabitur à te omne verbum*, Mo. *Nec est absconditum* (vel, *mirabile*, Calv.) *à te quicquam*, P. sim. M. JT. Calv. q. d. Nihil te latet. Ità commendat sapientiam Dei[c]. Vel potest hoc ad potentiam Dei referri[d]. *Nihil est tibi difficile*, Ti. sim. Ca. vel, *impossibile*, Strig. Pi. Heb. *Non est mirabile præ te*, &c. i.e. mirabilius quàm ut tu effectum dare possis. Verbum hoc redditur per ἀδυνατεῖν, tum à o'. ad Genes. 18. 14. tum Luc. 1. 37. [מִן] in hac phrasi est nota comparationis[*]. *Absconditum*, vel *mirabile*, i. e. difficile: nam quæ impossibilia videntur nobis sunt admirationi. τὸ *scire* in S. S. sæpe valet, posse efficere, ut Esa. 7. 16. & 8. 4. Jer. 6. 15. & 8. 12. &c[f].

18. *Qui facis misericordiam*, &c.] Ex Decalogo[s] hoc desumit.] Hoc alterum frænum quo se compescit, nè de operibus Dei judicium ferat; q.d. Tu es justus mundi judex, &c[†]. ¶ *Et reddis*, &c.] Aderat etiam hoc mysterium, utpote à Mose scriptum: & ità se ad humilitatem & modestiam format[b].

19. *Magnus consilio*] Ità Mo. P. &c. i. e. sapientiâ[i]. ¶ *Et*, &c. [וְרַב הָעֲלִילִיָּה] *Et multus*, vel *magnus*, vel *amplus*, (vel, *excellens*, Calv. *magnificus*, M.) *adinventione*, Mo. vel, *naturâ*, Ca. vel, *opere*, sive *actione*, P. M. Ti. JT. Pi. Calv. G. ex o'. & Ch. quo consilia perficere soles[k]. ¶ *Ut reddas——secundùm fructum adinventionum ejus*] Qui non opera tantùm, sed & cogitata, judicas ac repensas[l].

20. *Posuisti signa——usque ad diem hanc*] Celebrata scilicet[m], vel memoranda[n]. ¶ *Et* (vel, *tum*, JT. Pi. Ca. sic Strig.) *in Israel*, (vel, *apud Israelitas*, Ca.) *&* (vel, *tum*, JT. Pi. sic Strig.) *in hominibus*] Ità M. Ti. sub. *reliquis*, JT. V. sim. Ca. Pi. Ang. Ellipsis qualis 2 Par. 32. 22. Job. 8. 12. Esa. 26. 13[o]. A redemptione populi Dei, mentem suam extendit in omnes mundi partes; & quòcunque se vertit, illic reputat & miratur documenta potentiæ Dei[p]. Al. Posterius *&* hîc abundat, more Hebræo. q.d. Illis factis ingens tibi nomen comparâsti, non apud Israelem tantùm, sed etiam apud populos extraneos[q]. ¶ *Nomen sicut*, &c.] Nomen quale est etiam hodie[r]: quale hoc tempore te habere apparet[†].

22. *Dedisti eis terram*, &c.] Ex gratuito fœdere, non ob illorum merita, &c[t].

23. *Omnia quæ mandâsti*, &c.] i.e. Omnes Leges tuas proculcârunt[v]. Ex contemptu peccârunt; ut ille dixit, Athenienses scire quid rectum esset, nolle autem facere, &c[x]. ¶ *Et*, &c. [וַתַּקְרֵא אֹתָם וגו'] *Et* (vel, *Propterea*, P. sim. M. Calv.) *evenire fecisti eis omne malum hoc*, Mo. P. &c. vel, *totam afflictionem hanc*, JT. Pi. q. d. Hæc non sunt fortuita, sed merces scelerum, &c[y].

24. *Ecce*, &c. [הִנֵּה הַסֹּלְלוֹת בָּאוּ הָעִיר וגו'] *Ecce tormenta* (vel, *munitiones*, M. vel, *balistæ*, sive *catapultæ*, V. Calv. sive *arietes*, quia hîc oppugnationis fit mentio[z]. Significat tormenta illa quibus jaculabantur saxa ingentia ad dejicienda urbis mœnia[a]. Vel, *aggeres*, Ti. Ca. G. ex Ch. *obsidionales* scilicet[b]; vel, *aggesta moles*, JT. vel, *arietibus*, P.) *venerunt* (vel, *ingressi sunt*, vel *accesserunt*, P. M. vel, *admoventur*, Ca. simil. V.) *civitatem*, &c. Mo. P. vel, ad *urbem*, Calv. sic JT. ad murum *urbis*, V. Al. *Ecce aggestas moles*, (quas Chaldæi excitârunt[c],) *venerunt* (nempe Chaldæi[d]) ad *civitatem*, *ad capiendum eam*, Pi. sim. Ang. ¶ *Urbs data est*, &c.] Defendi nequit[*]. Ostendisti mihi te nihil opis adferre urbi velle[f]. ¶ *A facie* (id est, vel metu[†], vel vi[g],) *gladii, & famis*, &c.] q. d. Capietur urbs à Chaldæis, sed fame & peste priùs afflicta[†]. ¶ *Et*, &c. [וַאֲשֶׁר דִּבַּרְתָּ הָיָה] *Et quod loquutus*, vel *proloquutus, es* (vel, *prædixeras*, Sy. sic Ca.) *fuit*, Mo. P. vel, *evenit*, M. Sy. *fit*, JT. sim. Ch. *fiet*, Pi. ¶ *Ut tu*, &c.] Hebr. *Et, ecce, tu vides*, Calv. Pi. &c. sub. *hoc*, Pi. Potest referri vel ad præcedentem versum, vel ad sequentem, quia hæc inter se pugnare videntur, ut Propheta agrum emat Dei jussu, & interea Deus non ignoret terram hostibus, & populum exsilio, devoveri[h].

27. *Deus universæ carnis*] Id est, omnium hominum[i]. ¶ *Numquid mihi difficile*, &c?] Vide ad v. 17[k]. Mene latebit quicquam[l]? Mihíne quicquam difficile[m]? Hinc hominum anxietas, quia subsistunt in obstaculis, quæ Deus facilè superat[n].

29. *Et venient*, &c.] Rectiùs, *intrabunt*, G. vel, *ingredientur*, M. Pi. &c. urbem scil. impetu facto[o]. ¶ *In quarum domatibus*, &c.] Vel, *tectis*, M. In tectis planis, sive solariis, quæ erant vice excelsorum. Causas reddit cur urbem passus sit exscindi. Vide suprà 19. 13[p]. Duæ sunt responsi Dei partes, eæque oppositæ: 1. respicit hypocritas, quibus vindictam proponit, &c. 2. electos exsules, quibus se propitium fore prædicit[q].

30. *Erant enim—filii Juda jugiter*, &c. [אַךְ עֹשִׂים וגו'] *Profectò* (vel, *tantummodo*, V. Calv. JT. Pi. Ang. &c.) *facientes* (Hæc locutio notat continuum actum[r].) *malum*, &c. Mo. *Nam nihil aliud fecerunt quàm malum*, &c. Ti. sim. Ca. Nihil aliud illis propositum erat; applicârunt omnia sua studia ad me provocandum, &c[†]. ¶ *Ab adolescentia sua*] i.e. Ex quo in deserto erant[r], ubi populus quasi recens natus fuit[v]. ¶ *Usque nunc exacerbant*, &c.] q.d. Nè nunc quidem desinunt idolis servire[x]. [אַךְ וגו'] *Tantummodo*, JT. &c.

31. *Quia in*, &c. [כִּי עַל אַפִּי וגו'] *Quia super naso meo & super ira mea fuit mihi civitas hæc*, Mo. *Quia in furore meo & in ira mea*, &c. P. i. e. Ira mea fuit adversùm urbem istam[y]. *Quia in iram meam——incumbit*, JT. Pi. Heb. *incumbit mihi*. Pleonasmus[z]. Vel, *fuit mihi*, i. e. huic unicè operam dedit, ut me irritaret[†]. Urbs ista provocavit me ad iram[a]. *Urbs hæc facta est mihi* suscitabulum *iræ & furoris*, G. *Quin & irritamento fuit mihi urbs ista*, Ca. *Et ob id in iram meam & in furorem meum redacta est mihi civitas ista*, M. *Quia ad iram meam——fuit mihi*, &c. nempe destinata. Sed malim *iram* passivè sumere, quòd scilicet Jerusalem ità devota fuerit huic amentiæ, ut non desineret iram Dei accendere magis & magis, &c. ut ex fine versûs colligere licet[b]. ¶ *A die quâ ædificaverunt eam*, &c.] Nam Salomon urbis structuram perfecit: idem primus Regum ad idola se vertit[c]. ¶ *Quâ*, &c. [לַהֲסִירָהּ וגו'] *Ut auferam*, vel *tollam*, (vel, jure *tollam*, Ti. vel, *amoveam*, JT. vel, *amovere cogar*, Pi. vel, *auferre faciam*, P. vel, *usque ad tollendum*, Calv.) *eam à facie mea*, M. V. Ca. &c. q.d. Maturum tempus est quo ultio de illis sumatur[d].

32. *Prophetæ eorum*] Quos ipsi pro Prophetis habent[*]. Discamus hinc manere firmi, etiamsi sacerdotes & prophetæ sint apostatæ, &c[f].

33. *Verterunt*, &c.] i. e. Deseruerunt me. Vide Jer. 2. 27[h]. ¶ *Cùm*, &c. [וְלַמֵּד וגו'] *Et docendo eos manè surgendo, & docendo, & non ipsi audientes*, &c. Mo. *Et quum docerem——non audiebant*, &c. P. vel, *non paruerunt*, &c. Ti. *Ac cùm docerentur, & vigilanter docerentur, non obtemperârunt*, &c. Ca. *Et quanquam doceo eos*, &c. Pi. Angl. *Et docenti eos indè à diluculo*, &c. JT. *Cùm docerem eos diluculò*, &c. G. ex Vulg. i.e. summâ assiduitate, ut suprà 29. 19[i].

34. *In qua invocatum est nomen meum*] i. e. Quæ dicebatur mea, sive de nomine meo, & mihi consecrata erat[k]. In Templo, quod vocatur *domus Domini*, 2 Reg. c. 21. v. 4, 5[l].

35. *Ut*, &c. [לְהַעֲבִיר וגו'] *Ut traducerent*, M. Ti. &c. sub. *per ignem*, M. V. Plena locutio est 2 Reg. c. 21. v. 6. Ezec. 20. 31[*]. Quæ species erat lustrationis[m]. Alii tamen, ex zelo eximio, eos comburebant[n]. Vide dicta ad Deut. 18. 10[o]. Hæc initiandi ratio erat: Exstruebantur

bantur duæ pyræ, & initiandus nudis pedibus eas pertransibat [p]. ¶ *Nec ascendit in cor meum*, &c.] i. e. Nè cogitavi quidem ut id præciperem eis, &c[q]. Ità præcîdit Deus superstitiosis ansam bonæ intentionis, &c. & perstringit cultus excogitatos, &c [r].

36. *Et*, &c. ועתה לכן וגו׳] *Et nunc* (vel, *Nunc autem*, P. *Nunc, inquam*, JT. *Nunc igitur*, Pi. sic Strig. *Attamen nunc jam*, G. sim. Angl.) *propterea* (vel, *idcirco*, JT. Pi. vel, *propter ista*, M. Vulg. nè desperetis, quasi prorsus exscindendi *; nè fortè, considerata peccatorum istorum magnitudine, putetis vos perituros †. Vel, *his rebus permotus*, Strig. vel, *nihilominus*, Angl. Mar. Me. q. d. non obstante summâ vestrâ impietate & pervicaciâ †,) *sic dixit*, vel *dicit*, *Dominus*, &c. Mo. Calv. &c. Ut videas nihil mihi esse impossibile, ex collat. v. 27, 28 [t]. Nè desperent [v]. ¶ *Ad civitatem*, &c. ità Mo. P. אל וגו׳] *De urbe hac*, Calv. sic M. JT. &c. quod attinet *ad civitatem*, &c. Pi. ¶ *De qua vos dicitis*, &c.] Vos Judæi. Nam licèt illi omnes initio minas contempserint & subsannaverint; tamen, ubi ad extrema ventum est, prolapsi sunt, ut solent reprobi, ad aliud extremum; obstupescebant, & spem omnem reditûs abjiciebant, & Deum vanum in promissis suis putabant [x].

37. *Habitare eos faciam confidenter*] Vel, *securè*, ut suprà 23. 6 [y]. in magna fiducia, & absque metu [z].

39. *Et dabo eis cor unum*, (i. e. concordiam [a],) *& viam unam*, &c.] i. e. Rationem me colendi unam †. Faciam ut concorditer unam Religionem profiteantur [b]; ut idem sapiant, & dicant [c]; ut idem velint, & perficiant, sive exsequantur. Hinc sumptum puto illud Phil. 2. 13. *Deus dat nobis velle & perficere*, &c. Hinc discimus & necessitatem & efficaciam gratiæ Dei. Consensum hîc promittit, sed talem, ut omnes Deo simul obediant, & novum cor habeant: alioqui sæpe conspirant homines inter se in malum [d]. Eos efficiam, vel unanimes, vel omnes cordis novitate pares. Vide Ezec. 11. 19. & 36. 26, 27 *.

40. *Pactum sempiternum*] Evangelium, quod nunquam abrogabitur, sicut abrogatum est pactum Mosaicum [f]. Hæc & similia arguunt hæc propriè intelligenda de Judæis ad Christum conversis, &c [g]. ¶ *Et non*, &c. אשר לא אשוב מאחריהם להיטיבי אותם] *Quòd*, vel, *Quia*, Mo. P. vel, Nempe, *quòd*. אשר hîc est vel expletiva, vel exegetica, particula [h].) *non revertar*, vel *retrocedam*, M. P. Mo. sim. Ti. V. (vel, *avertam me*, JT. sim. Pi. vel, *discedam*, Calv.) *ab eis*, Ti. Calv. M. Pi. ad verb. *de post ipsos*, Calv. vel, *à prosequendis ipsis*, JT. q. d. Perpetuo favore eos prosequar [i]. Vel, *à tergo eorum*, P. Calv. Comparat se pædagogo, qui sequitur pueros sibi commissos, ut observet omnium gestus, verba, &c. confer Esa. 30. 21 †.) *benefaciendo eis*, Pi. JT. vel, *ut* (vel, *quò minùs*, Ti. V.) *benefaciam eis*, P. Calv. sim. Mo. vel, aut desistam *benefacere eis*, M. Non desinam amore prosequi illos, benefaciendo illis [k]. ¶ *Et timorem meum* (i. e. mei; ut, *timor tuus*, i. e. tui, Psf. 5. 8 [l].) *dabo in corde eorum*, *ut*, &c. לבלתי סור מעלי וגו׳] *Pro non recedere desuper me*, Mo. *Ut non* (vel, *nè unquam*, Strig.) *recedant*, vel *discedant*, (vel, *declinent*, M. *deficiant*, Ti.) *à me*, P. JT. Calv. &c. Sensus est, Pluribus beneficiis reverentiam mei in animis eorum excitabo. Ità locus hic interpres est ejus Jer. 31. 33 [m]. Al. Judæi semel conversi ad Christum nunquam deficient [n]. Nota hîc, tum conversionem, tum perseverantiam, esse dona solius Dei, & opera Spiritûs Sancti, & utramque hîc à Deo promitti [o].

41. *Et lætabor super eis*, &c.] Jucundum mihi erit, eis benefacere [p]. Deus non delectatur in pœnis, sed in beneficiis largiendis [q]. Antea lætatus est de pœnis eorum, (quia, ut rectum est ipsius judicium, ità etiam ipsum oblectat;) nunc, de beneficiis, &c [r]. ¶ *Et plantabo eos* (nempe, in perpetuum, pro natura fœderis *,) *in terra ista in veritate*] Sic Calv. &c. vel, *fideliter*, Pi. Calv. Heb. *cum fide*, Pi. vel, *in terra hac firma*, G. ità ut populus nunquam aliò transferatur. *Veritas* hîc notat stabile aliquid & perpetuum †. ¶ *In toto corde meo*, &c.] i. e. Ex animo, ex intimo affectu *; nullo remanente veterum offensionum vestigio, aut memoriâ [t]. Vel, per *totum cor*, &c. constantiam intelligit, quæ semper habebit effectum suum, usque dum fideles ad vitam æternam perveniant [v]. Vel, hæc verba connectenda sunt cum initio versûs, hoc modo, *Et lætabor super eis in toto corde meo*, &c [x]. In expositione hujus & similium locorum, Judæi subsistunt in liberatione Babylonica: Christiani, eâ missâ, ad Christum referunt. Sed Prophetæ utrumque conjungunt: à reditu populi incipiunt; ità tamen, ut cognoscant fideles reditum illum fuisse tenuem duntaxat gustum gratiæ quæ in Christo exspectanda erat [y].

43. *Et*, (vel, *Tunc*, JT. Pi. G.) *possidebuntur* (vel, *ementur*, Ch. G.) *agri*, &c.] Confirmat hîc vaticinium, eique hoc signum annectit, & visionem Prophetæ oblatam accommodat [z].

44. *Agri ementur*, —*&*, &c. וכתוב וגו׳] *Et* (vel, *idque*, Pi.) *scribere* (vel, *scribendo*, Pi. Calv. Angl. sic JT. *scribent*, P. *scribendo* scribent, Angl. nempe contractum emptionis [a]: vel, *annotabunt*, M.) *in libro*, Mo. &c. i. e. in instrumento [b]. ¶ *Et*, &c. וחתום וגו׳] *Et signare*, &c. Mo. vel, *signabunt*, M. *obsignando*, JT. Pi. Adjecto sigillo diligenter claudent instrumentum illud. Vide suprà v. 10. Verba hîc sunt modi infinitivi; quæ per plur. exponenda sunt ex voce præced. *ement* [c]. ¶ *In circuitu Jerusalem*, &c.] Describit omnes Judææ partes [d].

CAP. XXXIII.

1. SEcundò] Sæpe aliàs multa ei Deus patefecerat: sed hoc ei alterum contingit in palatino carcere [a]. Vide quem honorem habet Deus Jeremiæ; quum deseruit Templum, dignatur ingredi in carcerem, &c. ostendens, unum Jeremiam pluris esse quàm omnes Judæos. Doctrinam hanc iterat Deus, tum ut impios Judæos inexcusabiles reddat, tum nè fideles deficerent, &c. Pergit ipsos solari qui eum persequebantur, & levationem eis promittere in malis [b].

2. *Hæc dicit Dominus qui*, &c. עושה וגו׳ יוצר אותה] *Qui facit* (vel, *fecit*, Ch. Sy. M. Ti. vel, *creat*, Calv. vel, *facturus est*, i. e. magnificaturus & amplificaturus [c]: vel, *faciens*, Mo. *facturus*, JT.) *eam*, vel *ipsam*, P. Calv. M. Mo. (nempe Jerosolymam [d], de qua antè est locutus *, Jer. 32. 44 †. quæ hîc non sine emphasi reticetur, posito pro ea relativo, ut Psal. 87. 1. Potest autem hoc intelligi vel, 1. de tempore præterito; q. d. qui ab initio condidit Jerof. ideòque fieri non potest ut urbs illa intereat, quia Deus vesit ipsam perpetuò manere: vel, 2. de futuro; q. d. qui statuit ipsam rursus ac de integro creare & formare, nemo igitur opus ejus impediet [f]. Al. *te*, Sy. Al. *hoc*, vel *istud*, Ti. JT. Pi. sic Ch. Vulg. &c. quod scilicet promisit [g], vel, promissurus est [h];) *formans*, vel, *qui format*, *illam*, Mo. P. &c. vel, *hoc*, sive *istud*, Ti. JT. &c. Sensus, Dominus est qui urbem collapsam reparabit & magnificabit [i]. [Alii hæc cum verbo sequente sic reddunt;] *Ejus autor*, *ejus formator atque compositor*; nempe Sionis [k]. *Qui talia agit*, *molitur*, *& ad exitum perducit*, Strig. ¶ *Et*, &c. להכינה] *Ut stabiliat* (vel, *præpararet*, M. Ti. *disponat*, V.) *illam*, P. M. &c. sim. Mo. vel, *hoc*, Ti. &c. ¶ *Dominus nomen ejus*] *Jehovah*, h. e. qui reipsa præstat quod verbis promittit. Sic Exod. 3. 14, 15 [l]. Convertit oculos eorum ad immensam Dei potentiam, &c [m].

3. *Clama ad me, & exaudiam te*] Alloquitur vel, 1. populum Dei [n]. *Clama*, nempe ad impetrandum reditum è captivitate [o]. Vult Deus ut ipsum totis viribus rogetis pro tanto beneficio. Sic enim, neque aliâ viâ, decreverit perficere quæ hâc lege promisit [p]. Vel, 2. Jeremiam [q]: non tamen tam Prophetæ causâ, quàm aliorum, ut Deus pios omnes excitet ad precandum, &c [r]. ¶ *Et annunciabo tibi grandia, & firma*, &c. ובצרות וגו׳] *Et recondita* (vel, *abstrusa*, JT. Pi. *fortia*, Sy. P. Ti. *ardua & difficilia*, Q. in V. ad verb. *munita*, Mo. V.) *non cognovisti ea*, Mo. vel, *quæ non nôsti*, P. sic M. Ti. &c. Si me ores, multa futura & certa tibi dicam †. Sed cur res incognitas vocat, de quibus vaticinatus erat? Resp. Quòd omnes Dei promissiones quasi evanuerant, & sanctus vir, cùm videret sic repudiari Dei gratiam, turbatus

[p] V. [q] V. [r] Calv. * T. † Mo. † Ang. [t] Pi. [v] V. [x] Calv. [y] G. [z] V. [a] Pi. † Idem. [b] G. [c] Mar. [d] Calv. * Ang. [f] Me. sim. Calv. [g] T. sim. Calv. [h] Calv. [i] Calv. † Calv. [k] V. [l] Ang. [m] G. [n] Ang. [o] Calv. [p] Me. sic T. [q] L. [r] Calv. * Calv. † Calv. * T. [t] T. ex Hi. Me. [v] Calv. [x] G. [y] Calv. [z] G. [a] V. [b] G. ex V. [c] V. [d] G. sim. Calv. [a] G. [b] Calv. [c] V. [d] Calv. * Mar. M. † Mar. sim. Ang. † Ang. [f] Calv. [g] Me. sim. T. [h] Pi. [i] M. [k] Ca. [l] Pi. [m] Calv. [n] Q. in Ang. Pi. &c. [o] Ms. [p] T. [q] Calv. Pi. Ang. [r] Calv. † G.

batus erat animo, & putare possit actum esse de populo. Videmus ergò sæpe nobis recondita esse quæ Deus sæpius patefecerit; quia, vel non statim penetrant in animos nostros; vel, extinguitur eorum memoria, neque viget in nobis fides; vel, objectis scandalis turbamur. Quæ sunt hæc recondita, exprimit verbis sequentibus [t].

4. *Hæc dicit——ad domos*, &c. עַל־בָּתֵּי וגו׳] *Super* (vel, *ad*, P.) *domos*, &c. Mo. Ch. *de domibus*, M. Ti. Sy. Pi. *de familiis*, JT. Hæc & sequentia obscuriora sunt, quæ sic ex sensu Græcorum & Chaldæi optimè interpretaberis, *ex occasione domuum urbis hujus* [v]. ¶ *Et ad domos* (vel, *etiam domuum*, G.) *regis Juda*] *Domos* dicit in plur. vel, quòd in Regia esset multiplex ædificium; vel, quòd Reges haberent domum & æstivam & hybernam, alteram nempe in urbe, alteram extra urbem [x]. ¶ *Quæ*, &c. הַנְּתֻצִים אֶל־הַסֹּלְלוֹת וְאֶל הֶחָרֶב] *Quæ destructæ*, vel *dirutæ*, (vel, *destruendæ*, V. Sic, *periens*, pro *perituro*, Esa. 27.13. simil. Psal. 137.8 [y].) *sunt*, P. M. Ti. Strig. Calv. &c. *aggeribus*, V. Ca. (vel, *in aggeribus*, Mo. vel, *arietibus*, P. Calv. vel, *catapultis*, Calv. sive, *balistis*, Calv. V. vel, *per munitiones*, M. vel, *per moles aggestas*, Pi. אֶל pro בּ ponitur [z].) *& gladio*, vel *bipenni*, aut *malleo*, V. vel, *in gladio*, Mo. vel, *in gladium*, JT. *per gladium*, M. Ang. i. e. hostili violentiâ, ut vox usurpatur Jos. 10.28,30†: vel, *cum ligonibus*, sive *securibus*, Angl. vide Exod. 20.25. Usurpatur etiam de instrumentis demoliendorum ædificiorum, ut 2 Par. 34.6. Ezec. 26.9*. Vel, *machinis*, Ca. [Al. sic,] *ad catapultas*, sive machinas alias, *& ad gladium*; i. e. ut ex earum materia fierent machinæ bellicæ [a]. Vel, *ut indè exstruantur aggeres & munitiones*, Strig. *ut accumularent aggeres ad firmamentum murorum adversus eos qui gladio trucidant*, Ch. in V. *ut indè vallum fieret*; (nam in obsessis urbibus, ubi vallum exterius hosti cessit, fit vallum interius, & in id non domus tantùm, sed & palatia, diruuntur. Vide Nah. 3. v. 14.) *& eorum qui gladio armati eunt ut pugnent cum Chaldæis* [b]. [Ità illud, וְאֶל הֶחָרֶב, divellitur ab hoc versu, & cum seq. jungitur.] Sed meliùs fluit, quòd hæ domus *dirutæ* fuerint *balistis*, &c. deinde *gladio*, h. e. hostium violentiâ [c]. *Quæ destruentur*, postquam occisi fuerint earum incolæ, *per moles*, i. e. per tela quæ Chaldæi è molibus illis seu vallis ejaculabuntur in urbem; metон. subjecti; & *per gladios*, nempe Chaldæorum, posteaquam illi urbem occupaverint [d]. [Alii locum sic reddunt;] *quæ dirutæ sunt ad aggeres & vastitatem*, Ti. *demoliendis*, exponendis *in missilia catapultaria, & in gladium*, JT.

5. *Venientium*, &c. בָּאִים לְהִלָּחֵם אֶת הַכַּשְׂדִּים וּלְמַלְאָם אֶת־פִּגְרֵי הָאָדָם] Connexio horum verborum cum præcedentibus obscura est. Plerisque integra est hæc sententia: tunc autem totum versum parenthesi includerem, & versum 4. cum 6. connecterem. Alii tamen hæc verba à præcedentibus suspendunt *. [Hinc variant.] *Venerunt* (vel, *Venientes*, Mo. *Veniunt*, Di. Ang. *Veniunt quidem*, Ti. *Eò quòd venerunt*, P. M. sub. *oppidani*, Ti. sim. P. M. vel, *Qui veniunt*, Ca. *Qui huc venerunt*, Strig. vel, *Venientium*, ut suppleatur, *Et de domibus* venientium, Q. in Angl. *Venientibus*, nempe consilio suo [f]: vel, *Eunt*, G. vel, Item (scil. ait Jehova, ex v. præc†.) de *illis qui ingressi sunt*, nempe urbem Hierosolymam [g],) *ad præliandum*, vel *dimicandum*, (vel, *ut pugnent*, G. i. e. statuerunt, aut conati, sive ausi, sunt, dimicare [h],) *cum Chaldæis*, Calv. &c. sim. Mo. (vel, *contra Chaldæos*, M. JT. &c. Vel, *Chaldæi*. אֵת mihi hîc nominativum designat: sic enim sæpe, non tantùm ante verba passiva, ut passim, sed etiam ante activa intransitiva, quale hîc est בָּאִים *veniunt*; vide 1 Sam. 17.34. 2 Reg. 6.5. Nehem. 9.32. Ezec. 43.7; imò & transitiva, ut Nehem. 9.34. Jer. 38.16. Ezec. 39.14 [i]. Alii sic connectunt, *Et gladio eorum qui veniunt ad pugnandum cum Chaldæis*, h. e. eorum qui socii & confœderati sunt Chaldæorum in oppugnanda Jerosolyma [k]. Placeret, nisi quòd hæc phrasis nusquam conjunctionem, sed semper oppositionem, denotat [l].) *& ad implendum* (vel, *ego implebo*, Strig. vel, *sed impleant*, Ti. *Sed* est [h. e. id fit, vel ità faciunt,] *ad implendum*, Ang. Vel ו abundat hoc loco [m]; vel, expletivè ponitur [n]. *Nempe ut impleant*, Calv. G. vel, *ut implerent*, M. *& ut implerent*, V. *imò ad explendum*, JT. *id est, ad implendum*, Pi. *Ut* hîc, ut alibi sæpe, non est τελικὸν (*finale*,) sed ἐκβατικὸν (*eventuale*:) non enim hoc agebant, sed hic futurus erat exitus [o].) *eas*, Mo. P. Ch. Sy. JT. &c. (sub. *domos*, P. V. G. &c. memoratas v. 4 [p]: aut eorum areas [q]; relativum pro antecedente [r]. Vel, *eos*, Pi. Strig. nempe, vel, 1. aggeres †; vel, 2. Chaldæos, h. e. animum sive desiderium Chaldæorum, quo feruntur ad occidendos Hierosolymitanos. Porrò, in *implendi* verbo latet scita antanaclasis; qu. d. Illi viri bellatores ingressi sunt urbem ad implendum illam corporibus suis, & ad occidendum Chaldæos irrumpentes: at illi implebunt ipsos Chaldæos cadaveribus suis, i. e. exsaturabunt illorum desiderium quo feruntur ad occidendum ipsos [t].) *cadaveribus hominum*, Mo. &c. popularium scilicet suorum [v]. Sunt enim in causa, dum Babyloniæ Regi repugnant, ut multi occidantur [x], & ut Chaldæi domos Juda cadaveribus Judæorum cæsorum repleant [y]. ¶ *Quos* (nempe Hierosolymitanos, G.) *percussi* (vel, *percuti m*, nempe, per Chaldæos [z],) *in furore meo*] Ostendit Chaldæos non suâ, sed Dei, virtute victores fore [a]. ¶ *Abscondens*, &c. וַאֲשֶׁר הִסְתַּרְתִּי וגו׳] *Et quòd* (Alia est ratio [b]. Vel, *Et quibus*, i. e. propter quos [c]: vel, *Idque quià*, Pi.) *abscondi faciem meam*, &c. P. &c. i.e. favorem meum ab illis abstuli [d]; eam deserere constitui *.

6. *Obducam* (vel, *adducam*, M. Ti. Calv. *curo*, P. Ad verb. *ascendere facio*, pro, *imponam*, vel *adhibebo*, V.) *eis* (vel, *ei*, Mo. P. &c. nempe Jerusalem [f],) *cicatricem* (vel, *emplastrum*, Mo. vel, *reparationem*, M. *sanitatem*, P.) *& sanitatem*] Sic Ti. vel, *medicinam*, Mo. P. &c. ità ut nulla maneat suppuratio [g]. De verbis vide ad Jerem. 30.17 [h]. Quæ sit hæc medicina, docet in seq. nempe *pax & veritas* [i]. ¶ *Et*, &c. וְגִלֵּיתִי לָהֶם עֲתֶרֶת וגו׳] *Et revelabo* (id est, concedam, vel exhibebo [k]; *aperiam*, Calv. Ti. Ca.) *eis multitudinem*, sive *abundantiam*, (vel, *thesaurum*, Ti. vel, *prorogationem*, Calv. vel, *ornamentum*. עֲטֶרֶת lego, alioqui friget & cogitur sententia [l].) *pacis*, P. JT. Pi. Calv. &c. *& veritatis*, P. Mo. Calv. vel, *& fidei*, Ti. vel, *& quidem stabilissimæ*, JT. vel, *& quidem pacis certæ*, vel *firmæ*, Pi. *Veritas* hîc, ut passim, pro stabilitate accipitur: qu. d. Prosperitas hæc diuturna erit [m]. Al. *amplissimam pacem ac veritatem*, M. *semitas pacis & securitatis*, Sy. Sensus est, ut ex οἱ. & Ch. intelligi potest, Docebo eos quomodo apud me deprecari supplicium possint, & impetrare salutem firmam, nempe, *vitam corrigendo*, quomodo hîc explicat Chaldæus [n]. *Et exaudiam preces ipsorum conceptas pro pace & fidelitate*, Strig. Depromam eis multiplicem pacem, & stabo promissis. ו, *&*, hîc ponitur pro, *id est*. Seq. versu exponit quid per *veritatem* intelligit [p].

7. *Et* (vel, *Nam*, V. Pi.) *convertam*, &c.] Vel, *reducam*, &c. V. Pi. Declarat quid *veritatem* vocet; nempe, impletionem promissorum [q]. ¶ *Et ædificabo*, &c.] i. e. Faciam ut habitent ut olim. Sic Jer. 31.4 [r].

8. *Et emundabo illos*, &c.] Promittit hîc, non regenerationem, sed veniam; nam טִהֵר propriè est, *expiare*. Ostendit fontem omnium bonorum esse paternum Dei amorem, & condonationem peccatorum, sine quibus alia Dei beneficia sunt hominibus perniciosa †. Pœnarum finem faciam, ut sequentia explicant. Sic enim טִהֵר & καθαρίζειν sæpissimè sumuntur [t]. *Mundabo*, per remissionem, &c [v]. Alludit ad legales ritus purificationum, &c [x]. ¶ *Cunctis iniquitatibus*, &c.] Idem repetit, ut Judæi seriò reputent, tum quid meriti sint, tum quanta esset Dei gratia erga se, &c [y].

9. *Et erit* (vel, *Cedétque*, Pi.) *mihi in*, &c. לְשֵׁם שָׂשׂוֹן] *In nomen, lætitiam*, Calv. simil. Mo. vel, *& lætitiam*, P. M. &c. vel, *nomen lætum*, Pi. Heb. *gaudii*, Pi. V. Hâc ratione comparabo mihi famam gratissimam [z]. *Celebri gaudio*, JT. ¶ *Cunctis gentibus*, &c.] q.d. Celebrabitur hoc beneficium per totum orbem. Id quod necessariò referendum est ad Regnum Christi; quum reditus è Babylone non ità celebratus fuerit [a]. ¶ *Et*, &c. וּפָחֲדוּ וְרָגְזוּ עַל וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, Ti.) *pavebunt* (vel, *horrebunt*, Ti. sic Ca.) *& trement* (vel, *conturbabuntur*, V. vel, *commovebuntur*, JT. V. vel, *stupebunt*, Ti.) *super* (vel, *ad*, JT. vel, *ob*, Pi. vel, *ab*, Calv.) *omni bono* (vel, *totum hoc bonum*, JT. Pi.) *&——pace quam ego faciens ei*, Mo. &c. nempe, *captivitati*, V. Sed non congruit, ut homines paveant dum agnoscunt Dei bonitatem: est

enim

enim potiùs hilaritatis & fiduciæ materia. Resp. 1. Cruciantur & fremant impii ubi beneficentiam Dei suis collatam, ipsis verò negatam, vident[b]. 2. Pavebunt Gentes quia potentiam Dei, & in Judæos benevolentiam, manifestis signis agnoscent[c]. 3. Mallem hoc accipere de conversione Gentium, quæ Deum non quidem horrebunt, sed tamen reverebuntur, ejúsque imperio se subjicient. Porrò, satis usitatum est, cultum & timorem Dei designari verbis *pavendi*, &c[d]. [Strig. locum sic reddit, *Et admiratione velut attoniti obstupescent propter omne genus boni*, &c.]

11. *Vox dicentium, Confitemini Domino*, &c.] Hæc ipsa verba, sumpta ex Psalm. 136. cecinisse Judæos reduces apparet Esd. 3. 11 *. Discernit hîc inter piam & prophanam lætitiam: exsultant impii, sed Deo ingrati sunt, &c[f]. ¶ *Portantium vota*, תּוֹדָה] *Confessionem*, Mo. P. *sacrificium confessionis*, Ch. *laudem*, Ti. *gratiarum actionem*, JT. Pi. hostias *pro gratiarum actione*, M. sacrificium *laudis*, V. sim. G. Omnia sacrificia finem habitura sunt, excepto sacrificio laudis[g].

12. *In loco isto deserto* (vel, *vastato*, Ti. JT. *qui est desolatus*, M.) *absque*, &c. מֵאֵין אָדָם וְעַד בְּהֵמָה] *Absque homine usque* (vel, *& usque*, Mo.) *ad animal*, P. *& est sine homine usque ad jumenta*, M. *in quo neque homines sunt neque*, &c. Ti. *tum ab hominibus, tum à pecoribus*, Ca. *adeò ut nullus* insit *homo, aut jumentum*, JT. Pi.

13. *Transibunt greges ad manum* (vel, *ad manus*, Mo. P. vel, *operâ*, JT. Pi. vel, *per manus*, Calv. Pi. vel, *sub manibus*, M. Ti. sic Ca.) *numerantis*, עַל יְדֵי מוֹנֶה] Solent pastores vesperi, cùm reducunt oves ad caulas, numerare eas: q. d. Adhuc erunt pastores gregem curantes, &c[b]. Virgil. *Bisque die numerant, alter pecus, alter & hædos*. Virgâ autem percutientes pecudem quamque caulâ exeuntem simul numerabant, Levit. 27. 32[i]. Indicium hoc altæ pacis, quòd pastores audent gregem non modò emittere, sed & numerare[k]. *Transibunt*, &c. sub virga, nempe, ut decimentur, & Levitis offerantur. Metonymia effecti destinati. Vide Levit. 27. 32[l].

14. *Dies venient*] Docet eos respicere ultra præsentem fortunam, & exspectare donec tempus promissæ salutis appareat[m]. ¶ *Et*, &c. וַהֲקִמֹתִי] *Et confirmabo*, P. vel, *stabiliam*, V. Calv. ratum faciam[n]; vel, *præstabo*, Pi. excitabo, Pi. Calv. ad verb. *surgere faciam*, ut appareat quod priùs latebat. Aptè convenit promissionibus Dei, quæ non semper vigent, quin potiùs velut mortuæ & inanes jacent, sine effectu: q. d. Efficiet Deus ut tandem appareat vis & effectus sermonis sui[o]. ¶ *Verbum bonum*] i. e. Promissa[p]. Per *bonum* hîc intellige, non, rectum, nam omnis sermo Dei, etiam minax, rectus est; sed, suave & salutare[q]. Sensus, Adimplebo promissionem excellentissimam quam feci ipsis electis[r].

15. *Germinare faciam David*, &c. לְדָוִד צֶמַח צְדָקָה] *Ipsi David* (vel, *Davidis*, Calv. vel potiùs, *Davidi*, Calv. JT. Pi. Sy. ut respiciat promissionem quæ apud Davidem deposita erat †: vel, *Davidicum*, Ca.) *germen justitiæ*, Mo. P. M. &c. vel, *justum*, JT. Pi. Sic eum vocat per antithesin, quia filii Davidis fuerant degeneres; unicum tamen est germen justitiæ, &c *. *Germen*, &c. i. e. filium justum[t]. Qu. Quisnam hic? Resp. 1. Zorobabel, germen Davidis, vir æqui amans. Idem habuimus suprà 23. 5[v]. [Ibi dicta vide.] 2. Christus[x]; de quo & Hebræi locum accipiunt, ut Jonathan, & Bereschit Rabba ad Gen. 25. 5. & 41. 44. Echa Rabathi super Thren. 1. 16. Nec diffitetur Socinus. Et nimis evidens est soli Messiæ convenire omnia hæc epitheta. Ille est *germen*, Zach. 3. 8. *germen Jehovah*, Esa. 4. 2. *surculus Isai*, Esa. 11. 1. *rex justus*, Zach. 9. 9. &c[y]. De Christo hîc agit, quia & promissio reditûs omnésque speciales promissiones pendebant ex fœdere generali, quod in solo Christo fundatum est[z].

16. *In diebus illis salvabitur Juda*, &c.] i. e. Felix erit[a]. Ut autem Regnum Christi, quod hîc promittitur, non est temporale, sed spirituale & cœleste; talis etiam est salus hæc & securitas[b]. ¶ *Et*, &c. וְזֶה אֲשֶׁר יִקְרָא לָהּ יְהוָה צִדְקֵנוּ] *Et* (vel, *Autem*, Pi.) *hoc* (sub. *est nomen*, Ang. Pi.) *quod* (vel, *quo*, Pi.) *vocabit* (sub. *quisque*, Pi. vel, *vocabunt*, Sy.) *eam*, M. Ti. Pi. (vel, *quo vocabitur*, Ang. Calv. *Eáque hoc nomine vocabitur*, Ca. Verbum est indefinitum[c].) *Dominus justitia nostra*, M. Ti. Pi. Ang. Calv. &c. Idem sensus qui suprà 23. 6. nisi quòd ibi de populo, hîc de civitate, agitur. Et ideo ibi est יִקְרְאוֹ, hîc verò, יִקְרָא לָהּ; pro quo tamen & o'. & Ch. legerunt לוֹ, & ad Judam referunt. Sensu sublimiore, non Christiani tantùm, sed & K. hoc ad Messiam refert[d]. [Sed quomodo hoc nomen Ecclesiæ tribuitur?] Resp. Nomen hoc Christo proprium est, sed hîc transfertur ad Ecclesiam; quia quicquid proprium est capiti, commune fit omnibus membris; & ipse nobis factus est *justitia*, 1 Cor. 1. 30. Hinc & Ecclesia *Christus* dicitur, 1 Cor. 12. 12 *. Corpus Christi mysticum cum illo ceu capite cohæret[f]. Hoc nomine profitetur Ecclesia se justitiam suam à solo Christo habere, Esa. 45. 24, 25[g]. Sic vocat Deus Ecclesiam, quia illi suppeditat justitiam suam[h]. [At alii planè negant hoc nomen Ecclesiæ hîc tributum esse, nec pauci locum aliter vertunt.] *Et hoc est nomen quo vocabunt eum*, Ch. Sy. sim. Vulg. Strig. Mar. (nempe Messiam. Frequens est Hebræis generum mutatio[i].) *Dominus justitia nostra*, Sy. Strig. vel, *Fient nobis justitiæ a facie Domini in medio ejus*, Ch. *Et iste* (vel, *Is autem*, JT. Christus, V.) *qui vocabit* (vel, *convocabit*, Calov.) *eam*, (nempe Jerusalem[k], nimirum ad promissam salutem prædicatione Evangelii, & perficiet potentiâ suâ[l]: vel, *qui prædicabit ei*, vel, *qui nuncupabitur ei*, vel, *quem prædicabit*, aut *commendabit*, *ei* Dominus, Calov. sub. *est*, vel *erit*, P. V. JT. Calov.) *Dominus justitia nostra*, Mo. P. V. Calov. Hæc versio acutè quidem excogitata est, sed genuina non est, ut patet ex collat. cum Jer. 23. 6. unde constat ad זֶה supplendum esse שֵׁם *nomen*, & יִקְרָא *vocabit* positum impersonaliter, per ellipsin τῦ *quisque*. Unde porrò liquet, sermonem hîc esse de nominatione Hierosolymæ, non de vocatione ejus ad salutem. Et hunc sensum ipsa phrasis postulat, quòd scilicet verbum קָרָא regit לְ, notam dativi, non אֵת, notam accusativi, casûs[m]. [Alii aliter reddunt.] *Et hoc est* nomen *quod vocabitur illi*, vel *ab illa*, aut, *quo commendabitur ei* Messias, *Jehovah*, &c. Calov. *Et hoc est* nomen *quo vocabit eum illi*, h. e. in gratiam illius Jerusalem, sive Ecclesiæ: q. d. Pater in gratiam Ecclesiæ suæ indet nomen [hoc] Christo[n]. Non Hierosolymæ, sed Messiæ, hoc nomen hîc tribui, multis indiciis constat. 1. Ipse Socinus & Crellius id astruunt adversùs Enjedinum, hoc argumento, *Hierosolyma comprehenditur sub eorum numero quorum justitia est Jehova: non ergò notatur ipso nomine Jehova, qui est justitia nostra*. 2. Ex contextu[o]: Christus, non Ecclesia, hîc describitur[p]. Messias h. l. ità dicitur, ut simul ratio nominis reddatur, quòd ipse erit autor justitiæ nostræ, & *faciet judicium & justitiam in terra*. 3. Quòd Messias ità solet nominibus conjunctis appellari: ut Gen. 4. 1. *Vir Jehovah*; 2 Sam. 7. 19. *Homo Dominus Deus*; Esa. 4. 2. *Germen Jehovah*; Zach. 13. 7. *Vir socius Dei*. 4. E locis parallelis. Esa. 45. 23, 24. *Omnis lingua confitebitur, Utique in Jehovah justitia nostra*. Quod de Christo dici constat ex Rom. 14. 11. Philip. 2. 10. Messias *rex justus* dicitur Zach. 9. 9. idémque Jehovah. Christus dicitur *justitia nostra*, itémque *Dominus in quo gloriari debemus*, 1 Cor. 1. 30, 31. adeóque *Jehovah*, ex Jer. 9. 23, 24. 5. Interpretatio vaticinii optimè desumitur ex complemento ejus. Jam Ecclesia N. T. hoc nomine Christum constanter compellat, *Jehovah justitia nostra*[q]. Ecclesiam autem hoc nomine nemo vocat. 6. Idem est qui *vocabit*, & *habitabit securè*; qui certè Israel est. 7. Nomen hoc innuit salutis & securitatis Hierosolymæ causam, quæ certè est Christus. 8. Quis, quæso, vocabit eam, si Hierosolymam intelligas? Num Deus? obstat τὸ *nostra*. Num se ità vocavit? num quilibet homo? at infideles non sic vocant: num fideles? hi sunt ipsa Jerusalem[r]. Notandum porrò, quòd sicut *nomen* alicujus in S. S. sæpe pro aliquo ponitur, & *Dei nomen*, pro *Deo*; sic etiam *vocari*, pro, *esse*. Deo item multa tribuuntur nomina quibus appellatus est nunquam, quia illa fecit quæ voces illæ designant, adeóque jure sic vocari poterat. Sic ergò nunc ab Ecclesia *Deus justus noster* appellatur, quia justus fuit atque fidelis, tum in puniendis primùm peccatis, deinde in promisso præstando, &c †.

17. *Non*, &c. לֹא יִכָּרֵת וגו׳] *Non exscindetur* (vel, *deficiet*, sive *deerit*, Sy. G. ex o'. & Ch. sim. Ca.) *Davidi* (vel, *de David*, Ch. M. *à Davide*, Calv.) *vir sedens*, &c.

b Calv. c G. d Calv. * G. f Calv. g He. in V. b V. i G. k Calv. l Pi. m Calv. n G. o Calv. p G. q Calv. r V. † Calv. * Calv. t V. v G. x Pi. Me. T. Calv. Calov. Ang. &c. y Calov. z Calv. a G. b Calv. c Ang.

d G. * Calv. f Pi. g Ang. h M. i Mar. k V. l Jun. m Pi. n Q. in V. o Calov. p Q. q Calov. r Q. in Calov. † San.

JT. Pi. &c. Doctrinam de restitutione Ecclesiæ confirmat, quia promittit Regnum unà cum Sacerdotio perpetuum fore: his autem duobus continebatur salus populi [t]. De temporali Judæorum Regno hoc exponi non potest, cùm istud posteris Davidis post Zorobabelem, & omnibus Judæis post excidium urbis per Titum, ereptum constat. Per *virum* ergò hîc intelligendus est Christus, qui Ecclesiam in sempiternum regit [v]; qui & Rex & Sacerdos est [x]: unde colligimus hanc esse veram Ecclesiæ notam, quòd in ea Christus & Regis & Sacerdotis officio fungitur [y].

18. *Et de sacerdotibus*, &c.] Significat, quanquam reduces plerique erunt ex Juda & Benjamine, tamen etiam numerum sufficientem sacerdotum & Levitarum non defuturum qui sacra curent [z]. At scimus sacerdotium apud Judæos corruptissimum fuisse, & sacerdotes sacrilegos, &c [a]. De Christo ergò Sacerdote hîc loquitur [b], & de Ecclesiæ Ministris [c]. ¶ *Qui offerat*, &c.] Allusio ad ritus antiquæ Legis [d]. Sic solent Prophetæ sermonem accommodare suæ ætatis hominibus, & describunt Regnum & Sacerdotium Christi sub umbris istis, &c [*].

20. *Si*, &c. אִם תָּפֵרוּ אֶת־בְּרִיתִי הַיּוֹם וגו׳] *Si irritum feceritis* (vel, *facere potestis*, P. Ti. JT. &c. Futurum indic. potentialiter sumitur [f].) *fœdus*, vel *pactum*, (vel, *legem*, sive *ordinationem*, sive *statutum*, sive *præceptum*, G. Pi. Angl. Ità malim hîc vertere בְּרִית, quàm *pactum*. Vide Prolegomena nostra ad Evangelia. Confer & quæ suprà habuimus 31.36 [g].) *meum diei*, &c. Calv. vel, de *die*, JT. Pi. vel, cum *die*, P. M. Ti. sub. *factum*, M. sim. Ti. q. d. Non minùs stabile est hoc fœdus meum, &c. quàm ordo naturæ inviolabilis, &c [h].

22. *Sicut*, &c. אֲשֶׁר לֹא יִסָּפֵר וגו׳] *Sicut* (אֲשֶׁר, pro כַּאֲשֶׁר [i].) *non numeratur* (vel, *numerari potest*, P. M. Calv. &c.) *exercitus cœlorum*, &c. Calv. &c. Respicit loca Gen. 15. 5. & 22. 17. &c [k]. Spectavit quidem illa benedictio ad omnes Tribus; nunc autem restringitur ad familiam Davidis & tribum Levi, quia in his fundata erat populi salus: nec sibi privatim aut Reges dominabantur, aut sacerdotes ministrabant, sed respectu totius populi; ideóque nunc per synecdochen designat totum populum fore salvum, quum florebit Regnum & Sacerdotium [l].

24. *Non vidisti*] Sic Mo. P. vel, *intellexisti*, Ti. vel, *consideràsti*, V. sim. JT. Pi. ¶ *Quid populus hic*, &c?] Id est, quidam de populo [m]. ¶ *Duæ*, &c. הַמִּשְׁפָּחוֹת אֲשֶׁר בָּחַר יְהוָה בָּהֶם וַיִּמְאָסֵם] *Duas* (vel, *Duas istas*, JT.) *familias*, sive *cognationes*, (vel, *Quod attinet ad duas familias*, Di. Pi. Heb. *Duæ istæ familiæ*, Pi. Nominativi absolutè positi [n], per accentum Reviah à sequentibus distincti [o]. Intellige vel, 1. duo Regna, Judæ & Israelis [p]: vel, 2. familiam Regalem & Sacerdotalem [q].) *quas elegerat Dominus in eis, & reprobavit eas*, Mo. vel, *quas elegit Jehova in ipsis, reprobavit eas*, Calv. Redundat & ו, (quod hîc convertit tantùm præt. in fut.) & pronomen בָּהֶם [t]. Sed hoc, ut Latinè verum esse possit, non est ex natura Hebraismi, ex quo ו hîc est illativum, referens secundum membrum ad prius, & consecutionem indicans, atque inferens quid Deus istis familiis duabus fecerit [v]. Vel, *quas elegit*, sive *elegerat*, *Jehovah*, JT. Pi. Di. Strig. Ang. *abjecit*, P. Di. sic Strig. vel, *eas abjecit*, M. Ti. *spernit eas*, Pi. vel, *jam spernit ipsas*, JT. *nunc abjecit eas*, ut ו resolvatur in adverbium temporis [x]. Quod non placet [y]. ¶ *Et*, &c. וְאֶת־עַמִּי יִנְאָצוּן מִהְיוֹת עוֹד גּוֹי לִפְנֵיהֶם] *Et* (vel, *Ideo*, G. Continuatur instituta mimesis, & significatur, unumquemque ex populo Judaico ità dicere [z].) *populum meum* (cujus ego membrum sum †,) *parvipendent*, vel *despexerunt*, Mo. P. M. sim. JT. Pi. Calv. Di. (tanquam scilicet prorsus abjecerim illos [a]: vel, *irritârunt*, Ti. simil. Ch. Sy. vel, *Et populo meo exprobrârunt*, Q. in V. sub. *illi*, JT. Pi. Di. nempe, vel, 1. Chaldæi †; vel potiùs, 2. increduli Judæi [b], eo ipso quòd sic loquuntur [c]:) *ab exsistendo ultrà gentem ad facies eorum*, Mo. vel, *nè*, sive *ut non*, (vel, *quò minùs*, Ch. vel, *adeò ut non*, JT.) *sit* (vel, *fuerit*, M. vel, *esse* videatur, JT. Ca.) *ultrà*, vel *ampliùs*, *gens coram eis*, vel *in conspectu eorum*, P. Ti. M. JT. Pi. Calv. Di. sic Sy. i. e. eorum judicio & sententiâ [d]; quippe qui judicant me populum meum planè rejecisse *, neque existimant populum Judaicum ampliùs esse populum Dei, tanquam actum sit de eo, nec sit habendus pro gente ulla [f]. Vel, *quòd eorum opinione gens ultrà non esset futura*. Nam ad remp. constituendam inprimis requiruntur ἡ κυρία ἀρχὴ (*Principatus*) & ἡ ἱερωσύνη (*Sacerdotium* [g].) [Strig. locum sic reddit, *Et populum meum talibus probris deformant quasi non sit populus meus*.]

25. *Si pactum*, &c. אִם לֹא בְרִיתִי יוֹמָם וגו׳] *Si non* (sub. *erit*, P. vel, *factum est*, M. vel, *constitui*, Pi. vel, *pepigi*, Ti. vel, *firmum est*, V.) *fœdus*, vel *pactum*, *meum die & nocte*, Mo. vel, *interdiu*, &c. JT. de *die*, &c. Pi. cum *die*, &c. P. M. Ti. &c. h. e. Si non sit ampliùs dies & nox [h]. q. d. Potiùs aliquis fœdus meum de naturæ conservatione initum præstari à me impediverit, quàm ut sempiternam Ecclesiæ administrationem ex promisso mihi extorqueat [i]. Ego idem Deus sum qui constitui naturæ leges, & qui percussi fœdus cum Ecclesia [k]. ¶ *Et* (vel, *Et si*, P. Ti.) *leges cælo* (vel, *cœli*, P. JT.) *& terræ non posui*] Si cœli non moveantur, & terra non producat fructum suum [l].

Marg. (col. 1): t Calv. — v T. — x Jun. sim. Calv. — y Calv. — z G. — a Calv. — b Calv. sim. Jun. Calov. Mc. T. &c. — c Ang. — d T. sim. Calv. — * Calv. — f Ang. — g G. — h Calv. sim. Mc. &c. — i Calv. Pi. V. — k G. — l Calv. — m G. — n Pi. sic Di. — o Di. — p Pi. — q Ca. sim. M. G. — t V. — v Di. — x Calv. — y Di. — z Pi. — † Idem. — a V. — † V. — b V. Di. — c Di. — d Di. et Calv. — * Di. — f V.

Marg. (col. 2): g G. — h V. — i Jun. — k Calv. — l V.

CAP. XXXIV.

1. **V**Erbum, &c.] Hîc per ἐπάνοδον causam reddit Propheta ob quam à Sedecia in carcerem missus fuerat. Sunt enim hîc ipsa verba ob quæ Sedecias ei malè voluerat, ut didicimus cap. 32. 3 [a]. ¶ *Quando Nabuchodonosor*, &c.] Quum urbs obsessa erat, & quidem magnis copiis multísque populis, nec ulla spes erat, &c. tamen non sustinet Rex se moneri. Mira hæc Regis cæcitas & amentia, ipsi à Deo inflicta, ut pœnam exigeret de populo [b]. ¶ *Regna terræ quæ erant*, &c. מֶמְשֶׁלֶת יָדוֹ] *Potestatis* (vel, *dominationis*, Ch. *imperii*, V. *sub potestate*, M.) *manûs ejus*, Mo. P. V. Ch. vel. *in dominio ejus*, JT. *imperii sui*, Ca. Regionis potestati ejus subditæ [c]. *Dominio suo subjectæ*, Sy. simil. Ti. Pi. Strig. Calv.

3. *Sed comprehensione* (vel, *comprehendendo*, Mo. P. vel, *omnino*, JT. vel, *certè*, Ti. sic Pi.) *capieris*; vel, *comprehenderis*, M. P. Mo. &c. כִּי תָפֹשׂ תִּתָּפֵשׂ] *Quin captus ei traderis*, Ca.

4. *Non morieris in gladio*] Fuit hæc aliqua pœnæ mitigatio: quanquam præstitisset illum semel mori, quàm in cæcitate, miseriis, &c. tabescere [d].

5. *Sed in pace*] Id est, morte naturali *; non violentâ [f], non vi bellicâ [g]. ¶ *Et*, &c. וּבְמִשְׂרְפוֹת וגו׳ כֵּן יִשְׂרְפוּ לָךְ] *Et in combustionibus* (vel, *secundùm ustiones*, Pi. sic Ch. P.) *patrum tuorum*—*sic* sub. *aromata*, V. vel, *ustiones odorum*, JT.) *comburent te*, Mo. M. Ch. sim. Ca. vel, *tibi*, P. JT. Pi. i. e. in honorem tuum [h]; sub. *populares*, JT. vel, *myropolæ*, M. ut factum in funeribus Regum præcedentium. Vide 2 Par. 16. 14 [i]. Concedente id Rege Babylonis: quod Joakimo non contigerat, suprà 22. 18 [k]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹי אָדוֹן וגו׳] *Et*, (sub. *dicentes*, JT. Pi. &c.) *Væ*, vel *Eheu, Domine, plangent te*, Mo. JT. &c. Hebræi in chronologia sua quam vocant Seder Olam planctum ei exhibitum commemorant, nempe, *Heu! mortuus est Rex Sedecias bibens fæces omnium ætatum*, i. e. luens peccata priorum seculorum [l].

7. *Hæ enim*, &c. כִּי הֵנָּה נִשְׁאֲרוּ בְּעָרֵי יְהוּדָה עָרֵי מִבְצָר] *Nam hæ*, vel *istæ*, (sub. *solæ*, Strig.) *remanserant in* (vel, *ex*, Ti. Ca. Strig. sic JT. Pi.) *civitatibus* (vel, *inter civitates*, Angl. ut, *in millibus*, pro, *inter mille*, Mic. 5. 2 †: vel, *civitatum*, Angl. ut, *montes in Gilboa*, pro, *montes Gilboæ* [m]:) *Jehuda*, Mo. P. &c. *urbes munitionis*, sive *munitæ*, Mo. P. M. Sy. sic JT. vel, *urbibus* (vel, nempe *urbibus*, Pi.) *munitis*, Ti. Pi. vel, tanquam *urbes munitæ*, Strig.

8. *Verbum*, &c.] Titulus hic est novæ prophetiæ [n]. Et hîc debebat incipere novum caput [o]. ¶ *Postquam percussit—fœdus*, &c.] Promittens observationem, vel, 1. generatim omnium mandatorum Dei; vel, 2. peculiariter legis de servis manumittendis [p]: ut scil. placatus Deus ipsos in servitutem non daret [q]. Communi decreto statuerat impleri quod Lex jubebat, sed Judæi non observaverant. Vide Exod. 21. 2. Deuter. 15. 12 [r]. ¶ *Cum omni populo*, &c.] i. e. Cum omnibus qui habebant servos, &c †. ¶ *Prædicans*; vel, *prædi-*

Marg. (col. 2, Cap. XXXIV): a G. — b Calv. — c V. — d Calv. — * Pi. sic Calv. — f M. Mir. — g G. — h Pi. sim. V. — i V. — k G. — l T. ex Geneb. — † Ang. — m Ang. — n Ang. — o Pi. — p T. et Mc. — q Mc. — r G. — † Pi.

prædicando (ut prædicaret, P. simil. M. ut indiceret, V. sim. Ca.) eis libertatem, Mo. לִקְרֹא וגו'] Proclamando eis, nempe servis, &c. Q. in V. voce præconis [t].

9. Ut, &c. לְשַׁלַּח וגו'] Ut (vel, Nempe ut, Pi. sim. P. M. &c.) dimitteret (vel, manumitteret, Ti. sic Ca.) quisque servum suum, Calv. JT. &c. ¶ Et, &c. לְבִלְתִּי עֲבָד־בָּם בִּיהוּדִי אָחִיהוּ אִישׁ] Ad non faciendum in eis in Jehudæo fratre suo virum, Mo. Ne ullus uteretur eis tanquam servis, Jehudæo scilicet fratre suo, P. Ad verb. Ut non uteretur eis tanquam servis, Judæo fratre suo unusquisque, V. Ne scilicet quis ex eis serviret Jehudæo fratri suo, M. Nè ampliùs premeret eos servitute, Judæum scilicet fratrem suum, Ti. sim. Sy. Ut non exigeret servitutem ab ipsis, à Jehudæo fratre suo quisquam, JT. sic Pi. Ultimus Sedeciæ annus erat Sabbaticus. Et ex hoc loco constat ultimum tempus obsidionis convenisse cum tempore quo Hebræi manumittere deberent servos suos †.

10. Audierunt, &c. וַיִּשְׁמְעוּ וַיְשַׁלֵּחוּ] Et audierunt (vel, Audierunt, inquam, P. nempe legem Dei ipsis propositam; nè prætexerent se ignorantiâ, aut errore, aut incogitantiâ lapsos fuisse [v]. Vel, Et obedierunt, Calv.) & dimiserunt, Mo. P. Calv. Ch. Et obedientes dimiserunt eos, M. Et, ut consenserant, manumittebant, Ti. Et consensissent dimittere, Sy.

11. Et, &c. וַיָּשׁוּבוּ אַחֲרֵי־כֵן] Et (vel, Autem, P.) conversi (vel, reversi, Calv.) sunt postea, Mo. P. V. h. e. Pœnitentiâ ducti sunt [x], & mutârunt sententiam [y]; cùm Chaldæi, auditâ famâ de adventu Ægyptii, obsidionem primam solvissent, ut legimus infrà vers. 21. & 37. 5 [z]. ¶ Et, &c. וַיָּשִׁיבוּ וגו'] Et reduxerunt, &c. [Q. hoc cum præced. sic reddunt,] Posthæc conversi repetierunt, &c. Ti. Sed conversi postea, retraxerant, &c. Pi. Ità ad crudelitatem accessit perfidia & perjurium [a].

13. De domo servitutis] Vel, servorum, P. Pi. &c. i. e. ubi erant servi [b]; adeóque non poterant arrogare dominium in alios [c].

14. Cùm, &c. מִקֵּץ וגו'] A fine (vel, Post finem, Ch.) septem annorum, Mo. P. M. JT. Calv. Post septem annos, Sy. Exactis septem annis, Pi. sim. Ti. Ca. i. e. inclusivè [d], exactis sex annis plenis & initio septimi *, utì statim explicatur [f]: nam septimo anno dimittendi erant, Exod. 21. 2 [g]. & Deut. 15. 12. Synecdoche integri [h]. מִן μετὰ, post, quandoque pro intra accipitur, nec semper tempus consequens & planè exactum declarat, sed quandoque interjectum, & adhuc vigens: ut Deut. 14. 28. A fine trium annorum, &c. h. e. quovis tertio anno, seu intra tres annos, ex collat. Deut. 26. 12. Sic Deut. 31. 10. A fine septem annorum, h. e. anno, non octavo, ut RR. volunt, sed septimo, qui annus intermissionis est. Jos. 9. 16. A fine trium dierum, i. e. tertiâ die, ex collat. v. 17. Sic 2 Reg. 18. 10. Cepit eam à fine trium annorum, h. e. ipso tertio anno; nam anno Hoseæ 7. obsedit eam. v. 9. & anno 9. ejus expugnavit, v. 10. Sic 2 Reg. 17. 5. Sic Matt. 27. 63. μετὰ τρεῖς, &c. Post tres dies resurgam, h. e. die tertiâ, ex collat. v. 64. & Marc. 8. 31. cum Matt. 16. 21 [i]. A fine, &c. i. e. initio septimi anni, in termino septimi anni, h. e. anno septimo. Est enim duplex terminus cujusque rei; nempe terminus à quo, sive incipiens, & terminus ad quem, sive finiens [k]. Sed hoc durius est: nam קֵץ finem & extremum, & sic terminum ad quem, notat, si de tempore sermo sit [l].

15. Ut prædicaretis, &c.] Publicaretis, idque in Templo, ut sequitur [m].

16. Commaculâstis (vel, prophanâstis, Mo. Ca.) nomen meum] Pejerando [n]. ¶ Quos, &c. אֲשֶׁר שִׁלַּחְתֶּם חָפְשִׁים לְנַפְשָׁם] Quos dimiseratis liberos animæ suæ, Calv. Ch. sim. Mo. P. M. &c. vel, ad desiderium suum, JT. pro desiderio eorum, Heb. secundùm animam eorum, Pi. pro arbitrio suo [o], aut sibi: ut scilicet abirent quò vellent. H [p] P. Quos liberos & sui juris dimiseratis, Ca. Quos ità manumisistis ut sui juris essent, Strig. Quos manumiseratis ut liberi essent, suóque arbitrio viverent, Ti.

17. Vos non audistis me] Docentem vos, tum per Mosen, tum per Jeremiam [q]. ¶ Ut, &c. לִקְרֹא וגו'] Ad promulgandam, &c. Calv. promulgando, &c. JT. Pi. sub. & à promulgatione recedendo. Synecdoche membri in tota sententia: nam secùs pugnabit cum vers. 15. Brachylogia *. Dicit eos non promulgâsse, nempe sincerè; nam Deus non respicit externos ritus, sed fidem & integritatem †. ¶ Prædico (vel, promulgo, JT. Pi.) vobis (vel, contra vos, JT. Calv. sic G.) libertatem——ad gladium] Sic Mo. P. M. &c. Manumittam vos à mea servitute, curâ & custodia [r]; vos ampliùs non defendam †, ut patronus clientes, vel herus servos, Psalm. 121. 3 [s]. Nihil mihi vobiscum erit negotii [x]. Libertati, & placito novorum dominorum, nempe gladii, pestis, &c. ex integro vos consigno, ut pro libito in vos grassentur [y]. Denunciaturus sum in perniciem vestram liberam facultatem invadendi vos, gladio hostili, &c [z]. ¶ Et dabo vos in commotionem, &c.] זוע sign. vel, 1. movere se de loco in locum, præ metu, &c. vel, 2. commoveri & contremiscere. Sensus itaque duplex esse possit: vel, 1. Dispergemini per alias nationes, &c. vel, 2. Efficiam ut aliæ nationes, audientes calamitatem vestram, commoveantur & contremiscant [a].

18. Et (vel, Nam, JT. Pi.) dabo (vel, tradam, Ti. JT. &c.) viros qui prævaricantur fœdus meum] Ità hìc vocat, non Legem suam, ut alibi [b], sed pactionem illam de servis manumittendis [c], utpote solenni ritu, & adhibito Dei nomine ac testimonio, ac in præsentia Dei, sancitam; quemadmodum Salomon vocat fœdus Dei conjugium, quia illa est præcipua pactio inter homines. Quoties fidem nón præstamus, non modò hominibus injuria est, sed & Deo sacrilegium, & quidem multò atrocius quàm sit furtum, vel fraus, vel crudelitas [d]. ¶ Et, &c. אֲשֶׁר וגו'] Qui non præstiterunt, &c. JT. ¶ Vitulum, &c. הָעֵגֶל אֲשֶׁר כָּרְתוּ לִשְׁנַיִם וַיַּעַבְרוּ בֵּין בְּתָרָיו] Vitulum (vel, Per vitulum, Pi. vel, Vitulo, P. V. Calv. sub. mactato, V. vel, Et vitulum, Mar. vel, Vituli: Repete, verba fœderis, inquam, vituli, i. e. icti mactato vitulo *. הָעֵגֶל construo cum præced. דִּבְרֵי, & locum sic reddo, Qui non confirmârunt verba fœderis quod pepigerant ante me, & vituli, vel, per asyndeton, vituli. Verba fœderis, & verba vituli, i. e. id quod fœdus continebat, id quod vitulus sectus docebat: posterius explicat prius [f]. Vel, Vitulum illum, Sy.) quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter partes ejus, Ch. sim. Mo. Quum transiverunt inter dimidiatas partes ejus vituli quem dissecuerunt in duo, JT. Gal. vel Genev. in Di. Sed hanc trajectionem nec verba nec constructio ferre posse videntur [g]. Al. Vitulum concidendo in duas partes, & transeundo inter divisiones ejus, G. Al. Cùm vitulum conciderint, &c. M. Ang. Cæsâ in duas partes buculâ, transitu facto, &c. Ti. In duo partiti vitulum, & inter partes ejus transeuntes, Ca. Aliam interpretationem habent Genevenses in notis, Et ponam eos sicut vitulum quem secuerunt in duo, &c. [simil. Strig.] ut כ similitudinis subaudiatur; quod nec insolens est, nec hìc malè quadrat [h]. In fœdere pangendo dividebant vitulum, & per medium transibant [i]; significantes, se, si fœdus frangerent, optare emori, &c [k]. & imprecari sibi dissectionem sui [l]. Hoc ritu usi sunt, ut penetraret in eorum animos, & ut horrerent fidem violatam [m]. De hoc more vide Genes. 15. 9, 10. [ubi fusè de eo actum est;] & quæ ad Matt. 26. 28 [n].

20. Quærentium animam eorum] Non contenti prædâ, sed erunt hostes implacabiles & capitales [o].

21. Qui (vel, quamvis, Calv.) recesserunt (vel, ascenderunt, P. sim. Mo. vel, abiverunt, JT. Pi.) à vobis] Ità M. V. scilicet ad occurrendum Ægyptiis [p], Jerem. 37. 5, &c [q]. qui redibunt, scilicet cognito ad sua rediisse Ægyptium [r]. Ex hoc discessu Chaldæorum increvit Judæorum confidentia & securitas †. Causam hìc significat quæ ipsos movit ad retrahendum servos, &c [t].

22. Ego præcipio] Vel, præcipiam, V. sim. G. Pi. &c. i. e. Effecturus sum ut illi Chaldæi redeant [v], eos arcano instinctu impulsurus [x]. Discessus Chaldæorum erat quædam manumissionis species: sed ut ipsi servos luserant, ità eos Deus, &c [y].

CAP. XXXV.

1. IN diebus Joacim, &c.] Scil. 15 annis ante urbis cladem: unde apparet Jeremiam non scripsisse librum qualis nunc extat, sed conciones ejus in unum volumen fuisse congestas sine temporum distinctione [a].

Marginal notes (left): [t] V. — † Scal. in Gn. — [v] Calv. — [x] V. — [y] G. ex V. sic Calv. — [z] G. — [a] Calv. — [b] V. — [c] Calv. — [d] Glas. — * Pi. Glas. — [f] Glas. — [g] Pi. sic V. — [h] Pi. — [i] Glas. ptam. 3. 6. 11. 544. — [k] V. — [l] Glas. ibid. — [m] G. — [n] Pi. sim. Calv. — [o] V. sic Calv. — [p] V. — [q] Calv. — * Pi. — † Calv.

Marginal notes (right): [r] T. sim. Me. — † Calv. Me. — [s] Calv. sim. T — [x] Calv. — [y] T. sim. Calv. — [z] V. — [a] V. sim. Calv. — [b] Calv. — [c] Calv. sim. Pi. — [d] Calv. — * V. — [f] Pi. — [g] Di. — [h] Di. — [i] V. ex M. &c. — [k] V. — [l] Pi. sim. V. — [m] Calv. — [n] G. — [o] Calv. — [p] Pi. sim. M. V. — [q] Pi. — [r] G. — † Calv. — [t] Pi. — [v] G. — [x] Pi. sim. Calv. — [y] Calv. — [a] Calv.

Ex occasione historiam rei multò antè actæ huic loco attexit, ut ostendat quàm graviter Deum offendunt qui leges ejus qualescunque violant; ut illi fecerant qui in servitutem populares suos retraxerant [b].

2. *Ad domum* (i. e. familiam [c]) *Rechabitarum*] Qui ex Cinæis orti, 1 Par. 2. 55 [d]. Primus familiæ autor erat Hobab*, qui aliter dicebatur Jethro, socer Mosis[f]. Ex eo progenitus fuit *Rechab* [g], vir suo tempore celebris, 2 Reg. 10. 15. 1 Par. 2. 55 [h]. cujus filius Jonadab hæc præcepta illis dederat [i]. His olim promissa fuit [à Mose] hæreditas; quâ tamen potiti non sunt, ut ex S.S. apparet, sed malâ fide cum illis actum est [k]. ¶ *Introduces eos in domum Domini*] In hunc potiùs quàm obscurum aliquem locum ducti sunt, vel, 1. ut res notior & celebrior esset [l]; vel, 2. ut argueret sacerdotes, qui vinum libere bibebant, à quo sibi temperare jubebantur, quum vices suas peragerent [m]. ¶ *In*, &c. אֶל־אַחַת הַלְּשָׁכוֹת] *In unum cubiculorum*,]T. Pi. &c. vel, *cellarum*, V. conclavium in quibus reponebantur vestes, vasa, donaria, aliáque sacra [n]. i. e. In locum publicum & sacrum; saltem qui adjunctus est loco sacro. Erant parva cubicula exstructa in appendicibus Templi [o]. *In unam exedram*. Græci modò, μίαν τῶν αὐλῶν, (*unum ex atriis*,) modò, παστοφόριον, (*pastophorium*,) dicunt. Sed quia in exedris illis & vestes sacerdotum & vasa asservabantur, ideo hîc dicitur [à Vulg.] *exedra thesaurorum*, & mox, *gazophylacium* [p].

3. *Jezaniam*] Qui præcipuus, & tanquam caput, gentis erat [q].

4. *Hominis Dei*] Id est, Prophetæ [r]; ut 2 Reg. 4. 7, 25. & 6. 6. &c†. Hujus viri tanta erat reverentia, ut nemo in dubium revocaret quod ibi gestum erat [t]. ¶ *Juxta gazophylacium* (vel, *cubiculum*, Mo. P. &c.) *principum*] In quo, vel, 1. primi Sacerdotum cibum capiebant [v]; vel, 2. Principes convenire solebant, ut consulerent de rebus publicis. Vide Jerem. 26. v. 10 [x]. ¶ *Custos vestibuli*, הַסַּף] *Liminis*, Mo. P. Pi. &c. i. e. ostii. *Custodes liminis* sæpe vocantur ostiarii, vel janitores, 1 Par. 9. 19. 2 Par. 34. 9†. *Thesauri*, M. ex K. Calv. *vasorum*, V. Ità vox usurpatur Exod. 12. v. 22. 2 Reg. 12. 13. &c*. Sing. pro plur. i. e. qui præerat servandis vasis Templi [y]. Eo nomine [nempe *custodes vasorum*] dicebantur in Templo septem arcarii, ad quos pecunia in usus Templi capitatim soluta, & res votivæ atque consecratæ, deferebantur ab iis qui vocabantur הַגִּזְבָּרִים (*thesaurarii*.) Græci hîc habent, τοῦ φυλάσσοντος τὴν ὁδὸν, (*custodientis viam* [z].) סַף sign. 1. *limen*, 2. *ostium*, 3. *cubiculum*: indè Regis cubicularii ab hoc nomine vocantur Esth. 2. 21. & 6. 2 [a].

5. *Et dixi—Bibite*, &c.] Non dicit, *Hæc dicit Dominus, Bibite*, &c. tunc enim ei parêre debuissent; sed invitat, &c [b].

6. *Non bibimus*, &c.] Id est, bibere solemus; q.d. Sumus abstemii [c]. ¶ *Jonadab——pater noster*] Id est, progenitor ante 300 annos, 2 Reg. 10. 15 [d]. ¶ *Præcepit——Non bibetis*, &c.] Videns nempe corruptelas Judæorum, simúlque timens à pœna, austeram vivendi rationem illis præcepit, (ut pastores essent, qui multis laboribus & vigiliis victum sibi compararent,) tum ut fugerent luxuriem, in quam Israelitas se projicere vidit; tum ut adversa æquiùs perferrent, quum nec divites essent, nec deliciis assueti*. Si autem hoc præcipere progenitor posteris suis potuit, & laudem à Deo habent qui id observârunt; cur non Ecclesiæ Patres præcipere quædam poterunt, non per se necessaria, sed pro ratione temporum locorúmque utilia, aut ad vitandas mali occasiones, aut ad virtutum adminicula [f]? Non laudatur hîc consilium patris, Jonadabi, sed obedientia filiorum, &c [g]. Mandatum hoc spectavit tantùm usum præsentis vitæ: deinde, non obstrinxit eorum conscientias, quia licuit migrare Jerosolymam. Stulte itaque hoc torquent Papistæ ad tyrannicas suas leges *.

7. *Non seretis*] Agriculturam illis vetat, nè possessionibus affixi essent; & ut, inter varias mutationes, (quas meritò timebat,) semper attenti essent, & quasi accincti, ad migrandum [h]; & ut, si adversitas ingrueret, possent liberi in aliam concedere regionem [i]. ¶ *In tabernaculis*] More avito, Jud. 4. 17 [k]. ¶ *In qua vos peregrinamini*] Non enim erant de stirpe Jacobi [l], sed peregrini [m]. Talibus autem incolis præcipuè vitanda invidia est [n]: & tales terram sibi hospitium, cœlum patriam, reputant [o].

8. *Obedivimus*, &c.] Notat ipsorum in parendo & alacritatem, & constantiam [p].

9. *Domos ad*, &c. לְשִׁבְתֵּנוּ] *Sessioni nostræ*, Mo. vel, *pro habitatione nostra*, P. M. &c.

11. *Cùm autem ascendisset*, &c.] Quæri poterat, *Cur ergò in urbe moramini?* Occurrunt huic accusationi, & aiunt necessitate coactos se id fecisse [q], quòd terras omnes hostis teneret, neminem ibi patiens consistere. Præcepta ejus generis cujus hoc fuit amant ἐπιείκειαν (*moderationem*) interpretem [r]. Hinc apparet utilitas prædicti mandati: quum alii agris suis retenti erant, hi securè & sine molestia Jerosolymam venire, & esuriem aliáque incommoda patienter ferre, poterant. Et hoc spectavit Jonadab, prævidens scil. quàm duræ conversiones instarent †. ¶ *A facie exercitûs Syriæ*] Nam Syri socii erant Chaldæorum [t], in hoc bello, ut 2 Reg. 24. 2 [v].

14. *Prævaluerunt*, &c. הוּקַם אֶת דִּבְרֵי וגו'] *Confirmatum est* (vel, *Rata sunt*, Ti. sim. V. *Præstatur*,]T. *Præstantur*, Pi.) *verbum*, &c. P. vel, *verba*, M. Pi. &c. unumquodque *verborum*, &c.]T. vel, *res*, Angl. *Exsecutio data est verbis*, &c. M. sim. V. Auctoritatem apud posteros habuerunt†. ¶ *Ad diem hanc*] Per 300 annos [x].

15. *Dicens, Convertimini*, &c.] q. d. Imperium meum non rigidum erat, sed moderatum; permisi vobis vinum, agros, vites, &c. nihil aliud volui quàm vos sub jure meo & tutela retinere; promissionem addidi, &c. nihil tamen à vobis impetravi [y].

19. *Non deficiet*, &c.] Vel, *excidetur*, &c. Mo. P. sic JT. Pi. &c. ut multæ aliæ stirpes Judaicæ exscindebantur [z]. ¶ *Stans in conspectu meo*] Vel, 1. *ministrans mihi*, G. ex Ch. nempe Dei laudes canendo, ut colligi videtur ex 1 Par. 2. 55. ubi & hoc discimus, rediisse eos de exsilio [a]. Horum filiæ nupserunt Levitis, & liberi ex illis nati ministrabant Domino [b]. Non placet; non enim quà Rechabitæ, sed quà Levitæ, ministrabant: nam, ut aiunt Hebræi, *Familia matris non vocatur familia*. Puto hos Rechabitas eosdem fuisse qui Hasidæi dicuntur 1 Mac. 2. 42. qui erant collegium hominum qui spontè se addicebant functionibus Legis, & cultui Dei in Templo, &c†. Hi Scribæ olim fuerant, & literis operam dabant, 1 Par. 2. 55 [c]. Vel, 2. sensus est, Posteros ejus gratiâ & favore prosequar. Eos quos amamus non finimus à conspectu nostro recedere. q. d. Semper eorum memor ero, præ oculis eos semper habens [d]. Vel, 3. q.d. qui degat in populo meo, & Religionem à me præscriptam exerceat. Metaphora à Ministris, &c *. Vel, 4. superstites erunt [f], & durabunt in rerum natura, adeóque in conspectu Dei, ut omnia sunt quæ exsistunt. Vide Psal. 89. 37. & 139. 7 [g]. Ità mercedem illorum obedientiæ promittit; sicut Exod. 20. 12. Eph. 6. 2 [h].

CAP. XXXVI.

1. ANno quarto Joacim] Sicut Esaias vaticiniis suis subtexuit historiam rerum per quas probata est vaticiniorum fides, cap. 36. 37. 38. 39. sic & Jeremias, cujus historia incipiet cap. seq. & per aliquot capita decurret. Sed priusquam id faciat, præmittit narrationem rei gestæ jam olim, ex qua constaret Jeremiam non voce tantùm dixisse, sed & scripto, & quidem bis, consignâsse, omnia ea quæ evenisse deinde ostendet [l]. Sub finem anni 3. Joakim Nabuchodonosor conscripsit copias contra Jerus. quam in fine quinti, vel initio sexti, anni expugnavit, & Joakim abduxit, & cum eo Danielem, &c. Eodem anno rediit Joakim pacto tributo, quod tribus annis pependit, h. e. anno 6. 7. & 8. regni sui; sed postea negavit. Quare rursus Nabuchod. venit, & Jerus. expugnavit, & captivum abduxit Joakim, qui in itinere obiit. His conciliantur loca 2 Reg. 24. & Dan. 1. & hoc caput. Nabuchod. in primo adventu duos ferè annos consumpsit. Babylon abest à Jerus. itinere 4 mensium; Esd. 7. 9 [k].

b G. c Pi. G. d G. e Calv. sim. V. f V. g Calv. Ang. h Ang. i V. k Calv. l Ang. m Calv. n Pi. o V. p G. q Calv. r V. G. Pi. sic Ca. &c. † G. t Calv. v G. x Ang. † Idem. * Idem. y V. z G. a Ang. b Ang. c V. d G. ex V. * Calv. f G. g Calv. * Calv. ad v. 18. h Calv. i M. k G. l G. ex V.

m V. n G. o Me. p Calv. q G. et V. r G. † Calv. t G. sim. Ang. v Ang. † G. x G. y Calv. z Ang. a G. b He. in V. † Scal. in Ma. c Q. in Ang. d V. * Pi. f Calv. g Ang. h Calv. l G. k V.

2. *Tolle volumen libri*] Id est, membranam in qua commodè scribere possis[b]; h.e. librum volubilem[c]. Sume tibi de membranis volubilibus quantum satis est[d]. מְגִלַּת est, *membrana in qua scribebant*; סֵפֶר est, *membrana conscripta* *. Volumen vocat *librum* à fine, postquam scilicet descriptum fuerit[f]. Olim non concinnabant libros quales hodie habemus, sed in voluminibus scribebant: qualia sunt omnia quæ in veteribus archivis reperiuntur†. ¶ *Et scribes*, &c.] Nè illa memoriâ excidant; ut per manus tradantur, & legantur, atque per otium expendantur. Ità etiam Regem & populum ignaviæ socordiæque damnat, quòd doctrinâ non profecerint[g].

3. *Si*, &c. אוּלַי יִשְׁמְעוּ בֵּית וגו׳] *Fortè* (vel, *Si fortè*, Mo. P. M. &c.) *audient* (vel, *audiant*, Mo. &c. i. e. attentiùs considerent[h],) *domus*, &c. Ch. &c. Verbum plur. nom. sing. junctum tanquam collectivo[i].

4. *Baruch*] Discipulorum suorum potissimum[k]. ¶ *Omnes sermones Domini*] Deo indubiè mentem & linguam Prophetæ gubernante, eíque suggerente quæ alioqui excidissent è memoria ipsius[l].

5. *Ego clausus*; ità Mo. P. Ch. עָצוּר] *Detentus*, M. Pi. sic G. *prohibitus*, Ti. Vel, 1. vinctus in carcere[m], à Joakim[n], vel à Principibus, eò quòd tristibus oraculis frangeret animos populi[o]. Vel, 2. metu Joakimi domi delitescens. Nec par erat Baruchi periculum, quia hic non erat autor prophetiæ[p]. Nec declinat Jeremias pœnam, sed jubet hoc ex scripto ipsius recitari, &c[q]. Vel, 3. in custodia libera[r]; jussus à Rege domi se continere†. Quamvis posset egredi carcere, abstinuit tamen. Quò enim major dabatur libertas, eò majori religione obstrictus fuit, nè scil. violaret jus publicum[t]. Vel, 4. per interdictum Dei. Vel, 5. per immunditiem legalem[v]. Vel, 6. humanis impedimentis[x].

6. *In die jejunii*] Non imperati ex Lege, sed conceptivi, ex collat. v. 9[y]. quod Rex erat indicturus, v. 9[z]. & mense 9. quo mense nullum antè, vel à Deo, vel à Synagoga, indictum erat jejunium[a]. Falluntur ergò qui hunc fuisse volunt diem expiationis; nam is erat in mense 10[b]. Jejunium hoc extraordinarium erat, indictum ad avertendum Nabuchodonosoris reditum, quem metuebant[c]. Hunc diem elegit Jeremias, quia, 1. celebrior tum erat conventus; 2. tunc oportuit Judæos esse subactos & dociles, &c[d]. ¶ *Qui veniunt*; ità P. הַבָּאִים] *Qui venerint*, aut *venturi sunt*, sub. *ad templum*. Nam epitome [hæc prophetiarum Jeremiæ] non fuit recitata eo anno quo descripta fuit, sed sequente, i. e. quinto Joakim *.

7. *Si fortè cadat oratio*] Vel, *precatio*, sive *deprecatio*, Mo. P. M. &c. h. e. Si fortè precentur ex animo. H[s f]. *Oratio* dicitur &, 1. *ascendere*, Act. 10. 4. quia in precibus fide opus est, & ut sursum tollamus animos[g]: &, 2. *cadere*, vel, 1. quum fit à procumbentibus. Sic Jer. 38. v. 26[h]. Alludit ad dejectum supplicantium gestum, Deut. 9. 25. Matt. 26. 39[i]. q. d. Si precantes procidant, &c[k]. *Si procidant deprecantes ipsi*, JT. Heb. *procidat deprecatio*. Hypallage rhetorum[l]. Vel, 2. ab humilitate in precibus debita[m]. [Alii locum sic reddunt;] *Si fortè admittantur preces eorum*, Sy. *Fortè acceptabilis erit*, &c. Ch. *Si fortè piâ precatione se abjiciant*, Strig.

10. *In domo Domini, in*, &c. בְּלִשְׁכַּת וגו׳] *In cubiculo*, Mo. P. &c. Ex fenestra cubiculi, unde prospectus erat in atrium ubi populus convenerat[n]. Vel, legit ad paucos, qui ibi consederant[o]. Sed huic repugnant & verba sequentia, & v. 6[p]. Al. *prope cubiculum*, Pi. [Ità ב interdum sumi, antè notatum.] ¶ *Scribæ*] Vel, 1. Templi[q]: vel, 2. Regii; i.e. cancellarii regii[r]: vel, 3. actuarii, cujus curæ erat prophetias colligere; vel, qui præfectus erat publicis actis colligendis†. ¶ *In vestibulo* (vel, *atrio*, Mo. P. &c.) *superiori*] Nempe sacerdotum, 2 Par. 4. 9[t]. sic dicto, quòd atrium populi erat eo inferius[v]. ¶ *Portæ novæ*] i. e. Orientalis[x], de qua Jer. 26. 10[y].

12. *Descendit in domum regis*, &c.] Vel, ut admiratione correptus rem novam deferret; vel, ut gratiam procerum captaret, & Prophetam invidiâ gravaret, &c[z].

14. *Veni*] Debebant ire ad Templum, ibique pœnitentiam suam pro iteri: sed obstitit superbia, &c[a].

16. *Obstupuerunt*, &c. פָּחֲדוּ אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ] *Expaverunt* (vel, *obstupuerunt*, Ch. Sy.) *vir*, vel *quisque*, *ad socium*, sive *proximum*, *suum*, Mo. P. M. &c. vel, *ad alium*, Ti. vel, *alter alterum* intuentes, Pi. Angl. vel, *alter cum altero*, Sy. Al. *suo quisque loco consternati*, Strig. Perculsi tam gravium rerum denunciatione, respexerunt se mutuò[b]. Signum hoc erat vacillationis, & aliqualis pietatis, quæ tamen ambitione corrupta erat. Hæc est religio aulica, nempe Deum ità timere, ut tamen nemo velit excidere à gratia Regis, & Regem mortalem Regi cœlorum præferre[c].

18. *Ex ore suo loquebatur*, &c. יִקְרָא אֵלַי] *Legebat* (vel, *deprompsit*, M. *dictabat*, Ti. V. *pronunciabat*, JT. Pi.) Distinctè, nihil hæsitans, omnia ista mihi dictavit[d]; promptè & expeditè *; non præmeditata, vel quæsita, sed à Spiritu Sancto suggesta[f]; tantâ celeritate acsi ex libro legisset[g];) *mihi*, vel *ad me*, Mo. P. JT. &c.

19. *Abscondere*, &c.] Erant hi viri non mali, & prospiciebant Regis iram. Vide infrà 23[h]. Videtur in iis fuisse seria judicii agnitio; sed mox evanuit, & ad socordiam suam redeunt[i].

20. *Volumen commendaverunt*; ità Mo. P. &c. הִפְקִדוּ] *Asservabant*, Strig. *deposuerunt*, Calv. V. sic JT. Pi. &c. i. e. tanquam depositum reliquerunt[k]: vel, asservandum dederunt[l].

21. *Misitque rex*] In hoc vide ut increduli Deum fugiant, & quærant simul, sed turbulento quodam impetu, ut nesciant quid velint. Impulit eum vel curiositas, vel furor, vel arcanus Dei instinctus[m]. ¶ *Judi*] Hominem Regi similem, eóque ei individuum[n].

22. *Sedebat in domo hyemali*] Mutabant enim Reges exedras pro anni tempore[o]. ¶ *Mense nono*] Scil. anni sacri; h. e. Novembri, aut Decembri: nam mensis ille in utrumque incidebat[p]. ¶ *Et posita*, &c. וְאֶת הָאָח וגו׳] *Et foculus* (vel, *rogus*, Mo. *ignis*, Ch. sic Sy. vel, *arula*, Q. in V. Vulg. i.e. *batillus*, ἐσχάρα (*focus*) Græcis[q]: vel, *receptaculum in quo fovetur ignis*, Q. in V.) *coram eo ardebat*, P. Ti. He. in V. sim. Calv. M. &c. אֵת hîc est articulus nominativi[r]: quod rarissimum est†. Ità Prov. 16. 33. Ezec. 31. 4[t]. [Alii aliter reddunt.] *Idque apud focum* (vel, *cum foco*, JT.) *coram eo accensum*, Pi. vel, *accensa*, JT. *Et ignis erat super focum ardens coram eo*, Ang.

23. *Cùmque legisset Judi tres*, &c. שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת וְאַרְבָּעָה] *Tres* (vel, *tria*, JT.) *paginas*, sive *pagellas*, (vel, *folia*, JT. vel, *columnas*, ut typographi hodie vocant[v]: quod non placet, quia *columna* illis est dimidia pars paginæ[x]: vel, *periodos*, Sy.) *&* (vel, *aut*, P. JT. Pi. &c. copulativa pro disjunctiva, ut Exod. 21. 15. 2 Cor. 13. 1 †.) *quatuor*, Mo. P. Ch. M. Calv. &c. Trajectio, *tria folia aut quatuor*, pro, *tria aut quatuor folia*: simil. Jer. 32. 9 *. דְּלָתוֹת, propriè, *januæ*, sive *ostia*[y]; & in duali, *valvæ*, Esa. 45. 1. Et sicut à charta nomen *folii* ad ostia vel ad asseres traducimus; sic Hebræi ab ostiis, vel asseribus, unde fiunt ostia, nomen ad chartas trahunt[z]. Pagellæ, vel folia, sic vocantur, vel, 1. à forma januæ quam referunt[a]: vel, 2. quòd claudantur & aperiantur ut fores[b]. Hinc colligo usum libri quadrangularis cum pagellis perantiquum fuisse[c]. Verùm impropriè hîc loquitur Propheta, nullæ enim sunt pagellæ in volumine; q. d. quantum 3 vel 4 pagellæ continent[d]. Non erant tunc temporis folia separata, ut sunt [hodie] librorum, sed areæ, instar paginæ aut lateris unius folii in libris complicatis: nec, ut hodie, lineis per longitudinem totius chartæ deductis, sed in plures areas divisis, scribebant *. *Paginæ* hîc vocantur vel, 1. ipsæ membranæ simul consutæ[f]: vel, 2. tituli sectionum[g]; paragraphi & capita in quæ distinctus erat liber[h]. Idem est פִּצְיָן in Chaldaico[i]. ¶ *Scidit illud*] Ità Mo. P. &c. Sub. *volumen*, M. & sub. *rex*, Pi. ¶ *Scalpello* (vel, *cultello*, P. G. *novaculâ*, M.) *scribæ*; ità Mo. P. &c. vel, *scriptorio*, P. G. *librario*, Pi. Ca. *pennario*, V. בְּתַעַר הַסֹּפֵר] *Scalpello quo utitur scriba*, V. vel, ut pennam aptet; vel, ut aliquid scriptum eradat, ubi opus est[k].

24. *Non timuerunt*] Tantò pejores illis de quibus suprà 12, 16[l]. Signum reprobationis, non terreri minis & judiciis Dei †. ¶ *Omnes servi ejus*] Hoc refer ad corpus ipsum: nam tres sequentes è communi grege excipiuntur[m].

25. *Contradixerunt regi*, הִפְגִּעוּ בַמֶּלֶךְ] *Obstiterunt* regi

regi, M. deprecati sunt (vel, intercedebant, Ti. Pi. sic Mo. JT.) apud regem, P. G. ex Ch. &c. non sine mortis discrimine. Hoc certè virtutis fuit. Particula וְגַם est emphatica criminis Regii exaggeratio; Quinetiam, &c. q. d. Quamvis Deus illum retraheret per illos, &c [n].

26. Ut comprehenderent] Ità Ca. Verùm id est לְקַחַת Hebræis[o]. ¶ לְקַחַת] Ut caperent, Ti. JT. &c. ¶ Abscondit, &c.] Fecit ne inveniri possint [p], in latibulo ad quod confugerant [q].

27. Volumen & sermones] h. e. Volumen verborum. Hendiadys [r]. Volumen in quo descripta erant verba [†].

28. Scribe in eo omnes sermones, &c.] Frustrà itaque resistit humana impietas omnipotentiæ & sapientiæ Divinæ [t].

29. Et ad (vel potiùs, de, ut עַל sumitur Jerem. c. 18. v. 8, 9. neque enim verisimile est, Deum Prophetam ad Regem missurum, à quo ipsum abscondeat [x].) Joacim —— dices] Jubet ipsum Regem alloqui, &c [y]. ¶ Dicens, Quare scripsisti, &c?] Hoc est quod Rex jusserat dici Jeremiæ, si inventus esset. Nolunt Reges sibi vera dici [†].

30. Non erit ex eo (vel, ei, JT. Pi. ex sobole ejus [z],) qui sedeat, &c.] Id est, qui manebit [a], aut diu obtinebit Regnum [b]. Nam Jechonias filius ejus post trimestre regnum sine liberis decessit [c]. Trimestre verò illud regnum fuit quasi ludicrum puerile: ideo pro nihilo ducitur [*]. Zedecias autem, ultimus Rex, non erat legitimus ejus successor, sed patruus: deinde in odium & ignominiam Joakim & Jeconiæ evectus est. Sed quomodo hoc congruit cum perpetuitate Davidi promissa, &c? Resp. Huic non repugnat aliqua interruptio & occultatio gratiæ Dei, donec veniat Christus, cujus est Regnum illud perpetuum [d]. ¶ Et cadaver ejus, &c.] Idem sensus qui suprà 22. 18, 19 [*].

31. Et non audierunt] Noluerunt in animum admittere [f].

32. Additi sunt sermones multò, &c. רַבִּים כָּהֵמָּה] Multi ejusmodi, JT. Pi. &c. Heb. ut isti, G. sim. Mo. h.e. simili argumento [g]: similes illis [h].

[n] Calv. [o] Pi. [p] G. sim. V. Mo. T. [q] T. sim. M. C. [r] Glass. gram. 3. 1. 42. 163. [†] V. [t] M. [x] Ang. [y] Calv. [†] G. [z] Calv. sim. G. Pi. &c. [a] G. [b] V. [c] G. sim. Calv. [*] Calv. ad Jer. 37. 1. [d] Calv. [*] G. [f] G. [g] G. [h] V.

CAP. XXXVII.

1. PRO Jechonia] Heb. Chonia, nomine ignominiæ causà truncato [a]; qui, quum 3 tantùm mensibus regnaret, non solet inter Reges Juda numerari [b].

2. Non obedivit, &c.] Prodigiosus stupor, quòd non erant admoniti pœnâ Jechoniæ, &c [c].

3. Et misit, &c.] Audito rumore adventûs Chaldæorum [d].

4. Libere, &c.] Heb. ingrediebatur & egrediebatur, M. P. Ti. &c. vel, libere (vel, adhuc libere, Pi.) versabatur, JT. V. cum populo [*]. Solutus fuit, & sui juris, &c [f]. ¶ In custodiam, &c.] In quam postea datus est, v. 15. & ibi vita illa habuit quæ jam antè in prophetias retulit Jeremias, cap. 32. & 33 [g].

5. Egressus est, &c.] Sub. ut suppetias ferret Jerosolymitanis, V. ¶ Recesserunt, &c.] Quo tempore rescissum illud decretum Jer. 34 [h].

7. Revertetur, &c.] Sub. re infectâ, V. Non ausus obviàm ire Babylonio, &c. Vide 2 Reg. 24. 7 [i]. Ezec. 17. vers. 17 [k].

9. Nolite, &c. אַל תַּשִּׁאוּ וגו׳] Ne decipiatis animas vestras, Mo. P. &c. vel, vos ipsos, JT. Pi. Ne efferatis, &c. Ti. Calv. sim. M. Ca. vobis spem vanam pollicentes [l]. Legitur vel תַּשִּׁאוּ, vel תִּשְׂאוּ [m].

10. Singuli, &c.] Istorum vulneratorum. Tanta est Dei in vos ira, ut vel pauci saucii ad vestram perniciem sufficiant [n].

12. Egressus est —— ut iret, &c. לָלֶכֶת וגו׳ לַחֲלִק] Ut iret (vel, profecturus, JT.) in terram מִשָּׁם וגו׳ Benjamin, (suúmque oppidum Anathoth [o],) elabendo (vel, ad delabendum, JT. Pi. in morem eorum qui per loca lubrica labuntur, nec certo loco consistere possunt: est enim חָלַק quoque, molle, læve, glabrum esse [p]. Vel, ad lubrificandum seipsum, Mo. Q. in V. instar rei lubricæ, quæ manibus teneri non potest [q]. Vel, ut subduceret se,

[a] Calv. [b] Mc. [c] Calv. [d] V. [*] V. [f] Calv. [g] G. [h] G. [i] G. [k] Ang. [l] G. [m] Calv. [n] G. [o] Ang. [p] Di. [q] Q. in V.

G. nam הָלַק apud Talmudicos sign. extrahere [r]. Vel, ad partiendum, scil. habitationem suam: q. d. non ut ibi aut alibi certam sedem figeret; sed ut partitim commoraretur, nunc hîc, nunc illic, permeans universum populum [†]. Heb. levigando, sub. itum, vel iter, suum, Pi. Vel, ut divideret, V. Calv. sub. seipsum, V. vel sub. hæreditatem quam habebat, Ch. vel, ad sortem dividendam, Sy. vel, ut agrum curaret, Strig. Cujus dividendæ causâ eò profectus est [t]. Sed hoc durum est & coactum [v]. Vel, ut secederet, Ti. quò segregaret se, M.) indè in (vel, de, M. ב pro מִן ponitur [x]:) medio (vel, per medium, Di.) populi, Pi. JT. &c. Ut subduceret se ex urbe, admissus turbæ egredienti solutâ obsidione: tunc enim maximè elabi & eripere sese solent homines [y]. Ut subduceret se de conspectu civium [z]. Al. ut segregaret se indè: quia erat in medio populi, P. Noluit manere inter populum, vel, 1. ne in carcerem remitteretur [a]; vel, 2. quia novit urbem statim perituram [b]; vel potiùs, 3. tædio confectus, quòd nihil proficeret, &c [c].

13. Custos, &c. בַּעַל פְּקִדֻת] Dominus, vel magister, præfecturæ, JT. Pi. vel, custodiæ, Calv. Præfectus illi portæ [d]. Præpositus, P. præfectus quidam carceris, Ti. ¶ Filii Hananiæ] Cui mortem prædixerat Jeremias suprà cap. 28. Eam mortem, quasi non prædicta, sed illata, fuisset ab Jeremia, vindicare voluit nepos [*]. ¶ Ad Chaldæos profugis; simil. Sy. P. נֹפֵל] Dilaberis, M. Calv. sim. Mo. tu deficis, JT. Pi. tu volebas deficere, Ti. sim. Ch.

15. Irati, &c.] Ostendit sibi præclusam loquendi copiam [f]. ¶ Cæsum, &c.] Heb. Percusserunt eum, nempe per ministros [g]. ¶ Miserunt, &c. וְנָתְנוּ וגו׳] Et dederunt (vel, posuerunt, P.) eum domum, &c. Mo. vel, in domum, &c. P. M. JT. &c. ¶ In domo Jonathan scribæ] Unius ex aulicis scribis: nam carcer hic in aula erat. Vide suprà c. 32. 2 [h].

16. In, &c. אֶל־בֵּית הַבּוֹר] In, vel ad, domum laci, Mo. P. M. &c. vel, cisternæ, Pi. vel, carceris, G. sim. Calv. nempe interiorem [i]. In foveam illam, JT. Pi. In carcerem tenebricosum, fœtidum, cœnosum, similem lacui, foveæ, aut sepulchro [k]. Al. in fossam, Strig. ¶ Et in ergastulum, וְאֶל־הַחֲנֻיוֹת] Et ad hospitiola, Mo. & in cauponariam illam domum, M. & in ergastulis, sive hospitiolis, V. & ad locum ubi detinebantur vincti, P. sim. V. In operatorium locum, ubi vincti cogebantur molere, pinsere, &c [l]. Et carcerem, Strig. & in cellulas illius, JT. Pi. sic V. G. Eas intelligit quas nunc geolas vocant: triste habitaculum [m]. De alia [cellula] in aliam circumducentes recluserunt eum in penitissima, ubi vix sontes, nisi perduelles, collocabantur [*]. Vox propriè sign. angustos carceres. Fuit igitur projectus in lacum vel cisternam, ubi erant angusta loca, nè scil. posset vel spatiari, vel libere surgere, & stare, & sedere, & cubare [n]. Et in profundissimas mansiunculas, Ti. & in medium tabernarum, Ch.

17. Tulit eum] Jussit clàm eum ad se deduci [o]. ¶ Putásne, &c? הֲיֵשׁ וגו׳] Estne verbum à Jehova? M. JT. Pi. i. e. Estne prophetia quam prædixisti vera [p]? vel potiùs, An nunc etiam certi aliquid nobis potes prædicere [q]?

19. Ubi sunt prophetæ vestri, &c?] Quos eventus mentitos fuisse docuit [r].

20. Valeat, &c. תִּפָּל וגו׳] Cadat —— precatio, vel deprecatio, mea, &c. Mo. P. M. Ti. &c. h.e. Sine te exorem. Vide ad Jer. 36. 7 [†]. Procido deprecans te, JT. Aceptabilis fit, &c. Ch. sim. Sy. ¶ Et, &c. וְאַל וגו׳] ו, &, aut redundat, aut per ut vertendum, ut nè præcipitas me reduci: vel, [locus sic reddendus,] Exaudi orationem meam, quæ est, ut nè revertar, &c [t]. ¶ Nè moriar ibi] Propheta mortem refugit, & tamen paratus est mori potiùs quàm à functione sua deflectere [v].

21. Ut, &c. וַיַּפְקִידוּ וגו׳] Et servandum tradiderunt, Pi. & posuerunt, P. scil. tanquam depositum. Idem verbum quod Jer. 36. 20 [x]. Ut committerent, JT. ut ponerent, Ti. ¶ In vestibulo carceris] Vel, atrio custodiæ, Mo. P. &c. Ubi & cœlo frui poterat, & ab amicis adiri [y]. ¶ Et, &c. וְנָתוֹן לוֹ כִּכַּר וגו׳] Et darent (vel, Idque dando, Pi. vel, Et dedit, P. i. e. curavit dandum [z]: vel, Dantes, M.) ei tractam (vel, tortam, Mo. P. &c. buccellam, vel frustum, V. ex Ch. G. portionem aliquam [a].

Panes

[r] G. [†] Di. [t] Q. in Calv. [v] Calv. [x] Q. in V. [y] V. [z] G. [a] V. [b] Q. in Ang. [c] Calv. [d] Pi. sim. [*] G. [f] Calv. [g] Pi. Calv. [h] G. [i] G. [k] Mc. sim. T. [l] T. [m] G. [*] Jun. [n] Calv. [o] G. [p] V. [q] G. sim. Calv. [r] Mc. [†] V. [t] V. [v] Calv. [x] V. [y] G. [z] V. [a] V.

Panes grandes fieri solebant: ex iis *partes*, ψωμίδες, κλάσματα *(fragmenta)* singula, dabantur [b]. *) panis—ex vico pistorum.* JT.Pi.&c. ubi venalis erat in usum plebis. Notat panem non fuisse delicatum, sed communem, &c [c]. ¶ *Et mansit*, &c.] Sub. *usque ad expugnationem urbis*, V. vel, [quod verius,] donec in pejorem locum transferretur, cap. seq [d].

b G. c Calv. d G.

CAP. XXXVIII.

1. *Filius Phassur*] Illius de quo cap. 20 [a]. Quod non placet; nam hic Princeps erat, ille sacerdos [b]. ¶ *Et Juchal filius Selemiæ*] De quo suprà 36.26 †. ¶ *Et Phassur*, &c.] De quo 21. 1 [c].

2. *Et erit anima ejus spolies*, לְשָׁלָל] *In spolium*, Mo.P. M. &c. *loco spolii*, JT. Pi. i. e. in salvationem [d]. q. d. Vitam servabit, sed cum jactura rerum omnium, ut in naufragio vel incendio, &c [e]. Non occidetur ab eis [f]. [Alii locum sic reddunt :] *Et vitam suam tanquam spolium retinebit*, Strig. *Et animam suam lucrifaciet, ac si invenisset prædam*, Ti. *Is vitæ salutique suæ consulet*, Ca.

4. *De*, &c. כִּי עַל כֵּן הוּא מְרַפֵּא וגו'] *Nam*, vel *Quia*, (vel, *Quandoquidem*, JT. Pi.) *idcirco*, vel *propterea*, (vel, *hâc ratione*, Ti. V. vel, *per ista verba*, G. vel, *propterea quòd*, ut עַל כֵּן sumitur Gen. 38.26. Num. 10.31.& 14.43. Psal. 42.7. Jer. 48.36 †. *Super sic*, Mo.) *ipse debilitat*, vel, *remissas reddit manus*, &c.P.JT.Pi.Di.&c. Infringit illis animos, spem omnem adimendo [g]. Eos inertes & ignavos reddit. Speciosum crimen: Sanctorum dicta & facta semper obnoxia fuerunt sinistris judiciis: defertur ut hostis patriæ, &c [h]. *Puniendi sunt qui aliquid fecerint quo leves hominum animi superstitione Numinis terreantur*, ut docet Modestinus L. *Siquis aliquid.* D. *de pœnis*. *Et Principis fata scrutari, capitale apud Romanos*, Tacit. Annal. 16. Vera hæc: sed Dei jussus supra omnem legem est; & quicquid imperat, defendit [i]; & mutat imperia prout libuerit. Deus urbem tradiderat Chaldæis, &c. At per 20 annos idem docuerat, adeóque mortem pariter meruerat. Verùm putabant Prophetam, malis subjectum, ne hiscere ausum esse, &c [k]. [M. sic reddit, *Quid enim dissolvit*, &c?] ¶ *Loquens*, &c. ita M. לְדַבֵּר וגו'] *Loquendo*, vel *alloquendo*, &c. Mo. JT. Pi. Ca. *quòd loquatur*, P. ¶ *Siquidem*, &c. כִּי וגו'] *Nam vir iste*, &c. JT. Pi. &c. *Certè*, vel *Utique*, &c. ut ad Jer. 20.8. Posterius [hoc] כִּי nihil est nisi prius repetitum, majoris emphaseos & certioris affirmationis gratiâ [l].

5. *In manibus vestris*] In manibus Synedrii, cujus est judicare de Propheta vero aut falso [m]. Licet vobis per me eum interficere [n]. ¶ *Nec enim*, &c. כִּי אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר] *Quia non rex poterit vobiscum verbum*, Mo. *Nam rex non posset*, vel *potest*, *contra vos quicquam*, Di. Q. in V. G. sic Calv. nempe in illo rerum genere. Vide de J. B. & P.1.2.20 [o]. Non possum vobis obsistere. De se loquitur in tertia persona. Cùm hoc promisit Sedecias, non erat in regia, sed in porta Benjamin, ut sequentia docent [p]. q. d. Jam video me non esse Regem, sed vos ità dominari, ut, velim nolim, cogar vobis cedere [q]. Sed si sic vertatur, construitur אֵין cum futuro, ubi לֹא usurpandum erat: & אֶת, pro *contra*, non est adeò usitatum. Si vertis, *Nam non est rex qui possit quicquam contra vos*, i. e. nullus Rex posset, &c. dicendum fuerat indefinitè, מֶלֶךְ, non determinatè, הַמֶּלֶךְ. Quæ cùm vidissent JT. verterunt, [&, post eos, Pi.] *Nam minimè is est rex, qui possit contra vos quicquam.* Non sperno. Forsan tamen sic vertas, *Nam sine rege possibilis erit vobis*, vel *vobiscum*, vel *apud vos, res.* Dixerant moriendum esse Jeremiæ. Mens erat, ut id jussu Regis fieret. Detrectat id Rex, quocirca in eorum potestatem eum tradit; additâ causâ, sine se facile ipsis fore totum illud negotium conficere [r]. Al. *Non enim rex potest vobis denegare quicquam*, P.Ti. eâ estis prudentiâ. Honorificè itaque de iis loquitur †. *Non est rex qui possit facere quicquam contra vos.* Videtur hîc אֵין jungi fut. יוּכַל. Sed ostendit accentus distinctivus Zikeph katon in voce הַמֶּלֶךְ distinctionem faciendam, & relativum ad sequens יוּכַל intelligendum esse [s].

a G. b Ang. † G. Ang. c Iidem. d M. e Calv. f Pi. † Ang. g G. h Calv. i G. k Calv. l Di. m G. n V. o G. p V. q Calv. r Di. † Calv. s Glass. gram. l. 3. p. 1847.

Quia non est rex qui prævaleat vobis in quoquam, M. *Quia rex non potest vobis adversâ fronte repugnare* Ca.

6. *In lacum Melchiæ filii*, &c. בֶּן־הַמֶּלֶךְ] *Filii Melech*, Mo. vel, *Hamelech*, P. G. ex Vulg. cujus mentio Jerem. 36.26. vel, *regis*, o'.Ch. Sy. JT. Pi. i.e. alicujus Regum [v]. Hanc miseriam suam describit Thren. 3.& prædixerat eam Esa. c. 53.8 [x]. [De quo vide ibi annotata.]

7. *Æthiops*] Jam tum eminus ostendere voluit Deus quàm justas causas haberet gentes extraneas ad salutem vocandi. Servat Æthiops Prophetam, quem Judæi opprimebant. Gentes in Christum credidêre quem Judæi crucifixerant [y]. Exprobrat hîc Judæis barbariem suam, & quòd homo extraneus illis humanior fuerit, &c [z]. ¶ *Sedebat in porta*, &c.] Ubi desideria civium audire solebat [a], & jus dicebat [b].

8. *Et locutus est*, &c.] Non clàm, sed in publico conventu: quod commendat magnitudinem animi ejus, &c [c].

9. *Mittentes*, &c. אֵת אֲשֶׁר הִשְׁלִיכוּ וגו'] *Quem* (vel, Nempe *quod*, Ti. V. *Eò quòd*, JT.) *projecerunt*, &c. M. ¶ *Ut*, &c. וַיָּמָת תַּחְתָּיו] *Et* (vel, *Nam*, P. vel, *Qui*, Pi.) *morietur* (vel, *moritur*, M. *moriturus fuit*, sive *fuerat*, JT. Pi. *mortuus est*, V. *mortuus fuisset*, G. ex Ch.) *subtus se*, Calv. V. sic Mo. vel, *in loco ipso*, P. sim. Ti. vel, *in loco suo*, M. JT. Pi. Ch. vel, *per se*, G. Brevi morietur in loco ubi nunc est [d], etiamsi nemo ei molestus sit [*]. Vel, in loco illo priore; qu. d. Nihil opus erat mortem ejus appetentibus transferre in locum tam fœdum: nam, etiamsi in vestibulo carceris eum reliquissent, ex fame mors eum manebat, quippe panis jam defecerat [f].

10. *Præcepit itaque rex*, &c.] Mutato jam animo. Multa Ebedmelechum ab hoc officio deterrere poterant. Res est peracta: tu unus insurges contra omnes: Rex ipse coactus fuit cedere eorum furori: tumultus orietur; & tibi pereundum, & Jeremiæ, &c. Feliciter tamen successit. Discamus hinc in cursu & officio nostro pergere, & oculos ad difficultates claudere, & supra spem sperare. Eventus sunt penès Deum, qui manum suam porriget, &c [g]. ¶ *Tolle*, &c. קַח בְּיָדְךָ] *Tolle*, vel *Sume*, *in manu tua*, Mo. P. vel, *in*, sive *ad*, *manum tuam*, M. JT. *in potestate tua*, sive *dominio tuo*, V. vel, *pro arbitrio tuo*, Ti. vel, *tecum*, Pi. Belg. Vulg. M. ex Ch. Ang. i. e. sub ductu tuo, & in usum tuum. Vide ad 2 Sam. 8. 10 [h]. Sensus, Facio tibi potestatem tollendi [i]. ¶ *Triginta viros*] Non [tantùm] ut Prophetam extraherent, cui 3 vel 4 suffecissent [k]: sed ad propulsandam vim procerum, si opus fuisset [l]. Vel, tot missi, quia lacus erat profundissimus: quod verisimile est, quia superior urbis pars in arduo colle sita erat, & tamen in ejus fundo erat cœnum, &c [m]. Vel, quia inediâ debiliores facti sunt, &c [n].

11. *Ingressus est domum regis, quæ erat*, &c. אֶל־תַּחַת הָאוֹצָר] *Ad sub thesaurum*, Mo. *ad locum qui erat sub thesauro*, P. sim. M. JT. Pi. Calv. &c. Subter cellam penuariam, quo peniculi usu detriti abjiciebantur [o]. ¶ *Et tulit inde veteres*, &c. בְּלוֹיֵ הַסְחָבוֹת וּבְלוֹיֵ מְלָחִים] *Vetera* (vel, *veterationes*, V.) *tractionum*, Mo. V. G. (i.e. pannos veteres, pedibus calcantium huc & illuc tractos, sparsos & disjectos [p]: vel, *putridorum*, V.) *& vetera* (vel, *veterationes*, V.) *consumptionum*, vel *corruptorum*, i. e. putrida †: vel, *corruptionum*, Mo. G. qu. d. lacera & corrupta [*]: penicillos laceratos vel usu detritos. De voce מְלָחִים vide quæ diximus ad Marc. 9. 49 [q]. Al. *veteramenta abjecta*, (vel, *tractorum*, à סָחַב *trahere* [r],) *veteramenta, inquam, evanida*, JT. Pi. vel, *corruptorum*, Calv. *veteres pannos putridos, & veteres corruptos*, P. *inveteratos & laceros pannos, atque detrita vestimenta*, M. sim. Ti. A מֶלַח, *sal*, fit נִמְלַח, *corrumpi, evanidum fieri*, Esa. 51.6. vel, quia sal, qui carnes conservat, pannos vetustósque corrumpit; vel, quia sal ipse, humore quovis admisso, facilè dissolvitur †.

12. *Pone——sub*, &c. תַּחַת אַצִּלוֹת יָדֶיךָ] *Sub axillis tuis*, JT. *sub axillis manuum* (vel, *brachiorum*, Pi. G.) *tuarum*, Mo. P. sic M. Ti. Manus, pro brachiis, ut Esa. 25. 11 [r]. Al. *Pone——sub axillis tuis, manibus tuis*, vel, cum *manibus*, &c. Ellipsis instrumentalis particulæ [v]. Nè funes læderent eum nudum, vel seminudum [x]. ¶ *Et super*, &c. מִתַּחַת לַחֲבָלִים] *Subter* (vel, *desubter*, Mo.) *funes*, P. Mo. &c. vel, *cum funibus*, JT. Pi.

13. *In vestibulo carceris*] Ubi antè fuerat, c. 37. 21 [y]. Huc

v Q. in G. x G. y G. z Calv. a G. b Calv. c Calv. d V. * Calv. f G. g Calv. h Belg. i V. k Sin. sim. Ang. l Me sim. Sin. Ang. m Q. in Ang. n Hæ. in Ang. o G. p V. † V. * Idem. q G. r Calv. † Gl. ad vers. cap. 43. r Ang. v Q. in Ang. x C. y G.

Huc prudenter deduxit eum Ebedmelech, ut sedaret rabiem hostium Jeremiæ, &c[z].

14. *Ad*, &c. אֶל מָבוֹא וגו'] *Ad*, vel *in*, *introitum*, sive *ingressum*,(vel,*aditum*,Ca.vel,*transitum*,Ti.) *tertium* (vel,*præcipuum*, à שָׁלִישׁ *princeps*, Ex.15.4. 2Reg.7.2[a].) *qui*(sub. *est*,vel *erat*, M.P.JT.Pi.&c. vel, *ibat*, G. Angl.) *in domo* (vel, *ad domum*, JT.Angl.G.) *Domini*, Mo.P.&c. Introitus hic (qui alibi non legitur, de quo nec nostri nec Hebræi quicquam certi adferunt,)erat[b],vel,1.Templi, ab australi parte Templi, per quem Rex Templum adiit;unde *regius introitus* dicitur 2 Reg.16.18[c]: quanquam hic ab Oriente fuisse videtur ex Ezec. 46. 1, 2,8. Vel, 2. in domo regia, (ubi & carcer fuisse videtur; vide Jer. 37. 15, 21.) quæ tribus atriis vel partibus constitit, 2 Reg. 20. 4. Jer.36.12, 20. Sic ergò verba reddi possunt, *in introitum tertium, qui est juxta domum Domini*[d]. Al. *ad ingressum*, &c. i.e. ad portam Templi tertiam, quæ respiciebat regiam; per illam enim ex regia ingrediebantur Templum*. Huc penetravit Sedechias, ut posset liberiùs cum Jeremia colloqui. Non fuit hic contemptor Dei, nec tamen seriò pius, sed animi dubius. Putavit forsan Deum sibi placatum, quòd Prophetam sublevâsset, &c. ut hypocritæ semper sibi blandiuntur[f]. [De hoc introitu] vide 1 Reg.10.5,12. 1 Par.26.16,18. 2 Par.9.11[g].

15. *Si* (vel, *Cùm*, V. Mo.) *annunciavero tibi*] Credebat illum de obsidionis eventu interrogaturum: quod verum erat[h]. Sed cur veritus est Propheta promulgare vaticinia Dei? Resp. 1. Prophetæ non semper habebant expressum loquendi mandatum[i]: nec fiebant prædictiones eo impetu, quem ratio & prudentia non moderaretur. 2. Rectè recusat Propheta respondere, nisi promissâ priùs securitate vitæ[k], quia sciebat doctrinam suam non modò sibi periculosam, sed & Regi inutilem, fore[l]; & noluit margaritas porcis projicere. 3. Jeremias antea defunctus erat suis partibus, Regémque admonuerat[m]. ¶ *Interficies me?*] Eam conjecturam faciebat ex antecedentibus[n]. ¶ *Non me audies*] Etiamsi veritatem dixero, non credes mihi[o]. Loquitur secundùm id quod erat credibile. Nam sæpe monitus nihilo factus erat melior[p].

16. *Qui fecit nobis animam hanc*] Ità Mo. P. &c. i. e. dedit hanc vitam[q], sive vitalem spiritum[r]; sub. *mihi adimat eam*, JT. q. d. Vita mea respondeat, si te fallam †. Solent Reges etiam mali in magnis periculis aliquo Numinis metu percelli. Vide Sueton.Calig.51*. ¶ *In manus virorum istorum*] Qui nominati initio capitis; quique per Synedrium, cujus pars erant, facilè sperabant obtinere se posse mortem Prophetæ[r].

17. *Hæc dicit Dominus*, &c.] Propheta aut novum mandatum acceperat, ut hoc repeteret; vel saltem ducebatur impulsu Spiritûs, &c[v]. ¶ *Si—exieris*] Ut scilicet facias imperata illorum[x]. Si te eas deditum†. ¶ *Ad principes*, &c.] Non dicit, *ad regem*[y]; vel, 1. quia hic aberat, & fortasse Tyrum excurrerat, quam obsederat, aut Babylonem[z]: vel, 2. quia Rex non tanti eum fecisset, ut fœderis violatorem admittere ad suum aspectum voluisset[a]. Ex hoc loco, & pluribus aliis, constat Deum certò prænôsse omnia futura libera, non solùm absoluta, sed & conditionata, etiam quæ deficiente conditione nunquam eventura sint, sed evenirent si talis conditio poneretur[b].

19. *Solicitus sum*, &c.] Plus timet probra hominum quàm offensam Dei[c].

20. *Non te tradent*] Deus non ea tantùm novit quæ eventura sunt, sed & quæ eventura essent si hoc vel illud fieret: partim, quòd omnes hominum affectus ipsi perspectissimi sunt; partim, quòd vi tuâ omnipotente & affectus vertere, & effectus quosvis etiam sine eo impedire, possit[d].

22. *Mulieres* (quæ aut Joakimi aut Jechoniæ fuerant*,) *quæ remanserunt*, &c.] Quæ non abductæ sunt cum Joachin[f]. ¶ *Educentur*, &c.] Venient in hostium potestatem. Quid igitur fiet viris†? ¶ *Et ipsæ dicent*] Ipsæ judices erunt testésque stultitiæ tuæ, & malitiæ procerum[g]. ¶ *Seduxerunt te*; ità V. הֵסִיתוּךָ *Incitaverunt te*, Mo. M. Ti. JT. &c. *Suaserunt* (vel, *Imposuerunt*, V.) *tibi*, P. ¶ *Viri pacifici tui*] Ità V. Heb. *pacis tuæ*, Mo. P. &c. *qui pacem tibi polliciti sunt*, Ti. *cum quibus tibi fuit pax*, M. *adulatores tui tibi bene pollicentes*, Strig. qui videbantur quærere pacem tuam[h]; familiares tui & domestici[i], & amici, ut Psalm. 41.10. Intellige Ægyptios[k]; pseudo-prophetas & procerum quosdam[l]. Ità obtigit ei à mulieribus quod à viris metuebat[m]. Hæ irridebant eum; q.d. Egregium sanè te Regem, qui tam stolidè passus es tibi imponi à tuis, &c[n]! ¶ *Demerserunt*, &c. הָטְבְּעוּ בַבֹּץ וגו'] *Immersi*, vel *Infixi*, (vel, Quódque *demersi*, Pi.) *sunt in cœno pedes tui*, P. Pi. &c. Dicent illos fuisse qui te involverunt inexplicabilibus malis[o]. Falsas persuasiones comparat *cœno*: q. d. Non poteras egredi[p]. ¶ *Et*, &c. נָסֹגוּ אָחוֹר] *Conversi* (vel, *Acti*, M. vel, Et illi *acti*, Ti. vel, Quódque *aversi*, Pi.) *sunt retrorsum*, Mo. P.&c. Hoc referunt, [vel, 1. ad Sedeciam;] ut significetur omnia ipsi accidisse præter spem[q]. Dicent, Pedes tui *acti sunt retrorsum*, nè acquieveris Babyloniis[r]. [Vel, 2. ad *viros pacis*.] Illi, cùm te in periculum conjecerint†, deserent te[r]. Dicent, illos retro abiisse. Ægyptii exercitum suum statim reduxêre. Pseudo-prophetarum & procerum, qui ante pericula promptissimi fuerant, urgente periculo, transfugêre ad Chaldæos, suprà 19[v]. [Alii locum sic reddunt;] *Immersi sunt in cœnum pedes tui?* (h. e. quum immersi fuerunt,) *retrocesserunt*, nempe viri pacis tuæ[x]. *Cúmque immersissent te luto, retro legerunt vestigia*, Strig. Pravi hi ductores te tanquam cæcum seduxerunt in lubricam & cœnosam viam, ubi mox in puteum delapsus es, unde, fugientibus illis, emergere nequis[y].

23. *Et omnes uxores*, &c.] Scandit oratio; propiùs enim propiúsque ad ipsum venit[z]. ¶ *Comburet*] Heb. *combures*. Eris autor & causa comburendæ urbis[a].

24. *Nullus sciat*, &c.] i.e. Si hæc in vulgus non proferas, salvum te præstabo[b]. ¶ *Et non morieris*] Non occidam te[c]. Vel, *nè moriaris*, Angl. nempe per Principes. Non minatur Jeremiæ, sed ostendit hoc silentium sibi utile fore[d].

25. *Si—audierint principes*, &c.] Sedecias Regis titulum habebat, sed absque dignitate; nam serviliter obsequi coactus est Principibus suis. Hinc Babylonios, illinc consiliarios suos, timet. Sed angustias meruit ob contemptum Dei & Prophetæ. Vide hîc Reges minimè liberos esse, sed innumeris custodiis obnoxios*.

26. *Prostravi*, &c. מַפִּיל וגו'] *Cadere feci* (vel, *Projeci*, Pi. *Prostravi*, M. G. &c.) *deprecationem meam*, P. &c. i. e. Prostrato corpore Regem oravi. Vide Jer. 36. 7[f]. *Ego supplex procubui orans*, Ti. sim. JT. &c. ¶ *In domum Jonathan*] De qua Jer. 37. 15[g].

27. *Et locutus est*, &c.] Cavillum hoc fuit, & quædam mendacii species; nam certum est, eum non hâc causâ venisse ad Regem: quare non excusari potest, sed metus eum urgebat, &c[h]. Al. Partem veri dicere, non est mentiri[i]. Non mentitus est, quia hoc non loquitur ad fraudem proximi. In judicio non est mentiendum pro quocunque bono[k]. Semper illicitum est dicere mendacium; at licitum est celare veritatem: id quod fecit Abraham, Gen. 20. 2, 12. *Soror mea est*; & Samuel, 1 Sam. 16. 2, 5. *Ad sacrificandum veni*, &c[l]. ¶ *Et*, &c. וַיַּחֲרִשׁוּ מִמֶּנּוּ] *Et* (vel, *Sic*, Sy. JT. *Itaque*, Ca. *Tum*, Pi.) *siluerunt* (vel, *taciti* abierunt, Ti. *abstinuerunt*, Pi.Ca. sive quieverunt[m]; *tacentes* dimiserunt, M. *silentes* abstinuerunt, JT.) *ab eo*, P. Calv. sic Mo. &c. vel, *eum*, M. Destiterunt interrogare eum[n]. *Quare de hoc conatu destiterunt*, Strig. Non traxerunt eum ad Synedrium[o]. ¶ *Nihil*, &c. כִּי לֹא נִשְׁמַע הַדָּבָר] *Quia* (vel, *quum*, JT.) *non fuit* (vel, *fuisset*, JT.) *auditum*, vel *exauditum*, *verbum*, M. P. &c. vel, *verbum illud*, JT. *Re inauditâ*, Ca. *Quia non innotuerat res illa*, Pi. *Nihil enim sentiebant*, Ti. *Quia nihil poterant explorare*, Strig. De iis quæ Rex interrogaverat, & ipse responderat[p].

28. *Et*, &c. וְהָיָה כַּאֲשֶׁר נִלְכְּדָה וגו'] *Erátque* ibi *quum capta fuit*, &c. P. Ang. Pi. sic JT. Al. *Et factum est ut caperetur Jerus.* Mo. P. Vulg. G. &c. [Sim. Strig. qui hic caput 39. inchoat.] Hæc verba meliùs ad caput sequens referuntur, ut primum & secundum comma παρενθέσεως vim habeant, & in tertio abundet copula[q]. *Et accidit ut secundùm hoc caperetur*. Admonet se non fuisse vanum Prophetam, sed verum[r].

CAP.

z Calv. a Q. in Ang. b Ang. c Q. in Ang. d Ang. * G. f Calv. g G. h G. i Calv. k E. l Calv. sim. E m Calv. n G. o Calv. p G. q G. r Me. † Calv. * G. r G. v Calv. x V. † G. y G. z Me. a G. b T. ex Molin. Vatq. &c. c Ang. d G. * G. f Pi. sim. V. † Calv. g Calv.

h Pi. i V. k G. l G. sim. V. m Ang. n T. o G. sim. p Pi. q V. r C. lv. r M. sim. Pi. t Me. v Me. sim. V. x G. y Di. z T. a G. b V. c G. d Me. Calv. * Calv. f G. g G. h Calv. i G. k M. l E. m Pi. n V. o G. p G. q G. r Calv.

CAP. XXXIX.

2. Aperta (vel, *rupta*, P. Ti. JT. &c.) *est civitas*] Id est, ruinis nudata erat[a]: perruptus fuit murus urbis[b], crebris ictibus arietum hostilium[c]. Stulti serò sapiunt, & suo malo experiuntur verum fuisse quod spreverunt[d].

3. *Sederunt in porta media*] Ità Ch.Sy.P.Mo.M.&c. quæ erat in muro medio *, inter duas urbis partes[f], interiorem & exteriorem[g]. *Mediâ*, i. e. quæ erat inter portam muri extimi urbis, & portam muri intimi, putà Templi. Cingebatur enim urbs duobus muris, præter murum Templi[h]. Hîc substiterunt, tum ut urbi dominarentur; tum caventes nè essent insidiæ, &c[i]. ¶ *Neregel, Sereser*] Nomen hoc est vel, 1. unicum[k]; vel, 2. duplex, sive duorum virorum[l]. נֵרְגַל שַׂרְאֶצֶר *Nergal Scharetser*, Pi. JT. ¶ *Semegar*, &c. סַמְגַּר־נְבוּ] Est hoc nomen vel, 1. personæ[m]; vel, 2. officii[n]. *Præfectus ærario sacro*, JT. Pi. Cùm duo hîc nominentur nomine *Neregel-sereser*, credibile est eos officiis hîc distinctos esse. סַמְגַּר נְבוּ videtur esse *custos templi Nabo*, ut מ sit vice ג ἀντιστοίχως[o]. ¶ *Sarsachim, Rabsares*] Prius est personæ, posterius officii, nomen[p]. ¶ רַב־סָרִיס] *Præfectus aulicus*, JT. vel, *aulicorum*, Pi. vel, *eunuchorum*, G. vel, *satellitum*, Angl. ¶ *Neregel, Sereser, Rebmag*] Alius primo cognominis, qui ab illo distinguitur officio suo[q]. ¶ רַב־מָג] *Præfectus metationi castrorum*, JT. Pi. Angl. vel, *princeps magorum*, G. Nomina hæc omnia apud Josephum reperies, sed corruptissima[r].

4. *Per viam horti*, &c.] i. e. Per cryptam aliquam†. ¶ *Per portam quæ erat inter duos muros*] *Portam* intelligit orificium cuniculi cujusdam habentis utrinque murum: qu. d. per os cuniculi qui erat in horto Regis, qui ità factus erat, ut utrinque murum haberet, ut fit in fornicibus. Os autem habebat in horto Regis, nè omnibus pateret, & ut illinc, nemine conscio, liceret Regi fugere. De urbis porta quæ inter murum & antemurale sita erat intelligi non potest hic locus, quòd ea omnibus pateret[t]. Hæc porta erat extra murùm, & ipsa, ut in obsidionibus fit, muro obstructa: unde eum murum perfodi necesse fuit, ut Regi pateret exitus: Ezec. 12. 12[v]. ¶ *Ad*, &c. דֶּרֶךְ הָעֲרָבָה] *Viâ*, vel *per viam, Araba*, ὁ. in G. vel, *deserti*, Mo. P. M. &c. vel, *campestrium*, JT. versùs Hierichuntem, ut sequentia ostendunt[x].

5. *Et comprehenderunt*, &c.] Quanquam effugisset extra conspectum hominum in solitudinem. A suis proditus videtur. Deus etiam dux erat itineris Chaldæorum, &c[y]. ¶ *Ad Nabuc.——in Reblatha, quæ est in terra Emath*] De qua vide 2 Reg. 17. 24[z]. De *Riblah* vide Num. 34. 11[a]. Interpretes consentiunt hanc esse Antiochiam[b]: Antiochiam Syriæ, quæ ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania[c]. Commissâ aliis bellicâ administratione, hîc substitit Nabuchod. vel, quia non putabat è dignitate sua obsidioni interesse; vel, quia sic propiùs abfuit à Regno suo, si quid ibi esset turbarum; vel, ut indè commeatum exercitui suo provideret[d]; vel, ut in eo, utpote amœnissimo, loco oblectaret se, durante ultra spem suam obsidione *. ¶ *Et locutus est ad eum* (vel, *cum eo*, Mo. P. M. Ti. &c.) *judicia*] Ità Mo. vel, *judicium*, M. i. e. Reum adduxit ad suum tribunal, ut capitalem causam diceret. Ità non regio, sed vulgari, more tractatur[f]. Acriter increpavit eum[g]. *Qui tulit in eum sententiam*, Pi. sic JT. G. ut fœderis ruptorem[h]. *Is egit de supplicio*, Ca.

6. *Nobiles*] Heb. *candidos*: vel, à candidis vestibus, &c*; vel, à candore animi, quo pollere debent †.

8. *Et domum vulgi*] Vel, *populi*, Ch. Mo. i. e. Vel, 1. Synagogas, aliáque publici conventûs loca[i]. Vel, 2. domum publicam, in qua celebrabantur ludi, nuptiæ, &c[k]. Vel, 3. vox *domus* collectivè ponitur[l]. *Et domos*, &c. P. M. JT. &c. Sic in præced. *& domos regis*, æstivam scilicet, & hybernam[m].

9. *Et reliquias populi*, &c.] Exceptis, ut sequitur, pauperrimis, à quibus nihil metuebat[n]. ¶ *Et perfugas*, &c.] Vel, quia proditoribus non satis fidebat: vel, ipsis id petentibus, nè, post discessum Chaldæorum, vulgus in ipsos, ut perfidos, sæviret[o]. ¶ *Et*, &c. וְאֵת יֶתֶר וגו'] *Et reliquias vulgi quæ relictæ sunt*, M. sim. P. JT. &c. vel, *quæ adhuc supererant*, Ti. Eadem verba repetit quæ erant initio versûs, sed discrimen est. Ibi intelligit vel, 1. eos qui obsessi fuerant in urbe, & quibus ignovit Nabuchod[p]: vel, 2. qui antè reliqui fuerant, quum nempe Joacin abductus fuisset[q]: vel, 3. reliquos ex honestioribus civibus †. Hîc intelligit vel, 1. alios residuos, qui dispersi erant per varias terræ plagas, & non fuerant obsessi à Chaldæis[r]; illos qui ex minoribus oppidis agrisque post tantas strages restabant. Vide quæ dicta ad historiam hanc in libro Regum †. Vel, 2. superstites ex opificibus & aliis de plebe[t]. Ità tria hîc hominum genera notari volunt, duo nempe jam dicta, & tertium perfugarum. At ego duo tantùm hîc agnosco, & locum sic reddo[v], *reliquias urbis, & illos qui defecerunt, cum reliquiis*, &c. Angl. Belg. Nec infrequens est hic copulæ usus. Vide v. 3. & Jer. 32. 14. qu. d. Tum illos qui transfugerant, tum illos qui in urbe permanserant; utrosque pariter abducens, quanquam illos humaniùs tractans[x].

10. *Et de plebe pauperum*, &c.] Videmus quàm sæpe optabilis est paupertas[y]. Qui antea oppressi fuerant, & [per ditiores Judæos] possessionibus exuti, non suas modò, sed & aliorum, possessiones obtinent[z]. ¶ *Cisternas*] Id est, agros, aut hortos, qui ex cisternis irrigari poterant[a]. ¶ וִיגֵבִים] *Agros*, Mo. P. M. &c.

11. *Præceperat——de Jeremia*] Quem Deus conservavit, nè periret vel incendio, vel in expugnatione urbis; ubi tamen multa turbulenter & sine consilio fiunt, &c[p]. Edoctus fuit Nabuch. à perfugis, eum semper monitorem fuisse ut Chaldæis urbs dederetur, & ob id ipsum à suis popularibus tractatum pessimè[q].

12. *Pone super eum oculos tuos*] i. e. Prospice illi: nam ab illis solemus oculos avertere quos contemnimus[r].

14. *Miserunt*, &c. וַיִּשְׁלְחוּ] *Miserunt, inquam*, P. V. vel, *Jam, inquam, miserant*, V. ¶ *Tradiderunt eum Godoliæ*] Qui præcipuus fuit eorum qui ad Chaldæos transfugerant. Est anticipatio ejus quod uberiùs narrabitur c. seq †. ¶ *Et*, &c. וַיֵּשֶׁב וגו'] *Et* (vel, *Ità*, Pi.) *habitavit* (vel, *mansit*, Pi.) *in medio populi*, P. V. Calv. h. e. factus est liber[r].

15. *Cùm clausus esset*, &c.] Non semper servatur in S. S. series historiæ[x].

16. *Abdemelech*, לְעֶבֶד־מֶלֶךְ] *Ad Ebedmelech*, P. *ad servum regis*, Q. in V. ¶ *Æthiopi*] Emphaticè hoc addit, ut perstringat Judæos, doceátque Deum magìs curare extraneum, quàm illos, &c. Dictum hoc ante captam urbem, ut tranquillus maneret domi, neque esset socius fugæ[y]. ¶ *Erunt in conspectu tuo*, &c.] Videbis omnia prædicta evenire[z].

17. *Non traderis in manus virorum quos tu formidas*] Aulici illi Sedeciæ, tibi infensi ob Jeremiàm liberatum, nihil adversùs te poterunt: habebunt domi negotium[a]. Ebedmelech fortiter, intrepidè & constanter se opposuit improbis omnibus; hîc tamen timet: hinc gratior illi erat hæc prophetia, &c[b].

18. *Erit tibi anima tua in salutem*] Vel, *in spolium*, sive *prædam*, P. V. &c. i. e. Lætaberis pro vita tua conservata, perinde atque milites lætari solent cùm incidunt in spolia multa. Vide Jer. 21. 9. & 38. 2. & 45. 5[c]. Chald. *in ereptionem*. Sicut spolia eripiuntur hostibus, ità tu vitam ab omni vi eripies. Græci vertunt, εἰς εὕρημα, *(in inventionem,)* & hîc, & 45. 5[d]. qu. d. Erit tanquam res inventa quæ perierat: qu. d. Vitam præter omnem spem servabis *. ¶ *Quia in me habuisti fiduciam*] Nempe, cùm, virorum potentium iram non veritus, Prophetæ & æquitati vocem liberam commodâsti; suprà 38. 7, 8, 9[f]. Exprimit causam & radicem humanitatis ipsius, nempe pietatem, & fidem, sive fiduciam in Deo, cui innixus vitam suam periculo exposuit, ut Prophetæ succurreret. Discamus miseris opitulari; neque refugiamus odia hominum aut pericula hanc ob causam[g].

CAP.

Marginal notes (col. 929): a G. b V. c T. et To. d Calv. * Pi. f G. sim. Pi. g Pi. h T. i Calv. k Ang. l He. in Ang. m Plerique in Ang. n Al. in Ang. o G. p Ang. q Ang. r G. † G. t V. v G. x G. y Calv. z G. a Ang. b Calv. c San. ex Hi. d San. * Ang. f Calv. g V. h G. sim. V. Calv. * Pi. † V. i Ang. k Me. l Plerique in Ang. m Q. in V. n G.

Marginal notes (col. 930): o Calv. p Calv. q Q. in Ang. † Me. r Calv. † G. t Me. v Ang. x Ang. y Calv. z Ang. a T. p Calv. q G. r V. † G. r V. sim. Calv. x V. y Calv. z G. sim. V. a G. b Calv. c V. d G. * Me. f G. g Calv.

CAP. XL.

1. SErmo, &c.] Quomodo sic dicit, quum neque hoc neque seq. cap. verbum ullum est à Domino ad Prophetam [a]? Resp. Hæc referenda sunt ad ea quæ sequuntur cap. 42. 9 [b]. Interseritur autem longa historia per parenthesin [c]: quæ præmittitur [d], quia causam dedit tali prophetiæ [*]; vel, ut tempus & occasio ejus prophetiæ rectiùs intelligatur [f]. Narratâ illâ historiâ, exponitur hæc prophetia, &c [g]. ¶ *Postquam dimissus est*, &c.] Intellige simul, Et postquam acciderunt ea apud reliquias Judæorum quæ post narrationem istius dimissionis narrantur. Brachylogia [h]. ¶ *De Rama*] Urbe in tribu Benjamin prope Gabaon [i]. Vide ad Jer.31. 15 [k]. Ubi scilicet substiterat dum expugnaretur Jerusalem, & ubi captivos abducendos congregabat [l]. ¶ *Quando tulit eum vinctum*, &c.] Ignotum scilicet adhuc sibi. Nam simulatque didicit eum esse Jeremiam, liberavit eum, ac bene fecit ei, ex præcepto Regis,quod habuimus suprà c.39.v.11 [m]. Vinctus adhuc erat per negligentiam eorum quorum curæ commissus fuerat [n]. Al. Voluit Nabuzaradan Jeremiam vinctum prodire in conspectum totius populi, non ignominiæ causâ, sed ut exprobraret populo suam pravitatem & ingratitudinem, &c [o].

2. *Tollens*, &c. וַיִּקַּח] *Et sumpsit*, &c. Calv. *Nam quum adduci curâsset*, &c. Heb. *accepisset*, Pi. Initium est longæ parenthesis,quæ durat usque ad Jer.42.7†. ¶*Locutus est*] i. e. Prædixit [p].

4. *Solvi* (vel, *Solvo*, Ti. JT. &c. Heb. *Aperui*; metonymia efficientis: nam apertione claustri solvitur vinctus [q].) *te hodie de catenis*, &c.] i. e. Restitui te pristinæ libertati [r]. ¶ *Ponam oculos*, &c.] i.e. Curam tui singularem habebo, ut suprà 39.12 †. ¶ *Quod elegeris*, &c. אֶל־טוֹב וגו׳] *Ad bonum & ad rectum in oculis tuis*, &c. Mo. *Ad locum qui bonus est*, &c.P. sim. M.V. *Quò placuerit tibi*,Pi. *Quòcunque tibi commodum & bonum videtur ire*, Ti. Huic uni optionem dat manendi ubicunque voluerit; quum reliquos omnes aut abduxit, aut ibi manere jussit [t].

5. *Et mecum noli venire*,&c. וְעוֹדֶנּוּ לֹא יָשׁוּב וְשֻׁבָה וגו׳] Hæc verba variè & redduntur, & resolvuntur [v]. *Et adhuc ipse non redibit,& revertere ad Gedaliahu*,Mo. Chaldæus non malè vertit, *Et si tu non vis habitare*,ruri scilicet, *confer te ad Godoliam*. Si mavis in oppido aliquo quàm in agro habitare, poteris id tutò facere sub Godoliæ præsidio, cui te commendabo. Apparet Chaldæum illud יָשׁוּב derivâsse à יָשַׁב, non à שׁוּב [x]. Chaldæum sequi videtur vetus nostra versio Anglicana, *Et si tibi non placeat solum*, sive *solitarium*, *habitare*, *tunc revertere ad Gedalia* [y]. *Adhuc autem ille non dixerat* quòd non *reverteretur: & dixit*, *Revertere*, &c. P. Ad verb. *Et adhuc ille non reverteretur*; pro, Adhuc enim ille non responderat se velle reverti in Terram sanctam, cùm ille jussit ut Jerusalem rediret: voluntatem enim Jeremiæ ex vultu deprehenderat, aut è mora [z]. *Ipse enim adhuc non fuit reversus* ad Gedaliam, ideo ait, *Revertere*,&c.M. *Dum autem nondum reversus fuisset*, dixit, *Revertere*, &c. Ang. *Adhuc autem non reversus erat:* Hoc per parenthesin legendum: *& revertere*,&c. h.e. Si malueris hìc subsistere quàm me sequi, tunc eas ad Godoliam, &c [a]. *(Nondum enim erat reversus,) & revertere*,&c.Ti. *Cùmque* Jeremias *nondum reverteretur*, ille eum sic alloqui perrexit, Aut *revertere*, &c. Ca. *Et*, vel *Aut*, quia *ille* (nempe Gedalia, qui mox nominatur [b]. Pronomen & nomen relativum posita sunt ordine inverso [c].) *nondum revertitur*, JT. (vel, *non ampliùs revertetur*, scil. Hierosolymam, sed manebit Mitzpæ †; ubi in legatione sua occupatus ad me nondum revertitur [d]:) *diverte ad Gedaliam*, JT. Pi. sim. Belg. Gal. Al. Per modum interrogationis lego, *Et adhuc non revertetur ?* (i.e. Et si nondum revertetur,) *revertere ad Gedaliam*. Sensus est, Si nondum futurum est ut revertatur Gedalia huc,tu hinc revertere ad eum ubi est: quod factum à Jeremia narratur v. seq [*]. Al. *Cùm iste* (nempe Sedecias, de quo contemptim loquitur [f],) *non ampliùs revertetur, tu ergò revertere*,&c.Q.in Belg. Al. *Nam ulteriùs progresso* [nempe mecum in Chaldæam: alioqui sensum non capio:] *nulla spes erit reversionis. Redi igitur ad Gedaliam*, Strig. ¶ *Dedit—ei—cibaria*, &c. אֲרֻחָה וּמַשְׂאֵת] *Munera & expensas*, M. vel,*& dona*,Ch. vel, *in viam*, Sy. vel,*viaticum* (vel, *commeatum*, Ti. *cibum*, Calv.) *& munus*, Mo. P. Ca. JT. Pi. Qu. An Propheta rectè fecit quòd hæc munera accepit ? Resp. 1. Præmia hæc credibile est non fuisse larga. 2. Summa tunc erat Prophetæ, aliisque, rerum omnium inopia. 3. Sic ostendere voluit Deus gentem barbaram humaniorem fuisse Judæis, &c [g].

*a Sam. b G. sim. V. M. T. Arg. c V. sim. M. c. T. d G. T. * T. f G. g V. h Pi. i Mar. k G. l V. m G. n Ang. o Calv. † V. p V. q Pi. r V. † G. t Calv. v Ang. x G. y Ang. z V. a Calv. b Pi. ex Jun. sim. Glas. 3. 2. 11. 194. c Pi. † Idem. d Jun. * Di. f Q. in Belg.*

6. *Venit—Jeremias ad Godoliam*]Ostendit fidem,patientiam & pietatem suam, quòd Judæam aliis regionibus præferret, & sustineret tot miseriarum esse continuus spectator. Sponte ibi mansit, ut quasi vexillum erigeret captivis, & reditum promitteret, &c [h].

7. *Principes exercitûs*, &c.] Vel, qui, fugiente Sedeciâ, huc illuc fugerant, & evaserant [i]. Vel, qui Principes constituti fuerant à reliquiis populi, (vel bellatorum [k],) qui cladi superfuerant [l]. Judæi duces, qui, in oppidis aliis positi, cùm viderent Chaldæis resisti non posse, in tempore se ad vicinas regiones, ubi bellum non erat, receperant. Exponitur hoc infrà 11 [m]. Dicit hos *fuisse in agro*, id est, extra urbem [n], vel, quòd ex urbe, cùm esset expugnata, fugerent [o]; vel, quòd ex urbibus fugerent primo adventu hostium, & è patria migrarent [p].

8. *Et Ismahel*] ו *&*,hìc,vel, more Hebræo,superfluit [q], vel,vim habet explanandi [r], & valet, *nempe* †: nam hi sunt Principes qui venerant [t].

9. *Et juravit eis*] Promisit illis salutem, jurejurando adhibito [v]; ut opus erat in rebus turbatis & periculosis. Erat enim odiosum Chaldæis, tales habitare in terra. Fidem ergò fecit eis Godolias suæ probitatis, & quòd Chaldæi voluntariâ subjectione contenti forent [x].

10. *Ego habito* (vel,*habitaturus sum*,V.) *in Masphath*, בַּמִּצְפָּה] *Mitzpæ*, JT. Pi. Oppidum hoc erat limitaneum, à præsidio sic dictum. Vide Hos. 5. 1 [y]. Via hæc erat ex Judæa in Babylonem; unde poterat faciliùs cum Chaldæis agere [z]. ¶ *Ut*, &c. לַעֲמֹד לִפְנֵי וגו׳] *Ut stem coram Chasdim*,Ch.P. Ti. sim. Mo. M. *Ut astem* (vel, *ministrem*, Pi. sic JT. vel, *præstò sim*, Ca.) *Chaldeis*, V. Id est, vel, 1. ut impleret mandata legatorum quos missurus esset Rex Babylonis †. Vel, 2. ut exciperet Chaldæos [a], iisque occurreret, & pro Judæis staret [b]. q. d. Illis fidejubebo pro vobis, ponámque animam meam pro vobis, ut securi vivatis,&c [c]. ¶ *Vindemiam* (vel, *vinum*, Mo. P. &c.) *& messem*, קַיִץ] At messis tempus jam præterierat. Mense enim Julio urbs fuit incensa. Et קַיִץ ὀπώρας, (*autumnum*, vel *fructus autumnales*,) sign. ut hîc habent Græci, *arborum fructus* [d]. [Alii vocem sic reddunt,] *& fructum*, P.V.sim. Ca. sub. *æstatis*, sive *autumnales*: nam קַיִץ modò *æstatem*, modò *autumnum*, sign [*]. *Et fructus æstivos*, M. Ti. JT. Pi. V. sic Mo. &c. qui desiccari solent in Sole tempore æstivo, ut ficus & id genus. Chald. *caricas*, i. e. massas ficuum compressarum & siccatarum†. Ità Chald. posuit speciem pro genere [f]. ¶ *Manete in urbibus vestris, quas tenetis*, תְּפַשְׂתֶּם] *Apprehendistis*, Mo. V. sub. *ad inhabitandum*, V. nam vi & armis capere non poterant [g]. *Cepistis*, P. &c. *occupâstis*,JT.Pi.Ti. vel,*tenetis*,Ca. scil. *ut in illis habitetis* [h]. *Tenuistis*, ante bellum [i]. Vel, q. d. quæcunque urbs vobis primò occurrerit [k].

11. *Judæi qui erant in Moab*, &c.] Qui se eò contulerant [l], quum Chaldæi advenerint [m]. Deus itaque temperavit vindictæ gravitatem, ut reliquiæ manerent, &c [n].

13. *Qui*, &c. אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה] *Qui* (sub. *erant*, P. vel, *degebant*, Pi. sim. V.) *in agro*, sub. *Jerosolymitano*, vel *Judaico*; non in urbe quando fuit expugnata: sive, qui aufugerant urbe expugnatâ. Hìc repetit dicta v.7 [o].

14. *Scito quòd Baalis——misit Ismahel—percutere*,&c. לְהַכֹּתְךָ נָפֶשׁ] *Ut* (vel, *qui*, Calv.) *percutiat animam tuam*, M. Hoc modo pronomen affixum verbo referri debet ad nomen [p]. Vel, *te in anima*, P. sive,secundùm *animam*, Pi. vel, *te* percussione *animæ*, quâ scilicet anima sejungitur à corpore †: vel, *lethaliter*, JT. Pi. sic V.

*g Calv. h Calv. v. 5. ad i Mc. k M. V. l Mc. sim. M. V. m G. n V. o Q. in Calv. p Calv. q G. r Glas. gram. 4. 1. 691. † V. Pi. Glas. t G. v V. sim. x Calv. y Ang. z T. † G. sim. T. a V. b Calv. c V. sim. Calv. d V. * V. † Id. f G. g Calv. h Q. in V. i G. k Calv. l Calv. m Ang. n Calv. o V. p V. † Idem.*

G. ut Gen. 37.21. Græci libri quidam hîc habent, βασίλισσα βασιλέως υἱῶν Ἀμμών, i. e. *regina* mater *regis Ammon*, tutelam scilicet Regis pueri gerens. Sicut mater Regis Hebræis vocabatur גְּבִירָה, ità Ammonitis בַּעֲלִים. Nam ם pro ה ponere est dialectus. Pro שָׁלַח ergò, legerunt שְׁלָחוֹ. Pro illo, *Scito*, in Hebræo est, *An plane scis?* i.e. Annon intellexisti rem tanti momenti? Ismael iste Judæus erat, ad regiam Davidis familiam pertinens, Jer. 41. 1. Ità Ammonitarum Augusta vetus in Hebræos odium, Ismael verò ille spem quam conceperat ex ortu Davidicæ stirpis, unà miscuerunt [q]. Rex Ammon hoc fecit, vel, quia frustrata esset ipsum opinio quam conceperat, se fore præsidem Judææ, &c. vel, ut rebus turbatis vacua fieret terra. Ismael vel mercede, vel consilio, Regis Ammon inductus est, &c [r]; vel, ambitione motus, & quia Godoliæ præfecturam invidebat †. ¶ *Non credidit*, &c.] Fuit hæc laudabilis simplicitas, quòd non erat suspiciosus: debuit tamen & sibi & publicæ saluti consulere [t].

15. *Ibo*, &c. אֵלְכָה נָּא] *Ibo nunc*, P. *Vadam*, vel *Eam, quæso*; i. e. Agè, vadam: q. d. Per te mihi liceat ire [v].

16. *Noli facere*, &c.] Rectè noluit Ismaelem temere & indictâ causâ occîdi; sed debuit sedulò inquirere [x], eúmque in custodia asservare, aut saltem sibi cavere [y]. Godolias erat vir non malus, sed nimiùm credulus, qualis Eumenes [z]. ¶ *De Ismahel*; ità Ch. M. P. Ti. Ca. Sy. אֶל וגו׳] *Ad* (vel, *contra*, JT.) *Ismahel*, Mo. &c.

[q] G. [r] Calv. † Me. [t] Calv. [v] V. [x] Calv. [y] E. ad v. 15. [z] G.

CAP. XLI.

1. IN *mense septimo*] Ob cæsum Godoliam Judæi indixerunt jejunium mensis septimi [a], Zach. 7. 5. & 8. 19 [b]. sicut ob captum Sedeciam, &c. jejunium die sexto mensis octavi [c]. *Mense septimo*; sive, post actionem Gedaliæ cum Principibus illis; sive, post indicium insidiarum Ismaelis, ex collat. cap. præced [d]. ¶ *Ismahel——de semine regali*] Ideóque altos spiritus gerens*, & indignum putans hominem novum sibi anteponi, &c [f]. ¶ *Et optimates* (sub. *aliquot*, V.) *regis*] Qui, vel ante obsidionem atque invasionem, vel tempore interruptæ obsidionis, fugâ evaserant [g]. ¶ *Et decem viri cum eo*] At decem viri tanta patrare non poterant [h]. Resp. 1. Hi decem erant Principes antè memorati; atque ità *&* hîc valet, *nempe* [i], *nempe decem viri*, &c. Ang. Hi, porrò, non soli venerunt, sed cum suo comitatu singuli [k]. 2. Hi decem, qui cum Optimatibus illis & illorum famulis cædem patrârunt, erant sicarii [l], viri audaces & pugnaces, quos Itali *bravos* vocant [m], & quales Abimelech conduxit, Jud. 9. 4. qui cædibus assueti erant [n]; quos Ismael hoc fine attulit; ideóque hi *cum eo*, non ille *cum eis*, venire dicuntur [o]. ¶ *Comederunt ibi panes*] Vel, *panem*, P. i. e. cibum [p]; convivio excepti sunt [q], à Gedalia nihil sibi timente [r]. Violavit ergò sacrum hospitii jus, &c †.

2. *Et percusserunt Godoliam*, &c.] Sed cur hoc passus est Deus, &c? Resp. 1. Commodum hoc erat Godoliæ, quòd Deus ipsum ad se colligeret, & tantis malis, quæ eventura erant, eriperet. 2. Turba hæc quæ relicta est indigna fuit gratiâ Dei. Videbimus enim ut tanquam rabiosæ bestiæ sese in mortem conjecerint, &c [t]. ¶ *Quem præfecerat*, &c.] Hoc additamento ostendit magnitudinem criminis [v]. ¶ אֲשֶׁר וגו׳] *Quia illum præfecerat*, V. Me. nam redditur causa cur eum interfecerint [x].

3. *Judæos*, &c.] Nempe ministros & familiares Gedaliæ, & qui se huic facinori opposuerunt: nam corpus populi non occîdit, sed abduxit, &c [y].

4. *Nullo* (scil. extra civitatem [z]) *adhuc sciente*] h.e. Antequam fama de occiso Godolia emanâsset [a].

5. *Viri de Sichem*, &c.] Viri pii, quales ibi erant pauci [b]. ¶ *Rasi barbâ*, &c.] Lugentes [c]: Ut dolorem testarentur de incenso Templo [d]. ¶ *Et*, &c. וּמִתְגֹּדְדִים] *Et incisi*, Mo. V. vel, *incidentes sese*, JT. sic P. vel, *compuncti*, Ca. vel, *sese laniantes*, Ti. vel, *lacerati* corpore, M. vel, *laniatâ* facie, P. sim. V. cultris videlicet*, aut unguibus [f], in signum luctûs [g]. In Lege hoc prohibitum erat: sed obliti sunt Legis, &, assueti moribus Gentilium [h], & prævalente tristitiâ, sine consilio hoc fecerunt [i]. ¶ *Ut offerrent in domo Domini*] At Templum cum urbe excisum erat, &c. Resp. 1. Audierunt hi urbem captam; non autem Templum vastatum [k]. Quod non est credibile: nam Templum exustum est mense 5. quod ignorari non poterat ab illis, quippe qui è vicinia venerunt [l]; & porrò, ob illam famam acceptam signa luctûs ediderunt [m]. 2. *In domo*, i.e. in area ubi Templum fuerat [n]; in eo loco quem Deus Templo olim erigendo, & pòst iterum instaurando, delegerat [o]. Dicere poterant cum David, *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus* [p]. *Locus in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet*; Institut. De rerum divis. § *Sacræ*, ex Papiniano [q]. *Domus* hîc poni potest pro loco ubi erat: neque enim insolens est, *domos, turres, palatia*, dici loca illa ubi olim steterant. Vide Esa. 13. 22 *. Et vero simile est, altare aliquod eo in loco, jussu Godoliæ, excitatum fuisse inter rudera Templi, ubi victimæ offerri possent Deo. Vide Baruch 1. 10 [r]. 3. Non venerunt ut offerrent ordinarium sacrificium, (neque enim adducunt victimas, sed thus & mincha ad adolendum,) sed tantùm ut in loco illo testatam facerent suam pietatem †. 4. Non venerunt in Jerusalem, sed in Maspath, ubi audîerant collectas fuisse Judæorum reliquias, ibíque erectum fuisse Altare, ut olim factum 1 Sam. 7. & 10 [t].

6. *Incedens & plorans*] i.e. Flens inter eundum, aut, properans flendo [v], quasi & ipse Templi exitium lugeret [x]; ut faciliùs imponeret hominibus incautis [y], eósque ab omni metu averteret [z]. ¶ *Venite ad Godoliam*] Quasi ipse esset de ejus comitatu [a].

7. *Cùm venissent ad medium civitatis*] Vel, *in civitatem*, Angl. ut 1 Sam. 9. 14. sic postea, *medium foveæ*, pro *fovea* [b]. ¶ *Interfecit*, &c. וַיִּשְׁחָטֵם וגו׳ אֶל־תּוֹךְ הַבּוֹר] *Et jugulavit eos* (sub. *& projecit eos*, Pi. sim. JT. V. G. Ang. ut apparet v. 9 [c]. Ellipsis [d], qualis Esa. 14. 12. & 38. 14. &c*. & 1 Mac. 7. 19. ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ, i.e. *interfectos in fossam abjecit* [f].)—*ad*, vel *in*, *medium* (vel, *medio*, M.) *cisternæ*, Mo. P. vel, *foveæ*, JT. Pi. &c. בּוֹר hîc *fossam* significat urbi circumdatam, quomodo & φρέαρ sumitur 2 Mac. 1. 19 [g]. Quòd hi occisi non fuerint in fovea ipsa, sed occisi, & pòst in illam conjecti, clarum est ex vers. 9 [h]. Cur Ismahel hoc furore correptus erat incertum est, nisi quòd reprobi cæcâ rabie & spiritu vertiginis aguntur. Putabat eos venire ad Godoliam, ut sub ejus imperio degerent: ità sola & levis suspicio Ismaelem accendit, &c [i].

8. *Habemus*, &c. יֵשׁ לָנוּ מַטְמֹנִים וגו׳] *Sunt nobis thesauri* (vel, *thesauri absconditi*, Mo. sic Ti. vel, *apothecæ*, ut suprà cap. 38 [k]. Vox hæc, licèt ab *abscondendo* dicta, simpliciter tamen *thesauros* denotat, sive absconditos, sive alios, Gen. 43. 23. nec probabile est tot rerum genera ab his decem viris in una aliqua agri parte & sub terra recondita fuisse, sed in horreis agrestibus singulorum, &c [l].) *in agro*, &c. P. Subintellige, quos tibi dabimus pro vita, &c [m]. ¶ *Non interfecit*, &c.] Sævitiam vincente avaritiâ, & egestate ob res adeò turbatas [n]. Ità *divitiis vita redimitur*, Prov. 13. 8. Simul ostenditur Ismaelis avaritia, &c [o].

9. *Quos percussit propter*, &c. בְּיַד גְּדַלְיָהוּ] *In manu*, vel *ad manum*, *Gedaliæ*, Mo. V. Pi. Variè hoc vertitur, & exponitur [p]. *Propter Gedaliam*, Ch. M. P. Ti. Ang. q. d. propter spretum ab ipso consilium Jonathæ [q]. Vel, *causâ*, sive *occasione*, *Gedal.* V. Q. in Angl. Genev. in Di. Venerunt enim præcipuè ut Gedaliam interficerent, aliósque hâc occasione [r]. *Secundùm Gedal.* Ca. *in loco Gedal.* Q. in M. nempe Mitzpah. יָד *locum* sign. Deut. 23. 12. Esa. 56. 5. Jer. 6. 3 †. *In ministerio* (ità יָד sumitur Num. 4. 37. 2 Par. 36. 15*.) *Gedal.* Di. Q. in Angl. Qui fuerant *ad manum ipsi Gedalia*, h. e. qui erant illi à consiliis. *Manus*, pro *consilio*. Sic 2 Sam. 14. 19 [t]. *In plaga Gedaliæ*, Calv. *ad*, vel *juxta*, *latus Gedal.* JT. Pi. BA. 1. 758. 63. ut יָד sumitur 1 Sam. 19. 3. Neh. 3. 2, &c [v]. *Sub præfectura*, sive *custodia*, *Gedal.* Q. in Angl. ut בְּיַד accipitur Gen. 24. 10. Num. 4. 33 [x]. *Pone Gedal.* Sy. *cum Gedalia*, Di. Angl. ut Gen. 24. 10. בְּיָדוֹ, i. e. *secum*, ut ο′. habent [y]. Sic Jer. 38. 11. *Accepit—viros illos* בְּיָדוֹ,

[a] T. sim. Ang. [b] Ang. [c] T. [d] Pi. * Calv. [f] Jun. sim. Calv. [g] Ang. [h] Jun. [i] Ang. [k] Jun. [l] Me. [m] T. [n] Q. in Ang. [o] Ang. [p] V. [q] G. sim. Pi. [r] V. † Calv. [t] Calv. ad Jer. 40. 14. [v] G. [x] Me. [y] Ang. [z] M. [a] G. [b] G. [c] Ca. [d] G.

* V. Pi. [f] V. [g] V. sim. Pi. [h] M. [i] Q. in Calv. sim. M. [k] V. [l] Calv. sim. E. [m] V. [n] G. sim. Me. [o] T. ex Sin. & L. [p] Me. [q] G. * Ang. [r] T. † Calv. [t] Q. in Me. sim. L. F. [v] V. [x] G. sim. V. Calv. &c. [y] V. [z] G. [a] G. sim. Ang. [b] Ang. [c] G. [d] G. sim. Ang. * Ang. [f] G. [g] G. [h] V. [i] Calv. ad v. 5. [k] G. [l] Ang. [m] Pi. [n] Calv. [o] G. [p] Ang. [q] Q. in Ang. [r] Al. in Ang. † Ang. * Ang. [t] He. in V. [v] Ang. [x] Ang. [y] Di.

בְּיָדוֹ, id est, *secum*, ut Targum reddit [z]. ¶ *Quem fecit rex Asa*, &c.] Nempe, cùm Maspatham muniret, 1 Reg. 15. 22 [a]. vel, 1. ut ibi lateret [b]: vel, 2. ut hostem, si fortè in urbem penetrâsset, sisteret, nè longiùs procederet, quia fossa interposita erat [c]: vel, 3. ut aquam reciperet, & contineret ad usus necessarios. Vide Esa. 22. 9, 11 [d]. q. d. Quæ fovea in alios usus exstructa erat. Hic autem, quod factum erat in publicam utilitatem populi, convertit in perniciem *.

10. *Et captivas duxit Ismabel*] Indignus Davide pronepos [f]. Id fecit, vel, ex composito cum Rege Ammonit. vel, pro re nata, quum videret se non posse resistere, &c [g]. ¶ *Filias regis*] Sedeciæ, quas Chaldæi in Judæa reliquerant, quia nec ad arma valet is sexus, nec ad Regnum jus sibi vendicare poterat. Vide infrà 43. 6 [h]. At Regium semen abductum fuisse antè legimus. Resp. Pars tamen ex eo erepta erat quum urbs obsideretur, sicut & ipse Ismael evaserat. At pauci homines non poterant hæc præstare. Apparet ergò ex h. l. Ismaelem progressu temporis majoribus copiis instructum quàm antea: nam impia factio multos habet sequaces cùm spes aliqua oblata est [i]. ¶ *Ut transiret ad filios Ammon*] Quorum incitatu scelera hæc patraverat [k]. Illis fortasse pro mancipiis usurus, vel Ammonitis mancipaturus [l]. Ammonitæ autem illis nihilo clementiores fuissent quàm Chaldæi, &c [m].

12. *Ad aquas multas*] i. e. Ad magnam piscinam, ut hîc habet Chaldæus. Ea ipsa est cujus mentio 2 Sam. 2. 13 [n]. Fuit hic lacus, vel stagnum aliquod [o]. ¶ *In Gabaon*] Erat Gabaon in itinere à Maspatha ad Ammonitas [p].

13. *Letati sunt*] Conspecto vindice suæ libertatis [q].

14. *Et*, &c. וַיָּסֹבּוּ] *Et verterunt*, sive *converterunt*, *se* (vel, *diverterunt*, Pi. sic JT. *redierunt*, M. sim. Ca.) *omnis populus*, Mo. P. &c. *Et reduxerunt* (nempe illi qui cum Johanane erant [r]) *omnem illum populum*, G. sic Ti.

15. *Fugit*] Sæpe captoribus multitudo captivorum non oneri tantùm, sed & periculo, fuit †. ¶ *Cum octo viris*] Quia duos amiserat, tentat frustrà prælio [t]. ¶ *Ad filios Ammon*] Non sine maximo opprobrio, &c [v].

16. *Et eunuchos*] Nam & hoc hominum genus, exemplo aliorum Regum, Judæi Reges sibi circumdederant, quos, ut nulli bono usui, Chaldæi in Judæa relinquerant [x].

17. *Et sederunt* (vel, *habitaverunt*, Mo. P.) *peregrinantes*, &c. בְּגֵרוּת כִּמְוֹהָם [Variant.] *In peregrinatione* (vel, *habitatione*, G. vel, *hospitio*, JT. Pi.) *Chimbam*, Mo. vel, *quam dedit David ipsi Chimbam*, Ch. in V. In loco ubi peregrinatus fuit Chimham, de quo vide 2 Sam. 19. 37, &c [y]. *In Geruth Chimbam*, M. P. Calv. Ti. ¶ *Quæ est juxta Bethlebem*] Cùm autem David patrimonium haberet in agro Bethleemitico, jus ibi habitandi & fructus quosdam suos faciendi dedit Chamaamo: atque indè id rus nomen accepit [z]: quod etiam ei adhæsit, quanquam ad Regem reverteretur tempore jubilæi [a]. Consederunt autem ibi tantùm ut se pararent itineri de quo agunt sequentia [b].

18. *Timebant enim*, &c.] Nec frustrà: nè Chaldæi ex suspicione Judæos omnes in majestatis læsæ crimen traherent, quasi qui Principem sibi desiderâssent ex stirpe Davidis [c]. Aliud tamen remedium in promptu erat. Poterant se purgare, & culpam in authorem conjicere, & res satis comperta erat, &c. Deus etiam illis benedixisset, &c [d].

z Di. sim. Ang. a G. b BA. 1. 3. 4. 758. c Calv. d Ang. sim. T. * Calv. f G. g Calv. h G. i Calv. k G. sim. Ang. l Me. m Calv. n G. sim. T. Ang. Pi. o Calv. p G. q G. r G. † G. t G. ex Mc. v Calv. x G. y V. z G. a Ang. b G. c G. d Calv.

CAP. XLII.

1. *Omnes principes*—*& Johanan*, &c.] Vel, *nempe Johanan*, &c. G. Hos postremos ponit honoris causâ; ut Marc. 16. 7. *discipulis ejus*, *& Petro*, &c [a]. Vide & 2 Sam. 2. 30. *servi David*, *& Asabel* [b]. ¶ *A parvo usque ad magnum*] h. e. Cujuscunque ordinis: non enim ætatem respicit, sed ordinem [c].

2. *Cadat oratio nostra*, &c.] i. e. Tu procumbens preces nostras ad Deum defer. Vide suprà 36. 7. & 38. 26. & infrà v. 9 [d]. Vel, Valeat apud te oratio nostra, exaudi nos *.

a Calv. b Ang. c V. sim. Calv. d G. * c. sim. T.

3. *Et* (vel, *Ut*, Ti. Ca.) *annunciet* (vel, *indicet*, JT. Pi. &c.) *nobis*—*viam*, &c.] Multi Prophetas consulebant facturi quod dicerent, si modò dicerent ipsorum votis congruentia [f]. Venerunt hi viri cum præjudicio: decretum illis erat quid agerent: id volebant à Deo approbari. Plerique consultores non tam discere volunt quid rectum sit, quàm volunt alios suffragari suis affectibus [g].

4. *Audivi*] q. d. Annuo petitis [h]. ¶ *Deum vestrum*] q. d. Qui vos adoptavit, &c. quare non estis vestri juris, sed Deo prorsus devincti [i]. ¶ *Responderit mibi*] Heb. *vobis*, i. e. mihi in vestrî gratiam. Sic Deus loqui dicitur & Mosi, & populo, quia doctrina utrisque communis erat †.

5. *Sit Dominus*—*testis*, &c.] Juramentum hoc est [k]. Vide quàm cæci sunt hypocritæ & stupidi, quòd audent Dei nomen interponere, &c [l]. ¶ *Juxta omne verbum in quo*, &c. אֲשֶׁר יִשְׁלָחֲךָ] *Quo* (vel, *propter quod*, P. sim. M. Ti. vel, cum *quo*, Pi. *cujus* causâ, JT.) *miserit* (vel, *missurus est*, Pi.) *te*, Mo. &c.

6. *Sive bonum*—*sive malum*] i.e. Commodum aut incommodum [m]; suave aut acerbum [n]; facile aut difficile [o]. *Malum* hîc, non culpæ, sed pœnæ, intelligit P. Hæc est regula veræ pietatis, ut Deo sine exceptione pareamus, &c [q].

7. *Decem dies*] Distulit responsum, vel, ut careret omni tum ostentatione, tum etiam suspicione falsi; quia non extemplo profert quod in ejus cerebro natum est, sed simpliciter exspectat Dei mandata, &c [r]: vel, ut castigaret illorum hypocrisin, qui indubiè erant impatientes moræ, &c †.

10. *Si*—*manseritis*, &c.] Sub imperio Babylonico, cui eos subjici planè Deus voluerat [t]. ¶ *Ædificabo*, &c. "וּבָנִיתִי וגו] *Et* (vel, *Utique*, JT. Pi. vel, *Tunc*, Calv. Ang. Vel, ו & redundat [v].) *ædificabo vos*, Mo. &c. i.e. confirmabo vos in perpetuo statu [x]: domos vobis dabo, ut suprà 33. 7 [y]. Non sinam posthac vos in Chaldæam abduci [z]. ¶ *Plantabo*] i. e. Firmas sedes vobis faciam, ut arboribus quæ solo infiguntur [a]. ¶ *Placatus sum*, &c. "נִחַמְתִּי אֶל וגו] *Pœnitet* (vel, *pœnituit*, Pi.) *me* (vel, *conversus sum*, Ch. *resipui*, V.) *mali*, P. Calv. vel, *mali istius*, Ti. sic JT. Pi. vel, *ad malum*, Mo. vel, *à malo*, V. Ch. i. e. Mutavi sententiam super afflictione vestra [b]. Adest finis pœnarum, &c [c]. *Consolationem accepi super malum*, h. e. Satiatus sum pœnâ vestrâ. Dicuntur enim consolationem accipere, quibus satisfactum est [d]. Contentus sum iis pœnis quas vobis intuli, modò nè novam impatientiæ culpam adjiciatis *.

12. *Dabo vobis misericordias*] Ità Mo. &c. sub. *coram illo*, Pi. q. d. Inclinabo animum ejus ad clementiam, &c [f].

¶ *Et*, &c. "וְהֵשִׁיב וגו] *Et habitare faciet* (vel, *restituat*, JT. vel, *permittet*, V.) *vos in terra vestra*, Calv. *Et reducat vos ad agros vestros*, Heb. *ad humum vestram*, unde exsulâstis tempore obsidionis [g].

13. *Non habitabimus*, &c.] Sub. *diutius*, V. ¶ *Nec*, &c. "לְבִלְתִּי וגו] *Non obediendo* (vel, *ad non audiendum*, Mo. *ità ut non auscultetis*, Pi. sic M.) *voci Jehovæ*, Calv. P. sim. JT. Ti. q. d. Non potestis in Ægyptum ire, nisi ex professo rejiciatis consilium Dei, qui id sæpe vetuit, & jam confirmat [h].

14. *Ubi non videbimus bellum*] Detegit hîc occultam eorum impietatem, quòd scil. promissioni Dei non fiderent, &c. quòd & vanas spes conciperent, & Deum ipsum tacitè arguerent mendacii [i]. ¶ *Et famem*, &c. וְלַלֶּחֶם לֹא נִרְעָב] *Et pane* (vel, *panem*, Pi.) *non esuriemus*, Mo. P. sim. Ca. *& non famescamus pro pane*, M. *& famem panis non sustinebimus*, Ch. *& cibi famem non patiamur*, JT. *nec cibi*, vel *panis*, *penuriâ laboremus*, Sy. Ti. ¶ *Ibi habitabimus*] i. e. Non vagabimur, ut hîc, pro arbitrio Chaldæorum [k]. Malo simpliciùs accipere, q. d. Ibi manebimus [l].

15. *Si posueritis* (vel, *ponendo posueritis*, P. vel, *omnino disposueritis*, sive *direxeritis*, JT. Pi. i. e. Si firmiter statueritis [m]: nam qui obstinato animo in aliquem locum contendunt, in eum faciem ità dirigunt, ut nullis terroribus avertantur [n]. Ubi cor est & amor, eò respiciunt oculi, & intenta est facies [o].) *faciem vestram*] Vide de hac phrasi ad Luc. 9. 51 [p]. Significat firmum propositum aliquid faciendi [q]. ¶ *Ut ingrediamini Ægyptum*]

f G. g Calv. h Ang. i Calv. † Idem. k E. sim. Mc. T. &c. l Calv. m V. n Ca. o G. Mc. q Calv. r Calv. † Ang. t G. v V. x Calv. y G. z V. a G. b V. c V. ex Mc. d Q. in Calv. * G. f Calv. sim. Pi. V. g Pi. h Calv. i Calv. k G. l Ang. m T. sim. Mc. n Mc. o T. p G. ex V. q V.

ptum] Eò ire vetantur, non ex illo loco Deut. 17. 16. cujus alium quàm à nonnullis putatur sensum esse ibi ostendimus; sed ex speciali decreto Dei, ex causa illa quam attulimus suprà 10 [r].

16. *Gladius*, &c. וְהָיְתָה וגו׳] *Et erit gladius* super vos, &c. Q. in V. *Utique gladius, à quo timetis, assequetur vos*, Pi. *Utique futurum est* ut *gladius*, &c. JT. sic Q. in V. ו hîc certitudinem denotat †. *Erit* (vel, *Accidet*, Calv. vel, *Erit enim*, P. vel, *Et fiet*, Pi.) ut *gladius*, &c. Calv. Gladius Nabuchodonosoris. Factum hoc eâ expeditione quâ is in Africam ivit: cujus meminit Megasthenes productus à nobis ad l. 3. de V.R.C [t]. ¶ *Adhærebit*, &c. יִדְבַּק אַחֲרֵיכֶם מִצְרַיִם] *Adhærebit post vos* (vel, *vobis*, P. vel, *sequatur*, sive *persequatur, vos*, M. JT. Sy. vel, *vos à tergo urgeat*, Ca.) *Ægypto*, Mo. vel, in *Ægypto*, M. Ti. &c.

17. *Omnésque*, &c. וְיִהְיוּ וגו׳] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi. vel, *Nam*, V. P. Ti.) *erunt* (sub. *in malum*, h.e. in interitum [v],) *omnes viri*, &c. *morientur*, &c. Calv. JT. Pi. i.e. Hoc illis accidet [x].

18. *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר נִתַּךְ וגו׳] *Sicut effusa* (vel, *fusa*, V. *conflata*, M.) *est* (vel, *resedit*, Ch. in G.) *ira mea*, &c. JT. Pi. G. &c. ut metallum, quod liquefactum [y] huc illuc se spargit [z], & repentè decidit [a]: vel, ut aqua, quæ fundendo se extendit [b]; ut aqua nubis, quæ soluta subitò concrescit in pluviam [c]. q. d. Ut antea vestro malo nôstis me veracem esse, ità rursus sentietis, &c [d]. ¶ *Locum istum*] i. e. Non redibitis in Judæam, ut illi qui in Babylona deportati fuerunt *.

19. *Verbum*, &c. דִּבֶּר יְהוָה עֲלֵיכֶם] *Loquutus est* (sub. *hæc*, Pi. *Edicit*, V.) *Jehovah contra vos*, Calv. vel, *super vos*, G. ex Vulg. vel, *vobis*, V. vel, *de vobis*, Pi. Ang. Hoc est quod Deus vobis per seriò & irrevocabiliter denunciat [f]. ¶ *Quia* (vel, *quòd*, Mo. M. &c.) *obtestatus* (vel, *contestatus*, Mo. Calv. Pi. sim. JT. G.) *sum vos*] Sic Ti. vel, *quòd monuerim vos*, V. sic P. quasi testibus adhibitis [g], nè dicatis vos per inscitiam aut errorem deliquisse [h]. הֵעִיד, præsertim constructum cum ב, significat, *monere*: quòd qui admonebant solerent adhibere testes [i].

20. *Quia*, &c. כִּי הִתְעֵתֶם בְּנַפְשׁוֹתֵיכֶם] [Variant.] *Quia* (vel, *Equidem*, P. Ti. *Quandoquidem*, JT. *Siquidem*, M. V. *Nam*, Pi. Ca.) *decepistis*, vel *fefellistis*, vel *seduxistis*, (vel, *seducitis*, Ti. vel, *errare fecistis*, Mo. P.) *animas vestras*, Ch. Calv. P. &c. sic Ti. vel, *vosipsos*, Pi. Sy. vel, (sub. *me*, M. Jun. V. G. &c. non Deum, qui non potest irrideri, Gal. 6. 7. sed Prophetam [k]: *me*, quo ad orandum & consulendum Deum uti voluistis [l]:) *animis vestris*, JT. vel, *in animabus vestris*, M. vel, *cogitationibus vestris*; q. d. per id quod erat in animabus, sive mentibus, vestris: h. e. Cogitationes vestræ non responderunt verbis vestris. Hîc observa *animam* pro *cogitatione & voluntate* [m]. Vel, *in animas vestras*, Mo. G. i. e. contra vosmetipsos, malo vestro [n]. Sed malim ב redundare. q. d. Cùm voluistis callidè agere & fucum Deo facere, decepti fuistis vos, & astuto illo consilio perditi [o]. Decepistis, vel, 1. vosmet, quum putâstis vos paratos esse ad obsequium Dei: vel, 2. Deum, quantum in vobis fuit, in periculum vestrum [p]: vel, 3. me, quem, cùm jam certum esset vobis proficiscendi consilium, interventorem adhibuistis apud Deum [q].

21. *Et annunciavi vobis*] Sub. *voluntatem divinam*, V. fideliter & sincerè: per me itaque non stetit quò minus rectè ageretis [r]. ¶ *Et non audîstis*, &c.] Novit hoc Propheta, non ex ipsis, qui nondum responsum dederant; sed, vel, 1. ex ipsorum sermonibus intra decem illos dies: vel, 2. ex gestu ipsorum dum prophetiam suam proferret: vel, 3. ex revelatione Dei †.

22. *Ut habitaretis*, לָגוּר] *Ad peregrinandum*, P. sim. V. Ad tempus, donec possent in patriam redire. Volebant ergò restitui invito Deo [r].

CAP. XLIII.

2. **D**Ixit *Azarias*] Auctor consilii illius de profectione in Ægyptum [a]. ¶ *Superbi*; ità Mo. P. JT. &c. הַזֵּדִים] *Contumaces*, M. Ex superbia oritur inobedientia, & contemptus Dei [b].

3. *Baruch*, &c.] Qui, ut junior, fervidiùs ea eloquebatur quæ ab Jeremia didicerat [c]: unde orta hæc suspicio [d]; & quòd scirent illum, non minùs quàm Jeremiam, charum fuisse Chaldæis *. Mira hæc levitas & amentia. Fidem Jeremiæ cap. præced. agnoverant, & multis annis experti erant: hîc mendacii ipsum accusant. Disce, mentem hominis irregeniti, fallaciis plenam esse [f]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן תֵּת וגו׳] *Ad dandum* (vel, *ut tradas*, P. *ut tradat*, M. Ti. &c. nempe Baruch: ad verb. *ut tradere* [g]) *nos*, &c. Mo. &c. ¶ *Ut*, &c. לְהָמִית וגו׳] *Ad interficiendum nos*, Calv. V. &c. *ut nos interficere facias*, P. vel, *faciat*, nempe Baruch [h]. Vel, *ut interficiant nos*, nempe Chaldæi [i].

7. *Et venerunt usque ad Taphnis*, תַּחְפַּנְחֵס] *Thahpanhes*, Pi. *Daphnas Pelusias*. Vide Esa. 30. 4 [k]. Metropolis erat Ægypti, & regia Pharaonis [l]: quæ tamen paulatim & nomen & opulentiam perdidit; ut sæpe factum. Nam apud scriptores profanos nullum ferè ejus nomen exstat [m].

9. *In crypta*, &c. בַּמֶּלֶט בַּמַּלְבֵּן וגו׳] *In luto*, sive *argilla*, P. M. JT. Pi. Ca. &c. (vel, *intrito*, Mo. vel, *cæmento*. Id מֶלֶט haud dubiè est: nam ità usurpant & Chaldæi & Arabes, & ab illis Itali. Idémque significat חֲפִיל, quod hîc habet Chaldæus [n].) *in lateraria*, Mo. Pi. vel, *in figlina*, Ca. vel, *laterificinæ*, M. *laterariæ illius*, JT. *in fornace laterum*, P. *in officina lateritia*, Ti. sic G. Sy. nempe, quò lapides illi rectiùs serventur. מַלְבֵּן sign. & *lateres*, Exod. 1. 14. & 5. 16, 18, 19. & *locum ubi lateres fiunt* [o]. *In loco in quo fiunt*, vel *excoquuntur, lateres*; qu. d. *Abde illos in luto lateritio*, superstruendo alios aliis ope luti lateritii [p]. מֶלֶט, quod alibi non occurrit, Judæi & nostri consentiunt esse materiam undè fiunt lateres. Consentiunt item מַלְבֵּן esse fornacem laterariam, ex collat. 2 Sam. 12. 31. Objiciunt alii, quòd non est verisimile fornacem talem fuisse *in porta domus regiæ*, &c. Sed reponi potest, 1. Palatia Regum Ægypti fuerunt amplissima. Potuit ergò sine incommodo fuisse prope portam alicujus atrii illius domûs, &c. 2. Forsan hic locus non tam coquendis, quàm poliendis, lateribus destinatus est. 3. Vox פֶּתַח sign. non modò *ostium*, vel *porticum*, sed & *aperturam*, sive viam apertam, quæ ad locum aliquem ducit. 4. ב ante פֶּתַח non tam *in*, quàm *juxta*, significat [q]. בְּפֶתַח verto, *in introitu*, vel *ad introitum*, i. e. non procul ab introitu regiæ [r]. Sensus loci, Lapidibus grandibus in terram defossis, calcéque & cæmento compactis †, sterne fundamentum regalis solii pro Nabuchod [r]. quem Ægypto dominaturum h.l. significat [v]. Sed non opus est his commentis [x]. ¶ *Cernentibus——Judæis*] Vel, præsentibus, h.e. adhibitis testibus, Judæis aliquot [y]; ut visibile symbolum esset vindictæ imminentis [z].

10. *Servum meum*] i. e. Cujus, tanquam servi, operâ utar. Fuit enim flagellum Dei, fecítque ipsius imperata [a]. ¶ *Ponam thronum ejus super lapides istos*] i. e. In loco eminentiore quàm sunt lapides illi †: vel, in illo ipso loco [b]. ¶ *Quos abscondi*] Ego Propheta. Loquitur hîc confusè, modò in sua, modò in Dei, persona: unde discamus nos reverenter excipere quæ probi Doctores pronunciant, acsi Deus ipse loqueretur [c]. ¶ *Solium*, &c. שַׁפְרוּרוֹ] *Tentorium suum*, P. G. ex Ch. *augustale*, JT. Pi. Ca. G. *tentorium elegans*, Mo. sim. M. V. &c. *tentorium augustale*, Ti. sic dictum à שָׁפַר *pulchrum esse* [d].

11. *Quos* (vel, *qui*, P.) *in mortem, in mortem*, &c.] Eum *qui morti*, (sub. *addictus*, vel *destinatus, est*, JT. Pi. V.) *ad mortem*, sub. *trabens*, JT. vel, *trahet*, Pi. Aliis pestem adferet ex malis alimentis, alios captivos aget, alios occidet; parùm suâ referre existimans in quem exitum cujusque sors ceciderit. Simile loquendi genus habuimus suprà c. 15. v. 2 *. Nemo se opponet ad ejus defensionem [g].

12. *Et comburet* (scil. Rex Babyloniæ [h]) *ea*] Nempe idola [i]; vel, templa. Summam sævitiam indicat, quòd nec templis parcetur [k]. Sic Pompeii filius apud Lucanum, de diis Ægyptiis loquens, *Suppositísque deis uram caput*—[l]. Sic Xerxes exussit templa omnia in Græcia & Asia. Exprobrat Judæis, quòd se in Ægyptum

Marginalia (left column): r G. — † V. — t G. — v Q. in V. — x Pi. — y V. Calv. — z Calv. sim. M. T. — a V. — b Calv. — c V. — d Calv. — * G. — f G. — g V. — h Calv. — i V. — k Jun. — l G. — m V. — n G. — o Calv. — p Mc. — q Jun. — r Calv. — † Ang. — r Calv. — a G.

Marginalia (right column): b Calv. — c G. sim. Mc. — d Mc. — * T. — f Calv. — g V. — h V. — i Q. in V. — k G. — l Mc. T. — m Calv. — n G. — o G. — p V. — q Ang. — r V. — † T. — r T. sim. Mc. G. Calv. — v T. sim. Mc. — x Ang. — y V. — z Calv. — a V. — † Idem. — b Ang. sim. Calv. — c Calv. — d M. sim. V. — * G. — g Calv. — h Pi. — i Ang. — k Calv. — l G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

contulerant, cujus salus pendebat ab idolis [m]. ¶ *Et captivos ducet*] Alios deos, vel idola ex materia nobiliori facta [n]. Tertullianus Apologetico, *Tot de diis, quot de gentibus, triumphi: tot manubia, quot adhuc manent simulacra captivorum deorum.* Vide quæ diximus de J. B. & P. 3. 5. 2 [o]. ¶ *Et*, &c. ועטה וגו׳] *Et amiciet se terrâ*, &c. V. sim. G. ex Vulg. i. e. Redibit in patriam [p] onustus spoliis Ægypti [q]. *Et amiciet* (scil. sibi [r]) *terram*, &c. JT. Pi. i. e. Opes terræ, spolia, secum portabit †. *Et involvet* (vel, *induet*, P.) *terram*, &c. M. Mo. Calv. i. e. Accumulabit opes terræ *. Al. *Et obteget terram*, &c. copiis suis, Q. in BA. עטה sign. & *tegere*, & *colligere*; hîc propriè, *involvere* †. ¶ *Sicut*, &c. כאשר יעטה וגו׳] *Ut pastor involvit*, vel *convolvit*, (vel, *amicit*, JT. Pi.) *vestem suam*, M. Calv. BA. i. e. corpus veste suâ. Hypallage frequentissima [t]. Vel, *induit se pallio suo*, P. *amicitur veste suâ*, Ca. sic Ch. Alludi volunt ad investituræ morem [v]. Sed hic mos Prophetâ longè recentior est. Quin *involvi* dicitur Ægyptus à Babylon. copiis; non, illas *involvere* & *amicire*. A pastore potiùs ducitur comparatio [x]. [Quam tamen non uno modo accommodant.] Ut pastor, gregem manè educturus ad pascua, non multum laboris aut temporis se ornando impendit, sed vestem celeriter sibi injicit, & statim abit [y]: Ità Nabuch. facili labore Ægyptum subjugabit [z]. Al. Ut pastor, qui, cùm in calidis istis locis, veste superiore depositâ, sedisset diurno tempore & æstu, vesperì domum rediens vestem sibi imponit, &c. Ità redibit Nabuch. non nudus, (ut dicitur cui deest vestis superior, Esa. 20. 2.) sed bene vestitus [a]. Al. Ut pastor, qui, cùm sub dio semper degat, cœli injuriis est maximè obnoxius, contra quas necesse habet se majore curâ tueri, vestibus circa corpus sedulò convolutis [b]. Ut pastor, quum ducit gregem, si locum mutare velit, colligit vasa, & torquet vestem vel penulam suam, vel sese in ea involvit, &c [c]. Græcorum versio hîc mira est, φθειριεῖ γῆν Αἰγύπτου, ὥσπερ φθειρίζει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ· *Expediculabit* (si verbo detur venia) *terram Ægypti, ut pastor expediculat vestem suam*, i. e. ex ea pediculos eximit [d]. Legerunt חטא, quod interdum est, *purgare*; & explicant, *Ità perpurgabit Ægyptum, quomodo pastor abollam suam pediculis repurgat*; i. e. omnia scutabitur, & auferet *. Sed Græcos scripsisse suspicor, φθερεῖ, &c. *corrumpet*, sive *destruet*, &c. id enim verbum Syris significat. Arabica item versio, ex Græco expressa, sic se habet, *Corrumpet terram*, &c. Denique, hæc versio est priore minùs absona. De cœlis destruendis dicitur Psal. 102. 27. *Ut vestis veterascent.* Pariter Ægypti vastatio posset cum veste detrita conferri, adeòque cum veste pastoris, quâ sordidius atque incomptius vix quidquam est [f]. ¶ *Egredietur inde in pace*] i. e. Incolumis [g]; acsi esset in loco pacato, vel propria sua ditione. Ægyptii non audebunt hostem suum persequi. Ostendit plenam fore victoriam [h]. Sine noxa ac tutò ibit in Africam [i].

13. *Et conteret* (vel, *Postquam fregerit*, JT. sic Pi.) *statuas domûs solis*; ità Ch. Ti. Mo. בית שמש] *Bethsemes*, P. *Heliopoleos*, JT. Pi. Calv. G. ex ó. Locus hic ob idololatriam famosus, & ob magnificum templum Solis ibi culti [k]. Hæc primaria erat idolorum sedes [l]. Ibi fuit πανήγυρις (*publica celebritas*) in honorem Solis, teste Herod. in Euterpe [m]. A Mose vocatur *On*, Genes. 41. 45 [n]. Si autem Religio templa non servat, quid fiet privatis ædibus? Monet nihil intactum fore à clade [o]. ¶ *Comburet igni*] Idem quod suprà v. 12 [p], nisi quòd ibi Deo, hîc Babylonio, tribuitur [q]. Mos est Hebræis, ea quæ eximia & minimè credibilia sunt sæpius repetere [r].

CAP. XLIV.

1. **A**D (vel, *erga*, Mo. *contra*, JT. Pi.) *omnes Judæos*; ità Ca. &c. אל וגו׳] *De omnibus*, &c. Sy. P. ¶ *Habitantes in Magdalo*, במגדול] *Migdoli*, JT. Pi. Locus est non longè à sinu Arabico, sive mari Rubro, ut apparet Exod. 14. 2 †. Urbs est Ægypti Pelusio distans 1200 passibus [t]. ¶ *Memphis*] *In Memphide*, quæ נף est Hebræis [v]; Chaldæo, propiùs, מפס [x]. Nobilis urbs erat, quam hodie putant esse Cairum, *le Caire* [y]. *Nophi*, JT. Pi. ¶ *In terra Phatures*, פתרוס] *Pathrosi*, JT. Pi. Alibi hæc est urbs, hîc regio, in qua tam Memphis sita erat, quàm aliæ urbes ubi Judæi habitabant [z]. Nomen פתרוס habemus & Genes. 10. 14. Esa. 11. 11. [Vide ibi dicta.] Non longè abit nomen *Pharusiorum*, (ità Plinius scribit,) aut *Phaurusiorum*, (nam ità Strabo,) Æthiopum [a]. Plerisque Pathros est villa seu oppidulum prope mare. At in S. S. est regio seu provincia, ut patet ex h. l. & ex Esa. 11. 11. Ezec. 29. v. 14. Thebaidem esse puto, &c [b].

2. *Super Jerusalem*, &c.] Et meam, & sanctam, urbem: stultè ergò putatis vos tutos fore in Ægypto, terra quam Deus abominatur [c].

3. *Ut me*, &c. להכעיסני ללכת לקטר] Ad verb. *Irasci me faciendo, eundo, suffiendo*, &c. vel, *ad irasci me faciendum, ad eundum, ad suffiendum*, &c. V. vel, *eundo*, Pi. M. Ti. (vel, *euntes*, JT.) *ad adolendum*, Pi. vel, *& sacrificando*, M. *ac incendendo suffitum*, Ti. vel, *dum abierunt ut offerrent incensum*, P. Novit Deus quàm propensi erant Judæi ad idololatriam: idcirco vetuit illos eò ire, ubi perversos cultus discerent, &c. Verto, *ut irent*, vel *proficiscerentur*, (τὸ *proficisci* hîc est, erratico cursu se fatigare, & opponitur τῷ *manere* sub Legis doctrina; vel, *proficisci* hîc significat nimis sedulum & actuosum & perversum studium:) *ad offerendum suffitum*, &c. Unam idololatriæ speciem hîc ponit pro toto genere [d].

5. *Et non*, &c. לבלתי קטר] *Ne suffirent*, vel *nè adolerent*, P. JT. &c. *ut non sacrificarent*, M. *nè cremarent thura* in honorem deorum alienorum, h. e. nè eos colerent. Per *suffitum* enim intelligit idololatriam *.

6. *Secundùm diem hanc*] Ità Mo. P. &c. *sicut in die hac*, i. e. ut hodie res habet [f]: *ut sunt in hunc usque diem*, G. simil. JT. *ut est dies hæc*, M. *ut res indicat*, Ca. *ut hodie videre liceat*, Ti.

7. *Et nunc*, &c.] Emphaticè dicit, *nunc*, q. d. post tot documenta, pœnas, &c [g]. ¶ *Contra animas vestras*] i. e. In perniciem vestram [h]. q. d. Deum non læditis, ille integer manet; sed vos tantùm perditis [i].

8. *In terra Ægypti*] Ubi in gratiam, vel ex metu, Ægyptiorum se polluerunt, &c †. ¶ *In quam ingressi estis*, &c.] q. d. Quò spontè, & me vetante, venistis. Tollit excusationem, quòd metu coacti suffirent, &c. At, inquit, spontè vosmet in hæc conjecistis pericula, cùm liberum vobis esset in Judæa Deum purè colere [k]. ¶ *Et*, &c. למען הכרית לכם] *Ut exscindatis* (vel, *excidium paretis*, Calv. vel, *consumam*, Ch. sim. Sy.) *vos ipsos*, Ti. sim. Mo. Ca. &c. vel, *vobis*, JT. Pi. P. Calv. sub. *reliquias*, JT. Pi. vel, sub. *viros & mulieres*, V. ex v. 7 [l]. *Ut exterminare vos faciat*, sub. *Deus*, Q. in V.

9. *Mala patrum*, &c.] i. e. Vel, 1. pœnas [m]; vel, 2. scelera [n]. ¶ *In regionibus Jerusalem*] Sicut Romæ 16 erant regiones [o]. ¶ ובחוצות וגו׳] *Et in plateis*, vel *vicis*, &c. JT. Pi. Ità polluebant locum Deo sacrum [p].

10. *Non*, &c. לא דכאו] *Non* (sub. *tamen*, Pi.) *attriti sunt*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *humiliati*, M. sic V. ad pœnitentiam adducti [q]. Transit hîc à 2. pers. ad 3. iterúmque ad 2. pers [r].

14. *Et non erit*, &c. ולא יהיה פליט ושריד לשארית יהודה הבאים לגור שם בארץ מצרים ולשוב ארץ יהודה אשר המה מנשאים את נפשם לשוב לשבת שם] *Et non erit qui evadat* (vel, *effugiat*, M. Vulg.) *& qui sit residuus* (vel, *nec superstes*, P.) *inter reliquias* (*de reliquiis*, M. Vulg.) *Jehudah, quæ venerunt ad peregrinandum hîc*, (nam erat Propheta in Ægypto †; vel, *qui ingressi sunt ad habitandum ibi*, M. P.) nempe *in terra Ægypti*, Calv. P. M. *& ad revertendum* (vel, *ad revertendum*, P. redundat τὸ *&* [t]: vel, *ut revertatur*, M. *ut revertantur*, Ch.) *in terram Jehudah*, Calv. sic P. V. Mo. &c. (i. e. qui ingressi sunt Ægyptum eo animo ut aliquando reverterentur [v]; putantes reditum, qui fratribus ipsorum in Babylonia exsulantibus clausus erat, sibi facilem & liberum fore [x];) ad, vel super, *quam ipsi levant*, vel *elevant*, *animam suam*, Calv. P. M. sic V. &c. (h. e. qui eriguntur in spem repetendæ Judææ [y]; quò se venturos sperant. Eadem locutio Deut. 24. 15. & suprà 22. 27 [z]. vel, *quo ipsi decipiunt animas suas*, Ch.) *ad re-*

ad revertendum, vel *ut revertantur, ut* (vel, *&*, M.) *habitent illic*, Calv. sic M. P. [Alii totum sic reddunt;] *Adeò ut non sit futurus qui evadat, &*, vel *aut, residuus reliquiis Jebudæorum*, JT. Pi. *qui venerunt ut commorarentur illic in terram Ægypti, præter eos qui attollunt animam suam ut revertantur in terram Jebudæ, revertantur, inquam, ad habitandum illic*, JT. Al. *iis qui venerunt in terram Ægypti ad commorandum illic, & ad revertendum in terram Judæ: nam illi* quidem *attollunt animam suam ad revertendum, ad habitandum illic*, Pi. [Al. sic;] *Ut & de superstitibus Judæ qui ad habitandum abierunt in Ægyptum nemo evadat, aut reliquus fiat, ut redire possit in terram Judæ; quod tamen ipsi animo conceperant, redire scilicet, & ibi habitare*, Ti. *Nec erunt ex reliquiis Judæis qui in Ægyptum ad commorandum venerunt qui elapsi supersint, & in Judæam reveniant, qui se redituros esse, & ibi mansuros, sibi persuadent*, Ca. *Nec quisquam ex reliquiis Judæ effugiet, aut post tantam cladem superstes erit; cùm quidem ob hanc causam in Ægyptum migrârint, ut ibi commorentur, & indè quasi jure postliminii in terram Juda, cujus desiderio ardent, redire possint*, Strig. *Et non erit quisquam de reliquiis Juda*, nempe *de his qui venerunt ad peregrinandum in terra Ægypti, & ad revertendum in terram Juda, qui sibi promittit redire ut habitet illic, qui evadet, aut superstes erit*, Gal. *Adeò ut nullus ex reliquiis Juda, quæ abierunt in terram Ægypti ut ibi peregrinentur, evasurus aut residuus sit, ut revertantur in terram Juda, ad quam desiderant reverti, ut habitent illic*, Ang. *Adeò ut reliquiæ Juda, quæ venerunt in terram Ægypti ad peregrinandum ibi, neminem habeant qui evadet aut superstes erit, nempe, ad revertendum in terram Juda, quò anima ipsorum vehementer desiderat reverti, ad habitandum illic, sed non revertentur illic*, Belg. ¶ *Non*, &c. כִּי לֹא יָשׁוּבוּ כִּי אִם פְּלֵטִים] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Sed*; כִּי, pro כִּי אִם[a]: *Siquidem*, M.) *non revertentur nisi evasores*, vel *qui evaserint*, Mo. P. M. JT. Pi. Calv. &c. nisi pauci elapsi[b]. Obj. At dixerat omnes perituros. Resp. 1. Intellige ferme omnes[c]. 2. Omnes præter eos qui eò tracti sunt præter animi sententiam, ut Jeremias, Baruch, &c. 3. Potest hoc referri ad Babylonios exsules, quibus finito captivitatis tempore permissa est libertas redeundi, de quorum reditu Judæi in Ægypto exsules desperabant; illi tamen, inquit, redibunt, at vos omnes peribitis[d]. Evasores hîc intellige, qui Babylonem iverunt*. [Strig. locum sic reddit, *Sed nemo in patriam revertetur, nisi qui primo quoque tempore hinc aufugerit.*] Nisi qui, juxta Jeremiæ consilium[f], subtrahit se, & fugit ex Ægypto[g], ante adventum Chaldæorum[h].

15. *Uxores eorum*, &c.] Cœpit ergò idololatria à mulieribus; quæ tamen h. l. & viris imputatur, quia eam connivendo tolerabant. Consensus itaque pro opere accipitur[i].

16. *Sermonem*, &c. הַדָּבָר וגו׳ אֵינֶנּוּ שֹׁמְעִים אֵלֶיךָ] *Verbum*, &c. P. M. &c. (vel, *Verbo*, &c. Mo. In *verbo*, &c. JT. sic Calv. *Quoad verbum*, &c. Calv. sim. Pi. Di. vel, *Res quam loquutus es*, &c. V.) *non* (vel, in hoc *non*, M.) *audimus* (vel, *audiemus*, Calv.) *te*, vel *à te*, P. M. Calv. vel, *nequaquam auscultabimus tibi*, Pi. sim. JT. *non recipiemus*, vel, *non tibi obtemperabimus*, Ti. *non parebimus illi tibi*, i. e. in tuam gratiam[k]. אֵינֶנּוּ alibi affixum habet 3. pers. sing. hîc 1. plur. sicut מִמֶּנּוּ significat, *ab illo*, &, *à nobis* *.

17. *Faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro*] i. e. Vel, 1. quicquid vovimus, ex collat. v. 25[l]. sic & Deuter. 23. 23[m]. Vide & Jud. 11. 36. Esth. 7. 8. Lam. 3. 38[n], Vel, 2. quicquid nobis libuerit[o]. Colemus Deum, sed pro nostro arbitrio. Hic fons omnium errorum & superstitionum, quòd homines opponunt suam libidinem mandatis Dei[p]. ¶ *Reginæ cœli*] Id est, vel, 1. Soli[q], qui in Ægypto plurimùm adorabatur. Vide Jer. 43. 13[r]. Nec est absurdum ità vocari Solem; nam שֶׁמֶשׁ, quod *solem* sign. est fœm. gen †. Vel, 2. Lunæ[t]. Vel, 3. machinæ, sive militiæ, cœlorum; i. e. cœlo & stellis omnibus[v]. לִמְלֶכֶת, pro לִמְלֶאכֶת, *operi*, à לָאַךְ[x]. Vide dicta ad Jer. 7. 18[y]. ¶ *Nos, & patres nostri*, &c.] Dei imperio majorum authoritatem opponunt[z]. ¶ *Et bene nobis erat*] Ità Ti. Heb. *fuimus boni*, Mo. G. vel, *quieti*, M. *felices*, Ch. in M. Sy. *jucundi*, vel *bilares*, P. JT. Pi. vel, in bonis rebus[a]. Quia

[a] Pi. [b] Ca. [c] Mar. [d] Calv. * Mar. [f] T. [g] Mo. sim. T. [h] T. [i] Calv. [k] V. * Di. [l] G. ex V. & Pi. sim. T. [m] G. [n] Ang. [o] Mo. sic Calv. [p] Calv. [q] V. Pi. [r] Ang. ex Pi. † V. [t] M. T. C. [v] Calv. [x] V. [y] Ang. G. &c. [z] Calv. [a] G.

Deus confestim non punivit illos, dicunt se fuisse beatos: & tamen certum est fuisse mentitos: Deus enim sæpius illos castigaverat, &c. Sed hæc amentia impios præcipitat, quòd non sentiant manum Dei sibi adversam[b].

18. *Ex—quo cessavimus*, &c.] Ità Sy. sim. JT. Ca. Pi. Calamitates Deo imputant, & mutatæ religioni. Sic initio Evangelii, siqua calamitas acciderat, culpa in Christum conjiciebatur[c]. ¶ וּמִן אָז וגו׳] *Et ex tunc* (vel, *Ex eò autem tempore quo*, P.) *cessavimus*, &c. Mo. *Quàm primùm autem*, &c. Ti.

19. *Nos sacrificamus*, מְקַטְּרִים] *Adolemus*, vel *suffimus*, P. V. JT. Pi. sub. *nos fœminæ*. Abutitur masc. pro fœmin. quòd mulieres id fecissent factâ potestate à viris suis[d]. ¶ *Numquid*, &c? הֲמִבַּלְעֲדֵי אֲנָשֵׁינוּ עָשִׂינוּ לָהּ כַּוָּנִים לְהַעֲצִבָהּ וגו׳] *An sine viris* (vel, *maritis*, Sy. M. vel, *præstantibus viris*, JT.) *nostris* (i.e. sine eorum consensu†) *fecimus*, vel *facimus*, *ei placentas*, Ch. P. M. Ti. Ca. Calv. &c. (vel, *popana*, JT. G. vel, *effigies*, Mo.) *ad exhilarandum eam*, &c? P. sic Calv. K. in Di. At verbum potiùs sign. *dolore afficere*[f]. Vide 1 Par. 4. 9. Psal. 16. 4[g]. Vel, *ad effingendum eam*, &c? Mo. Ti. [Aliis vox לְהַעֲצִבָה nomen est, quod sic reddunt,] *idolo, inquam*, Ch. *simulacro scilicet illi*, M. Vel, *effigiando* (ad verb. *idolificando*) *illud*, &c? Pi. *terriculorum cultum exhibendo ei*, &c? JT. *ad colendum eam*, &c? Vulg. Hi omnes ה finale pro affixo habent, quum potiùs absentia τȣ̃ Mappik [in ה] indicet esse paragogicum[h]. ה hîc est syllabica adjectio[i]. Vel, *jusques à l'ennuyer*, Gal. [i.e. ut ego intelligo, *usque ad tædium*, sive *nauseam, ipsius.*] Vel, *ut dolore afficiatur*, scil. propter nostras miserias[k]. RS. conjungit hoc verbum cum præced. כַּוָּנִים, q. d. *liba signata similitudine idolorum*. Addamus conjecturam nostram. עצב Æthiopicè sign. *pretiosum esse*. Vide Æthiopic. vers. ad Marc. 14. 3. Luc. 12. 23. Hinc locum vertere posses, *pretiosè faciendo, & libando*, &c? i. e. pretiosa libamina ei libando. Phrasis Hebræa, qualis & Luc. 6. 48. *fodit & profundavit*, pro, profundè fodit[l]. Hîc loquuntur illæ mulieres, quarum *ingentem* fuisse *multitudinem* suprà dixit. Non agitavimus, inquiunt, sacra privata ac nocturna, quæ suspecta viris esse solent. Palàm, & viris nostris consciis ac videntibus, ista fecimus. Vide Livium de Bacchanalibus[m]. Verùm totus contextus docet de viris hîc agi, non de fœminis, quod alios sentire coegit una hæc ratio, quòd dicant, *absque* אֲנָשִׁים *viris*: sed illa vox aliquando sumitur pro senibus vel proceribus, qui regunt. Hîc autem exigua manus quæ restabat producit suffragia populosæ multitudinis quum starent urbs & Regnum, & regio incolis abundaret; quibus omnibus, inquiunt ad Prophetam, te unum opponis[n].

21. *Numquid non—recordatus est Dom.* &c?] Fatetur id verum esse, sed in ipsos retorquet[o]. Meminit Dominus injuriæ illius, &c[p]. Annon pro egregiis factis egregiam vobis rependit vicem[q]? Sensistis quàm id non impunè vobis cesserit[r].

23. *In lege*] In iis quæ per se honesta Lex habet†. ¶ *In præceptis*] In ritualibus*. ¶ *In testimoniis*] In judicialibus†.

25. *Locuti*, &c. וַתְּדַבֵּרְנָה] *Et locutæ estis*. Fœmin. pro mascul. ut indicet peccatum uxorum imputari maritis, si modò ipsi autores fuerint illis peccandi[t]. ¶ *Et manibus*, &c.] i.e. Operibus[v]. q. d. Exsequuti estis[x]. ¶ *Faciamus*] Heb. *Faciendo faciemus*, P. V. h.e. Summâ curâ & diligentiâ, vel certissimè, faciemus; vel, invitis omnibus[y]. ¶ *Vota nostra*] Ut levitatis culpam fugerent, constantiæ loco Deo opponunt suam pervicaciam, & vota prætexunt. Sed Deus sobriè & reverenter adhiberi vota vult; nec vota probat sine judicio & ratione, vel temere & inconsideratè, concepta. Vota illegitima retractanda sunt, &c[z].

26. *Ego juravi*, &c.] Et ego votum feci, quod implebo[a]. Quoniam spreverunt Deum loquentem, & minantem, Deum jurantem inducit†. ¶ *In nomine meo magno*] Quod à vobis minui non potest, &c[b]. ¶ *Nequaquam—vocabitur nomen meum*, &c.] i.e. Ità eos odi, ut ab iis nè nominari quidem velim: quod nè ultrà fiat, abolebo omnes[c]. Judæi, ut aliquid speciale haberent, & ut manerent gens sancta, ità miscebant se Ægyptiorum superstitionibus, ut adhuc retinerent jurandi

[b] Calv. [c] Calv. ad v. 17. [d] V. † Q. [f] Di. Ang. [g] Ang. [h] Di. [i] Ang. [k] Strig. [l] Di. [m] G. [n] Calv. [o] Calv. [p] V. [q] G. [r] T. † G. * G. † G. [t] V. [v] G. [x] Calv. [y] V. [z] Calv. [a] G. † Calv. [b] Calv. [c] G.

di formam, ideòque se Legem retinere jactarent. Jurat ergò Deus, neminem ibi fore qui profanet nomen suum[d]. q.d. Non permittam ut quisquam ex iis juret, &c. omnes enim morientur *. Nemo colet me deinceps, &c[f].

27. *Vigilabo super eos in malum*] i. e. Apparo calamitates eis[g]. Solicitus ero ut eis noceam[h]. Deridet eos, quòd jactarent Dei providentiam, & putarent Deo curæ esse suam salutem[i]. ¶ *Consumentur omnes*, &c.] Intellige, exceptis admodum paucis, [ex collat. v. seq.] qui metu cædis in Judæam refugient[k]: quo reditu definebant esse pars illius populi fugitivi. Peribant autem omnes Judæi in Ægypto[l].

28. *Viri pauci*] Heb. *numeri*, h. e. qui facilè numerari possint[m]; non multi & triumphantes, quales se redituros somniabant[n]. ¶ *Scient omnes*, &c.] Tum qui ibi morientur, tum qui aufugiant[o]. *Scient*, id est, experientur, reipsa sentient[p]. ¶ *Cujus sermo compleatur*; sic P. sim. JT. Pi. יקום] *Consurget*, V. *firmus surgat*, Ti. sim. M. *firmabitur*, Ch. *stabit*, Mo. V. G. i. e. eveniet, verificabitur[q]; ratus à Deo fiet[r]. ¶ *Meus*] Quo prædico illis calamitatem *. ¶ *An illorum*] Quo sibi iniquitatem permittunt †.

29. *Et hoc vobis signum*] Nempe antecedens[t]. Dicam rem magnam quæ priùs eveniet quàm vos intereatis. *Hæc initium calamitatum*, ut Matt. 24. 8[v]. Verùm hoc signum non erat præcedens, sive præmonstrativum, (quia eodem tempore accidit,) sed consequens, & tempus præteritum spectans; quale illud erat Exod. c. 3. v. 12[x]. ¶ *Quòd visitem*, &c.] Quo cognoscatis me ibi de vobis pœnam exacturum[y]. Signum hoc additum est, quòd Ægyptus Judæis alisque inexpugnabilis videretur, utpote inaccessa, & claustris undique munita[z].

30. *Tradam Pharaonem Ephree*, חפרע Hophra, P. &c. Pharao erat nomen commune Regibus Ægypti[a], Gen. 12. 15. & 41. 1. & Exod. 1. 8, 11. &c[b]. Erat autem cuique cognomen, quo ab aliis distinguebatur[c]. Cognomen hujus erat *Hophra*[d]. Alius hic erat à *Necho* *. Οὐαφρῆ, *Vaphrem*, hîc habent Græci & Clemens Alex[f]. & Eusebius[g]; Ἀπρίην, *Apriem*, (vel, *Haprien*, punctis tantùm mutatis[h],) Herod. Euterpe, sive l. 2[i]. ¶ *In manu* (vel, *manum*, Calv. &c.) *inimicorum*, &c.] Id est, vel, 1. Amasidis ejúsque sequacium, à quibus captus est, asservatúsque in urbe Saï, & tandem occisus, instigantibus Amasin iis qui nisi morte ejus se satis tutos esse non putabant. Hæc habes apud Herodotum, optimum hujus loci interpretem[k]. Et hoc viam Nabuchodonosoro expedivit, divisis hoc modo inter se Ægyptiis[l]. Vel, 2. Nabuchodonosor[m], quem anno 23. regni, post subactos Moabitas atque Ammonitas, Ægyptum invasisse & diripuisse refert Josephus Antiq. 10. 11. Quanquam hujus expeditionis non meminerint Græci scriptores, quippe qui in narrationibus illorum temporum ea tantùm referunt quæ ab Ægyptiis sacerdotibus acceperunt, qui illa celare solebant quæ in ipsorum opprobrium cederent[n].

[d] Calv. [e] G. [f] T. [g] V. [h] G. sim. Mo. [i] Calv. [k] G. ad v. 28. [l] Calv. [m] V. [n] Calv. [o] G. [p] Calv. [q] V. [r] G. * V. † V. [t] G. sim. Jun. Ang. [v] G. [x] Calv. [y] G. [z] Calv. [a] Mar. Glas. [b] Glas. gram 4. 3. 16. 849. [c] Calv. [d] V. sim. Calv. * Q. in V. [f] G. [g] Jun. Pi. [h] Glas. ib. [i] G. Jun. Glas. [k] G. sim. Jun. [l] Ang. [m] Al. in Arg. [n] Arg.

CAP. XLV.

1. **A***D Baruch*] Absolutis & prophetiis & historiis ad Reges populúmque Judæum pertinentibus, subjungit unam quæ ad unum hominem, Baruchum scilicet, pertinet: Sicut epistolis Pauli ad Ecclesias subjunguntur illæ quæ ad singulos pertinent, etiamsi quædam harum ante illas scriptæ sunt. Post id subnectet Propheta prophetias quæ spectant ad gentes alias: ísque erit totius libri finis. Nam ultimum caput quò pertineat, ubi eò ventum erit, dicemus[a]. Ordo historiæ non servatur[b]: [ùt antè notatum:] nam quæ hîc narrantur, 18 annis antequam urbs caperetur prædicta fuêre[c]. ¶ *Cùm scripsisset* (vel, *scriberet*, Calv. Pi.) *verba hæc* (vel, *ista*, G. non proximè præcedentia[d], sed posita suprà c. 36 *. Has prophetias, quæ scilicet continentur in hoc libro ab initio ejus usque ad annum quartum regni Joiacim[f].) *in libro ex ore Jeremiæ*] Quum Baruch anxius fuit, & de vita periclitaretur. Propheta non parcit discipulo suo, sed culpam ejus detegit[g].

2. *Hæc dicit—ad te*; ità Mo. P. עליך] *Tibi*, Ca. *de* (vel, *super*, Ch.) *te*, Sy. M. Ti. JT. Pi.

3. *Dixisti*, (i. e. Cogitâsti apud te[h],) *Væ misero mihi*] Sic conquerebatur Baruch, 1. quòd nullâ ratione consequi posset spiritum Prophetiæ[i]; quum Josue minister Mosis, & Elisæus minister Eliæ, eum acciperent, &c[k]. Sed hic sensus nec ex loci circumstantia, nec aliunde, confirmari potest[l]. 2. Quòd Jeremias conjectus erat in carcerem[m]. 3. Quòd imminentem calamitatem formidaret[n]. Solicitus fuit de patria, de cultu Dei, &c. sed hîc potiùs seipsum respexit, & privato affectu luxit, quòd vitæ suæ timeret, & se, velut oneri imparem, subducere optaret. Perstringitur ingratitudo Baruch, quòd se miserum diceret, quum summæ felicitatis loco ducendum esset, quòd Deus operam ejus adhiberet, &c. & quòd scriba Jeremiæ esset, &c[o]. ¶ *Addidit* (vel, *Addet*, Ti.) *Dominus dolorem* (vel, *afflictionem*, Ti.) *dolori meo*] Sim. M. P. Mo. &c. Expostulat cum Deo quasi inclementer secum agat, &c[p]. Periculum periculo addit[q]. Ex periculo primæ scriptionis ereptus, Jer. 36. 26. iterum revocor ad idem periculum[r]. ¶ *Laboravi* (vel, *Fessus sum*, Sy. sic V. Ca. Pi.) *in gemitu meo*] Ità M. P. Mo. Ti. vel, *flendo*, V. q. d. Variis malis exercitatus sum †. ¶ *Requiem*, &c.] i. e. Locum tranquillum habitationis[t].

4. *Quos* (vel, *Quæ*,) *ædificavi, ego destruo*] Ità M. &c. Regnum hoc totum, tantâ meâ curâ inchoatum, educatum, auctum, defensum, ornatum[v]. q. d. Nimis delicatus es & tui amans, qui te toti populo & patriæ & Templo præfers[x]. ¶ *Et* (vel, *denique*, JT. *nempe*, Pi. Calv. Ang.) *universam terram hanc*; ità M. JT. Pi. היא] *Istam*, Ti. sub. *evertam*, M. vel, quæ mea *est*, P. vel, ut ea *est*, i. e. talis qualis est, sive quanta est[y].

5. *Et tu quæris* (vel, *quæres*, Mo. P. M.) *tibi grandia?*] Ità Ch. vel, *res magnas?* JT. Pi. Ang. vel, *magnifica?* Calv. *Et tu ardua adspiras?* Ti. *Tu igitur qui ad ardua aspiras*, Sy. Hîc quasi in trutina Deus constituit Baruch, & totum populum cum Templo; An, inquit, tu præponderabis? an vita tua illis pretiosior erit? túne solus immunis eris molestiâ? Sed solent homines sibi indulgere in amore sui[z]. *Et tu tibi tam magna petes?* i. e. ardua & difficilia[a]. Vel, 1. munus propheticum. Nè cures si non possis consequi illud; nihil enim prædicere illis posses nisi adversa[b]. Vel, 2. felicem & tranquillum statum[c]; requietem in omnium inquietudine[d]. Magna facis vota; vis tranquillam vitam extra pericula, extra metum. Atqui Cato apud Lucanum, *Sydera quis mundúmque velit spectare cadentem, Expers ipse metûs?* &c *. ¶ *Super omnem carnem*] Judæorum[f], ut præcedentia ostendunt[g]. Instat clades toti populo, & aliis etiam exteris gentibus[h]. ¶ *Dabo tibi animam tuam in salutem*] Heb. *in spolium*, Calv. G. &c. Vide suprà 21. 9. & 39. 18. q. d. Aliud à me consequêris[i]; nimirum vitam incolumem, aliis pereuntibus[k]; quæ vita erit tibi tam grata quàm militibus esse solent spolia[l]; quam eripiam quasi ex morte præsente: sicut ubi omnia patent in prædam, sive direptionem, si quis arripiat hoc vel illud, & aufugiat, habet aliquid salvum & apud se. Jubet eum hoc beneficio contentum esse[m]. Satis sit tibi tali tempore vitam habere salvam[n].

[a] G. [b] V. sim. Calv. [c] V. [d] Ang. * G. [f] V. [g] Calv. [h] V. [i] V. sic He. in E. [k] He. in E. [l] E. [m] V. E. [n] E. [o] Calv. [p] Calv. [q] G. [r] Mo. sim. T. † Calv. [t] G. [v] G. [x] Calv. [y] V. [z] Calv. [a] Ca. [b] V. [c] Pi. [d] Ca. * G. [f] G. sim. Pi. V. [g] G. [h] Calv. [i] V. [k] V. sim. Calv. [l] V. [m] Calv. [n] G. sim. Calv.

CAP. XLVI.

1. **C***Ontra gentes*] Hic est titulus generalis omnium eorum quæ per 6 capita sequuntur[a]. Prophetat contra 9 gentes[b]. Hæ autem prophetiæ per gentes digeruntur, non per tempora[c].

2. *Adversùm exercitum Pharaonis Nechao*, &c.] Qui *Nechos* Herodoto. Huic in Ægypti Regnum successit Psammitichus, & Vaphres sive Apries. Nechao Nabuchodonosorem bello lacessivit. Nabuchodonosor eum prælio vicit ad Euphratem; deinde eam injuriam ultum ivit, ingressúsque Cœlen Syriam, perdomitis Ammonitis & Moabitis, de quibus vaticinia sequentur, adortus Ægyptios, magnam ejus partem tenuit. Atque indè

[a] G. [b] M. [c] G.

indè in Africam profectus est, prætextu belli sumpto, quòd Afri Ægyptios adjuvissent. Hæc sunt quæ colligimus ex 2 Reg. 23.29. & 24.7. & ex Megasthene ac Strabone, collatis cum eo quod infrà habemus v.9. & cum Josepho. Partem Ægypti aliquam jam antè & Nabuchodonosoris pater Nabopollasarus tenuerat, ut ex Beroso discimus [d]. Assyrii, cùm Chaldæis impares essent, fœdus percusserant cum Nechaone, qui, illorum impulsu, exercitum duxit ad Euphratem. Quæ expeditio initio feliciter cessit, occiso & devicto Josiâ, (qui tunc fœderatus erat Babyloniis, nempe quia post regnum Ezechiæ fuerat amicitia inter Judæos & Chaldæos;) sed postea completum fuit quod hîc prædicitur*. ¶ *Qui* (nempe exercitus [f]) *erat* (vel, *Quum esset*, Ti. vel, *Qui castra fixerat*, Sy.) *juxta fluvium Euphratem in* (vel, *ad*, JT. Pi.) *Charcamis*] i. e. Qui oppugnabat urbem Charcamis; quæ antea fuerat ditionis illius, sed postea ceperat illam Rex Assur, & Rex Aram [g]. Ammiano [dicitur] *Cercusium*, ut diximus ad 2 Par.35.20. Eam partem Syriæ sibi vendicabat Ægyptius, ut apparet 2 Par. 35.20 [h]. ¶ *Quem percussit*] Non occîdit [i], sed prælio vicit [k]: fudit fugavitque [l]. ¶ *In quarto anno Joacim*, &c.] Tunc cladem accepit Pharao. Ergò vaticinium antè editum erat; forsan ut dolorem Judæorum leniret, & mortem Josiæ non inultam fore ostenderet [m].

3. *Præparate* (vel, *Ordinate*, Mo. *Adornate*, Ti.) *scutum & clypeum*] Ità P. M. &c. צִנָּה est clypeus majoris formæ; מָגֵן, scutum quod gestant equites levis armaturæ [n]. Est χλευασμὸς, (*irrisio*,) quo indicatur ingens ille apparatus, & magnæ minæ in nihilum casuræ [o]. Classicum canit Propheta Ægyptiis; in quo ostendit quid faciant, & in quo fiduciam ponant: qu. d. Instruite aciem, ô Ægyptii; bellum, & quidem cruentum, imminet. Mox verò ut ad congressum ventum est, eorum metum ostendit [p].

4. *Jungite*; ità P. JT. Pi. Ca. אִסְרוּ] *Ligate*, Mo. Calv. vel, cingulis [q]; vel, sub. *ad currus*, M. vel, *curribus falcatis*, V. simil. Me. T. Calv. &c. in quibus olim pugnabant [r]. ¶ *Ascendite*, &c.] Currus scilicet †. ¶ *State*, &c. "וְהִתְיַצְּבוּ וגו] *Et consistite* (vel, *state*, M. Ti. *sistite vos*, JT. Pi.) *in*, vel *cum*, *galeis*, Mo. P. &c. Significat eos optimè munitos; sed frustrà [t].

5. *Quid*, &c? "מַדּוּעַ רָאִיתִי הֵמָּה חַתִּים וגו] *Quare* (vel, *Quomodo*: Vox admirantis; quia incredibile erat exercitum adeò munitum properare duntaxat ad stragem. Opponit sensui carnis judicium Spiritûs [v].) *vidi*, vel *video*, (quasi in specula, Spiritu prophetico*,) *ipsi* (vel, quòd *isti* sunt, Pi. vel, *eos*, P. M. &c. nempe Ægyptios [x],) *consternati*, Mo. Pi. (vel, *fractos*, corpore & animo [y]; *consternatos*, JT. *pavidos*, P. Ca. Ti.) *convertentes se retrorsum?* Mo. vel, *& retroactos?* Ti. sim. JT. Ca. vel, *conversi sunt retrorsum*, P. ¶ *Fugerunt*, &c. וּמָנוֹס נָסוּ] *Et fugam*, vel *fugâ*, *fugerunt*, Mo. P. Calv. &c. Fugâ effusâ [z], & trepidâ [a]. *Et contentissimè fugiunt*, Pi. *Et in refugium fugerunt*, M. sim. Ti. Impetum hostium non sustinuerunt [b]. ¶ *Nec respexerunt*] Sic Mo. P. &c. Nè aspiciebant eos qui persequebantur ipsos [c].

6. *Non* (vel, *Nè*, Calv. Pi.) *fugiat* (vel, *fugiet*, Mo. *effugiet*, M. Ti. *effugiat*, JT. Pi. Calv. Nè effugere speret [d], vel conetur; nam frustrà erit*. Vox Dei prohibentis pro imperio [f].) *velox*] Vel, *levis*, Mo. P. M. &c. sub. *pedibus*, M. sim. V. vel, miles levis armaturæ [g]. ¶ *Ad*, &c. צָפוֹנָה] *Ad* (vel, *Versus*, JT. Pi.) *Aquilonem*, Mo. P. &c. sub. *ipsius urbis*, respectu Ægypti [h], vel Judææ [i]. Ad Aborram & Euphratem sita ex parte septentrionali Judæis. *Ex parte* dico: nam & צָפוֹן Græci sæpe Βοῤῥᾶν vertunt, interdum Ἀπηλιώτην, ut diximus suprà 25.26 [k]. *In Aquilone*, M. Ti. Angl. nam ה paragogicum non semper denotat motum ad locum, sed interdum rem gestam in loco: ut Gen. 28.12. אַרְצָה *super terram*; Exod. 29.13, 18. הַמִּזְבֵּחָה *super altare*; Jerem. 29.15. בָּבֶלָה *in Babel* [l].

7. *Quis*, &c? מִי זֶה כַּיְאֹר יַעֲלֶה כַּנְּהָרוֹת יִתְגָּעֲשׁוּ מֵימָיו] *Quis iste* (vel, est *iste* qui, P. Ti. &c.) *tanquam fluvius* (vel, *stagnum*, M. vel, *lacus*, Calv.) *ascendet*, vel *ascendit*, Mo. P. &c. (Allusio ad situm Ægypti [m]. Vel, *intumescit*, M.) *veluti flumina commovebuntur*, vel *commoventur*, (vel, *agitant sese*, Calv.) *aquæ ejus?* Mo. P. Calv. vel, *& veluti fluviorum intumescunt* (Heb. *turbidi sunt*, G.) *gurgites ejus?* Vulg. in G. vel, & cujus *aquæ commoventur*, vel *agitantur*, *veluti flumina?* V. simil. M. Ti. JT. vel, *velut aqua fluminum?* Pi. Seipsum declarat v. seq. Animosi sunt Ægyptii, & insolescunt ob victoriam nuperam: sed mox fugiunt. Ironia [n]. Exercitum Pharaonis comparat stagno inundanti, &c. & flumini impetu suo magnum fragorem excitanti [o]. Allusio ad Nilum, qui & ripas transcendit, & turbidus est limo [p]. Comparat Ægyptios flumini, tum ob copiam militum, tum ob arrogantiam [q], tum ob rapiditatem [r].

8. *Ægyptus*, &c.] i.e. Rex & exercitus Ægypti. Respondet sibiipsi Propheta iisdem verbis quibus interrogaverat. Simile vide Esa. 63.2,3 †. ¶ *Perdam civitatem*] i. e. Charcemis [t]: vel, collectivè, civitates, quæcunque mihi se opponunt [v].

9. *Ascendite equos*] Ità Mo. vel, *equi*, P. ô *equi*, M. Ti. JT. &c. sub. *contra hostem*, M. Loquitur Pharao hortans exercitum suum, &c [x]. ¶ *Et*, &c. "וְהִתְהֹלְלוּ וגו] *Et insanite*, (vel, *insano impetu agitamini*, JT. Pi. sim. Ti. huc illuc sine ratione & modo currite, sub. *ad conflictum*, more amentium [y],) *currus*, Mo. P. &c. vel, ô *currus*, JT. &c. Alii, *Et strepitum facite*, *currus*, M. *Et jactate vos*, *currus*, Calv. *Gloriamini* in *curribus*, Sy. *Et sonent currus*, Ch. ¶ *Æthiopia*] Vel, *Æthiopes*, Pi. &c. Ægyptiis vicini & confœderati [z], & milites jam stipendiarii [a]. ¶ *Et Libyes*, &c. "וּפוּט וגו] *Et Putæi* (vel, *Lybes*, Calv. sic V. G. ex Vulg. &c.) *qui gestant clypeum*, Pi. sim. V. JT. nempe maximum, usque ad pedes porrectum: quæ erat Ægyptiorum armatura, quam ab eis Libyes acceperunt. Vide Xenoph. Cyrop. l.6. & 7. Africam inter se diviserunt duo Chami filii, Put, vel Phut, & Misraim. Huic Ægyptus obtigit, & pleraque Africæ ad Tritonidem usque paludem, quæ Africam dividit in duas partes penè æquales. Illi, quicquid trans Tritonidem usque ad oceanum Atlanticum. Vestigium prisci nominis est in urbe *Putea* sub Adrumeto, & *Fut*, amne Mauritaniæ Tingitanæ. Nonnullos tamen Putæorum Ægyptiis vicinos fuisse constat ex hoc loco, & ex Ezec. 30.5. & Nah. 3.9 [b]. ¶ *Et Lydii*, &c. "וְלוּדִים וגו] *Et Ludæi*, &c. JT. Pi. Id est, vel, 1. Lydi [c]: [vel, 2. Æthiopes. De quo vide ex Cl. Bocharto decerpta ad Gen. 10.13.] Ex his Afrorum auxiliis in Ægyptum missis occasio sumpta Nabuchodonosoro post Ægyptum invadendi Africam [d].

10. *Dies ultionis*] Ob occisum Josiam*. ¶ *Victima*, &c. "כִּי זֶבַח וגו] *Cædes enim*, vel *Strages*, erit *Domino*, &c. P. V. Al. *Nam victima*, vel *sacrificium*, erit *Domino*, &c. Ti. JT. Pi. &c. q. d. In cæde illa glorificabitur Deus, ejúsque justitia & potentia [f]. Lætabitur Deus illorum sanguine [g].

11. *Tolle resinam*; ità Mo. M. Calv. &c. צֳרִי] *Balsamum*, P. V. sic JT. Pi. nempe ad curanda vulnera. Vide Jer. 8.22 [h]. q. d. Tanta erit strages, ut nulla medicina te juvare possit [i]. In Galaad erat צֳרִי & plurimum [k], & præstantissimum [l]. Adhibebatur hoc plagis recentibus [m]. ¶ *Virgo*, &c.] Sic vocat Ægyptum, vel, 1. per ludibrium, ob delicias & mollitiem ejus [n]: vel, 2. quòd [hactenus] inviolata & intacta fuit ab hoste [o]: vel, 3. quòd potentiâ suâ superbiret, ut virgo pulchritudine superbit [p]. ¶ *Sanitas* (vel, *Curatio*, Mo.) *non erit tibi*; ità P. &c. "תְּעָלָה וגו] *Emplastrum* nullum *prodest tibi*, JT. Vide Jer. 30.13 [q]. q. d. Vulnera incurabilia accipies [r]. Non quòd perierit Regnum Ægypti, sed quòd vires ejus planè conciderint, &c †. Frustrà hanc cladem reparare conaberis [t].

12. *Audierunt gentes ignominiam tuam*] i.e. Ignominiosam cladem [v]; quæ tanta erit, ut latêre nequeat, sed passim divulgetur [x]. ¶ *Fortis impegit in fortem*] i. e. Vel, 1. Ægyptius in Chaldæum: Magna utrinque cædes erit [y]. Confligent hi, sed Chaldæus robustior erit [z]. Vel, 2. Ægyptii inter se, qui, fugam simul glomerantes, alii alios dejicient, & se mutuò obterent [a]. Multitudo Ægyptiis erit impedimento; ut fieri solet ubi acies turbata est, & trepidè atque confusè fugiunt, &c [b]. ¶ *Ambo pariter conciderunt*] Licèt enim Chaldæis adhæserit victoria, tamen admodum cruenta, & penè Cadmea, illis fuit [c]. Et hæc fortè causa fuit cur Pharaonem fugientem Chaldæus, penè exhaustus, persequi

d G. | f V. | g V. ex Hc. | h G. | i Me. | k G. | l T. ex Me. | m Calv. | n Calv. | o G. | p V. | q Q. in Ang. sic L. | r Calv. sim. Me. | † G. Pi. | t Calv. | v Calv. | * Idem. | x Pi. | y V. | z G. | a V. | b Calv. | c V. | d V. | * Pi. | f Calv. | g V. | h V. | i Calv. | k G. | l Ang. | m Pi.

n V. | o M. | p G. | q Me. | r Ca. | † G. | t Pi. | v Ang. | x M. | y V. | z Ang. | a Calv. | b BP. 4.33. 333. | c Calv. G &c. | d G. | * Ang. sim. G. | f Calv. | g G. | h G. | i V. ex M. | k Calv. | l sim. V. | m Calv. | n V. | o Calv. | p V. sim. Ang. | q Pi. | r Ang. | † V. | t Calv. | v E. | x Ang. sim. | y Calv. | z Calv. | a Q. in Ang. | Q. in | b Me. | c Calv. | T. ex Theod.

persequi non potuerit, ut v. 2. insinuatur [d]. Al. *Ambo similiter cadent*: i. e. nunc Ægyptius; postea verò sub Medis Babylonius*. Sed præstat de Ægyptiis accipere[f], qui in fuga confusa impingentes simul cadent [g], & corruent quasi mole suâ [h].

13. *Super eo*, &c. לָבוֹא] *Veniendo*, &c. Mo. *de veniendo*, &c. V. *de venturo*, &c. JT. Ca. i. e. quòd venturus esset *: *de adventu*, &c. P. M. Pi. &c. ¶ *Percussurus* (vel, *ad percutiendum*, P. Mo. &c.) *terram Ægypti*] Invasurus bello [i], eámque subjugaturus [k]. Altera hæc clades Ægypti [l], & multis annis serior [m], quâ Nabuch. ità eam afflixit, ut Ægyptius tantùm precariò regnaverit [n].

14. *Annunciate*, &c.] Quasi ex tribunali profert sententiam [o]. ¶ *In Magdalo*, &c.] i. e. In singulis finibus: nam Migdol erat ab Oriente in termino Ægypti, Noph à meridie, Daphnæ à Septentrione: terminum Occidentis propterea missum facit, quòd illac non esset venturus Babylonius [p]. Has urbes nominat, utpote celebres, & Judæis notas ob viciniam [q]; vel, quia Judæi in eas confugerant. Vide ad Jer. 44. 1 [r].

15. *Quare*, &c? מַדּוּעַ נִסְחַף אַבִּירֶיךָ] Verbum סחף hîc tantùm occurrit, & Prov. 28. 3 †. *Quare prostratus est* (vel, *propulsatus est*, P. M. G. *prostrati sunt*, Ti. Di. *everritur*, JT. Pi. *abripitur*, Pi. *dispersi sunt*, Calv. *contriti sunt*, Ch. *deturbati sunt*, Sy. *repulsus est*, i. e. cogetur cedere hostibus [t],) *fortes tui?* Mo. Di. vel, *fortis tuus?* P. *fortis quisque tuus?* M. *quisque robustorum tuorum?* Pi. ex JT. sic V. Præt. pro fut [v]. Verbum סחף Syris usurpatur pro *subvertere*, Matt. 21. 12. simil. Luc. 19. 44. Rom. 11. 3. 2 Tim. 2. 14. *detrahere*, Luc. 1. 52. *vastare*, Gal. 1. 23. Et מָטָר סֹחֵף Prov. 28. 3. mihi est, *prosternens pluvia*, quæ magnâ vi cœlitus delapsa dejicit segetem, &c [x]. [Ca. versum sic reddit, *Quî fit ut devincti tui generosi non stent, Jovâ eos profligante?*]

16. *Multiplicavit* (nempe Deus [y]) *ruentes*] Sic M. Ti. vel, *corruentem*, P. sic Mo. *Facit ut impingant multi*, JT. Pi. q. d. Efficiet Dominus ut multi in eo conflictu perituri sint [z]. ¶ *Ceciditque*, &c. גַּם נָפַל אִישׁ אֶל וגו'] *Etiam* (vel, *Quin*, Ti. Ut *etiam*, M. Atque *etiam*, Pi.) *cecidit* (vel, *ruit*, P. Ti. *ruerit*, M. *cadit*, Pi. *cecidit*, Calv. *concidet*, JT.) *vir* (vel, *quisque*, P. M. Ti. *unus*, Pi. *alter*, JT.) *ad*, vel *in*, *socium*, sive *proximum*, *suum*, Mo. P. &c. vel, *cum altero*, JT. Pi. i. e. Antequam hostis ipsos feriat, ultro tumultuando sese collident, ut quisque impulsu socii sui corruat [a]. *Cadent* catervatim, propellentes alii alios in ruinam [b]. Al. *Præterea*, *cùm incident alter in alterum*, *dicent*, &c. i. e. sese mutò cohortabuntur ut, desertis castris, dilabantur & abeant [c]. ¶ *Et dicent*, *Surge*, *& revertamur ad populum nostrum*, &c.] Sermo est, non Ægyptiorum [d]; sed, vel, 1. exterorum, qui eò concesserant ut commodè illic degerent propter rerum omnium affluentiam: q. d. Contenti simus solo nostro natali; nam ista Ægypti ubertas nobis erit mortifera, si maneamus *. Vel, 2. militum conductitiorum[f], Lydorum, Afrorum, Æthiopum. Vide infrà 21 [g]. ¶ *A facie gladii columbæ*, הַיּוֹנָה] *Opprimentis*, P. JT. &c. cujus vi resistere non valemus [h]: *contristantis*, M. *grassantis*, Ti. *cruciantis*, Sy. Chald. habet, *gladii hostilis*, *qui est ut vinum inebrians*; quasi יונה fiat à יַיִן, *vino*, י & ו permutatis. ο'. habent, *gladii Græci*; Hieron. *columbæ*. Columba autem יונה dicitur, non à ינה *opprimere*, quasi omnium prædæ exposita; sed à patria, Græcia, ubi plurimas olim columbas fuisse constat: unde columbæ יונים *jonim*, quasi Græcæ, quia Græci olim Ἴωνες Iones dicebantur, & Heb. יונים *jonim*; quamvìs hodie *javanim* efferant, quia Masorethis ità placuit [i]. Plura vide de hac phrasi ad Jer. 25. 38. Sensus est, à gladio Chaldæorum [k]. [Alii locum sic reddunt;] *ob pernicialem gladium*, Ca. *à gladio isto rapiente*, Pi.

17. *Vocate*, &c. קָרְאוּ שָׁם וגו' שָׁאוֹן] *Clamaverunt* (vel, *Clamantes*, JT. *Clamate*, Q. in M. *Vocaverunt*, Mo. Sy. *Dicent illi*, G. Publicè dicent [l], vel, 1. Ægyptii [m], de Rege suo conquerentes [n]; vel, 2. Chaldæi, irridentes [o]; vel, 3. auxiliares [p], vel milites mercenarii [q],) *ibi*, *Pharao rex Ægypti*, (vel, *de Pharaone*, &c. G. vel, *Pharaoh regem*, &c. Mo.) *perturbationis*, sub. rex, Calv. vel, *tumultum*, Mo. vel, Rex *tumultûs*, M. vel, & *tumultûs*, P. & *perturbationis*; q. d. Ægyptii Regem suum novo titulo ornabunt [r]: vel, & *turbæ multæ*, Q. in V. vel, *strepitus* est, JT. Pi. sub. *vir*, V. *strepitus* est, G. tantùm *strepitus* est, Ang. Belg. Gal. Magna minatur, sed, ubi res exigit, nihil agit †. Cymbalum sonans, ut Esa. 18. 1. [vide ibi dicta;] quò forsan alludit [t]. Vel, *tumultuatio* est, id est, homo tumultuabundus, qui quiescere nequit, & hâc ratione magnum sibi & nobis malum peperit. Vel, *vastatio* est. Deplorant Ægyptii calamitatem & Regis & suam, quòd isthâc in Nebuchadnetsarem expeditione vastationem sibi accersiverit [v]. ¶ *Adduxit*, &c. הֶעֱבִיר הַמּוֹעֵד] *Transire fecit*, sive *sivit*, vel, *Transgressus est*, (vel, *Prætermittit*, JT. *Præteriit*, Calv.) *tempus statutum*, sive *constitutum*, sive *condictum*, Mo. P. M. JT. Pi. i. e. diem determinatum ut egrederetur ad prælium cum Babylonio [x]. *Sed transmittit occasionem*, G. opportunitatem pugnandi. Confer Jer. 8. 20 [y]. Omnes putant rideri Pharaonem quòd tempus extraheret, quum priùs dixisset se venturum contra Chaldæos, ut solent Reges, ubi satis instructi sunt, hosti obviàm ire. Sed ex seq. versu colligo eum rideri quòd putaret vanas & frivolas fuisse minas Prophetarum, quæ sparsæ fuerant apud Judæos, nec Ægyptios latebant, de clade Ægypti [z]. Al. *Transire fecit solennitatem*, i. e. Effecit ut deinceps cessent festa & solennitates nostræ [a]. *Trajecit limitem*, sub. Regni sui: q. d. Nebuchadnetsar, ô Rex Ægypti, transivit limitem Regni tui [b]. *Transfert tempora*, Ch. simil. Sy. *Transire fecit stationem*, nempe militarem; castra amovit, dissolvit præsidia: vel, *signum* sive *tesseram*; q. d. Symbolum militare militibus dedit. מועד pro tessera militari occurrit Jud. c. 20. v. 38 [c]. [Ti. hæc cum voce præcedente sic reddit, *Designator temporum circummisit vastitatem* per terram. Alii verò totum sic reddunt;] *Clamatur ibi*, *O Pharao Ægypti rex*, *tumultus intercipit tempus*; i. e. Repentinus hostium adventus Ægyptum opprimit, ità ut nullum sit pugnandi tempus [d]. *Vocate nomen Pharaonis*, *Tumultum* (i. e. mutationem & cladem maximam in Regno tuo*, perturbationem horribilem [f],) *adduxit tempus*, Vulg. tempus, quod omnia mutat [g]: vel, tempus, scil. conflictûs & cladis [h]. Al. *Ibi clamor exauditus est*, *Pharao rex Ægypti clade acceptâ castra deseruit*, Strig.

18. *Quoniam*, &c. כִּי כְּתָבוֹר בֶּהָרִים וּכְכַרְמֶל בַּיָּם יָבוֹא] *Quoniam* (vel, *Certè*, Ang.) *sicut* (vel, *quàm*, Ca.) *Thabor* (sub. *est*, V. Ca. Ang.) *in montibus*, (vel, *inter montes*, V. Di. vel, *in regione montosa*, V. vel, *montosus*, Ca.) *& sicut Charmel* (mons Syriæ [i], prope Ptolemaidem [k],) *in mari*, Mo. P. M. Di. (vel, *est ad mare*, V. vel, excurrit *in mare*, M. V.) *venit*, M. vel, *veniet*, Mo. P. Di. vel, sic *veniet*, Ti. *tam ille veniet*, Assyrius in Ægyptum [l]: vel, *veniet* Nebuchadnetzar, de quo v. 13. scil. elato animo & magno fastu, instar montium altissimorum, qualis non modò Thabor est, sed & Carmel, ut patet ex Amos. 9. 3. nec ob aliam causam prophetæ Baalis congregantur ab Achabo in montem Carmel [m]. Vel, *veniet*, i. e. firmum erit hoc vaticinium, quod vos Ægyptii spernitis, quasi tempus elapsum esset, quòd, Judæâ vastatâ, vos incolumes videatis [n]. Vel, *veniet*, sub. *hæc calamitas Ægyptiis*, V. q. d. Tam certum est hoc eventurum, quàm certum est Thaborem montibus claudi, & Carmelum ad mare pertingere [o]. Al. Sicut certum est, Thabor eminere inter montes, & Carmelum inter promontoria quæ in mare procurrunt; ità certum est, obventuram Ægypto præcelsam & eminentem cladem [p]. Al. Venabuntur Babylonii Ægyptios haud secùs quàm feræ capiuntur in monte Thabor, & abducent eos sicut ligna de Carmel per mare abducuntur [q]. Al. Significatur hîc maxima clades, qualis tum illa Cananæorum per Deboram, quæ descendit de Thabor, &c. Jud. 4. 14. tum illa sacrificulorum quos Elias in Carmelo occîdit, 1 Reg. 18. 19, &c [r]. Al. *Quamvìs ut Thabor in montes*, *& ut Carmel in mare*, *procedat*, JT. (vel, *Quamvìs* essent Ægyptii *qualis est Thabor inter montes*, *& qualis* est *Carmel* qui *in mare procedit*, Pi. h. e. quamvìs essent potentissimi †,) sub. *tamen hæc futura sunt*, JT. Pi. Ellipsis integri membri orationis, qualis alibi: ut 2 Sam. 5. 8. *Qui percusserit*, &c. sub. *is erit dux*, ex collat. 1 Par. 11. 6; 2 Sam. 2. 27. *Nisi locutus fuisses*, Calv. sub. *nihil fecissemus*; Matt. 8. 9. *Nam ego homo sum*, &c. sub. *quantò magis tu*, &c? Matt. 16. 7. *dicentes*, (sub. *Ità loquitur*,) quia

panem non accepimus [t]. Quamvis Ægyptus situ munitissima sit, & circumvallata montibus ac mari, non secus ac Thabor montibus circumcluditur, & Carmelus in mare projectus est; ac proinde sibi Ægyptius omnino confidat, ut dicitur infrà v. 25: tamen has minas meas effecturus sum, & jam impero ut seipsam ad perpessiones earum comparet, versibus sequentibus [v].

19. *Vasa* (vel, *Instrumenta*, JT. Pi. Ca. *Paramenta*, M.) *transmigrationis* (vel, *exsilii*, Ca. i. e. Quæcunque apta sunt & necessaria ad transmigrandum [x],) *fac* (vel, *para*, JT. sic V.) *tibi*] Ità Mo. P. &c. *Vasa collige*, ut loquuntur Latini [y]. ¶ *Habitatrix*] Ità P. &c. *Quæ sedes*, i. e. desides in otio & tranquillitate [z], securè & confidenter [a]: quæ tibi videris firmiter habitare [b].

20. *Vitula*, &c. עֶגְלָה יְפֵה־פִיָּה] *Vitula* (vel, *Bucula*, Ti. Ut *vitula*, P. JT. &c. cui confertur Ægyptus, quòd dives esset, & deliciis abundans [c], & more pinguis & indomitæ vitulæ lasciviret [d]. Alludit ad cultum Apidos & Mnevis *.) *formosa*, &c. Mo. P. &c. vel, *pulchro ore*, Di. *pulcherrima*, &c. Pi. sim. JT. BA. &c. geminatis radicalibus, ad majorem αὔξησιν [f]. Una hæc vox est, quanquam divisim scribitur, quasi duæ essent voces [g]. Sic, לַחְפּוֹר פֵּרוֹת, Esa. c. 2. v. 20; & כַּיְעֵנִים, *ut struthiones*; & Ezec. 27. 6. בַּת־אֲשֻׁרִים, pro בִּתְאַשּׁוּרִים, *buxis* [h]. ¶ *Stimulator*, &c. קֶרֶץ וגו׳] *Excidium* (vel, *Excisio*, P. *Exterminium*, M. V. *Excisor*, P. *Mactator*, G. ex Ch. & solet קָרִץ apud Thalmudistas de *victimario* dici [i]. *Incisio*, pulchri istius oris, quâ omnis ejus forma deturpabitur. Verbum etiam קרץ sign. *incidere*; & Arab. قرض *incidere, mandere*, &c [k]. Al. Sed *excidium*, JT. Sed *dissectio*, nempe vitulæ illius, h. e. excidium Ægypti [l],) *ab Aquilone veniens, veniens*, Mo. vel, *venit, venit*, inquam, M. sim. P. vel, *certissimè* (vel, *omnino*, JT. vel, *celerrimè*, Ti.) *ventura est*, Pi. &c. Al. *Invadet ab Aquilone impressio*, Ca.

21. *Mercenarii quoque* (sub. *milites*, P. Ti. &c.) *ejus*] Sic Mo. M. &c. qui tamen bellicosissimi sunt, utpote qui non necessitate coacti pugnant, sed hoc deligunt [m]. ¶ *Quasi*, &c. כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק] *Velut vituli sagina*, vel *saginati*, Mo. P. Ad delicias magis quàm ad militiam enutriti [n]: deliciis Ægypti fracti, ut Hannibalis exercitus in Campania, &c [o]. ¶ *Versi*, &c. כִּי גַם הֵמָּה הִפְנוּ] *Quia* (vel, *Propterea*, V. vel, *Sed*, Pi. Di. כִּי, pro כִּי אִם [p]: vel, כי redundat [q].) *etiam ipsi verterunt se*, Mo. vel, *vertent* tergum, Di. sim. Calv. vel, *respicient*, Pi. sim. M.

22. *Vox ejus* (nempe Ægypti [r]) *quasi*, &c. כַּנָּחָשׁ יֵלֵךְ] *Quasi serpentis* (vel, *serpens*, M.) *ibit*, Mo. JT. Pi. sim. Ti. vel, *procedet*, P. q. d. Exclamabit, quum Chaldæi advenerint contra illam. Serpentium sibila eminus exaudiuntur †. Ægyptus attonita stridebit [s]. Al. Sibilabit præ metu, ut vipera [v]: non, quasi vitula, immani strepitu boabit [x]; sed submissâ voce loquetur, ut timidi solent [y]. Non audebunt libere & pleno ore conqueri de miseriis suis; sed obmurmurabunt, & quasi obscuris sibilis utentur, &c [z]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי בְחַיִל יֵלֵכוּ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quando*, JT. Pi. Angl. *Quandoquidem*, Ca.) *cum exercitu* (sub. *magno*, P. Ti. vel, *cum potentia*, Calv.) *veniunt*, M. vel, *pergent*, P. Ti. sim. JT. Pi. *venient*, sub. *Chaldæi contra Ægyptum*, V. ¶ *Et cum securibus venient ei*, (vel, *ad eam*, JT. Pi. vel, *contra eam*, Ti. M.) *quasi cædentes ligna*] Armati Scythicum in morem [a]. q. d. Non dubius erit belli eventus: Chaldæi eâ fiduciâ venient, ut non ducant Ægyptios pro hostibus, (milites enim armantur gladiis & lanceis, quando res est cum hostibus quos sine periculo vincere non possunt;) sed venient tanquam ad cædendas arbores quæ non resistunt [b]. Al. Ægyptus sylvæ confertur, ob multitudinem vel oppidorum, vel incolarum [c]. Per *sylvam succisam* intelligitur populus interfectus [d].

23. *Succiderunt* (*Succident*, P. sim. Mo. JT. Ca. &c. i. e. Delebunt*: vel, *Succidite*, Q. in V. vel, *Isti cædent*, Pi.) *saltum* (vel, *sylvam*, Pi. i. e. exercitum [f],) *ejus*,—*qui*, &c. כִּי לֹא יֵחָקֵר] *Quia non investigabitur*, Mo. Calv. vel, *investigari poterit*, P. sic M. sub. *numerus*, P. vel, *supputabitur*, i. e. supputari poterit, sub. *exercitus Nabuchodonosor*, præ multitudine: vel, *non finietur*, vel *terminabitur*, i. e. non poterit inveniri finis exercitûs ejus [g]. Vel, de Ægyptiis hoc intellige, *ut non investigetur*, nempe sylva Ægypti, h. e. populi: quum enim sylva cæditur, apparet nuda planities, nec potest notari cujusque arboris locus [h]. *Qui supputari non potest*. Perstat in similitudine cœpta ὑλοτόμων, (*cædentis sylvam*.) *Sylva* sunt urbes, quæ tunc in Ægypto mille & viginti [i]. *Quia est impervestigabilis*; i. e. Quia [sylva hæc] tam crebris & densis arboribus est implexa, ut via sit in ea inscrutabilis; itaque, cædendo eam, viam sibi facient hostes: idque facilè poterunt, *quia* [ut sequitur] *plures sunt locustis*, &c [k]. Al. *quamvis non possit pervestigari*, JT. Pi. Ang. vel, 1. ob multitudinem, sive urbium, sive hominum [l]: vel, 2. ob multa loca inaccessa & invia, & aquis clausa, &c [m]. [Alii verba sic reddunt,] *ut nemo numerare posset*, scil. succisas arbores [n]. Al. *utpote infiniti*, Ca. *citra omnem delectum, vel discrimen*, Ti. [quod investigatione, vel scrutinio, fit.] ¶ *Multiplicati sunt*, &c. כִּי רַבּוּ וגו׳] *Quia* (vel, *Qui*, G. nempe Chaldæi [o]; ut occurrat huic objectioni, Quomodo Chaldæi tam amplam sylvam cædent [p]? vel, *Nam*, Mo. sic P. &c. vel, *Quamvis*, JT. Pi. *Siquidem*, Sy.) *plures sunt* (sub. *arbores illius*, Pi. sic JT.) *quàm locustæ*, &c. Pi. sim. Sy. JT. &c. ideóque hæc sylva non poterat investigari [q].

24. *Tradita in manus*, &c.] Hoc toties repetit, quòd incredibile erat [r].

25. *Visitabo super*, &c. אֶל אָמוֹן מִנֹּא] [Variant.] *Populum*, vel *vulgus*, (vel, *multitudinem*, Ang. sic Calv. Pi. *in turbam*, Ca.) אָמוֹן, pro הָמוֹן †, ex collat. Ezec. 30. 15 [t]: vel, *in nutritium*, JT. matrem & quasi nutritiam totius Ægypti opum amplitudine & celebritate emporii [v]: vel, *gubernatorem*, Strig. vel, *super tumultum*, Vulg. vel, *Amon*, Ti. sic Mo. Sy. BP.) *de No*, P. Mo. Ti. &c. vel, *Minoanam*, Ca. vel, *No*, JT. vel, *Alexandriæ*, V. Vulg. vel, *de Alexandria*, M. V. vel, *quæ ab Alexandria*, Calv. vel, oriundam *ex No*, Pi. Chaldæus interpretatur, *Amon regem Alexandriæ*: quem sequuntur qui vertunt, *Amon de No*, i. e. qui regnat in No: h. e. Regnum Alexandriæ [x]. אָמוֹן est dialectus, pro עַמִּים *populi*: hîc est אָמוֹן מִנֹּא, *populi de No*; at Nah. 3. 8. נֹא אָמוֹן, *No populosa*. Al. *Amon de No*, id est, deum *Amon*, sive *Hamon*, (quod ipsissimum nomen Jovis est apud Ægyptios,) in cujus honorem consecratum fuit fanum in urbe *No* [y]. *Super Amonem Alexandriæ*. Intelligitur Jupiter Ammon, in Ægypto & Libya potissimùm cultus: sic dictus, non ab ἄμμῳ arena, quòd templum ejus in arenis Libyæ erat; sed à חָם *Chamo*, aut *Hamo*, filio Noachi. אָמוֹן propriè *nutritium* sign. unde posset esse, Ζεὺς τρόφιμος, *Jupiter altor*. Nisi fortè ab alia verbi אָמַן significatione derivemus, quâ *firmum & constantem esse* valet: hinc esset *Jupiter stator* [z]. Fuit hæc urbs Ægypti populosissima, in Pharo, ut puto; unde Chaldæus ex posterioris ævi nomine *Alexandriam* posuit [a]. No, urbs, quæ postea dicta est Alexandria, urbs celeberrima & populosissima, ut notum [b]. Sed non est cur Chald. Hi. He. & D. &c. *Alexandriam* reddant, quæ urbs nondum erat Jeremiæ & Ezechielis temporibus. At minas has Jer. & Ezec. completas docet Nahum, cap. 3. v. 8, 9, 10. Fateor ante Alexandrum fuisse in loco Alexandriæ vicum vel oppidulum *Racotim* nomine, ut testantur Strabo & Pausan. Sed illud tam magnificè extolli, & cum Ninive conferri, quis dixerit? Adde quòd [vetus] Alexandriæ nomen, ut hinc constat, fuit *Racotis*, non ergò *No*, vel *No-Amon*. [Quod tamen non cogit assensum; nam aliter Græcis, aliter Hebræis, dici potuit, ut sæpe fit.] Rectiùs ergò הָמוֹן נֹא Ezec. 30. 15. à LXX vertitur, Διόσπολις, *Diospolis*, vel *Thebæ*. Sed objicit Drusius urbis situm inter duo maria, Nah. 3. 8. *habitat in fluminibus, aqua circum eam est*, &c. Resp. 1. Possumus hîc intelligere, non, magnam illam Diospolin, i. e. Thebas Ægyptias, quæ à mari procul fuit, ut D. rectè observat; sed, alteram Diospolin, prope Mendetem & Busirin, quæ variis lacubus cingebatur, ut disertè testantur Strab. l. 17. Suidas de Demet. Phal. Diog. Laert. l. 5. Obscura quidem hæc fuit, sed potuit esse celebrior antequam eam excidisset Nabuchodonosor, & sitûs ratione potiùs quàm magnitudine cum Ninive conferri. 2. Possumus magnam Diospolin intelligere. Quippe utut à mari Thebæ procul abfuerint; tamen illis & toti Ægypto duo maria, Rubrum & Mediterraneum, & Nili septem alvei, erant instar propugnaculi sive muri ad arcendum hostes. Vide

Margin notes (col. 949): t Glass. gram. 4. 2. 4. 708. · v Jun. · x V. · y G. · z V. · a Me. · b Pi. · c Me. · d Me. sim. V. ex M. · f G. sim. Me. · g BA. 1. 2. 29. 287. sim. Glass. gram. 3. 1. 16. 59. · h BA. ib. sim. K. in Glass. ib. · i BA. ib. · k G. · l Di. · l Pi. · m Calv. · n M. · o Calv. · p Di. · q V. · r V. Pi. · † V. · s Ci. · v G. · x T. sim. Ang. · y Pi. · z Calv. · a G. · b Calv. · c Ang. · d M. · * V. · f V. sim. Pi. · g V.

Margin notes (col. 950): h Calv. · i G. · k Di. · l Ang. · m Q. in Ang. · n Strig. · o G. sim. Di. Ang. · p Ang. · q Q. in Ang. · r Calv. · † Calv. Pi. · t Pi. · v Jun. · x V. · y BP. 1. 1. 6. · z Di. · a G. · b Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Busiridem Isocratis, ubi tradit Ægyptum esse *Nilo ut immortali muro munitam*; & lib. 1. Heliodori, ubi prædones dicuntur *aquâ ut muro uti*[c]. ¶ *Deos ejus*] Idola[d]. *Omnigenûm deûm monstra*, ut loquitur Virgil. Vide Jer. 43. 12, 13*. ¶ *Reges ejus*] At unus Rex erat. Resp. Intellige ergò, vel, 1. successores: vel potiùs, 2. satrapas & proceres, qui erant quasi Reges[f]. *Regulos*, vel gubernatores[g]; vel, *nomarchas*, de quibus vide Strab. & Aristot. 2. Ethic†. ¶ *Et super Pharaonem*] Vel, *Super Pharaonem, inquam*. Nam ו sæpe sic ponitur, & præcessit jam Pharaonis mentio[h]. ¶ *Et super eos qui confidunt in eo*] i.e. Vel, 1. proceres illos quos jam Reges dixerat[i]: vel, 2. subditos & socios[k]; Judæos, qui illi fidunt[l].

26. *Post hæc*] Post finem Monarchiæ Chaldæorum[m]: post 40 annos[n], ex collat. Ezec. 29. 11, &c[o]. ¶ *Habitabitur*] Incipiet reflorescere. Ea ἀποκατάστασις incidit in tempora Amasis, Cyro coævi[p]. Sed humile tum erit Regnum, inquit Ezechiel: &, pro domestico Rege, habebunt Amasin, externum, à Chaldæis Regi Ephree substitutum; quem Amasin Persis rebellem Cambyses Cyri filius subegit, Ægypto in provinciam redactâ[q]. Hanc restitutionem Ægypti promittit, tum ut clementiam suam ostenderet; tum ut fides Prophetæ & certitudo vaticinii magis perspectæ essent in hac duplici mutatione[r].

27. *Et tu* (vel, *Tu verò*, Pi.) *nè timeas*, &c.] Hæc consolatio pertinet ad eos qui à Rege Necaone cum Joachazo Rege in Ægyptum abducti erant, 2 Par. 36. 4. quos redituros ait in patriam, nempe fractis Ægyptiorum rebus†. De hoc versu vide Jer. 30. 10[t].

28. *Noli timere*, &c.] Idem repetit, quia non facile erat in rebus ità desperatis populi animos erigere, ut patienter exspectarent redemptionis tempus[v]. ¶ *Consumam cunctas gentes*, &c.] Gravissimis cladibus ac velut internecione eas exhauriam[x]. Quum Ecclesia videri possit consumpta, manet tamen spes occulta; quia Deus quasi à morte excitat suos. Gentes autem profanæ consumptæ sunt, quamvis superstites sint, ut Ægyptii post cladem acceptam; quia à radice maledicti sunt, & æterno exitio addicti[y]. ¶ *Castigabo te in judicio*] Moderatè, ut discas, non ut pereas. Vide suprà 10. 24. & 30. 11†. ¶ *Nec*, &c. וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ] Quomodo hæc verba optimè vertantur, vide suprà 30. 11[z]. *Et excidendo non excidam te*, P. Calv. *Nec tollendo tollam te de medio*, i. e. non te prorsus perdam. Alii, *Et expurgando te non expurgabo*, i.e. Non tollam te prorsus de medio, ut solent abjici recrementa expurgato tritico. Alii, *Et absolvendo non absolvam te*, i. e. tanquam innocenti non parcam*.

a BP ib. 7. d Pi. * G. f Calv. g Pi. † G. h G. i Calv. k G. l Ang. m T. n Me. G. o Mc. p G. q T. r Calv. † G. t Ang. v Calv. x G. y Calv. † G. z G. * V.

CAP. XLVII.

1. QUod factum est verbum, &c.] Transpositio, pro, *Verbum Domini quod factum est*[a]. ¶ *Contra Palæsthinos*] Veteres & constantes populi Dei hostes[b]. Prophetia hæc eò insignior est, quòd Philisthinæ terræ vastationem prædixit eo tempore quum à solis Ægyptiis hostilia, à Chaldæis verò amica omnia, exspectarentur[c]. ¶ *Antequam percuteret Pharao Gazam*] q.d. Cùm res illis tranquillæ erant, & nihil metuerent[d]. Cùm non per tempora, sed per gentes, hæ prophetiæ dispartitæ sint, Pharaonem hîc intellige Nechaonem*: à quo hoc factum, vel, 1. in profectione ad Carchamis, 2 Par. 35. 20[f]; vel potiùs, 2. in reditu, occiso Josiâ, &c[g]. post victoriam in Mageddo, cùm jam nemo ultrà adversùs eum prælio certare auderet[h]. Al. Impleta est hæc prophetia 10. anno Sedeciæ, quum Pharao venit ad pugnandum contra Chaldæos Jerosolymam oppugnantes. Ei ergò Chaldæi obviàm iverunt[i]. At Pharao (sibi diffidens[k]) reduxit exercitum domum[l]: sed in itinere spoliavit Gazam[m]; vel, quòd Chaldæis favisset[n]; vel, nè frustrà venisse putaretur[o].

2. *Aquæ ascendunt*, &c.] i. e. Exercitus maximus[p]. Vide Esa. 8. 7[q]. Sicut Ægyptii Nilo, sic Chaldæi Euphrati, comparantur[r]. ¶ *Quasi torrens inundans*, &c.] Monet Judæos, hanc direptionem Gazæ fuisse tantùm præludium gravioris pœnæ†. Hoc impletum non dubito per Nabuzardanem, quem, post capta Hierosolyma, cæteris circùm perdomandis Nabuchodonosor reliquerat[t].

a G. b Ang. c G. d Ang. * G. f Q. in Ang. g Ang. h G. i M. & V. ex He. sim. Calv. Mc. k Calv. l M. & V. ex He. Calv. &c. m Calv. sim. He. n Me. o Calv. p V. sic Me. Pi. &c. q Me. r G.

3. *A strepitu*, &c. מִקּוֹל שַׁעֲטַת פַּרְסוֹת אַבִּירָיו] *A* (vel, *Præ*, V. Ca.) *voce*, vel *sonitu*, (vel, *strepitu*, Ti. vel, *clamore*, V.) ὁρμῆς (vel, *strepitûs*, V. Calv. sive, *tumultûs*, He. in Di. vel, & *strepitu*, M. vel, *incessûs*, P. Ti. Di. שעט Syris est, *incedere, progredi*; unde שַׁעֲטָא *reptile, serpens*, quasi gradiens per terram[v]. Al. *A sonoro plausu*, JT. *A quadrupedante sono*, G. *Ob sonitum incessûs*, Sy. Idque *propter sonorum plausum*, Heb. *vocem plausus*, Pi. שַׁעֲטַת denotat *vim illam* quâ [equi] *ungulis suis feriunt terram quum currunt*: alibi non invenitur[x].) *ungularum fortium* (vel, *equorum*, P. Sy. sim. Ti. vel, *fortium*, sive *robustorum*, equorum, JT. Pi. Ang. vel, *magnificorum* equorum, M. vel, *ducum*, Ca. *gigantum*, Sy.) *ejus*, Mo. G. &c. i. e. equitum ejus[y]. ¶ *Non respexerunt* (vel, *respicient*, Pi.) *patres filios*] Sic Mo. P. M. h.e. Filiorum curam negligent, de seipsis soliciti[z]. Sibi quisque consulet summâ festinatione[a]. Signum extremi doloris & anxietatis, acsi homines affectus suos exuerent, &, mutatâ naturâ, stipites fierent[b]. ¶ *Manibus*, &c. מֵרִפְיוֹן וגו'] *A*, vel *præ*, *remissione* (vel, *ob dissolutionem*, M. sic V. vel, *debilitatem*, P.) *manuum*, Mo. Ti. JT. ex timore[c]. Ità exterriti erunt[d]. Spes omnis in pedibus erit, non in manibus*. Per dissolutionem manuum intellige deliquium animi: nam sicut à corde vigor diffunditur in omnes corporis partes; ità etiam manus sunt præcipua actionum instrumenta. Significat eos quasi exanimatos fore, ut nè digitos movere possent, &c[f].

4. *Pro*, &c. עַל הַיּוֹם וגו'] *Propter diem venientem* (vel, *venturum*, JT. sic Pi.) *ad vastandum*, &c. P. &c. Refertur istud ad v. 2. aut subaudiendum ו[g]. ¶ *Tyrus & Sidon*] Urbes Palæstinæ, contiguæ populo Philistim, ità ut meritò conjungantur, &c[h]. ¶ *Cum*, &c. כֹּל־שָׂרִיד עֹזֵר] *Omnem superstitem auxiliatorem*, Mo. P. &c. Sing. pro plur[i]. Omnes auxiliares Philistinorum[k]; quamvis multi sint superstites amici, parati ad opem illis ferendam[l]. ¶ *Reliquias insulæ* (h.e. loci maritimi[m]: vel, *regionis*, JT. Pi.) *Cappadociæ*, ità V. כַּפְתּוֹר, *Caphtor*, P. Ti. &c. Palæstinam haud dubiè intelligit[n]. *Cappadociam* transferunt & hîc ό. & Ch. & Hi. & Hierosol. interpres ad Deuter. 2. 23. [ubi fusè dicta vide.] Quare pro vero habendum est, à Cappadocia venisse Philistinos, & ab iisdem nomen habere Idumææ urbem *Caparorsam*. Vide & Amos. 9. 7[o]. *Caphtorim* erant ex eadem stirpe cum *Philistiim*, utrique filii *Misraim*, Gen. 10. 13, 14. Ante Mosis tempora habitârunt prope Philisthiim, Deut. 2. 23. quos etiam subjugâsse videntur, & in regionem suam captivos abduxisse; unde tamen Deus ipsos reduxit, Amos. 9. 7. Jeremiæ autem tempore vicini & confœderati fuisse videntur. Per *reliquias Caphtor* intelligunt Philistinos quos Caphtorim reliquerunt quum Palæstinam invaderent. Sed videntur potiùs à Palæstinis hîc distingui, non minùs quàm Tyrii & Sidonii, dicique *reliquiæ* illius regionis, vel, quia Ægyptii eos antea spoliâssent, quum Palæstinam & Gazam invaderent; vel, quia Chaldæi eos antè aggressi sunt quàm Philistinos, &c[p]. Caphtorim erant homines extranei, qui, à patria profugi, quæsierunt alibi sedes, & Palæstinam occupaverunt[q]. Cappadoces erant fratres Palæsthinorum, unde & auxilio iis venerunt[r]. Sed Cappadocia nimis remota erat, &c†. Benjamin, eúmque sequutus Arabs interpres, & author libri Juchasim, putant Caphtor esse *Damiatam*, quæ est Stephano Ταμίαθις, non *Pelusium*, ut volunt[t]. Hoc probabilius, quòd ex stirpe Misraim erant: videntur tamen Palæstinis viciniores fuisse. Puto itaque consedisse illos inter Palæstinam & Idumæam, in qua urbs *Caparorsa*, quæ à Caphtor dicta videtur[v].

5. *Venit calvitium super Gazam*] Sim. M. P. Mo. &c. vel, *rasura*, &c. pilorum[x]; signum luctûs[y], ut Esa. 3. 24[z]. Vel, *direptio*, nempe bonorum omnium, primùm à Pharaone, deinde à Nabuchod. q.d. Depilabitur[a]. ¶ *Conticuit*, &c. נִדְמְתָה וגו'] *Exscindetur*, &c. JT. Pi. sic G. ex ό. & Ch. ¶ *Et*, &c. שְׁאֵרִית עִמְקָם] *Residuum vallis*

† Calv. t G. v Di. x He. in Di. y G. z Mc. a G. b Calv. c Mc. d V. * G. f Calv. g V. h Calv. i V. k G. l Calv. m Ca. sim. G. V. n Calv. o G. p Ang. q Calv. r V. † Ang. t BP. 4. 31. 332. v Ang. x Ca. y G. Calv. z sim. M. Pi. V. a G. Q. in V.

vallis earum, Mo. P. V. &c, sub. *urbium*, V. vel, *eorum*, G. JT. V. &c. q. d. Aliæ urbes Philistinorum in vallibus sitæ [b]: nam Gaza & Ascalon erant sitæ in locis editis [c]. Reliquiæ civium, qui se in valles receperint, perdentur [d]. Terra Philistinorum humilis erat, ideo hîc dicta *vallis* [*]. At o'. legerunt עֲנָקִים, Ἐνακείμ. Placet mihi hæc lectio: nam reliquias Enacim fuisse in illis locis apparet Num. 13. 28 [f]. Sed Hebræi rectiùs legunt עִמְקָם [g]. ¶ *Conciderìs?*] Vel, *incides te?* Mo. P. Pi. &c. hoc est, brachia tua cultris, ut fecerunt gentes in luctu. Vide ad Levit. 19. 28 [h].

• 6. *O mucro Domini*, &c. הוי וגו'] *Heus*, (vel, *Væ*, Ch. *Eheu*, Ti. Ca.) *gladie*, &c. Calv. Dicens (vel, Dicendo, Pi.) *Eheu, gladie*, &c. JT. Pi. G. Propheta hîc loquitur in persona Philistinorum; q. d. Philistini suppliciter veniam petent à gladio Dei, sed absque profectu [i]. Verba incidentium se imitatur [k]. ¶ *Ingredere*, &c. הֵאָסְפִי אֶל תַּעְרֵךְ הֵרָגְעִי וָדֹמִּי] *Collige* (vel, *Recipe*, JT. Pi. Sy. Ch.) *te in*, vel *ad*, *vaginam tuam*, Mo. P. M. JT. &c. *quiesce*, (vel, *commitigare*, M.) *& sile*, Mo. P. sic M. vel, *cessa*, Ti. *quiesce*, Sy. Ca. *subsiste*, JT. *desine*, Pi.

7. *Quomodo quiesces?* ità Ch. תִּשְׁקֹטִי] *Quiesceret?* Sy. *cessares?* Ti. *quiesces?* Mo. P. M. *requiesceres?* JT. Pi. quiescere poteris [l]? Respondet illorum planctui Propheta [m]. ¶ *Præceperit ei adversùs*, &c. לָהּ אֶל אַשְׁקְלוֹן] *Ei* (vel, *tibi*, ut sit mutatio personæ in pronomine: vel vertas, *præcepit* gladio *de ea* *,) *ad* (*contra* JT. *ut* eat *ad*, P. *ut* eat *adversùs*, Ti *ut* deseviat *adversùs*, V.) *Ascbelon*, Mo. ¶ *Et*, &c. וְאֶל חוֹף הַיָּם] *Et* (vel, *denique*, JT. Pi.) *ad* (vel, *contra*, M. Ti. JT.) *portum* (vel, *portus*, JT. vel, *litus*, P. M.) *maris*, Mo. Pi. Joppen, Jamnes [n]. Vel potiùs, totum illum tractum; & ità adhuc de Sidone & Tyro & Gaza loquitur, tametsi nominet Ascalon, quæ paulò remotior erat à mari [o]. Civitates maritimas intelligit [p]. ¶ *Ibique*, &c. שָׁם יְעָדָהּ] *Ibi* (sub. *enim*, P. Ti.) *statuit*, vel *constituit*, (vel, *contestatus sit*, M. Calv. q. d. Non simpliciter mandavit, sed solenni contestatione, & quasi religione interpositâ ac jurejurando, gladium suum obstrinxit, nè sævire desinat [q]. Vel, *potestatem dederit*, Sy. vel, *præparavit*, Ch.) *eum*, Mo. P. Ti. Ch. &c. ut scil. grassetur in illa regione [r]. Vel, *ei*, M. Calv. V. sub. *tempus*, V. *Quò tibi indixit*, i. e. Ubi te adesse jussit †.

b G. c V. sim. G. d V. * Q. in Ang. f G. g BC. t. I. 364. h G. i Calv. k G. l V. m G. * V. n G. o Calv. p M. q Calv. r V. † Ca.

CAP. XLVIII.

1. AD (vel, *De*, V. vel, *Contra*, V. Calv. Pi. &c.) *Moab*, לְמוֹאָב] ל valet, *contra*. Sic deinceps passim [a]. Confer cum hoc capite Esa. 15. & 16 [b]. Sed ibi agitur de illa vastatione per Salmanasarem; hîc, de illa per Nabuzardanem, de qua Ezec. 25. 9. Hi sunt inter Syros illos & Phœnices quos à Nabuchodonosoro subactos narrat Berosus. Evenisse hoc excidium & Moabitis & Ammonitis ait Josephus quinto anno post excisa Hierosolyma [c]. ¶ *Væ super Nabo*] Urbe Moab [d]. Vide Esa. 15. 2 *. & Num. 33. 47. Ἰάβα Ptolemæo [f]. ¶ *Cariathaim*] Jos. 13. 19. Urbs ex duabus urbibus constans, ut vocabulum ostendit: fortè eadem quæ *Kirchereseth*, Esa. 16. 7. *Chariatha* Ptolemæo †. ¶ *Confusa est fortis*, הַמִּשְׂגָּב] *Misgab*, Mo. P. &c. Nomen urbis, à celso situ sic dictæ [g]. Ad verb. *exaltatio*, V. civitas *sita edito loco*, JT. Pi. ¶ *Et tremuit*, וָחָתָּה] *Et expavit*, P. M. *& consternata est*, Mo. Pi. sim. JT. [Ti. hoccum præcedentibus sic reddit, *Pudefacta est valida illa & munitissima arx, & metu percussa*.]

2. *Non*, &c. אֵין עוֹד תְּהִלַּת מוֹאָב בְּחֶשְׁבּוֹן חָשְׁבוּ וגו'] Locum variè distinguunt & reddunt [b]. *Non* (vel, *Nulla*, JT. Pi. sub. *est*, vel *erit*, P. M. JT. Pi.) *ultrà*, vel *ampliùs*, *laus*, vel *gloriatio*, *Moab in Chesbon*, Mo. Calv. JT. &c. vel. *de Hesbone*, P. M. Sy. V. (h. e. Jam non gloriari poterit Moab quòd Hesbon esset urbs nobilissima, &c [i].) *cogitaverunt super eam malum*, Calv. &c. *Non jam Moabitarum laus Hesebone*, &c. Ca. *Finem habet gloriatio Moab de Hesbon: agitantur enim mala consilia contra eam*, Strig. [Alii aliter.] *Nulla* est, vel erit, *ampliùs*

a Pi. b Pi. sim. G. Ang. c G. d Pi. * Ang. G. f G. † Idem. g V. et He. b Arg. i V.

laus Moabi: Pi. Ang. *in Hesbone cogitaverunt*, &c. Ang. Sed non placet nostra versio. Hesbon enim erat urbs Moabi primaria: quis ergò ibi consultaret adversùs Moabum [k]? Vel, *de Hesbone* (i. e. ad Hesbonem quod attinet,) *cogitaverunt* (nempe hostes Babylonii) *contra eam malum* [l]. *Non est ultra exsultatio in Moab contra Hesebon: cogitaverunt malum*, Vulg. [Quod non capio. Alii ergò Vulgatum ità interpretantur, ut τὸ *contra Hesbon* conjungant, non cum præcedentibus, sed cum sequentibus, acsi locus sic distingueretur, ——*in Moab: contra Hesbon cogitaverunt malum*] nempe Chaldæi [m]; dicentes ea quæ sequuntur. De Esebone vide Esa. 15. 4. & 16. 8. Ἐσβὲς Ptolemæo. Hinc *Esbonitæ Arabes* apud Plinium, ut alibi diximus [n]. Concinna allusio: חֶשְׁבּוֹן deducitur à חָשַׁב, *consultavit*: q. d. Quæ hactenus vocata fuit sedes consilii, reperiet alios consiliarios, nempe qui machinantur ei exitium [o]. ¶ *De gente*; ità P. &c. מִגּוֹי] *Nè*, vel *ut*, *non sit gens*, V. Calv. sub. *in ea*; i. e. ut nemo posthac habitet in ea: vel, ut posthac non numeretur inter populos [p]. ¶ *Ergò*, &c. גַּם מַדְמֵן תִּדֹּמִּי] *Etiam Madmen*, vel, *tu Madmen*, Pi. sic Ti. Ca. Alloquitur urbem [q]. *silebu*, Mo. G. ex Vulg. sim. Ti. Allusio ad nomen מַדְמֵן, à דָּמַם *silere*. Mutire non audebis [r]. Vel, *succiderìs*, P. sim. JT. Pi. Calv. vel, *deleberìs*, Ca. V. Madmen *Madiama* Ptolemæo, *Medaba* Josepho 13. 17. ubi fortè scriptum Μαδαμά· nam β & μ valde similes in manuscriptis †.

3. *Vox clamoris* (sub. *egreditur*, V.) *de Oronaim*] i. e. Exauditur in utraque Horon, nempe superiori & inferiori [t]. Vide Esa. 15. 5. ubi diximus hanc esse *Avaram* Ptolemæi [v]. Alia hæc urbs Moab [x].

4. *Moab*] Nomen est hîc, non gentis, verùm urbis, quam Areopolin vocant [y]. ¶ *Annunciate*, &c. הִשְׁמִיעוּ זְעָקָה צְעוֹרֶיהָ] *Audire facite* (*fecerunt* Mo.) *clamorem parvulorum ejus*, Mo. P. *Annunciaverunt parvuli clamorem ejus*, M. *Ediderunt*, vel *Eden*. (*Audire fecerunt*, Pi. *Auditum fecerunt*, V. *Prædicabunt*, Ti.) *clamorem* (*querelam*, Ca.) *parvuli ejus*, JT. Pi. P. vel, *minores ejus*, i. e. Principes ac nobiles inferioris ordinis [z]: vel, *dominatores ejus*, Ch. vel, *pauperes ejus*, Sy.

5. *Per*, &c. כִּי מַעֲלֵה הַלֻּחוֹת בִּבְכִי יַעֲלֶה בֶּכִי] *Nam clivum Luchithæ continuus ascendet fletus*, JT. i. e. Moabitæ effugiendo flentes [a]. *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Siquidem*, M. Ti. *Nempe*, Ca.) *ascensu* (vel, in *ascensu*. P. Pi. Calv. per *ascensum*, sive *clivum*, M. Ti. per quem ascenditur in Luchitham [b],) *Luchith* (Est alia hæc urbs Moabitidis †. Erat locus editus & tutus, quò se recep. rent fugientes à Chaldæis [c].) *in*, sive *cum*, *fletu ascendit*, sive *ascendet*, *fletus*, Mo. Pi. Calv. vel. *flens*, P. vel, vir *fletûs*, i. e. ascendent flentes [d]. Al. *ascendet* (sub. *Moab*, M.) *in fletu & ploratu*, Ti. sim. M. vel, *cum lugubri planctu ascenditur*, Ca. Sensus, q. d. Flebunt in omni loco & toto itinere ac tractu *. Repetit ipsa verba Esa. 15. v. 5. ubi hanc Ptol. *Lusam* esse notavimus [f]. ¶ *In descensu Horonaim*] Clivo quo descenditur [g]. Alia hæc urbs Moab [h], in planitie sita [i]. ¶ *Hostes*, &c. צָרֵי צַעֲקַת שֶׁבֶר שָׁמֵעוּ] *Hostes* (sub. *Moabi*, Pi. vel, sub *fragosi*, JT. vel, sub. *fragoris*, Jun.) *clamorem contritionis* (vel, *destructionis*, M. vel, *fragosum*, JT. Pi. Hebr. *fragoris*, Pi. vel, *miserabilem*, Strig.) *audierunt*, Mo. M. &c. vel, *audient*, JT. &c. Al. *hostilis calamitatis quiritatus auditur*, Ca. Al. *clamorem vastationis quem hostes expresserunt audierunt*, Ti.

6. *Fugite, salvate animas vestras*] Vel, *animam vestram*, Mo. P. &c. *Consulite vitæ*, &c. Ca. Dicentium, *Fugite*, &c. JT. Pi. Hic est clamor contritionis, nempe quòd sese mutuò cohortabunt ad fugam [k]. ¶ *Et eritis*. &c. וְתִהְיֶינָה כַּעֲרוֹעֵר וגו'] *Et eritis* (vel, *sitis*, P. *estote*. JT. Pi. sub. *ô vos urbes*, i. e. congregationes urbium [l]; vel, sub *vosmet*, Angl. Al. *sint*, sub. *urbes è quibus egressi fueritis*, Q. in V. vel, sub. *animæ vestræ*, V.) *ut myrica* (vel, *juniperus*, Mo. vel, *arbor nudatissima*, JT. vel, *Aroer*, Calv. Ch. ut sit nomen arcis [m], vel regionis, vel potiùs urbis, in terra Moab, id quod ex aliis locis cognoscitur [n].) *in deserto*, M. P. &c. h. e. desertæ & solitariæ: q. d. Fugite à consortio hominum, & concedite in loca deserta [o]. Vivite in desertis & inviis locis, ut faciunt myricæ aut juniperi. Nè fidite muris, ut sequitur [p]. Vel, q. d. Fugite, & consulite vitæ vestræ, quanquam nudi evadatis,

k Ang. l Pi. m G. T. M. n G. o Calv. p V. q Calv. r G. † G. t V. v G. x Pi. y Q. in V. z V. a Jun. b Pi. † Idem. c V. d V. sim. Ch. Sy. * Calv. f G. g Pi. h Pi. T. &c. i Calv. k Calv. l Q. in V. m Al. in V. n Calv. o V. sim. Ang. p G.

datis,& similes arbori nudatissimæ, &c. Confer Matth. c. 24. v. 16, 17, 18 [q].

7. *Quòd habuisti fiduciam in*, &c. בְּמַעֲשַׂיִךְ] *In operibus* (vel, *pecudibus*, P. sim. V. sic dictis, quòd opus hominis tunc esset in iis educandis. Sic 1 Sam. 25. 2. *Et opus ejus in Charmel*, quod in sequentibus explicat, *& ei erant oves*, &c [r]. Vel, *munitionibus*, Ti. *arcibus*, Sy. *rebus*, Ca.) *tuis*, Mo. M. &c. ¶ *Tu quoque capieris*] Nempe Ar-Moab, urbs Moabitarum munitissima. Ἀρεοπολίτης Ptolemæo †. ¶ *Ibit Chamos* (deus tutelaris terræ [t]; deus Moabitarum [v], Num. 21. 29. Jud. 11. 24 [x].) *in transmigrationem*] Nam, captis populis, & dii capiuntur, ut diximus suprà 43. 12 †. ¶ *Principes ejus*] h. e. Qui ipsum colebant, & tuebantur cultum ejus [y].

8. *Peribunt valles*, &c.] h. e. Qui habitant in vallibus [z]: vel, urbes in valle & in planitie sitæ [a]. ¶ *Quoniam*, &c. 'אֲשֶׁר וגו] *Quod dixit Dominus*, Mo. Calv. *quemadmodum*, vel *sicut*, &c. ο'. Sy. P. M. Ti. Calv. Ang. אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר [b], ut Exod. 34. 18. Jer. c. 9. v. 14 [c]. Al. *Quia*, &c. Ch. JT. Angl. ut אֲשֶׁר sumitur Jerem. c. 13. v. 25 †. Vel, *Nam*, &c. Ca. Angl. ut 1 Sam. 15. 15. Jer. 32. 3 *. Vel, *Certè*, &c. ut Psal. 10. 6. Esa. 8. 20. &c [d].

9. *Date*, &c. 'תְּנוּ צִיץ וגו] *Date alam*, sive *pennam*, vel, *alas*, sive *pennas*, (vel, *florem*, Vulg. vel, *coronam*, Sy.) *Moabo*, Mo. P. M. Ti. &c. q. d. Nisi alas habeat, non poterit evadere *. צִיץ sign. primò, *florem*, Job. 14. 2. Postea 40. 6. deinde, *plumam*, (quia plumæ ex avium corporibus emergunt, ut flores ex scapo plantæ,) adeóque *alam*, ex plumis constantem [f]. צִיץ pro *ala* Chaldaicum est, ut videre est in Chaldæo interprete, Psal. 139. 9 [g]. ¶ *Quia*, &c. כִּי נָצֹא תֵּצֵא] *Quia volando volabit*, Mo. P. *ut ocyssimè avolet*, Ti. *nam evolabit*, Pi. *nam emigrabit*, Ca. *quia transmigrando transmigrabit*, Ch. *ut eâ* [nempe *alâ*] *utendo exeat*, JT. *ut volans egrediatur*, M.

10. *Maledictus qui facit opus Domini* (nempe Moabi vastationem & excidium [h],) *fraudulenter*; ità P. sim. M. JT. Pi. Ca. Ch. Sy. רְמִיָּה] *Fraude*, Mo. *dolo malo*, Ti. non bonâ fide [i]; vel, *negligenter*, G. ex ο'. Ang. marg. sic M. V. Verba sunt Dei Chaldæos cohortantis, ut à se missos [k]. Prophetæ diversas suscipiunt personas, quò efficacior sit doctrina [l]. Chaldæi quidem non erant discipuli Jeremiæ, neque hæc exhortatio ad ipsos spectabat: sed, ut Israelitæ scirent certum hoc esse, sermonem dirigit ad Chaldæos; q. d. Nè parcite, aut finem facite, donec gentem illam perdidistis [m].

11. *Fertilis fuit*] Heb. *Tranquillus fuit*, Pi. G. V. &c. *Opulenti fuêre*, Ch. in G. ¶ *Ab adolescentia sua*] i. e. Jampridem, à temporibus scil. Salmanassari [n]: vel, ex quo cœpit esse gens, pulsis gigantibus, &c. Diuturnâ pace usa est, & intacta mansit, Israelitis sæpe vexatis; id quod iis valde durum videbatur: hortatur ergò, nè Moabo invideant, &c [o]. ¶ *Et*, &c. וְשֹׁקֵט הוּא 'אֶל שְׁמָרָיו וגו] *Et quievit* (vel, *resedit*, Calv. sim. JT.) *super*, vel *in*, *fæcibus suis*, &c. Pi. P. simil. Mo. M. &c. Comparatio egregia à vino desumpta [p]. Fæx conservat vinum, ut notum est [q]. Vinum quod in dolio super fæces suas conservatur solet esse pinguius, robustius, & dulcius [r]; & ablatum à fæce sua vigorem perdit, & transit in vappam †. Sensus, qu. d. Moab nunquam ejectus fuit sedibus suis [t]. Per *fæces* intellige, vel, 1. opes [v]; nam, ut vinum fæce, ità Regna servantur divitiis. Vel, 2. otium & tranquillitatem Moab; quòd, ut sapor vini fæce conservatur, ità dignitas & status Moab tranquillitate [x]. ¶ *Et* (pro, *id est*, G. ex V. Verba enim hæc allegoriam interpretantur [y].) *in transmigrationem non abiit*] qu. d. Nunquam sedibus ejectus, evasit opulentus [z]. ¶ *Idcirco permansit* (vel, *stetit*, Mo. M. *durat*, Sy. sic Ti.) *gustus* (vel, *sapor*, P. JT. Pi.) *ejus in eo*] Redit ad simile, i. e. ad vinum. Nam vina non transfusa vim nativam constantiùs retinent. Ità & Moabitæ suum fastum, Esa. c. 16. v. 6 [a]. ¶ *Et*, &c. וְרֵיחוֹ לֹא נָמָר] *Et odor ejus non mutatus est*, Mo. P. M. JT. Pi. Ch. &c. vel, *remissus est*, Sy.

12. *Mittam ei ordinatores*, &c. צֹעִים וְצֵעֻהוּ] *Transmigratores, & migrare facient eum*, Mo. P. *errones*, (vel, *vagabundos*, hoc est, Chaldæos, qui è terra sua venient in Moabum, quasi vagabundi essent [b],) *qui ipsum vagari facient*, Ang. Al. *peregrinantes*, *qui peregre agent eum*, Pi. JT. *viatores*, *qui effundent ipsum*, Ti. *vectores*, *qui eum vehant*, Ca. *abductores*, *qui eum transmigrent*, M. *translatores*, *qui demigrare facient*, i. e. hostes qui eum aliò abducent [c]. *Abactores*, *qui abigant eum*, Calv. *agitatores*, *qui eum agitent*, Strig. *transfusores*, *qui eum transfundant*: Perstat in cœpta similitudine. *Transfusores* sunt Chaldæi; *dolia*, urbes; *lagenæ fractæ*, homines interfecti [d].

13. *Confundetur Moab à Chamos*] Vel, *propter Chamosum*, Pi. deum suum *; qui ipsos non est liberaturus [f]. Videbunt inanem fuisse suam fiduciam, ut sequitur [g]. ¶ *A Bethel*] i. e. A vitulo aureo [h].

15. *Vastata est Moab*, *&*, &c. וְעָרֶיהָ עָלָה] [Variant.] *Et civitates ejus conscendit*, Mo. vel, *excidit*, P. Calv. vel, *exterminavit*, sive *consumpsit*, V. sub. *hostis*, V. Calv. Vel, *ascenderunt* per ignem, V. Ti. vel, *ascendent*, nempe in fumum, igne incensæ. Constructio hîc est verbi sing. cum nom. plur. ut sæpe in collectivis [i]. Præt. Hebr. pro fut. & sing. pro plur [k]. Vel, *deflagrant*, Ca. *evanuerunt*. עָלָה sæpe accipitur pro *diffluere*, vel, *abire in nihilum* [l]. Al. *Et civitatum ejus strepitus abscessit*, M. *Et* (sub. *populus*, vel *multitudo*) *urbium ejus ascendit*, vel *ascendet*, *sursum*, i. e. evanescet in auras, tolletur de medio, & peribit [m]. Metaphora à vaporibus, qui ascendunt, adeóque evanescunt [n]. Al. *Et mœnia ejus inscenduntur*, Strig. Al. *Et ex urbibus suis abiit*, Pi. Belg. similiter Ang. vel, *ascendet*, JT. Al. עַר interdum ponitur pro צַר *hostis*, ex usu Chaldæo, ut 1 Sam. c. 28. v. 16. Psalm. 139. 20. Dan. 4. 16. aliàs 19. Deinde verò, עָלָה & יָרַד, sicut sibi opponuntur, ità interdum sic conjunguntur, ut prius significet, attolli ad majorem dignitatem, posterius, deprimi ad majorem miseriam; ut patet ex Deut. 28. v. 43. *Peregrinus*——*ascendet super te*——*& tu descendes*, &c. Ità hîc accipio, *Et hostes ejus ascenderunt*, id est, robore & dignitate creverunt; *juvenes* autem [ut sequitur] *descenderunt*, &c [q]. Al. Locum, cum Hebræo quodam, sic reddo, *Moab vastata est*, ille (nempe vastator) *ascendit super urbes ejus*. Nomen vel participium suppletur ex præcedente verbo, ut Genes. 50. 2, 26. & præpositio [*super*] in verbo [*ascendendi*] includitur [r]. ¶ *Descenderunt* (vel, *descendent*, JT. Pi.) *in*, &c. לַטָּבַח] *Ad cædem*, sive *mactationem*, V. JT. Pi. M. &c. i. e. Cadent occisi. Est antithesis, *Urbes ascendent*, *juvenes descendent* †. Dejicientur, & cædentur instar bovis à lanio [t]. *Per lanienam*, Ti.

17. *Consolamini*, &c. 'נֻדוּ וגו] *Commoveamini ei*, Mo. sic Calv. vel, *super eum*, M. simil. Ti. *Condolete ei*, P. JT. &c. Non quòd censeat illos misericordiâ dignos, sed gravitatem malorum hâc figurâ exaggerat [v]. ¶ *Qui scitis nomen ejus*] Ità P. &c. nempe Moab: quibus illa nota est, vel ad quos pervenit fama ejus [x]. Priùs Propheta ad dolorem testandum invitat vicinos; deinde & longiùs positos, ad quos fama Moabitarum pervenisset [y]. ¶ *Virga fortis*, &c.] Vocat populum Moabiticum *baculum & virgam*, vel, 1. quòd molestus ac terribilis fuisset aliis populis [z]: vel, 2. ab ipsius dignitate & potestate, cujus virga symbolum est, Psal. 110. 2. Zach. 11. 7 [a].

18. *Sede* (vel, *habita*, Calv.) *in siti*] Ità Mo. P. &c. i. e. in locis aridis & desertis, ut suprà v. 6 [b]: vel, in captivitate [c], ubi sitim, famem, & omnium bonorum defectum, sustinebis [d]. *Sitim* opponit gloriæ, augendo afflictionem: q. d. Non tantùm eris ignominiosa, sed & rebus necessariis egebis in captivitate *. ¶ *Habitatio*, &c. 'יֹשֶׁבֶת בַּת וגו] *Habitatrix* (vel, *ô deses*, JT. *ô habitatrix*, Pi. qu. d. quæ hactenus tutò & placidè quievisti in sedibus tuis [f]: vel, *secura*, quæ videris tibi perpetuò obtentura habitationem tuam [g]:) *filia Dibon*, Mo. P. M. &c. Vide Jer. 46. 19 [h]. Vel, *Ægypti*, V. At Dibon erat Moabitarum civitas, Esa. 15. 9 *. De Dibone vide Num. 21. 30 [i]. & Jos. 13. 17 [k]. & Esa. 15. 2, 9 [l]. Hæc est Δίβων Ptolemæo; nam ב per β sæpe vertitur [m].

19. *In via sta*, &c.] q. d. Egredere, & sta juxta viam publicam, &c [n]. ¶ *Habitatio* (vel, *habitatrix*, Pi. &c.) *Aroer*] i. e. O congregatio civium Aroer †. Urbs hæc Ammonitarum, non longè à Moabitide [o], sita in ripa Arnonis [p]. Vide Deut. 2. 36 [q]. & 3. 12 [r]. ¶ *Interroga fugientem*, &c. נָס וְנִמְלָטָה] *Fugientem* (sub. *virum*, JT. Pi.) *& evasam*, Mo. vel, *& eam quæ evasit*, P. M. &c. vel, *& fœminam eripientem se*, JT. Pi. Fugientes Moabitas & Moabitidas, (nam in Heb. vox una est masc.

Marginal notes (left column): q Ang. r V. † G. t Calv. v G. Ca. x G. † Idem. y V. z G. ex Ch. a Pi. b Ang. ex He. c Ang. † Idem. * Idem. d Q. in Ang. * G. sim. Calv. Ang. f Ang. g G. h Me. T. sim. Calv. i V. i. &c. i Calv. k G. l Calv. m Calv. n G. o Calv. p G. q Calv. r Jun. † Calv. t V. v V. ex Ch. x V. y G. sim. V. z M. a G. b Ang.

Marginal notes (right column): c V. d G. * Calv. f V. g G. h G. sim. Pi. i G. k V. l Calv. m V. et He. n Q. in Ang. q Di. r Ang. † G. t Ang. v Calv. x V. y G. sim. z Ang. a G. a Ang. b G. c Ang. d M. sim. V. * V. f Calv. g Pi. h V. * Me. i Ang. l G. m Ang. n G. n V. † Idem. o G. p Pi. q Pi. G. r G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

masc. altera fœmin †. nulli sexui parcetur [t];) quid acciderit, & indè disce quæ & te sors maneat. Idem sensus in commate sequenti [v]. ¶ *Quid accidit?*] Vel, *factum est?* P. V. Pi. sub. *vobis*, Pi. vel, sub. *urbibus vestris*, V. quòd ità fugiatis [x].

20. *Confusus est Moab*, &c.] i. e. Spem perdidit ob tantam cladem. Hæc erunt verba fugientium è clade ad Ammonitas. Simile Esa. 16. 2 [y]. Tam prolixè hanc cladem h. l. describit, quia incredibilis videbatur [z].

21. *Et* (vel, *Nam*, M. JT.) *judicium* (scil. Dei, i.e. pœna [a], ultio Divina [b],) *venit ad terram campestrem*] Sic P. vel, *planam*, M. sim. Mo. JT. i.e. Non solùm regio montana Moab est peritura, sed etiam plana [c]. Vel, q. d. super totam terram Moabi, quippe quæ plana erat [d]. ¶ *Super Helon*] Ità Ch. Χιλὼν Græci; Ptolemæo Ἀλαβάνα, ו literâ in ב versâ, ut sæpe. *Elon* & quæ sequuntur sunt in illa terra campestri *. *Holon*, Calv. sic JT. Pi. Urbs hujus nominis erat in tribu Juda, Jos. 15. 51. assignata Levitis [f]. Si hæc fuit, videtur his temporibus in ditione Moabitarum fuisse: sed potiùs existimo diversam: nam illa in monte, hæc in planitie, fuit [g]. ¶ *Jasa*] Ptol. Ἰάδα, literâ צ mutatâ in δ, quod frequens in illis gentibus [h]. ¶ יַהְצָה] *Jahatsam*, Pi. sic JT. &c. De qua vide Num. 21. 23. & Esa. 15. 4 [i]. & Jos. 13. 18 [k]. ¶ *Mephaath*] Urbs Reubenitarum, in jure Levitarum [l], Jos. 13. 18. & 21. 37 [m]. Est hæc urbs non longè ab Esbunte & Dibone & Cariathaim, Μαίφα metropolis Ptolemæo [n].

22. *Super*, &c. עַל בֵּית דִּבְלָתָיִם] *In*, vel *Super*, *Beth-Diblathaim*, Calv. JT. Pi. Eadem quæ *Almon-Diblathaim*, Num. 33. 46. & *Diblatha*, Ezec. 6. 14 [o]. *Super domum Deblathaim*, Vulg. ὁ'. *Domus* pro *urbe* sumi solet; ut in hac ipsa Moabitide, Βαιθαὶς Ptolemæo, est בֵּית עֲיִן, *Domus fontis*. Est apud Nabuntem, ut apparet Num. 33. 46, 47. Hæc est Δίλα Ptolemæo, omisso ב, & additamento finali [p].

23. *Beth-gamul*] Alibi in S. S. non exstat [q]. *Urbem camelorum*, quæ Ptolemæo, transpositis literis, Μάκκαλα, pro Κάμαλα. Simile nomen *Gaugamela*, גַּג גָּמָל, vicus ubi postremò victus est ab Alexandro Darius [r]. ¶ *Bethmaon*] De qua vide Esa. 15. 2 †. quæ בֵּית (*domus*) per excellentiam. Ptolemæo Βίβανα, omisso ת, & מ mutato in נ, ob sonum vicinum [t].

24. *Carioth*] De qua Amos. 2. 2 [v]. & Jos. 15. 25 [x]. Γολέγεθα Ptolemæo [y]. ¶ *Bosra*] Non illam urbem Idumææ [z], de qua Esa. 63. 1 [a]. sed aliam Moabitidis, quæ בֶּצֶר Jos. 21. 36. Βοσὸρ 1 Mac. 5. 36 [b]. Vel eadem Bosra utrique regioni adscribitur, quòd in utriusque confinibus erat; vel potiùs, Bosra gemina fuit [c].

25. *Abscissum est cornu* (vel, *regnum*, Ch.) *Moab, & brachium ejus*, &c. sim. V. &c. קֶרֶן מוֹאָב וּזְרֹעוֹ וגו׳] Regnum robúrque peribunt. Alii, *principes ac nobiles*. Regnum vocat *cornu*, quòd cornua sint in sublimiori parte, nempe in fronte, animantis cornigeri; & quòd illis sese tueatur [d]. Al. Duo hæc sunt nomina urbium: *Keren*, quod Κάρνα Ptolemæo; & *Zeroa*, quod Ptol. Σώαρα. Sed simul egregia est allusio ad nomina [Hebræa *cornu* & *brachium* significantia.] Significatur ablata illis omnis vis aut nocendi aliis, aut se defendendi *.

26. *Inebriate eum*] Nempe Moabum [f]; non vino [g], sed poculo iræ Divinæ [h], vel afflictionis [i], cujus vi incidat in amentiam [k], & nesciat quò se vertat [l], ut suprà 25. 17 [m]. Alloquitur vel Angelos [n]; vel Chaldæos [o], exsecutores vindictæ Dei [p]. ¶ *Contra Dominum* (vel, *contra populum Domini*, Ch.) *erectus est*, הִגְדִּיל] *Magnificavit*, Mo. P. &c. sub. *se*, Pi. sic M. JT. sim. Ti. Ca. vel, sub. *os suum*, P. V. extulit se, vel, verba arrogantia protulit [q]. ¶ *Et*, &c. וְסָפַק מוֹאָב בְּקִיאוֹ] *Et* (vel, *Ut*, M. JT. vel, *Tum*, Pi.) *volutabit*, vel *volutet*, *se* (vel, *plaudet*, Pi. *plaudat*, JT. *complodat* manus, M. Ti. ut verbum sumitur Job. 34. 37. quod tamen hîc non congruit [r]. Vel, *concutiat sese*, vel terram corpore suo, ut solent ebrii †. Vel, *involvetur*, aut *complodet*, Calv.) *Moab in vomitu suo*, Mo. P. &c. Metaphora ab immodicè ebriis, qui, postquam vomuerint, volutant se in vomitu, & postea ridentur à sobriis [t]. Ut simul & vomat, & cadens se sauciet [v]. Perstat in cœpta comparatione [x]. Irâ Jovæ ità inebrietur & perfundatur, ut ei accidat quod ebriis, qui vomunt, cadúntque in vomitum [y]. Illum adeò affligite, ut quasi ebrius ubique impingat, & evomat opes, gloriámque quâ hactenus superbivit, & allidat manus pedésque terræ præ impatientia & ægritudine, & volutet se in sordibus vomitûs sui [z]. Possit hoc ad præteritum tempus referri, *Et complosit*, vel *involvit, se Moab in vomitu suo*, i.e. intemperantia lætitiæ; q. d. luxuriatus est in deliciis suis, & plausum sibi dedit. Non malè quadraret hæc antithesis, quòd Moab exsultaverit sine ulla modestia quum prosperè ageret, ideóque Deus brevi illum puniet, &c. Sed sequor receptiorem sententiam, ut in futuro accipiatur [a]. Moabitæ afflictionibus inebriati manus præ mœrore *complosérunt* in capite [b]. Al. Potest hîc verbum indefinitè accipi, & Moab esse nomen, non præcedens, sed, ut Chald. accipit, subsequens, verbum, nec agentem, sed objectum actionis, denotare, & locus sic reddi, *Ille*, nempe quilibet, *complodet* manus super *Moabum* jacentem *in vomitu suo* [c]. ¶ *Et erit* (vel, *fit*, P. JT. &c.) *in derisum etiam ipse*] Ità Mo. Et sic ab aliis rideatur [d]. Notatur pœna talionis *. Causa irrisionis duplex: 1. ebrietas præcedens, hoc versu; 2. quòd ipse irrideret Israelem, v. seq [f].

27. *Fuit—in derisum*, &c. וְאִם לוֹא וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *annon* (vel, *si non*, Mo.) *risui fuit tibi Israel?* P. &c. cùm decem Tribus in captivitatem sunt abductæ [g], per Salmanaserem, 2 Reg. 17. 6 [h]. & quidam ex tribu Juda. Æquum est ergò ut tu ridearis [i]. En quomodo Moab superbîerit contra Deum, quia scilicet contumeliosus fuit contra ejus Ecclesiam. Significat Deus se fidelium causam, quasi sibi propriam, suscipere [k]. ¶ *Quasi*, &c. אִם בְּגַנָּבִים נִמְצָאָה כִּי מִדֵּי דְבָרֶיךָ בּוֹ תִּתְנוֹדָד] *Num*, vel *An*, (vel, *Si*, Mo. vel, *Acsi*, P.) *inter fures inventus*, sive *deprehensus est?* Ti. JT. Pi. Calv. &c. (vel, *esset*, P. V. Proverbiale. Vide suprà 2. 26 [l]. Quòd scilicet pudore furis, qui deprehenditur in furto, eum afficis [m]. Cur risisti Israelem, acsi eum in furto deprehendisses [n]? Cujus erga vos sceleris reos illos deprehendisti, quòd in eum adeò sævires, &c? Reus erat Israel Deo, tibi verò innoxius [o].) *quia à sufficientia verborum tuorum in eo te commovebis*, Mo. vel, *quia*, sive *nam*, (vel, *quòd*, JT. Pi.) *ex quo* (vel, *cùm*, JT. *quoties*, Pi. Angl.) *locutus es* (vel, *verba tua*, Ti. V. Pi. JT. sub. *facis*, JT. vel, *verba facis*, Pi.) *de eo*, P. M. Calv. (i.e. de afflictione ejus [p],) *commoves*, vel *commovisti*, *te*, P. Ti. JT. Pi. Calv. &c. i. e. videris gestire & exsultare præ gaudio [q], ex collat. membri præced [r]. Vel, exsultans *commotus es*, M. *Quia simulac ejus mentionem facis, commovéris:* Exsultas, ejus calamitatis lætitiâ †. Vel, commoves caput, ut irridentes solent [r]. Eâ es malevolentiâ, ut omnia mala miseris illis & imprecaris & machinaris: utrumque enim comprehenditur verbo *movendi*, aut *tumultuandi* [v]. [Alii duo prima hujus versûs membra sic reddunt;] *Nam Israel à te derisa & exagitata fuit perinde acsi in furto deprehensa esset*, Strig. Al. *Annon derisio fuit tibi Israel? an* non (τὸ *non* repete ex membro præced.) *res apud fures inventa?* Non sequimur τὸ קְרִי, quod est נִמְצָא, sed τὸ כְּתִיב, quod est fœm. נִמְצָאָה [x]. Fœmin. autem Hebræis sæpe neutraliter sumitur [y]. Sensus est, Nonne derisisti Israelem, déque eo triumphâsti, sicut solet ubi res furto ablata apud fures deprehenditur, atque ipsi fures derideri [z]? [Ultimum verò membrum sic reddunt;] *Propter verba ergò tua* (vel, *Propter verba multa*, G. ex Ch.) *quæ adversùs illum* (populum Israeliticum [a]) *locutus es*, Vulg. G. (vel, *Quare, cùm talia adversùs eum dixeris*, Strig. *Sed ex eo*, vel, *Propter id, quod locutus es in eum*; כִּי, pro כִּי אִם, ut suprà 46. 21. & Gen. 45. 8 [b].) *captivus ducêris*, Vulg. vel, *transmigrabis*, G. ex Ch. *evagaberis*, i.e. in exsilium abibis [c]. Verbum quidem in simplici forma significat *vagari*, unde & terra *Nod*, Gen. 4. 14, 16. sed forma reciproca hoc non admittit [d]. Vel, *de statu tuo dejicieris*, Strig.

28. *Relinquite civitates*] Nè fidite urbibus *. Denunciat illis exsilium & vastitatem terræ [f]. ¶ *Habitate in petra*] i. e. Concedite in loca altissima [g], sola & inaccessa, quales sunt rupes [h], ut ibi sitis tuti [i]. ¶ *Estote quasi columba nidificans in*, &c. בְּעֶבְרֵי פִּי פָחַת] *In transitibus* (vel, *lateribus*, P. JT. Pi. *prominentiis*, Ti. *transgressionibus*, h.e. *trans os*, Calv.) *oris* (vel, *foraminis*, Ti. *hi-*

Ti. *hiatûs*, JT. Pi.) *foveæ*, Mo. Pi. &c. vel, *cavi*, JT. Pi. vel, *fissuræ*, Calv. ad verb. *intrans os foveæ*, V. *intra cavi fauces*, Ca. *in ulterioribus lateribus foveæ*, Q. in V. in rupium foraminibus [k]: in aliquo latere scissæ rupis, metu insidiantium. At Chaldæus intelligit de columba de sua turre descendente ut se in fovea aliqua occultet. Sed prior sensus magis congruit antecedentibus [l].

29. *Audivimus superbiam Moab*, &c.] Repetit verba Esa. 16. 6 [m]. Non intelligit, sparsam fuisse famam de superbia Moab; sed, Moabitas fuisse magnificos præcones suæ potentiæ, triumphorum, opum, &c [n]. ¶ *Sublimitatem ejus, & arrogantiam*, &c.] Aliquid addit ad verba Esaiæ; ut ostendat non modò non correctos, sed etiam in pejus profecisse, Moabitas. Sic etiam facit in sequentibus, ut & culpam & pœnam ostendat majorem [o]. Multis describit extremam arrogantiam Moabi [p]. Sexies *superbia*, vel iisdem, vel synonymis, vocibus, hîc memoratur, ad exaggerandum hoc nefandum vitium [q].

30. *Ego*, &c. אֲנִי יָדַעְתִּי נְאֻם יְהוָה עֶבְרָתוֹ וְלֹא כֵן בַּדָּיו לֹא כֵן עָשׂוּ] *Ego novi*, (אֲנִי hîc emphaticum est. Dixerat jactantias Moab terrori fuisse aliis: jam ergò Deus respondet, Non ità se jactant, quin ego sim testis; ascendunt hæc ad tribunal meum [r].) *ait Dominus*, *iram*, sive *iracundiam*, (vel potiùs, *insolentiam*, Calv.) *ejus*, Mo. P. sim. M. Pi. &c. (quâ scilicet fine causâ sævit, vel, 1. contra quaslibet gentes vicinas †; vel, 2. in populum meum [t]:) *& non firmitudo*: Mo. (vel, *& non stabilietur*: P. vel, *non rectè* agit: M. vel, *sed non ità* rem efficiet: Pi.) *nugæ* (vel, *mendacia*, P. JT. Pi.) *ejus non sic*, vel *ità*, *fecerunt*, Mo. vel, *facient*, P. vel, rem *efficient*, Pi. Al. *non rectum mendacia ejus*: (h.e. in mendaciis ejus nulla est rectitudo, i.e. stabilitas; q. d. inanes sunt hæ jactantiæ, quia Deus non stabiliet quod cogitant:) *non sic facient*; nempe ut in animis suis conceperunt, quia Deus franget ipsos, ut consilia eorum careant effectu [v]. Al. ad verb. *& non* (sub. *erit*) *veritas*, vel *stabilitas*, (sub. *iræ ejus: novi*, *inquam*,) *mendacia ejus*, *& non ita facturi sunt*. Præt. Heb. pro fut. q. d. Superbia ejus non sortietur eventum: non efficiet, sub. *ut decrevit & minatur se facturum*, &c [x]. [Alii versum sic reddunt:] Ad verb. *Ego novi*,——*furorem ejus*, *& non rectum*: *mendacia sua*, *non rectum faciunt*: i. e. Novi magno eum furore esse correptum, eòque non recto neque justo; deinde, novi quemque eorum mendacia sua, non autem quod rectum & æquum est, facere. Vel sic, *Ego novi*,——*furorem ejus*; *annon sic* est? *mendacia ejus*, *annon sic faciunt*? Novi, inquit, & furorem & mendacia ejus: Nonne sic se habet, eum & furibundum & mendacem esse? וְלֹא interrogativè sumo, sicut 1 Sam. 20. 14. Confer cum Esa. 16. 6. ubi ferè eadem verba occurrunt [y]. Al. *Ego novi*,——*transgressionem ejus*, *cui nec lacerti ejus nec facta ejus respondent*, Ti. *Sed Dominus dicit*, *Ego novi iram ejus*, *quòd non tantas res efficere possit*, *& quòd majora quàm pro viribus suscipiat*, Strig. *Ego novi*,———*tam immodicam ejus ferocitatem*, *ut ejus vires non paria faciant*, Ca. *Ego scio*,———*jactantiam ejus*, *& quòd non sit juxta eam virtus ejus*, *nec juxta quod poterat conata sit facere*, Vulg. i. e. Plus voluit quàm potuit. Sensus idem qui apud Esa. 16. 6. sed auctus. Pro בַּדָּיו, legit Vulg. post בְּיָדָיו, *quod in manu ejus erat*, quod poterat. Chald. בַּדָּיו sunt, *principes eorum* [z]. Al. *Novi*,—*furorem ejus*, *sed non sic*: *vectes ejus* (h.e. vana & inania consilia, pravæ fiduciæ) *non sic* id *efficiunt*. Sic & nostrates loqui solent de homine qui præsumit consilium suum efficere, *Non sic*, *non perficiet*, *non sic fiet*; *mendacia non efficient*. Alii, ———*sed nulla est stabilitas*, *vectes ejus* (quibus nititur) *non efficiunt stabilitatem*, Belg. *Vectes* hominis sunt vires ejus. Sensus est, Plus sibi præsumunt Moabitæ quàm præstare possunt [a]. Al. ——*filii ejus non sic facient*: *quia regnum ejus deficiet*, Q. in V. Al.—*mendacia ejus sunt*, M. Q. in V. *non rectè agunt*, Q. in V. vel, *& non fecerunt veritatem*, M. Sensus, q. d. Ex superbia multa præsumpsit facere, in quibus tamen mendax invenietur, cùm illa ob irruentem calamitatem perficere non poterit [b].

31. *Super* (vel, *propter*, Pi.) *Moab ejulabo*] Vel, *ululare cogor*, Pi. Non refert quid sit facturus, sed cladem Moabi sic repræsentat ad vivum, &c [c]. q.d. Etiamsi nihil illis debeam, tamen tantis eorum malis commoveor [d]. ¶ *Ad*, &c. אֶל אַנְשֵׁי קִיר חֶרֶשׂ יֶהְגֶּה] *Propter* (vel, *ad*, Calv.) *homines Kircheresi* (vel, *Cir-hares*, P. quæ Esa. 16. 7. *Cir-hareseth*, sic dicta fortè quòd ejus mœnia essent fictilia *. Vel, *urbis testæ*, Calv. vel, *muri fictilis*, Vulg. vel, quod potius, *urbis solis*. Vide dicta ad Esa. 16. 7, 11. Ob lamenta eorum qui ibi habitant [f],) *gemit*, vel, *gemere cogitur*, Pi. JT. sub. *cor meum*, Pi. Ang. ex Esa. 15. 5 [g]. Vel, *gemet*, nempe Moab, super viris Kirhares *. Vel, sub. אִישׁ, *quisque*, h.e. gemetur. Nam Hebræi impersonalia sic formant †.

32. *De*, &c. מִבְּכִי יַעְזֵר וגו] *Fletu* (vel, *A fletu*, Mo. Calv. *Ob planctum*, M. sim. Ti. *De planctu*, G. ex Vulg. *Supra fletum*, JT. Pi. Angl. i.e. Ampliùs quàm olim deflevit Jeschaia c. 16. 8, 9. ac proinde verba Jeschaiæ amplificat [h]. Vel, consimili fletu quo flevi Jaazer, quæ jam victa & abducta fuit [i].) *Jahazer flebo propter*, vel *super*, *te*, (vel, *defleo te*, JT. *deflere cogor te*, Pi.) *vitis Sibmah*, P. &c. quia eadem afflictio tibi ventura est quæ Jaazer accidit [k]. מִן alibi comparationem significat: sed quia Esaias בְּ habet pro מִן, indubiè hîc continuationem fletûs exprimit: q. d. Nullus erit flendi modus; quià postquam fleverint super urbem Jaazer, nova materia doloris occurret ob urbem & regionem Sibmah, quæ fertilissima erat, præsertim vineis, sub quibus omnem urbis opulentiam hîc comprehendit [l]. *Jazor*, Ἰάζωρ, Ptol. ו in ר verso, quod Chaldæis frequens, non longè ab Esbunte, Jos. 21. 39. Hinc non longè *Sabama*, Σαβὰ, Ptol. vinetum optimum. Junguntur hæc simul & Esa. 16. 9 [m]. ¶ *Propagines tuæ*] i.e. Habitatores, per allusionem ad vineam †. *Rami tui*, V. id est, cives tui [n]. ¶ *Transierunt mare*] Ex his quidam Cyprum missi; quæ insula primùm Assyriis, deinde Babyloniis, ac postremùm Persis, paruit. Vide nostra ad lib. 3. de V. R. C [o]. ¶ *Usque ad*, &c. עַד יָם יַעְזֵר נָגָעוּ] *Usque ad mare Jabezeris pertingent*, JT. Pi. Mare mortuum hîc intellige, nam Jahzer à Mediterraneo longè aberat [p]. Vide Esa. 16. 8 [q]. *Ad Jazerensem lacum pertingunt*, Ca. *Ad mare*, *ô Jazer*, &c. Ti. *Usque ad mare Jahazer* (i.e. homines, vel cives, Jaazer [r]. Ellipsis, qualem & alibi sæpe notavimus †. Vel, *Jazeritæ*, M.) *pervenerunt*, vel *pervenient*, Mo. P. sim. M. &c. Sensus loci, q. d. O Sibma, deteriùs tibi continget quàm ipsi Jazer: nam cives tui trans mare abducentur, idque tempore æstivo; cùm cives Jaazer ad litus quidem maris pervenerint, sed trans mare abducti non fuerint [t]. ¶ *Super messem tuam* (vel, *æstatem tuam*, V. vel, *æstivos fructus tuos*, JT. Pi. V.) —*prædo* (Nabuzardan [v]; vel, *vastator*. Esa. 16. v. 9. est, *celeusma*: vide locum [x].) *irruit*] q. d. Tempore quo fructus tui erunt in agris hostis te invadet & vastabit †.

33. *De Carmelo*] Sed כַּרְמֶל hîc non propriè sumitur, sed communiter [y], sive appellativè [z], ut alibi sæpe [a]; quia hîc agitur de terra Moab [b]. *Ex arvis*, JT. Pi. *de locis cultis*, G. ¶ *Nequaquam*, &c. לֹא יִדְרֹךְ הֵידָד הֵידָד לֹא הֵידָד] *Non calcabit* (q. d. Nemo erit qui premat uvas) *cum cantico cantico*, (Vocem repetit, quoniam in vindemiis homines immodicè exsultare solent.) *non erit canticum*; ut in fine operis esse solet [c]. *Non canet*, qui *calcabit*, *canticum vindemiæ*, *non*, *inquam*, *canet*, M. *Non calcabit celeustes*, *celeusta non* erit *celeusma*, JT. *Non calcabit* (sub. *calcator*, P. Pi. vel, *Non calcabitur*, Ti.) *celeusmate*, vel *cum celeusmate*, *celeusma* (vel, quin *celeusma*, Ti.) *non* (sub. *erit*, P. Pi.) *celeusma*, Mo. P. Ti. Pi. &c. i. e. Celeusma quo tunc utentur, nempe ut adhortentur sese mutuò ad fugam, non erit celeusma quo uti solent calcandis uvis [d]. Non erit clamor ille lætus, &c*.

34. *De clamore*, &c. מִזַּעֲקַת וגו] *A*, vel *Ex*, *clamore* (vel, *Præ clamore*, JT. *Propter clamorem*, M. Ti. Pi. *De clamore*, G. ex Vulg.) *Chesbon usque ad Eleale*, *usque* (vel, *imò usque*, Pi.) *ad Jahaz*, P. Mo. &c. Significat continuos fore clamores per omnes plagas [f], à fine uno ad alterum. Similis locutio Esa. 15. 4 [g]. Ubique erit vastatio & clades [h]. Sensus, Qui, captâ Hesbon, fugiunt, continuabunt vociferationem usque ad urbes vicinas Eleale & Jahas [i]. *Eleale* habemus Esa. 15. 4. & 16. 9. Videtur אֶל esse articulus Arabicus, nomen autem עָלֵה, Ἐγλὰ Ptolemæo [k]. ¶ *A Segor* (de qua Gen.

Margin notes (left column): k V. — l G. — m Ang. G. — n Calv. — o G. — p V. — q G. — r Calv. — † V. ex M. — t Pi. — v Calv. — x V. — y Di. — z G. — a V. ex M. — b V. ex M.

Margin notes (right column): c Calv. — d G. — * V. — f G. — g Arg. — * P. in Di. — † Di. — h Jun. — i V. — k M. — l Calv. — m G. — † Idem. — n V. Calv. — o G. — p M. — q Arg. — r V. G. Calv. — † G. — t V. — v G. — x V. — † Idem. — y G. — z Calv. — a G. — b Calv. — c Calv. — d V. — * Pi. — f Calv. — g G. ex Calv. — h Calv. — i V. — k G.

Gen. 19. 22. & Esa. 15. 5 [k].) *usque ad Oronaim*] De qua suprà v. 3. & Esa. 15. 5 †. ¶ *Vitulam*, &c. עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה] *Vitula* (vel, quasi *vitula*, JT. Pi.) *triennis*, vel *trima*, P. M. &c. sub. *ejulans ibit*, M. V. Al. *vitulam*, &c. Mo. Ca. Calv. h.e. lascivam [l], voluptuosam [m], diu luxuriatam in deliciis suis. Vitula triennis exsultat, tum quia nescit quid sit ferre jugum; tum quia non est effœta, ut vaccæ, quas debilitant & multi partus, & lactis exsuctio. Huic comparat vel, 1. Horonaim, ut appositivè legatur, *Horonaim vitulam*, &c [n]: vel, 2. Moab [o], sive reliquos Moabitas; quòd vegeti essent, & quasi effrænes, & diu exsultâssent in copiis suis [p], & in flore ætatis [q]. ¶ *Aquæ quoque Nemrim* (i.e. pascua adsita [r]; vel, tractus ubi fluunt istæ aquæ †. Aqua ibi multa erat; per quam tamen intelligit abundantiam, quæ erat in tota regione [t].) *pessimæ erunt*, לִמְשַׁמּוֹת] *In desolationes*, Mo. P. &c. *desolatissimæ*, JT. Acsi essent desolatæ; qu. d. Nemini erunt utiles, quòd perituri sint qui illic habitant [v]. Nescitur fueritne *Nimrim* fluvius, an lacus, an urbs. Metaphoricè autem hîc loquitur, ut priùs; qu. d. Nihil in Moab adeò tutum erit quod non perdatur; nihil adeò fœcundum, quod non arescat [x]. Vide dicta ad Esa. 15. 6 [y].

35. *Offerentem*] Ὁλοκαυτοῦντα, (*holocaustum offerentem*,) ut poscit vox Hebræa. Vide 2 Reg. 3. 27 [z].

36. *Quasi*, &c. כַּחֲלִלִים] *Veluti tibiæ*, Mo. P. nempe lugubres [a]. Sed hoc argutius [b]. ¶ *Resonabit*] i.e. Commovetur, cùm tanta mala imaginor [c]. Sed Propheta hîc alienam induit personam, & recitat quid facturi sunt Moabitæ [d]. ¶ *Quia*, &c. עַל־כֵּן יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ] [Variant.] *Idcirco augmentum fecit, perierunt*, Mo. *Idcirco* quamvis *residuum fecerit, peribunt* tamen, JT. Eò *quòd* (vel, *Quandoquidem*, Ca.) *divitiæ* (vel, opes *abundantes*, Heb. *abundantiam* opum, Pi. vel, *copiæ*, Ca. vel, *thesaurus*, Calv. vel, *residuum*, M. Calv. sub. *quas*, vel *quem*, vel *quod*, P. Pi. Calv. M. &c.) *fecit* (vel, *acquisiverat*, Pi. sim. Ca.) *perierunt*, vel *periérit*, P. M. Pi. &c. Al. *Quia qui reliqui fuerunt perierunt*, Ti. *Nam & qui reliqui erunt facti* (Sic enim יִתְרָה sumitur Esa. 15. 7.) *peribunt*; i.e. Qui occisi ab hoste non fuerint, fame ac morbis peribunt *. Al. *Quia enim modum excesserunt, idcirco peribunt*, Strig.

37. *Calvitium*] i.e. *Depilabitur*, more gentis, ut suprà 47. 5 [f]. Describitur habitus lugentium, simúlque maximus luctus significatur [g]. Signa mœroris hîc accumulat [h]. Cicero Tusc. 3. *Stultissimum, in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur*. Est & hic locus ex Esa. 15. 2 [i]. ¶ *In cunctis manibus* (i.e. brachiis [k], ut Jer. 38. 12. Zach. 13. 6. sic enim incidere solebant [l];) *colligatio*, גְּדֻדֹת] *Incisiones*, vel *cæsuræ*, Mo. P. JT. &c. Refer ad morem de quo suprà 47. 5 [m].

38. *Sicut vas inutile*] Vel, *displicens*, i. e. quisquiliæ, ut suprà 22. 28 [n]. Heb. *in quo non est beneplacitum*, sive *complacentia*, P. V. &c. nempe figulo; vel, quo nemo delectatur [o].

39. *Quomodo*, &c ? אֵיךְ חַתָּה הֵילִילוּ] *Quomodo consternatus*, vel *consternata*, (vel, *contritus*, sive *contrita*, M. Calv. JT.) *est* ? (vel, *expavit* ? P. *Papæ ! ut pavet* ? Ti. nempe, vel, 1. civitas *Kir-cheres*, de qua sermo præcessit [p] : vel, 2. terra Moab, i.e. Moabitæ [q].) *ululârunt*, Mo. vel, *ululabunt*, P. *ululate*, M. Pi. sim. JT. vel, *ità ut ulularent*, nempe cives ejus [r] : *ut ululant*? Ti. *Qui factum est ut sit obtritus ? ululate*, Ca. Loquitur tanquam de re mira & prodigiosa, certò tamen futura †. *Contritus*, vel *Fractus*, *est* animo, *ululabunt*. Legendum hoc ordine, *Ejulabunt*, i. e. Ejulando dicent, Moabitæ scilicet, videntes calamitatem suæ regionis, vel, *Ejulando dicite*, *Quomodo fractum est*, Regnum Moab [t] ? ¶ *Dejecit*, &c. הִפְנָה עֹרֶף] *Vertit cervicem*, Mo. P. &c. vel, *dedit terga*, V. sic Calv. G. scil. hostibus †; ut solent qui faciem ostendere non audent [v]. ¶ *In derisum & in exemplum*, &c. וְלִמְחִתָּה וגו] *Et in formidinem*, sive *terrorem*, *omnibus*, &c. P. V. &c. paria sibi metuentibus [x]. Moab aliis ludibrio erit, aliis horrori, quum tale Dei judicium aspicient [y].

40. *Quasi aquila volabit*] Scil. hostis [z]; Nabuchod [a]. vel Nabuzardan [b]. ¶ *Extendet alas*, &c.] Ut aquila in munitis [forsan legendum minutas] aves involat. Est autem lusus in voce. Nam *alæ* dicuntur etiam militares prætenturæ †.

k G. † Idem. l Ca. m M. V. n Calv. o V. Calv. p Calv. q V. Calv. r G. † Pi. t Calv. v V. x Calv. y G. z G. a Q. in Calv. V. Me. b Calv. c G. d Calv. * G. f G. g V. h Calv. i G. k G. Ang. l Ang. m G. n G. o V. p G. q Pi. r G. † Calv. t Pi. † Idem. v G. x G. sim. Me. y Calv. z Pi. M. &c. a Ang. b G. † Idem.

41. *Capta*, &c. נִלְכְּדָה הַקְּרִיּוֹת וְהַמְּצָדוֹת] *Captæ sunt* (vel, *Capientur*, JT. *Capietur* subitò, G. *Capta est*, Mo. Pi. *Expugnata sunt*, Ca. *Capieris*, Sy.) *civitates*, (vel, *Kirioth*, Pi. sic JT. Ang. G. ex Vulg. de qua suprà v. 24 [c]. Potest hæc vox vel propriè, vel appellativè, sumi [d]. Vel, ô *Ceriotb*, Sy.) *& munitiones*, sive *fortalitia*, &c. Mo. P. M. &c. vel, *unaquæque munitionum*, &c. JT. Pi. i. e. Capientur urbes tum in loco plano sitæ, tum in locis arduis & sublimibus. Verba sunt singularia : q. d. Quo tempore capientur omnes urbes perinde atque essent unica urbs *. Gloriabantur Moabitæ urbibus & arcibus munitissimis [f]. ¶ *Sicut cor mulieris* (h. e. molle & effœminatum. Id satis erat, sed addit [g],) *parturientis*; sim. Ca. Sy. מְצֵרָה] *Afflictæ*, P. *miseræ*, Mo. *angustiatæ*, M. *angustiis* partûs *comprehensæ*, Ti. *perpetientis tormina*, JT. Pi. *gravem habentis partum*, G.

42. *Cessabit*, &c.] Occidione & dispersione, quomodo civitates intereunt. Vide ad J.B. & P. 2. 9. 3, &c [h].

43. *Pavor*, *& fovea*, &c.] Ex Esa. 24. 17 [i]. His varia calamitatum genera intellige. Per *pavorem* intelligit hostes terrificos [k].

44. *Qui fugerit*, &c.] q. d. Quum ex pavore fugere voles, occurrent foveæ in quas decidas; si indè surrexeris, laquei te circumdabunt : quum te defunctum putabis, nova pericula occurrent, & novæ mortes [l].

45. *In umbra Hesebon steterunt*] Sic Mo. P. &c. vel, *substiterunt*, Pi. Confisi sunt apud Esbuntem sisti hostes posse, sed falsò [m]. In hac urbe & similibus se tutos fore putabant [n]. ¶ *De laqueo fugientes*] Legit מִפַּח [o]. Resp. Vel, ex incuria sic legit; vel, sensum verborum Hebraicorum non assequens, audacter hanc vocem pro מִכֹּחַ substituit, quod illi Interpreti nihil novum [p]. ¶ מִכֹּחַ נָסִים] Verùm מִכֹּחַ alii cum voce sequenti, נָסִים, alii cum præcedente, עָמְדוּ, conjungunt †. — *steterunt à fortitudine*, aut *violentia*, *fugientes*, Calv. — *steterunt propter potentiam*, sive *fortitudinem*, (sub. *civium ejus*, V.) *fugientes*, P. V. Al. *à vi fugientes*, Mo. *qui fugiebant à vi*, JT. vel, *propter vim*, Ti. sim. Pi. sub. *hostis*, Ti. propter hostes robustos [q]. Al. *absque fortitudine*, &c. Q. in V. *præ defectu roboris* (sive, *quòd non esset robur*) *fugientes*. Sic מ alibi sumitur, & defectum rei innuit, acsi ellipsis esset vel particulæ negativæ, vel nominis חֹסֶר *defectus*. Sic Psalm. 109. 24. מִשָּׁמֶן, *præ defectu pinguedinis*; Thren. 4. 9 [r]. [Strig. hoc cum præc. sic reddit, *Qui ex acie fugient quærent latebras in Hesbon*.] ¶ *Quia* (vel, *Sed*, JT. Pi. *Atqui*, vel *Certè*, Calv.) *ignis egressus est* (sub. *antea*, quando scilicet Hesebon erat in ditione Amoræorum †,) *de Hesebon*, *& flamma de medio Sion*; (vel, *Sihon*, V. JT. Pi. Ang. &c. *Sehon* hîc dicitur pro *urbe Sehonis* [t], h. e. Esbunte, sive Esebon [v]. Vel, *Sihon* erat alia Amorrhæorum urbs *.) *&* (vel, *qui*, JT. Pi.) *devoravit* (vel, *confecit*, Ca. *consumet*, JT. sim. Pi. Calv. &c.) *partem* —, (vel, *angulum*, Mo. P. G. &c. *latus*, JT. Pi. *tractum*, Ca. *fines*, Strig. *terminum*, Angl. ut vox פֵּאָה sumitur Num. 34. 3. Nehem. 9. 22. q. d. totam terram Moab ab uno termino ad alium [x]. *Angulum Moab*, i. e. Moabitidem ad angulum, h. e. finem ultimum. At Chald. legit פְּאוֹר, & explicat, *principes*; quomodo idem nomen & de iisdem Moabitis explicatur tum ab aliis, tum à Latino Interprete, Num. 24. 17 [y].) *& verticem* (h.e. nobiliorem partem [z], duces & Principes [a], nobilissimos [b],) *filiorum tumultûs*] Sic M. vel, *sonitûs*, Mo. vel, *tumultuosorum*, Ti. V. sim. P. vel, *turbæ*, sive *populi*, G. ex Ch. populi superbi & arrogantis [c]. Sed phrasis hæc [*filiorum tumultûs*] hîc, & Jer. 46. 17. non tam rudem & promiscuam turbam denotat, quàm viros insigniores & nobiliores, qui tumultuari solent. Vide Esa. 5. 14. & 24. 8 [d]. Vel, qui tumultuati sunt, & Chaldæorum jugum excusserunt *. Vel, *virorum streperorum*, Pi. vel, *eorum qui nihil nisi strepunt*, JT. qui antè perstrepebant, & vel voce suâ vicinos omnes perculerant [f]. Sensus est, Novo eventu comprobatum vetus proverbium, quod est Num. 21. 28. hoste scilicet indè effuso in cæteros Moabitas ad eorum perniciem. *Sebon* vetus Rex erat illius tractûs [g]; in cujus honorem urbs à Rege nomen accepit [h]. Virtutem militum significat *igni*. Cur fugerent, cùm Hesebon olim fuerit potentissima, quum teneretur ab Amorrhæis, & egressi sint olim ex ea, & ex Sihon alia Amorrhæ-

c G. d Pi. * V. f Calv. g Calv. h G. i G. k V. l Calv. m G. n Calv. sim. Me. T. o Cap crit. p Buxt. vind. 2. 11. 789. † Idem. q Pi. r Glass. gram. 4. 1. 4. 659. † V. t G. v G. sim. Me. T. * V. x Ang. y G. z T. a V. Me. b G. ex Ch. c V. d Ang. * Q. in Ang. f Calv. g C. h Calv.

orum urbe, milites ardentissimi, & alacritate & celeritate certantes cum ipso igni, qui usque ad angulum totam Moabitidem devorârunt, ità ut nè exigua quidem terræ portio relicta sit Moabitis habitanda [i]? Dicit, *ignem egressum de Hesbon*, ad indicandum quòd Hesbon ab antiquo, cùm esset sub dominio Amoræorum, fuit urbs potentissima [k]. Al. *Ignis egressus est de Hesbon*,&c. h. e. Chaldæi milites, qui jam urbem Hesbon occupaverant; vel, cives Hesbon, qui,à reliquis Moabitis dissidentes, Chaldæis eam prodiderant [l]. Al. Confugerunt Moabitæ in Hesebon, ibi credentes se tutos fore: sed fallentur miserè; quia *ignis* à Chaldæis injectus in *Seon*, sive *Hesebon*, devorabit partem Moabitarum inibi conclusam, putà *verticem*, &c [m]. Al. *Ignis*,&c. i.e. Consilia in Heschbone contra Chaldæos tractata præbuerunt causam illis vastandi Moabitidem [n]. Hesbon & Sihon tunc erant sub ditione Moabitarum, qui multas urbes Israelitis eripuerant; qui etiam Chaldæos in exscindendis Judæis adjuverant. Sed cùm tandem sibi metuerent à Chaldæis, aliò se vertêre, & conati sunt obstare nè Chaldæi ulteriùs penetrarent. Hinc ergò data belli occasio. Loquitur ergò de Hesbon & Sihon tanquam urbibus notis [o]. Alludit hîc ad vetus canticum, Num. 21. 27, 28 [p]. Ut olim subjugatio terræ ab Hesbone cœpit, ità & nunc accidet: nemo se ibi occultare poterit [q].

46. *Quia*, &c. כִּי לֻקְּחוּ וגו׳ *Quia tracti sunt* (vel, *rapti*, Calv. Pi. *comprehensi*, P. *ablati*, V. vel, *capti*, h.e. capti ducentur [r],) *filii*——*in captivitatem*, Calv. &c.

47. *Et* (vel, *Attamen*, JT. Pi. G. *Sed*, Ca.) *convertam* (vel, *reducam*, Ti. JT. Pi.) *captivitatem Moab*] Ità Mo. P. M. &c. tum corporalem, sub Cyro†, ut scilicet redeant è Babylone in Moab: id enim factum patet ex Sophon. 2. 9 [t]. & ex Jos. Antiq. 13. 17, 21. & alibi [v]: tum spiritualem, sub Christo [x]. ¶ *In novissimis diebus*] i. e. Tempore Christi, ut & ipsi Judæi interpretantur [y]. Hæc autem promissio non tam Moabitas respicit, quàm ut Judæi Deum sibi placabilem fore crederent. Voluit tamen Deus hîc præludium dare misericordiæ suæ erga gentes [z]. ¶ *Hucusque judicia* (vel, *judicium*, Mo. P. &c. *supplicium*, Ca.) *Moab*] Id est, vel, 1. Ad id usque tempus durabit vindicta Dei in Moabitas†: vel, 2. Hactenus descriptum est justum Dei decretum de Moabitis. Hæc adjecit ob prophetiæ prolixitatem*.

[i] V. [k] M. [l] Mc. [m] T. [n] Pi. [o] Calv. [p] Calv. sim. Pi. &c. [q] Belg. [r] V. † T. [t] Me. sim. T. [v] G. sim. Me. [x] T. sim. Me. [y] V. [z] Calv. † G. ex Ch. * V.

CAP. XLIX.

1. AD (vel, *Contra*, V.) *filios Ammon*, לִבְנֵי וגו׳ *De Ammonitis*, V. Qui hæc in capita distribuerunt in unum hoc caput compegerunt quinque vaticinia diversa: quorum 1. pertinet ad Ammonitas; 2. ad Idumæos; 3. ad Syros circa Damascum; 4. ad Cedarenos Arabas eorúmque vicinos; 5. ad Elymæos. Eventus hujus prophetiæ paululùm præcessit eventum ejus quam habuimus contra Moabitas. Apparet id & hîc infrà 3. & Ezec. 21. ubi evectioni Sedeciæ subnectitur clades Ammonitarum [a]. ¶ *Numquid non filii sunt Israel?*] Qui terram Gad incolant [b]; vel, ad quos jure pertinet [c]. Ἀδέσποτα (*Quæ nullum habent dominum*) fiunt occupantis. Bona autem eorum qui aut liberos habent aut propinquos, qui ex Lege debeant succedere, non sunt ἀδέσποτα. Discimus ex hoc loco, quanquam vulgò dicitur, Qui bello terras aliquas cepit earum dominus fit jure gentium; id tamen, si bellum fit injustum, neque ipsum capientem, neque alios causam ab eo habentes, apud Deum absolvere. Vide de J.B. & P. 3. 10 [d]. ¶ *Cur*, &c? מַדּוּעַ יָרַשׁ מַלְכָּם אֶת גָּד *Cur* (sub. *igitur*, P. M. &c.) *hæreditate accepit*, sive *possedit*, (i. e. velut proprio perpetuóque jure possedit*,) *rex eorum* (vel, *Malcham*, Ti. sic Sy. Ca. Vulg. &c. Deus Ammonitarum [f], idem qui Moloch; [vide ad] 2 Reg. 23. 13 [g]. i. e. Ammonitæ, quorum idolum erat Melchom [h]. Solent Gentiles idolis suis tribuere victorias quas adepti sunt. *Possidere* autem hîc est, acquirere [i].) *Gad?* Mo. &c. i.e. regionem Gadis, nempe Gilhadem [k]: vel, dimidium Gilhadis; nam dimidium alterum erat Manassis, Num. 32. 39. Jos. 13. 29, 31 [l]. Per injuriam Ammonitæ sola Gaditis distributa occupaverant [m]; quando scilicet Israelitæ imbelles erant, vel turbis, sive domesticis, sive exteris, pressi [n]. Fecerant hoc Ammonitæ [o], vel, 1. tempore Jeroboami, Amos. 1. 1, 13. quum res Israelitarum desperatæ erant, 2 Reg. 14. 26 [p]. Vel, 2. pactione initâ cum Theglath-phalasaro, cùm ille eas partes bello vastâsset, 2 Reg. 15. 29. Erant enim contermini Gaditarum sorti, Jos. 13. 24, 25. Æquum autem erat illas partes desertas, Judæis, qui cum Gaditis eundem parentem Jacobum habuerant, accrescere. Hinc bellum inter Judæos & Ammonitas memoratum 2 Reg. 24. 2. Tangit eandem hanc invasionem Sophonias, c. 2. v. 8 [q]. Legimus quidem Teglath-palasarum inter alia loca Galaadum occupâsse, 2 Reg. 15. 29. & Gaditas abduxisse, 1 Par. 5. 26. De pactione autem Ammonitarum cum eo nihil legimus. Credibile tamen est, eos terram illam, tum vacuam, sibíque vicinam & accommodam, arripuisse, eámque, statu Israelitarum per Salmanaserem dissoluto, possedisse [r].

[a] G. [b] M. [c] T. [d] G. * G. sim. V. [f] G. Ca. &c. [g] G. [h] Me. T. [i] Mar. [k] E. [l] Pi. [l] Ang. [m] G. [n] Ang. [o] G. [p] Ang. [q] G. [r] Ang.

2. *Super Rabbath*] Erat hæc urbs princeps urbium Ammonitarum, Jos. 13. 25. 2 Sam. 11. 1. Polybio Ῥαββαθάμανα. *Philadelphia* dicta est postea. Excidium hujus urbis prædixit & Ezec. 25. 5†. ¶ *Filiæque ejus*, &c.] i. e. Urbes minores, ut & infrà v. 3 [t]. ei vicinæ & subditæ [v]. ¶ *Et* (vel, *Ità*, Pi.) *possidebit Israel possessores suos*] Sic M. Ti. Pi. Calv. sim. Ch. Ca. *Ità hæres erit*——*hæredum suorum*, JT. sim. Sy. Mo. P. Melius, *Et perdet Israel perditores suos*; i.e. in causa erit cur pereant. ירש sæpe vertitur per ἐξολοθρεύειν, (*delere*,) ἀπολλύναι, (*perdere*,) &c. Vide similem sensum Abd. 18 [x]. Completum hoc tempore Macchabæorum, 1 Mac. c. 5. v. 6, &c [y]. Vel potiùs, sub Regno Christi, quo non tantùm in ordinem & sub jugum conjectæ sunt omnes extraneæ gentes, sed in nihilum etiam redacti fuerunt quicunque indigni erant misericordiâ [z].

3. *Ulula, Hesebon, quoniam vastata est Hai*] Non ille *Hai* Jos. 8. sed altera, Γαία Ptolemæo: nam ע per γ verti solet; ut עֲמוֹרָה, Γόμοῤῥα [a]. q. d. Time tibi, Hesbon; jam enim *Hai* capta est, urbs tibi vicina, & brevi tota terra Ammonitarum capietur, quâ captâ, invadêris à Nabuchodonosor*. *Hai* urbe excisâ, Esbus, quæ non longè erat, habebat quod sibi timeret. Et mox ad hanc quoque pervenit malum, ut ex capite præcedenti didicimus [b]. *Hesebon* erat urbs Moabitarum; jubetur autem *ululare* ob excidium *Hai*, urbis Ammonitarum [c], vel, 1. ex commiseratione; vel, 2. propter imminens sibi excidium [d]. Præcessit ergò excidium Moab eversio Ammon*, & hæc prophetia illam de Moab cap. præced [f]. ¶ *Circuite*, &c. וְהִתְשׁוֹטַטְנָה בַּגְּדֵרוֹת *Et oberrate* (vel, *discurrite*, M. V. sim. JT. Pi. i. e. vagamini, aut recipite vos [g],) *in maceriis*, Mo. vel, *per septa*, JT. *per*, vel *circa*, *sepes*, P. M. Ti. Pi. &c. vinearum, sive hortorum, ut ibi lateatis [h]: vel, agrorum, sive villarum [i]. Hoc dicit, quia villæ sepibus, & non muris, ut civitates, cinguntur [k]. גדר *locus septus*, quales sunt κωμοπόλεις [l]. Dicit, *per sepes*, quia nulla illis relicta sunt oppida aut urbes, quò confugerent [m]. Chaldæus, *Incidite vos in turbis*. שוט est *flagellum* [n].

4. *Quid gloriaris in* (vel, *de*, Pi.) *vallibus?*] Sic P. M. Ti. Mo. &c. frugiferis admodum [o]: i. e. propter fertilitatem patriæ tuæ [p]: nam valles sunt fertiles [q], & irriguæ. Vide Jerem. 17. 8 [r]. ¶ בַּעֲמָקִים *In profunditatibus*, sive *profundis vallibus*: quoniam undique montibus cincti erant, ità ut non essent penetrabiles†. ¶ *Defluxit* (vel, *Effluxit*, Ca. vel, *Fluxit*, Mo. *Fluet*, G.) *vallis tua*] Ità P. M. Ti. &c. i. e. Vel, 1. sanguine occisorum [t]. Vel, 2. qu. d. Defluxit fertilitas [v]; vastata est vallis [x], sterilis facta est defectu cultoris. Sic Esa. 24. 4. *defluxit terra*. Metaphora ab arboribus, quæ, cùm rami defluxerunt, decore suo carent [y]. Vel, 3. q. d. Evanuit tua profunditas, nec erit tibi præsidium, ut putas [z]. Valles tibi non præstant usum vallium, ut in iis te occultes [a]. Vel, 4. qu. d. infirma est, & deliquium passa, ut vir aut mulier immodico fluxu, Levit. 15. 2, &c [b]. Vel, 5. *Fluet*, nempe aquis inundantibus, quæ & incolas & opes tuas abripient [c]. [Unde Strig. locum ità reddit, *Valles tuæ aquis obrutæ sunt*.] Vel, 6. Diffluxerunt incolæ vallis tuæ, mortui scilicet gladio vel fame [d].

† G. [t] G. sim. V. [v] Pi. Calv. [x] V. sim. Pi. [y] G. [y] Q. in Mi. [z] Calv. [a] G. sim. Ang. * V. [b] G. [c] Me. T. [d] M. * T. [f] Me. [g] V. [h] M. [i] V. [k] V. ex M. [l] G. [m] Ang. [n] G. [o] G. sim. Me. [p] V. [q] V. sim. M. [r] Ang. † Calv. [t] V. sic G. [v] Mar. [x] Mar. [y] Me. T. [z] Me. [z] Calv. [a] Belg. [b] Q. in Ang. [c] Ang. [c] Al. in Ang. [d] Ti.

Sed hæc minùs placent, quia comminatio statim sequitur*. ¶ זָב עִמְקֵךְ] In, vel de, *affluente convalle tua*, JT. Angl. qu. d. quæ omnibus opibus & deliciis affluit[f]. ¶ *Filia delicata*, הַשּׁוֹבֵבָה] *Aversatrix*, M. sim. JT. Pi. *vaga*, Ti. *perfida*, Ca. *pervicax*, vel *temeraria*, G. *rebellis*, P. Calv. contra Deum[g].

5. *Inducam super te terrorem*] i. e. Milites terribiles[h]. ¶ *Et*, &c. וְנִדַּחְתֶּם אִישׁ לְפָנָיו] *Et propellemini*, vel *expellemini*, *quisque seorsim*, M. sim. Sy. vel, *antrorsum*, Pi. Ang. ut Amos. 4. 3. ut non audeatis vel subsistere, vel retro aspicere. Vide Gen. 19. 17. Jer. 46. 5[i]. Vel, *ante faciem suam*, P. V. sim. M. Calv. i. e. Vel, 1. in regionem sibi oppositam †: vel, 2. quò sibi commodum videbitur: vel, 3. ad incertum locum quócunque sors illum tulerit[k], absque judicio; q. d. non considerans quid sibi expediat, nec consultans de tuto recessu, sed tantùm respiciens an locus pateat fugæ[l]. *Ad faciem suam*, Ch. sic Mo. vel, *à conspectu vestro*, Vulg. mutuo scilicet: q. d. Unus huc, alter aliò, diffluet[m]. [Alii locum sic reddunt;] *Ut dissipemini quorsum quisque versus erit*, Ca. *Et unusquisque fugâ sibi consulet*, Strig. *A cujus* [nempe *Jehovæ*, qui in textu præcedit,] *præsentia dispellemini quisque*, JT. ¶ *Nec erit qui congreget* (vel, *recolligat*, V.) *fugientes*] h. e. Qui vagos vos & discurrentes huc illuc hospitio excipiat[n].

6. *Reverti faciam*, &c.] Hoc factum patet ex Josepho 12. 12. & alibi[o]. Potiùs intellige de reductione ad Christum[p].

7. *Ad* (vel, *Contra*, Pi.) *Idumæam*] Hæc quoque prophetia iisdem temporibus completa est quibus priores. Vide Ezec. 25. 12. & infrà 12. Multa hîc sumpta ex Abdia, qui eadem de temporibus Sennacheribi prædixerat[q]. ¶ *Non ultrà est sapientia in Theman?*] Urbe Idumææ; unde *Themanæi* Herodoto, ut diximus ad Gen. 36. 15[r]. In Idumæa †, [sic dicta] à Theman, filio Eliphaz, nepote Esaui[t]. Omnes Arabes jam olim sapientiâ celebres, ut notavimus ad Matt. 2. 1[v]; vide & 1 Reg. 4. 30[x]: præsertim illi ab Esauo orti, ut ex Jobi historia apparet. Et inter hos ipsos eminebant hâc laude Themanæi, Abd. 8[y]. Al. *Theman* hîc *meridiem* significat[z]. ¶ *Periit*, &c. אָבְדָה עֵצָה מִבָּנִים נִסְרְחָה וגו'] *Periit consilium à filiis*, Mo. M. P. Ch. (sub. *eorum*, Q. in V. q. d. ab hac Themanis progenie quæ jam vivit[a]: vel, *à filiis*, nempe *sapientiæ*, ut Matt. 11. 19[b]: vel, *ab intelligentibus*, sive *prudentibus*, Ti. Sy. K. in M. ut בָּנִים fit participium à בִּין *intelligere*[c]. [Alii interrogativè legunt:] *Periitne consilium* (sub. *atque defecsit*, Pi.) *ab intelligentibus?* Calv. Pi. sic JT.) *corrupta est sapientia eorum*, Mo. P. Ch. *fœtuit*, V. à Rabbinico סרח *fœtere*[d]: vel, *annihilata est*, M. *nihili facta est*, V. sic Ti. *ablata est*, Sy. *computruit*, Q. in Calv. *superflua erat*, h. e. superabundavit; ironicè dictum*: *defatigata est*, nam סרח Æthiop. sign. *defatigari*, Matt. 11. 28[f]. [Alii interrogativè reddunt:] *exolevit* (vel, an *inutilis reddita est*, Pi.) *sapientia eorum?* JT. Pi.

8. *Fugite*, &c. נָסוּ הָפְנוּ] *Fugite*, Mo. P. M. Ti. &c. (Præterita hîc pro imperativis sumuntur, quod frequentissimum[g]. Vel, *Fugietis*, i. e. cogemini fugere[h]: vel, *Fugerunt*, Angl. vel, pro *nusu*, legi potest *nasu*; vel potiùs, *nusu* potest esse indicativi modi, ut in similibus verbis, *Chushim*, *festinantes*, Num. 32. 17. *Shube*, *revertens*, Mic. 2. 8. Cùm autem idem recurrit v. 30. malim reddere, *Fugite*[i],) *versi*, vel *conversi*, *sunt*, Mo. P. M. Calv. vel, *convertent sese*, sub. *hostes vestri contra vos posteaquam simulaverint fugam*, V. ut incolant terram vestram, vobis expulsis[k]. Vel, *vertant terga*, [nempe *Dedanitæ*.] Mutatio personæ 2. in 3[l]. ¶ *Descendite*, &c. הֶעְמִיקוּ לָשֶׁבֶת] *Profundaverunt* (vel, *Profundam petite*, Heb. *Profundate*, Pi.) *habitationem*, Calv. Pi. vel, *ad habitandum*, Mo. i. e. Profundè habitant; ut Luc. 6. 48. *profundavit & fodit*, i. e. profundè fodit. Vide & Esa. 7. 11. & 29. 15[m]. Exprimit eorum obstinationem, quòd nemo eos terrere possit, sed tranquilli manebant in patria sua, acsi fundati essent in centro terræ, & ideo inexpugnabiles[n]. Al. *In profundo parent habitationem*, Di. *Quærite latebras*, Strig. *Descendite in specus*, G. Abdite vos in cavernis, nè hostis vos inveniat[o]. *Abstrudite vos penitùs*, Ca. *In valles vos demergite ad habitandum*, Ti. Al. *Longè recedite ut habitetis*, Ch. *Callidum consilium inierunt* (vel, *inibunt*, V.) *ut habitent*, P. V. nempe, in terra vestra. Heb. *Profundaverunt*, sub. *consilium*[p]. Al. *Fundamenta posuerunt habitationis*, M. ¶ *Habitatores Dedan*] Urbis Arabiæ conterminæ Idumææ[q]. Vide Gen. 25. 3. Ezec. 25. 13. Hi sunt ex Cethuræ posteris, sed subacti ab Idumæis[r]. ¶ *Perditionem Esau*] Nominat gentis authorem, hominem à Deo reprobatum, ut renovet memoriam pristinæ maledictionis, & fidem verbis suis conciliet †.

9. *Si* (vel, *Cùm*; אִם, pro כִּי;) *vindemiatores*—*non*, &c. לֹא יַשְׁאִרוּ עוֹלֵלוֹת] *Non* (vel, *Nonne*, JT. Pi.) *relinquent*, vel *relinquerent*, vel *reliquissent*, *racemos?* Calv. JT. Pi. P. &c. sub. *aliquos*, Ti. Ang. *Nonne reliquissent aliquid ad racemandum?* Hunc sensum exigit quod sequitur[v]. Al. *Tamen reliquissent racemos*, Ti. ¶ *Si fures in nocte*, (sub. *venissent contra te*, Pi. Angl. ex membro præcedente[x],) *rapuissent*, &c. הִשְׁחִיתוּ דַיָּם] *Corrumpent*, sive *Perdent*, (vel, *Vastabunt*, P. *Vastâssent*, V. Tantùm *vastâssent*, Ti. *Perderent*, JT. *Diripuissent*, Ca.) *sufficientiam suam*, sive *illorum*, Mo. M. vel, *quod opus fuerit eis*, P. vel, *quod satis esset ipsis*, JT. sic Ti. V. h. e. quantum valuissent[y]. Tacita est antithesis inter hanc cladem, & alias vastationes[z]. Vindemiatores aliquid relinquunt, imò & fures: At Chaldæi omnia auferent cum pulvisculo[a]. Sumpta hæc ex Abdia 5[b]. qui locus est hujus fidelis interpres[c]. Al. *Nonne perdidissent quod satis fuisset ipsis?* Pi. [Strig. versum sic reddit,] *Venient ad te vindemitores*, (i. e. prædones instar vindemiatorum[d],) *qui non relinquent racemos; & fures nocturni, qui omnem nocendi cupiditatem explebunt.*

10. *Discooperui Esau*, חָשַׂפְתִּי] *Discooperio*, Calv. *nudavi*, vel *nudabo*, V. sic Pi. JT. i. e. Detraham Idumææ omnia ornamenta sua, & spoliabo illam*. ¶ *Revelavi abscondita ejus*] Ubi abscondunt, vel se, v. 8. vel thesauros suos, Esa. 45. 3[f]. Effeci ut nihil esset tam abditum quod non inveniret victor[g]. ¶ *Et fratres ejus*] Ammonitæ†. ¶ *Et vicini ejus*] i.e. Philisthæi, Tyrii, &c[h]. ¶ *Et*, &c. וְאֵינֶנּוּ] *Et non ipse*, Mo. *Ideo ipse non est*, M. *Et nemo ex eis superest*, Pi. *Itâ ut nihil eorum superstes sit*, JT. *Ut ipse nusquam sit*, Ca. *Ità ut non extent*, Sy. *Et non erunt*, Ch. Non erit Idumæa Regnum, aut status[i].

11. *Relinque* (vel, *Omitte*, Ca.) *pupillos tuos*, &c.] Ità Mo. P. Calv. &c. [Variè intelligunt.] q. d. Tamen ex horrenda illa strage pauculos conservabo[k]. Dixerat omnia vastanda: Excipit nunc pupillos & viduas[l]. q. d. Esto bono animo; te mortuo, curam pupillorum tuorum & viduarum tuarum geram[m]. Intelligendus hic locus de reliquiis Idumæorum ad Christum convertendis[n]. Al. Non promissio est, sed comminatio[o]. Si relinquas pupillos & viduas, ego eos curabo. Hoc ideo dicit, quia nec pupilli nec viduæ superfuturæ erant: quem sensum LXX hîc indicant[p]. Exaggerat cladem, quòd nemo erit qui hoc solatium pereuntibus afferat, quòd pupillorum curam geret, &c[q]. Hæc verba fini præcedentis versûs junguntur[r]; *Et non*, vel *nullus*, *erit*, (vel, *Adeò ut nullus superfit*, JT.) sub. *qui dicat*, P. V. JT. nempe moribundo, *Relinque* mihi, &c †. Est enim hoc non leve solatium morientibus, &c. Al. Propheta in persona Dei hoc loquitur, sed ironicè, *Relinque mihi*, &c. Significat se fore judicem contra ipsos, etiam postquam mortui fuerint[t].

12. *Ecce, quibus*, &c. אֲשֶׁר אֵין מִשְׁפָּטָם וגו'] *Quorum* (vel, *Quibus*, Calv.) *non* (vel, *nullum*, JT. sub. *est*, vel *erat*, M. P. Calv. &c. vel, sub. *conveniit*, V.) *judicium* (vel, *jus*, JT.) *ut biberent*, &c. P. sim. M. Mo. &c. *bibendi*, &c. JT. *Qui non debebant bibere*, &c. Pi. *Quos videbatur parùm æquum bibere*, Ti. *Potandi poculi* (i. e. Perferendi supplicii[v]) *insolentes*, Ca. Intellige vel, 1. de aliis gentibus quæ ante Edom interierunt, quibus peccata sua in populum Dei minùs imputanda erant quàm tibi, qui frater eras, &c[x]. Vel, 2. de Judæis[y], de quibus dicit, *non fuisse illis judicium*, &c. vel, 1. quòd Judæi se judicio indignos judicabant, reputantes se, quòd Dei essent populus, non esse affligendos, sed iram Dei effundendam in gentes[z]: vel, 2. comparativè loquitur[a], qui non peccaverunt unde judicari, sive affligi, debeant[b]; qui, comparati cum Idumæis, innocentes haberi poterant. מִשְׁפָּט *culpa*, *reatus*, ut suprà 26. 11[c]. Quos comparatione ve-

Marginal notes (left column): * Ang. f Ang. g Calv. h V. i Ang. † V. k V. ex M. l Calv. m T. n V. o G. p Calov. sim. Calv. q G. r G. † V. sim. Pi. Calv. & c. t V. sim. Ca. v G. x Ang. y G. z Q. in M. a He. in Ang. b G. c K. in M. sic Calv. d Di. * Calv. f Di. g Di. h V. i Ang. k M. l Di. m Ang. n Calv. o Mc.

Marginal notes (right column): p V. q Ang. r G. † Calv. v Q. in V. v G. x Ang. y V. z Calv. a G. sim. Calv. b G. Calv. c Calv. d Glas. rhet. 1. 11. 299. ex Ch. * V. f Ang. g G. † Pi. h Pi. i Ang. k T. l Mar. m V. n Calov. ex Os. & Bugenh. o Q. in Calov. p G. q Q. in Calv. † V. Q. in Calv. t Calv. v Ca. x M. y M. G. &c. z Q. in V. a Calv. b V. c G.

ſtrî æquum non erat adeò graviter puniri[d]; qui minus quàm vos commeriti ſunt*. Non reſpicit hîc perſonas aut merita Judæorum, (qui prorſus inexcuſabiles erant, & aliis pejores;) ſed gratiam & adoptionem Dei: nam æquum eſt ut Deus indulgeat atque ignoſcat filiis ſuis potiùs quàm alienis[f]. ¶ *Et tu*, &c? וְאַתָּה הוּא נָקֹה תִּנָּקֶה] *Et tu* (vel, *Tu autem*, JT. ſic Pi.) *ipſe liberando liberaberis?* Mo. vel, *abſolvendo abſolvêris?* V. vel, *immunis* (vel, *innoxius*, Q. in V.) *eris?* Ca. ſim. P. vel, *omnino eſſes impunis?* JT. Pi. vel, *impunem te fore crederes?* Sy. *putas* [*te*] *omnino eſſe innocentem?* Ch. Heb. *innocentaberis?* i. e. tanquam innocens tractaberis[g]? Vel, *impunè feres?* Id enim נָקָה ſæpiſſimè ſignificat[h]. Simile habes Jer. 25. 29[i]. [Cùm autem hæc phraſis longè aliter à nonnullis exponitur & Exod. 34. 7. & Jer. 25. 29. poſſunt & hæc verba pariter reddi, hoc modo, *Tu ergò ipſe prorſus exſcindêris*, ſive fundum calicis ebibes.]

13. *Boſra*] Idumææ metropolis[k], & urbs vetuſtiſſima[l]. Non Boſra Moabi, Jer. 48. 24. ſed Idumææ, Eſa. 63. 1[m]. *Boſra*, nempe Idumææ[n]. Sub oppido gentem totam complectitur[o].

14. *Auditum* (i.e. Famam ac rumorem[p], vel ſermonem[q],) *audivi à Domino*] Decretum à Deo quaſi pronunciatum; ex Abdia, v. 1[r]. q.d. Revelavit mihi Dominus, Boſram cum urbibus ei ſubditis deſtruendam fore†. ¶ *Legatus ad gentes* (ſcil. Regi Babyloniæ ſubditas[t]) *miſſus* (vel, *deſtinatus*, M.) *eſt*] Sic P. &c. i. e. Angelus Dei qui excitet Chaldæos[v]. Neminem habuit Deus fecialem, qui bellum eis indixit; ſed ità loqui ſolent Prophetæ, ut homines in rem præſentem adducant, doceántque verba ſua non eſſe futilia, nec effectu ſuo caritura[x]. ¶ *Congregamini*, (vel, dicentem, *Congregate vos*, JT. Pi. ſic Sy. Ti.) *& venite contra eam*] Scil. regionem Edomæorum[y].

15. *Parvulum* (vel, *Abjectum*, P.) *dedi* (vel, *dabo*, Mo. P. *reddidi*, Pi. Ti. *poſui*, M. *diſpoſiturus ſum*, JT.) *te in gentibus*] i. e. Decrevi te humiliare, & ſummâ illâ dignitate (ob quam hodie ſuperbis) ſpoliare te[z]. Dedi vobis, ô Idumæi, regionem anguſtam inter rupes; parvo etiam numero vos ſuperſtites reliqui tot cladibus per David & Joab & alios Reges non ſemel attritos, & penè exciſos. Intumeſcitis nihilominus, &c[a].

16. *Arrogantia tua decepit te*, &c. "תִּפְלַצְתְּךָ וגו] Vox alibi non occurrit; hinc variant[b]. [Locum ſic reddunt:] *Terror* (vel, *Metus*, V.) *tuus* (vel, *tui*, V. *Terror* activè ſumitur, i. e. quem ſolebas aliis incutere[c]. Vel, *Simulacrum*, vel *Idolum*, *tuum*, P. G. i. e. fiducia quam in idolis locabas[d]. מִפְלֶצֶת *idolum* eſt, 1 Reg. 15. 13. *Terriculas* ſimili ſenſu Lucilius. Nam פלץ eſt, *terrere**. *Horror tuus*, JT. i. e. quo alii te horrent†.: vel, intelligit hîc horrentem Edomæorum regionem præ aſperitate montium; unde etiam montes Sehiris, i. e. horrentis regionis, videntur dicti[f]. Vel, *Superſtitio tua*, quòd ſuperſtitioſi ſemper ſunt timidi[g]. Vel, *Conquaſſatio tua*, Ti. *Inſolentia tua*, Pi. *Iniquitas tua*, Sy. *Hebetudo*, ſive *Stultitia*, *tua*, Ch. in V. *Terribilitas tua*, Ca. Ang.) *decepit te*, *ſuperbia* (vel, & *ſuperbia*, Pi.) *cordis tui*, Mo. Senſus eſt, Fama gentis bellicoſæ quam acquiſieras, & terror quem alii de te conceperant, inflavit te ſuperbiâ[h]. *Decepit te*, quia te ſecuram reddidit, quaſi nemo te aggredi auderet. Poteſt & locus ſic reddi, Per *terribilitatem tuam cor tuum ſuperbum te decepit*. Ellipſis τȣ̃ ב, ut Pſal. 65. 6[i]. Teipſum fallis, cùm ità exiſtimas de tuis viribus[k]. ¶ *Qui habitas in*, &c. "בְּחַגְוֵי וגו] *In foraminibus* (vel, *rotundis*, M. *fiſſuris*, JT. Pi. *gyris*, vel *circuitu*, i. e. vertice[l],) *rupis*, Mo. P. &c. i.e. in locis inacceſſis[m]; ideóque te inexpugnabilem putas[n], (quòd in præruptis & confragoſis montibus habites[o]:) ut illi qui in petra erant Sogdianorum apud Curtium 10. Hieron. ad Abdiam, *Omnis Auſtralis regio Idumæorum de Eleutheropoli uſque ad Petram & Hailam (hæc eſt enim poſſeſſio Eſau) in ſpecubus habitatiunculas habet*[p]. ¶ *Et*, &c. "תֹּפְשִׂי וגו] *Apprehendens* (vel, *Apprehendis*, P. & *tenes*, M. Ti. G. *qui tenes*, V. *qui carpis*, JT. *qui occupas*, Pi.) *altitudinem collis*, Mo. &c. vel, *altos colles*, Pi. *celſa collium*, Seir ſcilicet[q]. י hîc redundat[r]. Idumæa erat montoſa & petroſa regio, &c†. ¶ *Cùm exaltaveris quaſi aquila nidum tuum*] Aquila ſupra cæteras omnes aves nidificat, *in locis celſis, ſaxis arduis & præcipitibus*. Vide Abd. 4*. ¶ *Indè detraham* (vel, *dejicerem*, Pi. *depellam*, ſive *deturbabo*, V.) *te*] Fame; quomodo ex Auraſio monte detractus fuit Gelimer[t].

17. *Stupebit*, &c.] Præ admiratione[v]. Proverbiale eſt, ut apparet 1 Reg. 9. 8†.

18. *Sicut ſubverſa eſt Sodoma*, &c.] Hyperbolicè loquitur, ut poſtulavit hominum torpor & ſocordia*. ¶ *Non habitabit ibi vir*] Nempe ex Idumæis: alioquin habitârunt ibi alii, & Romani præſidium ibi locârunt[x].

19. *Quaſi leo aſcendet* (vel, *aſcendit*, Pi. nempe vaſtator[y]. Vel, 1. Edomæus. Oſtendit hîc Deus quanto furore Edomæi indeſinenter Judæos infeſtaverint; & verſibus ſeq. quantâ potentiâ Deus ipſos propulſans electos ſuos reſtituturus erat*. Vel, 2. Hircanus & Judas cum Judæis; de quo vide 1 Mac. 5. 3. & 2 Mac. 10. 16, &c. Joſ. Antiq. 13. 17[z]. Vel, 3. Chaldæus[a].) *de*, &c. "מִגְּאוֹן וגו] *A*, vel *de*, *tumore*, vel *elevatione*, (vel, *altitudine*, Ch. *robore*, Sy. *faſtigio*, Ca.) *Jarden*, P. M. Mo. &c. i. e. A Jordane ſuperbo, h. e. maximo: vel, à loco in quo Jordanis magnam vim aquarum ſecum trahit, h. e. à Judæa[b]. Vel, ex montibus & ſylvis[c], juxta ripas Jordanis, ubi recubabant, & unde deprædati ſunt jumenta, Zach. 11. 3[d]. Vel, *ſupra altitudinem*, &c. JT. i. e. ampliùs exundat quàm ſolet Jordan*. Vel, *propter elationem*, &c. Pi. h.e. quaſi leo quem Jordanes exundans luſtris expulit[f], & in vicinos montes aſcendere cogit[g]; quo tempore etiam leo ferociùs ſævit, utpote famelicus[h]. ¶ *Ad*, &c. אֶל נְוֵה אֵיתָן] *Ad* (vel, *contra*, JT. vel, Sic aſcendet, nempe hoſtis Babylonius, *contra*, Pi.) *habitaculum* (vel, *caulam*, Pi.) *robuſti*, Mo. V. ſub. *loci*, V. vel, *robuſtum*, P. G. ſim. M. vel, *robuſtiſſimi*, JT. ſub. Dei: Periphraſis Judææ[i]. Ad loca munitiſſima[k]. Ad Idumæam[l], in rupibus ſitam[m]. ¶ *Quia ſubitò*, &c. כִּי אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ] Locus obſcurus[n], & vexatiſſimus. Verbum רָגַע ſign. vel *diffindere*, vel *momento agere*, vel *quieſcere*. Hinc inprimis variant[o]. *Scindam*, vel *confringam*, *illos*, (nempe Edomitas) *& illos currere faciam ex ea*, nempe terra ſua[p]. Al. *Ubi fecero ſciſſuram*, ſive *irruptionem*, (dixerat enim Idumæos clauſtris munitos fuiſſe,) *faciam fugere ipſum* [nempe incolam, h.e. incolas,] *ab ea*, [terra.] Al. *Ac ego quidem incitabo eum, ut celeri curſu indè contendat*, Strig. *Sic impellam, & ad currendum incitabo eum adversùs eam*, Ti. *Sic ego faciam ut ille ob eam repentè currat*, Ca. Al. *Quum*, vel *Ubi*, (vel, *Ex quo*, Calv.) *quieſcere fecero*, Calv. ſic P. Mo. (ſub. *Iſraelem*, V. vel, ſub. *eam*, [nempe Idumæam,] Calv. *Et quum quietem fecero*, M.) *fugere faciam ipſum ab ea*: q. d. Hactenus Idumæi in fæcibus jacuerant & deliciati ſunt, & quietem ipſis conceſſi: ſed repentè diſpergam huc atque illuc incolas, &c[q]. Vel, *currere faciam eum ab ea*, P. M. ſim. Mo. ſing. pro plur. i. e. Celerrimè liberabo captivos Iſraelitas qui ſunt in Idumæa, efficiámque ut curſu celerrimo revertantur in patriam ſuam[r]. Senſus loci, Tunc *requiem dabo* populo meo, qui detentus fuit inter Edomæos, *& faciam eum currere indè* †. Al. *Qui in momento adducam illos adversùs eam*, Ch. *Et brevi expellam eos ex ipſa*, Sy. *Sed momento fugabo* (Heb. *momentificabo*, ſi ità loqui liceat, *currere faciam*[t]; vel, *momento agam, faciam ut excurrat*, Jun.) *eum* (nempe Edomum, h. e. Edomæos†,) *ex hac*, ſive *illa*, JT. Pi. ſim. Belg. ſub. *terra*, JT. nempe Edomæa[v]. *Quia ſubitò faciam currere eum ad iſtam*, G. Nabuzardanem ad Idumæam[x]. *Nam momento currere faciam eum* (nempe Nabuchodonoſorum[y]) *ſupra eam*, Di. Angl. מֵעַל interdum idem eſt quod מִמַּעַל[z], & valet, *ſuprà*, *ſupernè*; ut Gen. 27. 39. & 49. 25. Pſal. 50. 4[a]. item Gen. 1. 7. Ezec. 1. 26[b]: quæ duo loca magis congruunt quàm præcedentia; quia in illis vox abſolutè & intranſitivè ponitur; in his, tranſitivè, ut h. l. ponitur[c]. ¶ *Et quis*, &c? וּמִי בָחוּר אֵלֶיהָ אֶפְקֹד] *Et quis electus, ſuper eam* (vel, quem *adversùs eam*, P.) *præficiam?* Calv. P. i. e. Et quis eſt ad bellum aptus, ut contra illam Idumæam conſtituam eum ducem[d]? Advocat Deus robuſtiſſimos quoſque & bellicoſiſſimos ad ſubigendam Idumæam. Oſtendit ſe facilè eam poſſe perdere, quia poteſt electiſſimos ex quacunque mundi parte accerſere, &c†. *Et quicunque* (vel, *eum qui*, JT. Pi.) *electus*, (vel,

Me. * Pi. [f] Calv. [g] Pi. [h] G. [i] V. [k] M. Me. T. [l] BA. 1. 2. 48. 534. [m] Ang. [n] G. [o] Calv. [p] V. Pi. [q] Calv. [r] G. † V. [t] Pi. [v] G. [x] Calv. [y] Pi. [z] V. [a] T. [b] Ang. [c] V. [d] Calv. * G. † Q. in Pi. [f] Jun. [g] Q. in V. [h] Calv. [i] Ang. [k] Calv. [l] V. [m] V. [n] G. ex Me. [o] Me. [p] G. [q] G. [r] V. † Ang.

* D. prov. 2. 3. 43. [t] G. [v] V. † G. * Calv. [x] Calv. [y] M. G. &c. * Jun. [z] Q. in Arg. [a] Plerique in Ang. [b] ſim. V. G. &c. [c] V. [d] Ca. Q. in Arg. [e] Q. in Arg. [f] Jun. [g] G. ſim. [h] Pi. Ms. T. Calv. [i] Pi. ſim. Calv. [k] Me. [l] Jun. [m] V. [n] G. ſic M. Pi. Arg. Calv. [o] G. [p] Calv. Ang. [q] Q. in Arg. [q] Calv. [r] V. † M. [t] Pi. † Idem. [v] Pi. Belg. [x] G. [y] Ang. [z] He. in Ang. [a] Di. [b] He. in Ang. [c] Ang. [d] V. * Calv.

(vel, *electus juvenis*, Ti. sub. *est*, JT. Pi. vel, *fuerit*, M. *electus*, scilicet à me ad hoc opus peragendum *. Intelligit autem Nabuch [f].) *contra eam* (vel, *in hac*, JT.) *numerabo*, vel *recensebo*, M. Ti. vel, *præficiam*, JT. vel, *constituam*, Pi. *Et quisquis* (ità מִי sæpe ponitur,) *erit fortissimus* inter Chaldæos, *eum præficiam ei*, vastandæ scilicet [g]. *Quis autem scit qualem juvenem contra te armaturus sum?* Strig. *Et quicunque juvenis est apud eam, visitabo*, Di. qu. d. Selectissimos Idumææ juvenes exscindam [h]. ¶ *Quis enim similis mei?*] Vel, *par mihi?* Pi. Calv. &c. Qui ea præstare potest quæ ego, &c [i]. Ostendit in suo arbitrio esse totum mundum. Sed cur hoc proponit tanquam rem magnam & incredibilem, quum omnes agnoscant *nullum esse Deo similem?* Agnoscunt quidem in genere, Deum omnia posse: ubi autem occurrit vel minimum obstaculum, vel materia perversæ fiduciæ, prorsus evanescunt hæ cogitationes, & fideles etiam ipsi minimum quemque Deo præferunt [k]. ¶ *Et quis*, &c? וּמִי יוֹעִידֶנִּי] *Et*, vel *Aut*, *quis contestabitur* (vel, *certet*, Ca.) *mecum?* Calv. sic JT. vel, *vadimonium constituet mihi?* Pi. scil. ut jure mecum disceptet [l]. Heb. *convenire faciet me?* scil. cum ipso ad judicem. Hunc esse sensum verbi הוֹעִיד percipitur ex Job. 9. 19 [m]. Vel, *præscribet*, sive *constituet*, *mihi tempus?* Mo. P. M. V. sub. *pugnæ*, V. Plerique in Angl. vel, *me docebit?* Strig. ¶ *Et quis est iste pastor* (i. e. dux [n], vel Rex [o], sive Princeps [p],) *qui*, &c? [אֲשֶׁר יַעֲמֹד לְפָנָי] *Qui stet* (vel, *consistat*, Ti. Pi. *stare possit*, M.) *coram me?* P. Ti. Pi. vel, *contra me?* M. si, scilicet, eum velim hostiliter aggredi [q]: vel, *obsistat*, sive *resistat*, *mihi?* Sy. JT. Ca. sive ordinationi meæ [r]. Hoc dicit propter similitudinem quam paulò antè duxit à leone †. Summa est, fieri non posse quin pereant Idumæi, quia bellum gerunt cum Deo, adversùs quem nec jure nec viribus consistere poterunt [t].

20. *De habitatoribus Theman*] i. e. Edomææ, in qua habitant Themanitæ [v]. *Theman*, & *Seir* sive *Edom*, interdum sunt synonyma [x]. ¶ *Si*, &c. אִם לֹא יִסְחָבוּם] *Si non* (vel, *Nisi*, JT. Pi.) *traxerint* (vel, *abjicient*, sive *dejicient*, JT. Pi. sic Calv.) *eos parvuli*, sive *minimi gregis*, vel *ex grege*, P. M. Pi. sic Mo. JT. sub. *dispeream*, vel, *nè posthac mihi credatis*, V. sim. G. Calv. &c. Nisi cadavera eorum traxerint, sive raptaverint per terram, ignominiæ causâ, vilissimi exercitûs Chaldæorum [y]. *Minimi*, &c. i. e. debilissimi milites, &c [z]. Lixæ, inquit, & calones eos captivos trahent [a]. Al. *Certè minimi gregis extrahent eos*, Ang. *Quod despectui eos habituri sunt*, &c. Ti. *Eos sine dubio raptabunt opilionum infimi*, Ca. *Annon pueri pastorum destruent eos?* Strig. ¶ *Nisi*, &c. אִם לֹא יַשִּׁים עֲלֵיהֶם וגו'] *Si non*, vel *Nisi*, *desolaverit* (vel, *destruxerit*, V. sub. *hostis*, V. vel, sub. *Deus*, M.) *cum* (vel, *super*, Mo.) *eis habitacula eorum*, P. JT. Mo. sic Pi. &c.

21. *A voce* (vel, *A sono*, Pi. *Præ strepitu*, V.) *ruinæ* (vel, *casûs*, P. Ti. &c.) *eorum* (scil. Edomæorum [b]; i. e. Ob strepitum qui committetur cùm ipsi concident in terra mortui [c],) *commota est* (vel, *contremiscet*, Pi.) *terra*] Ità M. &c. q. d. Tanta erit clades, ut concutiat omnes vicinas regiones: sicut ubi moles aliqua concidit, terra [circumjecta] movetur [d]. ¶ *Clamor*, &c. צְעָקָה [בְּיַם־סוּף נִשְׁמַע קוֹלָהּ] *Clamor in mari Suph*, sive *rubro*, *audita est vox eorum*, P. Mo. vel, *Clamor vocis eorum in —— auditus est*, Calv. sim. M. Angl. *Præ clamore, ad mare algosum audietur vox illorum*, JT. *Clamor exaudietur, in mari* (vel, *juxta mare*, Pi.) *Suph* (q. d. in loco remoto *, quàm longissimè [f]: satis enim id distabat ab Idumæa [g]:) *audietur vox eorum*, V. sic Pi.

22. *Quasi aquila ascendet*, &c.] Sub. *hostis*, P. M. Nabuzardan [h]: vel, Nabuchod. qui *leoni* priùs confertur, ob ferociam; hîc, *aquilæ*, ob velocitatem [i]; ob celerem & insperatum ejus adventum, quum illi securi erant, & Chaldæos officiis omnibus prosequerentur, & cum eis conspirarent adversùs Hierosol. dicentes, *Excidatur*, &c. Psal. 137. 7 [k]. Involabit Idumæam subitò [l].

23. *Ad* (vel, *Contra*, JT. Pi.) *Damascum*] Ità Mo. P. &c. vel, *De Damasco*, V. Ca. Ang. Synecdochicè, i. e. Ad Syriam illam in qua erat Damascus [m], quæ erat sedes Regia. Syri ab initio hostes erant Israelitarum atque Judæorum. Vaticinium hoc editum videtur ante ultimam Regni Israelis cladem [n]. ¶ *Confusa est Emath & Arphad*] Duæ aliæ urbes, unde denominabantur duæ aliæ regionis partes [o]. De *Chamath* vide Gen. 10. 18. Num. 13. 21 [p]. 2 Sam. 8. 9. 2 Reg. 17. 24, 30. Est Amathus Syriæ [q]; vel, Antiochia Syriæ [r], versùs Ciliciam, urbs famosissima *. *Arpad* continet reliquam Syriæ partem supra Regnum Chamathæ: denique totum tractum qui monti Tauro & Amano substernitur. Vide ad 2 Reg. 18. 34 †. ubi etiam *Arpad* scribitur. At Gen. 10. 18. אַרְוָדִי, i. e. *Aradii*, ut ibi habent Græci. Vide Plinium in Libani descriptione [t]. ¶ *Quia auditum* (vel, *rumorem*, Pi.) *pessimum audierunt*] Nempe, de adventu hostium [v]; vel, de capta Damasco, cujus famâ territæ sunt minores urbes [x]. Deridet eorum confidentiam, & dicit eos solo rumore perterrefieri [y]. ¶ *Turbati*, &c. [בַּיָּם דְּאָגָה הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל] *In mari* (vel, *In ipso mari*, JT. scil. Syriaco; nam Hamath est urbs Syriæ [z]: vel *Juxta mare*, Angl. sub. *erit*, JT.) *solicitudo*, Mo. JT. Pi. (q. d. Ipsum mare solicitum videtur propter adventum hostium, i. e. accolæ maris soliciti erunt [a]; insulares proximi, putà Antaradii [b]; Antaradus, & omnes maris insulæ [c]:) *non poterit quiescere*, Mo. JT. Pi. *Qui in vicinia maris habitant in tanto metu sunt ut conquiescere nequeant*, Strig. Al. *In die* [Pro בַּיָּם, legit בַּיּוֹם.] *solicitudinis non poterunt quiescere*, Ti. Al. Si legamus כ, pro ב, sensus optimè convenit, *Sicut mare pavoris*, (i. e. turbulentum [d], vel, pavendum *,) quod *quiescere*, vel *tranquillari*, *non potest*. Significat Syros similes fore mari turbulento, quod variè agitatur [f]. [Alii eodem modo intelligunt, sed nihil in textu mutant, tantùm כ subintelligentes.] Sicut qui est *in mari*, P. M. V. *præ pavore non poterit quiescere*, P. vel, qui *præ anxietate non potest quietum facere* cor suum, M. vel, *in angore, quietum reddere* cor suum *non potest*: i. e. Ut qui sunt in mari non possunt metu liberari, qui naufragium sunt facturi; sub. *sic erit Dammesec & urbes ejus*; sic cives Arphad & Hamath bono esse animo non possunt, audito rumore belli [g]. *Qualis esse solet in mari solicitudo, nescia quietis*, Ca.

24. *Dissoluta* (vel, *Debilitata*, Mo. Calv. *Remissa*, JT. *Exanimata*, Ti. V.) *est*; ità P. M. [רָפְתָה] *Elanguit*, Ca. *Remisso est animo*, V. Fracta est viribus [h]. ¶ *Tremor*, &c. [וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה] *Et tremor apprehendit*, Mo. P. &c. vel, *obruit*, Ti. sub. *eam*, P. Calv. *Et apprehendit tremorem*, M. vel, *horrorem febrilem*, JT. Pi.

25. *Quomodo*, &c? אֵיךְ לֹא עֻזְּבָה עִיר תְּהִלָּה קִרְיַת מְשׂוֹשִׂי] *Quomodo non derelicta est* (vel, *relinqueretur*, JT.) *civitas laudis*, Mo. P. M. &c. (vel, *laudatissima*, JT. Pi. V. sim. Ch. h. e. celeberrima [i],) *urbs gaudii mei?* Mo. P. JT. Calv. vel, *quâ gaudebam?* Pi. sim. V. quæ mihi maximè placebat [k]. Sic loquitur Propheta sub aliena persona, ut mos est [l]. Vel, [simpliciter,] *gaudii?* M. Ti. Angl. י in voce מְשׂוֹשִׂי non est affixum [m], sed merè paragogicum, ex dialecto Syrorum, de quibus hîc agitur. Talia sunt חוֹרִי, Esa. 19. 9. שְׁבִי, Esa. 20. 4. אֲדוֹנִי, Ezec. 13. 9. גּוֹבַי, Nah. 3. 17. הָרַי, Zach. 14. 5. & alia quædam alibi [n]. Porrò, *derelicta* hîc intelligitur, non quæ deseritur ab incolis, ut in solitudinem redacta est; sed intacta, sive incolumis [o]: q. d. Cur tam celebris urbs non mansit intacta, vel, non est dimissa à bellatoribus? quis cogitâsset tam gloriosam urbem bello petendam [p]? Cur non *relicta*, & servata ab hoste est, (quod de oppidis Cananæorum ab Israelitis factitatum refertur Jos. 11. 12, 13.) sed diruta & devastata? Sic acceperim illud Luc. 17. 35, 36. de *in agro* & *ad molam* agentibus, alteris *captis*, ab hoste utique, alteris *relictis*, sive dimissis, h. e. ereptis, servatis: etiamsi nôrim Interpretes plerosque ibi aliorsum abire [q]. *Quomodo non pepercerunt urbi splendoris*, *urbi deliciarum?* Sy. Cur non parsum tam celebri urbi? Interrogatio admirantis & dolentis [r], vel conquerentis †. Sunt verba, vel Regis Damasci [t]; vel alicujus Hamathæi [v], sive Syri [x]; vel Prophetæ [y]. Quis vellet, aut posset, tam celebre oppidum evertere [z]? Quî id fieri potest? Huic ergò dubitationi occurrit Propheta, q. d. Quamvis hoc mirum sit, certò tamen fiet, quia Deus ità decrevit [a]. Al. *Cur non dereliquerunt laudatam, oppidum plenum lætitiæ?* Cur eam voluerunt defendere? Hæc est causa exitii eorum, ut sequitur [b]. Al. *Annon deserta est celebris*

bris urbs & plena gaudii? Strig. Al. *Mirum est, tam laudatam civitatem, tam amœnam urbem, non esse prætermissam*, Ca. Al. עזב idem esse potest quod מעז, *munire, roborare*; unde מעוז, *munitio*. Hinc vertas, *Quî factum est ut non munita*, sive *firmata, fuerit urbs celeberrima*[c]? Al. *Quomodo non est pavimento strata*, &c? i. e. Quî fit quòd civitas hactenus laudatissima jam etiam pavimento careat[d]? Meliùs, pro *pavimento*, posuisset *loricam*, vel *aggerem*, &c*. Mœnibus potiùs nudari, quàm pavimento carere, Damascum, conquestos fuisse Syros, est verisimile. Pariter non de pavimento constituendo, sed de muro erigendo, & mœnibus reficiendis, agi videtur Neh. 3. 8. ubi hunc verbi עזב usum Dieusius astruit[f]. [Ubi etiam dicta vide.]

26. *Ideo*, &c." לכן וגו'] *Idcirco*, vel *Propterea*, &c. JT. Pi. Calv. scilicet, ut nemo dubitet Hamatham eversum iri, quantumvis pulchra & munita sit[g]. Quamvis omnes obstupescant ad interitum Damasci, certò tamen eveniet; ut Propheta seipsum quasi corrigat, &c[h]. Vel, quia Syri fidebant huic urbi, non Deo[i]. Al. *Certè cadent juvenes*, &c. Angl. לכן simpliciter h. l. affirmat[k], sive nota asseverationis est, ut agnoscunt Jer. 5. 2[l]. Hoc vult, Quoniam Damascus est devota exitio, evadere nequit, quamvis inexpugnabilis videatur[m]. ¶ *Conticescent*; ità Mo. V. Calv. ידמו] *Silentio involventur*, Sy. *compescentur*, M. *consopientur*, Ti. *excidentur*, P. sic JT. Pi. *delebuntur*, Ca. Interficientur, & de medio tollentur[n].

27. *Et succendam ignem*, &c.] i. e. Immittam cladem, quæ, instar ignis, urbem citò absumet, &c[o]. ¶ *Devorabit mœnia* (vel, *palatia*, JT. Pi. Calv. &c.) *Ben-adad.*] Potentissimi Regis Syriæ, 1 Reg. 15. 18[p]. q.d. Palatium illud unde tot mala eruperant, & tanta crudelitas erga Israelitas; ut designet causam hujus cladis[q]. Vel, *Benbadad*, i. e. Regum Syriæ, quibus hoc nomen commune erat[r]. *Benhadad* sonat *filium Adad*, idoli; de quo vide ad 2 Reg. 13. 3, 24†. Vel, *Benbadad*, i. e. Damasci[t].

28. *Ad* (vel, *Contra*, JT. Pi.) *Cedar*] i. e. Cedræos, sive Cedarenos[v], in Arabia Petræa degentes[x]. Vide ad Psal. 120. 5[y]. Græci nomina Orientis formant duplici modo, ut Stephanus notavit, in αῖος, vel in ηνός. Postremum hoc ob pluralem illarum gentium, qui est in ין[z]. ¶ *Et ad regna Asor*] Vel, *Hasor*, Calv. *Hatsor*, JT. Pi. De urbe Hatsor vide Jos. 11. 10, 11. Jud. 4. v. 2[a]. Sed alia hæc Hatsor videtur: illa urbs fuit, in terra Canaan[b]; hæc, ampla ditio, contigua Kedarenis[c], in Arabia, sive Petræa, sive deserta[d]. *Regna* vocat provincias*, ad quas se contulerunt illi ab urbe [& Regno] *Asor*, quam diruerat Josue[f]. Vel, *regna* vocat, quia sub uno principali Rege erant plures reguli; vel, plur. est pro sing. ut Exod. 32. 4. *Isti sunt dii tui*—de uno[g]. *Regna Asor* vocat urbes in ditione urbis Asor, quæ metropolis erat Agarenorum[h], vel Cedarenorum; unde *regna Hasor* sunt ipsa *Cedar*[i]. ¶ *Quæ percussit* (vel, *percussurus est*, i.e. bello vastaturus[k],) *Nabuch.* &c.] Impletum quum Nabuchod. Ægypti magnam partem suam fecit, & partem copiarum misit ad loca vicina[k]. ¶ *Vastate filios Orientis*] Ità M. Ti. Ch. &c. vel, *orientales*, JT. Pi. nempe respectu Judææ[l]. Arabes illos qui ad Orientem Judæis. Vide quæ ad Matt. 2. 1[m]. Al. *filios Chedem*, Mo. P. V. ut קדם sit nomen proprium, h. l. gentis, ut Gen. c. 25. v. 15. &c. viri[n]. Cedem, sive Cedma, magis vergebat ad Orientem quàm Cedar[o].

29. *Tabernacula eorum*] Erant enim Cedareni pars Scenitarum[p]. Scimus Arabes habitâsse in tentoriis, sicut hodie[q]. ¶ *Pelles*] Vela illa elegantia per quæ tentoria distinguebantur. Vide Paraphrasten Chaldæum Exod. 26. 1. Ps. 104. 2. Vide & hîc suprà 4. 20. & 10. 20[r]. *Aulæa eorum*, JT. Pi. Ang. ex quibus tentoria constabant †. ¶ *Camelos*] Quibus abundabat Arabia, ut ex Jobo notum est[r]. ¶ *Et vocabunt* (vel, *clamabunt*, M. Ti. *proclamabunt*, JT. Pi.) *super* (vel, *contra*, JT. Pi. sic P. vel, *ad*, M. Ti.) *eos formidinem* (i. e. milites formidandos, per metonymiam[v]: vel, *Pavor* est, M. sic Ti. sim. Calv.) *in circuitu*] Sic P. &c. Ubi hostes clamabunt, *Terror, terror*, tanquam victores solâ voce prævalebunt, & opes diripient, & nemo se opponere audebit[x].

[Margin: c Ga. ib. ex He. — d Di. ad Neh. 3. 8. — * Ang. — f Ga. ib. — g Pi. — h Calv. — i V. — k Calv. — l Ang. — m Calv. — n V. — o Calv. — p G. sim. — q Calv. Ang. — q Calv. — r Ang. sim. Calv. — † Ang. — t T. — v G. sic Pi. — x Pi. — y Pi. G. — z G. — a Pi. ex Jun. — b Ang. — c Calv. — d Ang. — * G. — f G. ex Jun. sim. Ang. — g L. — h Me. — i T. ex Hi. & Sir. — k G. — † Idem. — l Calv. — m G. sim. Ang. — n Q. in Calv. — o V. — p G. — q Calv. — r G. — † Ang. — r G. — v G. sim. V. Calv. — x Calv.]

30. *Abite* (vel, *Evagamini*, sive *Emigrate*, Mo. JT. Pi.) *vehementer*] Vel, *valde*, JT. Pi. &c. in regionem longinquam[y]. ¶ *In*, &c. העמיקו לשבת] [Q. imperativè reddunt.] *Petite profundam habitationem*, Pi. sive, *profundas habitationes*, JT. ut suprà v. 8[z]. Heb. *Profundate ad habitandum*, Angl. *Abstrudite vos penitùs*, Ca. *Procul abite*, Ch. [Alii indicativè.] *Profundârunt ad habitandum*, Mo. vel, *Profunda petierunt*, Sy. *Profunda elegerunt loca quæ inhabitent*, M. Al. Quamvìs *profundaverint ad habitandum*, i. e. Quamvìs haberent stationem tutam & occultam, sive in munitionibus, sive inter deserta, & quòd in ignobili regione laterent. Putabant se tutos, quòd frugi essent homines, & feri, & contenti austero victu, & nemo illis invidebat. Sic Scythæ olim ridebant Alexandrum quum illos aggressus esset. Nos, inquiunt, bestiæ sumus, non homines; opes non habemus, &c. Pariter credebant hi neminem tam stultum fore qui ipsos invaderet[a], & paupertatem illis optimum propugnaculum fore[b].

31. *Ad gentem quietam*; ità M. שליו] *Opulentam*, Ti. Ang. sic Sy. *tranquillam*, JT. Pi. Angl. ut 1 Par. 4. 40. Zach. 7. 7[c]: *felicem*, P. sim. Ca. V. *pacificam*, Mo. Q. in V. in summo otio agentem[d]. ¶ *Habitantem confidenter*, לבטח] *In tuto*, Ca. *securè*, Ti. Pi. sim. M. V. *in fiducia*, Mo. *in fiducia magna*, V. Pridem intactam, idcóque securam*. ¶ *Non* (sub. *sunt*, Pi. &c.) *ostia* (vel, *portæ*, P. M. &c.) *nec vectes ei*] qu. d. Non sunt muniti, quòd se extra invidiam putârunt; nec ullum sibi fore hostem credebant, quia nemo quæreret opes in regione deserta & squalida[f]. ¶ *Soli* (vel, *Solitarii*, V. Pi.) *habitant*; ità P. JT. &c. i. e. seorsim in tentoriis[g]: "בדד וגו'] Ad verb. In *solitudine*. Deficit ל ante בדד, quo significatur *solitudo*, i. e. status ille hominis secundùm quem dicitur esse solus sive solitarius. Cæterùm nomen בדד non est adjectivum, (ut quidam RR. putant;) sed substantivum, ut patet, 1. ex h. l. ubi in sing. jungitur cum verbo plurali; unde, si adjectivum esset, diceretur בדדים: 2. ex Mich. 7. 14. ubi præpositio ל ei præfigitur, & nominatur לבדד, i. e. *solitariè*, ad verb. *secundùm solitudinem*, vel *in solitudine*; quod alibi contractè dicitur לבד[h]. Periphrasis est Arabum Nomadum: q. d. Ite ad populum qui nullas ædes aut urbes habent, nullos milites præsidii causâ, qui in desertis & seorsim habitant, non oppidatim, quia nihil timent[i]; nec putant se opus habere sociis, aut adjutoribus[k]. Habitant seorsim, vel, 1. ab aliis, nempe in desertis: vel, 2. à se invicem, huc illuc sparsi & palantes[l].

32. *Cameli*, &c.] *Camelos* potiùs & *pecora* nominat quàm agros vel vineas, quia de regione aspera & pecuaria, non fertili, agit[m]. ¶ *Dispergam eos in omnem ventum qui*, &c. קצוצי פאה"] *Ultimarum regionum*, Ca. *extremos anguli*, Calv. sim. Mo. qu. d. qui habitant in recessu & angulo extremo; quales sic dispergi non erat probabile[n]. *Ejectos in extremum angulum*, P. sic Ch. in V. & *ad extremitatem anguli*, M. sim. Ti. sub. *mundi*, M. Ch. Ad verb. *extremificatos orbis*, vel *angulatos anguli*, i. e. ità ut habitaturi sint in extremis mundi regionibus[o]. Al. qui *præcisi* sunt *lateribus*, Pi. sim. JT. i.e. quorum capilli in utroque capitis latere præcisi sunt[p]. A-rabas περιξυρομένους. Vide suprà 9. 26. & 25. 23. & ibi dicta[q]. ¶ *Et*, &c. "ומכל עבריו וגו'] *Et ex omnibus lateribus* (vel, *partibus*, JT. Pi. V. *tractibus*, Ca. *regionibus*, M.) *ejus* (vel, *qui ultra eos sunt*, M.) *adducam interitum eorum*, Mo. i. e. Hazoris[r], vel Kedaris†. qu. d. Ab omni parte urgebit eos calamitas, ut necesse sit miseros illos homines dispergi[t].

33. *Et erit Asor*] Populus ille de quo suprà v. 28[v].

34. *Adversùs Ælam*] Elymæos: vide de V.R.C. 1[x]. Persas, qui *Elamitæ* vocantur, ab Elam filio Sem[y], Jes. 22. 6. Jos. Antiq. 1. 14. Junguntur cum Medis Act. 2. v. 9[z]. Al. Elam non totam Persidem significat, sed partem ejus[a]. At Persæ valde remoti erant à Judæis, nec eos injuriâ affecerant, &c. Malim ergò gentem à Persis distinctam, & Judæis viciniorem, intelligi, qui operam suam locaverant Chaldæis; nam Nabuchod. longè latèque dominabatur, & copias undique accersiverat. Celebratur Elymais regio Medis contermina, & vicina Persis. Et Plinius celebrat Elamitas ut Nabathæis

[Margin: y V. — z Pi. — a Calv. — b Calv. ad v. 31. — c Ang. — d V. — * G. — f Calv. — g G. — h Pi. — i V. — k Calv. — l Ang. — m Calv. — n Calv. — o V. — p Pi. — q G. — r V. — † Pi. — t Calv. — v G. — x G. — y V. Pi. — z V. — a Q. in V.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

bathæis vicinos [b]. ¶ *In principio regni Sedeciæ*] i. e. Multò antequam res eveniret [c].

35. *Confringam arcum*,&c.] Quo valebant, Esa. 22.6. Liv. l. 37 [d]. Constat orientales populos fuisse optimos sagittarios *. ¶ *Et summam*, &c. "ראשית וגו] *Præcipuum* (vel, *caput*, V. *principium*, Pi.) *potentiæ*, &c. JT. Pi. &c. i. e. in quo vires Regni sui collocabant [f]. Sic vocat, vel, 1. arcum, quia illo bellandi modo excelluerunt [g]: vel, 2. strenuos illorum duces, balistas, currus falcatos, &c [h]. fortissimos eorum, ut Esa. 3.25 [i]: vel, 3. sic dicit, quòd Cyrus primus fuerit Persarum Rex, qui & ipsis Medis præfuit [k]. Factum hoc credibile est cùm Elymæi defecissent à Mediæ Rege, cujus filiam in matrimonio habebat Nabuchodonosor [l]. Non impletum fuit hoc quantisper Persarum Monarchia floruit [m], sed postea sub Alexandro, qui eò irrumpens graviter afflixit orientales populos [n]. Vel potiùs, sub successoribus Alexandri, qui, de primatu contendentes, clades gravissimas his regionibus intulerunt, &c [o].

36. *Inducam——quatuor ventos* (i.e. hostes [p]; quos confert ventis, qui subitò excitati totum mundum percellunt [q]:) *à quatuor plagis cœli*] Sic loquitur, quia venti, licèt oriantur è terra, non tamen sentiuntur donec conscenderint usque ad medium aerem, &c †. Designat multiplices militum phalangas undique involuturas [r]. *Quatuor ventos*, i. e. multos populos, Babylonios, Medos, eorúmque subditos ac fœderatos *. ¶ *Et ventilabo*, &c.] Dispergam bello captos †.

37. *Adducam super eos malum*, &c. "רעה את חרון וגו] *Malum, iram* (vel, *malum excandescentiæ*, Calv. *cum æstu*, JT. nempe *æstum*, Pi. sic P.M. &c.) *nasi mei*, Mo.] T. vel, *iræ meæ*, Pi. Calv. &c. i. e. iram vehementissimam. Unde sequitur hos fuisse sceleratissimos, & præcipuos ex Dei hostibus, vel saltem insignes sicarios, qui sese oblectârunt cædibus [t]. ¶ *Gladium*] i. e. Homines gladio armatos [v]. ¶ *Donec consumam eos*] At huic repugnat præcedens dispersio. Resp. Consumptio refertur ad corpus gentis, vel, ad nomen; q. d. nullos fore apud Elamitas superstites, quia transibunt in alienum nomen, & tanquam quisquiliæ evanescent [x].

38. *Et ponam solium meum in Ælam*, &c.] i.e. Ibi regnabo, & ex effectu me Regem probabo, ex memorabili judicio, &c. Vindex ero, acsi tribunal meum ibi erectum esset [y]. Al. *Solium suum* vocat, quod ipse dat [z]. *Solium meum*, i.e. Imperatoris à me missi [a]: nempe, vel, 1. Nabuchodonosori; confer Jer. 43. 10 [b]: vel, 2. Cyri, à me ad hoc singulariter electi. Vide Esa. 45. 1. Nam Cyrus, ex Perside Medos bello impetens, incepit ab Elymaide, inter illos populos sita [c]. ¶ *Et perdam indè reges*, &c.] i. e. Efficiam ut posthac nullus sit ibi Rex, &c [d].

39. *In novissimis—diebus*] Id est, tandem *. ¶ *Reverti faciam*, &c.] Per Cyrum [f], qui eâ ratione suum in Medos firmavit imperium [g]; qui, Babylone eversâ, Imperium ad Elamitas, h.e. Persas, transtulit [h]. Vel, per Christum: vide Act. 2. 9 [i].

b Calv. c G. d G. * Calv. f V. g Calv. h V. i Ang. k Q. in V. l G. m Calv. n Q. in Calv. o Calv. p Calv. Me. q Calv. † Idem. r T. sim. Me. * G. † G. t Calv. v V. x Calv. y Calv. z Me. a V. b Ang. c G. d V. * G. f G. sic Me. T. g G. h Me. i Me. Calv. T.

CAP. L.

1. VErbum——*de Babylone*] Postremo loco hæc vaticinia ponit [a], quia Chaldæi ultimi hunc iræ Divinæ calicem hausturi erant, postquam eum aliis exhibuerant [b]; & quia hæc egregia erant Judæorum exsulum solatia [c]. Est autem res eadem quæ prædicitur ab Esa. c. 45. & 46. & 47. & alibi; sed quantò tempora accedebant propiùs, tantò distinctiùs revelata: quò spectare diximus locum Esaiæ 53. 1 [d].

2. *Annunciate* (sub. *quæ sequuntur*, V.) *in gentibus*] Vel, *inter gentes*, Pi. &c. Illarum enim, non minùs quàm Judæorum, intererat, ut ruinâ Babylonis ipsi liberarentur *. Babylon omnes populos devastaverat, ideo omnes de ejus devastatione lætari voluit [f]. *Annunciate*, &c. Vos omnes Judæi, tempore dispersionis alii alios hâc certâ spe sustentate †. ¶ *Auditum facite*] i. e. Famam spargite [g]. ¶ *Levate signum*] Vel, 1. victoriæ [h], sive victori [i]. Vel, 2. gaudii adventantis: nam capta à Cyro Babylon erat pignus liberationis ipsorum [k]. Vel, 3. ad convocandos homines quibus hoc indicetis [l], ut mos erat in lætis nunciis. Vide Esa. 40. v. 9. & 52.7 [m]. ¶ *Capta est*, &c.] i. e. Certissimè capietur [n]. ¶ *Confusus est Bel*] Idolum בל, i. e. Solis, qui propioribus Judææ בעל: nam gutturales facilè eliduntur. Idem, quia primus erat deorum apud Babylonios, Græcis Ζεὺς dictus. Gentibus victis, dicuntur & dii victi; ut de diis Ægypti, Moabi, &c. suprà habuimus [o]. De *Bel* vide dicta ad Esa. 46. 1 [p]. ¶ *Merodach*] Rex vetus, Esa. 39.1. à Babyloniis relatus in deos [q]. Hîc tamen intelligitur, vel ipsum idolum Bel; vel certè aliud quoddam idolum: itâ ut verba continenter sequentia contineant epexegesin [r]. Vide ad Esa. 39. 1. & 46. 1 †. ¶ *Sculptilia ejus*] Nempe, vel, 1. Bel & Merodach [t]; per quæ reliqua intelliguntur [v]: vel, 2. dii minorum gentium [x].

3. *Gens* (Medos & Persas pro una gente habet, quod unius imperio subessent [y].) *ab Aquilone*] Nempe Judææ [z]: h. e. Medi [a], septentrionales Chaldæis [b], & Persæ [c]. *Ab aquilone*, i. e. è Media & ex Assyria, quà iter fecit Cyrus venturus ad Babylonem expugnandam [d]. ¶ *Quæ ponet terram ejus in solitudinem*, &c.] Hinc constat hoc non commodè restringi ad tempus captæ Babylonis per Cyrum, qui magnâ clementiâ tunc usus erat, &c. sed extendi debere ad secundam cladem. Babylon enim defecerat à Persis, & à Dario astu capta est; quando suspendit 4 millia procerum, nec vulgo pepercit, & urbem prædæ militum subjecit. Vel, ad tempus Seleuci Nicatoris, à quo condita fuit Seleucia intra 90. lapidem, cujus urbis vicinitate Babylon in solitudinem redacta est [f]. Mos est Prophetarum de judiciis Dei differentium, ut longiùs dirigant suam doctrinam quàm ad præludia [g].

4. *Venient* (nempe Hierosolymam, ex v. seq [h].) *filii Israel*] Levitas intellige [i], & ex aliis tribubus paucos [k], qui Judæis permixti vivebant [l], & cum eis abducti erant in Babylonem [m]. Vel, decem Tribus [n], cum duabus concordes, ut nulla sit ampliùs inter eas dissensio [o]. ¶ *Ambulantes & flentes*, &c. "הלוך ובכו ילכו וגו] *Eundo & flendo ibunt*, &c. P. sim. Mo. M. Ti. &c. *Indefinenter flendo eant*, &c. JT. i.e. Flagrent tanto desiderio revisendi Ecclesiam Dei, ut neque flendi, neque pergendi, finem faciant donec eò pervenerint. Hortationem potiùs quàm narrationem hanc esse puto, tum ex præcedentis partis comparatione; tum ex complemento & veritate rei, quia pauci reversi sunt, &c *. *Cùm migrarent, flentes migrârunt*, &c. Ch. At redituri dicuntur cum lætitia, Psal. 126. 6. quomodo ergò *flentes* [p]? Resp. 1. *Flentes*, præ gaudio [q], ut Gen. 29. 11. & 42. 24. & 43. 30. & 45. 2. &c [r]. Vel, 2. præ admiratione: quum enim inopinatum aliquid accidit, defluunt ex oculis nostris lacrymæ. Vel, 3. *Flentes*, tum ex memoria exsilii, quod ex animis ipsorum citò obliterari non poterat †; tum ex intuitu Templi diruti, urbis terræque vastatæ, &c [t]. Confer Esd. 3. 12 [v]. Vel, 4. ex memoria scelerum, &c [x]. 5. Chaldæus non malam versionem præit, *Ambulantes & flentes iverunt*, olim cùm abducerentur; at nunc *Dominum Deum quærent*, i.e. gratias ipsi agent [y].

5. *In Sion*, &c. ציון ישאלו דרך הנה פניהם] *Sion* (vel, *Sionis*, V.) *interrogabunt viam, huc* (vel, *illuc*, Calv. sub. *conversæ*, P.) *facies eorum*, P. V. Mo. Calv. *Pro via Sion interrogabunt*, *illo facies eorum* tendent, M. *Viam ad Sion* (i.e. quæ fert ad Sion [z]) *pervestigabunt*, Ti. (vel, *De via Sion interrogabunt*, i. e. in qua illa parte sita sit, & quà ad illam sit eundum, interrogabunt se mutuò [a].) versísque *huc vultibus suis*, dicent, Ti. V. Perseverantiam eorum indicat: qu. d. Quamvis iter difficile sit, per loca incognita & devia, minimè tamen fracti erunt, quò minùs interrogent quosque obvios; non mutant consilium, sed oculos illò constanter convertunt, neque aliò deflecti poterunt [b]. *Sioniam sciscitantes viam, converso huc vultu*, Ca. *De viis Sionis interrogabunt in facies suas provoluti*, dicentes, Sy. Al. *Tsionem requirent: ad viam illuc facies eorum*, i.e. Ad viam quæ illuc, nempe Tsionem versùs, spectabunt [c]. *De Tzijone interrogent in via*, *illac facies eorum* spectant, JT. *De Sione* (i. e. de Hierosolyma) *interrogabunt*, *in via huc facies eorum* spectabunt, Pi. *Interrogabunt de via quæ ducit ad Sionem*, *ad quam*

a G. b Calv. c G. sim. Calv. Ang. d G. * Ang. f M. † G. g G. h V. i Me. k G. l P. sim. Ang. m Ang. n Pi. sim. T. &c. o G. p Ang. q G. sim. Pi. r Pi. † Ang. t Pi. sim. V. v V. x G. y Ang. z Pi. a G. Pi. b G. c Pi. d Jun. * Calv. f Pi. ex Jun. g Calv. h Pi. i G. k G. sim. V. l G. m V. n M. sic Calv. o Calv. sim. Mar. * Jun. p Calv. q L. E. M. T. Calv. r Arg. † Calv. t Calv. sim. E. * E. x Calv. sim. L. Ang. y G. z G. a V. b Calv. c Di.

ad quam respicientes dicent, Strig. ¶ *Venient*, &c. וגו׳ [בֹּאוּ וְנִלְוּוּ] *Venite* (vel, Dicent, *Venite*, Pi. Ti. sic Sy. vel, *Agedum*, dicant, JT. vel, *Adeste*, Ca. vel, *Venient*, Ch. Ità imperativum vertit in futurum [d]. Potiùs, בֹּאוּ hîc præt. est, formæ טוֹבוּ, Cant. 4. 10. בֹּשׁוּ, Jer. 14. 3*.) *& copulate vos* (vel, *adjungite vos*, Pi. *conjungimini* ut eatis, V. *adhærebimus*, M. Ti. *conjungamur*, Ca. vel, *adjungant sese*, JT. *adhærebunt*, Di. *apponentur*, sive *adjungentur*, Ch. in V. sub. *advenæ ad eos*, V. ex Ch.) *Domino*, vel *ad Dominum*, (vel, *ad populum Domini*, Ch.) *fœdere seculi*, sive *sempiterno*, &c. Mo. P. &c. i. e. diuturno, ut alibi sæpe. Sensus sublimior in fœdere Evangelico, quod verè æternum [f]. *Sempiterno*, i. e. quamdiu durabit Judæorum respublica; vel potiùs, fœdere Evangelico [g]. Ità innuunt se fœdus cum Deo abrupisse, & ab eo alienos factos esse; ideóque nunc fœdus renovant, &c [h]. Subest hîc antithesis inter fœdus quod irritum fecerunt, & fœdus novum, de quo Jer. 31. 31, &c. Hinc etiam constat vaticinium hoc non aliter exponi posse quàm de Regno Christi: alioqui non ità resplenduit gratia Dei in hoc populo, quia pauci redierunt, qui etiam vexati erant, &c [i].

6. *Grex perditus*, &c.] Vel, *periens*: i. e. Similes sunt gregi erranti per montes. Priùs meminit liberationis; hîc verò, causæ captivitatis, nempe idololatriæ aliorúmque vitiorum: quod malum accidit culpâ Regum ejus [k]. ¶ *Pastores*, &c.] i. e. Reges [l]; quibus ablatis, sanabiliores sunt [m]: Sacerdotes & Doctores [n]. ¶ *Feceruntque*, &c. [הָרִים שׁוֹבְבוּם] *Montibus* (vel, *In montibus*, P. M. *Ad montes*, V. Per *montes*, JT. *A montibus*, Pi.) *abegerunt eas*, Mo. vel, *seduxerunt*, M. *vagari fecerunt*, P. sim. JT. Pi. *fregerunt*, sive *contriverunt*, Ch. &c. in V. *expulerunt*, sive *ejecerunt*, V. i. e. Causa fuerunt ut huc illuc vagi disjicerentur. Perstat enim in cœpta gregis similitudine [o]. Perdita institutio Regum Juda causa erat captivitatis & calamitatis Judæorum: traducendi enim fuerunt in itinere per montes altos [p]. Al. In *montibus aberrant*, Ti. Per *montes abierunt*, Calv. קְרִי est שׁוֹבְבוּם: si sic legatur, verterem, *Montes rebellare fecerunt eos*, quia in montibus idola colebant. At τὸ כְּתִיב est שׁוֹבֵבִים, quod verto, In *montibus rebelles* sunt; eodem sensu quo prius [q]. ¶ *De monte in collem*] Vel, 1. ab uno idolo ad aliud, Jer. 2. 23, 24 [r]. Vel, 2. de uno loco ad alium abducti sunt in captivitate, ut oves, Ezec. 34. 5, 6 †. ¶ *Obliti sunt cubilis* (vel, *accubitûs*, Mo. P.) *sui*] Ità Pi. &c. i. e. caulæ suæ [t], in qua accubare solebant: q. d. Dum per montes in Chaldæam abducebantur, non habuerunt locum ubi requiescerent; q. d. Duxerunt noctes insomnes [v]. Vel, obliti sunt Sionis [x], & Templi [y], & Dei veri [z], in cujus sinu requiescere solebant [a]. Nullum erat illis certum hospitium [b].

7. *Qui*, &c. וגו׳ [מוֹצְאֵיהֶם] *Qui*, vel *Quicunque invenerunt*, vel *inveniunt*, *eos*, &c. Calv. JT. Pi. i. e. nacti sunt ipsos. Significat eos expositos fuisse obviis quibuslibet [c]. *Qui eis obviàm facti sunt*, &c. Strig. ¶ *Hostes eorum dixerunt*, *Non*, &c. לֹא נֶאְשָׁם תַּחַת אֲשֶׁר חָטְאוּ לַיהוָה נְוֵה־צֶדֶק וּמִקְוֵה אֲבוֹתֵיהֶם יְהוָה [*Non peccabimus*, (vel, *erimus rei*, JT. Pi. vel, *deliquimus*, Mo. sub. *perdendo & affligendo illos*, V. qu. d. Impunè eos perdemus: confer Zach. 11. 5 [d].) *eò quòd peccaverunt* (vel, *scelerati fuerunt*, Calv.) *Domino*, vel *contra Jehovam*, P. Mo. Calv. M. Ti. JT. Pi. &c. (Agnoverunt omnes gentes, esse supremum aliquod Numen: hinc inducit Chaldæos loquentes, & de Judæis sic judicantes. Significat populum adeò palàm & summè sceleratum esse ut profanorum etiam hominum & totius mundi judicio damnentur, ut pœnâ dignissimi. Quod sequitur sic exponunt Interpretes, acsi Propheta in persona hostium vellet exaggerare electi populi crimen, quòd non incognitum Deum deseruerunt, sed eum cujus gratiam sæpius experti sunt, ideóque conjunctim legunt *.) *habitaculo* (vel, qui fuit *habitaculum*, M. V. sub. *eis*, V. vel, *decori*, Vulg. vel, qui ipsis erat *caula*. Sic נָוֶה sumitur Ezec. 34. 14. Per *caulam* autem perfugium intelligitur [f].) *justitiæ*, Mo. P. &c. (vel, *benignissima*, G. Al. in *habitaculo justitiæ*, JT. Pi. Di. sim. Strig. i. e. in Judæa & Jerosolyma; quæ sancta dicebatur, quòd ibi habitaret Deus, & populus Dei, cui justitia præscripta est [g]: in Ecclesia, ubi justitia vigere debet [h]:) *& exspectationi patrum eorum Domino*, Mo. P. vel, *& spes patrum eorum*, *Dominus* videlicet, M. vel, *ut* antea fuerat *spes*, &c. id est, in quo erant, antequam peccâssent, semper tuti, ut sub tutela legum, & justo judice, si qui eos afflixissent: vel, *quemadmodum* antea fuerat *spes* & columen *patrum suorum*; ו, *&*, pro *ut* [i]. Vel, *quum* (vel, *quum tamen*, Pi.) *exspectatio patrum*, sive *patribus*, *ipsorum* (i. e. is à quo ex fide omnia bona exspectabant [k],) *Dominus* esset, vel fuerit, Di. Pi. i. e. Nè hoc quidem à contemptu Dei avertere ipsos potuit, quòd spes patrum ipsorum fuisset [l]. Vel, *in quo patres ipsorum omnem salutis spem posuerunt*, Strig. vel, *ii quorum majoribus exspectatio* fuit *Jehova*, JT. Sed mihi placet diversus sensus. Puto sententias potiùs hîc opponi, quàm sermonem contexi in persona impiorum. Hactenus loquuti sunt Chaldæi, *Non peccamus*, *quia scelerati fuerunt contra Jehovam*: nunc Propheta exsurgit, & licentiam illam cohibet, excipítque mandato Dei decipi hostes, dum Judæos ità sæviter & securè proculcant, putantes omnia sibi licere. *Habitaculum justitiæ* (h. e. firmum seu fidele, ut vox *justitiæ* sæpe sumitur; alludit simul ad Tabernaculum,) *& spes patrum ipsorum Jehovah*. q. d. Ideo sævitis, quòd putatis fœdus meum cum hoc populo prorsus abolitum esse: sed fallimini: nam, ut adoptavi totum genus Abrahæ, ità fœdus meum cum illis perpetuum est, nec ob eorum scelera adeò exstinctum, quin sit illis habitaculum sive refugium; nec ità eos castigabo, quin tandem colligam eos; &c. Correctio est, qualis illa Esa. 14. 32. ubi triumphanti Assyrio Deus hoc opponit, quòd *fundavit Sion*. Pariter hîc prodit Deus in medium, & pronunciat se esse habitaculum, &c. & spem populi sui [m]. [Ti. locum sic reddit, *Nos culpâ vacamus*, *quia isti peccaverunt Domino. Atqui Dominus domicilium* erat *justitiæ*, *& spes patrum eorum*.]

8. *Recedite* (vel, *Fugite*, V. Calv. sim. Pi.) *de medio Babylonis*] Confirmat hic versus expositionem quam attuli. Deus enim populum non objurgat, sed hortatur ad sperandum, & promittit eis liberationem; & simul admonet instare exitum Chaldaico imperio [n]. Explicatâ causâ captivitatis, revertitur ad liberationem illorum [o]. Avolate, nullum tempus abire sinite: arripite occasionem [p]. ¶ *Estote quasi hœdi* (vel, *hirci*, Mo. P. M. &c.) *ante gregem*] i. e. Egredimini confidenter & securè [q], alieni à metu [r], alacres †; ut hirci aliis pecudibus alacriores esse solent [t]: hilares [v] & celeres [x]. Singuli conentur primi esse in reditu, generosè animantes infirmos, &c [y]. Tales fuêre illi Esdræ comites, qui multis aliis exemplo præivêre [z]. Sensus, q. d. Præite aliis bono exemplo [a].

9. *Gentium magnarum*] q. d. Quæ numero & potentiâ vos Chaldæos æquant [b]. Medorum & Persarum [c]. ¶ *Et*, &c. [וְעָרְכוּ לָהּ] *Et oppugnabunt eam*, Ti. *Et* (vel, *quæ*, JT. Pi.) *disponent* (vel, *instruent*, Pi. *ordinabunt*, P. M. &c. vel, sub. *bellum*, vel *prælium*, P. M. &c. vel, sub. *aciem*, Pi. sic JT. Calv.) *ei*, Mo. vel, *contra eam*, P. JT. &c. ¶ *Et*, &c. [מִשָּׁם תִּלָּכֵד] *Indè* (vel, *Deinde*, Ca.) *capietur*, Mo. P. Calv. JT. Pi. &c. *Indè*, i. e. vel, 1. statim, vel impetu; ἐξ ἀπεροσδοκήτου (ex improviso) ait Herodotus [d]: vel, 2. à copiis quæ ab illis locis veniunt*, è terra, vel à populo, Aquilonis [f]. *Illinc*, &c. i. e. Ex eo loco in quo primùm castra posuerunt non recedent antequam urbs capta sit; q. d. primo conflictu, vel primâ oppugnatione [g]. ¶ *Sagitta*, &c. חִצָּיו כְּגִבּוֹר מַשְׁכִּיל לֹא יָשׁוּב רֵיקָם [*Sagittæ ejus* (scil. congregationis [h]) *tanquam fortis* (vel, *quasi* sagittæ *viri*, M. sim. Boot. Ellipsis qualis Psal. 18. 34. *pedes sicut*, sub. *pedes cervorum*, Esa. 63. 2. *vestes tanquam*, sub. *vestes*, *calcantium* [i]. Vel, sunt sagittæ *herois*, Pi.) *prosperantis*, Mo. (vel, *prudenter agentis*, M. Calv. Huic versioni congruunt verba sequentia, *non redibit*, &c [k]. Vel, *periti*, Ang. vel, *orbans*, Sy. *orbantis*, P. V. Pi. sub. *mulieres viris*, V. vel, sub. *parentes liberis*, in prælio [l].) *non revertetur vacuè*, Mo. vel, ulla *vacua*, P. sim. M. vel, *non resilit ulla earum frustrà*, Pi. i. e. Nulla mittetur sagitta quæ non conficiet aliquem [m]. Medi & Persæ, ut modò de Elymæis diximus, arcu valebant. Quæ laus ad successores eorum transiit, testibus historicis & poëtis [n]. [Alii locum sic reddunt,] *Sagittæ ejus gentis non redibunt vacuæ*, *quemadmodum* sagitta

Margin notes (left column): d V. * Di. f G. g T. h Ang. i Calv. k V. l G. ex M. sim. Pi. m G. n M. sim. Pi. o G. p V. q Di. r Q. in Ang. † Al. in Ang. t G. ex V. v V. x Me. y Me. T. z T. a T. sim. Me. b Calv. c Calv. d V. sim. Calv. * Calv. f G. g Pi.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

Margin notes (right column): h Q. in Ang. i V. k Pi. l Di. m Calv. n Calv. o V. p C. q M. r V. sim. Calv. † Me. t G. v Me. x Me. sim. Calv. y T. z G. a Pi. b Calv. c Pi. Calv. d G. * Ang. f Ti. g V. sim. T. h Pi. i Boot. anim. 4. 1. 8. 117. k Calv. l Pi. m V. n G.

ta viri jaculandi periti, Ti. *Quarum sagittæ, tanquam periti militis, non revertantur infectâ re*, Ca. *Cujus sagittarum, ut potentis interficientis, nulla resiliet frustrà*, JT. *Quorum sagittæ sunt ut viri dextre nec vacuè redeuntis*, Sy. Verto, *Sagittæ ejus* (nempe *congregationis*) sunt *tanquam potentis, periti*; (ut enim sagitta lædat & interimat, duo requiruntur in jaculante, robur & peritia: prius per גִבּוֹר, alterum per מַשְׂכִּיל, exprimitur.) *non revertetur frustrà*, (nempe ea gentium congregatio, ad quam affixum in חִצָּיו pertinet, cujus sagittæ tales sunt;) sed plurimis interemptis: vel potiùs, qui *non revertitur frustrà*, ut subaudiatur אֲשֶׁר, & יָשׁוּב referatur, non ad sagittas, sed ad jaculatorem, qui, cùm talis sit, non revertitur frustrà, id est, non nisi scopum assecutus, & voti compos [o]. Exemplaria hîc variant, & alia מַשְׂכִּיל, alia מְשַׁכֵּל, habent; & hinc diversa significatio [p]: nam שָׂכַל est, *prudenter agere*, vel *prosperari*; שָׁכֹל, *orbari* [q].

11. *Quoniam* (vel, *Quum*, JT. Pi. Angl.) *exsultatis*, &c.] Vel, *læti estis*, sive *fuistis*, P. Mo. vel *lætati fueritis*, Pi. de miseriis populi mei [r]. Chaldæos alloquitur [†]. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי תִשְׂמְחוּ כִּי תַעַלְזוּ שֹׁסֵי נַחֲלָתִי כִּי תָפוּשׁוּ כְּעֶגְלָה דָשָׁה וְתִצְהֲלוּ כָּאַבִּרִים] *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi. &c.) *multiplicati estis* (vel, *increvistis*, Ti. V. sim. Mo. *abundaveritis*, JT. vel, *lascivieritis*, Pi. *exsultatis*, Ch. *exsiliistis*, ο'. sic Sy. vel, *incrassamini*, M. *pingues*, aut *robusti*, *estis*. τὸ פּוּשׁ non ad numeri augmentum propriè refertur; sed sanitatis, pinguedinis roborísque incrementum denotat [r].) *sicut vitula germinis*, Mo. (*quæ pascit germina*, P. *gramine* pasta, M. ad verb. *herbificata*, sive *herbaria*, V. vel, *herbilis*, JT. Legunt hi דֶשֶׁא [s]. At alii legunt דוֹשָׁה [v]. [Unde sic reddunt,] *exterens*, Ti. *triturans*, Di. Boot. ex Maim. & Buxt. & Schindl. & BA. Validissimi boves triturationi adhibebantur [x]; qui etiam inter triturandum pinguescebant, ex esu frumenti quod triturabatur; trituranti enim bovi os obthurare ex Lege non licebat [y]: quare vitula *triturans*, quæ totâ die comedebat, indéque pinguior evasit, opponitur *aranti*, quæ est macra [z]. Lectio per דֶשֶׁא, quamvis eam ferè sequantur recentiores, vix stare potest. Aiunt דֶשֶׁא esse pro דְשָׁאָה. Esto; at דֶשֶׁא non, *herbâ vesci*, sed, *herbascere*, sign. Gen. 1. 11. Joel. 2. 22. Itaque דְשָׁאָה esset, *herbascens*, & de terra vel agro rectè diceretur, de animali non item. Lectionem autem דוֹשָׁה confirmat locus huic planè geminus, Mal. 4. 2. *Pingues fuistis ut vituli* מַרְבֵּק, h. e. *triturantes* [a]. [Quod probatum vide vel in Authore; vel in Synopsi nostra ad illum locum, si Divina clementia nos eousque perducere dignetur.] Et mihi simplicissimum videtur, seu דֶשֶׁא, sive דוֹשָׁה, legas: namque & alibi א pro ה positum legitur in fine dictionis, ut sit participium à דוּשׁ *triturare* [b].) *& exsultâstis* (vel, *mugîstis*, P. *hinnîstis*, V. Ti. sic M. Pi. Hâc voce videtur innuere libidinem Chaldæorum in comprimendis mulieribus Judaicis [†]. Vel, *claram vocem reddideritis*, JT. sim. G. ex RR.) *sicut fortes*, sive *robusti*, Mo. JT. Pi. vel, *magnifici*, M. sub. *juvenci*, JT. vel, sub. *equi*, M. Pi. V. Al. *sicut tauri*, P. & sub. *partâ victoriâ*, V. P. Habent enim equi sensum victoriæ [c]. [Sed de vocibus צָהַל & אַבִּירִים non semel antè dictum.]

12. *Confusa est mater vestra*] Nempe metropolis [d], Babylon [*], civitas vestra fortissima [f]: vel, congregatio vestra [g]. *Matrem* nominat, ut significet interitum totius Monarchiæ [h]. ¶ *Ecce*, &c. [הִנֵּה אַחֲרִית גּוֹיִם מִדְבָּר צִיָּה וַעֲרָבָה] *Ecce, novissimum*, sive *postremum*, (vel, *finis*, seu *extremitas*, V. Pi. *postrema*, sive *novissima*, P. Pi. Strig.) *gentium* (*Gentes* vocat Chaldæos [i]. Vel, *inter gentes*, Strig. sub. *est*, Strig. vel, *erit*, Pi. vel, *erit ut*, P.) *desertum*, *vastitas*, *& solitudo*, Mo. M. Al. *Usque adeò gentium exitus est vastitas, incultus, solitudo*. Gentes ad extremum vastantur [k]. Mira hæc conversio, quòd Chaldæi, Monarchæ Orientis, redacti sunt ad extrema, ut scilicet essent quasi fæx gentium [l].

13. *Non habitabitur*] Vide Esa. 13. 20 [m].

14. *Qui intenditis arcum*] Id est, qui arma tractatis, viri bellicosi. *Arcus*, pro omni armorum genere [n]. Medi & Persæ [o]. ¶ *Debellate eam*, [יְדוּ אֵלֶיהָ] *Jacite*, vel *Projicite*, (vel, *Jaculamini*, JT. Pi. Ca. Ti.) *in*, vel *contra*, (vel, *ad*, Mo.) *eam*, P. JT. Di. &c. Hanc significationem verbi יָדָה confirmat lingua Æthiopica, ubi ודי (mutatis, pro more, י primâ radicali in ו, & ה ultimâ quiescente in י,) usitatissimum est pro, *jacere*, *projicere*, ut [in Æthiopica versione] Matt. 7. 19. & Marc. 2. 22 [p]. ¶ *Domino peccavit*] Vel, *Contra Jehovam*, &c. quia scilicet oppresserunt Ecclesiam ejus, cujus causam hîc suscipit Deus, qui nihil vult habere ab ea separatum [q]. Vel, *In Dominum*, &c. Templi vasa vertendo in profanos usus, Dan. 5. 2. Nunc verò quàm multi hoc faciunt Principes, & Christiani dici volunt [r]. Vel, *Domino*, &c. q. d. Gravissimè peccârunt, ut phrasis sumitur Gen. 13. 13 [†].

15. *Clamate adversùs eam*] More militum, vel, 1. triumphantium de urbe capta [s]: vel potiùs, 2. hortantium se invicem, & impetum suum ultro citróque accendentium [v], sub conflictum [x], dum irruptionem faciunt [y]. ¶ *Dedit* (vel, *Tradidit*, P. *Junxit*, JT.) *manum*] Vel, 1. Fœderata fuit cum Lydis, hostibus nostris, teste Herod. l. 1 [z]. *Dare dextras*, pro, *societatem inire*, habemus 1 Mac. 11. 50. & Gal. 2. 9. Sic & *ponere manum* sumitur Levit. 6. 2. *manum complodere*, Job. 17. v. 3 [a]. Ezec. 17. 18 [b]. Vel, 2. Victam se fatetur [c], ut Thren. 5. 6 [d]. & 2 Par. 30. 8 [*]. [Phrasis indè sumpta,] quòd victi manum attollunt ut manicis constringatur [f]. Vel potiùs, quòd ità ostendunt se arma abjecisse [g], imperium agnoscere, ac supplices fieri. Similis phrasis, *dare herbam* [h]. ¶ *Destructi sunt muri*] Figuratè loquitur; non enim expugnavit urbem Cyrus, sed proditione cepit [i]. Vel, *Destruantur*, &c. Hoc clamare jubentur milites. Nec aliter factum testantur. Βαβυλὼν μὲν οὕτω ἀναιρέθη, (*Babylon hoc pacto subversa est*,) ait Herodotus. Strabo verò, κατέσκαψαν τὸ τῆς πόλεως, τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δὲ ὁ χρόνος, (*Urbis quædam demoliti sunt Persæ, quædam tempus* [k].) ¶ *Ultio Domini est*] Hoc dicit, quia incredibilis erat hæc clades. At, inquit, hoc non est æstimandum hominum sensu, quia Deus admirabilem suam potentiam exseret [l]. ¶ *Sicut fecit, facite ei*] Sic Gotthis dicitur de Roma, Apoc. 18. 6. Babylon multas urbes exciderat, etiam Hierosolyma. Patitur legem quam tulit [m].

16. *Disperdite satorem de Babylone*, &c.] Babylon habuit περιοχὴν (*ambitum*) magis ἔθνους (*regionis*, vel *gentis*,) quàm πόλεως (*urbis*;) Aristot. Polit. 3. 2. Itaque in ipsa urbe seritur ac metitur; Plin. 18. 17. Ob id multi in ea urbe erant agricolæ; quibus victores clementiores parcere solent [n]. q. d. Interficite non solùm milites, sed etiam agricolas [o]; ità ut nemo sit qui seminet, aut metat [p]; adeóque omnes pereant. qu. d. Occidite omnes incolas, &c [q]. Agricolas interfecerunt Medi & Persæ cùm Babylonem caperent [r]. Verùm hoc sub Cyro non fuit impletum, sed postea, ut antè notatum [†]. ¶ *A facie gladii columbæ*] Vel potiùs, *vastatoris*, ut suprà 25. 38. & 46. 16 [s]. ¶ *Unusquisque ad populum suum*, &c.] Eò revertantur, vel, 1. qui captivi in Babylonia tenebantur [v]: vel, 2. advenæ, qui florente Imperio eò se contulerant [x]: vel, 3. auxiliares à Babyloniis conducti [y].

17. *Leones*, &c.] i. e. Reges [z]. *Leo* Regem significat, ut antè ostendimus [a]. ¶ *Rex Assur*] Salmanasar, qui decem Tribus deportavit [b]: vel potiùs, Sennacherib, 2 Reg. 18. 13. & Esar-haddon. Tribum Juda præcipuè hic respicit [c]. ¶ *Exossavit eum*, &c.] Quod de corpore reliquum erat, i. e. Judam & Benjaminem, abstulit [d], עִצְּמוֹ, *ossare* [*], hîc valet, *ossa comminuere*; sic, *collare*, & *caudare*, [liceat enim ὀνοματοποιεῖν, ut rem exprimam,] pro, *decollare*, Exod. 13. 13. Deut. 21. 4. & *decaudare*, Deut. 25. 18 [f].

18. *Visitabo regem Babylonis*] Qui *Nabonidus* Beroso, *Labynitus* Herodoto: nam sæpe apud Chaldæos ל & נ permutantur. Idem *Nabannidachus* Abydeno, *Nabonadus* Ptolemæo [g]. ¶ *Sicut—regem Assur*] Sennacheribum [†], ob sævitiam suam in populum Dei. Idem judicium manet Babylonios quod Assyrii experti sunt [h].

19. *Et reducam Israelem*, &c.] i. e. Judam, Benjaminem, Levitas, & alios quosdam his adjunctos [i]. ¶ *Et*, &c. [וְרָעָה הַכַּרְמֶל] *Et pascetur* (vel, *depascet*, Ti. sic JT. Pi. Ca.) *Carmel*, Mo. P. &c. vel, *de Carmel*, P. *Mons* hic *Judæam inter Syriámque medius*, ut alibi ex Tacito ostendimus [k]. ¶ *Et in monte Ephraim*] Samariæ, quæ concessa Judæis à Demetrio, ut alibi demonstravimus [†]. ¶ *Et Galaad*] Pars Galilææ. Fuit autem in eadem con-

Margin notes (left column): [o] Di. [p] Pi. [q] Calv. sim. Pi. [r] Ang. [†] G. [r] Di. [s] C. [v] Di. [x] Di. sim. Boot. ex K. BA. &c. [z] V. sim. K. [a] Boot. [a] BA. 1. 2. 31. 302. [b] Pi. [†] Pi. [c] V. [d] Pi. [*] G. [f] M. [g] Ch. in M. [h] Calv. [i] V. [k] Ca. [l] Calv. [m] Ang. [n] Me. [o] Calv.

Margin notes (right column): [p] Di. [q] Calv. [r] G. [†] Ang. [s] Calv. [v] Calv. sim. Me. [x] V. [y] G. [z] G. ex Jun. sim. Glas. rhet. 1. 4. 71. [a] G. ex Jun. [b] Jun. [c] M. Calv. Me. T. Ang. D. sim. Ca. [d] D. prov. 2. 3. 200. [*] Ang. [g] Q. in Ang. [h] Ang. [i] D. ib. [k] Calv. [l] G. [l] Calv. [m] G. [n] G. [o] Me. sim. T. [p] Me. sim. [q] Calv. [r] Calv. [†] G. [s] Calv. [v] G. [x] M. sim. Calv. [y] Calv. [z] G. [a] G. ex Ch. [b] G. [c] G. sim. Calv. [d] Ang. [*] G. sim. Calv. [f] Pi. Ang. Ang. [g] G. [†] Idem. [h] Calv. [i] G. [k] G. [†] G.

[Line numbers in margin: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

concessione Demetrii & Galilæa; & ut accessio Judææ, non minùs quàm Samaria, possessa à Regibus Judæis, etiam ab Herode magno [k].

20. *Quæretur* (vel, *Si quæratur*, JT. sic V.) *iniquitas Israel, & non erit*, &c.] Ità P. &c. Quia delebo illam [l]. Erit acsi non fuisset, Deo eam remittente [m]. Similitudo sumpta à debitis, quæ in libro scribuntur, &, ubi acceptilata sunt, delentur. Sic, τὰ ἀδικήματα ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς γράφεσθαι, (*injustè facta in plicis libri Jovis describi*,) dicebant Græci, teste Euripide in Melanippe [n]. Al. Quæretur idololatria, sed nulla ampliùs erit à reditu ex Babylone [o]. Consequenter nulla erit pœna illius iniquitatis, putà captivitas, fames, &c [p]. Nullæ superfuerunt reliquiæ prioris cladis [q]. ¶ *Propitius ero eis*, &c.] i.e. Tractabo eos quasi nec ipsi nec parentes eorum peccâssent [r]. Ostendit cur Deus tam clementer agat cum populo suo; nempe, quia peccata illis remittet: sine quo friget certè quicquid de pœnarum remissione dicitur †.

21. *Super* (vel, *Contra*, M. JT. Pi. &c.) *terram* (vel, *terram hanc*, sive *istam*, JT. Pi. Di. Angl. nempe Chaldæorum [t],) *dominantium*, מְרָתַיִם] [Q. propriè reddunt.] E *Merathaimis*, Pi. Angl. sic JT. Ellipsis particulæ, ut sæpe [v]. Loquitur Deus homini nondum nato, Cyro scilicet, ostenditque quid eum velit facere, & quo itinere venturus sit contra Babylonem [x]; nempe, ex, vel per, Merathaim [y], i.e. ex Assyria [z]; sive ex terra *Mardorum* [a]; qui duali numero nominantur, quòd alii essent cis Tigridem, alii trans Tigridem, ut ex Ptolemæo (l. 5. cap. 13 [b].) discimus [c], itémque ex Plinio & Mela [d]. [Alii appellativè.] *Dominantium*, Vulg. i.e. Babyloniorum, qui latè dominantur*, à מרא *dominari* [f]. Alii, *rebellantium*, Mo. P. Mar. &c. sic Ch. scilic. Deo [g]: *exasperantium*, M. Calv. simil. Sy. *perduellionum*, Ti. ¶ *Ascende*, &c. [עֲלֵה עָלֶיהָ וְאֶל־יוֹשְׁבֵי פְּקוֹד] *Ascende* (sub. *inquam*, M. Pi.) *super* (vel, *contra*, M. Pi. &c.) *eam*, Mo. &c. *& ad*, vel *contra*, vel *super*, *habitatores visita*, Mo. vel, *visitationis*, P. Calv. vel, *ultionis*, sive *vindictæ*, i.e. Babylonis; quæ sic dicitur, quòd advenerit tempus *ut visitetur*, h.e. ut puniatur ejus iniquitas *. Vel, *speculæ*, Ti. vel, *visitandos*, M. Al. *& in puniendos incolas grassare*, Ca. Al. *& per* (vel, *idque per*, Pi.) *habitatores Pekodi*, JT. Pi. i.e. ut puto, Bactrorum [h]: vel, partis Assyriæ inferioris [i], quâ Syrus transvexit in Babyloniam. Sic autem videtur dicta hæc Assyriæ pars hîc & Ezec. c.23.v.23. eò quòd summa illic præfectura fuisset Regni Assyriorum, & in ea Nineve eversa jam eo tempore [k]. [Alii hoc membrum cum præcedente sic reddunt,] *Suscipe expeditionem contra terram quæ omnibus terrori fuit, & incolas ejus visita*, Strig. Al. *Super terram hanc duplex* est *rebellio*: (i.e. Multiplex huic terræ incumbit rebellio: itaque) *ascende contra eam, & contra habitatores visitationis*, i.e. qui digni sunt visitari, h.e. puniri [l]. ¶ *Et*, &c. [וְהַחֲרֵם אַחֲרֵיהֶם] *Et anathematiza* (vel, *internecioni devove*, JT. Pi. *perde*, Calv. *interfice*, P.) *post eos*, Mo. &c. h.e. fugientes [m]: vel, eundo *post eos*, Q. in V. vel, *posteros eorum*, Strig. *reliquias eorum*, Ch. Posteritatem illis aufer, omnes etiam pueros occidendo. Sic vox אחר sumitur Dan. 11.4 [n]. Significat cladem fore extremam, ità ut non desinant sævire Medi & Persæ donec extinxerint nomen Babylonis [o]. [Alii locum sic vertunt;] *Et eos persequens, funditus exscinde*, Ca. *Grassare, & exscinde* eundo *post eos*, Ti. ¶ *Quæ præcepi tibi*] Per Esaiam [p].

23. *Quomodo confractus* (vel, *abscissus*, Mo. sim. P. Ch.) *est* (vel, *succideretur*, JT.) —*malleus*, &c?] i.e. Potens Regnum Babyloniæ [q]. Chaldæos sic vocat pari de causa ut ob quam Francorum Rex quidam dictus est *Martellus* [r]. Est interrogatio admirantis †. Sunt verba, vel, 1. populi Dei, vel Cyri, dubitantium de Babylonis excidio perficiendo [t]. Sed tunc dixisset in futuro, *Quomodo succidetur*, &c? At sunt verba temporis præteriti. Vel, 2. Babyloniorum, ex collat. v. seq. ubi ad hanc interrogationem Dominus respondet [v].

24. *Illaqueavi te*] q.d. Negotium tibi est cum Deo, non tantùm cum hominibus [x]. Incautam te oppressi [y]. ¶ *Et nesciebas*] Sic Calv. P. &c. vel, *te imprudente*, JT. Pi. Subitò, & nihil tale suspicans [z]. Vide suprà v. 8. Narrat Herodotus, & ex eo Aristoteles, jam partem urbis fuisse captam, cùm qui in media essent urbe id adhuc ignorarent [a]. Cyrus, Euphrate, quo urbs munita erat, derivato, per alveum noctu ingressus est [b]. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי בַיהוָה הִתְגָּרִית] *Quòd Dominum provocâsti*, M. Ti. sim. Ca. vel, *contra Dominum litigâsti*, P. vel, *in Dominum miscuisti litem*, Mo. vel, *cum Jehova miscuisti* bellum, JT. vel, *te miscuisti* in certamen: hostiliter scilicet tractando populum ejus [c].

25. *Aperuit Dominus* (nempe is cujus thesauros tu abstulisti [d],) *thesaurum suum*] i.e. Armarium, Persidem & Mediam, unde deprompsit Syrum & Darium *. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי מְלָאכָה הִיא לַאדֹנָי וגו'] *Quia hoc opus* est *Domini*, &c. P. M. Ti. &c. cujus potentia & providentia non est humano sensu æstimanda [f]. Al. Opus illi est talibus instrumentis quales sunt Medi & Persæ [g].

26. *Venite*, &c. [בֹּאוּ לָהּ מִקֵּץ] *Venite* (vel, *Convenite*, JT. vel, *Invadite*, Ca. Sy. sim. Ch. Medi & Persæ [h], Darie & Cyre [i],) *ei* (vel, *eam*, Ca. *ad*, vel *in*, vel *contra*, *eam*, Ti. JT. Ch. M. Pi. sic P.) *à fine*, Mo. vel, *ab extremo*, sive *extremitate*, P. JT. sic Ti. BA. Di. i.e. vel, 1. q.d. gentes longinquissimæ *: vel, 2. ad unum omnes [k]: vel, 3. undique. Universitatem enim מִקֵּץ & מִקְצֵה passim denotare, probavimus ad Ezec. 33.2. Est ubi universitatem personarum significet: hîc autem, & infrà Jer. 51.31. universitatem locorum [l]. Vel, *ab extremis finibus*, Ti. G. ex Vulg. *indè à fine* terræ, Pi. A mari Caspio & Euxino [m]. *A fine*, i.e. in fine [n]. Vel, *undiquaque*, Sy. vel, *à latere*, Ch. Al. *cùm sit finis*, M. vel, *quia finis adest*. Circumactis periodis fatalibus imperiorum, maximæ mutationes impendent [o]. ¶ *Aperite*, &c. [פִּתְחוּ מַאֲבֻסֶיהָ] *Aperite horrea*, sive *granaria*, (vel, *thecas*, M. *apothecas*, G. vel, *vivaria*, Ca.) *ejus*, Mo. Ti. JT. Pi. &c. ¶ *Qui*, &c. [סָלּוּהָ כְמוֹ־עֲרֵמִים] *Calcate eam sicut acervos*, Mo. Calv. &c. sub. *manipulorum*, M. vel, sub. *tritici*, V. sim. Pi. qui calcari solent in area [p]. Hanc interpretationem probarem, nisi quòd סלל eo sensu nondum reperiam [q]. *Concumulate eam quasi acervos*, JT. sim. Ang. ut solent homines terram congerere ut aggerem faciant: q.d. Ex urbe gloriosa facite eam acervos ruderum [r].

27. *Fortes ejus*] Heb. *juvencos ejus*, M. JT. &c. i.e. selectissimos quosque, & quicquid pretiosissimum est, &c †. ¶ *Descendant*, &c.] i.e. Deducantur ad necem [t].

28. *Vox fugientium*, &c.] Sub. *Judæorum*, qui narrabunt ultionem Dei in Chaldæos [v]. Tanta erit fuga, ut quosdam perlatura sit ad Judæam usque, qui ibi narraturi sint quid Babyloni evenerit [x]. ¶ *Ultionem templi ejus*] i.e. Ob Templum profanatum [y], & eversum [z]: vel, pro salute Templi, sive Ecclesiæ [a].

29. *Annunciate*, &c. [הַשְׁמִיעוּ אֶל בָּבֶל רַבִּים וגו'] *Audire facite* (vel, *Congregate*, sive *Convocate*, P. M. Calv. G. Sy. sim. Ca. *Accersite*, Ti. *Audiendos præbete* vos, i.e. Vociferamini more præliantium [b]: vel, *Promulgate* convenire, JT.) *ad*, vel *in*, (vel, *contra*, P. M. Pi. &c.) *Babel multos*, Mo. M. Sy. &c. vel, *amplissimos*, JT. *potentes*, Calv. vel, *quamplurimos*, i.e. exercitum maximum [c]. Vel, *jaculatores*, P. sim. V. M. vel, *ô jaculatores*. Confirmatur hæc interpretatio, tum ex Job. 16.13. ubi vox ità accipitur; tum ex verbis h. l. sequentibus per epexegesin [d]. Sensus, Divulgate inter gentes, ut multi sagittarii adveniant *. ¶ *Contra Dominum erecta est*, [זָדָה] *Temere fecit*, Mo. *procaciter egit*, M. *superbivit*, P. JT. Pi. &c. q.d. Non tantùm crudelis in homines, sed & probrosus in Deum [f].

31. *Ecce*, &c. [הִנְנִי אֵלֶיךָ זָדוֹן] *Ecce, ego* (sub. *venio*, G. vel, *Ecce me*, Ti. JT. Pi.) *ad te* (vel, *tibi*, Ti. *adversùm te*, JT. Pi.) *ô superbe*, Mo. P. sic Ti. Calv. &c. vel, *proterve*, M. *insolens*, Sy. *superbissime*, JT. Pi. Hebr. *superbia*; metonymia formæ: vel, vir *superbiæ*. Ellipsis Hebraica. Sic v. seq [g].

32. *Non erit qui suscitet* (vel, *erigat*, M. JT.) *eum*] i.e. Nunquam resurget [h].

33. *Calumniam*, &c. [עֲשׁוּקִים וגו'] *Oppressi fuerunt* (vel, *Opprimuntur*, JT. Pi.) *filii Israel*, &c. Calv. Per modum concessionis hoc dicit, sibique objicit, ut postea diluat: q.d. Video quid dicturi sitis, vos exsules & captivos esse; id quod diffidentiæ atque desperationis materia est [i]. ¶ *Nolunt dimittere eos*] Tam Assyrii

Margin notes (left column): k G. l Me. m Ang. n G. o T. ex Ti. L. &c. p T. q T. ex San. r G. † Calv. t Pi. v Ang. x G. y Ang. z Pi. ex Jun. a G. ex Jun. Pi. b Jun. c G. ex Jun. d G. * Mar. f Mar. ex Hi. g Mar. * V. sim. Calv. h G. i Jun. Pi. k Jun. l Di. m V. n G. o Calv. p G. q Pi. r G. † Calv. Pi. t Q. in Pi. v Pi. x G. y Pi. z G. sim. a Ji.

Margin notes (right column): a G. b Pi. c Pi. d G. * V. f Calv. g G. h Pi. i V. * Jun. k BA. l. 1. 34. 357. l Di. m G. n V. o Strig. p V. sim. G. Pi. q Ang. r Ang. et He. † Calv. t V. v V. x G. y Ca. z V. a Glass. gram. 3. 1. 30. 106. b Pi. c V. d Pi. * M. f Calv. g Pi. h V. i Calv.

rii quàm Babylonii. Ideo aliis hominibus mihi opus est[k].

34. *Redemptor eorum fortis*, &c.] Opponit hoc potentiæ hostium[l]. ¶ *Defendet causam eorum*] Erit ipsis advocatus. Videt enim dure eos haberi & illudi ob unius veri Dei cultum[m]. Patrocinabitur causæ Israelitarum adversùs Chaldæos[n]. ¶ *Ut exterreat terram*] Hebr. *Ut quiescere faciat terram*, Mo. G. nempe Judæam[o].

35. *Gladius* (sub. *irruet*, Pi. vel, *venturus est*, V.) *ad* (vel, *contra*, V.) *Chaldæos*] qu. d. Perituri sunt gladio Persico[p]. ¶ *Ad sapientes ejus*] Μόνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, (*Soli Chaldæi sapientiam nacti sunt.*) Ità de se existimabant. Strabo, Ἀφώριστο δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς Χαλδαίοις προσαγορευομένοις, οἳ περὶ ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον[q]. (*Definita est in Babylonia habitatio indigenis philosophis, qui dicuntur Chaldæi, quique maximè circa astronomiam versantur.*)

36. *Gladius ad divinos ejus*; ità Ti. sim. Ch. Sy. Ca. Calv. הַבַּדִּים] *Nugatores*, Mo. *mendaces*, P. Calv. sic JT. Pi. *mendaces divinatores*, M. Astrologos vana divinantes ex astris[r]. Quos jam antè *sapientes*, hìc *impostores* vocat †. *Chaldæos vates*, apud Curtium; cujus & hoc, *Si modò ars est, & non vanissimi cujusque ludibrium*[r]. ¶ *Qui*, &c. וְנֹאָלוּ] *Et insanient*, Ch. P. Mo. *& stultescent*, M. Ti. sim. V. *ut defetiscantur*, JT. *ut stultè agant*, Pi. Stulti deprehendentur esse, quòd ista non præviderint[v].

37. *Quasi mulieres*] Imbelles[x], pavidi[y], & nihil virile cogitantes[z].

38. *Siccitas super aquas* (*in aquis*, JT.) *ejus erit*, &c.] Sic P. &c. Quia, abducto flumine, alveum Euphratis sibi pervium fecit Cyrus[a], narrante Herodoto in Clio, & Xenoph. l. 7. Institutionis. Vide infrà 51. 32. Idem olim Semiramis fecerat, & post Cyrum Alexander; Frontinus 3. 7 †. Non vulgaris hæc erat munitio, quòd tanto fluvio urbs cincta esset ab una parte; deinde haberet multos alveos, sive rivos, ab Euphrate deductos, ut essent illic quasi multæ insulæ, &c[b]. Vel, sensus est, Deus immittet Chaldææ siccitatem, & sterilitatem ob defectum incolarum[c]. ¶ *Et in*, &c. וּבָאֵימִים יִתְהֹלָלוּ] *Et in Emim* (vel, *simulacris*, P. Sy. Ch. G. *terriculamentis*, M. Calv. *apud terricula*, JT. *apud terrifica idola*, Heb. *terrores*; meton. effecti, & synecdoche speciei[d]. Idola sic vocat, quòd אֵימָה, h. e. *terrorem*, ea colentibus incutiant *; vel, quòd sunt mera ludibria, quæ pueros tantùm terreant[f].) *insanient*, Mo. sic P. V. vel, *insanè agunt*, JT. Pi. Adeò dediti sunt simulacris, ut videantur insanire[g]. Vel, *gloriantur*, M. Ti. Hæc causa est cur Deus ista fieri siverit[h].

39. *Propterea habitabunt dracones*, &c. צִיִּים אֶת אִיִּים וְגוֹ'] *Ziim cum Ijim*, V. sic Mo. *Satyri* (vel, *Sylvani*, Ca. *lamiæ*, M. *bestiæ sylvestres*, P. simil. G. Pi. &c.) *cum Faunis*. Q. in V. Ca. vel, *terrificis*, JT. Pi. *feris felibus*, G. sim. M. Ti. &c. Sed de his vide ad Esa. 13. 21[i]. ¶ *Non inhabitabitur——in sempiternum*, לָנֶצַח] *Ad finem*, i. e. ad tempus à Deo præstitutum[k]. ¶ *Usque ad*, &c. עַד דּוֹר וָדוֹר] *Usque in*, vel *ad*, *generationem* (vel, *ætatem*, Calv.) *& generationem*, Mo. P. vel, *ætatem*, Calv. i. e. longissimo tempore[l]: per γενεὰς (*generationes*, sive *ætates*,) duas[m]: imò in æternum; ut patet ex descriptione hìc data, quæ & negativa, & positiva, est. Cumulatæ hìc phrases satis docent totale hoc & finale excidium fore[n]. *In omnes generationes*, Pi. vel, *ullis seculis*, Ca. Hoc tamen non statim impletum fuit, nam florebat Babylon sub Cyro & filio ejus, & Alexandro[o]; sed sensim & successivè. 1. Per Cyrum adempta est illi Monarchia. 2. Rebellans Dario Hystaspis, mœnibus ab eo spoliata est, testibus Herodoto & Justino. 3. A Seleuco Nicanore civibus & opibus exhausta: transtulit enim omnia Seleuciam, quam in vicinia condiderat. Parthi postea transtulerunt reliqua Ctesiphontem, inquit Plinius. 4. Nihil præter muros illi relictum sub Adriano Imperatore, Pausaniâ teste. Quorum ambitu non nisi bestiæ omnis generis pro venatione regia continebantur, teste S. Hieronymo. Allegoricè, excidio Babylonis præsignatur excidium urbis Romæ, (quæ à S. Petro *Babylon* vocatur,) adeòque totius universi[p].

k G. l Calv. m G. n V. o G. Pi. p V. q G. r Pi. sim. Calv. † Calv. t G. v G. x Pi. y G. sim. Pi. z G. a G sim V. Pi. Calv. Ang. Mc. T. † G. b Calv. c Mc. d Pi. * V. f Calv. g V. h G. i V. G. &c. k G. l V. m G. n Calov. o Calv. p T.

41. *Populus——ab Aquilone*] i. e. A Media[q], & Perside[r]. ¶ *Et gens magna*] hìc est ἐξηγητικόν. Sensus, *qui sunt gens magna*†. ¶ *Et reges multi*] Armeniorum, Hyrcanorum, Cadusiorum, Lydorum. Vide Xenoph. 5. Instit *. Multos Reges & satrapas secum tulit Darius, cujus Regnum latè patebat[t]. ¶ רַבִּים] *Magni*, V. Pi. vel, *fortes & invicti*, V. ¶ *A finibus* (vel, *lateribus*, Mo. P. M. &c.) *terræ*] Ità Ch. Sy. &c. i. e. Ab uno è lateribus, à fine orbis[v]. A remotis partibus[x]. Vide suprà 26. Sæpe eadem repetit, quò firmior hæreat memoria[y].

42. *Arcum & scutum*, &c. ità P. Calv. וְכִידוֹן] *Et lanceam*, vel *hastam*, vel *hastile*, V. Mo. M. Ti. [Vide dicta ad 1 Sam. 17. 6.] ¶ *Crudeles sunt*] Persæ erant fera & barbara natio, ideóque sanguinarii. Cyrus etiam, quanquam videri volebat magnanimus, naturâ tamen atrox erat, & truculentus, & cædium appetens[z]. ¶ *Quasi mare*] Sævùm frement[a]. ¶ *Sicut*, &c. עָרוּךְ כְּאִישׁ לַמִּלְחָמָה] *Instructus*, vel *Ordinatus*, (vel, *Præparatus*, M. sic Calv. *Parati*, P. Sy. *Ordinati*, Ca. Ch. sub. *erunt*, P. vel, *sunt*, Ch. Sy. vel, *erit*, M. & sub. *quilibet*, M. sim. JT. Pi.) *tanquam vir* (vel, *gigantes*, Sy.) *ad prælium*, Mo. Calv. G. sic M. Tantus ordo, ut totum agmen virum unum esse dicas[b]. Tanto consensu pugnant, & uno impetu, quasi vir unus essent, & unâ manu pugnarent[c]. Al. *quasi vir bellator*, Ch. Heb. *vir belli*, Pi. *ut vir præstans ad bellum*, JT.

43. *Audivit——famam eorum*] De ingressu eorum nocturno in urbem[d]. ¶ *Dissolutæ sunt manus ejus*] Statim prælio victus est. Vide Herodotum *.

44. *Quasi leo*, &c.] Hic versus cum duobus seq. leguntur & suprà 49. 19, 20, 21[f].

46. *A voce*, &c. מִקּוֹל נִתְפְּשָׂה וְגוֹ'] *A voce* (vel, *Ex fama*, M. *A fragore*, Ti. *Ad sonitum*, Ca. *Præ sono*, JT. *Propter rumorem*, Pi.) *captæ* (vel, *occupatæ*, JT. vel, quòd *occupata sit*, Pi.) *Babel* (i. e. Ob strepitum quem edent in expugnatione urbis Babel[g],) *commota est* (vel, *contremiscet*, Ti. sim. Ca.) *terra*, P. M. JT. &c. Ostendit gravitatem cladis[h].

CAP. LI.

1. HÆC *dicit Dominus*] Est sermo continuus cum priore[a]. ¶ *Suscitabo super Babylonem, & super*, &c. וְאֶל יֹשְׁבֵי לֵב קָמָי] [Variant.] *Et ad habitatores, cor surgentium in me*, Mo. *& contra habitatores terræ, qui corde consurgunt adversùm me*, M. *& contra habitatores* ejus, & contra *cor hostium meorum*, Ti. *& adversùs habitatores* ejus, *qui elevaverunt cor* suum *contra me*, Q. in V. *& super habitatores corde repugnantium mihi*, Q. in V. Ad verb. *& super habitatores cordis insurgentium contra me*, vel, *inimicorum meorum*, V. *Et contra habitatores cordis* (Babylonios metaphoricè sic vocat, quòd *habitabant in corde suo*, i. e. putabant se optimè circumdatos & quasi munitos suâ prudentiâ, eâque superbiebant, aliósque homines præ se bardos putabant.) *qui insurgunt contra me*, vexando populum meum[b]. *Et contra* (אֶל, pro עַל, ut sæpe[c]:) *eos qui habitant in medio*, sive *meditullio*, (Heb. *corde*: *cor*, pro *medio*; ut, *cor maris*, Psal. 46. 3: vel, pro *intra*; ut Tyrus sita dicitur *in corde maris*, Ezec. 27. 4; sic, *in corde terræ*, Matt. 12. 40[d].) *insurgentium in me*, JT. Pi. vel, contra *me*, Ang. Gal. Belg. Præpositio absorbetur inter participium & pronomen, ut in eadem voce fit Psal. 18. 40, 49. & 44. 6. i. e. Qui habitant in sede regia & centro Chaldææ *. *Et contra incolas ejus, qui mihi adversâ fronte repugnârunt*, Strig. *Et in incolas Lebcamai*. Hoc verbum significat *cor infestorum meorum*: quâ voce Chaldæam terram innuit, tum significatione, (nam ea erat Deo contraria & infesta;) tum verbo[f]: nam לֵב קָמָי, per literarum transmigrationem illam frequentem Chaldæis, quæ dicitur אַתְבַּשׁ, facit כַּשְׂדִּים, quod *Chaldæos* sign[g]. Literæ לֵב קָמָי, si Alphabetum præposterè numeres, in eodem sunt numero in quo כַּשְׂדִּים, si rectè numeres[h]. Et ità hanc κρύψιν intellexêre & Græci & Chaldæus hoc loco; nec aliter RS. & K[i]. Græci hìc vertunt,

q V. sim. G. r V. † G. ex Mc. * Idem. t Calv. v V. x Calv. y G. z Calv. a G. b G. c Calv. d Pi. * G. f V. sim. G. g V. h Calv. a G. sim. Ang. b Calv. c Ang. d Ang. * Q. in Ang. f Ca. g G. h C. i G.

vertunt, Χαλδαῖοι. Ejusmodi ænigmate dictum videtur Jerem. 25.26. שֵׁשַׁךְ, pro בָּבֶל[k]. Alii trajectionem faciunt[l]. *Et contra cor inimicorum meorum qui inhabitant* terram Chasdim, P. Al. *Et ad securos corde coram me*. לְצָמַי יֹשְׁבֵי לֵב, sicut Kimhi ad Psal. 1. 1. ad vocem לֵצִים, יֹשְׁבֵי קַרְנוֹת, *securi sortibus*, q. d. *sedentes sortibus*. Securi enim sunt qui sedent: sic sedentes corde sunt securi corde. קָמַי autem accipio, sicut apud Talmudicos passim, pro קַדְמַי[m]. Sed longè hoc petitum est, nec usquam in S. S. hæc formula occurrit, *habitantes*, vel *sedentes, cordis*, i. e. securos[n]. ¶ *Ventum*, &c. רוּחַ מַשְׁחִית] *Ventum* (vel, *spiritum*, Sy. M.) *corrumpentem*, Mo. P. JT. &c. vel, *pestiferum*, Strig. *urentem*, G. *exterminantem*, i. e. Boream, ventum aquilonarem omnia perdentem[o]: vel, *exterminatoris*, id est, Darii[p]. Ostendit quàm facile sit Deo hostes evertere, nec opus esse armis bellicis, sed ventum vel flatum sufficere[q]. Bellicum turbinem hîc intellige per Medos & Persas in Chaldæam invectum[r].

2. *In*, &c. בְּיוֹם רָעָה] *In die mala*, Mo. vel, *mali*, JT. vel, *afflictionis*, Ti. vel, *tempore* ipsi Babyloni *adverso*, G.

3. *Non*, &c. אֶל יִדְרֹךְ יִדְרֹךְ הַדֹּרֵךְ קַשְׁתּוֹ וְאֶל יִתְעַל בְּסִרְיֹנוֹ וְאַל תַּחְמְלוּ וגו׳] Ad verb. *Ad tendet tendentem arcum suum, & ad attollet se in lorica sua: & nè parcatis super juvenibus ejus*, Mo. *Ad tendentem qui tendit* (vel, *Ad* eum qui *extendendo extendit*, M. vel, *Ad* eum autem qui *constanter tendit*, Ti. vel, *Ei qui tendit tendendo tendens*. Ter repetit vocem *tendendi*, quia vult quàm maximè tendi nervum †.) *arcum suum*, (i. e. Ad sagittarios, h. e. ad milites levis armaturæ[t],) *& ad extollentem* (vel, [*eum*] *qui sese elevat*, M. vel, *&* [*qui*] *insolescit*, Ti. vel, *& ad* eum qui *gloriatur*, vel, *sibi placet*, V. vel, *ei qui ascendit*, G.) *in lorica sua*, P. M. Ti. V. (vel, *loricatus*, G. *propter loricam suam*, h. e. ad milites gravioris armaturæ[v]: sub. *dicam*, vel *dicturus sum*, M. P. Ti. V. vel, sub. *hæc dicit Dominus*, nempe quæ sequuntur[x],) *nè* (Heb. *& nè*, Mo. Sed copula hîc abundat[y].) *parcite juventuti*, G. sim. P. M. &c. Al. *Contra* eum qui *tendit* (Ellipsis & antecedentis & relativi, ut Jer. 2. 8, 11. *& post* (sub. *idola quæ*) *non prosunt*, &c. simil. Isa. 55. 2. &c[z]. Periphrasis hæc est Babylonii, omnibus gentibus infesti[a], quasi contra omnes tenderet arcum suum[b].) *tendat sagittarius* (i. e. Persa[c]) *arcum suum, & contra* eum qui *extollit se loricâ suâ*, Pi. JT. Belg. *neque clementiâ utamini*, &c. JT. vel, *ac nè parcitote*, &c. Pi. Belg. Alii אֶל pro negativa אַל accipiunt[d]. *Non tendat qui tendit——nec ascendat——& nè parcatis*, &c. Ch. *Nè desistat qui jaculatur arcu, neque deponat loricam suam bellator: nè parcite*, &c. Sy. *Nam sagittarii ipsorum non jaculabuntur, & armati ipsorum non utentur defensione. Quare non parcatis*, &c. Strig. Alii prius אֶל vertunt acsi esset עָלֶיהָ *super ipsam*. LXX, ἐπ' αὐτὴν τεινέτω ὁ τείνων, &c. *Super eum extendat extendens arcum suum*, &c*. *In eam & jaculentur sagittarii, & insultent loricati, nihilque parcentes ejus juvenibus*, Ca. Bis h. l. exstat vox יִדְרֹךְ, semel punctata, semélque sine punctis; quam superfluam esse, & non legi, Masorethæ tradunt[f].

5. *Quoniam*, &c. כִּי לֹא אַלְמָן וגו׳] *Quia non* (sub. *est*, P. &c.) *viduus*, sive *viduatus*, (i. e. derelictus ut vidua[g],) *Israel, & Juda à Deo suo*, P. Mo. &c. q. d. Non est adeò derelictus[h], quin Deus ipsum restituet[i], & de hostibus ulciscetur[k]. Divortium hoc non erit perpetuum[l]; nam maritus ejus vivit & permanet[m]. Meminit Deus contumeliæ Judæis illatæ ob Religionem[n]. *Quia non relinquentur tanquam viduæ*, &c. Strig. sim. Belg. ¶ *Terra*, &c. כִּי אַרְצָם מָלְאָה אָשָׁם מִקְּדוֹשׁ וגו׳] *Quia* (vel, *Ideóque*, G. vel, *Quamvis*, Pi. Ang. Belg.) *terra eorum* (vel, 1. Chaldæorum[o]; vel, 2. Israelis & Judæ[p];) *repleta est delicto*, sive *reatu*, (vel, *vastitate*, ortâ scil. ex אָשָׁם *reatu*; ità est meton. efficientis: vel, אָשָׁם hîc sign. *vastitatem*, ab שָׁמַם *desolari*, sive *vastari*[q]; vel, *pœnam*, ut *iniquitas* sæpe sumitur[r], q. d. plenissimè punietur †,) *à sancto Israel*, Mo. &c. i. e. à Deo[t], quem Israel ut sanctum colit[v]. q. d. Multò graviorem pœnam ferent quàm Judæi pertulerunt[x]. Vel, *propter sanctum*, &c. M. P. Calv. &c. i. e. ob injuriam illatam Sancto Israelis: i. e. vel, 1. Deo[y]; vel, 2. populo Judaico, cujus injuriâ Deus affici videbatur[z]. Al. *Sed eorum terra criminibus in Augustum Israelitarum commissis repleta est*. Sensus loci, Non ideo in Chaldæa exsulant [Judæi] quia sunt à Deo destituti, sed quia eum in Judæa offenderunt[a].

6. *Fugite*, &c.] Apostrophe ad Judæos captivos[b], vel, ad externos qui erant in Babylone[c]. Hoc ad Romam à Gotthis oppugnatam applicat Apoc. 18. 4. Implevit hæc verba Nabonidus: fugit enim Babylone in Borsippa. Vide locum Berosi quem produximus ad 1. 3. de V. R. C[d]. ¶ *Nolite*, &c. אַל תִּדַּמּוּ וגו׳] *Nè exscindamini*, vel *perdamini*, (vel, *Nè committitote ut exscindamini*, Pi.) *in iniquitate* (vel, *in pœna*, Pi. sim. Sy. *propter iniquitatem*, Mo. P. &c. sim. G.) *ejus*, JT. Calv. &c. Nè permisceamini cum impiis illis quos Deus exitio jam addixit. Babylonis copiis, opibus, præsidiis, &c. opponit ejus iniquitatem, de qua Deus pœnam exigere voluit*.

7. *Calix*, &c. כּוֹס זָהָב וגו׳] *Calix* (vel, *Quasi calix*, Ch. M.) *auri*, vel *aureus*, (sub. *est*, vel *fuit*, P. M. Pi. &c.) *Babel in manu Domini* (vel, *Dei manu* dispensante, G.) *inebrians omnem terram*, Mo. P. M. &c. q. d. Propinatrix calamitatum omnibus gentibus fuit Babylon, ipsa tandem acerrimè perdenda[f]. *Calix auri* dicitur, vel, 1. q. d. vini purissimi[g]; ut *aurum* dicitur & purissimum oleum, Zach. 4. 12. & aer serenus, Job. 37. 22[h]. Vel potiùs, 2. à splendore illius Imperii[i], quod *aureum* dicitur, Esa. 14. 4. Dan. 2. 32, 38[k]. Dicit, *in manu Dei*, ut significet non fortuitò dominatos fuisse Babylonios, sed ex permissu & mandato Dei, qui sic temperat mundi gubernationem, ut, quos evexit, postea evertat, quia digni sunt pœnâ, &c[l]. *Inebrians*, vino scilicet iræ Dei, Jer. 25. 15. Apoc. 14. 10. &c[m]. Al. Babylonis societas valde splendida multos auxiliares populos in exitium traxit. Per calicem inibatur societas. At verò, ut in Oetæo est Senecæ, *Aurea miscet pocula sanguis*. Juvenalis,——*nulla aconita bibuntur Fictilibus*——Sic illi etiam Babylonis socii ex *calicibus aureis* venenum biberunt[n]. ¶ *Ideo commotæ sunt*, יִתְהֹלְלוּ] *Insanierunt*, M. Ti. Pi. &c. i. e. adeò ut præ nimia afflictione redigantur ad insaniam[o]. Magnus dolor, non minùs quàm vinum, hominibus mentem adimit[p].

8. *Subitò cecidit*, &c.] Sumptum hoc ex Esa. 21. 9. Confer Apoc. 14. 8†. ¶ *Ululate*, &c.] Vel, *Ejulate*, ut in luctu fieri solet*. ¶ *Tollite resinam*, &c.] Quæ ad vulnera adhiberi solebat; ut diximus 8. 22, & 46. 11[q]. ¶ *Si fortè sanetur*] Ità Mo. M. &c. vel, *Fortè sanabitur*. Ironicè dictum[r]: q. d. Plagæ sunt incurabiles †.

9. *Curavimus*, &c.] *Curavimus* (*Medicati sumus*, sive *Remedia attulimus*, Calv. *Dedimus operam ut curaremus*, V. sim. G. Ang. Verbum potentialiter sumitur[t]. *Quamvis curaremus*, JT.) *Babel*, (sub. *inquietis*, JT. vel, sub. *dicet alter ad alterum*, V.) *&*, vel *sed*, (vel, *tamen*, JT.) *non curata*, vel *sanata*, *est*, Mo. P. &c. Dialogus est: introducit enim eos ad quos verba fecerat respondentes, *Curavimus*, &c[v]. Sunt hæc verba vel, 1. Angelorum tutelarium Babylonis[x]; vel, 2. populorum Babyloniis subjectorum[y]; vel auxiliarium[z], mercenariorum & exterorum militum[a]. ¶ *Pervenit usque ad cælos judicium ejus*] i. e. Vel, crimina ejus; vide Gen. 18. 21. Jon. 1. 2[b]: vel, pœna[c]. q. d. Pœna justè ei inflicta est summa & immensa[d].

10. *Protulit* (*Emisit in lucem*, V.) —*justitias nostras*] Ità Ti. Pi. &c. Loquuntur Judæi deportati*. q. d. Babylonios puniet: contrà, nos pro justis habebit & absolvet, atque opere externo comprobabit fiduciam quam in eo habemus, restituendo nos, &c. Opponit *judicio*, i. e. pœnæ, *justitiam*, i. e. remissionem pœnæ[f]. Per *justitias* hîc non intelligit merita Judæorum[g]; vel, quòd illi non peccâssent[h]: sed justam causam[i], quoad Chaldæos, sive comparatione Chaldæorum, qui illos oppresserant ex sola avaritia & superbia, nullo autem jure[k], nec à Judæis lacessiti[l]. Protulit in lucem innocentiam nostram, quod ad Chaldæos attinet. Etsi enim Rex Sedecias recusabat eis tributum; tamen hæc non fuit justa causa sæviendi in subditos[m]. Al. Ostendit Deus Religionem nostram esse veram[n]. Testimonium hoc erat gratiæ Dei erga Ecclesiam, quòd Babylonem subverterit quia in illam crudelis erat[o]. ¶ *Narremus in Sion opus Domini*] i. e. Occupationem Babylonis[p]. Nos exsules mittamus ad illos paucos qui in Judæa restant, ut nôrint Deum hæc tam magna fecisse nostrî causâ[q].

11. *Acuite*,

11. *Acuite sagittas*; ità Ch. Ca. "הָבְרוּ וגו׳] *Purgate sagittas*, JT. Pi. *Extergite*, vel *Expolite*, P. M. V. &c. ut altiùs penetrent, Psal. 45. 6. Vide & Ezec. 21. 21[r]. *Ponite pennas* (ab אֵבֶר *penna*) *in sagittis* †. Alloquitur vel, 1. Medos[t]; vel, 2. Babylonios[v]. Hortatio ironica[x]; q. d. Molimini quantum potestis, nihil proficietis. Simile suprà 46. 3[y]. ¶ *Implete*, &c. מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים] *Congregate* (*Multiplicate*, M. *Prehendite*, Pi. *Cogite*, JT. *Implete*, Ti. Sy. Ch. Di. Calv. sic Ca. i. e. vel, 1. *Implete sagittis*, Sy. vel, 2. q. d. Tegite corpora clypeis : vel, 3. Perficite[a] : vel, 4. Pleno numero adferte, ut nulli desit; ficut 1 Sam. 18. 27. dicitur David *implevisse Sauli præputia*[b]. Sic *plenitudo*, pro cœtu pleno, Esa. 31. 4[c].) *scuta*, five *clypeos*, Mo. P. Pi. Ti. &c. vel, *utentes umbonibus*, JT. vel, *pharetras*, Ch. Ca. sic Sy. Significat omnia arma non sufficere, &c[d]. ¶ *Suscitavit Dominus spiritum regum Medorum*] Scil. Darii *, & Cyri[f], & Principum cum Cyro[g]. *Medos* nominat potiùs quàm Persas, quia Darius dignitate, potentiâ & Regni amplitudine Cyro superior erat. Et *spiritûs* voce significat Deum arcano instinctu regere hominum animos, iisque virtutem & fiduciam infundere. At necdum Darius vel Cyrus nati erant. Hîc ergò est approbatio fidei nostræ, &c[h]. ¶ *Ultio templi*] Vide Jer. 50. 28[i].

12. *Super*, &c. "אֶל חוֹמֹת וגו׳] *Super muros* (vel, *Ad muros*, Mo. *In muris*, Pi. *E mœnibus*, G.) *Babel levate vexillum*, P. M. &c. Verba Dei, aut Prophetæ[k], vel, 1. ad Medos, vel Persas[l]. qu. d. Date operam ut vexilla vestra collocetis super mœnia Babylonis, in argumentum victoriæ partæ[m]. Sed hujus moris nemo paulò vetustior scriptor meminit præter unum Marcellinum, l. 25. Aut, Erecto & explicato vexillo invadite Babylonem[n]. Sed harum expositionum neutra mihi probatur, ob verba sequentia, *firmate stationes*, *disponite custodes*, &c. quæ Medis obsidentibus frigidissimè attribuuntur, tum quia nullum iis ab inclusis periculum erat; tum quia Persæ per se satis vigilantes erant, & optimè muniti, ut docet Xenophon[o]. Vel, 2. ad Babylonios[p], obsessos, quibus opportuna erat hæc admonitio, ob summam eorum securitatem & negligentiam tempore obsidionis, (quam notant Xenophon & Herodotus:) cujus causa erat, quòd, præter latissimam & profundissimam fossam aquâ plenam, haberent mœnia 50 cubitos lata, & 200 alta. Nec sibi à fame metuebant, quippe commeatibus 20 annorum instructi. Ultimâ porrò nocte (quam h. l. præcipuè intueri Jeremiam arbitror) incredibilis erat eorum securitas, ob festum tunc summa cum hilaritate celebratum, prout etiam Xen. & Herod. testantur. Nec tamen sunt hæc verba adhortatoria ad vigilantiam, &c. sed ironica[q]. Subsannat hîc omnes conatus Chaldæorum ad defensionem urbis suæ[r]. Sed malim illis exprobrari socordiam, quàm sedulitatem in tuenda urbe irrideri, ut ex historia patet. Sed jam videamus quæ sit mens verborum, *Levate vexillum*†. [Ea diversimodè explicant.] *Levate*, &c. ut, siqui extra urbem sint vobis faventes, intelligant quo loco res sint[t]. Solent etiam obsessi vexillum tollere in signum fiduciæ, &c[v]. Al. Erigite in mœnibus vexillum, quò cives militésque confertim exciatis, & mœnia propugnatoribus impleatis, ob imminentem aut exspectatam oppugnationem[x]. ¶ *Augete* (vel, *Roborate*, Mo. Ch. sim. P. M. JT. Ca. &c. vel, *Statuite*, Sy.) *custodiam*] Vigiles in portis & mœnibus[y]: submissis novis vigilibus, qui fessis succedant[z]. ¶ *Levate* (vel, *Statuite*, JT. Pi. Calv.) *custodes*] Vel, *vigiles*, JT. Pi. Disponite procubitores extra portas[a]. ¶ *Præparate* (vel, *Comparate*, JT. Pi.) *insidias*] Vel, *insidiatores*, JT. Pi. Mo. i. e. Vel, 1. subsidiarios, quibus accurrendum esset sicubi atrox pugna in unum inclinâsset locum : vel, 2. militem paratum ut faciant in oppugnantes hostes eruptionem[b]. Mittite eò speculatores, qui hostium vires ac consilia explorent[c]. ¶ *Quia*, &c. כִּי גַם זָמַם יְהוָה גַּם עָשָׂה וגו׳] *Nam &*, vel *etiam*, (vel, *Attamen*, G.) *cogitavit Jehovah, etiam fecit*, &c. P. vel, *facturus est*, &c. JT. Pi. Geminatio augmentum habet, q. d. Non modò cogitavit, sed & perfecit[d].

13. *Quæ habitas*, שֹׁכַנְתִּי י hîc est adjectitium[x]. ¶ *Super aquas multas*] i. e. Ad Euphratem[f], (qui urbem non tantùm alluebat, sed & cingebat, & in multos rivos divisus multas quasi insulas effecit[g],) fossas ingentes, lacum magnum; de quibus vide Abydenum & Herodotum[h]. ¶ *Locuples in thesauris*] Quos ex gentibus devictis corrasisti[i]. [Ca. verò hæc verba cum præced. sic reddit, *O quæ in humore copioso habitas, facultatibus abundans*.] Opibus affluis, ut arbor in humido loco[k]. ¶ *Venit*, &c. בָּא קִצֵּךְ אַמַּת בִּצְעֵךְ] *Venit* (vel, *Adest*, Ti.) *finis tuus*, Mo. P. JT. &c. (vel, *exitium tuum*, G.) *finis*, sive *terminus*, (vel, *modus*, Ti. Ca. *mensura*, Pi. *cubitus*, Mo. Calv. &c. *Cubitus* erat mensura communissima[l], & hîc accipitur pro qualibet mensura[m]. Vel, quæ est *mensura*, h. e. retributio[n]: vel, pro *mensura*, JT. secundùm *mensuram*, pro כְּאַמַּת. Ellipsis τῆς כ, ut Ezec. 4. 12. וְעֻגַת *Et* (sub. *ut*) *placentam*——*comedes eum*. Sic 2 Par. c. 3. v. 16. *fecit catenas* בַּדְּבִיר *in oraculo*[o].) *avaritiæ tuæ*, M. Ti. G. &c. ut Exod. 18. 21[p]: vel, *desiderii*, V. sim. Mo. *oppressionis*, P. *quæstûs*, JT. Pi. i. e. tempus à Deo præscriptum quo opprimi debeas[q]; vel, quo Deus modum statuit avaritiæ tuæ[r]. Intellige quoad effectum, quòd scilicet Deus facultatem nocendi auferet, & libidinem compescet; non quòd correcta erat intemperies, & infinita gentis illius cupiditas †.

14. *Per animam suam*] i. e. Per seipsum, ex collat. Heb. 6. 13[t]. ¶ *Replebo te hominibus* (i. e. militibus[v]) *quasi brucho*] Bruchus est genus locustarum quæ ingenti agmine terras invadunt. Vide Nah. 3. 15[x]. Hostium multitudinem opponit copiæ civium[y]. ¶ *Celeusma*, הֵידָד] *Celeusma*, Mo. JT. i. e. canticum triumphale[z]: *canticum vindemiale*, Calv. q. d. Milites illi cohortabuntur se mutuò ad te perdendum, ut vindemiatores dum calcant uvas, &c[a].

15. *Qui fecit terram*, &c. "עֹשֵׂה וגו׳] *Faciens terram*, &c. Calv. Nempe, *qui fecit*, &c. Angl. *Is qui fecit*, &c. Ga. Juravit *is qui fecit*, &c. Pi. sim. JT. L. Angl. Is scilicet est qui hæc dicit, nè dubitetis quin implere possit[b].

16. *Dante eo vocem*, &c.] i. e. Tonitru[c]. Repetit hæc ex Jer. 10. 13[d]. Celebrat hîc Dei potentiam, ubi agit de perdenda Babylone, nè de ea re dubitarent fideles, &c *.

17. *Stultus factus est*, &c.] Hic versus & 18. & 19. repetuntur ex Jer. 10. 14, 15, 16[f]. ubi eadem verba habentur[g].

20. *Collidis*, &c. "מַפֵּץ וגו׳] *Malleus* (vel, *Malleus spargens*, Mo. vel, *Ut malleus*, M.) *es*, vel *fuisti*, *mihi*, P. Pi. &c. Alloquitur vel, 1. Cyrum. Vide suprà 50. 23. *Tu mihi pro malleo frangente*, &c[h]. Vel, 2. Babylonem[i]. Ostendit Propheta Babylonis opulentiam non fore obstaculo quò minùs Deus illam perdat, quia illa non se extulit propriâ virtute, sed Deus illâ usus est ut malleo, &c. ideóque idem eam diruere potest[k]. ¶ *Et ego*, &c. "וְנִפַּצְתִּי וגו׳] *Et conteram* (vel, *Ut dissiparem*, JT. *Nam dissipavi*, Pi. *Conquassavi enim*, M.) *per te gentes*, P. &c.

23. *Agricolam &*, &c. וְצִמְדּוֹ] *Et jugalem* (vel, *jugales*, M. *jugum*, Pi. *jugum boum*, P. Sy. sic Ch. boves qui trahebant jugum[l]: vel, *par equorum*, V. *jumentum*, Ti.) *ejus*, Mo. *cum jumentis suis conjugatis*, JT.

24. *Et* (vel, *Igitur*, Ti. *Jam*, JT. *Sed*, Pi.) *reddam Babyloni*, &c.] Repete, *per te*[m].

25. *Ecce, ego* (vel, *me*, JT. Pi. Ti.) *ad te*, (vel, *contra te*, M. JT. Pi. vel, *tibi*, Ti. Ca. sub. *minitor*, Ca. vel, *ad te venio*, G. *Ego quidem*, vel *certè*, missurus sum *contra te* milites meos, Darium scilicet & suos[n];) *mons pestifer*, הַמַּשְׁחִית] *Perditionis*, voce activè sumptâ[o]. *Corrumpens*, P. *perditor*, JT. Pi. *perditissime*, M. *perniciose*, Sy. Ti. Babylonem *montem* vocat, non à situ, qui erat humilis[p]; vide suprà v. 13. & Gen. 11. 2, 9[q]: sed quòd esset fortis & inexpugnabilis[r], elata & excellens †; ob altitudinem dignitatis & potentiæ super reliquas civitates[t]; ob regiam sublimem, &, ut Berosus loquitur, montibus persimilem[v]; ob ædificiorum molem[x], magnifica palatia, turres altissimas, hortos pensiles fornicibus impositos, &c[y]; ob vastitatem murorum, qui in crassitudinem 50, in altitudinem 200, cubitos regios capiebant, testibus Herod. l. 1. num. 178. Diodor. 1. 68, 69. Strab. 16. 738. Curt. 5. 1. Plin. 6. 26[z]. *Pestiferum* vocat, quòd multis gentibus exitio fuisset[a]. ¶ *Evolvam* (vel, *Devolvam*, P. M. JT. &c.) *te de petris*] i. e. De munitio-

munitionibus tuis, quæ inexpugnabiles sunt & inaccessæ, instar rupium[b]: vel, de muris tuis altissimis[c]. ¶ *In montem combustionis*] Ità Mo. M. &c. vel, *exustum*, Ti. *incendii*, Pi. vel, *ruderum ex incendio*, JT. sim. M. Calv. Pi.&c. Ut sis Ætnæ similis, aliisque montibus ignem vomentibus[d]. Reddam te similem urbi quæ conflagravit*.

26. *Et non tollent* (vel, *Ut non accipiant*, Ti.) *de te lapidem in angulum*, &c.] i. e. Quem collocent in præcipua parte ædificii[f]. Nulli lapides ædificio utiles tibi restabunt[g]. Non reædificaberis[h]. Per *lapidem pro angulo* intelligitur Regnum[i], vel Rex[k]; & per *lapidem pro fundamento*, Rex[l], vel Princeps[m]. Sic in Ecclesia Christus *lapis angularis*, Apostoli *fundamenta*[n]. q.d. Nunquam nascetur in te qui sit Rex aut Imperator[o].

27. *Levate signum*, &c.] Belli: i.e. Vos, Angeli, omnes illas gentes ad bellum animate[p]. ¶ *Regibus* (Heb. *regna*, JT. Pi. &c.) *Ararat, Menni & Ascenez*] De his locis nihil certi haberi potest[q]. Sed satis notum est exercitum Darii fuisse collectum ex diversis gentibus, & quidem remotis. Et forsan significare voluit Propheta, barbaras quoque & incognitas gentes convocandas ad perdendam Babylonem[r]. *Reges* hìc intellige tum Reges, tum Principes†. *Ararat*, i.e. Armeniæ[t], majoris, sive montosæ[v]. *Reges Ararath*, i.e. *Cordyæi*: קרדו hìc Chald. ut & in Diluvii historia, sicut diximus in Annotatis ad l. 1. V. R. C[x]. Pro מני, *Minni*, Chald. hìc habet *Armeniam*; forsan non malè: videtur enim *Armeniæ* vox conflata ex הר־מני, id est, *mons Mini*, sive montana Minyadis. Quam Armeniæ partem fuisse suspicor, Gordyenæ proximam, à qua deinceps tota Armenia appellatur[y]. *Menni* videtur esse Armenia minor, vel inferior[z]; vel, regio Minyarum in Armenia, de qua Jos. Antiq. 1. 4[a]. *Qui in Minyade*. Vide Damasceni locum in Annotatis ad l. 1. V. R. C. Hinc dicta videtur *Armenia* ארם מני, *Syria Minyados*. Nam Armeniam sub nomine *Aramæo* olim comprehensam notat Strabo. Chaldæus hìc habet חור מני, *cavernam Minyados*. Sic Chaldæi Armeniam vocant, quia montibus clauditur. *Tangit Mediam*, ut Plinius notat: & Reges eorum cum Cyro fuêre, ut notavimus 50.41[b]. Per *Aschenaz* intelligitur vel, 1. tota regio Gotthica, quæ est Septentrionalis, & accedit ad Scythiam: vel, 2. tota Germania; ità Judæi hujus ætatis[c]: vel, 3. Asia, ut reddit Hieros. Interpres ad Genesin. In ea est Ascania, pars Phrygiæ & Mysiæ, & alia loca paris nominis, quæ congessimus in dictis Annotatis. Idque verum puto; quanquam Chaldæus hoc loco posuit הדב, [imò הדיב, ut sequitur,] quæ Thalmudicis הדיב, i. e. *Adiabene*[d]. Asiam minorem intelligo. Vide Genes. 10. 3*. Vel, 4. Carmania: ità Onk. in Genesi pro qua Germaniam perversè intellexerunt Rabbini[f]. Has autem regiones omnes antè fuisse à Cyro occupatas quàm Babylonem invaderet, testantur omnes historiæ[g]. ¶ *Taphsar*, טפסר] *Principem*, Mo. P. M. &c. *imperatorem*, JT. Pi. Ca. *nobilitatem*, Ti. *ducem*, V. *satrapam*; q. d. Facite ut ex Regno Satrapia fiat. Frequens est Hebræis in barbaris vocibus literas transponere, ut notavimus ad Marc. 14. 3. Itáque ex *Satrapa* factum est *Taphsar* hìc, & Nah. 3. 17. Persæ eos vocabant אחשדרפנים, ut videre est Esth. 9. 3. Hinc ἐξατράπην fecit Theopompus, Græci alii σατράπην, ut diximus ad Matt. 18. 10. Et quia Angeli, ut ibidem diximus, sunt veluti satrapæ Dei, ideo vox טפסר pro *satrapa* ponitur à Jonathane ad Deut. 28. 12. quod apparet collato ejusdem Jonathanis loco ad Gen. 30. 22[h]. ¶ *Adducite equum* (vel, *equos*, M. Ca. &c. Enallage sing. pro plur[i].) *quasi*, &c. כילק סמר] *Sicut bruchum horripilantem*, Mo. sim. P. M. &c. vel, *horribilem*, Strig. vel, *vastantem*. שמר *vastare*. [Pro quo per errorem scriptum סמר sentire videtur.] Pro ש autem ponere ס, est Chaldaismus. Bruchi terras devastant, Nah. 3. 15. Joel. 1. 4. & 2. 25. Idem faciebant Chaldæi equites[k]. Vel, *aculeatum*, Vulg. At bruchi aut locustæ non habent aculeos[l]. Imò tale aliquid habent in caudis, si fides Aristot. 5. 28. & Plin. 21. 29[m]. Habent aculeos in cauda, pedibus & ore[n]. Sed quorsum in *locustarum* aut *bruchorum* genere ילק dicatur hìc סמר *horrens*, aut *horripilans*, quæri potest, cùm locustæ & bruchi depiles sint. Hinc quidam locum aliter reddunt[o]. *Hirsutarum erucarum* [Anglicè caterpillers] *similes*, Ca. sic Ang. & Petrus Robertus in BA. q.d. Adducite equos horridos & densissimos[p]. Non placet. 1. Volatus, qui τῷ ילק tribuitur Nahum 3. 16. erucæ deest. 2. Eruca nihil habet quo hostiles turmas referat*. Al. ילק est *melolontha*[q], quæ est viridis scarabæi genus quoddam aureo colore splendens[r], sic dicta, quasi *pomorum pernicies*: quæ etiam dicitur *chrysocantharus*, quasi *aureus scarabæus*, quia figurâ scarabæum, aurum colore, imitatur†. Non placet. 1. Quia ילק veteres constanter ponunt inter locustarum genera. Exempla vide Psalm. 105. 34. Joel. 1. 4. & 2. 25. Nah. 3. 15, 16. 2. Quia hoc nodum non solvit; quia melolontha non minùs glabra est quàm locusta aut bruchus, ideóque non magis ὀρθόθριξ dici potest[r]. Verùm melolontha advolans, assiduâ & veloci pennarum quaternarum pariter agitatione, herinacei spinis undique exstantibus hispidi speciem referre videtur. Ipsáque hæc imago hastatas equitum turmas, aut sagittas, tanquam aculeis armatas, graphicè exprimit[v]. *Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?* Quid, quæso, alæ molles, & in extremo obtusæ, commune habent cum hericii aculeis? Deinde, idem fingi potuisset de locustis aut bruchis, quibus etiam sunt alæ quatuor, quarum agitatio æquè crebra est. Ut ergò solvatur hæc quæstio, duo respondeo. 1. Non certò constat locustas omnes esse glabras & depiles. In Alcamo vocari reperio *cornu locustæ pilos duos quos habet in capite*; quorum ratione *horrere*, aut *horripilare*, quidni dicatur, cùm eos sursum erigit? Quomodo de hæmorrhoo scribit Ælian. Histor. 15. 13. *Tanquam quibusdam cornibus caput inhorrescit*. Sed & locustæ descriptionem poeta magni nominis Claudianus ità incipit, *Horret apex capitis*——Et in tractatu Talmudico Cholin fol. 75. locustarum aliæ dicuntur habere גבחת, aliæ non habere: גבחת autem, quod pro gibbo, qualis est cameli, &c. accipit Baal Aruch, alii, in quibus Glossator, *calvitium* reddunt. Adde quòd mysticis illis locustis [in quibus alludi ad locustas naturales vix quisquam dubitabit,] *crines*, &c. tribuuntur Apoc. 9. 8. Sed & Arabes bruchi genus *orphan* vocant, ab *orph*, *juba*. Et in Alcamo *alchantharpho* vocatur *locusta, quæ coquenda depilatur & mundatur*. Quæ vera est explicatio, cùm *alchanthorp* etiam dicatur *qui barbam suam vellicat*. Ex quibus planè sequitur, locustas quasdam hispidas esse & hirsutas. Quod nostri interpretes ignoraverunt. 2. ילק סמר necessariò non significat locustam ὀρθόθριχα, cùm non solis capillis, sed & toto corpore, horreamus, & David dicat, *Horruit præ metu tui caro mea*. Potest igitur horrere etiam locusta depilis; ut cùm, horrore hostis imminentis & metu periculi perculsa, ad defensionem se parat. Quare rectè Propheta equos, vel equites, in Babylonem ingruituros confert cum *locustis horrentibus*, tam numero, quàm consilio vastandi omnia. Quid si verbale nomen סמר, *samar*, quod alibi nusquam occurrit, non tam *horrentem*, quàm *horrendum*, sonat, & cuivis intuenti horrorem incutientem? In locustarum agmen id apprimè quadrabit, quo ingruente, omnes *incolæ terræ contremiscunt*, Joel. 2. 1. Hinc Hesychius, ex aliquo poeta, ut suspicor, Βρέτλανα φοβερά, *locusta horribilis*. [Huic conjecturæ favent versiones Ti. qui sic se habet, *sicut locustarum examen horridum*, & Strig. qui sic, *tanquam bruchos horribiles*.] Nunc dicemus quid veteres de hac voce senserint. Græci, quos sequitur Arabs, hìc habent, *ut locustarum multitudinem*; quasi pro סמר, legerint ספר, vel מספר. Chaldæus verò, pro ילק סמר, habet וחלא דמצלהב, *bruchum splendentem*. Sed quid hoc ad ὀρθότριχα? Forsan, pro סמר, legit סגור, quod est *aurum*, Job. 28. 15. & passim, ut *aurei coloris*, & *auri instar fulgens*: quales sunt Arabicæ, de quibus Ælian. Hist. 10. 13. Ità dici potuit מצלהב, *splendens*; vel, unâ literâ minùs, מצהב, *aureo colore fulgens*. Syrus solùm habet, *ut bruchum*, voce סמר prorsus omissâ, sive illam non legerit, sive non intellexerit[x]. Conferuntur inter se *equi* & *locustæ*, ut hìc, ità & Joel. cap. 2. vers. 4. & alibi, respectu vel, 1. multitudinis, ut Psal. 105. 34. Nah. 3. v. 15: vel, 2. motûs, quo subsultim eunt, & huc illuc vagantur[y]. Equos Persarum hìc denotat[z], qui in bello erectas & horrentes attollunt jubas, quasi aculeos bruchorum[a]. Equos hos locustis comparat, non ob

b V. c G. d G. * V. f V. g G. h Pi. sim. i Calv. k V. l G. ex Ch. m V. n G. ex Ch. o G. p V. q G. r Me. sim. Calv. r Calv. † G. t M. V. Calv. M. &c. v V. sic Jun. x G. y BP. 1. 3. 22. z V. Jun. a Me. b G. c V. d G. * Jun. f G. g Jun. h G. i G. sim. Ang. k G. l BA. 2. 4. 2. 457. m Ang. n Me. o BA. ib. 451.

p Ca. * BA. ib. q Jun. Ful. r Ful. misc. 5. 9. pag. 2477. in append. Crit. † BA. ib. r BA. ib. v Ful. ib. x BA. ib. 456, 457. y Ang. z T. a I. Me.

ob robur, aut belli peritiam, sed ob multitudinem. Sed quia locustæ sunt contemptibiles, adjungit סָמָר; q. d. Sint quidem locustæ quoad turbam, sed interea qui sunt formidabiles, quasi habeant pilos horribiles [b].

28. *Reges Mediæ*] i. e. Regem & Principes [c]; vel, satrapas, qui multis provinciis præerant, & regionibus tributariis: nam Monarchia Medorum longè latèque se extendit, ut multi Reges Dario parerent [d].

29. *Commovebitur* (vel, *contremiscet*, Mo. P.) *terra*] Ità Ch. Pi. &c. scil. Chaldæorum *. q. d. Jam incipiunt timere, nec audent manus conserere cum hostibus, sed continent sese in munitionibus suis †. ¶ *Quia*, &c. כִּי קָמָה עַל בָּבֶל מַחְשְׁבוֹת יְהוָה] *Quia* (vel, *Quum*, Ti. JT.) *firmata est* (vel, *exsurrexit*, M. *exsurgerent*, Ti. *præstabitur*, JT. Pi. *firmabitur*, G. i. e. eventum habebit [f],) *super*, vel *contra*, *Babel cogitationes* (vel, *cogitatio*, M. *unaquæque cogitationum*, Pi. JT. sic V.) *Domini*, Mo. P. sim. Calv. Antithesis concinna hìc est inter motum terræ, & stabilitatem consilii Dei [g].

30. *Cessaverunt—à prælio*] Vel, *Desinent—pugnare*, JT. Pi. Urbs enim non vi aut tumultu, sed astu & silentio, capta est, siccatis vadis, ex consilio duorum eunuchorum Balsasaris, qui ad Cyrum transierant, &c [h]. *Cessârunt*, præ timore, aut lassitudine [i]. Non ausi sunt urbem defendere [k]. ¶ *Habitaverunt* (vel, *Sederunt*, Mo. *Desederunt*, Ti. sim. JT. Pi.) *in præsidiis*] Vel, *munitionibus*, Mo. P. &c. Non ausi egredi ad pugnandum [l]. Al. Receperunt se in Borsippa urbem munitam. Vide Berosi locum [m].

31. *Currens*, &c. רָץ לִקְרַאת וגו׳] *Cursor in occursum cursoris*, vel *obviàm cursori*, (vel, *certatim cum cursore*, Sy.) *curret*, vel *currit*, *& nuncius in occursum nuncii*, Mo. P. M. &c. vel, *& index obviàm indici*, JT. Pi. Nuncii rerum malarum alii alios consequentur [n]. Alii euntes [ad Regem] aliis redeuntibus occurrent [o]. ¶ *Capta est civitas—à summo*, &c. מִקָּצֶה] *A fine*, vel *termino*, vel *extremitate*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Di. Calv. G. sub. *una*, M. vel, *ab angulo*, sub. *uno qui pertinet ad Euphratem* Per alveum Euphratis capta fuit Babylon, qui per medium ejus fluebat. [p] In una parte κατὰ τὰ ἔσχατα τῆς πόλεως, (*circa extremitates urbis*,) ut ait Herodotus: quod adhuc nesciebant illi qui cum Rege in media erant urbe, ut ex eodem Herodoto & Aristotele modò retulimus [q]. Hoc completum fuisse tam profani scriptores quàm Daniel testantur. Non mirum cursitâsse nuncios, &c. quia Babylonii securi erant [r], & Cyrum, qui diu obsesserat eam, irridebant, & securè epulabantur †. Nullus enim erat ingressus. Muri adeò alti erant & densi, ut nec hostes conscendere eos, nec arietes labefactare, possent, &c [t]. Al. *à summo ejus*, Ch. *ex omni parte*, Sy. *ab extremitate*, i. e. undique, ut suprà 50. 26. Vide ad Ezec. 33. 2 [v]. Sed nullus locorum ab eo productorum probat hanc vocem universitatem indicare, hic autem locus omnium minimè: quòd autem valet *à fine*, vel *extremitate*, negari non potest. Et favet usus cursorum hìc indicatus, frustrà sanè, si urbs ab omni parte capta esset, meritò autem, si ab uno fine; quia summâ erat urbs hæc amplitudine, & regioni similior quàm civitati, inquit Aristoteles Polit. 3. 2. adeò ut referant quidam historici, urbe jam per triduum captâ, id aliquibus urbis partibus incognitum fuisse [x]. Al. Propheta cùm cursores & angaros Regi missos hìc memorat ad nunciandum urbis captæ casum, Rex non solùm in urbe non fuit, sed & ab urbe longissimè. Quum enim Cyrus adventaret Babylonem versùs, Rex Babyloniæ, (nempe non Balthasar, qui inter epulas Babylone à convivis occisus, sed) Nabonidus, ei occurrit cum copiis quas colligere potuit, & ab eo fusus cum paucis fugit ad oppidum Borsippum, quò etiam Cyrus, captâ Babylone, dirutisque ejus mœnibus, eum persequutus est, eique capto & vitam donavit, & provinciam Carmaniæ *. Sed hæc narratio nec cum aliis hujus capitis locis congruit, nec cum Xenophonte, qui centum, nec cum Herodoto, qui ducentis, ante Berosum annis scripserunt. Veredarii etiam quorum hìc meminit Propheta non erant equites, sed pedites, &c †.

32. *Et*, &c. וְהַמַּעְבָּרוֹת נִתְפָּשׂוּ] *Et* (vel, *Item*, Pi. *Sed &*, M.) *vada* (vel, *aditus*, Sy. *angusti aditus*, JT. *ingressus* fluminum, Ti. *transitus*, Ca. V. sub. *ex Euphrate in urbem*, V.) *occupata* (vel, *comprehensa*, Mo. *occupati*, Ti. &c. *præoccupata*, G. ex Vulg.) *sunt*, P. M. &c. Inventus transitus per abacti Euphratis alveum [y]. ¶ *Et*, &c. וְאֶת הָאֲגַמִּים וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, JT.) *stagna* (vel, *arundines*, sive *juncos*, Mo. P. vel, *carecta*, Ti. *stagnorum carecta*, M. Apud Euphratem & Nilum crescunt arundines magnitudine arborum [z]. *Paludes*, G. ex Vulg. Sy. Munimenta τῶ ἕλεος, (*paludis*:) cujus ἕλεος meminit Herodotus. Ea munimenta sunt τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη, (*exteriora urbis mœnia*,) Beroso [a]. Sub. *hostes*, JT.) *exusta sunt igni*, Calv. sic JT. Pi. Exhaustâ aquâ: Nam Cyrus Euphratem ab urbe corrivâsse aliò, & per alveum ingressus esse, dicitur [b]. Metaphoricè loquitur Propheta, & vada siccata significat, perinde acsi quis lignum exureret igni [c]. Quid significantiùs dici poterat, quàm stagna, quæ vix exhauriri posse videbantur, ità exsiccata, ut igne exusta videri possent *? Persa, exustis carectis ex alveis fluminum, ut expeditior esset via ad urbem, occupavit eam [d]. *Stagna* hìc vocat sinus Euphratis, qui Babylonem partim alluebant, partim interfluebant *.

33. *Filia Babylonis quasi*, &c. כְּגֹרֶן עֵת הִדְרִיכָהּ עוֹד מְעַט וּבָאָה וגו׳] *Tanquam area*, Mo. P. M. &c. (sub. *est*, Pi. Ang. &c.) *tempus calcare eam*, Mo. (vel, *calcandi eam* P. sic Calv. *trituræ ejus*, Ti. sic M. *triturandæ ejus*, Ca. sub. *est*, P. Ca. vel, *adest*, Ti. M. vel, *eo tempore quo illa calcari solet*, Pi. nempe ut induretur & æquabilis reddatur, atque ità præparetur ad trituram [f]. Vel, *tempore quo calcat eam*, scil. *calcator*, i. e. quo calcatur & trituratur. Affixum fœm. gen. rectè refertur ad גֹּרֶן, est enim fœmin. Deinde, sicut דוּשׁ, *triturare*, est Syris, *calcare*, ut & Hebræis; ità דָּרַךְ est, *calcare*, & *triturare*, non Hebræis tantùm, sed & Syris. Vide 1 Cor. 9. 10 [g].) *adhuc paululum*, Mo. P. Pi. sim. M. (sub. *est*, Pi. vel, *brevi adhuc tempore*, Ti. sim. Ca.) *& veniet* (vel, *quum veniet*, Pi.) *ei tempus messis*, Mo. P. &c. i. e. tempus trituræ, quo scilicet quasi triturabuntur à Medis & Persis [h]. *Messis* est interfectio civium; *tritura*, quæ messem sequitur, dissipatio urbis [i]. *Tritura* sequitur *messem*, hìc verò præcedit; quòd *messis* referatur ad civitates Babyloniæ, quæ primùm fuerunt depopulatæ; *tritura* verò in Babylone fuit facta [k]. Sensus est, Sicut area, quum calcatur, plena est frugibus; ità nunc est Babel [l], opulenta scilicet [m]: at adest tempus messis ejus, quo succidetur omnis ejus prosperitas [n]: brevi spoliabitur divitiis, ut agri segetibus tempore messis [o]. Est hìc ordo inversus: priùs enim est messis, deinde tritura. Per *messem* intelligit spoliationem bonorum, & civium cædem: Ut enim falx segetes, sic gladius Persarum Chaldæos demetet [p]. Babylon hìc confertur *areæ*, in qua, quasi in theatro, conterendi erant Chaldæi; vel, quia non fuit longo tempore calcata, sicut area non calcatur per 9 menses anni: at, inquit, veniet tempus messis, quo area percutietur. Tritura apud Orientales fuit tantùm messis tempore [q]. [Alii locum aliter reddunt, vel distinguunt.] *Est similis areæ, in qua fruges teruntur. Messis ejus citò veniet*, Strig. *Quasi area: tempus ad trituram ejus adhuc modicum: nam adventavit tempus messionis ejus*, G. *Est similis areæ, cujus triturandæ tempus imminet, ejusque vindemia jamjam instat*, Sy. [JT. versum sic reddunt, *Nam sic ait Jehova*——*qui filiam ipsam Babyloniæ sicut aream tempestive solidat*, (Heb. *tempore calcat*, Jun.) *Adhuc paululum, tum adveniet tempus messis ei*,] i. e. quo messis quæ intrò comportata est per administros Dei triturabitur [r].

34. *Comedit me*, &c.] Verba Sionis †, ut statim apparebit [t], ex v. seq [v]. ¶ *Quasi vas inane*] h. e. Me prorsus exhausit [x], & spoliavit [y]. ¶ *Quasi draco*] Sic Mo. P. &c. qui integrum sæpe animal devorat [z]: vel, *balæna*, G. ¶ *Ventrem*; ità Mo. &c. כְּרֵשׂוֹ] *Ingluviem suam*, JT. Pi. ¶ *Ejecit* (vel, *Expulit*, Mo. M. &c. *Evomuit*, G.) *me*] Ità P. Postquam omnes apothecas suas implevit bonis meis, postea me ex hac terra depulit [a]. Instar lupi, postquam satiatus fuerit usque ad fastidium, reliquias ejecit [b].

35. *Iniquitas*, &c. חֲמָסִי וּשְׁאֵרִי וגו׳] *Violentia* (vel, *Rapina*, Mo. P. *Iniquitas*, G. *Præda*, Q. in V. *Injuria*, JT. Pi. *Depopulatio*, Ch. sim. Sy. *Substantia direpta*, M.) *mea* (passivè, i. e. quam passa sum [c]: vel, *mei*, Mo. P. vel, *quæ fit mihi*, JT. Pi. vel, *adversùm me*, G. ex Vulg.) *& caro*

[b] Calv. [c] G. [d] Calv. * Pi. G. &c. † V. [f] G. sim. V. [g] Calv. [h] Calv. [i] Mc. [k] G. [l] V. [m] G. [n] G. [o] Mc. sim. Ang. ex He. [p] V. [q] G. [r] Calv. † Calv. ad v. 30. [t] Calv. [v] Di. [x] Ang. * Scal. ad Beros. ex Gl. † Ang.

[y] G. [z] V. [a] G. [b] Ca. [c] Calv. * Scal. in Gl. [d] V. * Pi. [f] Pi. [g] Di. [h] Pi. [i] G. [k] M. [l] Di. [m] V. [n] Di. [o] V. [p] Me. [q] Calv. [r] Jun. † Ca. Me. sim. G. [t] G. [v] Me. [x] Calv. [y] Pi. [z] Calv. [a] G. ex Ch. sim. Me. [b] Calv. [c] Calv. sim. Ang.

mea (vel, *carni meæ*, JT. Pi. i. e. consanguineis, ut Rom. 11. 14[*]; vel, *carnem meam*, G. sub. *sunt*, P. vel, *clamant*, M. *veniat*, Pi. *recidat*, JT.) *contra* (vel, *in*, Ti. JT. vel, *super*, Mo. P. Pi. &c.) *Babel*, Calv. &c. Sensus est, Malum quod Babylon mihi & aliis popularibus meis intulit ipsi superveniat[f]. Rapina opum mearum[g], & caro interfectorum meorum[h], vel, abductio hominum de Judæa[i], debent imputari Babyloni[k], & contra eam vindictam clamant[l]. *Injuria*, &c. i.e. pœna illius injuriæ[m]. [Ca. locum sic vertit, *Crudelitatis adversùm me carnémque meam autor est Babylon.*] ¶ *Et sanguis meus*, &c.] i. e. Cædis meæ autor est[n]. Vel, pœna sanguinis mei effusi[o].

36. *Propterea hæc dicit Dominus*] Precibus populi sui hunc in modum respondet[p]. ¶ *Ulciscar ultionem tuam*] i. e. Quâ tu eos ulcisci potes jure[q]. Sumam pœnas de Babyloniis ob injuriam tibi illatam ab illis[r]. ¶ *Et*, &c. וְהַחֲרַבְתִּי וגו׳] *Et* (*Ideo*, JT. *Nam*, Pi.) *siccare faciam mare ejus*, Mo. i.e. vel, 1. affluentiam omnium bonorum ejus †: q. d. Exhauriam & deprædabor infinitas ejus opes. Quod immensum est comparat mari[t]. Vel, 2. Euphratem[v], fluvium nobilem, & mari similem[x], quo munita erat[y].

38. *Simul* (vel, *Pariter*, vel *Unà*, Pi.) *ut leones rugient*] Vel, 1. Medi[z], præ ferocitate[a], vel alacritate invadendi[b]: vel, 2. Babylonii, præ dolore[c]; vel potiùs, in festivitate illa de qua vide ad v. 31[d]. q.d. Magno clamore festum agent diem eo ipso tempore quando urbs capietur. Herodotus, τυχεῖν γὰρ σφι ἐοῦσαν ὁρτήν[*].

39. *In*, &c. בְּחֻמָּם וגו׳] *In calore eorum* (vel, *Cùm incaluerint*, V. Pi. Ti. sim. JT. G. sub. *vino*, V. Ti.) *ponam* (vel, *disponam*, T. JT. *apponam*, Pi. sub. *in malum*, V.) *convivia* (vel, *potiones*, JT. Pi. vel, *compotationes*, Ti.) *eorum*, Mo. P. &c. q. d. dabo illis aliud quod bibant[f], nempe calicem iræ meæ[g]; ut Esa. 51. 17. Jer. 25. 15. & 49. 12. Thren. 4. 21[h]. Sensus, In convivio Baltasaris, Dan. 5. 1. efficiam ut convivium illud (quod plur. *convivia* vocat, quòd instar multorum esset, ob rerum omnium copiam[i],) sit illis perniciosum[k]. Solebant diebus festis convivia agitari: & hoc Babylone factum cùm urbs caperetur narrant Xenophon & Herodotus[l]. Al. *Hos ego convivio calefaciam*, &c. Ca. Efficiam ut potus Chaldæorum sit egregiè calidus, &c[m]. Permittam eos genio indulgere, vino incalescere, &c. unde sequetur ebrietas, & mors[n]. ¶ *Inebriabo eos, ut sopiantur*] Sic ο΄. & Ch. in G. Ca. Legerunt scil. non יַעֲלֹזוּ, sed יְעֻלְּפוּ[o]. ¶ לְמַעַן יַעֲלֹזוּ] *Ut exsultent*, Mo. P. JT. Pi. Calv. &c. h. e. ut lasciviant, & securi sint[p]. *Ut sint hilares*, Strig. Angl. *Exsultent*, non, ut ebrii, ex lætitia, sed ex metu hostium[q]. ¶ *Somnum sempiternum*] Sim. JT. Pi. Ca. vel, *seculi*, Mo. P. &c. i.e. somnum mortis. Chaldæus sensu sublimiore hæc refert ad mortem secundam: *Moriantur*, ait, *morte secundâ, & non vivant in seculo futuro.* Confer Apoc. 20. 6, 14. & 21. 8[r]. ¶ *Non consurgant*] Nempe ad hanc vitam †.

40. *Ad victimam*; ità M. לְטָבוֹחַ] *Ad mactandum*, Ti. sim. Mo. *ad occisionem*, P. sim. JT. Pi. V. &c. i. e. ad locum ubi jugulentur[t].

41. *Quomodo capta est Sesach?*] i. e. Babylon[v]; vel, dea Babylonis[x]. Vide ad Jer. 25. 26[y]. *Sac*, vel *Sesac*, erat nomen deæ, à qua festum Σακίας, sive Σακίαι ἡμέραι, quæ eodem ferè modo celebrabantur Babylone ut Saturnalia Romæ[z]. Per quinque dies cuique licuit quod libuit: domini servis parebant; & in qualibet domo unum elegerunt, quem *Zoganem* vocârunt, quem veste regiâ induerunt, qui omnibus dominabatur, &c. Porrò, Babylonem hoc nomine compellat, ut significet urbem eo tempore capiendam, &c[a]. ¶ *Inclyta*, &c.] Heb. *laus—terræ*: i.e. omnium urbium terræ celeberrima[b]; decus Orientis[c].

42. *Ascendit——mare*] i. e. Summa calamitas, quæ mari comparari solet[d]: immensus exercitus Medorum, &c *.

43. *Civitates ejus*] i.e. Monarchiæ Babylonis[f]: vel, urbes inferiores, ei tanquam matri subditæ; sicut urbes Judæ vocantur *urbes Jerosolymæ*, Jer. 34. 1[g]. Al. Constabat Babylon ex duabus urbibus, interiore, & exteriore[h]; quæ Euphrate divisæ sunt[i].

44. *Super Bel*] Nobilissimum Babyloniorum idolum[k]. ¶ *Et*, &c. וְהֹצֵאתִי אֶת־בִּלְעוֹ וגו׳] *Et educam*, vel *extraham*, *deglutitionem ejus*, &c. Mo. vel, *quod deglutivit*, &c. P. Pi. sim. M. JT. &c. vel, *bolum ejus*, &c. Ti. Ca. victimas & ferta[l]; gazas Templi[m], & donaria[n] Belo oblata[o]. Huic enim plurima & pretiosa donaria obtulerunt, tum ipse Nabuchodonosor, vide 2 Par. 36. 7. Dan. 1. 2. Euseb. Præpar. Evang. 9. 40, 41[p]; tum alii certatim, ut ipsi Chaldæis adularentur: ut quum floreret Romanum Imperium, Græci, Asiatici, Ægyptii, &c. coronas aureas, &c. Jovi Capitolino miserunt, &c[q]. Sensus loci, Faciam ut Bel & ejus cultores evomant quæ absorbuerant, bona nempe Judæorum aliarúmque gentium[r]. Spolia autem Babyloniorum idolo adscribit, vel, quòd ipsi adscriberent ei omnes suas victorias; vel potiùs, quòd ab aliis desumpta munera ei offerrent †.

46. *Et nè*, &c. וּפֶן יֵרַךְ וגו׳] *Et nè fortè mollescat*, &c. Mo. P. &c. sub. *Ego autem dico vobis*: vel, ו abundat[t]. *Et videte nè*, &c. JT. Pi. Angl. Ellipsis qualis Genes. 3. 22[v]. Exod. 13. 17. Deuter. 8. 12[x]. Nè productiore Chaldæorum tyrannide deficiat cor vestrum, scitote non diu protractum iri[y]. ¶ *Et* (vel, *Et nè*, Pi.) *timeatis auditum*, &c.] i. e. Famam belli quod parant Persæ[z]. Nolo, inquit, ad primum rumorem belli statim fugiatis. Dicam vobis tempus[a]. ¶ *Veniet in anno* (sub. *altero*, M.) *auditio*] Vel, *rumor*, P. M. Primo anno erit rumor Cyrum parare bellum in Babylonios †. ¶ בַּשָּׁנָה] *In anno uno*, JT. Pi. *eodem illo anno*, Sy. ¶ *Et post*, &c. וְאַחֲרָיו בַּשָּׁנָה וגו׳] *Et post eum* (vel, *postea*, P. JT. Pi.) *in anno*, &c. Mo. M. P. &c. sub. *sequenti*, M. vel, *in anno altero*, &c. JT. Pi. Pro vocibus *uno* & *altero*, est articulus[b]. *Et post hunc annum auditio.* Cyro jam progresso in Assyriam, & Gyndem amnem in multos rivos lacerante[c]. Sensus loci, Alius atque alius rumor veniet: vel, Rumorem belli subsequetur alius major rumor. Obscurè docet tempus expugnandæ Babylonis. Balsasar tribus annis regnavit. Primo belli rumor sparsus est; secundo advenerunt Persæ; tertio expugnata est Babylon[d]. ¶ *Et*, &c. וְחָמָס וגו׳] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *violentia* (vel, *injustitia*, V. *rapina*, P. sim. Mo. *depopulatio*, M. *crudelitas*, Ca. sub. *erit*, vel *fiet*, P. Pi. &c.) *in terra*, Calv. Pi. (vel, *in terram*, JT. nempe Chaldæorum*.) Propter famam imminentis belli exsistent in Babylonia iniquitates, seditiones & factiones[f]. Tertio anno Babylonia suas pœnas feret, quas Hebræi חָמָס vocant, ut videre est Psal. 7. 17[g]. Vel, *in orbe*, Ca.) *dominator* (sub. *veniet*, V. P.) *super dominatorem*, Calv. Mo. &c. q.d. Brevi temporis spatio frequentes erunt dominatores, Baltasar, Darius, Cyrus[h]. Cyrus Dario succedet[i]. Cyrus Nabonnidum expellet[k]. Vel, *contra dominatorem*, Ang. sim. Sy.

47. *Dies veniunt*, &c.] Clariùs sic, *Quia tunc*, tertio illo anno, *venerit tempus*, &c. G. ¶ *Confundetur*] Nihil virium habebit[l]. Pudefient videntes deos suos nihil posse[m]. ¶ *Interfecti ejus cadent*, &c.] Ità Calv. sim. JT. Pi. Meliùs, *Saltatores ejus*, &c. Sic חָלָל sumitur Jud. 21. 21, 23. 1 Sam. 18. 6. & 21. 11. 1 Reg. 1. 40. in quibus locis Græci χορεύειν (*saltare*) posuêre. Babylon à Cyro capta tempore festivo, &c[n]. [ut ante notatum.]

49. *Et quomodo*, &c. גַּם בָּבֶל לִנְפֹּל וגו׳ גַּם לְבָבֶל נָפְלוּ וגו׳] Geminatum גַּם locum nonnihil obscurat[o]. Ad verb. *Etiam Babel ut caderent interfecti* (vel, *ad cadendum vulneratos*, Mo.) *Israel*; *etiam in* (vel, *ad*, Mo.) *Babel ceciderunt occisi universæ terræ*, V. Mo. *Siquidem Babel fuit causa ut caderent interfecti Israel: etiam propter Babel ceciderunt*, &c. P. M. sic Mar. Itaque non est mirum si cuncti lætentur de clade ejus, quæ cunctos vastavit[p]. *Per Babylonem ceciderunt strati Israelitæ; per eandem Babylonem ceciderunt cæsi totius orbis*, Ca. Al. *Et Babyloni cadendum est, ô confossi Israelis, & cum Babylone casuri sunt confossi totius terræ illius*, JT. Ad verbum esset sic, *Etiam Babylon affecta est ad cadendum*, h.e. casura est. Cui versioni ille modus loquendi suffragari videtur. Sed huic versioni obstare videtur apostrophe illa ad confossos: quippe quos alloqui consolandi causâ absurdum est: istis autem verbis consolatio continetur, ut patet. Malim sic vertere, *Sicut Babylon fecit ut caderent confossi Israelis:* (ad verb. *Etiam Babel affecta fuit ad cadere faciendum confossos Isr.*) *sic Babyloni cadent*

confossi

confossi totius terræ illius. Vox לִנְפֹּל, quæ est conjugationis Kal, posita est pro voce לְהַפִּיל, in conjugatione Hiphil. Simile exemplum quoad literas est Num. 5.22. sed ibi addita sunt puncta conjugationis Hiphil q. *Sicut Babylon* (sub. *fecit*) *ut caderent—sic Babyloni*, vel *ex Babylone, cadent*, &c. q. d. Justa hæc erit eorum merces, ut pereant qui alios perdiderunt r. *Ut Babylon stravit desideratos Israelis, sic Babylonis desiderati sternentur per universam terram*, Ti. *Siquidem Babel effecit ut caderent— & ob id Babyloniorum interfecti ceciderunt in universa terra*, Q. in V. *Ut Babel fuit in casum*, sive *ruinam, interfectorum Israelis*, (i.e. hoc moliebatur, hoc unum egit, ità ut omnia loca Judæis referta essent;) *ità apud*, vel *ex*, vel *in*, *Babel cadent*, &c. Belg. Ostenditur justitia Dei, ob quam meritò ei laudes & gratiæ canentur †.

50. *Qui*, &c. "פְּלֵטִים וגו] *Evasores* (vel, *O qui evasistis*, JT. Pi. &c.) *à gladio*, Mo. P. &c. Vel, 1. Chaldæorum r, in excidio Jerosolymæ v: vel, 2. Medorum x; q. d. Vos Judæi, qui secundùm hæc monita fugeritis à Babylone metu gladii Persici y. Significat talem fore stragem quæ etiam multos involvat ex populo Dei, prout plerique ex iis meriti sunt z. ¶ *Recordamini procul*] Vel, *à longe*, P. V. sim. JT. Pi. Nempe, vel, 1. in Babylone, quæ longè distat ab Hieros a. q. d. quamvis procul à Deo abstitis, & ablegati sitis b: vel, 2. post multos, h.e. 70, annos c. In memoriam revocate pristinum cultum, &c d. ¶ *Jerusalem ascendat super cor vestrum*] Ità Mo. P. &c. veniat vobis in mentem *, & memoriam f; vel, vobis cordi sit g. Interim fugientes estote memores Templi & urbis, ac dicite apud vos quæ sequuntur h. Templum Dei præferte toti mundo, & nusquam quiescite, donec Deus restituerit vos ad cultum suum i.

51. *Confusi*, &c. בֹּשְׁנוּ] *Pudefacti sumus*, Calv. &c. vel, *eramus*, Strig. [Alii aliquid supplent:] Et dicite, (vel, Dicendo, JT. vel, Si dicatis, Pi.) *Puduit nos*, V. vel, *Erubescimus*, JT. Pi. Putant dictari Israelitis formulam, ut alacriùs se ad reditum accingant, & per omnes difficultates pergant. Malim Prophetam hoc loqui per anticipationem, sive concessionem, in persona fidelium; q. d. Scio vos dicturos, Pudefacti sumus, Templo & urbe eversis, &c. & quid nobis superest? hæc materia desperationis k. Est responsio Judæorum, q. d. Pudore afficimur cùm recordamur Jerof. & opprobriorum, &c l. ¶ *Quoniam* (vel, *quod*, JT.) *audivimus opprobrium*] i. e. Injuriam illatam Deo & Templo ejus m. Puduit nos quoties Chaldæi nobis objecerunt servitutem nostram n: quia Chaldæi multis nos probris vexârunt o. ¶ *Quia venerunt alieni*, &c.] Nempe Chaldæi p. q. d. Maximè verò cùm nobis objectarent se Templum incendisse q, (quæ unica erat gloria nostra r;) quasi Religio nostra res erat nihili †. [Alii locum sic explicant:] q. d. Pudeat vos Ecclesiam Dei incultam & desertam esse, & à vobis adeò negligi, & ab exteris propter peccata & ignaviam vestram proculcari; ac proinde resipiscentiam vestram coram Deo & Ecclesia his verbis testatam facite, Ecclesiámque sanctitate doctrinæ & vitæ à maledictis & malefactis adversariorum vindicate *.

52. *Propterea*] Propter has Judæorum querelas †. ¶ *Visitabo*, &c.] Ut vindictam exerceam de eorum diis, & ostendam, me quidem puniisse qui me neglexerant, illos autem deos salutem præstare nequîsse iis qui ipsos quàm maximè coluerunt t. ¶ *Mugiet*, &c. יֶאֱנֹק חָלָל] *Gemet* (vel, *exclamabit*, JT. Pi.) *occisus*, P. Calv: h.e. moriendo, sive afflando animam, edet gemitus v: vel, significat in hac cæde Chaldæorum magnum fore ejulatum x. Vel, *confossus*, JT. Pi. *saucius*, Mo. sim. M. Ca. Ubique jacebunt faucii gementes y; idolis ipsos eripere non valentibus z.

53. *Si* (vel, *Cùm*, Mo. *Etiamsi*, JT. Pi.) *ascenderit* (*ascenderet*, JT. &c.) —*in cœlum*] Altitudine murorum a; vel, honore & potestate b. ¶ *Et*, &c. וְכִי תְבַצֵּר מְרוֹם עֻזָּהּ] *Et cùm* (vel, *Et si*, P. M. *Et quamvis*, Pi.) *munierit*, vel *muniret*, (vel, *roboraverit*, V. *stabiliret*, Strig.) *excelso* (vel, *sublimitate*, Ti. *per altitudinem*, Q. in V. *in excelso*, M. Strig. *altum*, Pi. *munitissimum*, JT.) *robur suum*, Mo. &c. sim. M. Strig. vel, *excelsum roboris sui*, P. sim. V. Calv. &c. i. e. cinxerit se muris crassissimis & altissimis c; arces in summa cœli parte faceret. Exaggeratio d. ¶ *A me* (sub. *tamen*, V.) *venient*, &c.] Nihil magis impedit nos nè amplectamur promissiones Dei, quàm ubi reputamus quid naturaliter fieri potest, quid sit probabile. Sed iniquum est, potentiam Dei metiri nostro sensu *.

54. *Vox clamoris*] H e, pro, Ingens clamor, sub. *audietur* †. ¶ *Contritio magna*] i.e. Clamor, qui excitari solet in oppressione, exaudietur f.

55. *Perdidit* (vel, *perdet*, P. &c.) *ex ea vocem magnam*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *magnificam*, i. e. immodicam gloriationem g: vel, *strepitum magnum*, Ti. sic Sy. strepitum tanti populi in Babylone, quem Deus interfecto populo quiescere fecit h. Quia magna turba magnum tumultum facit, *vocem* pro *turba* accipit: q.d. Ubi nunc est magnus tumultus, erit magnum silentium, occisis civibus i. Al. Ronchos illos abstulit k. Tollet inconditos illos bacchantium clamores, &c. Vide v. 38, 39. & Esa. 22. 2 l. Al. robur (ejus scilicet, Angl.) cum *voce magna*, JT. Pi. Angl. Vox *robur* suppletur ex v. 53 m. ¶ *Et*, &c. "וְהָמוּ וגו] *Et* (vel, *Nam*, Pi. sic M. *Etiamsi*, JT. *Posteaquam*, V. vel, *Quia*, Calv.) *sonabunt* (vel, *sonuerunt*, M. Ti. *sonuerint*, V. *fremant*, JT. *frement*, Pi. *tumultuabunt*, Mo.) *fluctus eorum*, &c. Mo. &c. scil. qui Babylonem vastant n; nempe Persarum & Medorum, qui erumpent tanquam impetuosi fluctus o. Calamitates ipsorum efficient ut longè alium edant sonum, qualem plangentes litora fluctus. Vide supra 42 p.

56. *Apprehensi* (vel, *deprehensi*, Calv. G.) *sunt*, &c.] Cùm minimè id cogitarent q. Urbs enim sic capta fuit, ut nemo potuerit resistere r.

57. *Inebriabo*] Sub. *calice iræ meæ*: i.e. sumam pœnas de illis; vel, auferam illis mentem †. Alludit ad ultimum illud epulum Dan. c. 5. v. 1. quo urbs capta est, &c t.

58. *Murus*, &c. חוֹמוֹת בָּבֶל הָרְחָבָה עַרְעֵר תִּתְעַרְעָר] *Muri* (vel, *Murus*, M. Ti. Calv. &c. *Murus uterque*, JT.) *Babel latus* (vel, *ille latus*, M. sic Pi. *ille densus*, Ti. *latissimus*, JT. vel, *magnæ*, Strig. *latæ*, Angl. ut ad Babylonem, non ad muros ejus, referatur v;) *confringendo confringetur*, Mo. P. vel, *diruendo diruetur*, Ti. sim. V. *dissolutione enervabitur*, M. *dissipando dissipabitur*, Calv. *planè nudabitur*, JT. Pi. Hypallage, Murus nudabitur, pro eo quod est, Solum nudabitur muro x. Al. *Ad muros Babel quod attinet, latissimus* (nempe murus) *nudando nudabitur*, Di. Heb. *muri*. Erant enim terna mœnia circumdata urbi interiori, exteriori totidem, ut Berosus nos docet. Meritò autem additum *latissimi* y: quia murus tam latus erat, ut quadrigæ inter se concurrentes tutò commeare possent z. Latus erat 50 pedes, *in singulos pedes tribus digitis mensurâ ampliore quàm erat Romana*, inquit Plinius a: imò 50 cubitos b, (& quidem cubitos regios, i. e. vulgaribus majores tribus digitis c,) ut ex Herodoto, Strabone, Diodoro Siculo discimus d. Idem murus altus erat 200 cubitos *: ambitus autem ejus erat stadiorum 365 Diodoro, l. 2. vel, 385 Straboni, l. 16. vel, 485 Herodoto, l. 1. sive, quod eòdem recidit, 60 milliarium, Plinio 6.26. Babylonii ergò securè contempserunt omnes has minas, &c f. ¶ *Et portæ ejus excelsæ*] Quæ centum erant g, eæque æneæ h, teste Herodoto i. ¶ *Et*, &c. וְיִגְעוּ עַמִּים בְּדֵי־רִיק וּלְאֻמִּים בְּדֵי־אֵשׁ וְיָעֵפוּ] *Et laborabunt* (vel, *Et fatigabuntur*, sub. *in igne exstinguendo*, V. vel, *Ità laboraverint*, JT. Pi. nempe in Babylone ædificanda*; q.d. Frustrà exstruent Babylonii ædes magnificas, quia igne absumentur †:) *populi in vanum*, Mo. (vel, *inaniter*, P. *ad nihilum*, Calv. *pro inanitate*, JT. *propter vanitatem*, Pi.) *& nationes* (vel, *homines*, M.) *in igne*, Mo. P. (sub. *restinguendo*, V. vel, *propter ignem*, i. e. propterea ut igne comburatur; non quòd hic fuerit ædificantium scopus, sed Dei omnia gubernantis *: vel, *per ignem*, M.) *& lassabuntur*, Mo. P. sim. M. Calv. &c. vel, *ac defatigati fuerint*, JT. vel [neglecto ו, quasi redundante,] *defatigatæ fuerint*, Pi. q. d. Priùs lassabuntur quàm ut illum exstinguere possint k. [Alii totum sic reddunt;] *Et quod gentes ac populi labore & fatigatione operati sunt*, Ti. *Atque ità laboraverint incassum populi, & nationes igni sese defatigaverint*: Quod opus magno cum labore fecerint, id igni flagrabit l. *Ut gentium labor sit inanis, & incendio pereat quod magno labore gentium ædificatum fuerat*, Strig. Ambitus murorum

Marginalia (left): q Pi. — r Calv. — † G. — t Q. in Ang. — v V. Mc. &c. — x Pi. Ang. — y G. — z Calv. — a Pi. — b Calv. — c V. — d T. — e Pi. — f V. — g Q. in V. — h G. — i Calv. — k Calv. — l Me. — m V. — n G. — o Calv. — p Pi. — q G. — r Calv. — † G. — * Jun. — † G. — t G. — v V. — x Calv. — y G. — z Ang. — a Ang. — b L. — c V.

Marginalia (right): d G. — * Calv. — † V. — f V. — g Calv. — h M. — i V. — k G. — l Ang. — m Ang. — n Pi. — o Calv. — p G. — q G. — r Calv. — † V. — t Calv. — v Ang. — x Pi. — y G. — z BP. 4. 13. 261. sim. — a Calv. Ang. — b G. Calv. — c Pi. M. T. — d Pi. — * G. — f Mc. T. &c. — g Ang. — h BP. ib. Me. — i BP. ib. Calv. — * Calv. — † Pi. — † Q. in V. — * Pi. — k V. — l Ca.

murorum [ut dictum] 365 stadia complectebatur. Hominum ducenta millia singulis diebus singula stadia perfecisse leguntur, atque ità totum opus unico anno ad umbilicum perduxisse [m]. Ità frustrà laboraverint quicunque ædificationi, munimento aut exornationi Babylonis operam dederint [n], quia laborârunt in igne, h. e. ut tandem opus ipsorum incenderetur [o]. Est hîc transpositio, quæ sic optimè exponetur, *Labores populorum & gentium quæ se fatigârunt* muros struendo *in nihilum per ignem recident* [p]. בְּדֵי in בְּדֵי hîc est syllabica adjectio; ut in בְּ & מִדֵּי, pro simplicibus בְּ & מִן [q].

59. *Saraia—cùm pergeret*, &c. בְּלֶכְתּוֹ אֶת צִדְקִיָּהוּ וגו׳] *Quum is iret à Tzidkija*, Pi. sic JT. Calv. G. ex o'. missus Babylonem [r]: vel, *in legatione Sedeciæ*, Ch. vel, *pro Zedechia*, vel *loco Zedechiæ*. Legatus hic missus est, qui tolleret offensas à Babyloniis conceptas†; qui Nebuchadnetsarem defectione Tzidkijæ offensum placaret [t]. Particula אֶת valet, à, Gen. 4. 1. & 44. 4. & 49. 25. Exod. 9. 29 [v]. Al. *cum Sedecia*, Sy. M. P. Ti. Mo. Ca. Ang. qui profectus est Babylonem ut Nabuchodonosorem inviseret [x]; ut Hebræi referunt in Seder Olam: quod prorsus absurdum est [y]. ¶ *In anno quarto regni ejus*] Non temere id adjectum est, ut appareat Babylonis ruinam ab Jeremia prædictam totis sex annis antequam Babylonii Hierosolyma exscinderent, & hanc prædictionem scripto, simúlque conspicuâ quadam actione, consignatam [z]. ¶ *Saraias autem erat princeps prophetiæ*] Id est, orationis & legationis; vel, dux verbi: vel, significat ei commendatam fuisse à Jeremia prophetiam quæ statim subjicitur [a]. שַׂר־מְנוּחָה [Variant.] *Princeps* (vel, *præfectus*, Ti.) *Menuchæ*, JT. Pi. Glas. i. e. regionis *Manachath*, in fine Judæ, Benjaminis & Danis [b], cujus fit mentio in 1 Chron. c. 8. v. 6 [c]. quæ, quia tractus divisus erat inter Jehudam & Danem, dicitur plur. *Menuchothæ*: vide 1 Par. 2. 52 [d]. Vel, *munerum*, o'. Ch. Legerunt מִנְחָה, quod significat munus, non modò quod Deo offertur, sed & quod hominibus datur, Gen. 32. 13, 20, 21. 2 Reg. 8. 8. Psal. 45. 13. q. d. Fuit comes sacrarum largitionum*; vel, qui præerat muneribus offerendis Regi, eáque excipiebat†; vel, qui dona Regis populo aut militibus distribuebat [f]; vel potiùs, princeps oblationum Templi, h. e. summus Sacerdos, qualis hic fuit, 2 Reg. 25. 18. Jer. 52. 24 [g]. Vel, *militiæ*, Sy. vel, *cubiculi*, Q. in Mar. sim. Ca. in quo Rex quiescebat [h]. Vel, *recreationis*, Ti. cujus commercio uti solebat Rex quoties animum remittere volebat, à seriis negotiis respirando [i]: qui Regem per otium facetis suis colloquiis oblectavit [k]. Vel, *quietis*, Mo. P. M. Calv. i. e. pacificus [l], placido & tranquillo ingenio [m]: non ex eorum aulicorum numero qui Prophetis Dei molesti erant [n], eorúmque mandata fastuosè respuebant; sed docilis, qui tantâ facilitate mandatum Prophetæ admisit, & periculosam hanc provinciam non detrectavit. Non ergò abs re additur hæc Seraiæ commendatio [o].

61. *Et*, &c. וְקָרָאתָ] *Et leges*, Mo. Ch. sic JT. Pi. M. Ti. Calv. &c. *ut recites*, Ca. Sed non oportuit Seraiam hæc pro suggesto, vel in via publica, recitare, (ut proficerent auditores: fuissent enim bis surdi ad sermonem Seraiæ: nec probabile est tunc familiarem fuisse linguam Hebraicam Chaldæis;) sed legere in loco secreto, ut hinc colligitur, quòd jubetur colligere omnes sensus suos ad Deum, ipsúmque alloqui [p].

62. *Dices, Domine*, (vel, *Jehova*, Calv. &c.) *tu locutus es*, &c.] Ac proinde futurum id credo [q]. q. d. Neque Jeremias neque quisquam mortalium author est hujus vaticinii; sed tu, Domine, quem veracem esse statuo: ideóque coram ipso amplector quicquid lego [r]. ¶ *Nè sit qui in eo habitet*, &c.] At constat Juliani temporibus integra adhuc Babylonis mœnia superfuisse, quanquam majori ex parte habitatoribus exhausta. Sed Deus misericors sustinuit vindictam Ninive denunciatam; nec semper necesse est accidere quæ per Prophetas suos intentavit: nec semper distringit Deus in ultione gladium suum, quem in terrorem potiùs nostrum & emendationem, quàm in excidium, intentat †.

63, 64. *Ligabis ad eum lapidem, & projicies—in—Euphratem; Et dices, Sic submergetur Babylon*] Simile illud Horatii,—*Simul imis saxa renârint Vadis levata, nè redire sit nefas.* Quod de Phocæorum facto adumbratum, qui, pariter ut hîc Seraias, verbis adhibentes signum conspicuum, ut mos erat illo seculo, laminam plumbeam in mare jecerant [t]. Per lapidem jurant in hunc modum: Jurans, lapide in manum sumpto, hæc dicit, Si fidem servavero, bene mihi sit; si fallam, reliquis omnibus feliciter agentibus,——ego solus excidam, sive ejiciar, ut hic lapis. Et hoc dicens lapidem è manu projicit [v]. *Sic submergetur*, nempe calamitatibus: vide suprà 55 [x]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תָקוּם מִפְּנֵי הָרָעָה וגו׳] *Et non consurget*, vel *exsurget*, (*consistet*, V. *emerget*, Strig. sic Ca.) *à facie mali*, &c. Calv. P. vel, *à malo illo*, &c. JT. Pi. *propter malum*, &c. Ch. *præ malis*, &c. Ca. *propter afflictionem*, &c. i. e. Non poterit hostibus resistere [y]. ¶ *Et*, &c. וְיָעֵפוּ] *Et lassabuntur*, Mo. P. V. &c. sic M. Strig. sub. *cives Babel*, i. e. erunt similes hominibus lassis, qui adversariis resistere non possunt [z]. *Et deficient*, Ch. *Quamvis defatigentur*, JT. Pi. scil. Babylonii, in Babylone instauranda [a]. ¶ *Hucusque verba Jeremiæ*] Sub. *contra Babel*, Calov. vel, *de eversione Babel*, V. sim. Me. ut Jer. 48. 47 [b]. Al. Hæc est clausula non ad hanc tantùm partem, sed ad totum librum, pertinens: ut apparebit ex iis quæ jam dicemus [c]. Hinc colligimus, caput ultimum non comprehendi sub libro prophetico Jeremiæ [d]; nec ab ipso scriptum, sed ab alio viro Dei sancto additum*, ad explicationem & confirmationem præcedentium [f]. Rectiùs plerique à Jeremia ultimum caput additum esse statuunt. Sensus hujus loci est, *verba Jeremiæ*, prophetica scilicet [g].

CAP. LII.

1. *Filius*, &c.] Pro certo haberi debet, hoc caput non fuisse ab Jeremia huic loco additum. Neque enim in eodem libro repetîsset historiam antè positam, & quidem suo loco, cap. 39. & 40. Præterea, pertexitur hæc historia ad regnum Evilmeraduchi & finem usque Jechoniæ, quæ posteriora sunt temporibus Jeremiæ. Quare dubitari non debet quin primores captivorum, quos vocabant רָאשֵׁי גָלוּת, αἰχμαλωτάρχαι, hæc scripserint, ut essent εἰσαγωγὴ ad librum qui sequi Prophetias Jeremiæ solebat, i. e. ad Threnos Jeremiæ. Argumentum enim illorum planctuum his verbis continetur, quæ desumpta sunt ferè omnia ex fine posterioris libri Regum, additis quibusdam ex historia structi à Salomone Templi. Prima hæc tria commata sumpta de fine cap. 24. lib. 2. Regum [a]. Ab hoc versu ad 28. vide à 2 Reg. 24. 18. ad 2 Reg. 25. 22. nam omnia indè sunt accepta totidem ferè verbis, paucis exceptis, quæ hîc observabimus: inde desumendæ notæ [b].

3. *Quoniam*, &c. כִּי עַל אַף יְהוָה הָיְתָה בִירוּשָׁ׳ וגו׳ עַד־הִשְׁלִיכוֹ וגו׳ וַיִּמְרֹד וגו׳] *Quia secundùm iram Domini factum est in Jerusalem & Juda, donec projecisset eos à facie sua, adeóque* (ו hîc illativum est [c].) *rebellavit*, &c. Di. *Nam ira Domini urgebat Jerusalem & Judam, donec à facie sua eos abjiceret, & Zedecias defecit à rege Babel*, Strig. *Quoniam adeò iratus erat in Hierosolymitanos & Judæos Jova, ut eos ex suo conspectu abjiceret*; (Et ideo Regem bonum non daret, cujus pietate posset ab irrogando supplicio revocari, quoniam eorum puniendorum occasionem quærebat. Vide Esa. 6 [d].) *igitur rebellavit*, &c. Ca. *Quia propter furorem*, &c. i. e. Nam tantam iram conceperat Dominus, &c. ut permiserit rebellare Sedeciam, &c. Alii, *Nam cum ira Domini erat congregatio in Jerus.—donec projecit eos à facie sua: tum rebellavit*, &c. i. e. Nam, invito & ægre ferente Domino, congregatio eorum qui evaserant, nec abducti fuerant in captivitatem, erat in Jerus.—donec ejecit eos è Terra sancta, ubi facies, sive præsentia, Dei erat. Proinde rebellavit, &c. h. e. ut volente Domino ut rebellaret, abducti fuerunt*. Ità præterita peccata punivit Deus, tradendo Regem suis cupiditatibus, &c. Possunt tamen verba sic reddi, *Imò* (כִּי usurpatur per modum exaggerationis hîc, ut Esa. 32. 13. Jerem. 14. v. 5, 18.) *ad iram Domini fuit* (vel, *accessit*) *contra Jerus.—quòd* (Heb. *&*, pro *quòd*, ut Jer. 48. 12. & 49. 2.) rebel-

[m] BP. ib. [n] Jun. sim Calv. [o] Calv. [p] G. [q] BA. 1. 2. 8. 150. [r] G. † Calv. [t] Pi. [v] Ang. [x] V. [y] Calv. [z] G. [a] Me. [b] Glas. ex Jun. [c] Glas. gram. 4. 3. 4. 767. [d] Jun. * G. †V. ex Ch. [f] Q. in Ang. [g] Mar. [h] Q. in Mar. [i] V. [k] M. [l] Pi. [m] Calv. [n] Ang. [o] Calv. [p] Calv. [q] G. [r] Calv. † Scal. in Ga.

[t] G. [v] Ga. et Polyb. [x] G. [y] V. [z] V. [a] Pi. [b] Calov. [c] G. [d] Calv. * Ang. [f] Ang. sim. Calv. [g] Calov. [a] G. [b] Ma. [c] Di. [d] Ca. * V.

rebellavit, &c. Id quod Deus ità ægre tulit, ob nomen suum & fœdus violatum, &c. Plura de his verbis vide 2 Reg. 24. 20. 2 Par. 36. 13 [f].

4. *Munitiones*] Chaldæus vertit, כַּרְקוֹם, Græcâ utens voce. Est autem χαράκωμα *vallum, agger*. K. exponit, *turrim ligneam* [g].

5. *Et fuit*, &c.] Heb. *Venitq; civitas in obsidionem*. Hypallage, pro, *Obsidio venit in urbem*, i. e. obsessa est urbs [h].

7. *Ad hortum*] i. e. Pone hortum [i].

9. *Locutus est*, &c.] i. e. Tulit sententiam in eos tanquam perduellionis reos [k]. Fuerunt enim perfidi in Deum & Regem Babylonis [l].

11. *In domo carceris*; ità P. &c. הַפְּקֻדֹּת] *Præfecturarum*, Mo. JT. *inquisitionis*, ubi in reos inquiritur: Chald. *vinctorum*; o'. duriùs, μύλωνος (*molæ* [m].) ¶ *Usque ad diem mortis ejus*] Elliptica loquutio, qualis Esa. 38. 21. *Contundant* (sub. & *imponant*) *super ulcus*; ità hîc, *Posuit eum in domo*—(sub. & *detinuit*) *usque ad mortem* [n]. [Pi. locum sic reddit, *Et posuit eum in loco aliquo præfecturarum*; (Heb. *visitationum*, i. e. cui plures ministri præfecti erant ad visitandum captivos [o],) ubi mansit *usque ad*, &c.]

12. *Decimâ mensis*] At 2 Reg. 25. 8. est, *septimâ* [p]. Error haud dubiè, ex veteribus notis numeralibus, aut hîc, aut illic [q]. Quod tamen non est necesse [r]. Cursus Nabuz. [à Reblatha ad Jeros.] inchoatus erat 7. die, & finitus 10. die †. [Plura vide ad dictum Regum locum.]

13. *Omnes domos Jerusalem, & omnem domum magnam*, &c.] Vel, *nempe omnem*, &c. Copulativa hîc usurpatur, non per modum distinctionis, sed restrictionis & explicationis; qu. d. Combussit omnes domos, non quidem omnes simpliciter, sed omnes magnificas, &c [t].

15. *De*, &c. וּמִדַּלּוֹת וגו׳] *Et* (vel, *Autem*, P. Calv. *Veruntamen*, V. *Item*, Pi.) *de tenuitatibus* (vel, *tenuibus*, JT. Pi. *pauperibus*, P. Calv.) *populi*, Mo. &c. & *residuo populi*, Mo. vel, *id est*, *reliquum populi*, JT. vel, *nempe reliquias populi*, Pi. Angl. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Reliquias hominum qui in urbe supererant*, & hæc annotat,] Hunc locum redundantem emendavi ex 2 Reg. 25. 11, 12. Alioqui *plebeii* iidem & *relicti* vel *relegati* viderentur. Et sanè caput hoc multis in locis discrepat ab illo [v].

17. *Confregerunt*, &c.] Quò faciliùs portari possent [x].

18. *Et creagras*, וְאֶת הַיָּעִים] *Et hamas*, JT. Pi. Mirum quot modis hanc vocem vertant. *Creagras* hîc posuêre Græci, & Latinus: Græci alibi, χαλυπῆρα, φιάλην, θερμὰς, πυρεῖα. Latinus modò *creagras*, ut hîc, modò *forcipes*, modò *tridentes*, modò *scutras*, modò *trullas*. Quidvis potiùs crediderim quàm *scopas* fuisse, ut quidam vertunt. Neque enim tanti erant ut eas tanto itinere auferrent Chaldæi. יָעָה Hebraicè, & יְעָא Chaldaicè, est, *removere*. Id facit ut *palas* fuisse existimem [y]. De nominibus hujus versûs & sequentium vide Exod. 27. 3. & 2 Reg. 25. 14, 15 [z]. ¶ *Quæ in*, &c. אֲשֶׁר יְשָׁרְתוּ בָהֶם] *Quibus ministraverant*, JT. Pi. nempe sacerdotes in offerendis Deo sacrificiis [a].

19. *Quotquot aurea, aurea, & quotquot argentea, argentea*] i. e. Utriusque materiæ ὁλόσφυρα, (*solida*,) nullâ inanitate, nullâ admixtione [b]: integra, non confracta, ut ænea [c]. Tam aurea quàm argentea [d].

20. *Vitulos* (vel, *boves*, Mo. P. &c.) —*ereos*, *qui*, &c. אֲשֶׁר תַּחַת הַמְּכֹנוֹת] *Qui* (sub. *erant*, P. JT. &c.) *sub basibus*, Mo. P. M. Calv. JT. Imò non *sub basibus* erant, sed *sub mari*, 1 Reg. 7. 25. collat. cum 27*: bases autem non erant sub mari, sed sub minoribus lavacris, 1 Reg. 7. 27, 38 [f]. [Hunc nodum variè solvunt.] 1. תַּחַת hîc valet אֵצֶל, *juxta*, vel *prope*, *bases* [g]. 2. Inferiores maris partes hîc vocantur *bases* [h]. 3. Ellipsis est, sic supplenda, *qui erant subter*, (sub. *mare*, V. G. K. in Buxt. cujus meminit [i],) & *bases* [k]; quæ scilicet suppositæ erant conchis [l]. 4. [Alii novâ versione expediunt:] *qui erant loco*, vel *vice*, (vel, *in loco*, Pi.) *basium*, Strig. Buxt. ex Gal. & Deod. & Luth. quippe erant sub lacu, [sive mari,] 1 Reg. 7. 25. תַּחַת interdum *locum* sign. ut Exod. 10. 23. 1 Sam. 14. 9. Hab. 3. 16 [n]. ¶ *Non erat pondus*, &c.] i. e. Non potuit præ copia eorum pondus explorari †.

21. *De*, &c. וְהָעַמּוּדִים וגו׳] *Et columnas* (vel, *Et columnarum*, P. sic Ch. *Columnæ autem*, i. e. Quod ad columnas duas attinet [o]: *Columnis autem istis*, JT. *Præterea*, *ad istas columnas quod attinet*, Pi.) *octo decem cubitorum* (sub. *erat*, P. &c.) *statura*, vel *altitudo*, *columnæ unius*, Mo. P. &c. vel, *uni*, Pi. *unicuique*, JT. Al. *Columnæ tantæ erant, ut decem & octo cubitos haberet altitudo*, &c. M. Congruit hic locus cum 1 Reg. 7. 15. & cum 2 Reg. 25. 17. At in 2 Par. 3. 15. *columnæ* dicuntur esse *triginta quinque cubitos longæ*. Hanc difficultatem variè solvunt [p]. 1. Ex differentia cubitorum. Cubitus duplex erat: 1. communis; 2. sacer, qui communem palmo excedit, Ezec. 40. 5. & 43. 13 [q]. Et cùm hoc non sufficiat, alii addunt, dari tertium cubitum, dictum *præcipuum cubitum*, 2 Par. 3. 3. vel, *axillarem cubitum*, quia ab extremitate manûs usque ad axillam porrigebatur: qui communi duplò major erat [r]. Ità quidem responderent mensuræ, uno tantùm cubito vel in majore numero omisso, quia ad basin pertinebat; vel in minore numero addito, ad complendum sive rotundandum numerum. Sed de illo cubito dubitari potest, &c †. 2. Scapus columnæ erat 18 cubitos longus; basis, capitellum, corona, &c. 17 reliquos obtinebant [s]. 3. Hic locus de singulis columnis agit, ibi de utrisque simul sumptis [v]. 18 cubitos communes altæ erant [singulæ:] qui, si demas basin, faciunt [in utraque] 35 cubitos memoratos 2 Par. 3. 15 [x]. ¶ *Funiculus*, &c.] Id est, περίμετρον, sive peripheria [y]. ¶ *Grossitudo*, &c. וְעָבְיוֹ] *Et crassitudo*, vel *densitas*, *ejus*, Mo. M. JT. i. e. diameter. Omnino necesse est scribæ hîc erraverint in numero: Nam quatuor digiti non possunt facere dimetientem ambitûs octo [forsan diceretur duodecim, ut habet textus,] cubitorum in columna [z]. Admodum promptus est Grotius ad ἐγκλήματα adversùs Codicem authenticum, quasi is corruptionem passus fit [a]. Fallitur potiùs Grotius: nec enim describit hîc author diametrum columnæ, (quod superfluum fuisset, quum ea ex peripheria antè tradita facilè colligi posset,) sed crassitudinem æris per totum corpus columnæ, quæ, licèt concava esset, non prorsus solida, æs tamen ejus erat crassum quatuor digitos. Confirmatur hoc ex collat. 1 Reg. 7. 26. & 2 Par. 4. 5. ubi maris *crassitudo* (eadem vox quæ hîc habetur) dicitur esse palmaris, quum ejusdem & perimeter & diameter antè descriptæ sunt [b].

22. *Altitudo capitelli unius quinque cubitorum*] Congruit hoc cum 1 Reg. 7. 16. discrepat autem à 2 Reg. 25. 17. ubi est, *trium cubitorum*. Resp. 1. Capitelli duæ partes erant; una inferior & plana, altera superior & curiosè cælata: illa 2 cubitos, hæc 3, obtinebat: illa ibi omittitur, ut ad scapum columnæ pertinens, & hæc tantùm memoratur [c].

23. *Malogranata nonaginta sex dependentia*, רוּחָה] *Ad ventum*, Mo. Ti. sub. *omnem*, Ti. *ventum versus* spectantia, Pi. sim. Angl. i. e. opposita 4 ventis, seu plagis mundi [d]: (sic enim vox *venti* usurpatur 1 Par. 9. 24. Jer. 49. 36. Ezec. 42. 20*.) *Ad*, sive *in*, *plagam*, P. M. JT. sub. *quamque*, JT. vel, sub. *unam*, P. M. & sub. *posita*, M. *In singulis lateribus*, Ca. *ad latus* unum, V. sic Ch. Ang. *In latere*, apparenti scilicet; i. e. quæ videri poterant ab eo qui non circuibat totum illud corpus columnæ: is enim tum non videbat quatuor reliqua malogranata [f]. Sed duæ hîc occurrunt difficultates. 1. Malogranata hîc 96, at 1 Reg. 7. 20. sunt 200 in quolibet capitello, & 400 in utroque 2 Par. 4. 13. Sed hoc facilè & unanimiter solvunt. Duo, inquiunt, eorum ordines erant, unus supra alterum, & in utrovis centum. 2. Difficultas major videtur, quòd malogranata, hîc 96, debent esse centum ex collatione istorum locorum [g], & hîc statim *centum* esse dicuntur. Resp. 1. Forsan scriba erravit. 2. Vel, *centum* dicuntur ad rotundandum numerum [h]. 3. Videbantur tantùm 96; quatuor autem reliqua latebant visum: nam corpus sphæricum aspici undique non potest uno obtutu. Loquitur igitur de visis [i]. 4. Erant 96 in cujusque columnæ dimidiato latere: quæ omnia juncta ex duobus lateribus duarum columnarum faciunt *quadringenta*, ut est 2 Par. 4. 13. addito scilicet ad quodque latus uno malo Punico distinguente latera [k]. Non placet, quia nec convenit cum voce *venti*, nisi duos tantùm ventos esse velimus; nec additio istorum 8 malogranatorum numerum illum complet [l].

5. Ex voce רוחה, *ventum versùs*, percipitur coronas columnarum fuisse quadratas, ità ut singula ejus latera singulas mundi plagas spectarent [m]: malogranata autem 24 erant in quolibet latere [n]: quibus si addas quatuor illa quæ posita erant in angulis, fiunt *centum* [o].

24. *Et tulit* (sub. *è templo*, V. G. ut ostendit oppositio sequens [p],)——*Saraiam*, &c.] Alium ab illo Jer. c. 51. v. 59 [q]. ¶ *Sacerdotem secundum*] Sub. *ab eo*, V. qu. d. vicarium summi Pontificis, secundæ dignitatis ab illo [r].

25. *Septem viros*] Ità & Josephus. At 2 Reg. 25. 19. *quinque* habet †. Resp. Duo erant minùs illustres, ideóque ibi omittuntur [t]. ¶ *Et*, &c. ואת סופר שר הצבא המצבא וגו'] *Et* (vel, *Item*, Pi. *Imò*, G.) *scribam principem* (vel, *principis*, Pi. G. *primarium*, JT. & *ducem*, Sy.) *exercitûs*, sive *militiæ*, *exercentem* (vel, *qui colligebat*, P. sic M. Ch. vel, *militare faciebat*, G. ad verb. *exercitificabat*, Pi. vel, *qui habebat potestatem conscribendi exercitum*, V. sim. Ti.) *populum* (vel, *ex populo*, V. Ti. Pi.) *terræ*, Mo. &c. i.e. plebeios ejus regionis [v]. i.e. Qui cives ascribebat numeris, & delectui aderat. Vide non dissimile officium in castris Assyriis, eodem nomine סופר, Esa. 33. 18 [x]. Al. *Et Sophrem imperatorem, qui rei militaris indigenarum curam gesserat*, Ca. *Et Sopher principem exercitûs, qui experitur militaturos*, Q. in V. Sic in 2 Reg. 25. 19. *Sopher* Vulgato est nomen proprium, quod non placet [y].

28. *Anno septimo*] Regni Nabuchodonosoris, ut sequentia indicant [z]. At 2 Reg. 24. 12. est, *octavo*. Resp. Partim circa finem anni septimi, partim circa initium octavi [a]. ¶ *Tria millia*, &c.] Est hæc ea ipsa abductio prima quæ narratur 2 Reg. 24. 12,—16 [b]. tempore Joachini regnantis [c]. Sed discrepant numeri; nam ibi habes abductos plus decem millibus [d]. Resp. 1. Tria millia erant ex tribu Juda *, reliqui septem ex tribu Benjamin [f], aliísque tribubus [g]; vel, ex universa regione, in qua adhuc multi ex decem tribubus remanserant. Hanc solutionem indicat locus 2 Reg. 24. 14, 16. Cùm enim dictum esset decem millia abducta, paulò pòst tantùm septem millium fit mentio, subductis videlicet illis 3000 Judæis [h].

29. *Anno octavo-decimo*] i.e. Eo tempore cùm urbs capta est; quanquam suprà 12. & 2 Reg. 25. 8. is annus dicitur fuisse 19. unde corrigendus videtur hic locus [i]. Imò erat in fine 18. & initio 19 [k]. ¶ *Animas octingentas*, &c.] Illustriores in populo hîc recenset: alioquin universa multitudo abducta est [l].

30. *Anno vicesimo-tertio*] Quo scilicet cepit Tyrum & Sidonem [m]. Hoc in historia Regum & Paralipomenis non est. Sed omnino credibile est id factum cùm, post interfectum Godoliam, novi motus metuerentur. Vide in 2 Reg. 25. 26. & Jer. 41. 18 †. ¶ *Quatuor millia sexcenta*] Videtur mihi hic numerus æquo minor esse; ideóque suspecta & summa, & numeri præcedentes. Notæ quæ olim in libris usurpatæ facilè inter se mutantur [n]. Sed suspicio nulla est. Nam colligitur hîc tantùm numerus eorum qui hîc positi erant è tribus abductionibus [o]. Totum hoc præcisè respondet prædictis partibus [p].

[m] Pi. sim. Ang. [n] Ang. [o] Pi. Ang. [p] G. [q] Ang. [r] V. † G. [t] Ang. [v] V. [x] G. [y] G. [z] G. [a] V. [b] G. [c] Ang. [d] G. * L. E. Ang. [f] Ang. [g] L. [h] E. [i] G. [k] L. [l] E. [m] V. † G.

31. *Anno transmigrationis Joachin:* primæ abductionis, in qua abductus Joachin, sive Jechonias [q]. לגלות וגו'] *A deportatione*, &c. JT. vel, *post deportationem*, Pi. Angl. Sic particula ל hîc accipi videtur, sicut & Esa. 38. 17. Dan. 11. 6 [r]. *Captivitatis*, i.e. à captivitate †. ¶ *Vicesimâ-quintâ mensis*] At 2 Reg. 25. 27. est, *vigesimâ septimâ* [t]. Ergò in alterutro loco est lapsus librarii [v]. Sed in his ἐναντιοφανείαις satius longè est Interpretes consulere, & loca conferre, aliquando etiam nostram ignorantiam confiteri, quàm textum Sacrum corruptionis redarguere [x]. [Hæc loca sic conciliant.] Elevatus dici potuit, & die 25. quia tunc elevari cœpit cùm emersit è vinculis [y], vel, quia tunc decretum de eo elevando factum, & res ad id comparatæ; & die 27. quia tunc plenè effectum est [z], & honores illos consequutus est [a]. Rex cœpit hoc dicere 25. & adimplevit 27 †. ¶ *Elevavit*, &c.] Calamitosi sunt capite demisso. Unde, *elevare alicujus caput* est, ansam lætitiæ præbere, & eum honore afficere, sive pristinæ dignitati restituere. Chald. *magnificavit* [b]. ¶ *Ipse*, &c. בשנת מלכתו] *Anno regni sui*, P. V. &c. sub. *primo*, V. *Anno quo regnare cœpit*, JT. Pi. sim. Angl. ut, *cùm regnavit*, i.e. regnare cœpit, v. 1. simil. 2 Reg. 25. 27 [c]. Sed quæ causa hujus favoris? Resp. 1. Nabuchodonosoro cum bestiis agente, Regnum administravit Evilmerodach. Ubi autem ille, exacto septennio, Regno restitutus est, cùm audiisset filium multa peccâsse, aut de insania patris gavisum esse, illum conjecit in carcerem, ubi etiam Jechonias erat. Ibi ergò illi amicitiam contraxerunt, &c [d]. 2. Dedit illi Deus favorem apud Regem, quòd se spontè dediderat, juxta monitum Jeremiæ *. Sed nullum tale monitum legimus. 3. Si conjecturis locus esset, putarem Jechoniam adolescentem, quum abduceretur Babylonem, & fortè venustum & pulchrum, Evilmerodacho, tunc puero, gratum fuisse, utpote coætaneum ejus, & Regem [f].

32. *Locutus est cum eo bona*] Sub. *verba*: i.e. consolatus est eum blandis verbis, & affatus amicè †. ¶ *Super thronos regum*, &c.] i.e. In loco eminentiore, &c [g].

33. *Mutavit vestimenta carceris ejus*] i.e. Quibus utebatur dum esset clausus in carcere: q.d. Dedit ei vestes dignas Rege *. ¶ *Panem coram eo*] Id est, in ejus aula [h]; vel, mensa [i]: vel, significat mensam ipsi in aula paratam. Confer 2 Sam. 9. 7 [k].

34. *Et*, &c. וארחתו וגו'] *Et* (vel, *Nam*, JT.) *cibus* (vel, *portio*, P. *commeatus*, Angl. Cibum præcipuè intelligit, sed unà alia necessaria [l]. *Cibarium*, JT.) *ejus*, *cibus assiduitatis*, &c. i.e. Annona, & cibus constitutus assiduus, dabatur ei, & sine intermissione [m]. Al. *Ad cibarium verò ejus quod attinet*, (quo scilicet cibabantur ejus ministri; Heb. *Et cibarium ejus*, nominativus absolutè positus [n];) *cibarium juge datum fuit ei*, Pi.

[n] G. [o] Calov. [p] Ang. [q] G. [r] Ang. † V. [t] G. Ang. [v] Cap. [x] Bust. Vind. 2. 413. [y] Bust. [z] San. [a] Ma. [b] Bust. † V. [b] V. [c] Ang. [d] San. ex Hc. & L. * Q. in Ang. [f] Ang. † V. [g] V. * V. [h] V. [i] V. Pi. Ang. [k] Ang. [l] Ang. [m] V. [n] Pi.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
Criticorum aliorumque Commentatorum
IN
THRENOS,
Sive LAMENTATIONES
JEREMIÆ.

PROLEGOMENA. De Auctore nemo dubitat pius, cùm in Bibliis præfixum sit Jeremiæ nomen [a]. Valde fuit aptus ad tractanda τὰ παθητικὰ *(quæ affectus excitant)* Jeremias. Apparet id & ex scriptis ejus Propheticis, & indè quòd in Josiæ Regis mortem lessum fecit, ut didicimus 2 Par. 35. 25 [b]. Hi Threni iidem sunt qui in funere Josiæ conditi dicuntur 2 Par. 35. Ità statuunt Jos. Antiq. 1. 6. & Chaldæus & Hieron. & Rabanus & Mald [c]. Sed crassus hic error est [d]. Multa hîc narrantur quæ Josiæ non conveniunt. Neque eo tempore omnes hominum ordines ità vexati sunt, aut temerata sacra, &c. ut hîc refertur. Compositus ergò est hic Liber cùm gens Judæa vel obsessa fuit, vel abducta *: post urbem excisam, & populum in exsilium abductum. Deflet hîc cladem gentis suæ [f]; idque tam patheticè, ut cum hoc libro comparata tragica Senecæ, &c. vix umbræ sint & ludi [g]. Argumentum horum θρήνων, ut & LXX in capite annotârunt, excidium urbis, & deportatio populi†. Etsi hic Liber non unam tantùm calamitatem Judæorum deflet, sed multiplices, indè à Josiæ temporibus usque ad excidium Regni & populi: non dubium est tamen (ut auctor est Hezra 2 Par. 35. 25.) quin occasione mortis Josiæ à Propheta fuerit conscriptus, & Ecclesiæ traditus. Nam quum vidit Propheta (qui priùs de Regni excidio prophetaverat) Josiam occisum, &c. ex istis malorum gravissimorum primordiis lamentum conscripsit, quo tum res præsentes, tum etiam successuras alias, comprehendit, ut præmonita Ecclesia tunc resipisceret, &c*. Hic quoque Liber poeticis addendus: scriptus est enim metris [h]. Certum est, poeticis constare numeris, quanquam nihil de antiqua Hebræorum poesi certum sit [i]. Per Alphabetum hîc digesta sunt omnia, excepto ultimo capite: hâc tamen differentiâ, quòd primum, secundum & quintum [Lege, quartum, alioqui nec veritas nec sensus constat.] caput singulis literis singulos dant versus; caput tertium, tertios [k]. Factum hoc, forsan, ut faciliùs disceretur, & memoriâ teneretur [l]. Notandum autem in 2. 3. & 4. capite inversum ordinem literarum פ & ע, & פ contra morem præcedere: cujus rei non aliam possum conjectare rationem, quàm quòd Chaldæi alio ordine sunt usi quàm Hebræi; sicut & Arabes aliter digerunt literarum ordinem. Itaque primo capite loquitur Jeremias ut Hebræus; sequentibus, ut Chaldæorum subditus [m]. Sed hæc conjectura parùm probabilis est, quòd Chaldæi, Ebræas literas omnes & solas retinentes, cæteras omnes parili ordine recenseant cum Ebræis [n]. Est hic liber apud Hebræos sine nomine, nisi quòd à prima ipsius dictione nominant אֵיכָה, i. e. *Quomodo*. In Commentariis tamen appellant eum קִינוֹת, *Lamentationes* [o]. A LXX autem dicuntur θρῆνοι, quod *lamentationes*, seu *fletus*, significat [p].

[a] San. [b] G. [c] San. [d] Calv. * San. [f] Calv. [g] Proleg. in Bib. mit. † G. * Jun. [h] G. [i] San. [k] G sim. V. [l] V. ex M. [m] G. [n] Calov. [o] V. ex M. [p] V.

CAP. I.

1. QVomodo sedet (i.e. vel, permanet [a]; vel, jacet, sive prostrata est [b]; vel, sedet humi [c], more lugentium [d], ut Esd. 9. 3. Lam. 2. 10*: vel, *sedit*, Mo. ὁ. *mansit*, Ar. *desidet*, JT.) *sola* (vel, *solitaria*, M. JT. Ar. &c. i.e. infrequens, orbata liberis, sive civibus [f],) —*plena*, &c? רַבָּתִי עָם] *Multa* (vel, *copiosa*, P. *amplissima*, JT. sim. Pi. sub. *quondam*, P.) *populo*, Mo. &c. aliquando *populosissima*, Ti. Interrogatio admirantis [g], & commiserantis [h], & rei indignitatem notantis [i]. q. d. Quo tanto scelere hominum, quâ tantâ indignatione Dei, fieri potuit [k]? Respondet huic descriptioni nummus temporibus factus similibus, i. e. Vespasiani, ubi Judæa sedet plorans sub palma, in forma captivæ [l]. ¶ *Quasi vidua*] Derelicta à sponso suo; i.e. vel Deo [m], vel Rege [n]. ¶ *Domina*, &c. רַבָּתִי וגו׳] *Multa* (vel, *Ampla* illa, Pi. *Magna*, M. Ti. V.) *in gentibus*, vel *inter gentes*, Mo. Pi. &c. cui scilicet tributa pendebant gentes, Ammon. Moabitæ, Palæstini, &c [o]. ¶ *Princeps* (vel, *domina*, P. Ti. *præcipua*, Ar.) *provinciarum*] Vel, *inter provincias*, JT. Pi. Illa urbs quæ Ammonitis, Moabitis aliísque imperaverat [p].

2. *In nocte*] q. d. Non modò interdiu, sed & nocte [q], quæ tamen nobis concessa est ad quietem [r]. Vel, *nocte*, quæ, ob solitudinem, vacationem à labore†, tenebras [t], & silentium, aptior est lacrymis [v]. Vel, *in nocte*, nempe afflictionis, ut Amos. 5. 8, 18, 20 [x]. ¶ *Lacrymæ ejus in*, &c. עַל לֶחֱיָהּ] *Super* (vel, *in*, M. vel, defluunt *in*, P. sim. JT. Pi. vel, sunt *super*, Ang.) *genas* (vel, *maxillas*, P. JT. Pi. sic Mo. M. &c. Ità quidem vox significat, sed hîc impropriè accipitur [y].) *ejus*, Calv. Ang. ¶ *Amici ejus*] Vicinæ gentes [z]; ut Idumæi [a], vide ad Psal. 137. v. 7 [b]. Moabitæ [c], Assyrii & Ægyptii, olim confœderati ejus [d].

3. *Migravit* (vel, 1. in Babyloniam, eò deportatus *: vel, 2. ad vicinas gentes [f], ad quas sponte fugerunt [g],) —*propter*, &c. מֵעֹנִי וגו׳] *Præ afflictione*, vel, *propter afflictionem*, &c. Mo. P. M. Ti. &c. i. e. Vel, 1. eò quòd *ipsa afflixit pupillos & viduas, & cum duritia tractavit servos Hebræos*, V. ex Ch. Vel, 2. quia oppressi erant, vel à suis Regibus [h]; vel ab hostibus, propter quorum tyrannidem dispersi sunt Judæi huc illuc: id hîc significat, deinde gradatim progreditur ad exsilium [i]. Vel, 3. *præ afflictione*, sub. à Chaldæis perpessa [k]. Al-

per

[a] Q. in Ang. [b] Me. Calv. [c] Ang. [d] Ang. sim. Me. * Ang. [f] Me. [g] Pi. sim. Me. Calv. [h] Pi. [i] Calv. [k] T. [l] G. [m] San. [n] Ang. [o] M. [p] G. [q] Pi. [r] Calv. sic Pi. † Me. T. [t] T. [v] Me. [x] Ang. [y] Calv. [z] Me. Ang. [a] G. Ang. [b] G. [c] Ang. [d] Ang. sim. Calv. * Pi. [f] T. sim. Me. Calv. [g] Jun. sim. Calv. [h] Mar. [i] Calv. [k] Q. in V.

per afflictionem, &c. מ hîc, non *præ*, sed *per*, sign[l]. [Strig. locum sic reddit, *Juda captiva detinetur in calamitate & tristi servitute*. Ca. sic, *Relegatâ præ miseria servitutisque magnitudine Judæâ*.] ¶ *Apprehenderunt eam inter*, &c. בין המצרים] *Inter angustias*, Mo. P. Ti. JT. Calv. Ca. &c. propriè, *angiportus*, M. V. vel, *macerias*, M. ex K. V. duas, unam hinc, & alteram indè [m]; unde nequeat effugere [n]. Metaphora à venatoribus, vel latronibus, qui prædam suam in angustiis locis invadunt, &c [o].

4. *Lugent*] q. d. Desertæ, solitariæ, infrequentes sunt [p], quasi lugerent [q]. ¶ *Quòd non sint qui veniant ad*, &c. מועד] Ad *solennitatem*, P. M. JT. &c. vel, *solennitates*, Pi. vel, *statas ferias*, Ti. V. Pascha, Pentecosten, Scenopegiam [r]. Deest ל, vel אל †. Al. ad Templum, quod *solennitas Dei* vocatur Psalm. 74. 4, 8 [t]. ¶ *Et ipsa*, &c. והיא מר־לה] *Et ipsa* (sub. *est*, M. Ca, JT. Pi.) *amaritudo ei*, Mo. vel, *sibi*, JT. Pi. vel, *in amaritudine*, M. *in mœrore*, Ca. Affligit se amarissimo dolore [v]. *Et ipsi amaritudo est*, P. *Et quod ad ipsum attinet, amaritudo est ei*, si מר nomen sit, ut 1 Sam. 15. 32; vel, *amarum est ei*, si verbum sit, ut esse potest. Vide Ruth 1. 13. *Amaritudo*, pro gravi dolore, sive afflictione [x].

5. *In capite*] Ità Mo. M. vel, *in caput*, P. Ti. JT. Pi. &c. i. e. Superiores sunt, & dominantur ei [y]. ¶ *Locupletati sunt*; ità ό'. Ar. שלו] *Prosperè* (vel, *feliciter*, Ti. Ca. *tranquillè*, JT. Pi.) *egerunt*, P. M. vel, *agunt*, JT. Pi. Ca. *habitaverunt in pace*, V. ¶ *Ante*, &c. לפני צר] *Coram hoste*, JT. Pi. simil. P. Ti. Calv. &c. non, ab hoste fugientes, ut Deut. 28. 25. sed, abacti instar jumentorum, ut 2 Par. 28. 5, 8 [z]. sequentibus hostibus qui eos abducebant captivos [a].

6. *Omnis decor ejus*] i. e. Pulchræ vestes [b]; vel, Regnum [c]. Nudata est omnibus ornamentis, Templo, Regno sacerdotali, &c [d]. ¶ *Velut arietes*, &c. ità ό'. Ar. כאילים וגו'] *Ut cervi* (timidi *, & veloces, præcipuè urgente penuriâ [f],) qui *non inveniunt*, vel *invenerunt*, (i. e. non habent; *non inveniri*, pro, *non esse*, ut Luc. 17. 18 [g].) *pascuum*, P. Calv. &c. ¶ *Absque fortitudine*] Ità Mo. vel, *viribus*, M. Pi. quibus se defenderent [h]. ¶ בלא־כוח] *Imbelles*, Ca. *languidi*, Sy. [Ti. hoc, cum præcedentibus verbis nonnihil transpositis, sic reddunt, *Abeunt ante persequentem, quòd nullus superstit vigor.*]

7. *Recordata est* (vel, *Recordatur*, JT. Pi. G.) *Jerusalem dierum afflictionis suæ*] Ità Mo. P. &c. Quam nunc patitur [i]. Significat eam in splendore suo fuisse quasi ebriam, nec satis reputâsse Dei beneficia: nunc autem, quasi ex veterno suo experrectam, sensisse unde ceciderat [k]. ¶ *Et*, &c. ומרודיה] Vocem hanc deducunt, vel, à רוד, quod sign. *conqueri*, vel *migrare*; vel, à מרד, *deficere* †. [Hinc variant.] *Et rebellionum*, vel *prævaricationum*, *suarum*, Mo. V. Quæ causæ malorum [l]. Al. *& indigentiarum*, &c. P. vel, *penuriæ*, &c. Calv. *ploratuum*, &c. JT. *gemitûs*, &c. Calv. *exsiliorum*, &c. Pi. *transmigrationis*, &c. M. *punitionis*, &c. Sy. *paupertatis*, &c. Mar. ¶ *Desiderabilium suorum*] Ità Mo. P. &c. nempe, pacis, victoriarum, fertilitatis, prophetiarum, &c [m]. Supplendum hîc, *&*: i. e. Simul tempora felicitatis suæ cum his temporibus comparat [n]. Memoriâ præteritæ felicitatis gravior apparebat hæc calamitas [o]. ¶ *Diebus antiquis*] Significat continuam seriem & diuturnum cursum beneficentiæ Dei [p]. [Q. hoc cum præced. sic reddunt;] *Jerusalem recordatur hoc tempore quàm misera & deserta sit, & quàm multa bona olim habuerit*, Strig. *Veniunt Hierosolymæ in mentem cùm dies afflictionis suæ, & rebellionum suarum, tum omnia expetibilia sua, quibus usa est retro temporibus*, Ti. *Recordatur Hierosolyma suæ miseriæ, querimoniarúmque tempore suas præteritorum temporum tot jucunditates*, Ca. ¶ *Deriserunt*, &c. שחקו על משבתה] *Rident*, vel *riserunt*, vel *deriserunt*, *cessationes* (vel, *super cessatione*, He. in V. *propter cessationes*, Pi.) *ejus*, JT. nempe, non veteres illas lætas, quum sanctificarent in patria Sabbatum: sed tristes illas in exsilio, quibus cogebantur cessare ab obeundo cultu Dei, &c [q]. Vel, quòd cessaret totus ille decor antè nominatus, nempe Principes & res omnes desiderabiles [r]. Vel, quòd cessaret lætitia ejus †. Vel, *de contritione ejus*, Sy. vel, *super habitationes ejus*, ό'. vel, *sabbatum*, sive *sabbata*, *ejus*, P. V. G. ex Vulg. Calv. sic Ti. Mo. &c. i. e. ritus omnes veræ Religionis [t]; omnia festa, omnem cultum Judaicum [v]. Non dubium est quin Gentes probrosè jam objicerent Judæis, ipsos Sabbatum agere; q. d. Ecce, nunc est tempus colendi Dei, licet vobis longum Sabbatum & continuum agere. Simili ironiâ Deus perstringit Judæos Levit. 26. 33, 34, 35 [x]. Solebant Gentiles irridere Judæos ob Sabbatum, &c [y]. Ut Agatharcides, l. 1. contra Appion. ubi vocat φαῦλον ἐθισμὸν, (*pravum morem*.) Seneca apud Augustinum de Civit. Dei. 6. 11. *ubi septimam partem* [vitæ vel temporis ait] *sic perdi vacando*. Plutarchus de Superstitione, & Rutilius in Itinerario [z]. Persius sat. 5.—*at cùm Herodis venêre dies, unctaque fenestra, Labra moves tacitus, recutitáque sabbata palles*. Juvenal. sat. 5. de Judæo, —*cui septima quæque fuit lux Ignava, & partem vitæ non attigit ullam*. Et Judæi sæpe dicti sunt *Sabbatarii*; ut Martial. 4. 4. & Lucian. de Scribenda historia [a]. Mirum verò non intellexisse eos quantæ esset utilitatis aliquos esse conventus ad docendam veram pietatem, cùm alibi templa essent sine ulla institutione, scholæ sine ulla pietate [b].

8. *Peccatum* (vel, *Perpetuò*, Ti. vel, *Graviter*, Pi. vel, *Flagitium*, Sy.) *peccavit*] Ità Mo. P. &c. vel, *perpetravit*, JT. Ti. i. e. Gravissimè peccavit [c]: dignissima est his pœnis. Non luget cladem patriæ, ut increduli, (qui Deum sævitiæ accusant; ut Virgilius, *Postquam res Asiæ Priamique evertere gentem Immeritam visum superis*— & ——*ferus omnia Jupiter Argos Transtulit*——) sed Deum justum esse vindicem clamat, &c [d]. ¶ *Propterea instabilis*, &c. לנידה היתה] *Fuit* (vel, *facta est*, Calv. Pi. G. ό'. Sy.) *in derisionem*, P. vel, *commotionem*, Mo. V. Calv. sub. *capitis*, *gentibus*, quæ deridentes eam commoverunt caput *. Vel, *horrori*, Sy. *lapsationi*, Ar. *in fluctuationem*, ό'. vel, *in migrationem*, i. e. dejecta est è patria [f]. *Abacta est in transmigrationem*, M. vel, *captivitatem*, V. variè *jactata est*, Ti. *ut separata*, i. e. ἡ ἐν ἀμωλύσμῳ, (*mulier menstruata*.) Nam impuritates legales figuram habent impuritatum animi. Vide infrà v. 17 [g]. *Tanquam mulier ex menstruo immunda*, Pi. *tanquam ex immunditia separata est*, JT. i. e. Quia peccavit in Deum, conjugem suum, Deus abjecit illam, & separavit à se, ex ceremonia Legis, Lev. 12. & 15. Allegoricè enim hæc dicuntur [h]. ¶ *Viderunt ignominiam* (vel, *nuditatem*, Mo. JT. *turpitudinem*, P. sim. Ti. *obscœna* Ca.) *ejus*] Ità M. Id est, ità contumeliosè tractatam, ut mulieres quibus omne tegumentum detrahitur [i]; ut scorta hoc pacto publicæ pœnæ & ignominiæ exposita [k]. ¶ *Ipsa*, &c. גם היא נאנחה ותשב אחור] *Etiam* (vel, *Unde &*, M.) *ipsa gemit*, (vel, *suspiravit*, Mo. *gemens*, Calv.) *& avertit se* (vel, *conversa est*, Calv. Mo. &c.) *retrorsum*, JT. Pi. præ pudore [l]: ut solent fœminæ verecundæ [m]. q. d. Dejicitur omni spe restitutionis [n].

9. *Sordes* (vel, *Immunditia*, Mo. M. Ti.) *ejus* (nempe sanguinis menstrui, ex collat. vers. præced *.) *in*, &c. בשוליה] *In fimbriis ejus*, Mo. P. M. Ti. &c. sub. *heret*, Pi. Undiquaque manat & conspici se dat profluvium ejus. Perstat in comparatione [o]. Exponunt vel, 1. de culpa [p]: q. d. Sine omni verecundia peccavit, similis facta mulieri impudenti, quæ non veretur menstruum sanguinem in fimbriis publicè circumferre [q]. Iniquitas ejus redundat, & omnium oculis patet [r]. Impudenter se prostituit ad omnia flagitia †. Etiam sub extremam cladem publicè fornicabatur [r]. Vel, 2. de pœna: q. d. Ignominia & miseria ejus occultari nequeunt, quin omnibus appareant; acsi mulier laboret tali profluvio, ut sanies diffluat usque ad extremas partes vestium [v]. [Ca. hoc cum sequent. sic reddit, *Laciniis habet sordibus coinquinatas*,] immemor eorum quæ ei sunt à tergo. Per lutum agitur in exsilium, & ità urgetur à prædonibus ut respiciendi non sit potestas [x]. ¶ *Nec recordata est finis* (vel, *novissimi*, Mo. &c.) *sui*] Sic Calv. Pi. &c. i. e. Quid sibi futurum esset, & quàm graviter esset punienda [y]: quem finem habitura esset impietas ipsius, nempe castigationem Divinam [z]: vel, pœnæ tantis sceleribus decretæ, & jam infligi cœptæ [a]. Al. Designat extremam eorum in ærumnis suis desperationem, quòd nihil sperarent in futurum tempus, nec animos attollere possent ad promissiones Dei, & in bo-

nam

nam spem[b]. ¶ *Deposita*, &c. וַתֵּרֶד פְּלָאִים] *Et* (vel, *Sed*, M. *Quia*, Calv. *Idcirco*, Pi. *Propterea*, V.) *descendit mirabilibus*, Mo. vel, *mirabiliter*, P. Ca. Pi. Calv. sic Ti. Nomen adverbii vice ponitur, hîc פְּלָאִים, alibi פְּלָאוֹת, sed eodem sensu[c]. Al. in, vel cum, *mirabilibus*, vel *miraculis*, vel *admirationibus*, M. V. i. e. admirabili descensu, summâ dejectione & depressione[d]: adeò ut multi mirarentur lamentabilem casum tam florentis urbis & Regni[*]. Dejecta est de gradu dignitatis suæ[f]. Al. Prodigiosè dejecti sunt & demersi, adeò ut in malis succumberent atque obtorperent, sicut homines desperati, neque attenderent ad finem aut spem aliquam[g]. [JT. totum sic reddunt, *Immunditiæ suæ in fimbriis suis mercedem esse nondum recordata, descendit mirabiliter*,] i. e. decrescit, & tanquam dejicitur ex arce decoris sui. Agnoscit justitiam Dei perstantis in judiciis suis propter pertinaciam populi non advertentis ad immunditiam suam[h]. ¶ *Quoniam erectus est*, הִגְדִּיל] *Magnificat*, vel *magnificavit*, sub. *se*, V. Pi. JT. &c. i. e. immensa patravit: vel, temere se jactat inimicus, quasi hoc suâ virtute factum sit[i]. Quod videtur nobis occasionem dare desperandi, potiùs nos ad bene sperandum animare debet; nempe cùm hostes insolescunt, & nobis insultant[k].

10. *Desiderabilia ejus*] Non opes intelligit, sed res sacras, altare, mensam, arcam fœderis[l]; vel, Templi donaria[m]. ¶ *Quia*, &c. כִּי רָאֲתָה גוֹיִם בָּאוּ וגו׳] *Quia* (vel, *Quòd*, JT. *Imò*, Pi. *Certe*, Angl. *Etenim*, Ti. sic P. M. *Adeòque*, Ca.) *vidit* (vel, *videre coacta est*, Ti. G.) *gentes ingressæ sunt* (vel, quum *ingressæ sunt*, Calv. vel, *ingredi*, P. Ti. vel, quòd *ingressæ sunt*, Ang. vel, quomodo *ingressæ sunt*, Angl.) *sanctuarium* (i. e. vel, Terram sanctam, sic dictam Exod. 15. 17. quam nunc quasi suam possident, Esa. 63. 18[n]: vel potiùs, Templum[o]; vel, Sanctum sanctorum[p],) *ejus*, Mo. &c. nempe populi; quanquam propriè erat unius Dei Sanctuarium. Deus quidem sibi sacraverat; verùm non propter aliquam utilitatem suam, sed propter salutem populi[q]. ¶ *Nè intrarent in ecclesiam tuam*] i. e. Nè adjungerentur cœtui sive corpori populi tui[r]: qui nec connubii jus nobiscum habebant. Vide dicta Deut. 23. 1[†].

11. *Gemens*, &c. נֶאֱנָחִים וגו׳] *Suspirantes quærentes* (vel, *quærunt*, P.) *panem*, Mo. P. *gemuerunt* (tempore obsidionis) *quæsiverunt*, &c. Pi. *cum gemitu quærunt*, &c. V. sic Ti. ¶ *Dederunt* (in obsidione[t]) *pretiosa—ad*, &c. לְהָשִׁיב וגו׳] *Ad reficiendum se*, JT. Pi. *ad reducendum* (vel, *ut refocillarent*, P. Heb. *ad faciendum quiescere*, V. *ad retinendam*, Ti. *ut revocarent*, M.) *animam*, Mo. Pi. sub. *deficientem*, M. V. Vide simile 2 Reg. 6. 25[v]. *Vitæ recreandæ gratiâ*, Ca.

12. *O vos*, &c. לוֹא אֲלֵיכֶם וגו׳] Possunt verba legi vel interrogativè, vel affirmativè[x]. *Haud* (vel, *Nè*, Ti. vel, *Nihil*, JT. Calv. Hoc *nihil*, Pi.) *ad vos, omnes transeuntes viam*, Mo. Calv. &c. vel, *viatores*, JT. [Variè explicant.] q. d. Video me non vobis esse curæ; nihil ad vos dolor meus. Hoc deflet, quòd nullâ misericordiâ aut doloris sensu tangerentur. Non autem solos vicinos compellat, sed & incognitos, viatores, ut exprimat cladis magnitudinem, quæ vel remotissimos afficere debet[y]. Al. Sensus hujus versûs & trium sequentium est, non esse à gentibus, sed à Deo ipso, calamitates Judæorum; ac proinde non posse illas jure sibi in hac causa quidquam assumere[*]. Al. *Nè sit vobis grave*, &c. P. *Nè ad vos*, sub. *veniat quod accidit mihi*; q. d. Absit ut talia vobis contingant[*]. Formula est adjurantis[a], vel deprecantis malum[b]. Al. *Et vos, ô quicunque hàc iter habetis*, Ca. sim. Ar. *O vos omnes*, &c. Vulg. Omisit Vulgatus duas has voces, לוֹא אֲלֵיכֶם[c]. Sed fallitur Criticus, nam Vulg. illa verba reddidit, *O vos*: τὸ לוֹא non sumpsit pro adverbio negandi, sed exclamandi, vel obsecrandi, ô, &, exemplari non punctato usus, legit לוּ׳ לוֹ, *utinam*, *quæso*. Sic Gen. 23. v. 13. לוּ וגו׳, reddit Vulgatus, *Quæso ut audias me*[d]. לוּ non semper est deprecantis, sed sæpe optantis, ut apparet Genes. 17. 18[*]. Al. *Omnes vos compello qui hàc iter facitis*, Strig. Al. *Non* (vel, *Nihilne*, M. Ang. Sub. *est*, Ang.) *ad vos*, &c? Calv. M. Ang. Cap. q. d. Nihilne vos illud tangit[f]? Afflictiones meas spernitis? vel, non animadvertitis, sive curatis[g]? An *non ad vos* hoc spectat, *omnes*, &c? q. d. Omnino. ה interrogativum hîc deest ante לֹא: ut Exod. 8. 26. An *non lapidaturi*, &c? 2 Reg. c. 5. v. 26. An *non cor meum ivit*, &c? Job. c. 2. v. 10. Thren. 3. 36[h]. Sunt verba populi in Judæa relicti, &c[i]. Facit loquentem Jerusalem, & querentem, &c[k]. ¶ *Attendite*, &c.] q. d. Attenti sitis ut vobis perspicua sit mea calamitas[l]. Sensus loci est, q. d. Putatis quidem hæc nihil ad vos attinere: sed tamen, si sapitis, attendite penitùs, & animadvertite exemplo meo rem longè aliter habere quàm existimatis[m].

13. *De excelso* (i. e. E cœlo[n]) *misit* (Dominus[o]) *ignem in ossibus meis*] Vel, *in ossa mea*, Mo. P. &c. i. e. in vires & robur meum[p]; h. e. arces munitas[q]. Sed malim *ossa* propriè accipere, q. d. ignem qui non tantùm cutem & carnem consumit, sed penetrat usque ad ossa[r]. Per *ignem* intelligit furorem[†]. Alludit forsan ad sulphureos ignes, qui altissimè penetrant[t]. ¶ *Et*, &c. וַיִּרְדֶּנָּה] *Et* (*ille*, nempe, vel ignis, vel Deus[v],) *dominatus est ei*, Mo. Pi. Sy. V. sub. *ossi*, V. vel, *in ipso*; mutatio numeri[x]: vel, *unicuique ipsorum*, P. V. nempe ossium[y]: vel, *illi*, nempe igni; i. e. adhibuit illum ad consumendum me[z]. *Cui dominatur*, JT. i. e. cujus Dominus est & moderator Deus, ac non homines ulli: quod vobis ipsi tribuitis[a]. Al. *Et sæviit* (vel, *Et vim suam exseruit*, Q. in V.) *in ea*, M. sic Ti. *qui ea domet*, Ca. *eùmque permisit dominari*, Strig. Al. *Et dominatus est ipse*, sub. *ignis*, V. ex He. *Et contrivit ipsum*, i. e. unumquodque ipsorum[b]. ¶ *Expandit rete*, &c.] Judiciorum suorum, quibus me illaqueavit & constrinxit in ruinam, & ità abstulit omnem elabendi vim[c].

14. *Vigilavit*, &c. נִשְׂקַד עֹל וגו׳] Verbum hoc nec patrem nec matrem habet in lingua Hebræa[d]; nec alibi in S. S. occurrit[*]. [Hinc variant.] *Ligatum* (vel, *Alligatum*, Strig. *Compactum*, JT. Pi. *Connexum*, Ca. *Aggravatum*, Ch.) *est jugum* (vel, *onus*, Strig.) *iniquitatum mearum manu* (vel, *in manu*, Mo. Calv. *ad manum*, Strig. *super manum*, M.) *ejus*, P. JT. Pi. &c. Metaphora ab agricola, qui, postquam jugum alligavit bovi, habenam retinet & implicat etiam manui suæ, cui etiam bos obedire cogitur. Ità, inquit, jugum collo meo impositum & implicitum ac perplexum est, deinde & ligatum in manu Dei, ut excutere nequeam, nec ulla sit relaxatio[f]. *Jugum iniquitatum* vocat jugum supplicii sibi ob illas infligendi[g]. Al. *Tractum est*, &c. vel, *Acceleratum*, &c. He. in V. AE. in Buxt. *Protractum*, &c. AE. ib. vel, *Impressum*, &c. Ti. *Punctis quibusdam designatum est*, &c. q. d. Deus quibusdam notis designavit, ut illorum recordetur[h]: ex significatione verbi נקד, quod RR. signif. *pungere*[i]. [Alii verbum aliter reddunt, & τὸ בְּיָדוֹ cum sequentibus nectunt.] *Vigilavit* (i. e. Citò venit, vel festinavit[k]) *jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolutæ sunt*, Vulg. Legit שׁקד[l], sed melius est שׂקד, ut Hebræi codices constanter legunt[n]. [Alii tamen lectionem שׁקד sequi videntur.] *Vigilavit super impietates meas*: ό. sim. Ar. (Pro עֹל, legerunt עַל.) Sed si ità licebit mutare, quid tandem non licebit[*]?) *in manibus meis complicatæ sunt*, ό. vel, *revinxerunt manus meas*, Ar. Al. *Experrecta sunt contra me peccata mea, & manibus ejus aptata sunt jugo colla mea*, Sy. Sed non placent hæ versiones. 1. Sic nova vox, & nova phrasis, erit fingenda. שׂקד quidem in Kal id significat; at נִשְׂקַד in Niphal inusitatum est. 2. Sic turbatur ratio accentuum, secundùm quos בְּיָדוֹ præcedentibus est conjungendum[o]. ¶ *Convolutæ*, &c. יִשְׂתָּרְגוּ וגו׳] *Implexæ* (vel, *Contortæ*, Pi. G. ut fila in funem[p]; ut funes qui graviter collo insidunt[q]: vel, *Involutæ*, ut ramusculi arborum[r]: *Perplexæ*, Calv. Mo.) *sunt*, P. sic M. Calv. (sub. *illæ*, Pi. nempè pœnæ mihi immissæ[†],) *ascenderunt* (vel, & *ascenderunt*, Pi.) *super collum meum*, P. Mo. Pi. Calv. &c. Al. *Quibus contortis, & ascendentibus*, &c. JT. *Quæ conserta meam cervicem superscandunt*, Ca. ¶ *Infirmata*, &c. הִכְשִׁיל וגו׳] *Corruere fecit* (vel, *Dejecit*, Ti. Ca. *Debilitavit*, Calv. *Labefactat*, JT. nempe, vel, 1. Dominus[t]; vel, 2. jugum illud[v];) *vires meas*, P. sic Pi. M. Mo. &c. ¶ *Dedit me Dominus in manum*, &c. בִּידֵי לֹא אוּכַל קוּם] *In manus* (sub. *eorum*, JT. Pi. Calv. vel, sub. *hostium*, P. sic Calv. M. vel, sub. *earum transgressionum*, V. & sub. *à*, vel *è*, *quibus*, P. JT. Pi. V.

Marginal notes (left column): b Calv. — c Calv. — d V. — * V. x M. — f Pi. — g Calv. — h Jun. — i V. — k Calv. — l Calv. — m G. — n Q. in Ang. — o Calv. Pi. Ang. — p Pi. — q Calv. — r Me. Ang. — † G. — t G. — v G. — x Calv. — y Calv. — * Jun. — * V. sim. Mar. — a Mar. — b V. — c Cap. crit. — d Buxt. vind. 2. 11. 292. — * G. — f Cap. crit. c. 10. — g Ang.

Marginal notes (right column): h Glas. gram. 4. 1. 1. 645. — i Me. — k V. — l Calv. — m Jun. — n G. ex Ch. Ang. &c. — o Pi. Calv. — p Calv. — q Ang. — r Ang. — s Calv. — † V. ex M. — t Ang. — v Ang. — x Calv. — y V. sim. Calv. — z Pi. — a Jun. — b V. ex He. — c Calv. — d Calv. — * Mar. ex V. — f Calv. — g Me. sic T. — h Q. in V. — i m. RS. in Buxt. — k Bux. vind. 2. 8. 564. — l Mar. Me. &c. — n Cap. crit. — * G. Buxt. — * Buxt. ib. 563. — * Idem. — o Buxt. ib. 564. — p Pi. — q G. — r V. — † Ang. — t Pi. — v V.

Pi. V. Calv. Ti. vel, *eum quibus*, V. vel, *unde*, Ca.) *non potero surgere*, Mo. &c.

15. *Abstulit*, &c. ità ο'. "סִלָּה וגו] *Conculcavit* (vel, *Prostravit*, Mo.) *omnes fortes*, sive *validos*, *meos in medio mei*, P. Calv. JT. q. d. Non ceciderunt in acie, sed in medio sinu urbis: quod signum fuit cœlestis vindictæ[x]. Vel, qui *intra me* erant, Pi. ¶ *Vocavit*, &c. קָרָא עָלַי מוֹעֵד וגו] *Vocavit* (vel, *Indixit*, Ti. V. *Convocat*, JT. *Promulgavit*, Pi.) *super* (vel, *in*, sive *contra*, Ti. Pi. sic P. M. JT. &c.) *me conventum*, vel *congregationem*, Mo. P. JT. Sy. &c. (vel, *tempus*, M. Ti. Calv. ο'. Ar. vel, *solennitatem*; q. d. Convocavit contra me multitudinem hostium, nempe Chaldæorum, qui lætis animis me aggrederentur[y].) *ad conterendos*, &c. Calv. &c. ¶ *Torcular*, &c. גַּת דָּרַךְ אֲדֹנָי לִבְתוּלַת וגו] *Torcular* (vel, *Torculari*, Ca. Ceu *torcular*, Ar. sic Sy. Tanquam *torculari*, Ti. Angl.) *calcavit*, vel *calcat*, *Dominus virgini filiæ Jehudæ*, Mo. P. &c. vel, *virginem*, &c. Ti. *in virgine*, &c. M. *super virginem*, &c. Calv. i. e. Tradidit populum suum hostibus, ut iis conculcandum velut in torculari[z]. Expressit ei sanguinem, ut vinum solet exprimi in torculari[a]. Per hostes interfecit eam, &c[b].

16. *Oculus*, &c. עֵינִי יֹרְדָה מַּיִם] *Oculus meus* (sub. *inquam*, M.) *descendens* (vel, *deducit*, M. *defluit*, Ti. *descendet*, Calv.) *aquas*, Mo. M. Ti. vel, in *aquam*, V. sic Calv. i. e. defluit tanquam aquæ, h. e. acsi essent duo fontes[c]. Al. Ex *oculo* (sub. *inquam*, P. Pi.) *meo descendit*, vel *defluit*, *aqua*, P. JT. Pi. Vide ad Jer. 13. 17. & 14. 17[d]. ¶ *Convertens*, &c. "מֵשִׁיב וגו] *Reducens* (vel, *recreans*, P. sic Ca. Calv. *qui reficiat*, JT. Pi. *qui restituat*, Ti. ad verb. *quiescere faciens*, V.) *animam meam*, Mo. &c. vel, *me*, JT.

17. *Expandit*, &c. "פֵּרְשָׂה צִיּוֹן בְּיָדֶיהָ וגו] *Expandit* (vel, *Spargit*, Ti. *Pandit*, Ca. *Cùm expanderet*, M. *Quamvis pandit*, JT.) *Sion manus suas*, P. Q. in V. M. &c. vel, *manibus*, sive *in manibus*, *suis*, P. Mo. Calv. instar mulieris lugentis, & amicos undique advocantis, ut aliquid solatii accipiat[*]. Al. *Frangit Sion manibus*, P. V. sub. *panem*, h. e. cibum: q. d. Ipsa sibi frangit panem, cùm nullum habeat qui sibi frangat. Solet enim frangi panis mœrentibus. Ut ergò indicet neminem esse qui eam consoletur, hoc dicit[f]. *Frangit Sion manus suas more lugentium*, Ch. ¶ *Mandavit*, &c.] i. e. Mandato convocavit[g]; vel, Arcano instinctu excitavit[h]. ¶ *Facta est — quasi*, &c. לְנִדָּה] *In elongationem*, Mo. *in separationem*, Q. in V. *in abominationem*, P. Calv. &c. q. d. Non sunt habiti hominum loco, sed tanquam quisquiliæ, vel sordes[i]. *In menstruatam*, V. *tanquam mulier ex menstruo immunda*, Pi. sim. V. JT. ο'. Ar. &c. quæ separata erat à viro & à Templo, Levit. 15. 19, &c[k]. q. d. quam omnes fugiunt, velut pollutam & abominandam[l].

18. *Os*, &c. כִּי פִיהוּ מָרִיתִי] *Quia ori* (i. e. mandatis[m]: vel, *os*, M. Ti. Calv. ο'. Ar. &c. vel, *contra præstitutum*, JT.) *ejus rebellavi*, Mo. P. JT. Pi. vel, *exacerbavi*, M. Ti. Calv. sim. ο'. Ar. &c. q. d. Deum in Prophetis loquentem contumaciter sprevi[n].

19. *Vocavi amicos meos*] Ità P. vel, *amatores*, qui scilicet antea quærebant amicitiam meam; vel, quorum amicitiam quærebam[o]. ¶ *Quæsierunt cibum sibi*, *ut*, &c. "וְיָשִׁיבוּ וגו] *Et reducerent* (vel, *ut refocillarent*, P. Calv. Vulg. *ut retinerent*, Ti. *quo recrearent*, Ca. sim. JT.) *animam suam*, Mo. vel, *vitam suam*, Ti. vel, *seipsos*, JT.

20. *Conturbatus*, &c. מֵעַי חֳמַרְמָרוּ] *Viscera mea intumuerunt*, P. vel, *bulliunt*, Pi. *turbantur*, Ca. sic M. V. Calv. &c. *contracta*, vel *constricta*, (vel, *constipata*, Mo.) *sunt*, sicut ubi alligantur sarcinæ חֲמוֹר *asino*†. Vel, *tracta sunt*, Ti. *lutulenta facta sunt*, JT. Heb. lutulant, i. e. lutum ejiciunt. Metaphora ab æstu maris[p]; vel, à cæmento, quod conficitur turbando aquam cum calce[q]. ¶ *Subversum* (vel, *Eversum*, Calv. *Inversum*, P. *Conversum*, Strig.) *est cor meum*; ità M. "נֶהְפַּךְ וגו] *Vertit* (vel, *Versat*, JT. *Volutat*, Ar.) *se*, &c. Mo. Pi. *Versatur*, &c. Ca. Quiescere nequit[r]. ¶ *Et domi*, &c. בַּבַּיִת כַּמָּוֶת] *Domi*, vel *In domo*, (vel, *Intus*, Ti. JT. sub. *est*, Pi. JT. &c.) *tanquam mors*, Mo. P. G. &c. vel, aliquid simile *morti*, V. nempe fames†. Descriptio temporis ejus quo urbs obsessa fuit; 2 Reg. 25. 3. Jer. 52. 6[t]. Vel, *mors ipsa*, M. vel, *planè mors*, JT. Multæ mortes nos domi obsident[v].

21. *Lætati sunt*, *quia*, &c. "כִּי וגו] *Quia tu fecisti*, Mo. P. sic M. Ti. Calv. &c. vel, *te facere*, sive *fecisse*, JT. Pi. sub. *hoc*, P. sim. JT. Pi. q. d. Ideò liberiùs lætabantur, quia putabant te mihi infestum esse, adeóque de me actum esse[x]. Sed dubito an hostes ità acutè considerarent unde affligeretur Ecclesia. Quamvis autem illi Deum authorem cladis non agnoscerent, tamen ex fidei sensu sic Ecclesia debuit loqui, *Deum scilicet fecisse*[y]. Al. *Sed tu fecisti*: q. d. Ferenda mihi sunt tua judicia[z]. ¶ *Adduxisti*, &c. הֵבֵאתָ יוֹם קָרָאתָ] *Adduxisti* (vel, *Adduces*, JT. Quòd *tu adduxeris*, Calv. Et *induxeris*, M. Sed quum *adduxeris*, Pi. *Inducas* ergò, vel, Utinam *induceres*, Q. in V. *Induxisti*, aut *Inducis*, V.) *diem* (sub. *quem*, P. V. Ti. &c.) *vocâsti*, Mo. M. (vel, *indixisti*, P. Ti. vel, *promulgâsti*, JT. Pi. nempe per Prophetas[a]. Vel, 1. contra me[b]. Ità jam fatentur, quod antè non fuerat satis cognitum, non tantùm se affligi Dei manu, sed etiam compleri Prophetarum minas, quas antea contempserant, & tempus opportunum esse ut castigentur, ac advenisse diem sæpe indictum[c]. Vel, 2. contra gentes[d], vel hostes meos[*], Babylonios[f].) *&* (vel, *sed*, P. M. Ti. *ut*, JT. Q. in V. *tum*, Pi. *atqui*, Calv.) *erunt* (vel, *sint*, JT.) *sicut ego*, Mo. M. P. sub. *sum*, P. vel, *pares*, sive *similes*, *mihi*, JT. Pi. V. Ti. Vel, *Igitur*, i. e. eâdem ratione & argumento, aliquando *similes mei futuri sunt*: tu enim indixisti diem per Prophetas tuos contra illos, ut scilicet eos punias, quemadmodum ego punior[g]. Ità fideles exspectant tempus quo Deus reprobos puniat[h]. *Similes mei*, nempe in miseriis, vastatione, excidio[i]. Nimirum tempora & vices mutabuntur. Pro lætitia mœror erit & angustia hostibus[k]. Imminet & Babyloni captivitas, Psal. 137. 8, 9. Jerem. 51. 20, &c. Adde quæ ex Herodoto produximus Annotatis ad lib. 3. de V. R. C[l]. [Alii locum sic reddunt,] *Veniat ergo dies à te indicta, ut eadem ipsis eveniant quæ mihi acciderunt*, Strig. *Ut adduceres destinatam à te diem. Sed fiant mei similes*, Ca. Potest futurum hîc resolvi in optativum tempus; quemadmodum mox sequetur precatio, quæ confirmabit hunc sensum[m].

22. *Et*, &c. "וְעוֹלֵל וגו] *Et* (vel, *Ut*, Ti.) *fac* (vel, *facies*, M. *confice*, JT. *vindemia*, ο'. Vulg. V. *dolore affice*, ut infrà c. 3. v. 51[n]. *vindemies*, Ti. *exagita*, Sy. sim. Ar. *tracta*, Ca. Strig. *sis causa*, Mo. Q. in V. sub. *ruinæ*, V.) *eis*, P. Pi. &c. (vel, *eos*, Ti. Ca.) *quemadmodum fecisti* (vel, *confecisti*, JT. *vindemiâsti*, &c. [ut in membro priore,]) *mihi*, P. M. &c. Imprecandi formula est à Propheta dictata, quam uti licet, 1. si Dei hostes sint: 2. si nosipsos non respicimus, nec nostram causam agimus, sed suscipimus potiùs, deposito omni turbulento affectu, causam salutis publicæ: 3. si hîc fervor nascitur ex studio gloriæ Dei[o].

CAP. II.

1. *Quomodo*, &c.? "אֵיכָה יָעִיב וגו] *Quomodo* (vel, *Quàm*, V.) *obscurat*, vel *obscuravit*, (vel, *obnubilavit*, Mo. *velut nube obtexit*, Pi. simil. JT. tenebrosam reddidit, i. e. mœstam[a], vel ignobilem[b],) *in ira sua*, &c? M. P. &c. Q. Hebræorum vertunt, *Quomodo usque ad nubes exaltavit*, &c? nam sequitur, *projecit*, sive *dejecit*, *eam ab alto*, *in ira sua*[c]. Ità conjunctim hæc legenda sunt, *efferre*, & *projicere*. Nam si quis velit conterere vas testaceum, brachium attollit, ut ictus sit vehementior[d]. *Ergóne atravit iratus*, &c? Ca. ¶ *Projecit de cœlo in terram*] i. e. A summis ad ima. Confer Matt. 11. 23[*]. qu. d. Detraxit ex sublimi dignitate sua, &c[f]. ¶ *Non est recordatus scabelli pedum*] Sic vocat vel, 1. totam Terram sanctam[g]: vel, 2. Templum[h]: vel, 3. Arcam[i], ex collat. 1 Paral. 28. 2. & Psal. 99. 5[*]. [ubi dicta vide;] quam, ut olim à Philisthinis, 1 Sam. 4. 11. ità jam à Chaldæis, capi siverat[k]. Templum sic vocat, ut mentes hominum (qui ad superstitionem plus satis propensi sunt, crassásque imaginationes, &c.) supra mundum erigeret[l].

2. *Præcipitavit*, &c. "בִּלַּע וגו] *Absorbuit*, Mo. Pi. sim. Ti. Ca.

Marginal notes, col. 1007: x Calv. y Pi. z V. a G. b Pi. c Calv. d Ang. * Calv. f V. g V. h Pi. i Calv. k V. l Ang. m Pi. n Calv. o V. † Q. in Calv. p Pi. q Calv. r Ang. † V. G. Pi. Ang. t G.

Marginal notes, col. 1008: v Calv. x Q. in Calv. y Calv. z G. a Pi. b V. c Calv. d Jun. * Ang. f Pi. g V. h Calv. i T. k Mar. l G. m Calv. n V. o Calv. a Pi. b Mar. c V. d Calv. * G. f Calv. g Q. in Ang. h Calv. Ang. i Mc. T. Ang. Pi. * Pi. k Ang. l Calv.

Ti. Ca. &c. *Perdidit*, P.M.Calv. Quomodo *absorbet*, &c? JT. i.e. tollit momento funditus, tanquam absorberet [m]. ¶ *Polluit regnum*, &c.] Ità Mo. P. &c. Infamavit, tradens & terram & populum in ditionem profanarum gentium [n]. *Prophanavit*, &c. Pi. *Ut prophanum abjicit*, &c. JT.

3. *Omne cornu Israel*] i.e. Omne sublime & honorificum [o]: omnem potentiam [p], vel gloriam [q], ut 1 Sam. 2. 1 [r]. Psalm. 75. 11 †; præcipuè Regiam majestatem [t], Psal. 89. 25. & 132. 17 [v]: duo Regna [x]. ¶ *Avertit retrorsum dexteram suam*, &c.] i.e. Negavit, vel subduxit, eis auxilium [y], (quod antè illis præstiterat [z],) cùm ventum esset in hostes [a]. Vel, *dexteram ejus*, nempe Israelis, nè stare possint in prælio, Psalm. 89. v. 44 [b]. [Sic Ca. qui locum sic reddit, *eorum dexteram in hostis adventu retrahens*;] i.e. eis resistendi vim adimens [c]. Permisit hostem pro illius voto grassari in populum [d].

4. *Firmavit*, &c. 'נִצָּב יְמִינוֹ וגו] *Stetit* (vel, *Constituta*, M.) *dextera ejus tanquam hostis*, Mo. P. sic Calv. *Statuit se* (vel, *Constitutus*, JT.) *dextrâ suâ*, &c. Pi. JT. *Adhibitâque suâ quasi hostili dextrâ*, Ca. *Dexteram suam direxit*, &c. Strig. q. d. Deus non modò populum suum hosti permisit, sed & arma contra ipsum suscepit *. ¶ *Occidit omne—pulchrum*, &c.] i. e. Omnes homines ætate, specie, dignitate conspicuos [f].

5. *Replevit*, &c. 'וַיֶּרֶב וגו תַּאֲנִיָּה וַאֲנִיָּה] *Et multiplicavit* (vel, *auxit*, Calv.) *in filia Jehudah planctum* (vel, *luctum*, seu *mœrorem*, M.Ti.Pi. sic JT.) *& querelam*, Mo. vel, *luctum*, P. *lamentum*, M. *tristitiam*, Ti. sic JT. Pi. Hæc sæpius repetit Propheta, ut populum expergefaceret ex socordia sua & torpore, &c [g].

6. *Et*, &c. 'וַיַּחְמֹס וגו] *Et transtulit* (vel, *dissipavit*, Mo. M. Calv. V. *profligavit*, Ca. *evertit*, Calv. *evulsit*, Sy. *avolare fecit*, ο'. *vi abripit*, JT. *violenter evulsit*, Pi. simil. Angl. ut Jer. 13. 22 [h]; *suffodit*, Strig.) *ut* (vel, *tanquam*, Ca.) *hortum* (vel, *horti*, JT.Pi. vel, tugurium *horti*, M. V. sic Calv. Angl. quod ex foliis arborum vel paleis constructum est, & ab uno loco in alium transfertur [i]: vel, *hortensem*, Ca.) *tentorium* (vel, *tugurium*, M. Sy. *casam*, Ca. *sepem*, JT. Pi. *tegmen*, Mo.) *suum*, vel *suam*, vel *ejus*, P. &c. sic Calv. &c. i.e. Templum [k]; vel, Sionem, quæ ett illi velut tabernaculum & tugurium [l]. [Ti. locum sic reddit, *Et dissipavit tabernaculum suum paradiso simile*.] ¶ *Demolitus*, &c. 'שִׁחֵת מוֹעֲדוֹ וגו] *Perdidit*, vel *Corrupit*, (vel, *Subvertit*, Pi. *Abolevit*, Ti.) *testimonium suum*, Calv.M. i.e. Arcam [m]; vel potiùs, Tabernaculum, sive Sanctuarium, quod erat testimonium gratiæ suæ [n]. Vel, *congregationem*, P. *conventum*, Mo. *solennitates*, Ti. Sy. sim. ο'. Ar. *locum conventus*, JT. Pi. sic Calv. V. scil. ecclesiastici [o]; nempe Templum [p], & synagogas, ut Psal. 74. 7, 8 [q].

7. *Maledixit*, &c. 'נֵאַר וגו] Vox hîc tantùm occurrit, & Pf. 89. 40 [r]. [Variant.] *Projecit è corde*, Mo. *Detestatur*, JT.Pi. *Repulit*, vel, Rejecit procul ab animo suo †: *In nihilum redegit*, Pi. *Abominatus* (vel, *Exsecratus*, M. *Aspernatus*, Ti. *Depopulatus*, Ca.) *est*. P. Sy. *Neglexit*, V. *Excussit*, ο'. *Destruxit*, Ar. *Conculcavit*, Ch. ¶ *Vocem dederunt*. &c.] Sub. *hostes*, V. Calv. q.d. Hostes ità triumphum cecinerunt in Templo, sicut ibi Deo à nobis gratiæ agi solebant [t]; vel, ut populus clamitare solet præ gaudio in solennitate [v].

8. *Tetendit* (vel, *Extendit*, Mo.P.M. &c.) *funiculum*] Sic M.V. vel, *regulam*, P. Ti. &c. *perpendiculum*, Q. in V. *lineam*, Mo. sub. *vastationis*, V. Tunc non solùm ad regulam ædificabant, sed & destruebant [x]. Sic 2 Reg. 21. 13. Esa. 34. 11. q.d. Certas Hierosolymæ partes destinavit excidio [y]. Designavit animo ejus demolitionem; solent enim fabri murarii, cùm partem aliquam muri dejicere volunt, rubricâ, aut aliâ ratione, signum imprimere, ut quousque in dejiciendo progredi debeant cognoscant [z]. Omnia solo æquavit quasi ad libellam [a]. ¶ *Luxitque*, &c. וַיַּאֲבֶל חֵל וְחוֹמָה יַחְדָּו אֻמְלָלוּ]. *Et* (vel, *Itaque*, Calv. *Ob id*, M.) *desolavit* (vel, *luxit*, M. ο'. V. Calv. vel, *luctum affert*, JT. *luctu affecit*, Pi.) *antemurale*, (vel, *præmunitioni*, JT. *præmunitionem*, Pi.) *& murus*, Mo. Calv. M. &c. (vel, *murum*, P. Pi.) *pariter* (vel, *pariterque*, M.) *infirmati sunt*, Mo. vel. *desolata sunt*, P. *subversi sunt*, M. sim. Calv. *elanguerunt*, vel *succisa sunt*, Pi. *languescentibus*, JT. [Alii totum sic reddunt;] *Lugent ergò simul propugnacula, & murus deformatus*, Ti. *Excisâque lugent propugnacula, simul & mœnia*, Ca. *Pomœrium est in luctu, & murus miserabiliter prostratus jacet*, Strig.

9. *Defixæ* (vel, *Demersæ*, Mo.P. *Pessundatæ*, Ca.) *sunt in terra* (vel, *in terram*, P.) *portæ ejus*] Partim subversæ, partim submersæ, & ruderibus sepultæ [b], ità ut nihil earum appareat [c]. q.d. Portæ non erunt obstaculo quò minùs hostes libere in urbem perrumpant, quia illæ jacent in terra [d]. ¶ *Contrivit vectes ejus*] Nempe Deus, ex v. 8. Vel, verbum indefinitè sumitur, pro, *Contriti sunt*, &c *. ¶ *Regem*, &c. מַלְכָּהּ וְשָׂרֶיהָ בַגּוֹיִם אֵין תּוֹרָה] *Regem ejus & principes ejus in gentibus: non* (sub. *est*, P.) *lex*, Mo. P. *Rex ejus & princeps*, vel *principes*, *ejus* (sub. *sunt*, JT. vel, *degunt*, Pi. vel, *abducti sunt*, Ch. V. Ti. sim. M. Calv.) *in gentibus*, Calv. (vel, *inter gentes*, V. JT. Pi. vel, *ad gentes*, M. Ti.) *non* (vel, *nulla*, Calv.) est *lex*, Ti. Calv. Vulg. &c. vel, doctrina prophetica. Confer Psal. 74. 9 [f]. Lex nec legitur, nec docetur, nec conservatur; Tabulæ & volumina ejus cum Templo perierunt [g]. Al. Nulla est forma civitatis: hanc enim facit lex cum magistratibus, & hi captivi ducti sunt [h]. Nulla observantia Legis de sacrificiis & cultu Dei [i]. Al. *sine lege*, JT. G. i. e. amisso jure αὐτονομίας [k]. Vel, *& sunt absque lege*, Ti. vel, ubi *non est lex*, Pi. Strig. i. e. institutio ex Verbo Dei per sacerdotes & Levitas: nam Prophetarum institutio mox commemoratur seorsim [l]. [Sim. Ca. *apud gentem exlegem*.] Al. eò quòd *non custodierunt verba legis*, Ch. ¶ *Non invenerunt* (vel, *nacti sunt*, Ti. sim. Ca. Pi. vel, *præsentem habent*, JT.) *visionem*, &c.] Ità Mo. P. &c. Non prophetant quæ Domini sunt [m]. Responsum nullum à Deo irato accipiunt, quo dirigi populus possit [n].

10. *Conticuerunt senes*, &c.] Consilio destituti, & alios secum traxerunt in cæcum & immanem luctum [o]. ¶ *Virgines*] Quæ curiosæ esse solent, deditæque deliciis †.

11. *Effusum est in terra jecur meum*] Ità Mo. P. &c. & cum eo omnia viscera [p], præ dolore & compassione [q]. Al. Evomui ex indignatione fel meum. Confer Job. 16. 13 [r]. *Jecur* ponitur per metonymiam pro vesicula fellis, quæ sub ima ejus parte collocatur: & hæc, pro felle quod in ea continetur †. Al. Sanguis è jecore diffluit, &c [t]. q. d. Dolore & terroribus ferè exanimor, acsi jecur cum omni sanguine effunderetur [v]. Al. Desideria mea omnia conciderunt. Eorum enim sedes jecur [x]. ¶ *Cùm*, &c. 'בֵּעָטֵף וגו] *Quum*, vel *dum*, *deficeret* (vel, *obruitur*, JT. vel, *obtegerentur*, scilicet tenebris & vertigine [y]: vel, *animi deliquium paterentur*, Ti. vel, *evanuit*. עָטַף, propriè, *operire*; interdum tamen valet, *evanescere* [z].) *parvulus, & lactens*, &c. P. &c. Præ fame, ut sequitur [a].

12. *Dixerunt*] Tempore obsidionis. Confer Lam. 4. v. 4 [b]. ¶ *Cùm deficerent quasi vulnerati*] Pari conditione cum illis, si non deteriore [c]. Fame sævius trucidantur quàm gladio [d]. ¶ *Cùm*, &c. 'בְּהִשְׁתַּפֵּךְ וגו] *Quum effunderetur anima eorum*, &c. P. M. sim. Mo. JT. Pi. &c. *Posteaquam effuderant animum suum*, i. e. votum ac desiderium, *in sinum matrum suarum*, V.

13. *Cui*, &c? 'מָה אֲעִידֵךְ] *Quid* (vel, *Quod*, Ti. *Quale*, M.) *testificabor*, vel *contestabor*, (vel, *testificari faciam*, Mo. vel, *testimonium feram*, M. sic JT.) *tibi*? P. Calv. *Quid ego te moneam*? Ca. *Quibus verbis hortabor te*? Ch. *Quo te contester*? Ti. *Quanam re contestabor te*? Pi. i. e. Quo, tanquam teste, convincam te quòd non habeas causam tantopere mœrendi? qu. d. Nescio. Sunt verba dubitantis *. Quid testibus probabo quenquam accepisse cladem tui parem [f]? Solamur miseros dicendo, v. g. Tu non es primus, neque ultimus, &c. cur adeò te excrucias? At, inquit, clades tua superat omnia exempla [g]. Quæ gens tam duro percussa est supplicio, &c [h]? ¶ *Cui*, &c? 'מָה אַשְׁוֶה־לָּךְ וגו] *Quid æquabo* (i. e. ut æquale comparabo [i]; vel, *æquarem*, JT. vel, *Quem proponam*, M.) *tibi, & consolabor te*? Mo. vel, *ut consoler te*? P. Calv. &c. ¶ *Magna est—velut mare*] Magnitudine & fluctibus [k]. Clades tua est profundissima abyssus [l]. Ut nulla aquarum copia mari, ità nullus dolor tuo, conferri potest [m]. Proverbium est, *Mare malorum*. Similitudo *aquarum* & *maris* in S. S. magni-

Marginal notes (left): m Jun. n G. o Me. Ch. p Pi. sic Calv. Ang. &c. q G. sic Ang. Calv. r G. Ang. † Ang. t G. Ang. v Ang. x V. y V. sim. Calv. Me. z T. a Calv. b V. c Ang. d Ca. * V. Calv. f Ang. g Calv. h Ang. i Calv. k V. sic Calv. Ang l V. m Calv. M. n Calv. o Pi. p Pi. Ang. q Ang. r Ang. † Calv. t G. v V. x Mir. y Pi. z Me. a G.

Marginal notes (right): b Me. sim. T. Ang. c T. d Calv. * Ang. f Calv. g Ang. h Ve. i T. k G. l Pi. m V. n T. o Calv. † Idem. p T. et Me. q Me. r Pi. Ang. † Pi. t Jun. sim. Glas. v Glas. rhet. l. 10. 267. x G. y Pi. z Calv. a G. b Ang. c Ang. d Me. * Pi. f V. sim. Calv. g Calv. h M. ex K. sim. V. i Pi. k Mar. l Calv. sim. T. m Me.

magnitudinem tantùm & copiam rei denotat [n]. Al. *velut* (sub. *contritio*, sive *ruptura*) *maris*, h.e. quam non fluvius, sed mare, irrumpens efficit [o].

14. *Propheta tui* (Non Dei Prophetæ, sed *tui*, tibi adulantes, Jer. 23. 16 [p].) *viderunt tibi falsa*, &c.] Te non cavente, sed appetente mendacia, &c [q]. ¶ *Viderunt—tibi assumptiones*, &c. משאות שוא ומדוחים] *Onera* (vel, *onerosas prophetias*, JT. vel, *prophetias*, P. Angl. Vox enim largè hîc sumitur, ut Proverb. 31. 1. Zach. 12. 1 [r].) *mendacii*, Mo. (vel, *vana*, Ti. Pi. &c. *vanas*, P. *rerum vanarum*, JT.) *& expulsiones*, Mo. P. V. Ti. Calv. sim. ο'. Pi. &c. vel, *abjectiones*, M. *profligata*, Ca. *fallaces*, Sy. *phantasmata*, Ar. *verba erroris*, Ch. *& ad depulsionem spectantium*, JT. i. e. rationes quibus expellerent te à me, vel à via recta †; vel, per quas depulsus es è patria [t]. Non temere usurpat Jeremias nomen משאה, quod propriè onus, vel duram prophetiam, sign. quanquam loquatur de istorum vaticiniis, quæ læta & blanda erant: q. d. *Viderunt*, non impunitatem, quam vobis pollicebantur, sed *onera*, & graviora quàm omnes minæ Jeremiæ, quas isti *oneris* nomine odiosè traducebant; nempe, ut sequitur, *expulsiones*, h. e. materiam exsilii. Ostendit ergò quem fructum pepererint illæ eorum blanditiæ, &c [v]. Al. Heb. משאות de *vaticiniis tristibus* dici solet. Talia illi canebant adversùs Babylonem. *Et ejectiones*. Vaticinabantur tibi, fore ut Babylonios longè depelleres [x].

15. *Gaudium universæ terræ?*] Sic vocat, vel, 1. quòd Deus ità liberaliter illic effuderat dona sua & gratiam suam, ut materia lætitiæ omnibus suppeteret: nam rebus pulchris delectamur, &c [y]. Vel, 2. quòd Deus illic testimonium & pignus favoris sui deposuerat; & hoc modo Jerusalem potuit exhilarare totum mundum, quia poterat invitare ad Deum cunctas gentes [z]. Sed hoc argutum magis quàm solidum videtur [a]. [Vel, 3. per modum irrisionis, hoc repetentes velut ex ore Judæorum, de Jerosolyma tanquam gaudio totius terræ olim gloriantium. Confer Psal. 48. 3. & 50. 2.]

16. *Aperuerunt* (vel, *Dilatant*, JT. Pi.) *super* (vel, *contra*, Pi.) *te os suum*] Sic P. Ut hiantes feræ, Psal. 22. 14 [b]: vel, ut plenis buccis convicientur [c]. Al. Diducto ore irrident te [d]. Vide Job. 16. 10 *. ¶ *Fremuerunt* (vel, *frenduerunt*, Mo. P. Ti. &c.) *dentibus*] Ità M. ο'. &c. Quod signum extremi odii; imò aliquid furiosum, vel etiam belluinum, declarat [f]. ¶ *Vidimus*] Ità Mo. P. &c. vel, *Videmus*, scil. cum voluptate [g]: vel, *Fruimur*, JT.

17. *Quem præceperat* (vel, *denunciaverat*, Pi.) *à diebus antiquis*] Quem minatus erat in Lege, Lev. 26. 25. Deut. 28. 36, 48 [h]: vel, per Prophetas suos [i], quorum alios post alios submisit, per multos annos, imò plura secula. Ità perstringit indomitam populi obstinationem, quòd toties admoniti non resipiscerent, &c [k].

18. *Clamavit cor eorum ad Dominum super muros*, &c. חומת וגו'] *Murus filiæ Sion*, &c. M. vel, *Mure*, sive *O mure*, &c. Mo. P. Calv. JT. Pi. Ti. &c. Clamabant Jerosolymitani animo quidem intento ad Deum [l], sed convertentes sermonem suum ad murum [m]. *Mure*, &c. inquit, *deducas lacrymas*, &c. Prosopopoeia, quâ populi duritiem exprobrat: atqui nunc, inquit, muri & lapides flebunt, quia liquefient, vel excisi erunt acsi liquefacti essent. Allusio est ad ruinam, &c. sub voce *muri* totam urbem synecdochicè comprehendit [n]. Ut *viæ lugere*, Lam. 1. 4. ità *muri flere*, dici possunt. *Murus* hîc concipi potest tanquam materia hujus clamoris, quum scilicet muri vel perrupti ab hoste essent, vel postea eversi, &c [o]. Al. *de muro*, &c. Strig.

19. *Consurge*] q. d. Excute segnitiem & torporem animi in vitiis [p]. ¶ *Lauda*, &c. רוני וגו'] *Exsulta*, &c. ο'. sim. Ar. *Prædica*, &c. Mo. *Clama nocte*, Calv. P. sim. JT. Pi. &c. quum alii ad lectum & quietem se conferunt [q]. Tu nè quiescas, nec Deum quiescere sinas [r]. Significat continuum moerorem †. ¶ *In*, &c. לראש וגו'] *In principio* (vel, *in capite*, Mo. *ad principium*, M.) *vigiliarum*, P. M. JT. &c. i. e. vel, cùm primùm vigilia statuitur [t]; vel, initio cujusque vigiliæ [v]. Dividebatur nox in quatuor vigilias [x]. ¶ *Parvulorum tuorum*] Ut Deus, si non te, illos saltem in vita conservet [y].

n Bochart. Hieroz. 4. 9. 10. 195. o Ang. p G. q Calv. r Ang. † V. t Pi. sim. Strig. v Calv. x G. y Calv. z Q. in Calv. a Calv. b G. c Calv. d V. sim. Ang. * Ang. f Calv. g Pi. h G. i V. Calv. k Calv. l V. m V. Calv. n Calv. o Ang. p Calv. q Calv. r Ang. † Calv. t Ang. v Ang. sim. Me. T. x Me. y G.

20. *Quem vindemiaveris*, &c. למי עוללת כה] *Ad quem causâsti sic*, Mo. *cuinam sic feceris*, P. M. Pi. Calv. sim. JT. *quem sic racemaveris*, vel *vindemiaveris*, V. ο'. *ecquem unquam sic tractaveris*, Ca. sim. Strig. *Ad quid vindemiâsti?* V. Ti. ¶ *Ergóne*, &c? אם תאכלנה נשים פרים עללי טפחים] *An comedent*, vel *comedunt, mulieres fructum suum, parvulos educatiohum?* Mo. vel, *educationis?* Calv. *qui educantur?* P. *infantiles?* M. *palmares?* JT. Pi. vel, quòd à nutricibus palmis contrectari soleant; vel, quòd statura eorum sit aliquot palmorum. Admirativè dictum: qu. d. An hoc unquam fando auditum, &c [z]? *Ecquando fœtus suos, infantes palmares, comederint fœminæ?* Ca. *Adeò ut devorarent—palmi magnitudine*, Ti. Factum hoc secundùm minas Legis, Deut. 28. 53 [a].

22. *Vocâsti* (vel, *Convocas*, sive *Convocâsti*, JT. Pi.) *quasi ad diem* (*tanquam diem*, Mo. *quasi die*, Pi. Ca.) *solennem* (*solennitatis*, Mo. Pi. &c. vel, *festum*, Ti. vel, *conventûs*, JT.) *qui terrerent*, &c. מגורי] *Terrores*, vel *timores, meos*, M. Mo. P. &c. Eos à quibus mihi maximè timebam [b]; hostes terribiles [c]. Ab omni regione hostes in me advocâsti, non aliter quàm ad festum diem homines convocari solent [d], quum multæ catervæ Jerosolymam venerant *. ¶ *Quos*, &c. אשר טפחתי ורביתי] *Quos educavi*, vel *alui*, (vel, *palmis obvinxi*, Mo. *palmis gestabam*, JT. Pi.) *& evexi*, P. M. Ti. vel, *enutrivi*, V. *auxi*, Mo. Ca. Heb. *multiplicabam*. Sic Ezec. 19. 2 [f].

z V. a G. b V. c Me. d G. * Calv. f Pi.

CAP. III.

1. EGO *vir videns*, &c. ראה עני וגו'] *Vidit* (vel, *qui vidit*, P. M. Pi. &c. *qui experitur*, JT. sim. Ti. Ar.) *afflictionem in virga* (vel, *per virgam*, Pi. sim. Ti.) *indignationis ejus*, Mo. &c. Loquitur hîc Propheta vel, 1. de seipso [a], in carcerem conjecto [b]: vel, 2. de populo Judaico [c], qui hîc in specie unius viri narrat perpessiones suas [d]: vel, 3. & de se, & de populo *. Cum publicis malis simul & sua deplorat Jeremias [f]: interdum etiam typicè ad Christum excitatur, cujus typus erat Jeremias [g]. Non agit hîc Jeremias privatam causam, sed de clade totius populi, quem suo exemplo hortatur ad luctum & pœnitentiam [h].

3. *Et*, &c. יהפך וגו'] *Vertit*, vel *Convertet manum suam*, Mo. P. Calv. &c. sub. *in*, vel *contra, me*, Calv. P. Ang. &c. ut novas plagas mihi infligat [i]. *Mutavit manum*, &c. i. e. Percussit me manu suâ quâ me protegere solebat [k].

4. *Vetustam fecit*, &c.] Sic Mo. P. &c. i. e. Senium, h. e. rugas & maciem, induxit carni meæ [l].

5. *Ædificavit*, &c. בנה עלי ויקף ראש ותלאה] *Ædificavit super me*, Mo. (vel, *contra me*, Calv. Strig. sic P. M. &c. vel, *circa me*, Pi. Undique me inclusit. Vide infrà v. 9 [m]. Castra & aggeres circa me posuit [n], nè quà possim elabi [o]. Al. *Obstruxit mihi*, Ca.) *& circumdedit* (vel, *cinxit*, Pi. *circumvallavit*, Sy. Ti. sic Ca. sub. *me*, Ti. Pi. Ang.) *felle* (vel, *toxico*, V. *cicutâ*, JT. Pi. *veneno*, Calv.) *& labore*, Sy. M. P. vel, *miseriâ*, Strig. vel, *lassitudine*, Ti. sim. Ca. V. Mo. Quæ cum *felle* non bene conjungitur. Vide num legendum sit ולענה, ut *fel* cum *absinthio* conjungatur, duæ res amarissimæ, ut Deut. 29. 18. &c [p]. Vel, *molestiâ*, à לאה [q]. Al. *Et circumdedit caput meum*, ο'. Q. in V. *& laborare fecit*, ο'. *& suspendit ipsum*, à תלה *suspendit*. Chald. *Et circumdedit civitatem, & eradicavit capita*, i. e. duces populorum [r]. *Et vallavit caput meum, & fatigavit me in tenebricosis locis*, Ar. [Quæ postrema verba huc trahit ex v. seq.]

6. *In tenebrosis* (nempe, *locis*, Mo. P. vel, *In tenebris*, M. Ca. i. e. in carcere *; vel, in sepulchro, ex collat. verborum seq. Confer Ezec. 37. 13 [t].) *collocavit me*] Ità sic Ar. M. V. vel, *manere fecit me*, P. Mo. simil. Calv. ¶ *Quasi mortuos sempiternos*; sim. Ti. Ca. עולם] *Seculi*, Mo. ο'. Calv. *in seculum*, P. *à seculo*, M. *jam olim*, Pi. sic JT. Qui putredine consumpti sunt [v].

7. *Circumædificavit*, &c. גדר בעדי] *Circumsepivit me*, P. Ti. Ca. &c. i. e. Quasi sepe objectâ viam mihi interclusit [x]. ¶ *Aggravavit* (vel, *Gravem fecit*, Ca.) *compedem meum*; ità P. נחשתי] *Vincula mea*, M. *pedicas*

a Q. in San. Hi. in V. b Hi. in V. G. c V. Calv. d Glas. * Glas. Theol. 1. 9. 104. f San. Ang. sic M. g G. h San. i Calv. k Ang. l Pi. m Pi. n G. o Ang. p Calv. q Ca. r V. t V. * Mar. t Pi. v Calv. x V.

cas meas, Ti. vel, *æs meum*, vel *chalybem meum*. Pi. *pedicas æreas* (vel, *numellas chalybeas*, Pi.) *meas*, V.

8. *Exclusit*, &c. שָׂתַם תְּפִלָּתִי] *Obstruxit* (vel, *occlusit*, P. sim. M. Calv. V. *obthurat*, Pi.) *orationem meam*, Mo. nè scilicet perveniret ante illum[y]. Vel, *orationi meæ*, JT. Pi. sim. P. Ti. Calv. sub. *aures*, P. Ti. Angl. &c. vide Psal. 58.5. Act. 7.57[z]: vel, sub. *januam*, Calv. Metaphora ab iis qui januam ingressuris occludunt[a].

9. *Conclusit vias meas lapidibus*, &c. בְּגָזִית] *Lapide cæso*, JT. Pi. sic P. Mo. &c. vel, *quadrato*, Calv. Ti. Ca. sim. V. Nè perrumpere possim. Lapides quadrati inter se arctè cohærent, & nullam fracturam admittunt. Respicit biennalem obsidionem[b]. ¶ *Semitas meas subvertit*, עִוָּה] *Depravavit*, Ti. Ca. V. *conturbavit*, ο'. *obliquavit*, Sy. *intervertit*, M. mutavit à consuetudine[c]: *pervertit*, Mo. P. Calv. i. e. Maledicit & se opponit omnibus consiliis & conatibus nostris, ut in irritum cedant[d]. Fecit ut omnia malè mihi succederent *. Omnem spem & modum evadendi mihi præripuit[f].

10. *Ursus insidians*] Ursus est animal versutum & insidiosum, (testibus Oppiano & Adamantio & Martial. epigram. 6. 64. Plin. 8. 36.) quodque, in speciem cicuratum, ad ingenium suum subindè redit, & incautos homines necat[g].

11. *Subvertit*] Ademit mihi ambulandi libertatem[h]. ¶ סוֹרֵר] *Pervertit*, P. M. Calv. & me quasi retroegit, ut omnia infeliciter cederent[i]. *Divertere fecit*, Mo. *flexit*, Ca. *vagas* (vel, *obliquas*, Sy.) *reddidit*, Ti. V. sic JT. *dissipavit*, V. *avertit*, Pi.

13. *Filias* (vel, *filios*, Mo.) *pharetræ suæ*] Sic M. &c. vel, *sagittas suas*, P. Pi. Sy. &c.

14. *In derisum omni*, &c. לְכָל־עַמִּי] *Omni*, vel *toti*, *populo meo*, P. Calv. M. Ti. Mo. ο'. i. e. perfidis è populo meo[k]: vel, populo qui olim meus erat, vel mihi subditus, ut Moab, Ammon, &c[l]. Sed absurdum videtur, Judæos fuisse derisos à suo populo[m]. Resp. 1. Ergò Propheta h. l. de suis, non de populi, malis conqueritur[n]. 2. Non significat quid factum sit; sed tantùm conqueritur statum suum fuisse ità probrosum, ut, dum alii alios aspicerent, haberent materiam subsannationis, si ità passa fuisset eorum conditio[o]. 3. Alii itaque aliter reddunt.] *Cum toto populo meo*, JT. ל *cum*, ut Esd. 1. 5[p]. *Omnibus populis*: pro עַמִּי, legendum עַמִּים[q], sicut 2 Sam. 22. 44. collat. cum Psal. 18. 44[r]. ut sententia hujus loci evincit †, & pronomen plurale sequens, quod videtur respicere vel requirere nomen præcedens plurale, *canticum eorum*, scil. populorum *. *Apud omnes gentes*, Sy. *omnibus dissipatoribus populi mei*, Ch. *omni populo*: [s] in עַמִּי hìc non est pronomen, sed paragogicum, ut sæpe[t].

15. *Inebriavit me absinthio*; ità P. M. &c. לַעֲנָה] *Felle*, vel *veneno*: non, *absinthio*; nam hæc est herba salubris, licèt amara[v]. *Aconito*; quo, ut hìc *inebriare*, ità Jer. 9. 15. *cibare*, dicitur Deus: ut loco altero ad herbæ stirpisve folium, quod esui sit, altero ad succum, qui potui destinatur, respectus habeatur[x].

16. *Fregit ad numerum* (i. e. ad unum omnes, ordine & sigillatim[y],) *dentes meos*] Quia in Græco est, Ἐξέβαλε ψήφῳ, &c. putavit hic Interpres ψῆφον esse calculum. At Græc. per ψῆφον intellexêre *lapillum*[k]. ¶ וַיַּגְרֵס בֶּחָצָץ וגו'] *Et confregit*, vel *comminuit*, (vel, *labefactavit*, Ti. *confringere fecit*, Mo. *confringi fecit*, G.) *lapillis*, &c. P. M. sim. Mo. Ca. ο'. &c. i. e. *pane lapidoso*, ut loquitur Seneca[l]: pane infecto micis lapidis[m]: panibus subcinericiis, quibus ut plurimùm calculi sive lapilli admisti sunt[n]. Immiscuerunt calculos panibus meis, quorum esu attriti sunt dentes mei[o].

17. *Et*, &c. וַתִּזְנַח וגו'] *Et elongavit se* (vel, *subduxit se*, V. *discessit*, M. *depulit*, Ti. *deturbavit Dominus*[p]: vel, *repulisti*, ô Jehova[q]. Al. *Adeò rejicis*, JT. *Et remota fuit*, Calv.) *à pace* (i. e. à pristina felicitate, quiete & gaudio[r]; vel, à tranquillitate status mentis meæ †;) *anima mea*, Mo. P. &c. qu. d. Nihil mihi boni residuum est[t]. Scribæ posuerunt נַפְשִׁי; sed fuerat נַפְשֵׁהּ, ad Deum verso sermone, cujus cogitationes longè à sua prosperitate abfuisse queritur Jeremias[v]. Sed mira hæc Grotii αὐθάδεια in corrigendis, sine ullo indicio, fontibus. Non de Deo agi docent verba sequentia, *oblitus bonorum*[x]. ¶ *Oblitus sum bonorum*] Vel, *boni*, Mo. P. &c. i. e. Felicitatum[y]. Oblivio hæc realis est, & boni privationem denotat[z]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Ità ut pace destitutus bonum nesciam*.]

18. *Periit finis*, &c. נִצְחִי וְתוֹחַלְתִּי וגו'] *Robur* (vel, *duratio*, Mo. *victoria*, ο'. Ar.) *meum*, *& spes mea à Domino*, M. Ti. JT. &c. vel, *quam in Jova habebam*, Ca. Periit statio mea in fortitudine quæ erat mihi[a]. Ità solent homines conturbati varia cogitare ac dicere: jam desperant, jam ad spem eriguntur. Gradum hìc struit sequenti consolationi, v. 24[b]. Gravissima hæc erat tentatio; Propheta ferè desperatione obruitur, persuasus se à Deo esse derelictum[c].

19. *Recordare paupertatis*, &c. זְכָר עָנְיִי וּמְרוּדִי] *Recordando* (vel, *Recordare*, Mo. M. *Recordari* Calv. vel, Dum *recordor*, P. sic Pi.) *afflictionis meæ, & ærumnæ meæ*, Calv. M. &c. vel, *planctûs*, vel *ploratûs*, *mei*, P. JT. vel, *exsilii mei*, Pi. vel, *rebellionis meæ*, Mo. Ti. Non placet: cùm sit potiùs Deo oblivíscenda rebellio, ut misereatur. Vel, *acerbitatis meæ*: מְרוֹרִי legendum videtur, Daleth penultimâ; qui facilis est lapsus, indiscretâ penè literarum similitudine. Est enim gemina sententia eleganter composita[d]. Hæc sententia pendet à præcedente. Exprimit quomodo succubuerit tentationi, nempe quòd mala sua nimiùm agitaret *.

20. *Memoriâ*, &c. זָכוֹר תִּזְכּוֹר וְתָשִׁיחַ עָלַי וגו'] *Recordando* (sub. *enim*, P.) *recordatur*, vel *recordabitur*, Mo. M. Calv. P. (vel, Dum *intimè recordabatur*, Pi.) *& incurvatur*, vel *incurvabitur*, (vel, *incurvabatur*, Pi. vel *humiliabitur*, Calv.) *super* (vel, *in*, P. Pi. &c.) *me*, &c. Mo. M. Ti. Quotiescunque animus meus illius temporis reminiscitur, totus contabescit[f]. [JT. versum sic reddunt, *Planè*, inquam, *recordando meditatur apud me anima mea*.] *Memoriâ repeto, & animo meo meditor*, Ca. Fut. hìc pro præs. *Recordatur, atque incurvatur*, vel *dejicit se*, q. d. Recenti memoriâ recolit[g].

21. *Hoc*, &c. זֹאת אָשִׁיב וגו'] *Hoc* (vel, Sed *hoc*, JT. Tamen *hoc*, Angl.) *reduco*, vel *revoco*, vel *revocabo*, (vel, dum *reduco*, Ti.) *ad cor meum*, *idcirco* (vel, *iterum*, Ti. vel, & *ob id*, M.) *spero*, vel *sperabo*, P. JT. Ca. Calv. &c. Sed quid vult per *hoc*? Resp. Vel, 1. ipsam desperationem, quæ spem gignit, ubi scilicet homo, infirmitatis suæ conscius, & propensionis ad desperationem, ad Deum se & vota sua convertit. Ità ipsa infirmitas causa est bene sperandi, & Deus lucem elicit ex tenebris[h]. Vel, 2. statum præsentem, liberationem meam ex lacu lutoso, simul mihi ob oculos ponens, id argumentum habebo quo in posterum quoque Deo confidam[i]. Vel, 3. quòd mei recordaberis[k]. Vel, 4. quod sequitur vers. 22[l].

22. *Misericordiæ*, &c. חַסְדֵי יְהוָה כִּי לֹא תָמְנוּ כִּי לֹא כָלוּ וגו'] *Misericordiæ* (vel, Ex *misericordiis*, M. vel, *Summæ benignitatis*, JT. Nempe quòd *summa misericordia*, Angl. sim. Pi. ut vox pluralis innuit, Psal. 89. 2[m].) *Domini* (sub. *sunt*, P. vel, *est*, M. JT. sic Pi. Angl.) *quòd non sumus consumpti, quia* (vel, *quòd*, JT.) *non defecerunt* (vel, *finiuntur*, JT.) *miserationes ejus*, Mo. P. M. JT. Angl. Alii כִּי transponunt, & תַמְנוּ accipiunt pro תַמּוּ, נ loco מ literæ geminandæ[n]. תַמְנוּ, per epenthesin literæ נ, pro תַמּוּ, est forma Chaldaica; & hìc ità sumpsit Chaldæus Interpres, [qui locum sic reddit, *Benignitates Domini quia non defecerunt, quia non cessârunt misericordiæ ejus*.] Etiam ο'. ὅτι οὐκ ἐξέλιπέ με, (*quia non deseruit me*[o].) *Quòd* (vel, *Quia*, G.) *misericordiæ Domini non deficiunt*, vel *defecerunt*, (vel, *consumptæ sunt*, G.) *& quòd miserationes ejus non cessant*, Ti. *Jovæ clementiam videlicet non esse consumptam, non defecisse misericordiam*, Ca.

23. *Novi*, &c. חֲדָשִׁים לַבְּקָרִים] *Novæ* (vel, Quòd *novæ*, Ti. vel, Quæ *recens*, Ca. Imò *novæ*, Pi. vel, Nempe, quòd *renovatæ*, Angl. sub. *sunt*, P. Ti. vel, *est*, Ca. vel, *exhibentur*, M. sub. *misericordiæ ejus*, P. sim. V. M. G. Pi.) *matutinis*, ο'. Mo. vel, *quolibet manè*, P. sim. JT. Pi. *manè & diluculò*, M. vel, *quotidie*, Ti. Ca. sim. V. Quotidie aliæ alias sequuntur[p].

24. *Pars* (vel, *Portio*, JT. Pi. &c.) *mea Dominus*, &c.] i. e. Ità charus mihi ut hæredi portio[q]. Unicum hoc est patientiæ fundamentum & spei, ut contenti simus uno Deo & ejus favore[r].

26. *Bonum*, &c. טוֹב וְיָחִיל וְדוּמָם לִתְשׁוּעַת יְהוָה]

Margin notes (left column): [y] V. [z] Ang. [a] Q. in Ang. [b] Calv. [c] V. [d] Calv. * M. [f] T. [g] BA. 1. 3. 9. 81. [h] G. [i] Calv. [k] He. in Ang. [l] Ang. [m] Calv. [n] Q. in Calv. [o] Calv. [p] Ang. [q] Pi. Ang. [r] Ang. † Pi. * Punc. vind. 2. 13. 967. [s] Sin. [v] Calv. [x] Gt. ad. vers. 5. p. 50. [y] Mc. sim. T. [k] G. [l] G. sim. Mc. [m] Pi. [n] T. [o] M. ex RS. sim. V. [p] V. [q] Pi. [r] T. † V. [t] Ang. [v] C. [x] Calov.

Margin notes (right column): [y] V. [z] Calv. [a] He. in V. [b] V. [c] Calv. [d] Ca. * Calv. [f] G. [g] V. [h] Calv. [i] G. [k] Mar. [l] Belg. sim. M. ex Ch. [m] Ang. [n] Q. in V. [o] G. [p] G. [q] Pi. [r] Calv.

 Bonum

Bonum (sub. *est*, P. Ang. &c.) *&* (vel, *quòd*, Angl. ità copulativa sumitur Psalm. 144. 3 †: vel, quòd *&*, P.) *exspectabit* (vel, *exspectet*, Mo. P. Angl. sub. *homo*, P. Angl.) *& silebit* (vel, *silens*, Mo. P. Angl. sub. *fit*, P. Angl.) *ad salutem* (vel, *in salute*, Mo. P.) *Jehovæ*. Abrupta loquutio, sed sententia non est ambigua: Resolvi debent verba futuri temporis in modum subjunctivum: q. d. Bonum erit, ubi quisque speraverit in salute Jehovæ, & ut id cum silentio fiat, h. e. patienter ferendo omnes ærumnas, donec Deus succurrerit [v]. *Bonum est* (sub. *tales*, V.) *sperare, & in silentio* exspectare *salutem*, &c. Ti. V. *Bonum est patienter exspectare Jovæ defensionem*, Ca. *Exspectare & silere*, pro, *exspectare eum silentio*; ut Esa. 47. 5. *Sede, sile*, i.e. Sede cum silentio [x]. *Bene* est *& speranti & acquiescenti in*, &c. JT. *Bene agitur cum eo qui & exspectat & silet ob salutem*, &c. Pi. *Bonus* (sub. *homo*, M. vel, *vir est*, Q. in V.) *exspectat*, (vel, qui *exspectat*, sive *sperat*, Q. in V.) *& silet ad*, &c. M. Q. in V. *Silentium* hîc, pro patientia [y]. *Silere* in S. S. est, quiescere, & afflictiones nostras placidè & sedato animo ferre, arbitrio Dei nosmet subjicere, & in Deum recumbere [z].

† Ang. [v] Calv. [x] Ang. [y] G. [z] Calv.

27. *Cùm* (vel, *si*, M. Ti.) *portaverit jugum*] Vel, 1. doctrinæ; ut docilis & obediens sit, &c. Vel, 2. castigationis Dei; ut eam placidè feramus [a]. Ità duplex sensus est, & uterque probabilis: priorem tamen præfero [b]. Jugum, vel, Legis & mandatorum Dei [c]; vel, adversitatum: quia his domatur fervor juvenilis, arcentur illecebræ peccatorum, roboratur animus, &c [d]. ¶ *Ab adolescentia*] Senes enim & tardi sunt, & præfracti, præjudiciis imbuti, intractabiles, qui vix sustinent se doceri, & in ordinem cogi *.

[a] Calv. sim. Ang. [b] Calv. [c] Me. [d] T. * Calv.

28. *Sedebit*, &c.] *Manebit*, Mo. P. (*Sedet*, Ti. *Maneat*, Ca. Qui *sedens*, JT. Si *sedeat*, Pi. Ut *sedeat*, Angl.) *solitarius*, vel *solus*, vel *seorsim*, *& silebit*, Mo. P. Calv. M. vel, *tacet*, Ti. *tacitus*, Ca. *acquiescit*, JT. *& sileat*, Pi. Angl. Hîc monstrat fructum docilitatis & obedientiæ, & vim atque naturam veræ patientiæ. Ethnici magnanimi erant, sed theatrum spectabant & laudem ab hominibus, &c. Pius autem, etsi nemo adsit testis, seorsim tranquillus est, & se Deo subjicit [f]. ¶ כִּי נָטַל עָלָיו] *Quia*, &c. *Quia* (vel, *Quòd*, V. *Quum*, Pi. Angl.) *portavit*, vel *tulit*, (vel, *solitus sit portare*, Q. in V.) *super se*, Mo. P. Calv. sic M. Pi. &c. vel, *projecit super ipsum*, Ti. sub. *Dominus*, V. & sub. *jugum*, P. V. Pi. &c. vel, *imponitur ei*, Angl. Verbum indefinitè positum passivè redditur [g]. *Quòd imposuerit ei* Deus, JT. Sensus loci, Jugo se accommodat: non jactat jugum, *οὐ ζυγομαχεῖ*, (*non obluctatur jugo*.[h]) Non significat desperantem animum, sed projicientem se in judicium & voluntatem Dei, paratum semper ad majora ferenda [i]. Dicit hoc esse specimen veræ tolerantiæ, si ferimus, &c. nec rebus adversis succumbimus. Forsan, pro עָלָיו, legendum עולו, *jugum ejus*, nempe vel Dei, vel hominis: ità sensus optimè quadraret, & rationem redderet cur fideles quiescerent, &c. quia portârunt jugum, &c [k].

[f] Calv. [g] Ang. [h] G. [i] V. [k] Calv.

29. *Ponet*, &c. יִתֵּן וגו׳] *Dabit* (vel, *Ponet*, P. M. &c. *Ponit*, V. Qui *indit*, JT. Si *indat*, Pi. Ut *ponat*, Angl.) *in pulvere os suum*, Mo. &c. i. e. Submissè de se sentit & loquitur, quasi terram deoscularetur [l]: (ut, contrà, *Ponere in cœlum os suum* est, superbè & arroganter de se sentire & loqui, & quasi Deo insultare *.) Qui os suum occludit, nè Deo obmurmuret [m]; humiliat se usque ad terram [n]; supplex coram Deo jacet, terram attingens more supplicum, 2 Sam. 12. 16. & 14. 22 [p]. Deum adorat in terram pronus. Sic 1 Cor. 14. 25 [q]. ¶ *Si*, &c. אוּלַי יֵשׁ תִּקְוָה] *Si fortè* (vel, *An fortè*, Ti. Dicens, vel Dicendo, *Fortè*, JT. Pi. אולי non significat dubitare fideles, sed tantùm difficultatem rei exprimit [r].) *est*, vel *sit*, (vel, *sese offerat*, Ti.) *spes*, sive *exspectatio*, P. M. JT. &c. Si fortè hâc sui dejectione humilique prece spei suæ ac voti compos fiat †. τὸ *si* non est hîc dubitantis, sed, more Hebræorum, affirmantis: nam ex humilitate & patientia concipitur spes, quæ non confundit [t].

[l] V. * T. [m] Calv. [n] Me. T. Ang. [p] Calv. [q] G. [r] Calv. † T. [t] Me.

30. *Dabit* (vel, *Præbeat*, Ca. *Præbet*, JT. Si *præbeat*, Pi. Ut *præbeat*, Angl.) *percutienti se maxillam*] Ità Mo. P. &c. Alterum patientiæ fructum commemorat, quòd tranquillè ferat non modò afflictiones à Deo, sed & injurias ab hominibus. Multi à Deo afflicti moderatè se gerunt: sed si occurrat hostis, prosiliunt in has voces, Non est mihi nunc negotium cum Deo, sed cum homine scelerato, &c [v].

[v] Calv.

31. *Quia non repellet*, &c.] Vel, *deseret*, Ti. P. sim. M. Ca. &c. qu. d. Hoc autem faciet justus patiens, & considerans quòd Deus non abjiciet, &c [x]. persuasus felicem rei fore exitum, &c. Sine spe nulla est pœnitentia [y].

[x] Me. [y] Calv.

32. *Quia*, &c. כִּי אִם הוֹגָה וְרִחַם] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quin*, V. *Sed*, Pi.) *si* (vel, *quum*, JT. Pi. vel, *etsi*, Strig.) *dolore affecerit*, P. Calv. sim. Mo. M. &c. *&* (vel, *etiam*, Calv. JT. *rursum*, M. Pi. vel, *tamen iterum*, Strig.) *miserebitur*, P. Mo. Calv. &c. *Sed idem & affligit, & miseretur*, Ca. Tempora mutantur [z]. Pœnæ piorum sunt temporales [a].

[z] Mar. [a] Calv.

33. *Non*, &c. לֹא עִנָּה וגו׳] *Non affligit*, vel *afflixit*, (ullos, nedum pios [b],) *ex corde suo*, Calv. P. Mo. &c. i. e. libenter, quasi delectetur hominum miseriis [c]: non quòd bonis malè velit, sed ut eos aut exploret, aut in exemplum patientiæ proponat. Vide sequentia [d]. Non ex animi sui sententia *, aut ex directa electione, affligit [f]: non ex mero aut proprio motu [g]; sed peccatis quodammodo coactus [h], & in bonum nostrum. Quamvis autem hoc in genere verum sit, indubiè tamen Propheta hîc de fidelibus solis agit, &c [i].

[b] Ang. [c] Calv. Me. [d] G. * T. [f] L. [g] Ang. [h] Me. sim. Calv. A g. [i] Calv.

34. *Ut*, &c. לְדַכֵּא וגו׳] *Ad conterendum* (vel, *Conterere*, Ti. JT. &c. *Ut conterat*, P. M. *Quum quis conterit*; Heb. Quum quis comparatus est *ad conterendum*, Pi.) *sub pedibus suis*, &c. Mo. Calv. &c. Hic versus & duo sequentes pendent, vel, 1. à præcedentibus [k]; q. d. Non prorsus abjicit Deus homines, ut illos conterat, quia non punit ex corde, &c [l]. Refert his versibus quænam illa sunt quæ Deus neque ex corde facit, neque procuraverit †. Vel, 2. à fine versûs 36. *Dominus ignoravit* [m]; quod repetendum est in singulis versiculis, hoc modo sc. Deus ignoravit ut contereret, &c [n]. Locus dupliciter accipi potest. Vel, 1. ut rationem reddat, explicétque magis naturalem Dei benignitatem: q. d. Longè abest à Deo ut id meditetur aut velit quod homines solent, nempe ut conculcent, &c. judicium pervertant, &c. Vel, 2. ut occurrat tacitæ objectioni adversùs benignitatem Dei, quòd Judæos contereret, &c. Huic respondet, Deum id ignorare, i. e. non probare. Sed prius præfero [o]. Existimo hîc referri impias Judæorum illorum voces, qui Deum querebantur immisericordem esse, & se à Deo negligi, & Dei conniventiâ fieri quòd improbi ipsos contererent, &c. Loquitur ergò per modum concessionis, &c [p]. Porrò, *conterere sub pedibus* est, graviter affligere & funditus perdere. Per *vinctos* hîc intellige Judæos [q].

[k] Q. in Calv. sim. [l] San. † Q. in Ang. [m] San. Me. [n] Me. [o] San. [p] Calv. [q] T.

35. *Ut*, &c. לְהַטּוֹת וגו׳] *Ad pervertendum* (vel, *Ut declinet*, M. sic Calv. *Ut declinare faciat*, P. sim. Mo. &c. *Detorquere*, JT. *Invertere*, Ca. *Quum quis detorquet*, Pi.) *judicium*, vel *jus*, *viri coram conspectu*, sive *facie*, *Altissimi*, vel *Excelsi*, Calv. M. &c. i. e. Vel, 1. judicis terreni, cui titulus *excelsi* tribuitur Eccles. 5. 8 [r]. [Unde JT. hîc reddunt, *superioris*.] Vel, 2. Dei †; eum ejúsque iram spernens, &c [t]. Vel, [sic loquitur, quia] Deus adest in judicantibus & in judiciis [v].

[r] Ang. † Ang. Me. &c. [t] Ang. [v] Calv.

36. *Dominus ignoravit*, לֹא רָאָה] *Non vidit*, vel *videt*, Mo. P. M. Calv. vel, *novit*, Ti. sim. Ca. vel, *probat*, JT. V. Angl. ut phrasis sumitur Num. 23. 21. Hab. 1. 13. q. d. Quamvis Deus tales pœnas populo suo infligi sinat, eas tamen non probat [x]. *Non novit*, practicè scilicet, i. e. nunquam talia fecit [y], nec facere solet. Sic de miti dicimus, nescit irasci; & de crudeli, nescit placari [z]. Al. *non vidit*, præt. pro præs. i. e. nè cogitat quidem [a]. Al. q.d. Quasi Dominus id non videret, si de tyranno agatur: si de Deo, sic, Quasi ipse non videret quod justum est & æquum: sic quidam pervertunt judicium [b]. Al. *non videret?* scil. injusta illa facinora [c].

[x] Ang. [y] T. [z] San. [a] V. [b] Mar. [c] Pi.

37. *Quis*, &c? מִי זֶה אָמַר וַתֶּהִי אֲדֹנָי לֹא צִוָּה] *Quis iste? dixit, Fuit, Deus non præcepit*. Blasphemiam quum retulit, acri objurgatione compescit, & tanquam de re absurda interrogat, *Quis iste?* q. d. Adeóne insaniunt homines, ut dicant Deo non præcipiente quicquam fieri? Quid enim est Deus sine judicio [d]? *Quis* (sub. *igitur est*, P. Pi. &c.) *ille* (sub. *qui*, P. M. &c.) *dixit, & fuit*, vel *factum est*, Mo. P. M. (vel, qui *quum dixit*, *factum est*, Pi.) *Dominus non præcepit?* Mo. P. &c. vel, annon præ-

[d] Calv.

præcepit iſtud? Pi. *Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod Deus non præcipiat?* Ti. *Quiſnam eſt quo dicente fiat aliquid injuſſu Domini?* Ca. ſim. JT. Strig. Hæc cùm ità ſint, quis audeat dicere fieri quidquam ſine Dei voluntate & providentia *? Quis tam vecors eſt qui ſic dicat [f]?

38. *Ex ore Altiſſimi non*,&c? לא תצא הרעות והטוב] *Non* (vel, *annon*, JT. Pi.) *egredietur malum*, (Heb. *mala*, Angl. vel, *quodque malum*, JT. Pi.) *& bonum?* Calv. ſic JT. Pi. &c. *Malum* intellige, non culpæ, ſed pœnæ [g]. Vel, poteſt ità reſolvi oratio, *Quaſi verò non egrediatur bonum & malum ex ore Dei ipſius* [h]. Pendet hæc ſententia ex ſuperiori [i], & aliquid repetendum [k], *Quis dixerit*,vel *dicere audeat*,*ex ore Altiſſimi non procedere & mala & bona?* G. Me. i. e. & proſpera & adverſa [l]. Summo id peccatoribus ſolatio eſt, nihil ipſis obvenire niſi ex nutu Dei [m]. Confirmat ſuam ſententiam, nempe, deteſtabiles eſſe eos qui Deum curare res humanas negant, &c [n].

39. *Quid*, &c? מה־יתאונן אדם חי גבר על חטאו] *Cur*, vel *Quid*, (ſub. *inquam*, P. vel, ſub. *igitur*, Ti.) *afflictat*,vel *afflictabit*, *ſe* (vel,*mentitur*, M. *dolet*, P. ſim. V. *quiritatur*, ſive *murmurat*, Ar. Ang. ſic o'. JT. G. *tædio ſe conficit*, ut Num. 11. 1 [o].) *homo vivens*, Mo. Ti. &c. (q. d. cui Deus adhuc pœnitentiæ tempus indulget [p],) *vir* (vel, *& vir*, M.) *ſuper peccato ſuo?* Mo. P. Calv. ſic o'. Ar. Pi. &c. vel, *in peccatis ſuis?* M. Calv. h. e. peccatis adhuc inſiſtens [q]. Vel, *quum fortiter inſiſtit peccato ſuo?* Ti. vel, *propter pœnas peccatorum ſuorum?* JT. ſim. G. Me. T. q.d. Si ob peccata affligitur, corrigat ſe [r]. Non eſt ergò quòd Deo calamitates ſuas imputet †, ſed ſceleribus ſuis [t]. [Alii totum ſic reddunt;] *Quid mortalis, quid homo ob ſui peccati pœnam dolet?* Ca. *Cur igitur quiritatur homo vivens?* Pi. ſim. Strig. (ſub. *contra Deum*, Strig.) *Unuſquiſque propter* (vel, *contra*, Strig.) *ſua peccata* quiritetur, Pi. vel,fremat, Strig. Oſtendit cur homines ità deſipiunt, ut excludant Deum à gubernatione mundi; nempe, quia in fæce peccatorum ſuorum reſident, nec dicta factáque ſua ſeriò examinant, ut ex pœnis culpam ſuam, adeóque Dei providentiam & juſtitiam, agnoſcant [v].

40. *Scrutemur vias*, &c.] Dicta, facta, cogitata noſtra [x]. Hoc examen opponitur torpori & tædio quo ſe fruſtrà homines macerant, quum externa tantùm mala ſentiunt, ad cauſam verò non attendunt, nec ſua vitia reputant [y]. Pia concluſio; q. d. Cùm mala noſtra non à volente Deo, ſed à peccatis noſtris,oriantur, culpas noſtras & ſcrutemur & corrigamus [z].

41. *Corda——cum manibus*] Ità hypocriſin à precibus excludit [a].

43. *Operuiſti in*, &c. סכותה באף] *Oppoſuiſti furorem*, P. *Obvelâſti iracundè*, Ca. *Umbraculum poſuiſti*, ſive *obtendiſti*,*in ira*, M. Ti. *Poſuiſti velut tentorium iram*, vel, *Feciſti tentorium ex ira*, ſub. *contra nos*: q.d. Poſuiſti tentorium furoris tui, nè videremus quò iremus; aut, Poſuiſti tentorium tuam veluti interſtitium inter nos & te, ut non licuerit in noſtris afflictionibus ad te confugere [b]. *Operuiſti*, ſive *Obtexiſti*, (vel, *Obruiſti*,Sy. Ar. ſub. *nos*, Sy. Ar. Strig. Angl. Pi. vel, ſub. *te*, ut ſit geſtus militaris Dei armati adverſùs illos venientis [c]: vel, ſub. *faciem tuam*, nè cernas mala tuis illata, adeóque miſerearis, &c [d]. qu. d. ut implacabiliter punires, &c. Nam vel ſæviſſimi homines, oculis ſuis videntes triſte ſpectaculum, ferè ad miſericordiam flectuntur *.) *in ira*, o'. Sy. Ar. Calv. &c. Alludit vel, 1. ad morem obtegendi faciem lugentium, 2 Sam. 15. 30. Eſt. 6. 12. vel damnatorum, Eſt. 7. 8 [f]; vel potiùs, 2. ad nubem afflictionum, quâ quis involvitur [g].

44. *Oppoſuiſti nubem tibi*] Ità P. &c. vel, *Obtexiſti te nube*, P. V. &c. *Nubes* hîc denotat, vel, 1. iram Dei, quæ talibus rebus conferri ſolet, v. 43. Joel. 2. 2 [h]. Vel, 2. recentem peccatorum memoriam [i]: *nubem* peccatorum noſtrorum [k]. Vel, 3. immutabilem tuam ſententiam de nobis puniendis [l].

45. *Eradicationem*, &c. סחי ומאוס וגו'] Prima vox alibi non occurrit [m]. [Verba variè reddunt.] *Nauſeam* (*Abraſionem*, P. Sic vocat ſordes ſive res ſuperfluas quæ alicunde abraduntur †. *Colluviem*, M. ex K. *Quiſquilias*, Calv. Ca. propriè, *Scobes & Ramenta*, Calv. סחי idem quod περίψημα 1 Cor. 4. 13 [n]. *Purgamentum*, JT. Pi. *Ejectamentum*, G. *Rejectos*, Ti. *Lutum*, Strig.) *& abjectionem* (vel, *abominationem*, M. *ſordes*, G. *rejectamentum*, JT. Pi. ſim. Calv. *excrementum*, Ca. *contemptos*, Ti.) *poſuiſti nos*, &c. Mo. Non enim ſpecialiter de ſe hîc, ſed toto de populo, Propheta loquitur [o]. q. d. Sordidos & contemptibiles nos reddidiſti [p]. Significat ignominiam populi non fuiſſe occultam, ſed omnibus patefactam [q].

47. *Formido*, &c. פחד ופחת וגו'] *Pavor & fovea fuit* (vel, *adeſt*, JT. *evenit*, V.) *nobis*, Calv. Ti. JT. &c. i.e. More timentium fugientes incidimus in foveam nobis paratam [r]. ¶ *Vaticinatio*, השאת] *Vaſtatio*, Mo. P. JT. Pi. Ti. &c. *ſeductio*, M.

49. *Oculus meus afflictus*, &c. נגרה ולא תדמה מאין הפגות] *Defluxit*, vel *defluit*, *& non tacuit*, Mo. (vel, *ceſſat*, P. *quieſcit*, M. ſic Calv. G.) *à non intermiſſionibus*, Mo. Calv. vel, *eò quòd non*, ſive *nullæ*, *ſint intermiſſiones*, P. Ti. Pi. &c. i.e. relaxationes, aut ceſſationes †, nempe miſeriarum [t].

50. *Donec reſpiceret*, &c.] Docet luctum ſuum cum ſpe & precibus ad Deum conjunctum fuiſſe; quo diſcernitur à cæco illo dolore quo increduli obruuntur, &c [v].

51. *Oculus*, &c. עיני עוללה לנפשי מכול וגו'] *Oculus meus cauſa fuit* (vel, *negotium faceſſivit*, Pi. vel, *afficit*, JT. Ang. vel, *dolore afficit*, P. Calv. ſim. M. vel, *lædit*, Strig. vel, *vindemiat*, Ti. ſim. o'.) *animæ meæ*, Mo. Pi. (vel, *animam meam*, P. Calv. M. &c. vel, *vitam meam*, Strig. Chaldæus rectè explicat, *Tantus fuit fletus meus, ut noceret vitæ*, i. e. valetudini, *meæ* [x].) *ab omnibus filiabus*, &c. Mo. vel, *propter cunctas*, &c. P. M. JT. &c. vel, *ſuper omnes*, &c. Ti. ſic V. Plus flevi quàm omnes filiæ [y]. Vel, *in cunctis*, &c. G. ex Vulg. Cùm oppida circum Hieroſolyma ſua undique caperentur [z]. *Oculi mihi vitam afficiunt*, &c. i. e. mœrent [a].

52. *Quaſi avem*] Cui nihil eſt vel conſilii, vel fortitudinis. Videtur alludere ad Prov. 1. 17 [b]. ¶ *Gratis*] Sine ullo meo crimine [c].

53. *Lapſa*, &c. צמתו וגו' וידו וגו'] *Succiderunt* (vel, *Strinxerunt*, P. ſic Calv. vel, *Perdiderunt*, V. *Concluſerunt*, M. *Oppreſſerunt*, Ti. *Detruſerunt*, Ca. vel, *Exſcindentes* dejiciunt, JT. vel, *Exciderunt* & conjecerunt, Pi. [ut ſit verbum prægnans;] vel, *Morte affecerunt*, Ar.) *in lacu*, ſive *fovea*, ſive *puteo*, (vel, *in foveam*, JT. Pi. *in barathrum*, Ca.) *vitam meam*, Calv. &c. *& jecerunt*, vel *projecerunt*, *lapidem* (vel, *lapides*, JT. Strig.) *ſuper* (vel, *in*, vel *contra*, M. Mo. P. Pi.) *me*, Calv. &c. Quo puteus obſtruebatur. Vide Dan. 6. 17 [d]. & Joſ. 10. 18. & Matt. 27. 60 *. Al. Me lapidârunt [f].

54. *Dixi, Perii*] q. d. Putabam actum eſſe de me [g]. Derelictus ſum à Deo. Loquitur ex ſenſu carnis [h].

55. *Invocavi*, &c.] Vel, Sed *invocavi*, &c. Pi. Ità ſpiritus pugnat adverſus carnem, & fides tentationem rejicit [i]. ¶ *De lacu noviſſimo*, תחתיות] *Inferorum*, Mo. *infimo*, P. o'. ſic Sy. Ar. JT. Pi. Heb. *infimitatum*, Pi. *altiſſimo*, Ti.

56. *Audiſti*] i.e. Audis, vel, audire ſoles [k]. ¶ *Ne*, &c. אל־תעלם אזנך לרוחתי] *Ne abſcondas*, vel *occultes*, (vel, *declines*, Sy. *ſubducas*, Ca. vel, *Non avertiſti*, G.) *aurem tuam ad reſpirationem meam*, Mo. Calv. Ti. Pi. &c. i. e. ad gemitum meum. Synecdoche generis, ut percipitur ex voce ſequenti [l]. Vel, *ad clamorem meum*, Calv. vel, *propter flatum*, ſive *reſpirationem*, &c. P. V. ſic M. vel, *pro dilatatione mea*, i.e. ut me reſpirare ſinas [m]: vel, *me gemente*, Strig.

57. *Appropinquâſti*, &c.] Vel, *Accedis*, V. ad me [n], auxilio tuo, quo ſpem confirmâſti [o]: gratioſâ & potenti tuâ præſentiâ [p]. ¶ קרבת וגו'] *Appropinqua*, &c. Strig.

58. *Judicâſti*, &c.] q.d. Agere ſoles cauſam meam, & me à morte defendere [q].

59. *Vidiſti, Domine, iniquitatem*, &c. עותתי] *Perverſitatem* (*ſubverſionem*, Calv. *incurvationem*, M. *calumniam*, Ti. V. *injuriam*, Q. in V. Ca. Strig. *oppreſſionem*, Calv. *turbationes*, o'. ſic Ar.) *meam*, Mo. P. M. &c. paſſivè, quâ hoſtes me conculcant [r]. Vel, *quæ mihi fit*, Ca. ſim. JT. Pi. Strig. Vel, perverſitatem juris mei, quam mihi ſtruunt †. ¶ *Judica*, &c.] Vel, *Tuere ergò jus meum*, V. ſim. Pi. Prima hæc videtur eſſe precatio, cui præcedentia tantùm viam parabant [t].

Margin notes (left): * M. ſim. Ang. &c. | f T. | g E. | h Calv. | i Me. ſim. G. | k Me. | l G. | m T. | n Calv. | o Calv. | p Calov. | q Q. in Ang. | r G. | † Ang. | t T. | v Calv. | x Me. | y Calv. | z Ang. | a Calv. | b V. | c Q. in Ang. | d Al. in Ang. | * Calv. | f Q. in Ang. | g Ang. | h Ang. | i G. | k T. et L. | l T. | m Ang. | † V.

Margin notes (right): n G. ex Calv. | o G. | p V. | q Calv. | r V. ſim. Calv. | † V. | t Pi. | v Calv. | x G. | y V. | z Calv. | a Ca. | b Calv. | c G. | d G. ſim. Calv. Ang. L. Me. &c. | * Ang. | f Ca. ſim. Strig. Pi. ex Jur. | g V. | h Calv. | i Calv. | k V. | l Pi. | m V. | n Me. T. | o Calv. | p Ang. | q V. | r Calv. | † V. | t Ang.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

60. Vidiſti

60. *Vidisti omnem furorem*, &c. נִקְמָתָם] *Ultionem* (i. e. studium nocendi[v]) *istorum*; nempe Chaldæorum, quam exercuerunt in me[x].

63. *Sessionem* (vel, *Sedere*, JT. Pi.) *eorum* (vel, *In sedendo eos*, Pi.) *& resurrectionem* (vel, *surrectionem*, P. Calv. vel, *surgere*, JT. Pi.) *eorum* (vel, *& in surgendo eos*, Pi.) *vide*] Sic Mo. M. &c. i. e. omnes motus & actiones vitæ. Per *surrectionem* omnes motus, per *sessionem*, quieta consilia, intelligit[y]. Per *sedere* & *surgere* Hebræi omnia hominum otia & negotia intelligunt. Vide Psalm. 139. v. 2[z]. ¶ *Ego*, &c. אֲנִי מַנְגִּינָתָם] *Ego* (sub. *sum*, M.) *modulamen*, vel *canticum*, *eorum*, Mo. P. Calv. &c. *Me esse modulationem*, &c. JT. [Alii hoc cum præced. sic reddunt,] *Sive sedent illi, sive surgunt, (intuere, quæso,) modulatio eorum sum*, Pi. sim. V. Strig.

65. *Dabis* (vel, *Reddes*, ο'. vel. *Da*, Pi. *Des*, Calv. vel, *Repende*, Strig. Ar.) *eis scutum*, &c. מְגִנַּת לֵב] *Dolorem cordis*, P. sic Sy. vel, *laborem*, &c. Ar. *contritionem*, &c. Ch. *absconsionem*, &c. nam הֵגֵן est, *abscondere*[a]. [Fides sit penès Grotium. Mihi nihil tale succurrit.] *Circumcinctionem*, &c. Ti. *impedimentum*, &c. q. d. Percute illos excæcatione & amentiâ, ut malis oppressi obstupescant & attoniti sint[b]. *Abjectionem*, &c. JT. à מָגַן *tradere*[c]. *Obseptionem*, &c. i. e. anxietatem, ut nesciant quò se vertant, aut quomodo è periculo elabi debeant[d]. *Tegumentum*, &c. ο'. Mo. V. i. e. ignorantiam*. *Scutum*, vel *clypeum*, *cordis*, M. Cap. Vulg. i. e. vel afflictionem cordis, vel velamen excæcans[f]; vel, obstinatum cor[g]; vel, callum cordis, & ex eo πώρωσιν, *excæcationem*[h], & stuporem[i]: duritiem instar clypei[k]. ¶ *Laborem tuum*, תַּאֲלָתְךָ לָהֶם] *Maledictionem tuam illis*, P. M. Calv. sim. Mo. Ti. JT. *Exsecratio tua veniat eis*, Pi. *Laborem*, &c. ο'. Pro תַּאֲלָה, legerunt תְּלָאָה[l]. Nugæ. Sic accepit per metathesin literarum. Sic Chaldæus explicat, *Et defatigatio tua defatiget eos*. Sic & explicatur, tum à Judæis in versionibus Germanicis, tum in Medrasch Echo, ubi Commentator scribit, vocem תַּאֲלָתְךָ explicant sicut תְּלָאָתְךָ, nec tamen aliter legerunt[m]. [Alii hoc membrum cum præced. sic reddunt;] *Obduc eorum animo callum tuâ in eos diritate*, Ca. *Incute cordi eorum pavorem ortum à sensu maledictionis tuæ*, Strig. *Da illis*, propter eorum (supplementum quale Mal. 2. 5[n].) *obstinationem*, sive *duritiam*, *cordis*, da, inquam, *maledictionem tuam illis*, Angl.

66. *Conteres*, &c. וְתַשְׁמִידֵם מִתַּחַת שְׁמֵי יְהוָה] *Et delebis* (vel, *contere*, P. *perde*, Calv. JT. Pi. *perdes*, Sy. sic ο'. Mo. &c.) *eos sub cælo*, vel *cælis*, (vel, *à*, sive *de*, *sub cælo*, Mo. i. e. ex omni eo quod sub cœlo est, i. e. ex orbe terrarum[o]: vel, *de his quæ sub cælo sunt*, Ti. vel, *ne sint sub cælis*, JT. sic D. Pi.) *Domine*, M. Mo. Ti. ο'. vel, *Jehovæ*, P. Calv. V. i. e. tuis. Antecedens pro relativo[p]. *Et ex rerum natura tolle*, *Jova*, Ca. Dicit, *sub cælis*, &c. q. d. Ità dele eos, ut interitus eorum testetur te sedere in cœlo, & esse mundi judicem[q].

CAP. IV.

1. Quomodo, &c? איכה יועם וגו'] *Quomodo obscuratum est* (vel, *contemnitur*, Sy. *rubigine obducetur*, Mo. *obtectum*, vel *absconditum*, *est*; fut. pro præs[a].) *aurum?* P. M. &c. quo Templum ornabatur[b]. Potiùs intelligit, vel, 1. splendorem omnem & ornatum Templi[c]: vel, 2. Principes[d]: vel, 3. Templum ipsum*, quod auro ità obtectum erat, ut videretur merum aurum[f]. Vide 1 Reg. c. 6. v. 22[g]. ¶ *Mutatus*, &c. יִשְׁנֶא וגו'] *Mutatur*, &c. JT. Pi. &c. vel, colore, quem abstulit fuligo, &c[h]: vel, usu; q d. convertitur in profanos usus[i]. ¶ *Lapides sanctuarii*, &c.] [Vel, 1. propriè.] Everso Templo, lapides ejus dissipati sunt[k]. [Vel, 2. metaphoricè,] Sacerdotes & Levitæ[l]. Sensus versûs, q. d. Pretiosa indignè tractantur[m].

2. *Filii Sion inclyti*, הַיְקָרִים] *Pretiosi*, P. *nobiles*, V. Qui pollebant honore, & dignitate, & dotibus[n]. Superioris versûs declaratio[o]. ¶ *Et*, &c. הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז] *Æquiparati*, vel *comparati*, (vel, *æquiparandi*, Pi. sim. JT. *rependendi*, Ca. *adornati*, M. *amicti*, Ti.) *auro puro*, sive *optimo*, P. Calv. V. &c. vel, *primo*, Ti. *obrizo*, M. *purgatissimo*, JT. Pi. sic V. ¶ *In vasa*, &c.] q. d. In fictilia nullius pretii[p].

3. *Sed*, &c. גַּם תַּנִּין] [Variant.] *Etiam serpentes*, P. Calv. vel, *dracones*, M. Ti. Ca. ο'. Ar. sic Mo. At hi mammas non habent[q]. Quare dracones marinos intellige, i. e. cete[r]. Vel, *monstra marina*, Ang. i. e. immania animantia quæ in mari versantur, quæ tamen perperàm *monstra* vocantur†. Vel, *Sirenes*, Aq. Th. & Sym. in D. vel, *lamiæ*, Vulg. Non placet. Rogo enim utrùm *lamias* pisces, an empusas, intelligas. Si pisces, quorsum his mammæ? si empusæ, cur catuli eis tribuuntur? Regeres lamiarum tertium esse genus, nempe Libycas feras, muliebri facie & mammis, cætera draconum instar squamis oblitas, quas describit unus Dion, qui, ut Photius verè observat, *fabulas narrationibus suis libentissimè intexit*. Has tamen respexit Interpres[t]. Vel, *phocæ*, JT. Pi. h. e. vituli marini[v]; qui quasi amphibii sunt, vide Plin. 9. 13[x]. Synecdoche generis[y]; nam תַּנִּין in genere significat reptilia grandia, tum terrestria, tum aquatilia[z]: verùm nec aquaticis sunt catuli, nec reptilibus omnibus mammæ[a]. Vel, *cete*, BA. Angl. Lac habere & mammas, non est peculiare phocis, sed commune cetis omnibus; Aristot. Hist. 3. 20. & 6. 12. Plin. 9. 8. Ælian. Hist. 5. 4. Delphinis etiam tribuitur; Ælian. Hist. 10. 8. Plin. 9. 8. Phile, & Damir[b]. ¶ *Nudaverunt*, &c. ità ο'. Ar. Sy. חָלְצוּ וגו'] *Educunt* (vel, *laxant*, Pi. sim. Mo. Heb. *exuunt*, Pi. *præbent*, JT. *extraxerunt*, M.) *mammam*, &c. P. Calv. Pi. V. Vel, 1. mammas suas, quas serpentes habent, vel sub squamis, vel in theca, sive operimento quodam[c]. Vel, 2. mammas vaccarum & ovium, quas serpentes educere solent[d]. Amplificatio hîc est calamitatis gravissimæ. q. d. Phocæ libere ad litus accedentes fœtus suos educant mammis, & locum receptûs habent, ubi contineant fœtus suos donec in mare deducantur, & assuefiant in eo*. Verùm metaphora hæc est sumpta à communi usu mulierum, quæ extrahunt mammam, ubi lactare volunt, &c[f]. ¶ *Filia* (sub. *verò*, P.) *populi mei* (i. e. Hierosolyma[g]: vel, populus meus, h. e. matres lactantes in populo[h]:) *crudelis*; ità P. Ti. לְאַכְזָר] *In crudelem*, Mo. Pi. &c. sub. *mutata fuit*, Pi. *Similis est crudeli*, M. [JT. hoc cum sequent. jungunt, & locum sic reddunt, *propter crudelem* inimicum *similis est ululis*, &c.] ¶ *Quasi*, &c. כַּיְעֵנִים וגו'] *Veluti ululæ in deserto*, Mo. Calv. sic Pi. &c. quarum vox funesta est[i]. *Velut struthiones*, &c. P. Ti. sic M. Ca. Vulg. ο'. Sy. &c. Struthiones sunt animalia partim terrestria, partim volatilia, quæ agunt in desertis, & pedibus jaciunt lapides[k]. Hi ova sua negligunt. Vide Job. 39. 15, 16, 17[l]. יְעֵנִים sunt στρουθοί, vel στρουθία, (Scholiastæ interpretantur στρουθοκαμήλους,) Levit. 11. 16. Deut. 14. 15. Job. 30. 29[m]. Malim esse *ululas*, ut Levit. 11. 16. Deut. 14. 15. vide ad Esa. 13. 21. Jer. 50. 39. quæ fame pressæ pullos suos non deserunt modò, (ut de corvis dicitur Job. 38. 41. Psalm. 147. 9. idémque de ululis observat Hebræus ad Mic. 1. v. 8.) sed & comedunt[n]. Notatur hîc Judæarum mulierum vel, 1. crudelitas, quòd filios suos relinquerent[o]; vel etiam comederent, ut infrà v. 10. suprà 2. 20[p]: vel, 2. extrema miseria, quòd nemo eas sublevet, ut aves in solitudine frustrà implorant alienam opem[q]; & tantum abest ut ipsæ liberos suos lactare possint sine impedimento, ut, contrà, omnibus odio sint (tanquam avibus ululæ) ipsæ, & ipsarum quoque parvuli ab omnibus infestentur, & ipsæ alendi partus suos commoditate careant[r].

4. *Adhæsit lingua*, &c.] Præ siti†; quia fœminæ fame exhaustæ lac non habebant[r].

5. *Qui vescebantur voluptuosè*, לְמַעֲדַנִּים] *Delicatis cibis*, P. sim. M. Ti. Pi. &c. *ad delicias*, Mo. V. Calv. *in deliciis*, JT. Calv. ¶ *Interierunt*, &c. נָשַׁמּוּ וגו'] *Desolati sunt* (vel, *perierunt*, P. V. &c. vel, *desolati*, & domo destituti, sub. *jacebant*[v],) *in plateis*, vel *per vicos*, Mo. Pi. Calv. publicè ac sub dio[x]. ¶ *Qui nutriebantur* (vel, *educabantur*, Pi. sic M. Ti.) *in*, &c. עֲלֵי תוֹלָע] *Super*, vel *in*, *coccino*, Pi. JT. Calv. vel, *purpura*, Ti. vel, *serico*, vel *vermiculo*, V. vel, vestimento *coccineo*, M. sive *vermiculato*, V. Alludit ad illos tapetes quos sibi, vel dormituris, vel comessturis, substernebant, vel quos conculcarant, &c[y]. ¶ *Amplexati sunt stercora*] Vel, 1. quia non erat locus ubi recumberent[z]. Vel, 2. quærentes an in

[v] V. [x] Pi. [y] Calv. [z] G. [a] G. [b] Calv. [c] Ang. [d] Pi. sim. Ang. * V. [f] M. [g] V. M. [h] Cap. crit. 4. 3. 235. [i] Cap. ib. 4. 7. 268. [k] Q. in Ang. [l] Cap. ib. [m] Buxt. Vind. 2. 11. 764. [n] Ang. [o] D. miscel. 1. 36. [p] V. [q] Calv.

[a] V. [b] M. ex Ch. sim. Pi. Ang. [c] Calv. [d] G. ex V. * T. Me. [f] Me. [g] Pi. [h] T. [i] Ang. [k] Me. [l] G. ex V. [m] Ca. [n] Calv. [o] C.

[p] G. [q] BA. 1. 1. 7. 46. [r] BA. 2. 3. 3. 376. † Ang. [t] BA. 2. 6. 10. 833. [v] Pi. ex Jun. [x] Jun. [y] Pi. [z] Pi. ex Jun. [a] Jun. [b] BA. 1. 1. 747. [c] V. [d] Q. in V. * Jun. [f] Calv. [g] G. V. [h] Pi. [i] Q in D. prov. 2. 5. 16. [k] V. [l] G. ex V. [m] T. [n] G. [n] Ang. [o] V. [p] Ang. [q] Calv. [r] Jun. † Calv. [r] Ang. Me. [v] G. [x] Ang. [y] V. [y] Ang. [z] Calv. sim Ang.

in fimetis aliquid esset alimenti. Vide 2 Reg. 18. 27 [a].

6. *Major effecta est iniquitas filiæ*, &c.] Quia Prophetæ nulli ad Sodomam missi [b]. Confer Matt. 11. 23[c]. Sensus hic non est absurdus, ut ratiocinetur Jeremias ab effectu ad causam, ex magnitudine pœnæ ad scelerum gravitatem[d]. Sed præstat de pœna intelligere*, (quomodo & עָוֹן & חַטָּאת sæpe accipiuntur[f],) ob verba sequentia [g]. q. d. Graviores culpæ dat pœnas quàm Sodoma†. ¶ *Quæ subversa est in momento*] Non longo obsidionis languore [h]: cùm Judæi in multiplici suo excidio contabuerint [i]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא חָלוּ בָהּ יָדָיִם] *Et non castrametata sunt contra eam castra*, P. *Neque in deditionem accepta* [est,] Ti. *Et non manserunt*, vel *resederunt*, (vel, *relanguerunt*, Ca. D. i. e. non diu occupatæ erant [k]: vel, *ægrotârunt*, h. e. laborârunt, sive fatigatæ sunt [l]: vel, *laboraverunt*, ο'. Ar. vel, *adhibitæ sunt*, M.) *in ea* (scil. evertenda[m]: vel, *ei* M.) *manus*, Mo. V. JT. Pi. M. &c. i. e. vires, robur hostium, castrametantium scilicet [n]; יָד sign. & *manum*, & *locum*, & *plagam* [o]: vel, *plagæ*; vel, *manibus*, ο'. Ar. Al. *Nullâ manu admotâ*, Strig. Sensus, Nullâ ope humanâ eversa est[p]. Non fuit vi hostili diu agitata aut oppressa [q]. Non passa est obsidionem ab hostili exercitu antequam dirueretur [r]. Sicut scilicet in Hierosolymitano populo manent manus Chaldæorum, affligentes illum continenter†. Non erat consilium Prophetæ, Deum injustitiæ vel crudelitatis insimulare; sed tantùm pœnæ magnitudinem in medium proponere, ut populus agnosceret quid meriti sint [t].

7. *Candidiores Nazaræi ejus nive*; ità P. ob crebras lotiones [v]: זַכּוּ נְזִירֶיהָ וגו'] *Mundiores*, sive *Puriores*, *erant Nazaræi*, &c. P. Ca. Calv. JT. &c. Ad verb. *Separati*, Pi. vel, 1. voto [x]: qui se à communi victûs ratione separabant. Sed non placet, nam Nazaræi illi non pulchri & delicati apparuerunt, sed potiùs inculti & horridi [y]. Vel, 2. dignitate[z]. *Nezer* est, *corona*, vel insigne honoris, 2 Sam. 1. 10. 2 Reg. 11. 12. Indè nomen *Nazaræi* tribuitur viris dignitate conspicuis[a], ut Josepho, Gen. 49. 26 [b]. Deut. 33. 16. Vide & Nah. 3. 17[c]. ¶ *Rubicundiores*, &c. אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים] *Rubuêre corpore* (vel, *ossa eorum*, M. Sy. vel, *specie*, Ti.) *præ margaritis*, Mo. Ti. vel, *gemmis*, Ca. sic P. M. vel, *lapillis pretiosis*, Calv. sic G. vel, *carbunculis*, JT. Pi. vel, *pyropis*, G. Ch. vel, *Sardio*, Sy. vel, *coralliis*, Boot. Adeò conspicua erat in Nazaræis Dei benedictio, ut abstinentia eorum à vino & sicera nihil ex succo & rubedine eorum minueret [d]. Rubedo albedini mixta pulchra habetur, 1 Sam. 16. 12. & 17. 42. Cant. 5. 10*. Sed non placet hæc versio. 1. Quia sic iidem & *candere* & *rubere* dicuntur. 2. Intensus in facie rubor ægri, aut ebriosi, potiùs signum est, quàm bene se habentis. 3. Impropriè dicitur *rubicundior gemmis*, (cùm pleræq; gemmæ non rubeant, sed soli carbunculi, aut iis congeneres,) aut *margaritis*, quæ candore notabiles sunt. Sic ergò verto, *Lucidiores corpore margaritis*: id quod boni habitûs argumentum est. Sic omnia bellè cohærent, quia nix, lac & margaritæ sunt concolores. Et verbum אדם, licèt propriè sign. *rubere*, potest tamen aliter sumi, æquè ac Latinum *rutilare*, quod sæpe nihil quidquam quàm *splendere* est. Idémque verbum אדם, quod Hebraicè *rubere*, Arabicè *candere*, sign[f]. [Plura vide ad Job. 28. 18.] ¶ *Sapphiro*, &c. סַפִּיר גִּזְרָתָם] *Sapphirus* (vel, *Sapphirina*, JT. Ut *sapphirus*, Pi. BA. 2. 2. 17. 248. sim. Ti. sub. *erat*, P. Pi.) *excisio* (vel, *polities*, Ti. JT. Pi.) *eorum*, P. Mo. Calv. &c. Et quasi *sectio eorum esset ex sapphiro*, M. sim. V. ob multam eorum politiem [g]. q. d. Erant quasi sapphiri optimè exsculpti & affabré [h].

8. *Denigrata*, &c. חָשַׁךְ מִשְּׁחוֹר תָּאֳרָם] *Obscurata* (vel, *Obscurior*, P. Ti. Verùm *obscurata*, Pi. sim. P.) *est præ nigredine* (vel, *præ caligine*, Calv. vel, *ex nigredine*, Pi. vel, *ipsâ nigredine*, Ti. Ca. vel, *magìs quàm nigredo*, vel *carbo*, V.) *forma* (i. e. pulchritudo [i]; vel, *facies*, Ca.) *eorum*, Mo. P. M. &c. Deformes & nigri facti sunt, quasi qui caminis purgandis operam impenderint [k]. ¶ *Et non*, &c. לֹא נִכְּרוּ וגו'] *Non agniti sunt in plateis*, Mo. P. Cognosci nequeunt, etiam in luce aperta & medio foro [l]. ¶ *Aruit*, &c. יָבֵשׁ וגו'] *Aret*, vel *Aruit*, *est*, vel *fuit*, (vel, *facta est*, Pi. sic M.) *tanquam lignum*, JT. Mo. Calv. &c. sub. *aridum ac siccum*, V. *Aret*, *ac riget* &c. Ti. Ità dura ut lignum [m].

9. *Melius*, &c. טוֹבִים וגו'] *Meliores* (vel, *Feliciores*, P. G. sim. Mo. Pi. sub. *æstimati*, M.) *fuerunt occisi gladio*, *quàm occisi fame*, Calv. &c. q. d. Subita mors lenior est [n] & melior lentâ ac cruciabili morte, quam *omnium pessimam* dixit Homerus [o]. ¶ *Quoniam*, &c. שֶׁהֵם יָזוּבוּ מְדֻקָּרִים מִתְּנוּבֹת שָׂדָי] *Quia isti fluxerunt* (vel, *diffluxerunt*, Pi. vel, *contabuerunt*, Ti. vel, *persusi sunt* sanguine, P.) *perfossi*, vel *transfixi* (i. e. perinde moriuntur acsi ensibus confossi essent ac sanguine fluerent [p]; nisi quòd lentâ tabe & diutinâ morte animam efflant, cùm perempti gladio semel ponant animam [q].) *à frugibus agrorum*, Mo. sim. Ti. Calv. Emphaticè loquitur, quasi omnes terræ proventus vindictam sumerent de scelerato illo populo, dum solitum victum negaverint [r]. Vel, *propter proventus agri*, Pi. *propter defectum fructuum agrorum*, P. sim. At Glas. gram. p. 639. sim. Pi. Ang. *Proventus*, pro defectu proventuum, per meton. subjecti †. Concisa locutio, qualis Psal. 109. 24. *à pinguedine*, i. e. defectu pinguedinis. Sic Gen. 18. 28. Jer. 10. 14[r]. [Alii locum sic reddunt,] *Qui transfissi exspirârunt*, *quàm qui terræ frugum penuriâ*, Ca. Meliùs habent *qui perfluunt transfixi*, i. e. quorum sanguis effunditur[v], *quàm destituti proventibus agrorum meorum*, JT. Verùm י hîc non notat pronomen affixum, sed ponitur pro litera ה, sicut Psal. 50. 11. & 96. 12. &c [x].

10. *Misericordium*] Natura[y]. ¶ *Coxerunt filios*, &c.] Vide suprà 2. 20. Simile 2 Reg. 6. 28, 29. & in historia Josephi de obsidione per Titum Vespasianum [z]. ¶ *Facti*, &c. הָיוּ לְבָרוֹת לָמוֹ] *Fuerunt* vel, *Qui fuerunt*, P. M. vel, *Ut essent*, Ti. vel, *Et usi sunt*, Ca. vel, *Fuerunt isti*, Pi.) *ad comedendum* (vel, *cibus*, Ti. sim. P. Pi. vel, *in refectionem M*.) *eis*, Mo. vel, *earum* M. ¶ *In contritione filiæ*, &c.] i. e. Sæviente calamitosâ clade urbis nostræ [a].

11. *Devoravit fundamenta ejus*] Ut Deut. 32. 22. Jer. 21. 14 [b]. Id quod rarissimum est; (nam ignis potiùs carpit tecta ædium, vel saltem non progreditur ultra superficiem;) &, quando accidit, spem omnem restitutionis præcludit [c].

12. *Non*, &c. לֹא הֶאֱמִינוּ וגו'] *Non* (vel, *Nunquam*, Ti.) *crediderunt*, &c. Mo. P. Calv. vel, *credidissent*, &c. T. Ca. Pi. Ang. Calv. &c. Adeò munita erat hæc urbs. Sequitur ergò eam fuisse Dei manu potiùs exustam, quàm hostium impetu [d].

13. *Propter peccata prophetarum*] Nempe falsorum*, quos populus sibi adsciverat [f]; quorum vaticinia secutus populus incidit in hæc mala [g].

14. *Erraverunt*, &c. נָעוּ עִוְרִים וגו'] *Moverunt se* (vel, *Vacillârunt*, P. Ti. *Vagati sunt*, Pi. sim. Ca. *Oberrârunt*, V. sic Calv.) *cæci* (vel, ut *cæci*, P. Pi Calv. Belg. Strig. Ang. G.) *in plateis*, Mo. Ti. sic M. ¶ *Polluti*, &c. נְגֹאֲלוּ וגו'] *Polluti sunt in sanguine*, Calv. P. sim. Mo. Pi. &c. Verbum hoc præteritum est, compositum ex Niphal נִגְאֲלוּ, & Pyhal גֹּאֲלוּ. Indicari volunt, & *quòd polluerint se sanguine proprio* per mutuas cædes, (est enim significatio in Niphal quandoque reciproca,) & *quòd polluti fuerint sanguine* ac cædibus ab inimicis ipsorum, juxta Pyhal ubi passio est ab alio illata [h]. ¶ *Cùmque*, &c. בְּלֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ בִּלְבֻשֵׁיהֶם] Ad verb. *In non poterunt tangent in vestimenta eorum*, Mo. *Ut non possint accedentes contingere vestimenta*, P. *Ut vestes eorum non potuerunt* (nempe, *homines*, Ang.) *contingere*, Ti. Ang. sim. M. Ar. Sy. Strig. *Quia non potuerunt* quin *contingerent vestes ipsorum*, Calv. sim. Pi. Belg. nempe, quia illi confertim occurrebant ipsis [i]. Urbs adeò polluta erat, ut nemo posset iter facere, quin statim incideret in aliquam immunditiem. Respicit ad legalem pollutionem sanguinis, &c. simul tamen alludit ad scelera, quæ nomine *sanguinis* designantur [k]. Al. *Cùmque non possent*, (nempe aliter transire [l], vel, aliter sanguinem vitare [m],) *tenuerunt* (vel, *continuerunt* & levârunt [n]) *lacinias suas*, Vulg. &c. i. e. oras vestium manibus [o]. Fluidam vestem contraxerunt [p], ejúsque extrema collegerunt, nè sanguine inficerentur [q]: & sic pauculi pertransierunt impolluti, reliquis attactu cadaverum ubique pollutis [r]. [Alii totum sic reddunt;] *Cæci*, *quum errarent in plateis*, *polluti sunt sanguine*, *eò quòd non potuerunt* quin *tangerent vestes eorum*; vel, *tangebant eum* [nempe *sanguinem*] *vestibus eorum*, *quem non potuerunt*, [jure scil. vel quem attingere non licebat,] Angl. Locus

Marginal notes (left column): a G. sim. Calv. — b G. et Ch. — c G. — d Calv. — f Ar. M. — * Calv. sim. Ang. — † E. Me. &c. — h Calv. — i Ang. sic Calv. E. — † Ca. — l Ca. — l Calv. — m D. trisc. 1. 8. — l Cap. crit. 5. 9. 362. — n D. ib. — o V. — p Calv. — p Cap. ib. — q V. — r G. — † Pi. — t Calv. — v G. — x Q. in Bi. Calv. — y Pi. — z BA. 2. 5. 6. 690. — a Ang. — b Ang. BA. ibid. — c Ang. — d Calv. — * Ang. — f BA. 2. 5. 6. 688. &c. — g V. sim. Calv. — h Calv. — i Pi. — k M. — l V. — m Pi.

Marginal notes (right column): n Calv. — o G. — p V. ex M sim. Ang. — q V. ex M. — r Calv. — † Pi. — t Ang. — v Jun. — x Pi. — y Calv. — z G. — a V. — b Ang. — c Calv. — d Calv. — f Ca. G. — g G. — g Ca. — h Glas. gram. 3. 2. 31. 333. — i Pi. sim. Calv. — k Calv. — l T. — m G. — n T. — o G. — p T. — q Me. — r T.

cus hic difficilis est †, & variè exponitur [r]. *Cæcos* hîc intelligunt, vel, 1. propriè, qui, dum vicos obirent, polluti sunt, nec potuerunt vitare sanguinem, sive innocentium à Judæis ipsis occisorum, v. 13. sive interfectorum ab hoste, &c [v]. Vel, 2. spiritualiter, ut Esa. 42. 18, 19. vel, ità affectos ut cæci esse solent, Esa. 59. 10 [x]. Quod etiam intelligunt, vel, 1. de populo [y]; quem confert cæcis, quia quocunque se conferrent, undique occurrebat immundities, adeóque polluti sunt, acsi essent cæci [z]. Vel, 2. de sacerdotibus illis & prophetis v. 13 [a]. Sacerdotes qui sanguinem injustum effuderant cursitârunt huc illuc, *ut cæci*, incerti quò se verterent præ multitudine cadaverum, undique aspersi fuerunt sanguine, cùm urbs caperetur [b]. *Ibant* enim *cæci* (neque enim Deo afflati) *per vicos* urbis, *ità sanguine* illo quem dixi [v. 13.] *contaminati, ut eorum vestes tangi non possent*; quippe adeò sanguine imbutæ, ut in eis nihil præter sanguinem tangi posset: h. e. Erant magnæ cædis causa [c]. [JT. hunc versum cum sequente nectunt, locúmque sic reddunt; Qui, *evagantibus cæcis* (ut Esa. 42. 18 [d].) *per vicos contaminatis sanguine, quem non possunt* quin *tangant vestimentis suis*, (prout narratur 2 Reg. 21. 16. cui adde & 2 Reg. 24. 2. & 25. 25 †.) *Recedite, impurus* quisque, *proclamant*, &c.] Exegesis hæc est præcedentis dicti de peccatis prophetarum, sacerdotum, totiúsque populi, quibus cùm eos qui in Judæa supererant, tum deportatos exsules, corrumpebant *.

15. *Recedite*, &c. סוּרוּ טָמֵא קָרְאוּ לָמוֹ] *Recedite*, vel *Discedite*, (vel, *Facessite*, Ca.) *immunde*, (vel, *pollutus*, Calv. vel, gens *immunda*, V. vel, *polluti*, M. Ti. Ca. vel, *immundus sum*, P. vel, *impurus* quisque, JT.) *clamaverunt ad eos*, Mo. &c. vel, *proclamant eis*, JT. Al. Qui tamen *acclamabant eis*, (argumento Legis de leprosis, Levit. 13. 45 [f].) *Recedite, immundus* hic est, Pi. Sed *compellabant eos, Cedite, immundi*, Strig. Confirmat superiorem sententiam, nempe, nullam partem urbis fuisse puram à sordibus, quia ubique clamatum fuit, *Discedite* [g]. *Clamabant eis*, vel, Dixerunt homines de eis, nempe sacerdotibus, *Discedite, polluti* [h]. Sunt hæc verba, vel, 1. Judæorum mundorum clamantium ad immundos, Recedite, nè & nos polluamur, &c [i]. [Vel, 2. Gentium.] Illi qui omnes pollutiones religiosissimè vitare debebant ab ipsis Gentibus habiti sunt pro pollutis. Nam Gentium erat opinio, pollutos esse quibus adhæreret sanguis [k]. [Vel, 3. sacerdotum,] qui repellebant alios à se, tanquam sacri profanos, (vide Esa. 65. 5.) & [ut sequitur] passim *jurgabantur* vaticinantes [l]. ¶ *Nolite tangere*] Sim. Mo. P. &c. sub. *me*, Pi. vel, *Nihil contrectetis*, Strig. ¶ *Jurgati*, &c. כִּי נָצוּ גַּם־נָעוּ אָמְרוּ בַּגּוֹיִם לֹא יוֹסִיפוּ לָגוּר] *Quia* (vel, *Quippe*, Mo. V. vel, *Certè*, Pi. Calv.) *avolârunt*, vel *evolârunt*, Calv. M. Mo. Ti. Pi. (vel, populus [m], vel, sacerdotes; nempe in exsilium [n]: vel, *festinârunt*, Calv. vel, *inquinati sunt*, sive *erant*, V. Pi.) *etiam* (vel, *&*, M. Ti. vel, atque *etiam*, Pi. vel, *imò*, Calv.) *commoti sunt*, Mo. P. V. (vel, *amoti sunt*, M. vel, *errârunt*, nempe in illa trepidatione, quasi attoniti [o]: vel, *vagati sunt*, Pi. *incertis vagantur sedibus*, Ti. Al. *Evolârant enim & vagabantur*, i. e. celerrimè abscesserant, acsi haberent alas [p]. Notatur hîc pœna talionis; q. d. Ut sacerdotes illi contaminabant sanguine vestibus ipsorum adhærente alios qui vagantes in urbe eis occurrebant: ità ipsi quoque postea vagati sunt abeundo in exsilium [q].) *dixerunt* (scil. Chaldæi [r]; vel, Gentiles, eis insultantes †; vel, quicunque eos dispersos & vagabundos vident [t],) *in gentibus*, vel *inter gentes*, *Non addent hospitari*, Mo. vel, *ut inhabitent*, M. sim. Calv. vel, *Non ultrà incolent*, Ti. P. sim. V. vel, *Non pergent commorari*, nempe Judæi in patria sua [v]; non redibunt ad sua [x]: q. d. Dispersi sunt, & quidem absque spe reditûs. Scopus itaque Prophetæ h. l. est, non esse cur Judæi querantur de exsilio suo, quoniam Urbem sanctam ità infecerant suis vitiis, ut indè abacti fuerint proprio fœtore, &c [y]. [Alii sic reddunt;] *Jurgati quippe sunt*, (aliis dicentibus, Recedite, aliis recedere nolentibus [z],) *& commoti dixerunt inter gentes. Non addet ultrà ut habitet in eis*, Vulg. i. e. Multi ex Gentibus gravi irâ in tam miseros commoti, dixerunt, Deus apud tam pollutos versari nolet. Legerunt לֹא יוֹסִיף. At nostri codices habent, לֹא יוֹסִפוּ, *Non habitabunt ultrà*, nempe Judæi in patria sua [a]. Al. *Adeò jurgantes vagabantur, negantes deinceps eos apud cæteras gentes commoraturos*. Ca. *Quum avolant, etiam evagantur*, (i. e. Quamvis miseri non ambulent, non currant, sed præcipites profugiant quàm longissimè, nè rebus istis contaminentur [b],) *dicunt in gentibus*, (i. e. Judæis, qui jam ad Ægyptios & Chaldæos fuerant deportati *,) *Non ampliùs commorabuntur*, JT. i. e. Prædicebant liberationem ex animo suo brevi affuturam esse: ut exemplum exstat Jerem. 28. 2, &c †. Al. *Quia fugiunt & reformidant eos: Quare etiam inter gentes dicebatur, Non diu in hac sede commorabuntur*, Strig. [Alii hunc versum cum præcedente sic accipiunt:] Pœna hîc continetur quæ ob peccata prophetarum, &c. toti populo evenit. Ea verò triplex erat. 1. *Vagati sunt cæci per plateas*; i. e. Adeò fuerunt, præ hostium sævitia, stupore perculsi, ut, cæcorum instar, quò eundum esset nescii, hàc illàc discurrerent. 2. Hinc *contaminârunt se sanguine*: quum enim, adeò obstupefacti, circumspectè incedere non possent, per ipsum interfectorum sanguinem ruerunt, &c. 3. Indè, *quod non licebat ipsis attingebant vestimentis suis*, cadavera scilicet. בְּלֹא ponitur pro בַּאֲשֶׁר לֹא; regitur autem illud ב à יִגְּעוּ, nam נָגַע cum ב construitur. Verbum autem יָכֹל non tantùm valere, *potuit*, sed etiam, *licentiam habuit*, patet ex Deuter. 12. 17. & 16. 5. Sicut autem v. 14. docetur quanto cum stupore & confusione per plateas Hierosolymæ discurrerint, ut furentium hostium manus evaderent, nè sanguine quidem & cadaverum contactu polluere se verentes: sic v. 15. docetur, non potuisse eosdem firmam alibi sedem invenire; nam, *Recedite, immundi, dictum est illis*, &c. id quod ex effectu constabat, *quia avolârunt, imò vagati sunt*, &, si quò intrârunt, hærere diu non potuerunt, nam *dictum est inter gentes, Non pergent commorari*. טָמֵא collectivè sumitur; קָרְאוּ & אָמְרוּ, impersonaliter [c].

16. *Facies* (vel, *Vultus*, Ti. Sy. *Ira*, P. M. G. *Irata facies*, JT.) *Dom. divisit* (*dispertiet*, JT. *dissipavit*, Calv. *relegavit*, Ti. *separavit*, i. e. disjecit & dispersit in varias regiones [d],) *eos*] Ità Mo. Pi. &c. ¶ *Non addet ut respiciat* (vel, *aspicere*, Mo.) *eos*] Scil. blandâ facie *. ¶ *Facies* (vel, *Faciem*, Pi.) *sacerdotum non*, &c. לֹא נָשָׂאוּ] *Non acceperunt*, vel *susceperunt*, Mo. Pi. V. &c. i. e. non acquieverunt illis rogantibus [f]. *Non sunt reveriti*, P. sim. M. Hæc Gentes exprobrabant Hebræis. Nulla, dicebant, spes est illis reditûs: Etiam in bonos Sacerdotes sævierunt. Vide exemplum 2 Par. 24. 22 *.

17. *Cùm*, &c. "עוֹדֵינָה תִּכְלֶינָה וגו] *Adhuc nobis* (sub. *exspectantibus*, P. vel, sub. *integris*, Ti. vel, *Quod ad nos attinet*, Ang. *Et adhuc nos*, JT. *Quum adhuc essemus*, M. Pi. sub. *in dominio nostro*, M. vel, in patria [g]. Cùm adhuc starent res nostræ [h],) *defecerunt oculi*, &c. Mo. Frustrà auxilium ab Ægyptiis intentissimè exspectaremus [i]. ¶ *Cùm*, &c. "בְּצִפִּיָּתֵנוּ וגו] *In speculatione nostra speculati sumus* (sub. *respicientes*, Pi.) *ad gentem*, &c. Mo. sim. JT. Pi. *In exspectatione nostra* quâ *exspectavimus* (i. e. dum anxiè exspectavimus [k],) *gentem*, &c. P. *Et cùm circumspiceremus, spectavimus ad*, &c. M.

18. *Lubricaverunt*, &c. "צָדוּ וגו] *Venantur*, vel *Venati sunt*, (nempe Chaldæi [l],) *gressus nostros*, &c. JT. Pi. Mo. P. Ti. *Insidiati sunt gressibus nostris*, &c. M. *Venaticè instituerunt*, &c. Ch. in G. Vide 2 Reg. 25. 5. AE. & alii legunt צָרוּ, *Arctaverunt gressus*, &c. i. e. Egressus omnes clauserunt. Græci longiùs abeunt, nam legerunt צָדְנוּ צְעִירֵינוּ, *Venati sumus parvulos nostros* [m]. ¶ *In*, &c. "מִלֶּכֶת וגו] *Nè incederemus* (vel, *ab eundo*, Mo. vel, *nè ire possemus*, nempe sine periculo [n],) *per plateas*, &c. P. &c. q. d. Omnia consilia, negotia, &c. nobis infida & adversa erant [o].

19. *Velociores* (vel, *Leviores*, M. Ca. &c.) —— *aquilis*, &c.] Velocissimus erat equitatus Chaldæorum, Jer. 4. 13. & 48. 40. Alludit ad illos qui Sedeciam celeritate cursûs comprehenderunt, Jer. 52. 8, 9 [p]. Chaldæi celerrimè & advolârunt in Judæam, &, fugatis Ægyptiis, Jerosolymam redierunt [q]. Repræsentat ultima illa tempora ante captam urbem. Nusquam erat effugium: In montibus, in planis, ubique erant qui interciperent ob famem fugere volentes [r].

20. *Spiritus*, &c. "רוּחַ אַפֵּינוּ] *Spiritus* (vel, *Spiramentum*, JT. Pi.) *narium nostrarum*, Mo. P. &c. i. e. Vita nostra:

r Mer. s Ang. v Q. in Ang. x Plerique in Ang. y Q. in Ang. z Calv. a Al. in Ang. b G. c Ca. d Jun. † Idem. * Idem. f Pi. sim. Calv. Ang. g Calv. h Ang. i Me. Q. in V. k C. l Ca. m Ang. n Pi. o Calv. p Q. in V. q Pi. r Pi. † F. t Mer. v Pi. x V. y Calv. z Me.

a G. b Jun. * Idem. † Idem. c Di. d V. sim. Pi. * V. f V. * G. g Pi. h G. sim. Calv. i Ca. sim. G. k V. l Pi. Calv. m G. n Pi. o M. p Me. q T. r G.

noſtra †: Qui nos in vita & pace tuebatur & conſervabat [t]; ſub quo dabatur aliqua nobis interſpirandi occaſio in quibuſlibet anguſtiis [v]. Caput noſtrum, adeóque vita [x]: nobis æquè dilectus ut ſpiritus vitalis [y]: quo, quaſi propriâ animâ, vivebat, reſpirabat & vegetabatur totum Regni corpus [z]. Intelligitur hîc vel, 1. Joſias [a]. Non placet, ſtetit enim poſt ejus mortem Regnum: nec hoſtis tum ad urbem acceſſit [b]. Vel, 2. Sedechias [c]; qui, licèt indignus, Rex tamen erat, & quidem ex poſteris Davidis, & typus Chriſti [d]. ¶ *Captus eſt in*, &c. בִּשְׁחִיתוֹתָם] *In foveis* (vel, *retibus*, Ti. i.e. inſidiis *,) *eorum*, Mo. P. &c. ¶ *In umbra*, &c.] Sub cujus tutela ſperaveramus nos tutò victuros, etiam invitis gentibus [f].

21. *Gaude & lætare*, (ſcil. de noſtris calamitatibus [g],) *filia Edom*] Idumæa [h], quæ ſimilis es filiæ, i.e. pulchræ & inviolatæ virgini [i]. Gaude dum licet [k], ad horam [l]. Eſt συγχώρησις, (*conceſſio* [m];) vel, ironia, qualis illa Eccleſ. 11. 9 [n]. q. d. Gaudium hoc erit vobis evanidum [o]. Sed malim hîc deſignari extremam Judæorum miſeriam, præ qua obnoxii eſſent ſubſannationi hoſtium ſuorum [p]. ¶ *Ad te quoque perveniet calix*] i.e. Pœnæ portio. Nam ſicut calicem paterfamiliâs convivis porrigit, ut quiſque ſuam partem bibat; ſic Deus adverſa diſpartitur ubi opus id judicat: Jer. 25. 15, 16, 17. De Idumæorum malis vide Jer. 49. 7. & Pſalm. 137. 7 [q]. ¶ *Inebriaberis*, (i.e. Calamitatibus perturbaberis [r],) *atque nudaberis*] Sim. Mo. M. JT. Ca. &c. Nam ebrios qui vult deſpoliat, Gen. 9. 21. Mihi tamen Græci rectiùs ſenſum percepiſſe videntur, μεθυσθήσῃ καὶ ἀποχεεῖς, *Euſque bibes ut evomas*: nam עָרָה etiam hanc ſignificationem habet †. ¶ וְהִתְעָרִי] *Et eris vomens*, P. ad verb. *& tete evacuabis*; q. d. Eris ebria uſque ad immodicum vomitum [t]. *Et diſcooperies te*, ut ſolent ebrii: quod legimus de Noe [v]. Ignominiæ exponêris [x].

22. *Completa*, &c. תַּם־עֲוֹנֵךְ] *Conſumpta* (vel, *Conſummata*, Pi. *Completa*, P. M. Ti. *Finita*, Ca.) *eſt* (vel, *erit*; præt. pro fut. more Hebræo [y];) *iniquitas* (vel, *culpa*, Ca.) *tua*, Mo. i. e. pœna iniquitatis tuæ [z], hoc excidio [a]. Ità ſeverè tecum egi, ut nihil defuerit ad extremum rigorem [b]. Satìs pœnarum datum eſt [c]. *Finis pœnæ tuæ adeſt*, Boot. anim. 3. 12. 115. Al. Veniet tempus, ô Judæi, cùm pœna veſtra ceſſabit [d]. ¶ *Non*, &c. לֹא יוֹסִיף לְהַגְלוֹתֵךְ] *Non addet* (vel, *perget*, JT. Pi.) *ad deportandum te*, Mo. ſim. P. &c. vel, *deportationi tradere te*, ſcil. poſtquam te ex præſente captivitate in patriam reduxerit *. *Non ultrà ducet*, vel *abducet*, *te* (ſub. *Dominus*) *in captivitatem*, Ti. V. vel, *abduci te ſinet*, &c. V. Verba in Hiphil ſæpe permiſſionem ſignificant. Senſus eſt, Poſt id non ultrà te relinquet in exſilio [f]. *Non adjiciet ampliùs* (ſub. *hoſtis*, vel, ſub *Deus*,) *ut te trahat in exſilium*. Quare? Nam quid opus fuit ſecundo exſilio, quum omnes jam profugi eſſent, & terra redacta in ſolitudinem? Intelligit ergò judicium Dei fuiſſe completum, ut nihil defuerit Judæis ad extremam calamitatem. Non repugnat huic loco, quòd Judæi poſtea fugitivi erant, & errones per totum mundum: quia tantùm de Chaldæis hîc agitur [g]. *Non addet*, &c. ſcil. in longum tempus, & donec nova ſcelera addas: ut factum tempore Chriſti. Sed hoc jam erat aliud ſeculum, & alia Judæa [h]. ¶ *Viſitavit* (vel, *Animadvertet*, JT. *Viſitabit* autem, Pi.) *iniquitatem tuam, filia Edom*] Haud dubiè Deus animadvertet in malitiam Idumæorum, quibus mala noſtra gaudium attulêre [i]. ¶ *Diſcooperuit*, &c. גִּלָּה עַל־חַטֹּאתָיִךְ] *Diſcooperuit* (vel, *Deteget*, Pi. ſim. P. M. Strig. Ang.) *peccata tua*, M. P. Pi. &c. id eſt, Nota ea fecit per horrendam hanc vaſtationem [k]. Ex pœnis graviſſimis intelligent homines quantum peccaveris. Confer Jer. 49. 10 [l]. Dicitur Deus peccata *tegere*, quum condonat, non punit, &c. Pſal. 32. 1, 5. & 85. 3; &, *detegere*, quum punit, Job. 20. 27 [m]. Vel, *ſuper peccata tua*, Mo. ſic Calv. ό. Al. *Diſcooperiet* te, vel, *Diſcooperieris*, *propter peccata tua*, Angl. Confirmatur hæc expoſitio ex collat. Jer. 49. 10 †. Al. *Deportabit propter peccata tua*, JT. Verbum ſumo ut Nah. 2. 7 [n].

† Ca. [t] Ma. ex V. Me. [v] Jun. [x] Calv. [y] Me. [z] T. [a] V. & M. ex Ch. & He. [b] Calv. [c] Calv. G. Pi Me. T. [d] Calv. * Pi. [f] G. [g] Pi. [h] G. Pi. [i] Pi. [k] G. [l] M. [m] G. Me. [n] Me. [o] Q. in Calv. [p] Calv. [q] G. [r] Pi. † G. [t] V. [v] He. in V. [x] Pi. [y] G. [z] V. Ang. Calv. Me. T. [a] T. [b] Calv. [c] Mar. [d] G. * Pi. [f] G. [g] Calv. [h] T. [i] G. [k] T. [l] G ſim. Me. [m] Ang. † Idem. [n] Jun.

CAP. V.

1. RECORDARE, &c.] Ex Græcis quibuſdam libris aſcriptus eſt hic titulus, argumento conveniens, *Oratio Jeremiæ Prophetæ* [a]. Poſtremum hoc caput libellum oratione terminat [b]. ¶ *Quid*, &c. מֶה הָיָה לָנוּ] *Quid ſit* (vel, *fuerit*, Mo. vel, *acciderit*, Ti. P. M. &c. vel, *factum ſit*, Sy.) *nobis*, JT.

2. *Hæreditas noſtra*] i.e. Terra dono tuo nobis quondam conceſſa [c].

3. *Abſque patre*] Vel, 1. Rege [d], quem loco patris habebamus. Vel, 2. Deo, qui ſe Patrem noſtrum dixerat, Jer. 3. 19 *. Te Patre noſtro nos deſerente [f]. Vel, 3. patribus noſtris, qui à Chaldæis vel occiſi, vel abducti, ſunt [g]. q. d. Tota regio plena eſt pupillis [h].

4. *Aquam noſtram pecuniâ bibimus*] Aditus ad fluvios & fontes vectigal pendunt [i]. Non audebant egredi urbe vel domo, ut ex fluvio aquam haurirent [k]. Aquam ex puteis & ciſternis, antea noſtris, depromptam pecuniâ redimere cogimur [l]. Accidit hoc vel, 1. in obſidione Jeroſolymæ [m]. Vel, 2. in Judæa, poſt urbem exciſam [n]. Sed ibi non diu manſerunt ſub Godolia; & inſuper ſub illo non aqua modò, ſed & vindemia, ipſis conceſſa eſt [o]. Vel, 3. in Babylone [p]. Quòd ſi Judæi adeò inclementes fuerunt extraneis, ut nec viam erranti, nec fontem ſitienti, monſtrare vellent, quod de iis refert Juvenalis; quid mirum ſi idem illis contingat [q]? ¶ *Ligna noſtra*, &c.] i.e. Ex ſylvis terræ noſtræ ſumpta [r]. In patria quiſque in ſylvas ibat lignatum ſine pretio †. Sylvæ debent eſſe communes, certè aliquæ per oppida, unde incolæ lignentur [t].

5. *Cervicibus noſtris minabamur*] i.e. Agebamur ut pecudes. Vox eſt illius ſeculi [v]. ¶ עַל צַוָּארֵנוּ נִרְדָּפְנוּ] *Super colla noſtra* (vel, *In cervice noſtra*, M. vel, Ab iis qui incumbunt *ſuper collum noſtrum*, P. ſim. JT.) *perſecutionem paſſi ſumus*, Mo. Calv. &c. vel, *patimur*, JT. Pi. V. *Imminet cervici noſtræ perſecutio*: q. d. Durum captivitatis & ſervitutis jugum impoſitum eſt cervicibus noſtris [x]. Moleſti ſæpe ſunt hoſtes; ſed vel à facie, vel à tergo, vel à lateribus. Ubi autem ſic dominantur ut tanquam in cervicibus noſtris equitent, in hac inſultatione eſt extrema & contumelioſa oppreſſio. Juſtiſſima erat hæc pœna, quia Judæi fuerunt cervice æneâ, & inflexibiles ad ferendum Dei jugum [y]. ¶ *Laſſis*, &c. יָגַעְנוּ לֹא הוּנַח־לָנוּ] *Laborámus*, vel *Laboravimus*, (vel, *Laſſati ſumus*, M. ſim. Pi.) *non requies dabatur* (vel, *permittitur*, JT. Pi.) *nobis*, P. ſic Mo. &c. à נוּחַ, (*quieſcere* [z].) *Laboramus irrequieti*, Ca. q. d. Continuis miſeriis premimur, ità ut nullus ſit iis modus vel finis [a]. Al. *Laboramus* quidem, ſed *nihil reliquum ſit nobis*, ſub. *eorum quæ noſtro labore paramus*: omnia enim nobis vi hoſtium auferuntur: à יָנַח, *reliquit* [b].

6. *Ægypto*] Ità Mo. P. &c. vel, *Ægyptio*, JT. *Ægyptiis*, Ti. Poſt captam urbem alii in Ægyptum ivêre. Vide Jer. 43. 7 [c]. ¶ *Dedimus* (vel, *porrigimus*, JT. *extendimus*, Pi.) *manum*] Ità Mo. P. &c. Vel, 1. extendimus, auxilium poſtulantes [d]. Vel, 2. ſupplices facti ſumus *. Vide Pſalm. 68. 32 [f]. Vel, 3. panem mendicavimus [g]. Vel, 4. pepigimus fœdus cum iis [h]. Vide Ezec. 17. 18 [i]. Vel, 5. dedidimus & ſubjecimus nos iis, ſervi illorum facti & mancipia [k]. Quodvis munus vel opus nobis mandatum libenter ſuſcipimus. Vide Prov. cap. 31. 19 [l]. ¶ *Et Aſſyriis*] Magna enim pars in regiones Aſſyriæ tranſportati ſunt [m].

7. *Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt*] Ità P. Sy. &c. vel, *non ipſi*, Mo. Calv. *non ſuperſunt*, JT. *nullus eorum* ſupereſt, Pi. Mors eos exemit his miſeriis [n]. ¶ *Et nos iniquitates* (vel, *pœnas*, JT. ſic Pi. P. &c.) *eorum portavimus*] Vel, *portamus*, Pi. ſim. M. Ti. Sy. &c. q. d. Meliùs actum eſt cum patribus quàm nobiſcum: illi enim brevi ſupplicio affecti ſunt; nos, diuturno [o]. Quas illi morte effugerunt pœnas, eas nos longis ærumnis luimus [p]. Verùm non hîc Propheta obſtrepit Deo, tanquam injuſtè aut crudeliter illos tractanti, (nam etiam ſuperſtitum peccata fatetur:) ſed tantùm Deum flectere voluit ad miſericordiam. q. d. Perierunt patres noſtri, ut digni erant: jam recipe nos, miſeros exſules poſteros, in gratiam [q].

[a] G. [b] Jun. [c] G. [d] Ang Me. * Me. [f] G. [g] T. ex Me. [h] Calv. [i] G. [k] Me. [l] T. [m] Mar. [n] Q. in Sar. [o] Sar. [p] Mar. San. [q] San. [r] E. † G. [t] Mar. [v] G. [x] V. ex M. [y] Calv. [z] V. [a] Calv. [b] V. [c] G. [d] Me. * V. ex M. Ang. [f] Ang. [g] Calv. [h] V. Mont. [i] Mont. Jerem. ſive de Actione, p. 689. in append. Crit. [k] T. ſim. Ang. [l] Ang. [m] G. [n] G. ſim. Me. [o] Jun. [p] G. [q] Calv.

8. *Servi*

8. *Servi dominati sunt nostri*] *Sicut in familia recentissimus quisque servorum & conservis ludibrio est; sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos & viles in excidium petimur.* Hoc quod apud Tacitum dicit dux Britannus de Romanorum imperio, idem de Babylonico dicere Judæi poterant [r]. *Servi*, i. e. vel, 1. qui servi nostri & tributarii fuerant, ut Ammonitæ & Moabitæ & Idumæi †. Vel, 2. Chaldæi, ex Cham & Chus orti, damnati ut essent servi Sem, Gen. 9.26 [t]. Vel, 3. servi Chaldæorum, jussu herorum nobis præpositi, & pensum à nobis exigentes, ut olim illi Exod. 1. 11 [v]. Confer Neh. 5. 15. Ità Canaanis maledictio nobis obtigit, ut simus *servi servorum*, Gen. 9.25 [x]. qui priùs eramus Regnum sacerdotale. Gravissima hæc erat contumelia [y].

9. *In*, &c. וגו' בְּנַפְשֵׁנוּ נָבִיא] *In* (Heb. *Pro*, Pi.) *anima nostra* (vel, *Periculo vitæ nostræ*, JT. Pi. sim. P. Sy. V. G.) *afferebamus* (vel, *afferimus*, Pi.) *panem nostrum*, Mo. &c. Tam tempore obsidionis, quàm urbe jam captâ [z]. Hoc de illis dicitur quos Chaldæi in urbe reliquerant [a]. ¶ *A facie*, &c. מִפְּנֵי חֶרֶב הַמִּדְבָּר] *Præ siccitate deserti*, Ti. simil. Calv. i. e. præ inopia, qua sic premebamur acsi essemus in vasto deserto [b]. *Propter arma sylvarum*, i. e. hostes foris grassantes [c]. *Propter gladium* (nempe, hostis [d],) *deserti*, P. M. JT. Pi. Sy. &c. i.e. præ metu militum, qui agros tenebant *; vel, ob hostem nos gladio insequentem in terra nostra, quæ nunc est velut desertum [f]: vel, *in deserto, sive plano*, Angl. ut Jer. 4. 26. Hostes enim in locis planis circa urbem ubique sparsi erant [g]. Al. Propter gladium latronum, qui in deserto nobis insidiantur quum per illud iter facimus ad afferendum frumentum ex Ægypto, ex collat. vers. 6 [h].

10. *Exusta est*, נִכְמָרוּ] *Incaluerunt*, Mo. V. sim. Ti. *denigratæ sunt*, P. M. sim. JT. Pi. Ca. Calv. G. ¶ *A facie*, &c. מִפְּנֵי זַלְעֲפוֹת רָעָב] *Propter procellas* (vel, *exustiones*, P. Calv. *horrores*, V. sim. Mo. M. *terrores*, vel *tremores*, V. vel, *atrocitatem*, Ca.) *famis*, JT. Pi. sim. Mar. i. e. angustias famis [i]; vel, vehementissimam famem [k]; vel, vehementem dejectionem virium corporis à fame, ut procella obvia quæque prosternit [l]. Ex fame deficit succus, sequitur pallor & macies, & indè deformitas & nigredo [m].

11. *Humiliaverunt*; ità M. o'. עִנּוּ] *Afflixerunt*, P. vel, *oppresserunt*, Ti. V. sic JT. *compresserunt*, Mo. *constupraverunt*, Ch. sic V. Pi. nempe Chaldæi [n]. *Stupratæ sunt*, Sy. sic Ca.

12. *Principes manu*, &c. וגו' בְּיָדָם] *Manu eorum*, &c. M. Ti. V. subaud. *hostium*, V. nempe eorundem Chaldæorum. Pœna suspensionis usitata jam olim in Oriente, Gen. 40.19 [o]. Al. *manu suâ*; quod longè atrocius erat: q. d. Manus sibi intulerunt [p].

13. *Adolescentibus*, &c. בַּחוּרִים טְחוֹן נָשָׂאוּ] *Juvenes ad molendum tulerunt*, vel *sustulerunt*, P. M. sim. Mo. Calv. Ti. JT. Pi. &c. Fortiores venundati sunt in molas, ut eas agitarent [q]. Coacti sunt vel frumentum [ad molam] portare, vel molam circumagitare [r]. Acti sunt in pistrinum. Id simplicius quàm quòd Hieron. accipit in sensu obscœno, ut *molere* apud Græcos & Latinos interdum sumitur. Vide ad Job. 31. 10 †. ¶ *In*, &c. בָּעֵץ כָּשָׁלוּ] *Ligno* (vel, *in lignum*, Mo. *ad lignum*, i. e. ad ligneum molæ scapum [t]: vel, *in ligno*, P. M. Ti. Calv. in movendo ligno molitorio [v]: vel, *ad ligna*, JT. Sy. *sub lignis*, Pi. sub lignorum fascibus [x]: *propter lignum*, quod scilicet gestare coguntur [y],) *pessundantur*, Ca. vel, *impegerunt*, Mo. vel, *corruunt*, sive *corruerunt*, JT. Pi. P. M. &c. q. d. Lignatores sunt [z]. Eos adeò aggravârunt lignis, ut, deficientibus viribus, sub illis corruerent [a].

14. *Senes defecerunt* (vel, *cessaverunt*, Mo. P. V. sub. *ab exercendis judiciis*, V. vel, *desunt*, Ti.) *de portis*, מִשַּׁעַר] *De porta*, Mo. P. &c. vel, *in portis*, Ti. V. loco judiciorum [b]. q. d. Nulla in portis nostris ampliùs exercentur judicia [c]. Omnis ordo politicus aboletur [d]. ¶ *De choro*, &c. מִנְּגִינָתָם] *A cantico suo*, P. sim. G. vel, *pulsatione* (vel, *modulatione*, Mo. JT. Pi.) *sua*, i. e. à pulsandis instrumentis musicis *.

16. *Cecidit corona capitis nostri*] Ità M. Ti. Mo. &c. i. e. Decus & gloria [f]: ornamenta omnia; Regnum, Sacerdotium [g]. Al. *corona*, quam in festis & conviviis capiti imposuerunt Judæi [h].

17. *Contenebrati sunt*; sic P. Calv. &c. præ dolore [i]. חָשְׁכוּ] *Hebetes facti sunt*, V. sim. G. nempe lacrymis [k].

18. *Vulpes*, &c.] Ut solent in locis non habitatis [l], ubi feræ intrepidè & libere discurrunt [m].

19. *Tu——in æternum*, &c.] q. d. Quanquam hæc fieri passus es, tua potestas tamen non est imminuta [n].

20. *In perpetuum*] Per multa secula, ut sequitur [o].

21. *Converte nos—ad te, & convertemur*] Ità Mo. P. M. &c. *Restitue*, vel *Reduc*, *nos tibi*, vel *ad te*, *ut revertamur*, JT. Pi. Locum hunc exponunt vel, 1. de conversione peccatoris per pœnitentiam [p]; ad quam necessariam esse & gratiam, & liberum arbitrium, sed gratiam præcedere liberum arbitrium [q], ex hoc loco rectè colligunt Aug. & cæteri Theologi [r], & concilium Tridentinum †. Vel, 2. de conversione per reditum in patriam, &c [t]. Sensus est, ut ex sequenti membro apparet, Restitue nos in gratiam apud te, ut restituamur in veterem statum [v]. Non agitur hîc de conversione interiore, sed exteriore, quâ homines ità recipit in gratiam, ut appareat paternus ejus favor: q. d. Si nos respicias, Domine, statim prosperè habebunt res nostræ, quia in manu tua nobis certa est salus [x]. ¶ *Innova* (vel, *Instaura*, Ti. V.) *dies nostros sicut à principio*; sim. P. כְּקֶדֶם] *Sicut quondam*, Mo. vel, *ab antiquo*, M. vel, *priscis* diebus, Pi. q. d. Restitue nos in priorem statum & felicitatem [y], quâ olim fruebatur populus tuus [z], per multa secula [a].

22. *Sed*, &c. כִּי אִם מָאֹס מְאַסְתָּנוּ קָצַפְתָּ עָלֵינוּ עַד־מְאֹד] *Ta* כִּי אִם variè exponunt [b]. *Quinimo* (vel, *Sed*, P.) *reprobando reprobâsti* (vel, *prorsus abjecisti*, Pi.) *nos*, *iratus es contra nos usque valde*, Mo. vel, *vehementissimè*, P. sim. Pi. Ità Propheta modum hîc excessit, & ex turbulento affectu hoc dixit [c], & corrigit præcedentem precationem pro reditu, quum Deus eos deserere statuisset [d]. Al. *Quòd si reprobâsti nos*, &c. Pendet sententia: propterea repeti debet versus præcedens ad absolvendam sententiam, ut annotant Hebræi *. Judæi laborant hâc superstitione, quòd, ubi finitur aliquis liber tristi & minaci sententiâ, ut fugiant malum omen, repetunt penultimum versum. Id hîc faciunt, & in fine Esaiæ, & Malachiæ [f]. Al. Placet Chaldæus, *Quamvis detestatione detestatus es nos, iratus es contra nos jam plùs satìs*; q. d. Satis pœnarum datum est. Cessato [g]. *Etsi repulisti nos*, &c. Q. in Calv. *Quoniam repulisti nos*, &c. Ti. *Repellens enim repulisti nos*, &c. o'. *Nam omnino repulisti nos*, &c. Ar. *Etenim repudiâsti nos, sævis in nos vehementiùs*, Ca. *Jam enim satis diu abominatus es nos, & nobis admodum indignatus*, Sy. Al. *Nisi fortè repudiando repudiâsti nos, & excanduisti contra nos admodum*, vel, *supra modum*. Non dubitanter loquitur, quum hanc conditionem apponit; sed luctatur hîc cum diffidentia, & se confirmat contra omnes tentationum insultus, & ratiocinatur ab absurdo: q.d. Tu converte nos, &c. nisi fortè repuleris populum tuum, & ità excandescas ut sis implacabilis; id quod fieri non potest [h]. Al. *Quòd si duriùs repulisti nos*, id fecisti quòd *contra nos vehementer iratus esses*, Q. in V. Al. כִּי & אִם h. l. non junctim, sed divisim, sumenda sunt; & כִּי causale est, אִם interrogativum [i]. *Nam an omnino sperneres nos, efferverceres contra nos admodum?* JT. sim. Ang. marg.

SYNOPSIS

[Marginalia, left column: r G. | † Me. et L. | t Mc. | v T. | x Ang. | y Calv. | z Me. | a G. | b Calv. | c Ca. | d Ang. | * G. sim. Mar. | f V. | g Ang. | h Pi. | i Mar. | k G. | l Pi. | m Calv. | n G. | o G. | p Calv. | q V. | r Ang. | † G. | t BA. 1. 2. 13. 188. | v AE. in BA. | x G. | y Pi. | z Ca. | a V. et M. — line numbers 10, 20, 30, 40, 50, 60]

[Marginalia, right column: b Pi. sic Calv. | c G. | d Calv. | * V. | f G. | g Calv. | h T. ex San. Me. sim. Calv. | i Calv. | k G. | l G. sim. Me. | n T. | o G. | p Ità T. ex L. & O. | q Ip. & Ch. d. &c. | r Me. T. | † Me. | t T. | v T. ex Hug. | x G. | x Calv. | y Calv. sim. Me. | z Me. | a Calv. | b Calv. | c Q. in Calv. | d Ang. | * V. | f Calv. | g Mar. | h Calv. | i Ang.]

SYNOPSIS
CRITICORUM
ALIORUMQUE
S. SCRIPTURÆ
INTERPRETUM
Voluminis III.
PARS POSTERIOR.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

EZECHIELEM.

PROLEGOMENA. Quærendum hîc, 1. Quis & qualis fuit Ezechiel? Resp. 1. Fuit sacerdos [a], ut mox ipse dicet [b], c. 1. v. 3 [c]. Valuit eruditione & ingenio; ità ut (seposito Prophetiæ dono, quod incomparabile est,) non immeritò Homero eum compares, ob pulchras ἐννοίας, (*sententias*,) comparationes illustres, magnam rerum multarum, præsertim architecturæ, cognitionem [d]. Qu. 2. Quo tempore, & quamdiu, prophetavit? Resp. Prophetare cœpit quinto post suam cum Jechonia transmigrationem anno, c. 1. v. 2*. post Jeremiam annis 34, Jer. 1. 2. Perrexit prophetare Judæis in Babylone eodem tempore quo Jeremias pergebat Judæis prophetare in Jerusalem [f]. Creditur prophetâsse 20 annos [g]. Quæritur 3. de scribendi charactere. Stylus ejus nec sublimis est, nec demissus, sed inter utrumque medius [h]. Summam hujus prophetiæ obscuritatem probat Hebræorum traditio: nam ante annum sacerdotalem, sive 30. ut principium Geneseως & Canticum canticorum, ità & Ezechielis exordium & finem, legere nemini permittebatur [i]. Rursum, negant fas esse cuiquam Ezechielem scriptis commentariis explicare, nisi summa tantùm ejus capita attingendo. Sed hoc superstitiosum. Quod enim Deus per Prophetam scribi, hoc legi & explicari, voluit. Causæ difficultatis sunt, 1. materiæ & rerum sublimitas; 2. modus dicendi figuratus, per symbola & ænigmata [k]; 3. visionum sensus abstrusus & occultus; 4. varietas historiarum quarum cognitio hîc requiritur; 5. chorographiæ obscuritas; 6. chronologiæ plurimis in locis ambiguitas [l]. Denique, mathematicarum disciplinarum ignorantia inaccessum fecit Ezechielem per tot secula*. Qu. 4. de authoritate hujus Libri. Eum verè Divinum esse probant, 1. quòd prophetias has consignavit eventus. Vide Deut. 18.22. Jer. 28.8, 9 [m]. 2. Consensus ejus mirificus cum aliis libris propheticis [n], nominatim cum Jeremia, quamlibèt loco à se remotissimo prophetante. 3. Testimonium Ecclesiæ, tum illius quâ vixit ætatis, tum sequentium temporum, quæ eum in canonem retulit: nec quisquam exstitit qui illius auctoritatem labefactare conatus est, nedum potuit [o]. Qu. 5. de argumento. Hoc idem est quod Jeremiæ. Agit de captivitate Judæorum, ejúsque causis, nempe eorum peccatis; deinde de liberatione & reditu, & de Regno Christi, & restitutione Templi; item de aliis gentibus, &c [p].

- [a] G. San. La. &c.
- [b] G.
- [c] San. La.
- [d] G.
- * San. La.
- [f] La. sim. Sar.
- [g] Sar. sim. La.
- [h] San. ex Hi.
- [i] Pol. La. ex Hi.
- [k] La.
- [l] Pol.
- * Pra. ad Ezec. 4. 1.
- [m] Jun. Pol.
- [n] Pol.
- [o] Jun.
- [p] La.

CAP. I.

1. ET, &c. וַיְהִי] *Et fuit*, Mo. P. M. &c. vel, *factum est*, Pi. Vulg. &c. i. e. contigit [a]. Τὸ ו, *&*, initio positum, vel, 1. nectit verba exteriora Prophetæ cum visione interiore [b]; vel, 2. redundat [c], (ut initio Exod. Levit. Num. &c [d].) & tantùm convertit fut. in præt*. ¶ *In tricesimo anno*] Qu. Unde hic annus exordium trahit? Resp. 1. A jubilæo [f]; unde Judæi supputare solebant [g]. Aliis non placet [h]: quia non concurrit annus 5. Joachin cum 30. jubilæi, ut ex chronologia patet [i]. Jubilæus mundi 67. Mosis verò 17. incidit in annum ab orbe condito 3350. juxta supputationem Bucholceri: ab eo anno tantùm 9 elapsi sunt usque ad id tempus quo Ezechiel prophetare cœpit, i. e. usque ad annum mundi 3359 [k]. Ab exitu ex Ægypto ad fundationem Templi erant 480 anni, 1 Reg. 6. 1. Indè ad 5. annum deportationis Jechoniæ sunt 401 anni. Ex priore numero eximendi sunt sive 40 anni quibus erant in deserto, (nam jubilæi ratio incepit ab ingressu in terram, Levit. 25. 2, 8, 9.) sive 47 anni, quum octavo ab adventu in terram divisio fuit instituta: nam utrumque eódem redit, si annum Sabbaticum ab ingressu, aut à divisione terræ, primum statueris; neutrâ supputatione hic annus à jubilæo tricesimus futurus est. Jam verò si 440 annos cum 401 annis conjunxeris, assurgit numerus 841 annorum; quem numerum si per jubilæos annos distribueris, omnino constabit hunc annum ab anno jubilæi annos novem abfuisse [l]. Resp. 2. Ab invento Legis libro [m], de quo 2 Reg. 22. 8, &c [n]. quando etiam Regis populíque fœdus cum Deo renovatum, &, si placet, Phase illud celeberrimum anno 18. Josiæ factum [o]. Hanc supputationem confirmant, 1. temporum ratio [p]. Ab illo 18. anno Josiæ ad mortem ejus sunt 13 anni: his adde 3 menses Joachazi, & annos 11 Joachimi, & 3 menses Jechoniæ, & 5 annos à migratione Jechoniæ in Babyloniam, bis tribus illis mensibus pro uno anno (ut tricesimus sit currens) sumptis, more S. S. erunt anni 30 [q]. 2. Mos Judæorum, qui temporum supputationes ducere solebant à singularibus quibusdam eventis, præsertim beneficiis, ut, ab orbe condito, à Diluvio, à vocatione Abrahami, ab ortu Isaaci, à fundatione Templi, &c. Quòd autem Propheta hâc potiùs epochâ quàm aliâ ullâ usus est, factum videtur, 1. quòd recentis illius beneficii à Deo accepti, cui par non fuit, teste Scripturâ, ab exitu ex Ægypto, solennem quandam instituì oportuit recordationem. 2. Quia respexit hîc ad singularem illam prophetiam rationémque temporum quam Deus Prophetæ imperavit infrà cap. 4. & 5. qua in prophetia enarranda 14 menses Propheta occupavit [r]. [Aliis non placet.] Hæc enim æra vel vulgaris erat, vel Ezechielis propria. Si vulgaris erat, quomodo Jeremias eâ non est usus? & cur non ab Ezechiele semper fuit retenta? Hic enim cap. 29. 1. numerat annum 10. cap. 31. 1. annum 11. cap. 32. 1. annum 12. quorum annorum exordium constat esse, non 18. Josiæ, sed initium regni Sedechiæ. Sed neque hæc æra speciali ratione usurpata est, quia scilicet in eo 18. Josiæ anno declarata est sententia captivitatis, quam ipse jam patiebatur. Nam, 1. oportuisset eum apponere notam capitis à quo numerabat, cùm sciret non esse vulgare, &c. 2. Cur non potiùs numeravit à 4. anno Joachim, in quo Jeremias apertè urbis & Templi excidium intimavit †? Resp. 3. A nato Propheta [t]; q. d. anno 30. ætatis meæ: qui annus erat sacerdotalis, Num. 8. 24 [v]. [Aliis hoc non placet.] 1. Non video cur hîc ætatis suæ meminerit [x]. Imò factum hoc ex modestia; q. d. Oblata mihi est visio, non puero, ut Jeremiæ & Danieli, sed 30. annum agenti [y]. 2. Res exemplo caret [z], ut Propheta ab ortu suo vaticinii tempora computet. 3. Notæ istæ locorum & tempo-

- [a] Pra.
- [b] Pra. ex Greg. & Aug.
- [c] Pra. ex Orig. Euthym. &c.
- [d] Pra.
- * V.
- [f] Calv. He. in San.
- [g] Calv.
- [h] Pra. ex Hi. & Th. Jun. Pol. San. La.
- [i] Pra.
- [k] Pol.
- [l] Jun.
- [m] V. G. ex Ch. Hi. & Th. in Pra. Jun.
- [n] G.
- [o] Q. in Pra.
- [p] Jun.
- [q] Pol. fere ex Jun.
- [r] Jun.
- † Pra.
- [t] Q. in Pol. San. ex Hi. & Orig. & Hug. &c.
- [v] Jun. Pol.
- [x] Jun.
- [y] San.
- [z] Jun.

rum adhibentur ut fidem faciant historiæ, ideóque insignes & celebres esse debent: verùm natalis Prophetæ non erat notus; nec, si notus fuisset, hoc modo subaudiretur per antonomasiam, cui locus non est, nisi cùm æra tam insignis est ut sine charactere ab omnibus intelligatur [a]. Resp. 4. Ab initio imperii Nabulassaris, sive Nabopolassaris, sive Nabuchodonosoris senioris [p], à cujus primo anno, publicâ authoritate, nova æra instituta est, atque ab astrologis Chaldæorum perpetuò observata; ut est videre in Constructione magna Ptolemæi, qui, eorum calculos imitatus, regnorum Cambysis, Darii, Hadriani annos indè numerat: quâ computatione nulla potest reperiri vel certior, vel antiquior, utpote quæ perpetuo cœlorum motu stabilitatur [q]. Nabopolassar autem, teste Josepho l. 1. contra Appion. regnavit 19 annis. Filius ejus Nabuchodonosor cœpit regnare anno quarto Joakimi. Joakim regnavit annis 11. A quibus deme 4 annos Joakimi antequam regnavit Nabuchod. remanent anni 7: quibus adde annos 5 Sedeciæ, (idem enim est an. 5. Sedeciæ, & 5. transmigrationis Joachin, ut patebit v. 2.) habebis annos 30 [r]. Huic sententiæ favet, 1. quòd Ezechiel apud Babylonios hæc scripsit, eorúmque mori se accommodavit; ut postea fecerunt Daniel, c. 2. 7. 8. &c. Aggæus etiam, Zacharias, Esdras, Nehemias, qui omnes, utpote subditi Babyloniis, vel Persis, eorum Regum annalibus sua instrumenta communiunt, dicendo, *Anno—Darii*, vel *Cyri*, &c †. 2. Quòd duplex hìc est æra, quarum altera ad Judæorum remp. pertinet, eáque, celebris licèt, expressè describitur, nempe, *annus quintus transmigrationis Joachin:* altera ergò necesse est ut ad Chaldæorum imperium referatur; &, cùm ea per antonomasiam designetur, nullo æræ capite addito, eam oportet multò nobiliorem & notiorem esse quàm illa transmigratio, &c. Est autem usu receptum ab omnibus historicis, sacris & profanis, cùm res gestas notant variis characteribus, ejusmodi characteres ad diversas pertinere respublicas; ut videre est 2 Reg. 25. Jer. 25. & 52. Dan. 1. Luc. 3. 1 [s]. Objicit contra hanc sententiam insignis chronologus; Nabonassar, à quo æra Babyloniorum consignatur, teste Ptolemæo, 123 annis præcessit Nabuchodonosorem & Ezechielem: ergò nequit is esse cujus 30. annus hic est. Resp. Alius est hic Nabonassar à Nabopolassar nostro: ille enim hunc antecessit 123 annis, ut patet tum ex aliis, tum ex Ptolemæo, qui Almagest. 5. 14. asserit annum 5. Nabopolassar fuisse 127. à Nabonassaro. Porrò, ab hoc Nabopolassar, æquè ac à Nabonassar, æram annorum fuisse constitutam, docet disertè Scaliger Emendat. temporum 5. pag. 217. Hic nempe, ut testatur Berosus apud Josephum & Eusebium, totius Syriæ & Asiæ imperium obtinuit. Idémque (ut asserunt Hieron. & alii, & colligitur ex Tobiæ ult. 16. Jo. Antiq. 9. 11.) evertit Monarchiam, & Ninivem, sedem regiam, Assyriorum, eámque transtulit in se. Unde tunc in Scriptura nullos Assyriorum Reges legimus, sicut legimus cum Nabonassar, sive Baladan, Rege Babylonis, regnâsse Sennacheribum, Regem Assyriorum. Hoc si verum est, non est dubium exinde æram Babyloniorum esse constitutam, perinde ut Persarum constituta est ab anno 1. Cyri, Græcorum ab anno 1. Alexandri [v]. Resp. 5. Nihil impedit quò minùs conjungantur hæ sententiæ, ut trigesimus hic sit annus & nati Prophetæ, & enthronismi Nabopolassari, & inventæ Legis instauratíque fœderis, ut omnia hæc in unum annum incidant. Ideo autem Propheta non determinat cujus esset, ut occasionem præberet de pluribus Dei operibus cogitandi [x]. ¶ *In quarto*] Sub. *mense*, ὁ. Ar. P. M. &c. Nempe anni, vel, 1. civilis, qui incipit à Septembri [y]: vel potiùs, 2. ceremonialis, sive sacri [z], qui à Martio incipit *, quo utuntur scriptores Hagiographi [a]; res enim sacræ hìc traduntur, non civiles: deinde, civilis ratio tantùm in iis observabatur quæ ad fructus annuos pertinebant [b]. q. d. In mense Tammuz [c], qui Junio nostro ferè respondet [d]. ¶ *In quinta mensis*] Qui dies Sabbati fuisse videtur ex collat. Ezec. alibi. Deinde, die abhinc septimo, h. e. altero Sabbato, data est Prophetæ visio de qua agitur cap. 3. & 4. & sic deinceps: Deo providentissimè Prophetam suum revelationibus instruente ad singula Sabbata, ut commodè populum Dei de illis informaret; quum alii dies, præsertim in captivitate, in operibus humanis consumendi erant *. ¶ *Cùm*, &c. וַאֲנִי בְתוֹךְ הַגּוֹלָה] *Et ego* (vel, *Ego autem* eram, P. *Ut essem*, Ti. *Egóque* versarer, Pi. sim. JT. Heb. *Et quum ego* fui, Pi.) *in medio transmigrationis*, vel *captivitatis*, Mo. M. ὁ. vel, *inter captivos*, Ti. Sy. &c. *inter deportatam multitudinem*, JT. Pi. inter deportatos temporibus Jechoniæ [f]: pius cum impiis, sicut & Daniel. Id factum benignitate Dei, ut essent qui exsules præsentiâ suâ solarentur, & doctrinâ suâ continerent in officio [g]. ¶ *Juxta fluvium Chobar*, כְּבָר] *Chebar*, Mo. Calv. &c. Sic dicitur, vel, 1. ab aquarum copia [h], & vehementia [i]: vel, 2. ab herbidis ripis, ut Ammianus loquitur [k]: vel, 3. à præfecto Chobare, qui, teste Plin. 6. 26. Euphratem fidit, deducto ex eo rivo Chobar, nè præcipiti cursu Babylonem infestaret [l]. [Sed quisnam hic fluvius?] Resp. 1. Est Euphrates [m], (hic enim alluit Babylonem, in qua Ezechiel erat;) vel, illius rivus, sive ramentum [n]. Est Regium flumen, sive Nahar-malca [o]. Non placet. 1. Cur huic alveo, qui nomen suum in Scripturis habet, Gen. 2. 14. alterum nomen obscurius tribuitur? 2. Num credibile est Judæos in ipso Babyloniæ umbilico, adeóque in regia ferme ipsâ, habitâsse? Resp. 2. Fluvius hic est Mesopotamiæ [p], dictus Straboni & Ptolemæo *Chaboras*, & Amm. Marcell. *Aborras* [q], Arabi geographo *Chabor*, qui ex Masio monte in Euphratem influit ad oppidum ejusdem nominis [r], Chabora, quod in confluente hujus fluvii & Euphratis situm est †. Hìc domicilium Judæis est assignatum, vel, 1. nè admiscerentur indigenis: vel, 2. ut regios hortos, ad fluminis ripas consitos, excolerent: vel, 3. ut munitiones exstruerent [t]: vel, 4. quia gens hæc odio illis erat, & graviter olens [v]. Sic ad fluvios collocati sunt Israelitæ, 2 Reg. 18. 11 [x]. & Daniel, c. 10. v. 4 [y]. & Judæi à Romanis, ut sordidum hominum genus, trans Tiberim ablegati sunt; unde Mart. epigr. 1. 98. Judæum *Transtiberinum* vocat [z]. ¶ *Aperti sunt cœli*] Quæ est σεσημασία (*præsignificatio*) visi cœlestis. Diximus ad Matt. 3. 16 [a]. q. d. Aer, vel æther, crebris fulgetris discindi & quasi disrumpi videbatur [b], ut Deum currúmque ejus in cœlo quasi clausum & invisibilem conspiceret [c]. ¶ *Vidi visiones Dei*] Vel, 1. eximias, mirabiles [d]: ut, *cedri*, & *montes*, *Dei* *. Vel, 2. quas mihi ostendebat Deus; ut sit genitivus efficientis: vel, in quibus videbam Deum; ut sit genitivus subjecti [f]. *Dei*; quòd prophetia esset Divina, non somnium humanum. Dicit plur. *visiones*, quia visio multiplex erat, multásque haberet partes, & res inclytas contineret [g]. Incertum est utrùm visio hæc imaginaria fuit, an corporea [h]. Visa habebat Ezechiel, ut & Daniel, juxta fluenta, quasi loco silenti & amœno; &, suavi murmure aquæ, sicut musicâ Elisæi, delectati, mentem in Deum elevabant, itáque per orationem & contemplationem ad visiones se disponebant [i].

2. *In quinta mensis*] Sub. *die*, Ch. Pi. Pra. La. &c. ¶ *Annus quintus transmigrationis regis Joachin*] Sive Jechoniæ, filii Joakim, quo à Chaldæis cæso, ipse tres menses regnavit, spontéque se tradidit Chaldæis, à quibus abductus est. Quare hæc traductio non vocatur captivitas, sed transmigratio, scilicet dedititiorum [k].

3. *Factum est*; ità P. &c. הָיֹה הָיָה] *Essendo fuit*, vel *exstitit*, Mo. JT. *Accuratè factum est*, Pi. *Omnino fuit*, JT. Loquutio emphatica, quæ pertinet ad rei veritatem ampliùs confirmandam, & in mentibus auditorum vehementiùs obsignandam *. ¶ *Verbum Domini*] Quod priùs vocavit *visionem*, hìc *verbum*; scil. prophetiam continentem tam visiones, quàm verba & jussa Dei [l]. Significat non tantùm visiones hoc Libro contineri, sed etiam probationes [m]. Sanè verbum factum est cap. 2. &c. eique hæc visio deservit. Adde quòd visio hæc non est muta, sed signis loquitur & figuris. Denique, *verbum* h. l. non tantùm spectat sequentem visionem, sed procemium est totius Libri [n]. ¶ *Ad Ezechielem*] i. e. Ad me. De se loquitur in tertia persona [o]. Nomen יְחֶזְקֵאל signi. *fortitudinem Dei*, vel, *roboratum à Deo* [p]. ¶ *Filium Buzi*] Quem RR. ineptè fingunt esse Jeremiam, sic dictum, utpote contemptum [q]. ¶ *Sacerdotem*] Hoc addit, ut faciliùs audiretur.

[a] Pra. [p] Scal. in Jun. T. La. ex Pra. [q] Pra. [r] La. † Pra. sim. La. [s] Pra. [v] La. [x] Pol. [y] Q. in Jun. [z] Jun. La. * Jun. [a] La. [b] Jun. [c] Pra. Jun. Ch. Pol. [d] Jun.

* Jun. [f] G. sim. M. Pi. [g] Pra. [h] Pra. La. &c. [i] Ful. misc. [k] Jun. [l] La. ex Pra. G. [m] Q. in V. La. ex RR. & Mald. [n] La. ex Pra. [o] Ful. ex Scal. [p] Jun. Pi. [q] Jun. ex Pol. Scal. in Ful. [r] Pol. † Ju. [t] Pra. [v] San. [x] San. ex Pra. [y] Pra. [z] San. [a] G. [b] T. sim. La. ex Pra. [c] La. [d] V. sim. Pra. La. San. Pi. * La. [f] Pi. [g] V. [h] San. sim. La. [i] La. [k] La. * Jun. [l] La. [m] Pra. [n] San. [o] La. Me. [p] Pol. [q] Calv. sim. Pol.

diretur [r]. Sed quamvis sacerdos esset, tamen eo tempore opus fuit ut extra ordinem ad Prophetæ munus vocaretur, propter injuriam temporum, Judæorum malitiam, & propheticæ hujus functionis gravitatem†. ¶ *In terra Chaldæorum*] Hostium nostrorum*: in terra longinqua & polluta [t]. ¶ *Secus flumen Chobar*] Obj. Chobar erat in Mesopotamia. Resp. 1. Terra Chaldæorum dicitur, in qua Chaldæi Reges firmamentum Regni sui statuerunt. Ea autem erat non solùm Chaldæa, sed & Mesopotamia. 2. Terra Chaldæorum sumitur vel, 1. strictiùs, pro regione inter Euphratem & Chaldæas paludes, vel, 2. latiùs, pro Mesopotamia & Chaldæa simul: sicut ex adverso Mesopotamia, sive *terra Scinbar*, non modò regionem supra Euphratem sitam, sed Chaldæam quoque, complectitur, Genes. 10. 10. & 11. 2. Sic & Plin. 6. 26. *Reliqua pars Mesopotamiæ*, inquit, *Babylonia appellata est.* Vide & Strab. l. 16 [v]. ¶ *Et facta est super eum ibi manus Domini*] i. e. Dei potentia, fortitudo [x], efficacia, & impulsus [y]; efficacia Divini Spiritûs [z], spiritum Ezechielis elevantis & roborantis [a], eúmque nihil tale cogitantem & quasi invitum rapientis [b] ad prophetandum [c]. q. d. Potenter in me egit Deus; infrà c. 3. v. 14 [d]. *Manus Domini*, id est, spiritus prophetiæ *; vel potiùs, virtus Dei quâ indutus fuit Ezechiel, unde constaret ipsum Prophetam factum; vel, testimonium novæ gratiæ, ut Ezechiel posset quasi pro imperio subjicere sibi omnes captivos. Posset etiam hoc referri ad efficaciam doctrinæ. Dicit, *ibi*, vel *illic*, ne horrerent Judæi quasi portentum, cùm audirent ex Chaldæa profectum Dei sermonem [f].

4. *Et vidi*] Visio hæc est omnium difficillima; cujus obscuritas ità deterruit Judæos, ut vetuerint ejus explicationem aggredi, vel tentare. Absurdè; sic enim & frustrà Deus apparuit Prophetæ, & frustrà hoc scripsit Propheta in usum Ecclesiæ [g]. Visum hoc quod sequitur, מֶרְכָּבָה, i. e. *currum*, vocant Hebræi: & hoc nomine appellant secretiorem Theologiam de Deo & Angelis; sicut Physicam appellant בְּרֵאשִׁית, ab initio Geneseos desumpto nomine. Nolunt autem Judæi has duas Scripturæ partes legi nisi ab hominibus provectæ ætatis. *Mutas in hujus loci explicatione Synagogas* ait esse Hieronymus. Moses Maimonides, in Duce dubitantium, ea quæ hîc sunt partim ad Angelos refert, motores sphærarum; partim ad ipsas sphæras, i. e. primum mobile, planetarum quinque, Solis ac Lunæ, deinde sublunarium. At si quis diligenter hæc contulerit cum iis quæ habemus Exod. 25. 18. & Esa. 6. videbit agi de Dei proprietatibus & actionibus circa populum suum. Pertinet autem eò hoc visum, ut Judæi deportati in suis malis Dei justitiam agnoscerent, & spem conciperent, siquando se corrigerent, rerum meliorum [h]. Apollinaris, & post eum Polychronius, existimat ostendi per visum Prophetæ universalem Dei providentiam, quâ non solùm Judæis imperat, sed & gentibus, quarum est effector & rector. *Nubes* igitur est, vel, 1. figura quædam Divinæ naturæ; vel, 2. vehiculum Dei: *spiritus*, seu *ventus*, veluti vigilum custodúmque locum obtinet: *splendor*, quasi Dei domicilium: *ignis* inducitur ad peccatores terrendos. Per *quatuor animalia*, invisibiles significat exercitus, ut principatus, potestates, &c. per *quatuor* verò *formas* eorum, universam naturam, cui imperat Deus, rerum tum visibilium tum invisibilium, &c. Hæc sententia hieroglyphico conformis est, & argumento vaticinii, & videtur literæ sensum continere in omnibus, nisi in quaternis animalium formis, ubi & à mente Prophetæ & à seipsa multùm excidisse judicatur [i]. Quatuor animalium facies ad providentiam Dei spectant, non quidem universalem, sed specialem, & ad peculiare beneficium Dei populo suo exhibitum [k]. Visio hæc universa refert Deum, Salvatorem Israel, præferentem insignia victoriæ, ac de Ægyptiis triumphantem [l], &, ex more triumphantium, curru magnifico vectum, captivis, satellitibus, trophæis circumdatum, percutientem Ægyptios, redimentem Israelitas nocte illâ, &c. [de qua Exod. 12.] Quòd si ingeniosus aliquis Ægyptius historiam illam in tabella hieroglyphicis adumbrare voluisset, quibusnam aptioribus depinxisset imaginibus, quàm si delinearet Deum throno insidentem; deinde, vice Angeli [percussoris,] aquilam, aptissimum, ob pernicitatem & agilitatem & sublimem volatum, Angelicæ naturæ symbolum; pro Rege [Ægyptiorum] feroce & truculento, leonem, (cui Duces & Reges sæpe conferuntur, Gen. 49. 9. Num. 24. 9. 2 Sam. 1. 23.) pro seipso, hominem, (neque enim homo nisi propriâ figurâ referri potest;) pro sacrificio, vitulum, hostiarum omnium excellentissimam, delinearet? Sed quid si vellet prædictas quatuor imagines unicâ figurâ complecti? quid tum comminisceretur sapiens Ægyptius? Utique fingeret hominis simulachrum, atque è cæteris figuris delibaret insignia quæ notissima forent, & singulis propriissima; v. g. ex aquila pennas, ex leone pectus armúmque jubatum, ex vitulo ungulas bifidas: nam cætera horum animalium membra ignobiliora sunt, nec humano simulachro congrua. Hinc formâsset effigiem hominis alati, leonino exuvio vestiti, ungulisque vitulinis calceati. Quod igitur ille comminisci potuisset, hoc ipsum Dominus, se nostro accommodans captui, invenit [m]. Al. Hæc visio bellicum aliquid & hostile portendit [n]; tota autem spectat ad Hierosolymæ excidium†. Apparet id ex Ezec. 43. 3. *Vidi visionem secundùm speciem quam videram quando veni ut disperderem civitatem, & speciem secundùm aspectum quem videram juxta fluvium Chebar.* Accommodatè ad finem hunc reliqua omnia quæ ad visionem hanc pertinent, impeditam & variam, objecta sunt propheticis oculis *. Puto in curru, quem bellicum, non triumphalem, esse puto, designari exercitum Babylonicum. Cui favent, 1. quòd ignis (qui Chaldæorum agmina præcedere solebat) in curru portatur: 2. quòd quatuor hæc animalia mirè exprimunt mores & ingenium Nabuchodonosoris, qui *aquila* vocatur Jer. 48. 40. Ezec. 17. 3. & *leo*, Jer. 5. 6. Exercitus etiam Chaldæorum turbini ruenti & tempestati comparatur Jer. 23. 19. Hæc mihi videntur veri plusquam similia [o]. Al. Scopus hujus visionis fuit, illâ, tanquam similitudine gloriæ Dei, ostendere, Jehovam gloriâ suâ hactenus in populo Judaico habitâsse, &c. Complectitur hæc visio (ut patet ex collat. Ezec. c. 3. v. 12, 23. & 8. 2, 4. & toto 10. cap. & 43. 2, &c.) mysterium de continua & admiranda Dei providentia, quâ non tantùm totum hunc mundum generatim, sed etiam speciatim Ecclesiam suam, gubernat, & potentiam suam in conservandis vel destruendis rebus declarat pro arbitrio suo liberrimo, sic ut nihil temere vel injussu Dei, nihil seriùs vel citiùs fiat quàm ipse decrevit: unde colligit, non debere Judæos exsulantes vaticinia Jeremiæ vana putare, sed scire certò ea implenda tempore suo. Summa visionis est, Deum non solùm justum totius mundi Judicem esse, qui Jerosolymam per Chaldæos destructurus est, sed etiam eâ potentiâ instructum, ut nihil ei resistere valeat, & habere in obsequio Angelos omnésque creaturas. Partes visionis duæ sunt: 1. descriptio tum ministrorum Dei inferiorum superiorúmque, quos ad operum judiciorúmque suorum effectionem adhibet; tum mundi hujus inferioris, in quo Ecclesia militans versatur: 2. repræsentatio gloriæ Rectoris & Judicis mundi. Inferiores administri judiciorum Dei sunt exercitus hostiles, per quos punit impœnitentes, &c [p]. Al. Tota hæc visio (ut exponitur v. 28. & cap. 8. 4.) nihil aliud est quàm demonstratio gloriæ Jehovæ. Summa visionis est, Jehovam gloriam suam servis suis præsentissimam testificari atque exponere in cœlo & in terra, tum, 1. in potentissima administratione providentiæ suæ, & ministerio creaturarum omnium, tanquam exercitûs obsequentis voluntati ejus, usque ad vers. 22; tum inprimis, 2. in persona Christi, qui est imago & gloria Dei, cui dedit Dominus omnem potestatem, quâ regat Ecclesiam, instruat Prophetas, &c. Prior locus, in quo providentiæ administratio & gloria Christi exponitur à comitatu & ministerio ejus, duas habet partes: nam duplex est exercitus, 1. rerum cœlestium, à v. 5. ad 14; 2. rerum terrestrium, quas providentia Dei administrat in Christo etiam rerum cœlestium ministerio, indè ad versum usque 22 [q]. Tria potissimùm sunt in hac visione difficilia intellectu, facies scilicet quaternæ Cherubinorum, rotarum totidem figuræ, atque species electri igniti: quibus comprehensis, cætera sunt proclivia; ut contrà, ignoratis, universa reddun-

r Calv. † Jun. * Jun. t Calv. v Jun. x Q. in V. La. San. Pra. y La. Mc. T. z Pra. ex Theod. sim. La. Pol. a La. b Pol. c La. sic Pol. d G. * M. ex Ch. f Calv. g Calv. h G. i Pra. ad Ezec. part. 1. sect. 1. k Pra ib. sect. 3. p. 46. l Pra. post p. 25.

m Pra. ib. p. 46. n Sin. ex Tr. & H. & Rup. & Pr. & Mald. † San. * Sin. p. 41. o San. p Pol. q Jun.

redduntur ardua [r]. [Sed de his aliisque suo loco agendum.] Primò, videndum quorsum spectet hæc visio. Mihi verò dubium non est quin Deus voluerit servum suum instruere authoritate, deinde voluit terrorem injicere populo. Cùm ergò hîc describitur nobis formidabilis Dei forma, primò hoc referri debet ad doctrinæ reverentiam, & ad subigendam præfractorum Judæorum arrogantiam, quibuscum Prophetæ negotium erat. Sed Deus respexit in alium finem. Est igitur tenenda analogia vel similitudo inter hanc visionem & doctrinam Prophetæ. Ostendere voluit Deus breviter hoc symbolo quorsum Prophetam suum mitteret, nempe ut Judæis horrorem incuteret, nè torperent in sua securitate †. ¶ *Ecce, ventus* (vel, *spiritus*, o'.Ca.) *turbinis*; ità Mo. P. Ti. &c. vel, *turbineus*, JT. Pi. *procellosus*, Calv. סְעָרָה] *Auferens*, aut *extollens*, o'. in Pra. *tempestuosus*, Ca. vehemens & concitatus [t], & turbines excitans [v]: quo significatur Dei judicium [x], & indignatio [y], Jer. 23. 19 [z]. & vindicta valida, celer & impetuosa [a]; vel, vis incitata & præceps, qualis est exercitûs, quem ira rapit, & studium vindictæ [b], qui turbinis instar ex improviso venit, & absque impedimento omnia devastat [c]. Vento sæpe Deus usus est in visionibus, sermonibus, & judiciis palàm efferendis; ut videre est 1 Reg. 19. 11. Job. 38. 1. Vide & Psal. 104. 4 [d]. *Ventus*, &c. i. e. gravissima mala *. ¶ *Ab aquilone*] i. e. è Babylone [f], quæ Judææ erat aquilonaris. Et quamvìs Ezechiel jam esset in Chaldæa, tamen, quia de Judæa agit, ità loquitur acsi esset Hierosolymis [g]. Deinde, *ab Aquilone*, ut hoc vento nubes depelleret, ut cœlum nitens & res è cœlo aperto ostensas Propheta libere prospectaret [h]. ¶ *Et nubes magna*] Quæ vento advehebatur [i]. *Nubes*, quasi vehiculum Dei [k], irati & dira in Judæos parantis; *magna*, tenebrosa [l], pluviâ, grandine & procellis gravida [m]. *Nubes*, aspectabile signum præsentiæ Dei, qui sine nube & obscuritate ab hominibus videri non potest [n]. *Nubes*, &c. nempe exercitus Chaldæorum, Jer. 4. 13 [o]. qui numerosus erat, & imbres calamitatum Judæis advecturus. Confer & Ezec. 38. 9 [p]. ¶ *Et*, &c. וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת] *Et ignis fulgurans*, o'. Ar. vel, *inflammatus*, Ch. *reciprocans sese*, Mo. Ti. V. Pra. flammarum scilicet volumina sese per totam nubem insinuantia [q], & convolventia [r]. Vel, *recipiens se*: fulmina enim è nubibus ità emicant, ut cum iis convolvi, & se iterum intra nubem receptare, videantur †, cùm apparere desinunt [t]. Vel, *receptus* intra eam, M. vel, in medio nubis *involvens se*, P. vel, *implicatus*, sive *admistus*, Q. in V. vel, *conceptus*, Al. in V. Ca. sive, *correptus*, Al. in V. i. e. accensus; q.d. nubes illa erat correpta igni & accensa, erátque tota lucida ac fulgida [v]. Vel, *qui sese accendebat*, Pi. sic JT. Pol. Heb. *qui se accipiebat*, ut Exod. 9. 24 [x]. Significat fomenta ignis quo urbs incensa fuit in ipsa fuisse, nempe peccata, &c [y]. Ignis indesinenter ardens, & res quasque proximas inflammans; quâ specie Deus ferè exhibet majestatis suæ documenta, ut Ex. 19. 18. Hab. 3. 4. &c [z]. *Ignis* hic significat terribilem apparitionem Divinam [a]. Vel, *in gyrum se agens*: Dei ultio ad omnes Judæos perveniens [b]. *Ignis* hic vel fulgur erat; vel, quod terribilius, fulmen; vel, quod maximè velim, igneus globus, in ipsa nube manens perpetuò, & illam illustrans, quia ab illo, ut sequitur, splendebat nubes undique, quod non fit à fulgure vel fulmine [c]. ¶ *Et*, &c. וְנֹגַהּ לוֹ סָבִיב] *Et splendor* (sub. *erat*, P. Pi.) *ei* (sub. *nubi*, Pi. sic Pra. La. &c.) *undique*, vel *per circuitum*, Mo. P. &c. Nubes tam crebra fulgura ejaculabatur, ut tota resplenderet [d]. Quòd si intelligas de igne in nube conglobato, res facilior est *. Nubes hæc splendebat & radiabat circumquaque, ut Sol; non subindè tantùm micabat, ut fulgura [f]. *Splendor* autem hic significabat præsentiam Dei [g], ejúsque terribilem majestatem [h], & gloriam, quæ se ostendit in supplicio [i], Judæis infligendo [k], & apertissimam Dei justitiam [l]. ¶ *Et*, &c. וּמִתּוֹכָהּ] *Et* (sub. *apparebat*, P. sic M. vel, *emicabat*, JT. sim. Pi.) *de medio ejus*, Mo. P. &c. i. e. vel, 1. venti [m]; vel, 2. nubis [n]; vel potiùs, 3. ignis [o], ut expressè dicitur in fine versûs [p]. ¶ *Quasi*, &c. כְּעֵין הַחַשְׁמַל] Vox חַשְׁמַל alibi non occurrit [q]. [Hinc locum variè reddunt.] *Tanquam species* (vel, *oculus*, Mo. *aspectus*, P. M. Ar. *facies*, Calv. *visio*, o'. Sy. *color*, JT. Pi.) *Hasmal*, Ti. Ch. in Pra. Calv. &c. vel, *angeli*, M. vel, *vividissimus*, JT. vel, *prunarum ardentissimarum*, Pol. *flammæ crepitantis*, Mo. *purissimi æris*, Pi. vel, *electri*, o'. Vulg. G. P. Ca. Nempe, forma vehiculi quadrati, quo repræsentabatur populus Israeliticus, electro in hoc similis, quòd sicut electrum in igne non consumitur, ità nec ipse in tantis malis erat interiturus, sed excoctione factâ exstiturus purior [r]. [Sed non licet hanc vocem adeò sicco pede præterire: de ea ergò ampliùs disquirendum.] In hac voce hærent Interpretes, & Hebræorum commentaria frustrà consulunt †. In Lexicis Hebræorum mera de illa somnia occurrunt. Alii se ingenuè nescire confitentur [t]. 1. Multi volunt esse effigiem incognitam [v]; vel, Angelum [x], *Chasmal* dictum, doctorem Ezechielis [y]. Sed hoc figmentum est [z]. Nec Angeli, nec rei vivæ, nomen esse docet τὸ כְּעֵין, quod solùm de re inanima usurpatur, ut Num. 11. 7. Ezec. 10. 9. Dan. 10. 6. & hujus cap. v. 7, 16, 22. At de re viva dicitur דְּמוּת, *similitudo*, ut hujus cap. vers. 5, 10, 13. Dan. 10. 16 [a]. 2. Est nomen coloris [b]. Sed tum legeretur כְּעַיִן, in statu absoluto, non כְּעֵין, in constructo; neque enim dicimus, *color flavi*, sed, *flavus* [c]. 3. Est ἤλεκτρον, *electrum* [d]. Hoc autem quid sit, obscurum est *. Illud duplex erat. 1. Naturale, nempe succinum [f]: quod vel genus gummi est ab arboribus fluens [g]; vel, genus bituminis quod è scopulis maris manat [h]; vel, in litore effoditur liquidum, sed aeris & aquæ frigiditate durescit, (perinde ut crystallus [i], quem etiam *electrum* vocant veteres, de quo vide BA. ib. 873.) dicitúrque ambra [k]. 2. Factitium [l], sive metallicum, quod ex auro & argento constat [m]; vel, *de tribus* (ut scribunt Servius & Isidorus, vel, *de quatuor*, ut Plin. 334.) *partibus auri, & argenti una* [n]. *Electrum* autem hîc intelligitur, vel, 1. naturale, sive succinum, vel, quia hæc est materia translucens, & per quam similitudo illa poterat transparere; quod aureæ materiæ non contingit: vel, quia Hebræi suum *hasmal* ad genus lapidum referunt: vel, quòd Hieron. hîc insinuat esse *sapphirum* [o]. Vel potiùs, 2. factitium, ob verba illa, *fulgurans—in medio ignis*, quæ neque ad succinum neque ad crystallum pertinere posse constat, (cùm ea in igne non luceant, sed obscurentur,) sed ad metallum. Id enim metallorum, & inprimis auri, proprium est, ut in ignem conjecta clariùs micent [p]. Hoc solum desidero in Græcorum versione, quòd illi ad vim vocis Hebrææ חַשְׁמַל non videntur satìs attendisse, quæ non tam *electrum* significat, i.e. metallum ex auro & argento, quàm ex auro & ære, conflatum. Ezechiel enim hanc vocem à Chaldæis mutuatus est, inter quos jam erat captivus. Chaldæis autem חַשְׁמַל compositum est ex נְחָשׁ, & מְלָלָא, מלל; quorum illud *æs*, hoc *aurum*, sonat; propriè aurum rude, quale è fodina educitur. Quo sensu ex Talmudico tract. Ketuboth citant Baal Aruch, Aquinas, &c. Plenè quidem esset נְחַשְׁמֵלֵל *nachasmelal*: sed finale ל excidit per apocopen huic linguæ familiarem, quia est è geminatis; & נ initiale per aphæresin, quod non in verbis solùm, sed & in nominibus, sæpe deficit. Sic זֶר, *corona*, pro נֵזֶר; גָר *gar*, *fluxus*, pro נֶגֶר *negar*; & בּוּל, *October*, pro נְבוּל. Itaque חַשְׁמַל propriè est χαλκοχρύσιον, quod à Diodoro vocatur χαλκὸς χρυσοειδὴς [q], nobile illud æs auro concolor, & æqualis cum auro pretii; ex quo Persarum Rex Darius aliquot *Canacas batiacas* habuit [r], (quæ *visu ab auro dignosci non poterant*, ut docet Philosophus in Mirabilibus,) & vasa duo habuit Esdras, c. 8. 27. Sed & hujus generis esset æs illud unde mare æneum & vasa sacra conflavit Salomon, si verè scribit Josephus, Antiq. 7. 6. *ea fuisse auro præstantiora*. Sed hoc ille de suo finxit, cùm *æs* tantùm *tersum* dicatur, 1 Reg. 7. 45 †. Corinthii etiam æris materia fuit ex ære, auro & argento, simul conflatis. Idem puto חַשְׁמַל quod Latinis *aurichalcum*, ut vocant Festus, Servius, Isidor. &c. (quòd & splendorem æris, & auri duritiem, possideat,) vel, ut rectiùs vocant Horat. Virgil. &c. *orichalcum*: quod quidem nunc non invenitur, inquiunt Plin. Tzetzes, & *solo nomine notum*, dicit Plato; apud veteres tamen erat metallum ære longè pretiosius, nec multùm auro vilius, teste Platone. Sic Homeri hymno quinto Horæ Veneri ponunt —*inaures ex orichalco & auro pretioso*. Et in Hesiodi scuto, Hercules cum aureo thorace

[r] Pra. c. 31. † Calv. [t] Pra. T. [v] Me. [x] Calv. [y] Pra. La. [z] Pra. [a] La. [b] San. [c] Pol. [d] Jun. * G. [f] Me. sim. Pra. San. La. Calv. G. Jun. &c. [g] Me. La. ex Mald. sim. San. [h] Jun. [i] Me. [k] Q. in La. [l] La. [m] La. sim. Pra. [n] Jun. [o] G. sim. Pol. [p] G. [q] Pra. La. [r] La. † La. Me. [t] Me. [v] Q. in V. [x] Jun. [y] Pol. [z] Jun. [a] M. [b] G. [c] San. [d] T. ex Mald. sim. La. Me. San. * San. [f] Jun. [g] Pra. ex Polychron. [h] La. [i] Pra. ex Th. sim. La. Pol. [k] Pol. [l] G. [m] Q. in Pol. [n] Ch. in La. [o] San. La. Pol. [p] Pol. [q] La.

[r] G. † BA. 2. 6. 16. 871. [t] Nebris. quinquag. c. 18. [v] Calv. [x] Calv. RR. in La. [y] RR. in La. [z] La. sim. Calv. [a] BA. ib. 877. [b] Calv. K. in Pra. [c] BA. ib. [d] San. Pra. La. Nebris. BA. &c. * La. [f] BA. Nebris. La. [g] Pra. [h] La. Q. in Pra. [i] La. [k] La. ex Pra. [l] BA. Nebris. [m] Nebris. [n] BA. ib. 872. [o] Nebris. [p] BA. ib. 875. [q] BA. ib. 877. [r] BA. ib. 888. † BA. 878.

thorace induit *lucentes orichalci ocreas*. Et in Plauto non semel *aurichalco contrà* idem ferè est quod *auro contrà*, ut in Pseudolo, act. 2. scen. 3. & in Milite, act. 3. scen. 1. Et Turnus in Virgil. —*auro squalentem albóque orichalco Circumdat loricam humeris*— Nec mirere *album* hîc dici, quod sic vocari comparatione auri frustrà asserit Servius, cùm Græci tam nativum quàm factitium orichalcum album describant. *Est æs album*, inquit Hesiodi vetus Scholiastes, similiter & Tzetzes [t]. Præ omnibus metallis habebatur à veteribus in pretio, & ipsum aurum tum splendore tum duritie superabat. Electrum autem non esse aurum vel argentum, sed speciem selecti & præstantissimi æris, quod *aurichalcum* dicitur, probabile redditur ex collat. Dan. 10. 6. ubi pedes Gabrielis erant quasi species æris candentis, & Apoc. 1. 15; & quia tale æs suo fulgore majestatem, duritie verò invictum robur, Dei optimè repræsentat [v]. [Alii, ut dictum, חשמל aliter accipiunt.] חשמל est, ignis ille vividissimus è cœlo, qui conditione suâ omnia μετέωρα superat [x]. Al. Forsan literæ hîc ordine præpostero collocandæ sunt. (Sunt autem talia quædam in S. S. ænigmata, ut in Jer. 51. 1. docuimus.) Sic חשמל erit למשח, *Ungendus*, sive Christus. Sed hoc, ut propositum volo, sic affirmatum nolo, nè incerta pro certis habeamus †. Hoc porrò symbolo repræsentatur, vel, 1. aurea Dei bonitas [y]. Vel, 2. Christus, in quo natura duplex fuit, Divina, & humana; ut in electro est mistio auri & argenti: in quo etiam est & misericordia erga suos, & justitia ac furor adversus hostes [z]. Vel, 3. ardentissimum Angelorum studium in judiciis Divinis exsequendis [a]. Vel, 4. admirabilis Dei majestas [b]. ¶ *Id*, &c. מתוך האש] *De medio* (sub. *inquam*, P. Pi. &c. vel, Id est, *de medio*, Vulg.) *ignis*, Mo. P. &c. vel, *illius ignis*, Pi. Undique pressus [populus nempe Israel] pœnis divinitus immissis [c].

5. *Et ex*, &c. ומתוכה דמות וגו'] *Et de medio ejus* (sub. ignis, ut ex generibus utriusque in Hebræo certum est [d]: vel, in illo vehiculo *: vel, *indidem*, Ca. sub. *apparuit*, P. &c.) *similitudo* (vel, *forma*, Ca.) *quatuor animalium*, Mo. Ti. P. &c. spectantium scilicet ad quatuor plagas mundi, ut percipitur ex v. 10. & 15 [f]. Vel, duorum Cherubinorum, qui singuli partes habebant quatuor animalium [g]. Hector Pintus cum nonnullis censet unum tantùm fuisse animal, ut vocatur Ezech. 10. 15, 20. repræsentans unum Christum; vocari tamen *quatuor animalia*, quia totidem speciem & faciem habebat. Sed certum est quatuor fuisse animalia. Id enim hîc disertè dicit, & [postea] repetit & inculcat. Idem patet ex collat. Apoc. 4. 6. & ex eo, quòd singula animalia erant à singulis lateribus, sive rotis, currûs Dei, (quæ quatuor erant,) quasi stipatores [h]. Non dicit se vidisse Angelos [i], aut animalia, sed tantùm *similitudinem*, imò *tanquam similitudinem*, eorum [k]: nam nec verè animalia erant [l], nec Angeli oculis humanis cerni queunt [m]. Per *quatuor animalia* hîc intelligunt, vel, 1. quatuor Monarchias, Assyriorum scilicet, Persarum, Græcorum, atque Romanorum, quæ sub aliis imaginibus bestiarum sunt postea Danieli ostensæ per visum [n]. Sed alienum hoc à contextu, &c [o]. Vel, 2. quatuor archiduces castrorum Israel, in quorum, sicut & in singulorum Principum, vexillis Ægyptio more exarata sunt sigilla notæve seu imagines animalium, aut aliarum rerum, pro stemmatibus parentum [p]. Vel, 3. quatuor Evangelia, vel Evangelistas. Ità Patres communiter, & alii recentiores. Sed hic sensus est tantùm mysticus & accommodatitius, non primus & literalis [q]. Quorsum enim quatuor Evangelia circumfert Dominus, cùm se Prophetæ minabundus ostendit? cùm volumen plenum lamentationis ei porrigit vorandum? cùm urbem flammis tradit è medio animalium acceptis [r]? Vel, 4. sanctos Angelos †; ut patet, tum, 1. quòd ea illis in hac visione tribuuntur quæ Angelorum sunt, ut postea videbimus [t]: tum, 2. ex Ezec. 10. 15, 20. ubi animalia ista dicuntur esse Cherubini [v]. Exc. Ibi unius tantùm animalis mentio fit, hîc autem quatuor. Resp. Et hoc ipso cap. 1. sing. num. loquitur, quasi de uno, v. 20, 21. Et hæc enallage numeri sing. pro plur. frequens est Hebræis [x]. Sed cur *quatuor* hîc sunt animalia, cùm duo tantùm Cherubini Arcam complexi

[t] Bl. ib. 880. [v] La. [x] Jun. † Ca. [y] La. [z] Pra. part. 2. sect. 9. [a] Pol. [b] Calv. [c] G. [d] Pra. * G. [f] Pi. [g] G. [h] La. [i] Pol. [k] Pra. [l] Me. T. [m] Pol. [n] La. in Pra. [o] Pra. ex Burg. [p] He. in Pra. [q] Pra. p. 2. sect. 11. [r] Pra. ib. sect. 1. † Pol. ex Th. Jun. Calv. [t] Pol. [v] Pol. Calv. [x] Pol.

sint? Resp. Necesse fuit aliquantùm deflectere à Sanctuario, quoniam frigebat totus legalis cultus apud homines profanos [y], & penè obsoleverat; summúsque erat inter Judæos contemptus Legis. Necesse ergò erat proponi illis novam formam: & ideo Propheta dimidiam partem mutuatur ab ipso Sanctuario, (à quo noluit illos abstrahere, quia illud erat fundamentum omnis veræ intelligentiæ:) sed quia videbat non sufficere formam illam legalem, ideo addit subsidium novum, alterámque dimidiam partem assumit, quæ necessaria erat rudi populo, voluítque Cherubim esse quatuor, & singulis Cherubim quatuor capita [z]. Dicit, *quatuor*, &c. non quòd quatuor tantùm sint Angeli [a], nec quòd tantummodo quatuor Angelorum ministerio Deus utatur [b]: sed, vel, 1. quòd tot sint primarii Angeli Deo assistentes [c], mundi & Ecclesiæ Protectores, omnísque gubernationis Divinæ administri [d]. Intelligit hîc quatuor Angelos tutelares populi Dei, de quibus Zac. c. 1. nempe Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, Urielem, aliósve similes, quorum nomina ignoramus *. Vel, 2. respectu objecti circa quod versantur, quod est mundus, cui in S.S. attribui solent quatuor anguli & regiones [f]; ut ostenderet, Deum non tantùm in cœlo regnare, sed etiam in terra [g]; & Angelos in omnibus mundi partibus Dei jussa exsequi [h]. ¶ *Et hic*, &c. וזה מראיהן דמות אדם להנה] *Et hic* (vel, *Hæc autem*, Pi.) *aspectus* (vel, *species*, JT. Pi.) *eorum*, *similitudo hominis* (sub. *erat*, P. M. &c.) *iis*, vel *in iis*, Mo. P. M. &c. *Quorum hæc erat species, speciem referebant humanam*, Ti. *Quorum ea erat facies, ut hominis formam haberet*, Ca. i. e. Vultus hominem præferebat [i]: scilicet ex maxima parte; habebant enim, præter faciem, manus & crura hominis, v. 7, 8 [k]. Atqui dicit, *ea singula quaternos habere vultus* [l], vel, *quatuor capita*; deinde, *pedes rotundos*, sive *vitulinos* [m]. Resp. Corpus erat humanum & erectum, tametsi aliorum animalium similitudinibus sive insignibus vestitum [n]. In hac tot animalium compositione, species hominis est quasi subjectum, vel fundamentum, quod formas illas quatuor animalium continebat & sustinebat. Quemadmodum (si profana licet cum Sacris componere) ea erat forma Serapidis, ut ex corpore atque cervice humana tria pullularent capita, caninum, leoninum, & lupinum: & Hecates sive Dianæ caput in humano corpore triforme pingebatur à gentibus. Similiter h. l. è collo recto humana facies se efferebat, quæ media erat inter leoninam & vitulinam formas; illam habebat à dextris, hanc à sinistris, quæ ex humano collo, seu humeris, tanquam è trunco rami, pullulabant: supra caput faciem habebat aquilinam, ut patet ex v. 10. hujus cap. & ex cap. 10. v. 14. Nec quenquam moveat deformis hæc & monstrosa species, qualis & alibi in S. S. occurrit: ut Apoc. 4. 6. ubi *animalia quatuor plena sunt oculis antè & retro*, & eadem senis alis instructa; & Apoc. 5. 6. agno sunt septem cornua & septem oculi: quæ omnia monstrosa sunt, ut h. l. Nec mirum, nam facies illæ hieroglyphicæ sunt; quæ non tam indicant beatorum spirituum mores & ingenium, quàm quòd Deus per illorum species hominibus portendat mala [o]. Dicit, *forma hominis erat*, quia, licèt aliquid fuerit diversum, tamen forma hominis primas tenuit, & statura fuit humana [p]: corporis status & forma erat humana [q]: facie & toto corpore videbantur esse homines [r]. Statura corporis & species eorum, exceptis rebus illis singularibus quæ aut adjectæ, aut variæ ab hominis formâ, dicuntur fuisse, similitudinem hominis referebat; ut indicaretur Angelos esse spiritus ratione præditos †. Est autem intelligendum, in hoc capite multam esse generis mutationem apud Hebræos. Nam quod vertimus, *quorum ea erat facies*, relativum illic fœmininum est, ut postulat nomen *animantis*; in sequentibus masc. & rursus fœmin. Item [mutationem] numeri: nam quod de rotis [infrà] vertimus, *rotas quasdam humi apud animalia ad quatuor eorum facies*, relativum *eorum* in Hebræo sing. est, cùm antecedens plur. sit, & ad verbum ità legitur, *apud animalia ad quatuor ejus facies*, scil. *animalis*, h. e. animalium. Sed & paulò pòst, ubi vertimus, *rotæ secundùm ea attollebantur*, *ea* in Hebræo est masc. cùm tamen referat *animalia*. Ac quæ hîc *animalia* dicuntur, eadem

[y] Calv. [z] Calv. ad v. 4. [a] Pol. ex Jun. [b] Pol. [c] Me. [d] La. * Pra. [f] Jun. sim. Calv. [g] Calv. [h] Pol. sim. Jun. Calv. [i] V. [k] Pi. [l] Ca. [m] Calv. [n] Pra. & Th. &c. [o] Sa. [p] Calv. [q] Ca. sic La. [r] La. T. † Pol.

c.10.15.*animal*,unius numero,vocantur. Quod idem & de *rota* dico, quam hîc *unam* vocat; quo nomine significat unam rotarum quadrigam, ut continuò pòst apparet. Itaque nos per pluralem sumus interpretati. Hujusmodi mutationem & Jer. 11. 15. declaravimus [r].

6. *Quatuor facies* (vel, *vultus*, Sy. Ca. vel, *formæ*, sive *similitudines*,G.ex Ch. id enim פָּנִים † : sub. *erant*,P.) *uni*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *cuique*, Calv. Quibus figuratur omnimoda [Angelorum] aptitudo ad jussa Dei nullo negotio capessenda in omnes partes [v]. Quadratum est perfectionis (& perfectæ eorum obedientiæ) symbolum; quia, in quamcunque partem volvatur, semper erectum stat [x]. Per quatuor formas universam nobis indicat naturam, cui imperat Deus [y]. Quænam hæ facies erant, indicatur v. 10 [z]. forma hominis, aquilæ, tauri, leonis [a]. Locus hic difficilis est, & qualis fuerit animantium habitus & dispositio variè explicant [b]. [Duæ hîc sunt celebriores sententiæ.] 1. Unumquodque animal unum tantùm habuit caput & vultum, scilicet humanum: faciem verò, i.e. formam, vituli in pedibus bifidis; formam leonis in pectore, cervicibus & armis,quia in his erant jubæ instar leonum; formam aquilæ in humeris, qui erant alis instructi [c]. Obj. Dicit *quatuor* esse *facies*. Resp. Vox פָּנִים, *facies*, ambigua est, nec semper significat vultum anteriorem, aut partem corporis, sed sæpe habitum, aspectum, figuram, formam, & totius speciem, quæ apparet & cernatur. Sic, *facies solii*, Job. 26. 9. *facies Christi*, Psal. 132.10. Luc. 9. 53. Apoc. 1. 16 &, *facies terræ*, Esa. 24. 1 [d]. Sed *facies* hîc propriè sumi multa docent. 1. Quòd vox פָּנִים ità constanter redditur. Cùm Propheta de aliis loquitur quæ faciem non habent, uti de iride, electro, &c. non vocat פָּנִים, sed מַרְאֶה, *visionem*, vel, דְמוּת, *similitudinem*. Et sanè quis per faciem leonis intelligit jubas? per faciem bovis, pedes & ungulas? per faciem aquilæ, alas? Quòd si eas intellexisset Ezechiel, utique explicuisset, cùm singula graphicè depingat, & fusè enarret. 2. Quòd disertè has facies vocat *vultus* v. 10. ubi etiam facies leonis à dextris, bovis à sinistris, esse dicit: quod dici nequit de jubis & ungulis, quæ tam à dextris quàm à sinistris sunt vitulo, æquè ac leoni. 3. Quòd distinguitur facies ab alis, vers. 8. 4. Quia pòst facies describit pennas, pedes, & manus. 5. Quia de iis dicit ver. 9. & 12. *Unumquodque coram facie sua ambulabat*. 6. Quia Joannes, Apoc. 4. 7. de quatuor his animalibus agens, dicit primum animal fuisse *simile leoni*, secundum, *vitulo*, tertium, *homini*, quartum *aquilæ*. Quatuor ergò erant solida animalia integra & disparata, ac consequenter quatuor animalium facies habentia, quæ ibi describit; non autem unum duntaxat quatuor animalium insignibus indutum & vestitum *. [Hæc de prima sententia: secunda sequitur.] 2. Quatuor erant hisce animalibus facies & capita, sive semicapita [f], in formam galeæ compacta [g]; ità ut anterius quodlibet caput haberet faciem hominis, quasi primariam & eminentiorem, cui à dextris inserta vel annexa erat facies leonis, à sinistris,facies vituli,sursum, facies & capitulum aquilæ [h]. Ità intelligunt veteres omnes Patres & Interpretes, & ex recentioribus L. Ribera, Viegus, Barradius, &c [i]. [Sed huic sententiæ opponunt alii quæ sequuntur.] 1. Sic forma monstrosa esset [k]. Resp. Scriptura pro hieroglyphicis utitur monstris; ut patet ex Dan. 2. & 7. Apoc. 5. 6. & 9. & 10. 1. & 13. & 17 [l]. 2. Cherubini hi similes fuerunt Cherubinis Mosaicis: illi autem unicâ tantùm facie prædit erant, quâ scilicet & sese & domum exteriorem aspicerent: nam si quaternis pollerent vultibus, ad totidem cœli regiones prospexissent, & non solùm ad Orientem, ut ibi traditur [m]. Resp. 1. Cherubini hi illis similes erant, non tamen in omnibus. 2. Verisimile est, Mosaicos pariter quatuor habuisse facies, ut dixi Exod. 25. 22. ità tamen ut facie primariâ, scilicet humanâ, se invicem aspicerent, &c. 3. Hi Cherubini non erant nudi, ut Mosaici, sed vestiti, imò armati, uti eos depingit Alcasar: stipabant enim quasi milites currum bellicum Dei euntis ad excidium Jerusalem & aliarum gentium. Atque hæc fuit causa cur in capite galeam & exuvias, putà similitudines sive facies aquilæ, leonis & bovis gestarent, uti docent Græci Patres: hæ enim facies non erant eis naturales,sed ascititiæ,(ideóq; non directæ, sed laterales: erant enim ad latus faciei humanæ, quæ erat directa, ideóque propria & naturalis:) uti & galeæ. Solebant enim veteres Romani terribilia monstra animalium in galeis præferre, ad virium ostentationem, & terrorem hostium, &c [n]. ¶ *Quatuor*, &c. וְאַרְבַּע כְּנָפַיִם לְאַחַת לָהֶם] *Et quatuor alæ uni*, LXX. Nempe, vel, 1. faciei [o]: ità singulis animalibus,ut sunt quatuor facies, ità essent sedecim alæ [p]. Vel, 2. animali [q], ut patet ex Ebræo [r]. Vel, *unicuique eorum*,JT.Pi. Pol. vel, *eis*, Mo. P. &c. Duæ alæ ad volandum †; duæ ad tegendum corpus [t], vel femora [v], sive ea quæ tegi debent. Apud Esaiam adduntur præterea duæ, [Esa. 6.2.] ad tegendum vultum: quia ibi adstant throno, hîc verò sub throno; ibi consultatio est, hîc exsecutio [x]. Facies cognitionem figurat, quâ instructi sunt Angeli ad ipsorum administrationem: alæ sunt indices celeritatis & agilitatis plusquam volucris & inexpugnabilis, quam nemo impedire potest, ad capessenda mandata Dei [y].

7. *Pedes*, &c. וְרַגְלֵיהֶם רֶגֶל יְשָׁרָה] *Et pedes eorum* (vel, *Ad pedes verò eorum quod attinet*, Pi.) *pes* (sub. *unusquisque erat*, Pi. sim. JT.) *planus*, Ti. vel, *rectus*, Mo. P. M. JT. Calv. &c. *Pedes* hîc ponit pro cruribus, sive tibiis [z]; ut infrà, *manus*, pro brachiis, quæ eminebant sub alis [a]. Hebræi *pedem* vocant totum illud quod sub ventre est [b]. *Pedes recti*, i. e. non flexi in hanc vel illam partem, non compernes, non vari, aut prout pedes elephantorum sunt [c]; qui vertebras non habent, ut cameli [d]; sed recti, columnarum instar: quâ ratione elegantissimè depingitur pedum firmitas constantissima, & invicta basis, in qua stant Angeli ad obeundam functionem suam; & ostenditur,nullo onere, nullo impetu, nullâ arte firmitatem spirituum in obsequio voluntatis Divinæ versantium opprimi aut refringi posse *. Vel, *recti*, quales sunt hominum [f]; non, quales sunt vituli aut leonis, recurvi [g], vel flexibiles [h], qui scilicet in poplitibus curvantur [i]. Homo enim poplitem non habet in cruribus, ut bruta, sed in genibus [k]. Crura æqualia, nullâ parte extuberantia. Omnes actiones rectæ [l]. Al. Insinuat, vel, 1. Angelos nihil irrationale, quod bestiarum est, nihil temere, agere [m]. Vel,2. eorum promptitudinem & alacritatem,tanquam expeditorum ad omnem aurigæ sui nutum [n]. Vel, 3. perfectam & constantem obedientiam [o]. ¶ *Et*, &c. וְכַף רַגְלֵיהֶם כְּכַף רֶגֶל עֵגֶל] *Et* (vel, *Autem* Pi.) *planta* (vel, *vestigium*, V.) *pedum eorum* (i. e. ea pars pedis quæ specialiter dicitur *pes* [p],) *velut planta pedis vituli*,M.P. Mo. h. e. Habebant plantam rotundam & bifidam instar vituli [q]. *Sed pes imus ipsorum similis erat imo pedi vituli*, JT. h. e. tum ad firmitatem basis aliquantùm protuberans,tum ad commoditatem gressûs in omnes partes rotundus [r]. Pedes ipsi bovini. Sic & Græci βοὸς πόδα dicunt, cùm tardè ac graviter agi aliquid significant †. Pedes teretes & rotundi, in signum vel, 1. celeritatis & agilitatis Angelorum, quâ ità expediti sunt, ut in quamcunque partem mittantur à Deo facilè eant [t]; mobiles & versatiles in omnem partem ad Dei nutum [v]. Vel, 2. firmitatis & constantiæ in cursu divinitus mandato persequendo; sicut ungula vituli rotunda est & solida firmáque [x]. Vel, 3. sacrificii Christi, quo populus Dei redemptus est, &c. vitulus enim est victima, &c [y]. ¶ *Et*, &c. וְנֹצְצִים כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל] *Et scintillantes* (vel, *scintillabant*, Pi. sim. Ti. Calv. vel, *coruscantes*, Ca. vel, *fulgentes*, G. vel, *scintillæ*, ὁ'. Ar. V. vel, *candebant*, M. Præ fulgore videbantur scintillas emittere [z].) *tanquam aspectus* (vel, *oculus*,Mo. *color*, JT. Pi.) *æris* (vel, *chalybis*, Ti. Calv. JT. Pi.) *tersi*, sive *politi*, P. Calv. M. Mo. G. i.e. χαλκολιβάνῳ, ut est in Apoc. 1. 15. & 2. 18. quod plerique *auricbalcum* interpretantur [a]. Scintillabant vel, 1. pedes [b], utpote ex ære polito, ac proinde fulgentes [c]: vel, 2. ipsa animalia; sive quia inflammata erant indignatione adversùs sceleratum populum, ut irati ardere dicuntur [d]; sive ab externa flamma splendore concepto *. Scintillæ, quas vibrabat fornax accensa,in animalibus repercussæ coruscabant [f]. Hoc modo Deus attentum reddidit Prophetam [g]. Significat in illis actionibus apparere Dei puritatem, nempe quòd tam diu & tam patienter Judæorum

[Marginal notes, left column: r Ca. † G. v Jun. sim. Pol. x Pol. y Pra. z Pi. a G. b Pra. c Pra. & Per. in Mc. d Pra. p. 2. sect. 2. * La. f Me. & T. ex La. g T. h Me. & T. ex La. i T. k Q. in La. l La. m Pra.]

[Marginal notes, right column: n La. o Ch. RS. & Mald. in La. p La. q Sar. La. † Me. T. G. La. &c. v Mc. x G. y Jun. z Pra. et G. G. Calv. T. La. Pi. a Pra. sic La. b G. sim. Jun. c Jun. d Mar. * Jun. f Me. T. Calv. Pol. La San. g Mc. h T. i Me. k T. La. l G. m Pol. n T. o La. p Pi. q La. sic Me. T. r Jun. † G. t Pol. sim. Calv. v La. x Pol. y La. sim. Pra. z Q. in V. a G. b La. Q. in San. c La. d San. * San. sim. La. Me. f Pra. g Calv.]

rum resipiscentiam exspectaverit [b]. Describitur hâc ratione gratia, auctoritas, & efficacitas sanctissima, quam Deus ipse Angelorum administrationi indidit [i]. Hâc scintillatione, &c. significat, 1. opera Dei, quae per Angelos efficit, lucere & manifesta esse fidelibus. 2. Promptitudinem obsequii angelici; quemadmodum cùm animalia celerrimo cursu feruntur, pedes eorum scintillant. 3. Puritatem Angelorum in administratione suâ [k].

8. *Et* (*Item*, Pi. *Porrò*, P.) *manus hominis sub pennis* (vel, *alis*, Mo. P. JT. &c.) *eorum*] Ità o'. &c. Scapus alarum brachiorúmque, sive summus eorum processus ad scapulas pertinens, unus & idem ferè processus esse videbatur [l]. *Manus*, quibus ignem accipere possent quo Jerusalem inflammarent [m]. Sensus, Brachia humana, vel iis similia, sita erant, sive apparebant, sub alis, &c [n]. Concisa est locutio, pro, *manus ejus*, (vel, *eorum*, Ch.) *manus hominis*, (vel, *hominum*, Ch.) ideóque scribitur וידו, & legitur וידי [o]. Pennae alarum articulos habebant quales manus hominis [p]. Significat, vel, 1. eorum efficaciam [q], vel agilitatem, & aptitudinem ad exsequendum munus suum, quia manus est praecipuum instrumentum agendi [r]. Vel, 2. eos omnia prudenter & cum ratione gerere, ut homines solent manuum ministerio† [confer Ps. 78. 72. *secundùm prudentiam manuum*,] & in celerrimis actionibus omnia distinctè ordinatéque peragere [t]. Illud, *sub alis*, denotat, vel, 1. operationes eorum absconditas esse & invisibiles [v]: quo rursus monemur ne in eas curiosè inquiramus [x]. Vel, 2. eos non moveri intrinsecùs suâ virtute, sed aliunde impelli, nempe ipsius Dei virtute, nec eos temere ferri, sed à Deo dirigi. Nam haud dubiè per *alas* aliquid intelligit plusquam humanum, nempe arcanum Dei instinctum [y]. ¶ *In quatuor*, &c. על ארבעת רבעיהם] *In* (vel, *super*, Mo. Calv.) *quatuor* (vel, *quaternis*, JT.) *lateribus* (vel, *partibus*, P. JT. *extremitatibus*, Ch. *quadrilateris*, Mo. ad verb. *quartis*, i. e. quadrangulis [z]; *quadraturis*, Mar. Pra. *angulis*, Calv.) *earum*, nempe alarum [a]; vel potiùs, *eorum*, M. P. Mar. Mo. o'. Sy. &c. nempe animalium, i. e. ad quatuor latera currûs, ubi ea animalia erant [b]. Ità habebant binas manus [c]; quod naturae conforme est, quia Cherubini erant specie hominis, qui tantùm duas manus habet [d]. Sed textui conformius est, eos habuisse quatuor manus, ut & quatuor alas, sub qualibet ala manum, binas à dextris, & binas à sinistris; itáque eis quasi quadratum efficiebant; ait enim, *in quatuor partibus* [*]. Verùm non eâ phrasi significat, ut primo intuitu videri posset, quatuor fuisse manus, sed duntaxat, manus sic apparuisse in animalibus, ut praestò essent ad agendum quócunque Deus illa impellere vellet, & animalia illa habuisse virtutem agendi quae ad omnes partes spectaret [f]; & Angelos esse placitorum Dei administros ad omnia mundi latera paratissimos [g]. ¶ *Et facies & pennas per quatuor partes habebant*] Repetit quod suprà dixerat, quò magis infigatur memoriae, fuisse cuique Cherubino, ut quatuor alas, ità formas quatuor [h]. ופניהם וכנפיהם לארבעתם] *Et* (vel *Denique*, Pi.) *facies* (vel, *formae*, G.) *eorum* (vel *suae*, Pi. *& alae eorum* vel, *suae*, Pi.) *in quatuor ipsis*, Mo. P. vel, *ad quatuor* partes, sive latera, *eorum* erant, V. Ti. sim. JT. Pol. vel, *in quatuor quadratis*, vel *angulis*, *eorum*; i.e. Singula ex quatuor animalibus habebant facies & alas multiplices [i]. Vel, *quatuor ipsis*, Q. in V. vel, *quatuor* animalibus *illis*, Pi. *secundùm quatuor ipsa*; i.e. Juxta numerum quatuor animalium erant cuique quatuor facies & alae, aequè ac manus, ut essent per omnia similes [k]. Per quas enim partes alae porrigebantur, per easdem & manus, quae sub illis erant [l]. Quaternis locis, nempe ad humeros & ad femora, erant dispositae alae: sicut quaternis quoque locis, sed diversis à locis alarum, erant dispositae facies, nempe circum caput, ut suprà vidimus [m]. Ludit in quaternario, causámque dat, vel potiùs congruentiam, cur in quatuor partibus fuerint manus, quia in iis erant etiam facies & pennae: simul quoque redit ad id quod dixerat v. 6. singula animalia habuisse quatuor facies [n]. Ostendit, ut manus, ità & faciem & alas eorum in quatuor partes contendisse; i.e. Angelos non solùm operatione vel ministerio, verùm etiam cognitione, adeóque essentiâ suâ, ad momentum in has & in illas partes quàm velocissimè ferri posse, ut subministrent providentiae Dei, quasi alites expeditissimas [o].

[Margin: b G. — i Pol. — k Pol. — l Jun. — m La. — n V. — o V. ex He. — p G. — q La. — r Calv. — † Pol. — t G. — v La. sim. Pol. Pra. — x Pol. — y Calv. — z V. — a Mar. — b Mar. sim. La. — c La. Pra. T. — d La. — * La. Me. — f Calv. — g Pol. — h G. — i Pra. — k La. — l Me. — m T. — n La. — o Jun.]


9. *Junctaque*, &c. חוברות אשה אל אחותה כנפיהם] *Junctae foemina ad sororem suam alae eorum*, Mo. *Conjunctis unà ad alteram alis ipsorum*, JT. *Conjunctae erant* (vel, *Ut conjunctae essent*, Ca.) *inter se alae eorum*, Pi. Ca. *Junctae erant unum ad alterum alis suis*, P. sim. M. Ti. *Sociatae erant quaeque alae ad alteram alarum ipsorum* animalium, ut altera alteram contingeret. Hoc paulò pòst clariùs exponet. Dicet enim alas sursum fuisse conjunctas, & duas fuisse ità extentas, ut vestirent vel tegerent corpus ipsum [p]. Intelligunt hoc de alis vel, 1. ejusdem animalis [q]. Alae cujusque animalis inter se junctae erant [r]. q. d. In eodem animali ala unius faciei alae alterius faciei erat conjuncta, ità ut totum animal alis tectum esset †. Sensus, Ea alarum fuit amplitudo, ut quasi inter se continentes essent. Hoc autem non ità accipio, tanquam si, in modum volatilium, postea dividerentur alae: sed potiùs, volatum Angelorum non fuisse factum cum quadam complosione aut agitatione alarum, prout volucres solent; sed processisse illos sine ullo violento motu, tanquam si fluxissent aut natavissent per medium aera, prout milvi nonnunquam volant [t]. Vel, 2. diversorum animalium [v], quorum *pennae*, vel *alae*, *junctae erant*, quando explicabantur ad volandum [x]. Unus inter duos priores Cherubinos alâ suâ alam alterius contingebat; similiter & inter posteriores, &c [y]. Ala sinistra Cherubini qui erat à dextris tangebat alam dexteram Cherubini qui erat à sinistris [z]. *Junctae erant*, &c. ut in Sanctuario, Exod. 25. 20 [a]. Porrò, haec conjunctio significabat, tum, 1. eorum motum parem & uniformem [b], quòd uno eodémque impetu omnes simul in eandem partem & pari celeritate devolabant [c], tum, 2. eorum unionem [d]: tum Angelorum inter se mutuam charitatem atque concordiam in efficiendis jussis Jehovae; tum uniuscujusque Angeli constantiam, quâ semper est idem & sibi similis in promptitudine obsequii erga Deum [*]. Significat actiones Dei mirè convenire inter se omnes, & proposito [f]. ¶ *Non*, &c. לא יסבו בלכתן] *Non revertebantur* (*convertebantur*, P. sim. Pi. Ca. M. &c. *reflectebantur*, Ch. *divertebant*, JT. Pol.) *in eundo ipsa*, Mo. vel, *cùm irent*, Pi. sim. P. M. &c. scil. quatuor illa animalia [g]. i.e. Non retro spectabant [h], cùm moverent vehiculum. Nam Puhal hîc, ut saepe, pro Hiphil ponitur [i]. Al. Non in gyrum movebantur [k]. Significat, non circumflecti hanc quadrigam, ut solent aliae, ut temo semper antecedat; sed ità moveri ut, quae facies antè fuerint anteriores, eo redeunte sint posteriores. Ut, si in Orientem pergat, adversi sint aspectus bovis & aquilae, aversi autem hominis & leonis: sin autem in Occidentem redeat, non id faciat circumflectendo, ut semper bos & aquila praecedant; sed retro gradiatur, antecedente homine & leone, illis autem sequentibus: ut si navigii puppis & prora eâdem formâ fiant, & ità navigium sine conversione agatur, ut quae pars fuit eundo prora, eadem redeundo fit puppis. Atque eadem est & rotarum ratio, ut in omnes similiter partes ferantur, ut quae pars earum eundo in Orientem fuit anterior, eadem eundo in Occidentem fit posterior. Quod idem de Septentrione & Meridie intelligo [l]. Semper cum suo curru antrorsum progrediebantur [m], & rectà ad destinatum locum [n]: non retrocedebant, ut subindè coguntur equi, dum quadriga onere nimio pressa in loco declivi retro agitur [o]; non deflectebant huc illuc, ut solent protervi equi [p]. Vel, *non revertebantur*, quia, in quamcunque partem irent, ad eam partem unam aliquam ex faciebus habebant obversam [q]. Obj. At vers. 14. dicit, *Revertebantur*. Resp. Nulla est repugnantia [r]. Hîc significat, animalia dum irent, non respexisse †, aut huc vel illuc deflexisse, sed continuo cursu perrexisse ad scopum destinatum: sed non sequitur eos postea quievisse [t]. Significat v. 14. animalia post actionem aliquam perfectam reversa esse, velut parata ad aliam actionem pari diligentiâ obeundam [v]. [Sed quaerendum jam quid hoc significat.] Significatur hîc constantia in exsequendo Dei proposito. *Respectare* est, poenitentiâ duci. Vide quae ad Luc. c. 17. v. 31 [x]. Significat, tum, decretum Dei immutabile esse: tum,

[Margin: p Calv. — q Mald in La. — r Mar. — † La. — t Jun. — v La. &c. — x Pra. La. Me. T. — y La. ex Pra. — z Me. — a G. — b La. — c T. sic La. — d Me. Mald. La. — * Pol. — f G. — g Pi. — h G. ex V. — i G. — k Mar. sim. La. — l Ca. — m Me. ex La. — n La. sim. S n. — o T. sim. Pra. — p T. — q Me. — r E. sim. C. L. Ca. — † E. — t Calv. — v E. — x G.]

se: tum, Angelos rectà properare quò mittuntur, & perseverare donec perfecerint[y]; nec segniter agere, (ut illi qui cogitatus & oculos suos aliò detorquent,) sed summâ celeritate, & viribus omnibus in unum collectis[z]. Significat h.l. Angelos nè pedem quidem latum discedere à via imperata, sed æqualiter ad omnes partes, in quascunque à Deo mittantur, paratos esse; nihil aversum esse ab ipsis, esse illis anteriora omnia, nullo impedimento averti, &c[a]. ¶ *Sed*, &c. איש אל־עבר פניו ילכו] *Vir ad latus facierum suarum ibant*, Mo. *Unumquodque* (vel, Sed *quodque*, Ti. Ca. M.) *contra faciem suam* (vel, *ad latus faciei suæ*, V. *in prospectum*, vel *è regione, faciei suæ*, Q. in V. Ti. vel, *in tractum faciei suæ* objectum, JT. Pi. Heb. *in transitum faciei suæ*, Pi. vel, *quò spectantem faciem haberet*, Ca. vel, *rectà antrorsum*, Ti. vel, *ante faciem suam*, ὀ. Ar. vel, *ante se*, Sy. V.) *gradiebatur*, P. Sensus, Eò tendebant quò rectà spectabat vultus, & in destinatum locum obfirmabant faciem[b]. Antrorsum pergebant, rectà eò properantes quò mittebantur, nec desistentes donec ad metam pertingerent[c]. Recto cursu ibant, non aberrantes, neque declinantes ad dexteram aut sinistram. Nam qui vertunt huc & illuc faciem sæpe impingunt, deinde declinant à recta via[d]. Sensus est, Movebat vehiculum quoquò spectabat, velut nutu[*]. In quamcunque partem Angeli moverentur, nullâ aut faciei, aut alarum, aut totius corporis obversione fuisse opus; sed sine ulla mutatione sui in quamcunque partem vellent ad ministerium providentiæ Dei translatos esse de loco in locum. Nam revera spiritibus nihil est prius aut posterius: nihil in ipsis propriè quod moveatur in se, (nam essent μερσοί,) sed moventur extra se[f]. Significat, Angelos fidelem & assiduam operam in functione muneris sui præstare, suas quemque obire partes, in alienas non involare[g].

10. *Similitudo*, &c. ודמות פניהם פני וגו] *Et* (vel, *Igitur*, Pi. *Ac quidem*, JT. *Autem*, G. Vulg.) *similitudo faciei*, vel *facierum*, (vel, *formarum*, G.) *eorum* (sub. *hæc erat*, P.) *facies hominis*, (vel, erat *facies hominis*, Pi. *faciei humanæ* fuit, JT.) *&* (vel, *sed*, JT. sic Pi.) *facies leonis ad dextram quatuor ipsorum*, sive *ipsis*, *& facies bovis* (sub. *erat*, P. &c.) *à sinistra quatuor ipsorum*, sive *ipsis*, *&* (sub. *erat*, P.) *facies aquilæ quatuor ipsis*, Mo. P. M. Ti. &c. sub. *ponè*, seu *à tergo*, ex collatione præcedentium[h]; vel, sub. *ad sinistram*, V. sic Mar. Id enim repeti debet[*]. Facies hominis & facies aquilæ opponebantur †. Explicatiùs hîc dicit quod dicere cœperat vers. 6[i], ubi dicta vide[k]. [Ca. locum sic reddit, *Erant autem eorum facies eâ figurâ, ut illa quatuor haberent dexterâ parte humanam leoninámque faciem, sinistrâ bovinam & aquilinam.*] Qu. Num facies his animalibus una erat, an plures? Resp. 1. Una erat, scilicet humana; sed quæ simul referret aliquid ferinum, putà leoninum, bovinum, & aquilinum[l]. Est hîc breviloquentia Hebraica. Sensus est, Præter formam hominis, tam à dextra quàm à sinistra fuisse & formam leonis in jubis, & bovis in pedibus, & formam aquilæ in alis[m]. 2. Facies illis erant quatuor[n]; ut sic ostenderet Deus, providentiam suam fulgere in cunctis [sive quatuor] mundi partibus. Pro *bove* h. l. ponitur *Cherub* Ezec. 10. 14. Quid dicendum[o]? Resp. 1. Cherub idem erat quod bos[p]. Sed id refellitur pluribus locis: quanquam Cherubim habuisse bubula capita satis notum est. 2. Visio illa secunda Ezec. 10. similis erat huic cap. 1. sed non per omnia. Hæc erat in Chaldæa, ubi multiplici figurâ voluit perstringere socordiam populi, quâ non agnoscerent providentiam Dei in singulis orbis partibus. Illa in Templo erat, ideóque propiùs accedit ad formam Cherubim in Sanctuario[q]. Sed quæritur quo respectu *dextra* & *sinistra* hîc dicitur. Resp. 1. Respectu faciei hominis[r], quæ quasi totius compositionis fundamentum erat †, & facies primaria[t]; ut tres reliquæ secundariæ & laterales erant, ideóque ascititiæ[v]. 2. Respectu mundi. Nempe quum Oriens in S.S. dicatur פנים *facies*, & קדם, i. e. *pars anterior*, mundi; Occidens, אחור, i. e. *pars posterior*; meridies, ימין *dextra*; & Septentrio שמאל *sinistra*: potest non incommodè in hanc sententiam accipi, ut humana facies ad Orientem spectâsse dicatur, leonina meridiem, & sic de cæteris[x]. Intelligitur hîc dextra aut sinistra pars, non uniuscujusque animalis, sed universorum, ut vides in hac figura.

[y] La. T. [z] San. [a] Pol. [b] Sar. [c] T. [d] Calv. [*] G. [f] Jun. [g] Pol. [h] Pi. [*] Mar. † V. [i] G. [k] Mc. [l] He. in La. Mar. [m] G. [n] La. Calv. &c. [o] Calv. [p] Q. in Calv. [q] Calv. [r] La. sic Sar. † San. [t] La. sim. San. [v] La. [x] Jun.



Ubi H hominis facies est, L leonis, B bovis, A aquilæ: 1. primum animal, 2. secundum, &c. (quanquam reipsa nullum primum est, sed ità pono docendi gratiâ.) Nam si in singulis hoc fieret, e. g. ut primum animal haberet ab Austro (quæ dextra pars est) faciem hominis & leonis, à Septentrione autem bovis & aquilæ, sequeretur ut nullam ab Oriente aut Occidente haberet: quod idem & in aliis fieret. Atqui secundùm ea animalia rotæ incedebant: rotæ autem tendebant in quatuor suæ quadraturæ partes, ut est in capite 10. ubi eadem res apparet, i.e. in Orientem, Occidentem, meridiem, & Septentriones. Quòd si animalia ad Orientem & Occidentem non haberent facies, sequeretur ut, in has partes tendere quadrigâ, nullæ facies essent adversæ: quod falsum apparet ex vers. 12[y]. [ubi reliqua vide.] 3. Respectu objecti, h. e. Prophetæ, cui exhibebatur visio: quâ ratione statuo ex diametro humanam faciem ad Prophetam respexisse, cæteras suo ordine collocatas. Hoc præ cæteris probo[z]. 4. Idem h. l. est *à dextris & sinistris*, quod hàc illàc, ut Gen. 13. 9. Deut. 28. 14. Ut sensus sit, hæc animalia variis aspectibus retulisse hinc hominem, illinc leonem, &c[a]. [Quæritur denique quid hæ facies significent.] Inprimis notandum, nullam esse faciem quæ non comparetur cum animante quoque principali in suo genere. Nam ut homo est princeps omnium animantium; sic leo ferarum, bos mansuetorum animalium, aquila volucrium, princeps est[b]. Ex his duo sunt fera, leo & aquila; duo mansueta, homo & bos: illa, ut rebelles terreant; hæc, ut piis sint solatio[c]. Angelorum facultates his typis adumbrantur[d]: *homine*, intellectus, sive ratio[*], vel humanitas, lenitas, φιλανθρωπία[f]; *leone*, fortitudo[g], generositas, majestas hostibus terribilis; *bove*, constantia, firmitas[h], patientia & assiduitas[i] in obeundo munere suo[k], fidum & obsequens ministerium, & ad omnia utile, ut Deut. 33. 17. Prov. 14. 4[l]; *aquila*, velocitas & alacritas[m], vigor, agilitas, nisus ad sublimia[n].

11. *Facies*, &c. ופניהם וכנפיהם פרדות מלמעלה] *Et facies eorum* (nempe animalium[o]) *& alæ eorum* (sub. *erant*, M. Ti. JT.) *extentæ* (vel, *disjunctæ*, Mo. *distinctæ*, Ca. *porrectæ*, JT. Sy. Ar. *divisæ*, Calv.) *supernè*, vel *sursum*, M. Ti. Ca. JT. &c. *desuper*, Mo. vel, *ab excelso*, Calv. q. d. Tam facies quàm alæ Cherubim erant exstantes & eminentes[p]. Significat facies non fuisse simul compactas, quemadmodum posset in uno capite conspici quadruplex forma, sicut in speculo uno interdum variæ formæ apparent, sed quæ inter se respondent, quasi in uno capite exstarent diversæ facies; sed ab uno corpore prodiisse quatuor facies[q]. At *facies* non bene dicitur *extendi*. Resp. 1. Ergò *facies* hîc non significat ora, sed pennas, quas diximus vocari facies aquilæ; & ו *&* hîc non conjungit, sed declarat; qu.d. *Facies eorum, pennæ*, inquam, *eorum extentæ erant desuper*[r]. Resp. 2. Rectè dicuntur hîc *facies extendi* & elevari *sursum* †, h. e. ad Deum, qui supra animalia in solio sedens visus est. Significat, Angelos tanquam erectis capitibus semper attentos esse ad excipienda perficiendáque jussa Dei[t]: gestus enim ille promptum indicat animum, & parendi avidum; ut canes videmus ab ore dominorum pendentes, &c[x]. Typus hic erat, 1. studii Angelorum constantissimi, quo à nutu solius Dei

[y] Ca. [z] Jun. [a] Pra. [b] Jun. sim. BA. [c] BA. 1. 3. 6. 770. [d] Jun. [*] Jun. Pol. BA. ib. [f] Pol. sim. Jun. BA. [g] BA. ib. [h] Pol. BA. [i] BA. ib. [k] Jun. [l] Pol. sim. Jun. [m] BA. ib. [n] Calv. [p] Mc. [q] Calv. [r] Pra. † San. [t] Pol. sim. San. [x] Pol. Sa.

Dei pendent: 2. operis & obsequii, quòd nihil aliud cognoscant aut moliantur nisi prout Deus moderatur: 3. reverentiæ & adorationis quam Deo exhibent cum humilitate, cujus documentum est, quòd alæ vultui ipsorum obducuntur, ut Esa. 6. 2 [y]. Resp. 3. [Alii locum aliter vertunt.] *Et hæ facies eorum:* P. (vel, *Sic igitur* erant *facies eorum:* Pi. *Et facies eorum,* sub. *tales erant, & eo modo dispositæ:* V. vel, *ità habebant ut dictum est:* Mar. ex K.) *alæ autem eorum* (sub. *erant,* Pi.) *extentæ,* vel *expansæ, desuper,* P. Pi. &c. Sensus est, Tales quales dixi erant formæ, & alæ quæ super corpora erant [z]. Dicit alas erectas fuisse ad volandum, non autem sitas in tergo, & complicatas [a]. Pennæ expansæ aviditatem indicant & studium; sicut demissæ atque contractæ defatigationem & otium. *Desuper* dicuntur *extentæ,* vel, quia extrema pennarum pars sursum spectabat, neque in latus, pro more, expandebantur alæ; vel, quod magìs est è rei natura, quia superiores tantùm alæ dicuntur extensæ, nam de inferioribus mox agit, aliúmque usum nudis corporibus opportunum attribuit [b]. Alæ sursum porrectæ duplex ministerium præstant: nempe, quòd & volatui inserviunt ad exsequendam voluntatem Dei; & obnubunt eorum faciem, nè quasi in os respiciant majestatem Dei [c]. *Conjunctio alarum sursum* est Dei respectu: quia licèt in terra sint diversi motus, qui inter se confligere videntur, adeóque appareat horribilis confusio; si quis tamen oculos in cœlum attollat, eos optimè congruere videbit, & Deus illos sic agitat ut optimè consentiant †. ¶ *Duæ,* &c. לְאִישׁ שְׁתַּיִם חֹבְרוֹת אִישׁ] *Unicuique duæ,* vel *binæ,* (sub. *alæ erant,* P. Pi.) *junctæ,* vel *conjunctæ,* (vel, *colligatæ,* Calv. *correspondentes,* vel ex *adverso positæ,* V.) *uniuscujusque,* Mo. JT. vel, *inter se,* Heb. *vir,* Pi. vel, *ad socium,* Calv. vel, *unaquæque* alteri, P. Integram locutionem legis vers. 9. *unaquæque ad alteram,* sive *sororem, suam* [d]. Al. *Et cujuslibet duæ erant sociatæ,* M. vel, *junctæ alæ,* Ti. *Ut binæ singulorum essent conjunctæ,* Ca. Distinctiùs explicat quod suprà dixerat 9. alas Cherubinorum fuisse inter se contiguas. Intelligendum de alis volantibus, non de alis corpora tegentibus *. Quod universè dictum est priore parte hujus versûs, Propheta in posteriore per epexegesin rem distinguit; docens illud tantùm de superiore alarum ordine accipi oportere, &c [f]. *Duæ pennæ singulorum jungebantur,* Vulg. Vel, 1. inter se [g], ut v. 9 [h]. q.d. Binæ pennæ erant æqualiter extentæ & elevatæ, & quasi junctim explicatæ & expansæ, sese etiam aliqua ex parte mutuò tangentes [i]. Vel, 2. alis alterius animalis: nam cùm essent expansæ alæ, inter se contingebant, utì alæ Cherubim in Propitiatorio [k]. Cohærebant igitur inter se alis quatuor animalia [l]. ¶ *Et duæ tegebant corpora eorum*] Id est, femora [m], partes verendas [n]. Una ala tegebat corporis partem anteriorem, altera posteriorem *. Factum hoc vel, 1. honestatis ratione, quam Deus & imperat, & exemplo docet; Exod. 20. 26. & 28. 42. Deut. 23. 12. &c [o]. Vel, 2. ut significet Angelorum sive castitatem, sive puritatem in operibus externis, ad quæ per femora & pedes descendunt [p]. Vel, 3. ob infirmitatem nostram, quâ nec Angelorum, nedum Dei, gloriam ferre possumus [q]. Vel, 4. ut significet, Angelorum naturam ab hominibus in hac vita percipi non posse [r].

12. *Coram facie sua ambulabat*] Quoquò spectabat, eò movebat vehiculum. Repetitum ex v. 9 †. [Ca. locum sic reddit,] *Ibant autem eorum singula prorsum tendentia,* h. e. in anteriorem partem, obversâ illuc facie, ut, quamcunque in partem tenderent, haberet semper unumquodque animal unam faciem eò spectantem; ut, si tenderent in Septentrionem, adversa esset facies in primo bovis, in secundo aquilæ, in tertio bovis, in quarto aquilæ: [id quod ex præcedenti figura facile est intelligere.] Ità fiebat ut, quócunque tenderent, semper essent quatuor aspectus adversi, & totidem aversi, totidémque dextri, totidémque sinistri [t]. *Coram facie sua,* primaria scilicet, sive humana, ut decebat; alioqui retrogrado & averso incessu ambulâsset [v]. Al. Quia facies habebant 4 ad 4 mundi plagas; ergò ad quamcunque incederent, coram facie una, quæ illi plagæ obversa erat, ambulabant [x]. [JT. locum sic reddunt, *Et quisque in tractum faciei suæ* objectum *ibant*;] i. e. eâ dispositione, erectis ad Deum capitibus alísque, & obvelato corpore, ut inciperent, pergerent & desisterent omnino ex nutu Dei [y]. Idem hîc dicit quòd v. 9. nec frustrá: quia vix possumus adduci ut demus Deo gloriam sapientiæ. Tortuosæ nobis videntur Dei actiones, & putamus eum omnia inconsideratè miscere: ideo inculcat, Angelos constanter tendere ad scopum suum. Quod autem de Angelis pronunciat, referri debet ad Deum, cujus ministri sunt, &c. quia ejus consilium non fuit hîc attollere angelicam sapientiam [z]. ¶ *Ubi,* &c. אֶל אֲשֶׁר יִהְיֶה שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת יֵלֵכוּ] *Quò erat illuc animus ambulandi, ambulabant,* Mo. *Quócunque erat iis animus,* &c. M. sim. Ti. *Quò erat voluntas ambulandi,* &c. Ch. in V. vel, *movendi, eò movebant,* nempe faciliùs quàm voluntas hominis sua membra movet [a]. *Quò spiritus agebat,* &c. Ca. *Quócunque erat spiritus ipse iturus, ibant,* JT. sic Pi. *Spiritus* autem hîc est, vel, 1. ventus [b]: vel, 2. Spiritus Sanctus [c], ut patet ex collat. vers. 20 [d]. qui, ut in hominibus, ità & in Angelis, efficaciter agit *, gratiosâ suâ assistentiâ, ut perficiant voluntatem Dei: hîc autem *ire* dicitur humanitus; propriè non it in se, sed in Angelis, quorum rector est perpetuus [f]. Vel, 3. vis, energia, & impulsus Divinus [g], impressus illis à superiori auriga [h], ad progrediendum, volandum, vel sistendum [i]. Dei voluntas & imperium & inspiratio, quæ illa rectà & vehementer impellit [k]. Motus ille arcanus quo Deus Angelos flectit prout visum est, & rapit ad destinatum finem [l]. Affectus quicunque animum impellens *spiritus* in S. S. dicitur. Hinc legimus *spiritum fornicationis, furoris, zelotypiæ,* &c [m]. Vel, 4. voluntas [n], ut Prov. 1. 23. *Proferam vobis spiritum meum* [o]: animus, vel consilium. Alludit tamen ad prædictum illum Dei motum in Angelis, &c [p]. Quò volebant ire, ibant [q]. ¶ *Nec revertebantur cùm ambularent*] Nec retro spectabant inter movendum, ut suprà v. 9 [r]. [ubi dicta vide.] Non reflexerunt, vel abruperunt cursum suum, donec officio suo satisfecerint †. Non circuibant, vel gyrabant; non sinuosam vel anfractuosam, sed rectam, viam instituerunt [t].

13. *Et,* &c. וּדְמוּת הַחַיּוֹת מַרְאֵיהֶם כְּגַחֲלֵי־אֵשׁ בֹּעֲרוֹת] *Et similitudo animalium,* (vel, *istorum animalium,* JT. vel, *Erátque similitudo animalium,* P. *Adhæc ad similitudinem animalium illorum quod attinet,* Pi. Hæc erat compositio Cherubini cujusque constantis ex quatuor illis animalium formis [v].) *aspectus* (vel, *species,* JT. Pi. *color,* G. & *aspectus,* M. vel, *aspectus* scilicet, Ti. V. vel, *quod attinet ad aspectum,* V.) *eorum* (sub. *erat,* Pi.) *veluti prunarum,* sive *carbonum, ignis* (vel, *ignitorum,* Ti. Pi.) *ardentium,* Mo. P. &c. vel, *rutilantium,* M. vel, ac *ardentium,* Ti. Al. *velut prunæ ignitæ, qui* (nempe oculi) *ardebant,* Q. in V. [Ca. locum sic reddit, *Erat ea animalium forma, ut specie referrent carbones ignis ardentes.*] Color ignitus erat animalibus [x]; ut incuteret Deus terrorem socordi & impio populo [y]. Post longam Dei patientiam omnia ad ultionem spectabant. Ipsa patientia furor erat facta [z]. Angeli, tanquam ignis ardens, consumunt malos, & defendunt bonos [a]. ¶ *Et quasi aspectus lampadarum*; ità Mo. P. M. ό. Ch. &c. הַלַּפִּדִים] *Facium,* Ti. Ca. V. *titionum,* V. q. d. Ignis ille non erat obscurus, sed scintillans & radians instar lampadis accensæ [b]. Significat, vel, 1. ardorem iræ Divinæ, quo Angeli accensi sunt in contumaces, & parati judicia exsequi [c]. Vel, 2. elucescentem ubique Divinam justitiam ac puritatem [d]. Vel, 3. lucem, aliáque singularia dona, ad singulares effectiones necessaria, quorum accessione Deus Angelos ditat *. ¶ *Hæc,* &c. הִיא מִתְהַלֶּכֶת וגו׳] *Ipsa* (vel, *Ipse,* P. sic Pi. *Is enim,* M. sub. *ignis,* P. M. Pi. Mar. ex Ch. vel, *Hæc* ergò similitudo, JT. sim. Pol.) *perambulans* (vel, *discurrebat,* P. *ambulabat,* M. *continenter ibat,* Pi. sim. JT. *suopte impulsu ambulabat,* vel, *se ipsa ambulare faciebat,* h. e. flammas subindè reciprocas profundebat, ut interpretatur Jonathas [f],) *inter animalia,* Mo. P. M. &c. vel, *inter spiritus animales illos,* Jun. Al. *discurrentium* (vel, *discurrebat,* Sy. *discurrens,* Calv.) *inter animalia,* Ti. ό. Ar. *Hæc erat visio discurrens,* &c. Vulg. i. e. Talis qualis dixi color erat in partibus omnibus [g]. In medio animalium erat quasi fornax, vel prunarium [h] accensum [i],

ut

[y] Jun. [z] G. [a] Pi. [b] San. [c] Jun. † Calv. [d] V. * G. [f] Jun. sim. Pra. [g] Mar. La. Me. [h] Mar. [i] Me. ex La. [k] Mar. [l] Calv. [m] Pra. La. [n] San. * Pi. [o] Jun. [p] La. [q] Jun. [r] Pol. † G. [t] Ca. [v] La. [x] La. ex Ja.

[y] Jun. [z] Calv. [a] G. [b] Q. in V. [c] Pi. ex Jun. Pol. [d] Jun. * Pol. [f] Jun. [g] Pra. San. La. Me T. [h] Pra. [i] La. ex Pra. [k] San. [l] Calv. [m] San. [n] M. Calv. V. Mar. [o] V. [p] Calv. [q] Mar. [r] G. sim. M. † Calv. [t] San. [v] G. [x] Mar. [y] Calv. [z] G. [a] Jun. [b] Calv. [c] Pol. [d] G. * Jun. [f] Pol. [g] G. [h] La. ex Pra. [i] Pra.

ut hinc patet, & ex Ezec. 10. 2, 6, 7[k]. unde diffusus ignis Cherubinos inflammaverat[l], (ut viderentur esse flammei, & quasi ardentes lampades[m],) aerem verò ambientem splendore & fulgetris compleverat[n]. Hîc exponit dilucidè quod v. 4. obscurè dixit de specie electri, quod splendet instar lampadis[o]. Ignis hic erat in perpetuo motu. Cùm enim Deus actus sit perpetuus, necesse fuit ut hæc Divinæ præsentiæ documenta (quibus instruuntur Angeli) motum haberent perpetuum[p]. Ostendit hîc Deus vigorem admirabilem Spiritûs sui in omnibus actionibus, (acsi ignis discurreret,) nè scilicet illum metiamur nostro modulo, ut solemus[q]. ¶ *Splendor*, &c. ונגה לאש ונו׳] *Et* (vel, *Autem*, Pi.) *splendor* (sub. *erat*, P.) *igni*, Mo. P. M. &c. (vel, *huic igni*, JT. nempe splendor insolitus, indicium gloriæ Dei[r];) *& de igne* (vel, *igne hoc*, JT.) *egrediebatur fulgur*, P. JT. &c. Incendium urbis ac Templi. Allusio ad Sodomorum historiam†. *Fulgur*, quod terribile est, ut Propheta & sui & populi causâ humiliaretur, adeóque præpararetur ad veram rei intelligentiam. Ubi Deus vult familiariter innotescere, exuit nos omni superbiâ, omni securitate[t]. Duplex hîc est efficacitas: 1. lucis, quâ Angeli penitissimè cognoscunt quæ sibi à Deo imperantur; 2. fulguris prodeuntis ex igne, quo significatur vehementissimus ille impetus quo homines percelluntur, boni ad salutem, mali ad confusionem, suam[v].

14. *Et animalia ibant*, &c. רצוא ושוב] *Currere & redire*, Mo. *currebant & redibant*, P. Ti. sic M. JT. &c. currebant *currendo* & redibant *redeundo*. Ellipsis est verbi finiti[x]: vel, infinit. pro præt. ut Jer. 14. 5. *peperit, & relinquere*, i. e. reliquit; vide etiam Jerem. 31. 2[y]. Obibant functiones. Totum enim Angelorum ministerium synecdochicè hîc describitur ab una actionum specie, quia pleraque non nisi eundo & redeundo ab ipsis præstari possunt[z]. Non pugnat cum eo quod suprà 9, 12[a]. [*non revertebantur*.] Retrocedebant, sed non reflectebant facies, cùm quodlibet animal haberet 4 facies in 4 mundi partes directas, & quæque facies, sive procedendo, sive retrocedendo, in plagam sibi objectam prospiceret[b]. Cùm irent, non aspiciebant huc illuc, sed rectà tendebant ad destinatum locum, ad quem cùm pervenissent, revertebantur, i. e. convertebant se, & ibant quò jubebat Deus[c]. Cùm pervenissent quò vellent, aliud instituebant iter[d], Deo, sive incitanti, sive revocanti, parentes*. Quamcunque in partem Deus impellere vellet, prompta erant, &c[f]. Deo lora laxante, procedebant; reducente, sistebant gradum; flectente, volvebantur aliò[g]. Vers. 9. & 12. *non revertebantur*, quia facies non obvertebantur, sed semper eódem spectabant, cùm excurrerent & cùm redirent. Cùm autem pervenissent ad locum destinatum, non adversa, sed, ut erant, aversa, *retro iverunt* in semetipsa; nam rectis cruribus erant. Distincta sunt hîc & ibi verba. Ibi est יסבו, quod est, cùm is qui rediturus est se convertit à meta ad carceres unde digressus est: sed vers. 14. est שוב, quod est, se recipere unde digressus est, sive aversum, sive adversum, nihil refert[h]. ¶ *In*, &c. כמראה הבזק] *Secundùm* (vel, *in*, JT.) *aspectum* (*speciem*, JT. Pi. &c.) *coruscationis*, Mo. *fulguris*, P. Pi. sim. M. Ca. &c. *fulguris vehementissimi*, JT. *fulguris dispergentis*, Pol. ex Ch. & He. vel, quod extemplo latissimè spargitur; nam בזק sign. *spargere*[i]. *Instar fulgetri*, Ti. i. e. subitò admodum[k], vide Matt. 24. 27. Luc. 10. 18. & 17. 24[l]. & cum splendore[m], efficacia[n], & vehementia[o]. Conclusio hæc est primæ partis visionis, in qua cœlestes administri providentiæ Dei describuntur, 1. essentiali definitione, v. 5. 2. facultatibus essentialibus, summâ cognitione & agilitate, &c. vers. 6, &c. 3. actionibus, vers. 11, 12. 4. adjunctis Divinis, vers. 13[p].

15. *Cùmque aspicerem animalia*] Sim. P. M. &c. Heb. *Et vidi*, &c. G. Mo. &c. i. e. Tales vidi Cherubinos, 4 animalium formas præferentes[q]. Est conclusio præcedentium, & transitus ad rotas[r]. Postquam Dei gloriam in administratione & providentia ejus à ministerio rerum cœlestium Propheta ostendit, nunc transit ad locum secundum, qui est de explicatione gloriæ Dei per providentiam & administrationem summam ipsius à rebus terrestribus, causísque inferioribus, quas æterna illa Dei providentia disponit & ordinat ad exsequutionem voluntatis suæ. Hæ autem res & inferiores causæ quibus utitur Deus describuntur, 1. in se, idque generatim, vers. 15. particulatim autem, vers. 16, 17, 18; 2. in motu, & actione vel conversatione sua, vers. 19, 20, 21†. ¶ *Apparuit*, &c. והנה אופן ונו׳] *Et ecce* (vel, *Tum ecce*, Pi. Quòd non simul uno intuitu hoc cognovit Propheta, ad magnitudinem visionis referri debet; & in eo convictus erat infirmitatis suæ[t].) *rota una* (vel, *rota quædam*, Ti. Pi. sub. *stabat*, Pi.) *in terra juxta animalia*, Mo. P. &c. nimirum juxta unumquodque rota una[v], ex collat. sequentium[x]. Rotæ hîc descriptæ non erant sphæræ[y]; non, sicut sphærarum coluri, altera alteri inserta; non, ut plerique post Theod. circuli duplices sibi invicem complexi, atque se intersecantes ad angulos rectos sphærales, ex quibus quasi sphæricus globus constitueretur: sed rotæ similes rotis curruum, de quibus vox אופן usurpatur Exod. 14. 25. 1 Reg. 7. 30. circulares, non verò orbiculares, duplici facie planâ constantes, canthis in orbem ductis[z]. Currum hîc describi puto quem, licèt nomen illud in tota prophetia non occurrat, Ezechieli ostensum dicit Ecclesiasticus, cap. 49. v. 10. *Rotæ* autem pro curribus per synecdochen poni docent Esa. 5. 28. Jer. 47. 3. & Virgil. Æn. 12. *Turbidus èque rotis magnam respexit ad urbem*[a]. Rota hîc unica statuitur, ut significetur, inferiores causas, licèt naturâ, instrumentis, &c. variæ sint, tamen omnes coram Deo esse ratione unam[b]. Verùm *rota* hîc ponitur pro rotis[c]; nam 4 fuisse constat[d] ex vers. 16. & ex Ezec. 10. 9*. Sensus, q.d. Vidi primò unam è rotis, mox diligentiùs intuens vidi tres alias similes[f]. [Ca. locum sic reddit, *Animadverti rotas quasdam*, &c.] Hæ porrò rotæ significant hunc mundum inferiorem mutationibus variis esse obnoxium[g], ejúsque conditionem esse quandam versationem continuam, acsi rota curreret[h]. Dicit, *in terra*, vel, 1. quòd hæc rota humilior esset cæteris[i]: vel, 2. quia ibi perpetuæ sunt rerum vicissitudines, non item in cœlo[k]: vel, 3. *super terram*, non quæ à nobis calcatur[l], sed quæ ei similis in cœlo Ezechieli ostensa est[m], sub cœlo in sublimitate aeris[n]. Addit, *juxta animalia*, quod interpretare ut suprà[o]. Prope Angelos stabant rotæ, quia mundus non temere volvitur, sed à Deo gubernatur[p]. Hinc patet 4 animalia non fuisse in curru, ut aliqui putant, sed juxta currum: erant enim quasi ejus stipatores[q]. ¶ *Habens*, &c. לארבעת פניו] *Ad*, vel *in*, (vel, *cum*, P. vel, *secundum*, La. Pi.) *quatuor facies* (vel, *faciebus*, P. vel, *ad quadraturam facierum*, Ti. Pra.) *ejus*, Ch. Mo. M. JT. &c. i. e. Vel, 1. animalis; q. d. Rota quælibet habebat sibi insculptam faciem bovis, leonis, hominis, & aquilæ[r], æquè ut quilibet è Cherubinis†. Erant enim similes Cherubinis; unde quisque Cherubim suam habebat rotam: atque stemmata ac trophæa Dei tam in rotis currûs triumphalis, quàm in Cherubinis stipatoribus, exprimebantur[t]. Vel. 2. ipsius rotæ: nam unaquæque rota erat gemina seu duplicata, acsi esset rota una in altera, vers. 16. nempe per transversum, unde exsistebant uniuscujusque rotæ latera quatuor, vers. 17. Unde colligitur, singulas illas rotas quatuor suis lateribus spectâsse quatuor mundi plagas, sicut ipsæ quatuor facies animalium; cum quibus rotæ illæ pariformiter movebantur, vers. 19. nimirum nunc in hanc, nunc in illam, mundi plagam[v]. Al. *suis*, P. vel, *ipsorum*, Ti. Ca. Al. *habens* (i. e. *habentia*, Mar.) *quatuor facies*, G. ex Vulg. i.e. Forma eadem illis quatuor rotis: quod & sequentia clariùs explicant[x]. *Ad quatuor ad faciem cujusque*: rota ergò singulis animalibus erat[y]. Quatuor facies hîc significant, quatuor mundi partes à Deo per Angelos gubernari[z].

16. *Et aspectus* (vel, *species*, JT. Pi. &c. vel, *color*, ut vers. 13[a].) *rotarum*] Id est, forma, sive figura[b]. ¶ *Et opus*, &c.] Id est, materia ex qua, &c†. ¶ *Quasi*, &c. כעין תרשיש] *Ut oculus* (vel, *aspectus*, M. P. &c. *color*, Pi. BA. sic JT.) *Tarsis*, P. M. V. o'. Mo. sub. *lapidis*, V. P. M. BA. ex Ezec. 10. 9[c]. i. e. *carbunculi*[d]; aut, *chrysolithi*, Sy. Ca. V. Aq. in T. aut, *hyacinthi*, Q. in V. G. ex Sym. Vide Apoc. 9. 17. Non multùm à smaragdi colore distat*. Vel, *cyanei*, BA. ib. vel, *crystalli*, quæ ex aquis

[Marginalia, left column: k Ls. — l Pra. sim. La. — m La. — n Jun. sic La. — o Sm. — p Jun. — q Calv. — r Calv. — † G. — t Calv. — v Jun. — x Glas. ex Buxt. Lex. — y Glas. gram. 3. 3. 44. 360. — z Jun. — a G. — b M. — c Me. ex La. — d G. — * San. — f Calv. — g Pra. — h Pol. — i Pol. ex He. — k G. sim. M. Pra. La. Jun. — l G. — m Pra. sim. La. — n La. — o Pol. — p Jun. — q G. — r G. sim. La.]

[Marginalia, right column: † Jun. — t Calv. — v Pi. sim. Pol. Me. — x Calv. La. — y Pra. &c. — z Pi. — Pra. — a Pra. p. 31. — b San. — c Jun. — d Calv. — * Calv. Pol. — f Pol. sim. G. — g G. — h Pol. sim. — i Calv. — k Mar. — l Pol. sim. Jun. — m La. sim. Me. — n M. ex He. — o G. — p Calv. sim. Jun. — q La. — r La. ex Hi. sic Me. — † La. ex Hi. — t La. — v Pi. — x G. — y Calv. — z Pol. sim. Jun. — a G. sim. Pi. — b La. Me. T. — † Idem. — c V. BA. 2. 6. 13. 877. — d V. — * G.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

aquis & colorem & originem trahit [f]: vel, *berylli thalassii*, JT. Pi. vel, *iaspidis*, Ar. vel, *maris*, sive *oceani*, Ti. G. i.e. marini & cærulei coloris [g]. Significatur hîc constans & perpetuus inferiorum causarum successus, & rerum ab illis effectarum; prout in mari aquæ aliæ truduntur aliis, & semper inter se continentes sunt [h]. Sicut oceanus, quanquam fluxus, vices tamen statas atque ordinatas à Deo habet: sic & populus Judaicus [i]. Rotæ ad motum Cherubim ibant & redibant; ut mare motum habet ratum ac constantem, & statis vicibus æstuat [k]. Al. Notatur mundi instabilitas & fluctuans constitutio, &c *. ¶ *Et una* (vel, *eadem*, JT.) *similitudo* (vel, forma [l], materia [m], figura, dimensio & color [n],) *ipsarum* (vel *ipsis*, JT. Mo. &c.) *quatuor*; sub. *rotis*, Pi. [וּדְמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּן] *Et eadem similitudo ad quadraturam ipsam*, Ti. *Et similitudo unius ad quatuor*, Calv. Nempe, vel, 1. animalia [o]: vel, 2. rotas, quas itâ pares fuisse docet, ut una ab aliis non differret. Hæc proportio & æqualitas rotarum ostendit, in omnibus Dei operibus summam esse moderationem, eâque sic disponi, ut nihil inæquale sit, & nulla linea meliùs possit dirigi [p]: constantissimam esse & summè æquabilem inferiorum causarum administrationem per sapientiam Dei [q]. Al. Ostendit hoc, mundum hunc inferiorem ubique esse sibi similem, fluxum, vanum & instabilem; ut ubique rota est volubilis, &c [r]. ¶ *Quasi fit* (vel, *acsi esset*, Mo. P. M. &c.) *rota* (sub. *una*, JT. Pi.) *in medio rotæ*] Sic Mo. P. M. Ti. &c. vel, *in rota* altera, JT. Pi. vel, *rotæ interposita*. Ca. sic Sy. [Variè explicant.] 1. Rota in medio est modiolus, unde radii ad canthum, qui exterior rota est, progrediuntur †. Verùm, 1. modiolus non est rota [t], quia nec circularis est, nec sphæricus. 2. Sic nihil esset hîc inusitatum & novum, cùm curulibus rotis medius semper insit modiolus [v]. Non intelligit fuisse unam rotam majorem, deinde fuisse [aliam] minorem [x]. 2. Puto summam rotarum similitudinem hîc explicari. Non dicit, *in medio rotæ aliam esse rotam*, sed, rotas esse itâ similes, *quasi fit rota in medio rotæ*, h. e. ut si in una rota omnes rotæ sint, eodem spatio conclusæ, &, ut loquuntur Physici, penetratæ. Tunc enim, cùm una tantùm rota videatur, multæ sunt rotæ, quas tamen nemo potest distinguere. q. d. Quatuor illæ rotæ sic in rebus omnibus conveniunt, ut, qui unam viderit, omnes viderit, nec unam ab altera queat secernere [y]. 3. Dicuntur omnes rotæ itâ fuisse inter se aptæ, connexæ & catenatæ, ut rota una esse viderentur, & dici possent [z]. 4. Intelligit rotas duas sic fuisse implicitas, ut transversa esset complexio [a]. *Rota in rota*, scilicet per transversum, itâ ut se invicem tangerent per angulos rectos. Secùs enim quatuor latera illarum rotarum non spectâssent quatuor mundi plagas [b]. Rotæ erant sibi innexæ & implicatæ [c]. Quælibet rota ex duabus constabat se mutuò decussantibus, ac sic erat quasi sphærica [d]. Unaquæque rota constabat ex duobus circulis sese intersecantibus ad angulos rectos, in modum crucis *; & integra rota ex duobus hisce circulis constans quasi cujusdam sphæræ speciem habebat [f]. Itâ quælibet rota habebat quadraturam, i. e. quatuor semicirculos, ex quibus fiebat colurus, sive sphæra [g]. Hoc eò pertinebat, ut ex jussu Cherubinorum vehiculum illud nullo negotio possit verti in partes quatuor [h]. 5. Ego globos [fuisse] judico, qui intra capsam circuli formâ sine axe ullo movebantur, & quidem in omnes partes. Podagricis sellæ sic fiunt. Alioqui in omnes partes, & quatuor cœli plagas, sine conversione moveri currus non posset [i]. Qu. An rotæ hæ fuerint solæ, an axi conjunctæ, itâ ut efficerent currum [k]? Resp. 1. Axi junctæ erant, & currum fecerunt, ut vocatur Ecclesf. 49. 10 [l]. Resp. 2. Solæ erant; nam solas eas nominat hîc & cap. 10. nec currum, axem, &c. nominat. Quis ergò illa fingere audeat? Nec in his rotis sedebat Deus, sed in solio [m]. Significatur hîc, vel, 1. deportatio Judæorum in quatuor mundi partes, Esa. 43. 5, 6 [n]. Vel, 2. circulatio rerum omnium sublunarium [o]. Vel, 3. mundum, licèt probè constabilitum, ab Angelis facilè impelli posse [p]. Vel, 4. convenientissima & conjunctissima consequutio & administratio causarum inferiorum, quæ non solùm cohærentes sunt, sed etiam adunatæ providentiâ Dei [q]. Duplices hîc sunt & implicitæ rotæ, quia Deus non videtur tenere rectum cursum, sed habere varias conversiones, & quasi inter se contrarias [r].

17. *Per*, &c. [עַל אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶן בְּלֶכְתָּם יֵלֵכוּ] *Ad quatuor latera* (vel, *quadrilatera*, Mo.) *sua, in eundo*, vel *dum irent, ipsa, ibant*, P. Mo. *Itâ ut in quatuor partes suas euntibus illis irent*, JT. *Euntes in quatuor sui quadripartes tendebant*, Ca. *Et cùm incederent, incedebant super quatuor eorum latera*, M. vel, *ad quadrifidam earum quadraturam*, Ti. *Secundùm quatuor latera ipsarum* (quæ scilicet spectabant quatuor mundi plagas) *quum irent illa*, (nempe animalia,) *ibant*, scilicet ipsæ rotæ †. In quatuor latera moveri poterant [t]. In quoquo latere sua rota erat, imò duæ rotæ in uno latere. *Partes* aut *latera* vocat loca ubi rotæ erant [v]. Sensus est, In quamlibet partem ex quatuor verti & agi poterant, antrorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum: efficiebatur enim ex illis quasi globus sphæricus [x]. Non ibant rotæ ad quatuor regiones mundi, Ortum, &c. sed, quia in quatuor partibus erant, ad quatuor nimirum angulos quadrigæ, per quatuor spatia movebantur, in sua nempe quælibet statione [y]. In quatuor vehiculi lateribus movebantur motu velocissimo rotæ quatuor [z]. [Sed vehiculum hîc fuisse negat La. ut notatum.] Corpora rotarum æquabiliter semper ferebantur [a]. *Ad quatuor latera sua ambulando ibant*, h. e. ut singula animalia rectum cursum tenerent [b]. Significatur hîc commoditas ministrandi in omnes partes; & sic esse affectas interiores causas in uno veluti corpore, ut ad superiorum ductum ministrarent providentiæ Dei in omnibus partibus unâ operâ, uno que momento [c]. ¶ *Non revertebantur*, &c.] Nisi cursu peracto, ut modò diximus [d]. Ad perseverantiam hoc spectat *. Constanter & tanto impetu comparatæ erant ad præstandam voluntatem Dei, ut nullo modo averti ab obsequio possent [f]. *Non convertebant se*, scil. secundùm latera sua, sed rectà progrediebantur [g]. Quod de animalibus dixerat vers. 9. & 12. repetit de rotis. Non retrocedebant: nam hoc solet & bobus & rotis contingere [h]. Vel, sensus est, Non volvebantur in orbem, non circinabant [i]; sed quasi fixo cantho ac gradu procedebant [k], aut raptabantur instar animalium [l]; utì fit cùm rotæ curruum in declivi & descensu montis, nè ruant in præceps, catenâ ferreâ constringuntur, itâque immotæ sensim trahuntur & raptantur [m]. Verùm ad quid rotæ, nisi ad rotationem & volubilitatem [n]? Al. Non flectebantur, ut alii currus [o]; sed, cùm reverti volebant, sine ulla inflectione rotæ priores posteriores fiebant, & eodem modo ad latera [p]. (cùm una rota in altera esset, sine ulla conversione in quamcunque partem agi & rotari poterant [q]. Significat omnes deportationes à Deo destinatas suum effectum habuisse [r].

18. *Statura*, &c. [וְגַבֵּיהֶן וְגֹבַהּ לָהֶם וְיִרְאָה לָהֶם] *Et* (vel, *Proinde*, M.) *canthi* (vel, *terga*, M. V. vel, *circumferentiæ*; propriè, *dorsa*: canthos, vel ligamina ferrea, intelligit †: vel, *cacumina*, vel *circuitus*, Q. in V. summas partes rotarum intelligit [t]:) *earum*, Mo. (vel, erant *eis*, M. P. V.) *& altitudo* (vel, *proceritas*, Calv. sub. *erat*, P.) *eis*, Mo. P. Calv. (vel, *habebant & altitudinem*, M.) *& pavor*, vel *terror*, (sub. *erat*, P. vel, *inerat*, M.) *ipsis*, Calv. M. vel, *propter eas*, Mo. P. *Porrò absides earum & altitudo illarum stupendæ erant*, Ti. *Habebant & quatuor ipsæ canthos, eósque altos & formidabiles*, Ca. *Et apsidibus earum* (vel, *Ad apsides verò earum quod attinet*, P. sic Pol.) *tanta altitudo erat ipsis, ut timorem injicerent*, JT. sic Pi. Pol. *Terga erant eis, erâtque illis altitudo tanta, ut metum afferrent* aspicientibus, Q. in V. Ipsâ proceritate vel amplitudine erant formidabiles *. *Apsidum* meminit, quia humana mens non penetrat in penitissimam causarum cognitionem; sed tantùm extremitates quasdam percipit, &c [v]. ¶ *Et totum*, &c. [וְגַבֹּתָם מְלֵאֹת עֵינַיִם] *Et dorsa*, vel *canthi*, *eorum pleni*, vel *plena*, *oculis* (i. e. ocellis pulcherrimis, quales sunt in caudis pavonum [x],) *undique*, vel *per circuitum*, *ipsis* (vel, *in ipsis*, JT.) *quatuor*, Mo. P. sic M. Pi. &c. nempe rotis [y]. *Absides earum quatuor plenæ variis coloribus circumquaque. Oculus* pro *colore* ponitur Num. 11. 7. sic & infrà 22. Absides *altæ* sunt & *terribiles*, quia per eas significantur Reges per quos Deus deportationes illas exsequebatur; & *versicolores*, quia alii Assyrii, alii

Ægyptii,

Marginal notes (left column): f La. g La. Mc. T. h Jun. i G. k La. * Pol. l G. m T. n Pra. La. Mc. T. o Q. in Calv. p Calv. q Jun. r Pol. † Q. in Mar. sim. Pra. t La. sim. Sin. v San. x Calv. y San. z Jun. a Calv. b Pi. c Mc. RS. d G. * Mc. sim. f Mc. ex RS. La. g Mc. sim. T. h La. sim. T. h G. sim. Pol. i Mar. k La. l Pra. m La. n G. o La. p Pol. q Jun.

Marginal notes (right column): r Calv. † Pi. t G. v Mar. x Mc. ex La. y San. z Pra. a Pol. b Calv. c Jun. d G. * Calv. f Jun. g Pi. h Pra. i La. k Q. in La. La. ex Pra. m Q. in La. n La. o Mar. Mc. p Mar. q Mc. r G. † Calv. t V. * Calv. sim. Pol. G. v Jun. x La. ex Pra. Mc. T. y Pi.

Ægyptii, alii Chaldæi [a]. Rotæ distinctæ erant oculis, quasi intentæ ad imperium Dei [a]. Hi oculi significant, rotas has habere motus certissimos, & quasi oculis ducibus factos[b]: significant providentiam Dei[c], quæ nunquam errat [d]; quæ omnes rerum circumstantias dirigit *. Nihil cæco impetu agitur, sed providentiâ Dei, quæ certa & perspicacissima est [f]. Significat, motus, qui videntur nobis confusi, esse tamen compositos [g]. Hi oculi symbolum sunt circumspectionis & vigilantiæ quæ in omni rectore esse debet [h].

19. *Cumque*, &c. וּבְלֶכֶת וגו׳] *Et in eundo*, vel, *Quùmque ambulabant*, (vel, *moverent*, vel *incedere facerent*, ut modò diximus, idque spiritu suo, i.e. Divinâ vi atque efficaciâ, ut sequetur [i],) *animalia, ambulabant rotæ juxta ea*, Mo. P. sic M. JT. &c. Procedebant quomodo visum illis esset [k]. Hîc & v. 20, 21. explicat consensum rotarum cum animalibus [l], ad quorum cursum illæ æqualiter movebantur [m], velut ad regulam suam[n]; ut idem semper esset spatium inter rotas & animalia [o]. ¶ *Et cùm elevarentur*, &c.] Vel, *attollerent se*, &c. JT. Pi. &c. i. e. Cùm vellent, cessabat deportatio [p]. Significat singulas causas, æquè inferiores ac superiores, à nutu Dei pendere constantissimè: tanquam si singulis momentis tum sursum ferrentur, ut se sisterent coram Deo, & acciperent mandata ejus; tum verò eodem momento deorsum reverterentur, ut mandata à Deo accepta efficerent [q].

20. *Quòcunque*, &c. עַל אֲשֶׁר יִהְיֶה־שָּׁם הָרוּחַ לָלֶכֶת יֵלֵכוּ שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת] *Ad quod* (vel, *Quò*, Calv.) *erat illuc animus* (vel *spiritus*, Calv.) *ad eundum, ibant, illuc animus* (vel, *spiritus*, Calv.) *ad eundum*, Mo. Repetit quod dixerat [r]. *Quòcunque erat spiritus ut irent, ibant, & illuc spiritus* rotarum erat *ut irent*, P. *Quòcunque erat iis animus eundi, illic ibant, & illuc erat* rotis *animus eundi*, M. *Quòcunque impellebat impetus eundi, illic ibant, & quòcunque erat animus eundi*, Ti. *Quòcunque ferebat spiritus, eò tendebant, impellente spiritu*, Ca. *Quòcunque iturus erat spiritus*, (vel, *spiritus ille*, Pol. *spiritus illorum*, JT.) *ibant*, Pi. JT. Pol. *eò* (vel, *quò*, vel *quòcunque*, Pol. sub. *inquam*, Pi. Pol. certitudinis & evidentiæ causâ †,) *iturus erat spiritus illorum*, JT. q. d. Indesinenter ibant, ministerium suum obeuntes, quò semel à Dei Spiritu impelluntur, nec ullâ ratione ab eo præstando & perficiendo impediri aut revocari possunt [t]. Non poterant se movere aliò quàm quò à Spiritu Dei impellebantur [v]. *Spiritus* hîc est, vel, 1. voluntas; q. d. quòcunque volebant [x]: vel, 2. virtus, impetus & potestas præsidentis[y], sive Spiritus Divinus[z], & æternus, à Patre & Filio procedens [a]. ¶ *Rotæ pariter elevabantur*, &c.] Significat, inferiores causas à superioribus pependisse †. ¶ *Spiritus enim vitæ* (vel, *animalis*, Mo. P. &c. *animalium* Ti. Calv. *vitalis*, JT. Pi. *animantis cujusque*, G. ex Ch.) *erat in rotis*] Vel, *pertingebat ad rotas*, G. ex Ch. Sicut naves ad ventum, ità rotæ istæ ad spiritum Cherubinorum procedebant, aut attollebantur [b]. Rotæ illæ agebantur ac impellebantur eodem spiritu quo animalia, Divino scilicet [c]. Loquitur de rotis sub metaphora animalis, quia in iis, sicut in Cherubinis, observârat species animalium [d]. Imò vivebant rotæ, ut patet ex Heb. רוּחַ, quod junctum חַיָּה significat flatum vitalem, i. e. vitam animalem *. Vivebant rotæ sicut animalia, & simul cum eis movebantur atque constiterunt †. Sed non vult rotas quicquam intellexisse, sed tantùm vigorem accepisse, & impulsas fuisse à Deo per Angelos; ut nihil sine providentia Dei fiat [f]. Significat, causas inferiores non aliò ferri, aut aliud ministerium præstare, quàm prout à Spiritu Dei impelluntur, vel immediatè, ut hoc loco, vel mediatè, ut v. seq [g]. Sententia versiculi est, Hoc Dei vehiculum non trahebatur ab animalibus, sed per se currebat, acsi vitam habuisset, animalibus præcedentibus, & rotis subsequentibus, per se motis, ex vi & impulsu quem Deus & animalibus & rotis imprimebat & inspirabat, quasi auriga Divinus utraque dirigens & agens [h].

22. *Et*, &c. וּדְמוּת עַל רָאשֵׁי הַחַיָּה רָקִיעַ] *Et* (sub. *erat*, M. JT. &c.) *similitudo super capita animalis* (sub. *uniuscujusque*, P. vel, *animalium*, M.) *expansio*, Mo. vel, *expansi*, sive *firmamenti*, P. M. Ti. JT. &c. vel, *expansionis*, sive *extensionis*, V. i. e. cœli [i]. Al. *Apparebat super capita Cherubinorum tympanum*; i. e. ut Servius nos docet, *tectum vehiculi*. Heb. רָקִיעַ, i. e. *expansio* quo nomine & cœlum appellatur. Sic & Græcis οὐρανίσκος est, *umbella sub qua Reges resident*. Directè proprietates Dei nè Angeli quidem intuentur, sed per oppansum; lucidè tamen, ut qui per crystallina specularia aliquid vident. Ità idem hîc præstat *tympanum* quod Esa. 6. 2. *alæ faciem tegentes* [k]. Descripserat animalia & rotas, deerat auriga & imperator; is ergò nunc proponitur & describitur [l]. Ultima hæc visionis pars, quâ Deum inducit in solio suo sedentem, & Angelis moderantem [m]. Gloriam Dei explicuit hactenus in gubernatione rerum per causas inferiores & superiores: hîc, &c. in persona Christi[n], quem ut Judicem hîc describit[o]. Suppedaneum Dei sedentis in throno h. l. describit [p]. Dicit, *super capita*, &c. ut intelligamus illa imperio Dei subjecta esse[q]. ¶ *Quasi aspectus crystalli*] Sic P. &c. Ob puritatem & splendorem [r]. ¶ *Horribilis*; ità M. הַנּוֹרָא] *Terribilis*, Mo. P. &c. i. e. vel, admirabilis†, ut 2 Sam. 7. 23 [t]: vel, venerabilis [v]; ut Virg. Æn. 7. de domo Pici, *Horrendum sylvis & relligione parentum*. *Horrendum, id est, venerandum; non quod horrori sit*, ait Servius[x]. q. d. Cujus splendor tantus est ut perstringat intuentium oculos, & reverentiam sui summam excitet [y].

23. *Sub firmamento* (Quo situ significatur Angelorum summa infirmitas & tenuitas, si cum Deo comparentur [z].) *autem pennæ*, &c. וְכַנְפֵיהֶם יְשָׁרוֹת וגו׳] *Alæ eorum* (sub. *erant*, P. vel, *stabant*, Pi.) *rectæ*, Mo. P. M. &c. *unaquaque* (vel, *una*, JT. junctæ *una*, Pi. vel, *altera*, P. Ca. Heb. *vira*, V.) *ad sororem suam*, Mo. vel, *alteri*, P. vel, *ad*, sive *erga*, *alteram*, JT. Pi. M. vel, *ad alteram* directæ, Ca. correspondentes sibi mutuò, vel invicem [a]; pari rectitudine & mensurâ expansæ & elevatæ [b]. Alæ superiores ità expansæ erant ut se mutuò contingerent [c]. Idem hoc quod suprà v. 11 [d]. sed obscuriùs dictum *. ¶ *Duabus*, &c. לְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת לְהֵנָּה וּלְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת לְהֵנָּה אֵת גְּוִיֹּתֵיהֶם] *Unicuique* (vel, Similiter *unicuique* erant, Pi.) *duæ tegentes* (vel, quibus *tegebant*, P. M.) *se*, Mo. P. M. Calv. (vel, *hinc*, JT. Pi.) *&* (vel, *itémque*, Pi. vel, *inquam*, P. vel, *& rursum*, M.) *unicuique duæ tegentes sibi* (vel, *indè*, JT. sive, *illinc*, Pi.) *corpora sua*, Mo. P. vel, *se in corporibus suis*, Calv. vel, *se & corpora sua*, M. Binæ tegebant facies, binæ corpus [f]. [Alii locum sic reddunt,] *Singulis rursus binæ erant quibus tegebant corpora sua*, Ti. *Quæ singulorum binæ tegebant ea, hoc est, eorum corpora*, Ca. Alteris alis obtegebant obtegenda, planè ut unus, sic alter, Cherubinorum [g]. Repetita hæc ex superioribus [h], nè lectoribus excidant [i]. Hîc incipit apparitorum descriptio, quasi in subsellis aut in plano coram Rege suo comparentium[k].

24. *Et audiebam sonum alarum*] Heb. *alarum eorum*, Mo. nempe animalium [l], quum incederent [m], vel volarent; utrumque enim motum Propheta illis tribuit, cúmque concitatissimum & horrisonum [n]. Dixerat antea, rotas fuisse agitatas ab animalibus, eorúmque cursum secutas; id quo pacto factum est docet; nempe quia in alis audita est vox: non quasi rotæ audirent, sed quia aliter non potuit exprimere imperium Dei, qui voce mandata profert [o]. ¶ *Quasi sonum aquarum*, &c.] i.e. Maris clangentis [p]. Confer Apoc. 1. 15 [q]. ¶ *Quasi sonum—Dei*, שַׁדַּי] *Præpotentem*, Ca. *fortem*, aut *violentum*, Q. in Calv. Sed hoc nimis generale est[r]. *Saddai*, Mo. *Omnipotentis*, P. M. JT. Pi. i. e. Vel, 1. magnum & horrisonum; nam quæ magna sunt, *Dei* vocantur †: vel, 2. tonitru [t], quod *vox Dei* dicitur Psalm. 29. 3. Ezec. 10. 5 [v]: vel, 3. Dei, cùm locutus est in Sinai, Deut. 5. v. 22 [x]. ¶ *Quasi sonus*, &c. קוֹל הֲמֻלָּה] *Vocem*, vel *sonum*, (sub. *inquam*, P.) *loquelæ*, Mo. P. M. sic Calv. i. e. articulatam: q. d. Tale fuit obsequium in rotis aciedoctæ essent, & Deus articulatè mandâsset, & alæ locutæ fuissent[y]. Vel, *conflictùs*, JT. Pi. *prælii*, G. *tumultuosum*, Ca. ¶ *Castrorum*; ità P. M. G. מַחֲנֶה] *Turmæ*, Mo. *agminis*, Ca. *exercitùs*, JT. Pi. barrientis scilicet. Significatur hoc, atrocia & horribilia fuisse Dei ista mandata, quorum ministri Angeli [z]. Al. Ostenditur non tantùm vehementia motùs & celeritas maxima; verùm etiam efficacitas totius administrationis, cujus causâ moventur Angeli per voluntatem Dei [a]. ¶ *Cúmque starent*, (ut solent apparitores in conspectu Regis[b],) *demittebantur*, &c. בְּעָמְדָם תְּרַפֶּינָה וגו׳] *Remittebant* (vel,

Margin notes (left column): a G. a San. b La. c Calv. Jun. Pol. d Calv. * Jun. f Pol. g Calv. h Me. ex Ia. i G. k G. l San. m La. Me. n Calv. o Me. p G. q Jun. r Calv. † Pol. t Jun. v Pol. x Mar. y Pra. z V. Pra. sic Pol. Jun. &c. a Jun. † Jun. b G. c V. Pol. d T. * T. ex Pra. † M. f Calv. g Jun. h Me. i Pi. M. &c.

Margin notes (right column): k G. l San. m Calv. n Jun. o Pol. p Me. q Calv. r Jun. † San. La. t San. v San. La. x La. y Jun. z Jun. a V. b La. c G. d San. sic Pra. * San. f Calv. g G. h G. sim. Calv. i G. k Jun. l M. m M. sim. n Pra. La. o Pra. o Calv. p G. q Pi. r Calv. † San. sim. t Calv. v Jun. Pol. La. G. x Calv. G. * Mar. y Calv. z G. a Jun. b Jun.

(vel, *dimittebant*, Mo.) *alas suas*, P. M. Pi. &c. *consistebant alæ ipsorum*, JT. *stabant alis quiescentibus*, G. ex ο'. & Ch. sim. Jun. ob causam versu seq. expositam [c]. Non concutiebant alas, servabant tamen eas semper extentas, & ad volandum paratas, ut v. 11 [d]. Non vult Deum nihil agere, aut cessare ejus Angelos; sed tantùm varietatem notat in rebus humanis, quæ modò sunt tranquillæ, ut putemus Deum quasi feriari, &c *. Deo jubente, quiescebant ministeria, cessabatur à deportationibus [f].

[c] Jun. [d] Me. * Calv. [f] G.

25. *Nam cùm fieret vox*, &c.] q. d. Ad vocem Dei volatum sistebant [g]. Deo loquente, cessabant [h], tum ut reverentiam testarentur; tum ut attentiùs adverterent, & mandata Dei capesserent [i].

[g] Me. sim. Pra. La. [h] Mar. sim. Jun. [i] Jun.

26. *Quasi aspectus lapidis sapphiri* (i.e. eximii candoris, splendoris, & pretii [k]: qui lapis colore cæruleo sive aereo & aureis punctis micat [l], adeóque cœlum significat, ubi thronus Dei, Apoc. 4. 2,3 [m].) *similitudo throni*] Sic P. Mo. M. &c. Est hic transpositio: Sensus est, *Erat ibi forma throni colore sapphirino* [n]. Al. *species veluti lapidis sapphirini*, *effigies scilicet solii*, Ti. *Thronus* significat judicia Dei, Psal. 9. 5. & 47. 9. Esa. 6. 1. Dan. 7. 9. &c [o]. ¶ *Similitudo quasi aspectus* (vel, *species*, JT. Pi.) *hominis*] Sic Ch. M. Mo. P. Calv. &c. *Erat forma tanquam hominis* sedentis, &c. Ti. Visus sum mihi videre hominem, putà Regem [q], eúmque non stantem, sed sedentem: id quod magìs congruit, 1. majestati Dei, 2. officio Judicis, &, 3. usui solii [r]. Deus throno suo insidens non leoni, aut urso, aut balænæ comparatur, sed homini, cujus propria est justitia, ut notat Hesiodus. Significatur ergò, Deum æquissimis arbitriis res Judaici populi dijudicare †. Nè quis autem Deum hinc corporeum esse somniaret, notandum Prophetam non dicere quòd vidit hominis corpus, sed ejus tantùm formam, sive speciem: &, quamvis una vox sufficisset, duas tamen hîc adhibet, *similitudinis* nempe & *aspectûs*. Sed quæritur cur Deus hîc & alibi formam hominis induit [t]. Libenter sequor Patres, qui dicunt hoc fuisse præludium mysterii Christi incarnandi [v]. Similitudo hæc Christum repræsentabat, in una persona, duabus distinctis naturis, &c [x]. Humana verò species passim personæ Christi tribuitur etiam ante incarnationem, tum, 1. quia majestas naturæ Divinæ non potuit aliter apud homines adumbrari quàm in specie hominis, qui est luculentissima imago Dei invisibilis, Gen. 1. 26; tum, 2. ut Deus (cui omnia sunt omni tempore præsentia) Ecclesiæ suæ hoc typo unitatem personæ Christi ex duabus naturis constitutæ coram Ecclesia designaret. Porrò, majestatem Christi hîc incant, 1. solium, judicialis & Regiæ potestatis indicium; 2. situs ejus supra expansum & supra animalium caput, id est, in locis supercœlestibus supra omne nomen, &c [y].

[k] Jun. [l] T. [m] Pra. La. T. G. [n] G. [o] G. sim. Me. Ca. [o] G. [q] La. ex Pra. [r] La. † C. [t] Calv. [v] Calv. sim. Pol. [x] Pol. [y] Jun.

27. *Electri*, חשמל] De quo vide dicta ad v. 4 [z]. ¶ *Velut aspectum ignis*, &c. כְּמַרְאֵה־אֵשׁ בֵּית־לָהּ סָבִיב] *Ignis domus ipsi circùm*, Mo. *ignis undique obstructi*, Ca. *ignis intus* atque *extrà*, G. *ignis intimi* (vel, *intra ipsum*, P. Ti. sic M. Pi. nempe colorem [a],) *circumquaque*, JT. &c. H [a], pro, *intra quam erat velut aspectus ignis*, i. e. intra quam apparebat ignis [b]. ¶ *A lumbis* (vel, *indè à specie lumborum*, JT. Pi. sic G. &c.) *ejus*, (scilicet hominis solio insidentis [c],) *& desuper*, וּלְמָעְלָה] *Et suprà*, Calv. *sursum versùs*, JT. Pi. *ad superna*, sub. *electrum*. Ellipsis rectè animadversa ο'. ex collat. Ezec. 8. 2 [d]. ¶ *Et à lumbis ejus usque deorsum*, *vidi quasi speciem ignis splendentis*, &c וְנֹגַהּ לוֹ] *Et splendor illi* (vel, *cui splendor*, sub. *erat*, Pi. vel, *aderat*, Pol. vel, *ejúsque splendentis*, G.) *in circuitu*, Calv. sic Mar. *Et splendoris circumstantis eum*, JT. Est hæc imago, non naturæ Divinæ, sed decretorum ejus de populo Judaico, quæ planè cum exsecutione respondent. *Igne*, i.e. calamitatibus, non interibit populus, sed excoquetur & purgabitur: multi peribunt, reliquiæ supererunt *. Personæ hîc descriptæ constitutio tota ignita hîc dicitur; (ut Deus *ignis* vocatur Deut. 4. 24. Heb. 12. 29.) Ignis autem h.l. aliter se habere supernè dicitur, aliter infernè. Supernè ignis est quasi latens; quo incomprehensibilis & inaccessa gloria majestatis Dei significata est: infernè ignis est luculentus & splendens; quo adumbratur gloria Dei, non prout in se est, sed prout se hominibus comprehendendam exhibet, & quandam sui similitudinem in operibus præbet. Convenit hic typus cum illo altero Exod. 33. 18, 20, 23. ubi anticâ & posticâ parte idem significatum voluit Deus quod hîc supernâ & infernâ parte [f].

[z] La. Me. &c. [a] Pi. [b] V. [c] Pi. [d] G. * G. [f] Jun.

28. *Velut aspectum arcûs*, &c.] Ità Mo. P. Ch. &c. *Qualis est species iridis*, &c. G. Corpus ejus igneum radios vibrabat in nubem opacam vicinam, unde conflabatur iris [g]. Significatur hoc, 1. splendor admirabilis & πολυποίκιλος, figurans vim Christi *illuminantem omnem hominem*, &c. Joh. 1. 9: 2. gloria quæ huic splendori conjuncta est [h]: 3. gratia Dei erga pœnitentes [i]. Iris fœderis Dei symbolum, Gen. 9. 13 [k]. Judicia Dei, utcunque severa videantur, non abolent in Deo memoriam fœderis facti cum Abrahamo, Isaaco, Jacobo, in quo & hoc est, ut semper maneat eorum posteritas; Esa. 54. 10. Jer. 33. 20, 21, 26 [l]. Sed huic [significationi] repugnat tota visio, quæ formidabilis fuit, ut dictum. Malim *arcûs* mentionem hîc fieri tanquam magnifici opificii Dei, quo Propheta magìs & magìs afficeretur ad considerandam ejus gloriam [m]. ¶ *Hæc*, &c. הוּא מַרְאֵה דְּמוּת כְּבוֹד־יְהוָה] *Hæc* (sub. *erat*, M. P. Pi.) *visio similitudinis* (vel, *aspectus* & *imago*, sive *similitudo*, M. Ti. vel, *figura similitudinem habens*, Ca.) *gloriæ Domini*, ο'. Ar. Mo. P. JT. Pi. &c. *Gloriam Dei* vocat Divinas proprietates, justitiam, æquitatem, sapientiam, quæ per talem imaginem intelligebantur [n]. Hinc intelligimus totam hanc visionem non aliò spectare, quàm ut conspicua quodammodo homini reddatur & adumbretur gloria Dei quam in se habet, quam in rebus creatis & in electis suis explicat. Quare illa tantùm est vera illius interpretatio quæ huic fini inservit [o]. His verbis, 1. breviter repetitur scopus visionis, qui est, ut repræsentet Ezechieli Jehovam, qui admirabili providentiâ suâ gubernat totum mundum, singulariter gloriâ suâ in Templo Jeros. habitâsse; sed judicia sua terribilia in impios exsequuturum ministerio creaturarum omnium, inprimis verò Angelorum: 2. transitus fit ad sequentem narrationem [p]. Hæc visio eadem erat, 1. cum visione Mosi ostensa; vide Exod. 25. 22: 2. cum visione Esaiæ, c. 6. 1, 2: 3. cum illa Danielis, c. 7. 9, &c: 4. cum illa Joannis, Apoc. 4. 2, 3, &c [q]. [De quibus plura videat, cui talia arrident, in ipsis Authoribus.] Voce *similitudinis* ostendit, Deum ejúsve gloriam non ab ipso conspectum fuisse qualis est, sed qualis ab homine mortali conspici poterat [r]. ¶ *Et vidi*, *& cecidi*, &c.] Tantarum rerum consideratione perculsus: Dan. 8. 17. Vide quæ ad Matt. 17. 6 †. Similia consternationis & humiliationis, ad visam Dei gloriam, exempla habemus, Gen. 1 . 27. Dan. 7. 15, 28. & 8. 27. & 10. 8, 9, &c [t]. Significat, 1. se fuisse certò persuasum de manifestata Dei gloria. 2. Se paratum fuisse ad excipienda Dei mandata. 3. Se fuisse & violenter dejectum, & tandem spontè humiliatum [v].

[g] La. [h] Jun. [i] P. L. ex Jun. [k] G. sim. Pol. [l] G. [m] Calv. [n] G. [o] Jun. [p] Pol. [q] Pra. La. [r] Calv. † G. [t] Pol. [v] Calv.

CAP. II.

1. ET *dixit*, &c.] Nempe, sessor solii, cap. 1. v. 26 [a]. ¶ *Filì hominis*] Ezechielem sic vocat, vel, 1. distinctionis causâ; tunc enim agebat inter Angelos [b]: vel, 2. nè se plusquam hominem existimaret ob visionis sublimitatem [c]; nè insolesceret, ut Paulus, 2 Corinth. 12. 7 †. qu. d. Quanquam magna visa tibi contigêre, memento te hominem, & quidem despicabilem, si vel cum Angelis compareris *: vel, 3. ob φιλανθρωπίαν erga Ezechielem; q. d. Novi infirmitatem tuam, te esse hominem, nec sustinere posse Divinæ majestatis fulgorem [d]: vel, 4. ut quicquid erat futurum virtutis & auctoritatis in administratione ipsius, id totum Deo acceptum ferret, ut 1 Cor. 15. 10. *Non ego*, &c: vel, 5. ut ostenderet, eo tempore, dejectâ majestate Regni & sacerdotii, plus causæ habuisse sacerdotes cur ipsi se dejicerent, & quasi in fæce populi numerarent: vel, 6. ut humanum genus benignitate Divinâ magìs afficeretur, quum tristissimo illo tempore ministerium tamen hominum

[a] Pi. [b] Me. ex La. sim. Sin. [c] Me. ex La. sim. Sin. Pra. T. † Sin. * G. [d] Pol.

hominum in Ecclesia perdurare vellet *. ¶ *Sta* (vel, *Consiste*, JT. Pi.) *super pedes*] i.e. Surge[f]; erige te[g]; resume vires animi & corporis, quas ex consternatione humi prolapsus amisisti[h]. Nè timeas: non enim venio ut te puniam, sed ut eligam in Prophetam[i]. Non vult Deus servos suos ità subsistere in reverentia majestatis ipsius, ut quasi absorbeantur ab ea, & inertes maneant; sed ut ad opus & officium suum se comparent[k]. Vel, *Sta*, quia solebant Divina oracula à stantibus audiri[l]. Vide Numer. cap. 23. vers. 18[m]. Porrò, hoc mandato Deus ipsum erexit: nam mandatum ejus potens est & efficax[n]. Conjungitur hìc operatio Spiritûs cum sermone Dei[o]. ¶ *Et loquar tecum*] Mira videtur hæc ratio, quum jam loquutus sit cum jacente. Verùm cum stante hæc loqui vult, quia talia dicturus erat quæ auditorem requirunt erectum & magno animo præditum, qui gloriam Divinam contempletur & quærat[p].

2. *Et ingressus est* (vel, *venit*, P. M. Ti.) *in me spiritus*] Vel, 1. spiritus vitalis[q]; virtus animalis, sive vigor cordis[r]. Rediit mihi animus†. Spiritus recedere dicitur, cùm deficit; & redire aut ingredi, cùm adest[t]. Vide 1 Sam. 30. 12. *Reversus est ad eum spiritus ejus*; Psal. 23. 3. *Animam meam convertit*. Spiritum hunc aut ademisse ei, aut infirmasse, videtur stupor ex horribili illa specie conceptus[v]. Non placet hæc interpretatio. 1. Quia falsò supponit Prophetam fuisse metu exanimatum, quod nusquam legitur, (sed tantùm eum procidisse, &c. ex tenuitate sua, & reverentia Dei;) nec dici potest, quia, postquam cecidit, audivit loquentem. 2. Non poterat idem spiritus qui gloriâ Dei fuit conturbatus, eâ gloriâ adhuc præsente, Prophetam erigere[x]. Vel, 2. Angelus aliquis, ut percipitur ex verbo, *statuit me*[y]. Vel, 3. Spiritus Sanctus[z], ut patet ex collat. Ezec. 3. 24[a]. Idem Spiritus qui animantes & rotas egisse dicitur, Ezec. 1. 12, 20[b]. ¶ *Postquam locutus est mihi*] Vide hìc, 1. vim Verbi; 2. quòd Spiritus S. ingreditur in eos qui Verbum Dei audiunt[c]. ¶ *Et statuit me*, &c.] Aut ille qui me allocutus est, aut spiritus revocatus[d]. *Postquam locutus est mihi, & statuit*, per ἐνδιαδυοῖν, pro, *stare me jussit* *.

3. *Fili hominis*] Antevertere voluit Deus, nè populus illum sperneret tanquam unum è vulgo, & doctrinam ejus contemneret, &c[f]. ¶ *Mitto*, &c.] i. e. Constituo te legatum, aut nuncium[g]. ¶ *Ad gentes*] Vel, 1. propriè; multa enim ad gentes & de gentibus prædixit[h]: vel potiùs, 2. ad Israelitas[i], (ut patet ex verbis seq. *prævaricati sunt pactum*, &c[k].) Quos *gentes* vocat, vel, 1. quia duo Regna respicit, Israelitarum & Judæorum, qui veluti duæ gentes distinctæ erant[l]: vel, 2. contemptim, quòd gentium idola & vitia secuti sunt[m]. גוים, *gentes*, erat apud Judæos nota probri, q. d. extraneos à fœdere, pollutos, &c. Ità ergò exuit eos Deus dignitate suâ, quâ erant *gens sancta*, &c[n]. ¶ *Usque ad diem hanc*; sic P. M. Ti. &c. עד־עצם וגו'] *Usque ad corpus* (vel, *os*, sive *essentiam*, Pi. vel, *articulum*, Ch.) *diei istius*, vel *hujus*, Mo. Pi. Ch.

4. *Durâ*, &c. קשי פנים] *Duri*, vel *durâ*, *facie*, P. M. V. Calv. &c. *obdurati vultu*, JT. sim. Pi. &c. i.e. impudentes, qui non noverunt erubescere[o]; qui os suum & oculos defigunt certâ malitiâ ut Deo obsistant[p]; qui impietatem suam ostentant, & vultu suo præferunt, non dissimulanter se Deo opponentes, sed turgentes malitiâ, quasi essent boves cornupetæ[q]. ¶ *Et*, &c. וחזקי־לב] *Et duri* (vel, *obfirmati*, JT. sic Pi. *fortes*, V. *obstinato*, M. sic Ca. *pertinaci*, Ti. *robusti*, Pi.) *corde*, Mo. P. &c. i. e. indurati & impœnitentes[r]; indomabiles†; nec promissis vel beneficiis, nec minis vel flagellis, victi[t]; pertinaces in malo[v]; obstinatissimi animis[x]. ¶ *Ad quos ego mitto te*] Opponit Deus suum mandatum obstaculis omnibus[y]. Non est servorum Dei, ad homines aut eventus respicere, sed ad vocantem Deum, &c[z]. ¶ *Hæc dicit Dominus*] Nomen suum opponit contumaciæ populi[a].

5. *Si*, &c. והמה אם ישמעו ואם יחדלו] *Et ipsi* (vel, *Ut ipsi*, JT. *Ipsi verò*, Pi.) *si* (vel, *sive*, JT. Pi.) *audierint*, *& si* (vel, *sive*, JT. Pi.) *cessaverint*, Mo. P. sic M. vel, *desistant*, JT. Pi. *quieverint*, V. sic San. sub. *audire*, vel, *ab audiendo*, M. V. &c. vel, sub. *in peccatis suis*, San. vel, *ab à peccatis*, Me. Genus dicendi Hebraicum, quo affirmat neque eos audituros, neque cessaturos ab iniquitatibus[b]. Loquitur hoc Deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monstret arbitrium. q. d. Fieri potest ut pervicax ille populus convertatur[d]. Sed si textum Ebræum consulas, alia videtur esse sententia†. [De qua statim.] ¶ *Quoniam*, &c. כי בית וגו'] *Quia* (vel, Dices, [quæ jubeo,] *quia*, M.) *domus rebellis* (vel, *rebellionis*, JT. Pol. Calv. Mo. &c. nam מרי est substantivum *: vel, *mutabilitatis*, vel *amaritudinis*, La.) *sunt*, P. Pi. vel, *ipsi*, Mo. Calv. q. d. Quamvis sint contumaces, nè timeas eos[f]. ¶ *Et*, &c. וידעו וגו'] *Et scient*, &c. Mo. P. &c. *Ut sciant*, &c. Ti. *Ut, inquam, sciant*, &c. JT. *Scire debent*, &c. Pi. ו aut redundat, aut resolvendum in adverbium temporis, vel in adversativam particulam, *Tunc*, vel *Tamen*, *scient*, &c[g]. [Alii totum sic accipiunt;] *Qui, sive audient, sive (ut sunt genus hominum contumax) non audient, at certè intelligent*, &c. Ca. *Ut, sive audiant, sive abstineant* audire, *est enim domus refractaria, certè meminerint prophetam ad se missum*. Si se corrigunt, rectè: si non, (quod hactenus magìs de illis credibile est, ob summam pertinaciam,) erunt inexcusati[h], & convicti. Ita aliquis erit doctrinæ tuæ fructus, quia tolletur ab eis prætextus erroris[i], & justitia Dei vindicabitur[k]. Verto, *Et illi audiéntne? an abstinebunt? sunt enim domus rebellis, & scient*, &c. vel potiùs, sic, *Et illi, sive audiant, sive abstineant, (sunt enim domus rebellis,) scient*, &c. Valde emphaticè ista parenthesis inseritur, quia metuendum magìs erat nè abstinerent, quàm sperandum ut audirent. Faciant, inquit Deus, quicquid velint, &c. ו in וידעו retributivum esse volo, non copulativum[l]. Si audire nolint, sentient, & me officio meo non defuisse[m], & se inexcusabiles esse, & vitio suo perire[n].

6. *Neque sermones eorum metuas*] i. e. Vel, consilia[o]; vel, calumnias, vel minas[p]. ¶ *Quoniam*, &c. כי סרבים] *Quoniam* (vel, *Quòd*, JT. *Quamvis*, Pi. sic G. Ar.) *rebelles*, P. Calv. vel, *refractarii*, JT. Pi. Pol. sic Mo. *irritatores*, M. V. *contentiosi*, Ti. *contumaces*, G. *renuentes*, vel *nolentes*, V. Vox in Heb. textu alibi non est[r]; sed in Chald. Paraph. frequens est†, unde facilè explicatur. Chald. סרב est, *rebellare*, & *renuere*; סרבן, *rebellis*; סרבנות, *rebellio*. Nec Ægyptiis ignota fuit vox. Nam in Ægypto *Sarabaitas* indè vocabant monachos quosdam, qui, omnis disciplinæ jugo excusso, suo arbitratu vivebant, quasi *Renuitas* dixissent, ut Isidorus eos vocat de Officiis cap. 15. Ità h. l. סרבים sunt, qui renuebant jugo Dei se submittere, & propriis affectibus indulgebant, &c. Hinc o'. locum reddunt, διότι παροιστρήσουσι, *quia tanquam œstro agitati insanient, & ferentur in præceps*: quod vim vocum Heb. satis exprimit[t]. Alii, *sentes*, vel *spinas*, exponunt. Alii, *urticas*, ab urendo, ut conveniat cum radice צרב. Sed ab irritando potiùs dicerentur[v]. ¶ *Et*, &c. וסלונים אותך] *Et spinæ* (vel, *spinei*, JT. Pi. sic Ti. sub. *sunt*, P. vel, *sint*, JT. Pi.) *tecum*, Mo. P. M. Pi. vel, *in te*, JT. *adversùm te*, G. *erga te*, Calv. i.e. nocere quærentes[x], asperi monitoribus[y], confodientes servos Dei dictis factísque atrocibus[z]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Quamvìs apud refractarios & intractabiles agas*.] ¶ *Et*, &c. ואל עקרבים וגו'] *Et cum scorpionibus tu habitans*, Mo. simil. Ca. Ti. *Et inter* (vel, *apud*, JT.) *scorpiones*, &c. M. *Imò quasi cum scorpionibus*, i. e. homicidis[a]; hominibus malignis[b]; dolosè & clàm noxiis[c], ut scorpiones, quibus *semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, nè quando desit occasioni*, ut ait Plin[d]. Qui morsu clanculùm petunt, & venenum suum in cor & intimas partes mittunt *. Frequentissima hæc est similitudo. Vide Sirach. 26. 10. Et Hercules, in Cassandro Lycophronis, v. 476. *scorpio* dicitur ob cædes patratas. Et in Apuleio l. 9. barbarus quidam *scorpio* præ morum amaritudine appellatus est. Et Procopius apud Suidam, *Erat*, inquit, *Theodora scorpioni similis, ad percutiendum prona, & iram occultans*. Et *iracundus scorpio dicitur*, ait Pollux, 6. 29. & σκορπιοῦσθαι, inquit, est, *efferari, irritari*: simil. in Hesych. & Suid[f]. Nota hìc incrementum elegantissimum. Impii, 1. sunt refractarii & calcitrant in Verbum Dei; 2. spinei sunt & aculeati; 3. scorpiones[g]. [Alii aliter reddunt:] *Et cum tribulis*, &c. P. *Et juxta spinas pungentes admodum*, &c. V. *Et apud spinas duriores*, &c. M. ex He. Vide 1 Reg. 12. 14.

Marginal notes, left column: * Jun. f G. g Me. h T. sim. Me. Jun. i La. & Pra. ex Polychron. k Jun. l San. ex Th. sim. Pra. ex Apollinar. m San. n Pol. o Calv. p Pol. q San. r La. ex Pra. San ex Th. & Dion. & Hug. † G. t Pra. sim. San. v San. x Jun. y Pi. z La. ex Hi. & Greg. Jun. Pol. T. ex Th. a La. b Jun. c Pol. d San. * G. f Calv. g San. h San. i Pra. San. La. Calv. Pol. &c. k San. l Pol. sim. Pi. m La. ex Pra. sim. San. T. n Calv. o V. sim. Pra. San. La. P. l. p Jun. q Calv. r V. Pol. † Me. T. La. t T. sim. Me. La. v Pol. x Jun. y Calv. z Jun. a Calv.

Marginal notes, right column: b V. d G. San. ex Hi. † San. * Pol. f La. g Calv. h G. i Calv. k San. l Di. m T. n Me. o Pol. p Calv. sim. Jun. r BA. sic Pol. † Pol. t BA. 24. 14. 510. v Pol. x G. y Pol. z Jun. a G. b Me. c Pol. sim. Jun. Pi. d Pol. * Jun. f BA. 24. 29. 641. g Jun.

12. 14 [h]. ubi pro flagello sumitur ex frutice spinoso contexto. עַקְרָב propriè est, *scorpio*; figuratè, *spinosa herba*, scorpionis instar aculeata [i]. ¶ *Nè formides*] Vel, *frangaris*, V. Calv. &c. animo scilicet, ob minas, calumnias, &c [k]. Intrepidus sis, citra eventorum omnium & impedimentorum contemplationem [l].

7. *Loquêris ergò*, &c.] Nè abstine tibi commissa eloqui [m], etiamsi surdis canas fabulam [n]: ego te tuebor, securus esto †. Nè subsiste in medio cursu, si successus spei non respondeat [o]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי מְרִי הֵמָּה] *Quia*, vel *Nam*, *rebellio ipsi*, Mo. vel, *rebelles sunt*, P. Ti. vel, domus *rebellis*, vel, vir *rebellionis*, &c. Pi. *Quanquam pertinacia ei* populo placet: non poterunt tamen tibi nocere [p].

8. *Noli*, &c.] Heb. *Nè sis rebellis*, Mo. P. M. &c. vel, *refractarius*, G. Noli resistere Spiritui Sancto [q], qui te vocat ad prophetandum [r], detrectando functionem instar Jonæ †. Nè difficilem te præbeas ad Divinum imperium, aut in tua sententia obstinatò hæreas [r]. ¶ *Sicut*, &c. כְּבֵית הַמֶּרִי] *Sicut* (sub. *est*, P.) *domus* (vel, *domus illa*, sive *ista*, M. JT. Pi.) *rebellionis*, vel *rebellis*, Mo. P. &c. h. e. domus Israel. q. d. Neglige consensum totius populi istius, utcunque prætexant se esse Ecclesiam, populum Dei, &c. nè conspires cum eis. Vide Esa. c. 8. v. 12, &c. Multitudo multùm valet ad nos turbandos, & ceu violenta tempestas abripit [v]. ¶ *Aperi os tuum*] Vasa animæ tuæ [x]. Prompto animo, patente aure, hiante ore, excipe mandata mea [y]. Audi illa, manda memoriæ, ac retine [z]. ¶ *Et comede quæcunque* (vel, *quod*, JT. Pi.) *ego do tibi*] Nempe volumen libri, ex v. seq. q. d. Revelationes Dei cupidè audi, & diligenter considera [a], & in animum prorsus admitte [b]. Id enim אָכַל sæpe significat [c]. Sic & Latini dicunt, *in sanguinem & succum vertere* [d]. Debet concionator implere pectus suum his rebus, quæ deinde expromantur ad alios *. Externum ritum hîc adhibet Deus [f], ad contestandum, donum Prophetiæ divinitus ei infusum esse [g]. Crasso symbolo Deus eum confirmat in sua vocatione, jubet enim eum *librum comedere*, quod in visione impletum fuit [h].

9. *Ecce, manus*, &c.] Vel, 1. alicujus ex ministrantibus Deo [i]: vel, 2. Dei, è cœlo, ad plenam & solidam certitudinem [k]: vel, 3. Christi †; ut se Prophetiæ & donorum authorem esse ostenderet *. *Manus* virtutem adumbrare solet [l]. Hoc Deus ostendit Prophetæ, ut imbecillem confortaret [m]. ¶ *Involutus*, &c. מְגִלַּת סֵפֶר] *Volumen libri*, M. P. Mo. &c. i. e. liber in forma voluminis [n]: membrana scripta & convoluta [o], circa cylindrum [p], ex more veterum [q]. Vide Psal. 40. 8 [r]. Symbolum hoc erat occultationis mysteriorum †.

10. *Et expandit*, &c.] Ità M. P. Mo. &c. vel, *explicavit*, &c. JT. Pi. &c. Ut prophetiam in eo scriptam intelligerem [t], & intellectam Judæis annunciarem [v]. Significat, necessitatem sibi imponi prædicandi illud verbum [x]. Ut indicaret Christus, mysteria cœlestia manere hominibus incognita, donec ipse ea explicaverit. Confer Apoc. 5. 5 [y]. ¶ *Qui*, &c. וְהִיא כְתוּבָה פָּנִים וְאָחוֹר] *Et ipsum* (vel, *Et erat*, JT. Pi.) *scriptum ante & retro*, Mo. P. sic M. Ti. o'. vel, *à fronte & à tergo*, JT. Pi. sic Ca. Ar. Sy. Ch. vel, *intus & foris*, Vulg. h. e. paginâ tam adversâ quàm aversâ [z]; vel, undiquaque [a]. Duo apud veteres erant genera scriptorum: 1. syngrapha, quæ uno tantùm, 2. opisthographa, quæ utroque, exarabantur latere [p]. Pleraque in una tantùm facie scribebantur, interiori scilicet: cùm autem opus longum esset, adversâ quoque facie scribebatur [q]. Sic Juvenal. sat. 1. *Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes* [r]. Sensus, q. d. Prophetia erit longa †: non brevis, quam post 3 aut 4 dies rejicere poterant; sed in longum tempus data [t], & longam seriem continens malorum [v], Judæis impendentium [x], ut sequentia explicant. *Erit tota Ilias*, dicerent Græci [y]. ¶ *Et*, &c. וְכָתוּב אֵלֶיהָ קִנִים וָהֶגֶה וָהִי] *Et* (vel, *Inquam*, Ti.) *scriptum* (vel, *scriptura*, JT. sub. *erat*, M. JT.) *in eo lamentationes* (vel, *lamentationum*, JT.) *& gemitus* (vel, *carmen*, o'. Vulg. nempe lugubre: id enim requirit materia. Est alioqui הֶגֶה vox generalis, quæ omne *meditatum* significat. Sic μέλος, (*carmen*,) dictum ἀπὸ τοῦ μελετᾶν, (*à meditando* [z].) Carmen הֶגֶה dicitur, quia præmeditata [a]. Vel, *lugubrisque carminis*, JT. sic Sy.) *& væ*, Mo. JT. Pi. &c. vel, *veh*, P. Vox est doloris & luctûs. Propterea quidam vertunt, *& planctus*. [Ità M.] Significat sermones in quibus hæc dictio frequenter repetitur [b]. Hoc argumentum prophetiarum Ezechielis [c]. Significat, doctrinam ejus fore luctuosissimam [d].

CAP. III.

1. DIxit, &c.] Dominus, auriga currûs Cherubim [a]. Textum proximè sequentem planè cohærere cum præcedente constat. Itaque non rectè alii hîc inchoant novum caput [b]. [Quare & JT. & Pi. quindecim sequentes versus ad secundum caput traducunt, & tertium caput inchoant ad v. 16. hujus capitis.] ¶ *Quodcunque inveneris* (vel, *Quod præsens est tibi*, JT. Pi.) *comede*] Scilicet per visionem, quæ significat id quod explicat v. 10 [c]. *Meditare, & ut verum suscipe.* Ità hîc Chaldæus rectè. Interpretatio subjicitur v. 10 [d]. *Comede*, i. e. In animam tuam ruminando & meditando transmitte, ut cum affectu & ex animo proloquaris *. Tu percipe, & perceptum aliis trade [f]. Solet Scriptura in illa facultate spiritum supernaturalem vel naturalem constituere quâ exercetur, vel detegitur. Sic, *anima* cordi infusa *naribus* tribuitur Gen. 2. 7. quia spiratio, quæ est signum præsentiæ animæ, in naribus sentitur. Sic liber hic ore vorandus est, quia ore intimanda erat hæc legatio. Solent porrò in S. S. verba quæ ad animum pertinent linguæ tribui; ut Psal. 35. 28. *Lingua meditabitur*, &c [g]. Volumen symbolum erat legationis susceptæ: traditio, infusionis spiritûs prophetici: comestio ore, & ventre, non corporis, sed animi, significat transmissionem auditorum in intima animæ: in visceribus retinere est, memoriâ tenere [h]. ¶ *Loquere*, &c.] Cum ipso volumine inditus est spiritus propheticus, & oblata prophetandi materia [i].

2. *Aperui os meum*] Parui Deo, & sumpsi sine disceptatione quod divinitus oblatum erat [k]. ¶ *Cibavit me*, &c.] q. d. Visus sum mihi comedere [l].

3. *Venter tuus comedet*, (vel, *comedat*, G. vel, *Ventrem tuum cibato*, JT. Pi. sim. Mo. P. Ca. i. e. Vescitor [m].) *& viscera tua complebuntur*] Vel, *implebis*, P. sic Mo. M. &c. Explica ex præcedentibus [n]. Satiato te & confirmato [o]. Si venter tuus comederit, viscera ità replebuntur, ut satis materiæ ad prophetandum habiturus sis: nihil erit quod ampliùs desideres [p]. Vel, *compleantur*, La. G. q. d. Non evome, sed meditatione revolve, concoque, satura voluntatem & affectum tuum, ut quasi plenus crebriùs illa eructes [q]. ¶ *Sicut mel dulce*, לְמָתוֹק] *Dulcedine*, JT. Pi. &c. vel, *præ dulcedine*, P. Qu. Quomodo dulce erat, cùm *lamentationes*, &c. ibi scriptæ erant? Resp. Amara quidem hæc erant populo [r], sed Prophetæ dulcia †; quia à Deo & oblata, & dulcia facta [t]; vel, quia suave est nôsse arcana Dei consilia [v]: dulce item est zelanti, Dei justitiam prædicere ac minari, quin & videre peccatorum punitionem [x]. Quanquam miserebatur populi, dulce tamen erat, quia acquievit Dei mandatis, & subscripsit justo Dei judicio [y]. q. d. Ubi omnem earum imaginum quas videram sensum rectè comprehendi, toto animo approbavi justitiam Divinam in illis rebus [z]. Pii vindictâ peccatorum lætantur. Confer Jer. 15. 16. Apoc. 10. 9. Aut certè, verba Dei quæcunque, meditatione decocta, suavissima sunt [a]. *Dulce* dicitur, ad significandum suavitatem Divinarum revelationum [b]. Dulce item erat minari peccatoribus, ut converterentur [c]. Sed videtur hîc reticere alteram partem antithesis: q. d. In ore quidem meo fuit dulce sicut mel, in ventre amarum sicut fel, ut Apoc. 10. 10 [d]. confer & Jer. 15. 16, 18 *. Significatur, munus prophetiæ initio dulce videri, cùm à Deo accipitur, postea amarum [f], vel ex condolentia [g], vel ex persecutione [Prophetæ] indè emergente [h].

4. *Vade*, &c.] Opportunè mittitur ad cæteros reficiendos, qui bene pastus erat [i].

5. *Non enim ad populum profundi* (vel, *abstrusi*, Ca.) *sermonis*] Sim. Ar. vel, *labii*, P. Ti. sic o'. Ch. &c. vel,

utentem ignoto sermone, JT. Pi. H[s], pro, *magnæ eruditionis*; vel potiùs, *alterius linguæ* quàm Hebrææ, ut possis queri te non intelligere aut intelligi[k]. Dicit, *profundi*, per metalepsin, pro, obscuri, & difficilis intellectu[l]; quia quæ profunda obscura sunt, ideóque aditu & intellectu difficilia[m]. ¶ *Et*, &c. וְכִבְדֵי לָשׁוֹן] *Et* (vel, *aut*, Ti.) *gravis* (vel, *impeditæ*, Ca. sic JT. *barbaræ*, Pi.) *linguæ*, P. M. Ti. &c. Sermo barbarus gravis est & molestus, quia insuetus auribus[n]. Legationem docet non fore difficilem, quia non ad peregrinos, &c[o]. Metaphora hìc duplex, sumpta à difficultate quæ est tum in effodiendis profundis rebus, tum in gravibus attollendis[p]. ¶ *Ad* (vel, sed *ad*, P. Pi. Ch. Sy. Ar. sim. G.) *domum Israel*] Non mitteris ad Niniven, ut Jonas; sed ad populum tuum: quare nihil metue[q]. Quidam, converso dictionum ordine, locum sic vertunt, *Non enim mitteris ad domum Israel tanquam ad populum*, &c[r]. Prophetam hìc animat Deus ad officium, quòd nihil difficile postulet, &c†. Sed malim hâc comparatione exaggerari populi impietatem. Docet enim surdos fore Israelitas, quamvìs Propheta apud eos utatur sermone vernaculo[t].

6. *Neque ad populos multos*, &c.] i. e. Numerosos, vel fortes[v], vel longinquos[x], vel diversos[y]. Id quod difficultatem augeret, si cum his agendum esset qui & provinciis & sermonibus diversi sint, ità ut nova quotidie lingua comparanda sit, &c[z]. Non mitto te ad Ægyptios, Chaldæos, longinquas regiones, &c[a]. Tacitè innuit se hoc aliquando facturum in vocatione Apostolorum, & inventuros qui pareant[b]. ¶ *Et si*, &c. אִם־לֹא אֲלֵיהֶם שְׁלַחְתִּיךָ הֵמָּה יִשְׁמְעוּ אֵלֶיךָ] אִם לֹא difficultatem hìc creat, & varietatem versionum.] Τὸ לֹא hìc redundat; ideóque à quibusdam in versionibus suis negligitur[c]. *Si enim ad eos misissem te, ipsi obedirent tibi*, Ch. *Omnino si misissem te*, &c. Ti. *Si ad tales misissem te*, &c. ο΄. sic Sy. *Et quidem si ad hos mitterem te*, &c. Ar. Verùm לֹא hìc genuinum esse notant Masoretæ, dum hunc versum inter eos numerant in quibus לֹא ter repetitur[d]. Pro לֹא, hìc legendum לוּא, *utinam, si*: q. d. Si, si, inquam, misissem te, &c†. [Reliqui ergò τὸ לֹא legunt, & locum sic reddunt;] *Si non ad eos misi* (vel, *misero*, Mo. vel, *misissem*, M.) *te*, *ipsi audient* (vel, *audissent*, M.) *te*, V. Jurantis sermo; qu. d. Dispeream, nisi te audissent*. *Profectò, si non mitterem*, &c. P. q. d. Si ego non mitterem te ad illos, nempe Judæos, sed tu nomine tuo prophetares, ut pseudoprophetæ faciunt, ipsi audirent te; quia humanis potiùs abducuntur figmentis, quàm Divinis obsequuntur oraculis[f]. Ità perstringit leve ingenium populi, &c[g]. Sed rectiùs plerique ad gentes peregrinas referunt[h]: q. d. Propius spei est, ut illi tuis dictis pareant, quàm ut Israelitæ. Confer Matt. 11.23[i]. Al. Sensus est, *Si non*, h.e. Nisi obstaret sermonis diversitas, *misissem te ad eos*, potiùs quàm ad Israelitas, adeò hos fastidio[k]. Al. *Etsi* autem *non misi te ad illos*, tamen *ipsi auscultaturi essent te*, si scilicet ultro ad eos venires, & officii sui eos admoneres[l]. Al. *Nonne si ad eos mitterem te, ipsi auscultaturi essent tibi?* JT. Pol. q. d. Gentiles libentiùs & citiùs tibi auscultarent, &c[m]. [Ca. locum sic reddit, *Imò ad eos te mitto qui intelligant*.]

7. *Nolunt*, &c. לֹא יֹאבוּ וגו'] *Nolent* (vel, *non cupient*, Mo.) *audire te*] Præmunit eum adversùs scandalum & tædium prædicationis infructuosæ[n]: ostenditque causam duritiei non esse aliunde quàm ab hominibus ipsorúmque voluntate[o], qui spontè repudiant sermonem Dei†. ¶ *Quia nolunt audire me*] q.d. Patienter fer contemptum, quem ego tecum fero[p]. Non auscultare servis Dei, signum est contumaciæ adversùs Deum[q]. ¶ *Est* (*sunt*, P. &c.) *attritâ* (*durâ*, P. M. *robustâ*, Ti. *obfirmatâ*, JT. Pi. Ca. *rigidi*, Mo. *perfrictâ*, ut Ezec. 2.4[r].) *fronte*; חִזְקֵי מֵצַח] Contumaces, impudentes*. In fronte & vultu perspicitur animus & affectus; unde Cicero *frontem* vocat *animi januam*: frons est sedes pudoris, &c[t].

8. *Dedi faciem tuam valentiorem*, &c. חֲזָקִים לְעֻמַּת פְּנֵיהֶם] *Duram* (vel, *potentem*, ο΄. *fortissimam*, M. *fortes*, Mo. P. Ti. *obfirmatam*, JT. Pi. Ca.) *contra* (vel, *secundùm*, Ca.) *faciem* (vel, *ex adverso*, *sive è regione*, *facierum*, M. V.) *ipsorum*, Calv. &c. Modò te obsequio pares, animum tibi addam, quo eorum impetus contem-

[Margin: k G. · l La. ex Pra. San. · m T. ex L. · n La. ex Fra. · o San. sim. Pra. · p Jun. · q G. · r V. · † Q. in Calv. · t Calv. · v V. · x He. in V. · y La. · z San. · a Calv. · b G. · c Q. in Glas. · d Glas. phil. l. 1. loc. 70. p. 113. · † La. · * V. ex K. sim. Mar. · f Q. in San. · g Q. in Calv. · h San. · i G. · k Calv. · l Pi. · m Pol. · n Pol. · o Jun. · † Calv. · p Calv. · q Jun. · r G. · * Me. ex La. · t La.]

nas[v]. Dabo tibi fortitudinem & constantiam, ut resistere possis minis eorum[x]. Hos increpa: en tibi animos & libertatem indo, faciémque interritam[y]. Dabo tibi animi tum audaciam & præsentiam, tum etiam firmitatem: quæ duo ad propheticum robur pertinent. Duplex hìc est metaphora, ab animalibus petulcis sive cornupetis sumpta[z].

9. *Ut adamantem*] Ità Mo. P. M. &c. qui Græcè ἀδάμας, quasi indomabilis[a]; qui malleos frangit, incudem findit, ignem superat[b]. ¶ כְּשָׁמִיר] *Similem lapidi perdiuturno*, JT. Pol. vel, *firmissimo*, q. d. *servabili*, à שָׁמַר *servavit*[c]. Al. שָׁמִיר potiùs est *smiris*, lapis tam durus, ut eo gemmarii ad gemmas expoliendas utantur. Vide ad Jer. 17. 1. & Zach. 7. 12[d]. ¶ *Et ut*, &c. חָזָק מִצֹּר וגו'] *Fortiorem* (vel, *firmiorem*, JT. Pi.) *silice*, P. vel, *rupe*, JT. Pi. &c. Al. *qui* [nempe *adamas*] *durior est silice*, Ti. vel, *rupe*. Est enim proverbium, *Adamas rupe durior* *. [Ca. locum sic reddit, *Qualis est saxo firmior adamas, talem ego reddo*, &c.] ¶ *Nè timeas eos*] Dederat illi Deus fortitudinem invictam, hortatur tamen nè metuat. Errant qui putant doctrinam frustrà esse, si Deus nos Spiritu suo agit & regit: Utitur enim Deus doctrinâ tanquam instrumento Spiritûs sui, & virtutem inspirat exhortationibus suis. Sic Deus gratiam suam temperat, ut semper stimulis opus habeant fideles, etiam cùm ipsis suppeditat vires[f].

10. *Assume* (*excipe*, JT. Pi.) *in corde* (*animo*, JT. Pi.) *tuo*, (*in cor tuum*, P. Ti.) *& auribus tuis audi*] q. d. Ità te compara, ut vas & instrumentum sis commodum percipiendi donum divinitus tibi oblatum, & intus, animo, & foris, auribus[g]. Repetitio est. Propheta noster magìs verbosus est quàm Esaias vel Jeremias, quia assueverat ad formam loquendi quæ tunc erat inter exsules, qui, ut à fide, sic etiam à lingua, sua degeneraverant†. Transpositio verborum hìc est[t], quæ Hebræis frequens est, pro, *auribus audi*, *& excipe in corde*[v]. Alioqui, priùs auribus quàm corde percipimus[x]. Est ergò ὕστερον πρότερον[y]: vel, ו, *&*, pro *postquam*, ut Esa. 64. 5. *& peccavimus*, pro, *postquam peccavimus*, &c. Sensus, q. d. *Postquam audieris, excipe in cor*[z]. Al. *Cor* hìc præponit auribus, quia sermones Dei priùs vorati sunt, deinde iterum explicatiùs audiendi[a].

11. *Ad transmigrationem*] Ad illos dispersos primâ deportatione per Chaldæos factâ, quorum & tu fuisti[b]. ¶ *Ad filios populi tui*] Dicit, *tui*, vel, 1. q. d. jam non mei. Confer Exod. 32.7[c]. Vel, 2. ut certiùs & familiariùs Dei sermonem acciperent à gentili suo, eóque sacerdote, quàm ab alienigena accepissent[d].

12. *Et assumpsit* (vel, *sustulit*, P. JT. Calv. &c.) *me*] Vel, 1. in spiritu*. q. d. Nulla in me fuit agitatio nisi ex cœlesti inspiratione. Sic autem oportuit ad tempus extra se rapi, ut nihil appareret in eo humanum[f]. Vel, 2. in corpore[g], ut aliis factum, Matt. 4. 1. Act. 8. 39[h]. & hìc opus erat, ut Propheta ex loco deserto ad ripam Chebaris, ubi erat, Ezec. 1. 3[i]. abriperetur ad locum ubi captivi erant[k]; maximè cùm abhorreret à vocatione tam difficili[l]. ¶ *Spiritus*] Vel, 1. Divina virtus[m]; vel, 2. Angelus[n]; vel, 3. Sp. Sanctus, idem qui regebat animalia & rotas, ut Ezec. 1. 3. vide & infrà 22[o]. Spiritus compulit me ut irem ad populares meos. Hunc sensum & præcedentia & sequentia insinuant[p]. ¶ *Audivi post me*] Strepitum quem priùs ante se audierat[q], facie ejus toto visionis tempore ad Aquilonem obversâ, Ezec. 1. 4. jam, à Spiritu correptus, & obversus ad partem alteram, tanquam ad captivos profecturus[r], à tergo exaudit†. ¶ *Vocem* (vel, *sonitum*, V. Ca.) *commotionis* (vel, *concussionis*, JT. Ar.) *magnæ*, רַעַשׁ וגו'] *Motûs* (vel, *fragoris*, Mo. *strepitûs*, M. G. Ti.) *magni*, Ca. Intelligi vult chorum Angelorum Dei judicia approbantium[t]. *Strepitûs*, tum venti procellosi, tum Cherubim verba sequentia clamantium[v]; vel, alarum Cherubim & rotarum currûs, cùm gloria Dei secessit, &c[x]. ¶ *Benedicta* (vel, *dicentem*, *Benedicta*, P. Pi. Sy. Ar. sub. *sit*, Pi. vel, *Benedictam*, JT.) *gloria* (vel, *gloriam*, JT.) *Domini* (i. e. vel, 1. Arca testamenti[y]: vel, 2. gloriosus Dei currus, ipsaque Dei majestas gloriosè illi insidens[z]:) *de*, &c. מִמְּקוֹמוֹ] *De*, vel *è*, *loco suo*, sive *ipsius*, M. P. Mo. Ti. JT. Pi. Ca. &c. vel, *majestatis suæ*, Ch. Per locum Dei hìc intellige, vel, 1. cœlum. *De loco suo*, i.e. cœlo, sub. *venit*, & descendit currus Dei in ter-

[Margin: v G. · x V. · y La. ex Pra. sim. Me. · z Jun. · a San. sim. Pol. La. · b La. ex Pra. · c Pol. · d BA. 2. c. 11. 84. · * G. · f Calv. · g Jun. · † Calv. · t V. La. sim. Calv. · v V. · x Calv. · y Calv. sim. San. · z V. ex He. sim. La. · a San. · b G. · c Pra. · d Jun. · * Q. in Fra. · f Calv. · g Fra. La. Pol. Jun. · h Pol. · i Jun. · k Pol. sim. · l Jun. · m La. San. ex Th. · n Fra. San. La. · o Pol. · p G. · q La. · r Jun. · † La. sic Jun. · t G. · v La. · x Pra. · y Pra. He. in La. · z La.]

in terram ad caſtigandos Judæos [a]. Vel, 2. Templum [b]. [Sic vertunt,] *diſcedentis*, vel, *mox diſceſſuri, de loco ſuo*, P. V. ſim. Pra. La. Pol. i. e. Templo, ubi exhibebat præſentiam ſuam, dabat reſponſa, exaudiebat preces: quo breviter, ſed obſcurè, innuit fore brevi excidium urbis & Templi, & captivitatem populi Judaici [c]. Hoc dicit Propheta, 1. ut humiliaret, tum, 1. exſules, qui non ſatis reputabant ſe juſto Dei judicio fuiſſe patriâ expulſos; tum, 2. Judæos qui adhuc domi manebant, & gloriabantur ſe tutos eſſe præſidio Dei, qui in Templo ſedebat. 2. Ut utroſque conſolaretur ſpe reſtitutionis promiſſæ; quia Deus non deſinit in Templo ſuo regnare, (quamvis impii eum victum putent,) ideóque ſuorum liberator erit. Dicit autem, *Benedicta*, &c. ut compeſceret querelas & calumnias populi, qui gloriæ Divinæ quaſi maledicebant, dum ipſum injuſtitiæ & rigoris atque crudelitatis inſimularent [d]. *Benedicta gloria*, &c. i. e. Laus Dei celebratur ab Angelis. *Gloria Deo in excelſis*, Luc. 2. 14 [*].

13. *Et* (ſub. *audivi*, ex v. præced [f].) *vocem alarum*, &c.] Poſt ſonum à Domino gloriæ editum, ſequitur ſonus glorioſi illius comitatûs [g], extollentis gloriam Dei, & oſtendentis ipſum adhuc regnare in Templo ſuo [h]. ¶ *Percutientium*, &c.] Alæ enim illæ & contingebant ſe, & magno ſono concutiebantur, in imagine ea quam viderat Ezechiel. Vide Ezec. 1. 24. Significatur autem, magna & atrocia parari [i]. ¶ מַשִּׁיקוֹת וגו״] *Contingentium* (vel, *deoſculantium*, Ca. ſic M. Calv. &c.) *mutuò ſeſe*, P. ſim. Pi. vel, *alterius alteram*, JT. Ad verb. *adhærentium*, vel *attingentium*, more oſculantium, *vira ad ſororem ſuam*, V. *Quæ quatiebant*, ſeu *collidebant*, &c. M. ex K. Unde grandis excitabatur vox [k]. ¶ *Et vocem rotarum*, &c.] Motantibus Cherubinis: i. e. deportationes graviores primâ imminentes [l]. ¶ *Et vocem commotionis magnæ*] Magnos gemitus & lamenta [†]. *Et vox ſtrepitûs magni*, ſub. *audita eſt*, V.

14. *Quoque* (vel, *Tum*, Pi. *Autem*, G. *Rurſum*, Q. in V. Hîc *iterum*, Ti. *Igitur*, Ca.) —*levavit* (*ſuſtulit*, P. Pi. &c. vel, *extulit*, viſionis & ſoni antecedentis gravitate dejectum [m],) *me, & aſſumpſit me*] Quanquam hæc videbam quæ me terrebant, tamen Deus me compulit pergere ad illos deportatos [n]. Interim me raptum in ſublime vis illa ſuperior traducebat per aerem medium uſque ad ſuburbia: neque enim bis raptus eſt [o]. Non ſignificat ſe iterum fuiſſe ſublatum; ſed, quod antè ſummatim & per anticipationem dixerat, nunc repetit copioſiùs & explicatiùs [p]. ¶ *Et abii amarus*, &c.] Ità Mo. P. M. &c. i. e. valde triſtis [q], amaro & irato animo [r]: vel, 1. ex ſympathia ob calamitates popularibus imminentes [†]; ob mala illa imminentia quorum jubebar eſſe malus nuncius [t]: vel, 2. ob ſcelera populi, quibus tantam iram in ſe provocaverant: vel, 3. [ob ſuum periculum;] ob duritiem populi, cui ſi me expoſuero, exitium mihi accerſo; ſi cedo, Deum offendam. Hîc ecce pilula, antè dulcis, amara fit [v]. ¶ *Manus*, &c. וְיַד יְהוָה עָלַי חָזָקָה] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. ſic G. vel, *Nam*, Q. in V.) *manus Domini apprehendit me*, Ti. vel, *fortis* (vel, *vehemens*, V. Aliis verbum eſt [x]: *invaluit*, M. ſic Pi. *roborata eſt*, Q. in V.) *ſuper me*, Mo. P. q. d. Tunc afflatus magno illo Spiritu parui Domino [y]; cujus voluntati reſtitiſſem, niſi manus Domini me impuliſſet [z]. Conſtrictus erat arcano illo Spiritûs inſtinctu, ut nihil humanitus ageret, nec ſuis votis & conſiliis, ſed Dei mandatis, obſequeretur, & ſe omnéſque affectus humanos abnegaret. *Manus* hîc poteſtatem denotat, vel imperium; q. d. Oportuit me Deo parére: utcunque amaritudo prædicta ipſum in diverſam partem traheret [a]. Manus Domini me adigebat ut facerem quæ invitus faciebam & triſtis [b]. Al. *Manus* hîc eſt *prophetia* [c]: q. d. Vehemens prophetiæ ſpiritus urgebat me [d]. Al. Dei virtus & auxilium me roborabat, ut parerem Deo, & prædicarem populo [*]. Senſus eſt, Triſtis eram, ſed vis Dei mihi addebat animum, ác me erigebat conſcientia debiti officii; ut ſequentia oſtendunt [f].

15. *Et* (vel, *Itaque*, P. JT. &c.) *veni ad tranſmigrationem*] q. d. Redii ad priſtinum locum & vitæ ſtatum. Per viſionem enim abſtractus fuit ab hominum conſuetudine [g]. ¶ *Ad acervum novarum frugum*] תֵּל ſign. *cumulum*, & אָבִיב *ſpicam* [h]. q. d. Ad areas frumentarias, ubi Judæi detinebantur triturantes [i]. Quod non placet. Non enim triturantur meſſes in Syria menſe 4. (in quo hæc viſio Vati oſtenſa eſt,) ſed 1. & 2. Aprili & Maio [k]. ¶ תֵּל אָבִיב] *Tel-abib*, Mo. JT. G. &c. in *Tel-abib*, P. Nomen, ſed ductum à loci in colles aſſurgentis fertilitate [l]: & Sym. & Aq. & Th. pro nomine habent [m]; item Chaldæus [n]. Locus hic eſt in Meſopotamia [o]; Ptolemæo *Thelda* [p], vel *Thelba*, pro *Thelabiba*, & per ſyncopen, *Thelabba*. Meſopotamiæ tres ſunt partes. 1. Quæ Syriæ contermina, quæ Euphrate & Cebare, ſeu Chabora, circumcluditur: cujus pars ſuperior dicitur *Chalach* 2 Reg. 18. 11. & *Chalcitis* Ptol. aliiſque; inferior, *Padan*, Gen. 25. 20. ubi Charræ, Craſſi clade nobiles, & Ptolemæo Aphadana. 2. Quæ Aſſyriæ contermina, ab Occidente Saocorâ fluvio definita ab Oriente Tigri: cujus ſuperior pars in S. S. eſt *Accad* geographis corruptè *Akabene*; inferior, *Thelaſſar*, i. e. choma ad Aſſyriam obverſum. 3. Mediana, circumcluſa ab Occidente fluvio Chaborâ, ab Oriente Saocorâ: cujus ſuperior pars *Gozan*, geographis *Gauzanitis*; inferior, *Henach*, ſive *Ingine*, aut *Ingene*, Ptolemæo corruptè Τιγγίνη· hîc *Tel-abib* appellatur: regio herbida vel graminoſa, chomatis ſive aggeribus circumcincta, & à trium fluviorum exundationibus, Euphratis, Saocoræ, Choboræ, pariter in Euphratem influentium, circummunita. Aſtutè hîc Judæos collocaverant, tum ut deſertam & horrentem regionem ob frequentes inundationes eorum operâ defenderent, ut olim in Ægypto factum fuit: tum quia ſic ex omni parte circumcluſos erat probabile res novas nunquam cogitaturos eſſe [q]. *Tel-abib* eſſe nomen proprium apparet ex aliis Chaldæorum nominibus localibus, *Tel-melach*, *Tel-charſcha*, Eſd. 2. 59 [r]. ¶ *Ad eos qui habitabant juxta flumen Chobar*] Senſus, Venit ad regionem illam quæ eſt inter Chaboram, & flumen alterum, quod Ptolemæus vocat Σαοκόραν· qua in parte illi morabantur [†]. Obj. At ibi oblata eſt Ezechieli viſio, Ezec. 1. 3. indéque tranſlatus fuit huc. Reſp. 1. Forſan motus ille curſúſque in ſpiritu tantùm contigit. 2. Lata ſunt ſpatia oræ litoralis iſtius fluvii [t]. ¶ *Et*, &c. וָאֵשֵׁר וגו״] Ità textus habet [v]. *Et Haeſcheri*, JT. ut ה in puncto Cametz ſub ו lateat [x]. Saocoram fluvium Propheta *Haeſcherum* vocat, inter quem & Chaboram jacet tractus Tel-abib [y]. At Keri ſive lectio marginis eſt, וָאֵשֵׁב [z]. Hoc Interpretes ſecuti ſunt [a]. τῷ Cethib accentus, τῷ Keri punctorum ratio, favet [b]. *Et ſedi*, &c. Mo. ό. Ar. ſim. M. P. Ti. Pi. Calv. Ch. Sy. Ca. Sedere eſt habitus ſoliciti atque mœrentis [c]. Homo lætus geſtit & ſubſilit: contrà, mœſtus hæret, ſtupet, immobilis perſiſtit, & tandem, deficientibus viribus, ſedet, aut ſe inclinat. Vide Thren. 2. 10. & 3. 28. Pſalm. 137. 1 [d]. ¶ *Septem diebus*] Vel admiratione, vel triſtitiâ, abſorptus [*]. Septemdialis luctus meritò hîc uſurpatur, (ex more, Gen. 50. 10. Job. 2. 13. Eccleſiaſtici 22. 13.) ut acerbi doloris, ſimul & benevolentiæ, Ezechielis indicium [†]. ¶ *Mœrens*, &c. מַשְׁמִים וגו״] *Stupefactus* (vel, *admirans*, P. Th. in D. *deſolatus*, M. Ti. *ſolitarius*, G. ἠρεμάζων, i. e. *quieſcens & ſeorſum poſitus*, Aq. in Hi. apud D. & G. nempe obſervans eorum vitam & actiones, ut pro earum modo minas graviùs aut remiſſiùs eloqueretur [*]. Vel, *præ me ferens deſolatum*, Pi. ſimil. JT. *tacens*, Ch. *attonitus*, Sy. *converſans*, ό. ſic Ar.) *in medio eorum*, Mo. Conſternatus animo propter horribiles prophetias [f]. Animo verſans tacitúſque premens acerbum dolorem de Judæorum & calamitate & pervicacia [g]. Tamdiu obmutuit, non ex pigritia aut cunctatione [h]; ſed, vel, 1. obſervans illam populi duritiem prædictam: vel, 2. exſpectans donec Deus ampliùs mandaret [i]: nondum forſan inſtructus erat certis mandatis, nec ſciebat quid dicturus eſſet, aut quomodo doctrinam ſuam temperaret [k]: vel, 3. ut populares ſuos certiores faceret de ſuo ſtudio, & horrore judicii quod ex Domino audiverat: vel, 4. ut ità graviter affectus ipſos etiam magis afficeret, quò & Verbum Dei cum reverentia acciperent, & judicia ventura anteverterent [l]. Silentium hoc præparatio fuit, ut munus ſuum efficaciùs exſequi poſſet. Aſpectus ipſe potuit expergefacere hominum animos, ut quærerent quidnam ſibi vellet hæc inſolita triſtitia [m].

a La. b Calv. Pol. V. &c. c V. d Calv. * G. f V. g Jun. h Calv. i G. k M. l G. † G. m Jun. n G. o Pra. p Me. q G. Pi. r V. † Pra. t G. v T. ex La. x V. y V. z Jun. a Calv. b Mer. c Q. in V. d Me. * T. ex Me. f G. g Calv. h Pra.

i La. k Pra. l G. m D. & G. n Hi. n G. o G. ex Jun. p G. q Jun. r Glaſ. gram. 4. 3. 2. 764. † G. t San. v G. ſim. Glaſ. x Glaſ. gram. ib. 763. y Jun. z G. Glaſ. a G. b Glaſ. ib. c San. d Pra. * Calv. † San. * G. f Pi. g Pra. h Calv. i Jun. k Calv. l Jun. m Calv.

16. *Septem dies*] Qui sufficere poterant Ezechieli ad cognoscenda illorum vitia [n], quæ postea severiùs reprehenderet [o]. ¶ *Factum est verbum*, &c.] Deus gradatim agit in servis suis. 1. Prophetam eligit, & sibi vendicat, & onus legationis ei imponit. 2. Monet ut se fortiter gerat. 3. Exponit mandata sua [p]. Opus est Ministris non solùm vocatione & mandato Dei generali, verùm etiam particulari institutione in singulis actionibus, &c [q]. Exspectavit Ezechiel 7 dies, donec acciperet certum sermonem [r].

17. *Speculatorem dedi* (vel, *posui*, V.) *te*, &c.] Hujus est, in loco eminenti interdiu attenti, noctu pervigilis, prospectare an hostes incurrant †. Cunctantem Deus ad officium implendum acriter exstimulat, Prophetam comparans homini in specula constituto à Rege, qui, si eminus periculum videns non annunciaverit, ipse in periculum incidit [t]. Ezechiel ex imbecillitate nativa refugiebat vocationem, &, jussus loqui ad Israelem, otiosus desidebat per 7 dies: Dominus tamen eum non abjecit, sed ex mera gratia eum iterum compellat [v]. ¶ *Ex me*; ità M. Ti. &c. מִמֶּנִּי] *A me*, Mo. JT. vel, *vice mei*, Ar. *nomine meo*, Sy. P. Pi. *verbis meis*, V.

18. *Si*, &c. בְּאָמְרִי וגו׳] *In dicendo me* (vel, *Quum dixero*, P. Pi. &c. i. e. jussero dici [x]; nempe per te, sive tuum ministerium [y];) *impio*, *Moriendo morieris*, Mo. &c. i. e. Certissimè morieris [z]. Omnino, si ità pergis, exitium tibi imminet. Nam cum conditione tacita hoc intelligendum ostendunt sequentia, *ut avertatur*, &c [a]. Nota, Deum non permittere cuilibet mortali ut suo arbitrio damnet vel absolvat, sed hanc potestatem sibi uni vendicare. Vide Ezec. 18. 19 Jac. 4. 12 [b]. ¶ *Non*, &c. וְלֹא הִזְהַרְתּוֹ] *Et non admonueris eum*, Mo. P. M. Calv. &c. putà, de rebus auditis à Deo [c]. *Et non expolieris ei*, quasi rubiginem ejus limâ admonitionis auferens. Verbum זָהַר sign. etiam, *repetere*, sive *inculcare*: q. d. Ut ferrum expoliri solet limâ, non semel, sed sæpius, adhibitâ; sic debes sæpe & dilucidè admonere. LXX, *Si non distinxeris*, i. e. distinctè & disertè monueris [d]. ¶ *Neque*, &c. וְלֹא דִבַּרְתָּ לְהַזְהִיר וגו׳] *Nec locutus* (vel, *allocutus*, JT.) *fueris*, (sub. *ad eum*, Calv.) *ad monendum* (vel, *ad dehortandum*, M. V. vel, *ut admoneas*, JT. Pi. vel, *ut doceas cavere*, Calv. vel, *commonefaciendo*, V. vel, *disertè dehortando*, Ti.) *impium* (vel, *ut caveat impius*, P. sub. *revocans*, JT. vel, *revocando eum*, Pi. vel, sub. *ut recedat*, P. V.) *à via sua impia*, Mo. M. Ti. &c. Idem repetit, ut ostendat non sufficere quòd semel in transcursu locutus fuerit, sed repetendas esse & inculcandas assiduè admonitiones atque objurgationes, juxta 2 Tim. 4. 2. Vide Act. 20. 31 †. ¶ *Et* (vel, *ut*, &c. M. P. &c.) *vivat*; לְחַיֹּתוֹ] *Ut serves eum*, JT. *ut in vita conserves eum*, Pi. *ut vivifices eum*, i. e. ut revoces à peccatis, in quibus est mors. Qui hominem à peccatis revocat videtur eum vivificare: retrahit enim eum à morte *. Obj. At abstulerat spem resipiscentiæ, Ezec. 2. 5, &c. Resp. Ibi respexit ad totum populi corpus, quod erat desperatum; pauci tamen sanabiles erant, &c [f]. [Ca. locum sic reddit, *Si tu impium illum verbo non monueris, ejus ab impio more suo avertendi gratiâ, quò vivat.*] ¶ *In iniquitate sua*] Ita P. &c. *propter iniquitatem suam*, V. sic Pi. San. &c. בְּ *in*, valet *propter* [g]; ut vers. 19, 20 [h]. & Hos. 12. 12. *in uxore*, i. e. propter uxorem [i]. Significat perituros etiam qui non admoniti fuerint; nè homines sibi blandiantur in ignorantia, rejiciendo culpam in suos pastores, quòd perierint errore [k]. ¶ *Sanguinem—ejus de manu tua requiram*] i. e. Tibi imputabitur mors ejus: vel, Sumam pœnas de te, quòd fueris causa interitûs ejus [l], qui debueris ac potueris illum admonitione servare [m]. Tu de morte ipsius reus eris non minùs quàm ipse. *Sanguis* Hebræis, specie sumptâ pro genere, vocatur omnis interitus. Vide Gen. 9. 5 [n]. Videmus hîc quàm periculosam provinciam sustineant Pastores, & quàm solicitè in ea versari debeant, non unum & alterum, sed omnes, admonendo; & negligentiam in iis esse parem perfidiæ, ubi scientes & volentes sinunt pretiosissimas & Deo charissimas animas perire suo silentio [o].

19. *Ab impietate sua, & à via sua impia*] Posterius ex peccandi causâ addit: nisi malis *impietatem* esse interiorem cordis malitiam; *viam impiam*, vitam exteriorem, & comprehendere omnes actiones [p]. ¶ *Animam tuam liberâsti*] Defunctus officio studium tuum Deo probâsti, & ab eo absolvêris †; sed & salvaberis: nam & merces vitæ æternæ hîc includitur, quæ dabitur *secundùm cujusque laborem*, 1 Cor. 3. 8. non secundùm laboris fructum [q]. Tu temet liberâsti [r]. Sanguis de te non requiretur †.

20. *Sed*, &c. וּבְשׁוּב וגו׳] *Et quum* (vel, *Si autem*, JT. Pi.) *se averterit* (vel, *recedet*, Pi.) *justus à justitia sua*, M. Ti. sic P. JT. i. e. à via rectâ. Vide infrà 18. 24 *. *Justus* hîc dicitur, vel, 1. qui aliqualem in colenda sanctitate constantiam habuit, qui antè pietatem coluit, sed tandem à vitiis superatus est [r]. Vel, 2. justus, non quoad radicem, sive spiritum regenerationis [v], sed quoad speciem externam [x]: ut *justus* sumitur Ezec. 18. 24, 26. & 33. 13. Prov. 18. 17. Matt. 9. 13. Luc. 18. 9, 14; &, *fides* vocatur Luc. 8. 13. Act. 8. 13. & *charitas*, 1 Joh. 3. 18. quæ hypocriticæ sunt [y]. Nota, Prophetarum sive Ministrorum munus duplex esse: 1. ut in viam reducant qui vagantur post cupiditates suas; 2. ut dociles & bonos in officio retineant ac confirment, & ad perseverantiam hortentur *. ¶ *Et fecerit iniquitatem*] i. e. Se prorsus dedat impietati, ut 1 Joh. 3. 8, 9. alioquin scimus optimos quosque sæpius labi †. ¶ *Ponam*, &c. וְנָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו וגו׳] *Et dabo* (vel, *Me disponente*, JT. *Quum posuero*, Pi. vel, *Dabo*, P. *Posueroque*, M. Ti. V.) *offendiculum coram eo*; *ipse morietur*, P. sic JT. Pi. Mo. vel, *unde ille moriatur*, M. Ti. [Offendiculum hoc respicere potest vel, 1. culpam.] q. d. Si permittam occasionem peccandi [z]. Non cogitandum est Deum esse autorem peccandi, aut quenquam ad peccandum impellere [a]: sed, *ponit offendiculum*, &c. quando hominem relinquit pravæ voluntati & cupiditati suæ, & occasiones peccandi ipsi offerri sinit [b]; nec eum ab errore revocat, sed desertum impingere & corruere sinit justo suo judicio [c]: quando illa amovet quæ magìs expediunt & muniunt viam ad salutem, & offendicula occursare permittit, quæ *à via justi tollere* dicitur Deus: vide Prov. 4. 11, 12. & 15. 19 [d]. Justissimâ & providentissimâ gubernatione suâ efficit Deus ut convertatur contra ipsos iniquitas ipsorum, ut eâ ipsâ, velut offendiculo posito, corruant *. Quò pertinent Psal. 9. 16, 17. & 94. 23 [f]. [Vel, 2. pœnam.] *Offendiculum* hîc vocat pœnam meritam quam Deus apostatæ infligit [g]. Puniam illum variis pœnis, quibus offendetur, affligetur, & subindè etiam corruet in mortem æternam [h]. *Ponam offendiculum* idem est quod, *cadet*, sive *morietur*; ut idem valet *ferrum jugulo intentare*, ac dicere *moriendum esse* [i]. Faciam ut ruat [k]. Non revocabo eum calamitatibus & consolationibus, me facilem præbens ejus conversioni, & iens obviàm [l]. *Offendiculum* hîc est, vel, felicitas, seu prosperitas [m]; vel, mors [n]. In hoc & justitiam suam & gratiam Deus illustrem reddit, quòd non repentè pessundat malum, sed offendiculis propositis revocat eum à malo; itàque ostendit se nec culpæ, nec pœnæ, authorem esse, sed perditionem improbi esse ex seipso, Hos. 14. 1 [o]. ¶ *Non erunt in memoria*, &c.] Nulla bonorum operum ejus ratio habebitur [p]. Tantum abest, scilicet, ut homines sceleratos absolvant parentum virtutes [q].

21. *Si—tu annunciaveris*, &c.] i. e. Monueris virum bonum, nè tot malorum sequatur exempla †. ¶ *Et ille non peccaverit*] i. e. Sciens & deliberatò [r]. ¶ *Quia*, &c. כִּי נִזְהָר] *Quia admonitus*, vel *præmonitus*, *est*, M. Ti. P. Mo. &c. *Quia se admoneri passus est*, Pi.

22. *Et facta est super me manus Domini*] Iterum scilicet. Vide Ezec. 1. 3 †. q. d. Non humanitus ferebar, aut temere, sed virtute & Spiritu Dei impulsus [t]. ¶ *Egredere in campum*, &c.] Qu. Quo consilio? Resp. 1. Ut ibi Divinum tribunal, stipatores, &c. intuens, timorem abjiceret, præ quo adhuc cunctabatur, &c [v]. 2. Quia ibi quies, solitudo, silentium; ideóque mens aptior contemplationi & visioni [x]. 3. Ut in loco solitario, & procul ab hominibus sceleratis, gloriam Dei videret. 4. Ut Ezechiel, adhuc mœrens & timidus, signo repetito confirmaretur [y].

23. *Egressus sum*, &c.] Adeò flexibilis fuit quócunque Deus ipsum mittebat [z]. ¶ *Gloria*, &c.] Ima-go ho-

[n] G. sim. San. [o] San. [p] Calv. [q] Jun. [r] Calv. † T. [t] G. [v] Pol. [x] G. (ex Me. sim.) Jun. [y] Jun. [z] Pra. sim. Pi. [a] G. [b] Calv. [c] Jun. [d] Tri. La. † Calv. * V. [f] Calv. [g] Pi. San. [h] Pi. [i] San. [k] Calv. [l] V. [m] Pi. [n] G. [o] Calv.

[p] Calv. † Idem. [q] E. [r] G. † V. * G. [r] San. [v] Calv. [x] Calv. Jun. Belg. [y] Belg. * Calv. † Calv. [z] Mar. [a] Pol. sim. Belg. [b] Belg. [c] Pol. [d] San. * Pol. ex Jun. [f] Pol. [g] Calv. [h] T. ex Sum. [i] Sin. [k] G. [l] V. [m] Q. in V. [n] Al. in V. [o] Jun. [p] Mar. sim. Pi. [q] G. † G. [r] G. † G. [t] Calv. [v] T. ex Fra. [x] Me. T. San. Pra. ex Th. [y] Pol. [z] Calv.

go hominis; partim ignea, partim ex electro, ut suprà, & infrà c. 8. 2, 4 [a]. ¶ *Et cecidi*, &c.] Non possunt fideles non expavescere ad conspectum Dei, &c [b].

24. *Statuit me super pedes*] i. e. Labantes firmavit pedes, & vires, quas metus abstulerat, reddidit [c]. Jacebat enim prostratus, nec surgere poterat, nisi erectus fuisset divinitus [d]. ¶ *Includere* (vel, *Include te*, Mo. P. JT. Ar. &c.) *in medio domus tuæ*, "הִסָּגֵר וגו] *Conclude te domi tuæ*, Ca. [Variè accipiunt.] 1. Interrogativè *; [qu. d. *Num includes te*, &c?] Sed repugnat imperandi modus: nam eadem oratio & imperare & interrogare nequit [f]. 2. Ironicè; (q. d. Scilicet illud Prophetæ officium est, aut obtinebit illud contra voluntatem meam, ut tum lateas, quum jubeo te procedere: agè verò, experire:) vel etiam sarcasticè; q. d. Si ità porrò statuisti certare mecum, abi domum [g]. Sed hoc non convenit antecedentibus. Nam Deus vires illi indiderat ad præstandam voluntatem suam. 3. Imperativè, ut verba sonant [h]. [Sed quorsum hoc mandat?] Resp. 1. Ut probaret Deus obedientiam servi sui. 2. Ut vocationem & authoritatem ejus magis assereret, dum populus videret virum adeò excellentem non temere aut repentino impetu procedere, sed ad Dei nutum, &c [i]. 3. Ut indulgeret infirmitati Prophetæ, ut primam hanc prophetiam, quæ cap. 4. 5. 6. descripta est, non palàm & in propatulo, sed intra privatos parietes, traderet iis qui volentes ipsum inviserent, ut judicia Dei ex ipso recognoscerent [k]. 4. Ut Propheta ipso opere vicinam Hierosolymæ obsidionem prophetaret [l]. 5. Ut ibi exspectaret tempus opportunum loquendi; vel, quousque tibi dicam ut loquaris [m]. 6. Ut priùs audias à me omnia quæ dicturus sum, quàm incipias ea populo annunciare [n]. q. d. Nè indè exeas priusquam tibi res futuras tum per signa tum per verba revelaverim: quod fit sequentibus capitibus usque ad undecimum. Imago hæc erat obsessæ urbis [o].

25. *Ecce*, &c. "הִנֵּה נָתְנוּ וגו] *Ecce, dabunt* (vel, *ponent*, P. sim. M. Ti. Pi. vel, *indiderunt*, JT.) *super te funes, & ligabunt te in eis*, Mo. &c. *Adhibebunt tibi funes*, &c. Impersonaliter dictum, pro, Adhibebuntur, &c [p]. [Variè intelligunt.] 1. Non propriè accipio, cùm & tunc & antea libere huc illuc discesserit, sed figuratè; q. d. Perinde captivum Israelitæ volunt esse te, & abhorrent à consortio tuo, acsi carcere conclusus esses, teque domo tuâ exire prohibent [q]. Significat malitiam & pervicaciam populi fuisse instar funium, quibus constringebatur Ezechiel, nè in vocationis suæ cursu libere pergeret. Sic Paulus dicit, 2 Cor. 6. 11. se *teneri constrictum*, quia doctrina ejus non reperiat aditum ad ipsos [r]. Al. Reclude te domi, perinde acsi funibus ligatus esses, donec ego universas prophetias tibi revelavero †. 2. Hoc propriè & literaliter accipi potest [t]. [Hìc tamen porrò variant.] 1. Res hæc in visione tantùm contigit [v]. q. d. Injiciuntur tibi vincula, nè domo egredi possis antequam omnia audieris, &c. Verisimile est unà cum his verbis injecta fuisse per visionem Prophetæ vincula [x]. [Chald. locum sic reddit, *Ecce, statui verba oris mei super te sicut vinculum funiculorum quibus ligant*, &c.] *Adhibebunt tibi funes*; nempe Angeli: his enim ministris Deus utitur in gubernatione hominum [y]. 2. Verè hoc factum est [z]. *Ligabunt te*, nempe amici & familiares tui, æstimantes te stultum & insanum [a]; cùm tam attentum viderent, & quasi attonitum, & publico abstinentem [b]. Confer 2 Reg. 9. 11. *Quid venit insanus iste*, &c? Marc. 3. 21. *Dicebant, Insanus est* [c]. Hæc verò tua vincula, ait, prognosticon erunt vinculorum quibus Judæi vincientur à Chaldæis [d]. Futurum hìc pro imperativo: *Imponant tibi vincula*, domestici scilicet tui; ut sic quoque captivitatis futuræ geras imaginem *. Al. Videtur hoc dici in solatium Prophetæ, nè molestè ferat quòd Deus eum domi detinuit, & inutilis fuit, quia scilicet nondum opportunum est tempus, nec Israelitæ erant dociles: qu. d. Si statim Dei mandata perferas, erunt similes furiosis, qui mox in te irruent, & te funibus ligabunt [f]. ¶ *Et non egredieris*, &c.] Non versaberis cum Israelitis foras [g]. Hebraismus; q. d. ità ut non possis egredi domo tuâ, & inter illos versari [h]. Repræsentat, circumdatâ Jerosolymâ à Chaldæis, neminem potuisse egredi foras [i].

a G. b Calv. c San. d Calv. * Q. in Jun. f Jun. g Al. in Jun. h Jun. i Calv. k Jun. l La. ex Hi. sim. Pra. T. m Mar. n Mc. o G. p Pi. q Jun. r Calv. † K. in M. t Calv. v Mald. in San. x Mc. Mald. in La. y Pi. z San. ex Hi. & Th. &c. a T. ex La. sim. San. b Q. in Mc. sim. La. San. c San. d T. ex Hi. sim. La. * G. f Calv. g Pra. h V. i Pra. ex Hi.

26. *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo*, &c.] Ità P. M. &c. Non solùm silentium præcipitur [k], sed & ademptus ei est linguæ usus [l]. Nè loqui possis, aut objurgare eos [m]. Eris quasi mutus: nemo enim isto tempore ad te accedet [n]. Silentii causa, vel, 1. ut commonerentur Judæi, &, videntes ipsum elinguem & cogitabundum, secum id reputarent, &, causam ab eo perquirentes, oracula ab eo audirent, quæ priùs audire noluerant [o]. Vel, 2. ut significetur status populi, quos in summo dolore sic constrinxit metus, ut nè mutire auderent [p]. Vel, 3. ut hoc silentio puniret Deus tum timorem Prophetæ, (q. d. Cùm non vis eloqui verba mea, explebo studium tuum: ecce enim, silentio te condemno, ut nè, si velis quidem, loqui possis [q]:) tum populi pervicaciam [r]. Israelitæ prophetias repulerant: iis ergò Deus ipsos privat, & Verbum suum eripit: quod est inter extrema signa iræ Dei †. ¶ *Nec quasi*, &c. וְלֹא תִהְיֶה לָהֶם לְאִישׁ מוֹכִיחַ] *Et non eris illis in virum coarguentem*, Calv. sic Mo. G. &c. *Ac non agas reprehensorem apud illos*, JT. sic Pi. Nemo erit quem verbis castiges [t]. q. d. Non vultis audire? non audietis igitur [v]. ¶ *Quia domus*, &c.] Cùm nôrint te hìc esse, & esse Prophetam, non curabunt tamen à te discere quæ sunt salutaria [x].

27. *Cùm autem locutus fuero tibi*, (vel, *alloquar te*, Pi. i. e. Ubi omnia tibi futura exposuero [y]; Quum à me acceperis omnia oracula mea tam ad Judæos quàm ad Gentes [z]; Cùm finem loquendi fecero tecum, quod fiet in fine cap. 11 [a];) *aperiam os tuum, & dices*, &c.] Sic M. P. Ti. ο'. Sy. Ar. &c. Sed malim uno contextu legere, *Et quum locutus fuero tibi, & aperuero os tuum, tunc dices*, &c [b]. Cùm ego tibi indicavero esse tempus loquendi [c], cúmque os jam à me clausum tibi aperuero [d], (vel, nempe cùm tibi restituero usum linguæ *,) tunc loquêris, &c [f]. Quasi probatio hæc erat: Cùm autem reipsa didiceris quàm utile sit meis obedire mandatis, *tunc aperiam os tuum*, &c [g]. i. e. Faciam tibi potestatem exeundi, & loquendi ad eos quæ à me didiceris [h]. ¶ *Qui audit, audiat*; *& qui quiescit, quiescat*, &c. וְהֶחָדֵל יֶחְדָּל] *Et qui cessat, cesset*, Ch. P. M. Ti. *Et qui desistere volet, desistat*, Pi. sim. JT. *Et qui desistit audire, desistat*, Q. in V. Qui abstinere ab audiendo vult, abstineat suo periculo [i]. Parùm curo: nec tu te turbes, si nolint audire [k]. Sunt verba Dei [l]. Prophetam mittit Deus, ut Israelitas (si resipiscere nolint) magis pungat & in rabiem accendat, & frangat ac reos peragat, &c [m].

k Pra. l Pra. ex Hi. & Th. La. m Mc. ex La. n G. o La. p San. q Pra. ex Polych. r La. ex Hi. & Th. & Polych. Pra. T. † Calv. t G. v Pra. x G. y G. z San. a V. b Calv. c Mc. T. La. d Mc. ex La. * T. f Mc. & T. ex La. g Pr. h G. i G. sim. Mc. k T. l Mc. m Calv.

CAP. IV.

1. S*Ume tibi laterem*] Crudum [a]; non, coctum [b], & duratum [c]: i. e. argillam [d]: aliàs non potuisset ista ibi describere. *Laterem*, non *lapidem*, tum, 1. quia later ad picturam aptior est *; tum, 2. quia urbes ex lateribus ædificari solent, ex quibus primaria hìc describitur [f]. Sed, cùm regio Hierosolymitana petrosa fuerit, è saxo potiùs quàm lateribus eam ædificatam fuisse credibile est [g]. *Laterem*, i. e. tegulam, quâ domus urbium teguntur [h]. Al. *Laterem*, i. e. tabulam quadratam instar lateris. Metaphora qualis Exod. 24. 10 [i]. Vide & Ezec. 10. 1 [k]. Vel, abacum, & in pulvere facta est σκιαγραφία [l]. ¶ *Pones eum coram te*] More scilicet ejus qui aliquid est descripturus [m]. ¶ *Et describes*; sic ο'. P. וְחַקּוֹתָ] *Et sculpe*, M. Ca. sic Ti. *Et exarabis*, Mo. *Et delineato*, Pi. Ar. sim. Ch. nempe plasticâ arte, quam hic Propheta, ut architecturæ peritissimus, didicerat [n]. Puerilis ludus hic videri possit. Sic & Sacramenta primo intuitu levia videri possunt: sed vis posita est in Dei mandato & promissione. Sola Dei authoritas, quæ nobis sufficere debet, ea distinguit ab inanibus spectris [o]. Jubetur Propheta vaticinari, ut verbis, ità & signis, factísque insolentibus [p]; ut prædictiones essent expressiores atque illustriores [q]. Locum in quo hæc gesta sunt privatum fuisse patet, 1. ex mandato Dei sub finem cap. præc. 2. ex natura typi, quem in propatulo non potuisset tam commodè exhibere, ubi non potuit tamdiu cubare, aut vinctus esse, &c [r].

a La. T. &c. b G. Mc. T. c T. ex La. d G. * La. f Pra. g San. h M. i Hi. sim. San. k San. l Hi. in G. m V. n G. o Calv. p Pra. q Pol. r Jun.

2. *Ordinabis——obsidionem*] Effinge figuram obsidionis circum urbem †. ¶ *Munitiones*, דָּיֵק] *Munitionem*, P. sim. JT. Pi. M. *turrim ligneam*, Mo. G. La. Me. T. Pra. ex K. de qua vide Vegetium 4. 17[t]. & ambulatoriam [v], quæ muros aut æquabat, aut excellebat; in qua machinamenta erant quibus aut tela torquebantur, aut mœnia verberabantur [x]. Vide Josephum de hac obsidione [y]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁפַכְתָּ] *Et funde*, vel *fundes*, Mo. P. M. &c. *Et comporta*, vel *coacerva*. Vox *effundere* sign. quòd effunderent terram in fossas ut complerent eas, sicque tumulum excelsum erigerent unde murum conscenderent [z]. ¶ *Aggerem*] Quo scilicet se Chaldæi à telis tueantur [a]. ¶ *Arietes*] Ità Mo. P. M. Pi. &c. Ità dicta trabs quæ, pendens ex funibus, & retrorsum ab obsidentibus repulsa, ferro in fronte instar cornu prominente, quasi aries mœnia dejiciebat [b]. Et sanè si arietem machinam bello Trojano invenit Epeus, non mirum erit si tanto pòst tempore frequens ejus fuerit usus. At Vitruvius Carthaginensibus in Gadium oppugnatione initium reperti tribuit, consummationem Cetræ Chalcedonio [c]. ¶ כָּרִים] *Primores* exercitûs, JT. *Castrorum duces* intelligit Chaldæus hîc, & Ezec. 21. 22. quem K. sequitur †.

3. *Sume tibi sartaginem ferream*] Ità P. M. &c. i.e. patellam planam, & non concavam, vice cratis sume, post quam tutus lateas, & velut hostis urbem oppugnes [d]. Aut intelligit Propheta crates illas ferreas quibus tormenta bellica commoventur *: aut, duritiem cordis & nigrorem iniquitatum eorum [f]. *Ferream*, i.e. atram & duram, qualia erant peccata Judæorum [g]. Videtur Ezechiel reipsa sartaginem sumpsisse, non autem in latere pinxisse [h]. Sed quid significat hæc sartago? Resp. 1. Combustionem urbis [i]; vel, gravissimos civium cruciatus [k], quorum instrumentum est sartago [l], in qua etiam homines friguntur. Vide 2 Mac. 7. 5[m]. & Jerem. 29. 22. *quos——frixit*, &c. Resp. 2. Exercitum Chaldæorum, cujus signum erat [ut ad Jerem. 1. notatum] prævius ignis, vel in *olla succensa*, ut Jer. 1. 13. vel in sartagine, ut h. l [n]. ¶ *Pones eam in murum ferreum* (i. e. ut sit loco muri ferrei: ad figurandum decretum Dei de excidio Hierosolymæ firmum esse [o]:) *inter te & ——civitatem*] Propheta in hac re Deum repræsentat, qui peccatis intercedentibus impeditur quò minùs populum respiciat [p]. ¶ *Et obfirmabis faciem*, &c.] i.e. Eris animo obfirmato [q], severo & implacabili vultu, quasi judex inexorabilis [r]. Vide Psal. 34. 16. Prov. 21. 29 †. Irato vultu sartaginem aspicies, quomodo Deus peccata Judæorum [t]. ¶ *Et erit in obsidionem*, &c.] Perge in figuranda obsidione, ut quæ diu sit duratura *. ¶ *Signum est*, &c.] Vel obsidionis [v], vel excidii, Hierof [x]. Invidebant exsules fratribus Hierof. manentibus. At, inquit, magis tolerabile est exsilium quàm ferre obsidionem [y].

4. *Et tu dormies*; ità o'. שְׁכַב] *Dormi*, P. Verùm non tamdiu dormivit, sed vigil decubuit [z]. *Jace*, vel *cuba*, M. Mo. Ti. Ca. Ch. Ar. catenis gravatus [a]. *Cubatio* hæc Ezechielis significat, vel, 1. patientiam Dei summam, ac Deo molestissimam, in spectandis peccatis [c]. Vel, 2. animum solicitum & anxium militum vel obsidentium, vel etiam tutantium, urbem: nam utrorumque personam hîc sustinebat Propheta [d]. Vel, 3. pœnam & captivitatem * [Judæorum.] Valde enim molestum est in unum & idem latus semper incumbere [f]. Captivi non possunt se huc illuc convertere [g]. Qu. Num verè hoc contigit, an per visionem tantùm? Resp. 1. In visione [h]. [Probant.] 1. Alioqui miraculum hîc est fingendum [i]: natura enim non patitur ut tamdiu hoc præstet aliquis. Resp. Non tamdiu dormivit, sed cubavit; nec quidem totos dies, sed per solas noctes [k]. Durum quidem hoc fuit, (ut par erat, ut gravissimos obsidionis labores & angustias & repræsentaret, & populo persuaderet [l];) sed vel patientiâ, vel necessitate, tolerandum: ut in ægrotis videmus, qui diu incumbunt in latus, aut supini jacent [m]. Vidi quendam amentem, (qualem Prophetam esse putârunt, ideóque ligârunt,) catenâ ligatum, nudum in latus idem decumbentem totos dies noctésque per annos plùs 15 [n]. Vidi ego paralyticum nobilem, qui mirâ patientiâ per 16 annos supinus jacebat †. Adde quòd Deus, qui hoc jussit, illi vires & constantiam addidit, ut hoc ferret [o]. 2. [A pari:] Visio erat de Cherubinis & de volumine vorato [p]. Resp. Differentia est in stylo: ibi dicitur, *Similitudo erat throni, animalium*, &c. hîc, *Tu dormies*, &c [q]. 3. Ab Ezec. 8. 1. *Anno 6. mense 6.* & 5. *mensis, sedebat* Propheta *domi suæ*, &c. Atqui nondum exacti erant dies dormitionis: nam à 5. die 4. mensis 5. anni, ad 5. diem 6. mensis 6. anni, sunt dies 413; tempus verò dormitionis super utroque latere est dierum 430. Ità deerunt 17 dies. Ergò vel mandatum non implevit, vel non accepit [r]. Resp. Enervatur hoc, si dicamus 5. annum fuisse embolismicum, sive intercalarem, in quo scilicet intercalatus est mensis, adeóque numerabantur menses 13. Embolismum enim cadere 3. vel 2. quoquo anno apud Hebræos certum est †. Resp. 2. Revera hoc gestum est [t]: portentum enim hoc erat, ideóque aliquid adspectabile esse oportuit [v]; ut homines qui verbis non fuerant persuasi, rebus visísque mirabilibus convincerentur [x]. Deinde, factum hoc dicitur *in oculis*, non modò Ezechielis, sed & aliorum, v. 12 *. ¶ *Super latus tuum sinistrum*] Quo significat decem Tribus [y] priùs in captivitatem abductas [z]: vel, 1. utpote minùs dignas [a]; sinistrum enim debilius est dextro [b]: vel, 2. quia Samaria, caput illarum, sita erat ad sinistram respectu Jerusalem [c]. ¶ *Et*, &c. וְשַׂמְתָּ וגו׳ עָלָיו] *Et pones* (vel, *Et pone*, P. M. Calv. &c. vel, *Quum imposueris*, JT.) *iniquitatem domûs Israel super illud*, Mo. P. M. &c. vel, *ei*, JT. &c. *Pones*, i. e. quasi onus tibi imposuisses, non secùs gravaberis pœnâ quam eorum gratiâ sustinebis [d]. *Pones*, ut, scilicet, sic jacendo per 390 dies feras, vel potiùs, ferendo repræsentes, pœnam illis debitam *. q. d. Hâc ratione videberis quasi portare iniquitatem Israelitarum, non ut eam expies, sed ut repræsentes [f]. Per *iniquitatem* hîc intelligunt vel, 1. pœnas [g], dolores & afflictiones Israelitarum iniquitati debitas [h]; exsilium & servitutem quam illi subierunt [i]: ut patet ex verbo [sequente] *portandi*, quod, cùm hominibus tribuitur, significat, sustinere, pati, &c. Vel, 2. culpam [k]: tempus enim supplicii non congruit. [De quo statim videndum.] Adde quòd cubatio in unum latus obstinatum in peccando animum optimè adumbrat [l]. [Quid *Israelis* nomine intelligit, fusiùs infrà discutiendum est.] ¶ *Numero* (vel, *Numerum*, Mo. vel, Juxta *numerum*, vel, Pro *numero*, P. Pi. Calv.) *dierum*, &c.] Ità M. Ti. JT. &c. Tot dies eorum nomine jacebis, quot annis illi deliquerunt, & punientur [m]. [Sed de his vide ad finem v. 6.] Ex diebus intelliges per quot annos ego illorum peccata tacitus pertulerim. Nam dies Ezechieli dati sunt pro totidem annis Divinæ patientiæ, ut statim sequetur [n]. ¶ *Assumes*, &c.] i.e. Feres in signo †.

5. *Dedi* (vel, *do*, JT. Ca. vel, *constitui*, Calv.) *tibi annos*, &c.] Ità M. P. Mo. q. d. Verti tibi annos quibus illi peccaverunt in dies: h.e. Tot diebus decumbes quot annis illi peccaverunt, ad repræsentandam pœnam Israelitis debitam [o]. Impero tibi ut tot dies cubes ante sartaginem illam per quot annos illi peccârunt idololatriâ suâ [p]. Tot dies pœnæ decerno pro totidem annis iniquitatis †.

6. *Et*, &c. וְכִלִּיתָ וגו׳] *Et consummabis hæc*, Mo. o'. *Et expletis his*, P. Ti. sim. M. Ca. Ch. Ar. *Quúmque absoluturus eris* (sub. *dies*, Pi.) *illos*, JT. Pi. Nempe, quum restabunt adhuc 40 dies, ex collat. v. 5. & 9 [q]. ¶ *Dormies*, &c. וְשָׁכַבְתָּ וגו׳] *Et jacebis super latus tuum dextrum secundò*, Mo. M. &c. Transpositio, pro, *Alterum cubabis, idque in dextrum latus* [r]. *Super dextrum*, &c. Vel, 1. ut eo, utpote latere digniori, significentur Judas & Benjamin, in quorum solo Templum *. Vel, 2. ut significet, Deum mitiùs acturum cum Judæis quàm cum Israelitis, quos abjecit sine spe restitutionis. Durior autem conditio cubatu in sinistrum latus quàm in dextrum intelligitur †. ¶ *Diem pro anno, diem, inquam, pro anno*] Non caret tanta repetitio mysterio. Querebantur Judæi se injustè puniri [t], vel saltem, graviùs quàm merebantur, &c [v]. Ostendit ergò summam Dei clementiam, qui anni totius errata unius diei supplicio compensat [x]. Quærendum jam de annis iniquitatum domûs Israel & Juda. Quæstionem hanc difficilem multa reddunt. 1. Ambiguitas vocis עָוֹן, quæ & *culpam*,

Marginal notes (left column): † G. | [t] G. | [v] Pra. | [x] San. | [y] G. | [z] V. | [a] G. | [b] La. T. | [c] G. | † Idem. | [d] M. | * V. | [f] V. ex He. | [g] G. | [h] M. | [i] La. | [k] Orig. in San. sim. Pra. La. T. | [l] San. | [m] La. | [n] San. | [o] Pi. | [p] G. sim. | [q] Pra. La. Me. T. | [r] V. | [s] La. sim. Pra. | † Ita. | [t] G. | * G. | [v] Pra. | [x] Pi. | [y] Calv. | [z] La. ex Pra. | [a] Pra. | [c] G. | [d] T. | * Me. | [f] Me. sim. T. | [g] Me. | [h] Pol. M. Hi in Pra. Calv. | [i] Pol. | [k] Fra. p. 91. | [l] Pra. ib. | [m] San. | [n] Fr. p. 91. | † La.

Marginal notes (right column): [o] San. | [p] Q. in Pra. | [q] Pra. | [r] Q. in Pra. | † Pra. | [t] Pra. & San. ex Chrys. Ba. fil. & Th. Me. La. | [v] San. | [x] Pra. | * La. | [y] V. sic G. Me. | [z] V. | [a] G. sic Me. La. | [b] V. | [c] V. sim. Me. La. | [d] Pra. | * Me. ex La. | [f] V. | [g] V. sim. Pra. Hi. & Th. & plerique in San. | [h] V. | [i] Hi. & Th. &c. in San. | [k] San. ex K. & RS. &c. | [l] San. | [m] Pra. | * G. | † Idem. | [o] V. | [p] Pi. | † T. sim. Jun. | [q] Pi. et Jun. | [r] G. | * G. | † Jun. | [t] Pra. et Schol. | [v] Calv. | [x] Pra. sim. La.

culpam, & *pœnam*, sign. unde alii ad tempus prævaricationis, alii ad tempus supplicii, annos hos referunt. 2. Varia acceptio nominum *Israel* & *Juda*. 3. Chronologorum discrepantia in computandis annis Regum, tum Babyloniorum atque Persarum, tum Juda & Israel. Hinc difficultas hæc multis insuperabilis visa est [y]. Justa autem ratio horum annorum non à principio hujus temporis, sed à fine vel exitu illius, commodè investigari potest. Finem autem eorum statuunt, vel, 1. in anno quinto à captivitate Jechoniæ. Vel, 2. in altera populi transportatione, quum Rex Sedecia captus est, h. e. anno sexto ab hac Prophetia. Sed hæ sententiæ argumento totius Prophetiæ repugnant, & inprimis typo cap. 10. & 11. quia semper Ezechiel respexit ad tempus excidii urbis & Templi: vide Ezec. 5. 4. Vel, 3. quod verius, in anno quinto à deportatione Sedeciæ [z]. Varietas hîc est in Græcis codicibus: quorum alii legunt 150, (ut Polychronius constanter legit [a],) alii, & plures quidem, 190, dies [b], (ut habet Theodoretus [c].) Sed, consideratis cæteris editionibus, invenimus esse 390 dies [d]; & sic habent Aq. Sym. & Theodotio, & ipsi ο' *. nempe in codicibus non depravatis [f]. Hi autem anni 390 sunt à lapsu Salomonis ad deportationem decem tribuum per Salmanasarem, per quam illarum tribuum homines gens esse desierunt *. [Quod mirum viro eruditissimo excidisse, quum apud chronologos certissimum sit, nè 300 annos inter illa intercessisse.] *Israel* hîc sumitur pro decem tribubus [g]. [Annos autem non eodem modo numerant.] 1. Per *annos iniquitatis* intelliguntur anni captivitatis Israeliticæ: illi autem anni 390 incipiunt à prima captivitate decem tribuum per Teglath-pal. sub Phacee Rege Israel, 2 Reg. 15. 29. vel potiùs, per Pul sub Manahem, 2 Reg. 15. 19; & finiuntur anno 28. Assueri, sive Artaxerxis Mnemonis, qui omnes Judæos liberavit. Anni autem 40 numerantur à primo anno Jechoniæ, qui se dedit Nabuchodonosori, ad 1. annum Cyri [h]. Sed horum utrumque magis ad Judæos quàm ad decem Tribus pertinebat; nec eas à captivitate, sed tantùm à morte, liberavit. Deinde, captivitas Judæ laxata est ante Artaxerxem: captivitas decem tribuum necdum finita est [i]. 2. Per *annos iniquitatis* intelliguntur anni quibus durabat idololatria, 1. in Israele, per annos 390; quorum 149 sunt à primo anno Abimelech ad ultimum annum Heli, reliqui autem 241 à primo anno Jeroboami usque ad annum nonum Osee, quo Regnum Israel eversum est: 2. in Juda, per annos 40, qui sic numerantur. A primo anno Manassis ad annum 16. (Reliquos ejus annos omittunt,) [utpote in quibus Deum coluit, &c.] Deinde, duo anni Ammonis: denique, (Josiam enim prætereunt,) 22 anni Joacim & Sedeciæ [k]. Sed gratis, & præter ordinem chronologiæ, & morem Scripturæ, hos annos ità intercalant. Porrò, idola colebantur & ante Abimelechum, Jud. 2. 11. & ante Manassen, nempe ab Achazo & Salomone [l]. [Hæc de prima sententia: secunda sequitur, cui tamen nonnulla præmittenda sunt.] 1. Per *Israelem* hîc intelliguntur, non decem, sed duæ, Tribus [m]; quæ post decem tribuum captivitatem, ut *Juda* appellantur, ità & *Israel* [n], à Jeremia, Sophonia, Aggæo, Zacharia, atque ipso Ezechiele [o]: ut Ezec. 5. quæ vocatur *domus Israel* v. 4. vocatur *Jerusalem* vers. 5. Sic *Israel* pro *Juda* ponitur Esa. 46. 13. *Dabo in Sion salutem, & Israeli gloriam meam*; & Esa. 48. 1 *. Nec mirum, quum tandem commisti sunt Israelitæ cum Judæis in Judæa [p]; quò multi ex reliquis tribubus confluxisse constat ex 2 Par. 11. 13, 16. & 15. 9. & 30. 11, 18. & Jo. Antiq. 8. 3. Et quis dubitet, grassantibus Assyriis, Israelitas, extrema omnia timentes, ad cognatum sibi populum fugisse? Ut verisimile sit non pauciores Israelitas quàm Judæos ibi consedisse [q]. Utrique autem hîc *Israel* potiùs quàm *Juda* vocantur, quia in Israele cœpit, viguit & perduravit iniquitas quæ hîc punitur, putà idololatria, atque indè manavit ad Judam [r]. Decem verò Tribus hîc non intelligi constat, tum, 1. quia illæ ante 130 annos abductæ sunt: ut quid ergò eversis minaretur obsidionem †? aut quorsum obsidione Hierosolymæ puniatur illarum iniquitas [t]? Tum, 2. ex v. 13. hujus capitis, *Sic comedent filii Israel*, &c. nempe Judæi propediem per Chaldæos obsidendi [v]: nam Israelitæ id ante multos annos fecerant [x]. Unum huic sententiæ obstare videtur, quòd *Israelis* hîc meminit seorsim à *Juda*, & aliud pro Israele, aliud pro Juda, tempus assignat [y]. Verùm vox *Judæ* non largè sumitur hoc loco, ut aliàs solet, pro Regno Judæ, in quo & Benjamin includebatur; sed strictè, pro tribu Judæ, quæ semper primatum inter cæteras tenuit [z]: & *domus Juda* hîc significat antonomasticè domum, seu familiam, Regiam [a]. Nec novum est, Reges Juda vocari *domum Juda*. Esa. 22. 21. *Erit quasi pater habitantibus Jerusalem, & domui Juda*; h. e. popularibus, & Regiæ familiæ ducibus. Hîc autem unus Manasses significatur hoc nomine, qui adeò impius fuit ut hanc antonomasiam jure meruerit, & ob ejus unius peccata Deus inexorabilis esset, 2 Reg. 23. 26. & 24. 3 [b]. [Alia insuper præmitti debent, quæ hîc sequuntur.] 2. Argumentum hujus tragœdiæ esse urbis Jerusalem obsidionem, ut disertè significatur v. 7. 3. Prophetam hîc sustinere personam, & obsidentium, v. 7. ubi *brachium nudare*, &c. præcipitur contra urbem; & obsessorum, v. 10, 11, 12. 4. (in quo totius difficultatis solutio consistit,) Non solùm urbis obsidionem repræsentari Vatis decubitu, sed etiam excidium: illam, decubitu 390 dierum in sinistrum latus; hoc, decubitu 40 dierum in dextrum latus. Hoc ità esse patet ex v. 9. ubi jubetur 390 panes, &c. sibi facere, singulósque in pondere factos comedere, &c. Cùm ergò totidem dies jacuerit in sinistrum latus, panésque sibi paraverit; consequens est, 40 diebus reliquis, quibus in latus dexterum decubuit, alium manducâsse cibum, qui scilicet sibi à familiaribus parabatur, & quidem sine mensura vel pondere. Quo significatur, urbe captâ, captivos, licèt miseros, minùs tamen fame pressos esse quàm antea. Et veritas hîc vaticinio planè convenit [c]. Nam per 390 dies urbs obsessa est, ut patet ex 2 Reg. 25. 1. Jer. 52. 4. ubi urbs obsideri cœpta dicitur anno nono Sedeciæ, decimo die decimi mensis, & capta undecimo anno, quarti mensis die nono [d]. Obj. At sic obsidio duravit per 17 menses *. Resp. Omittit Ezechiel quatuor menses in quibus Chaldæi, solutâ obsidione, Pharaoni occurrerent, &c. atque ità supersunt menses circiter 13 [f]. Dies porrò 40 quibus excisa & vastata est Jerus. colligimus ex 2 Reg. 25. 3, 8. & Jer. 52. 6, 12. ubi urbs die nono mensis quarti capta est; die verò decimo mensis quinti incensum est Templum: intermedii ergò fuerunt dies 30: quibus adde dies 10, quos facilè victor Chaldæus insumpsit in tot domorum & murorum eversione, habemus 40 annos quos quærimus [g]. 5. Quærendum quid sibi vult illud, *Diem pro anno dedi tibi*: an scilicet diebus decubitûs respondeant totidem anni pœnarum futurarum, ut plerique volunt; an verò peccatorum præteritorum. Posterius constanter assero: *dies* pœnarum sunt; *anni* verò, culparum; ut sensus sit, *Diem pro anno dedi tibi*, h. e. Tibi sustinendos imposui tot afflictionis & famis dies, quot annis impunè peccârunt Israelitæ. Itaque brevissimum supplicii tempus prædicitur ob scelera per multa secula protracta. Id colligo ex verbis. Propheta decumbens, populúmque obsessum ità referens, nomine populi audit, *Diem pro anno dedi tibi*; quia populus ipse accepit dies totidem oppressionis & famis [tempore obsidionis scilicet] pro annis iniquitatis. Quòd si *anni* futuri essent pœnarum, è converso dixisset, *Annum pro die dedi tibi*, i. e. Quot diebus tuus decubitus duraverit, tot annis illi pœnas luent. Præterea, non bene respondet pœna pœnæ, cùm Deus non puniat bis in id ipsum; sed potiùs, pœna culpæ. Cùm igitur dies decubitûs atque etiam obsidionis & eversionis urbis sint pœnarum, consequens est, non fuisse impositos in signum alterius afflictionis gravioris, sed in ultionem impietatis [h]. [His præmissis, succedat altera sententia, quæ sic se habet.] Hi anni 390 inchoandi sunt, vel, ab anno 27. Salomonis, quo in idololatriam lapsus est [i]; vel, à bipartita Monarchia, sive ab initio regni Roboam & Jeroboam [k], quum defecit totus Israel à Deo ad idololatriam, de qua 1 Reg. 14. 22. 2 Par. 12. 1 [l]: terminantur autem in excidio urbis & Templi [m]; vel, in captivitate Joacim & Jechoniæ, quæ initium erat excidii ejus, licèt Sedecias postea regnavit [n]; vel, in ultimo anno Sedeciæ [o].

[Com-

y Pra. p. 83. z Jun. a Pra. b Orig. in Pra. c Pra. d Orig. in Pra. * Hi. in Pra. f Pra. * G. g Hi. & K. & RS. &c. in Pra. Mald. in La. h Hi. & Mald. in La. i La. sim. Pra. k K. & RS. in Pra. l La. ex Pra. m La. ex Pra. sim. San. T. ad v. 4. n Pra. p. 85. & 88. ex Hi. o Pra. 88. * San. p La. q San. r La. † T. ad v. 4. t Pra. p. 88.

v T. ad v. 4. ex Pra. 88. & San. x Pra. y San. z Pra. p. 88. a T. ex Pra. La. b Pra. p. 88. c Pra. p. 36. 87. d La. ex Pra. Pol. &c. * 2. in Pol. f Pol. sim. & La. g La. ex Pra. h Pra. i La. ex Pi. sim. Jun. T. k Pra. sim. La. San. Pol. l Pol. m Pol. sim. La. Pra. &c. n La. ex Pin. o La. sim. Pra. San. T. Pol.

[Computatio annorum videri potest in Jun. vel Pol. vel San. vel etiam in libris Regum, unde facilè desumi potest.] Si autem nonnulli anni fortè deficerent, id parùm curant Interpretes in magno annorum numero, [qui, ad rotundationem numeri, ut loquuntur, pleniùs exprimi solet;] quum, v. g. anni incepti interdum numerentur, interdum omittantur [p]. Anni porrò 40 domûs Judæ, i. e. Manassis, sic colliguntur [q]. Manasses regnavit annos 55. Ipse & populus Juda non ineunte ejus regno, sed longiùs progresso, ad summam illam impietatem pervenisse videntur [r]. Dentur decem anni captivitati ejus, post quam non diu superstes fuit, sed 5 adhuc annos regnâsse videtur. Ità supersunt 40 impietatis anni †. [Alii aliam computationem instituunt.] Anni 40 numerandi sunt à renovato per Josiam fœdere, ad excidium urbis & Templi [t]. Josias regnavit annos 31, fœdus instauratum erat anno ejus 18. supersunt ergò anni 13: his adde 11 Jehoiakimi, 11 Sedeciæ, & 5 annos à captivitate Sedeciæ, quum reliquiæ deportatæ sunt; habes 40 annos [v]. [Sed adversùs utramque computationem sic insurgunt alii;] Hoc pacto hi 40 anni includuntur intra 390 annos, à quibus Propheta eos divellere videtur [x]. Resp. 1. Annos 40 ab annis 390 non divellendos esse constat, tum, 1. ex v. 9. ubi dierum tantùm 390 cibarium sibi comparare jussus est, ideóque tot diebus utrique lateri incumbere debuit [y]: tum, 2. ex temporum ratione. Nam cùm mandatum hujus symbolicæ prophetiæ Ezeciel acceperit die duodecimo mensis quarti anni quinti, altera verò prophetia Prophetæ exhibita est anno sexto, mense sexto, die quinto; non potest ille dierum numerus (nempe 430, qui ex 390 & 40 simul computatis exsurgit [z],) ex spatio quod minus est mensibus 14 consistere. Resp. 2. Non propriè hîc respexit Deus ad novi temporis institutionem, sed ad novæ causæ accedentis declarationem [a]. Voluit ergò Deus ostendere, quòd sicut Israelitas exsilio punivisset, ità etiam certò puniret Judæos, quantumvìs ob fœderis sub Josia renovationem sibi blandirentur: quia nimirum ipsi nequaquam tunc resipuerunt, sed, in defectione potiùs persistentes, iram Dei indè magis provocârunt [b]. Resp. 3. Anni hi 40 seorsim numerantur, non quia alii erant ab annis 390 prævaricationis Israel [c]; sed quia malitiâ insigniores fuerant [d], ideóque quasi duplices *: & quia unica causa erant irrevocabilis Dei sententiæ de exscindenda Jerusalem [f], ut constat ex 2 Reg. 23. 26. & 24. 3 [g].

7. *Et ad obsidionem*, &c.] q. d. In hoc tuo decubitu, laterem in quo delineâsti obsidionem Jerusalem fixè intueberis [h]; ut significes, hæc omnia quæ facis portentum esse arctissimæ obsidionis [i]. ¶ *Convertes*, &c. תָּכִין וגו׳ *Obfirmabis* (vel, *dispones*, vel *præparabis*, V. vel, *stabilies*, Pra. vel, *diriges*, M. V. Calv.) *faciem tuam*, P. &c. vultum scilicet hostilem & minacem [k]. ¶ *Et brachium tuum erit extentum*, חֲשׂוּפָה] *Exsertum*, Ti. sic Ca. *discoopertum*, Mo. P. &c. *nudatum*, Pi. G. sic JT. Calv. nempe quò sis expeditior [l]. Mos hic pugnantibus illo tempore [m]; ut etiamnum Africanis & Indis [n]. q. d. Pallium tuum rejice in alterum latus, ut habeas brachium expeditum [o]. Significat hîc strenuam imperii exsecutionem [p]: tum animi constantem affectionem & studium, tum operationem diligentissimam [q]. Sensus loci, q. d. Tam vultu atroce obverso in Hierosolymam, quàm brachio nudato, oppugnatores imitare [r]. Describit alacritatem obsidentium Jerusalem *. ¶ *Et prophetabis*, &c.] Non verbis, erat enim mutus, ut patet Ezec. 3. 26. sed hisce factis †. Signis istis res futuras præsignificabis [t], & mala omnia ei eventura prædices [v].

8. *Ecce*, &c. וְהִנֵּה נָתַתִּי עָלֶיךָ עֲבוֹתִים וגו׳] *Et, ecce, dedi super te* (vel, *indo tibi*, JT.) *funes*, &c. Mo. P. &c. Ligatus erat Propheta, vel, 1. tanquam insanus, à propinquis [x]; vel, 2. à Deo [y], jubente ut immotus maneret [z]. Propheta hîc gerit personam, vel, 1. civitatis & civium mox obsidendorum & vinciendorum [a]: [vel, 2. obsidentium;] q. d. Deus tum funibus potentiæ suæ, tum etiam funibus Regis Babyl. id est, auctoritate & mandatis illius, ità coerciturum & constricturum esse ad obsidionem militares copias, ut nè pedem movere possint donec voluntatem illius exsequutæ sint [b]. Ità testatur decreti Divini firmitatem, & prophetiam hanc certò implendam fore; ac, licèt Chaldæi ob rumorem adventûs Regis Ægyptii ad menses aliquot cœptam obsidionem essent soluturi, ipsos tamen redituros, ac non discessuros ab obsidione nisi occupatâ urbe, &c [c]. Al. *Adhibebo tibi funes*, &c. i. e. Suggeram tibi vires ad perseverandum in isto cubatu. Loquutio metaphorica, qualis Ezec. c. 3. v. 25 [d]. ¶ *Dies obsidionis tuæ*; ità Mo. JT. &c. מְצוּרֶךָ] *Obsidionum tuarum*, P. Pol. V. Plur. num. utitur, vel, quòd obsidio illa futura erat diuturna *; vel, quòd solvenda esset circiter tres menses, ob rumorem Regis Ægyptii [f].

9. *Frumentum & hordeum*, &c.] Prædicit famem futuram [g], tempore obsidionis [h]. Miscellaneus panis signum est inopiæ [i]. In obsessis urbibus non solent panes ex solo tritico, sed multis rebus aliis admixtis, fieri, quò diutiùs protrahantur alimenta [k]. ¶ *Et*, &c. וּפוֹל וַעֲדָשִׁים וְדֹחַן] *Et fabam, & lentes, & milium*, Mo. sic M. P. Ti. Ar. &c. Quæ ad panem conficiendum minùs apta erant [l]. ¶ *Et viciam*; ità Ar. P. Ti. Ca. וְכֻסְּמִים] *Et speltas*, Mo. *& speltam*, Ch. M. *& olyram*, ο'. Est ὄλυρα genus ζειᾶς, teste Herodoto. Equis solitum dari ex Homero discimus. Tamen apud gentes inopes etiam panem indè factum docet Herodotus. Chaldæus habet, כּוּנְתִין, quod *zeam* significat, ut videre est Exod. 9. 32 [m]. ¶ *Mittes ea in vas unum*] Non in diversis singula; sed confusè in uno omnia, ut in obsidione fit [n]. Farraginem indè facies [o]. ¶ *Numero* (vel, pro *numero*, Pi.) *dierum*, &c.] i. e. Qui sufficere possint in dies 390, ut sequitur [p]. ¶ *Trecentis & nonaginta diebus*] Qu. Cur horum meminit, non item 40? Resp. 1. Videtur ergò de sinistro tantùm latere loqui. Sed verius est, eum de utroque latere loqui. 2. Priores tantùm dies numerat, quia plures erant, & ferè universa summa [q]. Ex illis autem conjectandum reliquit qualis etiam esset cibus per 40 dies. 3. De illis 40 tacuit, quia consecuti sunt captam urbem [r]: sive, quòd cibus tunc deficeret, ut patet ex 2 Reg. 25. 3 †: sive, quòd tunc Prophetæ liberum erat comedere quid & quantum vellet: nec enim captâ urbe cum fame, sed cum igne, rota, aliísque tormentis, pugnandum erat [r]. 4. Sub diebus 390 intelligit & 40, vel, à pari [v]; vel, per synecdochen [x]: nec enim per tot dies jejunare poterat [y].

10. *Cibus—erit in*, &c. בְּמִשְׁקוֹל וגו׳] *In pondere* (vel, *ad pondus*, sub. *determinatum & finitum*, V. vel, *secundùm pondus*, Ti. q. d. Non quantum voles, sed certo pondere, ut in magna fame obsessæ urbis fieri solet [z].) *viginti siclorum*, P. sim. M. Ti. Mo. ο'. Sy. &c. vel, *stateres*, Vulg. Ch. i. e. Panis in diem tibi erit qui minùs aliquantò librâ pendat; cùm in nervum conjectis ex lege 12 Tabularum libra farris in diem daretur [a]. Significat famem in obsessa Jerosolyma [b]. Jubet Prophetam tenuiter victitare [c]. Sicli 20 efficiunt vel, 1. decem uncias [d]; nam siclus quatuor dragmas ponderabat, & dragmæ 8 unam efficiunt unciam *: vel, 2. quinque uncias [f]. Id forsan voluerunt Theodor. & Polychron. scribentes 20 stateres valere 5 (quod descriptores depravârunt in 3) uncias [g]; quæ sunt ferme tertia pars libræ [h]: nam siclus communis, prout hîc intelligendus est, pendit quadrantem unciæ [i]. Sic vixit Propheta sine ullo alio opsonio, ut gravitatem famis in Jerus. ostenderet [k]. ¶ *A tempore usque ad tempus*] [Id variè intelligunt.] 1. Ab anno in annum [l]. 2. A principio 390 dierum usque ad finem, quolibet die panem unum [m]. 3. A tempore determinato unius diei ad tempus determinatum alterius diei; q. d. toto die naturali [n]: certo momento temporis in dies singulos [o]. 4. A vespera in vesperam [p]. 5. A meridie in meridiem [q]. 6. A manè ad meridiem, & à meridie ad vesperam; q. d. à tempore prandii ad tempus cœnæ [r]. Significat, Jerosolymitanos comesturos in obsidione non quantum aut quando vellent, sed demensâ quantitate & stato tempore, &c. ut Jer. 37. 21 †.

11. *Et aquam*] Non vinum, recreandis oppressis. Hostes quascunque poterant aquarum venas interciderunt, ità ut ejus quoque rei penuria esset obsessis [t]. ¶ *Sextam partem Hin*] Partem tertiam heminæ [v]: trientem Romani sextarii [x], (nam Hin continebat duos χόας Atticos, vel sextarios Romanos [y]:) vel, quantum caperent 12 testæ ovorum [z]: vel, medicam selibram, sive uncias sex,

[Marginal notes, left column:] p San. q La. ex Pra. San. r San. † La. ex Pra. t G. sim. Jun. Pol. v Jun. x Q. y Pol. z Pol. a Jun. b Pol. c Pra. d Pra. La. * La. f La. ex Pra. g Pra. h La. sim. Me. i Me. k San. l Calv. m G. sim. Pra. ex K. La. Me. n La. sim. Me. o Calv. p M. q Jun. r G. * V. † La. Me. t G. v V. x Me. ex La. y La. ex Mald. Q. in Me. z Q. in Me. a Me. b Jun.

[Marginal notes, right column:] c Pol. d Pi. * V. f V. sim. Pol. g V. ex M. sim. La. &c. h V. i Calv. k G. l M. m G. n Pi. o C. p G. q Pra. r San. † San. sim. Pra. r T. v La. x Calv. y La. ex Pra. z La. a G. b Pi. c Calv. d Pra. San. La. Me. L. * La. ex Hi. & Jo. f Jur. Pol. g La. h Jun. i Jur. sim. Pol. k Jur. l Apolin. in Pra. m L. n V. o Jun. p La. ex Hi. Me. q Pra. Q. in La. r Q. in Pra. † Jun. t Hem. v G. x Jun. Hi. y in G. z Jun. G. Pol.

sex, aquæ. Potus respondebat cibario[a]. Hæ mensuræ cibi & potûs non tam vires augebant, quàm mortem prohibebant[b]; nec tam homines exsatiabant, quàm irritabant, vitámque eis ad sensum majoris ægritudinis producebant[c].

12. *Et*, &c. ועגת וגו׳] *Et* (vel, *Præterea*, G. *Cæterùm*, Pi.) *libum* (vel, *placentam*, M. Ti. vel, quasi *placentam*, V. sic JT. Pi. i.e. vel, 1. tali figurâ formatam[d]: vel, 2. ut antea solebas vesci placentis[*]; q.d. perinde in deliciis habebis, acsi placenta esset hordeacea; quam olim bene confectam in deliciis fuisse docet Athen. Dipnosophist. 14[f]. Vel, tanquam *panem subcinericium*, P. M. & horridum[g]; non clibano coctum, sed sub cinere[h]; vel, 1. ob festinationem, & instantiam hostium, ut Exod. 12. 34[i]: vel potiùs, 2. ob instantiam urgentis famis[k].) *hordeorum* (vel, *hordeaceum*, sive *hordeaceam*, P. M. Ti. &c.) *comedes illum*, vel *eam*, Mo. JT. Pi. &c. sub. *placentam*, quam tibi paraturus es, vers. 10. Hoc 40 illis diebus secundæ cubationis, ut intelligant Judæi quid peracto obsidio exspectandum habeant[l]. ¶ *Et stercore*, &c. והיא בגללי צאת וגו׳] *Et ipsum* (vel, *Ad illam porrò quod attinet*, Heb. *Et illa*, Pi.) *in stercoribus* (vel, *ad orbes*, JT.) *egestionis* (vel, *excrementi*, P. M. Ti. JT. Pi.) *hominis coques illum*, Mo. &c. Non vult illini stercus pani, ut cum eo comedatur, uti vulgus autumat: sed tantùm eo coqui[m]. Significat lignorum inopiam[n]: q. d. Tanta erit & pecoris & ligni egestas, ut ex oleto ignem facturi sint, sicut quædam gentes ex boum egestu[o]. Utentur stercore humano siccato ad coquendos panes; ut rustici pro ligno utuntur vel stercore boum, vel cespite[p]. ¶ *In oculis eorum*] Ut hoc signo suam futuram miseriam intelligant[q]. Hinc constat rem hanc gestam fuisse, non visionem, &c[r].

13. *Sic comedent filii Israel*] i.e. Vel, 1. decem Tribus. Postquam locutus est de expugnatione Hierosolymæ, jam adjungit, filiis Israel paratam esse suam mercedem; quia Deus justus est vindex utriusque populi[†]. Vel, 2. Judæi, per synecdochen integri[t]. [Vide fusè dicta ad finem v. 6.] ¶ *Panem suum pollutum*] Vel, 1. quia vario semine factus erat, ideóque immundus, ut de agro dicitur Levit. 19. 19[v]. Sed, 1. Nil ibi statuitur de pane. 2. Nec Ezechiel hâc lege se excusavit[x]. 3. Propheta postea jubetur, non semina mutare, sed fimum, &c[y]. Vel, 2. ex contactu oleti: Deut. 23. 14[z]. ¶ *Inter gentes*, &c.] Repugnare hoc videtur iis quæ diximus, vinculis, pane gravi, &c. adumbratum esse statum Solymitanorum à Chaldæis obsessorum. At hîc passuri dicuntur hæc, non in obsessa urbe, sed inter gentes ad quas captivi relegabuntur[a]. *Resp.* Hoc fecerunt *inter gentes*, sc. inter Babylonios[b], cùm ab illis obsessi sunt[c].

14. *Ah, ah, ah*, אהה] *Ahah*, V. Calv. vel, *Heus*, Calv. Est interjectio deprecativa. Chaldæus, *Suscipe deprecationem meam*: LXX & Sym. μηδαμῶς, (*Nequaquam*:) Th. ὦ, (*O*.[d]) ¶ *Morticinum* (i.e. Pecudem fato suo mortuam; vide Deut. 14. 21 [*].) *& laceratum à bestiis* (Vide Exod. 22. 31. Levit. 17. 15[f].) *non comedi*] Per synecdochen designat omnes cibos immundos[g]. Argumentatur à majore ad minus: q. d. Si carnem immundam nunquam comedi, quomodo comedam panem stercore coctum[h]? ¶ *Ab infantia*, &c.] A juventute mea; ex quo ratione uti cœpi[†]. ¶ *Non est ingressa*, &c.] i. e. Nihil edi Lege vetitum. Vide simile Act. 10. 14. Vult dicere, Si cæteris abstinui per Legem immundis, ne cogar uti re per naturam immundâ[i]. ¶ *Caro*, &c. בשר פגול] *Caro abominabilis*, M. Pi. vel, *corrupta*, Ti. V. *immunda*, Ca. *rancida*, V. Calv. *rei putridæ*, Mo. rei *immundæ*, P. *putrefacta*, h. e. detestabilis, animalis immundi[k]: Heb. *abominationis*, h.e. cujus esus interdictus[l]: βέβηλον, (*profana*,) in G. In quibusdam libris Græcis est, κρέας ἕωλον, (*pridianum*.) Nempe, de sacrificiis pro gratiis Deo agendis vetitum pridianis vesci, Levit. 22. 30[m].

15. *Dedi* (vel, *Do*, Pi. Sy.) *tibi* (q.d. Hoc quidem tibi remitto singulari beneficio; sed populo de pœnis quas adumbrant hi typi nihil omnino remittetur[n].) *fimum boum*, &c.] Nempe ità ut boum egestus significaturus sit oletum[o]. Significat leviora mala. Bonus est Dominus, & supplicum precibus facilè flectitur[p]. Mitigat Deus sententiam suam, mavúltque derogare suo decreto, quàm servulum suum contristare[q]. Hic tamen fimus immundus erat. Itaque fixum ostendit suum decretum esse Deus, quòd scil. Israelitæ polluerentur, &c[r].

16. *Conteram baculum panis*] i. e. Vel, 1. Adimam pani vim sive facultatem alendi[†], ut patet ex collat. Lev. 26. 26. unde hoc mutuatus est Propheta, ubi ait, *comedes, & non satiaberis*. Panis non nutrit propriâ & intrinsecâ virtute, sed ex gratia & ordinatione Dei, Deut. 8. 3. Matt. 4. 4[t]. Quâ benedictione Dei subductâ, panis imbecillis fit, acsi homo baculum, quo nititur, amisisset[v]. Vel, 2. Tollam ipsum panem nutrientem[x]; vel, copiam annonæ, unde paratur panis[y]: ut patet, 1. ex Levit. 26. 26. ubi non de evanido, sed de deficiente, pane sermonem esse constat[z]; 2. ex verbis proximè seq[a]. Sensus, Faciam ut desit panis, qui est hominis sustentaculum, στήριγμα, ut ο'. vel, στερέωμα, ut Sym. & Th. sive quo corpus sustentatur[b]. Efficiam ut Jerosolymitani penuriâ panis laborent, quo confortantur vires hominis[c]. ¶ *In pondere*] Appensum, & quidem tenuiter[d]. ¶ *In solicitudine*] i. e. Soliciti de cibo temporis futuri[*].

17. *Ut*, &c. למען יחסרו וגו׳] *Ut* (vel, *Propterea*, Ti. *Eò quòd*, M. V.) *careant* (vel, *deficiantur*, Pi. *deficient*, Ti.) *pane & aquâ*, Mo. P. &c. Istud refertur ad initium præcedentis versûs[f]. Vide hîc non de futilitate, sed defectu, panis sermonem esse[g]. [Alii aliter sentiunt.] Duplex h. l. est modus famis: 1. quòd Deus pani vim altricem adimet, vers. 16; 2. quòd ipsum panem subducet, aut parcissimè subministrabit[h]. ¶ *Corruat*, &c.] [Sensus loci,] qu. d. Postremò, post longos pastus tenues, hîc & illic exanimis cadat præ fame ac siti[i]. ¶ ונשמו וגו׳] *Et obstupescent*, vel *obstupescant*, (vel, *devastabuntur*, M.) *singuli*, JT. vel, *inter se*, V. vel, *unusquisque* (vel, *alter*, P. vel, *vir*, M.) *& frater ejus*, Mo. M. vel, *ad alterum*, P. vel, *cum altero*, Pi. h. e. Mutuò se respiciant tanquam attoniti[k]. Vel, *ad*, sive *apud*, *fratrem*, La. ex Vulg. i. e. Cùm ad eum ibit ut mendicet panem, fame corruet[l]. ¶ *Et contabescant*] i. e. Fame marcescant, indéque ortâ lue & peste putrescant[m]. Aut, si qui superstint, ii vix ossibus hæreant[n]. ¶ *In iniquitatibus suis*] Obstinati scilicet[o]. Vel, ob peccata sua[p].

CAP. V.

1. GLadium (vel, *cultrum*, Pi. *cultellum*, Ca.) *acutum*] Ità Mo. P. M. &c. i. e. novaculam[a], ut mox exponit[b]. Metaphora καλλιχειρική[c]. Omne quod abscindit, Hebræis est חרב[d]. ¶ *Radentem*, &c. תער הגלבים] *Novaculam* (sub. *scilicet*, P. M. vel, *inquam*, Pi.) *tonsorum*, vel *tonsoriam*, Mo. P. M. JT. &c. q. d. Non quemvis cultrum, sed perpolitum & acutissimum, & accommodatissimum rebus perficiendis quas tibi imperaturus sum. Sic declarat, instrumenta judiciorum Dei fore ineluctabilia[*]. Est hic alter typus valde exactus rerum futurarum. *Novacula* hîc est ultio Divina: *statera*, æquitas ejus: *pili* sunt Judæi: *divisio*, pœnæ cuique attributæ[f]. *Gladius*, vel *novacula*, hîc significat, tum Dei iram, & voluntatem puniendi & exscindendi Judæos[g]; tum Nabuchodonosorem, carnificem Judæorum[h]. ¶ *Et*, &c. והעברת וגו׳] *Et traduc*, vel *transire fac*, (vel, *Ut transmittas*, JT. sub. *illam*, Pi. JT.) *per*, vel *super*, *caput tuum*, *& — barbam tuam*, M. P. Calv. &c. Fac ut capillos & barbæ pilos tibi attondeat[i]. *Caput* significat urbem[k]: & *pili*, viros[l], vel Judæos[m], incolas urbis[n], qui innumerabiles erant instar pilorum[o], vel, qui urbem non secùs exornabant quàm coma & barba caput[p]; vel, qui leviores & vaniores erant pilo: nam levitatem vanitatémque rei pilo significari constat. Sic ergò tacitè demonstrat, tum, quanti essent in seipsis Jerosolymæ incolæ; tum, quanti à Deo fierent, & deinceps faciendi essent[†]. *Capilli* decorem & pulchritudinem denotant; *barba*, virilitatem, i. e. robur omne: putà, juvenes speciosos ac robustos. Barba enim est symbolum virilitatis; coma, libertatis & nobilitatis[q]. Capillorum & barbæ ademptio significat splendoris & decoris privationem[r], deformitatem, & luctum[†], (ut patet ex Jer. 41. 5. & 48. 37.) & porrò ignominiam. Ignominiosum enim erat, barbam aut caput radere, 2 Sam. 10. 4, 5[t]. *Caput & barbam*, i.e. Pilum

lum tuum in toto capite ad vivum resecabis. Sic ostendit Deus fore ut nemo Jerosolymitarum excipiatur quin illud judicium subeat [v]. ¶ *Stateram* (vel, *trutinam*, JT. *bilances*, Mo. Pi.) *ponderis*; ità P.&c. [מִשְׁקָל] *Libræ*, Ti. V. *ponderatorias*, Pi. Quâ utuntur in rebus ponderandis [x]; vel, quæ justa est & probati ponderis [y]. Justi *ponderis*, JT. Ut servetur æquabilitas, & una portio non superet aliam [z]. *Statera* hîc est symbolum Divinæ justitiæ [a], quæ cuique admetitur quod æquum est [b]; adeò ut nè pilus quidem veritatem justitiæ illius trutinámque Divinam possit fallere [c]. ¶ *Et*, &c. [וְחִלַּקְתָּם] *Et divides*, vel *dividito*, *eos*, vel *illos*, vel *ipsos*, Mo. P. M. Pi. vel, *eorum*, JT. sub. *pilos*, M. JT. Pi. V. & sub. *novaculâ decussos*. Relativum sine antecedente [d].

2. *Tertiam partem*] Sub. *illorum*, Pi. ο'. hîc quatuor partes faciunt, ac ob id cum Hebræo quod quidem nos nunc habemus multis partibus non congruunt. Monstrat id codicum antiquiorum in rebus nihil ad pietatis summam spectantibus discrepantiam. Nos Hebræum Masoriticum sequemur *. ¶ *Igne combures*] Significat vel, 1. incendium urbis captæ [f]; vel, 2. iram Divinam variis modis efficacem [g]; vel, 3. famem [h], & pestem [i], ut explicatur vers. 12. nam & fames urit [k], & pestis urit [l], corpus instar ignis [m]. ¶ *In medio*, &c.] Vel, *intra urbem*, V. sub. *à te in latere descriptam*, V. Facies hoc in formula urbis quam tibi de argilla fecisti [n]. ¶ *Juxta*, &c. [כִּמְלֹאות וגו'] *Postquam*, vel *quando*, *impleti fuerint* (vel, *secundùm complere*, Mo. vel, *juxta adimpletionem*, P. H[s], *secundùm quod adimplebuntur*, V.) *dies* (vel, *dierum*, P.) *obsidionis*, M. Ti. JT. La. &c. scil. 390 dies, quibus decubuisti, &c [o]. & domi conclusus eras [p]. Significat hoc id quod futurum erat [q] quamdiu durabit obsidio [r]; quo tempore multi peste & fame peribunt †. ¶ *Tertiam*, &c.] Sub. *alteram*, Pi. Eos designat qui ex urbe in castra eruptiones faciebant. Vide infrà v. 12 [t]. ¶ *Concides gladio*] Ad figurandam cædem Judæorum [v], tempore obsidionis [x], palantium in agro & huc illuc diffugientium [y]. Sedeciam respicit cum comitatu suo, quos persequentes Chaldæi interfecerunt [z]. ¶ *Tertiam*] Sub. *reliquam*, Pi. Intelligit eos qui fugerunt in Ægyptum cum Johanan [a]; vel, qui effugerunt in alias regiones [b]; vel, qui in Babylonem abducti sunt [c]. ¶ *Disperges in ventum*] i. e. Propellentur in exsilium [d]. Præsignificabis eos huc illuc diffugituros, & incertis sedibus vagaturos *, ut paleæ quæ à vento disperguntur [f]. Vel, figurabis eos deportandos in Babyloniam [g]. Sensus loci, q. d. Qui gladium evadent, fame peribunt; qui famem, alio modo. Peribunt omnes, quamlibet ordine vel conditione diversi [h]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *gladium nudabo*, &c. [אָרִיק וגו'] *Evacuabo* (vel, *evaginabo*, P. M. *stringam*, Pi. sim. Ca. Ti.) *post eos*, Mo. i. e. Efficiam ut in perpetuo sint metu, expositi omnium violentiæ & injuriis. Vide intrà v. 12 [i]. Causam cur diffugiant & vagentur hîc significat [k]; stricto gladio, inquit, persequar eos [l]: h. e. deportari eos curabo [m]. Loquitur tam de fugitivis in terris Moab, Ammon, Ægypto, &c. quàm de pauperculis qui post urbis cladem dissipati sunt [n].

3. *Et sumes inde*] i. e. Ex pilis istis [o]: ex tertia parte quæ dispergetur in gentes [p]. Significat reliquias profugorum Judæorum [q]; vel, decem millia qui in Babylonem abducti sunt [r]; vel, eos qui permissu Nabuzardanis pauci admodum in Judæa mansêre †. ¶ *Ligabis eos in*, &c. [בִכְנָפֶיךָ] *In alis* (vel, *oris*, P.) *tuis*, Mo. JT. Pi. vel, vestium *tuarum*, M. sic P. V. i. e. Ità studiosè conservabis, ut res alioqui fluentes ab hominibus conservari solent in ora vestimenti sui [t]. Vel, fiduciam tollit, quæ ex temporali evasione concipi poterat: vel, addit correctionem, & spem aliquam facit gratiæ [v]. *Oræ* istæ *pallii* significant ultimum illud quò Dei bonitas extendere se poterat, valde tamen ab illis ipsis reliquiis contempta, maximo ipsarum malo. Parvum fit oportet quod in laciniis colligitur [x]. Significat, Dei providentiâ & benignitate paucos Judæos servandos [y], in seminarium & propaginem gentis suæ [z].

4. *Et ex eis*] Scil. pilis ligatis [a]. Ex reliquiis servatis [b]. ¶ *Combures eos igni*] Id est, irâ Divinâ [c]; per bellum quoddam civile inter Godoliam & Ismaelem [d]. Impletum hoc Jer. 40. 41. 42. 43 *. ¶ *Ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel*] qu. d. Ira Dei in totum populum exardescet *. Illi motus civiles Chaldæis occasionem præbuêre auferendi è Judæa etiam minimum quemque, nec quenquam relinquendi; ut nè ulla essent rerum novarum semina. Vide Jer. 52. 30 [f]. Conflagrabit totum Regnum Israelis, residuis etiam Judæis vel per Nebuzar-adanem in Babyloniam deportatis, vel in Ægypto & alibi absumptis [g]. Oborientur miseriæ totis reliquiis Judæorum [h]. Ignis quem succendes portendet futurum excidium, seu maxima damna & detrimenta quibus afficientur Israelitæ [i]. Post reditum è Babylone, ob nova peccata, à Macedonibus, & postea à Romanis, interempti sunt [k].

5. *Hæc dicit*, &c.] Explicatio figuræ antecedentis [l]. ¶ *Ista* (nempe civitas in latere depicta [m]) *est Jerusalem*] i. e. Isti pili Hierosolymitas præcipuè significant [n]. Hoc schemate repræsentatur Jerusalem [o]. ¶ *In medio gentium*] Intellige κατ' ἐξοχὴν, nobilissimarum & opulentissimarum; alioquin nulla est urbs quæ non in circuitu suo habet gentes & terras: q. d. in parte orbis celeberrima, non procul ab Ægypto, Asia minore, Babylone, &c [p]: in loco omnium optimo, amœnissimo ac celeberrimo [q]: in loco eminente, & terræ meditullio †. Ut ab omnibus gentibus conspiceretur [r]: ut gloriam Dei veritate doctrinæ & vitæ integritate apud omnes gentes assereret †: ut exemplum indè sibi sumerent pietatis Ægyptii, Syri, Arabes, Afri, Græci, atque ità gradatim alii [t]. ¶ *Et in circuitu ejus terras*] Ità P. &c. vel, *regiones*, sub. *omnium aliarum gentium*, V. i. e. Eam posui quasi mundi caput, & quasi Reginam in medio gentium, ut ei ipsæ, quasi ancillæ, custodes essent & stipatores [v]. Quasi in umbilico terræ eam posui [x].

6. *Et*, &c. [וַתֶּמֶר וגו'] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. *Nam*, M.) *mutavit* (vel, *transgressa est*, Calv. scilicet Hierosolyma [y],) *judicia* (vel, *jura*, JT. Pi.) *mea*, &c. Mo. P. &c. vel, *rebellavit judiciis meis ad impietatem*, Buxt. h. e. impiè, contumaciter. חָמַר, pro תַּמְרֶה, à מָרָה [z], quod sign. *mutare*; sed sæpius, *transgredi*, vel *rejicere* [o], vel *rebellare*, sive *cum rebellione & contumacia agere*. Huic versioni favet constructio cum אֶת, quæ cum מָרָה familiaris, ut Deut. 1. 26, 43. Psal. 105. 28 [p]. מִשְׁפָּטִים hîc sunt, ea *quæ ad mores emendandos pertinent* *. ¶ *Quàm gentes*] Gentes, inquit, ipsis sunt moratiores. Magna & justa exprobratio [q]. Judæi deteriores erant, quòd scientes & volentes peccarent [r]. ¶ *Præcepta mea*, &c.] חֻקּוֹת sunt *ritualia*. Gentes ritus suos ab hominibus inventos meliùs retinent quàm isti datos divinitus †.

7. *Quia*, &c. [יַעַן הֲמָנְכֶם מִן־הַגּוֹיִם וגו'] Variè exponitur hic versus propter הֲמָנְכֶם, quod potest esse vel nomen, vel verbum Makor [t], [h.e. infinitum.] *Propter multiplicare* (vel, *multiplicari*, Q. in Ma. vel, *multiplicationem*, Calv.) *vos* (vel, *vestrùm*, sive *vestram*, Calv.) *de*, vel *præ*, *gentibus*, &c. Mo. Calv. *Eò quòd multitudo vestra* fuit *præ*, &c. P. vel, *populosiores fuistis*, &c. M. ex K. V. [illegible] הָמוֹן nomen, ab הָמָה [v]. Quod non placet, quia populus hic cum gentibus collatus exiguus fuit [x]. Al. *Quia multiplicati estis*, &c. nempe, pluribus & majoribus beneficiis affecti quàm gentes [y], & bonis à me auctis ideo contra me calcitratis, juxta Deut. 32. 15 [z]. Sed non placet hoc referri ad multitudinem, sive populi, sive bonorum. Malim verbum activè accipere, *quòd multiplicaveritis*, scelera scilicet & superstitiones, non contenti mediocri impietate, &c [a]. *Quia multiplicâstis*, Pi. vel, *cumulâstis*, Pol. sub. *peccata*, Pi. Pol. ex Gal. vel, *peccando*, Pol. Belg. Al. *Quandoquidem turbulentiores estis gentibus*, Ti. M. copiâ scilicet, ferociâ, strepitu, luxu, fastu, opibus, &c [b]. ab הָמָה *tumultuari* [c]. [Alii hoc cum seq. sic reddunt, *Quandoquidem vos, plusquam gentes tumultuando*,—— *meis statutis non paretis*, &c. Ca. *Eò quòd cumulatim suprà quàm gentes quæ circumstant vos in statutis meis non ambulavistis*, JT.] Aquilæ secunda editio sic habet, *Eò quòd numerati estis in gentibus* [d]. LXX sic, *Quia forma vestra*, *character*, vel *exemplar vestrum*, *ex gentibus* *. [At Græca sic se habent, Ἀνθ' ὧν ἡ ἀφορμὴ, &c. Quod Latinus Interpres reddit, *Quia occasio vestra de gentibus*.] Quia induistis characterem gentium [f], & illos æmulati estis [g], in religione & moribus [h]. Legere possumus, *Et apparatus vester*, i.e. luxus, fastus, tumultus, opes, (hæc enim omnia significat Hebr. הָמוֹן, & Græc.

Græc. ἀφορμὴ,) *ex*, vel *præ*, *gentibus*, i.e. amplior erat, &c. i.e. pluribus donis à me cumulati estis, nec tamen mihi paruistis[i]. ¶ *Et juxta judicia gentium——non*, &c. לֹא עֲשִׂיתֶם] *Non fecistis*, vel *egistis*, Mo. P. Pi. &c. Τὸ לֹא hîc superesse videtur, 1. ex oppositione inter *statuta Dei* & *gentium*; illa observanda, hæc non: 2. ex loco parallelo, Ezec. 11. 12. ubi tota pericope repetitur, לֹא tantùm omisso[k]. Sæpe reprehenduntur Judæi quòd judicia Gentium secuti sunt[l]. Verùm, 1. לֹא hîc genuinum esse constat, tum ex Chald. qui illud hîc habet; tum ex Masora finali in litera ל, fol. 41. col. 7. 2. Loca ista, specie contraria, facilè conciliantur: nam statuta eorum ibi impia, hîc bona, intelliguntur. 3. Locus hic cum לֹא sensum gignit bonum[m]. [Sic ergò locum explicant:] Bonas Gentium leges[n] & probatos mores non estis imitati[o], sed tantùm scelera[p]. [JT. locum sic reddunt, *Ac ne quidem secundùm jura gentium*, &c.] i.e. quæ ex lege naturæ à Gentibus servari solent[q]. Nè illam quidem mensuram implêstis Gentium moratiorum: à quibus quàm multa laudanda hausit Pythagoras, & in Græciam attulit[r]. Gentes vivunt juxta præscriptum legis quam in cordibus habent†. Al. Non obeditis Deo vestro, ut Gentes suis[s]. Non tam zelosi fuistis pro cultu Dei servando sicut Gentes pro idololatria[v]. Non fuistis æquè tenaces veræ Religionis ut ipsi sunt superstitionis suæ[x]. Gentes non mutant deos suos[y]. Confer Jer. 2. 10, 11[z].

8. *Ecce*, &c. הִנְנִי עָלַיִךְ גַּם אָנִי] *Ecce ego* (vel, *me*, Ti. JT.) *ad* (vel, *contra*, M. Pi. &c. vel, *in*, JT.) *te*, Mo. P. &c. (vel, *tibi*, Ti. sub. *veniam*, Pi. Me. vel, sub. *irruentem*, JT.) *etiam ego*, Mo. P. Calv. &c. vel, *ego*, *inquam*, M. Pi. &c. vel, *me quoque*, JT. q. d. Ego, ego sum cum quo tibi negotium est†. ¶ *Faciam* (vel, *Exercebo*, Pi.) *in medio tui judicia*] Id est, supplicia[a]. *Judicium* v. præc. consuetudinem vel institutum, hîc castigationem, significat[b]. q. d. Ulciscar me[c]. Sumam de te pœnas gravissimas[d]. Conscendam tribunal, exercebo jurisdictionem, ego apparebo judex, quanquam me putatis dormire; vindictam per Chaldæos exsequar*. Ego leges meas à contemptu vindicabo, ut solent facere magni Reges. Cur patiar ut dicatur, Ecce illi qui soli verum Deum se colere profitentur quomodo vivunt[f].

9. *Et faciam in te quod* (vel, *quæ*, Pi.) *non feci*] Plagas acres tibi infligam, quales adhuc non inflixi aliis gentibus[g]. *Quod non feci*, vel in Diluvio, vel in Sodomis, vel in Ægypto[h]. Hujus rei complementum lege in Lamentationibus[i]. Vide Thren. 4. 6[k]. Æquum est puniri graviùs quibus majora contigerunt beneficia. Vide Luc. 12. 47, 48[l]. ¶ *Et quibus similia ultrà non faciam*] Obj. At Judæi graviora passi sunt sub Romanis[m]. Resp. 1. Non ità restringitur ad unum diem hoc genus vindictæ, quin Deus sæpius eodem modo ulcisci potuerit Judæos[n]. 2. τὸ *ultrà* non semper significat perpetuitatem, sed tantùm longum tempus: ut 1 Sam. 7. 13. *Non apposuerunt ultrà ut venirent*, &c. Esa. 2. 4. *Et non exercebuntur ultrà ad prælium*[o]. Ità h.l. *ultrà*, i.e. hoc seculo[p]. 3. Nusquam alibi legitur ut patres scientes & volentes comederent filios suos[q]. 4. Prophetat Ezechiel de excidio Jerosolymæ, non hoc modò per Chaldæos, sed illo etiam per Romanos[r]. 5. Major est calamitas quum vel uxor vel filius domo ejicitur, quàm cùm ancilla vel extraneus†. 6. Confertur hoc cum suppliciis postea sumendis, non de Judæis, sed de aliis gentibus[r].

10. *Et filii——patres*] Quod nusquam alibi legimus[v]. In gravi fame vix est ut non talia eveniant. Vide Deut. 28. 53. Thren. 2. 20. & 4. 10. Adde 2 Reg. 6. 28. & Josephum Belli Jud. 7. 8*. ¶ *Ventilabo*, &c.] i.e. Dispergam, ut alibi sæpe[x].

11. *Nisi pro eo quòd sanctum* (vel, *sanctuarium*, Mo. JT. G. &c. i.e. Templum[y],) *meum violâsti*] Vel, *polluisti*, Pi. &c. vel, sub. Pi. G. vel, sub. Non habear à vobis posthac Deus, *nisi*, &c[z]. Jurantis forma, q. d. Non habear à vobis posthac Deus, *nisi*, &c[z]. ¶ *In omnibus offensionibus*, &c. שִׁקּוּצַיִךְ] *Contaminationibus tuis*, Mo. *rebus detestandis tuis*, JT. Pi. *abominationibus tuis*, V. i.e. idolis tuis[a]. Idem valent שִׁקּוּץ & תּוֹעֵבָה: utrâque enim voce idola aut idololatria significantur; sed amant Hebræi in rebus eximiis ταυτολογεῖν[b]. ¶ *Ego*, &c. וְגַם אֲנִי אֶגְרַע] *Et etiam ego diminuam*, Mo. Pi. G. vel, *constringam*, P. *exstirpaturus sum*, M. *succîdam*, Ti. sub. *te*, M. Ti. Pi. &c. vel, sub. *gloriam & dignitatem tuam*, V. i.e. Honorem tibi omnem detraham, ut tu mihi, quantum in te erat, detraxisti[c]. ¶ *Non parcet oculus*] Etiamsi viderit te miserrimam[d]. Parcere est animi, tribuitur verò oculis quasi judicibus; hi enim sunt in amore duces, æquè ac in misericordia: ex quo homo claudit vel avertit oculos, dum non potest videre reorum miseriam; sed dolet, abstinet ab eis, parcit*. Vide 1 Sam. c. 24. v. 10[f].

12. *Peste morietur*] Quamvis nihil de eo legimus. Satis est, gravem invaluisse famem, quam plerumque, & quasi necessariò, consequitur pestis. Apertissimè autem *igne* [v. 2.] pestis designatur & fames, quia idem penè efficiunt in homine quod ignis. Fami tribuitur combustio vultûs. Vide Esa. 13. 8. Thren. 5. 10. Joel. 2. 6. De peste res nota est. Vide Homer. Il. α'[g].

13. *Complebo*, &c. וְכָלָה וגו'] *Et* (vel, *Ità*, Pi.) *consummabitur*, vel *perficietur*, (vel, *cessabit*, P. Hoc interponit Deus, ut mitiget rigorem suæ vindictæ. Est itaque promissio veniæ[h]. Sed potiùs est comminatio[i].) *furor meus*, Mo. M. Calv. &c. i.e. Explebo animum meum in gentem istam, gravissimè puniendo illam[k]. Nullus erit pœnæ modus donec satiatus fuero[l]. Iram meam non ampliùs continebo & coercebo, sed consummatè effundam[m]. ¶ *Et requiescere faciam*, &c.] i.e. Vel, 1. q. d. ibi, tanquam in propria sede, diu hærebit, ut Esa. 30. 32[n]. Non movebitur, nec migrabit, sed defixa erit in ipsis. Notat itaque pertinaciam vel infatigabilem cursum suæ iræ & vindictæ[o]. Vel, 2. satiabo. Vide Esa. 1. 24[p]. Exsaturabo animum pœnâ[q]. Tranquillabor, nempe per vindictam. Anthropopathia: nam vindicta homines suaviter afficit[r]. Solet vindicta esse levamen acceptæ injuriæ, aut contumeliæ†. Unde poeta, *Est vindicta bonum vitâ jucundius ipsâ*[t]. Homines irâ æstuant & torquentur, nec consistunt donec iram evomant, &c[v]. ¶ *Et consolabor*] Nempe, *me*, Pi. Ca. vel, *Et consolationem accipiam*, Ti. sim. M. V. Significat approbationem justi judicii sui[x]. Confer Deut. 28. 63. Esa. 1. 24[y]. ¶ *Et scient*] Nempe experientiâ, quæ stultorum magistra[z]. *Et experientur*, Pi. ¶ *Quia* (vel, *quòd*, Calv.) *ego Dominus locutus sum in zelo* (vel, *æmulatione*, Calv. vel, *indignatione*, V.) *meo*] i.e. Non vanè, aut comminatoriè; sed cum stomacho, instigante zelo, qui nescit parcere[a]. q. d. Sententiam decrevi irrevocabilem, Deum & truculentam[b]. Objiciebant Judæi Prophetis, Deum esse clementem, ideóque nolle tam asperè & duriter loqui. Dicit ergò Deus sibi esse zelum, vel iracundiam, &c[c]. Zelus est indignatio ex amore profecta, quâ pater filiis, aut sponsus sponsæ, succenset, &c[d]. Denotat itaque h. l. perfidiam Ecclesiæ Judaicæ, quæ à sponso suo defecerat, &c*.

14. *Dabo te in desertum*, &c.] Impletum hoc vide Thren. 2. 1, &c[f].

15. *Et eris opprobrium*, &c.] Maledicent tibi omnes†. ¶ *Exemplum*; ità Ca. infelicitatis, æquè ac improbitatis[g]: מוּסָר] *Castigatio*, Mo. M. *castigationi*, Ti. V. *correptioni*, V. *disciplina*, P. *eruditioni*, JT. *institutioni*, Pi. Servies erudiendis gentibus[h]. q. d. Gentes agnoscent justitiam Dei ex pœna Israelis, discéntque indè non peccare[i]. ¶ *Locutus sum*] q. d. Et ità faciam ut locutus sum: ità decrevi, & ità eveniet[k].

16. *Quando misero*, &c. בְּשַׁלְּחִי וגו'] *Quum misero* (vel, *jaculatus fuero*, Calv. vel, *immisero*, inquam, Pi.) *sagittas* (vel, *tela*, V.) *famis*, P. M. JT. &c. Id est, vel, 1. famem tanquam sagittas[l]. Vel, 2. sic vocat incommoda illa, vel, 1. quæ famem inducunt[m], fulmina, scilicet, ventos, procellas[n], grandinem, imbres, mures, locustas, uredinem[o], rubiginem[p], & id genus segetum & frugum pestes[q]: vel potiùs, 2. quæ humanis corporibus affert fames, v. g. maciem, morbum, pestem, &c. Nam de obsidionis tempore loquitur, & obsessorum malis, non obsidentium, quibus ista magis nocent[r]. ¶ *Et famem congregabo* (vel, *adjiciam*, M. Ti. Calv. V. Ch. *augebo*, V. sic Sy. *colligens*, JT. *emittam*, ꝗ. *misero*, Ar.) *super* (vel, *contra*, JT. Pi.) *vos*; ità P. sim. Mo. &c. ob penuriam scilicet pluviæ†: וְרָעָב אֹסֵף עֲלֵיכֶם] *Quum* scilicet *famem collegero* (tanquam exercitum aliquem) *contra vos*[t]. Cùm putabitis vobis annonam esse in tuto, quòd siccitatem, pluvias, rubigi-

nem,

nem, &c. evaseritis, ego reperiam alios modos, vobis incognitos, quibus famem inducam [v].

17. *Et bestias*, &c.] Vel, 1. figuratè, nempe Chaldæos, qui quasi ferino rictu & unguibus sanguinariis vos discerpent [x]. Vel, 2. [propriè,] leones, ursos, serpentes[y]; cùm scilicet præ metu insequentium Chaldæorum abdere vos volueritis in cavernas montium [z]. Confer Exod. 23. 29. Deut. 32. 24. 2 Reg. 17. 25. Ezec. 34. 28 [a]. *Bestias*, ut fieri solet in locis vastatis[b]. Speciem unam malorum hîc ponit exempli causâ, ut indè colligerent omnes noxas esse in ejus manu [c]. ¶ *Et sanguis*] Id est, cædes [d], scil. ab hoste*; vel, gladius. Eadem pluribus inculcat, ut tardos expergefaciat, &c[f]. ¶ *Transibunt per te*] Sic Mo. P. &c. Invadent te†. ¶ *Et gladium*, &c.] i. e. Bella civilia [g].

v Calv. x Pra. ex Th. y Mo. sim. La. Pi. z Me. sim. La. a L. b G. c Calv. d V.G. Pi * G. f Calv. † G. g G.

CAP. VI.

1. **F***Actus est sermo*, &c.] Hæc prophetia à Deo tradita est, & ab Jechezkele edita, die Sabbati, 21. mensis quinti, anno 31. à redintegrato fœdere, ut diximus; aut (si breviùs volumus) anno 6. à deportatione Jechoniæ Regis [a]. [Demonstrationem illius vide in Authore.]

2. *Pone* (vel, *Dirige*, Pi.) *faciem tuam ad montes* (Quos per prosopopœiam alloquitur [b]; quâ obliquè significat Israelitas surdos fuisse & insanabiles, atque indignos, &c. ut Propheta ad Jarobeam missus ipsum non dignatus est alloqui; sed altare, 1 Reg. 13. 2 [c].) *Israel*] i. e. Vel, 1. decem tribuum. Obj. At illæ jam exsulabant, ideòque frustrà erat hæc prophetia. Resp. 1. Potest hæc ex parte esse prophetia, ex parte doctrina, ut intelligant Israelitæ cur exsulent. 2. Quamvis collapsum est Regnum, probabile est multos fuisse residuos. Abductio enim tot millium & damnosa fuisset Regi Assyrio, & molesta ipsius regioni. Collegit itaque florem populi, & reliquos ibi reliquit; ad quos etiam alios è Regno suo misit. Cùm autem illi residui nec fratrum exsilio, nec suâ calamitate, abducti essent à superstitionibus suis, adversùs eos Propheta concionatur, ostenditque nondum se defunctos esse (ut putabant) omnibus malis, sed graviores pœnas illis instare [d]. Vel, 2. duarum tribuum, quæ *Israelis* nomine sæpe veniunt *. q. d. Judæam versùs[f]: ad montes Tribûs Judæ circa Hierosolymam[g]; putà Sion, Moria, montem olivarum, & montem offensionis [h]. Vel, *ad montes*, i. e. in eam partem ubi sita est Judæa, in qua sunt montes plurimi, Exod. 15. 17. Deut. 11. 11 [i]. Montium meminit, quia hi idololatriâ fœdati erant [k].

3. *Montes*] Vel, *O montes*, i. e. accolæ montium †. ¶ *Rupibus*, לָאֲפִיקִים] *Depressis locis*, Ca. *torrentibus*, P. Ti. Mo. vel, *rivis*, M. G. *rivis impetuosis*, vel, *decursibus aquarum fortium*, V. אָפִיק vocant quicquid violentum est, vel rupes, vel torrentes, &c[l]. Idololatris inter numina etiam fontes [m]. LXX vertunt, νάπαις, i. e. loca nemorosa inter montes sita. אֲפִיקִים propriè sign. *alveos torrentium*; indè ripas, & rupes, & nemora vicina, sub quorum umbra erigebant Judæi idolis altaria [n]. At videtur Propheta limites suos excedere, quia montes tantùm compellare jussus erat. Verùm Prophetæ aliquando pluribus explicant quod breviùs antè dixerant [o]. ¶ *Et vallibus*] Nam & in his idolis sacrificabant[p]: ut in valle Hennom [q]. Vide infrà vers. 13 [r]. In montibus putabant se Deo propinquos; in umbra & obscuritate vallium religio aliqua erat †. ¶ *Disperdam excelsa vestra*] Id est, instrumenta idololatriæ in collibus exstructa[r]: vel, loca idololatriæ dicata[v]; aras & delubra [x]. *Excelsa* propriè sunt altaria in locis sublimibus erecta: hîc autem haud dubiè designant omnes cultus fictitios, specie pro genere positâ [y].

4. *Et*, &c. וְנָשַׁמּוּ וגו'] *Et desolabuntur*, vel *devastabuntur*, P. V. Pi. &c. ¶ *Simulachra*, &c. חַמָּנֵיכֶם] *Idola vestra*, Calv. &c. sic dicta ab *incalescendo*[z], propter vesanum amorem superstitionis quo ardebant Israelitæ, ut adulter amore scorti[a]: vel, quòd solatia essent amoris eorum qui colebant ea[b]. *Simulachra vestra solis*, P. V. h. e. Soli dicata; à חַמָּה [c]. Verti posset, *solaria vestra*, à *Sole*, i. e. in honorem Solis ædificata [d]. *Subdiales statuæ vestræ*, JT. Pi. ¶ *Ante*, &c. לִפְנֵי גִלּוּלֵיכֶם] *Coram idolis vestris*, Calv. *stercoreis diis*, &c. JT. Pi. Heb. *stercoribus*, &c. i. e. qui cultores suos polluunt *. Hoc faciet Chaldæus quod apud Virgilium Pyrrhus, *Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras* [f]. q. d. Efficiam ut loca in quibus nunc colunt idola polluantur suis ipsorum cadaveribus [g]. Ex Lege enim tactus cadaveris polluebat [h].

a Jun. b La. c Calv. d Calv. * San. f Jun. g Pi. h Pra. La. Me. T. i G. k La. sim. Pra. E. † Pi. l Calv. m G. n La. ex Pra. o Calv. p Me. sim. Pra. La. Calv. q La. ex Pra. r Me. † Calv. r Pi. v San. x San. sim. La. y Calv. z Q. in M. & V. a Calv. b Q. in M.

c V. ex M. d V. * Pi. f G. g V. sim. La. h La. ex Th.

5. *Circum aras*, &c.] Ità conspurcabo omnes vestros cultus, qui vobis sacrosancti videntur [i].

6. *Excelsa demolientur*, תִּישַׁמְנָה] *Devastabuntur*, vel *desolabuntur*, Mo. P. Ti. JT. Pi. *dissipabuntur*, M. Per *excelsa* autem hîc intelligo ædes sacras, vel synagogas, quæ in locis editioribus plurimùm collocantur, ut suadet argumentum; & vox ità sumitur 1 Sam. 9. 13. & alibi sæpe. Ità sensus loci est, quòd neque profanis neque religiosis locis parcent hostes [k]. ¶ *Et*, &c. וְיֶאְשְׁמוּ] *Et vastabantur*, V. M. i. e. peribunt [l]. Verbum אָשַׁם est, in ultionem delicti desolari [m].

7. *Ego sum Dominus*] Scelerum ultor [n]: idola verò sunt vanissima, &c [o]. Versus hic est ad alterum membrum prophetiæ ἐπιλογιστικός. Sensus est, q. d. Tum demum agnoscent Dominum Jehovam, & ab inani fiducia in idola recedent [p].

8. *Et*, &c. וְהוֹתַרְתִּי בִּהְיוֹת וגו'] *Et remanere faciam in exsistendo vobis evasores gladii in gentibus*, Mo. *Faciam ut quidam supersint evadendo*, &c. G. *Sed reliquos faciam*, (sub. *aliquos*, Pi.) *quum erunt vobis qui evaserint gladio*, &c. JT. vel, *gladium*, &c. Pi. [Ca. hoc cum seq. sic reddit, *Reliquos autem faciam, qui, ex vobis per terram dispersis, arma evadant.*] *Et* (vel, *Tamen*, M. Ti. V.) *reliquum*, vel *residuum*, (sub. *aliquid*, P. M. V.) *faciam, ut sint ex vobis evasores*, &c. P. M. sim. Ti. V. Promissio est, quâ temperat acerbitatem tam tristis vaticinii. Non tamen promittit eis veniam & salutem, sed vitam miseram & cum exsilio conjunctam [q].

9. *Et recordabuntur mei*] q. d. Oculos suos ad me convertent[r]: ad me redibunt per pœnitentiam †. ¶ *In gentibus*, &c.] Ubi tamen nullum exstare videtur alioqui vestigium gratiæ & misericordiæ illius [t]. Vide utilitatem castigationum [v]. Rebus prosperis, in negligentia & oblivione & contemptu Dei demersi erant: castigatio autem illos in viam retrahit [x]. ¶ *Quia*, &c. [אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה אֲשֶׁר־סָר מֵעָלַי] [Variè reddunt.] *Quia contrivi* (i. e. conteram[y], vel, *confregi*, scilicet per pœnitentiam [z], doloribus dolores continenter adjungendo, & eos vexando, ut ad pœnitentiam ducam[a],) *cor eorum fornicans* (i. e. quod fornicari solebat [b]. Fornicationem, de more, vocat idololatriam [c].) *& recedens à me*, Vulg. Mar. La. &c. *Quia*, vel *Quòd, fractus fuerim* (vel, *contrivi me*, P. *frangar*, vel *contritus fuerim*, Calv. vel, *Me fractum fuisse*, JT. Pi.) *ob cor* (vel, *ad cor*, vel *super corde*, Calv. *cum corde*, Mo. *à corde*, Pi. *ab animo*, JT.) *illorum meretricans*, (vel, *meretricium*, Ti. vel, *scortante*, JT. Pi. sim. Mo. i. e. propenso ad peccatum[d], præsertim idololatriæ*,) *quod recessit* (vel, *recesserat*, Pi. vel, *defecit perfidè*, Ti.) *à me*, M. sic Calv. Sensus duplex esse possit. Referri potest, [vel, 1. ad severitatem, sive ultionem;] Quòd Deus, cùm diu passus esset ipsos impunè peccare, videns se nihil proficere, gratiámque suam illis ludibrio esse, tandem, quasi victus eorum malitiâ, magis exardescit, & descendit ad sumendas pœnas [f]. *Me fractum esse*, i. e. Me, qui in voluntate & proposito & promissis sum constantissimus, quasi objectâ quadam violentiâ à proposito abductum esse, & invitum planè adductum esse ipsorum perfidiâ, ut refringeretur vel interrumperetur cursus misericordiæ meæ. Atque hâc metaphorâ & Dei fides & hominum perfidia commodissimè designantur [g]. [Vel, 2.] ad veniam; Quòd scilicet agnoscent Deum fractum esse super corde ipsorum, quia velit ignoscere. Dicitur enim frangi, qui injurias spontè remittit. Et hæc expositio non malè quadraret, quia non potest ex animo peccator reminisci Dei, quin gustum aliquem percipiat bonitatis ejus, ut speret sibi fore propitium. Sed prior magis convenit, quòd in exsilio incipient recordari sibi rependi justas pœnas, quia

Deus

i Calv. k Jun. l V. m Pra. n Me. sim. o Calv. Pra. &c. p La. sim. Me. Jun. q Calv. r Jun. † Bel. t Jun. v Calv. sim. Pra. x Calv. y La. z Mar. sim. Pra. La. a San. b Mar. c La. sim. Mar. d M. * M. sim. Pi. f Calv. g Jun.

Deus patienter ipsos sustinuerit, sed coactus tandem punivit, postquam fractus vel contritus fuit desperatâ ipsorum malitiâ. Verè pœnitentes non tantùm leviter culpam agnoscunt, sed secum reputant quot modis & quàm diu & pertinaciter provocaverint iram Dei [h]. *Fractum fuisse*, id est, dolore affectum [i]. Al. *Quia confregi cor eorum insipiens, quod declinavit à cultu meo*, Ch. *Quum fregero meretricium cor eorum, qui deflexerunt à me*, Sy. ¶ *Et*, &c. וְאֵת עֵינֵיהֶם וגו׳ [Hîc etiam aliquantulùm variant.] *Et oculos eorum fornicantes post idola sua*, Vulg. La. &c. *Et ob* (vel, *ad*, Calv.) *oculos* (vel, *oculis*, JT. *ab oculis*, Pi. *cum oculis*, Mo.) *eorum meretricantes*, vel *scortantes*, &c. M. sim. P. Ti. Calv. &c. vel, *fornicantibus*, &c. Mo. *Oculos fornicantes* vocat, quia ipsi fuerunt internuncii adulterii atque idololatriæ [k]; tum conciliatores atque authores, tum testes atque indices, libidinis [l]. Oculi capiuntur specie & cultu idolorum, ut Paridis Helena [m]. ¶ *Et*, &c. וְנָקֹטּוּ בִּפְנֵיהֶם אֶל־הָרָעוֹת אֲשֶׁר עָשׂוּ לְכֹל וגו׳ [*Et ingemiscent* (vel, *excidentur*, V. sic Calv. P. *nauseâ afficientur*, M. *fastidio erunt*, JT. Belg. Ang. *fastidio afficientur*, Pi. *hi pudore & mœstitiâ afficientur*, Ti. *pudefient*, vel *abominationi erunt*, vel *respuentur*, Calv.) *in faciebus suis*, Mo. M. Ti. (vel, *à facie eorum*, P. vel, *sibiipsis*, JT. Calv. Belg. Ang. vel, *spectantes*, Ch. vel, *ex ipsissimet*, Heb. *ex facie ipsorum:* nam ב valet *ex*, notans objectum, & causam procreantem*. Vel, *coram facie sua*; q. d. Non exspectabunt dum ab hominibus damnentur, sed ipsi se spontè abominabuntur. Hæc displicentia est altera pars pœnitentiæ [n].) *ad* (vel, *propter*, P. Ti. sim. M. Calv. vel, respicientes *ad*, JT.) *mala quæ fecerunt* (vel, *designârunt*, Ti.) *in omnibus abominationibus suis*, Mo. &c. vel, *ad omnes*, &c. JT. vel, *secundùm omnes*, &c. Pi. [Ca. locum sic reddit, *Quandoquidem fractis per me impudicis eorum mentibus, quæ à me defecerint, oculisque, qui cum stercoreis eorum diis fuerint meretricati, tædebit eos palàm scelerum quæ suis tot flagitiis commiserint.*]

10. *Non frustra locutus sum*, &c.] i. e. Prædixi me immissurum illis hanc calamitatem [o]. Non sine gravi causâ decrevi hæc mala ipsis inferre [p]; nec injustè, nec sine sua utilitate, hoc facere [q]: sed ut eos castigando corrigerem, & ad pœnitentiam adducerem [r].

11. *Percute manum tuam*, בְכַפְּךָ] *Manu tuâ*, M. P. Ti. JT. Pi. sub. *femur*, M. P. vel, sub. *manum alteram*, V. In signum mœroris †, & commiserationis [t], & stuporis sive admirationis [v], & indignationis [x], ad tanta mala Judæis impendentia [y]; ut solent irati in malis inopinatis [z]. ¶ *Et*, &c. וּרְקַע וגו׳ [*Et allide* (vel, *obstrepe*, ό. *concute*, Ti. sic Sy. *tunde*, Ar. sub. *tellurem*, Sy. sic Ar. *plaude*, JT. Pi. Heb. *pavi*, Pi. *calcitra*, M. *calca*, V. vel, *extende*, P.) *pede tuo*, Ch. sub. *lutum*, P. extendendo scilicet pulverem sive lutum quod est sub pede tuo: cùm enim aliquis pede terram percutit, velut extendit & expandit terram sub pedibus; ut solent ii quibus subitò accidit quidpiam mali [a]. Heb. *Fac distensionem cum pede tuo*. Est enim quorundam mos, ut turbati pedem unum à se abjiciant [b]. *Divarica pedes tuos*; vel, extende in diversas partes: ut solent qui vel aliquid grave denunciant, vel indignatione flagrant [c]. Signum hoc doloris, & stuporis, &c [d]. [ut in præcedente membro.] Sensus loci, q. d. Manum tuam extende versùs Judæam, tanquam percussurus, & terræ pulverem pede discute; ut figures id quod ego facturus sum. Hunc sensum exigunt quæ mox sequentur v. 14 *. ¶ *Et dic, Heu*, ità Mo. P. אָח] *Ah*, M. Ti. JT. Pi. *Hei*, vel *Heus*, Calv. Dolentis est [f], [ut priora.]

12. *Qui longè est*] Vel, ab hoste, ut sequentia indicant [g]: vel, à patria [h]; qui in longinquum exsilium tracti putaverint se reconditos esse in latebris, nec periculum vel incommodum [aliud] metuunt [i]. ¶ *Et qui relictus fuerit* (sub. *à peste* G.) *& obsessus*; sic M. P. Ti. JT. Pi. וְהַנָּצוּר] *Et servatus*, sub. *à gladio*. נָצַר, inter alia, est, *servare* [k]. ¶ *Et complebo*, &c.] Vel, *Denique consummabo*, &c. JT. q. d. Quid pluribus opus est? Exhauriam totam pharetram sagittis, &c [l].

13. *Et subtus*, &c. וְתַחַת כָּל־אֵלָה עֲבֻתָּה] *Et sub omni quercu* (vel, *terebintho*, vel *castanea*, vel *ulmo*, Q. in V.) *frondosa*, P. vel, *perplexa*, V. vel, *densa*, V. JT. Pi. sic M. Ti. intricatos sive perplexos habente ramos [m].

14. *Faciam terram desolatam — à deserto*, &c. מִמִּדְבַּר דִּבְלָתָה] *A deserto Diblathah*, Mo. LXX, Ch. vel, *usque in Diblath*, M. Ti. sic P. Me. *usque à saltu Deblatha*, Ca. *indè à deserto Deblathæ*, Ar. supple, *usque ad Jerusalem*, La. q. d. Tota Judæa vastabitur [n]. *Deblatha* videtur esse eadem quæ *Reblatha*, quæ est in terra Hemath, 2 Reg. 25. 6. ד enim & ר facilè permutantur [o]. Hujus meminit, quia ibi Nabuchod. consedit dum ejus exercitus Jerusalem expugnaret, 2 Reg. 25. 6 [p]. At receptæ lectioni favent ό. & Chald [q]. [Alii ergò aliter vertunt.] *Quàm terram Deblathæ*, Sy. *magis desolatam quàm desertum*, &c. JT. sim. Pi. Calv. Belg. Gal. *Faciam terram* Judæam *desolatiorem & vastiorem Deblathâ*, quod est desertum Moabiticum, cujus mentio Num. 33. 46. Jer. 48. 22. Est pars deserti illius horribilis cujus meminit Moses Deut. 8. 15 [r]. ¶ *Et scient*, &c.] Ut nôrint me esse constantem in dictis meis præstandis †.

CAP. VII.

2. **F**Inis, קֵץ] *Finis*, sub. ex v. 6. *venit*, vel *imminet*, V. i. e. suprema ultio [a]; vel, desolatio [b]. Regionem alloquitur [c]. q. d. Hactenus moderatè vobiscum egi, jam vos consumam [d]. ¶ *Quatuor plagas*, &c.] Heb. *oras*, vel *alas*, Pi. Calv. i. e. totam Judæam *.

3. *Judicabo* (i. e. Puniam [f]) *te juxta vias tuas*] i. e. Puniam pro meritis [g]. ¶ *Et ponam contra te*, &c.] Tanquam accusatores tui coram me judice [h]. Vel, *super te*, &c. M. P. Ti. Mo. Faciam ut in caput tuum recidant [i]. Affligam te pro ratione scelerum tuorum [k].

4. *Vias tuas*] i. e. Pœnam viarum [l]. ¶ *Abominationes tuæ*] i. e. Pœnæ peccatorum [m]. ¶ *In medio tui erunt*] i. e. Ubique tibi aderunt [n]. Erunt in propatulo, omnibus conspicuæ [o]. Reipsa patebit te fuisse pervicacem [p]. Vel, *medium* pro corde accipi potest [q]: q. d. Pœnæ hæ dissecabunt tibi cor, & viscera corrodent [r].

5. *Afflictio*, &c. רָעָה אַחַת וגו׳] *Malum unum, malum*, (vel, *Malum, unum malum*, P.) *ecce, venit*, Mo. P. *Unum*, i. e. malum eximium *, singulare [r], quale antea non fuit, nec erit [v]; extremum & funestissimum, quod non eget alterius auxilio ad omnia vastanda [x]. Q. legunt אַחֵר, *alterum, aliud*; & ità legisse videtur Chaldæus, cùm vertit, *Multa mala tibi advenient* [y]. *Malum super malum, ecce, adest*, Ca. *Ecce, malum post malum venit*, Ch. M. *En calamitas calamitatem excipit*, Ti. Nullus erit modus, quin Deus mala malis accumulet [z].

6. *Evigilavit* (vel, *Excitatus est*, Ti. *Pervigil irruit*, JT. G.) *adversùm* (vel, *super*, M.) *te*] Ità Mo. P. &c. sub. *afflictio*; i. e. Rupto somno venit †. ¶ הַקֵּץ אֵלָיִךְ] Al. *Finem fecit*, vel *attulit, tibi*, sub. *Deus*. Videtur esse battologia; sed tamen multùm necessaria est, ut magis commoveat populum ad resipiscentiam [a]. *Evigilavit*, scil. maturo tempore, ut fructus in æstate [b]: vel, q. d. Citò veniet, quasi summo manè evigilaverit ut veniret [c].

7. *Venit*, &c. בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ] *Venit* (vel, *Supervenit*, JT. Pi. *Adest*, Ca. *Venit*, inquam, M. Ti.) *cidaris matutina* (vel, *corona*, Ti. *regnum*, Ch. i. e. Imperator Nabuchodonosor [d]: vel, πλοκὴ, Th. in D. i. e. *nexus*, D. *contextus & ordo* malorum omnium, V. D. ex Hi. vel, ἐπισκόπησις, Aq. i. e. *contemplatio & prospectio*, V. D. vel, πέρας, ό. [id est, *finis:* malè ergò G. πλοκὴν ex ό. reddit.] Pro πλοκὴ, ό. habent πέρας *. Vel, *successio*, Q. He. in V. vel, *causa*; q. d. In causa est Deus ut veniat contra te inimicus [f]: vel, *contractio*; q. d. Contracta est dies & abbreviata [g]: vel, *manè*, Calv. sic Ca. vel, *mane illud*, Pi. G. sic JT. i. e. vel, tempus illud quo visitaberis quasi summo manè, i. e. maturè [h]; vel judicium; nam manè judicia exercebantur [i]: vel, sententia *matutina*, P. i. e. brevi ventura in perniciem tuam [k]: vel, excidium tuum *manè*, M.) *ad te*, Mo. vel, *tibi*, P. JT. Pi. *super te*, M. Ti. *in te*, Ca. G. Excutit illis veternum in quo obtorpuerant, promittentes sibi noctem perpetuam, & omnia sibi permittentes, acsi essent in tenebris,

bris, & nunquam ad rationem reddendam vocandi essent [l]. צְפִירָה significat *matutinum*, ex usu linguæ Chaldaicæ, in qua scil. צְפַר (& צְפִירָא [m]) est *mane*, in Targum Gen. 1. 5 [n]. ¶ *Tempus,* הָעֵת] *Tempus illud*, JT. Pi. statutum scilicet vel condictum, annus visitationis [o]. ¶ *Dies occisionis*; ità P. מְהוּמָה] *Tumultûs*, M. Ti. Mo. Pi. Calv. *strepitûs*, Calv. *interitûs*, M. *vexationis*, Sy. JT. nempe per Chaldæos [p]: *clamoris*, V. *fractionis*, vel *calamitatis*, Q. in V. *festinationis*, Sym. in V. & D. *famis*, Th. in V. & D. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא הֵד הָרִים] *Et non* (vel, *Non autem*, JT. Pi. sub. *erit*, M.) *repercussio* (vel, *clamor*, M. Ti. Calv. *echo*, P. *resonantia*, V. *celeusma*, Q. in V. *echûs*, JT. Pi. *sonitûs*, Ca.) *montium*, Mo. V. i.e. Non vani rumoris, qualis est echo [q]. q. d. Instat clamor & tumultus verus, non fictus [r], horribilis, non inanis †, ut qui editur repercussu loci concavi [t], vel inter montes [v], ex clamore hominis [x]. Malum non erit leve aut ludicrum, ut cùm mugitu montium terrores panici concipiuntur; sed malum commotionis maximæ [y]. *Et non carminis vinitorum in montibus*, G. vitiferis scilicet [z]. Vide Esa. 16. 9, 10 [a]. & Jer. 48. 33 [b]. Non vox lætitiæ, qualis vindemiatorum [c]; vel etiam, idololatrarum circa idola in montibus saltantium & cantantium [d].

8. *De propinquo*] Tempore scilicet *. Brevi, vel citò [f]. *E propinquo*, Pi. vel, *cominus*, JT. sub. *adsum*, JT. Pi. non tam essentiâ, quàm operatione tibi incumbente [g].

10. *Egressa*, &c. יָצְאָה וגו׳] *Exivit*, vel *Prodiit*, (vel, *Progressum est*, V. *Exortum est*, Pi. sic Ca. *Apparuit*, G.) *manè illud*, JT. Ti. &c. ut suprà v. 7 [h]. ¶ *Floruit* (vel, *Floret*, Ca. *Effloruit*, JT. i. e. Fuit in rebus prosperis [i],) *virga*] Ità Mo. P. &c. vel, *baculus*, M. V. *flagellum*, sub. *quod immittam*, V. *virga illa*, Pi. sic JT. i. e. vel, 1. Tribus Judæ [k], quæ innuitur voce מַטֶּה [l], quæ & *virgam*, & *tribum*, significat [m]. Ità ὑπαίνιξις est, cujus gratia consistit in homonymia vocis. Nam ut surculus in arbore floret, germinat, fructum edit: sic Tribus Juda (ejúsque impietas [n]) floruisse, germinâsse, & fructum suum attulisse, dicitur [o]. Vel, 2. Nabuchodonosor [p]. q. d. Jam adest afflictio quam toties minatus sum [q]. *Virga*, quâ scil. verberabimini [r]. Significat Deum non præcipitanter agere, sed per gradus: q.d. Destinavit Deus, & quasi plantavit, ministros vindictæ suæ, sed finit ipsos crescere & venire ad maturitatem; habétque baculos paratos, quanquam tempus nondum sit completum †. ¶ *Germinavit* (vel, *Pullulat*, Ca. *Protulit*, G. *Floruit*, V.) *superbia*; ità P. Calv. M. &c. הַזָּדוֹן] *Confidentia*, Ti. vel, vir *superbiæ*, i. e. superbus: nempe Nabuchod [t]. qui jam Imperium accepit, & se apparat ut te oppugnet [v]. Vel, *superbia illa*, Pi. nempe vestra [x]; vel, Tribûs Juda, quâ Prophetas contempsit [y]. Vel, *superbiam*, JT. G. Is fructus flores secutus est [z]. Ostendit, quamvis baculus creverit in Chaldæa, radicem tamen fuisse apud Judæos. *Superbia* hîc denotat, tum fastum & arrogantiam quâ Deum ejúsque minas spernebant; tum etiam peccandi licentiam, quæ ex contemptu Dei nascitur [a].

11. *Iniquitas*, &c. הֶחָמָס קָם לְמַטֵּה־רֶשַׁע] *Violentia* (vel, *Iniquitas*, P. *Vis injuriæ*, M. *Afflictio*, vel *Oppressio*, Q. in V. *Inhumanitas*, Ca. *Ipsa violentia*, JT.) *surrexit* (excrevit, Ti. *assurgit*, Ca.) *in*, vel *ad*, *virgam*, vel *baculum*, *impietatis*, Mo. Pi. Ti. Ca. Calv. &c. vel, *evasit virga*, &c. i.e. fuit causa flagelli quo percutientur impii [b]. [*Violentiam* hîc intelligunt,] vel, 1. Chaldæorum, quâ oppriment Judæos [c]. *Violentia* (i. e. Chaldæis violentus) *se expedivit adversus virgam istam impiam*; id est, adest qui eam exscindat radicitus [d]. Cum sceptro impii crevit injustitia. Ità Græci accipiunt *. Vel potiùs, 2. Judæorum [f], in Deum & proximum [g]; vel, in fratres tenues [h]. Confirmat radicem vindictæ esse in ipsis Israelitis [i]. Injustitia ista in causa erit ut impietas vestra Divinâ virgâ puniatur *. ¶ *Non*, &c. לֹא מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם וְלֹא מֶהֱמֵהֶם] Referunt hoc vel, 1. ad Chaldæos; ut sensus loci sit, Incrementa hæc [imperii vel potestatis] *non ex eis* proveniunt, *neque ex multitudine* populorum, *neque ex strepitu* & tumultu exercituum, sed ex Deo, qui illos fecit flagellum vestrum [k]. Vel, 2. ad Judæos [l]. [Verba autem sic reddunt,] *Non* (vel, *Nihil*, Calv. Ti. *Nullus*, M. Ti. sic JT. *Neque* aliquis, V. sub. *superstes erit*, Pi. sim. M. JT. vel, sub. *remanebit residuum*, P. Calv.) *ex iis*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Ch. Sy. &c. (*Non ex eis*, supple, *quisquam à malis immunis erit*, G.) *neque* (vel, *nihil*, M. Ti.) *à*, vel *ex*, *multitudine* (i. e. ex plebe [m]: vel, *divitiis*, P. sim. M. Calv. Ti. vel, *sonitu*, Ch. *tumultu*, Sy.) *eorum*, Mo. JT. Pi. &c. *neque à*, vel *è*, *tumultu* (vel, *strepitu*, Pi. Calv. *strepitibus*, i.e. primoribus. Verbum est frequens Chaldæis [n]. Ex magnatibus, qui cum strepitu comitantium incedunt. Vel, ex viris *strepitûs*, i. e. qui strepitum excitant; ut sit genitivus effecti [o]. Vel, *filiis*, Ch. vel, *operatione*, Sy.) *eorum*, Mo. &c. vel, *neque ex Thrasonibus ipsorum*, JT. *neque ex eorum* semine, P. sim. M. *neque* aliquis *ex ipsis*, i. e. de iis qui ad eos pertinent, non afflictus. Hebræi exponunt מֶהֱמֵהֶם, pro מֵהֶם *ex ipsis*; dicúntque מ & ה geminari, acsi dixisset bis מֵהֶם, *ex eis ipsis*: q.d. Nihil prorsus ex eis remanebit. Alii deducunt ab הָמָה *tumultum* & *strepitum facere*, & vertunt, *de strepitu eorum*, i.e. de re super quam homo se conturbat & tumultuatur, h. e. de filiis [p]. Gradatim ostendit omnes perituros: 1. promiscuam turbam; 2. proceres ferocientes in Deum, & obstrepentes majestati ejus; 3. pauperes reliquias, de quibus suprà cap. 4. & 5. actum est [q]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא נֹהַּ בָּהֶם] *Et non* (sub. *erit*, Ti. &c.) *luctus*, vel *lamentum*, *in eis*, P. Mo. Ti. vel, *inter eos*, M. *de ipsis*, JT. G. *ex eis*, V. *propter eos*, V. Pi. Nemini vacabit lugere mortuos, Jer. 16. 4, 5, 6, 7 [r]. Viventes non flebunt super mortuos, ut Jer. 25. 33. vel, propter multitudinem angustiarum †; vel, quia promiscua erit omnium strages, nec ulli futuri erunt superstites [t]; vel, quia gravitate & acerbitate judiciorum Dei ità obruentur, ut ne per somnium quidem cogitent de lamento popularium suorum faciendo [v]. Cognati ipsorum non audebunt eos solenni lamento honorare, metu præsentium hostium [x]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Nec ipsi, nec eorum multitudo, aut opes, excipientur, nec erit ulla eorum deploratio.*]

12. *Venit tempus*, &c.] q. d. Quum advenerit illud tempus, hæc omnia vobis superventura sunt [y]. ¶ *Qui emit, non lætetur*] Quia re emptâ diu non fruetur [z], sed eam prædabuntur Chaldæi [a]. ¶ *Qui vendit, non lugeat*] Quia, etsi non vendidisset, perditurus erat [b]. Solent gaudere qui bene rem emerunt; & dolere, qui vendere sua coguntur. Nunc par utriusque erit sors [c]. Nullum discrimen erit inter divites & pauperes [d]. Tanta erit malorum vis, ut non vacet hominibus in res præteritas intueri, aut de præsentibus, præterquam de salute aut fuga ad salutem, cogitare *.

13. *Non revertetur*] Nempe in anno jubilæi, juxta Legem, Levit. 25. 13 [f]. Obj. Jer. 32. 15. *Adhuc possidebuntur domus*, &c. Resp. 1. Ezechiel loquitur de parentibus, & de præsenti: Jeremias de filiis, & de futuro [g]. 2. Jeremias alloquitur fideles, ut sperarent restitutionem: Ezechiel alloquitur reprobos, qui exclusi erant spe liberationis [h]. ¶ *Et*, &c. וְעוֹד בַּחַיִּים חַיָּתָם] *Et* (vel, *Quamvis*, JT. Calv. sic P. Pi. V. G. Copula adversativè ponitur [i].) *adhuc* (vel, *etiam*, Mo.) *inter vivos*, Calv. sic M. Mo. Pi. &c. (vel, *in vita*, P. vel, *in integro*, JT. sub. *fit*, JT. Calv. Pi. sim. P.) *vita* (vel, *anima*, P.) *eorum*, Calv. Mo. M. &c. vel, *caterva eorum*, JT. Pi. Vel, 1. sub. *quæ vendidit*: q.d. Etiamsi nondum perierint quæ vendita sunt, sed salva integráque adhuc sint omnia [k]. Vel, 2. qui rem venditam possident, illámque venditori restituere cogerentur, si adhuc locus esset Legi [l]. *Quamdiu erunt in vivis superstites*, Ca. *Etiamsi adhuc vivi superessent*, Ti. V. sic Calv. Etiamsi vivat, nempe ad jubilæum usque, non tamen repetet rem venditam; quia in potestate erunt aliorum & ipse & prædia [m]: quia impediet ipsos exsilium & captivitas [n]. Nihil proderit quòd supervixerint [o], quia in alienam terram transmigrabunt [p]. ¶ *Visio*, &c. כִּי חָזוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ לֹא יָשׁוּב] Alii distinguunt hanc partem in duo membra [q]. *Quia cùm visio esset adversùm vulgus ejus, nemo revertebatur*; i. e. Quia cùm monerentur à Prophetis, nemo erat qui eos audiret & se converteret, quíque [ut sequitur] pro virili suo animam suam ab iniquitate sua erueret [r]. *Quia visio erit super totam harum rerum multitudinem, & non revertentur*, Ar. ex o'. *Quia cùm prophetæ prophetarent ad omnem multitudinem eorum, ut pænitentiâ*

[Margin notes, left column: l Calv. m G. n Pol. o Calv. p Pi. q Cas. r V. † M. sic Calv. t V. v Calv. x M. y Jun. z La. V. a G. b La. c Q. in V. sim. La. ex Pra. Mo. T. d La. sim. T. * Calv. f Mo. ex Pra. La. g Jun. h G. i Idem. k G. sim. Jun. Pol. San. l Pol. m G. sic Pol. n San. o Jun. p V. Calv. San. q V. r Ca. sim. Pi. M. † Calv. t V. ex M. v V. x Ca. La. y Pi. z G. a Calv. b V. c Pi. d G. * Pra. f Pi. M. Pra. g M. h Pi. sim. Pra. i Calv. * Ca. k Q. in Pra. sim. T. l Pra. La. Calv. &c.]

[Margin notes, right column: m G. sic Pi. &c. n G. o Pi. p V. q Jun. r G. † V. t Calv. v Jun. x Pi. y Jun. z M. sim. Pi. a La. b T. ex La. sim. Pi. &c. c G. d Calv. * Jun. f V. sim. G. Pi. La. g Pra. h Calv. i Idem. k Jun. l Pi. m G. n Calv. o M. p V. sim. M. q O. in Calv. r M.]

nitentiâ redirent, non redierunt, Ch. *Nam prophetia fiet super universum populum (sive turbam & vulgum) ejus, & tamen non resipiscet.* Prophetæ enim conabantur revocare populum ad resipiscentiam †. *Quia visio super omnem multitudinem ejus : non revertetur.* i.e. Visio fuit ad totum populum; Deus omnes & singulos hortatus fuit ad resipiscentiam : nemo tamen resipiscit, sed omnes surdi sunt & obstinati in sceleribus[t]. Hæc expositio probabilis videtur, aliena tamen est[v]. [Alii ergò aliter accipiunt.] *Quia*, vel *Nam*, *visio* (i.e. prophetia[x], vel doctrina prophetica[y], vel judicium Dei in visione mihi demonstratum[z],) *ad*, vel *super*, *omnem*, vel *totam*, *turbam*, sive *multitudinem*, (vel, *opulentiam*, Ti. vel, *de tota multitudine*, Pi.) *ejus* (i.e. Judæorum[a]; q.d. de omni hoc populo[b]; vel, postquam promulgata fuit contra totam multitudinem[c] : vel, quod minatur prophetia ex revelatione Dei, quòd opulentia eorum sit perdenda[d],) *non revertetur*, Mo. P. Ti. Pi. &c. i.e. Vel, 1. non repetetur aut iterabitur, sed uno eodémque tempore consummabitur *. Vel, 2. non redibit vacua; non erit inanis[f], vel irrita[g], ut Esa. 55. 11[h]. sed perficietur : non erunt verba duntaxat, sed res sequetur[i]. Metaphora à sagitta, quæ, cùm non perforat scopum, resilit inani ictu[k]: vel, à legato qui re infectâ redit[l]. Vel, 3. non retractabitur vel revocabitur à Deo : nam regredi est, ad os loquentis verbum revocari[m]. ¶ *Et vir*, &c. [וְאִישׁ בַּעֲוֺנוֹ חַיָּתוֹ לֹא־יִתְחַזָּקוּ] *Et unusquisque* (vel, *singuli*, JT. Pi. Heb. *vir*, Pi. Calv.) *in iniquitate sua* (i.e. in pœna iniquitatis suæ[n],) *vitæ suæ* (vel, *animæ suæ*, V. vel, *in vita sua*; vel, *in*, sive *ad*, *vitam suam*, h.e. ità ut vitam obtineant[o] : vel, *catervâ suâ*, JT. Pi. q.d. Etiamsi omnibus omnino rebus circumfluant quæ ad hominum confirmationem videntur pertinere, eæ tamen nullius momenti erunt[p].) *non se confortabunt*, sive *roborabunt*, Mo. Pi. sim. V. JT. Calv. sub. *ut revertantur ad rectitudinem*: q.d. Singuli pertinaciter retinebunt peccata sua, nec dabunt operam (id significat *roborare se*) ut resipiscant[q]. Frustrà illi contemptores effugium aliquod sperant ; quia ubi Deus vindictam suam protulerit, tenebit eos constrictos : & frustrà nitentur suâ iniquitate & obstinatâ malitiâ, quam Deo opponunt, acsi possent violenter agendo frangere verbum ejus, & virtutem ejus in nihilum redigere : sed profectò carebit hæc contumacia, nec ad resistendum sufficiet[r]. Non roborabunt se ut possint consistere contra Chaldæos †. Al. *Et uniuscujusque vita in iniquitate sua* demersa erit, *non confortabuntur*, P. *Neque ullus propter iniquitatem suam pro anima sua sese roborabit*, M. *Nec quisque vitam suam in iniquitate sua roborabit*, Ti. Nè quis se malè agendo putet tutum fore[t]. *Nec homo pro oculo vitæ suæ* quicquam *obtinebit*, Ar. ex ό. עין legerunt, non עון[v]. *Nec vir per iniquitatem suam conservabit vitam suam*, Sy. *Quisque in sceleribus animæ suæ sibi placet, & interea dum ipsi permanent, non apprehendunt pœnitentiam*, Ch. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Siquidem ejusmodi fatum universæ multitudini ejus impendet, ut redituri non sint, aut suam quisque vitam retenturi : id quod fiet eorum culpâ.*]

14. *Canite*, &c. [תָּקְעוּ בַתָּקוֹעַ] *Clangite* (vel, *Clanxerunt*, Mo. M. *Clangent*, JT. *Clangetur*, Ca. *Canent*, Ti. *Utut clanxerint*, Pi. sim. Calv. San.) *tubâ*, P. &c. vel, *classico*, JT. *classicum*, Ti. Ironia, imò sarcasmus[x] : q. d. Convocate milites, ut vultis[y]. Conclamate arma[z]. Quidvis molimini[a]. ¶ *Preparentur*, &c. [וְהָכִין הַכֹּל] *Preparando* (vel, *& preparate*, P. *& preparare*, Mo. *ut preparentur*, sub. *ad certamen*, Q. in V. sim. Pi. *ut comparent*, JT. *idque ad preparandum*, Pi.) *omnia*, M. Ti. Ca. Mo. sic P. vel, *omnes*, JT. sic Pi. nempe milites[b]. ¶ *Non est*, &c.] Attamen nemo est qui pugnare audeat. Vide infrà 17[c].

16. *Et*, &c. [וּפָלְטוּ וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, JT. vel, *Quidem*, Pi.) *evadent evasores eorum*, Mo. vel, *qui evaserint ex eis*, V. [Alii hæc cum sequentibus jungunt, hoc modo,] *Qui reliqui facti fuerint ex eis*, evadentes scilicet, *erunt in*, &c. Q. in V. *At qui eorum sospites* ab illis malis jam dictis evadent, *illi erunt in montibus*, &c. G. Sensus, Evadent ex iis aliquot, sed pauci[d]. ¶ *Et*, &c. [וְהָיוּ וגו׳] *Et*, vel *Sed*, *erunt super montes quasi columbæ vallium*, Calv. sic JT. Pi. &c. sic dictæ, vel, 1. quia degunt in vallibus * : vel, 2. quia ibi congregantur magis quàm in montibus[f] : vel, 3. quia in petrarum foraminibus nidificant, quæ in vallium lateribus sitæ sunt[g] : vel, 4. quia ibi se abscondunt propter metum[h]; quia, licèt in montibus circumvolitare soleant, tempestate tamen imminente ad convallem se demittunt, ut in locum apricum[i]. q. d. Columbæ, quæ, metu aucupis aut accipitris, naturali sede desertâ, coguntur aliò secedere, ut vitæ suæ consulant. Columbis convallium montanæ opponuntur, ut feræ domesticis[k]. Vel, quæ in convallibus manent, verùm metu aucupum ad montes convolant[l]. Columbæ vallium apud Hebræos sunt mansuetiores, quæ loca culta non fugiunt ; ac proinde columbis sylvestribus, erraticis, & palumbis, opponuntur. His autem difficillima est horridorum montium inhabitatio. Significat vexationem & instabilitatem reliquiarum; q. d. Montes & rupes, loca scilicet incommoda, petent, ut vitæ suæ consulant[m]. ¶ *Omnes trepidi* ; sic JT. [כֻּלָּם הֹמוֹת] *Omnes gementes*, P. Heb. *resonantes*, V. vel, *fremendo*, vel *murmurando*, vel *strependo*, Calv. *Gemere* propriè de columbis aut turturibus dicitur †. In columbæ voce est aliquid querulum & gemebundum. Vide Nah. 2. 7. Virg. eclog. 1. *Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.* Mart. epig. 3. 58. *Gemit hinc palumbus, indè cereus turtur* *.

17. *Omnes manus*, &c.] Nempe, militum Judaicorum[n]. q. d. Vires deficient[o]. ¶ *Et omnia genua fluent aquis*] Sic Ch. Vel, 1. sudore[p]; ex gravi angustia[q]. Verùm in pavore non stillat sudor, maximè in genibus: quanquam Arist. Problem. 26. 2. scribit ex timore sudare pedes potiùs quàm facies[r]. Præ sudore videbuntur resolvi in aquam : timor enim sudorem elicit. Liquefient, ut non sit in eis fortitudo †. Vel, 2. urinâ, præ pavore & angustia defluente[t]. Perfluent lotio præ metu[v]. Vide Aristot. de Partibus animal. 4. 6[x]. & Problem[y]. [תֵּלַכְנָה מָּיִם] *Ibunt* (*incedent*, M. *defluent*, Ti. sic Pi. *abitura sunt*, JT. *Ire* hîc pro fluere ponitur[z].) *aquæ*, Mo. vel, ut *aqua*, Pi. sic Calv. P. M. &c. vel, *in aquas*, JT.

18. *Accingent se ciliciis*] i. e. Vestibus lugubribus[a], ut in summo mœrore[b]. ¶ *Et operiet* (i. e. undique invadet[c]) *eos formido* ; ità ό. P. Mo. [פַּלָּצוּת] *Terror*, M. Ti. *horror*, Pi. G. sic JT. Ca. i. e. terrificæ & horrendæ species : nisi malis causam luctûs hîc exponi, quòd terroribus judicii Divini prosternantur, ex collat. Psalm. 55. 6[d]. ¶ *Calvitium*] Signum luctûs *. Vide Esa. 3. 24. Jer. 48. 37. Mic. 1. 16[f]. Judæis tamen hoc interdictum erat, Deut. 14. 1[g]. Non exprimit hîc Propheta quid ipsi facturi sint, sed quid res ipsa ferat[h].

19. *Argentum eorum foras projicietur*] Vel, 1. ut sint expeditiores ad fugam[i]; vel, 2. ex desperatione[k]. Quia videbunt se id sibi servare non posse, ideo ipsi projicient, nè ad hostes perveniat[l] : vel, quia nulla illis erit spes vitæ[m]. Vel, *projicietur*, nempe à Chaldæis rapientibus, &c[n]. ¶ *Aurum eorum in*, &c. [לְנִדָּה וגו׳] *Elongabitur*, P. *erit* (vel, *vertetur*, Pi.) *in elongationem*, Mo. V. i.e. abjicietur à se, ut expeditiùs fugiant[o]. Vel, *abjectionem*, M. sim. Ti. Calv. *separationem*, Pi. sic JT. *immunditiam*, Pi. Q. in V. propriè, *menstruatæ*, V. sim. Pi. q. d. Aurum diripietur à Chaldæis incircumcisis, adeóque profanabitur, & ipsis Judæis exsecrabile fiet[p]. Vel, *commotionem & transmigrationem*, K. in La. q. d. transferetur in Babylonem[q]. Vel, *contemptum*, i.e. à Chaldæis contemnetur, ut nolint accipere id in lytrum vitæ, &c[r]. Al. Judæi pro nihilo ducent, & illud libenter à se separabunt †. Vel, *in sterquilinium*, Vulg. Defodietur alicubi. Heb. *spernetur ut res immunda* *. ¶ *Non valebit liberare*, &c.] Neque enim erunt ipsorum, sed in hostium potestate[t]. ¶ *Animam suam* (i.e. appetitum animæ[v], sive famem suam[x] ; vel, semetipsos[y],) *non saturabunt*] Vel, *implebunt*, P. M. &c. ¶ *Et ventres eorum*, &c.] Id est, Tenuiter pascentur, ut servi[z]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי מִכְשׁוֹל עֲוֺנָם הָיָה] *Quia*, vel *Eo quòd*, (vel, *Quum*, Pi.) *offendiculum* (vel, *scandalum*, V. Vulg.) *iniquitatis eorum fuit*, Mo. M. Ti. Calv. &c. vel, *erit*, V. *aderit*, JT. Pi. *factum est*, G. ex Vulg. Sensus, Hæc fuit, vel erit, occasio, vel, 1. peccandi[a] ; avaritiæ, injustitiæ, luxûs, ac præsertim idololatriæ[b] : vel, 2. ruinæ[c]. *Scandalum* vocat id in quod impingent, id est, ruinam ; q. d. Incident in talem calamitatem propter iniquitates

[Margin, left column: t V. — r Q. in Calv. — v Calv. — x G. Pi. — y Q. in Calv. — z Jun. sim. Calv. Glass. rhet. 1. 19. 480. — a Pi. — b G. — c Calv. — d Q. in V. — * Jun. — f Glass. ib. — g V. — h Calv. G. T. Me. La. — i G. — k V. — l La. ex Pra. — l Li. — m La. ex Pra. — n Pol. — o Calv. — p Jun. — q V. — r Calv. — † Pi. sim. Li. — t G. — v G. ex Hi. — x Pra. sim. Sar. — y T. ex Me. &c. — z Jun. — a G. — b Pi. — c G. — d V. — * Pi.]

[Margin, right column: f M. — g Sar. — h Calv. — i Q. in Pra. sim. Me. — k BA. 2. 13. 3. 17. — l Al. in Pra. — m Jun. — † G. — * BA. ib. 2. 13. — n Pi. — o G. — p V. La. — q Li. — r San. — † V. — t T. sic Me. & Li. ex Pra. — v G. sim. M. — x San. — y La. — z Calv. — a Pi. — b G sim. Pra. Jun. &c. — c G. Pra. sic La. — d Jun. — * Pra. sim. La. V. Ca. &c. — f G. — g Pi. sim. Calv. — h Calv. — i La. sim. Pra. — k Calv. sic La. — l G. — m Calv. — n La. — o V. — p La. — q La. ex Ki. — r La. ex Mald. — † Calv. — * G. — t G. — v La. sic V. — x La. — y G. — z Idem. — a Calv. sim. Pra. La. &c. — b La. — c T.]

iniquitates suas [d]. *Quia ruina hæc propter iniquitatem eorum erit*, P. Ideo aurum & argentum ipsis non proderunt, quia iis usi sunt ad idololatriam*. Pecunia & pecuniæ sitis duxit eos ad hoc offendiculum; quia in ipsam fidebant, obliviscentes Dei, &c [f]. Suo ipsorum maleficio sibi parant offendicula, in quæ impingentes corruant [g]. *Est enim eorum culpæ infortunium*, Ca.

20. *Et*, &c. וּצְבִי עֶדְיוֹ לְגָאוֹן שָׂמָהוּ וְצַלְמֵי תוֹעֲבֹתָם שִׁקּוּצֵיהֶם עָשׂוּ בוֹ] [Variè reddunt.] *Et ornamentum monilium* (quæ eis dedi [h], ut sponsus sponsæ; vide Ezec. 16. 11 [i]. Vel, *electa mundi*, ο'. scilicet muliebris; Græcè enim est κόσμος, i. e. ornatus mundúsque muliebris: non, *mundi*, i. e. orbis, ut intellexit Hieronymus [k].) *suorum* (vel, *decus ornamenti sui*. Sic vocat aurum & argentum, utpote testimonia liberalitatis & gratiæ Dei [l].) *in superbiam* (גָאוֹן hîc, ut alibi sæpe, in malam partem accipitur [m].) *posuerunt*, (vel, *posuit ipsum*. Exprobrat Judæis ingratitudinem, quòd tale decus converterint ad superbiam [n].) *& imagines abominationum suarum* (i. e. idolorum [o]) *& simulachrorum* (vel, *& spurcitiarum suarum*, Calv.) *fecerunt ex eo*, Vulg. La. Calv. Ità opes converterunt in superbiæ & impietatis materiam [p]: illis abusi sunt tam ad luxuriam & vanas pompas, quàm ad superstitiones, ad conflanda idola, & dona eis offerenda [q]. Al. *Quod in decorum ornatum & splendorem datum erat ipsis*, (est enim hîc verbum impersonaliter positum pro passivo,) *de eo imagines suas abominabiles ac spurcas fecêre*; de isto auro & argento, quo speciosi esse poterant apud vicinos [r]. Al. *Et* (vel, *Quin*, JT.) *decor* (vel, *decorem*, JT. Pol. *gloriam*, P. *pulchritudinem*, Ti.) *ornamenti sui*, sive *ejus*, (vel, *Quippe quod attinet ad pulchrum ornatum ipsius*, Pi. vel, *Et elegans ornamentum suum*, M. Intellige, vel, 1. Arcam fœderis, symbolum præsentiæ Dei, qui verus est decor & ornatus Ecclesiæ†: vel, 2. Templum [t], pulcherrimum & celeberrimum, quod erat gloria decoris Dei, & quo ornabatur, tanquam sponsa vestibus ac monilibus suis, & de quo ipsi [Judæi] gloriabantur [v]; vel, quo Deus ornaverat Judæos, ut sponsus sponsam monilibus [x].) *in*, vel *ad*, (vel, quod *in*, P.M.) *excellentiam* (vel, *magnificentiam*, M. *superbiam*, P. Ti. *decus eximium*, Q. in V.) *posuit* (vel, *posuerunt*, P. *convertit*, Ti. *posuerat*, M. JT. Pi. Pol. sub. *populus*, ex mandato Dei [y]: vel, sub. *Deus*, M. sic Pol.) *illum*, M. Mo. (vel, *eis*, Q. in V. vel, affixum הוּ hîc redundat [z]. [Quare nec Pol. nec Ti. illud reddunt.] Sensus, q. d. Quod Templum eo fine positum fuit, ut Deus suam in eo gloriam conspiciendam præberet, & populo excellentem gloriam apud exteros conciliaret, unde Judæi de Templo magnificè gloriabantur†; ut Israel tali Templo & cultu reliquis populis excelleret [a]:) *&* (vel, *sed*, Pi. [Alii τὸ ו *&*, velut redundans, in versione omittunt, ut JT.]) *imagines abominationum suarum*, Mo. P. &c. *spurcitiarum* (vel, *& idolorum*, P. *& detestationum*, Pol. & *rerum detestabilium*, JT. Pi.) *suarum fecerunt in eo*, Mo. JT. Pi. &c. Al. *ipsi fecerunt in eo abominationes suas pro idolis suis*, M. *& fecerunt ex eo imagines abominationis suæ*, & *idola sua*, Ti. [Ca. locum sic reddit, *Qui, nobili suo ornamento in sublimi posito*, (i. e. fano,) *suas sceleftas imagines, sua scelera, fecerint in eo*.] ¶ *Propter*, &c. עַל־כֵּן נְתַתִּיו לָהֶם לְנִדָּה] *Propter hoc*, vel *Idcirco*, *dedi* (vel, *posui*, M. *statui*, JT. *redigam*, Heb. *redegi*, Pi.) *illud* (nempe decus [b]) *ipsis in elongationem*, Mo. &c. vel, *abjectionem*, M. &c. *separationem*, JT. &c. [ut v. præced.] i. e. Abducam eos longiùs à Templo meo [c]. Disjeci illos, & abstuli illis Templum [d]. Propterea feci ut ipsi hæc abjicerent *. Efficiam ut ea ipsa quæ Judæis contuli ad decorem & ornamentum eorum, in eorum ignominiam, rejectionem & exitium convertantur [f].

21. *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *dabo* (vel, *tradidi*, V. *tradam*, Pi.) *illud* (vel, *eam*, nempe gloriam, h. e. Templum [g],) *in manus alienorum*] i. e. Gentium remotarum & barbararum, quæ atrociùs sæviunt [h]. ¶ *Impiis terræ*] Vel, *improborum* hominum *hujus terræ*, JT. ubi tunc prophetabat Ezechiel, i. e. Babyloniæ [i]. ¶ *Et*, &c. וְחִלְּלוּהוּ] *Et* (vel, *qui*, M. Ti. JT. Pi. *ut*, Ar. *Et ipsi*, M.) *profanabunt* (vel, *contaminabunt*, Mo. P. *polluant*, Ar.) *ipsum*, Calv. M. &c. i. e. Vel, 1. contaminata esse demonstrabunt quæ videbantur sanctissima, idola scilicet [k]: vel, utentur tanquam re profanâ, ut Deut. 20. 6 [l]. Quasi profanum rapient quod vos sanctè colebatis †. Tanquam rem profanam & abjectissimam conturbabunt, sursum deorsum omnia vertentes [m]. Ad viles usus vertent. *Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro*. Mulierum vulgò *scaphia fuisse argentea* docemur ex Ulpiano, L. *Quintus Mucius* l. 11. & ex Martiali; imò ex auro, teste Clem. Alex. Pædagog. 2. 3 [n]. Ex hoc *profanandi* verbo multi locum de Sanctuario accipiendum collegerunt. Sed חִלֵּל sæpe accipitur alio sensu, pro, *occidere*; ut sensus sit, quòd hostes, non contenti prædâ, captivos etiam passim trucidarent: vel, quod malim, *profanare* sumitur pro vilipendere, ut alludat ad promiscuum abusum, ubi scilicet non respicimus quorsum res nobis sint destinatæ, sed temere & sine delectu per contemptum vel ludibrium dissipamus. Significat ergò, hostes dilapidaturos non modò substantiam populi, sed etiam homines ipsos [o].

22. *Avertam faciem meam ab eis*] i. e. Vel, 1. à Judæis [p]; licèt me inclamantibus [q]: curam eorum abjiciam, præsidio meo eos nudabo [r]. Vel, 2. à Chaldæis invasuris Templum: q. d. Non prohibebo eos, sinam eos agere pro lubitu †. ¶ *Et*, &c. וְחִלְּלוּ אֶת־צְפוּנִי] *Et* (vel, *Ubi*, JT. *Ut*, Ca. Pi.) *violabunt* (vel, *profanabunt*, Calv. *profanent*, P. *impient*, Ca. *profanaverint*, JT.) *abditum*, sive *absconditum*, sive *arcanum*, (*asylum*, Calv. vel, *adytum*, P. JT. Pi. *penetrale*, Ca.) *meum*, Mo. Calv. M. Ti. V. i. e. Vel, 1. Terram sanctam; quam sic vocat, quòd illam Deus quasi sub alis suis diu absconderat, & quasi asylum fecerat. Vide Exod. c. 19. v. 4 [t]. Vel, 2. Templum [v], Templíque thesauros [x]; & maximè Sanctum Sanctorum [y], vel Adytum, quod LXX vocant ἐπισκοπὴν, (*visitationem*,) quia Deus ibi signa exhibebat suæ majestatis [z]: quod *arcanum* vocatur, utpote locus secretior Templi [a]. Ex hoc versu & præced. aliísque locis quamplurimis, facilè revincitur fabula illa ἀκίφαλος 2 Mac. 2. de Jeremia Propheta, qui Arcam, ignem perpetuum, &c. conservaverit [b]. ¶ *Et introibunt in illud*] Nempe, *adytum*, Q. in V. Pi. Sed pronomen fœmineum est [c], nomen autem צָפוּן masc. Est itaque anomalia generis [d]. Vel, *illam*, P. sic JT. nempe, *civitatem*, V. JT. in Pi. Quod non placet; quia sic violatur ordo sententiarum: quasi scilicet Chaldæi primùm spoliârint Templum, deinde ingressi sint in civitatem; quod implicat contradictionem *. ¶ *Emissarii*, פָּרִיצִים] *Effractores*, Mo. JT. Pi. vel, *grassatores*, Ti. Ca. *diruentes*, P. *nebulones*, M. V. *destructores*, vel *corruptores*, V. Qui spoliandi causâ effringent cameras & capsas in quibus reconditi sunt thesauri †. Latrones, inquit, venient in illud penetrale, quò Israelitæ, quò Levitæ, quò Sacerdoti, extra summum, nefas est intrare*. ¶ *Et contaminabunt illud*] Non pluris facient quàm locum profanum. *Cùm loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt sacra esse*, ait Pomponius in L. *Cùm loca*, D. De religiosis. Cicero Verrinâ 4. *Sacra Syracusarum victoria profana fecerat* [f].

23. *Fac conclusionem*] Ità Aq. in D. i. e. Collige omnia in brevem summam [g]. Minas omnes & pœnas brevi sermone conclude [h]. ¶ הָרַתּוֹק] *Catenam*, Mo. P. M. Ca. G. &c. *restem*, vel *funem*, JT. Pi. quo Deus maleficia Judæorum castigaturus erat *: *catenas*, Ch. In signum, vel, 1. captivitatis [i]: vel, 2. mortis infligendæ sontibus, qui à carnifice reste vinciebantur [k]: vel, 3. quòd trahendi essent Judæi, velint nolint, ad tribunal Dei, ut ibi, reorum more, causam dicerent ex vinculis [l]. ¶ *Plena est judicio sanguinum*; ità Mo. P. sic M. Calv. &c. i. e. peccatis morte dignis [m]: מִשְׁפַּט דָּמִים] *Criminibus* (vel, *causis*, JT.) *capitalibus*, Pi. *peccatis homicidii*, Ch. simil. Pi. *sanguinariis judiciis*, Ca. *Judicio* accipi potest, tum activè, q. d. sanguinibus judicio injusto ab iis damnatis & effusis, h. e. homicidiis; tum passivè, q. d. sanguinibus & cædibus ob quas judicandi & damnandi sunt [n]. Terra tenetur criminum quæ Lex vult morte lui [o]. Judæi adeò rei sunt, ut nequeant ultimam pœnam effugere [p].

24. *Et*, &c. וְהֵבֵאתִי רָעֵי גוֹיִם] *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi. sic Ti.) *adducam* (q. d. manu & directione meâ impellam [q]) *pessimos* (vel, *improbos*, Calv. vel, *malignos*, Ch. vel, *pastores*, Sy. Ti.) *gentium*, M. P. Mo. JT. Pi. Pol. sim. Ar. Ca. crudelissimos nempe & barbaros [r], nempe Chaldæos:

Marginal notes (left column): d V. sim. Pi. — * G. — f M. — g Jun. — h Me. — i San. — k La. — l Calv. — m Idem. — n Idem. — o Pra. & La. ex Th. &c. — p Pra. — q Calv. — r G. — † Jun. — t M. ex He. V. Pi. &c. — v V. — x Pol. — y Jun. — z Pol. — † Idem. — a Pi. sim. Jun. — b Calv. Jun. sim. La. &c. — c V. — d Q. in V. — * G. — f Jun. — g V. — h Calv. — i Jun. — k Pra. — l Jun.

Marginal notes (right column): † La. — m Pol. — n G. — o Calv. — p La. Jun. Calv. &c. — q Pol. — r Calv. — † Pi. — t Calv. — v La. ex Pra. Me. T. Jun. — x T. — y L. sic M. ex He. V. Pi. Pol. &c. — z G. — a V. — b Jun. — c V. sic Pi. — d Pi. — * Idem. — † Pi. — * G. — f G. — g Q. in M. & in V. — h Me. ex La. — * Jun. — i G. sim. — k M. V. ex He. Pi. — l Pi. — l Calv. — m V. — n La. — o G. — p Calv. — q Calv. — r San. sim. Pra.

dæos †: ut sciant Judæi ultimam hanc cladem fore [t]. ¶ *Possidebunt*, &c.] Vel, *hæreditabunt*, &c. V. sim. JT. Pi. q.d. Diu fruentur, &c [v]. ¶ *Et quiescere* (vel, *cessare*, Mo. P. M. sic Ti. JT. Pi.) *faciam* (vel, *coercebo*, Ca.) *superbiam* (vel, *excellentiam*, JT. vel, *magnificentiam*, M. V.) *potentium*,] i.e. [Judæorum,] rempublicam superbè administrantium [x]. *Superbiam*, [vel, 1. propriè ;] qu. d. Contundam eorum fastum [y], quo inflati Prophetam spreverunt, &c [z] : [vel, 2. figuratè ;] i.e. Templum superbum & magnificum [a], quod illis occasio erat superbiendi [b]. ¶ *Et*, &c. וְנִחֲלוּ מְקַדְשֵׁיהֶם] *Et possidebunt*, &c. Vulg. Sy. Sed Chirek sub נ ostendit נ h. l. non esse radicale, à נחל *possedit* ; sed characteristicum conjugationis Niphal, à חלל *pollutus fuit* [c]. [Reliqui ergò aliter vertunt.] *Et polluentur*, vel *violabuntur*, vel *profanabuntur*, (vel, *profananda curabo*, Ca.) *sanctuaria* (vel, *sancta*, ο'. M. *sacella*, Ti. quæ idolis suis fabricârunt [d] : *sacraria*, Ca.) *eorum*, Mo. P. Ch. Ar. ο'. &c. i. e. Templum *. Utitur numero plurali [f], ob tres ejus partes [g], in quas dividi diximus Psal. 68. 36. Jer. 51. 51 [h]. *Ipsorum* dicit, quia Templum ab ipsis pollutum pro suo ampliùs non habebat [i]. Loquitur hîc de Templo quasi de re nova : unde colligo eum in præcedentibus de eo non egisse [k]. [Alii autem ultimam vocem aliter reddunt :] *qui sanctificant illos*, Pi. sic JT. Pol. i. e. sacerdotes ; qui sacrificia offerunt pro potentibus illis, [in membro præced.] quibus ipsos sanctificari utrique persuasum habent [l]. Sacerdotes illi impii qui magnates sanctificabant hypocriticè ritibus Mosaicis, nullâ dignitatis ratione habitâ, aut interimentur, aut abducentur, &c [m]. In præc. membro de ordine civili, in hoc de ecclesiastico, loquitur [n]. מְקַדְשֵׁיהֶם est participium conjug. Pihel cum affixo compositum ; non autem est nomen verbale, quod esset מִקְדָּשׁ [o].

25. *Angustia*, &c. קְפָדָה בָא] *Excidium* (vel, *Excisio*, P. Ch. *Exterminium*, M. V. *Excisor*, Heb. Vir *excisionis*, Pi. *In excidium*, JT.) *venit*, Ti. Ca. Calv. Al. *Et propitiatio veniet*, ο'. sim. Ar. Legerunt כַּפָּרָה [p]. ¶ *Requirent* (vel, *quærent*, Pi.) *pacem*] Scil. Judæi, excusando Sedeciam apud Nabuchod [q]. Quærent salutem [r].

26. *Conturbatio*, &c. הֹוָה וגו'] *Contritio* (vel, *Calamitas*, M. Ti. sim. Ca. Heb. *Accidens*, vel *Eventus*, *malus*, V. *Ærumna*, Pi. sic JT.) *super contritionem veniet*, Mo. P. Crebræ erunt calamitates †. Non desinet Deus mala malis addere. Hoc dicit, quia Judæi multas sibi spes fingebant, &, ubi Deus aliquas concessit inducias, videbantur sibi elapsi omni molestiâ, &, quasi relaxationem obtinuissent, securi evaserunt [t]. ¶ *Et auditus* (vel, *rumor*, M. Ti. JT. Sy. V. &c. sub. *infaustus*, Sy.) *super auditum*] Ità P. Mali nuncii alii super alios. Sic ἀκοὴ sumitur Matt. 24. 6. & alibi [v]. Crebri rumores spargentur de hostis adventu [x], crudelitate, &c [y]. ¶ *Et*, &c. וּבִקְשׁוּ חָזוֹן מִנָּבִיא] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *quærent* (vel, *desiderabunt*, JT. Judæi scilicet [z],) *visionem* (i. e. prophetiam [a] ; vel, Verbum Dei [b] : sub. *de salute sua*, V. vel, de exitu angustiæ suæ [c] ; vel, de ratione evadendi hæc mala [d]. Optabunt aliquam consolationem audire. Vide Jer. 37. 17. & 38. 14 *.) *à propheta*, Calv. JT. Pi. &c. i.e. à Prophetis [f]. Sed dura videtur hæc versio, quia nihil subjicitur nisi de Sacerdote & Senibus : malim ergò vocem reddere, *eò quòd non propheta* ; ut מ negativè accipiatur. Ità negat ullos fore Prophetas, ut Psalm. 74. 9 [g]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *lex peribit à sacerdote*] *Lex*, i. e. interpretatio Legis [h] ; vel, doctrina [i]. q. d. Sacerdotes indocti erunt, &c [k]. Al. Sacerdotes in tantis angustiis solennia Legis implere non poterunt. Deerunt pecudes, simila, vinum, suffitus [l]. ¶ *Et consilium à senioribus*] Vel, *senibus*, Calv. i. e. senatoribus, vel gubernatoribus politicis [m]. Nè sapientissimi quidem quicquam quod è re sit suadere poterunt [n]. Evertit Deus perversam illam jactantiam, Jer. 18. 18. *Lex non transibit à sacerdotibus*, &c. Summa est, q.d. Nulla doctrina ampliùs fulgebit, sed ignorantiâ obruemini, &c [o].

27. *Rex lugebit* ; ità Mo. P. יִתְאַבָּל] *Sumet planctum*, M. *continenter lugebit*, JT. *sedebit in luctu*, Sy. *induetur interitu*, ο'. sic Ar. *mœrore se conficiet*, Ti. sic Pi. erit in summa anxietate. Vide Jer. 37. & 38 [p]. Atqui ejus erat alios animare, deinde remedium afferre omnibus malis. Quare signum hoc est desperationis [q]. ¶ *Et princeps* (vel, *magistratus*, Ca. i. e. Principes [r],) *induetur* (vel, *circumfundetur*, Ca.) *mœrore*, שְׁמָמָה] *Desolatione*, M. P. Mo. sic Ti. vel, *calamitate*, Ca. vel, veste *desolationis*, Pi. sic JT. Calv. Duplex est vestis usus : 1. ad frigus arcendum ; 2. ad tegendum quod in nobis probrosum est. Ex opposito, Propheta dicit probrum proceribus fore instar vestis *. Vel, *stupore* ; q. d. obstupescet, & spe destituetur †. *Stupor principem circumdabit*. Idem quod præcessit verbis aliis [t]. ¶ *Manus populi—conturbabuntur* ; ità P. M. Ch. &c. תִּבָּהַלְנָה] *Dissolventur*, ο'. sic Ar. *terrebuntur*, Mo. *torpescent*, Sy. Sensus idem qui suprà 17 [v]. Nullius manus ad rem agendam confirmabitur ; sed omnes attoniti gravitate judiciorum Dei, ac velut immoti, hærebunt [x]. ¶ *Secundùm viam eorum*, &c.] i.e. Pro meritis [y]. ¶ מִדַּרְכָּם] *Pro viis ipsorum* : מ hîc accipitur causaliter [z]. Profanârunt ipsi Templum ; ego faciam ut profanetur à Chaldæis [a]. ¶ *Et secundùm judicia* (vel, *judiciis*, P. V. Pi. vel, *in*, sive *pro*, *judiciis*, Calv.) *eorum* (vel, *prout jus ipsorum est*, JT.) *judicabo eos*] *Judicium* alibi est rectitudo, sæpe tamen transfertur ad corruptelas : catachresticè hîc accipitur pro perversis abusibus, superstitionibus, aliisque iniquitatibus. q. d. Sentient me justum esse Judicem, quia scelera eorum ulciscar ; non tamen crudelem, quia digni sint tali mercede [b]. Pœnas quas meriti sunt eis infligam [c]. Pro ratione delictorum, pro quibus morte digni sunt *. Oppresserunt pauperes, libertatem non dederunt popularibus : faciam ut ipsi opprimantur, & libertatem amittant [d].

CAP. VIII.

1. ET *factum est*] Hâc visione confirmat doctrinam præced. capite allatam [a]. ¶ *Anno sexto*] A capto sive deportato Joachin sive Jechonia [b] ; ut suprà 1. 2 [c]. Hâc annorum supputatione ab exsilio Regis humiliat Judæos, eorúmque summam ostendit pervicaciam, quòd non resipuerint tam duriter & diu castigati [d]. Post impletam cubationem 390 & 40 dierum *. ¶ *Sexto mense*] Nempe Augusto [f]. ¶ *Quinta*, &c.] Qui erat dies Sabbati, ut suprà monuimus ad cap. 1. & 2. & 5 [g]. ¶ *Ego sedebam* (vel, *quum sederem*, Pi. sim. JT.) *in domo mea*] i. e. In Mesopotamia [h], apud Chaboram [i]. *Sedebam*, i. e. manebam, (ut Deut. 1. 46. *Et sedistis in Cades*, &c.) sive stando, sive sedendo, sive, ut hîc accipitur, jacendo ; nondum enim finitum est tempus decubitûs, &c [k]. [Alii aliter sentiunt, ut dictum.] ¶ *Et senes Juda* (i. e. gubernatores populi [l] ; vel, 1. qui tum habitabant Hierosolymæ. Non narrat rem gestam [m], sed visus est sibi eò abripi à Dei Spiritu, ut Templi pollutiones cerneret [n]. Vel, 2. primores eorum qui cum Jechonia fuerant deportati [o]. Ut testes essent hujus prophetiæ [p], adeóque inexcusabiles forent [q].) *sedebant coram me*] Vel, 1. ut audirent ex me Verbum Dei. Illud enim tempus [Sabbati scilicet, ut antè dixit,] Prophetæ & pii quique in rebus sacris & Divinis diligentissimè occupabant, & eo fine hi domum Prophetæ venerant. Quum enim templa aut loca publica deerant, ut in deportatione aut Regum persequutionibus factum est, tum privati conventus privatis locis habebantur [r]. Vel, 2. ut in summo rerum discrimine me consulerent †, an haberem verbum Domini de statu rerum nostrarum [t] : ut cognoscerent prophetias ad se pertinentes [v]. ¶ *Manus Domini*] i. e. Vel, 1. prophetia, sive spiritus prophetiæ [x] ; sic dictus, quòd cum vehementia veniat ; (יָד enim significat *manum*, *virtutem*, & *fortitudinem* ;) quódque confortare ac vegetare soleat mentem sive animum hominis [y] : vel potiùs, 2. virtus vel potentia Dei ; quæ hîc omnibus humanis facultatibus opponitur. Perinde igitur est acsi profiteretur se non afferre quidquam suum, quia exuerit quodammodo hominem, dum potentia Dei in ipso regnavit [z]. *Manus*, i.e. potentissima Spiritûs Dei operatio [a], virtus, operatio, illuminatio Dei ; *cecidit*, quasi fulgur efficax & penetrans ; *super me* [b]. Vide ad Ezec. 1. 3 [c].

[t] Pra. [v] Calv. [y] Pol. [x] Idem. [y] La. sim. Calv. [z] Calv. [a] La. ex Pra. [b] Pra. [c] Pol. [d] Q. in La. Mc. * V. G. Calv. La. Mar. &c. [f] Mc. [g] G. sim. V. Mc. La. [h] V. [i] G. sim. T. ex Pra. [k] Calv. [l] Pi. [m] Pol. [n] Jun. [o] Pol. [p] G. [q] Pi. [r] G. † V. [t] Calv. [v] G. [x] V. La. [y] Calv. La. [z] Pi. [a] V. [b] Pi. [c] Pi. sim. Calv. [d] Pra. sic La. * G. [f] Pi. [g] Calv. [h] La. [i] Pi. La. ex Ch. [k] La. [l] G. [m] Pi. [n] G. [o] Calv. [p] G.

[q] Calv. [r] Pi. sim. Calv. * Calv. † V. [t] G. [v] Idem. [x] Pi. [y] Pi. sim. La. [z] Calv. [a] G. [b] Calv. [c] Pi. sim. L. ex Pra. * V. [d] G.

[a] Calv. ad Ezec. 7. 27. [b] Ca. G. sim. V. M. Jun. Pi. &c. [c] G. [d] Calv. * G. sim. La. Calv. [f] V. Pra. La. [g] Jun. [h] Pi. Jun. [i] G. Jun. [k] L. [l] Pi. [m] Calv. [n] Calv. sim. La. [o] G. [p] Calv. sim. Jun. Pol. [q] Calv. [r] Jun. † T. [t] Pi. [v] Pol. [x] V. sim. Pi. La. & T. ex Ch. [y] V. ex He. [z] Calv. [a] Jun. [b] La. [c] G.

2. *Ecce* (ſub. *aderat*, Pi.) *ſimilitudo*] Ità M.P.Mo.&c. Sub. *viri*, ο'. Ar. ſic JT. Pi. Calv. Pol. &c. (Si enim alia fuiſſet figura, haud dubiè Propheta eam non tacuiſſet[d].) Nempe Chriſti*; in cujus perſona Deus ſe repræſentavit[f]. *Animadverti quandam figuram*, Ca. ¶ *Quaſi aſpectus ignis*] Ad figurandum iram Dei adversùs Hieroſolymitanos[g]. Ut Judæi contremiſcerent cùm viderent vindictam Dei accenſam quæ illos conſumeret[h]. ¶ *Deorſum ignis*] Ut oſtenderet ſe terribilem malis[i]. ¶ *Surſum quaſi aſpectus ſplendoris*] Ad figurandam Dei majeſtatem[k], & gloriam inacceſſibilem[l]. Inferiore autem ſui parte, quâ nobis eſt propinquior, tantam lucem non adhibet[m]. Eadem ὀπ]ασία (*viſio*) quæ ſuprà 1. 27. (ubi typum hunc explicavimus[n],) ſignificans Dei judicia per res duriſſimas excoctura populum Judæum, ſalvis tamen reliquiis quibuſdam[o].

3. *Et*, &c. וַיִּשְׁלַח תַּבְנִית יָד] *Et miſit* (vel, *Qui extendens*, JT. Pi. *Et emiſit*, vel *extendit*, nempe ſpecies illa hominis[p],) *ſimilitudinem* (vel, *formam*, JT. Pi. vel, *ſimilitudo*, Q. in V.) *manûs*, Calv. &c. Non veram manum[q]. *Manus* hæc, quâ Chriſtus hîc utitur, eſt Spiritus Dei, (qui *digitus Dei* vocatur Matt. 12. 28. collat. cum Luc. 11. 20.) à Patre Filióque procedens, ut demonſtrat Propheta verbis ſequentibus, *Aſſumpſit me ſpiritus*[r]. Senſus, Gloria illa quæ apparebat viſa eſt mihi porrigere manum†. ¶ *Apprehendit* (vel, *accepit*, P. *ſuſtulit*, Calv.) *me in cincinno capitis mei*] Ut transferret in Jeruſalem[t]. Ità oſtendit ſe herum eſſe Ezechielis, & eo uti ut ſervo, ſic ut invitum jam trahere poſſit ad functionem ſuam obeundam, ſi repugnet[v]. Prehendit eum *cincinno*, i. e. leviſſimè quidem in ſpecie, ſed virtute & efficacitate maximâ[x]. Typus hic ingenuæ ac veræ obedientiæ, hominem re tenuiſſimâ trahi ad alterius arbitrium[y]. Manûs iſtius figuram, & Prophetam ejus vi ſuſpenſum, vidêre illi Seniores. Viſum autem quod ſequitur vidit Prop[illegible] ſolus, planè quaſi præſens erat in Templo. Cauſa v[illegible], ut judiciorum eorum de quibus diximus cauſæ juſtiſſimæ ipſi patefierent[z]. ¶ *Et elevavit me ſpiritus inter terram & cœlum*] Videbar mihi quaſi avis aerem ſecans ſublimis vehi[a]. Quo ſignificatur, non aliter viros ſanctos ad participationem donorum Dei ſpiritualium adhiberi, quàm ſi ſupra ſe & ſupra res omnes creatas extollantur[b]. ¶ *Adduxit me in Jeruſalem in viſione* (vel, *viſionibus*, Calv. JT. Pi.) *Dei*] i. e. Vel, 1. q. d. in viſione magna ſive inſigni[c]. Vel, 2. q.d. in viſionibus quas Deus in me efficiebat. Genitivus efficientis[d]. Vel, 3. q. d. per revelationem Dei indubitatam; ut *viſiones Dei* per antitheſin opponat omnibus ſpectris*. Vel, 4. q.d. non corpore, ſed ſpiritu[f]; non mutatione loci, ſed ἐκςάσει animi[g]. Non corpore translatus erat, ſed ità ut oculis ſuis cunctas res Templi velut præſens aſpiceret[h]. Spiritualium autem rerum communicatio duobus modis à Deo fit. 1. Per organa: quum ſcilicet ità informat hominis ſpiritum, ut corpore utatur; quod ordinariè fit in Eccleſia. 2. Citra organa: quem modum ſpiritûs ἔκςασιν vocant. Ἐκςάσεως autem duo ſunt genera. 1. In corpore: quum ſpiritus hominis citra mutationem loci, quaſi ſeparatus ſecundùm ſuas facultates à corpore, inſtruitur à Deo viſione, aut ſomnio, aut ſolâ Spiritûs inſtitutione. Atque hic modus ἐκςάσεως, in quo ceſſat omne officium corporis partiúmve ejus, Prophetis olim uſitatiſſimus fuit. Vide Num. 24. 4, 16. 2. Extra corpus: quum ſpiritus hominis, manente integrâ perſonali unione, ſed quaſi diſſolutâ, extra corpus abripitur ſecundùm mutationem loci. Vide 2 Cor. 12. 2, &c. Hæc autem viſio Ezechieli offerri potuit vel, 1. ſine ἐκςάσει· vel, 2. in ἐκςάσει ſecundùm ſpiritum, vel extra corpus. Hanc interpretationem maximè probamus, tum, quia multa id flagitant quæ viſione hâc continentur; tum, quia ſic poſtulat aliarum viſionum, quæ ad hanc dignitate accedunt proximè, comparatio, ſuprà cap. 1. & 3. & infrà cap. 40[i]. ¶ *Juxta*, &c. אֶל־פֶּתַח שַׁעַר הַפְּנִימִית] *Ad oſtium portæ interioris*, M. P. Mo. Calv. JT. Pi. &c. ſub. *atrii*, P.V. La. Pi. Glaſ. Atrium enim vocabatur interius, non porta: 1 Reg. 6. 36[k]. Hanc ellipſin indicant, 1. Nomen הַפְּנִימִית, quod fœmin. eſt[l]; ac proinde neque convenit cum nomine פֶּתַח[m], neque cum nomine שַׁעַר[n], quorum utrumque eſt maſculin[o]. ſed

[d] Calv. * Pol. Jun. [f] Calv. [g] Pi. [h] Calv. [i] Pol. [k] Pi. Calv. [l] Calv. ſim. Jun. [m] Jun. [n] Idem. [o] G. [p] La. [q] Calv. [r] Jun. † V. [t] Mc. ex La. [v] Pol. [x] Jun. [y] San. [z] G. [a] Pra. La. [b] Jun. [c] V. Mc. [d] Pi. * Calv. [f] V. ſim. Jun. Pra. ex Hi. & Th. La. Mc. Pol. [g] Pol. [h] G. [i] Jun. [k] La. [l] Pi. Glaſ. [m] Pi. [n] Pi. Glaſ. [o] Pi.

cum nomine ſubintellecto חָצֵר, quod fœm. eſt[p]. 2. Collatio Ezec. 10. 3. ubi exprimitur חָצֵר. 3. Res ipſa: nam idolum quod ſequitur erat in atrio interiore. Vide 2 Reg. 16. 14. Atrium hoc interius erat atrium ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum[q]. Huic autem interiori opponitur atrium exterius, infrà Ezec. c. 10. v. 5. quod aliàs nominatur atrium populi[r]. [Alii aliter.] In id atrium interius conveniebat populus, quòd eſſet extra peribolon, i. e. ambitum ſive cincturam, montis Sion, primam ſcilicet; atrium verò ſacerdotum intra ſecundam. Paulò pòſt dicit, *Adduxit me ad oſtium atrii*†. Notandum eſt, Templum Jeroſ. vicem munitionis præſtans, non ſolùm areis ſacris, quæ vulgò dicuntur atria, fuiſſe inſtructum in omnes partes præterquam ab Occidente, ubi monte præcipite protegebatur: verùm etiam præter illa atria fuiſſe ſeptum ampliſſimum, quo in omnes partes ipſum Templum atriáque ipſius circumcludebantur. Quum autem huic ſepto ſuæ eſſent portæ, quibus patebat in atria aditus, relatione inſtitutâ ad portas ſepti, vel ambitûs illius maximi, portæ ipſæ atriorum interiores appellantur. *Porta* itaque *interior* hîc dicitur διακειλικῶς, ut diſcernatur à porta ſive aditu exteriore, qui erat in ſepto, ſive ambitu illo maximo[t]. *Oſtium exterius* vocari poſſit, quod Gentes ad ſuum atrium admittebat; *oſtia interiora*, quæ admittebant Iſraelitas & ſacerdotes ad ſuum quoſque atrium. Vel aliter: In muris atria ſeparantibus erant oſtia, quorum illa pars quæ ad atrium populi pertineret *exterior* dicebatur; illa verò quæ ad atrium ſacerdotum, *interior* vocabatur. Et hoc malim; ut hic locus ſit quem Iſraelitæ ſibi vendicârunt, qui medius erat inter ſacerdotum atque Gentilium atrium, unde ſpectari poſſit ſacratior atque arcana religio. Huc Prophetam deductum puto[v]. ¶ *Quod reſpiciebat ad Aquilonem*] Ubi intrabatur ad ſubdiale maximum, quod erat populi, in quo altare poſitum erat Achazi temporibus, ſimile Damaſceno, 2 Reg. 16. 11[x]. Illâ parte idola erexerunt, tum, 1. quia illâ, utpote minùs acclivi, frequentiùs adibatur in Templum; tum, 2. quia ibi offerebantur ſacrificia[y]. ¶ *Ubi*, &c. אֲשֶׁר־שָׁם מוֹשַׁב סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה] *Ubi* erat (vel, *Quo ibi*, Mo.) *habitatio* (vel, *ſedes*, Ch. JT. Pi. *conſtitutio*, M.) *idoli*, vel *imaginis*, *zeli*, vel *zelotypiæ*, (vel, *æmulatione*, M.) *zelare facientis*, P. Mo. vel, *æmulantis*, M. *provocantis*, nempe *ad iram*, juxta Deut. 32. 21[z]. *quod provocabat ad zelotypiam*, Pi. ſic JT. ſub. *Deum*, P. M. vel, *Ubi erat conſtitutum*, ſive *collocatum*, *ſimulacrum ad æmulationem provocans*, M. vel, *zelum provocantis*, Ti. vel, *obtrectatorium*, Ca. i.e. Simulacrum alieni Dei[a], quod Jovam irritaret[b] zelotypúmque redderet[c], ut maritum adulter[d]. Idolum Baalis intelligit*; nempe unum ex iis quæ fecerat Manaſſes[f], 2 Reg. 21. 7. 2 Par. 33. 3[g]. & poſuerat in Templo[h], deſtruxerat Joſias, 2 Par. 34. 4. repoſuerant Reges ſequentes. Vide 2 Reg. c. 23. v. 37. 2 Par. 36. 12. [al. 14[i].] Idolum intelligit cui Achaz altare fabricavit, 2 Reg. 16. 10, &c[k]. quod poſtea, ab Ezechia everſum, à Manaſſe reſtitutum eſt, &c. Hoc סֵמֶל vocat, quia ad imaginem Damaſceni illius accuratum fuerit: ſimilitudo verò *zelotypiæ* dicitur, vel, 1. ab efficiente cauſa, quòd impia illa Achazi zelotypia in cultum Dei exardeſcens altare legitimum deſtituerit, &c. vel, 2. ab effectu, quòd zelotypiam Dei accenderet, &c[l].

4. *Ecce ibi* (ſub. *erat*, i.e. apparebat mihi in viſione[m],) *gloria Dei*, &c.] Vide ſuprà c. 3. 23. Et vehiculum & thronum intellige: illud, ad ſignificandum deportationem; hunc, ad omnia judicia Dei figuranda[n]. Fuit hoc quaſi ſigillum prophetiæ[o], ut Prophetam confirmaret[p], tum, propter gravitatem prophetiæ, quâ exitium toti Judæorum genti denunciabatur[q]; tum, ut ſuſtineret furioſam populi audaciam atque obſtinationem[r]. Ingens erat beneficium, gloriam Dei Iſraelis Hieroſolymis habitare. Eam hîc oſtendit, ut ex beneficii magnitudine æſtimaretur ingratitudinis quæ mox deſcribetur magnitudo†.

5. *Ad viam Aquilonis*] i.e. Quæ tendebat ad portam aquilonarem[t]. ¶ *Ab Aquilone portæ*, &c. לְשַׁעַר וגו'] *Ad*, vel *apud*, vel *juxta*, *portam altaris*, Mo. P. M. &c. Sic dictam, vel, 1. ab altari idoli[v], ibi excitato à Manaſſe, &c[x]. & in medio portæ ſeptentrionalis conſtituto.

[p] Glaſ. gram. 3. 1. 12. 49. [q] Mc. ex La. Pi. [r] Pi. † V. [t] Jun. [v] San. [x] G. [y] Fra. [z] V. [a] Ca. [b] Ca. ſic G. [c] Ca. [d] Ca. ſim. G. Pi. Calv. * La. Mc. G. Jun. Pol. &c. [f] G. ex Mc. La. [g] G. [h] Mc. ex La. [i] G. ex La. Mc. [k] Pol. ex Jun. [l] Jun. [m] Pi. [n] G. [o] Calv. [p] Jun. ſim. Calv. [q] Jun. [r] Calv. † Pol. [t] Mc. [v] La. [x] San.

tuto[y]: vel potiùs, 2. ab Altari Salomonis, quod Achaz à medio atrii tranſtulit ad portam aquilonarem [z]. Vide 2 Reg. 16. 14 [a]. Hanc paulò antè vocavit *portam atrii interioris*. In atrio immundorum, i. e. populi, in quo orabat populus & audiebat Verbum Domini, ſtruxerant altare Baal[b]. ¶ *Idolum zeli*] Illud de quo dicere cœperat [c]. ¶ *In ipſo introitu*] In meditullio atrii maximi, quà ex illo atrio ibatur rectà in Levitarum & ſacerdotum atria. Ità & cultus Dei impediebatur, & cultus impius ſufficiebatur in locum illius [d]. Circumſtantia loci crimen exaggerat [*], eorúmque impudentiam prodit; acſi mulier ſub oculis mariti ſe adultero proſtitueret [f].

6. *Vides tu*, &c?] Prophetam & teſtem & judicem facit, &c [g]. ¶ *Ut*, &c. "וגו׳ לְרָחְקָה] *Ad longè fieri*, &c. Mo. *Ut abſtineant*, &c. ο'. *Quòd receſſerint*, &c. Sy. *Ut recedant*, &c. Ar. *Ut longiùs recedant*, vel *abeant*, ſub. *Iſraelitæ*, V. Heb. *Ad longè recedendum*, &c. Pi. *Ut diſcedam*, vel *recedam*, &c. M. Ca. *Ut procul*, vel *longè*, *recedam*, &c. P. JT. Pi. Calv. &c. Ut deſeram hujus Templi curam[h]: ut indè migrare cogar [i]. Non loquitur de eorum propoſito, ſed de eventu [k]. ¶ *Adhuc converſus*] In partes Templi alias †. ¶ *Majores*] Sive graviores [l]. Heb. *magnas*, Pi. Calv. &c.

7. *Introduxit me ad oſtium atrii*] Nempe interioris, cujus facta mentio verſ. 3. Ibi autem dicit, *ad oſtium portæ* atrii; hîc tantùm, *ad oſtium atrii*. Unde colligo, inter portam quæ ſpectavit atrium illud verſùs, & ipſum atrium, interpoſitum fuiſſe murum in quo eſſet oſtium ſine porta [m]. *Oſtium* hoc erat non Templi, ſed gazophylacii, ſive cubiculi ſacerdotum, ut patet ex verſ. 12. Unde patet, ſcelus hoc ſacerdotum fuiſſe [n]. *Atrii*, nempe exterioris, ubi & circumcirca erant varia cubicula ſacerdotum [o]. *Atrii*, nempe Levitici, quò paſſim tunc, & ii qui Levitæ non erant, admiſſi, contra Legem [*]. ¶ *Foramen*] i. e. Feneſtella per quam videre poſſem quæ intra cellas Levitarum peragebantur [p].

8. Et (vel, *Tum*, Pi.) *dixit*, &c.] Vel, *Nam dixerat*, &c. Cauſam reddit unde facta ſit iſta feneſtella[q]. ¶ *Fode parietem*] h. e. Fac foramen parietis amplius, donec homo veluti per oſtium ingredi poſſit[r]. Foramen illud antea cæcum erat, ut vocant; non planè pertuſum, ſed ex parte ſolúm †. Parietem hîc intellige communem, quem Levitæ in ipſo atrio ante cellas ſuas obduxerant[t]. ¶ *Et cùm fodiſſem*, &c.] Nempe, in viſione [v], ſed planè quaſi res verè ageretur [x]. ¶ *Apparuit oſtium*] Gazophylacii, quod obſtructum fuit, atque aliunde ſecretior erat idololatris aditus, &c [y]. Vel, *exſtiterat illa feneſtella*: nam omnis apertura Hebræis פֶּתַח dicitur[z].

10. *Ecce*, &c. וְהִנֵּה כָל־תַּבְנִית רֶמֶשׂ וּבְהֵמָה שֶׁקֶץ] *Et ecce* (ſub. *aderant*, Pi.) *omnis ſimilitudo* (vel, *omnis generis formæ*, Heb. *omnis forma*, Pi. *omnes formas*, JT. vel, *forma omnium*, Ti.) *reptilis*, *& animalis*, P. Mo. (vel, *beſtiæ*, Ch.) *abominatio*, P. Mo. vel, *abominationes*, Ch. Al. *reptilium*, M. Ti. JT. Pi. *& jumentorum abominandorum*, Ti. V. ſic M. vel, *quæ erant abominationes*, i. e. vice abominationum [a]: vel, *& jumentorum*, JT. Pi. *deteſtandorum*. JT. vel, animalium *deteſtabilium*, Pi. Quæ colunt Ægyptii aliíque [b]. ¶ *Depicta erant*, &c.] Heb. *depictum erat*, enallage numeri [c]. Vel, 1. in phantaſia tantùm Ezechielis; ut ſymbolicè ſignificetur, Judæos in occulto colere idola[d]. Vel potiùs, 2. verè & realiter, ut liquet ex Ezec. 5. 11. & Jer. 7. 30. & 32. 34 [*]. Putabant ſe minùs peccare, quòd non eminentes, ſed pictas, haberent figuras. Verùm etiam picturæ vetitæ earum formarum quæ propriæ erant idololatris. Apparet id Levit. 26. 1. Num. 33. 52. Pingere tales formas in parietibus mos erat Troglodytarum, narrante Philaſtrio[f]. ¶ *In circuitu*, &c.] Ut ubique ipſis occurrerent quæ ſuperſtitionem ipſorum accenderent [g].

11. *Septuaginta viri*] Vel, 1. Senatores concilii Sanhedrim, quod 70 viris conſtabat [h]. Vel, 2. alii 70. Alludit tamen ad illos 70 populo præfectos Num. 11. 16. ut ſignificet populi duces fuiſſe anteſignanos ſuperſtitionis[i]. ¶ *De ſenioribus*, &c.] Sive ætate, ſive officio †. De gubernatoribus [k]. Illi 70 qui inter judices omnes eminebant ſumma cum poteſtate, tum eò acceſſerant quò fas ipſis non erat, tum ea videbant quæ tollere ipſorum erat officii [*]. ¶ *Et Jezonias filius Saphan*] Nominatur 2 Reg. 22. 9 [l]. Eum nominat, fortè quòd primus fuerit, vel dignitate, vel etiam auctoritate [m]. Eum credibile eſt fuiſſe Senatûs principem †. ¶ *Stantium ante picturas*] Levitarum ſci[licet] [n]. Extranei illi, i. e. alieni à Levitarum gentes, atrium Levitarum celláſque ipſorum ingreſſi ſunt arbitratu ſuo, ibíque idolis miniſtrârunt, ídque non per Levitas, ſed ſuâ ipſorum operâ [o]. Vides hîc ſtantes orâſſe Judæos. Vide Luc. 18. 11 [p]. ¶ *Thuribulum*, &c.] Suffitus erat ſummæ venerationis ſignum[q]. Hunc fecerunt idolis ſ[u]is [r]. Verùm non dicit illos 70 ſuffitum feciſſe in honorem idolorum. Sed ſi picturas tales habere non licebat, minùs etiam licebat apud eas Deum colere †. ¶ *Et*, &c. וַעֲתַר עֲנַן־הַקְּטֹרֶת עֹלֶה] *Et vapor nebulæ* (vel, *denſitas nebulæ*, i. e. denſa nubes[t]; vel, *Unde abundans nubes*, Pi. *Ità ut abundans nubes*, JT.) *ſuffimenti*, vel *ſuffitûs*, (vel, *de incenſo*, M.) *aſcendens*, Mo. vel, *aſcendebat*, P. M. Pi. &c. ex fumo incenſi exhalata erat [v]. Suffitus tam denſus erat ut videretur nubes [x]. Significat copiam thuris, & quòd omnes impenſas pro nihilo ducerent, &c [y].

12. *Quæ ſeniores——faciunt*] Prodigioſum hoc erat. Nam apud Ethnicos, duces, ſive primores, religionem quam foris ſimulabant, ut populum tenerent in obſequio, domi ridebant [z]. ¶ *In tenebris*] i. e. In hoc thalamo obſcuro[a], & à conſpectu vulgi remoto[b]. Omnia enim illarum cellarum diligenter obſtructa erant, ut, niſi forato pariete, inſpici nequirent[c]. Habebant arcana ſua ſacra, & myſteria quæ non patebant niſi initiatis[d]; quæ ad ſummos tantùm proceres pertinere, nec in vulgus diffundi oportere, ſtatuebant [*]: qualia erant & apud profanas gentes [f]; ut Iſica apud Ægyptios, Eleuſinia apud Græcos, Bonæ deæ apud Latinos[g]. ¶ *Unuſquiſque in*, &c. בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ] *In conclavibus*, vel *cubiculis*, (vel, *penetralibus*, M. Ti. Ca. Calv. vel, *abſconditis*, Calv.) *proſpecturæ ſuæ*, Mo. vel, *picturæ ſuæ*, P. i. e. egregiè pictis [h]: vel, *imaginum ſuarum*, M. *imaginoſis* (vel, *figuratis*, JT. *pictis*, Pi.) *ſuis*, Ca. vel, *figurati pavimenti ſui*, M. vel, *imaginationis ſuæ*, Ti. M. Calv. מַשְׂכִּית propriè eſt, *pictura*; ſed hîc, ut & alibi, transfertur ad imaginationem, ſive cogitationes hominum. Sic loquitur, quia ſummæ prudentiæ eſſe ducebant habere tales picturas. Perſtringit perverſa conſilia quæ illi intus fovebant [i]. *In cubiculo abſcondito*, ſive *ſecreto*, *ſuo*, ο'. Sy. Ar. *in cubiculo domûs lecti ſui*, Ch. Non ſatis erat illis, quòd communem tantùm cum ſymmyſtis cultum exhiberent, ſed ſinguli ſigillatim idololatriam exercebant [k]. ¶ *Dicunt enim*, *Non videt*, &c. Non negant providentiam Dei, ſed queruntur de incuria ejus, quòd ipſos non reſpiciat, nec eorum miſeriis ſuccurrat [l]. q. d. Deſeruit nos: non ergò noſtrâ, ſed Jehovæ, culpâ fit quòd in alienum cultum traducimur: quum enim Deus totam regionem abdicavit, æquum erat ut eam tutelæ aliorum deorum committeremus [m]. Ità frænum potiùs mordent quàm reſipiſcunt, ut debebant [n].

14. *Oſtium portæ* (nempe, vel, 1. atrii exterioris; ibi enim erant mulieres & laici, non in atrio exteriori [o]: vel, 2. atrii intimi [p],) *domûs Domini*] i. e. Vel, 1. Templi [q], propriè dicti [r], cujus partes duæ erant, Sanctum, & Sanctum ſanctorum †. Vel, 2. appendicum Templi, quæ, ſicut & atria, Templi nomen habent. Nam circùm Templum ædes erant in quibus ſacerdotes qui vices ſuas peragebant habitabant. Hæ ſanctæ erant, & in eas ingredi non licebat mulieribus [t]. Aggravatur crimen, quòd non ſolùm in atrio maximo, aut Levitarum atrio, ſed in ipſo ſacerdotum atrio, quod immediatè conjunctum erat domui Jehovæ, perpetratum fuit†. ¶ *Quod reſpiciebat ad Aquilonem*] Quâ parte altare æneum repoſitum fuiſſe oſtendimus; & à Boreali tractu, nimirum agro Damaſceno, advecta erat imago[v]. ¶ *Ibi mulieres* (quæ viris ſuperſtitioſiores eſſe ſolent [x]) *ſedebant*] In atrio ſacerdotum, contra Legem[y]. ¶ *Plangentes* (vel, *flentes*, Mo. ſic JT. Pi.) *Adonidem*, הַתַּמּוּז] *Thammuz*, P. M. Ch. ο'. &c. Idoli nomen [z]. Magus hic erat inſignis [a]. Imago erat in cujus oculis ponebatur plumbum, quod igne admoto liquefactum lacrymas mentiebatur[b]. Vel, animal hoc erat quod olim coluerint [c]. Quis fuerit iſte Thammuz, incertum eſt [d]. 1. Erat Adonis [*], juvenis pulcher [f], qui amaſius fuit Veneris[g]; qui dente apri occiſus eſt: quem Venus, quum quaſi

[y] V. [z] Me. ex La. ſim. Pi. [a] Pi. [b] V. [c] G. [d] Jun. [*] Jun. Calv. [f] Calv. [g] Calv. [h] G. [i] Calv. [k] Pi. ſim. Pra. † G. [l] G. [m] Pi. [n] La. [o] Me. [*] G. [p] G. [q] G. [r] M. † Jun. [s] d v. 7. [t] Jun. [v] G. ſim. Calv. [x] G. [y] Pra. [z] G. [a] V. [b] G. ſim. Calv. [c] Calv. [d] Mald. in La. [*] La. [f] G. [g] Calv. [h] Me. ex La. ſim. Jun. [i] Calv. † Idem. [k] Pi. [*] G. [l] G.

[m] Jun. † G. [n] G. [o] Jun. [p] La. [q] Calv. [r] Jun. † Calv. [t] V. [v] V. [x] Pi. [y] Calv. [z] Calv. [a] V. [b] Calv. [c] G. [d] Calv. [*] Jun. [f] Calv. [g] Jun. [h] V. [i] Calv. [k] Jun. [l] Calv. [m] Jun. [n] Calv. [o] Me. ex La. [p] Pra. [q] Pi. San. [r] San. † Pi. San. [s] V. † Jun. [v] Jun. [x] Calv. [y] Jun. ſim. Pra. San. [z] V. [a] K. & Maim. & Hie. alii in G. [b] Q. in M. [c] Al. in M. [d] Calv. ſic M. ex He. [*] Q. in V. & Ca. Hi. in G. Sy. [f] La. [g] V. La. [h] V.

quasi mortuum planxissent, mox reviviscentem cum gaudio recepit. Fœminæ ergò & viri libidinosi hoc planctu Venerem colebant, ut eam sibi propitiam redderent[h]. Sed mihi non est probabile hunc ritum in Judæa fuisse, quem in Græcia tantùm & Asia minore celebratum legimus[i]. Hi. Adonidem hîc posuisse videtur, quòd quo modo Adonis lugebatur ab Assyriis, (qua de re vide Macrob. Sat. 1. 21.) & eorum exemplo ab Ægyptiis, ut docent Ἀδωνιάζουσαι Theocriti, & à Græcis, ut Bion, eo & Thammuz ille Chaldæis, qui & mensium uni nomen ab eo dedêre[k]. 2. Erat Osiris[l]. Hic enim ab Ægyptiis (quibus vicini erant Judæi) quotannis deflebatur variis & spurcis ritibus[m]. Erant ergò hæ mulieres sacerdotes Isidis impudicissimæ lugentes Osiridem, virum Isidis; quem amissum in Ægypto quotannis defleri sic mandaverat[n]. Fuit autem Isis Regina Ægypti, teste Diodor. 1. 1[o]. Hæc præstigiis suis tantam sibi & viro auctoritatem comparavit, ut pro diis summis haberentur, & mense quarto (quo messis ibi colligitur) colerentur. Est enim Isis Ægyptiis eadem quæ Ceres dea frugum[p]. Osiris verò vicina voce *Ammuz* vocatur Herodoto & Plutarcho[q], lib. de Iside & Osiride, ubi vocem illam verbis Manethonis Sebennytæ exponit *abstrusum & occultum*; nempe quòd sacra ejus essent opertanea, neque in vulgi notitiam dimanarent. Porrò, eundem fuisse Phœnicum Adonida & Ægyptiorum Osirim testatur Stephanus Byzantius in nomine *Amathus*, quod oppidum fuit Phœniciæ Adonidis sacris celebre. Festa hujus *Phallophoria* vocabantur, quòd mulieres phallos & ithyphallos, h.e. sigilla pudendorum, palàm gestabant, &c. Hunc cultum Judæi in Templum importaverant, & ibi desidebant ad res venereas, tanquam administræ Adonidis comparatæ, & publica lupanaria incolebant in domo Jehovæ cum pueris meretoriis, de quibus 2 Reg. 23. 7[r]. Videmus hîc summum stuporem in quem prolapsi sunt Judæi †.

15. *Majores his*; sic JT. Pi. &c. גְּדוֹלוֹת מֵאֵלֶּה] *Magnas præ istis*, vel potiùs, *præter illas*: nam mihi non liquet cur *majores* dicantur[s]. Sed *majores* dicuntur, quòd in loco sacratiore admissæ, &c[v].

16. *In atrium domûs Domini interius*] i. e. Sacerdotale[x]: κατ' ἐξοχὴν sic dictum, quòd domui Jehovæ fuit conjunctissimum, & atriorum omnium penitissimum. τὸ interius addit ad exegesin, q.d. ad partem intimam atrii, quousque sacerdotibus licebat progredi ordinariè, &c[y]. ¶ *In*, &c. פֶּתַח וגו׳] *Ostio* (vel, *in porta*, JT. ante *ostium*, Pi. juxta *ostium*, M. P. Ti.) *templi*, &c. Mo. &c. ¶ *Inter vestibulum* (vel, *porticum*, Pi. G. id אוּלָם: vide 1 Reg. 6. 3[z].) *& altare*] Vel, 1. holocaustorum[a]; vel, 2. suffitûs: quod proximè ante Adytum ipsum collocatum fuit. Ità in medio Templi hoc egerunt[b]. ¶ *Quasi* (vel, *ferme*, Ti. *circiter*, P.) *viginti quinque viri*] Nè unus aut alter id facere putaretur[c]. Dicit, *quasi*, quia hæc non valde perspicuè ostensa sunt Prophetæ, ut numerum distinctè notare posset[d]. Erant hi vel, 1. Principes populi, ut nominantur Ezec. c. 11. v. 1 *; vel, 2. Sacerdotes, quibus hic locus decretus erat[f]. ¶ *Dorsa habentes contra templum*] Aversi ab ea parte in qua erat Adytum; quod hîc *templum*, quia pars Templi dignior[g]. Contemptus Dei hic erat, & crassa contumelia[h]; acsi Deum ludibrio haberent, indignúmque esse dicerent cujus respectum haberent, & Templum quasi ex professo pollurerent[i]. ¶ *Adorabant ad ortum solis*] Ex more Chaldæorum[k], vel Persarum[l], nomine Mithræ[m]; vel Phœnicum, nomine Baalis, 1 Reg. 16. 31[n]; vel Ægyptiorum, nomine Osiridis, teste Macrob. Saturn. 1. 21[o]; vel Assyriorum, eodem nomine. Vetuit autem hoc Deus, Deut. 17. 2, &c[p]. &, ut populum suum à cæteris distingueret, lege cavit, ut Sanctuarium ipsius in Templo ad occasum Solis esset[q]; h.e. ut Israelitæ Deum adoraturi non Orientem, ut gentes, prospectarent, sed Occidentem versùs[r]. Vide Dan. 6. 10 †. Præcipit Vitruv. 4. 5. altaria omnia ad Orientem statui, ut [Gentiles] adoraturi eò convertantur[t].

17. *Numquid leve est*, &c?] Vel, *fuit*, &c? i.e. An parùm videtur? An putat Juda non esse scelus isthæc facere? aut, non magni facit relinquere cultum meum[v]? Heb. *An levefuit domui Judæ præ faciendo*, &c? q. d. Omnino apparet hoc eis visum esse levius, i. e. non satis grave, ad me offendendum: non contenti sunt me offendere fœdissimâ idololatriâ; insuper offendunt me violentiâ & cædibus[x]. ¶ *Replentes* (vel, *repleverunt*, Mo. Pi. sic JT. Calv. &c.) *terram iniquitate*, חָמָס] *Violentiâ*, Pi. Calv. &c. Synecdochicè intelligit quicquid contrarium est secundæ Tabulæ[y]. ¶ *Conversi* (vel, *& conversi*, Pi. Calv. &c.) *sunt ad irritandum me*] i. e. Et denuò huc redeunt ut me ad iracundiam provocent: vel, postea cœperunt provocare me[z]. Post homines contemptos Deum aggrediuntur; & post secundam, etiam primam, Legis Tabulam violant[a]. ¶ *Et, ecce*, &c. וְהִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם] Difficultas maxima hujus loci est in voce זְמוֹרָה. A verbo זָמַר deductum, claret satis. Verùm hoc alii aliter accipiunt. Q. in significatione *fœtendi*: quod tamen nusquam reperitur. Alii deducunt à זָמַר *psallere*: sed זְמוֹרָה indè nusquam pro *cantu*, sed זִמְרָה passim, usurpatur. Alii itaque, rectiùs, à זָמַר *putare*, & *putando purgare*, deducunt hoc זְמוֹרָה, quod *ramum*, vel *palmitem*, significat Ezec. 15. 2. item Num. 13. 23. Esa. 17. 10[b]. Locus hic unus ex iis quibus *Tikkun Sophrim*, sive *correctio scribarum*, adhibita perhibetur[c]. Docti inter Hebræos dicunt, *ad nasum suum*, positum esse pro, *ad nasum meum*, & ità scriptum fuisse, sed immutatum pronomen ob Dei reverentiam[d]. [Hinc locum variè reddunt.] *Et, ecce, ipsi quasi subsannantes*, ο'. *Et, ecce, ipsi ramum extendunt quasi subsannantes*, Th. in D. sic Ar. Ità quædam exemplaria ※ LXX *. q. d. Adorant idola, irridentes me[f]. *Ipsi quidem naribus anhelant*, Sy. *Et, ecce, ipsi adducunt confusionem ad faciem suam*, Ch. *Adhibent malum odorem* (i. e. malum crepitum ventris) *in faciem meam*: q.d. Videntur mihi oppedere in faciem[g]; nempe, quòd tergum mihi obvertunt, ut jam diximus. Quod quia minùs decorè dici videbatur, mutatum est אַפָּם à posterioris ævi scriptoribus[h]. Similes mutationes factæ in aliis locis 18[i], ob rationes quasdam, quas assignant Magistri, vanas certè & frivolas; quod & AE. aliquoties monuit[k]. Al. *Et, ecce, ipsi adhibent nari suo odorem malum*, M. vel, *mitiunt fœtorem ad nares suas*, P. *Et* (*ut vides*) *odorem emittunt in nares illorum*, Ca. q. d. Fœtor iste quem illi in contumeliam Dei emittunt ad nares ipsorum redibit[l]. Al. *Ecce autem, jam præmittunt plantarum surculos* (vel, *ramale*, sive *frondem*, Jun.) *ante faciem suam*, JT. Tanquam si hoc ludicro tegmine obvelare possent impietatis suæ tam multa facinora, & se pro puris venditare. Etsi hoc exponi potest tanquam de præsente ipsorum impietatis manifestóque documento; *præmittunt ramalia*, &c. putà, quos Soli consecrent & idolis suis[m]. *Et*, (vel, *Nam*, Pi.) *ecce, ipsi mittentes* (vel, *adhibent*, Ti. Pi. *emittunt*, Calv.) *ramum*, vel *palmitem*, *ad nasum suum*, Mo. Pi. vel, *naribus suis*, Ti. vel, *ad iracundiam suam*; ut passivè sumatur, nempe pro ira Dei quam in se accendebant; q. d. in perniciem suam, quia Deum provocârunt[n]. Sed *ramum* alii figuratè, alii propriè, h. l. accipiunt. 1. Figuratè, ut Oecol. Calv. Theodor[o]. Palmam sibi afferunt, tanquam victoribus, gaudéntque in illa, tanquam in odoribus rosarum quæ naribus adhibentur[p]. Al. *Ramum emittere* est, coacervare peccata peccatis. *Ramus*, pro *ramis*. qu. d. Cùm ità emiserint ramos, vel pullulaverint, hoc erit in ipsorum perniciem[q]. Præivisse hîc Calvino Theodoretus videtur[r]. *Extendunt palmitem*, i. e. propagârunt ramos impietatis suæ, ut tota terra tandem iniquitate referta sit †. 2. Propriè & simpliciter. Ità plerique[t]. *Ramum adhibent*, &c. in honorem Solis[v]. *Ramum*, scilicet, quem idola tetigerant[x]; quem quasi idoli contactu sacrum naribus admovebant[y], quasi suave & odoratum existimarent, &c[z]. Sic manum propriam osculabantur adorantes, Job. c. 31. v. 27[a]. Vide & Jerem. 44. 18, 19[b]. Ramos fructu τῆς ὀπώρας (*autumni*) onustos quasi primitias Soli offerebant[c]. Clarum est, respexisse Junium τὴν εἰρεσιώνην, quam Clemens *oblationem floridam* vocat. Erat is, *ramus oleæ* (vel *lauri*, ut notant Suidas & Scholiastes Aristophanis,) *lanâ obvolutus, fructuum primitiis omne genus onustus*, ut Plutarchus in Theseo depingit[d]. *Ramum*, i. e. ramos, lauri scilicet, quæ Apollini, sive Soli, sacra erat *, testibus Girald. Syntagm. 16. Plin. 12. 1[f]. ut Minervæ oleâ, Veneri myrto, Herculi populo, Pani pino, sacrificabant[g]. Solebant insuper coronare non tantùm se, sed & victimas & aras, quin

h La. i Calv. k G. l Calv. Pi. ex Jun. Pol. Q. in G. m Calv. sim. Jun. n Pi. ex Jun. o Pol. p Jun. q G. sim. Jun. r Jun. † Calv. s Calv. v Pra. x G. sic Jun. Pi. La. &c. y Jun. z G. a V. G. b Jun. c G. d San. * Pol. f Pra. g G. h Calv. sim. Jun. i Calv. k G. l Calv. Jun. m La. Pol. n Pol. o La. p Pol. q Jun. r Jun sim. † La. † G. t Jun. v V.

x Pi. y Calv. z V. a Calv. b Ga. ad. vers. 48. 469. c Ib d. 469. d V. * Pra. f La. g V. sim. G. ex RS. & K. h G. i G. Mar. k Ga. ib. ex Buxt. l RS. in Ga. 470. m Jun. n Calv. o Ga. p Oecol. in Ga. q Calv. r Ga. adv. ib. † Th. in Ga. t Ga. v Pi. x Mc. sic Pol. y Mar. sic Pol. z San. a Mar. sim. San. Mc. b Pi. c Pol. ex Jun. d Ga. ib. 473. * Pra. La. f La. g La. ex Pra.

quin & astantes [h]. Al. [Hebrew] significat *thyrsum:* quo nomine κλάδος *ramus* venit in Hesychio, & Joseph. Antiq. 13. 21. Solebant porrò Orgiastæ illi non tenere tantùm thyrsos, sed & variè quatere atque agitare, ut patet ex Euripidis Bacchis, &c. inter saltandum vel adorandum, cum faciei ac naribus admovere [i]. Athenis festus erat dies Ramorum, quo in honorem Bacchi præferebantur ὄσχοι, quasi μόσχοι, hoc est, tenues rami, præsertim vitis, quasi vituli victimæ. Unde & festum ὀσχοφόρια [k].

18. *Ergò*, &c. [Hebrew]] *Et* (vel, *Propterea*, JT. sim. Pi.) *etiam* (vel, *Unde &*, M. V.) *ego* (vel, *Et ego quoque*, Ti. *Ego vicissim*, Ca. *Ego etiam*, ego quoque *vicissim*, Calv.) *faciam* (vel, *agam*, M. Ti. Ca. Ch. V. &c. sub. *cum eis*, Pi. Ar. vel, sub. *erga illos pro meritis*, V. vel, *facturus sum* factum, JT. [Aposiopesis est, quasi verbis exprimi nequeat quid de illis facere statuit Deus, vel, quantas illis pœnas inflicturus esset.]) *in*, vel *cum*, *furore*, P. M. ο'. &c. vel, *iracundè*, Ca. Sy. vel, *in æstuatione* mea, Ti. q. d. Idem ipsis faciam, tergum obvertam orantibus. Reddit Deus causas cur Templum exscindi sit passurus [l]. Confirmatio est proximi membri: qu. d. Ipsi audacter accumulant superstitiones, tandem & ego faciam. Subest tacita antithesis, quòd scilicet Deus diu cessaverit, & judicia suspendere, adeòque quiescere ac otiari, visus est; nunc autem se *facturum* dicit, & quidem *in iracundia*, i. e. ità ut non sit futurus locus misericordiæ †. ¶ *Non exaudiam eos*] Quia clamant quidem, sed absque fide & sincero affectu, &c [m].

[Margin: h La. sim. Sa. — i Ga. ib. ex Boot. — k La. — l G. — † Calv. — m Calv.]

CAP. IX.

1. ET (vel, *Deinde*, Pi.) *clamavit*] Deus scilicet [a]: vel, sub. *gloria Dei Israel*, i. e. Angelus loquens in persona Dei [b]. ¶ *Voce magnâ*] Cujus duæ causæ. 1. Ut testaretur, se non ultro, sed velut coactum fractúmque populi sui peccatis, eò usque præ indignatione erumpere [c]. Contentio vocis est indignationis index [d]. 2. Ut eo clamore, tanquam celeusmate, administros incitaret *. *Clamor Dei* est vis providentiæ Divinæ, quâ creaturas ad consilii sui exsecutionem flectit [f]. ¶ *Appropinquaverunt*, &c. [Hebrew]] *Appropinquaverunt* (vel, *Appropinquate*, M. Calv. *Admovete*, JT. *Appropinquate celeriter*, Pol. *Jubete ut appropinquent*, Pi. *Adeste*, Sy. *Appropinquavit*, ο'. Ar. *Instant*, Ca.) *visitationes urbis*, P. V. Vulg. sic Mo. i. e. Jam propè sunt qui destructuri sunt urbem [g]. Vel, *præfecturæ*, &c. Q. in V. Pi. Calv. vel, *præfecti*, &c. Pi. *visitatores*: abstractum pro concreto [h]; res pro personis [i]. Viri *visitationum*, &c. V. Calv. i. e. præcipui duces exercitûs Nabuchodonosor, de quibus vide Jer. 39. 3 [k]. Vel, *supplicia*, &c. Ca. *ultio*, &c. ο'. Ar. *ultores*, &c. Sy. vel, *præfecturas*, &c. JT. id est, copias sive cohortes præfectis subjacentes [l]: vel, *præfecturæ contra istam civitatem*, Pol. vel, *qui estis constituti super urbem*, Ti. Ch. Quos Deus urbi destruendæ præfecit [m]: qui ex sex partibus urbem oppugnârunt. Eos *præfectos urbis* vocat per χλδιασμόν· qualem & alibi habuimus [n]. Al. Præfecti hi sunt certi Angeli [o], tanquam ministri Dei, vide Dan. 10. 20, 21 [p]. præfecti à Deo copiis hostium ducendis Hierosolymam [q]. [Hebrew] non est conjug. Cal, licet esse videatur, ut [Hebrew] præt. 3. perf. plur. sed est 2. perf. imper. conjugat. Piel [r]. Regulariter esse debebat [Hebrew]: sed quia ר non suscipit Dagesch, coalescit illud Dagesch cum præcedente Pathach in Cametz, ità ut fiat [Hebrew], ut Esa. 41. 21 *. Per *urbem* Hierosolymam intelligit †. ¶ *Et unusquisque vas*, &c. [Hebrew]] *Et vir*, vel *quisque*, (vel, *singuli*, sub. *habent*, P. vel, sub. *habeto*, JT. sic Calv. M. Ti. vel, *habebat*, Pi. ο'. Ar.) *instrumentum* (vel, *arma*, M. V.) *perditionis suæ*, &c. Mo. V. Calv. M. activè, i. e. quibus perditurus est cives [t]: vel, *ad perdendum*, P. *quibus vastet*, Ti. *suum letiferum*, JT. Ca. Pi. Heb. *suum perditionis*, Pi. vel, *destructorium*, G. ex Ch. q. d. instrumenta bellica [v].

2. *Sex viri*] Vel, 1. duces exercitûs Nabuchod. qui sex erant, Jer. 39. 3. & Jo. Antiq. 10. 10 [x]. Non placet. 1. Quia illi octo erant, Jer. 39. 3, 13 [y]. 2. Quia hi sex jubentur signatos à non signatis discernere; quod Chaldæi non fecerunt [z]. Vel, 2. Angeli [a], humanâ specie [b]. Dicit, *sex*, vel, ut significet sufficere exiguam manum; vel, per *sex* confusè designavit totum exercitum [c]. Vel, *sex*, pro numero portarum [d], summarum scilicet, seu principalium *. Tria enim erant urbis oppida. 1. Davidis; ubi porta Davidis sive piscium, & porta vetus: 2. Benjamin; ubi porta Ephraim, & porta anguli: 3. Juda; ubi porta sterquilinii, & porta gregis [f]. Ità ostendit, nullam Jerosolymæ partem à gladio immunem fore [g]. ¶ *De via portæ* (i. e. per viam quæ ducit ad portam [h]) *superioris*] Vel, *excelsæ*, Pi. Calv. &c. vel, *supremæ*, JT. Non, urbis [i], sed Templi [k]; quæ & *porta nova* dicitur Jer. c. 26. v. 10. de qua vide & 2 Par. 27. 3 [l]. & porta extima erat, atque antecedebat atrium illud ubi altare æneum seu holocausti erat [m]. Hæc porta ducebat in atrium sacerdotum. Dicitur *superior*, vel, 1. respectu portæ septentrionalis, inter quam & portam orientalem hæc erat [n]. Vel, 2. quia interior erat [o]: portæ enim interiores erant superiores exterioribus, quia ab his ad illas per gradus ascendebatur. Erat autem hæc porta aquilonaris [p], quâ intrabatur ad atrium sacerdotum [q]. Vel, 3. non ratione sitûs, (erat enim porta ad meridiem loco editiore,) sed ratione quantitatis, quia ab ea parte Orientem versùs erat aditus maximus, ac proinde à Jothamo Rege amplissima porta fuerat exstructa, 2 Par. 27. 3 [r]. ¶ *Quæ respicit ad Aquilonem*] Describit diligenter portam hanc, ut doceat unde hostes venturi sint †, nempe è Babylonia [t]; cujus situs respectu Judææ erat inter Septentrionem & Orientem [v]. Deinde, urbs aquilonari parte capta est [x]; & eâ parte infirmior erat: à reliquis enim partibus rupibus præruptis cingebatur, teste Josepho, ut in topographia urbis probamus: unde etiam Antiochi, necnon Titi, castra ad Boreale latus constituta sunt, teste eodem, Antiq. 14. 8. & Bel. 6. 4 [y]. Deinde, eâ parte peccârunt idololatriâ, Ezec. 8. 5 [z]. Eâdem portâ quâ Deum eliminamus intrant lictores ejus [a]. ¶ *Vas interitûs*, [Hebrew]] *Dissipationis suæ*, Mo. JT. Pi. *dissipatorium suum*, Pi. sim. Ti. *mallei sui*, M. Calv. Q. in V. i. e. arma malleis similia [b]: *exitiabile*, Ca. ¶ *Vir quoque unus*] Unus liberator, & sex vastatores [c]. ¶ *In medio eorum*] Nempe ducum, veluti Imperatorem suum utrinque honoris & officii gratiâ stipantium [d]. ¶ *Vestitus erat lineis*; sic Mo. P. JT. &c. sub. *vestibus*, V. JT. [Hebrew]] *Lino*, vel, veste *linorum*, Pi. In Græco, ἐνδεδυκὼς ποδήρη *. *Poderes* vocatur tunica usque ad genua [f], instar sagi militaris [g]; imò verò usque ad pedes & talos demissa [h]. q. d. Habitu sacerdotis [i]; Exod. 28. 42, 43. Levit. 6. 10 [k]: vel, Pontificis maximi; Levit. 6. 10. & 16. 4. Idem habitus hîc, & in Dan. 10. 5. & 12. 6, 7. datur Angelo, qui Pontifici maximo: ambo enim ministri Dei [l]. ¶ *Et*, &c. [Hebrew]] *Et tabella* (vel, *atramentarium*, P. M. Calv. V. G. ex Aq. & Th. & Ch. & Hi. vel, *vasculum*, Pi.) *scribæ*, vel *scriptoris*, (i. e. quo uti solent scribæ [m]; quo scriberet quod infrà dicitur, v. 4 [n]: vel, *scriptorium*, Ti. sub. *erat*, Pi.) *in renibus* (vel, *ad renes*, sive *lumbos*, P. JT. &c.) *ejus*, Mo. &c. Dependens à zona seu cingulo ejus. [Hebrew] est ἅπαξ λεγόμενον [o]. Significat alibi *pugillares & tabellas in quibus scribitur* [p]. Qu. Quisnam hic erat? Resp. 1. Angelus quidam [q], Christum referens [r]. 2. Christus ipse †: ut ostendunt, 1. species, *vir*; quo significatur tum mysterium incarnationis, tum robur & efficacia intercessionis, ejus. 2. Quòd *unus* est: confer 1 Tim. 2. 5. 3. Locus, *in medio*, &c [t]. tanquam Imperator, &c. quo significatur Regia Christi majestas & auctoritas, quâ princeps Angelorum est, Jos. 5. 13, 14 [v]. 4. Vestis linea, innocentiæ index, & sacerdotii, & terreni corporis, ut linum è terra oritur. 5. Instrumenta quæ gestat, quæ non, ut reliquorum, mortifera sunt, sed salutifera, atramentarium, quo electos libro vitæ inscribat. Obj. At Christus h. l. throno insidet: absurdum autem est, unum eundémque variis figuris in uno viso adumbrare. Resp. Christus variè consideratur: 1. ut Deus gloriosus; 2. ut sermo Patris; 3. ut Mediator. Rectè ergò Christus variis typis adumbratur: quod etiam fit in sacrificiis, ubi idem Christus figuratus fuit per sacerdotem qui offerebat, per victimam quæ offerebatur, per altare in quo offe-

[Margin: a G. sim. Pra. La. Pi. — b V. — c Jun. — d Pra. — * Jun. — f Pol. — g V. — h Pra. — i Calv. — k V. sic G. — l Jun. — m G. sim. V. — n G. — o Pi. sic Pol. — p Pi. — q Pol. — r Pol. sim. M. — * Pol. — † Pi. &c. — t V. sim. Calv. — v M. — x La. ex Pra. & Mald. — y Calv. — z La. — a La. Me. Jun. Pi. Pol. — b Me. Pol. Jun. — c Calv. — d Pol. ex Jun. — * Jun. — f Pol. ex Jun. — g Jun. — h La. — i Jun. — k Pi. ex Jun. — l Pi. — m Jun. — n V. — o La. ex Pra. — p Pra. — q La. sim. Pra. — r Jun. — t V. sim. Jun. — v V. sim. G. Pra. Calv. — x G. ex Jun. — y Pra. sim. Jun. — z Pra. — a La. — b La. ex Pra. — b Q. in V. — c M. — d Jun. — * G. — f Pra. ex Schol. — g Q. in La. — h La. — i Calv. La. Jun. Pol. Pi. — k San. — l G. — m V. — n G. — o Pi. — p V. — q Calv. — r Pra. — † Jun. Pi. Pol. — t Pol. — v Jun.]

offerebatur[x]. ¶ *Ingressi sunt*] Atrium interius[y]. ¶ *Steterunt*] Cunctantes supplicium inferre[z], & mandatum à Deo exspectantes[a], parati ad nutum Domini. *Standi* verbum usurpatur de servis & administris omnibus, etiam dignissimis, de proceribus coram Rege, sacerdotibus & Angelis coram Deo[b]. ¶ *Juxta altare æreum*] i. e. Non thymiamatis, quod aureum erat[c]; sed holocaustorum[d]. Vel, 1. ut qui multas Deo paraturi erant victimas. Ità enim appellantur scelerati, de quibus Deus sumere vult ultionem: Esa. 34. 6. Jer. 12. 3. & 46. 10. Ezec. 21. 9, 10. & 39. 17. Dan. 7. 11. Vide quæ ad Marc. 9. 49*. Vel, 2. ut obsequium suum demonstrarent[f]: ibi enim exaudiebantur responsa Dei. Notandum autem est, eos non stare versùs medium atrium, unde hoc Altare æneum submotum fuerat, & ubi aliud ab Ahazo repositum est; sed Aquilonem versùs, quò hoc Altare ab eo rejectum fuit: ut pios docerent quàm solicitè cultum Dei legitimum observarent, atque à prophano & impuro abhorrerent[g].

3. *Et gloria Domini*] i. e. Vel, 1. Deus gloriosus[h], ex collat. v. 4[i]. Deus quà judex & vindex[k]. Vel, 2. fulgor quidam, qualis interdum super Cherubinos in adyto apparebat[l]. Vel, 3. gloria Domini quæ erat in Propitiatorio inter Cherubinos, ibíque quasi in solio suo diu consederat[m]. Vel potiùs, 4. gloriosa illa species quæ Ezechieli apparuit, eúmque in Templum induxit, &c[n]. ¶ *Assumpta est* (vel, *ascendit*, Calv. sim. V. JT. Pi. &c. vel, *sublata est*, Calv.) *de Cherub, quæ*, &c. [אֲשֶׁר הָיָה עָלָיו] *Super quem fuerat*, P. V. G. &c. sub. *antea*, V. ad verb. *quem erat super eum*, G. q. d. A Cherubis illis super quibus gloria Domini tunc apparebat Prophetæ, suprà 8. 4[o]. Transiit à vehiculo[p]. ¶ *Ad* (vel, & concessit, sive recepit se, *ad*, V.) *limen domûs*] i. e. Templi[q]; vel, Sancti sanctorum[r]; vel, basilicæ sacerdotalis, quæ de proximo spectabat altare holocaustorum†. Concessit in atrium interius sacerdotum[t]. Causa hujus migrationis erat, vel, 1. ut significaret se jam loco cessurum ob impietatem populi[v]. Præludium hoc fuit migrationis, ut videbimus[x]. Quasi iratus & moræ impatiens prosiliit è solio & curru suo[y], significans se subitò discessurum[z]. Vel, 2. ut accederet ad administros judiciorum suorum ad altare extra domum consistentes, & cum iis familiariùs ageret[a]. Vel, 3. ut ibi quasi pro tribunali sedens lictores vocaret, mandaretque ut urbem vastent, &c[b]. ¶ *Vocavit*, &c. [וַיִּקְרָא] *Et clamavit*, V. Calv. Altâ voce: tum, ut omnibus creaturis testatum faceret, certam & deliberatam esse sententiam de exsequendis ipsius judiciis; tum, ut Prophetam piósque omnes consolaretur testificatione studii sui erga pios, &c[c].

4. *Dixit Dominus*, &c.] i. e. Vox majoris Angeli alicujus sonuit de isto fulgore, Dei nomine loquens[d]. ¶ *Signa*, &c. [וְהִתְוִיתָ תָּו] *Et signa*, vel *signabis*, (vel, *pinge*, M. *da*, o'. sim. Ar. *imprime*, Sy.) *Tau*, Mo. P. sic Ti. vel, *signum*, o'. Ar. Ch. M. Pi. Calv. Aq. & Sym. & Th. in D. vel, *notam*, Sy. *signo*, JT. *notâ*, Ca. Qu. Quid est hoc תָּו? Resp. 1. Nomen *Thau* accipitur τεχνικῶς, pro litera*. Significat hîc literam *Thau*[f]: quæ olim Crucis similitudinem habuit[g]. Ut significaretur salutem non constare nisi per crucem[h]. [Aliis hoc non placet.] Tertullianus, (qui primus hunc locum ità intellexit, quem secuti sunt Orig. Cyprian. Hieron.) contra Marcion. 3. 22. *Hæc, inquit, est litera Græcorum Tau, nostra autem* T, *species crucis*. At Ezechiel loquitur de Hebræo *Thau*, quod neque Hebræorum neque Samaritanorum characteribus crucis figuram habet, ut manifestum est[i]. Verùm ità erat in antiquo alphabeto, antequam Esdras illud mutaret[k]. Non video quid obstet quò minùs apud Samaritas & Hebræos veteres unius literæ plures figuræ fuerint[l]. Signantur fideles hâc literâ, vel, 1. quia ultima est, ut significet eos esse, vel haberi, postremos inter homines, & quasi mundi quisquilias: quanquam argutius hoc videtur[m]. Vel, 2. ut significet, eum qui perseveraverit in finem salvum fore*. Vel, 3. quia hæc est prima litera, vel, 1. vocis תּוֹרָה[n], ad quæ significet illos fuisse Legi addictos[o]: vel, 2. vocis תִּחְיֶה, *tu vives*, ut indicaretur Legis amantes è strage eripiendos[p]. Hæc sententia, licèt tolerari possit, tamen à textu Hebræo refellitur, in quo non est solitaria litera ת, sed dictio תָּו, quod aliud est[q]. Resp. 2. תָּו hîc valet, *signum*[r]. Ità omnes Hebræorum magistri, teste K. & o'. Aq. Sym †. Ità etiam RS. & R. Nathan in Concordantiis, & Abrabaneel in locum[t]. Ità Job. 31. 35. *Ecce* תָּוִי *signum meum*, ut exponit R. Abraham, qui תָּו & ibi & h. l. *signum* reddit. Sic & R. Levi, & R. Abraham Peritsol[v]. Adde quòd תווא *Theva*, Chaldaicum, est, *signum*, teste Buxtorf. in Lexico magno[x]. Signum hîc adhibitum est ad circumscribendum electos[y], unde occisores illi agnoscerent quibus parcendum esset[z]. Signamus quæ bene custodita volumus: Sic Deus illos Legis reverentes servare voluit ab occidione. Quæ figura est eorum qui à communi mundi exitio servabuntur[a]. Ubi omnia videntur misceri in terra, & sursum ac deorsum volvi, Deus tamen ità sua judicia temperat, ut suos servet[b]. ¶ *Super frontes*] Servi (in Oriente[c]) habebant in fronte nomen domini sui[d], teste Cœlio Rhodigino, 5. 31*. Frontes signat, non postes, (ut olim in Ægypto,) quòd hoc salutis beneficium non promiscuè in familias, sed sigillatim in personas, & quidem electas, derivari voluit[f]. ¶ *Gementium*, &c.] q. d. Qui non solùm malis operibus non consenserunt, sed etiam aliena peccata planxerunt[g]. Duplici hîc voce utitur: quarum prior gemitus internos significat; posterior, altos suspiratus quos dolor exprimit[h], & vehementiam zeli, quo palàm testantur se talia abominari: non ut multi, qui in angulo gemunt, sed palàm non audent signum dare minimæ suspicionis, quia nolunt in odia incurrere, &c. Vide Psal. 69. 10. 2 Pet. 2. 7[i].

5. *Illis*] Sex sc. occisoribus[k]. Ducibus Chaldæis[l]. ¶ *Percutite*] Sub. *eos*, V.

6. *Interficite usque ad*, &c. [לְמַשְׁחִית] *Ad perditionem*, Mo. P. vel, *internecionem*, M. Ti. Calv. JT. Pi. o'. V. *vastationem*, V. *exterminationem*, Q. in V. vel, *funditus*, Ca. ¶ *Nè occidatis*, [אַל־תִּגַּשׁוּ] *Nè attingitote*, Pi. sic Calv. &c. *ne acceditote*, JT. putà, cæsuri, aut malo affecturi: sed tamen illud vehementius est, perinde atque si Deus mandato suo, tanquam vallo aut clypeo, circummunivisset ipsos[m]. Qu. Num hoc factum? Nam abrepti sunt Daniel cum sociis, Jeremias tractus fuit in Ægyptum, & multi de fæce plebis in terra relicti sunt. Resp. Non promittit Deus fideles ab omni molestia immunes fore, sed se custodem eorum fore, nè quid lethale accidat, & ut nihil accidat quod tandem non cedat in salutem. Quòd autem parcit impiis, cedit illis in exitium, redditque eos penitùs inexcusabiles[n]. ¶ *A sanctuario meo incipite*] i. e. A Templo meo[o], à Sacerdotibus & Levitis[p]; ii enim graviùs peccaverunt[q]. Ut his exemplis alii aut ad resipiscentiam adducantur, aut saltem ereptam sibi sanctimoniæ opinionem cernant; & nè quid porrò sibi de misericordia Dei aut effugio suo spondeant[r]. ¶ *A viris senioribus*] Illis 70 qui erant in cellulis circumjectis Templo †.

7. *Contaminate domum*] i. e. Templum[t], cadaveribus impiorum sacerdotum[v]. Interficite eos in Templo qui illud jam contaminârunt idololatriâ suâ[x]. Sanguine polluite Templum à Deo destitutum[y]. q. d. Non est quòd educatis eos è Templo, ut 2 Reg. c. 11. v. 15[z]. Domum hanc non ampliùs sacram, aut meam, reputo. *Domum* vocat more solito atrium interius. Porrò, contactu cadaverum olim polluebantur homines, domus, &c. Num. 19. 11[a]. ¶ *Atria*] Scilic. Templi †: & interius[a], quod divisum erat in atrium plebis, & atrium sacerdotum[b]; & exterius[c], quod iterum erat divisum in atrium virorum, & mulierum[d]. *Atria*, i. e. subdialia Templi omnia *. ¶ *Egredimini*] Ex Templo in urbem †. Urget eos, acsi dicat, Peragite citra ullam moram[f].

8. *Remansi*, &c. [וְנֵאשְׁאַר אָנִי] *Et residuus*, vel *relictus*, *fui ego*, Glas. Calv. &c. nempe *superstes*[g]. Dictio composita ex præterito, in quo esset וְנִשְׁאַרְתִּי, & futuro, in quo esset וָאֶשָּׁאֵר[h]; q. d. Consideravi quisnam remansisset, & deprehendi me solum remansisse[i]. Videtur etiam componi ex 1. & 3. persona, quasi diceret se fuisse relictum solum, cùm omnes alii perirent[k]. Vel, tertia persona ponitur pro prima, & א redundat: q. d. Is qui remansit ego ipse fui[l]. In sensu nulla est ambiguitas. Visus est sibi Propheta solus manere, pereunte toto

[Margin, col. 1103:] x Pol. y Me. ex Pra. z Pra. ex Polychron. a Pol. b Jun. c Me. ex La. d G. ex V. Pra. La. Me. * G. f Jun. sim. Calv. g Pi. h Pi. San. Jun. Calv. i Calv. k La. l G. m San. ex Ch. & Mald. & Pra. n San. sim. La. Me. T. o Pi. p G. q Pi. T. r V. † G. t La. v Jun. x Calv. y T. ex La. z La. a Jun. b La. c Jun. d G. * Jun. f G. ex Ch. & Th. g H. in G. Pra. San. La. &c. h Mar. i Cartw. mellif. pag. 2963. in append. Crit. k Mar. Pr. &c. l G. m Calv. * Pol. n Q. in Pol. sim. G o G. p Q. in Pol.

[Margin, col. 1104:] q Pol. r Calv. Cartw. Pol. &c. t San. Cartw. ib. v Pol. x Cartw. ib. y Jun. z Pi. a G. b Calv. c G. d La. G. * La. f Jun. g Me. ex Hi. h Jun. i Calv. k Pi. sic V. l G. m Jun. n Calv. o T. G. p Me. V. sim. E. T. Calv. q Me. sim. Calv. E. r Jun. † Jun. † G. sic Pi. &c. t La. Me. &c. v La. x V. y G. z Pra. † Pi. a V. Pi. b V. c V. Pi. d V. * G. † Idem. f V. g V. h Glas. gram. 3. 3. 31. 333. sim. V. k Calv. l Q. in V.

toto populo [m]. *Remansi*, solus superstes; subaudi, cum signatis [o]: vel, solus signatus inter sacerdotes qui tunc erant in Templo [p]; nam hi omnes videntur cæsi. Unde Angelus jussus fuit signare aliquos in civitate, sed neminem in Templo [q]. ¶ *Ruique* (vel, *Cecidi*, Pi. &c.) *super faciem*] Tanquam deprecator [r]. ¶ *Disperdes omnes reliquias Israel*] i.e. Tribûs Judæ †. Eos sic vocat, tum, 1. quòd plerique deportati essent: tum, 2. respectu ad electos sive obsignatos habito [t]. Argumentum à Dei, vel, benignitate [v]; vel, fœdere, fide ac veritate [x]. ¶ *Effundens furorem*, &c?] i.e. Nihil de furore retinens, sed totum effundens [y]. Metaphora ab aqua quæ tota simul effunditur [z].

9. *Iniquitas—magna est nimis*, &c. בִּמְאֹד מְאֹד] Ad verb. *valde valde*, nam ב redundat; q. d. maxima est. Superlativo carent Hebræi, quod exprimunt geminato adverbio [a]. Cohibet affectum Prophetæ, & æquitatem judicii sui asserit, dicens se modum non excedere in pœna. Sed non solvitur quæstio hoc modo. Adhuc enim ambigere poterat Propheta quomodo firmum maneret Dei fœdus, & totus populus excideretur. Sed Deus non semper omni ex parte nodos nostros expedit. Relinquit ergò nos in suspenso, jubetque nos suo judicio acquiescere. Ità probat & modestiam & obedientiam nostram: quod non faceret, si nobis prorsus satisfaceret [b]. ¶ *Sanguinibus*] i.e. Cædibus [c], nempe innocentum [d]: vel, effusoribus sanguinum *. ¶ *Aversione*, מֻטֶּה] *Perversione*, Ch. JT. vel, *inflexione*, Pi. sub. *judicii*, Ch. Pi. *injustitiâ*, Ca. *perverso*, Mo. M. P. sub *judicio*, M. P. *defectione*, Ti. Pra. i.e. idololatriâ [f], & tyrannide [g]. ¶ *Dereliquit—terram*] i.e. Non curat res humanas [h]. Vel potiùs, Non respicit nos; non, ut olim, potentiam & gratiam suam nobis ostendit [i]. Verùm non solùm abjudicant ab eo curam & studium Terræ promissæ, verùm & cognitionem quamlibet [k]. Hic est fons omnium scelerum, quòd impii negent providentiam Dei [l].

10. *Igitur*, &c. וְגַם אֲנִי לֹא תָחוֹס וגו'] *Quapropter etiam ego non miserebor, neque parcet oculus meus*, M. Ti. [Ità trajectio esset in textu.] *Et ego quoque*, (sub. *agam cum illis in iracundia mea pro meritis suis*. Reticentia est [m].) *non parcet*, &c. P. Sicut ipsi non pepercerunt, nec [ego] parcam [n]. *Quapropter etiam ego*: (Aposiopesis conveniens irato [o].) *non parcet*, &c. Pol. JT. *Quare etiam ad me quod attinet, non parcet*, &c. Pi.

11. *Respondit*, &c. מֵשִׁיב דָּבָר] *Referebat responsum*, Heb. *verbum*, Pi. vel, *rem*, JT. ¶ *Feci sicut præcepisti mihi*] Ut centuriones Romæ Imperatoribus dicere solebant, *Factum est quod imperâsti*. Sensus hic est, Provisum ut piis parcatur [p]. Scribitur כַּאֲשֶׁר, sed legitur & כְּכֹל אֲשֶׁר, *juxta omnia quæ*, i.e. prorsus, sive omnino, ut præcepisti mihi [q].

CAP. X.

1. *ET vidi*] Scilicet spiritu: nam Propheta in ἐκστάσει tum erat [a]. Visio hæc erat vel, 1. eadem quæ cap. 1 [b]: vel, 2. alia, sed ei affinis, nonnihil tamen diversa, & in alium finem tendens; nempe, ut testatum faceret Deus Judæis velle se & Templum relinquere, & urbem consumere [c]. ¶ *Et*, &c. וְהִנֵּה אֶל־הָרָקִיעַ] *Et, ecce, ad expansionem*, Mo. vel, *super firmamentum*, P. o'. Ar. vel, *in firmamento*, Ch. M. *in extensione*, Ti. V. *in illo expanso*, JT. Pi. i.e. in tympano vehiculi, ut diximus 1. 26 [d]. [Ca. locum sic reddit, *Deinde animadverti in æthra*.] ¶ *Quod erat super caput cherubim*] *Cherubim* hîc appellat quæ cap. 1. *animalia* *. In Templo, ut par erat, Deus familiariùs patefacit Prophetæ quod antè obscurum erat [f]. ¶ *Quasi lapis sapphirus*] Hic solii color significabat tum, 1. severitatem; sicut pardalibus, & leonibus non jubatis, qui sævissimi sunt, oculi sunt sapphirino seu cæsio fulgore: tum, 2. castitatem quam Deus in sponsa sua, i.e. Ecclesia, requirit & rerum cœlestium amorem [g]. ¶ *Quasi species* (vel, *aspectus*, M. Ti. Mo. vel, *speciem* JT.) *similitudinis solii* Ità P. Pi. &c. i.e. Id quod referebat solium, sive speciem solii [h]. *Quæ solii figuram aspectu repræsentaret*, Ca. ¶ *Apparuit super ea*] Super illud tympanum sub quo erant Cherubini. Significatur hîc repetito visu propiùs propiúsque appropinquare horrenda illa Dei judicia [i]. *Apparuit*, sub. *Jehova*, ex collat. verborum sequentium [k]. Auctorem mandati sequentis, Deum scilicet, describit hîc à circumstantiis. 1. A cœlo expanso, quod passim dicitur *thronus Dei*. 2. Ab eo, quòd huic suberant Cherubini, i.e. pendebant à nutu illius. 3. A throno & celsissimo, & præstantissimo: nam color sapphirinus dignitatem testatur; est enim cæruleus, qui cœli color est [l]. *Super ea*, i.e. super firmamentum & Cherubim. Rectiùs, *super eos*, nempe Cherubim [m].

2. *Et dixit*] Scilicet, sedens in solio [n], i.e. Deus [o], quanquam non exprimitur [p], ut ex contextu colligitur; statim enim clariùs referet quod hîc breviter & obscurè attingit [q]. ¶ *Ad virum*] i.e. Ad illum Angelum imperii sui ministrum [r]. ¶ *Ingredere in*, &c. אֶל בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל] *Ad inter rotam*, Mo. *intra rotam*, Ti. *inter currum*, Ca. *in medium rotarum*, P. o'. Ar. Calv. vel, *rotæ*, M. Calv. *inter rotas*, Ch. Sy. *in intervallum istorum orbium*, Pi. sim. JT. Hebr. *istius orbis*, sive *globi*, collectivè; i.e. quatuor istarum rotarum quæ adsistunt 4 animalibus sive Cherubis. Nominantur autem hîc rotæ illæ *orbes*, quia erant geminæ, ità ut rota una esset intra alteram, idque (sic postulante figurâ orbis seu globi) per angulos rectos. Vide infrà v. 10 †. *Ingredere*, &c. i.e. Adsta vehiculo medio [t]. ¶ *Quæ*, &c. אֶל תַּחַת לַכְּרוּב] *Ad cherub*, Ti. *subter cherubum*, Ca. sic Sy. o'. Calv. quæ sunt *sub cherubim*, P. Ch. *ad locum* qui est *sub cherub*, M. *in locum cheruborum*, Pi. JT. i.e. in intervallum istud quod est circa Cherubos intra quatuor rotas. Sic expono ex collatione v. 6. ubi vir ille dicitur, postquam ingressus esset intervallum istud, substitisse juxta rotam quandam. Non igitur ingressus est in locum illum qui erat intra quatuor animalia, seu in intervallum illud interius quod interjectum erat inter quatuor illa animalia [v]. ¶ *Prunis ignis* (vel, *ignitis*, V. Pi. i.e. ardentibus [x],) *quæ sunt inter cherubim*] Ignis enim ambiebat omne vehiculum, 1. 4, 13 [y]. Deus sedebat in throno ad eum modum quo Arcæ fœderis insidebat: sicut ergò ante Arcam fœderis erat altare thymiamatis; ità ante Deum sedentem in curru erat arula, seu focus, ex quo jubet Deus peti prunas [z]. Quòd prunæ ex medio rotarum, & per Angelum, & Dei jussu, colliguntur, indicat incendium urbis non casu aut hominum consilio, sed Dei providentiâ imperióque, futurum esse [a]. Prædicit incendium urbis [b], brevi futurum [c]. Tacita subest antithesis inter ignem illum perpetuum altaris, Levit. 6. 12, 13. cujus suffitu reconciliabatur Deus, & hunc ignem exitialem, &c [d]. ¶ *Effunde*, &c.] In signum futurarum cladium, &c *. ¶ *Ingressúsque est*, &c.] Prope rotas constitit [f].

3. *Cherubim—stabant à dextris domûs cùm ingrederetur vir*] Vel, *vir ille*, Pi. nempe lineis vestibus indutus, h.e. Christus: ut, Imperatore processuro, milites vel servi consistunt exspectantes donec præiverit, ut eum sequantur, jussa ejus facturi. Est locus insignis de officio Angelorum [g]; & de Divina majestate Christi: quippe quem Angeli adorant, & coram illo se sistunt tanquam servi hero suo famulantes [h]. *Stabant* in atrio sacerdotum, ex collat. membri seq [i]. Sed cur *à dextris*? Resp. 1. Id est, à parte domûs aquilonari, quâ Babylon erat; ut significetur Chaldæos eam vastaturos [k]. 2. Quia Judæorum idololatria erat ad sinistrum latus, ut cap. 8. ostendit Propheta noster [l]: ut Angeli discessione istâ in alterum latus testatum facerent quantopere ab idololatria abhorrerent †. *A dextris*, i.e. *ad partem australem*, ut habet Chald. quàm longissimè ab illis locis ubi erant illæ cellulæ & planctus de Thamuse. Hæc, usque ad illa, *Omnipotentis loquentis*, dicuntur per parenthesin [n]. Sed argutiæ hæ sunt. Hoc tantùm ad certitudinem prophetiæ spectat. Hîc tantùm ostendere voluit, patefactam fuisse viam Angelo ut rectà ad Deum accederet, & Cherubim fuisse illic quasi dispositos, ut operas suas conferrent. Nam oportuit consensum esse inter Angelum qui sumebat ignem, &c. & Cherubim, qui referebant omnes Angelos [o]. ¶ *Et nubes implevit atrium interius*] i.e. Sacerdotale; quò ibat

Margin notes (left column): m Calv. · o La. Me. · p G. sim. La. Me. · q La. Me. · r Calv. sim. Jun. · † Pi. · t Jun. · v Pis. · x Jun. sim. Calv. · y La. · z V. · a V. · b Calv. · c G. Pi. · d G. · * V. ex He. · f G. Pis. · g Pis. · h G. · i Calv. · k Jun. · l La. · m V. · n V. · o Pol. · p G. · q V. · a Pol. · b M. San. &c. · c Calv. · d G. · * V. ex M. sim. Pi. Calv. · f Calv. · g Pol.

Margin notes (right column): h V. · i G. · k Pi. · l Jun. · m V. · n La. ex Fr. Calv. sic V. · o Calv. · p Calv. sim. Pis. · q Calv. · r G. · † Pi. · t G. · v Pi. · x V. · y G. · z Me. sim. La. · a Me. sim. Jun. · b V. sim. G. Me. · c G. · d Calv. · * Pi. · f G. · g Pol. · h Jun. · i Pi. · k Pol. · l Jun. sim. T. ex Pras · † Jun. · n G. · o Calv.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

ibat, aut stabat, imago illa Dei judicia referens. Antecedebat *splendor*, sequebatur *nubes*. *Splendor* claritatem in judicando significat; *nubes*, ingentes procellas adversorum [p]. Al. *Nubes* est certissimum signum præsentiæ Dei: ideóque aliud hoc est Deitatis Christi documentum [q].

4. *Et*, &c. וַיָּרָם וגו׳] *Et extulit se* (vel, *recessit*, P. *sublata est*, Ti. Ar.) *gloria*, &c. Mo. ¶ *Desuper*, &c. מֵעַל הַכְּרוּב] *A cherubinis*, JT. *à* loco qui erat *super cherubis illis*: Hebr. *à super cherubo*; singulare collectivè [r]. Ubi sententiam cædis & incendii in urbem pronunciaverat †. ¶ *Ad limen domûs*] i. e. Templi, nempe atrii interioris sacerdotum *. Ad illam portam quæ à basilica sacerdotali spectabat ad subdiale populi [t]. Vide Ezec. 9. 3 [v]. Describit discessum gloriæ à Templo [x]. Insedit throno super limen domûs; i. e. Quasi postremum judicium in ea sede quam olim consecraverat laturus, ibidem constitit, ubi ex omni parte intus in domo, & foris in urbe, erat conspicuus [y]. ¶ *Repleta est domus nube*] i. e. Tenebris [z], quæ comitabantur lucem illam inaccessam quam Deus inhabitat [a]. Templum, priùs plenum splendore, fit caliginosum [b]. *Domus*, i. e. basilica sacerdotalis, quæ velut à tergo erat imagini illi [c]. ¶ *Atrium*] Vel, 1. interius [d]: vel, 2. exterius*. Subdiale populi, quod erat ante imaginem [f].

5. *Sonitus alarum*, &c.] Signum hoc vel, 1. plausûs Angelorum Christo applaudentium, vel, gratulationis causâ; vel, ut Jerosolymitanos aut ad officium suum adducerent, aut, si essent contumaces, percellerent testimonio migrationis illius quam instituebat Deus [g]. Vel, 2. insignis & insolitæ mutationis [h]: vel, migrationis Dei & Angelorum ex Templo [i]. ¶ *Usque ad*, &c.] Personabat per omne illud populi subdiale [k]. ¶ *Quasi vox Dei*] i. e. Tonitru [l]. Significantur horribilia Dei mandata. Vide ad Ezec. c. 1. v. 24 †. ¶ *Loquentis*, בְּדַבְּרוֹ] *Quando loquitur*, P. Ti. sic M. JT. Pi. &c. vel, *loquebatur*, nempe in monte Sinai [m].

6. *Cùmque præcepisset viro —— Sume ignem*, &c.] Excutit Judæis falsam gloriationem de præsentia Dei, quam docet ipsis minimè utilem fore: & Cherubim, qui antea gratiæ, nunc vindictæ ministri sunt [n]. ¶ *Ingressus*, &c.] q. d. Paruit sine mora aut languore †.

7. *Extendit cherub* (unus ex illis quatuor Cherubim [o]) *manum*] i. e. Alam ad manûs modum articulatam [p]. ¶ *Egressus est*] Ad urbem incendendam *. Executionem quod spectat, ea vel, 1. proximè subsequuta est, reticetur tamen, vel, per paralepsin, & causâ fugiendæ repetitionis [q]; vel, quia tristis rei narrationem maluit intelligentiæ relinquere, quàm oculis subjicere †. Vel, 2. dilata est.] Egressus Christus arma ad hanc executionem pertinentia asservavit usque dum tota visio Prophetæ oblata esset: nam supererant adhuc quædam ipsi exhibenda, & quidem in ipso Jerof. loco, quæ omnia omnino fuissent conturbata, si conflagrâsset eodem tempore Jerosolyma [r].

8. *Manûs hominis subtus pennas*] Pennæ articulos habebant, ut manus humana. Vide 1. 8 †. *Alæ* denotant alacritatem, & directionem, sive quòd non moventur à seipsis, sed arcano Dei instinctu. *Manus* denotat efficaciam & operationem, vel aptitudinem ad exercendas omnes functiones sibi mandatas; quia sine manibus nulla esset actio. *Manus sub* illis significat, Angelos nihil temere & absque delectu agere, sed in omnibus pendere à gubernatione Dei [t].

9. *Et vidi*] Quæ à v. 8. ad finem capitis producuntur jam antea dicta sunt cap. 1. nonnulla tamen rursus explicanda sunt. Tunc enim Propheta obscuriùs, & velut dubitans, loquutus est, subindè addens, *quasi*, *tanquam*, acsi non potuerit aut commodè spectare, aut perspicuè explorare. Jam verò, cùm spectaret propiùs, &c. rem clariùs proponit, & affirmat audaciùs [v]. ¶ *Ecce quatuor rotæ*] Quibus vehiculum movebatur in quo erant Cherubini [x]. Vide Ezec. 1. 15, 16 [y]. In cap. 1. animalia primùm, deinde rotæ, hîc rotæ primùm, deinde animalia, describuntur. Et quæ ibi obscuriùs dicuntur, hîc explicantur: nam animalia dicuntur Cherubini; & rotarum tum numerus indicatur apertiùs, tum significatio exponitur; &, pro *facie bovis*, cap. 1. 10. hîc est [v. 14.] *facies cherub*. *Rotæ* hîc denotant statum orbis terrarum [z], & omnes conversiones quæ in mundo cernuntur [a], rerúmque inferiorum instabilitatem & conditionem ambulatoriam [b], & continuas revolutiones multiplices quibus sursum & deorsum agitantur [c]. Ostendunt item rotæ, Deum non esse, ut Judæi somniabant, Jerosolymæ, aut uni alicui loco, alligatum; sed curru providentiæ suæ Ecclesiam ex uno loco in alium transportare, & ubique curare ac conservare, &c. Ità visio hæc & terrebat Jerosolymitanos, & consolabatur exsules [d]. ¶ *Rota una juxta cherub unum, & rota alia*, &c.] Vel, *una*, &c. Mo. Perissologia non est, sed H[s]; q. d. Singulæ rotæ erant juxta singulos Cherubim: tot erant rotæ quot Cherubim*. Enallage est. Vult enim dicere de binis rotis quæ in binis erant lateribus, utramque tam propinquam fuisse Cherubino ejus lateris ut ab eo tangeretur [f]. Significat, rotas non volvi suo impetu, sed annexas esse Angelis; ideóque nihil temere contingere, sed omnes eventus à Prima causa pendere [g]. ¶ *Chrysolithi*, תַּרְשִׁישׁ] *Tharsis*, V. Calv. Pi. &c. *lapidis cyanei*, BA. 2. 6. 16. 877. 20. *carbunculi*, V. *hyacinthi*, Q. in V. *berylli thalassii*, JT. Pi. Pol. Tanquam color oceani, Ezec. 1. 16 [b]. Significat rerum inferiorum instabilitatem, instar aquæ [i], vel maris [k].

10. *Et*, &c. וּמַרְאֵיהֶם דְּמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּם] *Et* (vel, *Porrò*, M. Ti.) *aspectus earum* (sub. *& opus earum*, ex Ezec. 1. 16 [l].) *similitudo una quatuor ipsis*, Mo. P. Calv. ο'. &c. *Eodem earum quatuor figuræ aspectu*, Ca. *Et species illarum quatuor* erant *similitudine unâ*, JT. *Idémque erat color & forma earum quatuor*, Sy. *Cæterùm ad speciem* (vel, fabricam aut architecturam [m],) *earum quod attinet*, *similitudo una erat quatuor illis*, Pi. Pares erant ac similes rotæ [n]. Significat in admirabili varietate summum consensum omnium Dei operum, & quòd in suum finem singula dirigit, quæ ità videntur dissipata [o]. ¶ *Quasi sit rota in medio rotæ*] i. e. Acsi una secâsset alteram [p]. Significat vel, 1. quòd res mentibus nostris implicitæ & mirabiliter perplexæ videantur. Est itaque species concessionis [q]. Vel, 2. summam causarum inferiorum convenientiam & cohærentiam, à providentissima Dei gubernatione [r]. Vide ad Ezec. 1. 16 †.

11. *Cùmque ambularent, in quatuor partes gradiebantur*] Quòcunque vellent Cherubini. Sensum vide c. 1. v. 17 [t]. ¶ אֶל־אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶם] *In* (vel, *ad*, M. Ti. Pi. Calv.) *quatuor* (vel, *quaternas*, JT.) *lateribus* (vel, *quadraturis*, Mo. *latera*, M. Calv. *quadraturas*, Ti. *quartas*, Pi. *partes*, JT.) *suis*, P. &c. vel, *suas*, Ti. JT. *sua*, M. &c. *In quatuor sui quadrati partes*, Ca. Successivè scilicet, & vicissim: id est, per unum ex quatuor. q. d. Moveri poterant in omnem partem, anteriorem, posteriorem, dextram, & sinistram [v]. *Ad quatuor quartas*, scilicet plagas mundi, quibus obversæ erant singularum facies [x]. ¶ *Non revertebantur*, &c.] Nisi peracto cursu, ut c. 1. v. 17 [y]. Non intermittebant iter cœptum, sed rectà progrediebantur: q. d. Promptissimè exsequebantur voluntatem Divinam. Vide suprà 1. 9 [z]. ¶ *Sed*, &c. כִּי הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יִפְנֶה הָרֹאשׁ אַחֲרָיו יֵלֵכוּ] *Sed* (vel, *Nam*, JT. *Quia*, Ch. Calv.) *locum* (vel, *ad locum*, P. M. JT. *post locum illum*, Pi.) *quem* (vel, *ad quem*, P. Pi. Calv. *quò*, JT.) *vertebat se* (vel, *declinabat*, Ch. *spectabat*, sive *respiciebat*, JT. Pi. Ca. M. Ti.) *caput*, Mo. Ti. Ca. Calv. (vel, *ipsum caput*, JT. vel, *caput* præcedentis, M. *primus*, Ch. P. sub. *Cherub*, P. *prima* rota, V. *Prima* hîc dictum pro, *duæ priores* [a]. Vel, *caput cujusque*. τὸ *cujusque* non est in Hebræo, sed notatur per articulum ה [b]. Vel, *principium unum*, ο'. *una priorum*, Ar. *præcipua illarum*, Sy. *Caput*, i. e. facies quæ in capite adversa erat [c]. *Caput* ponitur pro capitibus. Conferuntur rotæ cum ipsis & Cherubim quibus annexæ sunt. Ergò unaquæque rota habuit caput, h. e. animal suum à quo regeretur [d].) *post illud*, vel *illum*, *ibant*, Mo. P. Ti. Ch. vel, *illud* (sive, *eò*, Ca.) *sequebantur*, M. vel, *cæteræ* (i. e. posteriores duæ *) *pergebant*, Ar. Erant autem priores & posteriores vicibus, ut voluerant Cherubini †. Et rota ibat post Cherub [f]. Sensus, Indesinenter Angelos qui sibi præerant, velut capita & duces suos, sequebantur [g]. Rotæ non erant huc illuc versatæ aliquo extrinseco vel adventitio impetu, sed ab ipsis Cherubim gubernatæ erant; ut clariùs deinde explicabit.

bit[h]. Moventur omnes partes mundi divinitus, idque ministerio Angelorum, & ductu principali Spiritûs Sancti, qui velut caput, dux & princeps est, cujus vim, ductum & auctoritatem omnia sequuntur[i]. 12. *Et*, &c. וְכָל־בְּשָׂרָם] *Et*, vel *Sed, omnis* (vel, *totum*, JT. Ca.) *caro* (vel, *corpus*, JT. Ca. Pi. Calv. La. V. quòd corpus carne constat[k],) *earum*, Mo. P. M. &c. i. e. rotarum[l]: i. e. ipsæ totæ rotæ †. Vel, *eorum*, JT. Pi. Ca. G. ex Ch. Cherubinorum scilicet[m]. Brevitatis ergò narrationem hîc conjungit de utrisque, nimirum de Angelis & rotis, quia hæc communis est causarum omnium, tam superiorum quàm inferiorum, affectio[n]. [De qua hîc loquitur.] ¶ *Colla*] Heb. *terga*, vel *dorsa*, La. Mo. P. M. &c. i.e. modioli rotarum[o]. *Dorsum*, M. Pi. Vide Ezec. 1. 18[p]. ¶ *Et manus*] i. e. Radii[q], quibus canthi modiolo jungebantur[r]; qui sunt infixi modiolo †. ¶ *Et pennæ*] Vel, *alæ*, &c. Calv. i. e. circuli, sive canthi, lignei, qui rotæ sunt quod pennæ avi *. ¶ *Et circuli*] i. e. Canthi ferrei, quibus lignei firmantur[t]. ¶ וְהָאוֹפַנִּים] *Atque* (vel, *etiam*, JT. Pi. *denique*, Calv.) *rotæ*, Ti. vel, *rotæ ipsæ*, M. P. JT. Pi. Calv. Atque circuli quibus constabant rotæ. Constabant singulæ rotæ duobus circulis; nam dixit priùs, *acsi rota esset intra aliam rotam*[v]. Non diversum aliquid notat: sed postquam de carne locutus est, de dorsis & manibus, simpliciter *rotas* nominat, quasi diceret fuisse oculatas omni ex parte[x]. ¶ *Plena erant oculis*] i. e. Coloribus. Hoc accessit viso illo quod in primo capite habuimus, aut nunc exactiùs à Propheta observatum est[y]. In hoc membro, ut nonnullis etiam sequentibus, hæc visio superavit visionem illam quæ antè capite primo fuit explicata[z]. Hoc oculorum typo significatur, omnes providentias Dei esse expositissimas, atque adeò nudas & apertas; sapientiam Dei infinitam esse, ideóque omnia, summa, infima, &c. omni loco & tempore recognoscere, &, non dico rimis, sed oculis aut fenestris apertis, introspicere atque pervidere[a]: Deum sapientiâ suâ omnia moderari, & res confusas, atque in speciem contrarias, optimè conciliare[b]: nihil cæco impetu ferri, sed oculos Jehovæ dirigere Angelos omnésque illarum actiones[c]. ¶ *In*, &c. לְאַרְבַּעְתָּם אוֹפַנֵּיהֶם] *Quatuor ipsarum rotarum ipsarum*, Mo. P. *in ipsis quatuor rotis eorum*; ad verb. *in quatuor eorum rotis ipsis*, V. *in quatuor scilicet ipsis rotis*, M. ο'. *ad quadraturas ipsorum rotarum ipsarum*, Ti. *ipsis quatuor rotis*, Calv. *in quatuor eorum rotis*, Ch. *per quaternas absides suas*, Ar. sim. Sy. *ipsorum quatuor*, (nempe Cherubinorum[d],) *rotarúmque ipsorum*, JT. nimirum Cherubinorum. Oratio simplex foret, Singulorum Cherubinorum totæ singulæ plenæ erant oculis*. *Quatuor illis* Cherubis, *& rotis eorum*, Pi. De Cherubinis & rotis mistim & confusè loquitur Propheta, quia erant quasi unum quid, & *spiritus vitæ erat in rotis*: quædam autem hîc propriè sunt Cherubinorum, ut caro, colla, manus, pennæ, oculi; & metaphoricè tantùm conveniunt rotis, utpote à spiritu Cherubinorum quasi vegetatis[f]. *Et quatuor rotæ*, q. d. Pari modo versicolores fuerunt & rotæ, id est, rotarum absides, ut dictum Ezec. cap. 1. v. 18[g].

13. *Et rotas*, &c. לָאוֹפַנִּים לָהֶם קוֹרָא הַגַּלְגַּל] *Rotis ipsis* (i. e. Cuique rotarum[h]; vel, *Porrò, ad rotas ipsas*, M.) *clamatum*, vel *acclamatum, est*, (sub. *à cherub*, P. vel, *clamavit*, M. Calv. *inclamavit*, G. vel, 1. Deus, currûs auriga[i]; vel, 2. alter ex Cherubinis[k]:) *Gelgel*, ο'. in D. vel, *O rota*, M. P. Mo. Cherub nominatim appellavit rotas, & jussit nescio quid, *O rotæ, agitè, facite hoc vel illud*. Subticet formam dati præcepti quo excitabat eas ad parendum imperio præcipientis[l]. Significat omnes creaturas exaudire vocem Dei, eique parere[m]. Vel, *Volvitor*; ut sit defectus ה in fine [הַגַּלְגַּל] qui verbis talibus frequens[n]. *Porrò, rotas ipsas vocavit Gilgal*, Ti. *Quas quidem rotas vocavit currum*, Ca. *Hæ autem rotæ*, (vel, Porrò, *ad rotas illas quod attinet*: Heb. *De rotis illis*; phrasis elliptica[o]:) *ipsæ*, vel *illæ, vocatæ sunt* (scilicet à Domino; Heb. *illis vocatum fuit*, i.e. nomen inditum fuit. Potest & locus aliter construi & exponi, *Rotis illis, illis*, inquam, *vocatum fuit*[p],) *Orbis*, JT. Pi. Pol. vel, *Globus*, vel *Sphæra*, quia scilicet una erat alteri inserta, v. 10[q]. Nominis ratio est, quòd orbem nostrum in quo versamur figurarent[r]. Hoc versu ostendit Propheta, non à se proficisci interpretationem quam est allaturus ad superiorem visionis partem, sed eam à Deo ipso accepisse: nempe quòd Deus, audiente Prophetâ, pronunciaverit his rebus omnibus significari orbem hunc, sive universitatem hujus mundi elementaris, quem Deus per Angelos regit †. Vel, *Galgal*, i.e. cœlum; quoniam Dei gloriam eæ rotæ referebant. גַּלְגַּל autem, inter alia, *sphæram* & *cœlum* significat[t].

14. *Quatuor autem facies habebat unum*, לְאֶחָד] *Uni*, M. *unicuique*, Mo. P. JT. Pi. &c. sub. *cherub*, P. sic Pi. vel, sub. *animali*, V. JT. nam quæ cap. 1. *animalia*, hîc *cherubin*, appellantur[v]; & sub. *erant*, P. JT. Pi. De duobus Cherubinis quisque ex formis constabat quatuor[x]. Observandum hîc, singulis istis animalibus hoc loco attribui singulas facies; quum tamen singula habuerint tales facies quatuor: ità omnino postulante ratione itionis ipsorum quæ commemorata fuit vers. 11. Sed hîc ea tantùm facies nominatim indicatur quæ spectabat foras seu extrorsum: ex reliquis autem tribus faciebus una spectabat ad dextram, altera ad sinistram, tertia ad tergum. Nam singulæ illæ facies ad singulas quatuor mundi plagas directæ erant; ut inter eundem semper rectà progrederentur, nec opus haberent sese vertere[y]. ¶ *Facies una* (vel, *prima*, P. vel, *unius*, Mo. M. &c. *primi*, Pi. sub. *erat*, M. JT. Pi.) *facies cherub*] Sic Ti. &c. i. e. Humana quidem, sed splendidissima[z]. Pro *capite bovis*, cap. 1. hîc habetur *caput cherub*[a]. [Quid hoc?] Resp. 1. Procul apparuit species bovis; propiùs, Cherub[b]. 2. Cherubi qui Arcam obumbrabant boum speciem habebant[c]. Sed id non probant[d]. Puto tamen, ex collatione hujus loci cum cap. 1. v. 10. Cherubos varias animalium formas ità exhibuisse, ut ad bovis speciem proximè accesserint. Hoc saltem certum, vitulorum pedes illis tribui Ezec. 1. 7. Et verbum כָּרַב *cherab*, unde כְּרוּב *cherub*, arandi notionem apud Syros obtinet; quod bovis maximè proprium*. 3. Diversum ergò aliquid fuit in hac visione. Obj. At dicit *idem fuisse quod viderat*, &c. vers. 15. Resp. Idem vocat, quòd affine erat, & quòd tendebat in eundem finem: ut manna & aqua idem dicuntur cum sacra cœna, 1 Cor. 10. 3, 4. Nec mirum aliquid hîc mutari. Initio enim se patefecit Deus in terra profana: nunc visio magis accedit ad formam Sanctuarii. 4. Pro bove offert Propheta Cherubum, ut hoc indicio statuat unumquodque animalium nihil aliud esse quàm Cherub sive Angelum[f]. Quatuor Angeli dicuntur Cherubim, qui agebant & præcedebant Dei currum[g]. כְּרוּב per metathesin deducitur à רְכוּב *currus*, aut *plaustrum*[h]. Qualia multa sunt apud Hebræos: ut כֶּבֶשׂ *agnus* dicitur & כֶּשֶׂב, & שִׂמְלָה *vestimentum* & שַׂלְמָה. Hîc autem appropriatur facies, i. e. forma, Cherub formæ bovis, quia bovum propriè est agere currum. Et licèt humana facies è quatuor primaria fuit quoad personam, bovina tamen erat primaria quoad currum[k]. Ex hac parte totum illud nomen suum accepit; nec immeritò: nam cætera hujus velut additamenta erant. Bovem magni semper fecêre Hebræi, ideo quòd Josephus, de ipsis optimè meritus, eo cognomine fit appellatus, eâque specie adumbratus, ut diximus alibi[l]. Typo bovis constans ministerium adumbratum fuit: Cherubini vultu non solùm ministerium adumbratur cœleste & res omnes superans, verùm etiam ardentissimum, & veluti flagrans desiderio rerum perficiendarum quas Deus imperat[m]. ¶ *Facies hominis*] Forma humana in vultu[n]. ¶ *In tertio*] Non animali, sed aspectu[o]. ¶ *Facies leonis*] Forma leonis in jubis †. ¶ *Aquilæ*] In alis[p].

15. *Elevata sunt*, וַיֵּרֹמּוּ] *Et ascendebant*, Calv. *Efferebántque se*, Pi. simil. Jun. Alis quasi volando in altum[q], migraturi[r]; quia gloria Domini migratura sese extulerat, quem Angeli, tanquam satellites Imperatorem, sequi tenebantur †. Deportatio adhuc inhibita ad modicum tempus[t]. ¶ *Ipsum est animal*, &c.] qu. d. Hæc sunt animalia, &c[v]. animalia quatuor[x]: [vel, duo.] Unum nominat, cùm duo essent[y]. Est enallage numeri[z]; vel, syn. membri[a]. Ostendit, etsi aliquid in specie diversum sit, tamen reipsâ & genere convenire planè[b]. Repetitur visio ad rei confirmationem[c].

Margin notes (left column): h Calv. i Pol. k V. l V. Calv. La. &c. † V. La. m G. ex Ch. Ca. n Jun. o La. p V. q La. V. r La. † V. * La. t La. v Tig. not. x Calv. y G. z Jun. a Jun. b Calv. c Pol. d Pol. * Idem. f La. g G. h G. i La. k G. sic La. l V. m Calv. n G. o Pi. p Idem. q Idem.

Margin notes (right column): r Pi. ex Jun. † Jun. t Mar. v V. x G. y Pi. z Pi. ex Jun. a Calv. b Q. in Calv. & in M. c Q. in BA. sim. Q. in San. d San. * BA. 1. 2. 41. 411. f Calv. g La. ex Pra. h Q. in BA. ib. sim. San. ex Pra. k San. l G. m Jun. n G. o La. † G. p G. q Me. ex La. sim. Pra. r Calv. † Jun. t G. v V. x Pi. y G. z La. sim. a V. G. b Pi. c Jun. c Calv.

16. *Cùmque ambularent* (i. e. moverent, ut diximus cap. 1. v. 19 [d].) *cherubim, ibant pariter & rotæ*] Confirmat quod dixerat, rotas (quibus orbis hic noster, res & causas inferiores complectens, fuit adumbratus *,) non moveri motu intrinseco, sed arcano instinctu cum Cherubinis [f]; vel, prout ab Angelis aguntur [g]. In operibus Dei nihil est abruptum, nihil mutilum, nihil fortuitum; sed Deus omnia dirigit, idque per Angelos [h]. ¶ *Non*, &c. לֹא יִסַּבּוּ הָאוֹפַנִּים גַּם הֵם מֵאֶצְלָם] *Non revertebantur* (vel, *divellebantur*, M. *recedebant*, Ca. *diverterunt*, JT. *vertebant se*, Pi. *residebant*, G. ex Vulg. nempe, non hærebant terræ [i],) *rotæ, etiam ipsæ* (vel, *rotæ ipsæ*, M. vel, *rotæ ipsæ quoque*, JT. Ch. sic Ca. vel, *rotæ illæ etiam ipsæ*, Pi. vel, *rotæ, sed & ipsæ*, G. ex Vulg.) *apud eos*, Mo. vel, *ab illis*, P. M. JT. Ca. ad verb. *de prope illos*; i. e. comitabantur semper illos & sequebantur [k]: vel, *quæ prope illos*, Ti. *à loco qui erat juxta illos*, Pi. *à conspectu eorum*, Ch. *è regione ipsorum*, Calv. *juxtà erant*, G. ex Vulg. i. e. pariter attollebantur, ut sequentia explicant [l]. Illos sequebantur quòcunque irent [m]. *Ab eundo secundùm illos*: Pro motu vel statione Angelorum agebantur [n].

17. *Stabant*] At, sicut Deus nunquam feriatur, ità nec Angeli cessant ab actione. Sed hoc refertur ad humanum sensum, cui videtur Deus interdum interquiescere [o]. ¶ *Et cum*, &c. וּבְרוֹמָם יֵרוֹמּוּ אוֹתָם] *Et cùm illæ*, vel *illi*, *elevarentur*, vel *efferrent se*, M. Ti. Ch. sic Pi. Ar. sim. Mo. P. *elevabantur*, vel *elevabant se*, *& ipsæ*, M. Ti. Ca. vel, *cum iis*, Ch. Ar. Mo. P. JT. Pi. *Et cùm elevarentur, elevabant se*, Calv. Significat summam inter res superiores & inferiores convenientiam [p]. ¶ *Spiritus*, &c. רוּחַ הַחַיָּה וגו'] *Spiritus* (vel, *animus*, V. *voluntas*, P.) *vitalis* (vel, *animalis*, M. P. Ti. V. Calv. i. e. animalium; sing. pro plur [q]. vel, *animantis*, i. e. Cherubini [r],) *in eis* erat, Pi. &c. q. d. Erat maximus consensus inter rotas & animalia: agebantur enim eodem spiritu Divino †. Vel, *ad eas* pertingebat: vide ad Ezech. 1. 20 [t]. Idem spiritus Dei est in omnibus, tum sustentando, tum actiones moderando, &c [v]. *Spiritus* hîc sumitur pro arcano vigore aut instinctu [x].

18. *Egressa est gloria*, &c.] Hoc præcipuum in hac visione, Deum egressum fuisse è Templo, cui eum affixum fuisse somniabantur Judæi. Non itaque mirum Templum ab hostibus dirui, quia Deo vacuum erat, &c [y]. Abdicationis hujus tres gradus præcesserunt. 1. Quo Deus è Sanctuario processit, Ezec. 9. 3. 2. Quo solium sibi supra limen domûs extulit, vers. 1. hujus cap. 3. Quo à Cherubinis discedens solio suo insedit, v. 4. hujus cap. Quartus autem gradus exponitur hoc versu & seq [z]. ¶ *A limine templi*] Super quod profecta fuerat à Cherubis [a]; ubi constiterat nonnihil [b], v. 4 [c]. Descendit itaque de solio judiciali suo, quod supra limen fuerat constitutum: i. e. Judicio perfecto, ad exsecutionem ejus transivit [d]. ¶ *Stetit super cherubim*] Quo significat, Deum unâ eâdémque abdicatione tum gloriam suam, tum instrumenta omnia & signa suæ gloriæ præsentiæque, ereptum esse †.

19. *Illis egredientibus, rotæ quoque*, &c.] i. e. Ipsis surgentibus, surgebant & rotæ. *Surgere* hoc est, deportationem inhibere. Factæ enim sunt multæ, & multis intervallis *. ¶ בְּצֵאתָם וְהָאוֹפַנִּים לְעֻמָּתָם] *Dum egrederentur ipsi*, P. M. Ti. simil. Mo. (vel, *Eundo*, JT. *Quum exirent*, Pi.) *erant rotæ juxta eos*, M. Ti. simil. o'. vel, *& rotæ* (sub. *erant*, P. vel, *iverunt*, Pi.) *juxta eos*, Mo. vel, *è regione ipsorum*, P. JT. Pi. Ch. [Ca. locum sic reddit, *Et cherubi, sublatis alis ab humo evecti, spectante me eorum digressum, comitantibus eos rotis, steterunt*, &c.] ¶ *Et stetit*] Ità Mo. &c. vel, *substitit*, JT. Pi. sub. *animal*, JT. vel, *animans illa*, Jun. vel, unusquisque Cherruborum [f]; vel, vehiculum cui imago judiciorum Dei insidebat [g]. *Steterúntque* Cherubim, V. ¶ *In introitu portæ*] Scilicet atrii populi, sive Israel [h], in quo populus orabat [i]; ubi exitus erat [k] ad inferius atrium populi Israelitici [l]: ut Templum planè desertum à Divina tutela intelligeretur [m]. Sed quàm ægre, quàm lentè, deserit domum suam Dominus! quot stationes facit [n]!

20. *Quod vidi subter Deum Israel*] Ità vocat quem *similem homini* dixerat c. 1. 26. Hoc non competit Patri, qui nunquam induit formam hominis; sed Christo, quem & *Deum Israel* esse vel hinc constat [o]. ¶ *Intellexi quia* (vel, *quòd*, Calv.) *cherubim essent*] Quorum forma ipsi, utpote sacerdoti, notissima erat [p]. Profecit itaque in hac secunda visione [q]. Deus per gradus certóque ordine servos suos informat. Agnovit hoc Propheta, vel, à Deo ità explicante; vel, quòd una facies erat Cherubini, v. 14 [r]. Ut Propheta intelligeret, sub specie Cherubim sibi designari Angelos qui circumdabant Arcam fœderis †. Sæpe idem vidit Propheta, ut consideraret propiùs, & intelligeret has formas easdem esse quæ supra Arcam erant positæ: quod ex summo Pontifice intellexisse aliquando potuerat [t]. Quia hîc Angeli considerantur currûs instar, sive jumenti, quo Deus vehitur, hinc apud Maimon. מַעֲשֵׂה מֶרְכָּבָה, *opus currûs*, seu *vehiculi*, vocantur [v].

21. *Quatuor*, &c. אַרְבָּעָה אַרְבָּעָה וגו'] *Quatuor quatuor* (vel, *Quatuor & quatuor*, M. vel, [simpliciter,] *Quatuor*, P. Pi. *Quaternæ*, Ti. JT.) *facies uni*, Mo. Ch. vel, *unicuique*, P. JT. &c. Quatuor formæ singulis. Sæpe id repetit, vel, 1. ut populus, sine Templo victurus, Templi mysteria pro Templo haberet, & sic ad fœdus multò meliùs pararetur [x]. Vel, 2. quia res erat cum populo lento & præfracto, qui semper conatus est authoritatem Prophetis detrahere: nempe, nè scurriliter hoc eluderent Judæi, Prophetam, inani spectro delusum, putâsse se videre quod nusquam erat [y]. [Reliqua suprà explicata.]

22. *Et*, &c. וּדְמוּת פְּנֵיהֶם הֵמָּה הַפָּנִים אֲשֶׁר וגו' מַרְאֵיהֶם וְאוֹתָם] *Et similitudo* (vel, *Similitudo autem*, M. P. Ti. *De similitudine denique*, JT. *Porrò, quod attinet ad similitudinem*, Pi. sim. Ar.) *facierum* (vel, *faciei*, sive *vultûs*, M. JT. &c.) *ipsis*, Calv. (vel, *eorum*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi.) *facies quam* (vel, *earundem facierum quas*, Mo. erat ut *facierum quas*, P. vel, *erant facies illæ*, sive *eædem, quas*, V. *sunt vultus illi quos*, M. Ti. sim. Pi. Ar. *eâdem facie quam*, JT.) *videram super fluvium Chebar*, *aspectus* (vel, erant *species*, JT. vel, *species*, inquam, Pi. vel, & idem *aspectus*, Ar. sim. Sy.) *eorum*, Calv. Ti. JT. (vel, *earum*, Mo. P. Pi.) *& ipsa*, nempe, animalia [z]; vel, *& ipsæmet*, Mo. P. *& ipsi*, Ti. Calv. nempe, Cherubim [a]: *& substantia*, vel *essentia*, *eorum*; q. d. Eadem prorsus erant quæ in prima visione vidi [b]. Species illarum quatuor partium planè eadem, & color idem partium: id enim מַרְאֶיהָ [c]. Vel, *illarúmque*, JT. vel, *unà cum ipsis*, Pi. [Ar. ultimam vocem cum seq. jungit hoc modo, *Atque horum unumquodque ante faciem suam procedebat*.] ¶ *Et*, &c. אִישׁ אֶל עֵבֶר וגו'] *Quisque ante* (vel, *ad*, P.) *faciem suam* (vel, *è regione vultûs sui*, M. *in tractum faciei suæ* objectum, JT. Pi. *rectà antrorsum*, Ti. *rectà ante se*, motu recto, non circulari, aut obliquo [d],) *incedebat*, V. &c. *Et ipsorum singuli, quò spectabant, eò movebant*, G. q. d. Intenti erant ad scopum suum; non errabant, aut viam deserebant *. Vide ad Ezec. 1. 9 [f].

CAP. XI.

1. *ET elevavit*, &c.] Rectiùs, *sustulerat*, V. vel, *elevârat*, i. e. suspensum me tenuerat [a]. Nam quæ hîc narrantur gesta fuerunt ante ea quæ describuntur cap. præced [b]. Repetit enim id quod diximus de illis 25 suprà 8. 16. nam illum sermonem, ad convertendas res majores, interruperat [c]. ¶ *Et introduxit me* (scilicet, ab atrio sacerdotum [d],) *ad portam*, &c.] Portam intellige, vel, 1. basilicæ sacerdotalis, spectantem in subdiale populi, Ezec. 8. 16 *: vel, 2. atrii laicorum, ubi constiterat Dei gloria [f]. Videre me fecerat illas partes quasi præsentem [g]. ¶ *Orientalem, quæ respicit ad solis ortum*] Pleonasmus est. Hæc porta celeberrima fuit [h]. ¶ *In introitu portæ*] Quà in portam itur, inter portam & altare holocaustorum, suprà 8. 16 †. ¶ *Viginti quinque viri*] Vel, 1. sacerdotes illi neci destinati, c. 8. v. 16 [l]: vel potiùs, 2. principes populi. Tradunt enim Hebræi, Jerosolymam fuisse in 24 vicos distributam, & cuique fuisse suum ducem vel principem: vigesimus quintus videtur esse præses omnium [k]. ¶ *In medio eorum*] i. e. Inter eos. Locutio Hebræa.

d G. * Jun. f Calv. g Jun. h Calv. i G. k V. l G. m Mar. n Jun. o Calv. p Jun. q V. r G. † V. t G. v Jun. x Calv. y Calv. z Jun. a Pi. b G. c Pi. G. d Jun. † Idem. * G. f Pi. g G. h Fra. La. &c. i V. k G. Mc. l Mc. m G. n Mc. ex Pra.

o Calv. p T. q Calv. r Jun. † Calv. t G. v Di. x G. y Calv. z Calv. a Idem. b V. c G. d V. * Calv. f V. a G. b V. c G. d Mc. et La. * G. f Mc. et La. g G. h La. † G. l Mald in Mc. k La. ex Pra. fin. Mc. T.

Hebræa[l]. ¶ *Jezoniam*,&c.] Non illum filium Saphan, qui peccaverat†, c. 8. v. 11[m]. ¶ *Pheltiam*] Quem nominat, quia in ipso statim editum est miraculosum Dei judicium[n]. ¶ *Principes*] Ostendit, non ideo urbem fore à vindicta Dei immunem, quoniam à ducibus suis corrupta est[o].

2. *Dixitque ad me*] Scil. Dominus insidens Cherubo[p]. Dixerat ad me illa imago stans ad eandem portam, c.10.v.4[q]. ¶ *Qui cogitant iniquitatem*; ità Pi.&c. אָוֶן] *Vanitatem*, Calv. V. Nam isti adhortabantur populum ad exstruenda ædificia sumptuosa, quasi nunquam ex urbe migraturum[r]. ¶ *Tractant consilium pessimum*] Nempe aptandi se ad superstitiones Chaldaicas, ad eo modo demerendam ejus gentis gratiam. Fœdus quod Sedecias malè ruperat illi malè sarcire volebant†. Hoc non solùm excogitabant apud se, sed & aliis subministrabant[t]. ¶ *In urbe ista*] Ubi Deus residet, &c†.

3. *Dicentes, Nonne dudum*, &c ?] q. d. An noviter facta est urbs[v] ? ¶ לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים] *Non in propinquo ædificare* (vel, *ædificandæ* sunt, JT. *ædificare* oportet, Pi.) *domos*, Mo. &c. i. e. Non prope urbem[x]; non suburbanas domos, nè eis Chaldæus velut instrumentis abutatur, & tanquam coquus cremiis hanc ollam fervefaciat. Consilium militare est; ut videmus in locis obsidionem metuentibus circumstantia ædificia subrui[y]. Al. *Non est propè*, sive *in propinquo*, Ti. P. M. Calv. Ca. &c. (sub. *prophetiæ impletio*, M. sim. Ca. vel, sub. *contritio*, P. vel, urbis destructio[z]:) *ædificandæ* (vel, *construantur*, Ca.) *domus*, Ti. Al. *ædificemus* (sub. *igitur*, P. vel, *licet ædificare*, M.) *domos*, Calv. P. Quasi per otium & rebus pacatis: ut Jeremias jubebat domos exstrui in Chaldæa, quia longa ibi esset mora, Jer. 29. 5[a]. Infinit. hîc pro fut. vel imperat[b]. ¶ *Hæc* (sub. *Jerusalem*, P.) *est lebes*, (vel, ut *lebes*, P. vel, vice *ollæ*, V. ex He.) *nos autem carnes*] Vel, *caro*, M. Ti.&c. vel, ut *caro*, P. Irrident Jeremiam, qui urbem *lebeti*, homines *carnibus*, comparaverat, Jerem. c.1.v.15[c]. Vide & quæ infrà cap. 24. ubi, contra hoc dicterium, dicit Ezechiel, rubiginem ollæ nihil obstituram quò minùs olla alias carnes coquat, alias ejiciat[d]. [Variè explicant.] Recenter facti lebetes aptiores sunt ad coquendas carnes*, [quàm nostra urbs jamdudum facta.] Al. Ut in olla caro manet[f], donec perfectè elixetur[g]; ità nos in urbe manebimus[h], donec veniat tempus nostrum ut moriamur in ea[i]. q. d. Bene; nos elixabimur; sed leviter id fiet, ità ut maneamus salvi usque ad senium[k]. Al. Alioquin *ipsa* futura *esset olla, nos verò caro illius*, Pi. sim. JT. nempe ollæ, quæ scil. in illa elixaretur: i. e. Chaldæi, in illis domibus commodè degentes, diutiùs nos obsiderent & fame premerent, &c[l]. q. d. Isti Prophetæ dixerunt nos *fore ut carnem*, &c. sed nos hoc pacto ab hoc incommodo facilè cavebimus, si omnia adjumenta, &c. Chaldæis intercipiamus. Sic videbimus quid sit futurum istis fallacibus Dei sermonibus[m]. Al. Videtur sensus esse, Esto, verum sit quod minatur; adhuc tamen volumus patriam contra hostes tueri, & intra illam, si cingamur obsidione, macerari, ut carnes in olla, &c[n]. Malumus hîc igne cremari, quàm gladio Chaldæorum trucidari[o].

4. *Idcirco vaticinare*, &c.] Nihil enim intolerabilius, quàm homines petulanter spernere iram Dei[p]. q. d. Dic quæ illis sunt eventura longè alia quàm putant[q].

5. *Et irruit in* (vel, *cecidit super*, Calv. Pi. &c.) *me spiritus*, &c.] Prophetiæ donum antea acceperat: oportuit tamen illud renovari ad singulos actus[r]. ¶ *Sic*, &c. כֵּן וגו'] *Sic dixistis*, Pi. Calv. &c. Ut modò narratum est†. Al. *Verè*, vel *Veritatem*, &c. V. ¶ *Et*, &c. וּמַעֲלוֹת רוּחֲכֶם וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Sy. JT. Pi.) *ascensiones* (sub. *cogitationum*, M. vel, *quæ ascendunt*, P. V. *quæ veniunt*, JT. vel, *cogitationes*, ο'. Sy. *quod attinet ad ascensiones*, Pi.) *spiritûs vestri* (vel, *in spiritum vestrum*, P. JT. V.) *ego novi illud*, Mo. vel, *eas*, M. vel, *unamquamque illarum*, Pi. sim. JT. vel, [neglecto affixo tanquam redundante,] *ego novi*, Ti. *Ac affectiones animi vestri ego novi*, Ti. *Et ego mentis vestræ cogitata novi*, Ca. Frustrà sunt subterfugia vestra: non patiar mihi illudi vestris fucatis & argutiis[t].

6. *Plurimos occidistis*, &c.] Vel, 1. dolo & fraude[v]; iniquis judiciis[x]. Homicidæ estis coram Deo; urbs plena est cædibus[y]: ut meritò dicatur *lebes*[z]. Vel, 2. Necis causa estis, dum eis Deo contraria persuadetis[a]. Tantum abest ut consilio illo vestro cives vestros tutos præstiteritis, ut contra eos vindictam meam accenderitis, &c[b].

7. *Interfecti vestri——sunt carnes*, &c.] Illis hæc urbs fuit pro lebete, vobis non erit[c]. Illi manebunt in urbe[d], (nempe Prophetæ & viri sancti quos interfecistis*,) non vos[f]. ¶ *Educam vos*, &c.] q. d. Coquendi estis & consumendi, non tamen in urbe, sed in locis remotis[g].

8. *Gladium metuistis*] Chaldaicum scilicet, ità ut ejus causâ sacra deserere velletis[h]. Perterrefacit vos conscientia vestra adeò ut à bellicis cladibus metuatis[i]. ¶ *Et gladium inducam*, &c.] Eundem illum quem metuistis[k]; & captivitatem, quam non metuistis[l].

9. *Ejiciam* (vel, *Extraham*, Calv. *Educam*, Pi.) *vos*] Extra urbem[m], velut in apertum campum, ut ibi faciliùs jugulemini. Exsilium minatur[n]. ¶ *Dabóque vos*, &c.] q. d. Non liberi, sed captivi, ibitis[o].

10. *In*, &c. עַל־גְּבוּל וגו'] *In termino* (vel, *In finibus*, Ca. *In terminum*, Glas. gram. *Intra terminum*, M. *Ad limitem*, Ti. *Ad limites*, Sy. *In montibus*, ο'. sim. Ar.) *Israel*, Mo. P. JT. Pi. sub. *disjectos*, Glas. gram. 4.2.2.704. Non in olla, i.e. Jerusalem, sed *in finibus*, &c[p]. nempe in Reblatha, 2 Reg. 25. 20[q]. vel, extra Terram sanctam[r]. q. d. Futurum quidem est ut ex hac urbe disjecti effugiatis: sed tamen quócunque vos vertetis in termino Israelis, manus mea assequetur vos, &c†.

11. *Et vos*, &c. וְאַתֶּם תִּהְיוּ וגו'] *Et vos eritis*, &c. Mo. M. P. &c. *Aut vos*, &c. JT. Negatio hîc subaudienda[t]. *Nec vos*, &c. Ca. Pi. Calv. &c.

13. *Pheltias—mortuus est*] In arrham ejus quod aliis illis 25 eventurum est[v]. Præsagium publici interitûs[x]. ¶ *Consummationem*, &c ?] q. d. Itáne omnes vis perdere ut istum Pheltiam[y] ? Non loquitur Propheta ex proprio, sed communi, sive omnium, sensu. Putabant hunc esse columen urbis & Regni. Alludit etiam ad nomen viri, quod præ se ferebat si quid spei esset & salutis ipsis: nam פָּלַט est, *evadere*; unde פְּלִיטִים, *superstites*[z].

15. *Fratres*, &c. אַחֶיךָ אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ וְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל כֻּלֹּה וגו'] *Fratres tui, viri redemptionis* (vel, *propinquitatis*, sive *consanguinitatis*, Calv. Ca.) *tuæ*, Mo. (vel, *propinqui*, sive *consanguinei*, *tui*, P. M. Pi. simil. JT. Ti. Heb. *redemptura tua*, i. e. qui ob propinquitatem jus habent redimendi tua bona. Vide Levit. c.25. v.25[a]. *Vindices tui*; id est, proximè ad te pertinentes, & tibi sanguinis & humanitatis jure optimè cupientes[b]. Vel, *deportationis tuæ*, LXX; i. e. tecum deportati: legerunt גָּלוּתֶךָ[c].) *&* (vel, *denique*, Pi.) *omnis domus Israel*, Mo. Calv. P. &c. *tota ipsa*, Mo. Calv. Pi. sim. Ti. vel, *universa*, inquam, *ipsa*, P. sim. M. vel, *quanta quanta est*, JT. (sub. *sunt*, P. JT. G. vel, *sunt illi*, Pi.) *quibus dicunt*, &c. JT. ¶ *Longè*, &c. רַחֲקוּ וגו'] *Procul discedite*, &c. V. Calv. sim. JT. Pi. &c. *Longè recesserunt à Domino*, G. *Separati sunt à Sanctuario Domini*, M. Illi qui deportantur multò graviùs quàm nos peccârunt[d]. Illi quidem ejiciendi erant ab hac Terra sancta, quòd reprobi essent; nos verò hîc perpetuò mansuri*. Sensus est, Utcunque procul discedant ipsi à Sanctuario, nobis manebit terra, &c[f]. Nos possidebimus hanc terram tantò laxiùs ex quo illi abiêre. Sunt verba eorum qui relinquebantur in urbe, deportato Jechoniâ, &c[g]. qui fratribus captivis importunissimè insultabant[h].

16. *Quia*, &c. כִּי הִרְחַקְתִּים וגו'] *Quia* (vel, *Etiam*, P. *Etsi*, M. sim. Pol. V. Ti. Pi. *Si*, Ca. *Quòd*, JT.) *feci elongare* (vel, *elongaverim*, M. *procul ejecerim*, vel *abegerim*, P. Ti. JT.&c.) *eos in gentes*, &c. Mo. &c. *Eos*, nempe cum Jechonia deportatos[i]; in quibus Ezechiel[k], Daniel & socii[l]. q. d. Per me factum est ut illi affligerentur, &c. & hâc occasione promissionem sequentem illis exhibeo[m]. ¶ *Ero*, &c. וָאֱהִי לָהֶם לְמִקְדָּשׁ מְעַט] *Et* (vel, *Ideo*, ut copulativa resolvatur in illativam[n]: vel, *Tamen*, M. P. Ti. JT. Pi.) *fui* (vel, *sum*, JT. *ero*, P. Ca. Pi. Calv. ο'. Ar.) *iis in*, vel *ad*, *sanctuarium parvum*, Mo. P. M. Calv. sic ο'. Ar. Ut antithesis sit inter splendorem visibilis Templi, & gratiam Dei occultam, quæ adeò non agnita fuit à Chaldæis, ut po-

tiùs eam pedibus calcarent [o]. Vel, *paululum*, Ti. *paulisper*, JT. Ca. *modico* illo tempore, nempe 70 annorum [p]. Vel, *paucitatis*, Calv. sive, *paucorum*; q. d. Erit pusillus & afflictus grex, sed mihi charus [q]. Sunt inter eos quos ego delegi, & habebunt illi Sanctuariolum suum [r], nempe Synagogas, ubi congregabuntur in nomine meo †. Non deseram eos, sed adero illis, & exaudiam preces eorum, ut solebam exaudire in Templo illo magno [t]. Ego illis sum pro Templo, quo carent. Intra animi penetrale me colunt, ut olim facturi sunt Christiani [v]. Etsi me non possint colere in Templo; tamen ego sanctificabo eos, dans eis gratiam, ut me colant cultu interno [x]. Respondet hic locus Psal. 90. 1. *Tu semper fuisti habitaculum nobis*, etiam cùm deerat Templum aut Tabernaculum. Perstringit hoc loco Prophetam sic exclamantem, [v. 13.] quòd perversè restringeret Ecclesiæ corpus & gratiam Dei ad cives Jerusalem: q. d. Quid putas de captivis? illíne extranei sunt, aut ejecti sine ulla misericordiæ spe? Tametsi intereant populi duces & fulcra, non ideo Ecclesia periit, quia habet Deus rationes occultas quibus eam conservet: nec quærendæ sunt reliquiæ in viris eminentibus, sed gregariis & contemptis [y].

17. *Congregabo vos*,&c.] Reducam vos, quia mei non estis obliti [z]. Promittit reditum in patriam, tanquam pignus amoris Dei, & restitutionem Ecclesiæ, &c [a].

18. *Auferent omnes offensiones*,&c. שִׁקּוּצֶיהָ] *Detestabilia* (vel, *contaminationes*, V.) *ejus*, JT. sim. Pi. sub. *terræ*, V. nempe idola [b]. Vivent sine idololatria, præeuntibus viris egregiis, Esdrâ, Nehemiâ, Zorobabele, &c [c].

19. *Et dabo eis*] Laudaverat Israelitas v. præced. Nè autem jactarent, aut sibi id arrogarent, ostendit Deus pietatem illam non ex ipsis fore, sed ex regeneratione Spiritûs [d]. ¶ *Cor unum*] i. e. Eundem animum: q. d. Erunt unanimes *. Magnâ animorum consensione quærent Deum [f], & restituent patrium cultum [g]. Coalescent in unitatem corporis Christi, h. e. Ecclesiæ [h]. Efficiam maximis beneficiis ut concordi animo me colant. Confer Jer. 32. 39. Ezec. 36. 26 [i]. Al. *unicum*, V. Quod unicè adhæreat mihi [k]. q. d. Non erunt corde duplici [l], aut diviso, Deum cum idolis colentes. Vide 1 Reg. 18. 21. Hos. 10. 2 [m]. Contenti erunt uno Deo & Lege ejus, nec, ut antè, distracti erunt post errores & superstitiones suas [n]. ¶ *Et spiritum novum*, &c.] i. e. Vel, 1. Spiritum Sanctum [o]: spiritum regenerationis, sive renovationis; 2 Cor. 5. 17. *Omnia nova*: q. d. Effecturus sum ut sint unum corpus in unitate spiritûs, vel, & unum spiritum [p]. Vel, 2. mentem [q]. Spiritus hominis sæpe pro tota anima ponitur: sed ubi conjunguntur *cor* & *spiritus*, *cor* vocatur sedes affectuum; *spiritus*, facultas intelligendi [r]. Vel, 3. voluntatem †, efficacem [t], ac propositum exsequendi per omnia jussum Dei [v]: impetum animi commoventem hominem ad quæque difficilia [x]. Docet opus esse integrâ renovatione, ut homines in viam redeant [y]. ¶ *Et auferam cor lapideum*] i. e. Durum [z], intractabile [a], contumax [b], immorigerum & indocile, quod non admittit correptionem; sicut non admittit impressionem lapis, sed resistit [c]: inexorabile [d], obstinatum in malo *. ¶ *De carne eorum*] i. e. Corpore [f]. Crassè loquitur, ut conformet se ad captum rudis & barbari populi. Deus h. l. haud dubiè contumaciæ damnat omnes mortales. Neque enim de paucis hîc agitur quorum natura ab aliis differat, sed de Israelitis, quos tanquam speculum nobis proponit, ut sciamus quales simus ubi ab eo relicti sequimur proprios affectus [g]. ¶ *Cor carneum*] i. e. Molle, flexibile [h], ad bonum [i], aptum recipiendæ disciplinæ [k]; ut possit ei inscribi doctrina Christi [l]: facile, obediens [m]. Impletum hoc est ex parte post reditum è Babylone, cùm Judæi haberent aliam mentem & alios mores, [quàm antè,] & idololatria, à qua olim divelli non poterant, illis odiosissima facta est [n]; plenè autem, sub Evangelio [o].

20. *Ut in præceptis meis ambulent*,&c.] Videmus ergò regenerationem eousque extendi, ut sequatur effectus. Discamus ergò in solidum relinquere Deo suam laudem, nec sacrilegè ad nos trahamus quod ejus proprium est. Non tamen vult Deus nos similes esse lapidibus. Nitamur ergò & intendamus nervos omnes, sed cum timore, i. e. abjectâ omni propriæ virtutis fiduciâ, juxta Philip. 2. 12, 13. nè fastum nostrum Deus puniat, &c [p]. ¶ *Et sint mihi in populum*] Vel, 1. activè; me unicè adorantes & diligentes: vel, 2. passivè; à me custoditi & dilecti [q]; populus meus electus & charus [r]. ¶ *Et ego sim eis in Deum*] Deus, vel, ab illis dilectus & cultus; vel, ipsos tuens & regens †. Gloriosissima promissio [t], quæ etiam veniam gratuitam includit, ut clariùs exprimitur Jer. 31. 33. Ezec. 36. 25, 26, &c [v].

21. *Quorum*, &c. וְאֶל־לֵב שִׁקּוּצֵיהֶם וְתוֹעֲבוֹתֵיהֶם לִבָּם הֹלֵךְ דַּרְכָּם בְּרֹאשָׁם נָתַתִּי] *Et ad cor contaminationum suarum & abominationum suarum cor eorum vadens*, Mo. (vel, *ambulat*, V.) *viam eorum in caput eorum dabo*, Mo. Dura locutio, *Ad cor perget cor*. Supervacua quidem est hæc *cordis* repetitio, sed emphatica, ut significet, cor eorum qui itâ pertinaciter adhæserint suis superstitionibus seipsum trahere, & ad novos motus subindè impellere, ut itâ continuo tenore semper pergat ad superstitiones; Deúmque fore vindicem si cor suum sequantur [x]. *Et quorum cor ambulat*, vel *pergit*, (vel, *vergit*, V.) *ad cor* (i. e. affectum [y]) *contaminationum*— (vel, *idolorum*, &c. M. Belg. q. d. ad ea quæ idolis suis grata esse putant [z],) —*viam*, &c. P. sim. Calv. M. q. d. Animadvertam in eos quorum animus est magis propensus ad colenda idola quàm Deum. Loquitur hîc de duplici corde, i. e. affectu. Tria hominum genera facit: unum, quod Deum solum colit; alterum, quod idola; tertium, quod cum Deo idola colit. Chald. *Qui sunt præditi affectu ad affectum eorum qui colunt idola, plectentur à me* [a]. *Et ad cor abominationum suarum——quomodo cor eorum ibat, dedi vias*, &c. o'. *Sed secundum corda eorum abominanda & iniqua, prout ambulavit cor eorum, reflexi*, &c. Ar. *Quorum enim cor studio idolorum—ferebatur, horum viam rependam*, &c. Sy. *Qui verò animis sua scelera & flagitia sequuntur, in eorum ego caput, ut digni sunt, animadvertam*, Ca. *Quòd si quorundam cor aut corda spurcitias suas & abominationes suas sectari perrexerint, rependam*, &c. Ti. *At illis* quorum *animus obibit intima detestabilia & abominationes istorum* (Heb. *cor detestabilium istorum & abominationum istarum*, i. e. qui se dabunt in penitissimam idololatriam, & adhærebunt istis [b],) *viam suam*, &c. JT. *At in cor* addictum *rebus detestandis istorum, &* eos *quorum animus ambulat* in *rebus abominandis istorum, viam suam*, &c. i. e. Qui animo contumace perstiterint in idololatria sua, eos castigabit Dominus pro merito [c]. *Ad illos verò quod attinet* quorum *cor in rebus detestabilibus ipsorum & abominabilibus ipsorum ambulat, viam suam*, &c. Apparet hîc, pro וְאֶל־לֵב, legendum esse וְאֵלֶּה, & post hanc vocem deficere vocem אֲשֶׁר. Hanc lectionem ipsa sententia prorsus postulat *. [Satis fidenter dictum: an verò satis gravibus de causis judicet lector ex dictis.] *Quorum cor post offendicula* (Heb. *ad contaminationes*, i. e. idololatriam [d],) *& abominationes suas ambulat, horum viam*, &c. G. ex Vulg. Deseruerunt me, & ego eos deseram: Templum profanârunt, & ego profanabo per Chaldæos *. Promissionibus erga electos (quibus eas esse peculiares hîc ostendit Propheta [f],) Dei minæ subnectuntur adversùs contumaces [g], reprobos & hypocritas, qui semper bonis permixti sunt. Horum autem crimen hîc detegit, nè rigor ipsius nimius videatur [h]. Hucusque de iis locutus est qui bello capti sunt: nunc ad eos qui Jerusalem habitabant orationem transfert [i].

22. *Elevaverunt—alas*, &c.] Hîc docet quomodo Deus è loco sancto migravit; quomodo ex urbe, vers. seq. Vide misericordiam Dei, innumeris significationibus & per gradus revocantis homines contumaces, &c [k].

23. *Ascendit—de medio civitatis*] Hîc igitur generalis est abdicatio & Templi, & totius loci, ut nulla iis superesset spes [l]. Sacer tamen mansit hic locus, ob promissionem reditûs & restituendi cultûs, &c [m]. ¶ *Stetitque super montem qui est ad orientem urbis*] Est ille mons Oliveti, sive Olivarum [n]; ut docent & ratio vel natura loci, & S. S. in multis locis [o], 2 Sam. 15. 30. Zach. 14. 4 [p]. Qu. Sed cur eò migravit? Respond. 1. Ut Jerosolymitanis exprobraret suam impietatem, cui eum locum delegerant; unde mons iste, ut מִשְׁחָה, *unctionis*, itâ מַשְׁחִית, *corruptionis*, vel *corrumpens*, appellatus fuit [q]. 2. Quia indè prospectus patebat in singulas

[o] Calv. [p] Pi. [q] Me. ex V. [r] M. † Hc. in V. [t] V. [v] G. [x] Pi. [y] Calv. [z] G. [a] Calv. [b] Pi. [c] G. [d] Calv. * Q. in V. [f] Pra. [g] Me. sim. Pra. T. [h] Jun. [i] G. [k] Pi. [l] Pra. San. Calv. &c. [m] Pra. San. [n] Calv. [o] Pra. [p] Jun. [q] Calv. Me. T. Glas. &c. [r] Calv. † Me. T. Pra. [t] Pra. [v] V. [x] Pra. [y] Calv. [z] Me. T. sim. Pi. [a] T. San. [b] Calv. [c] V. [d] T. San. * Me. [f] V. Pi. Calv. [g] Calv. [h] Me. T. sim. Ju. Calv. San. &c. [i] Me. [k] V. [l] Jun. [m] La. [n] Pra. [o] Mar. sic Pra.

[p] Calv. [q] Pra. sim. [r] La. † Me. [t] La. ex Pra. [v] Calv. [x] Idem. [y] V. [z] Belg. [a] Calv. [b] Jun. in bibl. JT. [c] Jun. in comment. in Ezec. * Pi. [d] G. * Idem. [f] Calv. [g] Jun. sim. Calv. [h] Calv. [i] Pra. [k] Jun. [l] Jun. [m] Calv. [n] Jun. Pra. San. La. Me. T. Pi. [o] G. [p] Jun. Pi. sim. G. [q] Q. in Jun.

las urbis partes [r]: ut indè incendium & vastationem Hierosolymæ spectaret †: ut indè postremam significationem ederet, tum misericordiæ suæ, si qui ex Jerosolymitanis, videntes Templum abdicari, ad Deum se convertissent dum adhuc spes erat; tum justitiæ, ut justas pœnas lui à se agnoscerent, nisi ad Deum saltem hoc tempore converterentur [t]: útque indè peracto suo opere in cœlum remigraret [v]. 3. Ut figura esset futurorum [x]. Ex hoc monte Christus & spectavit urbem evertendam, cladémque ejus prædixit [y]; & in cœlum conscendit [z], exspectans novum Templum, novámque Jerosolymam, alteram quasi phœnicem ex favillis veteris iterum nascentem [a]. 4. Ad exercenda judicia ex illo loco unde maxima vis telorum hostilium in urbem erat ventura. Sic & Christus ex eo monte in Regiam suam ascendit, judicia in Judæos exerciturus [b].

24. *Et spiritus levavit me, adduxitque*, &c.] Transpositio est in versu, *Spiritus qui me levaverat in visione, id est, in spiritu Dei, me in Chaldæam restituit apud deportatos*. Nam quia omnia quæ Hierosolymis agebantur ut præsentia viderat, ibi spiritu præsens fuisse dicitur, ac mox rediisse ad suos populares [c]. Non seipsa hoc factum puto [d], sed in visione ecstatica *. *Spiritus* hic opponitur naturæ, quia scimus aspectum nostrum certo spatio finiri. Ostendit ergò unde tanta sit efficacia visioni, nempe à Spiritu Dei, cujus potentia atque operatio incomprehensibiles sunt, nec nostro modulo æstimandæ †. ¶ *Et*, &c. וַיַּעַל] *Et ascendit* (vel, *Et abiit*, sive *recessit*, Calv. vel, *Quum ascendisset*, JT.) *à me visio illa*, &c. Pi. *Ascendendi* verbo elegantissimè docet visionem hanc cœlestem esse divinitúsque oblatam, & propterea à Deo per modum ascensionis (ut ità loquamur) receptam esse, ut eò ampliùs confirmaretur de rei totius veritate [f]. Difficilis creditu erat hæc prophetia; ideo oportuit omnem dubitationem tolli, &c [g]. *Et sublata est*, &c. G. ex Vulg. i. e. cessavit, disparuit, ut Gen. 17. 22 [h].

25. *Et locutus sum ad transmigrationem*] i. e. Ad captivos, &c [i]. vel, ad seniores illos deportatorum de quibus suprà 8. 1 [k]. Illis refert, tum, 1. ut compesceret eorum contumaciam; quia tædebat eos miseriæ suæ, ideóque fremebant apud se, & indignabantur, quòd morem gessissent Prophetis, præsertim Jeremiæ [l], [dedendo se Chaldæis:] tum, 2. ut illos, afflictionibus abundantes, atque consolationibus destitutos, levaret *. ¶ *Omnia verba*] Nihil adjecit, omisit, aut mutavit [m]. ¶ *Quæ ostenderat mihi*] Ità ὁ. Ch. Sy. Ar. M. P. Ti. &c. *Verba videri* dicit impropriè, sed quoad sensum aptissimè. Nec enim simplex hic erat sermo, sed vestitus externis symbolis; ut fit in Sacramento, quod idcirco Augustinus *verbum visibile* scitè vocavit [n]. Al. *verba*, &c. i. e. res omnes [o]. [Ca. locum sic reddit, *quicquid rerum mihi Jova ostenderat*.] Explicavit illis totum consilium Dei quod & visione & sermone perceperat [p].

r Jun. † La. sim. Me. San. t Jun. v La. Me. x Pra. y San. z La. ex Pra. a Pra. b G. c G. d Calv. sim. La. * Jun. sim. Calv. † Jun. f Jun. g Calv. h G. i La. T. k G. l Calv. * Jun. m Jun. n Calv. o G. p Jun.

CAP. XII.

2. IN *medio domus exasperantis*, הַמֶּרִי] *Rebellis*, Pi. Calv. &c. Heb. *rebellionis*, Mo. V. i. e. Inter Judæos in Babylone [a], qui, videntes Jerosolymam superstitem, nec credentes eam perituram [b], dolebant quòd se Chaldæis dedidissent [c], & dissuadebant iis qui Hierosolymæ erant nè se dederent [d], & ipsi reverti volebant *. Admonet Deus Prophetam de contumacia gentis suæ, tum, 1. nè, videns se & doctrinam suam rejici, à cursu suo retrocederet: tum, 2. quia mandatum sequens ridiculum videri poterat. Nec dubium est quin Israelitæ, pro sua protervia, deriserint quod agebat, tanquam puerile aliquod ludicrum [f]. ¶ *Qui oculos habent ad videndum*, (externè [g],) *& non vident*, &c.] Scilicet internè; i. e. non considerant neque intelligunt quid facto opus sit ut mihi placeant. Antanaclasis, ut in seq. *non audiunt*. &c [h]. Sic illa, — *video meliora, proboque; Deteriora sequor* [i]. Habent intellectum quo clarè intelligere possint, sed nolunt intelligere [k]. Ex malitia peccant; nam satis intelligunt & vident quid facere teneantur [l]. Non ex errore, sed ex pervicacia, fit quòd non videant, &c [m]. Doceri nolunt [n]. *Videre* & *audire* est, per sensus in animum inducere, & sibi persuadere. Hæc dicit propter contemptum Verbi Dei: nam captivi non credebant Ezechieli: nam pseudoprophetæ dicebant meliùs fore his qui in Jerusalem remanserant quàm captivis. *Non vident*, sub. *qua facies*, ut credant & pœniteat eos [o]. ¶ *Quia domus*, &c.] Non dicit, quia non sunt satis acuti, sed, quia *rebelles*, h. e. quia seipsos obstupefecerunt nè cernerent. Superbia & contemptus eorum fecit ut Deus conjiceret ipsos in sensum reprobum. Videmus aliquando gentem [vel hominem] excæcari, nec nobis semper ratio judicii Divini patet. Fons cæcitatis est pervicacia; Deus ipsos excæcat, quia nolunt lucem admittere [p].

a T. ex La. &c. b Pra. sim. T. La. c La. sim. Pra. T. ex K. d T. ex K. * La. f Calv. g Pi. h Idem. i G. k La. ex Pra. l i. e.

3. *Fac* (i. e. Compara [q].) *tibi vasa* (i. e. instrumenta [r].) *transmigrationis*] i. e. Necessaria demigraturo †: quicquid potes tecum ferre, nempe indusia, calceos, petasum, baculum, peram, pecuniam [t]. q. d. *Collige sarcinulas*, ut Juvenalis loquitur. Describit talem commigrationem Martialis isto epigrammate, *Vidi, Vacerra, sarcinas tuas vidi*. *Vasa* pro *sarcinis* etiam Latinè dicuntur: nam indè *convasare* *. ¶ *Per diem*, &c.] Clarò die ipsis spectantibus. Rem ipsis eventuram signis exprimit [v]. ¶ *Si fortè aspiciant*] Quomodo puniam eos [x]. Si fortè moveantur isto conspectu [y]. ¶ *Quia domus*, &c.] Ut aut frangatur rebellium contumacia, aut saltem mea misericordia & patientia omnibus sit exposita [z]. *Quanquam domus*, &c. Nempe ut incredibile sit vel hoc spectaculo redituram esse ad bonam mentem [a].

4. *Et efferes foras vasa tua*, &c.] Præmittes sarcinas tuas ipse secuturus [b]. ¶ *Egredieris vespere*] Ut hoc ipso portendas Sedeciam vespere, imò noctu, captâ urbe fugam initurum, Jer. 39. 4. & 52. 7 [c]. ¶ *Sicut*, &c. כְּמוֹצָאֵי גוֹלָה] *Juxta egressiones transmigrationis*, M. sim. P. Mo. vel, *captivitatis*, Calv. *Ut solent migrantes egredi*, Ca. sim. Ch. ὁ. Ti. V. Ut fieri solet in transmigratione, vel, more eorum qui fugam adornant. Fortasse habitum demigrantis significat; q. d. Tu egrediaris mœstus & indignabundus [d], anxius & pavidus *. Vel, *vespere* [f]: Solent enim, qui ex una domo in aliam migrant, per diem supellectilem transferre, ipsi verò, omnibus translatis, vespere vel noctu migrare [g]. *Tanquam* (vel, *Ut* efferuntur, JT.) *instrumenta migrationis*, Pi.

5. *Perfode tibi parietem*] Subaud. *domus in qua habitas*: ea enim significabat Jerusalem [h]. Sicut Rex ipse Sedecias perfosso muro erat exiturus, ut explicatur infrà 12. Vide dicta ad Jer. 39. 4 [i]. ¶ *Egredieris*, &c. וְהוֹצֵאתָ בּוֹ] *Et efferto*, vel *exporta*, (sub. *illa*, Pi. vel, sub. *supellectilem tuam*, V.) *per istum*, Pi. nempe parietem perfossum [k]. Significat, Sedeciam per ostium horti regii, quasi per angustum muri foramen, fugiturum [l]; & Judæos non liberè, sed furtim, egressuros, & subrepturos se è conspectu hostis per latebras, & in noctis caligine [m].

6. *In humeris* (vel, *Super humeros*, Pi.) *portaberis*, תִּשָּׂא] *Portato*, Pi. sic V. vel, *portabis*, G. sub. *illa*. Pi. nempe ad victum necessaria [n]. ¶ *In*, &c. בָּעֲלָטָה תוֹצִיא] *In caligine efferes*, vel *effer*, Mo. M. Ti. &c. sub. *illa*, Pi. vel, sub. *temetipsum*: nam noctu exit Sedecias [o]. ¶ *Faciem tuam velabis*] Sicut ii faciunt qui, pudore affecti, videri nolunt, nec cognosci [p]: ut repræsentes confusionem & excæcationem Sedeciæ, cùm ipse ducetur in Babyloniam [q]. Notatur Judæorum trepidatio & anxietas, quòd sibi timerent à quolibet occursu. Qui enim sibi ab omnibus metuunt faciem obvelant [r]. ¶ *Et non videbis* (vel, *ut non aspicias*, Pi.) *terram*] Trepidationem exprimit. Nam qui accelerant non audent oculos deflectere huc illuc, sed ferunt ad locum ad quem aspirant, & iter quodammodo oculis arripiunt *. Sensus loci, Oculos tuos vela, nè aspicias terram hanc Babylonicam, in qua vivis; sicut eam ob cæcitatem, quæ velatis oculis adumbratur, visurus non est Rex Sedecias, infrà 12 [t]. ¶ *Quia portentum dedi te*, &c.] Tuis factis ostendere volo quid Judæis sit eventurum, præsertim autem Regi, ut sequitur [v]. Posui te quasi imaginem & speculum rerum futurarum [x]. Hæc actio tua est præsagium futuræ captivitatis. Possit tamen *portentum*

m Calv. n G. o V. p Calv. q T. Me. r La. &c. † V. sim. T. Me. t Calv. sim. La. Pi. * G. v G. x Pi. y G. z Jun. a G. b G. c Me. ex La. d V. * La. f La. ex Mald. g Me. ex La. h V. i G. sim. La. Me. k V. l La. m Calv. n G. o G. p Me. ex La. q La. r Calv. * Calv. t G. v G. x Me.

tentum vocari, quia attoniti hærebant Israelitæ. Significat populum adeò stupidum esse, ut à servis Dei sibi metuat ac abhorreat, acsi se ingereret quoddam portentum[y]. Ezechiel non verbis tantùm, sed & factis, prophetavit: ut Esaias incedens nudus, Jeremias vincula gestans in collo, Oseas uxorem ducens, &c [z].

7. *Feci ergò*, &c.] Quanquam novi hanc actionem multis probris & contumeliis expositam fore[a]. ¶ *Perfodi mihi parietem*, בַקִּיר] *In pariete*, sub. *foramen*, Pi. sic JT. idque manibus meis, præ festinatione [b].

9. *Numquid non dixerunt—Quid tu facis?*] q.d. Quid sibi volunt hæc[c]? Quid ità migras[d]? Non quærunt seriò & modestè & cum docilitate, sed per ludibrium, &c *. Sententia hujus versûs non est, ut plerique volunt, Israelitas interpretationem typi petivisse, sed contrà, q. d. An vel unico verbo rogaverunt te, & ostenderunt sibi curæ esse hos typos? Minimè: nullis typis afficiuntur, ut resipiscant[f].

10. *Super*, &c. הַנָּשִׂיא הַמַּשָּׂא הַזֶּה וגו׳] *Principi* (vel, *Prælato*, Mo. *Princeps ille*, Pi. *Ipsius principis*, JT. *Super ducem*, P. sim. V. ex Ch. sub. *est*, M. P. &c.) *onus hoc*, sive *istud*, Calv. Mo. M. Ti. Pi. (vel, *prophetia hæc*, P. *onerosa hæc prophetia*, JT. sim. Calv. *onus prophetiæ hujus*, Ch. *triste fatum*, Ca. dirum vaticinium[g]. Regem haud dubiè intelligit[h], nempe Sedechiam[i], ut statim liquebit[k]. נָשִׂיא, propriè *elatus*[l], est qui Princeps est in populo[m], ut in Regnis Rex. Itaque suprà eodem sensu habemus נָשִׂיא & מֶלֶךְ: ideóque ο'. נָשִׂיא interdum vertunt, βασιλεύς[n].) *in Jerusalem*, *& totius domus* (vel, *tota domus*, Pi. super *totam domum*, P. vel, *universam familiam*, V.) *Israel*, Calv. Al. De *principe* qui nunc habitat *in Jerusalem* intelligitur *prophetia ista*, &c. Q. in V. Sensus, Pertinet hoc ad Regem & populares, nemine excepto[o]. Ista mea migratio est symbolum migrationis Principis, &c[p]. *Israel* hìc vocat, vel, 1. Judæos quoslibet[q]: vel, 2. eos è decem tribubus qui Judæis commisti erant[r], quia ad Hierosolymam, tanquam ad locum tutum, confugerant †.

11. *Ego portentum vestrum*] i.e. Vobis qui adestis, ô Israelitæ, ut portendam quæ fratribus vestris eventura sunt[t]. *Portentum* est signum extraordinarium divinitus missum, ut futurum præsagiat[v]. ¶ *Quomodo feci*, &c.] Vel, [jam] ante oculos vestros: vel, vobis, cùm deportavi vos in captivitatem[x]. Seriò tandem in vobis implebitur quod nunc putatis esse lusorium[y].

12. *Et dux* (vel, *Nam princeps*, JT. Pi.) *qui est in medio eorum*] Vel, *inter illos*, Pi. Qui inter suos securus agit nihil timens[z]: qui adhuc Regnum obtinet[a]: in quem conjecti sunt oculi omnium; sub cujus umbra se adhuc incolumes fore sperabant; qui populum omnem retinebat in suis ordinibus, nè diffluerent[b]. ¶ *Portabitur*] Vel, *portabit*, Pi. sub. *vestimenta sua*, V. ex He. vel, instrumenta migrationis, v. 3. & 4[c]. ¶ *Facies ejus operietur* (vel, *Faciem suam teget*, Pi. sim. JT. Calv.) *ut non*, &c. יַעַן אֲשֶׁר לֹא יִרְאֶה לַעַיִן הוּא אֶת־הָאָרֶץ] *Nè*, vel *Ut non*, (vel, *Propter quod non*, Mo. *Quatenus*, M. *Propterea quòd*, Pi.) *videat*, vel *aspiciat*, (vel, *nolet aspicere*, Pi.) *oculo terram*, P. Calv. Ti. &c. Ex pudore & dolore, nè urbem captam videat[d]: vel, nè ab [hostibus] obviis agnoscatur *. Adeò studiosè dissimulabit, &c. ut nè ipse quidem oculis suis solum quod pedibus calcabit videre possit[f]. Hoc autem valde acerbum erat; imò turpe & pudendum[g]. Designatur etiam excæcatio Sedeciæ[h]. Ità factum ut *ductus sit in Babyloniam*, quod prædixerat Jeremias, & *eam non viderit*, quod dixerat Ezechiel. Quæ duo inter se pugnare crediderat Sedecias, ideóque Prophetis fidem non habuerat, narrante Josepho[i].

13. *Extendam rete meum*, &c.] Mittam qui eum insequantur & comprehendant[k]. Omne effugium ei præcludam. Vide 2 Reg. 25. 5. Jer. 39. 5. & 52. 8[l]. Chaldæorum arte, velocitate & industriâ capietur[m]. Chaldæorum *rete suum* vocat Deus, quia ipse eos & excitavit & stabilivit, &c[n]. ¶ *Ipsam non videbit*] Quòd antè excæcatus fuit quàm eò veniret[o].

14. *Præsidium*, &c. עֶזְרֹה וְכָל־אֲגַפָּיו וגו׳] *Auxilium* (vel, *auxiliares*, JT. ad *auxilium*, P. sim. M. in *præsidium*, V. nempe, *auxiliatores*, Heb. *auxilium*, Pi.) *ejus*, Mo. &c. (Intelligit, vel, cohortes Regem proximè stipantes[p]; satellites ejus[q]: vel, Ægyptios[r]:) *& —agmina* (*alas militum*, Mo. *catervas*, M. *copias*, Ti. V. sub. *militares*, V.) *ejus*, P. &c. i.e. milites ejus †. Copias & exercitum patrium. Videtur alludere ad Reges ei auxiliantes adversùs Chaldæos: q. d. Omnes milites ejus, tam externos quàm indigenas, dispergam. Potest & hoc ordine legi, *Omne auxilium ejus*, *copiæ ejus*, i. e. omnes copiæ auxiliares, *quæ sunt circum illum*, &c[t]. *Alarum* nomine denotat turmas circumoberrantes, ut explorarent si qui fortè essent in propinquo Regem deprehensuri[v]. Sensus, q. d. Quamvis Sedecias multos habeat præsidiarios milites, assuefecerit etiam populum suum ad arma gestanda; hoc totum nihil proderit, quia Deus omnia præsidia quibus fidebat disjiciet[x]. ¶ *Dispergam in omnem ventum*] Quod significatum per 4 motus rotarum[y]. ¶ *Et gladium*, &c.] Mittam post eos qui exserto gladio interimant eos[z]. Faciam ut aliqui metuant sibi à victoris gladio, trepidique vivant, ut suprà 5. 2, 12[a].

16. *Et relinquam ex eis* (nempe civibus Hierosolymitanis, suprà v. 10[b]. superstites[c],) *viros paucos*] Ità P. Ti. M. JT. Pi. &c. Heb. *numeri*, Mo. i. e. qui facilè possint numerari[d]. Id autem fiet, non quòd sim reconciliatus ipsis, sed ob alium finem, ut jam dicendum *. ¶ *Ut enarrent omnia scelera eorum*, &c.] Tum, 1. verbo[f]. Ut dicant causas propter quas excisum erit Templum, & civitas *. Ut narrent abominationes propter quas ejecero eos, ut commendetur justitia mea in Gentibus†. q.d. Ut narrent, me non ob infirmitatem, vel crudelitatem, sed ob scelera, eos punivisse[g], adeóque justitiam meam à criminatione vindicent[h]. Ut adducantur ad confessionem & peccati sui, & Dei veracis in minis & promissionibus, & in judiciis justissimi[i]. Tum, 2. facto[k]; sive reali sermone[l]. Ut, auditis eorum sceleribus, appareat apud barbaras gentes justitia mea[m]. Narrârunt scelera sua inter Gentes, non ore, ut solent pii & pœnitentes, sed toto suo statu: nam cùm Deus ipsos elegerat, & perpetuò servâsset si morigeri essent, exsilium illud clarâ voce personabat, esse homines sceleratos[n].

18. *Panem tuum in conturbatione*, &c. בְּרַעַשׁ] *In*, vel *cum*, *commotione*, JT. Pi. vel, *pavore*, V. ¶ *In*, &c. בְּרָגְזָה וּבִדְאָגָה] *Cum tremore* (vel, *tumultu*, Calv. *fremitu*, V.) *& cum solicitudine*, JT. Pi. vel, *formidine*, V. vel, *mærore*, G. vel, *anxietate*, sive *cruciatu*, Calv. Vaticinatur jam contra populares suos[o]. q.d. Nè tum quidem vacui erunt à solicitudine & desolatione cùm cibus & potus erit capiendus[p]. Sensus, q. d. Exprime & facto doce summam Israelis trepidationem propter demigrationem Jerosolymitanorum[q]. Repræsentat famem quæ Judæos manebat[r], tum in exsilio, tum præcipuè in obsidione †, Hierosolymæ[t]. Nempe sic portendes anxietatem, pavorem, perturbationem obsessorum propter Chaldæos paulatim prævalentes[v].

19. *Dices ad populum terræ*] Vel, 1. ad multitudinem promiscuam, quæ à magistratibus distinguitur[x]: vel, 2. ad decem Tribus, quæ se miseros esse putabant, quia exsules; felices verò Judæos qui domi manebant. *Terra* hìc significat Chaldæam & alias regiones per quas dispersi fuerant qui tracti fuerant in exsilium[y]. ¶ *Ad eos*, &c. לְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ אֶל־אַדְמַת וגו׳] *Habitatoribus* (vel, *de habitatoribus*; ל hìc valet, *de*[z]: vel, *in habitatores*, JT. *super habitatores*, P.) *Hierosolymæ super terram* (vel, *ad humum*, Mo. *& terræ*, Sy. *& de terra*, M. Ti. Pi. *in terram*, JT.) *Israel*, Calv. ο'. Ch. h. e. qui residui sunt in terra Israel. Videmus ergò hìc distingui terram Israel ab altera terra cujus jam nuper facta fuit mentio. Manebant ergò illi quieti Hierosolymæ, ideóque felices visi sunt. At, inquit, illi miseriores sunt captivis, qui jam perfuncti sunt præcipuâ miseriarum suarum parte[a]. *De iis qui Hierosolymam in terra Israelitica incolunt*, Ca. *Ad cives Jerusalem de habitatoribus Israelis*, Ar. ¶ *In solicitudine comedent*] Nempe in exsilio[b]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן תֵּשַׁם אַרְצָהּ מִמְּלֹאָהּ] *Ut desoletur*, vel *vastetur*, (i. e. Ut intelligant fore brevi ut desoletur[c]: vel, *Cùm desolata erit*, G. *Eò quòd in desolationem redigatur*, M. sim. Ti. *Ut dissipetur*, ο'. *Propterea quòd desolabitur*, Pi.) *terra ejus* (i.e. regio ipsius Jerusalem, h. e. in qua sita est[d]; vel, Judæa *;) *à plenitudine*

Margin notes (left column): y Calv. z E. a Calv. b V. c V. sim. Pi. d Pi. e Calv. f Jun. g G. h Calv. i Calv. Jun. M. &c. k Calv. l Pi. m G. sim. Pi. n G. o Jun. p Pi. q La. r V. † Calv. t Jun. v Calv. x Jun. y Calv. z La. a Jun. b Calv. c Pi. d La. * La. sim. Calv. f Pi. g Calv. h L. i G. k V. l G. m Mc. sim. T. n Calv. o Jun. sim. Calv. Le. &c.

Margin notes (right column): p Jun. q G. r Pi. † G. t V. v Jun. x Calv. y G. z V. a G. b Pi. c G. d Pi. * Calv. f L. * G. † V. g La. h Pra. i Jun. k L. l Calv. m Mc. sim. L. n Calv. o Pra. p Pi. q V. r Calv. sim. Pi. † Calv. t Pi. v Tr. ex La. x San. y Calv. z Pi. a Calv. b G. c V. d V. * Calv.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tudine sua, Mo. P. i.e. illis quibus plena est[f]. Significat terram vastam & inanem fore, quia exhaurietur. *Plenitudo* accipitur pro rerum omnium copia[g]. Evacuata *ab iis quibus repleta est*; nempe à frugibus, fructibus, pecudibus[h]. q. d. Privabitur incolarum & opum multitudine[i]. Vel, *post* tantam *plenitudinem*, M. vel, *nec ultrà plena fit*, Ti. vel, *cum plenitudine ejus*, ο'. [ut מ positum sit pro ב; quod, ni malè memini, antè notatum. Alii locum sic reddunt,] *Ut derelinquatur ejus terra ab his qui eâ continentur*, Ca. *Ut desolata terra illius destituatur iis quibus plena est*, JT.

20. *Civitates*, &c.] Nempe reliquæ in Juda, post excisam Hierosolymam[k].

22. *Proverbium istud vobis*] Prophetæ tribuitur id quod ab ipso valde alienum erat, quia unus erat ex corpore populi[l]. ¶ *In terra Israel*; ità Pi. Calv. M. P. Ti. על אדמת וגו׳] *De terra Israel*, JT. ¶ *In*. &c. יארכו וגו׳] *Prorogabuntur* (vel, *Prorogati sunt*, Calv. *Producentur*, i. e. Longi & prolixi erunt antequam eveniunt quæ isti prædicunt: qu. d. Post multos annos erunt[m]. In longum tempus differentur[n],) *dies illi*, Pi. sim. JT. Nempe calamitatis & vastitatis à Prophetis prædictæ[o]; vel, exitii per Chaldæos[p]. Calamitas illa prorogatur in futura secula[q]. Patientiam Dei vertunt in materiam contumaciæ ac stuporis, & ex mora colligebant nihil esse sibi metuendum[r]. ¶ *Et* (vel, *Aut*, JT. Pi. G.) *peribit* (vel, *evanuit*, Calv.) *omnis* (vel, *tota*, Pi.) *visio*] Ità M. P. Ti. &c. Cassa & irrita erit lapsu ac diuturnitate temporis†. Sic dicebant; Aut ea quæ prædicuntur multò post nos evenient, aut planè *evanescent*, διαπνεύσει, ut vertit Symmachus. Utrique membro respondet Deus[s].

23. *Neque*, &c. ולא ימשלו אותו וגו׳] *Neque utantur eo* [*proverbio*] *ampliùs*, JT. *Et non dicent proverbium illud*, &c. Mo. P. *Et non utentur eo proverbialiter*, M. ad verb. *parabolizabunt*, *proverbiabunt*, i.e. Non ultrà his verbis tanquam proverbio utentur[v]. ¶ *Et*, &c. ודבר וגו׳] *Et* (sub. *adimplebitur*, M.) *sermo* (vel, *verbum*, M. P. &c. *res*, V. Pi.) *omnis* (vel, *totius*, Pi.) *visionis*, ο'. M. P. Pi. Calv. i.e. eventus eorum quæ per Prophetas prædicuntur[x]. *Et sermo omnis prophetiæ*, Ch. *& omnis oraculi prædictio*, Ca. *& quidquid præviderunt* Prophetæ, Ti. *Eventu comprobabitur omnis visio*, Sy. דבר, *sermo*, alibi pro *re*, *negotio*, *summa*, accipitur; hîc, pro ipsa *efficacia*, sive *effectu*: q. d. Quidquid loquuti sunt Prophetæ stabile erit & firmum[y].

24. *Non enim erit ultrà omnis*, &c. כל חזון שוא] *Omnis* (vel, *ulla*, P. JT. Pi. Calv.) *visio* (vel, *prophetia*, G.) *vana*, M. Ti. &c vel, *vanitatis*, Pi. Calv. vel, *mendax*, G. *mendacii*, Calv. ¶ *Neque*, &c. ומקסם חלק וגו׳] *Et* (vel, *aut*, JT. Pi. *Nec* erit, P.) *divinatio lubrica*, M. Ca. i.e. ambigua & incerta[z]; uti est assentatorum[a]: vel, *ambigua*, Vulg. sim. Sy. lubrici sensûs, qui huc illuc torqueri possit[b]. q. d. Non ampliùs verbis vos feriam, quæ sæpe in contrarium sensum detorquetis; sed reipsa, & paratis jam virgis, gladiis, flammis, clarè ac distinctè vobiscum agam[c]. Vel, *lenientis*, Mo. *blanda*, Ti. *assentatrix*, vel potiùs, *assentatoris*, V. vel, *blandientis*, P. JT. Pi. Calv. sub. *prophetæ*, P. qui felicem statum populo promittit[d]. Omnes illi falsi prophetæ (qui nunc veris Prophetis contradicunt, & seducunt populum*, suâ sponte ad blanditias propensum[f],) ejicientur[g], vel abolebuntur aversâ urbe[h]; vel potiùs, ipso eventu detecti & pudefacti erunt. Nam in otio & umbra pollicebantur miseris illis prosperos successus. At captâ urbe apparuit quales fuissent Prophetæ[i].

25. *Quia*, &c. כי אני יהוה אדבר את אשר אדבר דבר ויעשה לא תמשך עוד כי וגו׳ אדבר דבר וגו׳] In verborum contextu est aliqua obscuritas. Summa rei, & consilium Prophetæ, est, non esse fas Dei sermonem separare à suo effectu; quia Deus qui loquitur non est in se divisus. Ubi ergò os aperit, simul extendit manum ad ipsum opus[k]. [Variè reddunt.] *Quia ego Jehova loquar*: P. Calv. sic M. Ti. *quod*, vel *quodcunque*, *loquar verbum*, *faciam*, Calv. (vel, *efficiam*, Ti. vel. *fiet*, P. sic M.) *non* (vel, & *non*, M. *protrabetur*, vel *differetur*, *ultrà*, sive *ampliùs*, Calv. M. sic P. Ti. *nam* vel, *sed*, P.) *in diebus vestris*, ô *domus rebellis*, *loquar verbum*, *& faciam* (vel, *efficiam*, Ti.) *illud*, M. sic P. vel, *quod loquar verbum*, *faciam illud*, Calv. *In diebus vestris*, i. e. Vobis viventibus. Simile Matt. 24. 34. Hinc interpretare & sequentia[l]. [Alii sic reddunt;] *Nam*, ut ego sum *Jehova*, *eloquar quodcunque verbum eloquuturus sum*, *& fiet*, *non protrahetur tempus ampliùs*: *quum diebus vestris*—*eloquar verbum*, *etiam efficiam illud*, JT. *Nam ego Jehova loquor verbum illud quod loquar*, *& fiet*: *non protrahetur ampliùs* tempus, *sed in diebus vestris*——*loquar verbum*, *& faciam illud*, Pi. *Nam ego Jova eloquar*, *& quod verbis elocutus fuero fiet*: *neque deinceps prorogabitur*, *quin ævo vestro*—*rem & dicam & faciam*, Ca.

27. *Ecce domus Israel*, &c.] Prophetam hujus blasphemiæ testem appellat Deus. Differt hæc redargutio à præcedente; 1. quòd illa pseudoprophetas perstringit; hæc verò *domum*, sive populum, *Israelis*: 2. quòd illa generalior erat, & quædam veluti thesis, quæ nunc demum accommodatur ad suam hypothesin[m]: 3. quòd illa invehitur in impudentes Dei contemptores, qui respuebant Prophetas Dei, & ridebant minas, & contra Deum bacchati sunt; hæc aggreditur hypocritas, qui non ità perditi erant ut Deum apertè riderent & mendacem jactarent, rejiciebant tamen procul effectum sermonis prophetici, dicentes se fore quietos, quia Deus judicia sua differt. Proclivis tamen est lapsus ab hac securitate ad crassum Dei contemptum[n]. ¶ *Visio*, *quam hic* (nempe Ezechiel[o]) *videt*] i. e. Narrat se vidisse[p]. ¶ *In* (vel, *ad*, Pi.) *dies multos*] Sub. *est*, P. vel, *visa est*, JT. vel, *protrahetur*, Pi. ¶ *Et in tempora longa*; vel, *longinqua*, JT. Calv. ולעתים רחוקות] *Et de temporibus longinquis* Pi. *Et de eo tempore longo*, i. e. quod procul distat à tempore instante[q].

28. *Non*, &c. לא תמשך עוד כל דברי] *Non* (vel, *Nequaquam*, M. Ti.) *protrahetur*, vel *differetur*, (vel, *differentur*, M. Ti. *prolongabuntur*, ο'. *tardabunt*, Ar. sim. Sy. *cessabunt*, Ch.) *ultrà*, vel *ampliùs*, *omnia verba mea*, Mo. M. Ti. ο'. Ch. vel, *omne verbum meum*, P. *ullum meum dictum*, Ca. eventus *omnium verborum meorum*, V. tempus *ullorum* (vel, *omnium*, JT.) *verborum meorum*, Pi. JT. עת suppleri, postulat vox fœm. תמשך. Quòd si esset generis masc. ut posset referri ad דבר, tunc esset syntaxis distributiva, in hunc sensum, *Non protrahetur ulla verba*, &c. i. e. ullum verborum, &c[r]. ¶ *Verbum*, &c. אשר אדבר דבר ויעשה] *Quod loquar verbum*, (vel, *Sed verbum quod loquar*, M. Ti. sim. Pi. *Verbum enim quod loquutus fuero*, Ch. *Quam ego rem dixero*, Ca.) *fiet*, M. Ti. vel, *confirmabitur*, Ch. vel, *& fiet*, Mo. *etiam fiet*, JT. Pi. *ea & fiet*, Ca. Malim hæc verba cum præced. sic distinguere, *Non prorogabitur ampliùs*. *Nam omnes sermones quos locutus fuero*, *sermonem etiam faciam*, vel *implebo*†. Oraculorum veritatem vestro malo experiemini[t].

CAP. XIII.

2. **A**D (vel, *contra*, Pi. Calv.) *prophetas*, &c.] Per concessionem eos sic vocat qui hunc titulum arripiebant. Loquitur de prophetis vel, 1. qui apud exsules erant[a]: [vel, 2. de Jerosolymitanis;] q. d. Mitte illis falsò se dicentibus Prophetas hanc epistolam[b]. ¶ *Qui prophetant*] Sub. *grata populo*, V. celerem nempe reditum populi. Neque hoc extenuat culpam populi: illi enim libenter decipiebantur, in luce ipsa cæcutientes. Prophetas enim veros habebant, quos Deus insignibus notis distinxerat, &c[c]. ¶ *Prophetantibus de corde suo*] i. e. Cordis sui. Hebræi enim genitivum hoc modo interdum exprimunt[d]. Ex proprio sensu sive intelligentia*: pro lubitu animi sui[f], & non ex sententia Domini. q. d. Qui obtrudunt sua somnia pro veris prophetiis[g].

3. *Prophetis insipientibus*] Sic vocat eos qui in maximo pretio habiti sunt, & turgebant suis ampullis, efflantes admirabilem scientiam, & veris Prophetis ferociter insultabant[h]. ¶ *Qui sequuntur* (vel, *ambulant post*, P. Calv. Pi. &c.) *spiritum suum*] Ità Pi. &c. i.e. cogitationes suas & phantasiam suam[i], & voluntatem propriam[k]: qui indulgent animo suo in excogitandis prophetiis[l]. Catachresticè concedit illis nomen *spiritûs*, quem jactabant[m]. ¶ *Et*, &c. ולבלתי ראו]

Et

Margin notes (left column): f V. — g Calv. — h Pi. — i V. — k Calv. — l Calv. — m V. — n Pi. — o Mc. ex Pra. — p Pi. — q Pra. — r Calv. — † V. — s G. — v V. — x V. — y Calv. — z Ca. — a La. — b Idem. — c T. sim. La. — d Pi. — * Pi. — f Calv. — g G. — h Pi. — i Calv. — k Calv.

Margin notes (right column): l G. — m Jun. — n Calv. — o Pi. — p V. — q V. — r Pi. — † Calv. — t Pra. — a Calv. — b G. — c Calv. — d Glaf. gram. 3. 1. 31. 113. — * Calv. — f G. sim. — V. Glaf. — g V. — h Calv. — i V. sim. Mc. T. La. — k He. in V. sim. La. T. — l Pi. — m Calv.

Et nihil (vel, non, Calv.) viderunt, Mo. P. sim. LXX, Ch. Ar. cùm non prævideant, Ca. absque eo quòd viderunt, Calv. cùm nihil viderint, M. Ti. G. i.e. nullam habuerint ὅϱασιν (visionem [n].) Visio hîc opponitur humano cordi & spiritui [o]. Et quæ non viderunt, JT. Pi. & non post illa quæ viderunt, Q. in V. i.e. Cùm nihil ostenderit eis Deus quod per eos populo suo annunciari velit [p].

4. Quasi vulpes] Vel, similes vulpibus, JT. Pi. &c. tanquam vulpes, Mo. i. e. Famelici [q]; occultè & dolosè vastantes [r], clandestinis artibus utentes †; timidi, qui, hoste ingruente, in cavernis delitescunt [t]. Fallaces vates Dei iram non avertunt [v]. ¶ In desertis] Ità P. V. sim. Calv. JT. &c. sub. delitescentes in ruinis maceriarum, quibus sepiuntur vineæ, ut illinc faciliùs erumpant in vineas, & perdant eas [x]. In locis desertis, ubi nihil est quod edant. Tales enim feræ famelicæ sunt [y]. Vulpes est animal solivagum: vide & Thren. 5.18. Notatum ergò est ut res insolita, vulpes in ædibus conspici, Ælian. Hist. 17. 17 [z]. In locis desertis vulpes regnant [a]: ità isti prophetæ liberrimè divagantur, & omnia agunt, ferunt, rapiunt arbitratu suo. Desertis aridis comparat Israelitas, utpote omni præsidio nudatos, juxta Exod. 32. 25 [b].

5. Non ascendistis ex adverso, בַּפְּרָצוֹת] In, vel ad, fracturas, sive rupturas, Mo. Ti. P. Calv. Pi. vel, irruptiones, JT. interruptiones, Calv. per interruptiones, M. sub. maceriarum, vel, muri perfossi ac rupti, V. Refertur hoc vel, 1. ad preces [c]: q. d. Non intercessistis pro populo, &c [d]. Vel, 2. ad doctrinam ipsorum: q. d. Debebant consulere saluti publicæ, populum ab impietate revocare, adeòque iram Dei avertere: at illis alius erat scopus, &c *. Metaphora à re militari [f], vel ab expugnatione urbium [g]; quum, ruptura factâ in exercitu vel muro, aliquis eò se confert ad arcendum hostium aditum [h]. Ubi populi iniquitas instar diluvii exundavit, jam ruptura facta est per quam vindicta Dei penetrare queat, &c. Qui populo resipiscentiam suadent murum instaurant, &c [i]. ¶ Neque, &c. וַתִּגְדְּרוּ גָדֵר עַל וגו'] Et (vel, aut, JT. nec, Ti. Pi. P. Calv. ut, M.) sepivistis (vel, obduxistis, Pi. sic JT. sepiretis, M.) sepem super domum (vel, circum domum, V. pro domo, JT. Pi. Ti. M.) Israel, Mo. &c. Alia metaphora [k], à munitione vinearum [l]. Sepe arcentur feræ nè irrumpant in hortum, &c [m]. Ubi populus Legem Dei violant, præsidio Dei se nudant, & hostibus patent: Nebulones autem isti non accurrebant ad sepiendam sepem, &c [n]. [Alii hoc cum præced. sic reddunt;] Non stetistis in ruptura muri, nec fecistis vobis opera bona ad deprecandum pro domo Israel, Ch. Interea non stetistis in capta parte muri, neque opposuistis munimentum pro domo Israel. Ubi hostis urbem oppugnat, & mœnium partem arietibus disjecit, duo fieri solent; opponi homines qui hiantia defendant, & muniri interiora. Sic Deo irato ii qui Prophetæ dici volunt debent opponere consilia & monita. Locutio prior sumpta ex Psal. 106. 23. & 30. Vide infrà 22. 30 [o]. Alloquitur hîc vel, 1. pseudoprophetas [p]; vel, 2. Principes populi, quorum erat arcere pseudoprophetas nè populo imponerent: q. d. Non ascendistis ut strenuè occurreretis, & vosipsos opponeretis murum, aut vice muri, hosti adventanti & invadenti, & acerrimè pugnaretis contra hostes Ecclesiæ, tempore quo Dominus iratus voluit perdere populum suum [q]. ¶ Ut, &c. לַעֲמוֹד וגו'] Ad standum (vel, stando, Ca. ut staretis, P. Ti. & staretis, M. ut consistat, JT. Pi. ut stet, nimirum ea domus, i. e. urbs [r],) in prælio in die (sub. furoris, P.) Domini, Mo. &c. i. e. quum Deus, quasi dux hostium, urbem invasit †: in die oppugnationis quam Deus facit [t]. Ut vosmet opponeretis Dei vindictæ, nempe per preces. Vide Psal. 106. 23, 30 [v]. Adversùs eum nulla est defensio, nisi in resipiscentia & piis precibus [x].

6. Vident vana] Vel, vanitatem, Pi. i.e. prophetiam vanam & falsam [y]. Proferunt visiones vanas & confictas [z]. Ipsi sibi somnia fingunt [a]. Prophetias has vanitatem & mendacium appellat, tum quia revera non sunt, tum quia nullus earum effectus consecuturus est [b]. ¶ Dicentes, Ait Dominus, &c.] Mendacio ingens addunt crimen, Deum auctorem inscribendo, cùm tamen ille non miserit, i. e. mandatum dederit [c]. ¶ Et, &c. וְיִחֲלוּ לְקַיֵּם דָּבָר] Et spem faciunt (vel, sperant, Ti. Sed transitivè accipitur hoc verbum [d]. Vel, assecurant, M. vel, sperare fecerunt, Mo. P. Calv. sic Ca. sim. V. sub. populum, P. sic V. G. vel, Israelem, M.) fore ut præstet (vel, ratum fore, G. Ti. eventurum esse, Ca. ut stabiliant, M. ut confirment suæ prophetiæ, P. ad stabiliendum, Pi. Calv.) verbum, JT. Pi. &c. vel, quod dicunt, G. sim. Ti. Et cœperunt suscitare (vel, asseverare, Sy.) sermonem, ο'. Ar. vel, verbum falsum, Sy. Et impudenter asserunt suum sermonem confirmandum, Ch. Verbum, i. e. rem quam ipsi prophetant *. q. d. Lactant populum falsâ spe [f], & verbis vanis [g], quòd scilicet futura sit eorum prophetia [h]. Populum incertum ac suspensum tenent, ut adhuc complementum sermonis ipsorum spectet [i]. Dixerunt Deum non adeò severum fore, exorabilem esse & misericordem, &c. Hoc quidem faciunt veri Prophetæ, sed simul de pœnitentia disserunt, de qua tamen silent hi nebulones, &c [k].

7. Dicitis, Ait Dominus, &c.] Falsò prætendunt sacrum Dei nomen. Prodigiosa audacia, hoc facere in electo populo [l], [& quidem dum manus Dei illos urgeret, & in exsilio teneret.]

8. Ecce, ego ad vos] Sub. venio, G. T. ut puniam [m]. Aposiopesis [n] [irati.] Vel, contra vos, Pi. Calv. &c. sub. veniam, ex collat. Apoc. 2. 5, 16 [o]: vel, venturus sum cum ira mea, V. Ego vobis adversarius ero [p], & vindex tam sceleste profanationis nominis Dei [q].

9. Et erit manus mea, &c.] q. d. Non solùm consilio, sed etiam manu & opere, efficiam ut illi judicia mea sentient [r]. Manus, i. e. plaga seu ultio, mea †; vel, potentia mea [t]. ¶ In, &c. בְּסוֹד וגו'] In secreto, sive arcano, (vel, cœtu, P. Pi. vel, consilio, JT. Ca. Calv. vel, disciplina, ο'. vel, concilio, V. San. ex Hi. ubi homines de rebus publicis deliberant, aut quid facto opus sit docent; ut sensus sit, q. d. Non permittetur illis docere, aut à Deo pro concione loqui [v]. Vel, regione, Ar. vel, medio, Sy.) populi mei (vel, In secreto bono quod absconditum est populo meo, Ch.) non erunt, Mo. M. Calv. Ch. [Variè explicant.] Non habebunt cognitionem Dei, quæ in salutem electis offertur [x]. Non censebuntur inter populum meum [y]. Non fruentur communione Sanctorum & cœtu populi Dei [z]. Populus rediens illorum consilio non utetur, ut antè [a]. Non admittentur in concilium electorum & bonorum in Israel [b]; vel, in concilium seniorum, post reditum è Babylone, Esd. 2. 1, 2 [c]. Vel, Non erunt in cœtu populi redeuntis è captivitate [d]. Idem hîc dicit quod sequente membro, sed diversis verbis *. ¶ Et in, &c. וּבִכְתָב וגו'] Et in scriptura (vel, albo, Ti. descriptione, JT. catalogo, Pi. libro, Sy.) domus Israel non scribentur, Mo. P. M. ο'. &c. Loquitur hîc vel, 1. de externo statu [f]. Non erit nomen illorum in catalogo redeuntium [g], è captivitate in patriam [h]; quia scilicet morientur. Talis enim catalogus exeuntium ex Ægypto est Num. 1. & redeuntium è Babylone Esd. 2 [i]. Cives omnes in catalogum, vel librum, relati sunt; è quo tunc deleti sunt quum aut è vivis excessissent, aut illa commisissent ob quæ deleri merebantur [k]. Vel, 2. de arcana electione Dei [l]. In scriptura, i.e. in libro vitæ; in quo descripti sunt omnes veri Israelitæ [m]. Antithesis est inter vera Ecclesiæ membra, & hypocritas [n]: q.d. Quamvis illi arrogent sibi nomen propheticum, adeò non debent censeri in illo gradu, ut prorsus extranei sint ab electo populo, utcunque ad tempus visi sint fuisse ex numero piorum [o]. Declarabuntur non esse descripti in libro vitæ [p]. Sic Psal. 69. 29. Deleantur——id est, Non scribantur, &c [q]. Et in scriptura vitæ æternæ quæ scripta est justis domus Israel non scribentur, Ch. ¶ Nec in terram Israel ingredientur, יָבֹאוּ] Venient, JT. Pi. &c. redibunt, Calv. Hic externam notam apponit reprobationis & iræ Dei in pseudoprophetas, quia non potientur communi populi beneficio [r]. Reduces non revertentur in patriam exsilio peracto †; utpote aut antè mortui, aut à piis exclusi [t]. Vel, Non intrabunt in requiem Sanctorum [v]. Privabuntur communione Sanctorum, & mediorum externorum quibus Deus homines ad salutem solet accersere [x]. Non revertentur in patriam: quod illis documento erit quòd non intrabunt in cœlum [y].

10. Eò quòd, &c. יַעַן וּבְיַעַן הִטְעוּ וגו'] Pro eo, & pro eo quòd (Propterea, & propterea quòd, Pi. sic P. Ob id, & eò quòd,

[n] G. sim. Calv. [o] Calv. [p] Q. in V. sim. Ti. [q] G. Pi. [r] Mc. ex La. † Calv. [t] Mc. & La. ex Mald. [v] Cs. [x] V. sim. La. [y] G. [z] Bo. t. 3. 13. 850. [a] Calv. [b] Jun. [c] Q. in Calv. Mc. T. [d] Pi. * Calv. [f] Pi. [g] V. [h] Pi. sim. Calv. [i] Calv. [k] Pi. V. [l] V. [m] Pi. [n] Calv. [o] G. [p] Pi. [q] V. [r] G. † La. ex Pra. sim. Pi. T. [t] G. [v] Calv. [x] G. [y] V. [z] Pi. [a] G. [b] Pi. [c] G.

[d] Calv. [f] Pi. [g] G. sim. Calv. [h] M. [i] V. [i] Jun. [k] Calv. [l] Calv. [m] T. [n] T. et La. V. [o] Pi. [p] Jun. [q] Calv. [r] Jun. † V. [t] Calv. [v] San. [x] Q. in Calv. [y] V. Pol. [z] Jun. [a] G. [b] M. [c] La. ex Pra. [d] La. ex Pra. sic L. Mc. T. * Calv. [f] Idem. [g] G. sim. Mc. & T. & La. ex Pra. L. [h] T. sim. Mc. et La. &c. [i] La. [k] San. [l] Calv. [m] V. sim. Jun. Pol. Calv. [n] V. sim. [o] Pol. [p] Calv. [q] Pol. [r] Calv. [r] Idem. † V. sim. Pi. Calv. San. &c. [t] G. [v] V. [x] Jun. [y] Pol.

quòd, M. *Jam ob id quòd*, Ti. *Ideo, ideo, inquam*, V. *Propterea, propterea, inquam, quòd*, Pi. Emphatica est repetitio [z], ad exaggerationem rei [a]. *Eò quòd multis modis*, JT.) *errare fecerunt populum meum*, Mo. &c. ¶ *Dicentes, Pax*, &c.] Salvam esse rem [b]: salva esse omnia, cùm tamen salva non sint [c]. ¶ *Et ipse*, &c. וְהוּא בֹּנֶה חַיִץ] *Et ipse* (vel, *Quùmque hic*, JT. *Ipse quidem*, M. sim. Pi. vel, 1. populus [d]; vel, 2. princeps pseudoprophetarum* ;) *ædificat*, vel *ædificabat*, (vel, *ædificans*, Mo.) *parietem*, P. M. Ti. Pi. o'. Calv. &c. vel, *parietem infirmum*, M. vel, *interstitium debile*, Ch. in M. vel, *luteum parietem*, JT. Glas. qui ex luto materiâque per plateas (חוּץ sign. *foris, extrà, platea.*) jacente efformatur. Elegans allegoria, quâ transitus comparatur ad alterum sententiæ membrum. Ità sunt (inquit Deus) pseudoprophetæ isti ut structores nequam inter se colludentes; quorum si quis lutum à plateis comportaverit, & lutacei parietis formam construxerit, omnes uno consensu advolant, & operam suam consumunt in colendo & ornando falso pariete: ità exstruunt illi, ac potiùs destruunt, Ecclesiam Dei, quorum fuerat ascendere ad irruptiones, & firmam sepem obducere [f]. Prosequitur eandem metaphoram quâ antè usus fuerat, sed cum aliquo discrimine. Dixerat pseudoprophetas non ascendere ad interruptiones, & non sepire rupturas, i. e. non esse probos architectos, qui, si videant interruptionem in muro, eam protinus & sedulò instaurant: nunc addit, ipsos quidem satagere, & fingere se esse solicitos, & murum in speciem ædificare, sed absque cæmento, ideóque nihil proficere [g]. Pseudopropheta ille videbatur similis ei qui exstruit parietem: nam cùm diceret, *Pax*, volebat ædificare Jerusalem ædificium firmum [h]. Al. Populus ædificat, &c. i. e. malos mores accumulat [i]. Populus similis est iis qui, ex imperitia tectonices & justæ materiæ inopia, tuguria sibi construunt ex luto platearum, quæ irruente imbre statim colliquescunt [k]. ¶ *Illi*, &c. וְהִנָּם טָחִים אֹתוֹ תָפֵל] *Et, ecce, ipsi* (vel, *Illi verò, ecce* Pi. falsi prophetæ [l]; inferiores [m], minoris authoritatis quàm primus ille [n]; qui approbabant verba illius qui inter ipsos principem locum tenebat [o];) *oblinentes* (vel, *complanabant*, P. *oblinunt*, Ti. Pi. sim. M. Calv. V. *incrustabant*, V. *obducunt*, JT.) *eum*, vel *ipsum*, *insulso*, Mo. M. V. vel, *insipido*; metaphora [p]: *inepto*, sub. *tectorio*, JT. Pi. G. quale esse solet lutum sine paleis, aut sine ulla temperatura. Efficere volunt ut fœditas vitiorum non appareat: sed inutilem sumunt operam [q]. Vel, *luto infirmo*, P. *luto simplici absque paleis*, Ch. *cæmento insulso*, M. *luto mero*, vel *solubili*, & non tenaci [r]: *incrustatione friabili*, vel *solutâ*, i. e. luto simplici ac nudo, cui scilicet non est admista palea, stramen, aut aliquid simile, ad solidandam incrustationem †. Vel, *cæmento abjecto*, quod lapides in pariete non fortiter connectit [t]: arenâ sine calce [v]. Alii תָּפֵל accipiunt pro *litura* ipsa quâ murus ruinosus deforis pulchre ornatur, ut putetur fortis, cùm tamen impetum pluviæ ferre non possit. Ruinosus hic *paries* fuit populus Jerosolymitanus: & litores ejus, falsi prophetæ, qui dicebant, *Pax, pax*, lactantes miseram plebeculam verbis blandis, &c [x]. Pseudoprophetas comparat cum illis structoribus, sive albariis, qui nihil procurant quàm ut, tectorium aliquod speciosum oblinentes, oculos populi perstringant specie structuræ convenientis & aptæ, cùm tamen omnium sit ineptissima [y]. [Ti. locum sic reddit, *Illi verò crustam inutilem oblinunt*. Ca. totum sic reddit, *Quandoquidem in eis errandi autores sunt, dicendo pacem, cùm pax non sit; & quem exstruxit ille murum, illi inconditè trullissant.*] i. e. Hierosolymam, quam Jova condidit, vates malè tuentur, falsa promittendo: quæ res ruinæ causa erit [z].

11. *Dic*, &c. אֱמֹר אֶל־טָחֵי תָפֵל וְיִפֹּל הָיָה גֶּשֶׁם שׁוֹטֵף] *Dic ad complanantes insulso*, *Et* (vel, *Tunc*, He. in V. *Postea*, Al. in V. *Atqui*, Pi. *quòd*, M. Ti.) *casurus est*, (vel, *Cadet*, o'. Ch. Ar. Calv. sim. P. Copula supervacua est [a]. *Et corruet*, V. Sub. *paries*, P. M. Pi. Ch. Calv.) *fuit* (vel, *erit*, P. Ti. JT. Pi. Calv. o'. *erit enim*, M. Ar. *nunc erit*, Ch.) *imber*, vel *pluvia*, *inundans*, Mo. P. &c. Qui lutum merum facilè dissolvit [b]. q. d. Erit violenta concussio, nempe per Chaldæos, quos Deus adducet, qui omnia pseudoprophetarum artificia disjiciet, & fraudes discutiet, eósque pudefaciet. E ventus deteget ipsorum inscitiam, temeritatem, audaciam & mendacia, quòd ausi fuerint pacem reprobis offerre. Non aliâ certè opus erit eorum refutatione quàm adventu Chaldæorum [c]. ¶ *Et*, &c. וְאַתֵּנָה אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ תִּפֹּלְנָה] *Et vos lapidibus* (vel, *ô lapides*, M. V. JT. Pi. G.) *Elgabis* (*Gabis* est pyropus, ut dictum Job. 28. 18. *El* verò est articulus Arabicus. Sensus est, Cadent de cœlo igniti lapides similes pyropo [d]. Vel, *grandinis*, Ti. Ch. Lapides prægrandes ideo vocat *lapides grandinis*, duabus dictionibus, quoniam essent similes lapidi pretioso qui dicitur גָּבִישׁ*. Vel, *grandinosi*, Ca. vel, *immanis grandinis*, JT. Pi.) *cadetis*, Mo. Ti. G. Q. in V. sim. JT. Pi. Ca. sub. *super parietem*, Q. in V. vel, *descendent*, Ch. vel, *ruere facietis* ædificium, M. Al. *Et dabo lapides grandinis qui corruere facient* parietem, P. Al. *Et dabo lapides grandinis, & ruere facite*, sub. *vos ô lapides*, V. וְאַתֵּנָה est sicut וְאֶתֵּן [f], [à נָתַן, *dare*:] vel, idem est quod וְאַתֵּן, à masc. אַתֶּם, *vos*, ut referat אֲבָנִים *lapides*, quæ vox est fœminea †. ¶ *Et*, &c. וְרוּחַ סְעָרוֹת תְּבַקֵּעַ] *Et ventus*, vel *spiritus*, *turbinum*, sive *tempestatum*, (vel, *turbulentus*, V. *procellosus*, V. G. *procellocissimus*, JT. Pi.) *scindet*, vel *disrumpet*, Mo. Ch. Ti. sub. *illum*, P. M. JT. Pi. nempe parietem. Obliquè perstringit hominum socordiam, qui putabant se tutò delitescere in blanditiis suis [g]. Al. *Irrumpétque ventus tempestuosus* Ca.

12. *Siquidem*, &c. וְהִנֵּה נָפַל וגו׳ אַיֵּה הַטִּיחַ וגו׳] *Et, ecce*, (vel, *Et quum*, M. *Quum, ecce*, JT. *Tum, ecce*, Pi.) *cecidit* (vel, *ceciderit*, M. JT. Pi.) *paries*, Mo. Ch. P. &c. (vel, *paries iste*, JT. Pi. *Et, ecce, muro cadente*, Ti.) *annon dicetur vobis*, *Ubi est complanatio*, &c? P. vel, *incrustatio*, &c? V. *tectorium*, &c? JT. Pi. *litura*, vel *litio*, &c? Calv. Sic vocat approbationem illam de qua v. 10 [h]. q. d. Omnibus ludibrio erunt, qui inepto tectorio oculos populi præstrinxerint [i]. Eorum stultitia & vanitas omnibus comperta erit, ut jactetur de eis hoc proverbium, Ubi est, &c [k]?

13. *Et*, &c. וּבִקַּעְתִּי רוּחַ וגו׳] *Et scindere* (vel, *erumpere*, P. *cadere*, Calv. *irrumpere*, Calv. sic M. Ti. *perrumpere*, V.) *faciam spiritum turbinum*, &c. Mo. &c. *Tempestuosum ventum iratus impingam*, Ca. *Et diffindam* (sub. *parietem*, Pi. *vento procellosissimo*, &c. JT. Pi. Idem dicit quod versu 11 [l]: ibi autem hypotheticè, hîc categoricè: ibi elencticè, per modum redargutionis & contestationis causæ; hîc catagnosticè, per modum sententiæ condemnatoriæ: ibi in figura, quæ hîc exponitur. Gravitas judiciorum Dei in Jerosolymitanos hîc figuratur imbre, grandine, &c. quorum effector Deus, agendi modus vehementissimus dicitur, perrumpentibus ventis, &c [m]. ¶ *Et* (sub. *descendant*, M.) *lapides grandes* (vel, *grandinis*, M. P. Ti. &c.) *in ira* (sub. *mea*, P. JT. &c.) *in consumptionem*, לְכָלָה] *Ad*, vel *in*, *consumptionem*, Mo. JT. Pi. V. *ad consumendum*, P. sim. Ti. V. nempe illum parietem [n].

14. *Et destruam parietem*, &c.] Non frustrà hoc toties repetitur, quia populus ab his mirè dementatus fuit: Deinde, sic inculcat h. l. ut simul confirmet [o]. Sensus, Cadent illi cum suis moribus [p]. ¶ *Revelabitur* (vel, *denudabitur*, M.) *fundamentum ejus*] Simil. Mo. P. Ti. &c. Ità evertetur ut fundamentum ejus appareat [q]. Funditus evertam illum [r]. ¶ *Consumetur*] Heb. *consumemini*, Pi. Calv. P. &c. *conficiemini*, V. Vos linitores †. ¶ *In medio ejus*] i. e. Intra ipsum fundamentum. Vocat autem fundamentum parietis, i. e. securitatis ipsorum, Hierosolymitanam urbem, in qua omnem suam fiduciam collocaverant [t].

15. *Et*, &c. וְכִלֵּיתִי וגו׳] *Et complebo* (vel, *Ubi consummavero*, JT. sim. Pi.) *furorem meum*, &c. P. sim. Calv. &c. i. e. Omnem iram meam effundam [v]. ¶ *Dicamque vobis*, (vel, *de vobis*, JT.) *Non* (vel, *Nusquam*, Pi.) *est paries*, &c.] Ità o'. M. Ti. sic Mo. P. &c. vel, *Ubi est paries*? Sy. *Annon hic est paries ille*? Ar. q. d. Corruit murus cum ædificantibus & linientibus [x], nempe pseudoprophetis [y]. Significat Deus, se passurum ad breve tempus ut adhuc pseudoprophetæ triumphos suos agant in populo [z].

16. *Prophetæ Israel*] h. e. Decem tribuum. Sed cur non sibi potiùs quàm Jerosolymæ felicia precabantur [a]? [Nulla videtur esse idonea ratio. Quare hoc etiam argu-

[z] Calv. [a] V. [b] Ca. [c] G. [d] Idem. * V. [f] Jun. & ex eo Glass. Rhet. l. 1. 2. 383. [g] Calv. [h] V. [i] G. [k] Jun. [l] G. sim. Jun. V. Pi. [m] V. [n] Pi. [o] V. [p] Pi. [q] G. [r] Q. in V. † V. [t] M. [v] M. Calv. [x] M. [y] Jun. [z] Ca. [a] Calv. [b] G.

[c] Calv. [d] G. * V. [f] V. et He. [g] Calv. [h] V. [i] Jun. [k] Calv. [l] Calv. [m] Jun. [n] V. [o] Calv. [p] G. [q] Me. [r] V. † T. sim. Jun. [t] Me. [v] V. [x] Me. sim. T. [y] T. [z] Calv. [a] Calv.

10 20 30 40 50 60 70

argumento confirmari videtur eorum sententia qui *Israelis* nomine hîc & in aliis multis locis Judæos intelligunt.] ¶ *Vident* (vel, *viderunt*, Calv. &c.) *ei* (vel, *in gratiam ejus*, Q. in V.) *visionem pacis*] Non reipsa videbant, sed hoc jactabant [a].

17. *Pone* (vel, *Dirige*, Pi.) *faciem tuam*] i.e. Omissis viris prophetis, converte te, &c [b]. Vultum tuum obfirma, audacter ac libere loquere [c]. ¶ *Contra filias populi tui*] Sic vocat vel, 1. viros, per contemptum; q.d. viros nihili & molles, qui linguâ tantùm valebant [d]. Vel, 2. mulieres pseudoprophetides *. Mulieribus olim datum fuisse donum prophetiæ constat ex Exod. 15.20. Jud. 4. 4. 2 Reg. 22. 14. Vide & Joel. 2.28. Quare hoc prætextu abutitur Satan [f]. Exaggerat earum crimen, quòd, cùm filiæ sint populi Dei, ementiuntur veritatem Dei, &c [g].

18. *Væ quæ*, &c. הוֹי לִמְתַפְּרוֹת כְּסָתוֹת עַל כָּל־אַצִּילֵי יָדַי] *Væ consuentibus* (vel, *mulieribus quæ consuunt*. Vox *mulieribus* latet in forma participii, quod est gen. fœm [h]. Vel, *applicantibus*, sive *accommodantibus*: nam תָּפַר tam *applicare*, *complicare*, *aptare*, *affigere*, quàm *consuere* & *consarcinare*, significat, Job. 16.15. Vide & Gen. 3.7 [i].) *pulvinaria*, sive *pulvillos*, (vel, *cervicalia*, ο'. Ar.) *super omnes* (vel, *sub omnes*, Ti. *omnibus*, P. *pro omnibus*, M. JT. Pi.) *cubitos* (vel, *axillas*, Ch. *axillis*, P. M. &c.) *manûs*, Calv. vel, *manuum*, P. M. Pi. Ti. Ch. ut fit יָדַי, per apocopen, pro יָדַיִם, *manus*; ut חַלּוֹנֵי *fenestræ*, שָׂדֵי *agri*, &c [k]. Vel, *brachiorum*, Sy. *manuum mearum*, Mo. vel, *brachiorum populi mei*, JT. Heb. *manuum mei*, Jun. *Manus* pro brachio, per synecdochen [l]. Al. *ad omnium manuum axillas*, Ca. *Pulvillos* hîc intelligunt, vel, 1. figuratè; verba nempe adulatoria & mendacia [m]. q.d. Judæis in suis sceleribus adulantur & applaudunt, ut in eis securè & molliter acquiescant [n]; ut conscientiæ eorum, quasi subjectis omni ex parte pulvillis, quietæ sint, nec ullis fodiantur aculeis [o]. Appositè viris tribuit ædificare parietem, mulieribus verò pulvillos suere [p]. [Cùm autem parietem omnes metaphoricè accipiant, pulvillos eodem modo sumere æquum videtur.] Vel, 2. literaliter. Prophetæ enim veri non solùm verbis, sed etiam factis, prophetabant: vide 1 Reg. 22. Jer. 27.2 [q]. Ceremoniæ quidem per se utiles sunt, ut ex Lege patet; sed eas coacervabant pseudoprophetæ: quia, cùm nihil solidum proferrent, opus erat ostentatione [r]. Describit superstitionem mulierum fatidicarum †, quæ, magicâ arte instructæ, pulvillos consuebant [t], & subjiciebant axillis popularium, ut hâc typicâ actione mentirentur summam tranquillitatem [v], & futuram eorum quietem [x]. *Pulvillos*, quibus homines suaviter innitantur [y]. Solebant veteres, cùm accumbebant, habere pulvinos sub axillis [z]. Solebant porrò hos pulvillos assuere brachiis eorum qui consulebant ipsas [a]: quanquam postea innuere videtur ipsas quoque iis innixas esse. Nunc tamen de populo agitur. Non dubium est quin voluerint repræsentare speciem aliquam somni, ut stulti, qui petebant oracula, putarent se esse ecstaticos [b]. *Pulvilli* & [quod sequitur] *cervicalia* hîc significare videntur amuleta, phylacteria, nomina, bullas, catenulásve, quæ collo vel brachio appendebantur, quibus striges illæ munire se dicebant homines contra pericula, &c [c]. ¶ *Et*, &c. וְעֹשׂוֹת הַמִּסְפָּחוֹת עַל רֹאשׁ כָּל־קוֹמָה] *Et facientibus* (vel, *Et faciunt*, P. M. &c. *Quæque faciunt*, Pi. *Et parantibus*, JT.) *pepla*, vel *vela*, (quibus faciem velabant [d]: vel, *cervicalia*, Ti. Ca. Ch. Vulg. vel, *confibulas*, JT. vel, *apices*, Jun.) *super caput* (vel, *ad caput*, Ti. Ca. Ch. *pro capite*, JT. Pi.) *omnis*, vel *cujusque*, *staturæ*, Calv. M. P. JT. &c. i.e. ætatis; mutatur enim statura pro ætate cujusque *: vel, hominum cujusque staturæ, sive magnæ, sive parvæ [f]; vel, omnium hominum [g]. Significat, has mulieres exercuisse promiscuum quæstum, ut gratificentur omnibus absque delectu, modò præmium in manu esset [h]. Dicit, *statura*, quòd illæ juberent eos stare qui ipsas interrogabant [i]. Sciscitantium virorum capitibus pepla imponebant, quasi per hæc indumenta apti fierent ad suscipiendum sacrum oraculum [k]: vel, ut essent quasi rapti supra mundum, nè humanitus quidquam respicerent, aut distraherentur ullis avocamentis, sed ut toti intenti essent ad spirituales speculationes. Sic & augures Romani caput velabant dum

[a] Calv. [b] V. [c] Me. sim. La. T. [d] V. * T. ex La. sim. Me. V. Calv. Jun. [f] Calv. [g] Jun. [h] Pi. [i] Ga. cin. p. 200. [k] Glas. gram. 4. 2. 1. 700. ex RS. & K. [l] Glas. ex Jun. sim. V. G. [m] L. [n] T. ex La. [o] Me. [p] La. sim. San. [q] L. [r] Calv. † V. [t] M. [v] Jun. [x] Pi. [y] G. [z] Calv. [a] V. sim. M. Calv. [b] Calv. [c] Pra. ex Græcis. [d] G. ex K. * V. [f] Pi. [g] Ca. [h] Calv. [i] H. in V. [k] in M. [a] M. V.

volebant exordiri suos exorcismos [l]. Al. Triumphales pileos imponebant, tanquam si per eos non solùm quies incolis, verùm & triumphus de adversariis, prænunciaretur: idque sumpto more ex Ægyptiorum ritu & Babyloniorum, apud quos ista instrumentorum genera in festivitatibus erant frequentissima [m]. Illæ prophetides magnis & parvis suggerebant prætextus ad obtegenda vitia [n]. ¶ *Ad capiendas animas*] Vel, *ad venandum*, &c. Mo. P. &c. i.e. Ut perdant. Justorum enim animas interficiebant, tanquam essent captæ in retibus illarum [p]. Vel, ut homines illiciant in sui amorem [q]. Vel, ad abutendum misero populo, qui imprudens ipsis futurus est præda [r]. ¶ *Et exim*, &c. הַנְּפָשׁוֹת תְּצוֹדֵדְנָה לְעַמִּי וּנְפָשׁוֹת לָכֶנָה תְחַיֶּינָה] *Animas* (vel, *Vos animas*, Ca.) *venamini populi mei*, (vel, *meorum*, Ca. vel, *in populo meo*, JT.) *ut* (vel, *&*, JT. Ca.) *animas vobis*, vel *vobisipsis*, *conservetis*, Pi. vel, *conservatis*, JT. Ca. i.e. Seducitis Jerosolymitanos falsis prophetiis, ut consequamini quod edatis: ut seq. v. declaratur. Elegans antanaclasis in voce *animæ* diversâ significatione †. Duplex earum crimen notatur: 1. quòd vivas faciebant animas, i.e falsis suis prophetiis persuadebant eos vivere, quibus animam, i.e. vitam & salutem, eripiebant, hoc versu: 2. quòd ad mortem venabantur eos qui non fuissent morituri, v. seq [t]. Dispendio vitæ animarúmque populi Dei victum quærebant [v]. Quibus vultis vitam promittitis meo nomine: quæ res efficit ut ego vanus esse videar, dum morte dignis vitam per vos promittere videor, & contrà *. Vel, *animas autem vestras vivas servatis*, Sy. [Alii interrogativè legunt.] *An venabimini* (vel, *capietis*, M. Ti.) *animas populi mei*, Calv. sic Mo. P. Ti. V. &c. (i. e. An perdetis? q. d. Numquid permittam ut perdetis, h. e. imponatis populo meo, prædicendo illis omnia adversa & infelicia [x]?) *& animas vobis* (vel, *vestras*, M. V. quæ sunt *vobis*, P. Calv. sive *vestræ*, i.e. credunt vobis [y]: vel, *quæ ad vos veniunt*, Ti. לָכֶנָה, pro שֶׁהֵן לָכֶן, *quæ sunt vobis*, vel, *quæ ad vos pertinent* [z].) *vivificabitis?* Mo. &c. Promittendo scilicet illis omnia felicia. q. d. Res aliter continget quàm speretis: nam prospera impiis non evenient, ut denunciatis, sed vobis & vestris auditoribus infelicia omnia. Vide vers. 22 [a]. *Nonne venamini animas populi, &, ubi vestræ sunt, eis vitam promittitis?* Nam apud Hebræos etiam declarandi verba faciendi vocabulis appellantur [b]. Significat Deo pretiosum esse populum suum, quem ipsi eripere conabantur, nec impune fore quòd eum illaqueent, &c [c]. [Ch. locum sic reddit, *Numquid potestis perdere animas populi mei, aut vivificare? numquid animas vestras quæ ad vos spectant potestis vivificare?*]

19. *Et*, &c. וַתְּחַלֶּלְנָה אֹתִי] *Et profanatis*, vel *profanâstis*, (vel, *contaminabitis*, P.) *me*, JT. Pi. G. Mo. &c. i. e. Nomen meum falsò usurpatis [d]. Avertistis vos à me, & sperâstis in verbis mendacibus *. Profanatis oracula mea, fidem illis detrahentes, & pro iis vestra figmenta venditantes [f]. Sacrilegè abusi estis nomine meo ad fallendum: eximium illud donum prophetiæ fœdâstis, ut cedat in contumeliam Dei [g]. ¶ *Ad*, &c. אֶל עַמִּי] *In* (vel, *coram*, Ti.) *populo meo*, Mo. P. *apud populum*, JT. Pi. sic M. *apud meos*, Ca. Ar. qu. d. Ubi Deus sedem erexit, & gloriam suam lucere, atque peculiariter coli, volebat: id quod crimen amplificat. Profanatio apud Gentes minùs detestabilis fuisset, quia Deus nunquam illic innotuit [h]. ¶ *Propter pugillum* (vel, *pugillos*, Mo. P. M. &c.) *hordei*, &c.] i. e. Pro minima mercede [i]. Ostendit magnum contemptum Dei [k], & animarum [l]. q.d. Victûs causâ mentimini; Mic. 3.5. Persimile illud Catonis, *Frusto panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatur* [m]. ¶ *Ut*, &c. לְהָמִית] *Ad interficiendum* (vel, *ut interficiatis*, P. sim. Calv. *morte afficiendo*, JT. Pi.) *animas*, M. Ti. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר לֹא תְמוּתֶנָה] *Quæ non morientur*, P. V. G. sim. Pi. Ca. sub. *propter prædictionem vestram*: vel, *quæ sunt immortales*, V. Sensus loci, qu. d. ad prædicendum exitium piis Prophetis, quos ego servabo †. Justum condemnant tanquam peccatorem & morte dignum [n]. Vel, *non morerentur*, JT. Non agit de decreto Dei, nec necessariò, sed contingenter, hoc dicit; q. d. Quæ neque ex ordinario naturæ cursu, neque instituto aut ratione vitæ suæ, ipsæ per se in mortem ruituræ esse viderentur, nisi vestris

[l] Calv. [m] Jun. [n] G. [p] V. [q] G. [r] Calv. † Pi. [t] Jun. [v] Pol. * Ca. [x] V. [y] Q. in V. [z] V. [a] Idem. [b] G. [c] Calv. [d] G. sim. Pi. * M. [f] T. [g] Calv. [h] Idem. [i] V. sim. Calv. Me. T. &c. [k] Calv. [l] Jun. [m] G. † G. [n] E.

vestris fraudibus darentur præcipites [o]. Vel, *fuissent mortuæ*, M. *quas non oportuit mori*, o'. sim. Ch. Sy. Ar. *quas neci dare non debueratis*, Ti. ¶ *Et vivificarent*, &c.] Nempe, vitam promittendo [p] : absolvendo sceleratos [q]. Ad salutem promittendam iis quos perdere statui [r]. Animas in perniciem ruentes ostensâ vitæ specie decepistis, ut eò ampliùs præcipites ferrentur in perniciem suam†. Probi doctores & vivificabant, & occidebant. Vide 2 Cor. 2. 15, 16. & 10. 6. Hos æmulantur pseudoprophetæ, sed perperàm; non fidem vel pœnitentiam ab hominibus requirentes, sed mercedem duntaxat [t]. Prædixerunt eos qui cum Jechonia se dediderunt Chaldæis morituros qui tamen salvi erunt : & salvos fore Hierosolymæ manentes, qui occidendi sunt [v]. ¶ *Mentientes* (vel, *Mentiendo*, JT. *Fallendo*, Calv. *Dum mentimini*, Pi.) *populo meo* (vel, *populum meum*, Calv. *apud populum meum*, Pi.) *credenti*, &c. [שׁוֹמְעֵי כָזָב] *Qui audit*, vel, *audiunt*, *mendacium*, Ch. Pi. &c. sim. P. Ca. vel, *auscultant mendacio*, Sy. M. Ti. sub. *vestro* : i. e. qui credit mendacio vestro [x]. Vel, *audienti vanos sermones*, o'. Dicit eos decipi, quòd *audiant vanitatem*, h. e. quòd velint decipi : Ergò penès ipsos culpa residet [y].

20. *Ecce, ego ad*, &c. [אֶל־כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה] *Ad* (vel, *contra*, JT. Pi. &c.) *pulvillos vestros*, M. Ti. Calv. &c. sub. *veniam*, Pi. vel, sub. *missurus sum iram meam* : q. d. Brevi perdam omnia instrumenta quibus eluditis populum meum [z]. Hostis ero fallacibus illis ceremoniis quibus populum fallunt [a]. ¶ *Quibus vos capitis* (vel, *ibi venamini*, P. simil. Mo. JT. Calv.) *animas volantes*, [לְפֹרְחוֹת] [Variè reddunt.] *Ad volandum*, sive *evolandum*, Mo. Calv. Loqui videtur de miris revelationibus altisque speculationibus quas jactabant, & quibus curiosos alliciebant, dum attollebant, vel saltem fingebant se attollere, animos in sublime [b]. *Ut sint volantes*, M. Ti. Ut sint advolantes & venientes ad eos [c]. h. e. Alliciunt animas mendaciis suis [d], ut eas perdant *. *Ut avolent* è corpore, P. *In floridis* hortis. Vocem *hortis* suppleo partim ex ipsa significatione participii, quod hîc habet vim nominis adjectivi; partim ex collatione verborum Esa. 65. 3 [f]. Abducturi *in floralia*, JT. i. e. Ut eas abducatis in hortos vestros floribus consitos & in lucos vestros, ubi sunt lupanaria ad perditionem animarum constituta [g]. Objicit illis, quòd pulvinaribus venabantur animas puellarum, ut Veneri sacræ essent, & earum operâ viros illaqueabant, ut est in sequ. membro [h]. ¶ *Et dimittam* (sub. *liberas*, P.) *animas quas*, &c. [אֲשֶׁר אַתֶּם מְצֹדְדוֹת אֶת נְפָשִׁים לְפֹרְחוֹת] *Quas* (vel, *Quia*, Pi.) *vos venamini* (vel, *venantes*, Mo.) *animas ut avolent*, P. Ordo inversus, *Animas*, inquam, *quas venamini ut avolent*, V. vel, *animas*, inquam, *ut sint avolantes*, sub. *è manibus vestris* : q. d. Liberabo eas è manibus vestris [i]. Vel, *animas*, inquam, *advolantes vobis*, Ti. vel, *ut sint animæ advolantes* vobis, M. vel, *animas in floridis* hortis, Pi. [Alii verba sic reddunt;] *Quibus vos in floralia* abducentes *venamini animas* virorum, JT. *quarum vos vitam aucupando captatis*, Ca.

21. *Liberabo populum meum*, &c.] Nè intelligas Israelitas, (quos ferè omnes Deus perire passus est,) sed electos qui rectò sunt corde [k]. ¶ *Ad prædandum*, [לִמְצוּדָה] *In prædam*, Calv. sim. JT. *in venationem*, Pi. ¶ *Scietis*, &c.] i. e. Invitæ id agnoscere cogentur [l].

22. *Pro*, &c. [יַעַן הַכְאוֹת וגו׳] *Pro conterere* (vel, *Eo quòd atterunt*, JT. *Propterea quòd contristatis*, Pi. sim. P. M. Ti. Calv. Ch.) *cor justi*, Mo. Tonando in justos, & scrupulos simplicioribus ex eis injiciendo, &c [m]. ¶ *Mendaciter*; ità M. P. Mo. G. calumniis vestris *: [שֶׁקֶר] *Mendacio*, Ti. Calv. vel, *falsò*, JT. Pi. *fallaciter*, Calv. *ut sit falsum*, Ch. Prophetiâ vanâ, i. e. prædicendo illis adversa nomine meo [n]. Nec discernunt simplices an sit Deus qui minetur, an homo se temere ingerat. Addit τὸ שֶׁקֶר, ut discernat hunc pseudoprophetarum rigorem ab illa severitate quâ veri Prophetæ sæpe uti coguntur, & à terrore quem illi piis necessariò incutiunt, nè lasciviant, &c [o]. ¶ *Quem ego non contristavi*] Id est, Cujus doloris ego non fui causa [p]. ¶ *Et*, &c. [וּלְחַזֵּק וגו׳] *Et confortando* (vel, *Et confirmant*, JT. *Et roboratis*, M. sim. Ti. Calv. *Quòdque confirmatis*, Pi. *Et* propterea quòd *roborâstis*, P. sic V. *Et ad confirmandas*, Q. in V. Sunt qui alteram partem subintelligunt, hoc

[Margin notes, left column: o Jun. — p Pi. sim. M. — q E. — r G. — † Jun. — t Calv. — v La. — x Pi. — y Calv. — z V. — a Calv. — b Calv. — c M. ex K. — d M. — * M. Ch. in V. — f Pi. — g Jun. in bibl. — h Jun. — i Q. in V. — k Calv. — l Jun. — m Calv. — * G. — n V. — o Calv. — p V.]

modo, *Ut errare faceretis justum, & confirmaretis* [q]) *manus*, vel *manum*, *impii*, Mo. &c. i. e. Animum ei addidistis [r]. De justis adhibet nomen *cordis*, ut significet, terrores illos penetrare usque ad intimos affectus : de impiis, nomen *manus*, quod plus est, ut significet, impios ità obduratos fuisse, ut non solùm Deum spernerent in animis suis, sed ut id testatum facerent totâ vitâ, acsi palam & ex professo bellum gererent cum Deo†. *Impiorúmque confirmatis actiones*, Ca. ¶ *Ut non reverteretur —— & viveret*, [לְהַחֲיֹתוֹ] *Vivificando eum*, Mo. P. V. G. i. e. Dicentes quòd viveret [t]; promittendo ei vitam [v], & omnimodam felicitatem [x]. *Ut in vita conservem eum*, JT. Pi.

23. *Propterea vana non videbitis*] i. e. Prophetiam falsam non prædicetis [y]. Non quòd Deus meliorem illis mentem daret : sed, vel, 1. quòd eventus ipsos pudefaceret & ludibriis exponeret, ut vel pueris pateret mera esse mendacia, &c [z]; vel, 2. quòd in obsidione perirent, &c *.

[Margin notes: q Q. in V. — r G. — † Calv. — t He. in V. — v G. — x V. — y V. — z Calv. — * V.]

CAP. XIV.

1. **V**Iri *seniorum Israel*] Id est, Tribûs Judæ [a], primores & magistratus [b]. Hi erant ex numero, vel, 1. deportatorum [c] : vel potiùs, 2. eorum qui in Judæa remanserant, & aliquâ certâ occasione, putà ablegati à Rege Tzidkija, in Babyloniam venerant; ut biennio ante hoc tempus factum, Jerem. 51. 59. Hanc sententiam suadent, 1. quòd horum impietas à Deo arguitur & in ipsis, & in populo toto, cui seniores præerant : 2. quòd judicium Dei in ipsos venturum describitur, non tanquam in Chaldæa habitantes, sed potiùs in Canaan. Alienum autem esset, si Deus deportatis peccata exprobrâsset, & residuis, &c. judicia denunciâsset [d]. *Seniores* hi erant Saraias & cum eo missi Jerem. 51. 59. Hi Ezechielem Prophetam famâ celebrem in itinere compellandum sibi duxêre *. ¶ *Sederunt coram me*] Ut per me Dominum consulerent, ex collat. v. 3 [f]. de futuro rerum statu [g]. Gestus hic signum fuit anxietatis & desperationis. Non statim reperibant exordium sermonis [h].

3. *Fili hominis*] Deus Prophetam instruit, nè ex nimia facilitate labatur; monétque, ipsos hypocriticè agere [i]. ¶ *Posuerunt*, &c. [הֶעֱלוּ גִלּוּלֵיהֶם וגו׳] *Ascendere fecerunt* (vel, *ascendere passi sunt*, Ti. *induxerunt*, JT. *produxerunt*, M. *sustulerunt*, vel *extulerunt*, Pi. Calv. Quæ vox significat idola in iis summum gradum & imperium obtinuisse [k].) *idola sua* (vel, *immunditias suas*, M. *stercoreos deos suos*, JT. Pi.) *super* (vel, *ad*, Ti. vel, *ex*, M.) *cor suum*, Mo. P. Calv. Pi. Ti. &c. vel, *corde suo*, M. q. d. Non renunciaverunt idolis, quamvìs videantur me consulere [l]. Ex animo colunt idola [m] : idololatriam toto animo gestant [n], & proposuerunt sibi in ea pergere [o]. *Dedicârunt idola in corde suo*, Aq. in D. & in La. scil. quasi in altari : i. e. Ea cordi intimè impresserunt, cùm exteriùs præ se ferant cultum Dei [p]. Demersi sunt in superstitionibus [q]. ¶ *Et*, &c. [וּמִכְשׁוֹל וגו׳] *Et* (*Imò*, M.) *offendiculum* (vel, *scandalum*, Aq. in D. Vulg.) *iniquitatis suæ* (i. e. idola [r] : quæ sic vocat, quia in illa idololatræ peccando impingunt †; vel, quia hæc cultoribus suis sunt scandalum, h. e. quòd faciant eos offendere, impingere, & ruere, sintque occasio omnis iniquitatis, culpæ scilicet & pœnæ [t].) *dederunt*, vel *posuerunt*, (vel, *positum habent*, JT.) *ante faciem suam*, P. sim. M. Ti. Calv. JT. Pi. i. e. Timent idola tanquam Deum [v] : ea proposuerunt sibi, in oculis habent; ea colunt cultu non modò interno, ut in priore, sed & externo, ut in hoc membro. Idola quotidie eorum oculis obversantur [x], etiam quum Deum consulunt [y]. Iis fixè oculos & animum pascunt & oblectant [z]. Significat eorum duritiem & pervicaciam; eósque non errore & incogitantiâ labi, sed ex crasso Dei contemptu, & quasi professâ rebellione [a]. ¶ *Numquid*, &c? [הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם] *Num interrogatus* (vel, *requisitus*, M. *consultus*, Ti.) *respondebo eis ?* P. Ch. V. vel, *interrogabor eis ?* Ti. *consultationi eorum adero ?* M. *Ideo ultionem sumam ab eis*, Sy.

[Margin notes: a Pi. — b Me. ex La. sim. Jun. Pi. — c Plerique in Jun. — d Jun. — * G. — f Jun. sim. Pi. Calv. — g Pi. — h Calv. — i Calv. — k Idem. — l M. — m V. — n G. sim. T. Me. — o Ti. — p La. — q Calv. — r M. V. G. Me. T. La. &c. — † V. sim. Pi. — t Me. ex La. sim. T. Pra. — v M. ex RS. — x G. sim. Jun. — y Jun. — z La. — a Calv.]

[Verbum *requirendi* sumit in significatu *ulciscendi*, & interrogationem vertit in affirmationem, & ה accipit pro הלא: quæ omnia alibi sæpe fieri notatum.] *An quærendo quærar ipsis?* Calv. sim. Mo. vel, *ab ipsis?* q. d. Fierine hoc potest? Adeóne impudentes sunt, ut audeant tales coram Deo se sistere, & pietatem simulare? Absurdum hoc est & portento simile. Quid aliud est hoc quàm conspuere in faciem Dei [b]? *An ullo pacto consular ab eis?* JT. qu. d. Nè in speciem illos responso dignabor [c]. *An eis consilium darem?* Non est æquum [d]. *An igitur seriò interrogor ab eis?* q. d. An putas me seriò ab eis consuli? Nè puta: non ità est *. Geminatio verbi ad rem confirmandam facit [f]. *Respondénsne respondebo eis?* Ar. ex ο'. q. d. Non respondebo eis pro voto, sed ut revelem secretas cogitationes eorum. Verbum דרש in Niphal sign. *respondere quod ab alio consulitur*: nam qui respondet videtur quasi pati & affici ab interrogante [e]. [Ca. versum sic reddit, *Homo, hominibus istis sui stercorei divi cordi sunt, suúmque detrimentosum crimen præ se ferunt: debeóne eis exorari?*]

4. *Homo homo*] i. e. Quisquis fuerit [h]. *Quod attinet ad unumquemque*, Pi. ¶ *Respondebo*, &c. נעניתי לו בה ברוב וגו'] *Respondebo ipsi* (vel, *Responderi ei faciam*, M. *Adductus sum ut respondeam ei*, Ti. *Exorabilis ei ero*. Ut scilicet revelem secretum cordis ejus, non ut dem ei petitiones cordis ejus, ut v. seq. exponit [i].) *venienti* (vel, *venit*, Ti. G. *eò quòd venit*, M. vel, *in illo* tempore, Pi. sic JT. q. d. Non longo intervallo, sed eo ipso momento, nè putet hypocrisin suam ampliùs celare: neque hypotheticè, sed certâ & definitâ sententiâ [k]. Varia hîc est lectio: scribitur בה, & legitur בא.) *in* (vel, *cum*, M. *de*, JT. *ob*, Pi. *secundùm*, Calv. Ang. &c.) *multitudine* (vel, *multitudinem*, Pi. Calv. Ang. &c.) *idolorum suorum*, Mo. P. &c. i. e. Tametsi fuerit maximus idololatra [m]. Ecce, ille ad me venire audet animum habens idololatriæ plenum [n]. Respondebo ei tanquam judex, obsignans ei damnationem, cujus materia in ipsorum & cordibus & manibus apparet [o]. Ità respondebo, ut ille videns non videat, & indè erroris ansam arripiat [p]. [Ca. locum sic reddit, *Huic ego Jova ut stercoreis tot ejus divis dignum erit respondebo.*]

5. *Ut*, &c. למען תפש וגו'] *Ut deprehendam* (vel, *capiam*, P. sim. Mo. Vulg. vel, *reprehendam*, JT. sim. G. i. e. convincam [q]. Ut carpam, ut revelem cogitationes eorum [r].) *domum Israel in* (vel, *ex*, M.) *corde ipsorum*, Calv. M. Ti. vel, *corde ejus*, i. e. in cogitationibus ejus †. Ut extraham in lucem quod latebat in eis; ut excutiam omnem simulationem, & ipsorum impietatem omnibus patefaciam [t]. Ut, teste ipsorum conscientiâ, fiant ἀναπολόγητοι [v]. ¶ *Quo*, &c. אשר נזרו וגו'] *Quia*, vel *Quod*, (vel, *Qui*, M. Ti. V. *Nam*, Q. in V. *Eò quòd*, Pi.) *separaverunt se* (vel, *averterint se*, JT. vel, *abalienârunt se*, sive *abalienati sunt*, M. Ti. Calv. Pi. vel, *subduxerunt se*, V.) *à me*, Calv. sic P. i. e. nè sequantur me [x]. q. d. Cùm prorsus defecerint à me, tamen, quasi hoc esset occultum, adhuc gestant suas larvas [y]. [Ca. locum sic reddit, *Ut comprehendant in animis suis Israelis posteri se defecisse*, &c.]

6. *Convertimini*] Non aliò spectat Deus in rigore, minis, &c. quàm ut nos humiliet, & reducat in viam [z]. ¶ *Et*, &c. והשיבו] *Et avertite*, JT. Pi. vel, *reducite*, M. simil. Ti. *facite converti*, Mo. P. V. id est, ad resipiscentiam invitate [a]. Sub. *vos*, Pi. Sy. sim. Ch. vel, sub. *oculos vestros*, Q. in V. vel, *uxores vestras*, Al. in V. Sed illud frigidum [b]. Vel, sub. *animos*, JT. vel, sub. *alios*, P. Calv. q. d. Ut alii aliis fuistis malorum & peccandi authores; ità operam impendite pari saltem diligentiâ ut alios reducatis. Hæc est vera probatio pœnitentiæ nostræ. Ubi tamen notanda est vera progrediendi ratio, quam S. Spiritus ostendit, cùm jubet nos resipiscere, deinde nostrum studium ad fratres extendere [c]. ¶ *Avertite facies*, &c.] i. e. Reipsa desistite colere [d]. Hoc versu resipiscentia, 1. generatim traditur, voce *Convertimini*; 2. enarratur per partes, ut peccatum antè, v. 3, 4. in homine & interiore & exteriore, in corde & facie sive aspectu. q. d. Et animo aversamini idola, & hoc apertè coram hominibus testatum facite *.

7. *Et de proselytis*] Nempe circumcisis, & Dei cultoribus [f]. [Vel aliis.] Nam & extranei qui inter Israelitas vivebant, etiamsi Legi se non subjecissent, tenebantur tamen ab idololatria se abstinere †. ¶ *Si*, &c. וינזר מאחרי] *Et* (vel, *qui*, M. Pi.) *separaverit* (vel, *averterit*, JT. *abalienaverit*, Pi. sim. Ti.) *se à post me*, Mo. vel, *à me*, Ti. Pi. *à sequendo me*, JT. *nè eat post me*, P. ¶ *Ut*, &c. לדרש לו בי] *Ut inquirat* (vel, *consulat*, JT. M. V. sic Ti. vel, *interroget*, Pi.) *eum propter me*, P. sim. Mo. vel, *ipsum ex me*, Calv. *eum de me*, V. *me per eum*, Ti. M. Pi. JT. Heb. *illum per me*, hypallage [g]. ¶ *Respondebo ei* (vel, *Faciam ut respondeatur ei*, M.) *per me*, בי] *In me*, Mo. Calv. Non ex animi illorum sententia: Non transfigurabor ad eorum libidinem. Sentient responsum à me esse profectum [h]. *In verbo meo*, Ch. *propter me*, P. *ex me*, M. Ti. *per me*, JT. sic Pi. Calv. q. d. Non per Prophetam quem consulit [i]: non verbo, sed facto [k], & per flagella [l]: opere ipso; q. d. Eos perdam [m]. Non respondebo pro eo ac consuluerint, sed de me; i. e. arbitratu meo ipsos compellabo, & in explicatione judiciorum meorum pergam [n]. Vel, Ego ipse pronunciabo sententiam meam contra ipsum [o]. [Ca. locum sic reddit, *Huic ego dignum me responsum dabo.*]

8. *Et ponam faciem meam*, &c.] Vel, *iram meam*, &c. Ch. in V. i. e. Animadvertam in eum [p]. q. d. Derident minas meas, sed sequetur eas exsequutio & effectus [q]. ¶ *Faciam eum in exemplum*, &c.] Divinæ ultionis, quod proferent qui eam alicui imprecari volent [r]. q. d. Non vulgari modo puniam, sed ità ut omnes mirentur & jactent, &c †. ¶ *Disperdam eum*, &c.] Ità tollitur spes misericordiæ *.

9. *Et*, &c. והנביא כי יפתה וגו'] *Et propheta* (vel, *Ipse autem propheta*, JT. vel, *Ad prophetam autem quod attinet*, Pi.) *cùm seductus*, vel *pellectus*, (vel, *persuaderi se passus*, Pi.) *fuerit*, Mo. P. JT. &c. (nempe spe lucri [t]; ab hypocritis eum consulentibus, & lætum nuncium cupientibus [v]:) *& locutus fuerit verbum*, Mo. P. &c. sub. *aliquod falsum*, V. quasi à Deo sibi imperatum [x]. Vel, *si seductus locutus fuerit*, &c. M. Ti. Occurrit stultæ eorum cogitationi. Veris Prophetis suos opponebant impostores: q. d. Minantur nobis duo, Jeremias & Ezechiel; at alii, & longè plures, læta nobis promittunt. At, inquit, nè blandimini vobis, errant illi, & quidem vestrâ culpâ [y]. ¶ *Ego Dominus decepi*, &c. פתיתי וגו'] *Seduxi*, vel *decepi*, &c. Mo. P. M. Ti. &c. Falso spiritu afflavi. Vide 1 Reg. 22. 23 [z]. Vel, deceptum esse declaravi [a]. Vel, affeci pudore & pœnâ, quam non exspectabat [b]. *Decipiam*, exitum illi inferens quem non exspectat [c]. *Persuasero*, Pi. vel, *pellexero*, JT. Qu. Quâ ratione Deus seducit eos? Resp. Deus non est causa simplex & absoluta seductionis, sed causa per accidens [d]. Non directè aut formaliter hoc facit; sed materialiter tantùm & indirectè, permittendo poni occasiones deceptionis, & ad omnia physicè concurrendo, non intentione peccati, sed aliis justis de causis *. *Decepi*, i. e. decipi permisi [f]: non redargui cùm possem; toleravi ejus mendaces prophetias & promissiones [g]. Permissio autem in Deo vocatur actio, 1. quia ea est actio in Deo, &c: 2. quia certa est & efficax, certóq; ponit effectum: 3. quia id facit Deus in pœnam præcedentis peccati [h]. Humano more loquendo, removenti prohibens effectum adscribimus, si non in schola, certè in foro [i]. Seductore utitur Deus pro vase iræ suæ [k]. Malo consultori malum vatem dat Deus, & contrà [l]. Æquum est ut fraudulento consultori mendax responsum detur [m]. Populo malo & Prophetas veros rejicienti Deus iratus objicit falsum prophetam placentia loquentem, per quem decipiatur: & ipsi prophetæ objicit occasionem populi cupientis audire placentia [n]. Deus non immediatè decipit, sed per Satanam & impostores; ídque non nudâ permissione, sed quia volebat uti eorum operâ in vindictam, &c. Vide Deut. 13. 3. Jer. 20. 7. 2 Thess. 2. 11, 12 [o]. Prophetam dicitur Deus seducere, non solùm ut causa efficiens sine qua non, verùm etiam ut causa efficiens per accidens, justo judicio suo; quia Deus hominem ex se & suâ culpâ falsum, & suâ nequitiâ fallentem, justè tradit stultis & falsis cogitationibus mentis ipsius [p]. ¶ *Et delebo eum*, &c.] At si Deus hominem decipiat, injustum videtur ut pœnas ab illo exigat. Resp. Judicia Dei sunt profunda abyssus, Psalm. 36. 6. eáque perperàm æstimant homines ex proprio sensu.

Marginal notes (left column): b Calv. c Jun. d G. * Pi. f V. ex He. e V. h G. sic Calv. i V. k Jun. l V. m Idem. n G. o Calv. p Me. q G. r V. † Pi. t Calv. v Jun. x V. y Calv. z Calv. a V. b Calv. c Idem. d V. * Jun. f Calv.

Marginal notes (right column): † G. g Pi. h Calv. i Pi. sim. k La. ex Pra. l Pra. sim. m G. n Pra. La. o Me. T. p Q. in Jun. q Jun. r Me. † V. s Calv. t La. † Calv. * Idem. t G. v Pi. x G. y Calv. z Ca. a Q. in La. b Al. in La. c G. d Jun. * T. f Me. ex La. sim. Pra. g Ti. h Me. ex La. i La. k Pra. l M. m Ca. n La. o E. p Calv. q Jun.

sensu. Exspectandus est ille dies quo Deus se ab omnibus calumniis asseret. Sobriè judicandum est de operibus Dei, præsertim de arcanis ejus judiciis, quorum causa non semper manifesta est [q].

10. *Portabunt iniquitatem suam*] i.e. Pœnam dabunt. Ità tollit eorum cavillationes & subterfugia [r]. ¶ *Juxta*, &c. "וגו כַּעֲוֹן] *Sicut iniquitas* (vel, *pœna*, JT. Pi. sic V.) *sciscitantis*, (vel, *consulentis*, JT.) *sic iniquitas prophetæ erit*, Calv. Pi. Pœnas pariter sentient & qui emunt vaticinia, & qui vendunt †. Uterque pari culpâ delinquit, & pari pœnâ plectetur [t]. Uterque punietur [v]. Non de quantitate, sed de qualitate, intellige; cùm Deus alios plùs aliis sit castigaturus. Ignoratio neminem excusat; sed tamen mitiùs punitur. Seductorum culpa erat, vel, 1. in intellectu; meliùs non noverunt, quia non explorabant voluntatem Dei: vel, 2. in voluntate; quia in gratiam aut ad lucrum loquebantur [x]. Qui falluntur recipiunt justam vel ignaviæ suæ, vel superbiæ, vel ingratitudinis, mercedem. Alii indociles sunt; alii, Deo ingrati, ipsum repudiant & servos suos, se ad pseudoprophetas transferendo [y].

11. *Ut non erret*, &c.] Seducta scilicet à pseudoprophetis illis [z]; videns erronum pœnas [a]. Perstringit populi pertinaciam, quæ alioqui insanabilis erat, nisi Deus seriò ipsos expergefecisset, &c [b].

13. *Et conteram virgam panis ejus*] i.e. Famem immittam [c]. Abstulero panem, quo cor hominis quasi fulcitur, Psal. 104. 15. Genitivus speciei: ut Joh. 11. 13. *dormitio somni*; Rom. c. 4. v. 11. *signum circumcisionis* [d]. Metaphora à scipione, quem si detrahas seni aut homini infirmo, corruet: ità perit homo, detracto illi cibo *. Al. Pani detraham alendi munus [f]. Perficitur sententia v. seq [g]. Vide Ezec. 4. 16. & 5. 16 [h].

14. *Noe, Daniel & Job*] Qu. Cur hi tres nominantur præ Abraham, Jacob, Mose [i]? Resp. 1. Quia hi magnam experti sunt felicitatem & calamitatem [k]. 2. Quia primi occurrebant Ezechieli: ut Jeremiæ, c. 15. v. 1. Moses & Samuel [l]. 3. Quia viri erant illustres [m], sanctitate celebres [n], & salutis aliorum amantissimi, & Deo charissimi [o]; & precibus intercesserunt pro suis [p], idque efficacissimè [q]. Nam Noah totius mundi reliquias servavit [r]; Daniel explicatione somniorum populum suum ex communi excidio vindicavit †, & Chaldæos magos ab imminente morte liberavit [t]; Job precibus familiam suam & amicos reconciliavit Domino *. ¶ *Ipsi justitiâ suâ* (i.e. ob virtutes suas [v], quas, licèt mutilas & imperfectas, Deus gratiosè acceptat [x],) *liberabunt animas suas*] Vel, *eripient seipsos*, JT. Pi. sub. *tantùm*, ex collat. v. 16. & 18 [y]. Sensus est, Unusquisque suâ salvabitur fide [z]. Tantùm mediocriter malis ob pios interdum parcitur, non ità contumaciter flagitiosis [a]. Minatur itaque h. l. Deus populo Israelitico ultimum interitum. Obj. Dixerat Deus se ei propitium fore. Resp. Corpus populi devotum erat exitio: testimonia autem gratiæ Ecclesiam & reliquias respexerunt [b].

15. *Ut*, &c. "וגו וְשִׁכְּלַתְּהוּ] *Et* (vel, *quæ*, Ti.) *orbaverit* (vel, *vastaverit*, Ti.) *eam*, Mo. P. &c. i.e. privaverit eam incolis [c]. De terra loquitur quæ addicta est ultimo exitio [d].

16. *Quia*, &c. "וגו אִם־בָּנִים] *Si filios*, &c. JT. Calv. &c. *Nec filios*, &c. Pi. *Quòd neque filios*, &c. P. q. d. Juro ego, ne parvulis quidem me parciturum propter eos *.

19. *Et effudero* (vel, *effunderem*, Pi.) *indignationem meam super eam in*, &c. בְּדָם] *Cædibus*, Ca. *in sanguine*, ό. Ar. Vulg. M. P. Ti. Mo. i. e. *cum multa hominum strage*, ut hîc Chaldæus. Nam omne mortis immaturæ genus *sanguis* Hebræis [f]. *Ad cædem*, Sy. JT. sic Me. *per sanguinem*, Pi. *propter sanguinem*, sub. *corruptum*; i. e. Effecero ut sanguis humanus corrumpatur propter aeris corruptionem [g]. Ad effundendum sanguinem [h]. Ità ut in ea faciam lanienam. *Sanguis* truculentam mortem significat [i].

21. *Quod*, &c. "וגו אַף כִּי] *Etiam quod* (*Etiamsi*, Ti. *Etiam cùm*, JT. Pi. *Atqui cùm*, Ca. *Quantò magis si*, P. M. *Quantò magis cùm*, Calv.) *quatuor judicia mea mala*, Mo. *Malum* hîc non opponitur justo, vel recto, sed refertur ad opinionem hominum, & sensum naturæ, quæ talia horret & refugit. Sensus, q. d. Si unico telo nemo obsistet, quid ubi omnia produxero, &c [l]? Unaquæque ex dictis plagis perdidit nationem totam: quantò magis delebunt ipsæ quatuor immissæ? Ipsas autem quatuor in urbem Jerusalem mittam: & tamen mitiùs agam cum ea; nam non redigetur ad internecionem, ut vers. seq. docet [m].

22. *Tamen*, &c. "וגו וְהִנֵּה נוֹתְרָה בָּהּ פְּלֵטָה הַמּוּצָאִים] *Et, ecce*, (vel, *Sed*, Sy. sic Ar. *Attamen*, P. sic Ca. *Si, ecce*, JT.) *reliquum* (vel, *relicta est*, M. *remanebit*, Mo. P. *residui*. ό. *relinquentur*, Ch. simil. Sy. *supersunt*, Ca. *qui residui fuerint*, Ar.) *in ea quod evasit*, (vel, *salvatio*, M. *evasio*, Mo. P. *qui evadant*. Pi. sic JT. *qui sese eripuerint*, Sy. sic Ar. *salvati ejus*, ό. *reliquiæ*, Ch.) *qui educti sunt*, &c. Ti. M. *qui educantur*, &c. JT. Pi. sic Ch. *eductorum*, &c. Mo. *qui abducentur*, &c. P. *qui educunt filios*, &c. ό. sim. Sy. vel, *ipsi educent*, &c. Ar. Al. *Etsi maneant aliqui superstites, qui filios ac filias secum educant*, G. *Et, ecce, remanens*, i.e. remanebunt, *ex ea* aliquot *qui evadent*, nempe *qui abducentur*, ad verb. *abductorum*, V. *Et, ecce, evasio in ea residua*, h. e. manebit in ea aliquod residuum quod evadet, *evasio ingredientium*, inquit, nempe *filii & filiæ*. Hunc locum ferè omnes per modum correctionis exponunt; q. d. Clementiùs cum illa urbe agam quàm si tantùm uno genere flagelli terram aliquam percuterem [n]. Aliter agam cum populo meo quàm cùm alieno: nam etsi immisero illi omnia flagella, erunt tamen aliqui superstites, idque ad gloriam nominis mei [o]. Promissio hæc est evangelica. Describit hîc liberationem reliquiarum sive electorum, de qua duo dicit: 1. eam ex misericordia Dei profluere; unde nominat eos *evadentes*, &, *qui educti sunt*: 2. eam filiis, &c. indici, i.e. non adultis, qui in sua impietate provexerint, sed iis qui ut pueri se permittunt Spiritu Dei agendos, &c [p]. Cæterarum quidem nationum sontes omnes punio, solis parcens insontibus: At in Israelitas (quamvis omnes sint nocentes) sum clementior; evadent aliqui, &c [q]. Sed videtur potiùs Propheta hîc confirmare quod antè dixerat, se justum & severum esse vindicem scelerum. Nulla hîc est mentio veniæ, aut resipiscentiæ; sed de reprobis & manifestè impiis loquitur: quos quidem *residuos* fore dicit, non autem incolumes, sed, vel mortuis similes, utpote è Terra sancta ejecti; vel deteriores, utpote exsules sine spe restitutionis, & miseram vitam inter continuos languores protrahentes [r]. ¶ *Ecce, ipsi egredientur*, &c. "וגו יוֹצְאִים] *Exibunt* (vel, *procedent*, JT.) *ad vos*, Pi. sim. M. P. Ti. *Ique ad vos profecturi sunt*, h. e. Cùm illi ad vos pervenerint †. Al. Illi ad vos deportatos ipsi quoque deportabuntur [t], abducentur Babylonem [v]: q. d. Ipsi sequentur vos, non vos ipsos [x]. ¶ *Et videbitis viam* (vel, *vias*, Calv.) *ipsorum*, &c.] i. e. Vivendi rationem illorum malam [y]: mores improbos, ob quos alios punivi, sed eos misericorditer servavi [z]. Intelligetis, quòd Hierosolymam ità affecerim, me meritò fecisse; quòd autem nonnullos reliquos fecerim, fecisse misericorditer, cùm eorum scelera eversionem mererentur Sodomitanæ similem. Vide Amos. 9. & Abdiam [a]. Videbitis homines esse tam sceleratos, ut fateri cogamini & urbem & illos interitum meruisse [b]. Ut illorum qui ad vos veniunt testimonio cognoscatur quales illi fuerint quos fami, pesti, gladio, bestiis tradidi. *Videre* apud Hebræos est, cognitionem alicujus rei quovis modo adipisci [c]. Al. Scietis peccata eorum, non pervestigando, sed audiendo ipsos peccata sua spontè confitentes, & Deo gloriam justitiæ suæ dantes [d]. ¶ *Et*, &c. "וגו וְנִחַמְתֶּם] *Et consolabimini* (vel, *consolationem capietis*, Ti. P. sic Calv. vel, *consolemini*, sub. *ipsos*, JT. vel, sub. *vosipsos*, Pi.) *super* (vel, *in*, sive *de*, JT.) *malo* (vel, *calamitate*, Ti.) *quod induxi*, &c. Mo. &c. i. e. Minùs dolebitis cùm videritis tam justam fuisse ultionem *. Cognitio scelerum pacabit eorum animos, qui antè obmurmurabant Deo: justamque Dei vindictam placidè agnoscent [f]. Al. Fratres jam olim captivi, fratribus exsilio recente multatis, calamitates ipsorum levaturi sunt, & de Ecclesiæ labe, atque adversùs singulas afflictiones, alii alios consolabuntur [g]. *Consolationem afferent malorum*, &c. Ca. *Et pœnitebit vos malorum*, vel *super malis*, &c. Ar. ό.

23. *Et*, &c. "וגו וְנִחֲמוּ אֶתְכֶם] *Et* (vel, *Ità*, Pi. vel, *Hi*, Ti.) *consolabuntur vos*, M. P. Calv. Pi. vel, *consolationem afferent vobis*, Ti. V. Non quidem verbis, sed mi-

Margin (left column): q Calv. r Calv. † G. t T. v V. x Jun. y Calv. z G. a Me. ex La. b Calv. c Jun. Pi. Me. &c. d Pi. * V. f Calv. g V. h G. i La. k Me. ex K. l Calv. m Me. & La. ex Pra. n Calv. sim. Jun. o La. ex Pra. p Jun. q La. ex Pra. sim. Jun. r Jun. sim. G. † Jun. t G. * Jur. sim. G. v G. sim. V. x Calv. y Pi. z M. a G. b Calv. c V. d Calv. * V. f G. g V. h M. i Pra. l Calv.

Margin (right column): m V. n Calv. o V. p Jun. q Ca. r Calv. † Ca. t G. v Me. & T. ex La. x Calv. y La. z V. a Me. ex La. b Ca. c Calv. d G. * Jun. f G. sim. Me. & T. ex La. g Calv. Jun.

seriâ suâ: quum videbitis me illis æquè non pepercisse ac vobis [h]. Miseri exsules, consolationibus fratrum suorum persusi, eos ipsos tandem consolaturi sunt à quibus persæpe consolationem acceperunt. Illi graviùs affligentur auditione, quàm alii perpessione, &c [i]. ¶ *Quòd non frustrà fecerim*, &c.] Agnoscent exsules Deum non excessisse modum in pœnis, quia gestabunt isti illustres notas justitiæ Dei in suis sceleribus [k].

CAP. XV.

2. QUID *fiet*, &c? מַה־יִּהְיֶה עֵץ הַגֶּפֶן מִכָּל־עֵץ הַזְּמוֹרָה וגו׳] *Quid est*, vel *erit*, *lignum* (vel, *Quid fiet ex ligno*, Ti.) *vitis præ omni ligno*, *palmite?* P. vel, *ex omnibus lignis sarmentorum*, ο'. sive *ramorum*, Ar. Al. *præ omnibus lignis*, Sy. Ti. (vel, *ab omnibus arboribus*, Ch.) *palmite*, &c? Sy. Ch. vel, & *ex palmite*, &c? Ti. Al. *præ omni* (sub. *alio*, Pi.) *ligno?* JT. Pi. *aut præ ramo*, &c? Pi. vel, quid præ *putato ramo*, &c? JT. Al. *magìs quàm omnia ligna & labrusca?* M. *præ omni arbore rami*, sive *ramosa?* Calv. *ex omnibus ramosis arboribus?* Ca. *Ramosas arbores* vocat arbores, supervacaneo adjectivo, quod tamen in Hebræo est substantivum, sed adjectivi loco positum; sicuti sæpe *volucres aereæ*, & *pisces marini*, sive *aquatiles*, dicuntur, adjecto verbo non necessario [a]. זְמוֹרָה est, *vitis sylvestris* & infrugifera, ad nihil utilis [b]. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר הָיָה בַּעֲצֵי הַיָּעַר] *Qui*, vel *quæ*, *est inter ligna*, vel *arbores*, *sylvæ*, Pi. Calv. sim. JT. i. e. Annumeratur inter arbores nemorum, sive steriles [c]. Vel, *in arborum sylva*. *Sylva* significat arborum multitudinem, sive sylvestrium, sive domesticarum: sicut Gen. 3. 18. dicitur *herba agri*, pro *agris* [lege, *herbis*] *terrestribus*, sive agrestes sint, sive domesticæ. Nec refert quòd vitis magìs frutex est quàm arbor; nam apud Hebræos etiam frutices appellantur *arbores*, omissâ illâ subtiliori partitione quæ frutices medios facit inter herbas & arbores [d]. Versum rectè verteris, *Quid erit in quo vitis præstet aliis plantis, si palmes ejus sit par sylvestribus arboribus?* i. e. nullos fructus proferat? Vitis figura populi Judaici, Psal. 80. 9. Esa. 5. 1, &c. Jer. 2. 21. Matt. 21. 33 [*]. *Esse inter ligna sylvæ* dicitur, pro, non ferre fructum: q. d. Quâ re præstantius est lignum vitis cæteris arboribus, si fructum non fert [f]? Sensus, Ut vite (quæ alioqui stirps est utilissima) nihil est inutilius si est sterilis; ità & Israelitis nihil est inanius si rectè factorum fructu carent. Idem dixit Christus cum sale suos comparans [g]. Consilium Prophetæ erat, ostendere quòd dotes illæ (quibus ut excellebant, ità & superbiebant, Judæi,) non ex natura essent, neque à seipsis, sed precariò duntaxat, & gratuito Dei beneficio: atque ità refellit eorum arrogantiam, quòd illas Deo Prophetísque ejus opponerent, quasi armati essent Dei beneficiis ad resistendum potentiæ ejus. Ut ergò lignum vitis vilius est aliis lignis [h], utpote deforme, humile, tenue, gibbosum & tortuosum [i]: ità Judæi in se erant viliores aliis gentibus [k], quippe quæ florebant artibus, opibus, multitudine, bellicâ virtute, &c. nec aliâ ratione excellentiores eis erant Judæi, nisi quòd à Deo plantati sunt, &c [l].

3. *Numquid tolletur de ea lignum ut*, &c? לַעֲשׂוֹת לִמְלָאכָה] *Ad faciendum* (vel, *ex quo fiat*, M. Ti. vel, *ad aptandum*, JT. *adhibendum*, Ca. *ad formandum*, Calv.) *opus?* Mo. P. Ch. M. Ti. sub. *aliquod*, Ti. vel, *operi?* Ca. JT. *in opus?* ο'. *ex eo opus?* Heb. ipsum *in opus?* Pi. *ut fit opus?* Calv. Ad apparandum illud ad aliquod opus [m]: ut ex aliis arboribus sylvaticis fiunt mali navium, trabes, mensæ [n]. Hoc dicit secundùm communem usum: nam alioqui interdum contigit, & commoditate cœli ac soli, & diligentiâ culturæ, ut ex vite magnifica opera sint facta, teste Plin. 14. 1 [o]. ¶ *Aut—paxillus*, &c?] Nè in hoc quidem satìs firma sunt sarmenta [p].

4. *Ecce*, (vel, *Certè*, V.) *igni datum est* (vel, *dabitur*, G. *tradetur*, V. sic Pi.) *in escam*, לְאָכְלָה] *Ut consumatur*, sive *devoretur*, P. V. *ad consumptionem*, Calv. *absumendum*. Id unum restat, Matth. 3. 10 [q]. ¶ *Utramque*, &c. אֵת שְׁנֵי קְצוֹתָיו וגו׳] *Duas*, vel *Ambas*, (vel,

[h] Pi. [i] Jur. [k] Calv.
[a] Ca. [b] M. [c] V. [d] Ca. [*] C. [f] V. [g] Ca. [h] Pi. [i] Calv. [k] Pi. [l] Calv. [m] V. [n] G. [o] Jun. ad v. 2. [p] G. [q] G.

Quúmque duas, Pi. sic JT.) *extremitates ejus*, &c. M. P. Mo. vel, *summitates ejus*, &c. V. Extima ejus utraque [r]. Samariam & oppida Judææ [†]. Intelligit afflictiones quas passi sunt Israelitæ ab Aramæis ab Oriente, & à Palæstinis ab Occidente [t]. ¶ *Et medietas ejus*, &c.] [u] i. e. Jerusalem [v], quæ jam ex vicino igne exæstuata fuerat [x]. Medietas populi Judaici consumpta est sub Joakim & Joachin; altera pars brevi consumetur sub Sedecia [y]. ¶ *Numquid*, &c? הֲיִצְלַח לִמְלָאכָה] *Numquid proderit* (vel, *prosperabitur*, Mo. *accommodatum erit*, Ca.) *ad opus?* M. Ti. JT. Pi. sub. aliquod faciendum ex eo [z]; v. g. ad paxillum, ex v. 3 [a]. Ut scilicet propterea cura ejus aliqua sumi debeat. Nihil minus [b]. Ex cæteris lignis extremitates titionésque aliqui manere solent ex quibus aliquid fieri potest: at ex sarmentis, quia facillimè ardent, nihil manet [c].

6. *Quod dedi igni*, &c.] Sensus, Sicut ex naturæ & creationis lege sarmentum igni destinatum est, ac non facilè operi; ità etiam singulari Dei decreto Judæi & Jerosolymitani igni destinati sunt [d]. ¶ *Habitatores Jerusalem*] Nulli usui homines [*].

7. *Et ponam faciem meam in eos*] i. e. Non leviter castigabo, & brevi, & velut in transcursu; sed ibi constanter insistam, nec unquam desistam, donec eos prorsus perdidi, &c [f]. Convertam faciem meam contra eos, & in eos incumbam, ut perdam eos [g]. Aspiciam eos vultu torvo, ut Jerem. 21. 10. & 44. 11. Ezec. 13. 17 [h]. ¶ *De* (vel, *Quum de*, JT. Pi.) *igne* (sub. *uno*, P. Ti. JT. Pi.) *egredientur*, (vel, *exiverint*, JT. Pi.) *& ignis* (sub. *alius*, P. Ti. JT. Pi.) *consumet eos*] Sic M. &c. *Ignis* hîc omne malorum genus significat, ut Psal. 66. 12. & alibi. Uno malo vitato, in aliud incident [i]. Ex una afflictione transibunt in aliam: &, quia non resipuerunt, conficientur calamitatibus [k]. Judæi, si evaserint ab uno periculo, putabant hunc esse ultimum finem: hinc securitas, indè etiam obstinatio. At, inquit, vos excipiet novus occursus, &c [l]. Designatur hîc judiciorum Dei tum vehementia, tum perpetuitas & indesinentia [m]. ¶ *Cùm*, &c. בְּשׂוּמִי וגו׳] *Cùm posuero*, &c. P. Quod priùs *dare*, sive *tradere*, dixerat, nunc *ponere* dicit: ut videas נָתַן, *dare*, poni pro שׂוּם, *ponere*. Est autem schema Hebraicum, acsi dicat, *Cùm iratus afflixero eos* [n].

8. *Prævaricatores*, &c.] i. e. Peccaverunt gravissimè [o]; perfidiosè desciverunt à Deo & Lege, & obstinati fuerunt in sua illa ingratitudine [p]. Judæi non *peccatores* erant, ut cæteræ gentes, sed *prævaricatores*. Aliud est enim negligere quod ignores; aliud, contemnere quod colueris [q].

CAP. XVI.

2. NOtas *fac*, &c.] Nempe, per epistolas [a]. Ægrotabat, sed stupebat, nec morbum sensit: quod calamitosissimum est [b]. Homines ità sæpe cæcutiunt in vitiis suis, ut non agnoscant quæ omnibus patent [c]. Est autem hujus totius capitis mira δείνωσις, egregiè persequens similitudinem adulterii & idololatriæ [d].

3. *Radix tua*; ità ο'. מְכֹרֹתַיִךְ] *Venæ tuæ*, Ti. He. in La. *Origo tua*, Sy. Ar. sic Ca. *Commercia tua*, JT. Pi. vel, *Negotiationes tuæ*, Pi. sic Jun. i. e. Religiones tuæ [*], vel, Administratio tua tota [f]. *Habitatio tua*, P. V. sic G. Ch. *Habitationes* (vel, *Mansiones*, Mo.) *tuæ*, M. RR. in La. i. e. Locus originis [g]. Quasi מְכֹרֹתַיִךְ positum sit pro מְגֻרֹתַיִךְ, per commutationem כ in ג [h]. ¶ *Et*, &c. וּמֹלְדֹתַיִךְ וגו׳] *Et natales tui* (vel, *genitura tua*, i. e. origo religionum tuarum. Metaphora. Heb. *genituræ tuæ*. Numero plurali videtur notari religionum varietas [i]. Genus tuum, origo tua [k]. Sub. *sunt*, JT. Pi.) *è terra Canaan*, Calv. V. &c. Nativitatem populi alibi vocat redemptionem ex Ægypto; hîc autem, tempus quo Judæi mirabilibus incrementis emerserunt in gentem [l]. Sensus, Tu videris habitâsse inter impios, ut erant Cananæi: q. d. Opera tua similia sunt operibus eorum [m]. Impura es ut illæ gentes, ut ab illis genus ducere videaris [n]. Habitatio prima parentum tuorum, unde ortus est tibi, fuit terra Canaan, corruptissima moribus; unde

[r] Idem. [†] M. [t] V. [v] V. ex M. [x] M. [y] La. [z] V. [a] Pi. [b] G. [c] Me. et La. [d] Pi. [*] G. [f] Calv. [g] V. [h] G. [i] G. [k] V. [l] Calv. [m] Jun. [n] V. [o] V. [p] Calv. [q] G. et Hi.
[a] Me. et La. sim. G. [b] T. et Th. sim. Pi. [c] Calv. [d] G. [*] Pi. [f] Jun. [g] Calv. [h] La. [i] Pi. [k] La. [l] Calv. [m] V. [n] Ca.

unde multò plus hausisti quàm de virtutibus Abrahami, Isaaci & Jacobi [o]. Vos reipsa tum genitura, tum conversatione, maledicti estis indè à prima vestri educatione [p]. ¶ *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa,* החתית] *Hitthæa*, Pi. sic Calv. *Chitthæa*, JT. Chitthæi insigniter mali erant, Gen. 27. 46. sicut & Amorrhæi, Gen. 15. 16 [q]. *Patrem & matrem* vocat, non naturâ, sed habitatione, eos qui priùs eandem terram tenuêre, & quorum mores eorum in terra successores sequebantur. Sic γεννᾶσθαι (*gigni*) dicuntur successores, ut ad Luc. 3. diximus [r]. Metaphoricè hîc loquitur †. Sic eos vocat, non ob generis eductionem, sed ob morum similitudinem [t]. Imitaris eorum idololatriam, acsi ex illis ortus esses [v]. *Filius* alterius sæpe is dicitur qui mores ejus imitatur, ut Matt. 3. 7. & 23. 33 [x]. & Joh. 8. 44 [y]. Sic Virg. Æn. 4. *Nec te diva parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres* [z]. Qu. Cur *Amorrhæum* potiùs nominat quàm *Pherezæum* vel *Jebuzæum*, &c? Resp. Reliquæ istæ nationes intelliguntur nomine *Amorrhæorum*, ut Gen. 15. 16. Amos. 2. 9. vel, quia illi Cananæorum potentissimi erant; vel potiùs, quia illi primi occurrebant Israelitis terram Canaan ingressuris. Sic *India* vocatur tota illa regio orientalis, quia pars illa quam Indus perluit primùm explorata est, &c. Sed cur *Hethæam* nominat? Resp. Quia gens illa videtur fuisse in Venerem pronior, ex collat. v. 45. & Gen. 27. 46 [a].

4. *Et*, &c. ומולדותיך ביום הולדת אתך לא כרת שרך] *Et nativitates tuæ*, (vel, *Nam ad genituras tuas*, JT. *Et*, vel *Porrò, quod ad nativitatem tuam attinet*, Ti. Pi. Hebr. *genituræ tuæ*, Pi. *Nativitas autem tua* talis est, P. V. *Nativitates tuæ* sic fuerunt, Mo. sim. Calv.) *in die quâ nata es*, Calv. M. Ti. V. sim. Mo. JT. Pi. (i. e. vel, 1. tempore quo Abrahamum, tum idololatram, vocavi ex Ure Chaldæorum, Jos. 24. 2 [b]: vel, 2. post mortem Joseph, cùm Israel multiplicatus est, ut inciperet esse non familia Israelis, sed populus [c]; cùm nasceretur populus in Ægypto [d]: 3. tempore exitûs de Ægypto *. Vel, acsi *in die quâ nata es*, P.) *non præcisus fuit* (vel, *fuisset*, Mo. P.) *umbilicus tuus*, Calv. sic M. Ti. &c. Ab intestino illo per quod matri infans adhæret [f], ab utero matris pertinens ad umbilicum fœtûs †. Umbilicus in utero est quasi os fœtûs [g], quo vitam ducit & spiritum [h], & alimentum [i]: cùm autem fœtus natus est, præscinditur, tum quia nullus ejus usus est, tum ut infans ore uti ac sugere discat [k]. Nisi curetur umbilicus ut par est, exciso intestino, sanguine compresso, aere prohibito, non solùm turpe, sed & lethale, infanti est [l]. [Ca. locum sic reddit, *Et ità natali tuo die nata es, ut neque tibi abscissus sit umbilicus.*] ¶ *Et aquâ*, &c. ובמים לא רחצת למשעי] *Et aquâ non fuisti* (vel, *fuisses*, Mo. P.) *lota ad lenimentum*, V. sim. Mo. P. vel, *ad leniendum*, Ti. V. Calv. ac molliendum [m], carnem [n], cutem & ossa: à שעע, *lenivit*; & sic י est vice literæ geminandæ ע *. Vel, *ad linimentum*, à שעה, *linivit* †. *Pro nitore cutis*, M. *ad aspectum*, i. e. ità ut amabilis appareres. Ità למשעי positum est pro למשעה [m]. *Quum aspexi te*, JT. Heb. *ad aspectum meum*, Jun. Similis loquutio Gen. 30. 30. *ad pedem meum*, i. e. quum pedem intuli, &c [n]. *In salutem*, Vulg. i. e. ad sanitatem & incolumitatem [o]; vel, aquâ salutari [p]. Aquâ abluuntur infantes [q], recèns nati [r], 1. ut purgentur à sordibus uteri †, & sanguine quo infans in utero & in ipso partu perfunditur [t]; nè indè putredinem, fœtorem & morbum contrahat [v]: 2. ut membra, antè in utero contracta, (calidâ aquâ [x]) extendantur, & concinnè formentur [y]: 3. ut caro reddatur lenis & mollis [z]. Verùm caro infantis mollissima potiùs soliditate eget quàm majore mollitie [a]. [Ca. verba sic reddit, *Neque aquæ lotione lota sis.*] ¶ *Nec*, &c. והמלח לא המלחת] *Et sale* (vel, *saliendo*, Mo. M.) *non fuisti* (vel, *fuisses*, Mo. P. V.) *fricta*, Pi. vel, *salita*, Mo. P. M. Ti. &c. Solebant recèns natorum corpora saliri [b], vel sale aspergi [c]; vel, aquâ salsâ [d], vel aquâ sale maceratâ, lavari *; 1. ad siccandum humores [f], plùs æquo abundantes [g], omnémque uteri immunditiem [h]; habet enim sal vim purgandi ac detergendi, & arcendi putrefactionem [i]: 2. ut solidiora fiant & constringantur [k]; ut caro & cutis durescant [l]; ut arctior superficies corporis reddatur, ut injuriam aeris percipiat minùs [m]: 3. ut vulnus umbilici præcisi sale stringatur, claudatur & sanetur. Audi Galenum de Sanit. 1. 7. *Sale modico insperso cutis ejus (infantis) densior solidiórque redditur; in utero enim nec durius ullum corpus, nec aer externus illi incidit.* At nunc molles obstetrices sale, utpote mordaci, abstinent [n]. ¶ *Nec*, &c. והחתל לא חתלת] *Et fasciis* (vel, *involvendo*, Mo. P. V.) *non fuisti* (vel, *fores*, Mo. *fuisses*, P.) *devincta*, Pi. vel, *involuta*, P. Calv. Ti. Ca. Heb. *fasciata*, Mo. Pi. G. sub. *fasciis pannísque*, V. Ut consolidentur dirigantúrque tenera membra [o]: & adversùs injuriam liberioris cœli maximè in principio defendantur [p]. Hoc barbari & diutiùs & diligentiùs observârunt quàm Romani; ideóque & corpora eorum sunt rectiora [q]. [Sensus versûs,] q. d. Contemptissimus fuisti [r]. Nemo tibi nascenti aderat qui matris vel obstetricis officia illa præstaret; sed, lege & doctore destituta, informis, inculta, sordidè vixisti in idololatria aliísque Ægyptiorum sceleribus †. Nemo curam tui gessit, ut te ex miseria tua, putà innato peccato, liberaret, & ad salutem æternam promoveret. Allegoria metaphorica [r].

5. *Non*, &c. 'לא חסה וגו] *Non misertus est* (vel, *pepercit*, Mo.) *super te oculus*, &c. Calv. &c. Ægyptiorum, qui quasi parentes illis esse debebant ob Josephi merita, duritiam significat; ut rectè hîc observat Chaldæus [v]. Exitio eras addicta [x]. ¶ *Misertus tui*, לחמלה עליך] *Ad indulgendum super te*, Mo. *ut misereretur tui*, P. sim. Ti. *clementiâ utendo erga te*, JT. Pi. ¶ *Sed projecta es* (vel, *fuisti*, Pi. Calv.) *super faciem* (vel, *in superficiem*, Pi. sic Calv. JT.) *terræ*] Cœli injuriis & bestiis exposita [y]. Intellige vel, 1. sicut infantes nascendo effunduntur & abjiciuntur in terram [z]. Unde Romani finxerunt deam *Levanam*, quasi quæ pueros jam natos levaret è terra [a]. Vel, 2. sicut infantes expositi projici solent [b]. Infantes qui contemnuntur abjici solent, nullâ parentum de iis curâ. Vide titulum Codicis de Infantibus expositis, ubi est in L. 2. *Nec enim suum quis dicere potuerit quem pereuntem contemnit* [c]. *Qui infantes abjecerunt*, ait Lex *Sancimus*, C. de Infantibus expositis: *projiciunt*, ait in eadem re Turrianus Clodius apud Senecam, l. 4. controv. 33. Tales infantes ἀπρονόητοι (*improvisi*) Harmenopulo [d]. ¶ *In*, &c. בגועל נפשך] *In*, vel *cum*, (vel, *ob*, Pi. Ar.) *abjectione* (vel, *volutatione*, Ti. *abominatione*, V. *periculo*, Ca. *fastidio*, JT. *fastidium*, Pi. *probrum*, Calv. *obliquitatem*, Ar. sim. o'.) *animæ tuæ*, P. M. &c. vel, *vitæ tuæ*, Ca. G. La. i. e. Projecta es ut morereris *. *Perituros nisi auferantur*, ait Labienus in Senec. controv †. Vel, *tui*, JT. *tuum*, Pi. vel, *animæ tuæ*, vel *corporis tui*, V. sic La. ex Pra. quod est receptaculum animæ; ut fit metonymia. Sic sæpe in Levit. immundus ex contactu cadaveris vocatur *immundus super anima* [f]. i. e. Ut eras adhuc contaminata sanguine partûs [g]. Hebraismus; q. d. Destituta fuisti omni ope humanâ, ac prorsus neglecta [h]. Probrum animæ tantundem valet ac rejectio [i]. ¶ *In die quâ nata es*] Populus enim in Ægypto natus est [k].

6. *Transiens autem*] *Te præteriens*, ut fieri solet [l], more viatoris [m]: quasi Rex qui it venatum, & in agro incidit in puellam expositam [n]. Alludit ad Mosen, qui expositus à filia Pharaonis transeunte inventus est, &c [o]. ¶ *Vidi te*, &c. מתבוססת בדמיך] *Conculcatam* (vel, *deturpatam*, M. sim. P. V. Calv. *præbentem conculcandam te*, JT. Pi.) *in sanguinibus tuis*, vel *sanguine tuo*, Mo. &c. i. e. qui tibi recèns adhærebat in partu [p]: *rubentem à matre* (ità Juvenalis loquitur) *pedibus teri*. In dicto titulo Codicis additur, *Et de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt*. Eâdem voce utitur Lex secunda, Codice De patribus qui filios suos distraxerunt, & Donatus in Andria, & Prudentius adversùs Symmachum. Lactantius *infantes à sanguine* dixit [q]. Hoc sanguine adumbratur hîc innata homini corruptio [r]. q. d. Vidi te sordidam, incultam, Dei, Legis, salutis, &c. expertem †, peccato originali fœdatam [t]. ¶ *Et dixi*] i. e. Statui, sive decrevi [v]: i. e. jussi & feci; nam *dicere* Dei est efficax, idémque quod *facere* [x]. ¶ *In sanguine tuo, Vive*] Quanquam fœda es sanguine, volo te vivere [y]. Est quidem actum de te secundùm naturam, cùm sanguis tuus profluat, nec umbilicus tuus sit curatus;

tus; ex quo fit ut fœtus neque sanguinem neque spiritum continere possit: sed potente verbo nunc demum efficiam ut vitam obtineas, &c [z]. Etsi nunc prorsus neglecta sis & omni ope destituta, adhuc tamen vives[a]. Licet in pueritia destituta fueris omni humanitate, ego tamen te curavi, & vivere feci [b]. Vitam tibi cruentæ conservavi [c]. Etsi peccato corrupta es, tamen vitam æternam tibi dabo [d]. Curam tui suscepi, & inter mille mortes jussi te *vivere*; sed *in sanguinibus*, veluti in sepulchro sive in putredine tua. Non enim ab initio Deus magnificè eam extulit, sed passus est eam ægre vitam miserrimam trahere, nè memoria beneficii periret *.

7. *Multiplicatam*, &c. ' רְבָבָה כְּצֶמַח וגו] *Decem millia* (vel, *In magno numero*, M. In *multa millia*, Ti. *Copiosam*, JT. sic Calv.) *veluti germen agri dedi*, vel *posui*, (vel, *reddidi*, JT. Pi. vel, *auxi*, Ti.) *te*, Mo. P.M. &c. In *myriadem te auxi, velut germen agri reddidi te*, Pi. Mirè te multiplicavi [f]. Nam intra 250 annos ex 75 hominibus 800 millia prodibant [g]. *Crescere feci te ut germen agri*, G. in loco commodo [h]. ¶ *Et*, &c. וַתִּרְבִּי וַתִּגְדְּלִי] *Et* (vel, *Itaque*, Pi. *Adeò ut*, JT.) *crevisti & adolevisti*, Calv. Pi. &c. vel, *creveris & adoleveris*, JT. *Et crescendo grandis facta es*. Ut duret sermo de puella, sub cujus persona gens Judaica describitur [i]. Crevisti donec adolesceres in justam ætatem [k]. ¶ *Et*, &c. וַתָּבֹאִי בַּעֲדִי עֲדָיִים] *Et ingressa es*, vel *venisti*, vel *pervenisti*, *in*, vel *ad*, (vel, *usque ad*, Pi.) *ornamentum* (vel, *ornamento*, Mo.) *ornamentorum*, P. Calv. Th. in D. i. e. Ornâsti te ornamento vario & elegantissimo: Facta es studiosa mundi muliebris [l]. Vel, ætatem quâ indueureris *ornamento præcipuo*, M. vel, *ut mundo muliebri utereris*, Ti. vel, *eò*, *ut mundo comenda fores*, Ca. vel, *ad ornatum mulierum*, Sym. [Aliis hæc non placent.] *Mundi* & *ornamentorum* nulla hîc esse potest mentio, quia adhuc nuda fingitur [m]. Vel, *ad summum ornatum*, JT. qu. d. Ità ut ornatissima discesseris, nempe omnibus, non quidem gratiæ, sed naturæ, ornamentis [n]. Vel, *in pulchritudinem pulchritudinum*, sive decorem exquisitum, ut contextus docet [o]: *ad summam pulchritudinem*, Pi. Non loquitur de corporis tantùm sive superficiaria pulchritudine, (nec enim id permittit rei dignitas,) sed & de animi vigore atque dotibus [p]. Al. *Et pervenisti ut transires transitiones*, i. e. ut ex infante fieres adolescentula. *Transitum* illum explicant sequentia. עֲדָה, inter alia, est, *transire* [q]. ¶ *Ubera*, &c. שָׁדַיִם נָכֹנוּ] *Ubera* (sub. *tua*, Ti. JT.) *intumuerunt*, P. Calv. vel, *prominuerunt*, M. Calv. sic Ti. *sororiaverant*, JT. G. vide Cant. 8. 8 [r]: vel, *firmata fuerunt*, Pi. sim. Mo. i. e. decentem formam nacta sunt; à כּוּן, *formare*, *præparare*, *firmare* †. *Aptata*, vel *disposita fuerunt*; h.e. justæ magnitudinis erant [t], ut in nubilibus [v]. q. d. Eras jam matura viro [x]. ¶ *Et pilus tuus germinavit*] Vel, *crevit*, vel *ortus est*, sub. *valde*, V. Honesto verbo rem turpem declarat [y]. Intelligit partes illas quas natura vestire solet pilis *. *Pilus*, i. e. pubes [z], quæ viris 14. fœminis 12. ætatis anno nasci solet [a]. Macrob. de Somno Scipionis, cap. 6. *Post annos autem bis septem ipsâ ætatis necessitate pubescit*. Hebræi etiam corpore inspecto de ætate judicabant [b]. ¶ *Et*, &c. וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה] *Et tu* (vel, *Tu autem*, P. ο'. Calv. sic Pi. &c. sub. *eras*, P. &c. vel, *Quamvis esses*, JT.) *nuda*, vel *denudata*, (vel, *nudissima*, JT. Pi. Heb. *nuditas*, vel, cum *nuditate*, Pi.) & *discooperta*, Mo. P. Calv. &c. vel, *retectissima*, JT. Pi. Heb. *retectio*, vel, cum *retectione*; ut fit ellipsis τῆ ב [c]. Vel, *turpis*, Ti. *plena ignominiæ*, ο'. vestitu carens, aut tenuiter vestita. Sic exprimitur miseria gentis in Ægypto [d]. q. d. Erat tibi statura & forma, sed deerat exterior ornatus *. Ex te nihil habebas, sed ex gratia Dei, &c [f]. Carebas & vestibus nobilioribus, quales sponsam decent [g]; & tegumento atque ornamento, tum Legis, tum protectionis & benedictionis Divinæ [h].

8. *Et, ecce, tempus*, &c. עִתֵּךְ עֵת דֹּדִים] *Tempus tuum tempus amorum*, Mo. Ti. M. P. sub. *erat*, P. *Tempus tuum* aderat, *tempus amorum*, Pi. i. e. tempus aptum viro & nuptiis [k]. *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis* [l]. *Cùm animadvertissem ejus ætatis esse quæ esset amoribus idonea*, Ca. Nemo tamen te, quia nuda eras & misera, ducere volebat [m]. *Tempus——uberum*, Aq. & Th. in D. scil. intumescentium [n]: vel, συναλλαγῆς, Aq. in D. & La. i. e. *conciliationis*, putà sponsalium & nuptiarum [o]. Vel, *divertentium*, ο'. i. e. ut ex virginibus excedas, & in ordinem conjugatarum transeas [p]. Intellige h.l. maturum redemptionis tempus, Gen. 15. 13, 14. Act. 7. 6, 7 [q]. Ostendit Dominus, qui Ecclesiam educabat, se mensuram populi & spatium justi cujusque temporis pro sua providentia distinxisse [r]. ¶ *Expandi amictum meum* (vel, *alam meam*, Mo. Pi. *oram meam*, V. *alam* vestis *meæ*, JT. sim. V.) *super te*] Ità P. M. &c. More despondentium uxorum †: Ruth 3. 9 [t]. Sic Euripides, Ὅπως δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς, (*Quum sub penulam viri generosi veneris* [v].) q. d. Despondi te [x]. Al. Simpliciter intelligo, q. d. Vindicavi te à probris quibus deformatus eras in Ægypto [y]. ¶ *Operui ignominiam tuam*] Sic P. vel, *nuditatem tuam*, V. i. e. pudenda [z]. Antiphrasis, q. d. quæ minimè nuda esse debebant [a]. Vestibus te indui [b], & spoliis Ægyptiorum. Vel, qu. d. Dedi tibi & Legem & protectionem meam [c]. ¶ *Juravi tibi*] i. e. Dedi tibi fidem conjugii [d]. ¶ *Ingressus sum pactum tecum*] Fœdus nuptiale *, Exod. 19. 5 [f]. in Sinai [g]. Te mihi despondi [h]. ¶ *Facta es mihi*] Sponsa & uxor [i], ac quasi possessio [k].

9. *Et lavi te aquâ*] A sordibus, quæ adhuc reliquæ erant [l]: à sordibus paupertatis & originis tuæ [m]. Alludit ad Exod. 19. 10. ubi ante fœdus initum jubentur lavare, &c [n]. Significatur remissio peccatorum [o]. ¶ *Emundavi sanguinem*, &c.] Illum quo adhuc fœdata es ab utero matris [p]. Balnea tibi paravi, in quibus ex profluvio mundareris, ut mos fœminis, Levit. c. 15. Significat mundationes in Lege institutas [q]. Sordes hîc memorat tum sanguinis, tum fœtoris ex putrefacto sanguine; quibus & nostra vitiositas, & fœtor ex ea, figuratur [r]. Officia humanitatis quæ defuerant tibi exhibui †. ¶ *Unxi te oleo*] Ut mos fieri noviter nuptis: vide Ruth 3. 3. Judith 10. 3 [t]. Ut te amabilem redderem [v]. Significatur vel sacerdotium [x], vel regeneratio per Spiritum S [y]. qui hâc metaphorâ significatur, Psal. 45. 8. Heb. 1. 9 [z]. Respicit ad morem Regum, qui uxores suas unguentis, oleis, &c. sibi præparabant, &c. Esth. 2. 12 [a].

10. *Vestivi te discoloribus*, רִקְמָה] *Versicoloribus*, JT. G. *veste acupictâ*, V. sim. G. i. e. arte Phrygionicâ factâ: Gallicè, *de broderie* [b]. *Veste Phrygionicâ*, Calv. Pi. sive, *variegatâ*, Calv. quâ novæ nuptæ utebantur [c]. ¶ *Calceavi te hyacintho*] Calceis ianthini, sive hyacinthini, sive violacei, coloris: ἴα enim Græcis *violas* significant [d]. ¶ תַּחַשׁ] *Taxo*, Mo. P. corio *Thasino*, M. *melinis*, JT. G. Ca. *melinâ pelle*, Ti. sic Pi. *corio taxeo*. תַּחַשׁ animal quoddam erat, ex cujus pelle tegumentum Tabernaculi factum est, Exod. 26. 14 *. Sed תחשׁ non significat taxum, aut ullum animalis genus, sed colorem tantùm hysginum, aut hyacinthinum [f]. [De quo vide ex eodem discerpta ad Exod. 25. 5. ubi primùm illa vox occurrit.] *Hyacintho*, ο'. Ar. Hebræi diebus festis calceos habebant de melium pellibus [g]. *Calceamentis pretiosis*, Ch. Hæc omnia significant varias Legis ceremonias [h]; Tabernaculum vel Templum pulchre variegatum [i]; vel, omnia sponsæ ornamenta [k]. Introduxi te in terram Canaan, ibique te auxi opibus & gloriâ [l]. Non approbat hîc Deus luxum in vestitu, quem damnat Esa. 3. 18, &c. sed omnia dona spiritualia allegoricè exprimit [m]. ¶ *Bysso*] Veste byssinâ [n]. Fasciâ ex lino mollissimo & candidissimo [o]. ¶ בַּשֵּׁשׁ] *Xylino*, JT. Pi. Lino Ægyptiaco, i. e. cingulo ex tali lino [p]. Stragulas lectorum tibi dedi è bysso [q]. ¶ *Indui*, &c. וָאֲכַסֵּךְ מֶשִׁי] *Et operui te serico*, Mo. P. M. JT. &c. vel, *serico subtilissimo*, Ti. vestibus sericis [r]. E serico feci tibi lecti περιπέτασματα (*cortinas*.) Hic significantur ornamenta sacri tentorii, quæ Deo velut nuptialis lectus †. Operui te vestibus tenuibus & delicatis [t]: forsan peplo, quo nunc se in Italia & Hispania tegunt matronæ & virgines à capite usque ad talos [v]. Vox מֶשִׁי variè redditur. Aquila, Hieronymo teste, vertit, & ἀνθινον vel ἄνθινον, *floridum* vestimentum, & ἁπτόν, *contrectabile*, seu *palpabile*: sive, quòd Hieron. deceptus exemplari mendoso, legit ἁπτόν, pro βαπτόν, *tinctum*, seu *infectum*, vario scilicet colore; atque ità versiones hæ conveniunt: sive, quòd Aq. superiorem versionem postea correxit, & unâ

expositione,

[z] Jun. [a] V. [b] M. [c] Ca. [d] Pi. * Calv. [f] V. sim. Calv. Pi. &c. [g] Calv. [h] Jun. [i] G. [k] Calv. [l] V. [m] G. [n] Jun. [o] Calv. [p] Beot. 3. Tim. 2. 12. 16. 261. [q] G. [r] G. † V. [t] Calv. [v] Calv. sim. Me. T. &c. [x] Pi. [y] Me. * V. [z] G. [a] Me. [b] G. [c] Pi. [d] G. * Calv. [f] Jun. [g] T. [h] T. & La. ex Th. [k] V. sim. Pi. [l] G. [m] Me. & T. ex La. [n] La.

[o] La. [p] La. [q] Calv. [r] Jun. † V. sim. Me. ex La. [t] Pra. G. Pi. [v] Me. ex La. G. Pi. [x] G. [y] V. [z] Calv. sim. V. [a] V. [b] G. Me. [c] Me. [d] Pi. * Me. & T. ex La. [f] T. [g] G. [h] Ca. [i] Me. & La. ex Hi. & Th. [k] La. [l] Calv. [m] Me. sic T. ex Mald. [n] Me. [o] Pi. [p] V. sim. Calv. [q] G. [r] Jun. † Calv. [t] G. ex Me. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. sim. Jun. [z] Pi. [a] Pol. [b] V. [c] G. [d] Me. * V. ex M. [f] BA. 1. 3. 30. [g] G. ex He. [h] G. [i] La. [k] Me. [l] Pi. [m] Pol. [n] V. [o] Me. [p] Pi. [q] G. [r] V. † G. [t] Me. [v] T.

expositione, quamvis ingeniosâ & subtili, non contentus, alteram adjecit, ἁπλὸν, *palpabile*, sive *tractabile*, ad verbum, *tangibile*, vel *tactile*, i.e. quod inoffensum, facilem, lævem mollémque tactum præbet. מֶשִׁי deduxit à מָשָׁה, quod idem significat vel, 1. cum מָשַׁךְ (*trahere*,) ut denotet calami sive styli *tractum ductûmve*, ut Hebræi vocem sumunt Jud. 5.14. indéque מֶשִׁי *picturatæ vestes*, quæ variis hujusmodi ductibus distingui & exornari solent: vel, 2. cum מָשַׁשׁ (*palpare*;) solent enim Hebræis verba duplicantia, & quiescentia Lamed He, crebrò confundi, & eandem notionem obtinere. Altera Symmachi editio מֶשִׁי *indumentum* vertit, inquit Hieron. Græcè ἐπένδυμα dicitur, eò quòd aliis vestibus superinduebatur, & χιτὼν ποδήρης, (*stola ad pedes demissa.*) Convenit hæc versio tum voci מֶשִׁי, quæ sonat *tractum*, seu *protractum*, h. e. productum vel prolixum; tum Prophetæ proposito: *stolam* enim matronarum vestem fuisse sciunt omnes. ο'. reddunt, τρίχαπτον, quod Suidas & universè *vestem magni pretii*, & speciatim *textum bombycinum*, exponit: similiter & Hesychius, cui idem hoc est quod *capillare* Martiali, reticulum nempe muliebre quod crinibus obducebatur. Sed hoc v. 13. non congruit, ubi τῶν περιβολαίων numero recensetur. Figuratè ergò designat vestem bombycinam, quòd hæc translucida erat instar reticuli muliebris, &c. Cæterùm מֶשִׁי non propriè ac per se *tenue* valet, sed *extractum*, seu *extensum*, & deinde, per consequens scilicet, *tenue*. Nam quò magis quid extenditur, eò tenuius evadat necesse est & rarius [x].

11. *Ornavi te ornamento*] Variis pulcherrimísque ornamentis [y]. Omnem ornatum muliebrem tibi dedi: quæ generalitas deinde per suas species explicatur. Significantur ingentes divitiæ populi, sub Davide maximè & Salomone [z].

12. *Et dedi inaurem*, &c. נֶזֶם עַל אַפֵּךְ] *Monile* (vel, *circulum*, P. Calv. *annulum*, V. *inaurem*, ο'. Mo. sic Sy. Ar.) *super faciem tuam*, M. Ti. Calv. vel, *supra nasum tuum*, JT. Pi. sic G. Calv. vel, *in naribus tuis*, V. Is mos erat illis gentibus. Vide dicta Job. 42.11. Proverb. 11.22 [a]. Solebant aurei circuli in os ex fronte pendere, & naribus imminere [b]. Hoc apud nos ridiculum esset & deforme. Orientales autem habebant gemmas pendulas è naribus suis [c]. *Circa nares tuas*, ο'. *auribus tuis*, Sy. Ar. vel, *frontale faciei*, Ca. ¶ *Et*, &c. עֲגִילִים] *Et inaures*, &c. JT. Pi. Calv. &c. i.e. Annulos aureos in auribus [d]. ¶ *Et coronam decoris*, &c.] i. e. Eximium ac pulcherrimum *. Etiam corona imponebatur nubentibus [f], Cant. 3.11. Ità etiamnum sponsas sertis, vel gemmeis, vel, si plebeiæ sint, rosaceis, coronari videmus [g]. Significatur dignitas Regia [h].

13. *Similam—comedisti*] A vestitu ad victum transit, quem optimum & suavissimum esse innuit [i]: non glandes, cepas, panem siccum, ut in Ægypto [k]. Panem ex simila, opsonium oleosum, i. e. pingue, condimentum opsonii ex melle [l]. Solebant tribus his (*similâ*, *melle* & *oleo*) mistis suavissimæ fieri placentæ†. ¶ *Decora facta es*, &c.] Ità delicatè habita speciosior in dies evasisti. Significatur Templi magnificentia [m]. ¶ *Et*, &c. וַתִּצְלְחִי לִמְלוּכָה] *Et profecisti* (vel, *prosperata es*, Mo. sic JT. Pi. *prospere progressa es*, Calv. sim. Ti. *prosperè tibi successit*, V. M.) *in*, vel *ad*, (vel, *usque ad*, M. Calv.) *regnum*, P. Mo. Calv. M. Ti. V. vel, *in regno*, JT. Pi. G. i. e. in majestate. Significatur imperium quæsitum in gentes vicinas, ut rectè hîc notat Chaldæus [n]. *Regno idonea facta*, Ca. sic V. apta Regno suscipiendo [o]. Evecta es, ô Jerusalem, in Regni sedem & caput [p].

14. *Egressum est nomen*, &c.] Inclyta facta es [q], & celeberrima apud gentes [r]; maximè sub Davide †. ¶ *Propter speciem tuam*] i. e. Pulchritudinem: sic vocat rectam reip. administrationem [t]. Celebritatis tuæ causa non erat opinio, sed vera pulchritudo [v]. ¶ *Quia*, &c. כִּי כָלִיל הוּא בַּהֲדָרִי וגו'] *Quia perfecta*, vel *absoluta*, *erat ob ornatum* (vel, *decorem*, P. Ti.) *meum*, &c. Pi. &c. q. d. Excellentia tua non nativa erat, sed adventitia, & à meis muneribus [x].

15. *Et*, &c. וַתִּבְטְחִי וגו'] *Et* (vel, *At*, Ti. sic Pi. Ar. P. *Tum*, Sy.) *fidisti in pulchritudine tua*, Mo. sim. M. Calv. vel, *pulchritudini tuæ*, P. &c. Fontem mali hîc ostendit [y]. Superba eras, & indè confidens [z], & ex fiducia secura & audax [a]. Ubi frænum modestiæ semel excussum est, nullus in sceleribus tenetur modus. Captabas materiam superbiendi ex donis meis [b]. ¶ *Fornicata es*] Partim per idololatriam, partim per fœdera cum exteris [c]. [Alii hoc cum præced. sic reddunt,] *Tum confisa pulchritudini tuæ scortata es*, JT. *Sed superbiens ob formam tuam, mœchata es*. *Lis est cum forma magna pudicitiæ*. Incipit jam attingere omnia gentis flagitia à Salomonis usque temporibus [d]. ¶ *In*, &c. עַל שְׁמֵךְ] *Cum nomine tuo*, JT. i. e. Cum tuis ipsius rebus, quarum nomine fuisti celebris *. *In nomine tuo*, M. Ti. G. ex Vulg. Quasi tui juris esses, & non in mariti potestate [f]. *Propter* (sub. *tantum*, Ar.) *nomen tuum*, Mo. P. Pi. Ar. sic Calv. Ch. *ob hanc famam tuam*, Sy. *secundùm nomen tuum*, i.e. tanquam scortum impurum & famosum, ad quod multi amatores confluunt [g]. ¶ *Et*, &c. וַתִּשְׁפְּכִי וגו'] *Et effudisti*, vel *profudisti*, *fornicationes tuas* (i. e. Effusè prostituisti te & pudorem tuum [h]: Prostituisti libidines tuas [i]. Metaphora à vase aquâ pleno, quod liquorem facilè effundit [k].) *super omnem transeuntem*, Mo. Pi. &c. vel, *omni viatori*, JT. Ut meretrix quæ se omni transeunti prostituit [l]. ¶ *Ut*, &c. לוֹ יֶהִי] *Illius fuit*, in ejus arbitrio erat te potiri *. *Erga eum erat*, Mo. P. V. sub. *desiderium tuum*, P. V. *Illi cedebat* (Heb. *fiebat*, Pi. vel, *fuit* exposita, JT.) *pulchritudo tua*, Pi. JT. Quam mihi integram oportuit conservare [m]. *Ut ejus fieret* amplexus tuus, M. Ferebaris desiderio erga quoscunque [n]. *Quod fieri non oportuit*, Ti. *Quod non decebat te ità facere*, Ch. [Quasi pro לוֹ, legissent לֹא; sic ad verb. esset, *Non erit*, sive *fiet*. Ca. versum sic reddit, *Tu, inquam, freta tuâ pulchritudine, meretricata es, lædendóque famam tuam, impudicitiæ tuæ copiam omnibus viatoribus effusè, contra fas, fecisti*.] Al. *Cui erat*, desiderium, vel tuum, vel tui; i.e. quem desiderabas, vel, qui te desiderabat [o].

16. *Et*, &c. וַתִּקְחִי וגו' וַתַּעֲשִׂי לָךְ בָּמוֹת טְלֻאוֹת] *Et sumpsisti*, vel *accepisti*, (*Etiam sumens*, JT.) *de vestimentis tuis*, (bysso, serico, acupictis [p], *& fecisti* (vel, *ut faceres*, Ti. vel, [neglecto ו, *&*,] *parâsti*, JT.) *tibi excelsa* (i.e. tentoria in excelsis, more Babylonico [q]: q.d. Sedem sceleris posuisti in propatulo & locis excelsis, ubi Deum palàm offenderes [r].) *maculosa*, Mo. sim. Calv. vel, *discoloria*, P. M. Ti. V. sim. Calv. *latis maculis interstincta*, JT. Pi. *hinc indè consuta*, Vulg. *segmentata*, plagis latioribus †. ο'. reddunt, ῥαπτὰ *consuta*; Aq. & Th. ἐμβολισματα, quod sign. *diversos pannos hinc indè consutos*; Sym. *multicoloria* [t]. q. d. Quibus præparâsti, posuisti aras diversorum colorum, in quibus coluisti idola [v]. Vestibus tuis versicoloribus ornâsti quasi lupanaria vel lectulos, in quibus cum amasiis tuis, scilicet idolis, fornicareris [x]. Sermo mistus est. Comparat excelsa tentoriis, acsi scortum aliquod impudens erigeret sibi vexillum, sive excelsa, eáque maculis notata, ut ostendat domum suam patére omnibus [y]. טָלָא propriè est, *consuere ex multis pannis & coloribus*. Hinc בָּמוֹת טְלֻאוֹת verto, *excelsa* (i. e. aras, seu sacella,) *multicoloria*, i.e. variis pannis, & multorum colorum, instrata [z]. ¶ *Sicut non*, &c. לֹא בָאוֹת וְלֹא יִהְיֶה] *Non ventura*, (vel, *veniunt*, V. Calv.) *& non erit*, Mo. V. Hoc vult; Ità projecti erant Judæi, ut libertatem perdiderint: sicut ubi mulier se omnibus prostituit, omnibus serva fit, & ignominiosè postea quilibet ejus concubitu abutitur, quoniam se mancipando sui juris esse desiit [a]. *Non futura sunt*, (vel, *venient*, M. *eventuræ sunt*, Pi. sic JT. sunt futura ut veniant [b]; vel, *sequentur*, Ti. sub. *porrò*, JT. & sub. *similia*, P. sim. Ti. *tales scortationes*, Pi. sim. JT.) *neque erit*, P. M. Pi. &c. sub. *unquam*, P. & sub. *qui talia faciat*, M. vel, *qui sic scortetur*, Pi. Al. *& cujusmodi non erit*, JT. *& non erunt* talia, Ti. q. d. Nullum antea exstitit simile exemplum, nec deinceps erit [c]. *Non veniunt* excelsa sicut ipsa, *& non erit*, He. in V. Non erit qui tot aras faciet [d]. [Alii hæc cum verbis proxime præcedentibus sic reddunt;] *Et fornicata es super eis præter fas & decorum*, Ch. *In quibus contra fas contráque jus meretricata es*, Ca.

17. *De auro meo*, &c.] q. d. Tanto impetu ad idololatriam ferebaris, ut ornamenta tibi charissima libenter impenderes, &c *. ¶ *Fecisti tibi imagines masculinas*] i.e. Baalimos [f]; idolorum, vel deorum, quos gentes masculos esse fingebant. Erant enim & simulachra

[x] Fulmisc. 2.11. [y] V. sim. Me. [z] G. [a] G. [b] V. G. ex Hi. sim. Me. T. &c. [c] Calv. [d] G. * V. [f] G. sim. Me. [g] La. [h] G. sim. La. [i] Jun. sim. Calv. [k] T. sim. Me. G. [l] Jun. † G. [m] G. [n] G. [o] V. [p] La. [q] Me. [r] Pol. sim. Calv. &c. † Calv. [t] Me. ex La. [v] Jun. [x] Calv. [y] Calv. [z] Pra.

[a] La. ex Pra. [b] Calv. [c] Pi. sim. Calv. [d] G. * Jun. [f] G. sim. Me. [g] Calv. [h] V. [i] C. [k] Pi. &c. [l] La. * Calv. [m] Jun. [n] V. [o] La. [p] G. [q] Idem. [r] Jun. † G. [t] D. [v] V. [x] La. ex Schol. [y] Calv. [z] BA. 1. 2. 45. 478. [a] Calv. [b] V. [c] Q. in Calv. [d] V. * Pol. sim. Calv. [f] G.

lachra dearum, sive fœminina: sed *masculinas* dixit, quia Israelem induxit sub specie fœminæ petulantis [g], & libidinosæ, quæ scortatur cum umbris [h], & delectatur virorum aspectu & consuetudine [i].

18. *Operuisti illas*] Ità JT.&c. Imagines scilicet deorum[k]. Vel, *eos*, P.&c. falsos deos, vel amatores: ac si adultera amasios vestiret indumentis quæ à mariti liberalitate acceperat[l]. ¶ *Oleum meum*] i.e. Quod tibi dederam [m]; vel, quod mihi institui, Exod.30.23,&c[n]. Vel, *oleum*, i. e. unguentum illud, Exod.30.25[o]: vel, *oleum*, i. e. lychnos [p]. Non discedit à figura: nam olei usus erat in sacrificiis, Levit.c.2. v.1, 2 [q]. ¶ *Thymiama meum*] Suffitus mihi debitos [r].

19. *Et panem meum*] *Panis* nomine Hebræi omne id quo nutrimur intelligunt. Hæc generalitas per subsequentia explicatur*. ¶ *Posuisti in conspectu eorum*] i.e. Fecisti indè מִנְחָה, Levit.c.2.v.1 †. ¶ *In odorem suavitatis*] Vel, *quietis*, Calv. &c. vel, *gratum*, JT. Pi. h. e. Ut scilicet vobis reconcilientur & propitii sint. Atqui ridiculum fuit ligneos deos placare velle [t]. Ad excitandum odorem suavissimum [v], in quo aliquis acquiescit, vel, quo delectatur [x]. ¶ *Et*, &c. וַיֶּהִי] *Et fuit*, Mo. JT. *Et factum est*, ο'. *Ità est*, Ca. *Et ità fuit*, P. *Idque* (vel, *Ità*, V.) *factum est*, Ti. *Factum*, inquam, sic est, M. *Cessitque ille eis*, nempe לַחְמִי, *cibus meus*, ex initio versûs, cum quo genere convenit [y]. *Nonne facta sunt omnia hæc?* Ch. Hæc omnino sic facta sunt: negari nihil horum potest[z], nam testis sum oculatus[a]. Non est litigandum aut tergiversandum, quia res est satis comperta [b].

20. *Filios tuos*] Dicit, *tuos*, ut atrocitatem facti exaggeret [c]. ¶ *Quas generâsti* (vel, *genueras*, V.) *mihi*] i. e. Ut mei essent jure dominii, & fœderis[d]. q.d. Quos ego adoptavi. Ergò sacrilegium idololatriæ tuæ adjunctum fuit. At quomodo *suos* vocat, qui alienissimi ab eo erant *? Resp. Respectu fœderis sui [f], quod erat inviolabile, nec poterat exinaniri hominum perfidiâ [g]. Nondum Deus illis repudium miserat, fœdere penitùs abrupto [h]. ¶ *Et*, &c. וַתִּזְבָּחִים לָהֶם לֶאֱכוֹל] *Et immolâsti* (vel, *mactâsti*, JT.Pi.) *eos eis ad comedendum*, Mo. Pi. vel, *ad consumendum*, P. sim. JT. vel, *ut devorarent*, M.Ti.sim.V. sub. *eos*, M. vel, *ad cibum*, Ca.Sy. i. e. Ut in gratiam illorum ignis absumeret eos [i]. Hoc dicit, [διακριτικῶς, sive *per modum distinctionis*,] quia duæ erant species oblationis: nam filios suos modò trajiciebant per ignem ità ut incolumes manerent; modò cremabant in igne: de quo hîc loquitur [k]. Vel, *in interitum*, Ar. *in oblationem & cultum*, Ch. ¶ *Numquid*, &c? הַמְעַט מִתַּזְנוּתָךְ] *Numquid parùm*, vel, *modicum*, V. vel, *res parva*, Pi. i. e. scelus parvum, fuit. hæc liberorum sacrificatio; synecd. gen [l]. sub. *est*, P. vel, *erat*, Ti. & sub. *tibi*, P. Ti. vel, sub. *est quæ exstitit*, Pi.) *de*, vel *è*, vel *à*, *fornicationibus tuis?* Mo.P. Calv. Pi. vel, *sic scortari?* Ti. *Et parum rem esse parvam ut sic fornicareris?* M. An parùm sceleris esse putatis in sacrilegis illis sacris [m]? *An minus hoc fornicationibus tuis?* JT. q. d. Hoc verò facinus altero est longè indignius, & me adhuc ampliùs afficit, quòd exposuisti eos idolis qui fœdere erant mei [n]. *Num parùm fornicata es?* Ar. *Quasi parùm fornicata sis*, ο'. *Præter scortationem tuam*, Sy. *Numquid parùm est in oculis tuis fornicatio tua?* Ch. *Quasi parùm esset impudicitia tua*, Ca. nisi istam sævitiam addidisses [o].

21. *Filios meos*] i. e. Ipsos quoque primogenitos. Vide Ezec. 20. 26 [p]. ¶ *Et*, &c. וַתִּתְּנִים בְּהַעֲבִיר אוֹתָם לָהֶם] *Et dedisti* (vel, *tradidisti*, in mortem scilicet [q]: vel, *posuisti*, Calv.) *eos*, *in transire faciendo eos illis*, Mo. vel *ut transire faceres eos* per ignem *illis*, P. *ut transfirent*, vel, *ad trajiciendum ipsos*, *illis*, nempe idolis [r]: *ut eos traducerent*, vel *transire facerent*, sub. *sacerdotes*, V. (vel, *dum traduxisti eos*, Pi.) *illis*, V. Pi. i.e. in gratiam illorum idolorum †. *Et dedisti eos illis*, *quum tu traduceres eos* per ignem, M. *Darésque eos illis*, *cum eos illis traduceres*, Ti. *Et illis trajiciendo dares*, scilicet per ignem[t]. *Et exposuisti eos*, *traducendo eos illis*, JT. Idem aliis verbis repetit, ut magis hæreat animo rei indignitas [v].

22. *Et*, &c. וְאֵת כָּל־ וגו'] *Et cum* (vel, *in*, M.Ti.) *omnibus abominationibus tuis*, JT.Pi. &c. ¶ *Non es recordata*, &c.] Beneficiorum meorum, & miseræ illius servitutis è qua te liberavi [x]. Nunquam ad te vel ad me rediisti [y].

23. *Et*, &c. וַיְהִי אַחֲרֵי כָּל־ רָעָתֵךְ אוֹי אוֹי לָךְ] *Et fuit*, vel *factum est*, *post omnem malitiam tuam*: Mo. P. (vel, *omne malum tuum*: M.) *væ*, *væ tibi*, Mo. P. M. Ti. vel, *Unde post omnem malitiam tuam accidit tibi Væ væ*, i.e. maledictio & infelicitas [z]. Alii sic, *Et ità fuit*, *post omne malum tuum*; vel, *erit*, ut sit præt. pro præs. [lege, pro fut.] i. e. eveniet quod tibi fuit priùs, nempe ut sis adhuc nuda——postquam admiseris omnia flagitia tua. Pòst sequitur exclamatio. O te miserrimam & infelicissimam [a]! *Quid erit in fine tuo ob omnia mala tua? væ tibi*, Ch. Al. Hic versus sequenti jungitur, interposito, per parenthesin, *Væ*, *væ tibi* [b]. [Sic ergò locum distinguunt:] *Et*, vel *Sed*, *fuit*, vel *factum est*, *post omne scelus tuum*, (*væ*, *væ tibi*—) v. 24. *Ut exstrueres*, &c. Ti, sic JT. *Porrò*, *post omnem istam malitiam tuam*, (*væ*, *væ tibi*—) 24. *Exstruxisti*, &c. Pi. simil. Ca. Calv. Sensus, Addidisti scelera sceleribus, &c. Illa exclamatio, *Væ*, *væ tibi*, quasi ex abrupto interponitur [c].

24. *Lupanar*, גַּב] *Fornicem*, Mo. Ti. JT. Pi. *habitaculum fornicationis*, ο'. *excelsum*, P.M. Calv. ubi idola coleres [d]. ¶ *Prostibulum*, רָמָה] *Suggestum*, JT. Pi. *excelsum*, Calv. Pi. P. *altare*, *sublime*, Q. in V. ¶ *In cunctis plateis*] Tale illud, *Cunctis in triviis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes*. Nimirum *fœminæ impudicæ tandem novissimam voluptatem habent in magnitudine infamiæ*, ut Taciti utar verbis. Per *lupanaria* aras intellige passim excitatas. Sicut in collibus erant aræ, ità & lupanaria. Propterea utitur vocibus רָמָה & גַּב; quod & comparationi convenit, & rei comparatæ *. Impudens tuum scelus omnibus testatum fecisti, aliósque adduxisti ad contagionem mali [f]. Vox *excelsi* ad historiam pertinet: ibi enim erant idola, &c [g].

25. *Ad omne caput* (vel, *initium*, V. Calv.) *viæ*] Ità Pi. &c. i. e. In locis celeberrimis & maximè conspicuis [h]. In omnibus triviis aut quadriviis [i]. ¶ *Et*, &c. וַתְּתַעֲבִי וגו'] *Et abominata es decorem tuum*, Mo. *Et abominabilem*, vel *abominandam*, (sub. *gentibus*, V.) *fecisti*, sive *reddidisti*, *pulchritudinem tuam*, Ti. Pi. Calv. &c. i. e. dignitatem ac majestatem illam Regni tui, quod antea in magno honore erat[k]. Pulchritudo tua informem [legendum videtur, infamem] te fecit [l]. q. d. Fuisti tanquam fœtidum & obsoletum scortum, quod passim se prostituit, ideóque præ fastidio tandem rejicitur [m]. ¶ *Et*, &c. וַתְּפַשְּׂקִי] *Et divaricâsti* (vel, *aperuisti*, P.Calv. *produxisti*, Ar. *effudisti*, Calv.) *pedes tuos* (i. e. femora tua [n]) *omni transeunti*, Mo.M.&c. Pudenda tua palàm ostentâsti, ut allicias amatores, & obvios quosque advocas [o]. Rem inhonestam honestè exprimit: q.d. Prostituisti te omnibus [p]. Latini dicerent, *Sustulisti pedes*; Græci, διήγαγες τὰ σκέλη σου, (*Diremisti crura tua* [q].) Omnia omnium gentium idola, quotquot scilicet illæ tibi offerebant, ingenti studio coluisti [r]. ¶ *Et multiplicâsti* (vel, *auxisti*, V.) *fornicationes tuas*] Ut illa, *Nulli, Thaï, negas: sed si te non pudet istud, Hoc saltem pudeat, Thaï, negare nihil* †. Supra modum dedita eras cultui peregrino idolorum [t].

26. *Fornicata es cum filiis Ægypti*] Vel, 1. colendo deos eorum [v]: vel, 2. fœdus cum eis pangendo [x]: jam enim aliud crimen aggreditur [y]. ¶ *Magnarum*, &c. גִּדְלֵי בָשָׂר] *Magnorum membrorum*, P. vel, *magna membra habentibus*, Ca. vel, *qui magnis sunt corporibus*, Ar. vel, *opertis carne*, Ch. *torosis*, JT. *qui magni*, vel *magnâ*, *sunt carne*, M. Ti. sim. Mo. Calv. Pi. ο'. Sy. Sic pergit in allegoria, & designat accuratissimam Judæorum libidinem [z]. q. d. Bene vasatis [a]; magnorum genitalium [b]. Instar mulieris libidinosissimæ, quæ appetit virum robustum, vel bestiam aliquam [c]. *Carne*. Sic aliis δέμας (*corpus*) pro viri natura, sive pudendo. Οἱ σεμνότεροι (*honestiores*) δέμας τὸ αἰδοῖον καλοῦσι. Plato comicus περὶ βολβῶν [dicit,] ὅτι τὸ δέμας ἀνορθοῖ, i. e. τὸ αἰδοῖον ἐγείρει, interprete Eustathio. Idémque dicitur *nervus* apud Athenæum, & Juvenal.——*mensura incognita nervi*: & Origenes dicitur *nervum abscidisse*, &c [d]. Significatur idololatria ad exemplar Ægyptiorum, qui magni erant idololatræ *; imò majores quàm cæteræ gentes [f], in omnem turpissimam & infamem idololatriam projecti. Quasi digito monstrat h. l. impurissimum illum Isidis, phallos putà & phallophoria Ægyptiorum, cultum, de quibus copiosè Clemens in Protrept. Euseb. de Præpar. l. 1, 2, 3.

Margin notes (left column): g Pra. h Calv. i Pra. k Pra. l Calv. m Me. ex La. n T. sim. Me. La. o La. p G. q Calv. r G. * G. † G. t Calv. v V. x Pi. y Idem. z G.sim.V. a V. b Calv. c Pra. d Pi. * Calv. f Calv. sim. Pol. g Calv. h Pol. i V. k Calv. l Pi. m G. n Jun. o Calv. p Jun. q Pi. r Calv. † V.sim.Pi. t Ca. v G. x Calv. y Pra.

Margin notes (right column): z Q. in V. a V. ex Hc. b V. c Calv. d Calv. * G. f Jun. g Pra. ad v. 25. h Calv. i V. k V. l G. m Calv. n V. o Calv. p V. q G. r V. † G. t V. v V. x Pi. Calv. y Calv. z Jun. a G. b T. sim. Me. L. La. Calv. &c. c Calv. d Ga. ex Casaub. * G. f Me.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

1.1,2,3. Arnob. de Præpar. 4.5[g]. Heb. *magnis carne*, i.e. magnâ potentiâ præditis[h]. Significatur ingens eorum desiderium ad deos Ægyptiorum[i]. ¶ *Ad irritandum me*] q. d. Consultò & datâ operâ me irritantes[k].

27. *Ego*, &c. "וָאֶטֶּה יָדִי וגו] *Extendi manum*,&c. Calv. sic Pi. &c. i. e. Castigavi te, sed sine profectu: quum tamen stulti saltem accepto malo sapiunt[l]. ¶ *Et*,&c. וָאֶגְרַע חֻקֵּךְ] *Et diminui demensum tuum*,Calv. sic Pi.&c. vel, *statutum*, V. Quod tibi assignatum est tam in victum quàm in vestitum[m]. Vel, cibum *tibi statutum*, V. ex P. & tibi necessarium[n]. Sensus, Abstuli aliquid de opulentia quâ abutebaris[o]. Famem tibi immisi[p]. Eripui tibi aliquot oppida per Philistæos, ut sequentia explicant[q]. Diminui de commodis & facultatibus tuis, ut sub Achazo[r]. ¶ *Dabo*, &c. "וָאֶתְּנֵךְ בְּנֶפֶשׁ וגו] *Et tradidi te desiderio*, &c. Calv. &c. Effeci ut te vincerent †. Factum hoc Achazi temporibus. Vide 2 Reg.16.6,&c. 2 Par.28.16,&c[t]. ¶ *Filiarum*, &c.] i.e. Villarum sive oppidorum[v]. Fœmininum nomen usurpat,ut melius continuet allegoriam[x]. ¶ *Quæ*, &c. הַנִּכְלָמוֹת מִדַּרְכֵּךְ זִמָּה] *Quæ pudefactæ*, vel *confusæ*, *sunt à viis tuis sceleris*, vel, *quæ erant scelus*, Calv. vel, *de via tui turpi*, P. vel, *propter viam tuam sceleratam*, M. Ti. JT. Pi. i.e. Quæ te pudentiores erant[y]. Palæstini, quamvis mali, tua facta imitari non audebant; manebant penès deos suos, Jer. 2. 11[z]. Fornicantur, sed non palàm; colunt idola quandoque aliena, sed clanculùm[a].

28. *Et fornicata es*, &c.] Non contentus vicinis, ad Assyrios à te longinquos confugisti[b]. Eorum auxilium & fœdus ambivisti[c], & profanitates admisisti[d]. Nam plerumque, quorum amicitiam ambiebant, eorum cultus imitabantur*. ¶ *Eò quòd*, &c. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ] *Insatiabilis*, Ca. *absque saturitate tua*, Mo. sic V. *eò quòd non satiareris*, JT. vel, *non poteras satiari*, Pi. vel, *non esset tibi saturitas*, sive satietas, P. M. *Propter non saturitatem tuam*, V. (*Neque enim satiari poteras*,) Ti. *Nec sic satiata es*, ό. sim. Ar. Quadruplex cupiditas insatiabilis est; vindictæ, libidinis, divitiarum, gloriæ[f]. ¶ *Nec sic es satiata*] Sub. *cultu idolorum*, V. Ut Messalina, *Et lassata viris, nondum satiata, recessit*[g]. Eras instar mulieris quæ, unico non contenta adultero, turbam accumulat[h].

29. *In*, &c. אֶל אֶרֶץ כְּנַעַן כַּשְׂדִּימָה] *In* (vel, *cum*, M. Ti. *præ*, V. *per*, Ca. *super*, Calv. Sy. *ad*, Q. in V.) *terra* (vel, *terram*, Ca. Calv. Sy. sim. JT.) *Chenahan*, Mo. P. &c. (Hoc addit, ut intelligatur hoc factum ante deportationem. Fieri hoc cœpit jam à Joachimi temporibus[i].) *in Chasdim*, Mo. P. vel, *& Chaldæorum*, Sy. *usque in Chaldæam*, M. Ti. Ca. sub. *extendisti fornicationem tuam*, Q. in V. Al. terræ *Chasdim* assimilata, P. *in Chaldæam*, JT. Pi. &c. sub. *discurrens*, JT. Glas. vel, *proficiscendo*, Pi. vel, *pergendo animo*; vel, *mittendo nuncios*, qui discerent ritus Chaldæorum[k]. Ellipsis verbi vel participii, quæ frequens est in nominibus quæ motum loci denotant: ut Ezec. 11. 10. *In terminum Israelis* (sub. *disjectos*) *judicabo*, &c; Esa. 57. 8. *A me* (sub. *discedens*) *discooperuisti*, &c[l]. Vel, *in Chaldæa*. Particulam similitudinis hîc subaudio, & sic accipio, quòd *auxerint scortationes suas in Chaldæa non secùs atque in terra Canaan*: q. d. Præ insana libidine in loca remota cursitâsti, ut quæreres amatores, &c[m]. Al. Fœdâsti te idololatriâ atque impietate, non modò veterum gentium Canaan, sed etiam Chaldæorum[n]. [Ch. locum sic reddit, *Ut conjungereris cum populo Canaan, & ut ambulares in legibus Chaldæorum.*]

30. *In quo*, &c? "מָה אֲמֻלָה וגו] *Quàm infirmum* (vel, *infirmatum*, Mo. *obstinatum*, M. *impotens*, Ti. *languidum*, Pi. sic JT. *molle*, vel *dissolutum*, Calv. *debile*, V. *excisum*, Q. in V. *ad varia distractum*, M. ex K. Quàm demens facta es[o]? vel, ægra præ libidine[p]?) *est* (vel, *esse oportet*, Pi.) *cor tuum?* P. &c. scil. nimiâ scortatione[q]. Sensus, q. d. Judæi instabiles erant, huc illuc agitati atque distracti, diffluentes instar aquæ, & levitate suâ deficientes à Deo. *Cor* hîc accipitur pro intellectu, ut sæpe. Accusat ergò in eis socordiam[r]. Muliebrem impotentiam furorémque hîc exprimit †. *Quàm fortis fuit malitia cordis tui?* Ch. ¶ *Cùm*, &c. "בַּעֲשׂוֹתֵךְ וגו] *Cùm*, vel *dum*, *facis*, &c. Calv. Pi. &c. *quod fecisti*, &c. V. sic P. ¶ *Procacis*, שַׁלָּטֶת] *Imperiosæ*, Mo. *præpotentis*, Ti. sim. M. omnia pro arbitrio suo facientis[t]: *dominium sui habentis*, P. ut scilicet faciat omnia quæ desiderat[v]: *quæ dominatur sibiipsi in animo suo*, Ch. in V. *pervicacissimæ*, JT. Pi. *liberæ*, i. e. maritum non habentis. Græci, παῤῥησιαζομένης, (*libere & audacter agentis*[x].) *Robustæ*, quæ sufficit ad omnium concubitus[y].

31. *Lupanar tuum*] i.e. Suggestum[z], vel templa[a], pro idolis[b]. Vide ad vers. 24[c]. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא הָיִית כַּזּוֹנָה לְקַלֵּס אֶתְנָן] *Nec es*, vel *fuisti*, *ut meretrix ad spernendum* vel, *spernendo*, Mo. P. *quæ deridet*, M. quæ *ludificatur*, Pi. sic JT. *deridendo*, vel *subsannando*, V. *licitando*, Ti. *negligendo*, Ca. *congregans*, ό. Ar. sic Sy.) *munus*, sive *mercedem*, Calv. &c. vel, *munus* exiguum, M. q. d. Tu es longè diversa ab aliis scortis[d], quæ spernunt præmia ab amatoribus oblata, ut majora ambiant*: suscipis enim quodvis pretium, etiam vilissimâ mercede contenta[f]. Al. *quæ vilem se facit ob mercedem*. Condonandum aliquid eis quæ se vulgant ut habeant unde vivant[g]. Marcellus J[c]. meretricem turpiter facere ait quòd meretrix sit, non turpiter accipere cùm meretrix sit[h]. Tu te projiciebas gratis, & implendæ tantùm libidinis causâ[i].

32. *Super virum suum*, תַּחַת אִישָׁהּ] *Loco viri sui*, Pi. Calv. &c. *pro viro suo*, à quo diligitur ac bene educatur[k]. q. d. Quæ marito suo non est contenta[l]: quæ maritum suum repudiat & deserit[m].

33. *Omnibus meretricibus dantur*, &c. יִתְּנוּ נֵדֶה] *Dant* (vel, *dabunt*, Mo. sub. *illi*, JT. vel, *alii*, Sy. vel, *viri*. M. vel, *scortatores*, P.) *mercedem*, P. Ti. Pi. &c. Quæstus eas impellit ad turpitudinem[n]. Idola colunt alii, sed non sine mercede: votorum compotes evadunt, &c[o]. ¶ *Tu autem dedisti mercedes*, &c.] Ut anus illa in Pluto Aristophanis[p]. *Lydæ omnes scortari dicuntur, & plura dona dare quàm accipere*; Eustath. in Dionys. *Deserto sequeris Clitum marito, Et donas & amas*; Martial. 4. 9[q]. q. d. Gratis ruisti in adulteria. Pretium numerâsti, non uni, sed omnibus, nec ambientibus solùm, sed nihil tale cogitantibus, &c[r]. Non loquitur de eorum consilio aut voto, sed de eventu. Putabant hoc fœdus sibi utile fore, sed frustrà †. ¶ *Ut intrarent ad te* (id est, in cubile tuum[t],) *undique ad fornicandum tecum*, בְּתַזְנוּתָיִךְ] *In fornicationibus tuis*, Mo. V. sim. Calv. ό. Ar. *propter* (vel, *ad*, Ti.) *fornicationes tuas*, Ch. M. P. Pi. sim. JT. *tuâ istâ libidine*, Ca.

34. *Factùmque*, &c. "וַיְהִי בָךְ הֵפֶךְ מִן הַנָּשִׁים וגו] *Et* (vel, *Ità*, Pi. *Itaque*, JT.) *fuit* (vel, *factum est*, M. Ti. *accidit*, Pi.) *in te oppositum*, vel *contrarium*, (vel, *inversio*, Calv. *mutatio*, Pi. *contrà quàm*, JT.) *à mulieribus*, Mo. Pi. Calv. &c. (subaud. *aliis*, M. sim. Ti. vel, *mulierum*, Ti. *in istis fœminis*, JT.) *in* (vel, & *in*, Ti.) *scortationibus tuis*, Calv. sim. Mo. &c. ¶ *Et*, &c. וְאַחֲרַיִךְ לֹא זוּנָּה] *Et post te* (vel, *post tua postrema*, Calv.) *non erit fornicatio*, P. M. &c. subaud. *similis*, P. sim. M. i. e. tam projectæ libidinis[v]. *Nec post te* fuit sic *fornicatum*, V. Nempe ut meretrix pretio conducat amasios[x]. Al. *Ut præterquam tecum non fornicarentur*, Ar. *Dum post te non itur scortandi causâ*; Heb. *Et post te non committitur scortatio*, Pi. *Neque enim scortatores te ambierunt*, Ti. *Dum non ambiris ipsa ad scortandum*, Ca.

36. *Quia*, &c. יַעַן הִשָּׁפֵךְ נְחֻשְׁתֵּךְ] *Eo quòd*, vel *Quia*, *effusa*, vel *effusum*, *est* (vel, *profusum est*, JT. sic Ca. *prostituitur*, M. vel, *prodegisti*, Ti. Ar. *effudisti*, ό. *dedisti*, Sy. *Pro effundi*, Mo.) *æs tuum*, Calv. Mo. Ti. Ca. V. ό. Ar. Sy. i.e. Vel, 1. pecunia[y]: vel, 2. imum sive infimum tuum[z]. Metaphoricè denotat partem infimam corporis[a]. q. d. Nuditas tua omnium oculis exposita est. Metaphora sumpta à vasis, quorum inferiorem partem ære muniri solent[b]. Vel, *pubes tua*, M. *turpitudo tua*, P. sim. G. *virus tuum*, JT. Pi. G. ut Virgilius loquitur de equabus; confer Jer. 13. 27[c]: i. e. virulentum profluvium sanguinis menstrui[d], quod ex perpetua & indesinente lascivia effœta meretrix effudisse dicitur. Quo veneno significantur sordes ex peccato assiduo prognatæ*. Argentum signum est puritatis; æs, sordium, quia contrahit facilè rubiginem: q. d. Sordes tuæ effusæ sunt[f]. Significat spoliationem atque interitum urbis & Templi[g]. ¶ *Et*, &c. "וַתִּגָּלֶה וגו] *Et* (sub. *quia*, Pi.) *detecta fuit turpitudo tua* (i. e. patuêre partes pudendæ[h], quas impudenter ostentâsti[i].) —— *erga* (vel, *super*, Mo. P. *cum*, V. *coram*, G.) *amatores tuos*, Calv. vel, *amatoribus*

Marginal notes (left column): g Jun. h Pi. i M. k Calv. sim. Jun. l Calv. m Idem. n V. o G. p M. sim. V. q Pi. r Jun. † V. t G. v V. ex M. x G. y Me. sim. T. z G. a Pra. b Pra. c Pi. sim. Calv. d Me. * G. f Pra. g G. h Calv. i G. k V. l Glass. stam. 4. 2. 3. 7. 5. m Calv. n Q. in Calv. o V. p G. q Pi. r Calv. † Jun. t Q. in V.

Marginal notes (right column): v V. x G. y Calv. z Ti. a L. b Pi. sim. L. c Me. d V. * V. sim. M. Calv. Pi. f V. g G. h Ga. i Calv. k G. l Ch. l L. m G. n Calv. o Pra. p G. q Gr. r Jun. † Calv. t G. sim. Pi. v G. x Me. sim. T. y Ca. Me. &c. z V. Calv. K. & Mald. a L. b Calv. c V. d G. d Pi. * Jun. f L. ex Pra. g Calv. h G i Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

amatoribus tuis, V. G.&c. id est, illis quos deperibas [k]. ¶ *Et*, &c. ועל וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, JT.) *super* (vel, *erga*, Calv. *Prope*; redundat hic ו [l].) *omnia idola abominationum tuarum*, Mo. P. vel, *abominanda tua*, M. Ti. V. G. i. e. à quibus maximè abhorret Dominus [m]. ¶ *In*, &c. וכדמי וגו׳] *Et* (vel, *Denique*, JT.) *juxta* (vel, *propter*, JT. *cum*, Q. in V. *in*, M. Ti.) *sanguinem*, vel *sanguines*, (vel, *cædes*, JT. vel, *sanguine*, sive *sanguinibus*, M. Ti. Calv.) *filiorum*, &c. Mo. &c. quos crudeliter mactâsti, ut antè visum [n]. *Sanguis*, pro morte; quòd qui efflant animam soleant eam emittere unà cum sanguine. Ità, inquit, duobus modis revelata est turpitudo tua, 1. idololatriâ, 2. crudelitate [o]: quibus synecdochicè, tanquam gravissimis peccatis, comprehenduntur omnia impietatis & injustitiæ genera [p]. *Item propter omnia idola —— & propter cædes*, &c. Heb. *secundùm sanguines*. Sed fortè irrepsit hic כ loco ב significantis בעבור *propter* [q].

37. *Congregabo —— amatores*, &c.] i.e. Per ipsos amatores tuos ulciscar te [r]; per Chaldæos, adjutoribus Assyriis †. ¶ *Quibus*, &c. אשר ערבת עליהם] *Quibus te oblectâsti super* (vel, *erga*, Calv.) *eos*. Sed redundat *super eos*. q. d. Quorum consuetudo tibi fuit gratissima [t]. ¶ *Quos oderas*] Intellige Idumæos & Palæstinos [v]. ¶ *Et nudabo*, &c.] i. e. Publicæ infamiæ te exponam [x]. Contempta eris illis tanquam scortum obsoletum [y]. Notatur pœna talionis, ex collat. v. 36 [z]. In quo peccabas, in eo punieris [a].

38. *Judicabo te judiciis adulterarum*, &c.] De quibus vide Gen. 9.6. Levit. 20.10. Deut. 22.22 [b]. nempe judiciis capitalibus [c]. Partim lapidaberis, (ut adulteris aliquibus temporibus factum diximus ad Joan. 8.5.) saxis ex balistis Chaldæorum jactis; partim gladio trucidaberis, quæ pœna homicidarum [d]. ¶ *Et*, &c. ונתתיך דם חמה וקנאה] *Et dabo* (vel, *ponam*, Calv. ο'. *tradam*, Pi. Ch. *exponam*, Sy. sic JT.) *te sanguinem* (vel, *sanguini*, Pi. *cædi*, JT. Sy. *in sanguinem*, Vulg. *in sanguine*, ο'. sicut *sanguinem*, M. *in occisionem*, Ch.) *iræ*, sive *furoris*, (vel, *proficiscenti ab excandescentia*, JT. sim. Pi.) *& zeli*, Mo. M. Pi. Calv. vel, *æmulationis*, *zelotypiæ*, Calv. vel, *zelotypia*, JT. i.e. In pœnam qualem zelotypi mariti in adulteram exercent. Vide suprà 14.19 *. Ut solent qui perciti sunt irâ, & laborant zelotypiâ, qui parcere non solent deprehensis [f]. [Ca. locum sic reddit, *Suppliciúmque de te sumam quale solet irâ & obtrectatione inferri*.]

39. *Et dabo te*, &c.] Tanquam judex in manum carnificum [g]. ¶ *Lupanar tuum*, גבך] *Fornicem tuum*, V. *locum prostitutionis tuæ*, Q. in V. ut suprà vers. 31 [h]. Templum, ex quo idolium fecisti [i]: vel, sedes impuritatis, quas Judæi exstruxerunt [k]; altaria, etiam illa quæ exstruebant ut Chaldæis gratificarentur. Solent enim victores templa & imagines, &c [l]. ¶ *Vestimentis*, &c.] i. e. Muros tibi detrahent †. ¶ *Vasa decoris tui*] Vasa Templi, 2 Reg. 25.13 [m]. Omnia dona quibus Deus te ornavit [n].

40. *Lapidabunt*, &c.] Alludit ad lapides quos catapultis projiciunt in urbem [o].

41. *Comburent*, &c.] Ut Lex fieri præcipit in urbem idololatrarum, Deut. 13.16 [p]. ¶ *Facient* (vel, *Exercebunt*, Pi.) *in te judicia*] Varia scilicet [q]. ¶ *In oculis mulierum*, &c.] i. e. Gentium [r], scil. vicinarum †: quibus ludibrio eris. Vide Psal. 137.7 [t]. ¶ *Non dabis*] Non erit unde des [v].

42. *Requiescet*, &c. והנחותי וגו׳] *Et requiescere faciam*, &c. Mo. P. &c. Extremis suppliciis te afficiam, animum meum explendo [x]. Istis pœnis exsatiabo iram meam [y]. Satiabo me pœnis, quibus tu adeò opprimêris, ut deinceps flagitium quod mihi obtrectationem moveat facere nequeas [z]. Non promittit hic aliquam pœnæ mitigationem; sed significat talem fore interitum gentis, ut non opus sit iterum ad easdem redire pœnas: q. d. Ubi te prorsus perdidero, quiescet ira mea [a]. ¶ *Auferetur zelus meus* (vel, *zelotypia mea*, Pi.) *à te*] i. e. Vel, 1. Non eris mihi loco uxoris, sed te contemnam acsi esses extranea: ut maritus, qui, dum ulciscitur injuriam suam, totus ardet zelo; sed ubi cœpit uxorem rejicere, sedatur ejus furor [b]. Vel, 2. Recedet ardor ille ulciscendi, nempe, quia deerit materia, & consumet Deus totum populum, &c [c].

43. *Eò quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ*] Id est, vel, miseræ conditionis tuæ [d], vel, beneficiorum in te collatorum *, in adolescentia tua [f]. q.d. Ob ingratitudinem tuam [g]. Quòd non attenderis ad teipsam, ut resipisceres [h]. ¶ *Et*, &c. ותרגזי לי] *Et*, vel *Sed*, *provocâsti* (vel, *commovisti*, M. Ti. *commovisti te*, JT. *irritâsti*, Ca. Ch. sic Sy. *iram movisti*, Pi. *contristabas*, ο'. sim. Ar. *tumultuata es*, Calv.) *me*, P. Mo. M. Ti. &c. vel, *mihi*, Pi. *contra me*, Calv. JT. i. e. Turbulento impetu correpta fuisti, ità ut, Deo neglecto, tibi indulgeres in sceleribus tuis [i]. Nè ad Deum revocantem attendisti, sed & ipsum & Prophetas ejus probris affecisti [k]. ¶ *Vias tuas*, &c.] Nempe actiones malas, h.e. earum pœnam [l]. Puniam te pro ratione scelerum tuorum [m]. Sprevisti me, ego spernam te: dolorem tu mihi intulisti, & ego tibi inferam [n]. ¶ *Et non*, &c. ולא עשיתי את הזמה על כל תועבתיך] *Et non* (vel, *Nec tamen*, P.) *fecisti cogitationem super* (vel, *de*, G.) *omnibus abominationibus tuis*, Mo. P. Calv. sic V. G. nempe ad resipiscendum [o]. Nec cogitâsti quâ ratione resipisceres: vel, non inivisti consilium ut resipisceres [p]. Non reputâsti abominationes tuas, ut tibi in illis displiceres. Ità stuporem illis objicit [q]. *Et non inisti tibi consilium ut converteris ab omnibus*, &c. Ch. Al. *Nè*, vel *Ut non*, *facias* (vel, *perficeres*, M. Ti.) *istud scelus* (vel, *nefarium cogitatum*, M. Ti. sub. *tuum*, Ti.) *cum* (vel, *in*, M. Ti.) *omnibus abominationibus tuis*, JT. i. e. idolis abominandis [r]. Ego, inquit, pœnis meis cohibui te, *nè perficeres*, &c †. *Ità ut supra tua tot scelera flagitium non facias*, Ca. Al. *Annon fecisti scelus istud* (nempe cædem liberorum tuorum) *super omnes abominationes tuas?* i. e. idololatrias [t]. Al. *Non feci juxta scelera*, &c. Vulg. i.e. quantum peccata exigebant. Legit Hieron. עשיתי, ut & LXX [v]. [Ità quidem in aliquibus codicibus; & apud Theodoretum, ἐποίησα, inquit Nobilius: at in reliquis est, ἐποίησας, ubi ο'. locum sic reddunt, καὶ οὕτως ἐποίησας, &c. *Et sic fecisti impietatem super cunctis iniquitatibus tuis*.]

44. *Ecce, omnis qui*, &c. המשל עליך ימשל] *Parabolizans* (vel, *qui utitur parabolis*, Pi. sim. Ca. JT. V. vel, *fingit parabolas*, M. *parabolicè loquitur*, P. *adagiis gaudet*, V. *scommate delectatur*, Ti.) *super*, vel *de*, *te parabolizabit*, Mo. vel, *loquetur parabolicè*, P. sim. M. Ca. vel, *in parabolis*, M. sim. JT. Pi. vel, *sumpto scommate dicet*, Ti. q.d. Scelera tua materiam suppeditabunt omnibus scurris & viris facetis, & eis qui ingeniosi sunt ad fabricandas vulgares sententias [x]. ¶ *Sicut mater, ità & filia ejus*] i. e. Eadem est genitura, educatione, & conversatione totâ [y]. q. d. Pessimæ matris pessima filia es [z]. Filiæ sæpe matribus similes sunt quoad vitia: id quod non tantùm naturâ contingit, sed magis educatione, quia perversa mater filiam ad suos mores format [a]. Sic Juvenalis 6. *Scilicet exspectas ut tradat mater honestos Atque alios mores quàm quos habet? utile porrò Filiolam turpi vetulæ producere turpem* [b]. *Matrem* hic vocat veterem Jerusalem, *filiam* verò, novam; quia hæc ex illa genita est [c]. Al. *Mater* est terra Cananæa; *filiæ*, homines habitantes in ea. Terra olim *mater* dicebatur. Jubetur Deucalion *ossa magnæ matris*, i. e. lapides terræ, post tergum projicere. Et Brutus, audiens eum Romæ regnaturum qui primus matrem oscularetur, terram osculatus est [d]. Et Siracides c. 40. 1. terram appellat *matrem omnium*, nec immeritò, quia ex ea conditi sumus: ea (ut loquitur Plin.) *natos homines excipit, exceptos alit, & editos sustinet, & mortuos visceribus suis complectitur*. Sensus, q. d. Ex Cananæa terra genus & originem duxisti *. *Mater* hic est terra Canaan; *filia*, Synagoga Israel, quæ Cananæos imitata est. Eâdem ratione Sodom & Samaria vocantur *sorores* ejus [f]. *Matrem* vocat Cananæos & alias gentes quæ terram eandem antè tenuerant, ut diximus ad v.3 [g]. [unde interpretationem hujus loci petere æquissimum est.] q. d. Nihil differs à Cananæis & Chitæis [h]. Vel, Sicut mater tua Cethæa v.45. & Cananæa ob scelera vastata est, ità & tu [i].

45. *Filia matris tuæ es tu*] i. e. Similis ei [k], in moribus [l]. ¶ *Quæ*, &c. גועלת וגו׳] *Quæ respuit* (vel, *abominata est*, P. *exsecratur*, M. *fastidit*, JT. Pi. *sprevit*, vel, in præf. *evomit*, *rejicit*, V. *repulit*, ο'.) *virum suum*, Ca. sic Ti. &c. i.e. violat fidem marito datam [m], scortando cum aliis [n]. *Virum suum*, i. e. Deum [o]; quem à Noe didicerant [p]. Impia es in Deum [q]. ¶ *Et filios*, &c.]

Quos

Quos neci dedit [r], in honorem Saturni. Is enim primitus mos Phœnicum, i.e. Cananæorum †. ¶ *Et*,&c. וַאֲחוֹת אֲחוֹתֵךְ] *Et* (vel, *Item*, Pi.) *ſoror ſororis tuæ*, Calv. ſic M. P. Ti. Neſcio an locus ſit corruptus, & legendum ſit אֲחוֹתַיִךְ ; nam ſequitur, *quæ repudiârunt* , quod non quadraret de una ſorore : deinde, paulò pòſt Propheta dicit duas eſſe ſorores, &c [t]. [Huic favet quòd hîc habent, *ſororum tuarum*, ο'. Sy. Ar. Vulg. Ca.] *Et ſoror* utriuſque *ſororis*, JT. Etiam ingenio ſimilis iis quos attingis ſanguine [v]. Eos imitata es, imò longè exceſſiſti, in malitia [x]. ¶ *Quæ projecerunt* (vel, *faſtidiverunt*, Pi.) *viros ſuos*] q. d. Mulieres erant impuræ & perfidæ [y]. *Sorores* ſunt Sodoma ; & Ammonitæ & Moabitæ, quorum origo è Sodomis ; & Samaria, princeps civitas decem tribuum. Ammonitæ & Moabitæ pro veteribus diis ſuis Molocho & Chamoſo, Samaritæ pro vitulis ſuis, deos Chaldæos receperant; quod tamen ipſis nihil profuit. Vide Jer. c. 48. & 49. Erant autem Samaritæ cognati Judæorum ex Jacobo ; Ammonitæ & Moabitæ,ex Thare [z].

46. *Soror tua major*, *Samaria*] Quæ *major* dicitur, vel, 1. quia ſanguine propior erat [a] : vel, 2. quia erat metropolis decem tribuum, quum duæ tantùm Tribus eſſent in Juda [b] : vel, 3. quia priùs deſciverit à cultu Dei quàm Hieroſolyma [c]. ¶ *Et filiæ ejus*] i.e. Minora oppida, quorum Reges Samariam habitabant [d]. ¶ *Ad ſiniſtram tuam*] i. e. Ad Septentrionem *. Locutio hæc Hebraica. Dicitur hoc ratione Templi, ſi indè Solem orientalem reſpicias [f]. ¶ *Soror——minor*] Ità vocatur Sodoma, non ætate, ſed, vel, 1. civitatum & civium numero [g] ; vel, 2. quia remotior ſanguine [h]. ¶ *A dextris*] i. e. Ad meridiem [i]. Vide Gen. 13. 3. & ibi Chaldæum [k]. ¶ *Filiæ ejus*] i.e. Vel, 1. urbes quæ Regi Sodomæ paruerunt [l] : vel, 2. Ammonitis & Moabitis [m].

47. *Nec in viis earum*, &c.] i. e. Non tantùm illos imitata es, ſed longè ſuperas : Non eſtis pares, ſed pejores, &c [n]. ¶ *Pauxillum*, &c. כִּמְעַט קָט וַתַּשְׁחִתִי מֵהֵן] *Velut paululum pauxillum*,Mo. (vel,*Velut paululum pauxillúmque* foret,P. ſim. Calv. *Sed quaſi parùm & modicùm* ſtetiſti; q. d. Non emendavit te gravis pœna Samaritis inflicta, ſed, cùm adhuc paucis annis in terra remaneres, pejor illis effecta es [o]. *Secundùm parvulum, paucum* tempus; i. e. Nam parvo admodum tempore permanſiſti in officio poſt captivitatem decem tribuum [p]. *Perpaulum hoc fuiſſet* tibi, G. ex Ch. *Tanquam parvum,faſtidio fuit* hoc, JT.Pi.) *&*,vel *ſed*, (vel, *ideo*,JT.) *corrupta es* (vel, *pejùs egiſti*, M. *corrupiſti te*, Pi. V. *corruptionem adhibuiſti*, JT. *pejora feciſti*, V. ſim. G.) *præ illis*, vel, *quàm illæ*, Mo.P.Pi.M.&c. vel, *majorem eis*, JT. [Ca. verſum ſic reddit, *Quanquam tu propemodum earum mores & ſcelera non es imitata, ſed in omnibus tuis moribus nequior illis fuiſti.*]

48. *Vivo ego*, &c.] Quia durum hoc erat, & difficile creditu, jurat Deus, &c [q].

49. *Hæc——iniquitas*] Oſtendit ſe non temere id pronunciâſſe,&c [r].Hîc autem oſtendit impietatis tum,1. occaſionem; nempe excellentiam, & rerum copiam, & tranquillitatem : tum, 2. genera; ſc. injuſtitiam, &c †. ¶ *Sodomæ*] i. e. Ammonitarum & Moabitarum, Eſa. 16.6. Jer. 48. 26. & 49. 4. Si de veteribus Sodomitis egiſſet, adjeciſſet nefarias libidines [t]. [Sed non neceſſe erat rem adeò omnibus compertam producere ; ſatius videtur & Deo dignius, ut latentes iſtius mali fontes & comites aperiret, &c.] Voluit Propheta, ad inſtructionem & cautelam poſteriorum, proferre,non tam iniquitatem eorum graviſſimam propter quam everſi ſunt, quàm illius cauſas & occaſiones *. ¶ *Superbia* ; ità ο'. Ar. M. P. &c. [גָּאוֹן] *Faſtus*, Ti. *Culmen*, Ca. *Excellentia*, JT. ex abundantia & tranquillitate ſequent [v]. *Decorum*, vel *Species* ; nam de fœmina loquitur : intelligit autem reip. ſplendorem & gloriam [x].Superbia continetur duobus membris: 1. quòd ſibi nimiùm arrogent homines, & Deo ſe quaſi pares eſſe putent, ejúſque jugum excutiant : 2. quòd ſua vitia non agnoſcant, & alios præ ſe deſpiciant [y]. Superbiam declarârunt [Sodomitæ] contemptu & petulanti injuriâ in quoſvis, maximè exteros & peregrinos [a]. Superbia nata ex fertilitate terræ, rerum omnium copiâ,longâ pace, Jerem.

[r] G. ſim. Calv. Jun. &c. † G. [t] Calv. [v] G. [x] M. [y] Calv. [z] G. [a] G. [b] Me. ex La. [c] Q. in Calv. [d] G. [e] G. Jun. Pi. [f] G. [g] La. [h] G. [i] Jun. Pi. G. [k] G. [l] M. [m] G. [n] Calv. [o] M. [p] V. [q] Calv. [r] Calv. † Jun. [t] G. * E. [v] Jun. [x] Pra. [y] Calv. [a] Pol.

48.11. & 49.4. Philo, in libro de Abrahamo, ubi de Sodomitis agit, ὅπερ φιλεῖ, κόρος ὕβριν ἐγέννησε (*Satietas* (*ut ſolet*) *contumeliam peperit* [a].) ¶ *Saturitas* (vel, *ſatietas*, vel *copia*, V.) *panis*] Vel, *ciborum*, V. Pra. Intelligit luxum [b]; vel, intemperiem quâ ſe ingurgitârunt, &c [c]. ortam ex rerum copia, & fertilitate ſoli, Geneſ. 13.10 [d]. Venter autem ſatur deſpumat in libidines. Euripides, *Saturo*, ait, *Venus adeſt*. Et Athen. ex Ariſtoph. vinum vocat *lac Veneris* *. ¶ *Et*,&c. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט וגו׳] *Et abundantia otii fuit ei*, P.Mo. vel, *luxus quietus*,M. *proſperitas otii*,Ca. *tranquillitas quieta*, JT. *ſecuritas otii*, vel *pax quieta*,Calv. *felicitas,otium*,Ti. *altum*, ſive *ſummum,otium*,V. *quies otii*,vel *otium quietis*,Q.in V. Intelligit eos in ſumma proſperitate fuiſſe ſecuros & otioſos [f], ſocordes & deliciis inebriatos [g]. *Otium*, de quo poeta, *Otia ſi tollas, periêre Cupidinis arcus* [h]. *Quæritur Ægyſthus quare ſit factus adulter? In promptu ratio eſt; deſidioſus erat*.Hinc Deus laborem Adamo injungit,Gen.2. 15.& 3.19 [i]. *Nihil agendo homines malè agere diſcunt*;Columel. Ruſt. 11. 1. *Tam otii quàm negotii rationem reddendam majores cenſuerunt* ; Idem 2.22. Idem habent Symmachus epiſt. 1.1. Cicero pro Planco [k]. ¶ *Et*,&c. וְיַד עָנִי—לֹא הֶחֱזִיקָה] *Et manum egeni & inopis non apprehendit*, Calv. P. vel, *roboravit*, V. *firmavit*, Q. in V. Non porrigebat manum Judæis illuc depulſis. Vide dicta ad Eſa. 16.3,4. & Jerem. 48.27 [l]. Non ſubvenit inopiæ pauperum [m]. Superbia quippe ſemper eſt crudelis, quia ſibi omnia arrogat; & fratres deſpicit, ideóque eorum neceſſitatibus non afficitur [n]. [Alii hunc verſum aliter vertunt, & diſtinguunt.] *Hoc erat crimen Sodomæ, ſororis tuæ arrogantis : ſaturabatur pane, & otioſè deſidebat ipſa, & filiæ ejus ; manum egenorum non tenuerunt*,Sy. *Enimvero hæc erat iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ; ſuperbia : in abundantia panis & vini deliciis indulgebat ipſa, & filiæ ejus*, &c. Ar. *Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ,——ſuperbia.* Nam *ſaturitas panis & tranquillitas quietis fuit ei & filiabus ejus: ſed manum pauperis——non confirmavit*,Pi. Nec conſilio nec auxilio pauperibus erant ſolatio [o]. *Manum—non ſuſtentabant*, pane ſcilicet, qui eſt baculus vitæ. Vide Ezec. 4. 16. Ea eſt proſperitatis natura, ut divitum præcordia ad libidinem emolliat, ad miſericordiam induret. Fons hujus mali erat ſuperbia, vel complacentia ſui, ex deliciis & rerum copia orta. Eadem hîc ſunt mala quæ [aliis nominibus] 1 Joh.2.16. ſcil. ſuperbia, deliciæ,& divitiæ [p].

50. *Et elevatæ ſunt*] Vel, *efferebant ſe*,Pi.ſic Calv.&c. Intumuerunt rebus ſecundis [q]. Fuerunt animo elato & ſuperbo [r]. Inſolentes erant in Deum & Angelos & virum Dei, Gen. 19 †. Impunitatem ſibi polliciti ſunt [t]. ¶ *Coram me*] Palàm, & ſub dio [v] ; me contemnentes [x]. ¶ *Et abſtuli* (vel , *Propterea amovi* , ſub. *à conſpectu meo*,V.) *eas*] Ità Calv. &c. i.e. Multos eorum per Salmanaſarem. Vide dicta ad Eſa. c. 15. & 16 [y]. ¶ *Sicut vidiſti*, כַּאֲשֶׁר רָאִיתִי] *Sicut*, vel *prout*, (vel, *quando*, Q. in V. *poſteaquam*, Ti. Pi.) *vidiſtis*, P. [niſi fortè legendum *vidiſti*, ut habent Ar.Vulg.] vel, *vidi*, ο'. Mo.V. ſub. *juſtum eſſe*,vel, *oportere fieri*, i. e. ità ut apud me ſtatui & decrevi [z] ; vel, ſub. *abominationem ejus*, Q. in V. Vel, *vidiſſem*,Ti. iſtud *videram*, Pi. *viſum eſt*, vel *fuit*, JT. M. Calv. vel, *placuit*, Calv. *mihi*, M. Calv. Al. *Sicut manifeſtum eſt coram me*, Ch. [Alii hoc cum præced. ſic reddunt;] *Quo ego viſo, eas ſuſtuli*,Ca. *Quæ cùm vidiſſem in eis, ſubverti eas*, Sy. Summum judicium hîc ſibi vendicat Deus, ut ſentiant Judæi coram ipſo ſibi reddendam eſſe rationem. Sed quæres an ſcelera Judæorum his graviora erant. Reſp. Erant ſané : quia Judæi Legem & Prophetas habebant ; nec tantùm abuſi ſunt bonorum quæ Deus largiebatur copiâ, ſed eam in cultus adulterinos profuderunt, &c. Nimis etiam familiare apud illos erat flagitium illud Sodomiticum [a].

51. *Et Samaria*, &c. i.e. Decem Tribus. Judæi autem Iſraelitis deteriores erant [b], non peccati ſubſtantiâ, ſed qualitate [c], [& circumſtantiis.] Tum, quia admoniti erant illi fratrum pœnis, nè eos imitarentur: tum, ob eorum ingratitudinem, quæ plurimùm valet ad exaggeranda ſcelera [d]. Judæa plura acceperat beneficia quàm Samaria ; Templum, Sacerdotes, Prophetas, Reges aliquot pios, Regnum diuturnius, patientiam Dei longiorem in moribus ejus ferendis *. Judæi inſuper

[a] G. [b] V. ſim. Pol. [c] Calv. [d] Pol. * La. [f] V. [g] Calv. [h] La. [i] Pra. [k] Ga. [l] G. [m] V. ſim. Jun. Calv. &c. [n] Calv. [o] Pol. [p] Pra. [q] G. [r] V. † Jun. [t] Calv. [v] T. ſim. La. [x] La. [y] G. [z] V. [a] Calv. [b] Calv. [c] La. [d] Calv. * Pol.

Templum

Templum ipsum fœdârunt, Ezec. 8.5,&c [f]. ¶ *Justificâsti*, &c.] Intellige secundùm quid [g], & comparativè [h]. Effecisti ut præ te (sive comparatione tui [i], vel, collatione operum factâ [k],) insontes esse videantur [l], & probæ, Jer. 3.11 [m].

52. *Ergò*, &c. גַּם־אַתְּ שְׂאִי כְלִמָּתֵךְ] *Etiam tu* (vel, Ergò *& tu*, M.V. sim. Pi.) *porta*, vel *fer*, vel *sustine*, (vel, *lue*, Ca.) *pudorem tuum*, Mo. P. &c. vel, *ignominiam tuam*, M. Ti. V. Sy. Ar. *confusionem tuam*, V. *obscœnitatem tuam*, Ca. *probrum tuum*, Calv. q. d. Confundêris [n]. Volo feras pœnam cum ignominia conjunctam [o]. *Tormentum tuum*, ό. Significat Deus se ultorem fore scelerum, &c [p]. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ] *Quæ* (vel, *Quòd*, ό. Sy. vel, *Quandoquidem*, Ar.) *judicâsti* (i. e. vel, 1. condemnâsti [q], vel, antea cùm inculpatè viveres, utut in impietatem jam lapsa es [r]; vel, nunc, &c †. [ut videbimus :] vel, 2. absolvisti, i. e. eas comparatione tui absolvendas fore testata es [t]. Vel, *judicabas*, Ti. vel, *justificâsti*, Ar. sim. Sy. vel, *corruperis*, ό. *vicisti*, La.) *sororem tuam*, P. M. Calv. Ti. [Ti. autem hæc verba parenthesi includit.] Vel, *sorores tuas*, ό. Sy. Ar. &c. *Quæ tuis sororibus patrocinata sis*, Ca. *Quæ jus asseruisti* (Heb. *judicâsti*) *sorori utrique tuæ*; i. e. justas eas reddidisti, ut v. præced [v]. *Quam* [scilicet *ignominiam*] *adjudicas*, vel *adjudicâsti*, utrique *sorori tuæ*, JT. *Quæ judicium præoccupâsti adversùs sororem tuam*, G. i. e. dixisti decem Tribus justè punitas [x]. Partes judicandi, quæ Dei sunt, tibi arrogâsti, & severus fratrum censor fuisti, insultans Israelitis tanquam apostatis, quasi tu innoxia esses [y]. Vide Luc. 13.2 [z]. פִּלֵּל significat, *in alios sententiam proferre tanquam justè mulctatos* [a]. Ex Lege & naturæ luce edocta judicabas in conscientia tua Israelitas judicio Dei acerbissimè castigandos [b]. ¶ *Peccatis*, &c. בְּחַטֹּאתַיִךְ אֲשֶׁר הִתְעַבְתְּ מֵהֵן] *In peccatis tuis* (vel, *propter peccata tua*, M. Ti.) *quibus abominationes fecisti præ eis*, Mo. P. sim. M. JT. Pi. &c. vel, *abominabilem reddidisti te præ illis*, id est, deteriùs te gessisti illis [c].

53. *Et*, &c. וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבִיתְהֶן וגו׳ וּשְׁבִית שְׁבִיתַיִךְ בְּתוֹכָהְנָה] *Et* (vel, *Igitur*, P. V. vel, *Si*, JT. Pi. Heb. *Et* : Copulativum enunciatum hîc habet vim connexivi [d].) *convertam* (vel, *reverti faciam*, V. sic G. i. e. asseram in libertatem *: vel, *reduxero*, JT. Pi. i.e. in pristinum statum restituero [f],) *captivitatem* (vel, *captivos*, V. Pi. &c.) *earum*, *captivitatem* (vel, *captivos*, scilicet, Pi. G.) *Sodomæ & filiarum ejus*, (i.e. quatuor reliquarum urbium quibus dominatum fuisse Regem Sodomæ ex eo colligitur, quòd ipse solus cum Abrahamo de spoliis tractavit, Gen. 14.21 [g]. Vel, *id est*, *propaginum ejus*, G.) *& captivitatem Samariæ*—, *&* (vel, *etiam*, JT. Pi.) *captivitatem* (vel, *captivos*, Pi. G.) *captivitatum tuarum* (vel, *quâ tu captiva tenêris*, Ti. vel, *qui ex vestris capti sunt*, G. sub. *reducam*, JT. Pi.) *in medio ipsarum*, Calv. &c. vel, *inter eas*, Ti. JT. Pi. *& in his etiam tuos*. *Meus*, *tuus*, *suus*, *noster* & *vester*, Hebraicè dici non possunt nisi conjunctis aliis, ut ad Gen. 24. scripsimus. Ut si velis quod Latinè dicitur, *Meus pater & tuus*, Hebraicè reddere, ità cogaris dicere, *Meus pater*, *& tuus pater*. Hac de causa, cùm hoc in loco *captivitatis* nomen sæpe iteretur, cogente linguæ naturâ, ego in Latino, ubi non est ea necessitas, id nomen semel posui: in sequentibus satis habui pronomina ponere. Ac quod hîc admoneo, id volo & alibi animadverti : nam sæpe occurrit. Cæterùm quòd de *revocandis Sodomæ captivis* dicit, sciendum est, verbum hoc loco positum non solùm *captivitatem* indicare, sed etiam *miseriam*, ut Job. 42.10. & in Gallico sermone, ubi ductum à *captivitate* vocabulum *miseriam* declarat, *chetiveté* [h]. [Sed quærendum hîc quo sensu locus accipiendus est. Resp. 1. Est comminatio.] q. d. Si Sodomam & Samariam restituero, etiam te restituam [i]. Sed illud non fiet, ergò nec hoc. A destructione antecedentis ad destructionem consequentis hîc firmiter concluditur; quia in antecedente posita est conditio impossibilis, partim ex eo, quòd Sodoma penitùs subversa est, & in lacum mutata; partim ex decreto Dei de non reducenda Samaria [k]. Sensus est, Sicut illos non restituam, ità nec te *. Confirmatur autem hic sensus ex collatione sententiæ sequentis. Similis locutio Joh. 15.20. *Si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt* [l].

[f] Calv. [g] Jun. [h] Calv. [i] G. [k] V. [l] Ca. [m] G. sim. V. [n] V. [o] G. [p] Calv. [q] M.V.La. [r] M. † V. [t] Pi. [v] Pi. [x] G. sim. V. Calv. Jun. [y] Calv. [z] G. [a] V. [b] Jun. [c] V. [d] Pi. * V. [f] Pi. ex M. [g] Pi. [h] Ca. [i] Pi. Po. [k] Po. * Pi. sim. M.

Ratiocinatur ab impossibili. q. d. Tu salva eris cùm salvæ erunt Sodoma & Samaria: Atqui utramque funditus perdidi : Quare & te perdam, &c. Obj. At sæpe promittit eis reditum in patriam. Resp. In hujusmodi minis Prophetæ promiscuum vulgus respiciunt, & totum corpus populi [m]: vel, de Judæis impiis, qui tempore Ezechielis erant, hîc loquitur. Promissiones eorum pertinent ad eorum posteros [n], & reliquias gratiæ [o]. Paris judicii exemplum est Num. 14.28 [p]. Resp. 2. Promissio est de restitutione tam Israelitarum quàm Sodomitarum [q]. q. d. Redibitis quidem aliquando, sed & vobiscum redibunt Ammonitæ & Moabitæ, & quidam ex decem tribubus, quotquot se correxerint. Vide Jer. c. 48. v. 47. & 49. 6 [r]. Sed quid est quòd dicit *se restituturum eas in pristinum statum* ? Nam si Sodoma & Samaria restituentur in pristinum statum, in malum statum restituentur. Semper enim vitiis abundârunt, præsertim Samaria, cujus & primordium & progressus malus fuit. Ità fiet ut, si in pristinum reponentur, perpetua fiat vicissitudo & peccandi, & pœnas dandi †. Et quando, vel quomodo, reducet Deus Sodomitas, cùm omnes igne cœlesti consumpti sint [t] ? Resp. Per *Sodomam*, &c. hîc intelligit vel, 1. duas Tribus cum dimidia, trans Jordanem in Galaad & Basan habitantes [v]. Hæc autem regio Sodoma dicta est, tum ob situm Sodomæ proximum, tum ob parem soli felicitatem, tum etiam ob morum & vitiorum similitudinem, &c [x]. Aliis hoc non placet; tum, 1. quia has Tribus (cum reliquis septem) complectitur Samaria, non Sodoma : tum, 2. quia ut *Samaria* & *Jerusalem* propriè hîc capiuntur, ità & *Sodoma*, ut etiam patet ex v. 49. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ* [y]. Vel, 2. totam Pentapolin cum pagis suis [z]; & præterea vicinos Moabitas & Ammonitas [a], origine Sodomitas, utpote ex filiabus Lot incolis Sodomæ procreatos [b]. Vel, 3. gentes [c], Sodomitarum similes [d] : quales *Sodoma* sæpe vocantur. Vide Deut. 32.32. Esa. 1.10. Jer. 23.14. Apoc. 11.8 *. Ponit unam Gentilium civitatem impiissimam pro omnibus [f]. Transitum ergò hîc facit à Sodoma illa ad aliam Sodomam; ut cap. 20. transitus fit à simulacricolis Israelitis ad veros Israelitas [g]. Porrò, non comminationem, sed promissionem, hîc contineri patet ex verbis sequentibus usque ad finem capitis, in quibus nihil est comminatorium aut asperum, sed omnia fausta & benigna. Sed quærendum adhuc de quanam conversione hîc loquitur, temporali, vel spirituali. Illi sententiæ favet quòd dicit, eas *reversuras ad pristinum statum* : obstat autem, quòd decem Tribus non sunt restitutæ. [Quòd si deinceps revertantur, ut multi viri docti boníque sperant, perit hujus argumenti vis.] Præcipuè tamen de conversione ad Christum loquitur, &c [h]. Intelligit libertatem spiritualem quam hæ gentes assecuturæ erant per Christum [i]. q. d. Stabunt aliquando gentes Sodomæ similes per Christum, cùm nunc jaceant in Satanæ tyrannide; quemadmodum steterunt aliquando Sodoma & Samaria, quæ nunc jacent. Loquitur autem de Sodomæ mutatione ex casu in statum. Cujusmodi autem futura sit hæc restitutio, suo tempore scietur [k].

54. *Ut portes* (vel, *Idcirco portabis*, M. sim. Ti.) *ignominiam tuam*, &c.] i. e. Ut te pudeat parem te haberi iis quos tantopere contempsisti, & qui in longo exsilio ex te habebunt solatium [l]. Confirmat se eos ità perditurum, ut nulla in posterum speranda sit salus [m]. Videntur quidem hæc ultionem sapere, non promissionem. Sed non est ità : imò verò hîc innuitur mysterium illud de Judæis ad Christum vocandis in medio Gentium, h.e. inter Gentes, nullâ præ illis prærogativâ Judæis relictâ: unde illi erubescere, indignari, & æmulare Gentiles, cœperunt, & Deum criminari, &c [n]. ideóque à Christo sunt aversi & rejecti, pauci verò conversi [o]. *Ut portes*, &c. i. e. Ut pudeat te, & pœniteat scelerum tuorum [p]. ¶ *Consolans*, &c. בְּנַחֲמֵךְ אֹתָן] *Consolationi exsistendo illis*, JT. *Dum consolaris*, vel *consolaberis*, *eas*, Ca. Pi. sim. M. P. Ti. *In consolando te illas*, V. Mo. *Consolando ipsas*, Calv. Sign. hoc exemplum omnibus consolationi fore: tum, 1. piis, eò quòd noverint justum esse, ut Deus rependat afflictionem iis à quibus fuerint afflicti; tum, 2. impiis [q], ut videant se in calamitate sua habere pares [r] : quod miserorum consolatio est †. Non sic mitigata fuit tristitia

[l] Pi. [m] Calv. [n] Po. [o] Calv. sim. M. [p] Po. [q] He. in Calv. [r] G. † Ca. [t] La. ex Pra. &c. [v] Pra. ex Polychron. San. [x] Pra. sim. San. [y] La. [z] Me. & T. ex La. [a] Me. T. [b] La. sim. V. [b] T. ex La. sim. V. [c] Ca. La. [d] Ca. * San. [f] La. [g] Ca. [h] Pra. [i] V. [k] Ca. [l] G. [m] Calv. [n] Pra. [o] La. [p] V. [q] Jun. [r] Jun. sim. V. † V. sim. Calv. Jun.

ſtitia Sodomæ, &c. ſed ità loquitur Deus ex more hominum [t].

55. *Et ſoror tua* (vel, *Si ſorores tuæ*, JT.Pi.) *Sodoma & filiæ ejus revertentur ad*, &c. לְקַדְמָתָן] *Ad antiquitatem ſuam*, Mo. P. vel, *priora ſua*, M.Ti.V. *priſtinum*, vel *antiquum ſtatum*, JT. Calv. Ca. Pi. *ſicut fuerunt à principio*, ο'. ſim. Sy. Ar. Ad priſtinam dignitatem [v], vel libertatem, vel poſſeſſionem, ſuam [x]; tum terrenam, tum potiùs ſpiritualem, putà Eccleſiæ. Non quòd antè in Eccleſia fuiſſent, ſed quòd ſtatus Eccleſiæ ſit ſtatus libertatis, qualem illæ olim habuerant [y]; vel, quia olim in Adamo & Noe omnes conſcripti fuimus cives, imò hæredes & filii [z]. *Ad loca originis ſuæ*, G. Argumentatur ab impoſſibili, aut ſaltem ab abſurdo: q. d. Miſericordia Dei ad te perveniet cùm pervenit ad Samariam & Sodomam [a]: non antè; nè tibi placeas [b]: nunquam enim ad eas perveniet [c]. Hâc conſolatione inter ſe perceptâ & malorum communicatione, hærebunt ſemper in ſua antecedente calamitate in qua hactenus jacuerunt: neque exſurgent ex ea, aut ſuis viribus, aut cujuſquam beneficio [d].

56. *Non fuit—Sodoma—audita*, &c. לִשְׁמוּעָה וגו'] *In*, vel *ad*, *auditum*, ſive *auditu*, Mo. V. ο'. (vel, *rumorem*, P. *ſermonem*, Calv. V. quòd ſermo audiatur *: malam *famam*, Ar. Al. *in auribus*, JT. *audita*, Pi. *famoſa*, Sy. *alicujus famæ*, M.) *in ore tuo*, Mo. &c. q. d. Eam adeò deſpectui habebas [f], ut nè dignam quidem arbitrareris quam nominares [g]. Non es recordata nec memorâſti peccata & pœnas Sodomæ [h], ut te metu ſupplicii à ſceleribus revocares [i]. Certâſti omnibus viribus, ut ex ore, ex auribus, ex animis denique, hominum eximeretur omnis memoria horrendi illius judicii [k], quod in auribus & ore omnium perpetuò verſari debuit; quum eo fine Deus Sodomam ſubvertit, *ut eſſent exemplar impiè victuris*, 2 Pet. 2. 6 [l]. Grave ſcelus eſt, non conſiderare opera & judicia Dei, Eſa. 5. 12 [m]. ¶ *In die ſuperbiæ tuæ*; ità ο'. Sy. Ar. גְּאוֹנָיִךְ] *Superbiarum tuarum*, Mo. P. Calv. *pompæ tuæ*, M. *ſummæ excellentiæ tuæ*, JT. *excellentiarum* (vel, *altitudinum*, Calv.) *tuarum*, Pi. *Quo tempore faſtuoſa eras*, Ti. *Cùm in faſtigio fores*: regnante Davide, qui Syros & Palæſtinos ſubjugavit [n]. Quum in ſummo otio & tranquillitate degebas, ob quæ ſuperbiebas admodum [o]. q. d. Dum res fluxerunt ex voto, non eras ſolicita de reddenda Deo ratione, nec pœnarum exempla in memoriam revocâſti, ut erudireris, &c [p].

57. *Antequam*, &c. בְּטֶרֶם תִּגָּלֶה רָעָתֵךְ] *Antequam* (ſub. *ſcilicet*, P.) *revelaretur malitia tua*, Mo. P. ſic Ti. Calv. &c. per pœnas [q], ex quibus patebat te ſceleratiſſimam & à Deo rejectam eſſe †. *Quum nondum fuerit revelatum malum tuum*: i. e. Tantiſper dum in tuis iſtis peccatis obtorpeſceres, nec illa coram Domino curatore tuo retegeres, nulla ſcilicet ſpes erat miſericordiæ, &c [t]. Oſtendit cauſam unam pœnarum fuiſſe, ſummam eorum in peccatis pertinaciam [v]. ¶ *Sicut*, &c. כְּמוֹ עֵת וגו'] *Sicut* (vel, *Ut*, Ca. *Utpote*, Ti. *Secundùm*, Calv. *Quum eſſet*, JT.) *tempore* (vel, *tempus*, JT. Calv. vel, *hoc tempore*, G. ex Vulg.) *probri*, ſive *opprobrii*, (vel, *dedecoris*, Ca. vel, *in opprobrium*, G. Vulg. vel, quo fuiſti in *opprobrio*, M.) *filiarum* (vel, *puellarum*, Ca. *apud filias*, M. *à filiabus*, JT.) *Aram*, vel *Syriæ*, &c. Mo. P. &c. Τὸ *opprobrii* activè accipiendum, i.e. quo te affecerunt Syri *. Quod nunc ità fiet, ut ſicut tu ſpreviſti Ammonitas & Moabitas, [quos G. poſt Hebræos quoſdam per Sodomam hîc, ut priùs, intelligit;] ità te deſpectui ſint habituri tam Syri quàm Philiſtini, qui ſunt planè ἀλλόφυλοι, (*alienigenæ* [x].) *Quemadmodum* nec fuit revelata [*malitia tua*] *tempore probri*, &c. i. e. quo tempore probro te affecerunt & infeſtârunt Syri & Meſopotamienſes, Chaldæi, Aſſyrii; nam hi omnes Syriæ appellatione olim continebantur, teſte Plin. l. 5 [y]: nec tamen ad Deum converſa es [z]. Ità Judæi nec antiquis Dei judiciis movebantur, nec præſenti exemplo Samariæ, à Syris, Philiſthæis & finitimis gentibus, duce Aſſyrio, peſſundatæ, ut videre eſt 2 Reg. 16. & 2 Par. 21. & 28. quanquam in conſpectu & cum periculo tuo hoc factum eſſet. Vide Eſa. 7. & 8 [a]. [Alii verſum aliter diſtinguunt.] *Antequam revelata eſſet malitia tua*. (Scil. per pœnas meas: ut percipitur ex antitheſi. Synecdoche generis: nam per expoſtulationes Prophetarum malitia illius populi ſubindè fuit revelata. Hinc autem apparet, verba hæc cohærere cum ſententia versûs præcedentis; & verbis ſequentibus contineri ſententiam diverſam, ac præcedenti oppoſitam. Non eſt igitur hîc obſervata accurata verſuum diſtinctio.) *Quum* autem eſſet *tempus probri à filiabus Syriæ*, &c. i.e. à Syris. Periphraſis [b].

58. *Scelus tuum & ignominiam tuam* (i. e. ignominiam, quæ eſt ſceleris pœna; ἐν διὰ δυοῖν [c]. vel, *& abominationes tuas*, Calv. Pi. Mo. &c.) *tu portâſti*] Ad verb. *portâſti eas*, vel *ea*: pronomen redundans [d]. Vel, *portabis*: i.e. Affligêris pro ratione ſcelerum tuorum *. Non immodicum rigorem portas, (ut me falsò inſimulas,) ſed juſtam ſcelerum mercedem [f].

59. *Et*, &c. וְעָשִׂיתְ אוֹתָךְ כַּאֲשֶׁר עָשִׂית אֲשֶׁר בָּזִית אָלָה וגו'] *Et* (vel, *Viciſſim*, JT.) *faciam* (vel, *Ego agam*, M. vel, *Faciam*, P. Pi. ut ו redundet [g]: vel, *Faciam etiam*, Q. in V.) *tecum*, vel *tibi*, *ſicut feciſti*; *quæ* (vel, *quia*, V.) *contempſiſti juramentum*, ſive *exſecrationem*, (quâ te devoviſti paciſcens cum Deo [h]: vide Levit. 26 [i]. & Num. 5. 21 [k]. & Deut. 27. & 29. 12. & Joſ. 8. 33, 34 [l].) *ad infringendum* (vel, *irritum faciendo*, JT. Pi. *ut diſſolveres*, M. ſim. P.) *pactum*, Mo. &c. Quod tecum pepigi in monte Sinai [m]. Sicut tu deſpexiſti pactum infringendo, ſic ego te deſpiciam [n]. Occurrit objectioni. Tu, ô Domine, fœdus & fidem tuam præſtare debes, & tibi conſtare in promiſſis. Reſp. Requiritur mutua fides in fœderibus: nullum eſt fœdus ubi altera pars ab eo diſceſſit. Cùm itaque vos perfidi ſitis & fœdifragi, ego etiam à fœdere liber ſum [o]. [Ca. locum ſic reddit, *Ego tibi parem gratiam referam, quæ violando fœdere ſacramentum contempſeris*. Ti. hunc verſum aliter accipit, & cum ſeq. ſic reddit; *Ego quidem agerem tecum quemadmodum feciſti mecum, quæ ſpreviſti*, &c. v. 60. *Sed recordabor*, &c.]

60. *Et* (vel, *Autem*, V. *Tamen*, Calv. ſic JT. Pi. G. &c.) *recordabor ego pacti mei*, &c.] Vel, 1. ut te puniam ſecundùm pactum meum, in quo ſcil. erant, ut promiſſa, ità & minæ, ut Levit. 26 [p]. Vel, 2. ut te recipiam [q], reſipiſcentem, rurſúmque in uxorem admittam [r]: ut adimpleam promiſſum meum de Chriſto mittendo †, & ex ſemine Abrahami naſcituro [t]. Hactenus reſpexit corpus populi, cui nullam ſpem reliquit: nunc ad reliquias gratiæ ſe convertit, iiſque miſericordiam promittit, quam tamen gratuitam & in fœdere fundatam eſſe docet [v]. Quamvis tu fœdus violâſti, te tamen non prorſus deſeram [x]. *Recordabor*, i. e. Certis documentis oſtendam me non eſſe oblitum fœderis mei [y]. Solent repentè Prophetæ læta triſtibus admiſcere [z]. ¶ *Pactum ſempiternum*] i. e. Diu duraturum, Neh. 10 [a]. Tum, 1. per Zorobabelem [b], cùm educam te è Babylone [c]: tum potiùs, 2. per Chriſtum [d]; quod ſempiternum eſt, vide Jer. 31. 31 *. Non obſcurè hîc promittit Deus fœdus aliquod præſtantius vetere, quod jam abolitum fuerat populi culpâ. Interea docet novum fœdus à vetere originem & cauſam ſuam habere, & in ipſo fundatum eſſe [f]. *Fœdus perpetuum*: i. e. non ambulatorium aut tranſiens, ut, propter ipſius ἀδύνατον, [i. e. quòd impoſſibile eſſet illud ſervare,] fœdere legali actum eſt; ſed conſtans & firmum in unica gratia & virtute mea, 1 Pet. 1. 5 [g].

61. *Et recordaberis* (vel, *Ubi tu recordata fueris*. *Et*, pro *cùm*, ſatis frequens [h].) *viarum tuarum*] i.e. Peccatorum [i]. ¶ *Et confunderis*] Et pœnitentiam egeris [k]. Pudebit te tui, & antiquos mores tuos damnabis [l]. Pudor autem eſt pars vel fructus pœnitentiæ, 2 Cor. 7. 10, 11. Oſtendit nullos eſſe capaces miſericordiæ Dei niſi qui ſibi diſplicent, & peccata agnoſcunt. Hîc ergò habemus ſummam Evangelii, fidem ſcilicet & pœnitentiam [m]. ¶ *Cùm*, &c. בְּקַחְתֵּךְ אֶת אֲחוֹתַיִךְ הַגְּדוֹלוֹת מִמֵּךְ אֶל הַקְּטַנּוֹת מִמֵּךְ] *Quum acceperis*, vel *aſſumpſeris*, vel *ſuſceperis*, (vel, *In capiendo te*, Mo. *Aſſumendo*, JT.) *ſorores tuas majores te, cum minoribus te*, P. JT. ſim. M. Ti. Calv. Pi. &c. i.e. In illarum comitatu redieris [n]. Cùm adjungentur tibi ſorores tuæ [o]: magna ſcilicet turba, quæ Deo obſequetur, & particeps erit ejuſdem fœderis. *Sorores* hîc vocat non ſolùm Sodomam & Samariam [p]; ſed, 1. cunctas gentes [q], *majores & minores*: i.e. vel, quæ in majoribus vel minoribus peccatis fuerunt [r];

[t] Calv. [v] Calv. [x] Me. ex La. [y] Me. [z] La. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] Pi. [e] V. [f] G. [g] G. ſim. Me. T. [h] La ex Mald. & H. ſim. V. [i] La. [k] Jun. [l] Pol. [m] Calv. [n] Ca. [o] V. [p] Calv. [q] Calv. † ſim. G. [r] Pi. [s] Calv. [t] Jun. [v] Pol. * V. [x] G. [y] Jun. [z] Calv. [a] Jun. [a] Pol.

[b] Pi. [c] G. [d] V. * Q. in V. [f] Calv. [g] V. [h] Pi. [i] Calv. [k] Pis. T. ex P. [m] Pi. [n] G. [o] Calv. [p] La. ex Mald. ſic M. [q] La. ſim. T. [r] T. † Me. [t] La. ex Pra. [v] Calv. [x] Pra. Pol. [z] Me. [a] C. [b] L. T. [c] T. [d] La. T. Calv. * La. [f] Calv. [g] Jun. [h] G. [i] Calv. Pol. ſic Pi. &c. [k] G. [l] Me. ſim. La. T. Calv. [m] Calv. [n] G. [o] V. [p] Calv. [q] Calv. ſim. Jun. Pi. Pol. Pra. La. M. T. [r] V.

vel, quæ numero hominum te majores vel minores ſunt †. 2. Decem Tribus [t]. ¶ *Et dabo eas tibi in filias*] i. e. In te genitas per Evangelium [v]. Hieroſolyma eſt mater Chriſtianorum [x]. q. d. Ex vobis Deus præcones excitabit, quorum operâ & verbo Gentes gignentur, & ad communionem ejuſdem gratiæ adducentur, & ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum ædificabuntur [y]. Gens Judæa erat cauſa adminiſtra conſociationis electorum ex Gentibus, quia primi Evangelii præcones erant Judæi. Confer Eſa. 54. 1, &c. Apoc. 12. 1, &c [z]. Dicit, *dabo tibi*, quia à Judæis manavit Evangelium, & ſalus, Pſal. 110. 2. Eſa. 2. v. 3. Mic. 4. 2. &, niſi ipſi repudiâſſent gratiam Dei, fuiſſent primogeniti in Eccleſia, & obtinuiſſent gradum matris apud omnes gentes [a]. Al. Faciam ut tibi pareant, ſicut filiæ matri. Nam & Ammonitidos & Moabitidos multa Judæi ſua armis fecerunt. Vide 1 Mac. 5. & Joſeph. 10. 12. Et Samaria ipſis donata eſt; idem, 13. 5 [b]. ¶ *Sed non ex pacto tuo*] [Variè explicant.] 1. q. d. Liberæ erunt à ceremoniis Legalibus [c]. 2. Non propter pactum illud ſive teſtamentum vetus [d], quod ſervos reddebat ipſos filios, tantum abeſt ut alienigenas in filios adoptaret *; quod etiam violâſti [f]: ſed propter novum fœdus [g], in Chriſto [h]. Confer Jer. 31. 31. 2 Cor. 3. 3. Heb. 8. 8 †. Qui ſic exponunt, nec nihil dicunt, nec totum [i]. 3. Non propterea quòd tu digna ſis hâc aggregatione Gentium, ut quæ fœdus ſervaveris; ſed ex gratia mea. Ellipſis ſententiæ oppoſitæ; qualis Rom. 8. 12 [k]. Metonymia eſt, pro eo quod diceres, *Non quòd tu ex tua parte pacto ſteteris* [l]. Non id datum meritis tuis, aut obſervantiæ pacti, quippe quod ſæpe prodidiſti; ſed gratiæ Dei †. Dixerat paulò antè, *Memor ero fœderis mei*; jam dicit, *non ex fœdere tuo*. Conciliat igitur quæ contraria videbantur. Oſtendit fœdus illud irritum & abolitum eſſe ex parte populi, firmum autem ex parte Dei, qui eorum ſuperavit malitiam, & fœdus ſuum erga ipſos iterum erexit [m]. 4. Anticipatio eſt; q. d. Dixerint fortè Judæi, ergò non aliter Gentibus fore fœdus, quàm ut fiduciariæ ſint & beneficiariæ Judæorum. Reſpondet non ità fore. Non enim fœdus Dei ex Judæis in Gentes transfundetur, ut propterea Judæorum ſint beneficiariæ; ſed tantùm præconium primum fœderis ab eis prodibit, fœdus verò ipſum Gentibus à Deo immediatè conſtituetur. Itaque opponuntur inter ſe fœdus perpetuum in præc. v. & fœdus Judæorum hoc verſu: quia Judæorum fœdus tranſmeavit, novum verò in Chriſto æternum eſt [n].

62. *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *ſuſcitabo* (vel, *præſtabo*, JT. *ſtabiliam*, Pi. Calv. &c. *novabo*, G. rurſus erigam, vel reſtituam in integrum [o],) *ego pactum meum tecum*] Sub. *percuſſum*, Pi. Quia fœderi non ſtetiſti [p]. Fœdus meum hominum perfidiâ non abolebitur, confer Rom. 3. 3, 4. ſed ſtabile erit; non quidem cum illo populo qui jam rejectus fuit ob perfidiam, ſed cum veris & genuinis Abrahæ filiis, vel, cum novo populo emerſuro & à Deo creando [q]. *Cùmque ego conſtituero fœdus meum tecum*, putà & tuo & ſororum nomine [r]. ¶ *Et ſcies* (vel, *agnoſces*, JT. per fidem †; vel, *experieris*, Pi.) *quia* (vel, *quòd*, Calv.) *ego Dominus*] Vel, *me eſſe Jehovam*, JT. Pi. h. e. me eſſe vobis diſſimilem; me non pro levitate & inconſtantia hominum conſilium variare, ſed ſtare promiſſis, etiamſi culpâ hominum fœdus collapſum eſſet. Perperàm itaque ex proprio ſenſu æſtimatis miſericordiam & veritatem meam, quæ incomprehenſibiles ſunt, ut Eſa. 55. 8, 9. Ità diffidentiam Judæis excutit & deſperationem de inſtauratione ſua. q. d. Mente aſſurgendum eſt in cœlum, ut exſpectetis quod videtur abſurdum: quia ſcilicet debetis ex natura Dei judicium facere, & metiri effectum promiſſionum immensâ ejus potentiâ, non autem ſuo ſenſu aut ſuis cogitationibus. Porrò, locutio ſæpius repetita fuit, ſed alio ſenſu. Cùm ſcilicet Judæi objurgationibus & minis protervè illuderent, hoc dicit, Tunc, cùm deſiero apud vos loqui, & vos erudiero meis flagellis, incipietis ſentire me eſſe Deum. Sed nunc, ut videmus, concionatur de gratuita reconciliatione populi cum Deo [t].

63. *Ut recorderis*] Hortatur hîc fideles ad pœnitentiam, & aſſiduum ejus ſtudium; & docet, promiſſionem

† Pol. [t] M. V. [v] Pol [x] P. ſim. Pi. [y] Ca. [y] Jun. [z] Pol. [a] Calv. [b] G. [c] Q. in Calv. [d] Me. T. Pra. La. Pol. * Pra. [f] La. [g] Me. [h] La. ex Pra. Pol. &c. † Pol. [i] Calv. [k] Pi. [l] G. ex Ch. † San. ex La. [m] Calv. [n] Jun. [o] Calv. ad v. 61. [p] G. [q] Calv. [r] Jun. † Idem. [t] Calv.

gratiæ ad pœnitentes reſtringi [v]. ¶ *Et confundaris*] Videns tam multa conferri beneficia in te, quæ ingrata fueras, & iram potiùs quàm benignitatem Dei provocaveris [x]. ¶ *Et non ſit tibi* (vel, *Neque audeas*, Ti. Ca.) *ultrà aperire os*, פִּתְחוֹן פֶּה] *Apertio oris*, Mo. P. id eſt, Non audebis ampliùs contra me hiſcere vel conqueri [y], vel mutire contra Gentiles, ſorores tuas [z], cùm videbis tuam indignitatem [a], meámque erga te clementiam & beneficentiam [b], quâ quaſi certabo cum tua impietate, eámque vincam & obruam [c]. Agnoſces perpetuò quanta peccaveris [d]. Al. *apertio oris*, ſubaud. *contra me*; Hebraiſmus, pro *expoſtulatione*, vel *excuſatione*: i. e. ut ultrà non habeas quo poſſis juſtè conqueri de me, vel, quo excuſare te poſſis *. Ut non auſis ampliùs os aperire ad excuſandum te, aut palliandum peccata tua [f]. Ut præ pudore prorſus obmuteſcas, & ſilentio tuo fatearis te eſſe convictum. Significat confeſſionem hanc plenam fore & ſolidam, ſepoſitis omnibus tergiverſationibus & ſubterfugiis, quâ agnoſcunt homines nihil in ſe eſſe præter materiam damnationis: quum hypocritæ, contrà, dimidiant inter ſe & Deum; Peccavi, inquiunt, ſed cur damnabor ob unum vitium? quare non venient in rationem bona mea opera [g]? ¶ *Præ*, &c. מִפְּנֵי כְּלִמָּתֵךְ] *Propter pudorem* (vel, *probrum*, Calv. *ignominiam* M. JT. ſic V. Ti. &c.) *tuum*, P. ſim. Mo. *præ pudore*, Ca. ¶ *Cùm*, &c. בְּכַפְּרִי לָךְ לְכָל־ וגו'] *Quum*, vel *dum*, *placatus*, ſive *propitius*, *fuero* (vel, *expiavero*, JT. V. *ignovero*, Ca. Pi.) *tibi* (vel, *te*, V. JT.) *in omnibus*, &c. P. M. Ti. Calv. &c. vel, *ab omnibus*, &c. JT. vel, *omnibus*, &c. V. vel, *omnia*, &c. Pi. vel, *quæcunque feceris*, Ca. ſim. Sy. vel, *juxta omnia*, &c. ο'. ſim. Ar. Optimè quadrant, Deum peccata noſtra ſepelire, & nos ea in memoriam revocare. Antevertimus enim Dei judicium quoties noſmet damnamus. Et certè, ſicut incredulitas ſuperba eſt, ità quò quiſque magìs guſtavit Dei gratiam, eò magìs coram Deo humiliatur, & propenſior eſt ad ſe damnandum. Dicit autem, *ſuper omnibus*, &c. ut amplificet gratiæ Dei magnitudinem, quæ tot ſcelera condonavit, &c [h]. *Cùm placatus*, &c. i.e. Poſtquam, novum fœdus ineundo, oſtendam me illa tam gravia & magna condonare [i].

[v] Calv. [x] T. [y] Me. T. La. [z] T. [a] La. ſim. T. [b] La. ſim. Me. [c] La. [d] G. * V. [f] Pi. [g] Calv. [h] Calv. [i] G.

CAP. XVII.

2. PRopone, &c. חוּד חִידָה] *Propone* (vel, *Ænigmaticè loquere*, Mo. P. ad verb. *Ænigmatiza*, M. V. Calv. Pi. vel, *Acue*, Pi.) *ænigma*, Ch. M. Ti. JT. Pi. Ca. i. e. obſcuram ſimilitudinem, ſive, ut ſequitur, parabolam [a]: [illegible] qualis ille apud Heſiodum de accipitre [b]. Heb. *acumen*, Pi. Perpetuam metaphoram, ſive allegoriam, vel, acutè & obſcurè dictum, quod ingenii acumen ut intelligatur requirit [c]. Ænigma hîc adhibuit Deus, ut attentiores redderet Judæos [d], tanquam ad rem minimè vulgarem, & quæ illos ſeriò afficere deberet *.

3. *Aquila*] i.e. Nabuchodonoſor [f]; ut videre eſt Jer. 48. 40. & 49. 22 [g]. & infrà v. 12 [h]. Rex ſignificatur per *aquilam*, tum quia hæc eſt avium Rex; tum ob vires, pernicitatem, audaciam, & altitudinem volatûs [i]. ¶ *Grandis*; ità Mo. P. &c. הַגָּדוֹל] *Ingens*, Ca. *quædam maxima*, JT. Pi. Articulus ה hîc & valet pronomen indefinitum τὶς, & ſuperlativum notat [k]. ¶ *Magnarum alarum*] Ità ο'. ſim. M. P. Mo. &c. Ad volatum [l]. i. e. Rex potens [m], ampliſſimum Regnum habens [n], & magnas ſecum copias, Jer. 48. 40 [o]. ¶ *Longo*, &c. אֶרֶךְ הָאֵבֶר] *Longa pennâ*, vel *pennis*, ſive *alis*, Mo. P. Calv. ſim. Sy. Pi. Ti. Vel, ob magnitudinem Regni [p]; vel, quia celerrimè à Babylone in Occidentem volavit [q]. Al. *alatiſſima*, JT. *longa extenſione*, ο'. ſim. Ar. *longa corpore*, Ca. vel, *membris*, Ch. ſic M. G. K. & RS. in Pra. אִבְרָא *membrum* Chaldæis. Hoc ſecuti ſunt Interpretes omnes, [rectiùs dixiſſet, aliquot,] non Hebræam *alæ* ſignificationem: id enim ſatis præceſſit. Significatur latè imperâſſe [r]. Membrorum magnitudo ad impetum facit †. אֵבֶר hîc ſumitur pro membro robuſto; ut אַבִּיר *potentem* & *robuſtum* ſign. Hieron. [ſive Vulgatus] habet,

[a] Me. ex La. [b] G. [c] Pol. [d] Pol. ſim. Calv. * Calv. [f] G. ſic M. V. Pi. La. Calv. &c. [g] G. [h] Pi. [i] T. ex La. ſim. Pol. [k] Pi. [l] Jun. [m] Pi. [n] V. [o] G. ſim. M. [p] V. [q] M. [r] G. † Jun.

habet, *longo membrorum ductu*; quibus denotatur robur imperii[r]. ¶ *Plena*, &c. מְלֹא הַנּוֹצָה אֲשֶׁר לוֹ הָרִקְמָה] *Plena* (vel, *integris*, Sy. *operta*, Ch.) *plumâ*, vel *plumis*, Mo. P. Ti. JT. Ca. Pi. Calv. (vel, *pennis*, M. ad defensionem ab injuriis supervenientibus[t]. Ut opponatur *aquilæ glabræ*, de qua Mic. 1.16. Nempe, in ingressu Veris rapaces aves obnoxiæ sunt defluvio pennarum; & cùm pennæ renascuntur, juxta Psalm. 103. 5. tum aquila est *plumis plena*, sive *scatens*[x]. Per *plumas* hîc denotat, vel, immensas opes[y]; vel, regiones[z], & populos[a]. Al. *unguibus*, o'. Sy. Ar. Quod non placet, cùm omnibus aquilis idem fit unguium numerus[b].) *cui* (ad verb. *cui*, vel *quibus*, *ei*, V. Mo. sed *ei* redundat[c]: *in quibus*, G. sub. *est*, JT. vel, *erat*, G. *erant*, Pi. *inest*, P. V.) *varietas*, P. V. G. sim. Mo. sub. *colorum*, V. vel, *varii colores*, Pi. Heb. *opus phrygionicum*, Pi. sim. BA. *species artificiosissima*, JT. *quæ illi variæ erant*, Calv. *figuratis*, Ch. *atque picturata*, [nempe *aquila*,] Ca. *quas discolores* (*picturatas*, Ti.) *habet*, M. sic Calv. Intelligo illud aquilæ genus quod περκνόπτερος, & χρυσάετος, & ἀστερίας, vocatur, ab aureo fulgore, & maculis aspersis stellarum instar; quæ etiam *aquilarum maxima esse creditur*, ait Ælian. Hist. 2.39[d]. *Varietas* hæc denotat, vel, dignitatem ac majestatem Regni *; vel, varios linguâ & habitu populos quos sub se habuit[f], vel in exercitu suo[g]. ¶ *Venit ad Libanum*] i.e. Vel, 1. Templum[h]. Libani nomine Templum significari constat apud Judæos[i]. Vel, 2. Hierosolymam[k]; sic dictam, quòd ferme tota ex cedris Libani constaret[l]. Vel, 3. terram Judææ[m]; quam sic vocat, vel, 1. quia in ea crescebant pulcherrimæ arbores: vel, 2. quia Libanus erat insigne decus regionis ob cedros, balsamum, &c[n]: vel, 3. quia Judæa abundabat urbibus, ut Libanus cedris: vel, 4. quia mons ille situs erat in Judæa[o], ejúsque terminus erat[p], per quem à Babylonia in Judæam venitur[q]: vel, 5. quia persistit in metaphora aquilæ, quæ in montibus, non in urbibus, versari solet[r]. ¶ *Tulit*, &c. וַיִּקַּח אֶת צַמֶּרֶת וגו'] *Et accepit*, vel *abstulit*, *summitatem* (vel, *surculum*, Ca. *propaginem*, Ch. *electa*, o'. sim. Sy. Ar. *supremum fastigium*, Ti. *calamum summum*, JT. *summum ramum*, Pi. sic V. M.) *cedri*, Pi. Calv. vel, *cedrorum*; sing. pro plur †. Intellige Regem Jechoniam[t], ad cujus teneram ætatem hîc alludit, erat enim solùm 18 annorum[v]; & Regiam stirpem[x]; & Principes[y], viróśque claros[z]; & bonam partem de populo, 2 Reg. 24. 14[a].

4. *Summitatem*, &c. אֵת רֹאשׁ יְנִיקוֹתָיו קָטָף] *Summitatem*, sive *Cacumen*, (vel, *Caput*, Calv. G. V. vel, Item *summitatem*, Pi.) *surculorum*, vel *ramorum*, (vel, *tenerorum ramorum*, JT. Pi. G. sic V.) *ejus avellit*, Calv. vel, *decerpsit*, JT. Pi. i. e. Jechoniam Regem, natum annos tantùm 18[b]; & proceres[c]. Declarat quod præcedenti versu dixerat[d]. ¶ *Transportavit eam in terram Chanaan*; sic LXX, Ch. Sy. Ar. כְּנַעַן] *Mercatorum*, vel *mercatoriam*, vel *negotiatorum*, M. Ti. P. Ca. JT. Pi. Calv. V. G. ut vox sumitur Esa. 23.8*. ut mox exponitur[f]: id est, in Babyloniam[g]; (quæ sic dicitur, quia celebre erat emporium[h], & plurimi ibi mercatores[i], & maximis amnibus navigabilis erat[k]:) quia propter multitudinem firma fuit hæc custodia, (quâ claudebantur Jechonias & Principes,) unde non facile esset captivos abducere: nam ex solitudine poterit facilè quispiam eripi nullo resistente[l]. ¶ *In urbe* (vel, *urbem*, P. sic M. &c.) *negotiatorum*; ità Mo. P. M. &c. vel, *mercatorum*, Ti. רֹכְלִים] *Aromatariorum*, JT. G. q. d. mollissima & luxuriosissima; cujus cives omnes sic diffluebant luxu, ut aromatarii molles (aut redolentes aut facientes aromata) esse videantur, quàm viri fortes. Periphrasis Babelis[m], quæ aromatum plena erat ex commercio cum Arabibus, Persis & Indis. Indè suffitus diis largissimè faciebant Babylonii, ità ut tota urbs fumare videretur. רוֹכְלִים Chaldæis propriè *aromatarios* significat[n]. Sed malim *negotiatores* vertere, tum ex collatione membri præcedentis, tum ex crebriore significationis illius usu[o].

5. *Et* (vel, *Postea*, P. *Insuper*, Pi.) *tulit* (vel, *accepit*, Pi. Calv. scil. aquila illa v. 3. sive Nebuch P.) *de semine terræ*] Ità Mo. &c. i. e. è Judæis[q]: Sedeciam, Regiæ stirpis virum[r]. ¶ *Et posuit illud* semen scilicet †) *in*, &c. בִּשְׂדֵה זָרַע] *In agro*, vel *agrum*, *seminis*, Mo. P. Calv. M. vel, *surcularem*, Ti. vel, *sativo*, JT. Pi. Calv. vel, *apto sementi excipiendæ*, i. e. feraci[t]; nempe, in terra Juda[x]. Vel, *ad sementem faciendam*, Ch. in G. i.e. ut familia Regia per eum duraret[y]. ¶ *Ut*, &c. קַח עַל וגו'] *Tulit* (vel, *Acceptum*, JT. *Tulit* illud, P. *Accepit*, inquam, Pi. quem *delegit*, sive *delegerat*, M. Ti.) *juxta aquas multas*, Mo. &c. q. d. in loco riguo, non arido[a]: in solo optimo, Eccles. 11. 1[a]. (*quod largo humore irriguum desumpserat*,) Ca. ¶ *In*, &c. צַפְצָפָה שָׂמוֹ] *Salicem* (vel, *instar salicis*, P. sim. M. Ti. Calv. V.) *posuit illud*, Mo. Calv. P. &c. Gaudent salices loco humente, non siticuloso. q. d. Citò floruit[b]. Salices amant aquas, Psal. 137. 2. Esa. 44. 4. & Plin. 16. 19. Vox צַפְצָפָה Chaldæis (& צפצפ Arabibus) est *salicis genus*[c]. Al. *& compositè*, &c. Ca. *circumspectissimè*, &c. JT. Cum *magna circumspectione*, id est, accuratis conditionibus[d], summâque cautione *; accepto ab illo juramento fidelitatis, imposito tributo, acceptis obsidibus[f]. Beneficentiam à Babyloniis præstitam ostendit hoc versu, &c[g]. Al. *In superficie*, &c. Vulg. A צָפָה, *conspicere*, factam credidit geminatam vocem; ut & o'. qui vertunt, ἐπιβλεπόμενον, (*ut respiceretur*.) Ità Sedeciam posuit Babylonius ut aspici posset; i. e. à Judæis quidem suspiceretur, ab ipso autem penderet, ut sequitur[h]. *Spectabile*, &c. Ar. *In speculam*, &c. Sy. *Vitem optimam*, &c. Ch.

6. *Cùmque*, &c. וַיִּצְמַח] *Et germinavit*, Mo. P. &c. vel, *ortum est*, o'. simil. Ar. vel, *floruit*, M. Ti. Pi. sub. *illud*, nempe semen: h. e. Sedecias rebus secundis usus est[i]. ¶ *Crevit*, &c. וַיְהִי לְגֶפֶן סֹרַחַת וגו'] *Et fuit* (vel, *factum est*, M. sic Ti. P. *abiit*, JT. *evasit*, Pi.) *in vitem luxuriantem*, Mo. JT. Pi. sic P. G. (vel, *excessivam*, M. *latè se extendentem*, G. scil. ramis suis[k],) *humilem* (sub. *tamen*, Pi.) *staturâ*, Mo. sic P. M. &c. Non pugnant hæc duo. Potest enim vitis luxuriare fertilitate soli, & tamen humilis esse, quippe recèns pacta, necdum adulta. Est autem idem quod paulò pòst dicitur, *emisit sarmenta*[l]. *Humilem*, quia Regi Babyl. subjectum[m]. ¶ *Respicientibus*, &c. לִפְנוֹת דָּלִיּוֹתָיו אֵלָיו] *Ut respiciant*, sive *respicerent*, (vel, *Spectantibus*, JT. simil. G. ex Vulg. *Quia spectabant*; Heb. *Spectando*, vel *Respiciendo*, Pi. vel, *Ut incurvarent sese*, Ch.) *rami*, vel *palmites*, (vel, *palmitibus*, JT. G.) *ejus* (vel, *hujus*, JT.) *ad illam*, P. Ti. Pi. Calv. &c. sub. *aquilam*, Pi. G. Calv. i. e. Ut non altiùs ascendant, sed hæreant illi[n]. *In suo conspectu suos habentem palmites*, Ca. *Cujus palmites reflectuntur ad ipsam*, M. Sensus loci, Erat Rex satis opulentus & felix, sed obligatus suspicere Regem Babylonium ac venerari, ut partim subditus, aut ut cliens[o]. ¶ *Et radices ejus sub illa erant*] Regnum Sedeciæ aliquas radices agebat[p], & quamdiu sub alis ejus fuit prosperè habuit[q]. Firmitas Regni ipsius à Babylonico pendebat[r]. ¶ *Palmites*, &c.] Filios †, Jerem. 52. 10. & Regni proceres, & cives, vel populum, qui quotidie multiplicabantur[t]. Repetit quod dixerat[v]; ut magis appareat ingratitudo Sedechiæ, qui, mediocritate illâ non contentus, perfidè à Babylonio defecit[x].

7. *Aquila altera*; ità o'. Ch. Sy. V. אֶחָד] *Una*, P. Mo. Pro *altera* positum[y]. *Quedam*, M. Ti. Ca. JT. Pi. sub. *alia*, Pi. Rex Ægypti[z]. Infrà hoc explicatur v. 15[a]. Is Rex videtur fuisse Apries[b], vel Vaphres, vel Ephree[c]. ¶ *Magnis alis*] Magnus hic erat[d], sed minor Babylonio *: ideóque non ità magnificis verbis hic extollitur ut ille suprà v. 3[f]. ¶ *Multisque plumis*] i. e. Militibus innumeris[g]: exercitus & populos varios sub se habens[h]. ¶ *Vinea ista* (i. e. Sedecias[i]) *quasi mittens*, &c. כָּפְנָה וגו'] *Congregavit*, vel *collegit*, (vel, *flexit*, Ca. Pi. sic Mo. G. *anhela fuit*, Ti. *applicuit*, JT. Calv. *incurvavit*, Ch. *implicata erat*, o'. *circumvolvit*, Sy. *agglutinavit*, Ar.) *radices suas ad eam*, M. P. Calv. Ab ipso firmitatem petiit; ad ejus clientelam conferre se voluit, 2 Reg. 24. 7. 2 Par. 36. 13. Jer. 37. 7[k]. Fœdus pepigit cum eo[l]. ¶ *Ut irrigaret eam de*, &c. מֵעֲרֻגוֹת מַטָּעָהּ] *Lineis plantationis suæ*, P. *de lineis*, &c. Mo. *in lineis*, &c. i. e. in loco ubi plantata erat[m]. *Ab areis*, &c. M. *ex areolis*, &c. JT. Pi. V. Hæc verba pendent à verbo *flexit*[n]: [hoc modo, *Flexit radices suas ad illam*, —— *ex areolis*, &c.] *Ex elicibus*, &c. Ti. V. vel, *sulcis*, &c. V. Calv. i. e. Eâ spe ut auxiliares copias magnas ab ipso acciperet[o]. Videtur alludere ad Nilum, qui

qui Ægyptum irrigat immissus in agros per fossas p. Ut commoditatibus & deliciis Ægypti animum expleret q. Verbum שקה [radix להשקות, quod hîc vertunt, *ut irrigaret*, de qua voce alibi dictum,] non *irrigare* tantum, sed sæpe & *pinguefacere*, significat; sumitúrque hîc pro, *conserere* r.

8. *In terra bona*, &c.] i.e. Fertili, nempe Judæa†: commodè ad ferendum fructus, & dignitatem comparandam; nec opus habebat ampliori commoditate. Sic fuit dum paruit Babylonio t. Non itaque defecit Sedecias ad Pharaonem ex inopia, vel Regni oppressione, quia benignè habebatur à Nabuch v. sed ex mera superbia & ambitione x. Repetit quæ dixerat, ut ex beneficiorum magnitudine gravior sit culpa animi ingrati y.

9. *Ergóne*, &c? תצלח] An *prosperaretur?* JT. vel, *prosperabitur?* Pi. sim. Calv. sub. *vitis ista*, Pi. Num *prospere cedet?* P. sub. *ei*, nempe *viti*, V. Admirativè legendum est, subintellecto ה z. Fierine poterat ut Deus res prosperas daret & ingrato & perfido? Fides servanda jure gentium, etiam ad quam belli aliquâ necessitate deventum est. Vide de J. B. & P. 3. 19. 11. At Sedecias præter fidem etiam beneficiis erat obligatus, omnia sua Babylonio debens a. ¶ *Nonne radices ejus evellet?*] Nempe aquila illa prior b, ut scilicet aliò transferat c. Statum ejus evertet Babylonius d. ¶ *Et*, &c? ואת פריה יקוסס ויבש כל־טרפי צמחה תיבש] *Et fructum ejus succidet*, vel *exscindet*, (vel, *decerpet*, M. Ti. Ca. vel, *succidet?* Calv. *Excidet* liberos Sedeciæ *.) *& siccabit*, P. (vel, *& arescet*, Mo. *ut arescat*, Ti. sic M. Pi. *& arescet* ipsa vinea, G. *ut sicca fiat?* JT.) *omnes* (vel, *& omnes*, Ti. sic M. vel, *omnibus*, JT. Pi.) *frondes* (vel, *rami*, Ti. vel, *frondibus*, JT. Pi. vel, *palmites*, i. e. Principes & populares f,) *germinis ejus*, vel *sui*, *arescet*, Mo. vel, *siccabit*, P. *exarescet illa*, Pi. *emarcescant*, M. Ti. vel, *exsiccabitur*, JT. scilicet germen ejus g: vel, *arescent* pariter. *Arescere* est, succum vividum amittere, tabescere, ut solent qui in misera sunt servitute h. Al. *ut, arefactis omnibus ejus vitium ramis, exarescat?* Ca. *& siccabit omnes surculos germinis ipsius, ut arefiat?* Calv. Sumit Ezechiel principium illud, vitem illam non potuisse aliter servari quàm auxilio aquilæ quæ ipsam plantaverat i. ¶ ולא בזרוע גדולה ובעם רב למשאות אותה משרשיה] *Et non* (vel, *Idque non*, M. Ti. Pi. vel, *Et annon*, JT.) *in*, vel *cum*, *brachio grandi* (vel, *magnâ potentiâ*, Ti. sim. M. V.) *& in populo multo ad tollendum* (vel, *ad evellendum*, P. *ut tollat*, Ti. sim. M. *exstirpaturus est*, JT. qui *auferet*, Pi.) *eam à radicibus suis*, Mo. P. &c. vel, *radicitus*, Ti. vel, *radicitus?* JT. sub. *veniet*, G. ex Ch. Non opus illi erit totis Regni sui viribus uti adversus Regem tam impotentem k, quia Dominus istum in manum illius tradet l.

10. *Ecce, plantata*, &c.] Sub. *opinione suâ*: q. d. Videtur sibi bene esse plantata m. Esto; *bene plantata erat*, G. loco irriguo & fertili, suis & alienis opibus firmata est: non ergò est quod metuat n. ¶ *Ventus urens* הקדים] *Orientalis*, Pi. Calv. G. &c. i. e. Babylonius o: sic dictus, vel, 1. quòd Babylon sita est ad Orientem aquilonarem respectu Judææ p; vel, 2. quòd iste ventus corrumpebat in illa regione fruges q, & diffringebat cedros & naves r; ideóque sæpe in malum sumitur †. ¶ *In areis*, &c.] i. e. In ipsomet loco ubi plantata est, & irrigari debet t. Apud Jerichuntem capietur v. Quamvis habeat sulcos unde sperat perpetuum humorem x. Exarescet in iis vestigiis quibus confidebat; ac ferme rerum ipsarum operâ à quibus defensionem sperabat sibi affuturam y. Imò, *cum areolis*, &c. i. e. cum ipsa regione Judæa, in qua plantata erat z.

12. *Nescitis quid ista significent?*] Quæ de aquilis dixi a. Stuporem illis objicit & judicii defectum b. ¶ *Ecce, venit*, &c.] Hoc est apologi ἐπιμύθιον, (*accommodatio* c. ¶ *Assumet* (vel, *& cepit*, G. sic Pi. &c.) *regem*] Jechoniam d. ¶ *Adducet*] *Adduxit*. Sic & Chaldæus hæc omnia per præterita vertit *.

13. *Tollet* (*tulit*, G. sim. JT. Pi. &c.) *de semine regni*] Sedechiam, patruum Jechoniæ f. ¶ *Fœdus*] Nempe inæquale, quo Sedecias imperata quædam facere teneretur g: ut regnet, sed sibi sit vectigalis h. ¶ *Jusjurandum*] Coegit eum jurare i: quod vel solum sufficere debebat ad eum retinendum in fide k. ¶ *Fortes*] Vel, *potentes*, G. Velut obsides fœderis l. Consanguineos & fratres Sedeciæ: quos defectione suâ in mortem exposuit m. Vel, hos tulit ut vires Regni debilitaret n.

14. *Ut sit* (vel, *esset*, P. M.) *regnum humile*] Id profitetur Babylonius: non astutè egit, sed sincerè & ingenuè; proposuit ei conditiones, & quidem tolerabiles: videbat utile esse & Regi & toti populo, contineri sub aliqua moderatione. Quò sceleratior erat Sedecias, qui se extulit in suam perniciem o. ¶ *Sed*, &c. לשמור את בריתו לעמדה] *Ad custodiendum pactum ejus, ad astandum ei*, Mo. *Sed custodiret*—*ut* (vel, *&*, M.) *staret in eo*, P. M. Ut illo velut fræno Judæa retineretur in obsequio p. *Ut observando fœdus suum* (i. e. promissiones factas in fœdere q: vel, *ejus*, Pi.) *staret*, JT. vel, *consisteret*, Pi.

15. *Equos*] Quibus maximè valebat Ægyptus, Deut. c. 17. v. 16 r. ¶ *Numquid effugiet?*] An impunè feret rupta fœdera *? Quoniam tanta erat fœderum sanctitas, ut non posset convelli, quin labefactaretur societas hominum, hinc illa etiam profanis gentibus persuasio, fœdifragos non fore impunitos †. Convellebat Sedechias jura omnia, tum, 1. humana, quòd, beneficium à Babylonio acceptum negligens, à jure temere discederet; tum, 2. Divina, quòd jusjurandum nomine Dei præstitum perrumperet t.

16. *In loco regis*, &c.] In urbe Regia, Babylone, ut jam sequitur v.

17. *Et non*, &c. ולא וגו׳ יעשה אותו וגו׳] *Et non*, vel *Neque*, *in exercitu magno & in multitudine multa faciet*, vel *facturus est*, (sub. *quicquam*, JT.) *cum eo Pharao in prælio*, Calv. sic P. Mo. JT. Pi. Quicquid Pharao conetur, quamvis ingentes copias adducat, nihil proficiet x: non juvabit Sedeciam y: vel, non præliabitur cum eo adversus Nebuchadn z. Vel, *quicquam ei efficiet*, &c. Ti. *ei subveniet*, &c. Ca. simil. M. *magnificaturus est ipsum Parho in bello*, i.e. Nunquam efficiet ut Sedecias magnificè gerat se in Regem Babyloniæ. Sic עשה accipio ut Deut. 32. 6 a. Vel, *faciet* (vel, *geret*, Sy. Ar.) *contra eum*, Ch. οἱ. G. Ar. (vel, *cum eo*, Sy.) *Pharaonem prælium*; nempe Chaldæus. Non opus erit ut totis viribus Regni cum Ægyptio certet: nam Ægyptius audito ejus adventu recedet b. Potest certè hic locus tam de Zedecia quàm de Rege Babyl. accipi: nihil enim fecit Pharao cum alterutro; nec illum juvavit, nec cum hoc profecit, quia coactus est celeriter se recipere in suos fines c. ¶ *In jactu*, &c. בשפך סללה ובבנות דיק להכרית וגו׳] *Quum*, vel *dum*, *effuderit* (vel, *diffundet*, JT. sub. *ille*, JT. Pi. vel, sub. *hostis*, M. Rex Babyloniæ d: vel, *fundendo*, Calv. *in effundere*, V. *in effundendo*, Mo.) *aggerem, & exstruxerit* (vel, *in ædificando*, Mo. sim. Calv. *& quum exstruet*, JT.) *vallum*, (vel, *turrim ligneam*, Mo. *munitionem*, M. sim. JT. Pi. V.) *ut succidant* (vel, *ad exscindendum*, JT. V. &c. *ad exterminandum*, M.) *animas multas*, P. i.e. homines *, in urbe f. Referri hoc debet ad Nebuchadn. qui cœpit aggeres exstruere contra Hierosl. cùm Pharao exercitum eduxit g. Al. *In jactu aggeris*— (sub. *satis erit virium ad urbem capiendam*. Non majoribus copiis opus est quàm castra ad urbem posita capiant.) *ut interficiat animas*, &c. Telis primùm, deinde, urbe captâ, gladiis h.

18. *Et, ecce, dedit* (vel, *Atqui dederat*, G.) *manum suam*] Firmando fœderi, ut moris erat. Vide ad Jer. 50. 15 k. *Dedit manum*, vel, 1. Pharaoni l; vel, 2. Nabuchodonosori m, in confirmationem fidei. Solemus enim datis dextris manuúmque contactu confirmare fœdus n. Vide hîc quàm velit Deus servari fidem etiam hosti, eíque infideli; quámque perfidiam ulciscatur o.

19. *Juramentum*, &c. אלתי וגו׳] *Juramentum meum*, Mo. P. &c. *Suum* appellat Deus, 1. quia ex Dei consilio hæc ità gesta fuerant à Nebuchadn p. 2. Quia nomine Dei interposito vel invocato factum est q, ut patet ex 2 Par. ult. 13 r. 3. Quia non hominibus tantùm, sed & Deo, præstatur, qui propterea acerrimus est vindex perjurii †; & juramenti hujus assertor futurus erat t. ¶ *In caput ejus*] Metaphora à telis, quæ in

p V. sim. q Calv. Jun. r Jun. s G. † Me. ex La. t Jun. v La. sim. Me. x T ex La. y G. sim. Calv. z V. ex He. a G. b V. La. &c. c V. d G. sim. Jun. * G. f Idem. g Me. h G. i Calv. k G. sim. Pi. l Pi. m V. n Pol. o Pi. p V. sim. G. Pol. q Calv. r Jun. † Calv. t V. v G. x Calv. y Jun. z Pi. a Idem. b Calv. c G. d G. sic M. Pi. * G. f Calv. g G. h Me. ex La.

i V. k G. l G. sim. Calv. m Calv. n La. o Calv. p G. q Pi. r G. * Idem. † Calv. t Jun. v G. x Calv. y V. z Q. in V. a Jun. b G. c Calv. d Pi. * Pi. sim. V. f V. g Calv. h G. k G. l La. ex Mal. sic Calv. m Ca. sic V. Pi. &c. n V. o La. p Jun. q M. V. ex He. sim. Jun. La. G. r Jun. † Pol. t Calv.

in capita mittentium retorquentur [v]. Faciam ut illi malè vertat [x].

20. *Et expandam super eum rete meum*] Mittam in animum Chaldæorum ut persequantur eum, quem tandem assequentur [y]. Vide suprà 12. 13. infrà 32. 3 [z].

21. *Omnes profugi* (vel, *fugitivi*, P. Ti.) *ejus*] Comites fugæ [a]. Significat milites dissipandos fore [b].

22. *Et sumam* (vel, *tollam*, M.P.) *ego*] *Ego* emphasin habet [c]; ut ostendat Deus se solum auctorem esse hujus beneficii, idque ex mera gratia, citra ullam dignitatem nostram, aut ullius creaturæ adjumentum [d]. Opponit se Deus Nabuchodonosori. Ille plantavit, v. 5. & ego plantabo *: sed meliùs mihi res succedet quàm illi [f]. ¶ *De*, &c. "מִצַּמֶּרֶת וגו] *De summitate*, vel *summo ramo*, (vel, *de ramis*, G.) *cedri*, &c. Mo. P.M.&c. scil. frondem aliquam; Principem è Regia Davidis familia [g]. Intellige vel, 1. Zorobab [h]. Sed huic sequentia non competunt, nisi valde hyperbolicè intelligantur [i]. Vel, 2. & præcipuè, Christum [k]. De restitutione gentis & Regni hîc disserit; cujus quidem exordium erat in reditu & exstructione Templi, complementum verò in Christo, ad quem haud dubiè spectat hæc prophetia: ideóque hujusmodi promissiones comprehendunt totum illud tempus à reditu populi usque ad finem Regni Christi, in ultimo die [l]. ¶ *Et ponam*] Sub. *in locum ejus*, M. [Sensus, q.d.] Multos populi in suis sedibus collocabo. Meliùs mihi res succedet quàm Nabuchodonosori [m]. ¶ *De vertice* (vel, *summitate*, M.) *ramorum* (vel, *ramorum tenerorum*, Mo. JT. &c. *novellarum plantarum*, P.) *ejus tenerum* (sub. *ramum*, vel *surculum*, M.Ti.Pi.&c.) *distringam*, אֶקְטֹף] *Exscindam*, Mo.P. &c. *decerpam*, M. Ti. Pi. [Alii locum sic reddunt;] *Decerptúmque ex ejus surculorum cacumine flagellum deponam*, Ca. *De summis ramis ejus teneris tenerum unum auferam*; nempe è captivitate. *Summi rami* sunt, qui erant de domo Davidica; *teneri*, quia viribus exiguis †. *Germen* hoc *tenellum* dicitur, ut intelligatur quàm propè à pernicie abfuerit Ecclesia Dei, nisi illud decerpens Pater in Ecclesia sua conservâsset [n]. Christum hîc vocat *ramum*; & *sublimem*, respectu decreti Dei, quo Christus semper fuit cœlo & terrâ excellentior; & *tenerum*, ob contemptibile exordium Regni ejus [o]. ¶ *Plantabo super montem excelsum & eminentem*; ità Ti. וְתָלוּל] *Et elevatum*, Mo. P. vel, *aggestum*, JT. Pi. *cumulosum*, M. *cumulatum*, vel *tumulatum*, V. *instar cumuli elevatum*, M. V. Summitas enim montis est instar cumuli, seu tumuli*. i.e. Hierosolymis, cujus urbis pars magna montana [p]: vel, super Sionem [q]; quem, licèt humilis esset inter colles, sublimem vocat, quia dignitate supereminet omnem mundi altitudinem, & in eo eminuit Dei gloria, quæ conspecta fuit usque ad ultimos terræ fines [r]. Per *montem* spiritualiter intelligit Ecclesiam †: cujus conditio hîc significatur, 1. situ, quia, ut mons, excelsa est; 2. curatione, quia, ut mons, aggesta est, i. e. quam curat Deus & accumulat indies novis beneficiis [t].

23. *Erumpet in germen, & faciet fructum*] i. e. Fiet arbor producens ramos [v]. E cordis germine optimos proferet fructus pietatis. Verè hoc dictum de Zorobabele [x]. Imò de Christo [y]. q. d. Faciet homines fideles, beatos & sanctos [z]. Progignet membra Ecclesiæ, & fructificabit in singulis membris, quæ totidem sunt creaturæ Dei formatæ ad bona opera, Eph. 2. 10 [a]. ¶ *Et erit in cedrum magnam*] Per illum gens Judæa potens erit [b]. Fiet magnus Rex & dominus [c]. ¶ *Habitabunt sub ea* (*cedro*, vel, *sub eo*, nempe ramo [d],) *omnes volucres, & universum volatile sub umbra*, &c.] i. e. Sub potestate & protectione ejus *. Sub ejus tutelam se conferent. Similis locutio Dan. 4. 12, 21. [al. 9, 18.] Vide dicta Matt. 13. 32. *Omnes volucres*, i. e. gentes aliæ, & in his Nabathæi, 1 Mac. 5 [f]. Omnium tribuum Israelitæ, & spiritualiter omnes electi [g], tum ex Judæis, tum etiam ex Gentibus †. Reges ac populi [h], ac præsertim Sancti; quia cœlestia cogitant, & è terra ad cœlum evolant [i]. Ostendit hoc Regnum fore in salutem & commune bonum populi [k]. Hoc non potest de Zorobabele intelligi, qui nec Rex magnus fuit, nec *omnes volucres*, i. e. orbis incolas, imò nec omnes filios Israel, ad se collegit. Ergò de Christo accipiendum est [l].

24. *Et scient* (vel, *Ità experientur*, Pi.) *omnia ligna*] Vel, *arbores*, Pi. G. &c. i. e. Vel, gentes [m]; vel, Reges & proceres: prosequitur enim metaphoram [n]. ¶ *Humiliavi* (i. e. deprimam: Præterita enim hæc futuri habent sensum [o].) *lignum sublime*] i. e. Vel, 1. Babylonios [p]: de quibus tectè loquitur, quia sub iis vivebat [q]. Vel, 2. Regnum Sedeciæ [r]: qui se extulerat †, & videtur jam florere & superbire [t]. Vel, 3. Judæos [v]: quos Deus exaltaverat, qui etiam Legis & Prophetarum gloriâ florebant [x]. Vel, 4. omnia mundi Imperia & Principatus, qui scilicet Christi Regno se opponunt [y]. Vel, 5. Regnum Diaboli [z]. ¶ *Et exaltavi* (i.e. erigam [a],) *lignum humile*] i. e. Vel, 1. Judæos depressos [b]. Vel, 2. Regnum Jechoniæ, tunc captivi [c]. Vel, 3. Gentes, quæ arida ligna erant. Vide Esa. 56. 3 [d]. Vel, 4. Regnum Christi *. ¶ *Siccavi*] Arefaciam, i. e. suis opibus spoliabo [f]. ¶ *Viride*] i. e. Succulentum [g], quod diu floruit [h]. ¶ *Frondere feci lignum aridum*] Quæ destructa fuêre restituam, opésque ipsis dabo †. Eadem sententia hoc membro repetitur per ἐπιμονὴν [i] [quæ erat in membro præcedente.] ¶ *Et feci*] i. e. Faciam certissimé [k].

CAP. XVIII.

2. QUID *est*, מַה־לָּכֶם] *Quid vobis* est, JT. Pi. sic Calv. q. d. Quæ causa hujus criminationis? producite, si potestis [a]. ¶ *Quòd*, &c. "אַתֶּם וגו] *Vos* (vel, heus *vos*, JT. Pi.) *parabolizantes parabolam istam*, V. sim. Calv. vel, *ut parabolicè loquamini*, P. *qui* (vel, *cur*, V. *quòd*, Calv.) *utimini proverbio hoc*, Pi. V. sim. JT. q. d. Calumniam hanc non clàm inter vos mussatis, sed impudenter coram Jehova pronunciatis, & in os vulgi inseritis. Calumniæ hujus indignitatem ostendit à personis, quòd non impii ex Gentibus, sed Judæi ipsi, eam prædicabant [b]. ¶ *In terra Israel*, "עַל וגו] *Super terram*, &c. P. Calv. *de terra*, &c. V. JT. Pi. &c. i. e. de ejus desolatione futura †. ¶ *Patres* (i. e. Majores nostri [c], Jeroboam & Manasses, propter quos Israelem affligendum fore audierant [d],) *comederunt* (vel, *comedent*, Mo.) *uvam acerbam*, (vel, *labruscam*, M. Ti. *omphacem*, JT. Pi. i. e. uvam immaturam *,) *& dentes filiorum* (i. e. nostri [f]) *obstupescunt?*] Ità P.M.Ti.&c. *obstupescent?* Mo. *stupidi sunt?* V. *hebetantur?* Pi. Stupor hic sive offensio dentium ex acerbitate fit [g]. *Comedere omphacen* idem valet quòd causam dare dentium stupori [h]. Sensus, Majores peccaverunt, nepotes luunt pœnas iis debitas [i]. Adagium hoc & antiquissimum erat, ab ipso, ut videtur, rerum exordio, ex occasione peccati Adami [k], & frequens illis [Ezechielis] temporibus, ut apparet Jer. 31. 29. simile illi Horatiano, *Delicta majorum immeritus lues, Romane*. Volebant credi innocentes, cùm minimè tales essent [l]. Hoc corruptæ naturæ testimonium est, quòd studemus, quantum in nobis est, culpam longè à nobis rejicere, & aliò transferre, & protervè cum ipso Deo rixari. Cavillandi occasionem ex eo sumpserunt, quòd Prophetæ ipsis etiam patrum scelera objicerent, &c. Sed sic solent impii Deo illudere, & calumniari sermonem ejus, indéque materiam jocandi quærere [m]. Hoc genere calumniæ erant, 1. in Deum & administrationem ejus injurii & blasphemi; 2. in majores suos inofficiosi; 3. in seipsis hypocritæ, qui se ab omni peccato abstergerent, &c [n].

3. *Vivo ego*] Est χαλινισμὸς, pro, *Ne vivam* [o]. ¶ *Si erit*, &c. "אִם יִהְיֶה לָכֶם עוֹד מְשֹׁל וגו] *Si erit* (vel, *licebit*, Pi.) *vobis* (vel, *inter vos*, M.) *ultrà*, vel *ampliùs*, *parabolizare*, &c. Mo. vel, *ut parabolicè loquamini*, &c. P. vel, *uti* (vel, *qui utatur*, M. unde *utamini*, JT.) *proverbio hoc*, Pi. *Non erit inter vos ultrà*, &c. Ti. Non quòd resipuerint †: sed vel, 1. quia vos è medio tollam [p]; &, si utamini, severè puniam [q]. Profligatâ gente vestrâ, & servatis tantùm reliquiis electis, impiorum ora occludam [r]. Vel, 2. quia reipsâ apparebit toti mundo vos esse sceleratos, & justas dare pœnas; adeóque excutiam vobis hanc jactantiam †. Vel, 3. quia reipsâ contrarium ostendam [t]; & efficiam ut unusquisque aut propter suam iniquitatem moriatur, aut ob suam justiti-am

am salvus sit [v]. Loquitur hîc de peccatis actualibus, non de originali [x]. Deus, vitæ necisque omnium Dominus, potest ob peccata parentum etiam posteris aut immaturam mortem, aut servitutem, immittere: &, cùm id facit, (ut fecit aliquoties,) nemini facit injuriam. Regibus autem, qui tale dominium non habent, meritò id Lex interdixit. Cæterùm appropinquante jam Evangelii tempore, Deus exactiùs justitiam suam apparere, ideòque impios omnes gladio, peste, fame interire, voluit, minùs malos mori in servitute, bonos redire liberos in patriam [y].

4. *Omnes animæ* (i.e. homines [z],) *meæ sunt*] i.e. In mea potestate [a]. Ego vitæ & necis potestatem habeo [b]: sum omnium Creator [c], (qui pro arbitrio de figmento meo statuere possum [d],) & Dominus, & Judex*, (supremus Judex, quem dedecet injustè agere, Gen. 18. 25 [f].) & parens [g], atque ideo ex æquo omnibus prospicio, omnium curâ tangor [h], paterno sum affectu erga omnes, ut opifex opus suum amat; ut omnes potiùs sentiant clementiam meam, quàm nimium rigorem experiantur. Quatenus quidem corrupti sumus, Deo abominabiles sumus; sed quatenus homines, Deo chari sumus, & pretiosa illi est nostra salus [i]. ¶ *Ut anima patris*, &c.] i.e. Æqualiter omnes in potestate habeo [k]. ¶ *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*] i.e. Occidetur, ex collatione v. 13. Nè quis hîc putet sermonem esse de morte sive naturali, sive æterno [l]. Sensus est, Nemo innoxius moritur: Nemo potest suam innocentiam Deo objicere, vel de ejus crudelitate conqueri. Objici potest, homines perire culpâ Adami [m]; & Judæos hodie puniri ob scelus parentum, qui Christum occiderunt [n]; & infantes mori alienâ culpâ. *Resp.* 1. Culpa nostra cum aliena, sive Adami, culpa conjuncta est, quia peccato infecti sumus, nec morimur insontes, ut testatur sua cujusque conscientia [o]. 2. Non est hæc sententia generatim de omnibus personis & temporibus intelligenda, sed accommodatè ad id de quo agit [p]. Agit autem hîc de adultis, qui innocentiam suam jactabant, &c. ut cùm dicitur, *Qui non laborat, nè comedat*, 2 Thess. 3. 10. de adultis tantùm dicitur, qui ad labores faciendos apti sunt [q]. Agit h. l. de pœnis quas Judæi propter peccata Manassis se luere querebantur. Respondet Deus, fore ut non ampliùs peccata Manassis, sed quisque sua tantùm, luat: aut, quia jam satis pœnarum propter peccata Manassis datum erat; aut, quia satis ipsi peccatorum habebant, ut meritò illos Deus punire posset [r].

5. *Vir si fuerit justus*] i.e. Fide coram Deo, & studio in conscientia sua [t]. ¶ *Et fecerit judicium & justitiam*] i.e. Se in jure & justitia colenda occupat*, dans unicuique quod suum est, tum Deo, tum proximo [v]. [Alii hæc distinguunt.] *Judicium*, vel, 1. suum cuique tribuendo [x]: vel, 2. tuendo bonas causas & innoxios homines quum opprimuntur, & libidini atque violentiæ impiorum nosmet opponendo [y]: vel, 3. damnando reos, si judex sis; vel, nulli faciendo malum, si privatus sis, de quo hîc loquitur [z]. *Justitiam*, vel, 1. beneficentiam exercendo [a], ut mox latiùs explicatur [b]: vel, 2. abstinendo ab omni noxa, fraude vel violentia; colendo fidem & æquitatem cum proximis [c]: vel, 3. innocentes absolvendo & vindicando, si sis judex [d]. Hæc sunt officia secundæ Tabulæ: unde tamen patet nos Deum timere: nam pietas est radix omnis veræ charitatis*.

6. *In montibus* (Nempe in excelsis [f], ubi passim erecta altaria [g],) *non comederit*] Nempe idolothyta [h], sive idolis immolata [i]. Post sacrificia epulari mos erat, & quidem iisdem in locis ubi sacrificatum fuerat [k]. *Comedere* hîc valet, *offerre*. Designat sacrificia, quibus annexæ erant epulæ tanquam appendices [l]. Solebant idolis immolantes ex victimis suis comedere, ut essent participes sacrificii: eràtque comestio hæc consummatio idololatriæ [m]. De hoc more vide Exod. 32. v. 6 [n]. Deut. 32. 38. Jud. 9. 27. & 16. 23, 25. & 1 Cor. 8. 4, 10 [o]. & 1 Cor. 10. 7 [p]. ¶ *Oculos——non levaverit*] Adorandi, vel invocandi, causâ [q]: gestus enim hic precantium, Psal. 121. 1 [r]. Al. Non cupidè fertur ad illa: Oculi enim sunt præcipui indices affectuum: q. d. Qui, contentus simplici Dei cultu, non huc & illuc post idola inclinat: ut superstitiosi habent oculos vagos, ideòque comparantur meretricibus †. ¶ *Ad idola domûs Israel*] q. d. Non modò ad idola Gentium, quæ forsan detestari se dicet; sed illa etiam quæ Israelitæ approbant, & quæ diu coluerunt*. ¶ *Uxorem proximi sui* (Israelitæ [t], [Quid autem? num uxorem extranei licebat polluere?]) *non violaverit*] Heb. *polluerit*, V. Pi. Calv. Polluit quidem adulter se & corpus suum, 1 Cor. 6. 18. sed graviùs violatur conjugium in muliere, in qua etiam propter verecundiam sexûs magis apparet contaminatio quàm in viro. Voce *polluendi* admonet quàm sancta sit religio conjugii apud Deum [v]. ¶ *Ad mulierem menstruatam non accesserit*] Ex lege sapientissima, Lev. 20. 18 [x]. [ubi dicta vide.] Quia ex hoc congressu nascuntur leprosi & vitiosi [y]. Deus hoc tanquam prodigium detestatur, & Lege prohibet, Levit. 18. 19. Nec opus erat lege scriptâ; nam natura dictat, & res ipsa satis ostendit, nullum esse tunc vel honestum, vel licitum, congressum viri cum muliere [z]. Hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit quæ non figuratè accipienda sunt, inquit Augustinus. Αὐτῇ χθὲς ἀφῆκε τὰ ἔμμηνα, καὶ ἀνδρὶ συνελθεῖν οὐ θέμις, (*Heri menstrua fluere desierunt, non licet ei cum viro congredi,*) Achil. Stat. 4 [a].

7. *Et hominem* (*quenquam*, P. Pi. &c. sic Mo.) *non contristaverit*, יוֹנֶה] *Depopulârit*, Mo. *læserit*, Ti. Ca. *afflixerit*, M. *oppresserit*, P. JT. Pi. Sy. G. ex Ch. & ό. Ab omni fraude, vi & noxa abstinuerit [b]. ¶ *Pignus*, &c. חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב] *Pignus* (vel, *Pignus suum*, M. Mo. Ti. &c. necessarium scilicet, ex collat. Deuter. 24. 6 †. Tale quo debitor sine gravi incommodo carere non possit, Exod. 22. 26 [c].) *debitori reddiderit*, P. &c. Non quidem omni [d], sed pauperi*. Prophetæ sunt Mosis interpretes, & ideo sæpe attingunt breviter quod clariùs exprimitur apud Mosen; ad quem ergò accommodanda sunt dicta Prophetarum [g]. ¶ *Nihil rapuerit*] Vide Levit. 19. 13 [h]. ¶ *Panem suum esurienti dederit*] Post officia *judicii*, i.e. justitiæ, venit ad officia beneficentiæ, quam Hebræi sæpe *justitiam* vocant; & Evangelio viam struit: ut & Esaias fecerat cap. 58. v. 7. Vide Matt. cap. 25. vers. 35 †. Non sufficit continentia ab omni injuria, nisi & studeamus fratribus prodesse quoad possumus: vult enim Deus officia ultro citróque communicari. Dicitur autem *suum*, ut occurreret dicenti, Hic panis meus est, quem jure possideo: quis me cogat ut largiar? Atqui non ità, inquit, tuus est, quin fratri subvenire debeas. Summa est, non haberi justos coram Deo, nisi qui ad beneficentiam erga inopes propensi sunt [i]. Inter præcepta adnumerat misericordiam, tum quia qui non pascit proximum fame periturum, occidit, ut ait Augustinus; tum quia immisericordia signum est, & soboles injustitiæ [k].

8. *Ad*, &c. בַּנֶּשֶׁךְ לֹא יִתֵּן] *Ad*, vel *In*, *usuram* (vel, *fœnus*, Ti. sic Ch. Ca. vel, *Cum usura*, P. Mo. *Pecuniam suam ad usuram*, ό. Ar.) *non* (vel, *nihil*, Sy. Ti.) *dederit*, Sy. M. JT. Pi. sic Ch. Ca. vel, *commodaverit*, Vulg. *Commodare*, pro *mutuum dare*, posuit: sunt enim hæc affinia. *Usura* de pecunia propriè dicitur [l]. ¶ *Et*, &c. וְתַרְבִּית לֹא יִקָּח] *Et fœnus* (vel, *usuram*, Ch. Ca. *emolumentum*, M. *excessum* lucri, Ti. *augmentum*, Q. in V. *duplum*, Ar. *amplius*, ό. P. Vulg. in G.) *non acceperit*, JT. Pi. *Et ex conventione nihil commodaverit*, Sy. תַּרְבִּית πλεονασμόν. Ità dicitur quicquid in rebus aliis præter pecuniam lucresit super quantitatem mutuò datam; Lev. 25. 36. Putant quidam usuram tantùm esse in pecunia. Quod prævidens Scriptura Divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non accipias quàm dedisti. Solent in agris frumenti, vini, &c. usuræ exigi, v. g. ut hyemis tempore demus 10 modios, & in messe recipiamus 15. Qui justissimum se putaverit quartam accipiet portionem. Et solent dicere, Dedi unum modium, qui satus fecit decem modios: nonne justum est ut medium modium de meo plus accipiam, &c? *Noli errare*, inquit Apostolus, *Deus non irridetur* [n]. Inter peccata fœnus numerat. Sed homines hîc sunt acuti, & subterfugiis crudelitatem suam tegunt. Non tamen omne fœnus videtur illicitum prorsus & damnabile, quia non est Legi Dei contrarium. Quod autem de muneribus dictum fuit, etiam de fœnore dicendum.

Non

[v] Me. [x] La. [y] G. [z] G. [a] Me. ex La. G. Pi. [b] Me. ex La. [c] Calv. La. [d] Calv. * T. ex La. [f] Pra. [g] Pra. T. [h] Pra. [i] Calv. [k] Pol. [l] Pi. [m] Calv. [n] San. [o] Calv. [p] Me. [q] Calv. [r] T. [t] Jun. * Jun. [v] Pol. [x] G. [y] Calv. [z] La. ex Pra. [a] G. sim. La. ex Pra. [b] G. [c] Calv. [d] La. * Calv. [f] Pi. M. Calv. La. [g] Calv. [h] T. ex La. [i] V. [k] G. [l] Calv. [m] La. ex Hi. [n] Calv. [o] San. [p] Calv. [q] Me. sim. La. T. San. [r] G.

† Calv. * Idem. [t] G. [v] Calv. [x] G. sim. Pi. [y] La. ex Hi. sim. Pra. San. [z] Calv. [a] G. [b] Calv. † Idem. [c] G. [d] Pra. * Calv. Me. & T. & La. ex Pra. sic Jun. [g] Calv. [h] G. † G. [i] Calv. [k] Pra. [l] G. [n] G.

Non accipiendum est fœnus, 1. passim & semper; neque enim qui ex professo fœneratur ferri debet in Ecclesia: 2. immodicè, vel ità ut modum excedat;id quod cum charitate pugnat: 3. ab omnibus; quia à paupere semper fœnus accipere nefas erit, & lucrum facere ex alieno damno [o]. ¶ *Ab iniquitate* (vel, *dolo malo*: id עָוֶל [p]:) *averterit* (vel, *retraxerit*, P. Calv. ad verb. *redire fecerit*, V.) *manum suam*] A rebus iniquè gerendis manus abstinuerit [q]. Ubi solicitant eum occasiones ad nocendum, & lucri dulcedo,& plausibilis ratio lucrandi; tamen seipsum refrænat,& quasi in medio cursu cohibet, nè quid damni aut jacturæ culpâ suâ accipiat proximus [r]. ¶ *Judicium verum fecerit*,&c.] i.e. Justè judicaverit †; sive judex sit, sive arbiter, sive homo privatus [t]. Nec sibi nec alteri indulget, ut declinet ab eo quod verum & justum est [v].

9. *Ut faciat veritatem*] i.e.Integritatem;ut simpliciter & sincerè & sine fraude versetur, &c [x]. *Veritatem*, i. e. officium, vel debitum, virtutis [y]. Ut ad Legem actiones exigat [z]. Ut veritas in dictis est adæquatio operis ad id quod est in mente: ità veritas in factis est adæquatio operis ad id quod dictat Lex, ratio aut fides, agendum esse [a]. *Veritatem* Hebræi vocant quicquid rectum est†. ¶ *Vitâ vivet*] Servabitur à gladio,peste,fame [b]. Non hebetabuntur dentes ejus, ut cavillamini; sed vitam, eámque commodam,consequetur [c]. Verbum hîc exaggeratur adjuncto nomine verbali. *Vitâ vivere* est, jucundè & ad voluntatem vivere [d].

10. *Si genuerit filium latronem*, פָּרִיץ] *Effractorem*, JT. Pi. G. &c. i. e. hominem qui nullis cancellis, repagulis aut vinculis contineri potest, sed omnes leges Dei perrumpit *. *Prædonem*, vel *vastatorem*; hominem violentum, & qui perstringit omnem rectitudinem [f]. ¶*Effundentem sanguinem*] Nempe innoxium [g]. ¶*Et*,&c. וְעָשָׂה אָח מֵאַחַד מֵאֵלֶּה] *Et* (vel, *Qui*, M.Ti.JT.Pi.) *fecerit* (vel, *designaverit*, Ti.) *unum aliquod* (ad verb. *unum de uno*, V. i. e. iniquitatem unam [h]. אָח est idem quod אֶחָד [i]; ut אֲנִי & אָנֹכִי [k]. Vel, [simpliciter,] *unum*, Ti. vel, *contra unum*, M. vel, *fratrem ab uno*, Mo. *fratri unum*,Calv. vel, *fratri*, vel *contra fratrem suum,unum*, vel *de uno*,Ch.in M.& in V. vel, *fratri præter unum*,Pi. sive, *ullum*, JT. sive, *unumquodque*, Jun.) *ex istis*, P.&c. suprà memoratis [l]: de malis rebus quas recensuimus [m]: quas mox repetit [n]. *Qui in quolibet horum commiserit*, Ca.

11. *Et hæc quidem omnia non facientem*] Nempe,bonas res antè dictas [o]. ¶ *Et uxorem*] וְ &, pro אוֹ *aut* [p].

12. *Pauperem*,&c.]Antè dixit *virum*,nunc *pauperem*,ut scelus amplificet; quod majus est cùm miseros affligimus [q]. ¶[*Rapientem rapinas*] A fine dictum,ut suprà v.7 [r]. ¶ *Abominationem*] i. e. Vel,1. idololatriam†: vel,2. congressum cum menstruata [t]. Quanquam, si quis latiùs sumat,non repugno.Sed quoniam paulò pòst ponit plur. *abominationes*, libenter de una parte hoc accipio [v].

13. *Numquid vivet?*] Ob merita patris [x]. ¶ *Morte morietur*] Immaturâ scilicet [y]. ¶ *Sanguis ejus* (i.e. Reatus mortis [z]) *in ipso* (vel, *super ipsum*, Calv.) *erit*] Ità Pi. vel, *residebit*, Calv. i. e. Pœnas persolvet sanguinum quos fudit [a]. Al. Scelera sua morte luet [b]. Peribit [c]. Nequit effugere judicium Dei [d]. Ipse sibi causa erit mortis *. *Cruentæ cædis ipsius causa in ipso erit*: q. d. Deus justus est; homo enim non alieno facto, sed suâ injustitiâ, mortem sibi adfert [f].

14. *Si genuerit filium qui, videns omnia peccata patris*, &c.] q. d. Si observaverit, &c. nam maximâ attentione opus est. Cæcutiunt ferè filii in vitiis parentum, vel ea pro virtutibus habent: fingunt reverentiam, præ qua non audeant patres suos damnare, &c†. ¶ *Et timuerit*] Simil. LXX, Ca. Non solo pudore retentus est, sed serio timore Dei, &c [g]. ¶ [וַיִּרְאֶה] *Viderit, inquam*, M.P.Ti. *Et videns*, Ch. sic Ar. *Et animadvertens*, JT. *Qui consideret, inquam*, Pi. *Qui, licèt videat*, Sy. ¶ *Non feceris*] Exemplo paterno trahi se non passus sit [h].

17. *A pauperis*, &c. [מֵעָנִי הֵשִׁיב יָדוֹ] *A paupere* (vel, *afflicto*, Mo.) *averterit* (vel, *abstinet*, Ti. *retrahat*, JT. vel, *non retraxerit*, P. sic Sy. [Nescio unde irrepsit τὸ *non*, quod nec in textu habetur, nec ab aliis agnoscitur.] Vel, *converterit*, Mo.) *manum suam*, Ch. M. sic Pi. Nè scilicet eum læderet [i]: quanquam se obtulerint occasio & impunitas, & præda parata sit: nam pauperes opportuni sunt injuriis. Alio sensu damnatur hoc in Sodoma, Ezec. 16. 49. quòd *à pauperibus manum retraxerit*, nempe ab iis sublevandis [k]. [Alii locum sic reddunt;] *Et ab injustitia avertat*, &c. o'. *Ab oppressione retrahat*, &c. Ar.

19. *Et dicitis*, *Quare*,&c? מַדּוּעַ לֹא נָשָׂא הַבֵּן בַּעֲוֹן הָאָב] *Cur non portabit* (vel, *portat*,M. *portaret*,Ti. *luat*, Ca. vel, *Annon fert*,Pi. sic JT.) *filius* (vel,*filius ipse*,JT.) *pœnam* (vel, *culpam*, Ca. *iniquitatem*,M.Ti.Calv. *in iniquitate*, Mo. *propter iniquitatem*, JT. Pi.) *patris?* P. &c. Meliùs sic, *Cur? nonne portat*, &c? G. ex Pi. Pol. q.d. Cur hoc dicis [l]? Cur hoc ità generaliter affirmas [m]? Annon res ità habet ut dicimus [n]? Protestatio tua est facto contraria: res ipsa clamat hoc nostro tempore ità esse. Quare igitur non potes ferre ut, quod res est, illud à nobis pronuncietur [o]? Nonne ob parentum delicta nos vapulamus [p], licèt inculpati simus [q]? Sic ergò Judæi & blasphemiam suam impudenter confirmabant, & sermonem Prophetæ ludificabantur [r]. [Alii locum sic vertunt;] *Quonam pacto non rependerentur filio peccata patris ejus?* Sy. *Quare non punitur filius in peccatis patris?* Ch. At illi non hoc objecerant, sed potiùs oppositum, *Cur punitur filius*, &c†? Verùm non repetuntur nunc Judæorum verba querula, sed per prolepsin solvitur quæstio quæ opponi poterat; q. d. Quòd si rogetis, *Cur non portat hic filius iniquitatem patris grassatoris?* responsio sequitur [t]. ¶ *Quia filius judicium—operatus est*,&c.] Vel, *Imò si*, vel *Quum, filius*,&c. G. Pi. Ità respondet Deus præcedenti objectioni [v]. q. d. Non est ità ut vos dicitis, sed contrarium verum est [x].

20. *Filius non portabit iniquitatem patris*] Sed huic repugnare videntur & comminationes Legis, Exod. 20. 5. Deut. 28. 18. & exempla eorum qui innocentes plexi videntur ob parentum culpam; ut totius humani generis ob culpam Adami, parvulorum in Diluvio & Sodoma, &c [y]. Resp. 1. Adæ peccatum non est alienum, sed nostrum, tum imputatione primi actûs peccati, tum propagatione labis indè ortæ, &c [z]. Corrupti nati sumus, & peccatum originale sufficit ad damnationem. Cùm autem Deus filium involvit cum patre in eodem interitu, id fit, quia Deus in pœnam reproborum parentum relinquit eorum filios in puris naturalibus, eósque spiritualibus donis destituit, & exitio devovet [a]. 2. Sententia Prophetæ non de omnibus personis & temporibus intelligenda est, sed accommodatè ad id de quo agitur. Agitur autem de pœnis quas Judæi ob peccata Manassis se luere querebantur [b]. Verùm verba sunt generalia, licèt occasio particularis esse possit [c]. 3. Ezechiel de adultis loquitur, qui proprium habent reatum [d], & parentum peccata imitantur *. Cùm autem patres filiis peccandi exemplum exsistunt, utrique tam culpæ quàm pœnæ consortes sunt: ità tamen ut delictum præcipuè parenti adscribatur, tanquam sceleris inventori & auctori; ultio in filio exerceatur, & eluceat magis, dum in eo & pater videns & filius sustinens torquentur. Hæc de adultis intelligo, non de parvulis, quorum judicium est secretius, quíque existimari possunt aliquid parentum, &c. Sed de his nullus sermo neque Judæis erat, neque Prophetæ [f]. ¶ *Justitia justi super eum erit*] At nemo justus est, quia nemo Legem perfectè observat. Resp. Ità est: Deus tamen liberaliter agnoscit tanquam justos qui ad justitiam aspirant, & eos Christi justitiâ donat,&c [g]. *Justitia* hîc vocatur præmium justitiæ [h], sicut pœna dicitur *iniquitas* [i].

21. *Si—impius egerit pœnitentiam*, &c.] Heb. *aversus fuerit*, &c. G. i. e. exutus vitiis virtuti se dederit [k]. Si corde conteratur, si seriò doleat [l], & detestetur peccata propter offensum Deum, summum & infinitum bonum [m], & mutet vitam; vel, votum & propositum [verum firmúmque]habeat custodiendi mandata: nam Hebræorum verba sæpe actum, non perfectum, sed inchoatum, putà propositum, destinationem, conatum, significant [n]. Desperatio homines in rabiem præcipitat, & corda obdurat. Deus ergò h. l. propositâ spe veniæ ad pœnitentiam invitat & hortatur [o].

22. *Omnium iniquitatum*, &c.] Aliquid boni erat in deportatione. Nam, stante republicâ, qui illa gravi-ora

[o] Calv. [p] G. [q] Me. [r] Calv. † Me. [t] Calv. [v] Jun. [x] Calv. [y] Me. & T. ex La. [z] Me. [a] T. ex La. † G. [b] G. [c] Jun. [d] Pra. * Jun. [f] Calv. [g] G. [h] V. ex He. [i] V. M. ex K. [k] V. [l] V. ex He. [m] G. ex Me. [n] G. [o] G. ex Me. [p] V. [q] Calv. [r] V. † Q. in V. [t] Al. in V. Calv. [v] Calv. [x] Pra. [y] G. [z] G. ex Ch. [a] Mald. in La. [b] Me. ex La. [c] V. [d] Calv. * Me. ex La. sim. Pra. Jun. [f] Jun. † Calv. [g] Calv. [h] G. [i] V.

[k] Calv. [l] Pi. [m] G. [n] Pi. [o] Jun. [p] G. sim. [q] Pol. [r] Pol. [s] Jun. † Pra. [t] Pra. ex Hi. [v] G. [x] Pi. [y] Pol. sim. La. Pra. [z] Calv. &c. [a] Pol. sim. Calv. [b] Calv. [c] Mald. in La. [d] La. [e] Calv. La. † Calv. * La. sim. Pra. [f] Pra. [g] Calv. ad v. 17. [h] G. sim. Pi. [i] G. [k] G. sim. [l] Calv. [m] La. [n] T. [o] La. [p] Calv.

ora peccâsset, re ad notitiam judicum perductâ, moriebatur: in exsilio, cessantibus ex Lege judiciis, tempus dabatur ad pœnitentiam, ac per pœnitentiam accipiebatur impunitas. Ità paulatim ad Evangelium præparabantur animi†. ¶ *Non recordabor*] i.e. Non infligam pœnas*. ¶ *Quam operatus est*] Vel, *operatur*, i. e. cui operam dat [p].

23. *Numquid*, &c? 'וגו הֶחָפֹץ אֶחְפֹּץ] *An cupio cupiendo* (vel, *volens*, sive *volendo*, sive *voluntate*, *volo*, aut *volam*, V. Glass. o'. Ch. i. e. opto, vel beneplacitum est mihi [q]: vel, *desiderando desidero*, P. *desidero aut volo*, M. Ti. *omnino*, vel *ullo pacto*, *delector*, JT. Pi.) *mortem* (vel, *morte*, JT. Pi.) *impii*, &c? Calv. &c. *Haudquaquam oblector*, &c. Sy. nempe simpliciter, & voluntate, ut vocant, antecedente [r]; antecedenter, & ex meipso †. Sensus, q. d. Erratis si putetis me delectari morte improbi, etiamsi resipiscat; ut percipitur ex collatione tum præcedentium, tum sequentium. Alioqui Deus delectatur omnibus operibus suis [t], ideóque exsecutione justitiæ suæ [v], & morte impœnitentis. Vide Prov. 1.26[x]. Comparatè hoc sumendum est, ut Os. 6. 6. Sensus enim est, Malo ut homo ab impietate sua se avertat, & sibi profit, quàm ut perstans in malis factis pœnam in se accersat[y]. A sua natura probat Deus innocentes à se non fore damnandos, cùm pronus sit ad miserendum, ad puniendum verò quasi trahitur invitus [z]. q. d. Ea est natura mea, ut voluntate & consilio sim non solùm justus, verùm & perfectè misericors erga creaturas meas [a]. Duas hîc Theologi in Deo voluntates agnoscunt: vel, 1. antecedentem, & consequentem [b]. Illa ex Dei bonitate nascitur, quâ omnes servari vult: hæc, ex hominum vitio, quâ punit & damnat peccatores [c]; quia justus est, & injustitiam odit, ideóque hominem suâ culpâ miserum, ac ultro in suum exitium ruentem, castigat [d]. Vel, 2. decreti, & verbi. Propheta non disputat hîc de consilio Dei incomprehensibili, quo alios eligit, alios verò repudiat; sed tantùm ostendit, ubi conversi fuerint homines, Deum illis propitium esse, adeóque invitat eos ad pœnitentiam*. Hîc tantùm agit de impio qui convertitur, ut ex contextu patet, non autem de reprobis [f]. [Sed hæc alterius sunt loci.] ¶ *Et non*, &c? הֲלוֹא בְּשׁוּבוֹ מִדְּרָכָיו וְחָיָה] *Nonne* (sub. *delector*, Pi.) *in avertendo se* (vel, *cùm revertitur*, JT. Pi. sic Ch. V. *si aversus fuerit*, P. *si resipiscat*, V. *ut convertatur*, Calv. *magis ut se convertat*, M. Ti.) *à viis suis*, (i. e. ab operibus malis [g],) *& vivet*? Mo. vel, [neglecto ו tanquam redundante,] *vivet*? P. Ch. vel, *& vivat*? M. Ti. Calv. vel, *ut vivat*? JT. Pi. *Ac non ut à moribus suis recedat, atque vivat*? Ca. Sensus, q. d. Num mors impii mihi grata est? annon potiùs conversio ipsius & vita [h]? *Sicut averti* (vel, *Ut volo converti*, Ar. *Sed ut retrahat se*, Sy.) *à via sua pessima, & ipsum vivere*, o'. sim. Ar. vel, *& vivat*, Sy. Non ità vult Deus omnes salvos fieri, ut discrimen omne tollat boni & mali: sed præcedit veniam pœnitentia [i].

24. *Si autem averterit se justus à justitia sua*] Pestilentes sunt magistri qui negant id fieri posse quod Deus & fieri posse, & graviter à se puniri, testatur [k]. Verùm conditionalis tantùm est locutio, quæ nihil ponit in esse [l]. Hoc minatur ut eos in officio contineat, ut ignaviam eis excutiat, eósque solicitos reddat [m]. *Justum* hîc intelligunt, vel, 1. [verè:] qui rectè aliquando agit, & postea improbus fit [n]. Vel, 2. externâ specie, sive apparentiâ [o], suâ & aliorum opinione [p]: qui justitiam coluit in oculis hominum speciosam quidem, sed ex fonte impuro procedentem [q]; ut Matt. 9. 13. *Non veni vocatum justos*, &c [r]. Docet solos esse beatos qui perseverant, Matt. 24. 13. 1 Cor. 10. 12*. ¶ *Et fecerit iniquitatem secundum omnes*, &c.] His verbis exprimit plenam defectionem, & ità mitigat asperitatem hujus sententiæ †. Non dicit, *Si peccaverit*, sed, *Si conversus fuerit à justitia, & fecerit*, &c. i. e. Si prorsus ab illa recedant, & contrariæ viæ fructus percipiant, & insanabiliter peccent [t]. Alioquin offendunt sæpe & pii [v], per infirmitatem, vel errorem, vel incogitantiam, vel tentationibus victi; interdum etiam præcipiti ruinâ, nisi Deus succurreret, ut exemplum Davidis ostendit: sed interea conscientia eos coarguit, nec abjiciunt Dei timorem, piéque & rectè vivendi studium [x]; unde resurgentes eâdem rursum incedunt viâ, & pœnitentiâ salutem consequuntur [y]. ¶ *Omnes justitiæ ejus—non recordabuntur*] Id est, non venient in rationem, tam quoad meritum, quàm quoad mercedem [z]. Ut ille apud Valerium Maximum dicebat, *Manlius eras mibi cùm præcipites agebas Senonas: postquam mutari cœpisti, unus factus es ex Senonibus*. Bene Thucydides, Διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται· (*Duplici pœnâ digni sunt, quia ex bonis mali evadunt* [a].) *Non venient in memoriam*, scil. apud me, i. e. non movebunt me ut parcam ei [b]. ¶ *In prævaricatione*] Vel, *Ob* (vel, Sed *propter*, Pi.) *prævaricationem*, G. Pi. &c. Intellige permanentem aversionem & immutabilem habitum in malo [c]. ב apud Hebræos varias habet significationes; hîc, *ob*: sic mox, *in eis*, i.e. propter eas [d].

25. *Et dixistis*, (vel, *Et tamen dicitis*, Pi. Vide ad v. 19*.) *Non*, &c. 'וגו לֹא יִתָּכֵן] *Non dirigetur via Domini*, Mo. vel, *recta*, sive *rectificata*, *est*, Ar. Pi. Calv. sic o'. Sy. vel, *exposita nobis*, Ch. vel, *æqua est*, Ti. P. JT. vel, *æquè libratur*, M. sim. Calv. vel, *parata est*, Q. in V. acsi diceres, æquata ad æquilibrium justitiæ: i. e. Non agit justè nobiscum, nec ostendit se æquum nobis. [f] Hoc volunt, Deum plùs punire quàm admissa merentur: aut, Deum unum plùs punire quàm alium: aut, uni admissa remittere, & alteri imputare [g]. [Ca. locum sic reddit, *Negatis Domini constare rationem*,] i. e. Dominum esse justum [h]. *Viam* hîc vocat actionem [i], vel rationem agendi quâ utitur erga nos [k], totúmque gubernandi ordinem quem tenet, & omnia quæ exercet judicia. Vide hîc nequitiæ progressum. Initio obliquè Deum perstringunt, & tamen id dissimulant: jam ferociunt adversùs Deum, eúmque palàm & apertè blasphemant ac injustitiæ damnant. Discamus ergò tempestivè cohibere nostram temeritatem, &c. & meminerimus nos esse homines, quos non decet in opificem suum insurgere; & sobriè ac modestè suspiciamus opera Dei, pro certo habentes, & Deum semper ac perfectè justum esse, &, si nobis secùs videatur, id fieri errore & ignorantiâ; &, *vias nostras non esse rectas*, i.e. intelligentiam nostram cæcam esse, & nos esse ità corruptos ut perperàm judicemus. Si hoc reputemus, manebit gloria suæ justitiæ Deo integra & illibata [l]. Via Domini impiis iniqua videtur: palato enim non sano optimus cibus non sapit [m]. ¶ *Numquid via mea*, &c?] Confutat Deus hanc calumniam, 1. inficiatione, quâ Deus negat vias suas non esse rectas; 2. anticategoriâ, sive translatione in adversarium [n].

26. *Cùm—fecerit iniquitatem, morietur in eis*; sim. M. Ti. Calv. JT. subaudi, *iniquitatibus*, ex præced [o]. עֲלֵיהֶם] *Propter* (vel, *super*, Mo.) *illa*, P. Pi. V. G. sub. *peccata*. Pronomen est plurale [p]. Mutatio numeri [q].

27. *Animam suam vivificabit*] Vel, *in vita conservabit*, Pi. Semet servabit à mala morte, ut rectè hîc exponunt o'. Verba in Hiphil sæpe talem significationem habent [r].

28. *Considerans*, &c. 'וגו וַיִּרְאֶה] *Et vidit*, seu *viderit*, (vel, *Quia animadvertens*, JT. *Cùm viderit*, Q. in V. id est, diligentiùs perpenderit. Repetitio est †. *Vidit namque*, P. *Nam quia considerat* rem, Pi. *Contemplans namque*, sub. *suam impietatem*, Q. in V.) *& conversus fuerit ab omnibus*, &c. Calv. sim. Pi. &c. *Si viderit*, i.e. Si tandem redierit ad sanam mentem, & respiciat in Deum & in seipsum. Significat impios stultos esse & amentes, ac à Diabolo ità excæcatos ut nihil cogitent; & initium pœnitentiæ esse rectam cogitationem. Repetit Propheta his tribus versibus quod antè vidimus; nempe, statum causæ in eo verti, an causam obstrependi habeat populus cùm Deus pœnitentes absolvat, apostatas damnet. Hîc ergò statuit in medio summam vel caput totius causæ [t]. Calumniam hîc confutat ex duabus Divinæ administrationis partibus, salute justi, & exitio injusti [v]. Qu. Sed cur Deus, calumniantibus respondens, & profitens rationem reddere æquitatis suæ, nullam tamen exhibet, sed sententiam suam simpliciter declarat, non autem confirmat? Resp. Quia prima principia explicatione tantùm indigent terminorum, non verò probatione: talia autem sunt decreta Divinæ æquitatis, quæ scilicet, quum intelliguntur, probantur. Maxima quæque non ab aliis, sed à seipsis, pendent, ut cœlum & terra. Quid mirum si Divina æquitas sibi nitatur,

[Marginal notes, left column: † G. * G. p G. q V. r Jun. † La. t Pi. v Jun. x Pi. y G. z San. a Jun. b San. Jun. c San. d Jun. * Calv. f Pol. g Pi. h V. i Calv. k G. l Pol. m Calv. n Pra. o Calv. p Pra. sim. Pol. q Pol. q Jun. r Pol. * Calv. † Calv. t Pra. v Pra. sim. Calv. x Calv.]

[Marginal notes, right column: y Pra. z Calv. a G. b Pi. c Pra. d G. * V. f V. g M. h Ca. i Pra. k Pi. l Calv. m Mc. n Jun. o Pra. sim. Calv. p V. q Calv. r G. † V. t Calv. v Jun.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

nitatur, nec ullam præter se rationem habeat? Ei fidere oportet, quia decrevit. Hinc nulla judicii Divini causa datur, sed ejus institutum declaratur, ut æquum esse eo ipso judicetur [x].

29. *Dicunt*—, *Non est æqua*, &c.] Cùm tamen manifesta sit Dei justitia. Quid enim rectius potest desiderari, quàm ut Deus pœnam sumat de omnibus Legis suæ transgressoribus? & tamen, si resipiscant, ut paratus sit ad ignoscendum? Nullus itaque color est vestris blasphemiis [y].

30. *Idcirco*, &c. לָכֵן אִישׁ כִּדְרָכָיו אֶשְׁפֹּט אֶתְכֶם] *Idcirco unumquemque juxta vias suas* (præsentes, non præteritas [z],) *judicabo vos*, Mo. P. sim. JT. ο'. Sy. &c. Ordo præposterus [a], pro, *judicabo vos, unumquemque juxta*, &c. V. [& sic habet Ar.] Vel, *quemque secundùm vias ejus judicabo in vobis*, Calv. sic M. vel, *inter vos*, Calv. vel, *ex vobis*, Pi. *Juxta viam uniuscujusque vindictam sumam ex vobis*, Ch. Hîc sibi asserit Deus tum laudem justitiæ suæ, tum etiam authoritatem suam. q. d. Litigate nunc: ego tamen decidam lites vestras, & judicabo vos pro meo arbitrio; & cessent querimoniæ omnes, & fremitus vestri. Quamvis non fateamini vos esse dignos interitu, satis est quòd ego, qui sum legitimus Judex, ità pronuncio. Ità eos in ordinem cogit, & audaciam eorum refutat [b]. ¶ *Convertimini*, (sub. *igitur*, JT. i. e. Vertite vos ad me [c]. Refertur hoc ad internam conversionem, sive renovationem animi & cordis [d].) *& agite*, &c. וְהָשִׁיבוּ] *Et reducite* (vel, *avertite*, JT. Pi. V. G. *converti facite*, P. *revocate*, Ca. *reducite*, M. Ti. Calv. sub. *vos*, JT. Pi. Calv. Ca. G. vel, sub. *proximos*, Calv. *quisque fratrem suum*, V. sic M.) *ab omnibus*, &c. Calv. &c. *Cohortamini vos mutuò ad resipiscentiam*, Q. in V. *Date operam*, vel *satagite, ut resipiscatis*, Al. in V. Referri debet hoc verbum ad fructus sive testimonia pœnitentiæ. Dicit, *ab omnibus*: quod de sincero affectu & serio conatu, non autem de perfectione, intelligendum. Significat unicum illis remedium esse, ut sibi in sceleribus displiceant, ac deprecentur vindictam *. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִהְיֶה לָכֶם לְמִכְשׁוֹל עָוֹן] *Et non erit* (vel, *Nè fit*, Ti. G. sic M. JT. *Ut nè cedat*, Pi. Est enim absterrentis [f].) *vobis offendiculo*, vel *in offendiculum*, (vel, *in ruinam*, V. G. vel, *detrimento*, Ca. *in laqueum*, Calv.) *iniquitas*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. i. e. Non peribitis ob peccata: condonabuntur illa [g]. *Et non fit vobis in offendiculum peccatorum*, Ch. *Et non erunt vobis in supplicium iniquitatis*, ο'. *Et non erit*, vel, *nè fit*, impœnitentia vestra *in ruinam iniquitatis*; i. e. Cavete nè impœnitentiâ vestrâ pereatis propter scelera vestra [h].

31. *Projicite à vobis*, &c.] Ostendit peccata velut sarcinas graves & onera esse, quibus peccatores detruduntur in justam ruinam †. Ostendit residere in ipsis causam malorum omnium, ideóque frustrà eos tergiversari; unicam illis viam esse, ut Deo reconcilientur [i]. ¶ *Facite vobis cor novum & spiritum novum*] Ostendit hoc potestatem liberi arbitrii gratiâ Dei adjuti [k]. Idem actus alibi Deo, alibi homini, ascribitur: Deo, ut causæ præcipuæ; homini, ut Deum libere sequenti [l]. Alioquin frustrà hoc præcipitur [m]. Sed malè æstimatur facultas nostra ex Dei præceptis. Ostendit Deus, non quid possimus, sed quid debeamus; quod Deus à nobis meritò exigit, licèt nos non simus solvendo. Certè Deus hoc opus *faciendi cor novum* totum sibi tribuit. Vide Ezec. 11. 19. & 36. 26, 27. Sed & Sancti hoc à Deo petunt, Psal. 51. 12. Nec tamen frustrà hoc dicit, *facite vobis*, sed hoc fine, tum ut homines, iniquitatis suæ convicti, desinant aliò culpam rejicere; tum ut, agnoscentes impotentiam suam, confugiant ad auxilium Spiritûs Sancti. Ità fit ut exterior exhortatio sit quasi organon quo utitur Deus ad conferendam gratiam. Dicamus itaque cum Augustino, *Da quod jubes, & jube quod vis* [n]. Hoc opus est solius Dei: hortatur tamen Deus homines ad hoc faciendum, ratione mediorum divinitus ordinatorum, quibus ut ritè sine reluctantia utantur, & sic Deo, in ipsis operanti conversionem & salutem, locum haud inviti concedant, vult & monet [o]. *Cor novum* facit & Deus per Spiritum & ἐνεργείᾳ, (*operatione*,) & homo φανερώσει, (*manifestatione*,) & conjuncto studio conformandi sese voluntati Dei, ad fructus proferendos dignos resipiscentiâ [p]. Videmus hîc Deum exigere solidam renovationem, non vitæ tantùm, sed

[x] Pra. [y] Calv. [z] G. [a] V. [b] Calv. [c] G. [d] Calv. * Idem. [f] G. [g] V. [h] Hc. in V. † Jun. [i] Calv. [k] Pra. [l] G. [m] Q. in Calv. [n] Calv. ad v. 31. [o] Glass. gram. 3. 3. 21. 295. [p] Jun.

& cordis; quia nemo bonos fructus profert nisi ex viva radice [q]. *Cor* voluntatem sive affectum, *spiritus* ardorem animi, significat *. Al. Ubi *cor* & *spiritus* junguntur, *spiritus* mentem denotat, sive partem intellectivam animæ; *cor*, voluntatem, sive sedem affectuum †. ¶ *Et*, &c? וְלָמָּה תָמֻתוּ] *Et quare* (vel, *Cur enim*, Ti. Pi. sic M. Ar. *Et ut quid*, ο'. P.) *moriemini?* Calv. Ti. M. &c. vel, *moreremini?* Cur ultro accerseretis mortem [r]? Cur negligentiâ vestrâ & impœnitentiâ committeretis ut moreremini †? *Ut non* (vel, *Et nè*, Sy.) *moriamini*, Ca. Si hoc feceritis, nihil causæ erit cur moriamini. Non voluntas mea, sed peccatum solum, vobis est causa mortis [t]. Me pro actore advocatum offero, & pro judice patronum. Misericors sum, &c. Unum est quod vos damnat, quòd resipiscere non vultis: nec tamen desinam vos admonere [v]. Cur non arripitis salutem oblatam [x]? Sed non fingendum est, Deum [tantùm] speculari quid faciant homines, eúmque suspensum teneri & dubium qualis futurus sit cujusque exitus, nec quicquam de eo statuisse, sed id in arbitrio cujusque reliquisse. Nihil clarius quàm prædestinationem esse, &c. Sed consilia Dei arcana sunt & incomprehensibilia, ad quæ non possumus conscendere. Sufficiat nobis doctrina quâ Deus omnes ad pœnitentiam invitat, neminem repudiat, &c [y].

32. *Nolo mortem morientis*] Verba sunt animi de aliorum interitu dolentis, & de salute eorum soliciti. Puto eum hîc præcipuè loqui de morte temporali, quæ Judæis imminebat, &c [z]. Deus metaphoricè loquitur, & ἀνθρωποπαθῶς †. *Nolo*; comparatè, ut modò diximus: i. e. Magis me juvat vita mutati in melius, quàm contumacium pœna. Hoc non obstat quin sit apud Deum limes aliquis misericordiæ, ut apparuit in Pharaone, Cananæis, & aliis. Vide 1 Sam. 2. 25.

[q] Calv. * Pra. † Calv. [r] G. † La. ex V. [t] La. ex Mald. [v] Pra. [x] La. ex Mald. [y] Calv. [z] San. † Calv. [a] G.

CAP. XIX.

1. ET, &c. וְאַתָּה שָׂא קִינָה] *Et tu* (vel, *Tu verò*, JT. Pi. vel, *Tu ergò*, Jun.) *tolle* (vel, *profer*, JT. G. *sume* in os, Pi.) *lamentum*, Calv. sic JT. Pi. V. vel, *planctum*, P. *querimoniam*, V. *carmen lugubre*, Calv. Non quòd sermonibus patheticis abundet, sed quòd argumentum ipsum sit lamentabile [a]. Tacita est antithesis inter hoc carmen, & Judæorum lamentationes sive querimonias ob miserias suas, quarum tamen causas non quærebant [b]. ¶ *Super* (vel, *contra*, Calv.) *principes* (vel, *de principibus*, JT. Pi.) *Israel*] i.e. Reges [c], ut suprà 7. 27 [d].

2. *Quare*, &c? מָה אִמְּךָ לְבִיָּא בֵּין אֲרָיוֹת רָבָצָה] *Cur* (vel, *Quid*, Mo. vel, *Quomodo*, vel *Heu*. מָה hîc particula est plangentis & lamentantis, ut suprà 16. 30 *.) *mater tua leæna* (vel, quasi *leæna*, M.) *inter leones accubuit?* P. Ti. Calv. M. Al. *Quid* (sub. *erat*, vel *fuit*, JT. Pi. G. vel, *egit*, Jun.) *mater tua?* (q. d. Frustrà tentat gens Judæorum justitiam asserere adversùs Deum, nec aliud quicquam assequetur quàm ut, fractis omnibus suis conatibus, exemplo sit lamentationis in omnem posteritatem [f].) *leæna* (sub. *erat*, Pi.) *inter leones cubans*, sive *recubans*, JT. Pi. G. Al. *Quid est mater tua, catule leonis, quòd inter leones cubat?* Sy. *Quid rei est quòd mater tua facta est leunculus?* Ar. *Quid mater tua catulus in medio leonum facta est?* ο'. Per *matrem* hîc intellige, vel, 1. familiam Regiam Davidis [g]. Vel, 2. Reges defunctos indè à Salomone, è quibus qui tunc ad familiam Regiam pertinebant orti erant. Alloquitur familiam Regiam [h], [tunc superstitem.] Vel, 3. Hierosolymam [i]. Vel, 4. Synagogam [k]; vel, gentem Judæam [l]. Scriptura passim totum corpus populi *matris* nomine appellat. Sic Græcis & Latinis *matres* & *matrices* civitates & metropoles sunt appellatæ. Pariter præcipuæ partes illius corporis *filii*, vel *filiæ*, vocantur *. *Leænam* vocat, quòd fera esset & truculenta [m]; ab omni pietate, justitiâ, humanitate aliena [n]; potens [o]; vivens tutò [p], confidenter & sine pavore [q]. *Inter leones*, i. e. vel, Reges vicinos [r]: vel, circumjacentes populos potentes atque crudeles †. Alluditur ad Gen. 49. 9 [t]. Dicit, *recubuit*, sive *accubuit*, vel, 1. quia hoc leonis proprium, qui ideo Arabicè dicitur רבאץ, qu. d. *recubitor* [v]. Vel, 2. alludens ad coitum,

[a] Jun. [b] Calv. [c] G. ex V. [d] G. * V. [f] Jun. [g] Q. in La. L. [h] Pi. [i] Me. & T. & La. ex Pra. [k] V. in Tig. not. [l] G. sic Calv. Jun. * Jun. [m] Calv. sim. Jun. [n] Jun. [o] Pi. [p] G. [q] M. ex K. [r] G. sim. † Pi. [t] G. [v] BA. 1. 3. 2737.

tum; q.d. geniti estis ex leonibus. Verecundè significat eos promiscuè permixtos fuisse gentium corruptelis [x]. ¶ *In*, &c. 'וגו בְּתוֹךְ] *In medio*, &c. Calv. *Inter* (vel, *Quæ inter*, Pi.) *juvenes leones*, JT. &c. ¶ *Enutrivit*, &c. ità V. ex He. Ca. sic Sy. "וגו רִבְּתָה] *Multiplicavit* (vel, *educavit*, Sy. M. Ti. Pi. Calv.) *catulos suos*, ο'. Ar. P. Mo. i. e. Principes juvenes in Regno successores [y]. Al. Joachaz, Joachim, & Sedeciam; quos *catulos*, i. e. leunculos, appellat, quia & juvenes erant, & (respectu priorum Regum) exigui, atque sub iis Regnum collabi cœpit [z]. Quos ex leonibus susceperat ex impuro coitu. Sic vocat filios Abrahæ, quia degeneres erant [a]. Sensus, Reguli Judæorum non solùm ex matris natura vel exemplo feri erant, sed (quod gravius est) toto educationis tempore exemplum feritatis dederunt & domesticis & exteris [b]. Al. *In medio —— enutrivit*, &c. i. e. Fœcunda fuit, invidentibus vicinis [c].

3. *Et*, &c. "וגו וַתַּעַל] *Et sustulit*, vel *evexit*, (vel, *ascendere fecit*, M. P. Mo. sic Ti.) *unum*, &c. Calv. Pi. Ch. &c. *Ubi adolevit*, &c. Ca. sim. Sy. Ar. *Et exsilivit*, &c. ο'. Nempe Joachaz, Josiæ filius [d], quartus; quem Josiâ mortuo populus sibi Regem constituit*. ¶ *Leo*] i. e. Suiipsius non compos [f], violentus [g], crudelis. Vide 2 Reg. 23. 32 [h]. ¶ *Didicit capere prædam*, &c.] i. e. Omnia facere, ferre, rapere, pro arbitratu suo. Vide Jer. 22. 13, &c [i].

4. *Audierunt de eo gentes*] Nempe Ægyptii; synecd. generis [k]: quòd scilicet esset valde crudelis [l], ferox, & ad bella proclivis [m]. Alludit ad morem populorum, qui, quum audiunt leonem in agro grassari, factâ manu conveniunt, ut illum occidant aut capiant [n]. *Audientes concurrerunt in eam*, JT. ¶ *Et*, &c. "וגו בְּשַׁחְתָּם] *In fovea* (vel, *scrobe*, G.) *earum captus est* Pi. Calv. sic M. Ti. JT. Al. *reti*, vel *laqueo*, &c. P. V. ex Ch. Di. Favet lingua Æthiopica, ubi שחת valet, *offendi*, *impingere*, Matt. 11. 6. in Hiphil verò, *offendere*, Matt. 18. 6. & *illaqueare*, Matt. 22. 15. *venari*, *irretire*, Marc. 12. 13. Est tamen ubi *foveam* sign. ubi nempe effodiendi verbum additur; ut Psal. 94. 13. Prov. 26. 27. & alibi: sed & hoc indè est, quòd fovearum usus apud orientales in venatione longè maximus sit, quippe ubi impingentes belluæ irretiuntur & capiuntur [o]. ¶ *Adduxerunt eum in*, &c. בַּחַחִים *In*, vel *cum*, *hamis*, Mo. sic Ti. vel, *catenis*, M. P. Ca. Pi. Calv. Ch. nempe ferreis. Heb. *hamis*: meton. materiæ [p]. *Compedibus*, V. G. vel, *uncis*, JT. Vide 2 Reg. 23. 33†. Causa, quòd Joachaz, cùm putaret Ægyptios alienis bellis distrahi, collegit exercitum, & vicinas quasdam [eorum] urbes occupare conatus est [q].

5. *Quæ*, &c. וַתֵּרֶא כִּי נוֹחֲלָה אָבְדָה תִּקְוָתָהּ] *Et vidit* (vel, *Quum autem vidisset*, P. sim. Pi. *Et*, vel *At*, *videns illa*, M. Ca. leæna scilicet [r],) *quia exspectata*, Mo. (vel, *quòd exspectatum esset*, Ti. *quòd sperâsset*, Calv. *cùm exspectâsset* aliquamdiu, G. *amissâ spe*, Ca. *quòd diu exspectâsset*, M. sim. P. V. sub. *adventum filii in patriam*, V. vel, *quum spe aluisset se*, JT. vel, *se spe suâ frustratam esse*, Q. in V. Nam & hoc verbum significat. Hoc pacto bis idem diceret, & posterius exponeret præcedens†. *Se sperando delusam esse*, nempe sperando reditum Regis sui Joahasi. Heb. *se sperare factam esse*; emphaticè accepto verbo *sperandi*, nempe per tacitam antithesin adeptionis rei speratæ: q. d. nil nisi sperare, non autem rem speratam adipisci [t].) *perierit* (vel, *& quòd periisset*, V. sim. P. M. JT. Pi. Calv. vel, *frustratáque esset*, Ti.) *exspectatio*, vel *spes*, *sua*, Mo. V. vel, *frustrà se exspectare*, Ca. i. e. Non reddi suis precibus ab Ægyptio Joachazum [v]. ¶ *Tulit unum*, &c.] i. e. Alterum [x]; nempe Joakimum [y]; sibi jam antea datum ab Ægyptio, 2 Reg. 23. 34 [z]. Is enim hunc instituit, sed non nisi de consilio & sententia Regni Judææ [a]. Cùm vidisset successum suum frustrari, non ob id se humiliavit, & prudentiùs rebus suis consuluit, sed alios subornavit successores in Regno ejusdem atrocitatis [b].

6. *Qui*, &c. "וגו וַיִּתְהַלֵּךְ] *Et incessit* (vel, *versatus est*, &c. V. vel, *continenter*, sive *indesinenter*, *ambulavit*, &c. Pi. JT.) *in medio leonum*, Calv. i. e. Rex factus est, & potentiam adeptus est similem cæteris Regibus [c]: Regio more vivebat [d]: imitatus est eorum truculentiam & tyrannidem, Regibus illarum regionum usitatam*; nunc cum Ægyptio, nunc cum Babylonio, fœdus iniens, & interim sæviens in vicinos Moabitas & Ammonitas [f]; toto regni sui tempore cum hominibus tantùm feris, inhumanis, impiis & perfidis versatus est & consilia contulit, ut omnia pro suo commodo, neglectâ religione jurisjurandi, metiretur. Vide 2 Reg. 24 [g]. ¶ *Et factus est leo*] i. e. Crudelis [h]. Eandem sibi impietatem, injustitiam & inhumanitatem induit, & cum claudis claudicare didicit †. ¶ *Didicit prædam capere*] Ut indicatur 2 Reg. 23. 37*. ¶ *Et homines devorare*] Expilationibus & latrociniis [i]. Vide 2 Reg. c. 23. v. 37. & 2 Par. 36. 5 [k].

7. *Didicit*, &c. וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו] [Variant.] *Et cognovit* (vel, *deseruit*; vide quæ nos ad Proverb. 10. 9. & 14. 33 [l]: vel, *contrivit*, Calv. Q. in V. vel, *afflixit*, ut Esa. 53. 3 [m]. [ubi dicta vide:] vel, *desolavit*, Ch. *populatus est*. Suspicor legendum וַיָּרַשׁ, quod verbum leoninæ violentiæ convenientissimum est: nam & Græci verterunt, ἐνέμετο, quod *depopulari* significat: & idem erratum obrepsit etiam in Jud. 8. 16. ubi eâdem literâ erratum est, ע pro שׁ; de quo vide quæ ibi scripsimus†.) *viduas* (vel, *arces*, Ca. *palatia*, Ch. Pi. G. Calv. ut vox sumitur Esa. c. 13. v. 22 [n]. Non dubito quin ל ponitur pro ר [o]. אַרְמְנוֹתָיו pro אַלְמְנוֹתָיו [p]. Vel, *de viduatis palatiis*, JT.) *ejus*, Mo. V. vel, *eorum*, M. P. Ti. sing. pro plur [q]. Sub. *hominis*, pro, *hominum*, V. scil. quos comedebat, i. e. occidebat [r]. Rem habuit cum viduis eorum quos occiderat †. Non placet. 1. Quia pergit in eadem figura: leones autem non cognoscunt viduas [t]. Verùm mixtus est hic sermo, quia retinet partem similitudinis, & tamen loquitur sine figura de palatiis & urbibus [v], [in quas non ingredi solent leones: sic ergò receditur à metaphora.] 2. Tum non dixisset, *cognovit*, sed, *stupravit* [x]. 3. Non bene contexuntur res tam diversæ, *cognovit viduas*, &, *perdidit urbes* [y]. Al. *Cognovit palatia*, &c. i. e. sibi vendicavit, pro suo agnovit, (ut Gen. 39. 6. *Nihil noverat*, &c.) fisco adscripsit, ut mos tyrannis [z]. Egit rapuítque arbitratu suo [a]. ¶ *Desolata est terra*, *& plenitudo ejus*] Ità P. M. G. &c. sub. *fugit*, G. Vel, *& quod replebat eam*, Pi. *& quod eâ continebatur*, Ca. sim. Ti. *Plenitudo terræ* sunt homines: hi præ metu crudelis domini fugiebant [b]. ¶ *A voce rugitûs illius*] Non unguibus aut dentibus, sed solo rugitu, conterriti erant: tanta fuit ejus atrocitas & sævitia. Hic redit ad metaphoram [c].

8. *Et*, &c. "וגו וַיִּתְּנוּ עָלָיו] *Et* (vel, *Quapropter*, JT. Pi. sim. Ar. Ca.) *dederunt* (vel, *disposuerunt*, JT. Pi. *constitutæ sunt*, M. Ti. *adortæ sunt*, Ca. *congregatæ sunt*, Sy. sic Ch. *irruerunt*, Ar. *ediderunt* vocem, P. i. e. sublato clamore irruerunt, ut solent simul congregatæ [d]: *posuerunt*, nempe consilium, h. e. conspirârunt*,) *super* (vel, *in*, Ar. *contra*, M. Ti. JT. Pi. Sy.) *eum gentes circùm*, vel *undique*, Mo. Calv. vicinæ scilicet, quæ suis auxiliis & opibus juvabant Chaldæos. Judæi nimirum aliis gentibus exosi fuerunt: deinde, audacia & temeritas hujus Regis multos provocavit [f]. *Gentes*, Chaldæi, Syri, Moabitæ, Ammonitæ, 2 Reg. 24. 2 [g]. ¶ *Expanderunt —— rete suum*] Per *rete* intellige, vel occulta consilia eorum de accersendis Chaldæis; vel studia & conatus omnémque apparatum ad perdendum Joachim [h].

9. *Et*, &c. וַיִּתְּנֻהוּ בַסּוּגַר בַּחַחִים] *Et* (*Tum*, JT. Pi. Sy. sim. Ar.) *dederunt*, vel *posuerunt*, *eum* (*indiderunt ei*, i. e. collo ejus [i], Joacimi [k],) *in clausuram*, vel *claustrum*, (vel, *in carcere*, P. *in clausura*, M. *in claustro*, JT. *claustrum*, Pi. *in carcerem*, Ca. *in camo*, ο'. Ar. *in caveam bestiarum*, Sy. *in collare*, Ch. *in cavea*, BA. *in caveam*, Vulg.) *in hamis*, Mo. vel, *catenis*, Pi. sic P. *catenisque*, Ca. *& in vincula*, M. *& in catenas*, Ch. *& in cavea*, ο'. Ar. *in carcerem*, Sy. *uncis adhibitis*, JT. attractum *uncis*. Cùm autem leones non soleant uncis trahi per longum iter, eum è fovea intelligo in caveam fuisse uncis tractum, atque ità in Ægyptum deductum [l]. *Concluserunt itaque eum*, *& hamis*, Ti. ¶ *Babylonis*] Vide 2 Par. 36. 6 [m]. ¶ *In*, &c. בַּמְּצֹדוֹת] *In munitiones*, Mo. P. M. &c. i. e. in Babylonem munitionibus refertam [n]. ¶ *Nè audiretur vox ejus* (i. e. rugitus ejus [o]) *ultrà super montes Israel*] i. e. Nè cui ultrà terrori esset, ut v. 7 [p]. Ut Judæi à terrore & rugitu ejus quiescerent [q]. Deridet insolentiam Regis, quòd, Regno licèt acciso, non desineret rugire & terrere [r]. Alludit ad metaphoram leonis, qui in montibus

Marginalia (left column): x Calv. — y Pi. sim. L. — z La. ex Mald. — a Calv. — b Jun. — c G. — d C. M. ex K. V. L. Me. T. Calv. &c. — * Me. & T. ex La. — f Jun. — g Calv. — h G. — i Jun. — k Pi. — l Calv. — m Me. — n Me. ex La. — o Di. — p G. — † G. — q Calv. — r M. Pi. Me. Pra. &c. — † V. — t Pi. — v G sim. Jun. — x Pra. Me. — y M. G. Ti. Jun. &c. — z Pi. — a Jun. — b M. — c Me. — d G. — * Calv.

Marginalia (right column): f M. — g Jun. — h G. — † Jun. — i Jun. — k G. — l Di. — m Ca. — † Ca. — n Calv. — o Pra. — p Calv. — q La. ex Chald. Pi. — r V. — † Pi. — t V. — v Ca. sim. Pra. — x Calv. — y Ca. — z Calv. — a Pra. — b Jun. — c G. — d Calv. — * V. — f Calv. — g Idem. — h G. — i Calv. — k Ti. — l Pra. — BA. 1. 3. 4. 765. — m G. — n Pi. — o Calv. — p G. — q Jun. — r Calv.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tibus rugire solet, omnésque bestias perterrefacere †.

10. *Mater tua quasi vinea* (vel, *similis* erat viti, JT. Pi.) *in*, &c. בְּדָמְךָ] *In sanguine tuo*, Mo. P. M. Calv. V. i. e. Vel, 1. in sanguine Regio. Intelligit stirpem Regiam[t]. Vel, 2. q. d. dum te peperit: cùm esses in sanguine tuo, i. e. cùm primùm ex utero prodires sanguine aspersus, necdum abstersus à sordibus, ut Ezec. 16. 6. *Sanguis* accipitur pro partu: q. d. Ubi primùm in lucem editi sunt Judæi, plantati sunt in terra Canaan, ut radicem agerent[v]. Vel, 3. in virore & succulentia naturæ, sive in semine. Sanguinis enim copia vires adauget *. Vel, 4. *in sanguine* uvarum, sive vino rubro: ut Androcydes ad Alex. M. ità scribit, *Vinum potaturus, Rex, memento te bibere sanguinem terræ*; Plin. 14. 5. Tribuitur & vox sanguinis Lunæ eclipsatæ sive obscuratæ, Joel. 2. 31 †. Alii legunt בְּדָמְךָ pro בִּדְמוּתְךָ, *in similitudine tua*: h. e. Mater tua assimilatur viti, &c*. Al. *in silentio tuo*; i. e. tempore silentii tui, quum quiesceres, nec rebellares Regi Babylonis[x]. *In quiete tua*, JT. G. i. e. cùm tu, Ezechiel, & alii tecum quietè domi viveretis. Altera hæc est comparatio, ad eandem gentem Judæam pertinens[y]. Similitudinem ex vite sumpsit, quia multæ ibi vites, & Judæa ob generosum vinum celebrabatur[z]. Eadem est hujus allegoriæ, quæ prioris, sententia. *Mater* est Hierosolyma, &c[a]. ¶ *Super aquam* (vel, *juxta aquas*, Mo. P. &c.) *plantata*] Vel, *plantatæ*, JT. Pi. i. e. in loco riguo[b]. Vites illic non requirunt loca excelsa & arida, ut in frigidis regionibus; sed potiùs succum expetunt ab aquis: ut colligitur ex pluribus S. S. testimoniis[c]. [Alii locum sic reddunt;] *Quasi vitis, & sicut flos in malogranato*, &c. o'. sim. Ar. *Mater tua tanquam humore sata vitis, te cruento*. Talis hîc est numeri generísque confusio qualem ad Ezec. 1. & alibi indicavimus[d]. ¶ *Fructus*, &c. פֹּרִיָּה וַעֲנֵפָה וגו'] *Fructifera & ramosa* (vel, *pampinea*, Ca. *frondifera*, M. Ti. &c.) *fuit* (i. e. Crevit populo & opibus *) *ob aquas multas*, Calv. vel, *ob humoris abundantiam*, Ca. Brevi tempore in Ægypto crevit in multa centena millia[f].

11. *Et factæ sunt* (vel, *fuerunt*, Mo. P. &c.) *ei virgæ* (vel, *scipiones*, JT. *rami*, Pi.) *solidæ*, &c. עֹז אֶל שִׁבְטֵי וגו'] *Fortitudinis* (vel, *fortes*, sive *robustæ*, Calv. P. M. JT. Pi. Intellige Principes ex familia Regia[g],) *ad*, vel *in*, *sceptra* (vel, *ad virgas*, Pi. vel, *pro sceptris*, P.) *dominantium*, Mo. Ti. Calv. V. G. Ex familia Davidis modò hic modò ille ad Regnum pervenêre[h]. Significat Reges sumptos fuisse ex illo populo, ut palmites à vite[i]. Al. *cum sceptris*, sive *virgis*, (vel, *super sceptra*, &c. Q. in Calv.) *dominantium*, M. Ti. JT. i. e. Regum. Nati sunt enim in Israele multi de stirpe Regia[k]. Sensus, q. d. Regnum Judææ eminebat supra alia Regum suorum majestate, & Principum amplitudine, populariúmque frequentiâ. Præstantia itaque antiqua Regni adumbratur hoc versu & præced. deinde inclinatio & ruina v. 12, 13, 14[l]. Ità duplicem statum ponit Propheta Judæis ante oculos, ut, memoratâ pristinâ dignitate sive felicitate, agnoscant se recidisse in extremas miserias, quia Deum provocârunt[m]. Benedictiones à Deo illis datas describit v. præc. earúmque abusum hoc versu. *Fuerunt——robusti*, &c. id est, Quamvis populus justis & piis Regibus instructus esset, quibus surrigerentur, ut vites bonis pedamentis; illi tamen ab officio protervè discesserunt. & ita pervicacia erant vitis illius brachia, ut etiam illa sua pedamenta, quamvis firmè in terram compacta, deducerent & abriperent in suam perditionem[n]. ¶ *Et*, &c. וַתִּגְבַּהּ קוֹמָתוֹ עַל בֵּין עֲבֹתִים] *Et exaltata* (vel, *alta*, JT. Pi.) *est* (vel, *fiebat*, Pi.) *statura ejus suprà* (vel, *supernè*, Calv.) *inter perplexitates*, Mo. vel, *inter ramos*, sive *palmites*, Calv. P. *supra intercurrentes ramos densos*, JT. Pi. *inter ipsas frondes*, M. Ti. *ultra* ramum qui est *inter ramos perplexos*, vel *intricatos & densos*. Tenet autem ramus ille medium in arboribus, éstque altissimus omnium: rami verò perplexi sunt circa medium arboris[o]. Sensus, Stirps ipsa inter suas frondes crevit[p]. Facta est procerior aliis arboribus[q]. Jerusalem, in tot tantósque cives & Principes excrescens, cum eis & inter eos alta & gloriosa apparuit[r]. Secundum hoc crimen: *Extulit se altitudo illius supra interstitium densorum ramorum*, aut etiam pergularum, quæ ad vites compescendas certis in locis construi solent. Sensus igitur est, Ut vites nonnullæ ità feræ sunt, ut nullo vimine, nullo impedimento cohiberi possint quin arbustescant: ità populus hic omnia impedimenta mali, vel potiùs adjumenta ad officium suum, protervè perrumpit, ut ad commoditatem suam, & ex animi sui sententia, luxurietur †. ¶ *Et*, &c. וַיֵּרָא בְגָבְהוֹ בְּרֹב וגו'] *Et apparuit*, vel *visa*, sive *conspecta est*, (vel, *Ità ut esset conspicua*, JT. Pi.) *altitudine*, vel *in altitudine suâ*, Calv. Mo. P. JT. Pi. &c. (i. e. Evasit altissima inter arbores[t],) *in*, vel *cum*, *multitudine* (vel, *densitate*, M.) *ramorum suorum*, Calv. &c. q. d. Populus crevit & copiâ hominum & opibus[v]. Tertium hoc crimen: q. d. Ità luxurians vitis sese extulit gloriabunda, & omnes alios, finitimos & longinquos, nihili præ se fecit[x]. [Ca. hunc versum cum seq. jungit, & locum sic reddit;] *Et virgas habuit validas ad sceptra imperatoria*; (i. e. homines qui sceptra tenuerunt, videlicet Reges;) *quæ cùm inter comam in eam surrexissent proceritatem, ut altitudine suâ in palmitum copia apparerent*, (q. d. qui cùm ità crevissent, ut inter alios, tanquam inter palmites eæ quæ vocantur sagittæ, exstarent,) *Ea*, (i. e. Hierosolyma,) *furenter eruta, humi prostrata est*, &c[y].

12. *Et* (vel, *Sed*, G.) *evulsa est in ira*; ità Mo. &c. vel, *cum furore*, M. sic Ti. וַתֻּתַּשׁ וגו'] *Sed avulsa est*, &c. JT. Pi. Vitis illa degener[z]. Non paulatim siccata est, sed evulsa. Evulsio autem hæc subita debuit ipsos commonefacere de maledictione Dei, ad quam obtorpuerant[a]. *Evulsa*, i. e. Gens deportata est[b]. ¶ *In terrámque projecta*] Nempe, ut prorsus exaresceret[c]. Gens contemptui habita[d]. Ut vite evulsâ palmites putres in terram dejiciuntur. Secundus hic est judicii Divini gradus *. ¶ *Ventus urens* (vel, *orientalis*, Mo. P. M. &c. qui corrumpit tam fruges quàm arbores[f]: i. e. exercitus Chaldæorum[g]:) *siccavit fructum ejus*] i. e. Multos de populo occidit[h]. Tertius hic gradus: quòd, ut avulsæ vitis prostrati palmites adurentibus ventis, &c. suâque infirmitate arescunt; sic populus afflictus, cùm suo ipsius vitio, tum adveniente foris judicio, non potuit non marcescere[i]. ¶ *Marcuerunt*, &c. הִתְפָּרְקוּ וְיָבֵשׁוּ מַטֵּה עֻזָּהּ וגו'] *Convulsæ* (vel, *Dissolutæ*, M. vel, *Defracti*, Pi. sim. JT.) *sunt atque arefactæ virgæ fortitudinis ejus*, (vel, *scipiones*, sive *rami*, *robusti ejus*, JT. Pi.) *ignis absumpsit eas*, Ti. M. &c. Sing. מַטֵּה pro plurali, quod refert pronomen הוּ[k]. Al. *Confracti* (vel, *Discerpti*, Calv.) *sunt*, (sub. *rami ejus*, P. sic Calv. Glas. V.) *& aruerunt*, P. sim. Calv. (i. e. Liberi Sedeciæ perierunt[l].) *virgam roboris ejus* (i. e. Ipsum Sedeciam[m]) *ignis consumpsit*, P. Redundat *eas*[n]. Ira Divina Reges ad exitium persecuta est[o]. Hithpahel (הִתְפָּרְקוּ) hîc passivè significat, ut Eccles. 8. 10. וְיִשְׁתַּכְּחוּ, *& oblivioni traditi sunt*[p].

13. *Et nunc transplantata* (vel, *plantata*, JT. Pi.) *est*] At jam dixerat eam arefactam atque exustam esse. Resp. Ità erat respectu horribilis ruinæ, & ex communi hominum sensu. Quòd rursus plantata est, commendat misericordiam Dei erga reliquias[q]. ¶ *In terra invia*, &c.] Heb. *siccâ*, Pi. V. &c. ubi non potest crescere & florere: i. e. in Babylone[r]. At illa terra irrigua erat & fertilis. Resp. 1. Non respicit hîc naturam terræ, sed populi conditionem. Dicimus nullum esse pulchrum carcerem: quare terra illa iis desertum erat †, ubi omnium rerum indigi erant, acsi in deserto essent[r]. 2. Pessima terræ Chaldaicæ illis data sunt excolenda[v]. 3. *Desertum* hîc vocat Judæam, incolis & opibus spoliatam[x].

14. *Ignis de*, &c. מִמַּטֵּה בַדֶּיהָ] *De virga* (vel, *ex uno*; Heb. *ex baculo*, Pi.) *ramorum ejus*, M. P. Ti. Calv. &c. i. e. de trunco unde prodibant rami[y]. *Ignis*, i. e. rebellio Sedeciæ[z]. Vel, ira Divina, quæ ob crimen Sedeciæ populum neci dedit[a]. Illa ipsa sarmenta adeò torrefacta sunt judicio Dei, ut jam nihil aliud sint nisi cremia concipiendo igni aptissima, &c[b]. Ostendit cladem hanc non Chaldæis, sed sibijpsis, adscribendam[c]. ¶ *Et non fuit*, &c. וְלֹא הָיָה וגו'] *Itaque non erit* amplius *in ea ramus*, &c. Pi. Nulli ultrà ex ea sunt Reges[d]. *Adeò ut non sit in ea*, &c. JT. Ità ut non remanserit ulla virga *. ¶ *Planctus*, &c. קִינָה הִיא וַתְּהִי לְקִינָה] *Lamentatio* (vel, *Planctus*, Mo. P. *Venia*, [Lege, *Nænia*,] Ca. *Exemplar lamentationis*, Ar. *Lamentatio*, i. e. *Lamentabilis*,

tabilis, Sy. Deplangenda igitur, M.) ipsa, Mo. (vel, hæc, Ca. Calv. vel, est, P. M. V. Sy. sub. in hac prophetia, V. vel, hæc, sive ipsa, est, Ti. JT. Pi. Ar. Al. Lamentatio est prophetia, Ch. Tribus in parabolam lamentationis est, o'.) & erit (vel, cessitque, Pi. quæ fit, JT. quæ redacta est, M.) in planctum, sive lamentationem, Mo. P. o'. Ch. Sy. Ar. M. Pi. sim. Ti. Al. & quidem lamentabilis est, Ca. Hæc est prophetia planctûs verè eventuri[f]. Reipsa deserviet pro planctu, cùm evenient quæ prædixi[g]. Nunc planctus fit pro Joakim & civium captivitate; sed major erit planctus in urbis excidio[h]. Hic est planctus quem initio exposui, & lamentabilis prophetia; sed major erit ipse eventus[i]. Al. Cùm maximam calamitatem deprecabuntur posteri, utentur hoc quasi exemplo & proverbio, Nè mihi contingat quod Hierosolymæ[k]. Al. Jerusalem plangitur, & plangetur: q. d. Hic Jerosolymæ planctus diu durabit, eritque jugis & continuus[l]. Al. Vaticinium hoc triste & luctuosum & suggeret posteris materiam lugendi, ac in memoria & ore omnium erit, ceu rarum & memorabile exemplum[m].

f G. sim. V. g T. h La. i Mald. in La. k Th. in La. l [illegible] La. m Calv.

CAP. XX.

1. ET factum est] Hæc prophetia, quæ continetur cap. 20. & 21. & 22. & 23. est appendix antecedentis, ejusdémque ferè cum præcedentibus argumenti; nempe in peccatorum exprobratione positum, & judiciorum denunciatione[a]. ¶ Anno septimo] A deportatione Regis Joachim, sive Jechoniæ[b]. Hinc supputatio facta est, tum, ut severissimæ illius castigationis Divinæ magis memores essent[c]; tum, ut promissæ restitutionis spem foverent[d], & complementum 70 annorum ardentiore desiderio exspectarent *: nam in rebus desperatis non numeramus annos[f]. Hanc concionem Deus testimonium esse voluit & sapientiæ suæ, quæ hæc anno quinto ante subversionem Jerof. tam minutatim describit; & misericordiæ, quâ ipsos ad resipiscentiam provocavit[g]. ¶ De senioribus Israel] Non ex sacerdotibus & Levitis, sed seniores populi, ut videtur ex argumento & responsione Prophetæ, quia consilium quod agitabatur civile fuisse videtur. Seniores hi, vel, 1. venerunt ex Judæa[h], ut percipitur ex v. 3, 4, &c[i]. legati illi à Sedecia missi, de quibus Ezec. 14. 1. Factum hoc in reditu legatorum[k]. Vel, 2. erant ex deportatis[l]. ¶ Ut interrogarent (vel, consulerent, JT. Pi.) Dominum] Ut consilium exposcerent de rebus suis[m]. Dicuntur Deum consulere qui consulunt Prophetam, quia Deus per Prophetas loquebatur, &c[n]. Consulebant de rebus, non privatis, sed publicis[o]: quid futurum esset ipsis & fratribus in Judæa relictis; & quid faciendum ut è præsente miseria liberarentur[p]: vel, de successu rebellionis Sedeciæ[q]: vel, de eventu captivitatis suæ; quia distrahebant eos falsi prophetæ[r], qui illis reditum pollicebantur †: vel, utrùm populo præstaret simul commorari & versari, tanquam in communibus cœtibus, unde gens magis foret indigenis odiosa; an verò alios ab aliis discedere & dispergi per nationes, quandoquidem non pluris ipsis Babylonia quàm Caspia vel Hyrcania esset; id quod illi malebant, hoc fine, ut sic licentiam haberent ad omnem impietatem, & conformare se possent cultui gentium citra reprehensionem Prophetarum, quæ illis odiosa erat. Quare malo animo consultationem hanc instituebant[t].

3. Ad interrogandum, &c? Vel, consulendum, vel quærendum, me, &c? Calv. Pi. &c. Interrogatio hîc negat[v]. ¶ Vivo ego, quia non, &c. אִם אִדָּרֵשׁ לָכֶם] Si (vel, Non, Ar. Ti. Pi. Nequaquam, Sy.) consulor à vobis, JT. Pi. q. d. seriò[x], verè, animo recto[y], & docili, & ad obtemperandum parato: jamdudum enim decrevistis quid velitis facere, &c[z]. Vel, respondebo (vel, consultus respondero, P. sim. Ch. pro consilio obtentus fuero, M. quærar, Ti. Calv. exorabor, Ca.) vobis, Ar. simil. Sy. o'. &c. vel, à vobis, Calv. דרש dupliciter h. l. accipitur: in priore membro, pro quærere, vel interrogare; in posteriore, pro respondere, vel exorari[a]. Sed alienum hoc videtur: Deus hîc potiùs invehitur in hypocrisin populi, quàm negat se responsurum, ex collat. Ezec. 14. 3[b].

a Jun. b Pol. c Calv. Jun. d [illegible] Me. T. &c. e P. l. sim. Calv. d Calv. * Pol. f Calv. g Jun. h Ti. Q. in Jun. i P. k C. l Jun. sim. m Calv. Pol. L. T. n G. o Calv. p Jun. p Pi. q T. ex La. r Calv. † Pol. t Jun. v Pi. x Idem. y Calv. z Pol. a Q. in Calv.

4. Si, &c. הֲתִשְׁפֹּט וגו'] An judicabis eos? an judicabis eos? Calv. P. &c. sim. Mo. [Variè explicant.] q. d. Præstat eos invitare ad resipiscentiam quàm eos condemnare[c]. Sed frigidum hoc est. Al. q. d. An impendes illis operam tuam ut eos coarguas, vel cum eis litiges, vel eis mineris? Prophetæ officium id erat. Abigendi sunt potiùs quàm docendi: indigni sunt tali disceptatione. Confer Gen. 6. 3. Matt. 7. 6[d]. Al. An judicas, &c? q. d. Quid cessas judicare & coarguere eos *? Al. An jus diceres istis, &c? q. d. Te, Prophetam Dei, institutum ut conscientias in pietate ædifices, consulunt de rebus politicis: nè consume tempus respondendo[f]. Al. An causam ageres istorum, &c? JT. q. d. An ampliùs intercederes apud me istorum nomine? quibus non intercessione ampliùs (ut fingunt) opus est, sed reprehensione. Confer Ezec. 14. 3. & Jer. 14. 9, &c[g]. Defendéne eos, &c[h]? An excusabis eos, &c? coram me tanquam judice: q. d. Non debes excusare[i]. Scilicet patrocinaris eis, &c? Hoc enim fecerat Vates cap. 9. 8[k]. An pro eis litigares, &c? Vellésne tam improborum causam defendere? Nam שָׁפַט sæpe est litigare, & אֵת non rarò pro significat[l]. שָׁפַט significat actiones quæ fiunt in judicio, tam judicis, quàm actoris & advocati[m]. Repetitio emphatica est[n], ut magis exprimat pervicaciam populi[o]. ¶ Abominationes (vel, Quin potiùs abominationes, Pi.) patrum eorum (quas & ipsi secuti sunt[p],) ostende eis] Peccata majorum exprobrat hoc capite; ipsorum, cap. seq[q]. Correctio; q. d. Semel tamen experire an sint sanabiles. Si ergò judicabis eos, vel disceptabis cum illis, incipe à patribus ipsorum. Scelera eorum non sunt paucorum annorum: ulcus profundum est & vetus, &c[r]. Ab initio gens fuit perfida, &c. Confer Matt. 23. 32. Act. 7. 51 †.

5. Elegi Israel] Ex aliorum numero. Opponitur hoc omnibus meritis[t]. Causa fœderis Dei cum illis erat solum Dei beneplacitum[v]. Elegi, sub. in populum mihi, ut Deut. 7. 6[x]. ¶ Levavi manum meam, &c.] Phrasis hæc variè accipitur[y]. Gestus hic est, 1. jurantis[z]: q. d. Juravi eis[a]. Deut. 32. 40. Sic hæc locutio infrà sumitur v. 15[b]. 2. Ejus qui potentiam suam exserit[c]: q. d. Ostendi potentiam & opem meam Mosi & Hebræis, percutiendo Ægyptios, &c[d]. 3. Ejus qui percutit & punit; ut retrahit manum qui punire cessat. Hæc tria significata in hoc capite reperiuntur *. ¶ Et apparui (vel, innotui, V. sim. P. G. Pi.) eis] Per miracula[f], cùm misi ad illos Mosen[g]. Notatur experimentalis cognitio, cùm Deus reipsa probavit se veracem esse[h]. ¶ Et levavi (vel, sustuli, inquam, Pi.) manum, &c.] i.e. Ostendi potentiam, in eis servandis[i].

6. In terram quam provideram eis] Ità P. Ca. vel, exploraveram eis, Ti. JT. Pi. tanquam explorator providens de sede commodissima[k]. ¶ Egregia, &c. צְבִי הִיא לְכָל־ וגו'] Decus ipsum (vel, Quæ decus est, Pi. vel, desiderium, V. vel, gloria, Ch. vel, nobilissima, Ca.) omnium regionum, JT. Pi. Desiderabilis est omnibus, &c. P. Laudatur ab aliis omnibus[l]. Quæ desiderabilis est præ omnibus, &c. Calv. Quæ elegans est super omnes, &c. M. sim. Ti. Talis erat, 1. ob fertilitatem eximiam, si totam terram consideres, à Rhinocorura ad Taurum montem, & ad Euphratem, quæ includit Palæstinam, Phœnicem, Arabiam, Syriam Cœlen, & Ciliciam, &c. quas omnes regiones Deus Israeli, si præcepta servâsset, repromisit[m]. 2. Ob cultum & Teraphim Dei, &c[n].

7. Unusquisque, &c. אִישׁ וגו'] Quisque (Magis hoc emphaticum, quàm si omnes promiscuè & generaliter allocutus esset[o].) offensiones (vel, abominationes, M. P. Ti. obscœnitates, i. e. obscœnos deos †,) oculorum suorum] i.e. Idola[p], ad quæ attolluntur oculi, ad quæ oculos convertebant; h. e. quæ diligebant & colebant: oculi enim adducunt & alliciunt homines. Vide Ezec. 6. 9[q]. & 18. 6[r]. Ostendit hæc phrasis eos non modò metu compulsos fuisse ad idololatriam, sed spontè etiam & pravo appetitu inductos *. ¶ Idolis Ægypti nolite pollui] Non mirum est, eos ibi infectos fuisse superstitionibus Ægyptiorum, præsertim cùm illic mancipia erant, & cuperent iis gratificari: mira enim est contagio idololatriæ †.

8. Et, &c. וַיֹּאמֶר לִשְׁמֹעַ וגו'] Et (vel, Igitur, P. sim. Sy.

b Calv. c V. d Calv. * M. f Jun. in comment. g Jun. in notis ad bibliis. h La. T. et Th. & Fr. i Pi. k Ca. l G. m La. n Calv. sim. V. o C. l. p G. sim. Pi. q Jun. r Calv. † Calv. ad v. 5. t Calv. v Jun. x V. y Calv. z V. a V. et Ch. b Calv. Jun. c Pi. Me. d G. e V. f Me. et La. g V. h G. i Calv. i Idem. k Jun. l V. m Pet. n La. sim. Calv. o Calv. † Ca. p V. Calv. q Pi. r G. s V. * Calv. † Calv.

Sy. Ar.Ti.Ca. *Tum*, Pi. *Quamvis*, JT.) *dixi* (vel, *dixissem*, JT.) *ut effunderem*, &c. M. Calv. &c. Cùm in Ægypto adhuc essent, Exod. 5. 3 [t]. *Dixi*, i.e. statui, vel decrevi [v]. Penè constitui, cogitavi eos penitùs delere [x]: sed me cohibui,&c. Translatitiè loquitur de Deo,quia Deus nec iracundiâ tangitur, nec decernit quidquam apud se quod postea retractat. Sensus est, q. d. Matura erat populi iniquitas, & ideo tempestiva fuisset Dei vindicta, nisi aliunde fuisset retenta [z].

9. *Et* (vel, *Attamen*, G. sic V.) *feci*] Nempe, *illis bene*, G. *At egi*, sub. *cum illis clementer*, V. *Feci*, non quæ facere cogitâram, sed ea quæ feci ut ipsos liberarem, &c [a]. Sub verbo *faciendi* totum hoc intelligit quod postea explicabitur [b]. *Feci*, sub. *quod promiseram* : i. e. Introduxi in Canaan [c]. ¶ *Propter nomen meum*] Quia Abrahamus, Isaacus, Jacobus,meo nomine vocati erant [d]. Propter gloriam meam, non, ut putatis, merita vestra. Ità prosternit superbiam gentis *. ¶ *Ut non violaretur*] Quasi non potuissem, aut noluissem, meos liberare, ut promiseram [f]. ¶ *Coram gentibus——inter quas*, &c. אֲשֶׁר נוֹדַעְתִּי וגו׳] [Variant.] *In quarum* (nempe gentium [g]) *oculis cognitus sum*, M. Ti. vel, *innotui*, P. *illis*, Ti. P. scilicet Israelitis, quibus me manifestavi per Prophetas, qui salutem illis annunciabant. Ad verb. *Quibus cognitus sum illis in oculis earum* [h]. *Quibúsque spectantibus, ego ipsis innotueram*, Ca. Al. *Quum notum feci me ipsis ante oculos earum*, JT. Al. *Quibus* (scilicet gentibus) *cognitus fui ipsis* (sed τὸ *ipsis* redundat,) *in oculis eorum*. Deus enim per miracula se etiam gentibus patefecit [i].

11. *Quæ faciens homo vivet in eis*] Vitam longam & felicem, quæ promissa Legem implentibus. Chaldæus hæc & alia ad vitam æternam refert : nimirum quia eam sperabant, non tamen ex Legis pacto [k]. Non agit hîc de nudis Legis præceptis, sed conjunctis cum fide venturi Messiæ [l]. *Vivet*, non tantùm civiliter, sed in æternum ; nempe si Legem servet: id quia nos non possumus, opus est Christi gratiâ, &c. Notanda hîc Dei indulgentia,quòd Deus qui pro imperio jubere poterat, promissionem adjungit [m].

12. *Sabbata mea dedi eis*] i. e. Legem de quiete observanda in Sabbatis [n]. Per *sabbata* hîc significat,vel,1. ferias [o] : Sabbatum septimi diei, remissionis anno septimo, & jubilæi [p]. Sabbatum triplex: dierum, quod propriè dicebatur Sabbatum, mensium,quod erat mensis septimus , qui magnâ sui parte erat festus ; annorum, annus septimus, & jubilæi [q]. Vel, 2. septimum diem *. Dicit, *sabbata*, in plurali, quia sæpe, h.e. singulis hebdomadis, Sabbata recurrunt [r]. ¶ *Ut essent signum*, &c.] Ut hâc etiam re à populis aliis discriminarentur, ad quos aliqua quidem Sabbati traditio pervenerat, sed non cum illa quietis lege, ut diximus ad l. 5. de V. R. C †. *Signum*, sub. *tanti mei amoris & reconciliationis:* ut quieto animo, & à tumultu peccatorum alieno, cognoscamus nos esse redemptos à Domino, sanctificatos, & libertate Spiritûs donatos. Externa vacatio ab opere hujus quietis in Domino nos debet admonere [t]. *Signum*, putà, me Deum ipsorum esse, & ipsos populum meum. Sabbata non per aut propter se, sed propter aliud, instituta sunt [v]. Sabbatum est sacramentum, h.e. invisibilis gratiæ visibilis figura ; in quo & Deus se nobis obstringit, & nos illi: unde dicit, *inter me & eos*. Commendaverat priùs totam Legem,cujus pars erat Sabbatum : id hîc memorat, quia illic fulgebat gratuita Dei adoptio;& ut ostenderet, Legem non tantùm constare præceptis, sed simul promissiones in se continere*. ¶ *Et* (vel, *Ut*,Pi.Calv.) *scirent quia ego* (vel, *quòd ego* sim, Calv.sim.Pi.&c.) *Dominus sanctificans eos*] Ut symbolum esset vel pignus regenerationis illis promissæ, & electionis suæ in populum Dei peculiarem [x]. Ut augescant in operibus fidei per sanctificationem, quam Deus in nobis perficit, & quam nos docet in Sabbatorum observatione [y]. Ut cogitarent me Deum illorum esse, qui eos sanctificare possum [z]. Ut die Sabbati convenirent, & mea in se beneficia prædicarent [a].

13. *In deserto*] [Emphaticé:] ubi miracula mea quotidie viderunt [b], mors & terror undique erant, à meo beneplacito singulis momentis pendebant,&c [c].

15. *Levavi manum*, &c.] Contra eos juravi. Vide Psal. 95. 11 [d]. Antè illos misericordiâ illexi : deinde terrui minis & pœnis, &c *.

16. *Quia judicia mea projecerunt*, &c.] Ratio jurisjurandi, cujus facta fuit mentio, exprimitur à Mose, quòd falso relatu territi redire voluerint in Ægyptum, Num. 13.& 14. Hîc autem generales repulsæ Dei gratiæ causæ denotantur, nempe superstitio, impietas, & contemptus Dei [f]. ¶ *Post idola*, &c.] Ex animo colebant idola [g]; maximè in terra Madian, Num.25[h].

17. *Ut non*, &c. מִשַּׁחֲתָם] *A corrumpendo eos*, Mo. *nè perderem eos*, M. Ti. &c. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא עָשִׂיתִי אוֹתָם כָּלָה] *Neque* (vel, *Ac* proinde *non*, Pi.) *feci ex eis* (vel, *in ipsis*, Calv. *cum eis*, Mo. P.Pi.Ch.) *consummationem*, JT.Mo.P. Pi. *consumptionem*, vel *finem*, V. Pi. &c. Non delevi prorsus [i]. Gentem non exstinxi [k]. *Et non redegi eos in desolationem*,M. *Neque eos conficerem*,Ti.

18. *Dixi autem ad filios*, &c.] Nolens verba ampliùs apud patres facere,quia surdi erant & præfracti†. ¶ *In præceptis patrum*, &c.] Non tantùm vetat eos imitari crassa scelera parentum, sed leges, & statuta, & ritus, & quidquid in speciem plausibile erat. Quare traditiones patrum prudenter examinandæ sunt, non omnes in imitationem trahendæ [l].

19. *Ego—Deus vester, in præceptis meis ambulate*] Locus insignis. Deum ergò obliquè abnegant, eúmque jure suo privant, qui, non contenti solis Dei præceptis, commenta sua admiscent, &c [m].

20. *Ut sint signum*, &c.] Promittit ergò observatoribus Sabbati efficaciam Spiritûs sui, modò nè januam ipsi claudant suâ impietate & contemptu [n].

21. *Et exacerbaverunt me filii*] Tempore Judicum [o].

22. *Averti*, &c. ità Mo. Pi. וַהֲשִׁיבֹתִי וגו׳] *Verùm retraxi manum meam*,M.P.Ti. *Et averti plagam potentiæ meæ*, Ch. Continui me nè eos perderem [p].

23. *Iterum levavi*, &c.] *Atqui adhuc juraveram :* nempe minas graves illis denunciaveram, si Legem spernerent, Deut. 11. & 28 [q].

25. *Dedi eis præcepta non bona*] [Variè explicant.] 1. Præcepta ceremonialia : quæ *non bona* vocat, vel, 1. quia inutilia, nec spontè instituta [r], tanquam Divino scopo & consilio necessaria,sed ob eorum infirmitatem†, & pronitatem in idololatriam [t] : vel, 2. quia insuavia, gravia, difficilia , vide Act.15.10. *Bonum* sæpe sumitur pro jucundo, ut Gen. 3. 6 [v]. 2. Minas & maledictiones illis determinatè proposui, ut Deuter.4.26,27 [x]. & pœnas [y] : sententiam juridicam, Num.25.4. plagam, serpentes, ignem, &c [z]. Hæc *non bona* vocat, i. e. noxia ; λιτότης, & synecd. gen [a]. mala, imò pessima,molestissima. Meiosis [b]. 3. Leges tributi, servitutis, &c. illis à gentibus victricibus impositas; quas ferre cogentur, quia legibus meis salutaribus parére noluerunt [c]. Meis præceptis vivere noluerunt : morientur ergò & occidentur ab alienis, Ammonitis, Moabitis, &c [d]. 4. Figmenta hominum, & magnam errorum & superstitionum congeriem *; præcepta Gentilium idololatrica [f] : quorum observatio mortem eis inferret æternam [g]. Deus autem dicit se hæc *dedisse*, quia permisit eis dari [h]: quia eos, ut suâ gubernatione indignos, justo suo judicio excæcavit, & imperio Satanæ mancipavit, & in reprobum sensum tradidit, ut mendacio obedirent. Vide Rom. 1. 24, &c [i]. Mentem ipsis ademi, ità ut , meis legibus contemptis, ipsi sibi leges facerent duras atque mortiferas †.

26. *Et pollui eos* (i. e. vel, pollui permisi [k] : vel, tanquam pollutos abjeci [l]; impuros esse ostendi, & ut impuros tractavi, & à me abdicavi [m].) *in* (vel, *cum*, JT. Pi.) *muneribus suis*] Ità Mo.P.&c. q.d. Reddidi ipsorum munera tanquam fœtida, utcunque putarent se officio suo satisfacere; quia scilicet miscebant præcepta Dei cum figmentis gentium [n]. Permisi ut sacrilega sacra facerent [o]. ¶ *Cùm*, &c. בְּהַעֲבִיר וגו׳] *Trajiciendo quicquid aperit vulvam*, Calv. i. e. Primogenitos , qui Domino consecrabantur, Exod. cap. 13. vers. 2 [p]. Vide suprà 16. 21. & infrà 31 [q]. [Oblationem primogenitorum hîc intelligunt, vel, 1. Deo factam, ut Junius in commentario exponit; quanquam aliter in notis ad Biblia censere videatur.] *Quum traduxero*, &c. Ar. sim. [r]. Si quid erat quod illi in cultu Dei præstare tenebantur,

omnino fuit ille ritus primogenitos transmittendi & consecrandi Deo, Exod. cap. 13. Deus verò h. l. pronunciat se & verbo & opere ostendisse, neque offerentes neque oblationes à se acceptari [r]. [Vel, 2. idolis.] *Cùm traducerent*, M. Ti. *Ità ut transire fecerint*, P. *Propterea quòd traducebant*, Pi. sim. JT. sub. *per ignem*, P.M. Pi. ut declaratur infrà v. 31 [t]. Lustrabant omnes; sed primogenitos nominat, ut crimen magis exaggeret [v]. q. d. Ego primogenitos redimi volueram: illi sibi imposuerunt, ut Molocho eos ad mortem offerrent [x]. Sensus loci, Permisi ut laberentur in scelus inhumanitatis, propter quod polluerentur [y]. Sub hac una specie, per synecdochen, designat omnes eorum superstitiones †. ¶ *Propter delicta sua*, לְמַעַן אֲשִׁמֵּם] *Ut desolarem*, vel *vastarem*, *eos*, JT. Ti. Ch. sim. Mo. P. ο'. Ar. ¶ *Et*, &c. לְמַעַן אֲשֶׁר יֵדְעוּ וגו'] *Propter quod scirent*, &c. Mo. *Ut sciant*, vel *scirent*, (vel, *experirentur*, JT. Pi.) *quòd ego sum Jehova*, P. M. Ti. Ch. &c. Ut cogantur me Judicem potentem sentire, quem noluerunt Patrem agnoscere, &c [z].

27. *Quamobrem*, &c.] i. e. Cùm propter peccata vestra, tum propter beneficia mea [a]. ¶ *Adhuc*, &c. עוֹד זֹאת גִּדְּפוּ וגו'] *Adhuc* (vel, *Ampliùs*, Pi. *Etiam*, Sy. *Præterea*, Ca.) *hoc* (vel, *in hoc*, Ch. Sy. P. Calv. *hâc re*, JT. Pi. *in eo*, Ca. & *in hoc*, M. Ti.) *probris affecerunt me*, Mo. q. d. protervè & insolenter in me surrexerunt & mihi insultârunt [b]. *In hoc*; q. d. Non contenti præteritis, majora fecerunt [c]. Etiam qui diis gentium sacra non fecêre, mihi sacra fecerunt in locis vetitis *. ¶ *Cùm spreviissent*, &c.] Heb. *Prævaricando*, &c. Calv. JT. Significat eos non ex imprudentia aut infirmitate peccâsse, sed certâ voluntate ac consilio [d].

28. *Et*, &c. וָאֲבִיאֵם וגו'] *Nam* (vel, *Postquam*, Calv. *Quòd quum*, JT. *Nam quum*, Pi.) *introduxi*, &c. Calv. sim. P. vel, *introduxissem*, &c. JT. Pi. ו hîc redundat *. ¶ *Collem*, &c.] Ex instituto Gentium, qui montes & lucos superstitionibus suis dedicabant, ut notum [f]. ¶ *Lignum*, &c. עֵץ עָבוֹת] *Arborem densam*, P. vel, *frondosam*, M. Ti. *ramosam*, Pi. *umbriferam*, Sy. Ar. *viridem*, Ch. *intricatam*, V. sim. Mo. i. e. ramos habentem multos inter se implicatos [g]: *densis ramis*, JT. sim. Pi. Heb. *densitatum*, Pi. ¶ *Dederunt* (vel, *Collocârunt*, Pi. *Obtulerunt*, Calv.) *ibi irritationem* (vel, *iram*, Mo. P. *irritamentum*, JT. Calv.) *oblationis* (vel, *appropinquationis*, Mo. *libationis*, Ca. *muneris*, Ti.) *suæ*] Sic M. Calv. i. e. oblationem quâ Deum irritarent [h], & quasi ad certamen provocarent; quia scilicet eripiunt illi jus Legislatoris [i]. ¶ כַּעַס קָרְבָּנָם] *Oblationes irritantes suas*, Pi. ¶ *Posuerunt ibi odorem suavitatis suæ*] Heb. *suavitatum* (vel, *quietum*, Pi.) *suarum*, V. Pi. i. e. suavissimum [k]. Sic vocat ironicè, quia falsò putârunt Deum hoc modo placari. Simul perstringit eos, quòd suffitum, qui debuerat esse bonæ fragrantiæ, fœtidum reddiderint suis corruptelis [l]. *Posuerunt*, &c. i. e. Suffitum ex aromatis fecêre †. ¶ *Et libaverunt*, &c.] Præcedens epitheton, *irritamentum*, &c. ἀπὸ κοινοῦ ad singulas partes referendum est, ad sacrificia, munera, libamenta, oblationes [m]. Hîc recenset Deus varias oblationum species, ut ostendat omnes Legis partes à Judæis fuisse violatas [n].

29. *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *dixi* (vel, *Cùm dicerem*, Jun.) *ad eos*, (nempe per Legem & Sacerdotes [o], & Prophetas [p]; idque sæpius, imò assiduè [q];) *Quid est* (vel, *Quid* sibi vult, Pi. vel, *Ut quid*, vel *Quorsum*, vel *Quodnam est*, Calv.) *excelsum ad quod vos ingredimini?* sic Calv. &c. *convenitis?* P. M. Ti. מָה הַבָּמָה אֲשֶׁר אַתֶּם הַבָּאִים שָׁם] Ad verb. *Quid excelsum ad quod estis illi qui veniunt illuc?* Redundat adverb. loci [r]. [Alii sic reddunt;] *Et ex eis ego quæsivi quodnam esset sacellum ad quod irent*, Ca. *Et quamvis dicerem iis ipsis qui veniebant eòdem quò vos*, (i. e. ad excelsa, quò vos etiam convenitis, ut scelerati idololatræ †,) *quid sit ipsum excelsum*, JT. i. e. quàm exosum Deo, & cultoribus perniciosum [t]. [Variè explicant.] *Quid est excelsum?* i. e. Quid sibi vult hoc nomen? aut unde venit? Meum enim Altare non ità vocatur. Ità interrogat Deus, ut ipsi sibi tacitis cogitationibus responderent, Hoc nomen ex idololatria natum est [v]. Quare exstruxistis excelsum illud, cùm ego locum vobis constituerim, &c [x]? Cur illuc potiùs itis quàm in Templum meum? quid in eo videtis eximii [y]? *Quid est?* i. e. quæ res? qualis? cujus usûs? quo fine [z]? Cur adeò expetitis excelsa, cùm mihi displiceant? Amplificat eorum crimen, quòd non peccârunt ex ignorantia, sed ex contumacia & malitia [a]. Hæc per Prophetas eos sæpe monui [b]. Quæ religio aut excellentia in idolorum fanis, quòd ea per antonomasiam vocetis, specioso ac glorioso nomine, *excelsa?* quasi essent loca totius orbis celsissima & nobilissima, cùm sint speluncæ dæmonum [c]. ¶ *Et*, &c. וַיִּקָּרֵא וגו'] *Et* (vel, *Tamen*, JT. *Sed* nihilominus, Pi.) *vocatum est*, vel *fuit nomen illius*, *Excelsum*, *usque ad hunc diem*, Calv. &c. i. e. Perrexerunt & nomen excelsorum usurpare, & sacrificia in illis offerre [d]. Excelsum & ità dictum est, & in eadem opinione fuit apud miseros & superstitiosos Israelitas habitum *. Dicit *vocatum fuisse*, quoniam eadem dignitas & religio viguerit in illis excelsis. Damnat obstinatam populi malitiam, quòd nomen excelsorum (quorum memoria debuerat aboleri) celebre erat in oribus omnium, quasi illic quærendus esset Deus; & quòd patres illud filiis tradiderint; ità ut continuâ serie excelsa opponerent Sanctuario Dei, nec ullis Prophetarum minis revocari poterant [f]. *Attamen adhuc hodie* בָּמָה *dicitur*: i. e. Manet & mos, & ipsum vocabulum desumptum à profanis & vicinis gentibus, quæ sic vocabant suas aras, (unde & Græcum βωμοὶ) cùm ego Altare mihi sacratum מִזְבֵּחַ appellaverim [g]. Reddit hoc versu nominis rationem: Quoniam enim eos interrogavit, *quodnam esset illud* בָּמָה *ad quod ibant*, postea nomen obtinuit, ut quæ ibi fiebant sacella eo vocabulo dicerentur. Est autem *Bamah* q. d. *excelsum*, aut *editum*; quod Latinè *templum* dici potest, quoniam in editioribus locis fieri cœpta sunt sacella. Sed postea fiebant & in aliis locis. Ità cap. 16. 25. dicuntur fieri *in omnibus vicis*: ubi alio quidem, sed ejusdem notionis, vocabulo nuncupantur [h]. בָּמָה est, altare valde excelsum, ad quod per gradus ascendebatur. Aut sic dicebatur, quòd talia altaria in montibus excelsis exstruerentur, contra præceptum Domini [i].

30. *Certè*, &c. הַבְדֶרֶךְ וגו'] *An* (vel, *Annon*, M. Ti. P.) *in via patrum vestrorum vos polluti estis?* Calv. simil. Mo. JT. &c. q. d. Quomodo hoc fieri potest, ut vos, qui ad servum meum acceditis Deum modestè interrogaturi, vos, qui exsilio aliisque pœnis subacti estis, adeò pervicaces sitis, ut non resipiscatis, &c †? [Pi. hunc versum cum sequente nectit, & locum sic reddit, *An quum viâ patrum vos polluatis*——v. 31. *Quùmque offerendo——polluatis vos——ego nihilominus consulor à vobis?* q. d. Au duo illa simul consistere possunt, ut & pergatis in vestra idololatria, & me de officio vestro seriò consulatis [k]?

31. *Et in*, &c. וּבִשְׂאֵת וגו'] *Et* (vel, *Quúmque*, Pi.) *offerendo dona vestra*, JT. Calv. ¶ *Polluimini* (vel, *polluatis vos*, Pi.) *in*, &c. לְכָל־ וגו'] *Omnibus* (vel, *in omnibus*, M. P. Mo. JT.) *idolis* (vel, *stercoreis diis*, JT. Pi. Heb. *stercoribus*, Pi.) *vestris*, Ti. ¶ *Respondebo* (i. e. consilium dabo [l]) *vobis*, &c? וַאֲנִי אִדָּרֵשׁ לָכֶם] *Et ego* (vel, *Ego nihilominus*, Pi.) *consular* (vel, *consulor*, Pi. *inquirar*, Calv.) *à vobis?* JT. Perstringit eos, quòd vellent quasi illinere ejus oculos cùm ad Prophetam accederent [m].

32. *Neque*, &c. וְהָעֹלָה עַל רוּחֲכֶם וגו'] *Et quod ascendit in*, vel *super*, *spiritum* (vel, *animum*, M. Ti. V. *cor*, Ch.) *vestrum* (i. e. id quod cogitatis [n]) *essendo non erit*, Mo. vel, *nequaquam futurum est*, Pi. *penitùs non erit*, P. Heb. *fiendo non fiet*, Pi. *Et id quod in animo habetis*, &c. Sy. *Neque fiet quod vos mente conceptum habetis*, Ca. ¶ *Erimus* (vel, *Simus*, V.) *sicut gentes*] Vel, *gentes istæ*, JT. Pi. scilicet felices; synecdoche generis [o]. Vivamus ritu gentium, ut bene sit nobis [p]: ut effugiamus odium illud & invidiam quam subimus à gentibus profanis, quòd peculiarem habeamus Deum & Legem [q]. Similitudine cultûs commendati tranquilliùs & amiciùs cum ipsis vivemus [r]; nec exagitabimur tanquam miseri & exteri, sed quasi in familiam ipsorum recipiemur, & pro indigenis inter ipsos habebimur †, & propitii nobis erunt, qui fuerant infesti [t]. Hoc autem ut commodiùs assequerentur, rogabant Prophetam, Annon præstaret fortè ut alii huc, alii illuc, migrarent & disseminarentur per gentes; quâ ratione cultus Dei faciliùs dissolvitur, & pietas eorum qui in cultu Dei bene instructi sunt refrigescit [v]. Hoc pacto imaginabantur sibi plus fore relaxationis, quòd Deus rigidior erga ipsos fuerat quàm erga exteros [x]. q. d. A Deo nihil nisi

clades

Margin notes (left column): r Jun. — t Pi. — v Calv. — x G. — y V. — † Calv. — z Calv. — a Jun. — b Calv. — c Mc. — * G. — d Jun. — * Q. in V. — f Jun. — g V. — h V. sim. Ca. Calv. Jun. — i Calv. — k V. — l Calv. — † G. — m Jun. — n Calv. — o Pol. ex Jun. — p Jun. Calv. Pol. — q Calv. — r V. — † Jun. in bib. — t Idem ib. — v Mc. — x V. sim. M. ex K. Calv. — y G. — z Jun. in comment.

Margin notes (right column): a Calv. — b G. sim. Calv. — c T. ferè ex Ti. & Apol. sim. Pr. La. — d Pi. — * Jun. — f Calv. — g G. — h Calv. — i V. — † Jun. — k Pi. — l G. — m Calv. — n V. — o Pi. — p V. — q Calv. — r G. — † Jun. — t Calv. — v Jun. — x Calv.

clades & minas accipimus; cùm idola cultoribus suis, h.e. Chaldæis, opes, gloriam, omniáque bona, largiuntur [y].

33. *In manu forti, & in brachio extento,* (i. e. potentissimè, evidentissimè, & palàm in omnium oculis [z],) *& in furore effuso,* (i.e. indignatione maximâ. Metaphora [a], vel, à vasis plenis, quæ ubertim & semel exinaniuntur [b]; vel, à fluvio sive diluvio inundante [c].) *regnabo super vos*] q.d. Tamen non permittam ut deficiatis à me, sed vi, & vobis volentibus nolentibus, ero Rex vester [d]. Vindex ero mei juris & imperii, & invitos cogam ad me redire; acsi dominus retrahat servum fugitivum. q. d. Dominabor, sed alio modo: non humaniter & clementer, ut antè; sed subigam vos tanquam perversa mancipia, quæ, quia voluntarium negant obsequium, damnantur vel ad pistrinum, vel ad alias immanes operas. Habebo rationem fœderis mei, nec vos patiar mihi eripi *.

34. *Et educam vos de populis,* &c.] Educam vos longè ab illis quibus nunc permixti vivitis, & quorum exempla imitamini; à Phœnicibus, Ammonitis, Moabitis, quorum fines attingitis [f]. *De populis,* inter quos Chaldæos fugientes dispersi estis: q. d. Retraham vos ex fuga, & tradam vos Chaldæis, & sic [ut sequitur] in furore regnabo super vos [g]. Non proderit vobis quòd ad multos confugistis populos, Ægyptios, Sidonios, Ammonitas, &c. sed nihilominus vel tanto præsidio muniti in Babyloniam ducemini [h]. Confirmat præcedentem sententiam; & simul designat modum dominationis. Nam, cùm Judæi dispersi essent in exsilio, & gentibus permixti, erant quasi abdicati & exhæredati à Deo; unde putabant vicissim se esse liberos, nec jam ampliùs spectare ad Dei imperium. Illa igitur conditio videri poterat quædam exemptio vel immunitas. Nunc significat Deus, cùm volet jus suum recuperare, sibi in promptu esse rationem quâ ipsos iterum colligat, & ità subigat nè ejus imperium effugiant [i]. Al. Declaratur his verbis Divina potiùs clementia quàm ira: q.d. Non patiar vos æternâ captivitate in gentibus detineri; educam vos de populis, non ut perdam vos, sed ut Rex vester sim [k]. Huic sententiæ favent sequentia [l]. ¶ *Et in furore effuso,* &c.] Vox *furoris* referri potest tum ad gentes, tum, & potiùs, ad Israelitas: q.d. Quamvis eos iterum colligam, tamen jus meum asseram, & pœnam de iis nihilominus exigam: quemadmodum is qui servum perdiderat eum postea recipit in ædes suas, ibi tamen demergit eum in ergastulum, vel duplò plus ab eo exigit quàm sit ferendo †.

35. *Et adducam* (vel, *introducam,* Calv.) *vos in desertum populorum*] i. e. In Babyloniam, quæ vobis erit molesta instar deserti. Metaphora [m]. Desertum istud non procul distabat à Babylone, in qua Imperator sibi sedem delegerat [n]. Al. In loca à populis deserta [o], ut supra 19. 13 [p]: ut, *resurrectio mortuorum,* Rom. 1. 4. i.e. à mortuis [q]. In locum maximè horrentem, quem omnes fugiunt. Discimus ex historia Ezræ, eorum quàm plurimos qui ex Babylonia sedes sibi diversas quæsiverunt in loca horrentia deductos fuisse, in Syro-mediam, Caspiam, Hyrcaniam, Albaniam, Iberiam, & alias regiones ἀξένους, (*inhospitales,*) ubi misserimè in figlinis & alia qualibet servitute vivebant [r]. Alludit ad desertum Arabiæ, in quod inducti sunt Israelitæ egredientes ex Ægypto †, ubi Deus eos libertate donavit: sic, inquit, vos post justam punitionem ex Babylone eductos libertate donabo, & in desertum quod est inter Judæam & Chaldæam, & indè in patriam, reducam, tum per Cyrum, tum maximè per Christum [t]. Al. *Desertum gentium* hîc vocat, non regionem aliquam, sed statum in quo Judæi degent post tempus exsilii, sive manerent in longinquis regionibus, sive in patriam redirent: q.d. Liberabo quidem vos ex Chaldæa, quod favoris signum videri poterit; sed ità ut beneficium illud tantùm ad paucos perveniat, & vos adhuc castigem [v]. ¶ *Judicabor* (vel, *disceptabo,* V. JT. Calv. Pi.) *vobiscum ibi facie ad faciem*] Efficiam ut appareat me hæc justè fecisse [x]. *Facie ad faciem:* i. e. non ex auctoritate, quasi dominus [y]; sed quasi par cum pari, ex causæ solius æquitate [z]. Vel, q. d. solus cum solis, sine arbitris; nè gentes videant pœnas quas de vobis sumam, & lætentur [a]. Al. qu. d. ut inter se confligunt adversarii, & quasi consertis manibus pugnant. Quamvis reducam vos, non tamen propitius ero vobis, sed occurram vobis tanquam adversarius [b].

36. *Sicut judicio contendi—in deserto terræ Ægypti,* &c.] i. e. Attingente Ægyptum [c]: ubi eos, licèt ex Ægypto eductos, ob ingratitudinem aliáque scelera, punivit, & privavit ingressu hæreditatis promissæ. Eodem modo, inquit, vos educam ex Chaldæa, ut vita vobis eductis sit solitaria, acsi in terram squalidam & desertam relegati essetis. Medium itaque statum notat inter rejectionem & reconciliationem [d].

37. *Et,* &c. [וְהַעֲבַרְתִּי אֶתְכֶם תַּחַת הַשָּׁבֶט] *Et* (vel, *Nam,* Pi.) *transire faciam* (vel, *transmittam,* JT.) *vos sub virga,* Mo. M. Ti. &c. i. e. sub sceptro; q.d. Reddam vos mihi subjectos *. Velitis nolitis, mei semper eritis, & vos recensebo, atque sub mea ditione asseram; nec quenquam patiar mihi eripi: & apostatas, qui se emancipatos putant, cogam ad reddendam rationem [f]. Metaphora à pastore, qui cum virga numerare solet oves [g]. Al. Sensus, q. d. Vestrî curam geram singularem, ut pastor ovium, nec ullum perire sinam [h]. Omnes meos accuratè recensebo & recognoscam [i]. Aliquos è vobis segregabo, mihíque vindicabo [k]. Impios ità tractabo ut Israelitas in deserto: sed aliter cum piis agam, quos in numerato habebo, &c [l]. ¶ *Et,* &c. [וְהֵבֵאתִי אֶתְכֶם בְּמָסֹרֶת הַבְּרִית] *Et adducam,* vel *inducam, vos in vinculo,* sive *vinculum,* sive *vinculu fœderis,* M. P. Ti. Mo. Pi. Calv. i. e. Feriam vobiscum fœdus, ut feci cum patribus vestris [m]. Novo fœdere me vobis, & vos mihi, devinciam [n], tum per Esdram, tum, potiùs, per Christum [o]. Efficiam ut præstetis mihi obedientiam ad quam vos in fœdere obligâstis [p]. Auferam malos, paucos sanabiles relinquam [q]. Al. Subjiciam vos legibus meis, quibus nunc soluti esse videmini: cogam vos stare pactis [r]. *Vinculum fœderis* hîc vocat constantiam sive perseverantiam fœderis sui, quâ factum est ut tandem omnes illos (quamvis petulanter errantes velut bestias indomitas) ad se colligeret; non ut illis dominaretur tanquam pater, sed ut graviùs animadverteret in ipsorum defectionem. Subest hîc tacita comparatio inter Gentes & Israelitas: illæ in licentia sua vagatæ sunt absque modo; cum his verò fœdus eo fine factum est, ut Deus ipsos constrictos teneret, etiamsi totus orbis evaderet †. Al. *Adduxi vos ad traditionem fœderis,* h. e. ad locum in quo tradidi vobis fœdus meum, montem nempe Sinai [t]. [Ca. versum sic reddit, *Sub jugúmque missos adigam vos ad vinculum fœderis.*] מָסֹרֶת, pro מַאֲסֹרֶת, deficiente א, ab אסר *ligavit* [x].

38. *Et,* &c. וּבָרוֹתִי וגו׳] *Et eligam* (vel, *repurgabo,* M. Ti. Mo. Calv. Pi.) *ex vobis rebelles,* Calv. sic P. o. Ar. Sy. JT. Quidam promissionem gratiæ esse volunt. Sed minatur hîc Deus, ut patet ex verbis seq. *Non venient in terram,* &c. Hoc *eligere,* vel *discernere,* non aliò spectat quàm ut significet Deum protrahere in lucem, & ad unum colligere, posse omnes qui putabant se adeptos esse latebras quibus Dei oculos fugerent, & ab ejus imperio eximerentur [y]. *Eligam,* nempe ad pœnam [z]; ut olim rebelles in deserto occidi [a]. ¶ *Et de,* &c. מֵאֶרֶץ מְגוּרֵיהֶם וגו׳] *E terra peregrinationum* (vel, *habitationum,* Calv. sim. P.V.) *ipsorum,* JT. Pi. i. e. ubi nunc sunt captivi [b]: vel, de Judæa [c], ubi illi nunc peregrinantur, quum ea subjecta sit Regi Babylonis [d]; ubi ad tempus habitant, quam ipsi in perpetuum sibi mansuram fuisse gloriabantur *. Etiamsi dispersi sint in diversa loca, ubi se procul à meo conspectu remotos putant, iis tamen præsens ibi sum, ut eos educam [f]. ¶ *Et in terram Israel non ingredientur*] Illi impii domum non redibunt [g], sed manebunt & peribunt in deserto, ut illi Num. 14. 23, 24. Ipsa Judæa vobis erit exsilium, quia abruptus erit cursus gratiæ Dei, & Deus de integro vobiscum disceptabit [h]. Sensus est, q. d. Non ampliùs fruentur salutaribus Dei beneficiis, aut symbolis eorum abutentur [i]. Subaudi, Reliquos verò morigeros mihi & fideles patriæ restituam, per Cyrum & Christum [k]. Exhibito fœdere, Deus oves ab hircis disparabit, &c [l]. ¶ *Et scietis quia* (vel, *quòd,* Calv.) *ego Dominus*] Agnoscent judicem, quem patrem contempserant [m]. Ità transit à minis ad promissiones Evangelicas, quæ fiunt ovibus Christi versibus seq [n].

39. *Singuli*, &c. אִישׁ גִּלּוּלָיו לְכוּ עֲבֹדוּ וְאַחַר אִם אֵינְכֶם שֹׁמְעִים אֵלָי] *Quisque*, vel *Singuli*, *idolis suis* (vel, *idola sua*, Mo. *post idola sua*, P. M. Ti.) *ite servite*, Calv. sim. Mo. (vel, & *servite*, P. M. & *colite* illa, Ti. vel, *ite*, *colite*, Pi. vel, *agedum colite*, JT.) *& post*, *si non vos audientes ad me*, Mo. vel, *posteaquam* (vel, *quandoquidem*, Ti.) *non paretis* (vel, *renuitis obsequi*, M. sim. Ti.) *mihi*, P. vel, *auditis me*, Calv. Al. *etiam postea*, JT. sic Pi. *siquidem non auscultatis mihi*, JT. vel, *si non estis ii qui auscultare velint mihi*, Pi. vel, *tunc enim* planè *me non audietis*; i. e. Si id faciatis, ostendetis planè vos ad me non pertinere : *neque polluetis*, &c. [ut sequitur,] i. e. neque nomen meum injustè usurpabitis, offerendo oblationes non legitimas [o]. Est ironia [p]: q. d. Agite quod vultis, pergite ut cœpistis; sentietis tandem quantam cladem vobis idololatriâ & impietate vestrâ conciliabitis [q]. Ironica abdicatio & repudium, quâ tacitè ad contrarium, h.e. ad Dei cultum, eos invitat [r]. Concessiones hujusmodi comparatæ accipiendæ sunt †. q.d. Malo ut manifesti sitis idololatræ [t], quàm istâ simulatione vestrâ mihi ignominiam inuratis [v], me unà cum idolis colendo [x], & cultum meum, qui purus esse debet, cum profanarum gentium ritibus miscendo [y]. Pronunciat Deus se prorsus repudiare cultum dimidium, & mixturis sive superstitionibus infectum, quia ad impietatem accedit etiam profanatio sacri nominis ipsius, quam secum semper trahit hypocrisis [z]. Palàm & publicè vos pro talibus gerite quales revera estis : apertè præ vobis ferte vos colere idola, quæ secretò colitis; nolite jactare vos mei cultores esse, & interim sacrificare idolis †. Præstat palàm me deserere, quàm sic exacerbare,&c. Argumentum quale est Esa.1.11,12,&c. & Amos. 5. 21,&c [a]. Alioquin fœdius est in se Deum palàm rejicere, quàm partim Deum, partim verò idola, colere [b]. Malim tamen versum disjunctivè accipere; *Aut idola colite*,&c. *aut* (copula disjunctivè sumitur, *nomen meum nè prophanate*, &c. q.d. Aut hoc, aut illud, facite; quia nihil est medium. *Si Deus est Deus*, *colite eum: Sin autem Baal est Deus*, &c [c]. ¶ *Et nomen*, &c. וְאֶת שֵׁם וגו׳] *Et nomen* (vel, *Nomen verò*, JT.) *sanctum meum nè profanetis ampliùs*, Calv. sim. Pi. JT.&c. Dum, à me denominati, alios colitis, meum nomen profanatis, miscentes sacra profanis [d]. ¶ *Muneribus vestris*, *& in idolis vestris*] Duo profanationis modi hîc exponuntur, convenientissimè, secundùm interdicta duo prima Decalogi: 1. donariis, i. e. totâ actione, ritibus, oblationibus; 2. simulacris, quæ Deo aut substituebant, aut conjungebant, ut donaria iis offerrent : quæ duo mala nominatim vetantur, ut aut Deus alter habeatur, aut alio modo habeatur quàm ab ipso fuerit præceptum *.

40. *In monte sancto meo*] i. e. Præsentiâ & instituto meo sanctificato [f]. In Sione [g]. ¶ כִּי וגו׳] *Quia in monte*, &c. P. Mo. Subaudiendum aliquid, *Tandem certè fiet ut me purè ac sincerè colatis : nam in monte*,&c. V. ¶ *In monte excelso*] Vel, *celsitudinis*, JT. sim. Mo. Sionem, qui collis erat exiguus, sic vocat, quòd excelleret dignitate, & gloriâ præsentiæ Dei [h]; & quòd in eum evecti Israelitæ aliis gentibus omnibus præcellerent [i] : vel, ut hunc oblique opponeret aliis excelsis [k]. ¶ *Ibi serviet mihi omnis domus Israel*] Serviet, i. e. servire debet : Si quis mihi offerre quid velit, in Templo ad id à me electo id facere debet [l]. [Vel, revera serviet.] At videtur hoc pugnare cum præcedentibus. Resp. Minimè; nam duplex hîc proponitur Israel : 1. titulo tenus, sive corpus populi; hi, inquit, tabescent in deserto : 2. genuini & legitimi [m], nempe electi [n]; vel, reliquiæ, in quibus Deus volebat superstitem esse Ecclesiam [o]. Israelitæ pii [p], & ex hac calamitate superstites[q]; & præcipuè, Christiani [r]. Ità Judæos ad æmulationem provocat : q. d. Nè putetis me vestro indigere servitio; vestra res agitur, non mea : vobis enim recedentibus à cultu meo, succedent alii legitimi, &c †. ¶ *In qua*, &c. שָׁם אֶרְצֵם וְשָׁם אֶדְרוֹשׁ וגו׳] *Ibi volam eos*, Mo. P. (vel, *benignus ero eis*, M. sim. Ti. vel, *acceptos habebo eos*, JT. Pi. vel, *beneplacitum mihi erit in illis*, i. e. favore eos prosequar [t]. Vel, *illa* quæ offerent *grata habebo ibi*, non alibi [v].) *& ibi quæram* (vel, *requiram*, P. M. Ti. JT. Pi.&c. i.e. acceptas habebo : metonymia effecti [x]. Deus dicitur exigere dona quæ probat: nam quæ corrupta erant repudiat, ut vidimus [y]. Vel, *approbabo*, G.) *oblationes vestras*, Mo. P. JT. &c. *& initium* (vel, *primitias*, P. M. JT. &c.) *elevationum vestrarum*, Mo. G. (i.e. fructuum quos de terra tollitis, primitias, Exod. 22. 29. & 23. 19. Deut. 26. 2 [z] : vel, *munerum*, sive *donorum*, *vestrorum*, P. M. JT. Calv. &c. i. e. florem, vel quod excellit, in donis vestris [a] :) *in* (vel, *cum*, JT. Pi.) *omnibus sanctificationibus* (vel, *sacris*, Ti. *sanctis muneribus*, M. vel, *rebus sanctis*, JT. Pi. vel, *sanctificatis*, V.) *vestris*, Mo. Calv. id est, quas mihi consecraveritis [b] : vel, in toto meo cultu [c]. Sacrificiis vestris. תְּרוּמָה est vox generalis ad omnia quæ offeruntur pertinens : eximiè de Decimis dicitur [d]. תְּנוּפָה & תְּרוּמָה, quamvis diversæ species sint, sæpe tamen pro quavis sacra oblatione sumuntur *.

41. *Suscipiam vos*] Heb. *volam vos*, P.Mo. *Complacebo mihi in vobis*, propter odorem suavissimum. Vide Ezec. 16. 19 [f]. Oblectabor puro fidelium cultu juxta Legem, &c [g]. ¶ *Cùm eduxero vos de populis* | Novus sensus hîc incipit [h]. Eadem verba repetit quæ priùs, sed in alium sensum & finem. Reduxit & redemit Deus tam hypocritas quàm electos : sed illis id nihil profuit; data libertas, sed Canaan illis erat quasi desertum : hi verò, inquit, non modò reduces erunt, sed & cultus eorum Deo gratus erit [i]. ¶ *Et* (vel, *Tunc*, G.) *sanctificabor in vobis*] Vel, 1. in omnibus, etiam reprobis, quodammodo *. Populi omnes vires meas, quas in vobis reducendis ostenderim, agnoscent [k]. Gentes censebunt me justum [l], efferéntque laudibus propter liberationem vestram [m]. Vel, 2. in electis, peculiari modo, cùm scilicet iterum emerget nova Ecclesia, in qua pietas vitæque integritas florebunt [n]. Celebrabor quasi sanctus occasione vestræ sanctitatis & Religionis [o].

43. *Et recordabimini ibi viarum vestrarum*, &c.] Significat se non aliter propitium esse suis electis, nisi ubi resipuerint. Vult Deus ità gustari à nobis bonitatem suam, ut interea amara sit scelerum recordatio. Notanda est & circumstantia *ibi*; q. d. non modò in exilio, dum sub malis gemitis, (quum etiam reprobi peccata sua sentire coguntur,) sed ubi recepti eritis in gratiam, & hæreditate vestrâ potiemini [p]. ¶ *Et*, &c. וּנְקֹטֹתֶם בִּפְנֵיכֶם בְּכָל וגו׳] *Et fastidietis vos* (vel, *fastidio eritis*, JT. *fastidio afficiemini*, Pi. *eritis abominabiles*, aut *contempti*, vel, *damnati*, aut *convicti*, Calv. vel, *rubore perfundemini*, Ti. *succidemini*, vel *excidetis vos*, V. ex He. *succisione dignos reputabitis vos*, P.) *in faciebus vestris*, Mo. Calv. (vel, *vobis ipsis*, JT. *ex vobis ipsis*, Pi. *in conspectu vestro*, P.) *ob omnia mala vestra*, &c. Mo. *Et exterminio digni vobismet videbimini propter*,&c. M. *Tadebit pudebitque tot commissorum à vobis scelerum*, Ca. Suscipient voluntarium dedecus, ut Deum glorificent ingenuâ confessione : non tantùm patientur se ab aliis damnari, sed & ipsi se spontè dejicient coram Deo, & viles atque despecti erunt in oculis suis. Hic fructus est pœnitentiæ, & hæc est vera humilitas [q]. [Alii aliter.] *Et percutietis* (vel, *dilaniabitis*, Ar.) *facies vestras*, &c. o'. Ar. Palmis, scilicet, in vos ipsos meritò indignantes [r]. *Et rugabuntur facies vestræ*, &c. Sy. *Et gemetis*, *idque spectantes omnia mala quæ fecistis*, Ch. Sym. habet, *Et parvuli vobis videbimini*, &c. Aq. δυσαρεστήσετε, *displicebitis vobis*; Th. προσοχθιεῖτε, *infensi eritis*. Προσοχθίζειν significationem habet *tædii* & *molestiæ* †. Hæ versiones varia signa ostendunt veræ pœnitentiæ, sui displicentiam, indignationem, despectum, atque abjectionem extremam [t].

44. *Et scietis*, &c.] Experientiâ scil [v]. ¶ *Propter nomen meum*] Gratis, & solo nominis mei respectu [x]: ex mea misericordia, non ex justitia vestra [y]. ¶ *Neque secundùm scelera*, &c. וְכַעֲלִילוֹתֵיכֶם הַנִּשְׁחָתוֹת] *Et secundùm studia* (vel, *opera*, P. Ch. sim. JT. Pi.&c.) *vestra corrupta*, M. Ti. Mo. &c. Quæ nunc in illa terra viventes admittitis, suprà c. 16 [z]. [Hâc prælectione absolutâ, Cl. Johannes Calvinus in lecto lethali decumbere cœpit, ideóque hîc commentandi finem fecit, deinde & vivendi.]

45. *Et factus est sermo*, &c.] Hæc nova prophetia [a], & pertinet ad materiam sequentis capitis [b]. Hîc debuerat initium poni sequentis capitis. [Et hîc cap. 21. incho-

Marginal notes, first column: o G. p M. V. q M. sim. E. Mc. r Glass. rhet. l. 5. 85. † Jun. t V. ex M. sim. T. G. Calv. Mc. v M. sic V. x V. y G. z Calv. † T. a Jun. b Calv. c Jun. d Ca. * Jun. f Jun. g T. sic Calv. h Calv. i Jun. k Calv. l G. m Calv. n Calv. Pi. o Calv. p Mc. q Mc. sim. M. r T. sim. Mc. † Pra. t V. v G. x Pi.

Marginal notes, second column: y Calv. z G. a Calv. b V. c Calv. d G. * Calv. f V. g Calv. h G. i Calv. * Idem. k G. l V. m V. sim. Ca. Pi. n Calv. o Mc. p Calv. q Calv. r Pra. † D. t Pra. v T. ex Mc. x Calv. y Mc. z Calv. a San. b La.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

inchoant JT. Pi. Ca.] Nam illa quæ nos habemus Ezec. c.21.v.1. nudam expositionem horum verborum continent [c].

46. *Pone* (vel, *Dispone*, JT. *Dirige*, Pi.) *faciem tuam*] i. e. Obfirmato vultu, libere & intrepidè vaticinare [d]. Indignationem quandam & obfirmationem Prophetæ imperat, ut statum Dei judicium & deliberatum contra Judæos ostenderet *. Prophetæ, de quibus vaticinaturi erant, ad eos se vertebant [f]. Voluit præsentes intelligere quò spectabat hæc prophetia. Solebat insuper Ezechiel signis hieroglyphicis & aspectabilibus actionibus futuros eventus portendere [g]. ¶ *Contra viam austri*] i. e. Contra Judæam [h], sive Hierosolymam [i], ut patet ex Ezec. 21. 2 [k]. quæ, ut partim occidentalis [l], ità partim australis, erat respectu loci ubi agebat Ezeciel [m]: qui [locus] erat Babylon [n], vel ad Chaboram fluvium [o], vel Mesopotamia [p], ut constat ex Ezec. 1. 1 [q]. quæ erat ad Septentrionem ipsi Chaldææ, nedum Judææ; Propheta autem jam agebat in superiore tractu Mesopotamiæ [r]. ¶ *Et stilla*; ità M. Ti. Mo. P. [וְהַטֵּף] *Et fac ut stillet*, JT. Pi. scil. sermo tuus denuncians clades quasi è cœlo stillaturas super Jerof. Confer Ezec. c.22. v.24. Metaphora quâ utitur Moses Deut. 32. 2. sed in bonam partem †. Ut pluvia quædam est sedata & mollis, &c. alia vehemens, inimica & horribilis: sic sermo, qui pluviæ confertur, modò benignus est & placidus, modò asper & minax [t]. *Stilla*, i.e. Vaticinare [v]. Sic & Amos. 7. 16. Mic. 2. 6. Prophetia de cœlo venit, ut imber [x]. Ostendit prophetiam hanc, velut stillicidium continuum, à Deo imperatam esse, quæ Judæos confodiat, ut gutta cavat lapidem [y]. *Stilla*, i.e. Continenter & fluenti oratione loquere, ut Deut. 32. 2 [z]. Loquere [a], vel propheta, vel etiam minare [b]. Sermo similis est pluviæ: verba enim se invicem subsequuntur [c]. ¶ *Ad*, &c. [אֶל יַעַר הַשָּׂדֶה נֶגֶב] *Ad*, vel *in*, (vel, *super*, M. Ti. [אֶל pro עַל, ut alibi:] *contra*, Pi.) *sylvam*, vel *saltum*, (vel, *de sylva*, V.) *agri* (i. e. sitam in agro [d]; vel, *agrestem*, JT.) *meridiei*, Mo. P. vel, *australis*, M. Ti. *in meridie*, Pi. versùs *meridiem*, JT. Sic appellat vel, 1. Hierosolymam *, quæ *sylva*, vel *saltus*, dicitur, vel, quia in ea boni & mali permisti erant, ut in sylva arbores fructiferæ & infructiferæ [f]; vel, ob sterilitatem, duritiem, mentis confusionem, & incolarum feritatem [g]: *Sylva* autem *agri*, quia sita erat in regione celeberrima & feracissima, nempe in terra Juda [h]. Vel, 2. Judæam [i]: quæ sic dicitur, vel, quia abundabat hominibus, ut sylva arboribus [k]; vel, q. d. ager sylvescens & horrescens, qui ex [agro] optimo, cultissimo atque uberrimo factus est tanquam opaca sylva, ex horrida desolatione quam Deus justo judicio provocatus intulerit [l]. Eadem phrasis occurrit Esa. 9. 18. & Jer. 21. 14 [m]. Eundem locum variis vocibus synonymis hîc exprimit, ut & rei certitudinem significet, & gravem Dei offensionem, &c [n].

47. *Dices saltui meridiano*] i. e. Judææ, quæ nemorosa erat [o]. ¶ *Succendam in te* (i. e. Hierosolymis, & in aliis oppidis villisque [p],) *ignem*, [מַצִּית וגו׳] *Succendens*, &c. Mo. *Succendo*, &c. præs. pro fut. i. e. Paratus sum immittere afflictionem maximam [q]. *Ignis* hîc non incendium tantùm significat, sed omne quod absumit, ut suprà 19. 12 [r]. gladium Chaldæorum †. ¶ *Comburam in te omne lignum viride*, & —— *aridum*] i. e. Omnes hominum status & ordines [s]; Principes & subditos, senes & juvenes, divites & pauperes [v], bonos & malos [x]. Heb. *Devorabit*, &c. i. e. Efficiet nè compareant [y]. ¶ *Non extinguetur flamma*, &c. [לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת] *Flamma flammæ*, Mo. P. V. vel, *accensa*, M. ο'. Ar. simil. Ti. *inflammatissima*, JT. sic Pi. *Flamma flamma*: Dictio geminatur ad rem corroborandam [z]. Hebraismus, pro, *flamma continua & perpetua*, cùm uni flammæ alia succedit; vel, ignis non extinguendus, donec consumantur omnes aut captivitate, aut gladio [a]. Per *flammam* hîc intelligit gladium & quodlibet supplicium urbi divinitus illatum [b]. [Sensus,] Non cessabunt immissa mala, nisi peractis quæ volo. Vide Ezec. 21. 3, 4 [c]. Flamma totam urbem & gentem consumet [d]. ¶ *Et*, &c. [וְנִצְרְבוּ בָהּ וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, M.) *comburentur in ea* (vel, *juxta eam*, M. Ti. *eâ*, Sy. JT. *per illam*. Pi. *ipso igne*, Ar.) *omnes facies*, Mo. P. i. e. Vel, 1. omnes animæ. *Facies* personam sæpe denotat cujus est facies *. Comburetur omnis homo, i. e. multi [f]. Vel, 2. [facies propriè; sed diversimodè.] *Comburentur*, i. e. comburi videbuntur, pudore & ignominiâ [g]. Al. Facies luridæ, aridæ & combustæ erunt, præ fame, morbo, obsidione, &c [h]. Hic dicendi modus Prophetis familiaris est. Esa. 13. 8. Jer. 30. 6. Thren. 4. 8. & 5. 10 [i]. Vel, 3. quicquid in illa regione amœnum, pulchrum & spectabile erat [k]. פָּנִים ferè sonat exteriorem aspectum, sive personarum, sive rerum, Gen. 1. 2. Psal. 132. 10 [l]. ¶ *Ab austro usque ad aquilonem*] i. e. Vel, 1. q. d. à Jerosolyma usque ad Chaldæam [m]. Consumet Judæos omnes, tam qui in Judæa quàm qui in Chaldæa sunt [n]. Obstat tamen, quòd hîc dicta ad Austrum pertinent [o]; [versu hoc & præc.] Al. q. d. tota Judæa, tam ad Austrum quàm ad Aquilonem [p]: ubique locorum, ab uno fine ad alterum [q]. Judæa hîc describitur duobus extremis ejus finibus [r].

48. *Universa caro*] i. e. Omnes homines, vicini scilicet, quibus hæc innotescent †. ¶ *Nec extinguetur*] Donec prorsus perdiderim eam [t].

49. *Ipsi dicunt* (vel, *dicent*, si hæc ipsis eo modo enunciaverim [v],) *de me*; ità JT. Pi. [לִי] *Mihi*, Mo. P. M. ¶ *Numquid*, &c? [הֲלֹא מְמַשֵּׁל מְשָׁלִים הוּא] *Nonne* (vel, *Numquid*, M.) *parabolizans parabolas* (vel, *in parabolis loquitur*, M. Ti. *parabolicè loquitur parabolas*, P. sub. & *non prophetias*, V. vel, *artifex*, sive *excogitator*, *parabolarum*, JT. Pi. Hebr. *parabolizator parabolarum*, vel, *assimilator similitudinum*, Pi.) *iste*? Mo. P. &c. vel, *est*? Pi. *iste est*? JT. q. d. Nonne iste homo semper est perplexiloquus [x]? Obscurè loquitur [y], ut non intelligatur, ad ostentationem ingenii [z]. Nihil aliud habet in ore quàm parabolas [a]. Delirat, ideóque parabolica, quæ nec intelliguntur, nec inter se cohærent, loquitur [b]. Cùm signis hucusque prophetavi, illisque ejusmodi, ut juxta hominum judicia non procul abessem ab insano, si nunc verbis utar alienis & obscuris, delirus censebor & amens [c]. Propheta his verbis veluti conqueritur Domino, Quare, ô Domine, proponis parabolam? eos enim malè habet cùm loquor ipsis parabolicé. Quæso, igitur, explica parabolam [d]. Hinc cap. sequ. apertiùs eum proloqui jubet Dominus *. Conqueritur apud Deum, se illo allegorico prophetiarum genere id unum assequi, ut ludibrio sit popularibus suis, quibus hæ prophetiæ ludo sunt, tum propter materiam & argumentum, tum propter formam & modum illarum. *Parabolas* hîc vocant similia quævis, sive typi sint, sive allegoriæ, quibus, inquiunt, nobis verba dat, cùm res à verbis distant longissimé [f]. Totus hic sermo parabolicus est & ænigmaticus: ità enim de urbis & gentis excidio loquitur, ut nihil audiamus præter *austrum*, *saltum*, *lignum*, &c. Qui loquendi modus obscurus est [g].

CAP. XXI.

2. **P**One faciem tuam ad (vel, *contra*, Pi.) *Jerusalem*] Quæ sub allegoria proposuerat Deus, ea jam apertiùs & enucleatiùs explicat [a], in Prophetæ gratiam [b]. ¶ *Stilla ad sanctuaria*] i. e. Vel, 1. Templum [c]: quod *sanctuaria* nominat, quia duo erant, Sanctum, & Sanctum sanctorum [d]; vel, ob tres partes Templi *. Vel, 2. *Loca sancta* hîc vocat Ecclesias, vel templa sanctis cœtibus vel concionibus destinata, in quibus hæc prædicari vult. Et hinc confirmamus morem Prophetarum, quòd, cùm prophetias suas literis consignâssent, ad sacerdotes & Levitas, velut publicos concionatores, per singulas Ecclesias transmitti curabant; ut populus de voluntate Dei certior factus revocaretur ad obsequium Dei, & resipisceret [f].

3. *Occidam in te justum & impium*] Heb. *exscindam*, G. Pi. i. e. Auferam à terra: nempe bonos, in exsilium mittendo; malos, malè perdendo [g]. Congruunt hæc cum iis quæ ad initium cap. 18. diximus. Confer & c. 9. v. 4, 6 [h]. *Justum*, vel, 1. veré [i]: multi enim viri sancti aut in obsidione, aut in exsilio & fuga, interfecti sunt; ut de Jeremia & Ezechiele constat. Obj. 1. Negat Deus se justum cum impio occisurum, Gen. 18. 23 [k].

c G. | d T. ex Mc. | * Jun. | f G. | g San. | h Jun. G. | i San. &c. | i La. Pi. &c. | k La. | l La. sim. Jun. | m La. sim. Jun. G. | n La. | o G. | p Pi. ex Jun. | q Pi. | r Jun. | † Pi. | t San. | v G. & V. ex Ch. | x G. | y Jun. | z Mc. | a M. V. T. | b T. | c V. | d Pi. | * M. V. | f V. M. ex He. | g Th. in La. | h V. | i Pi. ex Jun. sim. | k Mc. T. Ca. | l Pi. | l Jun. | m La. | n San. | o G. | p Idem. | q V. | r G. | † T. sic Mc. ex La. | s San. | v La. | x G. sic Pi. | y Pra. La. ex Hi. San. | z G. | a He. in V. | a V. ex He. | b Mc. ex La. | c G. | d La.

* San. | f G. | g V. sim. La. ex K. &c. | h San. sim. | i Mald. in La. Mc. | k San. | * Pra. sim. Mc. | l Pra. | m T. | n Plerique in San. | o San. | p La. ex San. | q G. | r San. | † Ii. | t V. | v G. | x Idem. | y V. sic La. | z La. ex Th. | a V. | b Me. ex La. | c San. | d V. | * La. | f Jun. | g San. | a G. sim. Jun. | b G. | c Pi. | d Pra. sim. La. | * G. | f Jun. | g G. ex Ch. | h G. | i San. ex Hi. & Hug. & Mald. | k San.

Vide

Vide & Ezec. 18. 4,9 [l]. Reſp. 1. Temporalibus pœnis ſæpe involvuntur juſti cum impiis : præſertim cùm nemo juſtus ſit qui non peccet, adeóque pœnam mereatur. 2. Locus ille reſpicit ſupplicia æterna, quæ Abraham prævidebat, & quorum exemplum hæc ſubverſio gerebat [m]. 3. Deus ſontes & inſontes involvit in communi clade, qualis erat Hieroſolymæ ; non autem in clade particulari, Ezec. 18. 4 [n]. Obj. 2. At Deus ſignavit juſtos, Ezec. 9. 4, 6. nè perderentur. Reſpond. 1. Non omnes juſtos ſignavit, ſed illos tantùm qui lugebant, &c. 2. Mulctabantur juſti, licèt non gladio, exſilio tamen, quod velut mors quædam erat [o]. Vel, 2. *juſtum* catachreſticè dictum, ut Matt. 9. 13 [p]. qui ſe juſtum putat [q], & pro tali venditat [r]. Juſtum comparatè cum aliis qui injuſtiores erant, ad omnem injuſtitiam palàm projecti ; vel, juſtitiâ externâ, ſive coram hominibus [†].

4. *Pro eo—quòd occîdi*, &c.] i. e. Quando ira tam eſt vehemens ut nè juſtis quidem parcat, non ſe intra Jeruſalem continebit [t]. Quia ego mihi tam conſto in juſtitia mea quàm iſti in peccatis ſuis, omnes promiſcuè exſcidi [v]. ¶ *Ad omnem carnem, ab auſtro uſque ad aquilonem*] Intellige vel, 1. gentes Judæis vicinas, quæ illorum ruinæ inſultârunt, eámque promoverunt ; ut Moab, Ammon, &c [x]. q. d. Si meam gentem puniam, quantò magìs puniam alienas, à Jeruſalem uſque ad Chaldæam [y] ? Sed obſtat, quòd de ſolis Judæis hîc agit [z], & prophetare juſſus eſt, v. 2 [a] : de Ammon verò aget v. 28, &c [b]. Vel, 2. Judæos, à Dan ad Berſabee [c].

5. *Irrevocabilem*, לֹא תָשׁוּב] *Non revertetur*, Mo. V. ſub. *in vaginam ſuam donec fecerit voluntatem meam*, V.

6. *Ingemiſce* (vel, *ſuſpira*, Mo. JT. Pi. V.) *in* (vel, *cum*, M.) *contritione* (vel, *fractione*, JT. Pi.) *lumborum*] Ità P. Ti. &c. i.e. Vel, 1. ut illi qui pleuritide laborant [d]. Vel, 2. ut ii quibus contriti ſunt lumbi, quales ſunt parturientes [*]. Vel, 3. ità ut ob ſuſpiria & gemitus lumbi tibi conteri & rumpi videantur [f]. Vel, 4. incedens acſi lumbi confracti eſſent, præ metu [g]. Vel, 5. abrupto ex gravitate luctûs cingulo, veſtibus laxis, ſolutis & laceris procedens, tanquam tui negligentiſſimus, & ad omnes actiones imparatiſſimus [h]. ¶ *Et in*, &c. וּבִמְרִירוּת] *Et in*, vel *cum*, *amaritudine* (ſub. *cordis*, M. Ti. ſic Pi. vel, cum fletu vehementiſſimo & amariſſimo [i],) *ingemiſce in* (vel, *coram*, M.) *oculis eorum*, P. &c. q. d. publicè [k]. Sed quomodo dicit hoc *coram eis*, nempe Hieroſolymitanis, factum, quod in Babylonia fiebat ? Reſp. 1. Factum erat coram Babyloniis exſulibus, à quibus facilè perferebatur Solymitanis. 2. *Coram eis*, i. e. acſi coràm eſſent, & te audirent. 3. Fieri hoc poterat coram legatis Solymitanis, qui totius Regni & ſuſtinebant nomen, & cauſam agebant [l].

7. *Pro*, &c. אֶל שְׁמוּעָה] *Propter* (vel, *Ad*, Mo. Ca.) *rumorem*, Sy. M. P. &c. vel, *nuncium*, ο'. Ar. Heb. *auditum*, Mo. V. ſub. *adventûs maximi exercitûs contra urbem*, V. Ob id quod futurum intelligo [m]. ¶ *Tabeſcet*, נָמֵס] *Diſſolvetur*, V. *liqueſiet*, P. ſic JT. Pi. præ metu [n]. Linquet [o]. ¶ *Diſſolventur* (vel, *remiſſæ erunt*, V. ſic Pi. &c.)—*manus*] Ut audacia ex bile fervente roborat vires, & membra confirmat : ſic timor, ſuccedente frigore, corporis animíque facultates debilitat atque enervat [p]. ¶ *Et*, &c. וְכִהֲתָה] *Et mœrore implebitur* (vel, *rugabitur*, Mo. *concidet*, vel *debilitabitur*, aut *langueſcet*, V. *anguſtiis afficietur*, P. *fatiſcet*, Ca. *caligabit*, JT. *obſcurabitur*, Ch. *caligine obruetur*, Pi. *exanimabitur*, ο'. *morietur*, Ar. *dolore conficietur*, Sy.) *omnis ſpiritus*, M. Ti. &c. i. e. anima, & animæ vis & vigor. Deſeret animus corpora, vis animum [q]. In deliquium animi incident. Synecd. gen [r]. ¶ *Et per*, &c. וְכָל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מַּיִם] *Et fluxa fient genua*, Ca. *Et omnia genua ibunt* (vel, *diffluent*, JT. Pi. ſub. *ut*, JT. Pi. ſim. P.) *aquæ*, Mo. P. JT. &c. i. e. Trement inſtar aquæ exagitatæ vento [†]. Leniter incedent more aquarum [t]. Vel, *fluent aquis*, M. Ti. ſic Sy. *polluentur humore*, ο'. ſic Ar. Perfundentur ſudore [v], vel lotio, præ metu [x]. *Vertentur in aquam*, præ ſudore ex trepidatione proveniente [y]. ¶ *Ecce, venit*, (vel, *veniet* rumor ille, Pi.) *& fiat*] Ità M. P. Ti. &c. vel, *firmabitur*, Ch. vel, *efficietur* ; i. e. Rumor ille effectus dabitur, h.e. internecio rumore indicata [z].

[l] Me. [m] E. [n] Me. ex La. [o] San. [p] Pra. [q] Me. ſim. M. [r] Me. [†] Jun. [t] Mar. [v] Jun. [x] He. & alii in San. ſim. V. [y] Q. in La. [z] La. [a] San. [b] La. [c] La. ſim. Jun. San. Me. [d] G. [*] La. ſim. San. T. [f] La. ex Hi. & Mald. [g] Pi. [h] Jun. [i] Jun. [k] Idem. [l] San. [m] G. [n] Pi. ſim. La. [o] G. [p] La. [q] La. ex Pra. [r] Pi. [†] V. [t] Q. in M. [v] V. La. [x] V. ſim. M. La. [y] V. [z] Pi.

9. *Gladius, gladius*] Geminatio ſententiam confirmat, & dolorem indicat, ut Jer. 4. 19 [a]. & gladium terribilem ac duplicem, h. e. multam & magnam ſtragem, inſtare ſignificat [b]. *Gladius*, ſub. *hoſtilis*, V. Chaldæorum & Ammonitarum [c]. ¶ *Exacutus eſt*, (ut optimè ſecare poſſit [d],) *& limatus*, מְרוּטָה] *Deterſus*, V. ſic JT. Pi. G. *expolitus*, V. *limâ terſus*, P. Vel, ad ornatum [*] ; vel, ut coruſcus omnes ex adverſo ſpectantes fulgore ſuo poſſit præſtringere [f]. Periphraſis inſtantis belli: ſolent enim milites, imminente pugnâ, gladios acuere & polire [g]. Hæc autem Propheta tanquam ex abrupto Dei verbis pronunciat, ut, tanquam repentino motu affectus & conſternatione, viciſſim populum percelleret, oſtenderétque ſe hæc non ex ſeipſo, ſed Dei impulſu, dicere [h].

10. *Ut cædat* (vel, *jugulet*, ſive *mactet*, M. P. Ti. JT. &c. vel, *victimet*, V.) *victimas*] Sic P. vel, *victimam*, M. Ti. V. vel, *cædem*, V. Ca. *jugulationem*, Mo. *mactandos*, JT. Pi. Verbo adjunxit ſuum verbale, ad rem vehementiùs exprimendam : ut, *jejunare jejunium*, *prævaricari prævaricationem*, &c [i]. Vox *victimæ* ſignificat vel, 1. ingentem fore cladem, ut ſcilicet homines more pecudum mactentur [k]: vel, 2. cædem impiorum non minùs gratam eſſe Deo quàm victimam ; vide Eſa. 1. v. 14 [l] ; eâque Deum honorari & placari quaſi victimis, Joſ. 7. 25, 26. Eſa. 34. 6 [m]. ¶ *Ut ſplendeat*] Ità Ti. vel, *Ut ſit ei fulgor*, ſive *ſplendor*, M. P. Mo. V. Quo perſtringat & terreat hoſtes [n]. ¶ *Qui*, &c. אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ] Mira verba, in quibus ſe mirè torquent Interpretes [o]. Verba ſunt hominis animo perturbati : ideo oratio eſt conciſa & imperfecta, adeóque obſcura [p]. Obſcuriſſimus eſt totus hic locus uſque ad finem capitis [q]. [Verba variè reddunt.] *Vel gaudebimus virgâ filii mei ſpernente omne lignum ?* Mo. *Quomodo gaudebimus* de hoc gladio *tribum filii mei ſpernente, & omne lignum?* P. *Quomodo gaudebimus?* quandoquidem gladius iſte paratus eſt ut cædat *tribum filii mei*, (i.e. Iſraelis, quem ſic vocat Propheta, quòd Doctorem ageret inter eos : diſcipuli enim dicuntur *filii* Doctoris ſui :) & *ſpernat omnem* aliam *arborem*, i. e. parcat aliis gentibus [r]. Verba Jeruſalem ſunt recuſantis lætari in ea gladii luce, quum filium ſuum (i. e. Regem) evertat, & ſpernat omne lignum, i. e. omnes homines [†]. *Lætabimur igitur ? contra tribum filii mei* egreſſus eſt, *reprobans omne lignum*, M. Senſus eſt, Nequaquam gaudendum, quaſi gladius ſtringendus ſit in hoſtes, cùm magìs in tribum Juda filii mei ſæviturus ſit [t]. Sed, 1. שֵׁבֶט de tribu accipi non placet ; maximè cùm ver. 13. eadem vox repetatur, & quidem genere fœm. quo in genere vocem *tribûs* apud Hebræos legere non meminimus. 2. Nomen *filii* de populo accipi vetant multa, maximè autem quòd ille nomine *ligni*, vel *arboris*, ſignificatur, ut ex cap. 20. ver. 46, 47. cognoſcitur [v]. *Scilicet lætemur : mei nati ſceptrum omne lignum repudiat.* Juſſus erat paulò antè Vates *ingemiſcere*, & gemendi rationem reddere. Mirum ni lætemur. Quæritis, ô Iſraelitæ, cur ingemiſcam ? Quaſi verò gaudendi cauſam habeamus, ac non dolendi, cùm *mei nati ſceptrum omne lignum repudiet*, h. e. nullum inveniat lignum ex quo fieri poſſit ; h. e. cùm meo nato ſceptrum & Imperium auferatur, ut poſtea declarabitur. Vocat autem Vates *ſuum natum* Iſraelitam, ex imitatione Dei ſic loquentis. Talis loquendi modus eſt & in Cant. 7, 8. & in Gallico ſermone, & in Italico, cùm *Monſieur* & *Monſeignieur*, *Miſſer* & *Mon ſignor*, dicunt, h. e. *Meus dominus*, quamvìs de alienis dominis loquantur : quemadmodum Magiſtros vulgò *Magiſtros noſtros* appellamus, quamvìs nihil minùs quàm noſtros [x]. *An* (Sic אוֹ poſitum pro *Si* [y] ; vel, *Aut*, Ti. JT. *Tum*, Ang. *Vel* tum, Belg.) *gaudebimus ?* Pi. Q. in V. Belg. Gal. Ti. vel, *gauderemus ?* JT. Ang. Hæc eſt Prophetæ argumentatio. Hujus prophetiæ uſus proximus eſt, ut aut conſternetur populus, adeóque reſipiſcat ; aut negligat planè & illudat eam, & gaudiis intempeſtivis magìs provocet iram Dei. Utrum autem facturi ſumus ? nam Propheta ſynecdochicè ſe in corpore populi comprehendit. Sed hoc poſterius membrum quaſi per indignationem Propheta enunciat, quòd populum in peccatis ſuis obtorpeſcere animadverteret, nullóque judiciorum

[a] Me. [b] La. [c] G. ex Ch. [d] Jun. [*] San. [f] Jun. [g] Me. ex La. ſim. San. [h] Jun. [i] V. [k] La. [l] Pra. [m] La. [n] V. [o] G. [p] V. [q] Ca. [r] Q. in V. [†] Mar. [t] Al. in V. [v] Jun. [x] Ca. [y] V.

ciorum Dei horrore percelli [z]. Interrogatio habet vim dehortandi: qu. d. Nolite igitur gaudiis indulgere, quasi nihil periculi vobis immineret. Hoc dicit Propheta *. [Reliqua sic reddunt:] *virgâ filii mei spernente*, &c? JT. *Contra virgam filii mei est, quæ spernit omne lignum.* Ità שֵׁבֶט masc. erit fœmineum, quòd pro מַלְכוּת fœmineo ponatur, h.e. Regno, ut *virgam* vocet Regnum Judæ. Hinc alii vertunt interrogativè; *Virga filii mei spernet omne lignum?* i. e. Tribus Juda spernet alios [a]? Al. *Sprenit virgam filii mei*, tanquam *omne lignum*, Ang. Al. *Virga* est (vel, *Ille*, nempe gladius prædictus, est *virga*, i. e. pœna vel castigatio [b],) *filii mei*, Ti. Pi. Ang. marg. Gal. (i. e. à me destinata ad castigandum filium, sive populum, meum [c],) *respuens* (vel, *illa spernit*, Belg. Ang. marg. Gal. virga scilicet [d]; vel, quæ *spernit*, Pi.) *omne lignum*, &c. Ti. &c. i. e. Duriore ac tenaciore ligno constans quàm sunt alia ligna: itaque non facilè frangetur quum eam adhibuero ad feriendum. Metonymia effecti metaphorica: nam præstantia ex se parere solet contemptum aliorum *. Al. Populus meus spernit, vel non curat, castigationem meam [f]. Nomen *filii* alii de Propheta intelligunt; quod nullâ ratione probari potest: alii, [ut notatum,] de populo [g]; quod satis refutant verba sequentia, *Ejula*, —— *quia ipse est contra populum meum*, &c [h]: nos, de Christo, sive Filio Dei [i], cui *Pater judicium omne tradidit*, Joh. 5. 22 [k]; cujus virga ferrea voce שֵׁבֶט significatur, ut Psalm. 2. 9. Verba sunt Dei Patris loquentis ad Prophetam, & *virga filii* est gladius quo Filius Dei utitur; quia illico sequitur, *nam tradidit illum Filius meus extergendum, capiendum manu: ipse exacutus est vastationi, idémque extersus quem tradat* (videlicet Filius meus) *in manum interfectoris* [l]. Alludit ad Psal. 2. 9. & sermonem suum, ut mos est Prophetis, mutatis personis, crebrò intercîdit, variâsque personas hîc loquentes introducit. Vindicem Dei iram adversùs rebellem Judæorum populum h. l. proponit. *Ut mactet mactationem, exacutus est gladius; ut sit ei coruscatio, extersus est.* (Hactenus verba Jehovæ: quibus concisa ipsius Prophetæ, divina tamen, parænesis subjungitur, bene consulens populo quid agendum sit, si effugere gladium illum velint.) *Aut gaudebimus*, vel *gaudeamus*: (h. e. *exsultemus cum tremore, Domino servientes*, ut Psal. 2. 11. *gaudeamus, & faciamus justitiam*, ut vera ad Deum conversio exprimitur, Esa. 64. 5. Hoc si fiat, bene est: sin verò minùs, inquit iterum Jehova,) *virga filii mei, spernens omne lignum*, (sub. *aderit*, ex vers. 7. vel, parata est nobísque imminet: talis, inquam, virga, quæ spernit omne lignum, q. d. longè duriore materiâ constat, quæ ferrea, infracta, sæva & durissima est. Idem hoc, sed concisiùs & ἐλλειπτικῶς, vers. 13. proponitur [m]. Sensus hic est, Cùm virga illa, i.e. ferula, vel potiùs, securis, Filii mei, ad radices posita, jam spernat omne lignum; i.e. Filius meus ad eum finem jam ità comparatus sit Dei consilio, certâque & irrevocabili Dei sententiâ, certóque effectum suum consecuturâ, ut omnes arbores promiscuè cædat in sylva agresti meridiana, i.e. in populo Judæorum: utrum jam faciant, obsecro, Judæi? perhorrescant ad conscientiam impendentis gladii? an verò lætentur, & se in hilaribus occupent, cùm tam atrox judicium ipsis prænunciatur? quod judicium non temere, sed manu illius ipsius Filii, superventurum est Judæorum genti, in cujus nomine, vel propter quem, priùs electa, vocata, liberata ex Ægypto, hæreditatem, Regnum & sacerdotium adepta fuerat [n]. LXX locum aliter legisse apparet, nimirum, ni fallor, אֶל כַּשִּׁיל זְבַח בּוֹ ,מוֹאֶסֶת כָּל־ עֵץ, [sed pro כַּשִּׁיל, quæ vox nihili est, legendum כִּשָּׁלוֹן *lapsum*:] vertunt enim, ἕτοιμη εἰς παράλυσιν, σφάζε, ἐξουδένει, ἀπόθου πᾶν ξύλον· (*Paratus ad dissolutionem, macta, contemne, repelle omne lignum.*) Priora illa ad sensum præcedentem pertinent, *Tersus est ad dissolutionem*, ut facilè disrumpat omnia. Sequitur deinde Dei imperium ad gladium, *Interfice, contemne, nullóque loco habe omne lignum*; i. e. Nulli homini parce. Vide suprà c. 20. 47 [o]. Al. *Qui moves* (i.e. O gladie Chaldæorum, qui suo loco moves, i. e. destruis,) *sceptrum* (i. e. Regnum) *filii mei*, (scilicet Israelis,) *succidisti* (i.e. succîdes etiam faciliùs) *omne lignum*, Vulg. i. e. omnem alium populum, vel gentem [p]. Videtur Vulg. pro אוֹ נָשִׂישׂ, legisse מְנִשֵּׂיא, *auferens, movens* [q].

[Margin: a Jun. — * Pi. — a V. — b Belg. — c Pi. sim. Belg. — d Belg. — * Pi. — f Belg. — g Jun. — h Pol. — i Jun. sim. Pol. Glas. Belg. — k Glas. rhet. 1. 7. 163. ex Jun. — l Pol. — m Glas. rhet. ib. — n Jun. — o G. — p La. — q La. et Pra. & Mald.]

11. *Et*, &c.] וַיִּתֵּן אֹתָהּ לְמָרְטָה לִתְפֹּשׂ בַּכָּף *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *dedit* (vel, *tradidit*, P. JT. Pi. *disposuit*, Jun. vel, 1. Rex Chaldæus [r]; vel, 2. Deus †; vel, 3. Christus [t];) *eum* (nempe gladium [v]) *ad tergendum*, vel *expoliendum*, *ad tenendum* (vel, *ut teneatur*, M. V. *ut prehendatur*, Ti. sim. Ca. *capiendum*, JT. Pi.) *manu*, P. M. &c. sub. *ab hoste*, V. ut paratus sit ad feriendum [x]: ut jamjam usum suis præbeat [y]. qu. d. Christus consilium suum omnibus modis comparavit, ut ea judicia quæ acceperit à Patre consummet [z]. ¶ *Iste*, &c.] הִיא הוּחַדָּה חֶרֶב *Ille*, vel *Hic*, *exacutus est gladius*, Ti. Mo. sic M. P. vel, *exacutus, gladius* scilicet, Pi. vel, *exacutus vastationi*, JT. sive, *ad vastationem*, Jun. ¶ *Ut*, &c.] לָתֵת וגו׳ *Ut tradat eum* (scil. Dominus [a]) *in manum interfectoris*, P. &c. i. e. Chaldæi [b]: vel, eorum quibus Deus utitur ut administris judiciorum suorum [c]. Hoc vult, qu. d. Auferetur sceptrum Israelis *acuto* Dei *gladio*, quem tradet interfectori; h. e. Deus id auferet per Babyloniæ Regem, cui ejus rei potestatem tradet [d].

12. *Clama, & ulula*, &c.] Verba Domini ad Prophetam *. Significa hæc Dei judicia [f]. ¶ *Quia hic* (vel, *ille* gladius, Pi. sic Me. T. vel, *ipse*, JT.) *factus*, &c.] הָיְתָה בְעַמִּי *Fuit* (vel, *erit*, P. Ti. *est*, Sy. JT. *feretur*, Pi.) *in* (vel, *contra*, Sy.) *populum meum*, Pi. Sy. P. vel, *in populo meo*, οἱ. Ch. Mo. Ti. *impendet populo meo*, Ca. Paratus est adversùs populum meum [g]. ¶ *Hic*, &c.] הִיא וגו׳ *Ille* (sub. *feretur*, Pi. vel, *stringetur*, V.) *in omnes principes*, &c. Pi. Contra Regem & Principes [h]. ¶ *Gladio*, &c.] מְגוּרֵי אֶל חֶרֶב הָיוּ אֶת עַמִּי מְגוּרֵי נג׳ aliis nomen est; aliis participium passivum, à מָגַר *traditi* [i]. [Hinc variant.] *Terrores*, vel *Timores, gladii* (vel, *de gladio*, M. sic Ca. *ab hoc gladio*, Ti. *ob gladium*, Mo. G. sic Pi. *ad gladium*, Glas. p. 114.) *erunt* (vel, *fuerunt*, M. Mo. *imminent*, Ca. *ingruent*, Ti.) *populo meo*, P. Mo. &c. vel, *cum populo meo*, Pi. *in populum meum*, Ti. Al. *Detrusi in gladium erunt* (vel, *Addicti gladio sunt*, nempe primores Israel [k],) *cum populo meo*, JT. ¶ *Idcirco plaude*, &c.] סְפֹק אֶל יָרֵךְ *Plaude* (vel, *percute*, P. M. Mo. *applaude*, JT.) *femur*, Pi. P. vel, *femori*, JT. *ad*, vel *super, femur*, Mo. M. Ti. Dolentis signum, Jer. 31. 19 [l]. Sic Achilles apud Homerum, viso navis incendio, *Cum femorum planctu Patroclo talia fatur* [m].

13. *Quia*, &c.] כִּי בֹחַן וּמָה אִם גַּם שֵׁבֶט מֹאֶסֶת לֹא יִהְיֶה *Quia probatio*: Mo. (vel, *Quia probatio erit*: P. *Quoniam explorator est*: Ti. *Siquidem in probatione egressus est*: M. *Quia in probationem*, sub. *erit iste gladius*: i. e. Deus immittet gladium populo suo, ut hâc ratione eum probet, an malis istis resipiscat [n]. *Est enim exploratio.* Quæritur ex quo ligno sceptrum fieri possit: est enim exploratio, quis possit esse Rex Israelitarum. Nemo invenitur: aufertur Israelitis Regnum [o].) *quid si etiam* (vel, *& quid, si etiam*, Mo.) *tribum reprobans*, vel *spernens, non erit*? P. sic Mo. q.d. & quid erit hæc probatio, si etiam tribum filiorum meorum reprobaveris, [fortè legendum, reprobaverit,] excîdendo illam, quemadmodum reprobatur omne lignum [p]? Al. *& quid si virga reprobans non esset?* Ti. *& qualis erit probatio, si etiam virgam reprobat?* M. *& quid* accidet, *si etiam tribum* Israel *spernat* gladius? (i. e. non feriat?) *non erit* ulla tunc probatio? Quid si, inquit, Dominus nolet affligere populum suum gladio, ut nec alias gentes? hoc pacto nullâ re probaret populum suum, nec invitaret ad resipiscentiam. Omnino autem accidet ut percutiatur populus iste, ut hoc pacto probetur an velit resipiscere, simúlque invitetur ad resipiscentiam [q]? Al. *& qualis esset populus, si virga reprobantis* gladii *non esset?* Al. in V. *& quid si rejiciens virgam* fit? *non erit* ultrà, Al. in V. Al. *quanquam quid tum postea, etiamsi sceptrum non repudiaret?* h. e. quanquam *etiamsi sceptrum non repudiaret*, scilicet, *omne lignum*; h. e. Si maneret Rex aliquis, nihil tamen proficeret, neque malum impendens vitare posset [r]. [Alii versum sic reddunt:] *Est enim probatio, & quid si gladius etiam virgam spernat?* Ang. *Quum probatio* fuit, JT. Pi. Glas. Belg. Ang. marg. (i. e. Quum populum meum probavi sive exploravi per castigationes meas †, superioribus annis, putà per Syros, Moab, Chaldæos, &c [t].) *quid tandem?* Glas. Ang. marg. (vel, *quid tandem fuit?* JT Glas. Belg. *quid, quæso, profuit?* Pi. sim. Belg. quid tandem effectum [v]? q. d. Nihil

[Margin: r G. — † V. Pi. Jun. Pol. &c. — t Pi. — x V. sim. Pi. — y G. — z Jun. — a Pi. — b Ca. sic Pi. &c. — c Pi. — d Ca. — * Pi. — f Jun. — g G. — h Idem. — i Glas. gram. 3. t. 31. 114. — k Jun. — l G. sim. Jun. Ca. Pi. — m Ca. — n V. — o Ca. — p He. in V. — q Al. in V. — r Ca. — † Pi. sim. Jun. Glas. rhet. 163. Belg. — t Pi. — v Glas.]

Nihil profuit [x]; scil. ad emendationem[y].) *an etiam virgæ spernentis non esset?* JT. sim. Ang. marg. vel, *an igitur* (אִם hîc est interrogantis, ut passim:) *etiam virgæ spernenti* (scilicet *omne lignum*, ex vers. 10. q. d. sicut antea subjectus fuit aliis virgis, non ità duris,) *non subjiceretur?* scil. à me. qu. d. Justum est ut subjiciatur; itaque subjiciam eos virgæ duriori, i. e. gravissimæ obsidioni. Deficit ל ante שֵׁבֶט: quæ ellipsis sententiam hanc obscuram reddit. Sed lux ei accedit ex collatione vers. 10[z]. Vel, *tunc etiam* (respectu populi ruentis in deterius) *nulla esset virga spernens?* quâ pro meritis castigentur[a]. Vel, *an etiam virga spernens* (scilicet *omne lignum*, ex vers. 10. h.e. ferrea illa,) *non adesset?* Annon meritò eos tanquam hostes manifestos, non ut peccantes liberos, tractarem[b]? An, ubi tamdiu probata est ipsius obstinatio, nunc saltem non afficeretur securi illâ ad radices positâ? Si non profuit ferula ad emendationem, prosit ad judicium; alia adhibeatur ferula, nempe ad perditionem illius: quid enim facerem vineæ meæ quod non fecerim? ut loquitur Esa. 5. 4. Ità ex anteacta experientia confirmat judicia futura[c]. [Alii versum sic reddunt:] *Quia probatus est*, (scilicet, gladius esse probus, politus, aptus ad secandum[d], immersus jugulis Jerosolymitanorum; non distortus, neque obtusus*: vel, probatus mihi & gratus[f]:) *& hoc* (i. e. gladius hic se probabit[g]; magnum hoc argumentum suæ probationis[h].) *cùm sceptrum* (i. e. Regnum Juda[i]) *subverterit, & non erit*, Vulg. h. e. ità ut non sit[k]. Sensus videtur esse, *Gladius ille tunc mihi suam operam approbaverit, ubi tribum Judæ* (id enim שֵׁבֶט,) *ità everterit, ut ejus nihil restet*[l]. *Quia probatio erit gladii, & quid si etiam sceptrum abjiciens, non erit?* scilicet sceptrum. Hoc modo Hebraica cum Hieron. versione consentiunt[m].

14. *Propheta, & percute manu ad manum*] Sic P. M. &c. Præ admiratione, stupore & dolore[n]. Al. Signum hoc irati; aut certè ità affecti, ut palàm testatum faciat, se nullo pacto à suo illo consilio & instituto, donec effectum reddiderit, dimotum iri: prout & hoc etiam tempore apud multos fit[o]. Al. *complode manus*, ad præfigurandum, me cum gaudio & exsultatione impulsurum Chaldæos, &c[p]. Noli ampliùs dolere, sed excita potiùs Chaldæos, ut judicia mea adeò justa exsequantur. Sic eadem locutio infrà sumitur v. 17[q]. ¶ *Et*, &c. וְתִכָּפֵל חֶרֶב שְׁלִישִׁתָה] *Et* (vel, *Ut*, G. *Nam*, JT. Pi.) *duplicetur* (vel, *iteretur*, Ca. *iterabitur*, JT. *ingeminabitur*, Pi.) *gladius tertiò*, Mo. P. JT. Pi. vel, *tertiâ vice*, M. V. vel, *in tertio tempore suo*. Deficit ב, quod in simili significatione exprimitur 1 Sam. 3. 8. Subintelligitur autem עֵת *tempus*, ut percipitur tum ex ipsa sententia, tum ex modo loquendi, qui occurrit 1 Sam. 20. 5. *ad vesperam tertii*, sub. *temporis*, h. e. diei: nam adjectivum ibi est fœm. ac proinde non convenit cum præcedente עֶרֶב *vespera*[r]. Al. *Et* (vel, *Quin*, Ti.) *triplicetur*, G. Ti. sim. Ca. Optes [ut] judiciis meis satisfiat †. Refertur hoc vel, 1. ad tres illas deportationes, Joacimi, Jeconiæ, & Tzidkijæ Regis[t]. Non placet, quia prophetia hæc tempore Tzidkijæ facta est: verba autem Prophetæ de futuro dicuntur, non de rebus præteritis. Vel, 2. ad triplicem illam calamitatem quæ tempore Tzidkijæ immissa est[v]. Prima calamitas erat, capti Sedeciæ; secunda, captæ urbis; tertia, omnium reliquiarum deportatarum quæ cum Godolia fuerant[x]. [Alii paulò aliter.] 1. In obsidione Jerosolymæ, cùm Tzidkija & potentiores capti sunt: 2. in illa perditione Judæorum sub Gedaliah, operâ Johananis: 3. cùm Nabuzardan missus est ut reliquias omnes perderet, Jer. cap. 52[y]. ¶ *Gladius interfectorum*] Ità Mo. P. &c. vel, *confodiendorum*, Pi. Quo multi interficiuntur[z]. Adde, *& vastatorum*, ex eo quod infrà v. 15[a]. ¶ *Hic*, &c. הִיא חֶרֶב חָלָל הַגָּדוֹל] *Is*, vel *Ipse*, vel *Hic*, (vel *Idémque*, JT. sub. *est*, M. P. &c.) *gladius occisi magni*, Mo. V. vel, *occisorum* (vel, *confossorum*, JT. *confodiendorum*, Pi. sing. pro plur[b].) *magnorum*, P. sive, *multorum*, Q. in V. sive, *magnatum*, JT. Pi. i. e. Quo occubituri sunt & Rex ipse[c], & Principes ac magnates[d]. Vel, *cædis magnæ*, Ti. sim. M. Di. ¶ *Qui*, &c. הַחֹדֶרֶת לָהֶם] *Penetrans* (vel, *permeans*, JT. *qui penetrabit*, Pi. *qui percutiet*, P.) *eos*, Ti. V. vel, *eos in penetralibus*, P. *ad interiora eorum*, M. *cubicula illorum*, JT. Pi. *in cubiculis ad eos*, Mo. Heb. *qui cubiculans* erit, vel *cubiculabit*, *eis*, Pi. Verbum ortum à חֶדֶר *, quod *cubiculum*, *adytum*, & *penetrale domûs*, significat: q. d. qui cædet eos delitescentes in penetralibus, &c[f]. Id reipsa factum est cùm omnia Chaldæis fuerunt pervia, omnes thesauri & sacri & profani expositi, &c. adeò ut nemo illorum manum effugerit[g]. Al. *qui delituit illis*, i. e. fuit illis hactenus incognitus[h]. *Qui manet ipsos*, i. e. qui, quasi in conclavi repositus, reservatur ipsis. Verbum חוֹדֶרֶת alibi non reperitur. Refero ad Æthiop. חדר, *manere*, *habitare*, Matt. 10. 11. unde מחדר, *mansio*, *tabernaculum*, Marc. 9. 5. Indè & nomen Heb. חֶדֶר, *conclave*, *cubiculum*, ea domûs pars ubi quis præcipuè habitat, manet & cubat †.

15. *Et*, &c. לְמַעַן לָמוּג לֵב וְהַרְבֵּה הַמִּכְשֹׁלִים] *Ut* (sub. *enim*, M.) *dissolvatur*, vel *liquefiat*, *cor*, (i. e. Ut tabescat animus[i], & diffluat præ terroribus. Est hîc pleonasmus affixi ל[k]. Al. *Propter ad liquefieri cor*, Mo. *Ut, diffluente animo*, JT.) *& multiplicetur*, vel *multiplicentur*, (vel, [neglecto ו *&*,] *multiplicentur*, JT. Heb. *& multiplicare*, Mo.) *offendicula*, P. M. Pi. &c. in quæ impingentes cadant[l]: vel, *ruinæ*, V. Al. *& multi cadant*, Ti. *multiplicat ruinas*, G. ex Vulg. facit ut multi cadant[m]. [Ca. locum sic reddit, *Ut animi deficiant, multíque sint casus*.] Sensus, q.d. Judæi infestum Dei judicium experientur & intus, quòd animo sibi non constabunt; & foris, ubi nulla nanciscentur adjumenta, sed, quot res obversabuntur ipsis, tot erunt impedimenta, &, quæ illi sibi præsidio & saluti fore putant, exitium illis parient[n]. ¶ *In omnibus portis eorum*; ità M. P. Ti. Mo. על וגו'] *Per* (vel, *Contra*, JT. *Juxta*, Pi.) *omnes*, &c. Ca. h. e. Per totam ditionem, quam *portarum* nomine significat[o]. ¶ *Dedi*, &c. נָתַתִּי אִבְחַת וגו'] *Dedi* (vel, *disposui*, JT. *dabo*, Ca. *ponam*, Pi.) *terrorem* (vel, *mucronem*, sive *aciem*, JT. Pi. vel, *splendorem*, Pi. vel, *potestatem*, Di.) *gladii*, M. P. Mo. Ti. Metum à gladio[p]. Vox אִבְחַת hîc tantùm occurrit[q]. [Eam variè reddunt.] K. *flammam*; alii, *terrorem*, accepto אִבְחַת pro אִבְעַת, quod idem sit atque בִּעֲתָה, *terror*; alii, *mactationem*, ut sit אבחת, pro טִבְחַת, per alphabetum אטבח. Vides per conjecturas agi. Atqui certius quid suppeditat lingua Æthiopica, ubi אבח sign. *potestatem dare*. Vide [Æthiop. vers. ad] Matt. 8. 21. Verto hinc, *potestatem* *. ¶ *Et*, &c. אָח עֲשׂוּיָה לְבָרָק מְעֻטָּה לְטָבַח] *Heu*, vel *Ah*, *factus* est (i. e. aptatus & præparatus est gladius iste[r],) *splendens*, (vel, *ad fulgorem*, sive *coruscationem*, P. Mo. JT. Pi. i.e. ut splendore suo terreat †: vel, *quasi fulgur*, M.) *involutus* (vel, *amictus est*, P. V. i. e. vel, 1. insertus & conditus capulo aut manubrio, ut teneri possit[t]; *amictus*, manu scilicet capulum tenentis ad feriendum: vel, 2. in vagina, ceu amictu, reconditus, nè retundatur acies, donec ad pugnam expediatur[v]: vel, 3. occultatus hactenus[x], & pallio carnificis de more tectus[y]; [jam] autem retectus & prolatus[z]. Al. *conditus*, M. *acuminatus*, JT. Pi. vel, *mucronatus*; nam עט *stylum* significat, Job. 19. 24. Jer. 17. 1[a]. *Exacutus*. Vox semel tantùm occurrit hâc significatione[b].) *ad jugulationem*, Ti. Mo. &c. Sensus loci, Ah, quàm vibranti acie micat gladius, & qui fuit hactenus vaginâ contentus, jam expeditus est ad exercendam lanienam! Quidni talibus visis cor liquesceret[c]?

16. *Exacuere*, &c. הִתְאַחֲדִי הֵימִנִי הָשִׂימִי הַשְׂמִילִי אָנָה פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת] Ad verb. *Uni te*, (si dici possit,) *dextera te*, *pone*, *sinistra te*, *quò facies tua constituta* (vel, *parata*, Mo.) *est*, V. sic Mo. Apostrophe ad gladium[d], (ut & suprà*,) Regis Babyloniæ[f]. Gladium comparat militi, quatenus jubet ut se uniat, scilicet cum commilitonibus suis, ad invadendum hostem conjunctis viribus. Sic verto, *Uni te, ô gladie, ad dexteram, oppone te ad sinistram, quòcunque facies tua versa fuerit*. Heb. *vacillaverit*. Metaphora παλαχρηστική. Hostibus te oppone, sive illi ad dextram, sive ad sinistram, occurrant[g]. *Unis viribus dexteram pete, compositis pete sinistram, quòcunque occurrent tibi res comparatæ*, JT. Prosopopœia, quâ Deus gladio imperat, primùm, ut omnes vires in unum conferat ad exsecutionem mandati: deinde, ut vires suas dextrorsum & sinistrorsum occupet; i. e. in omnes partes promissam exerceat ultionem à Deo imperatam, &c[h]. q.d. Pervade omnes Judæ partes, nè finito quenquam

Marginal notes (left column): x Pi. sim. Jun. &c. y Ju. Belg. z Pi. a Belg. b Glass. ib. c Jun. d La. * T. f Me. g Idem. h Mar. i Me. ex La. k La. l G. m Mar. n La. sim. Me. o Jun. p Pi. q G. r Pi. † G. t Q. in Jun. Hi. in Me. v Jun. x G. y Jun. z V. a G. b V. c Jun. d V. sim. Jun.

Marginal notes (right column): * Pi. sic V. f V. g Jun. h Q. in V. † Di. i V. k Glass. gram. 37. 19.620. l Pi. m G. n Jun. o Idem. p G. q Hi. * Di. r V. † Idem. t Idem. v Me. x V. y T. z V. sim. T. a G. b Hi. in V. c Pol. d G. sim. M. Ca. Pi. &c. * G. f Ca. g Pi. h Jun.

quam effugere : illò facite impressionem, ad quam partem sternendam jampridem apparatus & instructus es[i]. *Scorsum esto* in aliquo loco, *pone te ad dexteram, pone* faciem tuam ad Aquilonem, *pone te ad sinistram, quò facies tua parata est*, P. *Secede, tene dextram, pone* faciem *ad sinistram : quò enim sunt facies tuæ constitutæ ?* M. *Alterutrum facito, aut ad dextram te, aut ad sinistram, compone, quò destinatam faciem habes*, Ca. *Decerne unum consilium, aut dexteram tene, aut sinistram, quócunque facies tua constituta fuerit*, Ti. *Verte te ad locum unum seorsum ; ad dextram concede, pone* faciem tuam ad Aquilonem, aut *ad sinistram concede, quò facies tua constituta*, sive *præparata, est.* Propheta videtur videre ensem sese modò ad dextram, modò ad sinistram, partem moventem : propterea dicit, Consiste uno in latere, sive dextro, sive sinistro : quare facies tua modò ad sinistram, modò ad dextram, convertitur[k] ? *Vade hàc vel illàc*, vel *ad dextram*, vel *ad sinistram :* (vel, *Uni te ad dextram, dispone te, converte te ad sinistram*, Belg.) *quócunque facies tua constituta est*, Ang. Belg. i. e. Ad quamcunque Judææ partem missus fueris, nè parcas, &c[l]. Al. *Exacuere, vade——quócunque facies tua parata* ; i. e. Quócunque stringeris, perge, occîde. In voce הִתְאַחֲדִי omnes [imò non omnes, nec plerique, nec optimi, ut ex dictis patet,] Interpretes א sumunt pro ἐπεξηγητικῷ· non malè[m]. *Et transi, exacuere à dextris & à sinistris, quócunque facies tua exsurrexerit*, ο'. sim. Ar. *Strenuè agas dexterâ meâ, strenuè etiam ibi agas sinistrâ meâ, quò disposita est facies*, i. e. *ira, mea*, Sy. *Evaginare, & occîde ab austro, & consume ab aquilone, quócunque facies tua est parata*, Ch.

17. *Plaudam*, &c. אַכֶּה כַּפִּי וגו"] *Percutiam manum meam ad manum meam*, P. sic M. &c. *Complodam manus meas*, Ti. Pi. sic JT. Vel, 1. increpans[n] : vel, 2. in signum tristitiæ, ob gladium conversum ad Jerus[o] : vel, 3. cum exsultatione, ex collat. seq[p]. Ut eventu ipso tester me approbare cladem quam Chaldæi illis inferent, animum illis addam successu ipso, ut se mutuò excitent ad rem strenuè gerendam & perficiendam[q]. Favebo interfectoribus, ut suprà 14[r]. Vel, 4. ostendens certam & deliberatam esse sententiam meam †. Vel, 5. præ gaudio, insultans tibi tanquam hosti meo[t]. ¶ *Implebo*, &c.] Hebr. *requiescere faciam*, &c. Mo. P. M. Ti. *Meâmque bilem sedabo :* Totam supplicio consumam[v].

19. *Pone* (vel, *Fac*, Pi. *Propone*, JT. *Constitue*, V. sub. *in una tabella*, V. sim. Jun.) *tibi duas vias*] Ità Mo. P. &c. In tabula pinge bivium, vide suprà c. 4. v. 1[x]. & pone ante oculos omnium[y]. ¶ *Ut*, &c. לָבוֹא וגו"] *Ad veniendum*, &c. Mo. *adveniente gladio*, &c. JT. *ut veniat*, &c. P. M. per quas (vel, quibus, Ca.) *veniat* (vel, ire possit[z]) *gladius*, &c. Ti. Pi. V. i. e. exercitus armatus[a], Babyloniorum[b]. ¶ *De*, &c. מֵאֶרֶץ אֶחָד וגו"] *E terra una* (vel, *unius*, M. JT. Pi. sub. *regis*, M. vel, sub. *domini*, nempe Regis Babyloniæ[c] : de Babylone[d],) *egrediantur* (vel, *egredientur*, M.) *ambæ*, P. M. Ti. sub. *viæ*, Ti. vel, *ambæ illæ*, sive *ipsæ*, Pi. Mo. Ex una via, quæ ex Arabia venit, duæ istæ viæ dividuntur, altera ad Hierosolyma, altera ad Rabbam *. Bivium hoc egresso è Chaldæa Nabuchodonosori occurret in fine deserti Arabiæ[f]. ¶ *Et manu*, &c. וְיָד בָּרֵא בְּרֹאשׁ דֶּרֶךְ עִיר בָּרֵא] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *locum* (vel, *manum*, Mo. *latus*, JT. Pi.) *elige*, P. M. Ca. &c. *in capite* (vel, *initio*, V. sim. Pi. vel, *introitu*, Pi.) *viæ civitatis* (vel, *viarum urbium*, i. e. quæ ducunt ad urbes Rabbath & Jerus. v. seq. sing. pro. plur[g]. vel, *viæ ad civitatem* (nempe Hierosolymam[h]) spectantis, JT. sim. Pi.) *elige*, Mo. M. &c. sub. *inquam*, P. vel, sub. *illud. Latus*, pro via ad latus sita ; &, *elige latus*, i. e. ostende utram viam Babylonius eliget[i]. Prævidet Propheta futurum ut Nabuchodonosor, Dei haud dubiè instinctu, in isto bivio dubitet quò potissimùm sit iturus[k]. [Alii sic vertunt ;] *Et locum tibi separa, in compito viæ civitatem elige*, Ti. *Et locum elige in bivio : urbem elige*, Ca. *Et locum constitue in capite bivii itineris, civitatis locum constitue*, Ch.

20. *Ut veniat gladius ad*, &c. אֵת רַבַּת] *Rabbath*, Mo. *ad* (vel, *contra*, JT. vel, aut *contra*. Hîc אֵת valet, *contra*[l].) *Rabbath*, P. M. &c. metropolin Ammonitarum, 2 Sam. 12. 26[m]. ¶ *Et ad*, &c. וְאֶת יְהוּדָה בִירוּשָׁלִַם בְּצוּרָה] Et (vel, *aut*, JT. Pi.) *Jehudah* (vel, *ad Judam*, Ti. sic M. *contra Judam*, Pi. *contra Jehudæos versantes*, JT. alteram quæ *ad Jehudah*, P. i. e. Judæos qui habitant[n]) *in Jerusalem munita*, Mo. P. sim. JT. Pi. vel, *munitam*, M. Ti.

21. *Stetit* (vel, *Stabit*, JT. Pi.) *enim——us*, &c. אֶל אֵם הַדֶּרֶךְ] *In bivio*, P. M. Ti. Ca. JT. Pi. *ad matrem viæ*, Mo. Jun. sim. Pi. i. e. viam amplissimam & quasi gemelliparam[o]. ¶ *Divinationem*, &c. לִקְסָם קָסֶם] *Ad divinandum*, vel, *ut divinet*, (vel, *quærens*, M.) *divinationem*, Mo. P. JT. Pi. *Ut divinando inquirat*, Ti. sic V. vel, ut sortiatur quanam viâ sit sibi veniendum[p]. *Auspicii faciendi gratiâ*, Ca. Nebuchadnetsar primùm statuit bello utramque gentem infestare ; ac fortè eâ fiduciâ, quòd putaret aut hos aut illos se dedituros : aut etiam, ut tum (ut Principes periti solent) occulta essent consilia ipsius ; tum ex rebus propiùs tentatis & cognitis statueret in utram priùs certandum esset. Arabes autem, teste Herodoto, diligentissimi erant Babyloniorum administri, qui consilia & res finitimorum explorarent, [& iis patefacerent ;] quo nomine immunitatem ab oneribus habuerunt. Tres autem divinationis species hîc exprimuntur : 1. σιδηρομαντεία, i. e. divinatio ex ferro vel chalybe ; 2. εἰδωλομαντεία, divinatio ex idolis eorúmque oraculis ; 3. aruspicina[q]. ¶ *Commiscens*, &c. קִלְקַל בַּחִצִּים] [Variè reddunt.] *Commiscens sagittas*, Vulg. Mittit sagittas in pharetram, & commiscet eas inscriptas nominibus singulorum, ut videat cujus sagitta exeat, & quam priùs civitatem debeat oppugnare[r]. Hanc autem Græci βελομαντείαν, seu ῥαβδομαντείαν, vocant †. Scholiastes Nicandri ex Dione, Μάγοι καὶ Σκύθαι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις ῥάβδοις μαντεύονται. (*Magi & Scythæ myricino ligno vaticinantur : multis enim in locis per virgas vaticinantur.*) *Magos* hîc intellige Chaldæos, ut apud Claudianum, ——*ritúque juvencos Chaldæo stravêre magi.* Scythæ autem Medicum tangebant imperium. Eorum pars Alani, de quibus Ammianus l. 31. *Futura miro præsagiunt modo : nam rectiores virgas fœminæ colligentes, eásque cum incantamentis quibusdam secretis præstituto tempore discernentes, apertè quid portendatur nôrunt.* Ad Slavos Scytharum vicinos hunc manâsse morem duos habemus testes, Mosem de Kotzi in Historia jubilæi 52. & Adamum Bremensem Narrationis ecclesiasticæ cap. 6. A Slavis hausêre Germani : de quibus Tacitus ; *Sortium consuetudo simplex. Virgam frugiferæ arbori decisam in surculos amputant, eósque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere & fortuitò spargunt. Mox, si publicè consulatur, sacerdos, sin privatim, ipse pater familiæ, precatur deos, cœlúmque suspiciens, ter singulos tollit ; sublatos secundùm impressam antè notam interpretatur.* Alium morem ῥαβδομαντείας apud Persas habes apud Strabonem 15. & Athenæum 12. ex Phœnice Colophonio : alium βελομαντείας apud Paulum Venetum in Tartarorum rebus, l. 1. 43. Legimus eo usos & Afros qui sunt Cæsareæ in Mauritania, i. e. Algerii[t]. [Alii aliter & verba reddunt, & rem explicant.] *Tersit* (vel, *Expolivit*, M. V. *Expoliat*, Ti. *Expedit*, Ca. *Jecit*, Sy. *Jaculando*, Ar. *Arcu ejaculatus est*, Ch.) *sagittas*, Ti. Ca. Ch. vel, *sagittam*, Sy. Ar. *tela*, M. V. *in sagittis*, Mo. Expolivit ferrum telorum, ut splenderent[v], in eóque splendore, tanquam in speculo, cernant divinatores ; ut aspicere solent in ungue pollicis manûs splendente[x]. Al. Sagittas volare fecit in aere, ut videret in quam partem caderent, ut versùs eam dirigeret exercitum[y]. Al. *Terget cultros*, JT. Pi. Pol. ad dissecandum pecudes sacrificandas[z]. q. d. Sacrificia faciet quàm plurima. Synecdoche[a]. ¶ *Interrogavit* (vel, *Petiit*, Mo. *Quærat*, Ti. *Consulet*, JT.) *idola* ; sic P. M. &c. בַּתְּרָפִים] *Lares*, Ca. *Teraphim*, V. M. *in Teraphim*, Mo. Erant hæ imagines loquentes, quales non paucas Thammuz fecerat[b]. Erant idola quorum operâ videbant futura[c]. ¶ *Exta*, &c. רָאָה בַּכָּבֵד] *Inspiciat cor*, Ti. *Inspexit* (vel, *Inspiciet*, JT. Pi.) *jecur*, P. M. JT. Pi. sic Ca. vel, *in jecore*, Mo. scilicet pecudis sacrificatæ[d]. Nempe, quam in partem micaret pars illa jecoris quæ *hostilis* dicitur. Meminêre Cicero de Divinatione, Lucanus 1. Seneca Oedipode. Nec dubito quin artes illæ à Chaldæis ad Lydos, à Lydis ad Hetruscos, venerint *. Alii, *exta*, Vulg. M. Gentiles divinabant

ex

Marginal notes: [i] P. l. — [k] V. — [l] Belg. — [m] G. — [n] C. — [o] V. — [p] Pi. — [q] Pol. — [r] G. — † Jun. — [t] T. sim. Me. — [v] Ca. — [x] G. sim. Pi. Me. T. &c. — [y] Jun. — [z] G. — [a] V. sic G. — [b] G. — [c] Pi. — [d] Me. — * G. — [f] T. — [g] V. — [h] Pi. — [i] Idem. — [k] G. — [l] Pi. — [m] Idem. — [n] V. — [o] Jun. — [p] V. — [q] Jun. — [r] Hi. in G. sim. Me. T. — † Hi. ib. — [t] G. — [v] V. sim. M. — [x] V. — [y] Q. in V. sic K. in BA. 2. 6. 16. 888. — [z] Pi. — [a] Jun. in bib. Pol. — [b] G. — [c] V. — [d] Pi. sim. Pol. — * G.

ex victimarum extis, hepate, corde, &c. eorúmque situ & colore[f].

22. *Ad*, &c. "בִּימִינוֹ הָיָה הַקֶּסֶם וגו׳] *In dextra* (vel, *Ad dexteram*, Ti. Ca.) *ejus fuit* (vel, *erit*, JT. Pi.) *divinatio Jerusalaim*, Mo. M. sic Pi. vel, *super Jerusalem*, P. vel, ut peteret *Jerusalem*, Ti. Al. *divinatio hæc*, *Hierosolyma*, JT. Sors cecidit ad dextram partem ejus, quâ parte sita erat Jerusalem[g]. Omnia divinationum genera, Deo providè regente, suadebunt ut dextrum iter insistat, & Hierosolyma petat, & ea paret quæ sequuntur[h]. Divinationibus suis deprehendit sibi veniendum esse in Jerusalem, ità disponente Domino animum ejus[i]. Sortes dexterâ in urnam conjiciebantur. Cùm autem binæ sortes essent, credibile est ambabus manibus sortes eductas esse, ità ut quæ sortitio ad dexteram futura esset, ea divinitus imperata videretur. Nebuchadnetzar igitur, sive quisquis ad mandatum ejus urnæ admovit manum, dicitur h. l. ad dexteram habuisse illud pyctacium sortitionis (hoc *divinatio* est dictum metonymicè) cui hæc verba inscripta erant, *Jeruschalaima*, deinde, ut sequitur, *disponendos esse duces*, *aperiendum os*, &c. q. d. Divinatione illâ duo illi significata erant. 1. Mandatum est ut obsidionem Jerus. quàm primùm institueret: deinde verò mandato promissio adjicitur, fore ut, dispositis in aciem ducibus, &c. rupturam faceret in muro, &c[k]. ¶ *Ut*, &c. לָשׂוּם כָּרִים] *Ut ponat*, vel *poneret*, (vel, *Ut constitueret*, P. *Ponendos*, vel *Disponendos*, *esse*, JT. Pi. *Ad admovendos*, Ca. *Ad ponendum*, Mo. nempe in acie[l], contra Hierosolymam[m],) *arietes*, M. Ti. Mo. Ca. Pi. h. e. machinas per quas quassantur muri & portæ[n]. Quod tamen minùs loco congruit; nam mox sequitur, *ut ponat arietes*[o]. [Alii ergò vertunt,] *duces*, P. V. G. ex Ch. Jun. vel, *primores* exercitûs, JT. ¶ *Ut*, &c. לִפְתֹּחַ פֶּה בְּרֶצַח] *Aperiendum esse* (vel, *Ad aperiendum*, Mo. *Ut aperiat*, Ti. *Et aperiret*, M. *Ut aperiant*, Pi.) *os in occisione*, Pi. sic JT. vel, *ad cædem*, Mo. P. M. &c. i. e. Ut hortentur suos ad cædendum hostes[p]. Milites cum clamore occidere debere Judæos[q]. Idem hîc significat quod in seq. scilicet barritum militum in irruptione conclamantium[r]. Al. *Os* vocatur acumen gladii, ut Jos. 6. 21. & alibi †. Al. *Os* hîc dicitur labes & ruptura in muro facienda; ut Jerosf. dicitur per Manassen exundâsse sanguine *os ad os*, i. e. à porta una ad alteram[t]. להָרִים, &c. ¶ *Ut*, &c. קוֹל בִּתְרוּעָה] *Elevandam esse* (vel, *Et elevaret*, M. *Ut elevent*, P. sim. ο΄. Ch. &c.) *vocem cum*, vel *in*, *clangore*, Pi. Ch. sim. JT. sub. *tubæ*, Ch. vel, *vociferatione*, P. ο΄. Ar. *clamore*, Sy. vel, *ad vociferationem*, M. Al. *Ut exaltet classicum*, Ti. *Ad edendum cum clangore sonitum*, Ca. Ut excitent clamorem & tumultum magnum, ut terreant hostes suos[v]. Ut barritum edat militarem, ut solet fieri ubi oppugnantur urbes[x]. ¶ *Ut*, &c. לָשׂוּם כָּרִים וגו׳] *Ponendos esse* (vel, *Disponendos* igitur, JT. vel, *Ad ponendum*, Mo. vel, *Ad admovendos*, Ca.) *arietes* (vel, *duces*, G. vel, *primores* exercitûs, JT.) *contra* (vel, *super*, Mo.) *portas*, Pi. JT. P. M. &c. Ut politi ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, (*septem ad Thebas*.) Vide Æschylum ejus nominis tragœdiâ, & Phœnissas Euripidis[y]. ¶ *Ut*, &c. לִשְׁפֹּךְ סֹלְלָה לִבְנוֹת דָּיֵק] *Fundendum esse aggerem*, *ædificanda propugnacula*, Pi. sim. JT. *Ut fundant aggerem*, *& ædificent munitionem*, P. sim. M. vel, *turrim*, Ti. *turrim ligneam*, Mo. sic G. πύργους Josephus. Vide suprà c. 17. v. 17. ο΄. utrobique dixêre βελοστάσεις· quæ vox usurpatur & 1 Mac. 6. 21, 51[z]. Synecdochicè intelligit quæcunque in obsidionibus ad lædendum aut tegendum pertinent[a].

23. *Eritque*, &c. וְהָיָה לָהֶם כִּקְסוֹם שָׁוְא בְּעֵינֵיהֶם שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם] *Et erit* (vel, *Erit quidem* hoc, JT. Pi. vel, hæc res, Jun. nempe prophetia tua[b]: vel, *At fuit*, Ti.) *eis* (nempe Judæis[c]) *secundùm divinare* (vel, *quasi qui divinat*, P. M. sim. JT. Pi.) *mendacium* (vel, *falsum*, V. *falsa*, P. *vanitatem*, JT. Pi. *in vanum*, M. Al. *veluti vana quædam divinatio*, Ti.) *in* (vel, *coram*, M.) *oculis eorum*, Mo. &c. (Contemnent conatus Chaldæorum[d], dicentes auguria illa vana esse *; credentes pseudo-prophetis, Chaldæos non venturos, &c[f]. Singularem populi contumaciam exprimit; q.d. Prophetiam hanc ludificabuntur, eam vanam & inanem putantes[g]: irridebunt hanc prædictionem, tanquam stultam divinationem[h].) *jurantes juramenta eis*, Mo. V. vel, quòd juraverint, &c. P. *& quibus juramenta multa* fecerunt, M. nam *juramenta juramentorum eis*, Ti. *istis juratis injuramenta* multa, JT. vel, *illis qui sunt conjurati conjurationibus* plurimis, Jun. Heb. *juratis juramentorum*, Jun. in Bib. i. e. Perjuris istis infamibus, qui toties jurati Deo & hominibus impudentissimâ perfidiâ se polluerunt, & semper pejerant ultro, & jusjurandum (quod aiebat Pacuvius) tanquam mantile adhibent quo novæ noxæ quotidie extergantur[i]. Vel, *eorum qui illis juramenta juraverant*, Q. in V. quia *obstricti juramentis eis* sunt, Pi. Vel, 1. Judæi Chaldæis, in quorum fidem illi se pridem dederant: ut hæc sit *iniquitas* quæ sequitur[k]. Vel, 2. Chaldæi Judæis, cum quibus Chaldæi fœdus inierunt cum confirmatione juramenti[l]. q. d. Dicent Chaldæos sibi obstrictos esse, quibus tamen ipsi fidem non servaverant[m]. Vel, 3. Ægyptii Judæis, quòd iis opem ferrent adversùs Chaldæos[n]. Judæi autem ex Ægyptiorum solicitatione fidem Chaldæis datam ruperunt[o]. [Alii locum sic reddunt;] *Sed iis videtur vanum auspicium, quibus juratum jusjurandum est*: Judæis, qui Nabuchodonosori jurârunt[p]. *Eritque quasi consulens frustrà oraculum in oculis eorum*, (q. d. Non credent Judæi veram & seriam divinationem esse[q]. Videbitur illis operam consulendi, &c. perdere[r]; quasi frustrandus successu expeditionis ex oraculo susceptæ †.) *& sabbatorum otium imitans*, Vulg. i. e. quasi feriatus, nihil agens[t]. Legati à Sedecia missi cogitabunt eum otiari, ut in Sabbatis fieri solet. Alii illud שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת aliter exponunt. ο΄. *videbitur eis hebdomadas hebdomadatim computare*[v]: Chald. [& RS. in La.] *septies septenis*, i. e. 49, *vicibus*: toties enim putat ille Interpres de itinere consultâsse Nabuchodonosorem[x]. ¶ *Ipse*, &c. וְהוּא מַזְכִּיר עָוֹן לְהִתָּפֵשׂ] *Et* (vel, *Sed*, JT. sim. Pi. M. Ti.) *hoc* (vel, *id*, P. vel, *ipse*, M. sim. Ti. Pi. nempe Rex Babyloniæ[y],) *commemorans* (vel, *in memoriam reducit*, P. sim. M. Ti. JT. Pi.) *iniquitatem* (i. e. perfidiam sive perjuriam Sedeciæ[z], qui fidem datam Nabuchodonosori, nomine Dei interposito, violârat[a],) *ad prehendi*, Mo. vel, *ut capiatur*, P. Ti. *ut capiantur*, M. Pi. *quâ capiendi sunt*, JT. scilicet Hierosolymitani fœdifragi[b]. Hæc causa expugnationis[c]. Ipse interim Nabuchod. dum idolis suis consulit, reminiscetur per eadem idola se jurâsse Sedeciæ, ipsum autem rupisse fœdus: quâ causâ excitatus Nabuchodonosor ardebit in ejus exitium. Nabuch. per idola fidem datam servaverat, Sedecias per verum Deum datam non servaverat. Id verò ad Dei veri contumeliam plurimùm pertinebat, ideóque Deum decebat id ulcisci[d]. Al. *Et ipse crimen recolit, ut capiatur*. Sedecias de perjurio sese jactat; quæ res in causa erit ut capiatur *.

24. *Pro eo*, &c. "יַעַן הַזְכַּרְכֶם וגו׳] *Pro recordari vos iniquitatis vestræ*, Mo. *Ut vos quoque recordemini*, &c. sicut scilicet Nabuchodonosor ejus non sine Majestatis Divinæ diminutione recordatus est[f]. *Eò quòd* (vel, *Quandoquidem*, Ti. *Quoniam*, Ca.) *recordati estis*, &c. M. vel, *reduxistis* (vel, *reducitis mihi*, Pi. sim. JT.) *in memoriam*, &c. P. vel, *effecistis ut in memoria sit*, &c. Ti. & mihi & Regi Babylonis, ut v. præced †. pergendo in perjuriis vestris[g]; Vel, *crimen vestrum recolitis*, Ca. Sensus, Quia commemorâstis, propalâstis, jactâstis[h], hanc vestram perfidiam, &c[i]. ¶ *Et*, &c. "בְּהִגָּלוֹת וגו׳] *In detegi prævaricationes vestras*, Mo. *Nam retectæ sunt*, &c. Ti. [Qui hæc verba usque ad sequens יַעַן *idcirco* parenthesi includit. Idem facit Grotius, verba sic reddens, *Nam publicè notas fecistis*, &c.] *Patefaciendis*, &c. Ca. *Dum palàm fiunt*, &c. M. sim. P. JT. Pi. q. d. Contumacia vestra in peccatis palàm seipsam prodit hâc ludificatione vestrâ[k]. ¶ *Et*, &c. "לְהֵרָאוֹת וגו׳] *Ad videri peccata vestra in omnibus studiis vestris*, Mo. *Et conspecta sunt*, &c. P. *Et conspicua fiunt*, &c. M. sim. Ti. *Dum apparent*, &c. JT. *Ut in conspectum producantur*, &c. Pi. *Ut appareant*, &c. Ca. Ch. *Ità ut in omnibus actionibus vestris apparerent*, G. *Innotuerunt*, &c. infin. pro præt[l]. ¶ *Pro eo*, &c. יַעַן הִזָּכֶרְכֶם] *Pro recordari vos*, Mo. *Propterea*, inquam, *quòd in memoriam venistis*, P. V. sim. Pi. sub. *mihi Deo vestro*: q. d. Quia non fecistis finem peccandi[m]. *Quia versamini in memoria*, JT. *Eò quòd ipsi revocatis in memoriam*, Jun. sim. ο΄. Ch. q. d. Peccata

f Me. g V. h G. i V. k Jun. l G. m Pi. n M. sim. o M. T. Pi. o V. p V. sim. M. q Pi. r P. eriq. ue † Jun. t G. t Jun. v V. x t. y Idem. z G. a Jun. b Jun. Pi. c Pi. d M. e M. sim. f V. ex He. g V. ex He. g Jun.

h Pol. i Jun. k G. l V. ex He. m M. n Pi. o Jun. p Ca. q Mar. r Me. † T. t Mar. v La. x G. y Pi. Belg. z sim. T. &c. a V. sim. M. Pi. Me. T. &c. V. b Pi. c V. d G. * Ca. f G. † Jun. g Belg. ex Jun. h Me. sim. i T. sim. Me. k Jun. l V. m Idem.

Peccata vestra quasi clamant coram cœlo. Copiosus est Propheta in horum peccatorum gravitate explicanda[n]. *Quoniam*, inquam, *recolitis*, Ca. Al. *Ut, inquam, recordemini*, G. *Ob id in recordationem venistis*, M. *Idcirco memoria vestri fiet*, Ti. ¶ *Manu*, &c. בְּכַף תִּתָּפֵשׂוּ] *Manu* (vel, & *manu*, M. Ti. *manu illâ*, JT. sub. Nabuchodonosor[o], ut v. præced[p].) *capiemini*, P. Ca. &c. i. e. Efficiam ut veniatis in potestatem hostium vestrorum[q]. Vindicta non diu protrahetur: in promptu est manus quæ vos mancipabit[r].

25. *Tu*, &c. וְאַתָּה חָלָל רָשָׁע נְשִׂיא וגו'] *Et tu* (vel, *Tu autem*, P. JT. *Ad te verò quod attinet*, Pi.) *prophane, impie*, sive *improbe*, (vel, *interfectione digne, impie*, M. sim. V. vel, *interficiende, impie*. Hanc dictionem חָלָל habes v. 14 †. Vel, *ad occisionem damnate*, Ti. vel, ô *rei capitalis damnate*; tu, qui capitale crimen commisisti[t]: *reus mortis, impie*, Ch.) *dux*, vel *princeps*, (vel, ô *princeps*, JT.) *Israel*, Mo. P. &c. Sedeciam alloquitur[v]: cum quo submissiùs agit Jeremias; hic liberiùs, quia non erat sub imperio Sedeciæ[x]. q. d. Tu qui te polluisti idolatriâ, innocentium hominum persecutione & cædibus, perjuriis[y]. Vocat eum *prophanum*, i. e. in persona sua ab omni pietate & sanctimonia alienum; & *improbum*, quia operam dedit ut populum proceresque omnes in eandem perditionem solicitando abduceret[z]. Compellat eum Dei verbis, ideóque, omissâ honorificâ omni præfatione, (quæ principibus viris tribuitur ex Lege, Exod. 22. 28.) sententiam pro auctoritate dicit; ut 1 Sam. 13. 13, 14. 1 Reg. 18. 18. 2 Reg. 3. 13, 14[a]. ¶ *Cujus*, &c. אֲשֶׁר בָּא יוֹמוֹ בְּעֵת עֲוֹן קֵץ] *Cujus venit* (vel, *venturus est*, Pi.) *dies ejus*, Mo. vel, *dies*, P. M. Ti. &c. [nam *ejus* ex more redundat:] (dies scilicet supplicii[b]:) *in tempore iniquitatis finis*, Mo. V. ∴. vel, *tempore iniquitatis* propter quam venit *finis*, P. i. e. tempore quo iniquitas tua erit causa finis, sive interitûs, Regni tui & vitæ[c]: vel, suo *tempore iniquitatis terminus*, JT. Heb. *iniquitas termini*; hypallage[d]. q. d. Tempus futurum est quo iniquitas tua terminum sortietur*. Vel, *tempore pœnæ exitialis*: Heb. *iniquitatis finis*, i. e. pœnæ quæ affert finem, h. e. exitium. Confer infrà 35. 5. Metonymia efficientis[f]. Vel, *finiti criminis tempore*, sive, *postquam crimen peregisti*: nam ante perfectum crimen non soleo punire[g]. Vel, *ut in tempore opportuno finis sit iniquitatis*, M. vel, *atque tempus quo finem capiat iniquitas tua*, Ti. vel, *ac finis in tempore iniquitatis suæ*, Ar. vel, *& tempus iniquitatis tuæ*, Sy. [Ch. locum sic reddit, *Cujus interitûs dies pervenit, tempus retributionis peccatorum*.]

26. *Aufer*, &c. הָסִיר הַמִּצְנֶפֶת וְהָרִים הָעֲטָרָה] *Tolle*, vel *Amove*, (scil. à capite tuo[h]. Propheta Dei verbis Regem compellat[i]. Potiùs, *Amove*, i. e. Propheta amovendam fore[k]; ut Jer. 1. 10. *Constitui te ut plantes, ut eradices*, &c[l]. Voces reales sæpe usurpantur pro verbalibus, h. e. pro rei indicatione, quæ utplurimum fit verbis[m]. Al. *Abstulisti*, ο'. *Auferam*, P. V. sub. *tibi & populo tuo*, V. infinit. pro fut[n].) *cidarim*, M. Pi. sic Mo. Ti. &c. (i. e. vel, 1. dignitatem sacerdotalem ac pontificalem[o]; vel, 2. Regnum[p]: q. d. Regno privaberis[q].) *& tolle* (vel, *tollam*, P. V.) *coronam*, Ti. JT. Pi. &c. i. e. Privabo te dignitate Regiâ[r]. *Cidaris* est πῖλος βασιλικός, (*pileus regius*,) ut nos docent Curtius, Plutarchus Artaxerxe & Antonio, & Hesychius. Videtur esse vox Chaldaica, *rotundatam*, i. e. semisphæricam, *formam* significans. *Coronam* vocat ornamentum circumpositum cidari coronæ in modum †. Hæc duo erant priscorum Regum insignia: nam cidarim ferebant ordinariè; coronam, solennitatibus. Erat enim cidaris Persis Hebræâ origine, illud quod Græci *diadema* dixerunt, nempe fascia quâ superiorem capitis partem obvolvebant. Ità Regni dejectionem figuratè enunciat[t]. ¶ *Hæc*, &c. זֹאת לֹא זֹאת הַשְּׁפָלָה הַגְבֵּהַ וְהַגָּבֹהַ הַשְׁפִּיל] *Hæc non hæc*, Mo. Ti. (vel, *Hæc non* futura est *hujus*, Jun. [Ità credo scriptum in JT. prout omnino postulat secundum זאת; quanquam τὸ *hujus*, nescio quo fato, excidit ex Bibliis Junio-Tremellianis.] sub. *terræ*: i. e. Deinceps non est futurum hîc Regnum, ut antè fuit. *Hæc*, nimirum cidaris & corona[v]. *Hæc non* (sub. *fit*, M. vel, sub. *erit*, Pi.) *hæc*, M. Pi. i. e. Hæc corona intercidet, ut ampliùs non sit quæ fuit[x]. i. e. Corona tua non erit ampliùs corona tua; h. e. Tu non ampliùs eris Rex[y].

Hæc, quæ modò est, *non erit ista*, P. Ad verb. *Hæc non ista*, i. e. Hæc dignitas Regia, quæ nunc est, non erit semper eadem: h. e. Regnum transferetur à te & tuis, ad alios[z]. *Iste & iste non permanebunt in loco suo*, Ch. *Quod est, nè sit*; qu. d. Et quod est non erit, & quod non est erit[a].) *humilem* (vel, *eum qui in depressum abiit*, JT. Intellige Jechoniam, qui tunc depressus erat[b].) *sublevando*, (vel, *sublevabo*, sive *exaltabo*, P. Pi. *exalta*, JT. simil. M. Heb. *exaltare*, Pi.) *& altum* (vel, *superbum*, P. *sublimem*, M. nempe Sedeciam[c],) *humiliando*, Mo. vel, *humiliabo*, P. Pi. *humilia*, M. *deprime*, JT. Heb. *humiliare*, Pi. *humiliâsti*, ο'. sic Ar. Al. *ad extollendum humilem, ad dejiciendum sublimem*, Ti. *Humile extollendum est, & elatum deprimendum*: Fiet tanta rerum mutatio, ut humilia extollantur, & contrà. Qui nunc regnant, privabuntur Regno: qui verò erit humilis, is regnabit, videlicet Christus[d]. Sensus, Denuncia hâc prædictione tuâ, loco ordinis Regalis & magnificentiæ successuram horrendam ἀταξίαν & confusionem in tota Judæa, ac fore ut sursum deorsum ferantur omnia rapiantúrque judicio Dei, denique ut horreat tota infestante manu Dei & opprimente ipsam*. [Alii totum sic reddunt;] *Nonne hæc* (nempe, vel, 1. corona[f]; vel, 2. manus Nabuchodonosoris[g];) *est quæ humilem* (i. e. vel, Jechoniam; vel, eum qui humiliari debebat[h];) *sublevavit*, (cùm tibi homini invalido à Nabuchodonosoro imponeretur[i],) *& sublimem* (i. e. vel, 1. te, ô Sedecia, cùm in sublimi gradu esses; vel, 2. eum quem sublimari oportebat[k]: q. d. quæ corona nihil justè fecit[l]:) *humiliavit?* Vulg. vel, *humiliabit?* G. causa erit cur deprimaris[m]? —*tolluntur in altum, Ut lapsu graviore ruant*[n].

27. *Iniquitatem*, &c. עַוָּה וגו' אֲשִׂימֶנָּה] *Perversam, perversam, perversam* (vel, *Obliquam*, &c. Ti. G. quasi non sit in sua rectitudine, h. e. in suo ac debito statu & splendore[o]. *Subversionem*, &c. P. *Perversionem*, &c. Q. in V. *Ad nihilum*, &c. Ca.) *ponam* (vel, *reddam*, JT. Pi. *redigam*, Ca.) *eam*, Mo. M. &c. scil. coronam[p]. q. d. Efficiam ut hæc dignitas Regia longo tempore imminuatur, nempe usque ad quartam generationem; in qua reversa est ad priorem dignitatem[q]. Cidarim versam in tiaram, nempe in capite Jechoniæ in Babylonia, ut sit inter Regulos Regni Chaldaici, 2 Reg. 25. 27, 28. Persarum (qui multa à Chaldæis hausêre) Reges habebant pileum rectum, satrapæ inflexum. Testis Herodotus. Illud *cidaris*, hoc *tiara*, vocabatur. Vide Hesychium & Etymologicum magnum[r]. *Curvitatem*, vel *Obliquitatem*,—*ponam eam*; i. e. Efficiam ut ex recta tiara (quæ Regum erat,) fiat *incurva*, quæ erat privatorum: i. e. Regem in ordinem redigam, & Regiam dignitatem Judæis adimam, idque sensim & gradatim†. Coronam, sive Regnum, ego prorsus ad nihilum redigam[t]: id enim significat tertiatum verbum: eadémque est sententia quæ suprà, *sceptrum omne lignum repudiat*: sed id nondum fiet. Licèt enim Babylonis Rex vos servitute premat, redibit tamen Regnum post captivitatem, ut non sublatum, sed interpellatum, esse videatur: nè me putetis idem verbum ter ponentem de hac interpellatione loqui. Sed id fiet *cùm venerit is*, &c[v]. *Distortam*,—*ponam eam*, ut, post Sedeciam scilicet, nullius capiti conveniat[x]. Al. *Iniquitatem*,—*ponam eam*, ο'. Vulg. i. e. Iniquitatem ejus magnam & multiplicem omnibus ostendam[y]: vel, *ponam id*, Ar. *Etiam hoc sceleri & fraudi ascribam*, Sy. ¶ *Et hoc*, &c. גַּם זֹאת לֹא הָיָה עַד בֹּא אֲשֶׁר לוֹ הַמִּשְׁפָּט וּנְתַתִּיו] *Etiam* (vel, *Et quidem*, M. *Imò*, Pi.) *hoc* (vel, *hæc*, M. Ti. JT. Pi.) *non fuit*, Mo. P. M. Ti. (i. e. non accidit, non evenit: q. d. Hæc dignitas Regia non fuit usque adeò imminuta[z]. Vel, *non erit*, Pi. sic JT. i. e. Rex è tribu Judæ non erit[a]. Al. *Non erit talis*, nempe tiara, in domo Davidica†. *Id quod tamen futurum non est*, Ca. [Vide prolata ex Ca. ad præcedens membrum.] *Etiam huic*, nimirum coronæ & cidari, *non est*, scil. dominus vel Rex futurus qui obtineat eam; nam istorum non est jus obtinendi eam, cùm à promissionibus anteactis defecerint[b].) *usque venire cui ei judicium, & tradam eam*, Mo. vel, *donec is veniat cui jure convenit*, Ti. sim. G. (vel, *cujus* est, sive erat, sive erit, *judicium*, P. M. Ca. vel, *jus ipsum*, JT. vel, *cuijus* est, scil. gestandi coronam, h. e. jus Regni[c]: *ad*

quem

n Pi. o V. sim. G. Pi. &c. p V. q V. sim. Jun. r Pol. † V. t Ca. v G. sim. M. Ca. Pi. x G. y Pol. z Jun. a Jun. b Ca. sim. Pi. c V. d Jun. sim. Glas. gram. 3. 1. 43. 164. * Jun. f Pi. g Ca. h Pi. i Q. in Jun. k Pol. ex Jun. sim. Glas. gram. 33. 269. l Jun. m Glas. ib. n V. sic M. et K. o V. p M. q Ca. r V. † G. t Jun. v Idem. x M. y Pi.

z V. a Ca. b V. sim. Pi. Glas. gram. p. 269. c V. sim. Pi. Glas. &c. d Ca. * Jun. f Me. T. g Q. in Mar. h Me. i G. k Me. l Me. ex Hi. m G. sim. Me. n G. o Q. in V. p Pi. q V. r G. † T. t Ca. Pol. v Ca. x Mar. y La. z V. a Pi. † G. b Jun. c Pi.

quem pertinet judicium, Sy. cui debetur, ο'. qui venturus est, Ar. vel, cui competebat justo Dei judicio exercere judicium in Israelem [d] :) huic tradam eam, Ti. vel, & ei tradidi, M. & traderem illud in manus ejus, P. & tradidi illud, JT. nempe cui tradidi illud, nempe jus * : quem ego dabo, Ca. & tradam ei, G. ο'. sim. Sy. Ar. nempe tiaram [f]. Hoc autem exponunt, 1. de Nabuchodonosoro [g] ; quem judicii & ultionis suæ administrum fecit Deus [h]. 2. De Zorobabele [i]. Non placet. 1. Is ducis tantùm, non Regis, munere functus est. 2. Complendum hoc erat sensim, ac per varios gradus, ideóque necesse erat longum tempus & varias vicissitudines intervenire; quum inter Sedeciam & Zorobabelem exiguum tempus erat, &c [k]. 3. De Christo [l]; qui solus fuit legitimus Regni Davidici hæres*; usque ad cujus adventum sceptrum Judæorum, quantumvìs sæpius confractum penitùs videretur, conservatum fuit, ut illi traderetur. Vide Gen. 49. 10 [m]. Est autem h. l. elegantissima Christi periphrasis: is cujus est jus, obtinendi Regni, quia Deus est & Creator omnium; &, cui dedit Pater, qui eum vocatione suâ hæredem omnium constituit [n]. Porrò, à temporibus deportationis usque ad Christum nulla erat apud Judæos Regia dignitas [o]. Objicies, Reges fuisse ex Maccabæis. Resp. 1. Illi de tribu Juda non erant, nisi fortè ex genere materno: Paternum autem genus nomen dat & familiam, non maternum. Resp. 2. Illi non erant Reges, sed Duces tantùm & Principes. Inst. At Josephus Aristobulum, Hircanum, Alexandrum, Reges vocat, & post eum alii. Resp. Non erant Reges legitimi, vel successione, sive jure hæreditario, cùm non essent ex Regia tribu ; vel, electione populi; vel, ab aliquo qui jus habebat Regni aut tribuendi aut confirmandi : sed sibiipsis assumpserunt diadema, aut vi, aut astu. De quo vide Jo. Antiq. 13.19. &c. & Egesip. 1.2 [p].

28. *Et tu——propheta*] Novum hîc caput inchoari debuit [q]. Reliqua pars capitis est παρέργον quoddam auctarium, ad interpretationem illius dicti suprà v.19,20. Cùm enim indè Judæi materiam sumerent aut invidentiæ in Ammonitas, aut expostulationis cum Deo, quasi duriùs cum ipsis quam cum aliis ageret; aut Ammonitæ materiam gratulationis & gloriationis, quòd à metu suo liberarentur : ut utrisque ansam illam præriperet, denunciat hîc judicia Dei in Hammonitas [r]. ¶ *Ad filios Ammon, & ad*, &c. [אֶל וגו׳ וְאֶל חֶרְפָּתָם] *Ad (super, V.) filios Ammon* (vel, *de Ammonitis*, JT. Pi.) & *opprobrium* (vel, *de probro*, sive *opprobrio*, JT. Pi. *de ignominia*, V. *de opprobriis*, Sy. Ch. sim. Ar. *de exprobrationibus*, G.) *eorum*, P. &c. *Probrum* hîc activè sumitur †, quo scilicet affecerunt Israelem cùm affligeretur [t]. Nam Ammonitæ, Chaldæorum socii, irrisêre Judæos cùm malè haberentur. Vide Jer. 49.1. infrà 25.6. Soph. 2.8 [v]. Exprobrabant Judæis Deum illorum quasi imbellem, nec potentem Chaldæis resistere [x]. ¶ *Mucro, mucro*] Verba repetita ex superioribus, vers. 9, 15 [y]. Heb. *Gladius, gladius*, i. e. multiplex gladius, quo scilicet percussi Israelem [z]. *Gladium* vocat totum instrumentum & apparatum judiciorum Dei [a]. ¶ *Evagina te*, [פְּתוּחָה] *Districtus est*, JT. Pi. i. e. è vagina eductus [b]. Heb. *apertus*, Pi. ¶ *Lima*, &c. [מְרוּטָה לְהָכִיל לְמַעַן בָּרָק] *Extersus est ad consumendum*, vel *ut consumat*, Ch. JT. Pi. P. M. Ti. (vel, *ut devoret*, ab אָכַל [c] : vel, *ad sustinendum*, Mo. Q. in V. vel, *ut ferre possit*, i. e. ut sufficiat multis interficiendis, à כּוּל [d] : vel, *ad conficiendum*, Ca. *ad excidium*, Ar. sim. ο'.) *propter fulgur*, Mo. vel, *propter fulgorem*, P. *propterea quòd* sit ei *fulgor*, ad terrendos hostes scilicet*: *atque ob id habet fulgur*, M. & *in hoc splendet*, Ti. politus *ut fulgeat*, Ca. extersus est *ut coruscet*, Pi. extersus *propter coruscationem*, JT. id est, ut eo tanquam fulgure Hammonitæ pessundentur repentino casu [f]. Hæc clades Ammonitis evenit quinquennio post eversa Hierosolyma, ut diximus ad Jer. 48.1. nempe, quia Ammonitarum ope suffultus Ismael contra voluntatem Babylonii principatum Judææ invaserat, 2 Reg. 25.25. Jerem. 41. 15 [g].

29. *Cùm*, &c. [בַּחֲזוֹת וגו׳] *Cùm*, vel *Dum*, (vel, *Interim dum*, P.) *vident*, vel *viderint*, (vel, *prospiciunt*, M. *contemplantur*, Ti. scilicet divini tui [h]: vel, *Dum prædicantur*, Ca. Heb. *In videndo*, Mo.) *tibi vanum*, sive *vanitatem*, sive *vana*, *cùm*, vel *dum*, (vel, & *cùm*, M.) *divinant*, vel *divinârint*, (vel, *divinantur*, Ca.) *tibi mendacium*, Pi. V. &c. vel, *falsa*, Ca. Alloquitur Ammonitas [i], h. e. Dum tibi vanæ prophetiæ afferuntur [k]. q.d. Cùm vixeritis in maximo otio & summa securitate animi [l], interim scilicet paratur gladius [m], tunc puniemini vos propter peccata vestra, ut Israel punitus est propter sua [n]. ¶ *Ut*, &c. [לָתֵת אוֹתָךְ אֶל צַוְּארֵי חַלְלֵי רְשָׁעִים] *Ad dandum* (vel, *Ut ponant*, M. Ti. Pi. vel, *Applicando*, JT. vel, *Adhibendo*, Jun. *Ut dent* gladio, P. *Ut tradam*, Ar. *Ut applicarem*, Sy.) *te* (vel, *Ut dareris*, ο'.) *ad*, vel *in*, *colla*, sive *cervices*, (vel, *cum collo*, P. *cum cervicibus*, G. M. Ti. *cervicibus*, Sy. *super colla*, ο'. Ar.) *vulneratorum* (vel, *interfectorum*, P. M. *confossorum*, JT. sic Pi. *prophanorum*, Ti. G. *peccatorum*, Sy.) *impiorum*, Mo. P. M. &c. vel, *ab improbis*, JT. Pi. Posterior genitivus est efficientis; h.e. Judæorum qui confossi sunt à Chaldæis. Sensus, Ut excitent in te gaudium ex oppressione Judæorum à Chaldæis, quasi tibi non sit eadem oppressio eventura; non secùs ac si colla eorum calcares [o]. Duo Ammonitis hoc versu exprobrat : 1. impietatem, quòd *visa vanitatis viderint*, &c. [membro præced.] i. e. quòd, vero cultu Dei omisso, se in omni impietate & operibus impietatis occupaverint ; 2. inhumanitatem, quòd miseros miseriis accumularent, in confossos ab improbis irruerent, adeóque in collum ipsorum, tanquam cervices eorum prementes pede, & miseris insultantes [p]. Al. *Ut ponare cum cervicibus damnatorum rei capitalis*, i. e. puniaris ut Sedecias [q]. *Ut ponat te cum collis profanorum impiorum*, i. e. Ut te tractet sicut Judæi, qui priores perfidi fuerunt, tractati sunt. Verba repetit ex superioribus v. 25 [r]. ¶ *Quorum*, &c. [אֲשֶׁר בָּא וגו׳] *Quorum advenit dies tempore iniquitatis terminatæ*, i. e. eo ipso tempore quo Deus finem istius gentis iniquitatibus indicturus est: h. e. Quos jam castigat Deus & ultimo supplicio afficit propter improbitatem ipsorum. q. d. Istis hominibus non fuit satis quòd Judæos tam graviter flagellârat Deus, nisi ipsi calamitates adderent, &c †. Al. *Cùm dies ultimus adveniet in tempore opportuno ad pœnam*, ut suprà 25. unde hoc transumptum est. In re pari paria verba [t].

30. *Revertere*, &c. [הָשֵׁב אֶל תַּעְרָהּ] *Reducendum* (vel, *Reducámne*, M. Numquid *reducam* gladium, P. Infinit. pro fut. & legendum cum interrogatione, sive admiratione [v].) *ad*, vel *in*, *vaginam suam?* Mo. M. P. [Alii sine interrogatione legunt.] *Redeundum est ad*, &c. Ti. *Scilicet referetur*, &c. Ca. *Repone*, vel *Reduc*, (sub. *gladium*, JT. Pi. & sub. *tuum*, Pi.) *in*, &c. JT. Pi. i. e. Noli resistere Chaldæis, quia nihil proficies [x]. q. d. Hoc meo mandato ità inhibetor, & viribus destitutus sis, ut nihil deinceps possis efficere eorum quæ hactenus cogitâsti & perpetrâsti. Hæc inhibitio unâ specie figuratur, *Repone*, &c [y]. Al. Tu, ô gladie, i. e. Chaldæe, postquam hoc exsecutus fueris, volo domum redeas : ibi te inveniam [z]. Scribitur הָשֵׁב, pro הָשִׁיב, vel הֲשֵׁב †. ¶ *In loco in quo creatus es*, (vel, *procreata fuisti*, JT.) *in terra*, &c. [בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ וגו׳] *In terra mansionum* (vel, *habitationum*, P. M. *venarum*, Ti. *conversationum*, JT. *negotiationum*, Pi.) *tuarum*, Mo. vel, *originis tuæ*, Ca. *in terra propria tua*, ο'. Domi tuæ [a]. In loco in quo videmini creati, & in quo semper habitâstis [b]. In patria tua [c], & natali solo [d], in quo teipsam videris optimè constabilivisse & confirmâsse tuis artibus & negotiationibus *.

31. *In*, &c. [בְּאֵשׁ וגו׳ אָפִיחַ עָלַיִךְ] *Ignem* (vel, *Igne*, JT. Pi.) *furoris mei* (i. e. Furorem similem igni [f]) *sufflabo* (vel, *efflans*, JT. *flabo*, Pi.) *in te*, P. sim. V. i. e. Succendam, ut sufflant ignem ad succendendum eum [g]. Metaphora ab incendio & conflagratione publica [h]. [Hi ad Ammonitas referunt; alii autem ad Chaldæos:] q.d. O mucro, [i.e. O gladie mi, Chaldæe,] in fornace quasi ignita, & sufflando accensa, exuram & consumam te [i]. ¶ *Dabóque te in manus hominum insipientium*; sic Mo P. &c. [בּוֹעֲרִים] *Barbarorum*, ο'. Ar. Ti. *ferocium*, Sy. *brutorum*, ut Psal. 94. 8. Verùm ibi ponitur absolutè, tanquam substantivum; hîc, tanquam adjectivum [k]. Al *insanientium*, ut de Capaneo dicit Papinius [l]. *Impiorum*, Ch. *temerariorum*, Q. in V. vel, *urentium*, i.e. perdentium omnia *: vel, *ardentium*, JT. Pi. velut fusorum metal-

[Marginal notes, left column: d V. — * Pi. — f G. — g V.L.Mc. — h Mc. — i G. Polyc. in Pra. — k Pra. — l Jun. Pi. V.Ca.Tra. San.T. ex Hi. — *Pra. — m V. sim. Ca. — n Jun. — o Jun. sim. San. — p San. — q G. — r Jun. — † Idem. — t V. sim. Jun. Pi. — v G. — x T. ex Me. — y G. — z V. — a Jun. — b Jun. Pi. — c V. — d Idem. — * Idem. — f Jun. — g G. — h Pi. M.]

[Line numbers, right column: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

[Marginal notes, right column: i Ca. sim. G. — k G. sim. V. — l V. — m G. — n V. — o Pi. — p Jun. — q Ca. — r G. — † Jun. — t G. — v V. ex Hi. — x Pi. — y Jun. — z G. — † Pi. — a Idem. — b V. — c Pi. — d Jun. Pi. — * Jun. — f V. — g Idem. — h Jun. — i T. ex Me. La. ex Hi. — k Pi. — l G. — * Q. in V.]

metallicorum, qui instrumenta corruptionis sive vast a tionis in ferrariis suis officinis ad summum fornacis æstum occupant. q. d. Puniam te, tum immediatè, tum etiam mediatè per Chaldæos, tanquam fusores ferrarios[m]. Vel, *ardentium*, irâ scilicet[n]. ¶ *Et*, &c. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית] *Artificum*, vel, *qui artifices sunt*, (vel, *fabricatorum*, i. e. peritorum[o],) *perditionis*, JT. Pi. M. sim. Mo. P. &c. vel, *vastationis*, Sy. Ti. *ad dissipandum*, Ch. [Ca. locum sic reddit, *Et insanis hominibus perdendi artificibus dedam.*]

32. *Igni eris cibus*, לְאָכְלָה] *Ad comedendum*, activè, i.e. ut comedat te. ה hîc est paragogicum[p]. Absumêris incendio[q]. ¶ *Sanguis tuus erit* (vel, *fluet*, Pi.) *in medio terræ*] Ità Mo. Ubique per terram fusus apparebit[r]. Peribis gladio †, vel cæde cruentâ[t]. Palàm, audacter, inverecundè, sine respectu, sine misericordia trucidaberis, neque ullus erit qui cadaver tuum sepeliat, sed in sanguine tuo & sanie computrescces sub dio[v]. ¶ *Oblivioni traderis*] Diu scilicet. Vide de hac re Esa. 47. Jer. 50. 21. Ezec. 17. 24[x]. Peribit tui memoria[y]. Nemo te planget, cadaver inferet, vel mausolæum tibi excitabit: q. d. Nomen tuum & fama tua cum vita exstinguetur[z].

CAP. XXII.

2. NOnne judicas civitatem sanguinum?] i. e. Hierosolymam[a], quæ sanguinem effundit innoxium[b], Prophetarum & justorum[c]. Injustitiam synecdochicè designat sub una specie, homicidii scilicet. Crimen amplificat, quòd factum erat in civitate, & quidem illa quam Deus sibi sanctificaverat; non ruri aut in desertis[d]. ¶ הֲתִשְׁפּוֹט וגו'] *An excusabis*, &c? Pi. *An causam ageres civitatis sanguinariæ?* ut suprà 20. 4 *. [ubi dicta vide.] Interdictum est, quo Deus ostendit non esse cur Propheta sit ampliùs solicitus de hoc populo†. *Numquid corripies*, &c? V. ex Ch. q. d. Auderésne eam carpere, nisi à me mittereris & adjuvareris? Minimè[f]. *Nonne judicabis*, &c? i. e. Hoc est munus propheticum, ut eos arguas & reprehendas, nec conniveas ad crimina quæ vides[g]. Quid cessas eam corripere[h]? ¶ *Et*, &c. וְהוֹדַעְתָּהּ וגו'] *Quin* (vel, *Imò*, JT. *Quin potiùs*, Pi.) *ostende ei omnia scelera ipsius*, G. nempe, singularia illius temporis[i].

3. *Effundens sanguinem——ut*, &c. לָבוֹא עִתָּהּ] *Ad venturum tempus*, JT. *ut veniat tempus suum*, Ca. Ar. vel, *tempus ejus*, P. M. Pi. i. e. supplicii ejus †; vel, desolationis[k]. Ut sibi pœnam accersat celerem. Hîc *ut* est ἐκβατικὸν, (*eventum indicans.*) Confer quod sequitur v. 4[l]. ¶ *Quæ fecit idola contra*, &c. עָלֶיהָ] *Apud se*, M. JT. Pi. *juxta se*, vel *supra se*, i. e. in collibus adjacentibus illi[m]. *Inter se*, Sy. *contra se*, Ti. sic o'. Ar. Mo. Ca. Jun. i. e. malo suo maximo[n]. ¶ *Ut*, &c. לְטָמְאָה] *Ut pollueretur*, vel *pollueret se*, M. P. Ti. Pi. *ad impurandum se*, JT. vel, *ad impuritatem*: id quod metalepticè accipio, q. d. ut, in sua ipsorum impuritate deprehensi, tanquam impuri castigentur[o].

4. *In sanguine tuo*] i. e. Quem fudisti[p]. ¶ *Deliquisti*; ità Mo. P. M. Ti. אָשַׁמְתְּ] *Rea facta es*, Pi. sim. JT. G. ¶ *Appropinquare fecisti dies tuos*] i. e. Tuæ ultioni destinatos à Deo[q]. Vel, *dies interitûs tui*, Ch. Tempus captivitatis & desolationis tuæ[r]. Multiplicando scelera fecisti ut citiùs te punirem quàm decreveram †. Acceleràsti dies tuos, & quasi abrupisti cursum tolerantis Dei[t]. ¶ *Adduxisti*, &c. וַתָּבוֹא וגו'] *Et pervenisti ad annos tuos*, M. JT. Pi. &c. id est, tempus à me præstitutum[v], quo ducaris in captivitatem[x]. Scelera tua venerunt ad justam ætatem, quâ rationes cum ipsis ineam[y]. ¶ *Dedi te opprobrium gentibus*] Quæ te irridebunt, & tibi insultabunt[z]. q. d. Gravissimis te judiciis afficiam, ut ludibrio probróque sis apud homines, &c[a].

5. *Sordida*, &c. טְמֵאַת הַשֵּׁם רַבַּת הַמְּהוּמָה] *Polluta* (vel, *sordidam*, P. *pollutam*, V. Ch. & *pollutam*, Ca. *quod polluta es*, M. Ti. *O polluta*, Pi. Dicentes, *O sordida*, Ti.) *nomine*, Mo. M. &c. (vel, *famâ*, V. Al. *O infamis*, JT. G.) *multa contritionis*, Mo. P. V. i. e. quæ multa mala perpessa es[b]: vel, *& in magna calamitate*, M. *idque cum multa turba*, Ti. *& turbis insignem*, Ca. *copiosa divexatione*, JT. vel, *agitatione*, Jun. *repleta tumultuatione*, Pi. *cujus tumultus sunt multi*, Ch. *multa in iniquitatibus*, o'. sim. Sy. Ar. *quæ multos occidisti*. הָמַם sæpe à Vulgato vertitur, *occidere*[c].

6. *Principes Israel*] Hos primùm accusat, v. 6, 7. sacerdotes, v. 8. populum, v. 9. & seq[d]. ¶ *Singuli*, &c. אִישׁ לִזְרֹעוֹ] *Unusquisque*, vel *singuli*, *secundùm brachium suum*, Mo. P. Pi. vel, *in*, sive *pro*, *robore*, sive *brachio*, *suo*, V. sic Ch. *pro virili suo*, M. Ti. sim. Ca. vel, *ad cognatos suos*, o'. Legerunt זַרְעוֹ, *consanguineis suis contrarii erant*, quos Hebræi זֶרַע vocant, ut & בָּשָׂר; idque firmant sequentia *. *Pro brachio cujusque*, JT. Confer Psalm. 83. 9. ubi Assyrios narrat fuisse brachium Hammonitis, pro eo quod est, duxisse & confirmâsse in malo[f]. ¶ *Fuerunt*, &c. הָיוּ בָךְ לְמַעַן וגו'] *Fuerunt* (vel, *sunt*, Sy. JT.) *in te*, Mo. P. M. Ti. &c. (sub. *malè agentes*, M.) *ut* (vel, in hoc *ut*, Ti.) *effunderent sanguinem*, P. M. Ti. &c. Dederunt operam ut effunderent, &c[g]. Al. *egerunt tecum ut effunderent*, &c. Pi. *in eo fuerunt ut*, &c. Ca. *miscuerunt se in te, ut*, &c. o'. *intra te convenerunt*, &c. Ar.

7. *Patrem*, &c.] Filii contempserunt patres, &c. in quo eos confirmâsse dicuntur Principes h. l. ut sacerdotes Matt. 15. 5, 6[h]. ¶ *In te*] Sub. *qui habitant*; h. e. cives tui[i].

8. *Sanctuaria* (vel, *Sancta*, sive *Sanctificata*, V. Pi. &c. i. e. Res mihi sanctificatas, ut oblationes, &c[k].) *mea sprevistis*] i. e. Profanâsti cultu idolorum[l]. Victimas mihi sacratas aut claudas, aut vitiosas, aut furto ablatas, contra Legis præceptum, mihi offers[m].

9. *Viri*, &c. אַנְשֵׁי רָכִיל] *Viri delationis*, vel *delatores*, Mo. M. V. vel, *detrectatores*, JT. vel, *calumniatores*, Ch. sic Ca. vel, *latrones*, o'. Ar. vel, *mercatores*, Sy. vel, *dolosi*, Ti. sim. P. Falsi testes, qui pecuniâ corrupti innocentes evertunt, &c[n]. ¶ *Super montes*, &c.] In quibus scilicet sacrificaverunt idolis, comederunt idolothyta cives tui[o]. Confer Ezec. 18. 6, 11[p].

10. *Verecundiora* (vel, *Nuditatem*, JT. Pi. &c.) *patris discooperuerunt*] Hebr. *discooperuit*. Sing. num. dixit, quòd pauciores fuerint[q]. Filii cum novercis rem habuerunt[r], more Arabum†. ¶ *Immunditiam*, &c. טְמֵאַת הַנִּדָּה עִנּוּ] *Immundam* (vel, Et *pollutam*, M. Ti.) *menstruo*, vel *menstruis*, (vel, *elongatione*, Mo. vel, *ex separatione*, JT. Pi.) *humiliârunt*, Ti. vel, *oppresserunt*, V. G. Ità עִנָּה sumi diximus ad Deut. 21. 14[t]. *Comprimunt*, vel *compresserunt*, V. Mo. JT. Pi. q. d. Vim attulerunt virgini aut mulieri nolenti[v]. Oppresserunt virgines ipso tempore quo purgabantur[x]. Immundam fluxu menstruo oppresserunt in te libidinis causâ: quod tanquam nefarium lege prohibitum erat, Levit. 18. 19. & 20. 18[y]. Quod Dei præceptum justâ ratione nititur. Dici enim vix queat quid labis & contagii his inferatur, quid detrimenti, quæ valetudinis incommoda, concipiant, qui fœminam menstruatam amplexantur. Hinc tot monstrosi partus, tot passim mutili, distorti, vari, &c. & tot passim stupidi, bardi, deliri, stolidi: quæ omnia non aliunde quàm ex enormi decubitu & intempestiva Venere proveniunt. Hinc secum quisque expendat quàm sint crudeles in sua pignora qui illa tantis malis involvunt, omnibúsque naturæ dotibus destitutos reddunt. Hæc Lemnius de Occultis mirac. 1. 8[z].

11. *Abominationem*] Nempe adulterium[a]. Fœdissimè illis abusi sunt. Id enim propriè תּוֹעֵבָה. Vide Levit. 18. 22[b]. ¶ *Polluit nefariè*; sim. o'. Ar. Ch. JT. Pi. בְזִמָּה] *In scelere*, Mo. *turpiter*, P. *cum abominatione*, M. V. *fornicatione*, Sy. *incesto*, Ca. *abominando scelere*, Ti. In honorem deorum, ut suprà 9[c]. ¶ *Filiam patris sui*] i. e. Eodem patre genitam, ac germanam[d]: ejusdem familiæ ac nominis. Vide Gen. 20. 12 *. *Patris*: Tacita hîc antithesis; q. d. non autem matris suæ[f].

12. *Munera acceperunt*, &c.] Nempe judices, contra Exod. 23. 8[g]. Quod lege Cornelia de Sicariis punitum apud Romanos, L. 1. §. *Præterea*, D. ad L. Corneliam[h]. ¶ *Usuram*, &c.] V. de Ezec. 18. 8, 13[i]. ¶ *Et*, &c. וַתְּבַצְּעִי

quem pertinet judicium, Sy. cui debetur, ο'. qui venturus est, Ar. vel, cui competebat justo Dei judicio exercere judicium in Israelem [d]:) huic tradam eam, Ti. vel, & ei tradidi, M. & traderem illud in manus ejus, P. & tradidi illud, JT. nempe cui tradidi illud, nempe jus *: quem ego dabo, Ca. & tradam ei, G. ο'. sim. Sy. Ar. nempe tiaram [f]. Hoc autem exponunt, 1. de Nabuchodonosoro [g]; quem judicii & ultionis suæ administrum fecit Deus [h]. 2. De Zorobabele [i]. Non placet. 1. Is ducis tantùm, non Regis, munere functus est. 2. Complendum hoc erat sensim, ac per varios gradus, ideóque necesse erat longum tempus & varias vicissitudines intervenire; quum inter Sedeciam & Zorobabelem exiguum tempus erat, &c [k]. 3. De Christo [l]; qui solus fuit legitimus Regni Davidici hæres*; usque ad cujus adventum sceptrum Judæorum, quantumvis sæpius confractum penitùs videretur, conservatum fuit, ut illi traderetur. Vide Gen. 49. 10 [m]. Est autem h. l. elegantissima Christi periphrasis: *is cujus est jus*, obtinendi Regni, quia Deus est & Creator omnium; &, *cui dedit* Pater, qui eum vocatione suâ hæredem omnium constituit [n]. Porrò, à temporibus deportationis usque ad Christum nulla erat apud Judæos Regia dignitas [o]. Objicies, Reges fuisse ex Maccabæis. Resp. 1. Illi de tribu Juda non erant, nisi fortè ex genere materno: Paternum autem genus nomen dat & familiam, non maternum. Resp. 2. Illi non erant Reges, sed Duces tantùm & Principes. Inst. At Josephus Aristobulum, Hircanum, Alexandrum, *Reges* vocat, & post eum alii. Resp. Non erant Reges legitimi, vel successione, sive jure hæreditario, cùm non essent ex Regia tribu; vel, electione populi; vel, ab aliquo qui jus habebat Regni aut tribuendi aut confirmandi: sed sibiipsis assumpserunt diadema, aut vi, aut astu. De quo vide Jo. Antiq. 13.19. &c. & Egesip. 1.2 [p].

28. *Et tu——propheta*] Novum hìc caput inchoari debuit [q]. Reliqua pars capitis est πάρεργον quoddam auctarium, ad interpretationem illius dicti suprà v.19,20. Cùm enim indè Judæi materiam sumerent aut invidentiæ in Ammonitas, aut expostulationis cum Deo, quasi duriùs cum ipsis quàm cum aliis ageret; aut Ammonitæ materiam gratulationis & gloriationis, quòd à metu suo liberarentur: ut utrisque ansam illam præriperet, denunciat hìc judicia Dei in Hammonitas [r]. ¶ *Ad filios Ammon, & ad*, &c. [אֶל וגו' וְאֶל חֶרְפָּתָם] *Ad* (*super*, V.) *filios Ammon* (vel, *de Ammonitis*, JT. Pi.) & *opprobrium* (vel, *de probro*, sive *opprobrio*, JT. Pi. *de ignominia*, V. *de opprobriis*, Sy. Ch. sim. Ar. *de exprobrationibus*, G.) *eorum*, P. &c. *Probrum* hìc activè sumitur †, quo scilicet affecerunt Israelem cùm affligeretur [t]. Nam Ammonitæ, Chaldæorum socii, irrisêre Judæos cùm malè haberentur. Vide Jer. 49.1. infrà 25.6. Soph. 2.8 [v]. Exprobrabant Judæis Deum illorum quasi imbellem, nec potentem Chaldæis resistere [x]. ¶ *Mucro, mucro*] Verba repetita ex superioribus, vers. 9, 15 [y]. Heb. *Gladius, gladius*, i. e. multiplex gladius, quo scilicet percussi Israelem [z]. *Gladium* vocat totum instrumentum & apparatum judiciorum Dei [a]. ¶ *Evagina te*, [פְּתוּחָה] *Districtus est*, JT. Pi. i. e. è vagina eductus [b]. Heb. *apertus*, Pi. ¶ *Lima*, &c. [מְרוּטָה לְהָכִיל לְמַעַן בָּרָק] *Extersus est ad consumendum*, vel *ut consumat*, Ch. JT. Pi. P. M. Ti. (vel, *ut devoret*, ab אכל [c]; vel, *ad sustinendum*, Mo. Q. in V. vel, *ut ferre possit*, i. e. ut sufficiat multis interficiendis, à כול [d]: vel, *ad conficiendum*, Ca. *ad excidium*, Ar. sim. ο'.) *propter fulgur*, Mo. vel, *propter fulgorem*, P. *propterea quòd* sit ei *fulgor*, ad terrendos hostes scilicet*: *atque ob id habet fulgur*, M. & *in hoc splendet*, Ti. politus *ut fulgeat*, Ca. extersus est *ut coruscet*, Pi. extersus *propter coruscationem*, JT. id est, ut eo tanquam fulgure Hammonitæ pessundentur repentino casu [f]. Hæc clades Ammonitis evenit quinquennio post eversa Hierosolyma, ut diximus ad Jer. 48.1. nempe, quia Ammonitarum ope suffultus Ismael contra voluntatem Babylonii principatum Judææ invaserat, 2 Reg. 25.25. Jerem. 41. 15 [g].

29. *Cùm*, &c. [בַּחֲזוֹת וגו'] *Cùm*, vel *Dum*, (vel, *Interim dum*, P.) *vident*, vel *viderint*, (vel, *prospiciunt*, M. *contemplantur*, Ti. scilicet divini tui [h]: vel, *Dum prædicantur*, Ca. Heb. *In videndo*, Mo.) *tibi vanum*, sive *vanitatem*, sive *vana*, *cùm*, vel *dum*, (vel, & *cùm*, M.) *divinant*, vel *divinârint*, (vel, *divinantur*, Ca.) *tibi mendacium*, Pi. V. &c. vel, *falsa*, Ca. Alloquitur Ammonitas [i]. h. e. Dum tibi vanæ prophetiæ afferuntur [k]. q.d. Cùm vixeritis in maximo otio & summa securitate animi [l], interim scilicet paratur gladius [m], tunc puniemini vos propter peccata vestra, ut Israel punitus est propter sua [n]. ¶ *Ut*, &c. [לָתֵת אוֹתָךְ אֶל צַוְּארֵי חַלְלֵי רְשָׁעִים] *Ad dandum* (vel, *Ut ponant*, M. Ti. Pi. vel, *Applicando*, JT. vel, *Adhibendo*, Jun. *Ut dent* gladio, P. *Ut tradam*, Ar. *Ut applicarem*, Sy.) *te* (vel, *Ut dareris*, ο'.) *ad*, vel *in*, *colla*, sive *cervices*, (vel, *cum collo*, P. *cum cervicibus*, G. M. Ti. *cervicibus*, Sy. *super colla*, ο'. Ar.) *vulneratorum* (vel, *interfectorum*, P. M. *confossorum*, JT. sic Pi. *prophanorum*, Ti. G. *peccatorum*, Sy.) *impiorum*, Mo. P. M. &c. vel, *ab improbis*, JT. Pi. Posterior genitivus est efficientis; h.e. Judæorum qui confossi sunt à Chaldæis. Sensus, Ut excitent in te gaudium ex oppressione Judæorum à Chaldæis, quasi tibi non sit eadem oppressio eventura; non secùs acsi colla eorum calcares [o]. Duo Ammonitis hoc versu exprobrat: 1. impietatem, quòd *visa vanitatis viderint*, &c. [membro præced.] i. e. quòd, vero cultu Dei omisso, se in omni impietate & operibus impietatis occupaverint; 2. inhumanitatem, quòd miseros miseriis accumularent, in confossos ab improbis irruerent, adeóque in collum ipsorum, tanquam cervices eorum prementes pede, & miseris insultantes [p]. Al. *Ut ponare cum cervicibus damnatorum rei capitalis*, i. e. puniaris ut Sedecias [q]. *Ut ponat te cum collis profanorum impiorum*, i. e. Ut te tractet sicut Judæi, qui priores perfidi fuerunt, tractati sunt. Verba repetit ex superioribus v. 25 [r]. ¶ *Quorum*, &c. [אֲשֶׁר בָּא וגו'] *Quorum advenit dies tempore iniquitatis terminatæ*, i. e. eo ipso tempore quo Deus finem istius gentis iniquitatibus indicturus est: h. e. Quos jam castigat Deus & ultimo supplicio afficit propter improbitatem ipsorum: q. d. Istis hominibus non fuit satis quòd Judæos tam graviter flagellârat Deus, nisi ipsi calamitates adderent, &c †. Al. *Cùm dies ultimus adveniet in tempore opportuno ad pœnam*, ut suprà 25. unde hoc transumptum est. In re pari paria verba [t].

30. *Revertere*, &c. [הָשֵׁב אֶל תַּעְרָהּ] *Reducendum* (vel, *Reducâmne*, M. Numquid *reducam* gladium, P. Infinit. pro fut. & legendum cum interrogatione, sive admiratione [v].) *ad*, vel *in*, *vaginam suam?* Mo. M. P. [Alii sine interrogatione legunt.] *Redeundum est ad*, &c. Ti. *Scilicet referetur*, &c. Ca. *Repone*, vel *Reduc*, (sub. *gladium*, JT. Pi. & sub. *tuum*, Pi.) *in*, &c. JT. Pi. i. e. Noli resistere Chaldæis, quia nihil proficies [x]. q. d. Hoc meo mandato ità inhibetor, & viribus destitutus sis, ut nihil deinceps possis efficere eorum quæ hactenus cogitâsti & perpetrâsti. Hæc inhibitio unâ specie figuratur, *Repone*, &c [y]. Al. Tu, ô gladie, i. e. Chaldæe, postquam hoc exsecutus fueris, volo domum redeas: ibi te inveniam [z]. Scribitur הָשֵׁב, pro הָשִׁיב, vel הָשֵׁב †. ¶ *In loco in quo creatus es*, (vel, *procreata fuisti*, JT.) *in terra*, &c. [בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ וגו'] *In terra mansionum* (vel, *habitationum*, P. M. *venarum*, Ti. *conversationum*, JT. *negotiationum*, Pi.) *tuarum*, Mo. vel, *originis tuæ*, Ca. *in terra propria tua*, ο'. Domi tuæ [a]. In loco in quo videmini creati, & in quo semper habitâstis [b]. In patria tua [c], & natali solo [d], in quo teipsam videris optimè constabilivisse & confirmâsse tuis artibus & negotiationibus *.

31. *In*, &c. [בְּאֵשׁ וגו' אָפִיחַ עָלַיִךְ] *Ignem* (vel, *Igne*, JT. Pi.) *furoris mei* (i. e. Furoris similem igni [f]) *sufflabo* (vel, *efflans*, JT. *flabo*, Pi.) *in te*, P. sim. V. i. e. Succendam, ut sufflant ignem ad succendendum eum [g]. Metaphora ab incendio & conflagratione publica [h]. [Hi ad Ammonitas referunt; alii autem ad Chaldæos:] q.d. O mucro, [i.e. O gladie mi, Chaldæe,] in fornace quasi ignita, & sufflando accensa, exuram & consumam te [i]. ¶ *Dabóque te in manus hominum insipientium*; sic Mo. P. &c. [בֹּעֲרִים] *Barbarorum*, ο'. Ar. Ti. *ferocium*, Sy. *brutorum*, ut Psal. 94. 8. Verùm ibi ponitur absolutè, tanquam substantivum; hìc, tanquam adjectivum [k]. Al *insanientium*, ut de Capaneo dicit Papinius [l]. *Impiorum*, Ch. *temerariorum*, Q. in V. vel, *urentium*, i.e. perdentium omnia *: vel, *ardentium*, JT. Pi. velut fusorum metal-

[d] V. [*] Pi. [f] G. [g] V.L.Mc. [h] Mc. [i] G. Polyc. in Pra. [k] Pra. [l] Jun. Pi. V. Ca. Tra. San. T. ex Hi. [*] Pra. [m] V. sim. Ca. [n] Jun. [o] Jun. sim. San. [p] San. [q] G. [r] Jun. [†] Idem. [t] V. sim. Jun. Pi. [v] G. [x] T. ex Me. [y] G. [z] V. [a] Jun. [b] Jun. Pi. [c] V. [d] Idem. [*] Idem. [f] Jun. [g] G. [h] Pi. M.

[i] Ca. sim. G. [l] G. sim. V. [m] V. [n] G. [n] V. [o] Pi. [p] Jun. [q] Ca. [r] G. [†] Jun. [t] G. [v] V. ex Hi. [x] Pi. [y] Jun. [z] G. [†] Pi. [a] Idem. [b] V. [c] Ti. [d] Jun. Pi. [*] Jun. [f] V. [g] Idem. [h] Jun. [i] T. ex Me. La. ex Hi. [k] Pi. [l] G. [*] Q. in V.

metallicorum, qui instrumenta corruptionis sive vast a tionis in ferrariis suis officinis ad summum fornacis æstum occupant. q. d. Puniam te, tum immediatè, tum etiam mediatè per Chaldæos, tanquam fusores ferrarios [m]. Vel, *ardentium*, irâ scilicet [n]. ¶ *Et*, &c. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית] *Artificum*, vel, *qui artifices sunt*, (vel, *fabricatorum*, i. e. peritorum [o],) *perditionis*, JT. Pi. M. sim. Mo. P. &c. vel, *vastationis*, Sy. Ti. *ad dissipandum*, Ch. [Ca. locum sic reddit, *Et insanis hominibus perdendi artificibus dedam*.]

32. *Igni eris cibus*, לְאָכְלָה] *Ad comedendum*, activè, i.e. ut comedat te. ה hîc est paragogicum [p]. Absumêris incendio [q]. ¶ *Sanguis tuus erit* (vel, *fluet*, Pi.) *in medio terræ*] Ità Mo. Ubique per terram fusus apparebit [r]. Peribis gladio †, vel cæde cruentâ [t]. Palàm, audacter, inverecundè, sine respectu, sine misericordia trucidaberis, neque ullus erit qui cadaver tuum sepeliat, sed in sanguine tuo & sanie computrescces sub dio [v]. ¶ *Oblivioni traderis*] Diu scilicet. Vide de hac re Esa. 47. Jer. 50. 21. Ezec. 17. 24 [x]. Peribit tui memoria [y]. Nemo te planget, cadaver inferet, vel mausolæum tibi excitabit: q. d. Nomen tuum & fama tua cum vita exstinguetur [z].

CAP. XXII.

2. *Nonne judicas civitatem sanguinum?*] i. e. Hierosolymam [a], quæ sanguinem effundit innoxium [b], Prophetarum & justorum [c]. Injustitiam synecdochicè designat sub una specie, homicidii scilicet. Crimen amplificat, quòd factum erat in civitate, & quidem illa quam Deus sibi sanctificaverat; non ruri aut in desertis [d]. ¶ הֲתִשְׁפֹּט וגו'] *An excusabis*, &c? Pi. *An causam ageres civitatis sanguinariæ?* ut suprà 20. 4 *. [ubi dicta vide.] Interdictum est, quo Deus ostendit non esse cur Propheta sit ampliùs solicitus de hoc populo †. *Numquid corripies*, &c? V. ex Ch. q. d. Auderésne eam carpere, nisi à me mitteris & adjuvareris? Minimé [f]. *Nonne judicabis*, &c? i. e. Hoc est munus propheticum, ut eos arguas & reprehendas, nec conniveas ad crimina quæ vides [g]. Quid cessas eam corripere [h]? ¶ *Et*, &c. וְהוֹדַעְתָּהּ וגו'] *Quin* (vel, *Imo*, JT. *Quin potiùs*, Pi.) *ostende ei omnia scelera ipsius*, G. nempe, singularia illius temporis [i].

3. *Effundens sanguinem*——*ut*, &c. לָבוֹא עִתָּהּ] *Ad venturum tempus*, JT. *ut veniat tempus suum*, Ca. Ar. vel, *tempus ejus*, P. M. Pi. i. e. supplicii ejus †; vel, desolationis [k]. Ut sibi pœnam accersat celerem. Hîc *ut* est ἐκβατικὸν, (*eventum indicans.*) Confer quod sequitur v. 4 [l]. ¶ *Quæ fecit idola contra*, &c. עָלֶיהָ] *Apud se*, M. JT. Pi. *juxta se*, vel *supra se*, i. e. in collibus adjacentibus illi [m]. *Inter se*, Sy. *contra se*, Ti. sic o'. Ar. Mo. Ca. Jun. i.e. malo suo maximo [n]. ¶ *Ut*, &c. לְטָמְאָה] *Ut pollueretur*, vel *pollueret se*, M. P. Ti. Pi. *ad impurandum se*, JT. vel, *ad impuritatem*: id quod metalepticè accipio, q. d. ut, in sua ipsorum impuritate deprehensi, tanquam impuri castigentur [o].

4. *In sanguine tuo*] i. e. Quem fudisti [p]. ¶ *Deliquisti*; ità Mo. P. M. Ti. אָשַׁמְתְּ] *Rea facta es*, Pi. sim. JT. G. ¶ *Appropinquare fecisti dies tuos*] i. e. Tuæ ultioni destinatos à Deo [q]. Vel, *dies interitus tui*, Ch. Tempus captivitatis & desolationis tuæ [r]. Multiplicando scelera fecisti ut citiùs te punirem quàm decreveram †. Accelerâsti dies tuos, & quasi abrupisti cursum tolerantis Dei [t]. ¶ *Adduxisti*, &c. וַתָּבוֹא וגו'] *Et pervenisti ad annos tuos*, M. JT. Pi. &c. id est, tempus à me præstitutum [v], quo ducaris in captivitatem [x]. Scelera tua venerunt ad justam ætatem, quâ rationes cum ipsis ineam [y]. ¶ *Dedi te opprobrium gentibus*] Quæ te irridebunt, & tibi insultabunt [z]. q. d. Gravissimis te judiciis afficiam, ut ludibrio probróque sis apud homines, &c [a].

5. *Sordida*, &c. טְמֵאַת הַשֵּׁם רַבַּת הַמְּהוּמָה] *Polluta* (vel, *sordidam*, P. *pollutam*, V. Ch. & *pollutam*, Ca. *quòd polluta es*, M. Ti. *O polluta*, Pi. Dicentes, *O sordida*, Ti.) *nomine*, Mo. M. &c. (vel, *famâ*, V. Al. *O infamis*, JT. G.) *multæ contritionis*, Mo. P. V. i. e. quæ multa mala perpessa es [b]: vel, *& in magna calamitate*, M. idque cum *multa turba*, Ti. *& turbis insignem*, Ca. *copiosa divexatione*, JT. vel, *agitatione*, Jun. *repleta tumultuatione*, Pi. *cujus tumultus sunt multi*, Ch. *multa in iniquitatibus*, o'. sim. Sy. Ar. *quæ multos occidisti*. הָמַם sæpe à Vulgato vertitur, *occidere* [c].

6. *Principes Israel*] Hos primùm accusat, v. 6, 7. sacerdotes, v. 8. populum, v. 9. & seq [d]. ¶ *Singuli*, &c. אִישׁ לִזְרֹעוֹ] *Unusquisque*, vel *singuli*, *secundùm brachium suum*, Mo. P. Pi. vel, *in*, sive *pro*, *robore*, sive *brachio*, *suo*, V. sic Ch. *pro virili suo*, M. Ti. sim. Ca. vel, *ad cognatos suos*, o'. Legerunt זֶרַע, *consanguineis suis contrarii erant*, quos Hebræi זֶרַע vocant, ut & בָּשָׂר; idque firmant sequentia *. *Pro brachio cujusque*, JT. Confer Psalm. 83. 9. ubi Assyrios narrat fuisse brachium Hammonitis, pro eo quod est, duxisse & confirmâsse in malo [f]. ¶ *Fuerunt*, &c. הָיוּ בָךְ לְמַעַן וגו'] *Fuerunt* (vel, *sunt*, Sy. JT.) *in te*, Mo. P. M. Ti. &c. (sub. *malè agentes*, M.) *ut* (vel, in hoc *ut*, Ti.) *effunderent sanguinem*, P. M. Ti. &c. Dederunt operam ut effunderent, &c [g]. Al. *egerunt tecum ut effunderent*, &c. Pi. *in eo fuerunt ut*, &c. Ca. *miscuerunt se in te, ut*, &c. o'. *intra te convenerunt*, &c. Ar.

7. *Patrem*, &c.] Filii contempserunt patres, &c. in quo eos confirmâsse dicuntur Principes h. l. ut sacerdotes Matt. 15. 5, 6 [h]. ¶ *In te*] Sub. *qui habitant*; h. e. cives tui [i].

8. *Sanctuaria* (vel, *Sancta*, sive *Sanctificata*, V. Pi. &c. i. e. Res mihi sanctificatas, ut oblationes, &c [k].) *mea sprevistis*] i. e. Profanâsti cultu idolorum [l]. Victimas mihi sacratas aut claudas, aut vitiosas, aut furto ablatas, contra Legis præceptum, mihi offers [m].

9. *Viri*, &c. אַנְשֵׁי רָכִיל] *Viri delationis*, vel *delatores*, Mo. M. V. vel, *detrectatores*, JT. vel, *calumniatores*, Ch. sic Ca. vel, *latrones*, o'. Ar. vel, *mercatores*, Sy. vel, *dolosi*, Ti. sim. P. Falsi testes, qui pecuniâ corrupti innocentes evertunt, &c [n]. ¶ *Super montes*, &c.] In quibus scilicet sacrificaverunt idolis, comederunt idolothyta cives tui [o]. Confer Ezec. 18. 6, 11 [p].

10. *Verecundiora* (vel, *Nuditatem*, JT. Pi. &c.) *patris discooperuerunt*] Hebr. *discooperuit*. Sing. num. dixit, quòd pauciores fuerint [q]. Filii cum novercis rem habuerunt [r], more Arabum †. ¶ *Immunditiam*, &c. טְמֵאַת הַנִּדָּה עִנּוּ] *Immundam* (vel, *Et pollutam*, M. Ti.) *menstruo*, vel *menstruis*, (vel, *elongatione*, Mo. vel, *ex separatione*, JT. Pi.) *humiliârunt*, Ti. vel, *oppresserunt*, V. G. Ità עִנָּה sumi diximus ad Deut. 21. 14 [t]. *Compriunt*, vel *compresserunt*, V. Mo. JT. Pi. q. d. Vim attulerunt virgini aut mulieri nolenti [v]. Oppresserunt virgines ipso tempore quo purgabantur [x]. Immundam fluxu menstruo oppresserunt in te libidinis causâ: quod tanquam nefarium lege prohibitum erat, Levit. 18. 19. & 20. 18 [y]. Quod Dei præceptum justâ ratione nititur. Dici enim vix queat quid labis & contagii his inferatur, quid detrimenti, quæ valetudinis incommoda, concipiant, qui fœminam menstruatam amplexantur. Hinc tot monstrosi partus, tot passim mutili, distorti, vari, &c. & tot passim stupidi, bardi, deliri, stolidi: quæ omnia non aliunde quàm ex enormi decubitu & intempestiva Venere proveniunt. Hinc secum quisque expendat quàm sint crudeles in sua pignora qui illa tantis malis involvunt, omnibúsque naturæ dotibus destitutos reddunt. Hæc Lemnius de Occultis mirac. 1. 8 [z].

11. *Abominationem*] Nempe adulterium [a]. Fœdissimè illis abusi sunt. Id enim propriè תּוֹעֵבָה. Vide Levit. 18. 22 [b]. ¶ *Polluit nefariè*; sim. o'. Ar. Ch. JT. Pi. בְּזִמָּה] *In scelere*, Mo. *turpiter*, P. *cum abominatione*, M. V. *fornicatione*, Sy. *incesto*, Ca. *abominando scelere*, Ti. In honorem deorum, ut suprà 9 [c]. ¶ *Filiam patris sui*] i. e. Eodem patre genitam, ac germanam [d]: ejusdem familiæ ac nominis. Vide Gen. 20. 12 *. *Patris*: Tacita hîc antithesis; q. d. non autem matris suæ [f].

12. *Munera acceperunt*, &c.] Nempe judices, contra Exod. 23. 8 [g]. Quod lege Cornelia de Sicariis punitum apud Romanos, L. 1. §. *Præterea*, D. ad L. Corneliam [h]. ¶ *Usuram*, &c.] V. de Ezec. 18. 8, 13 [i]. ¶ *Et*, &c. וַתְּבַצְּעִי

Marginal notes (left): [m] Jur. [n] Pi. [o] V. [p] Pi. [q] V. sim. [r] G. Me. &c. [r] G. † V. [t] Jun. [v] Me. [x] G. [y] V. [z] T. [a] M. V. Jun. Me. T. [b] V. sim. Jun. M. [c] V. [d] Jun. * G. † Jun. [f] V. [g] M. [h] Me. sim. T. [i] Jun. † Ca. sim. Pi. [k] V. [l] G. [m] V. ex He. [n] G. ex Jun. sim. V. [o] Jun. [p] Jur. [q] T. [r] V. sim. M. Pi. † Me. ex La. [t] Jun. [v] Cap. crit. p. 193. [x] V. [y] Jur. [z] Me. [a] Jur.

Marginal notes (right): [b] V. [c] G. [d] Jun. * G. [f] Jun. [g] V. † Jun. [i] V. [k] Pi. [l] G. [m] V. [n] Me. sim. La. ex Mald. [o] V. [p] Pi. [q] V. [r] Ca. sim. V. Pi. G. † G. [t] G. [v] V. [x] G. [y] Me. sim. La. [z] Ga. [a] Pi. [b] G. [c] Idem. [d] V. * G. [f] Pi. [g] Pi. [h] G. [i] V. sic G.

וַתְּבַצְּעִי רֵעַיִךְ] *Et alios* (vel, *socios*, sive *proximos*, *tuos*, Mo. P. vel, *à proximis tuis*, JT. Pi. sic M. vel, rem *proximi tui*, G.) *fraudâsti*, Ca. P. vel, *quæstum facis*, JT. Pi. vel, *commodum tuum elicuisti*, M. vel, *appetivisti*, G. sic Mo. בָּצַע, *appetere*, à ο'. alibi vertitur, πλεονεκτεῖν, ad sensum optimè [k]. Al. *Et profuisti amicis tuis*, Ch. [Alii hæc cum sequente בַּעֹשֶׁק sic reddunt;] *Emolumentum tuum promovisti cum injuria proximi tui*, Ti. *Ditâsti amicos tuos*, i. e. tibi fœderatos, *per calumniam*, sive *oppressionem*, i. e. opibus calumniâ vel oppressione extortis: eorum amicitiam ingenti pecuniâ comparâsti tibi [l]. Alii, *Oppressisti amicos tuos oppressione*, vel *vi*, Q. in V. ¶ *Meique oblita es*] Unicum hoc omissum adjicit, ut fontem & causam commissorum omnium antecedentium [m].

13. *Complosi* (vel, *Percussi*, M. P. Ti. Mo. *Explosi*, Ca. *Complodam*, JT. Sy.) *manus meas*] In signum vel, 1. doloris mei [n]; vel, 2. admirationis [o]; vel, 3. iræ vindicantis [p]. q. d. Perhorrescens scelera tua non potui non inardescere ad sumendam ultionem; ac propterea jamjam signum dedi administro judiciorum meorum: quemadmodum vulgò, ad indignitatem rei ostendendam, & ultionem quàm primùm sumendam, manus complodi solent, & homines ad rerum indignissimarum aversationem excitari [q]. *Plaudam manum*, scilicet unam ad alteram; id est, Cum gaudio incitabo hostes tuos contra te [r]. Cùm cædibus vastaberis, applaudam. *Favebo vapulanti*, ait Plautus. Vide plura ad Ezec. 21. 17 †. ¶ *Super* (vel, *propter*, P.) *avaritiam tuam*, אֶל בִּצְעֵךְ] *Propter quæstum tuum*, JT. Pi. vel, *culpam mammonæ*, Ch. Hîc 24 numerantur scelera; sed uni avaritiæ, quasi fonti cæterorum, tribuitur excidium urbis [t]. Sic Lycurgus Spartam staturam per contemptum opum, perituram per avaritiam, verè prædixit [v]. Al. Ob pœnam avaritiæ tuæ [x]. Al. *propter calumniam* (vel, *injuriam, fraudem, violentiam*,) *tuam*, i. e. propter pecuniam quam calumniâ, vi & oppressione extorsisti [y].

14. *Numquid*, &c? הֲיַעֲמֹד וגו'] *Num* (vel, *An* verò, Pi.) *stabit*, vel *consistet*, (vel, *perstabit*, JT. *sustinebit*, Vulg.) *cor tuum*? M. P. Mo. Ti. &c. q. d. Non consistet, sed colliquescet, ut dixit Ezec. 21. 7 [z]. Sustinerène poteris tot & tantas afflictiones quas tibi immissurus sum [a]? Annon linquet tibi cor, ubi in ista mala incideris [b]? ¶ *Aut*, &c. אִם תֶּחֱזַקְנָה וגו'] *An confirmabuntur*, vel *corroborabuntur*, vel *firmæ erunt*, *manus tuæ*, JT. Pi. V. &c. q. d. Non firmæ erunt, sed remissæ [c]. Erúntne tibi animus ad ferendum, & vires ad resistendum [d]? Tacita hîc est comparatio animi quem habent, & quem habituri sunt; & obfirmationis eorum objectio, quòd neque verbo neque afflictionibus animus ipsorum frangi aut mutari potuit, aut brachia ipsorum, quibus obnitebantur Domino, deduci à contrario illo nisu & conatu: Jam verò, inquit, nec animus vester, quamvis obstinatissimus, nec brachia, quamvis contentissima & obfirmatissima, ampliùs substitura sunt *. ¶ *In diebus* (scilicet afflictionis vel desolationis tuæ [f],) *quos*, &c? [אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה אוֹתָךְ] *Quos* (vel, *quibus*, M. Ti. JT. Pi.) *ego faciens*, vel *faciam*, (vel, *agam*, Ca. sim. JT. Pi.) *tecum*? Mo. P. JT. Pi. Ca. vel, *faciam te* affligi? M. vel, *tibi hæc faciam*? Ti. sim. Ar. i. e. hæc adducturus sum super te [g]. Al. *quibus exerciturus sum ea in te*? Jun.

15. *Dispergam te —— & ventilabo*, &c.] Ut paleam, Ezec. 20. 23 [h]. Ut conjunctione & consiliorum communicatione homines confirmantur, ità dissidio & dispersione infirmantur [i]. ¶ *Et*, &c. וַהֲתִמֹּתִי טֻמְאָתֵךְ מִמֵּךְ] *Et deficere faciam immunditiam tuam à te*, Mo. P. G. ex Vulg. i. e. Desines esse fœcunda retentis mensibus. In similitudine enim fœminæ perstat. Vide Lev. 15. 25. ubi eadem vox eodem sensu. Respondet pœna peccato, de quo suprà 10 [k]. *Atque finem imponam*, vel *faciam*, *immunditiæ tuæ quæ est in te*, M. Ti. i. e. Efficiam ut cives tui posthac non polluant se in te: q. d. Privabo te civibus tuis [l]. *Faciámque ut absumatur* (Heb. *integretur*, i. e. integre sive omni ex parte atque perfectè expurgetur [m]) *impuritas* (vel, *pollutio*, Pi.) *tua* (i. e. impuri quique canes [n],) *ex te*, JT. Pi. Purgabo & expiabo suppliciis scelera tua [o]. In captivitate detestaberis peccata tua, quæ afflictionis tuæ causa sunt [p]. Insolitas scelerum sordes pœnitentiâ eluam [q]. *Téque à sordibus tuis coercebo*, Ca.

k G. l V. m Jun. n V. sic Mc. o Mc. p Mc. T. La. q Jun. r Pi. † G. t La. ex K. v La. x G. y V. z Pi. a V. b G. c Pi. d T. sim. La. * Jun. f V. g V. h G. i Jun. k G. l V. m Pi. n Jun. o T. p La. q T.

16. *Et*, &c. וְנִחַלְתְּ בָּךְ לְעֵינֵי וגו'] Verbum deducunt vel à נָחַל, (*hæreditare*,) vel à חָלַל, (*profanare* [r].) [Hinc variant.] *Et possidebo te*, &c. Vulg. sim. ο'. Ar. i. e. Quasi peculium meum ad me revocabo †. *Et hæreditabis in te in oculis gentium*, Mo. *Et erit tuiipsius hæreditas*, non mea, *coram oculis*, &c. M. *Et capies hæreditatem in te* (sub. *& non in meipso*, V.) *in oculis*, &c. P. q. d. Olim fuisti hæreditas mea; at, ubi peccâsti, non es ampliùs hæreditas mea, sed tibiipsi eris hæreditas: Videberis igitur gentibus deserta & derelicta à me, nec ampliùs hæreditatem meam esse, cùm sis captiva [r]. Al. *Et polluta eris in te*, &c. Ut perstet in eo quod dixit; q. d. Immunditias tuas intra te retinebo, ídque ex facie apparebit. Sensus est allegoricus, Non infœcunda tantùm eris, sed & fœda aspectu [v]. *Et prophana efficieris* (vel, *effecta*, JT.) *in te ante oculos*, &c. Pi. JT. q. d. Pro eo quòd sanctus populus fuistis Domino, vos abdicabo & abjiciam, tanquam dato libello repudii [x]. Al. *Et tu infirmata es in*, &c. Ti. *Et te contaminabo*, &c. Aq. & Th. in D. & in La. i. e. Ostendam meis plagis te impiam esse & contaminatam [y]. *Et vulnerabo*, vel *confodiam*, *te*, &c. Sym. in D. *Et sanctificabor in te*, &c. Ch. ut sit à חָלַל, per antiphrasin [z]. [Ca. versum sic reddit, *Ità ut tute apud te in præsentia cæterarum gentium dolens cognoscas*, &c.]

18. *In scoriam*] Ità M. Ti. P. Mo. &c. scil. ex argento, ex fine versûs: h.e. Degenerârunt à pristina probitate [a]. Videtur mihi סוג, sive סִיג, non esse *scoria* tantùm, i. e. retrimentum aut stercus argenti, sed omne id quod admixtum argento separari indè debet. Eò me trahunt sequentia hoc in loco, & origo vocis à סוג, quod est, *abscedere*, & auctoritas ο'. qui vertunt, ἀναμεμιγμένοι, (*admisti* *.) Est hîc gradatio elegantissima. Dicit eos scoriam esse, 1. æris sive chalybis; 2. stanni, quod in operibus esse minoris solet; 3. ferri, quod stanno vilius; 4. plumbi, quod omnium longè vilissimum [b]. Degenerârunt quidam in *æs* impudentis malitiæ & obstinationis; alii, in *stannum* simulatæ pietatis; alii, in *ferrum* tyrannidis; alii, in *plumbum* avaritiæ [c]. ¶ *Æs*, &c.] Sunt *æs*, &c. Pi. vel, *æris* scoriæ, &c. JT. i. e. Destinati sunt afflictionibus, ut metalla ad colliquefactionem. Allegoria metaphorica [d]. *Æs, & stannum*, &c. i. e. Mixtura viliorum metallorum *. ¶ *In medio fornacis*, כּוּר [Mallem, *catini*; vide 1 Reg. 8. 51: ídque series hujus loci postulat; mixtura enim est antequam in ignem mittatur †. ¶ *Scoria argenti*, &c.] Vel, ex *argento*, JT. Pi. Vilitatem præsentem comparat cum antecedente dignitate & pretio: Argentum erat, dum stetit in fœdere; à quo discedens fit scoria *. Priùs argentum erat, splendens virtute & pietate [f], & nobilitate, & opibus: quæ omnia peccatis suis obscuravit, vel amisit [g].

19. *Congregabo vos*, &c.] Sicut illa massa ex argento & viliori materia congregata in catinum conjicitur [h]. q. d. Promiscuè vos congregabo & consumam [i].

20. *Congregatione* (vel, *Congregatio*, M. *Massam*, Ti.) *argenti*; ità Mo. P. קְבֻצַת וגו'] *Ut congregatur* (vel, *coacervatur*, sive *coacervari solet*, V.) *argentum*, JT. Pi. sim. Ch. Sy. Ca. ¶ *Ut*, &c. לָפַחַת עָלָיו אֵשׁ לְהַנְתִּיךְ] *Ad sufflandum*, vel, *Ut sufflent*, (vel, *Sufflatur*, JT.) *in ea* (vel, *super ipsam*, M. Ti. *circa illud*, Pi. sim. JT. vel, & accendant *in ea* fornace, V.) *ignem* (Alii, *Ut flatu excitent super eam ignem*: quòd metalla in fornace operiantur lignis [k].) *ad* (vel, & *ad*, M. Ti.) *conflandum*, P. vel, *fundendum* Mo. JT. Pi. *excoquendum*, Ti. *liquefaciendum*, V. ad colliquefaciendum ut fundatur. Metonymia finis †. Ad separandum à cæteris. Argentum, sunt pauci pii quos Deus servaturus est [l]. ¶ *Et*, &c. וְהִנַּחְתִּי וְהִתַּכְתִּי אֶתְכֶם] *Et requiescere faciam*, Mo. P. (vel, *congeram*, Ar. sim. LXX, *consumam*, Ch. *collocabo*, Ti. Pi. *reponam* in fornacem, M. *deseram* vos, nempe in manu gladii, famis & pestis [m];) *& fundam* (vel, *excoquam*, Ti. *fundere faciam*, Mo. *conflabo*, V. M. ο'. *liquabo*, Ar. Sy. *disperdam*, Ch.) *vos*, P. Al. *Et collocans* (vel, *collocatos*, Ca. G. sub. *ibi*, G. sim. JT. vel, *in ea*, Ca.) *fundam* (vel, *liquefaciam*, Ca.) *vos*, JT. G. Al. Ordo hîc est inversus, *requiescam & conflabo*, pro, *conflabo & requiescam*: i. e. Desinam vos punire, cùm omnino conflavero atque expiavero vos [n]. Al. Hærebo & continuabo in opere meo, & finam vos hærere in fornace, donec vos vel planè purgavero, vel planè

r V. sim. M. G. † Mc. et La. r V. v G. x Jun. y La. z Idem. a Pi. * G. b Jun. c Schol. in T. d Pi. * G. † G. * Jun. f T. g Mc. h G. i Jun. k Q. in V. † Pi. l G. m V. n Mc.

planè abſumpſero [o]. Al. Animus meus, æſtuans ardénſque furore erga vos, ſumptâ vindictâ requieſcet, & furor ille deferbeſcet & conſidebit. Humanitus dictum, ut Deuter. 28, 63. *Sic lætabitur Deus diſperdens vos*; Eſa. 1. 24. *Conſolabor ſuper hoſtibus*, &c [p].

24. *Dic ei*] Scilic. terræ Judæ, ut mox declaratur. Relativum hîc antecedit nomen ad quod refertur, ut Matt. 17. 18. & 26. 24 [q]. ¶ *Tu es terra immunda*, לֹא מְטוֹהָרָה] *Non mundata*, vel *munda*, Mo. M. P. Ti. &c. i. e. contaminata [r]. *Terram immundam* vocat rupes & alia quæ nulli ſunt uſui, non magìs quàm animalium immunda. Huic comparantur homines nullius frugis †. *Non purgata*, V. Ca. q. d. horrens ſpinis & tribulis; in qua nihil aliud ſupereſt quàm ut ignis immittatur [t]. ¶ *Non*, &c. לֹא גֻשְּׁמָה] *Non compluta*, P. M. Ca. ſim. Ti. *Non perfunderis pluviâ*, JT. *Nec pluvia ejus*, Mo. Cujus *non* fuit *pluvia*. Deficit אֲשֶׁר [v]. Super quam non decidit pluvia, claudendo cœlum Domino irato. Hoc pacto ה cum Mappik ad ornatum poſitum eſt [x]. Al. *Cujus pluvia non* decidit, à quo tempore ſcil. Dominus cœlum clauſit; h. e. quæ non recipit pluviam tempore ſuo [y]. Metaphora, quâ impiorum per Dei flagella ex urbe remotio comparatur remotioni ſordium per pluviam [z]. Nulla pluvia, quæ ſcilicet incendium illud vehementiſſimum judicii Divini reſtinguat, aut terram recreet [a]. Pluviam non admiſiſti: per quam ſignificatur prophetia, ut diximus 21. 2 †. ¶ *In die furoris*] i.e. Nè tum quidem cùm graviſſima tibi minarer [b].

25. *Conjuratio prophetarum* (ſcilicet falſorum [c], nempe Scribarum, ſive Legis interpretum [d]; ſub. *eſt*, Pi.) *in medio ejus*] Conſpirant contra veros Prophetas, &c*. Nè ſibiipſis diſſentiant in erroribus prædicandis [f], conſpirationem fecerunt [g], de prædicendo omnia proſpera: quâ ratione populum ad cædem vera denunciantium incitabant [h]. Prophetæ, cùm ſinguli apud ſe, tum cuncti inter ſe, impia conſilia agitant, & quaſi communem inter eos ſponſionem faciunt, quis ſtrenuum ſe magìs præbiturus ſit in ſalute populi oppugnanda [i]. Hîc incipit omnium ordinum flagitia numerare; ac primo loco, prophetarum, quorum tanta erant ſcelera, ut ad patranda in urbe homicidia conſpirâſſe viderentur [k]. ¶ *Animas*, &c.] i. e. Homines [l]: ſynecdoche membri [m]. Veros Prophetas, vel alios homines [n]. Sæviebant etiam in ſanguinem [o]. ¶ *Opes*, &c. חֹסֶן וִיקָר יִקָּחוּ] *Robur* (vel, *Opes*, P. Ti. Ca. ſim. Jun. ut Prov. 15. 6. & 27. 24 [p]: vel, *Theſaurum*, M. V.) *& gloriam* (vel, *pretioſum*, V. *quod*, vel *quicquid*, *pretioſum eſt*, M. Ti. ſim. JT. Pi.) *acceperunt*, Mo. P. &c. vel, *capiunt*, JT. Ca. *auferunt*, Pi. Pro bonis prædictionibus: vide ſuprà 13 [q]. Perditis hominum animis, fortunas quoque in rem ſuam vertunt [r]. ¶ *Viduas ejus* (nempe urbis †) *multiplicaverunt*] Vel, *multiplicant*, Pi. q.d. Fuerunt cauſa necis multorum virorum [t]. Viduas & viris orbârunt, & bonis everterunt [v].

26. *Sacerdotes ejus contempſerunt*, &c. ità ό. חָמְסוּ וגו׳] *Violaverunt legem meam*, Mo. M. *ſurripuerunt*, &c. M. *violenter diſcerpſerunt*, Ti. *violenter tractant*, Pi. *rapiunt*, Ch. *temerant*, Ca. *vim faciunt* (vel, *adverſati ſunt*, Ar.) *legi meæ*, JT. Pi. eámque torquent arbitratu ſuo [x]. *Furati ſunt* plebi, &c. V. Quia tenebantur docere Legem, & id prætermittebant [y]. *Impiè egerunt contra legem meam*, Sy. ¶ *Inter*, &c. וּבֵין הַטָּמֵא לְטָהוֹר לֹא הוֹדִיעוּ] *Et inter immundum & mundum* (vel, *impurum à puro*, Ca., ad verb. *inter immundum ad mundum*. Hebræi ſeparationem rerum deſignant vel τῷ בֵּין, cui ל reſpondet, ut hoc loco, & Geneſ. 1. 6. *ſeparans inter aquas* לַמָּיִם *ad aquas*, pro, *& aquas*; vel duplici בֵּין, ut Gen. 1. 7; vel τῷ ל præfixo τῷ בֵּין, ut Eſa. 59. 2. *inter vos* לְבֵין *& ad inter Deum* [z].) *non notificant*, Pi. ſim. Mo. vel, *judicaverunt*, P. V. ſub. *plebi quid intereſſet*, V. vel, *dijudicant*, Ca. vel, *dignoſcunt*, Sy. *diſtinguebant*, ό. ſic Ar. *diſcreverunt*, vel *diſcriminârunt*, M. Ti. vel, *diſcrimen oſtendunt*, JT. vel, *intellexerunt*, Vulg. i. e. *intelligere fecerunt*, nempe diſtantiam, ἀπὸ κοινοῦ [a]. [Quæ vox eſt in præcedente membro juxta Vulgati verſionem.] Non docuerunt plebem quæ eſſet differentia puri & immundi [b]: ut cautum fuit Levit. cap. 11. & alibi [c]. Verba ipſa ſunt ex Levit. 10. 10. ubi facere jubentur quod

- o T.
- p San.
- q Pi.
- r V.
- † G.
- t Jun.
- v Pi.
- x V.
- y Q. in V.
- z Pi.
- a Jun.
- † G.
- b G.
- c G. Pi.
- d G. ex Ch.
- * La.
- f M.
- g V. ex M.
- h V.
- i Jun.
- k Me.
- l Pi. ſim. Jun. V. &c.
- m Pi.
- n V.
- o G.
- p Jun.
- q G.
- r Jun.
- † V.
- t V. ſim Pi.
- v Jun.
- x Idem.
- y V. ſim. G.
- z Ga. cin. p. 166.
- a G.
- b V. ſim. Jun. Me. T. &c.
- c Jun.

hîc dicuntur neglexiſſe. *Sanctum*, quod Deo dicatum eſt; *profanum*, quod in uſu communi: *pollutum*, quod veſci vetitum; *mundum*, quod veſci licet [d]. ¶ *Et* (vel, *Sed &*, M. Ti.) *à ſabbatis meis averterunt* (vel, *abſconderunt*, P. M. Ti. ſim. Mo. JT. Pi. &c. vel, *ſubtrahunt*, Ti.) *oculos ſuos*] i. e. Mea Sabbata non ſpectant, h. e. non curant aut agunt *. Neglexerunt obſervationem Sabbati [f]. Et ipſi in ſua opera [ſervilia] incumbunt, & alios à cultu Dei avocant [g]. Non curant ſi populus Sabbata violet, Jer. 17. 27 [h]. A Sabbatorum violatione averterunt oculos, nè viderentur eam videre & intelligere: qu. d. Viderunt, & tacuerunt [i]. Delinquentes arguere nolebant, & quaſi connivebant, &c [k]. ¶ *Et*, &c. וָאֵחַל וגו׳] *Et* (vel, *Denique*, JT. Pi.) *coinquinabar*, P. ό. ſim. Ar. vel, *profanor*, JT. Pi. Ca. ſim. Sy. Ti. vel, *profanus factus ſum*, M. vel, *profanatur voluntas mea*, Ch. Nomine meo ad res falſas aut iniquas abutuntur [l]. ¶ *In medio eorum*] Vel, *inter eos*, JT. Pi. Ga. vel, *in eis*, ſacris ſcilicet ſanctíſque meis [m].

27. *Principes ejus*] Per omnes ordines ambulat, vitia ſingula notans. Confer Jer. 8. & 23 [n]. ¶ *Ad*, &c. לִשְׁפָּךְ דָּם] *Ad effundendum* (vel, *effundendo*, P. JT. *dum effundunt*, Pi.) *ſanguinem*, M. ſim. Ti. ¶ *Et ad perdendas* (vel, *perdendo*, JT. *dum perdunt*, Pi.) *animas*] i. e. Ad perdendos homines pios [o]. Hoc addit, quia etiam ſanguis ſic effundi poteſt ut tamen vita non eripiatur, putà cùm homines violentiâ Principum eò adducuntur ut jure aut ſuis rebus cedant [p]. ¶ *Et*, &c. לְמַעַן בְּצוֹעַ בָּצַע] *Ut faciant quæſtum*, JT. Pi. ſim. V. vel, ut lucro inhient. Vide Jer. 6. 13. & 8. 10 [q]. Hujuſmodi enim maleficia vix committuntur ſine commodi alicujus exſpectatione [r]. Sicut lupi rapiunt prædam ut occîdant, & occiſam devorent: ità hi plebeios per calumniam aut vim opprimebant & occidebant, ut eorum bona invaderent †.

28. *Prophetæ——liniebant*, &c. טָחוּ לָהֶם תָּפֵל] *Linebant*, Mo. G. ſim. Ch. M. Ti. (vel, *incruſtabant*, V. *complanabant*, P. *trulliſſant*, Ca. *obducunt*, JT. Pi. Sy.) *eos*, Mo. P. G. V. (vel, *eis*, M. Ti. Ca. JT. Pi.) *inſulſo*, Mo. ſic Pi. vel, *inepto* tectorio, G. ſic JT. Pi. vel, *cæmentum inſulſum*, M. *cruſtam inſulſam*, Ti. *inconditè*, Ca. *luto infirmo*, P. *luto ſolubili*, vel *friabili*, V. *luto ſimplici abſque paleis*, Ch. Heb. *abſque ſale*, i. e. ſine paleis: quia quod in carnibus eſt ſal, hoc in luto ſunt paleæ: ut enim ſal carnes, ità paleæ lutum conſtringunt [t]. Metaphora à ſtructoribus tectorium ædificio obducentibus, ſive albariis, quos Græci κονιατὰς vocant [v]. Vide ad Ezec. 13. v. 10, 11 [x]. Senſus, Imponebant plebi ſuas falſas prophetias [y]. Vanas populi opiniones vanis prophetiis confirmabant [z]. Adulantur Principibus [a], eóſque animant in ſua tyrannide, ſecuritatem eis pollicentes [b]. ¶ *Videntes vana, & divinantes*, &c.] Aut viſa ſibi oblata divinitus, aut citra viſiones divinamenta ſibi inſpirata, prædicabant. Etſi non dubium eſt quin & *videndi* verbo ſomnia quoque dormientibus oblata comprehendantur [c]. ¶ *Dicentes, Hæc dicit Dominus*] Sæpe fit ut pſeudo-prophetæ in his rebus omnibus prædicandis atque oſtentandis plus habeant artificii, & plus ſibi arrogent, quàm qui ſimplicem veritatem à ſuis partibus habent, ab omni typho & ſapientia carnis alieni †.

29. *Populi* (vel, *Populus*, P.) *terræ*] i.e. Plebs, ſeu Vulgus [d]. ¶ *Abſque*, &c. בְּלֹא מִשְׁפָּט] *Abſque* (Heb. *in non*, V.) *judicio*, Mo. P. *per injuriam*, Pi. ſim. JT. Heb. *per non jus*, Pi. Injuſtè *. *Abſque cauſa*: id enim hîc מִשְׁפָּט [f].

30. *Et quæſivi de eis*] Scilicet quos reprehendebat: alioqui enim Jeremias, Baruch, & alii viri ſancti, ſe interponebant, &c [g]. ¶ *Qui*, &c. גּוֹדֵר גָּדֵר] *Sepientem*, vel *qui ſepiret*, (vel, *qui obducat*, ſive *obduceret*, JT. Pi. Sy. *qui reficiat*, ſive *reficeret*, Ca. Ti. *qui inſtauraret*, M.) *ſepem*, Mo. P. Ti. &c. vel, *maceriam*, M. Qui interiora muniret: ut fieri ſolet ubi pars muri disjecta eſt ab hoſte [h]. *Qui converſaretur rectè*, ό. ſic Ar. *cujus opera eſſent bona*, Ch. Qui ſe mihi opponeret [i], & velut ſepem interponeret inter me & populum [k]; h. e. rogaret pro populo, nè perderem eum [l]. ¶ *Et*, &c. וְעֹמֵד בַּפֶּרֶץ] *Et ſtantem* (vel, *ſtaret*, vel *conſiſtat*, M. Ti. JT. Pi.) *in fractura*, Mo. P. vel, *ruptura*, Ti. Sy. ſim. M. JT. Pi.

- d G.
- * Ca.
- f Me. ex V.
- g Jun.
- h G. ſim. V. Me. T.
- i V.
- k Pra.
- l G.
- m Ga. adverſ. c. 32. p. 332.
- n G.
- o V.
- p Jun.
- q V.
- r Pi.
- † La.
- t Me.
- v Jun.
- x V. Jun.
- y V.
- z Me.
- a La. ſim. T. Jun.
- b La. T.
- c Jun.
- † Idem.
- d V. G. ſim. M. Pi.
- * V.
- f G.
- g Me. ex Pra.
- h G.
- i V.
- k Me.
- l V.

Hiantia defenderet[m]. *Et in ruina mihi obsistat*, Ca. Simile habes Psal. 106. 23[n]. & Ezec. 13. 5[o]. ubi utraque similitudo occurrit. Deo murum oppugnante, interiora munit qui hortatur populum ad vitam meliorem, *stat in ruina* qui precatur pro populo; ut Moses, Exod. 32. 11. Aaron, Num. 16. 48[p]. Duplex hîc translatio. 1. Ab iis qui maceriem collapsam curant: 2. ab inferiore ministerio eorum qui ipsi quidem labem curare non possunt, sed tamen curantibus ministrant, & lapides, intritum, &c. apportant. Ostendit neminem fuisse qui commodo aliquo vel levissimo ministerio de salute populi contenderet; sed omnes præcipites ruisse in exitium, & alios pertraxisse: ideóque justissimam esse occasionem exercendi judicia quæ v. 31. sequuntur[q].

31. *Et effudi*, &c.] Judicia Dei hîc comparantur, 1. diluvio exundanti; 2. incendio; 3. foveæ seu cuniculo in suum auctorem ruenti[r].

CAP. XXIII.

2. DUÆ *mulieres*] i. e. Duæ gentes[a]; Juda & Israel[b]. ¶ *Filiæ matris unius*] i. e. Vel, Saræ[c]; vel, Synagogæ[d]. Hebræi omnem universitatem matri, partes verò illius filiabus, comparant *.

3. *Fornicatæ sunt*] Ut communio nostra cum Deo conjugii specie, sic abalienatio [à Deo] scortationis similitudine, in S.S. figuratur[f]. ¶ *In Ægypto*] Jam tum hauserunt semina idololatriæ, à qua Abrahamus, Isaacus, Jacobus, fuerant alienissimi. Vide suprà c. 20. vers. 8[g]. Apparet id tum ex Jos. 24. 14. & aliis locis; tum ex idololatria exitum ex Ægypto consequente[h]. ¶ *In adolescentia sua*] i. e. In ipsis gentis primordiis, ubi singularem Dei benedictionem recentissimam experti sunt †. Quod hoc loco transfert *adolescentiam*, est נַעַר, quod in fœminis significat ætatem quæ est ante duodecimum annum: q. d. *Non meminerunt se virgines fuisse: pares cum paribus inquinatæ sunt*, ut loquitur Petronius. Mira δεινότης, (*vehementia in dicendo*[i].) ¶ *Ibi*, &c. שָׁמָּה מֹעֲכוּ שְׁדֵיהֶן וְשָׁם עִשּׂוּ דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן] *Ibi compressa*, vel *contusa*, (vel, *conquassata*, Ti. *contrectata*, G. sim. Sy.) *sunt ubera earum, & ibi compresserunt*, vel *contuderunt*, (vel, *subegerunt*, JT. vel, *contrectârunt*, Pi. sub. *Ægyptii*, M.) *mammas*, vel *ubera*, *virginitatis* (vel, *virginales*, JT. Pi.) *earum*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *& ibi devirginatæ* (vel, *stupratæ*, Sy.) *sunt*, ο'. sim. Ar. Sensus loci, virginitatem amiserunt[k]. Ubera enim erecta & solida (& turgentia[l]) sunt signum virginitatis: laxa verò & concidentia[m], & quodammodo fracta & subacta[n], corruptionis[o]. Hinc usus fasciæ pectoralis virginibus & Judæis & Romanis, ut mammæ essent castigatæ & pressæ, non laxæ ac remissæ[p]. [Ch. versum sic reddit, *Ibi servierunt idolis, & ibi corruperunt opera sua.*]

4. *Nomina—earum Oolla*, אָהֳלָה] *Aholah*, M. V. &c. i. e. *Tabernaculum*, vel *Tentorium*, *suum*, sive *ejus*[q]: vel, *Tentorium suum sibi*[r]. Samaria sic dicitur †, q. d. *suum*, non meum[t]: Deus enim ibi non habitabat, &c[v]. Sibi fecit loca Divini cultûs[x]: quæ אֹהֶל, i. e. *tentorii*, nomine vocantur, quia primus Dei cultus apud Israelitas fuit in tentorio[y]. Hoc nomine ostendit, Israelitas inde à tempore discessionis non ampliùs adhæsisse Templo Dei & domui Davidis, sed tentorium suum fixum habuisse seorsim. Vide 1 Reg. 12. 16[z]. ¶ *Major*] Nempe numero tribuum[a], & potentiâ Regni[b]. ¶ *Oliba*, אָהֳלִיבָה] *Aholibah*, M. V. &c. i. e. *Tabernaculum*, sive *Habitaculum*, *meum in ea*[c]. Sic dicitur Jerusalem, (seu Regnum Judæ[d],) ob Templum Dei *: quod *tentorii* nomine appellat, non tantùm ob eam quam diximus causam, verùm etiam quia tam facilè Deus illud Templum auferre poterat (de quo præter rem gloriabantur) quàm homines tentorium[f]. ¶ *Et habui eas*] Vel, *nupserunt mihi*: Heb. *factæ sunt mihi*, Pi. vel, *meæ*, V. G. sub. *uxores*: i. e. Initio coluerunt me[g]. Ego eas mihi conjugio copulavi[h]. ¶ *Et pepererunt*, &c.] i.e. Multiplicatæ sunt, &c[i]. ex beneficentia mea[k].

5. *Fornicata est igitur* (tum per confœderationem cum gentibus[l], tum per idololatriam[m],) *super me*, תַּחְתָּי] *Sub me*, Mo. P.M. Ti. Pi. Ca. G. i. e. cùm mea esset[n]; vel, sub mea manu ac potestate[o]: cùm me sponsum haberet[p]. Vel, contra me[q]. Al. *à me*, ο'. Ar. *me præsente*, Cap. crit. p. 379. cum aliis *præter me*, Sy. exteros excipiens *loco meo*, JT. [Ch. locum sic reddit, *Erravit à cultu meo.*] Salomon quidem privatim cœperat permittere quæ non debebat: at decem Tribus publicè contra Legem cultum instituêre, Vitulis excitatis[r]. ¶ *Et*, &c. וַתַּעְגַּב עַל וגו'] *Et adamavit* (vel, *deperiit*, Ti. *deflagravit in*, M. *insanivit in*, G. ex Vulg. *insano amore deperiit*, V. *egit amasiam cum*, JT. *adamavit super*, Mo. *amore exarsit erga*, Pi.) *amatores suos*, P. &c. vel, *amatoribus*, JT. Dicitur Judæa *mœchata* cum illis quorum ritus imitata est. Sæpe jam id notavimus, Hebræorum multos, immemores Legis & beneficiorum Dei, quorum amicitiam valde ambiebant, eis blanditos rituum imitatione †. ¶ *In*, &c. אֶל אַשּׁוּר קְרוֹבִים] *Assyrios* (vel, *erga Assyrios*, Pi. *cum Assyriis*, JT. *in Assyrios*, M. nempe *Assurem*, P.) *vicinos*, vel *propinquos*, Ch. Sy. Ar. Ti. Ca. *sibi*, Ch. Sy. Ar. Vicinos sibi factos per Syriam, cujus bonam partem occupaverant. Vide 2 Reg. 15. 19. & 16. 9[t]. Vel, tanquam *propinquos*, M. Quos dilexit acsi fuissent ejus propinqui: non enim vicini fuerunt Assyrii Samaritis loco, sed ingenio & moribus[v]. Vel, *qui appropinquabant ei*, ο'. Venientes ad se, sibique confœderatos[x]. Tangitur hîc historia rerum quæ incipit 1 Reg. 16. 31. continuatur 2 Reg. 15. 20[y].

6. *Vestitos hyacintho*, לְבֻשֵׁי וגו'] *Indutos*, &c. Mo. M. Ti. *Induti* erant, &c. P. Erga *indutos*, &c. Pi. Assyriorum apparatum, quo allectabantur Israelitæ, &c. describit[z]. Sicut fœminæ incendi solent luxu vestium, honorum nominibus, juvenili ætate, corpore vegeto: sic Israelitas pellexerat Assyriorum potentia. Vide Esa. 10. 8[a]. ¶ *Juvenes* (vel, *electos*, Mo.) *cupidinis*, חֶמֶד] *Desiderabiles*, P. M. Pi. sim. Ti. JT. V. *desiderii*, Mo. V. *delectos*, Ar. sic ο'. *jucundissimos*, Sy. *elegantissimos*, Ch. sic Ca. Nobiles, & egregiâ formâ, delectissimi, & expetibiles, qui alios in amorem sui pertrahunt[b]. Ætate ad rem veneream lectissimâ[c]. ¶ *Equites*, *ascensores equorum*] Vel, *qui vehebantur equis*, JT. Pi. i.e. Qui suam illam potentiam & dignitatem equestrem probè & indesinenter exercuerunt[d].

7. *Et*, &c. וַתִּתֵּן תַּזְנוּתֶיהָ עֲלֵיהֶם] *Et* (vel, *Itaque*, P. Ti. sic Pi.) *dedit* (vel, *prostituit*, Sy. Ar. *posuit*, V. *exercuit illa*, Pi.) *fornicationes suas super* (vel, *cum*, P. Ti. Pi. G.) *eos*, vel *eis*, M. Mo. &c. Al. *Et exposuit—ipsis*, JT. *His pudorem suum prostituit*, Ca. Fornicata est cum ipsis *: prostituit se illis[f]; posuit spem suam in illis[v] & diis eorum[g]. ¶ *Electos*, &c. מִבְחַר בְּנֵי וגו'] *Lectissimis*, &c. JT. cum *electis filiorum*, &c. P. vel, qui *omnes electissimi* erant, &c. V. sim. Pi. nempe cum *delectissimis*, &c. Q. in V. Hebr. *electio filiorum*, &c. Pi. ¶ *Et in omnibus*, &c.] Sensus est, Nihil unquam amatoribus negavit[h]. ¶ *In immunditiis*, &c.] i.e. In libidinibus, &c †.

8. *Insuper*, &c. וְאֶת תַּזְנוּתֶיהָ מִמִּצְרַיִם לֹא עָזָבָה] *Et* (vel, *Denique*, JT. Sed *&*, M.P.Ti. Quin *&*, Pi.) *fornicationes suas* (sub. *allatas*, Pi. sic JT. vel, *acceptas*, M. sim. Ti. vel, *quas didicit*, P.) *ab Ægypto non dereliquit*, Mo. &c. i. e. Simul cum idolis Assyriorum quæ admisit, retinuit & idololatriam quam extulerat ex Ægypto[i]. Non potuit Assyriis acquiescere, quin etiam, solâ recordatione antecedentis commercii cum Ægyptiorum gente, quasi prurivit caro ejus, ut, desertis Assyriis, Ægyptios de integro sibi adjungeret[k]. Ad eos ritus rediit, ut Ægyptios incitaret contra duas Tribus, 2 Par. 12. 2, 3, 4[l]. ¶ *Illi dormierunt* (vel, *jacuerunt*, M. *concubuerunt*, Mo. vel, *concubuerant*, G. sic JT. Pi.) *cum ea*, אוֹתָהּ | *Ei*, Mo. JT. Ca. *cum ea*, P. Pi. &c. ¶ *Effuderunt fornicationem suam* (i.e. *voluptatem*, ut Hyginus loquitur in fabula Erichthonii[m],) *super eam*; ità Mo. sic M. Ti. עָלֶיהָ *In ea*, JT. *in ipsam*, Pi. Nimiâ pollutione contaminaverunt eam[n].

9. *In manus filiorum Assur*] Phulis, Tiglathphalassari, Salmanasari[o].

10. *Discooperuerunt ignominiam ejus*] Vel, *nuditatem*, JT. Pi. &c. Non intelligo de concubitu, ut aliàs; sed de pu-

de pudefactione per detractionem vestium, ut infrà v. 26. h. e. per ademptionem Regni [p]. Nudam destituerunt [q]; ut solet adulter, qui, adulteræ libidine satiatus, eam spoliat, nudámque abigit, & occîdit [r]. Summo dedecore eam affecerunt †. Fortè alludit ad captivitatem: solent enim victores captivas mulieres seminudas abducere, postquam illis abusi fuerint [s]. ¶ *Et facta*, &c. וַתְּהִי שֵׁם לַנָּשִׁים] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi.) *fuit* (vel, *evasit*, Pi. *factum est*, M. Ti. Ch. *facta est*, o'. Sy. Ar. Ca. sub. *huic*, M.) *nomen* (sub. *malum*, V. vel, *nomen* ejus, infame scilicet [v]: vel, *celebris*, JT. *nominatissima*, Pi. *famosissima*, Ca. *sermo*, o'. *fabula*, Sy. Ar.) *mulieribus*, Mo. P. M. Ti. Ca. vel, *reliquis fœminis*, JT. *apud mulieres*, i. e. vicinos populos [x]. Inussit notam aliis mulieribus similibus, amori illicito pariter deditis [y]. ¶ *Et*, &c. וּשְׁפוּטִים עָשׂוּ בָהּ] *Et* (vel, *quum*, JT. *postquam*, Pi.) *judicia* (sub. *Dei*, G.) *fecerunt* (vel, *ediderunt*, V. *exercuerunt*, G. *exercuissent*, JT. Pi. Assyrii scilicet [z],) *in ea*, Mo. P. &c. vel, *in eam*, JT. Pi. sub. *Samariam*: occidendo scelestos qui in ea erant. q. d. Pœnas luit propter peccata sua [a].

11. *Quod cùm vidisset*, &c.] Nimirum, cùm maleficium sororis suæ, tum Divinam vindictam, nihilominus præceps ruit in eadem peccata [b]. Sororis exemplo non melior, ut oportuit, sed deterior, facta est [c]. ¶ *Plusquam*, &c. וַתַּשְׁחֵת עַגְבָתָהּ מִמֶּנָּה] *Et corrupit* (vel, *depravavit*, Ch.) *amorem suum* (vel, *applicationem suam*, o'. *conditionem suam*, Ar. *familiaritatem suam*, Sy. vel, *amasiationem suam*, Glas. gram. 4. 1. 660. Al. *corruptiùs egit amasiam*, JT. sic Glas. ibi. vel, *corruptiùs exarsit amore suo*, Pi.) *præ illa*, vel *quàm illa*, Mo. P. M. Ch. &c. i. e. Multò magis dedita est idololatriæ quàm soror sua major [d].

12. *Indutis veste variâ*, מִכְלוֹל] *Absoluto vestitu*, Mo. *perfectissimè*, JT. sic Ch. *perfectio ornatu*, Pi. sim. V. ad verb. *perfectione*, sive *universitate*, sub. *vestium*, V. *egregiè*, Ca. *vario amictu*, M. *holosericis*, Ti. *hyacintho*, Sy. *purpurâ pulcherrimâ*, Ar. *pretiosis*, o'. *omni genere pretiosarum vestium*, P. Coronâ: Nam כְּלִילָא Chaldæis, fortè & Assyriis, *corona*. Nec aliter accepit Syrus Psal. 52. Mos erat amantibus, amicas adire cum corona *.

13. *Via*, &c. דֶּרֶךְ אֶחָד לִשְׁתֵּיהֶן] *Via una* (vel, quódque *via una*, sive *eadem*, *esset*. Pi. M. Ti. sim. JT. Ca. vel, *Unus* enim *modus*, i. e. eadem ratio pollutionis, erat [f], unum scortandi institutum [g],) *ambabus*, P. simil. o'. Ch. vel, *ambabus* (vel, *utrisque*, Ti.) *ipsis*, sive *illis*, Mo. M. JT. Pi.

14. *Et auxit*, &c.] Taxat pronitatem Hierosolymæ ad idololatriam, & confidentiam in hominibus [h]. ¶ *Cùmque vidisset viros depictos*, &c.] q. d. Amârunt etiam absentes, &c [i]. instar libidinosissimæ mulieris, quæ non solùm præsentes, sed & in tabula depictos, amare solet [k]. Sic Paris Helenam concupivit, *Et nunquam visæ flagravit amore puellæ*. Claudianus, *Lena per innumeros iret pictura penates* [l]. ¶ *Chaldæorum*] q. d. Qui non erant propinqui, ut de Assyriis dictum, nec in terra Judæorum, sed procul habitârunt [m]. ¶ *Expressas*, &c. חֲקֻקִים בַּשָּׁשַׁר] *Expressas* (vel, *descriptas*, Mo. *depictas*, P. sic Ch. o'. Pi. &c.) *minio*, M. Ti. Pi. Sy. sic Mo. Quod à Trojanis temporibus erat in honore & usu, Plin. 33. 7 [n]. Cerussæ admixtum ad vivum refert roseum colorem carnis humanæ, ait Plin [o]. Vel, *sinopide*, P. G. sic Ca. vel, *Indico*, JT. i. e. colore perflorido rubro, qui color fuit Chaldæis peculiaris, quemadmodum & hyacinthinus Assyriis [p]. Vide Jer. 22. 14 [q]. *In coloribus*, Ch. sic Vulg.

15. *Accinctos balteis*, &c.] Sub. *militaribus*, Q. in V. militari habitu [r]. *Ferrum est quod amant: facit hoc illos hyacinthos* †. ¶ *Et*, &c. סְרוּחֵי טְבוּלִים] *Tiaras* (vel, *cristas*, Ti. *vittas*, Ar.) *tinctas*, M. Mo. P. Ca. i.e. ornatas variis plumis [t]: sub. *habentes*, M. Ca. vel, *gestantes*, Ti. Al. *Redundantes coloriis*, JT. i.e. insignes tiaris versicoloribus [v]. Et *tiaræ prolixè à tergo dependentes*, *tinctæ* coloribus pretiosis. Vel, סְרוּחֵי refertur ad Chaldæos, ut vertas, *Nimios*, vel *superabundantes* & *superfluos*, à parte tiararum tinctarum, quæ erant *excedentes* & *superfluæ* [x]. *Luxuriantes tinctis*, i.e. variis, sub. *mitris*, vel *tiaris* [y]. Habentes *superfluè tinctas* tiaras; Hebr. *superfluos tinctis* tiaris, Pi. [Alii has duas voces unâ reddunt:] *Tincta*, o'. *Galeas*, Ch. ¶ *Formam*, &c. מַרְאֵה שָׁלִשִׁים כֻּלָּם] *Specie* (Heb. *Aspectu*, Pi. Mo. vel, *Formâ*, Ca.) *ducum omnes*, JT. sic Pi. *Forma omnis protectorum*; vide quæ diximus ad Exod. 15. 4 [z]. *Aspectus magnatum* (vel, *principum*, V. *ducum*, P. *triariorum*, Ti. sub. *erat*, M. Ti.) *omnibus*, Ti. vel, *omnibus ipsis*, M. ¶ *Similitudinem filiorum*, &c.] q. d. Ornati erant instar Chaldæorum [a].

16. *Insanivit*, &c. וַתַּעְגְּבָה עֲלֵיהֶם לְמַרְאֵה וגו'] *Et adamavit eos* (Idem verbum quod v. 5 [b]. [unde petantur illius versiones.]) *ad aspectum* (vel, *visionem*, M.) *oculorum suorum*, P. &c. sim. Mo. vel, *postquam aspexisset eos*, Ti. sim. Pi. i. e. imagines eorum [c]. Ità intus cum animo jam scortata est [d]. ¶ *Misit nuncios*, &c.] Ultro ambivit *. Palàm descivit à Deo [f].

17. *Ad*, &c. לְמִשְׁכַּב דּוֹדִים וגו'] *Ad*, vel *in*, *cubile* (vel, *cubiculum*, M. *concubitum*, Ca.) *amorum*, M. P. &c. vel, *amatorium*, Ti. Ca. vel, *mammarum*, Vulg. i.e. amantium, in quo concumbunt: sic vocat fana idolorum [g]. Vel, *divertentium*, o'. *quiescentium*, Ar. Al. *concubitu amatorio*, JT. Pi. Ut concumberent cum ea: i. e. inierunt societatem cum ea, & docuerunt eam idololatriam [h]. ¶ *Et*, &c. וַתִּטְמָא בָם] *Et illa polluta est ab eis*, M. *Polluit quoque se in*, vel *cum*, *eis*, V. P. sim. Ti. *Quùmque illa polluisset se cum eis*, Pi. sim. JT. ¶ *Saturata*, &c. וַתֵּקַע וגו'] *Et recessit* (vel, *emota est*, Mo. *avulsa est*, M. *luxata est*, JT. i. e. luxatione & diffractione violentâ divulsa [i]: *abalienata est*, Pi. *anima ejus ab eis*, P. Ti. &c. *Detestata est eos*, &c. Ch. sic Sy. Illorum concubitu satiata ad Ægyptios iterum se vertit, 2 Reg. 24. 7. *Neque enim perinde à parentibus liberi quàm ab impudica adulteri mutantur*, ait apud Tacitum Agrippina. *Unius adulterium matrimonium vocant*, ait Seneca [k]. Judæi quoque fastidiverunt Chaldæos, ut antè Assyrios; adeò ut quasi luxati & disrupti inter se fuerint. qui priùs communi fœdere in unum corpus & unam animam coaluisse videbantur [l]. Rebellaverunt in eos Joacim & Sedecias [m].

18. *Denudavit quoque*, &c.] Vel, *Quum itaque retegat*, &c. JT. vel, *Ubi revelavit* Judæa, &c. Jun. *Quùmque retexisset*, &c. Cohæret cùm superioribus, hoc sensu, *Satiata est, postquam libidinem suam ità cognitam ipsis fecerat, ut ultro aspectui ingereret quæ tegi debent* [n]. ¶ *Et discooperuit*, &c.] i.e. Prostituit se omnibus: vel, Ignominia ejus innotuit omnibus [o]. ¶ *Et recessit anima mea ab ea*] Propterea eam abominatus sum [p]. Ultrà ferre non potui mœcham & impudentem & desultoriam [q]. ¶ *Sicut recesserat*, &c.] Ità ostendit necessitatem & æquitatem judicii sui [r]. ¶ כַּאֲשֶׁר נָקְעָה וגו'] *Sicut recessit*, &c. Non occurrit alibi verbum נָקַע, sed res ipsa docet idem esse quod יָקַע, quod pro *luxari & loco suo avelli* usurpatur Gen. 32. 25. Hinc non longè abit significatio verbi נקע in lingua Æthiopica, ubi pro ῥήγνυσθαι, *rumpi*, ponitur Matt. 9. 17. pro σχίζεσθαι, *findi*, Matt. 27. 51. & in Hiphil, אנקע, pro ῥήσσειν, *rumpere*, Marc. 2. 22. Hinc locum optimè vertas, *Et abrupta est—sicut abrupta est*, &c †.

19. *Multiplicavit enim* (vel, *Illa verò multiplicavit*, Pi.) *fornicationes suas*] Ut illa apud Ausonium, *Nè quid inexpertum frustrà moritura relinquat* [t]. q. d. Quamvis Deus se ab illis discedere per Prophetas contenderet, nihilominus obfirmato animo in sua perfidia perstiterunt [v]. ¶ *Recordans*, &c. לִזְכּוֹר וגו'] *Recordando* (vel, *Memor*, Ti. Ca. *Ità ut in memoriam reduxerit*, P. sub. *Deus*, V. ad verb. *Ad commemorandum*, Mo. V. vel, *Ad reducendum in memoriam*. Deus videtur oblivisci scelerum nostrorum quando non percutit nos: cùm autem punit, recordari videtur [x].) *dies* (vel, *dierum*, Ti. Ca. Ch.) *pueritiæ*, vel *adolescentiæ*, *suæ*, &c. JT. Pi. &c. *antiquorum*, &c. Ch. Recordando, & simul ipso actu revocando & exercendo, priorem suam scortationem spiritualem. *Reminiscendi* verbum interdum consequens effectum connotat: ut Esth. 2. 1. *Recordatus est Vasthi*, intellige, & sermonem habuit de facinore illius [y]. Al. Sensus, q. d. Neque recordatione antecedentium malorum quæ ab Ægyptiis perpessi fuerant deterreri potuerant quin ad illos transvolarent [z].

20. *Et*, &c. וַתַּעְגְּבָה עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם] *Et adamavit* (vel, *deperiit*, Ti. *deflagravit*, M.) *servos* (vel, *cinædos*, Ca. vel,

Margin notes (left): p Pi. q G. r Me. & T. et La. † V. s Me. v G. x Pi. sim. Jun. y V. z Jun. a V. b Jun. c T. d V. * G. f V. g Pi. h V. i Jun. k Me. l G. m Jun. n La. o Me. et La. p Jun. q G. r G. sic Jun. † G. t Idem. v Jun. x V. y BP. 1. 6. 34
Margin notes (right): z G. a V. b Idem. c Idem. d Jun. * V. f Jun. g Me. h V. i Jun. k G. l Jun. m V. n G. o V. p V. q G. r Jun. † Di. t G. v Pi. x V. y Glas. rhet. 1. 1. 15. z Jun.
Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vel, *amaſios*, Ang. vel, *concubinas*, i.e. alias nationes quas illi in ſuam ſuperſtitionem illexerant [a]: vel, *concubitores*, Ti. *in concubitores*, M. *ſuper pellices*, Mo.) *eorum*, P. &c. *Et amaſiam agit cum concubinis eorum*, JT. Quamvìs Ægyptios aliis concubinis operam dare animadverterent, adeóque infidum & inſtabilem eſſe eorum amorem cognoſcerent, tamen eos deperibant [b]. *Et amore exarſit erga illos* (Ægyptios) *pluſquam concubinæ eorum*, Pi. ſic Belg. i. e. populi vicini, illis adhærentes, & idololatriam eorum imitantes [c]. Quidam exponunt עַל pro עִם, *cum*, vertentes, *Adamavitque Ægyptios cum concubinis eorum*. Alii exponunt, *Adeò eos adamâſti, ut facta ſis illis ut pellices eorum* [d]. ¶ *Quorum*, &c. אֲשֶׁר בְּשַׂר וגו׳] *Quorum caro* (vel, *Quòd caro eorum*, JT.) *ut caro aſinorum eſt*, vel *erat*, P. M. Ti. Ægyptios dicit *bene vaſatos* *, i.e. in idolorum cultu eximios [f]. Simile habuimus ſuprà 16. 26 †. בְּשַׂר, *caro*, hîc eſt membrum virile [g]; ut Levit. 15. 2. Ezec. 16. 26. Verendum aſini vaſtum eſt & enorme: ideo apud nonnullas gentes [h] ὄνος *aſinus* Priapo conſecratus [i]. Et Græci maſculinam partem ὄνον vocant, teſte Phavorino [k]. Commodus Imperator ὄνος dictus eſt, quòd prægrande membrum haberet [l]. Quartilla apud Petronium, *Poſt aſellum diaria non ſumo* [m]. ¶ *Sicut fluxus* (vel, *virus*, ut vocat Virgilius [n]. *Fluxus*, ſub. *ſeminis*, V. Pi. in coitu [o].) *equorum*] Equi libidinoſi ſunt. Hinc Ægyptii, libidinoſum ſignificantes, pingebant equum: taléſque vocabant ἱπποβίυς [lege, ἱπποβίνυς] & ἱπποπόρνυς, teſte Pierio Hieroglyph. 4 [p]. Propheta σεμνῶς (*modeſtè*) rem turpem exponit [q].

21. *Et*, &c. וַתִּפְקְדִי וגו׳] *Et* (vel, *Sic*, vel *Ità*, JT. Pi.) *viſitâſti* (vel, *revocâſti*, M. *recordata es*, P. *revocâſti in memoriam*, Ti. V. *recoluiſti*, Ca. *reviſis*, JT. *repetiviſti*, Heb. *viſitâſti*; ſynecdoche ſpeciei: nam qui rem ſuæ curæ commiſſam viſitant, ſubindè repetunt inſpectionem illius [r].) *ſcelus* (vel, *fœditatis*, P.) *pueritiæ tuæ*, Pi. ſic Mo. i. e. Viſitari feciſti, nempe à Deo †. Renovâſti veterem in Ægypto idololatriam tuam [t]: Ejus memoriâ oblectata es, & rediiſti quaſi ad vomitum [v]. ¶ *Quando*, &c. בַּעֲשׂוֹת וגו׳] *Subigendo* (vel, *In comprimendo*, Mo. *Dum contuſa ſunt*, Ti. *Quando ſubacta ſunt*, M. ſic Ca. *Quando compreſſerunt*, P.) *ab Ægypto*, vel *Ægyptiis*, (vel, *in Miſraim*, P.) *ubera tua*, JT. Mo. P. &c. *Quum contrectarent* (vel, *ſubigerent*, vel *confringerent*, V.) *Ægyptii*, Heb. illi qui ſunt *ex Ægypto*, ſcilic. *oriundi*: ut Joh. 1. 44. *Erat—ex Bethſaida* [x]. ¶ *Et confractæ*, &c. לְמַעַן שְׁדֵי וגו׳] *Propter ubera* (ſub. *inquam*, M. V. vel, ſub. *ſubacta*, JT. *Propter* compreſſionem *uberum*, P. *Ut* contunderent *ubera*, Q. in V.) *adoleſcentiæ tuæ*, Ti. &c. vel, *puerilia*, Ca. Quæ habebas dum adhuc eſſes virgo [y].

22. *De quibus ſatiata eſt*, &c.] i. e. Quos faſtidîſti [z].

23. *Nobiles*, &c. פְּקוֹד וְשׁוֹעַ וְקוֹעַ] [Has voces reddunt, vel, 1. appellativè.] *Præfectum*, vel *præfectos*, M. P. (vel, *duces*, V. *capitaneos*, Oſ. in Glaſ.) *potentem*, M. (vel, *ſtrenuos*, Ti. *imperatores*, Ca. & *principes*, P. *ſatrapas*, Oſ. in Glaſ. *tyrannos*, Vulg. *principes magnos*, vel, *viros honorabiles* & *prædivites*, V.) *munificos*, Ti. ſic V. vel, *illuſtréſque*, Ca. & *tyrannum*, M. & *duces*, P. *viros ſtrenuos*, Oſ. in Glaſ. *principes*, Vulg. Sing. pro plur [a]. Sunt hæc tria nomina Tóar [adjectiva,] quæ conveniunt Principibus qui memorantur nomine tenus in Jeremia, Nabuzaradan, Nebuſazban, Serezer, Rabmag, &c. פְּקוֹד eſt pro פָּקִיד; שׁוֹעַ *principem magnum* ſign. & קוֹעַ *ducem magnum*, tametſi alibi non reperitur [b]. קוֹעַ deducitur à קַעֲקַע *ſtigma*, vel *ſignum in corpore impreſſum*, Lev. 19. 28. unde קוֹעַ eſt, vir talibus notis inſignitus; ſicut Babyloniorum mos fuit, ut viri principes ejuſmodi notis carni impreſſis inſignirentur [c]. [Aliis ſunt nomina propria, vel perſonarum, vel locorum: atque ità accipiunt ο΄. Ch. Sy. Ar. JT. Pi. Mo. &c.] Sym. & Th. in G. nomina hæc, *Pekod*, & *Soa*, & *Koa*, ſunt regionum quæ Babyloniis erant ſubjectæ [d]. Aſſyria dividebatur in tres partes, citimam, medianam, & ultimam. 1. Ultimam, [Sed legendum, Citimam, ut & res ipſa & verba ſequentia oſtendunt.] à Tigri fluvio ad Lycum uſque vel Sevam, *Pekodæi* tenuerunt *. Hâc parte Cyrus transvexit in Babyloniam. Hæc *Pekod* dicta eſt à פָּקַד *præficere*, quòd ſumma illic præfectura fuiſſet Regni Aſſyriorum; & in ea Ninive, everſa jam eo tempore [f]. 2. Medianam, quæ inter Lycum & Gorgum fluvium, tenuerunt *Sobæi*, in quibus Adiabeni, qui & Saccopodes, Strabone teſte, appellati [g]: qui ſub Meratay-mis ſiti ſunt, in quibus ſitum eſt oppidum *Siæ* apud Ptolemæum [h]. 3. Ultimam: quæ conjuncta Mediæ à Gorgo fluvio, qui corruptè à *Kobo* ſic dicitur, mutato ע in γ, ut ſæpe factum [i]. Siti erant hi *Kobæi* in interiore Aſſyriæ parte ad Arbelitidem, ubi oppidum olim munitiſſimum *Koah*, hiſtoricis *Gauga*, unde Strabo vocat Gaugamelem, quaſi *Gaugam munitionem* dicas [k]. Al. *Pekod* hîc ſunt Bactriani, ut diximus alio loco: שׁוֹעַ, Συὲ ο΄. Σίαι in Armenia apud Ptolemæum: קוֹעַ, *Choana* Mediæ apud eundem Ptolemæum [l]. ¶ *Omnes filios Aſſyriorum*] Populi quos nominat aut ſubditi tunc erant Aſſyriorum, aut fœderati †. Duas hîc gentes nominat quæ perfidiam Judæorum expertæ erant: 1. Chaldæos, quos circumſcribit partim metropoleως, partim communi gentis appellatione; 2. Aſſyrios verò, partim ſingulari partium enumeratione, partim communi appellatione gentis [m]. ¶ *Principes*, &c. שָׁלִשִׁים] *Heroes*. Hâc voce ſignificat viros heroicos robore corporis, fortitudine animi & prudentiâ in rebus agendis præſtantes [n]. ¶ *Et nominatos*; ità LXX, Pi. ſic M. וּקְרוּאִים] *Et invitatos*, Mo. vel, *celebres*, Ca. Ar. ſim. Ti. JT. *præparatos*, Ch. *majores*, P. *primores*, vel *ſenatores*; qui ad res arduas reip. advocantur à Rege: quales ſunt docti homines ſive conſiliarii [o]. Adminiſtros judiciorum Dei hoc verſu deſcribit ab ætate, robore, dignitate, celebritate, peritiâ rei militaris; ut oſtendat eos exſequendis Dei judiciis futuros aptiſſimos [p].

24. *Venient ſuper* (vel, *contra*, M. Ti. &c.) *te inſtructi*, &c. הֹצֶן רֶכֶב וְגַלְגַּל] *Rhedâ*, vel *rhedis*, &c. Ti. Ca. (vel, cum *rhedis*, M. P. V. Deficit ב. Eſt autem ſpecies quadrigarum, ſive currûs [q]. Cum *falcatis curribus*, JT. Pi. cum *armis*, ο΄. & Ch. in G. ſim. Sy. Hi omnes ה in הֹצֶן ſumpsêre pro articulo, aut certè notâ derivativi, & צֶן à צִין, quod ſæpe vertitur ὅπλον· [cujus fides ſit penès authorem:] ex qua origine eſt & צִנָּה, quod jam ſequetur [r]. Al. הֹצֶן eſt genus quoddam bellici inſtrumenti, aut univerſale nomen armorum †.) *curribus*, P. M. Ti. &c. (vel, *plauſtris*, JT. *curribus vulgaribus*, Pi. vel, *quadrigis*, Ca.) & *rotâ*, vel *rotis*, P. M. &c. vel, *vehiculis*, Ti. *curribus*, Ca. *carris*, Pi. *eſſedis*, JT. id eſt, Omni genere commoditatum ad vim & celeritatem pertinentium [t]. ¶ *Loricâ & clypeo*, &c.] Circumdabunt te ſcuto, galeâ, &c. i. e. armabuntur contra te [v]. Arma hîc denotant obſidionibus maximè neceſſaria. Oſtendit eos omni armorum genere ad lædendum & ad tegendum inſtructiſſimos fore [x]. ¶ *Et dabo* (vel, *ponam*, M. Ar. *exponam*, Jun.) *coram eis* (vel, *proponam illis*, JT. Pi. Sy.) *judicium*, (vel, *jus*, JT. Pi. *ultionem*, Ar. *ultionem judiciorum*, Ch.) & *judicabunt te judiciis ſuis*] Ità P. Ti. ſic M. Mo. &c. i. e. Dabo eis de te decernendi facultatem [y], & poteſtatem puniendi te: vel, Permittam te libidini eorum, ut de te pœnas ſumant juxta leges ſuas [z]. Sententiam de perdendis Judæis latam ipſis tradam tanquam adminiſtris vel carnificibus, qui illos ex animi ſui ſententia divexabunt [a]. *Et ultionem ſument ex te pro legibus tuis*, Ch. [Ca. locum ſic reddit, *Et, conceſſo eis à me arbitrio, more ſuo* [*te*] *puniens*.]

25. *Et ponam* (vel, *Nam opponam*, JT. Pi.) *zelum meum* (i. e. pœnam ex zelo ortam [b]) *in te*] Vel, *tibi*, JT. Pi. *contra te*, Pi. Zelotypum animum meum in te impingam [c]. Puniam te ut maritus uxorem adulteram [d]. Hactenus te revocavi ad fœdus conjugale quo te mihi adjunxeram; nunc verò divortium faciam, &c. & zelotypiam meam acerbiſſimis judiciis teſtificabor omnibus *. ¶ *Quem*, &c. וְעָשׂוּ וגו׳] *Et facient tecum*, &c. P. i. e. Tractabunt te tanquam irati tibi [f]. *Ut agant tecum*, &c. JT. Pi. *Quem illi Chaldæi iracundè exſequentur*, ut miniſtri mei [g]. ¶ *Naſum tuum* (i.e. dignitatem Regiam [h]: quia Rex in populo, ut naſus in facie, eminet [i]:) & *aures tuas* (i. e. dignitatem ſacerdotalem [k]: quia aures doctrinæ conſecratæ ſunt [l]: ſacerdotum autem eſt intendere Verbo Dei, & docere illud [m]:) *præcîdent*] Ut irati amaſii interdum faciunt meretrici [n], ab ipſis deficienti [o]; & mariti zelotypi uxoribus impudicis, aut eorum mœchis. Martialis, *Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho* [p]? Ut, quæ formâ placere

Margin notes (page 1211): [a] V. [b] Jun. [c] Pi. [d] V. * G. [f] G. ſim. Pi. V. † G. [g] V. ex He. ſic M. Pi. D. [h] D. prov. 2. 3. 5. [i] D. ib. G. [k] G. [l] D. ib. [m] Ga. [n] G. [o] Pi. [p] La. [q] Pi. [r] Pi. † La. [t] Me. ex La. [v] V. [x] Pi. [y] V. [z] G. [a] V. [b] K. in Glaſ. gram. 4. 3. 17. 863. [c] Forſt. ib. [d] Pi. * Jun.

Margin notes (page 1212): [f] Jun. in Glaſ. [g] Jun. in comment. [h] Jun. in Glaſ. [i] Jun. in com. [k] Jun. in Glaſ. [l] G. † Idem. [m] Jun. [n] V. [o] Idem. [p] Jun. [q] V. [r] G. † Q. in V. [t] Jun. [v] V. [x] Jun. [y] G. [z] V. [a] Jun. [b] Pi. ſim. La. Me. [c] G. [d] V. * Pi. [f] V. [g] Ch. [h] V. ſim. La. ex He. & Ch. & Pra. & Mald. K. in M. [i] La. ex Pra. &c. [k] V. K. in M. La. ex Pra. &c. [l] K. in M. [m] V. [n] Me. ſim. M. [o] M. [p] G.

placere voluerunt, jam, præcisis naso & auribus [q], quæ partes venustatem dignitatémque vultui afferunt[r], turpissimæ appareant† ; nec ab aliis amatoribus facilè appetantur[r]. Alludit ad pœnam adulterarum, quas Ægyptii naso truncabant, ut docet Rhodiginus l. 21. c.45[v]. Significat Chaldæos omnis generis dehonestamentis Jerosolymam affecturos[x]. ¶ *Et quæ*, &c. "וְאַחֲרִיתֵךְ וגו] *Et novissimum tuum gladio cadet*, M. P. Ti. &c. i. e. Partes inferiores[y], ultimus ordo in populo[z] : i. e. plebs[a], cujus initium & caput est Rex[b]. Al. *Ac tandem* (Heb. *in postremo tuo*, Pi.) *gladio cades*, Pi. sim. JT. Ca. vel, *Et posteriora tua*, &c. i. e. Exitium ab omni parte invadet[c]. ¶ *Et*, &c. "וְאַחֲרִיתֵךְ וגו] *Et novissimum tuum devorabitur igne*, M.P. Ti. Vulg. Quidquid captivi, cùm avehentur, in urbe relinquent[d]. *Ac tandem igne consumêris*, Pi. sim. JT. Ca.

26. *Et*, &c. "וְהִפְשִׁיטוּךְ וגו] *Et* (vel, *Denique*, M. *Præterea*, Pi. *Postquam*, JT.) *exuent* (vel, *exuere facient*, Mo. *exspoliabunt*, M. Ti. sic Ca. *nudaverunt*, JT.) *te*, &c. P. Pi. &c. Ut captis fieri solet*. ¶ *Tollent vasa gloriæ tuæ*] i. e. De quibus gloriabaris[f]. Ornamenta[g], muliebria, quibus fœminæ gloriantur[h]. Vel, vestes & vasa Templi[i].

27. *Et requiescere* (vel, *cessare*, JT. Pi.) *faciam scelus tuum*, &c.] Nempe idololatriam tuam[k]. Excoquam te suppliciis, ut nihil veteris sceleris in te remaneat[l]. Al. Tunc pudebit te idololatriæ, & ab ea cessabis, utpote cujus ignominia tunc revelabitur[m]. Al. Faciam nè tibi unquam libeat Chaldæos imitari[n]. Neque facto neque animo ampliùs amatoribus tuis dedita eris, sed ingratiis ità laborabis in tuis calamitatibus, ut non possis vacare antegressis amorum tuorum cogitationibus[o]. ¶ *De terra Ægypti*] Deductam scilicet P. ¶ *Nec levabis oculos tuos ad eos*] Sub. *concupiscendos more scortorum*, V. i. e. Idola non coles. Vide Ezec. 18. 6[q]. Metues aspicere Chaldæos[r]. ¶ *Ægypti non recordaberis*] i. e. Idololatriæ quam ibi didicisti† : ut scilicet colas deos ejus[t]. Sicut Ægyptus tui memor non fuit in tuis periculis[v].

29. *Et*, &c. "וְעָשׂוּ אוֹתָךְ וגו] *Et agent* (vel, *Ut agant*, JT.) *tecum cum odio*, P. sic M. Ti. Mo. &c. i. e. Tractabunt te[x] tanquam tibi infensi[y]. *Qui te percutiant*, &c. Sy. *Et ultionem sumunt ex te*, &c. Ch. ¶ *Tollent— labores tuos*] i. e. Opes labore partas[z]. ¶ *Revelabitur ignominia*, &c. "עֶרְוַת וגו] *Turpitudo* (vel, *ignominia*, M. *obscœnitas*, Ca. *nuditas*, Mo. sic JT.) *scortationis* (vel, *impudicitiæ*, Ca.) *tua*, Ti. sim. M. P. Mo. &c. vel, *nuditas tua* (i. e. pudendum tuum) *scortationibus dedita*, vel *exposita* ; Heb. *nuditas scortationum*[a]. Ut solet fieri fœminis captivis. Sensus allegoricus, Omnes fœditates tuæ apparebunt[b]. Manifestum erit omnibus, te per idololatriam defecisse à Deo tuo[c].

30. *Fecerunt*, &c. "עָשֹׂה אֵלֶּה לָךְ] *Faciendo* (vel, *Facient*, M. Ti. Pi. G. i. e. Ego permittam ut faciant ob tua crimina[d] : vel, *Faciam*, P. Heb. *Facere*, Pi.) *ista tibi*, Mo. JT.

31. *Dabo calicem ejus*, &c.] Eodem te supplicio quo illam afficiam*. Vide Psal. 16. 5. & 75. 9[f]. & Jer. 25. 15, &c[g].

32. *Profundum & latum*] i. e. Amplissimum. Innuit gravitatem supplicii[h]. ¶ *Eris in derisum & in subsannationem* (quum scilicet inebriata fueris[i],) *quæ est capacissima*] i. e. Maxima, scilicet subsannatio. Melius, *qui*, scilicet calix, *est capacissimus*[k]. ¶ מַרְבָּה לְהָכִיל] *Magnus ad continendum*, Mo. sive, *capiendum*, vel *capere facere*, V. *Magnus* erit *ut multum capiat* vini, P. *Admodum capax est*, Ti. sim. Ca. *Erit capacissimus*, JT. *Quòd multa sit capacitatis* calix, M. Nam calix *capacissimus* est, Pi. Est hîc transpositio, *Capacissimum*, (*calicem*, ex superioribus,) *ut sis irrisui ac ludibrio* ; sicut solent esse qui magnos calices exhausêre[l].

34. *Epotabis*, &c.] Hebr. *exsuges*, G. JT. Pi. Nihil erit pœnarum quod non gustes[m]. Calice hausto, reliquias exprimes ; ut, quamvis ebria, tamen promoveas ebrietatem tuam ; i.e. judicia cumules judiciis : ut qui largiùs poculis indulserunt, illi, juxta Deut. 29. 19. *ebriam animam addunt sitienti*, i. e. sitim accendunt ipsi, & ebrietatem augent*. ¶ *Et*, &c. וְאֶת חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי] *Et testas ejus confringes*, vel *comminues*, M. P. Ti. Mo. Projecto scilicet calice ex indignatione[n]. Vel, ut fragmenta ipsa exsuges, nè fortè guttula aliqua remaneat[o]. Sæpe enim fit, in vasis maximè fictilibus aut ligneis, ut liquor calicem imbuat & penetret. Avidissimus ille est qui catillos lingit, &c P. Lambes fragmenta[q]. Hebraismus est, q. d. *Franges illum in testas & fragmenta multa testacea* ; i. e. Adeò ebibes illum scyphum testaceum, ut præ aviditate fractura sis illum in multas partes[r]. Al. *Et fragmenta ejus devorabis*, G. & La. ex Vulg. Ut sæpe faciunt ebrii†. Quales vidi in aquis Spadanis, qui post vinum vitra fracta glutiebant, frustrà remedium mortis quærentes, suámque vecordiam serò damnantes[t]. ¶ *Ubera tua lacerabis*, תְּנַתֵּקִי] *Discerpes*, Ti. *avelles*, vel *evelles*, Pi. M. P. Mo. &c. Præ rabie sc[v]. In vindictam scortationis per illa admissæ[x]. Ut solent homines sævire in mali sui authores : ut Mutius manum illam cremavit quæ erravit à vulnere[y]. i. e. Detestaberis idololatriam[z]. Al. *Evelles*, quasi scilicet aliò transferas : h. e. Præ summa macie contabescet corpus tuum, præsertim ubera tua[a]. [JT. hæc cum præcedentibus sic reddunt, *Et testas ejus volens comminuere, potiùs mammas tuas avellas*.] i. e. Quantamcunque vim ac contentionem adhibueris ad effugiendum aut frangendum poculum, potiùs rumpêris quàm ut efficias : quod avulsu mammarum allegoricè designatur, propter appellationem scorti. Idem alterâ allegoriâ prophetavit Esaias, in fine cap. 5[b]. Sensus loci, Ubi poculum illud biberis, 1. exprimes ; 2. testas ejus comminues ; 3. tanto studio inardesces recognoscendis illis testis, ut illud poculum confringens quasi ad ubera tua, quæ nuda futura sunt, (ut antè fuit pronunciatum,) fragmentis testaceis mammas tibi ferme eruitura sis[c].

35. *Quia oblita es mei*] Voluntariò, ut verba sequentia docent[d]. ¶ *Projecisti me post corpus* (vel, *tergum*, JT. Pi. &c.) *tuum*] Ut solemus ea quæ oblivisci volumus*. Metaphora ab iis quæ ante oculos nobis versari debent. Pii *ambulant coram Domino*, [Gen. c. 17. v. 1.] contrà quàm olim impius quidam philosophus dixit, *in animo, Dei effigiem non esse gestandam*[f]. ¶ *Porta scelus tuum*] i. e. Sceleris pœnas[g].

36. *Numquid judicas*, &c ?] Vel, *An causam ageres*, &c. JT. G. *An excusabis*, &c ? Pi. *An jus diceres*, &c ? Mandat Prophetæ nè quid aliud deinceps populo enunciet, nè juris quidem dicendi specie[h]. Vide Ezec. 20. 4. & 22. 2[i]. ¶ *Et*, &c. "וְהַגֵּד וגו] *Et* (vel, *Quin*, G. sic Pi. Sub. *judica*, ex ipso versu, & sub. *&*, V.) *annuncia*, &c. P. V. vel, *ostende eis sua scelera*, G.

37. *Et sanguis* (vel, Prophetarum & justorum, sive innocentum[k] ; vel, filiorum, quem effuderunt[l] : sub. *est*, Pi. sic JT.) *in manibus earum*] i. e. Cruentas adhuc habent manus[m]. Al. De homicidiis publicè gloriantur & jactant se[n]. ¶ *Filios suos, quos genuerunt mihi*] i. e. Quos gignere debuerunt mihi, ut uxor marito[o] : qui mei esse debuerant[p]. Quos ego genui & dedi eis constanti fœdere : quæ res plurimum facit ad exaggerationem[q]. ¶ *Obtulerunt*, &c. הֶעֱבִירוּ לָהֶן לְאָכְלָה] *Traduxerunt* (sub. *per ignem*, M. P. Ca.) *eis* (sub. *idolis suis*, i. e. in honorem idolorum[r] ; vel, *ut illis essent*, M.) *ad comedendum*, P. &c. vel, *in cibum*, M. Ti. Pi. vel, *epulandos*, Ca. *consumendos*, JT. *Igne combusserunt*, Sy. Ar. Ut ignis illos consumeret†. Falluntur itaque qui locos ejusmodi in Scripturis accipiunt de ceremonia transmittendi & lustrandi per ignem, quæ apud prophanos fuit recepta, ità ut salvi eriperentur : nam utrumque simul est intelligendum ; & liberos fuisse igni traditos superstitione impiâ, & alios specie solùm ; i.e. per ignem quidem transmissos, sed ità ut aliqua hostia succedanea igne consumeretur ; tanquam si filii ipsi, igne consumpti, specie quadam resurrectionis à parentibus reciperentur. Cujus rei exemplum item in submersione fuit, cùm priscis illis temporibus sexagenarii, sive, ut veteres dicebant, depontani, de monte in Tiberim dejicerentur ; quorum loco postea sirpeæ suffectæ sunt, quas Romani constanter sexagenariorum nomine appellârunt[t].

38. *Polluerunt sanctuarium meum*, &c.] i. e. Templum[v]. Vel, 1. per ingressum in Templum, etiam in Sabbato, cùm illi polluti essent[x] ; in illud venientes ab illis

ill's sacrilegis sacris [y]: & animo & facto prophanissimi; adeóque & cultum atque præsentiam Dei, & omnia exercitamenta ad cultum Dei pertinentia, impurarent contagione suorum scelerum [z]. Vel, 2. per oblationem earum hostiarum quæ illi idolis immolâssent [a]. Vel, 3. quòd impia illa sacrificia in ipsa domo Dei perpetraverint; ut in historia Regum Achazi & Manassis legimus [b]: quòd Baal & idola in Templo ponerent [c].

39. *Cúmque*, &c. "ובשחטם ונו] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *in immolando eos*, &c. Mo. vel, *quum*, sive *postquam*, *immolâssent*, &c. P. Ca. sim. M. Ti. JT. Pi. &c. Adeò impudentes erant [d].

40. *Miserunt*, &c. "ואף כי תשלחנה ונו] *Et etiam quia* (vel, *Tum quòd*, Ar. *Præterea*, Sy. M. Ti. *Jam verò*, Ca. *Et quantò magis quòd*, P. sive, *cùm*, V. *Quinetiam quòd*, JT. *Quinetiam* illud, *quòd*, Pi.) *miserunt*, &c. Mo. vel, *accersiverunt*, &c. Ca. vel, *misistis*, &c. V. Repetit sæpe eadem verba, paucis mutatis, quò magis animo hæreant [*]. ¶ *Quibus* (i.e. in quorum gratiam [f]) *te lavâsti*] Balneo usa es [g]. ¶ *Et*, &c. "כחלת ונו] *Fucas*, vel *Fucâsti*, &c. JT. P. Pi. *Colorâsti*, Mo. *Illustrâsti*, Ti. *Stibio fucâsti*, sive *pinxisti*, P. M. V. sim. G. ex Vulg. כחל Chaldæis est quod פוך Hebræis, *stibium*: de quo vide dicta ad 2 Reg. 9. 30. Jer. 4. 30 [h]. Describit mores & habitum scortorum, quæ humanissimè & lautissimè excipere solent suos amasios [i]. Significat nullum officium ab illis omissum quod & conciliandis & continendis amatoribus, i.e. exteris gentibus, commodum arbitrarentur [k]. ¶ *Ornata es mundo muliebri*] Vel, *ornatu*: Nam purè si loqui velimus, *mundus* est, per quem munda est fœmina; *ornatus*, per quem ornata †.

41. *Sedisti in lecto*, &c.] Vel, *in thoro*, &c. V. *super lectum*, &c. P. Quasi Regina, vel dea [l]: vel, quasi fœmina: fœminæ enim, viris ad mensam discumbentibus, i.e. cubantibus, cœnitabant sedentes, eò quòd in fœminis turpis esset accubitus, teste Valerio Max. 2. 1 †. Mos in lectis epulandi ab Assyriis aut Chaldæis ad Judæos devenerat: cujus moris testimonium habes in Chald. par. Amos. 2. 8 [m]. ¶ *Et mensa* (sumptuosè ac splendidè instructa [n]. *Mensa*, scilicet sacra, i.e. altare [o]: vel, mensa cum pigmentis & mundo muliebri, qualem habere solent mulieres quæ formæ student [p].) *ornata est ante te*, לפניה] *Ante ipsum*, P. JT. sim. Pi. *juxta ipsum*, sub. *lectum*, V. & sub. *stabat*, Pi. ¶ *Thymiama meum*, &c.] i.e. Vel, 1. quod tibi dederam; vel, 2. quod mihi offerre debuisti [q]. Quod uti debebas in gloriam meam cum gratiarum actione. q. d. Perfudisti lectum tuum aromatibus & odoribus [r].

42. *Et vox*, &c. וקול המון שלו בה] *Et* (vel, *Quúmque*, JT. *Quum autem*, Pi.) *vox* (vel, *strepitus*, Pi. nempe ortus ex concubitu †; *tumultus*, Ch.) *multitudinis*, sive *turbæ*, (vel, *sonora*, M.) *pacificæ* (vel, *tranquilla*, JT. *tranquillus*, Pi. *læta*, Ti. vel, *quietæ*, sive *tranquillæ*, vel, *opulentæ*, sive *fortunatæ*, V. vel, *jucundæ*, Q. in V. vel, *pro pace ineunda*, M. vel, *eorum qui summâ fruebantur prosperitate*, Ch. sub. *est*, vel *fuit*, P. M. JT. Ch. vel, *audita est*, V. vel, *esset redditus*, Pi.) *in ea*, Mo. P. M. JT. vel, *juxta*, sive *circa*, *eam*, putà mensam, h.e. altare idolorum: vel, *in ea*, scil. Ooliba, h.e. Jerusalem [t]: vel, *in illo*, nempe lecto [v]. Erat vox turbæ exsultantis; utì mœchi solent convenire ad meretrices in lupanari, ibique exsultare & canere carmina amatoria [x]. Qui invitati fuerant excepti sunt cum magno applausu civium: venerant enim illi pacis causâ, non belli [y]. Omnia hymnis deorum perstrepebant [z]. ¶ *Et in viris*, &c. ואל אנשים מרוב אדם מובאים סובאים ממדבר] *Et ad viros, à multiplicando hominem*, Mo. (vel, *Et cum viris, ut multiplicarent homines*, P. *Et cum viris illis, ut adessent multi homines*, M. *Cum viris illis præ multitudine hominum*, Ti. ad verb. *propter multiplicare homines*, i.e. ut hominum invitatorum cresceret numerus [a]. *Ad homines quoque è vulgo mittitis*, JT. *Tum miserunt ad viros è multitudine hominum*, i.e. è plebeiis [b]. Sensus loci, Tæduit Judæam nimis alti silentii cùm proceres tantùm haberet amatores, ideóque plebeios quosque & agrestes homines advocavit, &c. q. d. Personârunt omnia frequentiâ summorum & infimorum accurrentium [c]. *Et in viris qui de multitudine hominum*, G. ex Vulg.) *adducti* (vel, *adductorum*, Ti. *adducti* quoque, M. sub. *sunt*, P. M. *adducebantur*, G. *introducti sunt*, V. & *adducti fuerunt*, Pi. *qui adducuntur*, JT.) *Sabæi* (vel, *Sabæorum*, Ti. doctorum Sabæorum, qui docerent eas religionem deorum exterorum [d]: vel, *ebriosi*, JT. Pi. vel, *Sabæi*; nam vox Hebræa utrumque significat [*].) *è deserto*, Mo. P. &c. Non contentæ viris principibus & speciosis, istæ fœminæ etiam de plebe Arabiæ fœdos homines, armillis coronísque datis, [ut sequitur,] ad concubitum emercatæ sunt [f]. Vel, *& veniebant de deserto*, Vulg. [Ch. locum sic reddit, *Et in fortitudine potentium præ multitudine hominum venientium undiquaque à deserto*. Alii totum sic reddunt;] *Et vocem harmoniæ personabant, & ad viros ex multitudine hominum venientes de deserto*, o'. *Et vox lætitiæ earum procedebat, itidémque virorum illorum qui veniebant è Saba & è deserto*, Sy. *Adhibito ad eam festæ turbæ strepitu, virísque ex hominum vulgo adductis, Sabæis ex saltibus*, Ca. Legerunt Interpretes alii שבאים, vel שבאים, *qui veniebant*; alii, סב באים, *qui circumcirca*, i.e. undique, *veniebant*; alii, סובאים, *ebrii*; alii, שבאים, *Sabæi*, scilicet Arabes, & Æthiopes Abyssini: [quæ duo temere & valde ἀγεωγράφως confunduntur:] sed eòdem omnia redeunt. q. d. Hierosolyma non tantùm speciosos & nobiles Assyrios, sed & fæcem mundi, deformes Æthiopes & latrones Sabæos, adamavit [g]. ¶ *Posuerunt* (vel, *Qui imposuerunt*, Pi. *Et dederunt*, Mo. *Acsi daturi essent*, JT.) *armillas in manibus eorum*, (vel, *earum*, JT. Pi. &c.) *& coronas* (vel, *coronam*, JT. Pi. &c.) *speciosas* (vel, *ornatûs*, JT. Pi. *gloriæ*, P. *decoris*, i.e. egregias & elegantissimas [h],) *in capitibus eorum*] q. d. Insana hæc meretrix, amore ardens, amasios armillis & coronis suis ornavit [i]; non illas ab iis, pro more, accepit. Ità libido ambitionem superavit [k]. Vel, *earum*, JT. Pi. V. &c. [Affixum hîc in Hebræo fœmininum est, הן.] Sensus est, q. d. Illexerunt eas ad fornicationes; h.e. docuerunt eas colere deos suos [l].

43. *Et*, &c. ואמר לבלה נאפים עת יזנה תזנותיה והיא] *Et dixi* (i.e. cogitavi. De Deo dictum est more hominum, ad exprimendam populi pertinaciam in peccatis [m]. Vel, *Tunc cœpi ego Deus dicere*, V. *Quamvis dicerem*, G. *Et indicavi*, Pi. nempe per Prophetas meos, verùm frustrà [*]:) *inveteratæ* (vel, *inveteratæ isti*, Pi. id est, vel, 1. Oholæ, cujus certè scortatio vetustior erat, quippe quæ cœpit sub Jeroboamo [n]: vel, 2. Oholibæ; quippe quæ diutiùs in regione sua permansit: vel, 3. utrique [o]. Al. *de inveterata illa*, V. Gal. vel, *ei quæ vetula facta est*, G. *ad eam cùm inveterata esset*, M.) *in adulteriis*, P. M. sic Mo. Belg. (vel, *mœchando*, G. vel, *adulteria ipsius*, Pi.) *Nunc* (vel, *Jamjam*, V. *Jam tandem*, G. quòd *nunc*, Pi.) *exibunt*, vel *egredientur*, (vel, *exspirabunt*; Heb. *exfornicabuntur*, sive *finem accipient*, Q. in Belg. Cùm enim inveterata sit, defervere necesse est libidinem ejus; h. e. in captivitatem ducta peribit ipsa cum idolis suis. Juxta והיא subintelligendum עמהם [p]. Vel, *migrabunt aliò*, vel *discedent*; i.e. Peribunt idola eorum, cùm abducti fuerint in captivitatem [q]. Vel, *definent*, G. Gal. vel, *exerceans*, Pi.) *fornicationes ejus*, Mo. P. M. (vel, *scortationes cum ipsa*, [nempe Ohola,] Pi.) *& ipsa*, Mo. P. q. d. Ista scelerata exsulatum ibit Babylonem [r]. Vel, *cum ea*, M. *& illa simul*, Gal. vel, *& illa ipsa*; q. d. Nunc certè satiati definent tum scortatores, tum meretrices ipsæ: sed contrarium apparuit †. Vel, *nunc cum illa*, nempe Oholibah [t]. Vel, *at ipsa*, perseverabat scilicet. Martialis, *Cùm tibi trecenti consules, Vetustilla, Et tres capilli quatuórque sint dentes*. Et alia quæ habet in anus libidinosas. Characterem talis fœminæ vide in Pluto Aristophanis [v]. [Alii versum sic reddunt;] *Et dixi, Cum vetula* aliquando *adulteria commiserunt, nunc & cum illa scortabuntur scortationibus ejus*, Ti. *Et dixi, Cum vetula scortationes habuerunt, nunc exsequentur scortationes suas cum ea*, Q. in M. *Tum dixi ei quæ vetula* facta est *in adulteriis, Voléntne adhuc scortari cum illa, & illa* cum eis? Ang. *Ac me cogitante mæchatos cum vetula*, scil. Samaria, *nunc cum hujus quoque*, i.e. Hierosolymæ, *salacitate scortaturos* [x]. *Et quamvis dicam* (i.e. doceam, reprehendam, & comminer gravissimè adulteriorum nomine per Prophetas meos [y], nec solùm publicè & communiter, sed etiam privatim & sigillatim increpans [z],) *isti effætæ adulteria, modò scortari istos scortationibus hujus*, modò *illius*, JT. i.e. Quamvis indicavi tempus quo scortata est suis scortationibus hæc,

y G. z Jun. a V. b Jun. c Mc. d Mc. * G. f Pi. G. g G. h G. i V. sim. Jun. k Jun. † G. l T. c x La. † La. m G. n T. o La. T. p Mc. q Pi. sim. G. r V. † Pi. t La. v Pi. x La. y V. z G. sim. Mc. ex La. a V. b Pi. c Jun.

d V. * Pi. f G. g La. h V. i La. sim. Pra. k Pra. l V. m Belg. * Belg. n Pi. Belg. o Belg. p M. q V. r Tig. not. † Q. in Belg. t Pi. v G. x Ca. y Jun. in bib. z Jun. in com.

10 20 30 40 50 60 70

hæc, & illa. Sic locum expono ex v. ſeq. ubi antecedentia duo nominantur, quæ relativè intelligenda ſunt, nimirum Ahola & Aholiba [a]. Al. *Et dixi, Nonne in his mœchatur? operâ* (vel, *more*, Ar.) *fornicariæ ipſa fornicata eſt*, ό. ſim. Ar. *Et dixi de iſtis, Adulteratæ ſunt, & ſecundùm actiones meretricum fornicatæ ſunt*, Sy. *Et dixi de cœtu Iſrael, cujus populus inveteratus eſt in peccatis, Nunc dimittet idola ſua, & convertetur ad cultum meum: & non eſt converſa*, Ch. *Et dixi ei quæ attrita eſt in adulteriis, Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc*, Vulg. Chaldæus hîc ſupplet, *non eſt converſa*; ut ſit apoſiopeſis: & ſume ſing. pro plur. quia loquitur de duabus ſororibus [b]. Etiam hæc vetula (nempe, vel Oolla, quæ prior peccare cœpit [c]; vel Ooliba [d], quæ jam diu adulteriis dedita eſt *;) fornicari perget in ſua decrepita ætate, æquè ac ſolebat in adoleſcentia ſua [f].

44. *Et*, &c. "וַיָּבוֹא אֵלֶיהָ וגו] *Et* (vel, *Nam*, Sy. Ar. *Attamen*, G. ſic Jun. *At* nihilominus, Pi.) *venit*, vel *ingreditur*, (vel, *congreditur*, JT. ſub. *quiſque*, Pi. JT. vel, *venerunt*, ſive *ingreſſi ſunt*, P. M. Ti.) *ad eam*, Mo. P. Pi. &c. (jam anum ſcilicet [g]: vel, *cum ea*, JT.) *ſecundùm ingredi* (vel, *quaſi ingrediendo*, M. *ſicut ingreditur* quiſpiam, P.) *ad mulierem meretricem*, Mo. Senſus eſt, In crimine perſtiterunt, ut præfracti homines ſolent: nam quò magìs à Deo objurgantur, eò magìs in vetitis, tanquam arreptâ occaſione, inardeſcunt [h].

45. *Viri*, &c. 'וַאֲנָשִׁים צַדִּיקִם הֵמָּה יִשְׁפְּטוּ וגו] *Et* (vel, *At*, G. *Jam*, Sy.) *viri juſti judicabunt* (vel, *punient*, G. *judicent*, Sy.) *eas*, P. *Porrò viri juſti, illi judicabunt eas*, M. Ti. *Atque iidem, homines juſti, eas ſupplicio afficient*, Ca. *Et viri juſti hi*, (vel, *juſti ſunt*, Ar.) *& ulciſcentur eas*, ό. ſim. Ar. *Itaque ad viros juſtos quod attinet, illi judicabunt eas*, Pi. Per *viros juſtos* hîc intellige, [vel, 1. Prophetas,] qui non ſolùm Deo probati erant, ſed & Judæorum confeſſione juſti & inculpati in vita ſua; qui hîc dicuntur *judicare*, i. e. ſententiam Dei verbis tuliſſe [i]. Vel, 2. Babylonios [k]: quos, licèt impios, *juſtos* vocat [l], nempe juſtitiâ politicâ, quæ jus ſuum cuique tribuit [m]: & quòd juſtè facerent in eo quòd eas punirent [n]; quòd miniſtri eſſent Divinæ ultionis [o], juſtæque ſententiæ [p].

46. *Adduc*, &c. ità ό. Sy. "הַעֲלֵה וגו] *Aſcendere facere*, &c. Mo. *Convoca de illis cœtum.* קָהָל ſolet intelligi conſeſſus judicum qui de reorum capite pronunciant: hîc verò per ἀλληγορίαν intelligendus exercitus Chaldæorum [q]. *Faciendò* (vel, *Fac*, Ar. Jun. *Faciam*, P.) *aſcendere*, &c. JT. &c. *Adducam*, &c. M. Ti. *Quum adduxero*, &c. Pi. Significat Deus per Prophetam, (velut inſtrumentum prænunciandis rebus iſtis ab ipſo ordinatum,) ſe effecturum ut turba militaris contra Judæos aſcendat [r]. *Vaticinare ut aſcendat*, &c. Ch. Infin. pro fut †. ¶ *Et in rapinam*; ità Mo. P. ό. vel, *prædam*, M. Ti. וְלָבַז] *Ac direptioni*, JT. Pi. *Et abripiantur*, ad pœnæ locum ſcilicet. Omnis enim hæc tranſlatio à judiciis ſumpta [t].

47. *Et*, &c. וְרָגְמוּ עֲלֵיהֶן אֶבֶן קָהָל] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *lapidabunt* (vel, *obruent*, Mo. JT. Pi. *jacient*, M. *confertim jacient*, Pi.) *eas* (vel, *ſuper eas*, Mo. M.) *lapidibus* (vel, *lapides*, M.) *multitudo*, P. vel, *cœtus*, ſive *congregatio*, Mo. Ti. JT. Pi. i. e. magnus ille exercitus [v]. Clades quam Chaldæi illi inferent erit loco lapidationis, quam, ut adultera, merita eſt. Alludit ad lapides quos machinis obſidionalibus Chaldæi in Jeruſalem jaculati ſunt [x]. Verbum plurale cum nomine ſingulari per ſyneſin [y]. ¶ *Et*, &c. "וּבָרֵא וגו] *Et ſuccîdent* (vel, *exterminabunt*, M. *putabunt*, JT. *ſuccîdet*; Heb. *ſuccidere*, Pi.) *eas in gladiis ſuis*, Mo. &c.

48. *Et auferam* (vel, *faciam ut ceſſet*, JT. Pi.) *ſcelus*, זִמָּה] *Fœditatem*, Mo. P. *res fœdas*, G. *crimen*: i. e. Efficiam ut poſthac in ea regione non admittant talia ſcelera [z]. ¶ *Et diſcent omnes mulieres*] i. e. Civitates [a]; vel, gentes [b].

49. *Dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos*] i. e. Pœnam ſceleris veſtri [c]. ¶ *Et peccata idolorùm*, &c.] Duplex metonymia, pro *pœnas idololatriæ* [d].

[a] Jun. ib. [b] Mar. [c] Me. [d] Me. T. [e] Me. [f] T. [g] G. [h] Jun. [i] Jun. [k] M. G. ſim. Me. T. La. San. &c. [l] La. [m] T. [n] Ca. [o] G. ſim. La. &c. [p] Me. ſim. San. La. T. [q] G. [r] Jun. † M. ex K. [t] G. [v] V. [x] Me. [y] Pi. [z] V. [a] Ca. [b] G. [c] Pi. ſim. V. [d] G.

CAP. XXIV.

1. *Anno nono*, &c.] A deportatione Joachini, vel Jechoniæ [a]. ¶ *Decimâ die menſis*] Eodem die quo Nabuchodonoſor contra Jeruſalem obſidionem poſuit [b].

2. *Scribe tibi* (i. e. Nota diligenter, ut Judæi captivi, cùm viderint te in Chaldæa videre quæ in Jeroſolymis fiunt, fidem tibi habeant tanquam vero Prophetæ [c].) *nomen*, &c. שְׁם הַיּוֹם אֶת עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה סָמַךְ וגו] *Nomen hujus diei*, JT. Pi. &c. *hunc ipſum*, vel *eundem*, (vel, *ipſum ſcilicet*, M.) *diem*, P. M. JT. (vel, *ipſum*, inquam, *diem hunc*; Heb. *os*, vel *eſſentiam*, ſeu, ut ità loqui liceat, *ipſeitatem*, *diei hujus*, Pi. *corpus*, vel *ſubſtantiam*, *diei hujus*, ſive *iſtius*, V. Mo. *articulum ipſius diei*, Ti.) *incumbit* (vel, *adjunxit ſe*, Mo. *appropinquavit* enim, P. ſub. *unà cum exercitu ſuo*, V. vel, quo *ſeſe corroboravit*, Ti. nam *fulcivit ſe*, i. e. comparavit ſe ad expeditionem ſuſcipiendam [d]: quo *inſtituit* exercitum, M. *oppugnat*, Ca. *circumdedit*, ut סָמַךְ ſumitur Pſal. 88. 8. LXX, *caſtra fixit*; cúmque ſenſum poſtulat hiſtoria 2 Reg. 25. 1. Jer. 52. 4 *.) *rex Babyloniæ*, &c. JT. &c. Ipſe in Chaldæa deſcribit & prædicit diem quâ obſeſſa fuit Jeruſalem, ut verus Vates crederetur. Prophetæ abſentes præſentia dicunt & futura [f]. Facile Deo fuit res quæ tam longè gerebantur ſub ipſum tempus Prophetæ oſtendere, cùm id etiam Dæmones, Deo ſinente, fecerint: ſicut Cornelio ſacerdoti in Venetis agenti oſtenſa fuit tota ſeries Pharſalici prælii, teſt. Lucano & Gellio; Apollonio verò Tyanæo cædes Domitiani [g].

3. *Et dices per proverbium*] i.e. Per allegoriam. Non verbis tantùm, ſed & rebus, ſignifica. Lebes, Hieroſolyma; carnes & membra ei indita, cives ejus; ignis & aqua fervens, mala quæ patientur [h]. Summa hæc eſt parabolica prophetiarum antecedentium [i]. Hîc & verſ. 4, 5. exponit Deus tum, 1. impietatem & injuſtitiam Judæorum [k]; ut eò commodiùs rationi peccatorum conformaretur ratio judiciorum Dei quæ peccata conſecuta ſunt [l]: tum, 2. judicia Dei illis ob impietatem eventura [m]. ¶ *Pone*, &c. "שְׁפֹת וגו] *Inſtrue* (vel, *Pone*, P. M. Ti. ſim. JT. Pi. ό. ſub. *ſuper ignem*, V. ſim. Pi. &c. *Para*, Ca. ſic Ar. &c.) *ollam, inſtrue*, Mo. vel, *pone*, Ti. P. M. ſub. *inquam*, P. M. Repetitio vehementiam & celeritatem rei denotat [n]. *Olla* eſt Jeruſalem [o]. Alludit ad eos qui urbem *ollam*, & ſe *carnem*, dicebant, cap. 11. v. 3 [p]. ¶ *Mitte in eam aquam*] Significat oppugnationem [q]; vel, miſerias ex longa obſidione in urbem invectas [r]. Senſus loci, q. d. Finge Jeruſalem ollam eſſe, & in eam judicia Dei, tanquam aquam fervefacturam ea quæ in olla ſunt, influere *.

4. *Congere fruſta ejus*] Id eſt, carnis †: quæ conjicienda ſunt in eam; nempe femora & artus [t]. Intellige eos qui ex reliquis Judææ urbibus & locis confugerunt in urbem [v]. ¶ *Omnem partem bonam*, &c.] i. e. Primores civium [x]; & milites optimos, in urbe trucidandos [y]. ¶ *Electa*, &c. מִבְחַר עֲצָמִים מַלֵּא] *Electis oſſibus* (Heb. *Electione oſſium*, Mo. Pi.) *imple*, Mo. P. ſim. M. Ti. G. &c. ſub. *eam*, Ti. *Oſſibus*, i. e. membris: quia ſecundùm oſſa ſecantur membra & partes animalium [z]. Optima & ſolidiſſima quæque membra vult, quæ oſſibus & medullâ plena eſſe ſolent [a]. Hi ſunt, vel, 1. magiſtratus [b]; vel, 2. robuſtiſſimi de plebe [c].

5. *Pinguiſſimum pecus*] *Sumpta de pinguiſſimo pecore*, nempe oſſa illa [d]. ¶ *Compone*, &c. "וְגַם דוּר וגו] *Et etiam incende oſſa ſub ea*, Mo. ſim. M. P. Ti. G. ſub. *olla*, M. i. e. Lebeti ignem ſubjice, qui oſſa decoquat *. Accende ignem ex oſſibus illis jam exſiccatis hominum innocentium, quorum ſanguinem effuderunt [f]. Loco lignorum ſub olla ſunt oſſa: nam occiſi innocentes hujus incendii & ſupplicii vim auxerunt. Oſſa non leviter ab igne comburuntur: ſic hoc incendium per biennium duravit, propter bonos quoſque viros quos impii in urbe occiderunt [g]. Al. *Atque etiam pyram oſſium* (i. e. pyram ſufficientem oſſibus percoquendis, ut membro ſeq. declaratur: genitivus ſubjecti [h]:) *ſub ea*, Pi. JT. ſub. *fac*, Pi. Impunem maleficiorum licentiam & crudelitatem projectam hoc verſu oſtendit, quum nemini

[a] Pi. ſim. Jun. Me. [b] Me. ſic Pol. [c] Me. [d] Pi. * G. [f] V. [g] G. [h] G. [i] Jun. [k] Pol. Jun. [l] Jun. [m] Pol. ſim. pleriquein Jun. [n] Jun. [o] M. La. Me. T. [p] Ca. [q] M. [r] T. * Jun. † Me. [t] V. ſim. Pi. [v] M. [x] G. ſim. Me. & T. ex La. [y] Me. [z] V. [a] T. ſim. Me. ex La. [b] T. ſim. M. [c] G. [d] G. * Id. m. [f] V. [g] M. [h] Pi.

mini parcitum fuisse figurat, ac nè ossa quidem mortuorum violentiam maleficorum effugere potuisse: nam & lectissimos quosque ex grege fuisse captos, quibus potentiores abuterentur; & tenuissimas quasque partes fuisse consimiliter occupatas, ità ut saltem subministrarent incendio publico, si in olla fervefieri non possent, quemadmodum si ex ossibus humanis construeretur rogus; postremò, etiam fervefacta fuisse membra ferventia illius, i. e. ossa prunis fuisse imposita, ut siquid ex eis medullæ aut pinguis elici posset, illud quâcunque arte exprimeretur ad potentiorum libidinem [l]. ¶ *Efferbuit*, &c. רַתַּח רְתָחֶיהָ] *Fervesac* (vel, *Bullire fac*, P. M. Ca.) *bullitiones* (vel, *coctiones*, M. vel, *jus*, Ca.) *ejus*, Ti. Fac ut olla illa bulliat [k]. *Fervesac eam quamplurimùm*, JT. Pi. *Ebulliit bullitio ejus*, nempe lebetis [l]. ¶ *Discocta*, &c. גַּם בָּשְׁלוּ וגו'] *Etiam coquite* (vel, *Ut coquantur*, G. *Ut scilicet coquantur*, M. Ti. *Et cura ut coquantur*, Ca. *Elixant etiam*, JT. *Etiam elixaverunt*, Jun. *Sic etiam elixabuntur*, Heb. *elixata sunt*, Pi.) *ossa ejus* (i. e. ossa in eam conjecta, & non carnes tantùm [m]. Intelligit robustiores quosque intra urbem, quibus & vires corporis & commeatus suppetebant per biennium istud [n].) *in medio ejus*, P. &c. vel, *intra ipsam*, Pi. *quæ sunt intra lebetem*, G. Sensus, Singuli tanto studio ambitioni, avaritiæ, &c. dederunt operam, ut nè ossa quidem ipsa abire siverint, quin una cum carnibus elixarentur; h. e. utilia cum inutilibus accumulaverunt, nè quid superesset in quo non exstaret evidens impietatis & injustitiæ suæ documentum [o].

6. *Propterea hæc dicit*, &c.] *De hac re* (i. e. De hoc symbolo) *sic loquitur*, &c [p]. ¶ *Ollæ cujus*, &c. אֲשֶׁר חֶלְאָתָהּ בָהּ] *Cujus spuma* (vel potiùs, *rubigo*, ό. Ch. Pi. G. ex Vulg. quia infrà vers. 11. pro ea *ærugo* dicitur [q]. חלא Chaldæis, & חאל Arabibus, *acetum* significat. Translatè significat omne corruptum, quale est ærugo, quam ἰὸν hîc dixêre LXX. Per eam verò malitia innuitur [r]. Sub. *est*, P. M. &c. vel, sub. *hæret*, Pi.) *in ea*, Ti. P. M. sim. Mo. JT. Ca. &c. *Spuma*, sub. *multa*, Q. in V. Quæ non est despumata. Per *spumam* intelligit scelera omnibus manifesta: q. d. Non resipuit, sed fuit indurata in sceleribus suis †. Significat civitatem esse corruptissimam [t], & in suis sceleribus pervicacissimam, eorúmque tenacissimam [v]. ¶ *Per*, &c. לִנְתָחֶיהָ לִנְתָחֶיהָ הוֹצִיאָהּ] *Frustatim, frustatim* (vel, *In frusta ejus, in frusta ejus*, Mo. *Frusta ejus sigillatim*; Heb. *Secundùm frusta ejus, secundùm frusta ejus*, Pi. *Per frusta ejus*, &c. Ti. *Per partes ejus*, &c. M. *Particulatim*, G.) *educ* (vel, *evacua*, M. Ti. *extrahe*, JT. Pi.) *eam*, P. &c. scilicet ollam, i. e. carnem in olla [x]. q. d. Perdam cives ejus, non simul, sed sensim [y], & membratim; prout illi membratim, i. e. minutatim & accuratissimè, scelera sua cumulârunt [z]. Crebris excursionibus multi passim interierunt [a]. ¶ *Non cecidit* (*cadat*, Mo.) *super eam sors*] i. e. Nè extrahito frusta ex olla per sortem [b]. Nulla sors erit quâ exquiratur quot & quinam perituri sunt, quinam servandi, sed manet omnes communis interitus [c]. *Non sors*, &c. i. e. ídque sine delectu, qui fieri solet missis sortibus: q. d. Nemini parcam, nulli ordini, sexui aut ætati [d]. In prioribus deportationibus sors ducta qui exirent aut manerent: nunc omnes ejiciendi*. Al. *Non sors*— i. e. Omnes promiscuè omnibus malefecerunt, & alii alios quasi membratim discerpserunt sine ullo discrimine [f].

7. *Sanguis enim ejus* (i. e. in ipsa & ab ipsa profusus [g]) *in medio ejus est*] In loco eminentiore urbis effusus fuit [h]; in propatulo, & publicè [i]. Vel, *in ipsa est*, Pi. Jun. i. e. Perinde sunt impuri suis sceleribus, ut carnes impuræ sunt quæ suffocatæ induntur in ollam, & citra sanguinis suppurationem [k]. ¶ *Super*, &c. עַל צְחִיחַ סֶלַע וגו'] *Super* (vel, Ipsáque *super*, Pi.) *eminentem* (vel, *siccam*, M. *limpidissimam*, Ti. *glabram*, Pi.) *petram* (Al. *Super fastigium læve petræ*, Mo. *In loco arduo petræ*, JT. Heb. *Super nitorem petræ*, Pi.) *posuit eum*, P. &c. *In sublimem petram*, &c. ut omnes aspicerent [l]. Quasi in eminentissimo loco petræ. צחיח significat *locum altum & elevatum in petra*, sic dictum, quòd sit aridus. Sanguis effusus super petram non tam citò ebibitur quàm qui effusus est super terram [m]. Sensus, Coram cœlo proterviam suam testantur, non secùs ac ii qui animalia mactant in locis excelsis, ubi nulla commoditas est tegendi sanguinis †. ¶ *Non*—*super terram*, &c.] Juxta mandatum, Levit. 17. 13 [n]. Ut illi facere solent quos pudet facti [o]. Peccavit impudenter & manifestè [p]. Omnia intus & foris promiscuè cædibus maduerunt [q].

8. *Ut*, &c. לְהַעֲלוֹת וגו'] *Ad suscitandam* (vel, *Ut ascendere faceret*, P. *Accendendo*, JT. Pi.) *iram*, V. sub. *meam*; i. e. Ad irritandum me [r]. ¶ *Dedi sanguinem ejus super petram*, &c.] Par pari referam †. Palàm peccaverat, palàm punietur [t]. Sanguinem quem ipsa effudit ponam in conspectu meo, ut veniat mihi in memoriam [v].

9. *Grandem*, &c. אַגְדִּיל הַמְּדוּרָה] *Grandem*, vel *Magnam, faciam pyram*, Mo. P. sic M. vel, *incendium*, M. *torrem*, ό. *pyram ejus*, JT. Pi. *incendium illud*, V. *Incendam magnam pyram*, Ti. *Ingens incendium excitabo*, Ca. Intelligit exercitum Chaldæorum [x]. *Grandem*—*rogum*, nempe cæsorum sive cremandorum [y]. Congeram magnam struem lignorum & ossium sub olla illa: q. d. Atteram illos magnis calamitatibus. Acerbam oppugnationem significat [z].

10. *Congere*, &c. הַרְבֵּה וגו'] *Multiplicabo* (vel, *Multiplica*, V. Pi. infin. Heb. pro fut. vel pro imperat [a]. *Multiplicando*, M. JT. ut conjungatur versui præced. *Grandem faciam pyram, multiplicando* [b]) *ligna*, P. M. ex K. &c. *succendam* (vel, *succendendo*, M. sic JT. *incende*, Pi. sic G.) *ignem*, P. &c. Jubet repeti typum [c]. Judicia Dei in urbem & gentem percurrit hîc Propheta, ídque ordine adeò naturali, ut progressus eorum ad extremum usque ordine eorum operum quæ ad ollam coquinariam adhibentur figuretur [d]. ¶ *Consumentur*, &c. הָתֵם וגו'] *Consume* (vel, *Consumam*, P. *Consumendo*, JT.) *carnem*, Mo. G. sim. Ca. Non placet, quia mox jubet *carnem condire* *. *Ut tabescant carnes*, ό. *Percoque*, &c. Heb. *Perfice*, &c. Pi. sim. Sy. Ar. *Concoquendo*, &c. M. Ti. ¶ *Et*, &c. וְהַרְקַח הַמֶּרְקָחָה] *Et condi* (vel, *condiam*, P.) *condimentum aromatibus*, Mo. P. V. Ut scilicet suaviores sint & aptiores ad edendum. q. d. Addam illis animos ad oppugnandos Jerosolymitanos, quos conficiam peste & gladio [f]. Ærumnis ejus & Dei justitia & hostes delectabuntur, velut cibo benè condito *. *Ut conditura conditissima*, JT. Heb. *condire condimentum*; infinitivus pro nomine [g]. *Condiendo conditurum*, Ti. sic Jun. in comment. *Adhibeantur condimenta*, Ca. *Inspergendo pigmenta*, M. *Et condi eam probè*; Heb. *condi conditurum*, Pi. *Et imminuatur jus*, ό. *Mixtum*, i. e. jusculum, *attenuetur*. Quò ferventior est ignis, hòc magìs liquor in summam redigitur. Virgilius,——*Volcano decoquit humorem, Et foliis undam tepidi despumat aheni* [h]. *Et præpara contra eam bellatores*, Ch. *Et coquam decoctionem pigmentorum*, i. e. Excoquam illos sicut pharmacopolæ sua pharmaca & pigmenta, donec omnia [ferè] consumantur, & tertium quiddam fiat †. ¶ *Et ossa tabescent*] Vel, *adurentur*, P. V. nempe in illa olla [i]. *Ut & ossa liquefiant*, i. e. dissolvantur etiam robustissimi [k]. Sensus loci, Tantus erit ignis, ut consumat, primò carnes, deinde ipsum jus sive condimentum, denique ipsa quoque ossa. Significat Judæos severissimo Dei judicio planè perituros [l].

11. *Pone*, &c. וְהַעֲמִידֶהָ וגו'] *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *statuam* (vel, *statuendo*, JT. *statue*, Pi.) *eam* (scilicet ollam [m], urbem [n],) *super prunas ejus* (quæ ei adhiberi solent ad exurendum sordes [o],) *vacuam*, P. sic JT. Pi. &c. i. e. carnibus evacuatam [p]. Ipsi lebeti, post ejectas carnes & ossa, subde prunas ardentissimas [q]. q. d. Civibus cæsis, ipsa urbs consumetur [r]. ¶ *Ut incalescat & liquefiat* (vel, *exuratur*, Pi. sic JT. &c.) *æs ejus*, נְחֻשְׁתָּהּ] *Ærugo* (vel, *æs*, V. G. ex Vulg. M. Ti. &c. *fundum*, P. simil. He. in V.) *ejus*, JT. Pi. Ut fieri videmus ollis quæ incrustatæ sunt, vel ferruminatæ, & obductæ stanno †. Ut, ejectis civibus, urbs ardeat [t]. Et, &c. וְנִתְּכָה בְתוֹכָהּ טֻמְאָתָהּ תִּתֹּם חֶלְאָתָהּ] *Et fundetur* (vel, *fundatur*, JT. *conflietur*, M. *excoquatur*, Ti. *liquefiat*, Pi. sic Ca. *computrescat*, Sy.) *in medio ejus* (vel, *in ea*, Pi. Ca.) *inquinamentum*, vel *immunditia*, (*iniquitas*, Sy.) *ejus*, *consumetur* (*consumatur*, JT. & *consumatur*, M. Ti. Pi. Heb. *perficiatur*, synecdoche generis [v],) *spuma* (*rubigo*, Pi. &c.) *ejus*, Mo. P. M. &c. Quæ omnia aliter fieri non possunt quàm

quàm si olla ipsa, quæ his rebus impurissimis imbuta est, corrumpatur [x]. Sensus est, Ut vel sic corrigantur [y]. Al. *Et tabescat in medio immunditiæ suæ, & deficiat rubigo ejus*, ό. *Et tabescant in medio ejus operantes iniquitatem ejus, & consumantur peccata ejus*, Ch.

12. *Multo*, &c. תְּאֻנִים הֶלְאָת] *Injuriis* (vel, *Mendaciis*, P. JT. *Molestiis*, M. Pi. quas mihi exhibuit perpetuis delictis suis, propter quæ subindè reprehendere me ipsam oportuit [z]: vel, inferendo aliis injuriam [a]. Deest in Hebræo ב [b].) *afflictavit se*, Mo. vel, *fatigârunt sese*, P. *fatigâsti te*, M. *fatigavit* me, JT. Pi. Humanitus dicitur Deus defatigari, quum judicium Dei accersunt homines, & misericordiæ cursum à se avertunt; ut homo, impedimentis oblatis, ubi diu certavit in cursu, tandem à cursu instituto abstinet [c]. Al. *Frustrà laboratur*, G. *Frustrà sudatum est*, Ti. *Labore defessa est*, Ca. Magno studio intulit aliis injuriam [d]. Non sine sudore & labore tuo hoc malum tibi cacâsti *. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תֵצֵא וגו׳] *Et non exivit* (vel, *exit*, Ti. *egredietur*, M. sim. JT.) *de ea multa* (vel, *copiosa*, M. JT. Pi. Ti. Ca.) *spuma* (vel, *rubigo*; Heb. *copia rubiginis*, Pi.) *ejus*, Mo. P. &c. scilicet, per illas reprehensiones meas [f]. Ego quidem docui te per Prophetas ut mundareris; sed mansisti pervicax, nec nisi per ignem mundari potuisti [g]. Sensus, Gens Judæorum non cessit Deo irato [h]. ¶ *Neque*, &c. בְּאֵשׁ חֶלְאָתָהּ] *In igni spuma ejus*, Mo. *Computruit* [acsi legisset בָּאַשׁ] *spuma ejus*, Ti. *Indetur igni spuma ejus*, JT. *Igne* (vel, *Per ignem*, M. Ideo *igni*, P. sub. *consumetur*, P. M. Pi.) *rubigo* (vel, *spuma*, M. P.) *ejus*, Pi. Ideo dabit pœnas condignas sceleribus [i]. *Per ignem*, inquam, *ærugo ejus* non exiit. Tanta fuit malitia, ut nè incendio quidem urbis expurgata sit [k]. Judæi nè tantillùm quidem impietati perfidiæque suæ renunciârunt [l]. [Ca. hæc verba cum proximè præcedentibus sic reddit, *Nec exiit ex ea ejus & copiosa & putida spuma*.]

13. *Immunditia*, &c. בְּטֻמְאָתֵךְ זִמָּה] *In* (vel, *Pro*, JT.) *immunditia tua* (sub. *est*, JT. Pi. Ti.) *fœditas*, Mo. V. sic Ang. Belg. vel, *scelus*, JT. Pi. V. *destinatum scelus*, Ti. Idololatria tua est cum scelere conjuncta, nempe cum pertinaci contemptu reprehensionum mearum; ut declarant sequentia [m]. Al. *In immunditia tua es*, ô *scelus*, Jun. in comment. *In immunditia tua* adhuc es, hoc est, *scelere*, P. *In immunditia tua*, in *scelere* scilicet, tu manes, M. Tu adhuc polluta es sceleribus tuis [n]. Adhuc tibi constas, & in illa tua impuritate permanes [o]. *Flagitiosa est tua impuritas*, Ca. *In eo quòd polluta es sceleribus*, Ch. *Eò quòd fornicatione contaminata* [es,] ό. sim. Ar. ¶ *Quia*, &c. יַעַן טִהַרְתִּיךְ וְלֹא טָהַרְתְּ] *Eò*, vel *Propterea*, *quòd mundavi te, & non* (vel, *non tamen*, Pi.) *mundâsti te*, sive *mundata es*, P. M. JT. Pi. &c. Sed quomodo hoc consentit cum illo; Psal. 115. 3. *Omnia quæcunque voluit fecit?* Resp. Intellige, *quæ voluit*, nempe voluntate absolutâ sive beneplaciti; non autem quæ voluntate signi, quâ videlicet Deus id velle dicitur quod præcipit, aut suadet, aut permittit [p]. Verba quæ effectum notant sæpe de conatu intelliguntur: ut Gen. 37. 21. *& eripuit eum*, i. e. eripere conabatur, ex collat. vers. 22; Exod. cap. 8. v. 18. *fecerunt*, i. e. facere conati sunt; Psal. 69. 5. *qui exscindunt me*, i. e. exscindere conantur [q]. Ità h. l. *mundavi te*, i. e. conatus sum mundare te, missis Prophetis qui te ad resipiscentiam invitarent [r]. Dedi tibi Legem, ceremonias, promissiones, minas, &c. quæ omnia eò tendebant, ut mundareris †. Sensus loci, Quamvis te salutaribus monitis (& in Verbo meo, & per Prophetas toties ac tamdiu [s],) & acerbis monitis ad bonam frugem revocaverim, tamen obstinata es [v]. Mundare te studui reprehensionibus meis, ut desisteres ab idololatria, sed frustrà †. ¶ *Nec mundaberis priùs*] Heb. *ampliùs*, JT. Pi. &c. scilicet, per reprehensiones meas [x]. ¶ *Donec quiescere faciam*, &c.] i. e. Donec te consumpsero [y]. Donec gravissimis exsilii malis iram satiavero [z]. Donec omnia tela vindictæ meæ in te effudero, ut illa, simúlque ira mea, in te quiescant & sepeliantur [a]. Insignis hic locus adversùs procrastinantes pœnitentiam, &c [b].

14. *Ego Dominus locutus sum: Veniet*, בָּאָה] *Venit*, Mo. P. Ti. Ch. M. sub. *tempus*, M. *Eventurum est*, JT. Pi. *Evenit*, sub. *decretum meum*, V. *Dixi ventura*, Ca. ¶ *Non*, &c. לֹא אֶפְרַע] *Non retractabo*, Mo. V. nempe sententiam meam [c]. *Non retrocedam*, P. Ti. sim. V. ex He. sub. *ab eo quod constitui*, He. in V. *Non desistam*, M. vel, *cessabo*, Ca. *abstraham me*, JT. *subtraham me*, Pi. q. d. Stat omnino sententia irrevocabilis, nec est quòd vel levissimam liberationem exspectetis [d]. ¶ *Judicabo te*] Hebr. *judicabunt te*, P. V. JT. Pi. sub. *judices*: nempe Deus per Angelos suos *: vel, Babylonii [f].

16. *Tollo à te desiderabile oculorum tuorum*] i. e. Uxorem tuam [g], ut declaratur vers. 18 [h]. [quam sic vocat, utpote] charissimam [i], illi amabilem & pergratiosam [k], & visu jucundissimam [l]; cui cum Propheta optimè conveniebat eo conjugali officio [m]. ¶ *In plaga*] Vel, *percussione*, P. morbo aliquo, putà peste [n]; morte repentinâ [o]. ¶ *Non planges*] Quod maximum est in luctu [p]. Non temet percuties. Seneca in Troadibus, *Vacat ad crebri verbera planctûs Furibunda manus* [q]. ¶ *Neque plorabis*] Quod minus est [r]. i. e. Non clamabis. Vetus poeta, *Heu! virginalem me ore ploratum edere* †. ¶ *Neque fluent lacrymæ tuæ*, וְלוֹא תָבוֹא וגו׳] *Neque prodeunto* (scil. ex oculis tuis [t]: vel, *veniat*, P. V. sub. *super genas tuas*, V.) *lacrymæ tuæ*, JT. Pi. Heb. *lacryma tua*; synecdoche membri [v]. Quod tamen omnium levissimum est [x]. Ennius, *Nè me condecores lacrymis, neque funere fletum Faxis*——[y]. Hoc jubet Dominus [z], ut significet in maximis malis non vacaturum ipsis ut lugeant [a]; nec illis id licitum fore, adeò frequentes & graves calamitates, duri adversarii, & fracti animi ipsorum futuri sunt [b]: ut signum esset, ipsos præ nimia animi consternatione non lucturos esse excidium Jerusalem, Templi, & liberorum suorum [c]. Interdicitur luctus & rebus, hoc versu, & signis, v. seq [d].

17. *Ingemisce*, &c. הֵאָנֵק דֹּם] *Clamando* (vel, *Ingemiscendo*, M. Ti. *Clamare*, JT. Ab *ingemiscendo*, Pi. Ab *ejulando*, P. *A vociferando*, more lugentium mortuos: deest præpositio מ *:) *tace*, vel *sile*, Mo. P. M. Ti. vel, *desiste*, JT. Pi. *tempera*, V. *te contine*, Ca. Ità geme ut alienus nemo audiat [f]. ¶ *Mortuorum* (vel, *Funereum*, Ca.) *luctum* (vel, *planctum*, M. vel, *Planctum* quem solent *pro mortuis*, Ti. sim. V.) *non facies*] Vel, *nè facias*, Mo. P. &c. sub. *illi*, V. ¶ *Corona*, &c. פְּאֵרְךָ וגו׳] *Tiaram* (vel, *Mitram*, M. *Ornamentum*, Ti. *Pileum*, vel *Galerum*, V. sic dictum, quòd gloriæ & decori sit homini quando est super caput ejus [g]. Græci פְּאֵר hic *cincinnos* interpretantur, ut Esa. 61. 10. μίτραν [h]. Vel, *Frontalia*, Ch.) *tuam* (vel, *tuum*, Ti. V.) *liga*, vel *circumliga*, *super te*, Mo. P. Ti. sic JT. Pi. i. e. capiti tuo [i], ut exponit v. 23 [k]. In signum quòd non lugeas [l]: nam lugentes ire solebant capite nudo [m], & pulvere conspersi [n]. Vide Levit. 10. 6. & 21. 10. 1 Sam. 4. 12. 2 Sam. 15. 32 [o]. ¶ *Et calceamenta*, &c.] Nam mœrentes nudis incedebant pedibus, 2 Sam. 15. 30 †. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא תַעְטֶה עַל שָׂפָם] *Et nè involvas super mystacem*, Mo. *Neque obvelato* (vel, *operias*, P. Ti. *amicito te*, Sy. sic Ch.) *mystacem*, JT. G. vel, *labia*, M. vel, *labium superius*, P. Ti. G. i. e. vel, barbam labri superioris [p]; vel, mentum [q]. Videtur שָׂפָם complecti totum barbæ locum, i. e. quicquid infra nasum continetur, etiam mentum. Id quod colligitur tum ex Levit. 13. 45. ubi leprosi jubentur obvelare *sapham*, nè halitu suo alios læderent; tum ex eo, quòd Mephiboseth lugens dicitur *non curâsse sapham*, 2 Sam. 19. 24. quod de tota barba, non de mystace, quo labrum superius tegitur, intelligendum videtur *. Vel, *super labia tua*, Ch. Sy. Ar. Noli amictu velare os tuum [r]. Lugentes (in quibus & leprosi †) obvelabant sibi mystacem, Levit. 13. 45. Mic. 3. 7 [t]. i. e. Barbam, synecdochicè: id enim lugentibus indulgebatur, ut obvoluto capite & velatâ barbâ procederent, nè vultus ipsorum luctuosus & flens conspectui omnium esset expositus [v]. Sensus loci, Consuetis vestibus utere [x]. Perinde habeto te acsi nullo modo affectus esses, sed ad actiones tuas ordinarias sine animi perturbatione teipsum compara [y]. ¶ *Nec*, &c. וְלֶחֶם אֲנָשִׁים וגו׳] *Et panem hominum*, sive *virorum*, (sub. *aliorum*, V. vel, sub. *lugentium*, M.) *nè comedas*, Mo. P. &c. h. e. panem qui apponi solebat lugentibus solatii gratiâ [z]. Solebant necessarii & propinqui ferme omnes charitatis ergò eos qui in luctu erant consolari communi

habito

habito convivio [a]. Solebant lugentes vesci cibo misso ab aliis, nempe à vicinis suis †. Vide Jer. 16. 7 [b]. [& ibi dicta.] Magno studio curabant Judæi nè epulum in suorum parentalibus deesset, teste Jo.Bell. 2. 1. Sed & apud Gentiles convivium ferale non usitatum tantùm, sed solenne & penè legitimum, erat. De Scythis docet Herod. l. 4. de Græcis, Hieronymus ad Jer. 16. 7. De Atheniensibus tradit Pollux, præfectos funerum curare solitos nè deesset parentale convivium [c]. Et hæc parentalia, quæ amici mittebant lugentibus, περίδειπνα vocabantur [d]. De Romanis id docent multorum exempla, qui testamento jusserunt ut publicum epulum in suo funere præberetur. Et nefas putabatur ferale præterire convivium, teste Persio sat. 6.—*sed cœnam funeris hæres Negliget iratus, quòd rem curtaveris* *. Hujusmodi convivium Latinis veteribus dictum est silicernium, i. e. cœna silacea, quia cibi plurimùm condiebantur sile, aut croco, cujus color est silaceus [f]. [Sensus hujus loci est,] Non parabis epulum funebre, nec ei intereris [g], neque ex eo comedes [h]. [Alii locum sic reddunt,] *Et panem* (vel, *cibos*, Vulg.) *lugentium*, &c. Ch. Vulg. Legisse videntur אֲנָשִׁים, quod *miseros*, *luctuosos*, denotat. Nec dubium mihi videtur quin ea sit recta lectio: erat enim lugentium cibus immundus; unde Os. 9. 4. *Sacrificium eorum sicut panis dolorum* †. *Nec vescere consueto victu*, scilicet in tali re. Vide Jer. 16. 7 [i]. His omnibus significat, in morte Jerusalem vicinos non lucturos, sed gavisuros; nec ullos fore qui condoleant, aut eam consolentur: imò tantam fore cladem, & omnium communem dolorem, ut nemo alterius, etiam amici & fratris, dolore & morte tangatur [k].

18. *Locutus sum*] Hæc scilicet quæ mihi Deus dixerat [l]. ¶ *Mortua est uxor mea vespere*] i.e. Subitò admodum [m]: ut eventus illa vera ostenderet [n]. ¶ *Feci[que]*, &c.] Amplissimum hoc testimonium erat, cùm singularis Dei providentiæ & sapientiæ in confirmandis judiciis suis, tum verò sanctissimi Prophetæ obsequii [o]. Non parva hæc erat patientiæ & obedientiæ ejus exploratio; conjugis, non exosæ, sed longè charissimæ, mors, non lenta, & post magnos dolores, sed repentina & improvisa: Propheta tamen non flevit, &c. imò etiam singultus devoravit [p]. Verùm hanc constantiam & firmitatem animi immotam, quam nè à summo Sacerdote Deus exigebat Lege Levit. 21. 11. Propheta non suis viribus comparavit, sed virtute illius Spiritus per quem gratia Dei in nostra infirmitate perficitur [q].

19. *Quare non indicas* (vel, *Annon indicabis*, Pi. sic JT.) *nobis quid*, &c? [מָה־אֵלֶּה לָּנוּ כִּי אַתָּה עֹשֶׂה] *Quid hæc*, vel *ista*, *nobis*, vel *ad nos*, (sub. *significent*, Ch. JT. vel, *pertineant*, Pi.) *quæ tu facis?* Ti. JT. Ch. sic ο'. sim. Sy. Ar. vel, *quòd tu ità agis?* Pi. *Quid ista nobis?* Mo. (sub. portendant? P. vel, quid hæc super nos sint? M.) *quia tu faciens*, Mo. vel, *tu enim facis* illa propter nos, P. M. vel, *facis* illa in portentum nobis, V. [Ca. locum sic reddit, *Ut iis exponerem quid* sibi vellet id *quod ego facerem.*] Judæos magìs ludibundos quàm serio affectu hoc quæsivisse constat tum ex conclusione responsionis, tùm ex reliquo capite [r].

21. *Loquere domui Israel*] Significa per literas illis qui sunt Hierosolymis †. ¶ *Polluam*, &c.] Vel, *prophanabo*, &c. Pi. sim. JT. i. e. Abjiciam à me [t], & exponam libidini profanatorum gentium [v]. ¶ *Superbiam*, &c. [גְּאוֹן עֻזְּכֶם] *Superbiam* (vel, *magnificentiam*, M. *gloriationem*, Ti. *culmen*, Ca. *excellentiam*, Pi.) *fortitudinis*, sive *potentiæ*, *vestræ*, Mo. P. M. &c. vel, *excellens robur vestrum*, Pi. i. e. de quo superbitis, sive in quo vobis nimiùm placetis, & in quo fiduciam vestram sive robur vestrum ponitis [x]. Sic vocat vel, 1. Templum, quo superbiebant [y]: vel, 2. Jerusalem, metropolin Regni Judæ [z]: vel, 3. Regnum & principatum [a]. ¶ *Desiderabile*, &c.] Vel, *desiderium*, &c. JT. Pi. Quod libentissimè aspicitis [b]. Uxores, ut suprà 16 [c]. ¶ *Et super quo*, &c. [וּמַחְמַל נַפְשְׁכֶם] *Et indulgentiam* (vel, *miserationem*, M. *misericordiam*, Q. in V. *parsionem*, Pi.) *animæ vestræ*, Mo. P. M. i. e. Rem quam tantum amatis quantum indulgentes patres liberos suos; vel, cujus misereri ex animo soletis; q. d. vobis charissimam [d]. *Et animorum delicias*, Ca. *& id cui parcit* (vel, *indulget*, JT.) *anima vestra*, Ti. Pi. Quod placet vobis *. Intelligit

[a] Jun. † V. [b] Pi. G. [c] San. [d] G. ex Hi. [illegible] * San. [f] Jun. [g] Me. [h] La. † Di. [i] Ca. [k] La. ex Th. sim. T. [l] Me. [m] G. [n] Me. [o] Jun. [p] Pol. [q] Jun. [r] Jun. † G. [t] Jun. [v] G. sim. Jun. [x] V. [y] T. sic Me. San. [z] L. [a] Pol. sim. Jun. G. [b] V. [c] G. [d] V. * G.

Templum, quod sic vocat, quia vehementer miserebat Judæos destructionis illius [f]. ¶ *Filii vestri, & filiæ vestræ quas reliquistis*] Id est, 1. reliquos ex peste & fame [g]: 2. quos deseruistis, quorum nullam curam geritis [h]; multi enim parentes, suæ ipsorum vitæ consulturi, natos suos neglexerunt [i]: 3. quos reliquistis in Jerusalem; ut sermonem habeat ad concaptivos [k]. Quos ibi reliquistis coacti, cùm in captivitatem traheremini [l]. Vel, quos, vobis in exsilium raptis, putâstis in possessione hæreditatis permansuros [m]. Qui cum Godolia manserant [n].

22. *Facietis sicut feci*] Præ turbatione scil. ac terrore; & quia in captivitate estis, ubi ritus vestros servare non potestis, ac nè lugere quidem commodè [o]. ¶ *Non velabitis*] Ut meliùs introspiciatis quò eundum sit [p]. ¶ *Cibos*, &c.] Nemo erit cui copia sit mittendi vobis περίδειπνα in ista migratione †.

23. *Coronas*, &c.] Vel, *Tiaras*, &c. Pi. sim. JT. Pileos, vel cæsariem, ut v. 17 [q]. *Mitellas*; ut solent qui iter faciunt, contra Solem & pluviam †. ¶ *Calceamenta*, &c.] Contra lapidum offensiones *. ¶ *Non plangetis*] Nè irritetis victorem †. ¶ *Tabescetis in iniquitatibus vestris*] i.e. Pœnis. Sumptum ex Lev. 26. 39 [r]. Vel, *propter iniquitates vestras*, Mo. P. ¶ *Et*, &c. [וּנְהַמְתֶּם וגו׳] *Et gemetis* (vel, *murmurabitis*, Ti. *rugietis*, vel *fremetis*, ut qui ducuntur pœnitentiâ anteactæ vitæ †,) *vir* (vel, *quisque*, Ti. sic M. *alter*, P. JT. Pi.) *ad fratrem suum*, Mo. Ti. vel, *super fratre suo*, M. *cum altero*, P. JT. *ad alterum*, Pi. Ità ut nemo alienus exaudiat. Lucanus, —*nunc flere potestas, Dum pendet fortuna ducum: cùm viceris alter, Gaudendum est. Fœmina ob lacrymas accusatæ:* habes id apud Tacitum annal. 6. qui & filios Mithridatis trucidatos narrat *quòd cædibus parentum illacrymâssent*. Idem in Agricola, *Cùm suspiria nostra subscriberentur, cùm denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus* [t]. [Alii verba sic reddunt;] *Et alius alium consolabimini*, Ca. sic ο'. *Et consolationem capietis quisque de fratre suo*, Sy. sic Ar.

24. *Eritque Ezechiel vobis in portentum*] Suis factis præmonstrat quid vobis sit eventurum [v]; ut Esa. 8. 18. & Ezec. 12. 6 [x]. ¶ *Cùm*, &c. [בְּבֹאָהּ וִידַעְתֶּם וגו׳] *Cùm venerit hoc*, vel *istud*, (i.e. vel, ista prophetia; vel, hæc calamitas; vel, hæc fama, sive rumor, de excidio Templi [y]: vel, *istud*, nempe quod præcedit; i.e. Cùm feceritis juxta omnia quæ ego feci [z]:) *&* (vel, *tunc*, P. *utique*, JT.) *scietis*, &c. Ti. P. sim. Mo. vel, *intelligetis*, &c. Ca. *experiemini*, &c. JT. *Quum venerit fama illa, scietis*, &c. M.

25. *Tollam ab eis fortitudinem eorum*] Id est, vel, 1. Regnum, ut suprà 21 [a]: vel, 2. Templum [b], quod munitissimum erat [c], tum situ loci, tum protectione Dei [d], in quo fiduciam suam ponebant *. ¶ *Et*, &c. מְשׂוֹשׂ [תִּפְאַרְתָּם] *Gaudium* (vel *voluptatem*, Ca. *elationem*, ο'.) *gloriæ* (vel, *decoris*, M. Ti. Ca. V. *ornatûs*, JT. Pi. *gloriationis*, ο'.) *eorum*, Mo. i.e. Templum [f]: de quo maximè gloriabantur & superbiebant [g]; cujus dignitate, majestate & religione gaudebant [h]. ¶ *Super quo*, &c. [וְאֶת מַשָּׂא נַפְשָׁם] *Et elevationem* (vel, *elationem*, Pi.) *animæ eorum*, Mo. P. Al. *& onus*, &c. h. e. quod potissimùm animum ipsorum urgebat; ut relicti liberi, aut Templum ipsum [l]. Al. *& curam*, vel *solicitudinem*, &c. quòd cura sit vice oneris; i. e. id de quo curant [k]. *Et expiationem*, &c. Sy. sic Ar. *animique jactantiam*, Ca. *& quod dilectissimum est*, &c. Ch. *& id ad quod attollunt animam suam*, JT. i. e. quod unicè desiderant [l]; ut Templum [m]. *Delicias oculorum*, &c. i. e. res pretiosissimas, suprà 21 [n].

26. *In*, &c. [בַּיּוֹם וגו׳] *In die illa*, i. e. Peracto obsidio, exustis urbe & Templo [o]. Diem hunc vide Jerem. 52. 7, 13 [p]. ¶ *Cùm*, &c. [יָבוֹא וגו׳] *Veniet* (vel, *veniente quodam*, Jun.) *qui evaserit*, JT. i.e. salvus fuerit expugnatâ urbe [q]. Dies autem adventûs illius disertè circumscribitur infrà 33. 21. id quod nullâ ratione humanâ, sed Divinâ providentiâ & impetu quodam, confectum est [r]. ¶ *Ut*, &c. [לְהַשְׁמָעוּת אָזְנָיִם] *Ad* (vel, *per*, M.) *auditum*, sive *auditionem*, *aurium*, Mo. P. M. V. *ad famam auditam*, Ti. *qui sit autor famæ*, Ca. *ut annunciet tibi in auribus*, ο'. *ad significandum auribus*, JT. [Pi. versum sic reddit, Annon, inquam, *die illo venturus*

[f] M. Q. in V. [g] Pra. [h] Schol. in Pra. [i] Q. in Jun. [k] Pra. [l] Al. in Jun. [m] Jun. [n] G. sim. Jun. [o] Me. [p] G. † Idem. [q] Me. † G. * Idem. † Idem. [r] Idem. † V. [t] G. [v] G. sim. Jun. [x] G. [y] V. [z] Q. in V. [b] V. Pi. Me. T. [c] Me. T. [d] T. * V. [f] V. G. [g] V. [h] Me. sim. T. [l] M. [k] Q. in V. [l] Q. in M. Pi. [m] Pi. [n] G. [o] G. [p] Jun. [q] V. [r] Jun.

turus est ad te aliquis qui evaserit, ad annunciandum auribus?] *In auditu aurium*, i. e. qui narret tibi quæ audierit, non quæ viderit †. *Ut audire faciat aures*, i. e. qui narret, te audiente, rem omnem. Hebraismus [r]. Qui Hierosolymam captam nunciet [v]. Complementum prædictionum tuarum narrabunt qui eis antea non crediderunt [x].

27. *Aperietur os tuum cum eo*, &c. אֶת־הַפָּלִיט] *Apud ipsum qui evaserit*, JT. Pi. Cùm nuncius narraverit omnia ad unguem evenisse ut prædixisti, tunc ad cives tuos [y], vel, cum eo qui evaserit [z], libere & apertè & fidenter loqui licet [a], & quasi digito monstrare [b], Ecce, prædixi vobis hæc omnia, & noluistis credere [c]; sed nunc impleta videtis [d]. Tum demum cognoscent te esse verum Prophetam, téque vera illis prædixisse*. Illius testimonium tuis prædictionibus congruens auctoritatem tibi dabit loquendi, & fidem conciliabit novis prophetiis [f]. Nam antè minùs libere loqui poterat, ejus oraculis nondum eventu confirmatis [g]. Jussit Deus Prophetam ab hoc argumento supersedere, donec eventu comprobaretur, promittens fore ut, hoc cladis nuncio accepto, novâ prophetiâ instrueretur [h]. ¶ *Erísque eis in portentum*] Tunc dicent te rebus ipsis præmonstrâsse ipsorum sortem [i]. Silentio tuo illis ostento eris, quo confirmetur vocatio tua & fides coram omnibus, quum eveniet prædictio [k].

† Q. in V. [r] Al. in V. [v] Ca. sim. Jun. [x] Pol. [y] Me. ex M. [z] V. [a] V. M. Me. T. [b] T. [c] M. [d] T. * V. [f] G. [g] Ca. [h] Pol. [i] G. [k] Jun.

CAP. XXV.

1. ET *factus est sermo*, &c.] Post prædictiones de rebus Judaicis sequuntur illæ quæ ad alias gentes pertinent, ut apud Jeremiam [a]. Sequitur tertia pars hujus prophetiæ, nimirum contestatio adversùs gentes propinquas, quæ Judæis illuserunt [b], &, urbe excisâ, captis civibus, &c. exsultârunt. Voluit autem Deus ostendere, se hæc neque ex infirmitate, neque ex Judæorum odio, permisisse, sed potiùs eos justè castigâsse, &c. exterorum nihilominus jactantiam se repressurum esse, &c [c].

2. *Pone* (vel, *Dirige*, Pi. *Obfirma*, ο'. in La.) *faciem*, &c.] Firmo, torvo ac minaci vultu eos intuere [d]. Relictis Judæis, converte te ad Ammonitas*. Phrasis hæc intentionem, studium, attentionem operámque agentis indicat [f]. Vide suprà 6. 2 [g].

3. *Dices filiis Ammon*] Fortè per literas [h]. ¶ *Dixisti*] Ità P. M. &c. vel, *dicis*, JT. Pi. Alloquitur hîc Ammonitarum congregationem [i], vel regionem, nam affixum est fœmin. sive incolas ejus [k]. ¶ *Euge*] i.e. Valde lætabaris [l], & Judæis insultâsti, quasi frustrà unum Deum coluissent, &c [m]. ¶ *Quia*, &c. כִּי נִחַל] *Quia* (vel, *quum*, JT. G.) *pollutum*, vel *profanatum*, *est*, Mo. P. M. Ti. &c. Accusat eos tum inhumanitatis, tum impietatis [n].

4. *Tradam te filiis orientalibus*] Hebr. *orientis*, Pi. Per quos intelligunt vel, 1. Chaldæos, sive Babylonios [o]. Vide Ezec. 21. 19, 20. Jer. 49. 2. & Jo. Antiq. 10. 11 [p]. Obj. At illi non erant, nec in S. S. vocantur, orientales, sed aquilonares, ut sæpe vidimus. Resp. Non ergò propriâ, sed figuratâ, dicendi specie sic vocantur [q]. [De quo vide Authorem, si lubet.] Vel, 2. Medos & Persas [r]. Vel, 3. Arabes †: qui passim in S. S. vocantur *filii orientis* [t]; quibus, utpote pastoribus, aptè conveniunt sequentia [v]; qui etiam tunc socii erant & adjutores Chaldæorum [x]: vel, qui forsan, Ammonitis occisis aut abductis, eorum regionem occupârunt [y]. Evenisse hæc Ammonitis & Arabibus quinto anno post eversa Hierosolyma, diximus ad Jerem. 48. 1. & suprà 21. 28 [z]. ¶ *Collocabunt caulas suas in te*] i. e. Ità urbes arcésque tuas evertent, ut in iis, tanquam in agris, caulas suas figere possint [a]. ¶ טִירוֹתֵיהֶם] *Arces suas*, JT. Pi. vel, *palatia*, P. *ædes sumptuosas*: q. d. Te depulsâ, regionem tuam incolent [b]. ¶ *Tentoria sua*] Arabes ergò hi erant [c]. Sed, 1. hoc cum Jeremia non convenit [d]. 2. In Hebræo est, *habitacula sua**. 3. Metaphoricè loquitur, prout etiam Chaldæos vocat pastores; quia, sicut pastor regit oves, & ducit tra-

[a] G. [b] Jun. [c] Pra. [d] La. * V. [f] Mont. de sct. or. in append. 1. crit. pag. 685. [g] G. [h] T. [i] V. [k] Pi. [l] V. sim. [m] La. Me. &c. [n] M. [o] Jun. [p] C. La. et He. Me. T. Fra. San. [q] Pi. Ca. [r] La. [t] San. [v] V. K. in La. † Th. & Mald in L. Me. T. [x] T. et La. [y] Me. ex La. [z] T. sim. La. [a] La. [b] G. [c] La. [d] V. [c] Q. in G. [d] G. * G. ex Ch.

ctátque prout vult, ità quoque Chaldæi Ammonitas [f].

5. *Rabbath*] Metropolin, sive urbem principem, Ammonitarum [g]; quæ Philadelphia postea dicta. Vide Jer. 49. 2. Ezec. 21. 20 [h]. ¶ *Camelorum*] Quibus abundabant Chaldæi & Bactriani [i]. ¶ *Et filios Ammon*] Id est, eorum regionem. Metonymia adjuncti [k]. *Et filiorum Ammon*, sub. *terram*, deductis scilicet eò coloniis è Chaldæorum terris [l].

6. *Quòd plausisti*, &c. מַחְאֲךָ יָד] *Complodis*, vel *plaudis*, vel *plausisti*, *manum*, JT. vel, *manus*, Pi. vel, *manu*, P. M. Ti. Ca. &c. Signum gaudentis [m]; Ezec. 21. 17 [n]. ¶ *Et*, &c. וְרַקְעֲךָ בְּרֶגֶל] *Et dilatare te in pede*, Mo. & *extendis*, vel *extendisti*, *pedem*, M. Ti. & *plausisti pedibus*, Pi. & *percussisti* (vel, *plaudis*, JT. *calcâsti*, V.) *pede*, P. G. sub. *terram*, V. G. saltando ac tripudiando [o]. Signum hîc est lætitiæ: suprà verò c. 6. v. 11. mœroris [p]. ¶ *Et gavisa es ex toto*, &c. בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנֶפֶשׁ וגו׳] *In*, vel *cum*, *omni contemptu* (vel, *contemptu tuo*, Mo.) *ex* (vel, *in*, Mo.) *animo* (vel, *cum despectione animæ tuæ*, M.) *super* (vel, *ad*, Mo.) *terram Israel*, P. Ti. Mo. &c. *cum omni petulantia de Israelitica regione gaudens*, Ca. Quando risisti calamitatem eorum, vehementer contemnens eos in corde tuo, vel, idque ex animo [q]. [Alii verba transponunt, & aliter reddunt.] *Lætaris*, vel *lætata es*, *ex animo* (Heb. *cum anima*, i. e. cum desiderio [r],) *de tota populatione contra terram*, &c. JT. Pi. sim. Belg. *lætata es in corde cum omni tuo contemptu*, Ang. τὸ *ex animo* referri potest vel, 1. ad proxima verba; nempe, lætatos esse eò quòd prædarentur ex animi sui sententia: vel, 2. ad antecedentia; nempe, quòd ad libidinem animi sui manus complosérint, pede pulsaverint terram, &c. Utrumque eòdem redit, impotentiam turpissimam denotans*.

7. *Tradam te in*, &c. לְבַג] *In cibum*, Mo. vel, *compilandam*, Ca. *in direptionem*, ο'. Ch. M. P. *in prædam*, Ti. JT. Pi. לְבַג scriptum pro לְבַז †; ג pro ז, propter figuræ similitudinem [t]: quod bis fit, hîc, & Ezec. 47. 13. ubi גֵּה, pro זֶה, *Hic est terminus terræ* [v]. Potest tamen hîc retineri lectio Cetib, nam בַּג sign. *cibum*, vel *escam*; unde כְּתָבַג, vox composita, significans *demensum*, vel *cibum quotidianum* [x]. ¶ *Interficiam te*, &c.] Sententia hoc versu triplex lata est: 1. in res ipsorum, quæ prædæ erunt; 2. in remp. quæ exscindetur, nè populus sint; 3. in personas singulares, quas, ubicunque fuerint profugi, exterminabit Deus [y].

8. *Dixerunt Moab & Seir*] Conjungit cum Moabitis vicinos Idumæos [z], propter peccatorum judiciorúmque communicationem: quos tamen inter se disjungit singulari explicatione, cùm primùm Moabitis sua judicia denunciat, vers. 9, 10, 11. deinde Edomæis seorsim sua, v. 12, 13, 14 [a]. De utrorumque malis vide Jer. 48. & 49 [b]. ¶ *Sicut omnes* (sub. *aliæ*, JT.) *gentes*, &c.] Ità Mo. P. JT. &c. q. d. Non sunt meliore loco [c]; nec Deum, nec aliquid egregium præ cæteris, habent [d]. Non minùs malis afficiuntur quàm alii*, nec Deo sunt chariores [f], ut sibi persuadent; sed æquè flagellantur [g]. Nihil prodest illis verum Deum coluisse [h].

9. *Aperiam humerum* (vel, *latus*, P. M. Ca. JT. Pi. G. ut כָּתֵף sumitur Exod. 28. 7. Num. 34. 11. Ezec. 47. 1, 2 [i].) *Moab*] Per quod invadant Moabitas [k]. q. d. Hostibus viam aperiam ad eos [l], aditúmque ad urbes arcésque munitissimas, quæ speciem habent humerorum [m]. *Latus*, ubi regio munita erat fluvio Arnone & urbibus munitis [n]. *Latus apertum* dicitur quod ictibus obnoxium est [o]. Metaphora ab homine loricato, cujus latus petentium ictibus exponitur: lorica enim ad latus commissuras habet, quia pars illa non facilè ab hoste peti potest, ac propterea non ità firmè obtegitur, sed prima discingitur [p]. ¶ *De*, &c. מֵהֶעָרִים מֵעָרָיו וגו׳] *Ab urbibus*, Mo. P. sic M. Ti. Pi. &c. (vel, *ab ipsis Haris*, JT. Nomen hoc propriè accipio, pro duobus illis munitissimis præsidiis ad fluvium Arnonem, quorum alterum עָר, *Ar*, Num. 21. 28. Esa. 15. 1. alterum verò, διπλασιασμῷ geminatâ voce, עֲרוֹעֵר, *Aroer*, Deut. 2. 36. dicitur [q]. עָר *civitatem* quidem significat; sed hîc ideo vocem repetiit, addito pronomine *ejus*, ut indicaret nomina propria esse urbium quæ dicebantur *Har* & *Harober* [r], [locis jam citatis.] Al. *indè ab ipsis civitatibus*, Pi. id est, ex parte urbium ejus munitissimarum:

[f] La. [g] M. V. G. Pi. Jun. [h] G. sic M. Jun. [i] G. [k] Pi. [l] G. [m] G. sim. Pi. [n] G. [o] Idem. [p] V. [q] Idem. [r] Pi. * Jun. † Pi. &c. [t] Cap. crit. 3. 8. 2. 89. [v] Cap. in sim. Glos. gram. 3. 2. 156. Pi. [x] Cap. ib. [y] Jun. [z] G. sim. Jun. [a] Jun. [b] G. [c] Jun. [d] Me. * Ca. [f] Ca. sim. Pi. [g] Pi. [h] G. [i] Idem. [k] Ca. [l] Jun. [m] T. sim. Me. [n] Pi. ex Jun. [o] G. [p] Jun. [q] Idem. [r] G.

q.d. non quidem latus debile, sed fortissimum & firmissimum, in quo sitæ sunt urbes munitissimæ †.) *ab urbibus* (sub. *inquam*, P. Ti.) *ejus* (sub. *quæ sunt*, JT. Pi. P. Ti.) *ab* (vel, *in*, P.) *extremo*, sive *extremitate*, *ejus*, Mo. P. M. JT. &c. Solent enim tales urbes esse munitiores aliis [t]. q.d. Omnes aditus in Moabum hosti aperiam [v]. ¶ *Inclytas*, &c. צְבִי אֶרֶץ וגו׳] *Decorem* (vel, *inclytam*, M. Ti. V. vel, *gloriam*, V.) *terræ*, &c. Mo. Ti. M. V. *A desiderio*, vel *gloria*, vel *decore*, *terræ*, ut deficiat מ : q.d. ab urbibus desiderabilibus ejus, quæ sunt *Beth-jesimoth*, &c[x]. *Gaudium terræ eorum*, Ch. *desiderabiles terras*, P. [G. hoc cum voce præcedente sic reddit, *à finibus ad terras lectissimas*.] In finibus erant loca munita; in mediis locis, terræ fertilissimæ[y]. *Decus, terram Beth-jesimoth*, &c. JT. Pi. *Decus* vocat laudatissimas quasque regionis illius partes, quæ speciatim postea designantur, nominatis tribus oppidis potentissimis Moabitarum [z]. *Beth-jesimoth*, Ζιζα Ptolemæo, ו in ζ verso [a], de qua Jos. 13. 20[b]. ad Occidentem spectabat: *Bahal-meon*, quæ & *Meon*, & simpliciter *Bajith*, vocatur, erat in termino septentrionali [c]. De ea vide dicta ad Esa. 15. 2. Jer. 48. 23. De *Cariathaim* vide ad Jer. 48. 1, 23[d]. Sic ostendit nullam partem à violentia Chaldæorum immunem fore *.

10. *Filiis*, &c. לִבְנֵי קֶדֶם עַל וגו׳] [Variant.] *Filios Cedem super filios Ammon*, ο'. Ar. *Orientalium, atque Ammonitarum*, Sy. *Orientalibus*, Ch. Jun. Pi. Ca. (i. e. Chaldæis [f]. Pendet hoc ab eo quod dixit ver. præced. *aperiam latus* [g]. Vel, *Ad filios orientis*, Mo. vel, *Per orientales*, JT.) *contra filios Ammon*, Ch. vel, *in Ammonitas*, Ca. vel, *post filios*, &c. i. e. ubi dedero eam terram in proprietatem Chaldæis, &c. Ità sensus fit optimus: nam prior à Chaldæis vastata est Ammonitis, posterior Moabitis, ut notavimus ad Jer. 49. 1 [h]. Vel, *cum Ammonitis*, Pi. vel, *cum Hammonitarum* regione, JT. i. e. Prout Hammonitas & regionem ipsorum perdidero, ut suprà dixi, ità in Moabum per Babylonios mea judicia exercebo [i]. Judicium suum illustrat ab exemplo Hammonitarum, quos priores Chaldæi infestàrunt [k]. [Alii locum aliter reddunt.] *Et* (vel, *Ut*, Ti. sub. *vocabo*, M. vel, *vocabo ut veniant*, P. vel, *accersam*, Ti.) *filios orientales contra*, &c. M. Ti. P. *Orientalibus* qui venturi sunt *contra*, &c. sub. *aperio*, V. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן לֹא תִזָּכֵר וגו׳] *Ità ut non memorentur*, &c. P. vel, *memoretur*, sub. *congregatio*, V. *Ut non fiat mentio*, &c. JT. Pi. *Ità ut nulla sit memoria*, &c. V.

12. *Pro eo*, &c. יַעַן עֲשׂוֹת אֱדוֹם בִּנְקֹם וגו׳] *Pro facere Edom, in ulciscendo ultionem contra domum Judah*, Mo. *Eò quòd fecit Edom, ulciscendo* (vel, *ulciscendo se*, M. vel, *in ulciscendo ipsos*, ο'. vel, *cùm ulciscerentur*, Ar.) *ultionem de domo*, &c. M. Ti. ο'. *Eò quòd Edomæi sumendo ultionem faciunt contra*, &c. JT. *Quoniam inimicè cum Judæis egerunt Idumæi*, Ca. *Propterea quòd egerunt Edomæi contra domum Judæ, sumendo ultionem*, Pi. *Eò quòd fecit Edom*, (infinit. pro præt. sub. *malum*, vel, *multa mala*, V.) *quando ulta est ultionem*, &c. P. vel, *ulti sunt sese ultione*, &c. id est, summâ injuriâ affecerunt Judæos [l]. Quia vetus odium datâ occasione executa est, Psalm. 137. 7. Confer Abd. 10 [m]. *Ultionem* hîc intelligunt, vel, 1. veteris injuriæ patris sui, Edom sive Esaui [n], & præreptæ illi à Jacobo benedictionis [o]; vide Gen. 25. 23. & 27. 27, &c [p]: vel, 2. recentioris facti, quo Idumæi in servitutem Judæorum redacti sunt per Davidem, &c [q]. In hac ultione Idumæi rei erant tum impietatis, quòd Dei decretum à majoribus acceptum oppugnarent; tum injustitiæ, quòd jus ultro à patre suo cessum, & conventionem factam, rescindere tentarent, idque tantùm ultionis gratiâ [r]. Peccàrunt Idumæi quòd se Chaldæis conjunxerint in expugnatione Jerusalem †, & Judæos tunc fugientes occiderent [t]; & quòd, Judæis abductis vel occisis, Judæam occupàrunt [v]. ¶ *Peccavitque*, &c. וַיֶּאְשְׁמוּ אָשׁוֹם] *Et delinquendo deliquerunt*, P. i. e. gravissimè deliquerunt [x]. *Et reos se statuunt indesinenter*, JT. *Reatúmque magnum contraxerunt*; Heb. *Et rei facti sunt dum fiebant rei*, Pi.

13. *Faciam eam desertam ab austro*, &c. מִתֵּימָן וּדְדָנֶה וגו׳] *A Theman Dedan usque*, &c. Ti. sic Ca. JT. Pi. G. Duos terminos nominat, *Themanem* ad Austrum, & *Dedanem* ad Septentrionem; de qua vide quæ ad Jer. 49. 8 [y]. Al. *à Thema*, (vel, *ab austro*, Ch. M. תֵּימָן quidem *Austrum* significat; sed hîc nomen est regionis dictæ *Theman* à nepote Esaui, Genes. 36. 15. Jerem. 49. 7. Obad. 9. Vide quæ ad illum Geneseω̃s locum diximus [z].) *& Dedanitæ*, vel, incolæ *Dedan*, *gladio cadent*, P. Ch. M.

14. *Dabo ultionem—per manum populi mei*] [Genitivus hic est, vel, 1. efficientis:] per Judæos [a]: hoc enim planè hæc verba sonant, licèt rei gestæ historia scripta non exstet, uti nec plura alia à Prophetis dicta [b]. Fortè per Macchabæos hoc factum [c]. Vide 1 Mac. 5. 3 [d]. Vel, 2. subjecti: i. e. per manum quâ populum meum percussi, nempe per Babylonios *. Primùm per Chaldæos eos puniam, deinde & per Judæos, &c. Vide quæ ad Esa. 63. 1, &c [f]. ¶ *Et scient*, &c.] i.e. Agnoscent me sumpsisse pœnas de ipsis [g].

15. *Pro eo*, &c. יַעַן עֲשׂוֹת פְּלִשְׁתִּים בִּנְקָמָה] *Pro facere Pelistim in ultione*, Mo. *Eò quòd*, vel *Ob id quòd*, *agunt*, vel *egerunt*, vel *fecerunt*, (sub. *indigna familiæ Israel*, ut v. 12. V.) —*ultionem*, M. vel, *in ultione*, Ti. *propter vindictam*, P. V. i. e. animo ulciscendi se [h]: vel, *cum vindicta*, Q. in V. *per ultionem*, JT. Pi. ob clades toties à Judæis acceptas [i]: vel, *inimicè*, Ca. ¶ *Et ulti*, &c. וַיִּנָּקְמוּ נָקָם בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ לְמַשְׁחִית אֵיבַת עוֹלָם] *Et ulti sunt* (vel, *sumunt*, sive *sumpserunt*, JT. M. vel, *exercuerunt*, Pi. vel, *ulti sunt se*, Ti.) *ultionem*, sive *vindictam*, (vel, *ultione*, Ti.) *cum contemptu* (vel, *despectione*, M. *depopulatione*, JT. Pi.) *in animo*, Mo. P. (vel, *animæ*, M. vel, *ex animo*, Ti. JT. Pi. V. sub. *suo*, i.e. cùm contemnerent eos in corde suo*,) *ad corruptionem* (vel, *ad vastationem*, P. *ad interitum*, vel *internecionem*, V. *ut vastarent*, Ti. *perdendo*, JT. *ad perdendum*, Pi. molientes *devastationem*, M.) *inimicitiâ* (vel, *odio*, Ti. V. vel, & *odio*, V.) *seculi*, Mo. vel, *perpetuâ*, JT. Pi. simil. P. *sempiterno*, V. *inveterato*, Ti. Al. *in inimicitias perpetuas*, M. [Ca. locum sic reddit, *Et animo petulanti æternis ad perniciem inimicitiis pœnas expetiverunt*.] Vide 1 Sam. cap. 13. & 14 [l].

16. *Interficiam*, &c. וְהִכְרַתִּי אֶת כְּרֵתִים] *Et exscindam* (vel, *eliminabo*, M.) *excisores*, Ti. sim. Pi. Aq. Sym. & Th. in D. Vulg. vel, *Cherethæos*, Mo. P. JT. Pi. Ca. Sy. &c. Elegans est paronomasia [m]. Vel, cognationem *Chrethim*, M. Intelliguntur ipsi Philistæi [n], modò nominati, ut constat ex collat. 1 Sam. 30. 14. & Tzeph. 2. 5 [o]. כְּרֵתִים nomen est proprium partis Philistinorum, ut apparet 1 Sam. 30. 14. Ex his legionem sibi conscripsit David; & ab iisdem orti Cretes videntur, unde ο'. hîc, & Soph. cap. 2. vers. 5. Κρῆτας posuêre P. Præcipua Philistæorum arma erant sagittæ & arcus: vide 1 Sam. 31. 3. Hinc David, factâ cum iis pace, quosdam habere voluit ex eorum sagittariis ad custodiam corporis sui. Hi sunt *Cerethæi*. Vide 2 Sam. 8. 18. & 15. 18. & 20. 7. &c. Quibus locis, pro Hebræo כְּרֵתִי *Crethi*, Chaldæus semper habet קַשְׁתַיָּא *sagittarios* [q]. Philistæos hîc vocat *Cerethæos*, ut ad verbum *exscindendi* alludat [r]. ¶ *Perdam reliquias maritimæ regionis*; sim. ο'. Sy. Ca. חוֹף הַיָּם] *Maris*, M. *portûs* (vel, *litoris*, P. Ti.) *maris*, Mo. JT. Pi. Quæ habitant ad portum maris, Mediterranei scilicet †. *Reliquias* vocat, quæ superfuerant ex antecedentibus cladibus: tum iis quas olim per Samuelem, Davidem & alios acceperant; tum eâ quam Tzidkija Rex gravissimam intulerat, Esa. 14; tum denique recente illâ quam à Psammeticho Ægypti Rege, patre Pharaonis Neconis, acceperant [t], à quo maritima illa regio apud Azotum multùm vastata fuerat, ut diximus ad Jer. 25. 20 [v].

17. *Arguens*, &c. בְּתוֹכְחוֹת חֵמָה] *In*, vel *cum*, *increpationibus* (vel, *castigationibus*, M. Ti. vel, *summa excandescentia*, JT.) *ira*, Mo. P. &c. sim. JT. Pi. id est, Quales ii solent exercere qui, furore perciti, omnia promiscuè objecta solent corrumpere [x].

CAP. XXVI.

1. IN *undecimo anno*] A deportatione Jechoniæ [a], (unde tempora putare solet Ezeciel [b],) ac proinde regni Sedeciæ [c], (hujus enim & captivitatis Jechoniæ idem est annus [d],) quo anno urbs capta est, 2 Reg. 25. 2, &c.

Marginal notes (left column): † V. | [t] V. sim. Me. ex La. | [v] Pi. | [x] Q. in V. | [y] G. | [z] Jun. | [a] G. | [b] Jun. G. | [c] Jun. | [d] G. | * Jun. | [f] G. sim. Jun. | [g] G. ex Pi. sim. Ca. | [h] G. | [i] Jun. ad bis. sim. La. Me. | [k] Jun. in comment. | [l] V. | [m] G. | [n] Jun. | [o] E. | [p] Jun. | [q] E. | [r] Jun. | † T. ex La. | [t] Me. | [v] Me. ex La. | [x] V. | [y] G.

Marginal notes (right column): [z] Idem. | [a] Idem. | [b] La. ex V. sim. Me. | [c] Me. sim. G. T. ex La. | [d] T. ex V. | * Pi. sim. Jun. | [f] G. | [g] V. | [h] V. | [i] Jun. | * V. | [l] G. | [m] Pi. | [n] Pi. sim. Jun. Glas. &c. | [o] Pi. | [p] G. | [q] BC. l. 1. c. 459 | [r] Glas. rhet. 2. 2. 523. | † Ti. | [t] Jun. | [v] G. | [x] Jun. | [a] G. sic Jun. Pi. Pra. | [b] G. sim. Jun. Pol. | [c] Pol. | [d] Jun.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

2,&c. Jer. 52. 5,&c*. ¶ *Primâ* (Heb. *unâ*) *mensis*] Vel, *mensis illius*, JT. Pi. Cujus? nullius enim mentio præcessit†. Resp. 1. Mensis primi sive proximi ex quo nuncius ille venerat Jeruschalaimis, de quo in fine cap. 24[f]. Sed hoc stare nullo pacto potest; ille enim non venit ad Prophetam ante mensem 10. anni 12. Ezec. 33. 21[g]. Resp. 2. Mensis primi illius, nempe 11. anni. Ità omnes Interpretes accipere videntur, [inquit Junius in notis ad Bib. quin & ipse Junius in Commentario, sive secundis cogitationibus; quanquam aliter statuat in notis Biblicis.] Cùm ellipsin quæ hîc est ex conjectura suppleri oporteat,& occasio propheticè potiùs, quàm ab occasione rei antè gestæ, afferri videatur; in hac interpretatione acquiesco: tum quia silentium Prophetæ à Domino de rebus Judææ fuerat imperatum in annum sequentem usque, ut ex comparatione c. 24 & 33. facilè intelligitur; tum etiam quia septimo pòst die simile argumentum à Propheta pronunciatum legimus infrà 31. 1[h]. [Sed idem Junius in notis Bib. adversùs hanc sententiam disputat.] De primo mense hoc accipi duo prohibent. 1. Sermonis Hebræi ratio: cùm Hebræi nusquam hâc periphrasi utantur, nisi ubi expressa est, in narratione aliorum temporum, comparatio διαιρετικῶς, ut Gen. 8.13. Exod.40. 2,17. sed simpliciter *principium anni* nominent, ut Ezec. c. 40. v.1[i]. 2. Collatio v. seq. ubi Tyrus exsultâsse dicitur ob fractam Hierosolymam; quæ tamen fracta non est mense primo anni undecimi, sed mense quarto, ut dictum[k]. [Reponi tamen potest ex eodem Junio in com. quòd hoc propheticè dictum sit, &c.] Respond. 3. Mensis quarti, ex Jer. 52.6. quem hîc non nominat, tum quia omnibus notissimus erat; tum quia mensis inauspicatus erat, cujus vel nomen horrebat, quia in eo capta erat civitas[l]. Resp. 4. Mensis illius à quo desolata fuit Jerusalem[m]; vel,[ut alius cautiùs & planiùs effert,]mensis ejus qui secutus est capta Hierosolyma: quod sequentia innuunt[n]. Mensis quinti[o]; quando Tyrii, nuncio accepto (post 20 dies[p]) de capta Jerosf. illud prædicabant quod sequitur v. 2[q].

2. *Pro eo quòd dixit Tyrus*, &c.] Cùm Tyrii, insolentiores facti, contra pietatem, justitiam, humanitatem, veritatémque fœderis, afflictos Judæos ampliùs affligerent, eos & rebus suis spoliantes, & sermone ludificantes; credibile est populum Dei, apud Babylonios deflentem popularium suorum incommoda, horum capitum consolationem per Dei providentiam ad primum illum nuncium, de insolentia Tyriorum insperata,percepisse[r]. [Sed non satis advertunt hoc vix potuisse fieri, ut tantillo spatio nuncium, primò, captæ Jerosolymæ ad Tyrios, deinde,insultationis Tyriorum de ea, ad Judæos in Babylonia exsulantes perferretur, nisi id Prophetæ à Deo significatum dicat aliquis:quod licèt concedi possit, non tamen temere fingi debet.] ¶ *Euge*, הֶאָח] Particula significans gaudium ejus ob excidium Hierosolymæ†. ¶ *Confractæ*, &c. נִשְׁבְּרָה דַּלְתוֹת הָעַמִּים] *Confracta est* (i.e. excisa per Babylonios[t]; vel, *Confractæ sunt*, Ti.) *porta* (vel, *fores*, sive *portæ*, Mo. Ti. Sy. Verbum hîc sing. cum nom. plur[v].) *populorum*, P. Mo. Ti. Sy. &c. vel, civitas quæ fuit *porta populorum*, M. i. e. Vel, 1. civium Jerusalem, qui *populi* vocantur ob multitudinem[x]: vel, [2. populorum exterorum;] qu. d. celeberrima, & populis frequentata[y]. Emporium celeberrimum[z]; quod etiam Plinius, Tacitus aliique testantur[a]: ad quod & mercaturæ[b] & religionis causâ[c] ex toto orbe concurrebatur[d]. Vel, cui fuerant *januæ populorum*, Pi. vel, urbs *portis populosissimis*, JT. Heb. *populorum*; i. e. frequentissima, tum civibus, tum etiam advenis, proselytis, & mercatoribus exteris *. Vel, *quæ præbebat mercimonia omnibus populis*, Ch. Urbs illa quæ populis exteris latum præbebat aditum[f]. Urbem vocat *portas*, quòd undique portas haberet, per quas populi omnes ad eam confluebant[g]: vel, ad denotandum ipsius dignitatem, auctoritatem, jus & potentiam, quæ *portarum* nomine in S. S. significari solent[h]. ¶ *Conversa*, &c. נָסַבָּה אֵלַי אִמָּלְאָה הָחֳרָבָה] *Convertit se*, vel *Versa est*, (vel, *Avertitur*, JT. *Reducta est*, M.) *ad me*, Mo. P. Pi.&c. sic Ti. Ca. (sub. *negotiatio quæ fiebat in ea*, V. simil. M. Pi. forum scilicet illud frugum, vini, olei, balsami[i];) *replebo me*, vel *replebor*, Mo. P. JT. Pi. &c. (scil. mercibus[k], & opibus[l]: vel, *quæ plena erat*, ό. Ar. sub. *incolis*, Ar. Legerunt הַמְּלֵאָה: aut א sumpserunt pro ה[m].) *deserta*, vel *vastata*, *est*, Mo. P. Ti. vel, *illâ destructâ*, M. simil. Ca. vel,quia (vel, ex quo,JT.) *vastata est*,Pi. Jam enim actum est de ea[n]. Ego ex ruinis illius crescam[o]. Erat hæc,1. impietas; quia Deo sic obliquè illudebant: 2. injustitia; quia res alienas & homines ab hominibus infestari contra jus lætabantur, & ad se perventura commoda ex alienis incommodis, quamvis plus satis haberent, ut ostendit cap. seq. 3. inhumanitas; quòd afflictos ampliùs affligerent[p].

3. *Ecce, ego super* (vel, *contra*, JT. Pi. &c.) *te*] Sub. *veniam*, Pi. G. Aposiopesis[q]. ¶ *Gentes multas*] i.e. Chaldæos[r], ut explicatur v.7†. [Quibus & aliæ gentes non paucæ militabant.] ¶ *Sicut*, &c. כְּהַעֲלוֹת הַיָּם לְגַלָּיו] *Sicut ascendit* (vel, *Acsi adducerem*,Pi.sim.M. Ti. JT.) *mare fluctibus* (vel, *cum fluctibus*, Ti. JT. Pi. *cum procellis*,M.) *suis*,P. sic Mo. *Sicut ascendere facit mare procellosum fluctus suos*, V. His, utpote Tyriis notissimis, comparat Chaldæos, ob tumultum, fragorem[t], multitudinem, & ferocitatem[v].

4. *Et dissipabunt muros Tyri*, &c.] Producit Acta Phœnicum Josephus, quæ & nos citavimus ad 3. de V. R.C. unde apparet à Nabuchodonosore Tyrum obsessam per annos 13. Tanto tempore seclusam à commerciis urbem ad magnam inopiam redactam esse necesse est; multa etiam urbis disjecta. Exitus quis fuerit obsidionis illa Acta non dicunt. Ego non dubito quin tot malis domita urbs in fidem se Babyloniorum dederit. Fuit tamen modò sub Regibus, modò sub Judicibus, i. e. Interregibus, sed qui majestatem Babylonicam observarent; adeò ut & à Babylone ex iis qui ibi obsides habebantur Reges interdum peteret: quod ex illis Actis discimus. Quo autem jure sub Babyloniis Tyrus fuerat, eodem postea mansit sub Persis Babylonis victoribus, donec ab Alexandro urbs capta est. Quæ autem hîc dicuntur ad Nabuchodonosoris, non autem ad Alexandri, tempora pertinere discimus infrà v.7. & 29.18. Nec aliter sensit Hieron.ad hunc locum[x]. ¶ *Et*, &c. וְסִחֵיתִי וגו׳] *Et* (*Adeò ut*, JT. Pi.) *radam*, vel *abradam*, (vel, *detraham*, Mo.P.) *pulverem ejus* (vel, *terram*, sive *humum*, quam scilicet comportaverunt in eam, ut solent in urbibus ac locis in rupe sitis, ut illic inhabitent, serant & plantent[y],) *ab*, vel *ex*, *ea*, M. Ti. Mo. JT. &c. Latini dicerent, *Abradam omnia cum pulvisculo*[z]. *Ac eam cum pulvisculo everram*, Ca. Hyperbole[a]: q.d. Jactat Tyrus se totius orbis opibus implendam esse[b]; sed efficiam ut nè pulvis quidem in ea remaneat[c]. Adeò evertetur, ut rupes tantùm supersit, vel area cui urbs imposita est[d]. ¶ *Et dabo eam in*, &c. לִצְחִיחַ סֶלַע] *In summitatem* (vel, *glabritiem*,Pi. *cacumen læve*, Mo.) *petræ*, P. i.e. Eam similem huic reddam, h. e. nudam & sine terra *. Vide Ezec. 24. 7[f]. *In siccam* (vel, *arduam*, JT. *sublimem*, G. *glabram*, Pi. *limpidissimam*, Ti. Vulg. *nitidissimam*, ό.) *petram*, M. Sensus est, Faciam te nudam ut scopulum. Seneca in Corsicam relegatus, *Ille tuus quondam magnus, tua gloria, civis Insigar scopulo*[g].

5. *Siccatio*, &c. מִשְׁטַח וגו׳] *Expansio* (vel, *Extensio*, Mo.) *sagenarum*,P.M.Ti. *Locus expandendis retibus*, Pi. sic JT. &c. nempe piscatoriis, quæ expanduntur ut desiccentur[h]. Erit sicut litora deserta,nec alium præbentia usum quàm retibus siccandis. Institutionibus de Rerum divisione, §. 5. *Litorum quoque usus publicus est juris gentium, sicut & ipsius maris: & ob id cuilibet liberum est casam ibi ponere in quam te recipias, sicut retia siccare & ex mari deducere*[i].

6. *Filiæ quoque ejus*, &c.] Minora oppida & vici,i.e. eorum habitatores[k].

7. *Regem regum*] Meritò sic se appellârunt Babylonii Reges, qui & Regibus quibusdam imperabant. Vide 2 Reg. 18. 28. Jer. 52. 32. Secuti id Persæ Reges, ut Xerxes apud Æschylum. Sic Armenius Rex sub Cyro fuit, & Euagoras Cypri Rex sub Cyri successoribus, multique alii, ut diximus ad Jer. 50. 41[l].

8. *Filias tuas quæ sunt in agro*, &c.] i. e. In itinere suo oppida ditionis tuæ occupabit & perdet[m]. Vel, incolas villarum, ut suprà v. 6[n]. Idem repetit, quò me-

* Pol. † Pi. f Q. in Jun. g Jun. h Jun. in comment. i Jun. Pol. k Pol. l Sin. m V. n G. o Jun. in bib. Pi. p Pra. La. Me. T. q La. sim. T. r Jun. in bib. r Q. in Jun. comment. † V. t Pi. v G. et V. x Me. y Ca. sim. M. Pi. z T. et La. a Jun. b T. et La. sim. V. c T. et La. Jun. d T. et La. * Jun. in bib. f G. g La. h Jun. i G.

k V. Pi. l Pi. m G. n V. o G. p Jun. q Pra. r Me. ex La. † Me. t La. v Me. sim. La. x G. y V. z G. a Me. T. b T. c Me. sim. T. d Jun. * V. f V. G. g G. h Pi. sim. V. i G. k Idem. l Idem. m Jun. n V.

Idem

litis retineatur [o]. ¶ *Et*, &c. וְנָתַן עָלַיִךְ דָּיֵק] *Et dabit* (vel, *ponet*, Pi. &c.) *contra te* (vel, *opponet tibi*, G.) *munitionem ligneam*, V. vel, *turrem*, i. e. turres [p]; vel, *propugnaculum*, Pi. ¶ *Aggerem*, &c.] Vallo castrensi te cinget [q]. ¶ *Elevabit* (vel, *statuet*, V. Pi.) *contra te clypeum*] i. e. Milites clypeatos [r]. Instruet aciem militum scutatorum †. Testudine ex scalis factâ te oppugnabit. LXX bene testudinem circumscribunt, dicendo, πείσουσιν ὅπλων, (q.d. *circumstantiam armorum* [t].)

9. *Et*, &c. וּמְחִי קָבָלּוֹ וגו'] *Et helepolin* (vel, *helepoles*, instrumenta bellica quibus muri detrahuntur: Heb. *delentem*, *quod adversum est sibi*; periphrasis, & synecdoche membri [v]. Vel, *percussionem tormentorum suorum*, Ch. *ictum catapultæ suæ*, Mo.) *disponet* (vel, *dabit*, Mo. Ch. *injiciet*, Pi.) *in* (vel, *contra*, Mo.) *muros tuos*, JT. Ch. vel, *muris tuis*, Pi. Al. *Et admotâ muris tuis vineâ suâ machinâ*, Ca. *Tormentum feriendum è regione ponet ad*, &c. Ti. *Et ictum ex directo dabit contra*, &c. Nam מָחָה Chaldæis est, *verberare*, unde מְחִי, *verbera* [x]. *Et balistas contra eam ponet, contra muros tuos*, P. מְחִי est tormentum bellicum quo saxorum moles projicitur in muros ut dejiciantur; à מָחָה *delevit*. קָבָלּוֹ autem valet, *contra eam* [y], vel, *ex adverso*, tum Chaldæis, tum Arabibus [z]. Al. קְבָל videtur esse nomen generale machinarum bellicarum, quòd *ex adverso*, sive *è regione*, ponantur [a]. *Jaculabitur ex adverso ejus, dabitque* sagittas in eos qui sunt *in muris tuis*. מְחִי vel idem est quod מַכָּה, *cædes*, *plaga* [b]; vel, idem quod קֶשֶׁת *arcus*, vel *balista* [c]. ¶ *Et turres tuas destruet in*, &c. בְּחַרְבוֹתָיו] *In gladiis suis*, Mo. *cultris ejus*, JT. vel, *illarum*, Pi. *cum telis suis*, Ti. *armis suis*, Ca. *malleis suis*, P. M. Sunt instrumenta ferrea quibus muros dejiciunt [d]. חֶרֶב est quicquid ex ferro fit. Itaque modò *gladii*, modò *lanceæ*, modò *mallei* voce vertitur. Interdum ο'. reddunt, σίδηρον, (*ferrum*.) Chald. hîc bene, *lapides* (i.e. globos) *ferreos*, nempe qui è balistis jaciebantur *.

10. *Inundatione*, &c. מִשִּׁפְעַת וגו'] *Præ multitudine*, sive *copia*, (vel, *agminibus*, JT.) *equorum ejus operiet te pulvis eorum*, P. Mo. sic V. sim. M. Ti. Ca. Pi. &c. Tantus erit pulvis ab equorum cursu, ut nubis modo urbem operiat [f]. ¶ *A*, &c. מִקּוֹל וגו'] *A*, vel *Præ*, *voce* (vel, *strepitu*, JT. Pi. M. Ti. *tumultu*, P.) *equitis*, Mo. vel, *equitum*, P. M. &c. ¶ *Movebuntur muri tui*] Solent enim ædes tremere ubi in propinquo multi cursitant currus & equi, propter soli cohærentiam [g]. ¶ *Cùm ingressus fuerit portas tuas quasi*, &c. כִּמְבוֹאֵי עִיר מְבֻקָּעָה] *Tanquam* (vel, *Qualis est*, G.) *introitus* (vel, *secundùm ingressus*, Pi. *per introitus*, P.) *civitatis diruptæ*, vel *dissipatæ*, Mo. P. G. *Quomodo in effractam urbem intrari solet*, Ca. sim. Pi. Erit ingressus ille *quasi in urbem diruptam*, M. sic Ti. Tantâ securitate intrabit portas tuas, deditione factâ, quantâ intrari solet urbs à civibus deserta: adeò neminem metuet [h]. Ingredietur nemine resistente [i]. *Ad ingressus civitatis disrupta patebis*, JT.

11. *Ungulis*, &c.] Equites per oppidum discursabunt [k]. ¶ *Populum tuum*. &c.] i.e. Multos de populo [l]. Milites promiscuè occident [m]. ¶ *Et statuæ*, &c. וּמַצְּבוֹת וגו'] *Et statuæ fortitudinis*, sive *potentiæ*, *tuæ*, &c. Mo. P. Ch. M. Ca. &c. *Et statuarum robustarum tuarum unaquæque in terram descendet*, Pi. Per *statuas* hîc intelligunt, vel, 1. turres fortissimas & propugnacula [n]: vel, 2. trophæa quæ partâ victoriâ erexit [o]; columnas, pyramides, arcus triumphales [p]: vel, 3. statuas erectas in honorem fortium civium [q]: vel, 4. imagines clarorum virorum [r], quibus vetustam generis nobilitatem præferebant †: vel, 5. statuas erectas Ægypti Regibus aliisque fœderatis Tyri, & Chaldæorum hostibus. Solent enim imagines dejici eorum quibus res infeliciter cedunt. Multa exempla habes in historia Romana [t]. Vel, 6. statuas deorum, Herculis & Apollinis [v], quos Tyrii vinculis retinebant, nè aut indignati discederent, aut hostili carmine evocarentur, quibus tutelam urbis adscribebant. Vide Curt. de vita Alex. 4. Plut. problem. 61. Diod. Sic [x]. [Alii aliter.] *Et substantiam* (vel. *subsistentiam*, Ar. *excelsa*, Sy.) *fortitudinis tuæ*, &c. ο'. &c. i. e. Quicquid fortitudine tuâ comparâsti tibi [y]. *Et stationum robustarum tuarum unaquæque*, &c. JT. q.d. Stationes præsidiariæ quasi ultro prostratæ impetui hostium cedent [z].

[Margin, left column: o G. · p Idem. · q Idem. · r Pi. · † V. sim. M. · t G. · v Pi. · x G. · y V. ex Hc. · z G. · a V. · b M. · c Q. in M. · d V. · * G. · f G. sim. Me. · g G. · h Idem. · i Me. · k Jun. · l G. · m Jun. · n M. He. in V. · o V. · p Me. ex La. · q V. · r Pra. La. Me. · † Pra. · t G. · v Me. ex Pra. · x Pra. · y Me. · z Jun.]

12. *Diripient*, &c.] Aditum commerciis præstruent [s]. ¶ *Et pulverem tuum*] i. e. Rudera tua †.

13. *Canticorum*, &c.] Signa lætitiæ cessabunt. Vide Jer. 7. 34 [b].

14. *Dabo te*, &c.] Scopuli instar eris, ut suprà v. 4 [c]. ¶ *Nec ædificaberis ultrà*] Obj. At Tyrus post 70 annos instauranda erat, Esa. 23. 17. Resp. 1. Instaurabatur in urbem, non in Regnum [d]. 2. Ità dicit, quia non ædificabatur in eodem loco *. Tyrus olim 4 stadiorum freto à continente dividebatur, unde munitissima erat & ferè inaccessa; postea verò humili ædificio exstructa est in continente [f]. 3. *Non ædificaberis*, videlicet eâ dignitate, elegantiâ & celebritate, quâ fuisti [g]. Non redibis ad veterem fortunam. *Ædificare* enim est Hebræis & Syris, tum sobolescere, tum ditescere [h]. Verba quædam, præter usitatam significationem, qualitatem ejus connotant. Sic, *dicere*, pro, dicere verè & sincerè, Prov. 20. 9. 1 Cor. 12. 3; *facere*, pro, potenter & feliciter agere, Psal. 37. 5. Dan. 8. 12. Sic, *facere peccatum* & *justitiam*, 1 Joh. 3. 7, 8, 10. i. e. spontè, assiduè & cum studio facere; &, *videre*, pro, videre cum oblectatione, Psal. 35. 21. & alibi. Ità & hîc, *ædificare* [i]. 4. Cives Tyri penè omnes deleti sunt, ac proinde alia fuit quasi Tyrus, tum hominum ratione, tum legibus & moribus [k]. 5. Intellige hoc, *intra longum tempus*, collatis historiis temporum Alexandri [l]. עוֹד, *ampliùs*, significat seculum, nempe annos 50 jubilæi [m].

15. *Numquid*, &c? הֲלֹא מִקּוֹל מַפַּלְתֵּךְ בֶּאֱנֹק חָלָל בְּהֵרָג הֶרֶג וגו'] *Nonne à voce*, vel *sonitu*, *ruinæ tuæ*, (i.e. partium urbis tuæ [n],) *in clamando occisum*, (*dum*, sive *cùm*, *ingemiscit*, vel *vociferabitur*, *occisus*, M. P. Ti. sim. JT. Pi.) *in occîdi occisione* (*cùm occidetur occidione* P. sim. JT. *cùm interficientur crudeliter*, Pi. *in occidendo occidionem*, Ti. *& dum exercetur strages*, M.) *in medio tui*, (vel, *intra te*, Pi.) *commovebuntur insulæ?* Mo. i.e. omnis ora maritima [o]; vel, regionum maritimarum, & procul etiam dissitarum, incolæ. Ingentem omnium admirationem & consternationem significat, ut fit in rebus insperatis. Judicium Dei per ὑστέρωσιν summatim hîc repetitur. *A fragore casûs tui*, subversionem urbis significat: illud, *cùm suspirabit confossus*, stragem significat editam: postremò, *cùm occidetur occidendorum turba*, actum ipsum lanienæ vel carnificinæ ostendit [p].

16. *Et descendent de sedibus* (vel, *soliis*, JT. Pi.) *suis*] More lugentium, Jon. 3. 6 [q]. i. e. Vacabunt ab omni opere & administratione publica [r]. ¶ *Principes maris*] Carthaginenses, Gaditani, aliique Tyro orti, & potentes mari †. ¶ *Et auferent* (vel, *amovebunt*, Pi. sim. JT.) *exuvias suas*] Vel, *pallia sua*, JT. Pi. vestes extimas, Exod. 28. 4, 31. 2 Sam. 13. 18 [t]. Dignitatem suam ejúsque signa abjicient [v]. ¶ *Vestimenta sua varia*, רִקְמָתָם] *Phrygionica*, Pi. *versicoloria*, JT. *acupicta*. Nam & hic mos lugentium, mutare vestes. Cicero non uno loco propter se à Senatu mutatam vestem narrat [x]. q. d. Gaudium & festivitatem omnem abdicabunt [y]. ¶ *Et*, &c. חֲרָדוֹת וגו'] *Horroribus* (vel, *Stuporibus*, P. *Trepidationibus* verò, Pi. sim. JT.) *induentur*, M. Ti. Circumdabuntur metu. Similia habes Ezec. 7. 27. Psal. 132. 18 [z]. Vestes trepidationis (i.e. abjectissimas) induent, Jun. ¶ *In terra sedebunt*] Mos & hic mœrentium, Job. 2. 13 [a]. ¶ *Et*, &c. וְחָרְדוּ לִרְגָעִים] *Et trement*, vel *pavebunt*, *ad* (vel, *per*, M. Pi. sub. *singula*, M. P. V. sim. JT.) *momenta*, Mo. P. Pi. &c. i. e. jugiter & assiduè [b]: vel, *ad subitos istos casus*, Ti. Suâ causâ trepidabunt [c]. *Et subito casu pavidi*, Ca.

17. *Quomodo periisti quæ*, &c? נוֹשֶׁבֶת מִיַּמִּים] *Habitata* (vel, *quæ habitabas*, i. e. sita eras [d]; vel, *quæ frequentabaris*, Pi.) *à maribus*, sive *æquoribus*, Mo. V. G. Ti. sim. M. i. e. à populis maritimis; h. e. à mercatoribus qui veniebant ad te à regionibus maritimis, nempe à mari Rubro, Persico, & aliis *. Ad quam ab omni mari advenæ veniebant [f]. Vel, *in mari*, Q. in V. vel, *à maritimis*, JT. vel, à negotiatoribus venientibus *à maribus*, P. ¶ *Urbs inclyta*; sic M. V. הַהֻלָּלָה] *Laudata*, Mo. sim. P. *laudata illa*, Pi. *laudatissima*, JT. sim. Ca. Ti. propter commoditates, opes & gloriam [g]. ¶ *Quæ fuisti fortis* (vel, *firma*, JT. *potens*, Pi.) *in mari*] Phœnices, & Tyrii maximè, qui Phœniciæ imperabant, in re navali diu præcelluerunt, ut testantur veteres & prophani

[Margin, right column: s G. · † Idem. · b Idem. · c Idem. · d La. et Hi. · * Jun. · f M. · g Jun. · h G. · i Glas. gram. 3. 3. 14. 164. · k La. Schol. in Pra. · l G. sim. · m Jun. Me. Ti. Pra. sim. · n La. · o G. · p Idem. · q Jun. · r G. sim. La. · † Jun. · t G. · v Idem. · x Jun. · y G. · z Jun. · a G. · b Idem. · c V. · d Jun. · Q. in V. · * V. sim. Jun. · f G. · g Jun.]

prophani historici, & colonias quamplurimas constituerunt; cujusmodi fuerunt Carthago, Utica, Septis, Gades [h]. ¶ *Cum*, &c. הִיא וְיֹשְׁבֶיהָ אֲשֶׁר נָתְנוּ חִתִּיתָם לְכָל־יוֹשְׁבֶיהָ] *Ipsa* (vel, Tum *ipsa*, Pi.) *&* (vel, *tum*, Pi.) *habitatores* (vel, *cum habitatoribus*, M. JT.) *ejus*, Mo. P. Ti. M. JT. Pi. (vel, *& cives*, sive *incolæ, ejus*, sub. *fortes erant*, V.) *qui dabant*, sive *dederunt*, (vel, *incutiebant*, Pi. vel, quinam sunt *qui indiderunt*, JT.) *terrorem suum* (vel, *terrorem sui*, JT. i. e. terrorem ab iis profectum; genitivus efficientis [i]: vel, *formidines suas*, Ti.) *omnibus habitatoribus ejus*, Mo. P. sub. *maris*. Hîc יָם (*mare*) utitur fœmin. gen [k]. Commendat h. l. Tyriorum navalem potentiam, tum publicam, sive urbis, tum privatam, sive incolarum ejus [l].

18. *Stupebunt* (vel, *pavent*, Ca.) *naves*] Mihi placet hæc versio, nam sententia magis quadrat, [quàm in altera versione;] & tam ex אֳנִי (*navis*) quàm אִיִּם (*insulæ*) potuit fieri אִיִּן [m]. In Hebræo [olim scriptum] fuit, *naves* [n]. ¶ יֶחֶרְדוּ הָאִיִּן] *Pavebunt insulæ*, Mo. P. sim. JT. Pi. &c. ¶ *Eò quòd nullus*, &c. מִמַּפַּלְתֵּךְ] *Ab egrediendo te*, Mo. *ab exitu tuo*, M. P. Ti. Ca. *propter exitum tuum*, JT. Pi. i. e. ob captivitatem tuam [o]. *In die exitûs tui*, i. e. ubi obsides ex te auferentur Babyloniam [p].

19. *Urbem desolatam*] i. e. Destitutam à commerciis [q]. ¶ *Et operuerint te*, &c.] i. e. Partem tui: quod fieri solet disjectis munimentis †.

20. *Et*, &c. וְהוֹרַדְתִּיךְ וגו'] *Et* (vel, *Tunc*, V. Pi.) *faciam ut descendas cum descendentibus in foveam*, (vel, *in sepulchrum*: id enim sæpe בּוֹר dicitur. Græcè βόθρον, (*fovea*,) & hîc, & infrà 31. 14. & 32. 18, 23, &c. τὰ θεμέλια τῆς γῆς, *fundamenta terræ*, Esa. 14. 15 [†].) *ad populum antiquum*, JT. sic Pi. vel, *seculi*, Mo. P. Ti. *perpetuum*, vel *æternum*, M. Ti. sic οʹ. &c. i. e. ad manes †: ad mortuos, quibus *nox una perpetua dormitur* [t]; qui perpetuò, h. e. diu, usque ad novissimum diem, dormituri sunt; vel, qui ab hoc seculo sequestrati sunt [v]: ad eos qui olim & ante multa secula mortui sunt [x]; ad multitudinem mortuorum inde ab origine mundi [y]. Idem hîc dicitur de Tyro quod in Evangelio de Capharnaümo, *Ad inferos detruderis*, Matt. 11. 23. Vita urbium est libertas, commercia, opes. Nam, *Pecunia est sanguis & vita mortalibus* [z]. Sensus loci, Tollam te prorsus de medio [a]. Faciam te similem eis qui jam olim mortem obierunt; redigam te in vastitatem horrendam & diuturnissimam [b]. ¶ *Et collocavero* (vel, *habitare faciam*, Pi.) *te in terra novissima*, בְּאֶרֶץ תַּחְתִּיּוֹת] *Inferiore*, vel *infima*, P. V. Pi. &c. Hebr. *inferorum*, G. vel, *imorum locorum*, Pi. i. e. in visceribus terræ, sive sepulchro [c]. Eris quasi sepulta [d]. ¶ *Sicut*, &c. כְּחֳרָבוֹת מֵעוֹלָם] *In solitudinibus*, vel *vastitatibus*, (vel, *sicut solitudines*, P. Ti. οʹ. & Ch. in G. ב tanquam כ aut legerunt, aut interpretati sunt [*].) *à seculo*, Mo. vel, *priscis*, sive *antiquis*, JT. Pi. *seculi*, Pi. quæ fuerunt *à seculo*, P. *perpetuas*, Ti. q. d. Eris par locis ab omni ævo desertis [f]. Al. *cum his quæ abolitæ sunt à mundo*, M. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן לֹא תֵשֵׁבִי] *Ut*, vel *ità ut*, *non habiteris*, Mo. P. Ti. JT. &c. vel, *inhabites* ampliùs terram, M. i. e. ut antè [g]; priore loco & amplitudine, ad negotium populo Dei facessendum [h]. ¶ *Porrò cùm*, &c. וְנָתַתִּי צְבִי וגו'] *Et* (vel, *Ut*, JT. *Autem*, Pi.) *dedero* (vel, *dabo*, Ti. *ponam*, Pi. *reponam*, JT. rursus *ponam*, M. non *reddam* te, ut repetatur negatio [l];) *decorem* (vel, *gloriam*, P. *inclytam*, M. Ti. *decus*, JT. Pi. i. e. populum meum [k]: vel, *beneplacitum*, i. e. favorem meum [l]:) *in terra viventium*, Mo. i. e. hominum felicium; nam *vivere* sæpe Hebræis est, beatè vitam agere [m]. In terra Israelitarum [n], in Judæa [o]: quam sic vocat, quòd illic Deus verus & vivens coleretur; aut, quòd Deus suis illic habitantibus daturus erat vitam æternam [p]. Quæ *terra vitæ* fuit symbolicè, vel sacramentaliter, in qua Deus & præsentiæ suæ & Verbi sui decus constituerat: *viventium* verò *terra* eadem appellatur, quia præsentiâ & Verbo Dei sanctificati & vivificati sunt quicunque promissiones per fidem sibi in ea terra datas acceperunt [q]. [Sensus loci, q. d.] Nè tum quidem cùm Judæa iterum florebit [r]; cùm eam restituero in pristinum splendorem: tunc enim videbuntur incolæ ejus quasi reviviscere †.

[Margin notes: h Jun. — i Pi. — k V. — l Jun. — m Ca. — n Hi. in G. — o V. sim. Pi. — p G. — q G. — † Idem. — † G. — † Ct. — t G. — v M. — x V. sim. Q. in M. — y Pi. — z G. — a V. — b Jun. — c V. — d G. — * Idem. — f Idem. — g Idem. — h Jun. — i Q. in M. — k Pi. — l Q. in V. — m G. — n Ca. sic Mc. — o V. Jun. G. — p V. — q Jun. — r G. — † Q. in V.]

21. *In nihilum redigam te*, sic Ca. בַּלָּהוֹת וגו'] *Terrores* (vel, *Consummationem*, P. *Consumptiones*, i. e. Prorsus consumptam [t]: vel, *Perturbationes*, id est, Maximè turbatam & attonitam [v]: *In terrorem summum*, JT. *In terrores*, i. e. In locum terribilissimum; metonymia formæ [x]:) *ponam* (vel, *exponam*, JT. *redigam*, Pi. *reddam*, V. Heb. *dabo*, Pi.) *te*, *& non eris*, M. Ti. Nempe quod fuisti [y]. Nusquam posthac erunt aut invenientur vestigia tua [z]. Tyrus aliquantò post destructa Hierosolyma hanc cladem accepit, ut suprà didicimus 2. Itaque 70 anni exsilii Judæorum priùs exiêre quàm 70 anni post quos in veterem fortunam, ex Jesaiæ prædictione, reditura erat Tyrus [a]. ¶ *Et requisita*, &c.] Vel, *Et si requiraris*, &c. V. *Et quæsita*, &c. JT. Quærent homines ubi nunc illa est urbs quæ tam multas misit colonias, quæ tam latè mari imperavit [b]. Summa est, tantam fore Tyriorum consternationem, ut omnes aut dispereant, aut diffugiant, neque ampliùs in populum Dei digitum ausint attollere [c]. ¶ *In sempiternum*] i. e. In longum tempus [d]; toto seculo *. 70 anni mensura communis vitæ humanæ [f].

[Margin notes: t V. — v Q. in V. — x Pi. — y G. — z V. — a G. — b Idem. — c Jun. — d G. sim. T. — * T. — f G.]

CAP. XXVII.

2. *Assume* (vel, *Eleva*, V. *Profer*, JT. *Sume in os*, Pi.) *super Tyrum lamentum*] i. e. Deplora sortem & excidium Tyri [a]. Lamentationis causa exponitur hinc usque ad v. 27; modus, inde ad finem capitis [b].

3. *Quæ*, &c. הַיֹּשֶׁבֶתִי עַל מְבוֹאֹת יָם] *Habitanti*, vel, *Quæ habitas*, (vel, *Quæ sedes*, M. Ti. O urbs *sita*, JT.) *in ostiis* (vel, *in introitu*, M. sim. Mo. *ad transitus*, Ti. *ad aditus*, JT. *juxta portus*, Pi. *ad portum*, supple, *egregium*, V.) *maris*, P. &c. q. d. Quæ commodissimè sita est; quòcunque velit naviget, aut undecunque mercatores velint adnavigetur [c]. ¶ *Negotiationi*, &c. רֹכֶלֶת הָעַמִּים אֶל וגו'] *Mercatrix populosissima apud insulas multas*, Ca. *negotiatrici populorum*, vel, *quæ negotiatur cum populis*, P. Pi. &c. (i. e. quæ suppeditat populis multas merces [d],) *cum*, vel unà *cum*, *insulis*, &c. Pi. Q. in V. i. e. tam iis qui habitant in continenti quàm qui in insulis *. Vel, *ad insulas*, &c. P. M. Ti. i. e. quæ merces deferuntur ad insulas varias [f]. ¶ *Dixisti*, &c.] Significat gloriosam ipsorum præfidentiam in elegantia & dignitate sua [g].

4. *Et in*, &c. בְּלֵב וגו'] *In corde* (vel, *medio*, M. Ti. sic Ca. *intima parte*, JT. Pi.) *marium* (sub. *sunt*, P. &c.) *termini tui*, Mo. P. &c. i. e. intra mare: ut Christus erat *in corde terræ*, Matt. 12. 40. i. e. intra terram, sive sepulchrum [h]. Insula erat 4 stadiis, i. e. 500 passibus, distans à terra, testibus Plinio & Curtio [i]: unde munitissima erat & inexpugnabilis [k]: mari, velut fossâ, defendebatur; & velut alveo commodissimo ad vecturam in omnes partes utebatur. Acropolis rupi erat imposita: postea tamen urbs aucta est ædificiis, quæ fluctuationibus mari erant imposita [l]. Sed Nabuchodonosor, & post eum Alexander Magnus, saxis, trabibus, terræ immensâ quantitate, in mare conjectis, ex insula fecit peninsulam, ut pedibus adiri & expugnari posset; & sic usque hodie perseverat [m]. Plurali, *marium*, utitur, quòd omni ex parte allueretur mari, & ex omnibus maribus venirent ad eam [n]. Hoc vult, Imperium tuum non terrâ continetur, sed latè per mare se spargit: ità ut *Tyria maria* in proverbium abierint [o]. ¶ *Qui*, &c. בֹּנַיִךְ כָּלְלוּ יָפְיֵךְ] *Ædificatores tui* (Sidonii [p]) *perfecerunt*, vel *absolverunt*, (vel, *perfectum fecerunt*, M.) *decorem tuum*, Mo. P. &c. vel, *perfectè te ornârunt*, G. fuerunt tibi maximo ornamento, & te reddiderunt pulcherrimam [q]: ità ut nihil in toto Oriente speciosius exstaret [r].

5. *Abietibus de Sanir*] Vel, *Senir*, P. JT. i. e. Hermone, Deuter. 3. 9†. Quæ omnium præstantissimæ fuerunt habitæ [t]. ¶ *Exstruxerunt*, &c. בָּנוּ לָךְ אֵת כָּל־לֻחֹתָיִם] *Ædificaverunt tibi omnes naves*, P. vel, *omnia transtra*, Ti. *omnia assamenta*, Ca. *tabulata*, vel *tabulas*, JT. Pi. V. G. multas quidem, & eas duplici ordine dispositas in duobus lateribus, quibus constant naves [v].

[Margin notes: a V. — b Jun. — c Idem. — d V. — * Idem. — f Idem. — g Jun. — h Glas. gram. 3. t. 38. 151. — i T. ex La. — k Mc. — l Jun. — m T. ex La. — n V. — o G. — p Idem. — q V. sim. Jun. — r Jun. — † G. — t Jun. — v V.]

Tabulata, in navibus, ut sequentia monstrant [x]. *Tabulas*, ex quibus navium corpus compingitur [y]. *Tabulata duplicia:* sic vocat naves, quòd duo habeant latera, aut duas extremitates, puppim & proram [z]. *Cum omnibus tabulis*, Mo. *omnia tabulata maris*, i. e. pontes [a]. Al. ταῦτα σανίδων, ο'. i. e. *aplustria tabularum*. Pro את כל, legerunt ο'. אתכל: est enim חכל *carbasus* [b]. [Utriusque fides sit penès authorem: utraque vox nihili est.] לוח est, *tabula*, unde plur. לוחות: at לוחתים duale est, significans *duas tabulas*, ob prædictas rationes [c].

6. *Quercus*, &c. אלונים ונו'] *Alnis*, &c. Mo. *E pinis*, &c. P. *Et quercubus* (sub. *cæsis*, Pi.) *de Basan fecerunt remos tuos*, M. Remi amplissimi erant [d]. *E castaneis arboribus*: est enim lignum illud rigidum & leve, nec facilè putrefit *. ¶ *Transtra tua*; ità JT. Pi. Ca. V. i.e. Remigum sedilia [f]: קרשך] *Tabulatum* (vel, *Asserem*, Mo.) *tuum*, P. *Tabulas tuas*, M. Ti. *Castrum tuum*, sive *Castellum navis*, He. in V. ¶ *Fecerunt tibi ex*, &c. [שן בת אשרים מאיי כתים] *Dente*, Mo. (vel, ex *ebore*, P. JT. Pi. Ti. ο'. Sy. sic Ca. M.) *filia* (vel, *congregatio*, P. *filii*, M.) *Assurim*, Mo. V. (i. e. fabri peritissimi quos vocâsti ad te ex Assyria [g]. Verùm cùm vox illa gentem significat, semper cum Dagesch scribitur, אשּׁורים [h]. Al. *probè attrito*, Pi. sim. JT. Glas. *filiâ gressuum*, h.e. ebore gressibus trito, h. e. quod ab elephantibus desoditur in terram, & in ea per justum tempus pedibus tritum est. De quo vide Plin. Hist. nat. 8. 3. In Heb. בת in fœmin. dicitur, quia שן *dens* generis communis est. Alii aliter legunt & reddunt [i]. Vox hæc una est, quamvis divisim scribatur, ut aliæ nonnullæ; quales in Jer. cap. 46. ver. 20. & alibi: ità & hoc loco [k]. Legendum בתאשּׁרים, h. e. *ex buxis*, seu buxo arbore; quomodo Esa. 41. 19. hoc nomen exstat [m]. Vel, *in buxo*, h.e. ex ebore quod buxo inclusum fuit [n]: quod non parùm illustrant illa Æn. 10. ——— *quale per artem Inclusum buxo, aut Oriciâ terebintho Lucet ebur* —— [o]. Chaldæus (& hîc, & Esa. 41. 19.) vertit, *tabulas buxinas*: quem sequuntur RS. & (ut videtur) Schindlerus [p]. Masorethæ autem, cùm locum non satis perciperent, vocem hanc in duas perperàm divulserunt; quod in avia traxit nuperos Interpretes [q]. LXX locum aliter vertunt; τὰ ἱερά σου, (*templa tua:* pro קרשך, legerunt קדשך:) ἐποίησαν ἐξ ἐλέφαντος, (*fecerunt ex ebore*,) οἴκους ἀλσώδεις, *domos sylvestres*; acsi scriptum esset בית־אשרים, *domum lucorum*, sive *sylvarum* [r]. Al. *& prætoriola*, Vulg. *Prætorium*, quod hîc dixit Hieronymus, Hebræi בת, [vel potiùs, בת־אשרים,] est conclave in navis prora. Ego pro certo habeo אשרים esse arboris nomen, quæ האשור [imò תאשור] Esa. 41. 19. ubi *buxum* vertit Chaldæus †.) *de* (vel, *ferentes de*, M. allato *ex*, Pi. V. simil. Ca. artifices *ex*, JT.) *insulis Chittim*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *Chittæorum*, Pi. sic JT. i. e. vel, 1. Cilicum [t]; vel, 2. Cypriis [v]; vel, 3. Macedoniâ. Propriè *Chittim* vocatur Cyprus; deinde translatè alia loca transmarina, præsertim Macedonia, ut 1 Mac. cap. 1. v. 1. Indè autem petitam buxum docet nos Plinius [x]. Vel, 4. maris Ionici, sive Græcanici [y]. Vel, 5. Apuliæ [z]; vel, circa Italiam, in Corsica insula Italiæ proxima, cujus buxum maximam, crassissimam & præstantissimam esse testantur Plin. 16. 16. Diod. 5. Theoph. Hist. plant. 3. 15. ubi legendum, ἐν Κύρνῳ, non, ἐν Κυρήνῃ, ut visi docti rectè corrigunt. Nulla buxus aptior est ad transtra navium fabricanda, quæ ipsa latitudo commendat [a]. Exprobrat Tyriis immanem luxum, quòd materiam pretiosissimam (quale ebur optimum est) ad res navium sordidissimas adhiberent [b].

7. *Byssus*, &c. [שש ברקמה ממצרים היה מפרשך] *Byssus* (vel, *Bysso*, Mo. *E bysso*, P. G. *Xylinum*, JT. Pi.) *discolor*, vel *versicolor*, (vel, *variegata*, Ti. *versicolore*, G. *cum varietate*, ο'. *cum versicoloribus*, Ar. *& varia tinctura*, Ch. *cum opere Phrygionico*, Pi. sic JT. *opere Phrygionico texta*, P. *in recamatione*, Mo. *acupicta*. ב in ברקמה regimini inservit: ut 1 Par. 26. 14. *consiliario*, בשכל, *cum intellectu*, i.e. intelligenti; Ps. 33. 4. *Omne opus ejus in fide*, i.e. fidele [c].) *ex Ægypto* (sub. *allatum*, Pi. vel, *Ægyptia*, Boot. G. מ hîc etiam regimini inservit: ut Psal. 17. 14. *mortales de mundo*, i. e. mundani; Psal. 80. 14. *aper de sylva*, i. e. sylvestris [d].) *fuit* (vel, *est*, Ca.) *expansio tua*, M. Ti. P. Ità dicitur velum, quòd explicetur vento *. Vel, *velum tuum*, Mo. *illud quod expandisti*, Pi. *carbasus tua*, JT. Ca. *pro linteis*, vel *pro carbaso*, Boot. ¶ *Ut poneretur in malo*, [להיות לך לנס] *Ut esset tibi velum*, sive *in velum*, sive *pro velo*, P. M. Ti. JT. Pi. &c. *quæ pro velo serviret*, G. *præbens*, vel *præbendo, tibi velum*. ל in להיות non hîc format gerundium in *dum*, ut plerique putârunt, sed gerundium in *do*, per quod, vel per participium, quod in hoc locutionis genere illi prorsus æquipollet, reddendum est. Sic ל alibi sumitur: ut Gen. 3. 22. לדעת, *sciens*; Exod. 14. 11. *Quid fecisti nobis* להוציאנו, *educens*, vel *educendo, nos?* Deut. c. 28. v. 63. להיטיב, *benefaciens*, &c †. Al. *tibi velum præbet*, Ca. Al. *ut esset tibi in signum*, sive *vexillum*, Ch. Sy. Mar. Buxt. & Os. in Boot. Notandum autem est, (id quod, non animadversum Interpretibus, fraudi ipsis fuit,) h. l. esse figuram in S. S. usitatissimam, repetitionem scilicet ejusdem sententiæ per voces diversas. Quippe מפרש nihil aliud hîc significat quàm *velum* nauticum, ut multi rectè reddiderunt; id quod etiam נס significat: sed ad vitandam κακοφωνίαν voces has diversimodè reddidimus. Nomen שש quod spectat, variè accipiunt. 1. Soli Tremel. & Pisc. *xylinum* reddunt hîc, & Exod. 25. 4. moti tum authoritate Plinii, tum præcipuè hâc ratione, quòd alia sit Hebræis byssi appellatio, nempe בוץ. Sed hoc argumentum non est validum, quum in omnibus linguis una sæpe res diversas habeat appellationes. Deinde, שש fuit pretiosissimum vestis genus, & magnatum tantùm gestamen, ut apparet ex Gen. 41. 42. Prov. 31. 22. Ezec. 16. 10, 13. tantundémque de bysso discimus ex 1 Mac. 14. 43. Luc. 16. 19. Apoc. 18. 12, 16. & 19. 8, 14. Ast de xylinis Plinius hoc tantum tradit, lib. 19. cap. 1. *vestes indè Ægypti sacerdotibus gratissimas esse ob candorem mollitiámque*, &c. Ast duo ista non sufficere ad summum pretium honorémque conciliandum videmus hodie. 2. Lutherus (quem sequitur Os. ad Exod. 25. 4.) *sericum album* reddit; fortè, quia *byssus* quid esset non intellexit, sed *byssum* cum *serico* confudit: id quod in Philostrato notat & reprehendit Lipsius. Sed hic error facilè refellitur ex Ezec. 16. 10, 13. ubi משי, quod omnium consensu *sericum* significat, à שש distinguitur. 3. Syrus & Chaldæus hîc, & alibi semper, vertunt, בוץ; similitérque Græci, βύσσος: & Hieronymus atque recentiores, *byssus*: sed quoniam hæc vox minùs frequens est, ferè circumloquuntur Galli, Itali, & Angli, &c. per *linum tenuissimum*. *Byssus* enim est genus quoddam lini (ut constat ex Plin. 19. 1.) subtilissimi, candidissimi, & omnium pretiosissimi, ut notat Merc. in Dict. Pagn [f]. ¶ *Hyacinthus* (i. e. lana violæ concolor [g]) *& purpura*] i. e. Pannus hyacinthinus & purpureus [h]. Fortassè *purpuræ* nomine intelligitur byssus, quæ purpureum colorem non rarò imbibit: unde toties *purpura* & *byssus* promiscuè sumuntur; & utrumque, per ἓν διὰ δυοῖν, pro purpurea bysso ponitur; & *byssus* pro colore sumitur in Hesychio. *Byssus*, inquit, *color est qui* ὕσγης *bysges*, i.e. cocci, loco assumitur. Et Suidas, *Byssinum, bysso tinctum*. Si sic accipias, optimè cohærebunt duo hemistichia, nam præcessit, *E bysso varia de Ægypto fuit carbasus tua, ut esset tibi in velum* [i]. ¶ *De insulis Elisa*, [מאיי אלישה] *Elisah*, ο'. M. P. Ti. Mo. i. e. Vel, 1. ex Italia [k]. Vel, 2. ex Æolide, Asiæ minoris parte [l]: ibi enim & Sardibus hi colores optimi conficiebantur: etsi ad imitationem Sardoi illius coloris Tyrii postea in sua republica fieri curaverunt: ex quo etiam Tyrium dibaphum atque muricem prophani scriptores celebraverunt [m]. Ex maritimis locis Æolum, qui optimi lanarum tinctores [n]. Vel, 3. ex Peloponneso in quo purpuræ piscatio circa Eurotæ ostia celebratissima est, Plin. 9. 36. Horat. od. 2. 18. Pausan. in Laconicis; necnon in Phocide circa Anticyram, teste Pausan. in Phocicis; item ad sinum Argolicum, non procul à Mycenis, teste Plutarcho in vita Alexandri. Est in Peloponneso vetustissima & amplissima regio, Elis, cujus una pars ab Homero vocatur Alisium: In Elide autem crescit byssus plurima & optima, nec alibi in tota Græcia, teste Pausaniâ in Eliacis l. 1. & in Achaicis. Vide & Plin. 19. 1 [o]. 4. Ex *insulis Elisæ*, i. e. Ægei & Cretici maris [p]. Celebratur Coa purpura Juven. sat. 8. Horat. 4. 13. ex Ægei maris insula Co prope Cariam. Hinc & insula Nisyrus,

Marginal notes (left column): x Pi. — y Jun. — z M. — a G. ex Ch. — b G. — c V. — d Jun. — * V. — f La. — g V. — h Glas. gram. 3. 1. 138. ex Buxt. — i Glas. ib. — k BA. 1. 3. 35. 1032. — l Glas. ib. BA. ib. — m Glas. ib. — n BA. 1. 2. 21. 2. 2. — o P. 3. 5. 180. — p BA. 252. — p Glas. ib. sim. BP. — q BP. ib. — r Glas. ib. — † G. — t Pi. — v Ca. — x G. — y V. — z M. ex Ch. — a BP. 3. 5. 180. — b Glas. ib. — c Boot. anim. l. 1. 7. 120. — d Idem ib. 6. — * V.

Marginal notes (right column): † Boot. ib. 4. — f Boot. ib. 3, 4, 5, 8. — g G. — h Pi. sim. Mc. — i BP. 3. 4. 177. — k V. M. ex Ch. — l Jun. sim. Pi. — m Jun. — n G. — o BP. ib. 177. — p BP. 438. 358.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

rus, tam vicina Co ut crederetur ejus esse fragmentum, vocabatur etiam *Porphyris*, à purpuris quæ in ea sunt, teste Stephano in Ethnicis. Et Carpathus olim dicta *Porphyris*, teste Eustathio, à purpurarum copia: & Cythera Πορφυρῦσα, ut notat Aristoteles, ob eximias purpuras. Rhodiæ quoque purpuræ meminit Vitruvius 7. 13. Nec purpurâ caruerunt Cyclades, & in iis Gyarus, teste Luciano in Toxari, & Amorgus, unde Amorginæ vestes, i. e. purpureæ, si credimus Etymologo [q]. ¶ *Facta sunt*,&c. הָיָה מְכַסֵּךְ] *Fuit operimentum tuum*, P. i. e. Operimentum tabernaculi quod fieri solet in puppi: aut, vestes intelligit [r]. *Tegebat te*, Pi. sim. JT. i. e. Vestes ex illo panno gerebas †. Tegmen erat, vel nautarum, vel navis [t].

8. *Habitatores Sidonis* (urbis Phœniciæ perantiquæ & celebris, Tyro vicinæ & fœdere junctæ [v],) *& Aradii* (vel, *Arvadi*, JT. Pi. &c. i. e. incolæ Arados sive Aradi insulæ [x]; vel potiùs septem stadiorum oppidi in mari siti, & 200 passibus à continente distantis, teste Plin. 5. 20 [y]. juxta Tyrum, cujus meminerunt Ptol. Arrian. Stephan. &c [z]. cujus ex adverso erat Antaradus, ut ex geographis constat [a]:) *fuerunt remiges tui*] Tanta erat Tyriorum opulentia, ut viliora ministeria externis delegarent. De Arado vide Gen. 10. 18. Sidonii πολύτεχνοι (*artibus multis instructi*) Straboni [b]. Sensus est, Aradii olim tibi pares, & Sidonii etiam superiores, jam servi tui sunt [c]. Administros ex locis propinquis & sibi conjunctissimis deligebant [d]. ¶ *Sapientes*,&c. חֲכָמַיִךְ צוֹר הָיוּ בָךְ הֵמָּה חֹבְלָיִךְ] *Sapientes* (vel, *Periti*, JT. Pi.) *tui, Sor*, (vel, *ô Tyre* JT. Pi.) *fuerunt* (vel, qui *fuerunt*, Ti.) *in te, ipsi* (sub. *erant*, P. JT. Pi.) *gubernatores* (vel, *nautæ*, P. *naucleri*, M. Ti.) *tui*, Mo. &c. i. e. rectores navium tuarum*: sic dicti à contrahendis aut laxandis *funibus* veli ad suscipiendum ventum; nam חֶבֶל *funem* significat. Solent etiam regere temonem navis, Gallicè *pilotes* [f]. Peritos rei navalis [g], quos classibus navibúsque præficeres, de te habebas, non petebas aliunde [h]; nec opus tibi fuit externos conducere [i]. Clavo navium ad majorem securitatem solos Tyrios præfecerunt: quos indè a pueritia rem nauticam docebant [k].

9. *Senes* (vel, *Seniores*, JT. Pi. qui peritissimi [l],) *Giblii*, גְּבַל] *Gebalis*, JT. Pi. &c. Horum regio *Gabala* Plinio [m], (in quo corruptè scribitur *Gaben*, pro *Gable*, Nat. hist. 5. 18 [n].) ac Ptolemæo, l. 5. c. 15 [o]. & Straboni [p]. Gebal mihi est tetrarchia Phœniciæ maritima & Tyro conjuncta, hîc, & 1 Reg. 5. 18. & Psalm. 83. 8 [q]. Gebal erat civitas Phœniciæ [r]. Erant hi fabri optimi. Vide 1 Reg. 5. 18 †. In ο'. est, Βιβλίων, pro Γιβλίων, errore scribarum [t]. ¶ *Et prudentes* (vel, *sapientes*, P.) *ejus*] Sub. *regionis*: i. e. peritissimi [v]. ¶ *Habuerunt*,&c. הָיוּ בָךְ מַחֲזִיקֵי בִּדְקֵךְ] *Fuerunt in te roborantes scissuram tuam*, Mo. P. vel, *curatores labis tuæ*, JT. *instauratores rupturarum tuarum*, scil. in navibus tuis [x]. Reficiendis & curandis navibus præfecti erant. *Tibi aderant ad scissuras sarciendas*, i. e. ad faciendas navium commissuras; quod Græci posteriores, & indè nos, καλαφατεῖν dicunt [z]. *Instaurantes fissuras tuas*, M. Ti. *instauraverunt in te rimas tuas*, i. e. rimas murorum & ædificiorum [a]. *Fuerunt in te providentes necessaria tua*, Ch. *instaurabant quæ in te instauranda* erant, Sy. *isti confortabant consilium tuum*, ο'. sim. Ar. ¶ *Omnes naves* (vel, *classes*, JT.) *maris & nautæ*, &c. וּמַלָּחֵיהֶם הָיוּ בָךְ לַעֲרֹב מַעֲרָבֵךְ] *Et nautæ* (vel, *& remiges*, P. *cum gubernatoribus*, M. *cum nautis*, Ti.) *earum* (vel, *eorum*, nempe quos proximè nominavit, h. e. Tyriorum, Sidoniorum, Aradæorum, Gabalæorum [p]: vel, *suis*, Ti.) *fuerunt in te* (vel, *fuerunt tuæ*, M.) *ad fidejubendam fidejussionem tuam*, Mo. vel, *ad negotiandum negotiationem tuam*, P. M. Ti. *ad distrahendas merces tuas*; à עָרַב *fidejubere*: fit enim in venditione fidejussio: nam qui vendunt fidejubent; ut dicunt Gallicè, *Je la vous pleuvi loyale & marchande*. Alii, *ad mercandum in mercatu*, sive foro, sive *emporio, tuo*: significat enim מַעֲרָב & *merces*, & locum ubi merces exponuntur venales [q]. Vel, *ut commiscerent se commercio tuo*, JT. Pi. Capitur מַעֲרָב pro *mercimoniis*, propter mixturam ipsam quæ fit in commerciis: nam עָרַב sign. *miscere* [r]. Sensus, Homines certos & rei emporeuticæ peritissimos, ex gentibus illis proximè nominatis, curandis mercibus invectis aut evectis præfecerunt †. [Sed non verisimile est hoc negotium exteris fuisse commissum.] Sensus, Non erat necesse ut longè ad negotiandum ires [t], nam ab omnibus terris ad te veniebant naves & nautæ mercaturæ causâ [v]. [Ca. totum versum sic reddit, *Et* [Repete, *habes*] *senes doctósque Gabalenses refectores: omnibus maris navibus, & earum nautis, uteris ad tua tractanda negotia.*] *Fuerunt in populo negotiationis tuæ*, T. ex Vulg. i. e. fuerunt de numero administrantium negotiationem tuam [x].

10. *Persæ*, &c. פָּרַס וְלוּד וּפוּט וגו'] *Persa*, vel *Persæ*, (*Paras*, Mo.) *Lydius*, (vel, *Lydus*, sive *Lydii*, Ti. Ca. Quorum Rex paulò pòst Crœsus [y]. Lydos ante Crœsi tempora laude militari floruisse dicit Xenophon [z]. Lydii, sive Græci [a]. Vel, *Lud*, Mo. P. *Ludæi*, JT. Pi. incolæ Mareoticæ præfecturæ †, in Ægypto [b]. *Lydi*, vel potiùs *Ludi*, tum Asiatici, qui ad Mæandrum fluvium, tum (quod alii forsan malent, quia junguntur cum Phutæis,) Africani, qui Æthiopiam incolunt sub Ægypto [c]. [De quibus plura vide in Collectaneis nostris ad Gen. 10. 13.]) *& Phutæus*, M. vel, *Put* Mo. P. *Afer*, Ti. *Libyes*, Ca. Libyes sive Afri in auxiliis erant Jer. 46. 9. Persæ autem sagittis noti ab omni ævo [d]. *Putæi*, JT. Pi. in Cyrenaica & Libya, periti jaculatores, Esa. 66. 19*. Putæi erant Libyæ regionúmque ulteriorum incolæ, orti à Put filio Chami, Gen. 10. 6 [f]. ¶ *Erant in exercitu tuo*] Vel, *in præsidiis tuis*, G. Sensus est, q. d. Habuisti externum militem, sed generosum [g]. Stipendia apud te fecerunt gentes longinquæ & bellicosæ [h]. Tyranni milites exteros ad suorum terrorem adhibere solent [i]. Omnes gentes serviebant tibi: ignobiles quidem in artibus fabrilibus, ut Sidonii, Aradii, Giblii; nobiles verò & fortes, in bello, ut Persæ, &c *. ¶ *Viri bellatores tui*] Milites mercenarii; qualibus multùm utuntur civitates mercaturæ deditæ, ut & filia Tyri Carthago [k]. ¶ *Clypeum & galeam* (vel, *Scuta & galeas*, Pi.) *suspenderunt in te*] In turribus tuis [l]; sub. *tempore pacis*, V. nempe qui eorum ab excubiis vacabant [m]. Qui tempore belli tibi præsidio erant; tempore pacis, suspensis clypeis, &c. ornamento [n]. Priore membro functionem eorum describit, quòd militabant, &c. hîc, stationem, quòd in aggere & munitionibus Tyriorum custodiam exercebant, armis in propinquo appensis, ut in stativis militaribus fieri solet †. ¶ *Pro ornatu tuo*, הֵמָּה נָתְנוּ הֲדָרֵךְ] *Ipsi dederunt* (vel, *præstabant*, JT. Pi. *auxerunt*, Ti. *conciliant*, Ca.) *decorem* (vel, *splendorem*, Ti. *gloriam*, M.) *tuum*, Mo. Ti. vel, *tibi*, M. JT. Pi. Ca. Fuerunt tibi ornamento [o]. Magnificum erat tibi tot gentes habere conductas [p].

11. *Filii Aradii*] Vel, *Arvad*, Mo. P. &c. De quibus jam diximus [q]. ¶ *Cum exercitu tuo* (sub. *illo*, P. vel, *& copiæ tuæ*, Pi. sim. Ti. Ca. &c.) *erant super muros tuos*] i. e. Permixti erant urbano militi [r]: custodiebant te; sicut Helvetii nunc plerasque aliarum gentium urbes custodire solent †. ¶ *Sed &*, &c. וְגַמָּדִים] [Variè reddunt.] *Medi*, Sym. Putavit vocem compositam esse, & tanquam גַּם מָדִים, *etiam Medi* [t]. Verùm & compositio hujusmodi rarissima est, & Medi alieno loco memorarentur, qui potiùs cum Persis v. præced. quàm cum Arvadæis, populo ab iis longè dissito, conjungerentur *. *Et Pygmæi*, Mo. P. M. Ti. Vulg. Ità Aquila, (pro sua consuetudine ubique ad verbum potiùs quàm ad sententiam interpretandi,) nempe in prima editione, teste Hieronymo: nam postmodum illam versionem correxisse credibile est. Eam tamen sequuntur K. & Vulg. *nanos* intelligentes [v]. Rectè: nam גֹּמֶד *cubitus* [x]. Intellige homines cubitali mensurâ, qui arte sagittandi valebant [y]. Bene, si cum gruibus bellandum fuit: alioqui quorsum ad militiam deligere eos, *Quorum tota cohors pede non est altior uno* †? Cùm autem de viris militaribus hîc agatur [z], ludicra est hæc interpretatio [a]: nec certè Tyrii tales arcium suarum custodiæ præficere voluerunt [b]. Fabulosa planè sunt quæ ex Homero Aristoteles, Plinius, Ovid. Juven. &c. de Pygmæis gruum hostibus, viris cubitalibus, scripserunt, & fusè refutata ab Aldrovando, Gellio, Cardano, &c [c]. Nobis planè compertum est, post tot peregrinationes in omnes orbis partes, &c. tales non exstare in rerum natura. Alii ergò & vocem Hebræam, & Græcam Πυγμαίος, & Latinam *Pygmæos*, aliter explicant [d]: [scilicet, ut Vulgatæ

Marginal notes (left column): q BP. 177. r V. † Pi. t T. v T. x Me. & T. ex Ma. y Jun. z Me. a Jun. b G. c T. d Jun. * V. sic Pi. f V. g G. sim. V. h G. i V. k Jun. l Jun. sim. L. m G. sic Jun. n Jun. o Jun. sic C. p BP. p. 346. q Jun. r Me. † G. sim. M. V. Jun. t G. v V. x Pi. z Jun. a V. p Jun. q V. r M. † Jun.

Marginal notes (right column): t Me. v G. sim. Me. x T. y T. z G. a V. † Pol. b Jun. Pol. c BP. 2. 12. d G. * Jun. f Pol. g V. h Pol. i Jun. * Me. k G. l M. m G. n Me. † Jun. o V. sim. G. p G. q Jun. r G. † Me. t D. Ful. misc. 6. 3. * Ful. ib. v Ful. ib. x D. y Me. ex He. † G. z Waf. a Pol. b Jun. c T. ex La. d Ful. ib.

gatæ versioni sua authoritas constet, si fieri possit.] גמדים *cubitales*; vel, 1. qui non pedibus mensurantur, sicut solent gigantes *: vel, 2. q. d. lacertosi, aut brachiales, i. e. robusti [f]; quales commodi sunt ad defensionem loci, & qualibus scuta tribuuntur †. *Cubito brachióve valentes*, torosis lacertis validi [g]. Sic & Πυγμαῖοι & *Pygmæi* dicti ἀπὸ πυγμῆς, i. e. *à certamine & lucta*, quâ valebant [h]: vel, *à pugno*, & *pugilatu*; q. d. viros qui pugno impacto graves ictus infligere possunt, & pugilatu exercitatos, quales & *pugnum* & *cubitum* egregiè exercent [i]. Non inconcinnè quidem hæc effingi possunt: sed insolens est & inaudita utraque significatio: nam Hebræis vir fortis גבור dicitur, nusquam autem גמר; & Græcis πυγμαῖος semper de quantitate usurpatur. [Alii ergò aliter reddunt.] ο'. φύλακες, *milites præsidiarios* [k]. Al. In lingua Syriaca גמרא est, *audacia*, & גמרא propriè dicitur de equo aut mulo, feroci scilicet. Hinc ad homines quoque feroces, indomitos & audaces transfertur vox גמרים apud Syros; à quibus hæc interpretatio rectè petitur, quia hîc de Tyriis, qui Syro-Phœnices erant, agitur †. [Alii pro nomine proprio accipiunt.] *Gammadæi*, JT. Pi. Ful. ib. Pol. Wasf. Phœniciæ populi, sic dicti, quòd Phœniciæ regio cubitali formâ in mare projecta est [l]. Incolæ urbis *Gammades*, cujus mentio in Plin. 2. 91 [m]. quanquam ibi *Gammalen* pro *Gammaden* vitiosè appellat [n], deceptus Græco aliquo codice, ubi Λ corruptè positum erat pro Δ, prono admodum lapsu [o]. Probabilis est eorum sententia qui intelligi putant habitatores Anconis Phœnices: nam [ἀγκών] *Ancon* est גומר (*cubitus* [p].) Chald. vertit, *Cappadoces* [q].

12. *Carthaginenses*, &c. [תרשיש] *Tharschischi*, JT. vel, *Tarsus*, Pi. &c. [De Tharsis variè sentiunt.] Quibusdam est nomen maris, non ullius regionis aut loci. Quos rectè refutat Munsterus 3 argumentis. 1. Quòd Tharsis adjectum habens ה locale ostendit nautas Jon. 1. 3. ad certum locum contendisse. 2. Quum reliqui Javanis filii, Gen. 10. 4. memorati, Cittim, Elisa, &c. locis sive regionibus nomina dederint, fratrem quoque eorum Tharsis idem fecisse consentaneum est. 3. Quòd *reges Tharsis* sint Psal. 72. 10. Reges autem non sunt maris, sed in terra regnant [r]. Hoc confecto, docendum duas esse diversas terras *Tharsis* dictas: unam in libris Regum & Paral. ad quam per mare Rubrum ac oceanum iter fuit, ut constat ex 1 Reg. 9. 26. & 22. 48. 2 Par. 8. 17. & 20. 36; alteram in Prophetis, quæ per mare Mediterraneum adibatur, ut constat hinc, & ex Esa. 23. 1. & præcipuè ex historia Jonæ. De posteriore hîc agitur, de qua, quænam ea sit, quæritur †. 1. Est Tarsus, Ciliciæ metropolis [t]. [Aliis id non placet.] 1. Quomodo indè afferuntur metalla hîc numerata [v]? Resp. Cilicia & metallis abundavit ipsa, & metalla alia ex Paphlagonia & à Chalybibus accepit [x]. Verùm ullius metalli venas in Cilicia reperiri, aut metalla aliunde in eam copiosè importari solita, nullæ historiæ loquuntur. 2. Deest illi situs commodus. Falluntur enim Merc. Marin. Drus. &c. qui tradunt Tarsum fuisse urbem maritimam, portu celeberrimo nobilem: Est enim in Ciliciæ interioribus, teste Plin. 5. 27. ad Cydnum, amnem non magnum, ut testantur Curtius 3. 4. Solin. cap. 51. & Strabo. Sed nec in universa Ciliciæ ora portus ullus est præter Corycum & Celenderim, qui nec ampli erant, nec celebres [y]. 2. Est Carthago [z]. Verùm hoc nullis argumentis, sed nudâ conjecturâ, nititur [a]. 3. Est Hispania, vel Hispaniæ pars quam Tyrii maximè frequentabant, Gades nimirum [p], & Tartessus [q]. Probatur, 1. ex nominum vicinitate [r]: ex תרשיש facilè fit *Tartessus*, altero ש in ת mutato; ut cùm אתור *Aturia* dicitur pro אשור *Assyria*, &c *. 2. Ex commoditate situs: emporium celeberrimum fuisse, quamdiu stetit, constat ex Herod. 1. 163. & 4. 152. 3. Ex rebus indè exportatis †. Metallis hîc numeratis dives erat Hispania [r]. Ibi *optimum & copiosissimum argentum*, teste Diod. l. 5. fin. Plin. 33. 6. & *stannum*, testibus Diod. & Strabone, qui terram illam *argenteo stanno effl. rescere* scribit; & *ferrum*, testibus Solino & Strabone; & *plumbum*, teste Strabone. *Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet*, inquit Plin. 3. 3. idémque habet Mela. Dices, Quid hæc ad Tartessum? Resp. Mos est in quacunque regione, ut merces quibus abundat ad celeberrimum in ea emporium, (quale hoc erat,) velut ad communem mercatum, undique convehantur. Quin & ipsa Tartessica regio (h. e. Bætica; nam in insula quadam parva ad ostia Bætis fluvii erat Tartessus, ut notat Strabo l. 3. & fusè probat Salmasius,) metallis abundabat, teste Strabone l. 3. Porrò, inter Tyrios, summos navigandi magistros, & Tartessios commercium fuisse ambigi non debet; maximè cùm Phœnices eò navigâsse testantur Scriptor libelli istius de Mirabilibus auscult. qui Aristoteli tribuitur, & Diodorus. His adde, quòd ut mentio fit *regum Tharsisæ* Psal. 72. 10. ità & *Regum Tartessi* in Herodoto 1. 163 [r]. *Tarschisch* vocari qui Græcis Tartessii, notavimus alibi. Illis autem vicina Carthago: unde ο'. Καρχηδόνιοι (*Carthaginenses*) hîc posuêre; pro quo malè scribitur in quibusdam codd. Χαλκηδόνιοι (*Chalcedonii* *.) ¶ *Argento*] *Argentum in Hispania pulcherrimum*. Plin. 33. 6 †. ¶ *Ferro*] *Bilbilis gloriâ ferri nobilitata*, Plin. 34. 14 *. ¶ *Stanno*] *Nascitur cum argento*, Plin. 34. 16 †. ¶ *Plumbóque*] *Ex adverso Celtiberiæ complures sunt insulæ Cassiterides dictæ à Græcis à fertilitate plumbi*, Plin. 4. 22. Idem habet Mela l. 3. 6 [x]. ¶ *Repleverunt*, &c. [נתנו עזבוניך] *Dederunt* (vel, *posuerunt*, G. *dantes*, M. quæ *dederunt*, P. i. e. exposuerunt venalia [y]: quæ *reposuerunt*, Ti. sic Ch. *negotiabantur*, JT. sic Pi. *funguntur*, Ca. *suppeditabant*, Ar. *advehebant*, Sy.) *subsidiis tuis*, Mo. vel, *nundinis tuis*, Ca. vel, *tibi emendum*, Sy. *tibi merces*, M. vel, *in apothecis tuis*, G. ex Ch. rectè; nam עזב est, *claudere* [z]: [imò, *derelinquere*.] Vel, in *mercibus tuis*, i. e. inter merces tuas [a]: vel, in *nundinis tuis*, P. JT. Pi. sim. Ti. Ar. Heb. in *derelictionibus tuis*; met. adj. & fin. gen. nam in nundinis derelinquuntur merces eò allatæ [b]. Vel, *forum tuum*, ο'.

13. *Græcia*, &c. [יון ונו'] *Javan*, (i. e. Ionia [c]: vel, *Græcia*, ο'. M. &c.) *Thubal* (i. e. Iberi Asiatici & Albani [d], quorum urbs *Thabilaca* apud Ptol *.) *& Mesech*, Pi. sic JT. &c. i. e. Cappadoces [f], quorum urbs *Mazaca*, cum *Moschis*, sive *Moschenis* [g]. [De his vide fusè annotata ad Gen. 10.] ¶ *Ipsi*, &c. [המה רוכליך בנפש אדם] *Ipsi* (vel, *fuerunt*, M. sic JT. Pi.) *institores*, vel *mercatores, tui*, Mo. P. JT. &c. (vel, *tecum negotiantes*, M.) *in*, vel *cum*, *animâ hominis*, Mo. M. &c. vel, *animabus hominum*, P. G. vel, *hominibus*, JT. Pi. id est, mancipiis [h]; nam servuli vernæ dicuntur *animæ*. Sic Apoc. 18. 13. ψυχὰς ἀνθρώπων, (*animas hominum*:) nam vox σωμάτων, quæ ibi præcedit, referenda ad ingenuos qui pretio se aut prostituebant, aut addicebant arenæ: quippe σώματα sine additamento de servis non dici ait Pollux. Sed & Græcis posterioribus ψυχάρια sunt *servi*, ut notavit bene de illis literis meritus Meursius [i]. Porrò, mancipia Javan, i. e. Ionica & Græca, in toto Oriente in magno erant pretio. Hinc ea laudat Heliod. l. 7. & 8. Et causa cur Darius Græcis bellum inferret erat, quòd *uxor ejus*, *Atossa, ancillas Atticas & Ionicas possidere summè cuperet*, ait Ælian. de Animal. 11. 27. Hinc Claudianus in Eutrop. *Felices quibus Argivæ pulchræque ministrant Thessalides, famulas & quæ meruêre Lacænas*. Et Martial. epig. 4. 66. *Nec tener Argolica missus de gente minister* [k]. Rursus, mancipia plurima duci solebant è Ponti regionibus, (quarum incolæ plerique homines erant ad servitutem nati,) testibus Polyb. l. 4. & Philost. l. 8. & inprimis ex Cappadocia: unde Cicero, *Cappadocem modò abreptum de grege venalium dixeris*. Et Mart. epig. 10. 76. *Nec de Cappadocis eques catastis*, i. e. de servo Cappadoce eques Romanus factus: & epig. 6. 77. *Quid te Cappadocum sex onus esse juvat?* Quin & Cappadoces libertatem, quam Romani illis obtulerunt, deprecati sunt, ut *quam esse sibi intolerabilem dicerent*; ut refert Strabo, ipse Cappadox, l. 16. p. 504 [l]. ¶ *Et*, &c. [וכלי נחשת נתנו מערבך] *Et vasa* (vel, *vasis*, JT. Pi.) *æris dederunt* (vel, *adduxerunt*, G. ex Ch. *negotiabantur*, JT. sic Pi.) *mercatu tuo*, Mo. vel, *mercatui tuo*, G. ex ο'. & Ch. *negotiationem tuam*, Ti. in *nundinis tuis*, P. in *commercio tuo*, JT. Pi. Al. *& vasis æreis, promoverúntque negotiationem tuam*, M. *æneísque vasis tibi mercimonia suppeditant*, Ca. *Celebritas æris in Asia*, Plin. 34. 2 [m]. *Æs ex Javan*, Euboicum intelligo, quod laudat Strabo l. 10. Edictum est Pauli Æmilii apud Livium l. 45. *Metalla quoque auri & argenti in Macedonia non exerceri, ferri & æris permitti* [n]. Rursus, in Tibarenis (qui pars erant Cappa-

[Marginalia, left column:] * T. f Wasf. sim. Jun. † Jun. g Q. in Ful. ib. h Mc. T. i Q. in Ful. k Ful. ib. † Di. l Wasf. de antiq. mens. 1. 6. sim. Pol. m Ful. ib. sim. Wasf. Jun. n Ful. sim. Wasf. o Ful. ib. p G. q T. r Boot. anim. 4. 6. 8. 164. † Boot. ib. 166. t Q. in BP. sim. Jun. Pi. Pol. v BP. 4. 38. 340. x Jun. y Boot. ib. 168. z V. Q. in Boot. a Boot. ib. 169. p BP. 3. 7. 193. q BP. ib. Boot. r Boot. 4. 7. 1. * BP. ib. 194. † Boot. 7. 5. 172. * BP. ib. sim. Boot.

[Line numbers, centre:] 10 20 30 40 50 60 70

[Marginalia, right column:] r Boot. ib. 175. * G. † G. * Idem. † Idem. x Id. y V. z G. a Q. in V. b Pi. c G. sic Pi. et Jun. Pol. &c. d G. sim. Pi. Pol. * G. f G. sic Jun. Pi. g G. h V. G. et Vulg. BP. i G. k BP. 3. 3. 175. l BP. 3. 11. 106. m G. n BP. 175.

Cappadocum) sunt Mosynœci, quorum æs *splendidissimum & candidissimum esse* scribit Aristot. de Mirab. auscult. Sed in Iberia æs præstantissimum esse significat Chalcondylas l. 7. Sed monendus est lector, vocem נחשת significare, non modò *æs*, ut vulgò sumitur, sed & *chalybem*, ut Jud. 16. 21. Lam. 3. 7. Unde est quòd נחוש *chalybeum* Hebræi interpretantur Levit. 26. 19. Job. 6. 12. Esa. c. 48. v. 4. Si ità sumatur, notissimum est Chalybes (qui cum Mosynœcis & Tibarenis promiscuè habitârunt, ut testantur Orph. Argonaut. v. 739. Mela 1. 20. Stephanus, &c.) celeberrimos fuisse chalybis artifices. Creduntur hi primi tractâsse ferrariam; Ammian. l. 22. Arrian. in Alexandro. Apud hos chalybs præstantissimus, teste Eudoxo, quem χαλυβδικὸν vocant[o].

14. *De domo* (vel, *E regione*, Sy. sim. Ch. Pi. Qui erant *è domo*, JT. Pi. vel, Qui sunt *ex genere*, Ca.) *Thogormæ*, [תוגרמה] *Togarmah*, M. P. Mo. Ti. ο'. Sy. Ar. &c. [Variè explicant.] 1. Ex Germania [p]. 2. Ex Turcomania, in Tartaria & Scythia [q]. Sed utraque remotior est; nec in Scythia muli sunt aut asini, propter frigus, testibus Herod. Strab. Ælian [r]. 3. Fuit hæc regio Galatiæ propinqua, ut intelliges ex Ezec. 38. 6†. Armenia [t], minor scilicet [v]: Armenia & Iberia [x]. Vel, Phrygia [y]: cui vicina urbs Mysiæ *Germa* Ptolemæo, ut & in Galatia *Germanopolis*. Neque aliud vult Chald. qui hîc posuit *Germaniam*. RR. Turcas vocant *Togarma*, nempe quòd Turcæ primùm circa illas partes apparere Romani Imperii hominibus cœperint: quod verissimum. Vide Chalcondylam & Leunclavium[z]. Cappadociam hîc intelligo, quæ & terræ Gomer, i. e. Phrygiæ, vicina est, & Judææ respectu rectà ad Aquilonem sita, equisque & mulis omnibus fœcundissima; quod testantur Solinus, Isidorus, Dionys. Periegetes v. 973. Oppian. Cyneg. l. 1. v. 197. Philostorgius, qui sic scribit, *Tanta Cappadocum equorum nobilitas fuit, ut Imperatorum ferme usibus servarentur.* Et Persæ ex Cappadocibus tributi nomine 1500 equos & 200 mulos quotannis exegerunt, teste Strab. l. 11[a]. Huc referri possit, quòd equi Henetici fuêre olim in pretio, quia Homeri Heneti sunt Paphlagones in ora Cappadociæ. Phædra in Euripidis Hippolyto, v. 230. *Utinam essem in tuis campis equas Henetas domans.* Hesychius, *Henetide, quæ est circa Adriam*, i. e. *Venetiâ, equi excellunt* [b]. Jam de mulis audi Homerum in catalogo, Ἐξ Ἐνετῶν, &c. *Ex Heneta urbe genus mulis agrestibus unde est*, i. e. ex Amiso, Cappadociæ urbe ad Pontum celeberrima, ut veteres interpretantur. Et Plutarchus in divitum jumentis censet *mulos Galaticos*, quia inter Galatas & Cappadocas medii sunt Heneti. Muli ex equa procreantur & asino: asini autem Cappadocii quàm in pretio fuerunt docet Apuleius Metamorph. l. 8. ubi asinus fabulatur à præcone se pro Cappadocio venditatum. Pro *Thogarma* Græci constanter scribunt Θοργαμὰ, vel Τόργαμα. Annon indè Trogmorum & Trocmorum nomen inditum διακριτικῶς Galatarum illis qui *Trogmam*, aut *Torgamam*, i. e. Cappadociam, insederunt [c]? ¶ *Equis*, &c. [סוסים ופרשים] *Equos* (communes scilicet & curules [d]. Claudianus de equo Arcadii, *Sive illum Armeniis alluerunt gramina campis, Turbidus Argæâ seu nive lavit Halys* *. *Argæâ nive*, i. e. nive Argæi montis altissimi in Cappadocia [f].) *& equites* (vel, *equos militares*, sive aptos bello gerendo [g]: vel, *mancipia generosa*, & apta bello gerendo, non vilia, ut erant alia [h].) *& mulos*, P. M. &c. *Muli optimi sunt ex onagro & asina. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui*, Plin. 8. 44[i].

15. *Filii Dedan*; ità Ch. Mo. P. M. Ti. &c. [בני דדן] *Dedanitæ*, JT. Pi. *Filii Rhodiorum*, ο'. Ar. &c. Legerunt enim [רדן] [k], *Rhedan*, ut & Gen. 10. 4[l]; vel, *Rhodon* [m]. Rhodii[n], & Dores[o], vel Æoles[p], descendentes à *Dodanim*, ut appellatur Gen. 10. 4. vel, *Rhodanim*, ut 1 Par. 1. 7. filio Javanis [q]. [Aliis hoc non placet.] His non conveniunt merces statim nominatæ, *ebur & ebenum* [r]. Verùm Rhodiis hæc tribuuntur, non ut illis propria, sed quia Rhodii, in re nautica peritissimi, Africam diligentissimè rimati sunt ad eas merces Tyro importandas†. Sed Tyrios nemo dixerit à Rhodiis comparâsse *ebur*, &c. cùm ad loca unde advehuntur Tyriis quàm Rhodiis multò liberior fuerit accessus, quia Phœnices habuêre portus ad mare Rubrum, unde in ultimam Africam & in Indiam navigabant [t]. Dedanitas ergò intelligo, non illos Gen. 10. 4. sed alios in Arabia positos, & ortos ex Cethura, Gen. 25. 3. quorum urbs Θαδία Ptolemæo[v]. Hæc non est eadem Dedan quæ Jer. 25. 23. & 49. 8. urbs Idumææ mediterranea, cujus incolæ *Dedanim* Esa. 21. 13. & conditor Dedan Abrahæ nepos, Gen. 25. 3; sed alia Dedan, quam condidit Dedan Rhegmæ filius, Gen. 10. 7. quæ hodie *Daden*, non procul ab ostio maris Persici, prope Rhegmam, quam Rhegma pater Dedan condidit: sed & Scheba frater ejus (qui cum Dedane jungitur Ezec. 38. 13.) in propinquo habitavit. Omnino agit Ezechiel de urbe maritima, quæ vicinas habuit multas insulas, unde in Indiam commoda fuit navigatio: nam in Indicis mercibus sunt ebur & ebenum: quæ omnia Dadenæ conveniunt [x]. ¶ *Insulæ multæ* (Multi accolæ maris Rubri[y]) *negotiatio*, &c. [סחורת ידך] *Negotiatio* (vel, *merces*, V. mercatrices *mercium*, JT.) *manûs tuæ*, Mo. P. i. e. veniebant emptum manûs tuæ opera [z]. Insulæ quarum merces importantur in te, operâ & ministerio tuo divendendas [a]. *Negotiantur*, vel *negotiatæ sunt, cum manu tua*, Pi. vel, *tecum*, Ti. sic M. Alii locum sic exponunt, *Et merces quas manibus tuis paras in multis insulis distrahuntur.* Alii, *Multæ insulæ merces exercent in medio tui*, sive *in loco tuo*, ut יד *locum* significet [b]. ¶ *Dentes*, &c. [קרנות שן] *Cornua* (vel, *Cornibus*, JT. Pi.) *dentis*, Mo. vel, *eburnea*, P. vel, *eboris*, JT. Pi. i. e. Dentes eburneos similes cornibus [c]. Sic appellat duos illos dentes elephantis qui utrinque ex ore ejus eminent, à curvitate instar cornuum [d]. Sanè dentes elephanti *, prægrandes formâque incurvos [f], Rex Juba vocabat *cornua*, teste Plin. 8. 3[g]. [Alii aliter vertunt.] *Cornua, ebur*, Ti. Chaldæus [pariter] distinguit, *Cornua caprearum*, sive *ibicum*, (vel, *unicornium*, Ch. in V. [quod mirum, cùm vox Chaldæa sit דיעלין τῶν *jaalin*, quæ respondet voci Hebrææ יעלים, quam alii *cervum*, alii *damam*, alii *capream*, alii *ibicem*, &c. reddunt; nemo, quod sciam, *unicornem* reddit.] Vivebant istæ capreæ in rupibus, unde multæ tales in Arabia: ex earum cornubus buccinas factas narrant Thalmudici [h]. Cornua ibicum in magno pretio erant propter multiplicem usum, &c [i].) *& ebur*, Ch. in G. vel, *dentem elephanti*, Ch. in V. Elephantes multi apud Troglodytas, teste Plinio [k]. ¶ *Et*, &c. [והובנים] *Et habanim*, Ti. vel, *hebena*, Mo. JT. *hebeno*, Pi. *& pavones*, P. V. RS. in BA. G. ex Ch. quos in Rubrum mare advectos constat ex 2 Par. 9. 21[l]. ο'. (quos sequitur Ar.) & Sy. reddunt, *illis qui introducuntur*, quasi legissent הובאים. Itaque soli veterum Sym. & Hieron. videntur הובנים *hobnim* esse *hebenum*. Rectè, ut multa suadent. 1. Vocum harum similitudo; *o* & *e* sæpeinter se permutantur. 2. Conjunctio *cornuum eboris & ebeni*, tanquam mercium homogenearum; cùm utrumque sit politissimum, nitidissimum, & eisdem ferè usibus adhibitum, nempe ad faciendum arcus, pectines; utrique color est extremus & pulcherrimus, ebori candor, & nigror hebeno [m]. 3. Quòd verba sic reddi queant, *Cornua* elephantini *dentis, & ebeni*; nam ut *ebur cornu* vocatur ob similitudinem, ità & *hebenus* vocari possit, maximè cùm Isidorus *corneum* vocet, & Dioscorides *cornu simile*. 4. Quòd in iisdem locis nascantur ebur & ebenum, nimirum & in India, & in Æthiopia, testibus Dioscor. Plin. Isidor. Theoph. Herod. Diod. &c. Si opponas Virgil. Georg. l. 2.—*sola India nigrum Fert ebenum*: respondeo ex Servio ad illum locum, Indiæ nomine etiam Æthiopiam intelligi: quod etiam constat ex Georg. l. 4. ubi poeta de Nili origine ait, *Usque coloratis amnis devexus ab Indis*, i. e. ex intima Æthiopia [n]. Porrò, Dedanæi hi mercatores erant, & Arabiæ Felici contermini; ideòque & ex ea & ex India atque Æthiopia has merces facilè reportabant[o]. 5. Quòd ebenus & ebur unà cum auro perpetuum erat Æthiopum tributum [p]; ab illis persolutum & Sesostri Ægyptiorum Regi, qui eos debellâsset, teste Diod. l. 1. pag. 35. & postea Persis, Herod. 3. 97. Plin. 12. 4. 6. Quòd Hebræi nonnulli *hebenum* interpretantur: ità Q. in K. & Abarb. &c. Unum est quod objici potest, nempe, plurale esse הבנים, cùm *ebeni* vox sit sing [q]. Resp. Plurale est, vel, 1. quia duo sunt genera ebeni, testibus Plin. 12. 4 [r]. & Theophrast. Hist. 4. 5. & Dioscor. At vox

Marginalia (left column): [o] BP. 107. [p] Ch. & Thalm. in BP. [q] Q. in BP. [r] BP. 3. 11. 204. † G. [t] Eufeb. in BP. [v] Pi. ex Jun. [x] Q. in BP. [y] M. & T. ex Th. G. [z] Jo. sic Ca. [a] G. [a] BP. ib. 202. [b] BA. 1. 2. 9. 160. [c] BP. ib. 203. [d] Me. * G. [f] BP. 201. [g] Q. in V. sim. Me. [h] Al. in V. [i] G. [k] G. BP. ex Hi. [l] G. [m] BP. ex Hi. [n] Jun. Pol. Ca. [o] Pol. [p] Jun. [q] Pol. sim. Jun. [r] G. † Jun.

Marginalia (right column): [t] BP. 4. 5. 248. [v] G. [x] BP. ib. [y] G. [z] Idem. [a] V. [b] Q. in V. [c] V. [d] Pi. * G. Pol. [f] Pol. [g] Pol. G. [h] G. [i] BA. 1. 3. 23. [k] G. [l] Idem. [m] BA. 2. 1. 20. 143. ferè ex Ful. misc. 6. 14. [n] BA. ib. 141. [o] Ful. misc. ib. [p] BA. ib. sim. Ful. ib. [q] BA. ib. [r] Jun. in BA.

vox hæc pluralis est, non dualis, הָבְנִים †. Vel, 2. quia materies illa, ut adveheretur, scissa erat in partes & frusta[t], sive phalangas, (i. e. fustes teretes,) quæ ex India & Æthiopia magno numero advehebantur[v]: quocirca הָבְנִים propriè *phalangas hebeninas* cum Plinio libenter transtulerim[x]. Sed frustrà hæc sunt, quum Hebræi pretiosa ligna vix aliter quàm plurali voce nominent: ut, שִׁטִּים, quod plùs vigesies in Exodo habetur, quum שִׁטָּה sing. semel tantùm exstet, nempe Esa. 41. 19. Sic אַלְגּוּמִּים, 2 Par. 9. 10, 11. vide & 1 Reg. 10. 11, 12[y]. ¶ *Commutaverunt*, &c. [הֵשִׁיבוּ אֶשְׁכָּרֵךְ] *Reddiderunt* (vel, *attulerunt*, Ti. Sy.) *pretium* (vel, *honorarium*, Mo. vel, *in munus*, P.) *tuum*, Pi. sic JT. vel, *tibi munera*, Ti. *tibi pro munere*, M. sic V. dono quotannis[z]. *Tibi pro pretio*, nempe ad repensanda illa opera Tyriorum. In permutatione utrinque & merx est & pretium; sed *merx* dicitur cujus usus est frequentior[a].

16. *Syrus* (vel, *Syria*, JT. Pi. &c.) *negotiator tuus*] Syri magni negotiatores[b]. Horatius, *Syrâ reparata merce*[c]. ο'. hîc, pro אֲרָם, malè legêre אָדוֹם[d]. ¶ *Propter multitudinem operum tuorum*] Ut sibi compararet opera abs te facta*, miro artificio[f]. ¶ *Gemmam*, [בְּנֹפֶךְ] *In*, vel *Cum*, *carbunculo*, Mo. G. sic Ca. ut Exod. 28. 18[g]: vel, *smaragdo*, P. M. Ti. *chrysoprasso*, JT. Pi. ¶ *Et scutulata*; i. e. vestes squamatas, & quasi scutis distinctas[h]: [וְרִקְמָה] *Et acupicta*, G. ex Ch. Sic & Exod. 35. 35. & 38. v. 23[i]. *Opere Phrygionico*, Pi. sic JT. ¶ *Et byssum*] Ità G. ex ο'. sic JT. Pi. &c. *Discoloris* epitheton addit Chaldæus, quòd ea pretiosior[k]. ¶ *Et*, &c. [וְרָאמֹת וְכַדְכֹּד] *Et coralliis*, Mo. P. Pi. G. sic M. Ti. Ca. (ut Job. 28. 18[l]: vel, *& sandastro*, JT. vide Job. c. 28. vers. 18[m].) *& rubinum*, Mo. vel, *unionibus*, P. vel, *margaritas*, Ch. *carbunculo*, M. Ti. *pyropo*, JT. *chalcedonio*, G. *crystallo*, Pi. sic Ca. ex collat. Esa. 54. 12. ubi ex eo specularia fiunt[n]. Lapidis esse genus plerique volunt. Alii retinent vocem Hebræam[o]. *Chodchod*, Vulg. ex ο'. Ar.

17. *In*, &c. [בְּחִטֵּי מִנִּית וּפַנַּג] *Tritico* (vel, *Cum frumentis*, Mo. P. sub. *loci*, M. vel, *terræ*, P.) *Minnithæ*, JT. Pi. sic M. Ti. &c. (regionis nominatæ Jud. 11. 33[p]. ad finem Ammonitarum[q]. Vel, *Tritico optimo*, Ch.) *& Pannag*, Mo. P. M. &c. Alia hæc regio[r]. *Minnith & Pannag* duo loca sive regiones terræ Israel in quibus optimum triticum nascitur †. Vel, *Phœniciæ*, JT. Pi. Si פַּנַּג regio est, alia non erit quàm Phœnice, quomodo Græcis vocabatur eo tempore ea quæ terra *Canaan* Hebræis, & ipsis Phœnicibus. Multa autem Græca vocabula in Orientem hoc tempore penetrâsse, ex Daniele apparebit. Triticum Syrium laudat Plinius. Sed alii [פַּנַּג] mercem esse volunt[s]; [& sic reddunt:] *balsamo*, Ti. Ca. Ch. sim. Vulg. *unguento*, ο'. in G. K. *herbam dulcem* esse dicit: *panicum* intelligit; quod an tum cognitum fuerit dubito[v]. ¶ *Proposuerunt*, &c.] [Eadem phrasis Heb. v. 13.]

18. *In* (vel, *de*, JT. Pi.) *multitudine operum tuorum*] Ut v. 16[x]. Ad comparanda opera quæ Tyri fiunt[y]. ¶ *In*, &c. [מֵרֹב כָּל־הוֹן] *Præ copia* (vel, *& propter copiam*, Ti. sim. M. *propter multitudinem*, Pi.) *omnium opum*, JT. sim. V. &c. sub. *suarum*, V. Et ad pecunias comparandas[z]. Al. *ex multitudine universarum opum*, i. e. inter omnimodas opes tuas, h. e. inter cæteras res tuas pretiosas & eximias quas comparare solebas[a]. [Ca. locum sic reddit, *Damasceni, propter operum tuorum multitudinem, tui sunt nundinatores omni opum copiâ.*] ¶ *In*, &c. [בְּיֵין חֶלְבּוֹן] *In vino* (sub. *loci*, P. M.) *Chelbon*, vel *Helbon*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. Aq. & Th. in D. &c. i. e. Chalybonis (ut Ptolemæus vocat) in Syria[b]. *In vino pingui*, Vulg. sic Sym. in D. Theodoretus utrumque conjungit, *vino pingui ex Helbon*[c]. *In vino dulci condito*, Ch. ¶ *In*, &c. [וְצֶמֶר צָחַר] *Et lanâ candidâ*, P. M. Ti. Pi. &c. vel, *nitidâ*, Heb. *nitoris*, Pi. *lucidâ*, quasi צָחַר idem esset quod צֹהַר[d]. Sed ex Arabibus discimus צָחַר colorem esse *subalbum*, i. e. ex albo & rubro distinctum*. Al. *Soor*, Aq. & Th. in D. Hi. in G. ut sit nomen loci unde lana afferebatur similis *Milesiæ*, quod nomen ο'. hîc posuêre[f]. Lanâ præcipuâ[g]. Chaldæus hîc habet, *lanâ Mileti*, vel, *Milat circumligatâ*, i. e. intectâ: Oves enim [quædam] ob lanæ bonitatem pellibus integebantur, nè lana inquinetur. Id quod in usu fuit tum Hebræis, ut probat Buxtorf. tum Latinis, teste Varrone de Re rust. l. 2. & Græcis; unde Diogenes, apud Laertium l. 6. *apud Megarenses intuitus oves quidem pellibus tectas, filios verò nudos, dixit, Præstat Megarensis arietem esse quàm filium*[h].

[Margin: † BA. ib. ex Ful. · [t] Ful. ib. · [v] BA. ib. · [x] Ful. ib. · [y] BA. ib. · [z] V. · [a] G. · [b] G. ex Hi. · [c] G. · [d] G. ex Hi. · * G. sim. Me. · [f] Me. · [g] G. · [h] La. · [i] G. · [k] Idem. · [l] Idem. · [m] Jun. · [n] Pi. · [o] G. · [p] G. sic Jun. Pol. · [q] &c. · [r] G. sic Pol. · [s] Q. in G. · † V. · [s] G. · [v] Idem. · [x] V. · [y] G. · [z] Idem. · [a] V. · [b] Pi. & Pol. ex Jun. sim. · [c] G. ex ο'. · [d] Q. in BA. · * BA. 1. 2. 12. 182. · [f] G. sim. D. · [g] D. ex Hi.]

19. *Dan*, &c. [וְדָן וְיָוָן מְאוּזָּל] *Et Dan, & Javan, Meuzal*, Mo. sic P. ο'. & Th. in D. Al. *Et Dan*, (Danitæ[i],) *ac Javan* (nempe Iones sive Græci[k]; *Græcus*, V.) *circumforaneus*, JT. vel, *discursator*, scil. negotiandi causâ; Heb. *proficisci factus*, i. e. qui adigitur, nempe cupiditate lucri, ad proficiscendum[l]: vel, *vagabundus*; innuit consuetudinem Græcorum, qui solebant huc illuc lucri causâ discursare[m]. Vel, *adducti sunt*, M. *detulerunt*, Sym. in BP. ut מְאוּזָּל sit participium Pihel ab אָזַל *abire, proficisci*[n]. Chaldæus vertit, *turmatim*, i. e. per caravanas, ab אָזַל, quod est, *iter facere*[o]. Vel, *ex Uzal*, BP. ex Aq. Sy. sub. *veniens*, BP. vel, *ex Asel*, ο'. in BP. oppido in insula Nili Meroe, cujus mentio in Plin. 6. 30[p]. Hoc vult, ad Tyriorum nundinas confluxisse omnes populos, seu vicinos, putà Danitas; seu remotissimos quosque, ut Javanæos ex Uzal. Nam præter Javanæos Græciæ vel Ioniæ, alii sunt Javanæi ex Javan urbe Jeman, i. e. intimæ Arabiæ. Giggeius, *Javan oppidum Jeman*. Uzal porrò metropolis fuit terræ Jeman, si credimus Salmanticensi. Et id à Propheta potuit addi διακριτικῶς, *Javanæus ex Uzal*, nè putaretur agi de Græcis. Adde quòd casia & calamus (quæ hinc afferri dicuntur) sunt merces, non Græcæ, nam ibi nulla sunt aromata, sed Arabicæ, testibus Agatharcide, Diodoro, Strab. Arriano, &c. Et Ezechielis ævo Græci à Phœnicibus has merces sibi comparaverunt, non Phœnices à Græcis[q]. In Græcis quibus nos utimur est, Δὰν καὶ Ἰαυὰν καὶ Μωζήλ. At ista in ο'. defuisse, adjecta verò ex Th. narrat Hi. Certè Dan Israelis locum habere hîc vix potest, deductis pridem decem tribubus. Et Græciæ mentio jam præcessit, quam hîc non intellexisse Theodotionem hinc apparet, quòd suprà pro יָוָן posuit Ἑλλάς, hîc verò Ἰαυάν, ut diximus. Tum verò multùm fallatur qui *stacten* seu *calamum aromaticum* aut in Israelis terra, aut in Græcia, quærat. *Moozel* Th. nomen proprium est. Credam ego Taprobanem hîc indicari, i. e. Zeilanam insulam, feracem calami odoriferi & odorum aliorum, & metallorum non inopem; in qua fuêre urbes *Dana* & *Jogannà* & *Modutu*, ut habet Ptolemæus: ubi fortè scribendum Μοζέλα[r]. ¶ *In*, &c. [בְּעִזְבוֹנַיִךְ נָתָנוּ בַּרְזֶל עָשׁוֹת קִדָּה וְקָנֶה] Varie & reddunt, & punctant.] *In nundinis tuis* (vel, *in emporium tuum*, Ti.) *dederunt* (vel, *convehunt*, Ti.) *ferrum nitidum*: Mo. (vel, *ferrum factum*: Ti.) *casia & calamus in foro tuo* (vel, *negotiatione tua*, Ti.) *fuit*, Mo. Ti. *Exhibent in tuis nundinis ferrum fabrefactum, stacten & calamum, quibus tu mercimoniis utare*, Ca. [Alii aliter.] *In nundinis tuis dederunt* (vel, *negotiati sunt*: Pi. BP. ex He. sic JT. *Ut contribuerent in thesaurum tuum*: M.) *ferrum purum*, (vel, *præparatum*, M. *nitidum*, V. BP. ex He. vel, *purgatum*, V. *chalybeum*, Q. in V.) *casia & calamus* (sub. *aromaticus*, P. Al. *ferro nitido, casiâ & calamo odorato*, JT. Pi.) *in commercio*, vel *mercatu, tuo fuit*, vel *fuêre*, P. BP. ex He. sic JT. Pi. M. &c. In qua quidem versione hoc incommodum est, quòd, contra morem Scripturæ, duo hemistichia non cohærent. Sed præstat ea divellere quàm, cum Symmacho, casiam, &c. ex Græcia Tyrum adducere, quod est ἀσύγκλωσα (*quæ conjungi nequeunt*) simul jungere*.

20. *Dedan*] Alius hic est ab illo v. 15. Ille ex Cethura, hic ex Chusi filiis, Gen. 10. 7. Ostendunt id nomina quæ hîc sequuntur, quæ & in Genesi nomini *Dedanis* cohærent. Sunt in Arabia utrique populi, sed longo intervallo. Horum videtur esse Ἀδανίδες vicus apud Ptolemæum †. *Dedan* hæc est Idumaica illa v. 15. *Dedan* Persici maris[t]. [Vide annotata ad illum versum.] ¶ *In*, &c. [בְּבִגְדֵי חֹפֶשׁ לְרִכְבָּה] *In vestimentis*, vel *pannis, pretiosis* (vel, *splendidis*, Pi. *nobilibus*, M. *quæ nobilitati conveniunt*, Ti. *ingenuorum*, JT. *ingenuitatis*, Mo. V. *libertatis*, V. Pi. i. e. quæ decent ingenuos & liberos[v]; quibus vestiri solent homines liberi & magnifici[x];) *ad currum*, Mo. vel, *pro curribus*, P. M. *ad vecturam*, Ti. advectis curru, JT. *ad sellas*, sive *ad ephippia*, i. e. ad opercula sellarum sive ephippiorum; meton. subjecti: Heb. *ad vehiculum*, i. e. sellam quâ quis vehitur[y]. *Ad equitandum*, G. ex Ch. i. e. ad strata equorum[z].

21. *Principes Cedar*] Cedareni[a], qui Arabiam petræam

[Margin: [h] BP. 1. 6. 30. · [i] Pi. · [k] Idem. · [l] Idem. · [m] V. · [n] BP. ex He. · [o] G. · [p] BP. ex Pl. · [q] BP. 2. 1. 13. · [r] G. · * BP. ib. · † G. · [t] BP. 4. 6. 243. · [v] V. · [x] Pi. sim. V. · [y] Pi. · [z] G. · [a] G. sic Pi.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

tremincolebant [b]. Vide Psalm. 120.5. Jer. 49.28 [c]. ¶ *Negotiatores* (vel, *negotiati sunt*, Pi.) *manûs tuæ*] Vel, *plateæ tuæ*, i.e. fori tui [d]: vel, *cum manu tua*, Pi. vel, mercium *manûs tuæ*, BA. 1.2.53.646. Vide plura ad v. 15*. ¶ *Cum agnis & arietibus*, &c.] Abundat enim pecore regio illa, quæ Saracenorum Hieronymi tempore dicebatur. Vide & Jer. 49.29 [f].

22. *Saba & Reema*, וְרַעְמָה] *Et Rabeme*, Pi. sic JT. vel, *Rhegma*, BP. Et hi populi Arabiæ felicis [g], (prope ostium maris Persici [h],) ubi *Rhegma* Ptolemæo, ע in γ mutato, & *Saba* oppidum [i]. ¶ *Cum*, &c. בְּרֹאשׁ כָּל־בֹּשֶׂם] *Cum omni præcipuo* (vel, *præstantissimo*, Pi. Ti.) *aromate*, M. sim. P. Ca. V. &c. thure maximè [k]: vel, *odore*, Ti. Ad verb. *In capite universi aromatis*, V. Al. *Cum specimine omnium aromatum*, Q. in V.

23. *Haran*] Carrhæ [l], urbs Mesopotamiæ, Gen. 28. v.10 [m]. ¶ *Et Chenne*, וְכַנֵּה] Urbs hæc hîc tantùm in S.S. reperitur [n]. *Calne*, cujus mentio fit Gen.10.10 [o]. In Hebr. כַּנֵּה aut ל incuriâ scribæ omissum est, aut cum tempore mutata pronunciatio. Ostendunt enim vicina loca idem esse quod כַּלְנֵה Gen.10.10.& Amos. 6.2. quod esse *Callinisum* Ammiano perquam credibile est [p]. Sed mirum, viros doctissimos non vidisse rescribendum *Callinicum*, ut est in Procopio & libro Notitiarum & in Ambros. Verùm Callinicum ex Calne deduci nemo dixerit, cùm vox Græca sit notissima, quâ usi sunt quidam è Seleucidis, ut Seleucus ὁ Καλλίνικος. Deinde, hoc erat prope Carrhas in Osrhoena, quò usque nullus veterum produxit Babyloniam. Itaque malo assentiri Chaldæo & Euseb. & Hieron. quibus Chalne est *Ctesiphon*, oppidum ad Tigrim celeberrimum, tertio milliari à Seleucia Babyloniæ, caput Chalonitidis, (sic dictæ ex Chalone, h. e. Calne,) & Parthorum; de quo Strabo 16. Plin.6.26,27 [q]. ¶ *Et Eden*] Pars est Babyloniæ. Vide ad Gen. 2.8 [r]. Chaldæus, ut pro *Channe* habet *Nisibin*, ità pro *Eden* habet, non הָרִיב *Hariab*, ut habent libri editi, quæ vox nihili est, sed הַדְיַב *Hadiab*, (ut rectè scribitur in Talmud,) i.e. Adiabenen, sive Assyriam †. ¶ *Saba*] Hic quoque שְׁבָא diversus ab illo qui suprà 22. Ille nominatus Gen. 10.7; hic verò, Gen. 25.3. Plinio *Sabæ* portus Arabiæ ad mare, 6.23. cujus & Strabo meminit. Alibi *Sabæi* thure nobiles, 6.28. Distinguit & Ptolemæus [t]. De Sabæis Persici maris agi & hîc & v. 22. indè colligo, quòd in unum fasciculum compinguntur cum Tigris & Euphratis accolis, qui in mare Persicum exeunt [v]. ¶ *Et Chelmad*, כִּלְמַד] *Chilmad*, BP. sic JT. Pi. &c. Regio in Media [x]. Medus ulterior, inter Assyriam & Parthiam, ut ex Chaldæi interpretatione colligimus, & affinitate vocis quæ apud geographos exstat: dicitur enim tractus ille *Choromitenus*, *l* mutato in *r*, ut apud Hebræos quoque fit [y]. *Mediam* interpretatur Chaldæus. Est vox composita, nec alium locum designari puto quàm *Gaalam Mediæ* Ptol. nominatam. Græci quidem codices Χαρμὰν habent, i.e. *Carmani* [z]. Syrus hîc habet כלמדא *Chalmadda*, pro כלמנרא, Xenophonti *Charmande*: τὸ נ latet in Dages, ut sæpe apud Syros fit; ut, *Hoddu*, pro *Hondu*, i.e. Indus, vel India, &c [a].

24. *Ipsi* (vel, *Hi erant*, JT. sim. Pi. &c.) *negotiatores tui multifariàm*, &c. בְּמַכְלֻלִים בִּגְלוֹמֵי תְּכֵלֶת וְרִקְמָה וּבְגִנְזֵי בְּרֹמִים בַּחֲבָלִים חֲבֻשִׁים וַאֲרֻזִים בְּמַרְכֻלְתֵּךְ] *In universitatibus*, Mo. (vel, *in omnibus speciebus*, V. sim. Pi. M. Ti. P. sub. *mercium*, V. sim. Ti. Pi. vel, *in rebus perfectissimis*, G. ex Ch. sic JT. sive, *absolutissimis*, Ca. Al. *constructis*, Aq. in D. vel, *pretiosis*, Sym. in D.) *involucris* (vel, *involutis*, JT. Pi. vel, *pannis*, Ca. *in palliis*, P. *in involucris*, Mo. V. *in cappis*, M. *in vestibus*, V. nempe *in palliis*, G. ex Ch.) *hyacinthi*, sive *hyacinthinis*, Ti. Mo. Aq. & Sym. in D. Ch. &c. *& recamationis*, (vel, *polymitis*, P. M. *picturatis*, Ti. *phrygianis*, JT. Pi. *acupictis*, G. *opere plumario factis*, sive *textis*, V.) *& in capsis* (vel, *scriniis*, M. Ti. *arcis*, sive *arculis*, V. *synthesibus*, G.) *vestium pretiosarum*, sive *nobilium*, Mo. P. M. Pi. V. G. (vel, *thesaurorum pretiosorum*, Ti. גְּנָזַי à גנז *reponere* [p]. בְּרֹמִים Arabibus *vestes pretiosas* signi [q]. Al. *ac pretiosis capsis*, Ca. Al. *gazisque gentium in superioribus habitantium*, JT. q.d. Denique, nè plura gentium nomina commemorem, comportant merces pretiosissimas ab omnibus illis gentibus quæ suprà habitant; putà Hyrcanis, Margianis, Bactrianis, Sogdianis, Sacis, Seribus, & cæteris ad Aquilonem spectantibus [r].) *funibus*, vel *in funibus*, (nempe itidem pretiosis, i.e. *byssinis*, ut vult Chaldæus †,) *ligatarum*, sive *junctarum*, Mo. P. (vel, *funibus constrictis*, Ca. *quæ funibus ligatæ erant*, Ti. sim. JT. *quæ cum funiculis amiciuntur*, M. item mercibus *quæ funibus circumligantur*, Pi.) *&* (vel, *aut*, Pi.) *cedri* (vel, *cedrinis*, Ti. JT. sic Ca. sub. *capsis*; JT. G. vel, *cedro munitarum*, Q. in V. *cedris includuntur*; Heb. *cedrantur*, Pi. quò magis durarent [s]: *ponuntur in ligno myrtino*, Ch. in V. ad arcendam scilicet putredinem, & conciliandum bonum odorem [v]. Myrtus est species cedri [x]. Al. *torquibus*, P. vel, *torques*; M. V. sub. *fuerunt*, V.) *in mercatura*, vel *negotiatione*, *tua*, Mo. P. M. &c. vel, *in nundinis tuis*, V. *in mercatu tuo*, JT. sim. Ca. *ad mercatum tuum*, G. *negotiati sunt tecum*, Pi.

25. *Naves* (vel, *Classes*, JT. Pi.) *maris* (vel, *Tarsis*, Mo. P. &c. i.e. Qui vecti sunt navibus [y],) *principes*, &c. שָׁרוֹתַיִךְ מַעֲרָבֵךְ] *Principes tuæ* (vel, *præcipuæ tibi in*, G. *præcipuæ fuerunt in*, Ti. *pariter euntes ad te in*, P. *turmæ tuæ*, i.e. turmatim ibant ad te [z]: *excellentiores habuisti in*, M. *principes sunt*, Ca. *decantârunt te*, Pi. *decantabunt te*, JT.) *negotiatione tuâ*, Mo. P. M. G. &c. vel, *negotiationis tuæ*, Ca. *commercio tuo*, JT. *ob commercium tuum*, Pi. negotiandi causâ [a]. Heb. *Naves tuæ sunt principes*, i.e. præcipuæ, *in mari*. Imò, juxta Plinium & Pierium, Phœnices (quorum caput est Tyrus) primi inventores sunt artis nauticæ, bellicæ, astrologicæ, & literaturæ [b]. ¶ *Et* (vel, *Denique*, JT. Pi.) *repleta* (opibus scil [c].) *es*, (vel, *eras*, JT. sic Pi.) *&*, &c. וַתִּמָּלְאִי וגו׳] *Et glorificata* (vel, *gravis*, JT. V. sive, *gravida*, i.e. onusta ac referta mercibus [d]; vel, *multiplicata*, P. *ditata*, M.) *es* (vel, *fuisti*, Pi.) *valde*, Mo. sim. Vulg. Ti. Ca. Atque hactenus de potentia & gloria Tyri: sequitur casus ejus*. Illam descripsit ut calamitatem exaggeraret [f].

26. *In*, &c. בְּמַיִם וגו׳] *In* (vel, Sed *in*, Pi.) *aquas multas* (i.e. in altum mare [g]; in periculum naufragii, i.e. excidii [h]; in summas angustias [i],) *adduxerunt* (vel, *adducent*, Pi.) *te qui remis agebant* (vel, *agunt*, Pi.) *te*, JT. Pi. i.e. gubernatores tui [k]: vel, cives tui, qui putabant se promovere felicem tuum statum [l]. Urbem navi comparans, ut Romam Horatius, ait eam perductam in mare valde fluctuosum. *Remiges* sunt homines de plebe; *mare*, bellum cum Chaldæis [m]. ¶ *Ventus Auster*, הַקָּדִים] *Orientalis*, JT. G. sim. Pi. &c. Chaldæos significat [n], ab Oriente venientes [o]. ¶ *Contrivit te*] Vel, *franget te*, ut navem. Continuatur metaphora [p].

27. *Nautæ tui*; ità JT. Pi. Ti. &c. מַלָּחַיִךְ] *Remiges tui*, P. M. &c. Sic dicti à commiscenda & turbanda aqua [q]. ¶ *Et*, &c. וְחֹבְלָיִךְ] *Et gubernatores tui*, Mo. M. Ti. JT. &c. qui clavum tenent [r]. Al. *& nautæ tui*, P. V. Vide v. 8 †. ¶ *Qui*, &c. מַחֲזִיקֵי בִדְקֵךְ] *Concinnatores tui*, Ti. vel, *instauratores rupturarum*, sive *fissurarum*, *tuarum*, P. Pi. sim. M. G. &c. *curatores labis tuæ*, JT. Vide suprà v. 9 [t]. ¶ *Et*, &c. וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ] *Et fidejussores fidejussionis tuæ*, Mo. *& negotiatores* (vel, *tractatores*, G.) *negotiorum tuorum*, P. sim. M. *& qui commutant commutationem tuam*, Ti. *& qui miscent commercium tecum*, Pi. sim. JT. distractores mercium tuarum [v]: institores & magistri [x]. ¶ *Cadent*, &c. יִפְּלוּ וגו׳] *Cadent* (vel, *ruent*, Jun.) *in corde*, (vel, *profundum*, Jun.) *marium*, Mo. &c. q. d. Uno impetu in profundum detrudentur†. ¶ *In die ruinæ tuæ*] Emphaticè: eo ipso die quem & decrevi & prædixi [y].

28. *A sonitu*, &c. לְקוֹל וגו׳] *Ad sonitum*, sive vocem, *clamoris*, &c. Mo. P. JT. &c. *Propter strepitum*, vel *tumultum*, quem edent nautæ tui ob ruinam tuam [z]. Quum naucleri animum abjiciunt & ejulant, actum esse videtur de salute vectorum omnium [a]. ¶ *Conturbabuntur*, &c. יִרְעֲשׁוּ מִגְרֹשׁוֹת] *Contremiscent* (vel, *commovebuntur*, M.) *suburbana*, Mo. P. M. Ch. &c. i.e. ædificia quæ Tyrus habet in continente [b]: vel, *pomæria*, Ca. vel, *quæ circa te sunt*, Sy. Tantus erit clamor eorum qui in mari à Chaldæis eorúmque sociis Phœnicibus vulnerabuntur, ut non insula tantùm Tyrus, sed & proxima continens, eo audito contremiscat [c]. Vel, *fluctus*, Pi. *fluctus jactati*, JT.

29. *Et descendent de navibus*] i.e. Vel, quia non amplius navigare poterunt; vel, ut humi jaceant luctûs gratiâ,

[b] Pi. ex Jun. [c] G. [d] BA. 1.2. 48.534. [e] V. [f] G. [g] G. sim. Jun. Pi. BP. [h] BP. 4.7. 249. [i] G. [k] Idem. [l] G. Pi. [m] Pi. [n] Me. [o] Pi. [p] G. [q] BP. 4.18. 271. [r] G. sic Pi. ex Jun. † BP. 4.19. 273. [t] G. [v] BP. 4.7. 149. [x] Ti. [y] Jun. [z] G. [a] BC. 1. 18.480. [p] G. [q] G. et Jos. K.

[r] Jun. † G. [s] Idem. [v] V. [x] He. in V. [y] Pi. [z] V. [a] Idem. [b] T. [c] Pi. [d] V. * T. [f] Jun. ad v. 26. [g] Me. [h] G. [i] V. [k] Pi. [l] Me. [m] G. [n] C. sim. Pi. [o] G. [p] Pi. [q] V. [r] Pi. [s] V. [t] G. [v] V. [x] G. † Jun. [y] Jun. [z] V. [a] Jun. [b] M. [c] G.

gratiâ,ut sequentia docent[d]: vel, ut in scaphas se dent, terrámque quamprimum arripiant, & sic malum evadant*. ¶ *Gubernatores maris*] Vel, *maris illius*,in quo sita es[f]: vel, *maris*, i.e. navis in mari[g]. ¶ *In terra stabunt*] Velut ejecti[h], [è mari, vel navi.]

30. *Pulverem*, &c.] More dolentium, Jos. 7. 6. Jer. c. 6. v. 26[i].

31. *Et*, &c. וְהִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָה] *Et decalvabunt* (vel, *inducent* sibi, Pi. sim. JT.) *propter* (vel, *ad*, Mo. *super*, P.) *te calvitium*, M. Pi. &c. More Phœnicum[k], in luctu[l]. Deut. 14. 1[m].

32. *Et*, &c. וְנָשְׂאוּ אֵלַיִךְ בְּנִיהֶם קִינָה] *Et tollent*, vel *levabunt*, (vel, *protulerunt*, JT. vel, *sument*, Ti. Pi. sub. *inos*, Pi.) *ad*, vel *super*, vel *propter*, *te in querimoniis suis* (vel, *in lamentatione sua*, V. sim. P. M. JT. à נָהָה, *lamentari, plangere*[n]: vel, *in querimonias suas*, G. Al. *filii eorum*, Ti. Pi. o'. Sy. Ar. Legerunt בְּנֵיהֶם[o].) *lamentum*, Mo. &c. *Et assument super te lamentationem*, Ch. vel, *Cum tristi mærentis animi luctu te deplorabunt*, Ca. ¶ *Quæ est*? vel, *Quis* unquam fuit, Pi.) *ut Tyrus, quæ*, &c? כְּדֻמָה וגו׳] *Sic eversa*, &c? M. vel, *consopita*, &c? Ti. *sicut excisa*, &c? Pi. sim. JT. P. h. e. quæ periit sita in loco naturâ inexpugnabili[p]. Vel, *quæ obmutuit*, &c? Vulg. Meliùs locum vertas, *Quæ fuit urbs qualis Tyrus?* quænam ei comparari potuit? ut sit à דָּמָה, non à דָּמַם. Apparet Chaldæum sumpsisse ut dicimus, & oratio meliùs cohæret: nam in adversa fortuna commemorant illam priorem[q].

33. *Quæ*, &c. בְּצֵאת וגו׳] *Quando egrediebantur merces* (vel, *nundinationes*; Hebr. *derelictiones*, [ut antè notatum;] quia merces venditæ derelinquuntur à venditore, ut auferantur ab emptore*.) *tuæ* (id est, longinquis navigationibus in Indiam, Hispaniam, Africam, Pontum[r],) *de maribus*, (i.e. Cùm merces tuæ, eductæ è maribus, expositæ essent in litore†,) *saturabas populos multos*, P. sim. M. Ti. V. &c. satiabas mercibus tuis continentem ipsam[t]. ¶ *Ditâsti reges*, &c.] Ex vectigalibus[v].

34. *Nunc*, &c. עֵת נִשְׁבֶּרֶת וגו׳] *Tempore* (vel, *Tempus*, M. Ti. V. sub. *advenit*, M. V. & sub. *quo*, P. V. & sub. *es*, vel *eris*, M. Ti. P. V.) *contrita*, vel *fracta*, *à maribus*, Mo. P. &c. i.e. Quo fluctibus maris confracta evertêris & submergêris[y]. Vide suprà 26†. [Alii hunc versum cum sequente nectunt, & locum sic reddunt;] *Quo tempore* (vel, At ex quo *tempore*, Pi.) *confracta es à maribus*, &c. vers. 35. *Omnes——obstupescunt*, &c. JT. Pi. ¶ *In profundis*, &c.] i.e. In mari demersa est[z]. ¶ *Opes tuæ*, מַעֲרָבֵךְ] *Emporium tuum*, Mo. *Mercatura* (vel, *Negotiatio*, P.) *tua*, M. Ti. Ca. sim. JT. Pi. i.e. Homines negotiationis tuæ, sive mercatores tui[a]. ¶ *Multitudo tua*, &c.] Chaldæus habet, *exercitus tuus*, i.e. milites epibatæ[b].

35. *Habitatores insularum*] i.e. Regionum maritimarum[c]. ¶ *Tempestate*, &c. [שָׂעֲרוּ שַׂעַר רָעֲמוּ פָּנִים] *Horrescunt*, vel *horrescent*, (vel, *horripilaverunt*, Mo. *formidaverunt*, P. *concussi sunt*, M. vel, *correpti*, Ca. *horrentibus*, G.) *horrore*, JT. Pi. V. M. Ti. (vel, *vehementer*, Pi. *formidine*, P. *crine*, Mo. *pilis*, G.) *percelluntur* (vel, *turbati sunt*, Mo. sic M. Ti. Ca. *turbabuntur*, V. *indignati sunt*, P. sic V.) *vultu*, JT. Pi.

36. *Negotiatores*, &c.] Institores aliarum gentium[d]. ¶ *Sibilaverunt*, &c.] Præ stupore*, vel admirationе[f]; ut 1 Reg. 9. 8*. ¶ *Ad nihilum*, &c.] Nempe, si comparetur hic status cum priore[g]. ¶ *Et non eris usque in perpetuum*] i.e. Manebis diu desolata, nempe 70 annis, ut Esa. 23. 15[h]. עַד עוֹלָם est, *ad longum tempus*[i].

CAP. XXVIII.

2. DIC *principi Tyri*] i.e. De Rege Tyri[a]; Ethbaale[b], sive Ithobalo[c], ut vocatur à Diodoro Siculo[d], & in Actis Tyriis*. Stolidi Rabbini Hiramum fingebant per mille annos vixisse[f]. Allegoricè de Diabolo loquitur[g]. Quædam hîc sunt, sicut & Esa. 14. quæ propriè competunt Diabolo, sed hyperbolicè, vel metaphoricè, explicari debent de Rege, hîc Tyri, ibi Babylonis[h]. Sicut in eodem Scripturæ contextu sæpe fit transitus à capite, sive Christo, ad corpus, sive Ecclesiam; vel, contrà: ità non rarò fit transitus à Diabolo, tanquam capite, ad ejus membra, h. e. impiorum societatem; vel, è contrà, ab impiis, vel uno impio, ad caput impietatis, Diabolum[i]. ¶ *Et dixisti*, (vel, *cogitâsti*; nam nemo hoc manifestè dicit[k];) *Deus ego sum*] i.e. Quasi Deus quidam[l], ut Esa. 14. 14[m]; habitans in loco inaccessibili[n], nempe omnino cincto & munito mari, cui nemo nocere potest[o]. ¶ *In cathedra Dei sedi in corde maris*] Sicut Deus ab omni injuria tutus est in arce cœlesti, sic me defendit mare[p]. ¶ *Cùm sis homo*] i.e. Omni humanæ sorti obnoxius†. ¶ *Non Deus*] Minimè inexpugnabilis*. ¶ *Et dedisti* (vel, *posuisti*, P. *cogitâsti*, Ch. sim. Sy.) *cor tuum quasi cor Dei*] Ità o'. M. Mo. Tamen *componis cor tuum cum corde Dei*, i.e. comparas, tanquam æquale sapientiâ[q]. *Tribuisti autem tibi cor Dei*, Ti. vel, *animum parem animo Dei*, JT. Existimâsti te esse Deum, aut Deo parem[r]. Ità de te cogitas quasi omnia tibi parére debeant†. Ingentes spiritus ac animos gessisti, acsi esses Deus*.

3. *Sapientior* (i.e. prudentior in administrandis negotiis[t]) *es tu* (sub. *opinione tuâ*, V. ità tibi videris[v];) *Daniele*] Cujus fama tunc celebris erat per Chaldæam[x]. Vide Ezec. c. 14. v. 20. Dan. c. 1. v. 17. & 2. 48. &c[y]. ¶ *Omne*, &c. כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ] *Omne absconditum non latuerunt te*, Mo. *Quicquam occultum non absconditur tibi*, JT. Pi. *Nihil est absconditum* (vel, *tam abstrusum*, Ti. Ca.) *quod sit absconditum tibi*, P. sim. M. vel, *quod te lateat*, sive *prætereat*, Ti. Ca.

4. *Fecisti* (vel, *comparâsti*, JT. Pi. sic Ti. G. &c.) *tibi fortitudinem*, חַיִל] *Opes*, Pi. simil. P. G. *facultates*, JT. Chald. *opes, substantiam, copias & exercitus*: adde & leges ac disciplinam, tum civicam, tum militarem; quæ robur & stabilimentum sunt rerumpublicarum[z].

5. *In negotiatione tua*, &c.] Sim. JT. Pi. Exprobrat eis, quòd non virtute, sed arte tantùm nundinatoriâ, opes acquisiverint. *Est autem, ut inter compages lapideas impactus clavus, ità inter venditionem atque emptionem peccatum*, ait optimè Siracides, cap. 27. 2[a].

7. *Nudabunt*, &c. וְהֵרִיקוּ וגו׳] *Et* (vel, *Illi*, Pi. *qui*, Ti. JT.) *evaginabunt* (vel, *distringent*, Ti. Pi. Heb. *evacuabunt*, Pi.) *gladios suos*, Mo. P. ¶ *Super* (*contra*, P. JT. Pi.) *pulchritudinem sapientiæ tuæ*] Ità Mo. M. Ti. Id est, in te, qui tibi tam sapiens videris[b]. Vel, super pulcherrima ædificia, quæ magnâ arte struxisti[c]. Perdent quæcunque videris tibi propriâ sapientiâ comparâsse, præsertim ingentem illum & illustrem exercitum tuum[d]. Nè rebus quidem pulcherrimis & artificiosissimis parcent, sed judicia sibi demandata diligentissimè efficient*. ¶ *Et polluent* (i.e. polluendo obscurabunt[f]; vel, *confodient*, JT. Sed ineptè dicitur *splendor confodi*[g].) *decorem* (vel, *splendorem*, V. G. JT. Pi. &c.) *tuum*] i.e. Regnum tuum[h]. Privabunt te dignitate Regiâ[i]. Occident te, & cadaver tuum cum ignominia in foveam dejicient, ut v. seq[k].

8. *Interficient*, &c. לַשַּׁחַת וגו׳] *In foveam dejicient te*, Pi. simil. JT. mortuum[l]. i.e. Contemptim sepelient*. *Ad ima*, &c. i.e. ad fundum maris, in navali prælio†. ¶ *Et morieris in*, &c. מְמוֹתֵי וגו׳] *Mortibus occisorum* (vel, *ut moriuntur confossi*, Pi.) *in medio marium*, P. sic M. &c. Postquam multis vulneribus fueris confossus, projicieris in mare[m], & fies esca piscium[n], atque jactationibus fluctuum maris permittêris. Adeò ut nec terrâ nec mari ullum Tyriis sit perfugium tutum viventibus, aut honestum mortuis[o]. *Atque ità violentâ morte morieris*, &c. Ca.

9. *Numquid——loquêris, Deus ego*, &c?] An tunc jactabis te esse Deum quum hostes te invadent, &c[p]? Gravissima ironia[q], vel sarcasmus[r]. Tyrios quasi in rem præsentem adducit, ut eos afficiat sensu infirmitatis suæ†.

10. *Morte* (vel, *Mortibus*, JT. &c.) *incircumcisorum*] Sub. *corde*, i.e. impiorum[t]. i.e. Morte truculentissimâ, vel duplici, ut num. plur. indicat, temporali & æternâ[v]: absque spe vitæ æternæ, cujus signum erat circumcisio[x]. Al. Per manus incircumcisorum[y], i.e. impiorum, quibus nulla inest misericordia[z]: quia risisti circum-

Marginal notes (left column): d Mc. * G. f V. g Pi. h G. i Idem. k Idem. l V. m G. n V. o G. p V. q G. * Pi. r G. † V. t Idem. v G. y V. † G. z G. a V. b G. c Idem. d V. * G. sic Pi. * f V. g G. h V. i G. ex Hi. — a M. T. ex I. … &c. b Pol. c G. Pol. d Pi. f G. g G. ex Hi. h T.

Marginal notes (right column): h Lu. i E. k V. l G. sim. V. m G. ex He. n G. o V. sim. M. G. p G. † Idem. * Idem. q Pi. r V. † G. * Mc. t M. v G. x G. sim. y M. V. Jun. z G. * T. a Jun. b Ca. c G. d V. * Jun. f V. g Pi. h G. i V. k Pi. l V. * Jun. † G. m V. sim. Me. n Me. o Jun. p Me. q Jun. r Jun. Lu. † Jun. t V. v Glas. gram. 3. 1. 24. x Pi. y M. sim G. Sy. z M. sim. T.

circumcisos. *Mors incircumcisorum*, ut, apud Virgilium, *——vulnere tardus Ulyssei*, i. e. ab Ulysse dato [a]. Ab incircumcisis occidi ignominiosum erat, 1 Sam. 31. 4 [b].

12. *Tu signaculum similitudinis*] Ità ο'. Sy. Ar. h. e. Perfectio imaginis Regiæ. In te est quicquid in Rege desideratur [c]. Perfectissima idea Principis potentis & sapientis [d]. Simillimus sigillo tuo, h. e. Deo, potentiâ, gloriâ ac felicitate *. ¶ אַתָּה חוֹתֵם תָּכְנִית] *Tu es omnibus numeris absolutum exemplar*, sive *specimen*, Ti. Ca. *Tu es sigillum*, i. e. perfectio, *dispositionis*; h.e. omnibus numeris absolutus. Solemus enim sigillo munire quæ perfecta sunt. q. d. Tu nunc es clarissimus & felicissimus; sed brevi eris infelicissimus [f]. *Tu paratum signaculum.* תָּכְנִית idem quod תֹּכֶן, pondus scilicet sapientiæ & gloriæ & opum; & חוֹתֵם idem quod מַשְׁלִים, *perficiens*: ut sit sensus, Tu acquisivisti tibi tantam molem opum, sapientiæ & gloriæ, ut nihil accedere possit; tam perfectè & absolutè omnia possides [g]. Translator noster legit, תַּבְנִית [h]. *Tu es annulus signatorius* optimè *figuratus.* חוֹתֵם alibi vertunt, δακτύλιος, (*annulus*;) alibi, σφραγὶς, (*sigillum*;) alibi, ἀποσφράγισμα, (*signaculum*;) sensu eodem. תַּבְנִית, *figura*. Et sic accipit hîc Chaldæus. Sensus est, Diligentissimè custodiebaris, sicut annulus splendidus multæ artis. Confer Jer. 22. 24 [i]. *Tu sigillas*, sive *consignas*, (vel, *obsignans*, JT. Pol. sim. Pi. vel, *perficis*, V.) *summam*, P. M. JT. Pi. Pol. V. i.e. Es mercator potentissimus [k]. Imperium habes in merces, eásque præcludis & aperis arbitratu tuo [l]. Metaphora ab usu potentiorum mercatorum, qui aliis utuntur tanquam administris ad res suas invehendas, avehendas, & quocunque modo procurandas, illísque res suas optimè involutas & obsignatas tradere solent. Observat Plinius, balsamum & thus ex suis regionibus non aliter exportari quàm ex publica cognitione obsignata; prout hodie fit cum terra Lemnia, quæ vulgò *sigillata* dicitur. Cùm igitur urbs Tyri nobilissimum emporium esset, unde exoticæ merces huc illuc deportarentur; Rex Tyri indè pensiones exigebat, nec aliter eas efferri patiebatur quàm recognitis mercibus, & vectigali persoluto, ut fit in portoriis: propterea à Propheta nominatur elegantissimè *obsignator summæ*; nimirum tum exportandarum mercium, tum persolvendorum sibi vectigalium, & siqua alia sunt ejusmodi [m]. ¶ *Plenus* (vel, *plene*, JT. Pi.) *sapientiâ*, *& perfectus* (vel, *perfecte*, JT. Pi.) *decore*] Ità Mo. P. &c. vel, *pulchritudine*, JT. Pi. sic M. Ca. Scilicet opinione tuâ. Ironia [n]. Arte factus, [nempe annulus,] & pulchrùm fulgens [o]. [Ch. locum sic vertit, *Tu similis es vasi figurato quod scitè compositum est, & absolutum in pulchritudine suâ.*]

13. *In*, &c. בְּעֵדֶן גַּן וגו'] *In Eden* (vel, *In deliciis*, M. Ti. ο'. Ar.) *horti* (vel, *paradisi*, ο'. Ar. *paradiso*, Sy. *horto*, JT. Pi. *in horto*, Q. in V.) *Dei fuisti*, P. Mo. &c. i. e. In habitaculo amœnissimo [p]. Omnia tibi affluebant [q], ut olim Adamo in horto Hedenis, quem ei Deus concesserat. Videbatur quasi versari in Edene, sive in Paradiso terrestri [r]. *Heden* erat locus amœnissimus. Vide ad Gen. 2. 8, &c. & 13. 10. Sed correctionem addit: q. d. Quid dico? *In Hedene?* imò, *in horto Dei eras*. Differunt hæc ut pars & totum, continens & contentum: quamobrem Moses eum hortum vocat, non, *Hedenis*, sed, *in Hedene*. Innuit nihil Tyri Regi defuisse ad necessitatem, utilitatem, vel voluptatem †. ¶ *Omnis lapis pretiosus operimentum* (*umbraculum*, M. Ti.) *tuum*; sic Mo. P. Ca. מְסֻכָתֶךָ] Vel à סָכַךְ, (*tegere*;) q.d. Ornâsti vestes tuas lapidibus pretiosis: vel à שׂוּךְ, (*sepire*,) ut ס sit loco שׂ; q. d. *sepes tua*; q. d. Ex iis exstruxisti & ornâsti ædificia tua. Luxum notat. Hyperbole *. Vel, *tegebant te*, Pi. sim. JT. vel, *digestus in vestimentis tuis*, Ch. Al. *Omni——circumdatus es*, ο'. vel, *inducebas* (vel, *præcingebas*, Sy.) *te*, Ar. Vestis tua gemmis intexta erat [s]. Tam molliter circumvestiebaris, ut aurum esset [tantùm] accessio: quod ideo postremo loco nominatur [t]. Novem lapidum genera hîc enumerat; LXX verò duodecim: eadem quæ erant in rationali Pontificis, Exod. 28. 17, &c. [Unde petat Lector plenam explicationem sequentium lapidum.] & quæ in fundamentis Jerosolymæ cœlestis, Apoc. 21. 19, 20. Et forsan ex consuetudine cum Judæis notitiam horum lapidum hauserant Tyrii, eosdémque ad Regem suum condecorandum adsciverant [x]. ¶ *Sardius*] אֹדֶם *rubrum* sign. Talis est *Sarda Indica*, Plin. 37. 7. Chald. hîc habet, סַמְקָן, à סְמַק *rubere* †. ¶ *Topazius*] Ità ο'. tum Exod. 28. 17. tum Job. 28. 19. Chald. יַרְקָן, à יְרַק *virere*. Est ergò Arabica, quæ viridis, Plin. 37. 8 *. ¶ *Et iaspis*] Vel, *adamas*, G. ex Ch. יָהֲלֹם, ab הָלַם *frangere*. *Adamantes Arabici ità respuunt ictum, ut ferrum utrinque dissultet, incudésque etiam ipsæ dissiliant*, Plin. 37. 4 †. ¶ *Crysolithus*] תַּרְשִׁישׁ est, *oceanus*, & *oceani color*. Beryllo id nomen optimè convenit, qui *viriditatem puri maris imitatur*, Plin. 37. 5. Græci Interpretes variant: interpretantur enim & χρυσόλιθον, (*chrysolithum*;) & ἄνθρακα, (*carbunculum*;) & ὑάκινθον, (*hyacinthum* *.) ¶ *Et onyx*] Ità G. ex LXX. Vide Job. cap. 28. ver. 16. Est lapis formâ unguis humani, ut RR. ferè omnes consentiunt. Id malo, quàm quod alibi vertitur, πράσινος, (*viridis*;) alibi, σμάραγδος, (*smaragdus*;) alibi, σάπφειρος, (*sapphirus*;) alibi, σάρδιος, (*Sardius*;) alibi, ut & à Chaldæis, βηρύλλιον, (*beryllum* †.) ¶ *Et beryllus*] יָשְׁפֵה ipso sono accedit ad *iaspidem*. Et ità hîc Græci; ut alibi, ὀνύχιον. Chaldæus, פַּנְתֵּרִין, i.e. *pantherinum*. Ità vocari credo id iaspidum genus quod *è multis veluti gemmis compositum* dicit Plinius, à panthera varii coloris animante *. ¶ *Sapphirus*] Ità G. ex ο'. & Ar †. ¶ *Et carbunculus*] Ità G. ex ο'. & Hi. ut Exod. 28. 18. Aiunt Hebræi נֹפֶךְ esse *nigrum*. Sed & Plinius *carbunculos Carchedonios nigrioris esse aspectus* dicit *. ¶ *Et smaragdus*] בָּרְקַת est à בָּרַק, *fulgurare*, *coruscare*. Optimè id nomen conveniret chrysolitho, cui color aureus: vertunt tamen Græci, σμάραγδον, (*smaragdum*;) & hîc, ὀνύχιον, (*onychium*.) Chaldæus vicinam vocem posuit בַּרְקָן, quod pro *carbunculo* accipi video [y]. ¶ *Aurum*] Vel, *cum auro*, JT. artificiosè elaborato [z]. *Et aurum*, P. Pi. &c. Hoc annumerat gemmis, quòd illæ auro includi vel ornari solent [a]. ¶ *Opus*, &c.] מְלֶאכֶת תֻּפֶּיךָ וּנְקָבֶיךָ בָּךְ בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ כּוֹנָנוּ *Opus tympanorum tuorum & fistularum* (vel, *foraminum*, Mo. *tibiarum*, P.) *tuarum*, M. Ti. JT. Pi. Ca. &c. (id est, Operosissima & artificiosissima instrumenta tua, quæ hîc synecdochicè describit per duas species; q. d. & ψιλα-φιλα & πνευματικά, & quæ manu pulsantur & quæ inflantur [b]. Al. *Tympana tua* (Sic vocantur margaritæ quibus *una tantùm est facies*, *& ab ea rotunditas*, *inversis planities*, teste Plinio 9. 35.) *& foramina*, sive *forata*, *tua*, i.e. margaritarum lineæ, ut vocant Scævola & Martialis [c];) *in te* (vel, *apud te*, Pi. vel, *unà tecum*, Ca.) *à die* (vel, *in die*, Mo. P. Ti. &c. Sed ב hîc pro מ, ut est ver. 15 [d].) *quâ creatus es*, M. simil. P. Ti. JT. Pi. &c. (i.e. Vel, 1. in lucem editus *: q.d. Cùm adhuc in utero formareris, jam tum tibi ista parabantur [f]: gratulabantur omnes de Regiæ prolis nativitate, & successu deinceps sequuto [g]. Vel, 2. cœpisti florere & in felicitate esse [h]: simulatque ad dignitatem Regiam pervenisti [i].) *præparata* (vel, *concinnata*, vel *disposita*, V.) *sunt*, vel *fuerunt*, M. P. Mo. &c. scilicet, ad oblectandum te [k]. Non recens nata est causa te perdendi, sed jam olim: prout benedictionibus circumfluebas, ità & luxu diffluxisti [l].

14. *Tu*, &c. אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ] *Tu* (sub. *es*, M. vel, *fuisti*, Pi.) *cherub unctus* (i.e. Deo consecratus; nam Arca ungebatur, Exod. 30. 26 [m]. Vel, *magnus*, P. *Unctus*, pro *claro*, *nobili*, & *viro magno*, ponitur, quia magni, ut Rex & Pontifex magnus, ungebantur [n]. Vel, *unctione sublimatus*, M. vel, *extentus*, G. ex Vulg. Videtur Hieron. legisse מִמְשַׁךְ. Sensus sic est melior †.) *protegens*, Mo. vel, *tegens*, P. sic Pi. Ti. scilicet operculum Arcæ [o]: vel, *patulúsque*, Ca. *alis protegens*, M. V. sub. *populum*, M. V. sibi subditum [p]. Alloquitur Regem; non eum qui mortuus est urbe expugnatâ, sed eos qui præcesserunt eum. Misit enim Hiram Salomoni necessaria Templo. Regem vocat *cherub*, vel, 1. propter summam excellentiam ejus [q]; propter scientiam & decorem [r]. *Tu cherub* (sive, *angelus*, Jun.) eras *ex quo protectorem unxi te*, JT. q.d. Fuisti, judicio nempe & opinione tuâ, (quæ erat præsumptio tua insolentissima,) tanquam Angelus, qui inter res creatas præstat tum naturâ, quæ Angelis est simplicissima & purissima & intelligens; tum operatione sive ministerio, quia Angeli à Deo ablegati sunt ad protectionem piorum, &c †. Vel, 2. comparans eum Cherubinorum alteri qui Arcam obtegebant.

gebant [t]. Vel, 3. per allusionem ad Cherubum illum qui hortum Hedenis protexit, &c. Genes. c. 3. v. 24 [v]. ¶ *Et*, &c. [וּנְתַתִּיךָ בְּהַר קֹדֶשׁ אֱלֹהִים הָיִיתָ] *Et dedi* (vel, *posui*, P. M. Ti. *posueram*, i. e. constitueram [x]; vel, ex quo *præposui*, JT.) *te*: Mo. (sub. *in tali dignitate*, P. sim. M.) *in monte sanctitatis*, vel *sancto*, *Dei fuisti*, Mo. P. M. Ti. JT. i. e. in Sione, h. e. in Templo ibi ædificato [y]; [nimirum] quando Hiram ligna misit ad structuram Templi [z]. Comparat eum summo Sacerdoti in Templo ministranti, adeóque vestibus sacerdotalibus induto, &, inter alia, pectorali, cui inclusæ erant 12 gemmæ instar ignis resplendentes: Ità, inquit, tu splendidè vestitus incessisti [a]. *Et posui te* (sub. *quasi*, G.) *in monte sancto Dei*. Sicut illi [Cherubini] in Templi adyto erant, quod vocatur *mons sanctus*; ità tu in loco qui videbatur ad vim omnem inaccessus [b]. Al. *Et ex quo præposui te*, (i. e. vocavi & institui te Regem. Ità ostendit Dominus se Reges in soliis suis collocare; quo indignius fuit, dignitatem illam in Deum, auctorem ejus, contumeliosam efficere.) *in monte sanctitatis* (Ex hypothesi Regis Tyri sic appellat fastigium illud dignitatis Regiæ, quam Deus secundùm ordinem humanæ institutionis sanctificat, & in mundo semper sanctam esse & haberi voluit: sicut Amos. 7. 13. ab Amasia sacerdote eodem modo *sanctuarium regis* appellatur; prout ex humana auctoritate, quam Deus statuit limitatam, solent assentatores Divinam efficere.) *Deus eras*. Hyperbole; Græcis tamen & Latinis usitata, ad amplissimam aut commoditatum, aut successuum, demonstrationem [c]. Ex quo Regnum tibi tradidi, visus tibi es non tantùm Angelos æquare, verùm etiam Deus quidam eras judicio tuo, acsi in monte sancto Dei, h. e. in cœlo, esses [d]. ¶ *In*, &c. [בְּתוֹךְ אַבְנֵי אֵשׁ הִתְהַלָּכְתָּ] *In medio lapidum ignis*, sive *ignitorum*, (vel, *Inter lapides ignitos*, JT. Pi. i. e. lucidos ac splendentes instar ignis*,) *ambulâsti*, Mo. P. &c. vel, *indesinenter ambulabas*, JT. sic Pi. In medio lapillorum pretiosorum, præ se ferentium fulgorem igneum [f]: indutus veste ornatâ gemmis lucidissimis, instar summi sacerdotis, ex collat. v. præced [g]. Versatus es inter Israelitas, qui splendori igneo comparantur [h], quia populus tunc sanctus erat, & amore Dei inflammatus [i]. Sicut Pontifex cum 12 lapidibus micantibus accedebat Cherubinum; ità & qui circum te erant intrabant pari ornatu [k]. Al. Sensus, Omnes potentiâ tuâ territabas, atque ità te gerebas acsi Cherubinus ille esses à Deo ad custodiendam Paradisum collocatus [l]: acsi Deus esses habens potestatem in fulgura, tonitrua, fulmina, &c. ut ea in quos velles vibrares [m].

15. *Perfectus* (Sine ullo defectu magnificentiæ [n]; vel, *Integer*, JT. Pi. *Felix*, G.) *in viis tuis*] Vel, *in actionibus tuis*, G. in vitæ ratione [o]. Instituebas omnia sapienter, ità ut in actionibus tuis laudem obtineres perfectionis absolutæ [p]. Omnes negotiationes tuæ bellè & ex animi sententia tibi successerunt [q]. ¶ *Donec*, &c. [עַד נִמְצָא עַוְלָתָה בָּךְ] *Donec inventa* (vel, *deprehensa*, Ca.) *est* (vel, *præstò fuit*, JT.) *iniquitas* (vel, *summa iniquitas*, ex geminatione literæ characteristicæ [r]: vel, *iniquitatis pœna*, JT.) *in te*, Ch. Vulg. M. P. Mo. &c. Donec cœpisti exercere piraticam, ut sequentia explicant†. Donec peccâsti, tum ἐπιχαιρεκακία de calamitate populi Dei, tum superbiâ [t]. Sensus versûs, Ab infantia didicisti bene & perfectè vivere, & virtutis iter aliquamdiu tenuisti [v]. Diabolus plures operationes bonas in statu viæ exercuit antequam laberetur [x].

16. *In multitudine* (vel, *Per*, sive *Propter*, *multitudinem*, Pi.) *negotiationis tuæ* (Cùm ex justis commerciis rem facilè posses facere [y],) *repleta sunt*, &c. [מָלוּ תוֹכְךָ חָמָס וַתֶּחֱטָא] *Repleverunt* (sub. *cives tui*, V. vel, mercatores qui tecum negotiati sunt [z],) *medium tui* (i. e. urbis tuæ [a]; vel, *intimum tuum*, Pi. sim. M.) *iniquitate*, P. Mo. (vel, *violentiâ*, Pi. Ti. &c.) *& peccâsti*, P. Mo. M. Ti. vel, *& tu peccabas*, Jun. vel, *ità ut peccaveris*, Pi. vel, *hinc deliquisti*, Ch. *referto tuo pectore iniquitate peccâsti*, Ca. Repleti sunt thesauri tui rebus raptis [b]. Urbs tua propter frequentiam mercatorum repleta est impietate: *& peccâsti*, i. e. non reddidisti jus mercatoribus externis, neque sublevâsti eos, injuriâ ipsis illatâ à tuis [c]. Amplitudo mercimonii, ut fieri solet, luxum, luxus intolerantiam, intolerantia cædem omnémque violentiam, excitavit. Duplex crimen hîc Regi exprobrat. 1. Quòd populares ipsius, & qui in ditione ejus versati sunt, violentiam impunè exercuerunt. 2. Quòd ipse Rex in hæc eadem peccata projectus fuerit, aliísque exemplo esset [d]. Qualis enim Rex, tales & administri atque subditi*. [מָלוּ] hîc scribitur defectivè, pro מָלְאוּ א deficiente; ut in aliis vocibus non semel antè observatum.]

17. *Et elevatum est* (vel, *elevavit se*, V. simil. JT. Pi. *Nam superbierat*, G.) *cor tuum in decore tuo*] Sim. Mo. M. Ti. vel, *propter decorem tuum*, P. sim. JT. Pi. quo in superbiam elatus es [f]. Occasione decoris tui, dum illi nimis studes [g]. ¶ *Perdidisti* (vel, *Corrupisti*, M. Ti. Pi. sic JT.) *sapientiam tuam in*, &c. [עַל יִפְעָתֶךָ] *Propter* (vel, *super*, Mo.) *splendorem tuum*, P. *cum* (vel, *in*, M. Ti.) *splendore* (vel, *decore*, ο'. *pulchritudine*, Sy. Ar.) *tuo*, JT. Pi. i. e. dignitate tua Regia [h]. ¶ *In terram projeci te*] Prostravi te [i]. ¶ *Ante faciem regum*] Quos tu antè infestaveras [k]. Te proposui Regibus in exemplum [l]. ¶ *Ut*, &c. [לְרַאֲוָה בָךְ] *Ut videant*, vel *aspiciant*, *te*, P. JT. Pi. simil. Mo. M. Ti. Nempe deformatum & Regno exutum [m]. Ut omnes in te judicia Dei recognoscant [n]. Al. *ut videant in te*, sub. *subversionem quæ erit in te* [o]. Vel, *ut despiciant te*; nam רָאָה hîc construitur cum ב: q. d. Tradam te captivum in manus hostium [p]. Supplicium peccato congruum: qui suam pulchritudinem, peritiam & splendorem magnificè ostentaverat, jam ostentui fore dicitur [q].

18. *In multitudine* (vel, *Propter multitudinem*, Pi. &c.) *iniquitatum tuarum*] Rebus multis per vim partis [r]. ¶ *Et*, &c. [בְּעָוֶל וגו'] *Ob iniquitatem* (ad verb. *in iniquitate*, V. & maximè *præ iniquitate*, Q. in V.) *negotiationis tuæ*, P. sim. Pi. &c. Et per contractus extortos advenis †. Occasionem significat tot iniquitatum, nempe mercimonia illius, quæ ex iniquitate prorsus conflata sunt [t]. ¶ *Polluisti* (vel, *prophanâsti*, i. e. causam præbuisti ut per Chaldæos profanem [v],) *sanctificationem*, &c. [מִקְדָּשֶׁיךָ] *Sanctuarium tuum*, vel *sanctuaria tua*, V. JT. Pi. &c. id est, montem sanctum Dei, in quo tanquam Cherub esse videbaris [x]. Palatium tuum [y]; sic dictum, vel, 1. quòd sit sicut Sanctuarium, eò quòd non congregantur ibi nisi noti [z]: vel, 2. quòd magnificentiâ responderet Templo Jerosolymitano [a]. Sedem majestatis tuæ, quæ tibi Divina videbatur [b]. Al. Quicquid in te sanctum, & instar rei sanctæ intactum & intemeratum ab hostibus, tu scelere fœdâsti, & quasi prophanum hostibus diripiendum objecisti [c]. Al. Templa Beli, quem Jovem Græci vocant, Melcarti, quem illi Herculem, Astartes, implêsti rebus malè partis [d]. Nec verum Deum coluisti, nec illos ipsos quos colis deos religiosè, castè & reverenter coluisti, sed illos accessisti necdum ab iniquitatibus tuis purgatus*. ¶ *Producam ergò ignem de medio tui*, &c.] i. e. Excitabo aliquot ex civibus tuis qui deficiant à te ad Nabuchonosorem [f]. Culpam pœna premet comes [g]. Incendio peribunt qui iram Dei in se accenderunt [h]. ¶ *Dabo te in cinerem*] Vel, *quasi cinerem*, G. ex Ch. Hostes non pluris te facient, quàm cinerem sparsum humi [i].

19. *Qui viderint te*] Vel, *antehac te noverint*, G. ex Ch. ¶ *Nihili*, &c. [בַּלָּהוֹת וגו'] *Terrores* (vel, *Terrori summo*, JT.) *eris*. P. *In terrores redigeris*; ut Ezec. 26. 21 [k]. & 27. 36 [l]. בַּלָּהוֹת ἀνυπαρξίαν, (*non-exsistentiam*,) vertere solet Symmachus. Chald. h. l. eundem sensum expressit, *Ponam te quasi nunquam fuisses*, i. e. Nè sepultura quidem tibi continget [m]. ¶ *Non eris in perpetuum*] i. e. Corpus tuum nunquam reperietur. Hîc עַד עוֹלָם pro *fine fine* accipi, tempus postulat. Alibi aliter sumi sæpe apparuit †.

22. *Ecce, ego* (sub. *veniam*, Pi. sic V. vel, *missurus sum iram meam* [n]; vel, *Ecce me*, JT. Ità exsecutionem iræ oculis illorum subjicit [o].) *ad* (vel, *contra*, JT. Pi.) *te, Sidon*] Perierunt nobis historiæ ex quibus hæc possemus interpretari. Sed credibile est Sidonios, unde orta est Tyrus, Tyriis auxilium præbuisse, & postea Chaldæis dedisse pœnas. Nam domum veterem Sidoniorum Regum ad plebeiam sortem depressam jam olim fuisse, discimus ex scriptoribus rerum Alexandri. Facti ergò & hi, non minùs quàm Tyrii, sub potestate Chaldæorum primùm, deinde Persarum. Simile vaticinium, sed ad tempora vetusti-

Marginal notes (left column): [t] G. sic Pi. — [v] Pol. — [x] Pi. — [y] Idem. — [z] V. — [a] Pi. — [b] G. — [c] Jun. — [d] Pol — * Pi. — [f] V. — [g] Pi. — [h] V. — [i] K. in M. — [k] G. — [l] Pol. — [m] Pol. ex Jun. — [n] Pi. — [o] V. — [p] Pol. — [q] Jun. sim. Me. — [r] Pi. — † G. — [t] Pol. — [v] Me. — [x] T. ex Aug. & Greg. &c. — [y] G. — [z] Pi. — [a] V. — [b] G. — [c] V.

Marginal notes (right column): [d] Jun. — * Pol. ex Jun. — [f] Me. — [g] T. — [h] V. — [i] G. — [k] Jun. — [l] G. ex V. & Ch. — [m] Pi. — [n] Jun. — [o] V. — [p] Q. in V. — [q] Jun. — [r] G. — † Idem. — [t] Jun. — [v] Pi. — [x] Me. — [y] M. & V. — [z] He. — [a] V. ex He. — [b] Pi. — [c] Pol. — [d] T. — [d] G. — * Jun. — [f] V. — [g] G. — [h] Jun. — [i] G. — [k] Pi. — [l] V. — [m] G. — † Idem. — [n] V. — [o] Jun.

vetustiora pertinens, de Tyro & Sidone vide Esa. cap. 23[p]. Sidonii arctissimo fœdere cum Tyriis jam olim fuerunt conjunctissimi. Primam enim Sidoniorum coloniam sedes fixisse Tyri, persuasum illis [Tyriis] erat ex priscis historiis[q]. De harum prophetiarum in Tyrios Sidoniósque complemento aliquid exstat sub finem Ezec. cap. 29. sed copiosiùs in Diodoro Siculo & Josepho contra Appionem, l. 1. Nam Tyrii primùm à Nebuch. post annorum 13 obsidionem expugnati sunt, & Sidonii sese eâdem operâ dediderunt: postea verò semper humiliores exstiterunt, usquedum, rebellione excitatâ, iterum à Dario Ocho, Persarum Rege, Sidon recepta atque eversa est; Tyrus verò ab Alexandro Magno perdita †. ¶ *Et glorificabor*] Ità P. vel, *glorificabo me*, i. e. gloriâ dignum me ostendam; vel, dabis mihi gloriam, cùm egregiè te affixero: nam gloria Dei elucet in iis quos affligit[r]. Honorem meum asseram ab injustitia & impietate tua, quâ & nomen meum profanâsti, & populum meum exagitâsti: quæ duæ partes versibus seq. exponuntur †. ¶ *Cùm fecero*, &c.] i.e. Cùm justissimè eos afflixero[r]. ¶ *Et sanctificatus fuero*, &c.] Cùm sanctum ac justum Judicem ostendero me[v]. Occasione pœnarum ejus ab omnibus laudatus fuero[x].

23. *Immittam ei pestilentiam*] Quæ obsidiones comitari solet, ex corruptis alimentis infectóque aere[y]. ¶ *Et*, &c. "וְנִפְלַל חָלָל וגו] *Et cadet*, vel *corruet*, (vel, *cadent*, P. ὁ'. &c. sing. pro plur[z]. Vel, *ut occumbant*, Ca. *judicabuntur*, JT. Pi. i. e. punientur[a],) *vulneratus* (vel, *interfecti*, P. *confossi*, JT. Pi.) *in medio ejus*, Mo. M. &c. ¶ *Gladio*, &c. "בְּחֶרֶב וגו] *In*, vel *cum*, *gladio* (sub. *venient*, M. Ti. vel, sub. *qui veniet*, Pi.) *super*, vel *adversus*, *eam*, Mo. P. &c. Gladio Chaldaico[b].

24. *Et* (vel, *Ità*, JT.) *non erit ultrà domui Israel offendiculum*, &c. סִלּוֹן מַמְאִיר וְקוֹץ מַכְאִב מִכֹּל סְבִיבֹתָם הַשָּׁאטִים אוֹתָם] *Spina*, vel *sentis*, *pungens*, (vel, *noxia*, G.) *& spina dolorem inferens*, *ex omnibus circuitibus eorum*, *spernentium*, vel *qui spernunt*, *eos*, Mo. P. vel, *ex omnibus qui sunt per circuitum eorum*, *& habent eos contemptui*, M. Ti. vel, *præ omnibus locis circumstantibus eos*, *qui depopulentur eos*, JT. vel, *ex ullo eorum* qui *circa ipsos* degunt, *qui depopulantur eos*, Pi. Repressis Tyriis, Sidoniis, Ammonitis, Moabitis, Idumæis. Referendum hoc ad tempus quod jam describet, ubi Judæi in patriam reversi fuerint. Diu enim illacessiti vixêre[c]. Exterminabo, inquit, gentes illas maledictas populo meo infestas, ut etiam eis nulla superfit spes[d]. Hostium oppressio erit Ecclesiæ sublevatio *.

25. *Sanctificabor in eis*] i. e. Gloriam meam potenter afferam adversùs blasphemias & contumelias gentium[f]. ¶ *Et habitabunt in terra*, &c.] Benefaciam populo meo, ídque ex promissione & fœdere gratuito cum Abrahamo, Jacobo, &c †.

26. *Habitabunt in ea securi*, &c.] Sine metu[g]. Hoc non est impletum post captivitatem Babylonicam; quare ad Christum referendum est[h]. Quæ corporaliter dicta sunt, spiritualiter & Evangelicè accipiuntur, ut Zacharias Luc. 1. luculenter interpretatur[i].

CAP. XXIX.

1. I*N anno decimo*] A deportatione Jechoniæ[a]. Vaticinia hæc non per tempora, sed per gentes, sunt ordinata; & à propinquioribus terræ Judææ incipiunt[b]. Hîc agit de Ægypto, cujus operâ populus Dei indè à principio fuit infestatus & proritatus ad mala. Continetur hæc prophetia contra Ægyptum quatuor capitibus. Prænunciat, 1. calamitatem proximè eventuram, hoc capite: 2. calamitatem graviorem per Babylonium, &c. c. 30: 3. progressum calamitatum ex duabus illis consequuturum, c. 31: 4. calamitosum exitum Regis Ægypti, cap. 32. Has autem prophetias non retulit ex ordine temporum, sed potiùs ratione argumenti ad commoditatem docendi instituit seriem libri sui, & prophetias suas disposuit per gradus illius temporis, non quo hæc prophetavit, sed quo Deus hæc judicia exsecutus est; ut patet ex singulis inscriptionibus, maximè ex illa c. 30[c].

2. *Contra Pharaonem*] Chophram, sive Vaphrem, ut Jer. 44. 30[d]. [ubi dicta vide.] Res enim est eadem quæ hîc tangitur †. Hic ità se efferebat, ut nè Deum quidem ullum putaret posse ipsum de Regno suo dejicere, ut disertè scribit Herodotus. Quanquam Propheta h. l. *Pharaonis* nomine non unum solùm, sed plures Ægypti Reges ordine consequuturos, denotat, ut sylleptice hæc nomina solent accipi, totúmque Regnum synecdochicé *.

3. *Draco*; ità M. Mo. Ti. ὁ'. Ar. Sy. vel, *qui similis est draconi*, Ch. הַתַּנִּים] *Cete*, vel *balæna*, P. Ca. JT. Pi. Non placet: Neque enim balæna pedes habet, nec squamas, nec versatur in Ægypti rivis, nec indè ascendit in terram, neque retium indagine cingitur: quæ tamen omnia hoc loco τῷ *thannim* tribuuntur. Unde planum fit crocodilum intelligi, quem cetaceis piscibus accenseri scribit Scaliger. Itaque à Jobo vocatur *leviathan*, cap. 41[f]. [ubi fusè annotata vide.] Vox תַּנִּים *piscem ingentem* sæpe significat, & hîc fortè *crocodilum*[g]. ¶ *Qui cubas* (vel, *requiescis*: quâ voce gloriosam illius confidentiam demonstrat: non dicit eum stare, aut agere, aut movere, sed *recubare*[h].) *in medio fluminum tuorum*] Vel, *inter rivos tuos*, JT. Pi. &c. in quos Nilus dividitur[i]: in tot Nili ostiis[k]: inter fluenta Nili, qui septem ostiis amplissimis in mare se effundit, & totum agrum Delta dictum irrigat[l]. יְאֹר propriè est, *rivulus*, ab alio magno derivatus[m]. ¶ *Et dicis*, *Meus* (vel, *Mihi*, JT. Pi.) *est fluvius*, *& ego feci*, &c. עֲשִׂיתִנִי] *Feci eum*, Sy. [fluvium;] vel, *illa*, ὁ'. Ar. [flumina:] vel, *mihi*, P. Ti. JT. Pi. sub. *illum fluvium*, V. sim. Pi. Pronomen junctum, pro separato, עֲשִׂיתִנִי, pro עָשִׂיתִי לִי. Feci, scilicet, ut allueret regionem meam, idque meâ industriâ & sapientiâ[n]. Vel, *meipsum*, M. sic Q. in V. G. ex Vulg. sub. *regem*, G. vel, *regem magnum*, meâ industriâ[o]. *Meum est regnum*, *& ego subjugavi illud*, Ch. Meum est hoc Regnum Ægyptium, &c[p]. Per Nilum hîc intelligit Ægyptum, quæ tota Nilo irrigabatur[q]. *Qui te de flumine quod habes jactas*, *téque à temetipso factum esse dicis*. Tibi de Niliaca opulentia places, & ità superbis quasi Deus sis, & per teipsum constes, non factus à Deo[r]. Felicissimus Regum fuit per annos 25, ut testatur Herodotus †; & fortunâ elatus dicebat, μηδ' ἂν θεὸν μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιλητης· (*nè Deum quidem ullum posse ipsum de Regno suo dejicere*[t].)

4. *Et ponam frænum*, &c. "חַחִים וגו] *Hamum*, vel *hamos*, (vel, funes hamatos[v],) *maxillis tuis*, JT. Pi. P. Ti. Vide Job. 41. 1, 2[x]. Per *hamos* intelligit potentiam ingentis exercitûs quem immissurus erat Dominus contra Ægyptum[y]. Is *hamus* est Amasis[z]. [Historia hæc est.] Cyrenæi, auxiliaribus Græcorum copiis freti, finitimam Libyam occupaverant, & Regem Ariciam vel Aricranem ditione suâ exuerant. Hic in fidem Pharaonis se confert. Is amplum collegit exercitum, non exterorum, sed Ægyptiorum; adeóque ditionem suam ferme exhausit hominibus suis qui ipsi adhærebant; ut pisces minores quasi sub umbra balænæ in mari conquiescunt: quos in agrum Cyrenaicum deduxit, ubi omnes ferè perierunt, Rege cum pauculis fœdâ fugâ vix effugientibus. Quare offensi Ægyptii, tanquam si Rex iste, insano consilio, extinctis Ægyptiis, gravissimam tyrannidem in reliquam plebem moliretur, in ipsum rebellaverunt. Ostendit ergò Deus se hâc occasione usurum ad exsequendum judicia sua, &c[a]. ¶ *Et agglutinabo* (vel, *adhærere faciam*, V. sic JT. Pi.) *pisces fluminum tuorum* (i. e. Principes & potentes Ægypti[b],) *squamis tuis*] Faciam ut subditi tui te in expeditione Cyrenaica comitentur[c]. Al. Multos habebis qui tibi adsint contra Amasin[d]. Al. Subditos tuos tibi adjungam in clade quam inferent tibi Chaldæi *. ¶ *Et extraham* (vel, *subducam*; Heb. *ascendere faciam*, Pi.) *te de medio fluminum tuorum*] Omnem dignitatem tibi detraham[f]. ¶ *Et universi pisces*, &c.] Quicunque tuæ erunt sectæ etiam calamitatis erunt participes †.

5. *Et*, &c. וּנְטַשְׁתִּיךָ הַמִּדְבָּרָה] *Et* (vel, *Postea*, JT. Pi.) *derelinquam*, vel *deseram*, (vel, *excutiam*, Ti. *projiciam*, Ch. Sy.) *te in deserto*, M. P. Mo. sim. Ca. vel, *in desertum*, Ch. Sy. vel, *abductum in desertum*, JT. Pi. i. e. in siccum, ubi pisces vivere nequeunt[g]: quod modò dicit, *super faciem terræ*[h]. Persistit in metaphora

piscis,

piscis, &c[i]. Hâc figurâ carcer innuitur[k]. q.d. Extra Regnum tuum in captivitatem abduceris[l]. In aridam; ubi, destitutus omnibus luxui fovendo necessariis, squalore & miseriis contabesces[m]. In Chaldæam, aridam terram, captivus ducêris[n]. Te & tuos in deserto Cyrenaico & Libyco, tanquam piscator [pisces] in foro piscario, deseram, & prædæ exponam[o]. ¶ *Cades*] Concides mortuus in terram[p]. ¶ *Non colligêris*] i. e. Non sepelieris †. Non redibis in flumen. Perstat enim in piscis similitudine[q]. Nullum agmen ex reliquiis istius exercitûs poterit coagmentari[r]. ¶ *Bestiis terræ*, &c.] Sensus, Hominibus feris ac rapacibus potestatem dedi exuendi te Regno, libertate, bonis, postremùm & vitâ †.

6. *Et scient——quia* (vel, *quòd*, P.&c.) *ego Dominus*] Et quòd ille Chophra, qui Divinam sibi potestatem auctoritatémque vendicaverat, (& se omnia posse in Cyrenæorum agro thrasonicè dixerat[t],) nihil possit, sed hæc omnia providentiâ meâ administrantur[v]. ¶ *Fuisti baculus arundineus*,&c.] Subaud. *fractus*,V. fallens fidem Judæis promissam, ut 2 Reg. 18.21[x]: nocens iis quibus prodesse deberes[y]: infirmior quàm ut possis eos sustinere & juvare qui à te toti pendent[z].

7. *Quando*, &c. בְּתָפְשָׂם בְּךָ בַּכַּף] *Cùm prehendunt* (vel, *prehenderent*, Pi. *apprehenderint*, P. *tenuerint*, M. Ti.) *illi te manu*, JT.P.sim.Ca. Mo.Pi. vel, *manu tuâ*, M. Ti. Cùm à Chaldæis obsessi te velut manu tenerent[a]. Cùm Judæi, infirmitatis suæ conscii, hos sibi procurârunt socios, &c[b]. ¶ *Et*, &c. תֵּרוֹץ *Confringêris*, Mo. P. M. &c. *quassabaris*, Pi. sim. JT. Ca. *confractus es*, Me. ex Vulg. i.e. Noluisti, aut non potuisti, auxilium illis ferre[c]. ¶ *Et*,&c. וּבָקַעְתָּ לָהֶם כָּל־כָּתֵף] *Et findis*, vel *findebas*, (vel, *lacerabis*, P. &c.) *eis omnem*, vel *totum*, *humerum*, JT. Pi. &c. *Humerum*, pro brachio, synecdochicé[d]. Vel, *latus*, Pi. Fragmenta calami ut plurimum acuta sunt; ideóque, dum se insinuant in humerum vel ulnas, vulnerant*. Ut hic locus intelligatur, sciendum arundines orientales longè densiores & firmiores fuisse nostris, adeò ut ex eis quoque muliebres colus, sagittæ, aliáque opera & fulcra interdum comparentur. Hæc autem fulcra arundinea, nisi cautè secernerentur, facilè nitentem fallebant, idque duobus modis. 1. In pulpam, [arundinis scilicet,] si graviùs stringitur: tunc autem dissilit in segmenta multa, eáque acutissima, quæ secant, &c. 2. In orbem, si graviùs premitur pondere: tunc verò fieri non potuit quin is qui manu innitebatur, humero in reliquam partem stantis arundinis allideret, aristis ac veluti spiculis arundineis ei impactis †. ¶ *Et innitentibus eis super te*] Sim. JT. Pi. &c. Incrementum [sermonis.] Infirmitas hîc duplex describitur: 1. levior, quum quis manu in scipionem injectâ se sustentat; 2. gravior, quum opus est, non ut scipiones manui, sed potiùs ut fulcra axillis & toti corpori sustinendo, adhibeantur[f]. ¶ *Comminutus es*, תִּשָּׁבֵר] *Contererís*, Mo. P. *confringêris*, M. Ti. JT. V. ¶ *Et*, &c. וְהַעֲמַדְתָּ וגו'] *Et stare facies* (vel, *firmabis*, M.) *eis omnes lumbos*, Mo.sim.M.D. vel, *totos renes*, P. Compellat Deus ironicè Regem Ægyptium, *& stabilies eis scilicet*, &c[g]. Al. Coges eos sese erigere in pedes. Qui enim innituntur solent habere renes incurvos. q. d. Rectè & sine scipione incedent[h]. Confracto scipione, homo stare cogitur super lumbos suos, séque ipsum sustentare[i]. Al. *Et cohibes* (vel, *sistis*, Jun. vel, *sistebas*, Pi.) *eis—lumbos*, JT. Pi. i.e. vel, Facis ut miseri Judæi, qui operâ tuâ ex pacto confirmandi erant, delumbes jaceant & fractis nervis viribúsque omnibus, idque perfidiâ tuâ[k]: vel, Efficiebas ut desinerent laxare lumbos suos innitendo tibi, h.e. ut desinerent fiduciam in te collocare[l]. Ablatâ omni spe alieni auxilii, tunc roborati erant lumbis suis, & propriis viribus hostibus obviàm ire studuerunt[m]. Al. *Eorum tota latera perforaveris*, Ca. *Et confregisti* (vel, *concussisti*, Sy. *dissolvisti*, Vulg.) *—renes*, vel *lumbos*, &c. o'. Ar. Sy. Sensus allegoriæ est, Israelitis abs te auxilium exspectantibus exitio fuisti. Rem vide Jerem. c.37. v.7. & 42.17. &c†. Vel, Fecisti ut conciderent, nec Babylonio resistere possent*. Legerunt o'. vel, 1. הַעֲמַדְתָּ, (*confregisti*,) meliùs haud dubié[n]: vel, 2. הַעֲסַקְתָּ, quod *cavare* & *perforare* est, atque huic loco aptissimè convenit; nam lectio הַעֲמַדְתָּ non quadrat[o]: vel, 3. transpositis literis radicalibus, וְהַמְעַדְתָּ[p], ut sensus sit, *Et nutare facies*, &c[q]. Sed non opus est lectionem הַעֲמַדְתָּ solicitare, quæ se tueri potest[r]. Alii interrogativè legunt †: *Num ergò omnes lumbos eorum firmabis?* Ti.

8. *Adducam super te gladium*] i.e. 1. Bella civilia[t]. Hophra ex agro Cyrenaico reversus in Ægyptum cum paucissimo comitatu, & in contemptum populi veniens, suo maleficio rebellionem populi confirmavit, & Amasin populúmque Ægypti inflammavit, ut ipsum de dignitate regia deturbarent, commisso ad Memphin prælio atrocissimo; unde & ipse Sain versùs in regiam suam profectus fugâ comprehensus est, tandémque à populo furente strangulatus[v]. 2. Arma Nabuchodonosori[x], ut mox dicet v. 19. Vide Jer. 42.16. & ibi dicta[y].

9. *Terra Ægypti*] Synecdochicè, pro parte ejus bellis vastata[z].

10. *A turre*,&c. מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה וְעַד גְּבוּל כּוּשׁ] *A turre Sevench* (vel, *Syene*, Ca. JT.Pi. &c.) *& usque ad terminum* (vel, *confinia*, Ca.) *Chus*, Mo. P. JT.Pi. vel, *Æthiopiæ*, M. Ch. Ti. Al. *A Magdalo*, Ti. o'. Ar. G. *Syenem*, Ti. (vel, *& Syene*, o'. G. sim. Ar.) *usque ad*, &c. Ti.&c. i.e. A termino uno ad alterum[a]. Sed, si rectè animum advertas, ex his terminis videbis partem Ægypti indicari, non totam Ægyptum: quod & sequentia confirmabunt. *Magdalum* est urbs Ægypti ad mare Rubrum, Jer.44.1. & 46.14. *Syene supra Alexandriam est quinque millibus stadiorum*, Plin. 2. 73. Est ad cataractas Nili, in orientali Nili latere, quod Arabiæ obvertitur, ut apparet ex Plin. 5. 9. & aliis[b]. Est urbs infra cataracten vel catadupum majorem, qui Ægyptum ab Æthiopia discriminat, sub Æquatore posita, secundùm Nilum, ad insulam quæ Elephantine appellatur[c]. Est *urbs*, inquit Stephanus, *Ægypti & Æthiopiæ*, quasi inter illas ambigua: éstque terminus Ægypti versùs Æthiopiam, ut testantur Strabo l. 7. p. 817. Plin. 5.9. Solin. 3. 35. Jos. de Bello Jud. 5.1. Itaque *Chus* Ægypti terminus *Syenæ* oppositus non potest esse Æthiopia, [ut Vulgatus aliique non pauci hîc & alibi accipiunt;] sed est Arabia, pars Ægypti ab Æthiopia remotissima[d]. Nomen *Cusch* in S.S. latissimè patet, & regiones varias complectitur. Propriè tamen ex Scripturæ usu Cuschi sors ea videtur esse, secundùm Mosen, Gen. 10. 7. quæ inde ab Euphrate & ima parte Babyloniæ ad Ægyptum usque in totum meridiem protenditur, & tres Arabias continet; Desertam, Syriæ & Babyloniæ, Petræam, Palæstinæ & Ægypto, & Felicem, Arabiæ illi utrique, conterminam. Atque in hunc modum accipitur hæc vox plerisque in locis, ut Gen. 2.13. Num. 12. 1*.

11. *Non pertransibit eam pes hominis, neque pes jumenti*] Hoc secundùm quid accipi oportet; q. d. Ægyptus, quæ hactenus celeberrima fuit, & emporiis commodissima, (adeò ut homines cum jumentis, aut sine jumentis, libere in eam negotiorum causâ confluant,) ità exhaurietur hominibus & opibus, ut nemo eam adeat, aut domicilium in ea optet, prout fit in regionibus mercatui commodis[f]. Hyperbole hoc est[g], qualis Luc. 19. 44. Vide & Esa. 14.23. Ezec. 26.4[h]. ¶ *Et non habitabitur* (vel, *habitabilis erit*, G.) *quadraginta annis*] Amasis longo regno paulatim restituit res Ægypti[i]. Sed de his annis nec in Scriptura, nec in Josepho, nec in aliis historicis, quidquam legimus[k]. Incipiunt ab anno 35. Nabuchodonosoris, quo ille Ægyptum expugnavit, uti ostendam v. 17. & desinunt in anno primo Cyri, quo ipse solvit captivitatem, uti Judæorum, ità & Ægyptiorum. Nam paulò post filius Cyri, Cambyses, Ægyptum jam tum reflorescentem invasit & subjugavit. Inter illos Nabuch. & Cyri annos erant anni præcisè 43: sed dicit 40 fuisse, more scriptorum minutias præteriens[l]. [Sed audiamus Junium de his, more suo, eruditè & accuratè disserentem.] Principium 40 annorum duci potest vel, 1. à bellis externis, sive à tempore quo Nebuchadn. Ægyptum occupavit; id quod fecit Tyro expugnatâ, h. e. anno 27. à deportatione Jechoniæ, ut cap. seq. videbimus: vel, 2. à bello intestino coorto inter Chophrahum & Amasin, quum res Chophrahi inclinaverunt, & ipse eversus est; id quod 9 vel 10 annis Ægypti occupationem à Nebuchadn. antecessisse videtur. [De quo vide Authorem.]

Posterius

Posterius malim quàm prius. 1. Quum enim Propheta clades simul accumulat in hoc capite, iniquum est, principium ipsarum ferme in fine earum collocari. 2. Clades ex intestinis bellis funestiores sunt quàm ab hoste externo. 3. Ità meliùs convenit temporum ratio. Nam quum principium eorum in annum ferme 30. deportationis refertur, restant præcisè anni 40 ad liberationem Judæorum; quo tempore revalescebat quodammodo Ægyptiorum Regnum, ut historiæ plurimæ confirmant, & Amasis, Cyri gratiâ, Regnum Ægypti obtinuit fiduciæ lege; qui, ut vastitatem illam Ægypti curaret, privilegia amplissima exteris indulsit, præsertim Græcis, quibus portorium, portus Canobicus & Canobicum Nili ostium, data sunt, &c. Postea verò increvit admodum Amasis auctoritas, quum Cyrus Nitetin, filiam ejus, in uxorem concubinam assumpsit, &c. unde Cassandane, justa Cyri uxor, & mater Cambysis, assiduè querebatur Cyro superstite; & postea Cambysen, filium ejus, graviter irritavit, ut in Amasin & Ægyptum irrueret [m]. [Si quis objiciat, hoc pacto nimis longum Amasi regnum ascribi, quippe qui & in initio & in fine horum 40 annorum res magnas gessisse supponitur, sciat, ei attribui ab Herodoto annos 44, à Diodoro autem 55: de quo consulat lector Jacobi Capelli Historiam sacram & exoticam ad A. M. 3475. paginam verò libri 262.]

12. *Dabóque—desertam*, &c.] i.e. Reddam desolatam ut sunt aliæ regiones desolatæ [n]. ¶ *Et dispergam Ægyptios*, &c.] Multos Ægyptiorum, qui belli metu in Arabiam se aut Æthiopiam recipient, ac deinde redituri sunt, ut sequitur [o].

14. *Et collocabo*, &c. [וַהֲשִׁבֹתִי אֹתָם אֶרֶץ פַּתְרוֹס] *Reducam, inquam, eos in terram Pathros*, P. sic JT. Pi. i.e. in terram posterorum Pathros, h.e. in Ægyptum. Periphrasis. Vide Gen. 10. 14. Esa. 11. 11 [p]. Pars Ægypti *Pathros* dicta, Esa. 11. 11. & Ezec. 30. 14. nimirum ortum habens ab illis Æthiopibus qui dicuntur פַּתְרֻסִים, Gen. 10. 14. *Pharusii* Plinio, *Phaurusii* Ptolemæo. Eos esse Pelusios sentit Interpres Geneseos Hierosolymitanus [q]. At hi Phaurusii erant in interiore Libya, non procul ab oceano Atlantico [r]. Civitas hæc erat versùs meridionales fines Ægypti, longissimè à Chaldæa. Itaque significat fore ut eos reducat usque ad postremam partem Ægypti *. Al. *Pathros* est Arabia Petræa †. Sed deceptus est ille allusione nominis; cùm Petræa dicatur, non à *Pathros*, sed à metropoli *Petra*, Heb. סֶלַע *Sela*, Esa. 16. 1 [s]. *Pathros* regio fuit Philistæis contermina & Arabiæ Petrææ, olim dicta *nemus Arabiæ*, in illis angustiis quæ inter mare Mediterraneum & Rubrum intercedunt. Rectè autem dicit Ægyptios è Babylonia reversuros in regionem suam per terram Pathros, quia non potuerant alio terrestri itinere indè reverti [v]. Al. Plerique recentiorum *Pathros* vel *Patures* oppidulum est prope mare, ad unum ex Nili ostiis. At in S.S. nomen hoc est terræ, seu provinciæ & regionis. Puto esse Thebaidem. 1. Quia ut Pathros alibi Ægypto attribuitur, ut h. l. alibi ab ea distinguitur, ut Isa. 11. 11. [unde & hîc dicenda repetat lector,] & Jerem. 44. 1. idem & Thebaidi contigit; [ut ad Esa. 11. 11. notatum.] 2. Ex situ locorum Jer. 44. 1. ubi Propheta, incipiens à locis Judææ proximis, paulatim ad ulteriora progreditur, & terram *Pathros* ultimo loco nominat. [Vide ibi annotata.] 3. *Pathros* Græcis Interpretibus est Παθούρης, vel Φαθωρής, Hieronymo *Phethros*, *Patures* & *Phatures*. Indè Plinio *Phaturites* nomus in Thebaide. Sic legendum, non *Phanturites*. Et in Ptolemæo *Pathyris*. Pro quo legitur Ταθυρίς: sed in MSS. Π & Τ passim confundi docti observant. 4. Quia Pathros sive Thebaidem præcipuè afflixerat Nebuchadnetsar, ut constat ex Nah. 3. 10 *. [ubi σὺν Θεῷ annotanda vide.] ¶ *In*, &c. עַל אֶרֶץ מְכוּרָתָם] *In* (vel, *super*, Mo.) *terram habitationis* (vel, *residentiæ*, Mo. *conversationis*, JT. *commercii*; Heb. *venditionis*, Pi.) *suæ*, Ch. P. sim. M. Ti. vel, *de qua assumpti* (vel, *empti*, Sy.) *sunt*, ο'. sic Ar. *Quod eorum natale solum est*, Ca. ¶ *Et erunt ibi in regnum humile*] i. e. Parvum [x]. Præpollente Chaldæorum, ac deinde Persarum, imperio, nihil movere audebunt usque ad tempora Lagidarum. Confer Jer. 46. 26 [y]. Crevit quidem postea in Regnum magnum; sed non fuit sui juris, cùm & Græcis & Romanis paruerit [z]. Humile erat, 1. quia fiduciarium & clientelare erat Persarum Regibus: 2. quia nunquam pristinam dignitatem aut potentiam recuperavit [a].

15. *Inter*, &c. מִן הַמַּמְלָכוֹת וגו'] *Præ regnis*, &c. Mo. P. JT. sub. *aliis*, P. sic Pi. sim. JT. Ti. *Quod regnorum infimum*, Ca. *Erit regnorum omnium humillimum*, Sy. sim. ο'. Ar. ¶ *Non elevabitur ultrà*, &c.] Scilicet per longum tempus: nam post 200 annos rediit ad pristinam potentiam & gloriam sub Ptolemæis [b].

16. *Neque erunt ultrà domui Israel in confidentia*, &c. לְמִבְטָח מַזְכִּיר עָוֺן בִּפְנוֹתָם אַחֲרֵיהֶם] *In confidentiam*, sive *spem*, sive *fiduciam*, Mo. P. M. V. (i. e. Non ultrà Israelitæ in illis habebunt fiduciam, ut antea [c]. Vel, *fidentiæ*, JT. *fiduciæ*, Pi. *asylum*, Ti.) *commonefactor* (vel, *quæ recordari facit*, P. sim. M. JT. Pi. &c. sub. *me*, Q. sic [planè quoad sensum] JT. Pi. Al. sed *submonitor*, Ti. *quæ commonefaciat*, Ca.) *iniquitatis*, Mo. P. Ti. &c. (i.e. Quæ causa est ut aliorum scelerum Israelitarum sit memor Deus [d]. I. Non ultrà [Ægyptii] spe auxilii allicient Israelitas ad idololatriam, ut antea *.) *quum*, vel *dum*, *respexerint post eos*, P. M. Ti. sic Pi. sim. Mo. i. e. Qui [Israelitæ] deficientes ab ipso posuerunt omnem spem & fiduciam in Ægyptiis [f]. Vel, *dum ad eos se convertunt*, Ca. vel, *his avertentibus se post illos*, JT. Exspectantibus ab illis auxilium [g]. *Ut* scilicet *hi* Israelitæ *ad illos* Ægyptios *respiciant*: ut pendeant ab ipsorum militibus, nihilque non parati sint facere ipsorum causâ [h].

17. *Vicesimo & septimo anno*] Vel, 1. à principio regni Nebuchadnetzar [i]: vel, 2. à deportatione Jechoniæ [k], ut mos Prophetæ nostro supputare [l]. Ezeciel semper utitur hâc æra [m]. Anno post Tyrum expugnatam †. ¶ *In primo*] Mense. Intellige secundùm rationem anni, non civilis, qui in proventibus terræ recipiendis numerabatur, sed antiqui & sacri, qui etiam Chaldæis usitatus erat: q. d. in mense Martio, quum Reges procedunt in prælium, ut est 2 Sam. 11. 1 [n]. Hoc cum superioribus nectitur, non revelationis tempore, (est enim longum intervallum,) sed per rerum cohærentiam. Nam quo tempore Hierosolyma obsessa, capta, exusta sunt, &, post Godoliam interfectum, deportatæ quæ in patria tenues resederant Judæorum reliquiæ, deinde, quinto post capta Hierosolyma anno, à Chaldæis vastatæ Ammonitis & Moabitis vicinæque regiones; post id Tyrus obsessa per annos 13, mox Sidon aliæque urbes; omni hoc, inquam, tempore Ægyptus seditionibus bellisque civilibus fuit agitata. Eo verò elapso tempore, cùm jam appropinquaret tempus venturi in Ægyptum Nabuchodonosoris, Deus, quæ generaliter dixerat, ea jam pressiùs signatiúsque Prophetæ aperuit. Confer Jerem. 46. 26 [p]. Nabuchodonosor sub annum regni sui, non 20. nec 25. uti volunt aliqui ex Josepho, sed 35. expugnavit Tyrum, & paulò pòst Ægyptum [q]. [De cujus probatione vide Authorem.]

18. *Servire fecit exercitum suum servitute magnâ*] Eum valde fatigavit [r]. Totos annos 13 impendit in puniendis Tyriis, eâque in re gratam mihi operam præstitit †. Servitus hæc *magna* erat, tum, 1. gravitate onerum militi impositorum; nemini pepercit, quin in omni ministerio occuparet: tum, 2. temporis diuturnitate, per 13 annos; ut patet, tum ex ipsis Philostrati verbis apud Jos. Antiq. 10. 11. & ex Annalibus Phœniciis, l. 1. contra Appionem, tum ex Scripturâ; nam inter annum 12. à captivitate Jechoniæ (quo Jerus. occupata est) & annum 27. (quo hæc prophetia enunciata est) sunt anni 15 [t]. [De quibus plura vide, si lubet, in Authore.] ¶ *Omne caput decalvatum*] Ex diuturna nimirum obsidione [v]; ex continua gestatione galearum & onerum [x]. Al. Calvitium est lugubre signum, Levit. 21. 5. Deut. 14. 1. Significat itaque lugubrem fore expugnationem, & victori damnosissimam, unde lugeat potiùs quàm lætetur victor [y]. ¶ *Et omnis humerus depilatus est*] Ità P. Mo. ο'. Vel, *attritus*, sive *detritus*, M. Ti. G. nempe portando cophinos ad aggeres faciendos [z]: tot saxis & trabibus humero advectis, ut Tyrum continenti adjungerent [a]. Magnum hoc assiduúmque laboris subeundi onus arguit: humeris enim onera accipiuntur ab hominibus, 2 Par. 2. 2 †. Vel, *nudatus*, JT. q. d. Adeò attriti sunt hâc diuturnâ obsidione,

[m] Jun. [n] V. [o] G. [p] Pi. [q] G. [r] BP. 4. 27. 312. * Me. † Mont. in BP. [s] BP. ib. [v] Jun. * BP. ib. [x] V. [y] G.

[z] M. [a] Jun. [b] Me. & T. ex La. [c] G. sim. V. [d] V. * G. [f] V. [g] Pi. [h] G. [i] H. in M. [k] Jun. Pi. Me. T. &c. [l] Jun. [m] T. † Jun. [n] Jun. [p] G. [q] La. [r] V. † G. [t] Jun. [v] Pi. [x] T. ex Li. sim. Me. [y] Jun. [z] G. ex Hi. [a] T. sim. La. † Mont. antiq. Jud. p. 687. vol. 1. ap. pend. crit.

one, ut nè tantum quidem habeant ex Tyro commodi unde humeros suos obtegant adversùs cœli injuriam[b]. *Et omne latus depilatum*, vel denudatum, detritis nimirum vestibus[c]. Al. Sensus est, q.d. Chaldæi non tam militarem, quàm servilem, operam in obsidione Tyri sumpserunt: Servorum enim capita olim rasa erant, & humeri attriti[d]. ¶ *Et merces non est reddita ei*] Vel, 1. quia Tyrum non diripuerat, sed conditionibus sibi adjunxerat*: vel, 2. quia Tyrii pertinacissimâ obsidione sese omnibus commodis exhauserant, ut parùm obsidentibus superesset[f]: vel, 3. quia Tyrii, desperatâ jam salute[g], opes suas aut corruperunt, nè in manus hostium venirent[h]; aut Carthaginem[i], & ad alias insulas Ionii atque Ægei pelagi, devexerant, ut inquit Hieron. ex antiquis Assyriorum historiis[k]. ¶ *De Tyro*; ità Ch. M. Ti. JT. Ca. מצור] *Propter Tyrum*, Pi. sic Ar. *à Tyro*, Sy. ¶ *Servivit mihi*] Si non formaliter, & ex intentione obsequendi mihi, ut quidam volunt; saltem materialiter, & reipsa complendo quod volui, &c[l]. Servivit Deo, sed vitioso modo, & vitioso fine: Deus verò illo usus est ut judex carnifice, &c[m].

19. *Accipiet multitudinem ejus*] i.e. Promiscuam plebem: sub. *in servos*[n]. Multos adducet captivos ex Ægypto†. ¶ *Et*, &c. ושלל וגו׳] *Et spoliabit spolia ejus*: ἄξει λάφυρα ἀπὸ λαφύρων, (*aget spolia ex spoliis*,) ut dicebant Ætoli. Sicut Ægyptii alios sunt populati, ità ipsos populabuntur Chaldæi*. ¶ *Eteri merces exercitui illius*] Rectè. Nam *deditæ urbis præda ad duces, expugnatæ ad militem, pertinent*, ut aiunt Flaviani apud Tacitum Hist. 3[o].

20. *Et*, &c. פעלתו] *Opus ejus*, Mo. *Pro opere* (vel, *officio*, Ca. *ministerio*, ο'. *mercede*, Pi.) *ejus*, Ti. sim. P. M. *Operæ pretium*, JT. ¶ *Dedi ei terram Ægypti*, *pro eo quòd*, &c. אשר עשו לי] *Quia*, vel *eò quòd*, *fecerunt* (vel, *operati sunt*, M. JT. *fecerunt* opus, Ca. *præstiterunt* servitium illud, Pi.) *mihi*, Ti. sic Mo. &c. [Chaldæi scilicet. At alii ad Ægyptios referunt:] *Quia* malum *fecerunt contra me*, P.

21. *In die illo*] Quo Ægyptus à Chaldæis vastabitur, & vastata manebit[p]. ¶ *Pullulabit* (vel, *faciam ut germinet*, Pi. sic M. P. Ti. Mo. i.e. crescat, vel augeatur[q],) *cornu domui Israelis*] Restituam Israelem in pristinum statum, robur, Regnum, felicitatem, libertatem, &c[r]. Ad maximam dignitatem provehetur Daniel, instar Josephi, cui ob id *cornu* tribuitur, Deut. 33. 17. Vide Dan. 6. 2†. Reflorescet potentia Judæorum, in Jechonia, quem Evilmerodach Regio honori restituet[t]; in Mardochæo & Daniele[v]; deinde in Judæis per Cyrum reducendis, &c[x]. ¶ *Tibi dabo apertum os*] i. e. Occasionem laudandi nomen meum[y]: vel, libertatem loquendi[z]. Ubi tam multa abs te Judæis, à Daniele Chaldæis, prædicta evenerint, auctoritatem jam majorem dicta tua apud populum habebunt. Vide suprà 24. 27†.

CAP. XXX.

2. Ululate] Vos Ægyptii[a], & cæteri quorum clades hîc prædico[b]. ¶ *Væ*, &c. הה ליום] *Hah* (vel, *Væ*, Mo. P. Ti.) *diei*, M. sub. *afflictionis*, V. *O diem infelicem!* Q. in V. dicentes, *Ah, de die ista*, JT. vel, *Ab diem illum!* scil. Jehovæ, ex v. seq[c].

3. *Dies nubis*] Vel, *nubila*, JT. sic Pi. vel, *atra*, G. Ut res secundæ luce & splendore, ità procellæ rerum adversarum nube, figurari solent[d]. q.d. Tempus turbulentum*. ¶ *Tempus gentium*] Nempe ad pœnam[f]; fatale supplicium[g]. Tempus quo gentes superaturæ & afflicturæ sunt Ægyptios[h]. *Tempus gentium*, vel, 1. vastantium[i], h.e. Chaldæorum[k]; quo scilicet facient quod volent; quos, potiùs quàm Ægyptios, *gentes* vocat, quia magis feri erant[l]: vel potiùs, 2. tempus vastandarum gentium, putà Ægyptiorum[m], & Æthiopum[n]. Sic *dies Ægypti* v. 9. vocantur dies excidii ejusdem[o].

4. *Et erit pavor*; ità M. Ti. Ca. sim. Ch. V. חלחלה] *Vacillatio*, Mo. *dolor*, P. *dolor magnus*, sive *gravis*, JT. Pi. *conturbatio*, ο'. sic Ar. *stupor*, Sy. ¶ *In*, &c. בכוש] *In Chus*, P. *in Æthiopia*, M. Ti. JT. Pi. V. &c. utpote subjectâ Ægypto[p]. In Arabia felice & Æthiopia trans mare Rubrum secundùm Ægyptum. Tractus ille secundùm mare apud veteres Arabiæ magis & Æthiopiæ deputatus est quàm Ægypto, ut ex Esa. 19. & ex Herod. & Diod. constat[q]. *In Æthiopia*, i. e. in illis partibus quæ fœderatæ erant Ægypto[r]. Unam gentem pro omnibus posuit: q. d. Tanta erit Ægypti calamitas, ut omnes vicinæ gentes tremant[t]. ¶ *Et destructa* (vel, *destruentur*, JT. Pi.) *fundamenta ejus*] Sic vocat vel, 1. urbes[v], & arces bene fundatas & munitas[x]: vel, 2. Principes & leges; utrique enim sunt fundamenta reip[y].

5. *Et Libya*, ופוט] *Et Put*, P. &c. vel, *Putei*, JT. Pi. &c. i. e. Cyrenæi sive Pentapolitani*. Putæorum plerique vixerunt ultra Tritonidem paludem, (quæ Africam in duas partes penè æquales dividit;) nonnulli tamen citra eam, & prope Ægyptum, ut hinc colligitur, & ex Jer. 46. 9[z]. [ubi dicta vide.] *Libya*: [rectè:] Nam & Afri inter socios Ægypti Jerem. 46. 9. & hinc belli in Africam prætextum sumpsit Nabuch. ut alibi diximus[a]. ¶ *Et Lydi*, ולוד] *Et Lud*, P. &c. vel, *Ludæi*, JT. Pi. i. e. Mareotæ Ægyptii; vel potiùs, Libyes, qui inter Ægyptum & Cyrenas siti†. Lydi socii Ægyptiorum Jerem. 46. 9[b]. ¶ *Et*, &c. וכל־הערב] *Et omne vulgus*, Mo. P. vel, *promiscuum vulgus*, M. Ti. *plebs*, Ca. *totáque miscellanea turba*, JT. Pi. Miles mercenarius[c], ex multis gentibus allectus[d]. Auxiliares copiæ Carum, Ionum, Græcorúmque aliorum, in Cyrenaicum agrum adventantes, ut antè notatum*. ¶ *Et Chub*] *Cubii* in Mareotide apud Ptolemæum[f]. Arabia[g]. *Cubæi*, JT. Pi. i.e. Libyæ interioris incolæ[h]. Æthiopes sub Ægypto, apud quos emporium *Cobe* Ptolemæo, in Avalite sinu; etiam qui ad Nigritas pertinebant in occidua Æthiopia, prout Æthiopia ab Homero distincta est. Atque hinc *Cubæi* videntur vocari qui geographis *Nubæi*, mutatâ literâ primâ[i]. ¶ *Et* (vel, *denique*, JT. Pi.) *filii terræ fœderis*] Ità Mo. P. M. Ti. vel, *juncti fœdere*, JT. *qui degunt in terra confœderata*, Pi. *fœderatæ regionis homines*. i.e. Vel, 1. Israelitæ[k]. Judæi multi eâdem calamitate involventur, Jer. 42. 22. & 44. 14[l]. *Filii fœderis mei*, ο'. Ar. Confirmant hanc interpretationem, 1. Quòd hi alibi vocantur *filii testamenti*, Act. 3. 25. sive *promissionis*, Gal. 4. 28. 2. Eventus: Nam reliquiæ Judæorum, excisâ Hierosolymâ, abierunt in Ægyptum, ubi eandem cum Ægyptiis fortunam subierunt. 3. Quòd Canaan vocatur *terra promissionis*, quod idem est ac terra fœderis*. Vel, 2. omnes alii qui Ægyptiis confœderati sunt[m]. Qui cum hac terra fœdus inierunt[n]. Finitimi Ægyptiis & confœderati[o]. Fœderatos hos jam enumeravit, & brevitatis causâ universè *fœderatorum* appellatione concludit[p].

6. *Corruent fulcientes* (vel, *qui sustentant*, Pi. sic JT.) *Ægyptum*] Vel, 1. faventes Ægyptiis[q]; socii & auxilia[r]: vel, 2. Principes & proceres & duces Ægypti†. ¶ *Destruetur superbia*, &c. גאון עזה] *Fastus roboris ejus*, JT. Pi. i. e. fastuosissima ejus potentia, quæ omnes, & inprimis populum meum, terrebat. Insolentia Ægypti passim reprehenditur, ut Esa. 31. & Jerem. 46[t]. ¶ *A turre Syenes*] Sub. ex Ezec. 29. 10. *usque ad terminum Æthiopiæ*, V.

7. *In medio terrarum*, &c.] i. e. Erunt de numero: perinde atque aliæ regiones jam devastatæ[v]: ut quæ maximè. Vide Ezec. 29. 12[x].

9. *Egredientur nuncii* (vel, 1. Chaldæi, quasi legati à Deo missi[z]. At hi terrestri, non navali, itinere venerunt[a]. Vel, 2. alii[b], qui effugient[c], & Æthiopibus nunciabunt Ægypti vastationem[d].) *à facie mea*] Ità P. &c. vel, *à conspectu meo*, JT. i. e. à præsentissimo meo severissimóque judicio contra Ægyptios*. Vel, *à me*, Pi. V. sub. *missi*, V. h. e. meo consilio & providentiâ†. ¶ *In trieribus* (vel, *navibus*, P. JT. Pi. &c. per Nilum*, & mare†;) *ad*, &c. להחריד את־כוש בטח] *Ad terrendum* (scil. nuncio de irruptione hostili Chaldæorum[f],) *Chus* (vel, *Æthiopiam*, M. Ti. JT. &c. Malim, *Arabiam*, in quam Ægyptii navibus per mare Rubrum sæpe commeant: in *Æthiopiam* verò nè per Nilum quidem adversum navigatur propter cataractas prope Syenen[g].) *confidenter*, Mo. vel, *securam*, JT. Pi. sim. Ti. Ca. Heb. qui est cum *fiducia*, Pi. habitantem *confidenter*, P. M. i.e. degentem

degentem in otio[h]. Alii in Arab. felicem per mare Rubrum, per fossam à Nilo ductam, facilè ferebantur; alii in Cyrenaicam vel Pentapolitanam regionem per mare Mediterraneum; alii denique in Æthiopiam per Nilum ferebantur[i]. [Sed hanc viam præclusit Cl. Bochartus, ut jam dictum.] ¶ *Et erit pavor in eis in die Ægypti*] Sic ο'. Ch. Sy. Ar. non, die felicitatis ejus[k], sed, cladis[l]. ¶ "כְּיוֹם וגו] *Secundum diem* (vel, *ut diei*, JT. *sicut in die*, P. *qualis fuit die*, Pi.) *Ægypti*, M. Ti. Mo. &c. Ut quum Deus per Mosen Ægyptios olim percussit[m]. Al. Timebunt sibi sicut timebant cùm Ægyptus vastaretur[n]. Passuri sunt diem illum calamitosum quem Ægyptii in sui eliminatione sustinuerunt[o]. *Quantum esse consentaneum est Ægyptiâ die.* Magnus, ut accidere necesse est in tanti Regni interitu. *Diem* enim fatum vocat & supplicium[p].

10. *Cessare faciam*, &c.] Turbam ejus multùm imminuam[q].

11. *Fortissimi*, &c. ità P. "עָרִיצֵי וגו] *Violentissimi* (vel, *crudelissimi*, Pi.) *gentium*, JT. Pi. *qui grassantur inter gentes*, M. Ti. [qu. d. Flagella quibus Deus castigat gentes.]

12. *Et*, &c. "וְנָתַתִּי וגו] *Et dabo*, vel *ponam*, vel *reddam*, *flumina* (sub. *ejus*, Ti. vel, *alveos*, M. Nili διώρυχας[r]. *fossas* dixit Sextus Aurelius; *fluenta*, lex unica C. De Nili aggeribus †:) *siccitatem*, vel *sicca*, Mo. Ca. &c. Aquis aliò deductis[t]. Canales exsiccabo per quos Nili aqua ad agros rigandos artificiosè derivatur. [Idque præstabo,] vel, cessante agriculturâ; vel, multitudine militum Chaldæorum; vel, Ægyptios sterilitate percutiendo, & aquarum incrementum quo fœcundatur prohibendo[v]. Vel, sternam Chaldæis tam facilem viam etiam per flumina, acsi, rivis arefactis, terra ubique complanata esset[x]. Nam neque fluenta Nili, neque aquæductus illius, neque Trajanus amnis, neque fossa illa à Nilo ad mare Rubrum perducta, eis impedimento fuerunt: sed, contrà, idipsum accidit quod ab oraculo Apollinis prædictum fuisse narrat Herod. fossam illam hosti fore, non Ægypto, commodam[y]. ¶ *Et tradam*, &c. "וּמָכַרְתִּי וגו] *Et vendam*, &c. Mo. P. M. &c. i.e. Vendens tradam, sive dedam[z]. Tradam more vendentis[a].

13. *Disperdam*, &c.] Significat hoc versu & seq. tam acerbum fore Dei judicium, ut nulla pars Ægypti, nè munitissima quidem aut longinquissima, effugere possit. Summa hujus versûs est, Nihil tam munitum fore, quin Deus Babyloniis pervium efficiet. Muniuntur autem quæcunque munita sunt, aut religione, aut opibus humanis, aut multitudine: ostendit autem nihil horum substiturum esse[b]. ¶ *Cessare faciam idola de Memphu*, מֹנֹף] *A Noph*, M. P. Ti. &c. *Noph* est Memphis[c], urbs Ægypti celeberrima & notissima[d], postea dicta *Ægypti Babylonia*, nunc Arabum linguâ *Cair*, sive *Cayrus*[*], vulgò *Alcair*[f], sita in ipso quasi umbilico Ægypti[g], non longè ab ostiis Nili[h], juxta Heliopolin[i], ubi Nilus scinditur in formam τοῦ *Delta*; olim sedes Regum Ægypti, ubi & Regum sepulturæ, columnæ & pyramides, de quibus Martial. *Barbara pyramidum sileat miracula Memphis*: unde & in ea erant sapientes & philosophi. Fuit hæc metropolis superstitionis[k], Apis Dei cultu, educatione & aulâ celebris[l]; ubi erat Apidis, vel Serapidis, templum[m]: de quo Tibullus l. 1. *Te canit, atque suum proles miratur Osirim Barbara, Memphiten plangere docta bovem*; & Ovid. de Arte amandi 1. *Nec fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ*[n]. Hinc Prophetæ contra eam urbem adeò detonant, Esa. 19. 13. Jer. 46. 19. (In Os. 9. 6. appellatur *Moph*, à monte propinquo Mophi, cujus meminit Herod. l. 2°. A *Moph* autem, per epenthesin, fit *Menph*, *Memph*, &, terminatione Græcâ, Memphis[*].) præsertim quia Judæi exsules, contra jussum Domini, ibi consederunt[p]. ¶ *Et dux* (vel, *princeps*, Sy. Pi. M. Ti.) *de terra* (vel, *qui sit de terra*, M. Ti.) *Ægypti*, &c.] i.e. Rex toti Ægypto imperans[q]. ¶ "וְנָשִׂיא וגו] *Et prælatus*, &c. Mo. vel, *gubernator*, Ca. *principes*, JT. Pi. Ar.

14. *Et*, &c. "וַהֲשִׁמֹּתִי וגו] *Et* (vel, *Nam*, JT.) *desolabo Pathros*, P. sic JT. Pi. De quo vide dicta ad Ezec. 29. 14[r]. Videtur hîc & versibus seq. Propheta eundem ordinem in narrando servare quem tenuit Nebuchadnetzar in Ægypti occupatione. *Pathros* hîc esse possit,

h V. — i Jun. — k Mar. — l Mar. sim. — m Mo. — n Pol. sim. Pi. — o V. — p M. — q Ca. — G. sim. V. — r G. ex Hi. — † G. — t T. — v Mo. — x T. sim. Jun. — y Jun. — z Jun. — a V. — b Jun. — c G. sic M. ex Ch. Pi. Mo. &c. Ls. — d Mo. sim. Ls. T. &c. — * T. ex Ls. — f Ls. — g Jun. — h Mo. — i Ls. sim. T. — k Ls. — l Jun. — m Ls. — n Ls. sic G. — o Pol. — * D. misc. 1. 62. — p Ls. — q G. — r G. Pi.

vel, 1. regio, frons Ægypti, continens nomon Sethroïten, sive Sethraïten, & partem nomi Arabiæ vulgò dicti: vel, 2. urbs, *Herculis parva urbs* dicta, eò quòd firmissimum in ipso Ægypti aditu munimentum esset[†]. ¶ *In Taphnis*] Dicendum fuerat, *Tanis*, ut hîc ο'. & Ch. Ea enim est צֹעַן Num. 13. 22. Vide quæ diximus ad Matt. 1. 21[t]. In oppido Tanis & regione vel nomo Tanitico intra Delta, ad quam regionem pervius fuit transitus Pathroso occupatâ[v]. ¶ *In*, &c. בְּנֹא] *In No*, M. P. Ti. JT. Pi. &c. i.e. Vel, 1. in Alexandria[x], & nomo Alexandrino[y]. Cui sententiæ repugnant, 1. situs illius nomi, qui est in altero fine Ægypti Cyrenas versùs: 2. veritas historiæ; nam Alexandriam diu pòst conditam esse omnes consentiunt[z]. Resp. Nomen itaque *Alexandriæ* hîc ponitur per πρόληψιν, sive anticipationem[a], quia Alexandria condita erat ubi No vetus fuerat[b]. Hanc urbem vastavit Nabuch. sed postea instauravit Alexander[c]. Vel, 2. in oppido & nomo quem Ptolem. vocat *Neuth*. Urbem Herod. appellat *Natho*, & nomon *Nathiten*, qui secundùm mare situs est infra Taniticum, & eodem fluento in Delta circumclusus: cujus pars Hermotybias, i.e. equites, ad regni defensionem alebat, ex lege Regni, ut narrat Herodotus[d].

15. *Super*, &c. "עַל סִין וגו] *Super* (vel, *contra*, Ti.) *Sin*, (sub. *quæ est*, M. Ti.) *robur* (vel, *munitionem*, Pi.) *Ægypti*, P. M. Ti. &c. *Sin* hîc est vel, 1. Syene[*]: vel, fortè, 2. *Sain*, uno puncto mutato, ut ο'. interpretantur[f]: vel, 3. Pelusium. Quæ urbs *Sin* appellatur, vel, 1. quòd objecta esset à deserto Sin venientibus. Sed urbs deserto nomen dedit[g]. Vel, 2. quia סִין Syris id ipsum est quod Græcis πηλὸς *lutum*, ut [in Syr. vers.] Psal. 18. 43. Dicitur item hæc urbs *robur Ægypti*, quia ex illa parte Ægyptus est *aditu difficillima*, teste Strabone; ideóque *os* Nili *Pelusiacum maximè muniverunt*, inquit Diod. *Pelusium est clavis Ægypti*, &c. inquit Suidas. Polyænus Strategem. l. 7. *Cambyses*, inquit, *Pelusium obsidebat*; *Ægyptii fortiter obstiterunt*, *clausis Ægypti ostiis*[h]. Pelusium erat clausura Ægypti ex adverso Arabiæ Petrææ[i]. Ibi portus inter primos[k], & arx munitissima mare respiciens[l]. Sin erat oppidum ad Taricheas Pelusias situm, cis paludem Selbonidem, sive Serbonidem, quod historici appellant Cassium, unde Cassiotes nomos, vel Cassioticus. Atque hoc firmamentum primum Ægypti fuit. Nam aditus Ægypti, inter duo maria, his firmissimis clausuris munitus erat: Cassio vel Sine ad mare Mediterraneum, desertísque amplissimis; Daphnis Pelusiis, i.e. Tachpenes, ad inferiorem partem Nili; Pathros, sive Herculis civitate parvâ, quam alii Heracleam dicunt; Pibeseth, i.e. Bubasto, sive Bubasti, ad Nilum; & Pithom, sive Patumo apud Herodotum, quam urbem alii omnes geographi Heroum, sive Heroopolin, appellârunt. Nec miretur aliquis quòd reflexo quasi itinere Nebuchadnetzar à Nathite nomo ad Cassioten reverterit. Nam prudenter ille à Cassiote primùm invadendo abstinuit, tum, 1. propter asperitatem loci, ubi primo congressu exercitus ipsius fuisset inopiâ commeatûs omnis, barathrorum, sive bathrorum, (ut Polyb. & Strabo vocant,) ignoratione, & mille incommodis, pressus: tum, 2. propter diligentem de commeatu prospicientiam, quem, occupatis proximis Nili fluentis, & duabus illis præfecturis, Tani & Neuth, adjunctis sibi, commodissimè demum omnibus suis copiis potuit procurare[m]. ¶ *Et*, &c. וְהִכְרַתִּי אֶת־הֲמוֹן נֹא] *Et exscindam* (vel, *Et exterminabo*, M. *Quum excidero*, JT.) *multitudinem* (vel, *opulentiam*, Sy. vel, *tumultum*, Ti.) *No*, Pi. Ti. &c. vel, *Alexandriæ*, M. Ch. vel, *Mempheos*, ο'. Ar. Al. *Et succîdam Hamm-No*, pro quo Nah. 3. 8. est, *No-Amon*, h.e. Diospolin, sive urbem Jovis, (qui Ægyptiis *Amon* vel *Hamon* dicitur:) h.e. vel, Thebas Ægyptias; vel, alteram Diospolin prope Mendetem & Leontopolim & Busirim, quam, præter alveos Nili, varii lacus cingebant[n]. [Vide dicenda, bono cum Deo, ad Nah. 3. 8.]

16. *Erit*, &c. תִּהְיֶה לְהִבָּקַע] *Disrumpetur*, JT. Pi. sim. Ca. *dissecabitur*, Ti. *erit ut scindatur*, P. sim. Mo. vel, *in dissipationem*, M. *ad rumpendum*, i.e. perrumpentur muri ejus[o]. ¶ *Et in*, &c. וְנֹף צָרֵי יוֹמָם] *Et* (vel, *Itemque*, Pi.) *Noph* (vel, *ipsi Noph*, Mo. P. *contra*

† Jun. — t G. — v Jun. — x Q. in Jun. G. ex Hi. M. Pi. Ls. ex Ch. — y Q. in Jun. — z Jun. — a G. ex Hi. sim. Ls. T. &c. — b G. — c Ls. — d Jun. — * M. — f G. ità Jun. Pi. Pol. BP. &c. — g Pol. — h BP. 4. 17. 312. — i Pol. — k T. sim. — l Mc. ex Ls. T. — m Jun. — n BP. 1. 1. 6. — o V.

Noph, M.) hostibus quotidianis, JT. intellige, exposita erit P: vel, per hostes quotidianos, Pi. Al. tormina (vel, angustiæ, P. Ti. vel, adversarii, M. sub. erunt, Ti. vel, sub. venient, M. P.) interdiu, Mo. P. Ti. &c. non noctè. Memphis quotidianas feret res adversas, Ca. Noph vulgò pro Memphi accipitur, ut antè exposuimus vers. 13. (licèt malè à plerisque cum Moph, i.e. Momemphi, prout Strabo & Stephanus vocant, confunditur;) & ità exponi interdum postulant Scripturæ loci: sed mihi potiùs videtur nomen esse duorum locorum commune, Mempheos & Onupheos: hîc verò Onuphin interpretor, unde Onuphites nomos: nam Onuphis oppidum fuit potentissimum, mediano Nili alveo in medio Delta situm; quem locum Propheta hîc respexisse videtur, ut ostendat Regem Nebuchadnezarem velut in umbilico illius Delta sedem suam statuisse, ut toti Ægypto sine molestia imperitaret.

17. Juvenes Heliopoleos; ità JT. Pi. [אָוֶן] Aven, M. P. Ti. Quod rectè legi potest אוֹן On, ut scribitur Gen. 41. 45 †. Pro quo hîc est אָוֶן, quod vanitatem, seu iniquitatem, sign. quâ punctorum mutatione videtur notare illorum mores per allusionem & paronomasiam. On, Onii Ptolemæo, in nomo Heliopolitano. ¶ Et, &c. [וּפִי־בֶסֶת] Et Phibeseth, P. M. Ti. i.e. Bubasti urbis; unde Bubastites nomos. ¶ Et ipsæ, &c.] Ità V. &c. Sub. urbes, vel mulieres, V.

18. Et in, &c. [וּבִתְחַפְנְחֵס וגו׳] Porrò in Taphnes, &c. Ti. sim. M. P. In Daphnu Pelusiis. Vide quæ ad Esa. 30. v. 4. & Jer. 43. 7. Alibi vocatur hæc urbs Tachpenes, de nomine illius Reginæ 1 Reg. 11. 19. aut Tachpanches, Jer. 43. 7. Sed alius, meo judicio, est hic locus à Daphnis, sive Tachpene: Est enim Techapnechesa remotissimus ab ea parte Ægypti terminus, ubi illa est anfractuosa in Nilo supra Syenem, quam Herod. appellat Tacompso, Ptol. Metacompso, alii Tachempso: qui tractus minorem cataractem à majore dividit. Tanta, inquit, calamitas erit Ægypti, ut immunis non sit tractus ille qui & longinquitate itineris, & asperitate loci, & naturâ ac situ, videtur securissimus. ¶ Nigrescet, &c. [חָשַׂךְ הַיּוֹם] Obtenebrescet dies, Ti. sic Pi. sim. JT. Ca. o'. Luctus erit. Dies vertetur in noctem præ nimio luctu *. Vide ad Matt. 24. 29. [Legerunt חָשַׁךְ.] Al. vitavit lux diem, M. prohibebit (vel, prohibuit, Mo. vel, arcebit, i.e. retinebit apud se,) dies, P. Mo. sub. lucem suam, P. Scribitur hîc חָשַׂךְ, non חָשַׁךְ, licèt utrinque eadem maneat sententia. ¶ Cùm contrivero (vel, fregero, Pi. sic JT.) ibi sceptra, &c. [מוֹטוֹת וגו׳] Vectes, &c. P. Ti. M. jugum, Pi. lora, JT. catenas, V. vincula, sub. jugorum, i.e. juga Ægypti: robur, &c. Ch. in M. Imperium tyrannicum quo Ægyptii premunt alios. Quum asseruero in libertatem quos Ægyptii tenent in servitute. Donantur enim libertate captivi urbe expugnatâ. Infra 34. 27. plena locutio legitur, מוֹטוֹת עֻלָּם, vincula jugi eorum. Al. In tractu illo quædam veluti catenæ & lora, magno Ægypti commodo, sistendis Æthiopum incursionibus, erant constitutæ. ¶ Nubes] i.e. Calamitas.

20. Undecimo anno] Non multò post illam revelationem quæ perscripta est cap. 29.

21. Brachium Pharaonis (dicti Hophrah) —confregi] Incepi jam exsequi decreta mea contra Aprien, Cyrenæis in eum concitatis. Alludit ad insignem illam victoriam quam Babylonius de Pharaone Necho reportavit. Vel, confringam; præt. Heb. pro fut. Est enim alia prophetia in Ægyptios †. ¶ Non est, &c. לֹא חֻבְּשָׁה לָתֵת רְפֻאוֹת לָשׂוּם חִתּוּל לְחָבְשָׁהּ לְחָזְקָהּ לִתְפֹּשׂ בֶּחָרֶב] Non est, vel fuit, alligatum, vel circumligatum, Mo. P. M. sic Ti. (vel, non alligabitur, JT. sim. Pi.) ut ponantur, vel dentur, medicamina, sive medelæ, P. M. sim. Mo. Ti. (vel, inditis medicamentis, JT. Pi. i.e. Sic affligam Ægyptios, ut resurgere aut pristinas vires recuperare non possint. Metaphora à chirurgis: q.d. Nullâ medicina sanari poterit.) ut apponatur fascia, sive ligamen, P. M. Ti. sim. Mo. (vel, aut impositâ fasciâ, Pi. sic JT.) ad obligandum (vel, curandum, M.) illud, P. JT. Pi. ad roborandum, vel firmandum, illud, Mo. P. M. Ti. (vel, ut confirmetur, JT. Pi.) ut teneat (vel, quatenus tenere possit, Ti. vel, ad tractandum, JT.) gladium, P. Ti. sim. Mo. Pi. &c. Sensus, Malum ejus non modò non levabitur, sed & magis ingravescet in dies. Dictis cladibus ità contusæ sunt vires Pharaonis, ut nullâ arte, nullâ ope in integrum & pristinum statum restitui, imò nec gladium tenere, h. e. bellum prosequi, possit. [Ca. versum sic reddit, Ego Pharaonis——brachium frangam, idque ità ut non obligetur adhibendis medicamentis apponendisque cataplasmatis, quò obligatum firmetur ad tenendum gladium.]

22. Comminuam brachium ejus forte, &c. אֶת־הַחֲזָקָה וְאֶת־הַנִּשְׁבָּרֶת] Fortitudinem, & confractum, Mo. ac fortitudinem, & jam confractum est, P. forte, & confractum, sub. manebit confractum, K. in M. quod forte, vel robustum, est, sed (vel, sed &, Ti.) confractum, M. Ti. tum firmum, sive validum, tum fractum, Pi. Ca. [Sed variè explicant.] Nescio an dextrum sinistrúmque innuit. Al. Opes, tum illas quæ integræ manserunt, tum eas quæ imminutæ sunt. Illud quod firmum est, & quod fractum fuit, JT. Omnes Ægypti vires omnino enervabo, neque miserebor fractarum, neque feram integras. Forte, vel robustum, illud, sub. regnum, & illud quod jam fractum est, i.e. regionem illam quam detraxit illi Rex Babylonis. Confracto jam uno brachio, nempe Regno Syriæ, sive parte illâ Regni à rivo Ægypti usque ad flumen Euphratem, alterum ejus brachium, Ægypti Regnum, comminuam*; quod reliquum est Regni tollam, ut neutrâ manu gladium tenere possit. Ità præripiam illi omnem belli gerendi, Judæisque ferendi auxilii, facultatem.

24. Et confortabo, &c.] Civile [Ægypti] bellum excipietur ab externo [à Nabuch. illato.] ¶ Dabóque gladium, &c.] i.e. Instrumenta suppeditabo ad perficiendum judicia mea. ¶ Gemitibus, &c. נַאֲקוֹת חָלָל] Gemitibus (vel, vociferatione, P.) confossorum, JT. sim. Ch. vel, occisorum, Sy. sicut ingemiscit confossus, Pi. sim. Ti. vulneratus ad mortem; vel, agens animam dum interficitur. Muliebriter ejulabit, &, tanquam confossus, in morte præsentissima ingemiscet.

CAP. XXXI.

1. Tertio mense] Duobus mensibus posteriùs hæc revelatio facta est quàm ea quæ proximè præcessit.

2. Et populo ejus] Vel, multitudini ejus, JT. Pi. i.e. populo degenti in Ægypto: erat enim populosa admodum. ¶ Cui similis factus es, &c?] Cui te poterimus comparare? adeò tibi magnus videris. Argumentatur à majore ad minus. q. d. Cuinam venis comparandus, si spectetur magnitudo, magnificentia, excellentia tua? An Regi Assyriorum? q. d. Non: fuit enim ille multò major te, & tamen me autore cecidit, &c. quantò magis tu? Deus h. l. immanem Pharaonis præfidentiam ferociámque retundit, cúmque exemplo paris aut superioris Regis à Deo subacti terret*. Cui similis, &c? Nempe Regi Assyrio perinde fastuoso, qui sicut à Chaldæis pessimè tractatus est, ità & ab eisdem tractabitur Rex Ægypti. Ipsam deinde Assyrii superbiam ac cladem aliis comparationibus illustrat; quò magis intelligat Ægyptius quid sibi sit exspectandum.

3. Ecce, Assur] i.e. Rex Assyriæ, Sennacherib, vel Esarhaddon*. Verùm Assur hîc vocatur ipse Pharao, & Ægyptii †, ut Esa. 52. 4*. vel, quia Ægyptii ab Assyriis erant orti; vel potiùs, quia Ægyptii se illis gloriâ, potentiâ, &c. æquabant, & pariter à Chaldæis vastandi erant. Probatur, 1. Quia toto hoc capite prophetans contra Pharaonem, continuè agit de hoc Assur. 2. Postquam egit fusè de Assur, non explicat, nec comparat eum Pharaoni. 3. Pharaonem non tam comparat Assyrio, quàm cedro, ut patet. 4. Eodem schemate Balsasar vocatur Lucifer, Esa. 14. 12. & Rex Tyri, Cherub, Ezec. 28. 14. 5. Assur fuit exemplar tyrannorum, ideóque quosvis tyrannos significat †. ¶ Quasi, &c. אֶרֶז] Cedrus, Mo. JT. Pi. Ca. sub. est, vel erat, JT. Pi. Ca. similis est, vel erat, cedro, M. Ti. sim. P. Ob animi altitudinem, Regni amplitudinem, robur, stabilitatem & in-

Jun. V. Jun. † G. Pi. G. sim. Jun. Pol. &c. G. sim. Jun. Pi. Bi. 4. 32. 332. ... ex Jun. G. sim. Jun. Pi. Pol. BP. ib. G. Pol. Jun. Ca. * V. G. V. M. V. Pi. V. Jun. M. G. Pi. G. Q. in V. sim. Jun. † V. Idem. G. T. sim. Mc. Ca. Pi. Jun. V. T. Mc. *T. Mc. Pol. G. Jun. G. V. Jun. G. V. Mc. V. Jun. G. Pi. V. Q. in L. Pi. Pol. Mc. ex L. *Mc. † L.

incorruptionem [l]. Solent Reges excelsis arboribus comparari, Dan. 4. 20,21,22. Ezec. 17. 3 [k]. ¶ *Pulcher ramis, & frondibus*, &c. [וְחֹרֶשׁ מֵצַל] *Et cedua sylva inumbrans*, Mo. *& ramis densis*, P. *& virgultis* (i. e. foliis [l]; vel, *frondibus*, M. *nemore*, Ti.) *umbrosa*, JT. Pi. sim. Ca. Brachiis in omnes partes productis ad commoditatem omnium [m]. ¶ *Et inter*, &c. [וּבֵין עֲבֹתִים הָיְתָה צַמַּרְתּוֹ] *Et inter implicata* (vel, *condensa*, P. Ti. sub. *arborum*, Ti. vel, *condensitatem ramorum*, M. *densos ramos*, JT. Pi. sic V.) *fuit cacumen* (vel, *summus ramus*, Pi. vel, *erant calami summi*, JT.) *ejus*, Mo. P. M. &c. De hoc ramo excelsiore vide Ezec. 17. 3. *Cedrus*, Rex: *rami & condensa*, populi Ægyptiaci & exteræ gentes illi subditæ [n]. *Ramus sublimior* est Rex, quem stipârunt *frondes condensæ*, h. e. multi Principes & Reges minores [o]. Rex, *cedrus*; filii, *rami*; Principes, *frondes*. Aut potius, *ramos* vocat Imperii amplitudinem, opes & potentiam; (quia sub ramis ait nidificâsse volucres cœli, v. 6.) *frondes* verò, ejusdem gloriam & pompam [p]. [Alii sic reddunt;] *Ut habeat inter nubila cacumen*, Ca. *Ad nubes pervenit cacumen ejus*: nam עָב etiam *nubem* significat [q].

4. *Aquæ nutrierunt* (vel, *educaverunt*, JT. Hebr. *magnificaverunt*, V. sic Pi.) *illum*] Ingens aquarum abundantia, qualis in Tigride & Nilo [r]. ¶ *Abyssus*] i. e. Aquæ perennes, quæ nunquam exsiccari possint, nec intercipi †. ¶ *Flumina ejus*, &c.] Per *aquas*, *abyssum*, & *flumina*, intelligit Nilum, qui, in rivos & fossas deductus, totam Ægyptum fœcundat: Sub his autem symbolicè intelligit copiam divitiarum & militum [t], mirámque felicitatem à Divina benevolentia acceptam [v]. ¶ *Et*, &c. [וְאֶת תְּעָלֹתֶיהָ וגו'] *Et aquæductus* (vel, *rivulos*, P. G. sic Ti. Ca. *scaturigines*, M.) *suos mittebat* (sub. *abyssus*, M.) *ad omnes arbores agri*, JT. sim. Mo. Pi. &c. Principes suos irrigabat ubertate suâ [x]. Non solùm commodis abundavit, sed & illa in alios largiter derivavit [y]. Suas divitias, postquam quæ sibi necessaria erant acceperat, in alios Reges & Regna effundebat [z]. Al. Est metaphora, nam per *rivulos* intelligit arborum traduces; per *traduces* verò, allegoricè, colonias [a].

5. *Elevata est*, &c.] Ità ο'. Mo. simil. P. Ti. Ca. &c. Superbiit. Vide infrà v. 10. Nam sæpe hîc & alibi in Prophetis res eadem repetitur [b]. ¶ [גָּבְהָא] *Exaltavit se*, JT. *in altum surrexit*, M. sim. Pi. ¶ *Elevati sunt* (vel, *Prolongabantur*, JT. Pi. sic P. &c.) *rami ejus præ*, &c. [מִמַּיִם רַבִּים בְּשַׁלְּחוֹ] *Propter aquas multas*, P. M. Ti. &c. (vel, *ab aquis amplis*, Pi.) *in mittendo eam*, Mo. vel, *quum illa mittebat* eas, P. *quas ipsa* (sub. *abyssus*, M. V.) *misit*, Ti. M. V. vel, *quum emitteret* germina, Pi. [Alii locum aliter reddunt.] *Quos emittebat aquis multis*, JT. *dum se præ humoris abundantia diffundit*, Ca.

6. *In ramis ejus*, &c.] i.e. Multæ gentes ad ejus tutelam confugerunt [c], & in ejus ditione versabantur [d]. Confer Ezec. 17. 23. Dan. 4. 12, 21 *. Benefecit plurimis, & fuit sub eo pax magna [f]. ¶ *Genuerunt omnes bestiæ*, &c.] Crevêre populi faustâ sobole [g]. Per *volatilia* hîc intelligit magnates; per *bestias*, plebem & gentes, maximè feras & barbaras, quas Pharao domuit [h].

7. *Erátque*, &c. [וַיִּיף בְּגָדְלוֹ] *Et* (vel, *Denique*, JT. Pi. *Adeò*, Ca. *Itaque*, P. &c.) *pulchruit* (vel, *pulchra est*, sive *erat*, JT. Ca. Pi. sim. P. M. Ti.) *in magnitudine* (vel, *magnificentia*, M.) *sua*, Mo. Ti. P. JT. &c. q. d. Hæc omnia infuerunt, & si quid aliud est præterea quod ad perfectionem harum rerum opus fuisse videatur [i].

8. *Cedri*, &c. [אֲרָזִים לֹא עֲמָמֻהוּ בְּגַן וגו'] *Cedri non absconderunt* (vel, *obscuraverunt*, Mo. M. V. *operuerunt*, V.) *eam in horto Dei*, P. i.e. Nullæ cedri eam superaverunt, ne eæ quidem quæ fuerunt in paradiso terrestri [l]. [Alii ordinem verborum mutant:] *Cedri in hortis*, sive *horto*, *Dei* (i. e. in Paradiso [m], in Edene [n],) *non abscondebant* (vel, *superabant*, Pi.) *eam*, JT. Loquendi genus idem quod suprà 28. 13 [o]. Nulla natio præstantior Assyriis [p]. Nullus Rex par illi [r], h. e. Pharaoni †: imò Regi Assyriorum propriè dicto [s]; ut patet ex litera, & ex collat. Ezec. cap. 32 [x]. ¶ *Abietes* (i. e. Principes, divites & potentes [x],) *non*, &c. [לֹא דָמוּ וגו'] *Non fuerunt similes ramis* (vel, *ramusculis*, JT. Pi.) *ejus*, P. JT. Pi. sic Mo. &c. ¶ *Et*, &c. [וְעַרְמֹנִים] *Et castaneæ*, M. P. Ti. Mo. JT. Pi. Ca. vel, *populi*, Sy. *platani*, Vulg. ¶ *Omne lignum paradisi Dei*] i.e. Babyloniæ, ubi quondam Paradisus fuerat Adamo datus [y].

9. *Speciosum feci*, &c.] q.d. Totum hoc debetur benedictioni meæ [z]. ¶ *Et*, &c. [וַיְקַנְאֻהוּ וגו'] *Et æmulatæ sunt eam*, M. P. Ti. sic ο'. Mo. *adeò ut inviderent ei*, Sy. JT. Pi. sim. Ca. Ar. G. i. e. invisuræ essent, putà si vidissent [a].

10. *Pro eo*, &c. [יַעַן אֲשֶׁר גָּבַהְתָּ וגו'] *Quandoquidem*, vel *Eò quòd*, *elevatus es* (vel, *te exaltas*, JT. *altus es redditus*, Pi.) *staturâ*, P. simil. Mo. M. Ti. ¶ *Et dedit* (vel, *posuit*, M. Ti. nempe ex fastu & superbia [p],) *summitatem suam*, &c.] Ità P. sim. M. Ti. &c. Al. *Sanè erexerat illa cedrus summum ramum suum*, &c. Pi. q.d. Insolentior factus est, & contumeliosus in Deum [q]. Hæc oratio partim ad cedrum, partim ad rem per cedrum significatam, refertur: unde mutatio est personarum; cùm præced. verbum [גָּבַהְתָּ] sit 2. personæ, [hoc verò 3. pers. וְנָתַן] *& posuit summum ramum*, &c. q.d. Nimiùm tibi placuisti, quòd stipatus esses magno & frequenti satellitio [r].

11. *Tradidi* (vel, *Tradam*, M. Ti. Ca.) *eum in manum*, &c. [בְּיַד אֵל גּוֹיִם] *In manum fortissimi*, vel *potentissimi*, (vel, *Dei*, Mo.) *gentium*, P. JT. Pi. &c. i.e. Chaldæi [z]. Vel, *fortissimæ gentis*, M. Ti. vel, *Deo gentium*, i. e. Cyro, Regni Assyriaci eversori. Sic Salomo Psal. 45. v. 7. vocatur *deus*, sive *divus*; & Cicero dicitur *oratorum deus*: & Latini suos Imperatores vocavêre *divos*, ut, *divum Julium*, *divum Trajanum* [a]. ¶ *Faciens*, &c.] [עָשׂוֹ יַעֲשֶׂה לוֹ כְּרִשְׁעוֹ גֵּרַשְׁתִּהוּ] *Faciendo faciet* (vel, *Quæ faciendo faciet*, M. *Quæ omnino faciet*, Ti.) *ei*, Mo. P. (sub. *quicquid volet*, V. i.e. tractabit eum pro libitu [b]. Al. *Hunc libere acturum in illum*, JT. *Is pro libitu tractabat eam*, Pi.) *in* (vel, *propter*, P. JT. Pi. *juxta*, M. Ti.) *impietate* (vel, *impietatem*, M. Ti. JT. Pi.) *ejus ejeci eum*, Mo. P. de imperio [c]; vel, transportatione & servitute durissimâ [d]. Vel, *impuli*, JT. vel, *exterminavi eam*, Pi. vel, *me ejiciente eum*, Ti. Al. *Qui eum à me ejectum tractet ut postulat ejus impietas*. Loquitur de homine: deinde, *ramos* nominans, loquitur de arbore, miscendo rem comparatam cum ea cum qua comparatur; quoniam principio allegoriæ utrumque posuit, scilicet *Assyrium* & *cedrum* *.

12. *Et succîdent* (vel, *succîderunt*, Q. in V. sim. Pi. &c.) *eum* (Perseverat in metaphora cedri [f].) *alieni*] Scil. Chaldæi [g]. ¶ *Et*, &c. [וַיִּטְּשֻׁהוּ אֶל הֶהָרִים וגו'] *Et dimittent* (vel, *relinquent*, Ca. *dereliquerunt*, Pi. sim. JT. *straverunt*, M. Ti. *projicient*, G. ex Vulg.) *eum* (posteaquam scilicet amputaverint [h],) *super* (vel, *ad*, Mo. *in*, M. Ti. Pi. &c.) *montes*, P. Mo. Pi. (vel, *montibus*, M. Ti. ut solet fieri arboribus quæ in summis jugis positæ exscinduntur [i].) *& in cunctis vallibus* (monti subjectis [k]; vel, *in omnes valles*, Pi. *per omnes valles*, Ca.) *corruent*, P. vel, *ceciderunt*, M. Ti. sim. JT. Pi. ¶ *Confringentur*——*in*, &c. [בְּכָל אֲפִיקֵי וגו'] *In omnibus alveis* (vel, *amnibus*, Mo. *torrentibus*, P. Al. *juxta omnes rivos*, sive *torrentes*, M. Ti. *per omnia depressa*, Ca.) *terræ*, JT. &c. vel, *terrarum*, Ca. אֲפִיקִים modò *torrentes* significat; modò, per metonymiam, *locos depressos* [l]. Sensus loci, Stragem illam sequetur abjectio vel desertio, quâ isti, cùm suâ ipsorum vanitate, tum alienâ operâ, perituri esse dicuntur: ut rami è montibus per valles ipsi suâ mole corruere solent; leviores verò diffringi casu, & in subjectos alveos præcipites dari, quibus devehantur, &c [m]. ¶ *Et*, &c. [וַיֵּרְדוּ וגו'] *Et descendent* (vel, *descendebant*, Pi. sic Mo. &c.) *ab umbra ejus omnes populi terræ*, *& relinquent eum*, P. &c. Ut feræ trepidant quum diffringuntur arborum rami, sub quarum umbra latebant, & incertæ huc illuc diffugiunt [n]. Deficient ab eo populi quibus imperabat [o]. Fugient ab eo omnes vicinæ & confœderatæ gentes, quæ in illius auxilio confidebant [p]. Permiscet comparationis ἀπόδοσιν, ut sæpe & hic & alii scriptores. Vide quæ diximus ad Matt. 23. 37 [q].

13. *In*, &c. [עַל מַפַּלְתּוֹ וגו'] *Super ruinam*, sive *ruina*, (vel, *trunco*, Pi. *truncum cadivum*, JT. truncum humi jacentem, vel cadavera [r]; *ruinam* cadaverum, M.) *ejus* (i. e. In trunco hujus cedri prostratæ †) *habitabant*, vel *habitabunt*, (vel, *nidificabant*, Pi. *sedebant*, M. *requiescebant*, Ti.) *omnia volatilia cœli*, (i.e. magnates & Principes

cipes Pharaoni confœderati [t],) *& super* (vel, *ad*, Mo. *in*, JT. Pi. *per*, Ca.) *ramos* (vel, *ramis*, JT. Pi. *comam*, Ca.) *ejus erunt* (vel, *sunt*, sive *fuerunt*, JT. Pi. M. &c. vel, *recumbunt*, Pi. *degunt*, Ca. *insederunt*, V.) *omnes bestiæ agri*, P. &c. i.e. plebeii [v]. q.d. Conculcatus fuit pedibus bestiarum [x]. Redit ad comparationem [y]. Hoc vult dicere, Trunco ejus insultârunt volucres & feræ [z]. Allegoria est, Contemptus fuit ab omnibus [a]. Bestiæ lacerant ramos, i.e. cadavera exercitûs ejus [b]. Regnum Assyrii ab exteris populis occupatum atque possessum est [c].

14. *Non elevabuntur* (vel, *Nè efferant*, aut *exaltent*, *se*, V. sim. G.) —*ligna* (vel, *arbores*, P. Ti. JT. &c.) *aquarum*] Vel, *irriguæ*, JT. Pi. quæ aquis irrigantur [d]: h.e. qui divitiis abundant *. ¶ *Nec ponent* (vel, *extendant*, sive *erigant*; Heb. *dent*, Pi.) *sublimitatem* (vel, *summitatem*, ut v. 10 [f].) *suam*, &c.] Vel, *Nè in sublimem se efferant*, G. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא יַעַמְדוּ אֵלֵיהֶם בְּגָבְהָם וגו׳] *Neque stabunt ulmi* (vel, *arbores*, V.) *eorum in sublimitate sua*, *omnes potatores*, vel *potatrices*, *aquarum*, Mo. P. V. Appositio [g]. *Neque stent* (vel, *consistant*, i.e. putent se permansuros [h]; vel, *conquiescant*, JT. vel, *astent*, Ca.) *super illas in sublimitate sua* (i.e. in tanta excellentia & dignitate [i]; vel, *in seipsis altitudine suâ*, JT. *in seipsis propter altitudinem suam*, Pi. vel, *ob ipsarum proceritatem*, Ca. *Nè proceritati suæ fidant*, G.) *omnia* (vel, *ullæ*, JT. Pi. Ca. sub. *arbores*, Ca. Pi.) *quæ bibunt aquam*, M. Ti. sim. Ca. vel, *irriguæ*, Pi. sim. JT. i.e. quæ gaudent magno humore. Divitiis affluentes intelligit [k]. ¶ *Quia* (vel, *Nam*, Pi. *Quandoquidem*, JT.) *omnes* (vel, *cuncti illi*, Pi. sic JT. Assyrii [l],) *traditi sunt in mortem*, (cæsi per Babylonios [m],) *ad* (vel, *in*, JT. vel, dejecti *in*, Pi. & descendunt *ad*, M.) *terram ultimam* (vel, *imam*, JT. Pi. sim. V. i.e. sepulchrum [n]: vel, *ad infera terræ*; vide Eph. 4. 9 [o].) *in medio filiorum hominum*, &c.] Vel, *inter filios*, &c. JT. Pi. &c. inter alios homines, sive inter plebeios [p]. *Instar plebeiorum qui dejiciuntur*, &c. בְּנֵי אָדָם Hebræis [sign.] *homines de plebe*. Redit ad ἀπόδοσιν de Assyriis illis viris summatibus qui cum Sennacheribo fuerant: unde colligere possit Ægyptius quid sibi exspectandum sit [q]. [Sensus versûs,] Dedi exemplum in Rege Assyriorum, quò cæteri Reges feliciores minùs animo eleventur: nam & ille mortuus est, &c. nec liberare eum valuit tanta opulentia & potentia ejus [r]. Ità præcipitati potente Dei manu Assyrii nec aliis, nec sibiipsis, prodesse possunt: sed in æternum aliis sunt exemplo gravissimæ vindictæ Dei, tanquam si nomina monumentáque Assyriorum in ore essent & ante oculos omnium †. Hoc exemplo territi alii Reges, non efferent se, nè cadant eodem modo [t]. Vel potiùs, sensus est, q.d. Sic enim punio impios, &, licèt seipsos attollant, tamen eos deprimo & dejicio [v].

15. *Quando descendit*, &c.] Scil. cedrus illa, i.e. Rex Assyriæ [x]; Sennacheribus à filiis occisus, 2 Reg. 19. 37 [y]. ¶ *Induxi*, &c. הֶאֱבַלְתִּי כִּסֵּתִי עָלָיו אֶת תְּהוֹם] *Feci lugere*, Mo. P. (vel, *luctum indixi*, sive *institui*, M. Ti. Pi. in omni Assyria [z], & inter omnes amicos ejus [a]:) *operui* (vel, *feci ut operiret se*, V. sic G. sim. Mo. sub. *sacco*, P. vestibus lugubribus [b]. *Operire se* est lugentium [c].) *propter*, vel *super*, *ipsum* (vel, *ipsam*, nempe cedrum [d],) *voraginem*, vel *abyssum*, Mo. P. M. Ti. Pi. &c. i.e. ingentem fluminum abundantiam *; profundum mare, quod anteà rigabat illam cedrum [f]. Per *aquas* autem populos intellige, Apoc. 17. 15 [g]. *Lugere abyssum* est, aquas non habere; sicut *lugere terram* est, esse sterilem, Esa. 24. 4 [h]. Abyssus illa quæ cedrum illam eduxerat mœsta fuit ejus causâ: h.e. Opes illæ destitutæ eo Rege videbantur lugere †. [Alii locum sic reddunt;] *Luctu quem importavi obtexi pro eo abyssum*, JT. *Ego luctum faciam, eum profundo obruam*, Ca. ¶ *Et prohibui* (vel, *cohibui*, Pi. &c.) *flumina ejus*] Sub. *abyssi*, V. nè postea irrigarent eam cedrum [i]. Arefeci eam, & privavi omnibus bonis [k]. Fontes opum illius exsiccavi [l]. ¶ *Contristatus*, &c. וָאַקְדִּר וגו׳] *Et atratum reddidi* (vel, *tenebris offudi*, i.e. nigris vestibus indui [m],) *propter eam Libanum*, Pi. sic JT. &c. In quo altissima illa cedrus erat: & per *Libanum* intellige totum Regnum [n], [nempe] Syriam, quæ fœderata Assyriis erat [o]. ¶ *Et omnia ligna*, &c. וְכָל־ וגו׳ עָלָיו עֻלְפֶּה] *Et omnibus arboribus agri* (i.e. aliis viris principibus & nobilibus [p]; omnibus circùm Principibus [q],) *propter eum*, sive *eam*, fuit *defectio* (vel, accidit *deliquium*, Pi.) *animi*, JT. *Et omnia ligna—fatigata sunt*, P. vel, *deliquium animi passa*, V. sic Mo. ut accidit fessis ex itinere aut alio labore. Significat arbores penè emortuas fuisse [r]. Vel, *mœrore affecta sunt*, M. vel, *exanimata sunt*, Ti. sic Ca. Omnes alii Reges, audito nuncio, terrore concutientur †. Hæc omnia quidem per prosopopœiam & hyperbolen dicuntur: veruntamen iste casus Assyrii non sine commotione aquæ & terræ accidit. Aquam quod spectat, Ninive, quamvis Tigri fluvio imposita, tum aquarum derivationem passa est, tum sitim gravissimam, arefactis aquis quæ residuæ erant ex bibentium multitudine: Terra verò, quum amplæ procedunt copiæ, sic videtur concuti, ut elementa ferme omnia ad progressum earum copiarum horrere videantur. Immediatè porrò Deus aut fluenta exsiccavit, aut motus induxit terræ, quibus præsignificantur plurimùm judicia illius [t].

16. *A sonitu* (vel, *fragore*, P. *voce*, V.) *ruinæ ejus*] Cedri altissimæ: Cadunt enim Reges è sublimi [v]. ¶ *Commovi gentes*] i.e. Tremere feci, sive attonitas reddidi †. ¶ *Et*, &c. וַיִּנָּחֲמוּ] *Et* (vel, *Hinc*, Pi. *Unde*, JT.) *consolationem acceperunt*, P. Ti. sic JT. Pi. simil. M. Ca. &c. Quia solatium est miseris, socios habere [x]. *Et consolatæ sunt*, Mo. G. ex Vulg. i.e. Eguerunt consolatione, ut solent lugentes [y]. ¶ *In terra*, &c.] Sub. *sedentes*: qui mos lugentium, Job. 2. 13. Permiscet iterum comparationem & ἀπόδοσιν †. In sepulchro [z]. Lætantur mortui [a], vel, unà cum ipso morituri [b], quòd tantus Rex illis fuerit adæquatus [c].

17. *Nam*, &c. גַּם הֵם אִתּוֹ וגו׳] *Etiam*, vel *Sed & ipsi* (scilicet *principes ac nobiles Assyriæ*, V. vel, *illæ*, i.e. arbores modò dictæ [d],) *cum eo descenderunt ad infernum*, vel *sepulchrum*, *ad interfectos gladio*, P. JT. &c. vel, *cum interfectis gladio*, i.e. cum aliis militibus ejus *. ¶ *Et*, &c. וּזְרֹעוֹ יָשְׁבוּ בְצִלּוֹ וגו׳] *Et brachium ejus*, Mo. P. *sedebant in umbra ejus in medio gentium*, Mo. vel, & qui *sedebant*, &c. P. Al. *Nempe brachium ejus, qui habitaverunt*, &c. Pi. *Qui* fuerunt *brachium ejus*, (i.e. Qui erant illi vice brachii, nempe socii & adjutores, qui securi inter alias gentes habitabant, quòd illis faveret Assyrius [f];) *& sederunt sub umbra*, &c. M. *Qui* domiti *brachio illius resederant in umbra*, &c. JT. Significat auxiliares Assyriorum copias & gentes tyrannidis illorum administras eâdem ruinâ fuisse implicatas, & cum illis in eodem exitio succubuisse [g]. *Qui sub umbra brachii ejus sederunt*, &c. Ti. Copula hic [in וּזְרֹעוֹ] posita pro relativo pronomine, quod Hebræis non infrequens, sensum obscurat. Rectè autem locum vertas, *Nam & illi cum eo ad sepulchrum descendent (ubi sunt qui gladio sunt interfecti) quicunque in ullis gentibus suam vim illius tutelæ submiserunt*. Fractis Assyriorum rebus, facile fuit Chaldæis Syros eorúmque vicinos cladibus maximis afficere, Esa. 17. 3 [h]. [Ca. versum sic reddit, *Quæ & ipsæ* [*arbores*] *cum illo descendent in Orcum, ad cæsos armis ejúsque brachio, in ejus umbra versatæ inter gentes*.]

18. *Cui*, &c? אֶל מִי דָמִיתָ כָּכָה וגו׳] *Cui* (sub. *igitur*, M.) *assimilatus*, vel *similis factus*, *es sic*, &c? M. P. sim. Mo. vel, *adeò*, &c? V. q.d. Nulli [i]. Alloquitur Pharaonem [k]. *Cui* ergò *ità* (scilicet ut putes te esse invictum [l],) *similis es?* Pi. Intelligisne, Rex Ægypti, cui futurus sis similis? Exhibui tibi vivam fortunæ tuæ imaginem [m]. Voluisti, ô Pharao, assimilare te Assyrio, & cedro [n]: sed nunquam assecutus es excellentiam ejus, qui tamen cecidit: tu quoque casurus es [o]. Cui assimilatus es in potentia, illi quoque assimilaberis in ruina [p]. *Tu qui ei gloriâ & magnitudine tam similis es*: Te, Pharao, Assyrii similem, similis manet exitus [q]. ¶ *Ecce*, &c. וְהוּרַדְתָּ אֶת וגו׳] *Et* (vel, *Sed*, Q. in V. *Utique*, Pi.) *dejicieris* (vel, *deductus es*, i.e. deduceris [r]; *depriméris*, vel *detrudêris*, Q. in V. *deponeris*, M.) *cum lignis*, sive *arboribus*, &c. P. M. Ti. Argumentatur ex constante Dei justitia: similium peccatorum simile erit judicium †. ¶ *In medio incircumcisorum*, &c.] i.e. Impurorum & inhonestâ morte defunctorum [t]; vel, gentium immundarum & corde incircumcisarum [v]. Quia circumcisio tibi ludibrio fuit, incircumcisi te undique claudent, mortémque tibi inferent. Vide suprà cap. 28. ver. 10 [x]. ¶ *Ipse*, &c. הוּא וגו׳] *Hic est* (vel, *Sic erit*, G.) *Pharao*, Pi. &c.

Pi. &c. Epiphonema, habens πάθος insultandi; q. d. Sic tandem humiliabitur superbus ille Pharao[y]: tanquam si jacentem & prostratum, ut olim in litore maris, Exod. 14. omnibus spectandum digito indicaret[z]. Talem cum suis inveniet exitum qualem sub Assyrii exemplo depinxi †.

CAP. XXXII.

1. **D**Vodecimo anno] Sub. *regni Sedeciæ*, V. vel, à deportatione Jechoniæ[a]; ut numerat Ezechiel. q. d. Excisis jam Hierosolymis: circa quod tempus Rex Amasis (ad quem hæc prædictio pertinet) contra Apriem se cœpit erigere[b].

2. *Leoni gentium*, &c.] i. e. Leonis instar versanti inter gentes[c]. Non huic aut illi genti, sed omnibus, infestus[d]. q. d. Rex maximus fuisti ac tyrannus *, ferox, crudelis, &c[f]. ¶ *Draconi*] Vel, *ceto*, sive *balena*, JT. Pi. &c. vel potiùs, *crocodilo*, BA. [Vide ad Ezec. 29. 3.] ¶ *Et*, &c. "ותגח וגו] *Et* (vel, *qui*, M. Ti. *Nam* Pi.) *educebas* (vel, *erumpis*, Pi. *reducebas* [forsan legendum, *educebas*,] aquas, V. *evomuisti* aquas, M. *lascivisti*, Ti. *exibas*, Q. in V. *ventilabas cornu*, BA. Vulg. *cornupetebas*, ό. Ar.) *flumina tua*, P. vel, *per*, vel *in*, *flumina tua*, V. Mo. *cum fluminibus tuis*, Q. in V. *in fluviis tuis*, Pi. sim. Vulg. ¶ *Et*, &c. "ותדלח וגו] *Et turbabas aquas* (sub. *ceteras*, P.) *pedibus tuis, & conculcabas*, &c. P. sic Mo. &c. [Alii hoc cum præced. sic reddunt;] *Cùm prodiens per flumina tua conturbas aquas*, &c. JT. *Qui, per fluvios tuos ruens, aquas pedibus turbas, earum flumina conculcans*, Ca. Per *aquas* & *flumina* intelligit copias militares & ingentem exercitum; & per *turbationem aquarum*, motus bellicos quos ille suo exercitu excitabat contra alias gentes[g]. *Prodiens* è mari *in flumina turbabas aquas pedibus, quin & tota flumina conculcabas*. Videtur similitudo ab hippopotamo sumpta, cui ungulæ quales bovi. Sensus est, Ex Imperio tuo egrediens, vicinas civitates gentésque totas proterebas. Derivavimus גוח à תגח, (*prodire*:) at ό. à נגח, (*cornu ferire*,) vertunt enim, ἐκεράτιζες, i. e. *arietabas*, nempe minores pisces[h]. Significat Pharaonem bellis omnia miscuisse[i], nec modò suas conturbasse aquas, h. e. Ægyptum, sed & flumina gentium, h. e. alias gentes[k].

3. *In multitudine*, &c.] Solet enim frequens populus simul convenire ad leonem, aut balænam, capiendum[l]. Sensus versûs, q.d. Postquam injecero in te manum meam, tanquam rete, gentes illæ te ad litus trahent, &c[m]. Alios adducam qui te premant undique[n]. Incitabo contra te Regem maximum, &c. à quo superaberis[o].

4. *Et*, &c. "ונטשתיך וגו] *Et deseram*, sive *relinquam*, (vel, *ejiciam*, Ti. *desertam relinquam*, Ca.) *te in terra*, Pi. M. P. &c. Vigorem tibi auferam, velut pisci in terram tracto[p], ubi vivere non potest[q]. Vide Ezec. 29. 5[r]. ¶ *Saturabo de te bestias*, &c.] Homines feri ac rapaces Ægyptum invadent ac deprædabuntur. Vide Ezec. c. 29. v. 5 †.

5. *Et dabo carnes tuas* (i. e. carnes hominum, vel militum, tuorum[t], quos interficient Chaldæi[v],) *super montes*] q. d. Etiam qui confugerint ad montes illic interficientur[x]. ¶ *Et implebo colles tuos*, הגאיות] *Valles*, P. JT. Pi. &c. ¶ *Sanie* (vel, *tabe*, Ca.) *tuâ*; id est, tuorum[y]: רמותך] *Celsitudine*, vel *altitudine, tuâ*, Mo. P. Ti. JT. Pi. vel, *tumore* cadaverum *tuorum*, M. i. e. magno acervo cadaverum copiarum tuarum, de quibus superbiebas. *Celsitudo* hîc vel ad externa, vel ad animum, referri potest[z]. Tantum ex te effundetur sanguinis, ut is impleturus sit valles, & ascensurus usque ad montes. Hyperbole[a]. *Vermibus tuis*, Sy. *cadaveribus exercitûs tui*, Ch.

6. *Et irrigabo terram*, &c. ארץ צפתך] *Terram natationis tuæ*, Mo. P. JT. quæ irrigatur Nilo, in qua videris quasi natare[b]. Vel, *natantem tibi*, ut sit pronomen affixum pro separato; i. e. in utilitatem tuam[c]: tota enim fertilitas Ægypti pendet ex irrigatione Nili. Intelligit de terra plana: q.d. Loca super quibus natabant aquæ irrigabo sanguine tuo, natabítque sanguis super illis, usque adeò ut ascendat montes. Hyperbole[d]. *Terram ubi natas*, i. e. tuo imperio subjectam, nempe Ægyptum. צפה à צוף, (*natare*:) ut קמה, (*seges*,) à קום, (*stare*, vel *surgere* *.) *Terram tuam inundantem*, Ca. vel, *inundantem*, Q. in V. vel, *inundationis tuæ*, i. e. super quam inundant aquæ[f]. *Terram inundatione tuâ*, M. *cruore*, Ti. *terram de stercoribus* (vel, *reliquiis*, Ar.) *tuis*, ό.

7. *Et operiam, cùm extinctus fueris*, (i. e. *cùm splendor tibi ademptus fuerit*, Job. 18. 5[g]. vel, *cùm extinguam te*, JT. Pi. sic P. *in extinctione tui*, sive *tua*, Sy. Ti.) *cœlos*, &c.] Sic ό. M. &c. vel, vestibus lugubribus[h]; vel, tenebris[i]. Mœstitiam hæc significant, ut diximus ad Matt. 24. 29. & tantam fore stragem, ut vapores quos emittent cadavera adempturi sint cœli syderúmque conspectus. Lucanus ad Cæsarem, *Sed tibi tabentes populi Pharsalica rura Eripiunt, campósque tenent, victore fugato*. Vide similem locum Esa. 34. 4. & ibi dicta[k]. Maximum luctum describit ob interitum Regis Ægyptii, quem comparat lucernæ maximæ, quæ cùm extinguitur, mox suboritur fumus ingens qui offuscat totum aerem. Mœsti autem videntur quasi in mediis tenebris versari[l]. Extincto te, & splendore tuo, quo tu priùs omnia collustrare videbaris, tantus ubique erit luctus, ut cœlum, Sol, Luna, &c. obscurari videantur; quasi tu priùs splendore tuo hæc omnia illustrares[m].

8. *Omnia* (sub. *alia*, P.) *luminaria cœli*, "אור] *Lucis*, Mo. P. *lucida*, JT. Pi. sic M. Ti. ό. Ch. Sy. Ar. *luminis cœlestis*, Ca. h.e. Reliquos planetas[n].

9. *Et*, &c. "והכעסתי וגו] *Et irasci faciam cor*, &c. Mo. P. simil. JT. Pi. Sy. Ar. *Et stimulabo*, &c. Ca. vel *irritabo*, &c. ό. Vulg. *commovebo*, &c. M. Ti. G. ex Ch. Non tam irâ percellam[o], quàm metu[p], mœrore[q], horrore & stupore[r]. כעס per ἀθυμεῖν, (*animum abjicere*, vel *despondere*,) verti solet per catachresin quandam †. ¶ *Cùm*, &c. "בהביאי שברך בגוים וגו] *Cùm adduxero*, vel *induxero, contritionem* (*fractionem*, Pi.) *tuam* (i. e. interitum sive excidium tuum[t]; vel, milites tuos fractos, superatos, & fugientes[v]: vel, *efficiendo ut perveniat fractio tua*, JT.) *in*, vel *ad, gentes*, &c. P. M. Ti. Pi. JT. vel, *in gentibus*, &c. Mo. Ubi captivi Ægyptii in terras longinquas adducti certum attulerint nuncium cladis[x]. Cùm famam cladis tuæ sparsero, &c[y]. *Calamitatem tuam per gentes propagans*, Ca.

10. *Populos multos*, &c.] Afros intellige, ad quos per Ægyptum venêre Chaldæi[a]. ¶ *Cùm volare*, &c. "בעופפי וגו] *Cùm vibrabo* (vel, *coruscare fecero*, Sy. P. *volare fecero*, M. Ti.) *gladium meum*, &c. Pi. sim. Mo. JT. Ca. ¶ *Repentè*; ità Ca. לרגעים] *Ad* (vel, *per*, M. Ti. Pi.) *momenta*, Mo. P. M. Ti. Pi. sub. *singula*, Pi. sim. JT.

12. *Vastabunt superbiam Ægypti*] i. e. Pulchritudinem & dignitatem[a]: Regiam majestatem, totúmque comitatum & apparatum ipsius[b]. ¶ *Multitudo*, &c.] q. d. Potentes, tenues, summi, infimi, omnes perdentur †.

13. *Et perdam —— jumenta*] Equos, quibus confidebant Ægyptii[c]. ¶ *Quæ*, &c. מעל מים רבים] *Desuper aquas multas*, Mo. *ab aquis multis*, Sy. M. Ti. sic ό. i. e. ab Ægypto, quæ est terra multarum aquarum[d]: *quæ erant super aquas multas*, Ch. sic Vulg. *quæ in tam abundantibus aquis versantur*, Ca. *ut desinant esse juxta aquas multas*, P. i.e. nè posthac pascantur in pratis irriguis *. *Ut ne superveniant aquis amplis*, Pi. sic JT. i. e. aliis Regnis[f]. ¶ *Non conturbabit eas*, &c.] Sicut homines per vada transeuntes, & equi ubi aquatum ducuntur, turbidas faciunt aquas; ità Ægyptiorum pedites & equites populos vicinos, qui sub *aquarum* significantur nomine, (ut suprà 2.) solebant conturbare[g]. Non erit deinceps homo aut jumentum quod aquas turbare possit, ut fieri solet in aquatione[h], natatione, navigatione, &c[i]. Ità pauci supererunt, ut ex transitu eorum non turbentur aquæ, sed purissimæ maneant[k].

14. *Tunc*, &c. "אז אשקיע וגו] *Tunc immergi* (vel, *mergere*, Mo.) *faciam aquas eorum*, P. Mo. vel, *profundas* (vel, *limpidas*, Ti.) *faciam*, sive *reddam*, &c. M. Ti. ad verb. *profundabo*, i. e. altissimas faciam, h. e. quietas ac limpidas[l]. Vel, *quiescere faciam*, &c. Ch. simil. ό. Ar. vel, *faciam ut sidant*, sive *subsidant*, &c. JT. Pi. i. e. ut puræ fiant, dum subsidit lutum quo fuerant conturbatæ.

batæ [m]. Vel, *tranquillabo*,&c. Ca. In tranquillitate duo insunt propriè: 1. quòd qui alios infestârunt manu Dei cohibentur atque continentur in quiete, quamvis invictissimi, sicut aquæ violentæ & præcipites obductis molibus sisti solent: 2. quòd qui fuerunt operâ istorum infestati quiete fruentur,&c [n]. Quiescent illi populi à vi Ægyptia [o]. Vide suprà cap.29 [p]. ¶ *Flumina eorum*] i. e. Aliorum Regum †. ¶ *Quasi oleum*] i.e. Leniter & tranquillè [q]. Qui priùs, tanquam exundantes fluvii, rapidissimo impetu in alios ferebantur, subsident, &, ut oleum, lentescent, molliterque in rebus agendis procedent [r].

15. *A plenitudine sua*] i. e. Ab iis quæ replebant eam †. Ab incolis suis [t].

16. *Planctus*, &c. קִינָה הִיא וְקוֹנְנוּהָ] *Lamentatio hæc* (vel, *Planctus*, P. M. scil. cujus memini [v], *est*, JT. Pi.) *quâ lamentantes canent*; Heb. *quam lamentabuntur*, Pi. vel, *&* (vel, *quâ*, JT.) *lamentabunt*, vel *deplorabunt*, vel *plangent*, *illam* P. Ti. M. JT. &c. scil. Ægyptum [x]. Sed hanc interpretationem respuunt verba illa, *Super Ægypto lamentabuntur illam*. Itaque pronomen relativum refertur ad ipsam lamentationem,&, *lamentari lamentationem*, phrasi Hebraicâ dicitur, pro, lamentando canere, vel, lamentationem pronunciare [y]. Sensus idem qui suprà 19.14. Lamentabilis est hæc prophetia; tamen sic eveniet [z]. ¶ *Filiæ* (sub. *inquam*, P. Ti.) *gentium* (i.e. vel, mulieres; vel, incolæ sive congregationes urbium gentibus subditarum [a]; vel, ipsæ gentes [b], externæ nationes & urbes remotissimæ [c];) *plangent eum*] Vel, *eam*, P. Mo. &c. i.e. Ægyptum [d].

18. *Cane*, &c. נְהֵה] *Conquerere*, Mo. vel, *Plange*, &c. M. Ti. P. *Vaticinare*, Ch. *Lamentare*, Ar. Pi. sim. JT. Sy. Ca. ¶ *Et*, &c. וְהוֹרִדֵהוּ וגו׳] *Præcipita* (vel, *deturba*, Pi. sic V. Heb. *descendere fac*, Pi.) *eam*, nempe è dignitate maxima, & sub. *per prophetiam tuam* *. q.d. Prædicito Ægyptios perituros [f]. Cane Ægypto velut mortuæ carmen. Est autem totum hoc carmen prosopopoeia, planè similis illi Esa. 14. 10 *. Sicut poetæ, ità & Prophetæ, facere dicuntur quæ canunt †, vel factum, aut futurum, nunciant. Est autem in hac oratione crebra generis & numeri mutatio [g]. Hîc & in seq. in triumphalem modum, ad Ecclesiæ consolationem, habetur funus Ægyptii; cujus propositio hoc versu habetur; ubi duo, pro more funerum, instituit Dominus: 1. præficas, ex ritu Ægyptiorum, adesse jubet, 2. cadaver in sepulchro deponi jubet. Partes autem funeris sunt, Rex populúsque Ægypti, & gentes auxiliares [h]. ¶ *Filias* (i. e. urbes [i]) *gentium*] Aliarum [k], vicinarum [l]. ¶ *Ad terram ultimam*, תַּחְתִּיּוֹת] *Inferiorum*, sub. *fovearum*, G. In sepulchrum [m]. Non ad insulam Chemnios, ut solebant Ægyptii, qui studiosissimè curabant ut in celebribus locis, aut etiam pyramidibus editis, collocarentur: at, inquit, illi ubivis locorum & promiscuè sepelientur in locis profundissimis terræ [n].

19. *Quo*, &c? מִמִּי נָעָמְתְּ] *Quonam jucundior*, vel *pulchrior*, *es?* P. V. &c. Quanam dignitate excellis [o]? Cui te præfers [p]? Multi fuerunt ante te elegantiores, qui tamen perierunt [q]. Quò speciosior es, quò altior tibi videris, eò profundiùs rues [r]. Putásne te cæteris esse pulchriorem & fortiorem, qui omnes perierunt? Nihil tibi proderunt pulchritudo, potentia, &c †. *In quo melior es?* aliis scilicet gentibus, quæ pares clades accepêre, amisso etiam imperio, quæ vita est gentibus [r]. Quid est cur putes sortem tuam non debere cum aliis gentibus, quamvis potentissimis, quæ antecesserunt te, æqualem esse [v]? ¶ *Descende*] De dignitate ad sepulchrum [x]. Jam plùs satis triumphâsti,&c [y].

20. *In medio interfectorum gladio cadent*] Sic P. &c. i. e. Interibunt ut alii interfecti [z]. Vel, *ceciderè*, G. Sub. *Ægyptii*, P. V. Loquitur quasi in re præsenti [a]. Ægyptium in mortuorum censum refert [b]. Vel, qui *ceciderint*, JT. ¶ *Gladius*, חֶרֶב נִתָּנָה] *Gladio data*, vel *tradita*, *est*, P. M. Ti. Mo. Pi. V. G. ex Ch. sub. *Ægyptus*, V. G. Al. *Gladius* (nempe vindictæ Divinæ [c]) *datus est*, Me. & T. ex Vulg. scilicet Chaldæis [d]. Al. *Gladius positus*, vel *dispositus*, *est*, JT. Jun. Nam gladius pro cervicali substernebatur virorum fortium cervicibus, ut postea ampliùs explicatur, & exempla exstant in Herod. Plut. &c *. ¶ *Attraxerunt*, &c. מָשְׁכוּ וגו׳] *Trahite* (vel, *Detrahite* igitur, M. Ti. sic G. sub. *ad mortem*, vel, *in sepulchrum*, V. G. Pi. *Trahent*; Heb. *Traxerunt*, Pi.) *eam*, Mo. P. &c. scilicet Ægyptum [f]: vel, sub. *dignitatem & potentiam Pharaonis*, M. Loquitur quasi ad libitinarios [g]. Vel, *eum*: q.d. Corpus, non, tanquam viri honorati, sepelietur, sed ignominiosè trahetur. Nisi malis de curribus exponere, quibus potentiorum corpora cum pompa magnifica in longinquum efferri solent: currus enim trahuntur funibus ductariis: quam rem Scriptura hoc verbo designare solet [h]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Qui ensis dabitur distracturis ipsam*,] nempe Ægyptum [i].

21. *Loquentur ei*] Vel, *cum eo*, M. Rege Ægypti [k], gratulando adventum ejus [l]. Prosopopoeia elegantissima: quanquam istorum præcedentes casus hoc revera loquuntur, & quasi palàm clamant, neminem adeò fortem esse qui adversùs judicia Dei possit consistere [m]. ¶ *Potentissimi*, &c. אֵלֵי גִבּוֹרִים] *Fortes* (vel, *duces*, JT.) *potentium*, Mo. P. JT. *potentes* (vel, *potentissimi*, V.) *fortium*, Pi. V. i. e. inter fortes [n]. Synonymorum connexio significatum intendit [o]. *Fortiores quique*, M. Ti. *reges & principes*, Q. in V. *potentes & fortes*, Ch. [ubi forsan prior vox dignitatem, posterior virtutem, denotat: à quo non abludit usus vocum Hebræarum, ut & antea notatum.] Hos inducit tanquam funeris prosequutores ac προπομπούς, vel potiùs ut hospites in commune πολυάνδριον & coemeterium receptos, qui sequentia proclament: ut olim ad celebrium virorum funera lentiones & præficæ ejusmodi vocibus in planctu utebantur, & præcones oratorésque λόγους ἐπιταφίους pronunciabant. Non esse cur Ægyptius hanc sortem defugiat, probat exemplis, tum incircumcisorum, tum etiam circumcisorum, nè Ægyptius de sua circumcisione præsumeret [p]. ¶ *Qui cum*, &c. אֶת־עֹזְרָיו] *Cum auxiliatoribus ejus*, P. M. Ti. Pi. sic JT. Sensus loci, Alloquentur ipsum & populum ejus [q]. Al. Alloquentur eum omnes qui in aliqua fuerunt auctoritate, sive principalis ea fuerit, sive administra [r]. ¶ *Descenderunt*,&c. יָרְדוּ שָׁכְבוּ וגו׳] *Descendent*, *jacebunt*, &c. scilicet Ægyptii †: qui *descenderunt*, & *dormierunt*, &c. P. sic M. Ti. JT. &c.

22. *Ibi Assur*,&c.] i. e. Rex Assyriorum [r]: cui Regnum ademit Nabuch. adjutus à Cyaxare & Medis [v]. ¶ *In circuitu illius* (nempe Assyrii [x]) *sepulchra ejus*] Vel, Ægypti [y]: Pharaonis & exercitûs ejus [z]. Vel, *ejus* multitudinis [a]; gentis ipsius & copiarum auxiliarium. Exempla hîc & in seq. profert trium Imperiorum in Oriente celebratorum [b]. *Sepulchra ejus*, i.e. Jacent in turba mortuorum [c]; non quidem eodem loco, sed simili morte perditi [d].

23. *In*,&c. בְּיַרְכְּתֵי בוֹר] *In lateribus* (vel, *parte aliqua*, G.) *foveæ*, JT. Pi. &c. communis scilicet multis *. Significat damnationem corporis & animæ [f]. ¶ *Qui dederant quondam formidinem in terra viventium*] i.e. Inter homines [g], viventes in hoc mundo [h]: vel, in terra Israelitarum [i], qui Deum viventem coluerunt, & cum Deo æternùm victuri erant [k]; quos iste afflixit [l].

24. *Ibi Ælam*] Persæ [m], vel Medi [n]; ad quos Imperium à Sardanapalo translatum est, operâ Arbacis, sive Arbacti, præfecti, duravítque ad tempora usque Astyagis [o]. Vel, Elymæi. Gentes illas nominat quæ in auxiliis Assyrio fuerant [p]. ¶ *Per gyrum* (vel, *circuitum*, M. Ti. sic P.) *sepulchri sui*] Nempe Ægypti, vel Assyriæ [q]. ¶ *Qui descenderunt incircumcisi*; ità P. sic JT. V. &c. עֲרֵלִים] *Cum præputiatis*, Pi. sic Q. in V. i. e. Qui mortui sunt in impietate sua [r]. ¶ *Portaverunt* (vel, *portant*, Pi. sic JT. &c.) *ignominiam suam*,&c.] i. e. Poenam superbiæ: partim à Deo prostrati ad moenia Hierosolymorum; partim victi à Babyloniis †. Morientur cum ignominia & pudore [t].

25. *Cubile ejus*] i.e. Arcam sepulchralem [v].

26. *Ibi Mosoch* (vel, *Mesech*, P. &c. Cappadoces eorúmque vicini [x],) *& Thubal*] i.e. Iberi Asiatici. Vide Ezec. 27. 13 [y]. *Mesech* & *Tubal* mihi sunt Moschi & Tibareni; quia, ut isti à Mose, Esdra & Ezechiele, ubique junguntur, tanquam cognati populi, ità hi etiam junguntur passim apud Herod. Ex *Mesech* Moschos non pauci rectè deducunt. Ex *Tubal* Græci fecerunt *Tibari*;

bar, ut scribunt illi Φικὼλ pro *Picol*, & Σαλὲδ pro *Saled*, & Βελίαρ pro *Belial*. Quanquam revera *Mesech* & *Tubal* multò latiùs patent quàm Moschi & Tibareni, & omnes, vel plerosque, populos iis interjectos contineant. Tibarenos Moschorum montibus vicinos facit princeps geographorum Strabo, ipse circa illa loca natus, nempe Amasiæ in Ponto Galatico. Rectè insuper terrorem incussisse, &c. dicuntur hi populi, qui ob summam fortitudinem & immanem ferociam notantur à Xenoph. Strab. &c *. [Plura vide ad Ezec. 27. 13.] *Mesech* propriè est Cappadocia; indéque Mossyni, sive Mosynœci,[populi,]& Mazaca oppidum, postea dictum Cæsarea Cappadociæ: *Thubal* est Albania cum Iberia juncta. Hic autem per *Mesech* & *Tubal* Scythas intelligo, tum,quia hàc iter fuit Scythis in Asiam irrumpentibus (tempore Regis Cyaxaris,qui Astyagis pater erat,) inter Pontum & mare Caspium; (ut solet Scriptura gentes interdum designare nominibus illarum regionum per quas veniunt, ut Romani in Num. 24. 24. & in Daniele *Kitthim* vocantur, &c.) tum, quia gentes illæ cum Scythis in societatem expeditionis venerunt. Forsan etiam *Mesech* ὁμωνύμως in Scriptura appellatur, & Scythæ ab armis Meschec dicuntur: nam *Maschac* Hebræis est, *jaculari*; unde & *Massagetæ*,quos Scythas fuisse docet Herodotus. Porrò, recens erat hæc historia, & adhuc durabat Scytharum expeditio, etsi multas strages edebant ipsi, & multæ vicissim ipsorum ederentur; unde apparuit sortis humanæ vicissitudo: quapropter nè quis fortè objiceret,illos necdum eò devenisse,addit, κατὰ πρόληψιν,Propheta sapientissimè v. 27. *quamvis nondum cubent*, nimirum omnes, *cum potentibus*,&c. ostendens,sufficere tamen eorum numerum qui ceciderat ad hoc argumentum quod agitur confirmandum [r].

*BP.3 12.

27. *Et non*, &c. וְלֹא יִשְׁכְּבוּ אֶת־גִּבּוֹרִים] *Et non dormient* (sub. *in sepulchro*, V.) *cum fortibus*, P. V. G. ex Vulg. &c. Hi omnes ignaviæ suæ pœnas dant: non seorsim jacent, sed in unam aliquam fossam congesti, ut victis fieri solet. Lucanus post prælium Pharsalicum —*petimus non singula busta Discretósque rogos: unum da gentibus ignem* [v]. Non morientur morte naturali & gloriosâ, ut solent heroes & victores, qui gloriosè mortui cum armis & pompa sepeliuntur; sed morte ignominiosâ [x]. Al. *Quamvis non* (vel, *nondum*, Jun.) *cubent cum potentibus*,JT. [Vide ad v. præced.] Al. *Et non cubaturi essent* isti (nempe Ægyptii, de quibus hîc agitur quæstio,) *cum fortibus*,&c? q. d. Omnino cubaturi sunt. τὸ & interrogationi præfixum indignationem innuit; ut in Virgil. *Et quisquam numen Junonis adoret posthac*? ¶ *Cadentibúsque*, &c. נֹפְלִים מֵעֲרֵלִים] *Qui* (vel, cum *iis qui*, Pi.) *ceciderunt de incircumcisis*,P.V. sic JT.&c. i. e. Qui ex incircumcisis ceciderunt, sive mortui sunt, morte naturali [z]. Qui incircumcisi quidem erant & impii, attamen fortes ac magnanimi [a]. Al. *Qui ceciderunt ab incircumcisis*, pro, inferiores gradu aut dignitate incircumcisis: q. d. Non morientur ut viri illi strenui ac nobiles, qui moriuntur morte suâ, & efferuntur ad sepulcrum unà cum armis suis [b]. ¶ *Et posuerunt gladios suos sub*, &c.] i. e. *Positos habuerunt*. Victores non singula tantùm habebant sepulcra [c], sed &, in virtutis honorem,cum armis suis sepeliebantur, 1 Mac. 13.29 [d]. ¶ *Et*, &c. וַתְּהִי עֲוֹנֹתָם וגו׳] *Et fuit* (vel, *Quum incumbat*, Jun.) *iniquitas* (vel,*Sed erunt iniquitates*, P. Ad verb. *Et erit iniquitates*; verbum sing. nom. plur. junctum, frequens Hebræis *.) *eorum super ossa eorum*, M. Ti. &c. vel, *ossibus ipsorum*, Jun. q. d. Illa ipsa ossa & cineres documenta sunt iniquitatis illorum, quandoquidem propter suum peccatum depascuntur judicio Dei [f]. Ossa eorum pœnam ferent iniquitatibus suis debitam, h. e. perfodientur ac conterentur: h.c. Ipsi peribunt propter scelera sua [g]. *Eorum culpam ipsorum ossa luent*: insepulti jacebunt [h]. *Et quorum iniquitas* (h.e. arma quibus exercuerunt iniquitatem, ex collat. proximè præcedentium *,) *imposita fuit ossibus ipsorum*, JT. Meliùs sic vertantur, *Et habitacula pro ossibus ipsorum*,data sunt; scilicet egregia: aut, *solatia*: nam עון Arabibus est, *solatium*. Statius, *Dat solatia grandibus sepulcris*. Illustribus monumentis testata est eorum virtus [i].

r Jun. | v G. | x La. sim. Me. T. M. ex Hc. | y Pi. | z V. | a G. | b V. | c G. | d G. sim. Pi. | * V. | f Jun. | g V. | h Ca. | * Jun. | i G.

28. *Et*, &c. וְאַתָּה וגו׳] *Et tu* (vel, *At tu*,G. sic P. *Et tu* ergò,M. Vulg. *Imò tu quoque*, Pi. Ægypte [k],) *in medio incircumcisorum confringeris*, M. &c. i. e. morieris in impietate tua [l]: in turba impiorum jacebis, ut victi solent [m]. Sicut in culpa es, ità in pœna eris, illorum socius [n]. ¶ *Dormies cum interfectis*, &c.] Non cum victoribus [o].

k G. sim. V. Pi. & c. | l V. | m G. | n La. Me. | o G.

29. *Ibi Idumæa*] *Idumæi*, socii itidem Assyriorum [p]: qui circumcisi erant, idque jure hæreditario, & ex institutione Dei; non, ut vos Ægyptii, præcepto metu & falsâ opinione,ad imitationem Israelitarum. Hoc addit, nè Ægyptii religioni sive superstitioni suæ fiderent, & se circumcisos esse gloriarentur [q]. ¶ *Qui dati* (vel, *positi*, P. M. Ti.) *sunt*, &c.] i. e. Qui & ipsi inter victos fuêre [r]. ¶ *Et cum his*, &c.] Inter eos qui promiscuè in communem foveam dejiciuntur †.

p G. | q Jun. | r G. | † G.

30. *Ibi*, &c. שָׁמָּה נְסִיכֵי צָפוֹן] *Ibi* (sub. *jacent*, Pi. vel, *alloquantur*, JT.) *duces*, vel *principes*, (vel, *reges*, V. *toparchæ*, JT. Pi. ad verb. *perfusi*, nempe oleo,ut Regno initientur *,) *Aquilonis*, M. Ti. P. Mo. i. e. Babylonii [t], Syrii [x], Damasceni, aliique [y]; Tyrii [z], qui Judæis ad Aquilonem, victi multis præliis à Chaldæo, & ad deditionem redacti, suprà cap. 26. 27. 28 [a]. ¶ *Et*, &c. וְכָל־צִדֹנִי] *Et omnes Zidonii*, Ti. G. ex Ch. M. &c. qui à Chaldæis victi, suprà 28. 21 [b]. Hos nominat qui re nauticâ excelluerunt,nè objicerent Ægyptii, istos omnes periisse quòd rem nauticam & usum aquarum nescirent [c]. Multis inculcat Propheta conditionem mortalium; nempe omnes eandem sortem manere, & ad eandem sedem properare, h. e. morti obnoxios esse [d]. ¶ *Qui deducti sunt* (vel, *descenderunt*, P. &c. vel, *descendent*, V.) *cum interfectis*, *paventes*,&c. בְּחִתִּיתָם מִגְּבוּרָתָם בּוֹשִׁים] *In*, vel *cum*, *terrore suo*, Mo. P. JT. simil. M. Ti. (vel, *propter terrorem suum*, Pi. vel, *terribiles*, Ca.) *à fortitudine sua* (vel, *de sua virtute*, Ca. *à potentia illorum*, JT. qui exsistebat *è potentia ipsorum*, Pi.) *erubescentes*, vel *pudefacti*, Mo. Ti.&c. sim.P.M. &c. Dum terrerent mortales, interim puduit eos virium suarum ac roboris: nam in medio conatu prorsus destituti sunt viribus *. Ex his rebus omnibus optimè conficitur, cùm neque potentiâ, terrestri aut navali, neque ullâ religionis specie, Deus aliis gentibus pepercerit, eum non magis Ægyptiis, quàm aliis fecerit, parciturum [f].

* Pi. | t V. La. | x Q. in Me. | y Pi. ex Jun. | z G. Pi. ex Jun. | a G. | b Idem. | c Jun. | d V. | * V. | f Jun.

31. *Videbit eos*, &c. אוֹתָם יִרְאֶה וגו׳] *Hos*, vel *Illos*, (sub. *aliquando*, G. quum scilicet ad eos venerit in sepulcrum [g],) *videbit Pharao*, M.P.Ti. q. d. Tandem morietur Pharao, ut & illi mortui sunt [h]. Ubi morietur Amasis, videbit tot alios ab Assyriis malè tractatos. Est iterum prosopopœia, quâ mortuis sensus affingitur [i]. *Videbit*, i. e. cum aliis mortuis conversabitur [k]. ¶ *Consolatus est*] De tot & tantis pœnarum sociis [l].

g Pi. | h V. | i G. | k Jun. | l Me. sim. Pi. T. La.

32. *Quia*, &c. כִּי נָתַתִּי אֶת חִתִּיתוֹ וגו׳] *Quia dedi* (vel, *Quum indidero*, sive *immisero*, JT. Pi.) *terrorem meum*,&c. P. sim. M. Ti. &c. q. d. Posteaquam illi terruerint alios, ego tandem terrebo eos [m]. Vel, *terrorem ejus*, &c. G. ex Ch. Ar. sim. Sy. i.e. Faciam ut terrori sit. Scribitur חתיתו, sed legitur חִתִּיתִי [n]. Quia permisi ut Ægyptus tempore Necaonis terrori esset *terræ viventium*, i. e. Judææ, ut Ezec. 26. 20 [o]. ¶ *Et*, &c. וְהֻשְׁכַּב וגו׳] *Et dormiet*, &c. P. vel, *ponetur*, &c. M.Ti. sim. Pi. Heb. *efficietur ut cubet*, vel *jaceat*, Pi. Experietur Pharao conditionem suam non posse aliam quàm cæterorum incircumcisorum esse, i.e. maledictam à Domino [p]. Jacebit cum mortuis,&c. Corpus enim Amasis post mortem exemptum monumento & igne crematum est, quod turpe censent Ægyptii: Herodotus Thaliâ [q].

m V. | n Idem. | o G. | p Jun. | q G.

CAP. XXXIII.

2. Loquere ad filios populi tui] Vel, 1. ad Judæos [a], [in genere.] q.d. Hactenus contra gentes jussi te vaticinari, nunc ad tuos redi [b]. Interdixerat Deus Ezechieli ante triennium, nè quid ab eo tempore quod Ezec. 24. circumscriptum est in Judæos pronunciaret. Opus ergò erat novo mandato, & novâ vocatione; quæ hîc narratur [c]. Vel, 2. ad illos qui jam cum Sedecia erant deportati. Est idem sensus qui suprà 3. 17. sed pro necessitate temporum repetitur [d]. ¶ *Terra*,&c. אֶרֶץ

a La. T. La. & c. | b La. | c ? | d G

ארץ כי אביא וגו׳] *Si*, vel *Quum*, *induxero*, vel *adduxero*, *gladium* (sub. *hostilem*, G. sim. Pi.) *super terram*, P. M. Ti. vel, *terram*, sive *regionem*, *aliquam*, JT. Pi. G. sim. V. i. e. Ubi excidium ei decrevero, vel minatus fuero *. Ubi hostes regioni appropinquant; quod sine meo decreto aut permissu non fit [f]. Ad verb. *Terra cùm induxero super eam gladium:* Antecedens cum suo relativo redundante [g]. Locutio transposita, more Hebræo [h]. ¶ *Et tulerit* (vel, *sumpserit*, Di. sim. Pi. &c.) *populus terræ* (vel, *terræ*, sive *regionis illius*, JT. Pi. V. aut quicunque humanæ administrationi præsunt [i],) *virum unum de novissimis* (vel, *extremitatibus*, JT. *finibus*, Ti. Pi. *extremis*, M. V. sub. *finibus*, V.) *suis*; sic Mo. P. &c. vel, *ipsorum*, Pi. i. e. de regione sua: quòd certis quibusdam terminis ac finibus disterminetur [k]: מקציהם] *Corporis sui*, Ca. קצה propriè est rei *finis*, sive *extremitas*; quæ quia est complementum ejus, hinc *complementum*; ut מקצה וגו׳, *ex fine trium annorum*, i. e. completis tribus annis. Hinc & pro *universitate* rei, quæ tota intra suas continetur extremitates, usurpatur. Ità accipi puto Gen. 19. 4. *totus populus ex extremitate*, i. e. in universum; Gen. 47. 2. *ex extremitate* (i. e. universitate) *fratrum*; Num. 11. 1. *devoravit* בקצה *per universitatem castrorum*; Jud. 18. 2. *ex extremitatibus suis*, i. e. ex universis se; 1 Reg. 12. 31. *ab extremitatibus populi*, i. e. ex universo populo; (Falluntur enim qui vertunt, *ex infimis populi:* non enim culpatur quòd, neglectis magnatibus, ex vulgo creârit sacerdotes; sed quòd non ex sola tribu Levitica, sed ex universo populo, eos desumpserit. Difficultatem vidit Junius: sed quum se expedire non posset, vertit simpliciter, *è populo*, ad verb. *è partibus populi:* quod quivis videt non convenire.) sic Jer. 50. 26. & manifestissimè Jer. 51. 31. Ità & hìc verto, *ex universitate sua*, ut Chald. *è medio sui*, & ό. *ex se:* malim tamen illum dixisse, *è medio omnium sui*, & hos, *ex omnibus se*, ut universitas, quæ per קצה denotatur, exprimeretur [l]. Si tantam diligentiam debet aliquis à populo constitutus, quantam is qui à Deo [m]? ¶ *Et constituerit eum super se speculatorem*] Si eum custodiæ præficiant, ut quàm maximâ potest fide & diligentiâ caveat publico [n]. Prophetam confert speculatori militari [o].

3. *Viderit gladium*, &c.] i. e. Hostes [p]: vel, malum aliquod impendens [q]. ¶ *Buccinâ*] Ut significet hostium adventum [r].

4. *Et non*, &c. ולא נזהר] *Et non observaverit*, P. vel, *sibi caverit*, G. V. admonitus scilicet †: vel, *admiserit monitionem*, Pi. sim. JT. *Et moneri nolit*, Ti. sim. M. ¶ *Sanguis ipsius*, &c.] Mors ejus imputabitur ipsi [t], & quidem soli [v]; non episcopo, sive speculatori [x]. Causa erit suæ mortis [y]. Metaphora à victimis expiatoriis, quarum capitibus sacrificantes imponebant manus, & eo ritu imputabant eis reatum. Vide Levit. 1. 4. & 24. 14. confer & Matt. 27. 25 [z].

5. *Si*, &c. והוא נזהר נפשו מלט] *Is verò* (vel, *Si enim*, JT.) *monitionem admisisset, seipsum* (vel, *animam suam*, P. M. Ti. &c.) *eripuisset*, Pi. sim. M. P. Ti. JT. &c.

6. *Veneritque gladius, & tulerit* (vel, *sustulerit*, JT. Pi.) *de eis animam*] Sic ό. Ch. M. Ti. Mo. Sy. Ar. sub. *aliquam*, Sy. Ar. *Animam*, i. e. quempiam [a]. ¶ *In iniquitate sua*, &c.] Vel, *culpâ suâ*, G. Ca. Ob aliquod suum peccatum [b]. Quia perpetuò sibi cavere debent qui in bello sunt [c]. ¶ *De manu speculatoris*, &c.] i. e. Punietur etiam ille [d], qui quamvis negligentes excitare debuit. *Etiam segnitiæ crimen in milite delictum est*; L. *Omne*, D. De re militari *.

8. *Morte morieris*] i. e. Malâ morte peribis, ante diem. Subest tacita conditio, si maneat talis [f]. ¶ *Non fueris locutus ut se*, &c. להזהיר רשע מדרכו] *Ad cavendum sibi impium* (vel, *ut se custodiat*, vel *sibi caveat, impius*, P. V. ό. Sy. *monendo impium*, M. sic JT. Pi. *ut disertè moneas impium*, Ti. sub. *ut recedat*, sive *discedat*, M. Ti. sim. JT. *ut impium admonendo retraheres*, Ca. sim. Ch.) *à*, vel *de*, *via sua*, Mo. P. M. Pi. ό. &c. vel, *à more suo*, Ca. vel, *propter viam ejus*; Heb. מן, h. e. de vita & moribus seu factis [g].

10. *Sic*, &c. כן וגו׳] *Sic* (vel, *Sic planè*, Ti.) *dixistis*, P. Ti. vel, *dicitis*, Sy. Pi. *dicere soletis*, V. Al. *Bene*, vel *Rectè, dicitis*, sive *cogitatis*, Q. in V. ¶ *Iniquitates*, &c. כי וגו׳ עלינו] *Transgressiones nostræ*, sive *Scelera nostra*, & *peccata nostra* (vel, *Errores*, &c. ό. Ar. *Quia transgressiones*, &c. Pi. sim. V. JT. Ch. Sed *quia* redundat [h].) *super* (vel, *contra*, Glas.) *nos*, Ti. P. &c. sub. *sunt*, ό. M. P. Ti. Glas. vel, sub. *venerunt*, Pi. vel, sub. *posita sunt*, Ch. accusantes scilicet nos, & iræ Dei obnoxios reddunt: confer Gen. 27. 13 [i]. Vel, *nobis incumbunt*, Pi. Multitudine ac mole suâ nos opprimunt atque obruunt [k]. Vult Deus ut criminum pœnas luamus. Factum infectum fieri nequit [l]. ¶ *Et in ipsis* (vel, *propter illas*, Pi. sic P.) *nos tabescimus*] Sic ό. Ch. M. Ti. &c. Ut minatus es suprà 24. 23 [m]. & ex Legis edicto, Levit. 26. 39 [n]. ¶ *Quomodo*, &c? ואיך נחיה] *Et quomodo* (vel, *Quomodo ergò*, Ti. sic Pi. *Ecquî*, JT.) *vivemus?* ό. Ch. M. P. Mo. vel, *viveremus?* Ti. JT. sim. Ca. Pi. ut nunc promittis, v. 5 [o]. Si nos pro nostris meritis Deus punit, actum est de nobis [p]. Criminatio hæc est adversùs veritatem Dei, quâ vel impii, vel etiam infirmi, utebantur: cujus occasio petenda est ex Ezec. 24. 20, &c. ubi Propheta Israelitis peccata sua exprobrat, & concludit fore ut illi in iis contabescant: Quâ igitur, inquiunt, ratione vitam essemus adepturi, quamvis à speculatore moneamur [q]? Omnis restitutionis spes nobis exsulibus à Deo præcisa est [r].

11. *Nolo mortem impii*] Comparatè dictum. Sensus idem est qui suprà 18. 23, 32 †. [Ibi dicta repete.] ¶ *Sed*, &c. כי אם וגו׳] *Sed* (vel, *Quinimo*, Mo. *Quin magis*, M. Ti. sub. *delector*, JT. Pi.) *quum revertitur*, &c. JT. Pi. &c. Delector potiùs resipiscentiâ ejus ad vitam [t]. Præcedentibus minis addita erat restrictio, nim. nisi resipiscant, quam antea quidem audiverant, cap. 18. sed reticebant & dissimulabant, sive oblivione, sive diffidentiâ, sive malitiâ [v]. ¶ *Quare moriemini?*] Quare vultis ruere in mortem? quare saluti & viæ salutis & fœderi Dei renunciatis? Vos saltem misereat vestri: In vobis culpa est, si vitam non assequamini [x].

12. *Justitia justi*, &c.] Hæc quoque omnia transumpta ex capite 18 [y]. ¶ *Non*, &c. לא יכשל בה] *Non corruet*, vel *impinget*, (vel, *faciet ut corruat*, Ch. P. sim. M.) *in ea*, Mo. vel, *in eam*, Ch. P. *propter ipsam*, M. Ti. sic JT. Pi. [nempe *injustitiam*.]

15. *In mandatis vitæ*, &c.] i. e. A Deo, qui vita est, præscriptis [a]: vel, quibus observatis vita promittitur [b]. *Vitalibus institutis obediens*; Legi, in qua obeunda posita est vita [c].

17. *Et*, &c. ויאמרו] *Et dixerunt*, P. &c. *Dicunt autem*, M. Ti. *Interea* (vel, *Attamen*, Pi.) *dicunt*, JT. *Ergòne dicunt*, vel, *dicere poterunt?* V. ¶ *Non*, &c. לא יתכן וגו׳] *Non dirigetur* (vel, *æqua*, sive *recta*, *est*, P. Ti. JT. Pi. *æquè ponderatur*, M.) *via Domini*, Mo. &c. i. e. ratio agendi [d], sive gubernandi nos *: quod facit Dominus [f]. [Ca. locum sic reddit, *Et negant constare Domini rationem*.] Vide suprà 18. 25. & infrà v. 20 [g]. ¶ *Et*, &c. והמה דרכם לא יתכן] *Et ipsorum via ipsorum non dirigetur*, Mo. *Cùm potiùs via eorum non sit æqua*, P. Ti. *Cùm tamen ipsorummet via*, &c. Pi. Ad verb. *Et ipsi via eorum*, &c. Alterum relativum redundat, pro, *Et ipsorum via* [b]. *Cùm ipsorum, ipsorum via*, &c. JT. *At ipsi mentiuntur, cùm via illorum non æquilibretur*, M. *Cùm ipsorum ratio non constet*, Ca. *Et ipsa via eorum*, &c. ό. [Ch. locum sic reddit, *Non sunt nobis exposita viæ bonitatis Domini, & ipsorum viæ non sunt rectæ*.]

18. *Cùm enim recesserit*, &c.] Vide hæc eadem usque ad v. 21. suprà 18. 26, &c [i].

21. *In duodecimo anno*, &c.] Anno & quatuor mensibus post captam urbem; ità ut commodè nuncius Babylonem pervenire potuerit. Accidit hoc ante postremam revelationem de Ægypto. Res ad Ægyptum pertinentes interrumpere Propheta noluit, sed seriem rerum secutus est; quod & historici sæpe faciunt [k]. ¶ *Venit ad me qui fugerat de Jerusalem*] Secundùm promissionem Dei suprà 24. 26 [l]. Hunc Deus eripuit ad complementum prænunciati signi [m]. ¶ *Vastata* (vel, *Percussa*, JT. Pi.) *est civitas*] Quod non de [prima] ejus occupatione, sed de subversione, intelligo. Ut certa constet temporum ratio, ità habenda est. Anno 18. Nebuch. capta est urbs, & deportati 832, Jer. 52. 29. Anno 19. Nebuch. plurimos deportavit Nebuzaradan, Jerem. 52. 12. Templo, regiâ, muris, &c. destructis. Hæc secunda deportatio. Anno 23. Nebuch. post occisum Gedaliam, &c. postrema fuit deportatio, de qua Jerem.

Marginalia: * V. — f G. — g V. — h G. — i Jun. — k V. — l Pi. — m G. — n Jun. — o Pol. — p Ia. — q Jun. — r Me. — † V. — t V. sim. G. Pi. — v G. — x V. — y V. sim. Jun. — z Pi. — a V. G. sim. Jun. Pi. Ca. — b Ca. — c G. — d G. sic Pi. — * G. — f G. — g Pi. — h V. — i Glas. gram. 36. 12. 551. — k V. — l G. — m Pi. — n G. — o Pi. — p Ca. — q Jun. — r Pol. — † G. — t Jun. — v Pol. — x Jun. — y G. — a Jun. — b Jun. sim. Pi. — c Ca. — d G. — * Pi. — f Ca. — g G. — b V. — i V. — k G. — l Pi. — m Jun.

Jerem. cap. 52. verſ. 30. Hîc de ſecunda loquitur [n]. [n] Idem.

22. *Manus autem Domini*, &c.] i. e. Fui afflatus ſpiritu prophetico [o], & præparatus, ut mirificam illam Dei providentiam, tum in adducendo profugo, tum in Propheta afficiendo, evidentiùs demonſtrarem [p]. ¶ *Veſpere*] Nempe illius diei quo profugus ille advenit †. Initio ejus diei. Nam Hebræi diem à noctis crepuſculo incipiunt [q]. ¶ *Aperuitque (aperuerátque, Pi.) os meum*] Dedit ut abſque metu loquerer. Confer Ezec. 24. 27. & 29. 21. Eph. 6. 19 [r]. Præceperat mihi Deus ut libere & cum auctoritate loquerer †. Non quòd antea omnino tacuerit, ſed quòd minore gravitate docuerit [t]. ¶ *Non ſilui*, &c.] q. d. Ità implevit me ſpiritu prophetico, ut tanquam aqua ſaliens eſſet, quâ alios perfunderem, &c [v].

24. *Qui habitant in*, &c. הֶחֳרָבוֹת] *Vaſtitates* (vel, *ruinas*, Ca.) *iſtas*, JT. ſim. M. Ti. Pi. &c. vel, *deſerta*, V. ſim. Mo. Dirutas urbes Judææ [x] & oppida cum Godolia [y]. Invehitur hîc in reliquiarum arrogantiam [z], & cæcitatem, quòd, cùm viderent ſe vaſtitates incolere, Deúmque illi frequentiæ quæ in ea regione olim habitavit non pepercisse, putarent Deum reliquis parciturum [a]. ¶ *Unus erat*, &c.] Vel, *Unicus*, qui ſcilicet Deum coleret [b]. Argumentantur à minori; q. d. Si hoc dedit Deus Abrahamo, multò magis dabit nobis: Minùs enim probabile eſt, Deum uni alicui benefacere velle, quàm pluribus quorum eadem eſt dignitas; qualis nimirum eſt patris & filiorum: Supponunt enim ſe eſſe filios Abrahami [c]. ¶ *Poſſedit terram*] i. e. Jus in ea habitandi, ac pecora paſcendi †. ¶ *Nos—multi ſumus*, &c.] Si ille cum vernis 300 ſe inter tot infeſtos homines tutari potuit, multò magis nos, tantò plures, jus noſtrum retinebimus [d]. Laborabant fiduciâ carnali, quòd, non reſipiſcentes, temerariè præſumebant ſe terram Canaan poſſeſſuros, quicquid Prophetæ prædicerent *.

25. *Qui*, &c. עַל הַדָּם וגו'] *Cum* (vel, *Super*, M. Mo.) *ſanguine editis*, Pi. Ti. P. &c. i. e. Priuſquam affuſus ſit ſanguis altari [f]: contra legem illam Geneſ. 9. 4. & alteram Levit. 7. 26 [g]. & Levit. 17. 14 [h]. Vel, *Juxta ſanguinem*, &c. q. d. Poſteaquam vos ſacrificaſtis idolis, vos comeditis carnes ſacrificiorum veſtrorum juxta ſanguinem victimarum illis immolatarum [i]. Hoc vult, q. d. Graviter peccatis, atque ità declaratis vos non eſſe genuinos Abrahami filios [k]. ¶ *Oculos——levatis* (ut ſolent precantes [l],) *ad immunditias*, &c.] i. e. Ad idola [m]. ¶ *Numquid——poſſidebitis?*] Promiſſa fuerat vobis ſub conditione, quam non impletis. Non talis fuit Abraham. Vide Joh. 8. 39 [n]. Ità negat præcedentis argumenti conſequentiam; quia Judæi illi non ſunt verè filii & hæredes Abrahami, ut opera demonſtrant [o]. Nec jure naturæ, nec fœdere, ad vos pertinet hæc hæreditas [p].

26. *Stetiſtis in gladiis veſtris*; ità P. vel, *ſuper gladio veſtro*, M. Ti. Mo. עֲמַדְתֶּם עַל חַרְבְּכֶם] *Inſiſtitis* (vel, *Inſtatis*, Ca. Incubuiſtis, vel innixi eſtis [q],) *gladio veſtro*, JT. Pi. ſic Sy. V. Ca. More eorum qui parati ſunt effundere ſanguinem [r]. Confiſi viribus veſtris †, nihil non audetis [t]. q. d. Crudeles eſtis & homicidæ [v]. Non jure & æquitate, ſed vi & armis, omnia geritis [x]. ¶ *Abominationes*] h. e. Idololatriam [y]. Al. Nihil turpe non committitis [z]. ¶ *Unuſquiſque*, &c.] Vix quiſquam eſt qui ab adulteriis ſe temperat [a].

27. *Qui in ruinoſis* (i. e. in ruinis illis aut urbis, aut oppidorum [b],) *habitant gladio cadent*] Partim Iſmaelis, partim Chaldæorum Godoliæ necem ulciſcentibus, 2 Reg. 25. 23, &c †. ¶ *In præſidiis & ſpeluncis*, &c.] *Præſidia* intelligit loca munita, ad quæ, ut & ad *ſpeluncas*, neque hoſtes neque beſtiæ facilè penetrant. Vide ſuprà 5. 17. & 14. 15, &c [c].

28. *Et dabo terram in ſolitudinem*] Nempe, abſumptis per tot mortes ac captivitates hominibus; Jer. 4. 27. & 12. 11 [d]. ¶ *Eò quòd*, &c. מֵאֵין עוֹבֵר] *A non tranſeunte*, Mo. V. i. e. Eò quòd non ſit tranſiens *. *Ità ut non* (vel, *nemo*, M. Ti. Pi. ſic JT.) *ſit qui tranſeat*, P. ſic M. Ti. JT. Pi. G. ſub. *illàc*, P. vel, *per eos montes*, G. *Ut à nemine peragrentur*, Ca. Non modò nullus ibi habitabit, ſed nec viator quiſquam iter iſthàc capere audebit, metu ferarum & cœli peſtilentis [f].

30. *Filii*, &c.] Deportati ſcilicet [g]. ¶ *Loquuntur* (vel, *colloquuntur*, Pi. Ti. *obloquuntur*, P.) *de te*, &c. בְּךָ אֵצֶל הַקִּירוֹת וגו'] *In te* (vel, *tibi*, P. *tecum*, Ti. *de te*, Ch. M. JT. Ca. Pi.) *juxta parietes*, *& in oſtiis* (i. e. veſtibulis *) *domorum*, Mo. P. &c. q. d. In angulis & locis ſecretis [h]; vulgò in circulis, & ubi apricantur [i]; in foro, & juxta muros, quò conveniunt ad confabulandum, quia locus eſt apricus [k]: tum publicè per fora & compitatim, tum etiam privatim atque oſtiatim [l]. Irrident te, ut otioſi & ſanniones, &c [m]. ¶ *Venite, & audiamus*] Alter alterum compellat [n]. ¶ *Quis ſit*, &c. מַה הַדָּבָר וגו'] *Quodnam ſit* (vel, *quidnam* ſibi velit, V.) *verbum*, &c. P. Pi. JT. &c. Ad Prophetam accedunt, non ſtudio boni, ſed tantùm curioſitatis & delectationis ergô, ut tempus fallerent, moleſtiámque exſilii ſui quodammodo allevarent, auditu rerum novarum à Propheta Domini [o].

31. *Veniunt ad te quaſi*, &c. כִּמְבוֹא עָם] *Secundùm ingreſſum* (vel, *adventum*, Pi.) *populi*, Mo. P. (*quomodo vulgò fit*,) Ca. *quaſi adventu populi*, JT. i. e. magnâ frequentiâ [p]: *ſicut venire* (vel, ingredi & irrumpere [q]) *ſolet populus*, M. Ti. Pi. V. confertim nempe, & multi ſimul [r]: ſicut diſcipulorum catervæ ad doctores venire ſolent †. ¶ *Et*, &c. וְיֵשְׁבוּ לְפָנֶיךָ עַמִּי] *Et ſedent* (vel, *ſedebunt*, Mo. ad pedes tuos, more veterum, qui ad pedes præceptorum in ſubſelliis ſedere ſolebant [t],) *coram te* (ſub. *quaſi*, JT. M. ſim. Pi. G. & ſubaud. *ſint*, M. G.) *populus meus*, P. Ti. &c. ſim. Mo. Quaſi eſſent mei, cùm non ſint [v]. Coram te non ſecùs conſiſtunt quàm ſi animum planè induiſſent populo Dei dignum, & te in ſpeciem diligenter attentéque audiunt [x]. ¶ *Non faciunt*] Non eò magis ſe corrigunt [y]. Auditores Verbi ſunt, non effectores [z]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עֲגָבִים בְּפִיהֶם הֵמָּה עֹשִׂים וגו'] *Quia* (vel, *Quandoquidem*, Ti. *Sed*, Ca. *Quamvis*, JT. Pi.) *ſubſannationes* (vel, *ludibria ipſa*, M. ex Jon. vel, *cantiones*, vel *cantica*, Ti. Ca. *ſuaviſſima*, JT. *amabilia*; Heb. *amores*, ſeu *amationes*, Pi. Eſt tamen hoc nomen inſtrumenti muſici [a].) *ore ſuo faciunt*, P. ſic Mo. M. Ca. (vel, *edunt*, Ti. *ipſi faciant*, JT. *illa faciunt*, Pi. i. e. rident prophetiam tuam [b]. Senſus eſt, Non magis tua verba curant quàm ſi ad tibiam aliquis caneret: id enim עֻגָב. Vide Gen. 4. 21 [c].) *poſt avaritiam ſuam* (vel, tamen *quæſtum ipſorum*, Pi.) *cor eorum ambulat*, P. &c. vel, *ſectatur*, Pi. Dum tu loqueris, illi de quæſtu per artes iniquas faciendo cogitant [d]. Ore bene loquuntur, ſed eorum dicta ſunt *cantica*; h. e. non ſentiunt idem quod loquuntur: ſicut qui cantica canunt aliud ſæpe dicunt, aliud cogitant *.

32. *Et es eis quaſi*, &c. כְּשִׁיר עֲגָבִים יְפֵה קוֹל וּמֵטִב נַגֵּן] *Veluti canticum* (vel, *vox*, ſive *ſonus*, o'. Ar. *cantus*, G. *cantico*, Ti. Ch. qui canit *canticum*, Pi. vel, *pro carmine*, Ca.) *amorum* (vel, *amantium*, Mo. *amatorium*, Pi. ſic Ti. Ca. *ſuaviſſimum*, JT. *ludibriorum*, M. *tibiæ*, G. *organorum*, Ch. *pſalterii*, o'. Ar. *verborum luſûs*, aut *jocularium*, V.) *pulchræ vocis*, P. Mo. ſim. JT. Pi. (vel, *quod pulchre ſonat*, M. ſic Ti. ſim. Ch. *eleganti voce*, Ca. *dulcè ſonantis*, G.) *& bene ſcientis canere*, P. vel, *aut periti pſallere*, G. ad verb. *& bene faciens cantum*, vel *canere*, V. *& facit ſuavem melodiam*, M. ſim. Ti. *& bene pulſans*, Pi. *& quidem optimè pulſantis*, JT. Tu es inſtar ejus qui novit canere carmina amatoria, i. e. delectabilia & amœna, aut ridicula, quíque, quòd peritus ſit artis muſices, novit ſcitè pulſare inſtrumentum muſicum: tales enim libenter audiuntur [f]. Te tuáque dicta perinde habent acſi carmen aliquod elegans & modulatum cantes, quod eos delectet, non moveat [g]. Vides te illis non pluris eſſe quàm Sybaritis, ſive hominibus luxu diffluentibus, ſui ſymphoniaci; delectare te, non docere ipſos atque afficere [h]. Eloquentiam tuam laudant, res non curant [i]; ut multi hodie in Eccleſia [k]. Deliciæ ipſis erant prophetiæ quas indè ex triennio ad illud uſque tempus Ezeciel pronunciaverat, utpote quæ ipſos minimè attingerent, ſed gentes tantùm exteras, adverſùs quas audire ipſum prophetantem ſuave ipſis erat; dum interim ſilentio ſuo de rebus ipſorum videbatur Propheta fauſta omnia illis polliceri [l].

33. *Et*, &c. וּבְבֹאָהּ הִנֵּה בָאָה] *Et* (vel, *Sed*, Pi. ſim. P. Ti. G. *Igitur*, JT.) *in veniendo* (vel, *quum venerit*, ſive *evenerit*, P. M. Ti. &c.) *illud*, Mo. (nempe, quod prædixeras de urbis excidio [m],) *ecce*, *veniens*, Mo. ſim. Ch. vel

Marginal notes (left column): [n] Idem. [o] V. [p] Jun. † Idem. [q] V. [r] Idem. † G. [t] M. [v] Jun. [x] Ca. ſim. [y] V. G. [z] G. [a] V. [b] Jun. [c] V. [c] Pi. † G. [d] G. * Pol. [f] V. [g] G. [h] V. [i] Q. in V. [k] Pi. [l] G. [m] Idem. [n] G. [o] Pol. [p] Jun. [q] V. [r] Idem. † V. ſim. M. Pi. [t] G. ex Ch. [v] Ca. ſim. G. [x] T. [y] G. [z] Jun. [a] G. [b] G. ſim. Jun. † G. [c] G. [d] G. * V. [f] G. [g] G.

Marginal notes (right column): * Idem. [h] M. [i] Ca. [k] Me. [l] Jun. [m] Me. ſim. T. [n] Jun. [o] Idem. [p] Idem. [q] V. [r] Idem. † G. ex Ch. [t] M. [v] G. [x] Jun. [y] G. [z] Jun. [a] M. [b] V. [c] G. [d] Idem. * Ca. [f] V. [g] Ca. [h] Jun. [i] G. [k] G. ex Hi. [l] Jun. [m] G. ſim. Pi. V.

vel, *certò enim evenit*, G. *ecce enim, venit* in propinquo, M. sim. V. [Alii hæc verba parenthesi claudunt, hoc modo,] (*ecce, venit*, P. sic JT. Pi.) vel, (*ecce enim, venit*, Ti. Vulg.) [Alii locum sic reddunt;] *Verùm cùm id evenerit quod adventat*, Ca. *Et cùm venerit*, dicent, *ecce, venit*, ο'. sim. Ar. [Quasi mali denunciati adventu consternati. Ità ellipsis est τῶ *dicent*, qualis non rarò occurrit.] ¶ *Tunc*, &c. "וְיָדְעוּ וגו] *Et scient* (vel, *Scient*, P. &c. vel, *Tunc scient*, G. ex Vulg. sic Pi. *Tum experientur*, JT.) *quòd propheta* (sub. *verus*, Pi.) *fuit in medio eorum*, Mo. i.e. Te fuisse verum Prophetam[n]. Negare non poterunt te ad ipsos à me fuisse missum: ignorantiæ velum culpis suis nullum poterunt obtendere[o]. Illi prophetias tuas esse ducunt, velut cantica amoena quidem, sed quorum vis tantisper durat dum pulsatur aer, & resonant illorum μέλη ac concentus musici: sed contrà miseri experientur non ità esse sibi prophetias à Deo significatas. Scient te non choraulem ludicrum aut symphoniacum ipsis datum esse, sed Prophetam Dei, cujus prophetiæ, etiam te tacente, exitum consequentur[p]. Illi quidem solius curiositatis & voluptatis ergò te audiunt, acsi musicum instrumentum pulsares. Et verò pulsabis, sed luctuosum ipsis ac funebre, quo intentes impiis imminentes pœnas, quas, velint nolint, propediem dabunt[q].

[n] V. [o] G. [p] Jun. [q] T.

CAP. XXXIV.

1. *Et factum est*, &c.] In hac parte Libri explicantur prophetiæ quæ ad populum Dei pertinuerunt indè à deportatione Babylonica usque ad primum Christi adventum. Hoc capite & præced. continentur reprehensiones: & quidem populi cap. præc. pastorum hoc cap[a]. Excisâ jam urbe, causas Propheta excidii commemorat, Principum crimina, deinde & populi[b].

2. *De pastoribus*] Pastores hîc sunt gubernatores, vel duces, populi[c]; tum laici[d], sive politici*, ut sunt Reges, magistratus[f], Principes; qui *pastores* dicuntur Jer. 2. 8. & 3. 15. & 10. 21. &c. & Platoni de Repub. 4[g]: tum ecclesiastici[h]. ¶ *Qui*, &c. אֲשֶׁר הָיוּ רֹעִים אוֹתָם] *Qui pascunt*, vel *paverunt*, (vel, *pascitis*, Ca. vel, *nutrierunt*, Ch.) *seipsos*, Pi. P. Ti. Ch. sim. M. Mo. vel, *vosmetipsos*, Ca. Qui se indesinenter pascunt, facientes quæ non debent fieri[i]. Sub. *& non gregem meum*, ex v. 8. q. d. Sui tantùm curam & rationem habent, neglecto populo sibi concredito[k]. Hoc unum agunt, ut ipsi ditescant[l]. [Alii aliter.] *Qui erant pasturi ipsos*, JT. Exegesis; q. d. Pastores voco, non ex re, quòd ità se reipsa gerant; sed ex officio, quòd debuerant pascere[m]. Vel, *qui pascunt eos*, Glas. BA. ex Sy. [At Interpres Latinus in Bib. pol. vertit, *seipsos*; quomodo plerique reddunt, ut vidimus.] Qui quidem sensus acutus est & elegans, sed quem Hebræa vix ferunt[n]. *Pascunt*, i. e. pascere debent: nam verba Hebræorum actum notantia debitum sæpe vel officium significant: ut Mal. 1. 6. *honorat patrem*, id est, honorare debet; & 2. 7. *custodient scientiam*, h. e. custodire debent[o]. Al. *Numquid pascent pastores semetipsos?* ο'. Ar. ¶ *Nonne*, &c? הֲלוֹא הַצֹּאן יִרְעוּ הָרֹעִים] *Annon gregem*, sive *pecus*, (vel, *greges ipsos*, M. sic Pi. *grex* est quem, JT.) *pascunt*, vel *pascent*, (vel, *pascere debent*, M. Ti. Pi. sic Sy.) *pastores?* P. Mo. &c. *Nonne oves pascere pastorum est?* Ca. Appellat ipsorum conscientias. Argumentum est vel, 1. ex conjugatis[p]; Nonne id officium est pastorum, gregem pascere[q]? vel, 2. ex comparatione minoris; quia pastores pecudum pascunt ipsas, quantò magis pastores hominum debent id agere[r]? *Nonne ad gubernandum populum meum constituti sunt gubernatores?* Ch.

3. *Lac*, &c. "אֶת הַחֵלֶב וגו] *Adipem* (vel, *Pingue*, sive *Pinguedinem*, M. Ti. sic Sy. *Bonum*, Ch. i. e. Divitias†,) *comeditis*, JT. Pi. sic P. V. &c. Magna tributa exigebatis à populo[t]. Al. *Lac*, &c. ο'. Vulg. Ar. Legerunt הֶחָלָב: fortè aptiùs: quia sic vitatur & repetitio quæ ex altera lectione emergit, (*Adipem comeditis, & quod pingue est mactatis*;) & manifesta ὑστέρωσις, cùm ovium adeps non comedatur nisi postquam mactatæ sint. *Lac* הַצֹּאן, i. e. *ovis & capræ*, pro cibo hîc proponitur, ut Deut. 32. 14. Prov. 27. 27. Pastori porrò quandoque

[a] Jun. [b] G. ad v. 2. [c] Jun. Pi. [d] T. ex La. * Pi. [f] T. ex La. [g] G. [h] Pi. T. ex La. [i] Jun. in com. [k] V. sim. Pi. T. ex La. [l] G. [m] Jun. in bib. [n] BA. 1. 2. 44. 447. [o] Glas. gram. 3. 3. 6. 247. [p] Jun. [q] G. [r] Jun. † V. [t] G.

licet lacte ovium sustentare se. Hi autem tum, 1. modum non servabant: *Hic alienus oves custos bis mulget in hora, Et succus pecori & lac subducitur agnis*: tum, 2. oves quarum lacte vescerentur non pascebant[v]. Peccabant hi pastores & victu, quòd *adipem*, &c. & vestitu, quòd *lanâ se induerent* & deliciis, in sequente membro[x]. ¶ *Et quod*, &c. "הַבְּרִיאָה וגו] *Crassum* (vel, *Quod pingue est*, BA. ib. sim. JT. Pi. &c.) *jugulâstis*, P. sim. M. Ti. vel, *mactatis*, scilicet ad vestra convivia[y]. Divites occidebatis per calumniam, ut bonis eorum potiremini†. ¶ *Non pascebatis*] Nullam ejus habebatis curam. Vide dicta ad Joan. 10. 12[z].

4. *Quod*, &c. "אֶת הַנַּחְלוֹת וגו] *Infirmas*, vel *Languentes*, Mo. sic G. *Morbo affectas*, JT. Pi. *Dolentes*, Ch.) *non consolidâstis*, vel *roborâstis*, P. Mo. V. sim. ο'. Sy. Ar. Ti. Bonis alimentis scilicet[a]. *Infirmas* vocat, quarum membrum aliquod dolet; *ægrotas* verò, [ut sequitur,] quarum totum corpus morbo comprehensum est[b]. ¶ *Quod confractum est non alligâstis*] Vel, *obligatis*, JT. Pi. Non obligâstis vulnera à lupis fortè facta[c]. ¶ *Et*, &c. וְאֶת הַנִּדַּחַת וגו"] *Et depulsam*, vel *dispulsam*, vel *propulsam*, (vel, *impulsam*, nempe in speluncam, scrobem, aut cavitatem aliquam[d]; vel, in avia & devia *: vel, *dejectam*, V. vel, *vagam*, aut *errantem*, Q. in V. BA. ut vox hæc ab omnibus redditur Deut. 22. 1. quia sensus id evincit, & collatio cum Exod. 23. 4†. Vel, *profligatam*, Ca.) *non reducitis*, JT. Pi. &c. vel, *revocatis*, Ca. Siquæ in foveam lapsa erat, non eduxistis. Vide Matt. 12. 11*. ¶ *Quod perierat non quæsîstis*] Siquæ à grege aberraverat, Matt. 15. 24. Luc. 15. 4, &c[f]. Omissio curæ ovium describitur h. l. circa eas quæ malè affectæ sunt: quia hæ si negligantur, quî curentur aliæ? Malas affectiones quinque hîc numerat, infirmitatem, morbum, fracturam seu luxationem, depulsionem, perditionem: sub quibus reliquas omnes unà comprehendit[g]. ¶ *Sed*, &c. וּבְחָזְקָה רְדִיתֶם אֹתָם וּבְפָרֶךְ] *Et*, vel *Sed, in*, vel *cum, robore* (vel, *vi*, JT. Pi. *duritia*, M. Ti. vel, *durè*, P. V. vel, *cum austeritate quadam*, Q. in V.) *dominati estis eis, & in*, vel *cum, ferocia*, Mo. vel, *rigore*, Q. in V. vel, *sævitia*, M. Ti. sic JT. Pi. vel, *tyrannicè*, Ti. Eadem ferè verba adhibet quæ tyrannidem Ægyptiorum exprimunt Exod. 1. 13, 14[h].

5. *Et dispersæ sunt oves meæ*] Huc illuc, aliæ aliò; Matt. 26. 31. Marc. 14. 27. Bene dixit, *meæ*: neque enim erat in Principum patrimonio populus[i]. ¶ *Eò quòd*, &c. מִבְּלִי רֹעֶה] *Absque* (vel, quòd sint *absque*, P. sic Pi.) *pastore*, M. Ti. Mo. *defectu pastoris*, Sy. Ca. sim. JT. Ad verb. *propter non esse pastorem*, Pi. bonum, scilicet, & gregis amantem†. ¶ *In devorationem—bestiarum*, &c.] Prædæ fuêre Syris, Ammonitis, Moabitis, Assyriis, &c[k].

6. *Erraverunt—in cunctis montibus*, &c.] Vel, 1. eò fugientes ob sævitiam Principum[l]: vel, 2. per eos vel dispersi, vel abducti à Chaldæis[m]: vel, 3. ibi colentes idola[n]. ¶ *Et non*, &c. וְאֵין דּוֹרֵשׁ וְאֵין מְבַקֵּשׁ] *Non est requirens, neque investigator*, M. *Nec est*, vel *fuit, qui quærat*, vel *quæreret*, Ti. P. *aut requirat*, Ti. vel, *nec qui requireret*, P. *Et nemo* est *qui quærat eas, nemóque qui inquirat*, Pi. *Nullo vestigante, nullo quærente*, Ca. *Nemine reposcente, & nemine requirente*, JT. Describit perfidam pastorum negligentiam, tum summorum, qui aliis præsunt, quòd *non reposcant*; tum etiam inferiorum, quòd *non requirant*. Nam omnium quidem pastorum est, ut oves Domini requirant, & procurent salutem ipsarum: sed eorum quoque officium est qui aliis præsunt humano ordine, putà Magistratûs, & si qui sunt ad quos inspectio pertinet, ut reposcant, i. e. exigant rationem earum ovium ab iis quibus commissæ sunt, non leges ferendo pastorum officio, sed officium eorum ex legibus summi Pastoris exigendi, si non præstiterint[o].

8. *Quia pro eo*, &c. "אִם לֹא יַעַן הֱיוֹת וגו] *Nisi, eò quòd sunt oves meæ direptioni*, quódque *sunt*, &c. vers. 9. *Idcirco, ô pastores*, &c. vers. 10. *Sic ait Dominus, Ecce, ego veniam contra pastores*, &c. Duplex hîc est anomalia. 1. Connexivi enunciati antecedens abrumpitur per versum sequentem, & versu demum 10. integratur, sed novo, non autem continuato, sermone. 2. Omittitur connexivi istius enunciati consequens, nempe sententia

[v] BA. ib. [x] Jun. [y] Pi. † G. [z] G. [a] G. [b] V. ex M. [c] G. [d] V. * Mo. T. † BA. 1. 1. 41. 447. * G. [f] G. [g] Jun. [h] Idem. [i] G. † Idem. [k] Idem. [l] T. ex La. sim. Mo. [m] La. [n] Mo. et La. sim. Jun. G. [o] Jun.

sententia continens imprecationem in jurando usitatam. Integer sermo sic esset, Nisi, eò quòd sunt oves meæ direptioni, &c. venturus sum contra pastores illos, non ero Deus p.

10. *Requiram gregem*, &c.] Vel, *requisivi*, &c. i. e. Propterea Sedeciam liberósque ejus & Principes alios gravissimè punivi q. ¶ *Nec pascant* (vel, *pascent*, P. &c.) *ampliùs pastores* (vel, *pastores illi*, Pi.) *semetipsos*; sic M. P. Ti. &c. [אֹתָם] *Illas*, Pi. ὀ'. [Vide ad v. 2.]

11. *Requiram*, &c.] Ipse eorum curam geram peculiarem, per Prophetas eos invitando ad vitam meliorem. דָּרַשׁ sæpe est, *curam gerere* r.

12. *Sicut*, &c. "כְּבַקָּרַת וגו] *Sicut investigat*, vel *inquirit*, vel *requirit*, (vel, *visitat*, Sy. sic Ar.) *pastor gregem suum*, M. P. Ti. V. &c. i.e. diligenter & exactè †. Ad verb. *Sicut disquisitio pastoris gregis sui*, Mo. V. ¶ *Quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum*; vel, *dispersarum*, M. P. Ti. ad verb. *expansarum*, Pi. בְּתוֹךְ צֹאנוֹ נִפְרָשׁוֹת] *In medio gregis sui, ovium dissipatarum*, JT. ¶ *In die nubis*, &c.] *Tempore atro ac tenebroso*, G. i. e. pleno miseriis t. Tempore extremæ calamitatis v.

13. *Et in cunctis sedibus* (vel, *habitationibus*, Ch. Mo. M. P. Ti. Pi. vel, *locis habitabilibus*, Sy. JT.) *terræ*.] Sim. Ca. i. e. In caulis x.

16. *Quod perierat requiram*, &c.] Pastoris munus, ab istis neglectum, fideliter præstabo y. ¶ *Et quod*, &c. וְאֶת הַשְּׁמֵנָה וְאֶת הַחֲזָקָה אַשְׁמִיד] *Pinguem verò & fortem* (vel, *robustam*, ideóque petulcam z: *firmam*, JT. *duram*, Jun.) *disperdam*, P. sic Mo. Ca. JT. vel, *exscindam*, Pi. *exterminabo*, M. *compescam*, Ti. *Pingues & fortes* lædunt infirmiores a. Intelligit opulentos, qui propter divitias alios injuriâ afficiunt b. Pecudes pinguiores & robustiores insolentiores plerumque fiunt, & in alias magis ferociunt. Tales ergò Deus, utpote pietate & humanitate vacantes, profligaturum se dicit c. Al. *custodiam*, sive *conservabo*, ὀ'. Sy. Ar. G. ex Vulg. i.e. servabo in bona valetudine d. Legerunt אֶשְׁמֹר *, vel אֶשְׁמוֹר f. Vel, φυλάξω, ex affinitate literarum, peccârunt: vel, sensum respexerunt, &, observantes omnia reliqua verba, & quæ præcesserunt & quod sequitur, in bonam partem accepta esse, & promissionem gratuitam continere, durum putabant, in medio comminationem interseri g. Sed prior lectio verior est h. 1. Eam sequuntur Hebræi omnes, & Chaldæus i: [qui locum sic reddit, *Impios & peccatores consumam*.] 2. *Pingues & robustæ* hîc dicuntur φορτικῶς, & odiosé: ut in S. S. passim שָׁמֵן *saginari*, & חָזַק *roborari*, pro vitio adscribuntur. De priore res notissima est. Vide Deuter. 32. 15. Psal. 78. 31. Esa. 6. 10. Jer. 5. 28. Sed & חָזַק sæpe ità sumi docent Exod. 14. 17. Jos. 11. 20. Jer. 5. 3. Ezec. 2. 4. & 3. 7 k. 3. Oves *pingues*, &c. hîc esse protervas & petulantes, constat ex sequentibus l, tum in hoc versu, *pascam eos in judicio* m; [de quo statim;] tum ex vers. 17. ubi verba, *Vos autem, oves meæ*, &c. docent de aliis ovibus jam dictum esse, nempe refractariis; tum ex vers. 18, 19. qui ostendunt, in præcedentibus non piarum modò ovium consolationem, sed impiarum etiam reprehensionem, contineri n; tum maximè ex vers. 20 o, ubi *pecus pinguis* est mala & refractaria, ut patet ex collat. cum vers. 17. 4. Huc facit scopus Prophetæ, qui erat pseudo-prophetas arguere, pios verò consolari p. ¶ *Et*, &c. אֶרְעֶנָּה בְמִשְׁפָּט] *Pascam* (vel, Denique, *pascam*, Pi.) *illam* (vel, *illas*, P. vel, *unamquamque earum*, Pi. sic JT.) *in*, vel *cum judicio*, Mo. P. M. Ti. Ch. ὀ'. Ar. [Quod variè intelligunt: vel, 1. in malum.] Non pastio gratiæ, sed iræ & internecionis, hîc intelligitur, quod Psalm. 2. 9. dicitur, *pascere virgâ ferreâ* q. [2. Alii in bonum.] Ut oportet r; ut par est & decet †. [Hinc alii vocem aliter reddunt:] *cum ratione*, Ca. *debito modo*, Sy. *justè*, Pi. V. *jure*, JT. q.d. Si qui ex pinguibus illis electi sint, de adipe saginâque eorum detraham, & insolentiam eorum judicio sanctissimo & jure optimo corripiam t. *Pascam*, non violenter & tyrannicè, ut vos vers. 4 v; sed cum æquitate & justitia, dans cuique quod suum est x, & quod ei convenit, cum sapientia, discretione, &c y.

17. *Vos autem*, (vel, *Nam ad vos quod attinet*; Heb. *Et vos*, Pi.) *greges mei*] Venit Deus ad peccata populi z. Increpitis pastoribus, convertit se ad gregem, eúmque increpat usque ad vers. 23 *. ¶ *Ecce, ego judico inter pecus & pecus, arietum*, &c. לָאֵילִים וְלָעַתּוּדִים] *Arietes* (vel, *inter arietes*, M. P. Ti.) *& hircos*, JT. Pi. vel, nempe *arietes*, &c. Nam appositionem esse ad præcedens לְשֶׂה ostendit præfixi ל identitas a. [Ca. versum sic reddit, *Ego pecus à pecore, arietes ab hircis, dijudicabo*.] *Judico*, id est, puniam, nè posthac una lædat vel opprimat aliam b. De omnibus quod jus est statuam, etiam de iis qui in plebe maximè eminent, qui sub *hircorum & arietum* nomine comprehenduntur c. Judico inter bonos & malos, ut hos puniam, illos præmiem d.

18. *Nonne satis*, &c? "הַמְעַט מִכֶּם הַמִּרְעֶה וגו] *An parùm* (vel, *leve*, Ti.) *vobis* (vel, *à vobis*, Mo. *præ vobis*, JT. sub. *est quòd*, P. M. Ti. &c.) *pascua bona depascitis?* M. Ti. sim. Mo. JT. &c. An videtur vobis esse minus quàm ut satisfaciat vestræ petulantiæ? Apostrophe ad petulcas oves *. Hoc ad *arietes & hircos* maximè pertinet, i. e. ad opulentos in plebe. Vide Jac. c. 2. v. 6 f. ¶ *Insuper*, &c. "וְיֶתֶר וגו] *Et* (vel, *Quòd*, JT. Pi. vel, *Nisi*, Ti. *Nisi etiam*, P. Ca.) *residuum*, sive *reliquias*,— *conculcatis*, &c. M. JT. Pi. &c. vel, *conculcetis*, &c. P. Ti. ¶ *Et cùm purissimam*, "וּמִשְׁקַע וגו] *Et profundas aquas* (vel, *fundum aquarum*, Mo. *de profunditate aquarum*, M. vel, *limpidas aquas*, Pi. sim. Ti. JT. Ca. V. quia aquæ profundæ sunt limpidæ & puræ g,) *bibatis*, P. vel, *bibentes*, M. Ti. ¶ *Reliquam*, &c. "הַנּוֹתָרִים וגו] *Residuas* (vel, *Quod reliquas*, JT. sim. Pi. *Nisi etiam residuas*, P. sub. *aquas*, M.) *pedibus vestris conturbatis*, M. sic Ti. vel, *conculcetis*, P. i. e. conculcando turbetis h. Hâc comparatione ostendit Deus, 1. Israelitas bene & ad saturitatem pastos fuisse: 2. eos, alienis bonis invidentes, res bonas protervè conculcâsse, nè cui utiles esse possent i. Duo hîc tribuit ovibus, &c. 1. Quòd pabuli reliquias pedibus obterunt; quod ferinum potiùs est quàm belluinum, Dan. 7. 7. 2. Quòd aquas pedibus turbant; quod camelorum est, Arist. Hist. 1. 8. Sed hæc ovibus, si non veris, certè mysticis, conveniunt, h. e. Israelitis; in quibus multi divites, post plenam messem & vindemiam, pauperibus spicilegium & racemationem invidebant k, & quæ superêrant perdere malebant quàm pauperibus elargiri l: qui gravi fœnore exsugebant pauperum facultates. Vide Esa. 24. 2. Ezec. 22. 12 m. Neque hoc insolens apud Prophetas, ut plus sit ἐν τῷ ὑπομνήματι quàm ἐν τῷ μύθῳ, & ea tribuantur τῷ τυπωθέντι quæ in typum minùs cadunt n.

19. *Conculcata*, &c.] Heb. *conculcationem pedum*, &c. P. V. i. e. Pascua à vobis conculcata, & aquas turbatas atque impuras o. ¶ *Pascebantur*] Tenuiter scilicet p. ¶ *Bibebant*] Mœrore pleni †.

20. *Ecce*, &c. "הִנְנִי אָנִי וְשָׁפַטְתִּי] *Ecce ego, ego judicabo*, P. ad verb. *ego, & judicabo*, Mo. vel, *ego, inquam, judicabo*, M. Ti. *Ecce me, me, inquam, ut judicem*, JT. i. e. auctorem hujus sententiæ & vindicem *. *Ad me, inquam, quod attinet, judicabo*, Pi. ¶ *Inter pecus pingue & macilentum*] Inter divites & pauperes q. Hos vindicabo, illos puniam r. Ex h. l. palàm est *oves pingues maceris* opponi, ut malos & protervos bonis atque humilibus †.

21. *Pro eo*, &c. יַעַן בְּצַד וּבְכָתֵף תֶּהְדֹּפוּ] *Eò quòd latere* (vel, *in latere*, Mo. *à latere*, M. *in latus*, Ti. *lateribus*, Ca.) *& humero* (vel, *in humero*, Mo. *ab humero*, M. *in humerum*, Ti. *humeris*, Ca.) *pepulistis*, P. vel, *impellitis*, M. Ti. *detruditis*, Ca. sic BA. ib. *Humeris* posuit, pro *armis*. Solent pecudes minores à majoribus trudi atque incursari *. ¶ *Cornibus—ventilabatis*, &c.] i.e. Arietabatis: id enim est κερατίζειν. Et hirci & arietes sunt animalia petulca & cornupeta v. *Occursare capro (cornu ferit ille) caveto* x. ¶ *Donec dispergerentur* (vel, *dispergeretis eas*, P. V. &c. i. e. dispergendò ejiceretis, vel expelleretis, è caula y,) *foras*] i. e. Ad tempus usque deportationis z.

23. *Pastorem—servum meum David*] דָּוִד sumunt vel, 1. appellativè; *dilectum* a: vel, 2. propriè b. *David* patronymicè accipitur, pro Davidide, ut ità dicam c: ut *Jacob & Israel* metonymicè ponuntur pro posteris ejus, Esa. 42. 24. & 43. 14, 15 d. Sic in Virgil. Æn. 4. *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*, i. e.

p Pi. q G. r G. † V. t G. v V. sim. Jun. x G. y San. z Pi. a V. sim. M. b V. c Jun. d G. * BA. I. 2. 46. 625. f Cap. crit. g Buxt. vind. 2. 11. 786. h BA. ib. sim. Cap. Buxt. i Buxt. k BA. ib. l BA. ib. sim. Cap. m BA. ib. Glass. philol. l. 1. loc. 72. n Glass. ib. o BA. ib. Cap. Glass. p Glass. ib. q Glass. ib. r G. † V. t Jun. v T. x T. ex Ls. y La.

* La. a Glass. gram. ib. b V. c G. d La. sim. Me. T. * Pi. f G. g V. h Idem. i Jun. k BA. ib. 526. l Me. ex La. sim. T. m G. n BA. ib. o V. p G. † Idem. * Jun. q G. sim. Me. r G. † BA. ib. * G. v G. x BA. ib. y G. z V. * G. a Q. in Jun. b Al. in Jun. c Jun. d Pol.

i. e. Dardanides, Æneas scilicet*. *David*, i. e. vel, 1. Zorobabel[f]; qui *Davidis* progenitoris sui nomine appellatur. Vide Jer. 23.5. & 33.15[g]. Vel, 2. Christum[h], ut veteres Hebræi accipiunt[i]: qui *David* dicitur, vel, quia ille Christi typus illustris erat; vel, metonymicè, quia Christus erat ex semine Davidis[k]. Ut Levi censebatur in lumbis Abrahami; sic & Christus in lumbis Davidis originariè secundùm carnem[l]. Hâc autem figurâ utitur, ut ostendat, tam certum esse Christum missum iri, quàm Davidem jampridem natum & semen propagâsse[m].

25 *Faciam cum eis pactum pacis*] i. e. Felicitatis[n]: in quo promittam eis prosperitatem[o]. Fœdus meum per Prophetas cum illis renovabo. Vide Nehem. 10[p]. Novum fœdus per Christum[q]. ¶ *Cessare faciam bestias*, &c.] Quod fieri solet ubi terra multùm habitatur & colitur[r]. Auferam Dæmoni potestatem quam habuit in homines †. ¶ *In deserto*, &c.] Ità omnia plena erunt hominibus[t]: & horrentes etiam sylvæ piis omnia commoda suppeditabunt[v].

26. *Et*, &c. [וְנָתַתִּי אוֹתָם וּסְבִיבוֹת גִּבְעָתִי בְּרָכָה] *Et dabo* (vel, *reddam*, JT. Pi. *ponam*, P.) *eis*, Ti. Ca. G. (nempe sylvis[x]; vel, *eas*, M. P. V. vel, *eos*, V. vel, *ista*, JT. Pi. sub. *loca*, Pi.) *circa collem meum* (vel, *& circumquaque in colle meo*, Ti. vel, *& quæ sunt in circuitu collis mei*, P. V. sim. JT. Pi. vel, *per circuitum collis mei*, M. vel, *& qui habitabunt in circuitu collis mei*, i. e. Templi: Omnes enim optabunt habitare in planis. Vel, *& omnibus locis quæ sunt circa collem meum*, i. e. in circuitu Hierosolymorum[y],) *fœcunditatem*, Ca. vel, *benedictionem*, P. Ti. vel, *in benedictionem*, M. vel, *benedictissima*, Pi. sim. JT. i. e. fructuosissima †. q. d. Reddam eos beatissimos[z]. ¶ *Pluviæ benedictionis*] Id est, profectæ à benedictione Dei: vel potiùs, conjunctæ cum benedictione, i. e. largitate seu copia, ex collat. 2 Cor. 9. 5. ubi benedictio parcitati opponitur[a]. Quæ maximè prosunt frugibus, & nulli rei nocent[b]. Is imber erit prosperans res ipsorum[c].

27. *Catenas* (vel, *vincula*, P. vel, *lora*, JT. Pi. *vectes*, Mo.) *jugi eorum*; ità M. T. &c. [אֶת מֹטוֹת עֻלָּם] *Jugum eorum*, ό. Sy. *jugum fortitudinis eorum*, Ch. Vide ad Jerem. 27. 2[d]. Numellas. Vide Esa. 58. 6, 9*. ¶ *De manu imperantium sibi*, [הָעֹבְדִים בָּהֶם] *Abutentium eis*, M. *subigentium eos*, Sy. *operantium* (vel, *facientium*, Mo.) *in eis*, P. i. e. qui utuntur operâ ipsorum tanquam servorum[f]. *Qui iis utebantur servis*, Ca. sic Ch. Pi. sim. JT. Ti. ό. Ar. Heb. *qui serviebant per ipsos*, Pi. Vide ad Jer. 22. 13. & 25. 14[g].

28. *Habitabunt confidenter*] Quod certè verissimum fuit non exiguo post reditum tempore[h].

29. *Et* (vel, *Denique*, Pi.) *suscitabo* (vel, *erigam*, Ca.) *eis germen*, &c. [מַטָּע לְשֵׁם] *Plantam*, vel *plantationem*, *in nomen*, Mo. P. vel, *ad celebritatem*, JT. *nobilem*, Pi. *pacis*, ό. Sy. Ar. *firmam*, Ch. in M. *celebri nomine*, Ti. i. e. Posteritatem celeberrimam: quod maximè contigit Maccabæorum tempore. Vide Esa. 60. 21[i]. Christum intelligit[k]. Virgam quæ egredietur de radice Jesse, quæ pariet illis nomen celebre[l]. Alii, *nomen plantatum*, M. Ca. i. e. nomen bonum derivatum in omnes gentes[m]. Firmum duraturúmque nomen conciliabo[n]. ¶ *Non erunt ultrà imminuti*, &c. [אֲסֻפֵי רָעָב] *Consumpti* (vel, *constricti*, M. *pereuntes*, ό. Ar. *cruciati*, Sy.) *fame*, Mo. P. sim. Ca. ut olim[o]: *collecti ad famem*, Ti. *quos auferat* (vel, *intercipiat*, JT.) *fames*; Heb. *collecti famis*, Pi. *transmigrantes propter famem*, Ch. ¶ *Neque portabunt ultrà*, &c.] Non erunt ludibrio[p]. Non dicent ultrà illis gentes Deum eos deseruisse[q].

31. *Homines estis*; ità Sy. M. P. Ti. Pi. [אָדָם אַתֶּם] *Homines* (vel, *homo*, Mo.) *vos*, V. Pi. sub. *estis*, & sub. *& non jumenta*, V. Non feræ: ad pietatem, humanitatem, justitiam, &c. nati[r]. q. d. Quæ in pecudibus figuravi, hæc non ad pecudes, sed ad homines, & quidem Judæos, pertinent†. Istæ pecudes sunt homines, sicut boves sunt *anni* Gen. 41. 26[t]. Al. *homines*, i. e. infirmæ creaturæ[v]. q. d. Ero vobis Deus in fœdere, &c. etiamsi sitis homines, i. e. multis infirmitatibus circumdati[x]. Al. *homines eritis*; q. d. Tandem sapietis, & intelligetis vos esse homines: tunc digni eritis appellatione *hominis*, non *bruti animalis*; desinetis enim voluptates sectari, totíque mihi adhærebitis[y]. [JT. locum sic reddunt, *Vos, inquam, homines grex meus eritis*.]

CAP. XXXV.

2. *Adversùs montem Seir*] i. e. Idumæam, Gen. 36. 9[a]. Omnes Ecclesiæ hostes comprehendit appellatione Edomæorum, quia hi proximi erant & notissimi, ac Judæis infensissimi[b].

3. *Desolatum*, &c.] Ut prædicitur Jerem. 49. 17[c].

5. *Eo quòd*, &c. [יַעַן הֱיוֹת לְךָ אֵיבַת עוֹלָם וַתַּגֵּר אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַל יְדֵי וגו׳] *Eo quòd est*, vel *fuerit*, *tibi inimicitia perpetua*, JT. Pi. (vel, *Pro esse tibi inimicitiam sæculi*, Mo. sub. *cum filiis Israel*, V. sim. Pi. Quòd fueris hæres odii quod Esau in Jacobum gessit[d].) *& effudisti filios Israel super manus gladii*, Mo. vel, *effuderis* sanguinem *filiorum Israel acie gladii*, P. Heb. *in manu gladii*, i.e. per gladium*: *traxeris filios Israel super gladium*, M. *facis ut diffluant Israelitæ per gladium*, JT. Pi. id est, ut difflueret sanguis eorum[f]: vel, *quâ* [nempe *inimicitiâ*] *fecisti ut diminuerentur*, &c. i. e. quâ concidisti eos velut in minutas partes, ut coqui carnes pingues; id quod tibi fuit in deliciis[g]: vel, *concluseris filios — in manum*, &c. G. ex Vulg. i. e. perfugium ipsis negaveris cùm ab Assyriis, ac deinde à Chaldæis, premerentur[h]: vel, *tradideris — in manum gladii*, Sy. sim. Ch. vel, *insederis domui Israel fraudulenter in manu inimicorum gladio*, ό. sim. Ar. [Alii locum sic reddunt;] *Quandoquidem habuisti perpetuum odium contra Israelitas, & terruisti eos gladio*, Ti. vel, *Quia æternas gerens inimicitias compingis Israelitas in enses*, Ca. ¶ *In tempore iniquitatis extremæ*, [בְּעֵת עֲוֹן קֵץ] *In* (vel, & *in*, M. vel, *& eo*, Ti.) *tempore iniquitatis finis*, Mo. V. Pi. vel, *pœnæ exitialis*, id est, quæ affert eis finem. *Iniquitas* hìc ponitur pro *calamitate* in membro præcedente. Apparet enim eandem sententiam aliis verbis repeti[i]. Vel, *peracti criminis*, i. e. supplicii, quod peracto crimine irrogatur[k]. Vel, *iniquitatis extremæ*, Q. in V. Sy. sim. ό. Ar. sive, *finalis*, Q. in V. *eorum*, Sy. i. e. quam ultrà tolerare non poteram[l]: vel, *consummationis peccatorum suorum*, Ch. in V. vel, quo *iniquitatis* est *terminus*, JT. vel, quo *finem* (sub. *accepit*, vel *habuit*,) *iniquitas*, M. Ti. vel, quo propter *iniquitatem* eorum venit *finis*, P. Cùm pœnæ Judæorum tempus venisset[m]. Eadem locutio Ezec. 21. 25, 29[n].

6. *Quoniam*, &c. [כִּי לְדָם אֶעֶשְׂךָ וְדָם יִרְדֳּפֶךָּ אִם לֹא דָם שָׂנֵאתָ וְדָם וגו׳] *Quia*, vel *quòd*, *sanguini* (vel, *in sanguinem*, G. M. *ad sanguinem*, Ti.) *faciam* (vel, *præparabo*, P. *redigam*, M.) *te*, Mo. Ti. G. (i. e. viro sanguinis, sive sanguinario, tradam te[o]; cædi te exponam[p];) *& sanguis* (vel, vir *sanguinis*, i. e. effusor sanguinis[q],) *persequetur te*, Mo. P. M. Ti. &c. *nisi* (vel, *si non*, Mo.) *sanguinem odio habueris*, P. Mo. sic M. *sanguis* (vel, *& sanguis*, Mo.) *persequetur te*, P. H[s]; Nisi abstinueris ab effundendo sanguine, sanguis quoque tuus effundetur[r]. [Alii locum sic reddunt;] *Ni te cæde afficiam, téque cædes persequatur: ni te qui cædem odisti* (i. e. non vis cædibus affici) *cædes persequatur*, Ca. Al. *Ad*, vel *In*, *sanguinem*, sive *cædem*, (Heb. *Quòd ad sanguinem*. Videtur esse ellipsis talis, *Ut vivo ego*, ità verum est, *quòd ad sanguinem* †) *parabo te, & sanguis*, sive *cædes*, *persequetur te*: JT. Pi. *quandoquidem odisti vacuitatem à cæde*, JT. (vel, *quia odisti non-sanguinem*, G. Jun. i.e. vitam amâsti sanguinariam[t]. Verùm tunc intercessisset ibi Makkaph, ut in vocibus *Lo-ruhamah* & *Lo-hammi*, Os. 2. 23. Vel, *quia non odisti sanguinem*, i. e. sanguinis effusionem, sed eâ fuisti delectatus: λιϊότης. In Hebræo verba sunt trajecta[v]: & אם hìc valet, *quia*[x], vel *quandoquidem*, ut Gen. 23. 13. Job. 14. 5. prout & εἰ Græcum sæpe sumitur, ut Joh. 10. 35. & 13. 32. Act. 4. v. 9[y].) *ideo* (vel, *etiam*, JT.) *sanguis*, vel *cædes*, (i. e. gladius hostilis. Elegans antanaclasis in voce *sanguinis* diversâ significatione repetita[z].) *persequetur te*, Pi. Ex jure enim ipso naturæ æquum est maleficis ità fieri ut aliis fecerint. Vide Jud. 1. 7[a]. Sanguis, quem fudisti, expetet

expetet de te vindictam [b]. [Alii aliter.] *Sanguis* in priore loco cognationem, in posteriore sanguinis effusionem, denotat [c]. Odisti sanguinem & propinquitatem fratris tui Jacob, quem amare debueras ut propinquum; ideo cruenti hostes tibi à tergo instabunt [d].

7. *Euntem* (vel, *transeuntem*, Mo. M. Ti. &c.) *& redeuntem*] Ità Sy. Mo. vel, *viatorem omnem*, JT.

9. *Non habitabuntur*; ità LXX, Ch. Sy. Ar. Mo. sim. Ca. [לא תשבנה] *Non reædificabuntur*, Pi. vel, *restituentur*, JT. *redibunt*, sive *revertentur*, P. M. Ti. sub. *in pristinum statum*, M. i. e. Non ultrà instaurabuntur *.

10. *Duæ gentes*, [הגוים] *Istæ gentes*, JT. Pi. Nempe Israel & Juda [f]. Al. Idumæa, quæ jam mea est, & Israel, quam nunc, Judæis abeuntibus, occupabo [g]. ¶ *Meæ* (Heb. *mihi*, Pi.) *erunt*] Ità P. JT. Pi. &c. q. d. Sperâsti te primùm Salmanasaris dono posse consequi terram & captivos Samariæ, deinde à Chaldæis terram Judæam, & captivos indè factos: qualem spem etiam Ammonitæ acceperant, Jer. 49. 1 [h]. ¶ *Et*, &c. [וירשנוה] *Et possidebimus eam*, M. Ti. sim. Ca. JT. nempe Hierosolymam [i]: vel, terram Promissionis, quæ una fuit, quamvis post mortem Salomonis in duas scissa partes [k]. Vel, *eas*, P. vel, *utramque illam*, Pi. Heb. *illam*: sing. positum distributivè [l]. ¶ *Cùm*, &c. [ויהוה שם היה] *Et* (vel, *Quum*, P. Ar. G. ex Vulg. *Licèt*, Pi. sic Sy.) *Dominus ibi erat*, Mo. sic Ti. vel *esset*, P. sic ό. vel, *adesset*, Sy. sic Ar. vel, *habitaverit*, Pi. *Ubi Jehova est*, vel *fuit*, JT. Ca. Sperâsti hæc cùm Templum meum staret [m]. Al. *Sed Dominus* audiens hoc *fuit ibi*, M. *Et coram Deo manifestæ sunt cogitationes cordis*, Ch. Directa hæc erat impietas hominum præfidentium, qui non dubitant gigantum more θεομαχεῖν, & statuunt Deum ipsum non posse populum suum eripere è manu ipsorum [n].

11. *Faciam* (sub. *tecum*, vel *tibi*, V.) *juxta iram tuam*, &c.] Scil. in Israelitas [o]; ità ego tecum irascar [p], & gravissimè in te animadvertam; &, ut tu illos severè tractâsti, ità ego te tractabo [q]. Quomodo tu ex ira & ambitione Judæis nocuisti, sic & ego tibi nocebo [r]. ¶ *Quem*, &c. [אשר עשיתה משנאתיך בם] *Quem*, [nempe zelum,] vel *quam*, [nempe *æmulationem*,] (vel, *quemadmodum*; אשר, pro כאשר †;) *fecisti eò quòd oderis eos*, M. Ti. *propter odia tua in eos*, Mo. P. *præ odio tuo contra illos*, JT. *ex odio tuo cum illis*, Pi. ¶ *Et*, &c. [ונודעתי בם כאשר וגו׳] *Et notus ero* (vel, *Ut agnoscar*, JT. *Ut innotescam*, Pi.) *in eis*, P. sic Mo. (*ab eis*, JT. *apud*, vel *inter eos*, Ca. Pi.) *cùm* (vel, *postquam*, M. Ti. sic Pi.) *judicavero te*, P. Mo. &c.

12. *Opprobria tua*, [נאצותיך] *Convicia* (vel, *probra*, P.) *tua*, Mo. *blasphemias tuas*, M. Ti. Pi. Sy. sim. ό. Ar. *irritationes tuas*, JT. ¶ *Deserti*] A Judæis jam occisis, vel abductis [t].

13. *Et*, &c. [ותגדילו וגו׳] *Et* (vel, *Ut*, JT. *Sic*, Pi. *Equidem*, Ti.) *magnificâstis* (sub. *vos*, JT. Pi. V. vel, *magna fecistis*, M. *magnifica jactâstis*, Ti. sim. ό. *magnificati estis*, Ch.) *super* (vel, *contra*, M. Ti. &c.) *me in ore vestro*, Mo. &c. Nempe, dicentes me non satis potentem ad Judæos tuendos: vel, jactantes vires & opes vestras [v]. ¶ *Et*, &c. [והעתרתם וגו׳] *Et multiplicâstis* (vel *auxistis*, Mo. vel, *superbè evomuistis*, Ti. *effutivistis*, V.) *contra me verba vestra*, P. M. JT. Pi.

14. *Lætante*, &c. [כשמח כל הארץ שממה וגו׳] *Cum exsultatione universæ terræ ego redigam te in desolationem*, M. *Quum universa terra gaudet, vastum te reddam*, Ti. *Sic lætabitur universa terra* ob *desolationem* quam *faciam tibi*, P. *Sicut lætatur tota ista terra*, sic *desolationem parabo tibi*, Pi. sim. JT.

15. *Et*, &c. [וכל אדום כלה] *Et omnis* (vel, *tota*, JT. Pi.) *Edom tota ipsa*, Mo. vel, *universim*, P. sic Ch. *omnis*, *inquam*, *ea*, M. Ti. *quantacunque est*, JT. Pi.

Marg.: [b] Me. [c] Q. in E. [d] M. [*] V. [f] Pi. sim. M. Mc. T. [g] Me. [h] G. [i] Ca. [k] M. [l] Pi. [m] G. [n] Jun. [o] V. sic Mc. T. [p] T. ex Mc. [q] V. [r] G. [†] Pi. [t] Me. [v] V.

CAP. XXXVI.

1. PRopheta super (vel, *contra*, V. *ad*, Mo. Ca. Pi.) *montes*, &c. ità Ch. M. P. Ti. [אל הרי ישר׳] *De montibus Israel*, JT. V. Est prosopopœia: Montes quasi homines alloquitur [a]. Vel, per *montes* intelligit terram Juda, quæ abundabat montibus; i. e. per metonymiam, incolas ejus [b]. *Montes* appellat, i. e. montosam & horrentem regionem, ut præsentem Ecclesiæ vastitatem demonstraret [c].

2. *Inimicus*] i.e. Idumæi [d], de quibus actum modò *. Ammonitæ & Moabitæ [f], ut patet ex capitibus præc [g]. & ex Ezec. c. 25. v. 3, 8 [h]. ¶ *Altitudines*, &c. [ובמות עולם וגו׳] *Et* (*Item*, Pi.) *excelsa seculi*, sive *sempiterna*, (i.e. montana Judææ [i], quæ in perpetuum duratura erant [k]: montes immobiles [l]: quæ Deus in seculum Israelitis promiserat atque adjudicaverat, & quæ sibi propterea illi perpetua fore spoponderant. Ità promissiones Dei protervè ludificabantur [m]. Montes antiqui terræ Israel, qui nunquam complanantur, sed in eodem semper statu permanent [n]: qui ab initio mundi fuerunt, & semper durabunt [o]. Vel, *altitudines mundi*. Terram Israel sic vocat, quia omnibus aliis regionibus sublimior est [p]. Vel, *unumquodque excelsorum perpetuorum*, JT. Pi. Nomen plural. cum verbo sing. per syntaxin distributivam [q].) *facta sunt* (Heb. *factum est*, Pi. vel, *cesserunt*, Ti. V.) *nobis in hæreditatem*, sive *possessionem*, M. V. &c. q. d. Hæc nos Deo hominibúsque invitis obtinebimus [r], idque per successionem sive jure hæreditario: erant enim populi isti Judæorum affines & cognati †. [P. locum sic reddit, *Euge*, *etiam excelsa perpetuò in hæreditatem fuerunt nobis*.]

3. *Pro eo*, &c. [יען ביען שמות ושאף] *Pro propter desolare & absorbere*, Mo. *Eò quòd, eò quòd, inquam, desolaverunt & absorbuerunt*, P. simil. M. *Quandoquidem vastant*, &c. Ti. *Quia multis modis* (Heb. *Quia & quia*, Jun. Pi.) *desolaverunt & exhauserunt*, JT. Pi. vel, *deglutiverunt*, Heb. *anhelaverunt*; metonymia effecti destinati: nam animal anhelat ut aerem hauriat [r]. Significat hostes & potentes sibi visos esse, & parvi fecisse populum Dei, quem tanquam commodè exedebant, aut velut aquam hauriebant absorbebántque ex animi sui sententia [r]. ¶ *Et*, &c. [ותעלו על שפת לשון ודבת עם] *Et ascendistis* (vel, *assumpti estis*, M. *traducti estis*, JT. Pi.) *super* (vel, *in*, M. JT. Pi.) *labium*, vel *labia*, *linguæ*, (vel, *nationum*, JT. Pi.) *& oblocutionem* (vel, *diffamationem*, M. *infamiam*, JT. *malam famam*, Pi. דבב sign. *loqui*, & *detrahere*: indè דבה semper in malam partem accipitur, pro *oblocutione*, *detractione*, & *irrisione* [x].) *populi*, Mo. P. M. vel, *populorum*, JT. Pi. *Et in hominum dicteria atque probra venistis*, Ca. *Ut passim loquantur de vobis & diffament vos populi*, Ti. Fabula facti estis [y] gentibus circa vos residuis post urbem captam [z], ut minatus est Jer. 24. 9 [a].

4. *Montes——audite*, &c.] Eos alloquitur, ut significet omnem creaturam ingemiscere, & exspectare redemptionem filiorum Dei, Rom. 8. 19, &c [b].

5. *Quoniam*, &c. [אם לא וגו׳] *Nisi in igne zeli mei* (vel, *ex ardente zelo meo*, Pi. sic V. vel, *irâ percitus*, V.) *locutus sum*, &c. P. i.e. interminatus sim eis interitum; i. e. Nisi gravissimè in eos animadvertam [c]: sub. *mentiar*, JT. vel, *non ero Deus*, Pi. vel, *nè Deus habear*, G. ¶ *Quæ dederunt* (vel, *posuerunt*, P. M. Ti. *attribuerunt*, JT. Pi. *vendicaverunt*, Ca.) *terram meam* (in qua habitavit mea majestas & gloria [d],) *sibi*, &c.] Sperârunt se ejus dominos fore, ut Ezec. 35. 10 *. ¶ *Ex animo*, [בשאט נפש] *In*, vel *cum*, *contemptu* (vel, *procacitate*, Ca.) *animi*, Mo. P. M. Ti. Ca. vel, in *animo*, ut plenè est Ezec. 25. 6, 15. i. e. cum gaudio animi [f]. *Cum depopulatione animosa*, JT. vel, *cupida*; Heb. *animæ*, h. e. desiderii [g]. ¶ *Et*, &c. [למען מגרשה לבז] *Propter expulsionem* (vel, *abjectionem*, M.) *ejus* (vel, *ut ejicerent eam*, P. *quòd exposita sit*, M. *eò quòd ejecti sunt*, Ti. *quòd ea esset objecta*, Ca. *ut sedes expulsorum ejus* sit, JT. *ut prædia ejus* sint; Heb. *suburbanum ejus*, Pi. *ut expulsio ejus*, nempe populi Judaici, sub. *Idumæis cederet* [h],) *prædæ*, vel *direptioni*, vel *in direptionem*, Mo. P. M. JT. &c. Ut eam prædæ exponerent [i]. Gaudebant quòd terra ista venerit ipsis in direptionem & conculcationem [k].

6. *Confusionem*, &c. [כלמת וגו׳] *Ignominiam* (i.e. injurias [l], contumelias [m],) *gentium*, JT. Pi. i. e. quâ gentes vos afficiunt *.

7. *Levavi manum*] i. e. Juravi, ut Gen. 14. 22 †.

8. *Vos autem—ramos*, &c. [ענפכם וגו׳] *Ramos vestros* (vel, *ramum*, &c. M. vel, *caudicem*, &c. Ti. *frondem*, &c. Mo.

Marg.: [a] La. [b] V. sim. Mc. [c] Pi. [d] V. G. P. La. Mc. [*] G. [f] Mo. & T. ex La. [g] T. [h] T. ex La. [i] M. sic V. Pi. &c. [k] V. [l] G. [m] Jun. [n] Me. [o] La. [p] He. in V. [q] Pi. [r] Jun. [†] La. [r] Pi. [r] Jun. [x] V. [y] V. G. sim. La. Me. T. [z] V. [a] La. G. [b] Pol. [c] V. [d] Idem. [*] G. [f] V. [g] Pi. [h] G. [i] V. [k] M. [l] V. [m] V. G. [*] V. [†] G. sim. M. Pi. &c.

Mo. sic G.) *dabitis*, P. M. &c. vel, *proferetis*, Ti. sic G. Significat florentem statum Judæorum post reditum è Babylone, & Ecclesiæ post Christum [n]. ¶ *Propè*, &c. [כִּי קָרְבוּ לָבוֹא] *Quoniam appropinquaverunt* (nempe Judæi [o]) *ad veniendum*, vel *ut veniant*, Mo. P. M. &c. *Cùm propè advenerint*, JT. *Nam propediem venturi sunt*, Pi. [Ca. versum sic reddit, *Vos autem, ô montes Israelitici, vestros & ramos edetis & fructus feretis Israelitis meis propediem venturis*,] scilicet isthuc [p].

9. *Ecce, ego ad vos*] Ità ό. M. Ti. Mo. &c. sub. *venio*, P. *Ad vos*, bono sensu; q. d. favebo vobis: alibi contrà [q]. *Ecce me apud vos*, JT. [Ca. hoc cum sequ. sic reddit, *Hoc vobis confirmo, futurum esse ut ego respiciam vos*.]

11. *Bonisque donabo*, &c. [וְהֵטִבֹתִי מֵרִאשֹׁנֹתֵיכֶם] *Et meliora faciam*, Mo. sic M. (vel, *benefaciam*, ό. Ch. Sy. P. Pi. sim. JT. Ca. Ti. V. sub. *vobis*, Pi. vel, sub. *novissimis vestris*, P. Ad verb. *benefecabo*, V.) *quàm priora vestra*, Mo. vel, *prioribus* (vel, *primordiis*, JT. *in principiis*, Pi.) *vestris*, P. vel, *vobis quàm à principio*, M. sim. Ti. V. h. e. Pro temporalibus bonis dabo vobis per Messiam spiritualia [r]. וְהֵטִיבֹתִי est præt. Hiphil, (cum ו conversivo, unde significatio futuri,) compositam formam habens à טוֹב, & יָטַב: ab illo esset הֵיטַבְתִּי, ab hoc, הֲטִיבוֹתִי; unde intenditur significatio, q. d. *Et valde benefaciam*, &c †.

12. *Et*, &c. [וְהוֹלַכְתִּי עֲלֵיכֶם אָדָם אֶת עַמִּי וגו׳] *Et ambulare faciam* (vel, *Et venire faciam*, Mo. *Et ducam*, M. Ti. *Adducam enim*, Pi. *Et generabo*, ό. *Et dabo*, Ar. *Et multiplicabo*, Ch.) *super* (vel, *ad*, M. Ti. JT. &c.) *vos homines, populum* (vel, nempe *populum*, Ti. simil. M. Pi.) *meum*, &c. P. &c. vel, *cum populo meo*, &c. JT. Adducam populum meum ex captivitate, ô montes Israel, ut habitet in vobis [t]. ¶ *Et eris*, &c.] Sub. *ô mons*. Mutatio numeri [v]. ¶ *Non*, &c. [וְלֹא תוֹסִף עוֹד לְשַׁכְּלָם] *Nec addes* (vel, *perges*, JT. Pi. ô mons [x]; vel, ô terra. Mutatio generis [y].) *ultrà orbare eos*, P. sic Mo. JT. Pi. sim. M. Ti. V. nempe filiis: q. d. Non peribunt ultrà in te homines incolæ tui [z]. Non provocabis Deum ità ut orbet, &c [a].

13. *Devoratrix* (vel, *Consumptrix*, Ca. Terra *devoratrix*, P. sim. Pi.) *hominum es*] Ità P. ό. &c. vel, *tu*, Mo. Ti. *tu* es, M. q. d. Terra es omnibus exitiosa, non solùm advenis, sed etiam indigenis & proprietariis [b]. Sic vocant propter sanguinem Judæorum in Judæa fusum [c]: vel, respectu habito, sive ad sermones exploratorum, Num. 13.32; sive ad historiam illam, 2 Reg. 17.25, 26 [d]. ¶ [אֹכֶלֶת אָדָם אָתְּי וגו׳] *Exedentem homines te esse*, JT. simil. Pi. *Interficiens homines es tu*, Sy. ¶ *Et*, &c. [וּמְשַׁכֶּלֶת וגו׳] *Et orbatrix* (vel, *populatrix*, Ca.) *gentis tuæ*, vel *gentium tuarum, fuisti*, Mo. P. M. Ti. vel, *esse diceris*, Ca. Propter famem quæ ibi erat *. *Quæ orbas*, &c. Pi. sim. JT. &c. nempe, *liberis*, ό. Sy. q. d. Tuos adeò afficis malè, ut aut propagari genus illorum non siveris, aut propagatum cruciatibus mille exposueris atque confeceris [f].

14. *Non comedes*, &c.] i. e. Non obvenient tibi corruptus aer, sterile solum, &c. quibus noceatur incolis tuis [g]. Hoc tibi probrum non objicietur ampliùs, quia non patiar incolas in te occîdi [h].

15. *Nec*, &c. [וְלֹא אַשְׁמִיעַ אֵלַיִךְ וגו׳] *Nec faciam audire* (*sinam ut audiatur*, JT. Pi.) *te*, &c. M. *in te*, &c. Mo. P. Ch. JT. Pi. ¶ *Non*, &c. [לֹא תַכְשִׁלִי] *Non orbabis*, Pi. Ch. sic M. Ti. תַכְשִׁלִי scriptum pro תְשַׁכְּלִי, (literis transpositis & punctis mutatis,) ut patet ex collat. v. præced [i]. [Alii aliter.] *Non cadere facies*, G. P. vel, *impingere*, Mo. V. sic Jun. vel, *offendere*, JT. Non facies ut impingat quisquam ex incolis tuis. Respondet hæc locutio illi promissioni Exod. 23.26. *Non erit in te abortiens*. Constat enim, si quid est in rebus humanis quod abortum gravidis faciat, esse offensionem, vel casum ex offensione gravem [k].

19. *Dispersi eos in gentes*] Sub. *illas quas immisi in eos*, V.

20. *Et polluerunt*, &c.] i. e. Occasionem dederunt gentibus mihi obloquendi [l], & malè sentiendi de omnipotentia mea [m]. Ibi quoque peccârunt; quo fit ut ego malè audiam, cùm mei dicantur esse [n]. ¶ *Populus Domini iste*, &c.] His verbis taxabant Dominum,

[n] Mc. [o] Pi. [p] Ca. [q] G. [r] T. sim. La. Mc. † Glass. gram. 3. 3. 31. 334. [t] V. ex M. [v] V. [x] M. [y] V. [z] Idem. [a] Pi. [b] Jun. [c] G. [d] Jun. * C. [f] Jun. [g] T. [h] La. [i] Pi. [k] Jun. [l] G. [m] V. [n] Ca.

acsi dicerent, Si Deus eorum fuisset, ut prædicant, omnipotens, non permisisset eos expelli è terra sua [o]. Hi, in schola Dei instructi, idola colunt, fœnerantur, furantur, mœchantur, &c. utique Deo ista probante: si enim fierent ista Deo improbante, cur non impedit, nisi quia vel non potest, vel non audet, vel non curat? En tibi egregium Deum *!

21. *Et*, &c. [וָאֶחְמֹל עַל שֵׁם וגו׳] *Et*, vel *Sed, peperci* (vel, *clementiâ usus sum*, JT.) *nomini sancto meo*, M. P. &c. Illud à pollutione & injuria vindicavi, honori meo consului [p]: nè aut infidelis haberer, aut impotens †. Vel, *peperci* (Judæis scilicet [q], quò minùs eos prorsus exscinderem [r],) *propter nomen meum*, Pi. JT. G. Nè impotens putarer †.

22. *Non propter vos* (Non quòd vos steteritis fœderi, suprà 16.61 [t].) *ego faciam*] Sub. *quæ facturus sum*, V. scil. ut vos reducam in patriam, ibique vobis benefaciam [v]. ¶ *Propter nomen*, &c.] Nè ego malè audiam, ni vos revocarem, ut promisi [x].

23. *Et sanctificabo*, &c.] i. e. Sanctum manifestabo atque asseram [y]; celeberrimum reddam [z]: ostendendo scilicet & omnipotentiam meam [a], & clementiam [b]. ¶ *Coram eis*; ità Sy. [לְעֵינֵיכֶם] *In* (vel, *coram*, ό. Ch. Ar. M. sim. JT. Pi. Ca.) *oculis vestris*, P. Ti. vel, *eorum*, sive *illarum*, LXX, Ch. Ar. M. Mo. JT. Pi. Ca. Legerunt לְעֵינֵיהֶם [c].

25. *Effundam* (vel, *Aspergam*, Pi. sic P. JT. &c.) *super vos aquam mundam*] Id est, vel, 1. abundantiam bonorum, non temporalium, (hæc enim non emundant peccata, quin potiùs augent,) sed spiritualium, à merito Christi, &c. dimanantium [d]. Vel, 2. aquam baptismatis, quâ Christus mundat Ecclesiam, Ephes. 5.26 *. Vel, 3. sanguinem Christi, quo mundamur ab omnibus peccatis [f]. Alludit ad purificationes legales, maximè verò ad aquas temperatas rufæ vaccæ cineribus. Vide Num. 19.9 [g]. Vel, 4. pia Prophetarum monita, quæ non corpus purgabunt, ut aqua illa aspersionis memorata Num. 19. sed animum. Præparamenta hæc sunt ad Evangelium & ad Baptismum. Malè Judæi hæc referunt ad tempus post Resurrectionem [h]. ¶ *Et ab —— idolis*, &c.] Idololatriæ meminit, quia hæc est impuritatum maxima; nè quid esset quod infirmam conscientiam à fiducia, &c. abduceret [i].

26. *Dabo vobis cor novum, & spiritum novum*, &c.] *Cor* in Scriptura significat ipsam hominis animam [k], mentem [l]; sed præcipuè, voluntatem [m]. *Spiritus* significat motum ac pulsum quo quis ad aliquid agendum incitatur [n]. *Cor novum* est, renovatum sive regeneratum [o]. *dabo* significat, Deum propter suam gratiam, non meritum nostrum, hoc efficere [p]. Vide plura ad Ezec. c. 11. v. 19 [q]. ¶ *Auferam cor lapideum*] Id est, durum [r], indocile & refractarium †, in vitiis obfirmatum [t]; in quod, non magis quàm in rupem, sementis inseri potest [v]; quod nullam admittit impressionem piæ & salubris doctrinæ [x]. ¶ *De carne vestra*] Hominem hîc *carnem* vocat, ut significet eum naturâ suâ pollutum esse, & promissionum incapacem, & nihil nisi carnem, ac in rebus carnalibus occupatum [y]. ¶ *Cor carneum*] Id est, molle, docile & obsequens [z]; quod sit arationis, sementis & culturæ salutaris ac Divinæ capax [a]; aptum ad suscipiendas pias admonitiones [b]; quod facilè ad alterius arbitratum fingitur [c].

27. *Et spiritum meum*, &c.] Id est, Prophetas egregios, quales Aggæus, Zacharias, Malachias [d]. Al. Spiritum Sanctum *. *Spiritum* hîc non accipimus pro nova nostra & carnea dispositione, sed pro dono Spiritûs Sancti, quo cor sanctificat [f]. ¶ *Et faciam ut in præceptis meis ambuletis*] Nihil ex mea parte omittam [g]. Promittit hîc sanctificationem, docetque Deum esse qui dat velle & perficere, &c [h].

28. *Eritis mihi in populum*] i. e. Mihi parebitis [i]. ¶ *Ero vobis in Deum*] Vobis benefaciam †.

29. *Ex universis inquinamentis vestris*] A cultibus idololatricis; ad quos postea Judæi universim relapsi non sunt [k]. ¶ *Et vocabo* (vel, *advocabo*, Pi. i. e. verbo efficiam ut veniat; ut servi ad nutum heri concurrere solent [l];) *frumentum*, &c.] 1. Corporeum [m]: 2. & præcipuè, spirituale [n]; gratiam Dei, sacramenta, &c [o]. Efficiam ut abundetis frumento [p]. Arva erunt frugifera

[o] V. sim. Pi. * T. [p] V. † T. [q] G. sim. Pi. [r] Pi. † G. [t] G. [v] Pi. [x] Ca. [y] Jun. [z] V. [a] V. sim. G. Pi. [b] V. Pi. [c] G. [d] T. ex He. La. * Mc. ex La. [f] Pol. ex Jun. [g] Pol. [h] G. [i] Jun. [k] Jun. [l] La. [m] San. sim. Jun. La. [n] San. [o] Jun. Pi. [p] Pol. sim. [q] San. La. M. &c. [r] Jun. [t] G. [v] V. ex Ch. [x] Pi. Mc. La. &c. [y] Pi. [z] Mc. [a] Jun. [b] Mc. ex V. [c] Jun. [d] Pi. [e] Jun. [f] V. [g] San. [h] G. * Pol. [f] Jun. [g] G. [h] Jun. [i] G. † Idem. [k] Idem. [l] V. [m] Mc. T. [n] Mc. sim. [o] T. [p] Mc. V.

fera. At sublimiùs verba hæc in Christo impleta, Matt. 14. [v. 19, 20.] & 15 [q]. [36, 37.]

30. *Fructum ligni*] Poma, amygdala, balsamum [r]. ¶ *Et genimina agri*] Uvas [*].

31. *Et recordabimini*, &c.] Partim suppliciis castigati, partim novo liberationis beneficio devincti †. Pudebit vos, ut sequentia explicant [t]. ¶ *Et*, &c. "וּנְקֹטֹתֶם וגו] *Et fastidio eritis vobis*, &c. JT. simil. Pi. &c. *Et succidemini vos*,&c. V. sic P. &c. i.e. Excidio dignos vosmet reputabitis. Describit mentem & habitum verè pœnitentis [v].

32. *Notum sit vobis*] Ità Ch. Sy. Ar. M. P. Mo. sub. *hoc*, Ti. Pi. Nè ampliùs ignorantes sitis quum hoc utrumque experti estis ; nempe vos nihil nisi malefacere, me verò nihil nisi benefacere [x].

33. *In die quâ mundavero vos ex*, &c.] Id est, pœnas abstulero [y] : vel, peccata remittam [z].

34. *Quæ quondam*,&c. "תַּחַת אֲשֶׁר וגו] *Pro eo* (vel, *vice ejus*, P.) *quòd fuit* (vel, *Ubi* antea *erat*, vel, *Cùm* antea *fuisset*, V.) *desolatio*, sive *desolata*, V. sim. JT. Pi. M. Ti. &c. vel, *in desolationem*, P.

35. *Dicent*, (nempe exteri [a],) *Terra*, &c. הָאָרֶץ הַלֵּזוּ "הַנְּשַׁמָּה הָיְתָה כְּגַן וגו] *Terra illa desolata, fuit*, vel *facta est*, *sicut hortus*,&c. P. sic Ti. *Terra ista desolata fuit*, & nunc est *sicut hortus Eden*, M. Antegressam regionis desolationem cum præsente gloria comparabunt, &c[b]. Veriùs hæc referuntur ad Ecclesiam Christi,quàm ad populum Judaicum è captivitate revertentem [c]. ¶ *Munitæ sederunt*] Ità V. vel, *habitabantur*, P. i. e. Erant munitæ & habitatæ [d] : nunc tutæ sunt*.

36. *Gentes—derelicta*] Nam quædam abductæ sunt, ut Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi [f].

37. *Adhuc*, &c. עוֹד זֹאת אִדָּרֵשׁ לְבֵית יִשְׂרָאֵל לַעֲשׂוֹת לָהֶם] *Adhuc hoc* (vel, in *hoc*,P.M. in *hac re*,V.Ti. &c. vel, propter *hoc*, Belg. Ang. vel, *de hoc*, Ti.) *requirar*, vel *quærar*, (vel, *acquirar*, M. *ero requisitus*, P. Belg. sim. Ang.) *domui* (vel, *à domo*, V. Ang. Belg.) *Israel*, *ut* (vel, *quod*, M.) *faciam eis*, Ti. P. sic Mo.&c. i.e. Quærent me, & quærendo invenient: impetrabunt hoc à me, sive gratiam hanc eis impertiar [g]. *Ultra hoc inveniendum me exhibebo domui*, &c. Pi. *Adhuc in hoc invenient me domus*,&c.G.ex Vulg. Heb.*quærar*: sed est metalepsis; vult enim dicere, Hoc quoque ipsorum precibus concedam[h]. *Præterea expositus ero*, &c. JT. Heb. *quæsitus*, ut Psalm. 111. 2. h. e. promptus & paratus ut beneficium hoc in omnes conferam [i]. *Hoc adhuc ut Israelitis faciam exorabor*, Ca. ¶ *Multiplicabo eos sicut gregem hominum* ; sim. Sy. כַּצֹּאן אָדָם] *Sicut pecus hominis*, Mo. *hominibus* (vel, *homines scilicet*, Ti.) *sicut gregibus*, vel *grege*, P. sic JT. Pi. vel, *oves*, M. Ti. i. e. ut grex multiplicari solet [k]. Al. *ut gregem homo*, sub. *multiplicat*, Mar. *ut humanas oves*,Ca. *hominibus, & in pecoribus*,Ch. *sicut oves, homines*, ο'. sim. Ar.

38. *Ut*, &c. "כְּצֹאן קָדָשִׁים וגו] *Ut* (vel,*Sicut sunt*, Pi.) *pecus* (vel, *oves*, P. M. Ti. Ca Pi. vel, *grege*, JT.) *sanctitatum*, Mo. (vel, *sanctæ*, P. M. sic Ca. *sanctas*, Ti. *sacrificiorum*, JT. Pi. ad verb. *sanctorum*, vel *sanctificationum*, i. e. consecratæ Deo [l] ;) *ut* (vel, id est, *ut*, P.) *pecus*, vel *pecudes*, vel *oves*, (vel, *grege* urbis, JT.) *Jerusalaim*, Mo. P. &c. *in solennitatibus ejus*, P. M. JT. Pi. sim. Mo. Ca. &c. nempe ter in anno [m] : vel, quæ sunt *in statis feriis ejus*, Ti. Sicut grex,inquam, non quilibet, sed optimarum pecudum, unde victimæ solent sumi & deduci Hierosolyma die Paschatis, Pentecostes & Tabernaculorum [n]. Al. Designat multitudinem credentium [o]. Oves tunc multæ erant [p]. Erat Hierosolymæ forum pecuarium, quod singulis diebus gregibus abundavit, ad rerum sacrarum observationem, inprimis autem in solennitatibus illis [q]. ¶ *Plenæ gregibus* (vel, *grege*, Pi. *pecore*, Mo. *ovibus*, M. Ti. sic Ca.) *hominum*] Ità P. sic JT. Pi. vel, *humanis*, M. Ti. V. sic Ca. h. e. hominibus [r]. Ex similitudine sumit metaphoram †. *Plenæ hominibus populi domùs Israel*, Ch. Sensus, Magna erit frequentia habitatorum in Ecclesia, tum ex Judæis, tum etiam ex Gentibus [t].

[Margin notes: q G. r G. * Idem. † Me. t G. v V. x Jun. y G. z Jun. a Jun. b Idem. c M. d V. * Me. f G. g V. h G. i Jun. k G. l V. m Idem. n G. o L. p Pi. q Jun. r V. † G. t Jun.]

CAP. XXXVII.

1. MAnus Domini] Id est, vel,1. Prophetia [a] ; sive Spiritus Dei [b] : vel, 2. manus ipsa Dei eum apprehendens ; non tamen corporaliter, sed per visionem [d]. ¶ *In spiritu*] Id est, vel, 1. virtute & impulsu Dei * : vel, 2. mente, non revera [f]. Significat non corpore se translatum, sed hæc vidisse ἐν ὀπτασίᾳ, ut suprà 8.3. Vide 2Cor.12.2[g]. Extra se raptum in mentis excessu [h]. ¶ *Domini*] Meliùs, *Dominus*, G. ¶ *In medio campi*] Ad verbum, *vallis*, insignis scilicet, cujus meminit suprà 3. 22 [i]. ¶ *Plenus ossibus*] Populus in captivitatem deductus desinit esse populus ; ideòque optimè comparatur ossibus aut corpori mortuo. Vide J. B. P. 2. 9. Sic *oppidorum cadavera* dixit Sulpitius in epistola ad Ciceronem. *Campus* hic Mesopotamiam refert & loca vicina [k]. Ut nulla spes est futuræ vitæ in ossibus aridis, ità nec reditum in patriam sperabant Israelitæ : quorum tamen liberatio hîc prædicitur [l].

2. *Siccæque*, &c.] Ævo consumpta [m].

3. *Vivent*, &c ?] Vel, *An revivi scent*, &c? Pi. An putas revictura esse [n] ? vel, id fieri posse [o] ? ¶ *Tu nôsti*] q. d. Non est cur me roges. Pendet hoc à Divino tuo consilio, &c [p]. Potes omnino [id efficere :] quid velis, tuum esse nôsse. Magna fides Prophetæ, & imago fidei Christianæ, quæ Resurrectionem ex mortuis credit [q]. Hinc certò colligitur futura corporum resurrectio : alioquin non assumeretur indè similitudo ad confirmandam restitutionem Israelis. Nemo enim per res non certò constantes incerta confirmat [r].

4. *Vaticinare*, &c.] Ità ostendit Deus & prophetiarum vim, & Prophetæ dignitatem †. ¶ *Ossa*, &c.] Prosopopœia [t].

5. *In vos*] O ossa arida [v]. In unumquemque numerum ossium ad unum corpus pertinentium [x]. ¶ *Spiritum*] Vitalem: per quem intelligitur libertatis & Statûs restitutio [y]. ¶ *Et vivetis*] Ità P.&c. vel, *quo revi viscatis*. Simplicia verba apud Hebræos sæpe ponuntur pro compositis, quibus illi carent. Ità hîc חָיָה est, *reviviscere* ; sicut & ζῆν, Matt. 9. 18. Joan.11.25. Sic & בָּנָה pro *reficere* & *instaurare* ponitur †.

6. *Nervos*] Qui ossa intus adstringunt atque inter se compingunt [z]. ¶ *Et*, &c. "וְקָרַמְתִּי וגו] *Et operiam*, vel *obducam*, (vel, *extendam*, ο'. sic Ar. *incrustabo*, Mo. vel, *superindam*, JT. Pi. *superinducam*, Ch. *inducam*, M.) *vos* (vel, *super vos*, Ch. M. Mo. ο'. Ar.) *pelle*, vel *cute*,Sy.P. Ti. sic Ca. vel, *cutem*,Ch. JT. Pi. M. Verbum קָרַם hîc tantùm legitur, & v. 8 [a].

7. *Sonitus*] Id est, vel,1. tonitru [b] : vel,2. strepitus ossium, quæ movebantur, ac accedendo ad alia collidebantur[c]. Quo significatur Cyri edictum [d]. Vel, sonitus Judæorum exsultantium de sua liberatione & reditu, ad eundémque se comparantium, & sua convasantium *. ¶ *Et ecce commotio* ; ità P. רַעַשׁ] *Concussio*, JT. Pi. scilicet ossium illorum [f]. *Tremor*, terræmotum significans [g]. ¶ *Et*, &c. וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת עֶצֶם אֶל עַצְמוֹ] *Et* (vel, *Nam*, M. Ti. *Quum*, Pi. simil. JT.) *accesserunt*, vel *appropinquârunt*, (vel, *conjunxerunt se*, M. ad verb. *appropinquâstis*,2.pers.pro 3.ut Jer.29.19.*non auscultâstis*,pro,*auscultârunt* ; & Jer.49.11. *Viduæ tuæ in me confidetis*, i.e. confident [h] :) *ossa*, *os* (sub. *scilicet*, M.) *ad os suum*,Mo.P.Ti.M. vel,*unumquodque ad socium*,Pi. *unum ad suum alterum*, Glas.ib. Ut nervis ligarentur [i].

9. *Vaticinare ad*, &c. אֶל הָרוּחַ] *Ad* (vel, *super*, ο'.) *spiritum*, Ch. M. P. Ti. Mo. &c. *ad ventum*, Pi. *de spiritu*, Sy. Ar. ¶ *A quatuor ventis*, &c.] Id est,mundi plagis [k]. Collectionem significat populi ex cunctis regionibus. Simile loquendi genus Jer. 49. 36. Ezec. 5. 10. & 12. 14. & 17. 21. Vide quæ ad Matt. 24. 31. Apoc. 7. 1 [l]. q. d. Anima cujusque defuncti ad os suum, & ad corpus quæque suum, redeat ex omni parte mundi ubi corpora ceciderunt [m]. Loquitur perinde atque si anima ventus esset ; non quòd ventus sit, sed quòd vento, i. e. spiratione & respiratione, vivamus : sicut dicitur anima in sanguine esse, quia sanguine maximè vivimus [n]. ¶ *Et*, &c. "וּפְחִי וגו] *Et suffla*, vel *affla*, vel *insla*, vel *persla*, M. Mo. Ti. Ca. Sy. Ar. JT. *Et spira*, P.

[Margin notes: a V. sic Ls. ex Ch. b Jun. d T. e. La. sim. Me. * Me. ex L. f Me. g G. h Pi. i V. k G. l V. m G. n Pi. o G. p Jun. q G. r T. ex Tertul. Hi. & Aug.&c. † Jun. t G. v T. x Pi. y G. † Ca. z Jun. a Pi. b V. c La. d G. * La. f Pi. g V. h Glas. gram. 3. 3. 50. 390. i G. k Pi. l G. m T. n Me.]

11. *Ossa*

11. *Ossa hæc—domus Israel*] i.e. Typus seu imago ejus [o]. Non de futura omnium resurrectione, sed de typica Judæorum resurrectione, hîc agitur [p]. ¶ *Aruerunt ossa nostra*] Res nostræ sunt deploratæ; spes nulla superest [q], redeundi in patriam [r]. ¶ *Et*, &c. נִגְזַרְנוּ לָנוּ *Succisi*, sive *Abscissi*, (vel, *Exterminati*, M. V. alii ab aliis longè divulsi †,) *sumus nobis*, Mo. P. Pi. V. G. i. e. malo sive damno nostro [t]. Vel, *à nobis ipsis*, M. vel, *quod ad nos*, JT. q. d. Spe alant seipsos qui volent; nos verò eam planè abjicimus, statuentes actum de nobis esse [v]. *Abscissi sumus planè*, Ti. *Et periimus*, Ch. nempe ut membrum à corpore avulsum [x]. Non tantùm viribus, sed etiam spe & adjumentis restitutionis, destituti sumus [y].

12. *De sepulchris*, &c.] i.e. Ex urbibus & carceribus in quibus captivi detinemini [z]. Vitam civilem vobis reddam [a].

14. *Locutus*, &c.] i.e. Promisi, & steti promissis [b].

16. *Sume tibi lignum unum*] Id est, tabellam [c], ligneam [d]. Vel, *virgam*, &c. ο'. *Virgæ* hîc sceptra, sive Regna, significant *. ¶ *Judæ, & filiorum Israel sociorum ejus*] Ità M. P. Pi. Ca. &c. id est, eorum qui se cum Jehuda & Davidis Regno consociaverant [f]: Benjaminis [g], & Levi [h], & Schimhonis [i]. ¶ *Scribe super illud, Joseph*, &c. לְיוֹסֵף עֵץ וגו' *Joseph*, (vel, *Josepho*, JT. *Ipsi Joseph*, P.) *lignum* (vel, *arbori*, P.) *Ephraim*, M. JT. P. sim. Ca. *Josephi*, nempe *lignum*, &c. Pi. *Ipsi Joseph, lignum*, &c. Ti. Scribe super tabellam Josephi posteris dicatam, *Ephraim*; quia in ea tribu Regnum erat [k]. Per *Ephraim* significat vel, 1. decem Tribus: vel potiùs, (quia illæ degenerârunt in Gentes, paucique ex eis redierunt,) 2. Gentes, quæ per fidem Christi conjunguntur cum veris Judæis [l]. ¶ *Et cunctæ domûs Israel*] Tribuum aliarum [m]. ¶ *Sociorúmque ejus*] Exegesis præcedentis: nam reliqua domus Israel ità socii erant Ephraimo, quomodo Benjamin Judæ erat socius †.

17. *Et*, &c. וְקָרַב וגו'] *Et adjunge* (vel, *admove*, Sy. JT. Ca. Pi. *applicabis*, Ch. *accedere fac*, Mo. sim. V. Pi. *applicabo*, M.) *ea*, P. &c. sub. *ligna*, Pi. Illas duas tabellas simul, ut sint una tabella [n].

18. *Cùm autem dixerint*, &c.] Non antè Deus populo isti promissiones suas explicat, quàm Judæi typo & occasione aliquâ fuissent excitati ad consulendum Prophetam, &c [o].

19. *Quod est in manu Ephraim*] i.e. Quæ pars regnata fuit ab Ephraimi posteris [p]. ¶ *Et dabo*, &c. וְנָתַתִּי אוֹתָם עָלָיו אֶת עֵץ וגו'] *Et dabo*, vel *ponam*, (vel, *componam*, JT. Ca. Pi.) *has*, vel *eas*, *super ipsum*, sive *illud*, Mo. M. (vel, *ad illud*, Ti. *cum eo*, P. V. sub. *ligno Ephraim*, V. vel, *unà cum illo*, Ca. *conjunctas illi*, JT. Pi. ad verb. quæ sunt *cum illo*, nempe Ephraimo [q],) *cum ligno* (vel, *nempe super*, vel *ad, lignum*, M. Ti.) *Jehudah*, Mo. P. JT. Pi. Ca. ¶ *Et erunt unum in manu ejus*] Hebr. *in manu mea*, Pi. G. ex Ch. i. e. sub mea tutela. Hæc prophetia plenum in illis tribubus effectum habuisset, si illæ ad Deum seriò se convertissent: nunc, quia pauci id fecere, paucis profuit. Vide quæ dicemus ad Ezec. 47. 13. In omnibus promissis & minis Dei tacitam subesse conditionem ipse dixit Ezechiel, c. 33. v. 13, &c. & Jeremias, c. 18. v. 7, &c [r]. Hæc duo ligna conjuncta erant, tum, 1. quia multi ex decem tribubus junxerunt se Judæ in reditu ex Babylone, & cum eis in unam remp. coaluerunt †: tum, 2. per Christum [t], qui æmulationem inter Judæos & Samaritas sustulit [v], & utrosque in unam Ecclesiam conjunxit [x], Gentésque Judæis adjunxit [y]. Vide Eph. 2. 14, &c [z].

22. *Et rex unus erit*, &c.] Zorobabel, de quo suprà 34. 23. Is enim, quanquam Regium nomen ob reverentiam Persici Imperii non assumpsit, à suis tamen pro Rege habitus fuit [a]. Non placet. 1. Is nec re nec nomine Rex fuit. 2. Is tantùm Judæis paucis è Babylone reducibus præfuit, idque in paucos annos: cùm Rex hujus loci Israelitis omnibus in æternum imperat [b]. [Plura vide dicta ad Jer. 23. 5. & dicenda, si Deus concesserit, ad Zach. 9. 9.] Rex ergò Christus est [c], ut vel sola loci lectio abunde docet [d].

23. *Neque polluentur*, &c.] Vide suprà 36. 29, 33 *.

24. *David*] Vel, 1. Zorobabel; sic dictus, quia à Davidis erat sanguine, & virtutum ejus imitator. Vide suprà 34. 24 [f]. Vel, 2. Christus [g].

25. *In sempiternum*] i.e. Longo tempore [h].

26. *Et*, &c. וּנְתַתִּים] *Et dabo* (vel, *fundabo*, Ti. Vulg. *promovebo*, Ca. *disponens*, JT.) *eos*, Mo. Pi. *Et disponam* (vel, *benedicam*, Ch.) *eis*, ο'. *Et ponam eos*, P. M. sub. *super terram*, M. vel, *in terra mea*, P. sim. Pi. ¶ *Et dabo sanctificationem meam*, &c.] Id est, sacra ceremoniásque. Sic & mox 28 [i]. Templum: quo intellige gratiosam Dei habitationem in cordibus suorum, &c [k]. q. d. Perpetuò habitabo cum eis, ut olim in Templo [l].

27. *Erit—in*, &c. עֲלֵיהֶם] *Apud ipsos*, JT. Pi. *in* (vel, *super*, Mo.) *eis*, ο'. M. P. Ti.

28. *Quia*, &c. כִּי וגו'] *Quòd ego—sanctifico Israel*, P. sim. JT. Pi. i. e. defendo protegóque ut rem sanctam [m]. ¶ *Cùm fuerit*, &c.] i. e. Quando videbunt me perpetuò manere cum illis, nec unquam favore & auxilio meo eos destituere †.

CAP. XXXVIII.

1. **E**T *factus est sermo*, &c.] Duo hæc capita [38. & 39.] eódem pertinere constat. Ponuntur h. l. ad anticipationem, quasi eadem sit concio cum præcedente. Nam quum Deus cap. præced. duo prænunciaverit, restitutionem populi ex captivitate Babylonica, & instaurationem per Evangelium Christi: nè fortè Judæi præsumerent utrumque eodem tempore eventurum, aut, si non eveniret, animis deficerent [a], & in dubium prophetias Divinas vocarent; néve existimarent, corporali restitutione factâ, pacem perpetuam fore [b], ac proinde peccatis indormirent; néve etiam omnia corporaliter acciperent, quæ spiritualiter intelligenda sunt [c]; antequam ad promissiones purè Evangelicas transeatur, hâc velut προθεραπείᾳ utitur, docétque, post reversionem populi ex captivitate, ante adventum Christi & justam Regni Dei instaurationem, multas illis calamitates eventuras, & admirabiles à Deo liberationes, & multa in hostes Ecclesiæ judicia, sicut & prophetavit Daniel cap. 9. & 10. & 11. Hæ autem afflictiones subindè recurrent usque ad adventum Christi, quem constanter exspectarent. Similem anticipationem vide Jerem. c. 31. v. 15 [d]. Nè Judæi, qui longam illam post reditum felicitatem sibi promitti intellexerant, mirarentur si quid postea incommodi eveniret; voluit Deus eos monere, non defore tempora quibus bonorum fides exploraretur; ut ipsâ prædictione piæ mentes armarentur *.

2. *Pone* (vel, *Dispone*, JT. *Compone*, Ca. *Dirige*, Pi.) *faciem tuam*] i.e. Obfirma vultum tuum ad prophetandum [f]. *Accipe prophetiam super Gog*, Ch. ¶ *Contra*, &c. אֶל גּוֹג אֶרֶץ הַמָּגוֹג נְשִׂיא רֹאשׁ מֶשֶׁךְ וְתֻבָל] *Contra* (vel, *versùs*, JT. Pi. *ad*, Mo. Ca.) *Gog*, *terram* (vel, *terræ*, Ti. & *terræ*, G. & super *terram*, P. vel, qui degit in *terra*, Pi.) *Magog*, M. Mo. Ca. &c. *principem* (vel, *prælatum*, Mo. *summum*, Ch. Ca.) *capitis* (vel, *caput*, G. *ductorem*, Ca. *principem*, Ch. *primarium*, JT. & *caput*, M. Ti. vel, *principum*, Ar. vel, *Ros*, ο'. Sym. & Th. in D. ut sit nomen populi vel regionis [g]:) *Mesech & Tubal*, P. Mo. M. Ti. &c. vel, *Moschorum & Iberorum*, Ca. [Sed hîc paulisper sistendum, & quærendum quid sibi velint hæc nomina.] Jos. Antiq. 1. 7. tradit à Magoge conditos esse Magogas, qui *Scythæ*, à Mescho Meschinios, qui *Cappadoces*, à Thobelo Thobelos, qui *Iberi*, à Phute Phutos, qui *Libyes*, à Gomaro Gomarenses, qui *Galatæ*, à Thygramma Thygrammanos, qui *Phryges*, à Græcis nominantur. Hæc nomina ad Græcam deflectit linguam: nam Heb. sunt *Magog*, *Mesech*, *Thubal*, *Phut*, *Gomer*, *Thogerma*. Et in cæteris quidem eum sequor, tantùm *Meschum* aliter interpretor. Nam cùm Cappadoces Genes. 10. 14. *Caphtorim* appellantur, & pro *Mesech*, ο'. & Vulg. habent *Mosoch*; malim *Moschos* significari, cùm & nomen conveniat, & id cum Iberis, tum hîc, tum c. 27. 13. conjungatur, quæ utraq; gens est in regione Themiscyra. Nam hos Iberos, non Hispanos, h. l. intelligo. Sed quale sit hoc de Gog & Magog oraculum

ego

ego nescio: hæc quidem nondum evenisse suspicor. Qua de re lege diligenter Esa. 17. & 26. & 56. & 57. & Ezech. 37. & Apoc. 20. Adde, si placet, Sibyllæ librum tertium, in quo hæc omnia abunde tractantur [h]. Locus hic valde torquet Interpretes. Multa hic obscura & incerta; ut, quodnam tempus spectet hoc vaticinium, & quinam *Gog* & *Magog* [i]. In Gog & Magog nihil significatur historicum, sed tantùm mysticum; & per Gog & Magog hæretici tantùm & Ecclesiæ persecutores intelliguntur [k]. Non una certa natio intelligitur, sed omnis impiorum turba [l]. Sed multa hic occurrunt quæ historicum aliquid sonant, ut promptum est legenti, & constat ex nominibus locorum, gentium, &c. [Qu. 1. Quis hic *Gog?*] Resp. 1. Consentiunt ferè omnes Gog nomen esse personæ, Regisque alicujus: an verò proprium sit alicujus, aut commune illis qui alicui provinciæ præfuerunt, incertum est. Resp. 2. Constat ex Propheta regionem [Magog] esse Aquilonarem, &, ut mihi videtur, non procul à Judæis. Quare non placet quod alii (ut Theod. Eucher. Doroth. Beda, &c.) hic regiones Septentrionales intelligunt, Gothos, aut Scythas, &c. quia sunt remotiores, &c [m]. [Aliis tamen hæc sententia placet.] *Gog* hic est Rex Scytharum, qui Regni sedem habet *in terra Magog*, i. e. in Scythia prope Caucasum. Probatur. 1. Magog patrem Scytharum fuisse rectè statuunt Jos. Eustath. Hieron. & Theodor. [2. Favent nomina locorum.] *Gogarene*, quæ est Iberiæ pars, teste Strab. l. 11. Vide & Stephanum. גוג־חסן, *Gog-hasan*, i. e. Gogi munimentum; quo nomine dictam Scythiæ partem vocarunt Colchi & Armeni, quorum dialectus erat semi-Chaldæa: unde & Græcorum Καύκασος, sono molliore; ut ex נבל, νάβλα [n]. [3. Huc faciunt & verba sequentia,] נשיא ראש וגו׳, sive τὸ ראש appellativè, sive propriè, acceperis. Si prius, rectè vocatur *princeps capitis*, i. e. initii, (nam ראש *caput* pro initio sæpe ponitur, ut 1 Par. 14. 15. Jerem. 22. 6. [ubi videsis quæ nos digessimus:]) *Mesech & Thubal*, quia terra Mesech incipit à terra Magog. Si posterius, vocatur *princeps Rhos, Mesech & Tubal*, i. e. princeps Armeniæ Araxenæ, Moschicæ & Tibareniæ, regionum contiguarum, quæ tum erant Scythici juris, testibus Strab. l. 11. & Justin. l. 2. *Rhos* mihi videtur Armeniæ fluvius Araxes, quem Arabicè *Rhos* vocari dicit Geographus Nubiensis clim. 5. part. 6. unde & accolas sic dictos putem. Certè *Rhossos* prope fluvium illum ponit Josephus Ben-Gorion. Porrò, *Scythæ primitus juxta Araxem amnem habitârunt*, inquit Diod. l. 2. fin. Herod. Credibile est ex ראש & משך, id est, *Rhossis* & *Moschis*, descendisse Russos & Moscovitas, prout & Magyni à Magog dicti videntur. Certè Tauri, populus Scythicus, vocantur Ῥῶς, *Rhos*, ut expressè notat Tzetzes, chil. 11. histor. 393. Et prope eos sunt *Rhoxalani*, Plin. 4. 12. 4. Scythis optimè conveniunt quæ hic dicuntur de Gogi copiis, earúmque armis & equis: Nam Scythæ ferè semper equis vectabantur, teste Hippocrate libro de Aquis & locis. Scytharum etiam arma perpetua erant sagittæ & arcus: quibus etiam à teneris assueverunt, etiam dum *ab equis movebantur*; (unde Scytharum equites ἱπποτοξόται dicti;) idque tantâ peritiâ, ut rarò à scopo aberrarent. 5. Non desunt vestigia expeditionis Scytharum in Syriam. Urbs est in Aulone, seu Scythopolitana valle, nobilis, ad Orientem lacûs Tiberiadis, olim *Bethsan* dicta, teste Josepho, postea verò *Scythopolis*; nec alia mutati nominis occurrit ratio, nisi hæc sit urbs illa à Gogæis sive Scythis ibi sepeliendis dicenda, juxta Ezec. 39. 11. ubi vide Chaldæum. Huc facit & Eusebii locus in Græc. Chron. l. 1. p. 40. *Scythæ Palæstinam percurrerunt, & Baisan* (id est, Beth-san) *occupârunt, quam de suo nomine vocârunt Scythopolim.* Sed unum hic me malè habet, quòd Scytharum excursio sub Cyaxare, de qua ibi Euseb. videtur hoc vaticinium præcessisse aliquot annis. Addi posset, quòd Syriæ urbem Bambycem vel Hierapolin Syri appellabant *Magog*, Plin. 5. 28 [o]. Resp. 3. *Gog* non est, ut plerique putant, nomen unius viri [p], & Regis alicujus, à quo infestaretur Dei populus; sed (ex collat. Apoc. 20. 8.) nomen loci & gentis, sed à Rege certo derivatum [q]. Est nomen commune gentium Regúmque Asiæ minoris & Syriæ [r], à quibus Judæos maximè infestandos fore docet Propheta hoc loco: id quod factum per Antiochos, Seleucos, Demetrios & Nicanores *. *Gog* idem qui Græcis Γύγης, *Gyges* †, (Holem Hebræo posito pro υ, ut in [כורש] Κῦρος, *Cyrus*,) qui ante Ezechielis tempora Lydiam & vicina loca Asiæ possederat [t]: is qui Candaulem Lydorum Regem, hortante uxore ejus, trucidavit, Regnúmque sibi occupavit, à quo familia Gygadum. Confirmant hanc interpretationem vestigia antiquitatis plurima [v]. *Gygæus lacus*, apud Homerum [x], in Lydia; ad quem fuit sepulchrum Halyattis [y]. *Gygæa* regio ob ingentes divitias celeberrima. Alpheus Mitylenæus, Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης, (*Non aureas opes immensas instar Gygis.*) Et proverbium apud Græcos, Γύγου τάλαντα, (*Gygis talenta.*) Vide & Herod. lib. 1. & Pausan. in Laconicis [z]. *Gogarena* regio in Strab. inter Iberiam & Colchidem. *Gygartha*, urbs Syriæ, corruptè dicta, pro, *Gog Kartha*, i. e. urbs Gogi sive Gygis, quia ad eos usque fines Scythæ, quos Gygadæ in Asiam pellexerant, armati pervenerunt, quum Cyaxarem Medorum Regem debellarent. [Qu. 2. Quis *Magog?*] Est nomen, 1. viri illius Gen. 10. v. 2. qui citeriorem Ciliciam partésque Syriæ conterminas incoluit: 2. regionis quoque istius in quam irruperant Scythæ, qui indè Magogi nomen obtinuerunt: 3. idoli famosissimi ab illis culti; à cujus cultu gentes hæ distingui videntur à Persis, qui Solem, Babyloniis, qui ignem & Belum, Ægyptiis, qui aquam, & præcipuè Nilum, colebant [a]. *Magog* hic non esse nomen viri ostendunt, 1. quòd *terra* vocatur: 2. ה hajedia, sive notificativum, quod propriis virorum nominibus nunquam præponitur [b]. *Magog* est Syria [c], nempe Cœlesyria [d], in qua Hierapolis, Syris dicta *Magog*, teste Plin. 5. 28 *. non procul ab Euphrate [f]. Ut autem Lydia, [voce *Gogi* notata, ut dictum,] ità & Syria, fuit Antiochi majorúmque ejus, ut notum est. Vide Livium, Polybium, Appianum in Syriacis [g]. *Terram Magogi* hic vocat Scythiæ sive Sarmatiæ incolas, synecdochicè, qui tunc Mediam obtinebant, ut meminimus Jer. 49. 34. & suprà 32. 24. Asiam vastabant usque ad Syriam cœlen, ubi primas tenebat omnis idololatriæ Hierapolis. Dignitatem & potentiam istius Gygadæ describit Propheta sequentibus verbis, *principem, primarium* (quod asyndeton ostendit, Prophetam percurrere certarum gentium nomina, ut synecdochicè intelligantur omnes eæ quarum operâ usi sunt Reges ad grassandum in Judæa, ut apparet ex v. 5. & seq.) *Meschechi & Thubalis*, de quibus vide Gen. 10. 2 [h]. h. e. Cappadociæ & Albaniæ. Iste autem Gygades qui hoc tempore iis imperavit fuit Halyattes pater Crœsi, cujus tanta fuit potentia, ut omni etiam Medorum potentiæ restiterit Cyaxaris Medi tempore, qui etiam Cappadocibus atque Albanis ad tempus præfuit, licèt postea Imperium ejus temperatum fuit, ut tradunt historiæ [i]. Dicitur h. l. Gog *caput Mesech*, i. e. Mazacæ, sive Cappadociæ; & *Thubal*, i. e. Iberiæ Asiaticæ. Cappadoces fuisse in auxiliis Antiochi Magni posterorúmque ejus docet nos Appianus. His propinqua Iberia Asiatica. Vide Ptolemæum in Colchide. *Caput* hic est, Princeps fœderis. Cappadoces, Phryges, Galatas, Iberos, Persas, Æthiopas in exercitu Antiochi ex historiis Græcis ponit & Polychronius *. [Alii paulò aliter.] *Gog* est Alexander Magnus, ejúsque successores, Reges Syriæ & Ægypti, qui Judæos afflixerunt, & tandem ab eis superati sunt [k]. Sed hoc falsum est: nam Judæi eos nunquam planè superârunt, quin semper ab eis vexati sunt [l]. Al. *Gog* erat Antiochus Epiphanes, qui valde afflixit Judæos, (postquam restituti sunt in patriam, de quo actum cap. præced.) & tandem à Deo percussus miserè interiit [m]. Nihilominus in Antiocho adumbratur Antichristus [n], de quo plurima hic intelligenda sunt, ut videbimus. Mos est Sacris scriptoribus, ut, de typo V. T. agentes, statim ad Evangelii tempus transiliant [o], [ut sæpe notatum.] Antichristum ergò ejúsque milites hic intelligo, ex collat. cum Apoc. 20. 8, 9, 10: nam de eodem Gog loqui Joannem & Ezechielem clarum est [p]. Alluditur tamen h. l. ad Antiochum, ejúsque urbem gentémque impiam & idololatricam, nuncupatam Magog [q]. Tyrannis Antichristi piorum pacem conturbantis hic describitur [r]. *Gog* est ipse Antichristus, vel potiùs,

[h] Cl. [i] San. [k] Aug. & Hi. & Pri-mas. Prosp. &c. in San. [l] Aug. in La. l E. [m] San. [n] P. 3. 3. 113. [o] P. ib. [p] 2 ... [q] Jun. in bib. & Po. [r] Jun. ib. Pol.

* Jun. ib. † Jun. [t] G. [v] Jun. [x] G. [y] Jun. [z] G. [a] Jun. in comment. [b] P. l. [c] G. [d] Pol. * Pol. G. [f] Jun. [g] G. [h] Jun. ad bib. [i] Jun. in comment. * G. [k] Th. in L. [l] La. [m] Perer. in La. fin. [n] San. [o] San. fin. ... San. [p] La. fin. [q] La. [r] V. in Tig. tot. fin. Me. T.

potiùs, primarius ejus Rex & belli dux: *Magog* est exercitus Antichristi, sic dictus, vel, quia constabit Scythis, Turcis & Tartaris; vel, quia barbarus erit & crudelis instar Scytharum: nam Magog esse Scythas colligitur ex Genes. 10.2 *. Hebræi per *Gog* intelligunt Regem quendam qui regnaturus est in regione Magog, sive Scythia [t]. Hic unus est locus, nec quidem infimus, qui Judæos in errore retinet. Hinc enim colligunt, tempore Messiæ ex Scythiæ partibus maximum erupturum exercitum sub Rege Gog, & venturum in terram Israel, & conflictaturum cum Rege Messia, qui illum maximo cum orbis applausu delebit [v]. Verùm Christiani rectiùs statuunt, prophetiam hanc, quoad sensum historicum, complementum suum reperisse post captivitatem Babylonicam, in gravissimis bellis Seleucidarum, inprimis Antiochi Epiphanis, &c. Isti autem Reges dici videntur *Gog terræ Magog*, quòd Scythæ, gens bellicosa & immanis, istis temporibus Asiam depopulabantur, & ad Syriam usque pertingebant. Verisimilius quippe est, Ezechielem, tunc in Babylone hærentem, in gentis tum captivæ solatium prophetâsse, hostiúmque istorum temporum vastationem (cujus præced. cap. mentionem fecerat) prædixisse, quàm de bello in fine mundi gerendo, &c [x]. Sed multa hîc dicuntur quæ Antiocho ejúsque exercitui non congruunt: v. g. quòd è cœlo per dendus est grandine, &c. v. 22. idque itâ ut ligna hastarum, &c. Judæis ad focum suffecerint per 7 annos, &c [y]. [Ista quo pacto expediunt suis locis videbimus.] Cæterùm in sensu mystico, quo per Gog Ecclesiæ hostes figuratè, ut Apoc. 20. 8. intelliguntur, vaticinium hoc nondum adimpletum est, sed suis gradibus, usque ad secundum Messiæ adventum, impletur, ut omnes consentiunt [z]. [Plura multò speret lector de Gogo & Magogo, si, favente Deo Opt. Max. ad Apoc. 20. Opus nostrum perductum fuerit.]

3. *Ecce, ego* (vel, *me*, JT.) *ad* (vel, *contra*, JT. Pi.) *te* (sub. *veniam*, Pi.) *Gog, principem capitis*, &c.] Vel, *qui caput es Cappadociæ & Iberiæ*; i. e. in fide tua habes illas gentes [a]. Repetit magnificos ipsius titulos; q. d. qui, copiis, non solùm popularium tuorum numerosis, sed & auxiliaribus ad te recèns confluentibus, fretus, invictus tibi videris. Nam Scythicæ gentes tunc temporis, à Cyaxare durè habiti, ab eo deficientes, in fidem Halyattis Regis Lydorum se contulerunt, &c. Ostendit ergò Deus h. l. & potentiam suam, & vanitatem impotentiámque humanam, & quòd neque indigenæ, neque advenæ & adscitæ copiæ, impedimento forent quò minùs justitiam suam perficeret [b].

4. *Et*, &c. וְשׁוֹבַבְתִּיךָ וגו׳] *Nam* (vel, *Et*, Mo. P.) *convertam* (vel, *reducam*, Mo. Ti. JT. sim. Ca. *conteram*, P. *frangam*, V. *retundam*, M. *seducam*, Ch. in V. vel, *circumducam*, Pi. sim. Vulg.) *te*, (i. e. cor tuum; q. d. Efficiam ut inclines animum ad ea ad quæ ego pertraham te [c]:) *& imponam hamos maxillis tuis*, Pi. &c. Ducam te quò mihi visum fuerit, ut equum insessor [d]. Deus seipsum cum venatore vel piscatore, hostes cum feris aut piscibus, comparat *. Est hîc hysteron proteron, pro, *Ponam frænum*, &c. *& circumagam te*, quòcunque voluero [f], ut per te & tuos orbem infestes [g]: non tamen permittam te nocere, nisi cui ego voluero [h]. ¶ *Et educam te*] E solo nativo [i], in terras remotas [k]. ¶ *Vestitos* (vel, *indutos*, P. M. Ti. &c.) *loricis*; itâ o'. Ar. מִכְלוֹל] *Holosericis*, Ti. *armis*, Sy. *omnimodâ veste*, Ch. *undique*, G. *universitate*, Mo. V. *perfectissimè*, JT. *ornamento multifario*, M. *perfecto habitu*, nempe habitu militari; Heb. *perfectionis* [l]: vel, *omni armorum genere*, P. Græcè, πανοπλία· i. e. omnino armati erant [m]. ¶ *Hastam*, &c. צִנָּה וגו׳] *Cum clypeis & scutis*, M. P. sim. Ti. *clypeatorum & scutatorum*, JT. sim. Ca. *gerentium scuta*, &c. Heb. virorum *clypei*, Pi.

5. *Persæ, Æthiopes, & Libyes*, &c.] *Persarum* pars Antiocho Epiphani paruit tributaria. Vide 1 Maccab. 3. 31. *Æthiopum* operâ fugatus Alexander, & Demetrius in Regnum restitutus, est per Ptolemæum Euergetem, 1 Mac. cap. 11. quod etiam de *Puteis* [qui in Vulgato *Libyes*] sive Cyrenæis accipiendum esse commonstrant verba sequentia [n]. De *Persis* vide 1 Mac. 3. 31. *Elymæi juncti Persidi*, Plin. 6. 27. Itaque Ἐλύμαις ἐν Περσίδι dixit scriptor 1 Mac. 6. 1. Hos in militia Antiochi M. ponit Appianus, & Livius l. 37. Idem Livius, *Medi erant lecti viri, & ejusdem regionis mixti multarum gentium equites*. Polybius in eodem Antiochi M. exercitu ponit Medos & Carmanos. *Æthiopes*, vicini Arabum & Arabibus permixti, quos in eodem Antiochi exercitu ponunt iidem scriptores. Vide & 1 Mac. 11. 16. Ἄραβας ἅμα τοῖς περιχώροις, (*Arabas simul cum vicinis*,) ait Polybius. *Libyas* disertè in eadem militia ponit Appianus [o]. Descriptio hîc incipit copiarum Ecclesiam infestantium; quarum hîc sunt classes duæ, sive duo Regna, Ægypti, v. 5. Asiæ Syriæque, v. 6. De Regno Ægypti agens Propheta incipit ab Oriente, & desinit in extremitate occidentali, quæ infestando populo Dei ministravit. Incipit à *Persis*, qui Ptolemæo Lagi adhæserunt: deinde, nomine כוש hîc, ut alibi, cum Ægypto etiam finitimos comprehendit, tres scilicet Arabias, Æthiopiámque sub Ægypto, & Troglodyticam: denique, nomine *Put* designat reliquam partem copiarum Ecclesiæ infestantium, & Regibus Ægypti stipendiariam operam præstantium, nempe Cyrenæos, Libyes, Mauritanos, reliquámque Africam, quas omnes gentes Scriptura appellatione *Put* designare solet [p]. ¶ *Scutati*, &c.] Nimirum gentes illæ armis instructiores erant in militia quàm Græci aut Asiani [q].

6. *Gomer*] i. e. Galatæ [r]: quos in eadem [Antiochi] militia ponit Appianus; quos *Gallogræcos* appellat in eadem historia Livius †. ¶ *Agmina ejus*; itâ P. M. Pi. sic JT. אֲגַפֶּיהָ] *Alæ* (vel, *socii*, Ar. *exercitus*, Ch. Sy. sim. Ca.) *ejus*, Mo. sic Ti. ¶ *Domus Thogorma*] i.e. Phryges [t]; ut diximus suprà 27. 14: quos in eadem militia nominat Appianus. Livius autem, *Syri Medique erant Phrygibus & Lydis immixti*. Polybius Cardacas & Lydos nominat [v]. Alii, Armenii [x]: Al. Cappadoces & Galatæ [y]. [De quo vide dicta ad Ezec. c. 27. v. 14.] ¶ *Latera Aquilonis*] i. e. Populi ad Aquilonem siti respectu Judææ [z]. Semper hoc fuit in more gentibus Borealibus, ut stipendia facerent Asiæ Regibus & Syriæ militantes. Hoc versu Regnum Syriæ & minoris Asiæ circumscribitur ab extremis finibus ipsius. Nam cùm Asiæ minoris extimus planè terminus fuerit secundùm mare quod Pontum Euxinum vocant ad Septentrionem, ubi Galatia, Phrygia, Bithynia, quas regiones Scriptura *Gomeri* appellatione denotat; deinde Paphlagonia Cappadociæ juncta, quam *Thogarmæ* designat appellatio; id satis Prophetæ visum est, si hunc summum Asiæ minoris terminum Septentrionem versùs circumscriberet, quo posito, reliquæ citeriores gentes omnino intelliguntur συνεκδοχικῶς [a]. ¶ *Robur ejus*] Hebr. *alæ*, &c. Ti. JT. &c. Sic vocant scriptores de re militari turmas equestres, quibus tanquam alis circumvolitantibus pedites muniuntur [b]. ¶ *Populique multi tecum*] Pamphylii, Pisidæ, Cretes, Cilices, Mysi, Tralles. Vide dictos scriptores, & Polybium in rebus ipsius Antiochi [c].

7. *Præpara*, &c. הִכֹּן וְהָכֵן לְךָ וגו׳] *Præpara te*, Mo. Pi. sic P. Ca. (vel, *Accingere*, Ch. *Comparator*, JT. *Dispone te*, M. *Præstò sis*, Ar. Heb. *Præparare*, Ti. Pi.) *& prepara* (vel, *instrue*, Ca. *compara*, JT. sic Ti. Ar. V.) *tibi*, Mo. P. Pi. (vel, *te*, o'. Ar. Ch. M. Ti. Ca.) *omnem multitudinem tuam*, P. Al. *tu* (vel, *& tu*, Pi.) *& omnis* (vel, *omnes*, M. Pi. Ti.) *concio tua*, Mo. vel, *multitudo tua*, V. *congregatio tua*, o'. Ar. *congregationes tuæ*, JT. Pi. sim. Ti. vel, *tuas*, M. vel, *cum omni tuorum multitudine*, Ca. Appara, inquit, tibi quæcunque necessaria sunt ad bellum gerendum [d]; tu, inquam, & omnes copiæ quas collegisti *. Est irrisio, q. d. Præpara te & tuos, ut simul pereatis [f]. Prædictio proponitur formâ mandati, more prophetico [g]. Significat eos omnes tum comparaturos sese diligentissimè ad nocendum populo Dei, tum & auxiliariorum operam adhibituros ut graviùs Ecclesiam affligant [h]. ¶ *Et esto*, &c. וְהָיִיתָ לָהֶם לְמִשְׁמָר] *Et eris* (vel, *ut sis*, P. M. Ti. JT. Ca. &c.) *eis* (i. e. vel, 1. montibus Israelis, qui nominantur v. seq [i]. & Judæis omnibus [k]. Sed contortum videtur pronomen eò referre. Vel, 2. congregationibus, quarum mentio proximè præcessit [l]; subditis & confœderatis tuis [m].) *custodiæ*, sive in *custodiam*, Mo. P. JT. &c. i. e. Vel, 1. ut eos tanquam caveâ aut carcere inclusos teneas [n]: vel, 2. ut tu illos custodias, aut illi te; ironia [o]. *Esto eis custos*, i. e. Imperator summus:

Left-column margin notes: [s] La. sim. Me. — [t] V. — [v] M. — [x] Hulf. theol. Jud. l. 1. part. 2. p. 512. — [y] La. — [z] Hulf. ib. — [a] G. — [b] Jun. — [c] V. — [d] G. — * Jun. — [f] Me. — [g] T. — [h] Me. — [i] T. sim. La. — [k] T. — [l] Pi. — [m] V. sim. G. — [n] Jun. in bib. sim. — [o] Po'.

Right-column margin notes: [o] G. — [p] Jun. — [q] Jun. — [r] Me. et Jo. T. et Th. La. Ca. — † G. — [t] La. & Me. & T. et Jo. Ca. — [v] G. — [x] Q. in Me. sim. Pol. — [y] BP. 3. 11. — [z] G. — [a] Jun. in comment. — [b] Jun. ib. — [c] G. — [d] V. sim. Pi. — * V. — [f] Me. ex La. — [g] Pol. — [h] Jun. — [i] Jun. in bib. — [k] Jun. Pol. — [l] Pi. — [m] T. sim. La. — [n] Pol. sim. Jun. — [o] Mar.

mus:

mus P: vel, *in præceptum*, T. ex La. i. e. Præcipe, impera, subjuga gentes, stabili & propaga Regnum tuum, quousque finit Divina providentia q.

8. *Post dies multos* (vel, *longa tempora*, Ca. nempe temporibus Maccabæorum r: annos ampliùs 200 ab hac prophetia, quum cœpit Judæa vexari à Syriæ Regibus; ac proinde à temporibus Seleuci Nicanoris mirifica cœperunt judicia pro defensione populi exerceri †. Id quod per Romanos factum pro oppressis Asiæ, Syriæ & Ægypti, attestantur historiæ, ut deinceps videbimus t. Al. sub finem mundi v, post illos mille annos, Apocal. 20.7 x.) *visitaberis*] Ità M. P. Ti. Pi. &c. vel, *in te animadvertetur*, JT. Ca. vel, *imperabis*, G. ex Ch. nam פקד hoc etiam significat †. *Visitare* in Scriptura metaleptice ponitur, pro, præstare bonum antè promissum, vel malum denunciatum. Hoc v. & seq. summatim concluditur, id quod in hoc reliquo & seq. cap. deinceps explicatur, 1. judicium Dei in hostes; 2. maleficium ipsorum, quo illud provocaverunt y. ¶ *Ad terram quæ*, &c. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב] *Reductam*, sive reducem, (vel, *attritam*, P. *recidivam*, Ca. *quæ perversa est*, ο'. *quæ requievit*, Sy. *quæ effugerat*, Ar. *quæ exinanita est*, M.) *gladio*, Ti. P. M. vel, *gladium*, Ar. *à gladio*, ο'. Mo. JT. Pi. *ab armis*, Ca. Cujus incolæ reducti sunt z è captivitate, ut promissum erat suprà 37. 21, 22 a. Venies ad eos quos Chaldæus ensis reliquos fecit: —*relliquias Danaûm atque immitis Achillei*. Apertè satis Judæos describit. *Terra*, pro *gente*, συνεκδοχικῶς b. Periphrasis terræ Israelis c. Notat impietatem & atrocitatem facti, quòd eos vexarent quum vixdum ex prioribus angustiis respirare cœperant, &c d. Al. Ad Ecclesiam jam liberatam à tyrannorum persecutionibus, &c *. ¶ *Congregata est de populis multis*] Mixti enim fuerant [Judæi] omnibus populis Imperii Babylonici †. ¶ *Ad*, &c. על וגו'] *Super* (vel, *ad*, P.) *montes Israelis*, M. Ti. Pi. *Invasurus montes*, &c. JT. *Montes* Judæam sæpe [denotant,] ut antè vidimus f. ¶ *Et*, &c. וְיָשְׁבוּ וגו'] *Et habitabunt*, &c. P. M. Ti. *Et omnes* ejus gentes *habitabunt securè*, nullum bellum timebunt g. *Quúmque habitabunt*, &c. Pi. sic JT. i.e. Quo tempore quieti erant Judæi, nec faciebant cuique molestiam. Inhumanum hoc erat, recentes ex afflictione homines affligere, & jam diu desolatos ampliùs desolare, & innocentes opprimere h. [Ca. verò hæc verba sic reddit & exponit,] *Quâ*, scilicet terrâ, hoc est, hominibus, loco pro incolis loci posito, *degent illi omnes*, regionis homines, *in tuto* i.

9. *Ascendens*, &c. וְעָלִיתָ כַּשֹּׁאָה תָבוֹא כֶּעָנָן וגו'] *Et ascendes tanquam* (vel, & *tanquam*, Pi.) *multitudo* (aquarum, cum impetu & tumultu inundantium k: vel, *ut tempestas*, M. Ti. V. sub. *maxima*, V. *tanquam fremebunda vastatio*, Pi. sic JT. subitò & magnâ vi; ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, (*cum magna multitudine*,) 1 Mac. 1. 22 l.) *venies*, (vel, *invasurus es*, JT.) & *ut nubes eris*, P. &c. ¶ *Ut operias terram*] Multitudine scilicet copiarum, ut sequitur m.

10. *Ascendent sermones*, &c. דְּבָרִים וגו'] *Verba*, &c. Mo. P. &c. *res*, JT. *quædam*, Ca. *negotia*, Pi. *consilia*, Ti. V. De affligenda & oppugnanda Ecclesia †. ¶ *Et cogitabis*, &c.] Apud te multùm & frequenter, quâ ratione pios perdere possis n.

11. *Ascendam*] qu. d. Firma quidem in ambitum montibus est Judæa: nihil tamen tam arduum erit quin perrumpam, ut ità desiderium meum expleam o. ¶ *Ad*, &c. עַל אֶרֶץ פְּרָזוֹת] *Contra* (vel, *super*, Mo. ο'. *ad*, M. Ti.) *terram dejectam*, Ar. vel, *abjectam*, ο'. *pagorum*, sive *villarum*, JT. Pi. Mo. P. G. *paganam*, Ca. ubi vix quicquam est munitum p; quæ in omnes partes pervia est q; in qua meri ferè pagi sunt, urbibus per Chaldæos destructis r. Vel, *muris carentem*, Ti. sic M. V. vel, *quæ habitatur securè urbibus absque muris*, Ch. ¶ *Veniam*, &c. אָבוֹא הַשֹּׁקְטִים] *Veniam* (vel, *Ingrediar*, Ti. *Invadam*, JT. Sy. sic Ca. sub. *ad*, P. M. &c. vel, *contra*, Pi.) *quiescentes*, Mo. P. ο'. &c. vel, *istos tranquillos*, JT. *qui securè habitant*, Sy. qui pacem cum omnibus exoptant colere †: ad homines nihil timentes tale. Cepit enim ipse Hierosolyma ἀμαχητὶ, (*sine pugna*,) ut ait Josephus t. Summam securitatem indicat; quo candorem ac simplicitatem piorum innuit v. ¶ *Sine muro*] i.e. Nulla

p G. sim. — q Me. La. — r T. — † Pi. — † Jun. in b.b. — t Jun. in com. — v La. sim. T. Me. — x Me. T. &c. — † G. — y Jun. ib. — z Pi. ex Jun. — a Jun. in bib. — b G. — c Pi. — d Jun. — * Me. ex La. sim. T. — † G. — f G. — g Idem. — h Jun. — i Ca. — k Q. in V. — l G. — m Idem. — † V. — n V. — o Jun. — p G. — q Jun. — r Pi. — † Jun. — t G. — v V.

munimenta habent quæ tot copiis & machinis possint resistere. Sic & sequentia accipe comparatè x.

12. *Ut diripias spolia*, &c.] Sim. P. M. &c. Ideo scilicet tale inibis consilium: putabis te ad prædam, non ad bellum, venire y. ¶ לִשְׁלֹל וגו'] Verti potest, *Ut spoliem*, &c. est enim infinit. Et sic erit mutatio modi loquendi z. ¶ *Ut*, &c. לְהָשִׁיב יָדְךָ עַל חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת] *Ut reducas* (vel, *Ut convertas*, Ca. *Ad convertendum*, Pi. *Ut convertam*, Ar. *Ad reducendum*, Mo. Sy. *Reducendo*, JT.) *manum tuam super*, vel *ad*, vel *contra*, *desolata* (vel, *ruinas*, M. Ca. *vastitates*, JT. Pi. Sy. *deserta*, Ch.) *habitata*, Mo. vel, *habitatas*, JT. Pi. &c. *habitabilia facta*, P. Ut frequenter manum injicias in ruinosa reædificata post reditum ex Babylone, ut iterum perdas ea a. Quum deserta regio cœperit inhabitari, populus recolligi, & res familiaris institui à singulis: quod est gravissimum b. ¶ *Qui*, &c. עֹשֶׂה מִקְנֶה וְקִנְיָן] *Facientem* (vel, *qui studet*, G. *qui operam dant*, Ti.) *pecudes* (vel, *pecori*, G. *rei pecuariæ*, Ti. *rem pecuariam*, M.) *& opes*, P. vel, *opibus*, G. *possessionibus colendis*, Ti. *possessionem*, M. Qui parat tibi peculium & facultates. מִקְנֶה sign. *opes in re pecuaria*, קִנְיָן, *in omni alia re quæ possideri solet* c. ¶ *Et esse*, &c. יֹשְׁבֵי עַל טַבּוּר וגו'] *Habitantes in umbilico* (vel, *medio*, M. *editiore loco*, JT. *editioribus locis*, Pi. *fortitudine*, Ch. *pulchritudine*, Sy.) *terræ*, P. Ti. sic Mo. ο'. Ar. &c. *istius terræ*, JT. Pi. *terrarum*, Ca. Ut Græci Delphos vocant ὀμφαλὸν γῆς (*umbilicum terræ*,) nempe Græciæ, ità Hierosolyma Hebræi d; vel, 1. propter fertilitatem *: vel, 2. quia, sicut infans per umbilicum sugit nutrimentum à matre, ità cæteræ gentes per Jerusalem sucturi erant fidem & gratiam à Deo f: vel, 3. quia in medio terrarum quæ tunc habitabantur esse videbatur g. Sic Enna urbs, Siciliæ, Reate oppidum, Italiæ, regio Ætolorum, Græciæ, *umbilicus* dicebantur, quia in medio istarum regionum erant h. Vel, 4. quòd locus sit sublimis, ut *umbilicus* sumitur Jud. 9. 37 i. *In umbilico*, &c. i. e. in montibus, ut sint tutiores ab hoste k. In Judæa montosa, editisque illius locis. Solent Hebræi profundas convalles inter fauces montium constitutas, & quasi montibus circumtectas, donare *umbilici* nomine, ut Jud. 9. 37. cùm tamen regiones istæ, ut notum est, non ità facilè hostibus pateant l. *In umbilico*, i. e. in loco excelsiore & eminentiore orbis m. Vel, 5. à commodo situ inter gentes plurimas, ut didicimus suprà 5. 5 n.

13. *Saba*] Arabes o, magni institores p. Incolæ Arabiæ Petrææ & Felicis q, viventes latrociniis, ut notavimus ad Esa. cap. 13. v. 20 r. Vide ad Ezec. cap. 27. v. 15, 22 †. ¶ *Dedan*] Idumæi t. Al. Orientalis ille tractus ubi Arabia Deserta sita est v. ¶ *Negotiatores Tharsis*] Tyrii & Sidonii, qui per mare Rubrum adibant oceanum x. Vel, *negotiatores oceani*, JT. Pi. i. e. qui navigant per oceanum ultro citróque negotiandi causâ y. Hâc appellatione plaga occidentalis tota comprehenditur; *Scheba* appellatione, tractus meridianus, *Dedanis*, orientalis, denotatur. Septentrionis nulla mentio, quia ipsa Magogi sedes. q. d. Ex omnibus partibus finitimis certatim accurrent ut Ecclesiam exagitent, quod solenne est impiis, & hostibus gratulentur, ut partem prædæ sibi compararent, & cum eis amicitiam firmarent z. ¶ *Leones ejus*] i.e. Vel, 1. piratæ oceani a; vel, 2. Principes b. ¶ *Numquid ad sumenda spolia tu venis?*] q.d. Si ideo venis, adjungemus nos tibi c. Prædicit hîc Deus, populos istos cum Regibus Syriæ adversùs populum Dei fœdus inituros, & se primò conjuncturos d. Gratulatio hæc ad majorem emphasin enunciatur per modum interrogationis, quæ Hebræis vehementer affirmat *. ה hîc est affirmantis, ut sumunt Græci; *Omnino ad paratam prædam venisti*. Hoc autem dicebant, quòd & ipsi ex præda vellent ditescere. Vide 1 Mac. 3. 41 f.

14. *Numquid non— scies?* sic Mo. P. תֵּדָע] *Tu scies?* M. Ti. *cognoveris?* i. e. cognitionem de eo, judiciúmque tibi in eum, arrogaveris g? Vel, *experturus esses?* JT. *experieris?* Sy. Pi. scil. pœnam meam, ex collat. v. 16, 18, &c h. *Scies ultionem potentiæ meæ?* Ch. Al. *consurges?* ο'. Ar. Sumpserunt nimirum נרע [quæ vox nihili est, sed lege, תֵּרָע] sumpserunt pro תִּוָּדַע [in Niphal, i. e. *apparebis*, *cognosceris*. Est & hoc affirman-

x G. — y G. — z V. — a G. — b Jun. — c V. — d G. — * Me. — f La. — g Me. sim. T. ex La. V. ex He. — h La. — i G. — k Pi. — l Jun. — m V. — n G. — o Pi. G. &c. — p G. — q Jun. in com. — r Jun. in bib. — † G. — t Me. — v Jun. — x G. — y La. — z Jun. — a G. — b Jun. — c Pi. — d Po. — * Jun. — f G. — g Jun. in comment. — h Pi. sim. Jun. in bib.

tis [l]. [Ca. hoc cum prima verſ. ſeq. jungit, & ſic reddit, *Tu, cognitâ re, venies*, &c.]

16. *In*, &c. [בְּאַחֲרִית הַיָּמִים תִּהְיֶה] *In fine*, vel *noviſſimo, dierum* (vel, *noviſſimis diebus*, ο'. *poſterioribus diebus*; Heb. *poſteritate dierum*, Pi. *conſequentibus temporibus*, JT. Heb. *In conſequentia dierum*, ut Geneſ. 49. 1 [k]. *Tandem*, G.) *eris*, Mo. Ch. vel, *erit*, ο'. JT. vel, *fiet* iſtud, Pi. G. *In fine quidem dierum venies*, Sy. ¶ *Adducam te*, &c.] Tanquam reum in locum ſupplicii [l], ut mox patebit [m]. ¶ *Cùm ſanctificatus fuero*, &c.] Cùm ex tuis factis ità deſignatè à me prædictis præſcius omnium probabor. Vide Eſa. 48 [n]. Cùm te punivero, in quo ſanctitas ſeveritáſque mea apparebit [o].

17. *Tu*, &c? [הַאַתָּה הוּא וגו'] *Túne es ille de quo loquutus fuero diebus antiquis* (jam olim [p]) *per ſervos meos, prophetas*, &c? Pi. ſim. P. JT. &c. q. d. non per emiſſarios, circumforaneos & leves homines [q]. ¶ *Qui*, &c. [הַנִּבְּאִים בַּיָּמִים הָהֵם שָׁנִים לְהָבִיא וגו'] *Qui prophetaverunt in diebus illorum annorum*, P. ſic Mo. (vel, *illorum temporum annis*, Ca. vel, *jam multis annis tranſactis*, Ch. vel, *in diebus illis*, M. Ti.] T. Pi. ο'. Sy. *per annos*, M. vel, *& annis*, ο'. Ar. *& annis illis*, Sy. *annis aliquot*, Ti. Pi. *annos* multos, JT. ante multos *annos*, i. e. olim [r]; per *annos*, Q. in V. continuatis per multos annos prophetiis †;) *quòd adducerent te ſuper eos*, P. &c. vel, *me adducturum te contra illos*, Pi. Sed quinam ſunt Prophetæ illi qui de Gogo ſcripſerunt [t]? Reſp. Daniel [v], cap. 11 [x]; Zacharias, cap. 14 [y]. Sed hi nondum prophetaverunt, &c [z]. Ipſe Ezeciel [a], hoc loco [b]; Eſaias, c. 27. 1. collat. cum Eſa. 26. 20, 21; Jer. c. 30. 23, 24; Joel, c. 3. 1. (in quibus omnibus locis memoratur hoſtis aliquis formidabilis, quem tamen ſolus Ezechiel accuratè deſcribit, ex ſede, gente, nomine, &c.) & præcipuè Micæas, c. 5. 5, 6, &c. ubi *Aſſyrius* vocatur, non quòd ibi natus eſſet, ſed quòd indè veniret: neque ex Magog & Tubal venire poterat in terram Iſrael, niſi ſubjugatâ priùs Aſſyriâ, quæ interpoſita erat. *Aſſur* autem ibi appellatur, vel, quia illius nomen & memoria Iſraelitis tunc temporis magnum terrorem incuteret; vel, quia fortaſſis gentes illæ tunc Aſſyriis ſubditæ erant, ut poſtea Saracenis [c]. [De Gogo etiam locuti ſunt] alii Prophetæ [d], quorum tamen vel dicta non ſunt literis mandata, ut nonnulla Chriſti, vide Act. 20. 20 *; vel, ſcripta non exſtant [f]. Porrò, quæ à Prophetis dicta ſunt in Principes ſceleratos & inſolentes, ad Antiochum & Antichriſtum optimè traduci poſſunt [g].

18. *In die adventûs*, &c.] Quum terram Iſraelis invadet ſpe certâ victoriæ [h]. ¶ *Aſcendet indignatio mea in furore meo*] Sim. M. Ti. P. &c. vel, *in naſum meum*. Ἀνθρωποπάθεια. Homines enim irati per naſum ſpirant [i].

19. *Commotio magna*] Magna rerum mutatio [k].

20. *Et commovebuntur à facie mea piſces maris*] i. e. Aquatilia [l]. Adventu claſſium quas ego adducam diffugient [m]. ¶ *Et volucres*] Quæ ſcilicet præ clamore militum de cœlo delabentur †. ¶ *Et beſtiæ*] Quæ & ipſæ territæ fugient *. ¶ *Et omne reptile*, &c.] Latitabunt à tot hominum conſpectu, nè obterantur †. ¶ *Et ſubvertentur montes*] i. e. Arces in montibus. Vide Jer. 51. 25. & alibi *. ¶ *Et cadent ſepes*, [הַמַּדְרֵגוֹת] Vox hîc tantùm reperitur, & Cant. 2. 14 [n]. *Gradus*, M. P. Mo. &c. per quos ſcilicet aſcendi ſolet in arces & ædificia ſumptuoſa [o]. דרגא tam in Chaldaico quàm in Arabico *gradus* ſignificat [p]. Per *gradus* autem turres ſynecdochicè intelliguntur [q]. *Turres*, vel *arces*, Ch. Sy. Ca. ſim. Pi. vel, *aggeres*, Ti. *præcipitia*, JT. i. e. immanes rupes ac velut in aere pendentes [r]. Hyperbole, ad repræſentandum terræ motûs horrorem, &c †. Ut ante procellas graves fremere aer & litus maris ſolet; ſic, antequam judicia Dei in homines profundantur, res aliæ omnes quodammodo videntur perhorreſcere ad ſenſum ipſorum, dum inſani homines obſtupeſcunt [t]. ¶ *Omnis murus corruet*, &c.] Oppidorum ſcilicet [v].

21. *Et* (vel, *Sed*, G.) *convocabo adverſùs illum* (Gogum ſcilicet [x]. Ubi cuncta pro lubitu fecerit, reperiet qui ſe ſiſtant [y].) *in cunctis montibus meis* (i. e. per omnem Judæam, quæ, quòd montoſa eſſet, *montium* nomine appellatur etiam ſuprà 6. 2. & 36. 1 [z].) *gladium*] i. e. Viros armatos qui eum perdant [a]. Gladium Mattathiæ & filiorum ſociorúmque ejus †. ¶ *Gladius uniuſcujuſque in fratrem*] Judæi Judæos qui à Deo & Lege defecerant trucidabunt. Vide 1 Mac. 3. 8. Joſeph. 12. 8 [b]. Al. Gladius unius (vel, cujuſque, ſcil. ex militibus Gogi [c],) ſtringitur in alterum: prout ſæpe factum ab illis tyrannorum Syriæ & Aſiæ adminiſtris inter ſe commiſſis providentiâ Dei ſingulari, ut alter alterum opprimeret [d]. Senſus verſûs, Perdam eos, partim copiis meis, partim militibus ſuis, qui ſcil. mutuò ſeſe trucidabunt *. Vide hiſtoriam Maccabæorum, & Appianum in Syriacis [f].

22. *Et judicabo eum peſte*] Hæc eſt ἀνήκεϛ@ σπλάγχνων ἀλγηδὼν, (*incurabilis viſcerum dolor*,) quo interiit Antiochus, 2 Mac. 9. 5 [g]. ¶ *Et ſanguine, & imbre vehementi*] Ἐν αἵματι, pro, *vehemente inundatione ſanguinis*. Notantur cædes quas Maccabæus edidit in duces Antiochi, Apollonium, Seronem, Gorgiam, Lyſiam *. ¶ *Et lapidibus immenſis*] Heb. אֶלְגָּבִישׁ, i. e. *lapidibus ignitis*, *ſimilibus pyropo*, ejectis ex baliſtis & aliis πετροβόλοις, (*lapidum jactoribus*.) Vide quæ ſuprà 13. 11 †. ¶ *Ignem & ſulphur*, &c.] i. e. *Ignem quaſi ſulphuris*, i. e. vehementiſſimum ignem. Immittam incendia caſtris ipſorum, quaſi ſulphur de cœlo plueret *. ¶ *Super eum &* (pro, *id eſt*; ו hîc eſt exegeticum;) *ſuper exercitum ejus*] Sub illis nimirum ducibus quos diximus †. Proverbialis eſt forma loquendi, ſumpta, ut videtur, ex Sodomæorum atque Ægyptiorum ſtrage, quâ multiplicia tantùm & graviſſima ſupplicia ſignificantur, ex more Scripturæ: ut Pſal. 11. 6. Ezec. 13. 11. Sed non eſt neceſſe ut ſeorſum hæc adveniſſe Antiocho, ſeu Antichriſto, probemus [h].

CAP. XXXIX.

1. *Vaticinare*, &c.] Perge eadem ſæpius inculcare, quò certiùs hæc omnia imprimantur animis [a].

2. *Et*, &c. [וְשֹׁבַבְתִּיךָ] *Et* (vel, *Ut*, JT.) *reducam* (vel, *retundam*, M. vel, *convertam*, Pi. *conteram*, P. Vide Ezec. 38. 4 *.) *te*, Jun. ſic Ti. &c. q. d. Reducam eas gentes quæ antè in ſedes ſuas ſe receperunt, ut rebus ſuis conſulerent, & difficultates domeſticas obortas componerent; ut apud Herodotum & Trogum legimus †. ¶ *Et educam te*, [וְשִׁשֵּׁאתִיךָ] Vox hîc tantùm occurrit, quare variè exponitur, quia ex conjectura [b]. *Congregabo te*, Sy. *ſeducam* (vel, *deducam*, ο'. ſim. Ar.) *te*, Ch. Hi. in Di. Hinc Schindlerus, שׁשׁא, *perſuaſit, ſeduxit*. Sed illi per τὸ *ſeducam* non intellexerunt, *perſuaſionibus fallam*, ſed, è regione tua abductum *huc illuc ſeducam*. Convenit id cum verbi hujus ſignificatione in lingua Æthiopica, ubi ושׁשׁ (permutatis א & ו, ut in illa crebrum eſt,) in conjugatione quæ quinta eſt apud Arabes אנשׁשׁו ſignificat, περιπατεῖν, *ambulare*, Matt. 4. 18. Marc. 5. 42. &, περιάγειν, *obire*, Matt. 4. 23. In Piel ergò, ſive in tranſitiva conjugatione, ſignificat, *facere ambulare, facere obire, quaquaverſum deducere & ſeducere* [c]. Al. *& ſextabo te*, Mo. Ca. V. *& ſextam partem relinquam ex te*, P. i. e. ex tuo exercitu, quia ſcilicet reliquas quinque interficiam [d]. [Alii aliter.] Ad ſextam partem redigam te, h. e. Sextam tui partem perdam, reliquis ſex [lege, quinque] intactis *. Al. *& ſex pœnis*, ſive *plagis*, *afficiam te*, M. Ti. nempe, peſte, ſanguine, ſulphure, igne, grandine, & diluvio [f]; quæ ſunt ſex; de quibus Ezec. 38. 22 [g]. *Et hamo*, vel *unco*, *ſenario* (i. e. hamo habente ſex uncos [h],) *traham* (vel, *trahens*, JT. *rapiens*, Jun.) *te*, Pi. JT. Sic verto, ex collat. Ezec. 38. 4 [i]. Oſtendit admirabilem Dei providentiam rerum omnium effectricem eſſe, & ſic in hominibus omnibus operari, ut utramque paginam faciat, ut Plinius loquitur [k]. ¶ *De lateribus Aquilonis*] De ſuis ſedibus, quarum cauſâ imperium ſuum paulò antè partum non dubitaverunt deſerere *. ¶ *Et adducam te ſuper montes Iſrael*] Demonſtrat evidentiùs, ipſas actiones impiorum & piorum exercitationes non temere, ſed arbitrio Dei, exſiſtere; ità tamen, ut vitium ſeu vitioſa forma actionis ſemper hæreat in principio proximo, hominibus, non remoto, Deo †.

3. *Et percutiam* (donec ſcilicet cadere fecero [l]: vel, *excutiam*, P. &c.) *arcum tuum*, &c.] In fugam conjiciam tuos.

tuos. Nam quæ de Rege dicit, ad exercitum ejus pertinent: quale illud, —*jam proximus ardet Ucalegon* [m].

4. *Super montes Israel cades tu*, &c.] In eodem loco quo servantur fideles, pereunt infideles [n]. ¶ *Feris avibus*, &c. [לְעֵיט צִפּוֹר כָּל־כָּנָף] *Volucribus, volatilibus*, P. sim. Ch. Ca. JT. Pi. *omni alato*, P. sim. Ca. vel, *omnique volatili*, Ch. *omnibus alitibus*, JT. *omnis generis alarum*, Pi. Al. *cœtui avium*, M. Ti. sim. ὁ'. Ar. *& quicquid pennatum est*, M. Ti. *Rapaci avi*, &c. BA. 1. 3. 12. 839. & 2. 1. 21. 146. Ad verb. *Volucri volatilis omnis alæ*, i. e. prædito alis, sive alato; sing. pro plur. *Volucribus volatilium omnis alæ*, i. e. alatis [o]. *Volucribus avium* (hoc est, omnis generis avium: nam substantivorum synonymorum connexione intenditur significatio:) *cujuscunque alæ*, h. e. omnibus alitibus; quod fortiùs significationem intendit & amplificat [p]. His innuit quid evenire solet interfectis, nempe ut cadavera eorum maneant insepulta [q].

6. *Immittam ignem in Magog*] i. e. In terram Magogi, h. e. incolas ejus [r]. Non solùm ipsum occidam, sed & Regnum ejus vastabo *. Idem sensus qui suprà 38. 22 †. ¶ *Et in* &c. [וּבְיֹשְׁבֵי הָאִיִּים] *Et in habitatores insularum*, JT. sim. M. P. Ti. Mo. &c. In Syros tuos maris accolas [r]. In Tyrios & Sidonios. Vide Ezec. 38. 13 [v].

7. *Et non polluam*, &c.] Ità Mo. vel, *prophanabo*, &c. M. Ti. Sy. JT. &c. vel, *sinam polluere*, &c. P. sinam pollui [x], ut existiment me homines non esse omnipotentem [y].

8. *Ecce, venit*, &c. [בָאָה וְנִהְיָתָה] *Venit*, (vel, *evenit* istud, Pi. *adventurum est*, JT. *adest*, V.) *& factum est*, M. P. Ti. Mo. Pi. vel, *confirmabitur*, Ch. *fiet*, JT. V. i. e. Instat & propè est ut fiat: sub. *tempus illud salutis*; vel, *hæc prophetia*, i. e. quod hîc prædicitur [z]: excidium tyrannorum & persecutorum Ecclesiæ [a].

9. *Et egredientur*] Sub. *domibus suis in plateas*, V. Illi, scilicet, qui cum Maccabæis [b]. ¶ *Et*, &c. [וְהִשִּׂיקוּ בְנֶשֶׁק] *Et comburent arma*, &c. Ar. M. P. Ti. &c. Hostium interfectorum [c]. Qu. Cur arma comburunt, quæ præstabat asservari? Resp. 1. Quia pro anathemati devotis illa habuerunt. 2. Ut omnem peccati contagionem præcaverent. 3. Et præcipuè, ut stabilitatem victoriæ illius pacisque ostenderent. Ut enim Christus, conturbationem imminentem significans, discipulis gladium imperabat: ità gladiorum & armorum abolitio significat veritatem pacis publicæ, ut accipitur in Esa. 2. 4. & Mic. 4. 3 [d]. Sensus loci, q. d. Tanta erit tranquillitas, ut postea non sit opus armis [x]. ¶ *Et*, &c. [וּבְמַקֵּל יָד] *Et baculum manus*, vel, *baculos manuum*, Ar. P. M. Pi. i. e. scipiones qui manu gestantur [f]; vel, qui manu jaciuntur [g]. *Et jacula*, JT. Pi. vel, *sudes*, Ca. *fustes*, Ti. Sy. *manuarios*, Sy. ¶ *Et succendent*——*septem annis*] i. e. Multis annis [h]. Numerus certus pro incerto [i]. Amant Hebræi in magnis multisve rebus exprimendis numerum heptados, ut infrà 12, 14 [k]. Hyperbole [l]. Per 7 annos satis habebunt de præda quo se calefaciant [m]. Septem porrò menses sepulturæ conceduntur v. 12. Hæ res ut commodè intelligantur, repetenda est historia. Constat ex 1 Mac. cap. 1. defectionem desolantem quæ per Antiochum Epiphanem fuit procurata cœpisse primùm 141. anno Seleucidarum. Mandata quidem illa fuit anno antecedente; verùm res non successit antequam Menelaus grassaretur, &c. 2 Mac. 4. 25. Atque hoc tempore nunquam cessavit Deus in mediis certaminibus amplissimas liberationes Ecclesiæ suæ quasi obtrudere, usquedum anno 148. Seleucidarum Templum Dei & cultus instauratus est, 1 Mac. 4. 52. Fuerunt autem occupati in his certaminibus, & triumphis ea consequentibus, non præcisè septem anni, sed anni 6 & menses 4, sive 2300 dies, prout numerantur Dan. 8. 14: post quos dies Ecclesia Judæorum quievit ab Antiocho; indéque ad mortem illius, quæ principio anni 149. Seleucidarum obtigit, ferme intercesserunt septem menses, qui synecdochicè comprehenduntur illo 7 annorum spatio de quo dictum. Nam 6 anni & menses ferè 4 in bellis & victoriis occupati sunt: quod reliquum fuit temporis, nempe ab ineunte anno 148. id fuit consumptum in expianda terra, & rebus omnibus ritè procurandis quæ ad sanctimoniam legalem pertinebant: donec in die 25. mensis 9. anni 148. celebrata sunt Encænia & Templi, & urbis, & regionis universæ. Videmus ergò, quod tempus Daniel per afflictiones & desolationes definiverat, idem per victorias insignes & liberationes à Deo factas amplissimas percurri hoc loco à Propheta nostro [n].

10. *Et non portabunt* (sub. *in urbem*, V.) *ligna*, &c.] Non opus erit lignis de sylvis struendo igni, &c [o].

11. *Dabo Gog*——*sepulchrum*] Non possessionem terræ, quam ambiebat, sed sepulchrum [p]. ¶ *Vallem* (vel, *in valle*, M. V. nempe vallem, Pi.) *viatorum* (vel, *transeuntium*, Mo. P. Pi. &c. vel, *quà transitur*, Ti. V. sim. M. sic dictam ex eo quod narratur vers. 14, 15.) *ad* (*versùs*, Ti.) *orientem maris*] Ità Mo. sic P. &c. vel, *ad mare*, Ti. *Mare* hîc intellige Genezareth, sive Tiberiadis [q]: hoc enim propriè dicitur mare Judææ [h]. Vallem scilicet frequentem & celebrem, ut à multis videatur, vallem nempe quâ viatores ab Oriente tendunt ad mare [i]; scil. Mortuum, vel Tiberiadis [k]. Al. Totum illum tractum secundùm montana Ephraimi quo ex Gilhade rectà in Ægyptum descenditur cis Jordanem. Vide Gen. 37. 25 [l]. Al. Locum trans Jordanem in Moabitarum finibus, ubi Israelitæ & stativa habuerunt, & Jardenem primùm trajecerunt, nempe ex adverso Gilgalis, ubi vallis & montes Habarim, i. e. *transituum*, sive *vadorum*, in S. S. nominantur [m]. Sed neutri interpretationi congruit sequens determinatio. Eum itaque tractum hîc intelligo qui ab Oriente maris Mortui est situs, ubi iter viatorum commune fuit ex Syria, Mesopotamia, Babylonia, & regionibus aliis, Felicem Arabiam atque Ægyptum petentium [n]. Vallem Gilhaditis, quam mercatores Gilhadis emporia adeuntes frequentabant. Quia autem duplex erat vallis, una cis Jordanem, ubi sita est Dothajima, Gen. 37. v. 17. altera trans Jordanem, *ad orientem maris*, illa verba διακριτικῶς, seu discriminis causâ, adjecta sunt [o], [ut ostendat de hac, non illa, h. l. agi.] Hæc est illa clades illata Antiochi militibus in Galilæa, 1 Mac. 5. 21 [p]. ¶ *Quæ*, &c. [וְחֹסֶמֶת הִיא אֶת הָעֹבְרִים] *Et obturabit* (vel, *obturans*, Mo. Pi. sub. *erit*, Pi. *obturare faciet*, P. vel, *Ut obturet*, JT.) *illa*, vel *ipsa*, vel *hæc*, *transeuntes*, Pi. Mo. vel, *transeuntibus*, sive *transeuntium*, P. Ti. *viatorum*, JT. sub. *nares*, P. Ti. vel, *ora*, JT. *Et* ob fœtorem (ex cadaveribus excitatum †) erit *obturatio* narium *transeuntium*, P. vel, obvelatio faciei, non solùm ob tam multa cadavera [q], sed etiam ob fœtorem lacûs Asphaltitis, quo afficitur proximus tractus, in quo planities est Arabiam desertam quodammodo à petræa disterminans, & amplissimum illud desertum Jeschimoth [r]. [Ca. locum sic reddit, *Quæ efficiet ut prætereuntes sibi nares obturent*.] ¶ *Et sepelient*, &c.] Non honoris causâ, sed, vel, 1. ut auferatur fœtor †; vel, 2. humanitatis & honestatis ergò: vide Deut. c. 21. v. 23. & 23. 12, &c [r].

12. *Et sepelient eos*, &c.] i. e. Diu post prælium reperientur hîc illic sparsa ossa, & ea auferent Judæi, nè humus contra Legem impuretur [v]: nam cadavera ex Lege immunda erant [x]. ¶ *Septem mensibus*] Tantus erit occisorum numerus [y]. [Vide dicta de hac re ad vers. 9.]

13. *Et*, &c. [וְהָיָה לָהֶם לְשֵׁם יוֹם הִכָּבְדִי] *Et erit* (vel, *fiet*, sive *cedet*, sub. *hoc*, Pi. Al. *Quum fuerit*, JT.) *eis* (sub. *comparatum*, JT.) *in nomen*, P. Pi. &c. (vel, simpliciter, neglecto ל ante שֵׁם, *nomen*, JT. i. e. Cedet illis in gloriam & honorem, pariet illis celebre nomen, quòd sc. misericordes sint, sepeliendo hostes, &c [z].) *die quo glorificatus fuero*, P. sim. JT. Pi. ὁ'. Sy. exscindendo scilicet hostes populi mei [a]. [Alii aliter.] *Et erit eis in nomen dies quo ego glorificatus fuero*, M. *Isque dies, quo ego glorificatus fuero, celebris erit eis*, Ti. sim. Ca. G. ex Vulg. Ch. Ar. *dies*, scilicet, quâ repurgatum est Templum, dies ἐγκαινίων, (*Encæniorum*.) Vide Joan. cap. 10. vers. 22 [b].

14. *Et*, &c. וְאַנְשֵׁי תָמִיד יַבְדִּילוּ עֹבְרִים בָּאָרֶץ מְקַבְּרִים [אֶת־הָעֹבְרִים אֶת הַנּוֹתָרִים] *Et* (vel, *Autem*, JT. *Item*, Pi. *Tum*, Ca.) *viros jugiter* (vel, *quotidianos*, sive *assiduos*, P. JT. Ca. Pi. V. ad verb. *perpetuitatis*; i. e. qui indesinenter in hanc curationem fidei suæ commissam incum-

Marginalia (left): m G. — n Po'. — o V. — p G'ass. gram. 3. 1. 3. 117. — q V. — r Pi. — * Mar. — † G. — r G. — v Pi. — x G. sim. V. — y V. — z V. — a M. — b G. — c Pi. — d Jun. — x V. sim. Pol. — f V. — g Pi. — h T. — i Mc. — k G. — l Jun. — m G. sim. Pol. Mc. &c.

Marginalia (right): n Jun. — o Jun. — p Pol. — q Pol. ex Jun G & T. ex Ch. sic V. Pi. — h La. — i Mc. ex La. — k La. — l Q. in Jun. — m Al. in Jun. — n Jun. in com. — o Jun. in bib. pol. — p G. — † V. — q Jun. sim. Pi. — r Pi. — † M. — r Jun. — v G. — x Pi. — y V. — z V. ex Heb. — a Pi. — b G.

cumbant[c],) *seligent*, vel *separabunt*, (vel, *constituent*, Ch. V. *destinabunt*, Ca.) *transeuntes* (vel, *qui transeant*, M. Pi. sim. P. vel, *ut transeant*, Ch. *transituros*, JT. vel, *viatores*, Jun.) *in terra*, vel *per terram*, Mo. P. M. Pi. (vel, *ad peragrandam regionem*, Ca.) *sepelientes cum transeuntibus* (vel, *iter facientibus*, P.) *remanentes*, Mo. P. sim. Ch. vel, *& qui faciant sepelire unà cum his qui pertranseunt* terram *eos qui relicti sunt*, M. vel, *& vespillones* (Heb. *sepelientes*: participium hoc habet vim nominis[d]:) *cum transeuntibus illis*, qui sepeliant *relictos*, ab illis scilicet qui interfectos sepeliverint spatio septem mensium*. Vel, *cùmque iis peragrantibus alios qui sepeliant reliquos*, Ca. vel, *transituros ut sepeliant* [Ità transponunt voces הָעֹבְרִים & מְקַבְּרִים] *eos qui remanserunt*, JT. [Alii versum sic reddunt;] *Et incessanter præcipient viris, totam eorum terram peragrantibus, ut sepeliant remanentes*, Ar. *Et segregabunt* (nempe Israelitæ[f]) *viros qui terram subindè pertranseant, pollinctores nempe, qui pertranseant, & sepeliant relictos*, Ti. Sensus est, Hi autem non polluent sese in cadaveribus, sed adhibebunt exterorum manus, quibus videlicet non est religio pollui pro mortuo, ut eorum operâ humandis cadaveribus abutantur, quasi Nethinæi sive deditiții Israelitarum essent[g]. Per 7 menses sepelient [eos] omnes incolæ; iis peractis, constituentur certi homines & navi qui conquirant si qui sepeliendi restent[h]. ¶ *Post*, &c. מִקְצֵה וגו'] *In fine* (vel, *Ab initio*: nam קָצֶה tam *initium* quàm *finem* significat, & voce ἀρχῆς vertitur Exod. 28. 23. 2 Sam. 14. 26. Ezec. 48. 1[i].) *septem mensium inquirent*, P. vel, *investigaturos*, JT. *investigabunt* illi, Pi. *quærere incipient*, Ch. Vulg. *A fine septem mensium finient explorationem*, M. *Ab extremitate inquirent, idque septem mensibus*, Ti.

15. *Et circuibunt peragrantes*] Vel, *transitores illi*, Pi. Viatores illi constituti ut inquirant cadavera per regionem, ut sepeliant ea[k]. Administri & adjutores illorum qui v. præced. huic operi præficiebantur universè, ex Judæis æquè ac Gentibus[l]. ¶ *Cùmque*, &c. וְרָאָה וגו'] *Et videbit os* (i. e. *ossa*, V.) *hominis*, Mo. V. *Et* (sub. *qui*, M. vel, *si quis*, Ti. *quum quis*, P. sim. Pi.) *viderit*, &c. M. *Ut dispiciat* quisque, &c. JT. ¶ *Titulum*; ità Ch. M. Ti. Mo. V. Sy. *signum*, P. G. ex ό. per quod conspiciatur; paxillum putâ[m]: צִיּוּן] *Monimentum*, Ar. JT. Pi. Ex uno scilicet lapide, vel pluribus congregatis, ut cognoscatur locus in quo jacent ossa humana[n]. Signum monitorium. צִיּוּן propriè est, *statua*, vel *columna*, sub dio monendi causâ erecta, ut percipitur ex Jer. 31. 21[o]. Officium hoc tam religiosè præstabant, ut terram, sedem Ecclesiæ Dei, expiarent & mundarent, juxta Legem. Voluit Deus sanguinem terrâ condi, hominem suspensum de patibulo ante noctem tolli, excrementa hominis è castris amoveri, & alia multa, nè terra his rebus impura evaderet. Hujus autem legalis sanctificationis triplex fuisse videtur ratio. 1. Pietas, nè ulla esset contemptûs Legis species. 2. Humanitas, quâ non solùm homini parcendum erat, sed & partibus ejus abjectissimis. 3. Honestas, quæ vetat res ejusmodi in medio relinqui. Ut nihil de publica utilitate dicamus[p].

16. *Nomen*, &c. וְגַם שֶׁם־עִיר הֲמוֹנָה וגו'] *Et etiam nomen civitatis* (sub. *propinquioris*, M. & sub. *vocabitur*, M. Ti. vel, *erit*, P.) *Hamona*, P. M. Ti. sim. Ca. &c. (i. e. Turba[q]: vel, *Maxima*, Sy. *Polyandrium*, ό.) *mundabúntque terram*, P. Alii, *Quinetiam nomini civitati erit multitudo ipsius*, JT. vel, *nomen* (i. e. gloria, ut suprà vers. 13. Vide 1 Macc. 13. & 14.) *civitatis* (Hierosolymæ: synecdoche generis: sub. *exsistet*,) *ex multitudine ipsius*, i. e. ex multitudine cæsorum ab ipsa, sive incolis ipsius[r]. Magna indè erit laus & celebritas Ecclesiæ, tum propter beneficium tantum à Deo acceptum, hostésque virtute illius profligatos; tum propter studium singulare sanctificationis ipsorum, quandoquidem Ecclesia non est abusa mirificâ illâ liberatione in exitium suum, sed eò ampliùs publicè privatímque [incubuit] in veram suiipsius purgationem†. *Ista multitudo* excisorum *nomen* dabit *civitati* Hierosolymorum, *postquam mundata erit terra*. Cùm non ampliùs ossa aspicientur testantia victoriam, civitas tamen Hierosol. famam indè obtinebit tanquam gentium victrix[t].

c Jun. d Pi. * Idem. f V. g Jun. h Ca. i G. k V. l Jun. m G. n V. o Pi. p Jun. q Ca. r Pi. † Jun. t G.

17. *Dic omni volucri*, &c.] Hoc versu & tribus seq. continetur proclamatio vel invitatio publica ad amplas epulas, quæ tamen figurata est. Triumphale hoc est elogium victoriæ & stragis amplissimæ quam Deus effecit commodo Ecclesiæ suæ[v]. ¶ *Concurrite undique ad*, &c. עַל זִבְחִי] *Ad victimam* (vel, *mactationem*, JT. Pi. i. e. cœnam à me apparatam, constantem ex mactatis hominibus & equis[x]:) *meam*, M. Ti. Vulg. sim. P. G. &c. Impiorum strages non minùs gratas habebit [Deus] quàm victimas. Deinde, jugulatio illa & fusus cruor victimarum habent similitudinem. Vide quæ ad Marc. 9. 49[y]. *Propter victimam meam*, V.

18. *Arietum, agnorum*, &c.] Per hæc animantium quæ in sacrificiis usurpari solebant nomina varii hominum ordines intelliguntur, Principum, ducum, militum: quod & Chaldæus observat. Vide ad Esa. 34. 6. *Tauri Basanis* pro *hominibus potentibus* ponuntur, etiam Psal. 22. 13[z]. ¶ *Taurorúmque*, &c. פָּרִים מְרִיאֵי בָשָׁן כֻּלָּם] *Vitulorum*, Mo. (vel, *boum*, P. sim. Ca.) *bubalorum Basan cunctorum eorum*, Mo. vel, *bubalorum qui* in *Basan omnes* saginati *sunt*, P. *& boum*, (vel, *juvencorum*, Pi.) *qui omnes saginati sunt in Basan*, M. Ti. sim. Pi. vel, *Basanicè*, Ca. *juvencorum pinguium Baschanis omnium*, JT. *taurorum*, [supple, *pinguium Basan*, ad complendam versionem,] *omnium*, inquam, *istorum*, G. [V. totum sic reddit, Sicut *arietes, agni & hirci, tauri, bubali*, qui nutriuntur in *Basan, omnes erunt*.] *Juvenci qui merie Basan sunt omnes*, i. e. animalia tam farta & pinguia quàm sit *meri*. *Meri* autem est *bubalus*, non Græcorum, sed, quod planè diversum est animal, Syrorum & Afrorum, quem à se visum testatur Bellonius, Observat. 2. 50[a]. [De quo plura vide in Collectaneis nostris ad 2 Sam. 6. 13.]

20. *Super mensam meam*] Ità vocat locum prælii[b]. *In mensa mea*, id est, in convivio meo apparato super montes Israel[c].

21. *Videbunt——judicium meum*] i. e. Pœnas quas sumpserim de nominis mei contemptoribus[d]. ¶ *Et manum meam quam*, &c. אֲשֶׁר שַׂמְתִּי בָהֶם] *Quam posui* (vel, *exserui*, Ti. *imposuero*, JT. *intulero*, Pi.) *in eis*, M. P. Mo. vel, *in eos*, Ti. vel, *illis*, JT. Pi. Judiciorum Dei continuationem [hâc phrasi] notat, & incrementum, quum Deus manum non tantùm exsequendo judicio admovet, sed etiam judicium exsequutus eam imponit, ac non retrahit*.

22. *Scient domus Israel*, &c.] Pii etiam ex judiciis Dei argumentum colligunt paternæ Dei gratiæ[f].

23. *Et scient gentes*] Ex naturæ scil. luce, quàm justus fuerit Dominus in Ecclesia castiganda, & misericors in illa vindicanda ab afflictionibus[g]. ¶ *Quoniam in iniquitate sua*, &c.] Quia multi, spretâ Lege, ut Regibus placerent, ad Græcos ritus se transtulerant[h]. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל אֲשֶׁר מָעֲלוּ־בִי וָאַסְתִּר וגו'] *Eò quòd* (vel, *Propterea*, inquam, *quòd*, P.) *prævaricati essent contra me*, JT. sic Pi. P. *& abscondissem* (vel, *& abscondi*, P. *unde abscondi*, Pi. & quòd *absconderim*, V.) *faciem meam ab eis*, JT. &c. *Et ob id quòd prævaricati sunt in me, ego faciem meam ab eis absconderim*, Ti. M.

25. *Propterea*, &c.] Rationalis hæc particula ad duas res respicit. 1. Quòd Deus innuit se jam satis habere ex illis antecedentibus priscæ Ecclesiæ calamitatibus, tanquam si duplas sumpsisset pœnas, &c. juxta Esa. 40. 2. 2. Quòd Deus naturam suam misericordem hoc pacto testatam facit, ut qui propter nomen suum non statuit strictam peccatorum rationem inire, &c[i]. ¶ *Nunc reducam*, &c.] Illos oppressos ab Antiocho in urbis Templíque possessionem restituam[k]. ¶ *Zelum*, &c.] Operam dabo ut mihi nomen sanctum famámque comparem[l].

26. *Et*, &c. וְנָשׂוּ וגו'] *Et portabunt confusionem suam*, G. ex Vulg. Perpetuò pudebit eos qui Legem deseruerunt, Dan. 12. 2*. Al. *Quum tulerint*, &c. JT. Pi. *Posteaquam portaverint ignominiam suam*, P. quâ scilicet affecti sunt à gentibus, &c[m]. ¶ *Prævaricati sunt in me, cùm habitaverint*, &c.] Exaggerat culpam ex beneficiis. Meritò eos pudebit quòd me deseruerint, cùm ego illos undique collectos reposuissem in statum longè felicissimum[n].

27. *Et sanctificatus fuero*, &c.] Ità cum eis agam ut sanctus

v Jun. x Pi. y G. z G. a BA. 1. 2. 28. 184. b G. c V. d G. * Jun. f Jun. g Jun. h G. i Jun. k G. l Ca. sim. m V. * G. n G.

ſanctus eſſe videar [o]. Gentes plurimæ extraneæ potentiam meam agnoverunt in reſtitutione Judæorum, & ipſorum tamen multi mei obliti ſunt [p].

28. *Et ſcient*, &c.] Reminiſcentur, repurgato Templo [q]. ¶ *Eò quòd*, &c. בְּהַגְלוֹתִי וגו'] *Cùm apparuero eis*, ό. Ar. *quum tranſtulerim* (vel, *qui deportavi*, JT.) *eos*, M. Ti. ſim. P. Pi. *in transferendo me eos*, Mo.

29. *Abeis*] Qui ſcilicet pœnitentiam ſeriò egerint [r]. ¶ *Eò quòd effuderim* (vel, *quum*, ſive *poſteaquam*, *effudero*, JT. Pi.) *ſpiritum meum*, &c. ità ό. Ar. M. Ti. &c. אֲשֶׁר שָׁפַכְתִּי וגו'] *Sed effundam*, &c. Sy. *qui meo ſpiritu perfudero*, &c. Ca. *quoniam effundam*, &c. Cohæret enim cum ſuperioribus. *Effundere ſpiritum ſuum ſuper* aliquem, Hebræis ſignificat, amore proſequi, ut Eſa. 32. 15. Simile loquendi genus 1 Sam. 18. 1. Exod. 35. 21. Non diſſimile, Eſa. 58. 10 †.

o Ca. p G. q G. r G. † Idem.

CAP. XL.

[De Viſo hoc & Templo Ezechielis dicturo nonnulla præmittenda ſunt.]

Obſcuriſſima & inexplicabilis multis viſa eſt hæc Ezechielis viſio [a]. Multi quidem de ea egêre; præcipuè Villalpandus, ſi quis alius, accuratè & ſcienter. Nihil tamen video in quo acquieſcit animus [b]. Nec mirum videtur, edictum fuiſſe ab Hebræis nè quis ante annum ſacerdotalem eam attingeret [c]. Omnis hic ſermo eſt numero Platonis obſcurior. Hæc & alia hujus generis quædam ſunt quæ Deus humanis animis adiri noluit. *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum* [d]. Hæc ultima prophetiæ pars optimè cohæret cum præcedentibus. Calamitates & ante deportationem & in ea & poſt eam futuras expoſuerat: hîc ea ſubjicit quæ ad conſolationem afflictiſſimæ Eccleſiæ, atque ad ultima tempora, pertinent *. Tota hæc viſio ad conſolationem verè fidelium, ob deſolationem urbis & Templi lugentium, pertinet [f]. Finis hujus viſionis multiplex videtur. 1. Ut excitaret Iſraelitarum pœnitentiam de præteritis peccatis & pudorem, propoſitâ illis pulcherrimâ Templi facie, quam ſuis ſceleribus deturpaverant. 2. In eorundem conſolationem, ut eos in fidem & ſpem bonam erigeret, nè deſperantes ſe in omne ſcelus projicerent, & promiſſiones de Chriſto patribus factas vel abnegarent, vel implendas deſperarent. Exhibet ergò illis h. l. hanc ideam, velut pignus & arrham inſtaurandæ tum Religionis, tum reipublicæ [g]. Sed quærendum quænam hæc ſit urbs, & quodnam hoc Templum. Reſp. 1. Templum hoc & urbem exſtruet Meſſias, quum venerit [h]; & quidem eâ formâ & magnitudine quæ hîc deſcribitur: unde etiam conſtat Meſſiam nondum veniſſe [i]. Sed hanc ſententiam multa evertunt. 1. Quòd deſolatio Templi per Romanos duratura erat ad finem mundi. Vide Dan. 9. 26, 27. Hinc & Judæi, ſæpius volentes illud reædificare, ſemper cœlitus prohibiti ſunt. 2. Quòd Meſſias venturus erat in Templum ſecundum, Hag. 2. v. 7, 9. 3. Scopus viſionis, qui erat, ut Judæos tunc captivos ſolaretur ſpe reſtaurationis urbis & Templi, ejus nimirum quæ per Zorobabelem, poſt paucos annos, efficienda erat. Quorſum enim hanc jam inſtantem prætervolaret, & ad aliam avolaret obſcuram, incertam, & poſt duo vel plura annorum millia futuram? Accedit huc, quòd Eſa. Jerem. &c. Judæos in Babylone captivos conſolari ſoleant, promittendo liberationem per Cyrum, indéque avolando ad Chriſtum. Idem ergò hîc facit Ezechiel. 4. Non corporaliter [k], ſed ſpiritualiter, hæc intelligenda, multa oſtendunt. 1. Quòd hoc Templum ab urbe diſtat 27 millibus paſſuum, Ezec. 45. & 48. 2. Quòd urbis hujus novæ accolæ erunt tam decem Tribus quàm duæ, ut docent cap. 47. & 48. quum decem Tribus nunquam rediiſſe, vel redituras eſſe, fatentur omnes Judæi. 3. Quod dicitur de aquis ex Templo egredientibus, & creſcentibus, & mare Mortuum edulcorantibus, &c. Ezec. 47. 1. ad 9. quales in Templo nunquam viſæ ſunt, nec eſſe queunt [l]. Quare aquæ illæ non erant elementares, ſed dona Spiritûs ſignificabant [m]. Similia ſunt quæ Ezec. 44. 2. dicuntur de porta orientali ſemper clauſa; de arboribus utrinque ad aquas diſpoſitis, &c. Ezec. 47. 7, &c. 5. Quòd hæc civitas futura erat non V. ſed N. T. Jer. 31. 31, &c [n]. 6. Quòd alioqui urbs hæc toto orbe major foret, quia Ezec. 48. 35. futura eſt 18 millium, ſcilicet leucarum, ut & ipſi Judæi ſubaudiunt: de quo vide ad Ezec. 47. 22 [o]. 7. Quòd alioqui hæc prophetia nunquam vel impleta, vel implenda, eſſet, cùm tam ſplendidæ Eccleſiæ conditioni obſtant alia oracula de Regno Meſſiæ humili, & ſtatu Eccleſiæ in hoc mundo. 8. Quòd promittit Deus ſe cum illis habitaturum in æternum, nec Iſraelitas nomen Dei ultrà prophanaturos, &c [p]. 9. Quòd Rabbini alii convicti idem fatentur, & hanc viſionem paſſim dicunt eſſe arcanam, inexplicabilem, à nemine intellectam [q]. Reſp. 2. Templum hoc Ezechieli oſtenſum fuit ipſum Salomonis Templum [r], reſtaurandum per Zorobabelem †. Multis perſuaſum eſt, Templum hoc nihil cum illo Salomonis commune habere. Firmat eorum opinionem, quòd legerint apud Ezec. atria multa, porticus, portas, exedras, columnas, &c. quales in illo Salomonis non leguntur. Verùm hoc oſtendit illos & Salomonis & Ezechielis Templum pariter ignorare. Utrumque ſanè Templum in eandem conſpirat menſuram & fabricam. 1. Utrumque ſuper montem excelſum exſtruitur. 2. Utrumque duplex atrium habet, exterius, & interius: 2 Reg. 21. 5. 2 Par. 33. 5. 3. In utroque atrium exterius tantæ erat magnitudinis, ut atrium interius undique cingeret. 4. Quum atriorum Templi Ezechielis magnitudo mira videatur atque inaudita, notandum & atriorum Templi Salomonici parem fuiſſe magnitudinem. Erant enim hæc atria capacia tum totius ferme Iſraelis, qui ter quotannis eò confluebat; tum ſacerdotum ſingulis hebdomadis miniſtrantium, qui ſuprà ſeptingenti erant, qui omnes ibi manebant, Luc. 1. 23; tum gazophylaciorum & multorum & magnorum; tum omnium populi decimarum & primitiarum, ex quibus omnes Levitæ (quorum 38 millia erant, 1 Par. 23. 3.) alerentur [r]. Ego quidem nolim exſertè & præfractè negare Templum hoc Ezechielis prorſus geminum fuiſſe cum Salomonico, ſed tamen argumenta iſta Villalpandi futilia videntur. Si enim illa valida ſint, iiſdem concludetur hoc Templum geminum etiam eſſe cum Templo tum Herodiano, tum Judaico ſive Talmudico, cujus ſcil. menſuræ & deſcriptio à Talmudicis traduntur, quibus utriſque iſta omnia conveniunt, cùm tamen triplicis illius Templi veſtigia, ſi conferantur, plurimùm inter ſe diſtant. Sanè Villalpandianum Templum utroque illo multò amplius eſt, nempe toto Gentium atrio, quod ille ex loco Ezechielis perperàm intellecto confinxit, ut ſuo loco videbimus. At quantumvis ampliſſimum, totum tamen Iſraelem ſimul & ſemel capere nec potuit, (ſi verum eſt, quod dicit Villalpandus, in Canaanitide habitaſſe 66 milliones hominum bellatorum,) nec debuit. Plurimi enim in feſtis ſæpe & paſſim aberant; &, ſi adfuiſſent, poterant per vices & diverſis diebus in Templo ſe ſiſtere. Alioquin nec tota Hieroſolyma tot homines capere potuit. Quamvis autem à Villalpando in nonnullis diſſentiam, ejus tamen diligentiam artémque exquiſitam in deſcribendo hoc Templo magnopere laudo. Quamvis enim vim verbis inferre, nova vocum ſignificata comminiſci, ſenſúmque illis durum & coactum affingere, connectenda divellere, divellenda connectere, ac omnia penè fúſque déque interpretando miſcere, videatur: tamen, quoniam admirabile hoc & omnibus numeris abſolutum opus indè eduxit, cujus omnes partes tam mirâ proportione, tantâque conſenſione & ſymmetriâ accuratiſſimâ, connexæ ſunt & contemperatæ, lectorem vel renitentem trahit in aſſenſum, cùm aliter explicare non valeat, aut aliud ab iſto diverſum ædificium exſtruere, & veritatem commoditatémque explanationis ipſius firmo & indubitato penè adſtruere videtur argumento. Si enim commentum hoc eſſet, omnia non ſic aptè cohærerent, aliquid dehiſceret aut nutaret, aut à traditis in Scriptura menſuris diſcederet atque exorbitaret [v]. Ego iis accedo qui putant Ezechielis oculis oblatum conſpectum Templi quale fuerat cùm id deſtruxit Nabucho-

a La. b San. c San. ſim. Cun. de rep. Heb. 1. 17. d Cun. ib. * Jun. f Pol. g Villalp. explan. Ezec. tom. 2. part. 2. c. 13. p. 35. h He. in M. & in La. i He. in M. k La. ſic Pol. l La.

m Me. n La. o RR. in La. p Me. q La. r Villal. 2. 1. 9. 21. ſim. San. La. † La. ſic San. r Villal. ib. 2. v Capel. præfat. ad templi delineat. in append. crit. p. 720.

 donoſor;

donosor, idque duabus de causis. 1. Ut intelligerent Judæi quantum gentis suæ decus criminibus suis amisissent. 2. Ut olim reversi specimen haberent quod imitarentur quantum possent *: quantum possent, inquam; nam perfectè ut imitarentur neque summa festinatio permisit, neque opes, multò opibus Salomonis impares; ut docent nos Esdr. 3. 12. Jos. Antiq. 11. 4. Obj. Non convenit hæc descriptio cum illa Salomonis, &c. Resp. 1. Tot à Salomone Reges tanto tempore, ex ingentibus quæ in Templum inferebantur tributis ac donis, multum adjecerunt Templo ejúsque ornamentis; quædam etiam ex usu mutârunt, quod & in Herodis Templo contigisse nos docet Josephus. Non omnes mutationes tales perscriptæ sunt, sed in exemplum vide 2 Reg. c. 12†. Resp. 2. Quædam hîc augustiora videntur quàm in altero Templo, quia typum cum antitypo miscet Propheta, Templum scilicet cum Ecclesia Christi, ad quam frequenter mente avolat, more Prophetarum *. Cæterùm cùm hunc de Templo locum accuratè nobis exposuerit vir Clar. Villalpandus, & post eum alia observavit vir raræ eruditionis Capellus, omnes hortor ut eos adeant; & ea causa erit cur hæc non nisi in transcursu attingam †. Resp. 3. Templum hoc est mysticum & spirituale [x]. Multa enim in hac descriptione sunt quæ ad literam sumpta absurda sunt & impossibilia; ut, v. g. de aquis, &c. de Jerosolymorum & terræ distributione, &c. quæ nè impudentissimus quidem Judæus ausit contendere ad literam esse intelligenda [y]. Licèt ad literam describatur Templum Salomonis restaurandum per Zorob. tamen magis allegoricè significatur restaurandam Synagogam Judæorum per Ecclesiam Christi [z]. Ostendit Deus infrà, se non delectari carnali ipsorum & legali cultu, sed alium ab illo longéque diversum postulare, spiritualem nempe, cujus in Templi hujus imagine ejúsque ritibus omnibus, non parùm à Mosaicis diversis, typum habebant. Proponitur ergò illis hoc Templum ut typus cultûs spiritualis Evangelici [a]. Quanquam aliqua post reditum ex Babylone impleri cœpta sunt, à figuris tamen ad veritatem ascendendum est; & perfecta hujus visionis impletio, non in carnali & terrena, sed in spirituali & cœlesti, Jerosolyma quærenda est, in illa scilicet quam Johannes, verbis quasi ex hac Ezechielis hypotyposi desumptis, describit Apoc. 21. & 22. Non enim tantùm typorum, nempe Templi, cultûs ceremonialis, urbis & Regni Israelit. instauratio hîc promittitur; sed sub typica descriptione præcipuè indicatur & propheticè promittitur spiritualis restitutio & magnificentia Ecclesiæ in regno Messiæ, in hac quidem vita inchoanda, in altera verò perficienda. Eam autem his typis & figuris adumbrari postulabat ratio tum, 1. temporis V. T. quando placuit Deo per umbras agere, Heb. 9. 8, 9, &c. & 10. 1: tum, 2. populi, quos Deus elementis erudiri & exerceri voluit, & velut præsidio custodiri usque ad Christi adventum, nè vel ad propria, vel ad Gentilium, figmenta defluerent: tum, 3. loci: nam quia Israelitæ in Babylonia captivi erant, terram Promissam, urbem & Templum summopere desiderabant; inprimis fideles, qui ista intelligebant Ecclesiæ catholicæ & cœli, &c. typum esse [b]. Non negandum est, visionem hanc universam ad Zorobabelis Nehemiæque tempora referendam esse, utpote in secundo Templo, secunda urbe, secunda item regionis partitione, quasi in typo, verorúmque umbrâ, opere completam. Cùm tamen vaticinia hæc atque promissa multò augustiora sint quàm quæ istis temporibus videantur expleta, alius prophetiæ finis, aliud admirandum magis visionis objectum investigandum est, quod magnificentiam hanc plenè exhauriat atque opere compleat: id autem est Ecclesia Christi, cui cum veteri Synagoga Hierosolymæ nomen commune fuit, idem fundamentum, mensuræ eædem, rationes, leges, &c [c]. Summus hujus prophetiæ finis est, ut typicè adumbrata habeatur gloria Dei in Christo & in Ecclesia, cujus perfectissima constitutio describitur hîc sub typo, eóque appositissimo: nam prisca illa Ecclesia, quæ sub Lege & regno Davidis florebat olim, typus erat Ecclesiæ Evangelicæ, & perfectæ constitutionis ad eam perventuræ [d]. Judæi aiunt, Esdram, cùm Ædem secundam ad instar Ædis Salomonicæ conderet, etiam illa secutum esse quæ de tertio Templo Ezechiel præcipit, sed non ultrà quàm captus hominis sanctissimi fuit in re obscura implicatâque. Omnia ea quæ de modo ædificii déque partibus ejus dicta hîc sunt occultiorem sensum habent: singula autem quid significent, aut quo pacto sint explicanda, difficillimum dictu est. *Hominis est,* (ut ille dixit,) *hæc opinari; Dei, scire* *.

* G. sim. Me. ad v. 2. † G. ib. * Me. ib. † G. ib. [x] Alcasar in La. [y] Capel. ib. [z] La. [a] Capel. ib. [b] Pol. [c] Villalp. ib. c 13. p. 37. [d] Jun. * Cun. rep. Heb.

1. *In vicesimo quinto anno transmigrationis nostræ*] Vel, *post deportationem nostram,* Pi. sim. JT. &c. factam sub Rege Joachin, sive Jechonia [f]: biennio antequam Nebuch. expugnatâ Tyro in Ægyptum involaret, Ezec. 29. 17 [g]: annis 20 post primam Ezechielis visionem, cap. 1. v. 2 [h]: annis 14 ab eversione urbis, quippe quæ accidit anno 11. Sedeciæ, qui Jechoniæ successit [i]: anno jubilæi; nam si 30 illis annis de quibus Ezec. 1. 1. qui etiam à jubilæo computandi sunt, hos 20 addas, fiunt 50 anni [k]. Dicit, *nostræ,* quòd ipse tunc puer abductus fuit. Israelem Deus aptè disponit ad felicissimum veniæ & indulgentiæ criminum concessæ nuncium, indicato priùs scelerum supplicio, ut dolorem excitet & pudorem, &c [l]. ¶ *In exordio anni*] i. e. Primo anni mense [m]: i. e. vel, 1. Tisri [n], sive Septembri [o], qui initium anni antiquissimum [p]; vel, 2. Nisan [q], qui primus fit Exod. 12. 2 [r]. ¶ *Decimâ mensis*] Quâ die agni Paschate immolandi inferebantur in urbem; & quâ Christus, verus agnus, die Paschatis immolandus, urbem ingressurus erat, à turbis palmis excipiendus†. Itaque eodem die vidit Ezechiel Templi & populi è Babylone restitutionem quo idem olim ex Ægypto liberatus est [t]. ¶ *Quartodecimo anno,* &c.] Postquam plerisque in gentes exteras prophetiis perfunctus esset [v]. ¶ *Manus Domini*] Vis Divina me arripuit [x]. *Manus* vim, robur, potestatem significat, vel in vindictam, vel in auxilium. Hîc significat spiritum Prophetiæ, qui à Patre & Filio procedit, ut manus à brachio, & digitus à manu; qui dicitur *digitus Dei,* Exod. 8. 19. & Luc. 11. 20. collat. cum Matt. 12. 28 [y]. ¶ *Et adduxit me* (nempe in spiritu [z]; ἐν ὀπτασίᾳ, (*in visione,*) ut omnia præterita viderem quasi præsentia, ut suprà 8. 3 [a].) *illuc*] i. e. Hierosolymam [b]; de qua sc. jam dixerat eam percussam esse [c].

2. *In visionibus Dei*] Magnâ quadam & admirabili visione [d]: vel, spiritu prophetico*. Non corpore [f], sed mente, per visionem [g]: secundùm modum spiritûs & visionum spiritualium [h]. ¶ *Super montem*] Moriæ [i], ubi ædificatum olim, & jam reædificandum, erat Templum [k]. ¶ *Super quem erat quasi ædificium civitatis*] i. e. Vel, 1. urbs ipsa Jerusalem [l]: vel potiùs, 2. Templum ipsum, (ut ex eo patet, quòd ædificium hoc mensus est Angelus; sed mensum fuisse Templum sequentia docent *;) quod urbis habuit speciem [m], eò quòd esset amplissimum & munitissimum [n], muris, turribus portísque firmatum, multis stipatum ædificiis, porticibus, &c. substructionibus ad 400 cubitos se erigentibus, quibus superstabat murus atrii Israel, &c. aliísque id genus ferè infinitis [o]. ¶ *Vergentis ad Austrum*] Templum ad Austrum erat, non urbi, cui illud ad Septentrionem erat [p]: sed respectu vel, 1. montis Moriæ [q], vel Sionis [r]; vel, 2. Babylonis †, vel Ezechielis venientis ab Aquilone, h. e. è Babylone [t].

3. *Introduxit me illuc*] h. e. Ad Templum: non ad interiora Templi, cùm adhuc exterior peribolus conspiciendus infrà sit; sed tantùm cominus attulit me, ut possem singulas ordine partes percensere. Adduxit me ad Templi januam quæ in aquilonari peribolo aperiebatur [v]. ¶ *Et ecce* (sub. *aderat,* Pi. vel, *apparuit mihi,* V.) *vir*] i.e. Vel, 1. Angelus aliquis [x], ut Apoc. 11. 1. confer Dan. 10. 5*. fortè Michael, vel Gabriel [y]; qui Christum, verum Ecclesiæ ædificatorem, præsignaret [z]. Vel, 2. Christus [a]; ut ex hoc versu & sequentibus intelligitur. Vide ad Ezec. 1 [b]. Qui *vir* nominatur, ut significandam naturam ejus humanam. Præludium hoc erat Incarnationis [c]. ¶ *Quasi species æris*] Sub. *tersi ac politi,* V. vel, *fulgentis,* G. ex ό. q. d. facie fulgidâ & splendidâ [d]: vel, *chalybis,* Jun. Significat ipsius & fortitudinem & splendorem*, quo tum ipse circumfulget, tum suos illustrat; & puritatem à scoriis & labe; necnon vim

[f] Jun. Pi. Vil. San. La. &c. [g] Jun. [h] Vil. La. [i] La. [k] He. in La. [l] Vil. [m] Jun. [n] G. [o] V. [p] G. [q] Vil. La. Me. [r] Vil. † Capel. et Vil. [t] La. [v] Jun. [x] G. sim. Vil. [y] Cap. et Vil. Pi. [z] G. [a] G. Cap. et Vil. La. &c. [b] Cap. et Vil. [c] Cap. et Vil. [d] Me. sim. Vil. * Me. [f] G. sim. Jun. Pol. La. &c. [g] La. [h] Jun. [i] G. Cap. et Vil. [k] La. [l] Q. in La. * San. [m] G. sim. [n] Cap. et Vil. La. San. M. T. [o] T. sim. Vil. [p] Vil. [q] G. sim. L. [r] G. [r] Pol. † T. et A- po'. [t] Me. ex Vil. La. &c. [v] Cap. et Vil. [x] V G Pi. Vil. La. &c. [y] G. [z] La. et Vil. [a] Vil. [b] Jun. Pi. Pol. [c] Jun. [c] Pol. [d] V. * G. sim Jun. Pol.

vim sanativam: chalybs enim ad medicinam valde utilis est, &c. In prima visione apparuit ut ignis ardens, vel tanquam judex iratus, &c; hîc, alio aspectu, ut placatus & pacificator, ad consolationem fidelium, & ædificator Ecclesiæ [f]. ¶ *Et funiculus lineus in manu ejus, & calamus mensuræ in manu ejus*] Tanquam optimi agrimensoris, qui de Ecclesia sua constituit ipse in omnes partes, & Prophetam suum instituit appositissimè, &c. Hæc duo instrumenta dimetiendis rebus instituta variè distingui possunt [g]. Per hæc duo designatur ædificiorum quantitas & rectitudo [h]. *Funiculus* adhibetur ad majora spatia, Zach. 2. 1 [i]. *Calamus*, i. e. pertica [k], ad minores res metiendas [l], ut crassitudinem muri, amplitudinem portarum aut liminum, &c: quæ mensura nominatur *calamus* [m], quia in illis locis fieri solebat ex calamo [n]; quippe qui suâ levitate, æquabilitate, rotunditate, &c. ad metiendum est aptissimus [o]. *Funiculus*, mensurus aquas è Templo manantes, Ezec. 47. 3, &c [p]. [*Calamus*, mensurus reliqua.] *Filum* vel *funiculus* index est perpendiculi quo structores æquabilitatem structuræ suæ probare solent in altitudinem, appenso plumbo: *calamus*, ad probandam longitudinem latitudinémque structuræ. *Qu.* Sed ubi *norma*, ad metiendos angulos? *Resp.* Norma in fine calami, ex forma Græci illius Γ quod trigonum est, ab artificibus haberi solet. Rectiùs forsan sic: Quum duo hîc sint, domus Dei, & habitatio populi, vel sedes Ecclesiæ; structura sive Templum calamo, terra pura vel structuris carens fune vel filo, mensurari potuit, ut fieri solet [q]. Utroque hoc instrumento significatur, illum Angelum mensoris functurum officio, & omnes altitudines, longitudines & latitudines exactè demonstraturum [r]. Longitudinum mensura dicitur *calamus*, quia longitudine & cylindricâ formâ cannam sive calamum referebat; & quia cubitis ac palmis distincta erat, calami nodos eo imitabatur †. ¶ *Stabat autem* (nimirum tanquam paratus & accinctus ut in mensuram certam Templum colligeret [t]) *in porta*] Sub. *illius ambitûs qui cingebat totum montem illum*, V. vel, civitatis illius cujus structuram hîc cernebat [v]; vel, Templi [x]; vel, periboli aquilonaris, orientali angulo proximâ: tanquam Templi custos & janitor, & Prophetæ ductor [y], & hæres dominúsque domûs [z], Heb. 3. 6. cujus est *omnis potestas*, Matt. 28. 18 [a]. cujus jus est ut claves habeat domûs, ut admittat emittátque [b], aperiat ostium cui vult, Joh. 10. 3. Apoc. 3. 7 [c]. & omne imperium in ea & ejus causâ exerceat [d]. Christum repræsentat *, qui velut janitor & custos Templi erat, Marc. 11. 15, 16 [f].

4. *Fili hominis*] Innuit Angelus quantum distet ab angelico humanus intellectus. Angeli enim statim plenè cognoscunt, non decipiuntur, nec obliviscuntur: homines, contrà, falluntur, obliviscuntur, &c. Quæ omnia imbecillitatis humanæ impedimenta una sublevat solicitudo, attentio, diligentia, de qua hîc Angelus Prophetam admonet [g]. ¶ *Vide oculis*, &c.] Duo hîc proponit Prophetarum omnium officia, semper necessaria: 1. ut à Deo discant diligentissimè; 2. ut fidelissimè prout acceperunt tradant, &c [h].

5. *Et ecce murus*, &c. "חומה מחוץ וגו] *Murus* (sub. *erat*, JT. Pi.) *extra domum* (vel, *à parte extima domûs*, JT. sic Pi.) *per circuitum*, P. M. sim. Ti. &c. Sequitur Templi descriptio: Quæ quia perobscura est, eam & verbis & figuris declarabimus. Templum muro cingebatur quadrato, qui patebat quaquaversus 500 cubitos: quod totum spatium erat sacrum. Erat autem Templum in monte collocatum, ità ut quâcunque parte adiretur ascendendum esset. Ejus partes sunt novem, eæque omnes quadratæ, 100 cubitos longæ, & totidem latæ; videlicet ædes ipsa, & circum eam 8 atria, à singulis cœli regionibus bina; quorum ea quæ sunt ædi conjuncta vocantur *interiora*, reliqua quatuor sunt *exteriora*. Per exteriora aditus est ad interiora, & porrò ad ædem. Atque hæc novem membra in alia item membra dividuntur. Hæc autem particulatim describuntur ab Ezechiele, quo ordine ei ab Angelo ostensa sunt: quò fit ut locus sit obscurior. Nos, quò res sit dilucidior, singula membra delineabimus. Utar autem ichnographiâ, h. e. areæ & soli & quasi fundamenti picturâ, quâ possint omnia spatia perspici: id quod in orthographia, i.e. in erecti & stantis ædificii pictura, fieri non posset [i]. Explicatâ inscriptione, sequitur prophetia, cujus duæ sunt partes; 1. de re Divina & ecclesiastica, 2. de humana & politica ratione Ecclesiæ Dei. Ad Divinam pertinent, 1. structura domûs, cap. 40. & 41. & 42; 2. cultûs ratio, cap. 43. & 44. Structuræ sive sacri ædificii partes duæ sunt, atria, & ædes ipsa. Τὰ προβόλαια, id est, antecessus & atria, vel claustra antecedentia, describuntur hoc capite: deinde ædes ipsa sacra cap. 41. & 42. Cujus occasione egressus Propheta in visione ex æde, ad reliquam venit explicationem claustri, indè à vers. 15. cap. 42. usque ad finem illius. In hoc autem capite προβόλαια quatuor & spatia describuntur. 1. Claustrum universale, vel septum omnia ambiens, indè ab hoc versu usque ad 16. 2. Septum atrii extimi, quod nos atrium primum, à situ, vel δημοσιακὸν, ab usu, appellamus, indè ad vers. 27. 3. Septum interioris atrii, quod, à situ, commodè medianum, ab usu, σκευοθήκη, vel ἀποθήκη, i.e. armamentarium, vel repositorium, instrumentorum potest appellari, indè ad v. 43. 4. Septum atrii intimi, indè ad finem capitis [k]. Templum tribus muris erat circumdatum erat: primus erat periboli extimi, hoc versu; secundus, atrii exterioris; tertius, atrii interioris [l]. *Ecce murus*, i.e. Apparuit mihi murus, imperfectus quidem, *extra*, i. e. citra, *domum*: q. d. qui ambiebat totum illum montem Sion, in cujus cacumine ædificatum erat Templum [m]. Qui in ædificio montem intelligunt in quo ædificata fuit civitas, in muro etiam intelligant necesse est civitatis mœnia. Verùm hic murus erat in circuitu Templi, quasi illius munimentum [n]. Suprà dixerat, quòd *vir stabat in porta*: sed quia tres muri erant, ideóque dubitari poterat in quo muro erat illa porta, ideo hîc determinat [o]. Murus hic sive peribolus erat tertius & extimus, qui totum claudebat Templi ædificium [p], porticus omnes atque atria [q]. Templum antonomasticè *domus* dicitur hîc, sicut & 2 Par. 2. 1, 5. Ezec. 10. 4. idque quia Deus in ea sedem fixerat, cùm tabernaculum mobile fuisset [r]. ¶ *In manu viri calamus mensuræ sex*, &c. שש־אמות באמה וטפח] *Sex cubitorum*, M. P. Mo. Ch. JT. Ca. &c. (scilicet sacrorum; hoc enim declarat dum dicit eos cubitos aliis esse majores uno palmo †.) *in* (vel, *ex*, JT. vel, constantium *ex*, Pi. sic T.) *cubito & palmo*, M. P. JT. Pi. sic Mo. vel, *in cubito qui est cubitus & palmus*, Ch. vel, *qui singuli cubitum & quatuor digitos haberent*, Ca. vel, *in cubito & palmus* erat: i. e. Cubitus de quo loquor continebat palmum ultra vulgarem cubitum: unde quidam [Ti. &c.] verterunt, *adjecto* [adde, *minori*, ex versione Ti.] *palmo singulis cubitis vulgaribus*; q.d. Quæ mensura continebat 6 cubitos, loquendo de cubitis sacris, quorum quilibet continet cubitum vulgarem, sive profanum, & palmum †. Palmus autem continet 4 digitos: cubitus profanus continet tantùm 5 palmos, sacer continet 6 palmos [t]. Vide Ezec. 43. 13 [v]. Sed alia longè ibi verba & phrasis, quare non est hic locus cum illo confundendus. Palmus hîc superadditur cubitis sex, non singulis: nam cùm cubitus quicunque 6 palmis constat, ut alibi probavimus, si senis cubitis singuli addantur palmi, fient certè 7, non 6, cubiti. Huc facit versio τῶν ο΄. μέτρον πηχῶν ἓξ ἐν πήχει καὶ παλαιστῆς, *mensura cubitorum sex in cubito, & palmi*: ubi τὸ *& palmi* jungendum, non τῷ ablativo *cubito*, ut sensus sit, singulos cubitos habuisse tot palmos, (tunc enim dixissent, καὶ παλαιστῇ [x]) sed τῷ genitivo *sex cubitorum*, ut sensus sit, calamum fuisse 6 cubitorum, & palmi unius omnibus cubitis superadditi. Difficultatem injecit τὸ *in cubito*, quod hîc interseritur: sed phrasis illa sæpe usurpatur, & hoc tantùm significat, de cubito justo, perfecto, legali ac certo, agi, ut sensus sit, *sex cubitorum in cubito, & palmi*, i. e. sex cubitorum utique justorum, legalium, acsi diceret, Sanctuarii, & palmi. Quòd autem palmus senis, non singulis, cubitis addendus sit, facilè probatur ex v. 7, 9, 11. hujus capitis, ubi Angelus cavædium portarum metitur 10 cubitis, & frontes sive semicolumnas 2 cubitis, & thalamos [quorum duo sunt] singulis calamis, [non, cubitis, ut malè repetit Cap. ex Vil.] Cùm verò has omnes partes uno numero computat, portarum latitudinem sæpius 25 cubitis

Marginal notes (left column): f Pol. — g Jun. — h L. sim. Me. — i G sim. — k Pol. RR. in Vil. — l G. Pol. — m Pol. sim. RR. in Vil. — n Pol. — o G. sim. Pol. — p Pol. — q Pi. — q Jun. — r G. — † Cap. ex Vil. — t Pol. — v Jun. — x Pi. — y Cap. ex Vil. — z Pol. ex Jun. — a Pol. — b Jun. — c Pol. — d Jun. — * Cap. ex Vil. sim. — Jun. Pol. — f Cap. ex Vil. — g Vil. — h Jun.

Marginal notes (right column): i Ca. — k Jun. — l Ls. — m V. — n San. — o Vil. — p Me. sim. Vil. — q Cap. ex Vil. — r Vil. — † V. — † V. — t V. ex Mi. — v V. — x Cap. ex Vil.


cubitis definit. Quod si calamus senos tantùm haberet cubitos, bis seni duodenis additi 24 redderent, non 25. Illi ergò 25 cubiti 4 calamis dimensi erant, quorum singuli, præter senos cubitos, quartam contineant cubiti partem, h. e. 6 digitos: ea verò *palmus* dicitur, quòd nulla esset mensura Hebræis huic magis proxima. Obj. At idem Angelus thalamos portæ 6 cubitis metitur, qui paulò antè calamo dimensi fuerant. Resp. Mos est Scripturæ numeros referre, quamvis aliquid eis superfit, aut desit: ut, discipuli Domini 70 vocantur, qui 72 erant. Id hîc fieri possit, ut illa cubiti pars senis cubitis addita non subtrahatur, aut negetur, sed tantùm subintelligatur [y]. [Aliis hæc sententia non placet.] Sensus est, *sex cubitorum, & palmo*, i. e. sex cubitorum, non vulgarium, sed sacrorum, seu regiorum, qui vulgarem cubitum uno palmo superant[z]; ut patet ex Ezec. 43. 13. Ruit ergò hæc calami Villalpandi mensura, ideóque & magna pars dimensionum ejus in Templo, quæ calamo hoc mensurantur[a]. ¶ *Et mensus est latitudinem* (i. e. densitatem, sive crassitiem[b],) *ædificii* (i. e. muri[c], qui ædificium sepit[d]; vel, periboli, qui hîc exstructus fuit juxta Legem Deut. 22. 8. nè ambulantes præcipites deciderent in subjectas valles profundissimas[*];) *calamo uno, altitudinem quoque calamo uno*] q. d. Tam latitudo quàm altitudo hujus extimi muri erat unius calami, erat enim reliquis muris inferior[f]. Nihil hîc de septi longitudine, vel

[y] Vil. [z] T. ex Me. sim. La. ex He. & Mald. & Alcasar. [a] La. [b] Jun. [c] V. Ca. [d] Ca. [*] Cap. ex Vil. [f] Me.

ambitu, qui commodiùs describitur Ezec. 42. 15, &c. quum Propheta ex claustro egrederetur[g]. Locus hic nonnullos adeò torsit, ut sensum literalem planè negarent. Difficultas sita est in *ædificii* nomine, quo totum Templum significari putant, non partem[h]. Verùm *ædificii* nomen latiùs patet quàm *ædis*; est enim commune omni fabricæ. Sic in Scriptura legimus, *ædificare costam*, Gen. c. 2. v. 22. &, *parietem, altaria, naves, excelsa*, &c. Sic Virgil. Æneid. 2. ——*equum divinâ Palladis arte Ædificant*—— Ità & h. l. *ædificium* dicitur, non Templum, sed murus, sive peribolus, qui Templo prætenditur[i]: qui sic forsan dicitur, quia pluribus constabat partibus certâ ratione & ordine dispositis[k].


6. *Et venit ad portam*] i. e. Ad unam ex portis illius ambitûs montis[l]. Non ad illam ubi erat vers. 3. quæ erat periboli porta, & totius ædificii, sed ad alteram[m]. *Ad portam*, vel, 1. atrii extimi, sive Gentium[n]: vel potiùs, 2. atrii Israelis[o], quod medium erat inter atrium sacerdotum, & Gentium. Prætermittit hîc Angelus atrium Gentium, & illud non metitur, ut neque in Apocal. cap. 11. vers. 2[p]. forsan ut significet multitudinem Gentium ad Ecclesiam confluentium, quæ mensurâ aut numero comprehendi nequeunt[q]. Al. *Portam* hîc vocat totum ædificium quod erat in ingressu, quod habebat circumdantem murum, & duas januas, & sex cellas cum appendicibus, hoc pacto:

[g] Jun. [h] Vil. [i] San. [k] Vil. [l] V. [m] Mar. [n] San. [o] T. & La. ex Vil. [p] Mar. sim. Vil. [q] Vil. sim. Mar. La.



a Murus sex cubitos crassus, qui totam portam circundat. *b* Ostia lata denos cubitos, *c d*, quorum liminum crassitudo est sex cubitorum, videlicet quanta est muri crassitudo, ab *e* ad *f*. Altitudo januæ (quæ hîc *longitudo* vocatur, propterea quòd altior est quàm latior,) est 13 cubitorum. *g* Cellæ utrinque trinæ, longitudine & latitudine senorum in fundamento cubitorum, quadratæ. *h* Cellarum appendices, singulos cubitos patentes; scilicet in superiore parte cellarum, ubi erant cœnacula: sub quibus appendicibus ad perpendiculum est ejusdem latitudinis spatium ante cellas, quod ipsis cellis, non vestibulo, tribuitur. *i* Spatia quinorum cubitorum inter cellas: quæ spatia intelligenda sunt in solo; nam superiore parte detrahunt appendices de iis spatiis utrinque singulos cubitos. Ità fit ut, cùm cellarum fundamenta distent inter sese quinos cubitos, à *k* ad *l*, appendices distent trinos, ab *m* ad *n*. Sint enim

cellæ A B, appendices C D: cùm ab A ad B sint quinque cubiti, à C ad D sunt tres.



Sed intelligenda sunt eadem quinorum cubitorum spatia etiam inter cellas & portæ murum, ab *o* ad *p*; ut patebit in portæ longitudine. *q* Vestibulum est, latum octo cubitos, ab *r* ad *f*: quod vestibulum abestà portæ limine, h. e. ab exteriore liminis linea, sex cubitis, *e f*: nam

nam liminis crassitudo non tribuitur vestibulo. Id vestibulum appendices habebat duorum cubitorum, h. e. quorum projectura patebat in utraque janua unum cubitum, intrò procurrens ab *f* ad *t*. Nam si interpretaremur ità ut utrique binos cubitos attribueremus, efficeretur ut vestibuli appendices projecturas haberent duplas quàm sint cellarum appendices; deinde, ut eæ vestibuli appendices propiùs distarent à cellarum appendicibus quàm ipsæ cellarum appendices inter sese: quæ utraque inæqualitas deformem haberet aspectum. Erant autem appendices cubitorum 60: quod intelligi debet de toto appendicum spatio. Nam singulæ patebant octo cubitos, ab *u* ad *x*, (hoc enim ponimus in una appendice; quod tamen idem de omnibus dictum volumus;) qui sexies ducti efficiunt 48: ostiorum autem appendices sunt longæ senos cubitos, ab *y* ad *z*: ità fiunt cubiti numero 60. Cur autem hæ reliquis sint breviores, in causa est, quòd non augetur earum longitudo processu earum quæ sunt à lateribus, sicut in cellis. Nam si in cellis nullæ essent à lateribus appendices, ea appendix quæ est in fronte esset quanta est ostii, videlicet senûm cubitorum, ab A ad B. Igitur hujus portæ ædificii latitudo intus sine muro est 25 cubitorum, à C, quà definit cellarum tectum, ad D, quà est tectum portæ, h. e. muri portam ambientis. Nam vestibulum patet octo cubitos, cellæ hinc atque hinc octonos; qui numerus est 24. Deest unus cubitus, utrinque dimidius, quem occupant cœnaculorum tecta ad tergum procedentia, tectúmque muri scandentia utrinque in dimidium cubitum, & ibi se cum muri tecto conjungentia, ubi sunt literæ C D; à quibus tectorum conjunctionibus numeratur latitudo portæ. Longitudo autem, ab initio liminis exterioris januæ, ad extremam lineam liminis interioris januæ, h. e. ab *e* ad alterum *e*, est cubitorum 50, videlicet dupla latitudinis. Nam cellarum longitudo est cubitorum 18 à fundamentis, singularum sex, inter cellas & cellas; & inter cellas & murum latitudinis portæ sunt spatia quater quinûm cubitorum: qui numerus cum illo conjunctus efficit 38: cui si addas bis sex cubita liminum, fiunt 50. Atque ipsa ostia respondent inter se: nam à *b* ad alterum *b* est recta regio. Ad hanc orientalem portam ascendebatur septem gradibus: atque ea circumdabatur atrio. Vocatur autem *atrium*, reliquum hujus totius quadrati loci, centenos in longitudinem & latitudinem cubitos porrecti, spatium. Et *exterius* dicitur, quoniam inter id & Templum erat aliud atrium interius. Igitur in hoc exteriore atrio erat pavimentum à latere portarum. *Portas* autem vocat plurali numero, quoniam vult idem & in Septentrionali porta intelligi quod hìc de orientali tradit, ut paulò pòst apparet. Id pavimentum erat depressiore solo quàm porta, idque secundùm portæ longitudinem, ab E ad F: ad quod pavimentum erant cœnacula 30. Quæ quomodo collocata essent, ex hoc intelligi non potest, sed petendum est ex c. 42. ubi illud docebimus[s]. ¶ *Quæ*, &c. [אֲשֶׁר פָּנָיו דֶּרֶךְ וגו׳] *Cujus facies* (vel, *frons*, Jun. i. e. pars anterior quæ aperiebatur; Heb. *cujus facies ejus*, sed τὸ *ejus* redundat† : sub. *erat*, P. vel, sub. *vergebat*, M.) *ad viam orientalem*, P. M. *Quæ spectabat ad orientem*, Pi. sic JT. Per quam exeuntes Orientem spectabant [t]. Primùm venit ad portam orientalem, tum, quòd ea dignissima esset, quippe Regi deputata; tum maximè, quòd per eam unam gratissima Sanctuarii facies conspiceretur[v], & directò adibatur Sanctum sanctorum[x]: quod Deus à parte postica & occidentali Templi parte esse voluit, adeò ut ingressuri à tergo haberent Orientem, ad Occidentem adorarent; idque ut convelleret superstitionem Gentilium, qui Orientem semper spectabant adoraturi, teste Vitruv. de Architect. l. 2. quorúmq; sacraria ab Ortu posita erant [y]. ¶ *Ascendit per* (vel, *in*, Mo.) *gradus ejus*] Ità P. M. Ti. &c. Quod montis acclivitas postulabat [z]. Atrium ergò Israelis excelsius erat atrio Gentium[a], & ex hoc in illud ascendebatur gradibus septem, ex collat. v. 22[b]. Indè ad atrium sacerdotum erant 8 gradus, v. 31. indè ad Sanctum gradus 10. Erant ergò 25 gradus ab atrio Gentium usque ad Sanctum[c]. Ità consultum erat loci tum, 1. dignitati, quæ ipsâ soli celsitudine indicatur[d]; unde antiqui ante idolorum templa gradus perpetuò excitabant, teste Vitruvio: tum, 2. firmitati*. [Qua de re vide Authorem.] ¶ *Mensus est limen*, &c. [אֶת סַף הַשַּׁעַר קָנֶה אֶחָד רֹחַב וְאֵת סַף וגו׳] *Limen* (vel, *postem*, P. V. Vil. sub. *unum*, Mar.) *portæ* (vel, *illius portæ*, Pi.) *calamo uno latitudine*, JT. Mo. &c. (vel, in *latitudine*, M. in *latitudinem*, Pi. Postem illum intellige qui erat in facie illius portæ, quem quidam Hebræorum rotundum fuisse dicunt[f].) *& limen alterum*, sive *aliud*, (ad verb. *unum*, Mo.) *calamo uno latitudine*, JT. Mo. vel, in *latitudine*, M. in *latitudinem*, Pi. [Alii locum sic reddunt:] *Et portæ limen in unius decempedæ crassitudinem mensus est, itémque alterum limen in unius decempedæ crassitudinem*, Ca. *Et mensus est crassitudinem utriusque postis uno calamo*, Ti. q. d. Assignavit utrique posti externo illius portæ sex cubitos in latitudine[g]. Idem & par fuit commensus inter utrumque limen portæ[h]. Mensus est limen unum calamo uno, & limen alterum calamo uno, quanta nimirum est muri crassitudo, & utriusque liminis, superioris & inferioris, latitudo[i]. סַף *limen* sumitur, 1. pro inferiore limine, ut Jud. 19. 27. & 1 Reg. 14. 17: 2. pro superliminari, sive superiore limine[m]: 3. (licèt minùs usitatè ac propriè[n],) pro postibus qui utrinque attolluntur[o]. Loquitur hìc Propheta vel, 1. de limine superiore & inferiore, quia latitudinem hoc loco metitur, non altitudinem: obstat tamen, quòd hæc non tam latitudo dici debet quàm longitudo, quia limina illa secundùm muri longitudinem extenduntur: vel, 2. forsan rectiùs, de postibus[p]; de poste portæ utroque[q]. Eadem videtur fuisse postium & liminum crassities[r]; ex uno ergò alterum intellige: uterque postis æquè crassus erat ac murus, v. 5. i. e. uno calamo†.

7. *Et*, &c. [וְהַתָּא] *Et thalamum*, P. Mo. JT. &c. *Et thalamos*, V. Pi. sing. Heb. pro plur. Erant cubicula & cellulæ ædificatæ juxta portam[t], ex utroque latere, ternæ & ternæ[v]; ubi habitabant Templi custodes[x], aut alii in eo ministrantes[y]. *Atriolum quoque*, Ti. *Et cellas*, Ca. Notandum, in ipso hujus structuræ aditu fuisse tanquam atrium, vel potiùs προαυλον, quoddam, ante totum hoc structuræ corpus quod hìc deinceps exponitur. In hoc autem προαύλῳ, quod Græci appellant θυρωρεῖον, Vitruvio teste, tria apud Græcos olim fuerunt membra intra septum portæ ante atrium domûs constituta: 1. sellæ, in quibus ostiatiorum sedes; 2. πρόαυλα, capiendis advenis instituta; 3. πυλώεια, domesticis, mancipiis & operariis destinata, quæ apud Græcos veteres *thalamos* dici auctor est Eustathius: post hæc demum membra, in amplis ædibus, vulgò sequebatur illud quod vestibulum, aut potiùs atrium, appellamus. Atq; hunc ordinem in hac visione Deus Prophetæ demonstravit. Nam thalamorum triplex ordo primùm cum vestibulo proponitur hoc versu, postea verò ad alterum vestibulum venitur v. 8. & 9. quod μέλαθρον Græci, *atrium* Latini, dixerunt. Ac propterea fortasse positus est triplex thalamorum ordo, ut similiter ostiariis, advenis, & administris Dei primùm advenientibus, suæ stationes essent: sed quia nominatim non definitur istud in Scriptura, nos suo loco relinquemus[z]. [Et hìc deficit Clar. Junii Commentarius in Ezechielem, brevis quidem mole, sed usu cum multò majoribus comparandus, nec Authore suo indignus, licèt posthumus fuerit. Illum tamen defectum aliquantisper resarcient notulæ ejusdem Junii ad versionem Bibliorum Junio-Tremellianam.] תָּא, *thalamum*, Symmachus vertit, παραστάδας, *postes*: non quòd pro eodem usurpari putaverit, cùm longè diversi sint postes ab interjacente cubiculo; sed quòd ejusdem mensuræ fuisse existimaverit, ut verè sunt, postes ac thalamos, si crepidines metiaris, vel, si quantum distent thalami ab invicem metiaris†. ¶ *Et inter thalamos, quinque cubitos*] Dubium est ex Hebræo, fueritne paries, an postis, an spatium inane, inter cubicula jacens[a]. Fuit paries 5 cubitorum[b]. Vel, postis erat; unde οἱ ό. hìc habent, Αἰλὰμ (quæ vox Hebræa est, *postem* significans,) πηχῶν πέντε[c]. ¶ *Et limen* (vel, *postem*, P.) *portæ juxta vestibulum* (vel, *porticum*, vide 1 Reg. 6. 3[d].) *portæ intrinsecùs, calamo uno*] Sic M. Pi. &c. vel, *calami unius*, JT. scilicet utrumque limen erat*. Porta illa adjuncta erat vestibulo, & vestibulum admotum

Margin notes (left): [s] Ca. — † V. — [t] Mc. — [v] Cap. ex Vil. sim. La. — [x] San. — [y] Jun. — [z] Cap. ex Vil. sim. San. V. — [a] Cap. ex Vil. La. — [b] La. sim. T. Jun. La. — [c] Cap. ex — [d] La.

Margin notes (right): * Vil. — [f] V. — [g] V. — [h] Jun. sim. Mc. — [i] Cap. ex Vil. — [m] Cap. ex Vil. sim. San. La. — [n] San. — [o] San. sim. La. Cap. ex Vil. — [p] San. — [q] Cap. ex Vil. — [r] La. sim. Mc. — † La. — [t] V. — [v] V. sim. La. — [x] San. La. sim. Vil. — [y] San. — [z] Jun. — † Cap. ex Vil. — [a] Cap. ex Vil. — [b] Mar. K. in Vil. La. — [c] ex Ch. S. — [d] Cap. ex Vil. — * V. — * Jun.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tum portæ, *parte internâ* scilicet; i. e. erat internum vestibulum, adyto Templi vicinius: præter morem aliorum vestibulorum, quæ sita erant à parte externa: ut, extra Templum, porticus Templi; & porticus virorum, extra portam atrii virorum [f]. *Vestibulum* hîc vocat partem illam ante domum [g]; vel, spatium illud quod inter duas portæ cujusque facies intercipiebatur [h], & pervium erat intrantibus [i]: vel, spatium illud inane quod in medio muri aperitur, ut fiat porta; quod spatium desuper fornice operitur [k]. *Limen*, interius scilicet portæ ingressûs, (quo omnino fuit opus propter densitatem muri,) quod spectat vestibulum versùs, ut ipse Propheta se explicat, ut hoc limen ab extero distinguat [l]. *Limen*, nempe portæ versùs atrium, in quod per portam illam patebat ingressus [m]. Sensus est, Porta interior habebat limen mensuræ calami, æquè ut exterior, v. 6. Erant ergò portæ duæ, sive duplices [n], quadrato epistylio tectæ & conjunctæ [o]; uti portæ urbium [p], quæ fornice junguntur [q]; quarum una exterior est, & campum respicit, altera interior, & civitatem spectat [r]. Intra has duas portas erat spatium, sive area, quam *vestibulum* vocat †, in qua erant sex cubicula janitorum [t].

f V. g La. h T. i T. sim. La. k Cap. ex Vil. l Jun. m Me. n La. Me. o La. p La. Me. q La. r Mo. † Me. sim. La. t La.

8. וַיָּמָד אֶת אֻלָם וגו׳] *Mensuravit quoque* (vel, *Quùmque mensus esset*, Pi. sic JT.) *vestibulum portæ* (vel, *ipsius portæ*, JT.) *intrinsecùs calamo uno*, M. JT. Pi. sim. P. Ti. &c. *Vestibulum*, i. e. crassitiem muri ipsius vestibuli: q.d. Vestibulum illud cujus meminerat v. 7. erat crassum cubitos senos [v]. Idem ipsum vestibulum, cujus paulò antè latitudinem mensus erat, nunc metitur juxta longitudinem, nempe ab Aquilone in meridiem. Maximè autem animadvertenda est hæc mensura, quippe quæ universa Templi vestibula, tum quæ in portis tum quæ in porticibus aperiuntur, atque in atriis, necnon exteriorum portarum latitudinem, definiat; ut colligitur tum, 1. ex concordi & consona hujus ædificii structura, in qua fieri non potest ut membra omnia cum toto corpore, aut inter se, non conveniant: tum, 2. ex versibus 22, 24, 28, 32, 35. hujus capitis, *Fenestræ ejus, vestibulum & sculpturæ secundùm mensuram portæ quæ respiciebat ad orientem*; item, *Mensus est frontem ejus & vestibulum ejus juxta mensuras superiores*. Atque hæc una ratio in eam nos induxit linearum quas *radices* vocant cognitionem, earúmque dispositionis universæ, quæ hujus ædificii percipiendi potissima ratio est, ac veluti fundamentum. Atque hujus similitudinis causâ multa ab Angelo in hoc ædificio dimensa non fuisse putamus, multa alia ab Angelo dimensa prætermissa fuisse à Propheta; quòd satis fore existimaverit uterque quarundam partium dimensiones ostendisse, ut reliquæ ex symmetriæ rationibus colligerentur [x].

v V. x Cap. ex Vil.

9. *Et*, &c. וַיָּמָד וגו׳] *Et mensus est vestibulum* (scil. interius, ut exponit finis versûs †,) *portæ octo cubitis*, M. sim. P. JT. Pi. &c. In longitudinem ejus *. Quæst. Quomodo vestibulum 8 cubitos longum sit, cùm thalamus in medio ejus constitutus longus sit [tantùm] calamum [y], ipsúmque vestibulum v. præc. calamo mensuretur [z]? [Vulgatus difficultatem hanc aliquo modo elidit, omissione versûs octavi in sua versione: sed alia nobis quercus excutiendâ.] Resp. 1. Postes vestibulum, i. e. fornicem ejus, sustinentes à se invicem distabant 8 cubitis: thalami verò inter postes medii tantùm calamum longi erant, quia duos ferè cubitos occupabant postes eorúmque ornamenta, putà stylobatæ & spirarum projecturæ [a]. 2. Duæ sunt hujus vestibuli partes: 1. latitudo portæ, i. e. spatium illud quod porta relinquit in muro vacuum & apertum; & hoc æquale est uni calamo: 2. quæ extra portam murúmque projicitur in atrium, quæ appendix portæ vocari potest; & hæc longa erat 8 cubitos [b]. [3. De alio forsan vestibulo hîc agitur. Ità hîc accipiunt Belgæ, qui locum sic vertunt, *Tunc mensus est* alteram *porticum portæ*. Ca. versum hunc cum præcedente sic reddit; v. 8. *Distabat autem portæ limen à vestibulo quod erat intus unâ decempedâ*. v. 9. *Vestibulum ità mensus est, ut intrinsecùs abesset* (scil. à liminis ingressu [c]) *unâ decempedâ, idque octo cubitos patens, appendices habens, duorum cubitorum, intus collocatum*.] ¶ *Et*, &c. וְאֵלָו] *Et postes* (vel, *frontes*, Ch. M. *parastades*, Ti. *appendices*, Ca.) *ejus*, Mo. P. sic Pi. *Cum liminibus* (Heb. *superliminaria*, Jun.) *ejus binùm*

† Jun. * Idem. y La. ex Vil. z San. a La. ex Vil. b San. c Ca.

cubitorum, [ut seq.] JT. i.e. quorum quodque seorsim erat 2 cubitorum. Conjunctim autem hic numerus brevitatis causâ proponitur. Liminum spatia non comprehenduntur in 8 cubitorum numero. Horum liminum alterum ad portam & ϑυρωρεῖον spectabat; alterum verò introrsum spectabat ingressum atrii, intercedente spatio hypæthro, sive subdiali, de cujus amplitudine dicetur versu 15 *. Vocem אֵילִים alii ab אַיִל *aries*, & אֵיל *fortis*, alii ab אֵלָה *quercus*, deducunt [d]. Eâ significantur hîc, vel, 1. appendix quæ ex porta supernè exstabat ad arcendam pluviam †: vel, id quod in superiori parte vestibuli primùm objicitur; quale est *corona*, sive *coronamentum*, Latinorum [f]. Vel, 2. postes, i.e. turres, in quibus cochlea erat, quâ gradatim ascendebatur, & fenestellæ, ut dicitur versu 16. Vel, 3. columnæ, seu potiùs semicolumnæ [g], muro vel postibus adpactæ, prominentésque extra perpendiculum muri; quo similes sunt arieti, cui cornua in fronte prominent. אֵילִים *sunt*, inquit RS. *quasi arbores rotundæ factæ in lapidibus dolatis, & stabant in porta, una à dextris, altera à sinistris. Dicuntur*, inquit R. Jonathas ad Esa. 6. 4. אֵילִים *propter earum rotunditatem similem arbori quercûs*. Hâc autem mensurâ describit Vates omnium columnarum ac semicolumnarum Templi diametros duorum cubitorum. Súntque omnes tanto collocatæ artificio, ut illæ priùs videantur suis locis dispositæ, ac mox ducti muri columnarum centra contingentes. Ex quo fit ut in mediis muris aut in postibus semicolumnæ exstent, in angulis autem columnarum quadrantes [h]. ¶ *Duobus cubitis*] Vel, quòd singuli postes habeant duos cubitos; vel, quòd singuli singulos cubitos haberent [i]. ¶ *Vestibulum —— portæ erat intrinsecùs*] Non in fronte ædis, ante januam; sed intra januam, in ipsa porticûs latitudine [k].

* Jun. d Cap. ex Vil. † Ità multi in La. f San. g La. & T. ex Vil. h Cap. ex Vil. i V. k Cap. ex Vil.

10. *Porrò, thalami*, &c.] Thalami verò, in vestibulis constituti intra orientalem portam, tres erant ejusdem mensuræ ab Austro, tres ab Aquilone, paribus distincti postibus, paribúsque semicolumnis exornati [l]. *Hinc & inde*, i. e. à dextra & à sinistra ipsius portæ secundùm murum, ut diximus v. 7 †: ex utroque latere *. ¶ *Mensura una frontium*, &c.] Vel, *liminibus*, &c. JT. nimirum externis & internis portæ & vestibuli, quorum capacitas idcirco describitur v. seq †. Postes vestibuli quidam intelligunt, alii thalamorum [m].

l Cap. ex Vil. † Jun. * V. † Jun. m V.

11. *Et mensus est latitudinem liminis*, &c. פֶּתַח הַשַּׁעַר] *Ostii* (Hîc *ostium* vocat spatium illud muri portæ interjacens apertum [n].) *portæ*, P. M. Pi. &c. LXX reddunt, τῶ πυλῶν☉• Schol. περὶ πυλαίω. Loci ejus qui à Græcis vocatur ϑυρωρεῖον, quódque in eorum domibus pro Romanorum vestibulo relinquebatur [o]. *Ostii istius portæ*, JT. i. e. luminis, (ut Vitruvius vocat,) sive aperturæ, quam circumscribunt limina. Vide suprà in v. 6 *. Non loquitur hîc de *porta* propriè dicta, quæ ad ingressum aperitur, cùm hæc uno tantùm calamo utrinque pateret [p]; sed de vestibulo [q], cujus longè alia est dimensio [r], quod erat inter duas januas [s]: de spatio quod est ab ostio unius thalami usque ad ostium alterius thalami ex adverso positi [t]: de spatio quod reliquum est inter semicolumnas quæ è postibus thalamorum exstant. Hujus autem spatii longitudinem non refert, tum, quòd facilè deduci posset ex portæ longitudine, quam infrà 50 cubitis definiet; tum, quòd numerus cubitorum irrationalis est, quippe 37½, h. e. sex calamorum [v]. Non metitur h. l. limen portæ, ut nonnulli volunt: cùm enim illius latitudo, i. e. crassitudo muri, unius calami fuerit; longitudo, quantum nimirum postis distabat à poste, 8 cubitorum; altitudo, ut paulò pòst dicet, 13 cubitorum; nihil in limine superest 10 cubitis metiendum [x]. Postes, liminaria & porta, omnia appellantur nomine שַׁעַר; quod verò in ea apertum est tantùm appellatur פֶּתַח [y]. ¶ *Longitudinem portæ*] Ità P. &c. à postibus interioribus ad exteriores, h. e. ab Oriente in Occidentem [z]. De altitudine loquitur, quam hîc vocat longitudinem [a], eò quòd hæc major sit dimensio [b]; vel, quia altitudo nihil aliud est quàm stans & erecta longitudo portæ. Ità ostendit Propheta, portam hanc in summo contractam fuisse, rotundatámque tertiâ antepagmenti parte: quam symmetriam Dorici, ut vocant, generis tradit Vitruvius de Architect. 4. 6 †. ¶ *Tredecim cubitorum*]

n V. o Cap. ex Vil. * Jun. p Sir. q San. La. r San. s La. t Me. v Cap. ex Vil. x La. y K. in Vil. z V. a Cap. ex Vil. sim. San. La. Mar. Ca. L. Me. Jun. b Cap. ex Vil. L. † Jun.

cubitorum] Videndum quis hic numerus sit, & unde initium mensuræ sumatur. Duo hîc suppono, infrà explicanda. 1. Mensuram hanc fuisse duorum calamorum, h. e. cubitorum 12½, quos vocat 13, sicut posset vocare 12. 2. Altitudini huic portæ addendam esse stylobatæ altitudinem. Stylobatas autem non mensus est, quippe quos reperit minimè æquales: nam propter gradus qui in portis ascenduntur, quò interiores sunt stylobatæ, eò sunt humiliores: quapropter æqualem assumpsit ac perpetuam mensuram à summis stylobatis & imis spiris columnarum, quas omnes spiras pavimento domûs Domini æquè libratas esse diximus alibi [c].

12. *Et*, &c. וּגְבוּל וגו׳] *Et marginem*, &c. Ch. Vulg. sic Ti. *Et terminum*, &c. M. P. Mo. sic Sy. JT. Pi. Vulgatus alibi *definitionem* vertit, & meritò; quia ea vox significat *quicquid definit & terminat*: unde & pro *corona*, seu *projectura*, sumitur. Hîc idem est quod גג versu seq [d]. *Terminus*, &c. i. e. Procœtones ab omni parte loricati erant & armati suggrundâ in cubitum quaquaversum projectâ: quæ suggrunda h. l. *terminus* appellatur, videlicet tecti, quod nominatur v. seq *. *Terminum*, i. e. spatium & intervallum. Rejecit enim intrò thalamos ex utraque parte cubito uno. Retrocedebant thalami à rectâ linea, in qua sita & collocata erant vestibulum & porta ipsa, cubito uno. Erat ergò spatium quod erat inter duos ordines thalamorum laxum duobus cubitis †. Significat, thalamos peribolo utrinque cubiti unius claudi, & postes cubitum unum utrinque extra perpendiculum projici. Thalami portæ inter stylobatas postium relinquebantur: esset autem spatium illud utique pervium, nisi hoc margine concluderetur. De forma hujus marginis nihil certi habemus [f]. Fuit vel, 1. sedile ante thalamos [g]; vel, 2. spatium ad ambulandum [h]; vel, 3. spatium quod erat inter portam & unum ordinem thalamorum una ex parte muro adhærentium, & alterum ex altera [i]; vel, 4. marginale aliquod ornamentum ad utrumque thalami latus [k]. Non erat paries solidus, neque perpetuæ crassitudinis; sed cancellum quoddam marmoreum, quod superiore & inferiore stylobatæ ornamentis dum cingitur, computatis hinc atque illinc projecturis ornamentorum, cubitum unum complebat [l]. ¶ *Thalami*, &c.] Ad verb. *Et thalamus*, &c. sing. pro plurali. *Thalami hinc*, i. e. in latitudinem, erant *6 cubitorum*; *& indè*, i. e. in longitudinem, erant similiter *6 cubitorum*: q. d. Latitudo æquabat longitudinem, erántque quadrati [m].

13. *Et mensus est portam*] Id est, introitum, v. 11 [n]. non tamen solùm, sed cum suis ornamentis [o]; vel, cum toto ædificio, quod porta ornabat [p]. ¶ *A tecto thalami usque ad tectum ejus*; sic Ch. M. Mo. sim. Pi. לְגַגּוֹ] *Ad tectum ipsius* portæ, P. A fine sive extremitate thalamorum usque ad finem tectorum eorundem, h. e. alterius ordinis thalamorum, sive aliorum ternorum thalamorum. Describit dimensionem totius portæ orientalis à latitudine thalamorum sumpta à tecto in tectum [q]. *A tecto*, &c. i. e. Ab extimo peribolo thalami usque ad peribolum qui simul portam claudit & thalamum. גג, *tectum*, deducitur à גנן, *circummunire*, quia tecta ibi septo circummuniebantur. Id quod hîc non convenit, cùm thalami nullo desuper tecto operiantur, sed fornicibus tantùm vestibulorum. Sic ergò dictum putem, quòd muniat & circumdet domum, vel desuper, ut tectum, vel à lateribus, ut גְּבוּל, quod præcessit [r]. *A tecto*, &c. i. e. A postibus seu frontibus ad extremum usque tectum thalami †: vel, ab extremitate unius cubiculi ad extremitatem alterius è regione respondentis [t]. [JT. hæc cum verbis præcedentibus sic reddunt, *Itaque mensus est præter portam* (Hebr. *cum porta*, Jun.) *à tecto thalami* unius *ad tectum alius*,] nimirum portæ utrinque procœtonibus tanquam alis circumdatæ: i. e. Descripsit spatium ab extremi procœtonis suggrunda usque ad finem alius procœtonis ad portam pertinentis & principium portæ †. ¶ *Latitudinem viginti quinque cubitorum*] Duo hoc loco notanda sunt ad totius ædificii intelligentiam apprimè necessaria: 1. portæ latitudo, quam propterea in singulis deinceps repetit portis; 2. calami justa longitudo. *Portam* hîc, ut sæpe, vocat totum illud spatium quod inter bina ostia postibus fornicibúsque circumdatur, cancellísque binis utrinque concluditur. Hæc omnia sic facta putem, tum ut portam ingressuri priùs in atrium venirent quàm in porticus, quò bene singuli probarentur à janitoribus in thalamis perpetuò manentibus; tum ut munitionem illam portæ sustinerent quaternis utrinque semicolumnis ornatam [v]. [Numerus autem hic 25 cubit. sic colligitur:] Suggrunda erat unius cubiti, tres procœtones octodecim cubitorum, inter procœtonas quinque erant cubiti, suprà versu septimo, limen sive antepagmentum unius cubiti; qui omnes efficiunt cubitos 25†. [Al. sic:] Uterque thalamus habebat 12 cubitos, porta 10 habebat, margo ac terminus utrinque 2 habebat, ut dixit versu 12. ità sunt 24 cubiti [x]. Ille autem cubitus reliquus conflatur vel, 1. ex aliquo thalamorum ornatu [y]: vel, 2. ex thalamorum tecto, quod tribus palmis, i. e. dimidio cubito, eminuit [z]. Cubitus hic in quatuor æquas partes divisus singulis calamis ex æquo tribuendus est: cúmque cubitus, ut aliàs ostendimus, constet 24 digitis, obvenient singulis calamis 6 cubiti & 6 digiti. Quæ calami mensura tam certa est, ut à nemine negari queat [a]. ¶ *Ostium* (sub. *erat*, P. Pi. sim. Ti.) *contra ostium*] Ità Ch. M. Mo. &c. vel, *è regione*, sive *ex opposito*, *ostii*, sub. *portæ atrii exterioris*, V. ducendo mensuram per, vel supra, ostium utriusque thalami [b]. Hoc dicit, vel, 1. quia thalamorum ostia æquali à porta proportione distabant: vel, 2. quia spatium portæ hujus erat contra spatium portæ inferioris [c]: vel, 3. quia ostia portarum sibi invicem respondebant, & se mutuò respiciebant [d].

14. *Et fecit*, &c. וַיַּעַשׂ אֶת אֵילִים] *Et fecit* (vel, *exsecutus est*, Ti. *mensus est*, Pi. *Fecit*, i. e. metiendo designavit *; vel, declaravit, vel, mensurâ ostendit fuisse [f],) *postes*, P. Mo. Pi. &c. vel, *superliminaria*, V. vel, *columnas*, sub. *anteriores illius portæ*, V. vel, *mensuram frontium*, Ti. vel, *subgrundarum supercilia*, JT. Heb. *superliminaria*, i. e. ὑπέρθυρα, sive γεισίποδας, ut Græci vocant: metaphora à forma jugamenti quod est in superliminaribus [g]. *Frontes* vocat columnas, sive postes & limina [h]; columnationes, sive ordinem columnarum [i]. Sym. reddit, περιστάσεις, *circumstantias*, quâ *postes*, i.e. παραστάδας, denotare videtur: Aq. κριώματα, *frontes*, à κριὸς, *aries* †. ¶ *Sexaginta cubitos*] Intellige, secundùm altitudinem [k]. Huic favet, quòd Cyrus altitudinem Templi præfinivit 60 cubitis, Esd. 6. 3. non sine Divino afflatu, ut cum tradito ab Ezechiele exemplari consentiret [l]. Al. *60 cubitos*, nimirum ex 10 cubitis portæ, & 25 ad latera illius, quos modò definivimus [m]. Hoc non refero ad longitudinem postium, quia nimia videtur, sed ad utrumque latus vestibuli quod erat inter thalamos. Itaque per 30 cubitos ex una parte, & totidem ex altera, erant postes ad vestibuli ornatum. Porrò, is numerus sic colligitur: Tres thalami efficiunt cubitos 18, duo parietes inter thalamos quinque cubitorum efficiunt 10 cubitos, adjice ad angulos postes duos unius cubiti singulos; sic 30 cubiti constabunt in uno latere longitudinis. Ità vestibulum latum erat cubitos 25, longum 30 [n]. Illud assumendum hîc est, quod infrà probabitur, triplicem columnarum ordinem hîc referri, triplicémque trabeationem, quæ omnia hâc unâ mensurâ comprehenduntur. Porticus autem has omnes altitudine triplices esse, triplicésque latitudine, clarum est [o]. ¶ *Et ad*, &c. וְאֶל אֵיל הֶחָצֵר הַשַּׁעַר וגו׳] *Et ad postem atrii portæ circumcirca*, V. Mo. *Et ad frontem atrii portæ*, &c. M. *Nempe* (Heb. *Et*) *postes* (Heb. *postem*; synecdoche membri: & אל ponitur pro אֵת, articulo accusativi casûs [p].) *atrii circa portam*, &c. Pi. *Et ad postem* (i.e. postes) *atrium portæ*, &c. i. e. Illi postes erant circum atrium seu vestibulum portæ [q]. Al. *Et unicuique posti atrii & portæ per circuitum* eadem erat mensura, P. Qui modus fuit *unicuique frontium atrii*, *& portæ circumquaque*, Ti. Æquali fronte, i. e. altitudine columnarum, cinctum erat undique atrium [r]; i.e. Par mensura columnarum ordinibus erat atrium cingentibus †. Sensus est, In toto atrio eadem est dispositio & mensura quæ in orientali porta & thalamis adjunctis descripta est [t]. Animadvertendum hîc est, portæ frontes atriorum frontibus pares 60 cubitis comprehendi; nam propugnacula portis superstructa supra celsitudinem 60 cubitorum eriguntur [v]. Al. *Et*

[c] Cap. ex Vil. [d] Cap. ex Vil. * Jun. † V. [f] Cap. ex Vil. [g] Q. in La. sim. L. [h] Al. in La. [i] La. ex Mald. &c. sim. Mc. [k] San. [l] Cap. ex Vil. [m] V. [n] La. [o] San. [p] La. ex Mald. [q] V. [r] Cap. ex Vil. † San. [t] La. † Jun.

[v] Cap. ex Vil. † Jun. [x] La. sim. Vil. [y] San. [z] La. [a] Cap. ex Vil. [b] La. [c] K. ex o'. in Cap. [d] V. sim. Cap. ex Vil. San. La. Jun. * La. [f] Cap. ex Vil. [g] Jun. [h] La. ex RS. & Vil. [i] Cap. ex Vil. † D. ex Hi. [k] V. RS. & K. in Vil. [l] San. [m] Jun. [n] Mar. [o] Cap. ex Vil. [p] Pi. [q] Mar. [r] La. † La. ex Vil. [t] San. [v] Cap. ex Vil.

Et postes posteriores *atrii* & *portæ per circuitum*, i. e. qui serviebant tam atrio quàm portæ: vel, *atrii*, atrii, inquam, *portæ*, i. e. quod adjacebat portæ: q. d. Idem sentiendum est de aliis portis quæ erant in primo illo muro qui totum montem Sion cingebat [x]. *Et versùs limen ipsum atrii, circumcirca portam*, JT. Hebr. *portam circumcirca*; anastrophe, ut v. 16. i. e. Eodem modo suggrundarum projecturâ circummunitum erat ab injuria cœli vestibulum quà ibatur ad limen atrii Templum versùs [y]. [Ca. versum sic reddit, *Fecit autem appendices sexaginta cubitorum, cùm quidem appendicem portæ circumdaret atrium.*]

15. *Et ante*, &c. וְעַל פְּנֵי הַשַּׁעַר הָיאתוֹן עַל לִפְנֵי אֻלָם וגו׳] *Et* (vel, *Cæterùm*, Ti. sim. JT. Pi.) *à fronte* (vel, *juxta faciem*, M. sim. Pi. *ante faciem*, Vulg. i.e. ab ante faciem, vel, à facie anteriori [z],) *portæ* (vel, *hujus*, sive *illius*, *portæ*, JT. Pi. P.) *introitûs*, sive *ingressûs*, (vel, *ante portam ingressûs*, Ti. *à fronte januæ quâ intrabatur*, Ca. i.e. ab ipso ingressu hujus ambitûs [a]; à facie portæ primæ introitûs [b]; à parte anteriori illius portæ quâ intrare solebat Israel adoraturus Deum [c];) *usque ad frontem* (vel, *faciem*, Pi. Mar. *conspectum*, V.) *vestibuli*, P. JT. Pi. &c. (vel, *quæ erat ante vestibulum*, M. vel, *ex adverso vestibuli*, Ti. *Vestibulum* propriè est, quod trans portam situm est: sed Propheta h. l. vocem latè accipit, ut significet portam ipsam, θυρωρεῖον, vestibulúmque propriè dictum: quamobrem sequentes duæ voces adduntur exegeticé [d].) *portæ interioris*, P. M. Mar. &c. (nempe atrii exterioris; h. e. usque ad finem exedrarum *. Vel, *portæ mediæ*, Ch. in V. Sic dicitur, quòd media fuerit inter portam porticûs Gentium & portam atrii sacerdotum [f]. Vel, *portam interiorem*, JT. i. e. usque ad ingressum primarii atrii [g]. A primo limine portæ orientalis ad faciem vestibuli interioris ejusdem portæ [h]. A porta orientali ad aliam portam quæ proxima est in eodem atrio [i].) 50 *cubiti* erant, P. M. JT. Pi. &c. Intellige, quoad longitudinem portæ includentis muros, vestibula, postes & thalamos [k]. Latitudinem portæ v. 13. metitur, hîc verò longitudinem *. Hi 50 cubiti ità bene colliguntur. Inter duas portas erant 3 thalami 18 cubitos lati; inter singulos thalamos spatium interer at muri 5 cubitis latum; cùm verò 4 talia essent spatia, 20 indè cubiti sumendi; his adde 12 cubitos ex duarum portarum latitudine: sic fiunt 50 cubiti [l]. Aliter eos computat Vil. [de quo ipsum consule, si lubet,] sed obscuriùs, & juxta suam calami mensuram, in qua ab aliis passim dissentit [m]. Ex his 50 cubitis 25 erant tecti, nimirum usque ad finem vestibuli; 25 subdiales, à vestibulo ad murum usque atrii: à procœtonibus verò 38 erant subdiales; ultra procœtones denique omnia in aperto erant [n]. Vestibuli duæ erant portæ: prior, per quam ascendebatur ex atrio Gentium; posterior, per quam in atrium exterius ingrediebantur. Utraque facies vestibuli, adjectis gradibus & ornamentis, 10 cubitorum erat; quibus si addas 30 cubitos, quàm erat longum vestibulum, efficies 50 cubitos. Itaque vestibulum cum utraque porta tam longum erat quàm porticus latæ erant, nempe cubitos 50 [o].

16. *Et*, &c. וְחַלּוֹנוֹת אֲטֻמוֹת] *Et* (vel, *Denique*, JT.) *fenestræ* (sub. *erant*, P. M. &c.) *clausæ*, Mo. Ti. V. Mar. JT. Pi. vel, *obturatæ*, Ch. *occultæ*; vide 1 Reg. 6. 4. Ezec. 41. 16; *arctæ*, vel *strictæ*, sub. *externè*, ut mox dicit [p]: *angustæ*, P. *in angustum vergentes*, M. *obliquæ*, Vulg. *intrinsecùs obliquæ*, Sy. intus angustæ, & foris latiores [q]; vel, [contrà,] extrinsecùs angustæ, intrinsecùs latæ [r]. In media crassitudine hujus periboli angusta erant foramina, sed quæ in utramque partem dilatabantur: ut in externo prospectu latiores exteriùs fenestellæ viderentur, interiùs angustiores; in interno, contrà, ità laxari intrinsecùs viderentur, ut exteriùs arctarentur †. LXX habent, κρυπταὶ, *absconditæ*; Symmachus & Schol. τοξικαὶ, *arcuatæ*; vel, quòd instar sagittarum angustum in ædes lumen immittant, & intrinsecùs dilatentur [t]: vel, fortè, quòd per eas arcubus sagittas in circumjectos impunè liceret ejaculari [v]: vel, quòd in modum cuspidis sagittæ hæc foramina acuminentur [x]. LXX ad Ezec. 41. 16. sicut & ad 1 Reg. 6. 4. vertunt, δικτυωτὰ, *reticulatæ*, seu *cancellatæ* [y]. Fenestræ decussatis lineis, quæ obductis cancellis quasi clausæ sunt: vel, *clausæ* dicuntur comparatè cum aliis quæ magis latæ sunt & totæ patent [z]. Hoc vult, Cancellis visui perviis, reticulatis, obliquis foraminibus, thalami claudebantur. Fenestræ hæ non erant in muris apertæ, sed in ipsis thalamorum cancellis reticulato opere perforatis [a]. ¶ *Et in*, &c. וְאֶל אֵילֵהֵמָה לִפְנִימָה וגו׳] *Et in postibus* (vel, *in frontibus*, M. Ti. vel, *in pylis*, vel *columnis*, ut v. 14. & ה finale redundat, additum ad ם plurale [b]: vel, *superliminaribus*, JT.) *eorum intra portam*, P. Mo. Mar. &c. vel, *intrinsecùs circa portam*, Pi. sic JT. nam extrinsecùs non comparebant fenestræ, eratque murus perpetuus, & ubique cæcus præter aperturam portæ [c]. Vel, *intra portam*, sub. *erant fenestræ*. Indè conjiciunt portam illam fuisse altam 50 cubitos; & columnas illas superâsse altitudinem ipsius portæ decem cubitis, ut fieri solet in ædificiis turrium [d]. Postes iis fenestellis terminabantur *. His verbis cancellos ejusmodi describit discurrentes per totum illud spatium quod est intra portam è regione postium, sive semicolumnarum, qui interius illud portæ spatium exornabant [f]. ¶ *Undique*, &c.] i. e. Idque in singulis portis illius ambitûs muri montis [g]. ¶ *Similiter*, &c. וְכֵן לָאֵלַמּוֹת וגו׳] *Et sic* (vel, *Eodémque modo*, Ti. *Et sic etiam*, Pi.) *in vestibulis*, &c. Mo. P. Pi. vel, *testudinibus*, &c. V. vel, *fornicibus*, &c. M. V. (habebant enim vestibula speciem testudinis sive fornicis [h],) sub. *fuerunt tales obturatæ fenestræ*. Sunt autem hîc *fornices* arcus quidam rotundi supra limina, quales & hodie supra majores portas fieri solent, ne muri pondus superliminare gravet [i]. Atque adeò vestibula portæ interiora ejusmodi cancellis claudebantur [k]; nam thalami in ipsis portæ vestibulis inter stylobatas erant constituti [l]. *Ac ipsis etiam pteromatis vestibuli*, JT. i. e. Singulis muris vestibuli ab Occidente, meridie & Aquilone, ut tota structura ad portam usque ampliùs illustraretur istis vestibuli interioris luminibus. Hos autem muros in pronaïs & vestibulis Vitruvius appellat *pteromata* [m]. ¶ *Et ante*, &c. וְאֶל אַיִל תִּמֹרִים] *Et in postibus* (vel, *ad postem*, Mo. Mar. sub. *omnem*, Mar. *in frontibus*, Ti. *juxta frontes*, M. unicuique *posti*, P. *in* unoquoque *limine*, JT. sub. *erant*, Pi. M. Ti. &c. & sub. *sculptæ*, M. sic P. sim. Mar.) *palmæ*, Pi. &c. Quâcunque portæ aut fenestræ erant, ornata erant jugamenta & antepagmenta earum palmis, i. e. encarpis, helicibus, & volutis; synecdochicé [n]. Eæ palmæ duæ tantùm erant in singulis postibus, ex v. 26 [o].

17. *Eduxit* (Portam quidem egressum induxit [p]) *me ad atrium exterius*] Id est, vel, 1. atrium mulierum, sic dictum, quòd esset extra atrium virorum [q]: vel, 2. atrium Israelis [r], vel populi †, quod populo universo inserviebat, 1 Reg. 7. 12 [r]. ideóque amplissimum erat; in hac verò structura non amplius spatium capit quàm cætera [v]. *Exterius* hîc dicitur comparatione atrii sacerdotum [x]. ¶ *Et ecce gazophylacia*, לְשָׁכוֹת] *Cellæ*, JT. Pi. *cubicula*, P. K. in Vil. &c. ¶ *Et*, &c. וְרִצְפָה עָשׂוּי לֶחָצֵר] *Et pavimentum factum in atrio*, M. Ti. vel, *atrio illi*, P. sic JT. Pi. *Pavimentum* hîc per synecdochen ponitur pro tota porticu quæ pavimento superstat; sicut *vestibuli* vox modò pro cavædio sumitur, modò pro porticu vel fornice quæ ipsi superstat. Hinc ο'. τὸ רִצְפָה modò reddunt, *peristylia*, (quæ loca sunt sive atria columnis cincta, Vitruv. 6. 4.) modò, *porticus*. רִצְפָה significat & *prunas ardentes*, Esa. 6. 6 [y]. & sensus est, pavimentum stratum fuisse lapide prunis concolori [z], i. e. lapide porphyretico [a]; ut facilè colligitur tum ex Josepho, tum ex collat. 1 Par. 29. 2. & Esth. 1. 6. Vox עָשׂוּי significat opus hoc magnâ arte factum esse, ut Neh. c. 3. v. 16 [b]. ¶ *Triginta*] Quindecim in utramque partem [c]. ¶ *In*, &c. אֶל הָרִצְפָה] *In* (vel, *in illo*, P. sic JT.) *pavimento*, Mo. P. Ti. &c. sub. *erant*, P. Ti. Pi. vel, *super* (vel, *ad*, Ca.) *pavimentum*, M. Vil. In area pavimentata atrii [d]. Super prima contignatione. Quódque ο'. pro *pavimento* περίστυλα posuêre, videntur voluisse significare singula gazophylacia singulis supposita fuisse intercolumniis *.

18. *Et*, &c. וְהָרִצְפָה אֶל כֶּתֶף הַשְּׁעָרִים לְעֻמַּת אֹרֶךְ הַשְּׁעָרִים הָרִצְפָה הַתַּחְתּוֹנָה] *Et* (vel, *Hoc autem*, Pi.) *pavimentum* (idem certè de quo v. præced [f]. sub. *erat*, P. M. Pi. vel, sub. *porrectum quidem fuit*, Ti.) *ad latus* (vel, *in latere*, M. Ch. *ad humerum*, Mo. Ti. כֶּתֶף, propriè *humerus*,

[x] Q. in V. [y] Jun. [z] La. [a] Jun. [b] Mar. [c] V. [d] Jun. * V. [f] Cap. ex Vil. [g] Jun. [h] Cap. ex Vil. [i] San. [k] Cap. ex Vil. * Mc. [l] San. ex Mald. La. [m] La. [n] Jun. [o] Mar. [p] V. [q] Mar. ex K. [r] Mc. † Cap. ex Vil. [t] D. ex Hi. [v] Mc. [x] Cap. ex Vil. [y] San. sim. Cap. ex Vil.

[z] San. [a] Cap. ex Vil. [b] Q. in V. [c] Jun. [d] V. * Mar. [f] Cap. ex Vil. [g] V. [h] V. [i] M. [k] Cap. ex Vil. sim. Mar. [l] Cap. ex Vil. [m] Jun. [n] Jun. [o] Mar. [p] Cap. ex Vil. [q] V. sim. [r] Isidor. & Mald. in San. B. [v] M. [x] Q. in San. † Jun. [r] Mar. [v] Jun. [x] Q. in San. [y] Cap. ex Vil. [z] Mc. sim. [a] La. ex Vil. [b] Lt. ex Vil. [c] Cap. ex Vil. [c] Jun. [d] Idem. * Cap. ex Vil. [f] Vil. ex K.

merus, non rarò significat *latus* cujuscunque rei, ut Jos. 15.10[a].) *portarum è regione longitudinis (juxta longitudinem*, Ti.Vil.ex K.) *portarum (portarum illarum*,P. Plur. utitur, respiciendo ad portam, & vestibulum quod erat adjunctum illi parte externâ *.) *pavimentum* (sub. *scilicet*, M. sim. Pi. vel, sub. *inquam*, P.) *inferius*, M. Mo. sic P. Pi. &c. vel, quemadmodum & *pavimentum inferius*, Ti. His verbis definitur latitudo porticuum quæ à lateribus portarum procurrebant; utrinque(inquit)fuit spatium 50 cub. quanta nimirum erat portarum longitudo [b], sive profunditas [i]. Longitudo verò porticuum erat longè major, nempe 500 cubitorum [k]. *Portas* intelligit, non gazophylaciorum, sed ipsius atrii exterioris, sive laicorum;quæ duæ erant, quibus indè in atrium interius ingressus erat [l]. Pavimentum hîc *inferius* dicitur respectu portarum. Templum propriè dictum erat in loco sublimi; hinc sæpe in hoc capite legimus à pavimento ad portas per 7 aut 8 gradus ascensum expediri [m]. [Alii locum sic reddunt;] Erat *autem pavimentum à latere portarum, secundùm portarum longitudinem, idque inferiùs*, Ca. *Atque hoc pavimentum ad latus portarum, è regione longitudinis portarum*, (i. e. secundùm longitudinem atrii quà ibatur à porta extima ad portam atrii mediani; quæ longitudo convexa erat, & declivia latera;) *pavimentum depressius* (Heb. *inferius*, Jun.) *erat*, JT. i. e. Pavimentum convexum erat in speciem, & in latera atrii declive, ut quæcunque fundebantur commodiùs everri & ablui possent, atriúmque purum conservari [n].

19. *Et*, &c. וַיָּמָד רֹחַב מִלִּפְנֵי הַשַּׁעַר הַתַּחְתּוֹנָה לִפְנֵי הֶחָצֵר הַפְּנִימִי מִחוּץ וגו׳ הַקָּדִים וְהַצָּפוֹן] *Mensus est autem latitudinem* (i. e. aream, sive spatium [o], quod architecti *cavædium* vocant [p]; spatium latum amplúmque [q]; latitudinem orientalis areæ atrii exterioris [r]; vel, atrium mulierum †; vel, spatium quod erat inter portam orientalem atrii exterioris & portam atrii interioris [t]. LXX vertunt, τὸ πλάτος τῆς αὐλῆς, (*latitudinem aulæ:*) αὐλὴ autem est, *area subdialis*. Atqui latitudinis propria significatio hîc retineri potest, cùm duplici aliâ areâ centum cubitorum dilatetur hoc atrium versùs Austrum & Aquilonem, versùs Occidentem verò hæc una area atrium contingat interius [v].) *à limine* (vel, *à facie*, M. V. *indè à fronte*, JT. Pi. sic ο'. V. Ca. ab aspectu sive prospectu ædificii exteriore, vel ab anteriore [x],) *portæ*, sive *januæ*, *inferioris* (i. e. atrii mulierum, quod inferius erat atrio virorum [y]: à principio portæ orientalis, quam mensus est v. 6. quod extrinsecùs prospiciebat; hoc enim vocat *faciem* portæ [z]:) *usque limen* (vel, *usque ad frontem*, Pi. Vulg. sic JT.) *atrii interioris* (i.e. atrii virorum, quod interius erat quàm atrii mulierum [a]: vel, *ante atrium interius*,M.Ca.)*extrinsecùs*, (vel, *foris*, Ca. i. e. citrà, vel extrà, secùs à porta; h. e. semotâ portâ atrii virorum, & vestibulo illi adjuncto, & gradibus [b]:) *centum cubitos*, P. sic M. Ca. &c. *ad orientem* (sub. *scilicet*, M.) *& Aquilonem*,P. M. vel, *orientem & Aquilonem* versùs,JT. Pi. *tum ad orientem, tum ad septentrionem*, Ca. h. e. in orientali & septentrionali atrio: ut intelligamus hîc atria duo describi quæ sunt ejusdem generis [c]. Vel, q. d. in longitudinem & latitudinem, ut v. 23: synecdoche, aut potiùs ellipsis, ut v. seq [d]. ab occasu *ad orientem*, & à meridie *ad Aquilonem* *. Mensus est latitudinem centum cubitis ab Oriente ad Occidentem, ac longitudinem totidem à meridie ad Aquilonem[f]. Ità cavædium hoc quadratum erat[g]. Vel, sensus est, Mensus est aream subdialem inter exteriorem & interiorem portam jacentem, exclusis portis, latitudinis & longitudinis 100 cubitis [h]. Hoc atrium populare in universum erat centum cubitorum longitudine. Portam orientalem (quæ ὀφθαλμοειδώς sita erat inter portam claustri sive ambitûs & portam atrii mediani,) *infimam* vocat, quia acclivis erat ascensus in domum Dei [i]. Priorem januam interioris atrii *inferiorem* vocat [k], quia ab ea per gradus in atrium interius erat ascensus [l]. Hinc apparet quod postea docetur de gradibus, eos non esse extra muri sui crassitudinem: alioqui non posset *inferior* dici janua, si esset supra gradus collocata: deinde, ipsi interiorum atriorum gradus partem occuparent longitudinis exteriorum atriorum. Neque non animadvertendum est, eundem murum duobus atriis interjectum non servire utrique atrio, sed duos ibi esse muros, alterum alterius atrii. Si enim unus esset, non constaret neque atriis 100, neque universo Sacri spatio 500.cubitorum longitudo ac latitudo. Igitur *latitudinem mensus est à fronte inferioris januæ, quæ est ante interius atrium*, ubi est litera G, *centum cubitis, foris*, ab H ad I: nam intus à K ad L essent tantùm 88, muri crassitudine senos utrinque occupante [m]. [Ti. locum sic vertit; *Et mensus est à porta inferiori ad interius atrium, extrinsecùs, intercapedium centum cubitis, idque ab ortu & septentrione.*]

20. *Portam*, &c.] Tres erant portæ quæ in atrium exterius inducebant, eodem planè opere factæ; scilicet, ad Orientem, ad Aquilonem, & ad Austrum. Hactenus descripsit portam orientalem; nunc transit ad describendam aquilonarem [n], sive portam interioris atrii septentrionalis, quæ foras ad exterius atrium septentrionale spectabat [o]. [JT. versum sic reddunt, *Quum portæ spectantis versùs Aquilonem* (i. e. spatii à porta aquilonali ad meridianam: eclipsis relati, quales alibi [p]:) *in atrio extimo metiretur longitudinem & latitudinem.*]

21. *Thalamos ejus*] Hi attributi erant janitoribus, ut cellæ (de quibus ver. 17.) erant attributæ populo [q]. ¶ *Et*, &c. וְאֵילָו וְאֵילַמָּו] *Et postes* (vel, *frontes*,M. *parastades*, Ti. *appendices*,Ca. *limina*, JT.) *ejus*, *& vestibula* (vel, *fornices*, M. *projecturæ*, Ca. *frontes*, aut columnæ, sive *pilæ*, V.) *ejus*, Mo. P. &c. ¶ *Secundùm mensuram portæ prioris*] Id est, portæ claustri, quam delineavit suprà v.16*. Orientalis[r], ut v.seq.declarat†: quam *primam* vocat, vel,1.quia dignissima fuit [r]; vel,2. quia primo loco descripta erat [v]. q. d. Eisdem planè mensuris illa mensus est quibus prioris portæ similes partes [x]. ¶ *Quinquaginta*, &c.] Exceptis 10 cubitis quos capiebat porta; ut suprà v. 11 [y]. ¶ *Latitudinem viginti quinque cubitorum*] Ità P. M. &c. ad verb. *in cubito*, V.Mo. i. e. in mensura & ratione cubitali [z]. Nimirum à fronte portæ cujusque ad finem sui vestibuli: nam in porta claustri Propheta statuit sex cubitos portæ, sex θυρωρεῖν, octo vestibuli, binos liminum illius, & unum suggrundæ sive loricationis: quam mensuram æquè hîc fuisse servatam docet [a].

22. *Et septem graduum erat ascensus ejus*] Vel, *ascendebant*, vel *ascendebatur*, *ad* (vel, *per*, P.) *eam*, Q. in V. sim. Ca. nempe interiorem portam septentrionalis atrii [b]. Priùs ascendebant quàm pervenirent ad testudines illas sive vestibula [c]. Erat enim ambitus depressior atrio: sic in sequentibus †. ¶ *Et*, &c. וְאֵילַמָּו לִפְנֵיהֶם] *Et vestibula* (vel, *fornices*, M. *vestibulum*,Ti. vel, *cum vestibulis*, JT.) *ejus* (sub. *erant*, P. &c. vel, *sita erant*, Pi.) *ad facies eorum*, Mo. vel, *ante ipsos*, Pi. P. sic M. sub. *gradus*, P. Sensus est, Vestibulum erat vel ultra januam, vel ultra gradus prædictos: utrumque enim ex æquo respicere potest vox לִפְנֵיהֶם. LXX rem aptè expresserunt, *erat intrinsecùs*, h. e. intra, vel ultra, portam. Nè quis deciperetur, quòd paulò antè dixisset gradibus illis 7 ascendi in vestibulum, quasi non transcensâ portâ, ideo notant ultra eam fuisse vestibulum, eadem huc referentes verba quæ de vestibulo portæ orientalis suprà retulerat Propheta, eundem esse indicantes horum & illorum verborum sensum [d]. *Ante quos erant appendices portæ*. Cùm enim pateant gradus in limine decem cubitos, quæ portæ est latitudo *c d*, (ut superiùs posita figura serviat utrique, quoniam portarum est eadem ratio,) & appendicum frontes inter se octo cubitos distent, quæ vestibuli latitudo est *r s*; fit ut appendicum projecturæ, quæ sunt singulorum cubitorum hinc atque hinc, respondeant utrinque ultimo graduum cubito, cùm à *c* ad M & à *d* ad N rectæ sint regiones, quæ appendices interiùs exponant ante graduum extremitates *.

23. *Et*, &c. וְשַׁעַר לֶחָצֵר הַפְּנִימִי נֶגֶד הַשַּׁעַר לַצָּפוֹן וְלַקָּדִים] *Portáque atrii interioris* (sub. *erat*, P. M. &c.) *contra portam* (vel, *è regione portæ*, Pi. M. *è regione alterius portæ*, h. e. exterioris atrii [f],) *aquilonarem & orientalem*, P. &c. vel, *tam ad septentrionem quàm ad ortum*, Ca. Oratio valde concisa [g], & difficilis [h]; & sing. pro plur. *Portæ erant atrio*; vel *in atrio, interiori*, virorum, *è regione portarum* atrii mulierum *ad Aquilonem & orientem:*

Marginal notes, left column: a Cap. ex Vil. — * V. — b Cap. ex Vil. sim. — i Lt. Mc. T. — k T. — l T. ex Greg. & Vil. & Lt. — m Lt. — n San. — n Jun. — o Lt. Mc. sim. San. — p Mc. — q Vil. ex K. & RS. — r Cap. ex Vil. — † RS. in Vil. — t K in Vil. — v Cap. ex Vil. — x Idem. — y V. — z Lt. — a V. — b Idem. — c Ca. — d Jun. — * Mar. sim. Lt. et Vil. San. — f Cap. ex Vil. — g Mc. sim. Tex L. & Mald. & Vil. — h Cap. ex Vil. — i Jun. — k Ca. — l Ca. sim. Lt. Mc. T.

Marginal notes, right column: m Ca. — n Mc. — o Ca. — p Jun. — q Jun. — * Jun. — r V. Vil. &c. — † Vil. — t Cap. ex Vil. — v V. sim. Vil. — x Cap. ex Vil. — y Jun. — z V. — a Jun. — b Ca. — c V. — † Jun. — d Cap. ex Vil. — * Ca. — f Idem. — g V. — h Cap. 6. Vil.

 tem:


tem: q.d. Porta orientalis atrii virorum respondebat portæ orientali atrii mulierum; similiter porta septentrionalis, portæ septentrionali [l]. ו hîc habet vim comparativi [k]. *Et,* pro *sicut;* ut Job.5.7. *Homo natus ad laborem, &* (pro, *sicut) avis ad volandum* [l]. Sensus est, *Porta atrii interioris* erat *contra portam Aquilonis, &* (h.e. sicut ad) *orientalem,* sub. *dictum est:* h.e. Non aliter hîc intelligendum est portas aquilonares constitutas fuisse, quàm de orientalibus dictum est. Vel, *&,* sicut ad, *orientalem,* h.e. sicut è regione portæ orientalis atrii exterioris erat porta alia orientalis atrii interioris [m]. Sensus, q.d. Hisce duabus portis atrii exterioris, orientali & aquilonari, quas delineavi, respondebant ex adverso aliæ duæ portæ in atrio interiori [n]. *Et porta atrii interioris* (scilicet aquilonaris [o]) erat è regione prædictæ portæ [p]; vel, è regione portæ aquilonaris, scil. atrii exterioris [q]; sicut portæ orientali atrii exterioris contraria erat orientalis porta atrii interioris [r]. Idemque judicium de tertia porta, australi, v. seq [t]. & de aliis portis [v]. [Ti. locum sic reddit, *Fuitque porta è regione portæ ad interius atrium tam in septentrionali quàm in orientali plaga.*] ¶ *Et mensus est* (nempe αὐλὴν *atrium* [x]; aquilonarem aream atrii exterioris [y];) *à porta usque ad portam* (i.e. spatium à porta atrii mulierum ad alteram portam atrii virorum sibi respondentem [z],) *centum cubitos*] In longitudine, ac totidem in latitudine [a]. Distabat altera ab altera, h.e. initium portæ interioris atrii ab initio portæ exterioris atrii, centum cubitos, ab e primi liminis ad G *. [JT. versum sic reddunt, *Ubi autem porta* erat *atrio interiori* (i.e. mediano, quod velut armarium seu repositorium erat [b],) *è regione portæ Aquilonem & orientem versùs, mensus est à porta* una *ad alteram* (Heb. *ad portam,* Jun.) *centum cubitos.*]

[l] V.
[k] Cap. ex Vil.
[l] Mar.
[m] Cap. ex Vil.
[n] La. & Me. ex Mald.
[o] Mar.
[p] Vil.
[q] Mar.
[r] Vil. sim. Mar.
[t] Me.
[v] La.
[x] Vil. ex o'.
[y] Cap. ex Vil.
[z] V.
[a] Cap. ex Vil.

24. *Et eduxit* (vel, *deduxit,* JT. Pi. Aquilonari portâ eductum deduxit [c]) *me ad viam australem*] Vel, *meridiem versùs,* Pi. sic JT. ¶ *Ecce porta quæ respiciebat ad Austrum*] Utique atrii exterioris, quod subintelligi voluit ex binis præcedentibus portis [d]. Omittit hîc dimensionem portæ occidentalis *, vel, 1. quia nulla talis porta erat, ut testatur Josephus de Bello, 6. 6 [f]: vel potiùs, 2. quia illa communis est utrique atrio, tam interiori quàm exteriori [g]: vel, 3. quia per illam rectà ad domum Domini & atrium sacerdotale patet ingressus, & ideo de illa loquitur ubi de atrio sacerdotali agit, ut constat ex vers. 32. & 44. ubi *orientalis* dicitur, quia illa eadem quæ comparatione atrii interioris orientalis est, si referas ad atrium exterius, erit occidentalis [h]. [Ca. hæc cum sequent. sic reddit, *Erat versùs meridiem porta, cujus appendices & accessiones metatus est iisdem illis modulis.*] Quòd dicuntur ei circumjectæ *accessiones,* ea sunt cœnacula, quæ *portæ accessiones* appellantur, quòd ei adduntur extrinsecùs; quæ erant etiam in aliis atriis exterioribus, ut cap.42. declarabimus, ubi hunc locum exponemus. Quæ sequuntur partim ex superioribus conspicua sunt, partim in totius Templi figura apparebunt, cujus hanc aream subjiciemus.

[a] Ca.
[b] Jun.
[c] Cap. ex Vil.
[d] Vil.
* La.
[f] Q. in San.
[g] San. sim. La.
[h] San.

TEMPLI AREA.



a Cella, *b* Sacrarium, *c* Tabulata, *d* Vacans locus, *e* Ædis paries, *f* Vestibulum, *g* Conseptum, *h* Murus Templi.

Igitur hoc Templum ità collocatum erat ut ejus universum spatium esset quadratum, patens centenos in longum & in latum cubitos. Ipsius Templi longitudo erat ab Oriente ad Occidentem. Cella, h.e. ea pars Templi quæ est ante penetrale, erat longa 40 cubitos, lata 20. Ei ad Occidentem adjacebat Sacrarium, longum 20 cubitos, pari latitudine. Cellam & Sacrarium ambibant dextrâ sinistrâque singuli ordines tabulatorum, latitudine quaternûm cubitorum: quæ porrò tabulata ambibantur utrinque vacuo loco quinos cubitos

tos lato: quem vacuum locum cingebat murus senos cubitos crassus. Ità fiebat hæc latitudo cubitorum 50. Ad latus autem septentrionale erat ædis vestibulum 20 cubitorum longitudine, quæ vestibuli longitudo erat secundùm ædis latitudinem. Ità ædis latitudo, aucta vestibuli longitudine, fiebat cubitorum 70: quod non esset, nisi vestibulum esset à Septentrione. A meridie pro vestibulo erat locus vacuus, tantâ latitudine quanta erat vestibuli longitudo, videlicet cubitorum 20: quibus si addas muri crassitudinem, quæ est utrinque, superiore ipsius muri parte, quinque cubitorum, fiet totius Templi latitudo centum cubitorum. Longitudo ità erat, ut cella esset longa 40 cubitos, Sacrarium 20. Ab Occidente & ab Oriente erat spatium 4 cubitorum, in quo in Oriente erat porta. Post id spatium erat vacuus locus cubitorum 5. Adde utrinque ædis murum 6 cubitos crassum; deinde Templi murum, quinque scilicet in fastigio, propter contracturam: nam quod muro detrahitur, id Templo attribuitur. Ità fit longitudo centum cubitorum [i].

25. *Et*, &c. וְחַלּוֹנִים לוֹ וּלְאֵילַמָּו וגו'] *Et fenestræ ei & vestibula ejus circumcirca, sicut fenestræ istæ*, Mo. *Et fenestræ* erant *ei* (scilicet portæ meridianæ [k]; vel, *in ea* porta, V.) *& vestibulis* (vel, *& vestibulo*, Ti. *& in vestibulo*, V.) *ejus circumcirca*, Pi. sic Ch. P. Ti. (i. e. Cancellis undique conclusa erat porta, ejúsque postes inter thalamos [l].) *similes fenestris illis*, Pi. &c. de quibus dictum v. 16 [m]. & 22 [n]. i. e. juxta magnitudinem fenestrarum prædictarum in portis & vestibulis prædictis [o]. *Cui erant fenestræ & vestibula sua*, &c. JT. *Et habebat fenestras & fornices* (*appendices*, Ca.) *suos*, &c. Ti. ¶ *Quinquaginta cubitorum longitudine*] Vel, erat *longitudo*, P. sub. *portæ istius, ut & aliarum portarum*, V. Quæ scilicet erat longitudo vestibuli, ut latitudo 25 [p].

26. *Et*, &c. וּמַעֲלוֹת שִׁבְעָה עוֹלוֹתָו] *Gradus verò ejus septem gradus erant*, P. Ad verb. *Et gradus, septem gradus ejus*, i. e. Per septem gradus ascendebatur ad eam portam, ut v. 22. [q]. *Ascensus quoque illius graduum septem*, Ti. Ca. simil. M. *Septem quoque gradus ascensuum ejus*, JT. sic Pi. sub. *erant*, Pi. iter aperientes in atrium medianum, de quibus v. 22 [r]. ¶ *Et*, &c. וְאֵילַמָּו לִפְנֵיהֶם] *Et* (vel, *Ubi*, JT.) *vestibula* (vel, *vestibulum*, Ti.) *ejus ante eos*, P. sic Pi. &c. sub. *erant*, Pi. ¶ *Cælatæ palmæ*, וְתִמֹּרִים לוֹ וגו' אֶל אֵילָו] *Et palmæ ei* erant, (vel, *in ea*, sub. *porta*; h. e. in postibus portæ erant insculptæ, ut mox dicit, ubi singul. est pro Plur †.) *una hinc, & altera inde, in poste* (vel, *in fronte*, M. *ad limina*, JT. *ad postes*, Pi.) *ejus* P. i. e. singulis utrinque frontibus: constat nempe plures fuisse ex utraque portæ parte frontes, & singulas eodem ornamenti genere sculptas [s]. Describit hîc ornamenta capitellorum columnarum [v].

27. *Et porta*, &c. וְשַׁעַר לֶחָצֵר וגו' וַיָּמָד וגו'] *Et portat erat atrio—— & mensus est*, &c. P. *Ad portam autem* (vel, *Quod verò attinet ad portam*, Pi.) *atrii interioris meridiem versùs, mensus est*, &c. JT. sic Pi. i. e. Cùm me eduxisset ex atrio populari per meridianam portam, secundùm murum processit per claustrum sive ambitum usque ad portam meridianam secundi atrii, quod Scriptura *interius* vocat; lineâque rectâ mensus est à porta una ad alteram spatium cubitorum centum; in quorum medio intrinsecùs erat murus atria duo inter se dividens. Est itaque hic versus μεταβατικὸς ab explicatione primi atrii ad descriptionem secundi, interioris, sive mediani [x].

28. *In atrium interius*] Levitarum [y], sive sacerdotum [z]. ¶ *Juxta mensuras*, &c.] q. d. Partium omnium eadem erat figura, mensura ac proportio, quæ atrii Israelitici †.

29. *In circuitu*] Vel, *circumquaque*, JT. Excepto muro ad atrium intimum pertinente Occidentem versùs [a]. Vide dicta ad v. 25 [b].

30. *Et*, &c. וְאֵלַמּוֹת וגו'] *Vestibula autem erant per circuitum: longitudo eorum erat quinque & viginti cubitorum, & latitudo quinque cubitorum*, P. &c. q. d. Occupabant omnia simul spatium 25 cubitorum in longitudine, aut cavitate parietis ejus portæ; singula autem eorum vestibulorum habebant in latitudine quinque cubitos. Quòd si vestibula illa, aut testudines illæ, sive fornices illi (de quibus v. 16.) fuerint quadrati, erant quinque numero. Subticuit tamen Propheta numerum eorum *. Dices, Vestibula omnia erant æqualia; atqui cætera erant longa 50 cubitos, lata 25 [c]. Resp. 1. Vox אֵלַמּוֹת alibi significat *vestibula* [d], vel, *fornices* *; hîc verò, *postes* [f], quibus fornices innituntur: est enim hæc vox affinis radici אֵיל & אַיִל, quæ *postem* significat, vel *frontem postis*. Idem ergò ipsum hîc metitur Angelus quod suprà vers. 7. inter thalamos cubitis quinque mensus fuerat, postes nimirum qui intra portam fornices sustinent, quorum stylobatas quinque cubitis fuisse latos diximus. Hos postes nunc dicit longos fuisse, h. e. altos, cubitis 25: tanta enim est primæ contignationis celsitudo, sive primi ordinis columnarum cum sua trabeatione altitudo. Hanc verò mensuram hîc primùm haberi expressam certum est, quæ priùs sub illa 60 cubitorum universali frontium altitudine comprehendebatur. Chaldæus hoc loco columnas 20 tantùm cubitis metitur, quarum scilicet trabeationes altæ debuerunt esse quinque cubitos, ut infrà confirmandum est [g]. Resp. 2. *Vestibula* hîc vocat spatia quæ erant inter thalamos magni vestibuli, & procurrebant ab uno poste ad oppositum postem alterius lateris vestibuli majoris: unde longitudo singulorum eadem est quæ latitudo majoris vestibuli, nempe 25 cubitorum; latitudo verò quinque cubitorum, quanta erat etiam latitudo singulorum thalamorum [h]. Resp. 3. Pro חָמֵשׁ, (*quinque*,) hîc legendum חֲמִשִּׁים, *quinquaginta* [i]. Vel, ellipsis hîc est denarii numeri, (qualem observavimus 2 Sam. 8. 4. & 10. 18.) ut patet ex collat. v. 21, 25 [k], & 33, 36 [l]. [Sic ergò secundum membrum versûs reddunt;] *Longitudine 25 cubitorum, & latitudine quinque decadum cubitorum*, JT. Quòd suprà *latitudinem* nominavit eam quæ hîc *longitudo* dicitur, & contrà, non temerè factum est, sed pro ratione itineris quod faciebat Propheta. Hîc enim ingreditur per meridianam portam: itaque rectà ab eadem porta tendens ad finem usque vestibuli, spatium illud numerat in longitudine, structuram verò quæ ad latera portæ utrinque erat ponit in latitudine [m]. Al. In *latitudine* (Heb. *longitudine*) erant 25 *cubiti, in longitudine* (Hebr. *latitudine*) *verò 50 cubiti*. Voces hîc transpositas esse constat ex collat. versuum modò indicatorum [n].

31. *Et*, &c. וְאֵילַמָּיו אֶל חָצֵר וגו'] *Et vestibula* (*fornices*, M. *vestibulum*: plur. hîc pro sing [o].) *ejus* (scilicet portæ, aut atrii interioris [p]: sub. *erant*, P. M. V. vel, *fuit*, Ti. vel, *exstabant*, sive *prominebant*, V.) *atrio* (vel *in atrio*, V.) *exteriori*, P. &c. vel, *in atrium*, &c. V. *versùs atrium*, &c. M. sim. Ti. Et vestibulum universum ad atrium exterius vergebat †. Al. *Cum vestibulis suis secundùm atrium exterius*, JT. i. e. eâdem planè symmetriâ & proportione quæ in atrio præcedente adumbrata est *. Similis fabrica, pares mensuræ, erant vestibuli interioris & exterioris [q]. *Vestibula autem ejus* erant sicut *in atrio exteriore*. Pi. ¶ *Et palmas* (vel, *palmæ*, P. M. &c.) *ejus*, &c. אֶל אֵילָו] *Ad postes ejus*, Pi. unicuique *posti ejus*, P. *in frontibus ejus*, Ti. M. q. d. Semicolumnarum capitella palmis exornabantur in vestibulo [r]. *Octo gradus*, &c.] Ad portas autem atrii exterioris septem tantùm erant gradus †. [Ca. hunc versum cum præcedente jungit, & utrumque sic reddit, *Circumjectis accessionibus longitudine 25 cubitorum, latitudine 5, ad atrii partem exteriorem* (quæ erat extra portam *) *pertinentibus: appendicibus autem palmatis: habente ejus ascensu octo gradus*.]

32. *Et introduxit me in atrium interius* (non in aliud, sed in illud idem atrium sacerdotum [t],) *per viam orientalem*] q. d. Per aliam portam [v]; nam v. 28. inductus fuerat per portam australem, hîc, per orientalem [x]. [JT. locum aliter reddunt, *Deinde abduxit me in ipso atrio interiore versùs orientem*.] Sensus, q. d. Et portâ meridianâ eductum deduxit me ad portam orientalem atrii interioris [y].

35. *Ad portam*, &c.] Scilicet interioris atrii [z]. Nota, quicquid in una porta mensuratur, id aliis omnibus est commune [a].

38. *Et*, &c. וְלִשְׁכָּה וּפִתְחָהּ וגו'] *Cæterùm fuit cella* (vel, *camera*, M. *triclinium*, V. *cubiculum* unum, P. vel, *exedra una*, V.) *& ejus ostium*, Ti. P. &c. (vel, *introitus*,

[i] Ca. [k] Pi. [l] Cap. ex Vil. [m] Pi. ex Jun. [n] Jun. [o] V. [p] Mc. [q] V. [r] Jun. † V. [s] Cap. ex Vil. [v] Vil. ex Ch. & RS. [x] Jun. [y] Mc. & T. [z] La. † T. † Idem. [a] Jun. [b] Mc.

* V. [c] La. [d] Mar. * Cap. ex Vil. [f] Mar. Vil. [g] Cap. ex Vil. [h] T. sim. La. & Me. ex Mald. [i] Pi. [k] Jun. [l] Pi. [m] Jun. [n] Pi. [o] Mar. [p] Idem. † Cap. ex Vil. * Jun. [q] Mar. [r] Cap. ex Vil. † Mar. * Ca. [t] La. Me. [v] La. [x] Me. [y] Cap. ex Vil. [z] Ca. Cap. ex Vil. [a] La. ex Vil.

itus, &c. M. *apertura*, &c. V. vel, *cum ostio suo*, Pi.) *inter frontes* (vel, *ad postes*, P.) *portarum*, Ti. &c. sub. *partis aquilonaris*, in qua erat porta muri, porticûs, & vestibuli †. [JT. locum sic reddunt, *Ac cellæ quidem cum ostiis ipsarum* erant *ad limina singula portarum:*] i.e. Ad singulos ingressus areæ sitæ erant cellæ in atrio, quarum aditus obversus erat limini vestibulorum, ad eum usum qui exponitur in fine versûs: atque hic finis est μείλας ἀπικός ad secundam hujus loci partem, de quo suprà in v. 27 [b]. Vox פֶּתַח *apertionem, ostium, fenestram*, significat, id nempe quod apertum est vel luci excipiendæ, vel, quò ingrediantur & egrediantur homines. Atque si vim vocis penitiùs inspiciamus, facilè nobis indicabit quid hoc loco in nostro ædificio repræsentet, cujus interiores muri postibus distincti sunt, qui fornicibus desuper clauduntur Igitur spatium illud inane quod in muro aperitur sub fornice inter postes meritò ac propriâ vocis פֶּתַח notione indicabitur. Numerum autem singularem distributivè hîc sumi aptissimè intellexit Vulgatus, *Per singula gazophylacia ostium*, i.e. ostia singula, *in frontibus*, h. e. inter frontes vel semicolumnas, *portarum*, quæ postes portæ & universi atrii exornabant [c]. Aptè *frontes portarum* vocat latera earum [d]: Sunt enim in tribus lateribus atrii interioris ternæ portæ, frontibus utrinque munitæ, juxta quas erant luteres. Sensus versûs, Et ad sena thalamorum ostia, quæ erant inter frontes interiores portarum, lavabantur holocausta *. ¶ *Ibi*, &c. שָׁם יָדִיחוּ וגו׳] *Ibi lavabunt holocaustum*, P. sim. Mo. Ti. JT. Ca. &c. i. e. partes intimas victimæ quæ offerenda erat in holocaustum [f]. *Ibi præparabant*, &c. Ch. *Illic impellebant*, &c. M. Sensus versûs, q. d. Singuli thalami sive gazophylacia habebant sua ostia, per quæ ex atrio victimæ immolandæ in illa inferebantur ut in ipsis earum intestina & carnes lavarentur ante earum oblationem & concremationem. Ad hoc enim exstructa erant [g]. Vide 2 Par. 4. 6. In hac autem parte exponuntur instrumenta atrii hujus ad ministerium pertinentia, usque ad v. 44. *.

39. *Et in vestibulo* (scilicet interiori [h]) *portæ duæ mensæ hinc*,) nempe ad binos postes [i], qui sunt inter thalamos [k],) *& duæ mensæ indè*] Ad totidem similes postes [l]. *Vestibulum portæ* vocat quod portæ eminentiâ tegitur; quod duplex erat, alterum interius, alterum exterius: in utroque quaternæ erant mensæ, i. e. in universum octo, ut ait v. 41 [m]. In eodem vestibulo interiori cujusque portæ atrii sacerdotalis, partim ad ingressum, partim ad exitum, 8 erant mensæ lapideæ quadratæ, nempe binæ ad singulos postes [n]. *Sed in vestibulo hujus portæ* (i. e. aquilonalis, convenienter cum Lege, Levit. 1. 11. [o].) *binæ, mensæ erant utrinque*, JT.

40. *Et*, &c. וְאֶל הַכָּתֵף מִחוּצָה לָעוֹלֶה וגו׳] *Ad humerum quoque extra gradus* (vel, *Et ad latus* ipsum *extra gradum*, P. i. e. citra gradus illos [p]. *Et ad latus foris ascendenti*, JT. *Idem ad latus extrinsecùs*, Pi. *In latere quoque ab extra, ubi ascenditur*, M. *Itémque ab externo latere ascensûs*, Ca. *Et ad latus exterius quod ascendit*, Vulg. Heb. *extra gradum*, h e. ultra gradus in portæ pavimento [q].) *ad ostium portæ —— duæ fuerunt mensæ*, Ti. &c. Exteriorem introitum portæ Propheta hîc appellat *ostium portæ*, interiorem verò, *vestibulum interius*; utì suprà fecit in descriptione portæ orientalis [r]. Sensus versûs. Cùm primùm quis, ascensis gradibus, ostium ingreditur vestibuli aquilonaris, duæ erant mensæ ab uno latere †, nempe in ipsis angulis interioribus portæ ad Aquilonem pertinentibus [t]; & duæ ab altero [v], à lateribus vestibuli interioris, ex altera parte portæ, in binis aliis angulis ad latus portæ meridianum pertinentibus, qui ex utraque parte vestibuli portæ interioris constituuntur [x]: h. e. In quatuor angulis vestibuli portæ aquilonaris quatuor mensæ erant, binæ ad utrumque parietem. Universim quatuor erant, æquè ac in interiori vestibulo [y].

41. *Quatuor mensæ hinc*, &c.] Quòd si binas utrinque angulares binis mediis, quas dixerat, annumeres, 4 mensæ erunt in unoquoque portæ latere, & in utroque octonæ [z]. ¶ *Super quas*, אֲלֵיהֶם] *Ad eas*, Mo. *Super eas*, P. sic M. *In his*, JT. *in quibus*, Ti. Pi.

42. *Quatuor autem mensæ*] Non aliæ, sed eædem jam dictæ: quas repetit, ut earum materiam & quantitatem describat [a]. ¶ *De lapidibus quadris*, גָּזִית] *Lævigatis*, P. *politis*, vel *tonsis*, V. *cæsis*, JT. Pi. *dolatis*; Hebr. *excisionis*, vel *dolationis*, Pi. q.d. Singulæ mensæ ex singulis saxis affabre ad normam elaboratæ sunt quadratâ formâ [b]. ¶ *Super quas ponent vasa*] Scilicet cultros, lebetes, & alia instrumenta [c]. ¶ *In quibus*, &c. אֲשֶׁר יִשְׁחֲטוּ אֶת הָעוֹלָה בָּם וְהַזָּבַח] *Quibus mactabunt* (vel, *immolabant*, P.) *holocaustum* (vel, *ascensionem*, Mo.) *in eis & sacrificium*, M. sic P. Mo JT. &c. vel, *victimam*, Ti. vel, *& alia mactata sacrificia*, Pi. *& victimas sanctificatas*, Ch.

43. *Et*, &c. וְהַשְׁפַתַּיִם טֹפַח אֶחָד מוּכָנִים וגו׳] Prima vox legitur vel cum Smol, [שׂ,] tunc sign. *labia*; vel cum jamin, [שׁ,] tum sign. *uncinos*. Vocem hanc *labia* vertunt Heron [d]. & Sym. Th. & Aq. ed. 2 *. שָׂפָה est, *labium, ora, circumferentia*. Potest etiam vox deduci à שָׁפָה *elevare*; atque ità *eminentias* significabit, vel, *quod sursum*, aut *extra, perpendiculum prominet* [f]. [Hinc præcipuè versionum varietas.] *Et labia earum* (Ità vocat cymatia mensarum sive earum additamenta & ornamenta superiora, quæ idcirco erant reflexa [g]. *Labia* vocari solent rerum extremitates, &c [h].) *palmi unius, reflexa intrinsecùs*, &c. Vugl. *Interiùs erant undique affixa labra*, &c. Ch. Al. *Et lapides focarii* (vel, *lapides dolati*, Belg. Vide dicta ad Psal. 68. 14 [i].) *palmi unius* (scil. densitate, ut firmiores essent [k],) *dispositi* erant, &c. Pi. JT. scil. ad coquendum carnes sacrificiorum quæ cedebant sacerdotibus, & edendæ erant in loco sancto [l]. *Et* (*Porrò*, M.) *tripodes* (Significat instrumenta illa ferrea [m] quibus superponuntur ollæ sive lebetes [n].) — *præparati*, &c. P. M. *Clavi etiam palmares aptati fuerunt*, &c. Ti. *Et crematbræ*, &c. Mo G. vel, *uncini*, &c. G. ex Ch. qui infigi solent parietibus, exstántque ac prominent extra parietem palmo uno, ad quos suspendunt carnes aut aliud quidpiam [o]. Chald. locum sic reddit, *Uncini exibant palmi unius fixi in columnis domûs laniena intra vestibula circumcirca*. Illum sequuntur Jarhi, [qui aliis RS. vel Rabbi Salomon Jarchi,] & Misna, tractatu מדות, *Domus laniorum erat in Aquilone Altaris*; *& in illa erant octo columnæ breves, & quadrata cedrina erant super illis, & uncini ferrei erant fixi in eis, & tres ordines erant in unoquoque, in quibus suspendebant & excoriabant super mensis marmoreis quæ erant inter columnas*. Quæ sententia non est omnino rejicienda: nam uncini illi necessarii erant ad excoriandas victimas; ideóque in Tabernaculo erant, Exod. 38. 28. *De* 1775 *siclis fecit* וָוִים *capita columnarum*, h. e. uncinos capitellorum, metonymiâ usitatâ totius pro parte. K. dicit fuisse uncinos sive clavos præ se ferentes figuram literæ ו *Vau* infixos columnis, & ex eis prominentes. Hujusmodi uncini voce שְׁפַתַּיִם aptissimè denotantur: omnes enim dispositi fuisse videntur bini & bini undique prominentes, ut unam hostiam sustinerent. Columnis autem istis (quas fingunt) nihil in hoc Templo opus est, cùm singulæ mensæ ad singulos aptarentur frontium stylobatas, super quorum ornamentis aptè figerentur clavi qui quodlibet pondus possent diu sustinere, qui pecudibus sufficerent: quod verò ad armenta spectat, in ipsis columnis aut postibus facilè figerentur clavi. Vocem שְׁפַתַּיִם K. exponit כִּירַיִם, h. e. χυτρόποδας, *loca*, aut *vasa*, *in quibus ponuntur ollæ*, juxta Ps. 68. 14. χύτρα autem, à χέω *fundo*, aptissimè significat *conchas*, vel *phialas*, illas in quibus jugulatæ victimæ sanguis excipiebatur, &c [p]. ¶ *Super mensas autem carnes oblationis*] Ponebantur, ut in frustra conciderentur †. Aderant mensæ in circuitu atrii ad lapides illos focarios, quæ insternebantur iis oblationibus, aut oblationum partibus, quas popularibus, Levitis & sacerdotibus attribuit Lex: nam superiores illæ de quibus v. 40, &c. ad ministerium Dei pertinebant; hæ verò, ad Levitarum usum [q].

44. *Et extra*, &c. וּמִחוּצָה לַשַּׁעַר וגו׳] *Extra verò* (ad verb. *Et ab extra*, i. e. citra [r],) *portam*) vel, *portam illam*, P) *interiorem* (vel, *Cæterùm ab exteriore parte portæ interioris*, Pi.) erant *cameræ*, sive *cubicula*, sive *cellæ*, *cantorum in atrio interiori*, M. Hic versus propter breviloquentiam Hebræorum obscurus quidem est, sed tamen intelligi facile potest ex præcedentium comparatione. Nam quum ex ipsis Ppophetæ verbis constet evidentissimè Prophetam de atrio intimo sacrificiorum agere, videnda

Margin notes (left column): † V. — [b] Jun. — [c] Cap. ex Vil. — [d] Vil. ex RS. — * Cap. ex Vil. — [f] V. — [g] Me. — * Jun. — [h] Me. ex La. — [i] Cap. ex Vil. La. Me — [k] Cap. ex Vil. — [l] Cap. ex Vil. sic La. Me. — [m] Me. ex La. — [n] T. — [o] Jun. — [p] V. — [q] Cap. ex Vil. — [r] Idem. — † La. sim. Cap. ex Vil. — [t] Cap. ex Vil. — [v] La. — [x] Cap. ex Vil. — [y] La. — [z] Cap. ex Vil.

Margin notes (right column): [a] La. — [b] Cap. ex Vil. — [c] Mar sim. Me. T. — [d] Mar. — * D. — [f] Cap. ex Vil. — [g] Me. ex La. sim. T. — [h] Cap. ex Vil. San. — [i] Belg. — [k] Jun. — [l] Jun. — [m] Pi. sim. Jun. — [n] V. — [o] V. sim. M. — [p] V. sim M. — [p] Cap. ex Vil. — † Idem. — [q] Jun. — [r] V.

videnda sunt duo: unum, ut quæ communia sunt atriorum omnium huic accommodentur; alterum, ut quæ hoc versu propria hujus atrii exponuntur interpretationem suam habent ex versi. sequentibus, ut minutatim ostendemus. Locum sic reddo, *Postea ab exteriore loco* (Heb. *à foris*) *porta intima* (i. e. atrii intimi, proximè accedentis ad vestibulum Templi Dei. Sensus est, q.d. Quum Deus me ex atrio mediano portâ aquilonali eduxisset, & per spatium ambitûs sive claustri maximi secundùm atrii murum ab eadem porta usque ad portam aquilonalem atrii intimi provexisset, deinde verò ingressum in portam illam perduxisset ad finem usque vestibuli. Sic accipiendum esse ostendit analogia quæ est suprà v. 28. Nam quemadmodum illic Prophetam ex primo atrio portâ meridianâ exeuntem abduxit Deus rectâ in portam meridanam secundi atrii: sic etiam hoc loco intelligendus est Deus servum suum portâ aquilonali profectum ex atrio mediano ad portam aquilonalem intimi atrii ὀρθογενήμως deduxisse.) vidi *cellas cantorum*, i. e. ubi Levitæ musici erant †. *In atrio autem interiori exedræ cantorum fuerunt à portis interiùs reductæ*, Ti. In quolibet vestibulo duæ erant portæ. Egressis ergò portam interiorem occurrebant ex utroque latere cubicula cantorum [t]. Erant in atrio quolibet tres portæ, præter occidentalem, quâ ingressus erat in Sacrarium. Ad singulas has portas erant 10 cubicula, 5 ad unum latus, 5 ad alterum, in universum 30, ut dixit v. 17 [v]. In his ministri Templi habitabant, alii in aliis, pro cujusque officio & dignitate[x]. [JT. locum sic reddunt, *Postea ab exteriore loco porta intima vidi cellas cantorum.*] Sensus loci, q. d. Egressus portam interiorem, vidi ibi fuisse gazophylacia cantorum; *in atrio*, inquam, *interiori*: ibi enim erant illa gazophylacia, testibus K. & RS. & Jon [y]. ¶ *Quod*, &c. אשר]אל כתף שער הצפון ופניהם דרך הדרום] *Quæ* erant *ad latus portæ aquilonaris: quorum facies erat ad viam meridianam*, P. Ad verb. *& facies eorum*, &c. i. e. quæ respiciebant aut vergebant ad Austrum, h. e. quæ erant aperta versùs meridiem. Et sic mox [z]. Al. *Quod* [scilicet *atrium*] *in latere portæ aquilonaris, respicientes* [nempe *cameræ*, quæ vox præcessit,] *ad viam australem*, M. *Quarum una ad humerum portæ—spectabat in meridiem*, Ti. *Unas quæ in atrio intimo* erant *ad latus—spectantes meridiem versùs*, JT. Unus ordo earum *quæ* erant *ad latus—, & illæ spectabant ad meridiem*, Pi. Horum cubiculorum, quæ ex utroque latere portæ aquil. erant, ostia versùs Austrum erant [a]. Sensus loci, Gazophylacia cantorum erant in porticu quæ tendit ab Aquilone (portam namque egreditur aquilonarem Propheta,) ad Austrum [b]. ¶ *Una*, &c. אחד אל כתף] שער הקדים פני ונו'] *Una in latere portæ orientalis versùs viam Aquilonis*, M. *Altera ad humerum—spectabat in septentrionem*, Ti. *Unum* autem *erat ad latus—, cujus facies* erat *ad viam*, &c. *Alteras in latere* (vel, *Alter* ordo erat *ad latus*, Pi.) *portæ orientalis versùs Aquilonem spectantes*, JT. sim. Pi. Unus ordo cubiculorum erat versùs illud latus portæ orientalis quod Aquilonem spectat: alter autem ordo cubiculorum erat versùs Occidentem. Hic ergò respiciebat orientalem portam, ille occidentalem [c]. Ingressis portam orientalem duo latera occurrebant: alterum ad Aquilonem vergebat, & in hoc erat cubiculum de quo loquitur: in altero, quod ad Austrum vergebat, erat cubiculum alterum [d], quod hîc intelligendum fuisse innuitur*, de quo hîc silet, sed agit de eo versu seq [f].

45. *Hoc est*, &c. וזה הלשכה ונו'] *Hæc exedra* (vel, *Hæ cellæ*, JT. Pi. Heb. *Hæc cella*, Pi. *Hoc cubiculum*, P. Singulare hîc notat unum cubiculorum ordinem [g].) *quæ respicit meridiem* (quod est in latere meridano orientalis porticûs [h],) *sacerdotum ostiobeuntium domûs ministerium*, Ti. vel, *custodientium*, sive *qui observant*, *custodiam domûs*, P. M. &c. Horum locus olim erat ad meridiem, Num. 3. 28, 29 [i].

46. *Ad viam Aquilonis*] Redit ad cubiculum de quo v. 44. dixit Aquilonem versùs esse [k]. ¶ *Isti sunt filii* (i. e. nepotes [l]) *Sadoc*] Vertas, *filiorum Sadoc*, præcipuorum sacerdotum, quorum infrà mentio 43. 19. & 44. 15. & 48. 11. adjutores scilicet [m]. ¶ *Qui accedunt*, &c.] H[i], q. d. cùm sint de genere Levitico [n]. Hi sunt legitimorum sacerdotum administri: vide infrà 44. 10, 11, &c*.

47. *Et mensus est atrium*] Interius scilicet [o], quod erat sacerdotum [p]. Atrii interioris quadratam aream quæ inter tres jacet prædictas portas interiores [q]. ¶ *Et altare ante faciem templi*] Propriè dicti [r]; nempe Sancti, & Sancti sanctorum †. *Altare* nempe holocausti, quod ante portam domûs erat collocandum, ex analogia Legis Exod. 40. 6, 29. i. e. præcisè in media hujus atrii latitudine, è regione aditûs in domum Dei. Vide rationem hujus Altaris infrà 43. 13, &c. Ex hoc autem versu, & justa structurarum inter se analogia, colligimus id quod antè à nobis observatum est in v. 44. nempe res multas quæ huic atrio fuerunt communes cum superioribus brevitatis ergò reticeri; ut de constitutione portæ, θυρωρεῖν, vestibuli, procœtonúmque ubi janitores stabant, & si quid aliud fuit hujusmodi [t].

48. *Et introduxit me*] Ab hoc versu initium faciendum esse cap. 41. declarat ipsius argumentum. Nam quartum atrium hinc demum incipi constat, in quo definiuntur ista: vestibulum Templi, duobus versibus; Templum ipsum cum appendicibus & ornamentis ipsius, usque ad finem capitis; ac postremò, sacerdotum cellæ earúmque usus, cap. 42. ad 15 [v]. ¶ *In vestibulum templi*] i. e. Quà ingressus patebat in Templum sacerdotibus *. Porticum intelligit ipsi Templo adhærentem [x], ejúsque portæ, ut eâ apertâ statim ingressus esset in Templum. Illud igitur mensurat, ut incipiat (cap. seq.) mensurare Templum, cujus hoc erat pars & initium, supernè tectum, ut Templo exeuntes ibi tuti sint à pluvia, æstu, &c. Ab atrio transit ad Templum, inter quæ intererat platea 20 cubitorum, quæ circumquaque Templum proximè cingebat, de qua cap. 41. 10. Post hanc plateam erat vestibulum [y]. ¶ *Mensus est vestibulum quinque cubitis*] Non loquitur de toto vestibulo, nam hoc longum fuit 20 cubitis, latum 11, ut ait ver. seq. sed loquitur de crassitie muri qui utrinque claudebat vestibulum [z]. ¶ אל אלם ונו'] *Frontem* (vel, *postem*, Mo. P. subaud. *utrumque*: aut est sing. pro plur [a]. *Postes*, Pi. V. duos, qui adjacebant ostio portæ ipsius vestibuli hinc & indè [b]: postem meridianum, & postem aquilonar [c].) *vestibuli*, &c. M. Ch. &c. *parastadem vestibuli* crassitudine, &c. Ti. *Limen vestibuli*, &c. JT. i.e. porta biforis duo habebat limina ab anta sua utrinque ad medianum antepagmentum concurrentia in cubitorum quinûm longitudinem; sicut suprà similiter interpretati sumus †. *Vestibulum quinis utrinque cubitis dimensus est*; h. e. Vestibuli limen utrinque erat crassum 5 cubitos, ab *i* ad *k*, & ab *l* ad *m*. Cùm autem murus Templi & murus ædis sint à fundamento, crassi senos cubitos, detrahuntur liminibus singuli cubiti; qui tribuantur appendicibus transversis; quarum appendicum spatium non tribuatur vestibulo: alioquin vestibulum esset longitudinis 22 cubitorum [d]. אל, quasi איל. *Frontem*, &c. h. e. Grossitiem laterum portæ mensuravit ab Oriente ad Occidentem. Metitur hîc crassitudinem muri anterioris vestibuli, quæ ingredientibus erat perspecta in utroque poste & imminente fornice *. ¶ *Et latitudinem portæ*, &c.] i. e. Ostii, sive aperturæ; ità ut limen utrumque cubito uno latitudinem ostii sui superaret †. Latera portæ [f]: nimirum quantum ipsa latera, seu humeri aut postes, distenduntur ab ostio usque ad angulos interioris ædis; quod unum dimensum fuisse repetita ipsa dimensio planum facit. Accedit consuetudo deinceps ab Angelo observata in singulis portis Sanctuarii, in quibus, post dimensam murorum crassitudinem, spatia metitur quibus domus ipsa ab ostio, sive à postibus, portæ ad angulos usque interiores utrinque laxatur: quam quidem dimensam retractionem & *latera* vocat *portæ*, & *humeros*, & *latitudinem* [g]. Hinc habetur latitudinem portæ vestibuli fuisse 14 cubitorum: nam longitudo vestibuli erat 20 cubitorum, ex quibus tollo 6 pro lateribus portæ, remanent 14 [h]. [Ca. locum sic reddit,] *Janua utrâque parte*, h. e. interior & exterior, *lata trinos cubitos*, *n o*, & *p q* [i].

49. *Longitudinem*, &c.] Tanta erat longitudo vestibuli quanta ædis ipsius latitudo, cui prætensum erat ipsum vestibulum [m]. *Longitudo*, &c. i. e. Interius spa-

tium à porta muri ad portam usque Templi: nam murus neuter hoc spatio comprehendendus est. Itaque vestibulum cum porta sua erant 26 cubitos longa [n]. *Longitudo* sumebatur secundùm latitudinem portæ ipsius Templi, putà à Septentrione ad meridiem: à qua si demas sex cubitos prædictos, supersunt tantùm 14 [o]. ¶ *Latitudinem undecim*] Sed sic non esset latitudo dimidia longitudinis; quod tamen fit in omnibus vestibulis. Adde quòd hic impar numerus non admodum cæteris dimensionibus responderet. Has ob causas sequor ο'. qui hîc habent, *δέκα, decem* [p]. [Aliis hæc mutatio nimis audax videbitur, nec necessaria.] ο'. in codice Complutensi, Regio ac Sixtiano, *duodecim* scribunt; in quodam verò Basileensi, *decem*: quem codicem corruptum esse crediderim, temerario fortasse librarii ausu [q]. [Id quod alii de aliis etiam LXX codicibus fortè credent.] Latitudo erat præcisè decem cubitorum cum dimidio [r]: qui numerus ex integro constat numero, & parte. Cùm autem partium rarò mentionem faciant historici, liberum fuit vel à minori nominare, *decem* *, ut fecit scriptor 1 Reg. 6.3 [t]; vel à majori [v], *undecim*, ut hîc factum [x]. *Undecim*: quâ ratione interior area vestibuli utrinque excedebat semicubito limina ipsius; & quà ad portam Templi pertinebat, ejus limina obtegebat dimidia ex parte: ut commonstrat cap. seq. v. 1, &c. comparatio [y]. ¶ *Et octo gradibus*, &c.] *Τὸ octo* non est de textu, quia non est de Hebr [z]. ¶ [וּבַמַּעֲלוֹת אֲשֶׁר יַעֲלוּ אֵלָיו] *Et in gradibus* (vel, *per gradus*, P. Ti. sub. *aliquot*, Ti. *Erántque gradus*, M.) *quibus* (vel, *per quos*, M.) *ascendent* (vel, *ascendebant*, P.M.Ti. *ascendebatur*, Ca.) *ad illud*, Mo. &c. Subaudiendum verbum præcedens, *Adduxit, inquam, me per gradus illos per quos ascendebant ad illud vestibulum*, vel, *ad eam portam*. Doctus inter Hebræos subaudit, *Et vidi illum vagantem*, sive *moventem sese, per gradus illos quibus*, &c. Alii, *Et in gradibus illis erat via per quam*, &c [a]. *Idque cum gradibus*, &c. ut dictum est in portis atriorum antecedent [b]. Nullus hîc [graduum] numerus ponitur in 1. edit. Aq. at in Sym. & Hi. est, *octo* [c]: in Th. & 2. edit. Aq. *undecim*; in ο'. *decem* *; quos sequor, quia sententia aliter non constat. Lego autem hîc, non אֲשֶׁר, sed עֶשֶׂר. Hi autem [gradus] sunt in liminis exterioris crassitudine [f]. ¶ *Et*, &c. [וְעַמֻּדִים אֶל הָאֵילִים וגו׳] *Et columnæ* (sub. *singulæ*, Ti. & sub. *erant*, P.M. &c.) *ad* (vel, *juxta*, P.M.) *postes*, Mo. Pi. (vel, *illos postes*, P. *frontes*, M. *limina*, JT. *parastades*, Ti.) *una hinc, & altera indè*, JT. Pi. &c. prout in Salomonis Templo, 1 Reg. 7.21 [g]. Voce עַמּוּד (quæ *stantem* significat *columnam*, quæ muro non adjacet, quæ in altum stat erecta, vel quæ subsistit, fulcítque domum cui substat, à עָמַד *stetit*,) columnas has distinguit, vel à reliquis quas hactenus enumeraverat, vel potiùs à postibus: אַיִל enim *postem* significat, aut columnam muro adpactam. Hinc colligimus [columnas] à muro exstantes conspectas fuisse à Propheta post dimensam vestibuli longitudinem & latitudinem, h. e. cùm oculos atque iter dirigeret in Templi portam mox dimetiendam. Has igitur duas columnas in frontibus, sive ad frontes, appositas fuisse affirmat, nimirum è regione parastadum angularium que erant circa portam Templi, una in angulo meridiano, altera in aquilonari, ut vides in vestigio Sanctuarii [h]. *Ad appendices hinc una, & inde altera, erat columna*. Appendices enim dextra ac sinistra erant in tecto muri projecturæ singulorum cubitorum; id quod ex eo intelligitur quod de limine dictum est; ut sint longitudinis appendices paris projecturæ cum latitudinis, h. e. cum transversis liminum appendicibus: id quod in atrii figura ostendimus fieri. Utrùm verò eæ columnæ essent in initio, an in fine, vestibuli, non addit: itaque nos earum locum non signavimus. Nam & 1 Reg. 7.21. ubi sunt hujusmodi columnæ, eæ dicuntur esse in pronao, sive Templi vestibulo; sed quo loco non exprimitur. Quanquam à Josepho dicuntur ad antas collocatæ: id quod videtur ità esse; quemadmodum in Mosis Tabernaculo duæ in ingressu angulares columnæ respondent asseribus; unde & antarum nata videtur ratio. Quod attinet ad crassitudinem muri vestibuli, non facit ejus mentionem Ezeciel: sed cùm omnes alii hujus exstructionis muri sint crassitudine sex cubitorum, eandem huic tribuimus [i].

[n] J. n. [o] V. [p] Ca. [q] Vil. [r] Me. & T. ex Vil. * Vil. [t] Me. & T. ex Vil. [v] Vil. [x] Me. & T. ex Vil. [y] Jun. [z] L. [a] V. [b] Jun. [c] Cap. ex Vil. * D. Ca. [f] Ca. [g] Jun. [h] Cap. ex Vil. [i] Ca.

CAP. XLI.

1. *Introduxit me in templum*] i. e. Primam Templi partem [a], quæ dicitur *basilica, aula* [b], *Sanctum* [c], sive Sanctuarium [d], & *Templi* nomine plerumque censetur *. Altera hæc pars est, descriptio scil. Templi cum substructionibus, appendicibus & ornamentis ipsius [f]. ¶ *Mensus est frontes*, [הָאֵילִים] *Limina*, JT. *postes*, Pi. Mar. Mo. sic Vil. &c. scil. portæ [g], quibus superliminare imponitur [h]. *Appendices*. Cellæ appendices vocat *tabulata*, de quibus paulò pòst disputabimus. Eorum infima erant lata 4 cubitis, summa 6. Quatenus autem summa sunt, vocantur *appendices*. Per quas hîc intelligo non solùm eam structuræ partem quæ extra fundamenti spatium projicitur, quomodo aliàs poni solent; nam hâc ratione essent appendices hæ tantùm singulorum utrinque cubitorum: sed totum ipsum cœnaculum, quod habet appendicem. Hoc est quod dicit, *appendices latas esse 6 cubitos*, quasi hoc dicat intelligendum de suprema parte. Itaque addit, *quæ latitudo erat operimenti*, h. e. summæ partis que cætera operiebat. אֹהֶל enim non solùm *tabernaculum* significat, sed etiam *operimentum*, Exod. 26.7. & Psal. 132.3 [i]. ¶ *Latitudinis*] Ab Oriente in Occidentem [k]. ¶ *Hinc*] i. e. Unius lateris portæ, h. e. unius postis [l]. ¶ *Inde*] i. e. Alterius postis †. ¶ *Latitudinem tabernaculi*; ità M. [רוֹחַב הָאֹהֶל] Aliquid hîc subaudiendum *. Pro *latitudine* (vel, Quanta erat *latitudo*, P. Vil. Talis erat *latitudo*, V.) Quæ quidem *crassitudo* est, Ti. *Latitudinem* vocat crassitiem muri [m].) *tentorii*, sive *tabernaculi*, JT. Pi. scilicet Mosaici [n]. Nam tentorio illi fuerunt in latitudinem asseres octo singuli lati sesquicubitum: ex quo conficitur justam tentorii totius latitudinem fuisse 12 cubitorum, prout fuerunt hæc limina. Vide Ex. 26.22, & seq [o]. Vel, *fornicis*, V. vel, *vestibuli*, P.V. vel, *superliminaris*, Vil. La. Me. nempe portæ Templi: quod vocat אֹהֶל, i. e. *extensum*, sive *expansum*, per catachresin, quòd, cùm planum esset, & extensæ cortinæ persimile, obumbrabat ac protegebat januam desuper: ut sensus sit, postes singulos superliminare sustinentes latitudine fuisse cubiti unius, quanta nimirum erat superliminaris desuper extensi latitudo, & parietis Sanctum à vestibulo dividentis crassities [p]. Possunt hæc verba cum præcedentibus [Legendum videtur, sequentibus; quanquam & Vil. & Cap. habeant, præcedentibus, quod non intelligo.] conjungi, & sic verti, Juxta *latitudinem tabernaculi*, Mosaici nempe, *latitudo portæ 10 cubitorum erat*. Hæc autem portæ & Mosaici Tabernaculi collatio fortè alicui mysteriorum plena videatur, quæ in eo forsan sita esse putanda videtur, quòd quanta illius latitudo fuit, tanta esse ostendatur ostii Templi expansio duplâ latitudine; ut porta Templi, quo Ecclesia Christi signatur, multò major esse indicetur Synagogâ, quæ mobili atque exiguo repræsentabatur Tabernaculo [q]. Non incommoda est hæc explicatio & collatio; attamen in hoc duntaxat loco notata, aliena videtur. Itaque malim sequi priorem explicationem, cui velim hoc additum, nempe LXX in Sixt. ed. sic reddidisse, *πηχῶν ἓξ τὸ εὖρος τοῦ αἰλάμ τοῦ*· unde liquet eos legisse אֵלָם, pro hodierno אֹהֶל. Quæ lectio τῶν LXX optima videtur: nam אֵילָם, vel אֵלָם, est *vestibulum*, seu *fornix*, quâ supernè duo portæ postes junguntur [r].

2. *Et latitudo portæ*] Vel, *ostii*, Pi. Vil. &c. vel, *ingressûs*, V. i. e. distantia inter utrumque postem †. Heb. פֶּתַח. Cùm hanc portam & interiorem Sanctuarii sæpius nominet, eis nunquam indidit nomen שַׁעַר; cùm contrà factum fuisse videamus in reliquis atriorum portis. Nempe vox פֶּתַח *ostium quod in muro ingredientium commodis apperitur, ac lumini excipiendo*, significat: שַׁעַר verò ea omnia *ædificia* indicat *quæ ad portæ dignitatem, munitionem, ornamentum, solent circa portam exstrui*. Ex quo fit ut, cùm portæ atriorum ad pompam & munitionem Templi fuissent exstructæ, urbis alicujus formam

[a] Me. Vil. La. &c. [b] Vil. [c] La. Me. [d] V. [f] Vil. [g] Jun [h] Vil. Mar. [h] Cap. ex Vil. [i] Ca. [k] Cap. ex Vil. [l] V. † Idem. * Idem. [m] Idem. [n] Pi. sim. Jun. [o] Jun. [p] La. ex Vil. [q] Cap. ex Vil. [r] Cap. † V.

mam potiùs imitantes quàm peculiaris ædificii, eæ שַׁעַר appellentur, quarum oſtia פֶּתַח הַשַּׁעַר dicuntur: At hæ portæ Sanctuarii, quæ ſcil. ad uſum tantummodo aperiuntur, quæque, quamvìs propriis ſint exornatæ membris, nulla habent deſuper ad portæ pompam ædificia, פֶּתַח, non verò שַׁעַר, dicuntur. Hujus porrò oſtii latitudo dimenſa eſt, altitudo non item, utpote minùs neceſſaria ad ædificii rationem percipiendam, & quæ facilè ex dictis colligi poteſt fuiſſe 20 cubitorum, duplâ proportione, quam in aliis portis ſuprà obſervavimus [t], ex architectorum regulis [v], ex epiſtyliorum atrii libratione [x]. *Oſtii latitudo*, &c. A veſtibulo per vacuum locum venitur ad oſtium cellæ ad Orientem, ab *m* ad *t u*. Nam quò minùs cellæ oſtium ſit è regione veſtibuli, facit tabulatorum regio quæ poſtea declarabitur. Erat igitur oſtii latitudo 10 cubitorum *. ¶ *Latera* (Heb. *humeros*, La.) *portæ*] i. e. Partes muri intrinſecùs [y], ſive à lateribus portæ utrinque reliquæ [z]; ab oſtio uſque ad interiores angulos domûs [a]: quas partes *humeros* vocat, quòd, ut humeri pectus, ità ipſæ portam, utrinque muniunt [b]. Al. De externis frontibus egerat; nunc agit de internis, quas *latera* vocat, quas etiam ad angulos producit internos [c]. Per *latera oſtii* hîc intelligit quod eſt inter portam ſeu ingreſſum, & poſtremum angulum faciei, à duobus lateribus recedens [d]. ¶ *Quinque cubitis*, &c.] Ità aſſurgunt 20 cubiti (Templi *,) qui mox nominantur; decem nimirum oſtii, decémque muri adhærentis oſtio [f]. ¶ *Longitudinem ejus* (non, portæ, ut vult Hieron [g]. ſed, Templi, putà Sancti [h]; ab interiori limine uſque ad Sanctum ſanctorum [i];) *quadraginta*, &c.] Dempto ſcil. Adyto: nam totum 60 cubitos longum erat [k], 1 Reg. 6. 2 [l]. Hanc duplam longitudinis ad latitudinem proportionem maximè probat Vitruvius in tricliniis atque aliis ejuſmodii ædificiis, lib. 6. cap. 5 [m].

3. *Introgreſſus intrinſecùs*; ſic P. JT. &c. לִפְנִימָה] *Ad interiora*, M. *ad penitiorem templi locum*, Ti. Vox ferè ſemper adverbialiter ſumitur, *intus*, q.d. antè; interiora enim quaſi anteriora vocant, quòd introrſum ingredientibus interiora ſint antè, exteriora maneant retro [n]. *Intrò*, V. Pi. i. e. in intimum Templi; in Sanctum ſanctorum [o]: hujus enim portam, hîc ipſummet verò v. ſeq. dimetitur [p]. Sanctuarium versùs, ut dicitur v. ſeq [q]. ¶ *Menſus eſt in fronte*, &c. אֵיל הַפֶּתַח] *Poſtem* (vel, *paraſtadem*, Ti. *poſtes*, Heb. ſing. pro plur [r].) *portæ*, ſive *oſtii*, P. M. Ch. &c. *oſtii appendicem*, i. e. appendicis projecturam †. *Oſtii*, ſcilicet in Sancto ſanctorum, ut v. ſeq. oſtendit [t]. Poſtem utrumque portæ, h. e. craſſitudinem muri concludentis oraculum 2 cubitorum; vel, paraſtades latus utrumque portæ exornantes. Sym. vertit, περὶ τὴν θύραν, *circa portam*, ex utraque parte portæ. Kimhi, *quaſi dicat duas frontes portæ hinc & indè, quarum unaquæque erat latitudinis 2 cubitorum*. Jarhi, *Groſſities muri erat 2 cubitorum* [v]. Hæc eſt ſpiſſitudo frontis, ſive parietis; qui nec altus eſt, nec ſpiſſus, quia non ſuſtinet ſuper ſe aliud pondus, ſed ſolùm dividit inter Sanctum & Sanctum ſanctorum in inferiori manſione Templi [x]. *Menſus eſt limen oſtii*, JT. Pi. in craſſitudinem: erat enim ſepimentum illud tenuius reliquo ædificio [y]. ¶ *Portam*] Vel, *oſtium*, Mo. &c. ſcil. Sancti ſanctorum [z]. *Portam*, i. e. craſſitudinem ingreſſûs. Craſſities intelligitur totum id quod occurrit ingredientibus à principio ad finem ſecundùm longitudinem: unde eadem eſt craſſitudo & longitudo portæ [a]. *Oſtium*, id eſt, aperturam, quâ ibatur in Sanctuarium, biforem, ut dicitur infrà v. 24. quarum utraque ternûm cubitorum erat; atque hi conjuncti efficiunt cubitos ſex: quibus ſi antepagmentum medianum, quod cubitale erat, adjunxeris, efficitur latitudo totius oſtii cubitorum ſeptem, ut explicat Propheta verbis ſequentibus [b]. ¶ *Sex cubitorum*] Vel, 1. altitudine [c]: vel, 2. craſſitudine [d]; id quod verba ſequentia confirmant: ut ſenſus ſit, portam habere duo latera, quæ aperturam & cavitatem portæ utrinque definiunt, lata 6 cubitos, quanta eſt muri craſſitudo, quæ ſtatim v. 5. ſex numerat cubitos *. Vel, 3. latitudine [f]. ¶ *Et latitudinem portæ*] Vel, *à porta*, ſcilicet ad angulos [g]: à poſte ad poſtem [h]. Vel, *humeros*, ſive *latera*, *portæ*, La. ex Vil. [h. e. muri partes quæ ab oſtio extenduntur ad angulos interioris domûs [i]: ſpatia utrinque à porta ad murum, hinc meridianum, illinc aquilonarem, interjacentia, ut dixi v. 1. & 2 [k]. Heb. *dilatationem portæ*: non eam quæ in ipſa porta eſt, lata 6 cubitos; ſed eam quæ portam ingreſſis mox occurrit [l]. Duo latera habebant 14 cubitos, porta 6; ità exſurgunt 20 cubiti latudinis Sanctuarii & Sancti ſanctorum [m].

[t] Cap. ex Vil. [v] Me. [x] La. * Ca. [y] Jun. [z] T. ſim. Cap. ex Vil. La Mar. [a] Cap. ex Vil. [b] La. ex Vil. [c] San. [d] V. * Me. & T. ex La. [f] Jun. ſim. Me. &c. [g] La. [h] La. ſic Me. [i] T. [k] Mar. ſic La. [l] La. [m] Cap. ex Vil. [n] Cap. ex Vil. [o] V. ſim. Ca. Cap. ex Vil. La. T. &c. [p] La. [q] Jun. [r] V. † Ca. [t] Pi. [v] Cap. ex Vil. [x] Vil. ex L. [y] Jun. [z] La. [a] V. [b] Jun. [c] RS. in Vil. [d] K. in Vil. San. * San. [f] Ca. ſim. Cap. ex Vil. [g] Mar. [h] V.

4. *Longitudinem ejus*, &c.] Nempe Adyti, ſive Sancti ſanctorum [n], ſubintellecti ex verſ. præced *. quod erat quadratum [o]. Quàm ſpiſſum eſſet ſeptum quod à cella penetrale dividit, non addit [p]: ſed hoc intelligendum eſt, id ſeptum in penetralis longitudine numerari *, ſicut & ſit apud Moſen in Tabernaculo. Alioqui eſſet cellæ & penetralis longitudo pluſquam 60 cubitorum: cui repugnat & tota hæc Templi deſcriptio, & Salomonii, cujus eadem & longitudo traditur, & latitudo, 1 Reg. 6. 2 †. Latitudo adyti erat eadem cum latitudine Templi, nempe 20 cubitorum: quare latitudo laterum, quæ hîc omiſſa eſt, erat 13 cubitorum: nam ingreſſus erat 7 cubitorum, & utrumque latus ſex cubitorum cum dimidio, qui pro duobus lateribus ſimul efficiunt cubit. 13; qui conjuncti illis ſeptem efficiunt 20 [q]. ¶ *Ante faciem templi*] i. e. Versùs Sanctuarium [r]. Ità loquitur, ut ſignificet ſe illam [partem] Templi latitudinem appellare †: non quòd propriè eſſet latitudo Sancti ſanctorum, ſed quòd ea eſſet latitudo Templi, ſive Sancti [t]. ¶ אֶל פְּנֵי וגו'] *In parte interiore templi*, i.e. Sancti; quippe cui opponitur Sanctum ſanctorum infrà 21. & 23 [v].

5. *Parietem domûs*] i. e. Secundæ partis Templi [x]: vel, totius Templi [y]. ¶ *Sex cubitorum*] Sc. in craſſitudinem [z]. ¶ *Et*, &c. וְרֹחַב הַצֵּלָע וגו'] *Et latitudinem* (vel, *Et erat latitudo*, Pi.) *cameræ*, &c. M. vel, *ſubſtructionis*, &c. JT. Pi. Heb. *coſtæ*, &c. Jun. Pi. Vide 1 Reg. 6. 5. Hæc autem ſubſtructio cubito fuit anguſtior quàm ea quæ à Schelomone exſtructa eſt, ſecundùm diverſam proportionem Templi; quæ continentem quidem habebat ſpeciem pteromatis, & corium (ut Vitruvius appellat) muri, in longitudinem Templi & latitudinem; ſed in 30 conclavia inter ſe diſtincta dividebatur, ad quæ ſuis 30 januis patebat aditus [a]. Vel, *thalami*, &c. P. V. ſing. pro plur. *thalamorum*, &c. Tranſit ad deſcriptionem appendicum & thalamorum ſive cubiculorum circumpoſitorum à parte exteriore, & adjectorum ad tria latera Templi, ſc. occidentale, Septentrionale, & meridionale: nam primus ingreſſus erat ad orientale, quâ parte nulla erant cubicula [b]. *Et tabulata* (Sic vocat cœnacula trinûm contabulationum, quæ in Salomonis Templo vocantur *ædiculæ*.) *undique per ædis ambitum* (h. e. hinc atque hinc; non enim poterant undique eſſe, alioqui nullus eſſet portæ locus;) *lata*, &c [c]. צֵלָע *tabulatum*, *thalamum*, ſive *cubiculum*, hîc denotat, ut patebit v. ſeq [d]. Horum 3 erant ordines; hîc autem loquitur de 1 *. ſive de cubiculis infimis [f]. Superiora enim erant ampliora, quia muri, quò plùs attolluntur, ex regulis architecturæ minùs craſſi fiunt. De hiſce cubiculis vide ad 1 Reg. 6. 5 †. K. & RS. & Jonath. intelligunt hîc per *latera* thalamos inter utrumque parietem, interiorem & exteriorem, concluſos; ſed malé: nam 1 Reg. 6. 5. hæc duo diſtinguntur; vocantur enim thalami illi יָצִיעַ; coſtæ verò iſtæ ſive antæ, צְלָעוֹת. Quæ vox, 1. & propriè, ſign. *coſtas* animalis, Gen. 2.21. 2. *latus* cujuſlibet rei, Exod. 26.26. 3. *trabes* in tectis, 1 Reg. 7. 3. 4. *aſſeres* quibus interiores Templi parietes veſtiuntur, 1 Reg. 6. 15. Hîc ergò ejuſmodi partes in hoc ædificio intelligimus quæ animalis & navis coſtis, aut contignationis trabibus, ſimiles ſunt. Atque hæc ſunt quæ *eriſmæ*, *pilæ*, vel *antæ*, aut *anterides*, (quæ ſunt quaſi appendices murorum, & quaſi fulcra, quæ vulgò *pilaſtri* vocantur [g],) quæ à muro exſtant, illíque adhærent, & ſingulæ ſingulis atriorum poſtibus latitudine reſpondent ac ſitu; quæ aptè *coſtæ* dicuntur. Ut enim navis latera coſtis ligneis, & animalis pectus coſtis oſſeis, ità & domus hæc tota parietibus his tranſverſis, continetur, & veluti fulcris quibuſdam ſuſtinetur, nè trabium pondere preſſi ſubtiliores parietes ab invicem ſeparentur atque pandantur. Nam poſtulabat ſumma domûs altitudo parietem in imo vaſtiſſimum, cujus augmentum fabricæ ſymmetria vetabat, &c [h].

[i] Cap. ex Vil. [k] La. [l] Cap. ex Vil. [m] La. ex Th. & Mald. ſim. Vil. ex o. & Th. [n] V. ſim. Ca. Jun. Pi. La. &c. * Vil. [o] Jun. ſic Mar. [p] Ca. * Ca. ſimi La. &c. † Ca. [q] V. ſim. La. T. &c. [r] La. ſim. Me. † Me. [t] La. ex Mald. [v] Pi. [x] V. [y] Jun. [z] Ca. ſim. Cap. ex Vil. Me. [a] Jun. [b] V. [c] Ca. [d] La. * Q. in Mar. [f] La. ſim. Me. † Me. [g] Q. in L. [h] Cap. ex Vil.

6. *Latera*, &c. וְהַצְּלָעוֹת צֵלָע אֶל צֵלָע שָׁלוֹשׁ וּשְׁלֹשִׁים פְּעָמִים] *Et costæ* (vel, *Thalami autem*, P. *Substructiones autem istæ*, JT. *Cæterùm ad substructiones quod attinet*, Pi. *Erant autem cameræ*, M.) *costa ad costam*, Mo. (vel, *thalamus super thalamum*, P. sim. M. *substructio una ad alteram*, JT. vel, *super altera*, Pi.) *trium* (vel, *tribus*, M. vel, *ternæ* erant, JT. Pi. i.e. tria habebant sola sive contignationes, erántque, ut Græci vocant, tristega *:) *& triginta pedum*, Mo. vel, *pedibus*, M. vel, *pedum* altitudinis, P. vel, *idque triginta vicibus*, JT. Pi. i.e. Omnia illa conclavia, quæ 30 erant, ternas suas habebant contignationes †. [Alii locum sic reddunt,] *Fuerunt autem tres costæ, costa ad costam aliam continuata, idque ter*, Ti. [Ca. hæc cum versu præcedente jungit, locúmque sic reddit, *Et tabulata undique—quaternos lata cubitos, & ea trina alia aliis imposita, idque tricies*:] h.e. Triginta erant mansiones (ut ità dicam) trium contignationum: quæ cùm singulæ 4 occupent cubitos, & sit cellæ & penetralis longitudo 60 cubitorum, fit ut sint utrinque quindenæ, atque ità hanc longitudinem expleant: nam quindecies quatuor efficiunt 60 [l]. Vox פַּעַם alibi *vicem* significat, ut Gen. 18.32. & 33.3. Num. 20.11. Jos. 6.4 [k]; hîc autem pro mensura pedis ponitur [l]. De his cameris sive ædiculis dicta vide ad 1 Reg. 6. Notandum tamen hîc, quòd tres sibi suprapositæ cameræ spatium 33 pedum obtinuerint, h.e. 66 palmorum [m]. Al. *Latera*, i.e. anterides binæ, sibi invicem respondentes, à pariete domûs projiciebantur pedes 33 [n]. Verùm Ezechiel nusquam pedibus, sed cubitis semper, fabricam hanc metitur [o]. Alii accipiunt פְּעָמִים pro *vicibus*, ut scilicet fuerint 33 ædiculæ, 11 in pavimento, 11 intermediæ, & 11 supremæ [p]. Al. *Latera autem*, (i.e. Cubicula parva inter geminum parietem intercepta [q],) *latus ad latus*, (Quo significatur continuatio cubiculorum circa Templum [r]: q.d. cubiculum ad cubiculum, mutuò collateralia, mutuò subordinata, & mutuò versùs alterum latus opposita †:) *bis triginta tria*, Me. & La. ex Vulg. Ità ut unus cubiculorum ordo esset supra alium, ac 33 cubicula essent in una, h.e. inferiori, contignatione, vel tabulato, & totidem in superiori. Hunc esse sensum patet, 1. ex sequentibus, ubi dicitur quòd in hæc cubicula per cochleam ascendebatur; quòdque non in muro, sed in muri prominentiis, incumbebant, &c. 2. quia talia cubicula erant in Templo Salomonis. Hæc autem cubicula *latera* vocantur, quia lateralia erant Templo [t]. ¶ *Et erant*, &c. וּבָאוֹת בַּקִּיר וגו'] *Et venientes in pariete*, &c. Mo. *Et* (sub. *trabes earum*, M. vel, *capita trabium*, P.) *ingrediebantur* (vel, *Pertingebántque*, Pi. sim. JT. *Quæ prodibant*, Ca.) *in*, vel *ad*, *parietem*, &c. Ti. M. P. &c. videlicet ab opis aut columbariis alæ ad parietem usque Templi: medianæ quidem in cubitos quinque, tertianæ verò in cubitos sex; ut sequentibus exponitur *. Paries enim eorum erat geminus: internus qui communis erat eis cum Templo; & externus, qui proprius thalamis erat. Significat prominentias in pariete Templi, quas vulgari sermone *retractiones* vocamus, quibus incumbebant capita trabium: & tres erant, pro tribus tabulatis trium ordinum [v]. *Et erant eminentia quæ ingrederentur*, &c. Vulg. q.d. Cùm fabricaretur murus Templi, relictæ sunt in eo prominentiæ, (Chaldæo *projecturæ*, ex marmore [x],) quæ *canes* ab architectis vocantur, super quas transversæ trabes cellarum innitebantur; ità ut necesse non esset murum perforare, ut tabulatorum tigna illi immitterentur [y]. Vide dicta 1 Reg. 6.6 [z]. Quæ hîc *eminentiæ*, ibi *trabes*, vocantur; eminebant enim ex pariete ad sustentandas trabes [a]. ¶ *Ut*, &c. לִהְיוֹת אֲחוּזִים] *Ut essent firmæ*, M. vel, *prehensæ*, Ti. sim. Mo. *ut inniterentur ei*, P. Ad verb. *ut essent tenentia*, sub. *locum positum in pariete*: vel, *ut se tenerent*, aut *tenerentur*, sub. *in loco posito pro ipsis*, V. ex He. *Ut essent ipsa inter se continua*: ut apparet ex numero; explent enim totam longitudinem †. *Ut hærerent*, JT. Pi. videlicet muro alæ, sive pteromatis, cujus mentio est v. 10. Nam ab ea parte tigna & trabes ità erant inditæ in columbaria, ut nullam in partem dimoveri possent [b]. *Ut apprehenderent*, trabium capita [c]. *Ut capita trabium requiescerent super illud quod eminebat*, Ch. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִהְיוּ אֲחוּזִים וגו'] *Sed non hærebant parieti*, vel *in pariete, domûs*, JT. Pi. videlicet Templum versùs: ut 1 Reg. 6.6 [d]. Significat murum superiùs coarctari, ut podio relicto exteriùs trabes niterentur, neque murum fodere esset necesse *. *Nec ædis parietem attingerent*: Intercedebat enim vacuus locus †.


7. *Et*, &c. וְרָחֲבָה וְנָסְבָה וגו'] *Et dilatabatur* (sub. *thalamus*, P.) *& circuibat sursum sursum versùs*, P. sim. Mo. i.e. magis magísque in altum tendendo ad thalamos [f]. *Nam dilatabatur* (sub. *paries*, Pi. vel, *paries muri*, JT. videlicet Templi, qui per spatium primæ contignationis sex cubitorum erat; per spatium verò medianæ indè à solo quinque cubitorum erat, ut sexto muri cubito (velut denticulo) incumberet trabeatio; similitérque per spatium summæ contignationis quatuor demum cubitorum erat, (prout etiam dictum est ad 1 Reg. 6.6.) ad capiendas substructionis sive supremæ contignationis trabes [g].) *prout ambiebatur supernè undiquaque* (Heb. *supernè supernè*) *substructionibus illis*, Pi. vel, *in ambitum supernè* (Heb. *ut ambiebatur supernè supernè*, i.e. in contignationem quamque [h],) *pro substructionibus*, JT. i.e. substructionm trabibus suscipiendis; synecdoche. Sensus est, q.d. In muro contracturæ inditæ erant domui circumquaque extrinsecùs, quibus incumberet substructionum illarum trabeatio, ut 1 Reg. 6.6 [i]. *Sed spatium fiebat majus; sensim ascendendo ad cameras*, M. *Et quantò altiori loco erat costa circumdata, tantò erat spatiosior*, Ti. *Quantò autem tabulata erant altiora, tantò erant & latiora* (scilicet in meridiem & in Septentrionem: nam in ortum & occasum appendicibus crescere non poterant, cùm infimâ parte inter se contingerent:) *& majoris circuitûs*: Nam quò latius quidque est, eò latiorem habet & ambitum [k]. *Et dilatabat se* (h.e. Latera ibant dilatando se sursum [l]: tabulatum enim inferius 5 cubitorum erat latiudinis, medium verò 6 [m].) *& circuibat*, &c. Quâ voce significatur quòd per cochleam ascendebatur ad superiora [n]. *Et platea* (sic vocat latitudinem rotundam cochleæ [o],) *erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam*, Vulg. &c. i.e. Gradus seu scalæ attollebantur in altum per modum cochleæ, ut ex inferioribus cubiculis ascenderetur ad superiores [p]. ¶ *Et in*, &c. כִּי מוּסַב וגו'] *Quia circumdata domus desuper desuper circumcirca domui*, Mo. *Nam cochlea domûs* (i.e. ædificii, sive structuræ & appendicis,) *sursum sursum versùs* ascendebat *per circuitum domûs*, i.e. circumeundo parte internâ domûs ad omnia cubicula [r]. *Quæ* [nempe *substructiones*] *ambitum ipsius domus efficiebant supernè circumcirca domum*, JT. Heb. *ambitus domui* erant *supernè supernè*, Jun. *Quia circumdata erat domus supernè undiquaque* substructionibus *quasi circa domum undiquaque* erant. Pi. *Quia circumdata domus* (scil. cubiculis) *superiùs superiùs per gyrum*. Ea erat necessitas ascendendi †. *Et circumdabatur templum ipsum passim ascendendo sursum* cochleis *circumcirca templum ipsum in altum*, M. *Nam domus domui fuit circumdata quoquoversùs magìs magìsq; in altum tendendo*, Ti. *Quòd ædis ambitus quantò altior erat, tantò patebat latiùs*: h.e. Ædis murus ità contrahebatur intrinsecùs, ut, cùm in fundamento esset cubitorum sex, in fastigio esset quinque: quæ retractio faciebat ut ædes summâ parte esset tantò latior quantus erat tabulatorum processus. Esto enim *a* tabulatum, *b* murus, *c* locus vacuus, *d e* tabulati projecturæ, *f g* muri retractiones contra projecturas. Quantum est inter *b* & *i*, quæ fundamenta sunt, tantum est inter *d* & *f*, itémque inter *e* & *g*, quòd tantum foras recedit *g* ab *i* (quæ res facit latiorem ædem,) quantum procedit *e* ultra *b* ad perpendiculum: qui processus facit majorem ambitum tabulati. ¶ *Idcirco*, &c. עַל־כֵּן רֹחַב לַבַּיִת לְמַעְלָה וְכֵן הַתַּחְתּוֹנָה יַעֲלֶה עַל הָעֶלְיוֹנָה לַתִּיכוֹנָה] *Idcirco latitudo domûs* (vel. *domui*, Ti. Pi.) *superiùs*: Mo. (vel, *crescebat sursum*:

Margin notes (left): * Jun. † Idem. [l] Ca. [k] Cap. ex Vil. [l] Vil. ex K. [m] M. [n] Vil. [o] La. ex Mald. [p] M. [q] Me. sim. La. [r] Me. † T. [t] La. * Jun. [v] V. [x] T. [y] Me. ex La. sim. T. Cap. ex Vil. [z] Me. La. [a] La. † Ca. [b] Jun. [c] Mar.

Margin notes (right): [d] Jun. * Mar. † Ca. [f] V. [g] Jun. [h] Idem. [i] Idem. [k] Ca. [l] Vil. ex K. & RS. [m] Vil. ex K. [n] Cap. ex Vil. [o] Me. ex La. [p] T. sim. La. [r] V. † Mar.

sursum : P. sim. Ti. vel, erat *supernè* : JT. Pi. i.e. Latius in muro domûs exhibebatur spatium, ut latiores sursum versùs substructiones essent : quod deinceps exponitur hoc & sequente versu [t].) *& ità inferior* (sub. *thalamus*, V.) *ascendebat ad* (vel, *super*, Mo.) *superiorem per* (vel, *ad*, Mo.) *medium*, P. vel, *& ab inferiore* thalamo *ascendebat* qui volebat ascendere *ad superiores*, vel *supremum*, sub. *thalamum*, V. vel, *& sic aliquis ab infimo tabulato ascendebat ad supremum & ad medium*, Ti. vel, *atque ità infima ascensum ad summa habebant per media*. Hoc ex 1 Reg. 6. 8. patet, ubi dicuntur esse ab imis cochleæ quæ ad media tabulata ferant, à quibus fit ascensus ad summa [v]. Vel, *atque ita infimæ* latitudo *excrescebat* (Heb. *ascendebat*, Jun.) *in summa* sui parte *pro mediana*, JT. i.e. ut medianæ contignationis solum & spatium infimam contignationem cubito uno ad murum Templi admorso excederet [x]. Vel, *atque ità* latitudo *infimæ* substructionis *excrescebat usque ad summam per medianam*, Pi. [M. locum sic reddit, *Unde & latius spatium fiebat juxta templum ascendendo : & in hunc modum ab inferiori loco ascendebatur ad supremam* cameram *per mediam*.] *Idcirco latius erat templum* (h. e. cubicula inter costas laterales Templi [y]) *in superioribus*, &c. Vulg. Quia muri in inferiori parte crassiores; itaque quicquid ascendendo muri crassitiei detrahebatur, latitudini cubiculorum superiorum addebatur [z]. Rationem reddit cur potuerit esse cochlea gyrans extrinsecùs, seséque magis in superioribus dilatans, quia nempe domus erat latior superiùs [a]. Sensus, q. d. Ordo superior erat inferiore latior : nam trabium capita collocata erant in partibus muri extantibus ; sursum autem murus erat contractior ; & ob id latitudo erat sursum [b].

8. *Et vidi*, &c. וראיתי לבית גבה וגו׳ [*Et vidi domûs* (vel, *in templo*, M.) *altitudinem*, &c. Mo. P. *Altitudinem* vocat, vel, 1. summum Templi tabulatum, quod planum fuit [c] : vel, 2. loricam in ora istius tabulati, nè quis indè præceps decideret [d] : 3. suprema cubicula, quia hæc erant omnium altissima [*]. Exposita cubiculorum formâ, longitudine, latitudine ac tectis, reliquum erat ut de altitudine ageret. *Altitudinem* quandam se *vidisse* ait *in domo*, i. e. in interiori quodam ex illis cubiculis ; sive, quendam cubiculorum ordinem ingressus vidit *altitudinem*. Nec commentum nostrum est, cubicula hæc *domûs* nomine censeri ; sic enim mox vers. 9. *interiorem domum in lateribus domûs* ea vocat Propheta [f]. Al. *Similiter vidi ad domum* substructionem *supremam* (Heb. *altitudinis*, Jun.) *circumquaque*, JT. *Vidi igitur domui isti esse substructiones altas circumquaque*, Pi. q. d. Altitudo hæc universam domum circumdedit, quæ & à cubiculis circumdabatur [g]. ¶ *Fundata*, &c. מיסדות הצלעות מלו הקנה וגו׳ אצילה [*Fundamenta* (sub. *autem*, P. Pi. sim. Ti.) *costarum* (vel, *thalamorum*, P. sim. M. *substructionum*, JT. Pi. i.e. Solum summæ substructionis, auctum cubito uno quà incumbebat muro Templi [h] : pavimentum supremorum cubiculorum [i] : vel, retractiones illæ, quarum suprà meminimus, quæ parastadas fulciunt ac muniunt, quippe quæ earum inferiorem partem veluti bases quædam latiorem reddunt, atque adeò firmiorem [k] :) *pleno calamo* (vel, erant *plenitudinis calamo*, P. Hs. Latitudo fundamentorum parietis externi thalamorum erat unius calami mensorii integri, qui continebat 6 magnos cubitos [l]. Vel, *quæ implebant calamum*, M. vel, *totum calamum expleverunt crassitudine*, Ti. vel, erant *justi calami*, Pi. sic JT. i. e. tam longa & lata ac calamus ille mensorius, ut verba sequentia declarant [m].) *sex* (vel, hoc est, *sex*, M. sim. Ti.) *cubitorum* (Nec obstat quòd suprà calami longitudo esse dicitur 6 cubitorum cum palmo, sive quadrante cubiti : hîc enim historicorum more loquitur, qui numerorum partes, præsertim minimas, subticent [n].) *axillæ*, Mo. vel, *ad alam*, sive *axillam*, *usque*, JT. Pi. Ti. vel, *magnitudinis*, P. *in magnitudine*, M. אצילה & *cubitum* significat, & *magnum* [o]. [Ca. versum sic reddit, *Cúmque ædis altitudinem per circuitum spectarem, patebant tabulatorum fundamenta quanta est decempeda, videlicet senûm cubitorum spatium*.] h.e. Ab imo quidem tabulata erant 4 lata cubitos ; sed cùm eorum fastigium contemplarer, animadvertebam, si ab extimis appendicibus dimitteretur perpendiculum, & quod spatium esset inter infimum perpendiculum & infima tabulata tribueretur tabulatorum fundamento, id spatium esse utrinque unius cubiti : ità esse tabulatorum fundamenta senûm cubitorum. Esto enim *a b* tabulati fundamentum quatuor patens cubitos, *c d* fastigium sex cubitorum : si à *c* ad *e* lineam demittas, & à *d* ad *f*, & quod est inter *e* & *f* fundamento tribuas, (quippe quod ædificio subjaceat,) quantum est à *c* ad *d*, tantum erit ab *e* ad *f* : quoniam ab *e* ad *a* est unus cubitus, & à *b* ad *f* item unus ; qui illis quatuor adjuncti efficiunt sex.



9. *Et*, &c. רוחב הקיר וגו׳ [*Latitudo* (vel, *Crassitudo*, Ti. sub. *autem*, P. Ti.) *parietis qui* (sub. *erat*. P. JT. Pi.) *costæ* (vel, *thalamo*, P. vel, *substructioni*, JT. Pi.) *ad extra* (vel, *qui costas ambivit exteriùs*, Ti. vel, *quam habuit camera ad extra*, M.) *quinque cubitorum*, Mo. &c. sub. *erat*, JT. Pi. Lapideus paries qui costas & cubicula claudebat extrinsecùs latus erat, &c [q]. ¶ *Et erat*, &c. ואשר מנח בית צלעות אשר לבית [*Et quod derelictum* (sub. *erat*, V. vel, *Et interstitium*, vel *spatium derelictum*, P. V.) *domûs appendicum* (vel, *thalamorum*, P. sim. Mar.) *quod* (sub. *erat*, P. Mar.) *intrinsecùs*, Mo. P. subaud. *erat etiam quinque cubitorum* ; vel, *tantæ quantitatis erat quantæ erant reliquæ partes*, V. sim. Cap. ex Vil. Intelligi hoc potest vel de cubiculis, vel de pariete qui cubicula dividebat [r]. *Et locus relictus in loco tabulatorum intrinsecùs*, Ch. *Et spatium relictum ex retractione parietum domûs costis accessit*, Ti. *Et qualem habuit situm domuncula lateralis, talis erat juxta templum*, M. *Itémque area pura*, (quæ erat chors quædam libera ab omni ædificio inter substructiones de quibus antè egimus, & cellas de quibus v. seq. & deinceps : Heb. *quod concessum erat*, i. e. spatium purum & vacuum ante substructiones [†]. Al. Heb. *quod erat locus derelictionis*, i. e. spatium ab ædificatoribus derelictum. Supplementum autem hoc petitum est ex v. 11 [t].) *locus substructionum* (vel, *sub substructionibus* ; Heb. in *domo*, h. e. loco, *substructionum*. בית pro *loco* occurrit etiam 2 Sam. 15. 17. 1 Reg. 18. 32 [v].) *quæ* erant *domui*, JT. Pi. Sensus, Totidemque latus erat locus ille inter costas relictus, qui in cubicula deinde tributus secundùm longitudinem fuit. Disertis verbis cubicula definit, eorúmque usum ipsâ voce indicat. מנח enim (à נוח *reliquit, dimisit, deposuit, sivit in loco aliquo*,) significat, vel, 1. *locum relictum*, sive *sepositum*, sive *dimissum* : sic autem cubicula vocat, quòd ipsam videntur occupare parietis crassitudinem : vel, 2. *locum in quo aliquid reponitur & asservatur*. Significat ergò locum hunc & pro æstuariis fuisse, & ut in eo sacra vasa reponerentur [x]. [Ca. hunc versum cum sequente sic reddit & exponit ;] *Parietis autem qui erat extra tabulata* (h.e. parietis ædis) *crassitudo erat quinque cubitorum* ; scilicet, in fastigio : nam à solo erat sex cubitorum. Hinc apparet tabulatorum projecturam esse partim intrinsecùs : nam si rota esset extrinsecùs, cùm sit duorum cubitorum, plùs procederent projecturæ quàm recederet ædis paries. *Quod ædis spatium vocabat inter* (Hîc, sicut & Job. 8. 17. & Prov. 8. 2. legitur בית pro בין, ut & res & Græcus Interpres ostendunt.) *tabulata*, (*Spatium* autem *inter tabulata* est cella & sacrarium.) id ità habebat ut, v. 10. *cœnacula ædem undique circumstantia distarent inter se viginti cubitorum latitudine*. Quo spatio distant tabulata, scilicet meridiana à septentrionalibus. Intelligenda est autem hæc intercapedo ab imis tabulatis : nam summa minùs distant, propter appendicum procursum [y].

10. *Et inter*, &c. ובין הלשכות רוחב וגו׳ [*Inter cubicula verò* (sub. *& domum*, sive *templum*, V.) *erat latitudo*

t Jun. v Ca. x Jun. y Cap. ex Vil. sim T. z Mc. sim. T. ex L. a La. b V. c Bed. in Vil. d Cap. ex Vil. * La. sim. San. f Cap. ex Vil. g Idem. h Jun. i Mc. sim. La. k Cap. ex Vil. l V. m Pi. n Cap. ex Vil. o Mar.

q Cap. ex Vil. r Mar. † Jun. t Pi. v Idem. x Cap. ex Vil. y Ca.

tudo viginti cubitorum, &c. P. sim. M. *Inter* quas *& cellas* (Heb. *Et inter cellas*: eclipsis, ut 1 Par. c. 2. v. 7. & alibi passim [y].) *latitudo* intercedebat *viginti*, &c. JT. quorum 10 in peristylia occupati erant, & 10 in areas cubitorum quinûm, ut postea videbimus [z]. *Inter* illas *autem* & *cellas* erat *latitudo*, &c. Pi. Sensus, *Latitudo*, i. e. platea, erat 20 cubitorum inter gazophylacia atriorum, & prædicta cubicula Templo adhærentia [a]. Nam murus extimus versùs atrium erat 5 cubitorum; cubiculum 5 cubitorum; murus interior cubiculi etiam 5 cubitorum; denique, intervallum inter hunc cubiculi murum & murum Templi 5 cubitorum: simul 20 sunt cubiti [b]. Parietis memor cùm fuisset qui thalamos claudebat exteriùs, meminisse etiam oportebat spatii quod reliquum erat sub dio inter parietem hunc exteriorem domûs & vestibula seu postes porticuum, quibus superstructa erant gazophylacia habitationi atque aliis ministeriis accomodata [c].

11. *Et*, &c.] וּפֶתַח הַצֵּלָע לַמֻּנָּח] *Et* (vel, *Præterea*, Pi. Ti. *Autem*, JT. Pi.) *ostium* (vel, *ostia*, JT. Pi. Ca.) *appendicis* (vel, *thalami*, P. *cameræ*, M. *costarum*, Ti. *tabulatorum*, Ca. *substructionum*, JT. videlicet cujusque substructionis [d]; *substructionum* illarum, Pi.) *derelicto*, Mo. vel, *ad aream puram*, JT. spectabant *ad aream illam puram*, Pi. erat *juxta spatium vacuum*, M. erant *apud vacantem locum*, sive *in vacante loco*, qui erat inter tabulata & ædis parietem *: vel, erat quod vergebat *ad locum relictum* P. i.e. intervallum relictum ante thalamos ipsos [f]. *Et porta tabulati ad locum relictum*, Ch. *Et ostium cubiculi ad quietem*. Mihi videntur hîc designari duæ exedræ quæ erant ex utroque porticûs latere extremo, ubi quiescebant qui ad orandum venerunt [g] *Et ostium lateris* (i.e. ostia cubiculorum erant [h]) *ad orationem*, Vulg. Obversa erant ad locum hunc orationis quem diximus [i]: putà ad cubicula Templum ambientia, quæ erant loca ad orationem deputata [k]. Et prædictus locus, qui *derelictus* dicebatur, in varios usus deputatus erat; potissimùm ad orationem, animi requiem, & Dei munera suscipienda, deputabatur [l]. Tò מֻנָּח, quod *interiorem domum* verterat suprà Vulgatus, bis hoc eodem versu vertit, *ad orationem*. Atque hîc prolixè nugatur Vil. ut interpretationis hujus rationem reddat, sed frigidam & insulsam, cum simpliciùs dixisset, Hieron. pro מֻנָּח, legisse מִנְחָה, quæ vox Rabbinis passim significat *orationem vespertinam*; sive preces illas quotidianas quas Judæi solent in synagogis suis Deo fundere manè & vespere loco jugis sacrificii antiqui Lege constituti [m]. ¶ *Ostium unum*, &c.] Portæ hîc intelligi possunt, vel, 1. exteriores; per quas ab Atrio ingrediuntur in cubicula illa quæ sunt è lateribus vestibuli, è quibus deinde mox patet aditus ad orationis locum: vel potiùs, 2. interiores, quæ in costis aperiuntur, per quas à mutatoriis cubiculis ingrediebantur ad interiora cubicula, quæ & *locus* dicuntur *orationis*, & Hebraicè מֻנָּח [n]. Ostia septentrionalia vide in Litera L, meridionalia in litera M †, [in figuris antè positis.] *Ostia una* spectabant *Aquilonem versus*, JT. nimirum earum substructionum quæ sitæ ab Aquilone erant: at quæ ad meridiem erant, & quæ ad Occidentem, singulæ spectabant ad plagas suas ἀναλόγως [o]. ¶ *Et latitudinem loci*] Prædicti, sive cubiculorum [p]: tot enim [cubitis] distat ab interiore domûs pariete exterior costarum [q]. [Alii versum sic reddunt;] *Et portæ exedrarum ad reliquum portæ unius, quæ ad Aquilonem; & ostium unum ad Austrum: & latitudo luminis reliqui, cubitorum quinque latitudo in circuitu*, &c. *Ostium costæ derelictum* duplex erat; *unum*—*& latitudo ostii derelicti*, &c. Sy.

12. *Et ædificium quod erat separatum*] Quo intelligunt vel, 1. Templum *, cujus constructionem ostendit †; sic dictum, quia in eo separatum est Sanctum à Sancto sanctorum [r]: vel, 2. exedras circa Templum, sive locum orationis †; cellas, sive cubicula, quæ Templo adhærent [t]. ¶ וְהַבִּנְיָן אֲשֶׁר אֶל־פְּנֵי הַגִּזְרָה] *Ædificium verò quod erat coram solario*, P. vel, *ad faciem tabulati repositi*, Mo. *ante faciem loci intercisi*, M. *ante separatam exstructionem*, Ti. *ante tabulatum*, sub. *templi*. Redit enim ad dimensiones Templi, incipiens à superiore ipsius Templi parte. q. d. *Templum quà parte occidentem spectabat erat latum 70 cubitos* [v]. Vel, in *fronte consepti* collocatum. A meridie locus erat latus 20 cubitos, longus 90, nullo ædificio occupatus, qui hîc à *separando* nominatur, quòd esset à toto ædificii, h. e. Templi, corpore separatus [x]. גִּזְרָה significat locum ab aliis omnibus *abscissum*, *sejunctum*, *separatum* [y]. Vel, *ante resectum illud spatium*; Heb. *ad faciem segmenti illius*, Pi. vel, *ante septum*, JT. i.e. anterius segmentum, sic dictum, quòd velut particula esset resecta è suo atrio. Hic locus ut pleniùs possit intelligi, ità habendum est. Antehac ex universo ambitu (qui cubitorum 500 in partes omnes fuisse dicitur infrà 42. 16, &c. cubiti 350 in pronao, i. e. in primo ambitûs spatio, & in tribus atriis, occupati sunt, hoc modo. Templum cum suo vestibulo antrorsum, & cum suis structuris retrorsum, præcisè cubitos centum occupavit, ut dicitur versu sequente. Verùm anterior pars cubitos 50 seorsum habuit versùs partem anteriorem Templi, qui certo quodam muro à centum posterioribus cubitis fuerunt distincti. Itaque anterius septum, quod erat 50 cubitorum longitudine, à Propheta dictum est *Gizra*, i. e. *dissepimentum*, sive *segmentum*, quod nos *septum* facilitatis causâ reddidimus; posterius verò septum à Propheta nominatur *atrium exterius*, infrà 42. 1, &c. Atque hic murus est interjectus, septum ab atrio exteriore dividens, quem Propheta h. l. *structuram* [sive *ædificium*] vocat [z]. ¶ *Versùmque*, &c.] פְּאַת דֶּרֶךְ־הַיָּם] *Latere versùs occidentem*, JT. in *angulo viæ occidentis*, P. in *latere spectante ad mare*, scilicet Mediterraneum, quod Terræ sanctæ ad Occidentem erat [a]. ¶ *Latitudinis septuaginta cubitorum*] Ab N ad O, [in figuris præmissis:] nam vestibuli longitudo in ædificii latitudine ponitur *. Sub medium Templi dividebat illud spatium longum 150 cubitos per cubitorum 70 latitudinem. Nam portendebatur hæc structura à muro Templi (in quem cubitus unus erat inductus ab unaquaque parte) usque ad murum extimum atrii in utrumque latus illius per 35 cubitos: qui numerus conjunctus efficit 70 †. Latitudo hæc est, vel, 1. Templi, quæ sic colligitur. Sanctum sanctorum erat 20 cubitos latum: murus sex cubitorum infernè, qui duplex est; ità adde cub. 12: cubicula 4 cubitorum in utroque latere; ita sunt cubiti 40: murus cubiculorum forinsecùs erat latus 5 cubitos, unus ex uno, alter ex altero latere; sunt 50: spatium inter cubicula & murum, qui Sanctum sanctorum circuibat 5 utrinque habebat cubitos; sunt 60: murus Sanctum sanctorum ambiens 5 utrinque cubitos habebat; fiunt 70 [b]. Hos cubitos colliges, si 60 cubitis, quanta erat interiùs longitudo Templi, adjicias duos parietes, singulos 5 cubitorum *. Vel, 2. loci ad orationem [c]. Cùm enim de longitudine & latitudine tam Atrii quàm Templi diligenter egisset, de hujus quoque ædificii mensuris par erat agere [d]. *Latitudinem* hîc vocat extensionem ejus *, sive longitudinem [f], quæ scilicet Templi longitudini respondet [g]. Hanc verò loci latitudinem sic deduco: Sumo ex Templi longitudine 60 cubitos, ex muri (occidentalis [h]) crassitudine 6 [i], reliquos ex crassitudine laterum, sive pilarum [k]; vel, exedræ occidentalis 5, vel, si ad postem usque parastadis metiaris, 4: qui omnes complent numerum 70, Sensus est, q. d. Hic locus, à latere meridiano & aquilonari Templi exstructus, latus erat, h. e. extendebatur ab Oriente in Occidentem, 70 cubitos [l]. ¶ *Paries autem* (exterior scilicet hujus loci [m], qui domum undique cingebat [n],) —*quinque cubit.* &c.] Suprà v. 5. dixit *murum* fuisse *latum 6 cubitos*, quòd de parte inferiore intelligeret; hîc verò 5, quòd de parte superiore loquatur [o]. *Latus* erat, id est, spissus, sive densus, 5 cubitos. ¶ *Et longitudo ejus nonaginta cubitorum*] Nimirum in longitudinem areæ: alioqui, comprehenso muro quinûm cubitorum utrinque, atrium dicitur 100 cubitorum, paulò infrà [p]. Minor longitudo Templi latitudo vocatur, sed cubitorum 90. Ut hunc numerum efficias, adde exedras quinque cubitorum, & murum earum, parem deinde porticum latam pedes decem *. Intelligimus hoc de longitudine exedrarum circa Templum, exclusâ cellâ mutatoria, quæ est 10 cubitorum; qui si tollantur de centum cubitis longitudinis totius domûs, reliqui sunt 90 pro cellis [q]. Sed

[y] Jun. [z] Idem. [a] Me & La. ex Vil. sim. San. [b] T. [c] Vil. ex K & RS. [d] Jun. * Ca. [f] V. [g] Mar. [h] Me. et La. [i] Me. [k] La. [l] Cap. ex Vil. [m] Cap. [n] Cap. ex Vil. † Ca. [o] Jun. [p] Me & La. ex Vil. [q] La. ex Vil. * Ca. La. ex M d. † Ca. [r] La ex Mald. [t] Cap. ex Vil. [t] La. sim.

[v] V. [x] Ca. [y] Cap. ex Vil. [z] Jun. [a] Pi. * Ca. † Jun. [b] La. et Mald. * San. [c] Cap. ex Vil. sim. La. Me. San. [d] San. * Cap. ex Vil. [f] Cap. et Vil. sim. San. [g] Cap. ex Vil. [h] Idem. [i] San sim. Vil. [k] San. [l] Cap. ex Vil. [m] Idem. [n] La. ex Vil. [o] V. [p] Jun. * Mar. [q] RR. in Vil.

Sed non numeratur ab illis murus vestibuli Templi, qui est 5 cubitorum, qui si detrahantur longitudini illi 90 cubitorum, reliqui erunt tantùm 85, non verò 90, cubiti[r]. Longitudinem parietis, seu laterum, sumo ex eo quod ad 70 cubitos latitudinis accessit. Addo enim 70 cubitis 20 alios, quos habuisse diximus Templi latitudinem, quibus completur 90 numerus: neque enim tota laterum longitudo constat, donec illud quasi corollarium accedat quod utrique pilarum ordini, tam australi quàm aquilonari, commune est †. Alii in longitudine altitudinem intelligunt[t]: quod confirmat symmetriæ ratio[v]. Sed hæc symmetria valde mihi suspecta est; nec video unde hæc altitudo deduci possit. Nam Templum Salomonis (quo altius hoc non fuit) erat 30 tantùm cubitos altum, 1 Reg. 6. 2: nisi dicas Templum ab Ezechiele descriptum, & à Zorobabele constructum, 60 cubitos esse altum, ut permiserat Cyrus, Esdr. 6. 3. & supra Templum separatum ædificium 30 cubitis assurgat; quod unde constare possit, non video[x].

13. *Et mensus est*, &c. וּמָדַד אֶת־הַבַּיִת אֹרֶךְ מֵאָה אַמָּה וְהַגִּזְרָה וְהַבִּנְיָה וגו'] Locus difficilis[y]. Quas mensuras sigillatim & per partes fuerat exsecutus, nunc in unam summam colligit[z], ejúsque longitudinem ab Oriente in Occidentem centenario, h. e. perfecto, cubitorum numero definit. Nam ipsa domûs longitudo, & orationis locus, & parietes, omnia simul sumpta, longitudinem complent centum cubitorum[a]. [Versum sic reddunt;] *Deinde mensus est domum illam* (vel, *ipsam domum*, Pi.) *longitudine centum cubitorum*; JT. Pi. *id est, septum structurámque & parietes ejus longitudine centum cubitorum*, JT. vel, *nempe spatium illud resectum, & structura illa, & parietes ejus, longitudine centum cubitorum* erant, Pi. ו, *&*, pro *id est* sæpe ponitur; ut Gen. 28.3. —*benedicat tibi, &* (pro, *id est*,) *crescere faciat*, &c[b]. Exegesis est præcedentis dicti. Domum, inquit Propheta, quum nomino, intelligi volo spatium indè à porta ubi est vestibulum, Templum, & appendices ejus sive substructiones, cum area usque ad parietem ultimum, quo area Templi terminatur Occidentem versùs. Hujus autem parietis loco siti ab Occidente, erant cellæ Aquilonem & meridiem versùs[c]. *Mensus est & ipsam domum: longitudo erat centum cubitorum: solarium item* (vel, *& intercisio ipsa*, M. vel, *tabulatum item*, V.) *& ædificium* (quod scilicet erat coram tabulato[d]) *& parietes ejus longitudinis erant centum cubitorum*, P. sim. M. *Estque mensus domum ipsam longitudine centum cubitorum: separatam quoque exstructionem, & structuram, atque parietes, longitudine*, &c. Ti. *Itaque templi longitudinem centum cubitis dimensus est: item consepti & ædificii, unà cum ejus parietibus, longitudinem centum cubitis*, Ca. Quid si per longitudinem altitudinem potiùs ædificii intelligas cum cœnaculo quod erat supra Templum, laquearibus, & tecto? Ea autem longitudo Templi erat, quod separatum ædificium vocat, & parietum ejus. Aut dic peribolum circum Templum erectum eâ longitudine fuisse, tametsi in eo hoc Templum cum Salomonis Templo non conveniat. Quomodo versus sequens explicari potest de periboli pariete versùs Orientem patente cubitos centum: aut de atrio Levitarum, quod à fronte Sanctuarii erat *. Al. Non hîc loquitur de Templo, quod centum tantùm cubitos longum erat, nec de laterum, seu pilarum, dimensionibus, quia quidquid intra atrii ambitum est, infra centum cubitos sit necesse est; sed potiùs de intimo illo atrio, quod, sicut sacerdotale [atrium,] quoquoversus centenos habuisse cubitos jam antea didicimus. Sub ædificio separato comprehendit ædificia quæ in ipso interioris atrii ambitu excitata sunt: & ideo additur, *Et quod separatum erat ædificium*, &c. q. d. Atrium illud cum suis ædificiis à porticu muróque separatis, seu in quo separatum ædificium est, centum in longitudinem cubitis extenditur[f].

14. *Latitudo*, &c. וְרֹחַב פְּנֵי הַבַּיִת וגו'] *Et* (vel, *Similiter*, JT. Pi. *Itémque*, Ca.) *latitudo* (vel, *latitudinem*, Ti.) *facierum* (vel, *frontis*, Ca. *anterioris partis*, JT. Pi.) *domûs*, &c. Mo. &c. Hæc etiam de atrio accipienda de quo dictum v. præced. Ostenditur autem hîc unde petenda sit latitudo, nempe ab Austro ad Aquilonem; sicut ab Ortu ad Occasum atrii longitudo porrigitur. Ideo addit, *ante faciem domûs*, quia linea quæ longitudinem metitur ante, i. e. contra, faciem domûs Dei extenditur, i. e. contra vestibulum & portam quam fuisse in orientali Templi regione jam antè dictum est[g]. Al. *Latitudo* hîc ponitur pro *platea*, ut רוֹחַב utrumque significet[h]: [ut sensus sit,] Et platea quædam quæ jacebat ante faciem domûs, h. e. celeberrimi illius ædificii, quod *separatum* propterea dicitur, longa erat cubitos 100, lata verò 20 cubitos[i].

15. *Et mensus est longitudinem ædificii contra*, &c. הַבִּנְיָן אֶל־פְּנֵי הַגִּזְרָה אֲשֶׁר עַל אַחֲרֶיהָ וְאַתּוּקֶיהָא וגו'] *Ædificii* (vel, *structuræ*, JT. i. e. atrii, quod structura disparabatur à septo, ut diximus in versum 14[k].) *ad facies tabulati sepositi* (vel, *in conspectu intercisionis*. Per *intercisionem* intelligunt ædificia Templo non incorporata, sed tamen ad Sanctuarium pertinentia[l]. Vel, *ante separatam exstructionem*, Ti. vel, *quod erat contra solarium*, P. *in conspectu illius septi*, JT. *in anteriori parte spatii illius resecti*, Pi. *quod erat ante conseptum*, Ch.) *quod super posteriora ejus*, Mo. (vel, *in postico*, Ti. sim. Ch. *quæ erat à tergo ejus*, M. *&* ædificium *quod erat post ipsum*, P. sub. *solarium*, seu *tabulatum*, *ad occidentem*, V. *quæ* [nempe *structura*] erat *post illud*, JT. Pi.) *& angulos ejus*, Mo. Ch. (vel, *& thalamos*, P. vel, *atque mansiunculas ipsas*, M. vel, *& ethecarum ejus*, Ti. *& peristylia ejus*, JT. Pi. i. e. ambulationes columnatas ab aliis structuris sepositas, & Templum ab atrio dirimentes: nam Hebræa vox sonat habitationes avulsas & sepositas ab aliis[m].) *hinc & indè*, Mo. P. vel, *ex utraque parte*, Q. i. e. ad Septentrionem & meridiem[n]. Metitur hîc interioris atrii quadratam illam aream quæ Templum circumdat; vel potiùs, postes atque vestibula quibus atrium illud triplici ex parte, occidentali, meridionali & aquilonari, cingitur: vel, quod mallem, occidentales atrii pilas, quas vocat בִּנְיָן; sicut antè cubicula & parastades, nec non stylobatas & cancellos periboli exterioris, eâ voce indicaverat[o]. Sensus ergò est, mensum hîc esse porticuum ædificium dorso domûs objectum, h. e. occidentale, quod cubitos centum & longum & latum erat, omnium porticuum instar[p]. Vox אַתִּיקִים quater tantùm in S. S. reperitur[q]. Est vox Chald[r]. à נְתַק, *avellere, abrumpere*, &c. Targ. & K. exponunt, *angulos*; RS. *pilastros*; alii, *cubicula*. Villalpand. omnia ista conjungit simul, & exponit porticum, sustinentem cubicula, postibus (quos Hebræi *angulos* vocant) fultam; postibus, inquam, quibus adpactæ semicolumnæ à muri exstant perpendiculo quasi avulsæ, ut quibusdam placuit. Nobis verò, inquit ille, *avulsæ* porticus dicentur *ethecæ*, quia separatæ sunt atque avulsæ. Quæ vocis expositio perspicuum reddit loci sensum †. ¶ *Et templum*, &c.] q. d. Atque adeò Templum interius mensus est, &c[t]. [Alii verba sic reddunt;] *Comprehenso templo interiore* (i. e. eo spatio posterioris in Templo partis quod intra atrium hoc incurrebat per cubitos 45[v],) *& vestibulis atrii*, JT. quæ erant huic atrio, ut dictum est in atriis præcedentibus: ac propterea satis habuit Propheta unico verbo perstringere[x].

16. *Limina*] Ità P. JT. Vil. &c. Superius & inferius; sed & *postes*: nam vox סִפִּים utrumque significat, & utrumque hîc metitur Angelus, tum in ostiis, tum in atriorum vestibulis. *Limina* etiam hîc vocat laquearia cedrina quibus atrii porticus desuper contectæ sunt[y]. ¶ *Et fenestras obliquas*, הָאֲטֻמוֹת] *Clausas*, Ti. sic JT. Pi. *in arctam contractas*, M. *angustas* externè, P. Vide c. 40. v. 16. & 1 Reg. 6. 4. ubi plena est locutio[z]. Sed fenestras hîc intelligi nollem, 1. quia de iis mox aget in hoc versu: 2. quia eas incongruè commemoraret inter limina & ethecas, quæ non ad domum, sed ad porticus atriorum, pertinent. Accipio itaque de cancellis loricæ, (cujus meminit Jo. Antiq. 8. 2.) quâ totum interius atrium undique claudebatur, quam obliquis, non quadratis, fenestris sive cancellis perterebratam fuisse significat[a]. ¶ *Et*, &c. וְהָאַתִּיקִים סָבִיב לִשְׁלָשְׁתָּם] *Et angulos* (vel, *thalamos*, P. *mansiunculas*, M.) *circa* (vel, *per circuitum*, M.) *in tribus ipsis*, Mo. vel, *trium illorum*, M. *ad tres plagas ipsorum*, P. sub. *mundi spectantes*, Sept. merid. & Occid[b]. Nam ad Orientem,

[r] Cap. ex Vil.
† San.
[t] Q. in San. sim. La. Vil.
[v] Vil.
[x] San.
[y] San.
[z] Me & La. et Vil.
[a] Cap. ex Vil. sim. La. Me.
[b] Vil.
[c] Jun.
[d] V.
* Mar.
[f] San.
[g] San.
[h] L.
[i] Cap. ex Vil. sim. La. Me.
[k] Jun.
[l] M.
[m] Jun.
[n] V.
[o] Cap. ex Vil.
[p] Vil ex K.
[q] Vil.
[r] La.
† Cap.
[t] Cap. ex Vil. La. Me.
[v] Jun.
[x] Idem.
[y] Cap. ex Vil.
[z] V.
[a] Cap. ex Vil.
[b] V. sim. La. Me.

tem, quà in Sanctum sanctorum introitus erat, non poterant esse thalami, nec ethecæ, i. e. eorum porticus. Repetit hîc quæ dixit cap. præced. ut indicet Angelum ibi particulatim, hîc communiter, hæc mensum esse, &c[c]. *Et appendices in circuitu ternas*, Ch. *& ethecas per triplicem eorum ordinem*, Ti. *Et peristylia circumquaque erant tribus ipsis*, JT. Pi. i. e. septo, Templo, & atrio extimo; quæ singillatim persequitur Propheta vers. seq[d]. *Et additamenta quæ circum trinis illis inerant*; h. e. appendices cellarum, quas suprà ostendit in atriorum vestibulis[*]. ¶ *Contra*, &c. נֶגֶד הַסַּף שְׂחִיף עֵץ] *Contra limen* (vel, *postem*, P.) *opertum* (vel, *crustatum*, Ti.) *ligno*, Mo. Ti. vel, *ligneis* tabulis, P. sic M. *E regione liminum* (vel, *liminis cujusque*, JT. Pi.) *erant ligno obducta*; h. e. Additamenta illa spectabant limina exteriorum ostiorum, ut suprà demonstravimus[f]. Vel, *tectorium ligneum*, JT. Pi. sub. *erat*, Pi. *E regione postis operti ligno*; sing. pro. plur. q. d. Qui thalami erant è regione postium opertorum lignis. *Ex adverso liminis quod opertum erat tabulis cedrinis*, Ch. *Contra uniuscujusque limen*, (Significat ethecas sive postes atriorum postibus domûs ex adverso respondisse, non quidem temere, sed singulos singulis positu & latitudine pares, & singula limina sive tabulata [respondisse] singulis tabulatis.) *stratúmque ligno*, Vulg. Heb. שְׂחִיף, quod alibi non reperitur, & ab omnibus exponitur *opertum*. Rabbinis id verbum significat, *avellere*, *decorticare*; unde K. putat vocem esse desumptam; q. d. lignum decorticatum, & compositum seu aptatum, seu limen ligno stratum. Docet postes domûs vel parastades opertas fuisse tabulatis cubiculorum[g]. ¶ *Terra*, &c. וְהָאָרֶץ עַד־הַחַלֹּנוֹת] *Et terra* (vel, *& terram*, M. *& à terra*, sive *solo*, P. Ti. JT. Pi. sim. Vil. ex K. & Ch. &c.) *usque ad fenestras*, Mo. M. &c. Sensus est, Postes sive antæ domui adjacentes tabulatis operiebantur à terra usque ad fenestras domûs. Si Vulgatum sequimur, sensus est, *Terra autem*, h. e. solidus paries, erigitur *usque ad fenestras*, i. e. usque ad coronam 25 cub. altam, quæ exteriori Templi parieti terminus erat, æquè librata, & similis omnino coronis primi ordinis atriorum; super qua corona, non ampliùs surgente exteriori pariete, aperiebantur lumina domûs[h]. *Solo fenestris adæquato*. Fenestræ inferiorum cellarum, quæ erant in atriis, erant ità depressæ, ut earum infima pars æquè librata esset solo, h. e. non esset altior quàm solum[i]. ¶ *Et*, &c. וְהַחַלֹּנוֹת מְכֻסּוֹת] *Et* (vel, *Quæ*; conjunctio vice relativi[k];) *fenestræ* (sub. *erant*, P. M. &c.) *opertæ*, sive *obtectæ*, Mo. P. M. sic JT. Pi. vel, absconditæ tectis exedrarum, ità ut è solo atrii vix prospici potuerint: vel, fortè, contectæ aulæis, haud secùs quàm portæ Sanctuarii[l]. Alibi dicuntur *clausæ*, vel *obthuratæ*, non omnino, sed quibusdam cancellis qui aditum intercluderent, sed luci paterent ac visui[m]. *Fenestrísque tectis*, scilicet appendicum projecturâ, quæ, cùm uno cubito inferiores cellas excederent, tegebant infra se positas fenestras, h. e. ultra eas procedebant[n].

17. *Super*, &c. עַל־מֵעַל הַפֶּתַח] *Super* (vel, *Super desuper*, V. Mo.) *ostium*, Ti. Mo. *Usque ab ostiis*, Ca. *Usque* ad id quod erat *super ostium*, P. *Ad superiorem usque partem* (vel, *A superiore parte*, M.) *ostii*, JT. Pi. Hæc verba juxta Heb. Græc. & Chald. pertinent ad hunc versum; sed haud dissimili sensu Latina versio cum superioribus conjungit[o]. Indicat fenestras super ostia collocatas[p]. Sensus loci est, Fenestræ clausæ triplici operimento, cancellis, valvis & aulæis, aperiebantur super altitudine ostii orientalis, in domo exteriori[q]. ¶ *Et usque*, &c. וְעַד־הַבַּיִת הַפְּנִימִי וְלַחוּץ] *Et usque ad domum intimam*, sive *interiorem*, (vel, *ad ipsam domum intrinsecùs*, Pi.) *& foris*, M. Ti. sic P. Pi. vel, *extimámque*, JT. Fenestrarum situm & dispositionem hîc indicat. Erigebantur, inquit, super altitudine ostii orientalis domûs per parietes domûs exterioris usque ad murum interioris[r]. Aperiebantur fenestræ loco & modo jam dicto per parietes exterioris domûs usque ad parietem interioris: nam in interiori, putà in Sancto sanctorum, nullæ erant[†]. Significat ea cubicula tecta tabulis non solùm usque ad fenestras, sed usque ad superiora, & usque ad parietem Templi, interiùs, exteriùs[*]. ¶ *Per*, &c. וְאֶל־כָּל־הַקִּיר סָבִיב סָבִיב בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן מִדּוֹת] *Et* (vel, *Denique*, JT. Pi.) *in omni pariete circumcirca in interiori & in exteriori* (vel, *intrinsecùs & extrinsecùs*, Pi.) *mensuras*, Mo. vel, *convenientissimè*, JT. Pi. Heb. *mensuris*, Pi. *Et totum parietem per gyrum in interiore & exteriore* domo *mensuris* mensus est, P. *Et ad omnem parietem—mensuras* accepit, M. *Et super omnes parietes——juxta mensuram*, Ch. *Postremò, in omnibus——mensuræ* monstratæ sunt, Ti, *Per omnem parietem——ad mensuram*, Vulg. i. e. eleganter & affabre[v]. Ad mensuram eandem scilicet sitæ erant fenestræ & apertæ intrinsecùs & extrinsecùs[x]. [Ca. totum versum sic reddit, *Idque mensuris usque ab ostiis ad interiorem ædem, & foris, & ad omnem undique parietem, tum intrinsecùs, tum extrinsecùs, adhibitis*.] Hæc tota quam commemoro exstructio Templi facta ad mensuram est, ut docui[y]. Quòd hîc dicitur, *per omnem parietem in circuitu*, intellige, parietem meridianum & aquilonarem: nam de occidentali certum est non habuisse fenestras per quas aliqua pars domûs interioris posset videri; eæ enim cum domo exteriore confunderent interiorem, quam oportet esse sepositam. De pariete autem orientali idem planè crediderim, caruisse nimirum fenestris, tum quòd vestibulo obumbrarentur; tum verò maximè quòd nullam viderentur habere posse cum reliquis vestibuli partibus symmetriam[z]. Sed quòd occidentali parieti denegat fenestras, in eo contradicit Vil. & Ezechieli, qui dicit eas fuisse *per omnem parietem circumcirca*, & sibi ipsi, qui & in Templi vestigio & in posticæ partis orthographia fenestras aperuit; & facit id contra pulcherrimam ædificii symmetriam. Nec ulla causa est cur ibi non essent fenestræ. Si causa fit, quòd Sacrarium non fuit luce solari illustratum, quod ego non invitus concesserim, eadem de causa nullæ erunt à parte merid. & aquil. è regione Sanctuarii. Sed neque lux illa propterea [per fenestras illas] penetravit in Sacrarium: (quod studiosè cavet Vil.) hoc enim erat 20 tantùm cubitos altum; fenestræ autem non aperiebantur nisi ad 25 cubitorum altitudinem, h. e. 5 cubitos supra tabulatum planum, sive lacunar fornicatum, quo tectum erat Sacrarium. Lux ergò se minimè diffundebat per Sacrarium, sed tantùm per locum Sanctum, & per locum illum qui fuit inter Sacrarii tabulatum & supremum totius aulæ sanctæ lacunar interjectus, qui locus erat 20 cubitos altus: alioqui mansisset locus ille, qui ex aula sancta conspiciebatur, cæcus & obscurus, & totus ferme tenebrosus; quæ fuisset maxima in loco tam ad miraculum usque specioso deformitas. Sensus ergò versiculi hujus hic videtur esse, fenestras domûs Dei fuisse in eadem altitudine, seu æquè libratas, per omnem domûs parietem circumquaque, quibus lumen immittebatur in domum tum interiorem, (h. e. locum Sanctum, eámque partem supra Sacrarium,) tum exteriorem, h. e. Templi vestibulum, quod & ipsum fenestris illustrari debuit[a].

18. *Et*, &c. וְעָשׂוּי כְּרוּבִים וְתִמֹרִים] *Et factus cherubim & palmis*, Mo. *Cæterùm fabrefacti fuerunt cherubim & palmæ*, Ti. *Erátque fabrefactum* (vel, *Scalptum autem* erat tectorium istud, Pi.) *cherubinis & palmis*, JT. Pi. *Et* paries *erat factus* (i. e. ornatus[b]) *cum pictura cherubim & palmarum*, P. *Et efformatus erat* paries *in cherubim & palmas*, i.e. Cælabantur Cherubim, &c. in ipso pariete[c]. *Et factus est* paries pro figuratione *cherubim & palmarum*, M. Loquitur de parietibus, vel cubiculorum, vel potiùs Templi[d]. Propheta hîc & vers. 19, 20. totus est in explicando interiori Templi ornatu[*]. ¶ *Palma inter cherub*, &c.] q. d. Alternè sibi succedebant imago Cherub & palmæ[†]. ¶ *Duásque facies*, &c.] At 4 facies ei erant Ezec. 1. 6. Resp. Id erat in statua separata: hîc autem sculptura tantùm erat dimidiata, adeóque figuræ imperfectæ, nec nisi ex parte exstantes; unde necesse est ut multæ partes in plano parietis absorbeantur sive occultentur[f]. Duæ ergò reliquæ facies ibi abscondebantur[g]. Cùm enim aquilæ facies in editiori parte capitis exstaret, facile fuit illam in ejusmodi cælatura abditam remanere[h]. Deinde, ut leonis facies cerneretur, oportuit Cherubinum ex latere, sive obliquum, figurari; unde necessariò erat vituli facies obtegenda[i]. Al. Duas formas [recenset, quippe] quæ maximè eminebant[k].

19. *Faciem*, &c. וּפְנֵי וגו׳] *Et* (vel, *Nempe*, JT. Pi.) *facies*

c La. Me. d Jun. * Ca. f Idem. g Cap. ex Vil. h Cap. ex Vil. i Ca. k V. l Cap. ex Vil. m Vil. ex K. n Ca. o Cap. ex Vil. p Mar. q Cap. ex Vil. r Idem. † La. ex Vil. * Mar. v Mar. x Cap. ex Vil. y Ca. z Vil. a Cap. b Mar. c V. d Mar. * Cap. ex Vil. † La. f La. g Me. ex La. h La. i La. ex Alcas. k G.

facies hominis (sub. *versa erat*, P.) *ad palmam hinc, & facies leonis ad* aliam *palmam inde*, P. &c. Secùs quàm in Templo Salomonis [l]. Alæ autem, quæ *tertia* dicitur *facies*, utramque palmam ex æquo tangebant: vitulini pedes, quæ *quarta* dicitur *facies*, neutram palmam, sed ipsum pavimentum, contingebant [m]. ¶ *Per*, &c. אֶל־כָּל־הַבַּיִת] *Ad* (vel, *per*, M. Ti. *super*, Ch.) *omnem*, sive *totam, domum*, Mo. M. &c. *in tota*, &c. P. JT. &c.

20. *De terra* (i. e. De pavimento [n],) *usque ad superiora portæ*] Scilicet orientalis Templi, quæ erat præcipua, & alta 20 cubitos [o]. Sensus est, Quantum erigebatur portæ limen vel ostium, tantundem à terra parietes Templi & oraculi insculptis palmis ac Cherubinis exornabantur, hoc est, in altitudine 20 cubitorum [p]. ¶ *Cælatæ*, &c. עֲשׂוּיִם וְקִיר הַהֵיכָל] *Facta*: Mo. P. &c. *& parietem* (vel, *etiam* per *parietem*, Ti. *etiam* in *pariete*, JT. Pi.) *templi*, Mo. &c. Intellige de parte Templi secunda [q]. Vel, *&* sic in *pariete*, &c. P. vel, sicut in *pariete templi*; nimirum si loquatur de cubiculis, ut v. 18. est indicatum; erant scilicet Cherubini & palmæ [r]. [Ca. hæc cum præcedentibus sic reddit, *Factis, à solo usque ab ostio ad cellæ parietem, cherubis atque palmis*.]

21. *Limen*, &c. הַהֵיכָל מְזוּזַת רְבֻעָה] *Templi* (vel, *Templo*, JT. Pi. *Cellæ*, Ca. *Aulæ*, Ti.) *postis* (vel, *postes*, Pi. uterque *postis*, P. La. sub. *ostii*, P. *pagmentum*, Ti.) *quadratus*, Mo. V. JT. sim. M. Ca. &c. vel, *quadrangulus*, P. *quadratum*, Ti. sub. *erat*, JT. Ti. vel, *erant*, Pi. q. d. Porta Templi quadrata erat, non fornicata †, aut semicircularis [t]. ¶ *Et facies*, &c. וּפְנֵי הַקֹּדֶשׁ הַמַּרְאֶה כַּמַּרְאֶה] *Et facies sanctitatis aspectus sicut aspectus*, Mo. *Et parti interiori loci sancti hujus aspectus velut aspectus illius*, JT. *Quod verò attinet ad speciem sancti sanctorum, aspectus hujus erat velut aspectus illius*, Pi. *Simili & ejus & sacrarii frontis aspectu*, Ca. *Et facies sancti* sanctorum *habuit aspectum conformem aspectui* Templi, M. *Et species ei qualis sanctuarii, ut alterum alteri omnino responderet*, Ti. Sensus, Sancti sanctorum & Sancti facies, utpote quæ eandem spectabant cœli regionem, & eodem aspectu videri poterant, erant omnino similes dispositione, ornamentis, incrustaturâ [v]. In sola magnitudine erat disparitas [x]. Al. *Et facies domûs propitiatorii & aspectus ejus sicut aspectus gloriæ ejus*, Ch. RS. in La. quæ visa est juxta fluvium Chobar, Ezec. 1 [y].

22. *Altaris*; nempe incensi, sive thymiamatis [z]; הַמִּזְבֵּחַ] *Altare*, M. JT. &c. i. e. Tabulata ex quibus latera altaris confecta erant. καὶ ἀρχὴ ... †. *Ad altare quod attinet*, Pi. ¶ *Lignei*, עֵץ] *Ligneum* erat, M. JT. sim. Pi. &c. Aureis tamen laminis tegebatur [a]. ¶ *Trium cubitorum*, &c.] Instar Salomonici: nam Mosaicum minus erat, Exod. 30. 2 [b]. ¶ *Et*, &c. וּמִקְצוֹעוֹתָיו לוֹ] *Et anguli erant ei*, P. Ch. i. e. Habebat angulos suos & longitudinem suam, quæ computabantur cum illa mensura [c]. Ad verb. *Et anguli ejus ei*, Mo. Vil. *Habuitque angulos suos*, Ti. sic M. *cum angulis suis ad ipsum* pertinentibus, JT. vel, qui *ei* erant, Pi. ¶ *Et locutus est ad me*] Translatum scilicet in eam partem ubi erat mensa in qua panes ἐνώπιοι *. ¶ *Hæc est mensa*] Sententia gemina est [d]. 1. Hoc altare *mensa* dicitur, quippe cui sacer ignis & suffitus imponuntur *. Nomina *altaris* & *mensæ* inter se permutantur, Mal. 1. 7, 12 [f]. q. d. Hoc altare est quasi mensa, in qua thymiama, quasi grata Deo esca, offertur [g]. 2. Absolutâ altaris enarratione, Angelus, ad dexteram altaris conversus [h], ostendit mihi mensam panum propositionis, quæ erat in eodem Sancto [i], & dixit mihi, Hæc est mensa; &c [k]. ¶ *Coram Domino*] Non in Adyto, sive Oraculo, (ut vult Anonymus quidam, quò summum Sacerdotem bis quotidie ingressum asserit ad suffiendum, licèt semel tantùm quotannis cum sanguine eò ingressus fuerit, &c.) sed in loco sancto; ut patet tum ex Exod. 40. 22, 23. tum ex Jo. Antiq. 3. 7 [l].

23. *Et duo ostia*, &c.] Id est, geminæ fores [m], quibus unumquodque ostium claudebatur [n].

24. *Et in*, &c. וּשְׁתַּיִם דְּלָתוֹת לַדְּלָתוֹת שְׁתַּיִם מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת] *Et* (vel, *Item*, Pi.) *duæ*, vel *binæ*, *fores* (vel, *valvæ*, JT. Pi. sub. *erant*, Pi.) *foribus*, Mo. JT. (vel, *januis istis*, Pi.) *duæ*, vel *bina*, (vel, nempe *duæ*, Pi.) *plicatiles* (vel, *versatiles*, JT. Pi.) *valvæ*, Mo. &c. *Et duo ostia erant in ipsis januis; duæ enim invertebantur januæ*, M. *Item geminæ fores ipsis foribus, nempe valvatæ fores in utraque ala forium*, Ti. *Habebant binas valvas, easque bifores, utrâque valvâ binas fores versatiles habente*, Ca. *Et geminæ fores erant velut matres his ostiis: bina erant ostia versatilia*, Ch. *Et geminæ fores* in singulis *ostiis portæ* Templi & Sanctuarii, id est, *duo versatilia* (vel, *complicatilia*, V.) *ostia*, P. In singulis foribus rursus erant aliæ binæ plicatiles fores: Itaque in unoquoque ostio erant quatuor fores [o], minores [p], duæ ex una parte plicatiles, & totidem ex altera [q]. Ingens erat ostium Templi, 10 cubitos latum, & 20 altum, quod difficilè aperiebatur, &c [r]. Quare in alterutra valva erat ostiolum quoddam, quod & pessulis & seris continebatur †.

25. *Et*, &c. וַעֲשׂוּיָה אֲלֵיהֶן וגו'] *Et facta ad eas in foribus templi cherubim*, &c. Mo. *Sculptique* erant *in illis, in januis* scilicet *templi*, &c. Pi. sim. JT. *Factàque est super eas*, nempe *super januas templi*, sculptura *cherubim*, &c. M. *Factæ* (vel, *Cælatæ*, sive *Sculptæ*, V.) *item erant in ostiis templi* figuræ *cherubim*, &c. P. *Ità etiam fabrefacta fuerunt, in foribus aulæ*, &c. Ti. ¶ *Sicut in parietibus*, &c.] Sensus loci, q. d. Et in tympanis valvarum opere sculptoris eminebant figuræ Cherubim & palmarum, illis omnino similes quas in parietibus Templi expressas retulimus [t]. ¶ *Quamobrem &*, &c. וְעָב עֵץ] *Et trabs ligni*, Mo. sic Ch. P. M. Ti. sub. *erat*, M. &c. Trabs erat cedrina à pariete Templi ad parietem vestibuli trajecta, ad continendum utrumque parietem, ut in amplis ædificiis fieri solet [v]. *Etiam denso ligno*, JT. Ex quo scapi illius portæ tympanáque (ut vocant artifices) & cætera constabant †. *Itémque in denso ligno*, Pi. [Ca. hoc cum verbis seq. sic reddit,] *In fronte vestibuli erat extrinsecùs coassatio*, h. e. Erat vestibuli frons obducta ligno, ut suprà dictum est [x].

26. *Super qua*, &c. וְחַלּוֹנִים אֲטֻמוֹת וְתִמֹּרִים וגו'] *Et* (vel, *Præterea*, P. Ti. Sed *&*, M.) *fenestræ arctæ*, Mo. (vel, *clausæ*, Ti. *obtusæ*, M. *angustæ* extrinsecùs, P. ut Ezec. 40. 16.) *& palmæ*, &c. Mo. P. &c. Et fenestræ cancellis occlusæ super hujusmodi zophoris conspiciebantur, & capitella sculpta ad modum palmarum erant [y]. Al. *Item fenestris clausis etiam palmæ* erant, &c. Pi. sim. JT. ¶ *In humerulis* (vel, *in lateribus*, M. JT. Pi. La. &c. vel, *super latera* portæ, P.) *vestibuli*] Sic Ti. In parastadis angularibus ex utraque parte vestibuli [z]. ¶ *Secundùm*, &c. וְצַלְעוֹת הַבַּיִת וְהָעֻבִּים] *Et costæ*, vel *latera*, (vel, *laquearia*. Intelligit ordinem quendam lignorum quibus superponuntur capita trabium, nè immittantur parietibus [a].) *domûs, & trabes*, Mo. V. vel, *tigna*, P. Intelligit capita trabium excurrentia & exstantia extra murum: *lacunaria*, vel *prominentiæ* [b]. Al. *unà cum* (vel, *& in*, Ti.) *costis domûs, &* (vel, *& in*, Ti.) *trabibus*, M. Ti. *&* (vel, *item*, Pi.) *substructionibus domûs, densísque trabibus*, JT. Pi. *& tabulæ & coassatio* per Templum, Ca. *& tabulata domûs, & superliminaria*, Ch. עֻבִּים est plurale vocis עָב, quæ *trabem* sign [c].

CAP. XLII.

1. **E**T *eduxit me in atrium exterius*] Id est, atrium, vel, 1. laicorum, sive Israelitarum [a]: vel, 2. sacerdotum [b]; quod tamen sæpius *interius* nominatur [c]: vel, 3. fœminarum, quod exterius erat respectu atrii virorum [d]; quanquam alii contrarium sentiant *: vel, 4. atrium illud in quo Templum situm erat, & ædificium separatum [f]. ¶ *Per*, &c. הַדֶּרֶךְ וגו'] *Viam, viam* (*per viam quæ est*, M. per *viam, viam, inquam*, M.) *Aquilonis*, Mo. P. vel, *versùs Aquilonem*, M. simil. JT. Pi. ¶ *In gazophylacium*] Id est, vel, 1. ad unum ex gazophylaciis: vel, 2. ad locum [g], seriem sive ordinem [h], gazophylaciorum omnium [i], nempe quæ in Aquilone domûs sita sunt [k]. *In gazophylacium*, pro, in gazophylacia [l]. ¶ *Contra separatum ædificium*, נֶגֶד הַגִּזְרָה] *E regione solarii*, P. vel, *tabulati*, V. de quo vide ad Ezec. 41. 12, &c [m]. *Contra conseptum*. *Conseptum* hoc intelligo duas loci partes quæ ad Septentrionem intra Templi murum ad dextram sinistrámque vestibuli vacabant, ubi est litera β in Templi area [n].

Mmm ¶ Et

Marginal notes (left): l Mar. — m Cap. ex Vil. — n Me. — o Idem. — p La. ex Vil. — q V. — r Mar. — † Me. & La. ex Vil. — t T. — v Me. sim. La. & T. ex Vil. — x T. — y T. et La. Me. Pi. — † Jun. — a La. — b Vil. — c V. — * G. — d Vil. — * Vil. ex Hi. sim. Me. — f Vil. — g Me. — h Cap. ex Vil. — i Me. sim. Jun. — k Cap. ex Vil. — l Vil. — m Me. et La. — n Cap. ex Vil. sim. La. Me. T.

Marginal notes (right): o Me. & La. ex Vil. & Mald. — p T. — q La. Me. &c. — r Cap. ex Vil. — † Vil. sim. San. — t Cap. ex Vil. — v He. in La. — † Jun. — x Ca. — y Cap. ex Vil. — z Cap. ex Vil. sim. La. — a V. — b Idem. — c Cap. ex Vil. — a T. Me. ex La. — b Mald. in San. — c San. — d Q. in La. — * La. — f San. — g Vil. ex RS. — h Me. T. — i Me. & T. — k Cap. ex Vil. — l Mar. sim. San. — m La. V. &c. — n Ca.

¶ *Et contra ædem*] Id est, Templum †. *E regione structuræ*, JT. Pi. id est, muri interjecti, septum ab atrio exteriore dividentis. Hactenus delineato ipso Templo, & membris ad illud pertinentibus, nunc demum figurat Propheta atrium ultimum, quod posteriorem Templi partem circumplectebatur, & septum illius terminabat, (ut superiori capite diximus,) usque ad versum 13; deinde jus utriusque loci explicat, duobus versibus; ac postremò ambitum totum circumscribit, ad finem usque [o]. Porrò, locus hic [i.e. hoc caput, vel pars magna ejus,] est valde confusus & multò impeditissimus, in quo, quæ c.40. breviter de cœnaculis atriorum dixerat, ea repetit, & cœnaculorum situm & rationem pluribus explicat. Memineris autem eandem esse omnium atriorum descriptionem: sed hîc interiora describi, quoniam exteriorum in cap.40. facta mentio est. Itaque atrii, quam posuimus illic, figura est huc adhibenda, & *orienti* & *septentrioni* & *occidenti* & *Austro* accommodanda [p]. Ait hujus porticûs exedras aquilonares spectâsse domum ipsam, & thalamos qui domui adhærebant ex latere aquilonari [q].

2. *In facie*, &c. אֶל־פְּנֵי אֹרֶךְ וגו׳] *Ante longitudinem*, &c. P. Ti. *Ad* (vel, *Ante*, V.) *faciem longitudinis*, &c. M. Pi. q. d. Porta illa aquilonaris respiciebat longitudinem, sive respondebat lateri longitudinis [r]. Loquitur de porticu cui gazophylacia erant imposita, quæ, inquit, centum cubitos longa erat †. *In conspectum longitudinis*, &c. JT. i. e. Quo ex cellarum loco patebat oculis meis aspectus, tum in longitudinem atrii, quæ erat cubitorum centum, tum in latitudinem Templi cum membris ipsius, quæ erat cubitorum 50, & longè procurrens intra hoc atrium denos cubitos utrique parti atrii relinquebat toto spatio suo [s]. Contra eum locum patebat atrium interius *in longitudinem* 100 *cubit. in latitudinem* 50, quoniam reliqua 50 erant occupata constructione portæ [v]. *Latitudinem* intervalli hic intelligit quod erat à porta ista usque ad ædificium [x].

3. *Contra*, &c. נֶגֶד הָעֶשְׂרִים וגו׳] *E regione viginti* (sub. *cubitorum*, M. P. Ti. sic JT. Pi. & sub. *illorum*, P. Ti. de quibus vide ad Ezec. 41 [y].) *qui* erant *in atrio interiori*, P. &c. *Atrio*, i. e. septo, per periphrasin *. i. e. Castellum, vel quadrata porticus, de qua sequitur hoc eodem capite, ex qua aditus patebat & in ambulacrum & in exedras prædictas, respiciebat ex altero latere plateam viginti cubitorum, quæ erat inter vestibulum & atrium sacerdotum [z], & quæ totam undique domum cingebat [a]. Cœnacula erant in interiore atrio, inter spatium *viginti cubitorum* ipsius *interioris atrii*, RS. (fingamus enim hanc figuram esse interioris atrii quæ antè fuit exterioris, ut omnia in eadem figura appareant; quoniam est eadem omnium atriorum ratio:) *& pavimentum* [quod sequitur] *exterioris atrii*; in quo pavimento erant cœnacula, scilicet 30, ut cap.40. dictum est, quæ signantur literis T & γ [b]. ¶ *Et*, &c. וְנֶגֶד הָרִצְפָה וגו׳] *Et è regione pavimenti*, &c. P. JT. Pi. i. e. areæ pavimentatæ [c]. ¶ *Ubi erat*, &c. אַתִּיק אֶל־פְּנֵי־אַתִּיק בַּשְּׁלִשִׁים] *Cubiculum* (vel, *peristylium*, JT. Pi. *etheca*, Ti. *mansiuncula*, M. sub. *erat*, JT. Pi.) *contra faciem* (vel, *è regione*, JT. Pi.) *cubiculi*, P. &c. (ut in Ezec. 41 [d].) *triplici ordine*, P. sic M. JT. Pi. vel, *per tria* tabulata, Ti. ad verb. *in triplicibus*, i. e. juxta triplicem ordinem; q. d. triplicem ordinem cellularum habentes in altum ascendentem. Sing. hîc pro plur. *Cubicula erant è regione cubiculorum*; i. e. utrinque erant cubicula, sive cellulæ. Meminit duorum ordinum cellarum qui erant inter atrium mulierum & virorum, mutuò sese respicientium *. Potest hic versus vel de castello quadrato, vel de porticu oblonga occidentali, exponi; aut verò etiam de utroque. Si de castello accipias, patet ex vestigio illud esse in medio trium porticuum, occidentalis, aquilonaris, & meridianæ [f]: (legendum, orientalis [g]:) si de porticu occidentali, explicatur locus ex Hebræo, *cubiculum contra cubiculum in trinis*, vel *per tria*, scil. tabulata, vel ordines cubiculorum. Nam verum est, in singulis porticibus triplicem in altum contignationem fuisse, porticusve ternas per latum in singulis contignationibus: quarum media pervia erat ambulatio; binæ laterales parietibus clausæ exedris tribuebantur [h]. Quæ omnia magis explicantur ex eo quod sequitur [i]. *Quæ quidem cœnacula processus habebant altera alterorum processibus opposita. Processus* vocat eas cœnaculorum partes quæ alias excedebant; quæ partes *altera alteris*, h. e. dextræ sinistris, in utroque portæ latere respondent [k].

[Margin: † Ca. / o Jun. / p Ca. / q Cap. ex Vil. / r V. / † Mar. sim. Cap. ex Vil. / s Jun. / v Ca. / x V. / y Jun. Pi. / * Jun. / z La. & Me. ex Vil. / a La. Me. / b Ca. / c Jun. / d Idem. / * V. / f Vil. / g Cap. / h Cap. ex Vil. / i Vil. / k Ca.]

4. *Ante gazophylacia*, הַלְּשָׁכוֹת] *Cubicula*, quæ prius לִשְׁכוֹת: nam אַתִּיקִים generale est ad לִשְׁכוֹת & צְלָעוֹת *thalamos* [l]. ¶ *Deambulatio*; ità Ti. Ca. [מַהֲלַךְ] *Deambulatorium*, Ch. M. P. Mo. simil. JT. sub. *erat*, P. Ch. erant *ambulacra*, Pi. In peristylio, scil. cujus modò meminerat [m]. *Iter*, i.e. intervallum [n]. ¶ *Ad*, &c. אֶל הַפְּנִימִית וגו׳] *Introrsum, viâ cubiti unius*, JT. Pi. i.e. In quod ambulacrum aditus patebat ex atrio portulis angustis, ut singuli tantùm per eas intrare possent [o]. *Ad interiora: viâ*, &c. P. *Versus interiora*, sub. *cubicula, pergendo*, (*Interiora cubicula* vocat quæ proxima erant atrio virorum, quod dicebatur *atrium interius*.) *viâ*, vel *per viam*, i. e. viâ rectâ, quæ fieri ac designari solet lineâ perpendiculari, h. e. viâ brevissimâ, non excedendo scilicet *unum cubitum*, quæ utrinque facit angulos rectos [p]. *Tendens ad interius atrium*, ab E ad F, *& viâ unius cubiti*, scil. latitudinis, Z [q]. Sensus loci, Deambulatio lata erat decem cubitis ad parietem; sed ultrà utrinque adhuc habebat viam, & spatium unius cubiti [r]. *Ad interiora respiciens*, scilicet ambulacrum per quod in interiora cubicula ingrediebantur, *viâ*, &c. Per *viam*, loricam intelligo †. ¶ *Et ostia* (vel, *aperturæ*, P.) *eorum* (videlicet ambulacrorum [t], quibus adirentur ab exteriore atrio, ab Y ad E: quæ quàm lata forent non addit: videntur fuisse trium cubitorum, quoniam tanta sunt ostia vestibuli ædis [v].) *ad Aquilonem*] Sub. *spectabant*, Pi. Erant ex adverso cellarum aquilonarium [x]. Al. *Ostia eorum*, &c. Intellige cubiculorum quæ erant in altero latere prædictæ porticûs proximæ atrio interiori; nam alia cubicula his opposita versùs atrium exterius habebant ostium ad meridiem, quorum omnium cubiculorum ostia interiùs respiciebant ad ambulationem mediam [y]. [Ti. hunc versum sic reddit, *Porrò, ante cellas deambulatio fuit latitudine versùs interiorem domum decem cubitorum, ambitus verò unius cubiti* latitudine, &c.]

5. *Ubi*, &c. וְהַלְּשָׁכוֹת הָעֶלְיוֹנוֹת קְצֻרוֹת] *Cubicula autem illa superiora erant arctiora*, P. sim. M. Ti. JT. Pi. &c. sub. *aliis*, P. vel, *brevia*, Mo. *strictiora*, Ch. Humiliora erant quàm inferiora [z]; ut in omni bene constituto ædificio fit, & ab antiquis ædificatoribus perpetuò observatum, qui superiores columnationes contractiores & humiliores effecerunt, nè columnæ inferiores nimiùm gravarentur [a]. Sic arbor, quò altiùs crescit, eò fit gracilior semper [b]. ¶ *Quia*, &c. כִּי יוֹכְלוּ אַתִּיקִים מֵהֵנָּה מֵהַתַּחְתֹּנוֹת וּמֵהַתִּיכֹנוֹת בִּנְיָן] [Pro יוֹכְלוּ, quod in textu est, habetur in margine יֹאכְלוּ. Hinc locum variè reddunt.] *Quia capiebant angulos* (vel, *postes*, Vil.) *ex ipsis* (vel, *præ ipsis*, Vil.) *ex inferioribus & ex mediis ædificii*, Mo. Vil. *Quia absumebant cubicula magis quàm ista*, hoc est, *quàm inferiora & media ædificio*, P. *Nam mansiunculæ detrahebant nonnihil ab istis*, nempe *ab inferioribus & à mediis* habitaculis *ædificii*. Clariùs ut nos vertimus, propter verbum *absumebant*. Et *ædificium* vocat murum ædificii. Istud autem intelligi debet secundùm partem exteriorem ædificii: nam parte internâ erat ædificatum ipsum ædificium ad perpendiculum. Erant ergò parte interiore æqualis capacitatis. Solet autem murus ædificiorum parte exteriore densior esse ac crassior parte infimâ quàm superiore, aut supremâ [c]. *Alioquin non sustentatæ fuissent mansiunculæ ab istis, nempe ab inferioribus & à mediis* habitaculis *ædificii*, M. *Nam ethecæ decerpserunt infimis & mediis tabulatis ædificii*, Ti. *Quia comedebant cubicula ex ipsis, ex infimis & mediis: comedebant*, i. e. retrahebantur; minora erant superiora [d]. *Quia superabant* (vel, *superare debuerant*, JT.) *peristylia illas*, Pi. JT. (Heb. *Quia poterant*, seu *valebant, præ illis*, prævalebant illis *. i. e. Quia hoc postulabat Templi dignitas & decor, ut circumstantes atrii cellæ aut structuræ aliæ non haberent prospectum in Templum aut membra ipsius; ideo effectum erat, tum ut peristyliorum ambulatio superaret cellas altitudine, tum ut cellarum tertia contignatio inclinante tecto bona ex parte consumeretur [f].) *ex imis & medi-*

anis

[Margin: i Vil. / k Ca. / l V. / m Jun. / n V. / o Jun. / p V. / q Ca. / r Me. ex La. & Vil. / † Mar. / t Jun. Pi. / v Ca. / x Jun. / y Cap. ex Vil. / z La. & Me. ex Vil. / a Cap. ex Vil. / b La. / c V. / d Mar. / * Pi. / f Jun.]

anis (nempe cellis [s]) *ædificium erat*, Pi. JT. i. e. commoda ædificiorum habitatio: nam tertia stega sive contignatio erat ad habitandum inepta [b]. *Quia intercipiebant ex eis prominentias, ab inferioribus & à mediis ædificii*, Ch. *Quia supportabant*, &c. Vulg. i.e. Quia columnæ medianæ, quas fulciebant ipsæ porticus infimæ, eminebant ex ipsis, & contractiores surgebant quàm postes inferiores, & supremæ columnæ adhuc exiliores attollebantur quàm mediæ [t]. [Ca. versum sic reddit,] *Erant autem suprema cœnacula contractiora*, (Hoc quid sit continuò declarat.) *quippe quæ excederentur à processibus infimorum & mediorum structuræ cœnaculorum*. Infima cœnacula erant latiora, media angustiora, & suprema item mediis angustiora [k]. Hæc commata & duo sequentia sunt difficilis interpretationis [l]. Potest aliquid esse corruptum in lectione. Sed vide Villalpand[m].

6. *Tristega*, &c. [כִּי מְשֻׁלָּשׁוֹת הֵנָּה] *Quia tertiata ipsa*, Mo. *Nam tristegæ* (vel, *tertianæ*; Hebr. *tertiatæ*, i. e. tertio loco positæ: synecdoche generis. JT. reddiderunt *tristegas*, referentes ad cellas integras ex tribus contignationibus constantes: sed vocem istam referendam esse ad cellarum illarum contignationes summas evincitur ex eo, quòd mox comparantur cum imis & medianis [n].) quidem *erant*, JT. Pi. sim. Ti. *Triplicatæ enim illæ* [nempe *mansiunculæ*] fuerunt, M. *Tristega*, i.e. Tria quasi tabulata erant per triplicem columnarum ordinem: sive, Tres erant contignationes, trabeationes & columnationes, ex triplici columnarum serie, una alteri supposita [o]. Triplicem columnarum ordinem in atriis fuisse infrà ostendemus [p]. *Quia triplici* ordine ædificata erant [*cubicula*,] P. ¶ Et, &c. [וְאֵין וגו׳] *Et non eis* (vel, *Nec erant eis*, M. *Sed non* erant *eis*, JT. Pi. nempe superioribus cœnaculis *,) *columnæ, sicut columnæ atriorum*, Mo. sim. JT. &c. i.e. ambulacrorum quæ in peristylio erant, i. e. trabes arrectariæ, sive columnæ earum loco, quibus tectum altius incumberet; sed incumbebat solo ipsi contignationis tertiæ [q]. Duo nobis indicat hic textus. 1. Columnas illas quas statuimus in mediis porticibus inferioribus, quásque ex frontium symmetria & responsione hactenus confirmavimus, his Prophetæ verbis confirmari. 2. Hujusmodi columnas in superioribus cœnaculis minimè fuisse, quippe cùm totum superius pavimentum in cœnacula & ambulationes distribuatur, pilæ & quadratæ sunt & interjectis cubiculorum parietibus connectuntur, ut *columnæ* minimè dici posse videantur [r]. Tres erant contignationes; sed tertia, seu suprema, contignatio *non habebat columnas* tam altas & tam latas quàm secunda †. ¶ *Propterea*, &c. [עַל־כֵּן נֶאֱצַל מֵהַתַּחְתֹּנוֹת וגו׳ מֵהָאָרֶץ] *Propterea separatum est ab inferioribus & à mediis à terra*, Mo. *Propterea angustiora erant inferioribus & mediis à terra*, P. Ad verb. *Propterea retractus erat*, vel *arctatus & constrictus*, sub. *locus supremorum cubiculorum*, &c. i. e. arctior erat loco imorum & mediorum, vergendo ad terram, sive respectu terræ. Nos vocamus *Retraictes* [t]. *Et ob id in arctum assurgebat ab inferioribus*, &c. M. *Ideirco contractius erat* ædificium *præ imis & medianis* contignationibus *indè à solo ipso*, JT. *Idcirco contractiores* erant *quàm ima & mediana indè à solo*, Pi. *Ea propter detractum est infimis & mediis tabulatis à solo*, Ti. *Propterea decisum est* supremis *præ inferioribus & mediis à terra*: q. d. Necesse fuit cubicula superiora esse humiliora inferioribus, quia columnæ eorum vel pilæ erant contractiores quàm inferiores columnæ; atque ideo sicut detractum est aliquid de crassitie columnarum inferiorum superioribus, sic necesse fuit detrahi aliquid de altitudine in secundo ordine & tertio [v]. Itaque superiori versu de contractione crassitudinis monuit nos Vates, hoc verò de imminuta altitudine; ut eadem proportionis ratio servaretur [x]. [Ca. totum versum sic accipit,] *Erant enim trinarum contignationum, neque columnas habebant, ut esse solent atriorum columnæ*: (Nam ubi in atriis super columnas exstruuntur cœnacula, ea ad lineam exstruuntur, ut suo fundamento, h.e. columnis, innitantur:) *itaque suprema à solo recedebant infrà quàm media atque infima*; h. e. erant contractiora & remotiora à terra quæ erant ante cœnacula quàm inferiora, ad perpendiculum; hoc pacto: Esto solum *a b*, cœnaculorum frontes *c d e*; si ab *e* lineam demittas ad *f*, fiet ut linea *e f* (quæ recta ratio est supremi cœnaculi) sit remotior ab *a b* quàm linea *d g*, aut *c h*. Hæc est cœnaculorum ratio, contraria & vestibulorum cellis, & ædis cellæ tabulatis [y].

e d c f g h a b

7. *Et*, &c. [וְגָדֵר אֲשֶׁר לַחוּץ לְעֻמַּת וגו׳ אָרְכּוֹ וגו׳] *Et maceria* (vel, *Et murus*, P. *Et peribolus*, M. *Porrò, septum fuit*, Ti. *Quod verò attinet ad maceriam*, Pi.) *quæ* (vel, *qui* erat, P.) *forinsecùs contra* (vel, *juxta*, Ti.) *cubicula, viâ* (vel, ad *viam*, P. per *viam*, M.) *atrii exterioris* (vel, *versùs atrium*, &c. JT. Pi.) *ad facies* (vel, *è regione*, P.) *cubiculorum, longitudo ejus* (vel, *longitudinis* erat, P. *longitudo ejus* erat, Pi.) 50 *cubitorum*, Mo. &c. *Maceriæ*, quæ scil. circumcludebat peristylium [z]. *Peribolus* vocatur murus, vel septum: q. d. Murus orientalis hujus ædificii longus erat 50 cubitis, sicut & ipsa gazophylacia longa erant 50 cubitis [a]. Peribolus hic sive paries tam longus erat quantum frontes reliquarum porticuum atrii exterioris: &, nè ignotum per ignotius explicet, subdit v. 8. *Quia longitudo erat*, &c [b]. *Quod septum autem foràs erat* (h. e. extra cœnacula) *secundùm cœnacula*, (scilicet in longitudinem, *versùs exterius atrium* (versùs Y) *in fronte cœnaculorum, id erat longitudine cubitorum* 50, R *e*, utrobique: tantum enim procedebat extra portam quanta erat muri ad exterius atrium crassitudo. Hujus septi crassitudinem non tradit; sed ea colligenda est ex tota descriptione, sicut & cœnaculorum latitudo. Igitur cap. 40. 17. tradit, in *exteriore atrio* orientali, item septentrionali, *esse cœnacula, & pavimentum factum per atrii circuitum, quæ cœnacula ad pavimentum essent triginta, idque pavimentum esse à latere portarum, secundùm ipsarum longitudinem*. Et paulò pòst, de meridiana porta loquens, dicit, *ei circumjectas accessiones in longitudinem* 50 *cubitorum, in latitudine quinque*; *accessiones* vocans cœnacula: quod idem in omnibus atriis intelligi debet. Si sunt igitur cœnacula triginta, eáque, secundùm portæ longitudinem, longa 50 cubitos, necesse est ea in quatuor versus esse digesta, utrinque binos; nam duobus versibus longius occuparent spatium: deinde, superesset in atrio locus qui Vatis descriptione non occuparetur. Sed cùm in binos ordines digerantur, fit ut sit impar numerus. Itaque cùm quindecim ad latus unum ponantur, necesse est in uno ordine esse octo, in altero septem: nec enim unum in duos ordines dividi potest. Ut autem unus ordo sit longus 50 cubitos, (nam hæc longitudo tribuitur eis,) tribuenda erunt in longitudinem singulis cubita sex, (sicut portarum cellis,) quæ in eo ordine qui habet 8 cœnacula efficiunt 48. Cui numero addentur duo cubiti, unus itineris, alter septi ante procurrens cœnaculum reflexi ad *a*, ut septum quoque ad longitudinem accessionis portæ pertineat. Latitudo autem quanta sit quærendum est: atque in fastigio quidem esse 5 cubitorum, patet ex secundo loco quem paulò antè ex cap. 40. citavi. Sed imorum cœnaculorum quanta sit latitudo, (nam latiora esse supremis ostendit Vates,) sic inveniemus. Vestibuli latitudo unà cum cellis est cubitorum 24; (nam quòd ei 25 tribuuntur, hoc fit propter cellarum tectum, quod murum scandit;) muri utrinque senûm; ambulationum item utrinque denûm cubitorum: viæ, quæ quatuor sunt, habent singulos cubitos; muri atrii senos: quorum omnium summa est 72. Superest, ad complendum centum cubitos, ut singuli cœnaculorum ordines habeant in latitudine sex cubitos: ità efficientur 96. Desunt quatuor, qui totidem viarum septis tribuentur, quæ septa literâ β notantur. Sed cur potiùs longiores ordines portis apposuerim quàm breviores, causæ sunt duæ. 1. Quòd in illo secundo loco quem suprà ex cap. 40. adduxi, dicuntur *accessiones portæ circumjectæ longitudinis cubitorum* 50: quod non fieret, si hîc esset brevior ordo. 2. Quòd in eodem cap. v. 44. dicuntur esse *duo cœnacula extra januam interiorem*, γ, *quorum septentrionale spectet Austrum, australe septentrionem*, δ. Quòd si hæc cœnacula sunt *extra portam interiorem*, oportet hîc majorem esse ordinem. Sunt autem hæc de cœnaculis orientalis atrii intelligenda: alio-

[s] Pi. [b] Jun. [t] Mo. ex La. sim. T. ex Vil. [k] Ca. [l] G. ex K. & RS. [m] G. [n] Pi. [o] Mo. ex La. [p] Cap. ex Vil. [q] La. [r] Jun. [r] Cap. ex Vil. JT. [t] Vi. [v] Vil. & ex to La. Mc. [x] Cap. ex Vil. [y] Ca. [z] Jun. [a] Mc. ex La. sim. T. ex Vil. [b] Cap. ex Vil.

alioqui non conveniret descriptio. Itaque locum hunc cap.40.[v.44.]in Heb.depravatum, nonnihil ex Græco emendavi. Quod enim est שָׁרִים, *cantorum*, legit Græcus שְׁנַיִם, *duo*, rectiùs, ut puto; ut patet ex cœnaculorum usu, quæ mox non cantoribus, sed *sacerdotibus*, tribuuntur. Et pro אֲשֶׁר, legit אֶחָד: & pro פְּנֵיהֶם, legit פְּנֶיהָ, relativo singulari generis fœm. cùm illud masculinum sit, & discrepet in genere à nomine לְשָׁכָה. Et pro הַקָּדִים, legit הַדָּרוֹם, ut opponatur *septentrioni*, ut mox Angeli declarat oratio. Quòd si hæc cœnacula vis in septentrionali atrio intelligi, necesse erit, quæ hîc de meridiana & septentrionali parte dicuntur, ea de orientali & occidentali dici [c].

8. *Quia*,&c. כִּי אֹרֶךְ הַלְּשָׁכוֹת וגו׳ [*Nam longitudo cubiculorum* (*cellarum*,JT. Pi. *cœnaculorum*, Ca.) *quæ* erant *atrio exteriori* (Hinc perspicuum est eum loqui de interiore atrio, & id comparare cum exteriore, cujus est eadem ratio[d].) 50 *cubitorum erat*,P.&c. q.d. Notum est ex prædictis mensuris alias omnes atrii exterioris porticus fuisse latas cubitos 50*, includendo non solùm spatium inter parietes, sed ipsos parietes & pilarios[f]. ¶ Et, &c. וְהִנֵּה וגו׳ [*Et, ecce, ante faciem templi centum cubitorum* erat longitudo, P. *Eâque ratione ante aulam centum cubiti*, Ti. *Contra autem faciem templi* erant, &c. M. *Ità, ecce, ante templum* erant *centum cubitorum* cellæ, Pi. sim. JT. nempe 50 cubitorum in septo sive interiore atrio, & 50 in exteriore. De cellis autem interioris atrii vide suprà cap. 41 [g]. *Et longitudo*, &c. Vulg. Transit ab exedris aquilonaribus ad meridianas. Metitur ergò latitudinem atrii interioris, ab ædificio aquilonari usque ad australe oppositum, centum cubitis[h]. *Cùm secundùm cellæ* (i.e.Templi)*faciem essent centum cubiti*,H I[i].

9. *Et erat*, &c. וּמִתַּחַת לְשָׁכוֹת הָאֵלֶּה הַמָּבוֹא הַקָּדִים בְּבֹאוֹ לָהֵנָּה וגו׳ [*Et desubter* (vel, *Subter autem*, P.) *cubicula ista*, Mo. P. sim. M. &c. *introitus* (sub. *erat*, M.) *ab oriente*, Mo. P. &c. *quum quis ingrediebatur in ea*, &c. P. sim. Mo. M. *Et sub*, &c. i. e. in parte depressiore: q. d. Ab ima parte exedrarum erat introitus Templi: nam ingressus erat ab Oriente in pede ipsius montis in quo ædificatum erat Templum; & mons ascendebat ab Oriente in Occidentem[s]. *Infra illa verò cœnacula erat aditus ab oriente*. Jam loquitur de cœnaculis oriental. atrii interioris, ad quæ erat aditus per quem adirentur ab exteriore atrio, in litera Y, ut sit hæc figura nunc orientalis. Dicit autem, *infra cœnacula*, quoniam is aditus erat in exterioris atrii muro[l]. *Fuit autem aditus ab inferiori parte cellarum istarum, nempe ab oriente, si quis eas adiret ex atrio exteriori*, Ti. Indicat eos qui veniebant à porta orientali atrii exterioris sub porticu venisse, quia ibi erant scalæ quibus ascendebatur ad gazophylacia. Et fortassis ea porticus clausa erat, & ad eam aditus patebat per portam orientalem[m]. Aditus erat inferiori solo quàm ipsa cœnacula, utpote per quem adirentur ab exteriori atrio, quod erat inferius interiore; ut patet in portis, ubi sc. docet *ab exteriore atrio ascendi ad interius per gradus* *. Et erat *subter gazophylacia hæc* (meridiana scilicet, quæ quasi digito demonstrat. Supponit jam [se] ostendisse gradus meridionalis porticûs Sanctuario proximæ[n].) *introitus ab oriente*, &c. Vulg. quemadmodum in aquilonari plaga patebat aditus à fronte orientali illius ædificii[o]. *A loco autem cellarum istarum*; (nempe aquilonalium. Hâc verborum congerie transitum Propheta explicat à cellis aquilonalibus ad meridianas†.) *is qui deducebat me*(Deus per spiritum humanâ specie, suprà 40. 3*.) *ab oriente* (i. e. per tractum orientalem atrii exterioris, propinquum Templo[p],) *venturus ad illas de exteriore atrio*, JT. *Quùmque is qui introduxerat* me *ab oriente, à loco cellarum istarum venisset ad illas ex atrio exteriore*. In Hebræo voces sunt trajectæ[q].

10. *In*, &c. בְּרֹחַב גֶּדֶר הֶחָצֵר וגו׳ לְשָׁכוֹת [*In latitudine periboli atrii* (vel, *muri illius atrii*, P.) *via orientali* (vel, *versùs orientem*, P.) *contra faciem intercisionis*, (vel, *coram solario*, P.) *atque contra faciem structuræ camerarum*,M. vel, *coram ædificio* (Latinè dixeris, *quod quidem erat ante ædificium ipsum*, sive templum, ut cap. 41.15[r].) erant *cubicula*, P. Inter atrium exterius & solarium Templi posita erant cubicula septentrionalia †. *Intra latitudinem* fuit *sepes atrii*; *cellæ autem ad orientem* ante *separatam exstructionem*, [Heb. הַגִּזְרָה, de qua voce sæpe dictum,] *& ante ædificium*, Ti. *Per latitudinem maceriæ atrii* (i. e. Secundùm maceriam illam transversam quæ membra ultima Templi ab exteriore atrio dividebat[t],) *versùs orientem*; *in frontem septi*, *& in frontem structuræ cellarúmque*, JT. Erant *in latitudine maceriæ atrii*, *orientem versùs à fronte spatii illius resecti*, *& à fronte illius structuræ*, *cellæ* aliæ, Pi. *In latitudine*, sive *crassitudine*, *septi atrii*, (*Septum* vocat murum Y E.) *orientem versùs*, *quæ cœnacula erant ad conspectum ædificiique frontem*. Nam eorum longitudo sinistrorum tendebat ad conseptum, dextrorum autem ad ædificium, h. e. versùs Templi vestibulum, quod est pars ædificii[v].

11. *Et via*, &c. וְדֶרֶךְ לִפְנֵיהֶם וגו׳ [*Et via* erat *ante ea similis aspectui camerarum*, &c.M. *Via quoque oppositarum cellarum*, *qualis fuit cellis aquilonaribus*,Ti. *Porrò*, *via* quæ erat *ante ea similis erat viæ cubiculorum*, &c. P. *Ante ista autem* (i. e. septum & structuram, quæ modò nominavit *,) *erat via secundùm aspectum*, &c. JT. i. e. Eadem omnino erat proportio viæ, ædificiorum, formæ, adituum, & si quæ sunt ejusmodi quæ antè dicta sunt de aquilonali parte †. *Et via ante*, &c. h. e. Media ambulatio & exedræ laterales eâdem erant constructæ ratione, eâdem mensurâ, quâ aquilonares[x]. *Et ante ea iter eâdem formâ quâ erat*, &c. Hinc apparet eum jam de orientalibus loqui, quæ cum septentrionalibus comparat. Vocat autem hîc *iter*, quod antè vocaverat *ambulationem*[y]. ¶ *Secundùm longitudinem eorum*, *sic & latitudo eorum*] Ita Mo. Hebraismus; *sic & pro sicut*, כ pro כֵּן, ponitur. Sensus enim non est, latitudinem ædificii æqualem fuisse longitudini ipsius; sed, longitudinem hujus ædificii meridiani longitudini alterius aquilonaris,& latitudinem similiter latitudini ipsius,fuisse per omnia æqualem[z]. ¶ כְּאָרְכָּן כֵּן רָחְבָּן [*Secundùm longitudinem illorum* erat longitudo istorum, *sic latitudo istorum*, P. Ad verb. *Sicut longitudo eorum*, *sicut latitudo eorum*; H[a]: q.d. Secundùm longitudinem illorum cubiculorum septentrionalium, sic erat longitudo istorum orientalium; talis erat & latitudo utrorumque[a]. *Secundùm longitudinem earum*, *similiter* secundùm *latitudinem earum*, Pi. sic JT. [Ca. hæc cum præcedentibus sic reddit, *Eâdem formâ quâ erant cœnacula versùs septentrionem*, *eâdem & longitudine & latitudine*.] Al. *Et quanta fuit longitudo earum*, *tanta fuit latitudo earum*, M. sim. Ti. ¶ *Et similitudines*, וּכְמִשְׁפְּטֵיהֶן [*Et secundùm normas* (vel, *rationes*, P. sic Ca. *dispositiones*, M. sim. Ti.) *eorum*, sive *earum*, Mo. P. &c. ¶ *Et ostia*, &c. וּכְפִתְחֵיהֶן [*Et secundùm ostia* (vel, *ingressus*, sive *introitus*, V.) *illorum*, P. [Alii hoc cum præcedentibus sic reddunt,] *Et omnes exitus earum* erant *tum secundùm rationes illarum*, *tum secundùm ostia illarum*, Pi. JT.

12. *Secundùm*, &c. וּכְפִתְחֵי וגו׳ פֶּתַח בְּרֹאשׁ דָּרֶךְ דֶּרֶךְ בִּפְנֵי הַגְּדֶרֶת הֲגִינָה דֶּרֶךְ הַקָּדִים בְּבוֹאָן [*Et secundùm ostia cubiculorum quæ viâ Austri*, Mo. (vel, *quæ* erant ad *viam meridianam*, P.) *ostium in capite viæ*, Mo. (vel, erat *ostium ad caput viæ*,P.) *viæ in faciebus maceriæ elegantis*, Mo. (vel, *viæ*, inquam,quæ erat *è regione illius muri elegantis*, P.) *viâ orientis in ingrediendo ipsa*,Mo. vel, *ad viam orientalem ingredientibus*, P. Al. *Et sic erant ostia camerarum quæ erant in via australi*, *ostium in capite viæ*; *& via in conspectu periboli decenter facti*; *eràtque via orientalis quâ patuit introitus in eas*, M. *Ostia denique similia fuerunt*. *Velut in ostiis cellarum australium accidit ut ostium esset initio viæ ante sepem aptissimam*, *si quis ab oriente illas adiret*, Ti. *Ostiis autem cellarum illarum quæ spectant ad meridiem simile* erat *ostium in capite viæ*: (quo terminabatur via atrii,& ad septum patebat aditus; quod ostium tam angustum erat quàm cujusque cellæ[c]:) nempe *viæ* quæ erat *ante maceriam rectam*, *orientem versùs*, *quà venitur ad illas*, P. sim. JT. [Alii hunc versum cum ultima voce præcedentis conjungunt, locúmque sic reddunt;] *Et ostia eorum secundùm ostia*, &c. Hîc rursus confunduntur particulæ כ & כֵּן, uti suprà vers. præced. Sic enim debet connecti hic versus, Sicut similitudines eorum, & sicut ostia eorum, sic & ostia gazophy-

c Ca. d Ca. * Vil. f Vil. ex L. g Jun. h Ma. & L.a. ex Vil. i Ca. s V. l Ca. m Mar. * Ca. n Cap. ex Vil. o Idem. † Jun. * Jun. p Jun. q Pi. r V.

† Idem. t Jun. v Ca. * Jun. † Idem. x Cap. ex Vil. y Ca. z Cap. ex Vil. a V. c Jun.

zophylaciorum quæ erant in via respiciente ad Austrum. Eadem est hujus quæ superioris versiculi sententia, scilicet, hoc ædificium australe habuisse ascensum à fronte orientali, gradúsque ejus duxisse in ambulationem mediam superiorem, quæ procurrebat Occidentem versùs secundùm longitudinem elegantis illius periboli separantis populum à clero [d]. Al. *Et ostiis quæ tum illis* (scil. septentrionalibus) *similia erant, tum ostiis cœnaculorum quæ erant meridiem versùs*; (unde apparet eadem fuisse & in atrio meridiano;) *ità ut & ostium esset in itineris capite*, (i. e. in Y E; nam ibi *caput* est *itineris*;) *& iter esset ante accommodatum septum* (E F) *versùs meridiem*, [lege, *versùs orientem*, ut habet Ca. in notis ipsius, & res ipsa palàm monstrat:] *quà adirentur*. In atrio orientali vergit hoc iter ab Occidente in Orientem, ab F ad E *.

13. *Et dixit*] Sub. *vir ille qui antè apparuit mihi*, V. sim. Pi. ¶ *Quæ sunt ante ædificium separatum*] Ità vocat Templum, quòd ab atriorum porticibus erat sejunctum [f]. ¶ אֶל־פְּנֵי הַגִּזְרָה] *In fronte septi*, JT. Sed intra septum, ut docet v. sequens [g]. ¶ *Sancta*] Quia attribuentur sacerdotibus, &c [h]. ¶ *Ibi ponent* (Ibi reservabunt, nec aliò exportabunt [i],) *sancta sanctorum*] Vel, *sanctitates sanctitatum*, V. sim. P. &c. i.e. carnes victimarum, &c. Sequitur וְהַמִּנְחָה, *& oblationem*, ubi ו pro *id est* accipitur: nam declarat speciatim quid vocàrit *sanctificationes* [k].

14. *Cùm*, &c. בְּבֹאָם וגו'] *Quum ingressi fuerint sacerdotes*, JT. Pi. sic M. P. Ti. &c. sub. *illa*, P. nempe cubicula, V. vel, in Sanctuarium [l], ex analogia Legis Exod. 28. 43 [m]. ¶ *Non egredientur*, &c.] Sub. *cum vestibus sacerdotalibus*, ut apertè declarat cap. 44. v. 19 [n]. ¶ *Et sic*, &c. וְקָרְבוּ אֶל־אֲשֶׁר לָעָם] *Et accedent* (vel, *Et accedant*, M. vel, *Cùm appropinquabunt*, JT. Pi.) *ad quæ populo*, Mo. vel, *ad* ea *quæ* sunt *populi*, JT. P. i. e. Accedent ad vestes vulgares: h. e. contingent vestes non sacras [o]. Vel, *ad* locum *ubi est populus*, M. sim. Pi. i. e. ad atrium exterius [p]. *Et commiscebuntur cum populo*, Ch. *Et obibunt omnia quæ vulgus attinent*, Ti. *Atque ità tractent vulgaria*, i.e. profana [q].

15. *Cùmque complêsset mensuras domûs interioris*] *Domum interiorem* hìc vocat, vel, 1. atria & gazophylacia; nam hæc omnia sunt ad usum domûs interioris [propriè dicti,] quod est Templum [r]: vel, 2. Templum †, & gazophylacia, & omnia atria, etiam exteriora; quæ sic vocat comparatione periboli & muri, quem nunc incipit metiri [t]. ¶ *Eduxit me*] Extra murum Montis domûs *. ¶ *Per viam portæ*, &c.] Hæc est porta Montis domûs orientalis, cujus priùs fecerat mentionem in principio [v]. ¶ *Et mensus est eam*] Domum illam; relativum pro antecedente: q. d. Totum Templum cum appendicibus mensus est [x]. Domum in qua erat porta [y]. Vel, domum, h. e. murum domûs [z].

16. *Mensus*, &c. מָדַד רוּחַ הַקָּדִים] *Mensus est* (vel, *Namque mensus est*, Ti. Ca. *Mensus, inquam, est*, M.) *ventum* (vel, *angulum*, P. *latus*, Ti. *plagam*, JT. Pi. sic M.) *orientis*, Mo. vel, *orientalem*, P. Declarat posteriora verba præced. versûs. *Angulum orientalem* vocat partem sive latus Templi orientale †. ¶ *Calamo*, &c. בִּקְנֵה הַמִּדָּה חֲמֵשׁ־אֵמוֹת קָנִים] Difficilis planè textus, tum propter lectiones, tum propter interpretationes, varias & pugnantes [a]. [Locum sic reddunt;] *Calamo mensuræ*, sive *mensorio*, M. P. Ti. Ch. &c. *quingentis calamis*, Ch. M. P. Pi. Mo. sim. Sy. vel, *omnino quingentorum calamorum*, Ti. Metitur murum extimum atrii Israel quater, per 4 latera, incipiendo à quolibet latere, asserítque quodlibet latus habuisse in longitudine 500 calamos [b]. Sed incredibile videtur peribolum hunc habuisse in circuitu duo [vel, tria] millia cubit. adeóque sexies majorem fuisse eo muro qui totam Templi atriorúmque omnium amplitudinem ambiebat, sed & majorem ipsâ Hierosolymâ [c]. [Hoc diversimodè expediunt.] 1. Angelus hìc non metitur singula latera seorsim, sed omnia, sive totum circuitum, simul, ídque quater; quia à quolibet latere vicissim incipit eum dimetiri [d]. Favet v. ult. ubi totus muri circuitus concludi videtur 500 calamis *. Sic videtur ordinari posse textus valde obscurus: *Mensus est contra ventum orientalem 500 calamos in circuitu*; 500, *inquam*,

[d] Cap. ex Vil. · * Ca. · [f] Me. · [g] Jun. · [h] V. · [i] Idem. · [k] Id. · [l] Pi. · [m] Jun. · [n] V. sim. Mar. · [o] V. · [p] Pi. · [q] Ca. · [r] Vil. ex K. · † Me. V. · [t] Me. · * Cap. ex Vil. · [v] Cap. ex Vil. · [x] V. · [y] Vil. · [z] Pi. · † V. · [a] Cap. ex Vil. · [b] La. ex Hi. & L. & Mald. &c. · [c] San. · [d] Vil. · * La.

calamos ex his qui erant ad orientalem regionem, & ex his qui erant ad aquilonarem, 500 *item ex his qui numerabantur ad Austrum*, &c. Quasi dicat quingentos illos calamos conflari ex 125 calamis quos singula periboli latera numerabant. Cui expositioni non parùm favet, quòd, cùm de singulis lateribus agitur, 500 calamos habuisse dicuntur per circuitum, sive per gyrum: sed singula latera, ut constat, vocari nequeunt gyrus, sive circuitus. Quingenti ergò calami ex toto circuitu sumendi sunt. Video hæc esse duriuscula, sed non video quo alio modo solvi possit hic nodus [f]. [Aliis hæc sententia non placet.] Merum istud est Villalpandi commentum, cujus nec vola nec vestigium est in textu. Nam quid opus fuit Angelum quater totum ædificium circuire & mensurare? Annon satis fuit singula latera semel mensurare, quæ quoniam erant omnia æqualis ejusdémque mensuræ, totum ædificii ambitum ex quatuor laterum mensura licuit colligere [g]? Textus planus est, in quo singula latera per partes ordine mensurantur [h]. Repugnat etiam hoc commentum certissimæ (quámque Vil. ipse agnoscit) à Josepho traditæ mensuræ muri quo totum Templum quatuor ex partibus ambiebatur; à cujus uno angulo ad alium ejusdem angulum non erant nisi 416 cubiti. [De quo plura videsis in Authore.] 2. Vitium videtur esse in textu, & pro קָנִים, (*calamos*,) legendum אַמּוֹת, (*cubitos*,) utì planum est legisse olim ό. qui πήχεις (*cubitos*) duntaxat hìc habent, quam vocem adhibent in dimensione lateris septentrionalis, in reliquis tribus omittunt, quòd ea facilè ex præcedenti suppleri posset: versu autem 20. ubi textus Heb. nomen mensuræ bis omittit, ό. semel tantùm omittunt, in altero nomen *cubiti* adhibent. Quin & lectionis hujus veteris, adeóque melioris, אמות pro קָנִים, vestigium aliquod obscurum superest etiam in hodierno textu Hebræo h. l. Nam lectio, חֲמֵשׁ אֵמוֹת קָנִים, nihili est & planè absurda: quid enim illud est, *quinque cubitos calamorum?* Masorethæ per Keri marginale legi volunt מֵאוֹת pro אֵמוֹת, per literarum metathesin, quæ alibi non infrequens. Sed videtur potiùs omissum esse per librarii incuriam מֵאוֹת, & ejusdem temeritate additum esse קָנִים, quòd satis videret mensuram quinque cubitorum isti loco non congruere: putavit ergò, sed falsò, *calamos* potiùs hìc esse intelligendos quàm *cubitos*. Omnino ergò antiqua & germana hæc videtur lectio, חֲמֵשׁ מֵאוֹת אַמּוֹת, h.e. *quingenti cubiti*. In reliquis tribus sequentibus versiculis simpliciter est, חֲמֵשׁ מֵאוֹת, *quingentos*, subaudito nomine mensuræ, (אַמּוֹת *cubitos*,) ex v. præced. (quomodo c. 46. 22. bis omittitur ac subintelligitur vox אַמּוֹת:) Temeritate librarii addita illis est vox קָנִים. Et quia [hoc] v. 16. deerat in cod. suo vox מֵאוֹת, putavit אַמּוֹת positum illic esse pro מֵאוֹת, ídque notavit in margine per Keri; & ab eodem addita est vox קָנִים, quòd existimaret de *calamis*, non verò de *cubitis*, isthìc agi: quod & ab eo factum in 3 reliquis seq. vers. In ultimo autem versu capitis non addidit, quia existimavit eam vocem satis ex præcedentibus intelligi. LXX verò nunquam vocem καλάμους, bis vocem πήχεις, adhibent. Et sanè Judæi non aliunde quàm ex hoc Ezechielis loco Montis domûs (h. e. totius collis & Templi ipsi inædificati ambitûs) longitudinem & latitudinem statuunt esse 500 cubitorum. Unde planum est eos existimare Ezechielem mensurâ istâ 500 cubitorum definire singula latera totius ædificii summo collis jugo inædificati, ac proinde nihil esse potuisse ædificio illi circumpositum, nisi velimus illud fuisse in aere suspensum. 3. Si quis nolit hodiernam solicitare Heb. lectionem, tum erunt hæc Ezechielis verba non propriè accipienda de Salomonico ædificio, quasi in materiali Salomonis Templo fuerit vel murus, vel aliquod aliud ædificium, 500 calamos per singula latera in quadrum longum & latum; (nihil enim tale in illo fuit, aut esse potuit, fatente etiam ipso Villalpando;) sed erunt ista ad τὸ πνευματικὸν, Christi nimirum Ecclesiam, (cujus typus quidam fuit illa Templi descriptio,) referenda, ut eo significetur, Ecclesiam Christianam, quæ ex Gentibus erat exstruenda, futuram tantò majorem & ampliorem Judaicâ, (quæ per atrium Israelis repræsentabatur,) quantò quadratum (aut verò cubus) cujus latera

[f] San. · [g] Cap. · [h] La.


singula sunt 500 calamos longa majus & amplius est eo cujus latera singula sunt 500 cubitos duntaxat longa. Et sanè Apoc. 21. 16. nova Jerusalem proponitur nobis tanquam cubica, cujus longitudo, latitudo & altitudo sint æquales: amplitudo autem ejus significatur, cùm ea isthîc dicitur esse 12000 stadiorum; nam vetus móns Sion habuit in circuitu 12 tantùm stadia [i]. [Alii locum sic reddunt;] *Decempedâ, quingentis decempedalibus cubitis:* ad verb. *quingentis decempedarum*, sub. *cubitis*. Non enim vertendum est, *quingentis decempedis:* repugnant enim & Templi spatium, & ό. qui πήχεις habent. Est enim oratio in qua taceatur *cubiti* nomen, quoniam summa fit totius superioris dimensionis, in qua cùm omnia sint metata cubitis, hîc tacentur. Et additur, *decempedales* esse *cubitos*, h. e. ejus mensuræ quæ superiùs est posita. Atque ità taceri mensuræ nomen apparet etiam ex fine hujus capitis, ubi dicitur *longitudo* & *latitudo* esse *quingentorum*, nec additur *cubitorum*: quod tamen ibi Latinus rectè addidit vetus Interpres [k]. Alii, *calamo mensuræ*; *quingentorum cubitorum calamis*, JT. *quingentos in calamo mensuræ*, LXX; *quingentos cubitos calamo mensorio*, Ar. ¶ *In*, &c. בִּקְנֵה הַמִּדָּה] *Calamo* (vel, *ad calamum*, V.) *mensuræ*, P. V. i. e. ad mensuram calami sacri [l]; qui maximus est, & constabat sex cubitis [m]. ¶ *Per circuitum*] Sub. *ejus lateris*, V. Quòd dicitur eam *regionem* mensus *in ambitum*, non ità capiendum est quasi ea una regio ambiat; sed quòd est pars ambitûs sani quod hîc per circuitum metitur [n].

[i] Cap. [k] Cl. [l] V. [m] La.

20. *Dividentem*, &c. לְהַבְדִּיל בֵּין הַקֹּדֶשׁ לְחֹל] *Ad dividendum*, vel *distinguendum*, vel *separandum*, *inter sanctum* (sub. *&*, P. M. JT. Pi.) *prophanum*, Mo. &c. sim. Ti. vel, *laicum*, Ch. Inter Templum, & urbem, quæ, collata ipsi Templo, quod erat sanctissimum, censebatur velut *profana* [o]. Sanctuarium vocat omnes Templi partes, etiam peribolum; profanum, reliquam urbem [p]. Inter Templum, & atria omnia, quæ peribolo duûm millium calamorum continebantur [q]. Al. Inter atrium Israel, quod sanctum erat, & atrium Gentium, quod prophanum erat [r]. Inter atrium sacerdotum ac Templi, & atrium exterius Israelitarum, itémque atrium Gentilium †. *Ad disjungendum sacrum à profano.* Atqui paulò antè dixit, *interiora atria*, in quibus versaturi essent sacerdotes, *esse sacra*, quasi reliqua sacra non essent. Sed hoc sciendum est, totum quidem locum quingentorum cubitorum muro circumseptum esse *sacrum*, sed ità ut intima quæque sint maximè sacra: quò fit ut cum eis collata exteriora vocentur *profana*, cùm interiora non nisi consecratis sacerdotibus sint pervia. Igitur hic locus quingentos in longitudinem & totidem in latitudinem cubitos porrectus erat, Templo ità collocato, ut à quatuor cœli regionibus haberet bina ordine atria: quæ cùm essent paris cum ipso mensuræ, videlicet centenûm cubitorum, fit ut, si ab

[n] Cl. [o] V. [p] Mir. [q] Me. [r] Vil. sim. La. ex Mald. † T.

Figura quæ totum suprà descriptum ædificium continet.



Oriente duo, ab Occidente totidem, ponas, ipso inter ea collocato, sint 500 cubiti, ut in exhibita figura vides. *a* Murus 500 cubitos in longum & in latum patens, qui totum Templum cingit. *b* Exteriorum atriorum portæ. *c* Exteriorum atriorum vestibula, trinis utrinque domunculis circumdata. *d* Exteriora atria. *e* Ambulationes 10 cubitos latæ in exterioribus atriis, utrinque cœnaculis, hinc 7, hinc 8, circumdatæ, intercedentibus angustis itineribus, & septis quæ itinera ab ambulationibus & cœnaculis dirimant. *f* Aditus per quos gradibus ascenditur in interiora atria. *g* Interiorum atriorum vestibula exterioribus similia. *h* Interiora atria, quæ unà cum cœnaculis & cæteris sunt exteriorum similia. *i* Ostia per quæ ab exterioribus atriis ascenditur ad cœnacula quæ sunt extra portas interiorum atriorum. *k* Aditus ad Templi vestibulum. *l* Templi vestibulum. *m* Loca vacua comprehensa muro, quorum nulla fit in Templi descriptione mentio: sed in eorum angulis erant culinarum atriola longa 40 cubitos, lata 30, quæ signantur literâ *n*. Eâ describit Vates in fine cap. 46. Cætera nota sunt. Habes, lector, explicatam Templi descriptionem, sed terrestrem, ac qualis intelligi ex nuda Vatis oratione potest. Verùm quæ sit hujus Templi veritas & spiritus, & quid sub hoc verborum tegumento lateat, cupio ab alio cognoscere; nam hanc totam rem planè ignoro [t].

[t] Cl.

CAP.

CAP. XLIII.

1. ET, &c. "וַיּוֹלִכֵנִי וגו [Et (vel, *Postea*, JT.Pi. *Rursum*, M.) *duxit*, vel *deduxit*, (vel, *quum reduxisset*, JT. à plaga occidentali, ad quam postremò diverterat, suprà 42. 19[a]: vel, ex peribolo exteriori, quod cap. præced. coram me dimensus est[b]:) *me ad portam*, &c. P. &c. scil. Templi, & atrii exterioris[c]: vel, *ad portam illam*, JT. videlicet ambitûs universi, de qua suprà 40.6[d].

2. *Ecce, gloria* (vel, *majestas*, V.) *Dei*, &c.] i. e. Gloriosa species*: currus Cherubim gloriam Dei repræsentans, quem describit suprà cap.1. & cap.10. vocavítque *gloriam Dei*[f]. Describit reditum gloriæ Divinæ in Templum, à quo priùs abscesserat propter peccata populi, ut scribitur cap. 9. 3. q. d. Tunc apparuit mihi quidpiam insigne ac magnificum quod præ se ferebat præsentiam Domini[g]. Sicut exîerat olim ex Templo, Templum deserens, cap. 10. ità futurum erat ut in Templum rediret, id est, rursus acceptam haberet eam sedem ac sacra, iisque suam tutelam exhiberet[h]. ¶ *Per viam orientalem*] Per quam priùs abscesserat[i]; & per quam rectâ ibatur in Sanctum sanctorum, ubi erat sedes ejus. Et quia Deus Sol est justitiæ, Oriens nomen est illi[k]. ¶ *Et vox erat ei*] Non Deo, sed ejus gloriæ, i.e. Cherubinis, qui alarum concussione hunc sonum edebant[l]. ¶ *Quasi vox aquarum multarum*] Inundantium, dum summo impetu & strepitu inter se & ad litora vel saxa alliduntur[m].

3. *Et vidi*, &c. "וּכְמַרְאֵה הַמַּרְאֶה וגו [*Et secundùm visionem visio quam vidi*, &c. Mo. *Et visio quam vidi* erat *secundùm visionem, secundùm visionem*, inquam, *quam vidi*, P. *Et erat quasi species visionis quam vidi, sicut visio, inquam, quam vidi*, M. *Similisque* erat *aspectus hujus visionis quam videbam prorsus visioni illi*, &c. JT. de qua suprà 10. Sensus est, Eadem planè majestas sese repræsentavit quum rediret in domum suam quæ priùs sese mihi ostenderat quum abiret domo suâ: quod me jusserat Deus verbis suis prophetare[n]. *Erátque* (scilicet gloria illa Dei) *sicut aspectus visionis quam videram, sicut visio*, &c. Pi. ¶ *Quando*, &c. "בְּבֹאִי לְשַׁחֵת וגו [*Dum veni ad perdendam civitatem*, P. &c. i. e. ut prædicerem civitatis eversionem[o]. Hinc patet, currum Cherubim fuisse quasi currum bellicum & triumphalem Dei, quo Deus iratus & armatus in aciem quasi prodibat ut Judæos disperderet[p].

5. *Et elevavit me spiritus*, &c.] Nempe, Dei, sive propheticus[q].

6. *Audivi loquentem ad me*] Scilicet, Jehovam, cujus gloria replebat domum[r]. ¶ *Vir*] De quo suprà 40.3†. Vel Angelus, vel Christus, nempe quà Mediator[t].

7. *Fili hominis, locum*, &c. "אֶת מְקוֹם וגו' וְלֹא יְטַמְּאוּ וגו] *Locus* (sub. *erit*, Mar. vel, *est hic*, vel *iste*, Ch. Mar. Ti. Al. En *locum*, M. Vide *locum*, P. Vidisti *locum*, ο'. Verbum omisit Propheta quòd esset turbatus[v]. אֶת aut redundat, aut nominativo servit[x].) *solii mei*, & *locus plantarum pedum*, &c. & *non polluent*, &c. Mo. sim. Ch. Neque *locum solii mei*, (i. e. regiam, Jeruschalaima, urbem Regis magni, Psal.48.3.) & *locum plantarum pedum* (id est scabellum, periphrasticè; ut nominatur 1 Par. 28. 2. Lam. 2. 1.) *meorum*, &c. *neque nomen sanctitatis meæ, contaminaturi sunt*, &c. JT. Promissio hæc est remissionis peccatorum, justitiæ, & sanctificationis in Christo, adumbrata typis: est autem in his verbis ζεύγματικὴ ellipsis, ut Psal.9.19. In promissionibus autem Dei duo sunt membra: 1. sponsio promittentis Dei, v. 7, 8, 9; 2. restipulatio, v. 10, 11[y]. Al. *Quod attinet ad locum*, &c. *non polluent*, &c. Pi. *Non polluent*, scil. idololatriis[z]. Judæi enim post reditum à Babylone non ampliùs coluerunt idola[a]. ¶ *Et in*, &c. וּבְפִגְרֵי מַלְכֵיהֶם בָּמוֹתָם [*Et in cadaveribus regum suorum*, Mo. sic P. M. &c. *excelsis suis*, Mo. vel, & *excelsis suis*, P. Ti. sic M. &c. Quæ scilicet exstruxerant vel in honorem deorum, vel ad sepulchra Regum[b]. [Locum variè explicant.] *Cadaveribus*, &c. i.e. corporibus humanis, quæ idolis suis antea sacrificârunt Israelitæ, ut Jerem. 16.18[c]. Quæ vocat *cadavera regum*, vel, 1. quòd Regum authoritate & exemplis reliqui peccârunt[d]: vel, 2. quòd Gentilium idola, Ammonitarum maximè, etiam ipsa *Reges* appellarentur*. Indè *Molech* Levit.18.21. & 20.2, &c. quod ipsum etiam *Milcom* 1 Reg.11.5.&c[f]. Non placet; quia corpora illa comburebantur, adeóque nulla cadavera relinquebant. Vide Jer. 19. 5. Sensus mihi non liquet. Interim probabilis mihi videtur expositio illa quâ cadavera exponunt de idolis: ídque tum propterea quòd illa vitæ expertia sunt, tum quòd Deo ac piis fœtent[g]. Al. Loca sancta contactu cadaverum polluebantur. Alludit autem ad Amon & Manassem, qui sepulti fuerunt in hortis suis prope Templum[h]. Al. *Cadaveribus regum*, vel, [1. passivè,] occisorum à Judæis; solebant enim illi Reges aut duces suos occidere[l]: vel, [2. activè,] à Regibus jugulatorum[m].

8. *Qui*, &c. "בְּתִתָּם סִפָּם וגו [*In dando ipsos* (vel, *Apponendo*,] JT. *Quum ponerent*, Pi. sic P. *Quum junxissent*, Ti. *Qui posuerunt*, M.) *limen suum cum limine meo*, Mo. (vel, *limini meo*, Ti. JT. *ad*, vel *juxta*, *limen meum*, P. M. Pi. &c.) & *postem suum juxta postem meum*, Mo. &c. i. e. Adhibendo traditiones suas ad præcepta mea, de quibus Jes. 29. 13, &c[n]. Nam quum per Verbum Dei ædificetur domus Dei; quicunque corruptam doctrinam annunciant, illi ædificant domum suam juxta aut contra Domum Dei, & altare contra Altare[o]. Qui impudenter domui meæ intulerunt omnem idololatriam ac superstitionem, huc collimantes, ut me cum Diabolo unà colerent, & templum in Templo vel juxta Templum quodammodo exstruentes[p]. Dicit, *limen juxta limen*, &c. quia juxta postes & limina aræ idolis excitabantur; non intra Adytum, sed prope vestibulum. Confer Esa. 57.8[q]. & Ezec. 8. 3[r]. Al. Sensus, Licèt palatia sua juxta Templum meum construxerint, non tamen eò puriores fuerunt, sed omnibus abominationibus studuerunt, me & Templum meum contemnentes†. Reddit causam cur Templum polluerint, quia cùm juxta Templum suas ædes haberent[t], ut à Templo solo limine & pariete interjecto distare viderentur[v], scelera quæ domi suæ perpetrabant in Templo perpetrare putabantur[x]. ¶ *Et*, &c. "וְהַקִּיר וגו [*Pariet*émque *inter me* & *ipsos*, JT. sim. M. q. d. Iniquitatibus suis disterminantes inter me & illos. Elegans metaphora[y]. Al. *Ità ut paries* tantùm esset *inter me* & *illos*, Pi. *Paries* intercessit *inter me* & *illos*, Ti. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Dum sua limina meo limini* & *postes postibus apponunt, interjecto inter me* & *eos pariete*.] (*Unicus enim paries* erat *inter me* & *eos*,) P. ¶ *Et*, &c. "וְטִמְּאוּ וגו [*Et* (vel, *Tamen*, P.) *polluerunt*, &c. Mo. V. sic Pi. &c. ¶ *Propter*, &c. "וָאֲכַל וגו [*Et* (vel, *Ideo*, P. *Unde*, Pi.) *consumpsi eos*, &c. JT.

9. *Nunc ergò repellant procul*, &c. sub. *à se*, V. עַתָּה "יְרַחֲקוּ וגו [*Nunc* (vel, *Nunc* verò, P. Pi. cùm habuerint cor novum[z]: hoc ipso tempore; quod præsens erat quodammodo Prophetæ per visionem Dei[a]:) *elongent*, &c. Mo. sim. P. vel, *repellent*, &c. Mar. *procul removebunt*, &c. Pi. sic JT.

10. *Ostende domui Israel templum*, אֶת הַבַּיִת [*Domum istam*, P. i. e. futurum Templum exstruendum, & nunquam destruendum, quòd Deus in ea perpetuò habitaturus sit[b]. *Domum*, i.e. hanc visionem domûs, quâ figuratur ventura tum demum Ecclesiæ instauratio quum Judæi resipiscent[c]. Quæ tu didicisti, referas ad populum[d]. ¶ *Et*, &c. "וְיִכָּלְמוּ וגו' וּמָדְדוּ אֶת תָּכְנִית [*Et* (vel, *Ut*, M. Pi.) *erubescant*, vel *confundantur*, &c. Mo. P. M. &c. (Ut, propositâ Templi veteri formâ, pudefiant ob scelera sua*, ob quæ tam magnifica Dei basilica fit eversa[f]: vel, quia pro tot peccatis tot & tanta acceperint beneficia[g]. Al. *Quum pudore suffusi fuerint*, &c. JT.) & (vel, *ut*, JT. & ut, Pi.) *metiantur exemplar*, Mo. P. Ti. vel, *compositionem*, Ca. vel, *fabricam ejus*, Ch. *dispositionem* domûs, M. ut v. seq[h]. vel, *numerum*, Q. in V. vel, *summam*, Al. in V. Pi. vel, *universè*, JT. eam *universè*, Pi. i. e. Ut singulas quasque dimensiones præceptas & informatas in animo habeant, & Ecclesiam certò agnoscant à signis ipsius quæ Deus testificatur & instituit Verbo. Quod, typicè hoc loco & generatim dictum, copiosiùs exponitur v.seq[i]. *Et metiantur*, &c. i.e. nitantur intelligere & discant figuram ac structuram illius ædis,

[a] Jun. [b] La. [c] Mar. La. [d] Jun. * Pi. [f] La. [g] V. [h] G. [i] V. [k] Me. [l] Me. ex La. [m] T. sim. Me. ex La. [n] Jun. [o] M. sim. V. [p] La. sim. San. [q] V. [r] Pi. † Jun. Pi. [t] Pi. [v] V. [x] Q. in V. [y] Jun. [z] T. [a] Me. ex La. [b] V. [c] Jun. sim. Glas.


[d] Glas. gram. 4. 3. 19. 878. * Glas. ib. ex Jun. [f] Glas. sim. Jun. [g] Pi. [h] V. sim. La. [l] Mar. [m] T. [n] Jun. sim. Pol. [o] Pol. [p] Belg. [q] San. [r] Pi. † M. V. [t] Me. [v] La. [x] Me. sic La. ex Muld. [y] Jun. [z] Mar. [a] Jun. [b] V. [c] Jun. [d] San. * Idem. [f] La. sim. San. [g] Me. [h] V. [i] Jun.

dis[k], ideam Templi brevi restaurandi [l], ut ad hoc exemplar, cùm primùm patrios fines reviserint, Templum instaurent [m].

11. *Et erubescant ex*, &c. "וְאִם נִכְלְמוּ וגו] *Quòd si erubuerint*,&c. P. i. e. Si videris eos resipiscere & erubescere de peccatis suis [n]. ¶ *Figuram domûs*, &c. צוּרַת הַבַּיִת וּתְכוּנָתוֹ וּמוֹצָאָיו וּמוֹבָאָיו וְכָל־צוּרוֹתָו] *Figuram*, sive *Formam*, *domûs*, *& dispositionem* (vel, *fabricam*, Ti. *compositionem*, Ca. *constitutionem*, JT. Pi.) *ejus*, *& exitus ejus*, *& introitus* (vel, *aditus*, Ti. Ca. sic JT.) *ejus*, *& omnes figuras*, sive *formas*, *ejus*, Mo. P.M.&c. vel, *sculpturas*, sive *cælaturas*, *ejus*, nempe Templi [o]. ¶ *Et universa*, &c. חֻקּוֹתָיו] *Descriptiones* (*ritus*, M. *statuta*, JT. Pi.) *ejus*, P.Ti.&c. Hoc pertinet ad thalamos, cellulas, mensas, & cætera necessaria [p]. ¶ *Cunctúmque ordinem*, &c. צוּרֹתָיו] *Picturas* (*formas*, M. *sculpturas*, Ti.) *ejus*. Cherubinorum scilicet & palmarum [q]. ¶ *Et omnes leges ejus*, תּוֹרֹתָו] *Leges ejus*, P.Pi.&c. *rationem ejus*, V. *ritum ejus*, Q. in V. Pertinet ad divisionem atriorum [r]. ¶ *Ut*, &c. "וְיִשְׁמְרוּ וגו] *Et* (vel, *Ut*, Ch. M. Pi. &c.) *custodiant*, vel *observent*, &c. Mo. P.M.Pi. &c. sub. *in corde suo*; i.e. teneant memoriâ universam figuram ejus †. *Et custodient*, &c. Q. in V. *Servabunt autem*, &c. Ti.

12. *Ista est lex domûs*, &c.] Observanda circa hanc domum [s]. ¶ *In*, &c. "עַל רֹאשׁ הָהָר כָּל־גְּבֻלוֹ וגו] *In vertice montis totus terminus ejus circumcirca res sanctissima est*, Pi. sim. JT. Ut nemini extraneo liceat illuc appropinquare: ut Exod. 19.21, &c [v]. Al. *Super verticem montis* erit: *omnis terminus ejus circumcirca sanctitas sanctitatum erit*, P. *Totus terminus ipsius* erit *in montis vertice*, *& circumposita quoquoversus sacrosancta*, Ti. *In summitate montis*, *omnis terminus ejus per circuitum sancti sanctorum*, M. [Alii hæc cum præced. sic reddunt;] *Et descriptionem domûs in vertice montis: omnes termini ejus in circuitu sancta sanctorum sunt*, ο'. *Hæc est lex domûs in vertice montis*, *& omnis terminus ejus per circuitum sanctum sanctorum*, Ch. *Descriptio autem domûs super montis verticem esto*, *& omnes ejus termini — sunto sancta sanctorum*, Ar. *Hæc est species domûs supra montis cacumine* sitæ, *& omnes termini ejus circumquaque sancti sanctorum sunt*, Sy. *Templi lex est hæc*, *ut in montis cacumine sint omnes ejus fines undique sacrosancti*, Ca.

13. *Istæ autem mensuræ altaris*] Holocaustorum [o]: ubi orditur, acturus de sacrificandi ritibus [p]. Altare incensi mensus est cap. 41. 22 [q]. Exponuntur h. l. 1. altaris forma, hinc usque ad v. 18; 2. officia in eo exhibenda, usque ad finem capitis [r]. ¶ *In cubito*, &c. בָּאַמּוֹת אַמָּה אַמָּה וָטֹפַח] *In cubitis: cubitus cubitus & palmus*, Mo. *per cubitos*, *cubitus*, *cubitus*, *inquam*, *& palmus*, M. *per cubita quæ vulgare cubitum & insuper palmum continent*, Ti. q. d. Cubitus de quo loquor est cubitus sacer, qui prophanum palmo excedit †. *Iisdem cubitis*, JT. (qui definiti sunt suprà 40. 5. ut sequentia docent ἐξηγητικῶς [t]. vel, *per cubitos*, Pi.) *cubito* (sub. *unoquoque*, JT.Pi. & sub. *constante*, Pi. & sub. *ex*, JT.Pi.) *cubito & palmo*, JT. *Quæ illis cubitis fient qui valent singulos cubitos*, *& quaternos digitos*, *erunt hujusmodi*, Ca. *In cubitis*; (i. e. ad rationem cubitorum illorum sacrorum. Vide similia Ezec. 40. 5 [v].) *cubitus* de quo loquor est *cubitus* communis, *& quatuor digiti*, P. Aram



describit, cujus hæc erat figura. A *sinus cubitalis*, h. e. altitudine cubitali. Qualis loquendi modus positus est suprà in altitudine lavacrorum, & paulò pòst ponetur in Arielis altitudine. Est autem sinus eâdem latitudine quâ altitudine. B *spatium dodrantale*, quod sinum *ad labrum*, h.e. ad crepidinem ipsius sinûs, *circumdat*. *Atque hic quidem est dejectus aræ*, h. e. sinus ad imam areæ partem. *Ab hoc sinu ad inferiorem* aream, h. e. ab A ad C, *sunt duo cubiti*. Vocat autem *aream*, aræ retractionem, *latitudine unius cubiti*, C D. Ab hac area ad superiorem sunt *quatuor cubiti*, D E. Vocat autem inferiorem aream *minorem*, non longitudine, (est enim superiore longior duobus cubitis,) sed toto ejus spatio, quippe quæ sit *latitudine unius cubiti*: cùm superior area, h.e. aræ tectum, ut ità loquar, pateat *in longitudinem & latitudinem* 12 *cubitos*. Nominat autem superiorem aræ partem, h.e. quicquid est supra inferiorem aream, *Arielem*: quod verbum alibi in S. S. *immanem leonem* significat. Sonat autem *leonem Dei*, sive *Divinum*. Quo nomine dicta est ea pars aræ, quòd in ea victimæ comburantur, & tanquam à leone consumantur. Itaque nos *Leodeum* sumus interpretati. Patet *Leodeus in altitudinem quatuor cubitos*, D E, *in latitudinem duodecim*, E F. *in longitudinem totidem*, G H, *quadratus quatuor suæ quadraturæ partibus*, h. e. lateribus & costis, ut ità loquar, habénsque in fastigio *cornua quatuor*. Area est Leodeo duobus cubitis longior, videlicet quanta est retractio, quæ est ejus latitudo; ut sit *longa & lata quatuordenos cubitos*, I K, & I L, *circumdata spatio dimidii cubiti*, h. e. dodrantali, ut suprà nominavit. Circumdat enim spatium hoc quod literâ A signatum est totum inferioris areæ corpus, quod ad terram usque pertinet. Atque hæc ara scanditur *gradibus ad orientem spectantibus*, signatis literâ M, quoniam Templum quoque ad Orientem conversum est [x]. [Hæc, quamvìs ad diversos versus sequentes spectantia, unà proponere consultius duxi, quàm in frusta divellere, ut mens Authoris & figuræ clariùs patesceret. Pergamus jam ad explicationem reliquorum hujus versûs membrorum.] ¶ *In sinu*, &c. וְחֵיק הָאַמָּה וְאַמָּה רֹחַב] *Et sinus cubiti*, *& cubiti latitudo*, Mo. *Sinúsque* altitudo *cubitalis*, *& latitudo cubitalis*, Ti. *Et gremium* [forsan legendum, *gremius*] *habebit cubitum*, *& cubitum per latum*, M. *Sinus erit cubitalis*, *latitudine cubitali*, Ca. Primùm *basis* (i.e. infima pars altaris solo juncta, ut dicitur v. seq [r].) altitudine *cubitali*, *& cubitali latitudine*, JT. i. e. cujus projectura extuberabat justo cubito præter corpus altaris in latitudinem circumquaque, prout etiam dicitur de diazomatis seq. vers. Ex hoc autem membro eruitur præcedentis interpretatio; quia solent Hebræi relatorum ellipsin usurpare in locis evidentibus, ut persæpe monuimus. Nullum enim corpus, nisi mathematicum, habet latitudinem

[k] V. [l] La. [m] San. [n] V. [o] V. [p] Idem. [p] Idem. [r] Idem. † Idem. [s] Pi. [v] Jun.

[o] La Me. &c. [p] San. [q] La. [r] Jun. † Me. ex La. [t] Jun. [v] V. [x] Ca. [r] Jun.

nem quod non idem constat suâ altitudine. Longitudo verò definitur v. 17 †. *Basis igitur* est *cubiti* unius in altitudine, *& cubiti* unius in *latitudine*, Pi. חֵיק aliis est, *fundamentum*; [Ità Chald. qui locum sic vertit, *Et fundamentum ejus cubiti unius*, &c.] aliis, capacitas, quâ [altare] sursum uno cubito assurgebat [t]. In *medio* (Ad verb. *Et sinus*: quia verò sinus est corporis medium, pro *medio* accipitur. Hebræi pro *fundamento* accipiunt. *In medio*, inquit, *altaris erat eminentia*, sive *altitudo, quædam cubiti unius*; h. e. pars quædam exstabat ac eminebat, longa cubitum unum, & lata itidem cubitum unum. Dicitur autem pars illa *locus dispositionis*, quòd illic disponerentur ligna ad cremandas hostias quæ offerebantur Domino [v].) altaris erat altitudo *cubiti* unius, *& cubiti unius latitudo*, P. *Sinus* hîc dicitur, vel, 1. cavitas quæ in altari supernè erat, ad excipienda ligna quibus cremarentur victimæ [x]; vel, 2. altaris pars infima, & ejus quasi fundamentum [y]: vel, cavea in marmoreo pavimento excisa [z], quæ statim appellatur *fossa* [a], quæ sanguinem victimarum excipit, & per occultos meatus aliò transmittit [b], nempe in torrentem [c]. חֵיק *sinum* significat; anteriorem scilicet hominis partem vestisque quæ sinuosa est; indè, per analogiam, quæ anteriora sunt & interiora: hîc, *foveam, caveam* labiis prominentibus circumscriptam; quòd cavea sit quasi laxioris vestimenti plica, concava & profunda [d]. ¶ *Et definitio*, &c. [וּגְבוּלָהּ אֶל שְׂפָתָהּ וגו'] *Et terminus* (vel, *crepido*, JT. Pi. *clausura*, Ch. P.) *ejus ad labium ejus*, &c. Mo. vel, quæ erat *ad labium ejus per circuitum erat* alta *palmum unum*, P. vel, *versùs labium ejus circumquaque* est *spithamæ unius*, JT. Pi. Erat autem hic ambitus 28 cubitorum: ac proinde 16 in area pura sive pede plano & constrato basis, 12 verò in crepidine sive ora artificiosa, consumebantur *. [Alius locum sic reddit,] *Margo autem ipsius* altaris *circum ejus labium* crassitudine *majoris palmi*, Ti. qui continet tres palmos minores, sive 12 digitos †. Sensus, Basis altaris, præter latitudinem unius cubiti, habebat labium unius palmi circumcirca elegantiæ causâ [f]. גְּבוּל, *terminus*, est, *sepes, clausura, corona*, quæ definit spatium quo aliquid distenditur. אֶל hîc valet, *per*, hoc sensu, *Corona ejus per labium fossæ procurrens circumcirca erat palmi unius*. Tantæ altitudinis erat corona ænea quæ altaris foveam muniebat, & exornabat extrinsecùs [g]. Usus ejus duplex: 1. nè sacerdotes, incautè ad altare accedentes, in foveam inciderent: 2. nè fossa, victimarum sanguine sacra, communis haberetur ac pervia [h]. ¶ *Hæc——fossa*, &c. Noster legit גֹּב, *fossa*; alii, גַּב, *eminentia, altitudo, dorsum eminens* [i]: [וְזֶה גַּב וגו'] *Et hæc*, vel *hoc*, (sub. *est*, P. &c.) *præeminentia*, &c. Mo. vel, *altitudo*, P. Cap. ex o'. *tergum*, sive *dorsum*, M. Ti. Pi. *compositio*, Ch. *dejectus*, Ca. Secundùm Vulgatum hæc est recapitulatio dictorum; q. d. *Hujusmodi itaque erat fossa altaris*, scil. semicylindri excavati formâ: neque enim angulos habebat in interiori parte, nè hæreret sanguis in angulis [k]. *Nam hujusmodi est projectura altaris*, JT. i. e. Eâdem proportione erant inter se basis & duo diazomata, de quibus v. seq. tres enim projecturæ erant [l].

14. *Et de*, &c. [וּמֵחֵיק הָאָרֶץ עַד הָעֲזָרָה הַתַּחְתּוֹנָה וגו'] *Et* (vel, *Autem*, P. Pi. sim. Ti. *Tum*, JT.) *à sinu* (vel, *medio*, P. *gremio*, M. *basi*, JT. Pi.) *terræ* (i. e. spatii illius ac intervalli interjecti inter atrium inferius & atrium superius [m]. Notanter dixit, *terræ*, quòd sinus non erat extra pavimentum, sed terræ immersus [n]. Vel, *terræ imposito*, Ti. vel, *solo junctâ*, JT. Pi. vel, *qui humi erit*, Ca.) *usque ad atrium auxilii* (vel, *diazoma*, JT. Pi. i. e. projecturam cingentem & circumplectentem murum altaris [o]: vel, *locum*, P. *crepidinem*, M. Ti. *aream*, Ca.) *inferius*, Mo. &c. vel, *inferiorem*, P. M. id est, usque ad atrium inferius [p]. Vocatur hoc diazoma inferius sive minus per comparationem majoris sive superioris, in quo erant cornua altaris fixa, infrà v. 15. Ex hoc autem & præced. versu apparet altitudinem istius altaris esse cubitorum novem: quorum unus basi, duo spatio, unus diazomati inferiori, quatuor spatio intercurrenti inter diazomata, & unus denique superiori diazomati, tribuuntur [q]. A sinûs labio superiore usque ad crepidinem numerat duos altitudinis cubitos [r]. Atrium sacerdotum erat divisum in 2 atria; nempe in atrium inferius, & superius, i. e. spatium illud quod vergebat ab eo altari versùs vestibulum, ità dictum, quòd esset loco eminentiore propter acclivitatem montis. Fortè atrium istud superius dicebatur *atrium majus*, dignitate scil. Utrum autem eorum fuerit majus aut minus quantitate, ignoratur. Porrò, inter duo illa atria erat locus sive situs illius altaris. Doctiores existimant atrium inferius fuisse atrium parvum †. Sed errant Hebræi & Vatablus, dum docent hîc describi atrium sacerdotum in tres partes divisum. Agitur enim hîc de altari, non de atrio [r]. Al. Significat Propheta in altari supra fundamentum duas fuisse contractiones, quas עֲזָרוֹת, i. e. atria, vocat, quia erant duo spatia in quibus sacerdotes circa altare obambulare poterant [v]. עֲזָרָה (à עָזַר, *juvare, fulcire, sustentare*,) significat, non *atrium*, (ut multi transtulerunt,) sed *fulcrum, podium*, cui innititur ædificium, quódque sustinet ejus pondus. Vulg. vocat *crepidinem*, meritó [x]. Crepido altaris duplex erat; 1. superior, 2. inferior; de qua hîc sermo est [y]. ¶ *Et latitudo cubiti unius*] Erat crepido hæc alta duos cubitos à pavimento Templi; ubi verò finiebatur, & quasi gradum constituebat in altari, lata erat cubito uno †: quia scilicet superior pars tantundem à crepidine retrahebatur introrsus, & gradum sive podium relinquebat uno cubito latum, qui censeri possit inferioris spatii latitudo. Erant in altaris longitudine intervalla quædam, spatiis mensurisque diversa, quæ molem illam coangustabant magis, quò magis attollebatur sursum. Quælibet pars suum habebat fundamentum & sedem. Latitudinem hîc vocat spatium illud quo pars inferior crassitudinem superioris excedit, gradum nempe illum qui à superiori parte extrorsus procurrit, suâque definitur & clauditur crepidine [a]. *Latitudo autem*, id est, Spatium illud sive pars illa quæ erat ex utraque parte altaris, & supererat ac remanebat ex 14 cubitis ipsius atrii inferioris, in quorum spatio situm erat altare illud 12 cubitorum, *erat latum* ex utraque parte ipsius altaris *cubitum unum* [a]. ¶ *Et à crepidine* (vel, *diazomate*, JT. Pi. &c. [ut priùs]) *minore usque ad crepidinem majorem*, &c.] Inferior crepido *minor* dicitur, quia tantùm duos cubitos alta erat: superior, *major*, quia duplò altior [b].

15. *Ipse autem Ariel*, &c. [וְהַהַרְאֵל וגו'] *Et Harel*, &c. M. *Ità ipsum Hareel* (vel, *Hareel autem*, Pi. i. e. ἐσχάρα, sive focus altaris holocausti, & spatium illud vacuum in quod indebantur ligna atque holocausta imposita crati, sive reticulo, ex analogia Legis Exod. 27. 4. Vide Jes. 29. 1 [c].) *quatuor cubitorum* est, JT. Pi. *Ariel verò* altus *fuit*, &c. Ti. *Leodeus erit*, &c. Ca. *Et mons Dei*, &c. Mo. *Altare autem* erat, &c. P. *Basis autem altaris*, &c. V. Dicitur *mons Dei*, vel, 1. quòd solerent exstruere aras suas & colere idola in montibus [d]: vel, 2. quia in atrio sacerdotum, ante Templum, instar monticuli eminebat *. ¶ *Et*, &c. [וּמֵהָאֲרִאֵיל וגו'] *Et* (vel, *Verò*, Pi. *Denique*, JT.) *de* (vel, *ab*, Pi. *ab ipso*, JT. *super*, Ti. Ca.) *Ariel*, &c. Ti. &c. vel, *Leodeum*, &c. Ca. *Et à leone Dei*, &c. Mo. *Et ab* (vel, *ab eo*, P.) *altari*, &c. Ch. אֲרִאֵיל, i. e. *leo Dei* [f], sive leo fortissimus [g], vocatur, ut urbs Jerus. Esa. 29. 1 [h]. ità & altare [i]; vel potiùs, suprema altaris pars, utrique jam dictæ crepidini innitens [k]. Sic autem vocatur altare, vel, 1. quòd formam leoninam prætulit, putà crura, jubas & vultus undique leoninos [l]; quòd, instar leonis, pars ejus anterior esset latior sive laxior posteriore [m]: quòd in eo quatuor animalia essent insculpta, leones, aquilæ, &c [n]. Vel, 2. quòd ignis de cœlo demissus videretur illis ut leo recumbere [o]. Vel, 3. quòd leonis instar victimas absumeret [p]. Vel, 4. quòd Deus in altari, quasi leo, excubabat ad totius Templi, urbis ac Regni tutelam [q]. ¶ *Cornua quatuor*] Habebat altare in summo in 4 angulis tigilla 4 exstantia, sive 4 parvas pyramides, instar cornuum. Altare ergò pedibus leonem referebat, cornibus taurum, ut effigiem Cherubim ex parte præferret. Erant hæc cornua quasi prædæ trophæa. Nam in festis solennioribus tauri & juvenci Deo mactabantur, & Arieli, sive sacro leoni, projiciebantur devorandi [r].

16. *Et Ariel*, [וְהָאֲרִאֵיל] *Porrò, altare ipsum*: i. e. vel, anterior ac superior pars altaris, quæ imposita erat ipsi basi;

† Jun. [t] M. [v] V. [x] K. in La. [y] Sin. [z] La. ex Vil. [a] San. [b] San. sim. La. & Me. ex Vil. [c] La. [d] Cap. (ex Vil.) in delineati ne templi, in append. crit. p. 3724. * Jun. † La. [f] La. ex Vil. [g] Cap. ib. ex Vil. [h] La. ex Vil. [i] La. [k] Cap. ex Vil. [l] Jun. [m] V. [n] Cap. ib. ex Vil. [o] Jun. [p] V. [q] Jun. [r] Cap. ex Vil.

† V. [r] La. [v] Mald. in La. [x] Cap. & La. e Vil. [y] Me. ex La. sim. San. † Me. &c. [a] San. [a] V. [b] T. ex Mald. & Vil. & La. [c] Jun. [d] V. * Me. ex La. [f] San. La. Vil. &c. [g] San. [h] T. San. [i] Cap. ex Vil. V. [k] Me. ex La. [l] T. ex He. & Vil. [m] Q. in V. [n] Me. [o] Al. in V. sic K. in La. [p] T. ex Me. &c. [q] T. [r] La. ex Vil.

baſi †: vel, altaris corpus baſi duplici ſuperpoſitum [t]. ¶ *Duodecim cubitorum in longitudine*,&c.] *Longitudo* dicitur quæ Templi longitudini reſpondet, ab Ortu ad Occidentem; *latitudo* verò, ab Aquilone ad Auſtrum [v]. ¶ *Quadrangulatum*, &c. רָבוּעַ אֶל אַרְבַּעַת רְבָעָיו] *Quadratum* (ſub. *erat*, P.) *in quatuor partibus* (vel, *lateribus*, Ch. Pi. ſic Ti. vel, *quadrangulis*, P. M. ſimil. Mo.) *ſuis*, JT. &c. Par longitudo & latitudo. Ambitus cubitorum 48 [x].

17. *Et crepido*, &c.ità M. וְהָעֲזָרָה וגו'] *Atrium autem illud*, &c. P. parvum ſcilicet & inferius, de quo hîc loquitur [y]. *Diazoma verò*, &c. JT. Pi. [Vide ſuprà ad v. 14.] *Crepido etiam*, &c. Ti. ſic La. &c. major ſcilicet, cui innitebatur Ariel: quæ crepido Ariele latior erat cubito uno: cùm ergò Ariel latum eſſet duodecim, neceſſariò crepido 14 habuit [z]. ¶ *Et*, &c. וְהַגְּבוּל וגו'] *Clauſura verò*,&c.P. *Terminus verò*, vel *limes*,&c.V.ſic M. i.e. Corona ambiens atrium ipſum erat dimidii cubiti in altitudine [a]. *Circa quod crepido* eſt,&c. JT. ſim. Pi. *Et corona*, &c. San. & La. ex Vulg. Sic vocat coronicem [b], ſive limbum inſtar coronæ ambientem: non imam crepidinem, ut vult Mald. ſed ſummam ejus ſuperficiem, & quatuor ejus cornua [c]. Sic etiamnum Romæ altaria coronicę ornari ſolent [d]. Sicut ſinus ſeu canalis ab inferiori parte peribolo ſeu coronâ palmari cingebatur; ſic etiam pars altaris ſumma coronâ ſeu peribolo claudebatur ſemicubitali, eo fortè conſilio, nè ex ara ſeu ſinu in quo cremabantur victimæ quicquam foras efflueret *. Prætermiſsâ crepidinis ſeu podii inferioris dimenſione, quòd ex ſuprà dictis pateret, gradum facit ad coronam ſive projecturam crepidinis, tum ſuperioris tum inferioris. Quod enim de altera crepidine dicit, ratio ſuadet idem de utraque eſſe ſentiendum. Definit h. l. crepidinis coronicem ſupernè, cui infernè reſpondet ejus projectura, quæ coronici ſolet ſemper eſſe æqualis [f]. ¶ *Et*,&c. וְהַחֵיק וגו'] *Et ſinus*, &c. i. e. fovea ſanguinis, de qua dixit v. 13. Repetit enim quod ibi dixit [g]. *Medium quoque*,&c. P. vel, *Meditullium*, &c. In medio illius atrii erat aliquid altum *cubitum unum per circuitum*. Ignorant Hebræi quidnam fuerit [h]. Quid hîc ſinus? Fortè crepido, ut altare id fundamentum habuit. Uno cubito latius fundamentum erat crepidine [i]. ¶ *Gradus*, &c. וּמַעֲלֹתֵהוּ פְּנוֹת קָדִים] *Et gradus ejus* (vel, *gradus per quos aſcendebant ad illud*, Ch.) *reſpicere* (vel, *reſpiciebant*, M. Ch. ſim. Ca. JT. Pi. vel, *ſpectare* permiſerunt, Ti.) *orientem*, Mo.&c. q. d. Gradibus ab Oriente versùs Occidentem ad altare aſcendebatur [k]. Sic avocare voluit Deus Judæos ab idololatria Gentilium,qui adorabant Solem orientem [l]. Sed negotium faceſſit Interpretibus hæc graduum commemoratio,cùm gradus prohibeantur Exod. 20. 26. Hanc ἐναντιοφάνειαν variè conantur conciliare. 1. Gradus omnino neceſſarii erant ad altare, non quidem Moſaicum, quod 3 tantùm cubitos altum erat [m], ſed ad Salomonicum, ſive Ezechielicum; quorum uterque decem gradus habuit, ſine quibus nullus ad illa patebat acceſſus, nec ſacerdotale in illis miniſterium obiri poterat [n]. 2. Aſcenſus ad altare non erat gradibus diſtinctus, ſed acclivis inſtar pontis [o]. Non placet, quia utrobique idem erat revelandæ nuditatis periculum [p]. 3. Locus iſte non tam gradus, aut aſcenſum per eos, prohibet [q], quàm turpia & nefaria idololatrarum ſacra,qualia erant Priapeia,&c [r]; præcipítque verecundiam & caſtimoniam in Dei ſacris: ut ſenſus ſit, q. d. Gradus ad altare ità conſtituantur, nè ſacerdotis ad aram ſtantis pudenda revelentur. Id quod in ara Moſis cautum erat humilitate ejus; in his autem Salomonis & Ezechielis duplici modo: 1. propter coronam quâ ſummum altare undiquaque ſupernè cingebatur †; tum, 2. propter ſubligacula quibus ſacerdos ſubſtringebatur [t]. Vide Exod.28. 42,43. & Ezec. 44. v. 17,18. Tempore autem illius interdicti Exod. 20. v. 26. uſus femoralium nondum præcipiebatur, &c [v].

18. *Hi ſunt ritus*, &c.] Heb. *ſtatuta*, Mar. P. id eſt, forma quâ altare fieri debet, hæ menſuræ [x]. Vel, *leges*, ſub. *obſervandæ circa altare illud*, V. Duo officia h. l. explicat: unum extra ordinem, de expiatione & conſecratione altaris, uſque ad v. 27; alterum ordinarium, de jugi & quotidiano cultu, v. ult [y].

† V. [t] Cap. ex Vil. [v] San. [x] Mar. [y] V. [z] Me. ſim. La. Cap. ex Vil. [a] V. [b] La. ex Vil. [c] La. [d] La. ex Vil. * San. [f] Cap. ex Vil. [g] La. [h] V. [i] Mar. [k] La. [l] La. ex Vil. T. ex Greg. Pin. [m] Cap. ex Vil. [n] San. [o] He. & Jo. in Vil. [p] Cap. ex Vil. [q] Vil. Cap. [r] Vil. † Cap. [t] Cap. ſim. San. [v] San. [x] Mar. [y] Jun.

19. *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi.) *dabis* (vel, *dato*, Pi. q.d. *Primò trades*, V. *Dabis*, vel, 1. altare in eorum poteſtatem [z]: vel, 2. hos ritus à me præſcriptos [a]: vel potiùs, 3. vitulum, quem ſacrifices, ut reipſa oſtendas quomodo ſacrificare debent: hoc enim in tam longa captivitate Babylonica obliti ſunt [b].) *ſacerdotibus & Levitis*] Heb. *ſacerdotibus Levitis*, P. G. ex ο'. & Ch. &c. i.e. qui ex Levitico ſunt genere [c]: legitimis ſacerdotibus. Omnia hæc facta ſunt ἐν ὀπτασίᾳ, (*in viſione*,) quò magìs animis retinerentur ritus præcepti Exod. 29. & Levit. 8. Nam Ezechiel hîc refert perſonam ἰδιώτε. Rabbini ineptè Ezechielem hoc facturum aiunt poſt Reſurrectionem primam in Templo tertio [d]. ¶ *Qui ſunt de ſemine Sadoc*] In quem, amoto Abiathar, Salomon tranſtulit ſacerdotium *. Qui primus functus eſt munere ſummi Sacerdotis in Templo Salomonico [f]. ¶ *Qui accedunt ad me*] Ad altare, ut mihi miniſtrent [g]. ¶ *Vitulum*] Hircúmque & arietem: quæ duo ſynecdochicè intelligenda eſſe docent ſequentia [h]. Unum ſacrificium pro omnibus ponit [i]. ¶ *Pro peccato*] Id eſt, in ſacrificium pro peccato [k]. In expiationem & ſanctificationem altaris [l].

20. *Super——cornua ejus*] Nempe altaris [m], ex Lege Exod. 29. 12. Levit. 8. 15 [n]. ¶ *Angulos crepidinis*] Vel, *diazomatis*, JT. Pi. ſcil. ſuperioris, in quo erant cornua [o]. Vel, *ejus atrii*, P. ſub. *inferioris*, de quo v. 17 [p]. [ubi dicta vide.]

21. *Et combures eum*; ità P. M. Ti. וְשָׂרַפוֹ] *Et* (vel, *ut*, JT.) *comburet* (vel, *comburat*, JT. Pi. nimirum, vel, ſub. *ille cui munus illud demandatum fuerit*, V. vel, ſub. *ſacerdos*, JT. Pi. ſic Mar. Me.) *eum*, P. &c. nempe vitulum [q]. ¶ *In*, &c. בְּמִפְקַד הַבַּיִת] *In præcepto* (vel, *ſecundùm præceptum*, P. *in loco apto*, Ch. *in loco deſtinato*, ſive *conſtituto*, M. Ti. JT. Pi. V. ſic Ca. ſub. *ad id*, Ca. nempe cremandis carnibus hoſtiarum oblatarum in honorem Domini [r];) *domûs*, Mo. &c. i. e. ſtructuræ maximæ, ſive ambitûs, in quo deſtinatus erat locus ex analogia Legis Levit. 4. 12 †. ¶ *Extra* (vel, *citra*, V.) *ſanctuarium*] Ità P. Pi. &c. i. e. atrium illud inferius [t]: extra atrium ſacerdotum [v], quod ſanctificatum erat ſanguine vituli [x]: ſive etiam extra caſtra, Levit. 4. 12. Heb. 13. 11 [y].

22. *Hircum caprarum*] Tenellum, & matris ubera adhuc ſugentem. Erat hæc ſecunda victima expiatoria & conſecratoria altaris [z]. Cùm Hebræi animali addunt nomen matris, ſignificant illud tenerum eſſe, & adhuc matrem ſequi [a]: ut Gen. 38. 17, 20. *hædum caprarum*, i. e. tenerum; Zach. 9. 9. *pullum filium aſinæ*, i. e. novum, tenerum; & h. l. v. 19. *vitulum filium vaccæ* [b]. Sic Dan. 8. 5. Alexander vocatur *hircus capræ*, quia juvenis erat [c]. Perſequitur ordinem qui in dedicando ac conſecrando altari tenendus eſt [d].

24. *Sal*] Ad ſignificandam æternam & incorruptam fœderis, altaris, cultûs rerúmque omnium ſanctitatem. Vide Levit. 2. 13 *.

25. *Facies*, &c. תַּעֲשֶׂה שְׂעִיר] *Facies* (vel, *parabis*, JT. *ſacrificabis*, Ti. V. ſic Pi. La. &c. ut Exod. c. 10. v. 25 [f].) *hircum*, Mo. P. M. &c. vel, *piaculari caprâ*, Ca. q. d. Æquè curabis offerri hircum, ut tenentur ſacerdotes offerre juvencum & arietem ex Lege. Sic ineſt his verbis occupatio, nè cui mirum videretur hircum imperari à Propheta, contrà quàm à Lege fuerat mandatum [g].

26. *Implebunt manum* (De qua phraſi vide ad Exod. 28. 41. & 29. 9 [h].) *ejus*, יָדוֹ] *Manus illius*, M. ſic V. i.e. Sacerdotes [conſecrandi] replebunt carnibus victimarum manus ſacerdotis offerentis ac fungentis officio ſacerdotali [i]. *Manus ſuas*, Mo. P. Ti. &c. ſubaud. *munere offerentis*, V. vel, oleo quo conſecrantur; vel, victimâ aut re oblatâ, quam dum manu apprehendebant, Deóque offerebant, ſacerdotes fiebant [k]. [Alii verò hæc verba hoc modo reddunt;] *Et ſacerdotis manus initiabuntur*, Ch. *Conſecrabúntque miniſterium* quiſque *ſuum*, JT. *Et offerent oblationes ſuas*, Ch. in V. *Et replebunt loca ejus*, i. e. ſuperficiem ejus altaris: q. d. Offerent oblationes ejus quæ in illo offerri debent [l].

[z] Mar. [a] Me. ex La. [b] La. [c] G. ex V. [d] G. * La. [f] V. [g] La. [h] Jun. [i] Mar. [k] Pi. [l] San. [m] Pi. ex V. [n] La. [o] Jun. [p] V. [q] Mar. [r] V. † Jun. [t] V. [v] La. [x] V. La. [y] Mar. [z] Me. ex La. [a] La. ex San. [b] San. [c] La. [d] San. * Jun. [f] V. [g] Jun. [h] Jun. [i] V. [k] Me. [l] V. ex He.

CAP.

CAP. XLIV.

1. *Convertit me ad*, &c. "[וַיָּשֶׁב אֹתִי דֶּרֶךְ וגו'] *Et reduxit me ad viam portæ*, P. vel, *viâ portæ*, JT. i. e. per vestibulum, quod nominatur v. 3 [a]: vel, *ad portam*, Pi. ¶ *Sanctuarii exterioris*] Id est, vel, 1. Templi [b], sive Sancti [c]; quod exterius est respectu Adyti [d]. Sed obstat, quòd Princeps, utpote laicus, non poterat ingredi Sanctum, imò nec atrium sacerdotum*. Vel, 2. atrii [f], nempe sacerdotum [g]: quod sanctificatum quidem erat, sed minùs sanctum Templo; & *exterius* respectu illius [h]. ¶ *Et erat clausa*] Postquam gloria Dei per eam ingressa fuerat, vidente Prophetâ, Ezec. 43. 2 [i]. *Clausa* erat, non tam vectibus aut serâ, quàm lege aut consuetudine [k].

2. *Clausa erit*] Nempe populo [l]: non autem sacerdotibus [m]; (illis scilicet de quibus v. seq. reliquis enim ministris clausa erat, convenienter cum Lege Exod. 19. 22 [n].) nec Principi [o], qui in politicis, ut sacerdotes in spiritualibus, locum tenet Dei[p]. Hîc sequuntur præcepta quæ Deus dat observanda post Templi restitutionem *. ¶ *Quoniam Dominus* (i. e. imago illa judicia Dei repræsentans, suprà 43. 2.) —*ingressus est per eam*] Id est, eo loco in visione †. Noluit Deus portam illam, quam suis ipse vestigiis vel illustri conspectu consecrârat, à profanis calcari, aut cuilibet è populo patêre *.

3. *Principi*, &c. "[אֶת־הַנָּשִׂיא נָשִׂיא הוּא יֵשֶׁב־בּוֹ] *Principis*, Mo. P. (sub. *erit*, P. Ch. vel, *Ad principem* pertinet, M. sim. JT. Veruntamen *ad principem quod attinet*, Pi. sic Ca. Accusativus absolutè positus, ut suprà 43. 7. *Princeps* autem hîc est summus Sacerdos [q].) *princeps* (vel, *princeps ipse*, Mo. JT. Pi. Ch. sub. *inquam*, Pi.) *manebit*, vel *sedebit, in ea*, Mo. P. Ch. vel, *assidebit ei*, JT. i. e. manebit ad eam portam in loco sancto [r]. Vel, *sedeto ante illam*; Heb. *ad illam*, Pi. insistet in limine hujus portæ †. Hinc constat non agi h. l. de porta Templi, (neque enim Rex ibi mensam sterneret, nec populus ibi adoraret, quod tamen dicitur Ezec. 46. 1, 2, 3.) sed atrii [t]. [Alii vocem primam cum fine v. præc. jungunt, locúmque sic reddunt; *Et erit clausa principi. 3. Princeps ipse in ea sedebit*, Ti. sim. Vulg.] ¶ *Ut comedat panem*] Id est, vel, 1. panem propositionum, ex Lege Lev. 24. 9 [v]: vel, 2. quemcunque cibum [x]: vel, 3. partem victimarum [y], nempe pacificarum [z], quas extra Templum comedere nefas erat [a]. ¶ *Per viam portæ vestibuli* (i. e. per portam communem laicorum, unà cum ipsis [b],) *ingredietur, & per*, &c. "[וּמִדַּרְכּוֹ יֵצֵא] *Et à via ejus* (vel, *per viam ejus*, P. M. *eâdem viâ*, Ti. sim. Ca. Pi. *viâ suâ*, JT.) *egredietur*, Mo. Licuit Principi in limine portæ hujus, in ipsius gratiam apertæ, spectare sacrificia, & de iis comedere, non autem portam ipsam transire, & in atrium sacerdotum, multò minùs in Sanctum, ingredi [c]. De loco Regis in Templo vide dicta ad 1 Reg. 8. 14, 22 [d].

4. *Per viam portæ Aquilonis*] Vel, *aquilonalis*, atrii ultimi, quod junctum erat septo Templi *. Quia porta orientalis clausa erat, v. 1 [f]. Per omnes vias & plagas eum deduxit, ut quæ in atrio fierent pleniùs observaret [g]. ¶ *In*, &c. "[אֶל־פְּנֵי הַבַּיִת] *Coram domo*, P. &c. i. e. ante Templum [h]. *In conspectum domus*, JT. i. e. intra septum, quod ab atrio divisum erat peristyliis [i]; ut scilicet videret gloriam Domini, quæ Templum implebat [k]. ¶ *Et vidi*, &c.] i. e. Nonne quæ implebat Templum percepi per fenestras Templi. Synecdoche [l].

5. *Et pones cor tuum* (i. e. consideres & attendas diligenter [m],) *in viis*, &c. "[לִמְבוֹא הַבַּיִת בְּכֹל מוֹצָאֵי וגו'] *In ingressu* (vel, *ad ingressum*, P. sim. M. Ch. *de introitu*, Pi. *tum ad ingressum*, Ca. *ad leges aditûs*, JT. i. e. pertinentes ad personas accessuras Templum, & earum jura: quæ duo ad cognitionem quidem Sacerdotis summi pertinent, ut modò dictum est; sed non obscurè in sequentibus præscribuntur [n].) *domûs* (vel, *templi*, Ca.) *in* (vel, *per*, P. Ch. *tum*, Ca.) *omnes exitus*, sive *egressus*, &c. Mo. P. M. Ca. Ch. vel, *cum omnibus exitibus*, &c. Pi. *cum omnibus* legibus *exituum*, &c. JT. Repetenda vox *legis* ex antecedentibus [o]. i. e. Contemplare omnes ingredientes, & egredientes è Templo; considera omnia quæ in Templo geruntur [p]. Observabis omnes introitus atque exitus, ut doceas Judæos, quâ populus, quâ Princeps, quâ sacerdotes ingredi egredique debeant, ut paulò pòst innuit, & fusiùs declarabit cap. 46 [q]. Bene mente comprehende quæ in Templo gerenda sunt, quibus locis, quibus ritibus & ceremoniis, quâ sacerdotibus ingrediendum & egrediendum, quousque progrediendum populo, Principi, &c [r].

6. *Dices ad exasperantem*, &c. "[אֶל מֶרִי וגו'] *Ad rebellem, ad domum Israel*, P. Mo. Ti. &c. *domui rebelli, domui*, &c. Pi. Solet Deus objurgatione priùs illos disponere quos deinde beneficiis ornare vult †. Instauraturus ordinem Ecclesiæ Deus, 1. Israelem totum increpat, vers. 6, 7, 8. 2. Ithamaris posteros capite minuit, v. 9, &c. 3. Tzadoki posteros confirmat [t]. ¶ *Sufficiant*, &c. "[רַב־לָכֶם מִכָּל־ וגו'] *Multum* (vel, *Sufficiat*, P. vel, *Satìs*, sub. *est*, vel *esto*, vel *fit*, M. Ti. JT. Pi. V.) *vobis de omnibus*, &c. Mo. P. vel, *in omnibus*, &c. M. *quod attinet ad omnes*, &c. Ti. vel, *ab omnibus*, &c. q. d. Plùs satis antea peccâstis. Confer 1 Reg. 12. 28. *Multum est vobis ab ascendendo*, &c. i. e. Plùs satis ascendistis, &c. & 1 Pet. 4. 3. *Sufficit vobis*, &c [v]. Vel, *omnes*——patravisse, &c. Ti. sic V. vel, discedite *ab omnibus*, &c. JT.

7. *Eò quòd*, &c. "[בַּהֲבִיאֲכֶם וגו'] *Quòd induxeritis* (vel, *Qui introduxistis*, JT. *Dum introduxistis*, Pi.) *alienigenas*, P. &c. vel, *filios alieni* populi, Pi. qui non erant de genere vel, 1. Israelitico, vide dicta ad 2 Sam. 22. 45; vel, 2. sacerdotali, vide dicta ad Lev. 22. 10 [x]. ¶ *Incircumcisos corde*, &c.] Alienos à me sive infidelitate cordis, sive præputio carnis, infidelitatis signo. Nam hæc duo sunt alienorum à Deo genera: quæ Israelitæ quidem instituerant indè à temporibus Schelomonis & Jarobhami; Judæi verò ab Achazi tempore, ut ex Chiskijæ & Joschijæ historia constat [y]. Duo ministrorum genera hîc notat: 1. alienigenas; 2. Israelitas, sed impios [z]. Al. Intelligit eos qui nec intus & verè pii erant, nec vel externam pietatis speciem præferebant, sed & corde & vitâ impii erant [a]. ¶ *Ut sint* (vel, *essent*, i.e. versarentur [b],) *in sanctuario meo*] Id est, vel, 1. ut fungerentur officio sacerdotali [c], [vel Dei, vel] idolorum: ut sint idolorum cultores, quæ invexerunt in Templum, & simul eorum sacerdotes [d]. Vel, 2. ut locum sanctum ingrediantur*, contra Legem, Deut. 23. 3 [f]. Vel, 3. ut gentiles victimas in Templum inferrent. Licebat à Gentilibus pecuniam accipere quâ victimæ compararentur, non autem victimas ipsas [g]. ¶ *Et polluant*, &c.] Vel, præsentiâ suâ [h]; vel, indignitate, idololatriâ, superstitionibus & traditionibus suis [i]. ¶ *Et*, &c. "[בְּהַקְרִיבְכֶם וגו'] *Quando offertis* (vel, *Qui obtulistis*, JT. *Dum obtulistis*, P. Item *dum obtulistis*, Pi.) *panes meos*, vel *panem meum*, (vel, *cibum meum*, JT. sic V.) *adipem* (vel, id est, *adipem*, P.) *& sanguinem*, M. scilicet per illos alienigenas [k]; à quibus ista accipere vetitum erat, Levit. 22. 25 [l]. ¶ *Et dissolvitis pactum*, &c.] Scil. agendo contra leges sacrificiorum [m]. ¶ *In omnibus*, &c. ità Mo. Ti. "[אֶל כָּל־ וגו'] *Per omnes*, &c. M. P. *præter omnes*, &c. JT. Pi. Heb. *ad omnes*, &c. q. d. Ad abominationes quas ipsimet in cultu meo perpetrâstis accessit etiam abominabilis illa sacrificandi ratio quam observârunt alienigenæ illi sacerdotes [n].

8. *Et non servâstis* (vel, *observâstis*, JT. Pi.) *præcepta*, &c. "[מִשְׁמֶרֶת וגו'] *Custodiam* (vel, *observationem*, JT. Pi. scil. adhibendam circa eas [o],) *sanctitatum* (vel, *rerum sanctarum*, JT. Pi.) *mearum*, P. i. e. sacrificiorum in honorem mei factorum: q. d. Non observâstis quæ præceperam servari circa sacrificia mea, constituentes sacerdotes in Templo meo pro arbitrio vestro, non ex legibus à me latis [p]. ¶ *Et*, &c. "[וַתְּשִׂימוּן לְשֹׁמְרֵי וגו'] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. P. V. M.) *posuistis* (vel, *constituistis*, V. Pi. *substituistis*, JT.) *custodes*, vel *observatores, custodiæ*, sive *observationis meæ* (i. e. à me præceptæ [q]; vel, ad custodiendum Templum & atria mea [r];) *in sanctuario meo vobis*, Mo. P. &c. vel, *arbitratu vestro*, JT. Pi. simil. La. non pro mea voluntate †: non quos oportebat, sed qui vobis placebant [t]. Quos disciplinæ meæ custodes statuistis, vobis statuistis, non mihi, ut vobis, non mihi, inserviant [v], & vestræ cupiditati, non meo honori [x]. Qui

in

Marginal notes (left column): a Jun. b V. et Hc. c Pi. d V. et He. * La. f Mc. ex La. g Q. in V. T. et San. h Al. in V. i Mc. ex La. k San. l V. La. m ex Mald. Mc. sim. n Jun. o V. La. &c. p Jun. q V. sic T. † T. * G. † Idem. * San. q Pi. r Jun. † Mc. ex La. t San. v Pi. x San. y V. sim. Mar. Mc. et La. z V. La. a Mar. b La. Mc. c La. d Mc. * Jun. f Mc. et La. g San. h V. i Jun. k La. l Jun. m V. n Jun.

Marginal notes (right column): o Glos. p Grim. 4. 2. 8. q La. ex V. q Mald. in La. r Mc. † San. t Jun. v BA. 1. 2. 34. 356. x Belg. y Jun. z Q. in Belg. a Al. in Belg. b Pi. c V. sim. T. d Mar. * Mc. sim. Mar. f Mar. g San. h Pi. i Belg. k Pi. La. l Mc. m Pi. n Idem. o Pi. p V. q Pi. r Mc. † Mc. ex La. t Mar. v Ca. x San.

in Templum admitterent incircumcisos; quod ego nolui,& vetui[y].

9. *Omnis alienigena*, &c.] Hujus legis gradus elegantissimi sunt tres: 1. impios omnino arceri à sacris, hoc versu: 2. ministros legitimos, qui infirmitate fuerint traducti in communia peccata, loco movendos esse, &, quamvis resipiscant, capite minuendos, usque ad v. 15: 3. integros & constantes in fide à Deo confirmari in suis officiis, v. 15, 16. Vide 2 Reg. 23. 8, 9[z]. *Omnis alienus*, respectu fidei, doctrinæ & vitæ. Sequuntur hîc leges de reformatione officiorum ecclesiasticorum, & quæ personæ iis sint idoneæ[a]. ¶ *Alienus qui est in medio filiorum Israel*] Fortè de proselytis loquitur, qui tamen à sacro arceantur ministerio quia non sunt ex genere Levitico[b].

10. *Sed*, &c. כִּי אִם הַלְוִיִּם] *Sed* (vel, *Quin &*, Ti. *Quinimo*, Mo.) *Levitæ illi*, sive *isti*, JT. Pi. P. &c. nempe sacerdotes, ex collatione sequentium, & inprimis v. 13. Est autem hîc sermo de posteris Ithamaris, ut percipitur ex antithesi v. 15[c]. ¶ *Qui longè*, &c. אֲשֶׁר רָחֲקוּ מֵעָלַי בִּתְעוֹת וגו׳ אֲשֶׁר תָּעוּ מֵעָלַי וגו׳] *Qui longè recesserunt à me*, P. JT. Pi. &c. *quando erravit Israel*, P. sim. M. Ti. JT. Pi. *qui* (vel, *qui* scilicet, M. vel, *qui* Israelitæ, V.) *erraverunt à me*, P. sic M. JT. (vel, *errando defecerunt*, sive *recesserunt*, *à me*, V. vel, *errârunt* abeuntes *à me*, Pi.) *post idola sua*, P. M. &c. sub. *euntes*, P. q. d. Levitæ illi qui abrepti erant exemplo reliquorum Israelitarum ad cultum idolorum[d], aliáque scelera *. ¶ *Et portaverunt*, &c.] qu. d. Ideo reportârunt pœnam, captivitatem scilicet Babylonicam[f]. Al. Dabunt pœnas iniquitatis suæ[g].

11. *Erunt in sanctuario meo æditui*, &c. מְשָׁרְתִים פְּקֻדּוֹת אֶל שַׁעֲרֵי—וּמְשָׁרְתִים אֶת הַבַּיִת] *Ministri* (vel, *ministrantes*, Pi.) *præfecturæ* (vel, *præfecturarum*, JT. in *præfecturis*, Pi. *præpositi*, P. *ad custodiam*, Ti.) *ad*, vel *apud*, *portas* (vel, *portis*, P. *portarum*, Ti.) *domûs*, Mo. JT. Pi. &c. *& ministri domûs*, Mo. vel, *& ministrantes domui*, JT. vel, *in domo*, P. vel, *& ministri* curantes *ipsam domum*, Ti. vel, *atque etiam ministrabunt domui*, Pi. [Alii locum sic reddunt, *exsequentes ministeria juxta portas domûs, & servientes in templo*, M. *Eruntque ministri tum eorum quæ ad templi portas procuranda sunt, tum ipsius templi*, Ca. q. d. Hæc erit pœna prædictorum sacerdotum[h]; ad inferiora ministeria detrudentur[i]; ex sacerdotibus fient Levitæ[k], populariúmque suorum administri[l], etiam infima ministeria obituri. Insignis hæc erat degradatio, sive honoris diminutio[m]. Vide Num. 3. 7, 8. 1 Par. 23. 28, 29[n]. ¶ *Mactabunt holocausta & victimas populi*, לָעָם] *Populo*, Mo. P. JT. Ca. *ipsi populo*, Ti. *pro populo*, M. *populi*, Ch. Pi. Exsequentur officia minora; erunt janitores, & detractores pellium pecuinarum: officia autem majora illis sunt interdicta, ut sunt accessus ad altare, oblatio hostiarum[o]. ¶ *Stabunt in conspectu eorum*] Scilicet sacerdotum & Levitarum officia majora facientium[p]. *Stabunt*, more scil. ministrorum[q]. Vel, *coram eis*, i. e. popularibus[r].

12. *In*, &c. לְמִכְשׁוֹל עָוֹן] *Offendiculo*, vel *in offendiculum*, *iniquitatis*, M. P. Mo. vel, *peccatorum*, Ch. vel, *ad iniquitatem*, Ti. JT. Pi. *Detrimentoso crimini sunt*, Ca. i. e. Occasio iniquitatis †, gravissimæ[t]. Ad iniquitatem populum provocabant[v].

13. *Neque accedent ad*, &c. עַל כָּל קָדָשַׁי אֶל קָדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים] *Super* (vel, *ad*, P. JT. Pi.) *omnes* (vel, *omnia*. M. *ulla*, Ti. *ullas*, JT. Pi.) *sanctificationes* (vel, *res sanctas*, JT. Pi. sim. M. Ti.) *meas*, Mo. P. &c. *ad* (vel, id est, *ad*, P.) *sanctitates sanctitatum*, Mo. vel, *ad* (vel, *juxta*, Ch.) *sancta sanctorum*, M. Ch. sim. JT. vel, aut *ad res sanctissimas*, Pi. vel, *ad sanctius sanctuarium*, Ca. vel, quæ sunt *sacrosancta*, Ti. Non accedent ad ea facienda quæ in ministro sanctitatem requirunt; in Templum non ingredientur, ut alii sacerdotes, neque thus offerent, neque panes propositionis ponent[x].

14. *Dabo* (vel, *Ponam*, P. *Disponam*, JT. *Constituam*, Pi.) *eos janitores*, &c.] Vel, *custodes custodiæ domûs*, &c. Mo. P. sim. JT. Pi. *Custodiam* vocat ea quæ Deus præcepit observari in suo Templo[y].

15. *Filii* (i. e. nepotes[z]) *Sadoc, qui custodierunt*, &c.] Id est, qui constanter in ministrando observârunt leges à me præscriptas: non autem gratificati sunt populo erranti in idololatria exercenda, ut fecerunt isti de quibus hactenus dictum[a].

16. *Accedent ad mensam meam*] i. e. Vel, 1. altare holocausti, in quo consumebatur cibus Domini, nempe adeps: vel potiùs, 2. thymiaterium[b], sive altare incensi[c], *mensa Jehovæ* dictum Ezec. 41. 22; quia proximè præcessit mentio introitûs in Sanctum: altare autem holocausti situm erat extra illud[d].

17. *In portis atrii interioris*] Id est, atrii sacerdotum *: i. e. in ipso atrio interiore, ubi altare holocausti[f]. ¶ *Et*, &c. וָבָיְתָה] *Et intus*, JT. Pi. sim. Mo. P. &c. vel, *parte internâ*, sive *penitiore*, sub. *templi*. In Sancto, ubi altare suffitûs[g].

18. *Vittæ*, &c. פַּאֲרֵי וגו׳] *Cidares*, &c. Mo. P. *Tiaræ*, Ch. JT. Pi. *Pilei*, Ti. sic Ca. *Ornamenta*, M. ¶ *Non*, &c. לֹא יַחְגְּרוּ בַּיָּזַע] *Non accingent se* (vel, *Nè accingunto*, Pi. *Nè succingantur*, Ca.) *in*, vel *cum*, *sudore*, Mo. Ca. vel, *ullâ re sudatoriâ*, JT. aliquid *quod pariat sudorem*, Pi. qualia sunt vestimenta lanea, quarum meminit vers. præced[h]. Vel, *in* loco, sive locis, *sudoris*, M. P. V. i. e. in partibus corporis in quibus excitatur sudor: q.d. Non accingent sese in parte corporis inferiore, i. e. subter lumbos, neque in parte superiore, putà sub axillis, sed in parte media corporis[i]. [Ti. verba sic reddit, *Quæ non adstringent arctiùs*.]

19. *Cùmque egredientur*, &c.] Vide eadem c. 42. 14[k]. ¶ *Et non sanctificabunt* (vel, *Nè sanctificent*, V. &c.) *populum in vestibus suis*] Id est, contactu vestium suarum sacrarum[l]. Vide infrà 46. 20[m]. Nè videantur vestes populi earum contactu sanctiores reddi[n]. Nè populus, cui fas non est, vestes sanctas tangens, noxam contrahat[o]. *Nè sanctificent populum*, cogántque sic, etiam inscios vel invitos, subire leges Nazaræorum, & Templo deservire[p]: profana enim ex contactu sacrorum fiebant sacra[q], juxta Exod. 30. 29[r]. Nè populum consecrent Deo ad ministrandum: id quod pugnaret cum recto Dei cultu, quum is solos Levitas consecraverit †.

20. *Caput — non radent*] Vel ex muliebri mollitie, vel ex superstitiosa imitatione Gentilium[r], vicinorum, qui capite raso idolis sacrificabant, ut patet ex Baruch 6. 30[v]. Nè itaque Judæi ediscerent mores gentium, inter quas diu exsulaverant, prohibetur eis rasura[x]. Vide dicta ad Levit. 19. 27[y]. & 21. 5[z]. ¶ *Neque comam nutrient*; sic Ch. Ti. V. יְשַׁלֵּחוּ] *Promittent*, Ca. sim. JT. Pi. *demittent*, Mo. P. demissam gestabunt[a]: *dimittent* crescere, M. Non studiosè colant, sed modestiam colunto[b], & mediocritatem præ se ferant[c]. Videtur sacerdotibus edici, nè vel raso, vel nimiùm capillato, capite incedant[d]. ¶ *Sed*, &c. כָּסוֹם וגו׳] *Attondendo attondent* [forsan legendum, *attondeant*] *capita sua*, P. *Omnino tondento*, &c. JT. Pi. *Tondendo æquè æquè attondebunt*, &c. Mo. *Sed accuratè subindè tondebunt*, &c. Ti. *Sed decurtabunt* (vel, *tondendo attondebunt*, Ch. vel, *adæquando adæquent*, M.) *capillos*, Ca. Ch. *capitis sui*, Ch. vel, cincinnos *capitum suorum*, M.

21. *Et vinum non bibet*, &c.] Nè sacris operaturus indecorè agat. Sumptum ex Levit. 10. 9*. ¶ *Atrium interius*] Id est, partem posteriorem atrii sacerdotum, quam priùs vocavit *atrium superius*; nempe spatium illud quod primùm se offerebat introeuntibus[f].

22. *Et viduam*, &, &c. וּגְרוּשָׁה] *Et* (vel, *aut*, P. Ca.) *repudiatam*, P. M. Ti. JT. &c. vel, *ejectam*, sive *expulsam*, Mo. Pi. scil. è domo mariti[g]. Vide dicta ad Levit. c. 21. v. 14[h]. Παρθένον γαμεῖν (*virginem ducere*) Regem sacrorum, inquit Demosthenes[i]. ¶ *Vidua à* (vel, *ex*, JT. Pi.) *sacerdote*] Ità Mo. P. &c. subaud. *relicta*, P.

23. *Docebunt*, &c. יוֹרוּ בֵּין קֹדֶשׁ לְחֹל] *Docebunt* (sub. *discernere*, P. vel, sub. *quid sit*, M. Ch. vel, *quid differat*, Ca. Al. *docendo*, JT. Pi. vel, *monstrabunt*, Ti. sub. *discrimen*, Ti. JT. Pi.) *inter sanctum & profanum*, P. &c.

24. *Et cùm*, &c. וְעַל רִיב הֵמָּה יַעַמְדוּ וגו׳] *Et super litem*, vel *in lite*, vel *controversia stabunt ad judicandum*: P. sim. Ti. vel, *stabunt ut sententiam ferant*: M. vel, *insistent juri*: Pi. sic JT.) *juxta judicia mea judicabunt eam*, P. sim. JT. Pi. &c. Ipsi sacerdotes erunt judices, aut sic judicabunt juxta leges meas, non ex suo capite[k]. [Ca. locum sic reddit, *Iidem controversiis præerunt, causas meas*

Marginal notes (left column): [y] Ls. [z] Jun. [a] Belg. [b] San. [c] Pi. [d] Mc. sim. Ls. * Ls. [f] Mc. ex Ls. [g] V. [h] Pi. [i] G. [k] Jun. Pi. [l] Jun. [m] Pi. [n] Belg. [o] M. [p] L. [q] V. [r] Pi. † Mc. sim. V. [t] V. [v] Mar. [x] Mar. [y] V. [z] V.

Marginal notes (right column): [a] Pi. [b] Pi. [c] L. [d] Pi. * Mc. ex Ls. [f] Pi. [g] Idem. [h] Jun. [i] V. [k] V. [l] Pi. ex V. [m] Jun. [n] V. [o] Mc. [p] T. [q] T. ex V. & Mald. [r] T. † Pi. [r] E. [v] Ls. [x] San. [y] San. T. [z] Ls. [a] V. [b] Jun. [c] Jun. sim. San. [d] San. * San. [f] V. [g] Pi. [h] G. [i] Gr. [k] Mar.

meas dijudicabunt.] ¶ *Sanctificabunt*] Id eſt, obſervabunt diligenter, & obſervanda curabunt[l].

25. *Et ad*, &c. "וְאֶל מֵת אָדָם וגו] *Et* (vel, *Autem*, P.) *ad mortuum hominem* (vel, *cadaver hominis*, Ti.) *non ingredietur*, &c. Mo. &c. *Nec obeundis hominum funeribus polluentur*, Ca. ¶ *Patrem & matrem*] Hîc & ſequentibus ו pro *aut* poſitum[m]. De his vide dicta ad Levit. 21. 1, 2, &c[n].

26. *Et poſtquam fuerit emundatus*] Ab hac immunditia legali[o]. Vel, poſtquam diſceſſerit & ſeparatus fuerit à mortuo: tunc enim emundari dicebatur, ſicut per præſentiam contaminari[p]. Vel, poſtquam expiaverit ſeſe ſpatio ſeptem dierum à pollutione illa quam contraxerat propter contactum cadaveris[q]. ¶ *Septem dies numerabuntur ei*] Antequam ad miniſterium ſacerdotale accedere permittatur[r]. Hæc nova eſt ſanctio in novo Templo; nam in Levitico nil tale præſcribitur†. *Septem dies*, quibus habebitur impurus ex mortuo, ſecundùm analogiam Naziræorum, Num. 6. v. 9[t]. Sic Num. 19. 16. ſeptendialis definitur luſtratio his qui ſe cadaverum contactu polluerunt[v]. Al. *Septem* alii *dies*, &c. q. d. Alii ſacerdotes numerabunt ei 7 alios dies, nè ſcilicet ille obliviſcatur numeri dierum 14, quibus expiabit ſeſe antequam admittant eum in atrium[x]. Si autem 14 dies ſacerdotibus antiquis præſtituti eſſent, &c. nè quid olerent mortuum aut immundum, quantò magìs novi accuratè cavere debent nè quid oleant quod contrahi potuit à cadavere, ſeu, quod idem eſt, ab operibus mortuis[y]?

27. *Offeret*] Decimam ſcilicet partem ephi ſimilæ[z], ut præcipitur Levit. 6. 20[a].

28. *Non erit*, &c.] Sic legendum, cum negatione, quam malè codices quidam tollunt[b]. [Imò omnes præter Vulgatum tollunt, & legunt affirmativè, prout eſt in Hebræo.] ¶ "וְהָיְתָה לָהֶם לְנַחֲלָה וגו] *Et erit* (vel, *ſit* hæc, Sy. vel, *erit* ſacerdotium, M. P.) *eis in hæreditatem*, Mo. ο'. Ar. Sy. P. ſim. Ch. (vel, *Habebunt etiam hæreditarium aliquid*, Ti. vel, *Quod erit ipſis in poſſeſſionem*, JT. *Quod*, ſcil. ſacrificium pro peccato, cujus modò meminit, aliáque ſacrificia, ſynecdochicè, ut exegeſis demonſtrat ſequentium verſuum[c]. Vel, Quod *verò* attinet ad illud quod *erit ipſis in hæreditatem*, Pi.) *ego* (ſub. *ſum*, Ti. JT. Sy. Ar. vel, *ero*, Pi.) *hæreditas eorum*, vel *eis*, ο'. Sy. Ar. Ti. &c. vel, *& reſiduum oblationum mearum erit pars eorum*, Ch. [Ca. locum ſic vertit, *Habebunt autem, pro patrimonio, me patrimonium ſuum.*]

30. *Et primitiva*, &c. וְרֵאשִׁית כָּל־בִּכּוּרֵי כוֹל] *Et principium* (vel, *primitiæ*, P. Pi. M. Ti. *præcipuum*, JT.) *omnium primitivorum* (ſub. *fructuum*, Pi. vel, *primogenitorum*, M. Ti. Ca. vel, *primitiarum*, JT.) *omnium*, Mo. Ca. vel, *ex omnibus*, JT. *omnes, inquam*, M. *ex omni genere*, Pi. ſic Ti. *omnis*, vel *cujuſvis*, fructûs, Ch. P. Mar. nempe, Primi fructus ipſorum erunt[d]. ¶ *Et omnia*, &c. "וְכָל־תְּרוּמַת כֹּל מִכֹּל וגו] *Et omnis oblatio* (vel, *levatio*; ſic dicta à רוּם *elevare*, ſive *exaltare*, quòd ſurſum & deorſum levaretur aut moveretur*: vel, *ſeparatio*, i. e. oblatio ſeparata[f]: vel, *oblationis*, JT.) *omnium* (ſub. *oblationum*, Pi.) *ex omnibus oblationibus veſtris*, Mo. P. JT. *Et omnium oblationum ex omni genere, ex omnibus*, &c. Pi. *Et omnis collatio cujuſcunque generis de omnibus collationibus veſtris*, Ti. *Sed & omnes ſeparationes, omnes, inquam, de omnibus levationibus veſtris*, M. *Omniáque omnium exceptitiorum veſtrorum exceptitia*, Ca. *Et omnes exemptiones omnium rerum quas ſeparâſtis Domino*, Ch. ¶ *Et primitiva ciborum*, &c. עֲרִיסֹתֵיכֶם] *Paſtarum* (vel, *maſſarum*, Ch. *conſperſionum*, V. JT. Pi. *frugum*, Ti.) *veſtrarum*, M. P. Mo. i.e. panum veſtrorum[g], confectorum ex primitiis frugum veſtrarum[h], qui in Pentecoſte ſacerdotibus offerebantur[i]. Cùm panes coquebant, volebat primitias offerri[k]. ¶ *Ut*, &c. "לְהָנִיחַ וגו] *Ut ponat*, vel *reponat*, &c. P. M. &c. Quis? Sacerdos: nam Deus loquitur. Heb. *Ad reponendum*: quod ad Deum referri poteſt[l]. *Ut ſtatuam*, ſive *collocem*, &c. JT. Pi. *Ut reponatur*, &c. Ch. *Ut reſideat ubertas*, &c. Ca. Ad verb. *Ut requieſcere faciat*, &c. i.e. Ut benedicatur à Domino domus tua †.

31. *Omne morticinum*, &c.] Quod Levit. 7. 24. omnibus, hîc ſigillatim ſacerdotibus, interdicitur[m], quia hi cæteris ſanctiores[n], & laicis exemplo[o], eſſe debent[p]. Propterea tanquam proprium ipſorum præceptum hîc repetitur[q].

[l] V. [m] V. [n] Belg. [o] La. T. [p] Q. in V. Me. [q] V. [r] T. ex La. † La. [t] Jun. [v] San. [x] V. ſim. San. ex Hi. & L. & K. &c. [y] San. [z] La ex Hc. Me. &c. [a] Me. ex La. [b] La. [c] Jun. [d] Mar. * V. [f] Q. in V. [g] V. [h] Me ex La. T. [i] T ex Me. [k] Mar. [l] Idem. † V. [m] Mar. ſim. Me. T. [n] Me. [o] T. [p] Me. T. [q] Me.

CAP. XLV.

1. CUmque, &c. "וּבְהַפִּילְכֶם וגו] Ad verbum, *Et in facere cadere vos*, &c. V. *Quando autem dividetis*, P. vel, *ſortiemini*, JT. *ſorte dividetis*, Pi. V. terram Iſraeli[a], inter Tribus & familias[b]. Dicit, *ſorte*, non quòd hæc diviſio facta ſit ſortibus, (nam diviſa eſt ex Dei præſcripto,) ſed quia vocaverat *hæreditatem*; hæreditas autem ſorte dividi ſolet[c]. Sors hæc erat, non quidem reſpectu Dei, ſed reſpectu Hebræorum, quibus partes quaſi ſorte & caſu obveniebant[d]. Hæc urbis & terræ, æquè ac Templi, idea & menſura à Judæis Babylone redeuntibus non fuit completa, tum ob metum Perſarum, nè rebellare velle viderentur; tum quia hoſtes impediebant, Neh. 4; tum ob paupertatem Judæorum; tum, denique, ut oſtenderet Deus, hæc myſticè in Eccleſia Chriſti (quam h. l. magìs ſpectat & delineat quàm Templum Judæorum) perfectè fore complenda*. Adumbrat h. l. perfectiſſimam Eccleſiæ inſtaurationem & conſtitutionem per Chriſtum. Diſtributio hæc tota planè differt ab illa Moſis & Jehoſuæ; denique totus ordo, & civilis & eccleſiaſticus, novus inſtituitur: ut Propheta oſtenderet veterem illam formam interituram fuiſſe, & fuiſſe tantùm introductionem ſpei melioris, omniáque in Chriſto nova effecta eſſe; etſi, propter ruditatem populi, & communem hominum infirmitatem, auguſta illa inſtauratio typis Eccleſiæ priſcæ adumbratur[f]. Porrò, par hîc eſt difficultas, par obſcuritas, cum illa quam in idea Templi hucuſque vidimus[g]. ¶ *Separate*, &c. "תָּרִימוּ וגו] *Offeretis oblationem*, P. &c. i. e. conſecrate, prout oblationes conſecrabantur Domino[h]. ¶ *Sanctificatum*, קֹדֶשׁ] *Sanctitatem*; i.e. Portionem quandam terræ Domino dedicabitis[i]. ¶ *Longitudine*, &c. "אֹרֶךְ חֲמִשָּׁה וגו "אֹרֶךְ וְרֹחַב וגו] *Longitudo* (ſub. *ejus erit*) 25000 *longitudine, & latitudo decem millium*, Mo. P. *Longitudine ——longitudine, inquam*, &c. M. *Longam——longitudine*, &c. JT. *Ad ejus longitudinem quod attinet*, 25000 ——erit *longitudo*, &c. Pi. Longitudo illa ſumetur ab Oriente in Occidentem, & latitudo à Septentrione in meridiem, & in medio ſitus erit mons Sion, in cujus faſtigio collocabitur Templum ipſum. Porrò, in diſtributione portionum aliarum tribuum non expreſſit longitudinem, ut in iſta, ſed latitudinem tantummodo. Fuítque portio Regis decimatertia portio, media inter ſeptimam & octavam, i. e. ſita inter portiones Juda & Benjamin, intra quam ſita erat hæc oblatio ſancta[k]. *Viginti quinque millia*, vel, 1. calamorum[l], ex collat. v. ſeq. cum Ezec. 42. 15, 16, &c. In utroque enim loco una eadémque menſura Templo tribuitur; in illo autem loco calami expreſſè nominantur[m]. Calamus erat in manu hæc metientis, cap. 40. v. 3. & terra non cubitis, ſed calamis, ſeu cannis, menſurari ſolet[n]. Sed ſpatium hoc exorbitans videtur, eſſet enim ferè 16 leucas longa, & 6 lata[o]; cùm tota terra longa tantùm erat leucas 60, vel milliaria 160 Italica, & lata 15 leucas, vel 60 milliaria, teſte Hieronymo: videtur autem h. l. non tota terra menſurari, ſed ejus pars illa quæ à reducibus poſſidenda erat[p]. Sed quæ de ingentibus hiſce terræ portionibus Templo, ſacerdotibus, &c. aſſignandis dicuntur nunquam effecta dederunt Judæi, ob metum, vel Cyri, vel vicinorum, aut alias hujuſmodi cauſas: vel, certè, de Eccleſia militante & triumphante accipienda ſunt[q]. Vel, 2. cubitorum[r]: ut percipitur ex collat. verſ. 2. *quinquaginta cubitorum*, &c. & verſ. 3. *Et à menſura iſta menſurabis longitudinem* 25000, &c. qu. d. 25000 longitudinis, & 10000 latitudinis, quorum priùs menſuram certam non poſueram, cubitis dimetienda ſunt†. Adde quòd hæc menſura erat Judæis uſitatiſſima. Et ſic ſpatium hoc longum fuerit duabus leucis cum dimidia, latum unâ leucâ. Quale libens conceſſerim fuiſſe conſecratum Deo, h.e. Templo variiſque illius uſibus, & habitationi ſacerdotum;

[a] V. [b] T. [c] Me. ex La. [d] La. * La. ex Vil. [f] Jun. [g] La. [h] Jun. [i] V. ſim. La. Me. &c. [k] V. [l] Ti. Pi. Mar. La. Me. V. [m] Pi. [n] La. ex Mald. & Hi. [o] T. [p] San. [q] Me. [r] San. ex Th. T. JT. Ca. † San.

quorum plurimi fixa domicilia & suburbana habebant non minùs Jerosolymæ quàm in aliis locis Judææ [r]. Habebis hujus totius distributionis declarationem cap. 48 *. ¶ *Sanctificatum*, &c. קודש הוא בכל־ גבולה סביב] *Sanctitas*, vel *Sanctum*, (vel, *Hæc sancta*, JT. vel, *Locus sanctus iste*, Pi. vel, *Id sanctum*, Ti. sim. Ca.) *est*, vel *erit*, (vel, sub. *esto*, JT. Pi. Ar.) *in omni*, vel *toto*, *termino ejus* (vel, *suo*, JT. sim. Ar. Ti. Ca.) *per circuitum*, P. &c. i. e. Ea portio terræ sacrosancta erit toto suo ambitu [v]. Hujus loci satis obscuri hanc nonnemo crederet esse sententiam, Spatium illud 25000 longum, & 10000 latum, habebit in complexu atque ambitu suo Sanctuarium, sicut perisphæria centrum habet in medio, & illud circuitu suo continet & claudit. Quòd si hîc hypallagen esse statuas, sic magis aperta erit sententia, *Omnis terminus* (nempe terræ Hierosolymæ) *erit in circuitu sanctificati & templi*. Sed quomodo civitas & Templum in sorte concessa civitati sint, dicemus cap. 48 [x]. *Et omnes hujus termini sint sancti circumquaque*, Sy.

2. *Et erit*, &c. ויהיה מזה אל־הקודש חמש וגו'] *Erit* (vel, *Erunt*, P. *Esto*, JT. *Confertor* autem, vel *Conferetur*, Pi.) *ex hoc* (sub. *spatio*, JT. Pi.) *in sanctitatem* (vel, *pro sanctitate*, P. *in locum sanctum*, JT. *ad sanctuarium*, Pi. sim. V.) *quingenti in quingentis*, (vel, per *quingentos*, Ch.) *quadratum circùm*, Mo. vel, *quingentorum* cubitorum *per quingentos* cubitos *quadratus* locus, &c. JT. *quingent.* calamorum *cum quingent.* calamis spatium *quadratum*, &c. Pi. *quingent.* in longitudinem *cum quingent.* in latitudinem *quadratum*, &c. P. sim. Ca. *Eritque ab hoc ad sanctum mensura quingentorum cum quingentis, quadratum scilicet in circuitu*, Ti. Seipsum declarat vers. 3. i. e. Ex hac prima portione terræ, sive oblationis sanctæ, sumetur locus in quo situs erit mons ille ædis sive Templi, qui continebit tam in longitudine quàm in latitudine 500 calamos, ut dictum est cap. 42. 16 [y]. Ex toto majori spatio spatium quaquaversus quadratum designabis quingent. calamorum ex omni latere, pro Templo ejúsque atriis [z]. Eadem hîc iterari suspicor quæ dicta sunt cap. 42. 16. de mensura periboli qui totam Templi molem amplectebatur, ubi apertè quingent. calami quoquoversus fuisse traduntur [a]. ¶ *Et quinquaginta cubitis* (sub. *latitudinis*, V.) *in suburbana*, &c. מגרש לו] *Suburbium* (vel, *spatium*, Ch. *spatium liberum*, Pi. *pomærium*, Mar. sic Ti. *vacua terra*, M. *area* quæ erat spatium quoddam circa montem illum, quod vacuum erat, h. e. non consitum arboribus, neque occupatum domibus [b]: sub. *erit*, M. Ch. vel, *esto*, Pi.) *ei*. JT. vel, *ei*, Mo. P. V. Ch. Pi. *illi*, sub. *quadrato*, *circùm illud quadratum* [c]: reverentiæ & sanctitatis, æquè ac decoris, causâ, ut Templum magis conspicuum esset †.

3. *Et à*, &c. ומן המדה וגו'] *Et à mensura* (vel, *Ex mensura, inquam*, P.) *ista mensurabis longitudinem*, &c. Mo. M. sic Ca. vel, *mensurabis*, id est, *ex longitudine*, &c. P. vel, *metieris*, sub. *quingentos illos cubitos ejus montis tam in longitudine quàm in latitudine*, V. *Atque ex illo modo longitudinis——metieris*, Ti. *Quùmque de mensura hac mensus fueris, longitudine*, &c. JT. *Igitur secundùm mensuram hanc* (paulò antè indicatam) *metitor in longitudine*, &c. Pi. *A mensura*, vel, 1. calamorum [d]; vel, 2. cubitorum *, ut immediatè præcessit [f]. [Vide dicta ad v. 1.] ¶ *In ipso erit templum*, &c. המקדש וגו'] *Sanctuarium*, M. P. Mo. Ti. JT. Pi. *sanctitas sanctitatum*, Mo. P. vel, *sanctum scilicet* (vel, quod est *sanctum*, Ti. vel, & *sanctum*, JT. Pi.) *sanctorum*, M. &c. i. e. locus sanctus, qui definitus est v. præced [g]. Al. Templum illic collocabitur, quod erit sanctissimum [h].

4. *Sanctificatum*, &c. קודש מן־הארץ הוא לכהנים וגו'] *Sanctitas de terra ipsa sacerdotibus——erit*, Mo. *Sanctum* (vel, *Id sanctum*, Ti. *Sanctum illud*, JT. *Locus sanctus istud* spatium, Pi. sub. *est*, JT. Pi.) *de terra*, M. *sacerdotum——erit*, vel *esto*, Ti. JT. Pi. *illud sacerdotum erit*, M. i. e. Pars illa prima ejus oblationis sanctæ attribuetur ipsis sacerdotibus, partim pro domibus suis, partim pro monte illo qui cedet in usum ipsius Templi, & in quo sacerdotes ipsi ministrabunt Domino [i]. ¶ *Et erit eis locus in domos, & in*, &c. ומקדש למקדש] *Et sanctuarium* (vel, *sanctus locus*, JT. Pi.) *sanctuario*, Mo. vel, *pro sanctuario*, M. P. JT. Pi. sim. Mar. vel, *pro loco sancto*, M. i. e. in locum ubi Sanctuarium ædificabitur. Sanctuarium priori loco sumo pro loco & area Sanctuarii; posteriori, pro atriis & peribolo [k]. i. e. Etiam ille locus sacer erit pro exstruendo sacro Templo. Q. exponunt, *Locus in quo templum erit sanctus erit* [l]. Sensus, qu. d. Ut spatium illud totum conservetur integrum domicilio Dei & sacerdotum ejus [m]. Duplex hîc esse possit sententia. 1. Ut locus aliquis designetur in Levitarum & sacerdotum domos, ut habuerunt olim; & Templum, ubi sacris operentur. 2. De Templo; q. d. Templum, de quo proximè, præbebit sacerdotibus locum & aram ubi sacrificent, &c. Utraque sententia probabilis [n].

5. *Viginti quinque——millia*, &c.] Alia præter illa quæ jam sacerdotibus assignata sunt [o]. Levitis par spatium ei quod antè sacerdotibus designat [p]. Qu. Cur Levitis Hierosolymæ tantò plus agri quàm in aliis urbibus tributum erat? Resp. Quia ibi multò plures erant Levitæ ad Templi curam & custodiam [q]. ¶ *Ipsi*, &c. לאחזה עשרים לשכת] *In*, vel *ad*, *possessionem* (vel, *jus possessionis*, JT.) *viginti cubiculorum*, P. vel, *cubicula*, Mo. *cellarum*, Ti. *gazophylacia*, Ch. vel, in qua faciant *viginti cameras*, M. sim. V. vel, *ad viginti cellarum ordines*; Heb. *cellas*, Pi. vel, ministrantibus in *viginti cellarum ordinibus*, JT. i. e. janitores, cantores & administros sacrorum agentibus ad sacerdotum manum, in omnibus ipsorum stationibus, ubicunque legitimè præstare officia sua poterant in domo Dei. Fuerunt autem harum stationum ordines viginti, ut sic colligitur: In domo Dei ambitus maximus unicam habebat portam, atria verò populi & Levitarum communia (quæ tria erant numero) portas ternas: sic ad Levitas in universum per decem portas ministerium pertinebat. Singulæ autem portæ sua habebant vestibula, quorum interventu bini cellarum ordines fiebant, in quibus Levitæ, musici, janitores & administri consistebant ad sua officia comparati [r]. LXX hîc habent, εἰς κατάσχεσιν, πόλεις τοῦ κατοικεῖν, (*in possessionem, civitates ad habitandum.*) Legerunt ערים לשבת: quæ lectio videtur melior; nam quænam forent illæ exedræ quæ longæ essent 25000 cubitos, latæ 10000 †? Sed, 1. præceps est hoc judicium, quia עשרים *viginti* habent omnes Hebræi codices, omnes etiam Interpretes, Ch. Aq. Sym. Th. 2. Ratio ejus frivola est. Non dicit exedras tot cubitos occupare, imò nulla eis mensura assignatur: sed dicitur tantùm, quòd in illo spatio debent exstruere decem cubicula; reliquum aliis usibus & necessitatibus reservare [s].

6. *Et*, &c. ואחזת וגו'] *Et possessionem civitatis dabitis*, Mo. P. Ti. vel, *ponetis*, M. Ca. i. e. metropoleos, quæ describitur infrà 48. 15, &c [v]. ¶ *Quinque millia*, &c.] Dimidio minus quàm Levitis [x], aut sacerdotibus. Sed injusta hæc divisio videtur. Resp. Negatur, 1. quia hæc pars non est ascripta civitati toti, sed iis qui civitatis publicæ commoditati serviunt [y]: 2. quia voluit [Deus] hanc urbem esse sacerdotalem, &, præter ministros, paucos in ea habitare [z]. ¶ *Secundùm*, &c. לעמת תרומת הקודש לכל־ וגו'] *Contra* (vel, *juxta*, Ti. sic Ca.) *oblationem* (vel, *separationem*, M. *collationem*, Ti. *honorarium*, Ca.) *sanctitatis*, Mo. P. (vel, *sanctuarii*, M. *loci sancti*, Pi. *sacram*, Ti. sic Ca. sim. JT.) *omni*, &c. Mo. P. vel, *pro tota*, sive *omni*, &c. (vel, illud *totius*, &c. Pi.) sub. *erit*, vel *esto*, M. JT. Pi. sim. Ti. Ca. q. d. E regione sortis, sive post sortem, sacerdotum & Levitarum construes civitatem [a].

7. *Principi quoque*] Scilicet, dabitis suum spatium, ut cæteris, sed peculiare & Principe dignum [b]. ¶ *Hinc & indè*] Id est, utrinque: i.e. vel, 1. ab occasu & ortu [c], ut verba sequentia explicant [d]; vel, 2. ad meridiem & ad Aquilonem, ex utroque latere *. Hæc autem propriè *latera* dicuntur, quia longitudo ab Oriente in Occidentem sumebatur [f]. ¶ *In*, &c. לתרומת וגו'] *Ad* (vel, *juxta*, P.) *oblationem sanctitatis*, & *ad* (*juxta*, P.) *possessionem civitatis*, Mo. P. [Alii hoc cum præced. sic reddunt, *ab hac & ab illa* parte *oblationis*, &c. JT. Pi.] i. e. illorum 25000 cubitorum qui sacerdotibus, Levitis & communi [legendum videtur, communitati] suprà fuerunt assignati [g]. Post sortem, 1. sacerdotum, 2. Levitarum, 3. civitatis, quarto loco designabis locum

[r] Ti. [s] Ca. [v] V. [x] San. [y] V. [z] Mo. [a] San. [b] V. sim. Jun. [c] V. † La. [d] L. Me. La. &c. * T. i. &c. [f] T. [g] Jun. [h] V. [i] V.

[k] Mar. [l] V. [m] Jun. [n] San. [o] Me. et Li. [p] Mar. sim. La. Me. San. Jun. [q] San. [r] Jun. † Capell. p. 273. [s] Buxt. vind. 2. 8. 639. [v] Jun. [x] Mar. sim. San. &c. [y] San. [z] Mar. [a] La. [b] Me. ex La. [c] Jun. sic La. [d] Jun. * Me. La. [f] Me. [g] Jun.

cum Principi, ut ipse, quasi ultimus, omnes cingat instar valli, quasi reip. tutor & defensor, uti patebit c.48. v. 21 [h]. Al. Inter sortes sacerdotum ac Levitarum atque civium, medio loco constituit Principem, ut meliùs omnes tueri possit [i]. Al. *ante oblationem sanctam illam*, &c. i. e. ante portionem sacerdotum, Levitarum, & urbis: q. d. In portione Regis erit portio sacerdotum & Levitarum, & Templum cum urbe [k]. ¶ *A latere*, &c. "מִפְּאַת יָם יָמָּה וגו] *Ab angulo* (vel, *plaga*, Ti. *parte*, Ch. Ca. *latere*, JT. Pi. *termino*, V.) *maris* (vel, *occidentis*, sive *occidentali*, P. Ti. JT. Ca. Pi. Ch. nempe oblationis sacræ [l],) *ad* (vel, *versus*, M. JT. Pi.) *mare*, Mo. (vel, *occidentem*, P. Ca. &c. scil. Terræ sanctæ [m],) *& ab angulo orientali* (oblationis sacræ [n]) *ad orientem*, Mo. &c. scil. Terræ sanctæ: id totum erit Principis [o]. Occupabit Princeps quantum volet spatii versùs Orientem & versùs Occidentem, *in*, i. e. usque ad, *separationem sanctuarii, & possessionem civitatis*, i. e. usque ad spatium antè separatum in usus Templi, Levitarum & civium. Erat ergò portio Principis multò major quàm portio Sanctuarii simul & populi Jerosolymitani. Idque eo fine, ut occasionem ampliùs non habeat invadendi vicinos populi agros, &c [p]. ¶ *Longitudinem*,&c. "וְאֹרֶךְ לְעֻמּוֹת אַחַד הַחֲלָקִים] *Et longitudo* (sub. *illius partis*, sive *portionis regiæ*, V. & sub. *erit*, P.) *contra* (vel, *juxta*, Ti. sic Ch. Ca.) *unam* (vel, *unamquamque*, Ti.) *partium*, M. Ti. Ca. sim. Mo. vel, *è partibus*, P. i. e. Tam latè porrigitur quàm quævis ex iis partibus prioribus, nempe 25000: de latitudine nihil dicit [q]. *Juxta unamquamque partem*, Vulg. i. e. ad latus uniuscujusque partis, sacerdotalis, Leviticæ, & civitatis [r]. *E regione aliarum partium*, i. e. respondebit longitudini portionum harum; h. e. incipiet à primo terræ limite, usque ad finem ejus terræ†. *Longitudo verò* (scilicet duplicis illius portionis attributæ Principi) *ex adverso uniuscujusque istarum partium*(trium comprehensarum in oblatione) *porrigetur*, JT. q. d. Alas duas circumjacentes quadratum illud spatium (quod *oblationem* Propheta nominavit,) sive duos illos tractus ab ortu & occasu sitos, quàm longè & latè patebunt, obtinebit. Ac latitudo quidem certa & definita est 25000 cubitorum, prout erat latitudo oblationis quam sacerdotes, Levitæ & communitas obtinebant, à tribu Jehudæ ad tribum Benjaminis usque: longitudo verò indefinita relinquitur, quia Propheta ostendit eam utrinque ab extremitate oblationis illius ad extremos totius terræ terminos per eandem latitudinem 25000 cubitorum pervenire; h. e. (ut geometricè loquamur,) aream 25000 cubitos latam ab extremitate orientali terræ ad occidentalem ὀρθογώνιως (*rectâ lineâ*) regionem totam dividere inter tribum Jehudæ & Benjaminis; qua in media area rectum quadrum 25000 cubitorum ad oblationem & possessionem civitatis exceptum est; latera verò utrinque adjudicantur Principi, quæcunque fuerint longitudine [t]. Quanta fuerit hæc sors Principis, Scriptura non exprimit, & variant Interpretes [v]. Tanta fuit quanta sacerdotii & Levitarum [x]. Al. Tertia laicorum sors partita fuit in 13 partes æquales; ex quibus una Principi, cæteræ 12 in totidem Tribus Israel fuerunt distributæ [y]. ¶ *A termino occidentali*, &c.] q. d. Qui in latere quidem occidentali portionis principalis pertinet à mari magno ad finem occidentalem quadri, in orientali verò percurrit à fine orientali quadri usque ad extremum terræ [z].

8. *De terra*, &c. "לָאָרֶץ יִהְיֶה לוֹ] *Terra* (vel, *In terra*, Mo. *Hæc terra*, Ch. *In terra illa*, sive *ipsa*, P. M. Mox declarat quam terram intelligit, cùm dicit, *in Israel* [a].) *erit ei*, &c. Ti. Mo. P. &c. *Ipsi*, inquam, portio *hujus terræ esto*, JT. Hæc portio *istius terræ cedito ei*, Pi. Ideo tam longa terra ei datur, ut ex ea vivat, neque tributis gentem opprimat [b]. ¶ *Sed terram dabunt*, &c.] Ipsi Principes [c], aut qui terram divident [d], separatis portionibus sacerdotum, Levitarum & Principis *, reliquam terram populo distribuent [f]. *Sed terram reddant*, &c. JT. ademptam popularibus restituant, & restitutam servent, ut sequens versus explicat [g].

9. *Sufficiat vobis*] Vel, 1. hactenus oppressisse populum [h]; definite posthac peccare, & resipiscite [i]; desistite à rapinis [k]. Vel, 2. q. d. Contenti estote hâc portione duplâ quæ vobis attribuitur [l]. ¶ *Et rapinas*, &c. "וְשֹׁד וגו] *Et vastationem*,&c.P. *oppressionem*, vel *contritionem*, &c. V. ¶ *Separate* (*Tollite*, sive *Auferte*, Mo. P. Ti. JT. &c.) *confinia*, &c. "גְּרֻשֹׁתֵיכֶם וגו] *Offendicula vestra*, Ch. *exactiones vestras*, Mo. M. Ti. sim. Ca. vel, *angarias*, P. *projectiones*, i. e. tributa quæ vos projiciebatis super populum [m]: *depulsiones*, JT. Pi. quibus populum meum depulistis ex hæreditate ipsius, vi & fraude, quâ æque Principi ac popularibus interdicitur versibus seq [n].

10. *Statera justa*, &c.] Commendat Principibus mensurarum & ponderum æquitatem [o]: vel, quia harum inæqualitate rapinas suas tegebant [p]; vel, quia illorum est mensurarum & ponderum quantitatem definire [q], eámque minuere aut augere [r].

11. *Ephi* (vel, *Epha*, V. JT. Pi. &c.) *& batus*] Pares mensuræ †, illa aridorum, hic liquidorum [*]; uterque continens tres modios [v], vel decimam partem cori [x]. De epha vide Exod. 16. 36. de batho, 1 Reg. 7. 26 [y]. ¶ *Æqualia*, &c. "תֹּכֶן אֶחָד] *Ponderis* (vel, *mensuræ*, P. M. vel, *summæ*, JT. Pi.) *unius*, Mo. &c. *eadem erit adæquatio*, Ti. vel, *ratio*, Ca. Ad verb. *dispositio una erit*, sub. *illis in mensura earum*: i. e. erunt ejusdem capacitatis [z]. ¶ *Ut capiat* (vel, *sumat*, sub. *qui capere volet*, V.) *decimam partem cori*, "חֹמֶר] *Chomeris*, JT. Pi. חֹמֶר, *homer*, mensura indifferens ad liquida & arida [a]. Tantundem aridorum capit quantum liquoris capit corus. Vide Levit. 27. 16 [b]. ¶ *Juxta*, &c. אֶל הַחֹמֶר יִהְיֶה מַתְכֻּנְתּוֹ] *Ad* (vel, *In*, P. *Juxta*, M.) *chomer* (vel, *corum*, M. Ca. &c.) *erit*, vel *esto*, (vel, *exigetur*, Ti. sim. Ca.) *æquilibrium* (vel, *æqualitas*, P. *modus*, Ti. *summa*, JT. Pi. *dispositio*, V. *commensuratio*, M. *ratio*, Ca. ratio mensuræ [c],) *ejus*, Mo. P. M. &c. vel, *cujusque*, JT. vel, *eorum*, Ca. vel, *utriusque*, Ch. Ti. V. Pi. nam uterque est decima pars homer [d].

12. *Siclus——viginti obolos*] Vide dicta ad Exod. 30. 13 *. ¶ *Porrò, viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli, mnam* (vel, *minam*, Ti. &c.) *faciunt*] i. e. Mna, sive Mina, continebit 60 siclos [f]: drachmas 240, uncias 30 [g]. De profana mna loquitur: nam sacra continebat duplum [h]. Verùm hoc alii negant, censéntque unam & eandem fuisse minam sacram & profanam, uti dixi ad Exod. 30. 13 *. Mina vulgaris constabat 50 tantùm siclis; hanc regia & sacra superabat unâ quintâ parte, & tales 60 minæ faciebant talentum Hebræum 3000 siclorum †. [Sed de his fusiùs & curatiùs agendum suo loco, si Deus votis nostris annuerit.] Sed quare minam in tres partes dividit [i]? Resp. Quia tres erant species numismatum; q. d. *Omnes hi numeri faciunt mnam* [k]. Minora pondera erant alia in usu, singula singulos eos siclorum numeros habentia [l]. Unaquæque pars pondus sive moneta erat per se [m]. Quum Deus omnibus in rebus justitiam servari vellet, diversarum monetarum genera recensuit quæ justum habere pondus præcepit. Moneta quædam, Judæis testibus, erat 20 siclorum, alia 25, tertia denique 15 siclorum; quæ simul cùm minam constituerent, Deus, jubens ut singulis sua constaret quantitas, ad minam examinari mandabat, ut, an singulis suum inesset pondus, per minam, quam simul conficere debebant, innotesceret [n]. In una mna, sive mina, tres aliæ mensuræ continebantur, quarum una quartam, altera tertiam, tertia tertiam cum duodecima, minæ partem habebant [o]. Et singulæ hæ species mnas sive minas vocabant, ideóque quadruplex erat mina [p]. Sic Mediolani duplex est libra, altera 12, altera 28, unciarum [q]. [Alii versum sic reddunt,] *Similiter ad siclum viginti obolorum: vicenûm siclorum numi, vicenûm quinûm siclorum numi, quindenûm siclorum numi, ipsius minæ* (vel, *pondo*, ut diximus ad 2 Par. 9. 16.) *summa esto vobis*, JT. i. e. Una pariter esto lex nomismatis & ponderum, æquè ac mensurarum; ut omnia nomismata pendantur ad justam rationem sicli, quæ hîc præscribitur. Hunc autem locum (utcunque interpretentur Hebræi) sic omnino accipiendum ut fecimus res ipsa loquitur: maximè quum illi minam constare dicant ex 60 siclis, abutentes hoc loco imperitissimè, & ignorantes ipsam Scripturæ interpretationem, quam demonstravimus 1 Reg. 10. 17 [r].

[h] La. sim. Me. [i] La. ex Mald. [k] V. [l] Idem. [m] Idem. [n] Idem. [o] Idem. [p] T. [q] Mar. [r] Me. † V. [t] Jun. [v] San. [x] Mald. & c. in San. [y] He. & Hi. in San. [z] Jun. [a] V. [b] Mar. [c] Mar. T. [d] T. [f] Mar. T. [g] Jun. [h] Me. sim. Mar. La. V. [i] V. [k] Mar.

[l] Jun. [m] V. [n] Jun. [o] Me. ex La. sim. Mar. [p] San. [q] La. [r] Me. † Me. ex La. V. [*] Mar. [v] Me. ex La. sim. V. Ca. Pi. [x] Me. ex La. [y] La. [z] Jun. [a] V. [b] Idem. [b] Jun. [c] V. [d] Idem. * Jun. La. [f] V. Mar. [g] Mar. [h] He. in V. * La. † T. [i] Mar. [k] V. [l] Mar. [m] Di. ex R. Abrab. [n] L'Empereur in Di. [o] Me. La. ex K. [p] La. Me. [q] Me. [r] Jun.

13. *Et hæ*, &c. וזאת הַתְּרוּמָה וגו׳] *Hæc*, vel *Ista*, est, vel esto, *oblatio*, &c. JT. Pi. P. V. sub. *in dedicatione templi*, V. K. in La. Vide cap. 44. 30 †. De justo legitimóque usu civili dixerat à vers. 9. ad hunc 13. hîc incipit descriptio juris ecclesiastici [t]: quâ exponuntur officia primùm ordinariarum oblationum pro Ecclesia exhibendarum à populo & à Principe diebus festis, &c. usque ad vers. 16. cap. seq. deinde verò, leges humanorum munerum, usque ad vers. 19. ac postremò, ritus & locus parandis eis attributus, ad finem usque cap. 46. Sensus est, Cautum quidem fuerat Lege Num. 28. & 29. ut populus offerret quod ad juge sacrificium pertinebant & ordinaria omnia: sed quia rebus minimè præcisè taxatis multa inordinatè solent evenire, propterea placuit Deo, pro modo facultatum, oblationes singulis imperare, ut his versibus definitur; nempe ut rei triticeæ sexagesima, oleariæ & vinariæ centesima, pecuariæ ducentesima, offerretur Deo [v]. ¶ *Sextam*, &c. וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה מֵחֹמֶר הַשְּׂעֹרִים] *Et* (vel, *Sic*, M. *Similiter*, JT. Pi.) *sextabitis* (vel, *sextam offeretis*, JT. sic Pi. sim. P. Ti. Ca. vel, *in sex partes dividetis*, M.) *ephah* (vel, *epham*, M. vel, *ephæ*, Ti. Ca. JT. Pi.) *de*, vel *ex*, *chomer*, vel *coro*, *bordei*, sive *hordeorum*, Mo. P. &c. Jubet dari sextam partem ephæ, quæ est sexagesima pars cori, sive chomer [x]: nam epha est decima pars chomer [y]. Id Hebræorum traditio confirmat, quæ docet pro primitiis non minus quàm sexagesimam, nec plus quàm quadragesimam, partem dari posse [z]. Consulit Deus offerentium tenuitati [a]. Taxat Deus oblationem, nè aut sacerdotum avaritia plus exigeret, aut laicorum minus daret, quàm par erat [b].

14. *Mensura*, &c. וְחֹק הַשֶּׁמֶן הַבַּת הַשֶּׁמֶן מַעְשַׂר הַבַּת וגו׳] *Et* (vel, *Porro*, M.) *statutum olei batum olei, decimum bati de coro*, Mo. vel, *decima pars est batus*, &c. i. e. Qui habet homer olei dabit de eo pro oblatione Minha decimam partem bati; sicut ille qui habet corum tritici jubetur pro Minha dare sextam partem ephæ [c]. *Præceptum verò olei*, vel *de oleo*, (*batus autem*, vel *enim*, est mensura *olei*,) *decimam* (*partem*, P.) *bati de coro*, P. JT. subaud. *offeretis*, P. *Præceptum verò olei*, sub. *capiendi*, vel *de oleo capiendo*, i. e. quod decet sumere de oleo, est, &c [d]. *Quod verò attinet ad statutum olei*, *bathus* est mensura *olei*: offertote *decimam bathi*, &c. Pi. *Legitimus verò modus olei capietur à batho olei, decima pars bathi de coro*, Ti. *Olei modus sic habebit, ut olei batus sit decima cori*, Ca. *Et quod pertinet ut tollatur de oleo in mensura liquidorum, est decima pars bati de coro*. Ch. *Mensura quoque olei, batus*, &c. Vulg. Jubet hîc in sexagesimam partem farinæ quæ pro primitiis offertur misceri centesimam partem olei. Nam decima pars bati, sive ephi, est centesima pars cori. Corus enim continebat decem batos sive ephi [*]. ¶ *Et decem*, &c. עֲשֶׂרֶת הַבַּתִּים חֹמֶר כִּי עֲשֶׂרֶת הַבַּתִּים חֹמֶר] *Decem bati* (sub. *erunt*, P. V. & sub. *tunc*, nempe in Templo novo [f],) *chomer*, Mo. P. (vel, *Decem batis pro homer numeratis*, M. vel, *chorum explentibus*, Ti. sim. Ca.) *quia decem batim chomer*, Mo. P. &c. sub. *sunt*, P. Ti. sim. M. Ca. & sub. *nunc*. q. d. Tanta vel similis tunc erit mensura bathorum quanta nunc est [g]. [Alii hæc conjungunt cum voce præcedente, hoc modo;] *De coro, vel decem bathorum chomere: nam decem bathorum est chomer*, Pi. sic JT. כור *corus* & חומר *homer* idem significant Hebræis. Similem locutionem vide v. 13 [h].

15. *Et*, &c. וְשֶׂה אַחַת מִן הַצֹּאן] *Et agnam* (vel, *agnum*, V. vel, *parvam pecudem*, JT. Pi.) *unam de pecore è ducentis*, Mo. vel, *è grege*, &c. P. JT. Pi. &c. sub. *conferent*, Ti. ¶ *De*, &c. מִמַּשְׁקֵה] *De irriguo*, Mo. V. vel, *irrigatione*, V. Pi. *è pinguibus*, P. V. & succulentis, non macilentis [i]: *e saginario*, Ti. sic Ca. *de pascuosis locis*, M. *ex irriguis pascuis*, JT. Pi. Præcipit Deus ut è ducentis una tantùm ovis offeratur, quòd majori labore parentur oves quàm oleum & reliqua [k].

16. *Tenebitur*, &c. יִהְיוּ אֶל הַתְּרוּמָה הַזֹּאת] *Erunt* (vel, *censentor*, JT. obligati *erunt*, M. *tenebitur*, Ti. Pi.) *in oblatione hac*, vel *ista*, Mo. JT. vel, *ista collatione*, Ti. vel, *ad oblationem*, &c. P. Pi. Tenebitur auferre [leg. offerre] oblationem suprà dictam [l]. *Hoc honorario fungetur*, Ca. ¶ *Principi*, &c.] Ità Ca. Q. in M. Nempe Christo, cui hæc separatio fieri debet [m]. ¶ לַנָּשִׂיא] *Propter principem*, vel *pro principe*, P. V. *quam ad principem conferat*, Ti. *prælato*, Mo. Loquitur, vel 1. de Rege [n]: vel, 2. de principe sacerdotum; q. d. *offerent pontifici* [o].

17. *Et super*, &c. וְעַל הַנָּשִׂיא וגו׳] *Principis autem erit*, &c. P. *Nam principi incumbit*, JT. Pi. sub. *dare*, P. JT. vel, *offerre*, Pi. *Et super* (vel, *apud*, Ti.) *principem erunt holocausta*, &c. M. *Et ad principem pertinebunt*, &c. Ca. *pertinebit* dare, &c. Ch. Ejus curâ & sumptu hæc sacrificia fient [p].

18. *In*, &c. בָּרִאשׁוֹן בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ] *Primo* mense, (anni sacri [q],) *primâ* die *mensis*, Ch. P. Ti. JT. Pi. vel, *in una mensis*, M. sic Mo. Principi hoc præcipitur, ut præcedentia ostendunt. Rabbini & hoc ad Ezechielem referunt, qui id facturus sit post primam resurrectionem [*].

19. *Crepidinis altaris*; ità Ti. M. הָעֲזָרָה לַמִּזְבֵּחַ] *Atrii auxilii ad altare*, Mo. *atrii* quod conjunctum est *altari*, P. Atrium erat in quo congregabatur Israel in domo Domini ad orandum: quod ideo sic vocabatur, quoniam quicunque illic ad orandum ingrediebantur corde perfecto, à Deo suo juvabantur [r]. *Diazomatis*, *altari*, JT. *diazomatis in altari*, Pi. Vide suprà 43. 14. Hæc autem ceremonia tota singularis est, neque docetur Lege, ut sequentia multa [†].

20. *Pro*, &c. מֵאִישׁ שֹׁגֶה וּמִפֶּתִי] *A* (vel, *pro*, P. V. sic M. Pi. &c.) *viro* (vel, *unoquoque*, P. Ti. &c.) *errante*, Mo. Ti. M. sim. Pi. (vel, *ignorante*, P. *qui per ignorantiam erraverit*, Ch.) *& simplici*, Mo. sim. Pi. vel, *& decepto*, P. Ti. vel, *aut per insipientiam*, Ch. *& stultè delinquente*, M. *Nomine cujusvis errore peccantis*, *& nomine fatui*, JT. *De homine qui insciens imprudénsque commiserit*, Ca. De hoc sacrificio nihil habemus in Lege [s]. Est autem sacrificium hoc vel, 1. generale, pro omnibus qui revera legalem contraxêre maculam, nesciunt tamen se esse pollutos: vel, 2. pro sacerdote, qui forsan ceremonias à Lege præscriptas non servavit, unde & Templum quodammodo pollui poterat [v].

21. *Erit*, &c. יִהְיֶה לָכֶם הַפָּסַח] *Erit vobis pascha*, M. V. &c. i. e. mactatio agni paschalis, nam comedebatur sequenti sive 15. die [x]. ¶ *Azyma*, &c. מַצּוֹת יֵאָכֵל] *Infermentata comedentur*, P. &c. Heb. *comedetur*, Mo. Nom. plur. cum verbo sing. unde quidam verba sic reddunt, in qua panis *infermentatorum* (i. e. infermentatus) *comedetur* [y].

22. *Faciet princeps*] Non per se, sed per sacerdotes [z].

24. *Et*, &c. וּמִנְחָה וגו׳] *Oblatio autem* (Principis scilicet talis erit [a],) *Epha*, &c. V. nempe similæ [b]: nam מִנְחָה est sacrificium farreum, sive similæ [c].

25. *In solennitate*] Nempe Tabernaculorum, quæ illo die celebrabatur [d]. q. d. Eadem de festo Tabernaculorum sunt intelligenda quæ de festo Paschæ; eadem sacrificia, &c [*].

CAP. XLVI.

1. **P**Orta *atrii interioris*] Ubi altare holocausti [a]. ¶ *Diebus*, &c. יְמֵי הַמַּעֲשֶׂה] *Diebus operis*, Mo. P. Ch. vel, *profestis*, Ti. JT. Ca. Pi. *operationis*, M. sub. *licitis*; i. e. in quibus licet operari. Describit loca quæ adeunda erant pro ratione festorum dierum [b]. ¶ *Die —sabbati*] i. e. Diebus festis; synecdochicè [c]. ¶ *Sed &*, &c. וּבְיוֹם הַחֹדֶשׁ] *Et die calendarum*, P. Ti. vel, *novilunii*, M. JT. Pi. ad verb. *mensis*; i. e. primâ die mensis, h. e. calendis [d].

2. *Intrabit princeps*] Nempe populi, ex collat. v. seq [†]. ¶ *Per viam vestibuli portæ*] Vel, *illius portæ*, P. sic JT. sub. *veniendo*, P. vel, *per portam*, M. quam fore clausam nisi Principi dixit cap. 44. 2, 3 [*]. Per portam orientalem: quod Principis privilegium erat; populus verò ingrediebatur per portam meridionalem, & aquilonarem [f]. ¶ *In limine* (Heb. *ad postem*, Mar.) *portæ*] Scil. atrii interioris [h]. Unde spectet sacrificia quæ per sacerdotes offert in ipsorum atrio [i]. Ità non vult Principem atrium ingredi, nec sacerdotibus misceri [†]. ¶ *Adorabit*] Sacrificiis præsens erit, & Deum orabit [k]. ¶ *Non claudetur*, &c.] Ut liber pateat prospectus populo ante Templi faciem adorare volenti [l].

3. *Ad*,

Marginal notes (left column): † V. — [t] Jun. ad v. 9. & ad h. l. — [v] Jun. — [x] La. Me. sim. V. — [y] V. — [z] Me. ex La. — [a] Mar. — [b] Me. — [c] M. — [d] V. — [*] Me. — [f] V. — [g] Idem. — [h] Idem. — [i] V. — [k] Idem. — [l] V.

Marginal notes (right column): [m] Q. in M. — [n] Q. in V. sim. E. T. — [o] V. sim. Me. ex La. — [p] Mar. — [q] Pi. — [*] G. — [r] V. — [†] Jun. — [s] San. ex Hi. — [v] San. — [x] V. — [y] Idem. — [z] La. — [a] V. — [b] Mar. — [c] La. — [d] La. sim. V. — [*] V. — [a] Jun. — [b] V. — [c] Jun. — [d] V. — [†] Q. — [*] Mar. — [f] Me. sic V. ad v. 9. — [h] Me. ex La. — [i] La. — [k] Mar. — [k] Me. — [l] Me. sim. La. ex Hi.

3. *Ad*, &c. פֶּתַח הַשַּׁעַר] *Ostium* (vel, ad *ostium*, M. JT. &c. ad *introitum*, P. sic Ch. V.) *portæ*] Rex erit in limine, populus extra portam [m], post Principem [n].

4. *Sex agnos*, &c.] Longè amplius quàm imperabatur Lege, Num. 28. 9 [o].

5. *Quod dederit*, &c. מַתַּת יָדוֹ] *Donum*, vel *munus, manus suæ*, Mo. P. M. *prout donatum fuerit manui ipsius*, JT. Pi. *quod apprehenderit manus ejus*, Ch. *pro ejus opibus*, Ca. *pro facultatibus & arbitrio ejus*, Ti. q. d. Non præscribo, det quantum volet [p].

6. *In die*, &c.] Oblatio minor quàm imperabatur Lege, Numer. 28. 11 [q]. ¶ *Vitulum*] i. e. Vitulos [r]. ¶ *De armento*] Heb. *filium bovis*, aut *vaccæ*, La. P. V. q. d. juvenem, seu tenerum, qui adhuc matrem sequitur †.

7. *Sicut invenerit* (vel, *apprehenderit*, Ch. P. Mo. *assequuta fuerit*, JT. Pi.) *manus ejus*] Vel, *pro facultate sua*, Ca. *ut ferent ejus facultates & pro arbitrio*, Ti.

8. *Per eandem viam exeat*] Populus verò, per unam ingressus, per alteram & adversam egrediebatur, ut statuitur v. 9 [r].

9. *Qui ingreditur*, &c] Causa erat vel, 1. nè exeuntes dorsum Templo obverterent [v]. Sed hoc æqualiter factum ab utroque latere [x]. Vel potiùs, 2. ut in tanta populi turba facilior & expeditior esset transitus [y]: nè egredientes occurrerent, intrantibus, & se mutuò impedirent [z]. ¶ *Sed*, &c. כִּי נִכְחוֹ יֵצֵאו] *Sed è regione illius* (vel, *per illi oppositam*, Ti. sim. Ca. vel, *rectà antrorsum*, Pi.) *egredientur*, Mo. vel, *abeunto*, JT. vel, *egredietur*, Ch. M. P. sim. Ti. Ca. Pi.

10. *Princeps autem in medio eorum*, &c.] Ità P. &c. vel, *inter eos*, &c. JT. Pi. i. e. Per portam orientalem ingredietur, quæ media est inter meridionalem & septentrionalem, idque eodem tempore quo populus ingreditur, &c [a]. Sensus, q. d. Princeps eodem tempore adorato quo populus, & totum tempus in actione sacra consumito [b].

12. *Spontaneum*, &c.] Quod synecdochicè significatum fuerat eucharisticorum nomine suprà c. 45. 17 [c]. ¶ *Aperietur*, &c. וּפָתַח לוֹ וגו׳] *Et* (vel, *Tum*, JT. Pi.) *aperiet sibi*, M. Ti. Ch. Ca. vel, *ei*, Mo. P. JT. sub. *sacerdos*, JT. vel, sub. *janitor*, V. Vult portam Principi aperiri cùm extraordinarium sacrificium offert, licèt dies festus non sit [d].

14. *Ut*, &c. לָרֹס אֶת־הַסֹּלֶת] *Ad miscendam* (vel, *subigendam*, Mo. *conspergendam*, JT. Pi.) *similam*, P. Ti. &c. Ex oleo scilicet*. *Cum quo commiscebis*, &c. M.

16. *Possidebunt eam hæreditariè*] i. e. Perpetuò [f]; nec revertetur ad eum in jubilæo [g].

17. *Erit illius*] Videlicet ususfructus dominiúmque utile ejus possessionis quam Princeps donaverit, ex communi jure possessionum, quæ lege mancipii alienari non poterant, Levit. 25. 13 †. ¶ *Hæreditas autem*] Vel, *Possessio*, &c. JT. i. e. Jus possessionis proprietarium, quamvis usumfructum percipiat donatarius [h].

18. *Per violentiam*, &c. לְהוֹנֹתָם וגו׳] *Ad populandum* (vel, *ut arceat*, M. *ut dejiciat*, Ti. *vi depellendo*, Pi. sim. JT.) *eos de possessione*, &c. Mo. &c. ¶ *Ut non dispergatur populus*, &c.] Homines enim libentiùs atque constantiùs in eo loco hærent ubi aliquid habent proprium & perpetuum: quod si abstuleris, homines facilè relinquent sedes patrias, &c [i].

19. *Et introduxit*, &c.] Jam venit ad explicationem locorum in quibus parabantur sacrificia à sacerdotibus & Levitis, utrinque projectorum extra illos centum cubitos quibus definita erant atria, ad finem usque capitis [k]. ¶ *Per ingressum*] Tertiani illius atrii, quò Principi & populo ingredi nefas erat, sed Levitis solùm patebat & sacerdotibus: de quo suprà capite 41 *. ¶ *Latere portæ*] Nempe atrii interioris [l]. ¶ *Ad* (vel, quæ pertinent *ad*, Pi.) *sacerdotes*] Ubi sacerdotes erant [m]. ¶ *Erat ibi locus*] Atriola duo sacerdotum à 2 partibus Templo propinquioribus, ut accipendum esse demonstrat sequentium vers. comparatio †. ¶ *Vergens*, &c. בַּיַּרְכָתַם יָמָּה] *In lateribus* (vel, *ultima parte*, Ca. *in duobus lateribus*, JT. Pi. *ejus*, JT. *in fine eorum*, Ch.) *ad mare*, Mo. vel, *occasum*, Ti. sic M. P. JT. &c. Porticus aquilonaris Templo adversa planè describitur, ut cap. præced. ostenditur, quæ in duplicia cubicula distributa est, interjacente mediâ ambulatione. Et ex hoc duplici cœnaculorum ordine, alter in atrium prospicit exerius ad Aquilonem, alter in interius ad Austrum: & de hoc quidem sermo est Prophetæ, illius fit nulla mentio [o].

20. *Ut non — & sanctificetur populus*] Nè videatur populus sanctificari [p], præsentiâ ac contactu carnium illarum sacrarum [q]. Nè populum (cujus nomine sanctificati sunt ad ministerium Dei) eàdem religione sui ministerii obstringerent, ac proinde omnem ordinem perturbarent. Vide suprà 44. 19. item Exod. 29. 37. & 30. 29 [r]. *Nè commisceatur cum populo*, Ch. in Mar. Nè populus noxam contrahat tangendo quod illi attrectare nefas erat †. *Ut sanctificetur* accipitur per oppositum [t]. Doctus inter Hebræos locum sic accipit; *Jubentur*, inquit, *sacerdotes carnes sanctas comedere in loco sancto, nec permittuntur eas portare foras, nè populus sanctificetur, i. e. existimet eas carnes sibi quoque esse licitas* [l].

21. *In atrium exterius*] In atrium populi [m]. Al. Atrium hoc exterius fuit in eodem atrio sacerdotum, dicitúrque exterius quia erat extra gazophylacia †. ¶ *Atriola singula*, &c.] Singula atria parva erant in singulis angulis atrii illius magni. Seipsum declarat v. 22 [n]. In his coquebant carnes sacrificiorum [o]; vel, partes victimarum pacificarum, laicis offerentibus ex Lege debitas; quas deinde in eodem atrio comedebant epulantes, & gaudentes coram Domino: atrium enim sacerdotum non suffecisset omnibus hisce coquendis, cùm partes sacerdotum & Dei ibi coquendæ essent [p]. ¶ חָצֵר וגו׳] *Atrium*, &c. Mo. Verto, *Atriola*; sing. pro plur. ut Exod. 27. 20. *lucerna*, pro lucernis; & Ezec. 1. 15. *rota* dicitur, pro *quatuor compositis rotis*. Ponuntur enim apud Hebræos sæpe derivata pro primitivis; ut sit *atriolum* hîc positum pro *atriatura*, ut ità loquar; quod quia Latinè dici non potest, utendum est plurali. Loquitur autem de quatuor angularibus atriolis quæ in Templi figura signata literâ *n* reperies; quorum quidem longitudinem feci ab ortu in occasum, cujusmodi est Templi longitudo [q].

22. *Atriola disposita*, קְטֻרוֹת] *Ligata*, Mo. *alligata*, P. i. e. adjuncta [r]: *affixa*, scilicet muris atrii; Heb. *ligata*. קְטוּרוֹת pro קְשׁוּרוֹת, scriptum fortè per errorem †. *Ligata*, vel *colligata* sicut Neh. 4. 6. Nam קָטַר etiam *ligare* sign. & sic reperitur in Targum Gen. 38. 28. & Deut. 6. 8. pro קָשַׁר *. Eadem vox aliter Hebraicè, aliter Syriacè, usurpata; ut חָלַם Jes. 38. 16 †. *Conjuncta*, Ch. M. ex He. Atriola hæc erant domicilia, quæ tamen supernè contignata non erant, sed erant sic associata angulis atrii, ut duo atrii muri in angulo concurrentes illis duo præstarent latera. Carebant tecto, quò fumus & nidor carnium liberiùs exhalarent. Et in illis coquinis elixabantur carnes sacrificiorum pacificorum, in atrio scilicet exteriori, quod erat mulierum: nam illa sacrificia erant sacrificia minoris sanctitatis, & קָדָשִׁים קַלִּים, [*leviora*, vel *minora sancta*,] sicut alibi diximus. At carnes sanctissimorum sacrificiorum, quæ fiebant pro delicto & pro peccato, quas soli sacerdotes comedebant, coquebantur in loco interiori & propinquiori Templo, &c [t]. Vox קְטֻרוֹת est Syriaca, quæ *colligata, conjuncta*, significat, ab Heb. קָשַׁר. Sic dicta atriola illa, quia porticus inter ea ordine dispositæ angulares istas culinas sive atriola colligabant: atque hoc ipsum infrà perpetuo pariete factum esse non indicabit modò, sed expressè testabitur, Propheta. Alii ad קָטַר *suffumigare* revocant, qu. d. atriola fumosa; quòd ex his culinis fumus efflaret perpetuò. Antiquorum cubicula & conclavia (ut ex Vitruvio & Philandro constat) non habebant spiracula quà fumus exiret. Putem itaque easdem culinarum fenestras & lumini suscipiendo, & fumo emittendo, deservire consuevisse. In qua sententia nos confirmat, quòd in ipsa fabrica vix invenire possimus spatium aliquod in quo possent fumi spiramenta aperiri, quin aut fenestris obessent aut postium firmitati [v]. *Caminata*, JT. Heb. *fumaria*, sive *vaporaria*, Jun. *fumosa*, Ti. Ca. h. e. fumo denigrata, quoniam in eis erant culinæ [x]. ¶ *Mensura*, &c. מִדָּה אַחַת לְאַרְבַּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת] *Mensura una*, sive *eadem*, *erat ipsis quatuor* (sub. *atriis*, M. Ti. Pi.) *angulatis*, sive *angularibus*, P. M. Ti. JT. Pi. i. e. constitutis in angulis [y].

m Mar. n La. o Jun. p Me. ex La. q Jun. r Mar. † La. Me. r La. ex Hi. & Vil. & Mald. v He. in La. x La. y Me. ex La. z La. sim. T. a Me. ex La. b Jun. c Jun. d Mar. * V. f Mar. San. g San. † Jun. h Jun. i San. k Jun. * Jun. l Me. ex Vil. Mar. m Mar. † Jun.

o Cap. ex Vil. in appendice critic. p. 3724. p V. q V. sim. T. Mar. r Jun. † T. t L. l V. m Me. ex La. † Mald. in La. n V. sim. Me. ex L. o Me. p La. q Ca. r V. † Pi. * Ga. ex K. † Ga. t M. v Cap. ex Vil. x Ca. y V.

23. *Et*,&c. [וְטוּר סָבִיב בָּהֶם] *Et ordo* (vel, *paries*, M. P. *popina*, JT. i. e. ambitus effectus coquendis sacrificiis; cujusmodi loca *popinæ* veteribus dicebantur [z]:) *circùm in eis*, Mo. &c. sub. *atriis*, Pi. *Ordo*, nempe tectorum, quibus tegebantur foci ad arcendam pluviam, ex collatione membri sequentis [a]. *Et murus*, sive *structura quædam lapidea*, &c. He. in V. [Alii locum sic reddunt;] *Et parietes facti erant ipsis per circuitum*, Ch. *Per quatuor autem atria illa muri fuerunt in circuitu*, Ti. *In quibus quatuor atriolis erant circumquaque mansiones*. Quod verto, *mansiones*, in Hebræo est טוּר, quod aliàs *ordinem* aut *versum* significat: sed paulò pòst eadem dicuntur טִירוֹת, quod verbum videtur *mansiones* significare, aut, *cubicula super culinas posita* [b]. טוּר ο'. vertunt, *exedras*; Aq. στίχας· Sym. περίφραγμα. Illud verò à ο'. indicatur, quod facilè posset quivis conjicere, prope culinas fuisse exedras sive cubicula ad comedendas carnes coctas disposita: sic enim consummari videbatur sacrificium absumptis carnibus [c]. ¶ *Et*, &c. וּמְבַשְּׁלוֹת עָשׂוּי מִתַּחַת הַטִּירוֹת] *Et culinæ* (vel, *locus præparatus ad coquendum*, Ch. in V. vel, *foci*, Ti. Pi. Heb. *elixatrices*, Pi.) *factæ* (vel, *facti*, Ti. *parati*, Pi. sub. *erant*, P. Pi.) *subter parietes*, Mo. sic P. M. Ca. sim. Ti. i. e. in ima parte illorum parietum [d]. Significat culinas ad terram fuisse, non super tabulata [*]. Vel, *sub mansionibus*, Ca. vel, *sub ordinibus illis*, Pi. Erant מְבַשְּׁלוֹת loca intra murum perforatum ubi supra ignem ponebantur ollæ & caldaria [f]. Erant foculi culinarum unà cum lebetibus & caldariis, quæ ad coquendas carnes imponebantur: nam utrumque vox Hebræa significat [g]. [Alii locum sic reddunt,] *Quæ quidem focis instructa* (Heb. *elixantibus facta*, Jun.) *erat sub ipsis popinis*, JT.

24. *Domus*, &c. [בֵּית הַמְבַשְּׁלִים] *Domus* (vel, *locus*, JT. Pi.) *coquentium*, P. sub. *virorum*. Aut est nomen locorum in quibus coquunt, *culinarum*, aut *ollarum*, sive *lebetum*. Et בֵּית sing. pro plur [h]. Vel, *coquorum*, Pi. *poparum*, JT. Heb. *elixantium*, i. e. victimariorum, synecdochicè [i]. ¶ *In qua coquent ministri*, &c.] Credo, victimas Principis, & alias [k]. Sicut victimæ, utpote sanctæ, à solo sacerdote mactabantur; ità & earum carnes à solis Templi ministris, putà à Levitis, coquebantur, etiam in atrio laicorum [l].

[z] Jun. [a] Pi. [b] Ca. [c] Cap. ex Vil. [d] V. [*] Mar. [f] M. [g] Ch. & K. in Vil. [h] V. [i] Jun. [k] Mar. [l] La.

CAP. XLVII.

1. *Aquæ egrediebantur subter limen domus*] Id est, vel Templi [a], vel Oraculi [b]. Propheta primò vidit aquam exorientem è limine, postea ex loco qui suberat lateri domûs [c]. Al. Vidit scaturientes aquas ab eodem loco, nempe à parte liminis proxima muro illi qui erat ad latus ipsius ostii [d]. Qu. Quænam hæ aquæ? Resp. Erant aquæ subterraneæ Templi, quæ per canales ductæ in atrium sacerdotum effluebant, quâ tum victimæ tum ipsum lanienæ solum assiduè lavabantur [*]. Alioquin sanguis & excrementa tot victimarum intolerandum fœtorem creâssent. De his aquis sic Aristæas, oculatus testis: *Erant in Templo occulta & subterranea receptacula aquarum, quæ ad diluendum sanguinem victimarum funduntur, eâque maxima, ad quinque usque stadia per circuitum Templi penetrantia. Plumbeæ ad ea fistulæ quâcunque per muros & Templi solum, quibus omnia abluantur mundenturque, descendunt* [f]. Aquæ hæ significant Baptismum, doctrinam & gratiam Christi [g], omniàque Spiritûs Sancti charismata, cæteràque beneficia quæ ex solio Divino per altare, i. e. Christum, primò in Sion, deinde in universum orbem, defluunt [h]. Figurabant hæ aquæ Spiritum Dei, & dona illius in Ecclesiam, quæ primà quidem specie lenissima sunt & tenuissima, sed statim invalescunt maximè. Ortus & progressus benedictionum Dei h. l. cum rivo comparantur, hinc usque ad v. 6 [i]. ¶ *Descendebant*, &c.] E Templo per atrium sacerdotum [k].

2. *Portam exteriorem*] Montis ipsius ædis, septentrionalem scilicet [l]. ¶ *Aquæ redundantes*, [מְפַכִּים] *Scaturientes*, Mo. *prodibant*, M. sim. Ch. P. *manantes*, Ti. sim. Ca. Pi. *manabant tanquam à phiala*, JT. Heb. *phialabant*, ut ità dicamus [m]. ¶ *A latere dextro*] i. e. Meridionali [n]. Egredientibus Templum meridies erat ad dextram [o].

[a] Jun. La. Me. [b] Mald. in Sin. [c] V. ex He. [d] Q. in V. & Me. [*] La. ex Vil. & c G. [f] La. ex Vil. [g] Me. sim. La. ex Hi. T. [h] T. ex Hi. & Th. & Mald. [i] Jun. [k] V. [l] V.

3. *Mensus est mille cubitos*] Ità P. &c. Ad verb. *in cubito*, i. e. in ratione cubitali. Mensus est longitudinem mille cubitorum [p]. ¶ *Per aquam*, &c. [מֵי אָפְסָיִם] *Aquas talorum*, Mo. vel, *talares*, JT. V. vel, pertingentes *ad talos*, P. Pi. sic Ti. Ca. quæ non superabant talos [q]. q. d. Fluvius ille adhuc parvus erat [r].

4. *Aquam*, &c. [מַיִם בִּרְכָּיִם] *Aquas poplitum*, Mo. vel, *genuum*, V. vel, usque *ad genua* pertingentes, P. sic JT. Pi. M. Ti. V. Ca. q. d. Tunc creverant aquæ illæ [†]. ¶ *Usque ad renes*; ità P. vel, *lumbos*, Ch. sim. JT. Pi. V. vel, *femora*, Ti. *ilia*, Ca. [מֵי מָתְנָיִם] *Aquas lumborum*, Mo. V.

5. *Et mensus est mille, torrentem*; ità Mo. [אֶלֶף נַחַל] *Mille*; (sub. *cubitos*, Ti. JT. V. ex vers. 3 [t]. & sub. *alios*, Ti.) *torrens* fuit, JT. sim. Pi. V. Ti. vel, & ecce *torrens*, P. vel, factúsque est *torrens*, M. i. e. Fluvius ille evaserat maximus & profundus [v]. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי גָאוּ הַמַּיִם מֵי שָׂחוּ] *Quia altæ erant* (vel, *succreverant*, M. sim. P. Mo. Ti.) *aquæ*, *aquæ enatandæ*, JT. vel, *natatiles*, Pi. sim. M. *natationis*, Mo. Ch. quæ non nisi netando transvadari possint [x].

6. *Certè*, &c.] Heb. *An vidisti?* Mar. Me. &c. sub. *hæc*, Pi. vel, sub. *torrentem illum*, V. quòd ex parva venula fluvius impermeabilis effectus sit [y]. Si non bene observâsti, *observa*: si observâsti, audi mysterium quod his aquis significatur [z].

7. *Ecce in ripa torrentis ligna multa*, &c.] Ubi ille torrens, sive fons potiùs, extra Templum egreditur, humore suo educabit arbores optimas omnis generis, ità ut semper aliqui ibi fructus sint futuri, aut præcoces, aut serotini. Vide infrà 12 [a]. q. d. Locus erat amœnus [b]. Mystico sensu [c], præcipuè & ad literam intento [d], ligna sunt, vel, 1. ipsi Christiani [*], aquis Baptismi regenerati [f], & plantati secùs decursus aquarum, juxta Psal. 1. 3 [g]: vel, 2. Christianorum virtutes [h], quæ aquâ doctrinæ Christi rigatæ fructus ferunt [i].

8. *Egrediuntur ad*, &c. [אֶל הַגְּלִילָה הַקַּדְמוֹנָה] *Ad*, vel *in*, *Gelilah*, vel *Galilæam*, (vel, *revolutionem*, Mo. *limitem*, Ti. *regionem*, M. Ca.) *primam*, JT. vel, *anteriorem*, Pi. vel, *orientalem*, P. M. Ti. Mo. Ca. Ch. Ad eam plagam Orientis Galilæa est, & mare Galilææ sive Tiberiadis [k]. ¶ *Et*, &c. [וְיָרְדוּ עַל הָעֲרָבָה] *Et descendunt* (vel, *descendent*, Q. ו hoc loco non copulat, sed tantùm mutat præt. in fut [l].) *in*, vel *ad*, (vel, *per*, Ca.) *planitiem*, P. M. Ca. Ch. vel, *desertum*, Ti. vel, *campestria*, JT. Pi. i. e. in mare Tiberiadis, sic dictum, quòd esset in loco plano & campestri [m]. Ad planitiem quâ itur ad mare Tiberiadis, in quod aquarum pars decurrit [n]. In campestria Moabitarum, ut appellantur Num. 22. 1 [o]. ¶ *Intrabunt*, &c. [וּבָאוּ הַיָּמָּה אֶל הַיָּמָּה הַמּוּצָאִים] *Et intrabunt* (sub. *parte alterâ*, V.) *mare*, Mo. sim. P. Ti. &c. (sub. *orientale*, P. Mortuum [p]:) *ad mare* (vel, *in mare*, inquam, P. M.) *eductæ*, Mo. vel, *educuntur*, Ti. *introducuntur*, M. *eductarum aquarum*, P. i. e. sejunctarum à toto orbe, h. e. ab ipso continente. Mare oceanum intelligit. Dicunt Hebræi fluvium illum fuisse divisum in duas partes, alteram quæ procedebat ad Orientem, & alteram quæ contendebat ad Occidentem; Zach. 14. 8 [q]. Sensus versûs, q. d. Aquæ illæ totam terram irrigant. Nam Galilæa est summa pars Judææ; campestria definiunt mediam, ubi erat Jericho; infima pars terminabatur Asphaltite lacu [r]. ¶ *Et*, &c. [וְנִרְפְּאוּ וגו'] *Et sanantur*, vel *sanabuntur*, *aquæ*, M. P. Ti. Mo. i. e. dulcescent, quæ priùs erant salsæ & amaræ [†]: vel, manebunt salubres, neque retinebunt quicquam de aquis istis pestilentibus. Sensus, Tanta erit rapiditas illius torrentis, ut, mare Mortuum pertransiens, nihil ab eo corrumpatur. Quomodo transeunt, quidam *amnis Fucinum lacum, Larium Abdua, Verbanum Ticinus, Benacum Mincius, Sevinum Ollius, Lemanum Rhodanus*, teste Plinio 2. 103 [r]. [Alii hoc cum præcedentibus sic reddunt;] *Tandem influunt in mare: quumque in mare exoneratæ sunt, sanantur aquæ illæ*, Pi. sim. JT. scil. maris Mortui [v]: i. e. utiles & salubres fiunt, quod commonstrat exegesis sequens duorum versuum [x]. *Veniet in lacum, quò cùm pervenerit, sanabuntur aquæ*, Ca.

[m] Jun. [n] V. [o] Mar. [p] V. [q] V. [r] V. sim. Jun. [†] V. [t] V. [v] Idem. [x] V. ex He. [y] M. [z] Me. ex La. [a] G. [b] Mar. [c] Me. ex La. [d] Me. [*] Me. & T. ex La. [f] Me. ex La. [g] Me. [h] La. Me. T. [i] Me. ex La. [k] Mar. [l] Q. in Mar. [m] He. in V. [n] Mar. [o] Pi. [p] V. G. Pi. M. sim. Jun. Ca. [q] V. [r] Jun. [†] V. [r] G. [v] Jun. [x] Jun.

9. *Quæ serpit*, [יִשְׁרֹץ] *Repit*, JT. Pi. &c. i.e. natat: nam de piscibus agitur. שֶׁרֶץ de quovis motu animalis dicitur, ut Levit. 11. 29. quare & per κινεῖν (*movere*) vertitur Gen. 7. 21 [y]. ¶ *Quocunque*, &c. אֶל כָּל ‏[אֲשֶׁר יָבוֹא שָׁם נַחֲלַיִם יִחְיֶה] *Quocunque* (vel, *ad quem*, M. *ad quemcunque* locum, Ti.) *pervenient* (vel, *ingressi fuerint*, P. vel, *pervenit*, M. sic Ti. Ca. Pi.) *flumina*, (i. e. aquæ maximæ istius fluminis [z]; vel, *duo torrentes*, Mo. P. vel, alter horum *torrentium*, V. sim. Pi. vel, aqua *torrentium*, M. *geminus torrens*, Ti.) *vivat*, vel *vivet*, JT. P. &c. Accepit aqua Baptismi à Christo vim vivificandi [a]. *Vivet*, non interibit, ut illi pisces qui in mare Mortuum immittuntur. Tacitus de eo, *Neque pisces aut suetas volucres patitur* [b]. ¶ *Erunt pisces multi*] Christiani, ex aqua & Spiritu Sancto renati [c].

10. *Et stabunt super illas* (nempe aquas: Heb. *super illum*, scil. torrentem [d]:) *piscatores*] Qui priùs nunquam dederant operam Asphaltiti*. Hi sunt Apostoli [f]. ¶ *Ab Engaddi usque ad Engallim*] q. d. Piscatores totum illum tractum Asphaltitis lacûs colunt studiosissimè, & amplissima ex eo percipiunt commoda [g]. *Engaddi*, alio nomine *Asason-thamar*, est civitas juxta mare Mortuum [h], de qua vide Gen. 14. 7 [i]. 1 Sam. 24. 1. & 2 Par. 20. 2 [k]. in fine ejus [l]. *Engallim* (vel, *En-eglaim*, P. Pi. &c.) vicus vel urbs erat in principio maris Mortui, ubi Jarden in illud influit [m]. ¶ *Siccatio*, &c. [מִשְׁטוֹחַ וגו'] *Extensio*, vel *expansio*, *retium*, P. sim. M. *loca ad expandendum retia*, Pi. sim. JT. Ca. ¶ *Plurima*, &c. לְמִינָה [וגו'] *In specie sua* (vel, *Secundùm speciem suam*, V.) *erunt pisces eorum*, &c. P. vel, *est multitudo piscium eorum*, &c. JT. Pi. sub. *torrentium*, V. Pi. id est, Secundùm omnem speciem piscium erit piscatio eorum in illis torrentibus [n]. Tanta erit, inquit, in illis duobus amnibus piscium copia quanta est in mari Mediterraneo [o]. *Et species ejus erit* sicut *pisculentia horum*, *nempe juxta pisculentiam maris magni*, M. *Omnis generis pisces inerunt*, &c. Ti. *Piscium & vario genere*, *& tantâ copiâ quanta est maris*, &c. Ca. *Juxta omnes species piscium*, *erit ibi piscatio eorum*, K. in M. Ut scilicet intelligas Deum sine respectu personarum homines vocare ad fidem [p].

11. *In litoribus*, &c. [בִּצֹּאתוֹ וּגְבָאָיו וְלֹא וגו'] *Cœnosa* (vel, *Paludes autem*, M. *Argilleta*, Ti. *Litoralia autem*, G.) *& paludes* (vel, *fossæ*, M. Mo.) *ejus* (vel, *palustria* maris, G.) *non* (vel, *& non*, Mo. vel, quæ *non*, Ti.) *sanabuntur*, *in*, vel *ad*, (vel, sed *in*, G.) *salinas* (vel, *salem*, Mo. *salsuginem*, M. Ti.) *dabuntur*, P. &c. vel, *damnata sunt*, Ti. relinquentur. q. d. Manebunt cætera maris Mortui qualia antè fuerant. Vide ad Gen. 14. 3. Tacitus de Asphaltite lacu, qui idem *mare Mortuum*, *Lacus immenso ambitu*, *specie maris*, *sapore corruptior* [q]. Al. *Cœnosorum ejus*, inquam, *& palustrium* locorum *ejus quæ non curabuntur*, *sali attributa erunt*, JT. i. e. Omnium locorum quæ neque fructuosa erant, neque piscosa, neque ullâ arte effici poterant talia, eorum fructus est amplissimus, & multitudo piscium copiosissima [r]. [Alii aliter accipiunt, ut ex præcedentibus versionibus patet, & ex sequentibus:] *Quod verò attinet ad paludes ejus & ad lacunas* (vel, *lamas*, Ca.) *ejus*, *illæ non sanantur*, Pi. sic Ca. quia *sali traditæ sunt*, Pi. vel, sed *in salem redigentur*, Ca. Discrimen hîc indicatur inter electos, qui gratiæ prædictæ participes erunt, & reprobos, qui in peccatis hærent†. Cœnosa & palustria significant homines in peccatis suis acquiescentes [t], desides & terrena sectantes [v], qui difficilè sanantur [x]. Qui torrente hoc non contingunter relinquuntur in salsugine & sterilitate sua, nulli alteri rei deservientes, quàm ut horrendâ suâ punitione exemplo sint aliis [y], & sic eos saliant, h. e. prudentiores reddant [z]. Non dulcescent aquæ quò hic torrens non pervenerit, quia extra Ecclesiam non est salus, omnísque philosophorum & hæreticorum doctrina amara est [a].

12. *Super torrentem orietur*, [יַעֲלֶה] *Ascendet*, Mo. M. P. vel, *assurgunt*, JT. *nascentur*, Pi. *succrescent*, Ti. sic Ca. ¶ *Omne lignum*] Vel, *omnis arbor*, P. vel, *omnes arbores*; sing. pro plur [b]. ¶ *Afferet*, &c. [יְבַכֵּר] *Maturabit*, Mo. sic M. *afferet* (vel, *ferent*, Ti. sim. JT. Ca. Pi.) *primitiva*, P. V. vel, *primitivos* (vel, *novos*, Ca. Pi. V. vel, *præstantissimos*, JT.) *fructus*, P. &c. Heb. *primitiabit*, sub. *arbor*, V. Vel, *primogenita proferunt*. Vide Job. 18. 13 [c].

z G. a Jun. a Mo. b G. c Mo. d Mar. * Jun. f Mo. ex Li. g Jun. h La. Belg. i Jun. Belg. k Belg. l Mo. & T. ex La. sim. G. ex Hi. m Jun. & La. & G. ex Hi. n V. ex He. o V. p M. q G. r Jun. † Belg. t Mo. v T. x Mo. y T. z T. ex Hi. a Mo. b V. c Jun.

¶ *Et folia ejus ad*, &c. [לִתְרוּפָה] *Ad contritionem*, vel *ad sanitatem contritionis*, V. *ad fractionem* sanandam *utile*, P. Al. *in medicinam*, Ch. M. sim. Mo. Ti. JT. Ca. Pi. q. d. Non solùm delectabit aspicientes, sed etiam sanabit [d]. Mirum ni hæc aqua ea sit quam Callirrhoen Plinius vocat in capite de Asphaltite, *fontémque* appellat, nimirum quia tectus aliquamdiu rursus erumpit, *medicæ salubritatis*. Ab Hierosolymis eum venire Solinus nos docet: *Callirrhoe*, *Hierosolymis proxima*, *fons calore modico probatissimus*, *& ex ipso aquarum præconio sic vocatus est*. Martianus Capella, *Secunda elatio Judææ ab Hierosolymis*, *in quo latere est fons Callirrhoe**. Fructus hi sunt justorum virtutes [f], quibus animus ad æternitatem alitur [g]; quibus & Deum oblectant, & homines pascunt, & morbis medentur [h].

13. *Hic est terminus—terram*] Scil. quem jam subjiciam [i]. q. d. Hæc est mensura & ratio dividendi terram [k]. A Templo transit ad civilem & communem œconomiam [l]. Cœperat Propheta cap. 45. terram dividere, sed interpositis nonnullis id intermiserat, ad quod perficiendum jam redit [m]. ¶ *In duodecim tribubus*] Hæc assignatio, & quæ sequitur capite postremo, locum habitura fuisset, si decem Tribus, non minùs quàm Judæ & Benjaminis, se ad Deum convertissent: sic enim pariter impetrâssent reditum. Nunc pauci tantùm permixti Judæ & Benjamini rediêre, iisque sedes cum illis habuêre communes. Procedente tamen tempore, dono Regum, etiam illa terra quæ decem tribubum fuerat Judæis concessa est, ut ex Josepho alibi ostendimus [n]. ¶ *Quia Joseph*, &c.] Dat causam cur, seclusâ terrâ Levi, terram tamen in 12 partes dividat, quia, scilicet, Joseph duplicem sortem acceperat [o]. ¶ [יוֹסֵף חֲבָלִים] *Joseph funiculi*, Mo. sub. *duo*, V. *Joseph*, *sortes* duæ erunt, P. sim. M. Ti. JT. Ca. Pi. Ch. i.e. Ephraim & Manasse accipient singulas portiones [p].

14. *Singuli*, &c. [אִישׁ כְּאָחִיו] *Vir* (vel, *quisque*, P.) *sicut frater suus*, Mo. P. M. *unus sicut*, vel *æquè ac*, *alter*, JT. *æquâ sorte*, Ca. *æqualibus partibus*, Ti. simil. V. Idque vel, 1. quoad Tribus. Secùs sub Josue factum: nam numerosiori Tribui plus terræ datum fuerat [q]. Vel, 2. quoad capita [r]. Inæquales erant tribuum sortes, in illis tamen singulis capitibus æquales sortes tribuebantur†. Nam iniquum esset inter Tribus æqualitatem esse [t]. Sanè ex Juda & Benjamin plures rediêre quàm ex aliis decem tribubus simul. Sic ergò pejùs actum esset cum illis qui reliquis fideliores erant [v]. ¶ *Super*, &c. [אֲשֶׁר וגו'] *Quam levavi manum*, Mo. super *quam*, &c. P. pro *qua*, &c. M. de *qua*, &c. Pi. *quia*, &c. Ch. ¶ *Cadet*] Sortitione, non cujusque electione, ut dixit c. 45. v. 1 [x]. Quasi missis sortibus jure hæreditario possidebitis eam [y].

15. *Ad plagam septentrionalem*, *à mari magno*] Id est, Mediterraneo, quod maximum erat illius regionis: sunt enim alia velut stagna. Erat autem mare illud in parte occidentali terræ Israeliticæ, sed proxima lateri septentrionali [z]. Vide ad hunc locum maximæ eruditionis virum, Joannem Seldenum, in appendice Maris clausi †. ¶ *Viâ*, &c. [הַדֶּרֶךְ חֶתְלֹן לְבוֹא צְדָדָה] *Viâ Hethlon veniendo* (vel, *ad veniendum*, Mo. *quâ venitur*, M. *quâ itur*, Ti. Ca. *usque*, JT. Pi. *ad introitum*, Ch. V. i. e. pergentibus in, V.) *Sedad*, P. &c. Lineâ ductâ à mari per Hethlon usque Sedad [a]: utraque enim urbs in finibus Juda. Vide Num. 34. 8 [b]. q. d. Ab extremitate una Regni Damasci ad alteram; quarum una est Chethlon Occidentem versùs, cujus mentio fit infrà 48. 1. altera Tzedad, de quo Num. 34. 8. ab orientali Regni Damasceni parte [d]. *Hethlon* est in Syria Damascena, infrà 48. 1. & *Sedada* est in eodem tractu*.

16. *Emath*] Repete, Veniendo ab Hethalon in *Emath*, *Berotha*, &c [f]. Al. sub. *Et in tractu illo erant urbes istæ*, sive regiones, *Hamath*, &c [g]. *Emath*, de qua Num. 13. 21. & 34. 8. 1 Reg. 8. 65 [h]. 2 Reg. 18. 34 [i]. Hæc est Antiochia ad Orontem, vicina Damasco [k]. Hæc ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania [l], erátque terminus Terræ sanctæ septentrionalis & orientalis, Jos. 13. 5 [m]. ¶ *Berotha*] Sive, *Berothai*, 2 Sam. 8. 8. *Barathena*, vel *Barathema*, [ut G. habet.] Ptolemæo [n], quam in fine statuit Arabiæ desertæ [o]. ¶ *Sabarim*, &c. [סִבְרַיִם אֲשֶׁר וגו'] *Sibraim*, (vel, *Sibrasim*, Pi. Alterum

d V. * G. f La. T. g La. h T. ex Greg. & Athan. &c. i Mar. k Mo. l San. m La. n G. o La. p V. q Mo. ex Li. L. & Mald. in San. r San. sim. Mar. † San. ex Hi. t Mar. sim. San. v San. x Mo. y G. z V. † G. a Mar. b M. ex L. d Jun. * G. f Li. g V. h Jun. G. i Jun. k Mar. l La. ex Hi. m La. n G. ex Jun. o Jun.

rum hoc oppidum à geographis Arabiæ desertæ attributum, ut adjuncta docent [o]: *Sora*, ut videtur, Ptolemæo [p].) *quæ est* (vel, *quicquid* situm est, P. vel, *quæ* sunt, JT. M. i. e. totus ille tractus qui ad duo hæc Regna pertinet [q]: [vel, τὸ *quæ* referri potest ad oppida prædicta:] vel, *quæ* sita est, Ti. La. ex V. Cananæa enim pertingebat usque ad fines Damasci [r].) *inter terminum Dammesek*, vel *Damasci*, *& terminum Hamath*, P. Jun. Pi. &c. ¶ *Domus*, &c. חָצֵר הַתִּיכוֹן וגו׳] *Hazer Hattichon*, M. P. Ti. sic Mo. (Chaldæus תִּיכוֹן pro nomine sumpsit proprio, *piscinam Agbæam*. Alii communiter sumunt †. *Haser medium*, Ca. *Pagi mediani*, JT. Item *pagos intermedios*, Pi. inter Chamatham & Chavranem interjectos [t].) *quæ est in termino Auran*, P.&c. ό. ἐπάνω τῶν ὁρίων Αὐρανίτιδος, (*super fines Auranitidis*,) quomodo hæc terra vocatur à Ptolemæo [v]. *Chavran* est Arabiæ desertæ oppidum, quod Ptol. *Auranam* appellat: unde Chavranensis ille dux copiarum Lysimachi, 2 Mac. 4. 40 [x].

17. *Et erit terminus*] Sub. *septentrionalis, qui incipit à mari*, V. ¶ *Usque*, &c. חֲצַר עֵינוֹן] *Hasar Enon*, P. sic M. Ti. &c. Oppidum Regna Judææ, Damasci & Chamathæ disterminans, in parte aquilonali maximè, quod etiam dicitur *Chatzar-benan*, Num.c.34. v.9, 10. Ezec. 48. 1 [y]. *Usque ad atrium Enon*, Vulg. Rectiùs vertas, *villam Enan*, ut hic Interpres Num.34. 9. Est enim idem *Enon* & *Enan*, ut apparet collat. Ezec. c. 48. v.1. Posset etiam, retentâ priori voce Hebræâ, dici *Adrenan*; quomodo חֲצַרְמָוֶת [Genes. 10.26.] est Ἀσαρμώθ [z]. ¶ *Terminus Damasci*, *& ab*, &c. וְצָפוֹן צָפוֹנָה וּגְבוּל חֲמָת] וְאֵת פְּאַת צָפוֹן] *Et Aquilo ad Aquilonem*, Mo. sic M. (vel, *Et alia loca septentrionalia*, Ti. *Et vergendo in septentriones*, Ca. *Et ab Aquilone in Aquilonem*, Ch. sic Vulg. i. e. à parte aquilonari maris Mediterranei usque ad partem aquilonarem Syriæ [a]. *Et qui maximè aquilonaris est*, Pi. JT. Heb. *Aquilonis ad Aquilonem*, Jun. *Et Aquilo Aquilo*, i. e. alia septentrionalia loca eum terminum constituunt [b]. *Et residuum partis aquilonaris* terræ Israel, & *ad Aquilonem* mundi, P.) *& terminus Chamath*, Mo. P. &c. *& angulum Aquilonis*, Mo. vel, *& plaga* (vel, *is est limes*, Ti.) *aquilonaris*, P. Ti. Ch. i. e. residuum plagæ septentrionalis [c]. Vel, *cum plaga aquilonari*, M. *Atque hoc latus aquilonale*, JT. Pi. sub. *esto*, Pi. vel, *Atque hæc quidem de latere septentrionali*, Ca. Vox וְאֵת, quæ hîc prorsus anomala est, videtur scripta pro voce זֹאת, quæ in simili sententia habetur vers. 20. Facilis erat lapsus, ו pro ז. Sic duobus versibus sequentibus [d].

18. *Plaga orientalis*, &c.] q.d. Limes orientalis Cananææ erit linea quæ deducitur inter Auran, Damascum, Galaad *, & terram Israel [f]; vel, & Jordanem terminantem terram Israel [g]. ¶ *De medio*, &c. וּמִבֵּין אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל הַיַּרְדֵּן] *Et ab inter terram Israel, Jarden*, Mo. *Et intra* (vel, *inter*, M.) *terram Israel*, *ad Jordanem*, Ti. vel, ubi est *Jordanis*, M. *Et à medio terræ Israel, à Jarden*, P. vel, ad *Jordanem*, Ch. Al. *Et inter Israeliticam Jordanensem terram*, Ca. *Et à terra Israelis, terra Jardenis*, JT. Pi. ¶ *Ad mare orientale*] Id est, vel, 1. mare Mortuum [h], de quo suprà v.8. & Joel.2. 20. Zac. 14. 8 [i]: vel, 2. ad mare Genesareth [k], sive Galilææ, sive Tiberiadis [l]: utrumque enim orientale erat [m].


19. *Plaga*, &c. וּפְאַת נֶגֶב תֵּימָנָה] *Et angulum* (vel, *plagam*, P. *latus*, JT. Pi.) *meridiei* (vel, *meridianam*, P. *australe*, JT. Pi.) *ad*, vel *versùs*, *Austrum*, Mo. Ti. JT. Pi. sub. *erit*, Pi. vel, sub. *metiemini*, V. Limes & terminus versùs meridiem, & ad Austrum [n]. ¶ *A Thamar*] Ità P. &c. Oppido ultimo Judææ sub Engadda, sive Hen-gedi, ad Asphaltitem lacum [o], quod Ptol. dicitur *Tamara* [p]. *Thamar* hîc est Jericho, quæ dicta est *urbs* הַתְּמָרִים *palmarum* [q]. Potiùs est *Palmira*, urbs in tribu Manasse, unde solitudo *Palmirena* vocatur [r]. ¶ *Ad aquas*, &c.] De quibus Num. 20. 13. sic Num. 27. 14 †. ¶ *Et torrens*] Vel, *torrentem*, P. sub. *Ægypti*, V. ¶ *Et hæc est plaga*, &c. וְאֵת פְּאַת וגו׳] *Et plagam meridionalem ad Austrum*, i. e. reliquam partem plagæ sive lateris meridionalis [t].

20. *Plaga maris*] Id est, occidentalis [v]. ¶ *A confinio*, מִגְּבוּל] *A termino*, Mo. P. M. &c. sub. *hoc*, vel *isto*, P. JT. Pi. sic Ca. vel, sub. *australi*, Ti. ¶ *Per*, &c. עַד נֹכַח לְבוֹא חֲמָת] *Ex adverso aditûs* (vel, *introitûs*, P. &c.) *Hamathæ*, JT. Pi. i. e. itineris quo à mari Mediterraneo Chamatham pergitur [x].

22. *Vobis*, *& advenis*, &c.] Ad exemplum ejus quod ibi olim Cinæis concessum fuerit, Jud. 1. 16 [y]. q.d. Peregrini accensentor vobis, ut sit unum ovile & unus pastor [z]; ut una ex utrisque coalescat Ecclesia, & respublica [a]. Apparet sermonem esse de Ecclesia Christi: nam Esdras & Nehemias proselytas Israeliticæ hæreditatis participes non fecerunt, & Esdras à sacerdotio ejecit alienigenas Judæis admixtos, Esd. 2. 62 [b]. Et sanè hæc omnia Ezechielis programmata potiùs idea sunt perfectæ Ecclesiæ & reipublicæ, qualis fuit apud Christianos, non apud Judæos, ac præsertim qualis erit in Jerusalem cœlesti [c]. ¶ *Vobiscum*, &c. אִתְּכֶם יִפְּלוּ בְנַחֲלָה] *Vobiscum cadent in hæreditatem*, Mo. P. simil. JT. vel, *capient hæreditatem*, Ti. sim. M. vel, *sorte dividunto* terram *in hæreditatem*, Pi. Quasi missis sortibus partem suam terræ possidebunt [d].

CAP. XLVIII.

1. HÆC (sub. *sunt*, JT. Pi.) *nomina tribuum*] Id est, portionum quæ sumuntur à tribubus [a]. Metonymicè nomine possessorum vocat ipsos possessores, & per possessores ipsas possessiones intelligendas relinquit [b]. ¶ *A finibus*, &c. מִקְצֵה וגו׳] *A fine* (vel, *in fine*, sive *extremo*, V.) *Aquilonis*, P. i. e. ab Aquilone. Terminum terræ septentrionalem designavit capite præcedente, versibus 15, 16. & hoc ipsum aliis verbis hîc repetit [c]. In hoc capite est totius regionis distributio, quam hâc figurâ subjectâ declarabimus.



Tota regio divisa est in partes 13, quæ omnes pari sunt longitudine & latitudine, scil. 25000 cubitorum, quadratæ. Est autem singularum longitudo *ab ortu ad occasum*. Sed totius regionis longitudo est à Septent. ad meridiem, 325000, cùm latitudo sit tantùm 25000, quanta est singularum partium longitudo. Media pars tota vocatur *exceptitium*, quòd ab aliis excepta est. Ea porrò dividitur in tres partes, quarum una secundùm Judæam tribum posita patet in longitudinem 25000, A B, in latitudinem decem, A C & B D. In ejus medio est Templum, E. Atque hæc tota pars *Sadocianis sacerdotibus* est tributa. F altera pars est ejusdem magnitudinis, tributa Levitis ædis administris ad *viginti cœnaculorum possessionem*, ut scribitur cap. 45.5. h. e. quæ sit possessio Levitarum qui degant in viginti cœnaculis. Superest spatium latum 5000, G H, longum 25, H I. Is *locus* est *profanus urbis*. Cujus in medio est urbs quadrata, K, patens 4500 cubitos, cui supersunt de quinque millium latitudine 500, qui pomœriis tribuuntur, utrinque 250, & totidem ad ortum & occasum. Restant de longitudine ad ortum 10000, L M, ad occasum totidem, N O, qui tribuuntur *colonis urbis*. Atque hoc totum vocatur *exceptitium*; cujus pars urbi tributa est *profana*, reliquæ *sacræ*. In utraque Princeps habet possessionem.

sessionem. In sacra secundùm *Judææ* latus, in *Levitarum* Sadocianorum parte, longam 25000, A B: in profana autem *in urbis possessione*, secundùm *Benjamitidis* latus, H I: quæ *principalis possessio est inter Judæos & Benjamiticos fines*. Sed quanta sit ejus principalis possessionis latitudo non addit author. Est autem animadvertendum, Jovæ exceptitium non esse in totius regionis medio: nam à Septentrione sunt septem Tribus, cùm à meridie sint tantùm quinque [d]. ¶ *Et erit*, &c. וְהָיוּ לוֹ פְאַת קָדִימָה הַיָּמָּה] *Et erunt ei angulus orientalis mare*, Mo. *A limite orientali ad limitem occiduum*, Ti. *Eruntque* termini *ejus plaga orientalis usque ad mare*, M. *Ità ut orientale latus sit ei lacus*, Ca. [Alii hæc verba parenthesi claudunt,] (*Hæc enim sunt ei latus orientale & occidentale*,) JT. sim. Pi. Nimirum extremitati versùs Aquilonem, quam totam longitudinem terræ hæc Tribus per suos tractus obtinebat; quemadmodum cæteræ sequentes ex æquo habere dicuntur in sua sorte totam regionis longitudinem: est autem longitudo ab orientali ad occidentalem terminum, ex constante geographorum usu: sic infrà 8. & seq *. (*Erunt ei limites illi à plaga orientali usque ad occidentalem*,) P. ¶ *Dan*, &c. דָּן אֶחָד] *Dan* (vel, *Danis*, JT. *Dania*, Ca. *Pro Dane*, Pi. sub. *erit*, Ti. V. & sub. *tribus*, V. JT. vel, sub. *portio*, Ti. Pi. sim. M. Ca.) *una*, Ch. M. P. Mo. &c. Dan erit prima Tribus, ei prima sors [f]. Quomodo autem hæc sortium Ezechielis divisio ad literam intelligenda sit factáque, nemo explicat, nec ego divinare ausim. Mysticè hæc accipienda sunt, non ad literam [g]. Imò verò & historicè de terra distributa, & typicè de Ecclesia, aut etiam cœlesti patria, intelligenda. Nam ut de Templo egit antea, quia à Judæis instaurari deberat: sic etiam, quia ab illis repetenda & habitanda erat regio à qua priùs exciderant, de illius terminis ac divisione actum oportuit, nè confusio fieret. Adde quòd hæc eò spectant, ut spem reditûs in iis foverent. Aliqua tamen objiciunt [h]. Obj. 1. Alia est Josue, alia Ezechielis, terræ partitio [i]. Resp. 1. Admitto lubens, & res ipsa docet; alius enim hîc quàm ibi situs est tribuum Benjaminis, confer Jos. 18. & Gad, & Reubenis, & dimidiæ Tribûs Manassis. Sortes etiam tum sacerdotum & Levitarum, tum etiam Principis, magnum h. l. occupant spatium, & fortasse plus quàm una Tribus, & in optimo loco, ac media inter Tribus alias, [lita est :] quare non levis facta est mutatio. 2. Indè tamen non sequitur quod volunt. Multa enim in Templo novo fieri jubentur quæ tamen non inveniebantur in veteri; ut constat in sacrificiis Principum, Ezec. 45.22, &c. & sortibus sacerdotum, Levitarum & Principum. Quare ut illa nemo negat de Templo intelligenda, sic neque quæ de terra præscribuntur intelligere licet [k]. Obj. 2. At decem Tribus non redierunt, sed disperierunt [l]: aut, si ex illis plurimi redierunt, paternas tamen sortes non occupabant: cur ergò tam accuratè describuntur hæ partes [m]? Resp. Ab iis vicissim quærerem cur Tribui Judæ, Jos. 15.45, &c. & Tribui Aser, Jos. 19.29, &c. adscriptæ sunt illæ urbes quas vel nunquam, vel non nisi post multa secula, obtinuerunt. Sed ut ibi causa non defuit cur urbes istæ iis adscriberentur, quia jus eas debellandi magni æstimari solet: ità hîc multò gravior est ratio, quia filiis parentum possessiones cognitas esse oportuit, ut, cùm multiplicarentur, adeóque angustis Judæorum finibus cohiberi non possent, (in quorum sorte statim à reditu habitârunt,) in deligenda habitatione minùs esset laborandum [n].

2. *Et ad*, &c.] q. d. Proximè post sortem Dan, secundam partem accipiet Aser: & sic explicanda quæ sequuntur usque ad v. 8 [o].

8. *Primitiæ*, &c. הַתְּרוּמָה וגו׳] *Separatio quam separabitis*, i. e. consecrabitis [p]: *oblatio illa*, &c. JT. *oblatio spontanea quam offeretis*, P. i. e. portio illa terræ quæ dicanda erat Domino [q], de qua suprà 45. 1, &c [r]; quæ scilicet continebat tres partes sive portiones, quas postea particulariter declarat †: 1. sacerdotum [t], usque ad v. 13 [v]; 2. Levitarum [x], v. 13, 14 [y]; 3. urbis [z], sive civium [a], usque ad v. 20 [b]. Hæ tres portiones junctæ efficiebant quadratum perfectum 25000 calamos longum, & 25000 latum. Nam 10000 latitudinis sunt sacerdotum, & 10000 Levitarum, & 5000 civitatis. Porrò, hæ tres sortes habent ex utraque parte portionem Principis, ab Oriente scilicet, & ab Occidente. Quare hæ quatuor portiones junctæ occupant à meridie ad Aquilonem 25000 calamos; sed ab Oriente ad Occidentem, adjunctis sortibus 12 tribuum, multò plures, nempe tot quot habet quælibet portio cujusque Tribûs [c]. ¶ *Et longitudinis*, &c. וְאֹרֶךְ כְּאַחַד הַחֲלָקִים] *Et* (vel, *Verò*, JT. Pi.) *longitudinis* (vel, in *longitudine*, Pi.) *sicut* (vel, *ut fit quasi*, M.) *una* (vel, *unaquæque*, P. Ti.) *partium*, vel *ex partibus*, &c. Mo. M. &c. vel, *reliquarum portionum*, &c. JT. Videlicet quæ singulis tribubus assignatæ sunt per totam longitudinem ab Oriente ad Occidentem [d].

9. *Primitiæ*, &c.] Heb. *Oblatio*, &c. JT. Cæterùm *oblatio*, &c. Pi. Portionem sacerdotum intelligit, de qua Ezec. 45. 3, 4 *. Sortem enim, quam v. præc. generatim sacerdotibus, Levitis & urbi attribuit, hîc sigillatim cuique suam assignat [f].

10. *Ad Aquilonem*, &c.] A meridie ad Aquilonem [g]. In termino suo aquilonali, qui porrigitur ab ortu ad occasum in longitudinem 25000 cubitorum: sic sequentia [h]. Dimetitur quatuor latera portionis sacerdotum juxta quatuor plagas [i].

11. *Sacerdotibus*, &c. לַכֹּהֲנִים הַמְקֻדָּשׁ וגו׳] *Sacerdotibus sanctificato de filiis Sadoc*, Mo. *Sacerdotibus*, in-quam, *sanctificatis*, &c. P. *Sacerdotum, quisquis sanctificatus fueri*, JT. *Id dicatum erit sacerdotibus*, Ti. sim. Ca. *Sacerdotum erit quod sanctificatum est*, M. Hæc portio esto *pro sacerdotibus*, *pro sanctificato quoque*, Pi. q. d. Totum hoc spatium à me separatum & sanctificatum est ut detur sacerdotibus [k].

12. *Primitiæ*, &c. תְּרוּמִיָּה מִתְּרוּמַת וגו׳] *Oblatum*, vel *oblatio*, (vel, *collativa*, JT.) *ex oblatione terræ*, Pi. Mar. &c.

13. *Sed &*, &c. וְהַלְוִיִּם לְעֻמַּת וגו׳] *Et Levitæ* (vel, *Levitarum autem*, Ti. M. JT. sub. *portio erit*, Ti. sic M. vel, *Ad Levitas autem quod attinet*, pro eis functo, Pi.) *contra* (*juxta*, Ti.) *terminum sacerdotum*, &c. Mo. sim. JT. Pi. &c. *Levitis verò è regione termini sacerdotum decernentur*, &c. M.

14. *Et non*, &c. וְלֹא יִמְכְּרוּ מִמֶּנּוּ וְלֹא יָמֵר וְלֹא יַעֲבוּר רֵאשִׁית וגו׳] *Non vendent autem ex eo*, (i. e. ex sua portione [l], sub. *quicquam*, M.) *nec commutabunt*, (vel, *neque permutabit*, JT. sim. Mo. sub. *quisquam*, JT. vel, *neque permutanto* quicquam, Pi. *neque mutetur*, [nempe *quicquam*,] M.) *neque transferent* (vel, *transferet*, JT. simil. Pi. Mo. vel, *transferentur*, M.) *primitias* (vel, *principium*, Mo. *primitiæ*, M.) *terræ*, P. JT. &c. Vocat hîc *primitias*, quod v. 12. vocaverat *oblationem*, quòd solerent separare primitias, & eas offerre Domino [m]. Lex per occasionem huic loco inserta de jure possessionis sanctæ [n].

15. *Profana erunt*, &c.] Nam urbs collata portionibus sacerdotum & Levitarum erat velut *profana* [o]. *Profana*, i. e. non sacra [p], sed laica [q], vel communia [r]. Vide Deut. 20. 6 †. ¶ חֹל הוּא לָעִיר וגו׳] *Profanum* (vel, *commune*, JT. *profana*, P. *locus profanus*, Ti. Ca.) *ipsum* (vel, *est*, M. JT. Pi. vel, *erit*, Ti. Ca. *erunt*, P.) *civitatu*, Mo. sic Ca. (vel, *pro urbe*, M. sic Pi. vel, *urbi*, Ti. sic P. JT. sub. *ædificandæ*, P.) *in habitaculum & in suburbanum*, Mo. &c. i. e. locum vacuum extra civitatem [t]. ¶ *In medio ejus*] Sub. *portionis*, V.

16. *Quingenta*, &c. חֲמֵשׁ מֵאוֹת וגו׳] *Quingentorum & quatuor millium*, Mo. P. M. Conversa hîc est constructio: alioquin urbs immensa foret [v]. *Quater mille quingentorum*, JT. sim. Ch. Ti. Ca. Pi. vel, 1. calamorum [x]; vel, 2. cubitorum [y]: alioquin amplitudo urbis esset incredibilis [z]. Erat civitas hæc quadrata, habens singula quatuor latera æqualia: quodque enim latus continebat 4500, adeóque tota urbs 18000 [sive calamos, sive cubitos,] in ambitu occupabat [a]. Cùm autem latitudo spatii quod urbi condendæ designabatur v. 15. esset 5000, supererant adhuc 500 ad illud explendum, quæ hîc suburbanis deputantur, nempe 250 utrinque [b].

17. *Suburbana*] i. e. Pomœrium circum mœnia, quod neque ædificabatur neque arabatur [c]. Unde constat non calamos, sed cubitos, hîc intelligi: neque enim ulla (credo) civitas tantum habet spatium à cultura vacuum [d]. ¶ *Ducenta quinquaginta*] Sub. *calamorum*

d Ca. * Jun. f Me. g La. h San. i Q. in San. k San. l La. m Q. in San. n San. o Me. p V. q V. sim. La. r Jun. † V. t V. Jun. T. ex La. v Jun. x V. Jun. &c. y Jun. z V. a Jun. T. b Jun.

c La. d Jun. * Me. fere ex La. f La. g Me. h Jun. i La. ex Ma. d. k La. l V. m Idem. n Jun. o V. p Me. q Me. ex Sym. & Th. L. r L. † Jun. t Pi. v Mar. x Me. ex La. Ti. Pi. y T. ex San. z San. a La. b T. ex La. c He. in La. sim. San. d San.

lamorum [vel, ut alii, *cubitorum*] *in latitudine:* nam longitudo ejus sumebatur secundùm longitudinem urbis. Erat ergò urbs tota, nempe cum suo suburbano, lata 5000, & longa totidem : nam suburbanum illud habebat ad Septentrionem & meridiem simul 500 cubitos pro latitudine totius urbis, & ad Orientem & Occidentem totidem pro longitudine illius urbis *.

18. *Quod*, &c. וְהַנּוֹתָר וגו׳] *Et residuum* (vel, *Quod residuum est*, M. sim. Ch. P. JT. Ca. *Quod autem attinet ad reliquum* spatium, Pi.) *in longitudine*, &c. Mo. &c. *Longitudo autem reliqua*, &c. Ti. ¶ *Decem millia in orientem*,&c.]Hinc colligunt longitudinem sumi ab ortu ad occasum,& fortasse verum est. Sed cùm area esset quadrata, ut suprà, facilè longitudo pro latitudine sumi potest, & è contrá [f]. Occupabat spatium illud profanum in quo urbs collocanda erat 25000; urbs autem non occupabat plus quàm 5000: supererant ergò 10000 ex uno latere, (cùm urbs esset in medio,)& totidem in alio. De hisce spatiis nunc loquitur [g]. ¶ *Et erunt fruges* (vel, *proventus*, M. Ti. Mo. JT. Pi.) *ejus in panes his qui serviunt civitati*] Vel, *ministris civitatis*, JT. Pi. qui civitatis commodis invigilant; qui non domesticis ac suis, sed publicis, rationibus atque usibus serviunt [h]. Vel, 1. agricolis, vinitoribus, &c. qui parabant cibum & necessaria urbi [i]. Vel, 2. magistratibus, prætoribus, consiliariis, aliísque ministris publicis omne genus, qui ex omnibus tribubus desumi poterunt [k]; iis qui publiciis officiis fungebantur [l]. Vel, 3. incolis civitatis, qui omnes fratribus tribulibúsque suis ad conventus ecclesiasticos aut civiles accedentibus ministrare tenebuntur, & illorum procuratores esse : quod aperte docet exegesis sequentis versûs [m]. Vel, 4. famulis prætorum, &c. item iis qui curant plateas, muros, forum atque annonam [n], fontes, vias, &c [o].

19. *Servientes*,&c. וְהָעוֹבֵד הָעִיר יַעַבְדוּהוּ מִכֹּל וגו׳] *Et servitor civitatis, servient ei ex omnibus tribubus Israel*, Mo. *Hi autem qui servient* (vel, *ministrant*, M.) *urbi*, *servient*, vel *ministrabunt*, *ei ex omnibus*,&c. P.M. *Isti enim erunt qui servient urbi*, & *servient*, &c. V. *Et operarii urbis de omnibus tribubus Isr. colent illud*, Ti. *Idque colent urbis coloni ex omnibus*,&c. Ca. *Quod verò attinet ad eos qui ministrabunt civitati*, *ministranto ei* aliqui *ex omnibus*,&c. Pi. *Ut minister quisque civitatis* ; *ex omnibus tribubus Israelis ministrent ei*, JT. nempe Israeli : quamobrem,ut locus evidentior esset, Hebræam verborum ὑστέρωσιν mutavimus [p]. Jubet ministros civitatis ex omni tribu eligi [q]. Pertinebant antè urbs & Templum ad Tribus Juda & Benjamin : quare illorum curæ videbantur permissa sarta tecta civitatis & Templi. Nunc autem, cùm longè duæ illæ Tribus ab urbe Templóque recesserint, æquum videbatur ut tribubus aliis communis sit ille labor & cura [r].

20. *In*, &c. רְבִיעִית] *Quartam partem*, &c. Mo. *Quadratam*, &c. P. JT. Pi. sim. M. Ti. Ch. V. &c. q.d. Tota illa oblatio complectens portionem sacerdotum & Levitarum,& possessionem urbis,erit quadrata †. ¶ *Separabuntur*, &c. תָּרִימוּ אֶת תְּרוּמַת הַקֹּדֶשׁ אֶל אֲחֻזַּת הָעִיר] *Offeretis oblationem sanctam* (vel, *Separabitis pro separatione sanctuarii*, M.) *cum possessione* (vel, *ad possessionem*, Mo. & *in possessionem*, M. sim. Ti. *cum justa possessione*, JT. *præter possessionem*, Pi.) *urbis*, P. [Ca. locum sic reddit, *Quadratum excipietis quod partim sacrum sit*, *partim ad urbis possessionem.*]

21. *Quod autem reliquum fuerit, principis erit*] De sensu vide dicta ad Esa. 45. 7 [t]. Longitudo triplicis sortis, scilicet sacerdotum, Levitarum, & urbis, non pertingebat usque ad Jordanem ab Oriente, nec ad mare Mediterraneum ab Occidente. Itaque spatium quod supererat datur hîc Principi, ut Ecclesiam, æquè ac rempublicam,instar valli sepiat,muniat & defendat [v]. ¶ *Ex omni parte*, &c.] Ex utroque latere oblationis sanctæ, & possessionis urbis. Epilogus est. Vide eadem c.45. v.7 [x]. ¶ *E regione viginti quinque millium*, &c. ità P. אֶל־פְּנֵי וגו׳] *Ad facies*, &c. Mo. *In fronte*,&c. JT. Nempe *in fronte*,&c. Pi. i. e. Præcisè ex adverso totius latitudinis quam tripartitus est Deus in sacerdotes, Levitas,& cives†. *In prospectu*,&c.M. *Ante 25 millia*,&c. Ti. Spatium Principis erat 25000 longum ab ortu in occasum, sed quàm latum non explicat. Suspicor esse 25000, quantum à meridie ad Septentrionem patebat terra sacerdotibus & Levitis designata, vers. 10, 13 [y]. ¶ *In partibus*, &c. לְעֻמַּת חֲלָקִים לַנָּשִׂיא] *Contra partes prælato*, Mo. vel, *quæ principis sunt*, M. *E regione partium* (vel, harum *portionum*, JT.) *principis*, P.sim.Pi. JT. sub. *erit*, P. vel, *esto*, JT. Pi. *Ex adverso portionum*, id verò *principis erit*, Ti. *Secundùm partes*, id erit *principis*, Ca. ¶ *In medio ejus*] Portionis scil. Principis [z].

22. *De possessione*, &c.] Pro, Possessio, &c [a]. Eadem dicere videtur quæ v. 21. nam limites describit. Aut dicit quòd *portio* illa *principis in cujus medio erit possessio sacerdotum*, *Levitarum & urbis*, *erit inter portionem Juda & Benjamin :* habebit enim Judam à Septentrione, & Benjamin à meridie [b]. *Et indè à justa possessione Levitarum*, JT. tam sacerdotum, quàm aliorum ex posteris Levi, ut vocati sunt suprà 44. 15. q.d. Quicquid utrinque supererit in longitudine,subductâ oblatione sanctâ, per integrum illud spatium 25000 cubitorum quod intercurret inter duas Tribus Judæ & Benjaminis, id totum erit Principis. Sic comparatur transitus ad sortes reliquas [c]. ¶ *In medio*, &c. בְּתוֹךְ אֲשֶׁר לַנָּשִׂיא יִהְיֶה] *In medio* (sub. *ejus*, Pi. vel, sub. *partis*, M. Al. *Intra illud*,Ti. *Interjecta* possessioni,JT. Quæ *in medio* ejus sunt, P.) *quod* (vel, *quæ*, M. JT.) *prælato* (vel,*principis*, P. M. Ti. JT. Pi. &c.) *erit*, Mo. [Ca. locum sic reddit, *Quod medium erit inter Judæos & Benjamiticos fines*, *id principis erit.*]

23. *Et reliquis tribubus*, &c.] Est tertia pars capitis. Hîc reliquis quinque tribubus sortes assignat [d]. ¶ *A plaga orientali*, &c.] Sub. *erit longitudo :* idem intellige in cæteris usque ad v. 28. Latitudinem verò non describit : per quod Judæi significari censent, quòd ipsorum Regnum sub Messia nullis limitibus terminabitur†.

28. *De Thamar*, &c.] Id est, vel, 1. à Jericho* ; vel, 2. à Palmira [f]. [Vide dicta ad Ezec. 47. 19.]

29. *Hæc est terra quam*, &c. אֲשֶׁר תַּפִּילוּ מִנַּחֲלָה] *Quam sortiemini in hæreditatem*, P. M. simil. Ti. Ca. Glas.Ang.Belg. מ valet, *in*, ut Exod. 25. 18. מִשְּׁנֵי, *in duabus* ; & 32.30. *Et fuit* מִמָּחֳרָת *in die crastino* ; Psal. 72. 16. *florebunt* מֵעִיר *in civitate* [g]. Vel, *propter hæreditatem*, Pi. vel, *hæreditatis gratiâ*. Quod intelligi potest, vel, de divisione communis hæreditatis cujusque Tribûs cuilibet personæ; vel, de sorte super singulas hæreditates jacienda : quod eódem recidit [h]. מִן hîc valet, *propter*. Suprà 45. 1. in eadem sententia legitur בְּנַחֲלָה, *in hæreditatem* [i]. Locus ad verbum sic se habet, *quam cadere facietis de hæreditate*, i. e. eam missis sortibus dividetis jure hæreditario possidendam [k]. Al. *quam sortiemini indè à torrente*, JT. Non placet. 1. Non נַחֲלָה, sed נַחַל, est *torrens*. 2. Torrentis vox hîc otium agit [l].

30. *Egressus*, &c.] i. e. Quatuor urbis latera, in quibus sunt portæ quibus exitur [m]. Quartum hoc [capitis] membrum, de constitutione urbis sanctæ [n].

31. *Porta Levi*] Levi non habebat sortem in terra, habebat tamen portam in civitate [o].

32. *Porta Joseph*] Ad verb. *Et porta Joseph :* sed redundat ו & [p].

35. *Per circuitum*] Sub. *urbis*, V. Pi. & sub. *sunto*,Pi. q. d. Totus ambitus erit, &c [q]. ¶ *Decem & octo millia*] Quam summam faciunt quater sumpta latera [r]. ¶ *Et nomen civitatis ex*, &c. מִיּוֹם יְהוָה שָׁמָּה] *Ex die*, (vel, *ex eo die*, P. sic M. Ti. Pi. quo restaurata vel exstructa fuerit †, & habitari cœpta [t]. Vel, *deinceps*, JT. Ca. Sub. *esto*, Pi. vel, *futurum est*, JT.) *Dominus*, vel *Jehova*, *ibidem*, Mo.M. sic P. JT. Pi. sub. *est*, Pi. vel, sub. *habitat*. Non quòd [urbs] hoc nomine appelletur, sed quòd hoc epitheton jure optimo ipsi sit competiturum. Similia habes Jer. 23. 6. & 33. 16. ubi vide [v]. [Ch. locum sic vertit, *Et nomen civitatis declarabitur à die quâ habitare fecerit Dominus majestatem suam ibi.*] *Dominus ibi*, scil. in æternum erit ; nec unquam illinc est discessurus, ut antè discessit [x]. Hoc autem typicè tantùm & valde exiguo tempore convenit terrenæ Jerosolymæ : sed propriè & completè convenit Ecclesiæ Christi. Imò de hac sola hæc intelligunt Hieron. Dionys. L. Hugo, Mald. &c. imò etiam Thalmudistæ, aliíque Rabbini recentiores quos citat Adrianus Finus [y].

Marginal notes: * V. — f Mar. — g Me. ex La. & San. — h San. — i V. K. in La. — k T. — l Me. — m Jun. — n La. — o San. — p Jun. — q Me. — r San. — † V. — t Me. — v La. — x V. — † Jun. — y Mar. — z V. — a Mar. — b V. — c Jun. — d La. — † Idem. — * V. San. — f La. — g Glas. gram. 4. tr. 4. c. 3. — h Belg. — i Pi. — k V. — l Pi. — m Me. — n Jun. — o La. ex V. — p V. — q V. — r G. — † La. sim. Pi. Me. &c. — t Pi. — v G. — x M. — y T.

SYNOP-

SYNOPSIS
Criticorum aliorumque Commentatorum
IN
DANIELEM.

PROLEGOMENA. [Quærendum h.l. & de persona Danielis, & de scriptis ejus. De priore parciùs.] 1. Certum est Danielem fuisse de tribu Juda, ex cap. 1. 6[a]. 2. Danielem fuisse ex Regio genere omnes affirmant[b], & certum est[c]: dicerem potiùs, verisimile[d]. [Id probant,] 1. ex Dan. 1. 3*. Resp. Illi futuri erant, vel *de semine regni*, vel *de magnatibus*[f]. 2. Ex comminatione illa 2 Reg. 20. 18 †. Resp. Sed ea in aliis Regis liberis impleri poterat[g]. 3. Ex testimoniis Joseph. Antiq. l. 10. c. 11. ubi hos 4, *Danielem, Ananiam*, &c. dicit *fuisse de genere Zedeciæ*; & Petri Comestoris, auctoris Historiæ scholasticæ[h]. [Confert Grotius Danielem cum Metrodoro:] Metrodorum Scepsium aiunt Græci virum fuisse raræ eruditionis & eloquentiæ; pervenisse autem ad eum amicitiæ gradum apud Regem Mithridatem, ut Rex ejus maximè consiliis uteretur: sed æmulorum artibus incidisse in iram Regis, prænunciam mortis, ut loquitur Salomon; itáque eum malo fato periisse. Daniel, ingenio valens, omnibus institutus quæ apud Chaldæos valebant artibus, præterea magnis à Deo donis egregius, in flagrante fuit gratia apud Reges Chaldæos: sed is quoque offensam incurrit, quæ ei certam attulisset mortem nisi Dei potentia intervenisset. Ταῦτά ἐστι τὰ ἐπίχειρα τῆς τυραννικῆς φιλίας, (*Hæc sunt præmia Regiæ amicitiæ*,) aiebat Aratus Sicyonius †. 3. Ætas Danielis variè supputatur[i]. Abductus fuit anno ætatis 10[k]. vel 12[l]. *Puer* enim vocatur ab Isidoro & Epiphanio[m], & in Historia Susannæ[n]. Resp. Sed in S. S. *pueri* dicuntur etiam adultiores: ut David, 1 Sam. 16. 11. quum tamen 29. annum egit; & Benjamin, Gen. 43. 8. quum decem filios habuit, Gen. 46. v. 21; & Ismael, Gen. 21. 15, 18. quum ferè vicenarius erat[o]. Adde quòd Daniel post quinque annos captivitatis suæ stetit coram Rege, Dan. 2. 1. collat. cum Dan. 1. 5. & somnia exposuit, indéque celebrari cœpit ob sapientiam, Ezec. 28. 3. & pietatem, Ezec. 14. 20. ubi etiam innuitur, Danielem eâ ætate fuisse ut liberos haberet[p]. Eligendi quidem dicuntur *pueri*, Dan. 1. 3, 4. sed *eruditi omni sapientiâ*, &c. id quod puerulis non convenit *. Quare abductus fuit potiùs anno ætatis 17. vel 18[q]. vel 20[r]. Prophetavit Daniel [ut dictum] anno 5. captivitatis suæ, h. e. 8. anno regni Joacimi, [qui regnavit 11 annos,] nam 3. ejus anno abductus est: Ezeciel autem prophetare cœpit 5. anno captivitatis Joacin, Ezec. c. 1. v. 3. h. e. 8 annos post Danielem†. Porrò, certum est Daniel diu vixisse[t], & quinque Monarchis potentissimis, Nabuc. Dan. c. 2. v. 46. Evilmer. 2 Reg. 25. 27. Belsas. Dan. 5. 29. Dario, Dan. 5. 31. & 6. 1. & Cyro, Dan. 10. 1. familiariter innotuisse[v]. Totos 70 annos captivitatis vixit, ut constat[x]. Vixit annos vel 150[y], vel 138[z], (quod non placet[a];) [de quo vide, si vacat, Per. & La.] vel 110[b], vel 100[c]: nam 18. ætatis suæ anno abductus est; indè ad annum 3. Cyri sunt 82 anni; unde exsurgunt 100[d]. Mortuus est Daniel, vel Babylone, ut Patres docent *; vel potiùs, in Media. Vide Jos. Antiq. 10. 12. Benjam. Itinerar. p. 86. Schickard[f]. Non rediit in patriam; id enim non tacuissent Esdras & Nehemias[g]. Sed cur non rediit? Resp. 1. Ob senium, & defectum virium ad iter. 2. Ut præsentiâ & gratiâ suâ apud Regem & Judæos ibi manentes defenderet, & redeuntium res promoveret[h]. 3. Quia gravis provincia ei à Regibus Persarum imposita liberum reditum ei non reliquit[i]. [Atque hæc de persona Danielis delibâsse sufficiat: de Libro paulò fusiùs agendum; &, 1. de ejus auctoritate.] Semper hic Liber apud Hebræos & Christianos habitus est canonicus, demptis 4 particulis; scil. Oratione Azariæ, Hymno 3 puerorum, Historiâ Susannæ, item Beli ac Draconis: de quibus dubitârunt Orig. Euseb. &c. qui *fabulas* vocant, &c[k]. Multa adsunt κριτήρια Divinæ auctoritatis hujus Libri[l], tum interna; v. g. lux Spiritûs S. corda tum scribentis tum legentium inexplicabiliter movens & convincens[m]; item rerum explicatarum gravitas[n]: tum externa[o]; cum reliquis scriptis canonicis harmonicus consensus[p]; signa quæ Deus conjunxit[q], & vaticiniorum eventus[r]; quæ duo non negligenda docet Deut. 18. 22†: testimonia, tum Dei Patris, Ezec. 14. 14. & 28. 3[t]. tum Christi, Matt. 24. 15. Marc 13. 14[v]. (vide & Heb. 11. 33, 34. ubi ad hanc historiam indubiè alluditur[x];) tum aliorum, virorum Synedrii magni, à quibus hic Liber inter canonicos relatus est, próque tali semper in Ecclesia Israelitica habitus est[y]; Josephi, lib. 2. contra Appion. ubi affirmat libros qui ad tempora usque Artaxerxis fuerunt in Ecclesia conscripti à servis Dei auctoritatem Divinam obtinuisse, hic autem diu ante id tempus scriptus est[z]; item Antiq. 10. 21. & 11. 8; deinde & Rabbinorum; Abrabanelis, qui ea refellit quæ à Maimonide ad Danielem quodammodo deprimendum fuerant allata; Jacchiadæ, qui ad Dan. 1. 17. fatetur Danielem attigisse *extremum gradum propheticum*; Maimonidis, qui in Fundamentis Legis, c. 7. Danieli ascribit veri Prophetæ proprietates[a]; Rabbinorum veterum, qui in Bava bathra inter כְּתוּבִים ἁγιόγραφα Danielis librum collocant, & authoritate Psalmis, Prov. Threnis æquant, qui etiam ex hoc libro dogmata fidei confirmârunt, ut R. Mosche Hadarschan, R. Abba, &c; Rabbinorum etiam aliorum celebratissimorum, qui hunc librum commentariis suis illustrârunt, ut RS. AE. R. Levi, R. Saadia, R. Mosche Alschech[b]. His addi possunt testimonia eorum Regum & gentium apud quas hæc gesta sunt, & annalibus publicis consignata. Hac de causa Spiritus S. eas historias quæ ad publicam hujus totius Prophetiæ auctoritatem demonstrandam pertinent Chaldaicè exaravit, ut moneret se ipsas gentes exteras annalésque earum testes producere[c]. [Alii tamen Libri hujus αὐθεντίαν & θεοπνευστίαν negant:] ĩique, tum, 1. Judæi, maximè recentiores. Ego in Moravia usus sum Rabbinis præceptoribus, qui fatebantur se librum Danielis non legisse, & à multis aliis itidem non legi. Cujus causa est, quia cap. 9. Messiæ tempus nimis evidenter designat. Tum, 2. Gentiles; Celsus, & ante eum Porphyrius, Plotini discipulus, qui, ex 15 libris quos adversùs Christianos scripsit, unum, nempe 12. adversùs Danielem scripsit, ubi hunc librum ait non à Daniele compositum fuisse, sed ab alio, tempore Antiochi Epiphanis: nec tam Danielem ventura dixisse, quàm narrâsse præterita: (Sed hoc testimonium est veritatis, tan-

[a] Wil. Per. [b] Fernand. & San. in Gej. [c] Per. [d] San. * Per. San. [f] Wil. Gej. † Per. San. ex Theod. [g] Wil. [h] Per. † G. [i] Gej. [k] Per. in Wil. [l] Q. in Gej. [m] Per. [n] Per. in Wil. Q. in San. [o] San. [p] Wil. * Mald. [q] Wil. ex Os. [r] San. Mald. † Wil. [t] San. [v] Gej. [x] San. [y] He. in San. [z] Per. [a] La. [b] San. ex Ibid. [c] Wil. ex Os. Wigand in Gej. [d] Wil. ex Os. * San. [f] Gej. [g] San.

[h] Per. Wil. [i] San. [k] La. ex Per. [l] Gej. [m] Gej. sim. Wil. ex Jun. [n] Gej. [o] Jun. [p] Gej. sim. Jun. Wil. [q] Jun. [r] Gej. sim. Jun. &c. † Jun. [t] Gej. [v] Gej. W.l. &c. [x] Mald. [y] Ge. [z] Jun. W.l. [a] Gej. [b] Pol. [c] Jun.

tantámque fuisse dictorum fidem, ut incredulis præteritorum narratio videretur *.) denique, quicquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere; (accipimus quod dat;) si quid autem ultrà opinatus sit, quia futura nesciêrit, esse mentitum; quod pernegamus: nam eventus prædictionibus fidem amplissimam fecit. Sed vesaniæ huic Porphyrii Methodius, Eusebius & Apollinarius responderunt [f]. 1. LXX Interpretes, prope centum annos Antiochum antegressi, Danielem in Græcum sermonem transtulerunt. 2. Prophetia Danielis Alexandro M. ostensa est, teste Jos. Antiq. 11. multis ante hunc Antiochum annis *. Anabaptistæ negant hunc Librum à Daniele scriptum. [Id probare satagunt,] 1. Quia illud Ezec. 14. 14. non convenit Danieli, tum puero. [Sed hoc antè refutatum vide.] 2. Quia scriptor hujus Libri de Daniele loquitur in tertia persona, ut c. 1. v. 6 [g]. Resp. 1. Sive Liber hic à Daniele, sive ab alio, scriptus sit, Divinam tamen habet authoritatem [h]. Non enim quoties de libri authore dubitatur, de ejus authoritate dubitatur; ut patet ex libris Job, Regum, &c. 2. Hunc librum ab ipso Daniele scriptum constat, tum ex Ecclesiæ judicio; tum ex Dan. 8. 1, &c. & 9. 2. & 10. 11, 12. ubi de se loquitur; tum ex Ezechiele, qui de illo Daniele loquitur qui auctoritate & sapientiâ apud Chaldæos floruit [i]. 3. Solent Hebræi de se loqui in tertia persona: ut Gen. 4. 23. *Audite, uxores Lamech*; Psalm. 132. 1, 10, 11. *Memento David*, &c [k]; Esa. 1. 1. *Visio Esaiæ*, &c; Jer. 1. 1. *Verba Jeremiæ* [l]. [Quærunt adhuc utrùm Daniel fuit Propheta.] Id Judæi negant, cúmque כְּתוּבִים Hagiographis accensent. Quòd si Judæi id solùm intenderent, כְּתוּבִים *scriptos* (per Spiritum S. scil. sicut ellipsin supplet K.) vocari Libros qui post captivitatem exarati coram Arca non asservati fuerant, utì id emollit Junius in prolegom. in Dan. tolerabile hoc videri posset. Sed errat Junius, quia Job, Psalmi ac Proverbia inter כְּתוּבִים numerantur ab Hebræis, quæ tamen omnia captivitatem antecesserant [m]. Alia est revelatio per Spiritum Sanctum, alia per prophetiam: illa est, cum Spiritus S. hominem vigilantem integris manentibus sensibus invadit, ut loquatur instar alîus hominis, sed Spiritu S. ipsum agitante [n]: [hæc satìs nota est.] Sed inconcinna est hæc distinctio, ut ostendunt Glassius, disp. 1. in Psalm. 110. ϑ. 45. seq. Hoomb. proleg. contra Judæos. Nam utut graduum Prophetiæ vel donorum Spiritûs S. non negetur diversitas; incongruè tamen Spiritus Sanctus contradistinguitur Prophetiæ, utpote sine quo nulla unquam allata est Prophetia, 2 Pet. 1. 21. Quapropter etiam Ezechiel, inter Prophetas à Judæis relatus, à Spiritu tamen S. irruente suas dicitur habuisse revelationes, cap. 2. v. 2. & 3. 24. & 8. 3. &c. Quid, quæso, interest inter Visiones Ezechielis & Danielis? Nonne utrique visi sunt Angeli, auditæ voces [o]? Cur autem Danielem Prophetis non accenseant Hebræi causa est, vel, 1. quòd vitam egit non propheticam, sed satrapicam, ut David Regalem: quare eos aiunt scripsisse quidem per Spiritum Sanctum, sed Prophetas non fuisse [p]. Sed Prophetam non facit vita, verùm inspiratio prophetica; neque ob vitam non propheticam librorum v. g. Ruth & Paralipomenωn auctores exclusi sunt à Prophetarum numero, & Hagiographis annumerati à Judæis. Et cur Hagiographis Threni Jeremiæ accensentur, qui scripti sunt ab eo qui vitam vixit propheticam [q]? Vel, 2. quia ad posteriores prophetiæ gradus non pertigit. Sed unde probabunt, posteriores demum gradus Prophetam propriè dictum constituere? deinde, unde probabunt, quæ Danieli similibúsque obtigerunt minora esse iis quæ in reliquis Prophetis agnoscimus [r]? Vel, 3. quia data non fuit prophetia, ut scriberetur extra Terram sanctam †. Verùm Deum prophetiæ spiritum etiam extra Terram sanctam communicare constat, non modò ex Daniele, sed etiam ex Ezechiele & Jeremia, qui extra Terram prophetârunt [t]. Sed vera causa est, quòd tempus Messiæ nimis clarè in eo definitur [v]. Et Christus & Josephus Danielem vocant *prophetam*; & sic eum dici posse significatu generaliore affirmat Maimon. Duct. dubit. p. 2 [x]. Qui, part. 2. c. 41. f. 119. edit. Venet. pag. 1. postquam inter 4 modos quibus Prophetæ datam sibi prophetiam enarrant hos duos priùs recensuisset, 1. quum sermonem sibi per Angelum in somnio vel visione factum dicunt, 2. quum verborum Angeli meminerunt, nullâ factâ de visione vel somnio in quo loquuti sunt mentione, tandem subjicit, *quicquid uno horum quatuor modorum evenit est prophetia, & qui hoc dicit Propheta est*. At Dan. 7. 1, 16. & 8. 2, 16, 17. primus modus occurrit; Dan. verò cap. 9. v. 21. secundus modus: nam visio cujus ibi fit mentio ad tempus aliud refertur, & v. 23. ad visionem attendere jubetur; non verò dicit Angelum in visionē locutum, quod in primo modo requirit Maimonides [y]. Negari certè non potest Danielem plenum fuisse Spiritu prophetico, habuisse illustres Visiones, & somnia prophetica, & omnia Prophetarum ἀξιώματα insigni ratione Danieli convenire [z]. [2. Aliquid hîc de Libri hujus obscuritate dicendum.] In qua Daniel cæteris Prophetis antecellit [a]. Ardua hîc difficultas, tum in rebus, tum in modo efferendi [b]. Tam pressè & præcisè scribit Daniel, ut æquet verba sententiis, plúsque interdum significet quàm dicat, paucissimis verbis augustissima coarctans mysteria [c]. Frequentes hîc sunt & inexplicabiles nexus [d]. Hunc Librum voluit Deus esse obscurum, Dan. 12. 4 *. Obscuritatis autem hujus causæ quatuor sunt. 1. Historiæ, quæ hîc attingitur, varietas. Non pauca hîc occurrunt quæ historicis aliis contraria videntur, de quibus dicam suis locis [f]. Multus hîc de illis rebus sermo quas neque Sacri neque profani scriptores prodiderunt [g]. Ut autem prædictionum harum veritas explorata sit, necesse est constare nobis de probatis istorum temporum historiis. Qua de causa etiam Hieron. in prolegom. ait [h], *ad intelligendas extremas partes Danielis* [i], *necessariam esse multiplicem historiam, Chaldæorum, Latinorum* [k], *& Græcorum* [l]; *Sutorii*, (vel, *Sutterii*, ut legendum monet Vossius de Histor. Græc. p. 225 [m].) *videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi*, (nempe Ægyptii, qui res Phœnicum scripsit,) *Polybii, Posidonii, Claudii, Theonis, & Andronici cognomento Alypii*; *quos*, addit, *& Porphyrius secutum se dicit*, nempe in explicando Daniele. Cujus ille auctoritatem ut eluderet, scriptos dicit libros post eventum: quod quàm sit impudens alibi diximus. Pergit Hieron. & inter eos quos dicit necessarios etiam *Josephi* ponit *libros, & eorum quos ponit Josephus*, præcipuéque, ait, *Livii, & Pompeii Trogi, atque Justini, qui omnes extremæ visionis narrant historiam, & post Alexandrum usque ad Cæsarem Augustum Syriæ & Ægypti, id est, Seleuci & Antiochi & Ptolemæorum, bella describunt*. Horum omnium quos nominat Hieronymus cùm ad nos nihil pervenerit præter Josephum & Justinum, his nobis utendum est. Addendíque his Strabo & Appianus, qui haud dubiè etiam illorum qui perierunt usi sunt libris. Tum verò pro Porphyrio, & tot illis libris Porphyrio lectis, utendum nobis iis quæ ex Porphyrio nos docet Hieronymus. Inter Græcos autem ad sensum horum vaticiniorum proximè accessit Polychronius, Porphyrii lector diligens, & Chrysostomus [n]. Hottingerus Thes. philol. p. 511. insuper requirit historiam Turcicam & Arabicam. Quanta autem in conciliandis ejusmodi chronologorum historicorúmque discrepantiis sit difficultas, nôrunt docti [o]. Ad has difficultates solvendas, vix credibile dictu est quàm crebrò horum monumenta excutienda nobis fuerint, & quàm curiosè omnes antiquitatis anguli erant perscrutandi, &c [p]. 2. Frequens hysterologia, sive præpostera rerum narratio [q]. 3. Chronologia, quæ per se perplexa esse solet, at hîc est obscurissima, maximè verò illa 70 hebdomadum 4. Quòd libri illi Græcorum vel Latinorum qui spectabant historias Danielis plerique interciderunt [r]. 3. Maxima est hujus Libri præstantia atque utilitas. Constat id ex materia ejus, quæ perquam varia est, gravis & admirabilis. Estque partim historica, de variis gentibus, &c: partim prophetica, aut de rebus humanis, Regnorum conversionibus, & successionibus, &c; aut de rebus Divinis, de adventu & nece & Regno Christi, de Resurrectione, de Judæorum rejectione: partim dogmatica, de Sancta Trinitate, de Incarnatione & morte Christi, de Providentia Dei, & futuro Judicio †, de Angelorum officiis, de Antichristo, &c [t]: denique, moralis, & valde pathetica, continens multa & illustria documenta atque

Marginal notes (left column): * Mald. ex Hi. — f Pol. — * Per. — g Sin. — h San. ex Mald. — i Mald. — k San. — l Mald. — m Gej. — n RR. in Calov. — o Gej. — p G. — q Calov. — r Emp. — † Q. in Emp. — t Emp. — v Calov. — x G.

Marginal notes (right column): y Erp. — z Calov. — a La. — b Gej. — c Per. — d San. ex Per. — * La. — f Per. — g Sin. — h Gej. — i G. — k Gej. — l G. Gej. — m Gej. — n G. — o Gej. — p Per. — q Per. Wil. sim Gej. — r Per. Wil. — † Per. — t Gej.

que exempla quibus incitamur ad fortitudinem, fiduciam, eleemosynas, &c[v]. Complectitur hæc historia omnia tempora, præterita, præsentia, & futura. Continet item omnes modos visionum propheticarum, per somnia, per ecstasin aut raptum, per signa sensibilia, vel per illuminationem mentis. Et si præstantissima sit prophetia quæ de Christo vel plura, vel majora, vel apertiùs, agit, hæc palmam aliis præripiet[x]. Bene intelligi hæc [Danielis] vaticinia refert plurimum. 1. Ut eò lucidiùs appareat Dei providentia & præscientia. 2. Nè prava interpretatio tempora confundens impediat Judæos Messiæ tempora agnoscere: quod vel maximè illi faciunt qui, quæ de Antiocho Illustri dicta sensum habent manifestum, ad Antichristum trahunt, ut Hippolytus, multique alii[y]. Sermo hujus Libri duplex est: 1. Hebræus, c. 1. & c. 2. v. 1, 2, 3. & quinque ultimis capitibus; 2. Chaldæus, à 4. versu c. 2. usque ad finem c. 7[z]. Translationes Græcæ Danielis variæ erant, o'. Th. Aq. & Sym[a]. Utitur autem Ecclesia non versione o'. sed Th. quòd ea sensum rectiùs expressisse videatur: quod & Origenes, lector versionum diligens, judicaverat[b]. Partes hujus Libri duæ sunt[c]: 1. historica, de quibusdam Regibus, item de Daniele & sociis ejus[d], quâ Deus Danieli attestatur, & vocationi doctrinæque illius fidem conciliat; primis sex capitibus*: 2. prophetica, sive de hostibus Dei, sive de Ecclesia, ejúsque tum castigatione, tum liberatione, hîc inchoata per Messiæ redemptionem, tandémque in resurrectione consummata[f]. In hac parte Daniel mysteria Dei ad Ecclesiam Judæorum & Regnum Christi venturum pertinentia pronunciat, sex alteris capitibus[g].

CAP. I.

1. *ANno tertio regni Joacim*] Ità docet quo tempore & quâ occasione Daniel abductus fuit[a]. Æra autem mundi conditi non nisi post editum Talmud observata est à Judæis[b]. Sed duplex hîc occurrit scrupulus. Qu. 1. Quî Joakim debellatus dicitur anno 3. cùm regnavit annos 11, 2 Reg. 23. 36? *Resp.* 1. Duplex erat captivitas Jehoiakimi. Prima fuit anno ejus tertio, quando victus est & de solio dejectus, & *vinctus ut abduceretur in Babel*, 2 Chron. 36. 6. Sed in isto itinere factus supplex veniámque consequutus rediit: vide 2 Reg. 24. 1. Liberatus autem 3 annos tributarius fuit, & his exactis rebellans ad 11. annum regnavit †. Joakim ductus est Babylonem cum Daniele ejúsque sociis. Sed ibi supplex factus tyranno, & tributum pollicitus, Regno suo mox redditur, relictis Babylone obsidum loco Daniele ejúsque sociis è semine Regio*. *Resp.* 2. Referri hoc potest ad annum à rebellione & liberato Regno tertium, qui potuit esse 10. vel etiam 11. Jehoiacimi. Certè in regnorum initiis varia spectari solent initia; regni scilicet, vel, 1. inchoati, vel, 2. finiti, vel, 3. liberati, vel, 4. conjuncti patris & filii, vel, 5. divisi, nempe Isr. & Jud. Adde ex Rab. David Gans, quòd *anni Regum Israelis sæpe numerantur secundùm annos Regum Judæ: adeò ut quum Rex Israelis regnabat sub finem anni alicujus Regum è familia Davidis & initio anni regni sequentis, ipsi duo anni adscriberentur.* His observatis, omnia ferè ἐναντιοφανῆ in chronologia Sacra conciliari possunt[c]. Qu. 2. Quî potuit Nebuch. anno 3. Jehoiakimi Jerosolymam obsedisse, quum regnare non cœpit ante annum 4. Jehoiakimi, Jer. 25. 1? *Resp.* 1. *Anno tertio*, scil. *exeunte*: & quia hoc iter Nabuch. maximâ sui parte in annum quartum Joachimi incidit, ideo quartum annum nominat Jeremias. At undecimus hic annus est regnantis Joachimi in Regum historia, nempe quia ab eo tempore Regnum à Chaldæis acceperat. At Hebræi eum pro Rege non habuerunt nisi post fratris Joachazi, qui in Ægyptum avectus fuerat, & rediturus sperabatur, mortem*. Nebuch. venit anno Joac. tertio, nempe desinente sive exacto[d], suo autem primo currente*; qui respondebat partim anno illius tertio[f], ut h. l[g]. partim verò ejusdem quarto[h], propter diversa annorum initia, cùm annus tertius Jehoiakimi & primus Nebuchadnezaris idem principium non haberent. Adde τὸ בשנת hîc idem esse ac, *sub finem anni* 3. vel, anno 3. exacto; nam ב pro עד accipitur Num. 28. 26. unde Græci etiam per μετὰ reddiderunt in Exod. 2. 23. *Post dies*, &c[i]. Passim observatur in narrationibus historicis, etiam Romanorum atque Græcorum, annum desinentem cum ineunte confundi, ut qui hujus est desinens, idem fit iniens alterius, præsertim cùm res memorata non momento uno, sed tractu temporis, fiat: sicut hîc anno 3. Rex venit expeditionémque cœpit, quam anno demum 4. absolvit[k]. Annus inceptus sæpe numeratur pro perfecto. Sic abduci dicuntur Jechonias & alii anno Nabuch. 8. in 2 Reg. 24. 12. & 7. in Jer. 52. 28[l]. [Nonnulla tamen huic responsioni opponunt.] 1. Primus Nabuch. annus non potest concurrere cum 3. & 4. Joacimi, quia Daniel tribus pòst annis adductus fuit coram Rege Nabuch. anno secundo regni ipsius, Dan. 2. 1[m]. *Resp.* Sed hoc referri debet ad annum non regni Nabuch. sed ministerii Danielis[n]. [Sed textus disertè restringit ad regnum Nebuch.] 2. Dato illo duorum annorum concursu, &c. hæc tamen non congruunt, Nebuch. ibi anno 4. Joacimi regnare cœpisse, hîc 3. anno illum debellâsse. 3. Daniel loquitur de ea expeditione Nabuc. quâ se & alios captivos abduxit: at Nabuc. neminem abduxit ante annum 7. regni sui, ut ex Jerem. 52. 28. patet[o]. *Resp.* 2. Duo Reges erant Nebuchadnetsaris nomine, pater & filius[p]. De utrovis hoc intelligas: vel pater hoc fecit; vel potiùs filius, jussu & auspiciis patris[q], qui filium suum in Regni consortium ascivit, & rebus bellicis præfecit[r]: hic autem, ob res præclarè gestas, Magnus dictus est †; ut ex Beroso, Megasthene aliísque docet Josephus[t]. Is ergò 3. anno Joac. venit, nondum Rex factus, sed tantùm prorex, Babyloniæ; 4. verò anno Rex fuit[v]. Nec mirum eum anno 3. vocari Regem, per anticipationem, quia, cùm Daniel hæc scriberet, revera Rex fuit[x]. [Aliis non placet hæc solutio.] Commentum hoc est de duobus Nabuc. Illum Nabuc. patrem Scriptura non novit, sed tantùm Nabuc. Magnum, qui Judæos, tempore & Joacimi, Jer. 25. 28, &c. & Sedeciæ, captivos abduxit[y]. *Resp.* 3. Annus hic tertius Joacimi non est numerandus à regni ejus initio, sed ab octavo ejus anno, quo tributa pendere Regi Nabuc. cœperat: quæ cùm per 3 annos solvisset, tandem 11. regni anno ea detrectans captus & occisus est[z]. Sed dura hæc videtur & violenta interpretatio, quum Daniel simpliciter & præcisè tertium annum Joacim nominat[a]. [Alii ergò paulò aliter.] *Anno tertio*, nempe ex quo adversùs Babylonium rebellavit. Ità R. Saadias, & rectè. Nam Joacim regnavit 11 annos, 2 Reg. 23. 36. Nabuc. regnare cœpit 4. Joacimi anno, Jer. 25. 1. Nabuc. neminem captivum abduxit ante 7. regni sui annum, Jer. 52. 28. Concurrunt ergò 7. Nabuc. annus & 11. Joac. quo anno primi captivi abducti sunt. Sed cur hîc 11. annus vocatur 3? *Resp.* Joacim, patre occiso à Nechao, Rex constituitur, sed tributarius, qualis erat 4 vel 5 annis. Anno ejus 4. Nabuc. ipsum subegit, & sibi tributarium fecit, qualis mansit per 3 annos, sive ad 8. regni sui annum, quo rebellavit, regnavítque liber ac sine tributo annos 3, sive usque ad 11. annum. Sic ergò Daniel loquitur acsi tres tantùm annos regnâsset: quia tributarium esse, non regnare, sed servire, esse judicavit. Unus adhuc superest nodus. Si prima Judæorum captivitas sub Joachimo accidit, cur eam ubique Scriptura Jechoniæ tribuit? *Resp.* Quia Jechonias tribus tantùm mensibus regnavit, 2 Reg. 24. 8. Quum ergò Joacimi mors & Jechoniæ captivitas eodem bello, intervallo tantùm 3 mensium, acciderunt, captivitas nunc Joacimo, nunc Jechoniæ, tribuitur[b]. ¶ *Venit*, &c. בָּא נְבוּכַדְנֶאצַּר] *Venit Nebuchadnezar*, alibi *Nebuchadrezar*, ut Jer. 21. 7. & 22. 25. mutatis נ & ר, ut in עָכָן & עָכָר, 1 Par. 2. 7. sic qui נְחוּם Esr. 2. 2. is רְחוּם Nehem. 7. 7[c]. ¶ *Et*, &c. וַיָּצַר עָלֶיהָ] *Et obsedit* (vel, *oppugnavit*, M.) *eam*, o'. Sy. Vulg. P. Ti. Ca. Pi. vel, *super eam*, Mo. Vide eandem phrasin Deut. 20. 12. Ezec. 4. 3[d].

2. *Et tradidit Dominus*, &c.] Innuitur, 1. antegressa Dei cura & defensio illorum, &c*: 2. hæc facta non hostium viribus, sed Dei consilio[f]. *Tradidit —— in manum*, i. e. potestatem[g]: dominium personarum rerúmque omnium in illum contulit[h]. ¶ *Et*, &c. וּמִקְצָת כְּלֵי וגו׳] *Et partem vasorum* (vel, *instrumentorum*, JT.) *domus Dei*, Mo. P. Pi. Ar. &c. *& quædam vasa*, &c. M.

sim.

sim. Ti. Ad verb. *& de extremitate*, (id קְצָת,) h. e. aliquid, *vasorum*, &c. Sic Nehem. c.7. v.70. וּמִקְצָת, *Et de fine*, vel *extremitatibus*, id est, aliqui, *capitum familiarum*, &c. Non memorat subditos, eorúmque bona, sed *vasa*, &c. quia hoc mirandum erat [i], & concutere posset fidelium mentes [k]. Sed hoc Deus passus est, 1. in pœnam Judæorum; 2. ut vanam in illis Judæorum fiduciam excuteret; 3. ut significaret, se ob scelera populi etiam res suas repudiare; 4. ut potentiam suam per illa declararet apud Babylonios, ut factum Dan. 5. 23 [l]. Quædam autem, non omnia, vasa abstulit; vel, quia deterritus est religione, &c. vel, quia à populo non est antè lacessitus, &c [m]. Nota h. l. & moderationem Regis, &c [n]. ¶ *Et*, &c. [וַיְבִיאֵם] *Et adduxit* (vel, *introduxit*, M. sim. Pi. *deportavit*, JT. *avexit*, Ti.) *ea*, Mo. M. sic ὁ'. Vulg. sim. Ar. Ti. Pi. vel, *eadem vasa*, Sy. vel, *eos*, P. sim. JT. V. i. e. Joacim & concaptivos: Relativum sine antecedente [o]. Affixum ם h. l. referri potest, vel, 1. ad homines captivos [p]. His favet sequens וְאֶת־הַכֵּלִים, *vasa autem*, &c. ו adversativè posito: q. d. Homines quidem in templum adducti sunt, ut eos victor diis suis quasi triumphum offerret; vasa autem in thesaurum recondita [q]: alioqui tautologia esset, si idem bis repeteretur [r]. Verùm homines alterius religionis, tanquam profani, non introduci solent in templa, nisi fortè ad servitium, aut mactationem; quorum tamen neutrum historiæ quadrat †. Non placet affixum referri ad homines; 1, quia solius Jehoiakimi, non populi, mentio præcessit; 2. quia certum est Jehoiakimum non fuisse eò abductum, sed occubuisse prope Hierosolymam. Vide 2 Reg. 24. 6. & Jer. 22. 19 *. Vel, 2. ad vasa [t]. Neque in hoc tautologia est. *Deduxit ea*, 1. in locum communem, sc. Babel, vel terram Sinear; 2. in locum proprium, sc. in templum, & specialissimè in gazophylacium: qu. d. Deduxit ea in terram, &c. imò hæc ipsa vasa (nam ה in הַכֵּלִים emphaticum est, q. d. quæ summi Dei propria sunt,) in templum intulit [v]. Vasa adduxisse dicitur, 1. generatim in domum dei, 2. specialiùs in gazophylacium. Vel, "בֵּית וגו verti posset, non, *in*, sed, *ad*, *domum*, &c. ut hoc membro iter, sequente verò ipsa introductio, denotetur †. ¶ *In*, &c. [אֶרֶץ־שִׁנְעָר] *Terrâ* (vel, *in terram*, Pi. sic M. P. JT. &c.) *Sinhar*, Mo. vel, *Sinear*, M. Ti. &c. i. e. in Chaldæam, sive Babyloniam, ut Onk. constanter reddit, & ὁ'. reddunt Esa. 11. 11. Zac. 5. 11. Vide dicta ad Gen. 10. 10. & 11. 2 [x]. Planities hæc est quæ adjacet Babyloni *. In Græco est, Σεννααρ · in Plin. & Ptol. *Singara* [y]. τὸ ע sæpe pronunciatur ut Græcorum γ, ut in *Gomorra*, *Gaza*, &c [z]. שִׁנְעָר à נָעַר *excussit*, quòd hujus incolæ à Deo excussi sunt & dissipati, &c. Vide ad Gen. 10. 10 [a]. ¶ *Et vasa* (non concisa, sed integra [b],) *intulit* (ut sacra & Divino cultui dicata; non prophano usu polluit [c]:) *in domum thesauri* (ubi reponebantur sacra supellex & opes ad sarta tecta templi collatæ [d], & anathemata illi consecrata, de quibus vide Diod. l. 2. f. 98. & Herodot. l. 1 *.) *dei sui*] Præcipui dei, i. e. Beli [f]. Vide Jer. 51. 44. & Joseph. contra App. l. 1 [g]. Quem Martem esse docent Vos. Idol. 1. 16. & Seld. de Diis Syris 2. 1 [h]. Ità idolis arrogat beneficia quæ à Deo accepit [i]. Obj. At 2 Par. 36. 7. hæc vasa posuit בְּהֵיכָלוֹ *in palatio suo in Babel*. Resp. 1. Hæc domus dei continebatur in palatio Nabuc [k]. 2. Palatium ibi intellige, non regium, sive profanum, sed templum, ut הֵיכָל interdum sumitur. Vide 1 Reg. 6. 3. Jer. 7. 4 [l].

3. *Præposito*, &c. [רַב סָרִיסָיו] *Magistrum*, vel *principem*, vel *præfectum*, *eunuchorum* (vel, *nobilium*, V. *aulicorum*, JT. Pi.) *suorum*, Mo. P. M. Idem hic qui postea Romanis dictus *Magister aulæ*, sive *palatii* [m], vel, *præfectus prætorio* [n]. q. d. Qui præerat pueris Regiis [o]. סָרִיס propriè est, *eunuchus*, sive *thlasias*, à verbo [Chaldaico] סְרַס *avulsit* [p], [vel, *castravit*.] Talium operâ in domo sua utebantur Reges Orientis ad servandam pudicitiam mulierum [q], sive concubinarum, suarum [r], & ad negotia alia secretiora †. Hinc factum ut proceres sive satrapæ Regis *eunuchi* dicerentur [s]. Sic Potiphar, licèt uxorem habuit, Gen. 39. 1, 7 [v]. ¶ *Ut*, &c. "לְהָבִיא וגו] *Ut adduceret* (sub. è *Jerusalem*, V. Imperatur hîc puerorum transporatio [x].) *de filiis Israel*, P. *Israel* hîc est generale omnium Hebræorum nomen [y]. ¶ *Et* (vel, *tum*, JT.) *de semine regio*] Vel, *regni*, P. ut prædictum Esa. 39. 7 [z]. 1. Ut sic honori suo consuleret, dum tales haberet apparitores [a]: 2. ut pateret ipsum esse victorem, cùm ità ageret omnia pro arbitratu suo [b]: 3. quia talium ingenia sunt capaciora, &c [c]. *De semine regio* non tantùm illi esse dicuntur qui è Juda cùm paterno tum materno genere oriundi sunt, sed & interdum cognati stirpis Regiæ [d]. Ex hoc loco constat Danielem fuisse de Regio genere *. ¶ *Et*, &c. [וּמִן־הַפַּרְתְּמִים] *Et* (vel, *tum*, JT.) *de principibus*, Mo. P. M. vel, *proceribus*, Ca. sim. Ti. *& nobili genere ortos*, Ca. Vox hîc tantùm est, & Est. 1. 3. & 6. 9 [f]. De ea laborant Interpretes, quia Chaldaica est [g], vel potiùs Persica [h]. Th. reddit, φορθομμὶν, (dubito an legendum φαρθωμὶν) Sym. Πάρθων, quasi Daniel è Parthis erat; ὁ'. & Aq. in 1. ed. *electos*; Aq. in 2. ed. *tyrannos* [i]. Alii, præfectos פְּרָת *Euphrateis*, vel regionum circa Euphratem sitarum [k]: (fortè ut apud nos dantur comites Palatini Rheni, &c [l].) Neque hoc solidum [m]. Al. Principes, sive magnates, sive duces [n]; propriè, *potentes*, à Chald. פְּרַת (pro Hebræo פְּרַץ) *disrumpere*, in textu Chald. Esa. 59. 5. & Syr. Act. 1. 18. ità ut ם non sit radicale, sed addititium, ut in שִׁלְשֹׁם & similibus; q. d. qui frangendi aut perrumpendi vim habent [o]. Verto, *Paratimos*, qui ab honoris æqualitate Græcè ὁμότιμοι nuncupantur: Xenophon Inst. Cyr. l. 7. in fine [p]. Fuerunt hi de semine Regio, ut scribunt AE. & Gorionides [q]: à quo tamen eos distinguit h. l. Daniel; quia scil. hic strictè Regium semen accepit, illi latè pro cognatis Regis [r]. τὸ & hîc exegeticè accipi potest. Fortè apud Persas sic vocabantur *cognati Regis*, quorum frequens mentio apud Curtium l. 3. & 4. &c. Hi diadema gestabant circa tiaram †. Hottingerus etymologiam vocis ex lingua Persica arcessit [t]. [Vide Authorem.] Chaldæus ad Esther. 1. 3. & 6. 9. habet, פַּרְתְּוֹנָאֵי. An hoc ex Græca voce πρώτων [v]? Cùm multæ voces apud Chaldæos, plures apud Assyrios, plurimæ apud Persas, cum Græcis vocibus convenerint olim, simplicissimum esse videtur, si *Parthom* interpreteris πρώτων. Nam illius inter linguas [illas] communicationis exempla exstant cùm alibi, tum in hoc libro, quamplurima [x].

4. *Pueros*] Vel, *Adolescentes*, Jun. νεανίσκους, Græci, i. e. *juvenes*: quod bene convenit cum sequentibus [y]. Hæc enim ætas faciliùs doctrinâ imbuitur, domesticorum citiùs obliviscitur [z], & tanquam in alieno solo transplantatur utiliùs [a], novis moribus assuescit, imperia tum citiùs suscipit, tum alacriùs præstat [b], éstque instar rasæ tabulæ, quæ quosvis characteres excipit [c]. ¶ *In quibus nulla esset macula*; sic P. M. &c. [מְאוּם] *Vitium*, JT. Pi. id est, defectus: q. d. non mutilos, neque deformes. Seipsum mox declarat, *& decoros*, &c [d]. מוּם (unde μῶμος, ut Græci solent vertere,) omne vitium significat, ut membri defectum, aut luxatum distortúmque aliquid. Vide Levit. 21. 17 *. Asserunt neminem unquam fuisse perfectum quem Deus vitioso signo signavit [f]. א hîc epentheticum est, sicut & Job. 31. 7 [g]. [ubi dicta vide.] ¶ *Decoros formâ*] Ad verb. *bonos aspectu*, V. Gej. ut Gen. 24. 16. & 26. 7 [h]. Facie ingenuâ & liberali [i]. Nam *formosa facies muta commendatio*. Et solet indè etiam de ingenio judicari [k]. Hinc pulchri olim ad dignitates electi sunt. Vide Arist. Polit. 4. 4. Curt. l. 6. &c [l]. ¶ *Et*, &c. וּמַשְׂכִּילִים בְּכָל־חָכְמָה וְיֹדְעֵי דַעַת וּמְבִינֵי מַדָּע] *Et eruditos* (vel, *industrii*, P. *intelligentes*, JT. Ti. Calv. *qui ingeniosi essent*, M.) *in omni sapientia*, P. M. Ti. Pi. (vel, *prudentia*, Calv.) *& scientes scientiam*, P. sim. Calv. (vel, *præditi scientiâ*, M. i. e. facundos & elegantes, ut alios docere possent [m]: *peritos scientiarum*, Ti. *cautos scientiâ*, Q. in V.) *& intelligentes cogitationem*, P. vel, *cognitionem*, Q. in V. sim. Pi. [quomodo forsan in Pagnino legendum;] i. e. sagaci ingenio & perspicaci †: vel, *eruditionem*, V. Al. *pollentes intellectu*, M. *instructos intelligentiâ*, JT. *doctos disciplinâ*, Gej. *disertè exprimentes cognitionem*; q. d. qui non tantùm sibi sapiunt, & intus, sed & illud dextre aliis exprimere possunt. Si enim τὸ מְבִינֵי activè accipias, frigida est repetitio [n]. *Sapientiâ*, &c. nempe iis quæ in Judæa disci potuerant [o]. Priùs corporis, nunc animi, habitus describitur [p]. Describit hîc animi elegantiam atque virtutes [q]. [Hæc tria alii distinguunt, nec uno modo.]

mo Io.] Per *sapientiam* videtur intelligenda Lex Mosis; per *prudentiam*, (ità enim Hebræi vertunt דַעַת,) monita illa de moribus, de re familiari ac civili, qualia multa apud Salomonem; per *disciplinam* verò, i. e. מַדָּע, artes metiendi, numerandi, & historiæ cognitio [r]. Al. 1. est eruditio: 2. ingenii ad res percipiendas celeritas: 3. facultas res perceptas eloquendi[†]. [Alii aliter, de quibus vide L. & Gej. &c.] Sed hæ discrepantiæ vix probari possunt [t]: nec res est tanti. Forsan tria per repetitionem pro eodem sumuntur [v]. Eruditio tantùm omnimoda hâc vocum congerie significatur [x]. ¶ *Et qui*, &c. וַאֲשֶׁר כֹּחַ וגו׳] *Et* (vel, *Denique*, JT.Pi.) *in quibus* (sub. *esset*, JT.Pi.) *vigor* (vel, *facultas*, JT.Pi. Gej. BA. sim. Ti. *virtus*, M. *robur*, ἰσχὺς Græcè [y]; *vires*, P. Pi. *habilitas*, BA. Boot. ex Angl. sive, *aptitudo*, Belg. in Boot. & necessariæ dotes [z],) *ut starent in palatio regis*, Calv. [τὸ כֹּחַ referunt vel, 1. ad corpus.] Dotibus animi adjungit fortitudinem, sive vigorem, (ut כֹּחַ sumitur Psal. 22. 16. *Defecit vigor meus*, Esa. 40. 31. *renovabunt vigorem*,) aut corpus vegetum [a], ut possent astare jugiter & ministrare [b]: Nam certè etiam firma corporis constitutio requiritur ad longas illas in aula stationes [c]. [Vel, 2. ad animum.] Corporis enim requisita jam satis superque tradita sunt [d]. כֹּחַ ergò hîc est aptitudo, sive naturalis, sive acquisita, ad ministeria aulica expedienda *: sunt enim & formosi & eruditi qui conversationi minùs assueti sunt, adeòque ad vitam aulicam planè inepti. q. d. Qui animo sunt nobili & excelso, non humili ac degenere, ut cum Rege agant sine rustico timore, sine dedecore & ignominiâ; qui digni sunt regio conspectu. Hoc uno verbo [vel, phrasi, *qui possunt stare*,] omnes quas paulò antè descripsit proprietates includit [f]. Vires intelligit corporis & animi commodas ad ministeria obeunda [g]. ¶ *Ut doceret eos literas* (vel, *literaturam*, Mo. *scripturam*, Ar.) *& linguam Chaldæorum*] Sic o'. M.P. &c. i. e. Scribere ac loqui Chaldaicè, ut cum Rege loqui possent [h]. Lingua Chaldæorum ab Hebræa non parùm differebat. Vide 2 Reg. 18. 26. Jer. 5. 15 [i]. סֵפֶר hîc significat *libros* Chaldæorum omnis generis, de historia, philosophia, religione gentis, de scriptionibus epistolicis, & stylo curiæ [k], de statutis, operibus & strategematis, quæ ad intellectum practicum pertinent [l], & de omni scientia Chaldæorum [m]. Obj. At inter Chaldæos erant artes superstitiosæ, divinatoriæ, ac dæmoniacæ: num in illis informari se passus esset Daniel? Resp. 1. Si Rex id jussisset, abstinuisset Daniel, ut à cibis regiis, ità etiam ab illis Satanæ imposturis [n]. 2. Distingue inter theoriam & praxin: Hebræi enim à Synedrii M. assessoribus requisiverunt notitiam rerum magicarum, ut scirent destruere magiam, teste Fagio ad Deut. 16. 18 [o]. Hoc autem eò pertinebat, ut ea quæ ipsi domi didicerant Regi possent exponere, & addiscere artes Chaldaicas, astrologiam, architecturam, ac rem militarem [p]; ut negotiis expediundis essent idonei [q]; ut paulatim desciscerent à gente sua, & obliviscerentur se esse Judæos [r]; ut cum lingua Chaldæorum mores imbiberent, cùm vinculum planè arcanum inter utrumque intercedere soleat [†]; ut, si res & usus flagitarent, possent Regis nomine dominari in gente sua [t].

5. *Et constituit eis rex annonam*, &c.] i. e. Dimensum [v]. Heb. *rem* (vel, *verbum*, Pi.) *diei in die suo*, i. e. quotidianum victum [x], quantum satis erat [y]. Vide de phrasi Exod. 5. 13, 19. & 16. 4 [z]. ¶ *De*, &c. מִפַּתְבַּג וגו׳] *De cibo*, &c. Ti. *ex penu*, &c. Ca. *de portione cibi* (vel, *de buccella escæ*, Mo. Ut darent eis *de buccella & cibo*, M.) *regii*, (è mensa regia reportati [a],) *& de vino potûs sui*, P. &c. ad verb. *potuum suorum*, i. e. variis vini generibus quibus uti solebat [b]. Nè eorum pulchritudo aut macie aut pravis cibis obscuraretur [c]. Ut ex alimentis optimis & formæ & ingenio aliquid accederet [d]: & ut eorum animos astutè sibi conciliaret blanditiis suis, ut malint inter Chaldæos, quàm Judæos, censeri *. Vox hîc est gemina, ex פַּת *fragmentum*, vel frustum panis, Gen. 18. 5. Jud. 19. 5. & בַּג *cibus*, Ezec. 25. 7 [f]. פַּתְבַּג non aliud quàm ποτίβαζις, panis genus in Oriente, ut ex Dinonis 3. Persicorum nos docet Athenæus l. 2 *. Syri scribunt, פַּטְבַגָא, quod sign. teste Ferrario, *varia pulmenta*, ac dicitur de mensa opipara. Hîc itaque verto, *de variis pulmentis regis*. Occurrit eadem vox v. 8, 13, &c. & c. 11. 26. quibus omnibus in locis epulas significat, non quamvis cibi portionem: unde v. 16. τῷ פַּתְבַּג, *epulis*, opponuntur זֵרְעֹנִים, *olera* [†]. ¶ *Tribus annis*] Quod spatium pueris ingeniosis sufficeret [g]. ¶ *Starent*, &c.] i. e. Apti essent ministerio Regis. Integra locutio est Ezec. 44. 11 [h].

6. *Fuerunt—inter eos*] Plures ergò erant quàm quatuor [i], & fortè ex diversis tribubus adlecti: sed hi tantùm nominantur, quòd de tribu Juda & Regio genere essent, quódque eorum historia narranda esset [k]. Al. *Inter eos*, i. e. inter captivos [l]. ¶ *De filiis Judæ*] Non ergò de tribu sacerdotum, ut falsò dicunt Apocryphæ adjectiones ad Danielem [m]. Nota modestiam Danielis, quòd non extollit genus suum, &c [n].

7. *Et imposuit eis——nomina*] Hoc factum, 1. quòd Hebraica nomina difficiliùs à Chaldæis pronunciarentur [o]: 2. ex odio nominum Hebraicorum [p]: 3. ut Chaldæorum aulicorum erga hæc nomina exotica declinaretur fastidium [q]: 4. in testimonium dominii atque potestatis Chaldæorum in deportatos [r]; vide Gen. 2. 19, 20. & 41. 45. 2 Reg. 23. 34. & 24. 17 [†]: 5. ut deleretur ex eorum cordibus propriæ gentis memoria [t]; ut, cum novis nominibus, novo assuescerent vitæ generi [v]; ut, cum nomine, Chaldaicum animum induerent [x]: 6. ut memoria Dei veri, nominibus inclusa, aboleretur penitùs, deastrorúmque implantaretur æstimium [y], adeòque omnis Religio mentibus eorum excideret [z]. [Hæc nova nomina] de diis sumpta sunt Chaldaicis [a]. [Sed de singulis nominibus videamus.] דָּנִיֵּאל *Daniel* sonat *judicem Dei* [b], vel, *judicium Dei* [c], vel, *quem judicavit Deus* [d]. חֲנַנְיָה *Ananias* sonat, *cui gratificatus est Jehova* *. מִישָׁאֵל *Misael* sonat, *is qui est Dei fortis* [f]; à יֵשׁ *fuit*, & אֵל *Deus* [g]. עֲזַרְיָה *Azaria* sonat, *adjumentum Jehovæ* [h], vel, *auxiliatus est Deus* [†]. בֵּלְטְשַׁאצַּר *Beltschatzar* sonat, *Beli recondens* (vel, *conservans* *) *thesaurum* [†]; à בֵּל deo Babyl. & שׂשׁה *condere*, & אצר *thesaurizavit* *: q. d. *Arcanorum Beli index & custos* [l]; vel, Condus promus, aut μύστης seu sacerdos, mysteriorum Beli [k]. Vel, sign. *Belus servat opes*. Unâ literâ differt à Regis nomine, intrà 5. 1. & 7. 1. שַׁדְרַךְ *Schadrac* sonat, vel, 1. *Sad lenis*, sub. *sit*. *Sad* nomen Dæmonis nocentis. Usurpant RR. in sing. Interpretes Chaldæi & Thalmudici in plurali, שֵׁדִין. Est ergò hoc nomen ἀποτρόπαιον, (q. d. *mala avertens* [l].) Vel, 2. *legatus*, qui דֶּרֶךְ *viæ*, sive itineri, insistit [m]. Vel potiùs, 3. *inspiratio Solis* [n]: nam שָׁרָא est, *inspirare*, vel *effundere*; & רַךְ Babyloniis est, *Rex*, (unde Chaldæus *Abrec*, Gen. 41. 43. vertit, *patrem regis* [o],) quod nomen Soli tribuunt [p]. מֵישַׁךְ *Mesach*, retentâ parte nominis Hebraici, & pro אֵל posito שַׁךְ, quæ dea Babyloniorum, unde & Σακχαῖα, (*Saccæa*:) Jeremiæ pleniùs שֵׁשַׁךְ, Jer. 25. 26. & 51. 41. ubi dicta vide [q]. *Meshach* sonat, *qui est deæ Schac*, vel *Schaca* [r]; *qui est deæ festivæ* [†], h. e. Veneris [t]. עֲבֵד נְגוֹ *Abednego* est formâ Chaldaicâ, sed ortu Hebræo: sonat, *servus lucis*, sive *splendoris* [v], vel, *servus ignis splendentis* [x]; ignem enim Chaldæi pro deo colebant [y]: vel, *servus Luciferi*. נגו Chaldæis, quod נוגהא in Chald. Est. 10. 3. & in versione Chaldaica Esa. 14. 12 [z]. Al. Legendum עֲבֵד־נְבוֹ, ut *Nebo* sit nomen idoli [a]. Scribit Herodotus in Clione, Chaldæos coluisse, 1. Jovem, qui *Bel*, unde Jupiter Belus in Herodoto: 2. Solem, qui *Rac*, *Rex*, ut dictum, & Lunam: 3. Ignem, qui *Nego*: 4. Terram, quæ *Schac*, vel *Schaca*, quia hominum sedes stabilis est [b]. His ergò numinibus quasi dedicabantur per ista nomina [c]. Videtur autem Daniel hîc mutata referre, quòd necessarium erat ad historiam intelligendam [d].

8. *Proposuit*, &c.] וַיָּשֶׂם דָּנִיֵּאל עַל־לִבּוֹ *Et proposuit* (vel, *statuit*, JT. *posuit*, Gej.) *Daniel super corde suo*, Mo. sim. Gej. vel, *apud animum suum*, Pi. sim. JT. q. d. Bonum motum sensit in corde, eúmque fovit, &c. Id phrasis innuit Esa. 42. 25. & 47. 7. &c *. Qu. Cur hanc sibi laudem vendicat Daniel, quæ sociis communis erat [f]? est enim hîc synecdoche, qu. d. Daniel cum sociis [g]. Resp. 1. Quia hic author consilii fuit atque suasor [h]. 2. Ut fidem conciliet doctrinæ suæ, & ostendat se longo tempore formatum & politum à Deo ad munus propheticum [i]. Videtur etiam Daniel & nobilitate, & ætate, prudentiâ, pietate & auctoritate cæteris præstitisse, ideóque se primo semper loco nominat [k]. ¶ *Nè*, &c. אֲשֶׁר

Margin (left): r G. — † Mald. — t Gej. — v Mald. sim. San. — x Gej. — y G. — z BA. 1. 2. 8. 129. — a Calv. — b Jac. — c G. — d Gej. — * Gej. sim. Boot. anim. 3. 8. 6. 81. — f Mald. — g Jun. — h Mald. — i G. — k Gej. — l Jac. — m Jun. — n Calv. sim. Wil. — o Gej. — p G. — q Gej. — r Calv. — † Gej ex Calv. — t Calv. — v G. sic P. M. — x V. — y M. — z Gej. — a Idem. — b V. — c Mald. — d G. — * Calv. — f Gej. — * G. ad v. 8.

Margin (right): † Di. — g Calv. — h V. — i M. ex Mald. sim. Calv. — k Mald. — l O in Mald. San. — m Jun. — n Calv. — o Mald. — p Jun. — q Gej. — r Gej. Jun. — † Gej. — t Calv. sic Jun. — v Gej. — x Mald. — y Gej. sim. Jun. — z Jun. — a Gej. ex Jac. — b Jun. — c Wil. — d Ju. Wil. — * Jun. sim. Gej. — f Jun. Gej. — g Wil. — h Gej. — † Jun. Gej. — * Wil. — † Jun. Wil. — * Gej. & Wil. ex Jun. — k Gej. — l Jun. — m G. — n Q. in Wil. ex Jun. — o Jun. — p Wil. — q G. — r Wil. ex Jun. — † Gej. ex Jun. & Pel. — t Gej. — v Jun. — x Gej. — y Wil. — z Gej. — a R. S. ex Mald. in Gej. — b Jun. — c Gej. — d Mald. — * Gej. — f Calv. — g Jun. — h Gej. sim. Calv. — i Mald. — k Calv. — Mald.

אשר לא יתגאל וגו׳] *Quòd* (vel, *ut*, M. JT. Pi.) *non* (vel, *nè*, P. Ti.) *pollueret*, vel *contaminaret, se* (vel, *coinquinaretur*, Ti.) *in buccella*, vel *portione*, &c. Mo. P. &c. אשר לא pro *nè*, Esth. 2. 10. Cohel. 7. 21 [l]. Causa verò cur Daniel ab his cibis abstinuerit fuit [m], vel, 1. quia ciborum illorum aliqui Lege vetiti erant [n], Lev. 11. & Deut. 14 [o]. At aliqui ex cibis illis liciti erant, unde omnes rejicere non debebat. Verùm cibos alioqui licitos, accedente impuritate & vitio, quandoque factos esse illicitos, cùm alia loca, tum Exod. 22. 31. edocent [p]. Vel, 2. quia tales deliciæ eum ad mollitiem & luxuriem exstimulâssent [q]: nè his illecebris inescaretur, & à pietate deficeret: videbat enim quid Rex captaret, & insidias sibi tendi; quas infirmitatis suæ conscius vitavit, voluitque ità in Chaldæa vivere, ut recordaretur gentis suæ, séque esse exsulem & Israelitam [r]. Vel, 3. nè cibos ederet cultu & consecratione idololatricâ pollutos †. Cibi enim regii Belo utplurimum aliísque idolis oblati erant priusquam mensæ imponerentur; saltem nomine idolorum benedicebantur: quæ omnia horrori & exsecrationi erant Judæis [t]. Moris erat orientalibus ut, animalia ad communem cibum mactantes, deo vel idolo suo se illa mactare & nuncupare testarentur. Unde nata etiam lex Muhammedica, quam videre est Alcorani Suratâ secundâ, ubi cujusdam animalis esus interdicitur, quòd *laudibus consecratum est alii quàm Deo* [v]. Moris illis erat partem de pane & de vino injicere in aram, aut, si ara non adesset, in focum, vice aræ, atque eo modo diis suis consecrare totum illud quod erant comesturi. Id verò, sicut stultâ illorum opinione erat sanctitas, ità Hebræis, meliùs institutis, & certis talia dedicata esse falsis numinibus, erat pollutio. Sic Jacchiades, [quæ tamen in Paraphrasi ejus in Danielem non reperio,] & Theodoretus [x]. Et quanquam *idolum nihil est*, 1 Cor. 8. 4. adeóque consecratio talis nulla erat, æstimari tamen debebat ex opinione gentium, &c [y]. Hinc esus idolothytorum Christianis prohibitus est, 1 Cor. 8. 10 [z]. ¶ *Neque de vino*, &c.] Illud enim (licèt Lege non prohibitum) more gentilico consecratum erat. Vide Virgil. Æneid. 1. v. 732. & 4. 206. Vide & Deut. 32. 38 [a]. Vide Lipsium Antiq. lect. l. 3. ubi libationem à priscis in omni convivio religiosè servatam scribit, dum videlicet vinum defundebant in terram, vel mensam, &c. Adde quòd vinum juvenilem sanguinem inflammat, Prov. 20. 1. Hos. 4. 11. & ad lasciviam invitat. Nec tamen semper à vino abstinuit Daniel, Dan. 10. 3 [b].

9. *Dedit*, &c. ויתן וגו׳ לחסד וגו׳] *Et dedit* (vel, *dederat*, P. Calv. *posuerat*, Calv.)——*Danielem in misericordiam*, sive *clementiam*, &c. Mo. Calv. P. &c. Secundùm preces Salomonis, 1 Reg. 8. 50 [c]. ubi eadem phrasis, sicut & Neh. 1. 11. Psal. 106. 46 [d]. *Deditque —— ut Daniel esset in gratia*, &c. M. *Et conciliavit——Danieli benignitatem*, &c. JT. Effecerat Deus ut charus esset principi, &c [*]. Reddit causam cur non succenseret Danieli ob spretos regios cibos [f], cúmque Regi criminaretur, vel Regis metu [g], vel ad captandam gloriam: fuisset enim hoc capitale crimen [h]. Causam dat & antecedentis illius audaciæ ac libertatis quâ Daniel usus est, & responsi quod continetur sequente versu [i].

10. *Timeo——regem, qui constituit vobis cibum*, &c.] Ità comiter se excusat [k], innuitque hoc non à se petendum esse, quia multi conscii forent, sed potiùs ab administro cibariorum, sese autem connivere velle [l]. ¶ *Qui*, &c. אשר למה וגו׳] *Qui ad quid* (vel, *Qui quamobrem*, V. *Nam quare*, JT. sic Pi.) *videbit*, vel *videret*, &c? Mo. *Nam*, vel *Quia*, (vel, *Qui*, M.) *si viderit*, &c. P. sim. Ti. Sed למה pro *si*, quod sciam, nusquam exstat. Malim, *Qui quando videret facies vestras*. למא Arab. est, *quando*, & idem forsan apud Hebræos significat: quum enim מה non semper interroget, sed sæpe indefinitè sumatur, nihil impedit cur non, sicut apud Arabes, למה significet, *ad quod*, sup. *tempus*, i. e. *quando* [m]. Al. *Nè si animadverterit*, &c. Ca. אשר accipi potest vel pro pleonastico, vel pro qualitercunque connexivo cum sermone antecedente, vel pro membro velut interrogativi למה *quare*; quomodo aliàs conjunctim dicitur עקב אשר, *eo quod*, אשר לא, *ut nè*, &c [n]. ¶ *Macilentiores*; ità P. זעפים] *Tristiores*, M. Pi. Ca. V. G. simil. JT. Mo. Calv. sub. *vultibus*, V. σκυθρωπότερες, quales solent esse facies eorum qui modicè pasti sunt. Vide Matt. 6. 16 [*]. Al. *magìs tetricos*, Sy. V. Ti. Calv. Di. vel, *turbulentiores*, V. à זעף & Heb. & Syr. est, *commoveri*, diciturque de doloris, iræ, maris commotione, & quavis alteratione quâ res de meliori in pejorem statum transfertur [o]. ¶ *Præ*, &c. מן הילדים אשר כגילכם] *Præ pueris qui* (sub. *sunt*, P.) *secundùm similitudinem vestram*, Mo. V. vel, *similes* (vel, *æquales*, M. sic Ti.) *vobis*, P. V. conditione & ætate [p]: vel, *vestræ conditionis*, Ca. Vox גיל alibi non sumitur hoc sensu, sed *tripudium* sign. Psal. 43. 4. & 65. 13 [q]. hîc sign. *similitudinem* [r]. Al. *qui similiter ut vos ad tempus alendi sunt*, JT. Heb. *qui secundùm revolutionem vestram* sunt, Jun. Pi. i. e. pariter ut vos educandi per triennium, &c †. *Qui eâdem vobiscum temporis revolutione educandi sunt.* Revolutionem Solis intellige, quâ circumscribuntur anni [t]. Al. *coævis vestris*, o'. sic Sy. Ar. Ch. *qui secundùm planetam vestrum*, i. e. qui sub eodem planeta nati sunt [v], adeóque coætanei sunt. *Qui sunt secundùm ætatem vestram*, ætate vobis pares [x]. גיל Arabicè *ætatem*, vel *vitæ durationem*, sign [y]. ut [in Arab. versione] Matt. 1. 17 [z]. Al. *qui secundùm captivitatem vestram*, à גלה, h. e. qui similiter ut vos captivi [a]. ¶ *Condemnabitis caput meum regi*; ità P. Mo. sim. Di. o'. Ar. vel, *apud regem*, M. וחיבתם וגו׳] *Et* (vel, *Sic*, Pi.) *obnoxium reddetis*, &c. Calv. Ti. Pi. Heb. *in debitum*, sive *reatum, adduceretis*, Pi. *Et efficietis me reum capitis apud regem*, JT. Efficietis ut Rex caput meum tollat: q. d. Accusabor læsæ majestatis [b]; quasi tum cibarium vestrum intercepissem, tum perfidiosè vos neglexissem [c]. Sensus loci, q. d. Cur committam ut, si videat vos pallidos, &c. plectar capite [d]? חיב, *debitorem* vel *reum constituere*, alibi non exstat: nomen tantùm חוב, *debitor*, exstat Ezec. 18. 7. Chaldæis autem in Kal חוב est, *delinquere, peccare*; in Pual חיב, *reum vel debitorem efficere*, item, *condemnare* [*].

11. *Dixit——ad Malasar*; sic M. P. Ti. &c. אל המלצר] *Ipsi promo*, JT. Vox מלצר, ob ה præfixum, appellativè sumitur, ità ut denotet *dispensatorem, promum condum*, &c [f]. Dubitatur nomen sit hominis, an muneris sub primo illo eunuchorum inspectore. Ego potiùs hominis nomen esse credam, ut ה sit pars nominis. Ità accepit & Jacchiades [g]. Cùm nulla sit Chaldæis radix sive לצר, sive מלצר, malim cum reliquis pro nomine proprio accipere, non obstante He emphatico; siquidem & hoc nominibus propriis, non modò locorum, &c. sed & personarum, præmittitur; ut המנשה, Jos. 1. 12. הלוי, Psal. 135. 20. Vide Glas. gram. 4. 3. 7. 730. Misso Aspenazo, convertit se ad ministrum Melzarum [h]; fortè subodoratus illum non refragaturum, si privatim id à ministro obtinuerit, &c [i].

12. *Tenta nos*, &c.] Hoc dicit ex revelatione & impulsu Spiritus Dei [k], certus hominem non pane, sed verbo Dei, vivere [l]. Periculum fac de nobis [m]. ¶ *Dentur nobis legumina*; ità Ch. sim. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Ca. Pi. Jac. BA. ex RS. & AE. &c. מן הזרעים] *De seminibus*, o'. Mo. Vox hâc formâ non ampliùs occurrit; pro ea v. 16. est זרענים, quæ & ipsa forma non redit. Simile est זרוע *sativum*, Levit. 11. 37. Esa. 61. 11. *Sicut hortus germinare facit* זרועיה *sativa sua*. Ex quo loco & hîc intelligemus fructum arborum, ut sunt poma, pruna, cerasa, &c [n]. Al. Intelligit *oryzam*, quæ nobilem generat sanguinem [o]. Al. *legumina*, quæ Heb. זרעים *semina* dicuntur, ut Græcè ὄσπρεια, pro ἄσπρεια, ἀπὸ τῆς σπορᾶς, *à satu*. Legumina autem omnia parùm nutriunt [p]. זרעים vocantur herbæ & legumina quæ vili pretio parantur, & vix digna sunt quæ ferantur ad mensam regiam [q]. His contentus erat, ut nunquam sibi in sorte sua placeret, sed ut assiduè gemeret, & memor esset patriæ suæ [r].

13. *Et*, &c. ויראו וגו׳] *Et videantur*, &c. P. vel, *videbuntur*, sive *apparebunt*: i. e. Cùm præbebunt se visendos vultus nostri †.

15. *Et*, &c. ובריאי וגו׳] *Et pinguiores carne visi sunt*, P. &c. *Carnis* meminit, æquè ut Gen. 41. 2, 18. nè tumorem simplex putetur [t]. Vultus colore erant vivido & succosi [v]. Dei hoc erat opus [x], qui hoc pacto testatus est se hujus voti authorem fuisse [y].

16. *Porrò*,

l Gej. m G. n Per. sim. San. Me. &c. La. &c. o San. p Emp. q Gej. sim. Per. r Calv. † Emp. t T. ex La. v Emp. x G. y E. z Wil. a San. b Gej. c G. d Gej. * V. sim. Me. Gej. &c. f Me. sim. Jac. Maid. g Jac. h Calv. i Jun. k Calv. l Jun. m Di. n Gej.

* G. o Di. p V. q Gej. r Gej. ex K. & R. Nathan. † Jun. t Pi. v Q. in D. obs. 15. 2. x Di. ex Bu. y Di. z Di. &c. a D. ibid. b Li. c Gej. b V. c Jun. d V. * Gej. f K. & Pol. &c. in Gej. g G. h Gej. i Gej. sim. Jun. k Calv. l Mald. m G. et V. n Gej. o AE. in Gej. p BA. 2. l. 9. 49. q G. r Calv. † V. t Gej. v G. x G. ad v. 12. y Calv.

16. *Porrò*,&c. ״ויהי וגו] *Et fuit, Melsar auferebat*,&c. i. e. curabat asportandum domum suam [a]. *Itaque perrexit—tollere*,&c. JT. *Itaque perstitit—in eo ut auferret*, &c. Heb. *Et fuit—auferens*,&c. Pi. Abstinebat illis dare de pane aut vino Regio, ipsorum precibus morem gerens [a].

17. *Et disciplinam*] Vel, *intellectum*: q.d. Non cognitionem tantùm, sed & sagacitatem ad alia ex aliis reperienda [b]. ¶ *In omni libro & sapientia*] In omnibus Chaldæorum scriptis [c]; in omni literatura [d], ut suprà v. 4. ἐν πάσῃ γραμματικῇ, (*in omni arte grammatica*,) habet textus Græcus; quod esse ex Symmacho docet nos hîc Hieronymus. Ità sæpe misceri versiones vidimus *. Obj. An ergò fas erat studere libris & doctrinis magorum & astrologorum, &c? Resp. 1. Vetatur eorum studium ex triplici causa, unde malum & perniciosum fit: 1. ex animo perverso, in perniciem sive suam, sive aliorum; 2. ex infirmitate discentis; 3. ex immoderato in res illas affectu. Resp. 2. Illas res nôsse per se quidem & speculativè, non est malum. Hi certè non didicerunt ista ut sequerentur, sed ut vanitatis & falsitatis convincerent. Nam qui adversùs genethliacos disputaret, earum rerum ignarus, risui omnium pateret [f]. Resp. 3. Cùm absurdum sit Deo ejúsque dono tribuere artes magicas, quas ipse vetuit Deuter. 18. 10, &c. restringi hoc [dictum] debet ad veram & naturalem scientiam *. ¶ *Danieli autem*] Insuper scilicet [g]. Is, ut erat præ reliquis religiosus, ità peculiare præmium consequitur [h]. ¶ *Intelligentiam—visionum*, &c.] i. e. Interpretandi visa & somnia ϑεάματα, (*divinitus immissa*,) quæ non apertè, sed per imagines, futura significant. Vide ad Num. 12. 6, 8. Hoc est donum ἑρμηνείας, (*interpretationis*,) 1 Cor. 12. 10. & 14. 26 [i]. Sensus, q. d. Donatus fuit prophetico spiritu [k].

19. *Cùmque eis locutus fuisset rex*] Nempe, propositis interrogationibus, acumen & eruditionem eorum tentans [l]. ¶ *Et steterunt*, &c.] Tanquam quotidiani ministri [m]: cooptati ad secretius & familiarius Regis ministerium [n].

20. *Et omne*,&c. ״וְכֹל דְּבַר חָכְמַת בִּינָה וגו] *Et omne verbum sapientiæ intelligentiæ, quod quæsivit ab eis rex*, Mo. *Omne verbum sapientiæ intellectûs*, &c. i. e. earum partium philosophiæ quæ maximè perspicacem intellectum requirunt [o]. *Et in omni re sapientiæ intelligentiæ*, &c. i. e. in omni scientia ardua ac profunda, in qua scil. opus est acuto & subtili ingenio [p]. *Et in omni verbo sapientiæ & intelligentiæ*, &c. P. *Omnibúsque in rebus ad peritiam intelligendi pertinentibus*,&c. JT. *Porrò, quod attinet ad quodcunque negotium sapientiam intelligentiæ postulans*, &c. Pi. *Atque in omnibus quæstionibus cognitionis quæ attinet ad sapientiam*, &c. Ti. *Et quicquid rex in sapientia & intelligentia sciscitabatur ab eis*, M. *Ac quacunque eos de re quæ doctrinæ esset & ingenii rex interrogavit*, Ca. ¶ *Invenit*, &c. וַיִּמְצָאֵם עֶשֶׂר יָדוֹת עַל־כָּל־הַחַרְטֻמִּים הָאַשָּׁפִים] *Invenit* (vel, *Deprehendebat*, Pi. Heb. *Et invenit*, Mo. Sed ו hîc conversivum tantùm esse potest, non copulativum [q].) *eos decem partibus* (Heb. *decem manibus*, Mo. *Manus*, pro *parte*, ut Gen. 43. 34. & 47. 24. &c [r].) *super omnes* (vel, *percellere omnes*, M.) *genethliacos*, (vel, *physiologos*, V. *magos*, M. sic Ti. JT. Pi. ἐπαοιδοὺς, (*incantatores*.) Græca habet versio; nec aliter Exod. 7. 11, 22. & 8. 7, 18: alibi, φαρμακοὺς, (*veneficos*.) Erant physici, sed qui sæpe etiam dæmonum uterentur operâ †.) *sophos*, Mo. sic Ti. vel, & *astrologos*, P. V. sic JT. Pi. vel, & *magos*, Q. in V. Al. *decuplò superiores* (vel, *excellentiores*, Ti.) *omnibus*, &c. JT. Pi *& conjectoribus & divinis decuplò præstantiores*, Ca. *Magorum* vox in bonam partem accipi potest; adeóque Persis sunt magi qui Latinis *sapientes*, Græcis, σοφοί. Ideo Abrab. ad Exod. hos esse dicit rerum naturalium peritos [t]. אַשָּׁפִים crediderim esse vocem Græcam. Nam ante hæc tempora celebris erat Thaletis & aliorum qui σοφοὶ dicti sunt fama: erat autem Thales ex Ionia Asiatica. Syrorum est, א vocibus præponere [v]. Ab אשף videtur profluxisse σοφὸς, pereunte debilissimâ literâ א. Vox חַרְטֻמִּים (deducta, ut puto, à חרש: ט enim & ת eundem ferè sonum habent, ac insuper ש cum ת sæpissimè permutatur, & ם est heemanticum;) denotat eos qui rerum naturalium cognitione præcellunt, quâ tamen variè abusi sunt, sicut & magi. Vide ad Ex. 7. 11. & Dan. 5. 11. ubi cùm Daniel iis præfectus dicatur, meros præstigiatores non fuisse constat [x]. Ità frustratus est Deus consilium tyranni, quod erat, memoriam Dei extinguere, & habere Judæos nobiles qui Religionem suam oppugnarent: Deus autem hoc pacto extulit nomen suum ac gloriam in persona servorum suorum [y].

21. *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri*] At Daniel, cap. 10. 1. vaticinatur anno 3. Cyri. Resp. 1. *Fuit*, i. e. Vixit Babylone: nam postea in Judæam ivisse ab Hebræis dicitur [z]. Ascendit Daniel Jerusalem cum reliquis, permittente Cyro [a]. Vel, profectus est in Mediam [b], honestam ibi stationem nactus [c]. 2. *Fuit*, Propheta scil. q. d. Functus fuit Prophetæ officio usque ad annum primum Cyri [d]. Imò verò id fecit anno tertio Cyri, ut dictum *. 3. *Fuit*, putà vivus, sospes, honoratus [f]: *fuit*, sub. *stans*, i. e. Stetit coram Regibus, eis ministrans, &c [g]. *Fuit*, apud omnes Reges in magna gloria & authoritate [h]. Significat Daniel se tempus ab Isaia cap. 44. 28. & 45. 1. prædictum vidisse [i]. Ad finem usque 70 annorum, quos præstitutos exsilio dixerat Jeremias [k]; ut toto captivitatis tempore Judæos & auctoritate juvaret, & vaticiniis consolaretur. q. d. Floruit Daniel Babylone quamdiu Babylonicum stetit Regnum. Non quòd non plùs vixit, sed quòd eousque vixit [l]. עַד *usque* non semper excludit sequentia; ut patet ex 2 Sam. 6. 23. Psal. 110. 1. & 112. 8. &c [m].

Margin notes: [a] V. [a] G. [b] Idem. [c] Gej. [d] G. sim. V. * G. [f] Per. * Calv. [g] G. [h] Gej. [i] G. [k] Calv. [l] Me. ex Mald. [m] G. sim. V. [n] Mald. [o] G. [p] V. [q] Gej. [r] Idem. † Emp. [t] G. [v] G. [x] Emp. [y] Calv. [z] G. [a] Jac. [b] Q. in Calv. [c] Q. in Gej. [d] Calv. * Mald. [f] Gej. [g] V. [h] Me. T. [i] Lo. Mald. [k] Mald. [l] G. [l] Mald. [m] Gej.

CAP. II.

1. IN *anno*, &c. ״וּבִשְׁנַת שְׁתַּיִם לְמַלְכוּת וגו] *Et in anno secundo regni Nebuchadnesar*, Mo. sic M. P. Ti. Ch. Sy. Ar. &c. Sed de hoc anno plurimùm controvertitur [a]. Cum hoc loco duo pugnare videntur. 1. Quòd Nabuch. septimo anno regni sui Danielem, &c. abduxit. Vide ad cap. 1. 1. 2. Quòd tres anni Danieli, &c. dati sunt, cap. 1. 5, 18 [b]. Qu. Unde instituenda est hæc computatio? Resp. 1. Anno secundo imperii ipsius meri sive solitarii [c]. Regnavit enim hic Nabuch. primò cum patre, deinde solus [d]. Scriptura autem annos Nabuch. numerat vel, 1. ab imperii conjuncti initio; quia sive solus, sive cum patre, regnaret, Judæis perinde erat illa calamitas: tunc verò *annum regis Nabuch.* vocat. Vel, 2. ab initio imperii meri: & tunc dicitur *annus regni*, ut h. 1 *. 2. *Anno secundo*, non regni post mortem patris [f]; non ex quo primùm regnare cœpit in Chaldæa vel Syria [g]; sed Monarchiæ plenariæ [h], sive Regni constituti in partibus circum Judæam, Syriâ, Ammonitide, Moabitide, & Ægypti magnâ parte [i]: quum totius Orientis factus est Monarcha [k]. Ab hac ergò victoria (quæ anno regni ejus 23. parta est) computandus est hic annus. Pariter & Latini annos principatûs Augusti Cæsaris numerant vel à primo ejus consulatu, vel à triumviratu, vel ab Actiaca victoria, cùm, devicto Antonio, solus imperium tenuit [l]. Sed non placet hæc responsio. 1. Quia sic negligitur distinctionum Hebraicarum ratio [m]. Accentus enim distinctivus Rebhia est in voce שְׁתַּיִם *secundo* [n], quo à sequente membro distinguitur [o]. Verùm quàm debile hoc ab accentu petitum sit fulcimentum patet ex 2 Par. 35. 19. ubi potentior accentus, Sakeph-katon, nihil quicquam connexionem cum voce subsequente turbat [p]. 2. Quia ante hanc gloriosam Regni constitutionem Danielis fama per multos annos celebris fuerat, ut constat ex Ezec. 14. 14. & 28. 3. Quarum prophetiarum una antecessit eversionem Jerosolym. altera captam Tyrum, quæ tamen capta erat ante Ægyptum occupatam, ut constat ex Ezec. 29. 18, &c [q]. 3. *Anno secundo*, ex quo Daniel & socii ejus adducti sunt ad Regem, &c. Dan. 1. 18, 19 [r]. quia vers. 21. cap. præced. nihil aliud est quàm πρόληψις παρενϑετικὸς, (*prolepsis parenthetica*,) & historia hæc ad confirmationem v. 20. cap. præc. adhibetur †. [Locum ergò sic vertunt;] *Anno autem secundo*, in *regno* (vel, nempe *regno*, JT.) *Nebuchadnetsaris*, Pi. Glas. JT. i. e. quum vixi tanquam consiliarius in regno Nebuc. q. d. non autem quum vixi in regno Cyri, cujus

Margin notes: [a] Jun. [b] Mald. [c] Gej. ex Wichm. Emp. sim. Calv. [d] Emp. sim. Calv. * Emp. [f] Me. [g] T. [h] Gej. sim. M. [i] G. ex Hi. & He. sic. [k] M. T. Gej. [l] Per. * Gej. [l] Per. [m] Jun. Emp. Wil. Glas. [n] Gej. ex Jun. & Pol. [o] Glas. [p] Emp. 4. 8. 6. 677. [q] Gej. [q] Jun. Wil. [r] Jun. Emp. Pi. Glas. Wil. † Jun.

cujus mentio proximè præcessit, v.ult. cap. præc[t]. Hæc ergò verba διακριτικῶς fuerunt adjecta ad præcavendam amphiboliam, ut ostendat Propheta non esse hunc numerum secundarium jungendum cum primo vers. 21. cap. præced. (quem versum per prolepsin diximus esse προθεωρητικὸν capitum sequentium,) sed cum aliis antecedentibus: q. d. Annum 2. non à tempore Cyri numerari volo, sed ex quo pueri coram Rege ministrârunt, quum Nabuc. filius regnaret cum patre, & quietè in Babylonia degeret, nondum secundò defectione Joiakimi provocatus ad capessendum bellum[v]. ¶ *Vidit*, &c.] Heb. *somniavit—somnia*, JT. Pi. &c. At unum tantùm somnium erat[x]. Resp. 1. Est enallage numeri[y]. 2. Primò, somniavit somnium: secundò, in isto somnio statim somniavit expositionem somnii prioris[z]. Sed hoc gratis dicitur[a]. 3. Plurali utitur, quia unum hoc somnium erat multiplex argumento[b], & res multas continebat[c]: vel, ob somnii sive dignitatem sublimitatémque, sive difficultatem, sive diuturnitatem, aut iterationem ejus in phantasia[d]. ¶ *Et*, &c. וַתִּתְפָּעֶם] *Et* (vel, *unde*, Pi. vel, *quibus*, JT.) *vicibus terruit se*, Mo. vel, *consternavit se*, JT. vel, *contritus est*, P. *fractus est*, M. V. i. e. cœpit animo esse turbato ac perterrito[*]: *perculsus fuit*, Pi. *obstupuit*, ο'. Ar. *insanivit*, Sy. *variè huc & illuc agitatus est*, Ti. *vicibus jactatus*, G. modò huc, modò illuc, ferente se ejus cogitatione[f]; ut campanæ lingua, quæ jam huic, jam alteri, alliditur lateri[g]. פָּעַם, in Kal, est, *agitare, impellere*, Jud. 13. 25. נִפְעַם, in Niphal, *agitatus fuit*, Gen. 41. 8. Psal. 77. 5. & vers. 3. hujus capitis: idémque in Hithpahel sign[h]. ¶ *Et*, &c. וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו [Variant.] *Et somnus* (vel, *Quia somnium*, G.) *ejus fractus est ei*, P. vel, *super eo*, Mo. vel, *in eo*, Belg. vel, *interruptus est ei*, Calv. Jac. Dormiebat confractus, contritus & infirmatus[i]. Vel, *corruptus est super ipsum*. Opponitur hoc somno suavi. τὸ נִהְיְתָה hìc notat *confusionem*, aut *perplexitatem*. Vide Mic. 2. 4[k]. & Dan. 8. 27[l]. ubi נִהְיֵיתִי, *confectus*, vel *fractus, fui*[m]. Sed locus ille non valde evidens est, & videtur aliter verti posse; *Ego Daniel* נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי: Junius vertit, *affectus fui ægritudine*; propriè, *affectus fui & ægrotavi*: fortassis simpliciùs, *factus fui & ægrotavi*, i. e. factus fui æger; ut in Kal rectè diceretur, הָיָה וְחָלָה, *fuit & ægrotavit*, i. e. incidit in ægritudinem. [Alii ergò aliter reddunt:] *fuit ab eo*, ο'. Rectè, si, pro עָלָיו, esset מִמֶּנּוּ[n]. Vel, *fugerat* (vel, *recessit*, Ar. sic Calv. *sublatus est*, M.) *ab eo*, G. Calv. *destitit ipsum*, Ti. *excussus est ei*, Ca. Exactè non meminerat [somnii,] sed manserant in animo ejus velut lineamenta quædam, per quæ redire res in memoriam posset[o]. Al. *quum adhuc somnum caperet*, JT. Pi. Non tantùm postquam evigilâsset, sed etiam inter somniandum. Heb. *Et somnus ejus factus est super eum*[p]: vel, *cùm somnus ejus fieret in ipso*, Jun. Sed si is sensus esset, non debebat propriè esse, *quum somnus ejus fieret*, sed, *quum esset*, *in ipso*. At rectè vidit Niphal נִהְיָה non tam significare *esse*, quàm *fieri*, ut omnia loca, excepto fortè Joel. 2. 2. edocent. Hinc sensus potiùs est, *quum primum somnum cepisset*, propriè, *quum somnus ejus factus esset super ipsum*; i. e. Quum eum primus somnus occupâsset, qui solet esse fortissimus, & à somniis maximè vacuus, tunc eum hoc somnium invasit. Non aspernandum[q]. Optimè quadrat expositio Antonii, &c. quòd, scilicet, *fuerit somnus ejus super eum*, h. e. quòd iterum cœpit dormire[r]. Al. Forsan sic verti posset, *Et somnus ejus factus est contra ipsum*, i. e. adversus ei & molestus, quia nempe ex somnio perculsus erat, somnus ejus non fuit placidus ipsique favens, sed adversus & contrarius: adeóque quum molestias somni non ferret, jussit adduci qui somnium interpretaretur †.

2. *Ut convocarentur arioli*, חַרְטֻמִּים] *Astrologi*, vel genethliaci[t]. Periti rerum & causarum naturalium †. Qui rebus naturalibus abutuntur, &c[v]. Vide ad Dan. 1. 20[x]. ¶ *Et*, &c. מְכַשְּׁפִים] *Præstigiatores*, JT. Pi. Qui ope Diaboli sua opera perficiebant[y]. Vide Exod. 7. 11. & 22. 18. Deut. 18. 10[z]. Qui manes animásque mortuorum invocabant, vel ex extis auspicia petebant[k]. *Incantatores*, vel *divini*, V. νεκρομάντεις, (*necromantæ*,) G. ex Hi. & Jac. ¶ *Et Chaldæi*] i. e. Astrologi & genethliaci, qui ex uniuscujusque themate de eventis vitæ solent prædicere[l]. Qui ex astris aliísque res futuras & occultas prædicebant. Nomen hoc gentile erat, quod tamen magi sibi sumpserant, quasi penès ipsos esset totius gentis nobilitas & præstantia[m]. Ut *Arabs*, pro latrone, & *Chananæus*, pro mercatore, ità *Chaldæus* ponitur pro astrologo. Nam gens illa erat deditissima astrologiæ. Præcipuè autem in ea scientia excellebant sacerdotes Chaldæorum. Quocirca & *Chaldæi* nominabantur, teste Diod. Sic. l. 2. De quibus sic Cicero, l. 1. de Divinat. *Chaldæi*, inquit, *non ex artis, sed ex gentis, vocabulo nominati, prædicere dicuntur quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset*. A. Gellius, *Vulgus, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dici oportet, Mathematicos dicit*. Juvenal. satyr. 6. *Chaldæis sed major erit fiducia. Quicquid Dixerit astrologus, credent à fonte petitum Hammonis*——[n]. Strabo l. 6. *Constituta est habitatio peculiaris in Babylonia philosophis indigenis, plurimùm astronomiam tractantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex eis qui è natalibus hominum eventura iis vaticinabantur: sed à cæteris non probantur*. Cùm autem hi astrologi promitterent se prænunciaturos universa quorum notitiam maximè expetebat vana mortalitas, hinc ad eos præcipuè concursum est, & illi soli per excellentiam *Chaldæi* vocabantur. Et hos à Rege accersitos res ipsa docet[o]. De his Curtius, l. 10. sect. 4. de Alexandro, *Chaldæi vates occurrerunt, monentes nè Babylonem ingrederetur: profectionem enim ejus, per id tempus, vitæ periculum ei portendere*[p]. His quatuor generibus sapientum, c. 4. & 5. additur quintum genus, scil. aruspicum, vel augurum. Qu. Cur non inter alios Daniel vocatus est? Resp. 1. Potuit Danielis oblivio animo Regis obrepsisse; præsertim cùm ille non se ambitiosè jactaret, &c[q]. 2. Rex magis fidebat indigenis, & captivis forsan, tanquam suspectis, arcana sua detegere noluit[r]. 3. Existimavit Rex Danielem excelluisse in omni sapientia humana, non item in divinatione, utpote Judæis vetita†. 4. Profectum hoc est à providentia Dei, qui noluit servos suos misceri cum Magis[t]. Si cum illis accersitus fuisset Daniel, tum inscitia & vanitas Chaldæorum non ità innotuisset, & revelatio atque interpretatio somnii astrologiæ adscripta esset[v]. ¶ *Ut indicarent regi somnia sua*] Sensit enim Deum esse authorem. Insixa omnibus erat hæc opinio, speciem aliquam divinationis esse in (nonnullis) somniis, ut ait Cicero l. 1. de Divinat. unde etiam Numen esse colligit. Homerus, Ἐκ Διός ἐστιν ὄναρ, (*A Jove sunt somnia*.) Constat hoc ex multis somniis; v.g. Calsphurniæ, uxoris Julii Cæsaris, quæ somniavit occisum fuisse Cæsarem, &c[z].

3. *Et mente confusus*, &c. וַתִּפָּעֶם רוּחִי לָדַעַת וגו'] *Et contritus est* [vide ad v. 1.] *spiritus meus ut scirem* (vel, *ad resciscendum*, Gej. desiderans cognoscere, P. sim. M.) *somnium*, Ti. P. V. vel, solicitus *de cognoscendo somnio* JT. Fatetur suam ignorantiam, & significat ænigma sibi fuisse divinitus propositum[y]. q. d. Rem factam scio; modum rei, sive contenta somnii, ignoro[z]. Sensus, q. d. Cœpi esse animo conturbato, dum conabar reminisci, &c[a].

4. *Responderúntque Chald.*] Illi soli respondent, vel, 1. quia à reliquis delecti erant; vel, 2. tanquam inter reliquos præcipuæ authoritatis; vel, 3. quòd ad eos somniorum interpretatio maximè pertineret[b]; quòd eorum officium erat, ut nova & futura prædicerent[c]. Al. Sub *Chaldæis* intellige cæteros etiam suprà nominatos[d]. ¶ *Syriacè*] Ità Pi. Calv. &c. i. e. linguâ Aramæâ *, sive Chaldaicâ[f]: nam & Chaldæa pars Aramæorum[g]. Babyloniam fuisse olim comprehensam Syriâ testantur Strabo & Plinius[h]. אֲרָם, *Syria*, sumitur vel, 1. strictè, ut Jud. 10. 6; vel, 2. latè, ut complectatur Assyriam, Babyloniam, Mesopotamiam, Phœniciam, Palæstinam, &c. Chaldaicè autem responderunt, (ut constat ex Dan. 1. 4. confer 2 Reg. 18. 26[i].) vel, quia hæc lingua omnibus illis sapientibus (quorum provinciæ & linguæ diversæ forsan erant) communiter nota fuit[k]; vel, quia lingua hæc esset Regis vernacula[l]. Monet Daniel eos Syriacè loqui, nè quis miraretur ipsum eorum verba ità recitare[m]. Abhinc usque ad cap. 8. omnia scripta sunt Chaldaicè, quòd Chaldæos maximè tangant[n]; vel, quòd ex Actis publicis & annalibus Babylonio-

loniorum Chaldaicè perscriptis hæc à Daniele deprompta sunt, ut iis fides conciliaretur apud exteros [o]: indè verò [nempe à cap. 8. inclusivè scripta sunt] Hebraicè [p]. Lingua Syriaca & Chaldaica eadem erat [q]: sed illa erat eloquentior [r], & lingua doctorum; hæc, vulgi †. ¶ *Vive*] Nempe feliciter, ut vox *vivendi* sæpe sumitur, Psal. 22.27. & 34.13. Similis salutatio 1 Sam. 10.24. 1 Reg. 1.25 [s]. Al. *Vive*, q. d. Jubemus te bono & alacri esse animo, omnem tibi ex animo molestiam eximemus [v]. ¶ *Indicabimus*] Audent somnii sibi adhuc incogniti interpretationem promittere. Liberales semper sunt impostores in verbis; unde illud veteris poetæ, Locupletâsse aliorum aures, & crumenas exinanîsse. Hoc fuit omnibus seculis compertum, nihil esse confidentius astrologis, &c †. Audax hoc erat promissum, nam Ægyptii sapientes somnium narratum interpretari non poterant, Gen. 41. 8 [x].

5. *Sermo*, &c. [מִלְּתָא מִנִּי אַזְדָּא] *Verbum*, sive *Sermo*, (vel, *Res*, P. Ca. Pi. vel, *Res ipsa*, Ti.) *à me effluxit*, Mo. vel, *discessit*, M. sim. P. JT. Pi. ο'. Ar. vel, *mibi excidit*, Ti. Ca. Jac. [Sy. verba sic reddit, *Certissimum est verbum quod pronuncio*.] Ut דָּבָר Hebræis, ità מִלָּה Chaldæis, & *sermonem* signif. & *rem* sive *negotium* sermone enunciabile; ut constat ex vers. 8, 10. & Dan. 5. 15. & c. 7. v. 28. Sic *visio*, pro spectro, *auditio*, pro re audita, *timor*, pro re terribili. אזד Chald. hìc tantùm & v. 8. occurrit; & sign. *abire*, *recedere*: convenit ut sono, ità & sensu, cum אָזַל *abiit*, annotante etiam R. Saadia [y]. Potest locus sic reddi, *Edictum à me manavit*. Sed quia eadem locutio de somnio videtur intelligi v. 8. possit sic accipi, q. d. Somnium mihi evanuit: quod tamen in medio relinquo *. אַזְדָּא non est præteritum indicativi, sed participium [z] fœmininum præsens, formæ חָשְׁחָא: nam forma Benoni in prima conjugat. duplex est, פָּעֵל, & פְּעַל: ab hac fit fœmin. פְּעַלָא, ut hìc אַזְדָּא [a]. Itaque sensus est, *Verbum ex me processit*, Di. vel potiùs, *procedit*, Di. Emp. i. e. Edictum ex me exit [b]. Quodnam edictum? Statim describit, *Si non indicaveritis*, &c [c]. Edictum hìc proponit, minas & promissiones continens [d]. Sic v. 8. *Pro certo cognosco vos redimere tempus, quia vidistis exiisse ex me edictum*: i. e. Ex responsione vestra intelligo vos hoc tantùm agere, ut tempus prorogetis, quia nempe videtis ex edicto meo imminere vobis mortem, quam prolongando tempus effugere speratis. Quod v. 9. manifestè explicatur, *Quia si somnium non indicaveritis mihi*, &c. Accipitur v. 8. מִלְּתָא sicut Dan. 3. 28. ubi laudantur illi quòd מִלַּת וגו׳, *edictum regis non servâssent*. Idem est quod eodem illo capite טְעֵם מַלְכָּא. Nec tamen in eorum sum sententia qui existimant non oblitum fuisse Regem somnii sui, sed dissimulâsse id solùm, ut experiretur an certam ejus, & non conjecturalem, interpretationem dare possent *. [Sed non omnibus placet hæc interpretatio.] Hanc decreti promulgationem satis clarè refellit v. 8. ubi eadem quæ hìc repetuntur verba, nullatenus tamen novum huncce sensum admittentia. Nec valet ratio allata, quòd אַזְדָּא sit particip. præsens, cùm verbum substantivum, *fuit*, sæpe intelligatur, aut expressè etiam ponatur, ad participia, ut sic præteritorum naturam induant [f]. ¶ *Peribitis vos*, [הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן] *Frusta* (vel, *in frusta*, M. *frustulatim*, Ti. *in membra*, JT. Pi. *membratim*, G.) *fiemini*, Mo. vel, *efficiemini*, P. M. Calv. *conficiemini*, Ti. *laniabimini*, JT. G. sim. Pi. Sy. Gej. ex RS. & Jac. *in perditionem eritis*, ο'. sive, *abibitis*, Ar. הַדָּמִין, *frusta*, est plur. ab הַדָּם, *membratim conscindere*, quomodo id in Targum occurrit 1 Reg. 18. 33. Vide & Jud. 14. 6. & 20. 6 [g]. Vel, הַדָּמִין pro *sanguine* accipi potest [h]. Verbum תִּתְעַבְדוּן est passivum Ethpaal, à עֲבַד *fecit* [i]. *Membratim laniari* grave supplicium, at non insuetum Orienti. Vide 1 Sam. 15. 33 [k]. & 1 Par. 20. 3. Confer 2 Sam. 12. 31. Heb. 11. 37. &, secundùm quosdam, Matt. 24. 51. Luc. 12. 46 [l]. Hàc pœnâ affectus Orpheus à Thraciæ fœminis, Bessus ab Alexandro Magno [m]. ¶ *Et domus*, &c. [וּבָתֵּיכוֹן נְוָלִי יִתְּשָׂמוּן] *Et domus vestræ diripientur*, ο'. Sy. Ar. vel, *in sterquilinium* (vel, *latrinas*, Ca.) *redigentur*, JT. Pi. sim. Mo. P. M. G. vel, *detestabiles reddentur*, Ti. Nomen נְוָלִי, *sterquilinium*, hìc tantùm occurrit, & Dan. 3. 29. & (aliâ tamen formâ) נְוָלוּ, pro נְוָלִית & נְוָלוּת, *inquinamentum*, *stercus*, à נְוַל, *turpiter egit*, *inquinavit*, ת utrobique deficiente [n]. *Domos in latrinas vertere* erat quædam in Oriente memoriæ damnatio, 2 Reg. 10. 27. Esdr. 6. 11. secundùm Chaldæum Interpretem [o]. Ædes enim & palatia augusta dominorum nomen post mortem in terra reservant [p]. Ut Cicero proverbialiter dixit, *arcem ex cloaca facere*; ità hìc Rex dicit se ex arce facturum cloacam. Romani domos eorum qui contra remp. conspirârunt diruere solebant, ut nos docent Liv. l. 2. Valer. Max. 6. 3. Alexand. ab Alex. Genial. dierum 3. 23 [q]. Utrumque [supplicium, hoc & præced.] habes & infrà 3. 29. Rex iracundus videri volebat eos esse impostores, qui, cùm abditissima quæque nota sibi dicerent, id tamen non ostenderent in hoc facto [r]. Belluina hæc erat Regis rabies, quòd flagitavit id quod supra hominum vires est, & quod nunquam sibi arrogaverant Chaldæi. Hæc autem est merces arrogantiæ, quòd sibi plus assumerent quàm par erat, &c †.

6. *Si*, &c. [וְהֵן וגו׳] *Et ecce* (vel, *Si verò*, Pi. sim. JT. P. M.) *somnium—indicaveritis*, &c. Mo. &c. ¶ *Et dona*, [וּנְבִזְבָּה] *& munera*, P. M. *& honorarium*, Pi. Gej. sim. JT. *& erogationem*, Mo. Gej. amplam scilicet, & dilapidationi proximam, (quâ scilicet ità prodigit aliquis & erogat, ut se quasi bonis exspoliet,) ut in Chaldæo adhibetur Jer. 40. 5. Radix est בְּזַז, *diripere*, *spoliare*; & in Piel בִּזְבֵּז, *erogare*, *dilapidare* [t]. ¶ *Et*, &c. [וִיקָר שַׂגִּיא וגו׳] *Et honorem magnum* (vel, *multum*, ο'. Ar. sim. JT. Sy. &c.) *recipietis*, Mo. P. &c. ¶ *A me*; ità M. Ti. &c. [מִן קֳדָמַי] *A facie mea*, Mo. sim. P. serenâ: q. d. non clàm, aut in angulo, sed in publica coram me panegyri [v]. ¶ *Igitur*; ità Gej. sim. JT. Pi. &c. [לָהֵן] *Propterea*, Mo. P. M. A ל *propter*, & הֵן *hæc*. Respondet לכן Heb [x].

7. *Responderunt secundò*; ità ο'. Ar. Mo. P. Pi. &c. [תִּנְיָנוּת] *Iterum*, Sy. sim. Ca. ¶ *Rex somnium dicat*] At hæc conditio jam impossibilis erat Regi [y].

8. *Certè*; ità P. [מִן יַצִּיב] *Verè*, JT. Pi. *Revera*, vel *In veritate*, M. ο'. Sy. Gej. ex RS. & AE. &c. *Ex firmitate*; מִן pro ב, vel ל. Ità & מִן קְשׁוֹט, *de veritate*, i. e. verè, infrà vers. 47. Aliàs יַצִּיב id denotat quod compertæ veritatis, quod firmum, est, ut v. 45. & Dan. 3. 24 [a]. *Planissimè*, Ti. sic Ar. *Etenim*, Ca. ¶ *Novi*, [יָדַע אֲנָה] *Scio ego*, M. &c. vel, *intelligo*, Ti. Ca. *agnosco*, JT. Pi. ¶ *Quòd*, &c. [דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין] *Quòd tempus vos emitis*, M. sim. Mo. vel, *redimitis*, P. sim. JT. Pi. vel, *postulatis*, Sy. i. e. trahitis ac producitis, ut aliquâ ratione vobis consulatis [b]. Extrahitis tempus vitæ vestræ [c]. *Moras quæritis*: Nam antequam evenîant quæ vos in somnio interpretando diceretis, multum intercedet temporis, quod vos à pœna liberet. Hunc sensum postulant sequentia [d]. Al. Tantum temporis ad cogitandum à me postulatis quantum vobis placuerit; ità ut tempus cogitandi habeatis in vestra potestate, non secùs ac si illud emissetis, ac proinde liberum vobis sit cogitationem illam omittere, petitionique meæ nunquam satisfacere *. Al. Quæritis hoc unum ut res ipsa procrastinetur, impetratâque dilatione, ego, aliis impeditus negotiis, hujus causæ obliviscar [f]. Intendit tempus anxiæ Regis investigationis, necnon decretæ ab eodem punitionis, quod suum reddere, Regique velut subducere, nitebantur subdoli hi procrastinatores. Saadias, *Propterea*, inquit, *tamdiu mecum evanida continuatis colloquia*, *usque dum fortè interea recorder somnii*, &c [g]. [Alii locum sic reddunt;] *vos captare commodius tempus*, Ti. *vos inde occasionem aucupari*, Ca. Sensus, Liquidò novi vos hanc opportunitatem captare, quòd videatis me oblitum esse, &c [h]. Hæc interpretatio cum Græca versione optimè quadrat, quæ hìc habet, καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε· quomodo & Paulus Eph. 5. v. 16. de quo loco vide Bezam in nunquam satis laudatis notis. Alii meliùs accipiunt; q. d. Vos studetis tempus prorogare, & rem quovis modo differre: id quod ipsis consultissimum videbatur [i]. ¶ *Scientes*, &c. [כָּל קֳבֵל דִּי חֲזֵיתוּן דִּי וגו׳] *Omni respectu quòd videatis quòd effluxerit*, &c. Mo. *Quandoquidem* (vel, *Propterea quòd*, P. sic Ar. *Ob id quòd*, M. *Secundùm quod*, ο'.) *videtis*, &c. Sy. JT. Pi. *Quum cernatis*, &c. Ti.

9. *Si—non indicaveritis mihi*, *una est*, &c. [חֲדָה הִיא דָתְכוֹן] *Una*, vel *Unica*, *ipsa* (vel, *est*, P. M. &c.

Margin notes (left column): o Pol. p G. q Wil. ex L. r Wil. ex Genev. † Wil. ex L. s Gej. v Calv. † Idem. x Gej. y Idem. * Calv. z Di. sim. Emp. a Emp. b Di. sim. Emp. c Di. d Emp. * Di. f Gej. g Idem. h Calv. i Gej. k G. l Gej. m G.

Margin notes (right column): n Gej. o G. p Jac. q Gej. r G. † Calv. t Gej. v Gej. x Gej. y Gej. a Idem. b Me. c Mald. d G. * Pi. f M. g Gej. h Jac. i Emp.

hæc est, JT. vel, *stat*, Ti.) *lex* (vel, *sententia*, M.P. Ti. JT. Pi. &c.) *vestra*, Mo. M. vel, *vestri*, JT. de *vobis*, P. Pi. V. scil. illa jam lata vers. 5. q. d. Non retractabo sententiam meam[k]. Vel, quæ feretur contra vos: q.d. Omnes moriemini[l]. Affixum hîc non efficientem seu authorem, sed materiam, seu objectum, vel subjectum patiens, denotat. Sic Gen. 50. 4. *dies fletûs ejus*, h.e. de eo; Coh. 9. 6. *amor eorum*, h.e. qui circa ipsos occupatur; Esa. 53. 11. *cognitione suâ*, i.e. sui. Heb. דת & דָּתָא Chald. est, *lex*, vel *sententia*[m]. ¶ *Quòd*, &c. וּמִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה הִזְדְּמִנְתּוּן לְמֵאמַר קָדָמַי] *Et* (vel, *Certè*, P. *Ideo*, JT. *Quia*, vel *Quòd*, P. Ti. Gej. Vel, ו pro כִּי, ut Psal. 144. 3. *Quid est homo*, וַתֵּדָעֵהוּ, *quòd cognoscis eum?* vel, ו hîc otium agit[n].) *sermonem mendacem*, sive *falsum*, & *corruptum* (vel, & *cum scelere conjunctum*, Ti.) *præparâstis* (vel, *proposueritis*, Ti. *comparatis vos*, JT. *statuistis*, Pi. *præparati* [forsan, *præparatis*] *ad hoc*, M.) *ad dicendum* (vel, *ut dicatis*, P. M. *dicere*, Ti. Pi.) *ante*, vel *coram*, *me*, Mo. P. JT. &c. Delictum magorum est in verbo *præparâstis*, in quo lectionis diversitatem notant Masorethæ; dum quædam exemplaria in Aphel habuerunt הַזְמִנְתּוּן, alia in Ethpaal הִזְדְּמִנְתּוּן; in qua ipsa diathesi passiva activum tamen, aliàs etiam, sensum includere solent Chaldæi: itâ occurrit & in Targum Jos. 3. 5. & 11. 5. Amos. 3. 3. &c. כִּדְבָה idem quod Heb. כָּזָב, *mendacium*[o]. ¶ *Donec*, &c. עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא] *Donec tempus mutetur*, Mo. P. Ca. &c. vel, *pertranseat*, ο'. sim. Sy. Ar. *prætereat sine fructu*, me oblivíscente rem urgere[p]: dum ego rem omittam[q]. *Donec se alius rerum status offerat*, Ti. ¶ *Somnium—dicite—ut sciam*] Firmum erat hoc argumentum[r]: q.d. Qui potest interpretari somnia, potest etiam illa invenire; utrumque enim ex Divino instinctu fit†. Si non potestis scire somnium præteritum, quod actu exstiterat, quomodo sciretis res futuras somnio præfiguratas[t]?

10. *Non est homo super terram*; itâ P. M. &c. עַל יַבֶּשְׁתָּא] *Super aridam*, Mo. Confer Gen. c. 1. v. 10[v]. q. d. Quod nullus homo potest, id à nemine jure exigitur[x]. Agnoscunt ipsi vanas esse suas antehac pollicitationes*. ¶ *Sed neque*, &c. כָּל־קֳבֵל דִּי כָּל־מֶלֶךְ רַב וְשַׁלִּיט מִלָּה כִדְנָה וגו'] *Omni respectu quòd omnis rex magnus & potens sermonem ut istum non postulavit*, Mo. *Propterea* (vel, *Præterea*, P. *Quandoquidem*, M. *Nam*, Ti. *Siquidem*, Ca. *Et revera*, Genev. in Di. *Propter quod*, vel *Quamobrem*. Interest inter כָּל־קֳבֵל דְּנָה quod v. 12. occurrit, & כָּל־קֳבֵל דִּי. Illud sign. *propterea*: hoc duo significat; 1. *propterea quòd*, infrà v. 40. & alibi; 2. *propter quod*, sive *quam ob causam*, ut hîc, & v. 45. Græci rectè hîc καθότι verterunt, non, διὰ τοῦτο. דְּנָה est demonstrativum *hoc*, דִּי relativum *quod*[y].) *nullus* (sub. *antea*, P.) *rex*, *princeps* (vel, *rex magnus*, Ti.) *aut dominator* (vel, *potestas*, P. M. *princeps*, Ti. *præses*, Ca.) *verbum* (vel, *rem*, Ti. sim. P. Ca.) *hujusmodi petiit* (vel, *postulavit*, Ti. *quæsivit*, Ca. sim. P.) *ab ullo*, JT. Pi. &c. sub. *nec tu à nobis petere debebas*, Pi. nè aliis omnibus iniquior sis[z]. Hoc ab illis Deus extorquere volebat, ut declararet Danielem non humano, sed Divino, spiritu id facere[a]. Sunt hîc tres gradus: מֶלֶךְ, *rex*[b], qui forsan multis provinciis & regionibus imperat[c]; רַב, *princeps*[d], qui in multas civitates unius regionis imperium habet*; שַׁלִּיט, *rector urbis & regionis urbicæ*[f], qui unius civitatis multos vicos regit[g].

11. *Gravis est*; sic P. Mo. &c. יַקִּירָה] *Pretiosum* (vel, *tam pretiosum*, JT. *difficile*, Ca. sic Pi. *res maximi momenti*, M. *Rarum*, i. e. difficile: nam quæ pretiosa sunt, rara & inventu difficilia sunt[h].) *est*, P. ο'. sic Calv. q. d. Non vulgare est, somnium divinitus immissum, postea subitâ oblivione sepultum: oportet igitur esse mysterium aliquod; res hæc humani ingenii modum superat[i]. ¶ *Nec*, &c. וְאָחֳרָן לָא אִיתַי וגו'] *Et alius non est qui indicare possit regi*, Pi. ¶ *Exceptis*, &c. לָהֵן אֱלָהִין דִּי מְדָרְהוֹן עִם־בִּשְׂרָא לָא אִיתוֹהִי] *Præter Deos*, (vel, *præter angelos*, V. vel, *spiritus ipsos*, Q. in V. *nisi Dii*, M. Ti. Pi. *sed Dii*, JT. Itâ Deorum multitudinem credebant[k].) *quorum habitatio cum carne* (vel, *cum mortalibus*, Sy. Ca. *cum hominibus*[l],) *non est*, P. JT. Pi. &c. vel, qui *minimè versantur inter mortales*, Ti. Argumentum est tale: Proprium Dei est, visa somniáque à se oblata cognoscere, & nemo efferre potest nisi cui Deus revelavit; id quod nobis non fecit. Quicquid de alio percipimus, aut sermone percipimus, aut aliquâ significatione, cùm nobiscum coràm versatur: non est autem diis cum hominibus conversatio, unde significationes voluntatis aut documentorum ab iis percipiamus: necessariò igitur homo, ut naturâ à Deo secretus est, sic etiam operatione & rebus omnibus, nisi prout se cum homine Deus communicaverit[m]. *Exceptis Diis*, &c. q. d. Illorum dæmonum sive deorum aeriorum qui cum hominibus commercium habent (quibuscum familiariter versabantur Chaldæi[n]) notitia eousque non pertingit. Hæc res Diis majoribus reservata est[o]. Apud omnes gentes semper valuit illa persuasio, esse aliquem summum Deum, qui solus dominaretur[p]. Philosophi deos cœlestes faciebant, sed tales qui vel planè otiosi erant, nihil extra se agentes vel curantes, ut Epicurei; vel, in perpetua tantùm cœliorum conversione occupati, ut Peripatetici, adeò ut nullum cum rebus humanis aut sublunaribus commercium haberent, nisi per dæmones, tanquam internuncios & interpretes[q]: qui illis erant dii intermedii. Et scimus libros Platonis refertos esse hâc doctrinâ, nempe inter cœleste Numen & inter homines esse dæmonas aut genios quasi mediatores[r].

12. *Quo audito*, &c. כָּל־קֳבֵל דְּנָה וגו'] *Omni respectu hoc rex sævît*, &c. Mo. *Ob id*, &c. P. sim. JT. Pi. Ti. *Inter hæc omnia*, &c. M. *Hâc re*, &c. Ca. *Tunc*, &c. ο'. Ar.

13. *Et*, &c. וְדָתָא נֶפְקַת וְחַכִּימַיָּא מִתְקַטְּלִין] *Et* (vel, *Itaque*, P.) *lex* (vel, *sententia*, Pi. sic JT. sim. M.) *egressa est*, (scil. à Rege†: publicatum erat Regis decretum. Sic, ἐξῆλθε δόγμα, Luc. 2. 1[t].) & *sapientes interficiebantur*, Mo. P. M. ο'. &c. i. e. interfici cœperant[v]. *Quam sententiam dum exsequuntur, sapientes occisi sunt*, Ti. Hinc colligitur aliquos interfectos fuisse[x]. Neque enim Rex passus esset edictum suum contemni à promulgatione[y]. Et cùm Daniel quærebatur, &c. videntur qui obviàm se dederunt interfecti[z]. [Ca. sic locum reddit, *Hâc pronunciatâ sententiâ, restabat ut sapientes interficerentur.*] ¶ *Quærebanturque Daniel*, &c.] Iniquissimè, ut in pœnæ partem venirent, qui in præmiorum partem non venissent, contempti à cæteris ob juventutem[a]. Continuit autem Deus & animum & manus præfecti, nè statim in ipsum sæviret[b].

14. *Tunc*, &c. בֵּאדַיִן—הֲתִיב עֵטָא וּטְעֵם וגו'] *Tunc* (vel, *In tunc*, Mo.) *Daniel respondit* (vel, *retulit*, JT. Pi. *reposuit*, nempe tale responsum. Chald. הֲתִיב coincidit cum Heb. הֵשִׁיב, *restituit*, *reposuit*, mutato, pro more, Heb. שׁ in Chald. ת: & sic הֲתִיבוּ est, *responderunt*, ut Esd. c. 5. v. 5, 11. Dan. c. 3. v. 16[c]. Vel, *redire fecit*, Mo. *interrogavit*, Ca. sim. Calv. Vulg. *intercessit*, Ti.) *sapientiam* (vel, *consilium*, Mo. G. Di. *consilio*, Ti. *super consilio*, M. Calv. *de eo consilio*, Ca. *cum consilio*. Ang. *sapienter*, V. vel, *maturo consilio*, Ar.) & *prudentiam*, P. V. Di. vel, *statutum*, Mo. *causam*, vel *rationem*, JT. Pi. G. scilicet consilii sui[d], quid sibi videbatur, qualem ipse sensit rei gustum; nam טְעֵם est, *gustavit**: vel, *edicto*, sive *decreto*, M. Ti. Ca. Calv. *prudentiâ*, Ar. Ang. *sententiam*, ο'. *prudenter*, V. [Sy. locum sic reddit, *Tunc Daniel, cùm animo consilióque rem pervolvisset.*] Sensus est, Daniel sciscitatus est quodnam esset illud edictum & consilium Regis[f]. טְעֵם dicitur sententia, vel, 1. publica, sive Regis, ut Dan. 3. 10, 12. & 4. 6. & 6. 26; vel, 2. privata, ut Dan. 6. 13. ubi accusatur, quòd non posuerit טְעֵם *sententiam*, sive mentis suæ debitam æstimationem, super Rege ejúsque edicto: significat etiam *rationem* administrationis, &c. ut Dan. 6. 2. Ex *respondendi* verbo hoc loco colligitur Ariochum initium compellationis fecisse, indicando haud dubiè mortem imminentem, &c[g]. *Consilium & prudentiam*, i. e. consilium prudens. Possis & sic vertere, *Tunc avertit Daniel consilium & sententiam Ariochi*, &c. i. e. id quod in mente & mandatis habebat Ariochus: quid id fuerit indicant sequentia, *qui exiverat*, &c. Subministrant eum sensum Genevenses, & ferè persuadent[h]. ¶ *Ab*, &c. לְאַרְיוֹךְ רַב־טַבָּחַיָּא דִּי מַלְכָּא] *Ad*, vel *apud*, *Arioch*, (vel, *ipsi Ariocho*, M.) *principem*, vel *præfectum*, vel *præsidem*, (vel, *magistrum*, Ca.) *carnificum* (vel, *satellitum*, JT. Pi. sim. Sy. *militum*, M. *equitum*, Ca. *coquorum*, ο'. Ar. *rerum capitalium*, Ti. sic G.) *regis*, P. G. &c. טבח Syris & Arabibus

Marginal notes (left): k Pi. — l V. sim. Gej. — m Gej. — n Idem. — o Gej. — p Pi. — q Ca. — r Wil. — † Wil. ex Pol. — t Gej. — v Gej. — x Jun. — * G. — y Di. — z Jun. — a Mald. — b G. Jac. — c Jac. — d G. Jac. — * Jac. — f G. — g Jac. — h V. — i Calv. — k Gej. &c. — l V.

Marginal notes (right): m Jun. — n Wil. — o G. — p Gej. — q Calv. — r Pol. — Calv. — † V. — t Gej. — v Idem. — x Me. ex La. sim. Calv. Wil. Gej. Mald. — y Calv. — z Wil. — a G. — b Calv. — c Gej. — d G. sim. Gej. — * Gej. — f Calv. — g Gej. — h Di.

bibus (& Hebræis [i]) est, *mactare*; unde deducitur nomen (טַבָּח [k],) modò de *coquis*, modò de *satellitibus* aut *carnificibus*, sumptum: quas tamen significationes Arabes punctulis distinguunt [l]. Erat Arioch præfectus rerum capitalium, sive ministrorum capitales in reos pœnas exsequentium, qui in bello aut pace animadvertit in sontes [m]. Sed Ariochi officium honestius videtur, quia paulò pòst appellatur *præfectus regis*, ad quem etiam aditum habebat, infrà v.25 [n]. Verùm in Oriente reorum interemptio nequaquam infamis erat, utpote quam etiam testes & cognati, imò Judices & Prophetæ, sunt exsecuti. Vide ad 1 Sam.15.33 [o].

15. *Et*, &c. עָנֵה וְאָמַר] *Respondit*, (sub. *inquam*, P.) *& dixit*, Mo. P. ¶ *Sententia*, &c. דָּתָא מְהַחְצְפָה וגו'] *Lex* (vel, *sententia*, sive *edictum*, JT. P. Calv. &c.) *festinans* (vel, *festinavit*, P. *publicatum est*, M. V. *tantopere urget*, Sy. Ti. *tam atrox esset*, Ca. *accelerat* exsecutionem, JT. Pi. adeò festinanter ac præcipitanter latum est P. חֲצַף, quod hîc tantùm & in Dan.3.22. legitur, est, *acceleravit*, vel *ursit* [q].) *à facie regis?* Mo. P. &c. vel, *à rege?* M. Ti. JT. vel, quæ lata est *à rege?* Pi. Cur Rex tam temere, non consultis omnibus, omnes jussit interimi [r]? Expostulat cum Rege, quòd non fuerit vocatus vel auditus, & mactetur cum aliis, quasi esset in eadem culpa †. ¶ *Cùm ergò rem indicâsset*, &c.] Regis perturbationem, & de rescicendo somnio solicitudinem, frustraneam magorum convocationem [t], summam Regis iram, &c [v]. Unde apparet Danielem antehac fuisse ignarum totius negotii [x].

16. *Ingressus*, &c. וּבְעָה [עַל] *Ingressus petiit*, JT. Pi. sim. M. Ti. *ingressus est, & quæsivit*, Mo. vel, *petiit*, P. τὸ עַל à עֲלַל, quod convenit cum Heb. עָלָה *ascendit*, quo simul palatii thronive celsitudo connotatur [y]. ¶ *Ut*, &c. דִּי זְמָן יִנְתֵּן־לֵהּ וּפִשְׁרָא לְהַחֲוָיָה] *Ut tempus* (commodum rei expediundæ spatium, ut זְמָן significat, Dan. 3. 7, 8. & 4.36 [z].) *daret* (vel, *permitteret*, Ti.) *sibi*, Mo. P. JT. Pi. &c. *& interpretationem ad indicandum*, Mo. vel, *ut indicaret*, P. vel, *ad interpretationem*, *quæ reddenda esset*, Ti. *sese ei interpretationem allaturum*, Ca. *& interpretationem se indicaturum* promisit, JT. sim. Pi. Rectè Vulgatus, *ad solutionem indicandam*, vel, *quò solutionem indicaret*. Sic v.18. *Ut quærerent misericordiam*. Ità & rectè in utroque loco Belgica nostra versio. Phrasis enim hæc est Danielis, ut ו, sequente infinitivo cum ל litera Bachlam, valeat *ut* conjunctionem finalem: quod miror non observâsse in his locis Junium, quum id rectè observaverit suprà 1.5. ubi וּלְגַדְּלָם rectè vertit, *quò educaret eos*†. *Ad indicandum interpretationem*, M. [ut verba in textu sint trajecta:] *& expositionem afferret*, Calv. vel, *&* quòd (ut repetatur דִּי quod, aliàs ו ante פִּשְׁרָא nullius esset usûs [a],) *indicaturus esset interpretationem*, Gej. quod esset somnium, & quò tenderet [b]. Præfectus non sine metu Danielem introduxit ad Regem furentem. Odiosum enim erat, quòd non statim exsequutus esset edictum. Sed Deus flexit ejus animum, &c [c]. Mirum est, Danielem aut tempus petere ausum fuisse, aut id à Rege concitato obtinuisse, quod antehac à Magis quæri tam ægre ferebat. Imò conjicere hinc licet, Danielem non pari in censu habitum fuisse cum Magis apud Regem. Deinde, dum soli sibi (לֵהּ, non לְהוֹן, *ipsis*, Danieli atque sociis ejus,) moram hancce postulat, elicimus hinc tum Danielis præ reliquis sociis suis eminentiam, tum Regis etiam renovatum Danielis æstimium, de quo Dan.1.20 [d]. Et probabile est dixisse eum, sperare se revelationem à Deo, &c*.

17. *Ingressus est domum suam*: quæ in regia, vel in regiæ vicinia, erat [f]: אֲזַל] *Perrexit*, nempe impetratâ licentiâ [g]: quæ ex hoc Danielis facto tutò colligitur [h]. *Domum*, &c. ut in abdito precaretur [i], & gratiam Dei imploraret [k]. ¶ *Sociis suis, indicavit*] Quos in partes advocat [l], quorum preces petit [m]. Noluit Daniel hoc oneris honorísque instantis sibi soli servare [n].

18. *Ut*, &c. וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא] *Et* (vel, *Ut*, Pi. Sy.) *misericordias* (vel, *misericordiam*, Ti. Sy.) *ad quærendum*, Mo. vel, *ut peterent*, vel *quærerent*, V. vel, *petiverunt*, P. *peterent*, M. Pi. Sy. *implorant*, Ca. *petendam esse*, Ti. JT. Ut in communi periculo communi etiam prece Dei consilium implorarent [o]. q. d. Dederunt operam ut quærerent: h. e. Interim oraverunt Deum ut revelaret eis illud somnium. Quidam ו omittunt, & [verba] converso ordine vertunt, *Ut quærerent misericordias* P. Videtur ו hîc otium agere, nisi aliquid suppleas, *indicavit*, *&* admonuit *ad implorandam gratiam*. Et nota eos nihil hîc meriti aut juris prætendere, &c [q]. Etsi non hîc prodeunt ut rei, confugiunt tamen ad Dei misericordiam [r]. ¶ *Super*, &c. עַל־רָזָה דְנָה] *Super arcano*, sive *secreto*, *isto*, Mo. P. M. G. &c. Est enim רָזָא Chaldæis, & μυστήριον Græcis, (quâ voce hîc utitur Theodotion,) *omne id quod ignoratur*, τὸ ἀγνοούμενον, ut interpretatur Chrysostomus †.

19. *Danieli*] Soli, non sociis. Ità auctoritas ejus commendatur, & quibus exordiis ad Prophetæ munus evectus est intelligitur [t]. Hinc constat Danielem non vacillâsse aut hæsitâsse in precibus, tunc enim non esset exauditus, Jac.1.6,7; sed certò persuasum fuisse se Deo curæ esse [v]: alioqui metus ipsius somnum non admisisset [x]. Sensit etiam Deum non frustrà vexare Regis animum, sed aliquod insigne & memorabile judicium præparâsse [y]. ¶ *Per visionem noctis*] i. e. Vel, 1. per somnium, sic dictum per periphrasin, quia nocte accidit illa visio [z]. Vidit Daniel in somnis consimilem visionem visioni Regis, &, ultra hoc, intellectum [sive interpretationem] illius [a]. Vel, 2. in vigilia noctis [b]. Nam, 1. *visio* dicitur, quæ à *somnio* distinguitur, Num. 12. 6. 2. Verosimile est, Danielem &, socios in illis angustiis vigilâsse, &, dum alii dormirent, se precibus dedisse. 3. Statim post rem patefactam Daniel laudat Deum: quod dormiens non poterat [c]. ¶ *Benedixit*, &c.] i. e. Gratias Deo egit: q. d. Fassus est se hanc visionem à Deo accepisse; propterea in laudes ejus erupit [d].

20. *Et*, &c. עָנֵה] *Respondit*, Mo. *Locutus est*, P. &c. Simile loquendi genus Deut. 26. 5*. *Orsus* igitur *est loqui*, Pi. sim. Gej. ex Schindl. Incepit orationem suam [f]. ¶ *Sit* (vel, *Ut sit*, P. V. q. d. Par est, vel Opto, sive Precor, *ut sit* [g]: vel, *Est*, Ti. Ca.) *nomen Domini benedictum*; ità ο'. Sy. Ar. JT. Pi. Calv. vel, *honorificè prædicandum*, Ti. sim. Ca. לֶהֱוֵא וגו'] *Ad exsistendum*, &c. Mo. *Esse*, &c. infinitivus pro optativo, *Sit*, vel pro futuro, *Erit*, ut Psal. 25.14. & 32.9. Hos.9.13 [h]. Quid לֶהֱוֵא sit, videatur in observatione nostra ad Esd.4.12 [i]. ¶ *Quia*, &c. דִּי חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי־לֵהּ הִיא] *Quia sapientia & fortitudo quæ ei ipsa*, Mo. Tres hîc sunt particulæ supervacuæ [k]. Redundat hîc posterius דִּי [l]. *Quia sapientia—ejus est*, P. JT. Pi. &c. vel, *ejus ipsa est*, Gej. *Cujus est sapientia*, &c. M. Ca. V. sim. Ti. i. e. qui est autor & largitor sapientiæ, &c [m]. Affixum ל in לֵהּ hîc est nota dominii seu possessionis: ut Psal. 24. 1. לַיהוָה *Domini est terra*; Psal.50.10. לִי *mea est*, &c. *Sapientia*, tum, 1. inhæsivè, vel potiùs essentialiter [n]; in cognoscendis rebus absconditis [o]: tum, 2. effectivè; vel, in temporum Regnorúmque dispensatione; vel, quia ejus est dare tam Angelis quàm hominibus, quando, quomodo & in quantum, vult, sapientiam [p], & is mihi somnium unà cum expositione patefecit [q]. *Potentia*, summa in Reges & Regna, de quibus agebat hoc somnium. Hanc explicationem firmant sequentia [r]. Potentissimus in se, omnísque potentiæ autor, potentes etiam Reges deponit, &c†. *Robur*, scilicet animi [t].

21. *Et ipse mutat*, &c. מְהַשְׁנֵא עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא] *Mutans tempora & opportunitates*, Mo. vel, *ætates*, P. ο'. *tempestates*, JT. Ca. Sy. Ar. *horas*, Pi. Gej. *spatia*, Gej. *quæ fiunt in tempore*, M. עִדָּן est, *tempus* generaliter; זְמָן est, *tempus certò constitutum & determinatum*, ut Eccles.3.1. Potiùs pleonasmus hîc est, & verba hæc sunt synonyma, q. d. Penès Deum sunt cunctæ temporum revolutiones & vicissitudines; is solus potest mutare tempus diurnum in nocturnum, &c. & lætum in adversum, &c [x]. Mutat hæc Deus modo vel naturali, vicissitudines faciens hyemis & æstatis, &c; vel supernaturali, longiùs producens diem, &c [y]. Mutat res cum temporibus, &c [z]. Corrigit hîc Daniel perversam communemque illam opinionem, quòd scilicet vel mundus fortuitò volvatur, vel quòd natura sit summum Numen. Deum asserit omnia moderari [a], & opera sua mirificè dispensare [b]. [Ti. locum sic reddit, *Qui temporum vicissitudini moderatur*.] ¶ *Transfert*; ità JT. Pi. Sy. ο'. מְהַעְדֵּה] *Removens*, Mo. *Aufert*, P. *Abjicit*, M. *Qui deponit*, Ti. Ar. sim. Ca. עֲדָה est, *transiit*, *præteriit*, Dan.3.27. & 4.28. &c. in Aphel est, *amovit*,

[Marginal notes, left column: i Gej. k Idem. l G. ex AE. m Gej. n Pol. o Gej. q V. r Gej. s Mald. † Calv. t Gej. v G. x Calv. y Gej. z Idem. † Di. a Gej. b G. c Calv. d Gel. * Calv. f Gej. g V. h Gej. i Jun. k Calv. l Gej. m Jun. n Gej. o G.]

[Marginal notes, right column: p V. q Gej. r Calv. † G. t Mald. v Calv. x Gej. y Calv. z Ti. a L. sim. Mald. ex Hi. Gej. &c. b Wil. ex Albert. c Wil. d V. * G. f Jac. g V. h Gej. i Di. k Calv. l Gej. m V. n Gej. o G. p Gej. q Jac. r G. † Gej. t Ti. v Pol. x Gej. y Gen. z Mald. a Calv. b M.]

amovit, ut Dan. 5. 20. & 7. 26 [e]. ¶ *Dat sapientiam sapientibus, & scientiam*, &c. ità Mo. P. &c. [וּמַנְדְּעָא וגו'] *Et cognoscendi facultatem*, &c. Ti. vel, *ingenium*, &c. Ar. *prudentiam*, &c. ο'. Sy. Docet sapientiam Dei non supprimi ab ipso, nec latère in tenebris, sed nobis manifestari, & per cœlum terrámque diffundi. Summa hujus versûs est, Quicquid est virtutis & sapientiæ in mundo, hoc esse testimonium Divinæ virtutis & sapientiæ. Et hinc corrigit malignitatem atque ingratitudinem hominum, qui ad se trahunt Dei laudem, &c [d]. Etiam sapientissimos multa habet quæ docet, *& scientiam* [dat] *scientibus intelligentiæ*; i. e. dat multarum artium cognitionem iis qui sciunt quanti sit intelligere, ac propterea ad Deum se vertunt *. *Et scientiam pollentibus intelligentiâ*, i. e. doctis [f].

22. *Ipse revelat profunda*, &c.] Id est, res difficiles, arduas & abstrusas [g]. ¶ *Et lux cum eo est*; vel, *habitat*, M. JT. Pi. &c. [שְׁרֵא] *Manet*, Mo. P. *penès eum* est, Ar. i. e. Author est lucis [h]. Quanquam ipse in luce summa est, 1 Tim. 6. 16. tamen cuncta quæ tenebris involuta sunt videt, 1 Cor. 4. 5 [i]. Omnia illi sunt liquida, nusquam hæsitat aut inquirit. Est tacita antithesis, quâ subindicat homines circumdari multis tenebris, & quasi palpitare in loco obscuro. Significat Deum non modò singulis dare quicquid habent acuminis & ingenii, sed quosdam ornare majore intelligentiâ; quorum inprimis est agnoscere se Deo obstrictos, ei modestè se subjicere, ejúsque beneficentiam magis extollere, sibíque omnia derogare. Loquitur hîc propriè de dono prophetiæ, quo homines de rebus vaticinantur occultis; id quod nobis reddit Dei sapientiam magis admirabilem [k].

23. *Tibi*, &c. [לָךְ אֱלָהּ אֲבָהָתִי מְהוֹדֵא וגו'] *Tibi, Deus*, vel ô *Deus, patrum meorum*, (vel, *patris mei*, Mo.) *confiteor, téque laudo*, P. M. ο'. &c. Plurali אֲבָהָת, *patres*, additur affixum singulare; idque vel ad distributionem indicandam, vel aliam fortè ob causam non obviam. Sic in Heb. Deut. 28. 59. מַכּוֹתְךָ, *plagæ tuæ*, pro, מַכּוֹתֶיךָ; Ps. 132. 12. עֵדוֹתִי, *testimonia mea* [l]. Opponit hîc cunctis Gentium idolis Deum Israelis, sic dictum ob fœdus, & patefactionem cœlestis doctrinæ, quibus Gentes carebant [m]. Hic Deus erat omnium quoad regnum potentiæ; sed Israelis tantùm quoad regnum gratiæ [n]. ¶ *Sapientiam & fortitudinem dedisti mihi*] De *sapientia* constat: sed cur *fortitudinem* sibi datam dicit [o]? Resp. 1. Sensus est, Fortitudinem tuam per explicationem somnii, &c. mihi declarâsti [p]. Sed, *dedisti*, pro *declarâsti*, alienum videtur [q]. 2. Utramque nominat, quia Divinitatis probationem antè complexus fuerat sub sapientia & virtute; q. d. Si quid in me sit roboris vel intelligentiæ, hoc totum tibi ascribo, sicut tuum est [r]. 3. Est hendiadys, *sapientiam & potentiam*, i. e. sapientiam potentem sistere Regis tyrannidem & exsecutionem decreti †. 4. *Robur*, scil. animi, ità ut ausim intercedere crudeli instituto Regis [t], & polliceri Regi interpretationem tanti arcani, eámque dextre & audacter coram Rege proponere [v]. 5. Facultatem & me & alios eripiendi periculo gravissimo [x]. ¶ *Aperuisti nobis*] Atqui revelatio fuit Danieli propria [y]. 1. Vide ergò & imitare modestiam Danielis, qui non privatis suis, sed omnibus piorum, precibus hoc tribuit. 2. Adjungit sibi alios, quia ad eos fructus precum & revelationis non minùs pertinebat quàm ad Danielem [z], & in ipsorum gratiam hoc adeptus est Daniel [a].

24. *Ad Arioch*] Nondum enim tantæ erat authoritatis apud Regem, ut eum sine mediatore adiret [b]. ¶ *Nè perdas*] i.e. Nè pergas perdere: initium namque peremptionis factum jam fuit, v. 13. Sic alibi verba quædam actûs de nuda continuatione accipi debent: ut Psal. 69. 15. *Nè infigar*, scil. profundiùs penitiúsque; jamjam enim infixum se dixerat, v. 3: & Jer. 7. 3. *Habitare faciam vos*, &c. i.e. in habitatione hac vos porrò conservabo †. Qu. An rectè fecit Daniel, quòd illis parci petiverit qui mille mortes commeriti sunt? Resp. Rectè. 1. Erant inter eos quidam innocentes [c], [qui rebus tantùm naturalibus studebant, ut suprà dictum.] 2. Non tam attendebat Daniel ad personas quàm ad causam ipsam [d]. Viri sceleratissimi non sunt puniendi nisi justa de causa, quæ hîc defuit *. Pepercit ergò eis ex amore justitiæ [f].

25. *Inveni hominem*, &c. ità P. ο'. JT. Pi. sic Sy. Ar. Gej. [דִּי הַשְׁכַּחַת] *Quòd inveni*, Mo. vel, *quòd invenisset*, M. *quòd repertus esset*, Ti. simil. Ca. De formatione vocis grammatica adi Buxt. Gram. Chald. p. 88 [g]. Sed cur jactat se *invenisse*, quasi verba faceret de homine obscuro & incognito, cùm Daniel jam petierat à Rege tempus orandi? Resp. 1. Mos est aulicorum, officia sua commendare & verbis ornare. 2. Forsan Daniel tempus illud impetravit, non à Rege, ad quem difficilis erat accessus, sed ab ipso Arioch [h]. 3. Arioch non sciebat Danielem adiisse Regem, & tempus petiisse, vers. 16 [i]. 4. Arioch non sibi quidquam, sed quasi fortunæ Regis hoc beneficium arrogat, q. d. Incidi in hominem hujusmodi, &c [k]. Gratulatur Regi de personæ nuper dilationem petentis apud Regem v. 16. dexteritate, utpote quæ propediem Regi satisfaceret [l].

26. *Cujus nomen erat Baltassar*] Rex ipsius nominis testificatione animadvertebat se cum uno de alumnis suis agere, ac proinde fiduciam sumpsit, &c [m]. ¶ *Putásne*, &c? [הַאִיתָךְ כָּהֵל] *Poteri'sne tu?* M. sim. ο'. Sy. Ar. Ti. Ca. *Numquid es tu potens?* Mo. Pol. Gej. vel, *est tibi facultas?* P. sim. JT. Pi. Vox prior componitur ex הֲ interrogativo [n]; (ubi tamen loco ־ֲ est nudum ־ ob sequentem gutturalem [o];) & אִיתַי, quod idem est cum Heb. יֵשׁ [p], *exstitit, fuit* [q]; & ךְ affixo 2. pers. masc. sing. Altera vox כָּהֵל est participium Benoni, à כְּהַל, quod idem est cum יְכִל, vel Heb. יָכֹל, *potuit* [r], & sign. *potens*, ut patet ex collat. Dan. 4. 18. al. 15. & 5. 8, 15. nec alibi occurrit †. Per admirationem sciscitatur Rex tanquam de re impossibili [t], quia magos hîc defecisse viderat [v]. Hanc interrogationem expressit ei Deus, ut illustrior esset gratia sua. Nam quò minùs spei fuit in Rege ipso, eò plus fuit in revelatione & dignitatis & reverentiæ [x].

27. *Aruspices*] Ità JT. Ca. Pi. Emp. Gej. à גְּזַר, *secuit* [y], à dissectis animalibus, adeóque secando mactatis, ex quorum extis futura conjectabant [z]. ¶ [גָּזְרִין] *Fatidici*, Ti. M. sicut & frequens apud Magistros גְּזֵרָה pro *fato & decreto fortunæ* [a]. Vel, *arioli*, M. Sy. *divinatores*, P. Chaldaicam vocem retinuit Th. γαζαρηνῶν, ut sæpe faciunt Græci in obscuris. גזר Chaldæis, ut & Arabibus, inter alia, est, *prosecare*. Erant autem apud Chaldæos etiam qui extis ad vaticinia uterentur, Ezec. c. 21. v. 21. Sym. θύτας verterat: ità enim apud Hieron. legendum videtur, pro θύας. Eosdem ait Hieron. Græcis vocari ἡπατοσκόπους, (*inspectores jecoris*.) Alii, fortè rectiùs, à גזר, quod est, *decernere*, accipiunt hîc, *decretorum custodes*, qui infrà cum additamento אדרגזריא [b]. *Decretores*, Mo. Emp. quòd futura prænunciarent, & de iis decernerent. Nomen hoc de quibusvis dici possit qui, cùm ex astris, tum è mactatis animalibus, varióque rerum inferiorum motu, de futuris conjectabant: cujusmodi erant astrologi ac aruspices [c]. Saadias ait esse nationem, quæ vocatur גזרי: quo ipso haud dubiè respexit ad locum 1 Sam. 27. 8. ubi textus quidem habet גִּזְרִי, at Masora reponit גִּרְזִי. RS. vult esse nomen speciei certæ *dæmoniacorum*, seu hominum cum Dæmone confœderatorum [d]. Al. Hi sunt Chaldæi, sive astrologi, qui de homine determinant, hoc vel illo modo ipsi eventurum esse *. Hoc verisimile non est, sed potiùs גָּזְרַיָּא videntur מְכַשְּׁפִים, *venefici* illi quorum fit mentio v. 2. Nam à Chaldæis distinguuntur Dan. 4. 4. & 5. 7, 11. quibus locis inter se collatis fortasse dices, divinos respondere illis veneficis Dan. 2. 2. Omnino tamen noster [Jacchiades] hac in parte sequendus, qui *Chaldæos* designari autumat. Hos enim illis מְנַחֲשִׁים & מְעוֹנְנִים (quorum Deut. 18. 10. fit mentio, quósq; hîc præteritos probabile non est,) respondere arbitror. Inter מְנַחֲשִׁים verò *aruspices* recensendi videntur. Cæterùm quòd cum Chaldæis aliquoties conjungantur, nihil miri: quia, cùm Chaldæorum nomen sit etiam totius nationis, explicationis causâ גָּזְרַיָּא aliquando additur; etenim utrumque nomen æquè latè patet. Non inconcinnè quis etiam à גזרין etymologiam arcessat: quâ Arab. voce in Oriente ars illa designatur quâ per numeros & numerorum dispositionem cùm futura prædicere, tum amuleta facere, annituntur. Hos ferè potiùs quàm aruspices (qui fortè in Oriente rari vel nulli) ad Chaldæos illos referrem: adeóque synecdochicè Danielis

Chaldæos

Chaldæos venire isto nomine crederem; ut etiam astrologi comprehendantur [f]. ¶ *Nequeunt indicare*] Quia somnium hoc non est naturale, sed Divinum [g]. Omnes divinationum species hîc enumerat, ut ostendat res Divinas ab hominibus non posse comprehendi. Id quod facit, 1. nè homines sibi res Divinas arrogent; 2. nè ab hominibus tyrannicè ampliùs exigatur; 3. nè magi occidantur. Huc facit etiam quòd *mysterium* vocat, &c [h].

28. *Sed*; ità M. JT. Pi. sim. Sy. Ca. בְּרַם] *Veruntamen*, Mo. Ti. *Profectò*, P. ¶ *Est Deus in cœlo*] Avertit Regis animum à Magis, &c. v. præced [i]. & hîc à numinibus terrestribus [k], ad unum verum Deum [l]. Vide modestiam Vatis, Deo gloriam tribuentis. Vide & infrà 30 [m]. Conjecturis magorum opponit revelationem Dei, quâ opus esse docet [n]. ¶ *Qui*, &c. וְהוֹדַע וגו'] *Et notum fecit regi*, P. Gej. vel, *qui indicavit*, V. Gej. ו relativè ponitur, ut Jud. 2. 21. וַיָּמֹת, *qui mortuus est*; Prov. 19. 1. וְהוּא, *qui ipse* [o]. *Et ille quidem indicavit*, V. Daniel non ex abrupto somnium narrat & exponit, sed superbum Regem præparat ad audientiam; ostenditque ipsum non somniâsse temere, neque etiam hoc fuisse consecutum ex suis cogitationibus; sed Deum esse somnii authorem [p]. ¶ *Quæ*, &c. מָה דִּי לֶהֱוֵא] *Quid sit* (vel, *id quod est*, JT. Pi.) *futurum*, P. M. Ca. Ti. *quid quod ad exsistendum*, Mo. Infin. לֶהֱוֵא, *esse*, per enallagen ponitur pro fut. *erit*, ut suprà v. 20 [q]. ¶ *In*, &c. בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא] *In novissimo* (vel, *fine*, sive *extremitate*, Calv.) *dierum*, Mo. P. M. *postremis*, vel *novissimis*, vel *ultimis*, *diebus*, ο'. Sy. Ar. i.e. usque ad finem mundi [r]: usque ad Christi adventum, qui *extremitas dierum* vocatur, quia fuit quædam mundi renovatio, & quasi rerum omnium perfectio †. Aliàs ponitur hæc phrasis pro temporibus à primo Messiæ adventu ad secundum; ut notum est ex Jes. 2. 2. Jer. 23. v. 20. Mic. 4. 1. Act. 2. 17. 1 Cor. 10. 11. &c [s]. Sed hæc non pertinere ad ultima tempora, ex ipsius somnii & interpretationis veritate nobis quidem constat. Et si de extremitate solùm accipiantur, excluduntur alia sequentia quæ inter illud tempus & extremitatem evenerant [t]. Hæc locutio multos ejus ignaros ad pravas sequentium interpretationes egit, cùm nihil aliud significet quàm *posthac*. Vide Gen. 49. 1. Deut. 4. 30. Prov. 31. 25. Esa. 2. 2. & 41. 22. & 46. 10. Jer. 23. 20. Ezec. 38. 8, 16. Nam אַחֲרוֹן non utique *postremum* est, sed omne quod est *posterius* [x]. [Alii ergò verba aliter reddunt:] *olim*, Ca. *consequentibus* (vel, *posterioribus*, Pi.) *temporibus*, JT. Pi. Pol. i. e. posthac [y]; ut declaratur v. seq [z]. (ubi ait, *ejus quod futurum post hoc*, scil. tempus [a], nimirum à regno Nebuchadnetsaris usque ad regni Christi manifestationem [b],) & vers. 45*. Chald. *in posteritate*, vel *consequentia*, *dierum*, Pi. אַחֲרִית non tantùm *extremitatem* sign. sed quidquid pòst evenit, etiamsi proximè evenerit [c]: ut patet ex Gen. 49. 1 [d]. ubi est, *in extremitate dierum*, i. e. indè ab eo tempore usque ad nationis hujus finem; & ex Num. 24. 14. *in extremitate dierum*, i.e. diebus proximè finiendis *; & Jer. 23. 20 [f]. ¶ *Visiones capitis tui*] Hebræi affectus dant cordi; vim imaginatricem, capiti [g]. ¶ *Hujuscemodi sunt*, דְּנָה הוּא] *Hoc ipsum*, Mo. *hoc*, vel *illud*, *est*, ο'. P. JT. Pi. &c. *hæc sunt*, Ti. Ca. i.e. Illud quod futurum est significant [h].

29. *Tu*, &c. אַנְתְּה—רַעְיוֹנָךְ—סְלִקוּ] *Tu*, (vel, *Tibi*, JT. Gej. vel, *Te, quod attinet*: Pronomen אַנְתְּה ponitur pro dativo לָךְ *tibi*; vel, pro membro integro [i].) *rex*, *cogitationes tuæ super cubili tuo ascenderunt*, Mo. &c. sub. *super cor tuum*, P. sim. V. vel, *obvenerant*, JT. Loquutio est Hebraica & Chaldaica, *cogitationes*, dum volvuntur in cerebro, *ascendere* dicuntur [k]. *Cogitare cœpisti*, vel, 1. ante somnum [l], quem exitum Chaldæorum Regnum haberet [m]. Hoc Deus Regi indidit, ut eum præpararet ad percipiendam religiosiùs sequentem revelationem [n]. Vel, 2. in somno: *cogitare*, pro *somniare*: nam & v. seq. somnia vocat *cogitationes* [o]. ¶ *Quid esset futurum post hæc*] Ità P. M. &c. De Chaldæis & aliis gentibus Imperii tui, in quibus sunt & Syria & Ægypti magna pars [p].

30. *Non in sapientia*, &c.] Cui hoc facilè adscriberet Rex, adeóque instituto suo, quòd talem educârit alumnum, qui nunc institutionis suæ fructus proferret. Libenter hærent homines in causis secundis, & vix ad primam ascendunt [q]. Hoc dicit Daniel, non solùm modestiæ, sed etiam Religionis, causâ, ut Rex & ad unius Dei cognitionem attolleretur, & ut majore fide sequentem interpretationem reciperet [r]. Ipsa Dei dona naturalia hîc excludit Daniel, & singularem Dei gratiam prædicat, &c †. Persuasum voluit Regi, hoc somnium non naturaliter aut humanitus; sed divinitus, accidisse. Signum hoc erat, non naturale, quia non habuit connexionem naturalem cum re significata, sed voluntarium, idque ex sola Dei voluntate; ideóque solâ Dei revelatione sciri poterat [t]. Non affirmat Daniel se cunctos mortales superare sapientiâ, ut quidam falsò hæc verba torquent [v], sed hypotheticè loquitur [x]: q.d. Si acutissimus essem omnium mortalium, tota mea perspicacia nihili foret; nihil hîc humanum est, organum sum Spiritûs Sancti [y]. ¶ *Sed ut*, &c. לָהֵן עַל־דִּבְרַת דִּי פִשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדְעוּן] [Variant.] *Sed super verbum ut interpretationem regi notificarent*, Mo. *Sed ut* (vel, *Sed eam ob causam ut*, Ti.) *interpretationem regi notam faciam*, P. simil. ο'. Calv. vel, *ostendant*, Ti. sim. V. sub. *aliqui*, Ti. nempe Angeli, aut homines, vel Deus per eos [z]. *Sed ut nota fiat*, &c. Ar. sim. Sy. Vulg. Gej. V. Pers. 3. activa impersonaliter ponitur, ut Neh. 2. 7. *literas tradant*, i.e. tradantur; Esth. 2. 2. *Quærant*, &c [a]. *Ut regi demonstretur ea sententia*, Ca. *Sed ut essent qui interpretationem regi notam facerent*: Enallage numeri, quæ sæpe modestiæ causâ adhibetur; ut —— *& nos aliquod noménque decúsque Gessimus* —— *Imposuimus populo, & oratores visi sumus*. Sic & infrà v. 36. *dicemus*, i.e. dicam [b]. Concisa est locutio, ellipsis oppositi subindicati, quæ sic suppleri potest, *Et me quod spectat, non equidem per sapientiam, quæ fortè in me sit præ cunctis aliis viventibus, hoc ipsum revelatum obtinui secretum*; *verùm* (sub. *revelavit id mihi Deus*,) *ideo ut interpretatio regi innotesceret*, &c [c]. [Vel sic,] *Nec——beneficio sapientiæ—arcanum hoc mihi revelatum est*; *sed* (sub. *modo miraculoso*, *quia exaltatus sum per providentiam Dei*,) *ut tibi interpretamentum ostenderetur* [d]. Similis ellipsis Psal. 84. v. 11. *quàm mille*, sub. *alibi*. Porrò, לָהֵן, aliàs causale, *quamobrem*, Dan. 2. 6, 9. hîc adversativè valet, *verùm*, *sed*; sicut exceptivè ponitur, pro, *nisi*, v. 11. & Dan. 3. 28. & 6. 7, 12. עַל דִּבְרַת דִּי hîc valet, *propter causam ut*, vel *ideo ut*, sicut Dan. 4. 14. al. 17. Aliàs Heb. עַל דְּבַר valet, *propter*, ut Gen. 12. 17. & 20. 18. Conjunctionaliter tamen accipitur Coh. 7. 14. עַל דִּבְרַת שֶׁלֹּא, *ideo ut non inveniat homo*, &c. quod ipsum planè coincidit cum nostro: siquidem loco relativi שֶׁ, hîc in Chald. est דִּי, paris valoris & significatûs *. [Alii locum aliter reddunt.] *Sed propter causam eorum qui interpretationem regi facturi sunt*, &c. JT. Pi. Ang. Pol. i. e. propter causam Judæorum & totius Ecclesiæ Dei, cujus precibus tradita est somnii & interpretationis revelatio [f]. Sed multò simpliciùs, & rectè, videtur Vulgatus vertisse, *Sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires*. עַל דִּבְרַת דִּי propriè est, *propter causam ut*, i.e. *eo fine ut*. יְהוֹדְעוּן, *indicent*, indefinitè & impersonaliter sumptum, rectè vertitur per sing. pass. *indicetur* *. ¶ *Et cogitationes mentis tuæ* (vel, *cordis tui*, Calv.) *scires*] h. e. Propter institutionem tuam, ut scias id de quo tam solicitè cogitâsti [g]: vel, ut animadvertas solicitè quid cogitandum, statuendum faciendúmque tibi sit in posterum erga Ecclesiam Dei [h]: vel potiùs, ut scias quid posthac futurum sit, qua de re cogitâsti antequam in somnium incideres [i].

31. *Videbas*; ità P. Sy. ο'. חָזֵה הֲוַיְתָ] *Videns fuisti*, Mo. sic V. oculis non corporis [k], sed animi in somnio [l]. Videbaris tibi videre [m]. ¶ *Statua una*; ità P. Sy. צְלֵם] *Imago*, M. Mo. JT. Pi. ο'. Ar. &c. non in plano effigiata, sed ex massa quadam fabrefacta [n], formâ virili [o]. Nabuchodonosoro futura Imperia ostenduntur sub facie humana augusta, grandi, splendida; quia ille Imperia magni faciebat & habebat quasi pro diis suis, qui per statuas coli solebant. At Danieli infrà eadem apparent sub ferarum imagine: noverat enim Propheta esse omnia ista Imperia idololatriæ, ac proinde Diaboli, instrumenta, per quæ tamen, ut & per ipsos Diabolos, Deus sua decreta exsequeretur [p]. Sub *figuræ* [sive *imaginis*] nomine significat quicquid splen-

[Margin notes, left column:] f Emp. g Calv. h Jun. i Mald. k Gej. l Mald. m G. n Calv. o Gej. p Calv. q Gej. r Q. in Wil. † Calv. s Gej. t Jun. x G. y Pi. Pol. z Pi. Pol. sic Jun. a Jun. b Pol. * Jun. c Jun. sim. Gej. d Jun. sim. Pi. * Gej. f Pi. g G. h Pi. i Gej. k Calv. l G. sim. Gej. Mald. m M. n Mc. ex Mald. o Jun. o Mald. p G.

[Margin notes, right column:] q Gej. r Mald. † Calv. t Per. v Calv. x Gej. y Calv. z V. a Gej. b G. c Gej. d Jac. * Gej. f Pi. ex Jun. sim. Pol. * Di. g Pol. h Pi. ex Jun. i Pi. k Calv. l Gej. m V. Mo. n Gej. o Pol. p G.

det in mundo esse tamen umbratile & evanidum *. Qu. Cùm de 4 agatur Regnis, cur una tantùm, ac non potiùs 4 statuæ Regi visæ fuerint? Resp. Ut significaretur 4 illa Regna non eodem tempore diversisque in locis, quasi 4 statuas, futura fuisse, sed eodem loco diversis temporibus successura, quemadmodum in statua †. ¶ *Et statura*, &c. [וְזִיוֵהּ יַתִּיר] *Et splendor* (vel, *gloria*, P. *effigies*, M. *forma*, Ti. Ca. *serenitas*, vel *majestas*, ut Dan. 4.33. al. 36. & 5.6, 9, 10 q.) *ejus præstans*, Mo. vel, *sublimis*, P. *excellens*, M. JT. Ca. sim. Ti. Pi. &c. ¶ *Stabat*, &c. [קָאֵם לְקָבְלָךְ] *Stabat* (vel, *stans*, Mo.) *ante*, vel *coram*, (vel, *contra*, Mo.) *te*, M. Ti. Ca. Sy. sim. ό. Ar. vel, *è regione tui*, P. Gej. sim. JT. Pi. q.d. non eminus, sed in propinquo. Non sedebat, vel jacebat r, sed stabat, tanquam ad exserendum vim & potestatem suam, quam stans validiùs demonstrabit quàm sedens †. Plenariam adumbrat firmámque hujus Imperii consistentiam t. ¶ *Et*, &c. [וְרֵוֵהּ דְּחִיל] *Et forma* (vel, *aspectus*, Pi. Sy. sic JT. Ca. &c.) *ejus* (sub. *erat*, M.) *terribilis*, Mo. &c. vel, *horrendus*, Sy. Quia Reges plerique timeri quàm amari magis curant. *Oderint*, aiunt, *dum metuant* v. Fortè imago hæc Regem minaci vultu aspexit: vel, *terribilis* dicitur, quia stuporem & admirationem afferebat. רֵוָא, *aspectus*, à רְאָה, *vidit* x.

32. *Caput*, &c.] Pars statuæ quò superior, eò priora, quò inferior, eò seriora, tempora significat †. ¶ *Ex auro*, &c.] Maxima cum gloria, infrà 37 y. ¶ *Pectus*; ità Mo. P. M. &c. חֲדוֹהִי] Chaldæum חדי & חֲדְיָא, *pectus*, idem planè cum Hebræo חָזֶה, ut patet ex Exod. 29. 26. Lev. 9. 20 z. ¶ *De argento*] Minore cum gloria, infrà v. 39 a. ¶ *Venter*, &c. [מְעוֹהִי וְיַרְכָתֵהּ וגו'] *Venter* (vel, *Viscera*, Mo. sim. Gej. à מְעִים *viscera*, *intestina*: contenta, pro continente, בְּטֶן *ventre* b:) *ejus & femora* (vel, *latus*, JT. *latera*, Pi. Ti. i. e. partes illæ ventris quæ sunt ex ambobus ejus lateribus, h. e. ilia c,) *ejus de ære*, Mo. P. M. Gej. Animo invicto. Tale illud, *Illi robur & æs triplex Circa pectus erat.* Et, *frons ænea*, Esa. 48. 4. i. e. firma, immobilis d.

33. *Tibiæ* (vel, *Crura*, P. Ti. &c.) *autem ferreæ*] Sim. M. Mo. Ca. Violentia quævis obvia frangens, infrà 40 *. Ex hoc Danielis loco hauserunt poetæ fabulas suas de quatuor seculis, aureo, argenteo, æreo, & ferreo: quâ declinatione h. l. significatur, mundum semper decidere, & mores prolabi in deterius f. ¶ *Pedum*, &c. [רַגְלוֹהִי מִנְּהֵין דִּי פַרְזֶל וּמִנְּהֵין דִּי חֲסַף] *Pedes ejus ex eis* (vel, *partim*, M. P. Ti. JT. Pi. Sy. Ar. sub. *erant*, P. Ti.) *de ferro*, *& ex eis* (vel, *& partim*, P. Ti. &c.) *de testa*, Mo. vel, *luto*, JT. Pi. vel, *fictiles*, P. Ti. Potentia fragilis, infrà 42 g. Per *pedes* intelligimus tibias unà cum plantis earúmque digitis, ut docebit v. 41 h. [Locum variè explicant.] 1. Non significat unum pedem fuisse ferreum, alterum fictilem, aut unam partem ferream, alteram fictilem i; sed, pedes fuisse conflatos ex ferro, non puro, ut tibias, sed mixto cum terra, ut explicatur v. 43 k. 2. Pedes ferrei erant; digiti, partim ex ferro, partim ex luto. Nam, 1. mixtura ferri & luti dicitur impossibilis, v. 43 l. 2. Alioquin dici non potuisset, מִנְּהֵין, *ex illis* pedibus, seu quædam pedum pars, erat *ex ferro*, וּמִנְּהֵין, *& ex illis*, quædam *ex luto*; sed potiùs dixisset Vates, pedes erant ex ferro lutóque pariter, aut unà mixtis m.

34. *Donec abscissus est lapis*, &c. [אֶבֶן דִּי־לָא בִידַיִן] *Lapis absque manibus*, M. Ti. Di. Gej. דִּי־לָא esse *fine*, ex Syriasmo liquet, ubi usitatissimum est eo sensu דְּלָא. Pro separato enim דִּי, semper in Syriasmo, ut & passim in Targum, est ד præfixum sequenti dictioni. דְלָא רְטָנָא, *fine murmure*: simil. & Matt. 13. 34. &c n. Vel, *qui non in manibus*, Mo. *qui non manibus* abscissus erat, P. Ca. simil. Pi. i. e. absque humana opera o. Videtur hic nobis depingi statua tanquam in valle juxta montem quendam præaltum posita, è cujus montis fastigio lapis quidam ultro & insitâ velut ponderis vi abscissus fuerit, magnóque impetu per montem se præceps devolverit, &c p. *Donec abscissus est lapis de monte*, &c. Vulg. ό. Ar. Exercitus populi qui suæ esset spontis, nullique Regi pareret: cujus populi origo *à monte*, nempe Palatino q. Verùm illud *de monte* non est in textu, sed ex v. 45. indubiè huc transcriptum r. Idem *lapis* & *filius hominis*. Gessit autem in hac re Imperium Romanum

* Calv. † Mald. q Gej. r Idem. † Pol. t Gej. v G. x Gej. † G. y G. z Gej. a G. b Gej. c Idem. d G. * Idem. f Calv. g G. h Gej. i Mald. k Mald. sim. Belg. Theod. in Gej. l Gej. ex San. m Gej. n Di. o Me. sim. Gej. p Gej. q G. r Gej.

non obscurum typum Evangelii, quod, ortum de cœlo, ab exiguis initiis in immensum crevit †. [Alii verba aliter reddunt:] *Lapis qui non est in ullis manibus*, JT.

35. *Contrita* (vel, *comminuta*, JT. Pi.) *sunt pariter*; ità Mo. P. &c. [כַּחֲדָה] Ex כ *quasi*, & חד *unus* t. ¶ *Et*, &c. [וַהֲווֹ כְּעוּר מִן־אִדְּרֵי־קַיִט] *Et fuerunt*, vel *facta sunt*, *sicut palea*, vel *gluma*, (vel, *pulvis*, Ti. sic Ca. *quisquiliæ*, P.) *de areis* (vel, *de horreo*, M. vel, quæ dispellitur *ex areis*, Pi. in quibus repurgari solet triticum v,) *æstatis*, Mo. P. vel, *æstivis*, JT. Pi. *in æstate*, Ti. ubi ob siccitatem glumæ citiùs dissipantur quàm in hyeme humida, quando ob humorem solo meliùs adhærent & graviores sunt x. ¶ *Quæ*, &c. [וּנְשָׂא הִמּוֹן רוּחָא] *Et* (vel, *Ità*, JT.) *tulit* (vel, *elevat*, P. *abstulit*, Ti. JT.) *ea ventus*, Mo. M. ¶ *Nullúsque locus inventus est*, &c. ità P. JT. Pi. &c. [וְכָל־אֲתַר וגו'] *Et omnis locus non inventus*, &c. Mo. De phrasi *omnis non*, [pro, *nullus*,] vide suprà v. 10 y. Nullibi postea inveniebantur z. ¶ *Lapis autem —— factus est mons*, &c.] Latissimum Imperium significatur, infrà 44 a.

36. *Interpretationem —— dicemus*] Vide pietatem & modestiam Danielis b. Et sibi & sociis hoc tribuit, quia conjunctis precibus à Deo obtinuerant c.

37. *Tu*] Cum successoribus tuis, Evilmer. & Balt †. Vel, *Tu*, i. e. Regnum tuum; ut v. 39. dicitur, *post te*, i. e. post Regnum tuum, non post mortem tuam d. Incipit hîc declarare statuæ significationem *. Qu. Cur hîc aliorum Regnorum æquè potentium, ut Assyriorum, Parthorum, Scytharum, &c. non meminit Daniel? Resp. 1. Quia Daniel & Judæi hæc ferè tantùm Imperia cognoverunt & experti sunt f. 2. Quia Regnum Assyriorum jam excisum erat: hîc autem agitur de rebus futuris g. Reliqua hîc præterit utpote ad rem non pertinentia: Nabuch. enim de suo tantùm Regno cogitabat, quidque post illud futurum esset, & an, sicut ipse successit Assyriis, ità alii ipsi succederent. 3. Quia Regem ad Christum velut manuducere voluit; ideóque de illis tantùm loquitur quæ rectâ & continuâ serie & successione Christi Regnum erant præcessura, in eóque terminanda h. Noluit Deus hîc referre præterita, sed potiùs hoc ei propositum fuit, ut populus suus in futurum penderet ab hoc vaticinio, & erigeretur spe novâ usque ad adventum Christi †. ¶ *Rex regum*] Vel, propriè; vide Jer. 25. & 27. 6. Ezec. 29. 19. &c: vel, q. d. Rex summus; ut, *servus servorum*, i. e. infimus i. ¶ *Deus cœli*, &c.] q. d. Nè hoc attribuas vel fortunæ cæcæ, vel fortitudini aut potentiæ tuæ, &c †. ¶ *Et gloriam*] Splendorem maximum, ità ut res Nabuchodonosori dicantur rebus Herculis illius antiqui, i. e. Melcarti, fuisse majores. Vide Berosi & Megasthenis & Strabonis loca in Annotatis nostris ad libros de V. R. C k. Quatuor hîc sunt voces l; & forma Regni in his quatuor [rebus consistit.] 1. In jure & auctoritate, quæ vulgò *regnum* appellatur: 2. in *potentia*, quæ ad jus utendum est necessaria: 3. in *firmitate*, quæ est tanquam ferrumen & induratio illius potentiæ, nè fortè aut alienâ potentiâ, aut suâ infirmitate, corruat: 4. in *gloria*, quæ vim majestatémque Regiam comitari solet m.

38. *Et omnia*, &c. [וּבְכָל־דִּי דָאְרִין וגו'] *Et in omni loco in quo habitant filii hominum*, *bestiæ agri*, &c. P. sim. Mo. JT. Pi. Ca. Describitur universalis dominus, qui non hominibus tantùm imperat, sed & bestiis, &c n. qui jus habuit venandi, interficiendi, ínque suos usus pro lubitu convertendi, &c o. *Omnia in quibus habitant filii hominum*, i. e. loca culta plurima; & *bestiæ* — deserta loca Arabiæ & Africæ; *volucres*, rupes invias, ubi solæ volucres se tenent p. ¶ *Et sub*, &c. [וְהַשְׁלְטָךְ בְּכָלְּהוֹן] *Et dominium constituit te* (*Et dominium tuum* est, P.) *in omnibus ipsis*, Mo. sic JT. Pi. &c. Deus, tanquam supremus feudi Dominus, huic, tanquam vasallo, dominium contulit q. Qu. Quomodo hoc de Nabuch. verum est? Resp. 1. Sic loquitur ex sententia Chaldæorum, qui id jactabant r. 2. Nota universalitatis hîc de plurimis, vel de plerisque, intelligenda est †, ut Gen. 22. 18. 3. Τὸ *omnia* hîc restringi debet ad regiones adjacentes; ut Gen. 41. 57. *Omnes regiones*, vicinæ scilicet t. *Omnia*, i. e. ingentem tractum, ad Herculis usque columnas. Vide Strabonis locum. Neque id mirum adeò videri debet, cùm eousque postea Reges Saraceni processerint *.

¶ *Tu*

† G. t Gej. v V. x Gej. y Idem. z V. a G. b Gej. c Glas. gran. 3. 3; 51. 395. † Jun. d Wil. * Gej. f La. g Calv. h La. † Calv. i Gej. † Idem. k G. l Gej. m Jun. n Di. o Gej. p G. q Gej. r Q. in Wil. † San. sic Wil. ex Per. t Wil. * G.

¶ *Tu es ergò caput aureum*] Tu & successores tui ii estis qui per *caput aureum* significamini [v]. Sed quærendum hîc cur *caput* vocetur, & cur *aureum*. Resp. *Caput* vocatur respectu non tam magnitudinis [x], vel potentiæ aut nobilitatis, (constat enim Græcum Romanúmque Imperium Chaldæo præcelluisse,)quàm ordinis [y], & successionis [z]: quòd sicut caput situ superius est membris reliquis; ità Chaldæum Imperium antecessit Regnum Persarum [a]. *Aureum* vocatur, vel, 1. comparatione Regnorum quæ illud sive præcesserunt, sive cum eo fuerunt. Vel, 2. quia Chaldæi erant auri studiosissimi, &c [b]. [cùm contrà de Medis, horum successoribus, dicatur, quòd *aurum spernerent*, Esa. 13.17.] Vel, 3. quia Imperium hoc sequentibus erat diuturnius [c], (quippe quod ab ortu ejus, sub Nino, usque ad interitum, sub Balsasare, stetit 500 annos; cùm Persarum Imperium stetit tantùm 230 annos, &c [d].) magis paratum, & unitum, & ad finem fortunatum *; sequentia verò erant turbata, dissipata, nec in Regio splendore diuturna [h]. Vel, 4. propter opes maximas, unde & Babylon *aurea* vocatur [i]. Vel, 5. quia major fuit in illo integritas, & tolerabilis erat sub illo status mundi [k], & Ecclesiæ, quæ sub sequentibus longè plura perpessa est [l], rebus, ut fit, in deterius labentibus [m].

39. *Et post te*] Ità securus redditur, Regnum penès se futurum esse stabile [n]. ¶ *Consurget regnum aliud*] Ex Medis & Persis coalitum, quæ duo brachia. Cyrus ipse Medo-persa, Medus è matre, Persa à patre, unde dictus ἡμίονος (*mulus*.) Duo hæc brachia nominantur Esa. 21.2 [o]. ¶ *Minus te*; ità P. ο'. [אַרְעָא מִנָּךְ] *Inferius*(vel, *humilius*, M. JT. Pi. Sy. *deterius*, Ca.) *præ te*, Mo. vel, *tuo*, JT. Pi. Ca. Qu. Quomodo hoc verum, quum ditio Persarum multò amplior fuit quàm ditio Chaldæorum, ut constat ex Esth. 1.1. & Cyrus Regno Chaldæorum suum adjunxit [p]? Resp. *Minus* dicitur, non potentiâ, vel opulentiâ [q]; sed, vel, 1. duratione [r]: [ut antè notatum:] vel, 2. felicitate & gloriâ †; quia perpetuis ferè bellis agitatum erat [t], quum Regnum Babylonicum plus habuit regiæ tranquillitatis, ideóque florentius erat [v]: vel, 3. respectu præsentis temporis; tunc enim inferius erat, quanquam postea emersit, &c [x]: vel, 4. quia sub illo deterior futura erat conditio mundi [y], & Ecclesiæ, cui licèt nonnullæ ab eo induciæ concessæ sunt, & acerbiores & crebriores tunc fuerunt oppressiones, &c [z]: vel, 5. minus erat, quia Cyrus & successores ejus Africam non tenuerunt [a]: vel, 6. inferius erat, tempore scilicet, quod propius finem & interitum esset; qu. d. secundum à te [b]. ¶ *Et regnum tertium*] Quod infrà dicitur *regnum* יָוָן, i. e. *Græcorum*, Alexandri scilicet, qui viribus Græciæ totius subnixus Persas ac Medos subegit [c]. Confertur hoc *ventri*, ad notandum Alexandri crapulam, & successorum ejus, præcipuè Ptolemæorum, effusam luxuriam [d], avidámque opum & Regnorum deglutitionem, &c *. Vel, quia, ut cibi in ventre non manent, sed aliò transmittuntur; ità Alexander non diu tenuit Regna quæ cepit [f]. ¶ *Æreum*] *Æreum* dicitur vel, 1. propter arma, quæ olim magna ex parte ænea: vel, 2. propter Græcorum sive famam, sive eloquentiam; æs enim sonorum est †: vel, 3. quòd secundâ Monarchiâ deterius erat [g], & tum in se durius & laboriosius, (unde & Macedones, mortuo Alexandro, sibi tanquam de quiete parta gratulati sunt,) tum in Ecclesiam Dei acerbius [h]. Rabbini hîc confundunt duas Monarchias, quia volunt sub secunda comprehendi Regnum Græcorum. Sed produnt crassissimam tum historiarum ignorantiam, tum improbitatem, quia consultò volunt evertere quod Scriptura hîc clarè docet de adventu Christi [i]. ¶ *Quod imperabit universæ terræ*] Nempe ei quam Medo-persæ tenuerant, partim etiam ultrà [k]. Novum hoc est axioma, alteri Monarchæ non tributum. De amplitudine hujus Regni vide 1 Mac.1.3.Justin.12.Curt.10.Jos.Antiq.11.7.& 8 [l].

40. *Et regnum quartum*] [De quo litigant Interpretes.] De tribus Regnis antecedentibus facilè inter omnes Interpretes convenit, sed in hoc demum quarto discrepant *. Est autem hoc vel, 1. Regnum Romanorum [m]. Ità accipiunt omnes [n], magno consensu [o], qui & mediocri judicio pollent & candore [p], tum veteres [q], (& Ecclesia Judaica tum ante tum post Christum natum, & Christiana per 400 à Christo nato annos [r],) tum recentiores †. Quare hæc sententia in S. Scriptura tam bene fundata mihi tantùm non articulus fidei est [t]. [Variant porrò authores hujus sententiæ.] Locum enim accipiunt vel, 1. de Monarchia Romana ad finem usque mundi duratura [v]: vel, 2. de eadem Monarchia, sed usque ad primum Christi adventum [x]; nec enim prophetia hæc longiùs quàm ad tempora Christi descendit [y]. [Regnum autem Romanum hîc intelligi contendunt his argumentis freti.] 1. Scopo & fine loci. Voluit Deus hoc loco historiam præcipuorum totius mundi Regnorum ad finem usque ipsius continuare; & voluit Daniel eam perscribere, ad consolationem Ecclesiæ, in omnem memoriam [z]. Resp. Non videtur hic finis aut ex hoc capite, aut ex sequentibus, confirmari posse *. Inst. 1. At absurdum videtur si Deus hoc non præstitit, si Daniel summâ sapientiâ non fuerit instructus, si Ecclesia hujus historiæ consolatione caruerit †. Resp. 1. Absurda hæc non sunt. Quid si totam mundi historiam hoc loco complecti aut Deus noluit, aut Daniel non potuit, secùs dispensante Domino? Si enim absurdum non fuit in aliis Prophetis & temporibus, quibus Deus hæc minimè revelavit, cur nunc absurdum videtur? 2. Hæc historia nihil attinebat ad consolationem priscæ, sive Judaicæ, Ecclesiæ [a]. De 4 illis tantùm Regnis hîc agitur quæ populum Dei graviter affligerent usque ad adventum Messiæ, ante quem Judæi non multa à Romanis perpessi sunt præter ea quæ sibi accersiverant *. Inst. 2. Generalem Monarchiarum historiam usque ad finem mundi hîc exponi constat ex vers. 28, 29. ubi cogitationes Regi à Deo immissæ fuisse dicuntur quid futurum esset בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא, *in extremitate dierum* [b]. Resp. Τὸ אַחֲרִית in S. S. æquivocè accipitur [c], nec semper dies *ultimos* denotat, sed tantùm *sequentes*, ut Gen. 49. v. 1 [d]. nec semper res longinquissimè, sed interdum proximè, consecuturas designat *: & ità hîc accipiendum docet vers. 29. ubi tum exponitur per *posthac* [f]; tum etiam indè constat de iis hîc agi quæ Rex animo suo volutabat, quæ certè non erant historiæ omnium temporum, sed potiùs periodorum Regno suo proximorum [g]. [Secundum argumentum tale est;] Quod occupavit Regnum tertium, eidémque successit, est quartum Regnum. At de Regno Romano id verum est, ut patet ex historia. Romanis id omne cessit quod eousque restabat de ditione Regni Græcorum. Factum hoc à morte Antiochi Epiphanis, quando, Perseo ultimo Rege Macedonum ab Æmilio consule devicto, Macedonia, Regni Græcanici caput, & cum ea reliqua ferè Græcia, in provinciam redacta est. Et hinc putandum est initium Regni quarti; non ab occupatione Ægypti, devictâ Cleopatrâ. Nam ubi Regnum Græcanicum primùm exortum est, ibi fatum quoque suum & excidium accepisse putandum est. Unde Propheta nusquam Regnum Græcorum, quamvis de Regibus ejus singillatim egerat, ultra Antiochum Epiphanem producit, quia nimirum ei Romanus successit. Imò tyrannis Antiochi expressè statuitur *in fine regni ipsorum*, i. e. Græcorum, c. 8. v. 23 [h]. Arg. 3. & palmarium est hoc; Quo Regno adhuc superstite & rerum potiente exoriturum erat Regnum Christi, est quartum Regnum. At Regnum Christi cœpit Romanis imperantibus, ut constat ex Luc. 2. 1. non Græcis, quorum Regnum diu ante Christum natum extinctum est [i]. Major probatur ex vers. 44. hujus capitis, וּבְיוֹמֵיהוֹן דִּי מַלְכַיָּא, *In diebus illorum regum*, vel *regnorum*, i. e. durantibus illis [k]. Exc. 1. Si verba illa strictè sumantur, non tantùm de Romanis, sed etiam de Babyloniis, Persis & Græcis intelligenda essent [l]. Resp. 1. Mira hæc est usitatæ phraseos perversio. Ellipsis est, sed frequentissima. *Dies* hîc elliptic è sumuntur, vel potiùs indefinitè. Sic Jud. 15. 20. *Judicavit Israelem in diebus Philistæorum viginti annis*, h. e. in postremis diebus; alioquin dies Philistæorum erant 40 anni. Sic fames dicitur fuisse *in diebus judicum*, aliquibus scilicet, Ruth 1. 1. &, *in diebus David tribus annis*, 2 Sam. 21. 1. &, Christus natus dicitur *in diebus Herodis*, Matt. 2. 1. nempe ultimis, sive in ultimo regni ejus biennio. Sic, cùm dico hoc vel illud factum esse *in diebus Regum Britannorum*, vel *Saxonum*, non intelligo id factum in omnibus

Ppp Regum

[Marginal notes, left column:] v G. x Mald. sim. Gej. y Gej. z Mald. a Gej. sim. Mald. b Lat. c Gej. ex San. d La. * Gej. ex San. h San. ex Isid. i Wil. ex Hug. k Calv. l Jun. m Calv. n Gej. o G. p Per. q Per. Calv. r Per. † La. t Pol. sim. San. v Jun. x Per. in Wil. y Calv. z Jun. a G. b Mald. c G. d T. * Gej. f Wil. † Me. g Calv. h Jun. i Calv. k G. l Gej. * Jun. m L. Me. T. Per. La. ex Hi. n Mald. o Calov. p C. Lin. q Calov. r Calov. Mald.

[Marginal notes, right column:] r Med. oper. lib. 4. ep. 6. † Calov. t Med. ib. v Q. in Jun. & in Pol. x Q. in Pol. y Q. in Jun. z Al. in Jun. * Jun. † Q. in Jun. a Jun. * Wil. b Q. in Jun. c Jun. d Wil. sim. Jun. * Jun. f Wil. g Jun. h Med. lib. 3 in loca obscura Danielis. i Med. ib. p. 877. & 881. k Ibid. p. 921. l Hyp. in Med.

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

Regum omnium diebus, sed tantùm in aliquibus aliquorum. Ità & h. l. *In diebus regnorum illorum* Gentilium, h. e. in postrema illorum parte; ut indicat natura rei de qua loquitur, quæ erat, evertere ultimum Regnum, quod tria præcedentia quodammodo absorbuerat; atque ità lapis, quarti Regni subversione, etiam reliqua tanquam in eo inclusa subvertit. Nec enim *lapis* aut *aurum*, aut *argentum*, aut *æs*, sed tantùm *pedes ferri & luti, percutit*: illâ tamen percussione omnia illa dissipata erant, quatenus illa ad *ferrum* successione quadam devenerant. Insuper quòd *aurum*, *argentum* & *æs* unà cum *ferro* dissipari dicuntur, potest esse τὸ πρέπον typi, quia partes imaginis in typo non poterant altera alteri succedere, ut in Regnis factum; ideóque imago unâ vice dissipari visa est, quamvis Regna successivè dissipata sunt. Ellipsis porrò esse potest in voce *regum*, vel *regnorum*, h. e. alicujus illorum. Sic Jud. 12. 7. *in urbibus Gilead*, i. e. aliquâ earum; 1 Sam. 18. 21. *per duas*, &c. i. e. per alteram è duabus; 2 Par. 35. 24. *in sepulchris*, i. e. uno sepulchrorum. Sic Psal. 1. 3. *arbor—ad rivos*, i. e. aliquem rivorum; Jon. 1. 5. *descendit ad latera navis*; Zac. 9. 9. *pullum—asinarum*; Matt. 27. 44. *latrones*, i. e. alter eorum, ex Luc. 23. 39. Sic Joh. 6. 45. *in prophetis*, i. e. aliquo Prophetarum [m]. Resp. 2. *In diebus istorum regum*, hoc valet, q. d. temporibus reipublicæ illius Romanæ multiregiæ, id est, ubi erant Consules, Tribuni, Decemviri, Dictatores, &c. quas omnes potestates, diversas licèt, *regias*, sive *reges*, vocat Joannes Apoc. 17. 10*. Exc. 2. Τὸ *in diebus* exponi potest, *post dies*, &c. nam ב interdum valet, *post*, ut Exod. c. 2. v. 11, 23†. Resp. 1. Τὸ ב utrobique reddendum *in*, non *post*; *in diebus illis*, nempe servitutis Ægyptiacæ. 2. Τὸ ב hoc loco significare *post*, res ipsa vetat. Cùm enim *regnum* Christi *percutere* dicitur, & tandem *perdere*, *quartum regnum*, necesse est ut hæc duo Regna simul exstiterint. Quomodo enim id quod sequitur percutere possit illud quod antea exsistere desierat [n]? Exc. 3. Quamvis Regnum Seleucidarum, sive Syriæ, extinctum fuit 70 vel 80 annis ante nativitatem Christi; Regnum tamen Lagidarum, sive Ægypti, duravit usque ad regnum Herodis, (sub quo Christus natus est,) qui in Regno suo confirmatus est per Antonium, & Cleopatram filiam ultimi Ptolemæi. Ità pars aliqua digitorum pedum imaginis permansit usque ad Christum [o]. Arg. 4. Quo demum absoluto & abolito consummabitur Regnum Christi, illud est quartum Regnum Danielis. At Regno Romano semel exacto & abolito consummabitur Regnum Christi. Ergò. Major probatur tum ex vers. 34, 35. hujus cap. collat. cum vers. 44, 45. tum ex Dan. 7. 20, 21, 22. [De quo suo loco dicendum.] Minor probatur ex N. T. Nam ab abolitione Antichristi consummabitur Regnum Christi, ut constat ex 2 Thes. 2. 8. Apocal. 10. 7. collat. cum 11. 15. Antichristus autem oritur ex Imperio Romano, ejúsque pars est, ut constat ex 2 Thes. 2. 7. & ex Apoc. 17. ubi affirmat ipsum unum esse ex 7 capitibus Bestiæ. Imò Antichristus est ipsissimum *cornu monstrosum* Danielis; ut facilè docebit collat. Dan. 7. 8, 11, 20, 21, 25. cum Apoc. 12. 14. & 13. 5, 6, 7 [p]. [Hæc sunt præcipua fulcra primæ sententiæ. Alii autem ei opponunt argumenta sequentia.] 1. Christus venturus erat sub finem Regni quarti, teste Daniele. At Christi adventus non erat sub finem [q], sed sub initium [r], Romani Imperii. Ad adventum Messiæ omnia hæc quatuor Regna dissolvenda erant, vers. 34, 35. & 44 †. At Romana Monarchia non est abolita adventu Christi, sed tum demum florere cœpit, ac sub Trajano latissimè patuit. Exc. Verba Danielis sunt de ultimo Christi adventu ad Judicium. Resp. Minimè. Nam sic lapis ille non posset crescere, & totum orbem implere; quæ verba omnino accipienda sunt de Regno Christi, quod à tenuissimis initiis inchoatum paulatim maximos progressus faceret, &c [y]. id quod ante ultimum Judicium fieri necesse est [x]. Deinde, si ultimus Christi adventus ibi intelligitur, falsa erit prædictio Danielis, quia utrumque Imperium & Orientis & Occidentis jam est destructum, in Oriente succedente Turcico, in Occidente Papano, Regno. 2. Quartum Regnum statim simul duo crura habere, i. e. in duo Regna dividi, debuit [y]. Romanum

[m] Med. ib. 912.
* Med. ib. 875.
† Q.
[n] Med. ib. 923.
[o] Wil.
[p] Med. ib. 878.
[q] Pol.
[r] Wil.
† Wil. ex Pol.
[y] Pol.
[x] Wil.
[y] Pol.

autem Imperium unum erat usque ad Constantinum; post quem non in duas, sed tres, partes, pro numero filiorum, divisum est [z]; sub Juliano, Joviniano, &c. rursus unum erat; & diu pòst in Orientis & Occidentis Imperium æqualiter divisum est. 3. Familiæ quartum Regnum inter se divisum administrantes conjugiis coalescere, & altera alterius Regnum ad se transferre, conabantur [a]. Nihil tale in Imperio Romano, ubi unum idémque Regnum erat, non duo & diversa, ut dicitur in Dan [b]. 4. Hæc Regna debent alterum alteri succedere, ejúsque dominia obtinere. Persa obtinuit omnia quæ Babylonis erat, & Alexander omnia quæ Persa habuit [c]. Romani autem de Regno Babylonico nihil obtinuerunt præter Ægyptum & Syriam; & de Regni Persici provinciis, quæ 127 erant, (testibus Esth. 1. 1. & 8. 9. & Herod.) unam tantùm, nempe Asiam minorem [d]. [Atquæ hæc de prima sententia sufficiant: sequitur secunda.] Quartum hoc Regnum erat Seleucidarum & Lagidarum*; quod unum dicitur, sed divisum tamen, ut sequitur: unum, quia utraque domus è Macedonia, & fines incerti bellísque sæpe turbati [f]. Mortuo Alexandro, Regnum ejus in 4 partes divisum erat; Seleucus obtinuit Babylonem & Syriam, Ptolemæus Ægyptum, Cassander Macedoniam, & Antigonus Asiam: sed duo prima erant potentissima, & de iis tantùm hîc agitur, tum quia hæc præcipuè Ecclesiam vexabant; tum quia maxima pars Regni Nebuchadnetsaris (de quo tantùm cogitabat & solicitus erat) ad illos duos pervenit [g]. [Argumenta hujus sententiæ sunt quæ sequuntur.] 1. Occasio Prophetiæ, quæ fuit solicita cogitatio Nebuchadnetsaris, de suo scilicet Regno, non certè de Regnis remotissimis [h]. 2. Scopus visionis, qui erat, Ecclesiam tum docere quisnam foret illius status usque ad Christi adventum, tum solari adversùs gravissimas calamitates ipsi immittendas [i]. 3. Typus: cùm una hîc sit imago, unius tantùm corporis administrationem repræsentans; non autem Romanæ urbis Monarchiam significans, quæ 1200 milliaribus à Babylone distabat [k]. Duo crura duo diversa Regna significant [l]. 4. Eventus. Nihil hîc est quod non Regnis Syriæ & Ægypti convenit [m]. Nam quartum Regnum describitur quinque adjunctis: 1. duritie, h. e. asperitate & sævitiâ summâ erga Ecclesiam; 2. divisione in duo Regna; 3. instabili statu, vers. 41, 42; 4. conatu coalescendi per conjugia, vers. 43; 5. infirmitate fœderum, ibid. Quæ omnia Seleucidis & Lagidis optimè congruunt, non ità Romanis, ut in locorum explicatione patebit [n]. 5. Verba hujus versûs & sequentium: [de quibus deinceps videndum.] 6. Collatio capitum sequentium, cap. 7. & 8. & 11. ubi in aliquot locis aquam sibi hærere fatentur qui secùs exponunt [o]; præcipuè verò cap. 8. v. 22. ubi Regnum quartum ità tertio dicitur successurum, ut non unum, quemadmodum præcedentia, sed quatuor, constituantur Regna, viribus imparia præcedenti. Nam nec Romanum Imperium statim successit Regno Alexandri, (cujusmodi successio ibi requiritur;) nec tam citò Regni formam habuit post Alexandri mortem; nec etiam quatuor Regnis constabat, ut de quarto testatur Daniel, sed Imperium erat unum; nec denique, si florentissimum respicias, Alexandri Imperio cessit. Vide Livium Hist. lib. 3 [p]. [Alii hanc sententiam oppugnant, his præcipuè argumentis.] 1. Regnum hoc *quartum* dicitur eâdem proculdubio ratione quâ antecedentia dicebantur *secundum* & *tertium*, nimirum, quia nova planè natio dominium in se derivavit quod obtinuerat antehac gens alia. Hoc quomodo de ducibus Alexandri M. asseri possit, ut qui & ipsi Græci, qui ex Imperatoris sui velut manu dominium acceperant, quorum Regnum non fuit robustius Regno Alexandri M. utpote divisum, quod etiam Regna alia non comminuit aut subjugavit, non sanè apparet. Confer vers. 44. ubi de Regno Messiæ asseritur, quòd non sit transferendum ad *populum alium*, sive *nationem aliam*, sicut Monarchiæ scil. antecedentes [q]. 2. Quartum hoc Regnum unum erat, non duo Regna [r]. Resp. 1. Regnum unum dicitur, tum quia utrumque ex Regno Alexandri ortum est; tum quia unum, nempe Aquilonis, potentius erat altero. 2. Diversos status sive regimina in Regno quarto comprehendi constat ex v. 43.

illis

[z] Wil. ex Pol.
[a] Pol.
[b] Wil.
[c] Wil.
[d] Pol.
* G. ex Pol. sic Jun. Wil. Hi. Emp.
[f] G.
[g] Wil.
[h] Pol.
[i] Wil. ex Pol.
[k] Pol.
[l] Jun.
[m] Jun. sim. Pol.
[n] Pol. sim. Jun. Wil.
[o] Jun.
[p] Emp. in Jac.
[q] Gej.
[r] Q. in Wil.

illi miscebunt se, &c. & ex v. 44. ubi reges vocantur, *In diebus regum istorum*, &c †. Sed contra hanc interpretationem sic insurgo: Quod unicâ bestiâ adumbratur unicum est Regnum, non duo; alioquin unica bestia esset duæ bestiæ; quod absurdum. Jam verò omne Regnum Græcorum, tam Alexandri quàm successorum ejus, unicâ bestiâ adumbratur, ut constat ex Dan. 8. vers. 21, 22. *Hircus——est rex Græciæ; cornu magnum——est rex primus.* (Audi'n' hîc *regem primum?* At Rex primus & Reges secundi non de diversis dici possunt Regnis, sed de uno eodémque.) Pergit, *Atque hoc effracto, quòd consurgent quatuor pro illo, quatuor regna ex gente* [illa] *sunt assurrectura*, &c. Hîc clarissimum est, Alexandrum cum successoribus suis fuisse unius ejusdémque *hirci cornua*, ideóque unius Regni potestates. Ecquis jam dixerit bestiam & cornua ejus esse duas bestias? Adde quòd Dan. c. 7. v. 6. tertiæ bestiæ, nempe Pardo, tribuuntur 4 alæ & 4 capita, i. e. 4 Satrapiæ post mortem primi Regis[t]. [Atque hæc de celeberrima hac quæstione dicta sunto: pergendum ad interpretationem sequentium verborum.] ¶ *Erit*, &c. [תֶּהֱוֵה תַּקִּיפָה וגו׳] *Erit forte*, sive *robustum*, (vel, *durum*, Sy. JT. Pi. Ca. *durissimum*, Ar.) *sicut ferrum*, Mo. &c. Ferro confertur, 1. ob duritiem[v], & robur, tam ad resistendum, quàm ad aliis vim inferendam[x]: 2. ob truculentiam & sævam tyrannidem[y], erga Ecclesiam Judæorum[z]. ¶ *Quomodo ferrum comminuit*, &c. [מְהַדֵּק וְחָשֵׁל כֹּלָּא] *Comminuens* (vel, *comminuit*, sive *conterit*, P. M. Ti. &c. à radice דְּקַק) *& atterens* (vel, *domat*, P. Ti. Ca. ὁ. *enervat*, M. *debilitat*, JT. Pi. Vox alibi non occurrit in S.S. illi cognata est Heb. חָלַשׁ, *debilis fuit, debilitavit*, Exod. 17. 13. Jes. 14. 12. &c. [literis, ut sæpe fit, transpositis.]) *omnia*, Mo. ¶ *Sic*, &c. [דִּי־מְרָעַע כָּל־אִלֵּין תַּדִּק וְתֵרֹעַ] *omnia ista*, referunt, vel ad ferrum, vel ad Regnum[a]. [Hinc versionum varietas.] *Quod conterens*, vel *conterit*, sive *confringit*, *omnia hæc*, sive *ista*, Mo P. M. JT. Pi. (i. e. vel, 1. hactenus commemorata metalla*: vel, 2. res istas omnes adspectabiles[b]. At harum nulla præcessit mentio vel enumeratio[c]. Vel, passim *omnia*, M. Sub. *ità*, vel *sic*, P. M. Pi. & sub. *regnum hoc*, sive *illud*, M. Pi. sim. Di.) *comminuet & conteret*, Mo. P. &c. sub. *omnia*, M. [Alii sic reddunt;] *Et ut ferrum atterens* (vel, *quod confringit*, Di. vel, *violentum*, Ca.) *omnia hæc comminuet atterétque*, Ti. simil. Ca. Di. q. d. Regnum hoc tribus præcedentibus collatum fortius & durius futurum dicitur, illáque omnia comminuturum[d]. *Comminuet——omnia hæc*, i. e. durè tractabit subditos, maximè verò Judæos*. Verùm non *subditos comminuere* dicitur, sed *omnia*, nempe Imperia alia[f]. Vel, memoratas nationes, quas, inquit, *comminuet & confringet*, i. e. certò, feliciter, constanter mirabilitérque subjugabit. Romani quodammodo invicti erant, quia nullius, neque Græcorum, neque Persarum, neque Chaldæorum, jugum passi sunt[g], sed ipsi alias domuerunt gentes, sive robore, sive potentiâ, sive sapientiâ, sive divitiis & multitudine præstantes, sive loco remotas, &c[h]. Unde Roma Tacito dicitur, *urbs caput rerum*, &,——*unde in omnia regimen*. Et Julius Cæs. apud Cicer. 3. Offic. audit *Rex populi Romani, dominúsque omnium gentium*. Vide & Luc. 2. 1[i].

41. *Porrò, quia vidisti pedum* (vel, *pedes*, P. Mo.) *& digitorum* (vel, *digitos*, P. Mo. JT. &c.) *partem*, &c. [מִנְּהוֹן חֲסַף דִּי־פֶחָר וגו׳] *Partim* (vel, *ex eis*, Mo.) *fictiles figuli*, P. (vel, *fictiles & testeos*, M. *è testa figuli*, Ti. sim. Mo. *ex luto figuli*, JT. sic Pi. *ex argilla fictiles*, Ca. ex terra fictili[k]:) *& partim ferreos*, P. &c. Vox פֶּחָר est monadica: habetur tamen in Chald. paraph. ad Jes. 29. 16. Jerem. 18. 2, 6[l]. Significat, vel, 1. aliam pedum partem ferream, aliam testaceam, fuisse[m]: vel, 2. eandem partem, aut totos potiùs pedes ex ferro cum luto malè coagmentato fuisse conflatos: quod etiam significat quod dicitur, *de plantatione ferri erit*, i. e. ferrum quoddam, sed mixtum, erit[n]; quale est ferrum rude, cùm ex fodinis extrahitur terræ glebis admixtum[o]. ¶ *Regnum*, &c. [מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵה] *Regnum divisum* (vel, *dissidens*, Ca.) *erit*, Mo. P. Pi. *Regna diversa erunt*, JT. Significat *regnum partiendum*, Ti. sim. M. [Exponunt hoc vel, 1. de Alexandri successoribus.] qu. d. Discerptum erit à Seleucidis & Ptolemæis[p]. Pedes duo Regna Ægypti Syriæque adumbrarunt; digiti verò, adjunctas illis provincias & toparchias[q]. [Vel, 2. de Romanis, sed diversimodè,] quoad modum divisionis. Vel, 1. de diversis Regnis[r]. Divisum erit inter Romanos & Turcas†. Sed de Turcis hîc non agi constat, quia lapis sive Christus diu antecessit eorum imperium[t]. Vel, 2. de civilibus bellis & factionibus[v]: ut cùm plebs in senatum, Sylla in Marium, Cæsar in Pompeium, &c. insurgent[x]; maximè verò cùm subditæ gentes, ut Hispani, Franci, &c. ab eis se subducent, & proprios Reges statuent, unde tandem dissecabitur Romanum Imperium in decem digitos, sive Reges[y]. Vel, 3. de diverso Imperii Romani statu[z], sive, 1. diversis temporibus[a]; q. d. Non uniformem semper habebit statum, majestatem, eminentiam; modò crescet, modò decrescet, modò concors erit, modò scissum[b]: sive, 2. eodem tempore, quod malim, quia testa & ferrum simul fuisse videntur. Significat ergò duas reip. formas in unam confusas[c]. Aristocratiæ successit tyrannis, & cum ea commixta est. Cœptum est Imperium partim Consulibus, partim Imperatoribus, gubernari[d]. Duas *tibias* huic Imperio tribuit, quia plerumque penès duos fuit; v. g. Duumviros, binos Consules, binos Imperatores, unum in Oriente, alterum in Occidente*. ¶ *Quod tamen*, &c. [וּמִן־נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא־בַהּ] *In quibus* [nempe Regnis *diversis*] *de firmitate ferri futurum est*, JT. Nescio an rectè: possunt enim diversa esse Regna, quæ tamen ex uno eodémque Regno diviso non oriuntur. At hîc sensus est, fore ut quartum Regnum in alia dividatur; sic tamen ut, factâ divisione, firmitatem ferri habeat[f]. *Et* (vel, *Veruntamen*, Pi.) *de*, vel *ex*, *plantario* (vel, *planta*, Mo. vel, *firmitate*, Ti. Pi. *consistentia*, Di. *robore*, M.) *ferri erit* (vel, *ad exsistendum*, Mo. vel, *manebit*, Pi. sub. *aliquid*, M. simil. Ti.) *in eo*, P. M. Pi. Di. &c. *Et ex parte ferream rigorem obtinebit*, Ca. *De plantario ferri*, q. d. Ortus illis erit ex validis Regibus*. *De plantatione ferri erit*, i. e. ferrum quoddam, sed mixtum, erit, &c[g]. Dissidium Vulgati à reliquis hinc oritur, quòd נִצְבְּתָא Chaldæis denotet, tum *plantationem*, à נְצַב *plantavit*, tum etiam *duritiem, stabilitatem*, aut *consistentiam*, quasi à יְצַב *stetit*; quâ ratione נְצִיב est, *miles stationarius*, & מַצָּב, *statio*. Confer Targum Jes. 6. 13. Cùm itaque ferro non *plantatio*, sed *durities*, competat, hanc interpretationem alteri præferimus[h]. ¶ *Secundùm quod*, &c. [כָּל־קֳבֵל דִּי חֲזַיְתָה פַּרְזְלָא מְעָרַב בַּחֲסַף טִינָא] *Omni respectu quòd* (*Juxta quod*, M. *Quemadmodum*, P. Ti. *Quandoquidem*, JT. Pi. *Propter quod*, vel, *Quam ob causam*, Di. sim. Gej. ut suprà vers. 10. vel, *Ob quem respectum*, ad verb. *Omni respectu cujus*; est enim קֳבֵל id quod coram, antè, est, quod ex opposito respicimus[i].) *vidisti ferrum mixtum in* (vel, *cum*, P. JT. &c.) *testa luti*, sive *lutea*, Mo. P. sic M. Ti. &c. vel, *luto cœnoso*, JT. Pi. τὸ לֶהֱוֵא infinit. [suprà] ponitur, per enallagen, pro fut. *erit*. Vide dicta ad Coh. 3. 15. Vox טִין, vel טִינָא, *lutum*, alibi non exstat, coincidit tamen cum Hebr. טִיט *lutum*, *Argilla luti* hîc dicitur, vel, 1. pleonasticè, ut, *cœnum luti*, Psal. 40. 3. *psalmus cantici*, Psal. 67. 1. *via semitæ*, Pro. 12. ult. vel, 2. pro argilla selectiore, quæ ex luto crassiore studiosè est excerpta, &c[k].

42. *Et digitos*, &c. [וְאֶצְבְּעָת רַגְלַיָּא מִנְּהוֹן פַּרְזֶל וּמִנְּהוֹן חֲסַף מִן־קְצָת מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵה תַקִּיפָה וּמִנַּהּ תֶּהֱוֵה תְבִירָה] *Et digitos pedum ex eis ferri, & ex eis testæ: ex parte regnum erit forte, & ex ea erit contritum*, Mo. *Porrò, digiti pedum, qui partim sunt ferrei, & partim fictiles*, significant quòd *regnum partim* (vel, *ex parte*, P.) *erit potens, & partim erit confractum*, M. sim. P. V. i. e. fragile†. *Et digiti pedum partim* sunt *ex ferro, & partim ex luto, quia ex parte regnum futurum est durum, ex parte fragile*, JT. i. e. Modò Judæam infestabit gravissimè, modò à Judæis infestabitur. Vide Ezec. c. 38. v. 21, &c[l]. *Et quia digiti pedum fuerunt partim ex ferro, ——ex parte regnum illud erit durum*, &c. Pi. sim. Ti. Sic verto, *Et quod ad digitos pedum*, (est enim nominativus absolutus,) *quorum pars ferrum, & pars lutum, pars regni erit fortis*, &c. Vertere solent, *ex parte regnum erit forte*, eodem sensu, sed phrasis alia videtur. Constat enim קְצָת in regimine poni: éstque מִן קְצָת מַלְכוּתָא

† W. l. — t Mald. ib. 880. — v Calv. — x Gej. — y Calv. — z Jun. sim. Pol. — a Di. — * Gej. — b Jun. — c Di. — d Idem. — * G. — f Calov. — g Gej. — h Gej. ex Ter. — i Gej. — k V. — l Gej. — m Q. in Mald. — n Me. ex Mald. — o Me.

p Pol. sim. Pi. — q Jun. — r Q. in Mald. — † Q. in Lu. — t Mald. — v Al. in Mald. — x T. ex Lu. — y T. — z Al. in Mald. — a Q. in Mald. — b Gej. — c Mald. — d Me. ex Mald. — * T. ad v. 40. — f Di. — * G. — g Me. — h Gej. — i Di. — k Gej. — † V. — l Jun.

מַלְכוּתָא, propriè, *de extremitate regni:* quia autem quod de extremitate rei est, tantùm est pars totius, hinc fit ut מִן־קְצָת, &, quod idem est, מִקְצָת, in constructione positum significet simpliciter partem ejus cum quo construitur. Talia sunt, מִקְצָת כְּלֵי, *partem vasorum*, Dan. 1. 2; מִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת, *pars capitum patrum*, Nehem. 7. 70[m]. Significat h. l. instabilem Regnorum illorum statum, & mutationibus atque deprædationibus mutuis obnoxium[n]. Modò hæc pars, modò illa, prævalebit. Hæc fusiùs explicabuntur infrà c. 11[o]. Quædam Monarchiæ hujus tempora felicissima erunt & victoriis clara, quædam adversissima, &c[p]. Solidum erit quâ parte concors manebit; contritum, cùm bellis civilibus discerpetur[q]. קְצָת sign. *aliquid*; & מִן קְצָת *ex parte*, distributivè, idem est ac מִנָּהּ *ex illa*, ut sequens membrum ostendit. Sic "מִקְצָה וגו, *ex parte* (h.e. aliquos) *ex fratribus*, &c. Gen. 47. 2. vide & Num. 22. 41. תְּבִיר, *fractus*, ab Ebr. שָׁבַר, *fregit*, mutato ש in ת[r].

43. *Commiscebuntur*, &c. מִתְעָרְבִין לֶהֱוֹן בִּזְרַע אֲנָשָׁא] *Miscentes se ad exsistendum in semine hominis*, Mo. *Miscebuntur* (vel, *Commiscebuntur* quidem *inter se*, JT. Pi. Signat quòd *sibi commiscebuntur*, M. Portendit *miscendos inter se*, Ti.) *semine*, sive *in semine, hominis*, sive *humano*, P. M. JT. Pi. Ca. vel, *atque* copulando *humano semine*, Ti. Per *semen humanum* intelligit multas ac varias nationes hominum: q. d. Imperium Romanum admittet secum homines variarum gentium †. Al. *Commiscebuntur*, &c. nempe per connubia & affinitates[t]. Per nuptias conglutinabuntur[v]. [Impletum hoc volunt, vel, 1. in Regibus Syriæ & Ægypti.] Antiochus *Deus* à suis dictus Laodicen & Berenicen uxores duxit Ptolemæi Philadelphi filias: testis Livius. Et Magas Philadelphi pater Apamen duxit filiam Antiochi, qui Seleuci fuerat filius: quod nos docet Pausanias in Atticis. Et Antiochus Magnus Cleopatram filiam suam collocavit in matrimonium Ptolemæo Epiphani, ut infrà dicemus. Omnia hæc optimè explicavit Polychronius[x]. [Vel, 2. in Romanis.] Notat Daniel democratiam vel aristocratiam Romanorum: q. d. Romani, ad sedandas discordias, jungent potentium connubia, sed frustrà. Hoc fine Pompeius duxit Juliam Cæsaris filiam, & Antonius Octaviam Augusti sororem[y]. Sed malim exponere de tempore Imperii labascentis, quum, ad corroborandum Imperium adversùs Barbaros irrumpentes, Theodosius Magnus duxit Gallam Gratiani Imperatoris filiam, ut Gratianus antea duxerat Constantii Imperatoris filiam, Valentinus 3. duxit Eudoxiam Theodosii 2. filiam, & sic deinceps[z]; [ut videre est in Authore, vel in historiis illorum temporum.] Pronunciat hîc Daniel, etiamsi commune sit imperium Senatûs & populi, (in quo regiminis genere fulgebat major stabilitas,) tamen Imperium illud fore caducum: deinde, cognationes & affinitates inter eos non fore obstaculo quò minùs hostiliter inter se pugnent usque ad internecionem. Viva hæc est effigies Romani Imperii[a]. ¶ *Sed non*, &c. "וְלָא־לֶהֱוֹן דָּבְקִין דְּנָה עִם־דְּנָה הֵא־כְדִי וגו] *Et non ad exsistendum adhærentes hunc cum illo: ecce sicut ferrum*, &c. Mo. *Sed non cohærebunt* (vel, *coalescent*, Ca. *adhærebunt sibi*, P.) *hoc cum illo*, (vel, *mutuùm*, Ti. vel, *inter se*, Pi. *alter cum altero*, P. *aliud cum alio*, JT. Chald. *hic cum illo*, Jun.) *sicut nec ferrum misceri potest* (vel, *miscetur*, i. e. non cohæret, ut stet scilicet[b],) *cum testa*, M. &c. Sunt enim ista ἀσύγκλωσα, (*quæ componi*, sive *conjungi*, *nequeunt*[c].) Irritus erit quæsitæ unionis eventus, & hæ societates parùm stabiles erunt[d]. In mutuas tamen cædes & bella prorumpent *. Nempe quia (ut ait Tacitus) *dominandi cupido cunctis affectibus flagrantior erit*[f]. Major est vis ambitionis quàm cognationis[g]. Non bene cohærebunt illæ necessitudines, atque ideo Imperium illud collabetur[h].

44. *In*, &c. וּבְיוֹמֵיהוֹן דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן] *Et* (vel, *Porrò*, Ti.) *in diebus* (vel, *temporibus*, Ti. Pi. &c.) *eorum regum* (*regnorum*, Ar. Vulg. Pi. Chald. *regum*; *rex* pro *regno*, per metonymiam formati[i];) *ipsorum*, Mo. *In diebus autem illis & regum istorum*, M. [Hîc etiam, ut in præcedentibus, variant.] Stantibus adhuc Syriæ & Ægypti Regnis[k]. Non longè post deletum Regnum ex illis postremum, nempe post occupatam Ægyptum à Cæsare Augusto: id quod factum est anno 29. ante natum Christum[l]. Quum adhuc ex isto regulorum genere obtinebunt quidam, qui Judææ Regnum tyrannicè sibi arrogabunt. Sic enim fuit Herodes, genere Arabs, quamvis Judæum simularet studiosissimè: quo regnante nascebatur Christus[m]. *Diebus regum*, &c. i. e. Quo tempore hæc Regna finem sunt habitura[n]: postquam illa quatuor Regna regnata fuerint[o]. Al. *In diebus regum*, vel *regnorum*, i. e. unius vel alicujus ex 4 illis Regnis, nempe quarti Regni[p]. Enallage numeri plur. pro sing[q]. [Vide dicta ad v. 40.] Stante Romanorum Imperio[r]. Vel, pluralis hîc propriè accipi potest, si Regni non modò exordium, sed & progressus, intelligatur; quia Regnum hoc sub uno Rege cœpit, sub aliis dilatatum est, sub ultimis verò consummandum est[v]. ¶ *Suscitabit Deus cœli*] Cujus est excitare, servare ac diruere Imperia, ut suprà 37. & infrà 4. 32[x]. Dicit, *Deus cœli*, ut hujus Regni auctorem & originem indicet non terrestrem, sed cœlestem, esse†. Reliqua Regna excitavit humana ambitio, & robur tyrannicum: at nova hîc deprehenditur virtus cœlestis, quæ Regem & subditos, & Regni formam atque fortunam, moderatur. Significat Regnum hoc cœlesti, non humano, more administrandum fore: unde in N. T. dicitur *regnum cœlorum*, &, *non de hoc mundo*, Joh. 18. 36*. ¶ *Regnum*] Omnes Christiani mirificè consentiunt agi hîc de Regno Christi, & cum eis Hebræi[y]; qui tamen sponte suâ hîc errant, ut Messiam nondum venisse persuadeant[z]. Horum quidam, nè ex præteritorum Regnorum fine Christum confiteri cogantur, negant finitum esse quartum Regnum, quod Turcarum esse volunt; Romanum autem Imperium cum tertio Græcorum Regno conjungunt, quia nempe Romani à Græcis orti sunt; quasi eadem gentium & Regnorum origo sit: sic & unum apud omnes gentes Regnum esset, quia omnes à Noe, vel saltem ab Adamo, orti sunt[a]. Barbinel [rectiùs, Abarbinel] contendit quintum hoc Regnum ad Christum non posse referri[b]. 1. Quia Regnum Christi nobis est spirituale, ideóque conferri nequit cum præcedentibus, quæ alterius, nempe terrenæ, erant naturæ[c]. Resp. Contrà, Imperium Dei cœleste cum Regnis terrenis sæpe confertur[d]: Deus dicitur *Rex regum*, &c*. Et, si probè expendatur, discrimen hîc notari potest inter hoc Regnum & præcedentia[f]. 2. Si Christi Regnum solâ æstimetur Religione; & Babylonicum & Pers. & Græcum, adde & Romanum, idem Regnum fuissent, quia eadem ferè erat superstitio[g]. Resp. In aliis Regnis, quia temporalia sunt, arma, non religio, imperii genus mutant: at in Regno Christi, quia spirituale est, non arma, sed Religio, regnare facit[h]. 3. Regni hujus quinti nulla futura est mutatio, nullus transitus: At Religio Christiana mutatur, & alicubi aboletur[i]. Resp. Sit ità: alicubi tamen semper manet, atque manebit, nec aboleri poterit[k]. Est autem Regnum hoc non externum, sed invisibile[l], & spirituale, ideóque nullis locorum vel gentium finibus circumscriptum[m]. 4. Cùm Christus sub Augusto natus fuerit, sequitur idem fuisse quarti & quinti Regni initium; quod absurdum est[n]. Resp. Initium quartæ Monarchiæ non est statuendum in Julio Cæsare, sed quum Romani Macedoniam subjugârunt, sive quum tertia Monarchia loco & gradu cessit[o]. Nos Cæsarem, prout cœpit tyrannidem, non imperium, sed imperii perniciem ac finem, appellamus, eúmque per *digitos* significari putamus[p]. 5. Incipiente quinto Regno, quartum finem accepit. [Quod tamen negari potest, quia Regna hæc, utpote diversæ planè naturæ, simul consistere possunt; nec quartum à quinto, saltem inchoato, everti necesse est, nisi quoad impietatem ejus, & quatenus Regno Christi obstaculum præbuit.] Jam verò Romanum Imperium ex parte manet, & Constantius aliique Romani Imperatores Christo se submiserunt[q]. Resp. Ex quo promulgari cœpit Evangelium (eò enim, non ad nativitatem Christi, referendum est principium Regni quinti,) Romanum Imperium lacerari cœpit in partes, & ad exteros & monstra hominum transferri[r]. Non locus ac nomen, sed gens & reip. forma, facit Imperium: quam antiqui Romani Imperii formam quisquis non videt obliteratam esse, cæcus est. Qui hodie Romanos imperare putat, insanus est †. [Addi posset, ex mente Cl. Medi & aliorum, Regnum quartum

Marginal notes (left column): [m] Di. [n] Pol. [o] G. [p] Gej. sim. La. [q] T. ex Hi. [r] Gej. † V. [t] Q. in V. sic Jun. Pi. L. La. Me. &c. [v] G. [x] Idem. [y] La. [z] Calov. [a] Calv. [b] V. [c] G. [d] Gej. * T. [f] G. [g] T. [h] Me. [i] Pi. [k] G.

Marginal notes (right column): [l] Pi. [m] Jun. in annot. [n] Jun. in com. [o] Mald. sim. Me. La. [p] San. sim. Gej. ex D. Med. [q] Gej. Med. [r] Me. T. [v] Gej. [x] G. † Mald. * Gej. [y] Mald. [z] Emp. [a] Mald. [b] Calv. [c] Abarbin. Calv. [d] Calv. * Mald. [f] Calv. [g] Abarbin. Mald. & Calv. [h] Mald. [i] Abarbin. Calv. [k] Mald. [l] Calv. [m] Mald. [n] Abarbin. Calv. [o] Cal. [p] Mald. [q] Abarbin. Calv. [r] Calv. † Mald.

tum à quinto, non incipiente, sed consummato, abolendum fore, juxta mentem Danielis.] Responsio Calvini non sufficit. 1. Quia Regnum Christi cœpit in nativitate, Luc. 1.32,33. 2. Evangelio maximè prædicato, nempe per Apostolos, Imperium adhuc permansit in nomine & genere Cæsarum. Quare non potest hoc argumentum eludi ab illis quibus quartum Imperium est Romanum. Vera responsio est, Quartum Regnum fuisse illud Syriæ & Ægypti, &c*. ¶ *Quod*, &c. דִּי לְעָלְמִין לָא תִתְחַבַּל] *Quod in secula* (vel, *in æternum*, P. sim. Ti.) *non corrumpetur*, sive *destruetur*, Mo. M. JT. Pi. &c. *nunquam evertendum*, Ca. Imperium Romanum perpetuò mansurum, quod sedes erit Ecclesiæ. *Ecclesia in Imperio Romano*, ait Optatus; nempe maxima ex parte [t]. Sed hoc refutatione vix dignum est, utpote contra unanimem & Christianorum & Judæorum consensum. Voluit G. suo more ludere, vaticinia de Christo evertere, &c [v]. Non de Romano, sed Christi, Imperio hîc agi constat, quia hoc, non illud, in æternum durabit, omnia comminuet, &c [x]. ¶ *Alteri*, &c. לְעַם אָחֳרָן] *Populo alteri*, Mo.P.Ti.Pi.Di. vel, *extraneo*, sive *alieno*, M. JT. Quod non placet: id enim נכרי dicitur tam Chaldæis & Syris, quàm Hebræis [y]. ¶ *Non*, &c. לָא תִשְׁתְּבִק] *Non dimittetur*, Mo. vel, *relinquetur*, P. JT. Pi. à שְׁבַק *relinquere*, Dan. 4.15,23,26 [z]. ¶ *Comminuet—universa regna hæc*] Sim. Mo.P. &c. Multæ hîc difficultates sunt. Qu. 1. Quomodo Christus quatuor illa superiora Regna comminuit, quum tria prima Regna multis ante Christum seculis comminuta essent? Resp. 1. Christus illa omnia comminuit, nempe quà Deus [a]. Non cœpit Regnum Christi cum Incarnatione, sed æternum fuit. Vide Prov. 8.15. Esa. 45.5 [b]. 2. Christus illa omnia comminuit, quia Romanum comminuit; Romanum autem Macedonicum, hoc Persicum, &c [c]. Qu. 2. Quomodo, vel quando, Christus Regna comminuit? Resp. 1. In secundo Christi adventu [d]. 2. In primo adventu *. Obj. At Christus non venit ut Regna terrena eriperet, aut immutaret [f]. Resp. 1. Contrivit alia Regna, non simpliciter, sed per accidens, quia Monarchiæ illæ Regno Dei oppositæ sunt [g], adeóque maledictæ, juxta Esa. 60. 12 [h]. 2. Comminuit illa quoad regimen, non temporale, quod parvi est momenti, sed spirituale, quod in animas usurpabant, jubendo idololatriam, &c [i]. Non temporaliter, sed spiritualiter, ea comminuit [k], idololatriam aliáque vitia, omniáque sibi & suæ fidei ac obedientiæ subjiciendo [l]. Comminuit ea, non abrogando omnem vim politicam, &c. sed obsequium in novum derivando dominum, &c [m].

45. *Quòd de monte abscissus est lapis*] Lapidem hunc esse Christum fatentur omnes, etiam Hebræi. Sed cur ità appelletur h. l. quærendum est: Quid enim lapidi cum Regno? nec lapis ferrum, sed ferrum lapidem, comminuere solet. Resp. 1. Talis statua vix aliter comminui poterat quàm saxo magno ex præalto monte decidente. 2. Quid ex montibus præter lapides cadit? 3. Magnitudinem Regni Christi declarare voluit: nihil autem præter lapides in montes crescere solet. 4. Quòd fundamenta Regni Christi jacere voluit: fundamenta autem lapides sunt [n]. Christus lapis est & fundamentalis, & angularis [o]: hinc *lapis* dicitur, Psal. 118. 22. Matt. 21. 42. Act. 4. 11. Esa. 28.16. Eph. 2.20 [p]. Sic & Zach. 3.9. Matt. 16.18 [q]. Notatur hîc humile & abjectum Christi exordium, quia similis fuit lapidi rudi & impolito [r], & exiguo, qui in sublimi vix cernitur †. *Mons* unde hic lapis decidit intelligitur, vel, 1. B. Virgo, quæ virtutum perfectione & culmine eminebat [r]: vel, 2. Judæorum populus [v], vel Regnum, sive Ecclesia, (solent enim *montes* in S. S. denotare præalta & munita Regna longè conspicua, ut Psal. 30. 8. & 46. 3, 4. Jer. 51. 25. &c.) vel, fortè, mons Sion [x]: vel, 3. gloria cœlestis Dei Patris, è qua, non autem è terra, Christus exoriturus erat [y]. ¶ *Sine manibus*] i.e. Vel, 1. quà Deus, à Patre genitus, sine manibus creationis [z]: vel, 2. quà homo, è Virgine conceptus sine opere virili [a]: vel, 3. significat Christum non humano more, neque hominum meritis, juxta Tit. 3.5. sed solo Divino consilio, de cœlo descendisse [b]. Innuit lapidem hunc devolutum fuisse suapte vi, sine auxilio alieno, Jes. 63. 5. etiam sine politura cujusquam, seu forma aut decore, Jes. 53. 2 [c]. ¶ *Et comminuit testam, & ferrum, & æs*, &c.] Obj. At quædam Regna antè abolita erant. Resp. 1. Qui comminuit Imperium Romanum, is etiam consequenter Græcum, Pers. &c. comminuisse dicitur. 2. Christus quà Deus Regna illa mutaverat, juxta Dan. 4.17,32. 3. Pertinet hoc ad visionis picturam, ubi non est necesse ut singula cum re significata congruant, ut in parabolis fit [d]. *Comminuit testam & ferrum*; Syriam & Ægyptum Romani sibi subjecêre: *& æs*; etiam Macedoniam & Græciam: *& argentum*; etiam Attali, Nicomedis & Mithridatis Regna, quæ Cyri fuerant: *& aurum*; Armeniam, Cappadociam, Iberos, Colchos, Albanos, Tyrum, Judæam, possessa Nabuchodonosori. Sensus sublimior, Christum finem impositurum omnibus Imperiis terrestribus, 1 Cor. 15.24*. Imò sensus hic est proprius & literalis [f]. ¶ *Deus magnus*] Chald. רַב. Sic Dan. 9.27. רַבִּים videntur dici *magni* illi, i.e. pii, qui coram Deo verè magni sunt. Sic 2 Cor. 2.6. πλείονες dicuntur qui magni sunt in Ecclesia, nempe presbyteri [g]. ¶ *Et verum*, &c. וְיַצִּיב חֶלְמָא וּמְהֵימַן פִּשְׁרֵהּ] *Et verum* (sub. *quidem*, JT. & sub. *est*, P.M.JT.) *somnium*, Mo. P.M. JT. &c. (vel, *somnium istud*, Pi. Subaudiendum aliquid, quale, *Hoc est somnium, & verum est* [h]. Sensus, q. d. Non est hoc somnium vulgare, aut turbulentum, sed verum oraculum [i].) *& fidelis* (vel, *certa*, Pi. *vera*, Ar. sub. *est*, P. M. &c.) *interpretatio ejus*, Mo. P. M. JT. Sy. &c. vel, *& certæ significationis*, Ca. Daniel securè & intrepidè hoc affirmat, ac authoritatem sibi vendicat propheticam [k]. יַצִּיב hîc est, *firmum, infallibiliter verum*: vide & Dan. 3.24. & 6.12. מְהֵימַן hîc occurrit, & Dan. 6. 4. & est participium verbi אֲמַן, *firmus*, vel *fidelis, fuit* [l].

46. *Cecidit in faciem suam, & Danielem adoravit*] Ità M. sic o'. P. vel, *ut adoraret*, JT. vel, *& veneratus est*, quomodo loquitur Livius; pari modo quo Eliam aulæ magister, 2 Reg. 1.13. Signa enim illa honoris etiam inter homines usurpabantur, nec indignus eo honore tantus Propheta [m]. Adoravit eum latriâ, quæ soli Deo debetur [n]. Eum humiliter veneratus est, pro more Orientalium, ex consternatione quadam, & admirabunda Divinitatis cujusdam in hoc Vate suspicione [o]. Fuit hoc signum tum, 1. pietatis, quòd in persona Danielis Deum adoravit; tum, 2. modestiæ, quòd tantus Monarcha ità coram Propheta sese humiliat; tum etiam, 3. docilis animi, cùm tamen prophetia animum ejus posset exasperare, utpote de Monarchia sua peritura cum ignominia [p]. ¶ *Et hostias*, &c. וּמִנְחָה וְנִיחֹחִין אֲמַר לְנַסָּכָה לֵהּ] *Et munus* (vel, *fertum*, Ca. *sacrificium*, P. *oblationem*, M. Ti. μαναὰ, i. e. *libum è simila*, G. *munere*, JT. Pi.) *& fragrantias* (vel, *suffitum*, P. *odores*, Ti. Ca. G. *odoribus*, JT. Pi.) *dixit ad libandum ei*, Mo. vel, *dixit ut sacrificarent ei*, P. i. e. in honorem ejus [q]: vel, *gratis libari edicebat ei*, Jun. vel, *præcepit*, sive *jussit, ei sacrificari*, M. vel, *impendi*, Ti. *libare*, sive *libari*, Ca. Pi. Qu. Num Daniel hos honores admisit? Resp. 1. Hoc ei impingit Porphyrius [r]. 2. Si admisit, fatendum est ipsum aliquid jam vitii contraxisse ex aulicis corruptelis, ut facile erat, & Josepho contigit. 3. Probabilius est, eum recusasse, &c†. quanquam Scriptura hoc, ut alia multa, taceat [t]. Daniel non recitat quid factum est, sed quid Rex jussit fieri [v]. Non dicit, *libavit*; sed, *libari edixit* [x]. Jussit quidem Rex, sed non sivit id Daniel [y]. Cujus rei multa sunt testimonia [z]. 1. Summa Danielis pietas, qui vel impurum cibarium respuit, Dan. 1.8 [a]. nec cultum Dei omittere voluit, quamvìs eum præstare cum vitæ periculo conjunctum erat [b]: ideóque noluit eos honores admittere [c], quos Deo, aut iis qui pro diis habentur, mos Gentium sacravit [d]. 2. Exempla aliorum Dei servorum tales honores respuentium, Act. 10. 26. & 14. 13, &c. & Apoc. 22.8,9 *. 3. Versus seq. *Respondit Nebuch.* unde satìs liquet Danielem & sermone interpellavisse, & opere impedivisse, hos honores: *Verè Deus vester Deus deorum est*, &c. Hinc constat, quod antè Daniel fuerat protestatus, v.28. hîc summâ contentione fuisse confessum [f]. 4. Scriptura non commemorat Danieli sacrificatum fuisse, quin subdit eum aliis honoribus affectum fuisse [g].

47. *Loquens ergò rex*] Institutus, scilicet à Daniele, Deo honorem hujus revelationis deberi [h]. ¶ *Verè*, &c. מִן קְשֹׁט דִּי וגו'] *A*, vel *Ex, veritate* (vel, *Verum utique*, M.

Marginal notes (left): * Wil. — t G. — v Gej. — x Calov. — y Di. — z Gej. — a Mald. — b Wil. — c Wil. — d Tertul. & Theod. in Wil. Pi. — * Wil. — f Mald. — g Calv. ad v.43. — h Calv. ad v.44. — i T. ex La. — k Mald. — l La. simil. Mald. — m Gej. — n Mald. — o T. — p Mald. — q Gej. — r Calv. sim. Gej. — † Gej. — r Q. in Gej. sim. T. La. ex Hi. — v T. ex La. — x Gej. — y Calv. — z T. ex Ambros. — a T. ex Hi. & Aug. &c. — b Mald.

Marginal notes (right): c Gej. — d Gej. — * G. — f Calov. — g Pi. — h V. — i Calv. — k Idem. — l Gej. — m G. — n T. — o Gej. — p Calv. — q V. — r T. ex La. — † Calv. — t a. — v Calv. — x Jac. — y G. — z Jun. — a Jun. Wil. &c. — b Wil. — c Jun. — d G. — * Wil. sim. Calv. — f Jun. sim. Wil. & — g La. sim. T. — h G. sim. Pi.

Ex vero, Calv. vel, *Veritas*, Di. sub. *est*, JT. Pi. M. Di. Calv. vel, *Verè*, sive *Profectò*, P. Ti. Ca. Sy. Ar. sub. *novi*, P.) *quòd Deus vester* (q. d. quem tu tuíque populares colitis [i],) *ipse* (vel, *est*, P. sic JT. Pi.) *Deus deorum*, Mo. &c. id est, major diis cæteris [k]; deorum maximus, & quasi princeps [l]. Ità agnoscit naturam ejus Divinam. Sic enim Orientales abstracta nomina adhibent superlativorum loco [m]. De aliis diis, ut Belo, &c. se dubitare innuit, dum dicit, hic *verè Deus est*. Hoc confessus est, non quia verè conversus erat, tunc enim idolis & vitiis suis valedixisset; sed subitus ac momentaneus hic erat motus, & violentus, ut non cogitaret quid diceret: fuit iste quasi enthusiasmus, quòd Deus illum obstupefecit, & traxit in admirationem potentiæ suæ [n]. מִן hîc mihi nominativum format, quod in Arabismo frequens est; ut quum dicunt, *Non est ei ex fide*, i. e. Nulla est fides; *Est ex fideli*, i. e. fidelis: nec in Ebraismo insolens; ut Jud. 10. 11, 12. מִמִּצְרַיִם וגו׳, *Ægyptii afflixerunt vos*. Observârunt quidam & in Hellenismo, ut in Commentario nostro ad Evangelia annotavimus, pag. 134. & 480 [o]. ¶ *Et Dominus regum*; ità Mo. P. M. &c. וּמָרֵא וגו׳] Unde in Ethruria ejus Reges *Murani*, docente id Servio 12. Æneid. Hinc & *Maranatha*; & Syri *Maranitæ*, quòd Christum vocent מָרָנוּ *Dominum nostrum*. Et *Marnas* idolum Gazæ, teste Hieronymo, qui Euripidi in Bacchis & Nonno in Dionysiacis Μάρων P. Elogium hoc est auctoritatis & potentiæ Dei [q], cui hîc vendicat summum Imperium in terra, quòd populis Regibúsque omnibus dominatur [r]. Non parùm avocatus est Rex à pristino fastu †. ¶ *Et revelans mysteria*] Testimonium hoc est Divinitatis, Esa. 48. 3, 5, 6 [t]. ¶ *Quoniam*, &c. דִּי יְכֵלְתָּ וגו׳] *Quia* (vel, *Cùm*, JT. Pi. M. *Siquidem*, Ti.) *potuisti revelare secretum hoc*, Mo. P. &c. Non enim à te hoc revelâsti, sed à Deo tuo, sive Judæorum: is ergò *verè Deus*, &c. *est*, qui tot & tantas res futuras tam evidenter exposuit; quum Dei falsi flexiloqui sint, &c [v]. Rectè colligit à Deo mundum gubernari, quòd res arcanas & futuras præsciat ac prædicat; id quod facere non posset, nisi futura in ejus arbitrio essent, & nisi ipse statuerit quid fieri vellet, & antè decreverit quod pòst complet [x].

48. *Rex Danielem in sublime*, &c. רַבִּי] *Amplificavit*, Ti. Ca. *magnificavit*, Mo. P. M. &c. à רְבָה, *multus*, vel *magnus, fuit*. Forma Pahel non nisi h. l. usurpatur [y]. ¶ *Et*, &c. וּמַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן וגו׳] *Et munera amplissima* (vel, *magna*, Mo. ο᾽. vel, *multa*, P. Ti. sic Ca. scil. numero [z]; sub. *&*, P. M. &c.) *multa* (vel, *magna*, P. Ti. Ca. Gej. scil. pretio [a],) *dedit ei*, JT. Pi. &c. Dedit ei amplos reditus & bona mobilia, &c [b] ¶ *Principem super*, &c. עַל כָּל־מְדִינַת בָּבֶל] מְדִינָה est vox Chaldaica, quam & Arabes usurpant: unde & multis locis in Hispania nomen *Medinæ* [c]. [Locum sic vertunt,] *Super omnem*, sive *totam, provinciam Babyloniæ*, G. sic JT. Pi. &c. Super optimam Regni partem, metropolin & urbes villásque vicinas [d]. Erant enim in illo Imperio multæ provinciæ *, quibus sui erant præfecti, qui non Danieli, sed Regi, immediatè suberant [f]. ¶ *Et præfectum*, &c. וְרַב סִגְנִין וגו׳] *Et principem* (vel, *præfectum*, JT. Pi. *magistrum*, M.) *magistratuum* (vel, *tyrannorum*, V. *præfectorum*, P. *antistitum*, JT. Pi. *inter duces*, Ti. *inter præcipuos*, M. Al. *& primum præfectum*: quia haud dubiè prima Præfectura erat Babylonica [g]:) *super omnes* (vel, *& omnes*, Ti. sic M. vel, *ultra omnes*, P.) *sapientes Babel*, M. &c. vel, & *super cunctos*, &c. Fecit eum etiam principem consilii sui [h]. In Chaldæo constructionis est difficultas. Nam רַב connecti non potest cum הַשְׁלְטָה, cùm, præter verbi significatum, insuper etiam obstet accentus Athnach. רַב ergò pro nominativo habeo, locúmque sic reddo, *Et præfectus antistitum*, &c. scil. הוּא *ipse* erat Daniel. Fuit quasi Cancellarius perpetuus academiæ, & Doctor Doctorum, qui eorum vitam, mores & studia moderabatur, scripta examinabat, &c [i]. Qu. Num rectè fecit Daniel quòd hoc munus admisit? Resp. 1. Videtur Daniel hoc repudiâsse [k]. 2. Admisit, & rectè: Nam agitur tantùm de disciplinis illorum; quarum illas quæ sanctè disci poterant Daniel indubiè promovit, impias pro facultate correxit, à reliquis verò abstinuit [l], & pro viribus notitiam veri Dei, etiam inter idololatras propagavit [m].

[i] Pi. [k] G. [l] Mald. sim. Calv. Pi. [m] Jun. [n] Calv. ad v. 46. & 47. [o] Di. [p] G. [q] Jun. [r] Calv. † Gej. [t] Calv. [v] Jun. [x] Calv. [y] Gej. [z] Idem. [a] Idem. [b] Jac. [c] G. [d] Gej. * G. [f] Jun. [g] G. [h] Idem. [i] Gej. [k] Calv. ad Dan. 5. 10. [l] Jun. [m] Gej.

49. *Postulavit à rege*] Posset Daniel suspectus esse, & ambitionis, quòd honores sibi ac sociis venaretur, & [avaritiæ,] quòd quæstum ex doctrina sua, &c. faceret [n]. Verùm hæc petiit Daniel, non ut sibi aut sociis, sed ut Ecclesiæ toti, commodaret [o]; ut Judæis laborantibus, totíque mundo exosis, suppetias ferret [p], eósque tum oneribus, tum criminibus, quæ in exteros & afflictos facilè intorquentur, liberaret [q]. ¶ *Et*, &c. וּמַנִּי עַל עֲבִידְתָּא וגו׳] *Et præfecit*, vel *constituit*, (vel, *ut præponeret*, Ca.) *operi* (vel, *administrationi*, Ti. sim. Mo. vel, *negotiis*, Ca. V. *super negotium*, JT. Pi.) *provinciæ Babel Sadrach*, &c. P. i. e. Eos sibi substituit, Rege volente [r]. Præfecit eos procurationi rerum sive operum Babylon. ad ministerium Regis †. Quodnam autem negotium sive opus intelligi potest distinctum ab administratione Danielis, qui etiam toti provinciæ præfuit? Lucem fortassis aliquam dabit lingua Arabica. Nemo negabit quin idem sint Chaldæorum עֲבִידְתָּא, &, quod ab Hebræis habent, Arabum עמל: utrumque, *opus, factum, laborem*, denotat. At notum est, Arabum עמל speciatim etiam de eo opere dici quo provinciæ alicujus proventus & reditus colliguntur: unde & participium עאמל, quod in historia Saracenica Elmacini passim occurrit, & עָבֵד Chaldæorum respondet, præfectum provinciæ designat, non qui quorumvis negotiorum, sed proventuum tantùm colligendorum, curam habet. Ità fieri potest ut Daniel generali totius provinciæ administrationi præfuerit, ideóque unus & solus; isti verò tres reditibus provinciæ colligendis præfecti sint. Ut autem quid hîc עֲבִידְתָּא sit pleniùs intelligamus, sciendum, apud Hebræos עָבַד, de terra dictum, significare, *colere*; unde etiam nomen Gen. 26. 14. ubi Isaacus, præter pecudes & jumenta, dicitur habuisse עֲבֻדָּה רַבָּה, ο᾽. γεώργια πολλά, q. d. *agricolationes multas*. Nec aliter Chaldaicum עֲבִידְתָּא capitur in Jonathane Num. 19. 2. ubi, pro *vacca super quam non ascendit jugum*, habet, דְּלָא אִתְרְדִיאַת בְּאוּבָלָא עֲבִידְתָּא, *quæ non fuit fatigata labore agriculturæ*. Sic & hoc loco Sadrach, Mesach & Abednego præpositi fuerunt agriculturæ provinciæ Babel, i. e. Cura agrorum, & proventuum qui ex iis per universum provinciam redibant, ipsis fuit demandata [t]. ¶ *Ipse*, &c. וְדָנִיֵּאל בִּתְרַע מַלְכָּא] *Et* (vel, *Autem*, P. sic JT. Pi. &c.) *Daniel* (sub. *erat*, ο᾽. P. Calv. vel, *manebat*, Pi. vel, *præerat*, JT.) *in porta* (vel, *portæ*, JT.) *regis*, Mo. &c. Ubi scilicet seniores solebant reddere jus populo [v]: i. e. in aula, quomodo & Turcæ nunc loquuntur. Quia principem locum tenebat in consilio Regio, ob id à Rege non discedebat, sed ad res præfecturæ suæ peragendas amicorum utebatur operâ [x]. Al. Fuit præfectus prætorio [y]: vel potiùs, januæ; i. e. admissionis jus ad Regem ei commissum est. Quod officium in jure Imperatorio *admissionalium* appellatur: recentiores postea *januas* dixerunt, ut apud Codinum atque Chalcondylam legimus [z]. Apud Chaldæos & Assyrios difficiles erant accessus ad Regem. Nemo, nisi ejus permissu, palatium Regis ingredi poterat †.

[n] Calv. [o] Jun. sim. Mald. [p] Calv. [q] Jun. [r] G. † Jun. [t] Di. [v] V. [x] G. [y] Calv. sim. Jun. Pol. [z] Jun. † Calv.

CAP. III.

1. *Nabuchodonosor*] Cui Deus & Regnum amplissimum dederat [a], & se patefecerat [b], & futurum Regni statum [c]. Eò ingratior is erat, & indignius hoc facinus [d]. ¶ *Fecit*] i. e. Fieri curavit [*]: ut Joseph *junxit currum*, Gen. 46. 29. Pilatus Christum *flagellavit*, Johan. 19. 1 [f]. ¶ *Statuam*] Vel, *imaginem*, Pi. JT. &c. Vel, 1. suam, sive quæ suam referret personam [g]; ut se referret in numerum deorum [h], & vivus pro numine coleretur [i]. Vel, 2. Regis, ut credibile est, Naboponassari. Mos enim erat Regum, parentes suos donare divinis honoribus; cui usui inserviebant statuæ [k]. Vel, 3. Beli, vel alicujus deorum suorum [l]; ex collat. v. 14. *Deos meos non colitis* [m]? Qu. 1. Quando hoc factum? Resp. Paulò post somnium cap. præced [n]. & post Regis confessionem, & sociorum Danielis evectionem; sed quamdiu post hæc, incertum est [o]: non exiguo pòst tempore, ut mihi videtur [p]. Factum hoc anno regni

[a] Pol. [b] Jun. [c] Pol. [d] Jun. [*] Pi. Cal. [f] Gej. [g] T. sim. L. [h] M. [i] Q. in Gej. [k] G. [l] Calv. Wil. [m] Wil. [n] La. [o] Wil. [p] Calv.

regni sui 37 [q]. vel, ut Torniellus vult, 34 [r]. Vide Regis inconstantiam †. Qu. 2. Quæ causa hujus facti? *Resp.* 1. Regis fastus & cupiditas gloriæ [t]: quòd sibi placeret ob magnificum Imperium, & volens posteritati commendare memoriam rerum à se gestarum [v], & opulentiam suam ostentare [x]. 2. Ut hoc quasi piaculo sive amuleto effectum somnii sui repelleret [y]. Ut omen transferendi Regni statuâ aliâ contrariâ in contrariam partem averteret: hinc non ex diversis metallis, sed ex auro, imaginem conflavit, ut se solum fore Monarcham significaret. 3. Ut Chaldæis se purgaret, fortè murmurantibus quòd Judæus factus esset [z]. 4. Ex consilio procerum, Regi ut unam religionis formam in toto Regno introduceret suadentium [a], sive ut Regem à cultu veri Dei depellerent [b]; sive, nè Judæi ibi habitantes plerosque in sententiam suam abducerent *, adeóque aliquid novi contingeret, & ex dissidio emergeret concussio dominationis †; sive, ut Danieli & sociis insidias struerent [c]. Confer Dan. cap. 6 [d].

¶ *Auream*] Vel, 1. solidam †, ex auro multis prædis congesto *. Vel, 2. intus cavam [e]; qualis ex ære fuisse Rhodius colossus dicitur *: ligneam, sed inauratam [f]; forsan crassitudine unius digiti [g]; alioqui immensi fuisset pretii [h]; granditas etiam erectioni obstitisset [i]. Plin. 33. 4. *Aurea statua prima omnium nullâ inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyron, in templo Anaïtidis posita dicitur* [k]. ¶ *Altitudine cubitorum sexaginta*] Ità quindecies consuetam viri staturam excessit: non tamen exæquavit colossum, vel Rhodium, qui cubitos 70, vel Neronis, qui 110 pedes, altus erat [l]. ¶ *Latitudine cubitorum sex*] At proportio exigebat 10 cubitos, sive sextam partem longitudinis [m]. Dicas ergò, vel, artificium tunc temporis fuisse imperfectum [n]: vel, statuam fuisse tantùm cubitorum 36, [legendum videtur 46,] eámque aræ 12 cubitorum impositam [o]. ¶ *In campo* (vel, *valle*, Gej. Emp.) *Dura*] Ità *o'*. Mo. M. Ti. Theodotion habet, Δεειρα, aut Δειρᾶ· variant enim codices [p]: unde multis creditur designari πεδίον Δειρᾶ, (*campus Deera*,) quod in Susiana ponit Ptolemæus [q]. At alia est provincia Susianes, alia Babyloniæ; & מְדִינָה pro toto Imperio sumere, exemplo caret. Quare rectius arbitror, accipere hoc nomen pro eo quod est Δούραβα Ptolemæo in Babyloniæ descriptione; eóque id probabilius, quòd *Doraum* hîc posuerit Symmachus, ut nos docet Hieron [r]. Est hic locus *Duraba*, sive *Doraba*, oppidum Chaldææ ad Euphratem situm †. ¶ *Provinciæ Babylonis*] Vox hæc latè hîc sumitur, pro regione sive regionibus Babyloniæ [t].

2. *Misit ad congregandos satrapas*; sic P. Ti. Ca. JT. Pi. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא] *Secundos à rege*, Mo. *magnates*, M. V. *consules*, *o'*. *duces militiæ*, Sy. *proreges*, Ar. Vox deducitur vel, 1. ab אחש, *magnus*, & דָּרֵי פָּנִים, *manentes in facie Regis* [v], ut Esd. 1. 3. q. d. *magnates qui in aula in Regis conspectu degunt* [x]: vel, 2. ab אחש, quod Persicè est, *dignitas*, vel *majestas*, & דרבאן, *janua*; q. d. *custodes portæ majestatis janitores* [y]: *qui nullum peregrinum in urbem admiserunt, nisi priùs auream Regis statuam adoraret*, inquit Philostratus in vita Apollonii, 1. 19. quod fortè ab hac statua ortum est [z]. *Satrapæ*: in singulari ἐξαιθράπην dixit Theopompus, ut notavimus ad Matt. 18. 10; alii, σατράπην, quam Persicam esse vocem putant Herodot. & plerique Græci. Ego potiùs ab Assyriis eam vocem (ut & eas quæ sequuntur, nihil Chaldaicum præ se ferentes,) putem venisse primùm ad Chaldæos, deinde ad Persas. In Persica aula id nomen habes, nec apud Græcos tantùm, sed & Esth. 9. 3. Theodotion, ὑπάτους, (*consules*.) *Bassas* interpretatur Jacchiades, sumptâ voce ex Imperio Turcico; sicut & sequentibus nominibus comparat Turcica [a]. Eadem enim videtur Regni ejus quæ hodie Turcarum administratio [b]. Satrapæ sine dubio erant primi magistratus, aut certè non longè infra eos, quia primò semper loco nominantur. Horum fortasse munus erat, ut Regiam tuerentur dignitatem, & debitum Regibus obsequium exigerent [c]. ¶ *Magistratus*; ità Mo. V. סִגְנַיָּא] *Duces*, Ti. *præfectos*, P. Ca. *antistites*, JT. Pi. *præsides*, M. *dominos*, Sy. Idem nomen quod Dan. 2. 48. quos *præfectos* esse provinciarum ibi diximus. στρατηγοὺς, (*principes exercitûs*,) Th [d]. & *o'*. & R. Saadias, & Oecolampadius, &c *. *Beglerbegos* dicit Jacchiades [f]. ¶ *Et judices*, וּפַחֲוָתָא] *Et duces*, Mo. P. M. JT. Pi. vel, *prætores*, Ca. *præsides*, Sy. *præsides provinciarum*, Ti. *toparchas*, *o'*. Ar. G. ex Th. ut 2 Reg. 18. 24. Esa. 36. 9. Apparet fuisse præfectos minores sub illis majoribus, Esd. 5. 3, 14. & 6. 6, 13. Neh. 2. 7, 9. Dan. 6. 7 [g]. Hos confero cum *Agis Janitscharorum*, sive cum ducibus peditum in exercitu [h]. Cui favet, quòd hæc sola vox conjungitur per ו, fortè quia inter duces equitum pedítúmque intimior erat connexio [i]. ¶ *Duces*, אֲדַרְגָּזְרַיָּא] *Adargbezeraæos*, Mo. P. *magistratus*, M. *nomophylaces*, Ti. *præsides*, Ca. *senatores*, JT. Pi. *præfectos*, *o'*. simil. Ar. De hac voce ignorantiam profitentur Bochartus & Hottingerus. Rabbi Nathan vertit, *judices*; Q. in AE. *potentes decretorum* [k]. Intelligo *præfectos judicum* in unaquaque urbe, qui dirigunt lites, vocantúrque *Kadii* [l]. Vel, *scribas decretorum custodes*. Vide quæ suprà 2. 27. Hi sunt ἡγούμενοι, (*gubernatores*,) in Græco [m]. Vel, qui causas decidunt magnificentiores [n], quasi אדירי גזרין [o]. Clop. conjectat esse quasi גְּזָרַיָּא דְאדר, *decisores mensis Adar*, atque intelligi judices illos quibus testes annunciabant Lunæ apparitionem, & qui senatusconsulto decernebant de Adar pleno vel cavo, & de anni imprægnatione per secundum Adar [p]. Sed hoc mathematicorum erat, non Regni procerum. Meliùs Oecolampadius intelligit νομοφύλακας, quos Lacedæmonii *ephoros* vocabant, tanquam inspectores statutorum regiorum, quomodo eadem observarentur [q]. *Judices* intellige *primarios*, & quasi custodes legum, quorum officium erat, prospicere ut decreta servarentur à cæteris magistratibus [r]. ¶ *Et tyrannos*; sic Ca. גְדָבְרַיָּא] *Ghedebraæos*, Mo. P. Sy. *exactores*, M. *quæstores*, Ti. *præfectos thesauris*, JT. Pi. simil. Oecol. & Saad. in Gej. qui gazas & tributa colligunt, præfecti teloniis, censibus, &c †. Vel, *pecuniarum dispensatores*, ut apparet ex Chald. versione Eccles. c. 2. v. 8. Idem munus dicitur גִּזְבָר Esd. 1. 8. & in Chaldaico fine Estheris, & in titulo Thalmudis de Siclis [t]. Nimirum facilè inter se mutantur ד & ז [v]; quod non ægre agnoscet qui ז è ד & ס mistum ac compositum observabit [x]. Fortè Græca vox est γαζοφύλαξ. Th. dixit τοὺς ἐπ' ἐξουσιῶν· Jacchiades verò, Turcico more, *Dephtardaros* [y]. Forsan iidem sunt דְּבָרַיָּא, גְדָבְרַיָּא, & infrà v. 27. & Dan. 4. 33. ג pleonasticè proposito, ut ק in קאמר & similibus: nam ק multis Orientalibus sonat ג [z]. ¶ *Præfectos*, דְּתָבְרַיָּא] *Dethabraæos*, Mo. P. Sy. *optimates*, M. Ca. *jurisconsultos*, Ti. G. sim. JT. Pi. R. Nathan & Saad. in Gej. Qui purioribus legibus, i. e. sacris, populum gubernant [a]: à דת *lege*, & ברר *purificavit* [b]. Qui Theologis & rebus ædibúsque sacris præerant; quibus confero *Alphaki* & *Zayti* Turcarum [c]. ¶ תִּפְתָּיֵא] Vulgatus hoc omittit [d]. [Reliqui sic reddunt;] *Tiphthaæos*, Mo. P. Sy. *præfectos*, M. *magistratus*, Ca. *exactores*, JT. Pi. *justitiæ exsequutores*, Ti. *janitores*, Saad. in G. Doctores summos, qui præerant sapientibus, cùm jurisprudentibus, tum fatidicis ac astrologis *. Deduxisse videtur quasi à פָּתָה *decepit*, *persuasit* [f]; q. d. qui ipsis etiam sapientibus persuadere vera & agenda possent. Quæ sanè magna erat dignitas & potentia, unde & à *o'*. meritò dicti sunt οἱ ἐπ' ἐξουσιῶν. Huc facit quòd Turcis summus sacrorum doctorum præses dicatur *Muphti*; & quòd פתי Arab. est, *docere*, & in 4. conjug. *judicare*, & in 10. conjug. *consulere* aliquem. Meritò ergò vocantur תִּפְתָּיֵא, qui ab ipsis doctoribus consuluntur, judicant, & docenda docent [g]. [Plura non opus est de his vocibus dici, quæ nonnullis forsan nimia videbuntur: qui tamen hoc mihi condonare debent, si pro natura operis, & fide mea initio data, criticè agam, & eorum rationem habeam qui κριτικώτεροι sunt.] Alii hæc volunt esse nomina musicorum [h]. Sunt nomina dignitatum nobis incognitarum [i]. ¶ *Omnésque principes regionum*] שִׁלְטֹנֵי sunt qui, non præfecturis aut provinciis, sed urbibus & regionibus suburbicariis, præerant. Vide suprà 2. 10. Vox מְדִינָה *regionem* significat, éstque modò amplior, modò strictior [k]. ¶ *Ut convenirent ad dedicationem statuæ*] [Vulgatus] vocem suis est valde propriâ, pro qua ἐγκαίνια (*encænia*) hîc habet Th. Vide dicta Joh. 10. 22 †. Mos erat Gentilium, ut statuas & picturas priùs consecrarent quàm adorarentur,

Marginal notes (left): q Ls. r Gej. † Ls. t Calv. v M. x Me. y He. in Calv. z Mald. a Pol. sim. Gej. b Me. * Calv. † Calv. ad v. 2. c Mald. sim. Me. Pol. Jun. d Mald. † Hi. in San. sim. Calv. Pol. * Pol. ex Calv. e San. ex L. Pi. Me. Ls. * San. f Pi. sim. Me. g Me. h Ls. i P. k G. l Gej. m La. n Gej. o Gej. ex Me. de rep. Heb. p G. q Ità Q. in Jun. Gej. ex Emp. r G. † Q. in Jun. t Emp. v K. in Emp. & Gej. x Emp. sic V. y Gej. ex Hotting. z San. a G. b Jac. c San. d G.

Marginal notes (right): * Gej. f G. g Idem. h Gej. ex Jac. i Gej. k Gej. l Jac. m G. n Q. in Emp. & in Di. o Emp. p Di. q Gej. r V. † Oecol. & Saad. in Gej. t G. v Gej. ex Emp. x Emp. y G. z Emp. a Emp. ex Jac. b Q. in Emp. c Jac. d Gej. * Jac. f Gej. ex Emp. g Emp. h Q. in San. i AE. in Gej. k G. † Idem.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tur [l]. Qu. 1. Quare Rex Principes tantùm & magistratus accivit? Resp. 1. Ut major esset dedicationis celebritas [m]. 2. Ut adesse cogerentur Sidrach, Mesach & Abednego, quibus insidiabantur [n]. 3. Ut eorum auctoritate, & præcipuè exemplo, alii adducerentur [o]. 4. Quia omnes de vulgo confluere non poterant [p]; hi ergò per capita sua repræsentati sunt, &, quod fecerunt domini, fecisse in & cum his putantur singuli quoque inferiores; unde & mox sermo dirigitur ad *populos, nationes,* &c. vers. 4. 5. Quia non tam adoratio, quàm consecratio, hìc agebatur [q]. Quæst. 2. Cur huc cum reliquis venerunt Sidrach, &c? Resp. Tum ut, quatenus licebat, ostenderent se Regi parêre; tum ut suam in vera Religione constantiam demonstrarent [r].

3. *Stabant—in conspectu statuæ*] In loco unde conspici statua poterat †, quam admirabundi simul & venerabundi spectabant [s]. Quicquid Regi placuit, hoc omnes probant. Nihil firmum est vel stabile in hominibus profanis [v].

4. *Præco clamabat valenter*; sic P. simil. M. JT. Pi. בְּחַיִל] *In virtute,* Mo. *in fortitudine,* ο'. V. *altâ voce,* Ti. Sy. sim. Ar. Ca. ¶ *Vobis dicitur*; ità P.M.&c. vel, *edicitur,* Ti. JT, Pi. Ca. [אָמְרִין] *Dicentes,* Mo. Gej. sub. *sunt,* nim. Rex cum suis consiliariis [x]. Præcipitur: ad verb. *dicunt,* sub. *judices,* sive *magistratus,* V. ¶ *Populis, tribubus, & linguis*] Variis sc. nationibus diversarum linguarum [y]. Vel, *O populi diversarum nationum* [z]. *Populos* hìc vocat, vel, turbam promiscuam, quæ spontè huc confluxerat; vel, capita populorum, quæ horum cœtum repræsentârunt [a].

5. *In,* &c. בְּעִדָּנָא דִּי] *Quo tempore,* P. M. JT. Pi. sic Mo. sim. V. *Quamprimùm,* Ti. sic V. sim. Ca. Sy. *Quâcunque horâ,* ο'. sim. Ar. Vulg. ¶ *Audieritis sonitum tubæ*; ità ο'. Ca. sic Ar. קַרְנָא] *Cornu,* Mo. P. M. G. &c. i. e. buccinæ [b]. Dicitur *cornu* à materia; *tuba* à figura, quia instar tubi perforatur [c]. ¶ *Fistulæ*; ità Mo. P. JT. Pi. ο'. Sy. מַשְׁרוֹקִיתָא] *Tubæ,* M. *tibiæ,* Ti. Ca. Ar. Hæc est instrumentum sibilans [d]; à שָׁרַק, (*sibilare* *,) quod & sono & re idem est cum Græco συρίζω [f]. ¶ *Citharæ*; ità Mo. P. M. &c. קִיתְרוֹס] Græca, haud dubiè, vox κιθάρα [g]. Jam ante Danielem magnæ & Æolum & Ionum coloniæ in Asiam deductæ Græcas voces illis in locis sparserant [h]. ¶ *Sambucæ*; ità Mo. P. JT. Pi. ο'. Ca. סַבְּכָא] *Lyræ,* M. Ti. Ar. Hæc vox est Orientis: nam *Sambuca* Syrorum repertum, teste Athenæo, l. 4. Dagesch, Syrorum more, in ב resoluto, fit סַנְבְּכָא. ν verò ante ϐ Græci in μ mutant. Est instrumentum mulierum Syrarum, ut nos docent Porphyr. & Suidas. Addit Athenæus πολύχορδον fuisse acuti soni [i]. Instrumentum erat triangulum [k]. ¶ *Psalterii*; ità P. M. Ca. פְּסַנְתֵּרִין] *Psalteriorum,* Mo. JT. Pi. Vox planè Græca est, λ mutato in נ [l]. Fuit instrumentum citharæ non absimile, nisi quòd illum locum unde sonum accipiunt, quod *cavamen* dicitur, cithara in parte inferiore, psalterium in parte superiore, habet; percutitúrque psalterium quidem sursum, cithara verò deorsum [m]. ¶ *Symphoniæ*; ità M. P. Mo. Sy. &c. סוּמְפֹּנְיָה] Est & hæc vox merè Græca, συμφωνία [n]. Non significat hìc concentum, sed instrumentum musicum [o], confectum è conjunctis fistulis, quod *organum* vocatur [p]. Est tibia obliqua, sive πλαγίαυλος, interprete Servio ad Æneid. 11. At Isidorus, *Symphoniam vulgò appellant lignum cavum ex utraque parte pelle extensâ, quod virgulis hinc & inde musici feriunt: fitque in ea ex concordia gravis & acuti gratissimus cantus.* Ubi & causam habes hujus nominis [q]. ¶ *Et,* &c. וְכֹל זְנֵי זְמָרָא] *Et omnium specierum,* sive *generum, cantûs,* Mo. vel, *musices,* JT. Pi. *instrumenti musici,* P. sim. M. Ti. Ca. quæ vel flatu vel tactu moventur [r]. ¶ *Cadentes adorate*] Ut faciliùs deprehenderentur qui recusabant, & erecti stabant †. Rex non exegit professionem, sed gestum tantùm [t]: quo certè idololatria committitur [v]; 1. quia Deus incurvationem coram imagine prohibet: 2. quia hic satisfacit idololatris [x]: 3. quia idololatriæ damnantur etiam qui ex metu idola colunt [y]: 4. quia etiam corpora nostra Deo debentur [z], qui totum hominem postulat. Vide 1 Cor. 7. 34. 1 Thes. 5. 23 [a].

6. *Mittetur in fornacem,* &c.] Pœna non infrequens apud Chaldæos. Vide Jer. 29. 22 [b]. Hinc apparet suspectam fuisse Regi contumaciam in aliquibus [c].

7. *Ut audierunt omnes populi*] i. e. Aliqui ex omnibus Imperii Babylonici populis [d]. Non reputant quid Deo, sed quid Regi, placeret. Quòd si jussisset Rex Deum verum coli, & idola everti, ægre paruissent, &c. Magis ergò proclives sunt homines ad vitiosos quàm ad rectos cultus *.

8. *Statimque*] Confirmat hoc suspicionem prædictam, Chaldæos in excubiis fuisse, & his parasse insidias [f]. Non admonent eos, nec rem differunt, sed in medio solennitatis actu delationem instituunt [g]. ¶ *Accusaverunt Judæos,* וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא] *Et accusaverunt accusationes eorum* τ͂ *Jehudæorum,* Mo. V. *& detulerunt* (vel, *accusârunt,* JT. Pi. Ca. vel, *criminati sunt,* Emp. ex Jac. *accusantes prodiderunt,* M.) *Jehudæos,* P. *& divulgârunt,* vel *tumultuosè propalârunt, criminationem eorundem Judæorum,* Gej. *& promulgaverunt accusationes,* sive *obtrectationes, Judæorum,* Jun. τὸ אֲכַל propriè sign. *comedere,* & sic quidam accipiunt; q. d. Cibum quæsiverunt apud hos quibus Judæos deferebant; vel, devorare delationibus suis studuerunt eorum bona ac honores, &c. Sed nimis coactum esset reddere, *comederunt accusationes,* &c. Quare altera verbi significatio quærenda [h]. τὸ אֲכַל Chald. idem quandoque significat cum כְּלָא in Aphel, i. e. אַכְלִי, & sign. *calumniari,* sive *criminari,* ut liquet tum ex Gemara Bab. ubi de R. Sila dicitur, quòd אֲכַל, i. e. *criminabatur,* (ut & R. Nathan intelligit,) *eum* (*Judæus alius*) *in aula regia*; tum ex Joel. 3. 9. al. 14. ubi קִרְאוּ redditur [à Chald. Interprete] אַכְלוּ; tum denique ex Psal. 104. 21. ubi pro שֹׁאֲגִים ponitur Chald. אָכְלִין [i]. Quoties verbum אֲכַל apud Chaldæos jungitur nomini קְרַץ, signif. *accusare*: quòd qui falsò accusat aliquem, videtur quasi eum absumere ac vorare; optat enim illum perire [k]. Porrò, קְרַץ est quidem, *scidit*: sed ut apud Latinos *proscindere aliquem* est, verbis famam ejus lædere; pariter Chaldæis usurpatur: unde קַרְצָא, *injusta accusatio, criminatio, calumnia.* Ergò אֲכַל קַרְצָא est, *verbis ac sermone accusationes injustas & calumnias proferre* [l]. Eadem phrasis redit Dan. 6. 24. & in Targum adhibetur Lev. 19. 16. Prov. 11. 13. & 20. 19. Ezec. 22. 9 [m]. Invidebant hi Judæis, &, ad eos opprimendos, aut suasores erant hujus edicti, aut natæ occasionis seduli aucupes [n].

10. *Posuisti* (vel, *fecisti,* Ti. *proposuisti,* JT. Pi.) *decretum*] Ità ο'. P. Mo. &c. q. d. Quod rescindere non licet: hi tamen, tanquam rem leviculam, spreverunt [o]. Tulisti legem [p].

12. *Judæi*] Qui Chaldæis erant victimæ publici odii [q]. ¶ *Quos constituisti,* &c.] Ità ingratitudinem eis exprobrant [r]. ¶ *Sidrach,* &c.] Cæteros Judæos non accusant, quia horum trium caput & statum petebant †; & quia, his fractis, facilis esset de reliquis victoria [t]: vel, quia reliqui Judæi aut hàc vice non sunt advocati; aut, tanquam captivi, adeóque omnium postremi, ultimo loco & die adoraturi reservabantur; aut, præ metu adorârunt, &c [v]. Qu. Cur non & Danielem accusârunt? Resp. 1. Is forsan ægrotavit, vel gravibus de causis abfuit [x]; vel à Rege forsan ad alia negotia missus [y]. 2. Astutè [z], ob summam ejus apud Regem auctoritatem [a], nè favor illius Regis iram mitigaret [b]; & quia eum ob excellentem virtutem omnes amarent [c]. ¶ *Contempserunt,* &c. לָא שָׂמוּ עֲלָךְ מַלְכָּא טְעֵם] *Non posuerunt super te, rex, decretum,* Mo. vel, *rationem,* P. Gej. *Non habuerunt tui, ô rex, rationem,* JT. Pi. V. G. sim. Sy. טעם sign. *rationem,* Job. 12. 20. & in Chaldæo, Prov. 11. 22. q. d. Súsque déque habuerunt majestatem non magnifaciendo [d]. *Quos nulla tui, rex, cura tangit,* Ca. *O rex, non observant* (vel, *minimè curant,* Ti.) *edictum tuum,* M. sim. Ti. ο'. Ar. Rebellionem illis impingunt & contumaciam, &c. Si ergò eadem nobis hodie imputentur, patienter feramus *. ¶ *Deos tuos*] Nullum deorum quos colit Babylon, nè hunc quidem parentem tuum [f]. Qu. Cur dicit in plur. *deos?* Resp. Sic vocant unum idolum, more Judæorum, Exod. 32. 4 [g]. Enallage numeri plur. pro sing [h]. ¶ *Non adorant*] Ostendunt hoc, quòd procumbere coram statua nolunt: quod signum est deum illum tuum invocantis [i].

13. *Tunc*

13. *Tunc Nabuchodonoſor in furore & in ira* (præ longa felicitate animi impotens [k]) *præcepit ut adducerentur*] Noluit tamen, licèt perturbatus, inauditos reos igni tradi; ſed eos interrogat, quaſi aliorum criminationibus non habens fidem [l]. ¶ *Adducti ſunt*] *Adduxerunt*, JT. Pi. Calv. ſub. *eos*, Calv. Putârunt הֵיתָיו eſſe activum. At tum הַיְתִיו legendum erat, ut ex Dan. 5. 3. liquet; unde & infin. לְהַיְתָיָה, *ad adducendum*, ib. v. 2. At הֵיתָיו paſſivum eſſe liquet ex Dan. 6. 17. וְהֵיתָיִת וגו׳, *Et allatus eſt lapis unus.* Ità & hîc, *adducti ſunt* [m]; [ut vertunt Mo. P. M. ſic Ti. Ca. ο'. Sy. Ar.] Sunt qui formam paſſivam in הֵיתָיו agnoſcunt, ſed potiùs activa videtur: nam ab אתא Syri formant Aphel אַיְתִי *adduxit*: Chaldæi verò, ut aliàs ſæpiſſimè, pro more ſuo, Syrorum ' in ' mutant, &, uti frequenter ſolent, א in Hebræorum ה, unde plur. הֵיתָיו terminatione Hebraicâ; cujuſmodi videre eſt in חָסָיו, Deut. 32. 37. aliiſque ſimilibus: nam Hebræos ſæpe imitantur. Sed quemadmodum experimur in verbo הוּבַר in poſterioribus paraphraſtis ſignificationem neutram vel paſſivam eſſe, ut etiam הוֹדַע Levit. 4. 23. paſſivè accipitur; pariter in Hiphil ab אתא, contra regulas, paſſionem notari non eſt quòd negemus, cùm liber Danielis omnino hoc exigere videatur. Quinetiam Ruth 3. 15. [nempe in verſione Chaldaica,] Hiphil ſive Aphel Chaldaicum ità accipiamus oportet, quum dicitur אַיְתִי וגו׳, *Allatum* (i. e. datum) *eſt ei à Deo robur.* Similiter הֵיתִי, quod idem eſſe oſtendi, apud Danielem uſurpatur [n].

14. *Verène*, &c? הֲצְדָא וגו׳ לֵאלָהַי לָא אִיתֵיכוֹן פָּלְחִין] Vox הֲצְדָא alibi in S. S. non exſtat [o]. [Hinc locum variè reddunt.] *Numquid deſolatio, Schadrach*, &c? Jac. ſic Mo. Eſt admirandi formula [p]; q.d. *Quid hoc portenti* [q]? vel, q. d. An hoc poſſibile eſt, ut vos, tot beneficiis à me affecti, non colatis, &c [r]? *Verúmne* (vel, *Itáne*, Ca.) eſt,——*quòd deum meum non colitis?* P. ſim. M. Ti. Ar. q. d. Verúmne eſt quod ad me relatum eſt, an ſecús †? *Verène,—deos meos non colitis?* ο'. & Vulg. in Di. Th. & AE. in G. Quod ambiguum eſt. Vel enim ſenſus idem qui Pagnini; vel talis, *Quòd deos meos non colitis, verène id facitis, an fictè & ſimulatè* *? *An conſultò*, &c? G. *An certo conſilio*, (ſive, *ex propoſito*, Pi.) —*non colitis?* JT. Pi. i. e. Certúmne & deliberatum fuit cum animis veſtris ità vos gerere [t]? Reſpexit Hebraicam ſignificationem, ubi צְדִיָּה eſt, *induſtria, propoſitum*, & *certum agendi ſtudium*: צָדָה eſt, *quærere aliquid certo propoſito.* Non eſt diſſimulandum צְדָא Syris eſſe, *illuſit, ſubſannavit*; unde צְדִיא, *illuſio*: unde & paſſivum אִצְטְדִי in Targum, Prov. 18. 3. & 20. 1. non malè ab Elia exponitur, *irrideri.* Ex qua Chaldaica ſignificatione & hîc vertendum cenſeo, *An joco deos meos non colitis?* i.e. Jocúſne vobis eſt & riſus, an ſerium, quòd deos meos non colatis? Vel, *An illuſoriè deos meos non colitis?* i.e. Illuditíſne diis meis, quòd eos non colatis? Hoc poſtremum maximè placet, quia & efficaciſſimum eſt, & cum Chaldaica hujus dictionis ſignificatione convenientiſſimum [v]. הֲ in הֲצְדָא haud dubiè eſt ex הֲ interrogativo. צְדָא vel idem eſt quod Heb. צְדִיָּה, *induſtria, conſilium*: vel eſt ex צַד *latus*, quâ voce Chaldæi Rabbinique pleonaſticè utplurimum utuntur; v. g. בְּצַד *juxta*, כְּצַד *ſicut*, מִצַּד *eò quòd, ideo*, &c. Videtur proin Rex voluiſſe certior fieri num in perſona non erret; q. d. *An* vos eſtis *Sadrach*, &c? (Ità namque interpungere nos jubet accentus Athnach.) *deúmne meum non adorabitis* [x]?

15. *Nunc*, &c. כְּעַן הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין] *Nunc, ecce*, (vel, *Nunc ergò*, P. ſic Ar. M.) *eſtis* (*eritis*, M.) *vos parati*, Mo. vel, *eſtíſne parati?* P. ſic G. Al. *Nunc, ſi parati eſtis*, Sy. JT. Pi. Imperfecta ſententia eſt, qualis eſt Luc. 13. 9. *Et ſi quidem fructum ediderit: ſin minùs, poſtea exſcindes eam.* Plena foret ſententia hoc pacto, *Si adhuc coloſſum veneramini, bene eſt: ſin minùs*, &c †. Abrupta eſt apoſiopeſis; ſed oratio plena erit, ſi ſuppleas, *vivetis* [y]. Obſequentibus liberatio denunciatur ἐλλειπτικῶς, ut plerique putant: aut (ut alii) diſertis verbis principio verſûs proponitur, cùm ait, *vos eſtis futuri*, i.e. in vita permanſuri, ſi colatis, &c [z]. עֲתִיד non modò *paratum*, ſed & *futurum*, ſignificat. Sic ergò locus ſine ellipſi verti poſſit, *Si futuri eſtis, ut audiatis*— i. e. audiveritis —*vocem*, &c [a]. ¶ *Et quis eſt Deus*, &c?] Portento ſimile eſt, quòd diis omnibus inſultat [b], qui Deum Hebræorum omnipotentem vocaverat cap. præced. Sed excæcavit eum ſuperbia [c]. q. d. Veſter iſte Deus, cui fruſtrà confiditis, id præſtare non poterit. Confer verba Aſſyrii 2 Reg. 18. 30, 33, &c. Erat Nabuchodonoſor ingenio, quaſi Saul, vario ac mutabili in bonum malúmque [d]. Rex ad antiqua reverſus eſt deliria: q. d. Qui Templum non potuit mihi eripere, neque hos poteſt *. *Quis Deus?* Cur ergò colebat aliquem Deum? Nempe ut populum aliquo fræno retineret, adeóque ſuam ſtabiliret tyrannidem [f].

16. *Non*, &c. לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל־דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ] *Non opus*, vel *neceſſe, habemus* (vel, *Non oportet*, P. *Non curantes nos*, Mo. *Non ſoliciti ſumus*, M. ſim. Ti. Ca.) *nos ſuper*, vel *de, hoc verbo* (vel, *hoc negotio*, JT. vel, *hac re*, Sy. P. G.) *reſpondere* (vel, *ut reſpondeamus*, M. Ti. vel, *quomodo reſpondeamus*, Ca.) *tibi*, ο'. ſim. Ar. &c. *Non eſt nobis curæ*, &c. q. d. Interrogatio tua non poſtulat reſponſionem: eſt enim incivilis [g]. *Non opus eſt reſpondere*, &c. i. e. deliberare quid reſpondeamus [h]. Eſt metalepſis. Facile eſt [i], & expeditum [k], & nobis certum, quid reſpondeamus [l]. Sic Cyprianus ad proconſulem, *In re tam juſta nulla conſultatio eſt.* Per hæc conſtantiæ exempla homines paulatim ad Evangelicam obedientiam parabantur [m]. חַשְׁחִין, à חֲשַׁח, *opus, neceſſe habuit.* Ità R. Nathan [n], & pleraque Lexica. Quæritur an rectè. Targum nihil præſidii adfert, quippe ubi hæc radix cum derivatis ignoratur. Ad linguam Syriacam tutò recurritur, ubi frequens eſt, & in N.T. uſitatiſſima. In Kal ſign. *utile eſſe, prodeſſe*: in Ethpaal, *uti.* Indè nomina חוּשְׁחָא & חֲשַׁחְתָּא, *uſus*, חֲשָׁחוּ, *utilitas.* Conferamus hæc cum Chaldaiſmo. Duo loca præter hunc adferuntur unde ſignificatio *indigendi & neceſſe habendi* probetur. Eſd. 6. 9. *Suppeditentur Judæis* מָה חַשְׁחָן *quæ neceſſaria ſunt.* Rectè: ſed חַשְׁחָן ibi non ſignificat res indigentes & neceſſe habentes, ſed res utiles & neceſſarias. Eſd. 7. 20. וּשְׁאָר חַשְׁחוּת וגו׳, *& reliquum neceſſitatis domûs Dei*: ubi *neceſſitas* non ſignificat indigentiam, ſed utilitatem, i. e. ea quæ neceſſarium uſum habent. Hinc ergò vertimus, *Non proſumus* (vel, *Nihil utile facimus*) *ſuper hac re reſpondendo tibi*; i. e. Fruſtrà tibi reſpondebimus. Nam & tibi ſtat ſententia puniendi, ſi deos tuos contemnamus; & nobis ſtat ſententia contemnendi. Itaque dum nec tu de tua, nec nos de noſtra ſententia dimoveri volumus, oleum & operam perderemus, ſi multis tibi reſpondere ſatageremus [o]. Verbum porrò הֲתִיב æquipollet Hebr. הֵשִׁיב, *reſpondit, retulit*, ut conſtat ex Dan. 2. 14. Eſdr. cap. 5. v. 11 [p].

17. *Ecce*, &c. הֵן אִיתַי——יָכִל וגו׳] *Ecce*, (vel, *Certè*, V.) *eſt Deus noſter*——*potens ut ſalvet*, &c. M. ſim. Mo. P. *Quum ſit ejuſmodi—ut poſſit*, &c. Ca. *Eſt enim potens*, &c. ο'. Ar. &c.

18. *Quòd ſi*, &c. וְהֵן לָא] *Et ecce non*, Mo. *Et ſi non*, ο'. ſim. Ar. *Quod etſi non ità eſſet*, Ca. *Quòd ſi non* eruerit nos, M. ſic P. [Alii hunc verſum cum præcedente ſic reddunt;] *Sive futurum eſt* ut *Deus noſter*—— qui *potens* eſt——*eripiat* nos, *ſive non*, &c. JT. Pi. ſimil. G. הֵ ſæpe eſt *ſi*, aut *ſive.* Spectabant hîc primum præceptum Decalogi [q]. *An Deus noſter*——*potis ſit eripere nos*——*& an ſit liberaturus de manu tua, annon*, Ti. ¶ *Notum ſit tibi*; ità P. M. Ti. &c. יְדִיעַ לֶהֱוֵא־לָךְ] *Notum ad exſiſtendum tibi*, Mo. Phraſis, *notum eſſe*, pro, *notum ſit*, reperies etiam Eſr. 4. 12, 13. & 5. 8. Adeóque enallage eſt infiniti pro finito, ut Dan. 2. 20. Amoſ. 4. 5. קַטֵּר *adolere*, i.e. *adolete* [r]. ¶ *Et ſtatuam*, &c.] Non exhibebimus ullum geſtum honorificum coram ſtatua, obſtante Decalogi præcepto ſecundo †.

19. *Et aſpectus*, &c. ità ο'. וּצְלֵם וגו׳] *Et imago* (vel, *forma*, M. *ſpecies*, Ar. *ſerenitas*, Sy.) *vultûs ejus immutata eſt*, Mo. P. ſim. JT. Pi. *Et vultus ejus immutatus eſt*, Ti. *Immutato colore vultûs*, Ca. q.d. Excanduit [t]. Pallor in labiis, oculi flammantes, naſus acuminatus, &c [v]. ¶ *Et præcepit ut ſuccenderetur*, &c. לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא חַד שִׁבְעָה עַל־דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ] *Ad ſuccendendum* (vel, *ſuccendere*, P. *ſuccendi*, Ti. Ca. *ut ſuccenderent*, M. ſic JT. Pi.) *fornacem ſemel ſepties* (vel, pro *una* vice *ſeptuplò*, P. vel, *ſeptempliciter*, ſive *ſeptuplò*, Ti. Ca. JT. Pi.) *ſuper quod* (vel, *magis quàm*, P. Ti. JT. Ca. Pi. vel, *præter morem quo*, M.)

visum

Marginal notes: [k] G. [l] Jun. [m] Di. [n] Emp. [o] Gej. [p] Jac. [q] G. [r] Di. ex P. † Di. * Idem. [t] Di. ex Jun. [v] Di. [x] Gej. † Ca. [y] Mald. [z] Jun. [a] Gej. [b] Calv. [c] Me. [d] G. * Gej. [f] Calv. [g] V. [h] La. ex Mald. &c. Me. T. Calv. [i] La. [k] Calv. [l] Me. ſim. T. [m] G. [n] Gej. [o] Di. [p] Gej. [q] G. [r] Gej. † G. [t] Idem. [v] Gej.

visum erat (vel, *consueverant*, P. *consueverat*, M. Ti. sim. JT. Pi. *succendere eam*, Mo. P. vel, *succendi*, M. Ti. &c. vel, *priùs erat accensa*, Ca.) לְמֵזֵא ab אזא *succendit*. חַד *unum* (pro אחד sicut Ezec. 33. 30.) reddi potest, *unâ vice*, ut אחת Exod. c. 30. v. 10. שִׁבְעָה *septem* ponitur pro *septies*, i. e. multoties, pro natura rei, & more Scripturæ. חֲזֵה, à חזא *vidit*, valet idem quod רָאוּי, *decens*, *conveniens*, *fieri* : scribitur utplurimum חֲזִי, ut in Chald. par. ad Levit. 5. 10. ubi, pro כַּמִּשְׁפָּט, Chaldæus habet, כַּחֲזֵי, *sicut decens erat*[x]. חֲזֵה non significat, *solitum*, vel *consuetum*, sed, *dignum*, *æquum*, *decens*, *conveniens*. Verto itaque, *suprà quàm conveniens* (vel, *satis*) *erat eum accendere* : fuisse enim antè accensum ex v. 6. colligi potest †.

20. *Et viris fortissimis de exercitu suo*] i. e. De prætorianis cohortibus [y]. Nota חַיִל in hoc versu dupliciter accipi, & pro *robore*, & pro *robusto exercitu*[z]. ¶ *Ut*, &c. לְכַפָּתָה] *Ad ligandum*, Mo. *ut ligarent*, P. M. &c. כְּפַת juxta R. Nathanem sign. *vincire*[a]. ¶ *Mitterent*, &c. לְמִרְמֵא וגו'] *Ut conjicerent*, &c. P. sim. M. Ti. Mo. &c. Vide suprà vers. 6[b].

21. *Vincti cum*, &c. בְּסַרְבָּלֵיהוֹן] [Variè interpretantur.] *In*, vel *cum*, *saraballis suis*, Mo. M. Ti. Ca. (quæ corruptè *sarabara*, aut *saraba*[c] :) vel, *femoralibus*, P. Sy. Ar. Emp. Hotting. in Gej. BP. vel, *chlamydibus*, JT. Pi. V. *tibialibus*, Hi. in G. D. ex Hesychio : potiùs, *mantellis*, G. ex AE. & Jac. Apparet id titulis Thalmudicis de Synedrio & Septimanis[d]. Vel, vestimentis quæ totum operiunt corpus cùm homo prodit in publicum *. Convenit hoc cum verbo סרבל[f], quod Chaldæis & Arabibus est, *obtegere*[g]. Vel, *palliis* ; qu. d. ut erant induti palliis[h]. Ut magis mirum, extima non arsisse[i]. Aliis *sarabaræ*, vel *saraballa*, sunt calceamenta ; aliis, capitum operimenta[k]. Al. Sunt Persica femoralia[l]. Sunt fluxa & sinuosa vestimenta.[m] Erant vestes Medicæ & Babylonicæ ad genua pertingentes, sericeæ, textu pellucido ; sic dictæ, quòd viri principes eas gestarent. Isidorus ait fuisse *tibialia* : unde etiam Sclavonicâ linguâ *sarabarn* vocantur caligæ laxæ[n]. ¶ *Et*, &c. פַּטְּשֵׁיהוֹן] *Femoralibus suis*, Mo. AE. & Jac. in G. vel, *tibialibus*, Ti. *subligaculis*, JT. Pi. Buxt. & Schindl. in Gej. *tunicis capitalibus*, Ca. *tiaris*, P. M. ό. Ar. פַּטִּשׁ videtur esse idem sono & re quod πέτασος Græcis, quod non longè abit à tiara[o]. Petasus est galerus, sive pilei latioris genus[p]. Tiaras dignitatis causâ gerebant[q]. ¶ *Et*, &c. וְכַרְבְּלָתְהוֹן] *Et cucullis suis*, Mo. vel, *operimentis*, P. *pannis*, M. *indumentis*, Ca. *paludamentis*, JT. Pi. BC. 1. 42. 742. *calceamentis*, Vulg. *tiaris*, Ti. Jac. Saad. in Gej. quæ vestes sunt caput obtegentes, similes galeæ[r]. Convenit hoc mori Orientalium, qui capita turbantis, vel certis linteaminum plicaturis, plerumque obvolvebant †. כַּרְבַּלְתָּא est, *crista galli*, &, ab ejus similitudine, omne id *quod capiti imponitur*. Alioqui כִּרְבֵּל Hebræis est, *amicire*, ut apparet 1 Par. 15. 27[t]. ¶ *Et*, &c. וּלְבוּשֵׁיהוֹן] *Et* (sub. *aliis*, P. Ti.) *vestibus suis*, Mo. M. sic JT. Pi. &c. nempe interioribus quæ sub mantello[v] : quæ prioribus vestimentis superinduebantur infra pallium[x]. Al. q. d. Et reliqua vestium hactenus non enumeratarum cohortes[y]. לבש ut Hebræis est *induere*, ità & Chaldæis, ut infrà 5. 7[z].

22. *Nam*, &c. כָּל־קֳבֵל דְּנָה מִן־דִּי מִלַּת מַלְכָּא מַחְצְפָה] *Omni respectu hoc propterea quòd* (vel, *Quapropter*, sive *Propterea*, *eò quòd*, P. JT. Pi. *Interea autem cùm*, M. כָּל־קֳבֵל דְּנָה, *propterea*, *quandoquidem*, adfuère Dan. 2. 12, 24. & 3. 7, 8. additur autem h. l. מִן דִּי *ex quo*, idque per pleonasmum. Ità quoque, מִן בִּגְלַל דִּ *propterea ut*, in aliis S. Scripturæ locis, & מִן־דִּי וגו', *ex quo discas*, occurret infrà 4. 23. item Esr. 4. 23. & 5. 12[a].) *verbum* (vel, *præceptum*, Calv. &c.) *regis urgens*, JT. Pi. Mo. vel, *urgebat*, P. Ti. Gej. &c. vel, *accelerabat*, JT. Pi. *moram non ferebat*[b]. ¶ *Fornax*, &c. וְאַתּוּנָא אֵזֵה יַתִּירָה] *Et fornax accensa erat* (vel, *arderet*, M.) *valde*, JT. Pi. vel, *vehementer*, M. *præstanter*, Mo. *supra modum*, Ti. Chald. cum *excellentia*, vel *abundantia*, Pi. *Et fornacem curaverat accendendam valde*, P. ¶ *Viros illos qui*, &c. דִּי הַסִּקוּ וגו'] *Qui ascendere fecerant*, &c. Mo. Di. à נְסַק *ascendit*, quod in Aphel sign. *eduxit*, vel *ascendere fecit*, Dan. 6. 23[c]. *Qui extulerant*, P. sub. *usque ad orificium fornacis*, *ut illinc dejicerent eos*. Describit gestum

Margin: [x] Gej. † Di. [y] G. [z] Gej. [a] Idem. [b] Idem. [c] G. [d] Idem. * Gej. ex Jac. [f] Gej. [g] G. sir. Gej. [h] V. [i] Gej. [k] D. qu. Ebr. 3. 60. [l] BP. 1. 15. 69. [m] Isid. in D. ib. [n] Pol. [o] G. [p] Pol. [q] Gej. [r] Jac. † Gej. [t] G. [v] Idem. [x] Jac. [y] Gej. ex AE. & Saad. & Luth. Belg. [z] G. [a] Gej. [b] G. [c] Gej.

hominis dejicientis aliquid ex alto[d]. Qui in altum susceperunt : quum enim fornax terrâ esset altior, suscipi in altum debuerunt, ut in fornacem injicerentur *. *Qui sustulerant*, Pi. vel, *adduxerunt*, Ti. *projiciebant*, Ca. *intrudebant*, JT. *immiserant* in ignem, M. ¶ *Interfecit*, &c. קַטִּל הִמּוֹן שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא] *Occidit eos scintilla* (vel, *flamma*, P. Ti. Pi.) *ignis*, Mo. M. sic JT. Scintilla exsiliens è fornace. Ea causa fuit cur Nabuchodonosor rem omnem cognoscendi animo ad fornacem accederet. Hymnus trium juvenum [qui post v. 23. sequitur in versione Vulg. & multis versibus continuatur,] non est in Hebræo : est poema factum à posteriorum temporum Hebræo aliquo, quasi rei conveniens[f].

23. *Viri*, &c. וְגֻבְרַיָּא וגו'] [ו variè accipitur.] *Porrò*, *isti tres viri*, &c. P. *Quum autem*, &c. JT. atque ità cum seq. versu connectunt. Malim cum præced. nectere, & ו per *quum* reddere, ut Orientalibus frequens est ; *Viros illos——occidit flamma ignis*, *Quum viri illi tres injicerentur*, &c. נְפַל, *cadere*, pro *injici*, usitatissimum est in Chaldaismo seu Syriasmo, ut Matt. 5. 25. & 7. 19[g]. ¶ *Ceciderunt——colligati*] Oportuit ergò primo occursu naturaliter ipsos suffocari, deinde statim consumi. Auget hoc miraculum[h].

24. *Obstupuit* ; ità Mo. P. Ti. תְּוַהּ] *Expavit*, Pi. M. sim. Gej. ex R. Nathan. Verbum alibi in Sacris non exstat[i]. ¶ *Et*, &c. וְקָם בְּהִתְבְּהָלָה] *Et surrexit in festinando*, Mo. vel, *properè*, P. sim. Ti. Ca. *cum stupore*, M. *cum perturbatione*, JT. Pi. ¶ *Optimatibus suis* ; ità P. Gej. sim. Ti. Ca. לְהַדָּבְרוֹהִי] *Consiliariis suis*, M. vel, *gubernatoribus*, JT. Pi. *comitibus*, Q. in Calv. Nomen enim à consuetudine deduci potest[k]. *Ductoribus*, Mo. Gej. à verbo דְּבַר, *duxit*, *ducendo gubernavit* ; unde מְדַבְּרָא, *gubernator*, in Par. Chald. Pro. 11. 14. Litera ה initio potest dici formativa nominis, ut alibi est מ, ת, &c[l]. ¶ *Verè*, *rex*] Voluit Deus hanc confessionem exprimere hostibus suis[m]. ¶ יַצִּיבָא] *Veritas*, sub. *est* : i. e. Res sic se habet †.

25. *Et nihil*, &c. וַחֲבָל וגו'] *Et corruptio* (vel, *nocumentum*, M. sim. V. *labes*, Ti.) *non* (vel, *nulla*, P.) *est in eis*, Mo. Pi. &c. ¶ *Et species*, וְרֵוֵהּ] *Et aspectus* (vel, *species*, Mo. ό. *forma*, M. JT. Pi. Ti. sic Ca.) *ejus*, P. Ar. רֵוָא, *aspectus*, sive *vultus*, i. e. forma aspectabilis, à רָאָה, *vidit*, *aspexit*[n]. ¶ *Similis filio Dei*] Intelligit vel, 1. hominem speciosissimum, venustissimum, & quasi Divinum: quales Homerus vocat ἀντιθέους, διογενέας, & θεοειδέας, (*Deo pares*, *à diis genitos*[o].) *Deo natus* ponitur pro *Deo*, aut *Divino*, sicut *homine natus*, pro *homine* ; de quo nos alibi : ut sit, *forma similis Deo nati*, forma augustior humanâ formâ, Divini generis, aut Divinæ similis. Quomodo 1 Sam. 28. 13. dicebat illa saga Saulo, *videre se ascendentes ex terra Deos*, h. e. augustam quandam & Divinæ similem personam *. Vel, 2. quendam ex minoribus diis, & apparet[p] : loquitur enim more Ethnicorum[q]. Vel, 3. Christum[r] : sive quòd sic dixit sciens, utpote à Daniele de hoc mysterio edoctus † ; sive inscius, ut Saul, Caiaphas, Pilatus similia dixerunt, quæ non intellexerunt[t]. Vel, 4. Angelum[v], ut exponitur vers. 28. *qui misit angelum*, &c *. Angeli enim vulgò dicuntur *filii Dei*[x], Job. 1. 6. & 38. 7. Confer Matt. 27. 54[y]. Revera tamen hic erat Angelus fœderis, sive Filius Dei[z], qui hoc pacto Incarnationi suæ prælusit[a].

26. *Tunc accessit*, &c.] Propiùs nempe quàm antè, ut & alloqui illos posset †. ¶ *Servi Dei excelsi*] Cultores illius Dei quem antea quoque admiratus fuit Rex, Dan. 2. 47[b]. ¶ *Egressi sunt*] Nempe, ad Regis permissum & citationem, sine qua non mutâssent locum[c].

27. *Et potentes*, &c. וְהַדָּבְרֵי וגו'] *Et ductores* (vel, *gubernatores*, JT. Pi. *consiliarii*, M. Ca. cæteri *proceres*, Ti.) *regis*, Mo. Legitur & infrà 4. 36. al. 33. & 6. 7. Videtur idem quod מְדַבְּרָא in Chaldæo, Prov. 11. 14. & מְדַבְּרָנָא in Thalmude titulo de Contractibus. Est nomen commune *magistratibus*, quo significantur illi qui pluribus nominibus suprà 2 *. ¶ *Contemplabantur*] Nempe cum admiratione †. ¶ *Et capillus*, &c.] i. e. Nè minimum quidem de corpore. Vide Luc. 12. 7. & 21. 18[d]. ¶ *Et odor* (vel, *& quòd odor*, M.) *ignis non*, &c. לָא עֲדָת בְּהוֹן] *Non pervasisset* (vel, *transierat in*, sive *ad*, Mo. M.) *eos*,

Margin: [d] V. * Di. [f] G. [g] Di. [h] Calv. [i] Gej. [k] Calv. [l] Gej. [m] Calv. † V. [n] Gej. [o] Jun. in annot. sim. Pol. * Ca. [p] Q. in Wil. [q] Pol. [r] Tertul. & Aug. in Pol. Just. Hilar. &c. in La. † Q. in Wil. [t] Q. in Jun. com. [v] Calv. sic G. V. Mc. T. La. &c. * V. [x] Calv. [y] Gej. [z] Wil. [a] Q. [b] G. [c] Gej. † G. † Q. [d] G.

eos, Pi. sic JT. Sy. &c. vel, *per illa*, P. sub. *corpora & vestes*; i.e. non imbiberant odorem ignis. Solent enim malè olere vestes adustæ†. Relativum tam de personis quàm de rebus accipi potest. Fieri enim poterat ut ignis non consumat corpus, sed tamen amburat, vel ustulet*. Nihil de fumo olebant[f]. *Odor* sumitur hîc metaphoricè, pro afflatu incendii. Vide Judic. 16. 9†. [& ibi dicta.]

28. *Benedictus*, &c. "בְּרִיךְ אֱלָהֲהוֹן דִּי־שַׁדְרַךְ וגו׳] *Benedictus Deus eorum, qui Sadrach*, &c. Mo. vel, nempe *Sadrach*, P. Deus *Sadrach*, ο'. Sy. Ar. Deus, inquam, *Sadrach*, M. Non vocat Deum suum, sed Sadrachi, &c. Non ergò cessit idolomaniâ suâ, &c[g]. Non ergò solida erat, sed ficta, hæc confessio, &c[h]. ¶ *Qui crediderunt in eum*] Qui confisi ei sunt. Gradus quidam ad Evangelicam fiduciam[i]. ¶ *Et verbum* (vel, *edictum*, Ca.) *regis immutaverunt*] Sic Mo. P. ο'. V. Gej. &c. *Mutare*, ut & *solvere*, *legem* dicitur, qui contra Legem facit, Matt. 5. 17. Joan. 7. 23. & 10. 35[k]. qu. d. Ipso facto vim coactivam ei ademerunt, inane illud reddiderunt, & abrogârunt[l]. Vel, fecerunt ut Rex mutaret animum, decretum & consilia, útque, quem contempsit, Deum celebraret[m]. Vel, *prævaricati sunt*, M. *contempserunt*, Sy. *irritum fecerunt*, Ca. ad verb. *secundaverunt*, i. e. posthabuerunt Legi Divinæ[n]. ¶ וּמִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיו] *Contráque regis imperium egerunt*, Ti. Præcepto Regis non paruerunt: maluerunt enim obedire Deo quàm hominibus[o]. Jam tandem æquum judicat Dei Legem suæ anteferri†. ¶ *Et tradiderunt*, &c.] Morti exposuerunt*. ¶ *Nè servirent*] i. e. Sacrificium facerent†. ¶ *Et nè adorarent*] i. e. Corporis gestu honorem exhiberent apud imaginem*. ¶ *Excepto Deo suo*] Opifice cœli & terræ[p].

29. *Et lingua*] i. e. Natio: quòd diversæ nationes diversis idiomatibus utantur[q]. ¶ *Locuta fuerit blasphemiam*; sic ο'. Sy. Ar. P. שָׁלָה] *Errorem*, Mo. G. *errorem aliquem*, M. i. e. qui loquendo peccaverit[r]: vel, *temeritatem*, Q. in Calv. *sermonem perversum*, Calv. indecorum aut probrosum, quo hujus Numinis proscinditur autoritas, majestas, &c†: *verbum contumeliosum*, Pi. Nomen hoc שָׁלוּ occurrit etiam Dan. 6. 4. Esr. 4. v. 22. & 6. 9[v]. Qui *blasphemiam* reddunt, nimium dicunt; qui *errorem*, nimis parùm[x]. שְׁלָא sign. non solùm, *errare*, sed etiam, *spernere*, quod hîc magis quadrat[y]. Etsi שָׁלָה propriè sit, *error*; non dubium tamen quin hîc & Dan. 6. 4. latiùs sumatur, pro *peccato* & delicto. Idem est quod apud Hebræos חֵטְא, quod propriè *aberrationem* significat, deinde, *peccatum*; sicut & verbum חָטָא *aberravit*, deinde, *aberravit ab æquo & justo*, i. e. peccavit. Verto ergò, *qui dixerit peccatum*[z]. Non videtur Rex hoc prodigio conversus[a]; nam non vetat coli idola[b], nondum ausus [est] deos Imperii sui exauctorare[c], nec præcipit coli Deum Hebræorum[d]: interim, quod non parùm est, vetat maledici Hebræorum Deo, quem tam potentem cognoverat*. ¶ *Dispereat*, הַדָּמִין יִתְעֲבֵד] *Frustra* (vel, in *frusta*, P. M. Calv. V. in *membra*, JT. Pi. *membratim*, G. *frustulatim*, Ti.) *fiat*, Mo. Gej. vel, *redigatur*, M. *lanietur*, JT. Pi. Gej. *conficiatur*, Ti. *discerpatur*, V. ¶ *Et domus ejus vastetur*, וּבַיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתַּוֵּה] *Sterquilinium* (vel, *in sterquilinium*, V. JT. Pi. *in latrinam*, P. M. Ca. sic G.) *ponatur*, Mo. vel, *redigatur*, M. JT. Pi. Eadem pœna & eadem verba quæ suprà 2. 5[f]. Al. *detestabilis fiat*, Ti. *diripiatur*, Sy. sim. ο'. Ar. ¶ *Neque enim est alius Deus qui possit ità salvare*, כִּדְנָה] *Ità*, ο'. Ca. Ar. V. *hoc modo*, JT. Pi. sic Ti. sim. M. tali liberatione†. דְּנָה fœm. gen. acceperunt, & ad rem retulerunt. Fateor utplurimum ità accipi. Est tamen ubi &, masculino genere acceptum, ad personam referatur: ut suprà Dan. c. 2. v. 43. *Non adhærebunt* דְּנָה עִם דְּנָה *hic cum illo*. De Regibus agitur, qui, quamvis per matrimonia sanguine juncti, animis tamen non cohærebunt. Itaque non laudo ibi Junium, qui vertit, *aliud cum alio*: præsertim cùm & Dan. 6. 28. exstet וְדָנִיֵּאל דְּנָה, *Et Daniel iste*, ubi manifestè ad personam refertur. Non itaque rejicio P. & Genev. & Belg. [adde & Mo.] qui verterunt, *sicut hic*[g]. Belus suos cultores extra fornacem positos ab igne servare non potuit; Deus autem Hebræorum suos in medio igne incolumes præstitit[h].

Negligit quod præcipuum erat, ut intelligeret ex Lege de Deo ejúsque voluntate, sed tantùm miraculo movetur[i].

30. *Tunc rex promovit*, &c. הַצְלַח] *Magnificavit*, P. sim. ο'. *evexit*, Ti. *auxit*, Ca. G. opibus & honoribus[k]: *prosperare*, vel *prosperari*, *fecit*, Mo. Pi. vel, *jussit*, JT. Pi. i. e. curavit ut prosperè agerent[l]. *Restituit in felicem statum*, M. הַצְלַח sumitur intransitivè Dan. 6. 28. *prosperè egit*; hîc autem transitivè. Ad verum vocis sensum juvabit fortassis linguarum Hebrææ & Arabicæ collatio. In lingua Arabica צלח sign. *bonum esse*, *valere*. Et hanc quoque esse primariam ejusdem verbi significationem liquet ex Jer. 13. 7. ubi de corrupto cingulo dicitur, לֹא יִצְלַח, *non bonum est*, vel, *non valet*; Ezec. 15. 4. הֲיִצְלַח, *An bonum est? an valet?* Indè jam secundariò fluit felicitatis & prosperitatis significatio, quippe in qua bonum hominis consistit. Hinc sequitur in Hiphil הִצְלִיחַ, & Chald. הַצְלַח, propriè esse, *bonum reddere*; &, si res talis sit quæ bona fuerat, sed à bonitate desciverit, significat, *reparare*, & *in pristinum statum bonum restituere*. Hâc significatione apud Arabes usitatissimum est, ut Matt. 4. 21. Gal. c. 6. v. 1. Sic & h. l. *restituit*, vel *restauravit*[m]. Sed non solùm eos restituit, verùm & honoribus auxit[n].

CAP. IV.

1. *Nabuchodonosor rex*, &c.] Quidam attexunt hos tres versus ad finem 3. cap. sed sine ratione[a]. Rectiùs alii eos connectunt cum seq. Est enim hoc edicti sequentis præfatio. Daniel, cùm historiam trium juvenum absolvisset, aliam historiam sanè mirabilem subjicit, non suis, sed ipsius edicti publicati, verbis, ut de fide ejus nemo dubitaret[b]. Ex contextu patet Danielem hîc proponere edictum sub nomine & persona Regis; postea narrare quid Regi acciderit; & tandem redire ad ejus personam. Hæc autem personarum varietas sensum non reddit ambiguum aut obscurum[c]. ¶ *In universa terra*] i. e. Maximâ terræ parte, quæ mihi subjecta est[d]. ¶ *Pax*, &c.] i. e. Omnia vobis prosperrima contingant*. Opto vobis salutem plurimam[f].

2. *Signa*, &c. אָתַיָּא וְתִמְהַיָּא דִּי עֲבַד עִמִּי—שְׁפַר קָדָמַי לְהַחֲוָיָה] *Signa——quæ fecit mecum* (vel, *apud me*, i. e. me præsente & vidente[g]: vel, *mihi*; nempe res futuras adeò incredibiles præsignificando†: *in*, vel *erga*, *me*, Ti. Ca. JT. Pi.) *Deus excelsus* (vel, *summus*, ut suprà 3. 26. Ità appellat Deum quem colebant Hebræi*.) *decorum* (vel, *pulchrum*, i. e. congruum[h],) *est coram me* (vel, *decet me*, JT. *visum est mihi*, Ca. *pulchrum apud me* visum est, M. *officii mei esse judico*, Ti. *placet*, vel *placuit*, *mihi*, ο'. Ar. Sy. Pi. Di. ex Vulg. & Genev. ut Dan. 4. 27. *consilium meum* יִשְׁפַּר עֲלָךְ *placeat tibi*; & Dan. 6. 1. ubi eadem quæ hîc phrasis, שְׁפַר קֳדָם דָּרְיָוֶשׁ, *Placuit Dario*. Nec aliud hoc verbum Syris significat, ut ex infinitis N. T. locis liquet[i].) *indicare*, Mo. JT. Pi. sim. M. Ti. Ca. ο'. &c. vel, *ut narrem*, P. Initium hoc est literarum quas scripsit Nabuchodonosor[k]. אָתַיָּא *signa*, ex Ebræo אות; & תִּמְהַיָּא, ab Ebr. תָּמַהּ *admiratus fuit*, *obstupuit*[l].

3. *Signa ejus, quia magna sunt*, כְּמָה רַבְרְבִין] *Secundùm quod magna*, Mo. *quàm magna* (vel, *magnifica*, M.) *sunt?* P. vel, [sine interrogatione,] *sint*, JT. Pi. *Quòd ejus Dei adeò multa sint prodigia*, Ca. Testari voluit Rex pœnitentiam suam, & rapitur in admirationem Divinæ virtutis, & coactus fuit Deo gloriam dare. Sed evanidum hoc erat, neque enim errores suos exuit, &c[m]. ¶ *Regnum ejus*, &c.] Nempe expertus istud didicerat, *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est Jovis*[n].

4. *Quietus*; ità Mo. P. &c. שְׁלֵה] *Felix*, M. Ti. sim. Ca. Ar. *tranquillus*, JT. Pi. sic Sy. Devictis gentibus[o], bellis & hostibus liber[p]. q. d. Prosperitas me inebriaverat, &c[q]. ¶ *Florens in palatio meo*] Magnificentissimo, cujus descriptionem ex Beroso habemus[r]. Totus deliciis diffluebam, & nihil minus quàm de ea re cogitabam†.

5. Per-

5. *Perterruit me*] Ostendit non vulgare hoc somnium fuisse, sed divinitus immissum[t]. ¶ *Et*, &c. [וְהַרְהֹרִין] *Et conceptus*, Mo. vel, *cogitationes*, P. M. Ti. &c. sub. *ascenderunt super cor meum*, V. Chaldæis הַרְהֵר est, *cogitare*, *scrutari*, in Chald. par. ad Ezec. 11. 5. & 20. 32. Unde Talmudicorum dicterium, אֵין לְהַרְהֵר וגו״, *Non est scrutandum post Dei opera*. Indè & nomen הִרְהוּר, *cogitatio*, [in Chald.] Esa. 57. 17. Dicunt RR. *Quando expergisceris à somno tuo, non convertet se cor tuum* בְּהִרְהוּר רָעִים *ad cogitationes malas*[v]. Vel, somnium ipsum *cogitationes* vocat, ut antè: vel, de cogitationibus loquitur quæ, postquam evigilavit, ipsum anxium habuerunt[x]. ¶ *Visiones——conturbaverunt me*] Tale illud, *Anna, soror, quæ me suspensam insomnia terrent?* Et in Octavia Senecæ, *Confusa tristi proximæ noctis metu Visuque, nutrix, mente turbata feror*[y].

6. *Cuncti sapientes Babylonis*] Mirum videri possit, Danielem, prioris jam somni explicatione nobilem, aut non accitum, aut non venisse. Sed causa fuit, vel, 1. quòd Daniel non esset ex consortio sapientum Chaldæorum: vel, 2. quia ille, ob summam de eo opinionem, ad explicandas res aliis inexplicabiles reservabatur[z]: vel, 3. quia Rex superbus nunquam se subjecisset Deo aut Prophetæ ejus, nisi summâ necessitate constrictus fuisset, à propriis doctoribus destitutus[a]: vel, 4. ex Regis oblivione: vel, 5. quòd Magi se à Danielis consortio segregârunt: vel, 6. ex peculiari Dei directione, ut clariùs innotesceret Dei majestas, &c †.

8. *Donec collega ingressus est——Daniel*] Ità vertit Hi. secutus, ut ipse fatetur, Sym. & Aq. & Th. vertentes, συλλειτουργὸς[b]. Sed non puto tres illos ità vertisse; aut, si sic verterunt, Hebræo non convenit illa versio. Hieron. homo erat; humanum est errare. אָחֳרֵין non sign. ἑταῖρον *collegam*, sed ἕτερον *alium*, pro quo videtur Hieron. habuisse ἑταῖρος, vel, corruptâ harum vocum pronunciatione deceptum fuisse[c]. Vel, existimavit Vulgatus [sive Hieron.] אָחֳרָן idem esse quod Syrorum אַחֲרִין, *alius*: ut sensus sit, Donec alius quidam, qui & ipse esset divinationum peritus, adeòque *collega*, non Regis, [ut Vulgati Interpretes intelligunt,] sed reliquorum sapientum & astrologorum, &c[d]. ¶ [וְעַד אָחֳרֵין וגו״] *Et usque ad novissimum intravit coram me Daniel*, Mo. *Tandem autem*, JT. Pi. אָחֳרֵין pro nomine acceperunt; ad verb. *Et ad postremum*, i. e. tandem*. *Donec tandem*, P. Ti. אָחֳרֵין acceperunt adverbialiter; ad verb. *Usquedum postremò*. Possis locum ex Syriasmo sic vertere, *Donec alius intravit coram me, Daniel*. Solet tamen *alius* dici in hoc libro אָחֳרָן †. *Quousque novissimè*, M. *Postremò*, Ca. ¶ *Cui nomen Baltassar, secundum nomen dei mei*] Nempe *Baali*, seu *Beli**: q. d. *Baalis thesaurus*. Solebant verò præstrioribus personis nomina deorum præfigi †. Vide dicta 1. 7[f]. Dicit, *dei mei*, [vel, 1. respiciendo præsens tempus;] atque ità prodit inveteratum idololatriæ malum[g]: [vel, 2. respiciendo tempus pristinum;] q. d. qui olim à me colebatur: ut Matthæus dicitur *publicanus*, Matt. c. 10. v. 3[h]. ¶ *Qui habet*, &c. [וְדִי רוּחַ וגו״] *Et quo* vel *in quo* est, P. M. &c.) *spiritus deorum sanctorum in eo*, Mo. i. e. Qui plenus est Spiritu S[i]. Loquitur ut idololatra. Th. vertit, πνεῦμα θεοῦ ἅγιον, (*spiritus Dei sancti*;) pro quo, ἅγιον, (*sanctum*,) malè scribitur[k]. *Deos* dicit in plur. magnificentiæ causâ: intelligit autem *spiritum Dei*, h. e. spiritum prophetiæ. Divinitati enim propria est divinatio, & futurorum contingentium prænotio[l]. Indicat se majorem quàm de homine de Danielis sapientia opinionem habere. Dicit, *deos*, ex Chaldæorum consuetudine, qui plures deos credebant, quam non penitùs exuit: vel, Hebræorum malè intellecto more utitur, qui Deum אֱלֹהִים vocant[m]. Vel, per *deos* hîc intelligit Angelos, qui sic in S. S. vocantur[n]: & opinari potuit Danielem spiritu agitari, & quidem bono & verace; cùm Magi spiritum haberent deorum malorum & fallacium: quanquam non est verisimile, eum, Dei laudes nunc unicè intendentem, tam erroneo dogmati adhuc favisse[o].

9. *Princeps* (vel, *magister*, M. Mo. *præfecte*, JT. Pi. sim. Ti.) *ariolorum*] Vel, *physicorum*, V. *genethliacorum*, Mo. P. *magorum*, JT. Pi. Ti. Sic eum vocat, non quòd ipse ariolus esset, sed quia ob summam peritiam iis omnibus præfectus esset[p], simul & iis præcelleret[q].

¶ *Quoniam*, &c. [דִּי אֲנָה יִדְעֵת דִּי וגו״] *Quòd ego novi quòd spiritus*, &c. Mo. *En, ego scio*, &c. M. *Novi quòd*, &c. P. Omisit prius דִּי*. *Quia novi spiritum——inesse tibi*, JT. Pi. At ό. & Genev. [item Ti. Ca. Sy. Ar.] acceperunt pro pronomine relativo ad Danielem: id laudo: ad verb. *Quem scio, quòd spiritus——in te*, i. e. *In quo scio esse spiritum*, &c. Is enim est Hebraismus, ut Latinorum v. g. *quem* dicant per אֲשֶׁר sequente affixo 3. pers. si referatur ad absentem: ut, dicturi, *David est quem vidi*, dicunt, דָּוִד הוּא אֲשֶׁר רְאִיתִיו. At cum affixo 2. pers. si referatur ad eum quem alloqueris: ut, *Tu es quem vidi*, אַתָּה הוּא אֲשֶׁר רְאִיתִיךָ; quod hujus loci est. Et simile exemplum exstat Esa. 49. 3. At cum affixo 1. pers. si referatur ad loquentem: ut, *Ego sum quem vidisti*, אֲנִי הוּא אֲשֶׁר רְאִיתָנִי. Simile exemplum est Esa. 49. 23[r]. ¶ *Et omne*, &c. [וְכָל־רָז לָא אָנֵס לָךְ] *Et nullum* (vel, *Et quòd nullum*, P.) *arcanum superat te*, M. vel, *altius est te*, sive tuâ mente †: vel, *fugiat te*, Ti. *latet tibi*, G. sic Sy. *sit absconditum tibi*, P. *premit te*, JT. *cogit*, vel *angit, te*, Gej. *te anxium*, vel *perplexum, reddit*, sive, *constringit*, Calv. *faciat*, vel *facessat, tibi negotium*, V. sic Mo. Pi. Ca. *tibi molestum est*, Calv. Di. ut res arduæ viris eruditis molestiam & defatigationem exhibere solent[t]: vel, *impossibile est tibi*, ό. Sic vocant Chaldæi & Arabes quod difficile est. Vide ad Luc. 1. 37[v]. Verbum אנס in S. S. hîc tantùm occurrit, & Esth. 1. 8. Chaldæis autem frequens est, & sign. *vim inferre, diripere, opprimere*, ut [in Chald. par.] 1 Sam. 12. 3. Esa. 52. 4. Ezec. 22. 7[x]. ¶ *Visiones somniorum——& solutionem earum narra*] Atqui somnium ipsi Danieli narrat[y], quamvis quò tenderet non intelligebat[z]. Aliquid ergò hîc est supervacuum[a]. Τὸ *&* vel redundat[b], vel ponitur pro *id est*[c], ut 1 Sam. 17. 40. & 28. 3. Jer. 34. 21[d].

10. *Visio*, &c. [וְחֶזְוֵי וגו״] Τὸ ו variè accipiunt: Jun. pro *igitur*; Pagn. pro *autem*; Vulgatus omisit, quod laudo. Inservit enim tantùm initio narrationis, ut passim, etiam in initio Librorum, ut quì sæpe incipiunt per וַיְהִי*. [Locum sic reddunt:] *Et visiones capitis mei*, &c. Mo. &c. Somnium suum vocat *visiones*, quòd fuerit multiplex, h. e. longum & prolixum: *capitis*, vel, 1. quòd in capite sive cerebro sit sedes imaginationum[f], sive somniorum[g]; vel 2. quòd oculi, quibus videmus, in capite sunt. *Visiones* accipe metonymicè, pro rebus visione oblatis[i]. *Visa quidem capitis mei* ——(sub. *hæc sunt*:) *Videbam*, &c. Ti. sim. V. Pi. M. Al. *Visionibus mentis meæ——videbam*, &c. Jac. *Visionibus igitur capitis mei——: Videbam*, &c. JT. חֶזְוֵי sumpserunt pro בְּחֶזְוֵי, sine necessitate. Est enim tantùm nominativus absolutus, quem Vulg. P. & ό. retinuerunt. Sensus est, *Quod ad visiones capitis mei, videbam*, &c[k]. ¶ *Ecce arbor*] *Arbor*, secundùm Indos, Persas & Ægyptios, virum excellentem significat; Achmetes c. 200. Sic Ezec. 31. 3. *arbor* est Rex Assyrius, sub cujus similitudine ibi intelligitur & Rex Ægyptius[l]. Ostendit Deus quo consilio Deus Imperia constituit in mundo, ut sint quasi arbores, ex quarum fructu vescantur mortales, & sub quarum umbra quiescant[m]. ¶ *In medio terræ*] Vel, 1. pleonasticè, pro, *intra terram*[n]; sicut, *in medio maris*, pro, in mari: vel, 2. emphaticè, tum, ut conspicuam ejus eminentiam denotet[o]; tum, ut æquale per omnes terræ lineas velut è centro emanans Imperium[p].

11. *Magna arbor, & fortis*] Qualis quercus: significans Imperium sublime & amplum[q]. ¶ *Contingens cælum*] Οὐρανομήκης· quomodo & Græci de celsis arboribus loquuntur[r]. Hyperbole, qualis Deut. 1. 28. & 9. 1. Job. 20. 6. &c †. ¶ *Aspectus illius*, &c.] i. e. Latitudo quæ rectà objiciebatur aspectui. Meton. adjuncti[t]. *Et visio ejus*, &c. i. e. Quæ conspicua erat in extremis terræ partibus[v]. Vel, *aspectus*, i. e. figura & species ejus[x]. Simile Xerxis somnium habet Herodotus in Polymnia[y].

12. *Folia*, &c. [עָפְיֵהּ שַׁפִּיר] *Ramus ejus pulcher*, Mo. P. sim. JT. Pi. M. V. Ad verb. *Perplexitas ejus*, i. e. rami ejus, sive ramositas, aut ramificatio, i. e. densitas ramorum ejus; quòd rami sint inter se complexi[z]. Videtur respexisse verbum עָבָה, quod *crassum, densum esse*, sign. עֳבִי, *crassities*. At id hujus loci non est[a]. Al. *Frondes*, vel *Folia*, &c. ό. Sy. Ar. Ti. Ca. Jac. Di. Gej. Nam v. 14. distinguitur עָפְיֵהּ ab עַנְפּוֹהִי, quod posterius procul-

proculdubio sign. *ramos ejus*: quare & alterum coactus fuit Junius ibi vertere, *folia ejus.* 1 Pet. 1. 24. apud Syrum עופיא ponitur pro ἄνθος *flos*: Ferrarius autem in Lexico vertit, *fœnum, herba*, ut & Psal. 90.5. Putamus ergò Syris עופיא, Chaldæis עפיא, Hebræis עפאים, quod occurrit Psal. 104.12. in genere esse, *germen, herbam*; deinde specialiùs sumi pro *floribus* & *foliis*, quia & flores agrorum & folia arborum herbæ sunt: ideo rectè hic apud Danielem distinguitur & ab ענפין *ramis*, & ab אנבא *fructibus*: neutri enim propriè herba sunt[b].

¶ *Et*, &c. ואנבה שגיא] *Et fructus ejus multus*, sive *copiosus*, Mo. P. M. Ti. &c. אנבא ab אבב *fructum protulit*, τῷ Dagesch in ב resoluto[c]. ¶ *Et*, &c. ומזון לכלא בה] *Et cibus omnium* (vel, *pro omnibus*, JT. Pi. sic G. Sy. &c. vel, *universus*, P. *universis*, Mo.) erat *in ea*; i. e. Omnia animalia alebantur fructu ejus[d]. ¶ *Subter eam habitabant animalia*, תחותוהי תטלל חיות ברא] *Sub se umbram faciebat bestia agri*, Mo. vel, *bestiis*, &c. P. *Sub ea umbram captabant bestiæ*, &c. Pi. sim. JT. vel, *velut in umbra degebant feræ*, &c. Ti. *Sub se obumbrabat bestias*, &c. V. *Inferiora ejus umbram præbebant bestiis campi*, M. Significat homines præsidio magistratuum tegi, & varias utilitates per ipsos accipere; ut præstet sub tyranno sævissimo quàm sub anarchia vivere*.

13. *Et ecce vigil*; ità Mo. P. M. JT. &c. עיר] *Excitator*, M. Εἴρ, vel Ἴρ, *Ir*, Th. in D. עיר à עור *evigilare*, unde in Heb. ער *vigilans*, Cantic. 5. 2. Mal. 2. 12[f]. Sed malim accipere, non ut ab Hebræis mutuò sumptam absque ullo Chaldaico charactere, sed ut factam per Chaldaicam permutationem צ & ע, ex Heb. ציר, quod *legatum* sign. atque ità à ο'. transfertur Prov. 13. 17. & 25. 13[g]. posito ע pro צ; ut ער pro צר *hostis*, ארעא pro ארץ *terra*, & similia multa in lingua Chaldaica[h]. Ἐγρήγορος, *vigil*, Aq. & Sym. in D. quæ vox eodem significatu est in libro Enochi nomen præferente, cujus partem Scaliger Notis ad Eusebium inseruit. Est autem ejus libri mentio & in Hebræo libro Zoar, & in Pædagogo 2. Clementis. Hieron. hinc nomen habere putat *Irin*, deorum nunciam[i]. Per *vigilem* intelligit haud dubiè Angelum[k] quendam[l]. Angeli sic dicuntur, vel, 1. à natura; quòd spiritualem habent naturam & vitam, ideòque, ut cibo & potui, ità & sopori obnoxii non sunt: vel, 2. ab officio[m]; quòd Divinæ providentiæ &, ut ità dicam, vigilantiæ ministri sunt[n], qui semper ad exsequendum Dei officium invigilant[o]. Angelus hic erat Babyloniæ præses & vindex, ut patet v. 17[p]. ¶ *Et sanctus*] Ità Mo. M. JT. vel, *sanctus*, P. [ut ו redundet:] *nempe* (vel, *id est*, G.) *sanctus*, Pi. *& quidem sanctus*, Ti. q. d. Non Dæmon, seu malus angelus, sed bonus: nam & boni judicia Dei exsequuntur. Vide Esa. 37. 36. Act. 12. 23. וקדיש posset sic accipi, *nimirum segregatus*, vel *deputatus*, ad hoc negotium[q].

14. *Succidite arborem*] *Arboris excisio* exsilium significat; Achmetes c. 151[r]. *Excidite*, &c. i. e. Excidatur†. Sic solent Prophetæ vaticinia sua edere[s]: ut Esa. 2. 10. *Ingredere*, &c. i. e. Ingredieris; & 13. 6. *Ejulate*, &c. i. e. Ejulabitis[v]. Porrò, consensum Angelorum innuit, dum unus alterum incitat ad exscindendam, &c[x].

15. *Veruntamen* (Præcedentem severitatem corrigit[y].) *germen* (vel, *stirpem*, P. M. JT. Pi. Sy. Ca. *radicem*, Mo. *firmitudinem*, Ti.) *radicum ejus in terra finite*; vel, *relinquite*, P. JT. Pi. Ti. ברם עקר וגו'] *Tantùm stirpem*, &c. Ca. q. d. Des illi spem revertendi, &c[z]. Regnum ipsi maneat[a]. ¶ *Et alligetur*, &c. ובאסור וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Pi. *Et quidem*, Ti.) *in* (vel, *cum*, Di. JT.) *vinculo* (sub. *fit*, Di. vel, sub. *vincietur*, Pi. vel, *ligatus maneat*, P. sim. Emp. nempe Nabuchodonosori corpus[b],) —*in gramine*, vel *herba*, *agri*, Mo. P. &c. i. e. Maneat sub dio longo tempore[c]. Sit Regnum firmum & inconcussum, ut quæ ære & ferro tenentur†. ¶ *In herbis*, &c.] Supple, *pascatur*. Hic miscetur res significata cum signo, ut sæpe. Vide infrà 22[d]. ¶ *Et rore cœli tingatur*; sic P. M. Mo. &c. יצטבע] *Aspergatur*, V. ¶ *Et cum feris*, &c.] Recubando scilicet in herba*.

16. *Cor*, &c. לבבה מן אנושא ישנון] *Cor* (vel, *Animus*, JT.) *ejus ab homine* (vel, *ab humano*, JT. Pi.) *immutetur*, M. sic JT. &c. *mutabitur*, Pi. *mutent*, Mo. *mutabunt*, h. e. mutabitur: tertia persona impersonaliter ponitur; ut Dan. 1. 12. *dabunt*, pro, *dentur*[f]. Vel, *commutent*, sub. *angeli*, V. *Ab homine*, id est, nè humanum porrò maneat[g]. q. d. Brutescat[h]. Privetur mente ac intellectu humano[i]. Spolietur non solùm imperio, sed & sensu humano[k]. *Humana ratio illi eripiatur*, Ti. Fiat insanus & similis bestiis, quia, cùm in honore esset, non intellexit[l]. At arbor nunquam habuit cor humanum. Sed quantumvis hoc dictu sit asperum, nihil tamen continet absurdum, quia sc. deflectit nunc Daniel ab allegorico sermone[m], & respicit rem significatam: nam per *arborem* Regem intelligit[n]. Transit à re significante ad rem significatam[o]. ¶ *Et cor feræ detur ei*] Qu. Qualis fuit hæc transformatio Nabuchodonosoris? Resp. 1. Verè mutatus est in bestiam, non quidem interiùs, sive quoad animum, sed tantùm exteriùs, sive quoad corpus, quod in figuram bestiæ transformatum est[p]. Contrà, 1. Hoc non tacuisset Scriptura[q]. 2. Tunc Chaldæi Regem suum postea nec agnovissent, nec restituissent[r]. Resp. 2. Transformatio hæc non vera erat, sed phantastica†: quia Deus sic mutavit sensus intuentium, ut ipsis bestia videretur[r]. Contrà, 1. Scriptura narrat hoc verè factum. 2. Nec solent, nec decet, miracula & opera Dei esse ficta & simulata*. Resp. 3. Conversus est in bestiam imaginatione & opinione suâ, quia talem se rebatur[f]. Qualia multa sunt exempla hypochondriacorum; quorum unus nasum in immensum crevisse, alius corpus ex vitro factum, alius se mortuum esse, credebant[g]. Hic modus verus est, sed non adæquatus, nec historiæ satisfacit[h]. Non enim ipsi soli, sed & aliis, ut bestia videbatur; ideòque eum vincire, & ex consortio hominum ejicere, voluerunt[i]. Resp. 4. Cordis & corporis temperamentum efferatum est, & simile temperamento bestiæ[k]. Hoc multis modis fieri potuit: 1. ut periret corporis pulchritudo, robur & sanitas: 2. ut privaretur officiis membrorum, ut contingit paralyticis, ut non humano modo, sed prono & curvato, graderetur: 3. ut amens fieret. Multa in eo erant velut bestiæ indicia: quòd semper nudus erat; quòd capillos, ungues omnémque corporis cultum neglexit; victus & habitatio cum bestiis[l]; quòd loquelâ destitutus mugiret, &c[m]. ¶ *Et* (vel, *Donec*, Ti.) *septem tempora* (vel, *temporum cursus*, Ti.) *mutentur* (vel, *transeant*, M. sim. JT. *transibunt*, Pi.) *super eum*] Ità Mo. P. Al. *Septem temporibus transeant super ipsum*, scil. ros, pluvia, &c[n]. Per 7 *tempora* intellige, vel, 1. longum tempus[o]; quod in S. S. significatur per numerum 7, quia denotat perfectionem†: q. d. usque ad tempus perfectum, donec resipiscat*. Vel, 2. 7 hebdomadas[p]. Vel, 3. 7 annos[q]: ut semper in hac prophetia. Est loquendi genus Chaldaicum[r]. Sic Dan. 12. 7. *tempus, & tempora, & dimidium temporis*†. *Annus* etiam est communissima temporis mensura; præsertim in Chronicis Regum[t]. Vide etiam Dan. 7. 25[v]. & 11. 13[x]. Hi autem 7 anni ad preces Danielis in 7 menses commutati sunt[y].

17. *In*, &c. בגזרת עירין פתגמא ומאמר קדישין שאלתא] *Decreto* (vel, *In*, sive *Ex*, *decreto*, Mo. JT. Pi. Ar. *Juxta decretum*, M. *Per decretum*, ο'. Gej. *Ex mandato*, Sy.) *vigilum* (sub. *fiet*, P. Pi. &c. vel, *erit*, M. vel, *fuit*, sive *emanat*, Gej.) *hoc*, P. (vel, *verbum*, Mo. *res hæc*, Pi. vel, *edictum*, ut Esth. 1. 20[z].) *& sermone* (vel, *in*, sive *ex*, *sermone*, Mo. P. JT. Pi. *juxta sermonem*, M. *& verbum*, ο'. *& ex verbo*, Ar. *& ex decreto*, Sy.) *sanctorum* (vel, *sancti*, Sy.) *petitio*, P. Mo. vel, *postulatio*, M. *petitio hæc*, Pi. *hoc postulatum*, JT. sic Sy. sub. *est*, JT. V. nempe ut succidatur arbor ista, viz. superbus Rex†. *Postulatum* vocat prædictionem typicam, quam Angelus ait esse *ex sermone sanctorum*, i. e. non sua unius verba esse, sed communem omnium Angelorum, tanquam decreti Divini testium & administrorum, consensionem*. *Hæc res decreto vigilum, hæc rogatio pronunciatione sanctorum, perlata est.* Ad verbum sic, *Ex decreto vigilum res, ex pronunciatione sanctorum rogatio.* Quæ sententia est gemina: nam idem est vigil & sanctus, ut suprà, [v. 13.] item *decretum* & *pronunciatio* idem est, item *res* & *rogatio* idem. Vocat enim *rogationem* legem perferendam; quomodo & Latini loquuntur: quoniam priusquam perferretur lex, rogabantur quorum erat sancire legem, utrùm eam vellent admittere. Cujus rogationis formula erat hujuscemodi, *Velitis, jubeatis ut Marco Tullio Ciceroni aquâ & igni*

Marginal notes (left column): [b] Idem. [c] Gej. [d] V. * Calv. [f] Gej. [g] Clop. coll. crit. p. 3988. in append. Crit. Lond. fin. Di. [h] Di. [i] G. [k] Calv. sic V. Mc. T. Mald. Gej. Jun. Pi. &c. [l] V. Pi. [m] Calv. [n] Mc. ex Mald. sim. T. [o] Mald. ex Hi. sim. Calv. Gej. [p] La. [q] Gej. [r] G. † Ca. [s] Wil. [v] Wil. Gej. [x] Wil. [y] Gej. [z] L. [a] G. [b] T. [c] V. † G. [d] G. * Gej. [f] Gej.

Marginal notes (right column): [g] Idem. [h] G. [i] V. [k] Calv. [l] Mald. [m] Calv. [n] Mald. [o] V. [p] Doroth. & Epiphan. in Per. & La. [q] Per. [r] Wil. † Medina in La. [r] Idem in Per. * Per. [f] Mc. Tho. in Per. T. La. [g] La. [h] La. sim. Per. [i] Per. [k] T. & La. ex Per. [l] Per. sim. La. T. [m] T. sim. Per. [n] M. [o] Q. in V. sic Calv. † Calv. ad v. 23. * M. [p] A. in V. AE. in La. Abarb. in Gej. [q] V. G. La. T. Mc. Ca. Calv. Jun. Pi. sic. &c. [r] G. † Mald. [t] Wil [v] La. [x] G j. [y] Wil. [z] Q. in Ge. * Calv. † Pi. * Jun.

& igni interdictum sit. Hujusmodi rogatio perlata est inter deliberantes de Nabuchodon. Angelos, *Velitis, jubeatis ut Nabuch.* &c. Non quòd velim hanc formulam ad Divina transferre; sed ut intelligatur, cùm hîc fiat *decreti* & *rogationis* Angelorum mentio, significari, inter eos fuisse de Nabuch. deliberatum. Cujusmodi deliberationem videbis 1 Reg. 22. 19, &c. ubi inter Jovam & Angelos consultatur de Achabo in fraudem pelliciendo. Sed hæc humano more dicuntur [a]. *In sententia,* &c. q. d. Ità decernunt Angeli, jubente Deo, ad sermonem & petitionem Sanctorum [b]. Locum sic verto, *In decreto vigilum negotium hoc, & in verbo sanctorum interrogatio,* scil. istius negotii. Per *sanctos* non intelligo, cum plerisque, fideles, sive Ecclesiam, sed Angelos; ut iidem sint קַדִּישִׁין & עִירִין, ut v. 13. Sensus est, totum hoc negotium latére in decreto quod Angelis exsequendum datum est, atque indè petendam esse ejus cognitionem, quippe quæ non nisi per ipsorum verbum haberi queat. Quid si autem שְׁאֵלְתָא idem sit quod præcedens פִּתְגָמָא, & utrumque idem quod Heb. דָּבָר? Certè apud Arabes مسألة, cujus plurale est مسائل, usurpatur pro הַדְּבָרִים, ut Gen. 15. 1. & 24. 66. Ad hunc modum שְׁאֵלְתָא erit, *negotium, res.* Quousque autem res hæc in decreto vigilum latebit, nec aliunde peti poterit? *Donec cognoscant,* &c [c]. [ut sequitur, de quo statim.] *Decreto,* &c. i. e. Angeli hoc decernunt, &c. *& edictum sanctorum est interrogatio,* i. e. Angeli inferiores quærunt quare id acciderit illi. [Sequitur responsio.] Respondetur, *Ut cognoscant,* &c. Vel sic, *in edicto sanctorum est petitio:* q. d. Posset quis interrogare, Curnam hoc accidet illi? Respondebitur, *Ut cognoscant,* &c [d]. Inferiores Angeli quærent, Quare ità Deus fecit? & respondebitur illis, *Ut cognoscant,* &c*. *Decreto angelorum hoc verbum continetur, & pronunciato sanctorum expetitur,* ut hoc opus circa istam arborem perficiatur [f]. q. d. Certi jam exsecutores postulati vel denominati sunt ad instans negotium [g]. Hoc versu confirmat Deus somnium, &c. docens edictum hoc promulgari in decreto, nec esse sermonem evanidum aut visionem inefficacem, sed à Deo fixum in cœlo. At absurdum videtur, hîc tribui Angelis jus & imperium, adeóque eos Deo æquales fieri. Sed non est novum in Scriptura ut Deus Angelos sibi adjungat, non tanquam pares, sed tanquam ministros, quos tamen sæpe vocat *consiliarios* suos. Dicuntur ergò hîc Angeli unà cum Deo decernere, non arbitrio suo, aut ex seipsis, sed quia judicio Dei subscribunt. Interea notandum est, hîc duplicem personam illis imponi. Priore enim membro Daniel subscriptores Dei facit in decreto; postea dicit *postulare,* quatenus nimirum votis suis expetunt humiliari cunctos mortales, & quicquid obscurat Dei gloriam. Nunc ergò videmus cur dicat Daniel, *hoc edictum esse in decreto vigilum, & postulationem esse in eorum sermone:* q. d. Tu, ô Rex, omnes Angelos habes tibi adversarios. Nam uno consensu te accusant coram Deo, quòd obscures ejus gloriam: & Deus, annuens ipsorum votis, decrevit te abjicere: & hoc decretum obsignatum est ab omnibus Angelis, quasi esset commune inter Deum & ipsos. Nam eorum subscriptio vel consensus ad confirmationem valere potuit apud Regem profanum, qui Deum tantùm confusè novit, nec inter eum & Angelos discernere potuit: ad illius enim captum Deus visionem accommodavit [h]. Dei sententiam Angelorum vocat [i], non quòd ipsi authoritatem decernendi unà cum Deo habent [k]; nec quòd nos similiter penè ab Angelis pendeamus atque à Deo, ut quidam Judæi putant [l]: sed quòd per Angelos pronuncietur, & exsecutioni mandetur [m]; & quia Angeli ea quæ Deus indicat atque jubet approbant, & ut exsecutioni mandentur decernunt. Id quod vidit AE. *Sancti,* inquit, *qui decreverunt ex ore sive præscripto S. Benedicti;* & Saad. *Sic,* inquit, *statuerunt, quia sunt ministri Dei,* &c [n]. Sic, *fundamentum prophetarum & apostolorum* dicitur, Eph. 2. 20. cujus illi non authores erant, sed administri; &, *gratia Davidis,* Esa. 55. 3. i. e. promissa ipsi facta; &, *gratia afflictorum,* infrà v. 27. h. e. afflictis exhibenda [o]. Ità & h. l. *decretum vigilum* dicitur, non quod vigiles fecerunt, sed quod vigilibus factum est à Deo, & mandatum ut ab ipsis procuretur †. Hinc v. 24. *decretum solius Excelsi* vocatur [p]. [Alii aliter.] Sensus est, q. d. Ità pronun-

[a] Ci. [b] Mc. & La. ex Hi. [c] Di. [d] V. * Ls. [f] Jac. [g] G. [h] Calv. [i] Mald. [k] Gej. [l] Gej. ex Jac. [m] Mald. [n] Emp. [o] Gej. † Jun. [p] Emp. Gej.

ciârunt & judicârunt sancti Angeli præsides Monarchiæ Babylonicæ, ad petitionem Angelorum tutelarium singularum provinciarum, urbium & personarum, qui de nimia tyranni superbia querebantur [q]. Fingitur hîc Deus tanquam Rex agere ex senatûs consilio. Confer quod infrà v. 24. *In sententia,* &c. i. e. Majores Angeli hoc consciverunt; *& in sermone sanctorum petitio,* i. e. Minores Angeli jampridem id postulant ut rem æquissimam [r]. Sed hæc gratis dicuntur, & contra vers. 13 †. Non sunt Angeli Deo *à consiliis,* Esa. 40. 13. Rom. 11. 34; sed *à ministerio,* Dan. 7. 10. Psal. 91. 11. & 103. 20 [t]. Quare *vigilum* nomine Deus Personis trinus denotari potest [v]. Probatur. 1. De Deo in plural. loqui non insolens est Danieli, c. 4. 8. & 7. 18, 22, 25. vel aliis, Jos. 24. 19. *Dii sancti est ipse.* 2. Scriptura passim Deo assignat rerum humanarum, inter quas eminent Monarchiæ, curam & gubernationem, Ezec. 21. 27. & 31. 11. Dan. 2. 21. custodiam & vigiliam, Psal. 80. 2. & 127. 1. &c [x]. ¶ *Donec,* &c. [עַד־דִּבְרַת דִּי יִנְדְּעוּן חַיַּיָּא] *Usque ad verbum quo cognoscant viventes,* Mo. *Usque dum adducatur* (vel, *Donec eò adducatur res,* Pi. Donec res ipsa eveniat †. Propriè, *Ad adductionem usque,* Jun. quia nempe verbum דְּבַר Chald. est, *ducere, adducere.* Indè tamen non sequitur דִּבְרָה significare *adductionem,* nisi usus id comprobet. In Hebraismo significat *negotium, causam, rationem, modum,* ut Job. 5. 8. Ps. 110. 4. Eccles. 3. 18. & 8. 2. necnon Dan. 2. 30. Quamobrem o'. Genev. &c. עַד דִּבְרַת דִּי simpliciter per *ut* verterunt. Id autem potiùs עַל דִּבְרַת דִּי dicendum fuerat, ut ex Dan. 2. 30. liquet: ut & Hebræi, עַל דְּבַר אֲשֶׁר, *propterea quod, quia, ut;* propriè, *propter negotium ejus quod,* i. e. *ut.* At cùm עַד ונו' propriè est, *usque ad negotium ejus quod,* i. e. *donec,* idem est quod infrà עַד דִּי vers. 25. ubi eadem quæ hîc exstant repetuntur [y].) *ut cognoscant viventes,* JT. Pi. *Ob hanc scilicet causam, ut cognoscant,* &c. M. *Idque eo consilio, ut sciant,* &c. Ca. *Ideo ut sciant,* &c. Gej. ex Jac. & Saad. & RS. & AE. *Usque eò donec,* &c. Observa, 1. דִּבְרָה & דְּבַר idem penè esse, uti liquet Job. 5. 8. 2. דְּבַר tam latè accipi, ut *rem* sæpius significet, & pronominibus reddi etiam frequenter debeat, ut constat. Itaque hæc phrasis, עַד דִּבְרַת דִּי reddi posset, *usque ad illud quod,* ut per illud aliquatenus denotetur tempus: adeò ut sensus sit, *donec* [z]. *Ut sciant,* &c. Ar. sic G. *Quatenus sciant,* &c. Sy. Respondebitur, *Ut cognoscant,* &c. P. Quousque res hæc in decreto —— latebit? *Donec cognoscant,* &c. scilicet, ex eventu rei [a]. Finem postulationis notat Daniel, quia Angeli velint Deo manere jus suum integrum, & ægerrimè ferunt detrahi quicquam ex Dei gloria [b]. [Ti. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Eáque res ut fieret censuerunt vigiles, sanctique postulaverunt, ut viventes noverint* ——] ¶ *Quoniam* (vel, *quòd,* Mo. P. M. &c.) *dominatur Excelsus in regno hominum*] h. e. In terra. Pessimi quique Deum esse fatentur, sed ipsum cœlo libenter includerent. At, inquit Daniel, Deus etiam humanum genus gubernat, & assignat cuique suum gradum vel locum *. ¶ *Et cuicunque voluerit dabit illud*] Esseni, Οὐ δίχα Θεοῦ περιγίνεται τὸ ἄρχειν (*Non sine Deo* cuiquam *contingit dominatus.*) Homerus, Τιμὴ δ᾽ ἐκ Διός ἐστι. (*Potestas à Deo datur.*) *Potestates fato dari,* est in Sexto Aurelio. Adde Augustinum de Civitate Dei, 1. 2 [c]. ¶ *Et,* &c. [וּשְׁפַל אֲנָשִׁים ונו'] *Et humilem* (vel, *abjectissimum,* Ti. JT. Pi.) *hominum* (vel, *inter homines,* P. Ti. ut in Judæa Davidem: vide 1 Sam. c. 2. v. 8 [d]: & hîc Nebuchad. qui inter bestias fuerat relatus *:) *constituet super illud,* Mo. P. &c. Summa est, suam cuique conditionem divinitus attribui, ità ut nihil vel ambitione suâ, vel artibus, vel prudentiâ, &c. acquirere possint, nisi Deus ipsos attollat. Ità voluit Deus ostendere, homines ab ipso pendere, & sub ejus arbitrio esse [f].

19. *Cœpit,* &c. [אֶשְׁתּוֹמַם כְּשָׁעָה חֲדָא] *Obstupuit* (vel, *siluit,* P. vel, *stetit,* M. *cogitabundus hæsitavit,* Ti. In Græco, ἀπηνεώθη, (*obstupuit,* D.) i. e. ἐξεπλάγη, (*consternatus est,* D.) ait Polychronius, præ rerum quas videbat magnitudine & diritate [g], adversùs Regem sibi tam amicum [h].) *quasi horam unam,* Pi. simil. JT. &c. vel, *modico tempore:* nam שָׁעָה Chaldæis qualemcunque partem temporis significat [i]. Designat spatium prolixum: aliàs idem est quod רֶגַע *momentum,* Num. 16. 21. Psal. 6. 11. &c [k]. Obstupuit Daniel, vel, 1. ipso spiritu prophe-

[q] T. † G. † Gej. [t] Calov. [v] Emp. Gej. ex Os. &c. [x] Calov. † G. [y] Di. [z] Emp. [a] Di. [b] Calv. * Idem. [c] G. [d] Idem. * Gej. [f] Calv. [g] G. [h] La. Mc. [i] C. [k] Gej.

prophetico, qui, cùm in Prophetas irruit, eos perturbare exanimaréque solet, Ezec. 2. 1. & 3.23. Dan. 10. 16*: vel, 2. ex humana infirmitate †, non audens tam infausta Regi denunciare *: vel, 3. ex admiratione tantorum judiciorum operúmque Dei: vel, 4. ex humanitatis communi lege: vel, 5. ex privato studio & amicitia erga Regem †; à quo multis devinctus fuerat beneficiis*. ¶ *Non conturbent te*] i. e. Qualecunque sit quod intelligis, id libere eloquere [l]. ¶ *Somnium* (i. e. Quod portendit somnium [m]; sub. *fit*, P. vel, *eveniat*, Ti. JT.) *his qui te oderunt*] Vel, *inimicis tuis*, Mo. &c. Frequens aversantibus loquendi genus, *Hostibus eveniat.* Tale & illud Horatii, *Hostium uxores puerique cæcos Sentiant motus orientis hœdi.* Sen. in Octavia, *Ut expientur noctis & somni minæ, Terrórque in hostes redeat attonitus meos* [n]. Etsi crudelis hic erat tyrannus, & inimicus Ecclesiæ; tamen, quoniam Daniel sub ejus Imperio erat, condolet ei, & precatur pro eo, juxta Jer. 29.7. & reveretur potentiam divinitus ei traditam [o].

20. *Arborem*, &c.] *Arbor* sign. Regem; *rami*, vel Principes [p], vel filios ac propinquos Regis; *folia*, milites ac heroes [q]; *fructus*, vel annuos proventus [r], vel ipsum dominium, sive Regnum; *umbra*, protectionem populorum †.

22. *Tu es, rex*] Tu is es quem arbor ista significat [t]. Non loquitur dubitanter, aut obscurè, aut per ambages, sed pleno ore [v], nullo impeditus affectu [x]. Daniel sic miseretur Regis, ut interea officium propheticum non molliter exsequatur, sed pœnam Regi proponat. Discant hinc Ministri hanc tenere mediocritatem, nè vel zeli prætextu semper fulminent in peccatores sine ullo doloris vel συμπαθείας signo, vel moderationis prætextu peccatoribus blandiantur, &c [y]. ¶ *Usque ad cœlum*] Ad summa montium juga †. ¶ *In terminos universæ terræ*] Ad mare Caspium, ad pontum Euxinum, ad oceanum Atlanticum [z].

24. *Quæ*, &c. דִּי מְטָת וגו׳] *Quod venit*, vel *pervenit*, (vel, *superventurum est*, JT. Pi.) *super dominum meum regem*, P. Mo. M. Gej. vel, *quæ competit*, &c. Ca. *quod spectat ad*, &c. Calv. vel, *cui dominus meus rex obnoxius est*, Ti. quod Deus tulit in Regem [b]. Tristitiam rerum benitate verborum quantum potest temperat [c].

25. *Ejicient*, &c. וְלָךְ טָרְדִין] *Et* (*Nam*, JT. Pi. Ti. sic P. M. &c.) *te trudentes* (vel, *ejicientes*, sub. *sunt*, vel *erunt*, Gej. vel, *ejicient*, P. M. &c. i. e. ejicieris [d]; vel, *pellent*, sive *depellent*, Ti. JT. Pi. sim. Ca.) *ab homine*, Mo. vel, *ab hominibus*, P. M. Pi. &c. vel, *homines à te*, JT. Hoc est quod de Nabuchodonosoro dixit Megasthenes, παραχρῆμα ἠφάνιστο, (*statim disparuit**.) Non dicit, Nihil differes à fæce plebis; quod tamen durum esset: sed, nè cum bubulcis vitam agere tibi permittetur; quod odiosissimum erat. Hoc tamen judicium proferre non dubitat Daniel. Et Rex, superbus licèt & crudelis, sustinet has minas, & nihil audet contra Prophetam, Deo nimirum furorem ejus, intus ebullientem, cohibente [f]. ¶ *Cum bestiis*, &c.] Quia pecuinam egerat vitam [g], & se, ut solent Reges, ex communi hominum ordine exemerat [h]. Etiam aliis ex atra bile id contigit, ut cum feris vellent vivere †. ¶ *Et fœnum*, &c. וְעִשְׂבָּא כְתוֹרִין לָךְ יְטַעֲמוּן] *Et herba* (vel, *herbæ*, P. M. &c. vel, *herbam*, JT. Pi.) *sicut bobus* (vel, *boves*, M.) *tibi sapient*, Mo. vel, *te pascent*, sive *cibabunt*, P. M. Ti. V. *tibi gustandam dabunt*, JT. Pi. ¶ *Rore cœli infunderis*, [מְצַבְּעִין] *Tingentes*, Mo. *tingent*, P. *tincturi sunt te*, M. Nudus [eris] sine lare ac tecto [l].

26. *Quòd autem præcepit*] Vel, *dixerunt*, Mo. P. &c. sub. *angeli*, V. i. e. Quòd dictum est; impersonaliter: nam propriè unus dixit, v. 13, &c. sed nomine omnium [k]. ¶ *Germen radicum ejus, id est, arboris*, עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי דִּי אִילָנָא] *Germen radicum ejus*, nempe *arboris*, P. Jun. & Genev. vertunt, *illius arboris*: sufficit, *arboris*. Affixum enim in שָׁרְשׁוֹהִי merè pleonasticum est, ex lege Chald. quando sequitur דִּי genitivi casus: quod & perpetuum apud Syros cùm sequitur ד, & apud RR. cùm שֶׁל; qui sanè *stirpem radicum arboris* dicerent, עִקַּר שָׁרָשָׁיו שֶׁל עֵץ, sicuti Deum vocant רִבּוֹנוֹ שֶׁל עוֹלָם, *dominum mundi*; ubi si qui verterent, vel, *dominum illius mundi*, vel, *dominum ejus*, nempe *mundi*, nugas agerent †. ¶ *Regnum tuum tibi manebit*, לָךְ קַיָּמָא] *Tibi constans*, Mo. vel, *stabit*, M. *manebit*, P. Ca. *stabile* (vel, *firmum*, sive *permanens*, V.) *erit*, JT. Pi. *mansurum* portendit, Ti. Non eligetur Rex alius te vivente, & Regiam potestatem recuperabis [l]. ¶ *Postquam cognoveris*, &c. מִן דִּי תִנְדַּע] *Ex quo* (vel, *posteaquam*, M. Ca. vel, *ubi*, Ti.) *cognoveris*, Mo. vel, *agnoveris*, JT. Pi. Ti. *recognoveris*, Ca. *Ut intelligas*, V. Promissio est spiritualis gratiæ, quòd Deus illum humiliaret, animúmque ejus mutaret, ut se Deo subjiceret, qui alioqui plagis magis obduruisset [m]. ¶ *Potestatem*, &c. דִּי שַׁלִּטִין שְׁמַיָּא] *Quòd dominentur* (vel, *domini sint*, P. vel, *potestas est*, M.) *cœli*, Ti. sic JT. Pi. &c. i. e. cœlestes [n], sive Deus [o]. Cœlos terræ opponit, hoc est, cunctis mortalibus [p]. Ut *aula* quandoque ponitur pro domino in aula imperante, *urbs*, pro civibus, *terra*, pro terræ incolis, Gen. 6. 11 [q]; ità & *cœlum*, metonymicè simul & metaphoricè, ponitur pro Deo [r]. Sic Psal. 73.9. *Opponunt cœlis os suum.* Ità 1 Maccab. 3. 18 †. Matt. 21.25. *E cœlo*; Luc. 15. 18. *Peccavi in cœlum* [t]. Hinc *regnum Dei* & *regnum cœlorum* in N. T. idem est [v]. Et Rabbini dicunt, *Omnes actiones sint* לְשֵׁם שָׁמַיִם *in nomine cœli*, hoc est, Dei. Et, *mors per manus cœli*, id est, Dei; h. e. repentina mors. Sic Aristophanes, Νὴ τὸν οὐρανόν, *Ità per cœlum*; h. e. per deos. Et poeta Latinus, —*cœlo gratissimus amnis*, h. e. deo. Sic, *theatrum*, pro spectaculo, 1 Cor. 4.9. *poculum*, pro potu, Jer. 49.12. *tentorium Joseph*, pro hominibus, &c. Psal. 78.67. *nidus*, pro pullis, Deut. 32.11. *mundus*, *insulæ*, *mons*, &c. pro incolis eorum [x].

27. *Quam ob rem*; sic Mo. P. &c. sim. JT. Pi. Ca. לָהֵן] *Ob id*, M. *Proin*, Ti. Ut ultionem tibi decretam avertas; ut fecerunt Hiskias & Ninevitæ [y]. Plus Daniel respondit quàm interrogatus erat, ex benevolentia erga Regem, ut eum acerbitate sententiæ mœstum proposito remedio consoletur [z]. ¶ *Rex, consilium*, &c. מַלְכָּא מִלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָךְ] *O rex, consilium meum placeat* (vel, *pulchrum sit*, Mo. *probetur*, Sy. Ti.) *tibi*, P. JT. Pi. &c. q. d. Nè ægre feras, &c [a]. Mitiùs agit cùm Rege profano [b], eúmque blandâ appellatione attentum ac docilem reddit [c]. Nomen מְלַךְ convenit cum Hebr. עֵצָה *consilium*, ut constat ex Chaldæo Psal. 1.1. & 73.24. Esa. 46.10. Et מִלְכָּא, *consilium*, à מַלְכָּא, *rex*, unico punctulo differt [d]. Rex ità vocatur à consilio, q. d. consultor: & Homerus Regem Agamemnonem nominat βουληφόρον, id est, consilio pollentem [*]. ¶ *Et peccata tua eleemosynis redime*, בְּצִדְקָה פְרֻק] *Justitiâ*, vel *in justitia*, (vel, *eleemosyna*, vel *eleemosynis*, M. ὁ'. Sy. Di. *misericordiis*, Ar. *benignitate*, Ca.) *redime*, Mo. P. Ti. ὁ'. Sy. Ar. sim. M. Ca. La. T. Jac. vel, *abrumpe*, JT. Pi. La. Mald. ex Th. צִדְקָה *justitia* sæpe *eleemosynam* sign. sive *misericordiam* [f], ut Esa. cap. 58. vers. 8. Psalm. 31.2. & 36.11 [g]. 2 Cor. 9. 9. quia est causa, pars & signum illustre justitiæ & sanctitatis [h]. Pontificii ex hoc loco satisfactiones suas & merita colligunt [i]. Τὸ פְּרַק Chald. respondet Heb. פָּדָה *redimere* [k]. Apparet id Num. 3.49. & 18. 15. 2 Sam. 4. 9. Esa. 35.10. &c. Quare optimè vertit Th. λύτρωσαι, (*redimere*;) pro quo Chrysost. citat, κάθαρον, (*purgat*,) sensu eodem. Neque offendere quenquam debet, quòd operibus pœnitentiæ, in quibus excellunt eleemosynæ, tribuatur id quod pœnitentiæ propriè convenit. Est enim talis metonymia vel synecdoche perfrequens, de qua diximus ad Luc. c. 11. v. 41 [l]. τὸ פְּרַק non solùm ὁ'. & Vulg. sed omnes etiam Hebræi, *redimere* interpretantur. Solus Calvinus aliter reddit [m]. [An hoc verè dictum, judicet æquus lector ex dicendis.] Heb. פָּרַק, & Chald. פְּרַק, duo significat, ait R. Nathan: primò ac propriè sign. *abrumpere*, ut docent etiam RS. & K. & Methurgeman Eliæ, qui hunc locum confert cum Exod. 32. 2. פָּרְקוּ *abrumpite*, &c; secundariò verò & per tropum sign. *eripere*, sive *servare* [n]. פָּרַק sæpe sign. *abrumpere*, vel *conterere*, vel *separare* [o], vel *removere*; ut Gen. 27.40. ubi Onk. vertit, *removebit jugum*; & Abarb. ità locum illum exponit, quasi tantùm significaretur, non fore jugum [p]: item Num. 1. 51. יִפְרְקוּן *abrumpent*, vel *avellent*, &c; 1 Reg. 19. 11. *qui disrumpebat montes*; Psal. 7. 3. & 136. 24. Prov. 17.9. מְפָרֵק *separans amicum*; Thren. 5. 8 *. פרק non tantùm in Hebraismo, præter *redemptionis* significationem, etiam valet, *rumpere*, *abrumpere*, *separare*, sed etiam in Chaldaismo, ut Exod. 32. 2. פָּרִיקוּ *abrumpite*, &c. Onk. פָּרִיקוּ: vide & vers. 3. Sed & simpliciter pro

Marginal notes (left column): * Mald. † Q. in Jun. * Hi. in Mald. † Jun. * Mald. l G. * Idem. * Idem. o Calv. p M. q Abarb. in Gej. r M. † Abarb. ibid. t G. v Calv. x Mald. y Calv. † G. z G. b V. c G. d G. * Idem. f Calv. g M. h Calv. † G. l G. k Fi. † Di.

Marginal notes (right column): l G. m Calv. n V. o V. Fi. Med. Gej. Calv. &c. p Calv. q Gej. r Gej. sim. Glass. Med. † Glass. rhet. 1. 3. 42. t Glass. ib. v ed. lib. 1. d ssert. 25. p. 132. * Med. ib. x Glass. ib. p. 39, 40, 41. y Gej. z Mald. a Gej. b Calv. c Jun. d Gej. * La. f La. sim. Gej. g Gej. h La. i Jur. Calv. k G. ex Jac. l G. m Mald. n Fol. o Calv. p Emp. * Gej.

pro *deponere* usurpatur, ut Num. 1. 51. יוֹרִידוּ *deponent illud Levitæ*, ubi Onk. יְפָרְקוּן; cui eodem versu opponitur יְקִימוּן *erigent illud.* Adeò ut etiam rectè vertas, *Et peccata tua eleemosynis depone*: quæ hactenus אֲקִימְתָּ *erexisti*, jam פְּרֻק *depone* †. Equidem valet hoc verbum, *liberare*, vel *redimere*, quum scil. de personis dicitur, ut 2 Sam. 4. 9. *qui redemit animam meam*; non item quum de vitiis sive peccatis, quibus sanè *liberatio*, sive *redemptio*, minimè convenit, ità scil. ut salva postea maneant[q]. Non peccata, sed homines, liberantur, sive redimuntur[r], à peccatis & pœnis. Non potuit Nabuchodonosor justitiâ aut beneficentiâ aliquâ satisfacere hominibus quos vexaverat, quorum plurimi tunc mortui erant, vel fugati, &c. nedum Deo †. [Sed manum de tabula. Interpretem hîc agere statui, non disputatorem. Consulant, qui volunt, hinc Calv. & Jun. illinc La. & Mald.] ¶ *Et iniquitates tuas misericordiis*, &c. בְּמִחַן עֲנָיִן] *In miserando afflictorum*, Mo. sic V. *miseratione* (vel, *beneficentiâ*, Ca. Ti. *gratiâ*, JT.) *pauperum*, P. M. vel, *in*, sive *erga*, *pauperes*, sive *inopes*, sive *afflictos*, Ti. Ca. JT. Pi. Subveniendo pauperibus[t]. Non dubium est quin Daniel Regem hortatur ad pœnitentiam[v], & fidem in Deum, & recognitionem peccatorum, & spem veniæ; atque hoc modo consuluisse illi, ut ex hac fide, spe & intentione faceret eleemosynas ad redimenda peccata[x]: sed unam tantùm speciem attingit; ut solent Prophetæ, ubi populo pœnitentiam suadent, illius tantùm externa officia, vel partem aliquam, per synecdochen, attingere. Cùm dixerat *justitiam*, exegeticè addit *misericordiam*, (ut frequens est in S. S. eandem rem duabus loquendi formis repetere,) ut significet, veram justitiam positam esse, non in externis pompis, quibus homines Deum placare student, sed in misericordia & charitate. De officiis secundæ Tabulæ potiùs quàm primæ loquitur, quia ea hypocritæ securiùs negligunt, dum Deum se colere simulant; & quia vera justitia externis testimoniis cognoscitur[y]. Sensus loci est, removenda & separanda esse peccata per opera contraria[z]. q. d. Pro eo quòd hactenus in peccatis vixisti, & alios afflixisti, deinceps justitiam & beneficentiam cole[a]. Abrumpe telam peccatorum quam nimis diu texuisti[b]. Desine alios per vim opprimere, &, contrà, beneficentiam erga oppressos & afflictos exerce[c]. Abrumpe peccata tua misericordia & humanitate: muta vitam tuam: sic facias peccandi finem, ut ingrediaris novum cursum, nempe ut crudelitas tua mutetur in clementiam, &c[d]. ¶ *Forsitan*, &c. הֵן תֶּהֱוֵא אַרְכָה לִשְׁלֵוְתָךְ] *Fortassis erit longanimis delictis tuis Deus*, ο'. sim. Ar. Vulg. quasi ad verbum dicas, *Erit prolongatio* (iræ Divinæ) *peccatis tuis**. *Usque dum amoveat à te insipientias tuas*, Sy. *Id enim erit sanitas pro errore tuo*, M. *Ecce, erit medela delicti tui*, P. vel, *curatio delictorum tuorum*; ut sit sing. pro plur. q. d. Hâc enim ratione condonabuntur tibi peccata tua[f]. Vel, *erit sanatio errori tuo*: q. d. Hæc propria est & genuina medicina erroris tui. Al. sic, *erit* (pro, *sit*) *medicina erroribus tuis*, ut pergat in exhortatione sua Daniel: qu. d. Hactenus effrænis fuisti; sit modus aliquis ignorantiæ tuæ, tempus est ut discas mederi erroribus tuis[g]. הֵן Chald. pro אִם *si* Hebræo ponitur[h], apud Dan. & Esdr[i]. Vide Dan. 2. 5, 6, 9. & 3. 15, 17, 18. & Chald. ad Exod. 8. 21. Jer. 3. 1. Hag. 2. 12[k]. Et rectè vertitur per *forsitan* à Vulg. Theod. & Chrysost. Non erat certus Daniel de venia, sed nec desperabat omnino, quomodo & Petrus se gessit in negotio Simonis Magi, Act. 8. 22[l]. Sed non jubet Daniel eum dubitare de remissione peccatorum: de hac enim non agitur h. l. sed de temporali beneficio[m]. הֵן idem Chald. quod אוּלַי Hebræis: autem non dubitantis, sed bene sperantis & optantis, particula est[n]. [Jac. ergò locum sic vertit, *Nam certissimè hoc pacto errori tuo adhibebitur medicina*.] Fateor אַרְכָה in Hebraismo esse *medelam*, *curationem*; atque ità אַרְכָא semel accipitur apud Chaldæum, Psalm. 147. 3: alibi tamen passim in Targum *prolongationem* & *longitudinem* significat. שְׁלֵוְתָא autem non *delictum* sign. (id enim שָׁלוּתָא & שָׁלוּ dicitur, Dan. 3. 29. & 6. 4.) sed, *tranquillitatem* & *prosperitatem*. Alii itaque rectiùs vertunt[o]: *Si fortè erit prorogatio tranquillitatis tuæ*, JT. *Fortasse felicitas tua prorogabitur*, Ti. *Si fortè tuæ saluti consulatur*, Ca. *Ecce, erit* (vel, *Atq; ità cognosce an futura sit*, Pi.) *prolongatio paci tuæ*, Mo. Qu. Quomodo Daniel Regem hortatur ut *peccata abrumpat*, &c. & spem illi facit, &c. quum cœleste decretum mutari nequeat? Resp. 1. Prophetia duplex est: 1. prædestinationis, ex absoluta & efficaci voluntate profecta; quæ certè impletur: 2. Divinæ prædictionis, quæ ad promissiones & comminationes pertinet[p]; qualis Esa. 38. 1. de Ezecia, & Jerem. 18. 7, &c. & Jon. 3. 4. de Ninive[q]. *Neque enim Deus hominibus, sed vitiis, irascitur; quæ cùm in homine non fuerint, æquaquam punit quod mutatum est*[r]. 2. Multis modis hoc Regi utile esse potuit. 1. Ut Deum etiam in castigationibus misericordem agnosceret. 2. Ut tempus pœnæ contraheretur, & mitigaretur ejus rigor. 3. Ut capax esset veniæ jam antè promissæ, & ad eam obtinendam paratus †.

29. *Post finem mensium duodecim*] Eousque distulit Deus pœnam, vel, 1. quòd aliquod signum pœnitentiæ dedisset[t], & quòd secutus esset consilium Danielis[v]; vel, 2. ut daret illi spatium resipiscentiæ[x]; ut fecit & antediluvianis, Gen. 6. 3. & Ninevitis[y]; vel, 3. ut magis inexcusabilis foret Regis superbia. Regem existimo ad primum nuncium expavisse, ut reprobi solent, & fecit Achab, 1 Reg. 21. 27. non autem ex animo resipuisse. Videtur adhuc in superbia sua perrexisse; qui certè post tot minas intolerabilis stupor erat. Potuit videri irritum fuisse illud oraculum, quod fortasse jam derisit, ejúsque jam diu oblitus est, quoniam putabat se elapsum. Ità solent impii abuti tolerantiâ Dei[z]. ¶ *In aula*, &c. עַל הֵיכַל וגו'] *In palatio regni* (vel, *regio*, Pi.) *Babylonis* (vel, *super palatium regni*, &c. i. e. in tecto palatii, unde poterat contemplari totam urbem Babel[a]. Tecta Orientalium plana erant[b].) *deambulabat*, JT. Pi. &c. In otio & deliciis sibi placens in magnitudine sua[c]. Abydenus, ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα, (*ascendens super regia ædificia*[d].) Locum perlustravit, & amplitudinem ejus miratus est *.

30. *Respondítque*, &c.] Vel, *Locutus est*, & *dixit*. Pleonasmus. Nam עָנָה non de *responsione* utique, sed de quavis *locutione*, dicitur[f]. ¶ *Nonne hæc est Babylon magna?*] Jure meritò sic dicta. Nemo veterum, Hygino excepto, fab. 223. (in quo mendum esse suspicor, & pro 300, legendum 360,) est qui Babylonis mœnibus in ambitu minus assignat stadiis 360, quæ faciunt millia passuum 45. Hæc est in Diodoro, l. 2. p. 68. Ctesiæ definitio. Alii omnes, quotquot videre contigit, ad hunc numerum aliquid addunt. Clitarchus apud Diod. l. 2. iis assignat stadia 365. Curtius, l. 5. 368. Strabo, l. 16. 385. Dio Cassius apud Tzetzem, chil. 9. v. 568. 400. Orosius, l. 2. c. 6. 470. Herodotus, l. 1. c. 179. & Apollonius, l. 1. c. 18. 480. Plinius, l. 6. c. 26. & Martianus Capella, l. 6. (quod idem est,) millia passuum 60. In hac varietate tutiùs credi puto Ctesiæ & Clitarcho, qui fuêre oculati testes, & Babylone diu egerunt. Altitudo murorum Babylonis minima in Strabone & Diodoro est 50 cubitorum, in Curtio & Apollonio 100; at in Ctesia, & Herodoto, quem sequitur Orosius, 200. Ejusdem muri crassities Straboni & Curtio est pedum 32, Martiano & Plinio 50, Apollonio 100, Herod. & Orosf. cubitorum 50. *Quadrigæ inter se concurrentes sine periculo commeare dicuntur*, testibus Strabone & Curtio. Et Ctesias, τὸ πλάτος τῶν τειχῶν ἐξ ἅρμασιν [illegible] (*murorum latitudo sex curribus equitari potest*[g].) ¶ *Quam ego ædificavi*] At hoc & Sacræ Scripturæ & Gentilium monumentis contrarium esse videtur. Nam eam condidisse dicuntur, Nimrodus in Gen. 10. 10. multísque aliis, ut testatur Orosius 2. 6; & Belus, Nini pater, apud Alphæum in Eusebio; & gigantes post Diluvium, in Eupolemo apud Eusebium; & Semiramis, in Herod. Diod. Strab. Mela, Justin. Ovid. &c. Quis ergò hîc Nabuchodonosoro locus[h]? Resp. 1. Sic loquitur ex more tyrannorum, ad se trahentium alienas laudes. Reges, ubi aliquid mutant in ædificiis, volunt videri primi conditores, & fundatorum præcedentium memoriam extinguere[i]. 2. Non difficulter componi possunt discrepantes illæ sententiæ. Babylonem enim condidêre, & Nimrod, & Belus, (qui idem est,) & gigantes cum & sub Nimrodo. Primò autem exigua urbs erat, eáque postea crebris inundationibus Euphratis diruta

Margin notes, left column: † Di. — q Gej. — r Pol. ex Jun. — † Jun. — t V. — v Calv. — x Suarez in Gej. — y Calv. — z Erp. — a Jun. — b Pol. sim. Calv. — c Pi. — d Calv. — * Di. — f V. — g Calv. — h G. sim. — G. J. D. Glas. gram. 3. 5. 25. 496. — i Di. — k Glas. ib. — l G. — m Calov. — n Glas. ib. — o D.

Margin notes, right column: p Per. — q Per. & G. ex Hi. — r Hi. in G. — † Calv. — t Q. in Calv. — v G. ex Hs. & Hi. sim. Jac. L. & Thom & Hugo in Gej. — x La. ex Th. — y Gej. — z Calv. — a V. sim. Mald. — b Mald. — c Calv. — d G. — * Jun. — f G. — g BP. 1. 12. 50. — h Per. — i Calv.

diruta & vastata. Hanc quia Semiramis amplissimè dilatavit, firmissimè munivit, multis mirisque operibus exornavit, non immeritò etiam condidisse credita & celebrata est. Sed quia post Semiramidem Reges Assyrii, posthabitâ Babylone, coluerunt urbem Ninive, eámque regiam fecêre & caput Imperii, teste Diod. hinc Babylon, à Regibus deserta, partim Euphratis eluvionibus, partim incursionibus hostium, diu jacebat ignobilis ac obscura. Tandem, post eversam Niniven, Rex Nabuchodonosor, Babylonem cupiens reducere sedem Imperii, eam instauravit, latissimè amplificavit, magnificentissimis operibus adornavit; de quibus sic Berosus apud Joseph. Antiq. l. 10. & contra Ap. l. 1. *Nabuchod.* inquit, *veteri urbi alteram extrinsecùs adjecit, tres interiori civitati muros, & totidem exteriori, circumdedit, portásque magnificentissimas addidit. Ad hoc, juxta paternam regiam, alteram multò sumptuosiorem & ampliorem exstruxit, & in ea hortos pensiles*,&c. Quamobrem jure suo potuit dicere illam à se conditam[k]. [Quæ igitur hîc Regis culpa?] Pronomen *ego* emphaticè ponitur, quo Deum omni honore spoliat, sibi omnia vendicans, &c[l]. ¶ *In*, &c. לְבֵית מַלְכוּ בִּתְקָף חִסְנִי וְלִיקָר הַדְרִי] *In domum regni*, Mo. P. sim. M. *in robore fortitudinis meæ, & in gloriam* (vel, *pretium*, vel *excellentiam*, Calv.) *decoris mei*, Mo. P. vel, *in magna fortitudine mea, & in honore gloriæ meæ*, M. [Alii aliter.] *Ut esset regia, & ornamentum decoris mei, robore potentiæ meæ*, JT. Pi. *excellenti meâ potentiâ, ut exsistat regia, & decus magnificentiæ meæ*, Ti. *ut mihi regni domus & majestatis decus esset, validis opibus constructum*, Ca. Ut esset Regia urbs, quam exstruxi meis opibus, ut compararem mihi gloriam sempiternam[m]. *In robore*, &c. i. e. vi opum mearum; id enim חוֹסֶן: *& in gloria*, &c. i.e. ad gloriam nominis mei[n]. De Deo nihil cogitat, nihil nisi grandia spirat, suámque potentiam Divinæ opponit: q. d. Memini prædictum, me depulsum iri,&c. verùm ô vana ex pelvi fulgura! Quis me ex urbe hac mea inexpugnabili extruderet[o]? Sacrilega hæc erat jactantia, quòd robur suum opponit gratiæ & benedictioni Divinæ. Hinc adeò excandescit Deus, qui se ubique pronunciat hostem superborum, qui omnes huc tendunt ut Deus præ ipsis nihil fit, & ut se subrogent in Dei locum[p].

31. *Cùmque sermo adhuc*,&c.] Παραχρῆμα, (*statim*,) ait Abydenus[q]. Deprehenditur à Deo in flagranti delicto, nè quam possit excusationem prætexere[r]; nec diutiùs eum tolerare potuit Deus*. ¶ *Vox de cœlo*, &c.] Vel Dei, vel Angeli†. Vox quam & Rex & comites perceperunt[v]. Ità apertè pronunciat quod somnium obscurè indicaverat[x]. ¶ *Tibi* (vel, *dicens, Tibi*, JT. Pi.) *dicitur*] Vel, *dicentes*, sub. *sunt*, Gej. vel, *dicunt*, P. M. &c. sub. *qui habitant in cœlis*, V. vel, *indicitur*, JT. à Deo tanquam Judice & Domino tuo[y]. Hoc quasi publico consensu sancitum est†. ¶ *Rex*] Sic eum vocat, non honoris causâ, sed per ludibrium, & ut blanditias illi excuteret, &c. qu. d. Non impediet Regia majestas quin Deus te prosternat[z]: & ut gratiam & beneficia Dei ipsi exprobret, suámque ingratitudinem[a]. ¶ *Regnum transibit à te*] Vel, *transivit à te*, Mo. P. ó.sim.M.Ti.&c. vel, *recessit*, sub. *ad tempus*: q. d. Jamjam administratione Regni privaberis, & Regnum tuum ad alios transferetur[b]. *Regnum*, i.e. Regni functio[c]. Jam completum est tempus, nec differri potest pœna[d].

33. *Eâdem horâ*] i. e. Illo ipso tempore*; ut judicium Dei illustrius esset[f]. ¶ *Et ex hominibus*,&c.] i. e. Ab hominum consortio[g]. Qu. 1. An verè hoc factum fuit? Resp. Indubiè. Inst. Mirum nihil de re tanta apud veteres reperiri. Resp. Hujus rei duæ esse possunt causæ: 1. quòd Chaldæorum historiam minimè integram habemus: 2. quòd, cùm Nabuch. in Regnum restitutus fuerit, nemóque ejus loco regnaverit, scriptores non meminerunt hujus exsilii, quia non res singulas, sed tantùm regna singula, persequebantur[h]. Qu. 2. Quo pacto hoc factum? Resp. Vel, 1. dum esset maniacus[i], & se feram putaret[k], fugit è consortio hominum, & latuit aliquo tempore[l], & ad sylvas ferásque se recepit[m]. Vel, 2. ejectus est, ut tyrannis sæpe contingit, sive per tumultum, & procerum populique conjurationem[n]; sive per filium Evilmer. quem Hebræi tradunt patre vivente Regnum affectâsse, ideóque in carcerem conjectum fuisse. Insania autem ejus vel causa hujus ejectionis fuit, vel effectus[o]. Videtur Nabuch. cùm furere cœpisset vinculis fuisse ligatus, primò, ut par est, mollioribus, deinde validioribus & ferreis; & cùm vinculis insania cresceret, videtur foras dimissus, &c[p]. ¶ *Donec capilli*,&c.] Sensus est, Plurimùm excrevisse ei capillos, barbam & ungues, quia nemo aderat qui resecaret, nec ipse de iis resecandis cogitabat, amans ob atram bilem ferarum similitudinem[q]. Confirmat hoc *7 tempora* non menses, sed annos, fuisse, alioquin non contigisset talis & tanta deformitas[r]. ¶ *In*, &c. כְּנִשְׁרִין] *Ut aquilarum*, sub. *plumæ*, JT. Pi. sic P.M.&c. Pilus horrens & incultus perinde coalescit & concrispatur ut aquilarum pennæ, maximè ad collum, & si quæ partes non sunt glabræ†. Pili comparantur pilis aquilæ, 1. quia aquila, præsertim ossifraga, pilis densa est, iisque quasi involuta, ut leo jubis suis: 2. ob nigrum utriusque colorem; aquilæ quidem naturâ, Regis ex melancholia: 3. quia pili in capite aquilæ, h. e. cristæ, sunt prolixi, erecti, crispi, horridi, & minaces[t]. ¶ *Ungues ejus quasi avium*] Sub. *ungues*, M. curvi & in acumen desinentes: quod ipse vidi in homine qui diu unguium secandorum curam neglexit[v].

34. *Post finem dierum*] Id est, septennii[x]. [Vel, indefinitè,] q. d. Post aliquot dies, vel tandem: quando Deus voluit, &c[y]. ¶ *Oculos meos ad cœlum levavi*] Deum cœli precatus sum. Vide ad Ezec. 18. 6. & Luc. c. 16. v. 23†. Gestus hic est precantis, attendentis & confidentis in cœlum, sive Deum[z]. Priùs terram pronus spectavi, nunc cœlum[a]. Jam respexi manum percutientis, & agnovi Deum justum judicem, superbiæque ultorem[b]. ¶ *Et sensus*, &c. וּמַנְדְּעִי וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *mens* (vel, *cognitio*, Mo. Ti. *intellectus*, P.) *mea rediit ad me*, Ti. Sy. simil. JT. Pi. Ca. Maniacus ergò fuerat, & mente alienatus[c]. Videtur tamen fuisse aliquid residuum intelligentiæ, ut sentiret mala sua; sed interea momordit frænum, & fuit phrenetico similis[d]. *Et sensus*, &c. i. e. plenus mentis usus†. ¶ *Et Altissimo benedixi*] Illi summo Deo, cœli terræque opifici, quem Hebræi colunt, supplex egi gratias*. Innuit se priùs fuisse sacrilegum, Deúmque justo honore spoliâsse; atque hanc plagæ causam fuisse[f]. ¶ *Potestas ejus potestas sempiterna*] Non temporaria ac mutabilis, ut Regum[g], qui fragiles sunt, & vanitate suâ liquescunt, & mutationibus obnoxii sunt, & ex Dei pendent arbitrio: Deus autem est αὐτοκράτωρ, per se obtinens imperium suum, ideóque immutabilis[h].

35. *Habitatores terræ—in nihilum*,&c. כְּלָה חֲשִׁיבִין] *Tanquam nihil* (vel, *non*, h.e. quasi non fuissent[i]: vel, *atomus*, Ti. He. in Gej.) *reputati*, Mo. P. G. ex Vulg. vel, *reputantur*, P. V. sic JT. Pi. &c. *pro nihilo* (nempe, si ipsi comparentur,) *habendi sunt*. Nam & participia talia per præteritum, quod & præsentis vim habet, exprimunt Hebræi & Chaldæi[k]. Addit hanc explicationem ut plena sit antithesis: quia multi concedunt Deum esse Regem æternum & immutabilem, nec tamen descendunt in seipsos, & fragilitatem suam reputant. Sed non constat Deo jus suum integrum, donec cuncti mortales coram eo in nihilum redacti fuerint[l]. ¶ *Juxta—voluntatem suam facit*] i.e. Quicquid efficere vult, id efficit, Psal. 115. 3[m]. Agit pro arbitrio suo; nihil tamen agit perversè aut injustè, quia voluntas ejus est summa justitia[n]. ¶ *Tam in*, &c. בְּחֵיל וגו'] *Exercitu* (vel, *in*, sive *cum*, *exercitu*, JT. Pi. Calv. &c.) *cœli*, Ti. Angelis[o]; Diabolis, qui cœlestes sunt originis respectu; stellis[p]. *In virtutibus*, &c. Per illos vigiles: nam ב hîc, ut sæpe, est, *per*†. ¶ *In habitatoribus terræ*] Per homines etiam domesticos[q]. Vel, in hominibus, hos attollens, illos dejiciens; hos Spiritu suo gubernans, illos arcanâ suâ virtute impellens, alios excæcans, indurans, &c[r]. ¶ *Et non* (vel, *nemo*, Sy.) *est qui*, &c. דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ] *Qui resistat manui ejus*, ó. Ar. Vulg. i.e. potentiæ ejus immensæ†. *Qui percutiat manu suâ*, P. i.e. cessare faciat eum; ut solemus quum manuum contactu & complausu vetamus seu prohibemus aliquid fieri[t]: *Qui percutiat in manum ejus*, Mo. Al. *qui criminetur manum ejus*, Sy. Al. *qui prohibeat*, vel *impediat*, *manum ejus*, M. P. Calv. Ca. JT. Pi. quin feriat cùm ferire

ferire decreverit [v]. Deridet hominum vesaniam, qui in Deum insurgunt, eúmque vel suis cancellis includere, vel catenis constringere, volunt [x]. Verto, *qui constringat*, aut *liget*, &c. In Syriasmo enim, qui idem est cum Chaldaismo, מחא, sequente accusativo, est, *percutere*; at sequente ב, *in*, est, percutere, seu injicere, in aliquam corporis partem id quo eam liges aut constringas; ut Johan. 13. 4, 5. & 21. 7. ubi sign. *injicere* aliquid *in lumbos*, vel, quasi ad lumbos percutere, ità scilicet ut lumbi eo constringantur. Hinc usitata est Talmudicis phrasis מחא sequente ב, pro, *impedire, prohibere* [y]. ¶ *Et* (vel, *aut*, Pi.) *dicat ei, Quare* (vel, *Quid*, Mo. P. JT. &c.) *fecisti?*] Sic Mo. P. &c. vel, *facis?* JT. Pi. &c. i. e. Qui jus habeat ipsum ad rationes vocandi, Rom. 9. 20 [z]. Deus non potest jure corrigi, quia voluntas ejus pro lege est [a].

36. *In ipso tempore*] זִמְנָא propriè est tempus præfixum & statutum [b]. ¶ *Sensus meus*, &c.] Vis cognitrix: *αἱ φρένες μυ*, Th. Sensus ille communis qui dicitur mentis usus [c]. Semel hoc dixerat, sed iterum inculcat, quoniam inæstimabile est rationis beneficium [d]. ¶ *Et ad*, &c. וְלִיקַר מַלְכוּתִי הַדְרִי וְזִוִי יְתוּב עֲלַי] *Et ad gloriam* (vel, *excellentiam*, Calv.) *regni mei* (i.e. ad functionem Regni *: sub. *reversus sum*: P. M. Calv.) *decor meus* (vel, *magnificentia mea*, M.) *& splendor meus* (vel, *dignitas mea*, Calv. *figura mea*, M. dignitas vultûs mei [f],) *rediit* (vel, *reddita est*, M. sim. V.) *super me*, Mo. vel, *ad me*, P. Calv. *mihi*, M. V. Al. *Et magnificentia mea ad decus regni mei, forma etiam mea rediit*, Ti. *Et gloriosa regni majestas, unà cum pristina forma, restituta est*, Ca. *Et ad gloriam regalem meam capessendam decor meus & splendor meus* (i. e. splendor vultûs mei [g]) *reversus est ad me*, Pi. sim. JT. q. d. Auctus sum majestate, splendore & gloriâ, &c [h]. Ellipsin hîc statuerunt plerique, propter ל in וְלִיקָר. Eam ut vitarent ὁ'. & Vulg. &c. mutârunt יְתוּב in 1. person. אָתוּב [i]. *Et ad gloriam*, vel *honorem, regni mei redii*, &c. Jac. sim. Ar. vel, *perveni*, Vulg. ὁ'. Vel, הַדְרִי accipiendum pro הַדְרֵית, Chaldaico verbo 1. pers. per apocopen usitatam [k]. Th. non minùs bene, *ἐπὶ τὴν βασιλείαν μυ ἐκραταιώθην*, (*in regno meo confirmatus fui*.) *Figura*, &c. Ità & Græci, *μορφή*: nec aliter זִיו infrà 5. 10. Jac. exponit אור פָּנַי, *lux vultûs mei*. Solent enim quibus atrâ bile mens est percita, etiam oculis & vultu toto præferre morbum. Pacuvius, *Sed quid oculis rabere visa est derepentè ardentibus?* Plautus Captivis, *Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Ità bilis agitat hominem* [l]. Nihil hîc difficultatis est, si sciamus præfixum ל sæpe nominativo inservire: ut, לְאִישׁ *quisquam*, Jos. 10. 21; לְאַבְשָׁלוֹם *Absalon*, 1 Par. 3. 2. לְשָׂרִים *principes*, Esa. 32. 1. Adde & 2 Sam. 16. 2. & 17. 16. 2 Reg. 7. 2. 2 Par. 23. 6. Job. 16. v. 21. Jer. 30. 12. Nec quicquam in lingua Arabica familiarius. Ità ergò & hîc verto, *Et gloria regni mei, majestas mea, & splendor meus revertebatur super me* [m]. Sed his non opus est. Locum sic vertas, *Et tunc, ad gloriam regni mei, decor meus & splendor meus reversus est ad me*. Recenset Rex, rediisse ad se & *honorem* & *splendorem suum*, (h.e. loco horridi istius aspectûs, & loco vilipendii subditorum, succedebat nunc prior in vultu majestas, prior etiam subditorum veneratio humilis,) idque ad gloriam regni sui, h.e. ut gubernatio ejus & æstimaretur à subditis, & iis proficua esset [n]. ¶ *Et*, &c. וְלִי הַדָּבְרַי וְרַבְרְבָנַי יְבַעוֹן] *Et* (vel, *Tum*, JT. Pi. vel, *Præterea*, P.) *me duces* (vel, *gubernatores*, JT. Pi. *proceres*, Ti. sim. P. *consiliarii*, M. V. Ca. Nomen hoc est commune magistratibus, ut diximus Dan. 3. 27 [o].) *mei & principes* (vel, *magnates*, Pi. ut Dan. 5. 1, 2, 9, 23. & 6. 17. Chald. *magni magnorum*. Fuêre hi ordinum delegati, quos in talibus rebus adhibere mos est [p].) *mei quæsierunt*, vel *requisierunt*, Mo. P. &c. Vel, 1. quia tandem ad clementiam flexi sunt, ut Regem cuperent [q]. Vel, 2. pertæsi *πολυκοιρανίας*, (*dominationis multorum*,) & indè sequentis *ἀναρχίας* [r]. Vel, 3. affecti conscientiâ illius cognitionis gloriæque maximæ quæ in Nebuchad. resplendebat †. Vel, 4. arcanâ & mirabili directione Dei & Danielis [t]. ¶ *Et in*, &c. וְעַל מַלְכוּתִי הָתְקְנַת] *Et super* (vel, *in*, V. P. JT. &c.) *regnum meum* (vel, *regno meo*, Mo. P. M. JT. &c.) *confirmatum est*, Mo. vel, *confirmatus sum*, M. P. JT. Pi. Gej. *restitutus sum*, V. A תְּקַן, *paravit, stabilivit*, est הָתְקְנַת: de qua formatione Ophal vide Buxt. Gram. Chald. pag. 92. & Dieu Gram. harm. p. 237 [v]. ¶ *Et*, &c. וּרְבוּ וגו'] *Et magnificentia* (vel, *amplitudo*, Sy. Ti. JT. Pi. *μεγαλωσύνη*, G. *magnitudo*, vel *majestas*, V.) *amplior* (vel, *major*, Sy. Ti. JT. Pi.) *addita est mihi*, Mo. &c. Major fuit mea quàm antè auctoritas [x], ex hoc tanto Dei beneficio [y].

37. *Laudo, & extollo*, &c.] Hæc verborum congeries ex vehementi affectu prodiit [z]. ¶ *Regem cæli*] Hâc appellatione Regni conditionem altissimam, potentissimam, incomprehensibilem & infinitam declarat [a]. ¶ *Omnia opera ejus vera*, קְשׁוֹט] *Veritas*, Mo. P. &c. h. e. Ità se habent prout Deus verè est in se & in Verbo suo; naturæ & sermonibus ejus planè respondent *. Vel, *vera*, V. Gej. opera *veritatis* sunt, JT. Pi. *Vera*, i. e. integra [b], vel recta [c]: ità enim קְשׁוֹט sæpe sumitur apud Chaldæos, & אֱמֶת apud Hebræos [d]. qu. d. Nihil est in iis reprehensione dignum, nihil inæquale & flexuosum *. ¶ *Et viæ* (i. e. rationes agendi [f]) *ejus judicia*] Vel, *judicium*, Mo. P. Calv. &c. vel, viæ *judicii* sunt, JT. i. e. justissimæ [g]. q. d. Non egit Deus mecum injustè, vel nimis rigidè: quicquid pœnæ sustinui, mihi debitum fuit. Non ficta est hæc confessio, sed ex intimo cordis sensu, quoniam tam dira passus est, nec tamen cum Deo rixatur, &c. ut impii solent [h]. ¶ *Et gradientes* (vel, *ambulantes*, Mo.) *in superbia* (vel, *superbè se gerentes*, Ca.) *potest humiliare*] Id quod in me ostendere voluit. Ità Nebuch. exponit se probro coram toto mundo, ut Deum glorificet, &c. Hic verus Dei laudandi modus [i].

CAP. V.

1. Balsasar, בֵּלְשַׁאצַּר] i. e. *Belus est cujus opes*; i. e. In Beli potestate sunt opes ac Imperia [a]. Vel, à בֵּל *scrutatus est*, & אוצר *thesaurus* [b]. Græci ש in τ mutant, ut & ipsi Chaldæi sæpe: itaque scribunt *Βαλτάσαρ*. Talia nomina assumebant ad Imperium evecti, cùm in minore fortuna aliis appellarentur. Hic Baltasar in ipsa Babylone à conjuratis interfectus est [c]. Sed de hoc pauca præfanda sunt; tum ut continuatio historiæ Regum Babyloniæ perspiciatur, tum ut concilietur Daniel cum historicis exoticis [d]. Qu. Quis est hic Baltasar? De hoc magna inter summos auctores dissensio *. Resp. 1. Filius Nabuchodonosoris; quòd post Nabuch. statim ponitur, & quòd Nabuch. patrem appellat v. 2 [f]. & quòd filius Nabuchod. perpetuò appellatur, vers. 2, 11, 13. & Baruch 1. 11 [g]. Deinde, Jer. c. 50. v. 2. Balsasar vocatur Merodach, qui idem videtur cum Evilmerodach [h]. Resp. 2. Fuit hic nepos Nabuchodonosoris [i], vel, 1. ex filio Evilmerodacho [k], qui successit Nabuch. 2 Reg. 25. 27. Probant ex Jer. 27. 7. *Servient Nabuch. & filio ejus, & filio filii ejus* [l]. Uterque autem, & pater & filius, ab affine ejus Nergaletzere (qui vulgò Nerigelosorus) Regno exutus, ad Medos fugit, & uterque nuncupatus Nabonidus, h. e. Princeps expulsus, & Herodoto Labynetus, ut idem nomen diversimodè apud diversas gentes formatur [m]. (Baltasar à Beroso & Josepho vocatur Labonitus & Nabonitus, literis L & N facilè commutatis, sicut L & R [n].) Duo igitur Labyneti fuêre, Evilmer. & Balt. Labynetus secundus à Megasthene Medes vel Medus appellatur, ab exsilio suo apud Medos; quo durante regnavit Nergaletzer, cui successit ejusdem filius Labassardach, qui odio crudelitatis & studio rerum novarum depulsus est, & Baltasar restitutus [o]. Vel, 2. ex filia, ut ex Beroso & Abydeno discimus. Vide dicta ad Jer. 27. 6, 7 [p]. Ex Nitocride filia Nebuchad. juxta sententiam gravissimi authoris apud Josephum; juxta quem Belschatzar idem est cum Nabonido, vel cum Labassoarasco, sive Labosoardocho; quorum alterutrum verum esse docet Regum catalogus in Berosi & Megasthenis fragmentis. Cæterùm neminem moveat nominum diversitas: *Reges enim Babyloniæ*, inquit Scaliger, Emend. temp. l. 6. *ad Imperium accedentes nomen mutare solebant*. Resp. 3. His, ità ex antiquorum sententia ventilatis, mea meus est,

est, vel, Beroso in iis quæ Nabonido tribuit non per omnia astipulandum; vel, Belschatsarem alium à Laborosoardocho post eum regnâsse [q]. Hieron. ex Beroso apud Josephum, Eusebio & Megasthene, putat post Nabuch. regnâsse Evilmer. post hunc filium Niglassar [r], quem alii Regasar vocant †, post hunc filium ejus Labosordach, deinde hujus filium Balsasar. Sed non potuerunt tot generationes esse tam paucis, putà 34. annis [s]. Nabuchod. regnavit annos 45, ut constat; Evilmerod. annos vel 23, vel 30; Beltsazar 8. Fluxerunt ergò jam anni 70 captivitatis [t]. Non potest Beltsazar alius esse quàm *Laborosoarchodus*, ut scribit Berosus, sive *Laborossoarascus*, ut scribit Abydenus, qui ambo cum vi interfectum memorant. Breve oportet regnum habuerit, quia omittit ejus nomen Ptolemæus. Daniel Evilmerodachi & Nerigiassaris tempora transilit, quòd per ea nihil contigisset ad Judæos in pietate confirmandos pertinens [x]. Daniel prophetiam, non historiam, scribit. Quare ea tantùm narrat quæ vel ad religionem, vel Regnorum translationem, vel ad suam auctoritatem confirmandam, pertinebant [y]. ¶ *Fecit*, &c. עֲבַד לְחֶם רַב] *Fecit* (vel, *apparavit*, V.) *convivium* (*panem*, Mo.) *magnum*, M. Mo. sim. P. JT. Pi. vel, *magnificum*, Ti. Ex more Regum Orientis, ut apparet ex Herod. l. 1. & ex Xenoph. l. 7 [z]. Mirus hic stupor, cùm urbs acriter oppugnaretur à Cyro, viro prudentissimo & expeditissimo, & penè caperetur [a]. Qu. Quæ causa hujus convivii? Resp. 1. Dies hic erat anniversarius, vel quia Regis natalis erat [b], vel ob partam aliquando de Persis victoriam [c]. 2. Supplicatio hæc erat solennis pro urbis conservatione, quam, more gentili, finiebant epulo publico [d]. 3. Ex summa securitate *, & fiducia sui, & hostium contemptu [f]; ut fecerunt Epaminondas ab hostibus obsessus, apud Diod. Sic. l. 12. & Viriatus Lusitanus à Romanis obsessus, apud Florum [g]. Urbs amplissima erat, & populosissima [h], & munitissima, & commeatu in multos annos instructa [i]. 4. Quia dies hic Babyloniis festus erat & solennis, ut testatur Xenophon [k]. Beli festum ingens tunc celebratum est, testibus Herod. l. 1. & Xenoph. de Pædia Cyri l. 7. Vide dicta ad Esa. 21. 5, &c. Jer. 25. 26 [l]. 5. Ex Divina providentia, quæ Regem, per se ad libidinem & luxum proclivem, eâdem viâ imprudentem ad interitum duxit [m]. ¶ *Optimatibus suis mille*] Qui eadem quidem in aula, sed seorsum à Rege, discumbebant [o]. ¶ *Unusquisque*, &c.] Longè hæc abeunt à Chaldaico †. וְלָקֳבֵל אַלְפָּא חַמְרָא שָׁתֵה] *Et coram* (vel, *contra*, Mo. vel, *in præsentia*, M.) *mille* (vel, *mille istis*, Pi. sic Sy. JT.) *vinum bibebat*, M. V. sic Ti. Pi. Sy. vel, *bibiturus erat*, JT. Aderat convivio [p]. Rex unus ex discumbentibus erat [q]. Hoc dicit, tum, quia præter morem Regum erat cum aliis convivari [r]; tum, ut viam muniret ad sequentia, quòd *Rex manum vidit*, &c †. Al. Inspectantibus omnibus proceribus hilarem se exhibuit [r]. Al. Mille istos ad bibendum invitabat, vel, cum eis bibendo certabat [v]. [Alii sic vertunt,] *Et coram*, vel *è regione*, *mille vinum erat*, G. ex Th. ο'. Ar. Sensus est, cuique mille convivarum antepositum fuisse poculum, & hominem qui petenti vinum infunderet: ità poscente more regionis [x].

2. *Præcepit*, &c. אֲמַר בִּטְעֵם חַמְרָא] *Dixit* (vel, *præcepit*, P. Calv. &c.) *in gustu* (vel, *sapore*, Mo.) *vini*, P. ο'. Ar. vel, *cùm vinum mero potaret*, M. vel, *gustâsset*, Sy. V. h. e. cùm incaluisset mero [y]; postquam exhilaratus est vino [z]: vel, *vino dictante*, Ti. vel, *inter pocula*, Ca. vel, *ad gustandum vinum*, JT. i. e. ad faciendum delicias. Chald. *pro gustu vini* [y]. *Dixit in gustatione vini*, Th. in G. Significat, inter potandum Regi magis magisque allubuisse vinum [z]. ¶ *Ut afferrentur vasa*, &c.] Per ludibrium, ut triumphum rursus ageret de vero Deo [a]: [& de Judæis quasi incassum jactantibus se post 70 annos jam elapsos liberandos fore:] in usus profanos [b]; cùm adhuc in Beli templo aliquam saltem sanctimoniam retinuissent [c], eáque vulgare religioni duxerat Nebuch [d]. Quod tunc piaculum fuit, sacra profanare; nunc & Principum & profanorum lusus est. Et adhuc quærimus cur bellis tam atrocibus vastitas passim fiat *? ¶ *Pater ejus*] i. e. Avus. Sæpe ità loquuntur Chaldæi & Hebræi [f]: quomodo & nepotes & pronepotes *filios* vocant [g], & avos, abavos, atque atavos, *patres* [h].

3. *Vasa*——*quæ asportaverat* (Chald. *extulerant*, vel *asportaverant*, nempe omnes Babylonii, sub auspiciis Regis sui [i],) *de templo quod*——*in Jerusalem*] Hoc factum, non ex necessitate, non honoris gratia, non ex admiratione artis, verùm ex profano scurrilique contemptu [k].

4. *Laudabant deos suos aureos*, &c.] Ità vocantur dii illi, quia ipsi revera non existebant, sed tantùm eorum imagines. His tamen laudes canebant [l], de Deo vero quasi triumphantes [m]. Exprobrat eis quòd deos colerent aureos, &c. quia, quamvis faterentur essentiam Dei non esse ex auro, &c. deósque in cœlo habitare, statuásque tantùm esse deorum imagines, ad statuas tamen confugiebant, & inclusam in eis majestatem dei putabant [n].

5. *In eadem hora*] i. e. In eo ipso tempore [o]; ut constaret causa pœnæ, nempe contumelia Dei, & profanatio vasorum ejus [p]. ¶ *Apparuerunt*] Chald. *egressi sunt*, P. Calv. id est, visi sunt egredi [q], nempe è cœlo [r]. ¶ *Quasi manûs hominis*] Movente eam Angelo Gabriele †. Facit hoc ad certitudinem miraculi [s]. Dicit, *quasi*, quia verè manus non erat, sed ei similis [v], ex aere condensato formata [x]. Hunc monet Deus, non (ut avum ejus) somnio, aut voce, sed manu, tanquam certiori testimonio quasi manu obsignato, ut plures decreti sui testes essent *. ¶ *Contra* (vel, *apud*, Ca.) *candelabrum*] Ità Mo. sim. P. M. Ti. JT. &c. pensile scilicet [y], vel parieti affixum, vel ex lacunari prope parietem pendulum [z], qui proxime Regem erat; quò rectiùs scriptio conspiceretur [a]. Protractum erat hoc convivium, pro more, ad mediam noctem, quo tempore capta fuit Babylon [b]. ¶ *In*, &c. עַל־גִּירָא דִּי־כְתַל] *Super gypso quod parietis*, Mo. *in tectorio* (vel, *super calcem*, Pi. *in albario*, Ti. *in superficie*, P. M. Vulg.) *parietis*, JT. Ca. Gej. sic G. ex Th. ¶ *Rex aspiciebat*] Vel, *videbat*, M. sic Pi. &c. vel solus [c], vel primus [d]. Voluit Deus ipsum esse oculatum testem, ut terreretur, nè, si alius hoc renunciâsset, dubitare posset *. ¶ *Articulos*, &c. ità Ti. "פַּס ונו] *Palmam* (vel, *partem*, JT. Pi. partem palmæ aversam [r],) *manûs quæ scribebat*, Mo. P. M. &c.

6. *Tunc*, &c. אֱדַיִן מַלְכָּא זִיוֺהִי שְׁנוֺהִי] *Tunc regis vultus* (vel, *species vultûs*, M. vel, *splendor*, Pi. sic JT. *facies*, P. *forma*, ο'. Ti. *species*, Ar. *serenitas*, Sy.) *mutatus est*, Calv. G. ut suprà 4. 36 [g]. *Tunc regis* (vel, *Tunc rex*, V. vel, *Tunc regem quod spectat*: nominativus hìc habet vim membri integri [h]:) *splendores ejus mutaverunt ipsum*, Mo. vel potiùs, *mutati sunt ipsi*, Emp. Gej. i. e. in ipso, seu super ipsum, sicut explicatur v. 9. Nam hoc significatu שנא in prima conjug. act. est intransitivum: & affixa aliquando (quamvis raro) ità verbis junguntur, ut inter utraque præpositio subintelligatur, ut Job. 15. 21. יְבוֺאֶנּוּ, pro יָבוֺא עָלָיו, *superveniet ei*; qualis constructio 2 Sam. 17. 2 [i]. זיו hìc sign. *lumen vultûs* [k], ex collat. v. 10. Significat, vultûs splendorem & hilaritatem fuisse immutatam in σκυθρωπότητα, i. e. *vultûs tristitiam* [l]. q. d. Gratiæ Regis vultûs mutatæ sunt [m]. *Itaque mutavit colorem rex*, i. e. expalluit [n]. ¶ *Et*, &c. וְקִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן] *Et ligamina* (vel, *cingula*, P. JT. *vincula*, Ti. Sy. *compages*, ο'. *nodi*, Gej. Ar. ab Ebr. קשר *ligavit* [o],) *lumbi*, sive *lumborum*, (vel, *renum*, ο'. Gej.) *ejus soluta*, vel *dissoluta*, *sunt*, P. M. Pi. JT. &c. *Ligamina*, &c. id est, coxendices. Periphrasticè loquuntur Hebræi & Chaldæi [p]. Al. Urina defluebat [q]. Ingens significatur metus, in quo solent quodammodo renes solvi, & urina defluere. Vide Psal. 16. 7. & 73. 21 [r]. Al. Sic metu compressus intus & coarctatus est †, sic diffluere atque in sudorem abiisse visus est [t], ut se discingere & vestes diloricare cogeretur [v]. Al. Zona, præ jactatione & trepidatione corporis, vel disrupta est, vel soluta [x]. Al. Ut *lumborum confirmatio* in S. S. ponitur pro virium augmento; ità, *lumbos dissolvere*, est, vires debilitare, Psal. 69. 24. Ezec. 29. 7. &c. Hinc *discincti* pro imbellibus, apud Virgil. &c [y]. ¶ *Et*, &c. וְאַרְכֻבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן] *Et genua* (רכב *equitavit*, quia genua ad equitationem præcipuè necessaria sunt [z]: vel, *poplites*, M.) *ejus hoc ad illud* (*alterum ad alterum*, P. sic JT. Pi. vel, *ad invicem*, M.) *collisa sunt*, Mo. P. Pi. &c. vel, *collidentes erant*, Gej.

Marginal notes (left column): q Emp. r La. † Mald. s La. t Calv. x G. y Mald. z G. a Calv. b Q. in Sin. c He. in Mald. d Q. in Gej. * Q. in Mald. f Q. in Gej. sim. Calv. Me. La. g Gej. ex La. h Calv. i Mald. k Calv. l Gej. m Mald. o G. † Idem. p V. q Mar. sim. Mald. r Mald. ex AE. † Mald. r Gej. v Q. in Mald. x G. y V. sim. Calv. z V. ex He. sim. Pi. y Jun. z G. a Calv. b G. c G. ex Hi. d Me. ex Mald. * G. f G. ex Jac. sim. Calv. &c.

Marginal notes (right column): g G. h Calv. i Calv. k Gej. l G. m G. sim. Calv. n Calv. o G. p Me. q V. r Pi. s G. ex RS. t Calv. v Me. T. La. sim. x Calv. * T. ex La. y Mald. z G. a Gej. b G. c Calv. c L. d Gej. * Calv. r G. g G. h Gej. i Emp. k Gej. ex Jac. l Emp. ex Jac. m V. n Ca. o Gej. p Calv. q G. r Mald. Me. † Pol. t Jun. v Jun. Pol. x Q. in Gej. y Gej. z Idem.

Gej. præ timore [a]. Sic Ovid. Metam. —*& subito genua intremuêre timore*. Horat. Et *corde & genibus tremit*. Et Virg. —*sed tarda trementi Genua labant*—Nempe, debilitas in nervis motum excitat in membris involuntarium [b].

7. *Exclamavit—rex fortiter*] Ad verb. *cum virtute*, i.e. altâ voce [c]; attonitus, & oblitus dignitatis suæ [d]. ¶ *Ut introducerent magos*, &c.] Vide ad Dan. 2. 2 *, 27 [f]. Vide quàm propensa sunt hominum ingenia ad mendacia & fallacias Satanæ. Accersit Magos, semel & bis deprehensos; negligit Deum, & Danielem prædictionum eventu tunc celeberrimum. Mundus nempe vult decipi, & claudit oculos ad lucem oblatam [g]. ¶ *Quicunque legerit scripturam hanc*] Credunt Hebræi, quamvis verba sint Chaldaica, scripturam fuisse Hebræam veterem, i.e. Cananæam, Phœniciam, Samaritanam [h]. ¶ *Purpurâ*] i.e. Veste purpureâ †: quâ utebantur soli Reges, & pauci quibus id Rex pro singulari honore concesserat *. ¶ *Et*, &c. "וְהַמְוּנְכָא וגו] *Et torques quæ auri* (sub. *erit*, P. vel, *ponetur*, Pi. vel, *suspendetur*, M.) *super* (vel, *ad*, JT. *in*, P. &c.) *collum*, vel *collo*, *ejus*, Mo. P. &c. Purpura & torques aureus erant Regia insignia. Vide 1 Mac. c. 8. v. 14 [i]. Magnus & hic honor, [torquem gerere.] Vide Gen. 41. 42. *Qui somniavit torquem se gerere, maximam dignitatem consequetur*, ait Achmetes [k]. ¶ *Et*, &c. "וְתַלְתִּי וגו] *Et tertius in regno dominabitur*, i. e. tertiam dignitatem obtinebit, ut infrà 16, 29 [l]. Primus locus Regis; alter, filii Regis, (vel, Reginæ [m];) tertius, primi satraparum [n]. Vel, unus erit ex tribus Principibus, quos τριστάτας, vel *triumviros*, vocabant [o]; quorum primus exercitui, alter aulæ Regiæ, tertius terræ & provinciis, præfectus est [p].

8. *Non potuerunt——legere*] Vel, 1. quia scriptura Hebraica erat [q]. Vel, 2. quia, Hebræorum more, scriptæ erant tantùm initiales verborum literæ, *M, T, P* [r]. Vel, 3. quia divinitus impediti sunt †, ut hæc gloria Danieli servaretur [t]. ¶ *Nec interpretationem*, &c.] Allegoricum enim erat vaticinium, &c. Ità Rex pœnam dat ingratitudinis, spe suâ deceptus [v].

10. *Regina*] Regis vel, 1. uxor [x]. Obj. At hæc Regi assidebat, v. 2. Resp. Separata hîc, de more, erant triclinia virorum & fœminarum: de suo ergò triclinio venit in triclinium Regis [y]. Vel, 2. mater [z]. Vel, 3. avia [a]. Nitocris scilicet, prudens fœmina [b]. Vide Annotata ad l. 3. V. R. C [c]. Vetula fuisse videtur [d], quæ ab hoc convivio aberat *, tanquam vidua [f], senio confecta, nec deliciis favens, &c [g]. ¶ *Pro re*, &c. לָקֳבֵל "מִלֵּי וגו] *Propter* (vel, *adversum*, Mo.) *verba* (vel, *negotium* hoc, vel istud, Ca. Pi.) *regis*, M. P. JT. vel, *quod regi acciderat*, Ti. Ob tantam gaudii immutationem [h].

11. *Est vir*, &c.] Daniel scilicet. Qu. An ergò hic ignotus Regi? Resp. 1. Notissimus erat, sed solùm ut vir prudens ac politicus, non ut divinator aut Propheta [i]. Noluit Daniel permiscere se cum Magis, aut in eorum ordine censeri, aut uti honore à Rege Nabuch. ipsi oblato [k]. 2. Perculsus metu non meminerat illius, aut non advertit ipsum abesse. 3. Forsan defunctus est præfecturâ suâ Daniel; vel, per æmulos eâ exutus, ut ferè fit sub novis Regibus, & colligitur ex versu 16.) à convictu Regis se subduxerat, & otio sancto se dederat [l]. ¶ *Qui spiritum—habet*] Usurpat ipsa verba mariti Nabuchod. Dan. 4. 8 [m]. ¶ *Scientia*, &c. "נַהִירוּ וגו] *Lux* (vel, *illuminatio*, Mo. P. *cognitio*, M. *vigilantia*, ο'. Ar. perspicacitas mentis, cui nihil obscurum [n],) *& intelligentia*, &c. JT. Pi. vel, *scientiæ lux*, Ti. *præclara scientia*, Ca. lumen cognitionis, h. e. ingenium, solertia & scientia [o]. *Lux*, spiritus lucidus, ἀγχίνοια, (*solertia*:) *intelligentia*, rerum naturalium: *sapientia*, ad res agendas [p].

12. *Spiritus amplior*; ità M. P. Ti. יַתִּירָא] *Excellens*, JT. Pi. *abundans*, Mo. *duplicatus*, Ar. ¶ *Intelligentiáque*, &c. וְשָׂכְלְתָנוּ מְפַשַּׁר חֶלְמִין וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן וּמְשָׁרֵא קִטְרִין הִשְׁתְּכַחַת בֵּהּ] *Et intellectus*, vel *intelligentia*, *interpretans* (*ut interpretetur*, Ti. *quâ interpretatur*, M. *interpretantis*, Di.) *somnia*, *& indicatio* (*& annunciat*, M. *& edisserat*, Ti. *& indicationis*, Di.) *ænigmatum*, (vel, *ænigmata*, M. Ti.) *& solvens* (vel, *& solventis*, Di. *& solvit*, M. *& solvat*, Ti.) *nodos*, (vel, *perplexa*, M. Di. vel, rerum arcanarum *vincula*, Ti.) *inventa sit*, vel *est*, *in eo*, Mo. Di. &c. Videtur omnino verbum fœm. הִשְׁתְּכַחַת regi à nomine fœm. שָׂכְלְתָנוּ [q]. Al. *Et intelligentia* (*interpretabatur* enim *somnia*, *& indicatio problematum* erat in eo, *& solutio ligatorum*) *inventa est in eo*, P. Quæ parenthesis durissima est [r]. [Alii aliter.] *Et intelligentia*, (sub. *item*, Pi.) *interpretatio somniorum*, *& indicatio ænigmatum*, *ac solutio rerum implexarum*, &c. JT. vel, *nodorum*, &c. Pi. [Ca. locum sic reddit, *Quod eumcompertum esset in somniis interpretandis*, *obscurisque explicandis*, *& ambiguis enodandis*, *ingenii esset*, [legendum, *esse*,] *scientiæque & peritiæ singularis*.] ¶ *Cui rex* (h. e. minister Regis, Dan. 1. 7 †.) *posuit nomen Baltassar*] Unde constat eum habitum in summo pretio, &c [t].

13. *Tu es* (vel, *Tune es*, Pi. &c.) *Daniel de filiis captivitatis*, &c ?] Videtur hîc contemptim loqui, ut sibi addicat Danielem in obsequium servile [v]. ¶ *Quem adduxit*, &c.] *Quam*, nempe captivitatem [x].

14. *Ampliores*] Quàm in ullo sapientum Orientis, Ezec. 28. 3 [y].

16. *Et ligata* (vel, *nodos*, G.) *dissolvere*] Sic Oedipus apud Senecam, *Nodosa sortis verba & implexos dolos*, *Ac triste carmen alitis solvi feræ* [z].

17. *Munera tua sint tibi*, *& dona domûs tuæ* (vel, *dona tua*, P. M. &c. vel, *honoraria tua*, Mo. JT. Pi. erogationes annuæ, ut dictum Dan. 2. 6 [a].) *alteri da*] Ità ο'. &c. *Tua tibi dona & munera habeto*, *aut in alios conferto*, Ca. Sapientis & hoc est, nôsse quando acceptanda sint quæ dantur, quando non. Vide Gen. 14. 23. 2 Reg. 5. 16, 26 [p]. Dona Nabuch. accepit, non Beltsazaris. Qu. Quæ causa discriminis? Resp. 1. Hic avo suo deterior erat, pervicax & desperatus: ideo Daniel asperiùs cum eo loqui voluit, & ostendit se minùs ei quàm avo deferre [q]. 2. Non erat cur Daniel tam tristis nuncii præmium acciperet [r]. 3. Ratione statûs publici. Tunc Daniel juvenis erat, & poterat contribulibus prodesse, &c. nunc senex fuit, & videbat Regnum hoc exitio proximum esse, ideóque opes parùm profuturas †. Tempus subjectionis [Judæorum] jam finiendum erat, cujus respectu Chaldaicam Monarchiam antè coluerat [t]. 4. Noluit Daniel vendere donum prophetiæ, sed, quod gratìs accepit, gratìs dare [v]. Inst. Cur ergò Daniel v. 29. dona admittit, quæ hîc rejicit? Resp. 1. Initio testatus est se dona non morari, interea noluit vehementiùs contendere. 2. Ut ostenderet se imperterritum esse, neque hæc astutè refugere vitandi periculi gratiâ, quum tutior fuisset inter gregarios quàm inter purpuratos. 3. Nè, si ad extremum recusâsset, signum id esset timiditatis, quod in suspicionem proditionis tractum fuisset [x].

18. *O rex*, "אַנְתָּה מַלְכָּא] *Tu, rex*, sub. *audi*, P. M. Gej. ex AE. vel, sub. *scias*, Saad. in Gej. *Ad te quod attinet*, *ô rex*, Pi. ¶ *Deus—regnum*, &c. (vel, *imperium*, Calv.) *dedit—patri tuo*] Monet non fortuitò contingere Imperia, sed divinitus [y]. *Regnum*, i. e. Imperium latissimè patens; *magnificentiam*, majestatem apud subditos; *gloriam*, ex victoriis; *honorem*, ex urbe aucta, structis mœnibus, templo, palatio [z].

19. *Universi populi———tremebant*] Etiam qui sub imperio ejus non erant [a]. ¶ *Quos volebat interficiebat*] Intelligunt hoc, vel, 1. de illius tyrannide: vel potiùs, 2. de Regia potestate vitæ & necis [b]. ¶ *Et quos volebat percutiebat*; ità P. sic M. Ti. ο'. Ar. &c. הֲוָה מָחֵא] *Servabat*, Sy. vel, *vivificans erat*, Mo. *vivificabat*, G. *in vita conservabat*, JT. Pi. sic G. etiam mortem meritos. Nemo erat qui voluntati ejus auderet obsistere [c]. Quamvis מחא Chaldæis etiam *percutere* significet; tamen nec oppositio membrorum, quæ sibi invicem respondent [d], nec ipsa grammatica, hanc significationem admittit: nam מחא scribendum fuisset, non מחא *. Itaque מחא est contractum è מַחְיָא; uti frequenter in Aphel hujus verbi perire solet [f]. מחא est Benoni Hiphil sive Aphel: nam à חיא, *vixit*, Syriacè in Aphel est אחי, per crasin, pro אַחְיִי, *vivificavit*, participium מחא, futurum נחא. Exempla passim in N. T. Syriaco occurrunt *. A חיא, *vixit*, in Aphel, abjecto medio radicali, fit מחא, *vivificans*, ut in Syro ad Luc. 9. 24 [g].

20. *Spiritus illius obfirmatus est*, &c. ità LXX, Ar. תִּקְפַת לַהֲזָדָה] *Roboratus est* (vel, *induratus est*, P. simil. JT. Pi. vel, *fortiter invalesceret*, M.) *ad superbiam*, Mo. P. &c. vel, *ad superbiendum*, Pi. *ad superbè agendum*,

[a] G. [b] Gej. [c] V. [d] Calv. * V. [f] G. [g] Calv. [h] G. † V. * G. [i] Mo. ex Mald. [k] G. [l] Idem. [m] Q. in Gej. M. ld. [n] G. sim. Gej. [o] Hi in Mald. [p] Q. in Gej. [q] Q. in Mald. [r] La. ex Mald. † Mald. [t] La. [v] Calv. [x] Q. in Gej. La. [y] La. [z] Jac. Mc. T. [a] C. ex Jo. [b] G. T. ex Oig. & Th. [c] G. [d] Calv. Gej. * Gej. sim. G. [f] G. [g] Gej. [h] Idem. [i] T. [k] Calv. [l] T. [m] G. [n] Gej. [o] V. [p] G.

[q] Di. [r] Idem. † Mald. [t] Calv. [v] Calv. [x] V. [y] G. [z] Idem. [a] Idem. [p] Idem. [q] Calv. [r] G. † Gej. [t] Calv. [v] Mc. [x] Calv. [y] Calv. [z] G. [a] Idem, Q. in Gej. [b] Calv. [c] G. [d] Emp. sim. G. * Emp. sim. Di [f] Emp. sim. G. * Di. [g] G.

dum, JT. Significat superbiam pedetentim crevisse instar arboris radices agentis,&c[h]. donec tandem accederet obstinatio vel durities [i]. *Sibique arrogabat immoderato*, Ti. *Spiritu superbo insolescebat*, Ca.

21. *Et cor*(vel, *animum*,JT.)*ejus* (vel, *suum*,JT. Q. in Calv.) *cum bestiis*, &c. עִם חֵיוְתָא שַׁוִּי] *Cum bestia*, sive *bestiis*, (vel, *ad bestias*, JT. vel, *bestiis*, Pi.) *adæquatum*, Mo. vel, *positum est*, M. P. vel, *datum est*, o'. Ar. *æquiparatum fuit*, Pi. vel, *applicuit*, JT. q. d. Animus ejus nihil nisi belluinum sensit [k]. Vel, *posuit*, V.Calv. Vel, 1. ipse Nebuc. h.e. Adjecit omnes suos sensus ad bestias, ut nihil ab illis differret [l]: vel, 2. Deus [m]; h.e. Ità eum infatuavit Deus, ut similis esset bestiis [n], & cum iis versari cuperet [o]. *Eundem cum bestiis animum habuit*, Ca.sim. Sy. *ac ferino sensu præditus*, Ti.

22. *Non humiliâsti*,&c.] Sub Deo vero[p]. ¶[*Cùm*,&c. כָּל־קֳבֵל דִּי וגו'] *Omni respectu quòd totum hoc scires*, Mo. *Quamvis totum*, &c. JT. Pi. V. *Quum*,&c.P.Ti. *Quum tamen*,&c.Ca. *Quandoquidem*,&c. Calv. *Posteaquam*,&c. M. q.d. Non peccâsti ignorantiâ, sed contumaciâ & datâ operâ, nec domestico exemplo afficiebaris, ut te Deo subjiceres [q].

23. *Vasa domûs ejus*] Ex Templo Hierosl. deportata [r]. ¶ *Vinum bibistis in eis*] Tanquam in profanis. Meliùs cavit sibi Justinianus, qui vasa Templi secundi, à Vespasiano Romam portata, à Genserico Romæ expilatore Carthaginem, cùm per victoriam nactus esset, non in suos vertit usus, sed in sacram basilicam misit quæ erat Hierosolymis, narrante Procopio †. ¶ *Qui habet*, &c. דִּי נִשְׁמְתָךְ וגו'] *In cujus manu* est *anima tua*, P. JT. Ca. vel, *mens tua*, Mo. *halitus tuus*, Gej. Pi. Sy. sim. o'. Ar. *vita tua*, Calv.Gej. *spiritus vitalis*, Ti. Unde tu dependes, & à quo habes quicquid tuum esse jactas [r]. Deum illum qui non modò omnes actus tuos prosperare potest aut evertere, verùm etiam spiritum ipsum vitalem tibi auferre ubi voluerit†. ¶[*Et omnes vias tuas*] Vel, *viæ tuæ*, Mo. P. M. &c. vel, *actiones tuæ*, Ca. vel, *totum iter tuum*, JT. Negotia tua singula, tam privata quàm publica [r]. ¶ *Non glorificâsti*] Αὐτόν· nam & contempserat eum Baltasar [v]. Sic Psal. 5. v. 5. *non volens iniquitatem*, i. e. severissimè abominans [x].

24. *Articulus manûs*; ità Ti. פַּסָּא וגו'] *Palma* (vel, *summa*, Ca. *pars illa*, JT. Pi. *particula*, V.) *manûs*, P. M.Mo. Manus abscissa & separata à reliquo corpore [y].

25. MANE, מְנֵא מְנֵא] *Mene*,*Mene*,Sy.Mo. P. Ti. G. *Mensus est*, *mensus est*,Ca. *Numera*, *numera*, M. *Numeravit*, *numeravit*, V. JT. Pi. *Numeratum est*, *numeratum est*, Calv. Geminatio facta est ad majorem exaggerationem [z]; vel, confirmationis causâ, ut significet numerum jam completum esse [a]: vel, prius significat finem Regni; secundum, mortem Regis [b]. Sed illud argutum est [c]. Vel, phrasis est Hebraica, pro, Numerando numeravit, i. e. Diligentissimè & ad minimos calculos numeravit. Videtur *numerandi* verbo alludere, vel, ad 70 annos captivitatis Judæorum; vel, ad Babylonici Regni eversionem sive translationem, prædictam Isa. 13. & 14. &c. & Jer. 50. &c. & significatam in somnio illo, Dan. 2. 32 †. ¶ THECEL, תְּקֵל] *Techel*, Mo. P.&c. *Appende*,M. *Appendit*, JT.Pi.V. vel, *Ponderavit*,V. ità & Ca. *Appensum est*, Calv. ¶ PHARES; ità o'. וּפַרְסִין] *Upharsin*,Sy.P.Ti.Mo. *Et divisit*,Ca. *Dividuntque*,JT.Pi. *Et dividentes*,M.V.Calv. sub. *sunt*, vel *sint*, V. M. Allusio est ad Persas, qui dicuntur פַּרְסִין: nam hæc dictio est æquivoca [d]. Versum sic verto, *Numeratus est*, *numeratus est*, *appensus est*, *& dividunt*, supple, eum, i. e. divisus est. מְנֵא est participium Peil, adeóque passivum, formæ גְּלָא *revelatus*: præt. act. *numeravit*, מְנָה dicitur, vel, ex Chaldaico-Hebraismo, מְנָה, ut seq.v. תְּקֵל *appensus*, ut & (quod v. 28. sequitur) פְּרֵס *divisus*, nomina sunt participialia, formæ Syriacæ דְּמֵךְ *dormiens*, כְּפֵן *esuriens*, &c. Atque ità וּפַרְסִין, *& dividunt*, rectè exponitur, *& divisus est*: ut suprà, *mutabunt*, i.e. mutabitur; *expellent*, i. e. tu expelleris; & Dan. 3. 4. *vobis dicunt*, i. e. dicitur †.

26. *Mane*, &c. מְנֵא מְנָה־ וגו'] *Mene*, (*Numera*,M. *Numeravit*, Pi. sic JT.) *Numeravit Deus regnum tuum*, *& complevit* (vel, *consummavit*, M. *perfectissimè numeravit*, JT.Pi. G. quod bis repetitum *Mene* significat *: Chald. *perfecit*, Pi.) *illud*, Mo. P. &c. Dies regni tui definivit [f], & advenit tempus judicii [g]. Numeravit Deus annos regni tui, & deprehendit illos esse completos [h]. Præscripsit tibi Deus certum terminum, ad quem nè momentum addi potest: actum est de vita tua & regno [i]. Vel, quod forsan rectius, *& tradidit illud*; q. d. numeratum abstulit tibi, & alteri tradidit. Verbum illud apud Syros in Piel significat, *perficere*, *complere*; at in Hiphil, *tradere*: atque ità Esd. 7. 19. accipitur *tradendi* vel *reddendi* significatione: sunt enim ista affinia; quia qui reddit tradit alteri quod ejus erat [k].

27. *Thecel*, &c. תְּקֵל תְּקַלְתָּא וגו'] *Techel*, Mo. (vel, *Appende*,M. *Appendit*, Pi. sic JT.) *Appensus es in bilancibus*, Mo. &c. *Thechel*, (*hoc est*,*Appendit*, *significat*) *te appensum in bilance*, Ti. Metaphora à re negotiatoria & populari: q. d. Ut aurifex lancibus materiæ pondus pretiúmque cognoscit accuratissimè; ità Deus de Rege & Regno cognitionem habet perfectissimam [l]. Ostendit Deum omnia agere in pondere & mensura, & summa moderatione: q. d. Non festinavit Deus in pœna de te sumenda, sed,pro more suo & perpetua regula,justè pœnam de te exigit [m]. ¶ *Inventus es minus habens*] Sic o'. sim. Ti. Vel, 1. minus auctoritatis quàm antè habebas [n]: vel, 2. minus dierum quàm ætas naturáque tua postulabant; ante diem enim morieris. Numerati sunt apud Deum omnium hominum dies, juxta Job. c.14. v.5. præsertim Regum, quorum majorem habet curam; hujus autem maximè, quòd ex fine Regni ejus pendebat liberatio Judæorum [o]. ¶ וְחַסִּיר] *Imminutus*, Mo.V. *deficiens*, P. M. Gej. vel, carens corde [p]: *levior*, Ca. Pi. sim. Sy. JT. Levior justo; q. d. indignus Regno [q], nullius momenti, vel homo nihili, nullius ponderis, nec honore dignus, ut putas [r]. Causa cur tam breve futurum sit tibi regnum est, quòd in lance Divinæ æquitatis repertus sis improbus, ut nummi adulterati †. Appensa sunt opera tua bona & mala, & deprehensus es vitam tuam malè collocâsse [t].

28. *Phares*, &c. פְּרֵס פְּרִיסַת וגו'] *Peres*, Mo. (vel, *Dividens*, M. *Divisit*, Pi. sic JT. Ca.) *Divisum* (vel, *Scissum*, *Fractum*, V. separatum à te [v],) *est regnum tuum*, *& datum est Madai*, vel *Medis*, *& Paras*, vel *Persis*, P. Mo. M. &c. *Peres*, (*id est*,*Divisit*, *portendit*) *divisum*,&c.Ti. i. e. avulsum à domo tua. *Fractum*, G. ex Saad. & Jac. i. e. abruptum. Est autem in *Pharsin* duplex significatio: nam & *abruptum* sign. & ipsos *Persas* qui abruperunt. Persæ enim Chaldæis *Phars*, vel *Pharas*; *Pharusi* olim, teste Plinio. *Et datum est*,&c. i.e. *dabitur*, sub Cyro: vide Jer. 25. 25. ubi Persæ dicuntur עֵילָם, ab Elymaide, quæ Persidi annexa quà Mediam versùs porrigitur, teste eodem Plinio, 6. 26. Impletum hoc annis pòst 17. Adeò autem coaluerunt duo isti populi in gentem unam, ut passim apud Græcos reperias *Medos* pro *Persis* dici, & Μηδίζοντας eos qui Persis studebant [x]. Urbs quidem capta fuit à Cyro, qui tamen socerum suum Darium Medum in Regni societatem admisit: atque ità Medi & Persæ hoc Regnum partiti dicuntur [y]. Opponitur hæc *divisio* integritati & unioni tot provinciarum Regnorúmque sub Belsazere [z].

29. *Tunc*, *jubente rege*, &c. אֲמַר וגו' וְהַלְבִּשׁוּ וגו'] *Dixit* (vel, *Jussit*, M.) *Belsasar*, *& induerunt*, &c. Mo. *Edicente*, vel *Jubente*, *Belschatsare*, *induerunt*, &c. JT. Pi.P. Ti. Recuperavit dignitatem quam olim sub Nabuch. habuerat *. Ità Baltasar homini gratiam habuit, non & Deo †. Qu. 1. Cur Rex tam infausti nuncii interpretem donavit, &c? Resp. 1. Quia antè promiserat, & semper Regum fides sancta habita est [a]. Ex ambitione hoc fecit, quia apud Babylonios sacrosanctæ erant Regum leges, & verba eorum rata, & quicquid protulerant volebant haberi firmum & inviolabile [b]. 2. Hoc fecit, ut sibi consuleret ac suæ securitati; nè satrapis contemptibilis foret, & authoritatem atque reverentiam perderet apud subditos: hinc videri voluit maximè securus & imperterritus, quasi illa esset comminatio sine effectu [c]. Qu. 2. Cur Daniel admisit quæ recusaverat? Resp. 1. Priùs recusavit, nè munerum causâ scripturam interpretari videretur: nunc accipit, tum ut Dei gloriam magis illustraret, & illa insignia Divinæ sententiæ explicatæque ab eo scripturæ testes essent [d], tum populi sui causâ, cui apud Da-

h Gej. i C.lv. k Jun. l Calv. m V. Calv. n Calv. sim. o V. p G. q Calv. r G. † Idem. r Calv. † G. r Gej. v G. x Ca. y V. z Idem. a Calv. b Q. in V. c Calv. † Mald. d V. † Di. * G.

f G. sim. M. g M. h V. sim. Calv. i Calv. k Di. l Jun. m Calv. n Q. in Mald. o Mald. p Gej. q V. r Calv. † G. t M. v Pi. x G. y Calv. z Gej. * G. † G. ex Hi. a Mald. sim. M. b Q. in Calv. c Calv. d Mald.

rium prodeſſe cupiebat. Sperabat enim famam hujus facti benevolentiam [ſibi & populo ſuo] apud Regem conciliaturam *. 2. Non conſtat hoc factum. Verba ſic reddas, *Dixit*, vel *Mandavit*,——*ut induerent*, &c. ו pro *ut* poni, ſæpe notatum eſt. Decretum quidem eſt, non tamen additur, hoc intempeſtâ nocte exſecutioni mandatum fuiſſe [f].

30. *Eâdem nocte interfectus eſt*, &c.] Confirmant hoc profani ſcriptores [g]. Ὑπὸ τῶν φίλων ἀπηλυμπανίσθη, (*Ab amicis per tumultum expulſus eſt*, vel forſan, *fuſtibus cæſus*,) ait Beroſus. Abydenus, Τέτυ δ' ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, (*Hoc autem mortuo violento fato* [h].) Herod. l. 1. & Xenoph. l. 7. tradunt Babylonem nocte captam, bacchantibus & nihil opinantibus Chaldæis: ídque indicio duorum transfugarum Babyloniorum, Gadatæ & Gobriæ, quorum indicio Cyriani milites in regiam noctu ducti ſunt, ubi primùm Regis cuſtodes, deinde ipſum Regem, trucidârunt, ut refert Xenoph [i]. Al. Servorum ſuorum aliquis Belſchatzarem occîdit, quò gratiam iniret à Medis & Perſis [k]. ¶ *Rex Chaldæus*] Vel, *Chaldæorum*, Pi. Calv. &c. Non temere eum ſic vocat, præter conſuetudinem, ut ſignificaret eundem & Baltaſaris & Regni Chaldæorum finem fuiſſe [l].

31. *Et Darius Medus ſucceſſit in regnum*] Qu. Quiſnam hîc fuerit? Reſp. 1. Nabonitus [m]; qui hîc *regnum ſuſcepit*, ſive *adeptus eſt*, & infrà 9. 1. הָמְלַךְ, i. e. *rex fuit conſtitutus*, electione populi, noménque ſumpſit Darii, cùm antè vocaretur *Nabonnedus* Beroſo, *Nabonadius* Ptolemæo, *Nabannidachus* Abydeno, Herodoto *Labynitus*, *n* mutato in *l*: quod & in aliis nominibus reperitur. Habitabat quidem is *Nabonnedus* Babylone, ſed Medus fuit origine, infrà 9. 1. Namque is eſt Medus qui prodidiſſe cives, i. e. Babylonios, dicitur in Oraculis, non falſò. Nam ad Cyri adventum fugit Borſippa, ibíque cum Cyro pepigit ut præfecturam haberet Carmaniam. Darius ergò nomen fuit Regis Medorum clari ac felicis; cujus nomen ſibi boni ominis causâ impoſuit, ortus & ipſe ex Medis, Nabonnedus. Joſepho magna fides haberi debet in rebus Herodis Magni, ac deinceps; item ubi externos auctores, non ubi Judæos, multa in hiſtoriis contra verum ſomniantes, ſequitur [n]. Eo [nempe Laboſordach, quem cenſet Balſaſarem fuiſſe,] interfecto, delectus in Regem Nabonidus, conſenſu omnium procerum, Babyloniæ annos 17 regnavit, teſte Beroſo, donec Cyrus eum Regno Babyloniæ exutum Carmaniæ regionis finibus relegavit [o]. Hæc [quæ hîc narrantur] diu, putà 17 annis, ante captam à Cyro Babylonem geſta erant. Belſchatſar adeò ſe inſolenter geſſit, ut Babylonii, conſpiratione factâ, hoc ipſo tempore convivii eum oppreſſerint, Regnúmque in Darium Medum, unum ex Principibus conjurationis, tranſtulerint. Confirmatur hæc ſententia ex Beroſo & Megaſthene [p]. Sed, 1. nobis non minùs ab illis diſcedere licet quàm Joſepho, qui iis non ſuffragatur. 2. Scaliger ipſe Beroſi dicta omnia non recipit, &c. 3. De Megaſthene ſic Jacob. Capellus, *Hujus ſcripta fabuloſiſſima fuiſſe conſtat ex Strabone, l. 2. Is nobis unoculos, cynocephalos, &c. edidit; & Nabuchodonoſorem Hiſpaniæ potentem fuiſſe fabulatur apud Joſ. Antiq.* 10. 11. 4. Verba Beroſi & Megaſthenis commodè exponi poſſunt, ut alteram ſententiam non lædant [q]. [De quo vide, ſi lubet, Auctorem.] Reſp. 2. Fuit Darius hic Mediæ Rex, qui cum Cyro Babylonem obſedit cepítque [r]: qui *Medus* dicitur διακριτικῶς, ut diſcernatur à Dario Perſa, qui tertius à Cyro Regnum ſuſcepit, Eſd. 4. 5, 24 †.) Ità ſentit Joſephus Antiq. 11. 12 [t]. *qui*, iniquit ipſe Scaliger, *eſt omnium ſcriptorum diligentiſſimus & veraciſſimus; cui, non ſolùm in rebus Judaicis, ſed etiam in externis, tutiùs creditur quàm omnibus Græcis & Latinis* [v]. Cæterùm hic Darius appellatur etiam Cyaxares ſecundus, erátque filius Aſſueri, ſive Cyaxaris primi, Medorum Regis, & frater Aſtyagis, cujus filia Mandane nupſit Cambyſi, ex quo genitus eſt Cyrus expugnator Babylonis. Is Aſtyagem avum ob tyrannidem Regno privavit [x], ipſéque Regnum Perſidis obtinuit: in Media verò, loco Aſtyagis, ſuffecit Cyaxarem abavunculum, cujus filiam duxit, cui etiam dedit, ut diſertè ſcribit Xenoph. de Pædia Cyri l. 8. p. 156. ἀρχεῖα, i. e. palatia principatúmque Babylonis [y]. [Eſt tamen quod objiciunt adverſùs hanc ſententiam.] Dicitur Darius *regnum* קַבֵּל *accepiſſe*, i. e. ἀναδέξασθαι, διαδέξασθαι, vel παραλαβεῖν, i. e. ſucceſſorio jure in Regnum venire, aut populi ſuffragiis. At inſeſſores Regnorum quis dixerit παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν; quo enim tradente id accipere poſſint quod ipſi vi invadunt? niſi fortè effractores & directarios παραλαβεῖν, *accipere*, non, ἁρπάζειν, *rapere*, bona dicamus [z]. Reſp. Dici poteſt Darius *accepiſſe regnum*, vel, 1. à Cyro, cujus liberalitate Regnum accepit †: vel, 2. à proceribus devictis, qui, cùm ſe ulteriori bello impares viderent, Regnum tandem ei tradere cogebantur, & forſan, ut illud traderent, Regem ſuum è medio ſuſtulerunt [a]: vel, 3. à Gobria & Gadata [b]: vel, 4. quia Darius Belſazeris interfecti poteſtatem ſibi arrogavit, non contradicente Cyro, quippe qui & ipſe tanquam Perſa aliquid de Chaldæorum ditione accepit [c]. Cur de Dario hoc minùs diceretur quàm de Davide, qui, cùm, Saulis partes antea ſequuti, ipſius jam caſtra ſequerentur, illos קַבֵּל *accepiſſe*, vel *ſuſcepiſſe*, legitur, 1 Chron. c. 12. v. 18 [d]? [Sed duo inſuper quærenda ſunt.] Qu. 1. Cur, omiſſo Cyro, Daniel ſolius Darii hoc loco meminit? Reſp. 1. Quia penès hunc fuit Regnum Medorum, necnon imperium in Perſas, quorum præfectus erat Cyrus *. 2. Darius erat præcipuus belli autor, Cyrus verò quaſi adjutor ejus accitus eſt [f]. Bellum hoc initio non erat inter Chaldæos & Perſas, ſed inter Chaldæos & Medos, ut docet Herodotus [g]. 3. Ætatis & propinquitatis reſpectu [h]: Darius enim & Cyro ſenior erat, & ejuſdem avunculus [i]. Contentus fuit Cyrus potentiâ & laude famâque victoriæ, titulum verò facilè ſocero ſuo conceſſit, tanquam homini ignavo & ſeni [k], cujus etiam (carebat enim ille liberis) futurus erat proximè poſt ipſum hæres [l]. Adde quòd Cyrus aliis præpeditus eſſet, & ad ulteriora Regna occupanda ſe accingeret [m]. Quæſt. 2. Cur Græci, contrà, præterito Dario Medo, omnem uni Cyro transferebant victoriam? Reſp. 1. Quia ſic reperiebant in Annalibus Perſarum, qui Regi ſuo omnia aſſeruerant. 2. Quia Græci maximè faverunt Perſis, tum quòd ipſi, ex parte, Perſis ſuberant; tum quòd de Perſis nobiliſſimas victorias retulerant. 3. Quòd Babylonicum Imperium perexiguo tempore, &, ut quidam tradunt, uno tantùm anno, penès Darium fuit, & mox devenit ad Cyrum, & ſucceſſores ejus per annos 230 [n]. 4. Quia Darius Cyri tantùm permiſſu & liberalitate poſt victum Aſtyagem regnabat, & tanquam Cyri vaſallus, quem idcirco in Babylone expugnanda juvit [o].

[*] Me. [f] Gej. [g] Mald. [h] G. [i] Mald. [k] Jac. [l] Mald. [m] Scal. in L. [n] G. [o] Scal. in Ga. [p] Q. in Jun. [q] Emp. in diſcurſu præfatorio ante com. Jac. [r] Emp. ſim. Jun. Pi. Pol. La. Me. Per. Mald. † Pol. [t] La. [v] Emp. ib. [x] Pol. ex Jun. [y] Jun. ſim. Pol.

[z] Scal. in G. † Emp. ſim. Jun. [a] Emp. ib. [b] Q. in Gej. [c] Gej. [d] Emp. [*] Gej. ex Per. [f] Per. [g] Mald. [h] Mald. ex Hi. [i] Per. [k] Calv. [l] Per. [m] Me. [n] Per. [o] Emp. ib.

CAP. VI.

1. **P**Lacuit Dario] Illi videbatur expedire [a], quia Regis ætas erat ingraveſcens & mala [b]. ¶ *Satrapas*] Principes provinciarum, qui, diſperſi per omnes provincias Imperii, illas in officio continerent [c]. ¶ *Centum viginti*] Solent ſæpe Reges, ut & Romani Imperatores, pro ſuo arbitratu mutare numerum provinciarum [d].

2. *Et ſuper*, &c. וְעֵלָּא מִנְּהוֹן סָרְכִין וגו'] *Et ſupra ab illis* (vel, *ſuper eos*, P. ſimil. JT. Pi. *ſuperiores illis*, M.) *præſides* (vel, *præfectos*, P. *eparchos*, JT. Pi. ſic G. quales fuêre in poſteriore Imperio Romano præfecti prætorio *: *principes*, M. *exactores*, He. Gej. qui rationem exigebant à ſatrapis de expenſis & receptis [f]:) *tres*, Mo. ſub. *erant*, M. vel, ſub. *conſtituit*, Pi. Vox סָרְכִין in Par. Chald. uſurpatur pro שֹׁטְרִים *exactores*, ut conſtat ex Exod. 5. 6. Deut. 1. 15. & 20. 5. &c [g]. Uſurpatur etiam de Joſepho, Gen. 41. 41 [h]. ¶ *Ex quibus Daniel unus erat*] Loco principe, ut oſtendunt ſequentia †. *Unus*, vel *primus*, Pi. Ex hoc loco, & ex Jo. Antiq. 10. 12. conſtat Darium Regem Danielem ſecum in Mediam abduxiſſe, eúmque in ſummo pretio habuiſſe [i]. Probabile eſt, Darium intellexiſſe Danielem fuiſſe certum Dei Prophetam, & ſimul præconem ad denunciandum Belſazaris interitum: hinc illi tantus honor habitus. Ità Deus proſpexit & Danielis, & totius Eccleſiæ, ſaluti [k]. ¶ *Et rex non ſuſtineret moleſtiam*;

[a] Jac. [b] Jun. [c] V. [d] G. * G. [f] M. ex He. [g] Gej. [h] G. † Idem. [i] Me. [k] Calv.

am; ſim. ό. Ar. M. P. נְזִק] *Damnum*, Ti. G. ſic JT. Pi. vel, detrimentum per præſidum dolum aut culpam [l].

3. *Superabat*, &c. ità P. הֲוָא מִתְנַצַּח וגו'] *Erat ſuperans* (vel, *fuit ſublimatus*, M. ad verb. *fortificabat ſe*, vel *potentior erat*, V.) *ſuper præſides*, Mo. ſim. Gej. M. *exſuperabat*, Chald. *victorem ſe gerebat*, Pi. *antecelluit*, Ti. ſim. Ca. V. *pergebat præeſſe*, JT. ¶ *Rex cogitabat conſtituere eum*, &c.] Ut etiam ei ſubeſſent alii præfecti, eſſétque Regi τὰ πάντα· quales multos eſſe & noſtra & ſuperiora ſecula viderunt apud Reges aut parùm fidentes ingenio ſuo, aut fugientes negotiorum [m]. Non dubitat hominem externum & captivum ſuis omnibus præficere; quæ certè fuit Regia, imò heroica, virtus, diſcernere quinam potentiâ digni erant, & dona Dei virtutéſque in pretio habere [n].

4. *Quærebant*, &c. הֲווֹ בָעַיִן עִלָּה לְהַשְׁכָּחָה וגו'] *Quærebant*, vel *fuerunt quærentes*, *occaſionem invenire*, &c. Mo. vel, *ut invenirent*, JT. Pi. V. ſub. *aliquid*, Pi. *quærebant* (vel, *ſtudebant invenire*, M. ſim. V.) *occaſionem*, &c. P. *inveſtigaverunt ecquod crimen poſſent invenire*, &c. Ti. ſim. Ca. עִלָּה Chaldæis & RR. eſt, *cauſa*, vel *occaſio*; unde Deum vocant עִלַּת הָעִלּוֹת, *cauſam cauſarum* [o]. *Quærebant*, &c. Livor enim in aulis regnat [p]. ¶ *Ex*, &c. מִצַּד וגו'] *Ex parte* (vel, *in*, ſive *ab*, *adminiſtratione*, JT. Ca. Calv. Sy. V. Chald. vel, *ex latere*, Pi. Gej.) *regni*, P. Pi. &c. Quærebant crimen majeſtatis [q]; quod *ſæpe eſſe ſingulare & unicum eorum qui crimine vacarent*, ait in Panegyrico Plinius. Hoc eſt quod Romano-Græci dicunt ἔγκλημα βασιλείας, (*crimen regni* [r].) *Propter regnum*, M. *in regiis negotiis*, Ti. ¶ *Nullámque cauſam—reperire potuerunt*] Nihil labis aut erroris, per imprudentiam aut infirmitatem [†]. Nè in ſpeciem quidem reperiri quicquam poterat: tanta erat ejus fides & exiſtimatio [t].

5. *Non inveniemus—niſi—in lege Dei ſui*] Niſi pro crimine obſervationem Divinæ Legis ei objiciamus [v]. Quærendum eſt crimen læſæ religionis, ubi majeſtatis deficit [x]. Magnum ſanè integritatis ejus teſtimonium [y].

6. *Satrapæ ſurripuerunt* (Scriptum puto fuiſſe ab Interprete, *ſubrepſerunt* [z]) *regi*, הַרְגִּשׁוּ עַל מַלְכָּא] *Perſuaſerunt regi*, Q. in V. *convenerunt* (vel, *congregârunt ſe*, P. Pi. ſim. He. in M. AE. & Saad. in Gej. V. *concurſum fecerunt*, G. *tumultuariè convenerunt*, Mo. *cum tumultu accurrerunt*, ut infrà v. 11. vel, *feſtinaverunt*, ut Pſalm. 55.15. בְּרֶגֶשׁ Targum vertit, *cum feſtinatione* [a]: *convenerunt gregatim & cum ſtrepitu*. Sic רָגַשׁ ſignif. *tumultuari*, Pſal. 2. 1 [b].) *ſuper* (vel, *apud*, P. vel, *ad*, JT. Pi. Di.) *regem*, Plerique in Di. *inſidioſè aggreſſi regem*, Ti. *Itaque ſimul adorti*, &c. Ca. הַרְגִּשׁוּ eſt præter. in Aphel; ſed Daniel, more Hebræo in Hiphil, pro א uſurpat ה [c].

7. *Conſilium inierunt*; ità Mo. P. M. &c. אִתְיָעַטוּ] *Conſultârunt*, Gej. יְעַט Chald. idem quod יָעַץ [d]. *Decreverunt*, Ti. ¶ *Ut decretum*, &c. לְקַיָּמָה קְיָם מַלְכָּא וּלְתַקָּפָה אֱסָר] *Statuere* (vel, *condere*, Ti.) *ſtatutum*, ſive *edictum*, *regis*, ſive *regium*, Mo. P. (vel, *ſtatutum*, ô *rex*, V. vel, στάσει βασιλικῇ, Th. in G. in quo videtur [Th.] reſpexiſſe vocem Romani Imperii, quæ eſt, *conſtitutio* [*]:) *& roborare* (vel, *ſancire*, Ti. *confirmare*, G. *ad corroborandum*, Gej.) *obvinctionem*, Mo. vel, *pactum*, P. *edictum*, Ti. *obligationem*, G. Græci, ἰσχῦσαι ὁρισμὸν, i. e. *facere legem ſacratam*, ut Romani loquebantur, *perpetuam*, *immutabilem*; quam ad rem certa forma requirebatur. Non erat autem is mos apud omnes gentes [f]. [Alii locum ſic vertunt;] *Ut ſtatuas regium edictum, & firmiſſimum præceptum*, M. *de ſtatuendo ſtatuto regio, & firmando interdicto*, JT. Pi. אֱסָר nominatur *edictum*, ſeu *interdictum*, quo quis tanquam vinctus tenetur, ad cujus obſervationem omnes ſunt obligati & conſtricti [g]. Al. *vovere votum* in honorem *regis*, *& confirmare edicto*, Q. in V. *fœdus inire* in honorem *regis*, *& obſtringere ſe vinculo*, Sy. ¶ *Ut omnis qui petierit*, &c.] Speciem habebat hoc conſilium, quaſi poſt id majeſtas Regi conciliaretur amplior, ſi vivus jam diis æquaretur [h]. Videbatur Regis auctoritatem commendare, eúmque quaſi deum facere [i]. Suadent Regi ut Divinitatis nomen & munus ſibi arroget, &, omni alio deo ad tempus excluſo, ipſe quaſi ſolus Deus ſupplicum vota accipiat. Sic familiare Regibus gentilibus fuit, ut pro diis haberi vellent [k]. De Auguſto Horatius, *Præſenti tibi maturos*

[l] G. [m] Idem. [n] Calv. [o] Gej. [p] G. [q] G. ſic V. [r] G. [†] Jun. [t] G. [v] Me. ex Mald. [x] G. [y] Me. ex Mald. [z] G. [a] Di. [b] Gej. [c] Pol. [d] Pol. Gej. [*] G. [f] Idem. [g] Pol. [h] G. [i] Mald. [k] T.

largimur honores, Jurandáſque tuum per nomen ponimus aras. Virgilius, *Namque erit ille mihi ſemper deus, illius aras Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus*. Et in Georgicis, *In medio mihi Cæſar erit, templúmque tenebit* [l]. Oſtendebant ſe hoc in Regis commodum facere, ut omnes eum revererentur, ſaltem per integrum menſem; remanerétque ei character iſte iſtius cultûs omnibus vitæ diebus [m]. Suggerunt Regi, ſe, utpote ſenem & infirmum, & beneficio Cyri regnantem, non multum auctoritatis apud Babylonios habiturum, niſi aliquo ſingulari conſilio & facto innoteſceret ejus authoritas: hoc itaque interdicto non modò Regiam auctoritatem ei, ſed planè Divinam, tribui; & ſe hoc pacto palàm teſtari, ſe nè à diis quidem Regnum ſuum habere, nedum à Cyro [n]: præterea, hoc modo ſe probaturum obedientiam Chaldæorum, quos, utpote feroces & diu potentiæ aſſuetos, difficile erat domare in obſequium. Sic ergò ab adulatoribus deceptus eſt Darius, oblitus & ſui & Dei, & inebriatus inani gloriâ, & maximâ illâ acceſſione Chaldæorum, &c. ad priſtinum imperium [o]. Interdictum autem hoc tum impietate & injuſtitiâ, tum inhumanitate, abundabat [p]. Domini apud famulos, Principis apud ſubditos, mariti apud uxorem, patris apud filios jura ac auctoritatem tamdiu ſuſpendebat [q]. Barbarum erat, id vetare quod juris naturæ erat, ut afflictus quiſque Deum invocare poſſit [r]. ¶ *Mittatur in lacum leonum*] גֹּב Chaldæis, Hebræis & Arabibus eſt, omne *depreſſum* & *cavum*, ut *puteus*, *fovea*, &c. Fuit autem cavum hoc tam profundum ac præceps, ut indè aſcendere leones nequirent. Feris homines objicere vetus eſt. Oſtendunt id fabulis mixtæ hiſtoriæ de Andromeda, de Diomede Thraciæ [†].

8. *Confirma* (vel, *ſtatue*, ſive *conſtitue*, M. JT. Pi.) *ſententiam*] Vel, *obligationem*, ut v. 7 [t]. *edictum*, P. M. &c. *interdictum*, JT. Pi. ¶ *Et*, &c. וְתִרְשֻׁם כְּתָבָא] *Et ſcribe* (vel, *exara*, M. JT. Pi. ſic Ti. Sy. *propone*, ό. Ar. *ſanci*, Ca. *obſigna*, Calv. G. *deſignabis*, Mo.) *ſcripturam*, P. M. Mo. G. &c. vel, *ſcriptum*, Ti. Sy. vel, *libellos*, Ca. *ſculpturam*, JT. *programma*, Pi. non tuo tantùm ſigillo, ſed & procerum, quibus id jus à Regno tributum eſt [v]. Cura ſcribendum diploma [x]. ¶ *Ut*, &c. דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה] *Ut* (vel, *quæ*, M. ſic Ti.) *non mutetur*, P. JT. Pi. &c. *ſit mutabile*, G. *ità ut reſcindi non poſſit*, Ca. *ut non ad mutandum*, Mo. *quod non iterare*, ſeu *immutare*, ſcil. poſſit quiſquam. Enallage infiniti pro futuro. Vulgari præceptione non ſunt contenti [y]. ¶ *Quod*, &c. כְּדָת——דִּי לָא תֶעְדֵּא] *Secundùm jus*, vel *legem*, (vel, *morem*, G.) *Medorum & Perſarum*, *quod*, vel *quæ*, (vel, in facienda lege *quæ*, G.) *non intercidit*, JT. vel, *aboletur*, Pi. *tranſit*, P. *pereat*, G. vel, *qui nullum* jus *violant*, M. vel, *ut non tranſgrediatur*, Mo. Al. *Secundùm legem—— ſempiternam*, Ti. *Quemadmodum fert irrevocabilis lex*, &c. Ca. Babylonii morem talem faciendi leges nè à Rege quidem mutabiles non habebant, ſed habebant eum antiquitus Medi ac Perſæ, & diu retinuerunt, ut oſtendimus ad Eſth. 1. 19. ubi verba ſunt his paria. Indè ergò adulatores iſti exemplum petunt, ſatis callidè ad Regem è Medis ortum [z]. Diodorus l. 14. cùm Darius Charidemum morti adjudicâſſet, *Statim*, inquit, *pœnituit, & ſeipſum ut graviter lapſum accuſabat: ſed quod Regiâ auctoritate factum fuerat infectum reddere nefas erat*. Confer & Eſth. 8. 8 [a]. Quòd hìc conjungunt Medos cum Perſis, oſtendit Cyrum & Darium regnâſſe in commune, quaſi collegas. Nam certè ad finem vitæ conceſſa fuit Dario major dignitas, potentia tamen erat penès Cyrum [*].

9. *Propoſuit*, &c.] Chald. *Exaravit ſcripturam & obligationem*, i. e. ſanctionem illam additam, juxta dictum morem. רְשַׁם hìc, & in commate ſequente, eſt idem verbum quod ſuprà 5. 24 [b]. Vel, *interdictum*, JT. Pi. Non diu diſputat cum proceribus, quia exiſtimat hoc ſibi utile, ſi Chaldæi ità ſint ſibi morigeri, ut omnes potiùs deos abnegent quàm recuſent quicquid ipſe mandat [c]. Ambitione ductus eſt ſummi honoris qui ei deferebatur Principum conſenſu & auctoritate, humanâ prudentiâ, ut novorum ſubditorum obſequium experiretur [d]. Nihil profectò facilius quàm Regibus perſuadere ea quibus creſcere eorum auctoritas videatur [*].

10. *Cùm——comperiſſet——conſtitutam legem*, (adeó-

[l] G. [m] Jac. [n] Jun. [o] Calv. [p] Jun. [q] Gej. ex Salia[n]o. [r] La. [†] G. [t] G. [v] G. [x] V. [y] G j. [z] G. [a] BA. 1. 3. 3. 748. [*] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] Me. ex Mald. [*] Mald.

que ablatam sibi facultatem Regis monendi [f],) *ingressus est domum suam*] Nè publicorum scelerum & scandalorum inspector & testis esset [g]. ¶ *Et fenestris apertis in cœnaculo suo*] Ità P. M. sim. JT. Pi. Ti. &c. ἐν τοῖς ὑπερῴοις, *in locis domûs supernis* [h]. Non in conclavi inferiore [i], in quod scil. spectari posset [k], nec in ipso domûs tecto; sed in ædium parte elatiore [l], in cœnaculo ædium [m]. Fecit omnia ut erat solitus, quasi edictum ad se, utpote Judæum, ut Rex ipse nôrat, non pertineret [n]. Fenestras aperuit, non vanæ jactantiæ causâ [o]; nec ut à Chaldæis videretur, & ut eos, satis suâ incitatos invidiâ, magis provocaret [p]: sed ut liber cœli conspectus ipsum à terrestribus avocaret [q], & precandi ardorem excitaret [r]; & ut significaret se nihil neque de oratione sua, neque de orandi ritu quo antè utebatur, metu Regis prætermisisse †. ¶ *Contra* (vel, *versus*, P. M. &c.) *Jerusalem*] Ità Mo. ο'. sim. JT. Pi. Non spectavit oraturus aut regiam versùs, quod ipsi fortè excusationi fuisset futurum, [quasi Regem juxta decretum adorâsset,] aut Orientem versùs, pro more Gentium; sed Occidentem, sive Hierosolymam, versùs [t], obversâ ad Templum facie. Qui mos videtur natus ex verbis Salomonis, 1 Reg. 8. 48 [v]. Non ex superstitione huc respicit; sed, 1. ob promissionem illam Dei 1 Reg. 8. 33, 34, &c [x]: 2. ob exemplum Davidis [y], aliorúmque Sanctorum, versùs Templum Arcámque adorantium, Psal. 5. 8 [z]; vide & Deuter. 12. 11 [a]: 3. ratione Messiæ, cujus typus erat Templum [b]; hoc ergò signo sibi renovabat & confirmabat spem & fiduciam promissæ redemptionis per Christum [c]: 4. ut conspectus ille ipsum, pro liberatione populi orantem, instar flabelli accenderet: 5. ut domesticis suis & omnibus ostenderet, se perseverare in spe & fiducia promissæ redemptionis, & acquiescere in hæreditate promissa, tametsi ad tempus indè exsularet [d]; & se non oblivisci populi sui & Religionis veræ, licèt Babylone & opibus & potentiâ floreret *. ¶ *Tribus temporibus* (i.e. ter, sive tribus vicibus [f],) *in die*, ‏בְּיוֹמָא‎] *In die isto:* ‏א‎ est emphaticum *. i. e. Horâ tertiâ, sextâ, & nonâ [g]. Quem morem secuti & Christiani. Diximus ea de re ad Matt. 27. 45 [h]. Vide Act. 2. 15. & 3. 1. & 10. 9 [i]. Tribus solennibus temporibus, quæ à publicis occupationibus libera erant [k]. Manè, antequam se negotiis publicis dederet; meridie, cùm domi pranderet, (exemplo Josephi, Genes. 43. 16 [l];) vesperi, publicis negotiis peractis [m]. Voluit Daniel se certis legibus & horis astringere, nè mole negotiorum secularium abriperetur, &c. ut corrupta caro facilè admittit, imò & prætexit, varia obstacula [n]. Nisi quisque nostrûm præfigat sibi certas horas ad precandum, facilè nobis excidet [officii istius] memoria [o]. ¶ *Flectebat genua sua*] Non quòd genuflexio sit necessaria †: sed, tum ut humilitatem & reverentiam suam erga Deum testaretur; tum ut hoc adminiculo ad serium precandi affectum incitaretur [p]. Gestus hic erat orantium in luctu aut periculo. Vide quæ diximus ad Matt. 6. 5, 6 [q]. ¶ *Et*, &c. ‏וּמְצַלֵּא‎] *Et orabat*, Pi. G. JT. &c. *& orans*, scil. *erat*, Gej. ‏צְלָה‎ Chaldæis est, *orare, precari*, ut Esr. 6. 10 [r]. unde hæretici *Massaliani*, à continuis *precibus* †. ¶ *Confitebaturque*] Ità JT. Pi. Calv. &c. Vel, 1. & sui & populi delicta [t]: vel, 2. laudes Dei [v]; id enim signif. ‏מוֹדֵא‎ [x]; vide Dan. c. 2. 23 [y]. Daniel inter tot angustias & dolores exsilii cum precibus conjungit laudes sive gratiarum actiones [z]. ¶ *Sicut*, &c. ‏כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד מִן־קַדְמַת דְּנָה‎] *Quemadmodum* (vel, *Omninò ut*, Pi. *Haud secus quàm*, M. *Ità enim*, Ti. *Quandoquidem*, ut Dan. 2. 8, 10. & 3. 29, &c [a].) *fecerat* (vel, *facere consueverat*, Ti. Gej. *fuit faciens*, Gej.) *antea*, JT. &c. vel, *ab antiquitate hac*, vel, *inde ab antiquis temporibus, annis multis* [b]: vel, *ab auteitate hujus temporis*, Pi. q. d. Non temere hoc fecit, & ex contemptu mandati Regii [c]; sed tantùm perseveravit in more solito, & æquabili tenore quotidie se exercebat in hoc pietatis officio [d]. Qu. Rectène fecit Daniel, quòd, posthabito edicto Regio, in exercitio cultûs Divini perrexit *? Non desunt sapientes hujus seculi qui Danielis factum criminantur [f], [his freti coloribus.] Edictis Magistratûs parendum est. Potuit Daniel ab externo cultu abstinere, retento interno animi cultu: potuit precari in loco abdito, &c [g]. Sed non est quòd hæc quenquam moveant. Edictis parendum, nisi pugnent cum jure Dei sive naturali, sive imperato, quale hoc fuit [h]. Jus naturæ docet esse Deum [i], ipsique reddendum esse quod suum est, nempe cultum, tum internum, tum externum [k]. Non solùm fidem & interiorem affectum requirit Deus; sed & externam confessionem, & liberam ejus professionem. Non dico semper & ubique & omnibus vulgandam esse fidem nostram, ut statim rapiamur ad mortem, &c. sed nunquam fas esse defectionem simulare. Daniel ergò non accersit clangore tubæ Chaldæos, sed in cubiculo pro more precatur, mortem malens oppetere, quàm cessare ab officio pietatis. Id quod Deo placuisse ostendunt & Dei testimonium, (qui per os Danielis hîc loquitur,) & mira liberatio [l]. Sciebat Daniel se suámque Religionem hoc edicto peti [m], æmulósque suos ità ratiocinatos esse; Si Daniel obtemperaverit, infamis fiet tum apud Judæos, tum apud Regem: si non, parata est ei mors [n]. Si obtemperâsset Daniel, peccâsset, 1. in Deum [o], quem homini mortali postposuisset, & obliquè abjurâsset [p], eique contumeliam intulisset: impium enim fuit & in Deum contumeliosissimum hoc interdictum, idque opinione Gentium, quia omnes sciunt Dei cultum rebus omnibus anteponendum esse; unde vetus illud dictum, *usque ad aras* [q]: 2. in naturam, cujus jus jubet Deum coli: 3. in Religionem veram, quam fœdissimè violâsset: 4. in seipsum, vulnerando conscientiam suam, &c [r]: 5. in gentem suam †, & Ecclesiam Dei [t], alios magno dolore afficiendo, alios verò exemplo suo abripiendo [v]: 6. in alios, qui, hoc pacto, vel de se & Religione sua triumphâssent, vel forsan à pio conjungendi se cum Ecclesia proposito inito resiliissent [x]. Oportuit virum eâ conditione, sapientiâ, &c. qualis erat Daniel, & toti genti suæ ad pietatem prælucere, & speculum veræ Religionis coram Rege & toto mundo exhibere [y]. Potuisset forsan in alio casu aliquid mutari, vel hîc & nunc intermitti: hic autem erat confessionis casus, ubi nemo debet esse timidus aut versipellis, nè quid detrahatur honori Divino, & scandalum insigne oriatur, &c [z]. Exprobrâssent certè hoc Danieli, quòd non ausus esset precari; quòd Regem pluris faceret quàm hominem, &c [a].

11. *Curiosiùs inquirentes*] Chald. *concursantes*, ut suprà v. 6 [b]. ¶ *Invenerunt*, &c.] Importunè ac gregatim irruentes in cœnaculum pessulis serisve minimè occlusum, dum Daniel imperterritus & immotus adhuc pavimento adhærebat prostratus [c]. Spontè se morti objicit, nè diminutus esset honor Dei, &c [d].

12. *Numquid non constituisti*, &c ?] Tacent nomen Danielis, sed præfantur de edicto Regis, quem circumvenerant, nè postea id mutare posset *. ¶ *Verum*, &c. ‏יַצִּיבָא מִלְּתָא‎] *Verum* (vel, *Firmus*, G. *Veritas*, V. sub. *est*, P. V.) *sermo*, &c. P. i. e. Verum est quod dicitis; servabitur ut lex quæ abrogari non potest, neque solet [f]; manebit quod dixi [g]. Absque ulla restrictione denuo Rex improvidus corroborat quod cupiebant hi impostores [h]. Vult hoc firmum manere, nè labasceret ejus authoritas. Sed non discernit inter constantiam & obstinationem. Impium erat hoc edictum: debuerat Rex illud retractare, & errorem suum corrigere [i].

13. *Daniel de filiis captivitatis*, &c.] i. e. De captivis abductis ex Judæa in Babyloniam [k]: qui nuper captivus fuit apud servos tuos, Chaldæos [l], & externus, & bello captus, quales maximè decet modestia [m], & obedientia [n]. ¶ *Non*, &c. ‏לָא שָׂם עֲלָךְ וגו׳‎] *Non posuit super te, ô rex, rationem*, &c. P. sic Mo. vel, *sensum*, &c. Calv. *Non posuit cor super te, rex, super sententiam & edictum*, &c. M. Chaldaica phrasis est, ut Dan. 3. 12. Non curat te, neque edictum tuum [o]. *Non habuit tui, ô rex, rationem*, &c. JT. Pi. sic Ca. V. *Non adjecit sensum suum*, vel *animum, ad te, neque ad edictum*, &c. Calv. q. d. Peccat ex contemptu [p], spernit authoritatem tuam [q]. ¶ *Sed tribus*, &c.] q. d. Frequenter iterat culpam [r]. Ità conantur omnibus modis crimen exaggerare †. ¶ *Orat*, &c.] Chald. *petit petitionem suam*, i. e. orat Deum suum, ut antea [t]. Non dicunt eum orare Deum Israelis, quia putabant generali hâc accusatione magìs posse exulcerari Regis animum, &c [v].

14. *Satis*, &c. ‏שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי‎] *Multùm malum fuit*

fuit super eo, Mo. *multùm tristatus*, vel *turbatus, est apud*, vel *intra, se*, JT. Pi. M. עֲלוֹהִי non retulerunt ad Danielem, sed ad Regem. Sed non debuit addi, *apud se*. Ad verb. est, *valde malum fuit super ipsum*, i. e. simpliciter, valde tristatus est. Eodem modo se habent בְּאֵשׁ & טְאֵב, eodémque modo construuntur: non referuntur per se ad personam, ut בְּאֵשׁ per se fit, *malus*, sive *tristis, fuit*, טְאֵב, *bonus*, sive *latus, fuit*; sed neutro genere, *malum fuit, bonum fuit*: quibus quum additur עַל cum affixo personæ, *malum*, vel *bonum, fuit super eum*, tum sensus est, *tristis*, aut *latus, fuit* [x]. *Vehementer indoluit*, V. sim. Ti. Ca. vel, *displicuit ei*, P. Pressus hinc legis necessitate; indè, viri reverentiâ [y]: hinc, ob factum Danielis, quòd non cautiùs res suas gesserit; indè, ob propriam præcipitantiam; hinc, quòd se circumventum vidit & illaqueatum, ubi jam non erat remedio locus; illinc, metu, nè Principes conspirarent; & ambitione, ut consuleret existimationi suæ; & pudore, nè videretur homo levis & inconsideratus [z]. ¶ *Et pro Daniele* (vel, *super Daniel*, Mo. P.) *posuit*, &c. "וגו׳ שָׂם בָּל] *Posuit cor*, &c. Mo. P. M. בָּל ponitur pro לֵב *cor*, per metathesin [a]; ut כֶּשֶׂב & כֶּבֶשׂ, *agnus*, &c [b]. Potiùs, vox est Chaldæa citra metathesin, quâ etiam Arabes utuntur pro *corde, animo, cogitatione*, testibus K. & AE. Idem confirmat Pentateuchi versio Arabica, & lexicon Masii Syriacum [c]. *Adhibuit cogitationem*, JT. Pi. vel, *animúmque adjecit*, Ca. simil. Sy. Ti. *in agonia erat*, ο'. *coram posuit*, G. Ar. nam באלי Arabes ità usurpant [d]. Jos. Kimhi בָּל negationem facit, q.d. *opponebat, Non*, vel *Nè*. Non credo vobis, non potest id fieri, vel ob hanc, vel illam, vel aliam, causam. Masoritæ notant בָּל cum Camets alibi non reperiri*. ¶ *Usque ad occasum solis*] Quia sperabat Rex in nocte (quod aiunt) consilium & viam liberando Danieli apertum iri [f]. ¶ *Ut erueret illum*] Specie aliquâ juris [g]; interpretando edictum, & se multipliciter excusando [h].

15. *Intelligentes regem*, "וגו׳ הַרְגִּשׁוּ] *Venerunt tumultuariè super regem*, Mo. *convenerunt*, &c. JT. simil. Pi. *concursu ad regem facto*, G. *conglobati sunt*: Ferociunt, & quasi cum eo conserunt manus †. ¶ *Scito, rex*] Non docent eum quod nesciebat, sed minaciter hoc proponunt [i]. ¶ *Quia*, &c. "וגו׳ דִּי דָת—דִּי כָל דִּי מַלְכָּא] *Quòd lex* (vel, *jus*, JT. G.) *Madai & Paras*, (sub. *est*, P. vel, sub. *tale est*, JT. Pi. G.) *quòd omnem obvinctionem, & statutum quod rex statuerit, non ad mutandum*, Mo. vel, *ut nullum decretum —— quod rex statuerit, immutetur*, P. vel, *ut omnis obligatio, si eam rex constituerit mutari nequeat*. Obligatio hîc est, ut suprà, consensus procerum à Regno in id delectorum: Cui si accederet Regis auctoritas, jam jus illud secundùm Persas & Medos (quorum exemplum in hac re secuti fuerant) erat immutabile [k]. q. d. Non magnopere de seniculo isto extero & immorigero laboramus; sed agitur nunc auctoritas majestatis tuæ, & juris publici atque antiqui, cujus nos custodes & vindices sumus [l]. Si edicta tua mutes, neque hanc injuriam ulciscaris, nonne contemptui & ludibrio erit authoritas Regia? nonne subditi tui in te insurgent [m]?

16. *Tunc rex præcepit*, &c.] Hinc apparet aliquam in Rege fuisse virtutem, sed infirmam, & improbitati hominum facilè cedentem [n]. Fateor clementiam & humanitatem hîc ostendi; parcit quidem Danieli, ob suum scilicet commodum, vel peculiarem amorem: sed nè micam pietatis habuit, quippe qui Deum (quem sentit verum & potentissimum Deum esse) jure suo privat, eúmque nec ipse colit, nec ab aliis coli patitur [o]. ¶ *Deus tuus, quem colis semper*, (etiam contra humanas leges. Hîc laudat quod vetuerat, ut suprà Nabuchodonosor, 3. 28 †.) *ipse liberabit te*] Hoc dicit Danieli, tum ut eum consolaretur, tum ut se apud illum excusaret [p]. q. d. Jam non sum mei juris; ego hîc rapior quasi tempestatis impetu; proceres me invitum compellunt. Sic sæpe Reges parére serviliter coguntur suis adulatoribus [q]. Al. *liberet te*, JT. Pi. Calv. G. &c. Est optatum. Spem hanc conceperat Rex ex Trium juvenum liberatione [r]. Priùs cognoverat Darius Danielem vaticinatum esse de interitu Monarchiæ Chaldaicæ. Hinc convincitur Deum Israelis esse præscium rerum omnium, deinde omnia subesse ejus arbitrio †.

[x] Di. ad v. 14. [y] G. [z] Calv. [a] K. in Pol. sim. V. [b] Gej. [c] Pol. [d] G. * Pol. [f] Jun. [g] G. [h] L. † Calv. [i] Calv. [k] G. [l] Jun. [m] Calv. sim. Jun. [n] Mald. ex Theodor. Mc. [o] G. † Idem. [p] Mc. ex Mald. [q] Calv. [r] G. † Calv.

17. *Allatúsque est lapis unus*, &c.] Hæc omnia res Christi obumbrant, ut diximus ad Matt. 27. 60, 66 [t]. *Lapis unus*, sc. ingens, qui propterea ab uno misero homine decrepito nec amoveri, nec perfringi, facilè posset [v]. ¶ *Obsignavit rex annulo suo & annulo optimatum*] Nempe, quomodo & decretum ipsum signatum fuerat [x]. Non dubium est quin hoc Dei consilio factum est, quò illustrius deinde foret miraculum [y]. *Annulo regis*, nè Principes eum extraherent & occiderent, cui leones pepercissent; *annulo principum*, nè Rex eum liberandi causâ posset extrahere [z]. Contumeliosè fidem Regi suo detrahunt, & cautionem ab eo exigunt; deinde usurpant sibi imperium super eum, nè audeat lapidem attollere, nisi falsarius esset. Ubi quisquam semel se abdicaverit libertate, & se in servitutem improbis addixerit, nullus est finis vel modus, sed cogitur iterum & secundò, &c. peccare [a]. ¶ *Nè quid*, &c. דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל] *Nè*, vel *Ut non, immutaretur voluntas* (vel, *placitum*, Calv. *quod decretum erat*, G.) *in* (vel, *de*, JT. Pi. G.) *Daniele*, Mo. P. vel, *contra Danielem*, M. vel, *propter Danielem*, V. in Di. i. e. Nè Rex, mutatâ sententiâ, eum extraheret [b]: quasi obsignatio foveæ facta sit in gratiam procerum contra Regem, qui favebat Danieli. Tigurini [sic vertunt,] *Nè quid Danieli eveniret contra voluntatem*: quasi in gratiam Regis facta sit contra proceres, qui adversabantur Danieli. Molestiam sibi creârunt viri docti, quòd צְבוּ (quod pro צְבוּתָא ponitur) *voluntatem* significare arbitrati sint, quam Chaldæi צִבְיָן, Syri צְבִין, vocant. Nihil nisi *rem, negotium, aliquid*, significat, πρᾶγμα, ut hîc rectè vertenrunt ο'. idem quod Hebræis דָּבָר. Vertendum ergò, *Nè quid mutaretur circa Danielem*, sive à Rege, sive à proceribus. Etsi enim צְבוּתָא fit à צְבָא, vel צְבִי, *voluit*, indè non sequitur *voluntatem* significare; non magis quàm דָּבָר *locutionem*, quia est à דִּבֵּר, *locutus est*. Sæpissimè occurrit צבותא in N.T. Syriaco, sed semper pro *re* [c]. Qu. An rectè hîc fecit Darius quòd proceribus cessit, &c? Resp. Negatur; quia non debuit particeps fieri alieni sceleris, nec servus alienæ crudelitatis [d]. Debuit decretum rescindere, utpote imprudenter & temere à se conceptum, mente suâ damnatum, contra pietatem, justitiam & charitatem, latum*. Debuit proceribus exprobrare, quòd facilitate ejus abusi essent [f].

18. *Et*, &c. וּבָת טְוָת] *Et pernoctavit* (vel, *permansit*, P. Ti. Ca.) *jejunus*, Mo. M. JT. &c. vel, *incœnatus*, P. G. ut in gravi luctu fieri solet [g]. Darius quasi in luto hæret; non placet ipsi malum, quod tamen suscipit, nec corrigere studet, nec tristitia hæc adduxit eum ad pœnitentiam. Tales multi sunt inter sceleratos & rectos medii, qui in vitiis suis sibi displicent, interea tamen pergunt, & trahuntur ab aliis, &c [h]. Verbum בָּת, sive בּוּת, respondet apud Targumistas τῷ לִין, *pernoctare*, ut videre est Esa. 10. 29. & 58. 5. &c. טְוָת, ut notant AE. Jac. Saad. &c. idem valet atque צָם, *jejunus*, idque præsertim in lingua Arabica [i]. ¶ *Cibique*, &c. וְדַחֲוָן לָא הַנְעֵל קָדָמוֹהִי] *Neque mensa apposita est coram eo*, P. *Et mensam non attulit* (vel, *fecit introduci*; Mo.) *in conspectum ejus*, V. sim. Mo. *Mensam* vocat cibaria [k]. *Et cibos non attulerunt ei*, ο'. sim. Sy. Ar. Non placet, quia jam dictum eum *pernoctâsse jejunum* [l]. Rectiùs conjecisse videntur qui דַּחֲוָן vertunt, *instrumenta musica*, quippe quæ tristitiam expellant, vel, *pulsationes*, nempe instrumentorum musicorum, à דְּחָה *impulit, expulit* [m]. [Alii ergò sic vertunt;] *Nec introducta est ei*, vel *coram eo, melodia instrumentorum*, M. Ti. *Nullis adhibitis fidibus*, Ca. *Cantus musici adducti ad eum non fuêre*, G. ex Saad. & Jac. *Exhilarantia non fivit* (vel, *Exhilarantium nihil jussit*, JT.) *afferri ante se*, Pi. JT. Quid si dicamus דַּחֲוָן idem esse quod Arabicum דחאן, *fumus, suffitus*, ac vertamus, *Et suffitum non fecit intrare coram se*? Nunquam enim à celebrioribus conviviis incensa abesse solebant [n]. ¶ *Somnus recessit* (vel, *fugit*, P. G.) *ab eo*] Ut valde anxiis aut mœstis solet evenire [o]. Significat, Regem conscientiâ rei gestæ gravissimè affectum esse, omnésque doloris levandi rationes de industria refugisse [p], quòd suâ præcipitantiâ tanti dispendii author esset [q].

19. *Primo*, &c. בִּשְׁפַרְפָּרָא יְקוּם בְּנָגְהָא] *In diluculo* (vel, *in aurora*, Ti. sim. Pi. *summâ aurorâ*, JT.) *surrexit*

[t] G. [v] Jun. [x] G. [y] Calv. [z] Mc. ex Mald. [a] Calv. [b] V. [c] Di. [d] Pol. * Jun. [f] Calv. ad v. 18. [g] G. [h] Calv. [i] Gej. [k] V. [l] Calv. sim. Di. [m] Di. [n] Idem. [o] G. [p] Jun. [q] Gej.

rexit in splendore, Mo. vel, *cum luce*, JT. Pi. *cum illucesceret*, Ti. sim. P. G. Non formidans procerum invidiam: dolor superavit metum [r].

20. *Serve Dei viventis*] Elogium & Danielis,& Dei†. *Viventis*; non imaginariorum deorum, quales nos quotidie facimus. Sic ab idololatris veri confessionem sæpe Deus exprimit [s]. Tenent quidem principium illud [de Deo vero,] sed postea evanescunt in suis cogitationibus [v]. ¶ *Putásne*, &c? "הֲיָכִל וגו'] *Numquid potuit*, &c? Mo. &c. Constabat Dario Deum esse potentem, non tamen omnipotentem [x]. Dubitanter hîc loquitur, ut solent increduli [y].

21. *Rex, in æternum vive*] Vel, *vivas diu*: Ità enim לְעָלְמִין apud Chaldæos, & similes voces apud Hebræos sæpe sumuntur [z]. q. d. Deus proroget tibi vitam, & benedicat perpetuò. Poterat Daniel meritò irasci, & de Regis perfidia & crudelitate conqueri. Verùm hanc injuriam dissimulat, quia satis erat ejus liberatione illustratam fuisse Dei gloriam [a].

22. *Deus meus misit angelum*] Unum ex illis vigilibus suprà 4. 17 [b]. Angelum agnoscit, sed salutis ministrum, non authorem [c]. ¶ *Et conclusit ora leonum, & non*, &c. וְלָא חַבְּלוּנִי] *Et non perdiderunt me*, P. sim. Mo. *ut non læderent me*, JT. Pi. V. Ti. simil. M. Vide 1 Mac. 2. 60. & Heb. 11. 33. Simile quid accidit Malcho, narrante Hieronymo; & Afris Christianis in persecutione Hunerici, teste Victore [d]. Potuit Angelus vel famem leonibus adimere; vel eorum phantasiam immutare, ut Daniel eis formidabilis esset; vel rictus & ungues comprimere, &c [*]. ¶ *Quia*, &c. כָּל קֳבֵל דִּי קֳדָמוֹהִי זָכוּ וגו'] *Quia coram eo justitia* (vel, *innocentia*, sive *integritas*, Calv.) *inventa est in me*, P. &c. Quia Deum colui, sicut æquum & justum est [f]. Hinc Papistæ justitiam operum & merita colligunt, ex voce *quia*, & quòd causam hîc reddit liberationis. Verùm non causam hîc notat meritoriam, sed occasionalem [g]. Vocatur quidem à grammaticis *quia* conjunctio causalis, non quòd semper, sed quòd plerumque, causam denotat [h]. τὸ *quia* non semper est αἰτιολογικὸν, sed sæpe συλλογιστικὸν, h. e. non notat semper causam rei, sed sæpe rationem conclusionis: ut Psal. 17.6. *Invoco te, quia exaudis me* [i]; Psal. 25. 11. *Condonabis igitur iniquitatem meam, quia magna est*. Sic, *Sol ortus est, quia est dies*. Nec loquitur hîc Daniel de justitia personæ, quam disertè negat Dan. 9. 7, 18. sed de justitia causæ, ob quam persecutionem est passus; & significat se in violatione edicti non peccâsse [k], neque id fecisse ex hypocrisi aut contemptu, sed ex officio [l]. q. d. Ideo me liberavit Deus, quia voluit asserere suam gloriam, & reipsa atque experimento testari causam meam piam justámque fuisse, & se ejus patronum esse, & sibi probari cultum illum pro quo pugnavi. Nec de salute æterna hîc agit, sed de liberatione temporali [m]. ¶ *Et coram te, rex, delictum non feci*] Quid ergò? Nonne Regis edictum violaverat? In speciem quidem violaverat, sed non verè, quia non contemptu, sed necessariâ religione, violaverat [n]. q. d. Nulla in re læsi tua commoda. Exhibui tibi omnem fidem intra limites sanctæ disciplinæ [o]. Non potui tibi parêre, quin Deum abnegarem. Constituit Deus terrena Imperia, sed hâc lege, ut ipse emineat, & Magistratus ipsi subjiciantur. Ergò primo loco timeatur Deus, deinde honoretur Rex, juxta 1 Pet. 2. 17. Incipere enim à reverentia Principis, præterito Deo, est pervertere totum naturæ ordinem [p]. Sensus versûs, Neque contra Deum, neque contra te, peccavi [q].

23. *Tunc*, &c. בֵּאדַיִן מַלְכָּא שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי] *Tunc rex multùm bonus* (vel, *multùm lætatus*, JT. Pi. sim. M. Ti. Ca. *vehementer jucundus*, P.) *fuit super eo*, Mo. P. vel, *propter illum*, Ti. *de eo*, JT. Al. *in*, vel *apud*, *se*, M. Pi. Sy. עֲלוֹהִי plerique referunt ad Danielem. At verò מַלְכָּא usurpatur hîc tanquam nominativus absolutus, qui propterea per Reviah distinguitur à sequentibus; construitur autem cum sequenti verbo per עֲלוֹהִי, quod ad Regem refertur. Ad verb. *Tunc rex, valde bonum fuit super ipsum*, i. e. simpliciter, Tunc Rex valde fuit lætatus. Similem phrasin vide suprà v. 14. & ibi dicta [*]. ¶ *Quia credidit* (vel, *confisus est*, G. ex Jac. Pi. *speravit in*, V. ex He.) *Deo suo*] i. e. Deo ejúsque providentiæ & omnipotentiæ se totum commisit [r]. Non ità credidit, quasi tale miraculum sperâsset, aut de eventu edoctus esset: sed recubuit in auxilium Dei; clausit oculos ad eventum, neque multùm anxius fuit de vita sua, quam Deo commiserat; sed certò persuasus erat vitam suam esse in Dei manu, se non frustrà in ipsum sperare & periclitatum esse, Deum fore sibi liberatorem & remuneratorem, saltem in meliore vita, ad cujus spem erectus erat †. Fidei tribuit quòd liberatus fuerit, non quòd sola, sed quòd prima, salutis causa fuerit [t]. Vide Heb. 11. 33 [v]. Ingens [hoc erat] fidei præmium, & ad Evangelium quædam præparatio [x].

24. *Adducti sunt—qui*, &c. "דִּי אֲכַלוּ קַרְצוֹהִי דִּי דָנִי] *Qui accusaverunt accusationes ejus quæ Daniel*, Mo. vel, nempe *Danielis*. Similis locutio Dan. 3. 8 [y]. ubi dicitur, *voraverunt frustum*, vel *excidium, ejus*, h. e. famam ejus lacerârunt, lacerandóque ipsius quæsiverunt exitium [z]. *Qui accusaverunt Danielem*, P. sic JT. Pi. *qui accusationem suam promoverant contra Danielem*, M. *Danielis æmulos, qui detulerant*, Ti. ¶ *Ipsi, & filii, & uxores*] Ut participes sævi consilii [a]. Hoc non simpliciter damnandum [b]. In S. S. perierunt Dei judicio familiæ Dathanis & Abirami, item Achanis & Hamanis. In rescripto Arcadii & Honorii, *Paterno debent perire supplicio in quibus paterni criminis exempla metuuntur*. Interdum ad publicum hoc pertinet, ut alii deterreantur, &c [m]. Sed non est cur anxiè disputemus an justa hæc fuerit pœna. Scimus enim Reges orientales exercuisse immane & barbarum imperium [n]. ¶ *Donec arriperent eos leones*, &c.] Tanta eorum erat fames [o]. Nè quis objiceret, Danielem fuisse relictum à leonibus quia saturi erant [p].

25. *Scripsit universis populis*] Ut olim Nabuchodonosor, 3. 29 [q]. ¶ *Linguis*] i. e. Nationibus, ut suprà 3. 4, 7 [r]. ¶ *In universa terra*] Nempe per illam Monarchiam, totúmque Orientem. Nam quoniam gener ejus, Cyrus, eum asciverat in societatem Imperii, etiam illic valuit ejus authoritas†. Sic loquitur, quia magnam cognitæ tunc terræ partem occupabat: quanquam habent hæc verba aliquid inane & superbum, quale in Regum titulis esse solet [t]. ¶ *Pax vobis*, &c.] Felicitas scilicet & prosperitas [v].

26. *Tremiscant*, &c.] i. e. Nè ei maledicant [x]. Al. revereantur, & pro Deo vero habeant. Hinc non obscurè colligitur ipsum verè ad Deum fuisse conversum [y]. Obj. Verùm tunc jussisset idola tolli; neque enim Deus socios patitur [z]. Resp. Nescimus an id fecit, quia Daniel totum edictum non recitat [a]. ¶ *Deum Danielis*] i. e. Quem colit Daniel [b]. ¶ *Ipse est—Deus vivens*] In se & ex se vivens, fons item & origo vitæ [c]. Simile veri est, hæc honorifica cognomenta ex Daniele Regem didicisse [d].

27. *Ipse liberator*] Vel, *liberat*, nempe quoscunque vult; ut olim Tres juvenes, nunc Danielem [*].

28. *Daniel perseveravit*, הַצְלַח] *Evectus* (vel, *magnificatus*, Sy.) *est*, Ti. *floruit*, Ca. V. *prosperè egit*, o'. Ar. M. P. JT. Pi. Mald. &c. Amplissimum & continuum honorem obtinuit. Non vulgare hoc exsilii sui solatium [f]. ¶ *Usque ad regnum*, &c. "בְּמַלְכוּת וגו'] *In* (vel, *sub*, G.) *regno Darii*, (i. e. Nabonnedi [g],) *& in regno Cyri Persæ*, JT. Pi. &c. Non ea fuit eorum socordia, ut Danielis statim oblivìscerentur, &c [h]. Cyrus Babylona cepit, ibique regnavit post Nabonnedum, ipsius etiam Nabonnedi concessu [i]. [Sed quisnam hic Darius fuerit, fusè disputatum vide ad Dan. 5. 31.]

CAP. VII.

1. ANno primo] Chald. *uno*. Numerus cardinalis pro ordinali [a]. ¶ *Balsasar*] Regis impii & fastuosi. Voluit Deus ipsum admonere ut de eadem reverentia Dei cogitaret quam pater & avus præ tulerant, &, nisi id fieret, quòd experiretur judicium Dei. Atque hæc causa est cur hæc prophetia Chaldaicè fuit scripta, sequentes verò minimè [b]. Hactenus historia. Sequuntur nunc Visa Danieli oblata divinitus, quæ quia variis temporibus contigêre, cogitur retrorsum ire,

[r] Calv. † Jun. [s] G. [v] Calv. [x] Jun. [y] Calv. [z] G. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. [d] G. [*] F. [f] G. [g] Gej. [h] Pol. [i] Cl. sr. gram. 3. 7. 17. 613. [k] Pol. [l] Gej. [m] Calv. [n] Mald. [o] G. [p] Calv. [q] Me. [*] Di. [r] Me. sim. Calv.

† Calv. [t] Mald. [v] Calv. [x] Mald. [y] G. [z] V. [a] Gej. [b] G. sim. Jun. [c] Calv. [m] Jun. [n] Calv. [o] G. [p] Calv. [q] G. [r] Mald. † Calv. [t] Mald. [v] T. [x] G. [y] Mald. [z] Calv. [a] Mald. [b] Calv. [c] Mald. Calv. [d] Mald. [*] G. [f] Calv. [g] G. [h] Calv. [i] G. [a] Gej. et Pol. [b] Jun.

ire, & repetere tempora quæ in historia jam erat prætervectus. Pro בֵּלְשַׁאצַּר, quod suprà habuimus, codices Hebræi emendatiores habent, בֵּלְאשַׁצַּר, literâ transpositâ, sensúque mutato. Id enim significat, *Belum esse ignis hostici*, i.e. urendum flammâ hostili: quod & Jeremias prædixerat, c.50.2. & 51.44. Ità Prophetæ nomina in honorem idolorum reperta levi flexu in eorundem contumeliam detorquebant. In historia Daniel ejus nomen sumpsit ità ut vulgò pronunciabatur; in Visis verò, ità ut Prophetam decebat. De hoc more Judæorum, nomina falsorum deorum in contumeliam vertendi, literis mutatis aut transpositis, vide Mosem de Kotzi, Præcepto vetante 32 [c]. ¶ *Daniel somnium vidit*] De se loquitur in tertia persona, more Prophetarum, &, quod magis mirum, suam ipse prophetiam, quasi historicus, narrat; forsan modestiæ & fidei causâ [d]. *Somnium vidit*, ut olim Josephus. Nam etiam eo modo non minùs quàm per afflatum, aut visa Divina, aut vocem, Deus futura dilectis suis aperit*. *Somnium*, non vulgare, sed propheticum: vide Num.12.6 [f]. Nec somniavit tantùm, sed & *vidit*; quod Prophetis tribui solet, ubi scilicet illuminatione Spiritûs arcana cœli perspiciunt, ut aliis cum fructu tradere possunt [g]. ¶ *Visio*, &c. "וְחֶזְוֵי וגו] *Et visiones* (est enim plural. à sing. חֶזְוָא [h],) *capitis sui*, JT. Pi. Pol. ex o'. & Chald. Exprimit se non confusè, sed composito animo, hoc vidisse [i]. *Visiones* in plur. pro visione excellentissima [k]. ¶ *In cubili suo*] Noctu, dum adhuc in lecto jaceret [l], vel somnum caperet [m]. ¶ *Et somnium scribens*] Vel, *scripsit*, JT. Pi. Pol. &c. כְּתַב enim est verbum præt. temporis, non participium [n]. *Scripsit*, ut ostenderet non sibi solùm eam revelationem servire debuisse, sed & præsentibus & futuris fidelibus [o], sive toti Ecclesiæ per omnia secula. Prophetæ omnes spem dederant futuræ redemptionis. Hinc populus ab exsilio reversus statum felicissimum & lætissimum exspectabat. Atqui longè aliter accidit. Nè itaque labascerent fideles, admonet eos Propheta de variis quæ tunc instabant perturbationibus, atque tres adhuc restare Monarchias, &c [p]. ¶ *Brevi*, &c. רֵאשׁ מִלִּין אֲמַר] *Caput* (vel, *Summam*, M. Ti. JT. Pi. G.&c.) *verborum* (vel, *rerum*, G. Ti. *rerum illarum*, Pi.) *dixit*, Mo. Pi. G. vel. *comprehendens*, Ti. *exponens*, JT. *expressit*, M. *scripsit*, LXX, Ar. *exposuit*, Sy. scripto comprehendit [q]. *Initio sermonem dixit*, P. i.e. cujus initium fuit tale [r]. Rem ipsam paucis perstrinxit †. *Dixit*, nempe popularibus suis, sive in eorum institutionem & consolationem [t]. Daniel priùs constitutus est interpres ac magister profanis Regibus; nunc, Ecclesiæ [v]. Quod Daniel scripsit, *dixisse* dicitur, non fine emphasi, ut significet Danielis scripta eodem loco habenda ac Dei dicta [x]. ראשׁ Heb. *caput*, modò significat *præcipuum*, ut Exod.30.23; modò, rei *initium*, ut Esa.41.26. Ezec.40.1; modò, *summam*, ut Exod.30.12. Num.1.2. Psal.139.17. *Verba* hîc æquipollent rebus per verba enunciatis [y].

2. *Summatimque*, &c. "עָנֵה וגו] *Respondit* (vel, *Effatus*, G. *Loquutus est*, Calv. *Orsus est*, Pi.) *Daniel, & dixit*, Gej. &c. Ità & fidem suam commendat Daniel, quòd officio suo defunctus esset; & pios excitat ad studium & attentionem; & testatus est se nihil habere sibi proprium, aut ab Ecclesia separatum, in hoc oraculo [z]. ¶ *Nocte*] Quo tempore Deus plerumque visiones exhibuit, quod propter amica silentia & solitudinem, &c. ad communicandas res secretas commodissimum erat [a]. ¶ *Ecce, quatuor venti*] Primarii, flantes à quatuor mundi partibus [b]. Ingentis tempestatis descriptio, qualis illa, *Unà Eurúsque Notúsque ruunt, crebérque procellis Africus*—Ovid. 1. Trist. 2. *Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu*, &c. Lucan. & apud Valer. Flaccum [c]. [Vide Auctorem.] Qu. Quid quatuor venti significant? Id Daniel non exponit, atque ità locum opinionibus relinquit [d]. Resp. 1. Dei voluntatem*; vel, majestatem & providentiam, quam, cùm nullo simili figurari possit, solet Deus in prophetiis non ullo signo, sed tantùm operibus & effectis, adumbrare [f]. 2. Angelos, Dei administros [g], qui ventis figurantur in Psal.18.11. & 104.4. Τὸ *quatuor* indicat omnes mundi partes gubernari à Deo per Angelorum ministerium [h]. 3. Horrendos motus & tempestates [i]: bella [k], & hostiles impressiones [l]; ut *ventus* sumitur Jer.49.36. & 51.1 [m]. item Hos.13.15 [n]: afflictiones & persecutiones [o]. Vox *quatuor* ostendit, non fore unam concussionem, sed complures, & quidem diversas, acsi confligerent inter se venti [p]: ut sensus versûs sit, q.d. Ex gentium undique bello inter se concurrentium, & de imperio concertantium, conflictu nata sunt quatuor Regna magna [q]. 4. Idem quod quatuor bestiæ; ut ex hinc colligo, quòd *quatuor bestias* exponit, non item *ventos*. Videmus idem diversis rebus significari in Gen.41.32*. ¶ *Pugnabant*, &c. מְגִיחָן לְיַמָּא רַבָּא] *Impetebant* (vel, *commovebant*, Ca. vel, *agitabant*, V.) *mare magnum*, Ti. *pugnabant* (vel, *irrumpebant*, JT. Pol. *irruebant*, Pi. *erumpebant*, Pol. Gej. ut Job.38.8 [r].) *in mari magno*, P. JT. &c. sim. Mo. vel, *in mare magnum*, Pi. &c. i.e. Mediterraneum †, quod, respectu maris Mortui aliorúmque lacuum, *magnum* dicitur, Jos.1.4. & 9.1. qu. d. Non in lacu aliquo, quales fuêre Asphaltites & Genezerethanus, quæ *maria* vocant accolæ, sed in mari illo quod Syriam, Ægyptum, Judæam alluit. Sic & poeta, *Suave mari magno, turbantibus æquora ventis* [t]. *Maris* meminit, quia in terra vix tanta est concussio quanta in mari [v]. *Mare* mundum significat [x], vel partem ejus [y]; vel, populos, ut Apoc.17.15 [z]. sive homines, quorum fluxa & instabilis natura & infida [hâc similitudine] demonstratur [a]. Dei permissu variis tumultibus agitatur mundus, ut mare motibus. Significat autem motus magnos qui exorti sunt initio quatuor Monarchiarum [b].

3. *Quatuor bestiæ*] Intelligit quatuor Monarchias sive Imperia: quæ *bestias* vocat, vel, 1. quia idololatricæ erant [d]; vel, 2. quia maxima ex parte injustè & tyrannicè fuerunt & acquisita & gubernata*, &, ut ille dicebat Alexandro, Magna Regna sunt magna latrocinia [f]. Aspicit hoc Propheta, quod non videbat Nabuchodonosor. Vide dicta suprà 2.31 [g]. ¶ *Grandes*] Vel, *magnæ*, ad differentiam tum Regni Israelitici parvi [h], tum Regnorum in mundo quorumlibet particularium [i]. ¶ *Ascendebant*] i.e. Ex loco humili emerserunt altiùs in conspectum, &c†. Commotione illâ exsurrexerunt, aliis intereuntibus [k]. ¶ *De mari*] i.e. Ex promiscua hominum cæterorum copia [l]. A populis quisque suis magnam vim nacti in alios ferebantur [m]. *Ascendere* dicuntur è *mari*, quia communem habent cum cæteris materiam, sedem, cæteráque ad naturam pertinentia [n]. Vel, *è mari*, i.e. è terra, quæ ob perturbationes similis est mari turbulento [o].

4. *Prima*] Nempe, Imperium Chald [p]. ¶ *Quasi leæna*] Vel, *leo*, JT. Pi. Sic dicitur, vel, 1. ab excellentia, ob quam Dan.2.32, 38. *auro* confertur [q]. Major adhuc vigebat integritas sub eo quàm postea, sicut mundus semper in deterius labitur. Persæ crudeles erant, Esa.13.17,18. & in Cyro erat inexplebilis ambitio & avaritia, & simul crudelitas [r]. Vel, 2. quia forte erat & sævum [s]; & bellicosissimum †; ferox & atrox [v]. Vide Jer.4.7. ubi Nabuch. *leo* dicitur [x]. Vel, 3. quia primum erat. Sic Dan.2. significatur per *caput aureum*, non quia cæteris melius, sed quia prius [y]. ¶ *Et alas*, &c.] Sic notatur celeritas & alacritas ejus in Regnis occupandis [z]. Celerrimè sub Nabuch. movebatur, *velociùs aquilis*, Jer.4.13. unde & *aquilæ* comparatur Jer.48.40 [a]. Ezec.17.3.&c [b]. Assyrii brevi temporis spatio Monarchiam suam auxerunt [c]. ¶ *Aspiciebam* (qu. d. Consideravi bestiam illam [d],) *donec evulsæ sunt alæ ejus*] Sim. Mo. P. &c. i.e. Donec alacritas illa mutata est in segnitiem, & velocitas in cunctationem*. Deus illos certis finibus conclusit, nè possint libere vagari ut cœperant, & ità moratus est continuas eorum victorias [f]. Tardati cursus ejus Imperii sub Evilmeraducho, Negriglassorsoro & Laborosoarchodo [g]. Suam amisit dignitatem, unà cum viribus se in altum porrò efferendi. Similis phrasis in Cic. lib. 4. ep. ad Atticum, *Qui mihi pennas inciderant nolunt easdem renasci* [h]. *Evulsæ sunt*, &c. i.e. privatus est Nabuch. Regno [i]. ¶ *Et*, &c. "וּנְטִילַת וגו] *Et elevata*, vel *sublevata, est à terra*, Mo. M. *Et ablata*, vel *sublata est è terra*, P. o'. Calv. sic Sy. Ca. nempe ut desineret Imperium. Neque enim Chaldæi prorsus deleti sunt, sed sublata fuit illis sua gloria [k]. Al. *cubitus*, vel per

c G. d Mald. e G. f Mald. g Calv. h Pol. i Calv. k Gej. l V. m Mc. n Pol. o Pol sim. Calv. p Calv. q G. r V. sim. Ca. † V. t Pi. v Calv. x Pol. y Gej. z Calv. a Pol. ex Jun. b V. c G. d Mald. * V. f Jun. g Pol. sim. Hi. & plerique in Mald. h Pol. i Calv.

k G. Pi. sic Med. &c. l Med. sim. Gej. m Med. oper. l. 3. p. 562. Gej. n Gej. o M. p Calv. q Med. ib. * Mald. r Gej. † Mald. ex Hc. sim. G. t G. v Calv. x M. V. Jun. Pol. La. y Jun. z G. a Jun. b V. c M. V. sim. La. Me. T. Cav. Jun. &c. d G. ex Jac. * La. sin. Jun. Calv. Mc. &c. f Calv. g G. h Gej. sim. Jun. i Gej. † Gej. k Pol. l Gej. m G. n Jun. o Pol. p Me. T. Calv. Jun. Pol. G. &c. q V. r Calv. s G. t V. v Jun. x G. y Mald. z Ti. sim. Jun. Calv. M. V. Pol. Mald. &c. a G. b Pi. c Calv. d V. * Pol. sim. Jun. f Calv. g G. h Gej. i V. sim. M. k Calv.

per quas, [nempe *alas*,] *efferebatur è terra*, vel *supra terram*, JT. Pi. G. Pol. Sæpe enim Chaldæis, ut & Hebræis, copula habet vim relativi[l]. ¶ *Et super pedes quasi homo stetit*] More hominum rexit se[m]: quietè se continuit[n]. Agnovit se mortalem hominem, qui priùs inter deos agere putabatur[o]. Chaldæi, qui antea volitantes in aere alios infra se ex alto despiciebant, redacti sunt in communem hominum sortem[p]. ¶ *Et cor hominis datum est ei*] i. e. Cor humanum, & non ferinum; hoc est, mite[q]. Al. cor abjectum & timidum[r]. Impletum hoc in Belsatsare†. Al. cognitio veri Dei data Nabonnedo, suprà 6. 20. ideo Deus, cùm vellet destruere Babylonem, ipsi tamen pepercit[s]. [Alii hoc membrum cum præc. de Nabuchodonos. exponunt, hoc modo:] *Alæ ei detractæ sunt*, cùm, ablatâ Regiâ potestate, ad bestias relegatus est, Dan. 4. 33; *stetit super pedes*, & *cor humanum ei datum est*, quum, recuperato sensu, restitutus est Regno[v]. Obj. At Nabuchod. jamdiu mortuus fuerat, neque erat cur Daniel de re præterita vaticinaretur[x]. Resp. Vaticinatur de futura Regni translatione sub persona Regis Nabuchodonosoris, quamvis jam mortui, quia illi primùm Regni translatio per magnam statuam, c. 2. deinde per arborem, & suam ipsius ad bestias relegationem, significata fuerat[y].

5. *Et* (vel, *Deinde*, Calv. Pol. ו hic continuationem significat[z].) *ecce bestia alia*] Hoc est, Regnum Persarum[a]. ¶ *Similis urso*] Vel, 1. tristitiâ & austeritate. Ursus est tristis aspectu, formâ non ità speciosus ut leo: ità Persæ, propter barbariem & asperam vivendi rationem inter montes suos, austeri fuerunt[b]. 2. Sævitiâ: ut ursi truculentissimi sunt, ità & Persæ, Esa. 13. v. 17, 18[c]. 3. Vafritie[d]. [4. Voracitate.] Ursus ζῶον παμφάγον, (*animal voracissimum*,) ait Aristot. 8. 5: sic Medo-Persæ raptores magni, prædones, Jer. 51. 48, 56. *Ursus secundùm Persas hostem significat opulentum*, ait Achmetes *. Sed qui hæc minutè sectantur nihil aliud mihi consequi videntur quàm ut similitudinem quærentes dissimilitudinem inveniant, & rem per se facilem difficilem reddant. Sicut enim in metallis, non ideo Regnum Babylonicum auro, Persicum argento, &c. comparata sunt, quòd Babylonicum Persico, Persicum Græco, Græcum Romano, aut fortius, aut locupletius, aut melius, fuerit, cùm dubium non sit Romanum cæteris omnibus in rebus præstitisse; sed solùm significatur Regna, quò posteriora sunt, eò magis ad interitum appropinquare, & ad Regnum Christi accedere: idem & in bestiis dicendum, &c[f]. ¶ *In parte*, &c. וְלִשְׂטַר־חַד הֳקִמַת] [In prima voce variant.] שטר est vox ambigua, ex diversa scriptione literæ ש: nam שְׁטַר significat *dominatum*[h], ut constat ex locorum inductione[i]; & שְׂטַר, *latus*[k]. Cum ש legunt K. & Parisina editio [Bibliorum] Roberti Stephani: cum ש, quod rectius, legunt Veneta editio Bombergiana cum Commentariis RR. & Antuerpiensis Plantiniana[l]. [Hinc locum varie reddunt.] *Et* (vel, *quæ*, [scil. *bestia*,] JT.) *dominatum unum* (vel, *quendam*, Pi.) *erexit*, Pol. JT. Pi. h. e. alia plurima Regna Imperio suo adunavit, Medorum, Syrorum, Chald. Arab. Ægypt. &c[m]. Al. *Et ad latus unum* (vel, *in latere uno*, M. vel, *una ex parte*, Ca.) *stetit*, Mo. P. G. &c. i. e. seorsum, nempe à Judæa. Sensus est, Judææ nihil nocuit[n]. Vel, *sese erexit*, i. e. irruit tantùm in Babylonios, quibus superatis potiti sunt Imperio Persæ[o]. *Stetit ad latus unum*, putà leonis, utpote quem invasit & subjugavit[p]. Vel, *constitit*, Ca. *constituebatur*, M. sic Ti. vel, *surrexit*. Respicit obscura initia Regni Persarum[q]. Stetit ab una orbis parte, videlicet Oriente, exilia habens initia, tanquam Regnum intra montes conclusum, ac parùm alibi æstimatum[r]. Al. Sensus, Ex duobus lateribus ipsius, i. e. distinctis Regnis, unum latus vel Regnum effectum est†. ¶ *Et tres ordines*, &c. וְתְלָת עִלְעִין] *Costæ* (vel, *boli*, Ti. sub. *erant*, P. Pi. &c.) *in ore ejus*, Mo. P. M. Pi. sic JT. Ca. *Costæ*, h. e. ossa lateralia carne vestita[t]. Ursus habens tria ossa, &c. i. e. frendens in omnes partes. Nam tribus tantùm ex partibus fera potest ossa comminuere, antrorsum, dextrorsum, & sinistrorsum. Cùm igitur tria ossa indita ori describuntur, hæc germana est visionis interpretatio, ab omni, quâ potuit, parte fuisse prædam comminutam[v]. Al. Tres costæ significant tres mundi plagas in quas Persæ irruperunt, & quas sibi subjecerunt; nempe Occidentem, Aquilonem, & meridiem: ut declaratur Dan. 8. 4[x]. Regiones illæ costis comparantur, quia non ampliùs integræ & florentes erant, sed quasi reliquiæ exesarum gentium & à Persis velut ursis absumptarum[y]. Al. Tres costæ significant tria Imperia, Babylonicum, Persicum, Medicum[z], quæ simul confusa sunt[a]. *Costæ vires hominis significant*; Achmetes 12[b]. Al. Numerum hunc definitum [pro indefinito] esse puto; q. d. Bestia hæc fuit inexplebilis, quia, non contenta costâ unâ sive corpore uno, plures momordit, h. e. plures prædas multósque homines voravit[c], & multa sibi Regna subjugavit[d]. Sed non credibile est, in descriptione bestiæ numerum certum pro incerto poni *. ¶ *Et sic dicebant ei*, &c.] Sic M. P. Mo. Ti. Pi. &c. vel, *sic dicebatur*, &c. G. *Cui ità dicitur, Surge, comede carnem multam*, JT. &c. Nam ursus libenter σαρκοφαγεῖ, (*carnes comedit*,) Aristot. 8. 5[f]. q. d. Age, interfice multos. Innuit crudelitatem Persarum[g]. *Dicebant*, nempe cœlitus in visione, &c[h]. Significat Divinam permissionem, sine qua Cyrus ista præstare non potuisset[i]; & quòd Deus providentiâ suâ & occulto judicio Cyrum gubernaret, quem quasi carnificem suum statuit per quem volebat mundum ulcisci[k]. Dicitur Deus dicere ac præcipere quod permittit, 2 Sam. 16. 10. Significat, Cyrum, aut permittente aut impellente Deo, multas gentes subjugaturum[l]. Huc spectat quod refert Xenophon de Pædia Cyri, l. 1. p. 16. Cyaxarem (qui Danieli Darius Medus dicitur) misisse ad Cyrum, eúmque exhortatum esse ut ipse Persici exercitûs Imperator iret: & lib. 4. pag. 63. commemorat, divinitus quodammodo venisse ab Hyrcaniis nuncios qui Cyro significabant, ipsos [Hyrcanios] odio Assyriorum (quibus tum subjecti erant) paratos esse ad eum deficere, si vellet unà secum hostes invadere: & l. 4. p. 77. narrat, Gobriam, qui magnæ dominabatur regioni & Assyrius erat, se cum tota ditione Cyro ultro dedisse, eúmque supplicem orâsse ut ulcisceretur injuriam sibi illatam à Rege Assyrio[m].

6. *Alia* (sub. *bestia aderat*, Pi.) *quasi pardus*] Omnes hic designari putant Regnum Macedonicum, sive Alexandri[n]: qui pardo comparatur, [1. ob inconstantiam.] Pardus varium animal. Sic Alexander moribus variis: modò clemens, modò crudelis; modò victûs temperati, modò ebriosus; modò abstinens, modò indulgens amoribus. *Pardus apud Persas & Ægyptios hostem significat irreconciliabilem*, ait Achmetes[o]. 2. Pardus staturâ parvus est: sic Alexander initio tantùm Regulus erat, & exiguum habuit apparatum[p]. Non fuit tantus ab initio ut vel potuerit terrere longinquas regiones, vel suâ dignitate acquirere sibi subditos[q]. 3. Maculas pardi referunt gentium quibus imperavit diversi mores. 4. Ob animum[r], & robur†. De robore pardi vide Agatharc. l. 5. Plin. 8. 17[t]. Parvum hoc animal audet cum leone & procerissimis quibusque feris congredi. Ità & Alexander cum Dario, cujus Regnum à mari Ægæo usque ad Indos extendebatur[v]. 5. Ob astutiam pardi; de qua vide Jer. 5. 6. Hos. 13. 7[x]. & Plin. 10. 37. Alexander M. usus est patris sui Philippi consiliariis, qui assiduè versati erant in technis Philippi[y]. Regnum Macedonicum per dolos & fraudes initia sumpsit *. 6. Ob velocitatem[z]: vide Hab. 1. 8[a]. Alexander roganti cuidam quâ ratione tot victorias reportâsset respondit, Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, (*Nihil cunctatus*[b].) ¶ *Et*, &c. וְלַהּ גַּפִּין אַרְבַּע דִּי עוֹף] *Et ei erant alæ quatuor avis*, sive *volucris*, (vel, *quæ avis*, Mo. *in modum avis*, M.) *in dorso ipsius*, Pi. Significat summam Alexandri pernicitatem[c]: q. d. Celerior erit hæc vis vi Chaldaicâ, quæ duas tantùm habebat alas. Vide Dan. 8. 5. Lucanus de Alexandro, —— *fulmenque quod omnes Percuteret pariter populos*. Et mater ejus somniaverat ex utero suo enasci fulmen[d]. Quatuor alæ videntur significare Alexandrum, qui intra paucos annos plurima sibi Regna subjecit *. Al. Possumus, quamvis nullum auctorem habeamus, per 4 *alas* uni adhærentes bestiæ, quatuor illa præcipua Regna, Babylonicum, Medorum, Persarum, Græcorum, in uno Rege summâ celeritate conjuncta intelligere, ut v. præc. tria prima Regna per tres *bolos* [vel *costas*] significata sunt[f]. Al. Per 4 *alas* & 4 *capita* idem intelligit, nempe,

l G. m V. n G. o M. p Pol. sim. Calv. q V. r Pol. sic Pi † Pi. s G. v Mald. sim. Me. T. x AE. in Mald. y Mald. z Pol. a M. V. Jun. Pi. Calv. Mald. Me. T. &c. b Pol. sim. Calv. c Pol. d Pol. ex Jun. * G. f Mald. g Pi. h Pi. Pol. i Elia. k Pol. * Pi. l Pol. m Idem. n G. ex Hi. & He. o V. sic Me. p Q. in Belg. q Calv. r Belg. † Jun. t Gej. v Jun.

x Pi. sim. Pol. y Pol. z V. sim. a G. Mald. * V. b G. c Calv. d Q. in Mald. * Mald. f G. g V. h Gej. i Me. ex Mald. k Calv. l Mald. m Pol. n Mald. sim. Calv. ità Jun. Pi. Pol. M. Me. T. &c. o G. p BA. 1. 3. 7. 789. q Calv. r BA. ib. † BA. Pol. t Pol. v BA. ib. x Pi. Pol. y Pol. * M. z Jun. Pi. Pol. Calv. &c. a Pol. b Jun. Pol. c Pol. sim. Me. T. &c. d G. * M. f G. Pol. f Mald.

nempe, partitionem illam post mortem Alexandri[g]. [De qua statim.] ¶ *Et quatuor capita*, &c.] Significat 4 capita quæ loco unius succreverant[h]; nempe quatuor Satrapias[i], sive Alexandri duces sive Principes, qui post Alexandrum diviserunt Regnum[k]. Ptolemæum, qui Ægyptum, Seleucum, qui Syriam, Philippum, qui Græciam, Antigonum, qui Asiam minorem, occupârunt[l]. [Alii paulò aliter.] Hi sunt 4 summi post Alexandrum duces, Perdicca, Seleucus, Ptolemæus, Meleager: quorum Perdicca equitatui Macedonico, externo Seleucus, Meleager satellitio Regio, Ptolemæus peditatui, præerant. Vide infrà 8. 22. & adde 1 Mac. 1. 7. & quæ ibi dicentur[m]. Al. Per 4 capita significat, tantam fuisse animantis istius in rebus gerendis alacritatem, ut eodem tempore in omnes orbis partes Regno suo consuluerit, haud secùs quàm si 4 capitibus fuisset instructus, quibus quaquaversum prospiceret. Scio hæc aliter exponi, de 4 Regnis post Alexandrum. Sed neque verbis hujus loci, neque sequentium prophetiarum argumento, neque historiis rerúmque veritati, explicatio hæc mihi quidem videtur convenire[n]. ¶ *Et potestas* (vel, *dominium*, sub. *totius orbis*, V. vel, potestas ingens[o],) *data est* (vel, *traditum est*, V.) *ei*] A Deo, Regnorum arbitro[p]. Indicat Alexandrum non tam suis viribus & industriâ, quàm Divino concessu, Monarchiam suam constituturum[q]. Hoc enim accidit præter omnem naturæ rationem hominúmque opinionem, quòd ille cùm 30 tantùm millibus mare trajiceret, tot centena millia vinceret, & totam Asiam atque Orientem subigeret. Adde quòd, quo die Alexander vicit Darium, sic erat sopitus ut vix potuerit expergefieri[r]. Et Jos. Antiq. 11. 6. scribit, Alexandrum Pontificem Judæorum adorâsse, quia, dum adhuc in Dio urbe Macedoniæ erat, Deum illo habitu conspexit, qui ipsum incitavit ut iret in Asiam, ipsíque successum promisit[†].

7. *In visione* (vel, *visionibus*, P. V. &c.) *noctis*] i. e. In somnio multiplici quod videbam noctu; h. e. inter somniandum[t]: q. d. continente visione, ac non interruptâ[v]. ¶ *Bestia quarta*] De qua litigant Interpretes, quænam illa sit[x]. 1. Turcicum Imperium[y]. Contrà, quis credat inter hæc Imperia Romanum omitti, quod omnium maximum & potentissimum erat? Non fuit, inquit, prætermissum, quia cum Macedonico conjunctum, quòd Romani ex Græcis orti sunt[z]. At hoc ipsum quis credat, duo tam diversa Imperia tam levi remotáque causâ fuisse conjuncta? Sed hoc refutatum vide ad cap. 2[a]. Quartam bestiam non esse Turcicum Imperium facilè probatur; 1. quia illam exsistere oportuit Judæis Terram sanctam adhuc incolentibus: 2. quia illa ante erectionem Regni Christi destruenda erat: 3. quia illud Imperium ante adventum Christi nec Judæam possedit, nec Religionem Judæorum impedivit[*]. 2. Romanum Imperium[b]. Sed diversimodè intelligunt: vel, 1. de eo duraturo usque ad ultimum Judicium, quippe quod describi putant vers. 13; vel, 2. de eo ad certum duntaxat tempus se extendente, nempe vel ad primum Christi adventum, vel ad primos decem Imperatores, vel ad decem Christianorum persecutores[c]. Quartam bestiam non esse Romanum Imperium probatur; quia illa bestia, 1. ante Christi adventum cultum Dei Jerosolymis impedivit, vers. 25, 26, 27. 2. Ante repurgatum à Juda Maccabæo Templum Judææ dominata est, v. 21. 25. 3. Ante erectionem Regni Christi est pessundata & deleta, nec debuit, Regno Christi propagato, ampliùs stare & florere, v. 11, &c. & 26, 27. Quæ omnia Romano Imperio minimè congruunt[†]. 3. Regnum Seleucidarum[d]. Seleucus enim Babylonem & Syriam, necnon Asiam minorem Antigono ereptam, occupavit: Ab hoc populus Dei, cujus gratiâ hæ visiones exhibitæ sunt, innumera mala perpessus est[*]. [Intelligit] crura Imaginis, [Dan. 2.] quæ hîc sub unius feræ nomine describuntur, quòd tam Syriæ quàm Ægypti Reges Macedones essent, & incertis finibus, modò hi, modò illi, latiùs regnaverint; præterea, Judæam (quod hîc maximè respicitur) nunc hi, nunc illi, tenuerint aut vexaverint. Etiam nunc Hebræi ista Imperia uno nomine appellant מלכות יון, (*Regnum Græciæ*[f].) ¶ *Terribilis*] Cùm omnibus Asiaticis, tum inprimis populo Dei[g]: imò toti orbi[h].

¶ *Et fortis* (vel, *dura*, JT.) *nimis*] Vel, *valde*, P. M. &c. Romani potentiam suam latissimè extenderunt[i]. ¶ *Dentes ferreos*, &c.] Arma ad nocendum & sæviendum[k]. q. d. Fortissimum erat[l]. Idem denotat quod ferrum in Imagine, Dan. 2. 40. nempe sævitiam in Judæos maximam[m]: vel, belluinam quæ in Romanis erat audaciam & immanitatem, necnon inexplebilem eorum cupiditatem[n]. ¶ *Et reliqua pedibus suis conculcans*] Ut bestiæ sæpe faciunt, quæ homines non occîdunt aut devorant, sed pedibus conculcant & proterunt[o]. Si quos vivos reliquerat, eos fœdè tractabat[p]. Sic Romani, quos non occîderunt, tributis subegerunt[q]: quæ non poterant absumere vel secum trahere, suis in prædam distribuebant, & urbes, agros, &c. aliis erepta sociis suis dederunt, &c[r]. ¶ *Dissimilis*, &c. והיא משניה וגו׳] *Erátque diversa ab omnibus bestiis*, &c. P. M. &c. i. e. Vel, 1. multò sævior[†]; vel, 2. monstrosa[t]. Cùm prima leoni, 2. urso, 3. pardo, conferatur; huic nulla similis est[v]. Horribile prodigium fuit, quòd Romani ex tantillis initiis ad tantam potentiam creverint[x]. Hujus quartæ bestiæ speciem & nomen non exprimit, quia varia fuit & monstrosa; ut significaret Romanorum regimen fore novum & varium, ex monarchia, aristocratia & democratia conflatum, quod administrârunt, 1. Reges, 2. Consules, 3. Decemviri, quibus additus Dictator, 4. Imperatores, &c[y]. ¶ *Habebat cornua decem*] Hîc magna difficultas[z], & varietas[a]. Cornua eminent in animalibus, sic in populo Reges[b]. Ut bestiæ cornibus obvios prosternunt, ità hi Reges populum Dei, &c[c]. *Decem* ergò *reges* intelligit, v. 24[d]. qui sibi in hoc Regno Seleucidarum successuri sunt[*]; qui sævituri sunt in Judæos, tum ex Syria, tum ex Ægypto: quos omnes ex historia numeravit Porphyrius. Videmur autem *decem* ista *cornua* reperire posse infrà in cap. 11. hos scilicet; Ptolemæum Lagi, Seleucum Nicatora, Ptolemæum Eupatora, Ptolemæum Euergetem, Seleucum Callinicum, Antiochum Magnum, Ptolemæum Philopatora, Ptolemæum Epiphanem, Seleucum Philopatora, Antiochum Epiphanem[f]. [Alii de Romanis intelligunt, sed non uno modo.] Decem nobis Reges in Romano Imperio quærendi sunt. Intelligi autem hîc possunt vel, 1. decem Regna; quia ubicunque de futuris Monarchiis sermo est, non tam de personis quàm de rebus agi videtur: vel, 2. decem homines regnaturi, ex collat. Apoc. 17. 12. iíque vel, 1. eodem tempore in diversis locis, ex collat. v. 24. *tres reges humiliabit*; vel, 2. eodem loco diversis temporibus, ex collat. v. ejusd. *decem reges ipsius regni erunt*, alii post alios futuri, & Apoc. 17. 10, 12. ubi eodem modo de decem Regibus loquitur atque de septem, quos successivè regnâsse constat. Quærendum porrò an hi decem Reges jam fuerint, an porrò futuri sint. Ego posterius statuo; 1. quia Angelus indicat eos sub finem mundi adventúmque Christi ad judicium futuros, v. 13, &c: 2. ex collat. Apoc. 17. 12, 13, 14: 3. quia præterito tempore diligentissimè quæsitos non invenio, futuros credo[g]. [At alii eos jam fuisse putant.] Intelligunt vel, 1. decem primos Imperatores, vel comprehenso, vel excluso, Caio Cæsare: vel, 2. decem Imperatores qui Ecclesiam gravissimè persecuti sunt: vel, 3. decem Reges eodem tempore tragœdias mirabiles in Christiano orbe excitaturos[h]. Al. *Decem* pro pluribus accipio: significat ergò Romanum Imperium fuisse multiplex, non unius hominis, sed plurium, vel, in plura capita divisum, hoc est, populare; divisum erat in multas provincias, quas viri Romæ potentes inter se sortiebantur, & in iis singuli instar Regum erant, &c[i]. Agnosco denarium numerum alibi pro incerto & infinito poni, ut Gen. 31. v. 7. Levit. 26. 26. &c. quod tamen h. l. non placet; 1. quia in descriptione bestiæ singulæ partes & numerus ipse mysterium aliquod indicat: 2. quia tres Reges sequentes definitè sumendi sunt: 3. ex collat. Apoc. 17. 10. ubi *septem* Reges definitè accipiendi sunt, ideóque & *decem*[k].

8. *Considerabam cornua*] Ità o'. M. P. vel, *Attentus fui*, &c. Mo. Calv. Hoc dicit ut nos ad seriam meditationem adducat[l]. ¶ *Cornu aliud parvulum*] Intelligunt per hoc vel, 1. Antiochum Epiphanem[m]. Contrà, *Parvum* hoc *cornu* distinctum est à decem cornibus, quia inter

inter ea ascendisse dicitur. At Antiochus ille est ex eorum numero, teste Grotio. Obj. *Parvulum cornu* cap. sequ. est Antiochus. Resp. Illud ab hoc diversum esse constat, quòd oriatur in fronte hirci, id est, Alexandri; hoc verò ex quarta bestia[n]. Vel, 2. Antichristum[o]. Vel, 3. Julium Cæsarem, & reliquos qui ei successerunt usque ad exordia Regni Christi, sive ad Evangelii promulgationem, quæ facta est sub Caligula, Claudio, Nerone, &c. *Parvum* dicitur, quia non sumpsit sibi *Regis* nomen, sed *tribuni plebis*, vel *dictatoris* [p]. Vel, 4. Turcam[q]; cujus initium exiguum & obscurum fuit, cui omnia sequentia indicia conveniunt[r]. [De quibus vide Authorem.] Hoc cornu non esse Turcicum Imperium probatur; quia illud cornu, 1. unicum tantùm Regem significat, v. 24: 2. totum Regnum quartum obtinere debuit: 3. ante erectionem Regni Christi regnare debuit, v. 11,12,26,27†. ¶ *Ortum est de* (vel, *in*, V.) *medio eorum*] Vel, *inter ea*, P. quasi alienum ortu à reliquis*. Etsi genere erat Regio, nullum tamen jus habebat ad Regnum[t], quod pertinebat ad Demetrium Seleuci filium[v]. ¶ *Et tria de cornibus primis* (vel, *illis prioribus*, Pi. &c.) *evulsa* (vel, *detracta*, Ti. sim. Ca.) *sunt à facie ejus*] i. e. Per ipsum, aut ex ipsius jussu[x]. Aliquot Regna ab eo humiliata sunt[y]. Mutatus fuit status Monarchiæ, aliquid detractum est decem cornibus, h. e. corpori [hujus bestiæ] integro: Senatus desiit creare proconsules, sive præsides provinciarum[z]. Al. *Tria cornua* hîc denotant Ægyptum, Asiam & Græciam, à Turcis subactas[a]. Turca duo jam vicit cornua, nempe Imperium Constantinopolitanum & Ægyptum. Superest tertium cornu superandum; quod, quia factum nondum est, ignoramus[b]. Al. Significant 3 Reges ante Antiochum ab illo sublatos[c]. Hi erant, 1. Ptolemæus Philopator[d], Rex Ægypti, quem spoliavit†, & Syria expulit[f]: 2. frater ipsius major, Seleucus Philopator[g], quem occîdit[h]: 3. vel, pater ipsius Antiochi, quem in seditione quadam interfici curavit[i]; vel, Demetrius, filius Seleuci, qui frater Antiochi[k]. Sed fallitur Junius. Ille enim Demetrius tunc Romæ obses erat, & post mortem Antiochi Regnum Syriæ obtinuit[l]. ¶ *Oculi quasi oculi hominis*, &c.] i.e. Perspicax erit ad res agendas[m]. Significat prudentiam Turcæ[n]; vel, vafritiem Mahometis, quam historia notat*. Al. Significat fictitiam Antiochi humanitatem[o]. Al. Cæsares habebant speciem modestiæ, & humaniter adhuc agebant, splendorem reliquerunt senatui, cui se parère simulabant [p]. ¶ *Et os loquens ingentia*] Jactabunda & blasphema contra Deum & homines[q]. Erat enim arrogans admodum, unde & Ἐπιφανὴς dictus. Vide infrà 20[r]. Al. Notat superbiam Cæsarum, & magniloquentiam quâ Romanos terrebant, & in ordinem cogebant †.

9. *Aspiciebam*, חָזֵה הֲוֵית] *Videns fui*, Mo. *Spectabam* sane, Ti. sim. P. *Videns vidi*, M. cum attentione debita[r]. ¶ *Donec*, &c. עַד דִּי כָרְסָוָן רְמִיו] *Donec throni*, sive *solia*, (vel, *subsellia*, Ti. sim. Ca.) *ablati sunt*, P. sim. Pol. M. Calv. vel, *abjecta sunt*, JT. Ang. i.e. Reges supra commemorati, soliis suis dejectis, cesserunt adventanti Deo[v], & Regno Christi[x]. רְמָה, vel רְמִי, sign. *projicere*, *abjicere*; & sic accipiunt AE. & Saad[y]. Al. *elati*, vel *erecti*, *sunt*, Mo. Calv. vel, *posita sunt*, Ti. ὁ. sic Sy. Ar. Ca. vel, *quàm celerrimè posita sunt*, Pi. Et sic רְמָה usurpatum de solio invenias apud Chald. par. Jer. 1. 15. ubi, pro Hebræo נָתְנוּ, Chald. habet, יִרְמוּן, ὁ. θήσουσιν[z]. Quòd alii vertunt, *ablati sunt*, non placet, quia nondum agitur de sententia Judicis quâ Regna transfert, de qua postea dicet vers. 11, 22, 26. sed de [Dei] Judicis majestate, apparatúque judicii[a]. *Throni*, i.e. sedilia judicum, Dei scilicet, ut Regis, & Angelorum, ut satraparum Regni. Vide quæ suprà 4. 17, 24. Matt. 19. 28. Apoc. 4. 2,4. & 5. 1. & 20. 4[b]. *Thronos* dicit in plur. quia major auctoritas sanctiórque majestas repræsentatur, cùm judex multos consiliarios, aut Rex plures Principes, circumsedentes habet[c]. *Throni*, nempe Angelis[d], quos Dei assessores Scriptura vocat*. ¶ *Et Antiquus dierum*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *provectus ætate*, Ti. V. G. Deus Pater[f]: sic dictus, vel, quòd sit æternus[g]; vel, à summa sapientia & prudentia[h]; vel, ut significetur bene cocta fore Dei judicia, qualia esse senum solent[i]. Licèt autem persona Filii sit appáritura, non deerit tamen Pater, & Spiritus Sanctus[k]. Introducitur hoc loco Pater potiùs quàm Filius quasi judex, quia causa Filii agebatur adversùs Antichristum, sive hostes Christi. Nemo enim solet esse judex in sua causa[l]. ¶ *Sedit*] Pro tribunali[m]; ut Judex sententiam laturus[n], cujus hic est gestus. Vide Psal. 9. 5, 8[o]. Vel, *sedit*, sub. *in solio illarum quatuor monarchiarum*, V. ¶ *Vestimentum ejus candidum quasi nix*] Symbolum hoc vel, 1. majestatis; nam tali vestitu utebantur Reges & proreges, Gen. 41. 42. Esth. 8. 15[p]: vel, 2. puritatis, & sinceritatis judicii[q]. Non ipse tantùm incorruptus, sed & omnia quæ circùm eum sunt[r]. ¶ *Capilli capitis* (qui in homine sordibus vacare non possint †,) *ejus quasi lana munda*] Nullo colore tincta[t]. Symbolum sanctitatis[v]. Dei judicia pura à turbidis affectibus[x]. ¶ *Thronus ejus flammæ* (vel, ut *scintillæ*, JT. Pi.) *ignis*; *rotæ* (sub. *throni*, M.) *ejus ignis accensus*] Vel, *ignis ardens*, Mo. P. JT. Pi. vel, *ardebant ut ignis*, M. Symbolum iræ ac severi judicii Dei[y]. Ignis res efficacissima: sic & Deus ad judicia sua exsequenda potentissimus[z]. Per *rotas* denotatur vel, 1. præsentia ubique & providentia Judicis, quæ quasi curru rotísque per omnia cœli & terræ spatia volvitur[a]. Solia Regum olim erant versatilia; utì currus triumphales exstruebantur translatiles[b]. Sedilia in Oriente transportari solebant; ideo rotas habebant, ut sellæ curules Romanorum. Significatur potentia [legendum puto, potentiam] Deum comitari quocunque voluerit[c]. Vel, 2. incredibilis judiciorum Dei pernicitas, quæ pervolant instar fulguris[d]. Vel, 3. facilitas quâ Deus expedit judicia sua †.

10. *Fluvius* (vel, *Splendor*, Calv. Jun. nam verb. נְהַר signif. & *fluere*, & *lucere*[f],) *igneus rapidúsque*, &c. נְגַד וְנָפֵק וגו׳] *Trahens & egrediens*, &c. Mo. *procedebat* (*protrahebatur*, M.) *egrediebatúrque*, *à conspectu ejus*, P. M. *manabat prodiens*, &c. JT. vel, *profluebátque*, &c. Pi. נְגַד sign. *traxit*, *protraxit*, &, de aquis, *stillavit*, *fluxit*, in Targum Jud. 5. 4[g]. Est [hic fluvius] sententia ejus, quâ impios tradet igni perpetuo[h]. Significat judiciorum Dei vel, 1. gravitatem[i]; vel, 2. efficaciam[k], quòd eorum cursum nemo sistere potest[l]. Omnibus decretis ejus vis aderat perpetua[m]. Vel, 3. celeritatem[n], & quasi impetum, pœnæ[o]. Si נְהַר *splendorem* exponas, sensus est, Deum habitare lucem inaccessam, quâ etiam perlustrat omnia quæ coram ipso sunt, ità ut nihil ab ipso absconditum sit †. ¶ *Millia millium*, &c.] Scil. Angeli[p]. Non decem illæ, quas Aristoteles comminiscitur, Intelligentiæ, sed immensus Angelorum ministrantium numerus[q]. ¶ *Et decies millies centena millia*; ità P. [וְרִבּוֹ רִבְוָן] *Et myrias myriadum*, Mo. JT. P. רִבּוֹ sign. *decies mille*; רִבְוָן plurale est à רִבּוֹ, & sign. *decem millia multiplicata*, i. e. centum millia[r]. Finitus numerus pro infinito*. ¶ *Judicium sedit*] i. e. Judex[t], vel judices[v]; (ut in magno Judæorum Synedrio, ad cujus normam tota descriptio conformatur[x];) Deus, & qui illi quasi consiliarii assistebant[y]. Angeli illi majores assederunt in sellis minoribus, דִּינָא, (*judicium*,) pro בֵּית דִּין, (*domus judicii*,) vel *synedrium*[z]. ¶ *Et libri aperti sunt*] Intelligunt vel, 1. Evangelii promulgationem, quâ aperta sunt quæ antè obscura erant[a]. Contrà, non de docendis, sed de puniendis, hominibus, Regnísque aut dandis aut auferendis, agitur[b]. Vel, 2. librum vitæ & mortis[c]. Vel, 3. scripturas litis omnes, accusationem, defensionem, testimonia, instrumenta. Confer Apoc. 20. 12[d]. Metaphora à re forensi; q. d. Omnia coram throno Dei ità exposita sunt, acsi evidentissimè præscriptiones & acta in cœlo exstarent, ex quibus tota accusationis, criminis, evictionis, confessionis, &c. ratio perscripta exsisteret †. Qu. Num ultimum Judicium hoc loco describitur? Respond. 1. Ità statuunt tum illi quibus *parvum cornu* est Antichristus in fine mundi venturus, ut L. & Hugo; tum illi quibus quarta bestia est Romanum Imperium, ut Bulling. Os. Oecol. præter Calvinum, qui, licèt in eo juxtà cum illis sentiat, primum tamen Christi adventum intelligit. Sed hæc duo simul consistere nequeunt, quia Romanum Imperium non erat eversum in primo Christi adventu.

Resp.

Reſp. 2. Negatur; 1. quia quarta beſtia eſt Regnum Seleucidarum: 2. quia hæc viſio eadem quoad ſubſtantiam eſt cum illa Imaginis, Dan. 2. Lapis autem ille Chriſtum ſignificat in primo, non in ſecundo, adventu. Quare judicium Dei illud hîc intelligendum eſt quo Deus præcedentes everterat Monarchias, quæ omnes ante primum Chriſti adventum diſſolutæ ſunt. Simili ferè modo deſcribitur judicium Dei in Sennacheribum, Pſalm. 76. 9, 10. Hoc tamen judicium typus fuit & figura extremi Judicii [f].

11. *Aſpiciebam propter vocem ſerm.* &c.] Sic P.M.Ti. &c. vel, *à voce*, &c. Mo. vel, *ex quo audita fuit vox*, &c. Pi. ſim. JT. V. Chald. *A voce.* τὸ מִן hîc notat tempus, ut percipitur ex voce præcedente [g]. Ex quo quarta beſtia cœpit loqui blaſphemias in Deum [h], infrà v. 25. Avebam ſcire quem exitum hæc res habitura eſſet [i].

¶ *Quoniam*, &c. עַד דִּי וגו'] *Donec interfecta eſt beſtia*, Mo.G.ſim.JT.Pi.Pol. &c. Refero hoc ad finem Imperii Romani. Nam ex quo Romæ dominati ſunt exteri, Trajanus Hiſpanus, &c. jam deſiit vigere illud Imperium. Alias porrò ignominiæ notas inuſſit illi Deus, cùm Imperatores evaderent ſubulci, & monſtra hominum, & quos milites creaverant [k]. Al. Senſus eſt, Tamdiu ſubſtiti ſpeculabundus, donec exitum cernerem Imperii illius Syriaci & Ægyptiaci [l]: donec deſtructa eſt potentia Seleucidarum, Regnúmque ipſorum peſſundatum, partim à Parthis, partim à Tigrane Rege Armeniæ; de quo vide Appianum de Bellis Syriacis pag. 79. edit. Frobenianæ [m]: donec Antiochus Epiphanes, infauſtis nunciis acceptis, in morbum incidit graviſſimum atque turpiſſimum, 1 Mac. 6. & 2 Mac. 9 [n].

¶ *Et periſſet corpus ejus, & traditum eſſet — igni*] i. e. Ità deletum eſt, ut ejus non magis quicquam appareret quàm rerum quas ignis abſumit. Pompeius Antiocho Aſiatico Syriam ademit, Auguſtus Cleopatræ Ægyptum. Ità Regna deſierunt eſſe, factæque ſunt provinciæ populi Romani [o]. Regnum Syriæ ſeu Seleucidarum redacta eſt in provinciam à Pompeio Magno, qui eam tradidit Scauro quæſtori, &c [p]. *Corpus perditum* ſignificat dejectionem copiarum & extinctionem familiæ Antiochi, quæ tribus annis poſt mortem ipſius accidit: *traditio igni* figurat acerbiſſimos ejus cruciatus, de quibus vide 2 Mac. 9 [q].

12. *Aliarum*, &c. וּשְׁאָר חֵיוָתָא הֶעְדִּיו שָׁלְטָנְהוֹן] *Et* (vel, *Etiam*, JT. *Cæterùm*, Ti. ſim. Ca. *Similiter*, Pi.) *reſiduo* (vel, *reſidui*, JT. *reliquarum*, P. *à reliquis*, M. *reliqua*, Ti. ſim. Ca. *quod attinet ad reliquas*, Pi.) *beſtiarum* (vel, *beſtiis*, M. *beſtias*, Pi. *animalia*, Ti. Ca.) *abſtulerunt* (vel, *abſtulerant*, ſub. *angeli*, V. vel, *depoſuerunt*, Ti.) *poteſtatem*, vel *dominatum*, *earum*, P. M. Pi. vel, *ſuam*, Ti. vel, *ablatus eſt dominatus*, JT. [Variè hoc exponunt.] Hîc eventus animalium omnium exponitur, i. e. Regnorum quæ antè fuerunt adumbrata [r]. Al. Senſus, q. d. Vidi etiam tria priora Imperia, ſcilicet Babylonicum, Perſarum & Græcorum, periiſſe [†]. Tacita eſt reſponſio ad quæſtionem. Cùm enim Daniel prolixè diſſeruerat de exitio quartæ beſtiæ, de tribus autem prioribus nihil, quæri poterat, Quid illis factum [t]? Nonne & illæ occiſæ fuerant? Sanè quidem; ſed ideo Propheta priùs narravit occiſam quartam, quia de ea potiſſimùm agebatur, ínque eam totus, propter verba ſuperba, admiratione defixus erat [v]. *Et reſidui*, &c. i. e. Reliquiæ antecedentium trium Regnorum cum hoc quarto etiam interciderunt, & à Romanis funditus ſublatæ ſunt [x]. Propheta hîc refert quod ordine debuerat præcedere, quia extincta fuerunt Imperia [tria,] de quibus locutus eſt, ante [quartum, ſive] Romanum. Ergò hæc verba in præterito pluſquam perfecto ſumo, *Et reliquis beſtiis abſtulerant poteſtatem.* Solent enim Hebræi quod omiſſum eſt poſtea repetere. Poſtquam ergò quartam beſtiam occiſam dixit, quod tacuerat de reliquis tribus nunc adjungit [y]. *Aliarum —— ablata eſſet poteſtas.* Macedonia à Paulo victa, Græcia à Mummio & Flaminio; Mithridates, à Dario Hyſtaſpis filio ortus, fractus à Sulla & Lucullo, à Pompeio devictus. Sic Regna Aſiæ Pergamenæ, Ponti, Cappadociæ, Bithyniæ extincta, quæ olim Chaldæorum, deinde Perſarum, fuerunt [z]. Al. Quidam Hebræorum *beſtias* hîc intelligunt, non tres præcedentes, ſed alias, h. e. Regna alia tunc florentia quum quarta beſtia occidetur; q. d. Illis etiam, non minùs quàm quartæ beſtiæ, Regnum adimetur. Quòd autem vox *beſtiæ* de aliis Regnis præter illa quatuor uſurpatur, nemini ſcrupulum movere debet; nam & cap. ſeq. dicitur de *ariete*, v. 4. quòd *nullæ beſtiæ ſtare poterant coram eo.* Sed alia forſan & melior loci interpretatio dari poſſet. τὸ חֵיוְתָא eſt ſing. nam plur. eſſet חֵיוָתָא. Hæc enim eſt, ut notant grammatici Chaldaici, differentia inter ſing. & plur. emphatica, quòd ſing. habet (ְ) & plur. (ָ) in penultima. Unde & noſtri חֵיוְתָא infrà v. 19, 23. in ſing. reddunt. Hîc autem in plur. vertunt, ut videtur, quia affixa ſequentia ſunt pluralia; quæ tamen reſpicere poſſunt multa illa Regna ex quibus conſtitit reſiduum beſtiæ: &, cùm antecedens ſingulare (ut, *reſiduum beſtiæ*,) collectivè vel diſtributivè ſumitur, ei aptè reſpondet num. plur. ex regula grammaticorum. Locum ergò ſic intelligo; Daniel in v. præced. præcisè & ſpeciatim nominat *corpus beſtiæ flammis tradendum.* Sequitur, Et ſicut corpus hoc pacto exuſtum periit, ità *& reſiduum beſtiæ*, nempe decem cornua & parvum cornu, *dominium amiſit*, & *vita illis prolongata eſt ad occaſionem & tempus*, nempe, uſque dum *vidi filium hominis venientem*, &c. Confirmatur hæc interpretatio, 1. ex interpretatione Angeli, v. 25. quæ dicit ſtatum beſtiæ ſub impio illo cornu duraturum *ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*; cui alioquin nihil in viſione reſponderet. 2. Regnum Filii hominis immediatè ſequens terminationem hujus *temporis* in viſione reſponderet v. 21, 22. *Cornu prævalebat in ſanctos, uſque dum Antiquus dierum venerit.* 3. Certum eſt, ſeſſionem judicii in viſione deſcriptam fuiſſe ad evellendum impium illud cornu v. 26. cujus etiam eventum præcipuè ſpectavit Daniel, qui ſanè ſpe ſua excidit, niſi cum *beſtia* ejúſque *corpore* etiam *cornu* perire vidiſſet [a].

¶ *Et tempora*, &c. וְאַרְכָה בְחַיִּין יְהִיבַת לְהוֹן עַד־זְמַן וְעִדָּן] *Et* (vel, *Quia*, JT. Pi. Pol. ו hîc eſt cauſalis conjunctio [b].) *longitudo* (vel, *ſpatium*, JT. Pi. G. ſub. *temporis*, P.) *in vitis* (vel, *in vita*, P. JT. Pi. vel, *vitæ*, G. M.) *data* (vel, *datum*, JT. vel, *conſtitutum* G.) *eſſet* (vel, *eſt*, M. vel, *fuerat*, JT. Pi. Pol. G) *eis* (nempe à Deo: ſimile vide Apoc. 17. 17 [c].) *uſque ad tempus*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. *& tempus*, Mo. P. Calv. vel, *& tempora*, M. vel, *& quidem præfinitum*, G. vel, *& conſtitutum tempus*, JT. Pi. vel, *& definitam periodum*, i. e. uſque ad certum tempus [d]: vel, *uſque ad præfinitum tempus & tempus*, Ti. [Ca. locum ſic reddit, *Conceſſo eis certo ævi & temporis vivendi ſpatio.*] Ultra terminum à Deo fixum non potuerant ſubſiſtere [†]. Tres primæ Monarchiæ certo tempore, at parvo quidem, durârunt; quarta autem longo durabit; vel, *Deus abbreviavit* tempus quartæ beſtiæ *propter electos*, ut Matt. 24. 22. dicitur [f]. Significat, nec piorum moleſtias nec beſtiæ triumphos in perpetuum fore, ſed tantùm ad tempus præfixum & opportunum [g]. Reddit hîc rationem cur non antea fuerint penitùs deſtructa Regna illa, ſed demum cum quarto Regno; *Quia ſpatium —— eis datum fuerat*, &c. h. e. Quia Deo volente prorogata fuerat duratio reliquiarum iſtorum Regnorum tantiſper dum adveniſſet tempus à Deo præfinitum integræ eorum ſubverſioni [h]. Sublatam dixit eorum gloriam, potentiam, ſive auctoritatem, ſive dominatum plenum quem in Judæa habuerunt: veruntamen, inquit, non ſtatim interciderunt ea Regna, ſed in ſuis ſedibus aliquid vitæ, h. e. durationis, tantiſper habuerunt dum præfinivit Dominus [i]. *Aliis beſtiis data eſt longitudo vitæ*, h. e. non interierunt ſicut iſta quarta, cùm per aliquot *tempora* ſecutæ ſint aliæ: hæc autem ſic peribit ut nulla ſequatur [k].

13. *Aſpiciebam*] Intentus fui. Significat ſe non fuiſſe ſocordem, ſed ſubindè ſe expergefeciſſe; ſimúlque monet nè hæc oſcitanter legamus [l]. Dixerat, vidiſſe ſe quartam beſtiam, v. 7. deinde multa interpoſuerat: ideo lectorem, nè obliviſcatur, monet ſe ad aliam viſionem tranſire [m]. Jam modum deſcribit per quem contigit iſta mutatio. Eadem res ſignificatur quæ per Lapidem cujus incuſſu fracti ſtatuæ pedes, 2. 34, 45 [n].

¶ *Et, ecce, cum* (vel, *in*, P. Ti. Calv. עִם *cum* capitur hîc pro ב *in*, ſicut Chaldæis ſatis uſitatum eſt [o].) *nubibus cœli quaſi filius* (vel, *ſimilis filio*, JT.) *hominis veniebat*]

[f] Wil. [g] Pi. [h] V. [i] G. [k] Calv. [l] G. [m] Pol. [n] Jun. [o] G. [p] Pol. [q] Jun. [r] Jun. [†] Me. [t] Med. l. 4. epiſt. 24. p. 955. [v] Mald. ſic Me. [x] Pol. [y] Calv. [z] G.

[a] Med. ib. epiſt. 24 & 25. p. 955. [b] Pol. [c] G. [d] V. [†] G. [f] V. [g] Calv. [h] Pol. [i] Jun. [k] M. [l] Calv. ſim. Pol. [m] Mald. [n] G. [o] Calv.

Sic M. Mo. Pi. &c. *Filius hominis*, i. e. homo ^{p} quidam humanâ formâ præditus[q]. Per *filium hominis* Messiam intelligit[r]; quod agnoscunt etiam Judæi†, ut AE. & Saad. &c[t]. [Aliter non nemo :] *Filius hominis*, i. e. populus Romanus nullum habens intra se Regem, ut dicitur 1 Mac. 8. 14. *Filii hominum* dicuntur privati, ut Psal. 82. 7. *Privatum* autem hîc sume quatenus ea vox Regibus opponitur, ut apud Lucanum, *Nesciat hoc quisquam nisi tu, quæ sola meorum Conscia votorum es, me, quamvis plenus honorum Et dictator eam Stygias & consul ad umbras, Privatum, fortuna, mori*[v]. Sed detestanda est hæc στρεβλότης. 1. Glossa hæc nova est. Omnes veteres & recentiores Doctores Messiam intelligunt. 2. Idem per *filium hominis* quod per *lapidem*, &c. in Dan. 2. notari agnoscit Grotius. Istum autem lapidem Messiam denotare ibi ostendimus. 3. Ineptum est & insolens, populum integrum voce *filii hominis* notari. Messias autem *filius hominis* dicitur in V. T. & in N. T. 4. Potestas universalis & æterna huic tributa in Romanum Imperium minimè quadrat[x]. Sed cur Christum vocat *quasi filium hominis*, quasi talis esset tantùm imaginariò, ut delirabant Manichæi? Resp. 1. Dicit, *quasi filium*, &c. quòd nondum Christus homo factus esset[y]. Non placet hæc responsio, quia quamvis, cùm Daniel ista videbat, nondum Christus natus esset, hoc tamen, sicut & quartam bestiam, & cornu, &c. Daniel tanquam præsentia videbat*. 2. Τὸ כ *quasi* sæpe non similitudinem significat, sed veritatem[a], ut Ose. 4. 4. & 5. 10[b]. Joh. 1. 14[c]. 3. Τὸ *quasi* innuit eum fuisse *filium*, non modò *hominis*, sed & Dei[d]. Qu. At cur hoc loco Christus vocatur *filius hominis*, cùm Angelus dicatur *similis filio Dei*, Dan. 3. 25? Resp. Quia hîc agitur de Regno Christi, quod illi tanquam homini datum est*. Qu. Sed quid vult, *in*, vel *cum*, *nubibus*? Resp. 1. Summa cum celeritate, ac motu rapido in partes omnes, ut Jer. 4. 13[f]. 2. Cum Angelis eum stipantibus[g]. 3. Fuit *in nubibus*, h. e. supra communem hominum sortem, quoniam semper gestavit aliquas Deitatis notas, ut miracula, &c[h]. 4. Symbolum hoc est ascensionis Christi in cœlos[i]. 5. Potiùs loquitur de secundo Christi ad Judicium adventu; quod & nubes indicant, Matt. 24. 64[k]. ¶ *Ad Antiquum dierum pervenit*] Sub. *ad judicium*, V. ¶ *Et in conspectu*, &c. וּקְדָמוֹהִי הַקְרְבוּהִי] *Et in*, vel *ante*, *conspectum ejus adduxerunt eum*, M. Pi. simil. Mo. P. sub. *angeli*, V. Pol. vel, *adductus est*, &c. Ca. *oblatus est*, ο'. sic Sy. Ar. *ut sisteretur ante eum*, JT. Hebræis & Chald. 3. pers. sing. impersonaliter sæpe sumitur[l]. Jussus est sistere coram Deo Regum & Regnorum Judice, velut ad accipienda mandata. Sic Cyrus *servus Dei* dicitur, quia Dei decreta exsequebatur. Est autem populus Romanus non obscurè Christi imago, cujus Imperium ab initiis minimis in totum orbem pervenit, sed Divino modo. Ità sensit & scriptor de Regimine Principum[m].

14. *Et dedit ei* (sub. *Deus*, G. vel, *Pater*, V. Pi.) *potestatem*, &c.] h. e. Imperium maximum[n]: summam potestatem in cœlo & in terra, juxta Matt. 28. 18[o]. Potestatem in electos, per Evangelii prædicationem, & reprobos, per ipsorum debellationem[p]. Prosequitur quod dixit de Christi ascensu ad Deum, cujus finis hîc proponitur, ut Ecclesiam protegeret, hostes compesceret, &c[q]. Jam antè regnavit Christus, Matt. 28. 18. 1 Cor. 15. 25. nunc autem [nempe in die Judicii] pacificam Regni possessionem adipiscitur, ideòque incipere regnare dicitur[r]. ¶ *Omnes populi—ipsi servient*] Confer Apoc. 13. 7†. Vel, *ut omnes—ei serviant*. Loquitur hîc de Regno Christi inchoato, ità tamen acsi completum esset[t]. ¶ *Potestas æterna, quæ non auferetur*, יֶעְדֵּה] *Transibit*, i. e. finietur[v]. Manet etiam nunc Imperii Romani, accisi alicubi, sed aucti in aliis partibus, & nomen & majestas[x]. Quæ glossa frigida est & inepta[y]. Apertè docet Christi Regnum perpetuo tenore staturum usque ad finem mundi[z].

15. *Horruit*, &c. אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי אֲנָה דָנִיֵּאל בְּגוֹ נִדְנֶה] *Æger fuit* (vel, *Doluit*, Sy. *Horruit*, ο'. *Tertius* [lege, *Territus*] *fuit*, V. *Transfixus est*, JT. Pol. nam כרה sign. *fodere*, *confodere*, *transfigere*, ut Hebræis, ità & Chaldæis[a]. *Conturbatus*, vel *Abalienatus*, *est*, Pol. ex Saad. *Succisus*, vel *Excisus*, *est*, M. R. Levi in Pol. ut כָּרַת & כָּרַת idem notent[b]. *Abbreviatus est*, V. Di. i. e. Penè defecit: q. d. Passus sum deliquium[c]. Vel, *Contractus fuit*, nempe in angustum. Id significat verbum hoc in lingua Syriaca Matt. 24. 22. Marc. 13. 20. Vel, *Contristatus fuit*, ut Syriacè significat Matt. 14. 9. Rom. 9. v. 2. 2 Cor. 2. 4, 5[d]. Al. *Contritus fui*, P.) *spiritus meus*, *ego Daniel* (vel, *mei Danielis*, M. Sy. Di. *mihi Danieli*, Calv. JT. *mei*, inquam, *Danielis*, Cap. crit. Est enim רוּחִי אֲנָה דָנִיֵּאל, sicut Genes. 27. 34. בָּרְכֵנִי גַם אָנִי, *Benedic mihi*, *etiam mihi*. Sæpe post affixum primæ personæ additur emphaseωs gratiâ separatum pronomen אֲנִי, quod tum eodem casu est accipiendum cum præcedente affixo. Quia ergò hîc in רוּחִי, *spiritus meus*, affixum habet vim genitivi, (est enim *spiritus meus* idem quod *spiritus personæ meæ*,) necesse est דָנִיֵּאל verti quoque per genitivum, *mei Danielis**.) *in medio vaginæ*, Mo. vel, *in medio corporis*, P. V. *intra corpus*, M. *intra vaginam*, M. V. Corpus vocat *vaginam* spiritûs[f]; id enim est corpus spiritui, quod vagina gladio[g]: spiritus est in medio corporis, ut gladius intra vaginam. Eandem metaphoram usurpavit in Hermotimi Clazomenii historia Plin. Nat. hist. 7. 52[h]. [Alii locum sic reddunt;] *Me quidem Danielem animus dereliquit*, Ti. *Hîc ego Daniel vix animi compos*, Ca. *Quapropter cùm extenuata fuisset anima mea mei Danielis in sensibus meis*, Ar. *Ad me Danielem quod attinet, transfixus est spiritus meus in medio corporis*, Pi. Sensus, q. d. Fui tanquam exanimis, vel similis mortuo[i], tam portentoso viso[k]; ut Dan. 4. 19. & 10. 16. & Ezeciel. 2. 1. & 3. 23[l]: vel, ob tantas mutationes, quas generaliter & confusè concipiebat animo, mox autem intellexit distinctiùs[m]. ¶ *Visiones ——conturbaverunt me*] Reddiderunt me attonitum[n].

16. *Accessi ad unum de assistentibus*] Sic M. Mo. vel, *astantibus*, P. M. JT. Pi. &c. scil. Angelis[o]. Ad Angelum unum, non ex adsidentibus, sed ex adstantibus & ministrantibus, Deo. Vide Zach. 3. 4, 7. & quæ dicta à nobis ad Matt. 18. 10[p]. ¶ *Et veritatem* (i. e. rem significatam; sic veritas opponitur figuris, Joh. 1. 17. & 14. 6[q]: vel, claram intelligentiam, τὴν ἀκρίβειαν, Theodotio[r]:) *quærebam ab eo*] Vide modestiam & docilitatem Danielis, quòd confugerit ad doctorem; nec frustrà, quia Angelus obscura explicavit. Sic indubiè satisfacturus esset nobis Christus, si interpretationem, &c. petamus à fidis Ministris & doctoribus †. ¶ *Qui dixit mihi*, &c.] Sub. *veritatem*, vel, *quod quærebam*, V. Interpretationem rerum quas videram in quiete[t].

17. *Quatuor sunt regna*, ità Th. in G. Ar. מַלְכִין] *Reges*, Mo. P. ο'. Sy. Ti. &c. i. e. Regum genera, sive Reges quadruplices[v]. ¶ *Quæ consurgent*] Sic Mo. P. &c. At Chaldæum jam surrexerat[x]. Resp. Synecdochicè loquitur[y]: habetur ratio majoris partis[z]: tria enim adhuc surrectura erant[a]. ¶ *De terra*] Nihil nisi terrenum cogitabunt agéntque, utpote idololatræ[b]. Originem ducent ex terrenis principiis, ambitione, avaritia, &c[c]. *E terra*; quia, velut terræ filii, ex abjectissimo gradu & velut sterquilinio sese ipsi extulerunt, ut tyrannidem suam statuerent[d].

18. *Suscipient*, &c. וִיקַבְּלוּן מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין וְיַחְסְנוּן וגו׳] *Et* (*Sed*, Ang. Belg. sim. Pi. *Deinde*, Ca.) *suscipient* (vel, *sortientur*, Calv. *accipient*, M. Pi. Ti. Sy. *obtinebunt*, ο'. Calv.) *regnum sanctorum altissimorum*, (vel, *sanctorum sublimiorum*, Ti. *sanctorum excelsorum*, Calv. *sancti excelsorum*, Pi. *supremi sancti*, Ca. *sancti altissimi*, P. Ar. *sancti excelsi*, Ti.) *& possidebunt regnum usque in seculum*, *& usque in seculum seculorum*, Mo. &c. [Locum variè accipiunt, ut Regnum hoc vel Regibus, vel Sanctis, tribuatur. 1. Regibus.] Sensus non est, quòd *sancti excelsorum acceperint regnum*; sed, quòd *quatuor illa regna acceperint regnum sanctorum* †. Dicuntur hîc quatuor Regna *auferre*, vel ad se violenter *rapere*, (ut קַבֵּל significat,) *regnum sanctorum*, i. e. dominium & tyrannidem exercere in Ecclesiam fidelium*. Suscipient Regnum quod uni debetur Messiæ[f]; vel, Regnum quod jure spectat *ad sanctos excelsorum*, i. e. ad electos Dei filios, qui, tametsi sint terræ incolæ, animos tamen sursum erigunt, & sciunt se esse cives Regni cœlestis. Ergò per עֶלְיוֹנִין intelligo cœlestes potestates, h. e. quicquid Divinum à nobis concipi potest, & quicquid excelsius est mundo[g]. Sensus, q. d. Dominabuntur in Judæos,

dæos, qui *ſancti excelſorum* dicuntur, quia ipſi fuerunt Eccleſia & filii Dei, quorum πολίτευμα eſt in cœlis, quorum ſunt excelſa, h.e. habitationes cœleſtes [h]. Qu. Sed quomodo hæ beſtiæ dicuntur Regnum illud in ſeculum ſeculorum obtinuiſſe? Reſp. 1. Significat, tyrannidem Turcæ, vel Papæ, ad ultimum uſque Judicium extendendam fore [i]. 2. Sic loquitur ad ſenſum piorum, quibus longa in miſeriis mora tædium parit, quaſi nunquam deſinerent. 3. *Uſque in ſeculum ſeculorum*, id eſt, uſque ad plenitudinem temporis & adventum Meſſiæ, cùm Deus orbem renovabit, & Eccleſiam in ſolidum reſtituet. Tempus præfinit electis, ut interea moleſtias ſuas patienter ferant [k]. 4. *Uſque in ſeculum*, &c. i.e. per plura, h. e. quatuor, integra ſecula [l]. *Æternum*, *ſeculum*, &c. in S. S. aliquando idem ſunt quod diuturnum: ut Gen. 17. 19; Exod. 21. 6. *erit ſervus in æternum*; Ezec. 26. 21. *Non invenieris ultrà in ſempiternum* [m]. [Alii locum ſic vertunt;] *Qui accipient* (vel, *capient*, vel *occupabunt*, Jun.) *regnum hoc*, *regnum ſanctorum excelſorum*, ſive *ſupremorum*, (i. e. vel, ſupremi Dei, ſive ſupremarum perſonarum, Patris, Filii & Spiritûs Sancti; vel potiùs, populi Dei, qui ſanctificati ſunt per Spiritum, &c [n].) *qui poſſeſſuri ſunt regnum ipſum uſque in ſeculum, & uſque in ſeculum ſeculorum*, JT. Hoc erat conſilium Regum illorum, ut in eo Regno, Judææ ſcilicet, cui æternitatem Deus promiſerat, ſtatuerent velut firmamentum tyrannidis ſuæ, & indè, tanquam ex arce belli, circumſtantes regiones omnes moderarentur: quam rem eò indigniorem eſſe Angelus oſtendit, quòd homines recèns nati, mortales, dominium Regni æterni, contra ſummi Domini auctoritatem, ſibi arrogarent [o]. Sed hanc Junii verſionem & interpretationem minimè laudo. 1. מַלְכוּתָא ſemel vertit, *regnum hoc*, deinde, *regnum ipſum*; quia nempe formæ eſt emphaticæ. At ſciendum, formam iſtam, etſi diſtinctionis gratiâ emphaticam dicamus, ut à ſimplici forma differat, non habere tamen in Chaldaiſmo demonſtrandi vim. Exempli gratiâ, v. 21. קַרְנָא דִכֵּן, *cornu hoc*: קַרְנָא eſt formæ emphaticæ; quæ ſi demonſtrandi vim habet, cur additur דִכֵּן *hoc*? Deinde, קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין accipit pro regimine ſubſtantivi & adjectivi, quum forma conſtructa indicet regimen genitivi. Fateor crebram ſatìs eſſe enallagen formæ conſtructæ pro abſoluta; ſed non dubito quin eadem tum enallage eſſe debuerit in adjectivo quæ in ſubſtantivo, ac dicendum fuiſſe, קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנֵי. Tertiò, quia, וִיקַבְּלוּן referre volens ad 4 Reges, quum videret מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי non poſſe verti, *regnum ſanctorum*, quia dicendum fuiſſet, דִּי קַדִּישֵׁי, ſubaudiri rurſus voluit *regnum*, & quidem non formâ מַלְכוּתָא, quæ conſtructæ formæ locum tenere non poteſt, ſed formæ מַלְכוּת: in quo proculdubio nimis magna eſt libertas. Attendendum verò præcipuè, an occupatio Regni ſanctorum rectè tribuatur 4 beſtiis; quum infrà v. 21. id tribuatur tantùm quartæ beſtiæ, habenti decem cornua, & ſpeciatim undecimo cornu, quod inter reliqua exoriebatur, & tria cornua dejiciebat [p]. [Alii ergò locum aliter accipiunt, Regnúmque Sanctis tribuunt.] Conſtruo ſic, *Sancti excelſorum* (ſcil. locorum, i. e. quibus cœlum deſtinatum eſt,) *accipient regnum*, &c. nempe Regnum illud ſempiternum, ſuprà v. 14. Hanc ſyntaxin poſtulant, 1. diſtinctio Chaldaica [q], ſive accentuatio, quæ *regnum* ſejungit à *ſanctis* per Zakeph-katon: 2. forma abſoluta vocis מַלְכוּתָא, quæ in regimine aliàs debuiſſet poni [r]: 3. conſequentia ſive ſeries ſententiarum, & inprimis verba illa, *uſque in ſeculum ſeculorum* †; quod ſanè nulli Monarchiarum competit: 4. collatio v. 14 [t]. & 22, 27 [v]. ubi diſertè *ſancti* dicuntur *accepiſſe regnum* [x]. Mens Angeli eſt, q. d. Quas vidiſti 4 beſtias ſunt 4 Reges qui ſurgent in terra: non tamen ſoli hi regnabunt. Etiam Sancti Dei habebunt Regnum quod poſſidebunt [y]. *Suſcipient autem regnum*, &c. Imperium tandem maximum (i. e. Romanum) perveniet ad unius Dei cultores. In hoc honore primas habuiſſent partes Judæi ſecundùm carnem, ſi Meſſiam humilem recepiſſent: nunc, cùm ipſi eum repudiârint, tranſlatus eſt is honor ad Judæos myſticos, i.e. ad Chriſtianos, qui quod præcipuum & perpetuum Judaiſmi erat retinent, unius Dei cultum, eo modo in arborem Judaicam inſiti: manente interim penès Judæos hoc honore, quòd is cui Reges ipſi Chriſtiani famulari ſe teſtantur, Jeſus, Judæus fuit ex Judæis. *Sancti* autem revera Chriſtiani, ſi Chriſti præcepta ſequantur, multùm vincentia omnem Judæorum, etiam optimorum, ſanctitatem: *& obtinebunt regnum*, &c. Chriſtiani perpetuò compotes erunt magnorum Regnorum, &, ſi quid de vetere Imperio Romano eis decedet, id compenſabitur adjectione terrarum quæ Romanis nunquam paruêre; quales ſunt Scanzia, Ruſſia, Scotia, Hibernia, Polonia, Æthiopia [z]. Sed ſomnia hæc ſunt. Ubinam, quæſo, in S. S. externa & mundana gloria Judæis, ſi receperint Chriſtum, promiſſa legitur, aut, ſi non receperint, ad Chriſtianos transferenda dicitur? Certè Regnum hoc à Regnis mundanis apertè diſtinguitur, & æternum eſſe aſſeritur; ideóque de Regno gratiæ & gloriæ hæc accipi debent [a]. עֶלְיוֹנִין, cum Vulg. Pagn. & Genev. accipio pro ſummo Deo, per enallagen numeri, in nominibus honorum, præſertim Dei, uſitatiſſimam [b]. Vide Deut. 5. 26. Joſ. 24. 19. קַבֵּל, *accipere*, intelligo de impetratione, vel poſſeſſione, quæ Sanctis contingit ex munificentia Dei. Vide Daniel. 2. 6. *Dona* תְּקַבְּלוּן *accipietis à me*; & Dan. 5. 31. *Darius* קַבֵּל *accepit regnum*. Regnum autem hoc dari dicitur Sanctis, tum quia datur capiti ſive Regi ipſorum, (quomodo Regnum dicebatur dari Chaldæis, quia Nebuchadnezari datum eſt;) tum quia Sancti *vocantur in communionem Chriſti*, 1 Cor. 1. 9. & dicuntur *reges*, Pſal. 45. 10. Apoc. 1. 6. & 5. 10. Vide & Matt. 19. 28. 1 Cor. 6. 3. 1 Pet. 2. 9 [c].

19. *Volui*, &c. צְבִית לְיַצָּבָא] *Volui* (vel, *Exploravi*, Ar. *Optavi*, JT. Calv. Sy. ſimil. M. Pi.) *verum*, Mo. vel, *veritatem*, M. Calv. Ar. vel, *ad veritatem*, Calv. vel, ſtare *ſuper veritatem*, i. e. diſcere [d]: vel, *certam notitiam*, Pi. יַצִּיב ſign. *certum*, *firmum*, *verum* *. Vel, *veritatem* cognoſcere, JT. Pol. ſcire *veritatem*, P. Inſeruit τὸ *ſcire*, quaſi יַצָּבָא nomen eſſet veritatem denotans, quæ יַצִּיבָא hîc paſſim dicitur, niſi fortè in meo exemplari error ſit typographi, voluerítque eſſe infinitivum ſignificantem, *ſcire veritatem*. Dubitavi aliquando an omnino rectè: quum enim יַצָּבָא ſit infinit. Piel, videtur actionem ſignificare tranſitivam in alterum, nempe, *firmum facere*, *firmum conſtituere*, *veritatem ſtabilire & edocere*. Unde non malè Vulgatus vertit, *diligenter diſcere*. Etſi enim id ipſum quoque ſit intranſitivum, *diſcere* tamen relationem dicit ad docentem, ejúſque actionem præſupponit, aut potiùs innuit. Senſus verborum propriè eſſe videtur, *Tunc volui* (ſupple, Angelum) *veritatem dicere*, vel, *certum*, ſive *perſuaſum*, *me reddere*, *de beſtia*, &c. quod paſſivè rectè vertitur, *volui certò edoceri*. Infinitivum activum ſæpe vertitur paſſivè; ut Dan. 6. 23. *Danielem juſſit* (ſervos) *attollere*, &c. i. e. juſſit attolli. Non pigebit tamen monere, in lingua Arabica idem eſſe צדק quod Chaldaicè יַצִּיבָא, *verum*, *firmum*, *ſtabile*: hinc verbum צדקא, *verus fuit*. In ſecunda autem conjugatione, quæ eſt Hebræorum Piel, ſignificat, *veritatem demonſtrare*, eámque *certam* ac *perſuaſam reddere*, vel aliis, vel ſibi ipſi. Hinc infinitivus תצדיק non tantùm eſt, *certificatio*, quâ alium perſuaſum reddis, ſed &, *certitudo*, quâ teipſum perſuaſum reddidiſti. Ità & hîc puto לְיַצָּבָא eſſe, *perſuaſum me reddere* [f]. *Volui exactiùs diſcere*, G. *Mihi libuit veritatem exquirere*, Ca. ¶ *De beſtia quarta*] Quia ea res maximè ad Judæos pertinebat, ideo ſpecialiùs explicatur [g].

20. *Et de cornibus decem*, &c.]. Sub. *cupiebam ſcire veritatem*, M. ¶ *Et de*, &c. וְאָחֳרִי דִּי סִלְקַת וּנְפַלוּ וגו'] Et (vel, *ac de*, Ca.) *alio*, ſive *altero*, (vel, *ultimo*, JT. Pi. de *poſtremo*, Calv. אָחֳרִי, quod v. 5. & 6. ſign. *alia*, hîc & v. 8. valet, *ultimum*, ſeu *poſtremum*; nam Antiochus ultimus fuit inter decem cornua, ſive Reges [h].) *quod aſcendebat*, vel *aſcenderat*, (vel, *ſuccrevit*, Ti. JT. Pi. ſic V. Ca. Ar. *conſurgebat*, M.) *& ceciderant à facie*, ſive *conſpectu*, *ejus tria*, Mo. P. vel, *&* quare *caderent*, &c. M. vel, *cadentibus à conſpectu ejus tribus*, JT. vel, *à cujus conſpectu ceciderant tria*, Pi. vel, *à quo dejecta fuerant tria*, Ca. *& ab eo tria* cornua *de prioribus exciderunt*, Ti. vel, *&* quòd *ceciderant ex prioribus tria*, Calv. ¶ *Et de*, &c. וְקַרְנָא דִכֵּן וְעַיְנִין לַהּ] *Et cornu iſtud, & oculi ei*, Mo. *Et cornu huic oculi erant*, P. *Quod* (vel, *Quod quidem*, Ca.) *cornu oculos habuit*, Ti. *Et quare cornu illud*

[h] Pol. [i] Q. in Calv. [k] Calv. [l] Pol. [m] San. [n] Jun. [o] Idem. [p] D'. [q] Pi. [r] Gej. † Pi. [t] Gej. [v] Pi. Gej. [x] Gej. [y] Di.

[z] G. [a] Calov. [b] Di. ſm. Gej. [c] Gej. [d] Saad. in Pol. * Pol. [f] Di. [g] G. [h] Pi. ad v. 8.

lud habebat oculos, M. *Et* quòd *cornu illi* erant *oculi*, Calv. *De cornu, inquam, ejusmodi, cui* erant *oculi*, JT. *De cornu, inquam, quod hujusmodi* erat, *cui* erant *oculi*, Pi. *Id est, de cornu illo*, &c. ו hîc, ut alibi sæpe, est ἐξηγητικὸν, (*expositivum*.) *Et ad cornu illud quod attinet, oculi erant ei. Et cornu*, &c. est nominat. absolutus, cui rectè additur sequens וְעַיְנִין per Vau retributivum, seu consecutivum, quod Latinè redundat. ¶ *Et majus*, &c. וְחֶזְוַהּ וגו׳] *Et aspectus* (vel, *species*, Pi. *dignitas*, V. Chald. *visio*; meton. adjuncti;) *ejus* (vel, *Cujus aspectus*, M. *Cujus denique species*, JT.) *major* (vel, *excellentior*, V. sub. *erat*, M. sic JT. Pi.) *sociis* (vel, *consortibus*, V. *quàm sociorum*, JT.) *suis*, P.M. &c. vel, *ejus*, Sy. JT. i. e. aliis cornibus, vel bestiis. [Alii verba sic reddunt;] *Et magnificentius aliis videbatur*, Ti. *Eràtque majoris quàm cætera staturæ*, Ca. Obj. At cornu hoc suprà dicitur *parvum*. Resp. Initio minimum fuit, sed tandem cætera omnia specie & magnitudine superavit.

21. *Et, ecce, cornu illud*] Propheta nunc adjungit quod omiserat. Significat vel, 1. Antiochum Epiphanem: vel, 2. Romanos Cæsares, qui durissimè & ex professo bellum gerebant contra Ecclesiam. ¶ *Faciebat bellum adversùs sanctos*] i. e. Unius Dei cultores, quales eo tempore soli erant Judæi. Confer Apoc. 11. v. 7*. ¶ *Et prævalebat eis*] Etiam urbe & Templo captis †.

22. *Donec venit*] i. e. Se per potentiam præsentem ostenderit, ad ferendas Ecclesiæ suppetias. ¶ *Antiquus dierum*] [Significat] bene cocta Dei judicia †. ¶ *Et judicium dedit* (vel, *datum est*, Pi. Pol. Med. &c.) *sanctis*] i. e. Vindictam suam mandabit Judæis. Vide Ezec. 38. 18, &c. & 39. Judicium datum est Sanctis inter Evangelii exordia, quum promulgatio illius libera fuit, & Ecclesia nomen obtinuit, ut palàm auderent pii Christum profiteri. Al. Agitur hîc de Judicio universali & novissimo. *Judicium*, i. e. potestas judicandi, *datum est sanctis*, unà cum Christo; in Christo capite, in quo Sancti sunt judices mundi. Vide Matt. 19. 28. 1 Cor. 6. 3. Al. *Et judicavit* impios in gratiam *sanctorum*. *Judicium* potest significare aut judices, aut sententiam*. Sententiam protulit secundùm Sanctos, aut in favorem Sanctorum; adjudicavit Sanctis Regnum cœleste; sicut Scriptura solet dicere, *judicare pupillo & viduæ*, id est, in favorem pupilli & viduæ, ut Esa. cap. 1. v. 23. ¶ *Et*, &c. וְזִמְנָא מְטָה וגו׳] *Et tempus* (vel, *præfinitum tempus*, Ti. sic Pol. Hoc & impatientiam piorum refrænare debet, & solatium illis afferre.) *advenit*, (vel, *perveniret*, JT. vel, *veniet*, G.) *&* (vel, *ut*, Ti. vel, *quo*, JT. vel, *eum*, G.) *regnum* (vel, *regnum illud*, JT. Pi.) *possederunt* (vel, *possiderent*, JT. *obtinerent*, Ti. *obtinebunt*, G.) *sancti*, P. M. &c. i. e. Ejectis Antiochi militibus, ipsi semet gubernabunt, αὐτόνομοι, αὐτόδικοι, αὐτοτελεῖς, (i. e. *suo jure*, vel *legibus suis*, *viventes*;) ac præterea subigent Idumæam, Samariam, Ammonitidis & Moabitidis multa. Testantur hoc Maccabæorum libri & Josephus. Prædixerant verò Esaias, c. 62. & 63. Jeremias, c. 31. Ezec. c. 36. In hoc figura fuit Imperii multò majoris quod obtenturi erant Christiani.

23. *Sic ait*] Angelus ille à quo informationem petiit v. 16. ¶ *Quod*, &c. דִּי תֶשְׁנֵא וגו׳] *Quod majus* (vel, *excellentius*, V. *potentius*, Ca.) *erit omnibus regnis*, P. *Quod præstabit omnibus*, &c. Sy. *Quod superabit omnia*, &c. Ar. sic o'. *Quod differet*, sive *diversum erit*, *ab omnibus*, &c. Mo. M. Ti. JT. Pi. G. nempe, ob majorem sævitiam, & impietatem. Al. Sic dicitur Imperium Romanum, quia nullum ibi erat caput; Senatus authoritate polluit, potentia verò fuit penès populum; neque respublica fuit, neque Regnum, sed confusum nescio quid, vel permixta quædam colluvies. ¶ *Et devorabit universam terram*] Vel, 1. terram κατ' ἐξοχὴν, terram Israel, terram promissam Patribus, terram optimam. Vel, 2. [generaliùs:] Fuit Rom. Imperium amplius & potentius reliquis, longè latèque obtinuit.

24. *Cornua decem—decem reges*, &c. וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר מִנַּהּ מַלְכוּתָא עַשְׂרָה מַלְכִין יְקֻמוּן] *Et cornua decem ex illo regno*, JT. Pi. *decem reges exsurgent*, JT. vel, nempe *decem reges, exsurgent*, Pi. Malim sic, *Et ad cornua decem quod attinet, ex isto regno decem reges surgent*: nam וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר, *Et cornua decem*, per Reviah distinguitur à sequentibus. Observandus quoque est usus affixi in מִנַּהּ. Affixum enim, etsi plerumque referatur ad nomen antecedens, interdum tamen refertur etiam ad sequens, & sic quidem ut demonstrandi vim habeat; ut Dan. 3. 6. בַּהּ שַׁעֲתָא, *illâ horâ*: ità hîc, מִנַּהּ מַלְכוּתָא, *ex isto regno*. Et ea fortasse causa est cur ad peculiarem hunc affixi usum denotandum Pathach adhibuerint pro Camets, quod alioqui in affixo fœmin. gen. insusitatum est †. [Reges hi erunt] modò Syriæ, modò Ægypti, qui Judæam vexabunt. Decem Syriæ Reges qui successivè populum Dei infestârunt: 1. Seleucus Nicanor; 2. Antiochus Soter; 3. Antiochus Theos, sive Deus; 4. Seleucus Callinicus; 5. Ptolemæus Euergetes; 6. Seleucus Ceraunus; 7. Antiochus Hierax, qui & Magnus dictus, pater Seleuci Philopatoris & Antiochi Epiphanis; 8. Ptolemæus Philopator; 9. Seleucus Philopator; 10. Antiochus Epiphanes. Plures quidem Seleucidæ post Antiochum Epiph. fuerunt, ut Eupator Epiphanis filius, & Demetrius Seleuci filius; sed illi Judæam subjugare non poterant. In hac autem visione illi tantùm notantur qui dominati sunt Judææ, in qua erat Ecclesia, cujus causâ hæc visio exhibita est †. Al. Certum est comprehendi hos decem Reges sub uno Imperio. Ergò non agitur hîc de personis. Nam in Regno Persico multi erant Reges, quos tamen omnes complexa est una imago secundæ bestiæ. Non ergò intelligit h. l. decem Reges, alios aliis succedentes; sed potiùs significat Romanorum Regnum multiplex & mixtum fore, &, loco unius capitis sive Regis, multos simul Reges habiturum. ¶ *Et alius* (vel, *postremus*, Pi. JT.) *consurget post eos*] Supple *novem*, excluso decimo. Intelligit vel, 1. Epiphanem. Verùm hoc cornu regnat usque ad adventum Christi, ver. 9, 10, 11, 13. Epiphanes autem obiit 160 annos ante Christum natum. Vel, 2. Romanos Cæsares, ad quos à Senatu populóque Imperium transiit. Vel, 3. Regnum Antichristi*. Vel, 4. Turcicum Imperium, ut statuit Annius Viterbiensis, cujus sententiam sequuntur Vat. Pintus, Luth. Hun. Calov. Torniellus, R. Saad. &c. cui optimè congruunt sequentia: fuit enim Mahometh *alius* à decem cornibus, siquidem non fuit ex numero Regum in Imperio Romano comprehensorum. Hic *surrexit post eos*, h. e. decem Reges, vel Regna jamjam in flore constituta. Nam vocula *post* non finem Regnorum, sed constitutionem, designat, ut docent sequentia, ubi mentio facta deturbationis cornuum trium, quæ opus est stetisse adhuc. ¶ *Et ipse potentior* (vel, *excellentior*, V. ut v. præc.) *erit prioribus*, וְהוּא יִשְׁנֵא וגו׳] *Diversus erit à prioribus*, G. sim. Calv. &c. Multa enim peraget, non vi, sed astu: quod significant *oculi hominis*, suprà vers. 8. Vide infrà 8. 23. & 11. 21, 25. ¶ *Et tres reges humiliabit*; ità M. Mo. P. &c. יְהַשְׁפִּל] *Deprimet*, Ti. JT. Ca. Pi. Sy. *dejiciet*, V. è medio tollet. Hi *tres* sunt, vel, 1. Ptolemæus Philopator, quem [Epiphanes] Syriâ exegit; Antiochus Magnus, cui necem procuravit; & Seleucus Philopator*. Vel, 2. Græcia, (cui, tanquam matri, adhærent insulæ vicinæ Cyprus, Rhodus, &c. cui incorporatæ etiam Romania, Servia, &c.) Asia, & Africa, quas antea possederant Romani. Parthiam verò, Armeniam & Mesopotamiam Mahometh eripuit, non Imperio Romano, sed Persis. Vel, 3. provinciæ bellicosæ, quas Augustus sibi sumpsit, specie tantùm potestatis Senatui relictâ.

25. *Et*, &c. וּמִלִּין לְצַד עִלָּאָה יְמַלִּל] *Et verba*, vel *sermones*, *faciet* (vel, *loquetur*, Mo. Calv.) *ex parte Altissimi*, M. P. Mo. vel, *ad regionem*, sive *latus*, *Altissimi*: q. d. Sedebit quasi ad latus Dei, h. e. ex opposito; manifestus hostis erat. Vel, *de rebus divinis*, Ti. vel, *adversùs Excelsum*, JT. Pi. o'. Ar. Vulg. sim. Ca. Spernet Deum verum, infrà c. 11. v. 36. & dominum imitati ministri, 2 Mac. c. 10. v. 34. & 12. 14. Al. Designat vel blasphemias Mahomethis in Alcorano; vel Cæsarum magniloquentiam, quâ edicta promulgârunt de Christianis interficiendis, & blasphemias in Deum, & quòd se pro diis adorari passi sunt. ¶ *Et sanctos Altissimi conteret*; sic P. יְבַלֵּא] *Implicabit*, Ti. *subiget*, Ca. *deteret*, JT. Pi. *seducet*, Ar. *abolebit*, Mo. *absumet*, M. sic V. *faciet veterascere*, o'. בָּלָה aliàs in S. S. non

non exstat. Apud Targumistas in Peal est, *veterascere*, instar vestis *deteri*, vel *consumi*; ut Deut.8.4. Esa.50.9[m]. ¶ *Et*, &c. [ויסבר להשניה זמנין ודת] *Et putabit*, vel *cogitabit*, (vel, *Et sibi arrogabit*, Ti. vel, *Adeò ut cogitet*, JT.) *mutare* (vel, *se mutaturum*, JT. Pi. *ad mutandum*, Calv. *se posse mutare*, P.M.) *tempora* (vel, *constituta tempora*, Pi. *temporum statum*, Ti.) *& legem*, Mo. P.M. Di. &c. vel, *jus*, JT. *leges*, Ti. Id quod disertè soli Deo adscribitur Dan. 2.21[n]. Dabit operam ut inveniat rationem quâ mutare possit, &c[o]. *Et cogitabit*, &c. i.e. Tam erit audax, ut etiam de mutandis temporibus cogitaturus sit. Addendum tamen, סבר in Chaldaismo & Syriasmo non tantùm esse, *putare*, sed etiam, *sperare*, *confidere*, *exspectare*. Hinc vertas, *Et sperabit* (vel, *confidet*, sive *audebit*,) *mutare*, &c. vel, *Et sustinebit*, &c. Sæpe enim ἐλπίζειν & ὑπομένειν pro eodem sumuntur, ut & ἐλπὶς & ὑπομονή: sunt enim conjunctissima: unde ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, quod Vulg. *sustinentia spei*, 1 Thes. 1.3. unde & ב סבר, *sperare*, est in Targum סובר, in Syriasmo סַיבַר, *sustinere*, ὑπομένειν *. *Tempora*, i.e. vel ceremonias sive statuta, vel solennitates[p]: *legem*, id est, vel Legem evangelicam, vel Decalogum: ut intelligamus omnem externum & internum Dei cultum[q]. Sperabit se in perpetuum abolere posse *tempora*, id est, Sabbata, Paschata, Pentecostas, σκηνοπηγίας, (*festa tabernaculorum*,) dies propitiationis, & Novilunia, 1 Mac. 1. 48.al.45: *& legem*, i.e. circumcisionem, lectionem Legis, ritúsque alios, 1 Mac.3.29. Vide Josephum 12.7[r]. Al. Tantâ erit petulantiâ, ut audeat *mutare tempora*, h.e. seriem rerum omnium, & *legem*, i.e. ritus, mores, instituta gentium: cogitabit quasi Solem detrahere de cœlo, convertere lucem in tenebras; nihil integrum relinquet, evertet quicquid usitatum vel ordinatum erit in mundo. Sensus est, quòd Cæsares jura omnia, tam Divina quàm humana, pervertent †. Al. *Tempora* vocat præscriptos à Deo singulis Regnis terminos; & *leges*, Divina decreta de durationibus Regnorum. Huc facit, 1. quòd de Regnis & de Divinis judiciis hîc agatur: 2. quòd sequitur, *tradentur in manu ejus*, &c. Sensus ergò est, fore ut Antichristus putet se Regnorum terminos à Deo constitutos mutare posse[s]. ¶ *Et tradentur* (sub. *sancti*, V.) *in manu* (vel, *in manum*, M.P. &c. *in potestatem*, Ti.) *ejus*] Lex & dierum observationes proculcatæ jacebunt sub ipsius potestate, Deo id sinente[t]. *Et dabuntur in manus ejus*, vel, 1. Sancti Dei, ut eos occidat, ut in eodem hoc versu antè dictum: vel, 2. tempora & jus, ut pro arbitrio ea mutet & antiquet; non tempora quæ mutavit, nec jus quod antiquavit, sed nova tempora & novum jus, quod in textu non additur *. *Tradantúrque per manum ejus*, JT. scilicet novæ leges & ceremoniæ, quas arbitratu suo imperaturus esset populo Dei †. Significat hunc desperatum cornu furorem non contingere nisi arbitrio Dei, qui nihilominus dominatur, & qui tradidit in manum illius & Sanctos, & politicum ordinem, & pietatem[x]. ¶ *Ad tempus, & tempora, & dimidium* (vel, *partem*, Mo. *particulam*, JT. Pi.) *temporis*] Ità ὁ'. Ar. M. P. Ca. [Sunt qui hæc indefinitè sumunt, inter quos Ti. qui locum sic vertit, *seu longo, seu brevi, temporis spatio*.] *Tempus* hîc non ponitur pro certis mensibus aut diebus, aut anno uno, sed pro tempore aliquo cujus finis est in consilio Dei: dabuntur etiam *in tempora*, h.e. in prorogationem temporum. Hoc prædicit, nè fideles ob longitudinem temporis deficiant. Deinde addit, *usque ad sectionem*, vel *divisionem, temporis*, ut significet aliquem modum fore & finem his malis, adeóque piorum tristitiam mitiget[y]. Tempus definitum pro incerto ponitur *; vel, pro longa duratione, Deo tamen certa †. Allusit Daniel ad numerum septenarium, qui quidem est numerus perfectus, & cujus dimidium constat tribus cum semisse; & significat tempus Antichristi *abbreviandum fore propter salutem electorum*, Matt. 24.22 *. Sed hic sensus, ut tempus incertum intelligatur, minimè placet[z]. 1. Quia idem repetit Daniel cap. 12.7[a]. quod v. 11. explicat, *A tempore ablati jugis sacrificii, & quo posita fuit abominatio*— (nempe ara illa abominanda in qua coegit Judæos sacrificare idolo[b],) *dies* 1290[c], qui tres annos & dimidium efficiunt 15 ampliùs dies[d]; 1296 dixit Josephus 9. 12; *tres annos & dimidium* & paulò am-

[m] Gej. [n] Gej. [o] V. * Di. [p] Q. in V. [q] V. [r] G. † Calv. [s] Mald. [t] G. * Di. † Di. ex Jun. [x] Calv. [y] Idem. * Q. in V. † Pap. in Wil. * Q. in V. [z] Mald. [a] Mald. sic G. [b] Pol. [c] Ma'd. sic G. [d] Mald. ex Theodor.

plius, ait Chrysostomus: sed illud supercrescens insuper habetur ad rotundandum numerum. Modicum nec prætor curat, nec Propheta *. 2. Deinde, Joannes, quasi Danielis Interpres, dicit mulierem, id est, Ecclesiam, fugisse in solitudinem per dies 1260, Apocal. 12. 6[f]. (quæ historia huic typo respondet[g],) quæ dierum summa 3 annos & dimidium facit; &, *usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*, Apoc. 12. 14: & regnat Antichristus per menses 42, Apoc. 11. 2. & 13. 5. qui 3 annos & dimidium faciunt[h]. Ac mirum profectò esset, si figurata locutio esset, tempúsque certum pro incerto poneretur, semper tamen idem notari tempus, & cùm nunc in annos, nunc in menses, nunc in dies, resolvatur, eandem semper constare summam. Nec etiam ratione caret quòd & Daniel & Johannes hîc semper periphrasi utantur, sed & dimidium annorum hebdomadâ significent, in qua scil. *defectura erat hostia*, &c. Dan. 9. v. 27[i]. Putatur autem hoc tempus ab urbe capta & interdictis ritibus: nam ex quo idolum fuerat collocatum erant tres tantùm anni. Ità Josephus, & 2 Mac.10.5. item 1 Mac.1.62.al.59. collato loco ejusdem libri 4.52. Unde apparet 2 Mac. 10. 3. pro δύο, (*biennium*,) legendum esse τριῶν, (*triennium*.) *Tempora*, χρόνοι, per excellentiam, anni, ut suprà 4. 32. & apud Græcos sæpe. Josephus de Bello Jud. 1. 1. de Antiocho agens, Καὶ ναὸν ἐσύλησε, &c. *Et templum spoliavit, & juge sacrificium cessare fecit per annos tres & menses sex*[k]. *Tempus* annum significat[l], (qui ordinata temporis mensura est[m],) juxta dictum Dan. 4. 16, 23, 25, 32. & 11. 13[n]; *tempora*, biennium; *dimidium temporis*, anni dimidium[o], juxta Dan. 12. 7. Apoc. 12. 14[p]. Hæc temporis circumscriptio congruit Antiocho[q], qui die 15. mensis Cislevi, anno 145. Regni Seleucidarum, exstruxit aram, & super eam porcos immolavit, & Judæis vim intulit, &c. Illud autem post triennium & dies decem est abolitum, nempe 25. ejusdem mensis Cislevi, anno Seleucidarum 148, ut 1 Mac. 1. & 4. narratur[r].

26. *Et* (vel, *Sed*, JT. *Porrò*, Ti. *Deinde*, Pi.) *judicium sedebit*] Ità M. P. Mo. &c. i.e. Considebunt judices †, nempe cœlestes illi de quibus suprà v. 9[t]. Deus, cum Angelis velut assessoribus, (nam Deus Hebræis semper ob oculos ponitur ad instar maximorum Regum,) de Antiocho judicium feret. Vide suprà 4. 17. & hîc 9[v]. Sensus, q.d. Postquam diu omnia in tenebris demersa fuerint, emerget nova lux, Deus iterum in ordinem restituet res confusas, ut sentiat mundus ejus providentiâ mundum regi[x]. ¶ *Ut*, &c. [ושלטנה יהעדון] *Et potestatem ejus auferent*, Mo. P. M. Nempe, vel, Angeli[y]; vel, judicii Divini executores, Maccabæi, Parthi, Tigranes Rex Armeniæ, & tandem Romani[z]. Sed simplicius est ut absolutè vel indefinitè sumatur[a]. *Et dominatus ejus auferetur*, JT. Pi. *Ejus*, i.e. vel, 1. Antiochi[b], fusis copiis, & ipso mortuo. Vide Ezec. cap. 38. & 39[c]. Vel, 2. Romani Imperii, in quo Senatum totámque rempublicam oppresserunt nunc exteri, nunc alii barbari homines, & qui in patria sua semper ignoti fuerant; atque ità interibit quarta bestia[d]. ¶ *Et*, &c. [להשמדה ולהובדה וגו'] *Ad delendum & ad perdendum* (vel, *Ut dissipent & disperdant*, P. sic M.) *usque in finem*, Mo. id est, usque ad extremum, prorsus & omnino *: toto Regno deleto, de quo antè v. 11[f]. Pronunciat fore extremam quartæ bestiæ cladem, vulnus insanabile ac mortiferum[g]. *Ut penitus vastetur, ac perimatur*, Ti. vel, *Eversúsque peribit funditus*, Ca. *Profligando*, (h.e. Ipse cum familia Regni possessione spoliatus expelletur[h],) *& perdendo*, &c. JT. Pi. Pol. sub. *eum*, Pi. h.e. Tandem planè Regnum ejus & familia ejus exstirpabitur. Sic gradatim Deus severitatem judicii sui auxit, indè usque ab Antiocho Epiphane Seleucidarum Regnum concutiens, donec à Pompeio Magno tandem omnino est eversum, sicut commemorat Appianus libro de Bellis Syriacis[i].

27. *Et magnitudo* (vel, *amplitudo*, Ti. Ca. JT. Pi. Ar. *majestas*, V. *magnificentia*, M.) *regni* (vel, *regnorum*, Mo. Ti. JT. Pi. V. *imperii*, Ca. *regum*, ὁ'. *quam possident reges*, Ar.) *quæ est subter omne* (vel, *totum*, P. Ti. &c.) *cœlum detur* (vel, *datum est*, Mo. *dabitur*, vel *tradetur*, JT. Pi. Ti. Ca.) *populo sanctorum* (vel, *sancto*, P. M.) *Altissimi*]

* G. [f] Mald. sic G. sim. V. [g] G. [h] Mald. sim. V. [i] Mald. [k] G. [l] Gej. sic M. V. G. Jun. Pol. La. Mc. T. &c. [m] Jun. [n] Gej. [o] Gej. sic M. V. &c. [p] Gej. [q] Jun. [r] Pol. ex Jun. † Fi. Mald. [t] Pi. [v] G. [x] Calv. [y] Idem. [z] Pol. [a] Calv. [b] G. Jun. Pol. &c. [c] G. [d] Calv. * V. [f] G. [g] Calv. [h] Pol. [i] Idem.

tissimi] Sic P. LXX, Ar. vel, *altissimorum*, sive *excelsorum*, Mo. M. Ti. JT. &c. ut suprà v. 18. & 25 [k]. i. e. quorum conversatio jam est, & hæreditas futura est, in cœlis [l]. Admonet, quod prædictum fuerat de bestiæ interitu spectare ad Ecclesiæ salutem. Atque hic erat præcipuus oraculi fructus, sine quo reliqua forent frigida. Intelligitur hoc vaticinium, vel, 1. de ultimo Christi adventu, ut omnes Christiani Interpretes accipiunt: vel potiùs, 2. de primo ejus adventu [m], sive de Regno Christi per prædicationem Evangelii erecto [n]. At hæc nondum completa videmus. Resp. 1. Prophetæ, cùm de Regno Christi disserunt, extendunt longiùs verba sua quàm ad primum exordium, & in finem complementúmque illius respiciunt. 2. Illi etiam de ipso Regni exordio magnificè loquuntur, nec immeritò; cùm enim cœpit Evangelium prædicari, admirandus erat successus, & vera Religio, quæ antè odiosa erat & exsecrabilis toti mundo, intra paucos annos per plurimas mundi plagas propagata est. 3. Sæpe in S. S. id transfertur ad corpus quod est capitis: Ecclesia itaque regnat, non per se, sed in Christo, capite suo, cum quo individuam habet societatem. 4. Impleta hæc sunt, sed spiritualiter [o]. Obj. At Regnum Messiæ terrenum esse oportet, non spirituale, quia *sub cœlo* futurum esse dicitur [p]. Resp. 1. Non dicit, *sub cœlo*, ut hic malè citat, sed, *sub toto cœlo*; quod quid aliud est quàm in toto mundo? ut intelligatur Regnum Messiæ non debuisse includi angustiis Judææ finibus, sed per totum mundum propagari [q]. 2. Regnum spirituale Sanctis non solùm in cœlo, verùm etiam in terra, promittitur. Ecclesia enim quæ in terra est, spirituale, non temporale, Regnum est, quod apud Prophetas sub temporalium rerum imagine sæpe describitur, ut Esa. 11. & 32. & 49. & 60. & 65. &c [r]. Regnum Dei & Christi est *in mundo*, non tamen est *ex mundo*; hæc enim diversissima sunt: Joan. 18. 36. Deus Regnum suum cœleste in mundo nihilominus exercet, per Spiritum habitans in cordibus suorum: non desiit Deus esse cœlestis, quamvis in terra locum habeat †. [Al. Sensus loci est,] Imperium Romanorum latissimè patens (est enim hìc synecdoche aut hyperbole frequens Prophetis,) tandem perveniet ad Christianos Judaismi perfectores. Judaismi enim substantia est μονοθεία, (*unius Dei cultus*:) cætera accessoria. Vide quæ suprà dicta ad v. 18. Habet disciplina Christiana omnia quæ habebat Judaica, (exceptis ritibus ad tempus datis,) & multa meliora †. ¶ *Sempiternum est*] Nam & nunc durat [t]. ¶ *Omnes reges* (vel, *potestates*, Calv. &c.) *servient ei*] i. e. Jugum Christi suscipient [v]. Ecclesiæ Christianæ disciplinæ se subjicient, ut fecit Theodosius Magnus [x]. τὸ *omnes* hìc intellige, non de singulis generum, sed de generibus singulorum, seu de quibusvis indefinitè [y]. Alioquin multi pervicaciter fuerunt Deo rebelles & Evangelio [z].

28. *Hucusque finis verbi*] Ità Mo. P. vel, *verborum*, M. vel, *sermonis illius*, JT. Pi. sub. *angeli*, V. quem ad me habuit unus ex Angelis ministrantibus [a]. q. d. Hìc finem dicendi fecit Angelus [b]. Hoc dicit, ut acquiescerent omnes electi, & contenti essent hâc mediocritate, & nihil præterea quærerent [c]. Vel, q. d. Hactenus visio quæ me valde solicitum habuit [d]. *Hactenus de hoc negotio*, Ti. ¶ *Ego*, &c. אֲנָה דָנִיֵּאל שַׂגִּיא רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי *Ego Daniel*, (vel, *Ad me Danielem quod attinet*, Pi.) *multùm cogitationes meæ terruerunt*, vel *turbaverunt*, *me*, Mo. P. V. Pi. *Me verò——turbaverunt*, Ti. ¶ *Et facies*, &c. וְזִיוַי וגו׳] *Et splendores mei immutati sunt*, Mo. P. V. &c. i. e. gratiæ vultûs mei *. Ità turbatus fui ut facies expallesceret. Vide Dan. 4. 36. & 5. 6, 10 [f]. Hoc fecit Deus, ut Prophetam afficeret, nè putaret evanidum fuisse aliquod spectrum; sive ut in ejus corde obsignaret certitudinem Prophetæ. ¶ *Verbum autem* (vel, *Et rem hanc*, Pi.) *in corde meo conservavi*] Ut fidus interpres essem, & Ecclesiæ traderem [g]: ut hæc accuratè perscriberem, & relinquerem posteris ingens documentum Divinæ providentiæ præscientiæque [h].

[k] Mald. [l] Pol. sim. Mald. [m] Calv. [n] Pol. sim. Calv. [o] Calv. [p] Abarb. in Pol. & in Calv. [q] Pol. [r] Mald. † Calv. † G. [t] G. [v] Pol. [x] G. sim. Calv. [y] Pol. sim. Calv. Pi. [z] Calv. [a] G. [b] Me. ex V. sim. Pol. [c] Calv. [d] Me. ex Mald. * V. [f] G. [g] Calv. [h] G.

CAP. VIII.

1. **A**nno *tertio*, &c.] Qui & ultimus erat [a]. At juxta Berosum & Metasthenem 5 annos regnavit [b]. Facit hoc ad authoritatem prophetiæ [c]: nam incredibile videbatur potentissimum hoc Regnum tam brevi evertendum fore [d]: & si post rem gestam hoc scripsisset Daniel, ut finxit Porphyrius, & auctor, ut Propheta videretur, tempus mentiri voluisset, non dixisset se eodem anno quo res accidit, [aut triennio ante illum,] sed multò antè, providisse, ut gnaviter mentiretur *. Hinc rursus incipit sermo Hebræus [f], qui continuatur usque ad finem Libri [g]. Idque, 1. ut ostenderet Dominus se hæc mysteria sua familiariter cum populo suo communicare; aliis verò, sive exteris, ità proponere, ut habeant quod mirentur, &c [h]: 2. quia quæ sequuntur ad Hebræos directè pertinent [i], & ad Ecclesiæ confirmationem atque consolationem [k]; cùm ea quæ præcesserunt sufficerent ad Chaldæos instruendos. Itaque præteritis jam rebus Chaldæorum, tantùm de Imperiis & rebus agit post ruinam Chaldaici Imperii exstituris [l]. Chaldaicè scripsit Daniel ubi tractabat quæ ad Chaldæos pertinebant, & quæ illis nota esse volebat: id quod & Jeremias fecit c. 10. v. 11. qui unicus est versus Chaldaicus in illa Propheta [m]. [Ibi dicta vide.] ¶ *Visio*, &c. חָזוֹן נִרְאָה אֵלַי אֲנִי דָנִיֵּאל] *Visio apparuit mihi, mihi* (sub. inquam, Calv.) *Danieli*, JT. Pi. Calv. Ità vertitur אֲנִי Daniel. 7. 15 [n]. vide & Dan. 2. 30 [o]. sive אֲנָה Chaldaicum [p]. Assuetus à pueritia Daniel linguæ Chaldaicæ, etiam cùm Hebraicè loquitur Chaldaicum sermonem sapit: nam אֲנִי *mihi* est Chaldaismus [q]. Sed non opus est, cùm Hebræis talia suppetant exempla, ut docet Trostius Gram. p. 125, &c [r]. Emphaticè dicit, *mibi, mibi*, ut ostendat se suas jam visiones, non alienas, referre †, ut cap. 2. & 4. & 5. fecerit [t]. *Visio*, non jam secundùm quietem, sed ἐν ὀπτασίᾳ, (*per visum*,) qui gradus revelationis habetur perfectior [v]. ¶ *Post*, &c. אַחֲרֵי הַנִּרְאָה אֵלַי בַּתְּחִלָּה] *Postquam* (vel, *post eam quæ*, o'. P. JT. Pi. sim. Ti. Ca.) *apparuit*, vel *apparuerat*, (sub. *visio*, M.) *mihi*, vel *ad me*, *in principio*, Mo. M. &c. Vel, 1. ejusdem Regis Baltasar [x], sive Laborosoarchodi, suprà 7. 1 [y]. Vel, 2. visionum mearum: i. e. vel, quæ mihi videndæ oblatæ sunt; vel, quæ à me primùm descriptæ sunt: nam ante caput 7. alienas visiones descripsit [z]. Hæc visio à proxima differt ut pars à toto: ibi de 4 Monarchiis agit, hìc tantùm de tribus primis [a]. Indicat his verbis hanc visionem additamentum esse & interpretationem præcedentis [b]. Sæpius autem res easdem Deus ostendit Danieli, 1. quò eæ res hærerent animo firmiùs; quam ob causam & magistri apud discipulos ea sæpe repetunt quæ maximi usûs esse existimant: 2. quòd paulatim res eas cognoscit [Daniel,] velut distinctiùs cum suis circumstantiis; quod Deum & in aliis Prophetis fecisse apparet [c]: 3. ut Ecclesiæ fides magìs ac magìs hoc pacto excitaretur, & ut præcedens visio confirmaretur [d].

2. *Vidi*, &c.] Non corpore, sed animo; non verè, sed propheticè; non vigilans, sed in somnio *. ¶ *Cùm*, &c. וַיְהִי בִּרְאֹתִי וַאֲנִי בְּשׁוּשַׁן הַבִּירָה] *Fuitque cùm viderem* eam, (i. e. paulò pòst visurus eram [f],) *eram* (vel, *ut essem*, JT. Pi.) *in Susan regia*, P. sic M. &c. vel, *metropoli*, Mo. vel, in *palatio*, JT. Sy. Ar. *in urbe regia*, Pi. *castro*, o'. Vulg. Ti. *arce*, Ca. Ibi erat Daniel vel, 1. corpore. Daniel tunc fuit Susis [g]; quò cujusdam negotii causâ [quidni legatus ad Cyrum?] ivit, eodémque anno Babylonem rediit [h]. Videtur Daniel, ante summum illum honorem quem consecutus fuit sine Laborosoarchodi, munus aliquod habuisse in Susiane, atque eò rediisse post Regis Laborosoarchodi mortem: creditur enim Susis sepultus: qua de re vide narrationem Benjamini Tudelensis. Josephus autem in Ecbatanis Mediæ urbe structam ab eo ait Barin, (id verò est, *turrim*, ut ad Os. 8. interpretatur Hieron.) cujus structura ad suam ætatem recens visa fuerit; eique, in Danielis honorem, præfuisse Judæum è sacerdotum genere; eòque in loco sepultos Medorum ac Persarum, & pòst

[a] Mald. [b] Pol. [c] Pol. sim. Mald. [d] Pol. * Mald. [f] G sic Pol. [g] Pol. [h] Jun. [i] G. [k] Pol. [l] G. [m] Pol. [n] V. [o] Gej. [p] V. [q] Mald. [r] Gej. † Pol. ex Jun. [t] Pol. [v] G. [x] G. sim. Pi. Jun. [y] G. [z] Jun. [a] Calv. [b] Mald. [c] G. [d] Jun. * Mald. [f] Pi. [g] Q. in V. [h] Q. in Mald. sim. Q. in V.

& post Parthorum, Reges. Hier. verò ad hunc locum turrim eandem ponit, non Ecbatanis, sed Susis, errore fortè memoriæ[l]. Vel, 2. spiritu[k]: ut Ezec. dicit se fuisse in Jerusalem, Ezech. c. 8. 1[l]. qu. d. Videbar mihi esse in Susis[m]. Ideo autem Susis sibi visus est fuisse, quia liberationem è captivitate Babylonica, quæ hoc loco spectatur, Deus per Persarum Regem effecturus innuitur *. Eum tunc Susis non habitâsse [vel, fuisse] liquet, 1. Quòd Daniel exsul erat, nec liber & sui juris, sed subditus Regis Babyloniæ[n]; ideóque non potuit migrare ad Persas, hostes Regis sui[o]. 2. Quòd Dan. c. 5. dicitur Daniel Babylone fuisse quum Cyrus eam obsideret[p]. 3. Quòd visionem dicit fuisse *anno tertio Belschatzaris regis*, cujus ibi non meminisset si eum pro Rege ampliùs non agnovisset, sed in Perside habitâsset[q]. 4. Non multùm referebat ubi esset cùm hæc videbat, sed ubi sibi esse videbatur[r]. 5. Visione hâc definente ad tempus ægrotavit, & postea ad opus Regis expediendum rediit, infrà vers. ult. Officium autem suum administravit Babylone, ut percipitur ex Dan. 1. ult. & 2. ult †. *Schuschan* (id est, lilium, sic dictum ab amœnitate loci[t], teste Athenæo[v],) geographi appellant *Susas*[x]. Specialem locum designat, *in palatio*, nempe Regis Persarum. Etsi enim Reges Persarum interdum Persepoli, æstate verò Ecbatanis, habitarent; ordinaria tamen eorum sedes & statio erat Susis, tanquam in urbe amœnissima, & in fronte Persidis, quia regio Susiana (ubi Susa erat) ad commoditatem reliquarum ditionum in omnes partes Regibus Persarum patebat[y]. ¶ *Quod est in Ælam*, &c. [בְּעֵילָם הַמְּדִינָה] *In Helam* (vel, *Elymaide*, Ti.) *provincia*, P.M. Ti. Mo. sic JT. Ca. Pi. Ar. vel, *regione*, o'. D. vel, *urbe*, Sy. D. מְדִינָה certè & *civitatem*, & *regionem* sive *provinciam*, signif. Nec satis constat civitásne fuerit עֵילָם, an regio[z]. *In Helamo*, i. e. in Persia[a]. Susiane, quanquam satrapia per se fuit, (ut ostendunt & alii, & Curtius l. 5.) Persidi tamen accenseri solet. Persidem autem עֵילָם Hebræi vocant, ut Esa. 21. 2. & alibi. Qua de causa etiam Benjamin Tudelensis Susa ponit in terra Elam. Plin. 6. 27. *Infra Eulæum Elymais est in ora juncta Persidi.* Joseph. 1. 7. Elymæos vocat Περσῶν ἀρχηγέτας, (i.e. *Persarum duces*[b].) Susii (qui Esd. 4. 9. Susancæi) & Elymæi vicini quidem erant, sed diversi, populi, ut patet ex Esd. 4. 9. Hîc tamen Susan, Susiorum metropolis, describitur in provincia Elam. Et in Itinerario Benjamini pag. 36. כוזסתאן *Cuzestan*, i. e. Susiana, censetur eadem esse provincia cum Elam, cujus Susan est metropolis. Sed & Arabs Interpres Parisiis nuper editus, pro *Elam*, Gen. 10. 22. habet חורסתאן *Churestan*, quod idem est. Omnino igitur dicendum Elam aliquando sumi strictiùs, pro sola Elymaide, aliquando sumi latiùs, itâ ut vicinas aliquot provincias ad Eulæum amnem includat, Gabianam putà, Carbianam, Massabiticam, quas Elymæis attribuit Geographus. Susianam addo, ex Daniele & Benjamino Tudelensi. Sed & infra Susianam, ad maris Persici sinum πελάγει, non procul ab Eulæi ostiis, Elymæos ponunt Plin. 6. 25. Ptolem. & Marcianus. Non igitur est quòd Danieli quis dicam scribat, quasi solus Elymaidem tam latè extenderet[c]. Nemo hîc miretur Susam in Elami provincia poni, quia Eulæus amnis, qui disterminabat Susianam ab Elymaide, circumivit Susa, teste Plin. 6. 27. adeò ut Susa tam Elymaidi quàm Susianæ attribui potuerit. Quum autem hîc attendatur initio prophetiæ ad Imperium Persarum & Medorum, convenientissimè Susa Elymaidi tribuitur, quia Elymais erat Mediæ (ut Ptolemæus scribit) regio sive provincia. Deinde, quamvis Eulæus disterminaverit Susianam ab Elymaide, hoc non itâ strictè accipiendum quin quædam cis Eulæum civitates fuerint Elymaidis: manifestè enim Plinius Characem dicit esse Elymaidis, quum tamen media fuerit inter Tigrin & Eulæum; adeò ut totus ille inferior tractus ad Eulæum & ulteriùs accenseretur Elymaidi. Itâ accipio illud Ptolemæi, *Súper Elymæos* ἡ Κισσία· nam hunc inferiorem Susianes tractum qui mari adjacet intelligit, cujus apud Kissiam incolas Elymæos vocat. Quidni igitur fieri potuerit ut Susa, Elymæis vicinior, sub Medorum (quorum isti pars erant)

[Margin, left column: l G. · k Pi. Pol. sic Calv. Mald. ex Hi. · l Mald. · m V. · * Emp. · n Pol. ex Calv. · o Calv. sic Pol. Mald. · p Pol. · q Pol. fere ex Calv. · r Mald. · † Pi. · t Pi. sic Pol. · v Pol. · x Pol. sic Pi. · y Pol. · z D. animadv. 2. 54. · a Pi. · b G. · c BP. 2. 2.79.]

Imperio Elymæis cederet? Sic Benjamin in Itinerario, ubi de עֵילָם loquitur, *Et inter ruinas ejus Susan.* Adi & Joseph. Antiq. 1. 7. *Elymus Elymæos reliquit, primos authores Persarum:* unde liquet hoc nomen latissimè accipi posse, ut ipsi etiam Persæ sic à primo authore denominari non ineptè queant. Sed in prioribus acquiesco[d]. Antiquitus omnis illa regio quæ est infra & supra Eulæum dicta fuit Elamitica; quanquam postea, crescente Susianorum claritate, factæ sint duæ provinciæ, intermedio Eulæo distinctæ †. ¶ *Super*, &c. [עַל־אוּבַל אוּלָי] *Super*, vel *ad*, vel *juxta*, *Ubal*, o'. *Abul-Ulai*, Sy. vel, *portam Ulai*, Vulg. i. e. portam urbis Susorum quæ Ulai appellabatur[f]. Chaldæis אובלא est, *porta*, ut apparet in Jonathane ad Deut. 28. 52. [ubi tamen nihil tale apparet, sed pro Hebr. *portis*, Chaldæus reponit *urbes*,] & in Thalmudicis non semel. Daniel autem, quanquam Hebraicè loquens, nomina locorum servat Chaldæis usitata. Solent portæ à fluminibus nomen accipere[g]. Al. *rivum*, sive *flumen*, sive *fluentum*, *Ulai*, Mo. M.P. Ti. JT. Pi. Emp. ex AE. *juxta fluvium Ubal*, *qui est in loco Ulai*, K. in M. Sym. *rivum* vertit, ex יָבַל, [vel, הוֹבִיל, *adduxit*,] Esa. 30. 25. & 44. 4[h]. אובל conferimus cum יובל, quod *fluvium* sign. Jer. 17. 8. sic Esa. 30. 25. & 44. 4[i]. *Ulai* est fluvius *Eulæus*[k], Straboni, Ptolem. & Plin. 6. 27. Aquæ ejus tanta credita salubritas, ut non aliam Reges Persarum biberent, & eam ad longinqua loca apportari sibi facerent. Josephus hoc Visum Danieli ait obtigisse in campo, nempe extra portam flumentanam[l]. Nescio quomodo spiritus propheticus amat flumina: sic Ezechieli apparuit juxta fluvium Chobar. [Forsan, quia loci amœnitas animum Prophetarum exhilarat, adeóque idoneum ad percipiendos Divinos influxus reddit: qua de causa & Elisæus musicum accersit, ut prophetaret, &c. 2 Reg. 3. 15.] Unde prophani authores, veritatem in fabulam convertentes, Musas finxerunt in fluminibus habitare[m].

3. *Vidi*] In extasi[n]. ¶ *Ecce, aries unus*] Rex, vel, Regnum, Medorum & Persarum[o], ut explicatur v. 20[p]. Confertur *arieti*, vel, 1. quia hoc animal est pugnax[q]: vel, 2. ob ignobile hujus Regni exordium[r]: vel, 3. quia *aries secundùm Persas divitias significat*, teste Achmete, nempe ob lanam *: vel, 4. per allusionem ad nomen עֵילָם *Elam*, quod illis fortè *arietem* sonabat. איל enim Hebræis (unde nomen אַיִל *aries*) & אלם atque עלם Chaldæis idem significant, nempe *fortem*, seu *robustum*, *esse* †: [vel, 5. à robore hujus Regni;] אַיִל enim *aries* ab אֵל, id est, *robore*, ducitur; prout aries opponitur agno, qui dicitur ἀμνὸς, quasi ἄμενος, i. e. *sine viribus*. Unde est quòd Ethnici Jovem finxerunt Κριοπρόσωπον, (q. d. *arietiformem* ‖.) Idem [hîc *aries*] quod antè *ursus* †. Diversis similitudinibus utitur Deus, ut rudem illum populum variis modis doceret[t]. Dicit *unum*, quia erat typus unius Regni[v]: vel, ut indicaret unum tantùm esse Regem, nempe Cyrum, quamvis duo essent Regna: quanquam v. 20. duo cornua sint duo Reges[x]. ¶ *Stabat ante paludem*; vel, *fluvium*, M. P. Ti. &c. [הָאֻבָל] *Fluentum illud*, JT. Pi. Nescio cur idem nomen Hieron. v. præced. *portam*, hîc *fluvium*, vertit[y]. Hâc statione figuratur, vel, 1. sedes ordinaria Regum Persiæ, quæ erat Susis apud fluvium Eulæum[z]: vel, 2. quòd Cyrus Medos domuit[a]. ¶ *Habens*, &c. [וְלוֹ קְרָנַיִם וגו"] *Et ei* (sub. *erant*, Pi.) *cornua*, Mo. o'. Sy. vel, *cornua duo*, Ar. M.P. Ti. Pi. &c. h. e. duæ nationes, Medi & Persæ[b]: vel, duo Imperia, nempe Medorum & Persarum, quæ simul conjuncta sunt, & in uno ariete ostensa[c]: vel, duorum Regnorum Reges, nempe Medici & Persici[d]. *& cornua* (vel, *& illa*, P. vel, *duo autem illa cornua* erant, Pi. sic JT. sim. M. Ti.) *alta*, sive *excelsa*, Mo. P. &c. Potentiam significat †. In Hebræo quo nos utimur est forma dualis. At Josephus pluraliter legit, quod rectius: multi enim Reges fuêre qui hîc per *cornua* indicantur[f]. ¶ *Et unum excelsius altero*] Significat vel, 1. Persas[g], quorum Regnum, quod antea minus erat, factum est majus Medico[h]: vel, 2. Medos. Regnum Medorum, priore cornu figuratum, erat altius & majus posteriore, h. e. Regno Persico[i]. ¶ *Atque*, &c. [וְהַגְּבֹהָה עֹלָה בָּאַחֲרֹנָה] *Et excelsum* (vel, *Quod sublime*, Ca. *Et excelsum hoc*, Calv. *Et illud excelsius*, P. sim.

[Margin, right column: d Emp. · † Fer. · f Mald. ex Hi. & H. · g G. · h Idem. · i Gej. · k Pi. Pol. G. Calv. &c. · l G. · m Mald. · n Pi. Pol. &c. · o M.G. Calv. Mald. Pol. Me. &c. · p Me. Mald. sic G. · q Gej. ex L. · r Calv. · * G. · † Med. l. 3. p. 588. · ‖ BA. 1. 2. 42.422. · † G. · t Calv. · v Pol. · x Mald. · y Idem. · z Pi. sim. Pol. · a Calv. · b Pi. · c Calv. · d Pol. ex Sand. · † Pi. · f G. · g Pi. sim. Calv. Pol. · h Pol. · i Jun.]

fim. M. Ti. JT. Pi.) *ascendens* (vel, *ascendebat*, P. M. o'. *assurrexit*, JT. *emersit*, Ar. *enascebatur*, Pi. *crevit*, Ti. Ca. sic Sy.) *in novissimo*, Mo. P. vel, *novissimè*, Ti. *posterius*, JT. Pi. Ca. Ar. *postremò*, i. e. secundo loco, sive posteriore tempore [k]. Vel, *retro*, M. Calv. i. e. postea [l]. Primum cornu Regnum Medorum significat; secundum, altero celsius, Regnum Persarum [m]. Significat cornu Regni Medici fuisse initio illustrius. At certum est postea Cyrum & famâ & gratiâ & authoritate fuisse Dario superiorem [n]. Regnum Persarum postea illud Medorum longè superavit [o]. Hæc verba cum proximè præcedentibus sic verto, *Primum celsius erat secundo, & excelsius illo id quod attollebatur.* Nam primùm Cyrus maximas sibi opes pepererat, plùs quàm successores. *Cyrus, devictâ Asiâ*, ait Plin. *pondo 34 millia invenerat, præter vasa aurea aurúmque factum, & in eo folia, ac platanum vitémque. Quâ victoriâ argenti 500 millia talentorum reportavit, & craterem Semiramidis, cujus pondus 15 talentorum colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo 80 capere Varro tradit.* Postremus Regum Persarum fuit Darius Codomannus. Is, præter quod in urbibus aliis fuit, in sola Persepoli habuit 120 *millia talentorum*, *Persagadis sex millia*, teste Curtio. At Strabo, l. 15. Persepoli & Susis reperta ait 40, aut, ut alii volunt, 50, millia talentorum: ab aliis tradi, Ecbatanis fuisse comportata ex variis Imperii Persici locis 80 millia talentorum, 8 millia direpta ab eis qui Darium occiderunt: opes sanè mirandas [p].

4. *Vidi arietem cornibus ventilantem*] Sim. M. vel, *impetentem*, Ti. sim. Mo. P. &c. id est, Medos ac Persas invasuros nationes sequentes [q]. ¶ *Contra*, &c. [יָמָּה] *Ad*, vel *versùs*, *mare*, Mo. Pi. Sy. Ar. sic o'. vel, *occidentem*, P. M. JT. &c. h. e. Babyloniam, Syriam, Cappadociam, Asiam minorem, & ipsam Græciam [r]. Persæ sub Dario Hystaspis filio & Xerxe bellum Græciæ intulerunt *. Ab Oriente veniebat [t]; ut ergò Regnum ampliaret, Occidentem petit [v]. ¶ *Et contra Aquilonem*] Iberos, Albanos, Colchos, Caspios [x], Lydos, Armenios, &c [y]. Darius idem Scythis bellum intulit. Meminêre Herodotus, Justinus, & alii [z]. ¶ *Et contra meridiem*] Arabias, Æthiopiam [a], Indiam [p], Ægyptum [q]. Cambyses Ægyptum & Æthiopiam invasit [r]. ¶ *Non poterant resistere ei*, &c.] Ità P. &c. ad verb. *non stabunt* (pro, *stabant*) *coram eo*, V. i. e. felices successus habebant. Nec Babylon, quamvis in societatem secum perduxit Crœsum, Regem Lydorum ditissimum & potentissimum, sociósque Reges, Thraces, Ægyptios, omnésque ferè Græcos Asiæ incolas, se tueri poterat adversùs Cyrum †. Nempe capta à Persis Babylon cum omni suo Imperio, Lydia, Ionia, Asia minor, Ægyptus [t]. ¶ *Et magnificatus est*] Dignitate & robore: erat Rex summus in toto orbe [v].

5. *Et*, &c. [וַאֲנִי הָיִיתִי מֵבִין] *Et ego eram perpendens*, Mo. vel, *intelligens*, V. *Et cùm perpenderem* rem ipsam, M. *Dum ego hæc considero*, G. sim. P. Ti. JT. Ca. & opulentiam scilicet miror [x]. *Quum ego attenderem*, Pi. Cùm attentè considerarem & contemplarer [y]. ¶ *Hircus caprarum*] i. e. Vel, 1. caprarum maritus [z]; vel, 2. de caprugno genere [a]; vel, 3. adhuc lactens in grege caprarum [b]: vel, 4. qui caprarum gregem anteire solet, cæteris & magnitudine & robore insignior *. Hircus hîc significat, vel, omnes Græcos, quorum portio Macedones [c]: vel, Regnum Græcorum [d]; vel, Regem Græciæ †, sive Alexandrum Magnum [f]. Dicitur *hircus*, vel, 1. quòd hic fortior erat Rege Persarum, ut hircus ariete [g]: vel, 2. quia *hircus rapaces significat* Achmeti 242 [h]: vel, 3. per allusionem ad nomen Macedonum, qui olim *Ægeades* (h. e. *Caprini*) dicebantur, teste Justino l. 7. quem vide [i]. Vocatur *hircus lactens*, vel, 1. quia, ut talis hircus ariete viribus inferior est, ità & Alexander Persis [k]: 2. ob tenellam Alexandri ætatem cùm se ad imperium capessendum dedit: vel, 3. ob commoditatem educationis, quam pater Philippus studiosissimè procuravit, ut Alexander filius omne genus institutis, philosophiæ, togæ militiæq; abundaret; quemadmodum diu lactens hœdus aliis non ità copiosè & diu lactentibus solet antestare [l]. Respondet *hircus* hic & ventri & cruribus statuæ; item pardo & feræ quartæ [m]. ¶ *Veniebat ab occidente*] Respectu Persidis [n]; nempe à Græcia [o]. ¶ *Super faciem totius terræ*] [Vel, latè sumptæ:] Omnes regiones pervagabatur [p]. Totum ferme orbem vincendo peragravit [q]. [Vel, strictè:] nempe Asiæ [r]; terræ in qua tum erat Daniel. Sic enim Sacri scriptores nominare solent totam terram, illam in qua ipsi sunt, aut in qua res illa accidit quam describunt. Vide Marc. 15. 33 †. ¶ *Et non*, &c. [וְאֵין נוֹגֵעַ בָּאָרֶץ] *Et non tangens in terram*, Mo. *Qui non* (vel, *Neque*, Ti. *Non tamen*, M. *Et nequaquam*, Pi. *Ut non*, Ca.) *tangebat*, vel *attingebat*, (vel, *attingeret*, Ca.) *terram*, P. Sy. Ar. sim. o'. Volatûs celeritatem indicat. Vide suprà de alis 7. 6 [t]. Tantâ celeritate veniebat, ut pedibus terram stringere non videretur [v]; acsi fulmen esset, vel acsi volaret [x]. Sex annorum spatio Regnum Persarum, Medorum, Babylonis, Ægypti, omnésque vicinas gentes, debellavit; ità prorsus ut, si nihil aliud egisset quàm regiones singulas obiret, vix tanta terrarum spatia peregrinando, quanta vincendo confecit, conficere potuisset [y]. [Alii aliter reddunt.] *Quem nemo attingebat in terra*, JT. Notantur & rerum gestarum amplitudo & summa celeritas [z]. ¶ *Hircus habebat cornu*, &c. [קֶרֶן חָזוּת] *Cornu visionis*, Mo. vel, *visibile*, sive *visendum*, V. vel, *visendæ magnitudinis*, V. ex He. vel, *perplexum*, M. *ramosum*, sive *multos habens ramos*, Q. in V. vel, *conspicuum*, JT. Pi. Ca. Ar. *insigne atque conspicuum*, Ti. Intelligit Alexandrum Magnum [a], qui non tantùm Macedoniæ, quæ bona pars Græciæ, Rex erat, sed & ab omni Græcia (exceptis Lacedæmoniis) belli in Persas lectus Imperator. Vide Justin. l. 11. Plut. Alex. & alios. Adde quod infrà 21 [b]. *Cornu* dicitur, quia, ut hirci robur est in cornibus, ità Regni in Rege [c]. Obj. Alexander *hircus* erat, ergò non *cornu*. Resp. *Hircus* non hunc vel illum, sed generaliter Græcorum Regem, significat; cui celeritas Alexandri tribuitur, quia hic non ut Alexander, sed ut Rex erat, considerabatur [d]. ¶ *Inter oculos suos*] Significat vel, 1. potentiam Alexandri tum commodissimam, tum maximam; quemadmodum inter animantes monocerotum vis celebrari solet, Num. 23. 22. Job. 39. 10, 11. &c †. Vel, 2. cum potentia junctam calliditatem & circumspectionem & prudentiam Alexandri [f], ejúsque ducum [g], Parmenonis, Philotæ, Cliti, &c [h]. q. d. Rex non minùs ingeniosus quàm fortis [i]. Vel, 3. primum Græc. Regem: quod enim inter oculos est, antè est. Vel, 4. non esse nisi unum Regem: nam quæ animalia unicum habent cornu, ut unicornis, inter oculos habent. Opponit ergò tacitè unicum cornu 4 cornibus seq. v. 8 [k].

6. *Ad arietem illum cornutum*, [בַּעַל הַקְּרָנַיִם] *Habentem cornua*, Mo. vel, *duo cornua*, P. M. &c. *dominum cornuum*, i. e. possessorem cornuum, sive cornutum; q. d. cornupotentem; בַּעַל enim rei possessorem denotat [l]: vel, cornibus instructum; ut Prov. 1. 17. *alæ dominus*, id est, alis instructus [m]. ¶ *Et*, &c. [וַיָּרָץ אֵלָיו וגו'] *Et cucurrit*, (vel, *irruit*, M. vel, *incurrit*, JT. Pi. Alludit ad hircorum morem, qui revocato retro cursu in hostem insiliunt [n].) *ad*, vel *in*, *eum* (vel, *concurrit cum eo*, Ti.) *in ira* (vel, *impetu*, o'. Vulg.) *fortitudinis suæ*, Mo. P. vel, *fervore virtutis suæ*, M. vel, *excandescens viribus suis*, JT. Pi. vel, *maximo impetu*, Ti. sic Sy. Alexander Magnus bellum intulit Persis [o]. Expeditiones Græcorum in Asiam id significavit. De toto enim hirco, non de uno tantùm ejus cornu, agitur [p]. *In eum efferatis viribus currit*, Ca. Magno impetu cum ira cucurrit [q], ut festinatione suâ famam præverteret, & hostem circumveniret [r].

7. *Cumque*, &c. [וּרְאִיתִיו מַגִּיעַ אֵצֶל הָאַיִל] *Et* (vel, *Præterea*, P.) *vidi eum pertingentem* (vel, *accedentem*, P. *pervenientem*, JT. Pi.) *juxta* (vel, *ad*, P.) *arietem*, Mo. Quod, ob locorum distantiam, & propugnacula communi hominum opinione inexpugnabilia, incredibile erat †. ¶ *Efferatus*, &c. [וַיִּתְמַרְמַר אֵלָיו] *Et bile commotus est*, (vel, *elevatus est*, P. vel, *irritatus*, M. vel, *concitatus*, Ti. vel, *insurrexit*, V. *ferocivit*, Ar. *exacerbavit se*, Pi. sic JT. Calv.) *in* (vel, *contra*, P. JT. &c.) *eum*, Mo. &c. Ruit furiosè in hostes; ut summa erat in Alexandro audacia & temeritas [t]: & simulac hostes conspexit, statim congressus est cum eis [v]. ¶ *Comminuit duo cornua ejus*] i. e. Vel, 1. potentiam, sive ad protegendum se, sive ad lædendum hostes [x]. Alexander

---

[k] V. [l] Calv. [m] V. [n] Calv. [o] Jun. sim. Pol. [p] G. [q] Pi. [r] Jun. Pol. sic Calv. * G. [t] Jun. sim. Calv. [v] Jun. [x] Jun. Pol. [y] Pol. [z] G. [a] Jun. Pol. [p] Pol. [q] Jun. [r] C. † Pol. [t] G. [v] Calv. [x] G. [y] V. [z] Med. l. 3. p. 588. [a] G. [b] Jun. Pi. Pol. * Mald. [c] G. sim. Med. [d] Pi. Pol. † M. [f] Calv. [g] Med. ib. [h] Mald. [i] G. [k] Med. ib. [k] Pi. [l] Jun. [m] G.

[n] G. Calv. [o] Pi. Pol. sic Calv. [p] Q. in V. [q] Mald. [r] G. Pol. Gej. † Pol. [t] G. [v] Pi. Pol. [x] Pol. sim. Calv. [y] Mald. [z] Jun. [a] M. G. Pol. Calv. Ca. Pi. Mald. &c. [b] G. sim. Calv. [c] Pol. [d] Mald. † Jun. [f] Pol. [g] Pi. Pol. [h] Pol. [i] G. [k] Mald. [l] Glass. gram. 3. tr. 35. 127. [m] Ga. cin. p. 187. [n] Mald. [o] Pi. [p] G. [q] V. [r] Calv. † Calv. [t] Idem. [v] Mald. [x] Jun.

lexander M. devicit Persas [y]. Vel, 2. priùs Artaxerxem Mnemonem, missis ad Cyrum ejus fratrem auxiliis, in quibus fuit Xenophon; deinde Darium Codomannum. *Cornua* ubique hîc sunt Reges [z]. Vel, 3. duas Monarchias Medorum & Persarum. Constat enim in primo illo ad Issum conflictu Persicas præcipuè vires à Dario occupatas, & ab Alexandro accisas, fuisse; deinde Medos & gentes septentrionales, ad arma conclamatos, & à Dario prece pretióque comparatos, ab eo debellatos [a]. ¶ *Non poterat*, &c.] Imperium Persicum resistere Græcis non potuit ad Granicum, ad Issum, & alibi†. ¶ *Conculcavit*, &c.] Planè debellavit eum ad Arbela: atque ità totum Imperium Medorum Persarúmque ad Græcos pervenit [b]. Totam Darii gloriam dignitatémque calcavit; arcem celeberrimam quæ Susis erat, vel ebrius, vel impulsu scorti, exussit [c].

8. *Magnus factus est*, &c.] Regnum Græcorum evasit potens [d], adjectis ad Imperium illud Hyrcanis, Paropamisadis, Indorum parte†. ¶ *Cùmque* &c. וּכְעָצְמוֹ] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. sic P.) *in fortitudine sua*, M. vel, *ut roborari illum*, Mo. *quum roboratus esset*, JT. Pi. V. sim. Ca. Ti. In summo fortunæ [f], domito toto Oriente [g]: in robore suo, sive ἀκμῇ. Alludit ergò tum, 1. ad figuram; quia bestiarum cornua certo tempore crescunt & indurescunt, donec ad summum veniant: narrat itaque tanquam rem admirabilem, quòd tunc cornu fractum esset cùm maximum durissimúmque factum esset; ut ostendat id non naturâ, non casu, non hominum industriâ, sed Divinâ providentiâ, factum esse. Tum, 2. ad rem significatam, quia anno ætatis 32. aut 33. mortuus est, cùm neque vinci neque mori posse videretur [h]: cùm, secundis rebus turgens, & sibi & aliis totius orbis dominus videretur [i]: cùm se Jovis filium insolenter prædicaret, &c [k]. ¶ *Fractum est*, &c.] Alexander M. mortuus est [l]: non in prælio fortiter pugnans [m]; sed vel veneficio [n], vel morbo [o], ex ebrietate contracto [p]. Optimè dicit, *fractum*; q. d. tanquam testa in fragmenta dissiliit, ut nè filius quidem ei succederet [q]: sed & mater ipsius, & filius, & frater, & omnes cognati, trucidati sunt [r]. ¶ *Et orta sunt* (vel, *ascenderunt*, M. P. Mo.) *quatuor*, &c. חָזוּת אַרְבַּע תַּחְתֶּיהָ] *Insignia* (vel, *apparentia*, Mo. *perplexa*, M. *conspicua*, JT. Pi. *eminentia*, Ca. sub. *cornua*, P. M. JT. Pi. &c.) *quatuor pro eo*, P. Mo. vel, *loco ejus*, M. JT. Pi. &c. In locum Alexandri plures emerserunt, Perdiccas†, Eumenes, Lysimachus, &c [t]. sed hi post multos conflictus occisi sunt, & evanuerunt cæteri principatus, tandémque ventum est ad quatuor hæc capita [v]. [In quibus tamen variant.] Etiam hîc primos illos quatuor duces intelligit qui sub nomine filiorum & fratrum Alexandri rerum summam ad se traxêre: unde postea orta sunt Regna, tum alia, tum præcipuè Syriæ & Ægypti. Illi duces ad æs, hi Reges ad ferrum ac testam, pertinent. Illi sunt cornua pardi; hi, bestia quarta [x]. [Alii aliter. Intelligit] Regna Syriæ, Ægypti, Asiæ, Græciæ [y]. Macedoniam [z], & partem Thraciæ, cum urbibus Græciæ [a], obtinuerunt Antipater [b], & Cassander Antipatri filius [c]; Asiam, Antigonus; Ptolemæus, Ægyptum [d]; Seleucus Nicator, Babyloniam†, & Syriam [f]. Occupavit autem Seleucus anno 19. post mortem Alexandri M. quod tempus de industria hîc putamus observandum, quia deinceps de Seleucidarum historia maximè Propheta noster acturus est [g]. ¶ *Per* (vel, *in*, sive *ad*, Mo. P. *versùs*, M. Pi.) *quatuor ventos cœli*] i. e. Mundi plagas [h], vel tractus: Ortum, ubi Regnum Babylonicum, cui statim adhæsit Syria; Occasum, ubi Macedonia; Septentrionem, ubi Asia minor; meridiem, ubi Ægyptus [i].

9. *De uno autem ex eis*] Scil. de Regno Syriæ, sive Seleucidarum [k]. De Antiocho Magno [l]; vel, de Seleuco [m]. ¶ *Cornu —— modicum*, מִצְּעִירָה] *Forte*, ο'. Ar. *parvum*, Mo. P. sim. Pol. Sy. Calv. Ca. M. *perparvum*, JT. Pi. sim. Ti. Ut צָעִיר *parvum* sign. ità & מִצְּעִירָה, ubi מ est Heemanticum [n]. Nominis forma nonnihil est insolens, ut מ præformativum post se habeat Dagesh forte euphonicum: ità tamen מִקְדָּשׁ *sanctuarium*, Exod. 15. 17. מִנְּזָרַיִךְ *coronati tui*, Nah. 3. 17 [o]. Cornu hoc est Antiochus Epiphanes [p], à Polybio rectè dictus Epimanes [q], (*furiosus*.) *Parvum* dicitur, vel, 1. comparatione Alexandri, prioris cornu [r]: vel, 2. quia erat inter fratres natu minimus †, & *contemptus* [t], ut vocatur in Dan. 11; qui nullum ad Regnum jus habuit, quippe fratre seniore ejúsque liberis superstitibus [v]; qui obses [x], & quasi captivus [y], Romæ tenebatur, unde elapsus est; qui servili ingenio præditus erat, nihílque Regium vel heroicum præ se tulit [z]. Modicæ primùm fortunæ, privatus, & Romæ obses, ex pòst facto dictus Epiphanes [a]. ¶ *Et*, &c. וַתִּגְדַּל־יֶתֶר] *Et* (vel, *quod*, JT. Pi. Ca.) *crevit* (vel, *magnificavit se*, JT. Pi.) *valde*, P. vel, *excellenter*, JT. Pi. sim. Mo. *præcipuè*, Ti. *mirum in modum*, Ca. יֶתֶר est nomen, hîc tamen sumptum adverbialiter; ut בֶּטַח *confidenter*, אֱמֶת *reverà* [b]. ¶ *Contra* (vel, *ad*, Mo. P. &c. *versùs*, JT. Pi. M.) *meridiem*] Contra Ægyptum [c]; ubi oppugnavit Ptolemæum Philometora [d], captâque Regni magnâ parte, Alexandriam obsedit, & sine dubio obtinuisset Regnum, nisi jussu Romanorum†, per Pompilium legatum [f], obsidionem solvere coactus esset [g]. ¶ *Et contra orientem*] i. e. In Syria & Babylonia [h]. Armeniam etiam devicit [i], & Persiam pervasit [k]. ¶ *Et*, &c. וְאֶל־הַצֶּבִי] *Et ad*, vel *in*, vel *versùs*, (vel, *contra*, ο'.) *ornatum*, Mo. vel, *nobilitatem*, Ca. vel, *fortitudinem*, ο'. i. e. Divino præsidio fortem, & nullis nisi peccatorum viribus expugnabilem [l]: vel, *decus*, V. Pi. Pol. *decus ipsum*, JT. *decus illud insigne*, Gej. *gloriam*, V. Calv. vel, *desiderium*, Calv. vel, *amœnum* locum, M. vel, *inclytam*, V. *dilectissimam*, Ti. *desiderabilem*, P. vel, *desiderii*, Calv. Gej. ex RS. sub. *terram*, V. Ti. P. Calv. Gej. ut sit adjunctum pro subjecto; ut, מְרִי *rebellio*, pro populo rebelli, Ezec. 44. 6. *captivitas*, pro populo captivo, Esa. 49. 24. &c [m]. Intelligit h. l. Sionem [n], sive Jerosolymam [o]; vel, Judæam [p]: quæ sic vocatur 2 Sam. 1. 19 [q]. Ezec. 20. 6, 15 [r]. vel, quòd amœnissima esset terrarum, Psal. 48. 3 †; vel, ob Hierosolymam, Psal. 48. 3 [t]. ubi domicilium & Sacrarium Dei [v], ubi & Messias exhibendus erat. Confer Jer. 3. 19. ubi Terra sancta appellatur *hæreditas* צְבִי *ornamenti*; & Dan. 11. 16, 41. ubi אֶרֶץ הַצְּבִי *terra ornamenti*, h. e. summè venerabilis; & v. 45. ubi mentio fit *montis* צְבִי קֹדֶשׁ *ornamenti sanctitatis*, h. e. sancti atque ornatissimi. Sic Ephraim dicitur צְבִי *ornamentum decoris*, Esa. 28. 1, 4 [x].

10. *Et*, &c. וַתִּגְדַּל עַד־צְבָא וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, Ti. V. *Ubi*, JT. *Imò*, Ar.) *crevit* (vel, *extendit se*, Ti. *auctum est*, Ca. *magnificavit se*, JT. sim. ο'. V. Calv.) *usque ad* (vel, *in*, Ca. *contra*, Ti. JT. Pi.) *exercitum cœli*, sive *cœlorum*, Mo. P. M. &c. vel, *militiam cœlestem*, V. sim. Ar. Ca. h. e. populum sive Ecclesiam Dei [y], militantem in his terris [z]. In pios, qui colunt Deum cœli [a], & cives cœli sunt & in æternum erunt, quamvis in mundo sint quasi rejectamenta, 1 Cor. 4. 13 [b]. In Israelitas [c], populum immerentem, & de majoribus suis bene meritum [d]. Al. in Levitas, qui in Templo excubias agebant, militantes suo modo Regi cœlorum. Sic vox צָבָא usurpatur Num. 8. 24, 25 †. צָבָא sign. *exercitum*, sive *militiam*, i. e. stationem quæ certo ordine ac tempore constituitur in bello, & metaphoricè in Domini ministerio. Unde de cultu & ministerio ecclesiastico passim dicitur, ubi decenter omnia & suo fiunt tempore & vicibus. Vide Num. 8 [f]. ¶ *Et*, &c. וַתַּפֵּל אַרְצָה מִן־הַצָּבָא וגו׳] *Et dejecit in terram* (i. e. vel, abduxit à Legis observatione, 1 Mac. 1. 48. 2 Mac. 4. 14 [g], vel, interfecit [h]: sub. *aliquos*, M. Pi. sic Ti.) *de exercitu* (*de illo exercitu*, G. Pi. pios Judæos, quorum nomina scripta sunt in cœlo [i];) *&* (vel, *nempe*, Pi.) *de stellis*, P. sic M. Mo. &c. i. e. de iis qui eruditionis nomine erant celebres. Vide dicta ad Matt. 24. 29. vide & infrà 12. 3 [k]. Vel, de sanctioribus, aut ducibus, aut sacerdotibus [l], qui in populo Dei pietate, fide & fortitudine, ut stellæ in cœlo, micuerint. Significat non magis potentiorum vel florentissimorum hominum quàm plebeiorum rationem habitam [m]. ¶ *Et conculcavit eas*] Profanavit ritibus paganicis [n]. In eo gloriatus est, quòd sanctos fortésque viros calcibus potuit premere [o]. Significat laxatum iri habenas tyranno, ut Ecclesiam contumeliosè tractet [p]. Prædixit hæc Deus per Danielem, tum, nè, splendidis illis promissionibus de reditu & libertate decepti, summam quietem exspectarent; tum, ut colligerent,

Marginal notes (left column): y Pi. — z G. — a Jun. — † G. — b G. — c Calv. — d Pi. — † G. — f Calv. — g Pol. Calv. — h Mald. — i Pol. — k Jun. — l G. sim. — m Jun. Pi. &c. — n Pol. — o Calv. — p Calv. sim. — q Pol. — r Pol. — s Jun. — t Calv. — † Idem. — t Jun. — v Calv. — x G. — y Ca. sim. Pi. — z Jun. — a Calv. — b Jun. Calv. — c Calv. — d Jun. sim. Calv. — † Jun. — f Calv. — g Jun. — h Pi. — i Jun. — k Pi. Pol. — l G. — m Me. ex Mald. — n Mald. — o Gej. — p M. V. Ca. G. Jun. Pi. Pol. Me. T. &c.

Marginal notes (right column): q Jun. — r Mald. — † Jun. — t Jun. sim. Pol. Calv. — v Jun. — x Calv. — y Mald. — z Calv. — a G. — b Gej. — c G. sim. M. Jun. Pi. Calv. Pol. — † Gej. — f Calv. — g Gej. sim. Calv. — h Jun. — i G. — k Pi. sim. Pol. — l Mald. — m Gej. — n Ca. — o M. — p G. Pi. Pol. Calv. Gej. Me. T. Mald. &c. — q G. — r G. sic Pol. Pi. — † G. — t Pi. — v Calv. sim. Gej. — x Gej. — y M. Jun. Pol. — z Gej. — a V. — b Calv. — c Cl. sim. Jun. — d Jun. — † G. — f Pol. — g G. — h Pi. — i Idem. — k G. — l V. sim. Jun. Pol. — m Jun. — n G. — o Jun. — p Calv.

gerent, non fortuitò proficisci hæc flagella, verùm à Deo, qui etiam tot malis mederi poterat, ideóque sperarent felicem exitum, neque mœrori succumberent[q]; tum, ut fideles se pararent ad ferendas graves ærumnas, & ut nihil in illis novum vel inexspectatum accideret[r].

11. *Et*, &c. ועד שר וגו'] *Et* (vel, *Etiam*, JT. Pi. vel, *Deinde*, Ti. *Quin &*, M. *Denique*, P.) *usque ad* (vel, *contra*, G.) *principem exercitûs*, &c. Mo. &c. i. e. Vel, 1. Oniam Sacerdotem maximum, quem primùm dignitate exuit, sacerdotium autem summum pretio vendidit, 2 Mac. 4†. Vel, 2. Deum[t], qui est Dux Israelis[v], qui Ecclesiam suam sub alis fovet & tuetur[x]; qui hoc passus est, non infirmitate suâ, sed ob peccata Judæorum[y]. Non modò Ecclesiam[z], sed & Deum ipsum, aggredi ausus est[a]. ¶ *Et*, &c. וממנו הרם התמיד] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *ab eo ablatum est juge*, Mo. P. &c. vel, *perenne*, V. *continuum*, M. *juge illud*, Pi. sub. *sacrificium*, P. M. Pi. Gej. &c. ex Exod. 29. 42[b]. quod manè & vesperì quotidie offerendum erat[c]. Intelligit circumcisionem, sacrificia, Sabbata aliáque festa[d], & universum Dei cultum, per synecdochen membri†. Vetuit Oniam Sacra peragere[f]. *Ab eo*, i. e. à principe exercitûs, *sublatum est*, &c. nempe per cornu illud[g]. Adeò afflixit Judæos, ut coacti fuerint intermittere omnes ceremonias & sacrificia quæ fiebant manè & vesperì[h]. Duplex hîc lectio: activa, הרים, *removit ab ipso*, nempe Deo; passiva, הרם, *remotum*, vel *sublatum*, *est ab ipso*, nempe cornu hoc[i]. ¶ *Et*, &c. והשלך מכון וגו'] *Et projectus est locus* (vel, *habitaculum*, M. JT. &c. *sedes*, Ti.) *sanctuarii ejus*, Mo. &c. vel, *ipsius* Dei, Ti. i. e. Templum Dei[k], ab Antiocho destructum & concrematum[l]. Verùm Antiochus non combussit, nec diruit, Templum[m], sed tantùm dejecit de suo gradu & usu & honore, jubens nè ampliùs esset Templum Dei, sed Jovis Olympii[n]; cujus idcirco statuam inibi erexit[o]. Al. *Dejecit locum sanctitatis ejus*, i. e. summum sacerdotium dejecit, h. e. contemptui exposuit, dans illud, contra Legem, hominibus improbis, Jasoni primùm, deinde Menelao[p].

12. *Robur*, &c. וצבא וגו'] *Et* (vel, *Autem*, Ti. Ca.) *exercitus* (h. e. vel, exercitus ille cœli, cujus mentio præcessit[q], nempe populus Judaicus[r]; vel, præsidium Antiochi[s]†) *dabitur* (i. e. imponetur urbi[t]: vel, *tradetur*, P. *traditus est*, T. Pi.) *contra* (vel, *propter*, P. *super*, M.) *juge*, Mo. vel, *juge illud*, Pi. sub. *sacrificium*, P. Pi. vel, *cum perenni sacro*, Ti. Al. *Et tempus* (vel, *tempus certum*, M. Calv.) *dabitur*, vel *datum est*, *super jugi*, Calv. Nè quis putaret Deum constringi, nec potuisse Antiochum expugnare, ostendit Propheta, hoc Dei permissu & arbitrio fieri, ut præfixo aliquo tempore experietur Ecclesiæ patientiam, sed tandem finem afferet his malis[v]. צבא de tempore determinato accipiunt Job. 7. 1. & 10. 17. & 14. 14. Esa. 40. 2[x]. ¶ *Propter*, &c. בפשע] [Variant.] *In prævaricatione*, vel *scelere*, Mo. Calv. sim. M. Vel, 1. Antiochi, qui scelerate polluit Templum Dei[y]. Probabilis sensus[z]. Vel 2. sacerdotum: perfidiâ Jasonis, qui, ut sacerdotium eriperet fratri suo Oniæ, portas aperuit Antiocho, &c. postea Menelaus iterum Jasonem expulit eâdem perfidiâ[a]. Al. sic, In scelere cessârunt sacrificia, quoniam scilicet adulterata fuerant à sacerdotibus[b]. Al. sic, *per scelus*, Ti. G. Per summum Dei contemptum milites urbi imponet Antiochus, ut juge sacrificium inhibeant, 1 Mac. 1. 47. Joseph. 12. 17[c]. *In transgressionem*, scil. Legis Dei de jugi sacrificio & de cultu Dei[d]. *Propter scelus*, Calv. sim. P. M. Propter transgressionem quam admiserant circa illud juge sacrificium*. Propter peccata Judæorum; nè quis miraretur quòd Deus se & nomen suum subsannationi impiorum prostituat†. [JT. hoc verbum cum præcedentibus sic reddunt, *Exercitúsque expositus est defectioni contra jugem* cultum:] i. e. Populus Dei, vi, dolo & modis omnibus, solicitatus est, multíque adducti, ut à Deo deficerent, & ad Gentium nefarios ritus transfugerent[f]. [Idem tamen in Comment. priora aliter accipit:] *Sed numerus editus est*, vel pronunciatus à Deo, de cultu vel sacrificio jugi. *Numerus* autem est, spatium certum & consilio Dei præfinitum, & sermone significatum[g]. [Ca. totum versum sic reddit, *Est autem datum certum spatium expiandi perennis, quo spatio illud cornu, humi prostratâ veritate, ageret prosperè.*] ¶ *Et*, &c. ותשלך וגו'] *Et projiciet* (vel, *projecit*, sive *dejecit*, V. Pi. sub. *cornu illud*, Pi.) *veritatem in terram*, Mo. P. M. &c. *Veritatem*, i. e. Legem Dei[h], quam penè totam abolevit[i]. Librum Legis, ut Mal. 2. 6. quem conscidit & combussit, 1 Mac. 1. 59. & abstulit, &c[k]. Doctrinam Legis Dei de cultu ipsius[l], adeóque cultum ipsum[m]. Quicquid verum, pium & justum est[n]. Vel, pios Judæos[o]. ¶ *Et*, &c. ועשתה והצליחה] *Et faciet*, (sub. *pro arbitrio suo*, V. vel, sub. *hæc*, Ar. nempe cuncta quæ præcesserunt; singula illa abominanda[p]: vel, *faciet*, h. e. habebit exsequutionem paratam, ut vulgò loquuntur[q]: vel, *Et fecit*, Pi.) *& prosperabitur*, Mo. M. vel, *& prosperatum est*, Pi. Al. *Et prosperè succedet illi*, P. sim. Ti. Sy. *Quicquid aget ei succedet*, ad tempus scilicet[r].

13. *Et* (vel, *Tunc*, Pi.) *audivi* (Priùs dixit, *vidi*, nunc, *audivi*, ut uterque sensus in visione occupatus fuerit†.) *unum* (vel, *quendam*, Pi.) *de sanctis* (vel, *sanctum*, Mo. P. &c. nempe Angelum[t]: Angelum Danielis[v]:) *loquentem*] *Sanctum* vocat, quia Angeli purissimi sunt, & mortalibus cunctis longè sanctiores[x]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Pol. sic Pi. ו hîc non copulativum est, sed causale[y].) *dixit unus sanctus alteri*, &c. לפלמוני המדבר] *Phelmoni loquenti*, o'. Al. *loquens ad quempiam*, P. *cuidam* (vel, *cuidam eximio*, Ti. vel, *tali*, cujus scilicet nomen ignoro*: vel, *anonymo illi*, Pi. *illi qui occulta in numerato habet*, JT.) *loquenti*, P. Mo. Ar. &c. sim. Sy. Ca. Sym. in G. At o'. Aq. Th. Clemens Constitutionum 7. 36. retinuêre Hebræum φελμωνὶ, vel φελμουνὶ[z]. Compositum id putatur ex duobus nominibus, פלוני & אלמוני, quæ habes Ruth 4. 1. & 2 Reg. 6. 8[a]. quæ sunt nomina fictitia quibus vocatur is cujus proprium nomen reticetur; quem Græci ὁ δεῖνα vocant, Matt. 26. 18[b]. q. d. quisquis sit: & hæc tam ad personas referuntur quàm ad loca incognita vel abscondita[c]. Videtur autem significari non quivis [Angelus,] sed eximius aliquis. Et hic Angelus necesse est præstiterit cæteris, cùm alios doceat[d]. Erat hic Angelus superioris ordinis. Nam inferiores à superioribus discere, & Dionysius tradit, & res est per se credibilis*. Significatur Angelus quidam magnus, cujus nomen erat *mirabile & absconditum*†. [Alii aliter.] Hæc persona non est alia quàm Jesus Christus[f]. Angelus hîc intelligitur superioris ordinis, cujus gloria est incomprehensibilis, vel saltem non familiariter cognita; imò Angelorum caput, hoc est, Christus. [Id probant,] 1. Ex vocis etymologia[g]. *Palmoni* significat *habentem occulta in numerato*[h]. Ità vox componeretur ex פלא *occultum fuit*, & מנה *numeravit*[i]. פלמוני componitur ex פלא *mirabile esse*, *difficile*, vel *absconditum*, *esse*, & עלם *occultare*[k]: vel, ex פלא, (quod Messiæ tribuitur Esa. 9. 6. ubi *mirabilis* vocatur *consiliarius*,) & מנה, quod in Piel sign. *præficere*; adeò ut Messias denotetur, Ecclesiæ præfectus à Deo Patre, Psal. 2. 6. qui Patris omniscii consilia cognita habet universa[l]. 2. Ex addito המדבר, q. d. *loquenti illi*, (est enim ה *He* h. l. Hajedia, sive emphaticum,) i. e. τῷ λόγῳ, sermoni illi qui enunciat nobis consilia Patris[m]. [3. Ex natura & officio Christi:] qui est Sapientia Patris æterna, qui est in sinu Patris, per quem Pater & se & sua consilia nobis exponit, Joh. 1. 18[n]; qui summus est Ecclesiæ Doctor & Magister, ad quem idcirco venit Angelus, ut quæreret hoc in gratiam Danielis & Ecclesiæ[o]. [4. Ex natura quæsiti.] Quærit ab eo Angelus rem arcanam, de duratione harum calamitatum[p]. Res futuræ [nempe contingentes] Angelis ipsis incognitæ sunt, & soli Deo cognitæ[q]. 5. Ex collat. v. 16. ubi Angelo Gabrieli præcipit[r]. ¶ *Usquequo*, &c? עד־מתי החזון התמיד והפשע שמם תת וקדש וצבא מרמס] *Usquequo* (vel, *Quamdiu*, Ti. sub. *erit*, JT. vel, *stabit*, o'. vel, *durabit*, M. Pi.) *visio* (vel, *visum*, Ti. *visio hæc*, sive *ista*, M. JT. Pi.) *juge*, Mo. (vel, *de jugi*, M. JT. Pi. sub. *cultu*, JT. vel, sub. *sacrificio*, M. Pi. vel, *perennis* sacri, Ti. vel, *jugis sacrificii*, sub. *ablati*, P. sic M. vel, *interrupti*: quæ pars magna erat istorum malorum*: q. d. Quanto tempore intermittetur hoc sacrificium juge[t]?) *& prævaricatio desolans*, *dare & sanctitatem & exercitum* concul-

conculcationem? Mo. vel, *& prævaricatio desolans*, (vel, erit *deleta*, V.) *ut ponat & sanctuarium & exercitum* in *conculcationem?* P. Id est, Quando iniquitas propter quam tollitur sacrificium & Templum, exercitúsque Dei conculcatur, delebitur? Aut expone postremam particulam, Quamdiu dabit cornu illud exercitum & Templum in conculcationem[v]? Vel, *& scelus illud vastationis*, (i. e. oppressio urbis per præsidia Antiochi,) *quod exposuit & sanctuarium* (Templum,) *& exercitum* (Dei scilicet, i. e. Levitas,) *conculcationi?* id est, per quod & Templum profanatum est, & multi Levitarum corrupti[x]. Vel, *& sceleris vastationis, ut permittantur proculcationi & sanctum & exercitus?* Ti. vel, *& permittetur grassari iniquitas, & sanctuarium atque exercitus erit* in *conculcationem?* M. vel, *& transgressione desolante?* (i. e. desolatione Judææ per Antiochum, quam Deus Judæis immittet propter transgressionem illam v. præced[y]. *Prævaricatio devastans* hîc intelligi debet, non tam de impietate tyranni blasphemantis, quàm de ingratitudine Israelitarum devastationem merita, itémque de prævaricatione apostatica quâ multi in idololatriam deturbati sunt[z].) ut *exponatur & sanctuarium*, &c. Pi. vel, *& sceleris vastantis*, (vel, *de peccato vastante*, non tam Antiochi, quàm populi, à quorum peccatis manat hæc vastatio,) ad *dandum* (vel, *fore ut detur*) *& sanctuarium*, &c[a]? vel, *de defectione desolante?* quousque (τὸ עַד מָתַי repeti debet ex antecedente membro, more Hebræis usitato[b].) *exponetur & sanctitas & exercitus conculcationi?* JT.Pol. Sensus, In quantum tempus durabunt mala ista quæ inferet populo Dei cornu illud exiguum, ostensa Dan. à commate 9[c]? Quousque cessabunt sacrificia? & quousque durabit hæc ultio quâ Deus castigabit scelera populi? quousque tam cultus Dei & pietas ipsa quàm populus conculcabitur sub Antiocho? Interrogatio h.l. plus habet efficaciæ quàm simplex narratio, & interponitur in hunc finem, tum ut Daniel attentior esset, tum ut populus hâc narratione meliùs excitaretur ad discendi studium. Neque enim hoc vulgare est, cùm Angeli nostrâ causâ ad Christum accedunt, & sciscitantur de rebus ad statum & salutem Ecclesiæ pertinentibus[d]. Etsi nominatim Angelus non à quo tempore cœpturum sit, sed quo destiturum, quærit; illud tamen certum est, non posse extremum unum desiderari, quin etiam desideretur tacitè alterum. Sensus igitur est, quæ sit futura illius calamitatis duratio*. Notandum, Christum, sicuti est Angelorum caput, ità etiam esse doctorem[f].

14. *Et dixit* (non, Angelus sciscitans[g], sed, anonymus ille[h],) *ei*; ità οʹ. Sy. Ar. אֵלַי] *Ad me*, Mo. P. M. Ti. Ca. JT. Pi. &c. Sed cur Danielem potiùs quàm Angelum sciscitantem compellat[i]? Resp. Quia Angelus ille non suâ ipsius causâ consulebat, sed Ecclesiæ, ad quam Daniel hæc relaturus erat[k]: illi idcirco hæc significari magìs attinebat[l]. ¶ *Usque ad*, &c. עַד עֶרֶב בֹּקֶר אַלְפַּיִם וגו'] *Usque ad vesperam manè*, (vel, *vesperam & manè*, P.M. vel, *vespero-matutina*, Ca. vel, *vespertina matutináque tempora*, JT. Pi.) *mille* (vel, *bis mille*, P.Ti.JT.Pi. οʹ. Sy.Ar. Ca. *per duo millia*, M.) *& trecentis*, Mo.&c. Hunc unum locum in toto Daniele sibi obscurum & inextricabilem videri ingenuè profitetur Jos. Scaliger[m]. [Videamus quo pacto nodum expediunt viri docti. 1. Notatum velim, quòd Montanus hîc, ut alibi, אַלְפַּיִם vertit, *mille*, non, ut cæteri, *bis mille*.] Puncta hîc negligenda sunt, & pro *Alphajim*, (*bis mille*,) legendum *Elaphim*, quod *mille*, & non *duo millia*, sign[n]. Contrà verò, 1. omnes codices legunt אַלְפַּיִם, *bis mille*. 2. אֲלָפִים *millia* significat, quæ bis mille excedunt: nam nudum mille exprimit sing. אֶלֶף[o]. [2. Alii numerum hunc indefinitè sumunt.] *Per 2300 dies*, h. e. brevi tempore, durabit tribulatio sub Antiocho, & desolatio Templi[p]. 3. Per *dies* hîc designantur anni[q]. Tempus Saulis *manè* dicitur, quia tunc floruit Regnum Israelis: *vespera* dicitur ablatio Regni; à qua ad reparationem Templi tertii erunt 2300 anni[r]. 4. Per *dies* 2300 intelligit menses totidem, qui constituunt 180 annos à principio Regni Græcorum usque ad Antiochum†. [Reliqui omnes *dies* propriè accipiunt:] id quod necesse est, propter historiam, & hujus loci circumstantias[t], [& ex vi phraseως *vespera manè*:] id est, usque ad νυχθήμερα. Nam Hebræi, cùm compositas voces vix ullas habeant, coguntur uti circumlocutione. Vide Gen. 1.5. & seq. & quæ dicta ad Matt. 12.40[v]. Nostro sermone *vespera* & *manè* nihil aliud sunt quàm duo extrema diei artificialis: at Gen. 1.5. proponuntur ut integrantes naturalis diei partes, quæ totàm conficiunt. Hinc totum νυχθήμερον hîc vocatur *vespera-manè*[x]. *Vespera* autem præmittitur *auroræ*, quia Hebræi à vespera diem inchoabant[y]; utut Sanctius ad Act. 12. 10. contrarium statuat[z]. [Sed unde computandi sunt hi dies, & ubi terminandi, adhuc ambigitur; & hîc sita est difficultas.] Hujus quidem spatii singularis determinatio expressa in historiis non planè constat, nec de eo laborandum est: ratio nobis facilè constabit, si de illo spatio quod in præced. cap. legimus periodum vel extremum terminum servemus, deinde spatium quod hoc loco ponitur conjungamus[a]. Dies 2300 (si revocaveris ad numerum annorum constantium ex 365 diebus, & duobus diebus intercalaribus[b],) efficiunt annos 6, menses 3, & dies 18, præcisè[c]. Hoc tempus incipit à priori adventu Antiochi in Judæam, cùm Sacerdotium profanatum est, comprehenditque secundum ejus adventum, interdictos ritus, deinde idoli collocationem in Templo, & totum tempus interrupti jugis sacrificii[d]. Numerantur 2300 dies à defectione populi per Menelaum procurata*. Id quod requirit interrogatio Angeli, in qua non tantùm de Sanctuarii pollutione & sacrificii jugis prohibitione, ut in cap. 7. sed etiam de defectione populi, quæritur[f]. Cœpit autem defectio anno 141. Regni Seleucidarum, 1 Mac. c. 1. sed eo anno non perfecit Antiochus singularem illam impietatem quæ in hoc capite narratur, sed anno demum sequente[g], ut narratur 2 Mac. c. 4[h]. nempe 142. mense 6. die 6. quum ultro eam operam Menelaus Antiocho Epiphani obtulisset, teste Jos. Antiq. 12. 6. Ex quo die si ad diem 25. mensis noni anni 148. supputaveris, præcisè erunt anni 6, menses 3, dies 18[i]. [Alii paulò aliter.] Manifestum est agi de duratione contaminationis per Antiochum factæ. Contaminavit autem Templum Antiochus anno Regni Græcorum 143. ut constat ex 1 Mac. 1. 21, 22, 23. Judas autem Maccabæus mundavit illud, recuperatâ urbe, anno 148. ut legimus 1 Mac. 4. 43, 52. Quòd si utrumque annum numero includamus, sex anni erunt[k]. Cœpit Judæorum per Antiochum desolatio anno 143. Græcorum, ut habetur 1 Mac. 1. 21. & duravit usque ad annum 149. quo mortuus est Antiochus, 1 Mac. 6. 16. Licèt enim anno præcedente 148. Judas Maccabæus mundaverit Templum ab Antiocho pollutum, ut patet 1 Macc. 4. 52. tamen, quia adhuc vivebat Antiochus, nondum desolatio ac persecutio cessabat, nondum libere ægere & sacrificare poterant Judæi: eo verò mortuo anno sequenti 149. omni metu & persecutione soluti, libere sacrificare cœperunt: unde illum annum quasi restitutæ libertatis, sacrificii & Religionis, notat hîc Angelus[l]. Al. Incipiunt hi dies ab anno 145[c]. Regni Græcorum, quando abominatio desolationis erecta fuit, in mense Chisleu, 1 Mac. 1. 57[d]; & desinunt in anno 151*. sive biennio post mortem Antiochi[f], quando Nicanor cum exercitu suo profligatus est[g], & terra recuperata[h]. Commodè tempora 2300, cum accuratissimo Jacobo Capello, ad Judæ victoriam quam de Nicanore reportavit extendi possent, ducto initio ab abolito jugi sacrificio; quod contigit anno Seleucidarum 145. die 15. mensis Casleu. Fateor quidem, ante istam victoriam, Deo aspirante, Judæis sua Sacra restaurata fuisse; tamen magna accessio facta fuit cùm insignem istam victoriam Judas obtinuit, quam Josephus narrat Antiq. 12. 17. Quò autem constet quàm terminus istorum dierum cum circumstantiis propheticis conveniat, observanda Josephi verba loco citato: quam enim Propheta istis elapsis diebus promittit felicitatem, ea ex his Josephi verbis elucescit; Ἄγουσι δὲ, &c. *Eo die victoriæ memoriam celebrant quotannis, & festum habent istum diem. Porrò, ex eo tempore aliquantisper Judæorum gens à bellis quietem nacta, pacémque adepta*, &c[i]. Verùm cùm desolatio hæc sub Antiocho futura prædicatur, nec initium ejus ponendum est post annum 143. quando Antiochus cœpit Hierosolymam af-

[v] V. [x] G. [y] Pi. [z] Gej. [a] Calv. [b] Pol. [c] G. [d] Calv. [e] Jun. [f] Calv. [g] Calv. [h] Pi. sic Calv. [i] Calv. [k] Jun. sim. Pol. Calv. [l] Pol. [m] Bertram. luc. Frank. cap. 4. [n] Os. [o] Glass. philol. loc. 73. pag. 115. [p] M. [q] R. Levi in Wil. Jar. [r] R. Levi. † Sad. in Wil. [t] Mald.

[v] G. [x] BA. 1.2. 3.84. [y] Gej. Jun. Mald. [z] Gej. [a] Jun. [b] Idem. [c] Jun. Pol. sim. Calv. Wil. G. &c. [d] G. sim. Calv. * Pol. ex Jun. [f] Pol. [g] Pol. ex Jun. [h] Jun. [i] Pol. ex Jun. sim. Wil. [k] Mald. [l] Lu. [c] Melanchthon & Papp. in Wil. [d] Pap. ib. * Mel. & Pap. [f] Pap. [g] Mel. & Pap. [h] Mal. [i] Emp.

fligere; nec finis ejus extendendus est ultra mortem Antiochi, quæ contigit anno 149. 1 Mac. 6. 16[k]. [Aliis ergò præcedentes supputationes non placent.] Videtur hujus temporis assignatio pugnare cum Dan. 7. 25. ubi assignatum tantùm triennium, & particula temporis, nempe decem dies[l]. Neutiquam verò pugnat. Nam ibi numeratur tempus ab exstructa ara, de qua 1 Mac. 1. 57. al. 54. & Jos. Ant. 12. 6, 10. usque ad cultûs Divini instaurationem, de qua 1 Mac. 4. 52: hìc autem à defectione, &c[m]. [ut dictum.] Dan. 7. de impia solùm & immani idololatria actum est: hìc verò duo tempora conjuncta sunt, unum eversi cultûs sacrosancti, alterum institutæ idololatriæ[n]. [Al. aliter.] Hos 2300 dies non posse quadrare in hanc prophetiam apparet ex rebus gestis Antiochi. Hic enim anno Seleucidarum 137. Syriæ Regno potiri cœpit, 1 Mac. 1. 11. & 2 Mac. 4. 7. quando Jason summum sacerdotium fratri suo Oniæ ademptum emit, & pedetentim Græcorum instituta in Dei populum invexit: vide 2 Mac. 4. 22. Si indè assumas profanationem Antiochi, quæ eo anno cœpit, ut apparet 1 Mac. 1. 11, 12. ejúsque progressus & incrementa perducas ad annum 148. quo Templum expurgatum fuit, 10 anni intercedunt. Si ab anno 143. quo Templum profanavit, ad 148. numeres, sunt tantùm 5 anni. Quare tempus illud de quo agitur nec pertinet ad corruptionem & profanationem illam quam invexerunt quidam ex populo Dei, de quo aliquid exstat 1 Mac. 1. 12. nec etiam ad ipsius Templi utensiliúmque & thesaurorum ejus expilationem ab Antiocho admissam, ut perstringitur 1 Mac. 1. 21, 22, 23, 24. sed ad illam summam rituum sacrorum abrogationem quæ attingitur 1 Mac. 1. 30, &c. quam proximè subsecuta est Jovis Olympii exstructio, & collocatio in Templo, illiúsque adoratio, 1 Mac. 1. 57, al. 54, &c. Ergò intra illos limites videtur constringendum tempus illud, nimirum intra annum Seleucidarum 145. & 148. Hæc cùm penitiùs expendissem, putavi *vesperam* pro sacrificio vespertino, & *manè* pro sacrificio matutino, sumi, & utramque vocem duo sacrificia inter se distincta significare; sícque [non, *dies*, sed] sacrificia 2300 intelligerentur, adeóque (quoniam bina quotidie fiebant) 1150 dies[o]. Verba hæc, *à vesperè ad manè*, [vel, *vespero-matutina*,] intelligenda sunt non conjunctim, pro νυχθημέρῳ, sed divisim, de bino sacrificio quotidiano duorum agnorum, de cujus cessatione vaticinabantur. Itaque sacrificia sunt 2300, dies 1150. Hoc modo fiunt anni 3, & dies 55. Colligamus jam hos ex libris Maccabæorum. Triennium habemus 1 Mac. 1. 62. & 4. 52, 53. Dies 10 habemus 1 Mac. 1. 57. Restant dies 45, qui tribuendi sunt primæ profanationi ab Antiocho promulgatæ, & exsecutioni mandatæ, vers. 43, &c. unde constat præcessisse aliquod tempus, quo sublatum est juge sacrificium, ædificationem altaris idololatrici, v. 57. Ii sunt 45 dies qui ad numerum Danielis complendum restant[p]. Anno Seleucidarum 145. Antiochus misit Jerosolyma Apollonium præfectum cum 22 hominum millibus. Hic se continuit ad Sabbatum usque, quo quidem die Judæos tunc feriantes, & suis Sacris operantes, oppressit atque interfecit; & eo ipso die & deinceps omnia Judæorum sacra, atque adeò sacrificia matutina & vespertina, cessare fecit. Et cùm hoc in media Sabbati quiete factum esset, quando illis illo die reliqua esset ex jugi sacrificio oblatio vespertina, non malè Daniel à vespertina oblatione numerandarum earum oblationum quæ abolitæ essent initium sumpserit. Porrò, Antiochus curavit Jovis Olympii idolum exstruendum, arámque illi substernendam, quæ imponeretur sacro Altari: quæ duo perfecit die 15. mensis Cislevi, anno illo 145. ut constat ex 1 Macc. 1. 57, &c. 2 Macc. 6. 1, &c. Tandem Judas Jerosolyma recuperavit, & Templum repurgavit anno Seleucidarum 148. die mensis Cislevi 25. h. e. eodem illo die quo tribus antè annis idolum erectum est, &c. ut patet ex 1 Mac. 4. 52, &c. & 2 Mac. 10. 5, &c. Apparet insuper tempus aliquod intercessisse inter illam Apollonii stragem conjunctam cum sacrorum rituum ablatione, & idoli aræque exstructionem; deinde, aliud tempus inter idoli exstructionem, & adorationem. [Indè suppleri possunt dies annis tribus superadditi.]

[k] Wil. [l] Q. in Pol. [m] Pol. [n] Jun. [o] Bertr. luc. Frank. cap. 4. p. 1137. [p] Helv. ex Bertram. in Glss. philol. ad loc. 73. p. 116.

Atque ex his nemo non videt 2 Mac. 10. 3. legendum esse, μετὰ τριετῆ (non, διετῆ) χρόνον, i. e. *post triennium*. Certè Josephus, ubi hujus prophetiæ meminit, Antiq. Jud. 10. 12. & implementi illius, 12. 11. nusquam nisi *trium annorum* meminit, ad quos exigendus est numerus ille dierum quem designare voluit, legendúmque 1095 dies, non autem 1295, ut habet exemplar Græcum, aut 1266, ut habet Ruffini interpretatio[q]. [Atque hæc de celeberrima hac difficultate dicta sunto.] ¶ *Et*, &c. ונצדק קדש] *Et*: (*Tum*, JT. Pi. Sy. Ar. *Deinde*, Ca.) *justificabitur* (vel, *expiabitur*, Calv. P. Ca. vel, *mundabitur*, ó. V. Vulg. G. צדק [potiùs, הצדיק] sæpe ponitur pro *mundare*[r]: vel, *restituetur*, Pi. vel, *justè restituetur*, JT. *reducetur ad justum & legitimum usum*, Ti.) *sanctitas*, Mo. JT. vel, *sanctum*, Ti. sic Ca. vel, *sanctuarium*, P. M. ó. Calv. i. e. Illo spatio temporis exacto à primo Antiochi adventu, repurgabitur Templum, fiet ἐγκαινισμὸς, (*dedicatio*:) de quo vide 1 Macc. 4. Joseph. 12. 10. & quæ diximus Joh. 10. 22†. *Justificare* Hebræis est verbum juris. Ubi ergò restituitur jus suum spoliatis, ubi asseritur in libertatem qui servus fuerat, hoc est *justificari*. Cùm ergò Dei Sanctuarium infamiæ expositum esset idoli erectione, tunc *justificatum* dicitur ubi Deus iterum cultum suum & sacrificia restituit[t].

15. *Cùm viderem*] Vel, *vidissem*, G. ¶ *Et quærerem* (vel, *& quæsivi*, Mo. Ti. vel, *expetebam*, Pi.) *intelligentiam*] Ità P. &c. vel, *notitiam*, Ti. i. e. explicationem pleniorem[v]. Expertus Dei facilitatem, cupit clariùs discere. Gustus quem acceperat non peperit in eo fastidium, ut multis accidit, sed discendi studium magis accendit †. ¶ *Quasi species viri*] Hic vir erat vel, 1. Christus[x]: vel, 2. Michael, Princeps Angelorum[y]; quod certè credibile est, quando & Gabrieli rerum semper maximarum nuncio imperabat[z]: vel, 3. Gabriel[a], qui versu seq. nominatur[b]. Angeli hominum specie solent apparere[c], quia inter ea quæ nobis conspicua sunt nihil est quod ad illos propiùs accedit[d]; & quia hæc species tum personis quibuscum agendum est, tum rebus & actionibus demandatis, quæ in ratione positæ sunt, & cum ratione exponendæ, est convenientissima *.

16. *Audivi vocem viri*] Illius nempe cujus jam facta mentio[f], h. e. Christi[g]. ¶ *Inter* (vel, *intra*, Ti. Pi. vel, *in*, Calv.) *Vlai*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. Vel, 1. inter portas Ulai[h]: vel, 2. inter duas ripas fluvii Eulæi[i]: vel, 3. inter me & Eulæum[k]. ¶ *Et clamavit*] Pertinet hoc ad vehementiam celeritatémque rei perficiendæ[l]. ¶ *Et ait, Gabriel, fac*, &c. הבן להלז וגו'] *Doce* (vel, *intelligere fac*, Mo. sic M. *declara*, JT. Pi.) *istum visionem*, P. Ti. vel, *huic visionem istam*, JT. Pi. Explica apertiùs, si quid sit quod non pervideat. Sicut Princeps aliquis consilii Regii dat legatis mandata[m]. Imperat Angelis; unde colligo Christum & hìc designari, & Deum esse[n]. Vox גבריאל sumi potest vel, 1. appellativè, ut significet, vel, *virum Dei fortis*, vel, *vim Dei fortis*, quia vim Deus singularem illi indiderit ad capessenda mandata ipsius: vel, 2. quod malim, propriè, ut usurpatur Luc. 1. 26. Alioquin præter hoc nomen in S. S. nullum legitur quod Angelis Dei tribuitur propriè, nam *Michael* est Christi nomen[o].

17. *Et venit*, (scilicet Gabriel[p],) *& stetit*, &c. ויבא אצל עמדי] *Et* (vel, *Igitur*, M. sic Pi.) *venit juxta* (vel, *ad*, M. Ca. *prope*, Ti.) *stare meum*, Mo. V. vel, *stationem meam*, P. JT. Pi. Pol. *locum meum*, M. *locum in quo stabam*, Ti. sim. Ca. Ut de proximo meliùs audiretur[q]. ¶ *Pavens*, &c. נבעתי וגו'] *Territus sum, & corrui*, &c. P. &c. Ad tantum fulgorem[r] & gloriam Angeli †. Vide quæ dicta ad Matt. 17. 6[t]. Hinc disce, 1. quantò minùs Dei gloriam sustinere possit homo: 2. sapientiam Dei, qui per homines nos docet, non per Angelos[v]. ¶ *Et ait ad me, Intellige*] Sic M. P. Mo. &c. vel, *Attende*, Pi. sim. JT. Parùm esset ad tempus percelli formidine Dei, (quod & impii solent,) nisi sequatur obedientia[x], & mentes nostræ comparentur ad intelligentiam[y]. ¶ *Fili hominis*] Sic eum vocat, vel, 1. ut eum à se cæterísque Angelis inter quos versabatur distingueret[z]: vel, 2. ex φιλανθρωπίᾳ, quâ se humanæ infirmitati attemperavit; q. d. Agam tecum, ut cum homine, amicè & famili-riter,

[q] Bertr. ib. [r] G. † Idem. [t] Calv. [v] G. † Calv. [x] Calv. &c. [y] He. in G. [z] G. [a] Jun. Pol. Pi. Mald. ex AE. & Saad. [b] Mald. Pol. [c] G. sim. Jun. [d] G. * Jun. [f] Calv. [g] Pi. Pol. Calv. [h] Mald. [i] V. Pi. Pol. [k] G. [l] Jun. [m] G. [n] Calv. [o] Jun. [p] Pi. [q] G. [r] Idem. † Jun. Pol. [t] G. [v] Pol. sim. Jun. [x] Calv. [y] Pol. [z] Mald.

riter, non est quòd terrearis [a]: vel, 3. ut fragilitatis suæ humanæ recordaretur [b]. Ità Angeli appellant homines, ut se meminerint esse carnem & sanguinem, neque cœlestibus visis supra modum efferantur. Sic Ezec. 2. 1, 3, 6, 8. & 3. 1 [c]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי לְעֶת־קֵץ הֶחָזוֹן] *Quòd* (vel, *Nam*, JT. Pi. &c.) *ad tempus finis* (vel, *post tempus finis*, h. e. finitum; substantivum, more Hebræorum, pro adjectivo [d]: vel, *tempore definito*, JT. Pi. Sy. sub. *futura est*, Pol. JT. sim. Sy. Pi.) *visio*, P. vel, *hæc visio*, JT. Pi. Sy. sic Pol. q. d. Tempore tandem finito quod Deus præstituit, adimplebitur ista visio*. Simile dicendi genus Gal. 4. 4. *At ubi venit plenitudo temporis* [f]. Al. *Quia ad tempus* (sub. *erit*, M. Calv.) *finis visionis*, Mo. M. Calv. vel, *visioni*, Calv. i. e. Post aliquot dies evenient terribilia ista, non tuo tempore, neque in consummatione seculi. Atque idem repetit, v. 19. *Ego ostendo tibi*, &c *. Vel sic, Ad certum, sive statutum & opportunum, tempus finis erit, sive complementum, visioni. q. d. Non est vana hæc speculatio, sed quæ conjuncta sit cum effectu: quod nunc tibi ostenditur non evanescet, neque delebitur, sed, ubi advenerit tempus à Deo præfixum, tunc erit finis, & visio complebitur [g]. Non placet, quia עֵת & קֵץ tum per lineam Makkaph, tum per alia contextûs vincula, satis arctè connectuntur [h]. Al. *Quoniam ad tempus differtur implementum hujus visi*. Josephus de hoc vaticinio, Πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον γενήσεσθαι τὰ ἐωραμένα. Implebitur annis ferme pòst 400. Huc pertinet & quod infrà est 26 [i]. *Tempus* longum hîc intelligit: q. d. Nè turberis, Daniel, quia post multa secula hæc adimplenda sunt [k]. Sed non bene hæc cohærent, Intellige, quia longo pòst tempore complebitur visio. Hoc enim eum negligentem, potiùs quàm solicitum & attentum, reddidisset. Mallem itaque *tempus finis* tempus breve dici, quia sic & Prophetæ attentionem excitat, & simul confirmat prophetiam adeò veram esse, ut brevi tempore complenda sit. Obj. At dicitur v. 26. *post multos dies erit*. Resp. Longum tempus breve est comparatione Dei. Vide 2 Pet. 3. 8. 1 Joh. 2. 18 [l]. [Alii locum sic vertunt;] *Quia visum eveniet post captivitatem finitam*, Ti. *Nam ad ultimum tempus pervenit oraculum*, Ca.

18. *Cùmque loqueretur ad me, collapsus sum*, &c. נִרְדַּמְתִּי עַל־פָּנַי אָרְצָה] *Sopore correptus sum super facies meas in terram*, Mo. vel, *sopore* (vel, *quasi sopore*, M. sic Ti.) *correptus* (vel, *oppressus*, Ti. M.) *cecidi in faciem*, &c. P. &c. *sopitus corrui super faciem*, &c. Calv. *sopore obrutus fui in facie mea in terra*, Pi. *ego humi pronus sopiebar*, Ca. Jacui attonitus [m]. Ut antè conspectu, ità nunc voce, territus [n]. Nunc majorem in modum percellitur [o]. Deus naturam Angeli eâ gloriâ instruxit, & legationem suam eâ majestate exornavit, &c [p]. ¶ *Statuit me*, &c.] i. e. Solo tactu vires mihi restituit [q].

19. *Ostendam tibi quæ futura sunt in*, &c. בְּאַחֲרִית הַזָּעַם] *In fine iræ*, M. V. Calv. sim. Mo. P. Pi. ο'. Ar. i. e. calamitatis Judæorum sub Antiocho [r], quam ob peccata eorum Deus induxit†. Vel, q. d. cùm diu continuerit Deus iram suam [t]. *In ultima ira*, quam scilicet Deus tandem post longanimitatem suam ostendet [v]. *Finitâ indignatione*, Ti. *extremo supplicio*, Ca. *ad extremitatem istius indignationis*, JT. Vel, quid futurum est in consequentia istius indignationis: i. e. tum quæ mutationes eventuræ sint toto illo tempore quo ista indignatio perduravit, ad tempora usque Epiphanis; tum quid post illam indignationem sit consequuturum per Dei misericordiam [x]. *Ad finem usque iræ*, G. Calv. nempe Divinæ: id est, usque ad ἐγκαινισμὸν (*dedicationem* [y].) Significat inopinatam Dei vindictam. Scimus Deum statim à reditu ab exsilio Babyl. cœpisse in Judæos ob peccata sua animadvertere; sed distulit iram suam usque ad tempus Antiochi [z]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי לְמוֹעֵד קֵץ] *Quia*, vel *Nam*, *ad tempus* (vel, *ad statutum*, Mo. vel, *ad præfinitum tempus*, Ti. sim. Calv. vel, *constituto tempore*, JT. Pi. sub. *erit*, M. Calv. JT. Pi.) *finis*, P. M. &c. id est, Complementum exstabit tempore suo præfixo. Reperit quod dixerat de effectu prophetiæ. Hoc dicit ut frænum nobis injiciat, nè simus tam præcipites & moræ impatientes *. *Quòd post tempus finis*, i. e. postquam finitum erit tempus à Deo constitutum, ut vers. 17. adimplebitur visio†. *Certè* enim *ad condictum tempus aderit ille finis*, nempe iræ Divinæ*.

20. *Aries——rex——est*, &c.] i. e. Symbolum Regum Mediæ, &c [a]. Vel, *reges sunt*, &c. i. e. Regnum, ut suprà 7. 17. in Latino [b]. Duo tantùm hîc de ariete prædicantur: sed tamen non est dubium quin cætera quoque membra in visione exposita simul oporteat intelligi [c].

21. *Hircus*, &c. וְהַצָּפִיר הַשָּׂעִיר] *Et hircus pilosus*, sive *hirsutus*, sive *villosus*, Mo. Ti. JT. Pi. G. i. e. intrepidus. Vide Gen. 25. 25 [d]. *Hircus autem caprarius*, sive *caprinus*, M. Ca. vel, *caprarum*, ο'. Vulg. Sed nomen שָׂעִיר est adjectivum, Gen. 27. 11 *. *Hircus verò*, *hircus*, inquam, P. Duæ dictiones idem significantes, quarum prior Chaldæa est, sequens Hebræa, quæ Chaldæam præcedentem exponit [f]. ¶ *Rex*, &c. מֶלֶךְ יָוָן] *Rex* (vel, *regis*, JT. subaud. *est*, P. M. JT. &c.) *Javan*, Mo. vel, *Græciæ*, sive *Græcorum*, ο'. Sy. Ar. P. M. Ti. Ca. Pi. &c. יָוָן (quod Græci legerunt ו quiescente, *Ion*,) est propriè Ionia, minoris Asiæ regio litoralis, à Javan, Gen. 10. unde mare Ionium quod eam alluit. Hinc postea tota Græcia hoc nomine dicta est [g]. יון, vocalibus ademptis, legi potest vel *Javan*, vel *Jon*. Græci interpretes legerunt Ἰωὰν. Indè *Iones* dicti, qui Homero Iliad. ν'. 685. *Iaones*; aliis *Iannes*, & *Iades*. *Ionum* porrò nomine non continebantur soli Athenienses, quamvis ità accipiant Herod. Aristot. Strabo, Plutarch. &c. sed & Achæi atque Bœoti, testibus Hesychio in voce Ἴωνας, & Strabone, apud quem Ionicus campus est in Bœotia, & Homero, cui *Iaones* sunt & Delii. Macedoniam etiam huc pertinuisse cum vicinis gentibus ad occasum docet, quòd Ionium appellatur mare illis obtentum. Proinde Chaldæi Interpretes, pro *Javan*, hîc habent *Macedoniam*. Neque verò ex solis Athenis educi potuit Ionum tam numerosa colonia, quæ, Androclo duce Codri filio, in Asiam profecta 12 urbes condidit, in his (præter Ephesum) Miletum, Colophonem, Prienem, quarum conditores Pylios aut Thebanos fuisse fatetur Strabo. Et Herodotus scribit Asiaticos hos Ionas quatuor habuisse idiomata. Scholiastes Aristophanis, *Omnes*, inquit, *Græcos barbari Iaones appellabant*. Crediderim tamen *Javan* vel *Iones* Hebræis potissimùm dictos qui à Thracia habitârunt usque ad isthmum. Hinc Alexander dictus *rex Javan*. Confirmat hoc columna olim à Theseo in ipso isthmo erecta cum hac inscriptione, quâ parte spectabat Megaram, *Hæc non sunt Peloponnesus, sed Ionia*. Vide Plut. in Thes. Strab. lib. 9 [h]. *Rex Græciæ* dicitur, tum quia à Græcia principium Regni ductum est; tum quia, etiam dissipato Regno illo, pleraque tamen potestas à Græca administratione videtur pependisse. Cùm enim tota minor Asia pro Græcia jam olim haberetur, & Græcè loqueretur, non est mirum si à majore parte fiat denominatio. *Regem* hîc accipe, vel, 1. syllepticῶς, pro personis variis in Regnum ordine venturis [i]: vel, 2. pro Regno [k]; nam Hebraica locutio talia permiscet. Ità suprà 7. 17. Ostendunt id sequentia [l]. ¶ *Ipse est rex primus*] Nempe, Alexander Magnus [m]. Non quòd apud Macedonas & Græcos primus fuerit; nam antecesserunt Philippus, &c: sed quòd primus ex Græcorum Regibus Medos & Persas sibi subjecturus esset [n]. Vel, primus Græcorum Rex in Asia: neque aliò spectant omnia hæc vaticinia Hebræo sermone à Daniele scripta, quæ ad Judæam diriguntur omnia [o].

22. *Quòd*, &c. וְהַנִּשְׁבֶּרֶת וַתַּעֲמֹדְנָה וגו'] *Et* (vel, *Quòd autem*, P.) *contritum*, (*est*, P.) *& steterunt 4 pro eo: 4 regna de* (sub. *ea*, P.) *gente stabunt*, Mo. P. &c. *Et quòd in contriti locum successerunt 4, quatuor sunt regna quæ ex gentibus stabunt*, M. *Quo fracto, steterunt quatuor loco ipsius: quo portenditur quatuor regna ea de gente oritura*, Ti. *Atque hoc effracto, quòd consurgent quatuor* (sub. *cornua*, Pol. ex ο'.) *pro illo, quatuor regna ex gente* (sub. *ejus*, vel *sua*, JT. Pol. ex ο'. & Vulg. i. e. ex Græcis [p], sub quorum nomine & Macedones vel inprimis comprehensi ab omni ævo [q],) *assurrectura*, JT. *Quòd autem fracto illo stabant quatuor loco ejus; quatuor regna è gente illa exsistent*, Pi. *Regna*, i. e. *ducum potentiæ*: nam sæpe מֶלֶךְ ità sumitur apud Hebræos; ut Deut. 33. 5. Jud. 18. 1. & 21. 25. & alibi [r]. Imò Reges erunt, ex dictis vers. 8 †. ¶ *Sed*, &c. וְלֹא בְכוֹחוֹ] *Et non in*, vel *cùm*, *fortitudine*, vel

Sss 4

Marginal notes (left column): a Pol. b Gej. c G. d V. sim. Cej. * V. sim. Pol. f V. * M. g Calv. h Gej. i G. k Sin. in Gej. l Mald. m Calv. n G. sim. Mald. o Pol. p Jun. q G. r Pi sim. Pol. Jun. &c. † Jun. sim. Pol. t V. v M. x Jun. y G. z Calv. * Calv. † V.

Marginal notes (right column): * G. a Jun. sim. Ti. b G. c Jun. d G. * Pol. f G. g Pol. h Br 3. 3. 174. i Jun. k G. Pi. l G. m V. Ca. Pi. &c. n Pol. ex Jun. o G. p G. Ti. &c. q G. r Idem. † Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vel *robore*, vel *potentia*, *ejus*, Mo. JT. Pi. &c. i.e. non ex ejus semine: nec enim suscepit filios Regni hæredes. [Huc facit, quòd filii dicantur *robur* parentum: vide Gen.49.3.] Vel, *Sed non juxta fortitudinem ejus*, i.e. quæ nunquam assequentur vires illius, Alexandri scilicet [t]. *Sed non pari virtute cum illo*, Ti. *Sed illi viribus imparia*, Ca. Non pari cum majestate. Ille enim Rex, hi duces: quorum duo Regium nomen in minore Imperio annis ferme pòst 12 assumpsêre [v]. מַלְכֻיוֹת non signif. *reges*, (ut vertunt ό. Vulg. & Saad.) sed *regna*, à sing. מַלְכוּת. In plur. quia ת & ה æquantur, venit ', quod est loco ה, in plur. loco ת, ut solet venire loco ה, inquit R. David [Kimhi] in libro Radicum [x].

23. *Et post*, &c. וּבְאַחֲרִית וגו׳] *Et in novissimo*, sive *fine*, (vel, *sub finem*, Ti.) *regni eorum*, Mo. M. sic P. Pi. &c. nempe Græcorum, h. e. circa finem Imperii eorum [y]; nempe quo dominabuntur in Judæam, ut percipitur ex verbis sequentibus: nam de illis qui post Antiochum Epiphanem regnaverunt nullus hîc habetur sermo [z]. Non est sensus, Statim post regnum illorum quatuor qui post Alexandrum regnârunt; nam inter illos & Antiochum sex fuerunt alii: nec, post finem Regni Græcorum; nam post Antiochum 12 Reges fuerunt [a]. Regnum Seleucidarum stetit per annos 270, ut Appianus ait. Antiochus autem obiit anno Regni 149 [b]. Sensus ergò est, q. d. Ubi Regna illa ad summum pervenerint, ut instet ruina [c]. [Alii ergò sic vertunt;] *Procedente autem regno istorum*, JT. vel, *Posteris temporibus* (vel, *In progressu*, Pol. G.) *regni* (vel, *potentiæ*, G.) *illorum*, Jun. &c. i. e. Cùm Regna illa jam aliquantum temporis constiterint [d]: nam hæc historia cœpit anno 137. Seleucidarum, 1 Mac. 1 [*]. Cùm jam Seleucus ejúsque posteritas per 120 annos aut ampliùs suas opes auxerit, sumpto & diademate [f]. Heb. *Et in consequentia regni*, &c. אַחֲרִית non tantùm *finem*, seu *extremitatem*, sign. sed in genere, *progressum*, vel *consequutionem*, sive tempus consequens [g]. אַחֲרִית non semper præcisè tempus ultimum denotat, sed laxiùs sæpe ponitur, ut annos significet subsequentes. Vide Job.42. 12. Cohel. 7. 8. item suprà v. 19. & Dan. 10. 14 [h]. Verùm tempus aliquod præcisum hîc notari puto, unde dignosceretur hic eventus. *In ultimo tempore*, vel *in fine*, *regni istorum*, nempe Græcorum; h. e. quum quartum Imperium, h. e. Romanum, obtineret partem Imperii tertii, & præcipuè Græciam, primariam tertii istius Regni provinciam. Hoc probat eventus. Nam quum Æmilius consul subjugavit Persea Regem Macedoniæ, Græcia omnis sub jugo Romanorum missa est, 166 annis ante Christum natum: eo ipso anno Antiochus constituit abominationem desolationis [*]. ¶ *Cùm*, &c. כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים] *Secundùm consummari* (vel, *Quum consumpti fuerint*, P. *Cùm consumet* Deus, V. *Cùm consummati*, vel *perfecti*, *fuerint*, M. Calv. sim. Ca. *Cùm defectionem consummabunt*, JT. Pol. sic Pi. הָתֵם non est verbum passivum, sed activum, infinitivum Hiphil, cum litera Bachlam, à radice תָּמַם [i].) *prævaricatores*, Mo. P. &c. vel, *iniqui*, M. *sontes*, Ca. vel, *multi transgressores illi*, Pi. *defectores isti*, JT. h. e. Cùm multi Judæi à cultu Dei ad Gentilismum defecerint: de quo vide 1 Mac. 1. 12, &c. & v. 43, &c. & 2. 15 [k]. Cùm erunt peccata perfecta, ideóque punienda [l]. Ubi impii ad cumulum usque conscenderint, ut intolerabilis sit illa obstinatio. Occurrit tentationi, monens, Deum non fallere fidem datam, sed cogi improbitate populi ut eos asperiùs tractet [m]. Causa cur Deus tanta mala permiserit hîc indicatur [n], nempe, quòd Judæi post reditum sceleratissimi evaserunt [o]. Expositionem habes 1 Mac. 1. 12. 2 Mac. 4. Josepho 12. 6 [p]. Cùm Judæorum scelera ad summum venerint, ità ut Deus iram suam tenere quodammodo non possit, permittet Antiochum in illos crudelissimè sævire [q]. *Cùm magna erit horum sceleratorum copia*, Ti. Al. *Completis peccatis eorum*, LXX; sim. Sy. Ar. Verùm הַפֹּשְׁעִים non facta denotat, sed personas [r]. ¶ *Consurget* (vel, *Stabit*, Pi. *Exsistet*, Pi. Calv.) *rex impudens*, &c. עַז־פָּנִים] *Durus* (vel, *fortis*, Mo. P. *severus*, M. sic Ca. *præfractus*, Calv. *rigidus*, Jun.) *facie*, Pi. Calv. h. e. perpetuâ in omnes austeritate, & præcipuè in populum Dei, insolentissimus [†], sævus & intractabilis [t]. *Inhumanus*, Ca. *obfirmato vultu*, G. impudens [v], Deut. 28. 50. Prov. 7. 13. Eccles. 8. 1 [x]. Quia facies sive frons est animi index, ideo per faciem externam intelligit internam animi affectionem [y]. Improbus [z], qui à nullo abhorrebat facinore [a]; plenus dolis [b]; qui nec Deum nec homines reverebatur [c]. Antiocho nulla pietatis, nulla Dei veri aut ficti, nulla honesti, cura: cuncta suo ex usu metiebatur [d]. ¶ *Et*, &c. וּמֵבִין חִידוֹת] *Et astutus*, sive *cautus*, JT. Ti. vel, *& intelligens* (vel, *peritus*, Sy. Ar.) *ænigmata*, Mo. P. M. Calv. Pi. Ca. Pol. vel, *disputationum*, Ar. vel, *regnandi*, Sy. vel, *versutiarum*, G. h. e. solertissimus rebus abstrusis pervestigandis [*], & dolis nectendis [f]; vafer, & qui non facilè decipi possit [g]: ut testantur omnes historici [h]. Sciebat quibus modis Judæorum multi, homines leves & improbi, à Religione abduci possent. Talis fuit postea Julianus. *Novit profunda Satanæ*, ut est Apoc. 2. 24 [i]. Sagax erat in eliciendis arcanis atque difficilibus [k].

24. *Et roborabitur* (vel, *invalescet*, M. sic JT.) *fortitudo* (vel, *robur*, sive *potentia*, M. JT. Pi.) *ejus*] Ità Mo. P. &c. Vires ejus increscent, nempe in Judæa: nam Judææ causâ omnia hæc dicuntur [l]. ¶ *Sed*, &c. וְלֹא בְכֹחוֹ] *Et* (vel, *sed*, P. M. &c. *etsi*, JT. Pol.) *non in fortitudine* (vel, *per virtutem*, M. *per potentiam*, Pi. *robore*, JT.) *sua*, Mo. vel, *suam*, M. vel, *ipsius*, P. JT. Pi. nempe Alexandri: q. d. Etsi magna erit Antiochi potentia, longè tamen inferior erit illâ Alexandri [m]. [Huic favet Ca. qui locum sic reddit, *Qui viribus confirmatus* (*non tamen illi paribus*) *mira edet funera*, &c.] *Nec tamen è sua virtute*, Ti. sim. Sy. Non heroicâ virtute, & animi magnitudine, ut solent Reges [n]: sed, vel, 1. dolo [o], furtim & clandestinis artibus [p]. Patris enim sui necem in seditione procuravit: Seleuci filium, verum hæredem, antevertit, &c [q]. Vel, 2. Pontificum Judæorum perfidiâ, & populi levitate, & transitione ad Gentilismum [r]. Non tam ex ipso causa erit tanti incrementi, quàm ex factionibus Judæorum. Vide Josephum dicto loco, 12. 6 [†]. Vel, 3. Deo dante [t], & volente per ipsum punire populum suum [v]. Alioquin virtute suâ tanta mala infligere non potuisset [x]. Vel, 4. alieno robore. Siquidem, ut refert Appianus, Eumenes & Attalus Reges, qui suspectos tunc habebant Romanos, eum in possessionem Regni deduxerunt [y]. ¶ *Et*, &c. וְנִפְלָאוֹת יַשְׁחִית] *Et* (vel, *ut*, JT.) *mirabiliter* (vel, *mirabilia*, Mo. Pol. Nomen hoc loco ponitur pro adverbio, per enallagen [z]; ut Job. 37. 5. Thren. 1. 9. Dan. 11. 36 [a]. Vel, *mirificentissimè*, JT. Pi. Pol. Quia nomen plurale est, ideo adverbio superlativi gradûs exprimitur [b]. Vel, *mirabilia*, sive res magnæ æstimationis, quæ erant in Sanctuario [c].) *vastabit*, P. sic Ti. nempe Judæam [d]. Vel, *sæviet*, M. *perdet*, Pi. sim. Mo. *perdat*, JT. ¶ *Et prosperabitur*, *& faciet*] Ità Mo. M. vel, *efficiet*, Pi. vel, *efficiat*, JT. sub. *pro voluntate sua*, V. Consilia sua exsequetur & perficiet [*]. *Et prosperè illi succedet*, P. sim. Ti. Ca. G. quicquid aget, ut suprà 12 [f]. ¶ *Et interficiet* (vel, *Et corrumpet*, Mo. Ar. *Perdet enim*, JT. *Perdet*, *inquam*, Pi.) *robustos*, (i.e. vel, 1. proceres [g]: vel, 2. Ægyptios [h], aliásque vicinas gentes; q. d. Victor erit quocunque arma sua proferet [i]: *robustos*, putà populos, vel exercitus [*]: vel, 3. Judæos, gentem fortissimam, quam, nisi Deo irato, vincere non potuisset [k].) *& populum sanctorum*] i.e. Multos de plebe Dei veri reverentes; 1 Mac. 1. 52, 60, &c. Joseph. 12. 7 [l]. Sensus, Summos cum infimis perdet [m]. Vel, *populum sanctum*, V.

25. *Secundùm*, &c. וְעַל שִׂכְלוֹ וְהִצְלִיחַ מִרְמָה בְּיָדוֹ] *Et super intellectum ejus & prosperabitur dolus in manu ejus*, Mo. *Et per intellectum suum* (vel, *pro intelligentia sua*, Calv. vel, *juxta ingenium suum*, M.) *prosperabit dolum*, vel, *prosperabitur dolus*, &c. P. M. Calv. ו in וְהִצְלִיחַ abundat [n]. Astus ejus successum habebunt [o]; h. e. multos decipiet [p], Asianos, Syros, Ægyptios [q], quos largitione opum, honorum & voluptatum deliniet [r]. *Et ingenii acumine ad dolos, & quidem prosperè, utens*, Ca. *Et pro sua calliditate feliciter per dolos negotia sua expediet*, Ti. *Et incumbens intelligentiæ suæ prosperabit dolum actionum suarum*, JT. *Idque* (Particula ו copulativè & relativè simul hîc accipitur [†].) *pro intelligentia sua: & prosperabitur dolus*, &c. Pi. ¶ *Et*, &c. וּבִלְבָבוֹ יַגְדִּיל] *Et* (vel, *Ideóque*, Gej.) *in*, vel *cum*, *corde*, vel *animo*, *suo*, vel *ejus*, magnifi-

magnificabit se, Mo. P. JT. Pi. Calv. Successibus elatus [t], plura semper audebit [v]. Vel, *magna faciet*, M. *magna sibi sumet*, Ti. Fastum & jactantiam ejus notat [x]. *Animoque insolens*, Ca. ¶ *Et in*, &c. "ובשלוה וגו] *Et in pace*, sive *tranquillitate*, *corrumpet*, vel *perdet*, *multos*, Mo. Calv. Pi. G. V. &c. i.e. Vel, 1. pacem simulando [y], vulpinando, & fraudes alias ex aliis nectendo [z], homines degentes in pace, & nihil tale cogitantes, h.e. incautos, opprimet [a]. Vel, 2. non lacessitus, sine ullo prætextu [b], nullo bello, nullis injuriis præcedentibus. Vide historiam Matris & puerorum apud Josephum & alios [c]. Vel, 3. impunè, i. e. sine ullo suo detrimento, re ex animi sententia succedente [d]. Vel, 4. nullo negotio, veluti dormiens, ut de Timotheo, duce Atheniensium, dictum fuit; vel, quasi per ludum: qu. d. Fortunâ retia tendente capiet urbes & regiones *. Al. *Et propter felicitatem* suam, &c. M. quia scilicet Dominus volet illi fræna laxare, ut nullus impediat victoriarum cursum †. ¶ *Et* (vel, *Quinetiam*, P. *Adhæc*, Ti. *Denique*, JT.) *contra* (vel, *super*, G. Mo.) *principem principum*, &c.] i. e. Vel, 1. summum Sacerdotem [f]. Sed hoc nimis argutum & infirmum est [g]; שרים dicuntur omnes principes familiarum sacerdotalium, ut Esd. 8. 24, 29. & 10. 5. Horum princeps summus Sacerdos. Hunc sibi subjiciet Antiochus, dimovebit pro libitu, spretâ Divinâ Lege [h]. Vel, 2. Deum [i]; qui vocatur *Rex regum*, 1 Tim. 6. 15. & suprà v. 11. *Princeps exercitûs* [k]. q. d. Cum Deo ipso pugnabit [l], illius Templum evertendo [m], & cultum [n], suámque impietatem sufficiendo in locum illius [o], idolum scilicet illud Jovis Olympii [p]. ¶ *Et*, &c. ובאפס יד ישבר] *Et in nihilo manûs conteretur*, Mo. *Et absque fortitudine*, &c. P. vel, *manu*, &c. M. V. JT. Pi. &c. simil. Ti. Ca. sub. *hostis*, V. vel, humana [q]; sed solâ Dei manu (quîcum luctatus erat) ut testa figuli diffractus est [r]: ultione Divinâ †, morbo divinitus immisso [t], 1 Mac. 6. 8. 2 Mac. 9. 5 [v]. & Joseph. 12. 13 [x].

26. *Et visio vespere & manè*, (vel, *vesperæ & matutini*, Mo. vel, *de vespero-matutinis*, Ca. sim. JT. Pi. &c. id est, explicatio Visi exponens numerum dierum 2300 suprà 14 [y]. Est metonymia [z].) *quæ dicta est, vera est*] Vel, *veritas*, M. P. Mo. &c. i. e. clara, aperta, ut suprà 2. 45. Nihil habet obscuri, modò initium sumatur unde debet, i. e. ex dictis v. 9 [a]. Non fallet visio [b]. Vel, *verissima*, Sy. JT. Pi. Summam certitudinem denotat [c]. Abstractum emphaticè hîc ponitur pro concreto [d]. ¶ *Tu*, &c. ואתה סתום החזון] *Et* (vel, *Autem*, P. sim. Pi. *Quare*, JT.) *tu claude*, sive *occlude*, (vel, *obstrue*, Mo. vel, *obsigna*, M. Pi. Calv. sic Ar. G. ex Vulg. o'. *cela*, Sy. *absconde*, sub. *in corde tuo*, V.) *visionem*, P. &c. sic Ti. &c. vel, *oraculum*, olim eventurum †: vel, *hanc visionem*, JT. Sy. sic Pi. i. e. Sancto silentio apud te reconde *. Nemini explica [f], donec impleta fuerit [g]. Sed cur Deus abscondi vult quod patefecerat Danieli, idque in populi totius utilitatem [h]? Resp. 1. Non à piis hoc occultari vult Deus, (quorsum enim revelâsset?) sed à profanis & similibus [i]: vel, à Chaldæis [k]; quapropter non Chaldaicè, sed Hebraicè, hoc scriptum est, ut incognitum gentibus maneret [l]. Ostendit hanc visionem nec cum omnibus, nec eodem tempore, communicari oportere [m]. Non innuitur hîc invidorum occultatio, sed quæ prudenter pro ratione personarum, temporum & locorum, celat ea quæ hîc & nunc scire alios non expedit †. Resp. 2. Hoc jussit Deus, ut indicaret hujus prophetiæ argumentum ad longinqua tempora pertinere: qualia obsignata conservabant. Vide 2 Par. 21. v. 12. & Jes. 8. 16 *. Resp. 3. [Alii aliter accipiunt.] *Signa*, i. e. Visum hoc exactè perscriptum ità include ut archetypum ipsum servari possit usque ad eventum, & tunc cum eventu conferri. Sic Esa. 8. 16. Jer. 32. 14 [n]. Non vetat visionem aliis exponere, sed de ea propter eventûs dilationem dubitare [o]: q. d. Diligenter annotata, & obsignatam studiosè conserva [p], olim vobis usui & solatio futuram [q]; nec de ea dubita, quamvis diu differatur [r]. Rideant alii & contemnant; tu tamen fideliter custodias hanc prophetiam, apud te contineas, etiamsi solus sis. Non ergò simpliciter Deus jubet eum celare quod didicit, sed confirmat potiùs ad constantiam, nè scilicet æstimet hoc vaticinium ex vulgi sententia †. Al. Symbolicè intelligo, *Obsigna*, &c. i. e. ostende quòd hanc prophetiam pauci capiant, instar libri scilicet signati [t]. ¶ *Quia*, &c. כי לימים רבים] *Quia dierum multorum* est, JT. *Quippe quòd sit diuturnitatis*, Ca. *Quia per longum tempus* eveniet, Ti. *Quia ad* (vel, *post*, V. Pi. G. ex Vulg.) *dies multos*, Mo. P. &c. sub. *erit*, P. &c. vel, *protenditur*, Pi. Calv. vel, *complebitur*, Pi. q. d. Quamvis diu differatur [v], nec vitæ tuæ tempore eventurum sit [x]. Inter visum & eventum anni intercedent plùs trecenti [y]. Confer Apoc. 22. 10. ubi Johannes prohibetur obsignare librum, quia tempus propè erat, nempe complementi dictorum [z]. Præcipuus hujus prophetiæ usus futurus erat Seleucidarum tempore [a].

27. *Langui*, &c. נהייתי ונחליתי ימים] *Affectus sum*, Mo. sic Pi. (nempe ægritudine animi [b]: vel, *contritus sum*, P. *confectus sum*, Ti. vel, *debilitatus*, Ca. vel, *destitutus fui viribus*, M. *decubui*, o'. Ar. *exterritus sum*, Sy. *deliquium passus sum*, Calv. *fractus sum*, Pol. Calv. *graviter affectus sum*, Pol. ex K. & R. Levi: Hebr. *factus fui*; synecdoche generis [c]. Verbum hoc passivum נהיה quod usitatè sign. *fieri*, ut patet ex Prov. 13. 19. & Dan. 2. 1. interdum accipitur in sensu *confractionis* & *excisionis*, ut notant R. Nathan, RS. K. &c [d].) *& ægrotavi* (vel, *langui*, o'. *dolui*, Ar.) *dies*, Mo. vel, *per dies*, M. vel, *diebus*, P. Ti. &c. sub. *aliquot*, P. Ti. Pi. Ar. Sy. *Affectus ægritudine* aliquot *dies*, JT. Unum verbum quandoque alteri instar nominis inservit; *factus sum, & ægrotavi*, pro, factus sum æger *. Mœstus ob illam profanationem Sacerdotii & Templi [f], & ob calamitatem quam genti suæ impendentem vidit, & quòd cum Angelis locutus fuit [g]. Tam vehemens fuit animi commotio ex prophetiæ magnitudine & sublimitate, ut deliquium passus sit & ægrotaverit. Hoc autem non ei contigit naturaliter, sed ex timore quem Deus ei immisit [h], vel, 1. nè extolleretur sublimitate visionum suarum [i]: vel, 2. ut certò sciret visionem hanc fuisse Divinam, ac proinde summâ attentione & reverentiâ amplectendam [k]. ¶ *Cùmque*, &c. "ואקום וגו] *Et* (vel, *Postea*, Pi.) *surrexi*, (scil. è lecto, in quo ob morbum decubui [l],) *& feci* (vel, *Et surgens feci*, M. *Et postquam surrexi, feci*, Calv. *Postquam verò convalui, feci*, P. sim. V. Simulatque per valetudinem surgere mihi licuit, feci [m]) *opus regis*, Mo. P. M. &c. Opus mihi à Rege demandatum [n]: functus sum officio meo apud Regem [o]. Vel, *procuravi regia negotia*, Ti. Non explicat quod munus fuerit; sed est verosimile, alicujus aut omnium provinciarum Babylonis præfectum fuisse. Nam cùm ad eum honorem Nabuch. illum evexisset, non est credibile eo à sequentibus Regibus sine sua culpa privatum fuisse [p]. [De quo tamen meritò dubitari potest.] Hinc constat Danielem jam in Babylone fuisse, non in Perside [q]. ¶ *Et stupebam* (vel, *Consternatúsque sum*, M. *Et cogitabundus hæsi*, Ti. *Quamvis obstupescerem*, JT. Pi. sic G.) *ad* (vel, *super*, Mo. P. JT. *propter*, M. vel, *in*, Ti.) *visionem*] Vel, *hac visione*, Ti. JT. Pi. q. d. Postquam convalui, perseveravit tamen stupor & admiratio †. ¶ *Et non*, &c. ואין מבין] *Et non* (vel, *Nemo tamen*, JT. Pi. &c.) *erudiens*, Mo. vel, *animadvertebat*, JT. Pi. vel, *erat qui id sciret*, G. sim. P. M. o'. &c. Nempe vel, 1. tamdiu [sed legendum videtur, quamdiu] duratura erat afflictio populi [t]: vel, 2. cur obstupescerem, vel ægrotarem, aut quid in animo gererem [v]. Quàm poteram diligentissimè dissimulabam dolorem meum [x]. Memor mandati de occludenda visione, nec sermone expressit, nec vultu significavit, nè Chaldæis vel aliis interrogandi occasionem præberet [y].

CAP. IX.

1. ANno primo] Tempus diligenter notatur, quia idem ille annus fuit septuagesimus, sive annus promissæ liberationis è Babylone, &c [a]. Mox post subversum Regnum Babyloniorum [b]. *Anno primo*, non quo Medorum Rex fuit, sed quo, adjuncto Babylonico Regno, cœpit regnare [c]. ¶ *Darii*] i. e. Nabonnedi, ut suprà

ut suprà dictum [d]. Qu. Cur primum potiùs Darii annum nominat quàm Cyri *, qui nominatur Esd. 1. 1 [f]. cùm Cyrus suâ virtute & solertiâ Babylonem cepit? Resp. Datum hoc Dario quia is erat & senior natu, & Cyri avunculus atque socer [g]: Esdras autem de regno solius Cyri agebat, mortuo jam Dario *. ¶ *Filii Assueri*] Nomen illud multis commune fuit in Media [h]. Assuerus hic Græcis erat vel, 1. Astyages [i]; vel, 2. Cyaxares [k]. Verùm Darius ipse Græcis *Cyaxares* dicitur [l]. ¶ *De semine* (i.e. de gente [m]) *Medorum*] Ὁ Μῆδος (*Medus*) ex ortu dictus in oraculo, & suprà 5. 31 [n]. Hoc addit, ut eum discerneret à Dario Persa, sub quo Templum ædificatum est [p]. Improbè Porphyrius, ut Danielem seriùs vixisse imperitis persuadeat, hunc Darium eum vult esse à quo Templum est restitutum [q]. ¶ *Qui*, &c. אֲשֶׁר הָמְלַךְ וגו׳] *Qui constitutus*, vel *factus*, *fuit rex*, &c. M. P. Mo. JT. Pi. Regnum illud cedente Cyro [r], tum ætatis & cognationis respectu; tum quia Cyrus ad alias expeditiones statim profectus est, in Asiam†, vel in Persidem & Carmaniam [t]; tum quia penès ipsum Cyrum interim manebant & tota potentia & hæreditatis jus, &c [v]. Refert Xenoph. à Cyro cognatum suum [nempe Darium] Babyloniæ cum maxima auctoritate præpositum fuisse [x].

2. *Anno* (sub. *inquam*, Pi.) *uno*] Id est, primo [y], more Hebræo [z]. ¶ *Intellexi* (vel, *attentissimè considaravi*, V.) *in libris*] Ità M. P. Mo. &c. sub. *sacris*, V. tum Jeremiæ Prophetæ [a], Jer. 25. 11, 12. & 29. 10 [b]. tum sacrarum historiarum de hac captivitate conscriptarum [c]. Erant enim tunc in manibus exempla librorum Propheticorum, ut & Pentateuchi, ut patet infrà, 10, 11 [d]. Rejicienda est itaque fabula illa Judæorum aliorúmque, qui Scripturam sacram intercidisse putant * quo tempore urbs & Templum everterentur [f], & ab Ezra postea restitutam fuisse [g]. Vide hîc Danielis docilitatem & modestiam [h], quòd Propheta tantus, post colloquia cum Angelis, non dedignatus esset Jeremiam legere [i]. Porrò, Daniel nec suis cogitationibus, nec documentis humanis, confidit, sed Scripturas consulit [k]. ¶ *Numerum annorum, de quo*, &c. אֲשֶׁר וגו׳] *Quo fuit verbum Domini*, &c. Mo. *de quo*, &c. P. sim. M. *quibus*, &c. JT. *de quibus*, &c. Pi. *ut patefaceret*, &c. Ti. *per quos duraturam esse Hierosolymæ calamitatem Jeremiæ vati prædixerat*, Ca. ¶ *Ut*, &c. לְמַלֹּאות לְחָרְבוֹת וגו׳] *Ad complendum* (vel, *Completas fore*, JT. *Fore ut compleret*, Pi.) *desolationes*, sive *vastitates*, *Jerusalaim septuaginta annos*, Mo. Pi. Calv. vel, *septuagesimum annum*, JT. sub. *esse*, JT. Pi. i.e. Fore ut finem imponeret vastitatibus his procurando reditum, &c [l]. *Quòd impleret desolationibus Jerusalaim septuaginta annos*, P. i.e. Se permissurum urbem tot annos desolatam fore, deinde se reducturum Judæos, &c [m]. חָרְבוֹת est ipsa vox quâ Jeremias hac in re usus fuerat 7. 34. & 22. 5. & 25. 18 [n]. *Ut complerentur septuaginta anni desolationis Jerusalem*, M. *Septuaginta esse annos implendos quibus duraret vastitudo Jerusalem*, Ti.

3. *Et* (vel, *Itaque*, Pi.) *posui* (vel, *dedi*, Mo. *verti*, Ti. sic Ca. *adhibui*, JT. *direxi*, Pi.) *faciem meam* (vel, *me*, Ti. Ca.) *ad Dominum*] i. e. Tum mentem meam converti ad Dominum [o], tum faciem versùs Jerusalem [p], ut suprà 6. 10 [q]. desiderii sui erga patriam monstrandi causâ. Retinuit igitur Propheta illo gestu sive ritu possessionem terræ [r]. ¶ *Rogare*, &c. לְבַקֵּשׁ תְּפִלָּה וְתַחֲנוּנִים] *Ad quærendum*, vel *Ut quærerem*, (vel, *Quærendo*, JT. *Ut uterer*, Ti. *Ut rogarem eum*, M. *Requirendo eum*, Pi.) *orationem* (vel, *oratione*, M. JT. Pi. *supplicatione*, Ti.) *& deprecationes*, Mo. vel, *deprecationibus*, JT. Pi. *precibus*, Ti. *obsecrationibus*, M. Substantia orationis in duabus rebus posita est: 1. supplicatione, sive petitione bonorum; 2. deprecatione, sive amolitione & aversione malorum †. Promissiones Dei non huc tendunt, ut homines torpeant, & indè captent occasionem ignaviæ & socordiæ, quia certò persuasi sunt Deum facturum esse quicquid promisit; sed ut eos solicitet stimulétque ad preces [t]. Promissus quidem erat reditus post annos 70, sed ità, si se exsules Judæi ad Deum converterent: quare Daniel quod suarum est partium facit, & idem faciendi aliis auctor est [v]. Sed non apparet ex Jer. 25. 11, 12. & 29. 10. promissionem liberationis è captivitate hypotheticam fuisse. Ut Deus simpliciter minatur Jer. 25. ità simpliciter promittit Jer. 29 [x]. ¶ *In jejuniis, sacco, & cinere*] Ut in gravi luctu, ob durantem tamdiu captivitatem [y]. Vel, ut his signis abjectionem & indignitatem suam testificaretur [z]; vel, ut magis se accenderet ad preces [a]. Sic solent pii facere, quia secum ipsi sunt conscii (quod olim dicebat Cato) corporis cultum animæ neglectum esse, & corpus saburratum esse animæ impedimentum; ideóque corpus negligunt, ut quod huic detrahatur animæ accedat [b]. Solebat Daniel ter quotidie orare [c]; at hæ preces extraordinariæ erant [d]. Pro causa graviore armatas quodammodo Deo preces offert *.

4. *Oravi—Deum meum*] Non ergò trepidè orat, sed fide innixus Dei promissionibus, illum exorabilem fore statuens [f]. Multùm convenit hæc oratio cum ea Neh. 9 [g]. ¶ *Et confessus sum*] Ità M. P. Mo. &c. Tum, 1. peccata mea & populi [h]: tum, 2. justitiam Dei nos castigantis [i]. Ubi veniam poscimus, necesse est ut præcedat testimonium pœnitentiæ [k]. Al. *Laudes ei dixi* quæ sequuntur. Id est יָדָה [l]. ¶ *Deus magne*, &c.] Non omnibus epithetis Deum hîc ornat, sed iis solùm qui pertinent ad causam [m]. *Magne & terribilis*; id quod ex suppliciis satis cognoscimus; quare non est quòd ampliùs nos punias [n]. Ità Deum appellat, ut se aliósque ad humilitatem erudiat & reverentiam & dejectionem sui coram Deo, ut agnoscant se jure damnatos esse, &c. Atque hæc est vera præparatio ad pœnitentiam ac precationem [o]. *Maximus & tremendus*, vel *reverendus*, scil. vel omnibus [p], vel adversùs contumaces [q]. ¶ *Custodiens pactum* (vel, *fœdus*, Pi. &c. i. e. promissa implens [r],) *& misericordiam*] Vel, *benignitatem*, Pi. &c. Supple, *ostendens etiam suprà promissa*, G. Hypallage hîc est †. *Pactum & misericordiam* conjungit; q. d. pactum misericordiæ tuæ, quo, non nostris meritis, sed tuâ misericordiâ, te nos liberaturum promisisti, juxta Ezech. 20. 9. & 36. 22, 23 [t]: pactum gratuitum, quod causam suam habet, & stabilitatem, & effectum, & complementum, in sola Dei gratia [v]. ¶ *Diligentibus te*] i. e. Verè piis [x]. Ostendit quid sit præcipuum in Dei cultu, nempe ut ipsum diligamus; h. e. ut non serviliter, sed spontè & libenter, ei pareamus [y]. ¶ *Et custodientibus mandata ejus*] Non potest Deus à nobis verè diligi, nisi vita respondeat, & obedientia ei conjuncta sit, & affectum hunc sequantur membra omnia†. Hoc dicit Daniel, ut significet per Deum non stare, sed per peccata populi, quò minùs liberentur [z]; & ut omnes obstreperas & querulas populi voces tolleret, quasi Deus severè nimis secum agat. Præfatur ergò se non venire coram Deo ut litiget, vel obmurmuret, sed ut veniam deprecetur [a].

5. *Peccavimus*, &c.] Hæc verborum congeries magnum pondus habet [b], & ex magno animi affectu pœnitentiâque proficiscitur [c]. Longè à pœnitentia absunt qui leviter duntaxat & uno verbo se reos fatentur: multis opus est stimulis ut afficiamur amaritudine & serio sensu peccati & terroris Domini [d]. Est hîc gradatio, seu incrementum elegantissimum. τὸ *peccare* notat errorem, sive ignorationem rerum agendarum: *iniquè agere*, infirmitatem, sive obliquitatem, quæ non facilè corrigitur: *improbè agere*, malitiam evidentem, quam etiam exaggerat tertia conjugatio, [הִרְשַׁעְנוּ] quæ significationem intendit, quasi dicat habitualem esse improbitatem: τὸ *rebellare* obstinationem notat, & veluti irrisionem atque abjectionem Dei *. ¶ *Declinavimus à mandatis tuis ac judiciis*] i. e. A jure Dei tum scripto, tum naturali †. Ostendit populum non ignorantiâ peccâsse, sed scientes & volentes, Deúmque ipsis dedisse *mandata & judicia*, h. e. perfectè eos instituisse ad totum vitæ cursum regendum, &c [f]. ut gravior sit ipsorum culpa quòd non fuerint dociles [g]. Peccata populi (quia unus è populo est) enumerat ex persona sua, quod & Apostolum Rom. 7. facere legimus [h]. Verùm Daniel, licèt vir sanctissimus esset, sua tamen, non minùs quàm populi, peccata fatetur, ut sequentia docent [i].

6. *Qui loquuti sunt—regibus*, &c.] i. e. Qui legatione suâ intrepidè functi sunt, citra respectum personarum, &c [k].

7. *Tibi*, (sub. *convenit*, Me. vel, sub. *tribui debet*, vel, *Tua*

[Marginal notes, left column:] d G. * Mald. Calv. f Mald. g Mald. ex Calv. * Mald. h G. i Mald. sim. Calv. k Jun. Pol. l Mald. m Pi. n G. p Pol. sim. Mald. q G. r Pi. † Calv. t Jun. v Calv. x Jun. y G. Pi. z G. a Pol. Pi. Mald. Calv. &c. b G. sic Mald. c Pol. d G. * Jun. Pol. f Pol. g Jun. Pol. h Pol. sim. Calv. i Mald. sim. Calv. k Jun. l Pi. m V. n G. o Jun. Pol. p Jun. Pol. sic Pi. V. q G. Calv. &c. r Calv. † Jun. t Calv. * v G.

[Marginal notes, right column:] x Calov. y G. z Pol. a Pol. sim. Jun. b Jun. c Pol. Mald. d Pol. * Mald. f Calv. g G. h Pi. sim. Pol. i Pol. k Calv. l G. m Mald. sim. Jun. n Mald. o Calv. p V. q G. r Idem. † Calv. t Mald. sim. Calv. v Calv. x G. y Calv. † Idem. z Mald. a Calv. b Pol. sim. Calv. Mald. Jun. c Mald. d Calv. * Jun. † Idem. f Calv. sim. Pol. g Pol. h G. ex Pi. i Calov. ex Geis. k Pol. ex Jun.

Tua est, V. vel, *Penès te* est, Pi.) *Domine, justitia*] i. e. Tibi laus justitiæ debetur. Sic infrà 9. *misericordia*, i. e. laus misericordiæ [l]. Tu justus es [m], & justissimè nos punis [n]. ¶ *Nobis autem* (vel, *Penès nos*, JT. *Nostra est*, Ca.) *confusio* (vel, *pudor*, Mo. P. *infamia*, Ca.) *faciei*] Sic M. &c. Nobis debebatur hæc ignominia quam patimur [o]. Nos coram te erubescere debemus ob scelera nostra [p]. ¶ *Sicut*, &c. [כַּיּוֹם הַזֶּה] *Sicut* (vel, *Qualis*, JT. Ar. sub. *est*, JT. Ar. M. vel, sub. *accidit*, Pi. vel, *apparet*, P.) *die hac*, sive *hodie*, Mo. P. JT. Pi. o'. Ar. vel, *dies hæc*, M. *Ut liquidò apparet*, Ca. Ut re ipsâ, aut ex præsenti rerum statu, constat [q]. Ut pœna hodierna testatur [r]. ¶ *Habitatoribus Jerusalem*] Detrahit hîc larvam hypocritis, qui honorificis his titulis freti sunt †. Sed inanis erat hæc jactantia [t]; & quò propiùs eos gratia & gratiæ symbola accesserant, eò atrocius fuit malefactum eorum [v]. ¶ *His qui propè sunt, & his qui procul*] Non omnes expulerat Deus in Assyriam: substiterant enim multi in vicinis gentibus. Significat ergò, etsi Deus non omnes æqualiter castigaverit, neminem tamen à scelere immunem esse, nec semper æstimanda esse hominum scelera ex modo pœnarum [x].

8. *Domine, nobis confusio*, &c.] Hæc repetitio affectum indicat, & pondus orationi addit [y]. ¶ *Regibus*] Quorum meminit, quia hi sese à lege communi eximere solent [z].

9. *Tibi——Deo nostro*] *Nostro*, ex fœdere gratuito: hoc causa miserationum [a]. ¶ *Misericordia*, &c. הָרַחֲמִים וְהַסְּלִחוֹת] *Misericordiæ*, vel *miserationes*, & *indulgentiæ*, Mo. Ar. vel, *propitiationes*, P. o'. vel, *veniæ*, Calv. sim. JT. Pi. V. sub. *sunt*, JT. Pi. vel, *tribui debent*, V. Pluralia hîc denotant multos miserandi ac parcendi modos [b]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי מָרַדְנוּ בּוֹ] *Quia rebellavimus contra ipsum*, JT. Pi. Pol. simil. Mo. i. e. Quia conscii sumus nostræ rebellionis, ac proinde à nobis tantùm perditionem, à solo Deo salutem, exspectamus [c]. *Quia rebellavimus*, &c. ideo opus est ut Deus misereatur; alioqui nobis pereundum est [d]. *Quia* (vel, *Siquidem*, Ti.) *defecimus* (vel, *recessimus*, P. *descivimus*, Ti.) *ab eo*, sub. & *tamen miseretur nostri, & parcit nobis*, V. *Quandoquidem rebelles*, &c. Sy. Occurrit tacitæ objectioni, Quo modo misericors, qui tantis malis populum tradidit? Responsio est, Extortum hoc ipsi per nimiam populi contumaciam*. Al. *In quem rebellavimus*, M. Al. *Quanquam rebellavimus*, &c. Gej. sim. Calv. Q. in V. כִּי adversativè sumitur [f], pro *quamvis*, ut Gen. 8. 21. Psal. 25. vers. 11 [g].

10. *Et non audivimus*] *Audire*, pro, *obedire*, ut 1 Sam. 2. 25. Isa. 1. 19. & 28. 12 [h]. ¶ *In lege ejus*] Heb. *in legibus ejus*, JT. Pi. Gej. emphaticè; ut significet Leges omnes, tanquam unâ copulâ vel catenâ connexas, simul esse attendendas [i]. ¶ *Quam* (vel, *quas*, JT. &c.) *posuit* (vel, *proposuit*, V. Pi. sic JT.) *nobis*] Vel, *coram nobis*, V. *coram facie nostra*, Calv. Gej. &c. q. d. non ambiguè, obscurè, confusè, sed apertè, perspicuè, familiariter & enucleatè [k], ut palàm ab omnibus legi potuerint [l]. ¶ *Per servos suos prophetas*] i. e. Per Mosen. Syllepsis, quâ, quod uni tantùm convenit, de pluribus dicitur. Confer Matt. 26. 8. cum Joan. 12. 4, 5. & Matt. 27. 44. cum Luc. 23. 39. Aut dicit Legem per Prophetas datam, quia per eos populo proponebatur atque explicabatur [m]. Al. תּוֹרָה hîc non accipitur pro Lege Mosis, sed pro doctrina prophetica [n].

11. *Omnis Israel*] i. e. Plurimi; sicut Psalm. 14. 3. Rom. 3. 12 [o]. Verùm in illis locis de omnibus agi probavimus [p]. ¶ *Et*, &c. [וְסוֹר לְבִלְתִּי וגו'] *Et declinaverunt* (vel, *Et recedere*, Mo. Infinitum pro finito, quale antecessit, *recessimus* [q]. *Et declinantes*, M. *Et retrocesserunt*, Pi. *Et defecerunt*, Calv. *Etiam deflectendo*, Ti. *Idque recedendo*, JT.) *ad non audiendum*, &c. Mo. vel, *non audierunt*, &c. M. *non obtemperando voci tuæ*, P. *ut non auscultarent*, &c. JT. Pi. *nè obedirent*, &c. Ti. q. d. Non errore peccârunt, aut insciitiâ, vel etiam socordiâ, sed & contumaciâ, sive affectu rebellandi [r]. *Ejus dictis obedire recusantes*, Ca. ¶ *Et*, &c. [וַתִּתַּךְ וגו'] *Et* (vel, *Ideo*, Calv. sim. M. P. Ti. JT. Pi. Ca.) *stillavit* (vel, *defluxit*, Ti. sic Ca. *effusa est*, JT. Pi. i. e. copiosè in nos cecidit, vide Nah. 1. 6 †. velut imber [t],) *super nos exsecratio*, sive *maledictio*, (vel, *illa exsecratio*, JT. Pi.) & *jusjurandum*, sive *juramentum*, Mo. P. M. &c. vel, *illa adjuratio*, JT. Pi. Hypallage, qu. d. maledictio quam Deus jurejurando sancivit [v]. Metonymicè intelligit pœnas quas Deus cum gravi exsecratione & adjuratione comminatus est, Levit. 26. Deut. 27. & 28. & 29 [x]. Vide Jer. 42. 18. & 44. 12. quorum locorum ista est explicatio [y]. ¶ *Quæ scripta est*, &c.] Amplificat crimen populi, quòd pridem de his admoniti sunt, sed frustrà; nam cum doctrina etiam minas contempserunt, &c [z].

12. *Et*, &c. [וַיָּקֶם וגו'] *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi. Ti.) *statuit* (vel, *præstitit*, JT. Pi. Ca. Sy. *re exhibuit*, Ti. *stabilivit*, V. Calv. i. e. adimplevit [a], rata fecit [b]: *suscitavit*, vel *excitavit*, M. Pi. Calv. quæ aliter jacerent absque efficacia & vigore [c],) *verba sua*, Mo. P. Ti. vel, *verbum suum*, P. M. sic Calv. vel, *unumquodque verborum suorum*, JT. Pœnis ostendit minas ejus non fuisse terriculamenta vana [d]. ¶ *Super principes*, &c.] Vel, *judices*, &c. Calv. Mald. &c. Sic vocat vel, 1. judices illos qui Saulem antecesserunt, sic dictos Jud. 2. 18, 19 [f]; vel, 2. Reges [g]; vel, 3. eos qui à Regibus constituti erant per urbes & Tribus, Deut. 19. 18. 2 Par. 19. 5, 6, 8 [h]. ¶ *Qui judicaverunt nos*] i. e. Judiciis inter nos præfuerunt [i]. Vel, *rexerunt nos*, V. G. sic Pi. שָׁפַט est, *regere* †. ¶ *In Jerusalem*] Excidia & alibi evenerant, sed nusquam atrociùs quàm Hierosolymis [k].

13. *Sicut scriptum*, &c.] q. d. Consensus inter Legem Dei & experientiam manifestus est, & satis probat Deum esse justum scelerum vindicem [l]. ¶ *Et non*, &c. [וְלֹא חִלִּינוּ וגו'] *Et non* (vel, *Neque* P. M. &c. *Nec* tamen, Pi. sic JT.) *rogavimus* (vel, *deprecati sumus*, Mo. JT. vel, *præoccupavimus*, in confessione [m],) *faciem*, &c. P. &c. vel, *faciem iratam*, JT. Pi. *Neque Deo supplices fuimus*, Ti. sim. Ca. q. d. Nè flagellis percussi resipuimus [n]. Morbis oppressi medicinam respuimus [o]. ¶ *Ut revertceremur*, &c.] Ità Calv. Gej. &c. vel, *revertendo*, &c. Pi. Ostendit preces non aliter Deo probari nisi cum fide & pœnitentia junctas [p]. ¶ *Et*, &c. [וּלְהַשְׂכִּיל בַּאֲמִתֶּךָ] *Et ad intelligendam* (& *intelligeremus*, P. & *adverteremus*, M. & *perpenderemus*, Ti. & *considerando*, Pi. & *attenti essemus ad*, Calv. & *animum advertendo ad*, JT.) *veritatem tuam*, P. M. &c. sim. Mo. Vel, 1. in promissionibus [q]; vel, 2. in minis [r]: utrumque enim respicit. q. d. Nec misericordiam vobis propositam, nec Dei judicia, considerâstis †. Vel, *veritatem* vocat justitiam, ut Psalm. 25. 10. & 85. 11. q. d. Ut studeremus justitiæ tuæ, i. e. præceptis tuis, quæ dicuntur *justitiæ* Psal. 19. 9 [t].

14. *Et*, &c. [וַיִּשְׁקֹד וגו'] *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi. Ar. sim. Sy.) *vigilavit* (vel *festinavit*, P. *sedulus fuit*, JT. *invigilavit*, Pi.) *Dominus super malum*, (vel, *in illo malo*, JT. *illi malo*, Pi. non culpæ, sed pœnæ, malum intelligit [v]:) & (vel, *quod*, JT.) *induxit*, vel *adduxit*, *illud super nos*, Mo. P. &c. *Advigilavit malo nobis inferendo*, Ti. *Malo invigilans id nobis invexit*, Ca. *Vigilandi* verbum significat Dei vel, 1. festinationem [x]; q. d. acceleravit adducere [y]: vel, 2. alacritatem, instar judicis, qui, insuper habitis omnibus obstaculis ac difficultatibus, pergit justa exsequi, &c [z]: vel, 3. continuam sedulitatem & diligentiam, instar custodis qui nocte diéque excubias agit [a], nè scelera populi suum judicium effugiant [b]. *Vigilans* Deus eleganter hîc opponitur Judæis in peccato dormientibus [c]. Ut homines fervent ruendo in malum, ità, inquit, Deus non erit segnis aut ignavus [d].

15. *Et nunc, Domine*] q. d. Tu habes absolutum jus in omnes & in omnia: quare his malis finem impone*. ¶ *Deus noster*] Ex fœdere gratuito †. ¶ *Qui eduxisti*, &c.] q. d. Qui uno illo documento testatum fecisti omnibus seculis, genus Abrahæ esse tibi sanctum [f]. Commemorat antiquum beneficium, ut novum eliciat. Sic Psal. 80. 9. Jer. 32. 21. q. d. In simili causa simili utere erga nos beneficio. Memorat autem hoc beneficium, vel, 1. quia illo tempore fœdus cum iis iniit, ad quod servandum Deum hoc modo invitavit: vel, 2. quia Deus promiserat se non minùs mirabiliter Judæos è Babylone erepturos, quàm olim ex Ægypto; Jer. 16. 14. & 23. 7 [g]. ¶ *Fecisti tibi nomen*] Immortale & gloriosum †. ¶ *Secundùm*, &c. [כַּיּוֹם הַזֶּה] *Quale est hodie*, G. sic JT. Pi. *Ut hodie videre est*, P. *Sicut dies ista* testatur, M.

16. *Domine, in*, &c. [כְּכָל־צִדְקֹתֶךָ] *In omnem*, &c.

i. e. ad-

i. e. adversùs totam Legem tuam, quæ hîc *justitia*, ut suprà *veritas*, 8. 12 [h]. *Secundùm totam justitiam tuam*, JT. Pi. *omnes justitias tuas*, V. Calv. Gej. &c. sim. Pi. quas opponit omnibus peccatis. q. d. Quamvis scelera innumera sint, plures tamen sunt Dei justitiæ [i]. Pro multiplici tua justitia, non pro meritis nostris [k]. Concisa est hæc sententia, quæ sic impletur; Domine, ut justè punis scelera, quòd sis justus; sic etiam averte iram, &c. secundùm misericordias tuas: ut justus es, sis etiam clemens. Relinquit alteram partem comparationis, quam suprà posuerat [l]. *Justitiam* hîc vocat, non eam quâ Deus pro suis quemque meritis tractat; non enim Daniel populi merita, sed scelera, commemorat [m]: sed, vel, 1. misericordiam & benignitatem [n], ut Ps. 143. 1 [o]; vel, 2. veritatem in promissis [p], ut Psal. 5. 9. & 31. 2. & alibi [q], quâ Deus *justus* appellatur dum facit quod sibi ipsi debet, i. e. dum præstat quod promisit [r]. q. d. Nihil frustrà aut temere promittis, non fallis eos qui in te confidunt †. [Arabs hæc verba conjungit cum præcedentibus, locúmque sic reddit, *Impiè egimus——in miserationes tuas.*] ¶ *A civitate tua*] i. e. Quam tu elegisti electione gratuitâ, quæ & immutabilis est [t]. ¶ *Et——patrum nostrorum*] Quorum peccata justè in nobis punire potes, juxta Exod. 20. 5. Non dicit, cum improbis illis Jer. 31. 29. *Patres comederunt*, &c †. ¶ *Et populus tuus in opprobrium*, &c.] Quod in tuum recidit opprobrium [v]. En, aiunt victores isti, populum qui se *populum Dei peculiarem* prædicat [x].

17. *Nunc ergò*] q. d. Tempus est benevolentiæ, finitis 70 annis [y]. ¶ *Et ostende*, &c. וְהָאֵר פָּנֶיךָ עַל־מִקְדָּשְׁךָ הַשָּׁמֵם] *Et illustra*, sive *illumina*, (vel, *lucere fac*, V. Calv. sic JT. Pi. *ostende*, ο'. sim. Ar. *serenam redde*, Sy. sic Ti.) *facies tuas super Sanctuarium tuum* (sub. *quod est*, P. JT. &c.) *desolatum*, Mo. P. &c. *Tuóque vultu collustra fanum tuum vastatum*, Ca. Benigno & pacato vultu respice. Nam quos odimus, obscuro & obducto, quos amamus, sereno & hilari, intuemur vultu. Vide Psal. 67. 2. & 119. 135 [z]. Quia Scriptura res adversas comparat tenebris; ideo Deus, in cujus favore nostra posita est felicitas, dicitur faciem suam abscondere, ubi nobis non succurrit, & rursus eam lucidam & conspicuam reddere, ubi signum aliquod favoris nobis dat [a]. Benignus aspice solum illud ubi stetit Templum [b]. ¶ *Propter*, &c. לְמַעַן אֲדֹנָי] *Propter Dominum*, M. P. Mo. Ti. JT. Pi. &c. *propter te*, ο'. Ar. V. G. &c. sim. Vulg. Fac hoc ut veritatem tuam ostendas [c]. Mutatio personæ [d]. Mos Hebræorum, nomina ponere vice pronominum *, vel antecedens loco relativi [f]; ut Gen. 1. 27. 1 Samuel. 3. 21. 2 Thes. 1. 8. 2 Tim. 1. 18 [g]. Sed in hac interpretatione duo desidero: 1. quòd figuratam interpretationem adhibent hîc, ubi propria, ex collatis Scripturæ locis, [adhiberi] potest & debet: 2. quòd non vident antecedens non poni relativi loco simpliciter & promiscuè [h], sed tantùm ubi relativum aut ambiguitatem aut obscuritatem pareret [i]; quam h. l. affixum ך prorsus tollit [k]. Adde quòd pluralitas Divinarum Personarum hoc pacto in S. S. exprimitur [l]. Nos ergò, cum Synodo Sardicensi, simpliciter hæc verba accipimus, *propter Dominum* [m], h. e. propter Messiam, sive Christum [n]. [Probatur,] 1. Quòd nomen *Domini* ipsi sæpe tribuitur, ut Psal. 110. 1. Joh. 20. 28. Apoc. 17. 14 [o]. Luc. 1. 43. & 2. 11 [p]. Dominus autem hic est respectu, 1. creationis, 2. redemptionis, 3. hæreditatis, 4. connubii [q]. 2. Quia nemo alius Judæis erat propter quem, vel cujus merito & dignitate freti, hæc postulare poterant [r]. Vide Joh. 14. 13. Eph. 3. 12. 1 Tim. 2. 5. Eadémque fuit in V. & N. T. salutis impetrandæ ratio, Act. 15. 11 †. Ità Psal. 80. 15, 16 *Visita surculum——* וְעַל בֵּן *idque propter filium*, &c [t]. (quem *filium hominis* vocat ibid. v. 18 [v].) quod Chald. sic reddit, *idque propter regem Messiam*. Nec est quòd Judæi id mirentur, cùm eadem Par. Chald. ad Psal. 72. v. 17. *Benedicentur in eo*, &c. reddit, *Benedicentur per justitiam ejus* (nempe Messiæ, ut apertè dixerat v. 1. *Constitutiones judicii tui da regi Messiæ*,) *omnes gentes* [x]. Sic 2 Sam. 7. 21. *Propter sermonem tuum*, i. e. Christum, qui *sermo* Patris dicitur Joh. 1. 1. Et 2 Sam. 12. 25. *Vocavit Jedidiam*, (id est, amatum Deo,) *propter Jehovam*, h. e. propter Christum, in quo & gratus fuit Deo Salomon, & typus æterni Regis Christi [y]. 3. Ut Deus propter seipsum liberet petit Daniel v. 19. quî ergò jam v. 17. factum putaretur [z]?

18. *Vide desolationem*, &c.] Vel, *desolationes* (vel, *ruinas*, V. Sy. *calamitates*, Ca.) *nostras*, P. M. Mo. &c. i. e. Respice ædes nostras desolatas [a]. ¶ *Super quam invocatum est nomen tuum*] Ità M. P. Calv. i. e. In qua erat Templum, ubi nomen tuum invocabatur [b]. Vel, *quæ vocata est de nomine tuo*, JT. Pi. sic V. G. sic & Jer. 25. 29 [c]. h. e. urbs tua [d], vel, urbs Domini, sive Dei *; ut vocatur Jerosolyma Psal. 48. 2, 9. & 101, 8 [f]. Confer Esa. 4. 1 [g]. ¶ *Neque*, &c. כִּי לֹא עַל וגו׳] *Non enim in justitiis nostris* (vel, *propter ullam justitiam nostram*, JT. Pi. *propter justitias nostras*, V. Calv. i. e. freti justitiis nostris [h],) *nos prosternimus preces nostras coram te*, vel *in conspectu tuo*, P. M. Pi. sim. Calv. Mo. (vel, *nos procidentes deprecamur te*, JT.) *sed in miserationibus tuis multis*, P. vel, *propter misericordias*, &c. V. q. d. Non dicimus nos fuisse innocentes; non negamus nos pœnam hanc promeritos; non defensione utimur, sed deprecatione, ut apud patrem: ignosce: si unquam posthac [i]. Opponit Daniel merita hominum & misericordiam Dei, ut satis declaret hæc simul esse non posse, nec magis conjungi posse quàm aquam cum igne [k].

19. *Exaudi, ——placare*, &c.] Copia orantis erumpens affectu [l]. Mirus hîc & v. præc. fervor & vehementia, quasi extra se esset, &c [m]. ¶ *Nè moreris*] Nè proroges tempus captivitatis nostræ, quamvìs id peccata nostra mereantur [n]. Indicat 70 annos jam fuisse transactos [o]: ideóque Deum in speciem abjecisse populum suum. Durissima erat hæc tentatio, cum qua tamen luctatur, cámque superat [p]. ¶ *Propter temetipsum*] Sæpe eadem repetit, ut fieri solet in affectu vehementi [q]. Sicut v. 17. rogavit *propter Dominum*, nempe Messiam, ità hîc, propter se, vel propriam sanctitatis, benignitatis veritatísque suæ gloriam [r].

20. *Cúmque adhuc loquerer, & orarem*] Sic M. JT. Pi. &c. [*Loquendi* verbum indicat,] vel, 1. Danielem non solo affectu, sive apud se, precatum esse, sed etiam ore & linguâ; vel, quia zelus eum rapuit; vel, quia, ut sumus tardi, lingua adjuvabat animum †: vel, 2. precationem esse colloquium cum Deo [t]. Ostendit, gratiam Dei semper fore paratam & expositam omnibus miseris qui ad eam confugiunt. Neque enim singulare exemplum hîc refert, sed preces nunquam vanas fore pronunciat [v]. Indicat responsum sibi datum antequam orationem suam absolvisset, juxta promissiones Dei Lev. 26. 40, &c. Deut. 30. 1, &c. Esa. 30. 19. & 65. 24 [x]. ¶ *Et confiterer peccata mea, & peccata populi mei*] Piorum est, culpas suas, quamvìs ex ignorantia aut per subreptionem admissas, apud Deum non dissimulare. In exsilio talis confessio erat vice victimarum expiantium [y]. Locus hic insignis est. Nè quis putet Danielem non de omnibus loqui, sed de multis solummodo, synecdoche quadam, ac propterea se, ut Prophetam & justum, excepisse, fatetur se quoque peccatorem esse, & se promeritum captivitatem. Neque verò obliquâ figurâ, ut fieri solet, se turbæ permiscet, sed seorsum reatum fatetur, & supplex veniam petit. Observetur etiam ordo: priùs sensu peccatorum suorum tactus est quàm populi sui [z].

21. *Vir Gabriel*] Angelus ille rerum magnarum nuncius [a], idem qui missus est ad Zachariam, Luc. c. 1. v. 11, 19. & ad Mariam, Luc. 1. 26: qui *vir* dictus [b], à virili specie [c]. ¶ *Quem videram in visione à principio*] Jam antè Dan. 8. 16 [d]. ubi primam visionem mihi explicavit *. ¶ *Citò*, &c. מֻעָף בִּיעָף] *Volans* (vel, *jussus advolare*, JT. *volare factus*, Pi.) *in*, vel *cum*, *lassitudine*, Mo. &c. à יָעַף, *deficere*, *lassari* [f]; quomodo properantes exsequens mandatum, anhelans & laborante spiritu perfert jussa ad alium [g]. [Ut enim hominis speciem assumpsit, ità & alia hominis accidentia, inter quæ & lassitudinem, præ se ferre potuit.] Vel, *volatu*, P. ab עוּף, *volare*; & ' in בִּיעָף redundat [h]. Vel, *promptus*, M. *contentissimè*, JT. Pi. *celerrimè*, Ti. sim. V. Indicat illum in humana forma alas habuisse [i]. Celeritas ministerii significatur, ut in alis Cherubinorum & Seraphinorum [k]. Adjectivum יָעֵף occurrit Esa. 40. 29. sed hæc forma substantivi יְעָף alibi non exstat; reduci potest

teſt vel ad formam τῷ יְקָר *honor*, vel (ut ſit à עוף *volare*) τῷ יְקוּם *ſubſtantia*, à קום *ſtare*. Imò verba habentia primam radicalem י & ſecundam ו quandoque invicem mutant ſignificatum: ut טוב & יָטַב *bonum eſſe*; יצק & צוק, *fundere*. Ità hîc eſſet, *volare factus eum volatu*, h. e. citò. Ità, *gaudere gaudio, tremore tremere*, &c. eſt, vehementer gaudere, vel tremere [l]. ¶ *In*, &c. [כְּעֵת וגו] *Juxta* (vel, *circa*, Ti. Pi. ſic V. vel, *ſub*, JT.) *tempus oblationis* (vel, *muneris*, Mo. JT. Pi.) *veſpertinæ*, M. hoc eſt, horâ nonâ [m]; quæ, ſicut olim, ſtante Templo, ſacrificiis [n], ità etiam tunc orationibus, erat dicata [o]. Vide hîc affectum Prophetæ, qui ſc. de his rebus quæ jamdiu abolita fuerant cogitat, & de iis perinde loquitur acſi eſſent in uſu [p]. Toto illo tempore [captivitatis] non eſt oblitus cultûs Divini & ceremoniarum, &c. Notandum porrò ſub hoc tempus contigiſſe illa miracula, Eliæ, 1 Reg. 18. 36. & Eliſæi, 2 Reg. 3. 16, &c [q], ut indè diſcamus quanti ſit faciendus cultus Dei, & quanto cum zelo ad publicas Eccleſiæ preces temporibus ad illas deſtinatis convolandum, ut vota noſtra cum eis conjungamus [r]. Fortè etiam hoc tempus delectum eſt, quia circa veſperam peragenda erat ſuo tempore oblatio Meſſiæ in cruce, de qua ſequetur †.

22. *Et*, &c. [וַיָּבֶן] *Et docuit*, Ti. Pi. ſubaud. *me*, Pi. Doctor mihi datus [t]. ¶ *Egreſſus ſum*] Sub. *à conſpectu Dei*, V. ¶ *Ut docerem te*] Nempe, quid futurum ſit de urbe illa quam tantum diligis [v]; vel, de reædificatione Jeroſolymæ [x]: ut doceam te myſteria & ſecreta [y].

23. *Ab exordio precum*, &c.] Simulatque precari cœpiſti [z]. Sciebat Daniel conſilium Dei, nec tamen deſtitit à precando, nec irritæ erant ipſius preces [a]. ¶ *Egreſſus eſt* (vel, *prodiit*, JT.) *ſermo*] Sim. Mo. P. Pi. &c. ſub. *à Deo*, V. ſim. Pi. q. d. Deus præcepit mihi ut indicarem tibi myſteria magna [b]. Decretum eſt à Deo legatio, ut docereris, &c [c]. Quod antè fuerat decretum jam prodit in publicum; ut Principum edicta exire dicuntur, ubi paſſim vulgantur [d]. Promulgatio decreti Divini de futuro Eccleſiæ ſtatu facta eſt in cœlo ſtatim ac Daniel precari cœpiſſet *. *Editum eſt mandatum illud*, Ca. [Ti. hoc cum præced. ſic reddit, *Cæterùm ab initio ſtatim preces tuæ ratæ fuerunt.*] ¶ *Veni ut indicarem tibi*] Heb. *ad indicandum*, Mo. ſub. *tibi illud*, V. nempe ea quæ ad urbem pertinent [f]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי חֲמוּדוֹת אָתָּה] *Quia* (ſubaud. *vir*, P. M. ex He. o'. Pi. &c.) *deſideriorum* (vel, *reputationum*, ſeu *exiſtimationum*, vel, *reputatus*, i. e. homo magnæ reputationis in oculis Dei [g]: vel, *rerum expetendarum*, ſive *expetibilium*, h. e. teneris juſto deſiderio [h]: vel, *deſideratiſſimus*, JT. Pi.) *tu*, Mo. vel, *tu es*, P. M. Sic & infrà 10. 11 [i]. Hebraiſmus, qu. d. Tu es Deo gratiſſimus & chariſſimus [k]. Sic, *cibus deſideriorum*, i. e. delicatus, Dan. 10. 3. *juvenes deſiderii*, Ezec. c. 23. v. 6, 12. *vineæ deſiderii*, Amoſ. 5. 11 [l]. Alii activè accipiunt *deſideria*, quòd Daniel ferveret ingenti zelo. Sed illud coactum eſt, & præter uſum linguæ [m]. Hoc loquendi genus modò activè, modò paſſivè, exponitur. Symmachus hîc benè vertit, ἀνὴρ ἐπιθυμητὸς, (*O vir deſiderabilis*.) Ità vocatur Daniel pari ſenſu quo Maria κεχαριτωμένη, Luc. 1. v. 28 [n]. [Alii verba ſic reddunt;] *Quia rerum expetendarum cupidus es*, Ti. *Quoniam jucundus es*, Ca. *Cùm ſis cupidus*, Sy. ¶ *Animadverte* (vel, *intellige*, Mo. P. Pi. Calv. vel, *adverte*, M. *Itaque attende*, Ca. *Utque cognoſcas*, Ti.) *ſermonem*] Vel, *ipſum verbum*, JT. Pi. vel, *in verbo*, Mo. Ti. ſic Calv. vel, *rei*, Ca. vel, *negotium hoc*, Pi. Attende iis quæ dicam [o], de hac viſione [p]. ¶ *Et intellige viſionem*] Vel, *in viſione*, Calv. &c. vel, *ut intelligas prophetiam*. Nam ut Prophetæ *Videntes*, ità omne prophetiæ genus, quocunque modo homini innoteſcat, *viſio* dicitur [q].

24. *Septuaginta hebdomades*] Ità Mo. P. &c. Hebdomades quibus Scriptura utitur non ſunt unius generis [r]. 1. Sunt hebdomades dierum †; ſicut Levit. 23. 15, 16 [t]. Exod. 34. 22. Deut. 16. 9, 10, 16. Dan. 10. 2, 3 [v]. 2. Sunt hebdomades annorum, ut ſeptem anni in ſingulas hebdomadas computentur [x]; die pro anno computato, more Prophetico, Ezec. 4. 6 [y]. His alii addunt, & h. l. intelligi volunt, hebdomadas decenniorum, ut quæque hebdomada conſtet 70 annis, & 70

[l] Gej. [m] G. Jun. Pol. [n] G. ſim. Pi. [o] G. [p] Calv. [q] Pol. Gej. [r] Pol. † Gej. [t] Calv. [v] G. [x] Pi. [y] V. [z] G. [a] Calv. [b] V. [c] Mald. [d] Calv. * Pol. [f] G. [g] M. [h] Q. in M. [i] G. [k] V. ſim. Calv. Pol. Gej. &c. [l] Gej. [m] Calv. [n] G. [o] G. ſim. V. [p] V. [q] G. [r] Helv. de 70 hebd. Dan. in append. Crit. † Helv. Gej. &c. [t] Pol. [v] Gej. [x] Helv. ib. [y] Derod. contra antheſ. tract. 2. c. 1.

hæ hebdomades contineant 4900 annos, ut vult Orig. & ferè Euſeb. Alii addunt hebdomades jubilæorum, ſive 50 annorum; alii verò, hebdomades centenariorum [z]. Sed nuſquam in S. S. vox *hebdomadis* ponitur pro ſeptenario ſive decenniorum, ſive jubilæorum, ſive centenariorum [a], ſed tantùm pro ſeptenario vel dierum, vel annorum [b]; ut ſatis appareat illas hebdomadas confictas eſſe [c]. Id quod ex eo conſtat, quòd hoc pacto hebdomadæ nimis extenſæ forent [d], & nondum completæ, ſed etiamnum de iis reſtarent tria ferè annorum millia *: quod prorſus contrarium eſt eventibus hîc prænunciatis, devaſtationi Templi, abrogationi ſacrificiorum, &c [f]. quæ cuncta jamdudum impleta ſunt [g]. Porrò, hebdomades dierum hoc loco non intelligi patet, quia 70 tales ſeptimanæ nimis anguſtæ forent [h], nec ſeſquiannum efficerent; quod minimè congrueret tam illuſtri vaticinio, nedum ejus complemento [k]. Intra hoc ſpatium nihil contigit eorum quæ prædixit Angelus. Jeroſolyma ſeptem hebdomadibus ædificabatur, v. 25. non certè hebdomadibus dierum, quod fieri non potuit; nec factum eſt niſi plurimorum annorum decurſu, ut hiſtoria Sacra teſtatur [l]. Hebdomadæ ergò annorum h. l. intelligendæ ſunt [m]. [Quod non uno modo probant.] 1. Ita mos erat loquendi, & manet apud Thalmudicos [n]. Stylus hic erat ordinarius Prophetarum: vide Ezec. cap. 4. Apoc. 12. 6. & 13. 5 [o]. [2. Ità alibi ſumitur vox *hebdomade*:] ut Gen. 29. 27. *Imple hebdomadam ejus*, nempe ſeptem annos [p]. Sic etiam Levit. 25. 8. *Numera ſeptem ſabbata*, ſive *hebdomadas*, *annorum*, nempe ſepties ſeptem annos [q]. Nuſquam in Daniele, vel (quod ſciam) in alio quovis Prophetarum, ubi tempora rerum prædicuntur, *dies* aliter quàm pro annis accipiuntur. Quum enim Angelus in Daniele *dies* intelligit, eos non ſic vocat, ſed *veſpero-matutina*, Dan. 8. 14 †. 3. Ubi de dierum hebdomade agitur, ſolet adjici *dierum* nomen; ut Ezec. 45. 21. & Dan. 10. 2, 3 [r]. 4. Concedunt hoc & Judæi †. [5. Similiter loquuntur profani ſcriptores.] Ariſtot. Polit. libro 7. in fine, Οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, *Hi enim per hebdomadas* [non certè *dierum*, quod nemo unquam fecit, ſed *annorum*, ut non paucis mos eſt,] *dividunt*, ſive *diſtribuunt*, *ætates* [t] [hominum.] Item Marcus Varro, authore Gellio, 3. 10. in primo librorum ejus qui inſcribuntur Hebdomades, ſcribit, *ſe jam undecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe* [v]. Septuaginta porrò hebdomades annorum efficiunt annos 490 [x]. Quòd autem 7 ſeptimanæ annales tantùm efficiant annos 49, (& conſequenter 70 ſeptimanæ annos 490,) conſtat ex Levit. 25. 8, 9, 10. Sabbatiſmorum autem & jubilæorum, valde aliàs controverſorum, hanc breviter ſtatuo rationem: quòd, ſicuti Deut. 16. 9. exactis plenè (à tempore meſſis) 7 ſeptimanis dierum, (ſeu poſt 49 dies,) ſequens demum quinquageſimus dies jubetur celebrari feſto Pentecoſtes; & tamen totum illud ſpatium 7 ſeptimanarum tantùm continet 49 dies: ità quoque exactis plenè (à tempore diviſæ terræ Canaan, duce Joſuâ,) 7 ſeptimanis annorum, (ſeu poſt 49 demum annos,) ſubſequens annus quinquageſimus jubetur celebrari feſto jubilæi; & tamen totum ſpatium cujuſlibet jobel tantùm continet 49 annos; quia ſcilicet quilibet quinquageſimus annus, tanquam finis ſeu ultimus præcedentium annorum 49 excluſivè, ſimul fuit primus ſeu initium ſequentium annorum 49 incluſivè. Et ſic ſeptimus quiſque annus ſemper manſit ſabbaticus: ultimus verò ſeptenus ſabbaticus (qui ſemper ſic fuit annus quadrageſimus nonus) non fuit ipſe jubilæus, ſed immediatè ſubjunctum demum habuit jubilæum, qui ſimul primus fuit ſequentis jobel, ſeu ſpatii 49 annorum. Alii quinquageſimum annum ità conſtituunt jubilæum, ut ſequens annus quinquageſimus primus demum ordiatur ſequens jobel; quod hoc pacto excurreret in annum centeſimum completum, & cuilibet etiam jobel pareret 50 annos completos, & ſic tandem 500 pro 490. Sed hoc refellit immota radix ſeptenorum Sabbatiſmorum, quæ ſic planè turbaretur, nec jubilæus ſecundus immediatè ſequi potuiſſet ſabbaticum ſuum ſeptenum, (quod omnino debebat ex Levit.

[z] Q. in Per. in Dan. l. 10. p. 553. [a] Per. ib. 559. [b] Per. p. 718. [c] Per. p. 559. [d] Gej. * Per. [f] Gej. ſim. Per. [g] Per. [h] Gej. [k] Waſm in vind Scripturæ Hebrææ, p. 2. c. 1. pag. 242. ſim. Gej. [l] Pol. [m] M. V. G. Pi. P. T. Jun. Wil. Gej. Hulſ. Per. Calv. L. &c. [n] L. [o] Derod. ib. [p] Livel. in chronol. Perſ. mon. p. 157. [q] Wil. ex Jun. & Pol. &c. † Med. in reliq. in Apoc. c. 10. p. 744. [r] G. † Calv. Hulſ. Pol. &c. [t] Livel. ib. [v] Sar. [x] V. ſim. Pol. Calv. &c.

vit. 25. 9, 10.) sed incidisset in secundum ab isto annum intersabbaticum; pariterque jubilæus tertius post septenum suum sabbaticum incidisset in tertium annum intersabbaticum, & quartus in quartum, &c. & sic paulatim jubilæus vagatus esset per singulos annos intersabbaticos: quod est contra Mosen, [Levit. 25. 9,10.] ubi immediatus semper nexus ultimi (septeni) sabbatici cum insequenti jubilæo requiritur [y]. [Alii paulò aliter.] Annus jubilæi, licèt revera sit quadragesimus nonus, dicitur tamen *quinquagesimus* Levit. 25. 10. inclusivè, connumerato anno postremo præcedentis jubilæi [z], sive in complexu tantùm cum [anno] præcedente [a]: sic autem dicitur, ut vulgò [nempe Germanicè] septimana *octiduum* dici solet; & Olympias *quinquennium* [b], in Ovid.——*quinquennis Olympias acta est*, cùm Olympias quatuor tantùm annorum fuerit; & ut annus intermissionis dicitur esse *à fine septem annorum*, Deut. c. 31. v. 10. Hoc etiam præter calculum chronologicum evincitur ex accuratissima proportione inter has hebdomades. Nam perpetuâ proportione sibi respondent hebdomas dierum, hebdomas annorum, & hebdomas Semitarum, [h. e. annorum *intermissionis*, quæ Heb. שְׁמִטָּה dicitur, Deut. 31. 10.] Sicut ergò dies septimus est ipsum Sabbatum, non octavus; ità etiam annus septimus est Semita, & annus 49. est jubilæus. Harum hebdomadarum serie veluti annulis quibusdam cohæret artificiosissima methodus temporum, periodus tum Judaica, à R. Hillel Hannasi constructa, tum Juliana, à Scaligero excogitata. Sentiunt enim Judæi Æram mundi constare ex perpetuis sabbatariis & jubilæis. Hanc hypothesin Scaliger passim confirmat in scriptis suis [c]. Et hi quidem [nempe Scaliger, Petavius, Calvisius, Cunæus, Helvicus, &c. ut eos recenset Autor,] rectè quidem statuunt jobel tantùm complecti 49 annos; verùm in eo errant, quòd putent ipsum septenum annum sabbaticum simul fuisse jubilæum, seu jubilæum incidisse in ipsum ultimum annum sabbaticum illorum 49 annorum. Sed obstat textus Levit. 25. 10. ubi, exacto priùs numero 49 annorum, jubentur *sanctificare annum* (non, *quadragesimum nonum*, ut ex illa sententia oportuisset, sed) *quinquagesimum*, ut bis dicit [d]. Qu. Cur Angelus, dum *septuaginta hebdomades* dicit, non addit, *annorum*, ut meliùs intelligeretur? Resp. Consultò loquitur obscurè, ut servet morem Prophetarum*. Qu. Cur neque annos, neque menses, neque dies, numerat, sed hebdomadas annorum? Resp. Quia volebat conferre gratiam Dei cum judicio, vel, 70 has hebdomadas annorum cum 70 annis quibus Judæi pœnam pertulerant: qu. d. Tenebræ vobis incubuerunt per 70 annos, sed Deus prosequetur nunc in septuplum gratiam suam erga vos: adest gratiæ tempus, illuxit dies redemptionis, qui continuo tenore, quamvis inter nebulas, lucebit, usque ad annos 490, h. e. usque ad Christi adventum [f]. Quia libertas illa à captivitate Bab. Judæis concessa typus erat libertatis sempiternæ à Satana & à peccatis per Messiam comparandæ, voluit Angelus hoc numero annorum Judæos admonere perfectissimi illius jubilæi in quo Christus exhiberetur [g]. [Quærendum hîc videri possit, quò referantur, ubi incipiant, & desinant, hi 490 anni. Sed commodior de his dicendi locus erit quum verba sacri textûs penitiùs enucleaverimus. Pergamus ergò ad reliqua hujus loci verba & commata.] ¶ *Abbreviatæ sunt*] Hæc versio Hieronymo longè antiquior est, nam Tertul. sic legit [h]. Orta videtur ex versione οἱ. συνἐτμήθησαν, hoc est, *concisæ, & in unam brevémque summam contractæ, sunt* [i]; ut significent, res numero multas & pondere graves h. l. quasi coangustari [k]. Vel, sensus est, q. d. Paucæ septimanæ sunt usque ad Christum, cùm Deus longè plures potuisset statuere [l]. συντέμνω propriè sign. *concido*, & *præcido*, i. e. contraho; & συντομώτατον εἰπεῖν est, *strictim & summatim dicere*; & λόγος σύντομος Græcis est oratio concisa [m]. [Alii Vulgatam versionem aliter explicant.] *Abbreviatæ* dicuntur hæ hebdomades, quia non de annis solaribus loquitur, sed de lunaribus; annus autem lunaris est 11 diebus minor solari [n]. [Aliis hoc non placet.] 1. Anni lunares aut rarò aut nunquam in usu erant apud Hebræos [o], nec uspiam in S. S. in descriptione

y Wasm. ib. p. 243.
z Helv. ib.
a Q. in Wasm.
b Q. in Wasm. Helv.
c Helv. ib.
d Wasm. ib.
* Per.
f Calv.
g Pol. sin. Gej.
h Per.
i Helv. Gej.
k Helv. de 70 hebd. num. 26.
l Gej. ex La.
m Helv. ib.
n Per. ex Afric. & Theod. & Bed. &c.
o Sin. sin. Wil. ex Li. Per.

temporum usurpantur: quod nos ultro concedemus [p]. Hebræi menses Lunâ, annos autem Sole, metiebantur: ut facilè probatur ex festo azymorum, quod celebratum semper erat mense primo à die 14. ad diem 21. & tempore messis hordeaceæ, Levit. 23. 6, &c. Quod fieri non poterat nisi secundùm cursum Solis [q]. Alioquin illud festum quotannis celebrâssent Judæi 11 diebus citiùs quàm præcedente anno factum, adeóque quolibet tandem anni mense illud peregissent [r]. 2. Daniel initio hujus capitis memorat 70 captivitatis annos, non certè lunares, sed solares, ut omnes accipiunt: ut mirum sit si in eodem hoc capite, de 70 hebdomadibus annorum loquens, aliud annorum genus intelligeret †. 3. Si anni hîc intelligerentur lunares, numerum tamen dictum non implent: nam 490 anni Lunæ efficiunt tantùm 475 Solis annos [t]. Frustrà ergò sunt qui huic versioni mordicus adhærent [v]. [Alii vocem hanc aliter reddunt.] ¶ נֶחְתַּךְ] *Finitæ*, vel *terminatæ, sunt*, Calv. *definitæ* (vel, *præfinitæ*, Ar. Ti. *decisæ*, Mo. *decisæ*, JT. Pi. *determinatæ*, M. Helv. *destinatæ*, Ca. *præcisæ*, i. e. præcisè definitæ [x], vel præfixæ [y],) *sunt*, V. G. Iis exactis non ultrà erit populus, i. e. πολιτεία Judaica, quam tu fortè hactenus sperâsti fore sempiternam [z]. Vox נֶחְתַּךְ in S. S. alibi non occurrit [a], nec ulla alia vox à חָתַךְ deducta. In usu tamen est apud Chald. & valet, *scindere, decidere, incidere, excidere*; ut in Esther. *Juxta edictum oris ejus* מִתַּחְתְּכִין *decisa erant negotia regni* [b]. חתך Rabbinis idem est quod גזר [c]: hoc autem, adeóque & illud apud RR. duo significat; 1. *secare*, seu *findere*; 2. ψηφίζειν, *decernere*, vel *determinare* [d]. Vox hæc ex usu forensi petita est. In Judæorum enim legalibus libris, sicut & commentariis, usitata est, & sign. *decidere*, q. d. in partes secare, sive dividere. Hinc, sicuti & Latinum *decido*, ad animi verborúmque decreta transfertur*. Similiter 1 Reg. 20. 40. *Sic erit judicium tuum*, חָרַצְתָּ, *tu excidisti*, h. e. determinâsti: & Est. 2. 1. ——*& quod excisum fuit super eam*, i. e. decretum ut illi infligeretur. Sic Cicero Verrin. 4. *Res ad eum defertur, istiúsque more deciditur* [f]. נֶחְתַּךְ *determinatæ*, propriè *decisæ*, quasi sensus talis esset, q. d. Quamvis non planè cessabit vestra sub gentibus captivitas ante finitam illam Regnorum successionem quam modò prædixi; Deus tamen, ut promissionem suum compleat de Messia, ex longo illo tempore veluti *excidet* certum quoddam spatium, quo, captivitate illâ interruptâ, urbs & respublica sacra instaurabuntur, & usque ad finem 70 hebdomadum durabunt [g]. Notanda porrò hîc est syntaxis sive constructio irregularis, 70 *hebdomadæ decisa est*; singulare pro plurali ponitur per enallagen [h]: sicut Gen. 35. 26. &c [i]. Sic Gen. 49. 22. *Filiæ incessit*, &c. i. e. multæ filiæ incesserunt [k]. Id quod hîc non caret emphasi [l]; q. d. *Unaquæque septimana est præcisa*: hoc est, Non solùm in genere definiti sunt 490 anni novæ politiæ Judaicæ, sed etiam in specie est decretum quid singulis septimanis sit eventurum; ut, quòd instaurabuntur Templum, urbs, cultus Divinus; quòd Messias nascetur, patietur, &c [m]: adeò ut universæ hæ septimanæ apud Deum providissimum rationem videantur habere unius septimanæ, quomodo aliàs apud Deum diei unius rationem habent mille anni, Psal. 90. 4 [n]. ¶ *Super*, &c. עַל־עַמְּךָ וגו׳] *Populo tuo*, &c. Ti. *super* (vel, *erga*, vel *contra*; nam hæc omnia τὸ עַל significat; sicut & objectum denotat, ac valet, *de* [o]:) *populum tuum, & super urbem sanctam tuam*, P. JT. Gej. Calv. &c. τὸ *super* hîc oppressionem notat, & totale populi excidium denotat [p]. Qu. Cur dicit, *tuum*? Resp. 1. Emphaticè [q]; ut Exod. 32. 7 [r]: q. d. *tuum*, non meum, sive Dei, populum, ob scelera, tum præterita ac præsentia, tum præcipuè futura in occidendo Messia, &c*. [Aliis autem hoc non placet:] quia Deus jam iram remiserat, novámque pollicetur gratiam [r], & Danielem aliósque pios h. l. solari voluit [v]. 2. *Tuum*, sanguine [x], Legis, ac Religionis communione [y]; ut Ruth 1. v. 10, 15 [z]. 3. *Tuum*, præsertim studio & amore [a]; tibi adeò amatum [b]; de quo nimirum adeò solicitus fuisti [c]. ¶ *Ut*, &c. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְחָתֵם חַטָּאוֹת וּלְכַפֵּר עָוֹן] *Ad consumendum* (vel, *Ad consummandum*, Ti. Ca. *Ut aboleantur*, Sy. *Ad finiendum*, P. *Ad cessare faciendam*, V. *Ut finem suum accipiat*, G. *Cohibendo*, JT. *Ad cohibendum*, Pi. Gej.

p Per. p. 566.
q Livel. p. 189.
r Wil. ex L.
† Livel. p. 191.
t Livel. p. 186.
v Idem, p. 184.
x Jun.
y V.
z G.
a Gej. sic Helv. n. 24.
b Gej.
c Helv. ex K. & RS. & AE. &c.
d Helv. ib. n. 25.
* Grasser. exerc. 2. p. 100.
f Livel. p. 186.
g Med. de hebd. Dan.
h Helv. sic Sin. Gej.
i Gej. ex Glas.
k Helv.
l Helv. sic Gej.
m Helv.
n Gej.
o Helv. n. 35.
p Q. in Wil.
q Per.
r Per. sin. Gej.
* Per. ex Th. & Hi. & Tertul.
r Sin.
v Calv.
x Per. sin.
y Liv.
z Per.
a Liv.
b Per.
c G. Calv.

Pi. Gej. *Ad claudendum*, Calv.) *prævaricationem*, Mo. sim. ο'. Ar. (vel, *peccatum*, Ca. *scelus*, Ti. Calv. *scelera*, M. Sy. vel, *pœna*; nam *pœnas* פֶּשַׁע & similibus vocabulis appellare frequens Hebræis [d]: vel, *defectionem*, sive *transgressionem*, *illam*, JT. Pi. nempe primorum parentum, cujus vis est, ut per eam introirent in mundum peccatum & mors, Rom. 5. 12. Quam vim cohiberi opus erat, &c †.) *& ad sigillandum*, sive *obsignandum*, (vel, *obsignando*, JT. vel, *ad signandum*, M. *ad consummandum*, sub. *à Deo*, V. vel, *ad consumendum*, P. vel, *& deleantur*, Ar. *& consumantur*, Sy. *ut obsignet*, i. e. obtegat, ne in conspectum Dei veniant [f]: vel, *& perficiendum*, Ti.) *peccata*, Mo. M. JT. Pi. &c. (vel, *peccatum*, P. Calv. G. i. e. pœnam peccatorum. *Quæ completa sunt obsignari solent*: ità Cicer. 2. de Divinatione [g].) *& ad expiandum* (vel, *expiando*, JT. *ad ignoscendum*, Ca. *& deleantur*, ο'. Ar. *ut remittatur*, Sy. *& luatur*, plenissimè scilicet. τὸ כַּפֵּר Hebræis sic poni solet quomodo *piare* apud Latinos, — *& culpam miserorum morte piabunt*, i. e. lui facient. Sic dicunt Hebræi, *Sit mors ejus* כַּפָּרָה *expiatio pro eo* [h].) *iniquitatem*, Mo. P. M. Ti. Calv. &c. vel, *culpam*, Ca. vel, *iniquitas*, Sy. G. *iniquitates*, ο'. Ar. Angelus h. l. primùm morbum nostrum describit, deinde medendi modum. Prior tribus vocibus exprimitur, עָוֺן, חַטָּאָה, פֶּשַׁע [i]. Tot verba accumulat, ut significet universa peccata per Messiæ gratiam exterminanda fore. Sed discrimen observant in vocibus [k]. 1. פֶּשַׁע est, *contumacia & rebellio* [l], ut patet ex 1 Reg. 12. 19. & 2 Reg. 1. 1 [m]: est transgressio proterva & habitualis *: est gravior à Deo defectio, eáque malitiosa, pertinax, horrenda, ut constat Dan. 8. 12, 13 [n]. ο'. reddunt per ἀμαρτίαν, alii per παράπτωμα· sed Aquila rectiùs, ἀθεσίαν, quod pactorum violationem denotat. Non incommodè h. l. exponi potest de illa παρακοῇ Rom. 5. 19. Nam primi parentes peccârunt per superbiam & contumaciam, &c [o]. 2. חַטָּאָה est omnium vocum generalissima [p], & omnis generis delicta denotat [q]; & præcipuè leviora [r]. 3. עָוֺן, à עָוָה *curvavit*, *pervertit*, Job. 33. 27. Psal. 38. 7. propriè est, *curvitas*, vel *obliquitas*, quæ in omni peccato deprehenditur; est ἀνομία, sive dissonantia ab exactissima regula, h. e. Lege Dei †. Significat, 1. omnem illam ἀνομίαν ex qua præcedentes enormitates, tanquam illius effecta, procedunt [t]; peccatum scilicet originis [v]: 2. peccati culpam & reatum, ut 1 Sam. 20. 8. Ezec. 18. 20. &c [x]: 3. (& præcipuè [y],) peccati pœnam [z], ut in Levit. 26. 41 [a]. [Atque hæc de morbo: sequitur medendi modus.] Curandi ratio tribus similiter verbis describitur, gradatim: v. g. τῷ פֶּשַׁע, h. e. summæ nequitiæ, opponit τὸ לְכַלֵּא, quod fortioris restrictionis significationem habet; & sic deinceps [b]. [Quærendum autem hîc inprimis de præfixo לְ:] quod significat tum, 1. terminum à quo, ut Gen. 6. 18. [potiùs, Jud. 19. 30.] לְמִיּוֹם; Num. 31. 13. לְמַחֲנֶה; Hos. 2. 21. [potiùs, Gen. 7. 20.] מִלְמַעְלָה: tum, 2. terminum ad quem, & causam finalem, ut passim sumitur, & plerique hîc reddunt; ut hæc sit hujus loci analysis, *LXX hebdomades sunt determinatæ*. Cui bono? Nimirum ut intra illas politia Judæorum restauretur, nascatur Messias, & satisfaciat, &c. Tum, 3. τὸ μεταξὺ, & id quod intra illos terminos accidit; atque ità hîc accipiendum videtur [c]. τὸ לְ hîc, ut propriè & usitatè sumitur, vertendum, *ut*, & designat causam finalem sive finem propter quem hæc temporis periodus decreta sit, in quo etiam præcisè finiri debuerit [d]. [Sed jam veniendum ad voces quibus remedium denotatur.] 1. לְכַלֵּא, quod variè reddunt; ο'. συντελεσθῆναι, Aq. τελέσαι. Utrisque imposuit affinitas literarum ה & א, nam כָּלָה sign. *perficere*: quanquam consultò Græci videntur usi voce suâ τελέσαι, quâ ritus purgandi se & expiandi à vitiorum inquinamentis apud Athenienses denotatur; nam τέλος *mysterium* Græcis denotat; & τελεῖν, *initiare mysteriis*: & ἀτελεστος Luciano idem est quod ἀμύητος, h. e. *initiatio* †. Judæi vertunt, *Ut perficiatur*, vel, *ut consummetur*, vel *ad summum perducatur*; quasi scriptum esset לְכַלּוֹת, à כָּלָה *absolvere*, vel *perficere*; nam literæ אהוי [f] facilè inter se permutantur [g]. Quibus duo favent: 1. quòd Angelus in sequenti etiam voce חתם scripturæ & lectionis ambiguitatem affectare videtur [h]: 2. quòd כָּלָא in Piel nusquam occurrat in Sacris, sed solùm in Kal & in Niphal [i]; verùm כָּלָה crebriùs adhibetur, ut Gen. 18. 33. & 41. 30. &c. Hanc porrò versionem alii sequuntur, vocem sic reddentes, Syrus, *ad consummandum*; Arabs, *ut absumantur* [k]; Vulg. & M. *consummare*; Vat. *ad finiendum* [l]. Hanc autem prævaricationis consummationem variè exponunt. Vel, 1. de cessatione peccatorum in Judæis, qui, longâ captivitate domiti, peccare desinent [m]. Cui repugnat, 1. quòd hæc cessatio post 70 has hebdomadas futura erat [n]: 2. quòd Judæi post captivitatem Babylonicam graviùs peccârunt, ideóque duriùs & diutiùs puniti sunt [o]. Vel, 2. de luitione scelerum plenaria per captivitatem Romanam, &c [p]. Vel, 3. de abrogatione peccati quoad reatum & damnationem [q]. Alii [לְכַלֵּא] vertunt, παλαιωθῆναι, *ut antiquaretur*; ità Theodor. in Nobilio; tanquam à בָּלָה *inveteratus fuit* [r]. Alii rectiùs vertunt, *ad cohibendum*, Jun. vel, ut Luther. *ad reprimendum*, sive *coercendum* †. כָּלָא sign. *cohibere*, vel *inhibere*, *claudere*, vel *recludere* [t], aut, *aliquò in carcerem retrudere* [v]. Vide Gen. 8. 2. 1 Sam. 25. 33. Psal. 119. 101. Coh. 8. 8. Ità prævaricatio confertur monstro alicui horrendo ac sævienti, quod à Messia cohibendum erat, nè homines tam culpis quàm pœnis pessundet, &c [x]. Hoc autem præstat Christus, tum, 1. maledictionem Legis auferendo, per quam peccatum dominatur [y]: tum, 2. per Spiritum sanctificantem, quem Christus mittit [z]. [Hæc de primo verbo: sequitur secundum, לְחָתֵם.] Quod irregulariter punctatur [a], vel, 1. pro לְחַתֵּם: sed ח interdum, more gutturalium, respuit Dages in Piel; ut in הֵתֵל *decepit*, pro הִתֵּל [b]. Vel, 2. pro לְהָתֵם [c], ut infrà hoc ipso versu scribitur [d]; à radice תמם *consummavit*, *absolvit*, cujus infinitum in Hiphil ejusdem planè formæ habuimus Dan. 8. 23. כְּהָתֵם וגו׳, *quando consummaverint prævaricantes prævaricationem suam*. Vide & Psal. 104. 35. יִתַּמּוּ *finientur* (absumentur) *peccatores*, &c. Ezec. 22. 15. וַהֲתִמֹּתִי *& absumam*, &c †. Præsentis autem scripturæ puncta alii voci debentur, לְהָתֵם, quæ Dan. 8. 23. in eâ significatione occurrit: & sic Judæi h. l. accipiunt [f], & Masorethæ hîc legendum annotant לְהָתֵם, *ad consumendum* [g]. Hanc autem lectionem non pauci amplectuntur. Ità Vulg. *finem accipiat*; Syrus, *ad absolvendum*, vel *consummandum*; Aq. τοῦ τελειῶσαι [h]. Juxta hanc scribarum correctionem sensus loci non incommodus peti possit ex Thren. 4. 22. *Consummata est iniquitas tua*, i. e. finita & quasi absumpta est culpa, ex collat. seq. *Non ampliùs te in exsilium exiget* [i]. Ità h. l. *ad consummanda*, seu *abolenda*, *peccata*, nempe per gratuitam eorum in Christi sanguine remissionem [k]. [Reliqui autem aliter accipiunt.] In textu est לַחְתֹּם [l], à חָתַם *obsignavit* [m]. Ità accipiunt ο'. Ar. Luth. Pi. Tertul. &c [n]. *Ut obsignentur*, i. e. ut quasi occlusa seponantur, & à conspectu removeantur [o]. Hinc Daniel cap. 12. hoc חתם, quod sign. *obsignare*, vel *occludere*, conjungit cum verbo סתם, quod sign. *obturare* [p]. Non tamen *peccatorum obsignationem* Angelus hîc intelligit ut Job. 14. 17. (confer & Hos. 13. 12.) sunt enim illa desperantis verba, sed eo sensu quo alibi sumitur pro *occludere*, *obturare*, &c. Hinc ο'. habent, τοῦ σφραγίσαι. Est autem σφραγὶς à φράττω, *obsepio*, *& velut circumducto vallo communio*; q. d. peccatum iri obsignatum & undique conclusum, nè insultare nobis possit, & nos adigere ad desperationem. Vel, ut epistola, dum obsignata est, occulta manet, eámque violare nefas est: ità peccata velut obsignata fore Satanæ & Legi, nè ampliùs nos accusent aut damnent, Rom. 8. 1 [q]. Porrò, ex hac lectionis quasi canonizata ambiguitate sensus oritur contrarius: vel, 1. *Ut obsignentur*, &c. ità beneficium esset, & in laudem cederet: vel, 2. *Ut consummentur & ad summum perducantur*; atque ità in malum cederet, & in vituperium Judæorum. Quid ergò dicemus? Nempe, Spiritum Sanctum, etsi præcipuè hoc egit, ut Danielem commemoratione beneficiorum Christi consolaretur, pro sua tamen infinita sapientia stylum hujus loci sic efformâsse, ut utrumque istorum complecteretur, & tectè indicaret, futurum quidem ut peccatum per Christi meritum tolleretur, & quasi cassaretur; interim tamen hoc mali accessurum, ut in hac ipsa Christi passione Judæorum impietas ad summum perduceretur, ut non solùm per eam non juvarentur, sed propter eandem fatalibus

[Margin notes, left column: d G. — † Pi. — f Idem. — g G. — h Idem. — i Graf. p. 118. — k Gej. — l Helv. ex R Nathan. — m Helv. — n Graf. p. 115. & 121. — o Gej. — p Helv. n. 50. — q Helv. p. 62. — r Helv. sim. Graf. Gej. — † Helv. ex K. — t Helv. 68, 70. — v Graf. — x Helv. sim. Graf. Gej. — y Graf. p. 121. — z Helv. — a Helv. Graf. — b Helv. p. 62. — b Graf. p. 123. — c Helv. de hebd. p. 53, 54, 55. — d Graf. p. 112. — † Helv. n. 56, 57. — f Graf. p. 114. — g Helv. sim. Gej. ex KS. — h Graf. p. 115.]

[Margin notes, right column: i Gej. sim. Graf. — k Gej. — l Helv. n. 59. — m RS in L. — n Burg. in Wil. — o W. L. ex L. — p RS. in Gej. — q Gej. — r Gej. sim. Helv. — † Helv. n. 59. — t Graf. p. 123. — v Gej. — v Graf. — x Gej. — y Graf. p. 122. — z Graf. ib. Cap. chronol. in apparatu ad Bib. polyg. p. 25. — a Graf. sim. Helv. Gej. &c. — b Helv. n. 65. — c Graf. — c Gej. — d Graf. — † Gej. — f Graf. — g Glas. gram. 3. 1. 2. 4. sim. Graf. — h Gej. — i Graf. p. 125. — k Cap. chronol. ib. — l Graf. sim. Gej &c. — m Gej. sim. Helv. Graf. — n Gej. — o Graf. p. 116 sim. Helv. Gej. — p Graf. p. 124. — q Helv. n. 64, 65.]

talibus etiam pœnis involverentur, ut Angelus in sequentibus manifestiùs declarat. Confer Esa. 8. 14. Luc. 2. 34 [r]. [Hæc de verbo secundo: sequitur jam tertium, וּלְכַפֵּר.] Verbum hoc est merè sacrificale †; & respicit tum sacrificia Mosaica, tum Christum, agnum Dei, &c: adeóque significat, universam illam medendi vim quæ victimis ritibúsque omnibus Mosaicis typicè ascripta fuit uni hîc ascribi Christo, per quem vera & realis propitiatio fit [t]; cujus [Christi] typus erat כַּפֹּרֶת, *propitiatorium*, sive operculum Arcæ [v]. Vox לְכַפֵּר significat ejusmodi [peccatorum] obliterationem quâ omnis eorum deformitas ac turpitudo è medio tollitur, vel invisibilis redditur [x]; ostenditque nos in eo justificari, quòd Deus ob Christi meritum peccata nostra non imputat, sed ea obtegit, Psal. 32. 1. ο'. vertunt, ἀπαλεῖψαι, quod, sicut & ἐξαλεῖψαι, propriè significat, *tegere*, (non secùs ac scriptura aliqua expungitur superfuso oleo, atramento, &c. vel, ut murum tegit qui eum calce incrustat, h. e. ἀλείφει, ut Eustathius exponit,) vel *delere*, ut Vulgatus hîc aptè reddit, & favet Col. 2. 14. ἐξαλείψας, &c. *deleto quod contra nos erat chirographo*. Aquila autem vertit, ἐξιλάσασθαι, *placare*, vel *expiare*, Heb. 2. 17. Quæ versio nos monet de variis ritibus expiandi populum in V. T. quibus præfigurabatur vera expiatio per Christum præstanda [y]. [Atque hæc de tribus his celeberrimis vocibus & phrasibus dicta sunto.] De quibus hoc ulteriùs observo, quòd non dicit Angelus, *transgressio vestra*, sive *populi tui*, &c. sed in genere, *transgressio*, *delictum*, &c. ut significet redemptionem hanc universalem futuram, sicut ratione objecti, quia ex omnibus peccatis & pœnis; sic etiam ratione subjecti, quia Christus non pro hujus aut illius loci, vel temporis, vel qualitatis, hominibus, sed pro omnibus, præsentibus, præteritis, & futuris, Judæis & Græcis, &c. satisfaciet [z].

¶ *Et*, &c. [וּלְהָבִיא צֶדֶק עֹלָמִים] *Et ad adducendum*, vel, *ut adducat*, (*Et adducendo*, JT.) *justitiam seculorum*, sive *perpetuam*, sive *æternam*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. vel, *quæ est ab æterno*, Sy. Qu. Quid hæc *justitia*? Resp. 1. Est lex Evangelica, quæ ad omnem justitiam instituit [a]. q. d. Intra id tempus publicabitur Evangelium, quæ est *justitia*; non illa ad tempus duratura, ut Legis, quam tu Daniel suprà 16. *justitiam* non malè appellâsti, sed sine fine [b]. Sed pessimè hic confundit *justitiam*, & *Evangelium*, quod sc. est concio, vel promissio, vel annunciatio, justitiæ. Prædicata etiam fuit hæc justitia & peccatorum remissio sub Vet. Test. Actor. 10. 43. ideóque hæc justitiæ *adductio* solâ prædicatione neutiquam absolvitur [c]. Resp. 2. Est Christus [d], qui dicitur *Jehova justitia nostra*, Jer. 23. 6. & 33. 16 †. Confer Esa. 53. 11. & 1 Cor. 1. 30 [f]. Est hæc nostra justificatio, & justitia per Christum accepta, ut 1 Cor. 1. 30. directè enim hæc opponitur iniquitati quam delevit [g]. Hæc justitia non est essentialis justitia Christi in nobis habitantis, &c. nec infusa qualitas [h]; sed justitia Christi nobis imputata [i]. Justitia lapsu Adami deperdita hîc reducenda promittitur [k]. *Justitia* hæc dicitur *æterna*, h. e. perpetua, omníque carens termino: quod & R. Saadias agnoscit, qui per *justitiam æternam* hîc Templum tertium intelligit [l]. *Æterna* dicitur propter vigorem & efficaciam; idque comparativè respectu victimarum Leviticarum, quarum perpetuâ repetitione opus erat, non item Christi, ut Heb. 9. 12 [m]. Vide & Hebr. 7. 24. & 8. 2 [n]. q. d. Quæ à seculo in seculum durat, per quam omnes qui unquam aut servati sunt, aut in posterum servabuntur, salutem obtinent [o]. *Justitia seculorum*, & primorum, vel antiquissima ac primæva, & sequentium omnium, Act. 4. 12. & 15. 11. Ebr. 11. 4, &c. Apoc. 13. 8. & 14. 6 [p]. *Æterna* etiam, quia persona quæ hanc justitiam merita est infinita est ac æterna [q]. *Æterna* denique, quia ejus vis durabit in æternum [r], & nos in æternum Deo acceptos reddet *: quia hîc inchoatur per gratiam, & in cœlo perficietur per gloriam æternam [t]. Observandum etiam hîc *adducendi* verbum [v], quod tria notat [x]; quia Christus hanc justitiam *affert*, 1. promerendo, 2. per Evangelium annunciando, 3. per fidem obsignando, virtute Spiritûs Sancti [y].

¶ *Et*, &c. [וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא] *Et* (vel, *Item*, Pi. *Idque*, JT.) *ad sigillandum*, vel *obsignandum*, (vel, *obsignando*, JT. *ut obsignet*, Pi. *ad finiendum*, P. *ad signandum*, M. ut antè. Sed *signare* apud Latinos non est, *obsignare*, seu *occludere*, sed potiùs, velut *notam alicui rei imprimere ex qua agnosci possit* [a]. Vel, *signetur*, ο'. *obsignetur*, Ar. *impleatur*, Vulg. *ut compleantur*, Sy.) *visionem* (vel, *visio*, ο'. Sy. Ar. Vulg.) & *prophetam*, Mo. P. M. JT. Pi. vel, *propheta*, ο'. *prophetæ*, Sy. *prophetas*, Ti. *vaticinationem*, Ca. *prophetia*, Ar. Vulg. *prophetiam*, Calv. Est enallage grammatica concreti pro abstracto, *propheta*, pro *prophetia* [a]: vel potiùs, metonymia efficientis, ut per scriptorem intelligantur scripta ejus; juxta illud, *Habent Mosen & prophetas* [b]. *Visio & prophetia*, i.e. visa prophetica [c]; [ut sit hendiadys.] *Visio & propheta* sic distinguuntur, quòd *visio* actum illum Divinum in Prophetis, *propheta* verò functionem ipsorum & administrationem in Ecclesia res Divinas communicantium, significet [d]. Singularia hæc, *visio* & *propheta*, collectivè sumuntur †. חָזוֹן hîc non tam actum videndi denotat quàm objectum, sive visum [f]. Non tamen singulas hîc intelligit visiones, sed eminentiores, quæ Messiam respiciebant, Actor. 10. 43. 1 Pet. 1. 11 [g]. *Ad obsignandam visionem*, sub. *de Christo*. Res quæ non sunt usui solemus recludere & obsignare. qu. d. Non erit ultrà opus prophetiâ de adventu Christi; veniet enim: nam *usque ad Johannem lex & prophetæ duraverunt* *. *Ut obsignet visionem*, &c. id est, ut reipsa præstet prophetias de perpessionibus & gloria Messiæ, 1 Pet. 1. 11 [h]. *Et impleatur*, &c. Intra id tempus implebuntur prophetiæ veteres Jacobi, Davidis, Esaiæ, & aliorum, Matt. 11. 13. Soli Danieli revelata quæ post id tempus erant exstitura, Matt. 24. 15 [i]. τὸ לַחְתֹּם hîc est irregulare, pro לַחְתּוֹם. Verbum hoc Aq. vertit, ut priùs, τελέσαι· ὁ. [alíique,] *sigillare*, sive *obsignare* [k]. τὸ *obsignare* significat, vel, 1. abscondere & occultare, Dan. 8. 26. & 12. 4. Apoc. 10. 4. & 22. 10 [l], vel, occludere aliis, nè rescissant; vide Deut. 32. 34. Cant. 4. 12. Esa. 29. 11 [m]: vel, 2. fideliter committere & deponere, Rom. 15. 28 [n]: vel, 3. confirmare, sive ratum facere [o], vel testimonio, vel reipsa, Joh. 3. 33. & 6. 27 [p]. De obsignatione confirmationis causâ vide Neh. 9. 38. & 10. 1. Est. 8. 8, 10. Esa. 8. 16. Jerem. 32. 10, &c [q]. Testamentum sive fœdus scriptum non antè ratum est quàm obsignetur [r]. Vel, 4. perficere, sive reipsa complere †, vel ultimam manum imponere, ad finem perducere, concludere: ut v. g. Judæi hodie dicunt, tot vel tot annos transiisse לְחָתִימַת תַּלְמוּד, *à completo*, sive *absoluto*, *Talmud* [t]. Judæi, nè cogantur Christum agnoscere, *obsignationem* hanc referunt ad tempus profanati Templi ab Antiocho. Sed ex Angeli verbis constat eam cohærere cum adventu Messiæ [v]. [Ad quem hoc referendum esse facilè patebit.] Hic *obsignavit*, &c. id est, vel, 1. confirmavit [x]: sancivit adventu suo quicquid antè prædictum est [y], vel promissum in salutem fidelium, 2 Cor. 1. 20 [z]; quicquid in Prophetis dicitur de ejus nativitate, prædicatione, humilitate, miraculis, morte, &c [a]. *Obsignatio visionis*, &c. est, ejus reale complementum in exhibitione Messiæ præstitum. Sicut enim sigillum scripti, ità complementum vaticiniorum, confirmatio est [b]. Vel, 2. clausit, ità ut desinerent esse prophetiæ [c]. Vide Matt. 11. 13. Heb. 1. 1 [d]. Finem imposuit illi doctrinæ generi quod in obscurioribus visionibus aut vaticiniis consistebat *. Vel, 3. perfecit [f]. Omnium Prophetarum scopus est Christus, Act. 10. 43. Hinc in Talmud sic scribunt, *Omnes Prophetæ vaticinati sunt de diebus Messiæ* [g]. Porrò, hoc dicit Angelus, ut fideles æquo animo carerent ad tempus Prophetis, quia instabat omnium revelationum plenitudo & clausula [h].

¶ *Et*, &c. [וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים] *Et ad ungendum* (vel, *ungendo*, JT. vel, *ungatur*, ο'. Ar. Vulg. vel, *Et usque ad Christum*, Sy.) *sanctum* (vel, *sanctitatem*, JT. Pi. Ti. *sanctissimum*, Ca. vel, *sanctus*, ο'. Ar. Vulg.) *sanctorum*, M. JT. Pi. Sy. ο'. Ca. &c. *sanctitatum*, Mo. P. vel, *supremam*, Ti. Per קֹדֶשׁ hîc intelligunt, vel, 1. Sanctuarium vetus, quod unà cum victimis omníque cultu ejus consummandum erat aut consecrandum per oblationem Christi, à qua illud omnem suam impetravit vim & efficaciam [i], & à qua quasi sanctificatum erat, ut piorum spes & fides, quæ illis adminiculis sustentata fuit, rata & grata haberetur. Videtur autem Angelus hîc respicere ad Exod. 30. 25, &c. & 40. 9, &c. ubi

Sanctum

r Gras. p. 126. † Gej. t Gras. p. 126. fin. Gej. v Helv. p. 24. x Gej. y Helv. p. 22. z Gras. p. 129. a Me. b G. c Calov. d La. Me. † Calov. Gej. † Gej. ex Gras. f Gras. p. 151. g La. h Helv. 83. i Helv. sic Pol. k Gej. fin. Grasser. p. 146. l Helv. p. 90. m Helv. n. 83. fin. Liv. n Liv. o Cap. chron. ib. fin. Gej. p Gej. q Helv. n. 88. r Pol. * Jun. sic Pol. t La. v Gras. p. 151. x Helv. n. 92. y Gej. ex Helv. ib.

a Helv. n. 105. a Q. in Clop. b Clop. & Di. in Collat. crit. pag. 3938. c G. d Jun. † Gras. p. 183. f Helv. n. 100. g Gej. * V. h Pi. i G. k Helv. n. 103. l Glas. rhet. 1. 12. 409. m Gej. n Glas. ib. o Glas. ib. fin. Pol. p Gej. &c. q Glas. ib. r Ge. † Liv. † Glas. ib. t Gras. p. 182. v Helv. 1. 107. x Gej. Pol. y Calv. z Calv. ad v. 25. a Liv. b Glas. ib. c Calv. d Calv. ad v. 25. * Gej. f Gras. g Helv. n. 93. h Pol. i Q. in Gej.

Sanctum illud sanctorum cum sua supellectile ungitur & inauguratur: q.d. illam unctionem tantùm typicam fuisse; nunc verò per sanguinem Christi accessuram veram, efficacem & genuinam unctionem, quâ illa omnia sanctificanda & approbanda erant [k]. Vel, 2. Sanctuarium cœleste, quod Christus ingressu suo aperuit & consecravit, Joh.14.2. Ebr.8.1. & 9.24.& 10.19. Rom.8.34[l]. *Ut ungat sanctum*, &c. i. e. Ut, per ascensionem suam in cœlum, consecret illud ad cultum Dei illic ab electis in illud assumptis peragendum: sicut Moses olim unxit sacratissimam Tabernaculi partem ad cultum ceremonialem, &c[m]. Vel, 3. Ecclesiam Christi [n]: nam Christus non sibi modò unctionem accepit, sed toti suo corpori; unde & fideles *uncti* dicuntur. Vide 2 Cor. 1.21. 1 Joh. 2. 20, 27. Apoc.1.6 [o]. Vel, 4. ipsum Christum [p]. Sic & Moses Gerundensis hæc de Messia explicat. Rectè autem ille *Sanctus sanctorum*, i. e. omnium sanctissimus, dicitur, quemadmodum κατ' ἐξοχὴν (eminenter) ὁ ἅγιος, Act.3.14.& 4.30. 1 Joh.2.20. Apoc.3.7[q]. Hic *S. spiritum sine mensura habuit*, Joh.3.34. & nobis *sanctificatio fit*, 1 Cor.1.30. & dicitur *sanctus, impollutus*, &c. Heb. 7.26. & τὸ ἅγιον, Luc.1.35[r]. & h. l. *sanctitas sanctitatum:* abstractum pro concreto, emphaticè, ut summam innuat Christi perfectionem & puritatem*. Per *sanctum sanctorum* Angelus hîc intellexit id quod per illud sub V. T. adumbratum fuit. Id autem erat, ut cœlum, & Ecclesia, [de quibus dictum,] ità præcipuè Christus, ejúsque humana natura, quæ *templum* vocatur Joh.2.19. & significata est per Tabernaculum, Heb.8.2. & 9. 11. Confer Joh. 1.14. ἐσκήνωσεν, in qua Deus habitavit, Col. 2. 9. Christus etiam est Arca Legem tenens, sive voluntatem Patris revelans; est Propitiatorium, Patrem placans; est Mensa, Ecclesiam alens; Candelabrum, illustrans; Altare, &c. Omnia verò hæc ungebantur ut essent Sanctum sanctorum; quia quocunque modo Christum intelligas, totus sanctus est[r]. [*Unctionem* verò quod spectat,] est hîc antithesis inter unctiones legales, & postremam quæ futura esset [v]. Docet unctionem Sanctuarii sub Lege fuisse meram figuram; in Christo autem esse firmam rei exhibitionem, & ad ejus adventum differri unctionem perfectam & verè spiritualem [x]. Voce *unctionis* alludit ad nomen ejus: vocatur משיח & Χριστὸς [y]: quæ nomina ambo *unctum* significant [z]. Unctus autem est, non secundùm Divinam naturam, sed secundùm carnem [a]. Unctus porrò est *spiritu & potentiâ*, Act.10.38[b]. Ungebantur, 1. Sacerdotes, Levit.8.30. 2. Prophetæ, 1 Reg.19.16. 3. Reges, 2 Sam. 2.4[c]. Triplex erat Christi unctio: 1. Prophetica, Esa.61.1. collat. cum Luc.4.17,&c. 2. Regia, Psal. 2.6. & 45.8. Esa. 11.1,2. 3. Sacerdotalis, Psal. 110.4[d]. Per *unctionem* porrò hîc intelligit exsuperantissimam Spiritûs Sancti omniúmque ejus donorum collationem*. Imò non denotat hîc summa dona habitualia in Christo, sed præcipuè *plenitudinem Deitatis* quæ *in ipso habitavit*, Col.2.9 [f]. Hæc unctio facta est vel, 1. in primo conceptionis momento [g], & ipsissimo unionis personalis articulo [h]; quando in utero Mariæ Filius Dei sibi univit humanam naturam, *obumbratione spiritûs sancti & superventu Altissimi*, Luc. 1. 35. sanctificatam & conceptam [i]. Unctio in aliis Regibus, Prophetis,&c. fuit solennis testificatio collati Spiritûs Sancti, qui eos necessariis donis instruxit ut ad munus gerendum essent idonei. At Spiritus Christo non demum datus est in adulta ætate, sed in prima conceptione. Et Christus natus est Rex, Matt.2.2. Joh. 12.15 [k]. Vel, 2. in baptismo [l]: quum Spiritus Sanctus in eum descendit, atque in munus suum mediatorium inauguratus est per Patris vocem, Matt.3.17. *Hic est filius meus*, &c [m]. Vel, 3. in resurrectione [n], & ascensu in cœlestem regiam, Act.2. 32.—36°.& sessione ad Patris dexteram; quum promissionem unctionis Spiritûs Paracleti accepit à Patre, & die Pentecostes in Apostolos suos demisit [p].

25. *Scito*, &c. וְתֵדַע וְתַשְׂכֵּל *Et* (vel, *Igitur*, JT. Pi. Ca. sic P. vel, *Autem*, Ti.) *scies* (vel, *scias*, P. Ti. *cognoscito*, JT.Pi.) *& intelliges*, Mo.Ca. &c. vel, *intelligas*, P.Ti. *intelligito*, JT. Pi. i. e. Disce & retine [q]. Ratione & intellectu cape. Duplex enim via rerum percipiendarum est: una, quâ simpliciter intelligimus; altera, quâ quasi per anfractus rationis rei notitiam assequimur [r]. *Cognoscito*, h. e. Notitiam rerum antea tibi non cognitarum percipito; & *intelligito*, h. e. percepta ruminato, perpendito, ut quid sibi ea velint penitùs assequaris †. Danielem hîc, quod & antea v. 23. fecerat, ad attentionem hortatur: quod, quia insolitum est, admirationem meretur, & pondus certè habet. Hæc igitur clausula mihi videtur ostendere, 1. Angeli digressionem à genere ad speciem [t], sive ad particularem historiæ illius cujus summam v. 24. complectitur expositionem, & rei gerendæ ordinem per insigniores circumstantias, de quibus agit v. 25,26,27 [v]. 2. Eorum quæ sequuntur nonnulla Daniele adhuc vivo impleri debuisse [x]. 3. Secuturis hujus prophetiæ lectoribus singulari attentione opus esse: vide Matt. 24.15 [y]. Si enim tantum Prophetam toties excitat, quot nobis stimulis opus est, &c[z]? ¶ *Ab*,&c. מִן־מֹצָא דָבָר וגו׳ *Ab* (vel, quòd *ab*, P.) *exitu* (vel, *enunciatione*, JT. vel, *progressu*, Ti.) *sermonis*, sive *verbi*, (vel, *ab edito mandato*, Ca. *à promulgatione edicti*: hoc enim est *egredi*: vide suprà 6.7. Luc. 2.1[a].) *ad reverti faciendum, & ad ædificandum Jerusalaim*, Mo. vel, quod est *de reparanda & reædificanda Jerus.* M. vel, *ut rursum ædificent Jerus.* Ti. vel, *de restituendo*, JT. (vel, *reducendo*, subaud. *populo*, P. Pi.) *& de ædificandis Jeruschalaimis*, JT. sim. P. Pi. vel, *de reditu* (vel, *reductione* populi, Calv.) *& de ædificanda*, sive *instauranda*, *Jerus.* Ca. Calv. τὸ דבר posset accipi vel de verbo prophetico, vel de mandato politico [b]. *Verbum* pro mandato accipitur, ut Deut.4.13. Esth. 1.12. Mandatum autem *egredi* dicitur, quum primùm publicatur, Dan.2.13. Esth. 1.19. 2 Mac. 6.8. Luc. 2.1 [c]. *Exitus verbi* idem hîc est ac promulgatio certæ alicujus sententiæ, cujus argumentum est & scopus Hierosolymæ restitutio [d]. [Sed de quo edicto hîc loquitur, Cyri, vel Darii,&c. infrà fusè differendum. Pergamus interim in explicatione textûs.] ¶ *Usque*, &c. עַד־מָשִׁיחַ נָגִיד *Usque ad Christum*, sive *Messiam*, *ducem*, vel *principem*, P. M. Ti. Pi. &c. vel, *antecessorem*, JT. vel, *præsentem*. τὸ נגיד, quod vulgò *ducem* ac *principem* reddunt, hîc *præsentem* verto, à verbo נָגַד, *obviàm factus est*; unde נֶגֶד *coràm*, *ex adverso*, & הִגִּיד, quod significat, *aliquid alicui coràm indicare*. Adde quòd נגיד hîc adjectivè ponitur, non substantivè: nam si Angelus hoc ut nomen substantivum nomini *Messias* per appositionem voluisset adjungere, dixisset הַנָּגִיד, cum He demonstrativo. Hâc autem voce illo sensu usus est Angelus, tum ut Christi præsentis & cum perfida Synagoga jam expostulantis mysterium innueret; tum ut tempus concionantis Christi & in publico conversantis à tempore nativitatis illius evidentiùs discerneret, & sic verum initium ultimæ illius & fatalis septimanæ magis conspicuum fieret*. Nomen משיח in S. S. tribuitur modò Christo nostro, Joh.1.41. Psal.2.2. collat. cum Act.4.26. modò sacerdotibus, ut Levit.4.5. modò Prophetis, ut Psal. 105. 15. modò Regibus vel præcipuis populi gubernatoribus, 1 Sam. 24. 6. 2 Sam. 19. 21. τὸ נגיד tribuitur modò Regibus, 1 Sam. 10. 1. 2 Sam. 7.8. 2 Reg. 20. 5. modò gubernatoribus inferioribus, ut Dan. 11.22. 2 Paral.11.11. & 19. ult[f]. Qu. Quis ergò hîc *Messias*? Resp. 1. Sing. hîc pro plur. ponitur [g]. Significat ergò unctos gubernatores [h]; Reges & præcipuos magistratus reip. Judaicæ; ad quos, sive ad regimen eorum firmiter constitutum, numerantur 7 hebdomadæ: nam ab anno 2. Darii Nothi ad annum Artaxerxis 32. (in quo urbs ædificata est, & regimen stabilitum, Nehem. 13.6.) sunt 49 anni. In textu Hebræo post *septem hebdomadas* ponitur Athnach, quod eas divellit à 62 *septimanis* sequentibus [i]. Verùm Athnach potestatem coli in distinguendo hîc non habet; nam à septem hebdomadis non sunt separandæ 62 hebdomadæ. Illa enim divulsio veritati & experientiæ repugnaret. Nam si verba illa, *usque ad Messiam ducem*, idem valent atque usque ad Christi adventum, certum est Messiam 49. anno post edictum Darii non venisse. Si verò verba sic accipiantur, q. d. tantisper dum Messias futurus est hujus populi dux, nè sic quidem verum est; nam Messias post annos 49 non desiit esse populi Judaici dux. Conjungendæ ergò sunt 7 & 62 septimanæ, quæ, inquit, effluxuræ sunt *usque ad Messiam ducem*, id est, tantisper dum Christus dux hujus populi

Margin notes (left column): k Grass. p. 194. l Al. in Gej. m Pi. sim. Pol. n Coc. in Gej. Pol. o Pol. p Helv. Pol. Calv. Gej. et Hi. & Coc. G. Cap. q G. r Liv. * Helv. n. 122. r Pol. v Calv. x Calv. ad v. 25. y Helv. n. 124. z Pol. sim. Helv. a Helv. n. 128. b Pol. c Helv. sim. Liv. d Pol. * Gej. f Helv. n. 127. g Helv. n. 124. h Gej. i Helv. n. 127. k Helv. n. 125. l Cap. sic Helv. Gej. m Cap. n G. o G. sim. Cap. p Cap. chron. q G. r Jun.

Margin notes (right column): † Pol. t Grass. p. 204. v Grass. p. 202. x Grass. 205. y Grass. 209. z Pol. a G. b Grass. p. 214. c Liv. d Gej. * Grass. 230. f Liv. g O. in Wil p. 327. h Liv. p. 235. ex Euseb. & He. i Liv. in Wil.

populi futurus esset, & non evidenti, publico omnibúsque manifesto judicio rejectionem ejus testatam facturus [k]. Alii per *Messiam* hîc intelligunt Sacerdotes, alii Zorobabelem, alii Jehosuam [l], alii Cyrum [m]. Sed coacta hæc sunt & absurda [o], & contra aperta verba textûs: quomodo enim 70 hebdomades transierint ante hos duces [p]? Resp. 2. Christus hîc intelligitur [q]. Probatur. 1. Nomen משיח in hoc unico loco Messiæ sive Christo absolutè, & κατ' ἐξοχὴν, & tanquam proprium nomen, tribuitur. In omnibus autem aliis S. Scripturæ locis ubi occurrit, illud vel cum nomine *Jehova* construitur; vel affixum annexum habet, ut in ejus appellatione semper respectus habeatur ad alterum [r]. Christus hîc dicitur *Messias* נגיד, h. e. *gubernator*, vel *præcipuus*, qualis est solus Christus †. 2. Unus idémque est Messias de quo tota hæc prophetia loquitur. At Messias qui occidendus & fœdus confirmaturus erat solus Christus erat [t]. Vocem *Messias* ex præcedente versu ità repetit, ut nullam suspicionem præbeat se eâ aliter hîc uti quàm ibi. Et cùm v. præced. personæ hujus nudè & absolutè meminerit, eâ tamen ratione, ut illam Danieli non obscurè pro principali Vaticinii hujus subjecto & objecto proponeret, fierine potuit ut historiam ejus in particulari propositi sui diductione vel prorsus præteriret, vel obiter perstringeret; in illo præsertim illius capite in quo & Danielis & totius mundi spes & salus repositæ erant, quod nempe erat doctrina de Passione & Morte Christi, ejúsque merito [v]? Satis apparet Angelum hîc de Christo loqui. Quod autem dicunt, extenuari dignitatem Christi voce נגיד, acsi in ejus ductu nullum fuerit nomen Regium, falsum esse docet, quòd de Davide hæc vox usurpatur, 2 Sam. 5. 2. & de Ezechia, 2 Reg. 20. 5. Quin נגיד sive *ducem* eum h. l. vocat per excellentiam, quòd scilicet emineret supra omnes alios, tam Reges quàm sacerdotes [x]. Adde quòd Christus alibi vocatur *dux*, ut Esa. 55. 4. Mic. 5. 2. collat. cum Matt. 2. 6 [y]. τὸ עד Hebræum hîc & alibi non ultimum terminum significat, sed aliquid intra terminos contentum: q. d. inclusâ etiam Christi vitâ aspectabili, qui, constitutus à Deo populi sui Princeps in perpetuum, impendentibus malis eum liberâsset, si ei paritum fuisset [z]. *Usque ad Christum ducem*: Intelligit Christum tunc prodiisse ut susciperet gubernationem populi; q. d. ubi Messias in medium prodibit, & auspicabitur Regnum suum [a]. *Ad Christum*, &c. i. e. tantisper dum Christus antecessor hujus populi futurus est. Nam post illud tempus [Christus populum] justo judicio abdicavit [b]. *Usque ad*, &c. id est, usque dum in medium prodeat Christus, & populo Dei sistatur à Deo ad fungendum officio Prophetæ seu Doctoris: id enim vox נגיד significat Esa. 55. 4 [c]. ¶ *Hebdomades*, &c.] [De his deinceps.] ¶ *Et*, &c. תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים] *Redibit*, Mo. (vel, Et *redibit*, P. V. sub. *ad statum & honorem pristinum*, V. vel, *Restituetur autem*, Ti. Et *reducetur*, Calv. Et *revertetur*, Calv. e'. sub. *populus*, Calv. vel, *Fiet reversio*. Verbum תשוב, quod sign. *revertetur*, & id quidem in gen. fœm. quasi pro impersonali habeo, ut sæpe fit [d]. Vel, *Quibus redibitur*, Ca.) *& ædificabitur* (vel, *reædificabitur*, P. M. Calv. vel, *instaurabuntur*, Ca. [Alii aliter.] Quum erit *rursus ædificata*, JT. *Postquam jam rursus ædificata fuerit*, G. Quibus, nempe septem hebdomadis, *iterum ædificabitur*, Pi. Hebraismus est, *Redibit & ædificabitur*, pro, *Rursus ædificabitur* [*]; ut Psal. 6. 11. *Revertantur erubescant*, h. e. iterum erubescant: simil. Psal. 71. 20. & 78. 41 [f]. item Gen. 26. 18. Zach. 6. 1 [g]. *Tunc iterum ædificabitur*, Ar. sim. Sy.) *platea* (vel, *vici*, Ca. vel, *planities*, à dilatando [h];) *& fossa*, Mo. M. JT. Pi. (sub. *circum muros*, Q. in V. vel, *& murus*, P. Calv. vel, *muri* ejus, sing. pro plur [i]. vel, *& murorum ambitus*, Ti. *ruinæque*, Ca.) *&* (vel, *sed*, M. *idque*, P. JT. Ca. Pi. vel, *quamvis*, ut ו commodè redditur, ut Psal. 99. 8. Prov. 26. 24. Cohel. 9. 16. &c [*].) *in coarctatione* (vel, *angustia*, P. M. JT. Pi. vel, *difficultate*, Ca.) *temporum*, Mo. P. &c. Al. *& in arcto*, vel *in angustia*, erunt *quædam tempora*. Præfixum ה designat *aliqua*, ut Gen. 8. 7, 8. & alibi. An verò ea tempora includantur 70 septimanis, annon, in dubio relinquitur, ità ut terminus chronologicus datâ velut operâ involvatur [k]. *Ædificabitur platea & fossa*, i. e. areæ desolatæ aliqua futuræ urbis facies paulatim inducetur [l]. *Fossas* Nehemias antè curaverat, plateas publicas & regiones urbis reversus procuravit, Nehem. 12 [m]. חרוץ propriè est, ille circuitus designans limites urbis in quo murus erectus est, qui olim aratro signabatur: רחוב est, area circuitu isto inclusa, in qua domus ædificatæ sunt [*]. *Platea*, pro plateis pluribus, per synecdochen [n]. *Platea*, id est, domus aliquæ in platea urbis Hierosolymæ, ac inprimis pars aliqua Templi [o]. *Platea*, i. e. Jerusalem: nam *lata* erat, ut dicit Nehemias [p]. רחב sign. *latus*, vel *amplus*, *fuit* †. *Fossa*, id est, fundamenta muri sive mœniorum [q]. חרוץ alibi *aurum*, & *sedulum* hominem, denotat, vide Prov. 3. 14. & 10. 4. hîc *fossam* reddunt, ex usu vocis Chaldæo-Talmudico: nuspiam verò in S. S. ità sumitur. In Levit. 22. 22. *mutilum* sign. atque ità h. l. commodissimè accipietur, pro ruderibus, vel mutilis lacerísque mœnibus ac ædificiis publicis, quibus competit *ædificandi* verbum, quod in fossis vix locum habet. צוק *arctari*, vel *arctè adhærere*: unde nomina צוקה, Prov. 1. 27. & מצוק, 1 Sam. 22. 2. & צוק; quæ forma hîc tantùm exstat [r]. *In angustia*, &c. i. e. vel, 1. brevi †. Verùm hoc alienum est, & à significatione vocis [t], [& à natura rei;] nam 46 annos duravit ædificatio [v]. Vel, 2. non sine angustiis, sive tempore calamitoso; quòd tam multa passi sint Judæi [x]: multas molestias vicini misero populo inferent [y]. In illud spatium temporis multa incident mala, Regum cædes, bella civilia mixta externis, sacerdotium venale, & alia ejusmodi [z]. Non omnia Judæis commodè succedent, sed tempus calamitosum erit: nè fortè præcipuam redemptionem, quam Prophetæ prænunciârunt, hanc esse præsumant [a]. Operæ pretium fuit pios hâc præmonitione fulciri, nè, postquam tam magnifica ex Prophetis audiverant de felici Ecclesiæ statu post reditum, rebus jam longè diversis, quasi desperatione submergerentur, & abjicerent ædificandi studium [b]. Plurale עתים consultò hîc adhibet, ut denotet varias Judæorum jactationes, hostium minas atque calumnias, obtenta contra illos mandata, &c [c]. *Tempus* autem hoc *angustiæ* referunt vel, 1. ad septem primas hebdomadas [d], in quibus opus Templi & urbis interruptum erat [*]; quas idcirco à reliquis 62 hebdomadis discernit [f]. Id verò ex eo colligitur, 1. quòd v. seq. illarum non ampliùs meminit, ut quarum historia jam sufficienter declarata erat; cùm, contrà, 62 septimanas ibidem denuo repetat: 2. quòd utraque periodus, nempe 7 & 62 septimanarum, reductioni populi urbísque reparationi tribui non possunt [g]. Vel, 2. ad 62 hebdomadas, quarum mentio immediatè præcessit [h], sive ad spatium 434 annorum [i], computandorum à fine 7 hebdomadarum ad Messiam [k], vel ad urbis desolationem [l]. Vel, 3. ad totum illud curriculum 490 annorum [m]. [At idem Junius in Annotatis habet, 434 annorum, quod in causa erat cur Willetus nostrâs ipsi præcedentem sententiam imputat.] His verbis, *in angustia temporum*, prædixit, totis illis septimanis 7 & 62 varias & graves fore calamitates [n]. Quòd dicit, *reædificabitur fossa*, &c. non ità accipiendum est acsi hoc peragendum esset in fine demum 69 septimanarum; sed simpliciter, quòd in earum complexu sit reædificanda Jerosolyma, cui reædificationi opponit deinde ejusdem eversionem v. seq [o].

26. *Et post hebdomadas sexaginta duas*] Illas scilicet quæ primas septem satis prosperas subsequentur [p]. *Post*—62, repete, *& 7* [q], de quibus in antecedentibus dixit [r]; quas hîc omisisse videtur, vel, 1. brevitatis causâ †; vel, 2. quòd historiam illarum jam v. præc. satis declaraverat [t]. Sensus ergò est, *post 69 hebdomadas* [v], sive in septuagesima hebdomada. Cùm autem Angelus v. 24. septimanas 70 diceret, fecit ex Hebræorum aliorúmque usu, ut rotundato numero summam integram enunciaret, & appendiculam temporis dissimularet, rejiceretque in particularem enarrationem illius [x]. Qu. Cur nihil dicit Angelus de his 62 septimanis, quæ Judæis non erant otiosæ, sed rebus insignibus refertæ? Resp. Satis id erat & Angeli proposito, & Danielis desiderio, ut eum de duabus insignibus populi liberationibus edoceret, nempe, de relaxata Bab. captivitate,

[k] Tol. [l] Cal. [m] Q. in Wil. [o] Calv. [p] San. [q] Calv. San. Pol. Gej. &c. [r] Gras. p. 226. † Wil. p. 327. [t] Wil. p. 328. [v] Gras. p. 302. [x] Calv. [y] San. [z] G. [a] Calv. ad v. 26. [b] Jun. [c] Pi. [d] Gras. [*] Q. in V. sim. Gej. Liv. [f] Gej. [g] Liv. [h] Calv. [i] V. [*] Gej.

[k] Coc. in Gej. [l] Gras. p. 278. [m] Jun. [*] Med. p. 861. [n] Gej. [o] Pi. [p] V. † Gej. [q] Pi. [r] Gej. † V. [t] Gej. [v] Wil. p. 328. [x] V. [y] Calv. [z] G. [a] Jun. [b] Calv. [c] Gras. p. 279. [d] Wil. sim. Calv. Gras. 277. [*] Wil. [f] Calv. [g] Gras. ib. [h] Q. in Wil. [i] Q. in Wil. Liv. ex Sud. & Gershom. [k] Q. in Wil. [l] Liv. [m] Jun. in com. [n] Pol. [o] Cap. chron. in apparat. Hib. pol. [p] G. sim. V. [q] Cap. chron. sim. Wil. Jun. M. Gras. Gej. [r] Cap. † V. [t] Gras. 292. [v] Cap. Jun. [x] Jun. [y] Gras. p. 291.

tivitate,

tivitate, &c, quæ per hanc præfigurabatur, universali Ecclesiæ redemptione [y]. Deinde, de illis rebus actum Dan.8 *. ¶ *Occidetur*,&c. וְיִכָּרֵת מָשִׁיחַ] *Exscindetur* (vel, *exterminabitur*, ο'. *eradicabitur*, Ar. *perimetur*, Ca.) *Unctus*, sive *Christus*, sive *Messias*, Mo. P. M. Pi.&c. *exciso Christo*, JT. Distinctè hîc & v. seq. recensentur septimanæ ultimæ eventa, quorum primum Messiæ excisio. Ais, Ubi verò ejusdem nativitas? Resp. Eadem præsupponitur, & v. præced. significatur [z]. *Excidetur*, subaud. *è terra viventium*, ex Esa. 53. 8 [a]. & è populo suo; idque violenter & ignominiosè: nam כָּרַת dicitur de arboribus securi succisis, Esa.44. 14. & Jer.10.3. item de totali alicujus è populo suo exstirpatione, Gen. 17. 14. Exod. 12. 15. & 30.33,38 [b]. τὸ כָּרַת dicitur etiam de fatalibus flagitiorum pœnis, sive à Deo sive à Magistratu inflictis, Levit.18.29.& 20. 17. Psal. 37.34. unde vox כָּרֵת apud RR. *capitale supplicium & latam ejus sententiam* sign [c]. Significat ergò mortem Christi fuisse exsecrabilem, tum hominibus, sive Judæis sive Gentilibus, qui illum tanquam sceleratum & blasphemum justè interfectum putabant; tum etiam Deo, Gal. 3.13. cujus consilium erat ipsum atterere, idque ob peccata, non quidem sua, sed nostra. Vide Esa. 53. 4 [d]. כָּרַת denique de fœderum percussione usurpatur, ob cæsas nimirum victimas, &c *. Quare hæc vox denotat, Christum in morte sua fuisse victimam, & quidem talem per quam omnia præcedentia sacrificia cum percusso super iisdem fœdere obsignata erant & ratificata [f]. *Occidetur Christus:* Huc respicit Christus ipse, Luc. 24. 46 [g]. Messiam hic exponunt, vel, 1. Regem Agrippam, qui circa tempora Hierosolymæ destructæ occisus est [h]. Sed, 1. Angelus de eodem Messia loquitur hîc & in v.præced. ubi tamen idem RS. Cyrum intelligit [i]. 2. Agrippa non erat eo tempore interemptus, sed Romanis confœderatus, ut testantur Josephus[k], & Tacitus, l. 5. Vel, 2. Hircanum Pontificem, ab Herode occisum, in quo sacerdotale genus defecit, & post quem sacerdotium alienis delatum erat, atque ex eo tempore neque perpetuum neque legitimum erat sacerdotium, sed venale, adeóque profanum & vile [l]. Sed contrà, 1. Non tanti erat antiquum sacerdotium, tunc maximè, cùm finis ejus instaret [m]. 2. Messias hic debebat *expiare iniquitatem*, &c. id quod Hircanus præstare non poterat[n]. 3. Adde quòd à Cyro ad Hircanum erant anni plusquam 500. Maneat ergò, quod nec Hebræi negant, Christum Servatorem hic intelligi [o]. ¶ *Et non erit ejus populus qui eum negaturus est*] h. e. Populus Judaicus desinet esse populus Dei [p]. Al. Populus ille eum non admittet, sed negabit esse Regem aut Messiam suum [q]. Al. Sensus, q. d. Populus ille ob tantum scelus Romanorum armis periturus, nec ampliùs populus futurus, est[r]. ¶ וְאֵין לוֹ] [Variè reddunt.] *Et non ei*, Mo.G. supple, *erit obediens populus ille quem redempturus venerat.* Hæc causa est excidii, quòd Judæi non paruerint Christo, imò & interfici eum curaverint†. *Et non est*, vel *erit, judicium in eo*, ο'. Ar. *Et non erit ipsi*, vel *penès eam*, scilicet urbem, Sy. in Gej. *Et non* erit *ei* opem ferens, P. Graf. ex collat. Dan. 11. 45[t]. *Et nullus* erit *pro eo*, id est, stabit à parte ejus, sed omni ope destituetur[v]. *Cùm ei non*, adhærentes, ut par fuisset, sed sese ei opponentes [x]. *Idque destitutus*, Ca. *Cùm nihil* erit *ipsi*, JT. i. e. nihil ampliùs Jeruschalaimis erit habiturus Christus, sed ea reprobaturus planè & perditurus, & suos indè educturus in Pellam, teste Euseb. Histor. Eccles. 3.5 [y]. & ab illis divortium facturus[z]. *Et illi non erunt ejus*; q. d. Ut ipsi illum rejecerunt, ità ille eos repudiabit, nè ultrà sint *illius* [a]. Refertur hîc occasio sequentium judiciorum, quòd Judæi Christum abjicerent, qui idcirco eos abdicavit. In hoc porrò & præcedente membro ἀπὸ κοινοῦ repetendum est τὸ *post*, ut sensus sit, Postquam *discissus* [vel, *excisus*] *fuerit Christus, & nihil* vel *nemo illi futurus est*, nempe qui se adjungat ipsi aut adhæreat [ei] in Judæorum gente, tunc, ut sequitur, Christus populum à se abdicatum Gentibus tradet lacerandum, &c. Non vult discessionem illam mutuámque renunciationem tunc factam, (nam ante illud tempus fuit aliqua discessio,) sed tum demum expositam iri in oculis omnium. Nam in S. S. res sæpe fieri dicuntur, cùm manifestantur [b]. Al. *Sed nihil ad illum*, scil. mors illa non dominabitur ei, nec eum impediet quò minùs judicia sua in Judæos exsequatur. Ità Junius in priore editione accipit [c]. Al. *Ut nihil ei*, Ti. *Et nihil* supererit *de eo*, quia tota Regia potestas Judæis per Herodem ablata est [d]. *Et nihil erit ei*, h. e. sic morietur quasi in nihilum esset redactus, vel, acsi nulla esset ejus species aut decor, juxta Esa. 53. 2. acsi evanesceret è conspectu hominum propter deformitatem. *Nihil* ergò *restabit ei*, nempe quoad communem sensum, quia eum prorsus abolitum esse putabunt *. אֵין לוֹ idem valet quod אֵינֶנּוּ, *non ipse*, scilicet superstes erit, ut dicitur de Henocho Gen. 5. 24. & de Josepho, &c. Gen. 42. 36. & de Rachelis liberis Jer. 31. 15 [f]. Hoc tamen *non esse* potest etiam referri ad abolitionem Regni ejus [g]. *Et non ei*, sub. *regnum manebit*, AE. in Gej. & in Graf. Et verbum כָּרַת non tantùm *excisionem* denotat à vita, sed etiam à Regno, 1 Reg. 2. 4. & 9. 5. 2 Par. 7. 18. vel à sacerdotio, 1 Sam. 2. 33. Jer. 33. 18 [h]. Al. *Et non ei*, sub. *æstimium*, Gej. ex Hulf. & Pol. q. d. habebitur pro nihilo, erit vermis, & non homo, Psal. 22. 7. Vide Esa. 53.3[i]. Al. *Sed*, vel *Quanquam*, *non ei* eventura sit, intellige, ex verbo יִכָּרֵת, nomen verbale כָּרֵת, *excisio*; nempe qualem hostes intendebant, totalis putà & perennans; resurget enim post mortem tanquam victor gloriosus, & moriendo vitam reparabit, Rom. 4. 25. 2 Tim. 1. 10. *Non ei*, scilicet nocebit, vel prævalebit, ista occasio: quomodo Psal. 129. 2. *non potuerunt mihi*, scil. prævalere. Constructio est qualis Exod. 22. 3. *Omnino solvat :* אִם אֵין לוֹ, *si non ei*, (scil. שָׁלֵם, *retributio*, ut supplent ο'. & Vulg.) *vendatur* [k]. Al. *Sed non*, vel *nulla*, *erit ei*, sub. עָוֹן, *iniquitas*, vel *culpa* [l], ob quam supplicio afficiendus erat [m]. q. d. Ipse tamen omni reatu vacat, non solùm quoad hostes, à quorum intentatis criminibus purus fuit, sed & coram Deo [n]. Hoc autem supplementum omnino postulare videntur, tum sententiarum consequentia, tum res ipsa, tum denique modus loquendi, qui non videtur admittere ut אֵין hîc pro לֹא accipiatur [o]. Al. *At non sibi*, sive *propter se*, Ang. Belg. Gal. Cap. Gej. ex Vorst. & Pi. & Calixto & Os. & Konig. Graf. i. e. Vel, 1. non propter sua peccata [p]: vel, 2. non propter suum commodum [q]; non sui, sed nostri, gratiâ, atque in nostram salutem [r]. ¶ *Et civitatem*, &c. וְהָעִיר וְהַקֹּדֶשׁ יַשְׁחִית עַם נָגִיד הַבָּא] *Et* (vel, *Et postea*, P.) *civitatem* (vel, *urbem illam*, P. sic M. JT.) *& sanctitatem* (vel, *sanctum*, JT. sic Ca. *locum sanctum*, Ar. *templum*, Ti. *sanctuarium*, P. M. Pi. Calv. i.e. vel, 1. regionem, quæ in S. S. locus sanctus dicitur †: vel, 2. Templum [t]. הַקֹּדֶשׁ, *hoc ipsum sanctuarium*, cujus causâ adeò ingemis [v]. Hoc non jam vocat בֵּית מִקְדָּשׁ, i.e. *domum sanctuarii*, quæ propria est Templi appellatio, multò minùs, קֹדֶשׁ קָדָשִׁים, sed simpliciter, קֹדֶשׁ, *sanctum*, sive *sanctitatem:* quemadmodum etiam super civitate ipsa nullius ampliùs sanctitatis meminit, ut v. 24. fecerat [x].) *corrumpet*, vel *perdet*, (vel, *dissipabit*, P. ο'. *destruet*, Ti. vel, *qui depopuletur*, Ca.) *populus ducis*, vel *principis*, *venturi*, Mo. P. JT. vel, *venientis*, M. Calv. vel, *adveniens populus principalis*, Ti. vel, *princeps veniet populus*, Ca. vel, *populus adversarius qui supervenit*, Graf. h. e. Romani [a], qui hîc vocantur *populus* (i. e. exercitus [a]) *ducis venturi*, i. e. vel, 1. Pompeii Magni [b]; vel, 2. Adriani, qui urbem funditus perdidit [c]. Sed hoc factum ferè 100 annis post Christum, quum hæc implenda erant *in illa generatione*, Matt. 24. 34 [d]. Vel, 3. Titi Vespasiani*. Excidium autem hoc populo potiùs quàm duci adscribitur, quia Titus Sanctuarium defendere voluit [f]. Vel, 4. Messiæ, sive Christi [g], cujus jussu exsequentur hoc judicium [h], huic in hac sumenda vindicta strenuam navantes operam [i]; quomodo Nebuch. Deo serviisse dicitur contra Tyrum, Ezec. 29. 18, 20 [k]: cujus etiam *populus* hîc vocantur Gentes, quia ei in populum destinatæ erant [l]. Vide Os. 2. 23. Rom. 9. 25, 26 [m]. Nota porrò verbum הַבָּא in forma Benoni usurpatum, sicut ex adjecto ה He Hajedia apparet, ut scilicet de omnibus temporibus, præterito, præsenti, & futuro, intelligi possit. Quod optimè congruit Romanis, qui jam diu Judæâ potiti fuerant, & indigenas satis duriter tractaverant, tandem verò urbi & Templo gravissimè imminebant. His etiam apprimè convenit

y Graf. p. 91. * Gej. z G. j. a Pol. sic Gej. b Gej. c Graf. p. 299. & 303. d Graf. 303. * Graf. 299. f Graf. p. 306. g G. h RS. in Pol. i Pol. k Pol. Wil. l Euseb. in San. m San. n Wil. o San. p T. ex La. q Q. in San. r San. † G. t Gej. v V. x Emp. y Jun. in annot. z Jun. in com. a Med. in Dan. hebd. b Jun. c Wil. d M. * Calv. f Liv. ex RS. & Foro. g Liv. pag. 174. h Med. ib. i Pol. k Gej. l Graf. pag. 314. Pi. m Pi. n Graf. pag. 314. o Pi. p Graf. ex Pi Belg. q Graf. Belg. r Cap. chron. † Jun. t Jun sim. Graf. Calv. Ge. &c. v Ge. x Graf. pag. 333. a Gej. Graf. M. Calv. Cap. Wil. &c. b G. c Oecol. in Wil. * Hug. in Wil. f Wil. pag. 348. g Ger. He. sic V. Cap. Wil. h Wil. ex V. ib. i Gej. sic Jun. Pol. Emp. k Gej. l Emp. k Gej. l Emp sim. Jun. Pol. m Pol.

verbum יַשְׁחִית, quod propriè ejusmodi perditionem significat quæ per gradus procedit, & corrumpendo potiùs quàm destruendo rem perdit[n]. Romani enim primò provinciam illam pacatam & conservatam, non autem perditam, cupiebant: postea verò sub Imperatoribus Judæos irritabant, politiæ statum turbabant, Templum profanabant, &c. הַשְׁחִית non propriè *violenter perdere* signif. sed potiùs, *corrumpere, pessundare, depravare*, ut patet ex Genes. 6. 11, 12, 13. Esa. 11. 9. & 54. 16. &c[o]. Potest & hic locus sic verti, *Civitatem ipsam & locum sanctum corrumpet, populúmque antecessoris venturum*, i. e. populum Judæorum qui tunc temporis futurus erat, quem Christus in populum suum fœdere & promissionibus adoptaverat[p]. Sed non ità commoda videtur hæc locutio, *Messias princeps perdet populum principis*, i.e. suum[q]. Al. *Et urbem——perdet populus principis advenæ*. Ante eversam à Romanis Jerosolymam duo erant urbis præsides: unus Judæus, suo more unctus, dictus hîc מָשִׁיחַ נָגִיד; alius Romanus, Imperatoris vicarius, dictus hîc נָגִיד הַבָּא, h. e. præses non in regione natus, sed aliunde adveniens. Ità vox alibi usurpari videtur. Gen. 42. 5. *Venerunt*—בְּתוֹךְ הַבָּאִים *in medio advenarum*, sive peregrinorum. 2 Chron. 30. 25. גֵּרִים הַבָּאִים *advenæ* ex Israel opponuntur incolis Judææ. Neh. 5. 17. הַבָּאִים מִן הַגּוֹיִם, *advenæ gentium*, opponuntur Judæis natis[r]. עַם נָגִיד הַבָּא, *Populus Messiæ venturus*, i. e. futurus, q.d. qui, Israele rejecto, populus Messiæ foret. Intelligo de populo Romani Imperii, ubi Ecclesia Christi præcipuè colligenda erat. Hebræis עוֹלָם הַבָּא est, *seculum futurum*; unde αἰὼν ὁ ἐρχόμενος, Marc. 10. 30. Luc. 18. 30. vide & Eph. 2. 7. necnon Esa. 44. 7. *ventura & quæ* תָּבֹאנָה *futura* sunt *. ¶ *Et finis*, &c. [וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף] *Et finis ejus*, sive *illius*, (sub. *erit*, M. JT. Ca.) *in*, vel *cum*, *inundatione*, sive *diluvio*, Mo. P. M. JT. Calv. G. &c. *Finis ejus*, i. e. vel, 1. Titi †, erit, ut urbem subvertat penitùs & statum gentis[t]. q.d. Ac tandem postremo certamine summâ vi expugnabit illam, [urbem.] Acerrimam oppugnationem comparat *inundationi*, quòd inundatio secum trahat omnia[v]. Vel, q. d. Post urbem eversam Titi exercitus totam Judæam inundabit: quod vides in Josepho[x]. Vel, 2. populi quem ille [Titus] secum afferet[y]. Finis populi Romani omniúmque hostium Judæorum erit, quòd vastabuntur per Regem Messiam[z]. Sed Gabriel de fine Jerosolymæ, non populi Romani, hîc loquitur, ut constat præsertim ex v. seq[a]. Vel, 3. Sanctuarii[b]; vel, populi Judaici[c]; vel, urbis & Sanctuarii: quod utrumque per affixum singulare ו innuitur distributivè. q.d. Urbs & Templum & tota regio militaribus opplebitur ac evertetur turmis[d], quæ sæpe inundationibus conferuntur. Vide Jer. 47. 2 *. Dan. 11. 40[f]. ¶ *Et post finem*, &c. [וְעַד קֵץ מִלְחָמָה נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת] *Et usque ad finem belli* (i. e. quamdiu durabit hostilitas inter Romanos & Judæos[g]: vel, *pro fine belli*; עַד sæpe *pro* significat, ut 2 Par. 30. 18. Jer. 11. 14. Joel. 2. 8[h]. *Nam donec bellum*, quo perdenda est Judæorum respublica, *obtineat finem* ac scopum suum[i]. *Nam usque ad finem bellum*, (sub. *grassabitur*. Vox מִלְחָמָה non rectè cum sequente conjungitur, quum per accentum Zakeph-katon restringitur[k].) *decisa desolationes*, Mo. vel, *definita* (vel, *statuta*, Vulg. *consummata*, Ti.) *desolatio*, M. G. vel, *vastitudo*, Ti. sub. *erit*. Deus hunc exitum bello isti præfinivit, terræ vastitatem[l]. Vel, *sævissimæ calamitates*, Ca. vel, *excidetur*, sive *destruetur*, *desolationibus*, P. V. Emp. vel, *seditionibus & cædibus*, V. continuis, urbs scilicet & respublica[m]. q. d. Toto tamen obsidionis tempore vires ejus erunt labefactatæ propter civilia bella: nam Johannes & Simon duces seditionis quamplurimos in urbe confecerunt[n]. Vel, *præcisè desolatio maxima*, JT. vel, *præcisum est*, vel præcisè definitum, *bellum desolationum*, i.e. quo Judæa tota efficiatur desolatissima[o]. Vel, *præcisum desolationum erit*, Pol. q. d. Hoc bello afferetur Judæis desolatio miserrima, & quidem inevitabilis, velut præcisa & præfinita à Domino, nec antè desinet bellum quàm horrenda ista desolatio perfecta sit, ut Deus justus Judex præfinivit[p]. Vel, erunt *decisæ desolationes*. Heb. *decisa* (numero singulari) *desolationes*, i. e. desolationes quarum unaquæque erit decisa, h. e. à Deo decreta atque definita. Syntaxis qualis suprà in principio v. 24[q].

[n] Gr. f. pag. 334 [o] Gej. [p] Jun. [q] Wil. pag. 347. [r] Liv. * Med. Pag. 868. † V. Calv. [t] Calv. [v] V. [x] G. [y] Pi. [z] RS. in Pol. [a] Pol. [b] Cap. chron. [c] Cap. Wil. [d] Gej. * Pol. [f] Liv. [g] Gej. [h] G. [i] Emp. [k] Graf. pag. 336. [l] G. [m] Emp. [n] V. [o] Jun. [p] Pol. ex Jun. [q] Pi.

Vel, *decisum*, vel *decisio*, *desolationis*. Participium fœm. Niphal [נֶחֱרֶצֶת] naturam induit nominis substantivi, ut docet versus sequens, *usque ad consummationem* וְנֶחֱרָצָה *& decisionem*. *Decisum* autem *vastitatum* idem est ac vastitates decisæ, nempe à Dei justitia & sapientia[r]. Vel, *definitio desolationum*: qu. d. Etiamsi contingat variè pugnare Judæos, ità ut sperent se fore aliquando superiores; finis tamen belli erit, ut vastentur prorsus, quia illorum interitus à Deo præfinitus est. נֶחֱרֶצֶת vix aliter accipi potest quàm pro nomine substantivo, quia sequitur plurale שֹׁמֵמוֹת. Ad verbum esset, *definita*, vel *terminata*, *vastitas* †. Vel, erit *præcisum judicium desolationum*, Liv. vel, *prout super desolationibus decisum est*. נֶחֱרֶצֶת substantivè accipio, eámque cum sequenti voce שֹׁמֵמוֹת in statu constructo cohærere judico; nam v. seq. ponitur in statu absoluto, נֶחֱרָצָה. Potest tamen clausula hæc dupliciter exponi, ut desolationes illæ accipiantur, vel, pro causa decretarum calamitatum; vel, pro ipsa pœna, sive calamitatibus decretis: ut verti possit, *prout abominandæ desolationes decretæ sunt*; vel, *prout super abominandis desolationibus decretum est*. Per vocem שֹׁמֵמוֹת h. l. plus quàm externam urbis Templíque destructionem & vastationem indicari puto, illam nimirum internam & spiritualem Templi profanationem, sive per Judæos, de qua vide Jerem. 7. 11. Ezec. 8. sive per Romanos. Nam & idolum Jovis Olympii in Templo positum à Daniele vocatur שִׁקּוּץ מְשֹׁמֵם, *idolum*, sive *abominatio*, *effascinans*, vel *vastans*. Hinc intelligimus, נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת esse, *decisum desolationum*, sive severum & præcisum Divinæ providentiæ decretum, vel, fatales illas pœnas quas Deus genti isti ob crucifixum Messiam inflixit. Et per hanc clausulam hîc indicatur, ab eo tempore quo scelus illud in Messia commissum est, atrocia bella in populo hoc continenter grassatura usque ad finalem inundationem. Qu. Sed cur Angelus in hac revelatione, quæ tota ad Danielis consolationem directa erat, excidii urbis & Sanctuarii mentionem facit[t], præsertim cùm hoc fit extra spatium 70 hebdomadum[v]? Hîc interserit quod potiùs spectaret ad finem capitis. Nam redibit postea ad Christum. Ergò hîc facit præter ordinem narrationis, dum commemorat quid futurum sit Christo occiso[x]. Resp. Sententia hæc per digressionem inserta est[y], nec sine causa[z]: 1. Ut plenè satisfieret Danielis desiderio cognoscendi quid de urbe sua & Templo futurum esset[a]. 2. Ut constaret atrocitas sceleris Judæorum in occidendo Messia[b], & omnes secutas calamitates immediatam illius pœnam fuisse[c]. 3. Nè increduli sibi placerent in sua pertinacia & contemptu Christi, aut de eo occiso triumpharent; & ut scirent non cessuram sibi impunè hanc impietatem. 4. Nè piorum animi labascerent ob horribilem hunc Christi interitum. 5. Ut fideles intelligerent, non esse causam cur mallent in corpore gentis suæ manere quàm indè rescindi[d].

27. *Confirmabit*, &c. [וְהִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים וגו׳] *Et* (*Porrò*, Ti. *Autem*, Ca. Pi. *Quidem*, JT.) *roborabit*, vel *confirmabit*, (vel, *roboravit*, Mo.) *pactum*, sive *fœdus*, *multis* (vel, *cum multis*, M. *erga multos*, Ti. vel, *præstantibus illis*, i. e. electis Judæis: sic רַבִּים *magnos*, sive *magnates*, significat, i.e. dignitate atque authoritate præditos, Job. 32. 9. Jerem. 41. 1 *.) *hebdomadâ unâ*, P. M. &c. vel, *hebdomas una*, Ti. Ar. *unus septenarius*, Ca. Sed quis *roborabit*? Agens hîc intelligitur, quamvis non exprimitur, & verbum transitivum impersonaliter sumitur, ut mille exempla docent. Sensus ergò est, Ante excidium Jerosolymæ sanctum & firmum fœdus fiet cum fidelibus Judæis, &c[f]. [Al. Sensus loci est,] q. d. Initium ultimæ annorum hebdomadis (hunc enim sensum exigit expositio sequens) multos in Judæorum fœdus attrahet, spémque dabunt belli felicis 20 Idumæorum millia in auxilium ipsis adventura. Vide Josephum Belli Judaici 4. 16. Sed frustrà hæc omnia[g]. Al. *Fœdus* hîc vocat inducias ultimâ annorum septimanâ inter Judæos populúmque Romanum factas[h]. Sed tales inducias non memorat diligentissimus scriptor, Josephus, &c[i]. Sensus est, Titus Israelitas ad pacem invitabit, ut secum fœdus pangant, & coram se humilientur, & valde adnitetur ipsis benefacere[k]. Judæis mos est, si quando S. S. loca fiunt

[r] Gej. † Calv. [t] Graf. [v] Wil. [x] Calv. [y] Pi. [z] Calv. [a] Wil. [b] Wil. et Per. sim. Graf. p. 329. [c] Graf. ib. sim. Pi. [d] Calv. * Pi. [f] Liv. p. 218. [g] G. [h] RS. in Pol. [i] Pol. [k] Jun.

sint difficiliora, illa excogitatis fabularibus historiis expedire; ut ex Talmudicis scriptis facilè constat. Quis, quæso, hoc scripsit, Titum per dimidium septimanæ, h. e. per triennium & ampliùs, confirmâsse Judæis fœdus? Dices, Titus conatus est pangere fœdus. Resp. At illa verba, *roborabit fœdus*, actionem significant, quam Judæi Tito affingere non possunt [l]. Hoc quidem tentavit Vespasianus, & post eum Titus, ut blanditiis & pacis conditionibus oblatis Judæos pelliceret ut se dederent. Sed an hoc est confirmare fœdus [m]? Non ergò Titus hîc intelligitur, sed Messias dux, v. 25. occidendus, & occisionem sui vindicaturus, v. 26 [n]. Qu. 1. Quid hîc *fœdus*? Resp. Novum fœdus sive testamentum [o], inter Deum & homines [p]. Pactum illud quod Deus à conditu rerum cum humano genere post lapsum pepigit, Gen. 3. 15. & Patriarchis postea, per promissiones de Messia, per signa & sacrificia Christum præfigurantia, confirmavit. *Fœdus* tantùm dicit, non addit, *novum*, ut ostendat, Christum, quoad essentialia, nullum novum fœdus mundo obtulisse, sed antiquum illud, quod jam hominum culpâ ferè interciderat, instaurâsse, confirmâsse, & cum multis communicâsse [q]. Huc facit, quòd Messias dicitur *fœdus populi*, Esa. 42. 6. & 49. 8. item, *angelus fœderis*, Mal. 3. 1 [r]. quem propterea RR. ex vetustissima Cabala vocant אִישׁ בֵּינַיִם, *virum intermedium*, sive *mediatorem* †. Qu. 2. Quomodo *confirmavit* hoc fœdus? Resp. 1. Verbo & opere, & signis multis, quibus Deus toto illo ferme septennio suos monuit fugiendum esse à loco, nè cum Judæis impiis perderentur. Talia erant, quòd Josue filius Hanani per annos aliquot discursans per urbem clamabat, *Væ populo, væ urbi, væ templo*, &c; &, quòd sacerdotibus ipsis aliisque Templum adeuntibus vox est immissa divinitus, exeundum foràs [t]; &, quòd cœtus Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis, ante bellum & obsidionem, oraculo Divino jussus est emigrare Pellam in Petræa, teste Euseb. Histor. Eccles. 3. 5 [v]; &, quòd Christiani continuâ Judæorum persecutione fugere coacti sunt [x]. Sed non placet hæc interpretatio. 1. Angelus hîc non curat minutias, aut particulares hujus vel illius cœtûs ecclesiastici eventus, sed generalia Christi beneficia describit in universam omnium temporum Ecclesiam, prout in præcedentibus membris fecerat [y]. 2. Hoc phrasi hujus loci non convenit †: nam nec *fœdus* significat curam Dei de servandis aliquot fidelibus [t]; nec cum fidelibus confirmandum, sed jam antea confirmatum, fœdus erat [v]. [Quærendi igitur sunt alii confirmandi modi.] Confirmavit ergò Messias fœdus, 1. Testimoniis: Angelorum, Luc. 2. 10. Matt. 28. 2 [x]; Johannis Baptistæ [y]; sapientum illorum, Matt. 2. 2; sanctorum tum viventium, Luc. 1. 2; Mosis & Eliæ, Matt. 17. 3; Pharisæorum, ut Nicodemi, Joh. 3. 2; quin & Diabolorum, qui Christum confitebantur*. 2. Prædicatione [z]: sc. docendo efficaciter [a]. 3. Signis, & miraculis atque prodigiis [c], & admirandis ipsius Messiæ prædictionibus, quas vide Matth. 16. 18, 21. Marc. 14. 8. Luc. 19. 43. Joh. 10. 16. & Actor. 1. 8 [d]. 4. Vitâ sanctissimâ. 5. Resurrectione & ascensione suâ *. 6. Præcipuè morte & sanguine ipsius [f], vid. Luc. 22. 20. ut testamenta primò scribi solent, deinde confirmari morte testatoris, Heb. 9. 17 [g]. Notetur hîc vox הִגְבִּיר, quæ singularem doctrinæ Christi efficaciam denotat, de qua vide Matt. 7. 28. & 22. 46. Marc. 1. 22. Luc. 4. 32. & 24. 32. *Nonne ardebant*, &c [h]? Significat porrò corroborationem rei quæ nutaverat, aut pro invalida habebatur [i]. Hâc voce innuit, Messiam, quum venerit, reperturum fœdus Dei valde infirmatum, ejúsque memoriam ferme obliteratam, & ad paucos redactam: ideóque opus fuisse ut Messias illud renovaret, &c [k]. Fœdus Legis respectu hominum infirmum erat, Heb. 7. 18. in se autem stabile; hæc tamen stabilitas pendebat à [futuro] Christi sacrificio *, [cujus tantùm intuitu rata & grata erant V. T. sacrificia, ut antè dictum.] Qu. 3. Quid vult לָרַבִּים? Resp. 1. *Multis*, i.e. omnibus [l]. 2. Comparativè hoc dicit [m]; & subest antithesis inter Ecclesiam veterem, quæ inclusa erat angustis finibus, & novam, quæ extenditur per totum mundum [n]. *Multis* dicit, ut Esa. 53. 11, 12. qui locus huic parallelus est & valde affinis; q. d. non uni genti vel populo [o], sed gentibus omnibus. Vide Esa. 11. 9. & 49. 6. & 54. 2, 3. Marc. 16. 15. Act. 13. 46. 3. *Multis*, nempe Judæorum, quos sedulò requisivit, Matt. 15. 24. nec sine fructu, Matt. 9. 37. & 11. 12 [p]. q. d. Quamvis Judæi, ut dictum, Messiam suum abnegent, adeóque fœdus respuant, multos tamen è populo suo servabit Messias [q]. *Multi* hîc sunt qui *reliquiæ* vocantur Roman. 11. 5, 7, 25. Et hoc dicit, nè putaret Daniel nullos de populo suo Messiam amplexuros †. 4. Voce *multis* commune vulgus designat, & in fœderis hujus communionem recipit. Innuit ergò Regnum Messiæ & virtutem fœderis in humili & despecta plebe clariùs fulsisse: de quo vide Esa. 42. 3. Matth. 21. 31. Johan. 7. 48, 49. 1 Cor. 1. 26, 27 [r]. Dicit autem, לָרַבִּים, non, בָּרַבִּים, ut modum efficiendi indicaret, quódque non de infusa justitia hîc loquitur, sed de applicatione beneficiorum Christi per fidem †. Qu. 4. Quid hîc *septimanâ unâ*? Resp. *Unâ*, nempe ultimâ [t], nimirum τῶν 70 [v]; nempe priore parte dimidiâ illius [x], (est enim synecdoche [y]:) per annos 3 vel 4 cum dimidio, (qui efficiunt dimidium septimanæ, nam *medium* & *dimidium* latè sumuntur,) ab eo tempore quo palàm baptismo suo muneri consecratus fuerit; quod fuit anno ætatis suæ 30. (Luc. 3. 23. non incipiente, ut Arabs accipit, sed finiente vel exacto, ut rectè magnus Scaliger, fultus phrasi Græcâ & Syri Interpretis authoritate,) h. e. ab an. Tiberii 15. ad an. Tib. 19. h. e. 4 annis & semestri; nam natus est Messias mense Octobri, & mortuus circa Paschatis festum [z]. Confirmatio hæc fœderis incidit in hebdomadam unam, licèt non duraverit per eam integram [a]. Hunc locum sic verto, *Efficiet autem ut prævalescat fœdus ad multos per septimanam unam:* q. d. Messias, postquam à Synagoga repudiabitur, nè mors ejus frustrà fuerit, efficiet ut novum fœdus apud multos prævaleat, & hoc ipsum sub ultimæ septimanæ decursu effectum dabit [b]. ¶ *Et*, &c. וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ יַשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה *Et* (vel, *Sed*, JT.) *in dimidio* (vel, *dimidium*, Ti. vel, in *medio*, JT. Pi.) *hebdomadis* (id est, in parte altera ultimæ annorum hebdomadis *; vel, elapsâ priore parte dimidiâ †;) *cessare faciet* (vel, *abolebit*, JT. Pi. Sy. *abrogabit*, Ti.) *sacrificium & munus*, sive *oblationem*, Gej. JT. Pi. P. Mo. &c. id est, sacrificia, tum cruenta, (id זֶבַח sign.) tum incruenta; (id מִנְחָה *.) Per synecdochen, omnes ritus & ceremonias [c], omnem cultum Leviticum [d]. Templo incenso ante urbem captam, teste Josepho Belli Jud. 6. 26 †. Abrogationem hîc intelligunt, vel, 1. violentam, sive prohibitionem cultûs *. Cessit apud Judæos hic cultus tum suo neglectu, dum in eo uno laborârunt ut alii alios pessundarent [f]; tum quia per obsidionem destituti erant commoditatibus sacrificiorum [g]; tum, denique, destructo Templo, in quo solo sacrificandum erat. Quo pacto Deus palàm omnibus fecit, sibi gentem illam & sacrificia ingrata esse [h]. Veritatem hujus prædictionis eventus confirmavit. Nam in medio septimanæ ultimæ, nimirum anno à Christo nato 68. mense Maio, Flav. Vespasianus cum exercitu Judæam invasit; anno autem Christi 71. urbs & Templum sunt funditus eversa, Templo conflagrante die 10. Augusti, urbe verò incensâ die 8. Septembris [i]. Mihi autem hæc interpretatio dura videtur & violenta. 1. Principalis & continuus actus qui per totam illam septimanam continuari debuit est corroboratio fœderis. Perperàm ergò eam dissecant, dimidium illius Christo concionanti, dimidium Vespasiano grassanti, tribuentes *. Durum nimis videtur dimidiam hanc septimanam à reliquis divellere, (& tanto hiatu, annorum 34, avellere,) quarum pars illa esse videtur †. 2. Verbum יַשְׁבִּית juridicum sive ceremoniale quiddam sapit, nec de fortuito & violento impedimento potest intelligi, sed solennem actum præ se fert, ut patet ex Exod. 12. 15. 2 Reg. 23. 5, 11. 3. Romanorum impietas notata est v. præced. idque voce יַשְׁחִית, quæ de illa barbarie & militari ferocia eleganter & emphaticè dicitur: cui verbo Angelus h. l. consultò opponit verbum יַשְׁבִּית, q. d. Sicut per Romanos cultus profanatus est, ità per Christum abrogatus. Et si per verbum יַשְׁחִית ultima destructio urbis & Templi suprà indicata fuit, ut fatentur, annon ex hoc ipso satis patebat, non solùm sacrificia, sed omnem sacrificandi facultatem in æternum sublatam

l Emp. m Calv. n Gej. o Li. Me. T.V. p T. ex Li. q Grasf. p. 355. r Gej. ex Grasfer. † Grasfer. 359. t Jun. v Pol. ex Jun. sim. Liv. x Jun. y Grasfer. p. 354. † Grasf. p. 375. t Grasf. 355. v Id. 375. x Li. y Li. sim. V. * Wil. z V. a Pi. c V. d Wil. ex Per. * Li. f Wil sim. Li. g Wil. p. 354. h Grasf. p. 366. i Gej. k Grasf. p. 365. * Gej. l Sin. m Calv. n Calv. sim. Grasfer. o Grasfer. p 365.

p Grasf. 370. q Emp. † M. d. p. 869. r Grasf. p. 373. † Grasf. 374. t V. Calv. v Cap. Emp. Pi. x Cap. chron. y Emp. z Pi. a Gej. z Emp. a Gej. b Grasf. p. 352. * G. † Pi. * Grasf. p. 387. c Calv. d Ge. * G. * Q. in Grasf. sim. Jun. Pol. Liv. f Jun. in com. g Jun. in annot. h Pol. ex Jun. i Pol. * Grasf. 379. † Cap. chron.

sublatam esse, ut Angelo, aliàs verborum parcissimo, hâc supervacaneâ specificatione nil opus fuerit? 4. Mihi non certum est Vespasianum per triennium ante excidium sacrificia sustulisse. Historia id non dicit, sed contrà, Romanos, nè Judæos irritarent, Religionis usum liberum eis reliquisse. Et Judæi ultimi anni sui Pascha cum maxima solennitate celebrârunt [k]. 2. Intelligunt h. l. legitimam cultûs V.T. sublationem [l]. Christus sacrificio suo [m], sive morte suâ, quæ est sacrificiorum omnium complementum & finis [n], sacrificiis legalibus finem imposuit [o], & veteres typos ac umbras solenniter simul obsignavit & antiquavit; ut patet ex Psalm. 40.7. collat. cum Ebr. 10.5. Gal. 4.9. & 5.2 [p]. Probatur hæc sententia ex connexione cum membro præcedente, ubi dicitur Christum N.F. jam introduxisse, cui idcirco vetus Fœdus cedere oportuit: q. d. Confirmato ad eum modum novo Fœdere, Messias laboriosissimo illi Templi cultui æternum sabbatum imponet, ut innuit vox יַשְׁבִּית [q]. Obj. 1. At sacrificia durârunt multis post Christi mortem annis, ideóque morte ejus non erant abolita. Resp. Tunc non erant legitima [r]. In Christi morte de jure cessârunt, etsi de facto in Templi duntaxat eversione cessârunt, quia Synagoga fuit cum honore sepelienda †. Obj. 2. Hoc faciendum erat *in dimidia septimana*, i. e. continuato tractu trium annorum cum dimidio, non autem in puncto mediæ septimanæ, sive in momento Passionis Christi [t]. Resp. 1. Unde probant illud וַחֲצִי de septimanæ medio non posse intelligi? Annon dicitur Exod. 12.29. *Et mediâ nocte*, i. e. horâ mediæ noctis? 2. Abrogationem hanc non præcisè de mortis Christi hora intelligo, quamvis tunc finaliter peracta sit; sed de toto Ministerii ejus tempore, quo ad hanc abrogationem viam sibi paulatim præparavit [v]. In Christi baptismo & initio prædicationis ipsius cœpit mori Synagoga, etsi nondum planè mortua esset [x]. Sicut prior pars septimanæ insumpta fuit confirmatione Fœderis per præsentis Messiæ conciones triennales & quod excurrit: ità posterior septimanæ illius pars pertinuit ad cultûs Levitici abrogationem post Christi mortem concionibus Apostolorum præcipuè intimandam. De abrogatione sacrificiorum ferme 3 annis cum dimidio post Christi mortem per concilium sancita, Act. 15.23. lege Luther. Præfat. in Dan [y]. Christus per primum septimanæ dimidium, à baptismo suo inchoatum, perpessiones varias, tandémque mortem, sustinuit. Deinde post ascensionem suam, per dimidium septimanæ alterum, plurimos Judæos per Apostolos convertit. Ultimâ autem hâc septimanâ absolutâ, converterunt se legati Messiæ ad Gentes. Atque hic est terminus 70 septimanarum [z]. ¶ *Et erit in templo abominatio desolationis*, [וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם] [Variant.] *Et super* (vel, *propter*, P. M. V. vel, *ad*, sive *juxta*, Gej. vel, *contra*, Graf.) *alam abominationum* (vel, *alam detestabilissimam*, Pi. vel, *extensionem*, sive *expansionem*, *abominationum*, P. M. Calv. V. q. d. propter extentas abominationes, h. e. ubi viderint Templum pollutionibus submersum. Vel, *extremitatem abominationum*, q. d. quia ad cumulum venerunt abominationes [a]. Vel, *propter alam*, i. e. longam seriem, *abominationum*, sive multiplices & magnas abominationes, quas Christum crucifigendo admittent *;) *stupefaciens*, Mo. vel, *obstupescet*, Calv. vel, *stupescere faciet*, Calv. V. sub. *videntes desolationem*, V. מְשֹׁמֵם enim vel transitivè, vel intransitivè, accipiunt: q. d. stupebunt omnes. Stuporem hunc opponit securitati eorum & superbiæ quâ turgebant Judæi, quasi Deus ipsis obstrictus esset, nec à Templo suo divelli potuisset [b]. Vel, *desolabit*, P. vel, *perdet*, sive *destruet*, V. vel, *desolatio*, M. vel, *desolator*, sive *vastator*, Ti. Pi. Gej. Graf. sub. *erit*, M. Ti. vel, sub. *veniet*, Pi. vel, *ingruet*. Verbum hîc non exprimitur (ut sæpe in Hebraismo, ut Esa. 61. 1. *Spiritus Domini super me*,) ejus tamen vis in voce Benonica מְשֹׁמֵם, *vastans*, aut *desolans*, includitur [c]. Locus hic obscurus, & nisi contextus nos sublevaret, inextricabilis esset [d]. Ostendit quid, post sublatum V. T. cultum, futurum sit de externo Sanctuario *: hoc, inquit, jam profanatum detestanda abominatio cum horrenda vastatione occupabit [f]. Vulgatus per *alam* intelligit Templum, cui favet Matt. 24. 15 [g]. ità sensus est, *super alam*, h. e. locum sanctum, ubi sunt alati Cherubini, *erit abominatio desolationis* [h]. Alii עַל exponunt, *pro*, q. d. pro Cherubim, aut vice Cherubim, erunt abominationes †. Sed argutum hoc magis quàm solidum *. Sed notandum hîc voces כְּנַף שִׁקּוּצִים cohærere per regimen, ideóque כְּנַף *alam* nec Cherubinos designare, nec Templum, sic dictum ob pinnas, tanquam pennas; vel, quia Templum habebat utrinque latas longásque porticus, tanquam alas expansas, ut vult à Lapide. Utut Matt. 24. vers. 15. mentio fiat *loci sancti*; non tamen dicit eum in Daniele exstare, sed solùm declarat ubi *abominatio*, &c. debeat observari, videlicet, *in loco sancto*, h. e. circa urbem, vel Templum. Desolator h. l. exstiturus prædicitur *juxta alam*, hoc est, in confinio, *abominationum*. שִׁקּוּץ autem est, *res abominabilis*, & de idolis dicitur 1 Reg. 11. 5, 7. 2 Reg. 23. 13. Vide & Esa. 66. 3. Jer. 7. v. 30. Os. 9. 10. &c. Unde constat omnem illicitum Dei cultum, adeóque cultum Leviticum post Messiæ mortem continuatum, pro abominatione reputari [i]. Obj. At ille cultus paucissimis constitit tanquam abominabilis, adeóque signum devastationis esse nequivit [k]. Resp. Sufficit tamen Christianis hoc constitisse [l]. Hoc dicit, *Per idola expansa* (quæ erant signa Romanorum militaria omnium exposita conspectui, ut diximus ad Matt. 24. 15.) *veniet desolatio*, sive *excidium*, urbis. כְּנַף Hebræis est omne id quod expanditur, Mal. 4. 2. שִׁקּוּצִים Hebræis sunt *idola* *. [Alii verba sic reddunt;] *Et pinnis imponentur clamitosa scelera*, Ca. *Et usque ad extremitatem erit vastitas*, Ar. *Denique super extremitates abominationis* incumbet *vastitas*, Sy. [Alii hoc membrum cum sequente jungunt, de quo statim. Alii cum præc. locúmque sic reddunt;] *Et in dimidia septimana, desolans*, vel *desolator*, exsistens, *ille cessare faciet sacrificia & oblationem*, *idque* exsistens *super* (vel, dominans *super*) *alam abominationum*. Ità מְשֹׁמֵם, quod multùm turbat Interpretes, est suppositum vel nominativus regens verbum יַשְׁבִּית, cui nullus nominat. est vicinior. Nec usus linguæ vetat nomen verbo postponi, nec trajectio major quàm Latinè ferri possit, *Et abolebit sacrificium & munus, atque erit super alam abominationum, desolator*: vel, *Et abolebit sacrificium & munus, qui erit super alam abominationum, desolator*. Vel, verba ultima sic reddi possunt, *Et super alam abominationum* erit *ille qui desolationem efficit*. Ità ellipsis tantùm est verbi substantivi, quæ frequentissima est. Hic autem *desolator* non est Imperator Romanus, sed Messias, qui in præced. *confirmat fœdus*, deinde, *sacrificium cessare facit*, & hîc esse dicitur *super alam*, sive *exercitum*, *abominationum*. Atque hinc apparet ratio hujus additamenti, quod alioqui frustraneum esset. Quid enim mirum, Imperatorem extraneum esse super exercitum Gentilium? Quòd autem Messias ei præesset, id mirum erat. Et certè exercitus Romanorum quodammodo sub Messia erat, eíque serviebat. Vide Matth. 22. 7. Et adventus illius exercitûs dicitur *adventus Christi*. Vide Mal. 3. 1, 2. Joh. 21. 22. Jacob. 5. 8 [m]. ¶ *Et usque*, &c. וְעַד־כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם *Et usque* (vel, *Et hinc usque*, vel, *Et sic quidem usque*, Graf. ו in וְעַד habet vim conjunctionis causalis כִּי, *quia*, quod in hac copula frequentissimum est *.) *ad consummationem*, Mo. M. Graf. G. Vulg. (vel, *finem*, Calv. vel, *consumptionem*, Calv. Pi. h. e. usquedum pereat totus populus [n]: vel, *totalem consummationem*, Graf. p. 391. Al. *Donec consummatio*, P. ad verb. *Et donec*. Redundat *&*, aut subaudiendum erit verbum præcedens, *Destruet*, *inquam*, *donec*, &c [o].) *& decisam* (vel, *eámque decisam*, Pi. vel, *& fixem*, Vulg. *& determinationem*, vel, *& finem determinatum*; quâ voce significat causam æterni interitûs, quia Deus ità statuit, & decretum ejus est irrevocabile [p]. Vel, *& destinatam exterminationem*, M. vel, *&* quidem *decisa*, P. *&* quidem *certa*, vel *definita*, V. à Deo, ut suprà 24, 26 [q]; vel, *& fatalis decreti* impletionem, Graf. p. 350. vel, *& decisionem*. *Consummationem & decisionem*, pro, *consummationem decisam*, per hendiadyn: quomodo Gen. 19. 24. *sulphur & ignis*, pro igne sulphureo; Coh. 5. 8. *judicium & justitia*, pro judicio justo [r].) *effundet se* (vel, *deciderit*, Q. in V. *perseverabit*, Vulg. vel, *stillabit*, M. Pi. Calv. Graf. Gej. Ellipticum est loquendi genus, ità ut supplendus sit nominativus †. Subauditur itaque, vel, *desolatio*, Pi. vel, *exsecratio*,

k Graf. 379. l Gej. m M. n Cap. chron. o M. sim. Cap. Graf. Per. Emp. p Gej. q Graf. pag. 382. r Calv. † Cap. t Q. in Graf. v Graf. pag. 348. x Cap. y Gej. z Emp. a Calv. * V. b Calv. c Graf. pag. 405. d Id p. 391. * Id p. 404 f Id p. 391. g Wil.

h Wil. ex Os. & O. col. † Q. in Calv. * Calv. i Gej. k Per. l Gej. * G. m Med. p. 869. * Graf. pag. 412. n Calv. o V. p Calv. q G. r Gej. † Idem.

exsecratio, sive *indignatio divina*, Gej. vel, *clades*, sive *calamitas*, quæ tunc cœpit cùm Deus ostendit Templum esse pollutum [t].) *super obstupescentem*, vel *admirantem*, vel *attonitum*, Mo. P. Calv. V. sub. *populum*: i. e. Donec populus ille reddatur attonitus propter tantam desolationem [v]. Vel, *super devastationem*, hoc est, urbem Sanctuariúmque devastatum, vers. 26. De voce שׁוֹמֵם, *vastans*, vel *vastitas*, vide dicta ad v. 17 [x]. Vel, *super desolatum*, Graf. *super desolandum*, Pi. *super* populum *qui est obnoxius desolationi*, M. nempe populum Judaicum [y]. Participium שׁוֹמֵם hìc notat nomen participiale [z]. [Alii verba sic reddunt;] *Et destuet super vastitatem usque ad definentem & consummatum* mundum, Ti. *Idque ad internecionem, fluente ad vastitatem sævitiâ*, Ca. *Et usque ad finale tempus (nempe illud quod decretum est) durabit*, vel *perseverabit*, (ut Targum reddit Jer. 7. 20. Metaphorica significatio sumpta à continua effusione aquæ.) *super desolatum*. *Durabit*, nempe *ala abominationum*, (nam תִּתַּךְ est fœmin. & referendum est ad כְּנַף *alam*,) h. e. metonymicè, desolatio, vel etiam alienorum possessio, quam ala illa intulit, quæ, inquit, durabit usque dum decretum tempus compleatur. Vide Luc. 21. 24. Rom. 11. 25 [a]. [Alii verba sic reddunt;] *Et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem*, ο'. *Et usque ad finem. Statimque disponet ad vastitatem*, Ar. *Usque ad consummationem sententiæ manebit in vastitate*, Sy. [Alii hæc verba cum præcedentibus sic reddunt;] *Et* (vel, *Deinde*, Jun.) *per legiones detestationum desolantes* (vel, *per alam abominationum*, sive *abominabilem*, *desolantem*, h. e. desolationis causam †: vel, *per alam detestationum desolantem*, Jun. Pol. i. e. per exercitum Gentium, quæ ex distinctione Legis præ Judæis abominabiles erant, & à Deo alienæ, donec se Christo adjunxerint [b]; per copias Romanorum [c], qui idololatræ erant, ideòque detestabiles [d]. Vel, *per alam abominationum desolans*. Malorum eventum exprimit membro sequente; hìc autem, modum & genus malorum quæ Judæis prædicuntur, quod est desolatio: cujus causam efficientem hìc explicat, tum summam, quæ est Deus pro justitia sua desolans, nimirum idem qui priùs sacrificium abstulisse dicitur; tum secundariam sive instrumentalem, quæ est *ala*, &c *. Vel, *Per alas* Romanas, quas Judæi *abominabuntur*, *desolabit* eos justus Judex ad interitum usque [f].) *etiam usque ad consummationem, eámque præcisam, in desolatum effundetur desolatio*, JT. Pi. vel, *& donec consumantur*, ex Judicis consilio, *quod* apud se iniit præcisè, ac veluti *præcidit*, per illas Romanorum copias *effundet sese* crescens indies calamitas & desolatio, effundet se, inquam, *in* Judæos, *qui desolati obstupescent* ad illa Dei judicia [g]. Vel, *usque ad consummationem & definitionem* (vel, *usque ad consummationem à Deo definitam*) *stillabit* ira Dei fervens *super desolatum* Judæorum populum, qui tum è terra sua à Romanis ejicietur, & in omnes mundi plagas dissipabitur [h]. Vel, *& quidem usque dum consumptio, eáque præcisa, in desolationem effusa fuerit*, i. e. usquedum gens Judæorum tanquam perpetuo stillicidio, vel, potiùs, diluvio, malè perdita fuerit εἰς πανωλεθρίαν. Id quod confirmant historiæ. Judæos enim quoscunque poterant perdiderunt Vespasianus, deinde Titus, postea Domitianus: nè quid dicam de finitimis omnibus, qui certatim adlaboraverunt nè quis ex eis superstes foret; nec de eo, quòd seipsos mutuis vulneribus confecerint [i]. [Aliis non placet hæc versio & explicatio.] 1. Quòd עַל *per* vertunt, satìs durum est [k]. 2. Vocem Benonicam מְשׁוֹמֵם perperàm conjungunt cum כְּנַף, tanquam adjectivum cum substantivo, unde casus rectus in hoc membro nullus relinquitur à quo actio illius regeretur: quum tamen integrum & absolutum sit hoc comma; ut patet, tum ex accentu Zakeph-katon super voce מְשׁוֹמֵם, tum ex sequente copula ו in וְעַד, quam frustrà *etiam* reddunt. 3. Dura est trajectio verbi תִּתַּךְ ultra primum hoc comma. 4. נֶחֱרָצָה, quod hìc substantivè ultimum & finale Dei decretum de Judæorum abdicatione & exsilio denotat, adjectivè perperàm interpretantur: quod si voluisset Angelus, dixisset, הַנֶּחֱרָצָה, ut cum כָּלָה conjungeretur: sic enim Hebræis adjectiva cum substantivis per ה He illud emphaticum conjungi solent. 5. Verbum תִּתַּךְ non signif. *effundi*, sed *stillare*, ut indicet lentam, sed perseverantem, judiciorum Dei exsecutionem; ideòque non convenit Romanis Judæos intra sesquiennium ferè omnes evertentibus. 6. Quomodo Romani *desolationem*, h.e. externam vastationem, *effuderunt super desolatum*? Illi enim gentem, urbem & Templum, nondum desolata, sed adhuc stantia, desolârunt [l]. 7. *Alam* pro turma gratìs accipiunt [m]. [De quo plura statim.] Voces מְשׁוֹמֵם & שׁוֹמֵם eodem sensu *stupendi* accipio *. Vox מְשׁוֹמֵם est Benonica, idque in forma Piel quadrata, in qua actio thematis transitiva est, & vis ejus intenditur; indicat autem causam efficientem profanandi Sanctuarium. Vox שׁוֹמֵם rationem nominis habet, ut magis rem operatam, sive effectum, quàm ipsam operationem, sive effectûs causam, significet †. Est nomen participiale, ut possit verti, vel *desolatio*, vel *desolatus*. Cúmque sapientiæ Dei in hujusmodi prædictionibus inexhausta abyssus sit, ego particulam hanc, sub illo ambiguo significatu, tam de Templo profanato quàm de populo profanante, & extra terram deinceps pro peccato peccatíque pœna exsulante, intelligo *. Per hanc vocem שׁוֹמֵם designantur reliquiæ exsulum Judæorum; qu. d. *populus effascinatus*, *stolidè superstitiosus*, *vagus*, *exsul*, *pavidus*, *stupor & ludibrium mundi*. Nam hæc omnia voci huic insunt †. Per vocem מְשׁוֹמֵם intelligo hìc, 1. spiritualem Templi profanationem, per quam ipsum Sactuarium post mortem Christi sanctitatem suam perdidit, à Deo desertum, & quasi in horridum delubrum idolorum transformatum: 2. externam etiam & realem profanationem, per idolum v.g. Templo illatum: 3. præterea, Romanorum tyrannidem, qui post crucifixum Messiam magìs efferati erant in Judæos, qui exitium sibi accersebant, dum excæcati erant insano & intempestivo religionis zelo, pro illa *abominationum ala*, id est, profanato Sanctuario, pugnantes, &c*. [Sed duo adhuc fusiùs discutienda supersunt: 1. de *ala*, &c. 2. de qualitate & duratione excidii Judæorum.] Qu. 1. Quid est hæc *ala*, &c. vel abominatio desolationis? Resp. 1. Est illud abominandum idolum quod Antiochus Epiphanes in Templo collocavit [n]; quod *desolationis* dicitur, quia in urbe Templóque profanatis & vastatis positum erat. Sed, contrà, Angelus hìc loquitur, 1. de malis quæ Judæis ob Christi cædem post 70 hebdomadas contigerunt; 2. de malis in perpetuum mansuris [o]; 3. de malis tempore Christi adhuc futuris, Matt. 24. 15, 16 [p]. Resp. 2. Ego simpliciter interpretor de profanatione quæ contigit post resurrectionem Christi & promulgationem Evangelii, quando detecta fuit obstinata gentis impietas Christi gratiam rejicientis, ob quam Deus submersit Templum ipsum pollutionibus, ità ut sanctitas ejus & gloria tunc penitùs evanuerit [q]. Resp. 3. Est factio illa Zelotarum, qui obstinatione suâ in causa erant eversionis Templi & urbis [r]; ut à nobis explicatum & demonstratum est in Spicilegio nostro ad Matt. 24. 15 †. Probabilis est hæc interpretatio, mihi tamen non probatur: Illis enim nomen *desolationis* non convenit, quippe cujus non illi, sed Romani, auctores erant. Obj. Illius causa erant, non quidem efficiens, sed meritoria. Resp. Judæi non propter scelera Zelotarum in Templo patrata puniti sunt sive à Deo, sive à Romanis: sed ab illo, ob cædem Christi, Luc. c. 19. v. 27; ab his verò, ob defectionem [t]. Resp. 4. Est pseudo-Sanctuarium, aut exautoratum Sacrarium. שִׁקּוּץ propriè denotat cibum immundum, deinde idola; hìc autem, Sanctum sanctorum, quod Deus ob occisionem Messiæ tanquam pollutum abominabatur, in quod etiam Romani fortè suum jam aliquod שִׁקּוּץ intulerunt [v]. [Alii paulò aliter.] Per *abominationem*, &c. intelligo sacrificia Judæorum, quæ post mortem Christi infructuosa erant invalida, abominanda, & paulò pòst desolanda, seu abolenda [o]. Sed non placet, 1. quia Daniel apertè distinguit abominationem desolationis à defectione sacrificiorum: 2. quia hæc *abominatio*, &c. erat certum & conspicuum signum instantis excidii urbis, Matt. 24. 15. Quòd autem sacrificia post mortem Christi infructuosa essent, paucis Judæorum notum erat [p]. Resp. 5. Est idolum aliquod, vel statua [q], vel abominandum aliquod [r], quod in Templo positum est †: scilicet, imago Cæsaris, vel, 1. Tiberii, quam Pilatus ibi posuit [t]. Non placet: nam, 1. Pilatus statuam

[t] Calv. [v] V. [x] Gej. [y] M. Pi. [z] Pi. [a] Med. † Cap. [b] Jun. in com. [c] Jun. in annotat. Emp. Pol. &c. [d] Jun. annotat. * Jun. com. [f] Emp. [g] Idem. [h] Cap. chron. [i] Jun. com. [k] Gej. ex Graf.

[l] Graf. p. 398. [m] Gej. ex Graf. * Calv. † Graf. p. 405. * Graf. p. 412. † Graf. p. 434. * Graf. p. 406. [n] Q. in Per. [o] Per. [p] Per. sic San. [q] Calv. [r] Cap. chron. sim. Tost. & Hessel. & Jans. in Per. † Cap. [t] Per. [v] Graf. 408. [o] Carthus. &c. in Per. Hugo in Wil. [p] Per. [q] Hi. & Theodor. & Chrys. &c. [r] Wil. † Wil. sim. Hi. & Th. &c. [t] Hi & Th.

tuam illam non in Templo, sed in urbe honesto loco, constituere voluit, sed non potuit, Judæis contrà nitentibus, teste Joseph. Antiq. 18. 4. & de Bello 2. 8. 2. Christus de statua constituenda intelligit, Matt. 24. v. 15. At statua hæc jam antè constituta erat, anno videlicet Christi nati 25. quum primùm Pilatus præturam iniit [v], & supra 40 annos ante desolationem urbis [x]. Vel, 2. Caii, qui misit Petronium cum exercitu, ut eam in Templo poneret [y]. Non placet; quia Petronius id non obtinuit, sed ignominiosè repulsus est, & Caius, morte præventus, voto privatus est [z]. Vel, 3. Titi, quam in desolato Templo excitari jussit [a]. Contrà, 1. Hoc, cùm præsens jam esset, non potuit esse desolationis signum [b]. 2. Non verisimile est Titum hoc fecisse in Templo, quod statim eversum fuit, neque id sanè Josephus tacuisset [c]. Vel, 4. statua equestris Adriani [d]. Sed hæc erecta est in ruinis Templi jam antè eversi, ídque anno Christi 137 *. Nihilominus hanc interpretationem de imaginibus Pilati, Caii, &c. multa firmant. 1. Quòd ea abominatio in loco sancto stare debuit, Matt. 24. 15. 2. Collatio cum Dan. 8. 13. & 11. 31. ubi *abominabilis desolatio* vocatur idolum Jovis Olympii super altare positum, 1 Mac. 1. 57. 3. Vox שִׁקּוּץ, *abominatio*, quæ idolis peculiaris est, 1 Reg. 11. 5. 4. Vox כְּנַף, quæ applicatur Sanctuario Psalm. 61. 5. respectu alarum Cherubim quæ Arcam obtegebant. Sic Matt. 4. 5. πτερύγιον, *ala*, dicitur pinnaculum Templi. *Ala* ergò aptè dicitur de Templo, vel, 1. parte synecdochicè positâ pro toto [f]; vel, 2. ab alis Cherubim [g]; vel, 3. respectu præsentiæ & protectionis Dei, quæ per *alas* significatur [h]; vel, 4. quia Templum stetit in excelsa urbis parte, inferiora loca velut alis obumbrans [i]. Resp. 6. Est exercitus Romanus urbem arctè obsidens [k]. [Hujus sententiæ argumenta sunt, 1. Quòd hic aptè dicitur *ala abominationum desolans.*] *Ala* ponitur pro exercitu, h. e. pars pro toto. *Ala* enim Romanis dicta fuit equitum turma, quòd pedites tegant alarum vice [l]. *Alæ*, pro copiis, metaphoricè, ut Esa. 8. 8 [m]. Addit, *abominationum*, quia idololatrici erant, adeóque abominabiles; &, *desolans*, quia urbem & Templum & populum desolaturus erat [n]. [Reponunt adversarii hujus sententiæ,] *Alam* Latinis eo sensu sumi concedo; כְּנַף Hebræis, pernego. Dispar est locus Esa. 8. 8. Ibi enim vox est כְּנָפָיו in plur. vel duali, quæ de exercitibus Imperatorem circumcingentibus rectè & eleganter dicitur, non item כְּנַף in sing. Deinde, ibi additur vox מֻטּוֹת, quæ maximam metaphoræ partem sustinet, *Expansiones*, inquit, *alarum ejus replebunt*, &c [o]. Deinde, vox שִׁקֻּצִים de idolis usurpatur, nusquam de idololatris. Et cur, quæso, Romanorum idolomania detestabilior foret quàm olim Babyloniorum aut Macedonum; præsertim cùm hi eam aliis obtruderent, quod Romani non fecerunt [p]? 2. Quòd Evangelistæ sic exponunt: Pro eo quod dicitur Matt. 24. 15. & Marc. 13. 14. *Quum videritis abominationem illam vastatricem quæ dicta est à Daniele propheta positam ubi non oportet*, Marc. c. 13. vel, *in loco sancto*, Matt. 24. Lucas (qui post illos scripsit Evangelium, & quod ab illis subobscurè dictum fuerat planiùs & apertiùs dicit, [p]) ità scripsit, *Quum videritis Jerosolyma cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare vastationem ejus* [q]: externam scilicet, non urbis solùm & Templi, sed & totius regionis; ut ex eo constat, quòd ipsos tunc fugam capessere jubet [r]. [Respondent adversarii hujus sententiæ,] 1. Etsi Christus illam abominationem vastatricem cum externa urbis & regionis per Romanos vastatione miscere & confundere videatur, ídque forsan in imitationem Danielis †, & licèt Christus sub illa abominatione ipsas etiam Romanorum copias lato quodam modo comprehenderit, licèt etiam Christus ad hunc Danielis locum apud Matt. respexerit [t]; non tamen constat per βδέλυγμα ἐρημώσεως aut Romanum exercitum intelligi [v], aut voces illas כְּנַף שִׁקֻּצִים à Christo exponi [x]. 2. Non constat an Christus idolum suum vastans ex hoc loco mutuatus sit [y]; an, quod multò probabilius est, ex Dan. 12. 11. ubi est שִׁקּוּץ שֹׁמֵם, quod Christus interpretari voluisse videtur [z]; an verò ex utroque loco conjunctim considerato [a]. 3. Cur, quæso, de Romanis potiùs urbis obsessoribus & direptoribus quàm de Babylonicis tam ominosa phra-

[v] San. sim. Per. [x] Per. [y] Q. in San. [z] San. [a] Al. in San. [b] Wil. [c] San. [d] Thom. & L. & Heg. in San. * San. [f] Wil. ex Oecol. [g] Wil. ex Os. [h] Wil. ex Bul. [i] Wil. [k] Per. ex Aug. & Caj. sic Jun. Pol. San. &c. [l] Pol. [m] Jun. [n] Pol. [o] Gras. 392. [p] Gras. p. 397. [p] Per. [q] Pol. ex Jun. [r] Q. in Gras. p. 392. † Gras. p. 395. [t] Id. 397. [v] Id. 395. [x] Id. 397. [y] Id. 411. [z] Id. 397. [a] Id. 411.

sis usurparetur? An diceret Christus, *eos stare in loco sancto, & ubi non oportet* [b]? Jerosolyma non erat locus ille sanctus, & milites hi urbem obsidentes stabant ubi & debebant & solebant [c]. 4. Christus verbis illis, *Qui legit attendat*, non obscurè indicat Danielis verba magnum continere mysterium, quale non erat Romani exercitûs impressio, quæ sensu externo percipi poterat. 5. Discrimen est inter narrationem Lucæ & reliquorum Evangelistarum. Hi de regionis tantùm vastatione loquuntur, ille de urbis obsidione [d]. Verba illa, *dictum à Daniele propheta*, quæ reliqui habent, Lucas omittit; unde colligitur ipsum non loqui de eadem abominatione de qua cæteri *. Christus itaque duo dedit signa appropinquantis excidii urbis: 1. de *abominatione desolationis stante in loco sancto*, quod Matt. & Marc. narrârunt; 2. de exercitu circumdante Jerusalem, quod Lucas refert [f]. Sed hoc non est verisimile, cùm omnes tres Evangelistæ narrent eundem numero sermonem Domini, videlicet eodem loco, eisdem sententiis ac penè verbis, cum eisdem discipulis, denique eodem tempore, habitum. Quærendum adhuc de quo exercitu & qua obsidione Jerosolymæ Lucas loquitur [g]. Resp. 1. De illa sub Cestio, de qua Jo. de Bello Jud. 2. 24 [h]. Non placet, quia illa obsidio nec plena fuit, & fuit brevissima, ac à Judæis facilè soluta cum dedecore & strage Cestii. At constat Lucam loqui de obsidione quam excidium urbis, &c. consequutum est [i]. Resp. 2. De illa Titi [k]. Obj. At tunc sera nimis esset fuga, quam suadet [l]. Resp. 1. Quum urbs à Tito vallari cœpit, non difficilis erat fuga in montes [m]. 2. Fugiendi facultas erat, si non obsessis in urbe, certè illis qui in reliqua Judæorum regione versabantur, de quibus nominatim Christus loquitur. 3. Signum esse voluit, non tam ad fugiendum, quàm ut intelligerent impendere Judæis tantam calamitatem ut vix ullibi salvi esse possint [n]. [Atque hæc de primo quæsito dicta sunto. Restat secundum, de qualitate & duratione excidii Judæorum.] Πανωλεθεία Judæorum hîc prædicitur [o]. Sensus, qu. d. Tanta erit vastitas & occidio, ut πολιτείας illius adeò nobilis nihil supersit futurum, ità Deo constituente, cujus decretis obstrependum non est. *Consummatio* idem quod συντέλεια 1 Mac. 3. 42 [p]. Confert Angelus hoc excidium cum præcedente calamitate Babylonica, de qua Jer. 4. 27. *Terra desolata erit, sed* כָּלָה *finalem consummationem non faciam.* Τὸ כָּלָה itaque, si sola poneretur, πανωλεθείαν indicaret: verùm restringitur voce נֶחֱרָצָה, quâ aliquis huic abdicationi præstituitur modus vel terminus; quem tamen Dei providentia sibi ità reservavit, ut nè Angelis constet. Hæc autem vox occurrit etiam Dan. 11. 36. *Quia*, inquit, *decisio facta est*; i.e. Diffusa erit Antichristi tyrannis à Deo limitata, & quoad locum tempúsque coercita. Et crediderim quidem, ex horum locorum collatione, determinationem quoad tempus coincidere, eundémque finem & Antichristi tyrannidi & Judæorum calamitati à Deo præstitutum esse. In qua sententia confirmor ex collat. Luc. 21. 24. & Apoc. 11. 2 [q]. Hanc Judæorum desolationem finalem & perpetuam fore multis indiciis patet. 1. Ex collatis Scripturæ locis, Esa. 25. 1, 2. Jer. 19. 11. 1 Thes. 2. 16. 2. Ab eventu & experientia: Hæc enim calamitas jam per 1500 annos perduravit. 3. Quòd Judæi, quoties Templum reficere conati sunt, adjuvantibus licèt eos Imperatoribus, divinitus impediti sunt, ut notum est [r]. Qu. An ergò nulla Judæis spes superest? Respond. Duplex est gentis Judaicæ repudiatio: 1. corporalis, destructis Templo & urbe, ac populo in exsilium ejecto; 2. spiritualis, luce Verbi Dei & veritatis cognitione eis ademptâ. De utraque loquitur Christus Matth. 23. 38. *Ecce, relinquetur domus vestra deserta*, Templum nimirum Dei. Priorem sunt qui sperant, ex Esa. 61. & præcipuè ex Amos. 9. 11. *Erigam tabernaculum*, &c. Cujus loci explicatio instar generalis commentarii esse potest in reliquas hujus generis prophetias. Sed non considerant, 1. vocem *Israel* non de carnali solùm, sed & spirituali, Jacobi posteritate accipiendam esse. 2. Spiritum Sanctum, sub typo reducendi populi in Terram, spiritualem Ecclesiæ liberationem & assumptionem mysticè describere: id quod de hoc loco patet, tum ex Apostolica loci explicatione,

Act.

[b] Gras. 395. [c] Wil. [d] Gras. 395. * Wil. [f] Euthym. in Per. sim. Gras 396. Wil. [g] Per. [h] Q. in Per. [i] Per. [k] San. Per. [l] Q. in Per. [m] San. [n] Per. [o] Jun. [p] G. [q] Gras. 413... [r] Wil. p. 359 ex Per. 616...

Act. 15. 16, 17; tum ex ipso hoc Amosi capite, ab initio usque ad v. 10. ubi comminatio est quâ vix ulla occurrit atrocior. Deinde subjungit, v. 11. *In die illo*, quo scil. hanc atrocem vindictam exercebo, *erigam tabernaculum David*, h.e. Davidis Regnum, sive Ecclesiam, cui Gentes aggregandæ sunt, v. 12. Spiritualis repudiatio magis adhuc magisque apud Judæos intenditur; cujus tamen spes aliqua videtur reliqua ex Matt. 23. 39. *Donec dixerint, Benedictus*, &c. Rom. 11. 25, 26 *. [His itaque præmissis, tandem deventum est ad celeberrimam illam quæstionem de inchoatione & determinatione harum 70 hebdomadarum. Hîc autem nonnulla prælibanda sunt.] 1. Quæstio hæc est, ut nobilissima, ità omnium difficillima [t]. Aliquid hîc ἄπειρον est & ἀδιάλυτον, quod nullo humano ingenio explicari potest [v]. Hieronymus ergò & Augustinus quæstionis hujus tractationem quasi consultò refugerunt, ei impares se esse judicantes [x]. Obscuritatem illius ostendit incredibilis sententiarum varietas [y]. Causa difficultatis primaria est chronologia & temporum ratio intricata [z]. Difficile est unius Regni historias & chronologias bene perspectas habere; multò magis omnes historias & chronologias ad tres principales Monarchias, Persicam, Græcam & Romanam, pertinentes, quæ omnes cum hac disputatione implicatæ sunt [a]. De hoc hebdomadarum tempore parùm lucis habemus, sive à Sacra historia [b], quæ eâ parte aut obscura est, aut sæpius interrupta, atque ab Esdra ad Maccabæos, & indè ad Christum, prorsus omissa; sive à profanis scriptoribus, qui etiam de Regum numero dissentiunt. Accedit, quòd sæpe occurrunt interregna, tyrannides, &c. Deinde, anni imperfecti interdum omittuntur, interdum pro integris habentur [c]. Ex quo fit ut in magna summa (qualis est annorum 490) annorum 20 ratio habenda non sit [d]. Historiæ illorum temporum, præcipuè Regum Persarum, sunt plenæ diversitatibus & contradictionibus. Nihil de Regum nominibus, numero, vel annis, certum est *. Obscuritatem auxit mos Regum Persarum, qui, sive susceperant expeditionem bellicam, sive contentionem inter fratres veriti fuerant, aliquem ex filiis Regem creârunt. Conjecturâ ergò utendum est. Scio hoc fore calumniæ obnoxium: nam profani homines, ubi aliquid vident dissensionis, indè colligunt nullam esse doctrinæ certitudinem: ineptè sanè. Græci scriptores admodum inter se variant: nec tamen quisquam adeò impudens est, qui dicet fabulosum esse quicquid narratur. Sufficiat hoc, posse aliquam summam annorum colligi quæ cum hoc Danielis Vaticinio conveniat, nec potuisse meliùs annos subduci quàm hîc fit [f]. 2. Ante omnia definiri hîc oportet quænam chronologia sit probatissima, quam sequi debemus. Ea autem est multiplex. 1. Hebræorum, ex suo sensu conficta. Hanc verò chronologiam refellit, quòd illi plures non agnoscunt Reges in Regno aliquo quàm qui in S. S. memorantur. Hinc Persarum Reges tantùm quatuor agnoscunt usque ad Alexandrum Magnum, nempe Cyrum, Cambysem, Assuerum, & Darium, sub quo ædificatio Templi absoluta est, quem sex tantùm annis regnâsse volunt. Plena hæc sunt inscitiæ & absurditatis, sed in Hebræis non admiranda, quippe qui sua tantùm scripta legunt, & nefas ducunt exteros scriptores attingere, è quibus tamen solis res gestæ ac tempora Regum Gentilium verè cognosci possunt [g]. 2. Joannis Annii Viterbiensis, quam ille sub speciosis, sed falsis, nominibus Berosi, Manethonis & Metasthenis edidit. Sed scriptum hoc falsum & fictitium esse ante nos deprehenderunt Volaterranus, Vives, &c [h]. [De quo plura vide in Authore.] 3. Ea quæ describit continuam seriem Regum cujusque Regni. Hanc non sperno, nec tamen certam & tutam esse puto, maximè in tribus his maximis Monarchiis, Persica, Græca & Romana. Nonnunquam enim scriptores prætereunt Reges sive obscuriores, sive tyrannos, necnon interregna, & primum ultimúmque Regis cujusque annum. 4. Ea quæ Olympiadum notatione constat [i]. Olympias autem nomen accepit à ludis Olympicis, qui in Elide agebantur [k], post quartum quemque annum [l], maximo in concursu totius Græciæ, & ferè mundi; unde notissimus omnibus erat annus ille qui Olympiadem quamque inchoaret, vel finiret [m]. Constat ergò quælibet Olympias quadriennali spatio [n]. Hos ludos in honorem Jovis Olympii primus instituit Hercules, eósque diu interruptos instauravit Iphitus Rex illius regionis, annis circiter 775 ante natum Christum, indéque ultra mille annos illi ludi perdurârunt. Ab eo tempore Græci computârunt, ut ex Velleio Paterculo, Solino, Phlegonte, Pausania, Censorino constat, qui omnes initium Olympiadum ad Iphitum referunt [o]. Usus Olympiadum induci cœpit in computationem temporum 24 annis ante Romam conditam, & anno octavo Achaz Regis Juda [p]. Tempus ante Olympiadas *fabulosum* vocavit Varro, quia nullum habuerunt notum & ratum tempus quod profanam consignaret historiam: tempus post eas vocavit *historicum*, & ab eo tempore Græcorum scripta fidem habere cœperunt [q]. Hæc chronologia reliquis præstat, & certissima est [r]. Verùm Olympiadum interdum laborat fides †. De rebus Græcorum certa est illa chronologia, non item de Imperio Persarum [t], ut ex S.S. colligitur: de quo deinceps agendum. Alii tamen certitudinem ejus hinc astruunt [v], quòd multi viri & scriptores doctissimi temporibus Regum Persarum vixerunt, quales septem Græciæ sapientes, Pythagoras, Herodotus, Socrates, &c [x]. Resp. Reges Persarum nec omnes, nec omnibus illis scriptoribus, perfectè cogniti erant, nedum anni regnorum, &c. Nonnulla sunt quæ hanc chronologiam incertam reddunt. 1. Incertum est Olympiadum initium, quod erat vel in 8. anno Achazi, juxta Per. vel, 23 pòst annis, nempe in anno 2. Jothami, ut volunt Bulling. Liv. Func. & Afric. vel, anno Azariæ, sive 46. ut Lucidus, sive 49. ut Glareanus, sive 50. ut Eusebius. Plutarchus in vita Numæ dubitat de certitudine hujus computationis respectu initii ejus, quod serò scriptis mandatum est ab Hippia Eliensi [y]. Sed hoc non turbat ordinem sequentium temporum: si enim, v. g. Hippias serum nimis statueret Olympiadum initium, & illam 40. fecisset quæ tantùm 30. erat, parùm id refert, & intervalla Olympiadum adhuc certissima manent [z]. Resp. Nihilominus error indè oritur: v. g. Si quæstio sit de Regni Persici initio, & hoc statuatur in Olympiade 55. quum multò antè cœpit, errorem id in historia parit. 2. Quidni etiam post Iphitum (ut antè contigit) interrupti essent hi ludi ob bella Græcorum, tum civilia inter se per 27 annos continuata, tum cum Persis; quando, rebus turbatissimis, nec otium nec animus illis forsan suppetebat ad hos ludos celebrandos? 3. Dissentiunt authores qui hanc chronologiam sequuntur. v. g. Pythagoram florentem ponunt, Olymp. 43. Plin. 50. Dionysius, 60. Laertius, 68. Solinus. Pariter Christum natum volunt, Olympiade 186. Cyril. 194. Scal. Liv. Perer. &c. Sic etiam urbem Romam conditam esse volunt vel, 1. annis 38. ante primam Olympiadem, ut Timæus Siculus; vel, 2. in 3. sive 4. anno Olymp. 6. ut Dionysius Halic. Eratosthenes, Cicero, Plin. &c; vel, 3. in anno 2. Olymp. 7. ut Polyb. & Diod. Sic. vel, 4. in 1. anno Olymp. 8. ut Q. Fabius; vel, 5. in ann. 4. Olympiad. 12. ut L. Cincius. Ità inter primam & postremam supputationem est spatium 80 annorum [a]. 5. Ea quæ ab urbe Roma condita ducitur [b]. Sed cùm Roma minùs celebris erat stantibus Imperiis Persico & Græco, neque illa computatio certos nos facit de rebus illorum Imperiorum [c]. [Deinde, variæ sunt, ut jam notatum, de anno Romæ conditæ sententiæ;] inter quas duæ sunt celebriores. 1. Ponit in anno 3. Olymp. 6. Ità Varro de Re rust. & 2. Quam fundavit Varro super horoscopum ab amico suo Tarrutio, celebri mathematico, factum. Eam sequuntur Plut. Vell. Paterculus, Aulus Gellius, Plin. 2. In anno 1. Olympiad. 7. Ità Cato Censor. quem sequuntur meliores authores, Polybius, T. Livius, & Dion. Halicarn. Hæ autem sententiæ sic conciliari possunt, quòd ejus initium Varro ponit quum Remus & Romulus cum suis Albâ Romam migrarent, ibique domos ædificarent; Cato & alii, quum fundamenta murorum posita erant, vel statim postea [d]. [Sed quæret forsan nonnemo, Quorsum hæc omnia, & nonnulla quæ sequuntur? Resp. Consilium meum triplex est. 1. Ut via sternatur accuratiori sequentis quæstionis intelligentiæ,

* Gras. 435...
[t] Wasm. vind. Heb. script. p. 241.
[v] Calistus, ibid.
[x] Per. San.
[y] Per.
[z] Calov. c.8. p. 141.
[a] Per.
[b] San. p. 390.
[c] San. p. 393.
[d] San. p. 390.
* Wil. p. 303. ex Burg.
[f] Calv.
[g] Per. pag. 653.
[h] Per. p. 655...
[i] Per. 660.
[k] Per. p. 661. Liv. p. 30. San.
[l] San. sim. Per.
[m] San.
[n] San. sim. Per. Liv.
[o] Liv.
[p] Per.
[q] San. sim. Per.
[r] Per. sim. Bulling. in Wil.
† San.
[t] Wil. ex Calv.
[v] Wil.
[x] Liv. p. 43.
[y] Wil. p. 298.
[z] Liv. ex Tempor.
[a] Wil. 299.
[b] Q. in Wil.
[c] Wil. p. 296.
[d] Derod. p. 177...

ligentiæ, quæ sine his quodammodo lusca foret. 2. Ut illis pudorem incutiat qui S. Scripturam ad Lesbiam fluctuantium chronologorum regulam flectunt, & ex horum placitis illius certitudinem atque authoritatem vellicant. 3. Ne lector minutias temporis sive paucos annos nimiùm curet, aliquámve sententiarum sequentium spernat ob discrimen paucorum annorum, qui certè inter tot turbas ac contentiones magistrorum chronologiæ facilè perire poterant. Eisdem autem de causis alia adhuc Prolegomena addenda sunt. 3. Quærendum hîc inprimis de numero & annis Regum, & duratione Regni, Persarum.] Reges Persarum numerant, 1. Hebræorum alii, 3, Cyrum, Assuer. Darium; alii, 4, illis addentes Artaxerxem. Qui facilè refelluntur, quia omittunt Xerxem, quartum Regem, Dan. 11. 2. Artaxerxes duos, Darium ultimum Regem, Nehem. 12. 22. & alios. 2. Annius, 8. Sed ille omittit duos Reges celeberrimos, Darium Hystaspis, ejúsque filium Xerxem. 3. Scaliger, 9. Sed is Arsen præterit. 4. Bulling. 10. Sed is Smerdem omittit. 5. Beroaldus, quem sequitur Hugo Brought. 11. 6. Hieronymus, quem sequuntur Latini historici & Interpretes, 14. Sed hi inter eos numerant tum Smerdem, qui Cambysi successit, & Artabanum, qui Xerxem occidit, qui tanquam tyranni omittendi erant; tum Xerxem, qui duobus mensibus regnavit, & Sogdianum, qui inter Artaxerxem Longimanum & Darium Nothum 7 mensibus regnavit, qui ob breve regnandi spatium omittendi erant. Non minùs variant in duratione Regni Persici: cui tribuunt annos tantùm 50 Hebræi; 107 Tertullian. 129 Junius in prima editione; 130 Beroaldus & Brought. (quod & mihi placet;) 190 Annius, Lucidus, Driedo; 200 Dion. Halicarnass. 201 Junius in ultima editione; 230 L. & Liv. 232 Per. [& Rain. p. 226.] 250 Severus Sulpitius †. [Qui 230 annos illi ascribunt, id sic probant.] Initium Persici Imperii, sive primum annum regni Cyri, in anno primo Olymp. 55. statuunt Diod. Siculus, Polybius, Phlegon, teste Tatiano, item Africanus in Eusebio, aliíque omnes, inquit Scaliger. Imperio huic finem attulit Alexander M. qui in Olymp. 114. mortuus est, ut tradunt Diod. Sic. Arrian. Joseph. in Appion. Euseb. &c. Ab Olymp. 55. ad initium 114. sunt anni 236. Idem Alexander Darium prorsus fudit, Regnúmque ipsi ablatum occupavit, 6 vel 7 annis ante mortem suam, circa finem secundi, vel initium tertii, anni Olymp. 112. unde ad Olymp. 55. sunt anni 229, vel 230 [f]. Persicam Monarchiam, à Cyro ad Darium, plusquam 200 annos durâsse omnes probati & graves historici communi consensu tradunt, vel, 1. notando sive initium illius, sive finem, sive tempus interjectum; vel, 2. indicando quàm diu singuli Reges regnaverunt. Et Genebrardus, post decennium in Chronographiam suam consumptum, pervolutatis omnibus historicis, nullum fide dignum invenire potuit qui cum ipso faceret contra hunc consensum [g]. Anni porrò 230 sic distribuuntur inter Reges Persarum [h]. 1. Cyrus regnavit 30 annos [i], ut testantur duo scriptores Persici in historiis suis Persicis, nempe Dionysius & Ctesias, item Cicero, Justin. Euseb. &c [k]. 2. Cambyses regnavit 7 annos [l], idque post mortem patris [m], testibus Herodoto in Thalia [n], Ptolem. in Can. reg. Almag. 5. 14. Euseb. Jornand. &c [o]. 3. Darius Hystaspis regnavit 36 annos, testibus Herod [p]. Ctesiâ, Dion. Hal. Diod. Sic. Strab. Ptol. &c. item Afric. Euseb. Bedâ, &c [q]. 4. Xerxes regnavit annos 20, vel 21 [r], testibus Diod. Sic. Bed. Euseb. &c. 5. Artaxerxes Longimanus annos 40, testibus Diod. Sic. Euseb. Hieronym. &c. 6. Xerxes & 7. Sogdianus annum tantùm unum regnaverunt. 8. Darius Nothus regnavit annos 19, testibus Diodoro Sic. Euseb. Bedâ, &c. 9. Artaxerxes Mnemon annos 43, teste Diodoro, l. 13. & 15. 10. Artaxerxes Ochus annos 23, teste Sulpitio Severo. 11. Arses annos 3. 12. Darius Codomannus, ultimus Regum Persarum, regnavit annos 6. Ità anni evadunt circiter 230 †. [Videamus quid regerant contrà sentientes.] 1. Persarum primis quatuor Regibus centum ferè annos post captam Babylonem ampliùs tribuunt quàm oportet. Nam, 1. Cyrus regnavit 3 tantùm annis postea, teste

† Wil. p. 301.
f Liv. 47.
g R[illegible] eld. [illegible] libris apocryph. præl. &. 144.
h Liv. p. 51. Rain.
i Liv. p. 53. Rain.
k Liv. l Liv. m Rain. n Rain. o Liv. p Rain. q Rain. r Liv. Rain. Liv. Rain.
† Liv.

Schuberto [t]. Resp. At 27 anteà regnâsse non negat. Quæ supputatio nostræ nihil detrahit [v]. [Quod fateor me non intelligere; sic enim 27 illi anni excludendi sunt à 70 his hebdomadibus Danielis, de quibus sermo est, quippe quæ post captam Babylonem incipiunt.] 2. Cambyses regnavit annos tantùm 5, reliquis ut Prorex cum patre. 3. Darius Hystaspis regnavit tantùm annis 12. Is enim erat Assuerus Estheræ, cui tot annos tribuit Seder Olam [x]. Respond. 1. Is potiùs erat Xerxes [y]. [De quo videsis Authorem.] 2. Seder Olam (qui tamen 14 annos ei tribuit) testis est nullius fidei [z]. 4. Xerxes 10 annos patris Prorex erat, solus autem 10 tantùm annis regnavit, teste Schuberto [a]. Resp. Schubertus, l. 2. de Scrupulis chronologorum, ei annos 20 disertè tribuit [b]. Sed sint hæc omnia vera; ità 40 tantùm anni summæ detrahendi sunt, non 100, ut falsissimè dixit [c]. 2. Persicam Monarchiam multò contractiorem esse quàm Græci statuunt facilè colligitur ex ætate Mardochæi, Nehemiæ, &c [d]. [quæ alioquin nimis longa foret. Id sic probant.] 1. Mardochæus dicitur deportatus Jerosolymis cum Jechonia: sic enim legitur, —— *Mardochæus, filius Jairis, filii Shimei, filii Kis,* —— *qui fuit deportatus* —— *cum Jechonia*, &c. Est. 2. 5, 6 †. Vixit autem ad seculum Alexandri M. ideóque esset 200 annos natus [f]. Resp. 1. Non Mardochæus deportatus dicitur, sed Kis, & ad hunc, non illum, τὸ *qui* referendum [g]: ut facilè patet, tum quia *Kis* est proximum antecedens; tum quia *Kis* hoc tantùm fine memoratur, ut significaretur eum deportatum fuisse; tum quia ætas Mardochæi hoc minimè patitur, ut is deportaretur cum Jechonia, sic enim tempore hujus Assueri esset annorum supra 100 [h]. 2. Mardochæum ad Alexand. M. tempora vixisse falsissimum est. Scripsit quidem gesta sub Assuero, sed de successoribus ejus nihil [i]. 2. Nehemias ascendit cum Zorobabele sub Cyro, Esd. 2. 2. Neh. 7. 7. Idémque *Athersata* dictus, & missus est ab Artaxerxe, Neh. 2. 1, 6. Idem etiam in Libro suo, h. e. Nehemiæ, scribit de ultimis Regibus Persarum, & mentionem facit tum Darii Persæ, quem Alexander devicit; tum Jaddi Pontificis, qui Alexandro occurrit, teste Josepho; tum Samballat, sive Samballetis, qui multùm potuit apud Alexandrum, teste Joseph. Antiq. 11. 7, 8 [k]. Resp. Nehemiæ nomen commune erat multis: uni, Esd. 2. 2; alteri, Nehem. 3. 16. qui dicitur filius Hasbuki; alteri, qui dicitur Neh. filius Helkiæ [l]. Alius ergò erit hic Nehemias ab Artaxerxe missus, Nehem. 2. 1, 6. ab eo qui cum Zorob. ascendit; ut constat, 1. quia inter illos anni supra 100 intercesserunt: 2. alioquin non opus fuisset illi requirere librum recensionis eorum qui cum Zorobabele ascenderunt, ut fecit Neh. 7. 5. quoniam ea ipsi notissima essent [m]. Neque eundem esse utriusque loci Nehemiam probat nomen *Athersata*, Nehem. 8. 9. collat. cum c. 7. v. 70. Illud enim nomen erat officii & dignitatis, teste AE [n]. & in Persica lingua præfectum, vel præsidem, sign [o]. ideóque pluribus convenire poterat [p]. [Non opus est plura addi de ætate Josuæ, Zorobabelis, &c. de quibus minor est difficultas. Videamus quid porrò urgent adversùs prædictam computationem.] 3. Magna est in annis Regum Persiæ discrepantia apud auctores, ideóque incerta est illa chronologia. Cyro tribuunt annos 30 Cicero, Justin. &c. 29 Herod. 22 Annius, Driedo & Lucidus, 16 Bulling. 7 Xenophon, 3 Hebræi in genere. Cambysi tribuunt annos 19 quidam in Clem. Alex. 17 Lydiatus, 9 Sulpit. 8 Herod. Euseb. 6. Josephus. Dario Hystaspis annos 46 Clemens Alex. 36 Herod. Sulpit. 31 Lydiat. 30 Orosius, 19 Tertullian. Artaxerxi Longimano 46 Lydiat. 44 Per. Bulling. & plerique, 40 Jun. Dario Notho 60 Philostratus, 19 Euseb. Lyd. Bed. &c. 8 Clemens & Broughton. Artaxerxi Mnemoni 62 Plutarchus, 43 Lydiat. Livel. ex Diod. Sic. 40 Per. Oecol. 36 Bullinger. Ocho 26 Euseb. Beda, &c. 24 Sulpit. 23 Diod. Sic. Tertul. 3 Brought. Dario Codomanno 21 Tertul. 6 Euseb. Beda, 5 Jun. 4 Sulpit. 3 Clemens. Ità juxta quosdam anni Regni Persici sunt tantùm 147, juxta alios 329, & discrepantia est annorum 182. Tanta est incertitudo, ut in numero & nominibus, sic etiam in annis, Regum Persarum [q]. Sed nihil hoc est ad

t Brought.
v Rain. præl. 144. p. 226.
x Brought.
y Rain. præl. 144.
z Id. præl. 145. pag. 237.
a Brought.
b Rain. p. 238.
c Rain. p. 244.
d Brought. in concentu, simil. Genebrardus.
† Idem in R. in præl. 117.
p. 1480.
f Idem in Rain. 113. 1420.
g Rain. præl. 114. p. 1433. ex Cai.
h Rain. præl. 117. 1481.
i Rain. 113. 1417.
k Gen. & Brought. in Rain.
l Rain. 111. 1395.
m Rain. ib. 1396.
n Id 116. 1462.
o Rain. ex AE. ib. 1470.
p Ib 1461.
q Wil pag. 301.

summam

summam rei, quòd variant historici in annis singulorum Regum, dum constat durâsse illud Imperium 230 annis, id quod probatum dedimus[r]. [Adeóque, si qui fortè anni uni Regi demantur, eos alteri ex eis addi necesse est.] Nonnulla sunt illustria temporum momenta quæ præcedentem supputationem annor. 230 confirmant, & cum ea planè congruunt. Xerxes Græciam invasit in fine Olymp. 74. vel initio Olymp. 75 †. Bellum Peloponnesiacum cœpit anno primo Olymp. 87. & duravit per annos 27; ut constat ex Thucyd. Diod. Sic. &c. In 7. hujus belli anno moritur Artaxerxes, teste Thucyd. Is ergò regnavit annos 40, nam pater ejus Xerxes obiit anno 4. Olymp. 78[t]. [Plura videat qui velit in Broughtoni operibus, Livel. Chron. Persic. Monarch. & in Prælectionibus Cl. Rainoldi de libris Apocryph. à Prælect. 111, &c. ad 133. & ab 144. ad 156. Hæc autem impræsentiarum sufficere possunt: nam de duratione hujus Imperii aliisque chronologicis quæstionibus ad Sacram Scripturam pertinentibus fusiùs agere statui inter Appendices, si Deus conatibus meis adspiraverit. Pergamus jam ad reliqua Prolegomena. 4. Quærendum jam de annis à fine Regni Persarum ad Christi nativitatem.] Postquam de annis Monarchiæ Persicæ egimus, proxima pars annorum 490 petenda est ex Regno Græcorum, quod per 300 annos duravit; cujus tempora 5 modis computantur, in quibus tamen magna est incertitudo: 1. per Reges Syrorum; 2. per annos Pontificum Judæorum; 3. per annos Regum Syriæ usque ad Maccabæos, deinde per Maccabæos; 4. per Ptolemæos Ægypti Reges; & 5. (quæ via certior est,) per Olympiades. Alexander M. obiit anno 1. Olympiadis 114. ut plerique statuunt: Christus passus est anno 1. Olympiad. 203. Inter hos sunt anni 356; unde 62 demendi sunt, à fine regni Cleopatræ ad mortem Christi: ità restant anni 298, quibus Græca Monarchia duravit[v]. Ab ultimo Rege Persiæ ad nativitatem Christi erant anni circiter 328 cum dimidio. Indè autem ad desolationem Jerosolymæ anni 70 cum dimidio[x]. [Aliquid hîc dicendum de anno natali Christi.] Post Scaligeri temporum emendationem, consentiunt ferè omnes docti, tam Protestantes quàm Pontificii, æram vulgarem Christianam malè constitutam esse[y]. Æra vulgaris veram antecedit vel, 1. an. quinque[z], vel, 2. annis duobus[a]. Scaliger, Calvisius & Helvicus natalem Christi ponunt in anno mundi 3947. periodi Julianæ 4711. consulibus L. Cornelio Lentulo & M. Valerio Messalino, urbis conditæ 750. Nabonassari 745. Juliano, seu anno emendati à Julio calendarii, 43. Augustali, seu à cæde Julii, 41. à pugna Actiaca 29[b]. [Sed de his disputare non est hujus loci, aut nostri instituti. Petantur reliqua ex chronologis. Hæc tantùm ex illis decerpere placuit, ut lumen præsenti controversiæ inferrent, & lectorem, sine aliquali harum rerum cognitione planè fluctuaturum, stabilirent atque dirigerent, ut de nobilissima hac quæstione, variisque de illa Doctorum sententiis, rectiùs judicare possit. 5. Quærendum de annis per has 72 hebdomadas designatis, cujus generis sunt.] Resp. 1. Sunt lunares †, qui diebus constant 354, (tantum enim temporis Luna consumit dum cursum menstruum duodecies peragit;) adeóque solaribus minores sunt 11 diebus[t]. Hoc colligunt ex verbo נחתך, quod rectè vertitur, *abbreviatæ sunt*, ut significet annos hos non esse ad longitudinem annorum solarium exigendos, sed ad brevitatem lunarium annorum coarctandos[v]. Probatur, quia Hebræi utebantur mensibus lunaribus, ex quibus lunares anni conficiuntur. Aliis hæc sententia non placet. 1. Quia Hebræi, ut & aliæ gentes, annos suos redigebant ad rationem cursûs Solis, unum mensem tertio quoquo anno intercalantes. 2. Non poterant Hebræi Pascha suum quotannis celebrare 14. die mensis primi, Vere, si annis lunaribus usi essent, sed tunc quolibet mense Pascha egissent[x]. Resp. Ità esset si Hebræorum menses, sicut nostri sunt, immobiles fuissent; erant autem mobiles cum ipsa Luna: ideóque Pascha semper habebant lunâ 1. & mense 1. non autem habuissent Vere, nisi annum lunarem redegissent ad rationem solaris[y]. 3. Nec Hebræi nec S. Scriptura uspiam in descriptione temporum annis lunaribus utuntur[z].

[r] Rain. 115. 1453. † Liv. p. 59. Rain. 121. 1546. [t] Liv. 62... [v] Wil. p. 319.. [x] Liv. p. 33. [y] Bail. oper. histor. & chronol. l. 2. qu. 2. sim. Wich. chronol. sacrâ. [z] Petav. & Keppler. & Decker. in Bail. qu. 1. [a] Bail. q. 2. ex Scal. Calvis. Per. Torniel. Baron. Wichm. ex Lang. &c. [b] Bail. qu. 1. † Per. ex Afric. Theod. Beda, Rup. Carthus. &c. [t] San. sim. Per. [v] Per. p. 567. [x] Q. in Per. [y] Per. [z] Q. in Per.

Resp. Id ultro concedo; dico tamen Gabrielem hîc novè & inusitatè loqui, (quod vel *hebdomadæ* vox ostendit,) ut tectior sermo esset[a]. Resp. 2. Sunt hi anni 360 dierum[b]: his enim utitur Sacra Scriptura[c], in prophetiis de Ecclesiæ calamitatibus, vel liberatione ex eisdem, in quibus scil. respicit ad liberationem ex Ægypto, ideóque annis utitur quibus olim Ægyptii usi sunt, qui constabant 12 mensibus æqualibus, sive diebus 360, teste Scaligero in Emend. temp. l. 2. Verum quidem est Ægyptiacos annos habuisse dies ἐπαγομένας, & statis periodis adhibitam fuisse intercalationem: sed ad rotundandum (ut vocant) numerum segmenta illa negligere libuit, quandoquidem hîc etiam præcisè de septimanis sine ulla subtiliori divisione sermo est; nec intercalatio & hujusmodi singulis ac quibusvis innotescere solent. Et quanquam solares anni dierum 365 cum horis appendicibus in frequenti usu fuissent; probat tamen Seldenus ad Marmora Arundell. p. 62. olim annum 360 diebus definitum fuisse, neglectis dierum & horarum segmentis, maximè ubi de iis ageretur quæ anni divisione mensurabantur, (ut in septimanæ ultimæ apud Danielem usu venit,) quòd ille dierum numerus esset faciliori divisioni commodissimus. Id liquet ex Aristot. Hist. animal. 6. 20. sub initium, ubi annus ipsi constat diebus 360[d]. Duo tantùm sunt S. Scripturæ loca in quibus annotatum est ex quot diebus constant menses, & consequenter anni, & in utrisque mensis componitur ex 30 diebus, ideóque annus diebus 360; nempe Gen. 7. 11. collat. cum Gen. 8. 3, 4. Apoc. 11. 2, 3 *. Alii erant Judæorum anni, lunares scilicet, qui in usum civilem & ecclesiasticum instituti sunt; alii, quibus Spiritus Dei utitur in prophetiis, qui, cùm huic tantùm rei inserviant, & eventus notabiles obscurè significent, intercalatione non egent[f]. Resp. 3. Anni hi sunt solares[g]. Menses quidem Judæorum Lunæ, at anni Solis, cursu dirigebantur. Ut constat, 1. ex festis suis quotannis eodem tempore celebratis, Exod. 23. 15, 16. Levit. 23. 10. Deut. 16. 13. 2. Quia tempus quo Israelitæ comederent Manna erat 40 annorum, Exod. 16. 35. ab exitu computatorum, Num. 33. 38. Confer Jos. 5. 12. 3. Septimus quisque annus sabbaticus erat, Levit. 25. 4. & 7 tales anni dicuntur esse 49 anni, in quorum fine cœpit jubilæum, v. 8, 9. Hi anni certissimè erant solares. 4. Quia anni 70 captivitatis, quorum meminit Daniel v. 2. solares erant, ut omnes accipiunt. Mirum ergò esset, si in eodem capite de 70 annis loquens, & de 70 hebdomadis annorum loquens, annos diversorum generum intelligeret[h]. Sed non ità multùm refert sintne hi anni solares, an lunares, cùm hi ad illos mensis intercalatione redigerentur[i]. [6. Quærendum an 70 hæ septimanæ tempus aliquod certum & definitum denotant nécne.] Resp. 1. Tempus denotant incertum & indefinitum. Probatur, 1. ex usu Scripturæ, in qua numeri non semper præcisè & propriè, sed figuratè ac synecdochicè, ponuntur, vel toto ex parte, vel parte ex tota significatâ. Numerus certus pro incerto, perfectus pro imperfecto, rotundatus integérque pro corrupto, ponitur. Patebit id exemplis[k]. Hos. 6. 2. *Restituet nos post biduum, & die tertio*, &c. i. e. brevi. Matt. 18. 22. *Septies? imò septuagies septies.* Apoc. 7. 5. *Signantur 12000 è tribu Juda*, &c. Dicitur terra Israel *omnibus diebus quievisse complendo annos* 70, 2 Chron. ult. 21. non certè propriè & integros, sed quosdam ex eis figuratè solùm: nam ipse Brought. aliique rectè ordiuntur hos annos à deportatione Joakimi, à quo ad Zedeciam non *celebravit sabbata*, incolis nondum deportatis. Jud. 11. 26. *Israel habitâsse* dicitur *in Hesbon*, &c. 300 *annos*, pro, 260, vel 270[l]. Ità etiam in huic similibus Scripturæ locis. Tenendum hîc est Angeli consilium, quod erat, Danielem consolari: q. d. Tu de 70 illis Jeremiæ annis sub Cyro finiendis cogitas; sed ego gloriosiorem multò tibi denuncio liberationem à Satana per Christum post septies 70 annos. Jam misericordia Dei superabit judicium ejus septuplò, & durabit septies 70 annos, usque ad Christi adventum, & deinceps in perpetuum. Designatur itaque h. l. prophetica prædictio, non historica narratio & circumscriptio temporis, ad Judæorum solatium, ut memoriæ infigeretur, &c. Jam in similibus locis,

[a] Per. p. 566. [b] Emp. in Jacop. 197. Derod. & Gaillard. [c] Derod. p. 538. sim. Emp. [d] Emp. ib. * Derod. p. 538. [f] Derod. p. 543. [g] Liv. San. ex Cen. & Suar. &c. [h] Liv. p. 159. [i] San. [k] Rain. prael 128. p. 18. & 31. [l] Rain. ib...

locis, cùm hujusmodi mysteria præsignificantur vaticiniis, aut memoriæ causâ comprehenduntur numeris, aut ad typos veteres collata explicantur, numeri certi sæpe pro incertis ponuntur. Gen. 15. 13.——*qui affligent eos 400 annis*. At à tempore illius prædictionis erant supra 400 annos. Sic Matt. 1. 17. *A Davide ad captivitatem Babylonicam erant 14 progenies*. At 17 erant. Sed hoc mysterium memoriæ causâ in tres tesseradecades erat distributum. Matt. 12. 40. *Ut Jonas fuit in ventre ceti tres dies & tres noctes; ità erit filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes*: nempe synecdochicè, quoniam dies conficitur ex die & nocte, Gen. 1. 5. Dicit autem, *tres dies & tres noctes*, ut significaret typum illum jam reipsa impletum esse. Ità & hoc loco, non dicit octies 70, (quot præcisè erant, nempe anni 560, à Cyro ad Christum,) sed septies 70, nè obscuraretur vis typi. Et verissimè quidem dixit post 70 septimanas occisum iri Christum, si post 80 id factum esset. Persecutio Antiochi duravit *tempus & tempora & dimidium temporis*, Dan. 7. 25. & 12. 7. i. e. annos tres & dimidium, sive dies 1290, Dan. 12. 11. Eò alludens Apoc. 12. 14. persecutionem illam duraturam dicit *ad tempus & tempora & partem temporis*, non propriè, ut in Dan. sed figuratè; q. d. exiguo tempore. Sic loquitur ad solatium fidelium, quamvis tempus multò longius esset, nempe 1260 dierum, h. e. ann. Hîc autem, cùm tempus hoc (septies 70, &c.) multò propiùs accedat ad præcisum numerum (octies 70) à Gabriele notatum, meliori jure id fieri potest. Atque hinc *septimanarum*, non *annorum*, meminit, ut tempus brevissimum fore significet. Veruntamen quia S. S. in prædictionibus aliquando certum annorum numerum indicat, probabile tantùm est hoc argumentum[m]. Numeri dierum & annorum ferè semper propriissimè accipiuntur, &, quando synecdoche est, ea aliquo indicio significatur: quod hîc non fit[n]. Arg. 2. Ex partitione hebdom. v. 25. & 27. in 7 & 62 & 1 septimanas. Nec prima pars nec ultima propriè sumitur, ideòque nec media. Non prima; quia 7 illæ hebdomadæ urbi sive plateæ & muro instaurandis destinatæ extendendæ sunt ad multò plures, centum scilicet, h. e. à primo Cyri ad vicesimum Artaxerxis Mnemonis. Non ultima septimana; quia Christus mortuus dicitur in medio septimanæ, de qua ergò restabant adhuc 3 anni cum dimidio; & à primo Cyri ad Christum essent tantùm anni 486 cum dimidio, si præcisè supputandi sint: unde sequitur tempus illud 490 annorum figuratè & synecdochicè intelligendum esse[o]. Sed infirmum est hoc argumentum, idque quoad utrumque ejus membrum. 1. Quoad prius. Nam, 1. non dicit Daniel murum in primis 7 hebdomadis exstruendum, sed utrique septuagesimæ portioni, 7 & 62, subjicit structuram muri. 2. Totum hoc nititur falsis principiis, acsi hebdomadæ cœpissent in primo Cyri, & exstructus esset murus 20. Artaxerxis Mnemonis, non Longimani. 2. Quoad posterius. Nam, 1. fundamentum ipsius, quòd scilicet hebdomadæ terminantur in morte Christi, negant Scal. Jun. & alii multi. 2. Sed illud ei detur; non tamen ex eo sequitur ultimam septimanam 3 annis cum dimidio decurtandam: si enim in principio ultimæ septimanæ Christus obiisset, rectè dicerentur 70 septimanæ claudi ejus morte: quæ enim in ullius diei, mensis, anni, aut hebdomadæ annorum, principio contingunt, ea isto die, mense, anno & annorum hebdomadâ contingere dicuntur tam propriè quàm si vel in medio vel in fine illius contigissent. Angelus porrò, qui hîc accuratus esse voluit in hoc eventu summè memorabili, non tantùm hebdomadam designat, sed & ejus *dimidium*, sive *medium*: (nam חצי utrumque indifferenter notat:) utrùm verò dimidium prius, an posterius, an ipsam inter utrumque medietatem, an verò illius extremum, non dicit Daniel, nec ità planum est[p]. 3. Argumentum Rainoldi primarium, quod eum ante omnia seduxit, hoc est, Septimanæ incipiunt à primo anno Cyri, unde ad mortem Christi sunt anni 560. Ergò septimanæ synecdochicè intelligendæ sunt. Resp. Nolumus, cum Beroaldo, Broughtono, Paræo, Howæo, Nisbeto, &c. negare tot intercessisse annos, adeóque falsi accusare veteres omnes, Chaldæos, Græcos, Latinos,

m Rain. 22..

n Bail op. hist. & chron. l. 1. qu. 10. p. 164.

o Rain. ib. 32. & 44.

p Bail. ib. p. 165.

quasi Regno Persico annos centum supra debitum agnovissent. Sed hoc ei reponimus, malè eum hebdomadas inchoâsse in primo Cyri. De quo plura deinceps[q]. Resp. 2. Tempus hoc 70 hebdomadarum certum est & definitum[r]. Probatur. 1. Priores omnes temporum periochæ à mundi initio ad Cyrum, in Verbo Dei expressæ, sunt certæ & definitæ. Ergò talis est & hæc periocha †. Contrà, Certam & accuratam temporum rationem non semper in Scriptura observari probat Hebræorum regula, *Non est prius & posterius in Scriptura*; & constat ex historiis Judicum & Evangelistarum & Actorum Apostolorum, ubi sanè negligenter proponitur temporum ratio & distinctio. Accuratissimè distinxit Deus tempora in ipsa quasi prima Legis pædagogia; postea negligentiùs, quum scilicet Judæi magis adolescerent; ut in Jos. Jud. Sam. & maximè in Libris Ezræ & Nehemiæ: ut minùs mirum sit, si 70 hebdomadæ annorum non præcisè tot annos contineant, &c[t]. Sed dispar est ratio: nam quum priores periochæ eo fine determinatæ erant ut fideles ad Christum certo filo deducerent; periocha immediatè Christum antecedens definitam inprimis requirebat certitudinem: & ex hac suppositione Deum ultimam hanc periocham aliquo numero expressisse, probatur firmiter numerum istum definitum fuisse[v]. 2. Probatur ex eo, quòd 70 *septimanæ* dicuntur נחתך, i. e. præcisè definitæ[x]; ad verb. *hebdomadæ definita*, singulari constructione, quâ importatur particularis determinatio, non tantùm totius summæ, sed singularum in illa partium, hebdomadarum, annorum, dierum[y]. Contrà, Significat vox rem hanc tantùm definitam, certò constitutam & immotam, esse, cui omnes exceptiones dubitationésque prorsus sunt præcisæ: quod nihil facit adversùs nostram sententiam[z]: distinguendum enim inter definitionem rei, & definitionem circumstantiarum seu temporis[a]. Quod non satisfacit: nam res quam Deus hîc determinat est tempus & circumstantia hebdomadarum[b]. 3. Probatur ex Judæis, qui omnes Messiam exspectârunt eo ipso tempore à Daniele præfinito, ut constat ex Josepho & aliis[c]. Neque hoc satisfacit. Nam, 1. non exspectârunt omnes Judæi adventum Christi certo tempore præcisè, sed alii citiùs 30 annis, ut qui Herodem Messiam esse putârunt; alii seriùs supra 30 annos, teste Josepho Bell. Jud. 7. 12. aliàs 18. 2. Exspectârunt eum aliqui, non tamen ex Prophetia Danielis, sed ex Divina revelatione, Luc. 2. 25, 26, 38. 3. Exspectavit Paulus suâ ætate secundum Christi adventum, 1 Thes. 4. 15. nec tamen eum tunc futurum novit[d]. 4. Probatur: Tempus illud certum est & definitum quod Deus in varias partes distinguit, & unicuique varias historias assignat, cujus item principium & finis à Deo definiuntur. At ità h. l. se res habet, ut patet[*]. 5. Probatur ex eo, quòd hoc tempus eventûsque illius diligenter observare jubemur[f]. 6. Hæc hebdomadarum extensio tempus adventûs Messiæ omnino incertum facit[g]. 7. Numerus 70 annorum (ex quibus septies multiplicatis fit hic numerus) certus est & definitus; ideòque talis est & numerus 70 hebdomadum[h]. 8. Probatur ex consensu omnium Doctorum, qui, licèt in variis hîc discrepent, omnes tamen tempus certum esse statuunt[i]. [His ergò præmissis, ut par erat, veniamus ad principalem & nobilissimam quæstionem, de termino, de initio & fine, harum 70 hebdomadum; & inprimis de principio, quo posito, finis facilè se prodet.] Indubitatum est, hebdomadarum initium esse in exitu sermonis de reædificatione Jerosolymæ: sed quæstio est, quis, aut cujus, sermo hic est, aut quando exivit. Hic variant sententiæ. Sermo hîc intelligitur, vel Dei, vel hominis. 1. Dei, nempe ad Jeremiam, nempe Jer. 29. 10. cujus meminit Daniel initio hujus capitis[k]; scil. à quarto anno Sedechiæ, ut patet ex Jer. 28. 1[l]. Ab hac mente non procul absunt RR. plerique, qui hebdomadas inchoant à primo, & claudunt in secundo, urbis excidio[m]. Non placet hæc sententia[n]: 1. Si inchoentur ab aliquo Dei promisso, cur non à priore promisso, v. g. illo Jer. 25. 12[o]. ubi primùm prædicitur reditus populi, anno Joakimi quarto[p]; vel etiam à promisso longè antiquiori & illustriori, Isa. 44. 28. ubi Cyrus urbem & Templum reædificaturus prænunciatur, annis

q Idem, ib.

r Bail. Wil. &c.

† Bail. ex Brought.

t Rain. 131. 58..

v Bail. p. 164.

x Brought.

y Bail. 63.

z Rain. 66.

a Rain. in Bail.

b Bail.

c Funccius & Brought. in Rain.

d Rain. 132. 68..

* Bail. ex Wil.

f Wil.

g Bail.

h Wil.

i Bail. p. 164.

k V. simil. L. & Burg. & Galat. in Per.

l Idem in Per.

m Bail. l. 11 166.

n Per. San. Bail.

o Per. sin.

p Bail.

nis supra 700 ante hebdomadum finem [q]? 2. Tempora non congruunt: nam à quarto Zedeciæ ad Christum sunt anni non tantùm 490, sed 600 [r]. 3. In Jer. 29. nulla de reædificanda Jerusalem mentio fit †; nec fieri commodè potuit, cùm illa nondum excisa fuerit [s]. Alii sermonem hîc intelligunt qui à Deo prolatus est Angelo Gabrieli deferendus Danieli, de quo Dan. 9. 23. Inchoant hi hebdomadas à primo Darii Medi [v]. [Qui vel parùm vel nihil distat à primo Cyri, ut peculiari disquisitione non sit opus. Sed sermonem 2. hominis plerique intelligunt.] Agitur hîc de edicto humano, sive Regio [x], qualia quatuor recitantur in Libris Ezræ & Nehemiæ: 1. Cyri, 2 Par. 36. 22, 23. Ezræ 1. 1, 2,&c. & 5. 13. & 6. 3; 2. Darii Nothi, Ezræ 6. 1,&c [y]. vide Hag. 1. 1, &c. Zach. 1. 1 [z]; 3. Artaxerxis, anno septimo regni, Ezræ 7. 11, &c; 4. ejusdem anno 20. regni ejus, Neh. 2. 1 [a]. Videndum ergò ad quodnam illorum initium 70 septimanarum sit referendum [b]. Quamvis autem Christiani hîc de circumstantiis dissentiant, in causa tamen principali consentiunt, & Judæi nihilominus ex hoc loco manifestissimè convincuntur [c]. [Quod unum sententiis discutiendis præmittendum restat, sed paucis.] Judæi inter terminos harum 70 septimanarum tanquam indagine conclusi tenentur. Constat ex hoc Danielis vaticinio, Messiam exscindendum fore, primùm, post captivitatem Babylonicam; & deinde, sub instaurato & durante adhuc Templo secundo [d], ante eversionem urbis *, & stantibus adhuc sacrificiis [f], quæ post Messiam demum excisum abroganda erant [g]. Quid hîc Judæi? 1. Rejiciunt authoritatem Danielis, quem ipse Deus probat, Ezec. 14. 20. & 28. 3. 2. Prædictionem hanc non absolutam fuisse, sed hypotheticam, si, scilicet, populus peccatis suis adventum Messiæ non retardâssent: per populi autem peccata stetit quò minùs tempore à Daniele prænunciato Messias venerit. Contrà, 1. Promissio hæc absoluta est & summè gratuita, neque ulla cujuspiam conditionis vel tenuissima subindicatio hîc est. 2. Quodnam, quæso, Judæorum peccatum Messiæ adventum impediret? Id certè omnibus præcedentibus (quibus scilicet non obstantibus Templum & urbs restituta sunt, & Messias promissus est,) multò majus fuisse oportet; quale nullum legimus, si excipias crucifixionem Messiæ, quam illi peccatum esse negant. 3. Danielis hebdomadas intelligunt, non de annis, sed de jubilæis, ità ut 70 hebdomadæ contineant annos 3500: tam longinquum excogitârunt terminum, nè per multa secula fallitatis convincerentur. Verùm omnis hebdomas est vel dierum, vel annorum: hebdomadæ autem jubilæorum nusquam in S. S. vel in probato auctore occurrunt; sed commentum hoc est recentiorum, quum Judæi omnes antiqui annorum hebdomadas hîc intelligant. Deinde, scopus Prophetiæ erat, Danielem cæterósque mœrore confectos consolari ex propinquo Messiæ adventu; cui planè repugnat hoc figmentum. 4. Aiunt Danielem non loqui de Messia κατ' ἐξοχὴν dicto, sive filio Davidis; sed v. 24. de Arca aliísque Templi instrumentis, v. 25. de Cyro, v. 26. de Herode Agrippa. Sed quàm putidum & audax commentum hoc est, pro uno Messia (de quo ter absque ullo distinctionis indicio loquitur,) tres cudere, & verum hîc excludere [h]? [Plura qui vult, petat ex scriptoribus anti-Judaicis. Ego me ad principalem quæstionem confero, & discrepantes de ea sententias.] Sententia prima, Initium 70 hebdomadum ponendum est in primo anno Cyri [i]. [Argumenta hujus sententiæ sunt;] Arg. 1. Quia hoc primum erat edictum [k]. Dubiè sanè & incommodè loquutus fuisset Angelus, si, per *egressum verbi* indefinitè positum, non primum statim edictum intellexisset, sed secundum, aut tertium, aut quartum. Adde quòd Darius & Artaxerxes nullius *egressûs verbi* autores erant, sed tantùm edictum Cyri confirmârunt & ampliârunt, Esr. 6. 1, &c [l]. Arg. 2. Edictum de quo loquitur Angelus erat לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת, i. e. de reversione populi, & ædificatione Jerosolymæ. Tale erat Cyri decretum: primò, לְהָשִׁיב, *ad reducendum*, sub. *populum* [m]. Sed audax est hoc supplementum. Quidni pariter sic supplerem, *ad reducendum*, vel *resarciendum*, sub. *edictum*, ut de renovato [sub Dario vel Artaxerxe], edicto intelligeretur [n]? ל præfixum, sine præcedente verbo regente, Hebræis sæpe significat quòd aliquid debeat fieri: ut Eccles. 3. 18. *Dixi ego* — לְבָרָם *quòd declarare ipsis debeat Deus*, &c; & ibid. v. 14. אֵין לְהוֹסִיף, *quòd non addendum sit*; & Esth. c. 9. v. 1. וְדָתוֹ לְהֵעָשׂוֹת, *& lex ejus, id omnino faciendum esse*. Pariter & hîc לְהָשִׁיב significat, *quòd reditus concedendus sit*, seu, quòd debeat reductio fieri: quod factum esse constat ex Esr. 1. & 2. & 8 [o]. [Est tamen quod huic argumento opponunt.] Except. 1. Insolens est, illum dici הָשִׁיב, *facere reverti*, qui jubet [p]. Resp. 1. Regula est Erpenii, quòd τὸ Hiphil verbis Kal addit causam, cujus virtute, impulsu, jussu vel permissione fit actio. 2. Verbum הָשִׁיב sign. *reverti jussit*, 1 Sam. 29. 4. 2 Chron. 25. 13 [q]. Exc. 2. Verbum שׁוּב, actionem antecedens, nihil aliud significat quàm nudam istius actionis repetitionem, ut multis exemplis constat; ità ut verbum, *ad reverti faciendum & ædificandum*, nihil aliud sit quàm ad reædificandum [r]: sic hoc ipso versu, *platea* תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה *revertetur & ædificabitur*, id est, iterum ædificabitur. Vide similes loquutiones Jos. 5. 2. Ezec. 8. 13. &c †. Resp. 1. Si hoc admitteretur, non tamen indè sequitur id quod volunt, iteratum aliquod edictum (sub Dario vel Artax.) habendum esse pro initio 70 hebdomadarum: neque enim ex iterata ædificatione infertur iteratum mandatum: ideóque, pro, *ab egressu edicti*, Angelus dixisset, *ab egressu iterati edicti* [s]. 2. Quamvis שׁוּב interdum notet iterationem actionis verbi sequentis, ut Zach. 5. 1. &c. non tamen semper id facit, ut docent 1 Reg. 8. 47. 2 Par. 6. 24, 37. Esa. 6. 10. nec unquam הָשִׁיב sive Hiphil ità sumitur [v]. Inst. Verba in Hiphil intransitivè interdum sumi constat ex verbis הִשְׁכִּים (*manè surgere*,) הִבְאִישׁ *fœtere*, &c. & ex hoc ipso הָשִׁיב, quod ità sumitur Jon. 1. 13. *Remigabant viri* לְהָשִׁיב *ut reverterentur*, &c [x]. Resp. Rectiùs ibi transitivè redditur, *ut redire facerent*, seu *reducerent*, nempe vel navem, vel Jonam [y], de quo jam dixerant, *Quid faciemus* לְךָ *tibi*, &c [z]. Exc. 3. Esto, verbum à Cyro exivit de reductione populi, non autem de ædificanda Jeros [a]. Resp. 1. Etiam hoc continuit edictum Cyri, alioqui fefellit prædictio Esaiæ de illo, Esa. 44. 28. & 45. 13. 2. Judæi reduces mox indubiè domos extruebant, teste Neh. 7. 4. etiam pulchras, Hag. 1. 4. nec eos sub dio in urbe vixisse credibile est [b]. Inst. Ædificare Jerosolymam idem est quod urbem mœnibus cingere, ut mox exponitur [c]. Resp. 1. Non sunt idem; nam & urbs esse potest quæ mœnibus caret, ut Sparta, &c. 2. Verba illa, *reædificabitur platea & murus*, non præcisè & integre exponunt præcedentem φράσιν, *ad ædificandum Jerosolymam*, sed loquuntur potiùs de complemento ædificationis urbis, quod tandem in secundo hebdomadum intervallo futurum erat; ut ex eo patet, quòd etiam *platearum* hîc mentio fiat, quas priùs fuisse probavimus [d]. Arg. 3. Certum est 70 annos captivitatis & 70 hebdomadas simul conjungi *: vide Jer. 29. 10. At 70 illi anni desierunt in anno primo Cyri, 2 Par. 36. 22 [f]. Resp. Esto; at in illis locis proponi *verbum* de cujus *exitu* hîc loquitur, probandum adhuc restat [g]. Daniel attentus erat ad numerum 70 annorum, & præcipuè solicitus erat de Sanctuario, v. 17. déque his informari voluit, ver. 22. Nihil ergò ad Danielis preces æquè pertinebat, aut spectabat propiùs quàm illa sub Cyro liberatio [h]. Arg. 4. Nisi ità esset, ignorâsset Daniel initium hebdomadarum, adeóque tempus adventûs Christi [i]. Resp. 1. Multa Prophetæ præsciverunt quorum tempora nescivêrunt, de quibus tamen certissimi erant & solatium acceperunt. 2. Tempore hujus revelationis edicta Cyri, Darii, &c. æquè ignota erant, utpote omnia tum futura [k]. Arg. 5. Alioquin in Sacra chronologia erit hiatus propè centum annorum [l]: Si autem 70 hebdomades immediatè conjungantur cum 70 annis captivitatis, chronologia Sacra nos recto filo ducet ab orbe condito ad Messiam [m]. Hoc argumentum cæteris gravius est: sed nullum est hîc incommodum, cùm eo ipso anno qui cum prioribus temporibus ab initio mundi manifestè continuatur publicata sit epocha ad Christum pertingens, licèt non statim inchoanda [n]. Arg. 6. Edictum Cyri erat publicè notorium, & piorum tunc spe-

Margin notes (left column): [q] Per. Bail. — [r] Bail. sim. Per. — † Per. San. — [s] Sin. — [v] Q. in Bail. — [x] Gej. — [y] Pol. Gej. — [z] Gej. — [a] Pol. Gej. Derod. &c. — [b] Pol. — [c] Gej. — [d] Gras. p. 241. — * Calov. Gras. Gej. — [f] Calov. — [g] Gej. — [h] Bail. 1. 16. — [i] Wich. Wil. Rain. Wasm. Emp. Brought. Par. & Beroald. & Orig. & Tertul. & Clem. in Bail. &c. — [k] Calov. — [l] Wasm. vid. Heb. scripturæ 2. 1. 2, 2 — [m] Q in Calov.

Margin notes (right column): [n] Calov. p. 108. — [o] Wasm. 2. 1. 297. — [p] Q. in Wichm. — [q] Wichm. chronol. sac. l. 1. p. 184. — [r] Bail. ex Scal. sic Calov. — † Calov. — [s] Wasm. p. 152. — [v] Wasm. p. 251. — [x] Q. in Wichm. — [y] Wasm. p. 251. sim. Wich. — [z] Wichm. — [a] Q. in Wichm. — [b] Wichm. 187. — [c] Q. in Wichm. — [d] Wichm. ib. — * Wil. p. 305. ex Calv. — [f] Wil. — [g] Calov. p. 109. — [h] Wasm. p. 249. — [i] Wil. ex Burg. — [k] Bail. p. 170. — [l] Q in Bail. sim. Wasm. — [m] Wasm. p. 50. — [n] Bail. p. 170.

ſpe & votis præceptum, ex Eſa. 44. & 45. & perpetuum fundamentum manſit ſequentium edictorum [o]. [Sed videamus jam quid huic ſententiæ opponant aliter ſentientes. Scil.] 1. & præcipuè, Tempora non quadrant [p]. Nam à Cyro ad mortem Christi ſunt anni (non tantùm 490, ut illi volunt Angelum dicere, ſed) circiter 560 [q]; ut conſtat ex cœleſtis motûs veritate [r], & ex conſenſu omnium chronologorum, Chaldæorum, Græcorum, Latinorum [†]. Decretum hoc Cyri exiit circa Olymp. 60: Chriſtus paſſus eſt Olymp. 202: ità intercedunt anni circiter 568 [t]. [Huic argumento bifariàm reſpondent.] Reſp. 1. Falluntur ergò omnes hiſtorici, & Græcâ, i. e. fictâ, fide res Perſicas conſcripſerunt [v]; & omnibus omnium ſcriptis anteferendus eſt unus Daniel, qui annos tantùm 490 intercedere ait [x]: quod nos concedimus. Sed principium petunt; non id dicit Daniel, ſed ipſi fingunt: probent à primo Cyri numerare Danielem, aut inchoari hebdomadas, & nos dabimus manus. Agnoſcunt porrò exoticos rectè diſponere tempora Monarchiæ Græcæ, (quæ per 300 annos obtinuit, ut conſentiunt chronologi [y],) & Romanæ, in Monarchia tantùm Perſarum lapſos; ídque non unâ aut alterâ Olympiade, ſed centum [ferè] annis in ſpatio annorum 230: in quo quærant oportet Judæos apellas qui ipſis credant [z]. Græci ità verè omnium Regum Perſidis annos retulerunt, ut ab initio Cyri ad exceſſum Alexandri M. nè unus quidem annus perierit. Omnia enim eorum tempora aliquo inſigni charactere notata ſunt: aut aliquo defectu luminarium, ut anni Cambyſæ & Darii; aut aliquo certiſſimo intervallo, ut ab Olympiadibus Cyri initium, à bello Peloponneſiaco Artaxerxis Longimani finis, initia Darii Nothi & Artaxerxis Memoris [a]. Certè qui tot & tantorum conſenſum audent contemnere, æqui boníque conſulere debent, ſi ipſorum hac de re placita ab aliis ſpernantur [b]. Reſp. 2. Angelus in primo intervallo 7 hebdomadarum, quæ 49 annos efficiunt, (& terminantur in 7. anno Artaxerxis Mnemonis [c],) annos computat, non continuos & cohærentes [d], ſed disjunctos [*], ſive intercalariter, ut anni hi ſint conjuncti numero, ſed disjuncti tempore [f]. Non enarrat annos quibus impedita eſt ædificatio Templi & urbis, ſed quibus perrexit [g], & in quibus felicior erat Judæorum ſtatus [h]. Erant quidem à primo Cyri anno ad primum Artaxerxis Mnemonis anni 125: ex quibus intercalares 76 erant anni prohibiti Templi, & preſſæ adhuc politiæ & Eccleſiæ Judæorum; 49 verò ædificationis [i]; quos ſolos numerat Angelus [k], Danielis conſolator, in prophetia hac myſtico-chronica potiùs quàm aperta hiſtoria [l], quia hi ſoli attinebant ad Danielis preces, exſpectationem ac conſolationem [m], ad quam minimè ſpectabant anni ceſſationis, prohibitionis, aut oppreſſionis, ſed tantùm libertatis & ædificationis [n]. De reſtauratione hîc agitur, non impedimento aut deſtructione [o]. Deinde, hoc pacto rotundare licuit illum 70 hebdomadarum numerum, reſponſurum, & quaſi opponendum, 70 annis captivitatis [p]. Hanc interpretationem firmat accentuum ratio, quam plerique hîc negligunt. Notandus ergò hîc, 1. accentus Athnach ad vocem שִׁבְעָה *ſeptem*, qui diſtinctiſſima hîc reddit duo intervalla 7 & 62 hebdomadum, (quæ plerique malè conjungunt, & pro uno numero numerant [q],) & medium verſum ſecat in duas partes. 2. Accentus Rebhia (qui magìs diſtinctivus eſt quàm ſequentes ipſum Paſchtæ) in voce דָּבָר porrò ſecans primam partem in duo inciſa: quorum prius continet tum exordium narrationis, *Scito & advertas*, tum terminum à quo totius ſpatii 70 hebd. ſcil. egreſſum verbi; poſterius continet ſubſequens ipſum narrationis argumentum, ſive complementum eventûs iſti primo intervallo (7 hebd. ſeu 49 annorum) applicandum, ſcil. *reductionem eſſe faciendam, & exſtruendam Hieroſolymam:* quibus verbis non adnotatur terminus à quo 70 hebd. quaſi hic ſit ſenſus, *ab egreſſu verbi ut iterum ædificetur*, &c. ceu vitioſiſſimè vulgò explicatur, (nullum ſic argumentum eventûs dando primis 7 ſeptimanis,) & quaſi ſic contradiſtingueretur *Meſſiæ duci*, tanquam termino ad quem, (nam Rebhia ſub דָּבָר docet illa verba magìs cohærere cum

[o] Waſm. p. 296.
[p] Bail.
[q] Rain. ſic Calov. Bail. &c.
[r] Calov. ex Behm.
[†] Bail. &c.
[t] Rain. prælect. 227. 3.
[v] Beroald. in Calov.
[x] O. in Bail.
[y] Calov.
[z] Bail. p. 167.
[a] Scal. in Calov. p. 107.
[b] Bail. p. 167.
[c] Wich. p. 188. ſim. Emp.
[d] Wich. ib. ſic Waſm. p. 300.
[*] Wich. ib.
[f] Waſm. p. 300.
[g] Wich. ib. ſim. Emp. Waſm.
[h] Waſm. p. 300. & 304.
[i] Waſm. p. 293.
[k] Waſm. ſim. Wich. Emp.
[l] Waſm. ib.
[m] Waſm. 293. & 304. ſim. Wich.
[n] Waſm. ib.
[o] Emp. p. 189.
[p] Waſm. ib.
[q] Waſm. p. 274.

proximè ſequentibus, *ad Meſſiam ducem*, quàm cum præcedentibus, *ab egreſſu verbi*;) ſed argumentum eventûs hiſtorici primo intervallo aſſignatur, nempe exordium agendorum uſque ad Meſſiam Ducem, qui Dux Meſſias huic primo intervallo, in quo Templum reparatum, inſeritur ut terminus remotus & mediatus, (partim ceu futura major gloria illius Templi ſecundi, partim ut in quolibet intervallo appareat Meſſias ſcopus principalis,) prout idem ſecundi intervalli terminus proximus & immediatus verſ. 26. conſtituitur. Et ſic rectiſſimè retinetur ordo intervallorum, quem plerique vel negligunt, vel invertunt; & evidentiſſima diſtinctio conſtituitur inter duo intervalla, & utriuſque diverſa complementa, & quidem ſeorſim: ut priùs ponatur illud 7 hebd. in quibus nempe reditus concedendus erat, & Sanctuarium exſtruendum; deinde illud 62 hebd. in quibus plateæ & mœnia reparari debebant. Denique, intercalaris hic computandi modus nec abſurdus eſt, nec inuſitatus [r]. Habetur enim tum Eſr. 5. 16. *Ex eo tempore* (quo ſcil. fundamenta per Zorob. jacta ſunt) *huc uſque ædificatur*; non certè continuò & citra interruptionem, (quæ non ſemel accidit,) ſed per intervalla: tum Joh. 2. 20. *Templum hoc 46 annis ædificatum eſt*; non certè cohærentibus & continuis [†], quod nullus unquam hiſtoricus aſſeruit, ſed intercalari illâ ratione computandis. Iſtis autem 46 annis ſi addatur ſaltem triennium illud liberationis ſub Cyro, (quo etiam Templum fundari cœpit,) prodibunt hi anni 49; exactè ſic concordante calculo Danielis & Johannis [t]. Adde quòd Scaliger & ſequaces ejus intercalarem hunc computum in ultima ſeptimana v. 27. quærunt, ſed fruſtrà, ut videbimus [v]. [Sed jam videndum quomodo Authores hanc ſententiam explicant: id quod non uno modo agunt.] Ædificatio hæc continuata eſt per annos 46, nempe à primo anno Cyri ad Xerxem [x], ſive omnibus Cyri, Cambyſis, Smerdis, Darii Hyſtaſpis diebus; deinde intermiſſa eſt totâ Xerxis & Artaxerxis Longimani vitâ, uſque ad Darium Nothum [y], cujus anno ſecundo reſumpta ad faſtigium perducta eſt circa annum illius 6 [z]. i. e. tribus annis, (qui additi præced. 46 efficiunt 49,) ſed incompletis [a]. Poſt hæc (quæcunque fuerit cauſa, ſive Judæorum negligentia, ſive hoſtium invidia, ſive utraque,) opere penè abſoluto, non imponetur colophon ante 7. annum Artaxerxis Mnemonis, (h. e. 18 annis pòſt [b],) quando Templum ab Eſdra abſolutum eſt paucis menſibus, qui, additi illis menſibus qui Darii ſexto defuerunt, annum illum complent [c]. [Aliis non placet hæc explicatio.] 1. Quia conſtat Cambyſen & Smerdem opus impediviſſe. 2. Quia illo pacto Judæi, continuâ prohibitione à tempore ſolutæ captivitatis uſque ad Darium Nothum, per 108 annos, omni ſpe aut ſigno reparandi Templi penitùs excidiſſent; quod planè improbabile eſt, & refellitur ex Eſr. 4. 12. & 5. 16 [d]. [Aliter itaque explicant.] Annos ædificationis ſic numero. Publicato Cyri edicto, ſe Judæi ad iter per 6 menſes parant. Sequenti anno Hieroſolymam eunt, operarios conducunt, &c. & anno 3. Cyri, vel 2. reditûs, fundamenta Templi ponunt, Eſr. 1. & 2. & 3. Dein Samaritani eos impediunt, ídque temporibus Cyri, Cambyſis & Smerdis, Eſr. 4. 4, 5. Dario autem rerum potito, ædificationem redordiuntur, & pergunt 35 annis. Ceſſat opus primis 14 annis Xerxis, uſquedum Mardochæus evectus eſt, quando ad opus redeunt, & in eo 7 annis cum dimidio pergunt. Tunc Artaxerxes opus impedit 41 ferè annis, uſque ad 2. Darii Nothi annum, quando opus reſumunt, & anno ejus ſexto abſolvunt. Denique, anno 7. Artaxerxis Mnemonis Eſra quæ deſiderabantur ſtudioſè perficit 4 menſibus & 13 diebus. Anni itaque ſic ſe habent; Cyri 2, Darii Hyſtaſpis 35, Xerxis & Artaxerxis 7 cum dimidio, Darii Nothi 3 & dies 157, Artaxerxis 4 menſes & 13 dies. Summa eſt 48 anni, 105 dies. Obj. At vel ſic dies multi deſunt 49 annis. Reſp. Anni itaque hi ſunt Ægyptiaci, ſive præciſè 360 dierum; quales occurrunt etiam Apoc. 11. 2. & 12. 6 [*]. Ab anno 1. Cyri ad annum 1. Mnemonis ſunt anni 125: è quibus anni ædificationis ſeu felicioris ſtatûs Judæorum ſunt 49, nempe Cyri 3, Darii Hyſtaſpis 36, Xerxis 6, Darii

[r] Waſm. p. 294.
[†] Wichm. p. 192. ſim. Waſm. p. 304.
[t] Waſm. p. 305.
[v] Waſm. p. 300.
[x] Emp.
[y] Emp. in Bail.
[z] Emp.
[a] Emp. in Bail.
[b] Bail.
[c] Emp. in Bail.
[d] Waſm. 301.
[*] Wichm. p. 191.

rii 4; anni autem reliqui 76, nempe Cambysis 7, Xerxis 14, Artaxerxis Longimani 40, reliqui Darii Nothi, quibus nihil ultrà promoverunt [f]. [Aliis hoc non placet.] Commentum hoc L' Empereur [Hunc solum nominat, quia Wichm. & Wasm. nondum prodierant.] usque adeò improbabile est, (nè dicam ineptum,) ut ei refutando immorari nolim [g]. [Atque hæc de primo adversùs hanc sententiam argumento: sequitur secundum.] In edicto Cyri non potest figi initium 70 hebdomadum, quia illud inefficax erat [h], & ædificatio brevi interrupta, aut prorsus intermissa, est [i]. Resp. 1. Irritum non fuisse illud edictum constat ex Jes. 44. 28. & 45. 13. 2. Tantum successûs habuit quantum requisivit præfinita ab Angelo reductio Judæorum in patriam, & reparandæ politiæ initium, ac Templi primò jacta fundamenta [k]. Virtute hujus edicti positum est fundamentum Templi [l], Esr. 3.10 [m]. & 5.16 [n]. & hoc edicto nitebatur illud Darii, Esr. 6 [o]. Obj. At Templum à Zorobabele *fundari* dicitur, Zac. 4. 9 [p]. Resp. τὸ *fundare* hîc, ut alibi sæpe, ponitur pro, *parare*, *stabilire*, ut Esr. 3. 12. Psalm. 8. 3. alioquin Sesbazar fundavit Templum, Esr. 5. 16. 3. Ex verbis illis, *in angustia temporum*, rectè colligitur, primas 7 septimanas ædificationi laboriosissimæ quidem, sed parùm proficuæ, impendendas; quod ità accidisse historiæ Ezræ & Nehemiæ testantur: ut propterea inconsideratè faciant qui hæc Angeli verba protinus de finali & efficaci urbis Templíque instauratione accipiunt [q]. 4. Æra 70 septimanarum non est insignis aliquis successus, non actualis Templi reædificatio aut perfectio, sed nudum edictum, citra ullum secuturi successûs respectum [r]. [Hæc de prima sententia.] Sententia secunda, Initium 70 hebdomadum ponendum est in anno Darii 2 †. vel 3. (quia non parùm temporis inter Judæos & provinciarum præsides insumptum est dum consuleretur Rex, & alia peragerentur [t];) vel potiùs, 6 [v]. Probatur facilè hæc sententia ex Esr. 4. 24. & cap. 6 [x]. Repetita erat Templi ædificatio anno Darii 2. perfecta secundùm exterius Templum an. 6. at secundùm interiores partes, an. 9 [y]. Sed quum tres erant Darii Reges Persarum, nempe Darius Hystaspis, Darius Nothus, [& Darius Codomannus, de quo tamen nulla hîc est quæstio;] non certò constat cujus erat istud decretum, num Hystaspis, an verò Nothi [z]. 1. Erat hic Darius Hystaspis [a]; qui regnare cœpit anno 4. Olymp. 64. ut constat, quia Cyrus (qui regnare cœpit initio 55. Olymp.) regnavit 30 annos, deinde Cambyses & Magi 8 annos, juxta Euseb. Bed. & Herod. Post hos successit hic Darius, h. e. post 38 annos, sive anno 4. Olymp. 64 [b]. [Alii paulò aliter.] Edictum hoc in secundo Darii erat anno M. 3698. an. Romæ 231. & an. 3. Olymp. 64 [c]. Idem est hic Darius qui nominatur Esd. 4. 5, 24. nempe Hystaspis: unde consequitur Esd. c. 7. Artaxerxem, non Mnemona, sed Longimanum, designari. Argumenta hujus sententiæ sunt quæ sequuntur [d]. Arg. 1. Totus contextus manifestum facit de uno eodémque Dario v. 5. & 24. agi. Quum enim impeditum opus dixerat *usque ad regnum Darii*, v. 5. & 24. qui finalis impeditionis terminus est; constat quæ hîc commemorantur gesta esse ante Darii illius tempora, & versus intermedii exponunt solummodo modum & strategema delatorum quo interdictum obtinuerant: ו autem v. 6. causaliter, ut sæpe, ponitur; "וּבְמַלְכוּת וגו, *Nam in regno Ahasueri*, &c *. Arg. 2. Esdras, describens tempora & Reges sub quibus opus impeditum fuit, quatuor tantùm numerat, Cyrum, Ahasuerum, Arthasastha, & Darium, alios, si fuissent, minimè prætermissurus. Ahasuerus erat Cambyses, qui Assueri nomen assumpsit, quod Herodoto *bellicosum* sonat, & commune erat Regibus. Arthachsasta erat Smerdis, qui, quum personam filii Cyri fingeret, nomine etiam sibi authoritatem conciliaturus, Arthachsasta dici voluit, quod cum nomine Xerxis gentilitium Regibus Persarum fuisse Grotius observat [f]. [Al. aliter.] Artaxerxes, quod *bellatorem insignem* sonat, erat Cambyses, teste Jo. Antiq. 11. 3. sic dictus quòd Ægyptum subjugavit. Assuerus erat qui Ctesiæ Oxiates, & Herodoto Smerdes, sive Magus, qui Cambysi successit, sive fratri Cambysis, qui ipso absente imperavit. Quare hic Darius videtur esse quartus Persiæ Rex, sive Darius Hystaspes [g]. Porrò, Esdras, Reges sub quibus opus Domini successit celebrans, tres tantùm numerat, Cyrum, Darium & Artachsasta. Si autem Darius Nothus & Artaxerxes Mnemon intelligantur, ut vult Scaliger, nimis longum erit intervallum à primo edicto Cyri ad 7. an. Artax. Memoris, annorum nempe 132, vel 139; nec congruit hoc verbis Esd. 6. 14 *. Demum, non est verisimile Xerxem, quem Scaliger vult fuisse Estheræ maritum, & Artaxerxem, quem ait fuisse Xerxis ex Ester sive Amestride filium, instaurationi Templi obstitisse, ídque præ aliis, ut præ Cambyse & Smerde eo nomine ab Esdra referri meruerint [h]. Arg. 3. Referunt Judæi, tanquam rem apud ipsos certissimam, Templum 46 annis ædificatum fuisse, Johan. 2. 20 [i]. At à primo Cyri ad Darium Nothum sunt anni 140 [k]. Arg. 4. Si Darius hic Nothus esset, Israelitæ per 120 annos post solutionem captivitatis Templo caruissent; quod non est probabile [l]. Arg. 5. Alioquin tempora non quadrant: nam à Darii Nothi secundo ad Christum passum non fluxerunt anni 490, imò vix 450, ut fatentur adversæ sententiæ authores; qui idcirco hebdomadas in excidio Hierosolymæ claudunt [m]. At si Darius Hystaspis hic sit, omnia congruunt. Et notatu dignissimum est quòd, sicut à 4. Joiacimi ad primum reditum sunt 70 anni, sic ab excidio Templi ad 2. Darii Hystaspis sunt etiam 70 anni; & ab ædificatione Templi completa ad ædificationem murorum Jerosolymæ, nempe à 7. Darii anno ad 20. Artaxerxis, sunt 70 anni; & ab ædificatione Jerosolymæ terrestris ad ædificationem cœlestis, h. e. ab anno 20. Artaxerxis Longimani ad prædicationem Evangelii per Christum, erant 70 septimanæ annorum [o]. Argumentum 6. hoc est, Si Darius hic Nothus esset, incredibilis erit longævitas summi Pontificis Josuæ, Zorobabelis, & eorum qui Templi primi splendorem cum secundo contendisse, & imparitatem plorâsse, leguntur, Hag. 2. 3, 4 [p]. eorum etiam qui, ad Artachsastha scribentes, destructioni Templi se interfuisse significant: vide Esd. 4 [q]. Nam à Cyri secundo, quo fundatum est Templum, ad Darii Nothi sextum, quo perfectum volunt, sunt anni 112, ut fatentur [r]. Hæc longævitas planè portentosa est & absurda †. [Multa huic argumento reponunt adversarii.] Resp. 1. Non desunt exempla μακροβίων in Oriente [t]. Georgius Elmacinus, Histor. Saracen. l. 1. c. 7. ad annum Christi 677. circiter, de quodam Ubeido F. Saridæ narrat, eum ad Muaviam Imperatorem venisse 300 assecutum vitæ annos. Idem c. 4. ad an. C. 653. de Solimane Persa, eum hoc anno mortuum, quum (prout narrarent) ætas ipsius esset annorum 350 [v]. Ipse Vorstius è Plinio, Tralliano, Val. Maximo aliisque affert plurimorum exempla, quorum quidam 130, alii 140, alii 150, alii 200, annos vixerunt [x]. Resp. 2. Idem incommodum vestram sententiam premit, quæ eandem longævitatem supponit, in Nehemia, (qui vixit ad tempora Alexandri M. ut patet ex Neh. 12. 11, 22. ubi nominat Pontificem Jadduam, qui tempore Alexandri vixit;) in Esdra, (qui vixit propè ad finem Imperii Persarum, eò quòd Esd. 10. 6. dicatur intrâsse cubiculum Johanan, patris Jadduæ prædicti; qui etiam natus est ante destructam Hierosolymam, nam filius erat Seraiæ, Esd. 7. 1. quem Nebuchadnezzar ante captivitatem necavit, 2 Reg. 25. 18;) & in Sanballato [y]. [Sed regerunt hujus sententiæ patroni] 1. Incommodum hoc si nos premat, at illos non extricat. 2. Quod spectat ad Nehemiam; 1. Jaddua potuit Pontifex fieri anno ætatis 30. & tempore Alexandri annos 90 habere. Ità Nehemias senex Jadduam juvenem spectare potuit, quamvis decederet 60 annis ante Alexandrum. 2. Longævitas Nehemiæ nititur uno hoc loco Nehem. 12. 11, 22. Sed quid vetat illa verba ab alio quopiam addita esse? qualia & in Deut. 34. & Jos. 24. ab auctoribus istorum Librorum non scripta reperiuntur. Et quid si totus Liber Nehemiæ ab alio scriptus est? 3. Quod spectat ad Esdram; 1. Johanan ille, pater Jadduæ, de quo Esd. 10. 6. tunc erat adolescens, nam avus ejus Eliashib Pontificem agebat. 2. A juventute Joannis ad senectutem Jadduæ poterant centum anni intercedere. 3. Johanan negari potest fuisse pater Jadduæ, nam ejus pater fuit Jonathan filius Joiadæ, nepos Eliashibi,

[f] Wasm. 301...
[g] Bail. p. 171.
[h] Q. in Wil sim. Jun. Alsted. & Reusn. &c. in Wasm.
[i] Q. in Gras. p. 279.
[k] Wasm. p. 253.
[l] Wil. p. 380. Gras. p. 282.
[m] Wil.
[n] Gras.
[o] Wil.
[p] Q. in Gras.
[q] Gras. p. 279...
[r] Gras. p. 218.
† Calov. Scal. Derod. Liv. &c.
[t] Liv. p. 206.
[v] Med. p. 859.
[x] Liv. Derod. &c.
[y] Per. p. 672.
[z] Derod. 397.
[a] Calov. Per. Derod. Liv. &c.
[b] Per. p. 668.
[c] Derod. ex Mar. & Petav.
[d] Calov. 174.
* Calov. p. 175.
[f] Calov. 174.
[g] Derod. 400.
* Calov. p. 181.
[h] Calov. 176.
[i] Bail. qu. 8. p. 161. Per. 670.
[k] Per. simil. Bail.
[l] Vorst. &c. in Wasm.
[m] Bail. p. 171.
[o] Derod. p. 401.
[p] Bail. Vorst. in Wasm. Derod.
[q] Calov. 176.
[r] Bail.
† Per.
[t] Wasm. p. 270.
[v] Emp. p. 191.
[x] Wasm ib.
[y] Calvis. & Brought. in Bail.

shibi, Nehem. 12. 10. 4. Artaxerxes ille sub quo Esdras & Nehemias Hierosolymam venerunt non erat Mnemon, sed Longimanus: ità de annis Esræ 60 demendi sunt. 5. Esdras *filius* Seraiæ dici poterat, licèt ejus nepos vel abnepos esset; sicut Azaria dicitur *filius Meraioth* Esdr. 7. 3. licèt inter eos, brevitatis causâ ibi omissi, septem interjiciantur 1 Chron. 6. 7, 8, 9. 6. Alius ille Seraias esse poterat, nam sacerdotes plures in Esra & Nehemia Seraiæ nomine veniunt. Et certè in genealogia Pontificum Seraiæ filius nominatur Josadak, nunquam autem Esdras. 4. Quod spectat ad Sanballatum, in quo Scaligeri & Calvisii primaria spes est; 1. Supposito Nehemiam anno 20. Mnemonis Hierosf. venisse, (ut vult Scaliger,) & Sanballatum tunc vicenem fuisse, indè ad Alexandri quintum, quando obiit, non sunt supra 50 annos. 2. Si annus ille Longimani 20. erat, obiit Sanballat in obsidione Tyri, anno ætatis 130. quod tunc ordinarium fuisse Scaliger & Calvisius tuentur. 3. Capellus, Petavius, &c. geminum faciunt Sanballatum, & posteriorem prioris filium fuisse vel nepotem [z]. 5. Quod spectat ad Zorobabelem, nimia fingitur esse hujus longævitas: si enim 30 annos natus erat tempore solutæ captivitatis, tamen anno 6. Darii Nothi esset 124 annos natus. Pontificatus Josuæ nonnisi 112 annorum demonstrari potest, à Cyro ad 6. Darii Nothi. 6. Quod ad Hag. 2. 3. dico, quod legitur de senibus disparitatem primi & secundi Templi deflentibus, id sub Cyro factum memoratur Esr. 3. 12. non in Haggæo. Verba autem illa Hag. 2. 3. sunt merè hypothetica, ut docent Scal. Molin. L'Emper. & Coccejus, (adeòque nihil affimant, vel negant,) q. d. Si quis vestrûm esset reliquus qui vidisset priorem illam domum, qualem verò jam hanc videretis? Si nè hoc admittendum, sed fuissent hi 15 annorum exulto Templo, ætas illorum superstitum tantùm esset annorum 185 [a]. [Hæc de sexto hujus sententiæ argumento, ejúsque tum oppugnatione, tum defensione.] Arg. 7. & præcipuum desumitur ex Zach. 1. 12. ubi anno 2. Darii Angelus sic precatur, *Usquequo non misereberis Jerusalem & urbium Judæ? Iste jam annus septuagesimus est*, vel, *his 70 annis* [p]. Huic loco addunt Zach. 7. 5. de 70 annis jejunii & luctûs Judæorum [q]. Congruit hoc Dario Hystaspi: nam ab excidio urbis (quod contigit anno æræ Nabonazaræ 158. & anno 2. Olymp. 47. sive 31 annis ante regnum Cyri,) ad Hystaspis secundum, qui erat anno æræ Nabonaz. 228. [anno 4. Olymp. 64.] effluxêre 70 anni. Cyrus enim regnare cœpit anno 1. Olymp. 55. hoc est, 31. anno post excidium: adde his annos Cyri 30, Cambysis & Smerdis 8, Darii 2, & habes summam 70 annorum. At ab excidio urbis ad 2. Darii Nothi intercesserunt anni 167. Torquent hîc sese Scaligeriani [aliique,] & sic respondent [r]. 1. Non respicit annos devastationis, sed annos alios, sive aliarum calamitatum; quarum tamen nullum in Sacris vestigium habetur †. Sed frustrà hoc fingit Scaliger & sine teste. Et constat annos desolationis hîc indigitari, ex jejuniis 4. & 5. & 7. & 10. mensis ob eversionem urbis, Templi, &c. institutis [t]. 2. Per hanc sententiam decantatis illis 70 annis desolationis adhuc includenda foret solutio captivitatis sub Cyro, & jacta sub illo Templi fundamenta; quod absurdum est. Exc. Septuagesima duplex est: una captivitatis, quæ incepit à primo Nebuch. & desiit in primo Cyri; altera desolationis, quæ incepit ab excidio urbis, & desiit anno 2. Darii [v]. Resp. Quamvìs 3 vel 4 gradus captivitatis concedi queant, una tantùm est Jeremiæ septuagenaria captivitas, & Scriptura 70 tantùm annos agnoscit, qui (ex consensu Esræ, 2 Chron. 36. 21. Jeremiæ, Jesaiæ, & chronologorum,) in primum Cyri exeuntes, non possunt numerari nisi ex deportatione Jechoniæ, cui etiam initium eorum tribuitur. Vide Ezec. 33. 21. & 40. 1. Matt. 1. 11. Et hos denotat Zacharias per זה *istos 70 annos*, præfinitos scilicet & jam completos; & hoc fundamentum facit precum suarum, pro avertendis illis desolationum reliquiis quibus adhuc post 70 annos affligebantur [x]. Arg. 8. Darium hunc Hystaspen fuisse statuunt omnes ferè scriptores [y], Hebræi, Græci & Latini, Capellus, Usher. Petav. &c. Alterius sententiæ auctor erat (post unum Sulpitium Severum) Josephus Scaliger; quem secuti sunt Calvisius Scaligeri amanuensis, Jun. Rain. Nisb. &c [z]. [Hæc de prima sententia sufficiant.] 2. Darius hic Nothus erat, non Hystaspis [a]. Probatur. 1. Ex ratione temporum, quæ Dario Hystaspis non congruit; tunc enim desinerent hi anni 490 diu ante Christum natum [b]. Annus 2. Hystaspis erat annus Romæ 231. & annus 3. Olymp. 64. ideóque 490 anni desinent in anno Romæ 721. & anno 1. Olymp. 187. sive circa tempus pugnæ Actiacæ, post quam Augustus factus est Imperator, teste Aurelio Victore, & anno Romæ 725. à senatu confirmatus est [c]. [Quo argumento utitur Author in alium finem, nempe ut probet initium 70 septimanarum indè non sumendum esse.] Dario verò Notho tempora congruunt [d]. Secundus ejus annus erat, secundùm nostram computationem, annus mundi 3795. annus Romæ 328. & annus 4. Olymp. 88 †. A 3. Nothi anno ad excidium Jerosolymæ sunt præcisè 490 anni. Annus ille 3. Darii concurrit cum anno 327. æræ Nabonassaris, & cum anno 3. Olymp. 89. h. e. anno Olympiadico 355. Excidium autem urbis erat in anno 817. Nabonass. & anno Olympiadico 845. Mallem tamen initium sumere à 6. Darii anno, quum Templum jam perfectum esset. Arg. 2. Darius sub quo Templum est perfectum fiat medius inter duos Artaxerxes, ut patet ex collat. Ezr. 4. 23, 24. & 6. 14, 15. & 7. 1. Ergò Darius hic non erat Hystaspis, (nam ante eum regnavit Cambyses, & post eum Xerxes,) sed Nothus, qui ante se habuit Artaxerxem Longimanum, post se Artaxerxem Mnemonem [f]. Resp. 1. Futilis est objectio de nominibus, ubi reliqua conveniunt, inquit ipse Scaliger; qui etiam observat, Persarum Reges cum Regno nomina alia assumpsisse. Ità Darius Nothus priùs vocatus est Ochus; & Artaxerxes Mnemon, Arsicas & Oarses; & Darius ultimus, Codomannus. Quid ergò mirum si nomen Artaxerxis tribuatur & Cambysi & Smerdi [g]? 2. Artaxerxes ille Esdr. 4. 7. non erat Longimanus [h], qui, consensu omnium, Judæis benevolus erat [i]; sed Cambyses [k], filius Cyri, qui, absente patre, Regnum administravit, qui etiam ædificationem strenuè impedivit. Confirmatur ex v. 12. *ædificant urbem*, &c. ubi loquuntur tanquam de præsenti, & quæ tum fieret; quod non congruit temporibus Longimani post 40 annos sequuturis [l]. [Contrà;] Quòd nomina Ahasueri & Artaxerxis memorata Esr. 4. 6, 7. Cambysi & Smerdi tribuant, sine ullo fundamento, sive in Scriptura, sive in profana historia, fit. Si enim Ahasuerus sit Cambyses, (ut ordo suadet,) & Artaxerxes Smerdis, quomodo illud, *In diebus Artaxerxis*, &c. Ezr. 4. 6, 7. congruit septimestri Smerdis regno? Vel, si, ordine præpostero, Ahasuerus sit Smerdis, cur tam præcisè memoratur initium regni septimestris? Deinde, nec Cambyses nec Smerdis potest esse Ahasuerus. Nam Ahasuerus, Esth. c. 3. vers. 7. (& cur alium fingeremus ab eo quem Scriptura describit, & diligenter distinguit ab Ahasuero Medo, quasi nullus esset tertius?) annos 12 regnavit *. 3. Quod ad Esdr. 6. 14. *Darius & Artaxerxes*, sic melius reddi possit, *Darius, id est, Arthasachstha* [m]; quod videtur esse commune Regum Persicorum nomen. Erat ergò hic Artaxerxes Longimanus, idémque Darius: quomodo enim Templum absolutum dici possit mandato Artacsasta, qui nondum regnavit [n]? Al. Habuit Darius post se, licèt non immediatè, Artax. Longimanum [o]. Nec probari potest, de immediato Darii successore hîc agi [p]. Arg. 3. Tempus à primo Cyri ad hunc Darium tam longum fuit, ut edictum Cyri oblivione ab omnibus Persis traditum sit, nec nisi difficulter in archivis inventum. At ab eo edicto ad secundum Hystaspis erant anni tantùm 11, vel 12 [q]. Resp. 1. Imò intercesserant anni 18 [r]. Sed hoc falsum, cùm tantùm intercesserint Cambyses & Smerdis †. 2. In tot annis multa, etiam quæ remp. spectant, nedum quæ Templum extraneæ & pauperrimæ gentis Judæorum, altâ oblivione sepeliuntur [t], maximè in temporibus turbulentis, qualia illa erant [v]. 3. Inquiruntur sæpe in archivis quæ intra lustrum gesta sunt, ut de edicto ejúsque causis ac circumstantiis certiùs constet. Hic autem intercesserunt duo Reges, imò contrarium interdictum [x]. Arg. 4. Ex Joh. 2. 20. ubi

[z] Bil. qu. 8. p. 159.
[a] Wasm. p. 270.
[p] Calov. Vorst. in Wasm.
[q] Vorst. in Wasm.
[r] Calov. p. 178.
† Q. in Calov.
[t] Calov.
[v] Bail. qu. 3. p. 148. ex Theod.
[x] Wasm. p. 259...
[y] Per. p. 669.
[z] Bail. qu. 8. p. 159.
[a] Jun. Pol. Li. p. 207. Scal. & Helv. & Ubbo Emmius, &c. in Calov.
[b] Emp. 189.
[c] Med. p. 858. simil. Derod. &c.
[d] Derod. p. 491.
[d] Med.
† Derod. p. 398.
[f] Calvis. in Bail.
[g] Calov.
[h] Bail. p. 161. Wil.
[i] Wil p. 325.
[k] Bail. Wil. Derod. ex Joseph.
[l] Wil.
* Med. p. 874.
[m] Wil. ex Broug. &c.
[n] Wil.
[o] Bail.
[p] Calov. p. 182.
[q] Calvis. in Bail. simil. Wasm.
[r] p. 255.
† Bail. sim. Derod.
[t] Calov.
† Wasm.
[v] Bail. p. 161.
[x] Bail ib. sim Derod. p. 405. Calov. p. 181.

ubi Templum dicitur 46 annis fuisse exstructum. At si hic Darius Hystaspis erat, exstructum fuisset intra 4 annos, nempe à 2. ejus anno ad 6. vel saltem intra 13 annos, à Cyro nempe ad 6. Hystaspis [y]. Obj. Verba illa Joh. 2. accipienda sunt de tempore quo exstrui ab Herode cœptum erat Templum [z]. Resp. Templum ab Herode novum aut aliud factum non est, sed auctum [a]. Arg. 5. Talis Darius hic erat post quem nulla amplius subsecuta est prohibitio, ut patet ex Esdræ 6. 14. At post Darium Hystaspis erat prohibitio, nempe ab Ahasuero & Longimano, ut probat historicorum consensus cum Esdr. 4. 7, 21, 24. Arg. 6. Talis erat Darius cum quo successor aliquis Artachsasta jam tunc ut Prorex regnavit, qui certè erat Mnemon Nothi filius [b]. [Hæc de altera sententia. Porrò, quicunque sit hic Darius, ab ejus edicto initium 70 septimanarum sumendum esse negant.] Non à secundo anno Darii Hystaspis; quia indè ad Christi mortem fluxerunt multò plures anni quàm 490 [c]. Annus ille Hystaspis cadit in Olymp. 65. unde usque ad finem hebdomadum, quem attulit Olymp. 203. præterierunt anni 550 [d]. Nec à secundo Nothi; 1. quia indè ad Christum passum vix 450 anni fluxerunt; ideóque hebdomadas excidio Jerosolymæ coguntur claudere: 2. quia nullum exstat, vel de Templo, vel de urbe, Nothi edictum †. [Sententia tertia, Initium hebdomadum ponendum est in septimo an. Artaxerxis.] Hic duo edicta fecit, unum in 7. alterum in 20. anno regni, ut consentiunt omnes. Sed cùm plures fuerint Artaxerxes, & nomen Artaxerxis ab aliis pro Xerxe, ab aliis pro Dario, sumitur, quisnam hic erat vehementer disputant. Quatuor hìc sunt sententiæ [f]. 1. Est Xerxes [g]. At is regnavit tantùm 20 annis, Artaxerxes verò 32, Nehem. 13. 6 [h]. 2. Est Darius Hystaspis; qui fecit tria edicta, 1. de quo dictum, 2. & 3. sub nomine Artaxerxis [i]. Verùm Scriptura 2. edictum Dario, 3. autem & 4. Artaxerxi, tribuit [k]. 3. Est Artaxerxes Longimanus [l]. 4. Est Artaxerxes Mnemon [m]. Id credere tenentur quibus præcedens Darius Nothus est [n]. [Et diversum credant oportet quibus ille Darius Hystaspis; & quæcunque argumenta pro Hystaspe vel Notho, eadem pro Longimano vel Mnemone, militabunt.] Constat Esram missum fuisse absoluto jam Zorobabelis Templo, Esr. c. 7. v. 1. quod sub Dario Notho factum est [o]. Non placet hæc sententia: nam à 20. Mnemonis anno ad Christi mortem sunt anni tantùm 416 [p]. Sed de initio regni Artaxerxis Longimani diligenter quærere, & illud certè atque exactè statuere, utilissimum hìc erit [q]. Artaxerxes solus regnare cœpit anno Iphiti 313. & Nabonassaræo 284 [r]. Patri successit an. 2. Olymp. 78. anno Romæ 286. Probatur. 1. Primus Cyri erat annus 1. Olymp. 55. & Romæ 193. unde ad initium Artaxerxis sunt 93 anni; h. e. 29 Cyri, 8 Cambysis & Smerdis, 38 Darii Hystaspis, 20 Xerxis. His adde 193, fiunt 286; qui est annus à nobis positus. 2. Thucyd. Histor. 4. dicit Artaxerxem obiisse in fine 7. anni belli Peloponnesiaci; & Ctesias in Photio, p. 123. dicit eum regnâsse 42 annos. Initium ergò belli Pelopon. erat in principio 36. anni regni Artaxerxis. Bellum autem Pelopon. teste Eratosthene, cœpit 48 annis post transitum Xerxis in Græciam, qui obtigit anno primo Olymp. 75. sive anno Romæ 273. Quare initium belli Pelopon. & anni 36. regni Artax. erat in anno 1. Olymp. 87. ut notat Diodor. l. 12. p. 291. qui est annus urbis 321. Cui numero si demas 35, reliquos annos regni Artaxerxis, restat annus 2. Olympiad. 78. Scio quosdam ponere initium belli Pelopon. in anno 50. post transitum illum Xerxis. Sed hi numerum pro more rotundant, aut Xerxi dant 21 annos, quod facit Diodorus. Scio etiam Aulum Gellium, l. 17. c. 21. ponere initium belli Peloponnesiaci anno urbis 323. Verùm ille sequitur supputationem Varronis, quæ duobus annis antecessit illam Catonis. 3. Initium belli Peloponn. erat anno 1. Olymp. 87. ut refert Diodor. ex Thucyd. Artax. moritur circa finem anni 7. illius belli, ideóque circa finem anni 3. Olymp. 88. Et quum Artax. regnavit 42 annis, constat eum cœpisse regnare anno 2. Olymp. 78 †. Obj. 1. Initium regni Artaxerx. erat in anno 4. Olymp. 78. Nam Themistocles, Athenis pulsus, eodem

[y] Wasm. [z] Capel. ex Baron. Calvis. &c. [a] Wasm. p. 257. ex G. [b] Wasm. p. 255. [c] Bail. p. 171. [d] Per. pag. 595. † Bail. 171. [f] Derod. p. 406. [g] Jo. in Derod. [h] Derod. p. 409. [i] Q. in Derod. [k] Derod. [l] Derod. ex Euseb. & Petav. Per. Usher. Afric. Theodor. Salian. in Bail. &c. [m] Wasm. p. 308. Scal. in Derod. Pol. Med. pag. 863. [n] Derod. [o] Wasm. ibid. [p] Cap. p. 25. [q] Derod. [r] Lansb. in Calov. p. 161. † Derod. p. 196.

anno fugit ad Artaxerxem tunc regnare incipientem. Eodem tempore Pericles electus est Imperator Atheniensium, eóque officio functus est 40 annis, teste Plutarcho. Pericles autem obiit duobus annis & dimidio post initium belli Pelopon. quod (ut ex Xenophonte colligi potest) cœpit anno 1. Olymp. 88. ideóque Pericles obiit anno 3. Olymp. 88. qui est annus Romæ 328. Idem ergò Imperator factus est anno 4. Olymp. 78. & anno Romæ 288. Hinc constat Artaxerxem cœpisse regnare anno prædicto, & regnâsse 44 annis [t]. Resp. 1. Themistoclem statim post ostracismum fugisse ad Artaxerxem (quanquam præcipuum hoc sit sententiæ Funccianæ fundamentum) nullo teste aut argumento probat: quin contrarium ex bonis auctoribus constat. 2. Initium belli Pelopon. ponit Xenophon, non in anno 1. Olymp. 88. (ut fingit Funccius,) sed in anno 1. Olymp. 87. unde pariter tempora & potestatis imperatoriæ & mortis Periclis corrigenda sunt. 3. Regnavit Artax. annos non 44, ut sine authore statuit Funccius, sed 42, ut dictum [v]. Obj. 2. Annos Artaxerxi tribuunt, 40 tantùm Diodorus, Plutarchus autem 62 [x]. Resp. 1. Diodorus sic dicit ad rotundandum numerum. 2. Plus credendum Ctesiæ, qui tempore Artaxerxis vixit, quàm Diodoro vel Plutarcho, qui vixerunt post 400 vel 500 annos. 3. Anni illius 42 probantur ex præliis illius temporis; ex quibus facilè refellitur Plutarchi error, quo omnibus aliis historicis contradicit, veràsque omnes supputationes Regum Regníque Persarum evertit. 4. In Plutarcho puto numeros à transcriptore malè transpositos, & 62 scriptum pro 42: sicut enim Latinis X ante L facit 40, & post L 60; sic etiam Græcis ι ante ν facit 40, & post ν 60 [y]. Nonnulli duplex regni Artaxerxis initium faciunt: unum, quo post patrem regnavit; alterum, quo cum patre regnavit [z]: ídque, vel 7 annis [a], vel 10 annis [b], vel 15 annis [c]; ut facile est inventis addere. Excogitavit hoc commentum Gerardus Mercator, & ex eo (sed dissimulato nomine) hausit Petavius [d]. Hujus conjecturæ argumentum hoc est: Themistocles fugit ad Regem Persarum, nempe ad Xerxem, inquiunt Diod. l. 11. Dinon, cui in Persicis multum tribuit Cornelius Nepos, Ephorus, & plerique alii, teste Plutarcho; ad Artaxerxem, inquiunt Thucyd. libro 1. & Charon Lampsacenus, qui Xerxis ætate vixit, & Herodotum antecessit, testibus Tertul. & Plutarcho. Quare, nè tantos viros mendacii arguamus, ii sic conciliandi sunt; utrosque vera scripsisse, & Artaxerxem, more Persarum expeditionem suscipientium, patris collegam fuisse †. Sed omnino displicet hæc audax temeritas. 1. Diodor. & Thucyd. & Plut. perspicuè significant Artaxerxem vivo patre nunquam regnâsse, nedum tot annis, ut isti fingunt [f]. Thucyd. (inquit Plutarchus) & Charon narrant, post Xerxis mortem Themistoclem venisse ad filium ejus. Nunquam inter Persas pater & filius simul regnaverunt. Mos quidem erat, ut pater in bellum profecturus hæredem nuncuparet qui ipsi succederet; ut Darius nuncupavit Xerxem, qui tamen non regnavit nisi Dario mortuo, inquit Herod. Ut si Artaxerxes hæres tunc destinatus esset, non tamen fuisset βασιλεὺς νεωστὶ βασιλεύων, *Rex qui nuper ad regnum pervenerat*, ut eum vocat Thucydides. 2. Non videtur Artaxerxes vivo patre hæres designatus. Habuit enim Xerxes ex præcipua uxore, Regina Amestri, 1. Darium, (quem in spem Regni educabat, & semper ad latus habebat [g];) 2. post biennium, alium, Hystaspin dictum; 3. hunc Artaxerxem, ut refert Ctesias. 3. Cùm Xerxes in Græciam moveret, Artax. nondum natus erat: de quo vide Justin. l. 3. initio [h]. [His præmissis, veniamus ad sententiam tertiam, quæ talis est;] Initium 70 hebdomadarum ponendum est in septimo anno Artaxerxis [i]. Probatur. 1. Huic sententiæ (si reliqua paria essent) tempora planè convenirent [k]. A 7. Artax. ad Christum præcisè fluxerunt anni 490, ut fatentur omnes qui scriptis humanis ullam fidem adhibent, quíque veteres, Chaldæos, Græcos, Latinos, historicos & chronologos, omnino omnes falsi nolunt accusare [l]. Annus 7. Artaxerxis concurrit cum anno 4. Olymp. 80. & cum anno Romæ 297. Christi verò baptismus (quo Messias Dux populi Dei constitutus & declaratus est) incidit in annum 15. Tiberii, qui

concurrit

[t] Func. in Derod. [v] Derod. p. 207. [x] Q. in Derod. [y] Derod. p. 208. [z] Q. in Bail. [a] Langius in Calov. p. 157. [b] Petav. in rationario temporum, l. 4. anno M. 3446. [c] Nicol. Abrahamus in Bail. [d] Bail. l. 1. qu. 11. p. 172. † Petav. [f] Bail. p. 173. [g] Bail. ib. [h] Liv. 197. [i] Func. Cap. in chron. La. T. San. &c. Basil. & Euseb. & Buchols. &c in Bail. [k] Liv. p. 181. [l] Bail. 1. 11. 172.

concurrit cum anno 4. Olymp. 201. & cum anno Romæ 781. Ità intercedunt anni 483. Deinde, in medio 70. sive ultimæ hebdomadæ, i. e. anno 487. occisus est Christus, & tribus pòst annis finiuntur 70 hebdomades, sive anni 490 [m]. [Al. sic;] A 7. Artax. Longimani anno ad Christi passionem (in qua præcisè finiuntur hebdomades [n]) sunt anni præcisè 490. Longimanus enim regnare cœpit anno 1. Olymp. 79. teste Eusebio. Annus ergò 7. ejus incidit in annum 2. Olymp. 80. sive annum Iphiti 320. & urbis 296. Christus, secundùm Orosium, l. 7. c. 3. natus est anno urbis 752. baptizatus anno urbis 782. & anno 15. Tiberii, (qui successit Augusto anno urbis 767.) & passus est anno urbis 785. Ità intercedunt anni 489, vel 490 [o]. [Al. sic;] Art. x. regnare cœpit an. 1. Olymp. 79. vel 313. Iphiti. Annus ergò 7. erit Iphiti 320. Si jam ad 321. Iphiteum currentem addantur anni 486, h. e. 69 hebdomadæ cum dimidio, prodibunt 807 anni Iphiti. Atque ità consonat annotatio Phlegontis, quòd Christus passus sit anno 4. Olymp. 202. Si canonem Regum manuscriptum Claudii Ptolemæi, utì exhibetur in Chronolog. D. Behm. p. 260. sequamur, computus hic erit. Anni 33 [de annis regni sui] restant ab 8. Artaxerxis, Darii secundi anni sunt 19, Artaxerxis secundi 46, Ochi 21, Arogi 2, Darii 3. [nempe Codomanni] 4: qui anni Regum Persarum juncti efficiunt 125. Anni Græcorum Regum, secundùm illum canonem, sunt 302, qui desinunt in anno Cleopatræ 22. Adde Augusti annos 43, & Tiberii 22; qui juncti efficiunt 65 : quorum ultimus concurrit cum septimanæ ultimæ exitu; siquidem 15. Tiberii, quo baptizatus est Christus, exeat 69. septimana. Anni illi, 125, 302, 65, in summam collecti, efficiunt 492. Biennium quod redundat facilè expeditur usitatâ distinctione inclusivæ & exclusivæ numerationis [p]. [Inter tot Reges, variósque ipsorum annos numerandi modos, facilè pauci anni perire poterant : ut gnaviter impudentes sint nebulones isti qui ex tantilla discrepantia augustissimam hanc prophetiam mendacii insimulare audent. Al.] Annus 7. Artax. erat annus Nabonassar. 291. his adde annos 483, emergunt 774 à Nabonassare ad Principatum Christi; 7 pòst additis, exeunt 70 hebdomadæ anno 781. à Nabonassare : quo pacto & initialis & finalis epochæ hujus annus erat sabbaticus & jobelæus [q]. [Hoc primum & præcipuum hujus sententiæ argumentum, cui parùm sanè est quod reponunt :] Si indè incipias, spatium hoc 70 hebdomadum præcisè definitum triennio excedit annos 490 [r]. Al. tum 490 anni desinunt duobus ann. ante mortem Christi †. Arg. 2. Cum hac sententia congruit temporum conditio prædicta, quòd ædificatio fieret *in angustia temporum* [t]. [Videamus jam quænam argumenta huic sententiæ opponunt.] Unum quidem grave dubium est, præter quod tamen nihil opponunt consideratione dignum [v]. Edictum de quo hìc loquitur erat de reædificatione Hierosolymæ, & platearum & murorum ejus : Tale non erat illud edictum quod 7. Artax. anno promulgatum legitur Esd. 7. 8, 12. sed tantùm de rebus ad cultum Dei, &c. pertinentibus [x]. Resp. 1. Annus hic septimus erat Artaxerxis, nempe solius regnantis, idémque ferè 20. annus ejusdem cum patre regnantis [y]. [De quo vide paulò antè disputata.] Qui ad annum 20. Artax. hoc referunt plerique de annis lunaribus accipiunt ; solaribus autem, qui ad 7. referunt : itaque quoad rem ipsam utrique conveniunt, & in modo tantùm explicandi discrepant [z]. Resp. 2. Licèt instauratio urbis & murorum in edicto hoc non exprimatur, in eo tamen subintelligitur & comprehenditur [a]. [Id sic probant. 1. A pari.] Edictum illud Cyri, Esd. 1. licèt Templum solum nominet, tamen urbem necessariò subintelligit ; ut patet ex Esa. c. 44. v. 28 [b]. & Esa. 45. 13 [c]. & Esdr. 4. 12. ubi *muros ædificare* leguntur [d]: id quod nunquam fuissent ausi, nisi ex edicto licuisset. 2. Non est verisimile Regem adeò liberalem in Judæos [f], qualis erat Artaxerxes ille, hoc non concessurum [g], ut commoda civibus esset habitatio [h]. Qui Templum ædificari voluit, supponendus est & urbem ædificari permittere, sine qua nec commodè nec securè habitâssent, adeóque Templum illis frustraneum fuisset [i]. 3. Esdras à Rege tulit omne postulatum suum [k], Esd. 7. 6. in quo hoc etiam includi possit [l], *ut erigeret domum Dei, & instauraret solitudines ejus*, (non certè Templi, quod antè perfectum fuit, Esd. 6. 15. sed urbis,) *& murum erigeret*, &c. Esræ 9. 9 [m]. 4. Huc facit, quòd Rex plurimum pecuniæ & commeatûs Esdræ concessit, non tantùm ad sacrificia, sed ad quoslibet usus [n]; ut plurimos, etiam laicos, secum adduceret [o], ut Hierosolymis habitarent ; útque magistratus ubivis constitueret [p]. Nec obstat quòd Nehemias postea ab Artaxerxe petierit urbis ædificandæ copiam [q]. Nam, 1. hoc non tam ad urbis ædificationem, quàm munitionem, spectat, & ad replendam civibus civitatem [r]. 2. Murum ante Nehemiam ædificari cœptum patet ex Neh. 1. 3. & 2. 13 †. ubi *murum* luget *disruptum :* non utique à Nabuchod [t]. hoc enim diu antè audierat [v]; sed à Sanballato, &c [x]. Patet etiam ex Neh. 2. 16. ubi optimates intentos esse dicit operi, sive ædificationi, non certè Templi, quod jam absolutum erat [y], [sed urbis.] 3. Quomodo tot Judæi, Levitæ, &c. tuti inter tot hostes vicinos sine mœnibus fuissent [z] ? 4. Duo illa edicta Longimani, anno nempe 7. & 20. lata, quasi pro uno æstimari possunt, quippe & ejusdem Regis & de eadem re, &c [a]. Edictum quod Nehemiæ concessum est videtur fuisse tantùm quædam confirmatio & explicatio edicti præcedentis, & ad ejus exsecutionem pertinuit : quia exstructio illa murorum vel non fuisset cœpta, nedum perfecta, ab Esdra, quippe qui (tanquam peritus Legis scriba & Doctor) cultûs tantùm Divini & reip. instaurationi vacabat ; vel, ab hostibus impedita erat, quòd ea in edicto non exsertè haberetur. Opus ergò fuit alio edicto, quo potestas instaurandi muros exprimeretur, &c [b]. Etiamsi urbs ab aliis accuratè construeretur, opus tamen plures exigebat manus & sumptus ; quare auxilio illis esse optabat Nehemias [c]. [Hæc de sententia tertia.] Sententia quarta, Initium 70 hebdomadum ponendum est in anno 20. Longimani [d]. Probatur. Edictum de quo sermo est illud est quod permittit aut jubet reædificare Jerosolymam, & cujus virtute muri reparati sunt, &c *. At tale edictum à solo Artaxerxe exiit [f], idque solo hoc anno 20 [g]. & à solo Nehemia hoc præstitum est. Dices, Urbs ante Nehemiam ædificata fuit, & muris circumdata, Esd. 4. 12. Resp. Fuit quidem; sed, 1. imperfectè & inordinatè & incommodè, ideóque à vicinis hostibus sæpius perrupta & vastata est. 2. Illa ædificatio non ex edicto Regis, sed propria Judæorum voluntate & auctoritate, vel potiùs summâ eorum necessitate, facta est. At Nehemias ex auctoritate Regis urbem validissimè munivit, &c [h]. [Qui hanc sententiam rejiciunt, unico ferè nituntur argumento.] Tempus non congruit. Annus enim hic 20. Artaxerxis fuit 4. Olymp. 83. Christus autem passus est anno 4. Olymp. 202 *. Intercedunt ergò tantùm anni 475, aut, inclusis terminis, 477 †. Ab anno 20. Longimani ad Messiam Ducem sunt tantùm 473. Hinc auctores hujus sententiæ annos fingunt lunares , qui in Scriptura inusitati sunt, & nituntur tantùm falsâ versione Vulgatâ, *abbreviatæ sunt*, &c. & pro 10 annis deficientibus lucrantur 13 annos & 5 menses. Licèt menses lunares in Scripturis dentur, tamen annos lunares prohibet embolismus mensis Judaici *Veadar*, sive decimi tertii, inserti semper singulo triennio *. [Videamus jam quid de hac nobili quæstione habet Cl. Medus.] LXX hebdomadæ initium habent in anno 6. Darii Nothi, quando Templum absolutum est †. Illud autem, *Ab egressu mandati*, &c. v. 25. non accipio pro epocha 70 hebdomadum, sed alterius & minoris periodi sive spatii temporis intra eas inclusi, quod & seriùs incipit, & citiùs desinit ; & verba sic reddo, *Ab exitu verbi—usque ad Messiam principem erunt hebdomadæ septenæ*, (id est, multæ septem hebdomadæ,) *nempe 62 hebdomadæ:* q. d. Ut totum tempus destinatum durationis urbis ab initio ad finem constat multis hebdomadum septenariis, nempe 70 hebdomadis ; ità hæc posterior epocha hìc memorata ad Messiam continebit etiam *septenarios hebdomadum*, (sive plures septenniorum hebdomades,) *nempe 62 hebdomades annorum*. τὸ שָׁבֻעִים שִׁבְעָה est tantùm generalis designatio illius quod in 62 hebdomadis specialiter determinatur. Uti probabile est,

1. Quia

[m] La. [n] Afric. & Bed. & Rup. in La. [o] Cap. chron. [p] Calov. p. 165. [q] Calov. ex Lansb. [r] Wasm. p. 285. † Derod. p. 492. [t] Calov. p. 153. [v] Bail. pag. 172. [x] Q. in Calov. p. 162. simil. Wasm. p. 287. Liv. Derod. & c. [y] Calov. p. 164. Q. in La. [z] Calov. p. 171. [a] Cap. sim. Bail. &c. [b] Bail. p. 172. sim. San. [c] San. [d] Bail. ib. [f] San. [g] Cap. [h] San. [i] Bail. [k] Bail. sim. San.

[l] Bail. [m] San. [n] Bail. [o] San. [p] Bail. [q] San. [r] Nic. Abraham in Bail. p. 172. † La. [t] La. sim. Bail. [v] La. [x] Bail. [y] San. [z] La. [a] Calov. p. 163. [b] Cap. chronol. [c] San. [d] Per. ex Afric. & Bed. & Rupert. & Theodor. Derod. & Usher. & Tom. in Bail. * Derod. [f] Per. [g] La. [h] Per. * La. Li. † Bail. p. 171. sim. La. Li. * Wasm. p. 138. † Med. p. 869. [i] Med. in Dan. h. l. p. 861.

1. Quia Angelus illas 7 ſtatim præterit, nec ullum proprium eventum illis tribuit, transítque ad 62 hebdomadas, quaſi in illis priores ſeptem continerentur. 2. Quia illi qui 62 addunt τοῖς 7, & ex iis conflant 69, nullam idoneam cauſam aſſignant cur hi numeri dividerentur. [De quo brevi dicendum.] Si ergò id concedatur, verba illa ità poſſunt verti, ut tali ſenſui congruant, nempe, non, *ſeptem hebdomadæ*, (quod alibi ſemper in S. S. ſic exprimitur, שֶׁבַע שָׁבֻעוֹת, vel, שִׁבְעָה שָׁבֻעוֹת,) ſed, vel, 1. *multæ hebdomadæ*, ut τὸ *ſeptem* indefinitè ſumatur: q. d. Ut totum tempus—conſtat multis, nempe 70, hebdomadis; ità hæc brevior periodus continet multas, nempe 62, hebdomadas. Niſi durum videatur ut, in loco ubi per definitos numeros computatio fit, verbum numerale indefinitè ponatur. Vel, 2. (quod tamen duriuſculum videtur,) *hebdomades* (ſub. &) *hebdomas*: quomodo indubiè verti poſſet ſi ſic punctaretur, שְׁבֻעִים שִׁבְעָה, ut per conſonantes licet. Nomina enim cardinalis numeri in ſtatu conſtructo (quidni etiam in abſoluto, ut Dan. 3. 19. חַד שִׁבְעָה, *uno ſeptenario?*) ſubſtantivant: ut שִׁבְעַת יָמִים *hebdomas dierum*, Gen. 7. 10. & 8. 12; עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *decas verborum*, vel *decalogus*, Exod. 34. 28. Vide & Geneſ. 17. 12. Joſ. 14. 2. *Una* autem hebdomas, quæ à cæteris diſtinguitur, illa eſſe poteſt de qua v. 27. Vel, 3. quod malim, *hebdomadæ ſeptenæ*, [ut dictum,] ut שִׁבְעָה diſtributivè ſumatur. Hebræi enim, quum careant numeris diſtributivis, quales Latinis ſunt, *terni*, *quaterni*, &c. eos repetitione plerumque ſupplent; ut שִׁבְעָה שִׁבְעָה, *ſeptem ſeptem*. Non tamen ſemper id faciunt, ut conſtat ex Gen. 6. 19. שְׁנַיִם *duo*, i. e. bina; Eſr. 1. 10. & *alia vaſa* אֲלָפִים, i. e. non, *mille*, (cui repugnant ſequentia, *Omnia vaſa erant* 5400,) ſed, *millena*, ſive *per millia*. Sed hæc doctis ſubmitto. Hoc mihi certum eſt; ſi hæc verba bene diſponerentur, ſumma hujus Prophetiæ difficultas ablata eſſet. Nam 62 hebdomadæ ſolæ ab epocha prædicta computatæ exactè congruunt cum intervallo temporis indè ad Chriſtum. Earum computatio ſic ſe habet: A ſeptimo Artaxerxis Mnemonis, quum Eſra poteſtatem accepit reducendi Judæos, &c. Eſr. 7. 7, 13. & à viceſimo ejuſdem, quum Nehemia edictum nactus eſt de ædificanda Jeroſolyma, (quamvis 13 annorum intervallo à ſe invicem diſtantibus,) ſunt ad Meſſiam 62 hebdomadæ, à primo ſolarium, à ſecundo lunarium, annorum; Divinâ providentiâ ſic dirigente, ut duæ hæ epochæ, *ad reducendum*, & *ad ædificandum*, tanquam una eadémque eſſent. In ultima harum hebdomadum Chriſtus unctus eſt. In ejus initio prædicare cœpit, Marc. 1. 14, 15.—*dicens*, *Completum eſt tempus*, q. d. Ultima 62 hebdomadum venit. In 3. anno hujus hebdomadæ (duobus annis & dimidio poſtquam cœpit prophetare, & tribus annis & dimidio poſt baptiſmum ſuum,) Chriſtus paſſus eſt. Dices, totum hoc impletum fuiſſe quatuor annis antequam 434 anni (h. e. 62 hebdomadæ annorum) complerentur. Reſp. Non annos ſingulos recenſet Angelus, ſed hebdomadas, quarum ultima eſſet Meſſiæ hebdomada, in cujus parte aliqua unctus erat Meſſias, quod hîc ſufficit. Noſtra autem computatio ſic probatur. Darius Nothus obiit anno 4. Olymp. 93. h. e. anno Olympiadico 372. finiente. Annus 1. Artaxerxis concurrit cum anno Olymp. 373. Annus 7. Artaxerxis cum anno Olympiad. 379. Chriſtus baptizatus eſt anno Olympiad. 805. ineunte. Initium prophetiæ Chriſti, quæ ad incarcerationem Johannis cœpit, erat anno Olymp. 806. Inter quod tempus & annum 7. Artax. interſunt anni 427, ſeu 61 hebdomadæ completæ. Hîc ultima hebdomada incipit, ubi Paſſio Chriſti, quæ conſtanter ponitur in anno Tiberii 19. anno Olymp. 808. æræ Chriſtianæ 33. (nempe, ſecundùm receptam traditionem, tribus annis & dimidio poſt baptiſmum ejus,) cadet in 3. annum. Quarto autem anno poſt Chriſti aſcenſionem, anno Olymp. 813. incipiente, æræ Chriſtianæ Dionyſiacæ 37. ſunt 62 hebdomadæ annorum vel anni 434 completi. Et hîc incipit epocha rejectionis Iſrael, (de quibus hîc dicit, וְאֵין לוֹ, *Et illi non erunt ipſius*,) & vocationis Gentium [i]. [Atque hæc de eximio hoc Vaticinio dicta ſunto. Quum autem Judæi, aliíque Chriſtianiſmi vel Religionis hoſtes, ex diſcrepantibus Cl. virorum ſententiis ridendi anſam in ſuam perniciem arripiant; placet hîc cavillandi materiam illis præcidere.] Non poteſt negari multam eſſe de his annis controverſiam. Hinc colligunt Epicurei nullam eſſe doctrinæ certitudinem. Scimus & in profanis hiſtoriis maximam eſſe diſſenſionem. Si quis autem ideo omnia quæ narrantur ficta & fabuloſa dixerit, nonne omnes clamabunt ipſum eſſe nimis impudentem? Hîc porrò in ſumma conſenſus eſt [k]. Vana hîc ſunt omnia Judæorum effugia [l]. A quocunque *exitu ſermonis* inchoatur, certum eſt elapſas jam eſſe 70 ſeptimanas [m], quas inter liberationem Bab. & ultimum urbis Templíque excidium implendas fore fatentur omnes, & res ipſa loquitur [n]. Certiſſimum eſt, Meſſiam venire debuiſſe ſtantibus urbe & Templo & ſacrificiis, quæ omnia defierunt [o]. [Multa hîc ſuppetunt deſperatæ Judæorum cauſæ indicia.] Nonnulli auctoritatem Danielis & hujus Prophetiæ planè negârunt [p]. Judæus cum Franzio differens dixit ex Daniele non eſſe diſputandum, alioquin aliquem aut phreneticum, aut hæreticum, futurum. Alii de hoc textu diſputare recuſârunt, hoc ſchemate ſe excuſantes, quòd Daniel ſit δυσνόητος, *difficilis intellectu* [q]. Judæi, toties ſpe ſuâ de Meſſia falſi, publico quaſi edicto jam vetuerunt quenquam de tempore adventûs Meſſiæ ampliùs inquirere. Negant ſciri poſſe quando Meſſias venturus ſit, aut cur tamdiu ſuum diſtulerit adventum [r]. [Quid ergò hîc dicunt Judæi?] 1. Fingunt promiſſionem hanc de Meſſia fuiſſe hypotheticam, h. e. niſi peccata populi impedirent. 2. Plures hîc Meſſias fingunt. 3. Hebdomadas non de annis, ſed de jubilæis, accipiunt†. [Sed his omnibus jam antè reſponſum eſt. Atque hæc de initio harum 70 hebdomadum, qua in parte præcipua pars hujus controverſiæ ſita eſt: aliquid tamen de earum fine dicendum eſt, in quo etiam ſtatuendo Interpretes & chronologi in partes eunt.] Sententia prima, Finis 70 hebdomadum ponendus eſt in excidio Jeroſolymæ [t]. Ità Severus Sulpitius, ſcriptor ob peritiam Perſicæ hiſtoriæ commendatione digniſſimus, lucémque clariorem afferens ad intelligentiam Ezræ & Nehemiæ, & hebdomadum Danielis, quàm ullus veterum ſcriptorum quem legi [v]. [Argumenta hujus ſententiæ ſunt quæ ſequuntur.] Arg. 1. Hæ hebdomadæ definitæ dicuntur *ſuper urbe & populo*, &c [x]. Unde conſtat finem & ſcopum hujus vaticinii eſſe excidium Jeroſ [y]. Reſp. Non dicit ſimpliciter, *ſuper urbe*, ſed, *ſuper urbe ſancta*, ſive quà ſancta erat; qualis eſſe deſiit quum Chriſtum occideret, & Apoſtolos ejiceret. *Populi* & *urbis* mentio fit tanquam ſedis & loci ubi res fieri debet; *expiationis* autem *iniquitatis*, &c. ut rei quæ ibi fieri debuit. De excidio ergò peccati, non urbis, hîc agitur [z]. LXX hebdomadas determinavit Deus ſuper urbem & populum, non abſolutè, (multa enim eò ſpectantia tam anteceſſerunt quàm conſequuta ſunt hebdomadas,) ſed ad ea præſtanda quæ Chriſtus ſubjungit, pertinentia ſcilicet ad Chriſtum & urbis reparationem. Et verò cùm Angeli ſcopus eſſet, Danielem & fideles conſolari, non eorum luctum cumulare, ut hebdomadas incepit à magna conſolationis materia, urbis reædificatione; ità eaſdem voluit claudere in majoris gaudii argumento, peccati ſcilicet abolitione, & fœderis in Chriſto confirmatione. Quæ autem de urbis excidio narrat, ea, ut minùs conſolatoria, adeóque minùs ad præſens ſuum inſtitutum facientia, commodè extra hebdomadarum terminos ſepoſuit *. Illis verbis, *ad cohibendum defectionem*, &c. ſignificat ſcopum 70 hebdomadum non eſſe excidium urbis, ſed opus redemptionis per Meſſiam peragendum [a]. Obj. Sed verba iſta, *ut prævaricatio ſit conſummata*, &c. non ſunt accipienda de expiatione peccatorum per Chriſtum, ſed ſenſus eſt, uſque dum illorum prævaricatio conſummata ſit, ſive ad cumulum veniat, & illorum peccata cum peccatoribus finem habeant, & illi in æternum puniantur [b]. Reſp. 1. Verbum לְכַפֵּר nunquam ſignificat, *peccata punire*, ſed ſemper, *expiare*, vel *propitiare*, quod fundamentum eſt remiſſionis peccatorum. 2. Peccata Judæorum ad cumulum pervenerunt quum Chriſtum crucifigerent, & Evangelium ſpernerent. 3. Nec eorum peccata finem acceperunt in urbis excidio: adhuc enim impii, blaſphemi, &c. ſunt [c]. Porrò, excidium

[i] Med. in Dan. hebd. p. 861...

[k] Calv. [l] Bail. qu. 16. p. 132 [m] Calov. p. 142. [n] Graſ. p. 241. [o] Calov. ib. [p] Bail. p. 133. [q] Calov. p. 143. [r] Bail. ib. † Bail. ib. p. 133... [t] Scal. & Argl. & Derod. in Bail. Tertul. & Chryſ. in Wil. Jun. Pol. Calviſ. Li. p. 221... [v] Li. p. 222. [x] Q. in Calov. [y] Q. in Waſm. [z] Calov. p. 146. * Bail. qu. 12. p. 174. [a] Wic. p. 194. [b] Scal. in Derod. p. 504. [c] Derod. p. 524.

excidium urbis hîc aptè memoratur, quamlibet extra 70 hebdomadas factum sit, quia factum hoc fuit in pœnam mortis Christi[d]; ideóque rectissimè hîc subjungitur, ceu aliquid cum ea connexum, non ratione temporis, sed causalitatis, & quod certè ac brevi excisionem Christi subsecuturum sit[*]. Arg. 2. Christus hanc prophetiam Danielis applicat ad excidium Jerosolymæ, Matth. 24. 15. Luc. 21. 20[f]. Resp. Loquitur ibi Christus de abominatione desolationis[g], (eámque ait signum fore excidii[h];) sed illam intra 70 hebdomadas contineri non dicit[i], nec 70 hebdomadas excidio illo Solymitano finiri vel verbulo significat[k]. Arg. 3. Proposuit hîc sibi Daniel exactum hebdomadarum ordinem: postquam enim 70 hebdomadas distribuisset in tres partes, ostendit quid faciendum esset, 1. in 7 hebdomadis, 2. in 62, 3. in ultima hebdomada, ante finem cujus mentionem facit Messiæ interficiendi, & urbis excîdendæ. Si itaque Daniel primò enarraret occisionem Messiæ in una hebdomada, deinde excidium urbis post 37 annos, & postea rediret ad sacrificia abolita in una illa hebdomada, de qua priùs loquutus fuerat, & statim repeteret illam desolationem quæ post 40 ferè annos obtigit, mira sanè hæc esset confusio[l]. Resp. Nulla hîc est confusio. Propheta enim, postquam breviter & junctim proposuerat occidionem Messiæ & excidium urbis, postea de iis seorsim & pleniùs agit v. seq. quemadmodum antè de hebdomadis 7 & 62 conjunctim dixit, postea redit ad 7. in quibus platea & murus ædificarentur, & deinde ad 62[m]. [Argumenta contra hanc sententiam sunt hujusmodi.] 1. Si hic sit vaticinii scopus, & terminus hebdomadum fixus sit in excidio urbis, nullum tempus definitum passioni & morti Christi hîc relinquitur[n]. 2. Post publicum Christi adventum [nempe per baptismum & prædicationem] ad hebdomadarum finem erat tantùm una annorum hebdomas, sive anni 7[o]. Messiam excisum iri post 62 septimanas, adeóque in ultima septimana, constat ex v. 26[*]. At post adventum illum ad excidium urbis erant anni 37, vel 40[†]. 3. Fundamentum hujus sententiæ est, quòd Darius ille Esd. 4. 24. sit Nothus, quod antè refutavimus[p]. [Hæc de prima sententia.] Sententia secunda, Terminus 70 septimanarum figendus est in passione Christi[q]: vel, 4 annis post eam[r]: (paucos autem annos in magna annorum summa præterire Scripturæ mos est, ut multa exempla docent †,) [quæ vide in Authore:] vel, 3 annis cum dimidio[t]; quando in Judæorum spiritualiter excisorum locum inserta est Ecclesia Gentium, Rom. 11. 19, 20, 24[v]. quarum conversio in visione præfigurata erat Petro, Act. 10. 9, &c. & mox in Cornelio & Antiochenis illis Act. 11. 26. impleri cœpta[x]. Tunc fœdus publicè firmatum est cum Ecclesia Gentium, sive N. T[y]. cujus initium hoc pacto conjungitur cum fine seu spirituali excidio Ecclesiæ V. T. quo Judæi desierunt esse populus Dei. Hic ergò est finis 70 hebdomadum[z]; inciditque in annum mundi 3985. per. Jul. 4749. Olymp. 203. exeunte, æræ Christianæ annum 36. quò tandem sistitur ductus chronologicus sacer, ab orbe condito ad Messiam in ipsa S. Scriptura continuatus[a]. [Argumenta autem quæ probant septimanas in vel circa passionem Christi finiri sunt hujusmodi.] Arg. 1. Ex verbis illis, *ad Messiam ducem*, sive *principem:* qualis erat Messias, non in desolatione Jerosolymæ, sed cùm doctrinâ suâ dominari cœpit, ventis, morbis, &c. imperans; quum ceu Rex urbem ingressus est, Regis titulo in cruce insignitus[b]; quum per baptismum muneri Mediatorio initiatus erat[c]. Arg. 2. Angelus accuratissimè designat tempus *exscindendi Messiæ*, nempe post hebdomades 62. Fallitur ergò Calixtus, quum tempus passionis Christi non nisi indefinitè ac generaliter innui autumat[d]. Obj. At locus aliter vertendus, *Post 62 septimanas exciso Christo*, &c[*]. Sed Heb. est יִכָּרֵת, *excidetur*, quod illi malè vertunt per particip. præteritum[†]. Verùm Hebræis frequens est zeugmatica constructio, quâ aliquid ad explendum sensum ex præced. est repetendum. Ità h. l. *Post 62 septimanas*, post nimirum quàm *Messias excidetur*. Ideo ante יִכָּרֵת ponitur Zakeph-katon, nempe incisum, non autem semiincisum aliquod. Sententia non est, Messiam post illas 62 septimanas demum excidendum; sed, post illas, exciso Christo & rejectis Judæis, destructum iri & Templum, & urbem[†]. Arg. 3. Ex verbis illis, *Septimanâ illâ*, nempe ultimâ, *confirmabit fœdus*. Hoc præstitit Christus, idque morte suâ, Heb. 9. 15, &c[*]. Hoc fecit, non in dimidia septimana, sive posteriori ultimæ illius hebdomadæ parte, sed septimanâ unâ, nempe integrâ; priori quidem parte ipse visibiliter, posteriori verò per Apostolos suos[f]. Arg. 4. Ex verbis illis, *Dimidio hebdomadis* ultimæ *cessare faciet* Messias *sacrificium:* quod factum per passionem Christi, veri sacrificii, &c[g]. Obj. Sensus est, sacrificia cessatura per bellum & urbis desolationem, ante quam nullum planè sacrificium per triennium oblatum est. Resp. 1. Gratis hoc dicitur de triennali cessatione, &c. 2. Non agitur hîc de cessatione sacrificiorum necessaria, ob bellum, &c. sed abolitione sacrificiorum, (non facti, sed juris,) quam ille facturus est qui fœdus confirmabit, &c[h]. Arg. 5. Ex aliis loci verbis & sententiis. Quis est *sanctus sanctorum, qui unctus est*, nisi Christus? A quo, vel quando, *expiabantur iniquitates*, nisi à Christo, in morte sua? Quando *prophetiæ impletæ* sunt, nisi quum Christus dixit, *Consummatum est?* Quis moriturus erat *pro nobis*, non, *pro se*, nisi Christus? Quis alius aut *confirmavit fœdus*, aut *abolevit sacrificia*[i]? [Atque hæc de fine 70 hebdomadum dicta sufficiant. Unum adhuc restat, de divisione hebdomadum: de qua dicendum, sed breviter.] LXX hebdomadas dividit Angelus in tres partes, 7, 62, 1: de quibus moventur sat arduæ quæstiones[k]. Qu. 1. Quo loco & ordine ponendæ sunt 7 hebdomadæ? Resp. In ultima parte 70 hebdomadum[l]. Sed hi ordinem Danielis sine necessitate invertunt. Plerique rectiùs eas primam totius summæ partem faciunt[m]. Qu. 2. Cur 7 hebdomadæ à reliquis separantur? Resp. 1. Fateor me nescire[n]. Resp. 2. Nullum hîc est mysterium, sed Hebraismus est: solent enim Hebræi summam alicujus numeri per partes enunciare, & minores numeros præponere majoribus[o]. Sic, pro eo quod nos diceremus, Abraham vixit 175 annis, Hebræi dicerent vixisse eum 5 & 70 & 100 annis[p]. Sic & Ezec. 45. 12[q]. ubi mina dividitur in 20 siclos, 25, & 15, arbitrariâ prorsus, & non omnino μυστικώδει, sectione[r]. Verùm id hîc non habet locum. Nam ubi id fit, fit in certo ordine & proportione 1 ante 10, & 10 ante 100, &c. quod neque hîc obtinet, (nam ut 7 præponitur τῷ 62, ità 1 postponitur,) nec in Ezechielis sicli divisione[†]. Resp. 3. Forsan ità loquitur ex more Prophetarum, consultò novis & obscuris locutionibus propheticos sermones tegentium atque obscurantium[t]. Resp. 4. Quòd illo 49 annorum spatio ædificarentur Templum[v], & urbs[x], vel muri[y], & plateæ[z]. Non repugnamus nos urbis structuram 7 his hebdomadis adscribi, modò nè in iis terminetur, excurrit enim in 62 hebdomadas: nam à 7. Artax. anno, unde hebdomadas omnes inchoamus, ad 32. quo omnis opera Nehemiæ in Judæa finita est, sunt tantùm anni 25[a]. Considerabam aliquando num *septem hebdomadæ* numero rotundo applicentur illis 52 diebus in quibus murus absolutus est, Neh. 6. 15. qui quidem 7 hebdomadas efficiunt cum 3 diebus, qui tamen in computo negliguntur. Hoc pacto ratio hujus divisionis hebdomadum in 7 & 62 esset, quòd diversa hebdomadum genera hîc intelliguntur: 1. dierum, in quibus murus Jerosolymæ absolveretur; 2. annorum, indè ad Messiam[b]. Qu. 3. Quomodo computandæ sunt hæ 7 & sequentes 62 hebdomadæ? Resp. 1. Illæ non sunt divellendæ, sed conjungendæ, cum iis enim junguntur per copulam ו &[c]. Communis sententia antiquorum & recentium, Pontificiorum & Protestantium, nobis probatur[d], incipere 62 hebdomadas post finem 7[*]: hæc enim est methodus Danielis, & historia hoc confirmat. Nam ædificatio murorum & plateæ à multis creditur discriminâsse 7 à 62; & certum est mortem Christi discriminare 62 ab 1. Resp. 2. Scaliger in priori sua editione 7 hebdomadas inchoabat in 2. Darii Nothi, & finiebat in 32. Artax. Mnemonis; sed in posteriore edit. eas inchoat à 5. Artaxerx. Mnemonis[f]. Resp. 3. Si שִׁבְעִים שָׁבֻעִים necessariò importat tempus aliquod limitatum 49 annorum, mallem 62 hebdomadas computare ab eadem cum illis epocha, nempe 7. vel 20. Artaxerxis Mnemonis;

[d] Wil. ex L. [*] Calov. p. 131. [f] Q. in Wil. [g] Wil. p. 312. Wic. p. 195. [h] Wic. [i] Wil. sim. Bail. [k] Wic. sim. Bail. [l] Liv. p. 226. [m] Wil. p. 312. [n] Calov. p. 129. [o] Bail. p. 173. [*] Wic. p. 193. [†] Bail. p. 173. [p] Calov. p. 131. [q] Calov. p. 90. Pol. Wil. ex Afri. Bed. Rup. Brought. Bailig. &c. Func. & Beroald. &c. in Wic. Derod. p. 173. Cap. chronol. p. 24. [r] Pr pag. 732. sim. Calov. pag. 144. Theodor. & L. & Lucid. in Wil. [†] Per. p. 732. [t] Wic. ex Beg. & Lang. & Vorst. Wasm. p. 292. [v] Wasm. p. 312. [x] Wasm. p. 292. [y] Wasm. 312. [z] Wasm. 292. [a] Id. 312. [b] Calov. p. 147. [c] Bail. qu. 12. p. 174. [d] Calov. p. 148. [*] Jun. & Deod. in Wil. [†] Bail. p. 178.

[†] Pol. pag. 131. [*] Wil. pag. 314. [f] Wic. pag. 196. [g] Calov. p. 149. [h] Idem, p. 130. [i] Derod. p. 175. [k] Bail. qu. 13. p. 175. [l] Sanr. & Chrys. in Bail. pag. 175. [m] Bail qu. 13. p. 175. [n] Bail pag. 177. ex Scal. [o] Lt. sim. Scal. in Bail. San. ex Hi. Per. [p] Per. [q] Per. Lt. Scal. &c. [r] Scal. in Bail. [†] Bail. pag. 176. [t] Per. 605. [v] Wil. pag. 323. Jun. Pol Emp. p. 189. [x] Wil. ib. San. Liv. p. 209. [y] La. Emp. Pol. [z] Lt. [a] Bail. pag. 177. [b] Med. pag. 864. [c] Lt. [d] Bail. qu. 14 p. 177. [*] Bail. ib. Gen. Per. 611. Lt. Wil. p. 330. [f] Bail. ib.

Mnemonis, unde ad Messiam Decem sunt hebdomades 62, sive anni 434[g]. [De quo jam antè dictum.] Al. Ut in 7 hebdomadibus ædificanda erat urbs, ità 62 ab urbis ædificatæ tempore computandæ sunt[h]. Incipiunt hæ 62 hebdomadæ ab anno Artaxerxis [vel Longimani, vel Mnemonis, de quo antè disputata non est opus hîc repetere,] vel, 1. sive ab initio regni ejus[i], [ut in priore membro, ab initio Cyri;] vel, 5[k]. vel, 7[l]. vel, 10[m]. vel, 20[n]. vel, 32[o]. [De una hebdomada adhuc disquirendum est.] Qu. 1. Quænam hæc est? Resp. Est hæc ultima hebdomadum[p]: ut patet tum, 1. ex methodo Angeli eam ultimo loco ponentis; tum, 2. ex rebus in ea peractis, Christo moriente, fœdus confirmante, & cassante sacrificia, &c. quæ in sola ultima gesta sunt[q]. At Scaliger, cùm 70 hebdomadas claudat in excidio urbis, necesse habuit hanc 1. hebdomadam commiscere vel cum 7, vel cum 62, vel cum utrisque[r]. Tota hæc hebdomada insumpta est prædicationi apud Judæos†. Qu. 2. Cur hæc seorsim ponitur? Respond. Quia multis nobilitata erat mysteriis[t]. Qu. 3. Undenam incipit hæc hebdomada? Respond. 1. Septennio ante urbis eversionem[v]. Respond. 2. In Christi baptismo[x], vel 3 circiter annis ante illum[y]: ut Christi mors incidat vel, 1. in finem hujus septimanæ[z]; vel, 2. in medium ejusdem: atque ità 70 hebdomadæ non complectuntur annos 490 totos, sed duntaxat 487[a]. Sed parùm id interest. Exiguum hoc discrimen pendet ab accuratiore epilogismo annorum Regum Persarum, Macedonum & Assamonæorum, ab Artaxerxe ad Christum usque, in quo 3 aut 4 annorum variatio inter tot scriptores de iis mira non est; multò minùs in dubium vocare debet aut Angeli oraculum, aut nostram illius explicationem[b]. Qu. 3. Quomodo ordinanda sunt duo ultimæ hujus septimanæ dimidia? Resp. 1. Scaliger unam hanc hebdomadam rectè secuit in duo dimidia, (prout facit Spiritus Sanctus,) sed inter ista dimidia ineptè interjecit hiatum 40 ferè annorum: prius dimidium rectè constituit in tribus illis annis & semisse quibus Christus baptizatus est, prædicavit & crucifixus est; sed alterum dimidium absurdè extendit ad 3 annos & semissem quibus arma Romana Hierosolymam circumstrepebant ad ultimam ejus vastationem[c]. Ità intervalla hebdomadum ab Angelo continuata discerpit[d]. Certè tam dura fuit hæc sententia, ut ipse Scaliger in posteriore edit. Emendat. temp. eam relinquit, unámque hanc hebdomadam continuam facit, dimidium autem ultimum 70 hebdomadibus addit *; [ut videbimus.] Inst. At Deus intervallum hoc, à passione Christi usque ad desolationem, quod hîc unius septimanæ spatio circumscriptum putant, pro sua longanimitate vel ad 35 annos prorogavit[f]. Resp. Sed hoc pacto eâdem facilitate incerta reddi poterunt quævis vaticinia Divina in quibus tempora certa definita sunt[g]. Resp. 2. Priori dimidio (h. e. per annos 3 cum dimidio, vel 4 cum dimidio; nam ut *medium*, ità & *dimidium*, Hebræis latè sumitur;) Christus baptizatus est, prædicavit, varia patitur, & moritur: posteriore verò dimidio, vel 3 circiter annis, Judæos plurimos per Apostolos reddidit fœderis participes. Absolutâ autem hâc ultimâ septimanâ, legati Messiæ convertunt se ad Gentes, &c[h]. Qu. 4. Quid sentiendum de dimidio ultimæ hebdomadæ? Resp. Magna hîc est discrepantia, dum alii per חֲצִי hîc intelligunt *dimidium*, sive prius, sive posterius; alii, quod rectius, *medium*, (non tamen mathematicum, sed civile, ubi aliqua est latitudo,) in quo scil. Christus passus est. *Dimidium* dicitur altera æqualis pars totius; *medium*, quod inter duas istas partes interjacet. At Scaliger hoc *dimidium* non refert ad *hebdomadam unam* proximè memoratam, sed ad omnino diversam, nempe ad hebdomadam 71. quem hîc nulli sequuntur Protestantium, sed tantùm Pontificii aliqui, Per. Torn. Salian. Sed hoc commentum facilè refellitur. 1. Ex accurata hebdomadarum 70 definitione[i]: his tamen addit Scaliger, nihil veritus fulmen illud, Apoc. 22. 18[k]. 2. Ut Jesuitæ nominati Danielem silere faciant de hebdomade 70. quam supra cæteras omnes sigillatim memorat, ut omnium maximè mirabilem; ità Scaliger septuagesimam hanc nullo notabili eventu signat, & 70 hebdomadas sine ullo mysterio claudit: nam in earum fine

g Med. pag. 863. h San. i Wasm. pag. 306. k Scal. in Wil. p. 329. l Med. &c. m Per. in Wil. ib. n Theod. in Wil. Bail. pag. 178. o Pol. Jun. &c. p Liv. pag. 212. Bail. ex Theod. Med. pag. 869. q Bail. qu. 15. p. 178. r Bail. qu. 14. ibid. † Med. pag. 869. t San. pag. 399. v Jun. & Pol. in Wil. p. 353. x Q. in Wil. sic Emp. y Wil. ex Brought. Calv. La. Cap. chron. z Cap. chronol. p. 25. a Q. in Cap. ibid. b Cap. ib. c Bail. qu. 15. p. 179. d Calov. p. 120. * Bail. pag. 179. f Q. in Calov. g Calov. p. 126. h Emp. p. 193. i Bail. p. 180. k Calov. p. 118.

neque Messiam mortuum, neque urbem excisam, vult, cùm claudat hebdomadas 70 36 annis post mortem Christi, & 3 annis ac medio ante urbem excisam, quando nihil notabile ab ullo auctore affertur[l]. ה, voci *septimana* præfixum, eam septimanam notat de qua proximè fuit sermo[m]. Obj. Articulus non semper ὁ ἐσικῶς sumitur, sed sæpe nihil agit[n]. Resp. Esto: tenet tamen argumentum in usu loquendi ordinario, à quo nulla hîc erat discedendi ratio[o], præter præconceptam Scaligeri opinionem, quòd à secundo Darii Nothi anno ad excidium Hierosolymitanum anni 493 absolutè numerarentur[p]. [Atque hîc finem imponimus disceptationi huic de 70 hebdomadis, & de celeberrimo hoc Vaticinio.]

l Bail. p. 181. m Bail. ib. Calov. 119. n Scal. o Bail. ib. p Calov. p. 119.

CAP. X.

1. *ANno tertio Cyri*] Nempe ab occupata Babylone, & constituta ibidem Monarchia: alioquin hic erat 31. & ultimus regni ipsius Persici annus[a]. Obj. Daniel *fuit* [tantùm] *ad annum primum Cyri*, Dan. 1. ult. Resp. Non significat eum duntaxat vixisse ad annum 1. sed in dignitate ministrâsse Regi Babyloniæ usque ad illum annum, quo cœpit Cyro & Dario ministrare[b]. Anno 1. Cyri Judæi liberati sunt & in Judæam dimissi: anno 2. Templum ædificare cœperunt: an. 3. vicini illos impediverunt, Esd. c. 4. v. 4. Intelligens hoc Daniel luxit, & oravit Deum[c]; qui illi hæc visa ostendit[d]. Causa luctûs Danielis fuit, quia Judæi, quanquam promisso reditu in patriam, manebant sub Imperio Persarum *. ¶ *Verbum*, &c.] Nempe angelicum[f]: vel, res[g]. Res futuræ ei revelatæ sunt quæ sequuntur c. 11. ad quod caput hoc caput est anteloquii vice[h]. ¶ *Baltassar*, בֵּלְטְשַׁאצַּר] Etiam hîc transpositio literæ significationem commutat. Rex Nabuchod. Belum dixerat esse *custodem opum*: at Daniel semet vocat בַּלְטְאשַׁצַּר, i. e. *Latenter* advenit *ignis hosticus*; significans subitò atque inexspectatò evenisse Babyloni quæ prædixerat†. Hoc nomine celebratur Danielis vel, 1. honor in quem evectus est; vel, 2. ingenii præstantia, quasi esset è cœlo delapsus[l]. Sic se vocat h. l. Daniel, 1. ut vaticinium hoc celebre foret apud omnes gentes, quibus eo nomine magìs cognitus erat: 2. ut testaretur se non ideo alienum esse à populo Dei, quòd sic vocari se passus esset[k]. ¶ *Et*, &c. וֶאֱמֶת הַדָּבָר] *Et veritas* (vel, *verissima*, Pi. *verum*, P. G. i. e. *apertum*, ut אֱמֶת sumitur Dan. cap. 8. vers. 26[l]: *vera*, Ca. sub. *est*, vel *erat*, P. Pi. sic Calv.) *verbum*, Mo. vel, *verbum ipsum*, P. *verbi*, M. *ipsius verbi*, JT. inest *verbo*, Ti. *res illa*, Pi. Ca. Sensus, Non inane vaticinium, quale pseudoprophetarum[m]. Visio non ficta, vel illusoria, nec in somnis exhibita, ut illæ Dan. 7. & 8. sed vera, & in vigilia[n]. q. d. Non loquor de rebus dubiis, sed certis & certò futuris[o]. Al. Sensus est, Non jam per statuæ aut ferarum ænigmata, sed quasi in historia, didici ea quæ ventura sunt, cum multò propioribus quàm ante circumstantiis. Nam quæ antè sub generali Regnorum nomine indicata fuerant, hîc in suos Reges actúsque singulos distribuuntur[p]. ¶ *Et*, &c. וְצָבָא גָדוֹל] [Variant.] *Et militia magna*, Mo. q. d. Militia Ecclesiæ multis magnísque ærumnis referta[q]. Sensus, q. d. Verbum, ejúsque veritas, atque inprimis certamina & magnæ miseriæ multáque adversa, Danieli revelata sunt[r]. *Et exercitus magnus*, sub. *angelorum apparuit Danieli*, Q. He. in V. sim. T. ex La. Licèt enim unius tantùm Angeli hîc mentio fiat; illi tamen, ut principi, plures asseclæ, socii & exercitus adsuerunt†. *Ac magna vis*, Ti. Al. *tempúsque* (vel, *& constitutum tempus*, M.) *magnum*, P. Calv. G. ex AE. i. e. longo pòst tempore implendum[t]. *Et longi spatii*, Ca. *& temporis determinati*, sive *constituti*, *magni*, JT. Pi. Sensus est, in longum tempus spectare ea quæ ipsi revelata sunt, nempe in annos circiter 300, (ut diximus ad Dan. 8. 26[v];) vel, usque in finem mundi, quum resurgent mortui, Dan. 12. 2; vel certè, (si solos Judæos spectes,) ad finem persecutionis Antiochianæ[x]. צָבָא hîc sumitur ut in Job. 7. 1. & 14. 14[y].

a Pol. sim. Gej. b Pol. c La. sim. Jun. M. d La. * G. f Gej. g Jun. Pol. h G. † G. l Q. in Calv. k Calv. l G. m Me. n T. ex La. o Calv. p G. q Gej. r Emp. p. 205. † T. sim. La. t V. sim. M. Jun. Pol. Calv. v G. x Pi. y Pi. G. ex AE.

Aliàs significat *exercitum*. Videtur ergò hîc esse metaphora; quòd in tempore determinato partes convenienti ordine à Deo sint dispositæ, sicut milites in exercitu [z]. Alii intelligunt de vi magna rei & sermonis revelati [a]. ¶ *Intellexitque*, &c. וּבִין אֶת־הַדָּבָר וּבִינָה לוֹ בַּמַּרְאֶה] *Ipsi etiam cognoscere in verbo, & in visione intelligere*, Ti. *Et intellexit* (vel, *intelligere*; infinitivus pro nomine [b];) *verbum*, Mo. P. M. &c. (vel, *rem illam*, Pi. Al. *Et intellectus ipsius verbi*, JT.) *&* (vel, *nam*, G. Pi.) *intelligentia ei* (sub. *fuit*, Calv. vel, *obvenit*, JT. vel, *data fuit*, G. Pi.) *in visione*, Mo. P. &c. Bis idem dicit, pro, Intellexit quid vellet ea visio [c]. Sic exprimit tam facultatem quàm voluntatem, adeóque ipsam actualem assecutionem rerum revelatarum [d]. Sensus, Meliùs quàm antè intellexit omnia, quia explanatè admodum dicta sunt ipsi *. Involuta erat visio, nec eam absque ope Angeli intelligere potuit [f]. Al. Non habuit visionem tantùm imaginariam, ut Pharao, Nebuc. &c. sed etiam intellectualem, qualis obtingebat solis Prophetis [g]. Confirmat [h] & commendat [i] vaticinia sequentia, quòd non loquatur de rebus perplexis vel obscuris [k], & quas ipse non intellexit [l]. *Quam rem perspexit, & præmonstratum intellectum assequutus est*, Ca.

2. *Lugebam*] Ità P. &c. Heb. *fui lugens*, Mo. LXX, Ar. vel, *in luctu*, JT. Ca. *luctui deditus*, Pi. Causa luctûs erat, 1. quod viderat in præcedentibus visionibus, de Judæorum summis calamitatibus, & futura perfidia in occidendo Messia [m]: 2. ob populi peccata [n], & pervicaciam; quòd Judæi, oblatâ illis libertate, manserant tamen in Babylone [o], sub imperio Persarum [p]: 3. ob opus Templi & urbis interruptum [q], & impeditum à Cambyse [r], & finitimis populis †. ¶ *Trium*, &c. שְׁלשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים] *Tribus hebdomadibus dierum*, P. Calv. sim. Ti. Pi. M. &c. Sic loquitur ut eas distingueret ab hebdomadis annorum, de quibus Dan. 9. 24. Sæpe tamen Hebræi hebdomadas vel tempora dierum accipiunt pro plenis temporibus [t]. *Mensis dierum* est, mensis integer, Gen. 29. 14. Num. 11. 20, 21. Deut. 21. 13; *biennium dierum* est, biennium integrum, Genes. 41. 1. Jerem. 28. 3. &c: ità hîc, *septimana dierum*, in quo singuli adfuêre dies †. Alii sic meliùs reddunt [v], *trium hebdomadarum diebus*, Vulg. in Med. sim. JT. Sensus, q. d. Nihil interdiu comedebam per 3 hebdomadas. Confer Gen. 29. 27 [x]. Al. *ter septem diebus*, Ca. Ternarius numerus Deo sacer: septenarius verò humanarum virtutum consummationem designat [y].

3. *Panem* (vel, *Cibum*, JT. Pi.) *desiderabilem*, &c.] Vel, *desideriorum*, Mo. G. vel, *desiderabilem*, Pi. V. rerum *desiderabilium*, JT. *suavem*, M. sim. Ti. *deliciarum*, Calv. *delicatum*, Calv. G. V. vel, *primarium*, Ca. candidum & regium, ex adorea farina factum [z]. ¶ *Et caro*] Nihil de animante comedi. Vixi herbis & pomis *. Ex hoc loco refutat Theodoretus Judæos, qui Pascha extra Judæam celebrabant, contra Legem, quæ id loco divinitus electo alligabat. Id Daniel non fecit, quia per tres hebdomadas mensis primi [ut docet v. 4.] à carne, ideóque ab agno paschali, abstinuit †. ¶ *Et vinum*, &c.] Mos vetus Judæorum & Christianorum, jejunii temporibus etiam vino abstinere [a]. q. d. Ab omnibus lautitiis cibi potûsque abstinui, ut corpus affligerem, & animum ad preces accenderem. Hinc colligitur, Danielem aliàs & antè libere usum fuisse cibo lautiore, &c. Nec pugnat hoc cum Dan. 1. 8, &c [b]. Nam, 1. tunc adolescens erat, nunc senex [c]. 2. Tunc sub aliena disciplina & inspectione educabatur, & ex aliena culina: nunc ipse in dignitate constitutus erat, & familiam ministrósque alebat [d], & potuit facilè cibos optimos comparare *. 3. Tunc vidit Daniel se & socios insidiosè captari, ut talibus illecebris deliniti obliviscerentur gentis suæ, & desciscerent à Lege & cultu Dei: nunc, his insidiis elapsus, libere, quamvis frugaliter, comedit, &c [f]. ¶ *Neque unguento*, &c.] Quod orientales & ornatûs causâ adhibebant, 2 Sam. 12. 20. Psal. 23. 5. &c. & in luctu omittebant, 2 Sam. 14. 2 [g]. Deliciis & ornatu per jejunii tempora abstinebatur. Vide ad Matt. 6. 17 [h].

4. *Die—vicesimâ & quartâ* (Signif. se à die 2. mensis ad diem 23. jejunâsse: primo autem mensis die non licuit jejunare †.) *mensis primi*] i. e. Vel, 1. anni 3. Cyri, cujus antè meminit [i]. Sed Prophetæ non solent menses numerare ab initiis regnorum, sed pro ratione mundi producti, ut passim ex Ezechiele constat [k]. Vel, 2. [anni Judaici,] sacríne, an civilis, non liquet [l]. Mensis Nisan [m], sive Martii [n]. ¶ *Eram juxta*, &c. עַל־יַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל הוּא חִדָּקֶל] *Super*, vel *ad*, vel *juxta*, *ripam* (vel, *manum*, Mo. vel, *latus*, Pi. יָד, *manus*, quandoque sumitur pro spatio quod ad latus alterius est [o].) *fluminis*, sive *fluvii*, *magni*, Calv. M. Mo. &c. *ipsum* (vel, *is* est, Pi. ὁ. *qui* est, M. JT. *putà*, Ti. simil. Calv. Ca.) *Hiddecel*, P. Calv. &c. vel, *Tigris*, M. Ti. JT. &c. Chiddekel h. l. vel est Tigris, ut consentiunt Interpretes [p]: vel, superior Euphratis alveus in Tigrim ad Seleuciam & Ctesiphontem influens; ut patet, tum ex nomine *Diglito*, tum ex Gen. 2. 14. [Hinc Syrus hîc habet, פרת, *Euphratem*.] Solebat Deus servis suis juxta fluvios sæpe visa exhibere, (ut Ezechieli ad Chebar, Danieli antè ad Ulai, cap. 8. 2. Johanni ad Jordanem:) forsan ut aquæ labentes essent symbolum gratiarum Spiritûs S. Hinc (ut puto) credebant Gentiles numina in fluminibus habitare [q]. Ibi autem fuit Daniel vel, 1. spiritu tantùm [r], ut antè, Dan. 8. 2 †. Sed dispar est ratio. Nam stante Babylon. Monarchiâ ibi esse vix poterat, at poterat sub imperio Persarum [t]. Vel, 2. corpore, ut patet ex v. 7. ubi Danieli aderant & socii [v]. [Sed quidni & socii in Viso ipsi comparere possent?] Indubiè hæc in regione Transtigritana Danieli oblata sunt [x]. Susiane, quæ præfectura erat Danielis, (vide suprà 8. 2.) Tigrim attingit, Plin. 6. 27. Ptolem. in descriptione Susianes [y].

5. *Levavi*, &c.] q. d. Non solùm mente fui compositâ & sedatâ, sed etiam sensus omnes meos ad eam rem applicui, ut impetrarem à Deo aliquid solatii [z]. ¶ *Ecce vir unus*] Vel, *quidam*, Pi. Vox אֶחָד interdum valet, *aliquis*, ut Coh. 4. 8. item Gen. 3. 22. Obad. v. 11 [a]. *Vir*, i. e. viri habitu ac formâ [b]. Erat hic vel, 1. Angelus [c]; sive Gabriel [d], qui Danieli apparuit c. 8. 16. & 9. 21 *; sive Michael, nominatus infrà, inter Angelos majestate præcipuus [f]: vel, 2. Christus [g]; qui verè homo futurus erat [h], id quod his præludiis præsignificavit †. Angelum hunc fuisse Christum multa docent [i]. 1. Vestitus Regalis & sacerdotalis, nulli Angelo conveniens, nisi Angelo fœderis. 2. Eximius illius fulgor & majestas, quæ Danielem prostravit, &c. 3. Collatio cum loco huic gemino, nempe Apoc. 1. 13. ubi apparet Christus eâdem omnino quâ hîc specie, & eodem planè fine, ut scilicet Ecclesiæ fata indicaret [k]. 4. Collatio cum Dan. 12. 6, 7. ubi Christus Angelo arcana patefacit [l]. Obj. At vers. 13. loquitur de Michaele, qui huic Angelo opem laturus erat [m]. Resp. Christus hic erat, idémque Michael v. 13 [n]. Sed distinguendus est Angelus colloquens cum Daniele ab illo viro qui apparuit & Danielem confortavit ver. 18 [o]. quod & ipse Grotius observat [p]. Confer etiam Dan. 8. 13, 16. & 12. 5 [q]. ¶ *Vestitus lineis*] Vide quæ dicta Ezec. 9. 2 [r]. Vestitus hic erat, 1. orientalium, qui, ob calorem regionis, rarò pannis se induebant †: 2. Regum [t]: 3. sacerdotum [v], (vide Exod. 28. 42. & 39. 27, 28. Lev. 6. 10. & 16. 4, 23 [x].) sacris operantium. Sic adumbratum fuit sacerdotale officium Christi [y], quo servavit peccatores, & æternam induxit justitiam, quæ vesti candidæ confertur, quam Christus fidelibus donat, Apoc. 7. 9, 13, 14. & 19. 14 [z]. ¶ *Et renes* (vel, *lumbi*, Mo. P. &c.) *ejus accincti auro obrizo*; sic P. בְּכֶתֶם אוּפָז] *Auro* (vel, *in massa auri*, Mo. *insigni auro*, JT. Pi.) *obrizo*, P. Ti. i. e. purissimo [a]. Vel, *Ophaz*, sive *Uphaz*, M. Calv. Pol. G. &c. i. e. quod nascitur in Uphaso, sive Ophir. Vide Job. 28. 16. Psalm. 45. 10. Esa. c. 13. v. 12 [b]. *Uphaz* proprium esse nomen loci constat ex Jer. 10. 9 [c]. Erat talis zona ornatus Regum; quomodo amictus lineus, sacerdotum. Angeli & *reges* dicuntur & *principes* hoc capite, ob curam populorum; & *sacerdotes* rectè dicuntur, ideo quòd preces Sanctorum offerant [d]. Cinctura lumborum significat ministerium ejus *, & promptissimam obedientiam quam Patri præstitit [f], se ad opus Divinum accingens [g], instar servorum, qui, ut expeditiores forent, vestes [pro more orientalium laxiores] constringebant [h]. Cingulum etiam erat ornatûs & dignitatis, Esa. 22. 21. adeóque nobilissimum, puris-simum

Marginal notes (left column): [z] Pi. [a] Q. in M. [b] Glas. gram. pag. 364. [c] V. [d] Gej. * G. [f] Me. [g] Pol. [h] Calv. [i] Pol. [k] Calv. Pol. [l] Calv. [m] Per. [n] V. [o] Per. et Th. sim. G. [p] G. [q] Calv. sim. M. Per. Me. T. Jun. &c. [r] Calv. Pi. &c. † Per. [t] Calv. † Gej. p. 772. [v] Med. [x] Med. reliq. p. 743. [y] G. [z] V. sim. La. T. Jun. * G. † Per. [a] G. [b] Pol. [c] Q. in Calv. sim. Per. [d] Pol. * Per. [f] Calv. [g] Pol. [h] G. † Jun.

Marginal notes (right column): [i] Jac. [k] Gej. [l] Pi. [m] Gej. [n] Calv. [o] Gej. [p] Calv. [q] Pol. [r] Calv. † Q. in Wil. [t] Wil. [v] Wil. ex Bull. &c. [x] Jun. [y] G. [z] Calv. [a] Gej. [b] Gej. ex Pol. &c. [c] Calv. T. &c. [d] M. T. La. et Th. & Per. * La. ex Per. [f] G. [g] Jun. Pi. Pol. Calov. Wil. &c. [h] Calv. sim. Pol. † Pol. [i] Calov. Pol. Wil. [k] Calo. [l] Pol. [m] Q. in Wil. [n] Wil. [o] Calov. sim. Wil. [p] Calov. [q] Wil. [r] G. † Calv. [t] Jun. [v] Jun. Pol. Wil. Gej. [x] Gej. [y] Pol. ex Jun. [z] Pol. [a] V. [b] Pi. [c] Pol. ex Calv. sim. G. [d] G. * M. [f] Pol. [g] Jun. [h] Pol.

simum splendidissimúmque obsequium Christi significat [i].

6. *Et corpus ejus*] At quî poterat color hujus discerni, quum lineis tectum esset? Resp. 1. Linea illa vestis fuit tenuissima & pellucida, & colorem facilè prodens [k]. 2. Collum, fortè & pectus, non erat tectum, unde conjectura de reliquo corpore sumi possit [l]. ¶ *Quasi*, &c. כְתַרְשִׁישׁ] *Sicut* (sub. *lapis*, M. Ar.) *Tarsis*, Mo. P. M. Ar. o'. vel, *chrysolithus*, Ca. Vulg. V. *hyacinthus*, Ti. *beryllus thalassius*, JT. Pi. qui mari concolor, Ezec. 28. 13. Eo variæ vices significantur ministeriorum Angelicorum, nunc huc, nunc illuc se ferentium, more oceani. Vide Ezec. 1. 16. & 10. 9 [m]. Color hujus est cæruleus [n], sive cœlestis: ideóque designat, vel, 1. immortalem gloriam & incorruptibilem essentiam Angelorum & Christi [p]; vel, 2. Christum esse *Dominum de cœlis*, 1 Cor. 15. 47 [q]. ¶ *Facies ejus* (In qua parte præcipuè conspicitur hominis majestas [r],) *velut species fulguris*] Quo significatur, tum, 1. celerrima Christi ad omnia præsentia †, ut fulgur exit ab Oriente in Occidentem, Matt. 24. 27 [t]: tum, 2. Christi majestas, quam fulgura ostendunt & Apoc. 4. 5 [v]. vide Matth. 28. 3 [x]; quâ & hostes terret, & pios solatur [y]. Significatur [hoc & seq. membro] in rebus omnibus cognoscendis celeritas & perspicacia [z]. ¶ *Oculi ejus ut lampas* (vel, *lampades*, Mo. P. &c.) *ardens*] Significat Christi vel, 1. ardorem amoris [a]: vel, 2. cognitionem rerum omnium absolutissimam [b]: vel, 3. splendorem tam hostibus adversum, quàm piis annuentem [c]. ¶ *Et brachia ejus*] Quibus robur denotatur [d]. ¶ *Et quæ deorsum sunt usque ad pedes*, וּמַרְגְּלֹתָיו] Vox hîc tantùm occurrit, & Ruth 3. 4, 7, 8, 14 *. Al. *& humeri*, Sy. *& pedes*, Mo. P. M. JT. Pi. *cum iis quæ pedes attinent*, Ti. Partes inferiores, quæ vergunt usque ad pedes [f]. Pedes h. l. summam celeritatem significant †. Per *brachia* & *pedes* actiones intellige [g]. ¶ *Quasi species æris candentis*] Vel, *politi*, Mo. *tersi*, JT. Pi. Intelligit vel, 1. actionum ejus puritatem, ut Ezec. 1. 7 [h]: vel, 2. potentiam in rebus agendis efficacissimam, ut qui ad omnia pedibus pervenire, manibúsque ea pertingere, possit, sine ullo impedimento vel detrimento suo [i]; uti si quis æreis pedibus vasa testacea confringeret & conculcaret, &c. adeò invictæ sunt Christi vires ad conculcandum hostes, &c [k].

¶ *Ut vox multitudinis*; ità P. M. &c. הָמוֹן] *Tumultûs*, Mo. *strepitûs*, nempe maris [l]: i. e. quasi barritus magni agminis, ut Ezec. 1. 24. Significantur horrenda judicia in Reges & Regna [m]. Ità voluit Deus Angelum discernere à communi hominum turba [n]. Sonus vehemens & strepitus anteire solet singularem Dei præsentiam [o], & revelationes rerum arduarum: ut constat ex Ezec. 1. 24. & 43. 2. Apocal. 1. 10, 15. & 14. 2. & 19. 1 [p]; & exemplis Mosis, Jesaiæ, Jeremiæ, & Apostolorum Actor. 2. 2. Hoc autem postremo loco ponit, quia de eo narratio singularis sequitur [r]. Sonus hic signum erat summæ virtutis Christi ad docendum homines, &c †.

7. *Non viderunt*] Confer Act. 9. 7. Deus eorum quos vult oculos obnubit, Luc. 24. 16 [t]. Vel, oculi ipsorum non erant aperti; vel, strepitu illo depulsi non constiterunt, ut ad Deum respicerent [v]. Oculi tam corporis quàm mentis inepti sunt ad talia objecta apprehendenda, nisi cœlitus adjuventur [x]. ¶ *Sed terror*, &c.] Ex sono audito [y]. Id probat certitudinem visionis [z]. ¶ *Et*, &c. וַיִּבְרְחוּ בְּהֵחָבֵא] *Et fugerunt in absconditum*, Mo. vel, *in abscondi se*, V. vel, *ut se abderent*, P. sim. M. vel, *abscondendo se*, vel, *ad abscondendum se*. ב hîc ponitur pro ל: ut contra ל pro ב, Coh. 2. 11. לַעֲשׂוֹת, *faciendo*; Coh. 8. 17. לְבַקֵּשׁ, *quærendo* [a]. Vel, ad loca *in quibus absconderentur*, Ti. Latebras quæsiêre [b].

8. *Et non remansit in me fortitudo*] Ità Mo. P. &c. sub. *ulla*, P. qu. d. Ferè exanimatus fui [c]. Adempta nervis vis omnis regendi membra: sensus tam interni quàm externi sunt inhibiti [d]. Nobiliores nempe spiritus ad profundas contemplationes convocati corpus destituunt *. Vires meæ conciderunt, ut suprà cap. 8. v. 17, 18 [f]. ¶ *Sed &*, &c. וְהוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי לְמַשְׁחִית] *Et* (vel, *Sed*, JT. Ar.) *decor* (i. e. splendor faciei meæ [g]; *forma*, M. *formæ bonitas*, Ti. *gloria*, o'. *nitor*, Ar. *species*, Os.) *meus* (vel, *mea*, M. Ti. &c.) *eversus fuit super me in corruptionem*, Calv. vel, *mutatione corruptus est in me*, JT. *mutatus est in me & corruptus*, Pi. *immutata est in me degeneravitque*, M. *versa est in deformitatem*, Ti. [Ca. verba sic reddit, *Mutata perditáque corporis elegantia*.] Vultus expalluit. Sic suprà 5. 6 [h]. [Aliis hæc versio & interpretatio non placet,] 1. quia הוֹד vix ullibi ità sumitur: 2. nec מַשְׁחִית *pallorem* aut *deformitatem* significat: 3. quia ex contextu patet majus aliquid quàm coloris mutationem hîc significari [i]. [Alii ergò sic;] *Et vis* (vel, *vigor*, Ang. marg. Boot. i. e. bona valetudo [k],) *mea versa*, vel *mutata*, (vel, *versus*, Boot.) *est in me in corruptionem*, Mo. P. vel, *in marcorem*, sive *tabitudinem*. q. d. Loco vigentis ac vegetæ valetudinis, quâ priùs fruebar, universalis quidem marcor ac virium prostratio totum meum corpus occupavit. עַל hîc valet, *in* [l]. מַשְׁחִית participium hîc nominaliter accipitur, pro *pernicie*, sive *exitio*, ut Proverb. 18. 9. Confer Exod. 12. 13. 2 Par. 22. 4 [m]. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא עָצַרְתִּי כֹּחַ] *Et non retinui* (vel, *Adeò ut non obtinerem*, JT. Pi. *Et non cohibui*, vel *detinui*, ut עָצַר sumitur Gen. 20. 18. & 16. 2. Deut. 11. 17. Jud. 13. 16 [n].) *fortitudinem*, Mo. P. &c. sub. *ullam*, P. simil. M. Ti.

9. *Jacebam*, &c. נִרְדָּם עַל־פָּנַי וּפָנַי אָרְצָה] *Sopitus*, (vel, quasi *sopore oppressus*, M.) *super faciem meam*, Calv. sic Mo. Pi. (vel, *in facie mea*, M. i. e. ità ut decumberem pronus instar adorantium [o]: q. d. Tanquam sopitus cecidi super faciem [p]:) *& facies mea ad*, vel *versus*, *terram*, P. Calv. Pi. sub. *ferebatur*, Pi. vel, *projecta fuit*, Calv. [Alii locum sic vertunt;] *Ego fui oppressus sopore pronus, & facie meâ dejectâ in terram*, JT. *Velut gravi somno dejectus sum in faciem meam*, ut attingeret *terram*, Ti. *Pronus humi consopiebar*, Ca.

10. *Manus tetigit me*] Nempe Angeli Gabrielis specie humanâ apparentis, ut nuncii solent. Hic, quia fulgore illo præditus non erat, aspici poterat. Confer quæ suprà 8. 16, 17 [q]. *Manus* est Spiritus Sanctus [r], ut Ezec. 1. 3 †. & Matt. 12. 28 [t]. [collat. cum Luc. 11. 20.] ¶ *Et erexit me*; ità Pi. וַתְּנִיעֵנִי] *Et movit me*, Ti. sic M. JT. vel, *statuit me*, Ca. *movere fecit me*, Mo. P. i. e. reptare [v]. ¶ *Super genua mea*, &c.] Aliquantisper recreatus fui [x], ut genibus insiderem & palmis inniterer humi [y]. Quòd non illico eum in pedes erexit, non tribuendum est Dei infirmitati, sed sapientiæ [z], quâ Deus tum infirmitatem nostram nobis patefacit, tum demensum donorum operationúmque suarum modulo nostro contemperat [a].

11. *Vir desideriorum*] Ut cap. 9. 23 [b]. q. d. Deo chare & pretiose. Ità eum animat, &c [c]. *Vir expetibilium cupide*, Ti. Activè accipiunt, q. d. in quo vehementissimus est zelus pro communi salute Ecclesiæ [d]. ¶ *Sta in*, &c. עַל עָמְדֶךָ] *Super stare tuum*, Mo. Calv. *in statione* (vel, *gradu*, P. sic M.) *tua*, Ar. Ti. Pi. i. e. in loco ubi modò stetisti. Heb. *in stare tuo*. Infinitivus habens vim nominis *. *Rectus*, JT. Sy. *in vestigia*, Ca. erectus, ut antea [f]. Nec diffugias, nec jaceas, &c [g]. Deus non statim servos suos reddit perfectos, sed gradatim iis medetur [h]. ¶ *Steti tremens*] Minùs jam commotus, sed commotus tamen, ob Angeli præsentiam [i]. Quamvis erectus. Relinquit Deus in servis suis aliqua signa formidinis, ut, suæ infirmitatis admoniti, se in humilitate & modestia continerent [k].

12. *Ex die primo*] Anticipatio est, quia Daniel per 21 dies luxerat, nec responsum à Deo acceperat: q. d. Non est quòd culpes vel in misericordia Dei, vel in ministerio meo: nam ex die primo, &c [l]. ¶ *Quo posuisti* (vel, *applicuisti*, Pi.) *cor tuum* (i. e. firmissimè proposuisti, fervidéque tum desideràsti, tum conatus es [m],) *ad intelligendum*] Vel, *ut intelligeres*, V. Ti. nempe, visionem capitis 8 [n]. vel, arcana illa omnia hactenus tibi patefacta [o]; vel, statum populi tui futurum [p]. Al. animum intendisti in impedimenta illa objecta structuræ Templi [q]. ¶ *Ut te affligeres*] Luctu [r], & jejunio †. ¶ *Propter sermones tuos*] Sim. P. JT. Pi. &c. i. e. propter preces tuas [t]. ב valet, *propter*, passim [v]. *In verbis tuis*, Mo. o'. *ad verba tua*, tibi quasi obsequens & morem gerens [x].

13. *Princeps autem* (vel, *Tametsi princeps*, Ca.) *regni Persarum restitit mihi*; sic Ti. עוֹמֵד לְנֶגְדִּי] *Stans* (vel, *stetit*, M. JT. Pi.) *contra* (vel, *coram*, M. JT.) *me*, Mo. P. sim.

Marginal notes: [i] Gej. pag. 780. [k] Per. p. g. 753. [l] Gej. [m] G. [n] Gej. [p] M. [q] Pol. ex Jun. [r] Gej. † Pol. sim. Jun. [t] Pol. [v] Gej. [x] Gej. G. [y] Wil. [z] G. [a] Wil. ex Per. [b] Jun. sim. Pol. [c] Gej. [d] Per. * Gej. [f] Q. in V. † Per. [g] G. [h] Idem. [i] Jun. [k] Pol. [l] Pi. [m] G. [n] Calv. [o] Jun. sim. Wil. Gej. [p] G. j. [r] Jun. † Pol. [t] G. [v] Jun. [x] Gej. [y] G. sim. Pi. [z] Calv. sim. Gej. [a] Gej. [b] G. [c] Calv. Jun. [d] Gej. * Q in Gej. [f] G. [g] Pi. [h] G. [i] Boot. sim. 4. 2. 132. [k] Idem, p. 133. [l] Idem, p. 132. [m] Gej. [n] Idem. [o] Gej. [p] Calv. [q] G. [r] Jun. Pol. † Pol. [t] Jun. [v] V. [x] Pol. ex Calv. [y] Pol. [z] Pol. ex Jun. [a] Jun. sim. Pol. [b] V. [c] Calv. [d] Q. in Calv. * Pi. [f] V. sic Pol. Gej. [g] Gej. [h] Calv. [i] G. [k] Calv. [l] Jun. [m] Gej. [n] V. [o] Gej. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. † Gej. [t] G. [v] Gej. [x] Calv.

P. sim. o'. Sy. Ar. Ca. [Qu. Quis hic Princeps? & quomodo restitit?] Respond. 1. Erat Cyrus[y]; vel potiùs, Cambyses[z], qui Judæis infestus erat, & Templi ædificationem impediebat[a]. [Aliis hoc non placet.] 1. Hos solet Scriptura Reges, non Principes, nuncupare[b]: & hunc ipsum mox *regem* nominat[c]. 2. Quomodo potuit Rex mortalis Angelo obsistere[d], quippe cujus præsentiam & actiones ignorabat*? Resp. Non propriè & per se Angelo obstitit, sed figuratè & per accidens; quia occasio Angelo diris Cambysis consultationibus oblata est ut ibi aliquantisper detineretur, ut calumnias & consultationes & conatus impios ejus refringeret, & indè ab eo tempore Persarum Regnum oppugnaret, & gradatim in lapsum ruinámque impelleret. Est porrò Angelorum potestas limitata, & operationes successivæ: nec iis ad momentum expedita sunt omnia ad cognitionem, neque ad facilitatem commoda. Novâ ergò occasione oblatâ, nihil tentare possunt præter mandatum Dei, ad quem indesinenter respiciunt[f]. Oportuit Angelum ibi morari, ut Cambysis furorem compesceret[g]; qui longè atrocior fuisset contra gentem tuam, nisi Deus per me auxilium opposuisset[h]. Resp. 2. Erat Angelus bonus[i]. Angelus Persas curans omnia molitus est ut perpetuò sub Persis manerent Judæi[k]. Angelus à Deo præfectus Regno Persarum. Sic enim Deus cuique genti & Regno suum præficit Angelum, ut docent Basil. Clem. Nazianz. &c. Vide infrà v. 20[l]. Angelus qui obtulit Deo varia Regum Persicorum merita[m]. [Aliis hæc sententia non placet.] Nulla inter bonos Angelos pugna est[n]. Neque id hìc dicit, sed tantùm figuratè significat, quemlibet Angelum summâ curâ studióque instare pro parte sibi commissa, donec iis constet de voluntate Dei in contrarium[o]. Contraria itaque velle possunt, nempe conditionatè, si quod optant Deo placuerit. Pugna hæc peracta est, non digladiando, nec verberando; sed, 1. volendo, 2. disputando, 3. Angelos alios & ipsum Deum contra vota alterius advocando & concitando. Gabriel pro suis Judæis orabat Deum, ut omnes reduceret in Judæam, & Templum instauraret, &c. Contrà, Angelus Persarum orabat Deum ut aliquos Judæorum in Babylone relinqueret, tum ad Gentilium conversionem, tum in pœnam ingratitudinis suæ ob tot beneficia, tum ut eos magis purgaret[p]. Sed omnia hæc figmenta sunt, nec ullum in S. S. fundamentum habent. Repugnant etiam hæ contentiones summæ Angelorum & charitati & felicitati[q]. Resp. 3. Erat angelus malus †, Regno Persarum à Deo præfectus[t]. Confirmatur, 1. ex Apoc. 12. 7. ubi draco contra Michaelem pugnat[v]. 2. Angeli mali *principes* nominantur & *potestates*, &c. Eph. 6. 12. 3. Alioqui non restitisset Gabrieli[x]. Pugnabat autem malus hic angelus contra liberationem Judæorum, 1. eos instigando ad scelera; &, 2. alienando Regis animum ab illis; &, 3. accusando illos coram Deo[y]. Sed textus manifestè loquitur de resistentia, non per suasionem, seductionem, &c. sed per vim & conatum, quia illo modo Angelus pugnavit cum Rege Persiæ. Nec certè mali angeli constituti sunt à Deo præsides gentium[z], [nisi fortè in pœnam scelerum, &c.] ¶ *Viginti & uno diebus*] Toto illo tempore quo tu jejunâsti & precatus es[a]. ¶ *Michael, unus* (vel, *primus*, JT. non tempore, sed dignitate & virtute[b]; præcipuus[c];) *de principibus primis*] Sic P. M. &c. vel, *primariis*, Ti. JT. &c. nempe ministratoriis[d]. Angelorum primus, Judæum populum sub Deo curans*; ut apparet infrà 21. Hic est cujus majestatem modò viderat Daniel, ut sciret sub quàm magno tutore esset populus Judaicus[f]. *Archangelus*, ut Michael nominatur Judæ v. 9. *Archangelus* autem à Christo distinguitur 1 Thes. 4. 16[g]. Al. Hic Michael Christus est[h]. Probatur. 1. Ex nomine, quod sonat, *Quis sicut Deus?* 2. Dicitur hic *princeps* & Angelorum, hoc loco, & populi Dei, v. 21[i]. 3. Introducitur hic, non ut commilito Gabrielis, sed ut auxiliator ejus, ipso longè superior & eminentior[k]. ¶ *Venit in adjutorium meum*] Poterat quidem sufficere unius Angeli defensio, neque enim Deus mediis alligatus est: duplicavit autem suppetias, ut testatior fieret ejus dilectio, & cura pro salute miserrimi populi sui[l]. Omnia hæc ad modum aulæ Regalis exprimuntur. Gabriel preces perfert; favet ei consilii Regii princeps[m]. Al. Christus adjuvit eum, vel additione virtutis[n], vel mandatis & potestate majore ipsum instruendo[o]. ¶ *Et ego remansi* (vel, *relictus sum*, Ti. JT. Pi.) *ibi juxta regem Persarum*] אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס *Apud reges Paras*, Mo. P. &c. Id est, vel, 1. apud Angelos Persidis negotia curantes, quorum primus ille שַׂר modò dictus. Hebræis מְלָכִים (*Reges*) dicuntur etiam duces[p]. Vel, 2. apud Cambysen & consiliarios ejus[q]: vel, apud Reges Persarum successivos[r]; sub quibus populus Dei adhuc mansurus erat. His adhæsi tanquam Judæorum patronus[t], ut ab illis majora incommoda averterem[v]. Angeli hujus victoria significatur: q. d. Ego perstiti, dum hostis interim discedere compulsus fuit[x]. Al. *Mansi ibi*, ut eorum rationes refellerem[y].

14. *Veni autem*] Istâ lite peractâ tandem veni*. ¶ *In novissimis diebus*] i. e. Posthac[z]; vel, temporibus consequentibus[a]: non 3 vel 4 annis, sed per 490 annos, usque ad Christi adventum, ad quem *ultimi dies* in S. S. semper respiciunt[b]. Temporibus adhuc remotissimis, & post aliquot demum secula affuturis. Ità phrasis sumitur Genes. 49. 1. Numer. 24. 14. Deuter. 4. 30. &c[c]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי־עוֹד חָזוֹן לַיָּמִים] *Quia*, vel *Nam*, *adhuc visio* (*visum*, Ti. *oraculum*, Ca. prophetia[d]; sub. *est*, M. JT. Pi. vel, *extenditur*, Ti. vel, *pertinet*, Ca.) *in*, vel *ad*, *dies*, Mo. M. Calv. Ut nunquam desit Ecclesiæ visio, sive lux prophetica, quanquam Prophetæ non essent superstites, & prophetiæ paulò pòst cessaverint*. Vel, *in dies* illos, P. q. d. Adhuc supersunt visiones de his quæ eventura sunt. Nondum finitæ sunt visiones[f]. Longum erit tempus antequam omnia quæ tibi dicturus sum impleantur; ut suprà initio hujus capitis[g]. Vel, *de diebus*, sive *temporibus*, *illis*, JT. Pi. vel, *ad certum tempus*, Ca. vel, *per multa tempora*, Ti.

15. *Dejeci vultum*, &c.] Durante adhuc aliquantùm metu, de quo suprà vers. 9[h]. Hoc fecit, vel, 1. ex Angeli majestate; vel, 2. ex dictorum admiratione; vel, 3. ex formidine impuritatis propriæ[i]. ¶ *Tacui*] Quasi pœnituit eum muneris prophetici, quia non putabat vota sua exaudita fuisse[k]. Sed simplicius est, quòd docet se attonitum fuisse[l].

16. *Quasi similitudo*, &c.] Id est, Quidam similis hominibus[m]: Angelus in forma humana[n]: Christus[o]. Idem qui vulnus inflixerat medicinam affert[p]. [Sensus, q. d.] Propiùs contemplans Gabrielem, videt non esse illi splendorem Angelicum, sed formam humanam. Heb. *filiorum hominis*, pro, *alicujus filiorum hominis*: nam sæpe id pronomen subintelligitur*. ¶ *Tetigit labia mea*] Et sic vires mihi dedit loquendi, ut antea standi[q]. Quo significavit, labia ejus à Deo aperiri, ut promptè & fidenter loqueretur[r]. ¶ *Domine mi*] Sic eum vocat honoris causâ †. Alloquitur ut se majorem[t]. ¶ *In visione*] Ità Mo. P. &c. i. e. Antequam verba faceres. Tu solo conspectu me exanimâsti[v]. Dum te aspicio, quanquam formâ humanâ præditum[x]. Al. *Per hanc apparitionem*, Ti. *Propter visionem*, Sy. Pi. ¶ *Dissoluta*, &c. נֶהֶפְכוּ צִירַי עָלַי] *Irruerunt* (vel, *versi*, sive *conversi*, sive *inversi*, *sunt*, Calv. P. M. Ti. sic Mo. Pi. o'. vel, *volutata sunt*, Sy. Ar.) *dolores mei* (vel, *cardines mei*, Ti. vel, *tormina mea*, Mo. *intestina mea*, Pi. sim. o'. Sy. Ar.) *in* (vel, *super*, Mo.) *me*, JT. M. P. Ti. &c. i. e. Doloribus persusus sum, vel obrutus. Metaphora à vase aquam continente, quo subverso, aquâ perfundimur[y]. צִירִים hìc *tormina* sign. ut Esa. 13. 8. & 21. 3[z]. [Ca. locum sic reddit, *Vel aspectu adeò mihi collabefacti sunt nervi*.] Contremui, ut suprà 11[a]. Excusat Daniel irreverentiam suam ex inevitabili debilitatis suæ necessitate[b].

17. Et, &c. וְהֵיךְ יוּכַל עֶבֶד אֲדֹנִי זֶה לְדַבֵּר עִם־אֲדֹנִי זֶה] *Et* (vel, *Igitur*, Ar. Sy.) *quomodo poterit* (vel, *potuisset*, G.) *servus Domini mei* (Ità semet appellat per modestiam: ut Gen. 18. v. 3. & 44. &c[c].) *illius* (vel, *hujus*, M. Ti. Pi. vel, *hic*; JT.) *loqui cum Domino meo illo?* Mo. P. JT. M. &c. vel, *hoc?* Ti. Calv. Pi. vel, *isto?* V. i. e. tali ac tanto[d]? vel, istiusmodi? Gej. τὸ זֶה exaggerandi vim habet*. Vel, *illo?* i. e. cum altero Angelo tantam præferente majestatem[f]. Vel, cum Domino, v. 5. qui ab Angelo distinguitur[g]. Fatetur se non posse cum Angelo, nedum cum ipso Angelorum Principe ac Domino, loqui.

loqui [h]. [Ca. locum sic reddit, *Nedum ut talis ego tuus talem te, Domine, possim alloqui.*] ¶ *Nihil*, &c. וַאֲנִי מֵעַתָּה לֹא־יַעֲמָד־בִּי כֹוחַ וּנְשָׁמָה וגו׳] *Et ego*, (vel, *Cùm in me*, JT. vel, *Cùm ad me quod attinet*, Pi.) *ex tunc* (vel, *ex hoc tempore*, JT. Pi.) *non stetit in me fortitudo*, (vel, *non perstiterint in me vires*, Pi. *in me*, *inquam*, *non constiterint vires*, JT.) *& mens* (vel, *anima.* JT. vel, *anhelitus*, Pi.) *non remansit in me*, Mo. [Alii, τὸ וַאֲנִי tanquam pleonasticum omittentes, locum sic reddunt;] *Nam ex hoc tempore non stabit in me fortitudo* ulla, *&* jam *halitus non remansit in me*, P. q. d. Actum est de me, vidi Angelum. Ad verb. *Et ego*, *ex tempore* (vel, *ex tunc*, i.e. Mox enim,) *non remanebit in me virtus* ulla. Vel, *Et ego* quomodo potero? *illico enim me deficient*, &c [i]. *Nihil enim in me remansit*, &c. Vulg. vel, *remanserat*, &c. cùm eum viderem suprà 8 *. Al. *Nam me virtus modò destituit, neque spiritus vitalis*, &c. Ti. *Cùm mihi jam nunc exanimato nullæ vires constent*, Ca.

18. *Tetigit me quasi visio* (vel, *tanquam similitudo*, P. *quasi aspectus*, JT. *quasi species*, Pol. vel, *secundùm aspectum*, M. *secundùm similitudinem*, i. e. is qui repræsentabat similitudinem [k],) *hominis*, *& confortavit me*] Sic Mo. Al. *Tetigit me quidam*, *cujus species similis erat homini*, &c. Pi. Ille Angelus specie humanâ apparens alterùm me attigit [l]. [Alii versum sic reddunt;] *Itaque rursum me contingens hominum more confirmavit me*, Ti. *Hìc me rursum attactu suo confirmavit illud hominis simulacrum*, Ca. Daniel paulatim & per certos gradus recuperat vires. Secundo itaque tactu opus erat, ut possit quieto animo audire Angelum loquentem [m].

19. *Pax tibi*] i.e. Omnia tibi salva [n]. Salvus es, non peribis, sive morieris [o]. Solebant veteres malum aliquod metuere ex viso cœlesti, tanquam eo indigni. Vide Jud. 13. 21, 22 [p]. Bono animo esto [q]. Bene tibi sit. Ità testatur Deum esse propitium, & ipsi, & Israelitis [r]. ¶ *Confortare*, (*Fortis esto*, P. *Conforta te*, Mo.) *& esto robustus*] Ità M. vel, *& confortare*, Calv. *& robora te*, Mo. P. *Confirmare*, *confirmare*, *inquam*, Pi. *Etiam atque etiam confirmare*, JT. *Recipe te ac recollige*, Ca. *Omni prorsus metu deposito*, *sis bono animo*, Ti. Hâc repetitione docet non vulgari remedio opus fuisse ad Prophetam erigendum †. ¶ *Quia confortâsti me*] Et verbis, & additis viribus [s]; ut tecum securè colloquar [v].

20. *Numquid scis*, &c?] Num ex hactenus commemoratis didicisti? num dictis attendisti? an verò alicubi hæsitas [x]? Et desiderium Prophetæ & attentionem excitat [y]. Al. Interrogatio hìc vehementer affirmat, q. d. Jam satis expositum est [z]. Al. *Nôstine*, &c? q. d. Cupio te nôsse, & notum tibi faciam. Interrogatio docturientis, i. e. cupientis docere, & institutionem promittentis [a]. Al. *Scis?* Ex precibus tuis id colligere potes [b]. ¶ *Nunc* (nempe, postquam futura, quæ ad finem usque libri decurrunt, tibi explicavero [c],) *revertar ut prælier* (i. e. ut disputem: nam & hoc genus quoddam pugnæ est, sicut eloquentia dicitur *arma Demosthenis* [d]. *Revertar ad præliandum* est Hebraismus; pro, iterum belligerabo; ut Os. 11. 9. *revertar ad perdendum*, id est, denuo perdam *. Hoc vult, q. d. Huc ad te veni ut tibi futura indicarem: verùm, quia negotium adhuc infectum reliqui, & multum est quod agam, revertar præliaturus [f]) *adversùm principem Persarum*] i.e. [Vel, 1. Angelum bonum, ut antè,] laborantem ut maneat Imperium Persicum, & sub eo sint Judæi [g]. Vel, 2. Dæmonem malum, qui operosum se ostendit in organis suis, nempe aulicis, consiliariis, ducibus, Persarum, quos subdolè incitavit in Judæos, &c. ut è diverso Angelus bonus animos aliorum inclinavit ad favorem erga Judæos, &c [h]. Vel, 3. Regem Persarum, Cyrum, vel Cambysen, [ut antè,] quem paulatim in ruinam impellam, eò quòd Judæos affligeret, & Templi ædificationem impediret [i]. τὸ עִם hìc, ut sæpe, valet, *contra* [k]. [Est tamen qui עִם aliter accipit, ut auxilium, non, ut reliqui omnes, hostilitatem, denotet.] Revertar ut sim auxilio Regi Persarum, ob id quòd populum meum adhuc habet sub se. At postquam populus meus migraverit ad sua, tunc Græci pessundabunt Persas [l]. ¶ *Cùm*, &c. וַאֲנִי יוֹצֵא וְהִנֵּה שַׂר־יָוָן בָּא] *Et ego egrediens*, sive *egredior*, Mo. V. (vel, *Quumque exivero*, Pi. sim. P. M. Sy. Ti. JT. scil. è Persia [m], in Græciam, ut indè Principem adducam [n]. Al. *Me egressuro*, i. e. Simulatque Regnum Persarum abdicavero, curâmque illius abjecero, ex mandato Dei, Imperatoris mei *. Priusquam ego è Dei regia discederem [o].) *&* (vel, *tum*, Pi.) *ecce*, *princeps Javan*, vel *Græciæ*, *venit*, vel *veniet*, Mo. P. M. &c. [*Princeps* hìc, ut antè, est,] vel, 1. Angelus bonus [p]; qui hìc *venire* dicitur, i.e. accedere ad Dei thronum, & *apparere*, id est, causam suam agere, laborans ut Græcis daretur imperium in Judæos, & id perpetuum maneret [q]: vel, 2. Angelus malus [r]: vel, 3. Alexander Magnus †, qui, quamvis non Cambysen, alios tamen Persarum Reges compescet, & à sævitia prohibebit [t], tandémque Monarchiam Persarum evertet [v]. τὸ *ecce* denotat rem incredibilem esse & admirandam, quòd scil. ille cum 30 millibus militum auderet Pontum trajicere, & tanto Monarchæ bellum inferre [x]. Sed huic sententiæ non congruunt quæ sequuntur, ubi idem hic Princeps Angelo obsistere dicitur, adeò ut subsidio Michaelis fuerit opus. Malim sic accipere, q. d. Postquam exivero aulâ, vel, digressus fuero palæstrâ illâ, pugnâ nempe confectâ cum Principe Persiæ, (nam *exitus* hìc præsupponit victoriam,) *ecce*, mox *veniet*, succedet vel præstò erit, novus adversarius, *princeps* nimirum *Græciæ*, qui prælium continuabit adversùs Israelem; sed non deerit Ecclesiæ patrocinium [y].

21. *Annunciabo tibi*] Nempe minutatim, & non in typo [z]; nempe, priusquam mihi redeundum sit [a]. ¶ *Quod*, &c. אֶת־הָרָשׁוּם בִּכְתָב אֱמֶת] *Designatum* (vel, *expressum*, P. *quod exaratum est*, JT. Pi. sic Sy. Ar. Ca.) *in scriptura veritatis*, sive *vera*, Mo. P. M. &c. i. e. quod jamdiu judicio Divino fuit conscriptum; nempe, quòd neque Græcorum neque Persarum Regnum diu consistet, sed aliud consurget quod omnia domabit [b]. Perstat in figura à more Regum desumpta [c]. *Scripturam veritatis* vocat providentiam Divinam, librum in quo sunt decreta Divina, qui non nisi certa & vera continet. Tametsi, inquit, negotium mihi est alibi, priùs quàm tamen discedam indicabo tibi quæ Deus statuit se facturum [d]. *Scripturam veritatis* vocat decretum certissimum à Deo factum *, expensis omnibus quæ pro Persis aut Græcis adferri poterant. Eo autem constituerat Deus ut Judæi à Persis per Græcos, à Græcis per Maccabæos, liberarentur [f]. Sententia est, De Lagidis & Seleucidis patefaciam tibi id quod à Deo decretum est ut certò fieret [g]. ¶ *Et nemo*, &c. וְאֵין אֶחָד מִתְחַזֵּק עִמִּי עַל־אֵלֶּה וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, JT. *Sed*, Pi.) *non unus* (sub. *est*, P. M. &c.) *fortificans se* (vel, *qui confirmat se*, P. JT. Pi. *qui viriliter agit*, Calv. M. sim. Ti.) *mecum* (i.e. qui fert mihi opem [h]: *qui me juvat*, Ar. Sy. *adhærens mihi*, ο'. sc. in promovendis precibus tuis; quod mihi munus mandatum est [i]:) *super*, vel *in*, *his*, sive *istis*, (quæ ad libertate donandos Judæos pertinent [k]: vel, *in his rebus*, Ti. sim. Calv. vel, *ad ista*, JT. vel, *de his*, ο'. vel, *contra illos*, Pi. Gej. nempe, vel, 1. gubernatores Persicos [l]; vel, 2. tam Persicum quàm Græcum Principem [m]:) *nisi Michael princeps vester*, Mo. P. &c. Angelorum primus primæ gentis, i. e. Judaicæ, custos tunc, ut nunc Christus (quem ad Michaelis modum & ultrà depingit Apocalypsis) Christianæ. Omnes aliarum nationum præsides Angeli aut Persis favebant, aut Græcis. Talia inter Angelos studia extinxit Christus [n]. Sed somnia hæc sunt Judaica de studiis partium & contentionibus Angelorum, quæ certè in cœlo nullæ sunt [o]. [Et quis credat omnes bonos Angelos, exceptis duobus, unico dilectóque Dei populo adversatos fuisse? Hoc tamen dicunt fautores istius sententiæ.] Unicus Michael mecum vestram causam defendit. Omnes alii Angeli libertatem vestram impediunt [p]. [Credat Judæus apella.] Respexisse videtur malam Judæorum causam, qui ità se gesserant, ut parùm [eis] favere potuerint Spiritus adeò sancti †. [Verùm eadem de causa neque hi duo Angeli ipsis favissent.] Al. *Non unus*, nempe Principum aut Regum terræ, qui omnes Ecclesiam deserent; non tamen deseretur illa à Michaele, & ille unus omnibus sufficiet [q].

[h] Pol. [i] V. * G. [k] Calv. [l] G. sim. V. [m] Calv. [n] G. [o] V. [p] G. [q] Pi. [r] Calv. † Idem. [s] G. [v] Calv. [x] Gej. [y] Mald. [z] Jun. [a] Pi. [b] G. [c] Idem. [d] Idem. * Gej. [f] Me. sim. Mald. [g] G. [h] Gej. [i] Pol. &c. [k] Calv. [l] M.

[m] Pi. Pol. [n] Pol. * Jun. [o] G. [p] Q. in Wil. [q] G. [r] Al. in Wil. Gej. † Calv. Jun. Pol. Wil. Pi. [t] Calv. [v] Jun. [x] Pol. [y] Gej. [z] Jun. [a] G. [b] M. [c] G. [d] V. * G. sim. Calv. Pi. Gej. Pol. [f] G. [g] Pol. [h] V. sim. Pi. [i] G. [k] Idem. [l] Pi. [m] Gej. ad v. 20. [n] G. [o] Calov. [p] Mald. † Gej. [q] Pol.

CAP. XI.

1. EGO *autem*] Sunt hæc verba Angeli ad Danielem [a]. Cohærent hæc cum superioribus. Angelus enim precum interpres pergit loqui, & ait se jam ab illo tempore cùm illas ardentissimas preces effudit Daniel, quæ sunt cap. 9. omni modo adjuvisse ea consilia quæ dabat Michael. Solent in aulis Regum qui plurimum habent auctoritatis habere alios qui secundas agunt [b]. Officium suum & ministerium hîc commemorat Angelus [c]. ¶ *Anno primo Darii Medi*] Quem sc. Cyrus, occupatâ Babylone, suo loco suffecit Regem fiduciarium [d]. ¶ *Stabam*, &c. עָמְדִי לְמַחֲזִיק וּלְמָעוֹז לוֹ] *Steti* (vel, *stare me*, Mo. vel, *stare meum*, sub. *fuit*, Gej. vel, *persto*, Ti.) *ad confortandum & roborandum eum*, P. Mo. vel, *ut essem confirmator* (vel, *in confortantem*, Gej.) *& protector*, Pi. vel, *in robur*, Gej. sim. JT. vel, *in confirmantem & in auxilium illi*. i. e. Vel, 1. Israeli, cujus causam agebat Michael †. Vel, 2. Michaeli [f]. q. d. Ut juvit me [Michael,] ità eum juvi in transferendo Imperio à Chaldæis ad Medos: quia mitiùs egerunt Persæ cum Judæis quàm Babylonii [g]. Vel, 3. Dario [h]: cujus tutelæ traditus est Dei populus; quem proinde juvi [i]. Al. Argumentum est à majore ad minus; quale illud, *Servare potui, perdere an possim rogas?* Ego Monarchiam transtuli in Darium, qui nihil potuit nisi per me. Possum ergò Regem Persarum arcere nè populo noceat [k].

2. *Veritatem*, &c.] i. e. Eventa instantia & certissimò futura [l]: res apertas, sine ænigmate, ut suprà 10. 1. Hîc debuerat poni capitis initium [m]. ¶ *Adhuc tres reges stabunt* (vel, *stantes*, Mo.) *in Perside*, לְפָרַס] *Persidi*, JT. *in Paras*, Pi. &c. Hi *tres* erant, vel, 1. Cyrus, Cambyses, & Smerdes [n]: vel, 2. Cyrus, Cambyses, & Darius Hystaspis. Sed obstat particula עוֹד, quæ significat, Cyro mortuo tres adhuc restare. Resp. Nondum probatum est עוד semper exclusivè sumi ad istum vel istud sub quo aliquid contigit [o]. Vel, 3. Cambyses, Hystaspis, & Xerxes. Obj. At Xerxes *quartus* mox dicitur. Hoc dubium mox solvam [p]. Vel, 4. Cambyses, Smerdis aut Pseudo-Smerdis, Mardus Æschylo, & Darius Hystasp [q]. Hos omnes, sed additis post Mardum Inter-regibus, habes apud Æsch. Persis. Vide Scalig. l. 6. Emend. ubi de Hebdomadibus [r]. Obj. Smerdes nec jure, nec diu, regnavit. Respond. Non intererat de jure, sed de numero, Regum Angelum loqui †. *Stabunt*, emphaticè, q. d. potenter imperabunt: nam post eos inclinabit Monarchia Persica [t]. Reliqui Reges non tam stantes quàm fracti apparuerunt. Vide Dan. 8. 3, 6 [v]. ¶ *Et*, &c. וְהָרְבִיעִי יַעֲשִׁיר וגו'] *Et quartus* (vel, *Quorum quartus*. Relativum includitur articulo ה; & sensus est, Illorum trium ultimus, qui idem à Cyro est quartus [x],) *ditabitur opulentiâ magnâ præ omnibus*, Mo. &c. Quartus est, vel, 1. Darius, qui scil. Græcos ad bellum provocavit [y]. Vel, 2. Xerxes [z], Darii illius filius, per Græcorum historias notissimus [a]. Ditissimus hic erat omnium Regum Persarum [b], tum, quia magnas opes ei reliquerat Darius [c], qui illas ex tributis congesserat, & propterea caupo Regni dicebatur [d]: tum, quia Xerxes ipse opibus accumulandis maximè insudavit toto sexennio regni sui antequam in Græciam irrueret, ut refert Herod. l. 5. initio †. Quatuor tantùm Regum meminit, quamvis multò plures fuerint [f], quòd illi tantùm ad legationem suam spectabant [g]; & sub eis tum Templi structura, tum reipubl. Judaicæ instauratio, præcipuam habituræ erant & difficultatem & vicissitudinem [h]: reliquorum autem historia nihil ad populum Dei attinebat [i]. Pueriliter errant Judæi, qui hinc 4 tantùm Reges superesse colligunt [k]. ¶ *Et cùm*, &c. וּכְחֶזְקָתוֹ וגו'] *Et secundùm roborari ipsum* (vel, *quum prævaluerit*, P. sic o'. *ubi confirmaverit se*, JT.) *in opulentia sua*, Mo. &c. *Et in fortitudine sua atque in divitiis suis*, M. *Fretúsque divitiis*, Ti. ¶ *Concitabit* (vel, *suscitabit*, Mo. P. &c. vel, *excitabit*, JT. Pi.) *omnes*] Subditos [l], (in provinciis 127, Esth. 1. 1 [m].) sociósque. Vide initium tragœdiæ *Persarum* Æschyli [n]. Vel, *omnia*, i. e. omnes copias & vires suas [o]. Mardonius apud Herodotum ait Xerxis tempore sub Persis fuisse Sacas, Indos, Æthiopes & Assyrios. Naves illi erant 1200, ut aiunt Cornelius Nepos & Justinus. In exercitu ejus fuerunt 5283000, ait Herodotus [p]; vel, 800000, ut refert Ctesias [q]. ¶ *Adversùm regnum Græciæ*] Omnes populos Græci nominis & Lacedæmonios cecîdit ad Thermopylas; Athenas incendit: mox terrâ marique victus domum rediit. Hoc autem non sine causa hîc narratur, ut appareat Alexandrum non sine causa probabili postea ivisse in Persas. Videsis Polybium, Curtium, & alios. Meminerit verò qui hæc & sequentia leget ejus quod nos monet Hieronymus, *Scripturæ Sanctæ propositum est, non externam absque Judæa historiam texere, sed eam quæ Israelitico populo copulata est* [r].

[Marginal notes, left column: a M. sim. Cal. Jun. Pol. &c. — b G. — c Pol. sim. Cej. — d Jun. — † Gej. — f Q. in Gej. — g V. — h Pol. Gej. &c. — i Gej. — k Calv. — l Gej. — m G. — n M. — o Gej. — p Pi. — q G. sic Mald. Jun. — r G. — † Mald. — t Pol. sim. Gej. — v Gej. — x Pi. — y M. — z Jun. Pi. Pol. Calv. Mald. T. Mo. G. &c. — a G. — b Pi. &c. — c G. sim. Jun. Pi. Pol. &c. — d Pi. ex Jun. — † Jun. — f Mald. sim. Jun. — g Mald. — h Gej. sim. Mald. — i Jun. — k Mald. — l G. Pi. &c. — m Pi. — n G. — o V.]

3. *Surget verò*, וְעָמַד] *Et* (vel, *Sed*, JT. Ca. vel, *Postea*, Pi.) *surget*, o'. Sy. Ar. ex Græcis scilicet *: vel, *exsistet*, JT. vel, *stabit*, P. M. Ti. Calv. Pi. emphaticè, indicans, vel, 1. expeditissimam promptitudinem agendi †; vel, 2. eum hostibus superiorem perstiturum [t]. ¶ *Rex fortis*] Nempe Alexander M [v]. ut patet ex v. seq. & ex collat. Dan. 8. 5, &c [x]. Occasione Græciæ jam memoratæ ad Monarchiam Græcorum transit [y]. ¶ *Dominabitur*, &c.] Mirè victoriis Imperium suum propagabit [z]. ¶ *Et faciet quod placuerit ei*] Nullo impediente [a]. Vide Plutarchum de fortuna & virtute Alexandri. Curtius, *Fatendum est tamen, qui plurimum virtuti debuerit plus debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit*. Menander, Ὡς Ἀλέξανδρος ἤδη τοῦτο, &c. (*Adeò Alexandrinum hoc est*, [i. e. fortunæ Alexandri par,] *si, quem quæram, is spontè se mihi offert*, &c.) Hic locus est Danielis, cum aliis fortè præcedentium, quem Alexandro Hierosolyma intranti ostendit summus sacerdos Jaddus. Vide Joseph. 11. 8 [b].

4. *Et cùm steterit*] Ità M. P. Ti. &c. sub. *in fortitudine sua*, V. tanquam victor Asiæ [c], & Monarcha totius orbis [d]: cùm integrarum adhuc erit virium, à nemine debellatus, non jacens, nec fugiens †: quum ad summum pervenerit, ut non ampliùs crescere posse videatur [f]: quando est ἐν ἀκμῇ, in statu [g]; ut medici morbis tribuunt incrementum, statum, & declinationem [h]. *Cùmque exstiterit*, JT. qu. d. Ubi per breve tempus in summo illo fastigio emicuerit [i]. ¶ *Conteretur*, &c.] *Quod Imperium sub uno stare potuisset, dum à pluribus sustinetur ruit*, ait Curtius [k]. ¶ *Dividetur in quatuor ventos cæli*] Id est, in 4 plagas mundi [l]: in duces quatuor, de quibus Dan. 7. 6. & 8. 8 [m]: in 4 Regna, quorum duo tantùm hoc cap. memorat, Austri, sive Ægypti, & Aquilonis, sive Syriæ [n]. ¶ *Sed non in posteros ejus*] Nimirum, transfundentur illa imperia [o]. Nam liberûm Alexandri nomen tantùm ducibus illis pro prætextu fuit, ut suprà diximus [p]. Erant Alexandro, frater Aridæus [q], necnon filii, Alexander & Hercules [r], multique alii cognati *. Sed illi momento à proceribus extincti sunt [t], & interfecti, & radicitus evulsum est totum Alexandri genus; Deo sic exigente pœnas crudelitatis ejus [v]. ¶ *Neque secundùm potentiam illius*] q. d. Longè minore dominatione [x]. Non imperabunt tam latè, neque eo modo [y]. *Ducum* nomen sibi sument initio, non *Regum*, suprà 8. 22 [z]. ¶ *Lacerabitur*, &c. כִּי תִנָּתֵשׁ מַלְכוּתוֹ וְלַאֲחֵרִים מִלְּבַד אֵלֶּה] *Quia* (vel, *Quippe*, Ca.) *exstirpabitur*, sive *evelletur*, (vel, *distrahetur*, Ti. Ca.) *regnum ejus*, & (sub. *dabitur*, M. vel, *distribuetur*, V. vel, *cedet*, JT. Pi.) *aliis præter hos*, vel *istos*, Mo. P. Ti. Scilicet, vel, 1. quatuor illos successores [a]. Etiam alii minores duces Imperii illius partes sibi vendicabunt, ut Eumenes, Philotas, Antigonus, Cassander, Menander, Leonnatus, Acropatos, Scynus, Lysimachus, & alii. Vide Arrianum, Curtium, Justinum, & alios [b]. Al. Non desinet hæc quadripartita Regni distributio cum 4 illis successoribus immediatis, sed & ad eorum successores propagabitur, &c [c]. Vel, 2. Alexandri filios [d]. Non placet. 1. Tautologicum hoc foret. 2. Dura est relatio ad remotius nomen fœmininum, לַאֲחֵרִית, *posteritati ejus* †.

5. *Et*, &c. וְיֶחֱזַק] *Et* (vel, *Itaque*, JT. vel, *Autem*, P. M. Ti. Ca.) *confortabitur*, vel *roborabitur*, Mo. P. M. vel, *invalescet*, Ca. *potens evadet*, Pi. *confirmabit se*, JT. Pi. Id est, vel, 1. confirmabit se in possessione Regni sui: vel

[Marginal notes, right column: p G. — q Pol. — r G. — * G. — † Pol. — t Gej. — v M. V. G. Jun. Mald. Ca. &c. — x Mald. — y Gej. — z G. — a Pol. — b G. — c G. — d V. — † Gej. — f Mald. — g Gej. ex Mald. — h Mald. — i Jun. — k G. — l Pi. — m G. — n M. — o Jun. — p G. — q Calv. — r Pol. — * Calv. — t Jun. Pol. &c. — v Calv. — x Pi. — y V. — z G. — a Ca. Gej. — b G. — c Gej. — d Pi. Pol. — † Gej.]

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

vel potiùs, 2. obfirmabit ſe in crudelitate in populum Dei[f]; de qua vide Agatharciden & Joſeph. Antiqu. 12. 1[g]. ¶ *Rex Auſtri*] h. e. Ægypti[h], quæ Judææ auſtralis erat[i]. Hic erat vel, 1. Ptolemæus Ceraunus, Ptolemæi Philadelphi frater[k]: vel, 2. Ptolemæus Lagi filius[l], primus poſt Alexandrum Ægypti Rex; ideo ſpeciatim nominandus, quòd is Hieroſolyma dolo cepit, teſte Jo. 12. 1. Sicut autem modò multos poſt Xerxem Perſarum Reges, ità nunc multas res ſucceſſorum, tranſilit, res Judaicas reſpiciens, ſicut modò diximus. Hic Ptolemæus magnas ſibi opes paravit, ut teſtatur Juſtin. l. 13. Hic eſt ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος in Idyllio Theocriti, qui, de filii ejus Ptolemæi Philadelphi opibus loquens, ait, —— πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὁμιλεῖ, Πολλᾶς δ' κρατέει γαίης πολλᾶς δ' θαλάσσης, &c. (*Plurimæ ipſum opes comitantur. Magno & terræ & maris ſpatio imperat*, &c.) Hæc ille à patre acceperat. Pater autem ipſe, de quo hìc ſermo, ad Ægyptum adjecerat Cyprum, Phœnicen, Cariam, aliáſque inſulas & regiones, ut hìc ex antiquis commemorat Hieronym. Addendus hìc Appiani locus ad eundem Ptolemæum Philadelphum pertinens; Καὶ τοῖς ἐμοῖς βασιλεῦσι μόνοις ἦν στρατιά, &c. (*Et Regibus meis ſolis erat exercitus, peditum myriades* 20, *equitum myriades* 4, —— *currus* 2000, ———— *opum in theſauris* 74 *myriades talentorum Ægyptiacorum*, &c.) Hieronymus eundem Ptolemæum Philadelphum ait de Ægypto per ſingulos annos accepiſſe 14 millia & 800 talenta[m]. ¶ *Et de*, &c. וּמִן שָׂרָיו יֶחֱזַק עָלָיו] *Et* (vel, *Sed*: nam ו oppoſitivè capitur, & ſubeſt antitheſis inter Ptolemæum & Antiochum[n].) *de*, vel *ex*, *principibus ejus*, (i. e. vel, 1. Ptolemæi Lagi. Obj. Cur igitur non dixit, *ex filiis ejus?* Reſpond. Quia non habuit filios legitimos, ſed Arſinoem ſororem inceſto conjugio duxit, &c[o]. Vel, 2. Alexandri M[p]. antè indicati[q]. Sub. *egredietur*, V. & ſub. *alter*, JT. Calv. vel, *alius*, Pi. Pol. vel, *aliquis*, quod in diſtributionibus ante מִן & ἐξ non raro ſupplendum eſt: ut Num. 24. 19. *de Jacob*; Job. 6. 25. מִכֶּם *de vobis*; Matt. 23. 34. ἐξ αὐτῶν *ex illis*: in quibus locis ſupplendum *aliquis*. Nempe, vel, 1. Ptolemæus Philadelphus, Ptolemæi modò dicti filius, qui, utut natu minimus, hæres Regni factus eſt[r]: vel, 2. Antiochus *: vel, 3. Seleucus Nicanor, ſeu Nicator[t].) *& roborabitur* (vel, *confirmabit ſe*, JT.) *ſuper* (vel, *adversùs*, Calv.) *eum*, Mo. JT. ſim. Pi. &c. vel, *prævalebit illi*, P. Res magnas geret Seleucus, qui, capto Demetrio, Syriæ adjecit Aſiam, Juſt. 16. Vicit prælio & Lyſimachum Thraciæ Regem, & Antigonum in Phrygia, & Androcotum in India, ob tot inſignes victorias dictus *Nicator*, teſte Appiano[v]. *Prævalebit illi*, nempe Regi Auſtri[x]. Evadet fortior, ſive potentior, Ptolemæo[y]. [Alii verò verba ſic reddunt, *magis quàm principes ejus, fortiórque erit eo*, M. *etiam unus principum ejus, quem* alius *ſuperabit*, Ti. *& de illius principibus unum ſuperabit*, Ca. ¶ *Et*, &c. וּמָשַׁל וגו'] *Et dominabitur, dominium amplum* (vel, *potentiſſimum*. M. *dominatio multa*, Mo. ſub. *erit*, P. JT. &c.) *dominium ejus*, JT. ſim. Pi. Ti. Hoc dicit propter adjectionem Gog ad Magog. Vide Ezechielem. Appianus ea quæ Seleucus tenuit commemorans, in iis ponit Syriam, Phrygiam, Meſopotamiam, Bactrianam, Arabiam, Pyros, Sogdianen, Arachoſiam, Hyrcaniam, & Indiæ multa, etiam ultra flumen Indum; addítque multò potentiorem fuiſſe aliis qui Alexandro ſucceſſerunt: conditas ab eo urbes Antiochias 16, Laodiceas 5, Stratoniceam, Berrhœam, Edeſſam, Perinthum, Maroneam, Callipolin, Achaiam, Pellam, Oropum, Amphipolin, Arethuſam, Aſtacum, Tegeam, Chalcida, Lariſſam, Heræam, Apolloniam; in Parthia, Soteram, Calliopen, Charita, Hecatompolin, Achaiam alteram; apud Indos, Alexandropolin; apud Scythas, Alexandreſchata: Nicephorium præterea in Macedonia, in Armenia Nicopolin; dictas has urbes ex ſuis victoriis[z]. Agit de ſtatu Regni & Ægyptii & Syriaci, quippe inter quæ media erat Eccleſia Dei, quam his prædictionibus fulcire voluit, &c[a].

6. *Et*, &c. וּלְקֵץ וגו'] *Et in fine annorum*, Mo. P. M. &c. *Et poſt aliquot annos*, Ti. ſim. JT. Pi. Poſt diuturnum bellum[b]. Significat, non primos Syriæ Ægyptíque Reges hìc intelligi, ſed eorum ſucceſſores[c]. ¶ *Fœderabuntur*; ſim. Ti. Sy. יִתְחַבָּרוּ] *Conjungentur*,

f Jun. g Pol. h V. Pol. i Pol. k Ca. l Jun. Pi. Calv. G. Pol. Gej. m G. n Calv. o Jun. p V. Ca. G. Calv. Me. Gej. &c. q G. r Per. & San. in Gej. * V. Calv. t Pi. Pol. G. Gej. v G. x V. Pi. y V. Pol. ſim. Calv. z G. a Calv. b Pol. ſim. Gej. c Gej.

Mo. P. *conſociabunt ſe*, JT. Pi. ſim. M. V. Ca. Calv. Venient ad fœdera, hinc Ægypti, indè Syriæ Aſiæque, Reges[d]. Duplex pacis tempus hìc deſignat: 1. initæ à Ptol. Lagi cum Antiocho Sotere; 2. confirmatæ à Ptolemæo Philadelpho Lagi filio cum Antiocho Theo Soteris filio *. De poſteriore inprimis loquitur[f]. ¶ *Filiáque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis*] Berenice, vel Beronice, vel Bernice, nubet Antiocho cognomine Theo, ſive Deo[g], [Cujus loco Ca. Antiochum Hieracem, Antiochi Dei filium, perperàm reponit.] qui filius fuit Antiochi Soteris, nepos Seleuci Nicanoris[h], ſive Seleuci Lagidæ; deducente eam patre Peluſium uſque cum infinitis millibus auri & argenti: unde ipſa dicta φερνοφόρος, (*dotalis*, ſive *dotem afferens*,) teſte hìc Hieronymo. Vide & Appianum[i]. ¶ *Facere*, &c. לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים] *Ad faciendum* (vel, *ut faciat*, vel, *ut ſanciat*, Ti.) *æquitatem*, V. M. vel, *æquum*, i. e. fœdus *: vel, *pacem*, Ti. *fœdera*, ο'. Ar. Th. in G. vel, *æquis conditionibus* pacem, JT. Pi. vel, *rectitudines*, P. Mo. Calv. G. Id eſt, ad complanandum illa quæ hactenus inter utroſque Reges fuerant tortuoſa & iniqua[k]. Per fœdera corriguntur curva[l]. At nihil ſincerè inter hos Reges geſtum eſt[m]: Ptolemæus inhiavit Regno Syriaco[n], & Antiochus Regno Ægypti[o]. Repudiavit Antiochus juſtam uxorem ſuam Laodicen, ex qua binos ſuſtulerat liberos[p], ut Berenicem, ſororem ejus, duceret[q]. Nihil ergò hìc erat rectum. Conceſſio ergò eſt in voce *rectitudinum*. Non laudat eos Angelus, aut perfidiam excuſat, ſed potiùs crimen amplificat, quòd abuterentur tam prætextu ſacri conjugii quàm fœderibus, quæ Deus vult ſancta eſſe inter homines. Nomen hoc honorificum eſt, ſed hìc ponitur quaſi probroſé: ut ſciamus damnari & Ptolemæum, quòd filiam proſtituit; & Antiochum, quòd eam duxit. Et forſan Deus oſtendere voluit quàm ſpecioſis coloribus Reges ſæpe tegunt fraudes ſuas[r]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תַעְצֹר כּוֹחַ הַזְּרוֹעַ] *Et* (vel, *Sed*, P. JT. Pi.) *non continebit* (vel, *retinebit*, P. *obtinebit*, Mo. JT. Pi. *illa*, JT.) *robur*, vel *vires*, *brachii*, M. JT. Pi. &c. Non diu erit in gratia †, aut authoritate[t]: nam זְרוֹעַ ο'. vertunt, ἀντίληψιν, (*opitulationem*, vel *defenſionem*[v].) Pacem initam non poterit firmare[x], aut ampliùs alere; ut ulnis videmus faſcem adunari, & ſimul conſtringi atque contineri[y]. Al. *Et brachium non obtinebit robur*, Gej. ſim. Calv. *Brachium* (quod pro præſidio quo quis nititur poni ſolet, Eſa. 33. 2. Jer. 17. 5.) hìc eſt, vel connubium, vel filia Regis, vel militare quodvis præſidium aliud[z]. ¶ *Nec*, &c. וְלֹא יַעֲמֹד וּזְרֹעוֹ] *Et non* (vel, *Neque*, M. JT. Pi.) *ſtabit*, (vel, *conſiſtet*, JT. Pi. ſub. *in vita*, V. & ſub. *ipſe*, Ca. JT. Pi. ſim. P. i. e. vel, 1. Ptolemæus[a]; vel, 2. Antiochus[b]: vel, ſub. *ipſa*, G.) *&* (vel, *neque*, Calv.) *ſemen ejus*, Mo. M. &c. vel, *cum brachio ſuo*, JT. *& brachium ejus*, Pi. *aut proles ejus*, Ca. i. e. vel, 1. filia ejus[c], Berenice[d]; quam hìc vocat *brachium ipſius* *, quia vice brachii ipſi eſſe debuerat ad firmandam pacem[f]: vel, 2. filius ex Berenice genitus[g]. Neque ipſa, neque ſtirps ejus, in Imperio manebit[h]. [Ti. verba ſic reddit, *Neque ſubſiſtet ipſius etiam brachium.*] ¶ *Et* (vel, *Sed* JT. Pi. &c.) *tradetur* (vel, *dedetur*, Ca. *dabitur*, Gej.) *ipſa*] Ità M. P. Mo. &c. vel, 1. proditione[i], in manus hoſtium[k]; ut verbum hoc uſurpatur Levitic. 26. 25. Eſt. 9. 7. Jer. 32. 24[l]: vel, 2. in mortem[m]. Antiochus Berenicen repudiavit, & recepit priorem uxorem Laodicen[n]: quæ primò Antiochum veneno ſuſtulit, Seleuco Callinico filio ipſius per Laodicen ejus loco conſtituto; Berenicen verò, cum filio, aliis occidendam tradidit[o]. Berenice, cùm in Daphneo ſe clauſiſſet cum filio ſuo, dolo circumventa & trucidata eſt à Seleuco. Narrant Juſtinus & Appianus[p]. Hinc innumeræ clades & bella perpetua inter duos Reges[q]. ¶ *Et qui*, &c. וּמְבִיאֶיהָ וְהַיֹּלְדָהּ] *Et qui adduxerunt* (*deducentes*, Ti. ſim. Mo.) *eam*, M. G. ſic P. Calv. &c. (id eſt, qui eam comitati ſunt[r], nempe ex Ægypto †: miniſtri nobiles à patre adjuncti ſponſam comitantes, & poſtea ipſi adhærentes[t]. Vel, authores conjugii inter Antiochum & Berenicen, qui etiam miſſi ſunt ut honoris causâ eam in Syriam adducerent[v].) *& genitor*, vel *parens*, *ejus*, Mo. P. M. Ti. Ca. Gej. ſim. Calv. ratione ſcilicet vilipendii, quando nulla ipſius habita fuit ratio quò minùs filia trucida-

d G. * Jun. ſim. Pol. Gej. f Pol. g M. V. G. Jun. Pi. Po. Calv. Wil. et. La. &c. h Jun. i G. * Ca. k Gej. l G. m Calv. n Calv. ſic Gej. o Gej. p Jun. q Pol. r Calv. † Pol. t G. ex V. v G. x Pi. y Jun. z Gej. a Ca. Calv. Pol. b M. Calv. Pi. c V. d Ca. Pi. V. * V. f Pol. g Calv. h G. i Calv. k G. ſim. Gej. l Gej. m V. Calv. n Jun. ſim. Gej. o Gej. p G. q Jun. r G. ſim. Calv. † G. t Gej. v Calv.

trucidaretur [x]. Vel, *& quæ genuerit eam.* At quia de matre vix potest exponi, ideo putant genitricem poni pro nutrice [y]. Verùm participium hoc est mascul. non fœminin. Et quanquam nonnulla exemplaria vocem hanc legant sine Mappik, emendatiora tamen illud habent [z]. Vel, *& cum nato ejus*, Pi. sim. JT. ¶ *Et qui*,&c. וּמַחֲזִקָהּ בָּעִתִּים] *Et confortans*, vel *qui confortabat*, (vel, *& qui retinuerat*, Ti. vel, *& qui confirmaverit*, JT. Calv. vel, *& cum illo qui confirmaverit*, Pi. *& adjutor*, Ca. *quique roboravit*, M.) *eam in temporibus*, Mo. vel, *per tempora*, M. *certis temporibus*, Ca. Gej. *eodem tempore*, Ti. *temporibus illis*, P. M. JT. Pi. Calv. Pol. Designat hîc vel, 1. maritum, qui eam aliquamdiu ut Reginam confortaverat [a]: [qui etiam quodammodo cum illa, nempe eodem ferè tempore & illius causâ, occisus est.] Vel, 2. eos omnes qui volebant aucupari gratiam apud Regem, & ideo conciliaverant has nuptias. Tota igitur illa factio unà perit [b].

7. *Et* (vel, *Postea*, JT. Pi.) *stabit* (vel, *surget*, ό. V. *succedet*, Ti. Ca. *exsistet*, Pi. sub. *quidam*, Ti. Pi. sim. Gej.) *de germine radicum* (i. e. parentum; ut Judæorum *radix* appellantur Patriarchæ, Rom. 11. 16, 17. Confer Esa. 11. 1, 10. Rom. 15. 12 [c].) *ejus*] Ità P. Ti. &c. nempe Berenices [d]: qu. d. è stirpe illarum radicum ex quibus ipsa processerit *. Ex Ptolemæo Philadelpho, unde nata Berenice [f], exsistet Ptolemæus Euergetes [g]. ¶ *Plantatio*, כַּנּוֹ] *Basis ejus*, Mo. vel, *præparationis illius*, ό. in *gradu* (vel, *basi*, vel *statione*, Pi. *statu*, JT.) *ejus*, M. vel, *suo*, Calv. super *basi sua*, Gej. sim. P. Subauditur עַל, ut Psalm. 3. 8. collat. cum 2 Par. 18. 23 [h]. *In regnum*, Ti. כֵּן sign. *basin* sive *sedem* rei firmam, cui ipsa innititur [i]. q. d. Regnum paternum obtinebit [k]. Ad gradum suum, nempe Regium, perveniet jure hæreditario [l]. Succedet Ptolemæo Philadelpho [m], parenti defuncto [n]. ¶ *Et veniet*, &c.] Ad vindicandam sororis injuriam; Appianus Syriacis, Justinus lib. 27 [o]. ¶ *Et*, &c. וְיָבֹא בְּמָעוֹז וגו׳] *Et invadet* (vel, *ingredietur*, Mo. P. G. &c.) *arcem*, &c. Ca. vel, *munitionem*, &c. Mo. P. G. Ti. i. e. fines [p]; vel, munitionem præcipuam [q]: vel, *habitaculum*, M. vel, *munitiones*, JT. Pi. Gej. ut sit enallage numeri [r]. Ingressus est Syriam *, ait Appianus [t], & tantam formidinem passim injecit, ut se dediderint multæ urbes munitæ [v]. ¶ *Et*, &c. וְעָשָׂה בָהֶם וְהֶחֱזִיק] *Et faciet in*, vel *de*, *eis*, (sub. *pro voluntate*, P. vel, *Agétque contra eas*, JT. Pi.) *& confortabitur*, Mo. sim. M. P. vel, *ità ut occupet*, JT. vel, *& occupabit* eas, Pi. vel, *& obtinebit*, G. ex Th. Sensus est, Ità aget intra illos fines, ut potiatur bonâ parte Syriæ & multis urbibus, ut refert Justinus [x]. *Facere*, sine adjecto, Hebræis est, res magnas gerere [y]. *Et faciet cum illis*, nempe munitionibus earúmque incolis, pro lubitu. עָשָׂה *facere*, pro, *perficere* animi desideria, ut infrà v. 17, 28, 30, 32. & Dan. 8. 24 [z]. Evadet victor [a]. q. d. Interficiet Seleucum Callinicum cum matre [b]. Seleucus, suspectam habens fidem fratris Hieracis, (quem cum copiis suis accersiverat,) cum hoste suo transegit, &c [c]. [Alii verba sic reddunt,] *Et in eis res gerens præclaras obtinebit*, Ti. *Efficiétque ut illos superet*, Ca.

8. *Et deos* (i. e. idola [d], aurea & argentea *,) *eorum*] Nempe Syrorum [f]. ¶ *Vasa*, &c.] Nempe vasa simul & simulacra 2500. In iis etiam simulacra quæ Cambyses olim ex Ægypto in Persida asportaverat, ob quæ reducta *Euergetes* dictus Ægyptiis. Ità ex historiis Hieronymus [g]. ¶ *Ipse*, &c. וְהוּא שָׁנִים וגו׳] *Et ipse annos*, vel *annis*, (sub. *aliquot*, P. Ti. Ca. Pi. vel, *pluribus*, M. Calv. vel, *multis*, JT. per 46 annos, quibus regnavit Ptolemæus [h],) *stabit* (sub. *tutus*, P. vel, *perstabit*, Ti.) *à rege*, (vel, *præ rege*, Gej. *quàm rex*, M. Calv. *potentior rege*, Pi. sim. JT. *cum non infestabit rex*, Ti.) *Aquilonis*, Mo. P. *Atque is quidem* aliquot *annis resistet regi septentrionali*, Ca. Nisi in Ægyptum domesticâ fortunâ revocatus esset, totum Regnum Seleuci occupâsset, ait Justinus [i].

9. *Et*, &c. וּבָא בְּמַלְכוּת וגו׳] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi. *Postquam*, G.) *intrabit* (vel, *veniet*, M. P. JT. &c. vel, *ingressus fuerit*, G.) *in regnum* (sub. *illius*, nempe Seleuci [k], sive Syriæ [l]; vel, sub. *suum*, P. scilicet cum spoliis [m];) *rex Austri*, Mo. Ptolemæus ille [n]. ¶ *Revertetur ad terram suam*] In Ægyptum, non impunè tantùm, sed cum maxima præda ad 40000 talentorum argenti [o].

Venire & *redire* hîc emphaticè ponuntur, q. d. sine molestia, sine metu vel periculo [p].

10. *Filii autem ejus*] i. e. Regis septentrionalis, v. 8. memorati [q]; Seleuci Callinici [r]: nempe Antiochus M. & Seleucus Ceraunus †. ¶ *Provocabuntur*, &c. יִתְגָּרוּ וְאָסְפוּ הֲמוֹן חֲיָלִים רַבִּים] *Miscebunt se*, (sub. *bello*, Pi. vel, *irritabuntur*, P. simil. M. Ti. Ca. facto scilicet isto Ptolemæi Euergetæ [t]: vel, *miscebunt bellum*, JT. cum Rege Austri, Ptolemæo Euergete [v], & filio ejus, Ptolemæo Philopatore †:) *& colligent* (vel, *postquam collegerint*, JT. Pi.) *turbam*, sive *multitudinem*, *exercituum plurimorum*, Mo. P. M. sim. Ti. Pi. vel, *multitudinem*, *copias amplas*, JT. ¶ *Et*, &c. וּבָא בוֹא וְשָׁטַף וְעָבַר] *Et veniet veniendo*, (vel, *veniet subindè*, JT. *veniet subitò*, Pi. veniet certò, festinanter, animosè [x]: sub. *unus ex illis*, Pi. vel, alter eorum, nempe Antiochus Magnus [y]. Is jam solus designatur [z], & mutatio fit numeri [a]; quia Seleucus Ceraunus in ipso molimine intercidit [b], veneno sublatus [c].) *& inundabit*, *& transibit*, Mo. P. Pi. &c. nempe in Ægyptum [d]; in Syriam, à Rege Ægypti patri suo Seleuco ereptam *; in Judæam cum Cœle Syria, prodente eam (ut refert Polyb. lib. 4.) Theodoto Ptolemæi Philopatoris toparchâ [f], qui, ob offensionem quandam, & ob pravos Regis sui mores, facilè cum Antiocho transegit [g]. Sensus est, Magno impetu recuperabit regiones patri suo à Rege Ægypti ademptas [h]. [Ti. verba sic reddit, *Unúsque magno apparatu veniens inundabit, & progredietur* ultra fines Regni.] ¶ *Et*, &c. וְיָשֹׁב וְיִתְגָּרֶה עַד־מָעֻזֹּה] *Et* (vel, *Postea*, P. *Deinde*, Pi. *Sed*, Ti.) *revertetur*, Mo. P. M. Ti. Pi. *& irritabitur* (vel, *& incitabitur*, M. vel, *& se* bello *miscebit*, Pi. Al. *Et reversus miscebit bellum*, JT. *Et transibit*, per eum locum cui nomen *Phanuel*, quod Θεοῦ πρόσωπον (*facies Dei*) vertit Polybius, *iterum irritatus*, frustrà tentatâ pace [i]; sub. *deveniétque*, P.) *usque ad* (vel, *adversùs*, Ti.) *fortitudinem ejus*, Mo. vel, *munitionem suam*, sive *ejus*, P. Calv. JT. Pi. nempe Ptolemæi Philopatoris [k]; i. e. usque ad munitissimam Ægypti urbem, Rabbatamessanam, sive Raphiam [l], quæ velut clausura Ægypti erat adversùs omnes incursiones hostium per Arabiam Petræam aut Idumæam irrumpentium [m], quam occupabit, Polyb. l. 5 [n]. Vel, *munitiones suas*, Ti. vel, *fines ejus*, ad ulteriora, captis Botry, Triere, Calamo, Philoteriâ, Atabyrio, Pellâ, Camaone, Gephrone, Abylâ, Galatide, Gadoris, & in Arabia Rabbatamano, &c [o]. Causa tanti successûs erat Philopatoris tum ignavia [p], (quòd ipse luxuriæ se totum tradiderit [q],) tum crudelitas, quòd patrem & matrem & fratrem occidisset; ideóque popularibus suis exosus erat & infamis, ignominiosè dictus *Philopator* [r].

11. *Et*, &c. וְיִתְמַרְמַר וגו׳] *Et* (vel, *Unde*, P. JT. *Tunc*, Pi. *Ergò*, Ca. *Etiam*, Ti.) *bile movebitur* (vel, *exacerbabitur*, P. M. Pi. Calv. &c.) *rex Austri*, Mo. &c. Philopator †, tantis damnis excitus [t], Syriâ ereptâ, ipsóque de vita & Regno periclitante, excitatus est, homo alioquin segnis [v]. ¶ *Egredietur*, (ex Ægypto [x],) *& pugnabit*, &c.] Cum Antiocho Magno †, ad Raphiam: cujus meminit, præter Polyb. Strab. lib. 6. & Scriptor 3. Maccabaici [y]. ¶ *Et*, &c. וְהֶעֱמִיד וגו׳] *Et stare faciet* (vel, *statuet*, Calv. *opponet*, JT. *producet in aciem*, Ti.) *turbam magnam*, Mo. JT. &c. *maximo exercitu contracto*, G. Intellige hoc, vel, 1. de Antiocho M [z]. cui erant peditum 70, equitum 5, millia, &c [a]: vel potiùs, 2. de Ptolemæo [b], cui erant peditum 62, equitum 6, millia, &c [c]. ¶ *Et dabitur multitudo* (i. e. exercitus Antiochi *) *in manus* (vel, *manum*, Calv.) *ejus*] Ex militibus Antiochi ultra 10000 occisi [d], & 4000 capti [f]. Vide Polyb. l. 5. Strab. l. 16 [g].

12. *Et capiet*, &c. וְנִשָּׂא הֶהָמוֹן יָרוּם לְבָבוֹ] *Et* (vel, *Unde*, P. Ti.) *elevabitur* (vel, *extollet se*, P. sim. Ti. Calv.) *multitudo*, Mo. P. Ti. (vel, *multitudo illa*, M. Calv. exercitus Regis Austri cum ipso Rege *:) *exaltabit* (vel, *elevabitur*, P. & *insolescet*, Ti.) *cor suum*, Mo. P. &c. vel, *ejus*, Ti. *Victor animo superbiet exercitus*, Ca. [Alii verba sic reddunt ;] *Quùmque sublata fuerit multitudo illa, extolletur cor ejus*, Pi. simil. JT. G. Si juvisset fortunam virtute Ptolemæus, totum Syriæ Regnum facilè occupare poterat [h]: populi & urbes certatim se ei dederunt. At ille, cùm victoriam persequi posset, neglexit, & lega-

& legatos Antiochi pacis causâ missos admisit, &c [i]. Omni metu abjecto, luxui se dedit & amoribus psaltriæ ac concubinarum. Syriâ ac Judæâ intratis, Templum Dei contemnit, in adytum intrans, contra Legem [k]. ¶ *Et*, &c. וְהִפִּיל רִבֹּאוֹת] *Et* (vel, *Et quum*, JT. Pi. *Etiamsi*: sic ו sumitur Cohel. c. 9. v. 16. Dan. 9. 25. & alibi [l].) *dejiciet* (vel, *sternet*, sive *prosternet*, Ti. P. Ca. *dejecerit*, JT. &c.) *decem millia*, Mo. M. vel, *viginti millia*, P. vel, *legiones*, Ca. vel, *myriades*, Ti. JT. Pi. Calv. sub. *aliquot*, Ti. Pi. רִבֹּאוֹת (plurale à sing. רִבּוֹא, *myriades*, Ezr. 2. 64. Neh. 7. 66, 72 [m].) propriè 20000; sed ponitur fortasse numerus certus pro incerto [n]: q. d. magnas copias [o]. Plurimi quippe occisi sunt, non modò in acie, sed in fuga & aliis conflictibus [p]. ¶ *Sed*, &c. וְלֹא יָעוֹז] *Et non* (vel, *Sed non*, Pi. Gej. sic Ti. *Neque*, Ca.) *roborabitur*, Mo. M. Calv. sic JT. Pi. vel, *pollebit*, Ca. vel, *victoria erit solida*, Ti. vel, *prævalebit*, P. i. e. Ipsum Antiochum neque interficere neque capere poterit [q]: nam ille aufugiet [r]. *Non roborabitur*, pro, Robur non continuabitur. Sic Levit. 6. 12. *succendetur*, i. e. succensus continuabitur; 2 Par. 29. 11. *ne erretis*, i. e. errare pergatis; Dan. 2. 24. *nè perdas*, i. e. nè perdere pergas, ex collat. v. 13 †.

13. *Rex Aquilonis*] Antiochus M [r]. ¶ *Multitudinem*, &c.] Nempe militum †, ex Babylonia maximè [v]; sed & ex Media, teste Appiano [x]. ¶ *Et in*, &c. וּלְקֵץ הָעִתִּים שָׁנִים] *Et in fine temporum annorum*, Mo. M. V. vel, & *annorum*. Ellipsis copulæ: ut Esa. 63. 11. *Mosis* & *populi*; Hab. 3. 11. *sol* & *luna* [y]. *Et exacto tempore aliquot annorum*, Ti. sim. P. Ca. Post sex annos, juxta Calvisium [z]. *Dein, exactis illis temporibus, annis* illius, JT. scilicet Philopatoris defuncti [a]. Mortuo Philopatore, Regnúmque adepto filio hujus Ptolemæo Epiphane [b], adhuc puero [c], sub quo impurissimus ille Agathocles, ob dissolutionem & superbiam odio habitus, tutorio jure Ægyptum administrabat. Hâc occasione usus est Antiochus [d]. ¶ *Veniet properans*, &c.] Sperans se Ægyptum ei eripere posse; Appianus dicto loco, Polybius lib. 16. citante Josepho 12. 3. & lib. 16. & 17. in Fragmentis [*].

14. *Multi consurgent* (vel, *stabunt*, Mo. M.) *adversus regem Austri*] Philippus Macedo societatem iniit cum Antiocho M. ad invadendam Ægyptum [f]. Al. *obsistent australi regi*, i. e. Antiocho Epiphani [g]. [Immanis error. Hunc enim, vel saltem aliquem Syriæ Regem, esse Regem Aquilonis, vel lippis notum.] ¶ *Filii*, &c. וּבְנֵי פָּרִיצֵי עַמְּךָ יִנַּשְּׂאוּ] *Et* (vel, *Necnon*, Ca. vel, *Verò*, JT. Pi.) *filii dissipatorum* (vel, *pestilentium*, o'. *nebulonum*, M. *perfractorum*, G. sim. Pi. Gej. Legis scilicet †, ut Psalm. 17. 4. Jer. 7. 11: *grassatorum*, vel *latronum*, qui violenter repagula effringunt, v. g. legum, pactorum, honestatis, &c. à פָּרַץ, *disrupit, irrupit* [h]: vel, *factiosorum*, Pi. vel, *dissipatores*, Calv. V. *effractores*, JT. vel, *homines profligati*, Ca. sive, *violenti*, Ti. Quidam etiam nebulones, sive prævaricatores [i]. *Filii latronum* hîc, pro latronibus: ut, *filii egeni*, Psal. 72. 4. *nobilium*, Coh. 10. 17. *Græcorum*, Joel. 3. 6. vel 11. *Æthiopum*, Amos. 9. 7. pro egenis, nobilibus, Græcis, Æthiopibus [k].) *populi tui* (vel, *è populo tuo*, Ti. simil. M. Ca. Alloquitur Danielem [l].) *elevabuntur*, vel *extollentur*, Mo. P. M. Ti. Sy. & audacter se Antiocho opponent, in suam perniciem [m]: superbient freti armis [n]. Vel, *tollentur*, JT. Pi. sc. è medio per Antiochum [o]. פָּרִיצִים hîc vocat homines factiosos [p], (qui unitatem violârunt, dum quisque se adjiceret exteris Regibus; unde factum ut Judæa nunc Syris, nunc Ægyptiis, præda fieret [q]:) vel, apostatas Judæos [r], qui, in gratiam Ptolemæi Euergetæ, cùm is Scopam misisset, & per eum pleraque Judææ sui juris fecisset, à Religione defecerunt †; qui fugerunt cum Onia [t], & Altare (Templúmque [v]) exstruxerunt in Heliopoli Ægypti [x]. Ptolemæum autem Epiphanem id omni modo egisse ut Judæos multos ab Judaismo abduceret, discas ex Maccabaico tertio †. ¶ *Ut impleant* (vel, *Ut statuant*, P. M. *Ad stabiliendum*, JT. Pi. Calv. *Ut comprobetur*, Ca.) *visionem*] Ità Gej. &c. vel, *vaticinium*, Ti. *oraculum*, Ca. Intelligi hoc potest vel, 1. de illo Esa. 19. 19 [*]. de Altari in Ægypto exstruendo; cujus prætextu hoc fecit Onias [y]: non intelligens ibi non agi de Templo veteris ritûs, quod non nisi unum, idque Hierosolymæ, exstrui

[Marginal notes: i Pol. — k G. — l Gej. — m Gej. sim. V. — n Mald. sim. V. — o Calv. — p Gej. — q G. ex Hi. — r V. — † Gej. — † G. Ca. Pi. &c. — † Pi. &c. — v G. ex Hi. — x C. — y Gej. — z Idem. — a Pi. — b G. sim. Pol. Pi. Calv. — c Pi. sim. Pol. Calv. — d Pol. — * G. — f G. ex Hi. sim. Pol. Pi. Calv. Mald. T. &c. — g Ca. — † G. — h Gej. — i V. — k Gej. — l V. — m Gej. — n G. — o Pi. — p Calv. Pi. Gej. &c. — q Calv. — r M. — † G. — t Wil. — v Wil. Mald. — x M. — † G. — * V. &c. — y Mald. Calv. &c.]

poterat [z]; & Prophetas de spirituali Regno Christi figuratè loqui solere [a]. Hæc porrò Templi exstructio non stetit à partibus Antiochi, sed potiùs Ptolemæi; eadémque cœpit tempore demum Ptolemæi Philometoris, non verò Epiphanis [b]. Vel, 2. de arcano certóque Dei consilio, sine quo istas non futuras turbas significat; & de præteritis prædictionibus Prophetarum, qui fideles de multis Ecclesiæ vexationibus admonuerant: quas [prædictiones] apostatæ illi complebant, quanquam id illis propositum non esset. Hoc dicit in solatium fidelium [c]. Vel, 3. [hoc modo;] ut eo modo impleantur veteres prophetiæ, quæ Legem spernentibus omnia mala denunciant [d]. *Ut statuminetur*, i. e. vera, constans ac immota probetur, *visio*, quando Deus hunc populum suum descripsit tanquam ingratum, refractarium, &c. tum in Mose, Deut. 32. 15, 28. &c. tum in Prophetis reliquis [*]. Vel, 4. ut Deus hoc modo stabiliat reliquas visiones seu prophetiæ hujus partes [f]. ¶ *Et corruent*] Ità P. JT. &c. Antiocho Scopam & ipsos vincente [g]. Neque Altare hoc & Templum stabilient res profugorum Judæorum, sed potiùs atterent & pessundabunt [h].

15. *Et*, &c.] Vel, *Nam veniet*, &c. Causam narrat ruinæ illorum Judæorum qui Legem contempserant [*]. ¶ *Et*, &c. וְיִשְׁפֹּךְ סוֹלְלָה] *Et fundet*, vel *effundet*, (quod non tantùm de rebus liquidis usurpatur, sed etiam de aridis [i]: vel, *exstruet*, Ti. vel, *diffundet*, JT.) *aggerem*, M. P. Mo. Pi. Ti. Calv. &c. vel, *aggestas moles*, JT. Pi. vel, *missilia catapultaria*, Jun. Pol. Vox סוֹלְלָה significat *catapultam*, vel *balistam* tormentariam, h. e. instrumentum bellicum quo lapides jaciebantur olim intra urbem vel arcem obsessam [k]. Eadem vox & phrasis exstat 2 Reg. 19. 32 [l]. Sed malo *aggerem* vertere, à סָלַל, *aggessit, contumulavit*, &c [m]. Sensus, Vallum castrense jaciet contra Sidonem †. ¶ *Capiet urbes*, &c. עִיר מִבְצָרוֹת] *Urbem munitionum*, Gej. sic Mo. h. e. insigniter munitam, sive præcipuam Regni munitionem: vel, singulare collectivè ponitur, ut sæpe fit [n]. *Urbes munitas*, P. Pi. &c. in Cœlesyria, teste Liv. l. 33. in Samaria, Joseph. 12. 3. adde & in Ægypti finibus, teste Appiano [o]. ¶ *Et brachia Austri*, &c.] Id est, vel, 1. duces [p]; vel, 2. vires [q]. Non poterunt illa loca tueri Ægyptii [r]. Fortissimi quique non poterunt resistere †. ¶ *Et*, &c. וְעַם מִבְחָרָיו] *Et* (vel, *Nec*, P. JT. Pi.) *populo* (vel, *populus*, P. JT. Pi.) *electorum* (vel, *electionum*, P. *delectuum*, *delectus*, Pi. *electiori*, M.) *ejus*, &c. Mo. *Lectique homines*, &c. Ca. *Neque delecti milites*, &c. Ti. Locum sic verto, *Et quanquam populosa erit juventus ejus, non tamen vires habebit ad obsistendum*; Antiocho Magno scilicet [t].

16. *Et*, &c. וְיַעַשׂ הַבָּא] *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *faciet* (vel, *aget*, M.) *veniens* (*qui veniet*, P. nempe Rex Aquilonis, de quo v. 15 [v].) *ad* (vel, *contra*, P. Pi.) *eum*, &c. Mo. *Eum enim aggressus rem geret*, &c. Ti. *Quúmque fecerit aggrediens eum*, &c. JT. *Postquam contra illum veniens fecerit quæ voluerit*, &c. G. ¶ *Et*, &c. וְיַעֲמֹד בְּאֶרֶץ הַצְּבִי] *Et stabit* (vel, *consistet*, Ca. *firmabit se*, G. sub. *victor*, P.) *in terra ornamenti*, Mo. vel, *decoris*, JT. Pi. *amœna*, M. *desiderabili*, P. *nobili*, Ca. nempe in Judæa [x]. Vide Dan. 8. 9 [y]. & 2 Sam. 1. 19 [z]. Antiochus M. multis victoriis potitus, Judæam omnem, Judæis non nolentibus, tenuit, & ex eorum commeatu aluit exercitum; &, urbe Hierosolymorum intratâ, Scopæ milites, qui in arce erant, obsedit: Joseph. 12. 3. qui & Polybium allegat [a]. ¶ *Et*, &c. וְכָלָה בְיָדוֹ] *Et deficiet in manu ejus*, M. P. Mo. sub. *terra*, vel *regio*, V. *Et consumptio erit in* (vel, *sub*, Calv.) *manu ejus*, i. e. valde affliget Judæos [b]. *Quam consumet manu suâ*, JT. quia Israelitæ pacem coluerant cum Ægyptiis [c]. Potentiâ suâ Judæam vastabit [d]. Al. *Quæ cedet ei*, Ti. *Quæ per eum conficietur*, Ca. Al. *Et consummatio erit in manu ejus*, Pi. Pol. i. e. effectum dabit quod instituet [*]: perficiet expeditionem ex animi sententia [f]. *Et perficietur per eum*, i. e. Judæa sub ipso florebit. Nam Antiochus M. dispersos Judæos Hierosolyma revocavit; ibi habitantes in triennium immunes fecit tributorum; tertiâ parte eorundem tributorum levavit in perpetuum; senatores, sacerdotes, Levitas immunes fecit à capitatione & auro coronario; vivere Judæos ex legibus Judaicis vo-

[Marginal notes: z Mald. — a Calv. — b Gej. — c Calv. — d G. — * Gej. — f Pi. — g G. — h T. — * G. — i Pol. — k Pol. ex K. — l Pol. — m Gej. — † G. ex Hi. — n Gej. — o G. — p Pi. Pol. — q Jun. — r G. — † V. — t G. — v Gej. — x M. Ca. G. Calv. &c. — y V. G. — z Mald. — a C. — b Q. in V. — c Jac. — d Me ex Mald. sim. Gej. Calv. &c. — * Pi. — f Pol.]

cis voluit; ad sacrificia pecudes & pecunias dedit, ligna verò ad Templi opus perficiendum, jubens τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι ἔργον, (*opus quod Templum spectabat perfici.*) Hæc sunt omnia in epistola Antiochi, quam Josephus habet 12. 1. ubi ἀπαρτισθῆναι est quod hîc כלה, quod alibi per συντελεῖν, alibi per τελειοῦν aut πληροῦν, vertunt οἱ ό.

17. *Et ponet faciem suam*] i. e. Seipsum convertet [b]. Phrasis significat omni studio attentum esse[i]. ¶ *Ut*, &c. לָבוֹא בְתֹקֶף כָּל־מַלְכוּתוֹ [Variè accipiunt.] *Ut veniat ad tenendum universum regnum ejus*, Vulg. scilicet Ptolemæi [k]. At sic dixisset potiùs לְהַחֲזִיק [l]. *Ut invaderet robur illius regni*, i.e. ut universum Regnum Ægypti sibi manciparet [m]. Omnia fecit [Antiochus] ὡς Αἴγυπτον ἔρημον ἀρχόντων (ob pueritiam nempe Ptolemæi Epiphanis) ἁρπασόμενος, (*tanquam Ægyptum rectore destitutum rapturus*,) ait Appianus. Justinus, *Contemptâ parvuli filii ejus* (Philopatoris) *ætate, qui, in spem Regni relictus, prædæ etiam domesticis erat, Antiochus Rex Syriæ occupare Ægyptum statuit* [n]. [Alii sic;] *Ad ingrediendum*, vel *veniendum*, (vel, *ut vadat*, Ca. *ut veniat*, sub. *in Ægyptum*, P. sic Pi.) *in*, vel *cum*, *fortitudine*, sive *robore*, sive *potentia*, *totius regni sui*, Pi. V. LXX, JT. Calv. vel, *totum regnum ejus*, Mo. P. [Alii sic reddunt;] *Ad ingrediendum in robur omnium regnorum*, Sy. *Huc etiam spectabit*, [Antiochus,] *quì toto regno ejus* [Ptolemæi] *potiatur*, Ti. Collegit omnes copias suas ut obrueret Ptolemæum Epiphanem, qui tunc adolescens erat, nec pollebat prudentiâ [o]. ¶ *Et*, &c. וִישָׁרִים עִמּוֹ וְעָשָׂה [Variant.] *Et recti* (Judæi quidam colentes Deum [p]; Israelitæ, qui sic vocantur hîc (sicut & Num. 23. 10.) in contradistinctione ad milites gentésque reliquas exercitum illum constituentes, qui curvis incedebant errorum ac idolomaniæ viis [q]: sub. *erunt*, M. P.) *cum eo*, (i. e. ejus partibus adhæsuri, & pro viribus eum adjuturi [r]. *Et rectis adjunctis sibi*, JT. vel, *comitantibus eum probis*, Ca.) *& faciet*, Mo. P. M. Gej. i.e. revera veniet †. Vel, *efficietque*, JT. [Ca. τὸ וְעָשָׂה cum sequentibus nectit, locúmque sic reddit, *Facietque ut mulierem illi det*.] [Alii aliter;] *Et recta omnia faciet cum eo*, ο΄. *Et pacem confirmabit ei*, Ti. *Et rectitudines cum eo: & faciet*: vel, neglectâ, ut sæpe, copulâ, *Et rectitudines cum eo faciet*, Calv. *Et æquæ conditiones pacis cum eo erunt, & effectas dabit*, Pi. *Et recta*, &c. fœdera, ut suprà v. 6. Diffisus scilicet Ægyptum vi capi posse ob metum à Romanis, ut notat Appianus, leoninâ non satis proficiente, vulpinam induet †. Sub recti specie pacem cum Ptolemæo faciet, tum ut eum circumveniat, tum ut Romanos eludat [r]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *filiam fœminarum*, &c.] Sim. Mo. P. M. &c. i. e. tenellam, & ferme adhuc lactentem [v]: vel, q.d. inter mulieres præcellentissimam; confer Cant. 1. 8 [x]: vel, q. d. nobilissimam [y], & formosissimam [z]. Ellipsis hîc est, בַּת הַנָּשִׁים pro, בַּת אֵשֶׁת הַנָּשִׁים, *filiam suam*, *quæ erat fœmina fœminarum* G. Hæc verò fuit Cleopatra [a], *Syra* cognomine [b], quam Ptolemæo Epiphani (anno regni ejus 7. & ætatis 11 [c].) despondit Antiochus [d], dotem dans Syriam Cœlen *, & Samariam & Judæam & Phœnicen, divisis inter Antiochum & Ptolemæum tributis [f]. ¶ *Ut*, &c. לְהַשְׁחִיתָהּ *Ut evertat* (vel, *ut perdat*, M. *ad corrumpendum*, sive *perdendum*, Mo. Gej. Ca. *corrumpendo*, JT. Pi.) *illam*, P. M. Mo. Ca. Sy. JT. Pi. nempe puellam, quam in omnibus artibus ad fraudem instituit, ut maritum inescaret [g]. *Illam*, filiam suam unà cum viro [h]. Vel, *illud*, Vulg. V. Gej. sub. *regnum*: ut sit relativum sine antecedente [i]. Ut *ea corrupta* patri Regnum Ægypti conciliet [k]. Ut maritum è medio tollat [l]. Hoc animo fecit eas nuptias, ut Cleopatræ operâ ac consiliis contra Ptolemæum Euergetem uteretur [m]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תַעֲמֹד וְלֹא־לוֹ תִהְיֶה] *Et* (vel, *Sed*, P. JT. Ca. Pi.) *non stabit*, (vel, *permanebit*, ο΄. Ar. *perstabit*, JT. Pi. sub. *illa*, P. JT. Pi. Ca. scil. in promisso parenti facto de marito tollendo [n]. Al. *At non succedet hoc*, G. nempe consilium patris [o].) *& non*, vel *nec*, *erit ei*, Mo. ο΄. vel, *apud eum* M. vel, *ejus*, Ca. sic Sy. Ar. Gej. vel, *pro eo*, P. JT. Pi. Non patri, sed viro, studebit [p]. Magis erit in potestate mariti quàm patris [q]. Non assensa est impiæ patris libidini, nec ei favit [r]. [Ti. locum sic reddit,] *Quæ res non succedet, neque habebit* Regnum, [Ptolemæi Antiochus scilicet.]

18. *Et* (vel, *Itaque*, Ti. *Postea*, JT. Pi. *Præterea*, P. *Rursus*, Ti.) *convertet faciem suam* (i.e. consilia sua vertet †) *ad insulas*] Sic Mo. &c. nempe Romanorum [r]; Romanis vel subditas, vel socias [v]; Rhodum, Samum, Eubœam, Delum [x], maritima Thraciæ & Græciæ loca: quæ omnia sibi vi aut societate adjunxit, ut habes apud Appian. Flor. Hieron. adde Livium 34 [y]. Regiones transmarinas [z]; Græciam & Asiam minorem [a]: nam omnia maritima *insulæ* Hebræis [b]. Deinde ille Antiochus, multis debellatis, Ptolemæum Alexandriæ obsidebit *. ¶ *Et*, &c. וְהִשְׁבִּית קָצִין חֶרְפָּתוֹ לוֹ] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi.) *cessare faciet* (vel, *reprimet*, Pi. sic JT. *quiescere faciet*, i. e. retorquebit [c].) *princeps* (vel, *gubernator*, Mo. *dux*, G. Gej. *ductor*, JT. Pi.) *opprobrium* (vel, *contumelias*, G.) *ejus ei*, P. M. Mo. vel, *apud*, sive *in*, *ipsum*, Calv. vel, *in ipso*, Gej. vel, *in se*, G. vel, *sibi*, Pol. vel, *commodo suo*, JT. vel, *quod contra ipsum erat*, Pi. vel, in dedecus ipsius [d]: aut redundat לוֹ [*]; vide Genes. c. 12. v. 1. &c [f]. *Rector*, h.e. populus Romanus, Antiochum ab obsidione cohibebit [g]. Non Rex, vel Monarcha, aliquis, sed *ductor*, administer reip. Romanæ [h]. Non Rex, sed dux Romani exercitûs †. Legatus populi Romani, Marcus Acilius vel Atilius Glabrio [i], qui devicit Antiochum, ejúsque castra diripuit: deinde [k], Scipio Africanus [l]; vel, Lucius Scipio Africani pater [m], L. Scipio Nasica consul [n]; &, quia hic non satis callens erat rerum militarium [o], addiderunt ei legatum [p], P. Scipionem Africanum. *Opprobrium* hîc activè sumitur, i. e. ignominia ab eo Romanis illata [q]; *probrum* quo Romanos affecerat, tum occupando provincias ipsorum [r], tum legatos spernendo, (testibus Justin. l. 31. & App. in Syriacis,) tum confœderatos lædendo, aliósque in societatem adversùs Romanos alliciendo, v. g. Ptol. Epiphanem, Ariarathem Regem Cappadocum, Eumenem Regem Pergami, & Gallo-Græcos †. Sed malim *opprobrium* accipere de stulta Antiochi jactantia, quâ Romanos probrosè spernebat, eísque insultavit apud omnes conventus Græciæ [t]. Alii vertunt, *Et cessare faciet* Deus *principem opprobrii sui*, i. e. Antiochum, qui illi ingerebat probra multa, & etiam in Israelem inferebat; nè quispiam probrum suum inferat ei †. ¶ *Et*, &c. בִּלְתִּי חֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ] *Nè probrum suum inferat ei*, Mo. *Ut non veniat ad se opprobrium suum*, M. *Veruntamen opprobrium ejus convertetur ei*, ο΄. vel, *retorquebitur in eum*, Sy. sim. Ar. *Ideo non torquebit opprobrium suum in ipsum*: h. e. Evanuerunt omnia probra quæ Antiochus futiliter evomuit in Romanos [v]. *Vacuus opprobrio illius regeret in illum*, JT. *Quinetiam contumelias illius in ipsum vertet*, G. *Præter opprobrium suum quod reddet illi*, Pi. *Præterquam quòd ignominiam ejus reddet ei*, P. sim. Gej. i. e. Ultra quod ignominiam, quam conabitur inferre, reddet in caput ejus: qu. d. Non tantùm coget illum incepto desistere, sed convertet eum in fugam cum magno ipsius dedecore *. [Alii hæc cum præcedente membro sic reddunt;] *Et compescet princeps ejus probra retorquens in eum fine omni suo dedecore*, Ti. *Sed rector ità illius in se contumeliam compescet, ut ille eam in ipsum contumeliam non iteret*: q. d. Atque ità Antiochi in Romanos contumeliam (erat enim turpe Romanis, Ptolemæum, qui ab eis opem petierat, obsideri,) coercebit, ut Antiochus deinceps idem non faciat. Antiocho succedet Seleucus Philopator; Seleuco, Antiochus Epiphanes. Quæ sequuntur ego non intelligo. Videtur enim fieri transitus ab Antiocho ad nescio quem spiritualem Antiochum. Cujusmodi transitiones solere fieri scripsimus in Esa. 9. Itaque & hæc, & septimum caput Danielis, & alia in Vatibus innumera, omittimus, nè cæci cæcos [x] [ducamus.] Al. *Et faciet princeps cessare apud illum opprobrium suum, ut non vertat ad se opprobrium suum.* Cùm enim Antiochus multa opprobria objecisset Romanis, quorum insulas invaserat, eo ab ipsis victo, omnia opprobria in suum reciderunt caput: &, reversus cum ignominia in terram suam, à subditis interfectus est [y]. Veritatem hujus vaticinii probavit eventus. Antiochus, certus bellum adversùs Romanos gerere, magnos Reges sibi adjunxit, multas magnásque gentes vel vi vel deditione obtinuit, ob rerum gestarum gloriam Magnus dictus est [z]; &, si Annibalis ducis (quem secum habuit, qui etiam erat solâ famâ

famâ formidabilis Romanis,) consilium sequutus esset, Romanos facilè depellere potuisset [a]. Non tantùm effecit Scipio nè Antiochus ullos socios populi Romani lacesseret, verùm etiam ipsum, prælio victum ad Sipylum montem, (ubi tamen Antiocho exercitus erat 70000, Romanis tantùm 30000 [b], quorum robur erat phalanx 16000 veteranorum Macedonum, quæ pro invicta habita [c],) coegit accipere pacem probrosam; per quam Antiochus omni Europâ abstitit, & Asiâ omni intra Taurum montem, elephantos & naves quot vellent Romani promisit tradere, dans obsides persolvere belli impensas [d]. Habes hoc apud Plin. l. 37. Florum, 2. 8. Justin. 31. Appianum Syriacis, Polybium in excerptis de legationibus *.

19. *Ad*, &c. לְמָעוּזֵי אַרְצוֹ] *Ad munitiones terræ ejus*, sive *suæ*, P. M. Ti. &c. vel, *ad fines regni sui*, G. Ad Apamiam, Susam, & ultimas Regni urbes [f]; in quibus delituit, & se jocando solatus est, dicens, *benignè sibi à populo Romano esse factum, quòd, nimiâ magnâ procuratione liberatus, modicis Regni terminis uteretur* [g]. ¶ *Et impinget*, (i.e. imprudenter se geret [h],) *& corruet*, (vel, *cadet*, nempe in mortis foveam, Esa. 10. 4. confer Psal. 35. 8. & 36. 13. &c [i].) *& non invenietur*] Ità Mo. P. &c. videl. in terra viventium [k]. Interfectus, vel à subditis suis [l]; vel à barbaris, cùm Templum, vel avaritiâ ductus, vel necessitate, ob grave tributum ipsi impositum, spoliare conaretur. Testantur Justin. l. 32. & Strabo l. 16 [m].

20. *Et stabit in loco*, &c. עַל כַּנּוֹ] *Super*, vel *in*, *basi* (vel, *loco*, P. M. *statu*, JT. *statione*, Pi.) *ejus*, Mo. &c. vel, *hujus*, JT. nim. Antiochi Magni [n]; cui tres erant filii: Antiochus, qui vivente patre obiit; Seleucus; & Antiochus Epiphanes, qui à patre Romanis obses datus fuit [o]. *Succedet in ejus locum*, Ti. sim. Sy. Ca. G. Vide suprà v. 7 [p]. ¶ *Vilissimus*, &c. מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת] *Transferens*, vel *qui transferet*, (vel, *transire faciens*, Calv. *auferens*, ut in laudem dicatur; q. d. qui tributa à patre imposita minuet [q]: qui auferet exactiones à populo suo; q. d. qui alienus erit à bello, cujus nervi sunt pecunia *. Sed hoc veritati historiæ repugnat [r]; erat enim avarus & rapax †. Vel, *traductor*, JT. vel, *qui transmittet*, Jun. vel, *qui mittet*, G. *qui circummittet*, Pi. Mald. ut in malum sumatur [r]: q. d. per quasvis Regni plagas discurrere faciens, ut onera populo imponat. Confer Zach. 9. 8. *Non transibit—exactor*. עָבַר & הֶעֱבִיר non tantùm rei sive personæ ablationem omnimodam denotat, sed motionem solummodo de loco in locum [v].) *exactorem*, Mo. P. Calv. Pol. Gej. (vel, *exigentem*, Gej. *exactoris*, JT.) *gloria regni*, Mo. P. Appositivè dictum; vel, subaudi, *& erit*; i.e. ad quem jure hæreditario pertinebit Regnum [x]. Vel, *decus regni*, h. e. qui ubivis colligeret pecuniam, quæ decus maximum conciliat. Vel, *gloriæ regni*. *Gloria regni*, sive *regis*, *est populus*, Prov. 14. 28 [y]. Vel, *in decore*, sive *honore*, *regni*, sive *regio*, JT. Pi. Calv. Nihil in tota ejus ditione erat magnificum quod ille non ad se rapuit [z]. Vel, in, sive ad, *honorem*, sive *magnificentiam*, *regni*; h. e. ut Regni amissam gloriam recuperaret, auctis thesauris [a]. [Alii verba sic reddunt;] *Seductor & tyrannus in honore regni*, M. *translaturus regiam majestatem tyrannus*, Ca. *qui circummittet exigentem tributa magnificentiam regni*, Ti. Qu. Quis hic? Resp. 1. Ptolemæus Epiphanes, Ægypti Rex [b]. 2. Trypho, Antiochi Sedetæ tutor [c]. Sed utrosque refutat illud, *stabit in loco ejus* †. 3. Seleucus Philopator, *Soter* dictus [d]; qui gravibus exactionibus populum pressit *: qui familiaribus, monentibus eum nè amicos exactionibus abalienaret, impudentissimè respondit, sibi pecuniam esse amicos; quod maximum ipsi odium conflavit [f]: nec Templo pepercit; misit enim Heliodorum ut exigeret pecunias de Templo, 2 Mac. 3. 7 [g]. ut pecunias auferret è gazophylacio. Et huc præcipuè respicit hic locus [h].

¶ *Et* (vel, *Sed*, Pi. *Qui*, JT. Ca.) *in paucis diebus* (vel, *aliquot*, Ca. vel, *anni*, G. [Quod mirum unde habuit, nisi forsan, usitatâ ipsi licentiâ, pro, שָׁנִים אֲחָדִים, vel שָׁנָה, scriptum putaverit.] vel, *unis*, Mo. Gej. i. e. paucis, ut Gen. 27. 44. & 29. 20 [i].) *conteretur*] Ità P. M. &c. Id est, occidetur [k], post paucos, nempe 12, regni annos; qui pauci dicuntur, vel, comparatè ad annos 37 patris [l]; vel, quòd tempus ignobiliter transactum esset [m]. ¶ *Non*, &c. וְלֹא בְאַפַּיִם וגו'] *Et* (vel, *quamvis*, JT. *Tamen*, Pi.) *non*, vel *neque*, *in faciebus*, Mo. (vel, *irâ*, JT. Pi. sim. P. Ca. vel, *apertâ pugnâ*, Ti. vel, *per mutuos aspectus*, M.) *& non in prælio*, sive *bello*, Mo. q. d. Nec aperto Marte, nec prælio commisso [n]. neque per seditionem populi, neque vi hosticâ [o]: sed per domesticos [p]; ex insidiis Heliodori [q], ut loquitur Appianus, & veneno, ut creditur [r]: vel gladio †; vel lento odio sive simultate, tanquam veneno, grassante [r].

21. *Et stabit—despectus*; ità Mo. P. &c. נִבְזֶה] *Humilis*, Sy. *vilis*, V. *probrosus*, Calv. *contemptus*, Ti. Pi. V. sub. *quidam*, Sy. Ca. Pi. Antiochus dictus suis *Epiphanes*, sive *Illustris* [v]; aliis, *Epimanes* [x], sive *Vesanus*, ob turbulentum & ferox ingenium [y]: *cornu parvum ac decimum*, in quo desinit hoc capite Daniel, populum Judæum post id liberum prospiciens, taléinque mansurum si bonis suis rebus bene uti didicisset [z]. Multi ex nostris volunt Antiochum typum fuisse Antichristi [a]; de quo partim allegoricè, partim symbolicè, hîc agitur [b]. De solo Antichristo agi, omnes ante se Ecclesiasticos scriptores putâsse testatur Hieronymus. Rectiùs Hieron. & Theod. aliíque partim de Antiocho, tanquam de figura, partim de Antichristo, tanquam de re significata, intelligunt. De Antiocho constat, tum ex historia, tum ex collat. Dan. 8. Multa etiam ut de Antichristo interpretemur cogunt. 1. Quòd quæ sub finem capitis dicuntur non in Antiochum, sed in Antichristum, convenire posse videantur. 2. Quòd cap. seq. persequens idem argumentum, de fine mundi vaticinatur. 3. Similitudo magna Antiochi & Antichristi. Uterque Ecclesiæ hostis; ille Judaicæ, hic Christianæ: uterque ante adventum Christi venit; ille ante primum, hic ante secundum. Nec mirum eum ab Antiocho ad Antichristum transire, quia hic erat mos Prophetarum. Sic David, de Salomone agens Ps. 72. ad Christum spectat, v. 8. Sic Os. 11. 1. collat. cum Matt. 2. 15. Esa. 49. & 54. & 60. Quin ipse Christus, de Templo interrogatus, Matt. 24. de fine mundi vaticinatur, quia ille Templi finis finem mundi significabat [c]. Dicitur autem Antiochus *despectus* [d], vel, 1. quia coram Deo fuit probrosus, utpote qui Regnum vi & fraude ad se rapuit *. Vel, 2. quia talis erat tum in Regno, tum apud Romanos vicinásque gentes [f]; unde in conditionibus pacis expressum erat, ut tertio quoquo anno cæteri obsides mutarentur, excepto Antiocho tanquam perpetuò mansuro [g]. Vel, 3. ob morum vilitatem [h]: ob mores ab omni non tantùm Principis dignitate, sed & viri honesti gravitate, alienos, quos ex Polybio nobis latè descriptos dedit Athenæus, l. 5. & 10. Magno velim ad explicanda quæ sequuntur Sutorium mihi dari, quo usus olim Porphyrius. Eum multósque alios cùm non habeamus, utendum nobis iis scriptoribus qui restant, & iis quæ ex Porphyrio nobis dedit Hieronymus [i]. Servili erat & adulatorio ingenio erga Romanos [k]. Solebat ludibundus interdum & ebrius nummorum sacculos in viis abjicere, dicens, Accipiant quibus fortuna destinavit: publicis balneis cum populo lavari consuevit. Hæc de eo Leonicus Variæ historiæ 3. 91 [l]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא נָתְנוּ עָלָיו הוֹד מַלְכוּת] *Et non dabunt* (vel, *constituent*, Calv.) *super eo*, vel *eum*, (*Cui non dabunt*, P. M. vel, *habebunt*, Ti. vel, *imposuerint*, Pi. *Quamvis non imposuerint ei*, JT. nempe subditi [m], (non creabitur suffragiis populi [n],) vel proceres, vel parens, vel alii quorum erat dare [o],) *gloriam*, vel *honorem*, vel *decorem*, *regni*, sive *regium*, Mo. P. M. &c. Non vocabitur ad Regnum publicâ ordinum postulatione [p]. Non coronabitur Rex communi procerum & subditorum consensu [q]. *Non dabunt*, sub. *homines ejus regionis*, V. vel, populus, ut suprà diximus. Nullum habebit populum cui imperet; quia lege successio pertinebat ad fratrem ejus majorem Seleucum Philopatora [r], ac deinde ad nepotem ejus, Demetrium filium Seleuci [r]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, P. JT. *Tamen*, Ti.) *veniet clàm*, בְּשַׁלְוָה] *In*, vel *cum*, *quiete*, sive *pace*, sive *tranquillitate*, M. Mo. V. Calv. vel, *tranquillè*, JT. Pi. G. nihil scil. tale cogitantibus ejus regionis hominibus: tempore pacis [v]; vel, *feliciter*, Ca. *cum dolo*, P. *cum opibus*, Ti. maximâ lenitatis specie, cùm tamen aditum sibi crudelitate suâ pararit [x]. ¶ *Et* obtinebit

Marginal notes, left column: a Calv. b Pol. Gej. c Gej. d G. sim. Pol. Gej. * G. f Gej. g Pol. h G. i Gej. k G. sim. V. l Pi. m G. Gej. &c. n Jun. sim. G. &c. o Pol. p G. q Q. in Pol. * V. r Pol. † Calv. r Gej. Pol. &c. v Gej. x V. y Gej. z Jun. a Q. in Gej. b Porphyrius in G. c He. in G. † G. d G. sic Ca. Jun. Pol. Gej. &c. * G. f Jun. Pol. g G. h Pol. sim. Gej. i Gej. k Pi.

Marginal notes, right column: l Gej. m Gej. ex Per. n Calv. o G. p Calv. q G. Pol. G j. r G. † Q. in Calv. r Jun. v G. sic M. Jun. Pi. Ca. Mc. T. Ma. La. &c. x G. y Calv. z G. a M. b La. c Mald. d G. * Calv. f Gej. g Pol. sic Gej. h Gej. sim. Calv. i G. k Calv. l La. m Pi. n Calv. o Gej. p Pol. ex Jun. q Pol. r G. r V. v Ken. x Jun.

obtinebit (vel, *apprehendet*, M. Mo. Pi.) *regnum in*, &c. בַּחֲלַקְלַקּוֹת] *In lubricationibus*, ό. *astibus*, Sy. *in blanditiis*, M. P. Mo. &c. quibus & proceres & populum delinivit[y]; familiariter alloquendo, donis[z], & simulatione clementiæ[a], & præ se ferens tutelam Demetrii[b], donec pupillum posset perdere[c].

22. *Et*, &c. וּזְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף יִשָּׁטְפוּ מִלְּפָנָיו וְיִשָּׁבֵרוּ] *Et brachia inundatione* (vel, *inundationis*, Ti. Gej. h. e. brachia longè latéque se expandentia, & cuncta fortiter complectentia[d]: vel, *Et brachiis inundantibus*, JT. Pi. *Et brachia inundantis*, ό. sive, *obruentis*, Ar.) *inundabuntur*. (vel, *perfundentur*, M. vel, *effundentur*, h. e. fugâ diffluent & dissipabuntur*: vel, *obruentur*, Ti. Gej. instar agrorum, quos aquæ undiquaque operiunt[f]:) *à conspectu ejus*, (q.d. vel solo ejus aspectu territa[g]: vel, *ab eo*, Ti.) *& conterentur*, P.M.Ti.&c. *Brachia* sunt, vel vires[h], ut suprà v. 6, 15[i]; vel, auxilia[k]; vel, principes ductorésque[l]. *Inundatio*, copiæ magnæ, ut suprà 10[m]. quæ fluvii more in vicina loca se exonerant, & obvia quæque subvertunt. Vide Psal. 32. 6. Dan. 9. 27. Quòd autem *brachia exundare* dicuntur, est catachresis, qualis Exod. 5. v. 21. Marc. c. 7. vers. 22[n]. Intellige hîc, vel, 1. copias Attali & Eumenis Antiocho faventium: per has oppressit Antiochus hic Heliodorum, qui, cùm Seleucum Philopatora, ab Antiocho fortè in id concitatus, occidisset, mox ipse sceleris sui fructu potiri voluerat, Syriæque Regnum affectabat. [His, inquit, copiis] *inundabuntur & conterentur* Heliodori sectatores[o]. Vel, 2. omnia auxilia quæ convenerunt ad restituendum Seleucum[p]. Vel, 3. duces vel copias Ægypti[q], quæ antea Syriam inundare solebant[r]; vide vers. 15*. qu. d. Multi duces & potentes opponent se illi; sed nihil proficient; *conterentur* enim[r]. Ptolemæo Philometore adhuc puerulo, duo proceres potentissimi erant, Eulæus & Lenæus, qui Regnum administrabant. Hi prope Pelusium cum Antiocho pugnantes occubuerunt cum magna militum parte[v]. Copias Ægypti hîc respici docent, tum vox *exundationis*, quæ ad Nilum nos ducit, tum collat. v. 25. ubi *brachia* hæc *meridionalia* vocantur[x]. ¶ *Insuper*, &c. וְגַם נְגִיד בְּרִית] *Et etiam* (confringetur[y], vel, interficietur jussu Antiochi[z],) *dux* (vel, *princeps*, Ti. *antecessor*, JT. Pi.) *fœderis*, Mo. P. M. &c. Nempe, vel, 1. Onias Pontifex, qui Veteris Testamenti dux erat, qui ab Antiocho per Jasonis fratris ambitionem eo honore privatus fuit, 2. Mac. 4. 9, 10[a]. Vel, 2. Judas Maccabæus, dux populi fœderati, sc. Israelitarum[b]. At is sub Demetrio demum occubuerit. Vel, 3. Seleucus Philopator[c], cum quo fœdus contra Ægyptum icerat[d], quem, quamvis sanguine & fœdere junctum, vi & dolo pessundedit Antiochus*. Non placet. 1. Quorsum illius interitum hîc rursus memoraret, quem vers. 20. copiosè descripserat? 2. Hîc agitur de iis qui se Antiocho, ut fluctus quidam marinus, objiciunt, & dissipantur: quum Philopator nec irâ nec bello fractus est[f]. Vel, 4. Ptolemæus Physco, Philometoris frater[g], & hostis, qui cum Antiocho consociatus est, de quo v. 23[h]. Vel. 5. Demetrius, filius Seleuci Philopatoris, Princeps cum ipso fœderatus[i]. Vel, 6. Ptolemæus Philometor[k], qui, per Antiochum Regno suo penè toto pulsus, absque Romanorum authoritate [fi] fuisset, nunquam fuisset restitutus. Vide Justin. l. 34[l]. De hoc enim sine controversia intelligitur versus sequens[m]. Vocatur hic, quamvis adhuc puer, *dux fœderis*[n], vel, 1. quòd Antiochus cum illo, sicut Antiochus M. cum Epiphane, fœdus habebat, ut v. 17. dictum est[o]. Vel, 2. quia Ptolemæus Philometor filius erat Cleopatræ, sororis hujus Antiochi, quam pater ejus Antiochus M. Ptolemæo Epiphani, Philometoris patri, jungendi fœderis causâ, despo nderat, ut vidimus v. 17. adeóque Philometor ex eo fœdere natus, & veluti vinculum ejusdem fœderis, fuerat[p]. Vel, 3. quia omnes alii [adversùs Antiochum confœderati] sequuti sunt Philometoris potentiam[q]. Neque hæc placet sententia: tum quòd is primùm sexto demum anno Antiochi regnare cœperit, ut ex historia patet, [quod tamen alii negabunt,] cùm hîc de initiis regni Antiochiani agatur; & quòd deinceps Antiochus cum fratre contra Ægyptum conspiraverat. Porrò, τὸ *dux*, vel *princeps*, vel *tutor*, *fœderis*, nec Seleuco, nec Philometori, nec cuiquam alii Regi, in comparatione illa cum iis qui æquo fœdere secum copulantur, convenire potest. Adde quòd v. seq. Propheta confœderationis, & eorum qui cum ipso confœderantur, meminit sub alia voce[r]. Vel, 7. Tryphon, unus è magnatibus Ægyptiacis†, cujus tanquam autoris fœderis meminit Appianus[t]; qui fœderis cum Antiocho ineundi autor & conciliator erat: ex quo fœdere Antiochus & Philometoris pupilli tutor esset, & Ægyptum cum pauca hominum manu ingrederetur[v]: quem [Tryphonem] tolli curavit, ut tutelâ suâ commodè abuti posset, &c*. Vel, 8. ipse Antiochus Epiphanes, cujus historia est principalis hujus ultimæ visionis scopus, de cujus persona, ingenio, artibus, miróque successu, hîc agit. τὸ הוּא hîc deficit, ut plenè sic scribendum fuerit, וְגַם נְגִיד בְּרִית הוּא; quod sic verto, *Sed & adversarius erit fœderis*. Hanc verò interpretationem multa suadent[x]. 1. Quòd vox נָגִיד, quæ descendit à נָגַד *obviàm factus est*, unde & נֶגֶד *coram*, vel *ex adverso*,) pro *adversario* sumi potest[y]. Et respicere videtur Spiritus S. ad nomen Antiochi, quod videlicèt ἀντίοχος, i. e. *adversantis*, *renitentis*, significationem habet. Præcipuè hîc respici puto ad typum (quem Antiochus gessit) Antichristi, qui ἀντικείμενος, sive *adversarius*, dicitur 2 Thes. 2. 4. 2. Quòd in seq. acta hujus contra fœdus sanctum tam sedulò inculcantur. 3. Quòd vox בְּרִית multò augustior sit quàm ut de illis fraudulentis hominum perfidorum colligationibus usurpari debeat, præsertim in Daniele, in quo sexies occurrit, & semper aut de pacto Dei cum hominibus, aut de cultu Dei, usurpatur. Vide Daniel. 9. 4, 27. & 11. 22, 28, 30, 32. Signanter ergò hîc indicari puto qualis esset monstri hujus affectus erga populum cultúmque Dei, quòd nempe utrumque iisdem oppugnaret artibus quibus Regem Ægypti circumvenire conatus est[z]. [Ca. versum sic reddit, *Atque ab eo grassantes manus grassaturâ frangentur, necnon autor fœderis*.]

23. *Et*, &c. וּמִן הִתְחַבְּרוּת אֵלָיו וגו׳] *Et ab associando se ad eum*, Mo. (vel, *Et cum his qui secum fuerint in confœderatione*, M. *Ubi verò cum illo fœdus inierit*, Ti. *Cum quo per speciem societatis*, Ca. *Nam ex consociatione sua cum illo*, JT. Hâc occasione abusus[a]. *Et propterea quòd societatem inibit cum eo*, V. τὸ מִן valet, *propter*: siquidem fraudis exercendæ necessitatem imponi sibi opinabatur Epiphanes, eò quòd vigore pacti nil amplius contra Ægyptum tentare debuisset[b]. Vel, *Et post consociationem cum eo*, Pi. sim. G. Gej. τὸ מִן valet, *post*: ut Hos. 6. 2. מִיֹּמָיִם *post biduum*; item Gen. 2. 2. & 4. 3[c]. Al. Sensus est, Et per eos quos אֵלָיו *ad ipsum*, nempe Antiochum, [vel, ad se,] vafris artibus trahet. Propheta novam vocem ex forma Hithpahel hîc fingit, ut fraudulentum ejus ingenium clariùs exprimeret, qui, tyrannorum more, juramentis, fœderum religione, &c. ut pueri talis, lusurus erat, ut homines deciperet[d]. Nomen hoc הִתְחַבְּרוּת mutuam denotat pactionem, sive societatem, sive unionem, vel defensivam, vel offensivam; ostenditq, simul, quòd non tam Epiphanes quàm Ægyptii præcipuè talem ambierint ac urserint conjunctionem אֵלָיו *ad ipsum*, videlicet Epiphanem, quem, licèt conditionibus non æquis, amicum habere mallent quàm hostem*.) *faciet* (vel, *committet*, Pi.) *dolum*, Mo. M. P. &c. vel, *dolo utetur*, G. *dolo malo aget*, Ti. Ca. Vel, 1. efficiendo per amicos quos Romæ habebat ut Demetrius Romæ retineretur, ipse interim eo absente res suas promovens[f]. Vel, 2. pacem simulando cum nepote suo, cùm superstes esset soror Cleopatra, unde intercepit aliquas urbes[g], & in eis præsidia locavit[h]. τὸ *facere dolum* studium ejus exprimit singulare, multiplex, indefessum ac diuturnum[i]. ¶ *Et ascendet*] i. e. Intrabit, vel adveniet, ut Jud. 4. 5. 2 Reg. 1. 3, 6. idque cum fastu & hostili animo, ut 2 Reg. 3. 7. & 14. 11. &c[k]. nempe in Ægyptum[l]; in urbem Regiam, Memphim, quæ in Ægypti meditullio erat Nilo imposita supra Delta; adeò ut commoditate loci tanquam frænos Ægypti in utramque partem, i. e. superioris & inferioris, teneret[m]. ¶ *Et*, &c. וְעָצַם בִּמְעַט גּוֹי] *Et prævalebit* (vel, *roborabit se*, Mo. JT. G. sic Pi.) *cum modica*, sive *parva*, *gente*, P. JT. Pi. G. vel, *parvo populo*, M. Ti. Initia ejus in Syria erunt exigua, sed paulatim crescet, ut sequitur[n]. Al. In Ægyptum venit paucis quidem (ex pacto

Margin notes, left column: y Gej. z Gej. ex Pi. a G. b P. sim. c Iv. Mal. &c. c Calv. d Gej. * Idem. f Idem. g Calv. h G. Jun. i G. k Calv. l Jun. m G. sim. Gej. n Gej. o G. p Calv. q Pol. V. sim Jun. Pi. r Pol. Pi. * V. t V. ex M. v Jun. sim. Pol. x Gej. y Idem. z Pi. a Theodor. in Mald. b Jac. c Emp. d Q. in Gras. * Emp. f Gras. ad Dan. 9. p. 236. g Gej. ex Emp. h Emp. i G. k M. V. Emp. Mald. Calv. l Emp. m Mald. n Calv. sim. Mald. o Mald. p Q. in Mald. q Calv.

Margin notes, right column: r Gras. ib. p. 239. † ei. sic Jun. Pol. Pi. Belg. t Gej. v Pol. sim. Jun. Gej. * Jun. Pol. x Gras. p. 239. y Gras. p. 231. z Gras. p. 238. a Jun. b G. j. c Idem. d Gras. p. 239. * Gej. f G. g Calv. h Pi. i Gej. k Gej. l V. m Jun. Pol. n G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

pacto) comitatus, sed robustis & animosis, ipsique addictissimis, quibus præsidia firmavit, & terram sibi subjecit, ut nihil movere Ægyptii possent [o].

24. Et, &c. בְּשַׁלְוָה וּבְמִשְׁמַנֵּי מְדִינָה יָבוֹא] *In quietem & in pinguia provinciæ ingredietur*, Mo. *In prosperitatem & in pingues regiones*, &c. ό. *Pervenietque ad opes & ubera loca regionis*, Ti. [Ca. hæc cum fine v. præc. jungit, locúmque sic vertit, *Prævalebit exiguâ gente feliciter, ac regionis opulentissima pervadens.*] *Tranquillè etiam opima loca provinciæ* (sc. Ægypti [p]) *invadet*, JT. Pi. *Paulatim optima regionis* Syriæ *invadet*, G. *In otio, & contra pingues regiones*, &c. P. i. e. Tempore pacis invadet optimam Ægypti partem, ut prædâ ditet militem [q]. *In pace & in pinguedinibus*, &c. h. e. deliciis: qu. d. Ægyptios opprimet dormientes & securos & deliciis demersos, quum Antiochum sibi amicum & adjutorem fore putarent [r]. *Quietam & pinguem provinciam*, &c. Q. in V. *Cum fuerit provincia in tranquillitate & deliciis, intrabit in eam*, Ti. *Regionem tranquillam*, vel *prosperam, & loca ubera ditionis*, &c. qu. d. Regiones quæ ex diuturna pace propter defensionem certam Regum floruerant ad voluntatem Antiochi expositæ erunt*. ¶ *Et faciet quæ non fecerunt patres ejus*, &c.] Tum exactionibus, tum largitionibus, majores suos superabit [t]. Præsidiarios milites in locis munitis collocabit [v]. Patres ejus semper inhiaverant Ægypto, sed frustrà [x]. Nemo Regum Syriæ adeò vastavit Ægyptum [y]. ¶ *Rapinas*, &c. ''בִּזָּה וגו' לָהֶם וגו] *Prædam & spolium*, vel *spolia, & substantiam* (*supellectilem*, M. *divitias*, Ti. G. sim. JT. Pi. Ca. id est, gazas quas majores sibi bello pepererant, aut ex tributis contraxerant [z],) *eis*, vel *ipsis*, (sub. *populis*, M. nempe militibus suis [a], quos hoc pacto arctiùs sibi devincivit [b]: ut sit relativum sine antecedente [c]. Vel, *inter eos*, Ti. vel, quæ *ipsis*, vel *ipsorum*, fuerant, Calv. Gej. ut ellipsis sit τȣ͂ אֲשֶׁר, & ל possessivè sumatur; ut Psalm. 24. v. 1. לַיהוָה *Domini est terra* [d].) *disperget*, P. JT. &c. vel, *dividet*, M. amicos sibi conciliando, & milites conducendo*; elargiendo in milites suos, & in Attalum & Eumenem. Vide 1 Macc. 3. v. 30. Fuit enim Antiochus μεγαλόψυχος καὶ φιλόδωρος, (*magnanimus & muneribus dandis delectatus*,) Joseph. 12. 11 [f]. ¶ *Et*, &c. וְעַל מִבְצָרִים יְחַשֵּׁב מַחְשְׁבֹתָיו] *Et super*, vel *contra*, vel *in*, *munitiones* (sive, *loca munita*, Ca. sc. vel, 1. Ægypti reliqua [g]; vel, 2. Syriæ [h],) *cogitabit* (vel, *instituet*, Pi. *conferet*, Ca. Al. *Et interim de munitionibus versabitur*, M. *Et contra firmissimas*, &c. Vulg. Scripserat Interpres, *firmissima*; i. e. ad occupanda loca munita in finibus, ut suprà 15. Græci legêre, עַל מִצְרַיִם, *super Ægyptum*, ut idem dicatur quod in sequentibus, & 1 Macc. 1. 17. Sed melior est recepta lectio [i].) *cogitationibus suis*, P. Mo. M. vel, *conatus suos*, Ca. vel, *cogitationes suas*, JT. Pi. Calv. i. e. Callidissima concepit consilia ad easdem tum occupandas, tum usibus suis aptandas, tum firmiter retinendas. Phrasis, *cogitare cogitationes*, studium designat haud perfunctorium, sed planè accuratum [k]. Postquam pacificas & mercatorias & abundantes urbes [quas *pinguedinum* nomine significavit,] ceperit, animum ad capienda Regni præsidia adjecit [l]. ¶ *Et hoc*, &c. וְעַד עֵת] *Et* (vel, *Idque*, P. Ca. Pi. Calv. vel, *Eásque*, JT.) *usque ad tempus*, Mo. P. JT. &c. i. e. Per aliquot annos hoc aget [m]. Non in infinitum furet, sed ad tempus à Deo præscriptum, vel ad definitum dierum numerum; vide infrà v. 35. & Dan. 12. 4, 9: usque ad tempus finis [n]. Non succedet ei *per illud tempus* [o]. Epiphanes non diu Ægyptum tenuit [p]; nam, Rege adultiore facto, à præsidiis Antiochi se liberârunt Ægyptii [q]. [Alii aliter.] *Ad tempus*, i. e. observato idoneo eas capiendi tempore: q. d. Premet animo sua consilia neminíque indicabit, quoad opportunum tempus venerit; tunc enim aperto Marte Regnum invadet, ut vers. seq. significatur [r]. Ut priùs dixerat eum repentè invasisse urbes minùs validas; ità hîc dicit eum paulatim agitare consilia quomodo posset in urbes magìs munitas penetrare*. [Ti. locum sic reddit, *Machinabitur etiam technas, ut tempore idoneo munitissima loca invadat.*]

25. *Et*, &c. ''וְיָעֵר וגו] *Et* (vel, *Postea*, JT. Pi. sim. Ca. *Etenim*, Ti.) *excitabit* (vel, *intendet*, Ti. Epiphanes [t],) *robur suum* (quod hactenus dormire visum erat [v]. Antea per latebras vel cuniculos obrepserat; nunc, ex felicitate audax factus, palàm bellare incipiet [x].) *& cor suum* (quod studium ejus & intentionem denotat [y],) *adversus regem Austri*, Calv. &c. h. e. Regem Ægypti, Ptolemæum Philometora [z]. ¶ *In* (vel, *cum*, G.) *exercitu magno*] Hunc opponit *manui exiguæ*, de qua v. 23 [a]. Hæc est prima expeditio apertè suscepta in Philometorem, quòd is sibi jus in Syriam vendicaret. Ejus meminit ex Sutorio Hieronymus. De ea vide 1 Mac. c. 1. v. 18 [b]. ¶ *Provocabitur*, &c.] Coactus prodibit in bellum [c], segnis licèt fuerit & ineptissimus†. ¶ יִתְגָּרֶה לַמִּלְחָמָה] *Irritabitur* (vel, *miscebit se*, Mo. JT. Pi.) *ad bellum*, Mo. P. sim. M. Calv. *bello*, JT. Pi. Heb. *contendet bello*: Gr. συνάψει πόλεμον. Eodem modo [per συνάπτειν] vertunt ό. גָּרָה Deut. 2. 5, 9, 24. at Jer. 50. v. 24. per ἀνθίστασθαι, (*ex adverso stare* [d].) ¶ *Multis auxiliis*, &c.] Ità ut spes esset vincendi Antiochum, si res ejus bene administratæ fuissent ab Eulaio, & Lenæo*. ¶ *Quia*, &c. ''כִּי יַחְשְׁבוּ וגו] *Quia cogitabunt* (vel, *cogitaverant*, JT. *machinabuntur*, Pi. *agitabunt*, Calv.) *super*, vel *contra*, *eum cogitationes*, Mo. Calv. sic M. P. &c. vel, perfida consilia [f]. *Quia prodent eum*, Ti. *Quia insidiis petetur*, Ca. Ipsi nocebunt ii quibus utetur Philometor [g]: deficient ab eo proceres ejus [h], ab Antiocho corrupti [i].

26. *Et comedentes panem*, &c. פַת־בָּגוֹ] *Portionem* (vel, *buccellam*, Mo. P.) *cibi ejus*, Calv. JT. Pi. Vox Chaldaica est, quæ in solo Daniele occurrit, composita ex duobus nominibus, פַּת *portio, buccella*, & בַּג *cibus* [k]. Vide ad Dan. 1. 5 [l]. Exegesis ejus quod præcessit. Prodetur à maximè familiaribus. Familiaritas enim denotari solet per mensæ communionem. Psal. 41. 10. Joh. 13. 18 [m]. [Alii locum sic reddunt;] *Et quia domestici conterent eum*, Ti. *Et à suismet convictoribus fractus*, Ca. Alumni & stipendiarii Regis prodent eum [n]; debilitabunt eum, suadentes ut pacem faciat cum Antiocho [o]; in causa erunt quòd superabitur [p]. ¶ *Exercitus*, &c. וְחֵילוֹ יִשְׁטוֹף] *Et* (vel, *quum*, Pi.) *exercitus* (vel, *exercitum*, Ar. P.) *ejus* (sc. vel, 1. Antiochi [q]; vel, 2. Philometoris [r];) *inundabitur*, Mo. vel, *obruetur*, Calv. *peribit inundatione*, M. *opprimetur*, G. ex Vulg. nempe inter Casium montem & Pelusium. Ità ex Sutorio Hieron. Vide 1 Maccab. 1. 19. Jo. 12. 6*. Vel, *exundabit*, JT. i. e. tanquam aquæ temere prorumpentes huc illuc defluent [t]. Vel, *inundabit*, P. Ti. Pi. vel, *obruet*, Ar. V. h. e. vincet [v]. ¶ *Et cadent*, &c.] Ingens erit clades [x].

27. *Duorum quoque regum* (vel, *Porrò, quod attinet ad ambos illos reges*, Pi. sim. JT.) *cor*, &c. וּלְבָבָם לְמֵרָע] *Cor* (vel, *animus*, JT. Ti.) *horum*, sive *eorum*, (subaud. *erit*, P. JT. vel, *spectabit*, Pi. vel, *propensum erit*, M. Gej. vel, *intentus erit*, Ti.) *ad malignandum*, Mo. vel, *ad malefaciendum*, P. Pi. Gej. nim. sibi mutuò [y]: Heb. *ad* essendum *malefacientem*, Pi. Vel, *in malum*, M. *ad malum inferendum*, Ti. Vox לְמֵרָע communiter accipitur tanquam nomen רַע *malum*, cui præmissum ל *ad*, interjecto per pleonasmum מ, ut 2 Sam. 13. 22. Posset etiam esse forma infinitivi Chaldæa, ad analogiam לְמֵקַם, *ad standum*. Chaldæa autem dialectus Danieli familiaris erat. Sed malim esse participium Hiphil positum loco infinitivi, ut gerundii in *dum*, ut v. 1. לְמַחֲזִיק, *ad confirmandum* [z]. ¶ *Et ad mensam unam mendacium loquentur*] Mutuam promittentes amicitiam [k]. Alter alteri imponet [l]. Epiphanes & Philometor, specie amici, animo infidi suspectíque mutuò, Memphide inter se convenient [m]; & Philometor convivio excipiet Antiochum, postquam pacem cum eo fecerit [n]. Nihil inter ipsos erit nisi tendiculæ & aucupia verborum [o]. At de hoc colloquio in eadem mensa nihil habent historici: ideóque quidam ad Antichristum retulerunt. Sed non est necesse [p]. 1. Multa ejus generis cum historicis deperditis perire poterant [q]. 2. Phrasis hæc metaphoricè sumi potest, ad exprimendam summam familiaritatem [r]. ¶ *Et*, &c. וְלֹא תִצְלָח] *Et* (vel, *Sed*, JT. P. &c. *Tamen*, Ti.) *non prosperabitur*, Mo. JT. Pi. &c. vel, *prosperè cedet*, P. *succedet*, V. sub. *illud*, JT. Pi. Gej. Tertia fœmin. neutralem gignit sensum*. Vel, *consilium eorum*, V. vel, illa pax [t]; vel, negotium tanto apparatu gestum [v]. Non succedent doli [x]. Nam neque Antiochus Ægypti, neque Ptolemæus Syriæ, Regno potietur [y]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עוֹד קֵץ לַמּוֹעֵד] *Quia adhuc* (sub. *erit*, P. M. Pi. V. vel,

Margin notes (left column): [o] Pol ex Jun. sim. Gej. [p] Pi. [q] V. [r] Calv. * Jun. [t] G. [v] Pi. [x] Calv. [y] Gej. [z] G. [a] V. Pi. [b] Q. in Gej. [c] V. [d] Gej. * M. [f] G. [g] Pi. [h] M. [i] G. [k] Gej. [l] Mald. [m] G. [n] G. j. [o] M. [p] Gej. [q] Pi. Gej. [r] Mald. * Calv. [t] Gej. [v] Idem.

Margin notes (right column): [x] Calv. sim. Mald. [y] Gej. [z] G. sic Pi. &c. [a] Calv. [b] G. [c] Calv. † Jun. [d] G. * Idem. [f] Calv. [g] G. [h] V. [i] Pi. sim. Pol. Gej. [k] Pol. ex K. [l] Gej. [m] G. [n] Gej. [o] Pi. [p] G. [q] Pi. Pol. Gej. V. [r] Jun. Pol. * C. [t] Jun. [v] V. [x] G. [y] Gej. sim. Pi. [z] Gej. [k] Pi. sim. Gej. [l] V. [m] G. ex Hi. [n] Pi. [o] Jun. [p] Mald. [q] Calv. [r] Mald. * Gej. [t] Pi. sim. Gej. [v] Gej. [x] G. [y] Mald.

vel, *supererit*, JT.) *finis* (vel, *terminus*, JT. nempe illius pacis[z],) *ad tempus certum*, sive *constitutum*, Mo. P. M. Pi. sic Calv. JT. ad tempus à Deo definitum[a]. q.d. Quoniam Deus tenet multas res suspensas. Nondum adest finis, sed opportunum tempus occulto Dei consilio præfixum est, quo nunc vincat Antiochus, nunc recedat. Ità revocat fideles ad providentiam Dei[b]. Vel, *finis temporis*, sub. *constituti*; i.e. Quia necdum advenit tempus quo alter alteri nocere possit[c]. *Quia negotium in aliud tempus extendetur*, Ti. *Quia adhuc finis differetur*, Ca. Quia nondum venit finis temporis utrique Regno à Deo præstituti[d]. *Quia eventus illorum dolorum adhuc in aliud tempus*, à Deo dilatus est scilicet. Hoc est tempus de quo mox infrà 29*. Bellum & negotium illud, quod *finis* hîc vocatur, *in* aliud *præfinitum tempus* servatum est[f]. Al. Sensus loci, Non procedet pax illa, quia terminus futurus est intra certum tempus; i.e. Pax illa aliquantò pòst in atrox bellum commutanda[g].

28. *Et revertetur*, &c.] Nempe Antiochus[h], quia non potietur Ægypto. Ità victor erit, ut tamen se intra antiquos fines recipiat[i]. ¶ *Et cor ejus* (sub. *erit*, P. M. vel, *spectabit*, Ti. vel, *vertetur*, Sy.) *adversùm*, &c. עַל־בְּרִית קוֹדֶשׁ] *Contra* (vel, *super*, Mo.) *fœdus sanctum*, Ti. JT. Pi. vel, *sanctitatis*, Mo. vel, *sanctuarii*, M. i.e. Vel, 1. Legem Dei; quam *fœdus sanctum* in hujus rei historia vocat scriptor 1 Mac. 1. 66. Hoc est quod contumeliosè narrat Tacitus, *Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare, adnixus*. Hic est primus adventus Antiochi in Judæam, præteritus à scriptore primi Maccabaici, quòd secundi adventûs res multò atrociores fuerint[k]. Vel, 2. urbem[l], & Templum Jeros[m]. quod Divini Testamenti sacrarium est[n]; quod ille spoliavit[o]. Vel, 3. populum Judaicum, Deo fœderatum[p]. Contra Ecclesiam Dei, custodem & depositariam fœderis[q]. *Contra* homines *fœderis sancti*, P. i.e. ut noceat Judæis, qui colunt Deum verum & vivum juxta Legem ipsius[r]. Impletum hoc 1 Mac. 1. 20, &c. 2 Mac. c. 5. v. 11, &c*. ¶ *Et faciet*] Ità P. Mo. &c. i.e. Cogitata efficiet[t]; compos voti erit[u]: id *facere*, absolutè positum, significat, infrà vers. 30, 32[v]. Vel, affliget eos. Sic vers. 17[x]. Al. De sacerdotio egit ut voluit[y]. [Alii sic reddunt,] *Quùmque fecerit*, JT. *Et re effectâ*, Pi. Gravis erat hæc tentatio, de qua ergò fideles præmoneri oportuit[z].

29. *Statuto* (vel, *Deinde constituto*, Pi.) *tempore*] Ità M. A Deo, ut suprà 27[a]. Post aliquot annos[b], commodam occasionem nactus debellandi Philometora cum sorore Cleopatra[c]. ¶ *Revertetur & veniet* (i.e. Iterum veniet, ex Hebraismo[d],) *ad Austrum*] Id est, Ægyptum†. Specie adjuvandi Philometora contra seditiosos Alexandrinos, suffultos præsentiâ Ptolemæi minoris, qui frater Philometori; cæterùm eo animo ut utrumque everteret: ut narrant Liv. l. 45. 5. & Appian. 34. Hoc est secundum iter Antiochi in Ægyptum, cujus mentio 2 Macc. cap. 5. & Joseph. 12. 6[f]. Tertia hæc est expeditio Antiochi*. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תִהְיֶה כָרִאשֹׁנָה וְכָאַחֲרוֹנָה] *Et*, vel *Sed, non erit* (vel, *accidet*, Ca.) *ut prius, ità* (vel, *& sic*, Mo.) *posterius*, Calv. Ca. Mo. *Et non sicut primum* prælium, *sic erit novissimum*, M. *Non tamen postrema* profectio *primæ respondebit*, Ti. *Sed non erit posterior* adventus *similis priori*, P. V. Ad verb. *Et non erit sicut prior & sicut posterior*, i.e. prior sicut posterior, & posterior sicut prior. Hebraismus[g]. Non erit ei secunda hæc expeditio tam felix quàm prima[h]. Nam in secundo adventu discedet re infectâ; de quo v. seq[i]. *Sed non erit ut prior* expeditio, *aut ut posterior*, JT. *Sed non fiet sicut primâ* vice, *aut sicut alterâ* vice. Antiochus non vincet Philometorem, nec subjugabit sibi Ægyptum; sicut ei contigerat in duabus prioribus expeditionibus. In Hebræo est ellipsis duplex, præpos. כ & nominis פַּעַם†.

30. *Et*, &c. וּבָאוּ בוֹ צִיִּים כִּתִּים] *Et* (vel, *Nam*, P. M. &c. ו hîc causaliter accipi debet[k].) *venient* (vel, *ibunt*, Ca.) *cum eo* (vel, *ad eum*, P. Ca. *contra eum*, M. T. JT. Pi. Gej. Calv. ב valet, *contra*, Psalm. 74. v. 1. & 78. 19. & 80. 5. & 85. v. 6[l].) *Siim* (vel, *naves*, P. Ti. M. &c. *trieres*, vel *triremes*, Gej.) *Chittim*, Mo. P. &c. vel, de *Chittim*. Ellipsis literæ מ, quæ frequens est. Confer Num. 24. 24*. *Naves*, id est, legati vecti navibus[m].

[Sed quid כִּתִּים *Chittim*?] כִּתִּים primùm dicti *Citiei*, qui in Cypro, ut diximus ad Num. 24. 24. Cœpit deinde ea vox ab Hebræis, ut fit, latiùs extendi, ad significanda omnia quæ Hebræis transmarina, præcipuè Macedoniam, ut apparet 1 Mac. 1. 1[n]. Ex collatis omnibus Scripturæ locis ubi hæc vox occurrit discimus, à Macedonia usque ad ultimos fines Græciæ, imò usque ad Illyricum, quin & Italiam, vocari Cittim, adeóque Cittim esse & Macedonas, & Græcos, & Italos. Quos [Italos] hîc intelligi constat. Non enim à Græcis, sed à Romanis, hoc præstitum est[o]. *Cittim* sunt Cilices, in cujus portubus naves Romanæ ferè servabantur, ut mari Mediterraneo omnibus ex partibus imperarent[p]. Al. Locum sic reddo, *naves è Macedonia*. Nam Romani eo tempore quod hîc prædicitur jam Macedoniam devicerant, partimque ibi, & partim in locis proximis, classem habebant validam. Livius lib. 45. post finem belli Macedonici, *Victoriæ Romanæ fama cùm pervasisset in Asiam, Antenor*, (dux alter Romanæ classis,) *qui cum classe lemborum ad Phanas* (Chiorum promontorium) *stabat, Cassandriam inde trajecit*. (Ea est urbs Macedoniæ, ut docet nos Plin. 4. 10.) *C. Popilius, qui ad Delum præsidio navibus Macedoniam petentibus erat, postquam debellatum in Macedonia, & statione summotos hostium lembos, audivit, dimissis & ipse Atticis navibus, ad susceptam legationem peragendam navigare Ægyptum pergit, ut priùs occurrere Antiocho posset quàm ad Alexandriæ mœnia accederet*[q]. ¶ *Et*, &c. וְנִכְאָה] *Et* (vel, *Itaque*, Ca. *Unde*, P.) *atteretur*, Mo. vel, *infirmabitur*, M. sim. Calv. *consternabitur*, Ti. *dolebit*, P. V. sim. JT. Pi. Ca. Pol. Gej. G. à כָּאָה *doluit*[r]. De quo verbo vide Psal. 109. v. 16. Ezec. 13. 22*. Dolebit se à Romanis revocari[t], & in ordinem cogi non sine ignominia[v]. *Humiliabitur*, o'. in G. Maximo suo cum dolore, ad mandata Popilii, qui eum (cunctantem & tergiversantem[x], dicentémque se consideraturum cum amicis[y],) virgâ circumscribet, ut sine mora respondeat, cogetur Ægypto exire, præsidiáque & classem abducere. Liv. dicto lib. 45[z]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁב וגו'] *Et revertetur* (Ægypto scil. relictâ, in Syriam[a]. Parcbit, quamvis indignè ferat tam imperiosè secum agi[b].) *& irascetur* (vel, *Rursùsque indignabitur*, JT. &c.) *super*, vel *contra*, *pactum*, vel *fœdus*, &c. Pi. &c. ut v. 28[c]. Iram contra Romanos collectam effundet in fœdus, &c[d]. ¶ *Et faciet*] Scilicet, quod ex indignatione instituet contra Judæos*: vel, multa mala Judæis per homines illos quos in Judæa nuper reliquerat[f]. Fremens in Judæos sæviet[g]. ¶ *Revertetúrque*, &c. וְשָׁב וְיָבֵן עַל־ וגו'] *Et revertetur, & intelliget* (vel, *cogitabit*, M. Ti. vel, *animum adjiciet*, P. sim. Calv. JT. Pi. id est, eorum animos sibi conciliabit[h]. Al. *Et iterum se intendet*, Ca.) *super* (vel, *ad*, P. *contra*, JT. Pi.) *derelinquentes*, &c. Mo. sim. JT. Pi. vel, *desertores*, &c. P. vel, *de desertoribus*, &c. Ti. sim. M. Sensus, Iterum favebit Legis desertoribus, Jasoni, Menelao, & his similibus[i]. Al. Post afflictos pios Judæos animadvertet in transfugas Judæorum[k]. Significat occultas pactiones inter Antiochum & apostatas. Constat eum accitum fuisse Hierosolymam ab Jasone primùm, (qui postea mercedem retulit, 2 Mac. 4. 26, 27. & 5. 8.) deinde à Menelao[l]. Dissidebant inter se Judæi de potentia. Onias, postquam prævaluit, civitate expulit Tobiæ filios, qui supplices ad Antiochum fugerunt, petentes ut, semet ducibus, in Judæam irrumperet: quod & fecit. Joseph. Antiq. 12. 6[m].

31. *Et* (vel, *Porrò*, Pi.) *brachia* (vel, *manus*, Ca. sub. *illic*, P.) *ab*, vel *ex*, *eo stabunt*, Mo. P. M. Calv. &c. scilicet contra Judæos[i]: vel, *existent*, Ca. Venit enim cum magna multitudine. Locum hunc & sequentia quædam videbis bene versa & commodè explicata apud Chrysost. l. 2. adversùs Judæos[k]. Per *brachia* hîc intelligit, vel, 1. Romanos Judæis præfectos[l]: vel, 2. perfidorum Judæorum auxilia, quibus Antiochus ad perdendos reliquos usus est[m]. Quod quidem haud malè convenit[n]. Vel, 3. Antiochi duces[o], & amicos, qui se cupiditatibus ejus accommodabunt, & adversùs Judæos conspirabunt[p]. Sensus, Collocabit in Jeros. præsidium fortissimum militum[q]. Vires ejus & conatus bene illi adversùs Judæos succedent[r]. ¶ *Et*, &c. וְחִלְּלוּ הַמִּקְדָּשׁ הַמָּעוֹז] *Et* (vel, *quæ*, Ca.) *pollnent*, vel *profanabunt*, *sanctuarium*

ctuarium (i.e. Templum †) *fortitudinis*, sive *roboris*, Mo. P.M.Calv.&c. [Sic dictum vel, 1.] quòd munitum erat arcis in modum; vide Ezec.40.2 [t]: vel, 2. quòd ædificium illud stabile erat [v]: vel, 3. quia in eo Deus fortissimus habitavit, & ostendit virtutem suam [x]: vel, 4. ut pii agnoscant Deo suam adhuc manere potentiam, quamvis Templum direptum esset[y]. Vel, *munitum*, Ca. vel, *munimentum illud* præclarum, (ut per appositionem sumatur,) quod, licèt jam desolatum, brevi tamen erigendum erat [z]: vel, nempe *munitionem*, Pi. vel, & *munitionem*, Ti. JT. Pol. i.e. Jerosol[a]. quæ, teste Strab. urbs erat munitissima [b]. *Pollvent*, &c. i.e. Intrabunt in Templum, & vasa auferent, 1 Mac.1.23,&c. 2 Mac.5.15 †.

¶ *Et*, &c. [וְהֵסִירוּ הַתָּמִיד] *Et auferent juge*, P. M. &c. sub. *sacrificium*, Pi. q.d. oblationem sacrificiorum [c]; & publicum Religionis exercitium impedient milites ducésque Antiochi [d], interdictis, minis *, & vi [f]. Hic alter profanationis gradus, tempore aliquo interposito. *Prohibuit enim* Rex *sacrificia*, &c. 1 Maccab.1.47. simil. Josephus. Porphyrius, in lib. De abstinentia, ait Judæos ἀνήκεςα παθεῖν ὑπ' Ἀντιόχε εἰς τὰ νόμιμα, (*gravissima passos esse ab Antiocho, ob*, vel *circa*, *Legis instituta* *.)

¶ *Et*, &c. [וְנָתְנוּ הַשִּׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם] *Et dabunt* (vel, *ponent*, P. Pi. &c. *importabunt*, Ca. *imponent*, JT. sub. *ibi*, G.) *abominationem*, vel *detestationem*, *obstupefacientem*, Mo. sic P. Calv. quæ reddidit populum stupentem & attonitum [g], cùm viderent Templum à Deo derelictum [h]: vel, *vastatoris*, Ti. *desolatam*, JT. o'. *perniciosam*, Ar. *ad corruptelam*, Sy. *desolantem*, Pi. Al. *abominandam desolationem*, M. *scelus calamitatis*, Ca. *idolum vastitatis*, i.e. unde omnes boni longè fugere deberent. Hic est tertius gradus, ac tempore postremus [i]. Dicit, *desolationis*, quòd desolati, h.e. deserti & debitis sacrificiis destituti, Templi signum esset. Non enim Templum eversum est [k]. Intelligunt, vel, 1. de idolo Jovis Olympii [l], quod in ipso Templo collocatum est, 2 Mac. 6. 2 [m]. Sed de eo dicetur demum v.38,39 [n]. Vel, 2. de militibus idololatriæ abominandæ deditis, & Templum urbémque desolantibus [o]. Hoc ità factum esse constat ex 1 Mac.1.23, &c. 2 Mac. 5.24. Vide ad Dan.9.27. & 12.11 [p].

32. *Et*, &c. [וּמַרְשִׁיעֵי בְרִית יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *prævaricatores pacti* (vel, *impiè agentes in pactum*, P. sim. M. JT. Pi. Calv. i.e. apostatas Judæos [q], & inprimis sacerdotes [r]: vel, *impiè deserentes fœdus*, Ti. vel, *fœdifragos*, Ca. vel, *damnantes fœdus*, Jun. Gej. Pol. nempe facto suo, desertione fœderis †: vel, sententiam ferentes in fœdus, ac si meris constaret ineptiis aut figmentis [t]:) *simulare faciet* (vel, *ad hypocrisin adducet*, Pi. *inducet ut subdolè agant*, Ti. vel, *contaminabit*, JT. *seducet*, M. *corrumpet*, Ca. *abducet in errorem*, Calv. *profanabit*, i.e. inducet ut omnem prorsus Religionem Deúmque reverentiam excuterent. חנף sign. *profanare*, Jer.3.1,9. & 23.11.&c[v]. Vel, *peccare faciet*, V.) *in blanditiis*, Mo. sic P. M. JT. G.&c. persuationibus, promissis, donis, honoribus, &c[x]: vel, *per hypocrisin*, Ti. vel, *sermonibus blandis*. i.e. Multos trahet ad idololatriam, relictâ Lege Dei[y]. Sensus est, Eos qui sacerdotium contra Legem nundinati sunt blandimentis eò perducet ut ad idololatriam conniveant. *Connivere*, i.e. ὑποκρίνεσθαι, 2 Mac.6.21. εὐδοκεῖν τῇ λατρείᾳ, 1 Mac.1.45. Vide 2 Mac. 5.15,23 [z].

¶ *Populus*, &c. [וְעַם יֹדְעֵי אֱלֹהָיו יַחֲזִקוּ וְעָשׂוּ] *Et* (vel, *At*, P. Ca. sim. M. Ti.) *populus* (vel, *homines*, Ca.) *scientium* (vel, *cognoscens*, P. sim. M. Calv.) *Deum suum* (i.e. Verus Dei populus; quos Deus agnoscit, & qui Deum verè cognoscunt [a], non solùm animo aut verbis, sed factis, vide Tit.1.16 [b]: qui hîc opponuntur non modò Gentibus, sed & Israelitis falsis atque apostatis [c]:) *tenebunt*, Mo. G. (i.e. adhærebunt Legi [d]: vel, *roborabuntur*, sive *roborabunt se*, Calv. *fortificabit* cor suum, P. i.e. erit forti animo, & viriliter aget; q.d. ad ultimum retinebit Religionem *: vel, *valebunt*, Ca. vel, *hi viriliter agent*, M.) *& faciet*, vel *facient*, Mo. P. M. quæ Deus præcepit. Testantur id 1 Mac. 1. 65. Jo.12.7 [p]. Vel, *proficient*, Ca. [Ti. utrumque verbum jungit, & sic reddit, *constanter aget*. Alii locum aliter reddunt.] *Ut populum cognoscentium Deum suum* (i.e. populum in gratiam fœderis adscitum, & gratiæ illi vocantis Dei fide & sanctificatione respondentem [q],) *prehendant*, *& faciant*, JT. *Et* (sub. *illi*, Pi.) *populum cognoscentium* (i.e. profitentium & colentium [r]) *Deum suum prehendent*, sive *comprehendent*, Pi. Pol. Gej. (i.e. artibus suis circumvenient, ut à vero Dei cultu abducant †,) *& facient*, Pi. Pol. vel, *prævalebunt*, Gej. Sensus loci, Alios seducent ut Hellenismum amplectantur; alios verò deceptos comprehendent, & tum Gentibus tradent, tum ipsi trucidabunt: & succedet ipsis pro voto, sive fraus, sive violentia [t].

33. *Et*, &c. [וּמַשְׂכִּילֵי עָם יָבִינוּ לָרַבִּים] *Et intelligentes* (vel, *Doctores etenim*, Ti.) *populi* (vel, *è populo*, Pi. qualis Eleazarus 2 Mac. 6. 18 [v]. Intelligit h.l. vel, 1. doctiores in populo [x]. Quos priùs vocavit *scientes Deum*, hîc *doctos* vocat. Deum qui bene novit, sanctéque colit, is meritò doctissimus haberi potest [y]. Vel, 2. Doctores in populo [z], vel sacerdotes: q.d. Licèt multi sacerdotes defecturi sunt [a], qui plebi laqueos tendent, ut in eandem impietatem trahant [b]; aliqui tamen residui ex illis erunt, qui, in Lege Dei edocti, alios verè docebunt, populúmque in mediis persecutionibus instituent [c], & in puro cultu Dei retinebunt [d].) *intelligere facient* (vel, *docebunt*, P. Calv. sim. Ti. Ca. Pi.) *multos*, Mo. &c. Vel, 1. docebunt, non verbis, sed exemplo, pro Religione constanter moriendo *. Vel, 2. dabunt intelligentiam Legis & præceptorum Dei multitudini [f]: instruent eos ex Lege in vera Religione [g], in fœdere hoc sacro. Vel, 3. in sensu hujus vaticinii. Confer Dan. c.8. v.16. & 9.22 [h].

¶ *Et ruent*, &c. [וְנִכְשְׁלוּ וגו'] *Et corruent* (sub. *ex illis*, P. vel, *Et dejicientur*, Pi. sub. *in illa persecutione*, tempore scilicet Maccabæorum, à quibus adjuti fuerunt [i],) *in gladio*, *& in flamma*, &c. Mo. &c. Gravissimè affligentur doctores & discipuli illi à ministris Antiochi [k]. Al. *Quamvis corruant*, &c. Jun. q.d. Etiamsi centies pereundum sit, non tamen desistent ab officio docendi [l]. [Alii versum sic reddunt;] *Et qui erudiunt populum*, *atque dant multis intellectum*, *corruent*, &c. M. *Ità erudientes populum*, *instruentes multos*, *corruent*, &c. JT. In mediis afflictionibus donum illud sanctum quod in illis accendit Deus in aliis fratribus suis sunt accensuri, nè extinguatur Spiritus in illis afflictionum tenebris [m].

¶ *Dierum*, [יָמִים] *Diebus*, Mo. P. M. JT. sub. *aliquot*, ut suprà 8. 27 [n]: vel, sub. *multis*, P.M. JT. Calv. Vel, *ad tempus*, Pi. *longo tempore*, Ti. sim. G. *diu*, Ca. Magnum hoc pondus habebit: multi enim ad tempus satis virili & intrepido sunt animo, qui postea languescunt, & tandem evanescunt. Angelus autem promittit hîc insuperabilem & duraturam constantiam, &c [o]. [De impletione hujus vaticinii] vide 1 Mac.1.52,66. 2 Mac.6. & 7. Heb. 11. 35,36. Josephum, 12.7 [p].

34. *Cúmque corruerint*] Hebr. *In prosterni ipsos*, Gej. Cùm in summis miseriis oppressi jacebunt [q]. In medio dirissimarum persecutionum cursu, quum nemo id suspicaretur aut speraret [r]. ¶ *Sublevabuntur auxilio parvulo*] Nempe per Maccabæos †. Mattathias cum 5 filiis ad libertatem initium faciet, 1 Mac.2. 2 Mac.5.27. Jo.12.8,&c. Bene hunc locum accepit Porphyrius. Confer Ezec. 38. & 39. & ibi dicta [t]. ¶ *Fraudulenter*] Ità P. *per blanditias*, M. Ca. Pi. sim. Mo. JT. V. i.e. fictè [v], non sincero animo: qui, persecutione motâ, desertores erant; sed cultores, quum felices Judæis erant successus [x]: animo proditorio[y], ut Maccabæis insidias tenderent [z]. Vide 1 Mac.5.56,&c. 2 Mac.12.40 [a].

35. *Ruent*, &c. [יִכָּשְׁלוּ לִצְרוֹף בָּהֶם וגו'] *Corruent ad conflandum eos*, JT. (vel, *in eis*, Mo. vel, *ad repurgandum per eos*, P. i.e. ut repurgent mentes vulgi per ignem examinandas, quas confirmabunt suo exemplo: q.d. *ad repurgandum* Israelem scoriis, h.e. falsis opinionibus [b]. Causam addit cur Deus id permiserit [c]. *Ut fiat examinatio eorum*, M. *gratiâ conflandi*, Ti. *ut explorentur*, Ca. ut illis malis excocti magis qui sint appareant [d]: ut pii ab hypocritis separentur *. *Ut conflet eos Deus*, i.e. ut probet eorum fidem [f].) *& ad mundandum*, *& ad dealbificandum*, Mo. &c. vel, *ut repurgentur*, M. sim. Ca. G.&c. i.e. conspiciantur mundi, non sordido lucro dediti [g]; *& dealbentur*, M. &c. i.e. appareant sinceræ ac bonæ fidei homines [h]. Ignorantia *nigrore* & tenebris significatur; scientia autem, *albore* & luce [i]. Similitudo est, vel, 1. triplex: 1. à metallis, quæ igne conflantur ut à scoriis separentur; 2. à tritico, quod ventilabro purgatur à palea; 3. à panno, qui à fullonibus dealbatur,

 & à

Margin notes, left column: † Ti. &c. / t G. / v Q. in V. / x V. / y Calv. / z Gej. / a Jun. Pol. / b Jun. / † G. / c Pol. / d Gej. ex Pol. / * Gej. / f Pol. / * G. / g V. sim. Calv. / h V. / i G. / k Mald. / l Gej. sic G. V. Mald. ex He. / m G. / n Pol. / o Pol. ex Jun. sim. Gej. / p Pol. / q Pi. / r Calv. / † Jun. / t Gej. / v Idem. / x Idem. / y V. / z G. / a Calv. / b Mald. / c Calv. / d G. / * V. / p G. / q Jun.

Margin notes, right column: r Pi. / † Jun. / t Pol. / v G. / x V. / y Mald. / z Jun. / a Pol. ex Calv. / b Calv. / c Pol. / d Calv. / * Mald. / f V. / g Pi. / h Gej. / i V. / k Pi. / l Calv. sim. Jun. / m Jun. / n Pi. / o Calv. / p G. / q G. / r Gej. / † Pi. sic Jun. Pol. Calv. Me. T. Mald. / t Gej. / v G. / x V. / y Pol. / z T. / a Mald. Me. G. / b V. / c G. / d Idem. / * Gej. / f Pi. / g G. / h Idem. / i V.

& à maculis abluitur [k]: [vel, 2. unica,] ab aurificibus vel fusoribus. In fusura tria sunt: 1. ut probetur metallum, utrùm sit justum nécne; 2. ut probius fiat, i.e. defæcetur; 3. ut illustretur magis, quod Hebræi, ut etiam Græci, *dealbandi* verbo denotant [l]. Docet hic locus, 1. Afflictiones piis non exitiales esse, sed commodas & salutares: 2. In ipsis electis, (neque enim hîc de hypocritis aut vulgo disserit,) imò in sanctissimis martyribus, subesse aliquas fæces, quæ purgandæ sunt [m].
¶ *Usque ad tempus* (liberationis [n]) *præfinitum*] A Deo, ut suprà 27,29 [o]. Deus non urgebit suos ultra modum. Vide 1 Cor. 10. 13 [p]. Præscripsit Deus tyrannis terminos, quos transilire nequeunt [q]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עוֹד לַמּוֹעֵד] *Quia* (sub. *erit*, M.) *adhuc ad statutum tempus*, Mo. sim. Calv. M. vel, erit finis *temporis constituti*, P. Plena locutio habetur v.27. i.e. Nam adhuc exspectabitur tempus quo Deus finem faciat persecutioni illi [r]. Al. *Nam adhuc supererit tempus*, Ca. *Quia tempus aliud præfinitum est*, Ti. Comparent se pii ad nova prælia, & patienter exspectent tempus à Deo præfixum †. *Quia adhuc* supererit terminus *tempori constituto*, JT. *Quia adhuc* fiet aliquid *tempore constituto*, P. *Quia adhuc* restat nonnihil *ad constitutum tempus* liberationis. Spatium autem hoc quò erit longius, eò magis inclarescet eorum pietas & constantia [r]. Significat persecutionem hanc duraturam *usque ad tempus finis*, & terminandam cum fine, nempe Regni tertii, sive Græcorum. Nam successores Antiochi non veniunt in censum apud Danielem, nec de iis quicquam prædicitur; quin tempus regni Antiochi vocatur *finis regni Græcorum*, Dan.8.23. Ratio est, quia, durante Antiochi regno, Macedonia (unde ortum est Græcorum Regnum) cum reliqua Græcia sub jugum Romanum venit. Indè ergò inchoatur Regnum quartum, tum à Spiritu Sancto, tum quodammodo ab ipsis Romanis. Ità Velleius Paterculus, l.6. *Assyrii Principes omnium gentium rerum potiti sunt; deinde Medi, postea Persæ, deinde Macedones: exinde duobus Regibus, Philippo & Antiocho, (qui à Macedonibus oriundi erant,) haud multò post Carthaginem subactam, devictis, summa Imperii ad populum Romanum devenit* [v].

36. *Et faciet juxta voluntatem suam* (i. e. Quicquid volet, quicquid apud se statuerit, audebit [v]. Divina omnia humanáque jura pervertet [x]. Omnia illi diu succedent pro voto, ut suprà 8.4. & 11.3 [y].) *rex*, הַמֶּלֶךְ] *Iste rex*, JT. Pi. Locus hic valde est obscurus & ambiguus [z]. Interpretes variè explicant [a]. Qu. De quo hîc loquitur? Resp. 1. De Antiocho Epiphane [b]. Probatur. 1. Ex collat. Dan.12.6,&c [c]. 2. Contextus ostendit agi de eodem Rege [d]; qui etiam הַמֶּלֶךְ dicitur cum He hajediah seu emphatico*, q. d. Rex ille de quo antè dixi [f]. 3. Verisimile non est, Angelum velle vaticinium de persecutione Judæorum abrumpere, eóque non absoluto transilire ad alia longo pòst tempore futura. 4. De hujus persecutione & eventu illius summè solicitus erat Daniel, ut apparet ex repetita interrogatione, Dan.12.8. De eo igitur Angelus loquitur. 5. Acta Antiochi toti sequenti vaticinio exactè respondent [g]. 6. Quis credat Angelum, cùm de Antiocho loqueretur, eodem orationis filo, nullâ factâ transitione, de alio Rege agere cœpisse? Ego, si ità loquerer, insanus viderer. 7. Maximè me movet hujus prophetiæ similitudo cum illa Dan. 8. 9, 10, 24, 25. quæ de Antiocho agit [i]. [Aliis hæc sententia non placet.] Id plerosque ad hunc sensum flexit, quòd nulla hîc est transitio. Verùm obscuritatis causa hæc est, quòd textus non rectè distinguatur, & clausula illa, כִּי עוֹד לַמּוֹעֵד, ad v.35. referatur, quà v.36. inchoandus est, & locus sic reddendus, *Nam adhuc ad tempus constitutum faciet secundùm voluntatem suam rex* †. Hîc quidem de longo successu & continua serie victoriarum disserit Angelus: quod in Antiochum non competit, nam statim extinctus fuit; nec ad filios ejus, qui parricidiis etiam perierunt, Syriâ à Romanis subactâ. Necesse ergò est ad alium Regem transitum fieri [k]. Quin & ipsi Judæi fatentur novum hîc argumentum inchoari, objectúmque aliud sisti ab Angelo [l]. Respond. 2. De Romano Imperio [m]: vel, 1. qualiter gubernatum fuit per senatum, per consules & proconsules [n]; vel, 2. sub quovis genere regiminis. Hebræi enim *Regem* pro Regno, & *Regnum* pro quovis regimine, accipiunt [o]. De eo quatenus nationes domabat, Christum & Christianos persequebatur [p]. Qu. Sed cur ab Antiocho transit ad Romanos? Resp. Quia ab illis multa passuri erant Judæi, & sub illis Religio magis & magis pessundata est, non tantùm ab externis hostibus, sed ab ipsis sacerdotibus. Contra hæc muniendi erant fideles, nè succumberent tot & tantis cladibus. Non oportuit igitur tempus illud omitti quod erat intermedium inter Maccabæos & Christi adventum [q]. Resp. 3. De Antichristo [r]. Ità veteres omnes intelligunt †. Probatur. 1. Ex ipsa fili historici sectione [t]. Dixit persecutionem Antiochi finem habituram [v], & *restare adhuc aliud tempus*, v. 35 [x]. Nimirum quale antea non fuit [y] [Dan.12.1.] 2. Ex temporis determinatione, quando mortui sunt resurrecturi, Dan.12.2 [z]. 3. Ex prædicatorum conditione, quorum nonnulla non quadrant in Antiochum; quippe qui post motam persecutionem Templíque profanationem non diu supervixit, nec quicquam præter illa perfecit memorabile [a]: qui etiam deum patrum suorum non abjecit, sed coluit, nec Maüsim veneratus est, nec amorem fœminarum sprevit, &c [b]. 4. Ex collatione locorum N. T [c]. ubi ipsa Danielis verba adhibentur de calamitatibus Ecclesiæ futuris sub finem mundi, Matt. 24. 15. & de Antichristi tyrannide, 2 Thes. 2. 4 [d]. Resp. 4. De Antiocho hîc agit, sed obiter & leviter tantùm; reverà autem sub Antiochi typo Antichristum describit *. [Sed jam veniamus ad explicationem verborum.] *Faciet secundùm libidinem*, Calv. vel, *voluntatem*, nempe suam, non Christi: αὐτεξούσιος erit, jura Divina & humana conculcans [f]. ¶ *Et*, &c. וְיִתְרוֹמֵם וְיִתְגַּדֵּל עַל־כָּל־אֵל] *Et extollet*, vel *elevabit*, *se*, (elatione incredibili, ut innuit forma Hithpahel [g],) *& magnificabit se super omnem deum*, Mo. P. M. Pi. &c. vel λεγόμενον, vel ὄντως talem, 1 Cor. 8. 5 [h]. Vel, 1. super illos qui habentur dii, sed non sunt [i]. Antiochus, ut ait Polybius apud Athenæum, πάντων τῶν παρ' ἀνθρώποις λεγομένων ἢ νομιζομένων θεῶν ἢ δαιμόνων, πρὸς τε δὲ ἡρώων, εἴδωλα ἀνῆγε, (*omnium qui ab hominibus dicuntur aut putantur dii aut deastri, insuper & heroum, idola traduxit.*) Interim verò ἱεροσυλήκει τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν, (*pleraque templa sacrilegè expilavit* [k].) Vel, 2. super deos omnes: quos sanè Romani spreverunt, pro sua superbia judicantes an colendus esset Deus hic, vel ille [l]. Vel, 3. sensus est, q.d. Subjugabit omnes terras ac gentes. Ratio phraseωs est, quòd in temporibus paganismi quælibet urbs & gens proprios suos & peculiares habebat deos, qui earum tutores & protectores habebantur. Hinc, 1. gentes ipsæ sub nomine deorum suorum significantur. Israelitæ dicuntur *populus Jehovæ*; Moabitæ, *populus Chamosi*, Num. 21. 29. Huc refer loca illa, Deut. 4. 28. & 28. 36, 64. Jer. 16. 13. *servient diis alienis*: non quidem religiosè, (nam Judæi nunquam magis ab idololatria immunes erant, ut hodie cernimus,) sed politicè; *servient idolis*, i.e. gentibus idololatricis: quomodo Christianus à Turcis captus possit quodammodo dici *verna Mahometis*. 2. Gesta gentium diis earum tribuuntur, 2 Paral. 28. 23. Jer. 51. 44. 3. Quæ gesta sunt contra gentes, gesta dicuntur contra deos earum, 2 Reg. 18. 33. Esa. 46. 1, 2. Jerem. 48. vers. 7. & 50. 2. & 51. 44. Siquidem quæ ab exercitibus, sive feliciter sive infeliciter, gesta sunt, eorum Imperatoribus adscribi solent. Si quis tamen *deos* mallet de Regibus accipere, res eòdem recidet [m]. Non cæditur populus, usquedum cæditur Princeps ejus, inquit RS [n]. ¶ *Et*, &c. וְעַל אֵל אֵלִים יְדַבֵּר נִפְלָאוֹת] *Et contra* (*super*, Mo.) *Deum deorum* (i.e. summum verúmq; Deum [o]; sic dictum, quia potestatem habet in illos qui dii dicuntur, sed non sunt, in magistratus, in Angelos [p];) *loquetur mirabilia*, Mo. M. &c. grandia, superba & blasphema [q]: vel, *mirificè*, Ca. sim. Gej. qu. d. contumeliosus erit [r]. Impletum hoc, 1. in Antiocho. Vide 1 Macc. 2. 6. & 2 Mac. 8. 4. & 9. 28. & 10. 4, 34, 35, 36. 2. In Romanis, ex quo iis innotuit Judæorum Deus & Religio. Cicero enim pro Flacco verum Deum indignum dicit qui cum Venere, Baccho, &c. numeraretur †. Romani etiam Christum irriserunt, blasphemârunt, crucifixerunt [t]. 3. In Antichristo, de quo vide, 2 Thes. 2. 4. & Apocal. 17. 3 [v]. ¶ *Et*, &c. וְהִצְלִיחַ עַד־כָּלָה זַעַם] *Et prosperabitur*, Mo. M. JT. &c. (vel, *prosperè evenient* ei omnia,

k Pol. sim Gej. — l Jun. — m Calv. — n G. — o G. sic V. Pi. — p Calv. — q Cel. — r V. — † Calv. — r G. — v Med. oper. l.4. epist. 41. p. 977. — v Pol. — x Jun. — y G. — z Calv. — a Pol. — b Jun. G. Pol. L. San. Mald. Wil. Emp. Broughr. — c Pol. Wil. — d Pol. Wil. sic Mald. — * Pol. — f Mald. sim. Pol. — g Pol. — i Mald. — † Med. ib. p. 977. — k Calv. — l Gej. — m Calv. Med. RS. in Gej. — n Calv.

o Med in apost. S. ultim. temp. p. 822. operum. — p Med. in Gej. — q Calv. — r Calov. M. Gej. ex Graf. & Gesn. & Belg. &c. — † Med. p. 976. — t Gej. ex Danhav. — v Calov. ex Gesn. — x Calov. — y Gej. — z Gej. sim. Med. Calov. — a Gej. — b Calov. — c Gej. — d Calov. — * Me. sim. T. — f Gej. — g Idem. — h Idem. — i Jun. — k G. — l Calv. — m Med. p. 822. — n Med. p. 978. — o Pi. G. & C. — p Jun. — q Pol. — r G. Pol. — † Calv. — t Med. — v Gej.

nia, P.) *usque ad consummationem iræ*, Mo. vel, *usquedum consummet indignationem*, JT. videl. Deus, perficiens severissimum judicium suum in sceleratum Antiochum, & alios improbos[a]. *Donec finita fuerit* (vel, *consummetur*, Ti. Pi. sim. M.) *ira*, P. nempe Dei[y], vel, 1. in ipsum hunc persecutorem[z]; vel, 2. in populum suum[a], ob gravia ac diuturna sua peccata[b]. Al. *donec peractum sit supplicium*, Ca. ¶ *Perpetrata*, &c. כִּי נֶחֱרָצָה נֶעֱשָׂתָה] *Quia decisa est, facta est*, Mo. *Dum id quod fuerat præcisum* (videl. decreto Dei[c]) *efficiatur*, JT. Al. *Quum ad extremum pervenerit impietas*, Ti. *Nam agetur sæviter*, Ca. *In consummationem enim fit*, ο'. *Nam perventura est ad terminum usque*, Ar. *Quandoquidem sententia lata est*, Sy. *Nam id quod decisum*, vel *præcisum*, *est* (i. e. à Deo decretum. Vox Hebræa, sicut & proximè sequens, est generis fœminini, & capitur absolutè, ex more Hebræorum[d].) *efficietur*, Pi. Pol. Heb. *effectum est*; præt. pro fut. propter certitudinem eventûs †. qu. d. Quia sic Deus decrevit ut fieret *. *Nam* (vel, *Siquidem*, M.) *decisio* (vel, *determinatio*, Calv. *definitio*, G. ex Vulg.) *facta est*, P. M. i. e. sententia certa ac decisa lata est †. Tempus quamdiu hæc mala duratura sunt à Deo est definitum, ut suprà 9. 27. & 12. 9, 11, 12[f]. Deus finem imponet suorum pœnis & ærumnis[g].

37. *Et deum*, &c. וְעַל אֱלֹהֵי אֲבֹתָיו לֹא יָבִין] *Et deos* (vel, *ad*, sive *super*, *deos*, P. Calv. G. vel, *de deo*, M.) *patrum suorum non* (vel, *nihil*, M.) *curabit*, Ti. V. G. vel, *intelliget*, M. Mo. *attendet*, JT. Pi. *adjiciet animum*, P. Impletum hoc est, 1. in Antiocho[h]; [qui non curavit *deos majorum:*] i. e. vel, 1. deos Macedonicos[i]. qu. d. Planè impius erit & vacuus omni Numinis reverentiâ, cùm & deos à majoribus suis cultos posthabeat[k]. Posthabitâ avitâ religione, mandabit omnibus subditis suis ut ritus suos derelinquant. Vide 1 Macc. 1. 43[l]. Contempsit deos suos, quia templis illorum opes & ornamenta abstulit; ut fecit, aut facere tentavit, templo Dianæ in Elymaide, sive Persepoli. Quod & in aliis templis facere poterat, licèt non memoretur *. Vel, 2. *Deum verum*, quem vocat *Deum patrum ejus*, quia eum venerati sunt majores ejus Syriæ Reges[m], & inter eos Antiochus magnus pater, & Seleucus frater, ipsius[n]. Vide 2 Macc. 3. 2, 3[o]. & Jos. Antiq. 11. 8. & 12. 3[p]. 2. In Romanis; in quibus cum aliqua pietatis simulatione crassus erat Dei contemptus: qui facilè constabat ex eo, quòd quisque potuit novos deos fingere; & quòd sibi passi sunt templum in Asia erigi, & sacrificia offerri, &c[q]. 3. In Antichristo, qui, licèt Deum verum agnoscat, eum tamen *non intelligere* rectè dicitur, quia eum non profitetur ac colit eo modo quo fecerunt majores ejus, sed addit & detrahit Divinis præceptis[r]. ¶ *Et erit*, &c. וְעַל חֶמְדַּת נָשִׁים וְעַל כָּל אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין] *Et super desiderium mulierum, & super omnem Deum non intelliget*, Mo. *Et ad* (*Item ad*, Pi.) *desiderium* (*amorem*, Calv.) *mulierum, & ad ullum Deum non attendet*, Calv. Pi. *Et de amore mulierum atque de omni Deo nihil intelliget*, M. *Nec ad concupiscentiam—nec ad ullum Deum adjiciet animum*, P. *Nec delicias muliebres neque Deum ullum curabit*, V. *Neque desiderium mulierum*, &c. Apud Hebræos ו negativam sequens negat, & valet, *nec*†. [Hoc autem membrum variè exponunt.] 1. De immani illius barbarie & ἀστοργίᾳ. *Amor mulierum* hîc ponitur pro amore eximio; confer 2 Sam. 1. 26. q. d. Nullum charitatis officium curabit[t]. Sensus, Neque fœminas, quanquam amabiles, curabit quicquam; nullâ sexûs illius tangetur misericordiâ[v]. Nè fœminis parcet: quod tamen in bello fieri solet *. 2. Sensus, q. d. Non movebitur uxorum suarum precibus, ut à cœpto suo turbandæ Religionis desinat[y]. Antiocho plures erant uxores, quarum una, quæ apud ipsum gratiâ valebat, Deum verum coluit; neque hæc eum flectere potuit[z]. Nè uxoribus quidem suis permittet ut alium deum colant quàm Jovem Olympium[a]. 3. De neglecto amore fœminarum, & contemptu amoris conjugalis[b]. Vox נָשִׁים non *scorta*, sed *conjuges*, propriè denotat, ut constat ex Gen. 4. 23. & 7. 7. & 34. 29. Num. 14. 3. 2 Sam. 1. 26. &c[c]: nec *uxores*, nisi semel vel bis, in tota Scriptura aliâ quàm hâc voce exprimuntur. *Desiderii* vocem quod spectat, eâ Sponsa exprimit Dilectum suum esse Sponsum suum,

a Jun. in annot. y V. G. z Gej. Calv. &c. a Gej. b V. G. sim. Jun. in com. Pi. b G. c Jun. d Pi. † Idem. * Pol. † V. f G. g Calv. h Pol. &c. i G. k Pol. l Pi. * San. m Jun. sic Pol. Mald. Mc. ex La. n Pol. o Pol. Mald. p San. q Calv. r Gej. † G. t Calv. v G. * Mald. y Pol. z Pol. ex Jun. a Pi. b Calov. sim. Med. &c. c Gej.

Cant. 7. 10. *Ego sum dilecti mei*, sequitur, *& ejus desiderium est erga me*: pro quo alibi dicit, *& dilectus meus est meus*, Cant. 2. 16. & 6. 3. Et uxor Ezecielis dicitur *desiderium oculorum ejus*, Ezec. 24. 16. collat. cum 18. Et Cicero ad uxorem dicit, *En, mea lux, meum desiderium*. Posset ergò hic locus sic verti, *desiderium uxorum* *. *Desiderium mulierum* hîc dicitur, vel, 1. per hypallagen, pro mulieribus desiderabilibus; ut, *rectitudo cordis*, pro corde recto, Job. 33. 3. &c: vel, 2. pro desiderio quod mulieres in viris excitant. Sensus loci est, q. d. Non curabit honestum matrimonium, non æstimabit uxores desiderabiles†. Nota hæc est Antichristi. Confer 1 Tim. 4. 3[d]. *Nec ullum Deum*, &c. q. d. Cujuscunque gentis dii sint, omnes spoliabit quos poterit *. Omnem religionem spernet[f]. Nullum Deum curabit[g]. Qu. Quomodo hoc dicit, cum colat Maozim v. seq.? Respond. Dicit, *nullum*, quia non unum & verum Deum; nam [reliqui sunt quasi nulli, &] Maozim non erat Deus, sed aurum, &c[h]. Romani deos in speciem quidem colebant, verùm non ultrà quàm sibi utile putarent, & ità ut ipsi diis suis superiores forent[i]. Impietatem Antiochi amplificat tribus modis. Magna est vis, 1. patriæ vel avitæ religionis, 2. fœminarum in hanc aut illam religionem inclinantium, 3. religionis universè. Hæc tamen omnia studio suo de eversione cultûs veri Dei postponit[k]. ¶ *Quia*, &c. כִּי עַל־כֹּל יִתְגַּדָּל] *Nam*, vel *Quia*, (vel, *Sed*, P.) *super omnia* (vel, *omnes*, JT.) *magnificabit se*, P. Mo. Calv. &c. vel, *præ se omnia contemnet*, V. tum humana, tum Divina[l]. Causam describit hujus contemptûs Dei, &c. nempe superbiam[m].

38. *Deum*, &c. וְלֶאֱלֹהַּ מָעֻזִּים עַל כַּנּוֹ יְכַבֵּד] *Et Deum Mahuzim* (vel, *fortitudinum*, P. Calv. *robustum*, M.) *super basi sua* (vel, *in loco suo*, P. *super gradum suum*, M. vel, *in sua ditione*, Ti. vel, *vice ejus*, Ca.) *glorificabit*, vel *honorabit*, Mo. M. Calv. vel, *colet*, Ti. Ca. sim. P. [Sed quis hic Deus מָעֻזִּים?] Resp. 1. Est Deus ab Antiocho cultus in *Modin*, patria Mattathiæ[n]. עוז est, *fortis*, *validus*: unde nomen apud Phœnices habuit belli deus, Ἄζιζος dictus Juliano in hymno Solis; hîc verò, voce ejusdem originis, præpositâ Heemanticâ & additâ formâ plurali, מָעֻזִּים: unde & armamentariis factum nomen *Magasin*. Rursus, ע pronunciato ut *o*, & ז, more Chaldæorum & Arabum, mutato in ד, nomen hinc habuit vicus Μωδεΐμ, ut scribit Josephus, aut, ut scriptor Maccabaicorum, formâ plurali Chaldaicâ, Μωδεΐν, ubi templum ei deo structum: quò respicit locus 1 Macc. 2. 15. Etiam hodie Judæi, ע in א verso, Martis sydus ab eadem hac origine vocant מאדים *Modim*. Hunc ergò deum, Phœnicum exemplo, coli voluit Antiochus[o]. Resp. 2. Ut מעוז est, *robur*, vel *munimentum*, Prov. 10. 29. unde plurale hoc מָעֻזִּים hîc, & hujus cap. v. 19, 39; ità *deus munitionum*, vel *fortitudinum*, idem erit juxta Syrum ac *deus* עשינא *fortis*[p]; cui tribuet acceptam omnem virtutem suam, dignitatem, potentiam ac vires[q]: idolum suum in quo fiduciam posuit[r]; cui sui & suorum tutelam commisit†. Sensus esse potest, Antiochus in arcibus à se munitis idola constituet arcium suarum tutelaria, ea tantùm colet[t]. *Deus Maozim* est, *deus potentiarum*, sive *fortitudinum*: quem colere dicuntur Romani, quòd sibiipsis arrogaverint deitatem, neque plus diis suis concesserint quàm sibi placuit & utile fuit; quique adeò turgebant perversâ fiduciâ, ut præ se tam deos quàm homines pro nihilo ducerent[v]. Resp. 3. Suspicor *deum Maozim*, sive *fortitudinum*, sive *fortissimum*, hîc esse pecuniam, quæ antiquis deus erat *Pluti* nomine; cujus potentiam summam omnes deprædicant, cui *obediunt omnia*, Eccles. 10. 19. quam colit avarus, Colos. 3. 5: cujus etiam adeò sitiens erat Antiochus, ut ejus gratiâ Ægyptum sæpe adierit, templa compilaverit, jura omnia divina humanaque perverterit[x]. Resp. 4. Idolum sive falsum aliquem Deum plerique intelligunt[y]: cujus tamen nomen hîc exprimere noluit Angelus[z]. Erat autem vel, 1. Mars, deus fortitudinis[a]: vel, 2. Diabolus, quem sibi familiarem habuit[b]: vel, 3. Jupiter Olympius[c], (qui deorum princeps et potentissimus habebatur, ut Jehova vocatur *Deus virtutum & exercituum*[d];) quem Antiochus in Templo Jerof. posuit, ubi etiam munitionem

* Med. p. 824. † Gej. d Calov. * G. f Jun. g Pol. h Mald. i Calv. k Jun. l Mald. m Calv. n Porphyr. in Wil. o G. p Gej. q V. sim. Cei. r M. † Gej. t Mc. v Calv. x San. y Wil. z Gej. a Gej. ex Heinf. & Marino & G. b La. c Mald. Wil. ex Melancht. d Mald.

exstruxit,

exstruxit, ut populum ad illius cultum cogeret. Vide 2 Macc. 6. 2 *. *Resp.* 5. Est Deus verus, sive Israelis: quem vocat *deum munitionum*, id est, Templi & urbis Hierosolymæ [g], quæ in S. S. sæpe *urbs munitionis*, vel *munitionum*, dicitur, sive propter formam structurámque illius, quòd munitissima erat; sive, quod malim, eò quòd præsentiâ Dei erat munitissima [h]. [Hi autem locum sic reddunt,] *Et quod ad Deum munitionis*, vel *roborum*, vel *summi roboris*, (sub. *attinet*, Pi. Pol.) *in sede*, sive *statione*, *ejus* (i. e. in Templo [i]) *honorabit*; JT. sic Pi. Pol. Sententia hîc relinquitur imperfecta, sed perficitur membro sequente [k]. Non dicit quòd *honorabit Deum roborum*, sed quòd *in loco ejus honorabit*: quem autem honoraturus sit, statim subjicit [l].) *honorabit*, *inquam*, *Deum quem*, &c. JT. Pi. Pol. Oratio hîc est elliptica; & primum membrum, nempe וְלֶאֱלוֹהַּ מָעֻזִּים, distinctum esse à sequente, ostendit accentus Zikeph-katon [m], [super vocem מָעֻזִּים.] Respond. 6. Significat dæmones, sive deos protectores, quos Romani cum Christo colerent; quales Sanctos & Angelos esse supponunt. Quod licèt in specie novum sit, in genere tamen congruit cum sententia Patrum, qui per *Mahuzzim* constanter intelligunt idolum quod Antichristus coleret; quod etiam multi de Missa acceperunt. Versum ergò sic verto, *Nam ad*, vel *juxta*, *Deum*, vel, *unà cum Deo*, (Ità præpositionem ל, ab aliis ferè neglectam, exprimo: ea autem fit ex אֶל, quod idem cum ל significat, nempe additionem vel adjunctionem rerum; ut Levit. 18. 18. *Non accipies uxorem* אֶל אֲחוֹתָהּ *ad sororem*, i. e. unà cum sorore, *ejus*. Ità & h. l. *unà cum Deo*, nempe Christianorum, qui zelotes est, & solus coli vult,) *in sede* (hoc est, Templo) *ejus honorabit*, vel *colet*, *Mahuzzimos*, *etiam unà cum Deo illo quem patres ejus non noverant*, (id est, cum Deo peregrino sive alieno, quem Romani tandem agnoscerent, nempe cum Christo. Id nimirum obscurum reddidit hunc locum, quòd *peregrinum* hunc *Deum* pro falso deo haberent, qui tamen verus Deus est: quanquam enim Judæis quilibet *alienus* & *peregrinus deus* erat falsus deus; Gentilibus tamen, qui nullos deos nisi falsos colebant, *peregrinus Deus* erat verus. Hinc philosophi Christum vocant ξένον δαιμόνιον, *Deum peregrinum*.) *honorabit* illos (nempe Mahuzzimos) *cum auro*, &c. τὸ מָעֻזִּים propriè sign. *robora*, sive *fortitudines*; hîc autem, (ex more Hebræorum, qui abstractis utuntur pro concretis, ut, *justitiâ*, pro justis, *captivitate*, pro captivis; & in N. T. *principatibus* & *dominationibus* pro principibus & dominis;) *protectores*, *patronos*, *auxiliatores*. Hinc vocem מָעוֹז ὑπερασπιστὴν, LXX, *protectorem*, Vulgatus, reddunt, Psal. 27. 1. & 28. 8. & 31. 3. Aptè ergò hoc nomen tribuitur Angelis & Sanctis, quos protectores suos faciunt, unáque cum Christo colunt, apostatæ Christiani. Et quid si vox passivè sumatur, *robora*, id est, fortes sive robustos, nempe fortissimos fidei martyres, qui non immeritò *Mahuzzimi* dici possunt? Nec sine admiratione præteriri potest, quòd Patres aliique in initio cultûs Sanctorum, nescio quo fatali instinctu, Sanctos eorúmque reliquias vocare solebant *turres*, *mœnia*, *propugnacula*, h. e. מָעֻזִּים, in prima & nativa significatione. Ità Basil. Chrysost. Greg. &c. [quorum verba vide in Cl. Authore.] Martyres etiam *patronos* & *protectores* vocabant Greg. Nyssen. Theodor. &c. His addere possem & aliquid de Imaginibus, quarum cultus est alia pars *doctrinæ dæmoniorum*; & ostendere quàm aptè illis congruit nomen *Mahuzzim*, quas Iconomachum Concilium Constantinopolitanum vocat *propugnacula* (sive *Mahuzzim*) *Diaboli*. Sed & crux Christi *munimentum* dicitur. Denique, cùm verus Deus sæpe vocetur צוּר *rupes*, Deut. 32. 31, 37. & מָעוֹז *protector*, Psal. 31. 5. & 37. 39. quid impedit quò minùs falsi dii vocentur *Mahuzzim* [n]? ¶ *Et Deum quem ignoraverunt patres ejus*] Id est, vel, 1. Christum, quem Romani colent [o]. Vel, 2. Jovem Olympium [p], summum deum Phœnicum, ut apparet ex Dii Historia Phœnicia, ubi *Olympii Jovis templum* Tyri esse dicitur; quem Phœnices vocarunt בַּעַל שָׁמַיִן *Beelsamen*, id est, *cœli dominum*: quem rectè dicit Antiochi *majoribus ignotum*, quia neque nomine isto, *Beelsamen*, neque eo habitu ac potestate, quisquam erit in Græcis deus [q]; sed alios in Asia minore atque Syria habuerunt deos [r], Apollinem ac Dianam & Atergatin, teste Strabone †, [aliósque,] qui tanta in religione habebantur, ut eorum nomina prodere in publicum nefas esset. Quapropter & Syris *Cabiræ*, i. e. dii potes vel potentes, & *Sathracæ*, i. e. occulti sive anonymi, sunt appellati [s]. ¶ *Colet*, *auro & argento*, &c.] i. e. Magnificè & cum eximia pompa [t]. Polybius de simulacris quæ secum vehebat Antiochus, Τὰ μὲν κεχρυσωμένα, &c. (*Alia quidem inaurata*, *alia vestimentis aureis induta*; *& fabulæ ad illa pertinentes*, &c. *in vasculis pretiosissimis appositæ sunt* [x].)

39. *Et faciet*, &c.] וְעָשָׂה לְמִבְצְרֵי מָעֻזִּים עִם אֱלוֹהַּ נֵכָר *Et faciet* (sub. *ista*, M. vel, *hæc omnia*, P. i. e. colet novum Deum [y]: vel, *faciet*, id est, mirè succedet quicquid agit [z]: vel, *operabitur*, ut verbum accipitur Ruth 2. 19. i. e. laboriosum se præbebit in promovendo hoc cultu [a]: vel, τὸ *faciet* in sensu religioso sumitur, pro, *offeret*, i. e. religiosum cultum præstabit [b],) *munitionibus* (vel, *in munitionibus*, P. M. vel, *adversùs munitiones*, Calv.) *Mahuzim* (vel, *fortitudinum*, P. Calv. vel, *fortissimis*, M. id est, in locis fortissimis ac munitissimis [c],) *cum deo alieno*, Mo. P. M. Calv. id est, præsentiâ & numine *dei alieni* [d], id est, quem antè non coluit *. Al. *Et vertet* [nempe *aurum —— & res pretiosas*] *in munimenta* dei *Mayzim cum alieno deo*, Ti. [Ca. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Faciétque ut munitores Maozios*, *necnon illum peregrinum quem agnoverit deum*, *gloriâ cumulet*. Alii verba sic reddunt,] *Committénsque munitionem* Dei *summi roboris deo alieno*, JT. i. e. Munitiones totius Judææ, Judæámque totam, ad impietatem cultúmque dei alieni impellebat [f]. *Et committet munitiones munitionum* (id est, totam Terram sanctam [g]; vel, Hierosolymam, quam sic vocat, quia & ipsa munitissima erat, & per ipsam Templum quoque, per se munitissimum, muniebatur [h];) *deo alieno*, Pi. sic Pol. nempe Jovi Olympio, tanquam deo tutelari [i]; quasi devicisset Deum Israelis, & de eo triumpharet [k]. Al. *Et vertet in munitiones Maozim cum deo alieno*. Est autem synecdoche. *Deos* enim nominans, templa intelligit, in quibus templis sive dei Maozim sive Beelsameni præsidia posuit contra Judæos. Vide 1 Macc. 1. 35. 2 Macc. 5. 22, 23. & 6. 4. Joseph. 12. 17. ubi describit arcem Templo superpositam, & in eo præsidium Macedonum [l]. *Et faciet ad munitiones præsidiorum*, &c. Non enim est nomen proprium *Maozin*, sed appellativum, ut v. præc. Antiochus, ut, mutatâ religione, præsidia Judææ magìs firmaret, in singulis urbibus idola posuit, ut Judæi, susceptâ idololatriâ, minùs studerent novis rebus, 1 Mac. 1. 57. Aut intelligendum de Jove Olympio in Templo collocato, quo voluit Antiochus urbem, caput Regni, sicut Romam Jove Capitolino, muniri [m]. ¶ *Quem*, &c. אֲשֶׁר הִכִּיר יַרְבֶּה כָבוֹד] *Quem agnoscet*, *multiplicabit gloriam*, Mo. sic Calv. *Quem agnoverit*, & *multiplicabit gloriam*, M. *Quem* non *agnoscet*, & *multiplicabit* illi *gloriam*, P. *Quem* (deum, G.) *qui*, vel *quisquis*, *agnoverit*, (i. e. coluerit [n],) *eum honoribus augebit*, Ti. sic G. Antiochus scilicet [o]. *Qui agnoscet*, (putà deum istum peregrinum, tanti apud Regem inventorem æstimatum [p],) illi *multiplicabit gloriam*, Gej. Al. *Quos agnoverit*, (sibi favere, ut apostatas Judæos [q],) *hos augebit honore*, sive *gloriâ*, JT. Pi. i. e. eos ad dignitates evehet [r]. Duplex hîc est lectio; ex literis, הִכִּיר in præt. ex punctis, יַכִּיר: sed discrimen exiguum est †. ¶ *Et dabit*, &c. וְהִמְשִׁילָם בָּרַבִּים] *Et dominari faciet* (id est, præfecturas illis dabit. Id factum constat ex 1 Macc. 1. 53. & ex Josepho [t]. Al. *Et dominatores constituet*, JT. Pi.) *eos* (ministros ac sacerdotes: relativum sine antecedente [v]:) *in multis*, sive *multos*, Mo. P. M. &c. h. e. multitudini ipsi, sive vulgo [x]: vel, *in præstantes illos*, nempe pios Judæos [y]. ¶ *Et*, &c. וַאֲדָמָה יְחַלֵּק בִּמְחִיר] *Et terram* (i. e. agros regionis [z], vel præfecturas [a],) *dividet*, sive *distribuet*, (nempe illis [b],) *pretio*, P. M. Ti. &c. vel, *pro* (vel, *in*, G.) *pretio*, V. Pi. sim. JT. hoc est, loco præmii [c], pro ministerio illorum [d]. Elargietur illis terras quas aliis abstulerit. Vide 1 Macc. 2. 10, 18. 2 Mac. 7. 24 *. Vel, præfecturas numerato pretio postulatas [f]. Ità venales apud Regem erant pietas & justitia [g]. Perstringit Romanos, qui regiones & provincias pro suo arbitrio distribuerunt, nec gratuitò, sed velut pretio, hoc est, pro sua utilitate [h].

40. Et

* Wil. [f] Q. in. Wil. [g] Pi. [h] Jur. [i] Pi. Pol. [k] Pi. [l] Pol. [m] Idem. [n] Med. de apost. ult. temp. c. 16, 17. in oper p. 822. [o] Med. ib. [p] Jun. Pi. Pol. G. [q] G [r] Jun. sim. Pol.

† Pol. Fi. [s] Jun. [t] Calv. [x] G. [y] V. [z] Calv. [a] Gej. [b] Med. ib. p. 831. [c] V. [d] Mald. * Calv. [f] Jun. [g] Pol. [h] Pi. [i] Pi. Pol. [k] Pol. [l] G. [m] Mald. [n] G. [o] Idem. [p] Gej. [q] Pi. [r] Pi. Pol. † Ge. [t] G. [v] V. [x] Idem. [y] Pi. [z] V. [a] Pi. Pol. [b] V. &c. [c] G. m. V. [d] V. * G [f] Pi. sim. Jun. [g] Jun. [h] Calv.

40. *Et in tempore præfinito*] Ità Pi.Gej.&c. vel, *finis*, Mo.Calv.G. Post certum tempus; sed quodnam tempus designat non audeo asserere [i]. Al. Cùm propè aderit tempus quo Deus finem volet imponere Judæorum miseriis [k]. Al. In Romanorum ὑστέροις καιροῖς, sive *posterioribus temporibus* [l]. In ultimis (non Regni, sed) mundi temporibus: hæc enim duratio cum resurrectione ultima copulatur [m]. ¶ *Præliabitur*,&c. יִתְנַגַּח עִמּוֹ וגו׳] *Confliget*, vel *congredietur*, (vel, *invehetur*, M. vel, *cornupetet*, Mo. P. Calv. Verbum in Hithpahel alibi non occurrit; in Kal tamen נגח legitur Ex.21.28,31,32 [n].) *contra eum* (vel, *cum eo*, Ti. Ca. vel, *illum*, P. vel, *se cum eo*, Mo. vel, *in eum*, M.) *rex Austri*, JT. Pi. &c. Qu. Quisnam hic? Resp. Philometor [o]. In epitome libri Liviani 46. legimus, *Ptolemeus Ægyptiorum Rex à minore fratre è Regno pulsus*. Is minor frater Physcon dicebatur. Antiochus autem, etiam post pacem factam infensus Ptolemæo Philometori, ut didicimus suprà 27. haud dubiè,tam bonam occasionem arripiens,Physconi se adjunxit. Et hæc est expeditio in Ægyptum quam undecimo Antiochi an. evenisse narrat apud Hieronymum Porphyrius [p]. De hac expeditione loquuntur Florus in epitome Liv. 46. Justin. historicus, & Zonaras Annal. tom.2†. Philometor fratrem juniorem Physconem Regno pellere nitebatur: Physconem adjuvit Epiphanes, quem idcirco Philometor invasit: Epiphanes ergò [ut sequitur] in Ægyptum & Philometora irruit, &c [q]. Et hoc factum undecimo Epiphanis anno, inquit Porphyrius. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Quoniam Antiochus 11. regni sui anno obiit, idque procul ab Ægypto, nempe in Perside, vel Media, vel Babylone [r]. Resp. Poterat nihilominus hæc prophetia impleri in Antiocho,licèt non in 11. at fortè in 9. anno regni, h. e. biennio post idololatriam ab eo inductam, & biennio ante mortem †. 2. Postquam Antiochus ex mandato Romanorum Ægypto decedere jussus est, nunquam postea eam bello aggressus est [t]. Resp. 1. Non ergò potuit Antiochus Ægyptum hostiliter invadere, at potuit sine violatione fidei Romanis datæ uni fratri adversùs alterum suppetias ferre [v]. [2. Alii ergò expeditionem hanc novam esse nolunt, sed eandem quæ præcessit.] Redit hîc Angelus ad bellum Antiochi cum Philometore, refricans quæ dixerat v. 29 [x]. Id malo statuere, quàm novam historiam comminisci [y]. Nec inusitata est in Prophetis hujusmodi repetitio [z]; (ut nempe certior ostendatur & firmior vaticinii fides;) neque hîc otiosa est. Dixerat Antiocho deum esse *Maozim*, id est, divitias. Id probat ex eo, quòd Ægyptum toties adierit,& toties suis opibus ac ornamentis exuerit [a]. Al. *Rex Austri* sunt Romani [b]. Significat Angelus bellum difficile Romanis fore contra Ægyptios. In Ægypto periclitatus est Cæsar: deinde Antonius bellum Augusto intulit, adjutus auxiliis Cleopatræ [c]. Al. Cùm *Rex Aquilonis* sit Antichristus, *Rex Austri* vi hujus oppositionis sunt Principes Christiani, qui Antichristo se opponent [d]. Al. *Rex Austri* est Saracenus *. Hucusque descriptus est Ecclesiæ hostis ille qui in Dei Templo vel Ecclesia considet: sequitur alter qui est extra Ecclesiam, Mahometes. Turcam Jacchiades opinatur cum Romanis congressurum. Et Gravius hîc intelligit Regem sive Calipham Saracenorum ejúsque successores, qui,imperium per Asiam & Africam extendentes, conatus Antichristi repriment †. ¶ *Et*, &c. וַיִּשְׂתָּעֵר עָלָיו וגו׳] *Et turbinabit* (*instar turbinis ruet*, M. sim.P.Ti.V.JT.Pi.) *super*, vel *in*, vel *contra*, *eam*,Mo. P. M. &c. ש hîc est loco ס *. Radix est שער *horruit*, ità ut שער *pilus* in altum erigatur, Ezec. 27. 35. & 32. 10 [f]. ¶ *Rex Aquilonis*] i. e. Vel, 1. Antiochus ille Epiphanes [g]. Vel,2. Romani, [qui tamen Reges potiùs Occidentis quàm Aquilonis dicendi videntur,] qui in Mithridatem Tigranémque, &c. irruerunt [h]. Vel, 3. Antichristus [i], qui Regem Ægypti, Libyæ & Æthiopiæ, quæ sunt regiones ad Austrum, debellabit [k]; qui varios populos sibi subjiciet [l]. Vel, 4. Turca, alter Antichristus, qui invadet Saracenum, &c †. ¶ *Et conteret*, &c.] Heb. *inundabit & transibit*, i. e. ingenti copiarum vi cuncta sibi faciet pervia [m].

41. *Et introibit* (per duces suos, Apollonium, Lysiam, Gorgiam. Vide Maccabaica & Josephum [n].) *in terram gloriosam*] Vel, *decoris*, Pi.&c. nempe Judæam [o], sic dictam suprà v. 16. & Dan. 8. 9 [p]. ¶ *Et*, &c. וְרַבּוֹת יִכָּשֵׁלוּ] *Et* (vel, *Quum*, JT.) *multi* (vel, *multa*, Gej. vel, *multæ*, Mo. P. M. JT. Pi. Calv. &c. sub. *urbes*, P. Gej. ut plenè habetur Ezec. 17. 17 [q]: vel, sub. *regiones*, Pi. sive *terræ*, quarum præcessit mentio v. 40. Confer Jer. 28. 8 [r]. Gentes vicinæ†. Non dicit, רַבִּים, sed, רַבּוֹת, fœmin. gen. quod tamen pro neutro adhibetur. Et speciatim vox hæc רבות de *copia* legitur Gen. 30. 43 *Fuit ipsi grex* רבות *multarum*, nempe copiarum. Sic רבות sign. *multa*, Job. 23.14. Proinde & ad personas & ad res extenditur hæc pernicies [t].) *corruent*,Ti. vel, *ad ruinam adigentur*, Gej. exscindentur [v]. ¶ *Hæ*, &c. וְאֵלֶּה יִמָּלְטוּ וגו׳] *Hæ autem evadent*, sive *eripientur*, *è manu ejus*, Pi. Gej.Calv. &c. i. e. non exscindentur [x]. His pepercit Antiochus [y], quòd omnia imperata facerent [z], atque Antiocho operam suam studiosissimè navârunt [a], ut patet ex 1 Macc. c. 5. & Jo. Antiq. 12. 11 [b]. & Judæis inimici erant [c]. Ideo Maccabæi his populis, tanquam Antiochi amicis, bellum intulêre [d]. Hostes populi Dei infensissimi in S. S. sæpe designantur voce *Edom*, Num. 24. 18. Psalm. 137.7. Esa.34.5,6. & 63. 1. Thren. 4. 21,22. & *Moab*, Psal. 60.10. & 83. 7. Esa. 25.10. Ezec. 25. 8. cum quo junctus est *Ammon*, ut odio Israelitarum, Ezec. 25.3. Amos. 1. 13. Zeph. 2.8, 10. ità etiam exclusione à pace, Deut. 23. 6. & à Sacris Israelitarum, Neh. 13. 1. Ex quorum textuum consideratione attentiore eò deducimur, de ereptione gratiosa hîc non agi, sed potiùs de conjunctione cum tyranno amica *. *Edom & Moab & Ammon*, i. e. incolæ Arabiæ Petrææ, qui nunquam servitutem Turcarum subierunt, sed stipendia potiùs ab iisdem acceperunt ob securiora Caravanarum itinera [f]. Occurrit Deus huic scandalo, quòd,dum vastaretur Judæa, Moab & Ammon in tuto forent; & lenit tristitiam fidelium ex tam horrendis cladibus *. ¶ *Et*, &c. וְרֵאשִׁית וגו׳] *Et principium* (vel, *primitiæ*, P. Pi. Gej. &c. i. e. præcipuæ urbes [g]; metropolis Ammonitarum, dicta *Rabbath*, vel *Rabathamon* [h];) *filiorum Ammon*, Mo. M. Ti. Calv. id est, præcipui Ammonitæ, vel, melior & optima pars Ammonitarum [i]. Fortè Ammonitis præmittit nomen ראשית, *primitiæ*, quia Danielis tempore Ammonitæ inter Edomæos atque Moabitas præcipuâ gaudebant felicitate vel numero; quomodo Amalek vocatur ראשית *primitiæ gentium*, Num. 24. 20 [k].

42. *Et mittet manum suam* (vel, *injiciet manus suas*, V. Mald. sibi appropriabit [l]:) *in terras*] Subindè plures [m], vel, vicinas Ægypto†. ¶ *Terra Ægypti non effugiet*] Nam Antiochus, Physconem adjuvans, Philometorem, ut diximus, Regno expulit [n]. Non effugiet Ægyptus, quanquam diu durabit sub Mamalucis, ad annum usque C. 1517 [o]. Vers. 42. & 43. est bellorum quæ Antiochus gessit ἀνακεφαλαίωσις cui optimè subjungitur ipsius interitus, descriptus v.44.& 45†.

43. *Et* (vel, *Sed*, P.JT.) *dominabitur thesaurorum*,&c.] Vel, *in thesauris*, &c. Mo. P. &c. id est, Ille plurimum auri argentíque & rerum pretiosarum in Ægypto sibi bello acquiret: quod ab Antiocho factum refert Polybius apud Athenæum [p]. Ostendit Antichristum sitire aurum, argentum, &c [q]. ¶ *Per*, &c. וְלֻבִים וְכֻשִׁים בְּמִצְעָדָיו] *Et* (vel, *Denique*, Ti.) *Lubim* (vel, *Libyes*,Ti. G. vel, *Libyæ*, M. Calv. [ut sit genitivus per appositionem cum *Ægypti*:] vel,*in Libya*, Ca.) *& Chusim* (vel, *Æthiopia*,Ca. *Æthiopiæ*,M. Calv. *Æthiopes*,Ti. G. Qui [duo populi] ab antiquo fœderati erant Ægyptiis,Ezec. 30. 5 [r]: jam autem, mercede inducti†, vel terrore Antiochi [t], sub. *erunt*, Ti. P. Pi.) *in gressibus* (vel, *profectionibus*, Ti.) *ejus*, Mo. P. Calv. Gej. vel, *ad gressus ejus*, Pi. Vel, 1. pedissequi ejus [v], eum ducem sequentes [x]; ut phrasis sumitur Exod. 11. 8. Deut. 11. 6. Jud. 4. 10. & 8. 5. 1 Reg. 20. 10 [y]. Vel, 2. subditi ejus [z]. Ipsum comitabuntur, bello capti scilicet [a]. Per illa loca transibit libere, tanquam dominus & victor,& illas sibi subjiciet [b]. Dicit terras illas urbésque, licèt munitissimas, illi expositas fore, neminémque illum impedire posse [c]. Vel, *quocunque gressum inferet*, Ca. vel, *comitabuntur gressus ejus*, JT. Pi. Pol. Obsequentur mandatis ejus, ut invadant Ægyptum, hi à meridie, illi ab occasu: adeò ut Ægyptus omni ex parte laboraverit [d]. *Libyes*, i.e. gentes

tes vicinæ Africanæ, sive Libycæ; *Cushitæ*, i.e. Arabes*. לובים *Libyes* occurrunt etiam 2 Paral. 12. 3. & 16. 8. Nah. 3. 9 [f]. כושים ferè omnes de *Æthiopibus* exponunt; unus Jonathan Paraphrastes Gen. 10. 6. reddit, *Arabiam*: quam sententiam astruit Bochartus, [ut antè ex eo notatum.] Tutissimum autem videtur, de his, vel illis, pro diversitate textuum, accipere [g].

44. *Et fama*, &c. וּשְׁמֻעוֹת יְבַהֲלֻהוּ וגו׳ *Et*, vel *Sed, rumores* (sub. *bellorum*, V.) *terrebunt*, sive *conturbabunt, eum ab oriente & ab Aquilone*, Mo. M. JT. Pi. &c. Exponunt vel, 1. de Antiocho [h]: quem terrebit nuncius belli à Partho & Armenio. Parthi ad Orientem Antiocho, Armenii ad Septentrionem. De Partho testimonium habemus Taciti, ubi de Judæis agit; *Rex Antiochus, demere superstitionem & mores Græcorum dare adnixus, quò minùs teterrimam gentem in melius mutaret, Parthico bello probibitus est*. De Armenio Artaxia, Appiani & Hieronymi, ex Porphyrio desumptum. Transivit ad posteros id bellum. Vide epitomen Livii 59 [i]. Antiochus, suspicione Judaicæ ab eo defectionis, ex Ægypto discessit [k]; audiens autem Persas & Parthos defecisse, in Persidem venit [l]. Ibi territus est rumoribus & repetitis nunciis, à Persepoli, quæ ad Orientem sita est, & Ecbatanis, quæ ad Aquilonem [m]. *Conturbatus est rumoribus*; scilicet, de irruptione Parthorum [n], & exercitibus suis à Juda Maccabæo profligatis [o], & amoto idolo Jovis Olympii, dirutis aris quas exstruxerat, & repurgato Sanctuario [p]. Vel, *rumoribus*, de Romanis scilicet, à quibus sibi Antiochum metuisse Justinus aliique testantur, à Cittim, sive Cilicia, quæ ad Aquilonem erat Ægypti respectu, (quod attentè observandum,) in quam Antiochus expeditionem fecerat v. præced. ubi [in Cilicia] erat navalis Romanorum statio*. Vel, 2. de Romanis, quos terrebant rumores de Crasso ad Carras gravissimâ clade affecto; Antonio etiam à Parthis miserè afflicto [q]. Vel, 3. de Antichristo [r]: quem turbabunt rumores de Regibus Orientis vel Aquilonis contra se bellum comparantibus; vel, de proceribus Christianorum ejus decreta jussaque aspernantibus †; vel, de Græcis Ecclesiis in Oriente, aliisque populis in Septentrione, qui Antichristum oppugnabunt [t]. Al. Turcam *conturbabunt rumores ab oriente & Aquilone*, i.e. de Juda & Israele redeuntibus, &c. Nam Juda in captivitatem ductus est in Orientem, Israel in Aquilonem, respectu Terræ sanctæ scilicet, & in illis partibus plerique eorum adhuc dispersi manent. De reductione Israelis ab Aquilone vide Jer. 16. 14, 15. & 23. 8. & 31. 8. Vel, si *rumores ab Aquilone* aliò referantur, eos tamen *ab oriente* ad reditum Judæorum applicare licet, ex collat. Apoc. 16. 12 [v]. ¶ *Et veniet*, &c.] Heb. *Et exibit*, &c. nim. sede suâ tranquillè hactenus possessâ [x]; vel, ex Ægypto [y]; & bello acerrimo se committet [z]. ¶ *Ut conterat*, &c.] Eâ spe properabit [a].

45. *Et figet*, &c. וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ] *Et figet* (vel, *plantabit*, M. P. Mo. &c. Tentoria plantari dicuntur, ob paxillos eorum altè terræ infixos [b].) *tentoria*, sive *tabernacula, palatii sui*, JT. Pi. Calv. M. P. Mo. Ti. &c. אפדנה [rectiùs, אַפַּדְנָא] vox est Syriaca, quæ sæpe in Thalmude occurrit. Appositè autem usurpatur ubi agitur de Rege Syriæ. [Vocem אפדנו variè accipiunt.] 1. Erat nomen proprium loci, sicut & sequens *Sabi*. Ità putavit Porphyrius, partim ignoratione sermonis Hebraici & Syriaci, partim ex nimio quodam in paganismum studio. Erat Porphyrius, ut ex scriptis ejus quæ exstant, & ex fragmentis quæ apud scriptores exstant alios, cognoscimus, neque impius, neque historiarum ignarus; sed dum, consilia sequens humanæ prudentiæ, inculcare vult paganismum, quem Deus volebat destruere, magnas dat contumaciæ pœnas [c]. [Sed non solus hîc est Porphyrius.] Alii vocem hanc instar nominis proprii retinent: ut Vulgatus, qui hîc habet *Apadno* [d]; & Th. qui, Ἀφαδανῶ, *Aphadano* †. *In Apadone*, i.e. in Mesopotamia generatim dicta. Hâc enim voce tota regio continetur quæ vulgò in Mesopotamiam & Chaldæam vel Babyloniam distinguitur*. Verùm nomen hoc proprium non est, sed appellativum, ut constat, quòd locus nullus sit אפדנו dictus, maximè in Judæa, de qua hîc manifestè agitur [f]. [2. Reliqui ferè vocem appellativè sumunt, sed diversimodè.] Vel, 1. τῆς ἱπποστάσεως αὐτοῦ, *equitatus sui*, ut interpretatur Hieron. vel, *equilis sui*, seu *stabuli equorum suorum*. Equos autem hîc intellige *jugales*, vel propriissimè, *bijuges*, binos scilicet ad jugum unum alligatos. Id quippe denotat פדן idiomate Chaldæo Syróque, *jugum* videl. & *par* equorum, boum, &c. Equos insuper *curules* intellige, quorum plurima paria habere solent Reges domi bellique semper parata. Erant igitur αἱ σκηναὶ τῆς ἱπποστάσεως, Symmachi judicio, *stabulum bellicum curulium equorum, qui, in bigas aut quadrigas* (h. e. geminas bigas) *distributi & dispositi, currus Regales trahebant*. Namque Reges olim prælia conseruisse invectos curribus, ad quos jugales insignes juncti erant, notissimum est [g]. Vel, 2. *palatii sui*. אפדנא Rabbinis est, *palatium* [h]. Vel, *prætorii sui*, V. Aq. in Ful. *Prætorium* autem dicitur tabernaculum prætoris, sive summi magistratûs [i]. Vel, 3. *domicilii ipsius*. Puto אפדנא & אוהל esse æquipollentia, ex collat. Jer. 43. 10. שפרירו, ubi Chald. habet אַפַּדְנֵיהּ, *tentorium suum*. Ac proinde, sicut alia synonyma sæpe copulantur, *lutum cœni, psalmus cantici, peccatum iniquitatis*, ità & h. l. *tentoria domicilii ipsius* [k]. Vel, 4. *throni*, sive *solii, ejus*, נ enim in אפדנו redundat; ut sensus sit, *Figet tabernaculum suum & thronum suum* [l]. Vel, 5. *aulæi sui*, q.d. tentoria non quælibet, sed magnifica, pretiosis aulæis ornata. Ità א est radicale, & נ adventitium; & אפדן deducitur ab אפד, *cingere, amicire*, &c. Aulæo autem locus cingitur & quasi amicitur. Vel, 6. *amiculi sui*, (ut אפדן idem significet cum אפוד,) i.e. tentorium ubi ipse Imperator amicitur, h. e. prætorium. Vel, 7. *cinctûs sui*, id est, quo ipse cingitur sive circumdatur. Vel, 8. *tunicæ suæ*, coccineæ scilicet, quæ supra Imperatoris tabernaculum dispansa signum erat pugnæ apud Romanos, teste Plutarcho in vita Fabii. Et hæc vox aptissimè h. l. adhibetur, sive, 1. ad Antiocho agatur, qui Romæ obses fuit, ibique mores Romanos didicit; quem etiam, quantumvìs gloriosum, Romanis tamen obnoxium fore, & quasi delegatum ab iis imperium administraturum, divinitus præmonstrare potuit Propheta: sive, 2. de Romanis, ut esset monimentum illustrissimum, aliquot antè seculis, ad gentem illam definitè distinctéque designandam [m]. *Tabernaculum* autem alicubi *figere* denotat, locum belloi capere [n]; vel, ibi tranquillè regnare. *Tentoria* dicit, quia nulla fuit certa sedes, nolebant enim ullum locum sic excellere, ut esset rebellandi occasio, & quòd ibi non esset Imperii sedes: nomen verò *palatii* opponit crebris migrationibus, eóque significat non metaturos castra militari more tantùm, sed stationem diuturnam fore [o]. ¶ *Inter*, &c. בֵּין יַמִּים לְהַר צְבִי קֹדֶשׁ] *Inter maria, in monte* (vel, *ad*, sive *juxta, montem*, Ti. M. vel, *contra montem*, Pi.) *decoris* (vel, *inclyto*, P. V. *inclytum*, M. vel *eximiæ*, Ti.) *sanctitatis*, Mo. P. Ti. &c. vel, *sancti*, JT. *sanctum*, Pi. & *sancto*, V. Id est, vel, 1. in Judæa, cujus צבי in Daniele certa denotatio est; quæ *mons* vocatur, ob multa loca montana, ut apparet Ezec. 6. 3. & *sancta*, quòd ea tota Deo sit sacrata, Jer. 31. 23. In ea Judæa Antiochus prætorium posuit, relictis ibi ducibus, qui majestatem Regiam, quasi Rege præsente, ipsius jussu ostentarent [p]. Vel, 2. in Hierosolyma [q]: in monte Sion. Confer Esa. 27. 13. Jer. 31. 23. Vel, 3. in Ecclesia, ut 2 Thes. 2. 4 [r]. *Inter maria*, vel, 1. Mediterraneum & Mortuum†, quæ duo sunt termini Judææ†, de qua hîc agi constat [v]. Vel, 2. mare Superum & Inferum, inter quæ Imperii Romani sedes erat [x]. Vel, 3. mare Euxinum & Persicum, necnon Syriacum & Ægyptiacum & Mediterraneum [y]. Vel, 4. paludes Chaldaicas, ubi stationem fecit cùm in Judæam cuperet pervenire [z]. Vel, 5. sensus est, q. d. A mari uno ad alterum copias suas hostiles distribuet, ut Ecclesiam undiquaque infestare possit [a]. Colligens Antiochus copias suas à Judæis fugatas, & furibundus cædes & πανωλεθρίαν Judæorum spirans, quàm maximis potuit itineribus contendit in Judæam, ubi eum in fines Judææ ingredientem Judas Maccabæus gravissimâ percussum plagâ repressit, teste Jo. Belli 1. 1 [b]. ¶ *Et*, &c. וּבָא עַד קִצּוֹ] *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *veniet ad summitatem*, vel *fastigium, ejus*, Mo. P. V. scil. montis Moriæ [c]. Vel, *ad fines suos ultimos*, scilicet, Imperii sui Persidem versùs Joseph. 12. 13. 1 Mac. c. 6. ubi quæ dicemus vide, 2 Mac. 9 [d]. Vel, *ad finem suum*,

* Med. ib. [f] Gej. ex BP. ib. [g] Gej. [h] Jun. Pol. C. &c. [i] G. [k] Mald. [l] Jun. Pol. [m] Jun. [n] Pi. [o] Jun. Pi. [p] Jun. * Emp. [q] Calv. [r] Mald. Gej. Calov. Per. &c. † Per. [t] Gej. Calov. [v] Med. l. 4. epist. 54. oper. pag. 1000. [x] Gej. [y] Pi. [z] Gej. [a] G. [b] Gej. [c] G. [d] Pol. † Ful. * Jun. [f] Ma.

[g] Ful. misc. 5. 18. [h] Pol. Gej. [i] Ful. ib. [k] Gej. [l] Per. [m] Ful. ib. [n] Mald. [o] Calv. [p] G. [q] Pi. Gej. [r] Gej. † M. V. G. † i. Gej. Mald. [v] G. Mald. [x] Mald. [y] Q. in Mald. [z] Calv. [a] Jun. [a] Gej. [b] Pol. [c] V. [d] G.

suum, M. Calv. Pi. i. e. sibi à Deo constitutum *: vel, finem vitæ [f], eúmque miserabilem [g]. ¶ *Et*, &c. וְאֵין עוֹזֵר לוֹ] *Et non* (vel, *nullus*, Pi. sub. *erit*, P. Pi.) *adjutor ei*, Mo. P. &c. *Ei*, i.e. vel, 1. monti: q. d. Antiochus montem Sion, neque Deo neque hominibus defendentibus, capiet; sicut ex Maccabæorum libris factum esse constat [h]. Vel, 2. Antiocho [i]: qu. d. Tanto corripietur mœrore ob infelices in Judæa eventus, ut læsum indè valetudinem nemo restituere potuerit, Deo eum malè perdere volente. Vide Maccabaica & Josephum dictis jam locis [k]. Sensus, Illic morietur [l]. [Alii hoc membrum cum præcedente nectunt, & sic reddunt,] *Quúmque attigerit finem suum, nemo ei auxiliabitur*, Ti. simil. JT.

* Pol. f Jun. Pi. g Pi. h M. H. Me. i Jun. Pol. T. &c. k G. l V.

CAP. XII.

1. IN, &c. וּבָעֵת הַהִיא] *Et in tempore illo*, Mo. P. Calv. &c. [Sed quærendum accuratè de quo tempore loquitur, nam Interpretes hîc eunt in partes.] Resp. 1. Tempore illo quo Epiphanes gravissimè Ecclesiam persecutus est [a], cùm adhuc exercitus ejus erunt in Judæa [b]. [Argumenta hujus sententiæ sunt,] 1. Quia respicit præcedentem historiam: non dicit, *Post multa annorum millia*, sed, *Tempore illo* [c]. [Huic argumento variè respondent.] 1. *Tempus illud* in S. S. dicitur, vel, ex parte, ut certum temporis spatium designetur; vel, καθ᾽ ὅλω, sive universè, ut totum tempus ordine consecuturum significetur ad consummationem usque temporis. Hîc autem posteriore modo sumi docet argumentum prophetiæ; quia historia tota Evangelii simul comprehenditur, quæ duobus terminis optimè circumclusa est, primi & secundi adventûs Christi. Totum autem hoc tempus distinguitur in principium illius, priore membro versûs; in progressum, mediáque ad illius demonstrationem pertinentia, membro posteriore; denique, in finem & complementum secundo adventu illius, v. 2, 3 [d]. 2. Hæ phrases, *In illo tempore, In diebus illis, Tunc*, interdum in S. S. usurpantur sine ullo ad superiora respectu: ut patet ex Matt. 3. 1. & 4. 1. &c*. 3. Angelus hîc duo tempora disjuncta in unum conjungit ob similitudinem, sicut Christus conjungit Templi eversionem & mundi, Matt. cap. 24 [f]. 4. Tò בְּ hîc valet, *post*, ut alibi: Jos. 5. 5. בְּצֵאתָם, *postquam egressi essent*. [Adde Num. 28. 26. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, *in septimanis vestris*, i. e. post septimanas vestras, ex collat. Levit. 23. 15, 16. Sic Esa. 20. 1. בִּשְׁלֹחַ, *in mittere ipsum*, i. e. postquam misisset eum.] Itaque hic est sensus, Post illam populi liberationem per Antiochi mortem, expetenda etiam erit alia multò illustrior, quam Michaelis, i. e. Christi, interventu assequemur; ità tamen ut calamitates gravissimæ præcedant, quas deinde resurrectio beata excipiet [g]. [Hæc de primo & præcipuo argumento.] Arg. 2. A phrasi illa, *populi tui*, quâ Judæos intelligit, non Christianos, Religionis gratiâ perpessuros [h]. De eo tempore loquitur quo Michael stabat pro filiis Synagogæ. At Antichristi tempore Michael non præest Synagogæ, sed toti Ecclesiæ. Puto hæc verba, *In tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui*, finem esse capitis undecimi, & ad Antiochi infelicem exitum pertinere; sequentia autem verba, *Et veniet tempus*, &c. inchoare cap. 12. Notum siquidem est, Scripturam ôlim non fuisse in capita divisam, sed omnia fuisse continuata: unde etiam initia capitum variè à variis non semel disponuntur [i]. [Sed multis non placet hæc prima sententia.] Contra Porphyrium acriter hîc disputant Hier. & Theod [k]. De temporibus ultimis, non de illis Antiochi, sermonem esse multa docent. 1. Textûs συνέχεια· nam post revelatum Antichristum, (quod novissimis temporibus reservatum erat,) rectè agitur de statu Ecclesiæ vincentis, resurgentis, & triumphantis. 2. Quòd de salvandis agitur salute, non temporali, sed æternâ, de scriptis in libro, &c. de resuscitandis in vitam æternam, de doctoribus in cœlo fulsuris in æternum. 3. Quòd dicitur v. ult. *stabis—in fine dierum* [l]. Resp. 2. *Tempore illo*, nempe Evangelii tempore [m]. [Quod tamen diversimodè intelligunt.] Conjungit tempus omne post Christum (quod Joannes vocat *novissimam horam*) cum tempore quod sub Antiocho Christum præcessit. Quia non persequitur perpetuam rerum ac temporum seriem; sed tantùm notat insignes Ecclesiæ statûs conversiones [n]. Prædicit h. l. Angelus qualis foret Ecclesiæ status post Christum manifestatum [o]. Hic ultimus est prophetiæ [Danielis] locus, & hæc est conclusio prophetiarum omnium antecedentium, & terminus earum ultimo tempore futurus per adventum Christi. Prophetia hîc est de Regno Christi, quæ continetur vers. 1, 2, 3. cujus duæ partes sunt: primò, ostenditur quid faciet Christus indè à priore adventu suo, v. 1. deinde, quid pii assequentur secundo illius adventu. Finis hujus loci est, ut pii adversùs omnes calamitates fide confirmentur; ut sese ad Christum recipiant, exspectantes utrumque adventum ejus. De tempore Evangelii agit v. 1. de tempore gloriæ ex Evangelio consecuturæ, v. 2, 3. Ac de utroque hoc tempore dicit, *Tempore illo* [b]. Al. *Tempore illo*, nempe tempore Antichristi, de quo actum est [c]. ¶ *Consurget*, &c. יַעֲמֹד מִיכָאֵל הַשַּׂר הַגָּדוֹל] *Stabit Michael princeps magnus*, Mo. P. M. &c. Qu. Quis hic *Michael*? Resp. 1. Primus Angelorum, cui data cura τῶν μονοθεῶν, (*eorum qui unum Deum colunt*,) ut nunc Christo [d]. Resp. 2. Christus *. Probatur. 1. Ex nomine, quod sign. *Quis sicut Deus* [f]? vel, *tanquam Deus fortis*? id est, unâ cum Patre potentiâ. Possit quidem כ esse particula tantùm similitudinis, sed potiùs hoc loco est particula identitatis, sive adæquationis: quia hîc agitur de ultimis temporibus, quibus Pater loquitur per Filium, &c. Heb. 1. 2 [g]. [2. A titulo.] Angeli dicuntur *principatus* & *potestates*, &c. hic autem superlativè, *princeps maximus* [i]; ה demonstrativo utrique nomini, tam substantivo quàm adjectivo, emphaticè præmisso *. Sic dictus, quòd præstantior erat Angelis, &c. Heb. 1. 4. Qui etiam *princeps exercituum Jehovæ*, & *Jehova*, nominatur, Jos. 5. 14, 15†. 3. Ex collat. cum Apoc. 12. ubi hoc nomine introducitur [t]; ubi etiam dicitur habere Angelos, v. 7. Confer & Apoc. 17. 14 [v]. 4. Ab officio. Christus siquidem est defensor populi sui, Apoc. 19. 11, &c [x]. De hoc dicitur יַעֲמֹד, [quod variè reddunt:] *stabit*, P. M. Gej. *exsistet*, Ca. Jun. tanquam persona in carne se patefaciens; *prodibit ut surculus*, &c. Esa. 11. 1. Non dico, *subsistet*; nam subsistit ab æterno [y]. Al. *adstabit*, JT. Pi. *consurget*, o'. Ar. V. sic Sy. *rerum potietur*, Ti. ¶ *Qui stat pro* (vel, *super*, Mo. vel, *à*, Ti.) *filiis populi tui*] Ità P. o'. JT. Pi. &c. *Qui stat*, i. e. stare solet, tanquam ordinarius Princeps [z]. Qui favet, &c [a]. qui curam habet, &c [b]. *Qui præest popularibus tuis*, Ti. Jun. Qui Ecclesiæ custodiendæ præfectus est [c]. Phrasis assistentiam denotat propinquam, advertentiam accuratam, depulsionem hostilitatis, &c. τὸ עַל valet, *pro*, 1 Sam. 25. 16. Neh. 4. 14: & *stare* opponitur otiosæ sessioni aut cubitui, &c [d]. ¶ *Et veniet*, &c. וְהָיְתָה עֵת צָרָה אֲשֶׁר לֹא נִהְיְתָה מִהְיוֹת גּוֹי וגו'] *Et erit* (vel, *Nam erit*, Pi. *Quum fuerit*, JT. *Postquam venerit*, G.) *tempus angustiæ*, vel *tribulationis*, (vel, *difficile*, Ti. sim. Ca.) *quod* (vel, *quale*, Ti. sic P. M. JT. Pi.) *non fuit*, sive *factum est*, *ab exsistendo gentem usque ad tempus hoc*, Mo. vel, *ab eo tempore quo fuit gens*, &c. P. M. sic JT. Pi. &c. *Gentis* nomine Israel intelligitur; q. d. ex quo populus Israeliticus in Ægypto cœpit gentis adipisci titulum, simúlque angustias experiri haud vulgares *. Vel, *ex quo cœperunt esse gentes*, &c. h. e. ex quo creatus est mundus [f]: vel, *ab origine populorum*, &c. Ti. vel, *post homines natos*, &c. Ca. Loquitur hîc de tribulationibus futuris tempore, vel, 1. Antiochi [g]. Non malè hæc Porphyrius retulit ad ea tempora cùm Lysias, Antiochi personam gerens, omnia crudelissima in Judæos exercuit [h]. Hæc nimirum calamitas non modò corporalis erat, qualis in Ægypto, Chaldæa, &c. (quanquam & spiritualis hîc erant, eáque exquisitissima, supplicia [i],) sed etiam spiritualis, cogendo, non hunc vel illum, ut Dan. c. 3. sed totum populum, ut idola colerent [k]. Vel, 2. Christi nati [l]: quando Ecclesiæ status calamitosissimus erat [m], prout depingitur Jes. c. 8. & 9. Tunc scilicet Judæi miserè oppressi erant tyrannide Romanorum, atque Herodis, per quem exstinctâ Davidis stirpe, nulla spes reliqua Judæis esse videbatur. Summa tunc

a Pol. sim. Wil. San. ex Scil. & Chrysost. & Porphyr. b G. c Wil. d Jun. * San. ex Chrys. & Theoph. &c. f Mald. g Emp. h Wil. i San. k T. l Calov.

m Jun. n Mald. o Calv. b Jun. c Me. sim. T. La. &c. d G. * Jun. Pol. Wil. Ca. ex Luth. &c. f Wil. g Jun. i Jun. Wil. * Gej. † Jun. t Calov. v Wil. x Gej. y Jun. z Ti. a V. b G. c Mald. d Gej. * Gej. f Calv. g O. in Wil. h G. i Pol. k Wil. sim. Pol. l O. in Wil. sim. Calv. Jun. m Jun. sim. Calv.

tunc in illis erit ignorantia veritatis, & in ea tum defendenda tum promovenda obfirmatio, &c [n]. Vel, 3. Antichristi [o]. q. d. Audîsti, ô Daniel, quanta passuri sint Judæi ab Antiocho; at veniet tempus longè tristissimum sub Antichristo, cujus species tantùm & pertenuis umbra in Antiocho apparuit [p]. Vide Matt. 24. 21 [q].

¶ *Et in tempore illo salvabitur* (vel, *eripietur*, Pi. &c.) *populus tuus*] Id est, vel, 1. populares tui, ejusdem tecum stirpis & Religionis [r]; Judæi, qui unus eo tempore populus unum & verum Deum coluit: illi scilicet ex iis qui Legem coluerunt †. Vel, 2. Christiani, qui veri sunt Israelitæ, Rom. 9. 6, 7, 8. quos vocat *populum Danielis*, quia is erat Ecclesiæ studiosissimus [t]. ¶ *Omnis*, &c. כָּל־הַנִּמְצָא כָּתוּב בַּסֵּפֶר] *Quicunque inventus fuerit scriptus in libro*, P. M. JT. &c. Inscripti ת in fronte, ut loquitur Ezechiel. Pii *scripti in libro* dicuntur, id est, destinati ad præmia. Solent enim Reges sapientes habere matriculas virorum optimè meritorum, quos deinde ad honores provehunt [v]. Quod dixit de toto indefinitè, restringit ad certam partem, nempe ad eos qui *scripti sunt in libro*, i.e. decreto Dei ad hanc ereptionem destinati [x]. *Scripti in libro*, vitæ scilicet [y]; h. e. electi sive prædestinati [z]. Ipsa enim prædestinatio *liber vitæ* vocatur, ut Apoc. 20. 15. & 21. 27 [a]. Catalogus electorum in Dei consilio repositus modò appellatur *liber*, modò, *liber Dei*, modò, *liber vitæ*, sive *viventium*. Metaphora hæc est ex rebus forensibus sumpta [b]; vel, ex catalogis quibus continebantur nomina civium, familiarum, vel militum, Neh. 7. 5, &c [c].

2. *Et*, &c. וְרַבִּים מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר יָקִיצוּ] *Et* (vel, *Tandem*, sive *Postea*, Emp. ut ו sumitur Exod. 32. 6 [d].) *multi in dormientibus* (vel, *dormientium*, P. sim. Ca. vel, *ex dormientibus*, Pi. sim. M. JT. Gej. Mo. i.e. dormientes. Sic sæpe vocantur defuncti, ob facilem ad hanc vitam revocationem: vide Job. 3. 13. & 14. 12. Psalm. 13. 4. &c*. Vel, *qui cubârunt*, G.) *humi* (vel, in *terra*, P. Ti. V. Calv. JT. &c. vel, *in pulvere*, M. Pi.) *pulveris* (vel, *pulverulenta*, Ti. JT. G. V. vel, *terræ*, M. Pi. i.e. in pulvere & sepulcris [f]. Constructio hæc, *terra pulveris*, nuspiam aliàs occurrit in Sacris [g].) *expergiscentur*, vel *evigilabunt*, Mo. P. M. &c. vel, *resurgent*, Ti. [Qu. De qua resurrectione sermo est?] Resp. 1. De resurrectione figurata [h]. Oppressi ab Antiocho mortuis comparantur, eorum autem liberatio resurrectioni, ut Esa. c. 26. v. 19. Ezec. 37. 12 [i]. Sensus, q. d. Qui, ob Religionem ejecti urbe & oppidis, non habuerunt ubi caput suum reponerent, redibunt in urbem & alia loca habitata. Reddendum est Porphyrio quod ei debetur testimonium: est enim hunc locum optimè interpretatus de iis qui ob Legis cultum diu extorres ad sua rediêre: sic tamen ut voces mirâ arte ità sint temperatæ, ut Resurrectionis mysterium, quod apertè ante Evangelium revelari non debuit, innuant magis quàm explicent. Nihil potuit dici verius [k]. Sed hic error facilè refellitur. 1. Quia ex his aliqui resurgunt in opprobrium, adeóque non liberantur, sed damnantur: ideóque de illa liberatione non loquitur [l]. Pii enim soli sive fideles erant qui fugerunt nè Legem deserere cogerentur [m]. 2. Quia resurgunt hi ad vitam æternam [n]: at illi post reditum mortui sunt [o]. 2. De Resurrectione ultima & propriè dicta [p]; quam unà nobiscum hîc agnoscunt Judæi sapientiores *. *Resurrectio hinc probatur*, inquiunt RR. in Sanhedrim, & Manasseh Ben Israel de Resurrect. 3. 4†. [Sed duplex hîc occurrit difficultas. 1. Quòd dicit, *multi*, non, *omnes*.] Unde olim Judæi concluserunt aliquos, nempe impios, non resurrecturos [q]. Qui ex hoc ipso loco refelluntur, ubi hi *multi* sunt partim pii, partim impii. Resp. 1. Præpositio est particularis & indefinita, ideóque non excludit alios. Si quis diceret, Isti homines vivunt, non ergò vivunt alii; id non rectè inferret [r]. Resp. 2. Vox *multi* hîc, ut alibi, συμπληρωματικῶς, pro *omnibus*, accipitur *, ut Psal. 97. 1. Esa. 52. 14, 15. Rom. 5. 15, 19. & 12. 5 [t]. Resp. 3. Vox *multi* distributivè ponitur & prolepticè [v], ut ostendit accentus Zakeph-gadol supra רַבִּים, qui vim validæ distinctionis habet, vocémque illam distinguit à sequentibus, docétque eam ad utrumque sequentis distributionis membrum pertinere [x]: q. d. Dormientes resurgent, sic ut resurgentium duo sint ordines futuri, horum ad vitam, illorum

[n] Jun. [o] M. sim. San. Gej. [p] Str. [q] Gej. [r] Gej. † G. [t] Mald. [v] G. [x] Pi. [y] M. &c. [z] M. Mald. sic Jun. Calv. Gej. M. &c. [a] Mald. [b] Jun. [c] Gej. [d] Emp. ex D. * Gej. [f] V. [g] Gej. [h] Q. in Wil. [i] Porphyr. & Polychron. & R. Josue in Mald. [k] G. [l] Mald. ex Th. [m] Wil. ex Th. [n] Mald. ex Th. [o] Wil. ex Th. [p] Jun. Pol. Calv. Mald. Wil. Gej. Calov. &c. * Gej. ex Oecol. † Gej. [q] K. in Jun. [r] Jun. * Glass. rhet. 1. 15. 446. sim. Gej. &c. [t] Gej. [v] Jun. Pol. [x] Pol.

ad opprobria, &c [y]. *Multi*, i.e. multitudines duæ, ut sequentia declarant [z]. Resp. 4. Ideo dicit, *multi*, vel, 1. quia hos opponit *uni* [a], ut Rom. 5. 19 [b]. At hîc illum *unum* non videmus [c]. Vel, 2. quia non omnes resurgent, sed tantùm dormientes, omnes autem immutabuntur, 1 Cor. 15. 51 [d]. Non placet, quia de iis etiam hîc loquitur qui in opprobrium resurgunt, quales non immutabuntur. Vel, 3. ob sequentem distributionem; q. d. Omnes resurgent, multi ad vitam, multi ad opprobrium *. [2. Difficultas est, quòd sic non est apta connexio.] Videtur Angelus malè transitum facere ab exordio Evangelii ad ultimam Resurrectionem, neglecto tempore intermedio. Sed aptissimè conjungit salutem Ecclesiæ cum Resurrectione ultima, sive secundo Christi adventu, quia in mundo omnia sunt confusa, nec usquam occurrit materia salutis; ut ostendat spes mentésque nostras sursum attollendas esse, &c [f]. Exposito priore Christi adventu, declarat secundum ab effectis resurrectionis vitæ, & gloriæ æternæ [g]. [Alii aliter.] Sensus est, q. d. Post illam populi liberationem per Antiochi mortem, expetenda etiam erit alia multò illustrior per Christum, &c [h]. Al. Est in hoc versu ἀνθυποφορά, cujus sensus est, Dictum est, ereptum iri electos: atqui multi interficiuntur. Respondet, ereptionem electorum non esse includendam hujus vitæ spatiis, sed æternitate æstimandam, &c [i]. ¶ *Alii*, &c. אֵלֶּה לְחַיֵּי עוֹלָם] *Hi* (vel, *Aliqui*, aut *Alii*; nam אֵלֶּה repetitum distributionem innuit, ut Psal. 20. 8. Confer Num. 22. 24 [k].) *ad vitam æternam*, P. M. JT. &c. Sensus primus hic est, *Illi quidem* consurgent scilicet *ad vitam longam*, quâ Deus eos donabit ob constantiam & mala tolerata. Confer Esa. 65. 20. & ibi dicta. Sensus autem mysticus is est quem Christiani certâ fide tenemus: quò & hæc refert Apostolus Heb. 11. 35 [l]. Sed satis constat de vita propriè æterna hîc agi [m]. Æternitas hîc opponitur temporalibus hujus vitæ miseriis [n]. ¶ *Et alii in opprobrium ut videant semper*] i. e. Ut sentiant vivacissiméque experiantur [o], nempe opprobrium suum [p]. Hieron. sequitur Chaldæum Paraphrasten [q], Jonathanem, qui vertit, מִסַּת חֶזְוָנָא, i.e. *sufficientia visionis*, quasi vox esset composita ex דַּי *sufficientia*, & רָאָה *videre* [r]. Legit Vulgatus Interpres לִרְאוֹן, ubi nos habemus meliùs לְדִרְאוֹן, quomodo & Græci legêre, [de quo tamen meritò dubitare nos jubet versionis illorum cum Hebræo textu aliísque versionibus collatio,] εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον, supple, *erunt* *. ¶ וְאֵלֶּה לַחֲרָפוֹת לְדִרְאוֹן עוֹלָם] *Et ii*, vel *hi*, vel *illi*, (*alii*, Ca.) *ad opprobrium*, sive *opprobria*, *ad* (vel, & *ad*, P. Ti. Pi.) *contemptum* (vel, *abjectionem*, M. *abominationem*, V. Calv. *miseriam*, Ca. *confusionem*, ο'. *ignominiam*, Ar. vel, *fastidium*, Pol. Gej. Vox hîc tantùm occurrit, & Esa. c. 66. v. 24†. דִּרְאוֹן hîc est in regimine; absolutum verò est דֵּרָאוֹן, quod deducitur à דָּרָא, quod apud RR. teste K. est, *vermis* [t].) *seculi*, Mo. vel, *perpetuum*, Ti. *æternum*, sive *sempiternum*, Ti. P. JT. Pi. sic ο'. Ar. &c. Intellige autem *diuturnum*: q.d. Diu spernentur ab omnibus bonis ii qui, aut spe præmiorum, aut pœnarum metu, à Lege defecerint. Erunt alii in נִדּוּי, alii in חֵרֶם. Lex quidem interfici tales jubebat; sed necessaria erat venia, ubi tanta pars populi peccaverat [v]. Sed detestatione, non refutatione, digna est hæc interpretatio [x].

3. *Qui*, &c. וְהַמַּשְׂכִּילִים] *Et intelligentes*, Mo. P. Pi. qui illuminati sunt cognitione Dei *: vel, *prudentes*, Ar. Sy. Calv. *periti*, Ti. *Porrò, docti*, sub. *in lege Dei*, V. i.e. pii omnes [z]; qui ad vitam resurgent: quorum conditio, qualis futura sit, hîc exponit [a]. *Prudentes* hîc vocat qui Deo se simpliciter subjiciunt, eúmque rectè colunt. Alii autem vocem transitivè accipiunt; quod & probabile est ob sequens membrum [b]: alioquin plus gloriæ discentibus tribueretur quàm docentibus, de quibus sequens membrum agit †. *Porrò, doctores*, Ti. sic G. Mald. *Et erudientes*, JT. simil. M. sub. *populum*, ex collat. Dan. c. 11. v. 33 [c]: vel, sub. *alios*, M. Participium est in Hiphil. *Qui alios instituerint* in illis periculis [d]. Verbum activè significat, & sic sensus est melior; non enim doctis, sed docentibus, præmia dari convenit *. Martyres vel confessores [f]. ¶ *Fulgebunt*; ità Mo. P. &c. יַזְהִרוּ] *Splendebunt*, Ti. JT. &c. Verbum הִזְהִיר hîc tantùm ità sumitur, juxta Chaldæorum morem;

[y] Pol. sim. Jun. [z] Pi. [a] Calv. Q. in Mald. [b] Q. in Mald. [c] Mald. [d] Wil. * Mald. [f] Calv. [g] Jun. [h] Emp. [i] Pol. [k] Gej. [l] G. [m] Calov. &c. [n] Calv. [o] T. [p] Me. T. Mald. [q] Mald. [r] Pol. sim. Mald. * G. † Gej. [t] Pol. [v] G. [x] Calov. * Pi. [z] Calv. sim. Mald. [a] Mald. [b] Calv. † Jun. [c] Gej. [d] G. * Mald. [f] Gej. sim. Pol.

nam alibi valet, *admonere*, *instruere*, ut Ezec. 3. 17, 19, 20. & 33. 7, 8, 9 [g]. ¶ *Quasi splendor firmamenti*] Ità P. M. Ti. &c. vel, *expansi*, Pi. JT. sim. Mo. i.e. cœli [h]. Intelligit vel, 1. corpus cœli nitidum & sapphirinum [i]: vel, 2. stellas in cœlo [k]: vel, 3. planetas [l]; ut sydera minora per *stellas* denotantur [m]. זוהר de Sole dicitur in Chald. ad Psal. 19. 5. de Luna, ad Deut. 4. 19. de planetis aliis, ad Ezec. 32. 8 [n]. ¶ *Et qui*, &c. [וּמַצְדִּיקֵי הָרַבִּים] *Et qui instituunt multos*; i.e. qui non eruditi quidem sunt, sed bono exemplo alios reddunt bonos *. *Et qui justificant multos*, Calv. sic P. Mo. JT. Pi. i.e. Vel, 1. pii omnes Dei cultores, quippe qui non suam solùm, sed & fratrum, salutem sedulò curare debent [o]: vel, 2. martyres, qui liberâ confessione & constanti patientiâ multos erudiunt salvántque [p]: vel, 3. doctores [q]. Sed quid hîc est, *justificare*? Resp. Ad justitiam adducere [q]: veræ justitiæ adeptionem promovere [r]. Sed quomodo τὸ *justificare*, quod Deo proprium est, transfertur ad ministros †? Resp. Deus justificat principaliter, ministri ministerialiter & subordinatè [t], institutione suâ [v], sive doctrinâ, quæ nobis fidem affert quâ justificamur [x]; media ad justitiam adipiscendam ordinata ostendendo & applicando; homines à peccatis vice & virtute Dei absolvendo: 2 Cor. 5. 19, 20 [y]. Similiter dicuntur alios *salvare*, 1 Tim. 4. v. 16 [z]. Jac. 5. 20. qui aliis aut doctrinâ aut exemplo causa sunt salutis [a]. *Justificant*, id est, monstrant viam consequendi justitiam Christi [b]. ¶ *Quasi stellæ*] Minores planetis [c]. Sed malim idem diversis verbis repeti [d]. ¶ *In*, &c. [לְעוֹלָם וָעֶד] *In seculum*, vel *secula*, (vel, *ad æternitates usque*, Ar.) *& seculum*, Sy. Calv. vel, *& perpetuum*, Mo. P. M. *& ultrà*, ό. Ar. *in sempiterna secula*, JT. Pi. *sempiternis temporibus*, Ti. *in omnem æternitatem*, Ti. Fama eorum durabit in seculum & ultrá*. Detestanda στεβλότης. Phrasis hæc in S.S. nunquam significat diuturnum tempus, aut seculum, sed *æternitatem*, &c. ut inductione exemplorum constat [f].

4. *Claude* (vel, *obstrue*, Mo. vel, *tene in secreto*, M.) *sermones*] Sic P. Ti. Ca. vel, *hæc verba*, JT. Pi. &c. nimirum angelica, de futuris eventibus tibi velut in aurem dicta [g]. i. e. Tege & absconde; hoc est, Efferas hæc ænigmaticè, ut audientes non intelligant [h]. Nè publicato hanc prophetiam [i]: Nè exponas aut dilucides, prout posses aut velles. Vel, imperat. ponitur pro fut. *obsigna*, i.e. obsignati erunt: ut, *Esto* (pro, *Erit*) *benedictio*, &c [k]. Judæi suis interdicunt temporum supputatione, quippe quâ se redargui sentiunt, & suos ad Christum converti posse putant. Hinc Maimon. *Nè*, inquit, *supputes terminos*, scil. temporum: deinde subjungit hoc ex RR. *Exspirabunt animum qui supputant temporum articulos*. Hinc & Jac. h. l. contendit, Angelum illo labore interdixisse. Cui repugnant & finis hujus versûs, & v. 10 [l]. Quid ergò hîc sibi vult Angelus, cùm dicit, *Claude*, &c? Resp. Non vult hæc omnino non intelligenda; *omnia enim scripta sunt propter nostram doctrinam*: sed quòd ignavis & socordibus mysteria Dei abscondita sint [m]. Significat his verbis prophetiæ hujus vel, 1. longinquitatem, sive eam longo pòst tempore implendam [n]; nec tamen de ea dubitandum esse [o]: nam brevi futura non obsignantur, Apoc. 22. 10 [p]. Confer Dan. 8. 26 [q]. Vel, 2. obscuritatem [r], ut explicatur v. 8, 9. Confer Dan. 8. 26. & Esa. 29. 11 †. Obscuriùs autem hæc proponitur, quò piorum diligentia acuatur, sicut sequitur sub finem commatis [t]. Vel, 3. veritatem, sive certitudinem [v]; ut colligitur ex Dan. 8. 26 [x]. Certa enim habentur quæ obsignata sunt [y]. Vel, 4. perfectionem; quòd quæ absoluta sunt obsignare solemus [z]. Al. Solatur Danielem: q. d. Nè despondeas animum, nec vilescat apud te hæc prophetia, quamvis omnes eam rejiciant & spernant; sed maneat apud te instar thesauri, erunt qui postea tibi subscribent, &c. Confer Esa. 8. 16. Non est mandatum, ut Daniel abscondat, &c. sed solatium, &c [a]. Al. Quoniam Deus Ecclesiam nondum è Gentibus, sed ex Israelitis, colligebat, hæc mysteria in istius Ecclesiæ [nempe Judaicæ] thesauro concludi voluit [b]. ¶ *Et signa librum*] *Fac bene servetur*, ut suprà 8. 26. ubi dicta vide [c]. *Signa*, nè aliis innotescat curiosulis, aut temerariis, aut profanis; quin potiùs futuris reserva usibus [d]. ¶ *Usque ad tempus statutum*] Heb. *tempus finis*, G. vel, *finem temporis*, M. i. e. donec hæc eveniant, ut tunc tua scripta cum rebus ipsis comparentur *. Tunc eventus ipse homines docebit [f], & probabit me vera locutum [g].

¶ *Plurimi*, &c. [יְשֹׁטְטוּ רַבִּים וְתִרְבֶּה הַדָּעַת] *Discurrent*, vel *Percurrent*, (vel, *Oberrabunt*, Ti. vagis speculationibus & erroribus suis [h]. Sed coactum est. τὸ שוט quidem sign. *discurrere*, non autem in malum sumitur, pro, *vagari*: imò sæpe sign. *investigare*. Verto ergò, *Investigabunt* [i]. Diligenter & anxiè ubivis disquirent, & Prophetarum paginas percurrent [k]; perlegent, vel perlustrabunt [l]. *Percurrent*, nempe vaticinium hoc abs te perscriptum; eo nempe tempore cùm res evenerint [m]. *Versabunt sese*, Ca. Quo tempore *discurrent*, P.) *multi*, *& multiplicabitur* (vel, *augebitur*, JT. Pi. sim. Ca. vel, *multiplex erit*, Ti.) *scientia*, Mo. M. JT. Pi. &c. i.e. Per id magis quàm antè innotescet Divina providentia & præscientia [n]. Al. *multiplicabuntur opiniones*, quòd non spiritu discendi, sed curiositate, audebunt ingredi in Sanctuaria Dei, &c [o]. [Sensus loci,] Multi ex eventu excitabuntur ad inquirendum de hac prophetia, adeóque scientia crescet [p]. Al. Quamvis futura sit horribilis Ecclesiæ vastatio sub Epiphane, quamvis etiam hæc gens tua perversa sit & indigna cui hæc mysteria revelentur; tamen manebit in media persecutione Ecclesia Dei, & erunt multi pii ac fideles, cùm ex Judæis tum ex Gentibus, qui doctrinæ propheticæ adhærebunt, & vaticinia hæc diligenter percurrent, & in scientia proficient [q]. Etiamsi nunc plerique ignavi sint, & paucis curæ sit Dei veritas, aut hæc prophetia; tandem tamen fiet ut multi eam addiscant & amplexentur, idque in suam salutem [r]. Duplex est hujus loci interpretatio. 1. *Permeabunt multi*, i. e. Convenient tempore Evangelii ex omnibus gentibus; quo tempore scientia & fides Christiana multiplicabitur †. 2. *Permeabunt multi*, oculis scilicet vel aspectu, i. e. perlegent ac percurrent prophetiam hanc diligentissimé [t]. Ego utramque conjungo. Priori favet vox *multi*, quâ vocatio Gentium innuitur: alteri, verbum *permeabunt*. Videtur enim hîc Angelus ordinem à Deo positum in percipienda doctrina fidei respexisse: prius enim est ut petamus & quæramus; posterius, ut intelligamus & accipiamus [v].

5. *Et vidi*, &c.] Novum visum priora confirmans & explicans [x]. ¶ *Duo alii*] Angeli [y], alter Persarum tutor, alter Græcorum [z], quorum mentio cap. 10. 20 [a]. *Alii*, præter illum qui revelationem exposuit, de quo suprà 10. 5 [b]. Dicit, *alii*, ut alia administrorum consulentium ratio, alia Domini qui consulebatur, ostendatur [c]. ¶ *Stabant*] Ut servi illius cap. 10. vers. 5 [d]. ¶ *Unus hinc super ripam fluminis*, (nempe Hiddekel*, sive Tigridis [f], cujus mentio Dan. 10. 4 [g].) *& alius indè*, &c.] Vel, 1. velut certantes de possessione Tigridis, & terrarum quæ erant cis & ultra id flumen [h]. Vel, 2. ut re & signo testarentur coram Daniele, se in utramvis partem esse paratissimos [i], & ex omnibus partibus adesse Christo Angelos ad excipienda ejus mandata [k].

6. *Et dixi*, [וַיֹּאמֶר] *Et dixit*, Mo. ό. &c. Non Daniel, sed Angelus [l]; vel, 1. alter ex illis duobus [m]; vel potiùs, 2. uterque [n]: nam utriusque idem fuit finis & studium [o]. Sic alibi singulare de pluribus dicitur: ut Gen. 35. 26. *Hi sunt filii qui* (h.e. quorum unusquisque) *natus est*; Num. 32. 25. *Et dixit filii Gad*, h. e. singuli Gaditarum idem dixerunt [p]. [Sy. & Ar. hîc habent, *dixerunt*.] ¶ *Viro*, &c.] Scil. Michaeli, descripto suprà 10. 5. Is jam illi apparuit cum minore quàm antea fulgore, tantùm ut dicta Gabrielis majore auctoritate comprobaret [q]. ¶ *Qui*, &c. [אֲשֶׁר מִמַּעַל וגו׳] *Qui* (sub. *erat*, P. Ti. &c.) *super*, vel *suprà*, (vel, *superius ad*, Ti.) *aquas fluminis*, P. Calv. sic Mo. Ca. Gej. &c. i. e. qui videbatur stare inter ripas amnis [r]. Videtur non constitisse in terra, sed in ipso aere, aut supra aquas, incedere aut stare; ut Christus, Matth. 14. 25. & Angelus, Apoc. c. 10. v. 2. *E superiore velut loco*: id enim denotat מִמַּעַל sequente ל, ut Gen. 22. 9. Lev. 11. 21. Esa. 6. 2 †. Quòd *fuit super aquas*, significat eum potestatem dominatúmque in gentes omnes habere. Per *aquas* enim populi multi intelligi solent [t]. ¶ *Usquequo*, &c? [עַד־מָתַי קֵץ הַפְּלָאוֹת] *Quousque* (vel, *Quando tandem*, Ti. Ca. sub. *erit*, Ti. JT. Pi. &c.) *finis* (vel, *terminus*, JT.) *mirabilium*? Calv. sic M. P. Mo. vel, *miraculorum*? Ca. vel,

[Marginal notes, left column:] g Gej. h Pi. i J.c. k Pi. l Gej. sim. G. m Gej. n G. * G. o Calv. p Pol. q Pi. r Gej. † Calv. t Gej. v Pi. x Calv. y Gej. z G.j. Mald. a Mald. b Pol. c G. d Gej. ex Hi. & Per. * G. f Calov. g Gej. h V. i Ti. k Gej. l Emp. m M. n Mald. La. sim. Emp. o Mald. p Emp. q Mald. r La. ex Mald. † Mald. t Emp. v Mald. La. sim. Emp. x Mald. y Mald. La. sim. Emp. z O. in Mald. a Calv. b Emp. c G. d G.j.

[Marginal notes, right column:] * G. f Mald. g Calv. h Q. in Calv. i Calv. k Gej. l Pi. m G. n G. o M. p Mald. q Pol. r Calv. † Q. in Jun. t Hi. in Jun. v Jun. x G. y G. Calv. &c. ex Hi. z G. sim. Jun. Mald. a G. b Pol. c Jun. d Pol. * Pi. Gej. f V. G. g G. sim. Gej. h G. i Jun. k Pol. l Gej. m Pi. sim. Gej. Jun. n Jun. Gej. o Jun. p G j. q G. r V. † Gej. t Pol.

vel, *horum* (sub. *negotiorum*, Ti.) *mirabilium?* JT. Pi. Ti. nempe, afflictionis piorum per impios[v]; vel, per Antiochum[x]. Quamdiu durabunt ista populi Judaici mala[y]? Quando tandem mirabilia prædicta exsecutioni dabuntur, finémque suum consequentur & cessabunt[z]? Impulit Deus Angelum ut sciscitaretur, &c. vel, 1. ut stuporem nostrum excuteret, & studium excitaret[a]: vel, 2. nè Daniel curiosiùs investigaret illud quod videret nè Angelis quidem interrogantibus revelari[b]: vel, 3. quæsiverunt Angeli de his Ecclesiæ persecutionibus ex sympathia[c]. Non est mirum de his interrogare Angelos, quippe quibus multa sunt incognita. Vide Matt. 24. 36. Eph. 3. 10[d].

7. *Cùm*, &c. וירם ונו׳] *Et sustulit dextram suam & sinistram suam*, &c. Calv. sim. M. P. Mo. &c. Tanquam Deum testem invocans[*]. Jurantium hic mos erat[f]. Qu. Sed cur utramque manum? Resp. 1. Ad majorem fidem[g]. 2. Ut significet immutabilitatem decretorum Dei, tam in bonum quàm in malum, tam ad hoc quàm ad futurum seculum[h]. 3. Ut utrique Angelo, inter quos intermedius erat, responsi sui veritatem confirmaret[i]. 4. Ut exponeret rei magnitudinem[k]. 5. Quòd non solùm jurare, sed Deum etiam obtestari precarique, voluit. Orantes autem junctas manus attollunt, &c[l]. ¶ *Et*, &c. וישבע בחי העולם] *Et juravit per viventem in seculum*, sive *æternum*, Calv. JT. Pi. sic P. M. &c. i.e. Deum Patrem: vel, *per vitam æternitatis*, quod idem est; Deus enim est vita in abstracto. חי est nomen substantivum in regimine collocatum: ut מי *aquæ*, à מים; & די *sufficientia*, à דים[m]. Al. *per immortalem*, Ca. Deus ergò hic non erat, sed Archangelus[n]. Jurat enim per Deum. Is autem per quem aliquis jurat se major est[o]. Resp. 1. Christus, quà homo, Deo minor erat. 2. Per se hìc jurat tanquam unum cum Patre. Confer Deut. 32. v. 40[p]. & Apoc. 10. v. 5, 6. ubi Christus jurat per Deum, &c[q]. ¶ *Quia in tempus*, &c. כי למועד ונו׳] *Quia*, vel *Quòd*, (vel, *Sed*, JT.) *ad tempus*, (vel, *tempus statutum*, sive *constitutum*, Mo. JT. Pi.) *tempora*, & *dimidium*, P. M. &c. vel, *partem*, JT. Pi. sub. *temporis*, P. JT. Pi. [Accipiunt vel, 1. indefinité.] Sancti passuri sunt tyrannidem malorum modico tempore, non integrâ annorum hebdomadâ[r]. *Tempus* moram diuturnam significat; *tempora*, moram diuturniorem, & quasi duplicem; *dimidium*, finem & exitum. Summa est, Non statim explebit Deus piorum desiderium: multi adhuc anni sunt exspectandi antequam hæc compleantur. Addit autem, *dimidium*, ad solatium piorum, nè tædio frangantur & desperent[*]. [Vel, 2. definité.] i.e. Per 3 annos[t], & dimidium; non tamen dimidium certum aut præfixum[v], verùm 10 dies[x]. Nam anno Seleucidarum 145. mense 9. die 15. exstruxit Epiphanes abominationem desolationis in Templo; quæ impietas duravit usque ad annum Seleucidarum 148. cujus mense 9. die 25. repurgatum est Templum & cultus restitutus. Vide 1 Mac. c. 1. v. 57. & 4. 52, &c[y]. & Joseph. Antiq. 12. 10[z]. Confirmat id [Michael h. l.] quod minor Angelus dixerat suprà 7. v. 25[a]. ¶ *Et cùm*, &c. וככלות נפץ יד־עם־קודש] *Quùmque compleverit* (vel, *Et secundùm consummare*, Mo. Gej.) *dispergere manus* (*Manus*, pro afflictione, sive plaga gravante ac lædente[b]: vel, *manum*, Pi.) *populi sancti*, P. &c. *Et donec consumetur contritio*, &c. M. *Postquam absolutè dispersérint manum*, &c. Ti. *Finitâque dispersione*, &c. Ca. *Cùm completa*, vel *consummata, fuerit dispersio*, &c. V. sim. Ar. *roboris*, &c. i. e. Cùm planè infirmata fuerit virtus populi sancti[*]. *Et ut consumpserint*, vel *compleverint, dispersionem manûs*, &c. Significat Ecclesiam in mundo laceram & dispersam & quasi dissipatam fore. Vel, *contritionem manûs*, &c. Ità significat mutilum fore populum, & nullas ei vires fore, perinde acsi manus essent illis contritæ: qu. d. Ecclesia Dei multis malis constricta erit, finis tamen erit beatus[f]. *Cùm completa fuerit*, &c. i. e. Cùm maximè extra urbes & vicos per agros sparsi erunt pii Judæi. Vide 1 Mac. 2. 29. 2 Mac. 8. 1[g]. Cùm plurimi Christiani dispergentur in solitudines & speluncas, ut cedant furori Antichristi, Apoc. 12. 6[h]. Al. *Et quum absolvet dissipare vires*, &c. JT. vel, *spatium*, &c. ut vox *manus* alibi sumitur: q. d. Quum Deus Judæos omni potestate & jure suo & hæreditate destituerit, Evangelium Gentibus patefiet[i]. *Et quum absolverit* (nempe Deus[k]) *dissipare manum*, &c. Pi. Pol. i. e. Postquam Deus penitùs dissolverit judicio suo severissimo *manum populi sancti*, quâ Deus pressit & afflixit populum suum, h. e. virgam furoris sui Antiochum Epiphanem, quâ populum suum afflixit[l]. Sed durum hoc, *manus populi*, pro manu quæ erat contra populum. Nec calamitates Judæorum in morte Antiochi finitæ sunt[m]. ¶ *Complebuntur* (vel, *finem accipient*, M.) *universa hæc*] Tunc brevi implebuntur quæ dixi[n]. Sensus loci, Durabit hæc afflictio donec impii conterantur, qui manum admovent Sanctis Dei in hac terra[o]. Non antè finis mundi venturus est quàm Ecclesiæ persecutio completa fuerit, & venerit discessio, & homo peccati, 2 Thes. 2. 3[p].

8. *Et non intellexi*] Quis esset finis[q]; quid sibi vellent tot prædictiones[r]; quid significarent *tempus*, & *tempora*, &c[*]: vel, quid post illud spatium futurum esset[t]: vel, id quod rogavi v. 6[v]. ¶ *Et dixi*, &c.] Principium scientiæ est, quærere; & principium quærendi, dubitare[x]. ¶ *Quid*, &c? מה אחרית אלה] *Quid*, vel *Quod*, (sub. *erit*, M.) *novissimum*, sive *postremum*, (vel, *in novissimo*, P. sic Mo.) *horum?* vel *istorum?* M. Calv. &c. *Quis finis* (vel, *exitus*, Ca.) *erit istorum?* Pi. Pol. sic JT. Ti. Ca. qu. d. Quid tum fiet[y]? *Quid consequentia istorum?* nimirum sibi vult? Sensus est, Quid sibi volunt ista quæ de consequentibus temporibus modò perstrinxisti[z]?

9. *Vade, Daniel*] q. d. Sat tibi esto; nè inquirito ulteriùs[a]: esto contentus hâc revelatione[b]: tempus est ut te ad quietem componas, ut sepeliaris cum patribus tuis[c]. Al. *Vade*, nempe ut inscribas libro tuo quæ jam dicam[d]. ¶ *Quia clausi sunt signatique*, &c.] Hæc humano captui adhuc impervia sunt[*], & sub obscuritate manebunt[f]. Nondum opportuna est eorum revelatio[g]. Al. *Ut clausi signatique* maneant *hi sermones*, &c. Ut tamdiu bene asserventur donec eventus ea comprobet, ut suprà 8. 26. & hîc 4[h].

10. *Eligentur*, &c. יתבררו ויתלבנו ויצרפו רבים] *Purgabuntur* (*Purificabunt se*, Mo. *In lucem proferentur*, Jun. sub. *interim*, Ti.) & *dealbabuntur* & *conflabuntur* (vel, *conflabunt se*, Mo. vel, *repurgabuntur*, P. *examinabuntur*, M. vel, *explorabuntur*, Ca.) *multi*, JT. Pi. &c. pii scilicet[i], per illas afflictiones[k]. Sunt eadem verba quæ suprà 11. 35. nisi quòd modus per quem apparebit priorum [lege, piorum] puritas atque sinceritas ibi præponitur, hîc postponitur. Sensum, qui idem suprà, exposuimus[l]. Similitudo est, vel, [1. una,] à metallariis & aurifabris, qui, 1. disparant metalla à terra reliqua quæ est in fodinis, & proferunt in oculos & lucem; 2. argentum dealbant; 3. sæpius probant & repurgant[m]. [Vel, 2. triplex:] 1. à tritico, quod purgatur à paleis; 2. à panno, qui à fullone dealbatur; 3. ab aurifabris, qui metalla conflant[n]. ¶ *Et*, &c. והרשיעו ונו׳] *Et* (vel, *Autem*, P. Pi. vel, *Quum*, JT.) *impiè agent impii*, Mo. P. Ti. &c. (i. e. Occasione datâ, qui mali sunt malitiam suam detegent. Tempore opus est ut patefiat utrumque hominum genus[o].) & *non intelligent omnes* (vel, *ulli*, G.) *impii*, Mo. P. M. &c. sub. *has prophetias*, V. simil. Gej. vel, quorsum Deus mala ista tamdiu durare patiatur[p]. Vel, & *nihil intelligent*, &c. M. vel, *quia nihil intelligent*, h. e. quia sunt excæcati, ideóque impiè agent[q]. Vel, *nec animadvertent ulli impii*, Pi. Objectio hæc est, qu. d. Dixisti *multos purgandos esse*, &c. Atqui multi improbè agent. Responsio sequitur, Ast *erudientes*, &c[r]. Monitio est, q. d. Non est quòd tu, Daniel, vel alii fideles pendeatis ab aliorum exemplis: impii impiè agent, & vos unà abripere studebunt; vos autem invicti perstate[*]. ¶ *Porrò*, &c. והמשכילים יבינו] *Sed intelligentes*, vel *prudentes*, (vel, *periti* rerum sacrarum, V. vel, *eruditi*, Ti. Ca. vel, *erudientes*, JT. *doctores*, i. e. qui tua legerint, & versati erunt in aliorum Prophetarum libris[t];) *intelligent*, P. Mo. Ca. Calv. &c. h. e. non sinent se implicari erroribus impiorum; animos & studia adjicient ad cœlestem doctrinam[v]: vel, *dabunt operam ut intelligant*, hoc tempus scilicet[x]: vel, *animadvertent*, Pi. sic JT. attendent prædictionibus istis & promissionibus liberationis, opera Jehovæ observabunt[y]: vel, *docebunt*, Ti. instituent plebem de consilio Dei tantas calamitates tamdiu durare sinentis[z].

11. Et

Margin (left column): v M. — x Pol. — y G. — z Gej. — a Calv. — b Mald. — c Pol. — d Calv. — * V. — f G. sic Gej. &c. — g G. — h Per. — i Pol. sim. Jun. — k Calv. — l Mald. — m Q. in Gej. — n G. — o Q. in Wil. — p Wil. — q Calov. — r M. — * Calv. — t V. Jun. Pi. Pol. &c. — v V. — x Jun. Pol. Pi. — y Jun. Pol. — z Pol. — a G. — b Gej. — * V. — f Calv. — g G. — h M. T. — i Jun.

Margin (right column): k Pi. — l Pol. sim. Pi. — m Wil. — n G. — o M. — p Mald. — q Calv. Mald. — r Calv. — * Jun. — t G. — v Me ex Mald. — x Jun. — y G. — z Jun. — a Pol. sim. Jun. — b Pol. — c Jun. — d G. — * Gej. — f Pol. — g Calv. — h G. — i Gej. — k Pi. &c. — l G. — m Jun. — n Pol. — o G. — p Idem. — q Calv. — r Pol. — * Calv. — t G. — v Calv. — x V. — y Pol. — z G.

11. *Et à tempore cùm ablatum fuerit juge sacrificium*] [Vel, 1. propriè dictum,] per Antioch. Epiph [a]. [vel, 2. metaphoricè,] i. e. cultus N.T. qui sæpe exprimitur phrasibus V. T. quem auferet Antichristus [b]. ¶ *Et posita*, &c. וְלָתֵת שִׁקּוּץ שֹׁמֵם] *Et posita* [repete, *fuerit*] *abominatio desolans*, JT.Pi. *Ad ponendam* (vel, *sufficiendam* in locum ejus, V.) *abominationem stupendam*, P. vel, *desolantem*, sub. *cultum Dei*, V. ¶ *Dies mille, ducenti, nonaginta*] *Dies* hi sunt vel, 1. naturales & propriè dicti; & tempora Antiochi hîc descripta sunt [c]: vel, 2. Angelici, [sive prophetici,] h. e. anni, juxta Ezec. 4.6. *Diem pro anno dedi tibi* [d]. [De quibus plura statim.]

12. *Beatus*, &c. אַשְׁרֵי הַמְחַכֶּה וְיַגִּיעַ לְיָמִים וגו'] *Beatus qui exspectabit*, vel *præstolabitur*, (cum fide & patientia [*]; vel, *perseverabit*, Ti.) *& perveniet*, sive *pertinget*, *ad dies mille, trecentos, triginta quinque*, Ca. JT. Pi. sim. P. M. Mo. &c. i. e. ad dies 45 ultra priores [f]. [Sed de hoc numero & præcedente paulò fusiùs hîc agendum.] Hoc numero [1290] minutatim describitur illud quod antè dictum est *tempus, & tempora, & particula temporis*, nempe 3 anni cum dimidio, sive 42 menses; quod spatium si per 30 dies multiplicaveris, comperies 1290 dies [g]. Jam designatiùs ostendit, dies aliquot excursuros ultra triennium & semestre tempus, post quod [legendum omnino, per quod] totum tempus, & non diutiùs, cessabit ὁ ἐνδελεχισμὸς (*juge sacrificium.*) In eo tempore comprehenditur etiam collocatio idoli vastantis in Templo. Vide quæ dicuntur 7.25. Vide σύλληψιν similem 9. 25 [h]. Confer & Dan. 8. v. 14 [i]. His 1290 diebus designatur tempus ab adventu Apollonii, qui *abominationum princeps* dicebatur, sive à cultu Dei ab Antiocho inhibito, usque ad Sacri cultûs restitutionem per Judam Maccabæum, ab Antiocho confirmatam: indè autem ad mortem Antiochi erant dies 45, qui additi diebus 1290 simul conficiunt dies 1335 [k]. Post quos Judæi non malis tantùm, sed & omni malorum metu, levabuntur [l]. Instaurationem cultûs sequutæ sunt complures victoriæ, &c [m]. [Aliis hæc sententia non placet.] Omni contextûs scopive fundamento caret, repugnat etiam historiæ; ut mirum sit tot esse hujus sententiæ fautores. Dies 1290 à pollutione Templi ad diploma illud αὐτονομίας Judæis 2 Mac. 11.27. concessum supputant. Dies verò 1335 ab eodem principio ad ipsius Epiph. mortem. Sed falluntur. 1. Diploma illud datum est non ab Epiph. sed ab Eupatore filio post mortem patris, nedum, ut isti statuunt, ante mortem ejus. Vide loc. Macc. 2. A pollutione Templi, neque ad Antiochi mortem neque ad diploma αὐτονομίας intercesserunt plusquam 3 anni & 4 mens. i.e. non ampliùs diebus 1200. quod sic ostenditur. Repurgatio Templi facta est tribus à pollutione annis exquisitè evolutis, anno utique Regni Græc. 148. die 25. mensis Casleu, qui respondet Appellæo Macedonum. Videsis 1 Macc. 4.52. Joseph. Antiq. 12. 11. Huic Epiphanes non 4 ampliùs mensibus supervixit: cùm nempe eodem anno, putà ab Autumno incipiendo, mense Xanthico, (qui in anno Macedonico sive Syro-Græcorum ab Appellæo sive Casleu mensis consecutione quartus est,) obiret Epiphanes, rerúmque potiretur Eupator filius; utpote à quo, illo mense, die 15. αὐτονομίας diploma (in quo de patris sui morte testatur) Judæis indultum fuerat. Vide 2 Mac. 11. 23, 33. Ut autem fons erroris obstruatur, quo factum est ut Epiphani vita adhuc ulteriùs prorogaretur, tenendum est, annos Græcorum, sive Seleucidarum, quibus sc. author primi Libri Maccabæorum utitur, Judæorum more, inchoari à verno mense Xanthico sive Nisan: annos autem Alexandræos, quibus utitur Author secundi Libri Maccabæorum, (Alexandrinus & ipse,) inire ab Autumno sequente, id est, ab Hyperberetæo. Hinc factum est ut, cùm anni prioris Libri sex mensium intervallo posterioris antevertant initium, necesse fuerit, quoties res gesta in æstivalem anni semestrem inciderit, ut Liber posterior priori annos uno minùs numeret: quod illis qui rem non satis attendissent fraudi fuit. Vide de hoc diverso anni initio Petavii Rationarium, 2. 3. 13. 219. & Calvisium Isag. chronol. c. 43. Quare cùm 2 Mac. 11. 23, 33. Antiochus mortuus habeatur anno Græcorum 148. in primo autem, cap. 6. 16. anno 149. illud necessariò colligitur, eum mense Xanthico ineunte

[a] Pi. sic Jun. [b] Gej. [c] Q. in Gej. [d] Gej. [*] Gej. [f] Ti. [g] Jun. [h] G. [i] Pol. [k] Emp. ex Brought. simil. Jun. Pol. [l] G. [m] Pol.

mortem obiisse. Neque enim citiùs potuit, cùm nondum annus 149. Græcorum à Vere incepisset; neque seriùs, cùm 15. Xanthici filius, eo jam mortuo, rescriptum Judæis dedisset. Sequitur etiam, non dies 45, prout sententiæ Junianæ adstipulatores sibi persuadent, sed 15 tantùm aut 14, inter Antiochi mortem & rescriptum αὐτονομίας intercedere potuisse [n]. [Hâc itaque sententiâ explosâ, videamus quid alii sentiunt.] *Dies* ergò hic pro annis ponuntur [o]. Hinc Judæi tot annos (de initio tamen numerationis incerti) ad Messiæ sui adventum supputârunt; indéque non semel decepti sunt. Ut autem Judæi numeros hosce ad primum Christi adventum, ità Christiani saniùs ad secundum, referunt, vel (quod non multùm interest) ad Judæorum collectionem; quam ipsi quoque Judæi sperant, sed in epocha statuenda omnino laborant; imò quædam hîc supponunt neque textui neque rationi satis congrua [p]. Incipit indubiè hoc tempus ab ultima Templi prophanatione & vastatione, quæ post Christum contigit, ubi scilicet cessârunt sacrificia, &c [q]. *Dies* 1290 h. l. tempus indefinitum designant [r], vel longum temporis tractum: qu. d. Non est quòd pii desperent, quamvìs tempus videri possit immensum; & quamvìs alii dies 45 addantur, perstare tamen & bono animo esse debent [*]. Recenset h. l. tempora Antichristi, (cujus typus erat Antiochus [t],) ejúsque durationem, cui, ut Apoc. 11.3. & 12.6. *dies* 1260, & Apoc. 11.2. & 13.5. *menses* 42. ità hîc *dies*, h. e. anni, 1290 tribuuntur. Quodnam verò initium his annis tribuendum? Respondet Angelus, *Cùm dissipatio sancti populi finem habitura est, cùm cessârit juge sacrificium*, &c [v]. Cùm autem Angelus non præcisè ipsum annum initii expresserit, sed solùm notis quibusdam principium descripserit, non decet nos scrupulosè inquirere [x]. Dies autem 45 additi haud dubiè sævitiâ persecutionum malísque aliis superabunt dies 1290 antecedentes [y]. Sic igitur statuo: Eventum quem geminus hic numerus exitu suo designat nec esse adventum Christi, nec restaurationem Israelis; quinimo vaticinii de temporibus quarti Regni novissimis, seu Antichristi, (quò Angelus v. 6. *finem mirabilium* retulerat,) resignationem, eousque, putà quid illis occultaretur, quóve pertinerent, etiam cùm impleri cœperint, ignorandis. Hunc esse numerorum scopum facilè credes, modò illud ex Dan. c. 7. v. 25. memineris, quartæ Bestiæ, seu Regni, tempora extrema seu novissima esse intervallum illud *temporis, temporum* & *dimidii temporis cornu oculato* attributum: de quo item Regno cornúque Angelus iterum post Epiphanis historiam (quâcum Scriptura Regnum tertium semper terminare solet; vide Dan. 8. v. 23.) superiore capite finiente disseruerat; ut ità nimirum temporis rerúmque gestarum seriem à Persica Monarchia, unde inceperat, ad Resurrectionem usque & secundum Christi adventum perduceret. Calculi hujus prophetici epocha non est ultima Jeros. desolatio ad finem 70 hebdomadum, ut nonnulli volunt, sed Templi Jerosol. ab Antiocho profanatio; & quidem convenientissimè, ut ità typus Antichristi ad Antichristi manifestationem nos manuducat. Eam enim memorat tanquam rem Danieli notam, & quam paulò antè descripserat, ídque iisdem verbis, Dan. 11. 31. Respondet portò eventus. Prior numerus [1290] à profanatione Epiphaniana numeratus exit ad annum Domini 1123. Posterior, [1335,] ad an. Dom. 1168. Sed cùm *peccatum* illud *desolationis* ultra sexennium duraverit, haud incommodè à singulis ejus annis duci potest calculi prophetici initium, atque ad totidem annos in exitu terminari. Anni autem quos jam posui à medio sexennii numerantur, quando *juge sacrificium sublatum est*, anno ante æram Christianam 167. Anno [Christi nati] 1106. sparsa erat fama (inquit Urspergensis apud Baronium) de adventu Antichristi, nata, ut credibile est, ex supputatione Dierum Danielis. Addit Baronius, fuisse opinionem non vulgarium virorum, *Antichristum illo seculo fore revelandum.* An. Dom. 1120. quorundam fidelium nomine prodiit tractatus de Antichristo, in quo eum esse meretricem Babylonicam sive Papatum asseruerunt, ideóque secessionem ab eo fecerunt. Inter annum Christi 1160. & 1170. innumeri homines, Waldenses, Albigenses, &c.

[n] Med. l. 3. oper. p. 852. [o] Med. ib. sic Gej. Calv. Calov. [p] Med. ib. 855. [q] Calv. [r] Oecol. ib. Wil. [*] Calv. [t] San. [v] Calv. [x] Calov. ex Gesn. [y] Gej.

ab Ecclesia Romana, tanquam meretrice Babylonica, secessionem fecerunt. In quos ingens statim persecutio exorta est, & in sola Gallia, si fides Paulo Perionio, occisa sunt 1000000 hominum. Sed *beati mortui*, &c. Id quod & Angelus hîc apud Danielem spectâsse videtur, cùm dixerat, *Beatus qui exspectat*, &c. Nisi illud fortè potiùs ad illustriorem Antichristi patefactionem tunc futuram referendum sit, quâ beatus esset cui eam videre contigisset. Utcunque, hi fuerunt isti qui, ut hîc dicit Angelus, *purificandi, dealbandi*, & *conflandi*, quósque sapientiæ & in Dei mysteriis perspicaciæ testimonio exornat. Hostes autem illorum, *impii isti, qui impiè agerent, nec intelligerent*. Qu. Cur Deus voluit isto potiùs quàm alio seculo Antichristum primitus revelandum? Resp. 1. Quia tum ad ἀκμὴν suam perveniret, eóque clariùs cognosci potuerit. 2. Quia tunc in neminem alium suspicio Antichristi cadere potuit; quippe Imperio Saracenico tum ad occasum & ruinam indies præcipitante, Ottomanico nondum cœpto. 3. Quia Deus fidelibus prospectum voluit, nè persecutioni Antichristi tunc futuræ succumberent, sed persuasi essent se esse Sanctos illos à bestia vincendos, Apocal. c.13.v.7. Qu. Sed quare Spiritus hujuscemodi numerorum periodos hîc assumpsit, qui neque ad septenarios, neque ad ullam omnino numeri perfectionem, revocari possunt? Resp. Quia tempus quo res accideret ad statum Romanum spectans designaturus, ad eam temporis putandi rationem sese accommodare voluit quâ soli Romani (& quidem temporibus istis novissimis) usuri essent, tum in Imperatorum suorum constitutionibus & edictis, tum in pontificum decretis, subnotandis; epochæ nimirum Indictionum. Utriusque enim periodi Angelicæ, ab anno profanationis Epiphanianæ putatæ, exitus concurrit cum initio seu primo anno indictionis Romanæ. Siquidem annus Christi 1123. primus est indictionis Romanæ 54. annus item 1168. annus primus est indictionis 57. Quæ enim inter utrumque numerum differentia est annorum, seu dierum annalium, 45, ea tres indictiones (h.e. 45 annos, nam indictio Romana est 15 annorum spatium,) ad unguem comprehendit. Quæ omnia casu contigisse quis crediderit? Idem hoc facto innuere mihi videtur acsi dixisset, primam hujus mysterii reserationem futuram ad indictionem Romanam 54. cujus annus primus esset à profanatione Epiphaniana 1290. *Beatum* verò *qui exspectaret & pertingeret ad* indictionem 50. cujus annus primus esset ab illa profanatione 1335. Indictionem autem eam assumpsit, non quæ magnam partem jam præteriisset, sed quam eventus primùm integram amplexu suo occuparet; ut applicatio, quam suprà ex historia rei gestæ dedimus, consideranti manifestum faciet. Neque sanè res ipsa, siquis ad rationem & indolem ejus bene attenderit, ejusmodi est, cujus initii observationem uni alicui anno commodè alligaveris; sed quæ annorum aliquot spatiolum requirat. Huic igitur rei temporis per indictiones designatione sapientissimè prospectum erit. Datâ quam hucusque asseruimus de mente hujus Vaticinii hypothesi, tria magni momenti porismata consequuntur. 1. Patrum authoritatem in negotio Antichristi & novissimorum temporum (utut in aliis multum iis tribuendum sit) omnino nullam esse: utpote quorum ætate mysterium illud juxta Angeli prophetiam adhuc clausum & obsignatum foret. 2. Antichristum jam venisse, ipsissimúmque esse qui seculo isto 12. revelatus fuit. 3. Waldenses, Albigenses, similésque cæteros tunc temporis à Romana Ecclesia segreges, tot adversariorum suorum præjudiciis gravatos, quibusdam etiam è nostris, nimiùm hâc parte credulis, de schismate, si non hæresi, suspectos, hujusmodi calumniatum de Spiritûs Sancti sententia absolvendos esse, &c [a].

13. *Tu*, &c. ואתה לך לקץ] *Tu autem vade*, vel *abi*, (i. e. *vades*, V. ibis propediem [a]: imperat. pro fut [b]. ut Gen. 20. 7. *& vive*, pro, vives; simil. Gen. 42. 18 [c].) *ad finem*, sive *terminum*, P. JT. &c. sub. *tuum*, V. qu. d. Interim morieris [d], neque hæc videbis †. Compara te ad mortem [f], (quæ קץ *finis* dicitur Psalm. 39. 5 [g].) dispositâ domo tuâ, & contentus hâc revelatione [h]; nec ultrà labores curiosiùs de prophetiarum istarum interpretatione [i]. Al. Vade ad negotia tibi injuncta, ut suprà 8. 27 [k]. ¶ *Et requiesces*] A molestiis & laboribus [l]; corpore in sepulchro [n], animâ verò in sinu Abrahæ [o]. Confer Job. 3. 13, 17, 18. Esa. 57. 2 [p]. Al. Tranquillè vives posthac, immunis ab illis periculis quæ sub Chaldæis subiisti [q]. ¶ *Et stabis* (q. d. Mors tua non erit interitus [r],) *in sorte tua*] Ità M. P. Mo. &c. i. e. in hæreditate tua cœlesti & æterna *; vel, illa ejus parte quæ tibi ex decreto Dei continget [t]. Habebis tuum in Regno cœlorum gradum, tuámque mansionem. Cœlestem patriam vocat *sortem*, ut alluderet ad Terram promissam, quæ illius figura erat: solet enim Scriptura de re significata loqui tanquam de figura †. Al. Præfecturam quam nunc habes retinebis [v]. ¶ *In*, &c. לקץ ונו'] *In fine* (vel, *sub finem*, M. *ad*, vel *in*; *finem*, Ca. G. ex Vulg. vel, *ad terminum usque*, JT.) *dierum*, Mo. P. &c. nempe hujus mundi [x]: in ultimo Christi adventu, quando non ampliùs erit tempus, Jac. cap. 5. v. 3. 1 Pet. 1. 5. Apoc. 10. 6. sed, unà cum Sole & cœlis intereuntibus, cessabunt quoque dierum, mensium atque annorum dimensiones [y]. Al. Ad plenissimam usque senectutem. Hic simplicissimus est sensus. Videntur tamen studio ità concepta verba, ut illud, *quiesces*, de morte sumi possit; & *stabis*, significare ἀναστήσῃ, quomodo vertit Theodotion; & *finis dierum*, finem Universi. Quem sensum & Hebræorum quidam amplectuntur [z]. [Jac. versum sic παραφράζει, *Tu autem, Daniel, perge ad vitæ tuæ terminum in hoc mundo; postea verò, cùm mortuus fueris, quiesces quiete horti Edenis; at in fine dierum consistes & vives in resurrectione mortuorum, & assequeris sortem tuam bonam in mundo futuro.*]

[a] Med. ib.
[a] Gej. [b] V. sic Gej. [c] Gej. [d] V. sim. Me. † V. [f] Jun. Pol. [g] Gej. [h] Jun. [i] Pol. [k] G. [l] Jun. Pol. Jac. [n] Pol. ex V. [o] Gej. [p] G. [q] Calv. [r] V. * Gej. [t] Pi sir. Gej. † Mald. [v] G. [x] Pi. [y] Gej. [z] G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

HOSEAM.

PROLEGOMENA.[Nonnulla hîc præmitti oportet, tum de 12 Prophetis in genere, tum de Hosea. In genere dicendum est, 1. De minorum Prophetarum compactione.] Hos 12 in unum volumen compegerunt, vel viri Synagogæ magnæ, præsertim Esdras; vel alii pii viri, iique antiqui, (ut patet ex libro Jesu filii Sirach, 49. 12. al. 10. & Jo. l. 1. contra App. & Hebræis, &c.) qui id fecerunt [a] propter eorum brevitatem, (quòd unus Esaias illis omnibus aut æqualis esset, aut major [b],) & nè liber ex eis periret [c]. 2. De eorum ordine: qui alius est apud Hebræos, (idem scilicet qui in Vulgato [d];) alius apud Græcos, qui hoc ordine collocant, Hos. Amos, Mich. Joel, Abd. Jon. Nah. Hab. Soph. Hag. Zac. Mal *. quo ordine etiam occurrunt 4 Esræ, 1. 39. & in Tertulliano [f]. Hebræi secuti sunt ordinem temporis quo quisque prophetare cœpit [g]. Quod tamen vix potest certò probari [h]. Ego autem sic probo. Hoseæ primùm omnium Deus locutus est: (eique primum locum tribuunt omnes [i]: [quod tamen statim negabit Mont.]) Idem ordo servatur in reliquis omnibus qui Regum sub quibus prophetârunt meminêre; idque adeò diligenter, ut Hag. ponatur ante Zach. quòd 2 tantùm mensibus præcesserit. Vide Hag. 1. 1. & Zachar. 1. 1. Malach. autem prophetare cœpit post Hag. & Zach. ut patet, tum ex Esd. 5. ubi illi duo soli memorantur: tum ex eo, quòd Malac. nunquam accusat populum socordiæ quòd Templum non ædificarent, ut Hag. & Zac. fecerunt; unde cernitur eum post Templum ædificatum prophetâsse: tum ex Mal. 2. 10. *Nonne pater unus*, &c? ubi reprehendit eos de uxoribus alienigenis, &c. de quo Esr. 9. & 10. id quod sub regno Artaxerxis contigisse constat [k]. Malachiam fuisse omnium ultimum apud omnes constat [l]. Si autem in illis Prophetis quorum tempora vel ex eorum libris vel aliunde cognoscimus servatur ordo temporis, cur non idem putabimus in aliis quorum tempora non ità perspicuè novimus [m]? Porrò, in quibus tempus non præfertur in titulo, sub eisdem Regibus illi prophetârunt sub quibus hi qui ante eos habent titulos prophetârunt [n]. Quòd dicit, *sub illis*, intellige saltem, *sub extremo illorum* [o]. Al. Librorum ordinem non respondere vaticinandi temporibus multa probant. 1. Quòd Abdias, consensu veterum Hebræorum, prophetavit Achabi Regis tempore, ideóque ante Hos. Joel, Amos [b]. 2. Quòd Hos. Amos & Mich. eodem seculo prophetârunt, ideóque simul poni debuerant. 3. Quòd Joel, Nah. & Habak. Manassis tempore prophetârunt [c]: Sophonias Josiâ regnante fuit [d]. Sunt qui velint Abdiam prophetâsse sub Josaphato Rege Juda & Ochozia Rege Israel; & Jonam sub iisdem Regibus sub quibus incepit Hoseas, sed aliquot annis antè. Calvisius ostendit Joel præcessisse Amos, quòd siccitatem prædixerit cap. 1. quam frustrà evenisse queritur Amos cap. 4. Nahum item prophetâsse sub Ezechia, [vel postea,] quia vastationem urbis No, quam Esaias prædixerat, factam scribit; & consolatur Judæos, nè iterum sibi metuant ab Assyriis, quos evertendos prædicit à Medis. Hunc secutum fuisse Habacuk, de quo certant chronologi, an Sophoniam præcesserit, vel secutus sit *. [Hæc de ordine. De reliquis strictiùs agendum.] Horum 12 Librorum versio non est Vetus ab Hieronymo correcta, sed pura puta Hieronymi [f]. Hi Prophetæ funguntur officio, vel, 1. comminantium; ut Hosea, Joel, Amos, Mich. vel, 2. consolantium, Judæos scilicet; ut Abd. Jon. Nah. Hab. vel, 3. revocantium à captivitate; nempe Soph. Hagg. Zach. Mal [g]. *Minores* dicuntur hi 12 Prophetæ ob brevitatem; cùm alioquin neque gravitate sententiarum, neque majestate verborum, neque ullâ aliâ re, majoribus concedant [h]. Præcipuum horum argumentum est, quòd cupiant Christi Regnum propagare, licèt diversis modis [i]. Cavenda hîc sunt duo horum aliorúmque Prophetarum exponendi genera. 1. Eorum qui omnia de Christo dicta eludunt & detorquent, vel ad Pseudo-Messiam referunt. 2. Eorum qui singulos versus & singula penè verba de Christo explicant [k]. Primum genus à Scriptura apertè confutatur. Vide Luc. 24. 27. *Et incipiens à Mose & omnibus prophetis*, &c. Joh. 5. 39. *Scrutamini Scripturas*, &c [l]. Secundum quod spectat; Satis constat multa in Prophetis esse quæ ad tempora illa pertinebant, mores & pœnas populi illius; de quibus tacere non decuit Prophetas, qui concionatores erant & Magistri populi [m]. Media ergò via est tutior, ut alia de Christo, alia aliter, intelligamus [n]. [De Hosea.] Is omnium Prophetarum difficillimus [o], quoad dictionem; ut Zachar. ob visiones [p]. Prophetavit Hoseas Israelitis, ut Esaias & Micheas circa idem ferè tempus Judæis. Occasio harum concionum fuit, quòd Israelitæ, cùm maximè florerent sub Jeroboamo, 2 Reg. 14. 24, &c. sibi in peccatis blandiebantur; in quibus nè perirent, Deus per Hoseam eos monuit. Dividi potest hic Liber in conciones Legales, usque ad cap. 11. (eæ autem sunt vel typicæ, vel absolutæ;) & Evangelicas, cap. 11. & seq. Quod tamen non omnino exclusivè intelligendum, sed κατ' ἐξοχὴν & synecdochicè [q].

Marginal notes: a Riv. b Rib. sic Riv. ex Hi. c K. in Merc. similiter Riv. M. d Rib. p. 7. * D. obs. 5. 24. sic Riv. ex Hi. f D. ib. g Q. in Riv. sic Rib. h Riv. i D. ib. k Rib. l Riv. m Rib. n Rib. ex Hi. o Rib. b Mont. c Mont. ex He. d Mont. * Riv. f G. g Riv. h Rib. i M. k Rib. p. 1. Riv. l Rib. m Riv. n Riv. sim. Rib. o D. ex Ceval. p D. q Tar.

CAP. I.

1. *Verbum Domini*] i. e. Res à Domino Hoseæ revelata [a]; vel, Sermones Jehovæ qui habiti sunt. Est titulus Libri [b]. Authoritatem sibi conciliat à Deo, &c [c]. id quod maximè in objurgante necessarium erat, ut scirent sibi cum Deo rem esse, &c †. ¶ *Ad Osee*] הושע *Hoseas* idem nomen cum *Josua* & *Jesu*, & *servatorem* sign. à ישע *servare* [d]. ¶ *Filium Beeri*] Qui & *Beera* dictus est, Princeps Reubenitarum, 1 Par. 5. 6*. Sed, 1. hoc dicunt sine ulla ratione: 2. & terminatio differt [f]. Qu. Sed cur Hoseas aliique quidam ex Prophetis nomina parentum apponunt? Resp. 1. Ut significent se fuisse Prophetas filios Prophetarum [g]. Sed hoc est commentum Hebræorum. Si ità esset, mirum est quòd Scriptura tot Prophetarum non meminisset, &, cùr illi nunquam parentum nomini *Prophetæ* nomen addiderint. Resp. 2. Ut eos ab aliis ejusdem nominis distinguerent. Resp. 3. Quia patres fortè erant viri eo ævo clari & notissimi [h]. ¶ *In diebus* (vel, *temporibus*, Pi. sic V. quia tempora constant diebus [i],) *Oziæ*, (vel, *Azariæ*, D. &c.) *Joatham*, &c.] Quot præcisè annos prophetavit Hosea certò

Marginal notes: a Riv. b Pi. c Rib. † Riv. d Riv. * V. ex He. f D. Riv. g He. in Riv. & in V. K. in D. h Riv. i V. Mon.

certò sciri nequit, quia non dicit quo anno Uzziæ inceperit,& quo Ezechiæ finierit. Horum autem Regum tempora faciunt annos 113 [k]. Constat ergò ipsum diu vixisse & prophetâsse[l]; annis 43[m]: nempe ab ultimo Jeroboami anno, qui fuit Huzziæ Regis 39. [forsan legendum 38. ob sequentia,] (quia constat ex 2 Reg. 15. 8. anno 38. Uzziæ Zachariam filium Jeroboami regnavisse,) usque ad principium regni Ezechiæ [o]. Sed ex alio loco constat etiam obiisse Jeroboamum anno 15. Uzziæ, qui fuit 41. Jeroboami; unde patet inter eum & Zachariam filium fuisse interregnum annorum 23, quos omisit Junius, putans regni Jeroboami ultimum fuisse 38. Uzziæ. Indubiè prophetavit Hosea annos supra 50 [p]; imò annos 65 [q], [de quo vide Riv.] vel 70, vel 75[r]; imò 90[†]. Itaque multos habuit Prophetas *συγχρόνους*, ut Esaiam, Joelem, Amosum, Abdiam, Jonam, Michæam [t]; viditque populum Decem tribuum florentem, & vidit ejusdem partem non exiguam translatam per Teglath-phalasarum[v]. Vide hinc Prophetæ invictam fortitudinem & constantiam, qui tamdiu cum impiis bellavit [x]. *Jeroboamus* hic erat secundus [y], à filio Nebat diversus. Vide 1 Reg. 11. 26. 2 Reg. 13. 13. & 14. 23, 24. Amos. 7. 9, 10[z]. Annotatio temporis facit ad Prophetiæ tum certitudinem, tum intelligentiam [b]. Qu. Cur ex adverso 4 Regum Juda unus tantùm Jeroboamus hîc memoratur, quum tamen ille nè toto Uziæ tempore regnavit[c]? Auget dubium, quòd Hoseas non solùm 2 tribubus, verùm etiam Israeli, prophetavit[d]. Resp. 1. Ut, quoniam regnum Uzziæ fuit longissimum, nempe annorum 52, meliùs innotesceret quo tempore vaticinari cœpisset Hoseas, nempe, non extremo tempore Uzziæ, cujus anno 15. mortuus est Jeroboam, qui regnavit annos 41 [*]. 2. Ut fidem prophetiæ suæ conciliaret [f], quia tunc temporis florentissimum erat Regnum Israelis [g]. Itaque rebus secundis adversa prævidet & prædicit. 3. Quòd quæ de Israelitis vaticinatus est, ea omnia prædixit sub Jeroboamo, licèt multis pòst annis prophetaverit de iis rebus quæ Tribui Judæ acciderunt [h].

2. *Principium*,&c. תְּחִלַּת דִּבֶּר יְהוָה *Principium* (vel, *Principio*, Mo. Ti. Ca. Sy. *Quum primò*, JT. Pi. G.) *sermonis Jehovæ*, P. sic ό. Ch. Sy. Ar. V. vel, *loquutio*, sive *alloquutus est*, &c. Mo. Ti. JT. Pi. Ca. M. Referunt hoc vel, 1. ad sequentes prophetias, ut significet hanc primam earum fuisse[i]: vel, 2. ad Prophetas Hoseæ coævos, quorum primus erat Hoseas [k]. Sed sensus potiùs est, Quando primùm loquutus est Dominus per Hoseam, cúmque suo spiritu afflavit, his verbis eum allocutus est[l]. Versu præc. generalis Prophetiæ inscriptio est; hîc specialis *ἐπιγραφὴ*, declarans quid primùm Deus per Hoseam locutus est [m]. Significat Prophetam in ipsis muneris sui initiis fuisse acrem & asperum; quia scilicet res desperatæ erant,& morbi insanabiles[n]. Sensus, q.d. Cùm primùm Deus Oseen alloqui cœpit, dixit ei. Confer Gen. 1. 1[o]. דִּבֶּר hîc est vel, 1. verbum [q], præteritum, ut subaudiatur אֲשֶׁר, *Initio* quo *loquutus est*; ità redundat ו in [seq.] וַיֹּאמֶר [r]: vel, 2. nomen [†], ut Jer. 5. 13. formæ עָגֵל *balbus*; nam esset דָּבָר, nisi sequeretur Maccaph[t], punctum longum [ָ] mutans in breve [ֶ][v]. Sed parùm refert: nam sententia eadem est [x].

¶ *In*, &c. בְּהוֹשֵׁעַ *In Hosea*, D. Idem mos loquendi qui Num. 12. 6. 2 Sam. 23. 2. Hab. 2. 1[y]. Vide & Zach. 1. 9. & 2. 3. Matt. 10. 20. 2 Cor. 13. 3. Et longè plus significat quàm, *ad Hoseam*[z]: designat enim Divinum alloquium [a], sive afflatum internum in homine [b], sive inspirationem Divinam immediatam [c]. Al. *ad Hoseam*, Riv. D. ב significat etiam, *ad* [d]. Al. *per Hoseam*, Q. in D. Hi. in Riv. Ità ב sumitur Hos. 12. 13[*]. Sed eo sensu usitatius est בְּיַד [f]. Al. *cum Hosea*, quod idem ferme cum, *ad Hoseam*[g]. ב, *in*, valet, *cum*, Num. 12. 8. 1 Sam. 25. 39. Zac. 2. 3[h]. Omnes illi modi exponendi & veri sunt & tuti [i].

¶ *Vade*, &c. לֵךְ קַח לְךָ *Vade*, vel *Abi*, *accipe tibi uxorem fornicationum*, (i.e. fornicariam [k]; deditam scortationi etiam in matrimonio[l]; meretricem[m]; quæ multis admodum sui copiam fecerit[n]: nam abstractum, maximè plurale, pro concreto usurpatum superlativum notat; ut, *vir sanguinum*, Psal. 5. 7. *vir dolorum*, Esa. 53. 3[o]. Vel, *uxorem scortum*, JT.) *&* (sub. *sume*, G. vel, *gigne*, Pi. sim. D. Riv.) *filios*, sive *natos*, *fornicationum*, Mo. P. G. vel, *scorti*, Heb. mulieris *scortationum*, Pi. i.e. mulieris quæ antè fuit scortum. Sic nomina pristina manent quum res significata desiit; ut Simon dicitur *leprosus*, Matt. 26. 6[p]. *Filios fornicarios*, h.e. natos ex illa matre [antè] fornicaria, non quòd fornicata sit post matrimonium [q]: vel, filios dubios, non ex alio incertóve patre natos, sed ex ipso Propheta generandos de uxore scorto[r]: potiùs, spurios [†]; illos quos mater in vita illa meretricia genuit. Alii enim sunt filii quos Osee postea ex ea genuit, & ad alias significationes adhibiti [t]. Vel, *natos scortationum* vocat, qui scortationi dediti sunt[*], matris exemplum secuti[v]. Qu. Verùm quo sensu dicit, *Accipe*, &c? Resp. 1. In domum tuam deduc cum matre spurios, &c [x]. Mallem pluribus hîc tribui quod unius proprium erat: *accipi*que *liberi* dicuntur, qui scortantem matrem acceptam, cui propriè id verbum quadrat, postea secuti sunt, ex ea geniti. Simil. Ruth 1. 22. *Noemi & Rutha rediisse*, &c. dicuntur, h.e. Rutha cum Noemi: cùm sola Noemi revera rediit, Rutha eam tantùm redeuntem comitata est. Matt. 21. 5. Christus *insedit asinæ ac pullo ejus*, i.e. pullo, sequente matre [y]. Resp. 2. Adopta in filios quos illud scortum antè peperit[z]. Non placet, quia non de præterito loquitur, sed de eo quod fieri à Propheta debet, & de liberis deinceps nascituris[a]. Resp. 3. Accipe, scil. in uxorem [b].

¶ *Quia*, &c. כִּי־זָנֹה תִזְנֶה הָאָרֶץ מֵאַחֲרֵי יְהוָה *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quum*, JT. Pi. vel, In signum *quod*, M. vel, *Quandoquidem*, Ti.) *fornicando* (vel, *fornicans*, ό. Vulg.) *fornicabitur*, (Meliùs, *scortatur*: nam Hebræi, cùm præsens non habeant, modò id per præteritum, modò per futurum, exprimunt [c]. Al. *valde scortata est*, Ti. sic Sy. *omnino scortetur*, JT. Pi. *continuè scortatur*, D.) *terra* (nempe Israelis [d], id est, populus Decem tribuum[*],) *à*, vel *de*, *post Dominum*, Mo. ό. G. V. Liv. vel, *à Domino*, M. Ti. *à tergo Domini*, Ar. *aversata*, vel *aversa*, *Jehovam*, sive *à Domino*, JT. Pi. Sy. *omisso Jovâ*, Ca. *nè eat post Dominum*, P. *nè sequeretur Dominum*, V. sic D. vel, *deserto Domino*, D. Destitit sequi & colere Jehovam [f], & coluit deos alienos [g]; idolis quasi mœchis adhærens: — *tua cura Lycoris Pérque nives alium pérque horrida castra secuta est* [h]. Ut fidelis uxor maritum suum solum, ità scortum alios amatores, sectari solet. Unde in S. S. tritum est, *scortari post idola*. Vide Exod. 34. 15. & Os. 2. 5, 13. Præcedentis mandati ratio his verbis explicatur. Hoc facere jubetur in signum & argumentum scortationis Israelitarum, id est, impiæ eorum defectionis à Deo ad idola. Deus enim marito, Ecclesia ejus uxori, comparatur hîc, & cap. 2. 2, 16. item Jer. 3. 1, 8, 20. denique Ezec. 16. 8. Hinc *zelotypia* Deo tribuitur Exod. 20. 5[i]. qu. d. Ideo scortum accipe, ut populo ob oculos ponas scortationem ipsius spiritualem, h. e. idololatriam [k]. Sed de hoc Prophetæ conjugio magnæ sunt difficultates & contentiones Interpretum, his carnaliter, illis spiritualiter, intelligentibus[l]. Deus certè non est author peccati; hîc tamen videtur jubere ipsum peccare [m]. Tali autem mandato meritò præmittit illud, *dixisse Jehovam*, tum nè, si tanquam humanum acciperetur, statim velut impurum abjiceretur; tum nè mens aliquid cogitet indignum Deo, &c [n]. Qu. Num hoc Propheta verè fecit? an tantùm in visione[o]? Resp. 1. Re verâ [p]. Et series loci & alia loca similia credi exigunt, signo aliquo in hominum oculos occurrente expressas eas res quæ inter Deum & Hebræum populum agebantur [*]. [Id autem tribus modis intelligunt.] 1. Propheta verè duxit, non scortum, sed mulierem honestam, & ex ea legitimos suscepit liberos [r]: jubetur tamen eam cum liberis infami hoc *scorti* nomine traducere [†], non quòd talis fuerit, sed tantùm per fictionem rei [r]; ut hoc gestu & signo ostenderet, totum populum talem fuisse coram Deo, & idololatriæ pœnas daturum. Allegoria est in verbo *fornicationis*, & factum Prophetæ quædam est pictura[v]. Hæc sententia propiùs ad verum sensum accedit, nec incommodis iisdem gravatur quibus aliæ nonnullæ: sed fictio illa non videtur necessaria, nec commoda; neque enim honestam mulierem tanquam prostibulum populo proponeret. 2. Plerique volunt Hoseam verè duxisse scortum, quæ tamen vitam commutare professa esset priusquam à Propheta duceretur [y]. Uxorem ducere quæ meretrix fuerit non erat

Marginal notes, left column: k Riv. — l Riv. sim. G. ex He. Mer. &c. — m Jun. in Riv. — o Jun. — p Riv. — q Par. in Riv. — r Al. in Riv. — † G. ex He. — t G. ex Hi. — v G. — x Calv. — y Riv. Tar. — z Tar. — b Riv. — c Merc. sic Riv. — d Riv. — * Riv. ex Rib. — f Riv. — g Riv. sim. Mer Tar. Calv. — h Riv. — i Q. in D. — k He. in D. — l Merc. — m Liv. — n Calv. — o G. sim. V. — q V. Tar. — r V. — † D. Riv. Tar. — t D. Riv. — v Riv. — x Tar. — y D. Tar. Riv. — z Tar. — a D. — b Riv. ex Hi. — c Tar. — d Riv. — * D. — f Riv. — g Q. in D. — h D. — i Riv. — k V. — l D. — m G. — n G. sim. Rib. Tar. — o V. — ° Tar. ex Rib.

Marginal notes, right column: p Pi. — q V. — r D. — † G. Liv. — t Riv. — * D. sim. Rib. — v Rib. — x G. — y Liv. — z L. — a Tar. — b Pi. D. &c. — c G. — d Pi. — * G. sim. D. — f V. sim. G. — g V. sim. Pi. — h G. — i Liv. — k Pi. — l Riv. — m D. — n Riv. — o Rib. — p Riv. ex B. sil. & Aug. & Theod. & He. &c. — * G. — q Riv. — r Luth. in Riv. Merc. Os. & Wigand. in Tar. — † Mer. — t Riv. — v Mer. — y Riv.

erat illicitum nisi sacerdotibus, Levit.c.21.v.7. Videri quidem id poterat subturpe: sed quicquid jubet Deus, idem jubendo honestum facit[z]. Interpretationes aliæ adeò improbabiles sunt, ut præferam hanc sententiam, eum revera uxorem scortum duxisse, & ex ea liberos dubios procreâsse †. [Aliis hoc non placet.] 1. Inconveniens hoc videtur muneri prophetico[a]: & Prophetam reddidisset contemptibilem, si scortum obsoletum (quale hîc proponitur) duxisset[b]. Inhonestum planè est tale conjugium, & vetitum sacerdotibus in Lev.21.7. & Ministris, vide 1 Tim.3.4,5; sed & Christianis, 1 Cor.7.39. Spurius, ob infamiam, congregatione exclusus est, Deut.23.2. Adultera Lege tollenda erat, Levit. 20.10. Deut. 22. 22. Denique, Prophetæ scopo maximè oberat ducere scortum, siquidem Judæi, pro sua vafritie, ei objicere poterant, Ut tu scortum ducis & retines, ità & nos Deus, &c[c]. Urgent hîc exempla, 1. Salmonis, qui duxit Rahab meretricem. Resp. 1. Constat de facto, quæritur de jure. 2. Ille laicus erat. 3. Rahab fornicari desiit. Vide Hebr. 11.31. 2. Dei, qui Ecclesiam adulterantem recipit. Respond. 1. Non quicquid Deus facit id homini licet, ut satis patet ex Jer. 3.1,&c. 2. Potuit Deus eam renovare, quod Propheta non potuit. 3. Deus iterum rejicit conjugem in adulterium relapsam. Vide 2 Cor.c.11.v.2[d]. Ego hanc sententiam, hoc revera gestum fuisse, ut confirmare nolim, ità eam quasi absurdam aut impiam damnare non ausim. Quod enim objicitur, contra Legem Divinam & bonos mores hoc esse, tunc verum est, si libidine suâ id fecerit: Deo autem jubente, licita & honesta fiunt quæ alioqui injusta & absurda videri possunt: ut, vulneratio Prophetæ, 1 Reg. 20. 37; laceratio vestis Jeroboami, 1 Reg. 11. 30; Abrahami conatus mactandi filium; & Israelitarum furtum*. Non poterant non honestæ esse hæ nuptiæ, quas Deus jussit, ad significandos Israelitarum mores †. 2. Militat contra hanc sententiam alia ratio, quæ est prorsus insolubilis: Non tantùm de uxore agitur, sed & de liberis*; quos Deus adulterinos esse vult: id quod in legitimo conjugio fieri non poterat †. 3. Id videntes alii, Prophetam putant non duxisse meretricem, sed cum ea fornicatum esse, Deo sic dispensante & mandante[f]. Sed hæc sententia omnium ineptissima est[g], utpote & cum mandato Dei pugnans, & cum jure naturæ, quod legitimas nuptias exigit[h]. Excusant tamen exemplo furti Israelitarum in Ægypto[i]. Resp. Dispar est ratio. Furtum illud non fuit, sed justa merces, eâque à Deo concessa. At fornicatio nullo jure excusari potest[m]. Ibi Deus dat sua bona corporalia: jubet Israelitas petere, non furari; & est tentatio potiùs quàm mandatum, &c[n]. [Hæc de prima sententia, hoc re verâ gestum fuisse.] Resp. 2. Hoc totum in visione propheticæ factum est[o]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Quia rei turpis imaginatio honesta non est, nec talem voluit Deus offerre[p]. 2. Quia Prophetæ, ubi aliquid agunt in spiritu, id explicant ipsi: quod hîc Hoseas non facit[q]. Resp. 1. Sæpe quidem, sed non semper, id explicant. 2. Id satis explicat Hoseas, rem non ità gestam fuisse[r]. 3. Quia similiter eludi possent alia Prophetarum gesta: ut, quòd Jesaias nudus ambulavit, &c. quòd Ezechielis uxor obiit, &c †. Non est recedendum à litera sine gravi causa[t]. Resp. Ea hîc adest, quia litera bonis moribus adversatur[v]. 4. Quia hîc exprimuntur nomina uxoris & patris & liberorum, quod in parabolis non fit. Ergò est historia[x]. Resp. 1. In parabolis aliquando usurpantur nomina, ut in narratione divitis & Lazari, Luc. 16. 19, &c. quam parabolam esse multi sentiunt. 2. Quid si nomina sunt parabolica, eorúmque significatio rei accommodata? Constat id in liberis. De Gomer & Diblaim statim dicendum[y]. Resp. 3. Typus est, sive parabola, sive allegoria. Propheta dicitur ea facere quæ prophetiâ suâ facta esse denunciat & reprehendit. In S. S. quæ ab aliquo prædicuntur, ab eo sæpe *fieri*, vel *dari*, dicuntur, ut Deuter. 11. 29. & 13. 1, 2. 1 Reg. c. 13. 5. *quod dederat*, nempe per prophetiam. Dicitur ergò Propheta hîc assumere uxorem fornicariam, & liberos suscipere fornicationis, quia declarat tales apud Deum, quem repræsentat, esse Israelitas. Hic sensus à Chaldæo Paraphraste Jonathane sic expressus est, *Vade, & prophetiza contra habitatores urbis*, &c. Sensus igitur esset, Vade, & assume tibi scortum, i. e. Ito ad Ecclesiam Israeliticam meo nomine, quasi illa uxor tua esset; & prophetiza eam à te haberi pro fornicaria, & liberos ejus pro spuriis[z]. Probabile est, Prophetæ nullam objectam fuisse visionem, sed tantùm Deus promulgari jussit à Propheta hoc mandatum: q. d. Dominus hîc me constituit quasi in theatro, ut vobis exponam me duxisse scortum, &c. Sciebat populus nihil esse tale; sed Propheta præfert hanc parabolam, ut populus in hac quasi viva pictura turpitudinem suam agnoscere posset. Deinde, hypotyposis est, in qua non tantùm res verbis exprimitur, sed quasi visibili formâ subjicitur oculis[a].

3. *Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim*] Scortum illius ævi nobile, ut apparet[b]. Hinc patet rem gestam narrari[c]. Potiùs, hæc nomina sunt fictitia[d], & prophetica, statúmque Israelitici populi significantia*. *Et abiit*, &c. i. e. In ostensione illa prophetica visus est ivisse & accepisse[f]. Nomen גומר est à גמר: quod verbum quandoque in bonum sumitur, & valet, *perfecit*, Psal. 138.8; quandoque in malum, & significat, *defecit*, vel *desiit*, Psal. 7. 10. & 12. 2. Hinc diversæ, imò contrariæ, explicationes[g]. Nomen גומר sonat, vel, 1. *consummatam*, sive *perfectam*. Sic appellata est, sive à consummata ejus pulchritudine; sive quòd omnibus lenocinii artibus instructa esset[h]; sive quòd omnes potiebantur eâ, id est, perficerent in ea, nempe optatum[i]. Vel, 2. *integritatem*. Sic Israelem vocat, ut significet Deus se totum illum populum in conjugium assumpsisse[k]. Vel, 3. *consumptionem*, sive *destructionem*. Jubetur Hoseas denunciare Ecclesiæ Israeliticæ, eam esse *Gomer*, id est, destructionem, h. e. brevi destruendam; eámque esse filiam Diblaim[l]. *Gomer deficientem* significat; quo indicatur populum 10 tribuum grave deliquium passurum[m]. *Diblaim* est nomen vel, 1. viri[n], sc. patris: cui favet masculina terminatio[o]. Eâ formâ est *Ephraim*[p]. Vel, 2. mulieris[q], sc. matris[r]. Vel, 3. patriæ, sive loci†. *Diblaim* est horrendum & siticulosum desertum, de quo Ezec. 6. 14: & *filia Diblaim* est, nata in Diblaim[t]; sicut *filiæ Jerusalem* in S. S. dicuntur mulieres ibi natæ[v]. Sed Ebræi non sic loquuntur: nec *filia Jerusalem* dicitur nata in ea urbe, sed Ecclesia sive resp. Jeros[x]. [At Christus vocat *filias Jerusalem* ibi natas, Luc. 23. 28.] Israelem ex *Diblaim* fuisse dicit, ut demonstret Deus se gratiosè Israelitas evexisse sine ullo ipsorum merito, juxta Ezec. 16[y]. Vel, *filia Diblaim* impropriè dicitur, more Hebræorum, pro ea quæ locis desertis delectatur; ut solent meretrices in angulis plerumque libidines suas exercere: ut verna dicitur *filius domûs*, Gen. cap. 14. v. 14. & 15. 3; cives, *filii civitatis*, &c[z]. Vox דבלים significat *massas ficuum compressarum & siccatarum*[a]: quæ quia in deliciis erant[b], *filia Diblaim* est, filia voluptatum sive dulcedinum[c], & luxûs, quem hoc pacto & impietatis & consumptionis illius causam esse significat. Vel, *filiam Diblaim* vocat, i. e. filiam exsiccationis & ariditatis: vel, quia ariditate brevi consumenda erat; vel, quia digna erat quæ in desertum redigeretur. Nomen *filii* vel *filiæ* apud Hebræos sæpe significat homines alicui rei incumbentes vel addictos. Ut sensus loci sit, jussum fuisse Hoseam ut denunciaret Israeli, eum esse brevi destruendum, &c[d]. Propheta loco uxoris ponit corruptionem sive consumptionem natam ex massis ficuum putrefactis*.

¶ *Et peperit ei filium*] Partus hic figuratus est, & significat, tum atrocia populi scelera, tum etiam pœnas, quas peccata parere dicuntur: hic autem partus Prophetæ tanquam parenti figuratè tribuitur, quia hic populus, concionibus ejus irritatus, magis ac magis se polluebat, &, Verbum Dei negligendo, pœnas sibi gravissimas accersiverat[f]. Tres Prophetæ liberi tres ætates Israelitarum designant[g]. Primus, ætatem illam turbulentissimam sub Shallum, 2 Reg. 15. 10[h]: secundus, ætatem illam quæ à Thiglath-Pilesere vastata, capta & deportata est, 1 Par. 5. 26: tertius denique, eam quæ tota eversa est per Schalmanaserem, 2 Reg. 17. 6[i].

4. *Voca nomen ejus*] Nominis enim impositio dominium & jus quoddam denotat: éstque modò patris, Gen. 5. 29. &c; modò matris, Gen. 4. 1. &c[k]. ¶ *Jezrahel*,

[Margin notes, left column: z Gr. — † Merc. — a Riv. — b Calv. — c Tarnov. exerc. bib. l. 2. class. 2. num. 8. p. 616. — d Id. ib. p. 634. 637. — * Liv. ad v. 3. simil. Pi — † Merc. — * Calv. — † Calv. sim. Riv. — f Thomas, &c. in Riv. Q. in Merc. — g Merc. Riv. — h Riv. — i Q. in Merc. — m Riv. ex Merc. — n Tarnov. exerc. p. 639. — o AE. & K. & Oecol. in Merc. Burg. & Hi. in Rib. — p Riv. — q Rib. — r Tarnov. exerc. p. 632. — † Merc. p. 4. — t Q. in Tarn. ib. — v Tarn. ib. — x Rib. — y Riv.]

[Margin notes, right column: z Riv. — a Calv. — b D. sim. San. — c Pi. — d V. ex H. — * Riv. ex Jun. — f G. — g Tar. sim. Riv. — h D. — i RS. in Mer. — k Q. in Riv. Jun. — l Riv. — m G. — n D. — o Riv. — p D. — q Q. in D. — r Q. in Riv. — † Al. in Riv. — t L. Genev. in D. Tar. — v L. — x D. q. epist. 11. — y Jun. — z Tar. — a Riv. sic Tar. — b Riv. — c Oecol. in Mer. sim. Riv. — d Riv. — * Calv. — f Riv. — g Jun. — h Jun. Riv. Tar. — i Jun. — k Tar.]

bel, יִזְרְעֶאל] Tria nomina liberûm Oseæ tres pœnas 10 tribuum significant [l]. *Jezrahel* erat nobilis urbs in 10 tribuum solo, 1 Reg. 21. 1. 2 Reg. 9. 10. & 10. 6[m]. Hoc nomine vocat in monumentum cædis à Jehu ibi factæ, 2 Reg. c. 9. & 10. & in signum cladis eodem in loco futuræ, quam versus 5. ostendit[n]. qu. d. Ideo eum sic vocabis, ut populus admoneatur de judicio meo in Jehu infligendo [o]. Nomen hoc variè interpretantur [p]. *Semen Dei*[q]. Al. *Brachium Dei*[r], à זְרוֹעַ *brachium*, & אֵל *Deus* †; ut sit comminatio cladis maximæ à brachio Dei patrandæ in domo Jehu [t]. Al. *Disperget Deus*, D. vel, *Dispersio Dei*, D. Riv. &c. Nam innuit dispersum iri populum in exteras gentes [v]. Et simul allusio est ad nomen *Israel* [x]. Perstringit hîc inanem populi jactantiam, se esse *Israel*; quod nomen erat valde honorificum[y]. At tu, inquit, voca eos *Jisreel*, ut in eodem ferè sono summum discrimen ostendas; q. d. *O Jisreelitæ* potiùs quàm *Israelitæ*, ô degeneres & adulteri Israelitæ[z]. Non estis *Israel*, sed *dispersio*: Deus vos disperdet & projiciet [a]. Est itaque in nomine typica denunciatio pœnæ, non solùm domui Jehu, sed toti Israeli, imminentis; qui propterea *Jesrael* hîc vocatur. Idque, 1. quia locus ille cædibus repletus aptè referebat statum populi illius, qui cædibus omnibúsque sceleribus infamis erat. 2. Ut indicaret, cladem illam ex qua secuta est Regni dispersio in eo loco infligendam esse ubi se firmiores putabant, ubi nempe Jehu sanguinem domûs Ahab effuderat [b]. ¶ *Adhuc modicum*] Vel, *paulisper*, JT. Pi. *brevi*, V. sim. G. Quartâ demum ætate post Jehu. Vide 2 Reg. 15. 12[c]. Cujus temporis exigua pars jam supererat [d]. ¶ *Et*, &c. וּפָקַדְתִּי אֶת־דְּמֵי וגו׳] *Et visitabo* (vel, *animadvertam*, JT. Pi.) *sanguinem*, vel *sanguines*, (vel, *cædes*, JT. Pi.) *Jizreelis super*, vel *in*, *domum Jehu*, M. P. Mo. JT. Pi. sim. Ti. &c. *Visitare* alibi sumitur in bonum, ut Luc. 1. 68, 78. hîc autem in malum*, ut Jerem. 9. 9. *Super his non visitabo*[f]? i. e. Puniam[g]. Locus hic est valde difficilis, & variè exponitur[h]. 1. Vox *sanguinum* interdum in S. S. in genere accipitur pro peccatis omnibus capitali pœnâ dignis, (Quod si certum esset, hæc interpretatio mihi maximè arrideret: sed loci sequentes id non evincunt [i].) ut Psalm. 51. 16. Ezec. 7. 23[k]. Ità sensus planus esset & perspicuus, q. d. Puniam peccata Jisrael super domum Jehu [l]. Ut suprà idololatriam *fornicationem*, sic nunc *sanguinem*, appellat, quòd idololatria semper fit conjuncta cum cædibus, vel piorum, scilicet, qui eam ferre non possunt [m]; vel impiorum, vel à Deo, vel ab hostibus, occisorum ob idololatriam: quorum sanguis visitatur super Jehu posteróśque ac successores ejus, qui, imitatione Jeroboami, suo exemplo & imperio populum ad idololatriam allexêre. Vel, sanguis hîc vindicatus est occisio spiritualis, sive animarum populi Dei, ut in Ezech. cap. 3. vers. 18, 20. Per *Jisraelem* autem hîc intelligo populum Israel, ut Hos. c. 2. v. 22[n]. Non placet hæc interpretatio. 1. Quia malum illud idololatriæ exemplum à Jeroboamo ortum ad Jehu familiam restringit. 2. Quia nomen *Jisreel* in bonum accipit, pro piis in populo qui persecutionem passi sunt [o]. 3. Quia דָּמִים in omnibus locis significat cædes propriè sic dictas [p]. 2. Sanguis hîc intelligitur Naboth, quem ultus est Jehu, qui jussu Domini occidit filios Achab, 2 Reg. 10. 7[q]. Sed cur Deus à Jehu repeteret quod Ahab patravit [r]? 3. *Cædes Jisrehelis* hîc vocat perpetratas à Jehu in valle Jizrehelis. Vide 2 Reg. 9. & 10†. Obj. Sed cur Deus visitaret sanguinem quem effundi jusserat, & ob quem effusum Deus ipsum laudavit & remuneratus fit [t]? Resp. 1. Factum Jehu in se laudabile erat, tanquam actio à Deo imperata [v]: simul tamen vituperari poterat & puniri respectu hominis, Jehu [x], qui id fecit malo animo ac proposito sive fine [y], ad suam libidinem & potentiam augendam [z]; nec impendit operam Deo, qui hoc voluit, ut Jehu cultum suum restitueret, & idololatriam aboleret [a], quam ille confirmavit [b], vel solùm mutavit [c]. Fuit igitur potiùs latro, quàm minister Dei [d]. Non excusantur instrumenta quibus Deus utitur; v. g. Simei maledicens Davidi, Nabuchodonosor Judæos in captivitatem abducens, Diabolus homines tentans *. Resp. 2. Non fuit propriè illa cædes causa hujus visitationis, sive plagæ, sed alia ejus peccata, nempe idololatria, &c. Quare subauditur hîc, Hebræorum more, nota similitudinis [f], & alluditur ad stragem illam domûs Achab à Jehu editam in Jezreel [g]; qu. d. Sicut visitavi Achabum, sic visitabo Jehu [h], & paria scelera par pœna sequetur [i]. Qualem stragem edidit Jehu in domum Achabi, *tali strage puniam posteritatem Jehu; cùm scilicet interficietur cum suis Zacharias, Jehu quidem abnepos, filius autem ejus Jeroboami sub quo hoc visum Oseæ contigit, 2 Reg. 15. 10. Locum autem sic verto, *Et visitabo per sanguinem Jesrahel*, &c. quo sensu אֵת sæpe sumitur[k]. [De quo meritò dubitari potest. אֵת interdum valet, *cum*, vel *præter*, vel *contra*, vel *coram*; quorum omnium exempla producunt viri docti: nusquam, quod sciam, *per*.] Rationem reddit cur filium Prophetæ *Jezrahelem* vocari voluit, quia tale spectaculum in domo sua visurus erat Jehu quale olim vidit in Jezrahele, ubi extinctus fuit Rex, & Regnum translatum ad alienos [l]. Summa est, qu. d. Vos non estis *Israelitæ*, sed *Jezreelitæ*, & nihil differtis à maledicto Rege vestro Achab, nec in melius mutati estis. Putatis Jehu facinus fecisse laudandum, quòd domum Ahab extinxerit. Sed ille latro fuit, néc mutavit statum terræ; & vos in malitia vestra obstinati estis: ideóque ego ulciscar cædes illas[m]. ¶ *Et*, &c. וְהִשְׁבַּתִּי וגו׳] *Et cessare faciam regnum domûs Israel*, Mo. Vel, 1. in domo Jehu [n], quæ modò nominata est [o]: vel, Regnum domûs Jehu; synecdoche generis. Nam omnimoda Regni Israelis cessatio sequitur demum v. 9[p]. [Vel, 2. in universum.] Extendit ergò pœnam ad totum Regnum; quia sequentes Reges [& populus sequentium ætatum] nihilo meliores erant posteris Jehu [q]. Delebo Regnum Decem tribuum[r], ob idololatriam. *Jezrahelis* ideo meminit, quòd Samaria & Jezrahel erant sedes Regiæ Israelis †. *Domum Israel* vocat, quæ resecta est à familia Davidis [t].

5. *Et in die illa*] i. e. Ubi venerit maturum vindictæ tempus [v]. Ex quo domus Jehu corruit, Israelitarum res diminui ac labi cœperunt [x]. ¶ *Conteram arcum*, &c.] i. e. Vires [y], ut 1 Sam. 2. 4. bellis civilibus [z]. Hoc uno instrumento bellico reliqua omnia intelligit [a]. Multùm arcu pugnabant Israelitæ. Vide Psalm. 44. 7. & 78. 9. &c [b]. ¶ *In*, &c. בְּעֵמֶק יִזְרְעֶאל] *In valle Jisreel*, Ti. M. P. Mo. &c. Vallis hæc erat celebris & maxima, Jos. 17. 16. Jud. 6. 33. non procul à Samaria, ut constat ex 2 Reg. 10. 1[c]. q. d. Videt Deus propugnacula vestra in Samaria, in Jesrael, & illic vos conficiet; nempe in umbilico terræ, in præsidiis vestris, quibus confiditis [d], ubi viribus polletis: nam Jezrael metropolis proxima Regni 10 tribuum erat post Samariam, locus munitissimus & amœnissimus. Extrema quidem clades Israelis erat in occupatione Samariæ. Sed hanc non antè Assyrius obsedit quàm vires Regni confractæ essent, quod in prælio quodam factum videtur*, idque in valle Jizreel [f], ut multi volunt [g], & Hoseas hîc ostendit; ut, scilicet, ubi fusus est sanguis Achabi & Jezabelis, ibi fundatur & sanguis eorum qui illo exemplo non resipuerunt [h]. Singularem cladem ibi acceptam vel à Zacharia, vel ab Hosea filio Ela, notat, etsi non meminerit historia Regum [i]. Videtur præcipuè indicari strages illa quam daturus erat Manahemus, 2 Reg. 15. 16 [k]. Quidam Samariam intelligunt [l]. Totum Regnum Israel intelligit [m], cujus caput erant Samaria & Jisreel [n]. Totius Regni designatur devastatio, quum clades hæc futura sit prope ejus quondam metropolin & Regiam [o]. Quum triplex clades, nempe domûs Achab, & domûs Jehu, & domûs Israel, ob idem scelus contigit, effectum est ut omnes, licèt non in eodem loco, in eadem valle Jisreelis contigerint; ideóque omnes ad primam illam, quæ à domo Achab in valle Jisreelis accepta est, referrentur: qu. d. Strages illa Jisreeliticæ vallis novum sui exemplum iterum atque tertiò editura est, cùm eadem causa perseveret, adeóque omnes hæ clades unius exempli, causæ & judicii fuerint [p]. Al. *propter vallem Jisreelis*, JT. Pi. i. e. propter cædes ibi à Jehu perpetratas [q]. ב quidem aliquando sign. *propter*; sed cùm nomini locum designanti præponitur, ut hîc, propriè valet, *in* [r].

6. *Et concepit adhuc, & peperit filiam*] Partum imbecillioris

becillioris sexûs †, ut imbecillitatem denotet Regni[d], vel Regum, Zachariæ & Sallumi *. Gradatim hîc describit statum populi, quòd scilicet fuerit deterior [f]; ideo pergit in pœna [g]. ¶ *Voca*, &c. קְרָא שְׁמָהּ לֹא רֻחָמָה] *Voca nomen ejus Lo-ruchamah*, Mo. Ti. JT.&c. vel, *Non-dilecta*, D. Riv. ut Rom. 9. 25 [h]; vel, *Immiseranda*, Ca. sic Ar. vel, *Non-misericordiam-consequuta*, M. sim. P.D. G. ο'. Sy. Ar. Ch. ¶ *Non addam ultra misereri*, &c.] q. d. Non concedam illis protectionem & patientiam ulteriorem[i]. Hactenus vos pertuli, jam intolerabiles estis; prosiliam ad vindictam[k]; sinam vos diripi per Tiglath-peleserem[l]; diu vos affligam[m]: non tamen in æternum toti Israeli omnis misericordia denegatur, nam multis ea & promittitur v. 10. & præstatur in N. T[n]. ¶ *Sed*, &c. כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם] [Variant.] *Sed obliviscendo obliviscar eorum*, P. sic Vulg. Sumpserunt quasi esset à נָשָׁה, & א pro ה positum esset, ut sæpe fit[o]. Non placet hæc versio[p]; confundit נָשָׁה (quod *oblivisci* signif[q].) cum נָשָׂא[r]. Al. *Sed adversans adversabor eis*, ο'. *Sed elevando elevabo* (vel, *adducendo adducam*, M. sim. D. Q. in Tar.) *super*, vel *contra*, *eos*, He. in V.M. nempe hostem[r]. Al. *Quia* (vel, *Sed*, Sy. Ar. Ca. *Quin potius*, Ti.) *tollendo tollam* (vel, *in universum tollam*, Ti. sim. Sy.) *eos*, Mo. Calv. D. G. sim. Ar. omnino auferam *eos*, i. e. Galaaditas, Galilæos, Nephtalitas, Reubenitas, Gaditas, & partem Manassis, 2 Reg. 15. 29. 1 Paral. 5. 26[v]: sub. *à conspectu meo*, V. vel, ab hac terra[x], nempe per Assyrios[y]; vel, è medio. Confirmatur hic sensus è v. seq. *servabo domum Juda*. *Servare* & *tollere* inter se opponit[†]. Difficultas hîc est in voce לָהֶם[z], quæ vel pro אוֹתָם ponitur[a], vel pro עֲלֵיהֶם[b]. Al. *Quamvis hactenus condonando condonaverim eis*, id est, sæpius condonaverim[c]. *Quamvis omnino condonaverim eis*. כִּי sæpe valet, *quamvis*[d]. Al. *Quia parcendo peperci eis*, ut sit fut. pro præt. qu. d. Hucusque peperci eis, quia illorum misertus sum; sed non ampliùs miserebor *. Significat Regnum Israelis nunquam instaurandum: nam Israelitæ qui abierunt in captivitatem Assyriorum nunquam reversi sunt, aut certè paucissimi. Vel, *Sed portando portabo eos*, sub. *ad terram inimicorum suorum*[f]. Al. *Ut condonando condonem* (vel, *Ut omnino*, sive *ullo pacto*, *condonem*, JT. Riv. ex Liv.) *illis*, Liv. Sensus est, Deum misericordiâ non commotum fore ut Israeli condonet, quin eum perdat. Cujusmodi comminatio est Jerem. 13. 14. *Non miserebor, quin perdam*: simil. Amos. 7. 8[g]. נָשָׂא, sequente ל, *condonare* sign[h]. ut Gen. 18. 24[i]. Num. 14. 19. Psalm. 99. 8[k]: & כִּי interdum valet, *ut*[l]; Gen. 38. 16. *Quid dabis mihi* כִּי תָבוֹא *ut venias*[m]? Jud. 8. 6. *Estne — in manu tua*, כִּי נִתֵּן *ut demus*, &c[n]? Al. *Nam* non *condonabo illis ullo pacto*. τὸ *non* repetitur ex membro præcedente[o]. *Non eis condonabo ullo pacto*, Riv. כִּי accipiunt quidam negativè, ut Esa. 30. 21. *Hæc est via, ambulate in ea*; כִּי *non dextrabitis*, וְכִי *& non sinistrabitis*: ubi Targum habet, לָא, *non declinabitis*. Ità sublata erit omnis difficultas. Chaldæus addit conditionem, *Sed si resipuerint, dimittendo dimittam eis*. Sed hic sensus textui contrarius videtur: nam potiùs testatur Deus se non remissurum[p].

7. *Et domui Juda miserebor*] Quia illa castigata resipuit[q], ideo subsistet post deletum Israel annis 132, & revertetur postliminiò in patriam[r]. Dabo hoc pietati Ezechiæ, nè qui sub eo est populus eadem patiatur quæ 10 Tribus†. Qu. Sed cur Propheta, qui ad Israelitas missus fuerat, hîc Judæorum meminerit? Resp. 1. Ut retunderet superbiam & inanem fiduciam Israelitarum, qui tunc florebant, quum Judæi ab Israelitis ipsis & Syris valde affligebantur[t], ideòque Israelitis & mundo despicabiles erant[v]. Ut Israelitis dolorem augeret, promittit Deum liberaturum esse Judæos, etsi paucos, debiles & afflictos; & minatur se deleturum Regnum Israelis, licèt numerosissimum, fortissimum & florentissimum. Illustrat ergò comminationem contra Israelem antithesi misericordiæ suæ erga Judam; quæ minùs à Deo recesserat, &c[x]. 2. Israelitæ objicere poterant, Judæos miserè affligi, ideòque non prodesse Deum colere. Respondet ergò, Deum Judæis parsurum[y], postquam sustulerit Regnum Israelis[z]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹשַׁעְתִּים וגו׳] *Et servabo eos in Jehova Deo suo*, sive *ipsorum*, P. Riv. &c. vel, *per Jehovam*, &c. JT. Pi. V. Id est, vel, 1. in meipso[a]: qu. d. per me, meâ vi[b]; ope meâ, non ope humanâ[c]. Mos Hebræorum ponendi nomen pro pronomine[d]. Loquitur de se in tertia persona *. Poterat dicere, *per me*; sed non frustrà hoc circuitu utitur, *in Jehova Deo ipsorum*, ut ostenderet Israelitis, non esse cur confiderent sibi Deum esse propitium, quem illi à se exsulare jusserunt, qui non Deum, sed Diabolum, colebant, &c[f]. Antithesis Israelitarum, quos perstringit quòd Jehova non sit ipsorum Deus, sed Judæorum: qu. d. Dii vestri sunt idola, quæ salvare non possunt cultores suos, &c†. Vel, 2. in Filio[g]; per Christum[h], naturâ Deum[i]. Favet Chaldæus, qui hîc, ut alibi sæpe, interpretatur nomen Jehovæ per, *verbum ejus*: quam ejus phrasin videtur imitatus Joannes, qui Christum *Verbum* appellat, Joh. 1. 1[k]. *Salvabo eos*, inquit, *in verbo Domini*, &c. Solet Chaldæus in magnis Dei actionibus *verbi Dei* facere mentionem[l]. Sensus, qu. d. Mitiùs tamen agam cum Regno Juda. Per hoc significat instaurationem Regni Juda sub Cyro †. ¶ *Et non* (vel, *Non autem*, P.) *salvabo eos in arcu*, &c.] Sic JT. Pi. &c. Promittitur hîc liberatio vel, 1. à Sennacheribo[m]. Hîc non servatur ordo historiæ: aut vertendum, *postquam servavero*[n]. Vel, 2. ex Babylone[o]. Vel, 3. generatim, & inprimis à morte æterna[p]. Sensus, Efficiam ut neque Syri neque reliqui 10 tribuum nocere illis quicquam valeant, objecto eis metu ab Assyrio, 2 Reg. 16. 5, &c. Esa. 7. 1[q].

8. *Et*, &c. וַתִּגְמֹל וגו׳] *Ablactavit autem* (nempe Gomer mater[r]) *Lo-ruhamah*: *& concepit iterum, peperitque filium*, P. *Postquam ablactasset*, &c. Ti. sim. Pi. Depulsio à lacte hîc significat ablationem publici ministerii *, aliorúmque omnium beneficiorum quæ non minùs chara illis erant quàm lac infantibus: vide Psalm. 131. v. 2[t]. *Ablactatio* significat, Israelitas destituendos fore Verbo Dei, Prophetiis & gratiis. Nam lac Verbum Dei significat, promissiones & Prophetias †. Sed hoc frigidum est. Hæc verò ablactatio significat, Israelem non fuisse repentè abdicatum, sed Deum longâ patientiâ eum sustinuisse, donec insanabilis esset[v]. Sed hoc non videtur quadrare cum eo quòd ablactatio tribuitur Gomeræ. Potiùs ablactata est hæc filia cùm Gomer, per quam populus Israelis universus significatur, partem sui amisit, quæ velut à reliquo corpore & ab uberibus matris avulsa in Assyriam fuit deportata, ubi alimentis sustinebatur externis. Ablactavit igitur eam mater cùm illam amisit, nec defendere potuit, quam antea infirmam pepererat, id est, suo malo exemplo ad infidelitatem & idololatriam impulerat, cui proinde fuit ablactationis causa. Filiâ sic ablactatâ, residuum Israelis ab adulterino partu non recedit. Sequitur ergò ætas, quæ per filium describitur quem peperit Gomer[x]. Sensus loci, qu. d. Postquam filiolam à lacte depulisset, concepit filium[y]: vix enim concipiunt fœminæ cùm lactant[z]. Antè *filiam*, nunc *filium*, peperit: quâ sexûs alternatione indicatur, vel, 1. utrumque sexum omnésque populi ordines æquè accusari & punitum iri[a]; vel, 2. diversitas temporum, qu. d. nunc meliùs, nunc deteriùs, habuêre quod ad externam felicitatem attinet[b]. *Filius* hic est status Israelis à Salmanasare deportati: qui status comparatur filio, non filiæ, ut status præcedens, quia, animum resumens sub Rege Hosea, tributum Assyrio recusavit, & postea satis masculè restitit, & obsidionem pertulit, 2 Reg. 17. 5[c].

9. *Non-populus-meus*] Sub. *estis*, Pi. Tar. Calv. i. e. Non colitis me tanquam populus meus *. Al. Vos cum profanis gentibus recensebo, nec ampliùs pro populo meo habebo[f]. ¶ *Et ego non*, &c. לֹא אֶהְיֶה לָכֶם] *Non ero vobis*, Mo. M. Ti. &c. vel, *vester*, P. JT. Pi. sub. *Deus*, sive *in Deum*, P. Ti. M. Liv. D. Riv. Merc. ex AE. &c. q. d. Non ero vobis Deus, Pater, amicus, protector, portio; curam vestri peculiarem abjiciam; eritis mihi ut aliæ gentes. Confer Deuter. 7. 6[g]. Ità Deus ipsos prorsus exhæredat, & fœdus cum patribus quodammodo abolet. Est hæc ultima populi abdicatio[h]. Ellipsis hîc est correlativi[i], ut Ezec. 16. v. 8. *& fuisti mea*, sub. *uxor*[k]. Vide & Ex. d. c. 19. 5. Prov. 8. 14[l]. At ibi ל defensionem, hîc possessionem, denotat[m]. Mu- tua

Margin (left): † Riv. sim. T r. ᶠ Tar. sim. R. D ᵍ K. in Mer. ʰ Calv. ⁱ O col. in Mer. ᵏ Riv. ˡ Idem. ᵐ Calv. ⁿ Pi. ᵒ Glss. gram. pag 459. sim. D. Tar. ᵖ Tar. ᵠ G. ʳ D. Tar. ˢ D. ᵗ Tar. sim. D. † He. in V. ᵛ M. sim. He. in V. ᵛ G. ˣ Idem. ʸ D. † Calv. ᶻ Riv. sim. D. ᵃ Q. in V. Plerique in Riv. ᵇ Q. in D. ᶜ Al. in D. ᵈ Ti. * Q. in V. ᶠ V. ᵍ Liv. ʰ Liv. sim. D. Riv. ⁱ D. Riv. ᵏ Riv. ˡ Liv. D. Riv. ᵐ Liv. ⁿ Liv. D. Riv. ᵒ Pi. ᵖ Riv. ᵠ M. ʳ D. † G. ᵗ Riv. ex Calv. ᵛ Calv. ˣ Riv. ʸ Tar. ᶻ RS. in Mer.

Margin (right): ᵃ Hi. in Mer. ᵇ G. sim. V. Calv. Riv. ᶜ V. ᵈ G. * V. ᶠ Calv. † Riv. ᵍ Hi. in Mer. ʰ Pi. Mer. Tar. ⁱ Mer. ᵏ Riv. ˡ G. † V. ᵐ V. Mer. ex K. & AE. sim. Riv. ⁿ V. ᵒ Q. in Tar. sim. Pi. ᵖ Tar. ᵠ G. ʳ Riv. * Q. in Tar. sim. Q. in Calv. ᵗ Tar. † V. adv. 9. ᵛ Calv. ˣ Riv. ʸ G. ᶻ G. sim. Riv. ᵃ Tar. ᵇ O col. in Mer. ᶜ Riv. * Ti. ᶠ Riv. ᵍ Idem. ʰ Calv. ⁱ Riv. sim. Tar. ᵏ D. Liv. Riv. ˡ Tar. ex Buxt. ᵐ Tar.

tua inter Deum & populum ejus est relatio, Jer. 11.4[n]. Al. τὸ *esse viro* dicitur pro, *nubere*. *Eris* ergò *mihi*, i.e. nubes mihi[o]. Al. *Non ero pro vobis*, D. Rib. Riv. ut Psalm. 118.6. *Dominus* לִי, i.e. *pro me*, ex collat. Ebr. 13.6. *mihi in auxilium*[p]. Impletum hoc cùm qui de decem tribubus erant reliqui abacti sunt per Salmanaserem, futuri posthac, non Dei populus, sed Assyriorum servi[q].

10. *Et erit*, &c. וְהָיָה מִסְפַּר וגו׳] In plerisque codicibus Ebræis versus hic est principium cap. 2[r]. Agitur hîc de perdendis Israelitis: qu. d. Etsi numerus eorum infinitus sit, non mutabo sententiam, sed destruam eos †. Sed hoc refellunt sequentia[t]. Promissio hîc est, &c[v]. Solent Prophetæ læta tristibus admiscere[x], & minis consolationes subjungere †, & comminationibus Legalibus territos Evangelio recreare[y]. Hoseas ergò, postquam de reprobatione Judæorum egit, vaticinatur de reliquis qui salvandi erant; quibus se adjungent innumeri ex Gentibus[z]. Hi duo versus, correctione quadam acerbitatem superioris typi temperantes, sunt parasceuastici ad seq. cap. documenta[a]. [Locum sic reddunt:] *Et* (vel, *Quanquam*, JT. *Autem*, P. *Tamen*, Liv. sic Pi. Riv. ut ו usurpatur Psal. 44. 18. *Et non* (i. e. Non tamen) *obliti sumus*, &c[b]; Jer. 30. 7. *Et* (i.e. Tamen) *ab ea liberabitur*. Videtur enim hoc dici ἐναντιωματικῶς.) *erit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, quæ non mensuratur & non numeratur*, Calv. &c. Ad verb. *non mensurabitur nec numerabitur*: sed significant hæc verba actum continuum, & est indefinita locutio[d]. Sæpe in S. S. fit ut allusio ad locum aliquem non sit integra. *Mensura* hîc ad *arenam* refertur, *numerus* ad stellas, ut Jer. 33. 22 *. Sed hoc non est necesse. Nam & arenæ, ut *mensura*, ità & *numerus* tribuitur, tum in Sacris, Genes. 32.12. Hebr. 11.12. tum in profanis. Horat. Carm. 1.28. *Te maris & terræ numeróque carentis arenæ Mensorem cohibent*[f]. Seneca in Medea, *Priùs arenis numerus deerit*. Hoc v. & sequ. est anthypophora seu occupatio, quâ respondet eorum objectioni[g], quasi Deus, si ipsos exscinderet, falleret fidem Abrahæ datam de semine immenso: Id Propheta hîc negat[h]; quoniam servabit Deus reliquias[i], verósque Israelitas, tam ex Judæis quàm ex Gentibus[k]. ¶ *Et*, &c. וְהָיָה בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יֵאָמֵר וגו׳] [Variant.] *Et erit*, (vel, *fiet ut*, Pi.) *in loco ubi dicetur eis*, (h. e. dictum fuerit eis[l],) *Non populus meus vos*, (sub. *estis*, Pi. & sub. *illic*, Calv.) *dicetur eis, Filii Dei vivi*, Calv. sic Pi. Riv. Liv. &c. sub. *estis*, Pi. *In loco*, i. e. in locis habitationum suarum extra Terram promissionis[m]; in regionibus Gentium[n]. [Alii aliter vertunt.] *Eritque pro eo quod dicitur*, vel *dicebatur*, *istis*, &c. P. JT. K. in Riv. He. in D. Commoda quidem esset interpretatio, quia difficultatem omnem tolleret, si usus phraseωs faveret[o]. [G. hæc cum præced. sic reddit,] *Postquam numerus filiorum Israel in exsilio factus fuerit velut arena maris, talis ut neque numero neque mensurâ comprehendi queat; tunc, pro eo quòd dicti fuêre, Non-populus*, &c. ו bis positum apud Hebræos sæpe tempora connectit, ità ut Latinè per *postquam* reddatur optimè. Illud בִּמְקוֹם valet, *pro eo quòd*, & sic multi populi etiam nunc loquuntur[p]. Sic Galli dicunt, *au lieu que*. Ità בִּמְקוֹם significat tantùm vicem aut commutationem conditionis populi, non autem locum in quo id experturus sit[q]. Si locum designaret; scripsisset בַּמָּקוֹם. At hîc est forma regiminis, בִּמְקוֹם[r]. Resp. 1. τὸ valet, *in loco*, Levit. 4.24 †. Jer. 22.12. Ezec. 21.30[t]. Adde Gen. 39.20. Deuter. 12.14[v]. Et rectè notant grammatici, sequente אֲשֶׁר, aut שׁ deserviente, מָקוֹם scribi in regimine. 2. Nomen hoc, vel in constructo vel in absoluto statu, nusquam accipitur pro תַּחַת, *eo quòd*[x]. Ego certè nullum exemplum memini. 3. Altera expositio, *in loco*, firmatur authoritate veterum, οἱ Ch[y]. & Apostoli, Rom. 9.26[z]. *Ubi dicetur*, vel *dictum est*, ut Rom. 9.26. nisi fallor[a]: vel, *dicebatur*, sub. *à Domino*, vel, *ab omnibus*, V. *Dicetur*, vel *dicatur*, *illis*, (sub. *à Deo*, V.) *Filii Dei viventis*, P. Liv. G. i. e. *dicentur*, vel *dicantur*, *filii*[b]. Sic Esa. 1. 26. *Vocabitur tibi*, (i. e. Vocaberis,) *Civitas*, &c: & 61.6. *Ministri Dei—dicetur vobis*, i. e. dicemini: & 62. 4. *Non dicetur tibi, Derelicta*, pro, *non diceris*. Rectè ergò vertit Apostolus, κληθήσονται υἱοὶ, *vocabuntur filii*[c]. Fient filii Dei, nempe per gratiam Evangelii[d]. His verbis indicat organum & modum collectionis Ecclesiæ, nempe vocationem per Verbum Dei in Ministris suis loquentis, Matth. 10.20. Joh. 16.8 *. quæ vocatio Dei est initium salutis nostræ[f]. Dicit, *Dei viventis*, i. e. æterni; ut *aqua viva* dicitur, quæ perennis est[g]. Ità & credentes avocat à falsis & mortuis Gentium diis; & credentium dignitatem asserit, qui Patris æterni atque immortalis filii sunt, adeóque ipsi immortales. Qu. Sed cur non servat antithesin, ut, τῷ *non populus*, &c. hîc opponeret, *populus meus estis vos*, sed ejus loco habet, *filii Dei*, &c[h]? Resp. Ut amplificaret Dei gratiam, ostenderétque statum Ecclesiæ excellentiorem fore[i], dignitatémque Israelis spiritualis longè majorem fore quàm fuerit carnalis, qui quidem populus erat, sed sub servitute, Gal. 4. 1, 7[k]. qu. d. Deus familiariùs se illis Patrem ostendet[l]: non tantùm *populus Dei* erunt, sed & *filii Dei*[m], Joan. 1. 12. Rom. 8. 16. quod plus amoris excitat. Plus est esse Regis filium, quàm populum: filius est hæres, non item populus[n]. Vide ut major gratia quàm peccatum. Nam merebantur dici *non-populus*: gratia facit ut fiant *filii Dei* *. Qu. 1. Quando impleta est hæc prædictio? Resp. 1. In reditu à Babylone[o]. Non placet, quia indè redeuntes, 1. non erant innumeri, sed pauci: 2. non erant ex 10 tribubus[p]. Resp. 2. Tempore Evangelii[q]. 2. Quærendum hîc est de loci scopo & objecto. De quibus hîc agitur? Judæis, an Gentibus[r]? Resp. 1. De Judæis *. *Dicentur filii Dei*, nempe illi qui ad Deum & Legem reversi fuerint, Prophetísque habuerint fidem. Tales autem fuêre nonnulli ex 10 tribubus, qui cum Judæis domum rediêre sub Cyro. Vide Esd. cap. 2[t]. Verùm illi fuerunt paucissimi[v]. Respond. 2. De Gentibus[x]: vel, de novo Israele ex Judæis & Gentibus colligenda[y]: ut inter Judæos & Gentes nullum sit discrimen[z]. De Gentibus certè intelligit Apostolus Rom. 9. 25, 26. non, ut quidam volunt, sensu quodam analogico sive accommodatitio, sed sensu vero & primario[a]: ut ex eo patet, quòd, cùm Paulus duo dixisset, Deum vocâsse nos tum ex Judæis, tum ex Gentibus, hæc membra resumens, & ultimum, more Hebræorum, primùm confirmans, de Gentibus probat ex hoc Hoseæ loco, de Judæis verò ex Esa. 10. 22[b]. Nec credibile est, Paulum, de re summa, & apud Judæos controversa ac odiosa, agentem, Hoseam pro Gentium vocatione allegare voluisse, si Hoseas illud minimè intendisset; aut indirectam probationem afferre, cùm aliæ aliunde suppeterent. Adde quòd Hoseas salutem illam pollicetur tantùm reliquiis Israelis; ideóque promissio hæc de tanto numero in Israele carnali non est impleta, sed tantùm in Gentibus[c]. Generaliter hîc offert Deus gratiam suam, tam Israelitis, quàm Gentibus[d].

11. *Et congregabuntur* (vel, 1. à seipsis; vel potiùs, 2. à Deo, ob promissionem illam Deut. 30.1, &c *.) *filii Juda & filii Israel* (qui ex dispersione sunt, 1 Pet. 1.1[f]. q. d. reliquæ Tribus præter Judam & Benjamin[g]; aliqui ex Israele; synecdoche[h]:) *pariter*; ità P. M. יַחְדָּו] *Unà*, vel *simul*, JT. Pi. Ti. Locum unum non respicit, sed unam Ecclesiam[i]. Loquitur v. præced. de universa collectione Ecclesiæ, hîc restringit sermonem ad carnalem Israelem, quia ab illo factum est initium hujus instaurationis sive collectionis, quum è Babylone redirent[k]. Respicit ad schisma illud Decem tribuum sub Jeroboamo, de quo 1 Reg. 12[l]. ¶ *Et ponent sibimet caput unum*] i. e. Constituent unum Principem & Regem[m]. Vide Ezec. 37.22, 24[n]. Respicit ad caput totius mali in Israel, nempe divisionem Regnorum, quæ, inquit, per Christum sanabitur, nec tum diversa erunt capita, ut post Salomonem, &c†. *Caput*, nempe, vel, 1. Zorobabelem, typum Christi; vide Jerem. 30. 20, &c. & 33. 22, &c. Ezec. 16. 61. & 34. 23. & 37. 16, &c[o]: vel, 2. Ezechiam: vel, 3. Josiam[p]. Sed hi omnes frustrà sunt, quia sub his Judæi & Israelitæ nunquam in unum populum congregati sunt[q]. Vel, 4. Messiam sive Christum[r], qui *caput Ecclesiæ* constitutus est, Eph. 1. 22. & 5. 23 †. quem fideles sibi constituere dicuntur, quum ipsum Regem à Patre constitutum, Psalm. 2. 6. amplectuntur & quasi spontè eligunt[r]. ¶ *Et ascendent de terra*] Scilicet captivitatis & servitutis suæ; de qua Jerem. 23. 8[v]. *Ascendent*, è Chaldæa, &c. quia

Judæa

Judæa illâ altior erat [x]. Verùm non hîc describitur propriè reditus temporalis ab exsiliô; sed, sub ejus similitudine, plena Ecclesiæ sub Christo instauratio, & præsertim restitutio Judæorum & Israelitarum [y]. Spiritualis in Christo liberatio hîc intelligitur [z]. Verbum *ascendendi* ponitur pro *ire*, vel *accedere*, Judic. 4. 5. & pro *sequi*, 1 Sam. 25. 13 [a]: hîc verò evasionem notat, sicut Exod. 1. 10 [b]. Al. *ascendent*, id est, ibunt ex Galilæa & aliis locis ad Templum. Vide Luc. 2. 42 [c]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי גָדוֹל] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quum*, JT. vel, *Quamvis*, Q. in D. ut כִּי accipitur Exod. 13. 17. & 34, 9 [d].) *magnus* (sub. *est*, vel *erit*, Riv. Calv. Pi. &c. vel, *fuerit*, JT.) *dies Izrehel*, Mo. P. sic M. Ti. &c. *Tanta est Jesraelitica dies*, Ca. *Dies* alicujus dicitur, quo alicui vel bene est, ut Luc. 19. v. 42. vel malè, ut Eccles. 5. 20. Abd. 12. Mich. 7. 4 [*]. [Locum itaque exponunt vel in malum, vel in bonum. 1. In malum.] Hoc non restringitur ad proximam particulam, neque ad promissionem, sed ad cladem illam cujus mentio facta fuerat [f]. Sensus, q. d. Postquam illæ graves & acerbæ vindictæ meæ pœnæ inflictæ fuerint Israeli, qui Jizrehelis nomine designatur [g]. Vel, Quamvis clades illa Jesraelis irreparabilis videatur, tamen erunt qui ascendent & evadent. Hi Christum ducem sibi adsciscent, profecti è terra in qua exsulabant [h]. Al. Nam clades illæ quæ Israelitis eventuræ sunt, primùm in deletione domûs Jehu, propter cædes perpetratas in valle Jezrehel, tum reliquæ pòst sequutæ, tam graves erunt ut Israelitæ in exsilium dispergendi sint: ac proinde pii ex illis libenter se adjuncturi sint Judæis in patriam reversis [i]. Poterant objicere, Quid nobis de ascensu vaticinaris? nonne quiescimus in nostra hæreditate? Nec Judæi nec Israelitæ tunc sibi timebant. Propheta ergò h. l. expergefacit eos, & denunciat fore gravissimam cladem à Deo infligendam, quæ extraordinarium remedium & insignem misericordiam Dei requirit, ut populum tanquam mortuum è sepulchris educeret. Ideo, inquit, non frustrà polliceor hunc reditum & ascensum [k]. [2. In bonum.] *Dies magnus*, i. e. celeberrimus & maximus [l], felicissimus; ut apud Tacitum *magnus dies* dicitur felicissima victoriæ dies [m]. Vel, *magnus* dicitur propter magnam Dei potentiam in suorum salute & hostium Ecclesiæ exitio exserendam [n]. *Magnus dies* (tempus scil. reditûs, resuscitati Templi & urbis,) *Jezrabel*, i. e. *semini Dei*, illis quos modò dixerat *filios Dei viventis*: id enim significat יִזְרְעֶאל. Allusio autem est ad nobilem quandam in 10 tribubus urbem [o]. *Dies Jezrael* hîc dicitur vel, 1. dies quo Jezraelitæ dispersi per gentes postliminiò redibunt in patriam [p]: vel, 2. tempus salutis & gratiæ, ac liberationis Ecclesiæ, ut Luc. 19. 42. Vide & Psal. 81. 15. Esa. 33. 6 [q]. Dies Christianismi; nam Jesrael *Divinum semen* significat [r]. Totum tempus post manifestatum Messiam, præsertim illud quo mysterium de Israele ad Christum reconciliando implebitur. *Dies* hic *magnus* dicitur, non quantitate vel duratione, sed ob rerum gestarum magnitudinem & excellentiam: alibi dicitur *dies Domini*, quia in eo Dominus opus suum exsequitur; hîc, *dies Israelis*, quia in gratiam & bonum Israelis. Qu. Sed cur non restituit ei nomen Israelis mutatum antè in Jezrael [†]? Resp. Nomen *Jezrael* signif. & *dispersionem Dei*, & *semen Dei*, & pro statu subjecti accipiendum est, vel in bonum, vel in malum. Antea, Deo minante, nomen erat probrosum, & pro *dispersione Dei* positum; jam, Deo promittente restitutionem, honorificum est, pro *Dei semine* positum: ut ostendat Propheta, iræ Dei successisse misericordiam [t]. Sed cùm nulla sit in nomine mutatio, puto eandem manere significationem. *Dies Jisrael*, i. e. ejus populi qui, ad tempus rejectus, meritò vocatus est *Dispersio Dei* [v].

[x] Calv. [y] Riv. [z] Liv. [a] Riv. [b] Liv. [c] G. [d] D. Riv. [*] D. [f] Calv. [g] Jun. [h] Q. in D. [i] Pi. [k] Calv. [l] V. [m] D. Riv. [n] Liv. sic Riv. [o] G. [p] D. [q] Liv. [r] Ca. [†] Riv. [t] Q. in Riv. [v] Riv.

CAP. II.

1. Dicite, &c.] Heb. *Dicite fatribus vestris*, (*fratri vestro*, Q. in V. אחיכם, sine punctis, ambiguum est, & potest legi tam אָחִיכֶם, *frater vester*, quàm אַחֵיכֶם, *fratres vestri* [†].) *Ammi*; (vel, *Populus meus*; M. P. Ti. vel, *Populus mi*, P. sic JT. Pi. *O Ammi*; Riv.) & *sororibus vestris*, (vel, *sorori vestræ*, Ti. Idem sensus est seu singulariter, sive pluraliter, hæc enuncientur [a].) *Ruhama*; sic P. vel, *Misericordiam* (vel, *O misericordiam*, JT. Pi.) *consecuta*, M. Ti. &c. h. e. Sororum vestrarum unamquamque Dilectam, vel Misericordiam-consecutam, appellaveritis [b]. *Ammi* & *Ruchama* verba sunt, vel, 1. fidelium, hoc pro mandato Dei dicentium, & fratres sororesque his nominibus compellantium [c]: vel potiùs, 2. Dei, per Prophetam sic compellantis eos quos jubet fratres & sorores alloqui; neque enim est in Hebræo virgula distinctiva quam illi ponunt post *fratribus vestris*, itemque post *sororibus vestris* [d]. Hoc comma annectendum superiori capiti [†]. Verùm sequentia sic nimis essent abrupta, *Contendite cum matre*, &c. cùm antea nihil præcesserit de iis qui litigare debuerunt. Unde patet eosdem & cum matre contendere debere, & fratribus dicere, nempe eadem quæ matri: quandoquidem iidem sunt qui vocantur, tum *fratres* & *sorores*, quum scil. seorsim compellantur; tum *mater*, quum nempe totus populus redarguitur. q. d. O vos qui estis populus meus, &c. dicite fratribus, &c. id est, contendite cum matre vestra, quæ est cœtus fratrum & sororum, &c [f]. τὸ *popule meus*, &c. intelligitur vel, 1. de Israelitis, sive Judæis: vel, 2. de Gentilibus. 1. De Israelitis; [sed diversimodè.] Sensus loci est, Vos qui estis ex 10 tribubus, dicite tunc Principibus Judæ & Benjaminis, omnique plebi Duarum tribuum, abjectis odiis illis diuturnis, Vos estis consanguinei nostri, magnam à Deo *misericordiam consequuti*, cujus & nos sumus participes. Nam Judas & Benjamin eæ erant Tribus quibus Deus principaliter hoc beneficium contulit; aliis accessionis loco [g]. [Alii aliter.] Nomine *Ammi* & *Ruhama* intelligitur subjectum cui datur illud mandatum, exiguæ nempe illæ Israelitarum reliquiæ quæ Deum verum adhuc agnoscebant [h]; sive Prophetæ [i], sive fideles alii [k]: quos jubet, matrem, plebem nempe vel Ecclesiam Israeliticam, reprehendere [l]. Vel, versus primus ad duas Tribus, secundus ad decem, referri potest, hoc modo; Vos, ô domus Juda, quia adhuc estis populus Dei, dicite fratribus vestris, i. e. Decem tribubus, sive Israelitis, ut matrem suam Israeliticam Synagogam arguant, & ad partes vestras accedant. Ità Israelitas Propheta per Judæos ad zelotypiam provocat. Sive de Judæis sive de piis Israelitis intelligas, nihil interest, dummodo comminatio illa repudii, & redargutio à filiis facta, ad Ecclesiam Decem tribuum referatur [m]. Al. Loquitur de Judæis redeuntibus è Babylone, ut matrem suam Synagogam redarguant [n]. Non placet, quia Propheta illud, *Contendite*, &c. de tempore suo, & viris justis qui tunc erant, loquitur [o]. [2. De Gentilibus; sive de Ecclesia N. T. ex Judæis & Gentibus conflata.] Propheta hîc apostrophen facit ad Ecclesiam novam, quam futuram promiserat, quam per prosopopœiam præsentem sistit, jubetque impiis his Israelitis concionari [p]. Sed figura hæc non videtur hoc loco necessaria, quando tunc fuerunt quibus adhuc hæc competebant nomina, quíque reipsa, non figuratè, potuerunt & debuerunt fratres suos perditos corripere, &c [q]. Al. Sensus est, Vos qui Christiani estis, dicite fratribus vestris, qui ejusdem sunt vobiscum aut gentis, aut Religionis, &c [r]. Loquitur hîc de Gentilibus convertendis ad Christum, ut constat ex Rom. 9. 24, 25 [†]. De Apostolis aliisque Christi discipulis ex Judæorum gente, quos jubet matrem suam reprehendere, quòd Christo non credidisset [t]. Sed non congruit illi tempori redargutio hæc idololatriæ, (quam per *fornicationes* intelligit,) à qua Judæi tunc immunes futuri erant [v]. Mandatum est generale, ut illi qui jam sunt populus Dei facti, Hos. 1. 10. præcipuè in N. T. alios quoque ad Christum adducant [x]. Hæc jubentur præcones Verbi Dei novo populo ad Christum converso dicere; vel Judæi Gentibus, vel Judæi aliis Judæis, quibus Christum annunciant [y]. Postquam vaticinatus est Propheta de restitutione populi in gratiam Dei, jam hortatur singulos fideles ut se invicem incitent ad hanc gratiam recipiendam, útque se mutuò in fide confirment. *Dicite fratribus vestris, Populus meus*; & *sororibus vestris, Dilecta*: h. e. Postquam vobis pollicitus sum me fore pro-

[†] D. [a] Riv. [b] Liv. [c] Ità multi in Riv. [d] Riv. [†] G. sim. Hi. in D. [f] Riv. [g] G. [h] Riv. [i] Riv. sic San. [k] Riv. [l] Riv. sim. San. [m] Riv. [n] Q. in Riv. [o] Riv. ex Hi. [p] Par. in Riv. [q] Riv. [r] D. [†] Rib. [t] Q. in Riv. [v] Riv. [x] Tar. [y] Mer.

propitium, jam potestis securè alii aliis hoc testari [z]. Jubentur N.T. Ministri populo dicere, *Populus meus, Dilectus*; q. d. Deus non condemnabit credentes, propter Christum. Satis erat quod antè dixerat, *Vos filii Dei.* Sed quia in tentatione hæc difficilè creduntur, hoc repetit *.

2. *Judicate*, &c. רִיבוּ וגו'] *Contendite*, vel *Litigate, cum matre vestra*, JT. Pi. Calv. &c. Alloquitur Apostolos aliósque credentes Judæos, ut Synagogam arguant quòd Deum deseruerit, útque eam invitent ad resipiscentiam [a]. Expostulate cum Synagoga. Hîc incipit concio ejusdem argumenti cum priore [b]. *Litigate*, &c. Nova oratió. Jubentur singuli qui sibi bene esse cupiunt, accusare palàm mala facta gentis totius, nempe 10 tribuum, ut communes pœnas evadant [c]. Convertit se ad populi veteris reliquias, & Synagogam Christo repudiato abjectam. Concio necessaria, tum propter Judæos qui convertendi erant; tum propter credentes, nè offendiculo impiæ turbæ moti Christum desererent †. Non hîc alloquitur fideles, (ut omnes putant,) sed hypocritas, qui seipsos excusabant, Deúmque accusabant tanquam crudelem, injustum, &c. Propheta itaque dicit, *Litigate*, non, cum Deo, sed, *cum matre vestra*, propter cujus flagitia meritò abdicati estis. At videtur Propheta secum pugnare: antè promisit reconciliationem, nunc loquitur de novo repudio. Sed hæc satìs congruunt. Respicit hîc præsentem statum, promittit ibi gratiam Dei in futurum. Sed quia plures adhuc manebant in vitiis suis obstinati, oportuit eos duriùs iterum tractari, & sæpius objurgari, donec resipiscerent, ut veniam promissam reciperent [d]. ¶ *Ipsa non uxor mea*] Quoniam fidem conjugii non servavit, ideo non habeo eam ampliùs pro uxore *: do illi libellum divortii [f]. ¶ *Et ego*, &c. וְאָנֹכִי לֹא וגו'] *Non* (sub. *sum*, P. sim. JT. Pi. vel, *ero*, V.) *vir ejus*, P. &c. i. e. maritus [g]. Fidem conjugii renuncio [h]. ¶ *Auferat*, &c. וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ וגו'] Et (vel, *Igitur*, Calv. *Ut*, JT. Pi. D. &c.) *tollat*, sive *amoveat, scortationes suas à facie sua, & adulteria sua è medio uberum suorum*, Calv. JT. Pi. &c. Dic hoc faciat, si mihi vult reconciliari [i]. Significat, non Deum, sed populum, fuisse perfidum, & hanc fuisse causam divortii [k]. Voces זְנוּנִים & נַאֲפוּפִים sunt geminatæ ad auxesin sceleris [l]. Similia exempla passim in aliis S. Scripturæ locis occurrunt [m]. Sed quid sibi vult, *à facie*, & *ab uberibus*, quum illis partibus non scortantur mulieres [n]? Resp. Scortationes illis tribuuntur per metonymiam signi [o], quia ibi impudicitia meretricum se prodit [p]: *facie*, quam coloribus inficiunt [q]; vultu, oculis, nutibus & gestibus: *uberibus*, sive *mammis*, quas componunt & detegunt, ut amatores alliciant [r], & comprimunt, nè gravidæ appareant †. Vide ad Ezec. 23. 3 [t]. Al. *Auferat à facie*, i.e. longè à se amoveat, ut ea quæ extra conspectum projiciuntur [v], à quibus abhorrent homines [x]. Sed malo *faciem* propriè accipere, ob seq. *ubera* [y]. Al. *Fornicationes faciei* dicuntur apertæ, quas palàm exercebant; *uberum* verò, quæ secretò committebant: sicut honestæ matronæ ubera tegunt, & occulta, vel amata, pretiosa, inter ubera recondunt; vel, quia ubera tegunt cor, sedem idololatriæ [z]. q. d. Amoveat omnem apertam & occultam idololatriam; ut facies videtur, ubera non item [a]. Al. Deponat ornatum meretricium *faciei*, i. e. capitis, & [*uberum*, i. e.] pectoris. Alludit ad ritum scortorum, quæ nimio ornatu amatores suos allicere solent [b]. Significat etiam impudentiam populi, quòd jam occalluerant, &, meretricum instar, palàm se prostituebant, ut Ezec. 16. 25. nec tegebant turpitudinem suam, sed exstare volebant signa illius tam in oculis suis quàm in toto corpore [c]. Al. *Facies* sive oculi significant fiduciam in Deum, quam idololatræ in creaturas transferunt. *Ubera*, quia sunt ad alendum fœtum, significant Verbi doctrinam, quod idololatriæ depravantes mammis ad adulterium abutuntur †.

3. *Nè*, &c. פֶּן אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה] *Nè* (vel, *Nè fortè*, Mo. P. Sed פֶּן h.l. non est dubitantis [d], sed absolutè negantis *.) *exspoliem* (vel, *exuam*, Liv.) *eam nudam*, P. Calv. Liv. &c. i. e. Nè exutam denudem [f]; vel, spoliando nudam faciam [g]. Sæpe res denominantur à fine quem spectant, & ab eventu quem habituræ sunt; ut Job. 22. 6. *Nudos spoliâsti* [h]. [Vide ibi annotata.] Al.

[z] Calv. * Mer. [a] V. [b] D. [c] G. † Mer. [d] Calv. * D. [f] Calv. [g] D. Pi. [h] Calv. [i] G. [k] Calv. [l] Riv. sim. Tar. [m] Tar. [n] Calv. [o] Riv. [p] Riv. ex Calv. [q] Riv. sim. D. Pi. &c. [r] Riv. † D. [t] D. G. [v] G. [x] Jun. in Riv. [y] Riv. [z] Q. in Riv. [a] Tar. [b] V. [c] Calv. † Mer. [d] Tar. sim. Riv. * Riv. [f] Liv. Riv. [g] Liv. Riv. sic Calv. [h] Pi. [h] Riv.

Ut nè denudam eam planè, JT. Pi. Riv. Tar. Heb. *nudam*, Pi. Al. *Nè fortè dispoliem & denudem eam*, M. *Ne exspoliem eam & relinquam nudam*, Q. in D. JT. [forsan in priore editione] in Riv. Unum verbum pro duobus, ut in illo, *Capies* (pro, *Capies & pones*) *carbones super caput ipsius* [i]. *Nè exspoliem*, &c. ut maritus adulteræ jam expellendæ omnia ornamenta & vestimenta pretiosa, quæ illi dedit, aufert [k]. Confer Ezec. 16. 39. & 23. 26 [l]. Ostendit Deus se non usum esse jure suo, sed ei, licèt repudiatæ, reliquisse dotem, ornamenta, &c [m]. *Nè denudem*, i. e. Nè adimam opes [n], vel ornamenta Regni & sacerdotii [o]. ¶ *Et statuam eam secundum diem nativitatis suæ*] Ità Calv. sim. JT. Pi. &c. i.e. qualis erat cùm nata est [p]; h. e. nudam [r], Job. 1. 21. 1 Tim. 6. 7 †. sordidam, miseram [t], sine vestitu & ornatu [v]. Confer Ezec. 16. 4 [x]. *Tempus nativitatis* vocat, vel, 1. quo Abraham, tunc idololatra, evocatus est ex Ur Chaldæorum †: vel, 2. quo in Ægypto serviebant *: vel, 3. ab Abrahamo usque ad Legem datam, antequam populus in formam reip. redactus erat †. ¶ *Et ponam eam quasi solitudinem*, &c.] Vel, *velut* in *deserto*, JT. Riv. illo scil. in quo per 40 annos erant [y]. Hîc nudis verbis explicat id quod in figuræ involucro dixerat [z]. *Ut desertum*, quod rebus necessariis destituitur, & omnibus exponitur [a], & bestiis refertum est [b]. q.d. Eam meis donis & gratiis privabo, ut eorum defectu pereat. Allegoria. *Sitis* & *siccitas* bonorum inopiam notat; ut, contrariâ ratione, gratiæ Divinæ *aquis* comparari solent. Vide Esa. 55. 1. Joh. 4. 14. & 7. 38 [c]. *Sitim* hîc innuere videtur illam de qua Amos. 8. 11 [d].

4. *Et filiorum illius*, &c.] Antè loquutus est de toto populo *; hîc premit singulos [f]. ¶ *Filii fornicationum*] i. e. Nati matre fornicariâ [g], & scortationi dediti [h]; spurii, ut suprà c. 1. v. 2. incerti patris. Rectè id convenit iis qui deorum multitudinem colebant [i]. *Filii* h. l. à matre distinguuntur, non re, sed ratione, ut totum à partibus; nisi *mater* sit Ecclesia repræsentativa, *filii*, reliqua populi multitudo. Filii *patrissare* dicuntur, & filiæ præsertim matrem imitari, Ezec. 16. 45. quippe quæ diutiùs cum matre conversantur quàm cum patre filii. Quum autem major sit connexio inter matrem & spirituales filios, quum vel iidem sunt filii quæ mater est, vel dicantur filii ratione disciplinæ & imitationis; non mirandum est si ratio cur sint filii scortationum, activè & passivè, desumatur ex moribus matris, cujus actiones, facta & dicta, utique filiorum erant [k].

5. *Quia* (vel, *Certè*, Mer.) *fornicata est*, &c.] Cum idolis [l]. ¶ *Confusa*, &c. הֹבִישָׁה הוֹרָתָם] *Confusa*, vel *Pudefacta, est genitrix* (vel, *conceptrix*, Mo. sic P. i. e. mater [m],) *eorum*, M. Ti. sim. Mo. P. &c. Causam mox reddit, quia *persequetur*——sed *non assequetur* [n]. Pœnam (confusionem) cum peccato jungit. Quærens amatores ab eis destituta & delusa est [o]. Aliis hæc versio non placet, quia meretrices pudorem nullum habent [p]. LXX, κατῄσχυνεν, (*pudefecit*,) nempe ἑαυτήν, (*seipsam*.) Græci puriores dicerent, ἐνυβρίσθη, (*contumeliâ affecta est* [q].) Al. *Pudefecit*, &c. nempe maritum & filios [r]. Al. *Ignominiosa admittit*, V. *Scelus*, sive *Facinus, pudendum commisit*, JT. Pi. D. Tar. Riv. Probrosè se gessit, & rem confusione dignam admisit, quum dixerit, &c †. הוֹבִישׁ, quamvis sit 3. conjug. activæ [t], tamen communiter intransitivè sumitur [v]. ¶ *Quia dixit*] 1. Ore: 2. corde [x], sive consilio; i. e. statuit apud se [y]. Significat eos ex malitia, pertinaciter, impudenter & consultò peccâsse †. ¶ *Vadam post amatores meos*] Id est, vel, 1. idola [z]; Baalim [a], & vitulos Dan & Bethel [b]; quibus omnem suam attribuebat felicitatem [c]. Vel, 2. gentes externas [d]; Assyrios, Ægyptios *, Syros [f]; qui id unum curabant, ut Israelitas ad idololatriam pellicerent [g]: quâ (idololatriâ) Israelitæ eorum amicitiam conciliabant. Confer Ezec. 16. 36 [h]. *Vadam*, &c. q.d. Lubet mihi eorum exempla sequi [i]. Sed non credibile eos *amasios* dici qui toties ipsos vexaverant, &c [k]. ¶ *Qui dant panes*] Heb. *panem meum*, i.e. mihi necessarium *: omnem cibum [l]. ¶ *Aquas meas*] i. e. Potum [m]. Aqua summè necessaria est, ad potum, lotiones, irrigationem, &c [n]. ¶ *Lanam—& linum*] Quibus vestimur [o]: q. d. omnis generis vestes [p]. *Lanam* Chaldæus interpretatur *Serica*, quæ ex lanugine arborum de-

[i] D. [k] Tar. [l] G. [m] Calv. [n] Pi. [o] Mer. [p] G. [r] Liv. Tar. † Tar. [t] Liv. [v] G. [x] Liv. G. † Q. in Riv. * Pi. sim. RS. & AF. & K. in Mer. † Riv. [y] Riv. [z] G. [a] D. [b] Oecol. in Mer. [c] Liv. [d] D. * Calv. [f] Calv. sim. D. Riv. [g] V. sic D. [h] D. [i] G. [k] Riv. [l] D. Pi. [m] D. [n] D. [o] Oecol. in Mer. [p] Q. in D. [q] G. [r] Riv. ex Jun. † Mer. [t] Riv. [v] Riv. sim. Tar. [x] Tar. [y] Calv. † Riv. [z] V. D. Riv. [a] Riv. [b] Riv. ex D. [c] D. [d] M. * D. G. [f] G. [g] D. [h] Riv. [i] G. [k] Riv. * Idem. [l] Tar. Riv. [m] Tar. [n] Riv. [o] D. [p] Riv.

pecta etiam Græci & Latini diu crediderunt. Pro *lino*, Chald. habet *byssinum*, quod lini genus præstantissimum[q].

¶ *Oleum*] i. e. Omnem pinguedinem ex variis fructibus aut plantis stillantem. Olei usus creber fuit apud orientales, ad cibum, ad ornamentum, ad voluptatem[r], ad robur conciliandum[z]. ¶ *Et*, &c. וְשִׁקּוּיָ] *Et potationes*, sive *potiones*, *meas*, Mo. JT. Pi. Riv. omnis generis[a], vinum & siceram[b]. *Et potum meum*, P. M. *&* *pocula mea*, Ti.

6. *Sepiam viam tuam* (Mutatio personæ 3. in 2. & statim redit ad 3. pers. Deus induit hîc personam indignantium, quibus perturbatus & neglectus sermo convenit[c].) *spinis*] Id est, bellis[d], vel calamitatibus *. Abducti in Assyriorum vinculis, loco adstringemini unde exire vobis non liceat[f]. ¶ *Maceriâ*] h.e. Majora ponam obstacula, ut nè rimam, ut in sepe, inveniat[g]. Sensus est, Ostendit Deus se frustraturum illa consilia, &c[h]. ¶ *Et semitas suas* (i. e. assueta scelera, quasi calcatum iter & frequentatum[i],) *non inveniet*] i.e. Ità ut non possit egredi quò velit[k], vel, pervenire ad amatores. In bello viæ omnes infestæ sunt, ut tutò huc illuc ire non liceat; nec possumus tunc agere quod volumus[l]. Perstat in allegoria meretricum, quæ domi non manent, sed huc illuc cursitant ut libidinem suam expleant; quas ergò mariti arctiùs includunt[m].

7. *Et*, &c. וְרִדְּפָה וגו'] *Et sequetur* (nempe, summo studio & contentione[n]: nam Pihel intendit significatum[o]. Ægre à pravis erroribus abducimur. Angustiis pressi sequentur tamen, &c[p].) *amatores*, &c. Riv. &c. Sed quomodo *sequetur*, si exire non potest? Resp. Tò *sequi* magis affectum & conatum indicat quàm profectum[q]. *Sequetur*, i. e. volet sequi[r]. ¶ *Non apprehendet eos*] i. e. Non fruetur illis †. Labor ejus cassus erit[t]. Nemo eam curabit[v]. ¶ *Quæret eos*] More impudicarum: nam castæ non quærunt, sed quæruntur. Hinc proverbium, *Quærit* [nempe vir] *quod amisit*, nempe costam, h. e. mulierem[x]. ¶ *Et* (vel, *Tum*, D. vel, *Tandem*, Pi.) *dicet*, *Vadam*, *&* *revertar*, &c.] Rebus adversis admonita[y]. Simile consilium vide Luc. 15.18[z]. Vel, *Ut dicat*, &c. Riv. Merc. i. e. Ut mutet sententiam, &c[a]. Insignis particula: Punit Deus ut in viam revocet, 1 Cor. 11. 32. & calix Domini castigantis est *calix salutis*[b]. Exponit finem sepis, &c. Potest tamen prophetice accipi, *Et dicet*, &c[c]. ¶ *Ad virum*, &c.] i.e. Deum[d]; maritum verum: nam alii mariti non erant, sed fornicatores & seductores *. Hinc disce quid sit vera resipiscentia: nempe, ubi peccator verè sibi displicet, deinde etiam serio affectu ad Deum se convertit, nec in peccatis pergit[f]. ¶ *Quia*, &c. כִּי טוֹב לִי אָז מֵעָתָּה] *Quia bonum* (vel, *bene*, Ch. P. *meliùs*, o'. Sy. Ar. M. Ti. &c.) *mihi* (sub. *erat*, M. Ti. &c.) *tunc præ* (*quàm*, M. Ti. JT. &c.) *nunc*, Mo. Quum soli Deo servirem, mihi meliùs fuit[g].

8. *Et* (vel, *Etenim*, JT. ו hîc causaliter sumitur, q. d. Propterea eam sepe includam quia nescivit, &c[h].) *hæc* (vel, *ipsa*, Pi. Calv. &c. emphatice, q. d. quæ familiariter assuevit cum Deo, educata in ejus ædibus[i],) *nescivit*, &c.] Vel, *non intellexit*, Calv. sic Mer. Inexcusabilis stupor, quum satis admonita fuerit[k]. Vel, *non cogitaverat*. Ità יָדַע sæpe sumitur Hebræis. Vide Actor. 23. 5[l]. Vel, *non novit*, D. Verùm hæc ignorantia latam culpam habet[m]. *Nescivit*, i.e. nescire voluit[n]. Vel, *non agnovit*, Pi. D. &c. Quod ingrati est[o]. *Nescivit*, i.e. Ità se gessit acsi ignoraret me esse authorem bonorum suorum[p]: me non prædicat, nec mihi accepta fert[q]. Verba notitiæ & ignorantiæ non sunt intelligenda de simplici notitia, &c. sed de actionibus aut affectionibus consequentibus. Ille sc. dicitur aliquid *nescire*, qui rem vel non approbat, vel non se gratum præbet. Affectatam ergò inscitiam redarguit[r]. ¶ *Et aurum*, &c. וְזָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל] *Et aurum* (vel, *ex auro*, Riv. sub. *quod*, Pi. D. vel, *quæ*, M. Ti. [nempe, *oleum*, *argentum*, *aurum*;] vel, *quibus*, Ca. vel, *ex quo*, Ch. Sy. Pi.) *fecerunt* (vel, *conficiunt*, sive *confecerunt*, Ch. Sy. JT. Riv. Verbum simplex עָשָׂה aliquando sumitur pro composito, & sign. *conficere* †. Vel, *adhibuerunt*, Pi. *operantur*, Ca. *insumpserunt*, V. *aptârunt*, Calv. vel, *composuerunt*, ut עָשָׂה sumitur 2 Sam. 19. 24[t].) *Bahal*, sive *Baalem*, Mo. Sy. Riv. Pi. *Bahali*, Pi. Ar. *ipsi Baal*, Ti. Calv. *pro Baal*, i.e. in conflando & ornando Baal *: in honorem Baalis.

q G. r Riv. z D. a Riv. b D. c Riv. d D. Mer. sim. Tar. * Riv. sim. Calv. Oecol. Tar. Rib. &c. f G. g Tar. h Riv. sim. Calv. i Riv. k V. sim. D. l D. m Riv. n Riv. sim. D. Glass. o Glass. p ram. 3. 3. 26. 312. p Oecol. q Rib. Riv. r G. † V. t D. v G. x D. y D. et Hi. z G. sim. M. a Riv. b Mer. c Riv. d V. D. Riv. * Riv. f Calv. g D. h Riv. i Calv. k Idem. l G. m D. Tar. n Oecol. o D. p Riv. q Tar. r Riv. † Idem. t Q. in Riv. * V.

Sensus est, Aurum illud adhibuerunt in sese ornandis quum colerent Bahalem †. Vel, *in Baal*, sive *Baalem*, P. D. Liv. Sic 2 Chron. 24. 7. *fecerunt in Baales*. Vide Hos. 8. 4[v]. In usum sive ornatum Baal. Phrasis, *facere in Baalem*, pro, conficere imaginem Baalis, non est insolens[x]. Sic Apuleius, de Asino aureo l. 2. *Lapis Parius in Dianam factus*[y]. Baalis esse fecerunt. Similis querela Ezec. 16. 17, 18, 19. & 23. 41[z]. *Baal* erat idolum ità nominatum[a]. Hoc nomine continentur omnes minores dii, qui patroni erant, & quasi mediatores inter Deum summum & homines. Neque enim ità delirabant Israelitæ, ut non crederent unum esse Deum opificem cœli & terræ[b].

9. *Idcirco convertar*, &c.] Mutabo consilium. Longè aliter cum ea agam *. *Avertar*, vel *revertar*, &c. i.e. Quasi pœnitentiâ ductus, & mutatâ sententiâ, detraham illi quod tempore statuto dare solebam †. ¶ לָכֵן אָשׁוּב וגו'] *Propterea* (Ut sciat meo beneficio sibi hæc omnia obtigisse[c],) *revertar*, (vel, *veniam*, D.) *&* *tollam*, vel *capiam*, (vel, *recipiam*, Liv. D. *Recipit*, qui quod semel dedit iterum sibi vendicat[d]. Vel, *reversus recipiam*, JT. Pi. vel, *iterum*, sive *rursus*, *capiam*, D. Liv. Hebraismus tritus; ut Gen. c. 26. v. 18. *reversus fuit & fodit*, pro, *refodit* *.) *triticum meum*, Calv. &c. Auferam ab eis velut indignis omnia bona[f]; ut maritus qui uxorem impudicam ejicit[g]. ¶ *In tempore suo*] Messis scilicet[h]: quando jam maturuit, & majus damnum est quàm si in primis culmis vel aristis pereat[i]. Tempore à me decreto[k]. ¶ *Et*, &c. וְהִצַּלְתִּי וגו'] *Et auferam* (vel, *rapiam*, M. *eripiam*, Ti. JT. Pi. Riv. Calv.) *lanam meam & linum meum*, Mo. P. o'. Ca. &c. Verbum hîc est emphaticum[l], & duo significat. 1. Injustam possessionem[m]: q. d. Auferam illis, tanquam prædonibus, quæ injustè possident[n], vide Gen. 31. 9, 16. & quibus abutuntur[o]. 2. Modum auferendi cum vi conjunctum[p]. Confer Rom. 8. 21. *Creatura liberabitur*, &c. Creaturarum veluti captivitas est, quòd servire cogantur impiorum abusibus. Ex hac (inquit) servitute eas liberabo, & impiis auferam, nè posthac abuti queant ad ornandum idola[q]. *Eripiam*, illorum usibus scil[r]. ¶ *Quæ operiebant*, &c. Rectiùs vertisset, *operirent*, Riv. לְכַסּוֹת וגו'] *Ad operiendum nuditatem ejus*, Mo. Ch. Riv. sim. P. Sy. *tecturum*, &c. JT. *quibus operiebat*, Ti. sim. Ca. *quod servit tegendo*; Hebr. quod est *ad tegendum*, Pi. *Lana & linum ad tegendam*, &c. locutio est elegans in Heb. lingua, ut, *canes ad venandum* †. Sic Psalm. 104. v. 15. *vinum ad exhilarandum cor*, &c. LXX addunt negat. *ad* non *tegendum*, i. e. nè tegat; non ut declaretur causa cur data sint, sed cur auferantur[t]. *Nuditatem ejus*, i. e. pudenda ejus[v], sive partes quas videri honestas vetat[x].

10. *Et nunc* (i. e. brevi[y]) *revelabo stultitiam ejus*; sic P. נַבְלֻתָהּ] *Turpitudinem ejus*, M. Ti. Riv. D. i.e. verenda ejus, quibus scilicet turpitudo committitur[z]. Metaphora ab adultera, quam vir denudat, & relinquit conspiciendam omnibus[a], etiam amasiis suis: quo nihil gravius illi potest accidere[b]. Confer Nah. 3. 5[c]. *Flagitium ejus*, Calv. נַבְלָה significat *nefas*, facinus turpe, stultitiam cum scelere conjunctam; vide Jer. 29. v. 23[d]. *Libidines ejus*: quas Græci etiam ἀσελγείας vocant. Ità vox hæc sumitur Genes. 34. 7. Expone ex iis quæ diximus ad Jer. 13. 26, 27 *. Dicit, *retegam*, quia hypocritæ sibi blanditias faciunt ex Dei beneficiis, putántque se Deo impunè illudere: q. d. Integumenta auferam sub quibus latent, &c[f]. ¶ *In oculis amatorum ejus*] i. e. Spectantibus Ægyptiis & Assyriis[g]. ¶ *Non eruet*, &c.] Vel, *eripiet*; i. e. nemo eripere poterit. Futurum potentialiter ponitur[h].

11. *Et cessare faciam* (i. e. tollam, vel abolebo[i],) *omne gaudium ejus*] Sacrum scil[k]. i.e. vel, 1. materiam gaudii; vel, 2. *dies gaudii*[l], ut vocantur Num. 10. 10[m]; h. e. dies festos[n], quos celebrârunt cum lætitia, Deuter. 16. 14. item canticorum & instrumentorum musicorum strepitu, Amos. 5. 23. & 8. 10[o]. ¶ *Solemnitatem ejus*] Vel, *festivitatem ejus*, i.e. festivitates. Collectivè[p]. Tria illa majora anniversaria festa quibus mares coram Jehova comparebant, Azymorum, Hebdomadarum, & Tabernaculorum. חַגִּים Hebræi vocant[q]. ¶ *Neomeniam ejus*, &c.] Nullum illis otium dabitur à laboribus. Confer Jer. 7. 34. & 16. 9. & 25. 10[r]. Primus dies

† Pi. v Liv. x Riv. y D. Riv. z G. a Pi. b Calv. * G. † V. c D. sim. K. in Mer. d D. * Liv. f M. g G. h Tar. sim. Riv. i Tar. k Pi. l Tar. sim. Mer. m Riv. sim. Calv. n Tar. sim. Calv. Riv. o Tar. p Riv. q Mer. r G. † D. Riv. t Riv. v D. V. x G. y V. z D. a Riv. b D. c Riv. d Idem. * G. f Calv. g V. h Riv. i D. P. Riv. k Calv. Liv. D. Riv. l D &c. Liv. Riv. m Liv. n Liv. D. Riv. o Liv. p Pi. q Liv. r G.

dies cujusque mensis sacer & festivus erat non minùs quàm primus hebdomadæ, qui *sabbatum* dicitur, ut Num. 10. 10. & 28. 11. apparet †. ¶ Et, &c. וְכֹל מוֹעֲדָהּ] Et (vel, *denique*,]T. Pi.) *omnem solennitatem*, vel *festivitatem*, *ejus*, Riv. JT. Pi. &c. i. e. quascunque statas ferias, quales erant *dies clangoris* & *expiationis*, Levit. 23. 24, 27 [t]. חַג & מוֹעֵד simul leguntur hîc, & Ezec. 46. 11. Utrumque *festum* denotat; utrumque etiam interdum dicitur de die non festo [v]. Q. sic distinguunt: חַג vocantur *tria festa anniversaria*; מוֹעֵד, *initium anni*, & *dies expiationum*, & *octava retentionis* [x]. Sed refutatur hoc discrimen ex usu S. Scripturæ, in qua hæ voces indiscriminatim usurpantur. Comminatio hîc est desolationis, tum totius Ecclesiastici statûs, hoc versu, tum ipsius terræ, v. seq [y]. Al. Minatur abolitionem Legalium cultuum, &c [z]. Non placet; quia comminatio hæc dirigitur contra Israelitas, qui verum cultum Leviticum non habebant, quem, etsi in quibusdam imitarentur, suis tamen additionibus polluerant. Minatur itaque Deus se ablaturum totum illum cultum externum qui Israelitis reliquus erat, ità ut non ampliùs à reliquis gentibus distingui possent [a]. Perfectum autem hoc erat tempore captivitatis ipsorum sub Assyriis, ut patet ex Hos. 9. 4, 5 [b].

12. Et corrumpam (vel, *desolabo*, JT. Pi. Ch. &c. stupendè scilicet; nam שָׁמֵם est, *obstupescere*, & *desolare* [c];) *vineam ejus & ficum ejus*] Id est, vites & ficus [d]; (singulare collectivè, ut in Exod. 8. 6. Num. 21. 7*.) i. e. bona omnia temporalia: quæ omnia synecdochicè vocat *vitem & ficum* [f], quibus abundabat illa regio [g]; ideóque illæ rarò separantur, tum in promissionibus, tum in comminationibus, ut Esa. 36. 16. Jer. 5. 17. Joel. 2. 22. Psalm. 105. 33. Hag. 2. 19. &c [h]. ¶ *De quibus dixit*, *Mercedes*, &c. אֶתְנָה הֵמָּה וגו'] *Merces hæ* sunt *mihi*, &c. JT. Pi. Vox propriè *mercedem meretriciam* notat [i]: vide Ezec. c. 16. v. 34. Id hîc quadrare probat, tum *amatorum* mentio [k]; tum quòd meretrix hæc dicat [l]. ¶ Et, &c. וְשַׂמְתִּים לְיַעַר] *Et ponam* (vel, *redigam*, JT. Pi.) *eas* (nempe vineas & ficus [m]; vel, *eos*, nempe filios Synagogæ [n]; vel, *ea*, o'.) *in sylvam*, sive *saltum*, Calv. Pi. G. &c. Ut fit belli tempore, quum agricolæ metu diffugiunt, & loca neglecta sylvescunt [o]. Reddam eos similes saltui, in quo versantur & sæviunt feræ & animalia noxia. Al. *in saltu*, sive *loco saltûs*, i. e. in regione hostium suorum: ut *bestias* vocet hostes [p]. Vel, *in testimonium*, o'. Legerunt לְעֵד, *in testimonium* [q], decepti similitudine literarum ד & ר [r]. Hallucinationem hanc in eis notavit Hieron †. Vides quàm vetus sit scribendi varietas. Lectio quâ nos utimur melior est, ut indicant sequentia [t]. Eam habent Chald. Vulg. & reliqui omnes Interpretes [v]. ¶ *Et comedet eam bestia agri*] Abductis aliò hominibus vacante terrâ [x]. Vel, efferus hostis, vel agrestes feræ, & fructus vastabunt, & homines devorabunt [y].

13. Et visitabo super (vel, *Ità animadvertam in*, JT. Pi.) *eam dies Baalim*] i. e. Consumptos in eorum cultu [z]. Metonymia; tempus pro actionibus: Puniam ea quæ fecerunt cùm Belos illos colerent [a]. Sumam de eis pœnas temporis Baalim, sive pro tempore quo Baales coluêre [b]. *Dies*, pro peccatis in diebus perpetratis [c]. ¶ *Quibus*, &c. אֲשֶׁר תַּקְטִיר לָהֶם] *Quibus adolebat* (sub. *thus*, P. vel, sub. *aromata*, Ch. Al. *incendit suffitum*, Ti. sim. JT. Pi. M. Ca. Sy. vel, *immolabat*, o'. Ar.) *eis*, Mo. P. &c. Verbum הִקְטִיר *adolere* signif. non *suffimentum* solùm, sed quodvis *sacrificium*, Lev. 1. 9. & 3. 16 [d]. Concedo; tamen nescio an unquam absolutè positum accipiatur pro *sacrificare*. Chaldæus certè in illis locis semper vertit, *adolere aromata*. Hinc nomen קְטֹרֶת, & alia ex eadem radice, pro thymiamate & suffitu. Fateor tamen speciem sæpe poni pro genere *. ¶ Et, &c. וַתַּעַד נִזְמָהּ וְחֶלְיָתָהּ] *Et ornabatur* (vel, *ornabat sese*, P. simil. JT. Pi. &c.) *inaure suâ* (Sed נֶזֶם non tam inauris est quàm ἐπιρρίνιον, quod est ornamentum narium: vide Ezec. 16. 12 [f].) *& monili suo*, Mo. P. Ti. M. &c. vel, *margaritis suis*, Ch. & Sy. in BA. 2. 5. 8. 718. vel, *& reliquo mundo*, BA. ib. p. 717. RS. enim rectè monet חֲלִי vocem esse Arabum, quibus propriè est, *mundus muliebris*. Sic apud Eutychium, ubi de vitulo aureo, p. 106. & in Arab. Paraphrasi 1 Pet. cap. 3. vers. 3. Eò pertinet חלי אלדהב, *ornatus auri* [g]. Alludit ad morem meretricularum [h], quæ ornare se solent ut adulteris placeant [i]. Euntes etiam ad templum vestes cultiores induunt [k]. Miscet σύμβολον & ἀπόδοσιν, ut sæpe scriptores figuram & rem figuræ. Vide dicta ad Matt. 23. 25 [l]. ¶ *Et mei obliviscebatur*] Notitiam Dei vel amittens, vel ingratitudine suâ obliterans; Verbo meo fidem & obedientiam denegans. Qualis oblivio secum trahit contemptum Dei, apostasiam, & rebellionem in Deum. Verba autem memoriæ & cognitionis affectus aut defectus sequentes consignificant [m]. Comparat Israelitas cum aliis gentibus quæ Deum ejúsque cultum nunquam agnoverant: qu. d. Vos probè edocti fuistis de me meóque cultu, & me diu coluistis; vos tamen à me deficitis [n]. *Mei oblita*, &c. Ità est profectò. Novus amor expellit veterem. Nemo potest Deum amare & simul idola. Quid autem turpius quàm oblivisci ejus à quo ipsam habemus memoriam [o]? Est in hoc quædam gradatio & impietatum cumulus. 1. Idola colunt. 2. Ea ornant, & novis inventis commendant aliis. 3. Ea pertinaciter retinent. 4. Sequitur oblivio Dei, & apostasia ab illo [p].

14. *Propter hoc*, &c. לָכֵן וגו' מְפַתֶּיהָ] *Propterea*, vel *Ideirco, ecce, ego* (Rem velut præsentem indicat [q].) *seducam* (vel, *alliciam*, sive *pelliciam*, Pi. Di. sic Ti. JT. *lactabo*, Vulg. *solicitabo*, Ca. *persuadendo inducam*, M.) *eam*, P. sic Mo. &c. i. e. suasurus sum illi [r]. Verbum פָּתָה est mediæ significationis, quod in bonum & malum accipiunt †. [Pariter locum hunc accipiunt, vel, 1. in malum.] Omnia hæc verbis ambiguis dicta sunt χλευαστικῶς, (*per sarcasmum*.) Verba sumpta ab amatoribus: res longè aliæ. Mœchi solent fœminas blandis verbis decipere. Deus illos de 10 tribubus egregiè decipiet [t]. Est anthropopathia ironica: q. d. Agam instar seductoris, qui viatorem illecebris abducit à recto tramite in avia *. Sed non opus est ut pias has fraudes Deo adscribamus †. [Vel, 2. in bonum.] Locus consolationis est [v], & suavissimam promissionem continet [x], vel, 1. de temporali felicitate Israelitarum è Babylone redeuntium in Judæam; ità tamen ut hæc sint typus eorum quæ sub Christo fuerunt expressa †: vel, 2. de summa illa felicitate & totius orbis restitutione per Christum. Probatur. 1. Quia promissa hæc longè superant felicitatem Judæorum sub Templo secundo. 2. Illa seminatio Jezraelis non est impleta in paucis illis Israelitis qui cum Judæis redierunt. 3. Verba illa vers. 23. *Miserebor*, &c. de Israelitis ad Christum conversis exponuntur Rom. 9. 25 [y]. Alliciam eam ad agendum pœnitentiam, ex collatione membri sequentis [z]. Dabo in cor ejus ut redeat mihi per pœnitentiam interea dum in exsilio est [a]. Persuadebo populo rebelli & obstinato quod rectum est; reddam mihi flexibilem [b]: meâ inspiratione inducam eos ad mei cognitionem [c]. Spiritualis liberatio hîc promittitur [d]; & *pellicere* h. l. nihil aliud est quàm persuadere per Evangelii prædicationem *, quæ est vera πειθὼ quâ capiuntur animi [f]. [Sed difficultas hîc est in connexione hujus loci cum præc.] Quum tot scelera commemorâsset, quomodo dicit, *Propter hoc*, &c? Num illa felicitatem meruêre, ac non potiùs æterna supplicia? Verum id quidem. Sed tanta est Dei misericordia, ut, quæ ad iram provocarent alios, iis ipsis ad commiserationem excitari solet. Ut medicus, si idem & pater sit, quò magis à phrenetico filio probris lacessitur, eò magis ad miserendum medendúmque commovetur [g]. Al. Quia illa pertinax est, & spontè redire non vult; propterea ego alliciam illam [h]. Quoniam, inquit, hâc non successit, aliâ aggrediar viâ: quod severitate non potui, conabor blanditiis efficere [i], ut, relictis amatoribus suis, mecum redeat in gratiam [k]. Τὸ לָכֵן potiùs est ordinis, quàm causalis, particula. Confer de usu τοῦ לָכֵן, & τοῦ διὸ, Psal. 110. 7. Act. 20. 26. Philip. 2. 9. 2 Pet. 1. 10 [l]. לָכֵן hîc, ut alibi, non causam designat, sed ordinem, & valet, *postea*, vel *posthæc*; i. e. Postquam eos castigavero, tum loquar eis ad cor [m]. Al. לָכֵן aliquando est affirmationis, & valet, *utique*, vel *verè*, *profectò* [n]; præsertim cùm sermonem incipit [o]. Vide Gen. 4. 15. Jer. 2. 33. & 5. 2. Zac. 11. 7 [p]. Al. לָכֵן adversativè sumitur, pro, *atqui*, vel *attamen*; q. d. Non obstantibus his quæ dixi sceleribus

vestris,

† Liv. [t] Idem. [v] D. [x] Hc. in Riv. Saad. in D. [y] Riv. [z] Mer. [a] Riv. [b] Liv. [c] Riv. [d] Pi. sic Riv. * Riv. [f] Riv. sim. Calv. [g] Riv. [h] Tar. [i] Liv. sim. [k] Calv. Tar. Riv. Pi. D. V. &c. [l] Liv. [l] D. [m] Calv. sic M. [n] V. [o] D. sim. Riv. [p] V. [q] G. Riv. [r] Riv. † Riv. sim. G. [t] G. [v] Riv. [x] G. [y] D. [z] Pi. [a] G. [b] D. [c] Riv. [d] Liv. * Riv. [f] Riv. ex Hi.

[g] BA. 2. 5. 8. 717. [h] Riv. [i] G sim. [k] Riv. [l] D. [l] G. [m] Riv. [n] Calv. [o] D. [p] Riv. [q] Idem. [r] V. † Riv. [t] G. * Tarn in Riv. † Riv. [v] Liv. sim. Calv. [x] Riv. † Theod. [y] Riv. [z] Pi. [a] K. in Mer. [b] Calv. [c] M. [d] Liv. * Liv. sim. Riv. Mer. [f] Mer. Riv. [g] Rib. [h] Q. in Riv. [i] D. sim. Tar. [k] Tar. [l] Tar. [m] R. [n] Riv. sic Di. [o] Riv. ex K. [p] Di.

vestris, blandè ipsam tractabo[q]. ¶ *Et ducam* (vel, *traham*, M.) *eam in solitudinem*] Sive, *desertum*, P.M.&c. [Hoc etiam accipiunt vel, 1. in malum.] Mœchi solent fœminas abducere in loca sola & invia: sic Deus illos abducet in loca vasta Assyriæ[r]. *Desertum* hìc accipitur pro captivitate & summa calamitate populi: qui enim in deserto sunt carent necessariis. ו hìc valet, *quum*, vel *postquam**. [Locum ergò sic reddunt;] *Quum*, vel *postquam, deduxero* (vel, *pertraxero*, M.) *eam in desertum*, JT. Pi. Calv. Tar. D. h. e. in captivitatem[t]. Anastrophe est & repetitio pœnarum præcedentium: q.d. Postquam eam ad extremum malorum adduxero, alliciam, aut inclinabo, illam ut ad me confugiat, & mihi pareat[v]. Non incommodus est hic sensus[x]. Admonet Deus incurabiles esse ipsorum morbos, nec ullam esse spem resipiscentiæ donec Deus illos in desertum traxerit, & patriâ, opibus & sacrificiis privaverit[y]. [Vel, 2. in bonum.] Hâc deductione in desertum, & sequentibus, liberationem spiritualem sub Christo adumbrat[z]; ostenditque, post maximam eorum afflictionem Deum eos liberaturum[a]; similitudine sumptâ à liberatione Ægyptiaca. Primùm enim populo persuasit ut Ægyptum relinqueret, & aliò se ad colendum Deum conferret, Exod. 4. 30, 31. & 14. 15. Postea verò *duxit in desertum*: indè tandem ad *vallem Achoris*, in ipsius Terræ promissæ possessionem. Cùm hæc omnia se iterum facturum pollicetur, perinde est acsi dicat, alteram populi liberationem, & in optimorum bonorum possessionem adductionem, fore. Allegoria est, qualis illa in Virgil. eclogâ 4. *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas: erunt etiam altera bella; Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.* Pari similitudine liberatio populi declaratur Esa. 11. 15[b]. Al. *Ducam in ipsam desertum*, ubi scilicet aberit ab idolis[c]. Al. *In desertum*, id est, in Ecclesiam[d]. Quam sic vocat, vel, quia velut desertum videri possit præ politia Mosis; quanquam revera paradisus sit ob thesauros in ea reconditos*: vel, quòd in ea multæ ferendæ sunt tribulationes, ut in veram Terram promissionis ingrediamur: vel, quòd locus est ab Ægyptiis, h.e. ab infidelibus, sejunctus, in quo Deus animam libere alloqui queat; qu. d. Illam seorsim alloquar, segregabo illam ab amatoribus suis, aliisque qui persuasioni meæ obstare poterant. Plus hìc promittit Deus quàm verba præferunt; q. d. Præstabo eis omnia quæ priùs in deserto præstiti[f]. ¶ *Et loquar ad*, &c. [עַל לִבָּהּ] *Super* (vel, *ad*, vel *in*, Ar. P. Ti. vel, *juxta*, V.) *cor ejus*, M. Mo. &c. Hoc quoque ambiguum. Nam *loqui ad cor* dicitur, & qui blanditur, & qui malè in se animatum malè tractat[g]. [Sed phrasis hæc Hebræa semper accipitur in bonum, & ità h. l. reliqui accipiunt.] *Quæ sunt ei cordi*, JT. Pi. [Similiter alii locum reddunt:] *Et consolaturus eam*, Sy. *Loquar consolationes ad cor ejus*, Ch. *Comiterque alloquar*, Ca. *Ad cor loqui* idem est quod, *consolari*[h]: ut Esa. 40. v. 1, 2. *Consolamini, loquimini ad cor* ——[i]; Joh. 11. 19. *ut consolarentur eas*, ubi Syrus habet, *ut loquerentur cum corde earum*[k]; 1 Thes. 2. 11. *consolantes*, pro quo Syrus, *loquentes ad cor*. Ratio locutionis est, quia quos solamur eos grato sermone alloquimur. Unde Latinis *alloqui* valet, *consolari*, testibus Varrone l. 5. de Ling. Lat. & Ovid. Trist. 1. 7. Sic & Græcum παραμυθοῦμαι (*consolor*) à παρὰ *ad*, & μυθέομαι *loquor*[l]. Plura vide de hac phrasi Jud. 19. 3. Ruth 2. v. 13[m]. Non potuit commodiori phrasi significari Evangelium, quod est verbum consolationis, pacis, & reconciliationis[n]. Sensus loci, qu. d. Alloquar eam blandis verbis & plenis consolatione, ut scilicet ad me revertatur: annunciabo illi Evangelium meum[o]. Hoc v. & seq. est promissio suavissima, tum conversionis & mutationis cordis, per efficaciam Spiritûs ex prædicatione Evangelii; tum effectuum, reconciliationis & peccatorum remissionis, per largitionem eorum bonorum quæ antea ablata fuerant[p].

15. *Et*, &c. [וְנָתַתִּי לָהּ אֶת־כְּרָמֶיהָ מִשָּׁם] *Et dabo* (vel, *reddam*, Ti. D. suprà ademptas, v. 12[q]: *constituam*, Ch.) *ei vineas* (vel, *possessiones*, ό. vel, *gubernatores*, Ch. vel, *vinitores*, Vulg. Legerunt כּוֹרְמֶיהָ: quomodo etiam Chald. accepisse videtur*; sed & ό. in melioribus exemplaribus, ubi non κτήματα, *possessiones*, ut nunc legitur, sed κτήτας, *possessores*. Sic enim Hieron. ad Esa. 65. hunc locum refert, *Et dabo possessores*: nam si ex Hebræo retulisset, dixisset, *vinitores*[r]. [Hanc autem versionem non uno modo explicant.] Adulteri dicuntur vinitores. Assyrii autem miri vinitores erunt, qui multis de Israelitico populo sanguinem educent[v]. Al. Sensus, Sicut olim dedi Israeli egredienti ex Ægypto gubernatores ex gente sua, Mosen & Aaronem; ità nunc ex eadem gente dabo Apostolos tanquam vinitores[x]. Sed non est cur recedamus à recepta lectione, quam firmant sequentia omnia & præcedentia, *vineas*[y].) *suas indè*, P. Mo. Ca. Ar. Ch. Sy. vel, *deinde*, Ti. משׁם Hebræis est adverbium tum loci, tum temporis[z], ut Latinis *indè*[a]: ut verti possit, vel, 1. *ab eo tempore*[b], vel *tunc*[c], vel *statim*; ut *ibi* sumitur in Terentio, *Ibi homo cœpit me obsecrare*[d]: vel, 2. *ab eo loco**; i. e. Ab ipso deserto incipient vinea ejus[f]; ut olim Israeli egresso ex Ægypto, & per desertum deducto, statim occurrerunt loca vitibus & arboribus consita, in quibus vallis *Achor* dicta[g]. Sensus, Et à loco captivitatis reducam eum ad patrias possessiones[h]. Respicit quod antè dixerat v. 12. *vineas & ficus*: q. d. Si voluerit acquiescere verbis meis, dabo illi copiam bonorum temporalium, per quæ & spiritualia intelliguntur[i]. ¶ *Et*, &c. [וְאֶת־עֵמֶק עָכוֹר לְפֶתַח תִּקְוָה] *Et vallem Achor in*, vel *ad*, *ostium* (vel, *ad ingressum*, Ca. Cap. vel, *pro janua*, M. *pro foribus*, JT.) *spei*, Mo. P. M. Ti. JT. Ca. Pi. &c. in introitum spei & exspectationis: ut Latini loquuntur, *fores amicitiæ aperire*, h. e. occasionem dare amicitiæ ineundæ; sic, *spei*†. Vel, *ostium spei*, ut ל otium agat[k]. *Vallis Achor* erat in ingressu Terræ sanctæ[l], prope Jericho[m], ut certum est ex Hi. & Jo. Ant. 9. 1[n]. & ex Jos. 7[o]. Erat locus amœnissimus & fertilissimus, teste Esa. 65. 10[p]. Hìc Israel ob scelus Achan turbatus est[q], unde vallis dicta *Achor*, Jos. 7. 24[r]. quod *turbationem* significat*. Respicit ergò hoc loco, vel, 1. illam perturbationem[t]: [sed non uno modo.] Deus illi minatur vallem infestam ac luctuosam, qualis illa ubi Achan cum multis aliis interiit[v]. Al. Significat Ecclesiam variis perturbationibus & afflictionibus in deserto hujus seculi obnoxiam fore[x]. Sed hæc non conveniunt cum spe & cantu seq[y]. Al. Ut olim Israelitæ, mœrore affecti ob furtum Achan, post turbationem illam magnam conceperunt spem obtinendæ terræ; sic jam fiet populo meo*. Ut Israeli omnia post turbationem Achan felicissimè cesserunt; sic Ecclesiæ undique turbatæ aperitur spes certæ & æternæ victoriæ[z]. Ut illa perturbatio in gaudium conversa est; ità tristitia secundùm Deum spem parit[a]. Al. Sensus, q. d. Non erit in ista mutatione tale initium quale fuit in ingressu Terræ sanctæ: illic fuit turbatio; hìc, nempe initio Ecclesiæ, læta & prospera omnia[b]. Vel, 2. loci ubertatem & delicias[c], & situm[d]. Dicit, *in apertionem*, sive *ingressum, spei*, i. e. in arrham & pignus spei majoris: quomodo territorium Jericho fuit Israelitis pignus & arrha futuræ hæreditatis totius Canaanitidis†. *Ostium spei* dicitur, cùm quis eò pervenit ut jam bene sperare incipiat. Quod accidit olim Israelitis existentibus in valle Achor, iter longum ac difficile emensis per desertum[f]. Significat subitam fore mutationem, ut olim erat quum Israel egressus est ex deserto, (ubi penuria, terrores & mille mortes aderant,) descenditque in vallem Achor, fertilem & amœnam, etiam vitiferam: tunc enim sensit se vivere, quia potitus erat voto suo; venerat enim in conspectum hæreditatis promissæ. Ut ergò vallis illa erat Patribus janua bonæ spei; ità etiam Deus momento Israelitis aperiet spei & salutis januam[g]. *Spes* hìc, ut sæpe, ponitur pro re sperata, nempe possessione terræ; cujus *ostium*, i. e. initium & velut arrha, fuit *vallis Achor*: cujus usurpatione confirmata est etiam in animis spes exspectatæ rei consequendæ: quo sensu etiam *ostium spei* dici potest, quatenus spem virtutum augent initia rei implendæ. Promittitur ergò Israelitis, figuratis verbis, bonorum affluentia, cujus largitionis per Christum initia ipsis futura sint in ostium spei: i.e. vel, initium possessionis rei promissæ; vel, spei de eadem plenè possidenda confirmatio[h]. [Veteres locum aliter reddunt.] *Et vallem Achor ad delicias animæ*, Ch. vel, *ad aperiendam spem*, Vulg. vel, διανοῖξαι σύνεσιν αὐτῆς, (*ad aperiendum ejus intellectum*,) ό. sim. Sy.

Marginal notes: [q] Glas. gram. 3. 12. 606. [r] G. [*] Q. in Riv. [t] D. [v] Zanc. & Jun. in Riv. [x] Riv. [y] Calv. [z] Riv. [a] Liv. [b] Liv. sic Riv. [c] V. [d] Mer. Rib. [*] Mer. [f] Rib. [g] G. [h] Liv. sim. Riv. Tar. Calv. D. [i] Riv. ex Liv. [k] D. obs. 8. 1. [l] Liv. Riv. [m] D obs. 8. 1. [n] Riv. [o] V. [p] Riv. [q] Tar. [r] G. Rib. [*] Riv sic Rib. — [r] Rib. [v] G. [x] Q. in Riv. sic Rib. [y] Riv. [z] Riv. ex Liv. [a] Liv. [b] Liv. Riv. [c] D. Glas. [d] Tar. [*] Liv. Riv. M. [f] Riv. ex V. [g] Riv. [h] M. [i] V. † V. [k] D. [l] V. [m] Riv sim. Pi. Glas. D. [n] Riv. [o] Pi. [p] Riv sim. Calv. [q] V. [r] Glas. Rhet. 1. 10. 277. G. [*] V. Glas. ib. [t] Riv. [v] G. [x] Q. in Riv. [y] Riv. [z] Riv. [*] M. [a] Mer. [a] Tar. [b] V. [c] Riv. [d] Calv. † Cap. crit. 4. 2. 22. 229. [f] D. [g] Calv. [h] Riv.

Ar. Non malè [l]. Legerunt לְפַתֵּחַ in infinit. Pihel [k]; & תִּקְוָה [ex mente eorum erat,] *linearum ductio*,ad quam instituuntur pueri. Vide Esa.18.2. & 28.10. Hæc mala initium erant institutionis ipsorum [l]. ¶ *Et*, &c. וְעָנְתָה שָׁמָּה וגו'] [Variant.] *Et humiliabitur* (vel, *affligetur*, Sym. in D.) *illic*, &c. ο'. Ar. sic Sy. &c. Sed hoc non convenit tempori lætitiæ *. Vel, *obediet illic*, Aq.in D. *Et dedent sese ibi in verbo meo*,&c.Ch. *Et respondebit ibi*,&c. Mo. Th. in D. q.d. Præcinentibus aliis alii respondebunt †. *Et* (vel, *Ut*, JT. Pi.) *canet* (sub. *alternis*, Ti. D. vel, *canat*, JT. Pi.) *ibi*, P.M. &c. *juxta dies* (vel, *ut tempore*, V.) *juventutis*, vel *pueritiæ*, *suæ*, (sc. [vel, 1. propriè dictæ ;] in qua ætate præ lætitia canitur & saltatur [m] : [vel, 2. metaphoricè ;] cùm servitute premeretur Ægyptiacâ, ut nunc Assyriacâ [n] :) & (vel, *id est*, D. Tar. nam Heb. ו & Græcorum καὶ sæpe exegeticè ponuntur, Zach. cap. 1. vers. 4. & c. 9. v. 9. Joh. 10.33. Rom. 1.5 [o].) *juxta diem quo illa ascendit*,&c. P. &c. i. e. priusquam exiret ; synecdoche [p] : vel, quum liberati fuerunt ex Ægyptiaca servitute. Alludit ad canticum Mosis [q]. *Canet*, nempe carmen ἀμοιβαῖον [r], sive *alternum*, vel *vicissim respondendo* *. Id enim præcipuè עָנָה [t]. Unde Ca. rectè vertit,*ubi recinat*; nam *re* in compositione quandoque vicissitudinem notat [v]. Intellige hìc, vel, 1. carmen fletûs & precum [x] : [vel, 2. carmen lætum, ut facilè ostendit loci inspectio.] *Canet*, vel, ut olim ad mare Suph ; vel, in valle Achor [y] ; vel, in vineis suis [z] : soliti enim veteres, cùm uvas calcarent in vineis, canere, ut patet ex Jud. c. 9. v. 27. & Jes. 16. 10 [a].

16. *In die illa*] Nempe,quâ graves pœnas de te sumpturus sum [b] ; in illis angustiis [c]. Vel, die quâ *pelliciam te*, *& loquar ad cor*, &c. Dictum est de conversione novæ Ecclesiæ, & de ejusdem dotibus & bonis : nunc ejus gratitudo prædicitur, quam exhibitura erat productis pœnitentiæ fructibus [d]. Al. Tempore N. T †. Continuat Propheta suam sententiam, ostenditque, postquam resipuerit populus, fructus etiam pœnitentiæ palàm fore conspicuos *. ¶ *Vocabit me, Vir* (vel, *Maritus*, V.) *meus*, *& non vocabit me ultrà Baalim*, בַּעְלִי] *Mi Bahal*, JT. Pi. &c. Sensus est, Cùm me allocuta fueris, istâ appellatione uteris, *Mi vir*, non, *Mi Baal*, sive *marite*. Non quòd nomen בַּעַל (quod *maritum* sonat) illicitum esset, quum Deus Ecclesiæ maritus sit, Esa. 54. v. 5. & 62. 5. Cur ergò hoc prohibetur [f]. Resp. 1. Quòd אִישׁ sit nomen amoris, בַּעַל verò timoris [g]. *Isch sponsum benignum* sonat [h]; *Baal*, *durum & imperiosum maritum* [i], qualis Baal erat cultoribus suis [k]. Hoc ergò referunt ad servitutem V. T. & libertatem N. T. de qua Rom. 8. 15 [l]. Verùm non hìc agit de varia Dei administratione erga suos, sed de idolorum cultu & nominibus abolendis, ostendit v. sequens [m]. Resp. 2. In detestationem idolorum [n]; quòd nomen בַּעַל ambiguum est [o], & cum idolis communicatum [p]. Similiter Jerem. c. 23. v. 36, 38. usus nominis מַשָּׂא, alioquin honesti, interdicitur, cùm in populi contemptum venisset [q]. Quanquam בַּעַל in usu communi *maritum* significat, eâ voce uti non debebit, horrore ejus nominis quod idolo est impositum [r] : nè, dum populus aliud loquitur, alterius recordetur, &, Baal nominans, idolum cogitet * : quia hoc nomen malè audit & sonat, quòd idola sic vocent [t]. Notent hoc semi-Christiani nostri, quibus perpetuò in ore, *Hercule*, *Æcastor*, *Medius fidius*, & alia idolorum nomina, quæ jurantes proferunt, ut olim pagani solebant. Notent & illi qui nomina filiis suis imponunt in quibus vestigia manifesta idolorum, cujusmodi sunt *Annibal*, *Balsasar*, &c [v]. Significat populum non ampliùs superstitionibus addictum fore, sed memorem potiùs fœderis sui cum Deo, in quo erat pactio mutui conjugii, quod voce *viri* innuitur [x].

17. *Et auferam nomina Baalim*, &c.] In renovatione Ecclesiæ idololatria abolebitur ; Mic. 5. 13. Zac. 13. v. 2 [y]. Sensus, qu. d. Faciam ut populus abjiciat omnia sua figmenta,& contentus sit purâ doctrinâ Legis meæ [z]. Adeò idola non colent, ut ea nè nominent quidem [a]. Quod non absolutè intelligendum, sed hoc sensu:Non nominabunt, nempe tanquam rem gratam, aut ad se pertinentem, aut cui addicti sunt, aut cum honore sive amore : nam ejusmodi phrases affectum indicant intus latentem. Confer Eph. 5. 3 [b]. *Baalim*, id est, idolorum quæ *domini* dicebantur [c]. Per *Baalim* intelligit varias Baalis imagines, quæ, pro ratione locorum in quibus erigebantur, varia nomina recipiebant ; ut Joves multi erant apud Ethnicos [d].

18. *Et percutiam eum*,&c. לָהֶם וגו'] *Eis* (i.e. *eorum bono*, G. ex Ch. vel, *cum eis*, M. Ti. *pro ipsis*, JT. Pi. Liv. in gratiam illorum, fidelium scilicet [f],) *fœdus* —— *cum bestiis agri*,&c.P.&c. feris scil. & nocivis [g]. i.e. Præcepta dabo feris, avibus, serpentibus, nè ipsis noceant [h]. Faciam ut agnoscant finem suæ creationis, ut spontè & placidè hominibus pareant, ut olim Adamo ; qui tamen peccato suo hoc meruit, ut rebellarent & sævirent in homines. Deo enim infesto, necesse est creaturas omnes nobis esse adversas [i]. Promittit ergò se redintegraturum fœdus pacis quod inter homines & animalia sancitum erat [k]. Vide Esa. 11. 6. Ezec. 34. 25 [l]. Reddam eos tutos à bestiis. Vide Job. 5. 23 [m]. τὸ *fœdus* accipitur metalepticè, & per similitudinem effectûs : qu. d. Pii ab earum feritate securi erunt, quasi fœdus cum eis haberent [n]. *Bestias*, &c. hìc intelligunt, vel, 1. propriè & ad literam, quæ scilicet Apostolis aliisque subdebantur. Vide Luc. 10. 19. Act. 28. v. 5 [o]. Verùm non agit hìc de portentis, sed describit statum omnium piorum sub Messia, quorum multi olim à feris laniabantur, teste Euseb.Hist. 3. 30. Vel, 2. allegoricè ; q. d. Mansuefaciam gentes feras & immites, superbas & callidas [p]. q.d. Efficiam nè ipsis noceant Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ [q]. Allegoricè promittitur piis liberatio, 1. ab hostibus & malis spiritualibus, peccato, Diabolo, inferno, ut, licèt infestent, lædere nequeant, aut evertere salutem nostram : 2. ab hostibus & malis externis, quoad jus in omnes creaturas restitutum, &c. Hæ tamen promissiones adjunctam habent exceptionem crucis & castigationis : deinde, in hac vita tantùm inchoantur, in futura tandem consummantur [r]. *Fœdus cum bestiis* significat, ab injuriis Satanæ defensum iri Ecclesiam *. ¶ *Arcum & gladium* (id est, arma quibus vel eminus vel cominus pugnatur [t],) *& bellum* (i. e. vel, 1. reliqua instrumenta bellica, ut Hos. 1. v. 7 [v]; vel, 2. belligerantes [x] ;) *conteram de terra*] Faciam nè ulla sint bella civilia, qualia olim fuêre [y]. *Confringam*, i.e. confringendo auferam è regionibus in quibus habitaverint. Summam pacem promittit adumbrantem pacem internam, Luc. c. 2. v. 14 [z].

19. *Et*, &c. וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי] *Et despondebo*, sive *desponsabo*, *te mihi*, Ti. JT. Pi. &c. Significat intimam amoris & conjunctionis speciem quâ nos Deus sive Christus sibi desponsat : id quod hâc metaphorâ aptissimè denotatur, in qua multæ sunt sibi invicem respondentes similitudines & convenientiæ [a]. [De quibus videsis Authorem.] Dictum priùs de populi perfidia & repudio, vers. 2 [b]: singularem itaque gratiam hìc exprimit, quòd non tantùm uxori adulteræ ignoscat, ut eam ad se recipiat, nec ei exprobret infamiam suam ; sed eam tam honorificè recipiat in gratiam, acsi novas contraheret nuptias, &c [c]. *Te*, quæ meretrix fuisti, si posthac fidem serves, *sponsabo*, i. e. ut sponsam atque uxorem tractabo [d]. Libellus repudii hìc cassatur, & novum fœdus initur *. Pronomen *te*, etsi refertur ad Israelem repudiatum in communi, non intelligitur tamen de populo rebelli, qui prorsus repudiatus fuerit, sed de veris Israelitis, sive de electis, præsertim ex Israelitis [f]. ¶ *In sempiternum*] qu. d. Non ad tempus, ut antea [g]. Antithesis est inter hoc stabile & perpetuum conjugium, & illud prius, quod temporale erat & caducum, à quo populus defecit [h]. ¶ *Et sponsabo* (vel, *Desponsabo, inquam*, Pi.) *te mihi in justitia & judicio*, *& in misericordia*, &c.] Hæc omnia interpretantur vel, 1. de Deo [i] ; vel, 2. de sponsa [k] ; vel, 3. de utraque parte contrahente [l]. *Justitia & judicium* hìc notant, vel, 1. modum reconciliationis nostræ, in quo elucent summa Dei justitia & judicium, simul tamen misericordia, &c [m]. [Vide Rom. 3. 24, 25, 26.] Sed nullo exemplo aut ratione probant voces illas sic intelligi, præsertim ubi de desponsatione & conjugio agitur [o]. Vel, 2. *justitiam*, quæ nobis à Deo confertur gratuitâ imputatione, & *judicium*, i.e. defensionem ab hostibus [o]. Sed hoc subtilius est [p]. Nec phrasis sic intellecta ad desponsationem

[Margin notes, left column: [i] G. [k] Cap.crit. ib. [l] G. * Hi. in D. † Hi. in D. [m] V. [n] G. [o] Tar. [p] G. [q] V. [r] G. * Liv. [t] G. sic Liv. [v] Liv. [x] G. [y] D. [z] D. Liv. [a] D. sim. Liv. Tar. Riv. [c] Calv. [c] G. [d] Riv. † Tar. * Calv. [f] Liv. [g] Q. in Riv. sic Mer. ex RS. L. Tar. Mc. [h] Q. in Riv. [i] Q. in Riv. M. [k] M. [l] Q. in Riv. [m] Riv. [n] V. [o] Rib. ex Hi. Riv. [p] Liv. ex Hi. sim. Riv. Tar. [q] Liv. [r] G. * Riv. sim. Rib. & Me. & T. ex Hi. [t] V. [v] D. [x] Calv. [y] Liv. [z] Calv. [a] Mc. sim. D.]

[Margin notes, right column: [b] Riv. [c] V. [d] Riv. [f] V. [g] Riv. [h] G. [i] Calv. [k] Riv. sim. Liv. [l] Liv. [m] D. [n] Riv. [o] Q. in Riv. [p] Riv. [q] G. [r] Riv. * Mer. [t] Riv. [v] V. D. [x] D. [y] G. [z] V. [a] Riv. [b] Calv. [c] Riv. ex Calv. sim. D. [d] G. * Tar. [f] Riv. [g] D. [h] Calv. [i] Riv. [k] Q. in Riv. [l] Calv. [m] Q. in Riv. [n] Riv. [o] Q. in Calv. [p] Calv.]

ſationem Eccleſiæ pertinent [q]. Vel, 3. ſinceritatem & integritatem cordis, quâ bonâ fide ſine dolo agitur [r]. Vel, 4. æquitatem & rectitudinem †. Vide Pſalm. 33. verſ.5. & Jerem. c.22. verſ.13 [t]. Generaliter ſignificat fœdus hoc ratum fore, quoniam utrinque aderit veritas & rectitudo [v]. Al. *In juſtitia*, id eſt, benefaciendo, ut ſæpe ſumitur, *& judicio.* מִשְׁפָּט dicitur *quod alicui ex lege debetur*; ut uxori cohabitatio, victus, & veſtitus [x]. A *juſtitia juſti*, hoc eſt, viri boni, appellantur: *judicium* eſt, cùm id facimus quod jus & æquum eſt [y]. *Et in miſericordia*, &c. id eſt, condonando peccata [z]. Diffidentiæ populi maturè hîc occurrit: qu. d. Licèt indignus ſis, & quaſi in profundam abyſſum demerſus, ut non ſperanda ſit reſtitutio; te tamen erigam, & tecum in gratiam redibo, quia bonitatem meam reſpicio, non autem merita tua [a]. חֶסֶד vox generalior eſt, & Dei bonitatem ſignificat gratìs promittentem & largientem [b]. Fontem denotat beneficiorum omnium [c]. רַחֲמִים vox ſpecialior eſt, & miſeros reſpicit [d], notátque & maximam & copioſiſſimam miſericordiæ effuſionem; ideóque τῷ חֶסֶד ad majorem emphaſin ſubjungi ſolet, ut Dan.1.9. Zac.7.9 *. *Benignitas & miſericordia* amorem notant ac promptam benevolentiam [f]. Nova hæc deſponſatio profecta eſt, non à meritis populi, ſed ex mera Dei *benignitate & miſericordia*, quâ opus eſt ut cum inope ac miſero in gratiam redeatur. Poſſunt & ad ſponſam referri: *Benignitas* eſt, cùm plus præſtamus quàm leges exigunt; *miſericordia* propriè pauperes reſpicit & miſeros [g].

20. *Et ſponſabo*, &c.] Ter idem repetit, vel, 1. reſpectu trium exſiliorum Judæorum, Ægyptii, Babylonici, & iſtius in quo hodie ſumus [h]. Vel, 2. ut obſcurè, pro temporis illius ratione, indicet myſterium Trinitatis [i], & unamquamque illius Perſonam hanc deſponſationem procurare, &c [k]. Vel, 3. ut notet certitudinem promiſſionis [l]; quia difficile fuit revocare populum à metu & deſperatione, &c [m]. & incredibile hoc videbatur [n]. ¶ *In fide*] Scil. conjugali [o]: vel, omnia promiſſa præſtando [p]. Vel, *fides* notat amoris conſtantiam & firmitatem [q]; vel, veritatem & fidelitatem in dictis & promiſſis, quæ & Deo tribuitur in S. S. & hominibus [r]. *Fides* hîc ſignificat firmitatem & ſtabilitatem novi fœderis & conjugii †. Hæc omnia, [*juſtitiam, judicium*, &c.] ad perpetuam inviolati fœderis durationem neceſſaria, Deus quidem pro parte ſua in priore fœdere præſtitit, populus verò perfidè defecit: Hîc igitur in novo fœdere deinceps fidem utrinque ſervatam fore oſtendit, nè unquam violetur. Vide Jer.31.32 [t]. ¶ *Et*, &c. וְיָדַעַתְּ וגו׳] *Et cognoſces* (vel, *Ut agnoſcas*, JT. Pi.) *Jehovam*, M.P. Ti. &c. ut Jerem.31.34 [v]. Eſt hæc deſcriptio fidei de qua immediatè actum eſt, quæ eſt vera cognitio Dei, Eſa. 53. 11. Joh.17.3 [x]. & ו exegeticum eſt [y]. Sed malim ו eſſe conjunctivum, ut his [præcedentibus, *judicio, juſtitiæ*, &c.] quæ promittuntur ex parte Dei, adjiciatur quod requiritur ex parte hominum, vera ſcilicet & ſalvifica Dei notitia cum amore & obedientia conjuncta. Senſus ergò eſt, fœdus hoc conjugale ratum fore, quia utrinque aderit veritas & rectitudo [z].

21. *In die illa*] Id eſt, tempore gratiæ [a]; Novi Teſtamenti [b]: tunc enim facta eſt hæc deſponſatio [c]. ¶ *Exaudiam*] Ità Riv. JT. Pi. &c. Ad verb. *reſpondebo*, D. ſic Calv. Tar. Eſt promiſſio generalis, quæ poſtea per diſtributionem explicatur. עָנָה latiſſimè ſumitur, pro, *reſpondere, loqui*, & *teſtificari*, verbo vel opere [d]. ¶ *Exaudiam cœlos*] Qui ænei facti ſunt, juxta Deut.28.23 *. i.e. Aerem, ubi gignitur pluvia [f]. Sinam ut cœlum, quod antea clauſum erat, tunc fundat ac demittat rorem & pluviam, &c [g]. Dabo cœlo conſtitutionem optimam, qualem optaret ſi ſenſum haberet [h]. Metaphora eſt à turba ſupplicantium [i], & proſopopœia [k]; quales multæ in Prophetis [l]: quaſi cœli animati eſſent, & hoc peterent [m]. ¶ *Et illi exaudient terram*] i. e. Eam fœcundam facient [n]. Terra quaſi petere pluviam cœli videtur, cùm propter ſiccitatem eâ opus habet. Tibullus eleg. 1.7. ſic Nilum alloquitur, *Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres, Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi* [o]. Euripides, Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ᾽, ὅταν ξηρὸν πέδον, Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ, &c [p]. *Amat imbrem tellus, cùm humus arida Squaloréque ſterilis humore indiget. Cœlum autem venerandum ſatiatum pluviâ, Venere illectum, labi in terram cupit* [q].

22. *Et terra exaudiet triticum*, &c.] Id eſt, pandet ſe frugibus erumpere volentibus [r]: proferet triticum, &c. quæ hoc quaſi poſtulant, ut terra producat ipſa †. Senſus loci, q. d. Tunc omnia elementa homini inſervire cupient. Cœli quodammodo me rogabunt ut illis vim largiar quâ homini inſerviant: Terra verò rogabit cœlum ut deſuper illi miniſtret fœcunditatem: Terræ naſcentia terram ipſam precabuntur ut creſcant, quò ei proſint [t]. ¶ *Et hæc exaudient Jezrahel*] Id eſt, priorem filium Prophetæ, qui typus erat populi per gentes diſperſi; cui nunc reduci omnia abunde ſuppetent [v]. Vel, populum Iſraeliticum, qui olim habitaverat in valle Jizrehelis [x]. Vel, *populum diſſeminatum*, ſed iterum in fide Chriſti congregatum [y]. *Semen Dei*, pios ſcilicet, ut ſuprà 1. 11 [z]. Qu. 1. Sed cur poſt reconciliationem vocat *Jizreel* [a], quod antea in malum ſumpſit? Reſp. 1. Commendat hîc Dei gratiam, quòd in ipſos, indignos licèt, & Jizreelitas potiùs quàm Iſraelitas, collata eſſet [b]. Reſpond. 2. Mutatur hîc ſignificatio nominis, ut pro diſperſione à Deo facta non ampliùs accipiatur, ſed pro ſeminatione Dei, pro legitimo ſemine. Favet quod ſequitur, *Et ſeminabo eam*, &c [c]. In vindicta *Jizreelem* vocavit ob diſſeminationem inter gentes; tempore autem ſalutis ſic vocat, quòd ſeminati fuerint in terra ſua [d]. Qu. 2. Quomodo ſunt hæc intelligenda? Reſp. Propriè de terrenis & temporalibus bonis, (ut patet ex oppoſitis comminationibus, v. 9, 12.) ità tamen ut ſub eis promittantur ſpiritualia & cœleſtia. Eccleſiæ certè promittuntur utraque bona, præſentis & futuræ vitæ: ſed hæc abſolutè; illa ſub conditione, & cum exceptione crucis *.

23. *Seminabo* (i. e. ſpargam inſtar ſementis [f]; vel, multiplicabo inſtar ſeminis [g];) *eam*] Quam? Jiſraelem. Obj. At Jezrael eſt maſc. Reſp. Propheta non ſpectavit dictionem, ſed rem ipſam [h]. Utitur fœminino genere, quia ſemper tanquam de muliere loquitur [i]; quia de ſponſa agit [k]. Ad Eccleſiæ multiplicationem hoc pertinet, ut Jerem. 31. 27 [l]. ¶ *Et dicam non populo meo*, &c.] Ei populo qui diu meus non fuerat [m]. Eos agnoſcam pro filiis, & ipſi me agnoſcent pro Deo [n]. Vide dicta ad Hoſ. 1. 9, 10 [o].

CAP. III.

1. ET *dixit Dominus*, &c.] Quærendum inprimis de ſubjecto hujus prophetiæ, & tempore quo impleri debuit [a]. Qu. 1. De quibus hîc agitur? Reſp. 1. De duabus tribubus [b]. Mulier hæc Synagogam Judæ repræſentat, quam favore ſuo proſecutus eſt Deus, rejecto Iſraele. Hîc perſonam Dei ſuſtinuit Propheta [c]. [Argumenta hujus ſententiæ ſunt;] 1. Quia de iis loquitur qui adhuc habebant cultum Divinum & ſacrificia, &c. quæ Iſraelitæ abjecerant [d]. Reſp. Habebant cultum, licèt non verum, & ſacrificia *. 2. Quia de ea agitur quæ non erat repudianda, ſed caſtiganda ſolùm. At Iſrael planè repudiata eſt [f]. Reſpond. 1. Dicit ſe eam jure repudiare poſſe, ſe velle non dicit. 2. Iſrael repudiata eſt ratione fœderis externi, non autem ratione interni aut ſpiritualis. Sunt autem quæ hanc ſententiam jugulant, idque maximè, quòd ſive hæc referas ad tempus captivitatis Babylonicæ, ſive, cum aliis, ad tempus ſerius, cùm inſtaret primus Chriſti adventus, Judæi habebant formam reip. cultum, &c [g]. Reſp. 2. De decem tribubus [h]. Probatur. 1. Ex verbis, *Iterum abi*, nempe quò antea miſſus eras: ſignificat iterandam eſſe prædictionem. 2. Amor Dei, qui hîc repræſentatur, fuit erga Iſraelitas, id eſt, decem Tribus. Obj. At *Iſraelis* nomine, ubi non expreſsè diſtinguuntur à Juda, intelliguntur 12 Tribus. Reſp. Contrarium conſtat ex 2 Reg. 8. 12. & multis aliis locis. Sed quæritur adhuc an hoc caput ad omnes ex decem tribubus pertineat, an verò ad electos ex illis. Sunt qui prius negant. 1. Quia 10 Tribus non ad aliquot dies, ſed in perpetuum, exſula-

Marginal notes (col. 1637): [q] Riv. [r] Liv. † Riv. ex Calv. [t] Riv. [v] Calv. [x] G. [y] D. [z] G. [a] Calv. [b] Riv. [c] Tar. [d] Riv. * Tar. [f] Liv. [g] D. [h] K. in Mer. [i] Tar. ſim. Q. in Riv. [k] Tar. [l] Riv. ſim. Tar. [m] Riv. ex Calv. [n] Calv. [o] D. [p] G. [q] Liv. D. [r] Riv. † Calv. [t] G. [v] D. [x] Q. in Riv. ſim. Tar. [y] Q. in Riv. [z] Riv. [a] D. Tar. [b] Tar. ſim. Riv. [c] Riv. [d] Idem. * Tar. [f] Pi. [g] V. [h] G. [i] Riv. [k] Riv. G. [l] G. [m] Riv. [n] G. [o] Riv. ex Liv. [p] G. D.

Marginal notes (col. 1638): [q] Riv. [r] G. † V. [t] M. [v] D. [x] Pi. [y] M. [z] G. [a] Riv. [b] Calv. [c] Riv. [d] K. in Mer. * Riv. [f] V. ſim. G. [g] D. [h] Riv. [i] Calv. [k] Riv. [l] Liv. [m] G. ſim. V. [n] V. [o] G. — [a] Riv. [b] H. &c. in Riv. [c] San. ex Hug. & Rup. &c. [d] Q. in Riv. San. * Riv. [f] Q. in Riv. [g] Riv. [h] Mer. Riv.

exsulârunt. 2. Nec illæ in exsilio erant sine idolorum cultu, quum transierint in genus & censum gentium idololatrarum. 3. Quia illæ prorsus repudiatæ erant. Intelligunt igitur de sola electorum ex iis Ecclesia; 1. quia hæc sola verè à Deo dilecta est: 2. hæc sola ad Deum revocanda est. Sed discrimen hîc in re non est, sed in modo loquendi. Cùm enim de populo in communi loquitur, constat electos in populo esse proprium benedictionum illarum subjectum, & de illis solis talia intelligenda esse. Sicut nunc dicimus promissiones ad totam Ecclesiam pertinere, ratione verò fidelium. Intelligendus ergò est hîc locus de toto Israele communiter; non de toto universaliter, non de toto Israelis. Allatæ rationes adversùs hanc sententiam non pugnant. Nihil aliud hîc vult Propheta, quàm hunc populum omnem externam reipublicæ & Ecclesiæ formam amissurum fore [i]. Qu. 2. De quo tempore Propheta hîc loquitur? Resp. 1. De reditu captivorum ex Babylone[k]. Huic certè omnia in hoc cap. congruunt[l]. 2. De tempore primi Christi adventûs, quando Judæi erant sine Rege & sine sacrificio ἀντονομαστικῶς sic dictis, &c[m]. 3. De fine seculorum, & secundo Christi adventu[n]. De præsenti Judæorum statu hîc agi puto, ità tamen ut respectus habeatur ad illius umbram & typum qui præcessit in exsilio Babylonico[o]. Qui ad utrosque hoc referunt, Judæos & Israelitas, & ad hoc nostrum tempus, quo sc. carent Regibus, ephod, sacrificio, &c. nullam aliam rationem habent quàm convenientiam istam eventûs cum prædictione: sed ea non sufficit sola, quia habenda est ratio occasionis hujus prophetiæ. Propheta enim hæc mala comminatur propter idololatriam, cujus tum Judæi non insimulabantur. Certum est idololatriam Judæorum non esse causam præsentium pœnarum, sed Christi rejectionem: ideóque aliud tempus hæc spectant [p]. ¶ *Adhuc* (vel, *Iterum*, JT. Pi.) *vade*] Τὸ *iterum* refertur ad primum mandatum simile, cap. 1. 2 [q]. Alterum typum vult adhiberi Deus, quo significetur summa ejus lenitas in populum, quem jure perdere omnino potuisset, sed maluit vitam ejus producere, & pœnitentiam exspectare; par marito qui uxorem adulteram non ad judicem defert, mortis supplicio adjudicandam, sed fert patienter, à concubitu tamen ejus interim abstinens [r]. Prophetia cap. 1. erat iræ, quum juberet Deus Prophetam cogitare quo animo velit aut possit esse in uxorem adulteram, &c. significans se talem fore erga Israelitas: hæc est prophetia gratiæ & misericordiæ †; adjunctâ tamen descriptione ingrati animi, & castigationum, sed mitissimarum, pro delicti ratione, prædictioni [s]. Al. Prophetia hæc media est inter horrendam illam denunciationem divortii, cap. 1. & promissionem veniæ. Correctio hîc est: qu. d. Deus quidem vos recipiet in gratiam; non tamen statim, ut putatis, sed præmissâ durissimâ castigatione [v]. ¶ *Dilige mulierem dilectam*, &c. אֲהוּבַת רֵעַ] *Diligentem mala*, LXX; sim. Sy. Ar. sic & Th. & Theoph. qui eos sequuntur. At רֵעַ non est à רוּעַ, *malum esse*, sed à רָעָה, *amare*, vel *sociare* [x]. *Dilectam*, sive *amatam*, (vel, *charissimam*, Ch. vel, *amicam*, Ca.) *socii*, Mo. vel, *à proximo*, M. Ti. *socio*, sive *sodali*, V. vel, *alterius*, Ca. vel, *amico*, sive *ab amico*, P. JT. Pi. Ch. sub. *suo*, Ch. *Amicus*, cùm ad mulierem refertur, dicitur, vel, 1. maritus, ut Jer. 3. 20; vel, 2. amasius, sive adulter, Jer. 3. 1 [y]. [Hinc variant.] *Amicum* hîc vocat, vel, 1. maritum [z]. Ità amplificat populi crimen, quòd comiter habita esset hæc mulier à marito. Sæpe enim mulieres, dum se prostituunt, queruntur hoc fieri nimio rigore maritorum [a]. Vel, 2. alium aliquem amatorem, ut Jer. 3. 1 [b]. *Mulierem* hîc intellige, vel, 1. ipsam Gomer, quæ scil. post nuptias in adulterium incidit; quam quidem demittere volebat, sed retinere jubetur: & constat hanc nuptam fuisse, cùm adultera vocetur [c]. Vel, 2. aliam mulierem [d]; non ductam adhuc, sed desponsatam tibi, quæ tibi postea nubat, verùm adulterio suo in longum tempus rejecta sit. Sic Deus amat Israelitas, quasi sponsam adulteram, & propterea diu neglectam, sed tandem in uxorem accipiendam. Hoc igitur novo typo confirmat quod cap. 2. 15, 19. dixerat de Ecclesia Deo desponsanda & tandem maritanda*. Sub persona mulieris adulteræ, quam Propheta amare jubetur,

[i] Riv. [k] S n. ex Theod. & Theoph. & Ruf. [l] San. [m] Isid. & Cas. in San. [n] Hi. & Cyr. & Hug. &c. in San. Rib. [o] San. [p] Riv. [q] Riv. sim. Calv. [r] G. † Mer. Riv. [s] Mer. [v] Calv. [x] Riv. [y] Idem. [z] V. D. G. Calv. Pi. Riv. &c. [a] Calv. [b] Liv. sim. Rib. [c] Rib. [d] E Me. T. * Liv.

status populi ostenditur, qui, licèt deos falsos coleret, tamen à Deo diligeretur [f]. *Dilectam amico, & adulteram*; nunc quidem matrimonii vinculo solutam, sed adulteriis cùm maritus viveret infamem [g]. Jubetur Propheta diligere uxorem alterius mariti adulteram. Et quoniam id facere scelus erat, parabolicè hoc intelligendum est [h]. Sed hæc interpretatio ad ῥητὸν non facit; neque enim Deus diligit alienam uxorem adulteram, sed suam [i]. Al. Jubetur adulteram à viro suo repudiatam ducere [k]. Sed hoc non cohæret cum textu; quia quæ repudiata est non est dilecta, quod tamen hîc necessariò supponitur, ut adumbretur Dei dilectio erga Israelem adulterantem [l]. Al. Non est jussus eam ducere, sed tantùm conducere, quasi mancipium, & apud se retinere velut hospitem [domi suæ,] ubi nec mariti esset, nec adulteri [m]. Sed & hoc textus respuit. Quomodo enim juberetur diligere eam, quæ ipsi neque esset, neque futura esset, uxor, *secundùm dilectionem Domini?* Dilectio enim quæ imperatur conjugalis esse debet, alioquin ad rem non faceret [n]. Jubetur ergò Propheta Deum repræsentare, ut in prima parabola, cap. 1. &, diligendo uxorem perfidam, ostendere qualis sit amor Dei erga Israelem [o]. Significat Deus, populum, quamvìs durissimè à se tractatum, sibi tamen charum esse [p]. Ama mulierem quæ, cùm unicè adamatur à marito suo, adulterium tamen committit [q]. Non jubet ut ducat, quod antè fecerat, sed ut *amet* [r], idque amore conjugali †. Ducere facilius erat quàm amare [t]. ¶ *Sicut*, &c. כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת וגו׳] *Secundùm dilectionem Domini* (vel, quâ diligit *Dominus*, M.) *filios* (vel, *erga*, vel *ad*, *filios*, Mo. V. Riv. Calv.) *Israel*, D. &c. Verbale hîc construitur cum casu verbi sui. Nam quia dicimus, *amo te*, dicunt etiam, *amor te*, pro, *erga te*. Quale est illud Plauti, *Quid tibi meam tactio est?* & Cic. l. 1. de Legibus, *Quòd si justitia est obtemperatio scriptis legibúsque*, &c [v]. Sic Græci dicunt, ἡ ὑπηρεσία τοῦ Θεοῦ, id est, *cultus qui Deo debetur*. Sic Salustius, quia *æmulari facta* dicimus, non dubitavit dicere, *æmulus facta*. Esa. 29. 13. *Estque timor eorum me*, i. e. quo me timent [x]. [Alii sic reddunt;] *Sicut diligit Jehova filios*, &c. P. *Qualis est amor Jehovæ erga*, &c. JT. Pi. Explicatio typi, quæ est planior infrà 4, 5 [y]. qu. d. Quomodo amat ingratos Israelitas Dominus: ut ex adverso summi peccati summa & insusitata Domini clementia proponatur [z]. Vel potiùs, sic, q. d. Quo facto doceas amore prosequutum Dominum Israelitas [a], qui tamen adulteri sunt & ingrati in Deum [b]. ¶ *Et* (vel, *Quamvìs*, Pi. *Quum*, JT.) *ipsi respiciunt ad deos alienos*] i. e. Colunt eos cum desiderio [d], & amore *, & spe [f]. Ad eos tum mentem tum oculos habent intentos [g]. ¶ *Et diligunt vinacia* (vel, *dolia*, Mo. vel, *lagenas*, M. P. JT. Pi. Calv. Riv. D. G. Sic enim vox accipitur 2 Sam. c. 6. v. 19. Cant. 2. 5. & in Thalmudicis sæpe. Q. Rabbini dicunt esse sextam partem ephæ *.) *uvarum*] Ità Ti. Id est, plenas vino expresso ex uvis [h]. Virgil. *Poculáque inventis Acheloïa miscuit uvis* [i]. ¶ אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים] *Macerata uvarum passarum*, Sy. *depsitam cum uvis passis* massam, Ar. placentas ex uvis lautiùs coctas †: *racemos uvarum*, Q. in Liv. Verba hæc intelligunt, vel, 1. metaphoricè, pro insatiabili novarum superstitionum studio [k]: metaphorâ ab ebriosis desumptâ, qui ita interdum se ingurgitant ut vinum fastidiant, ideóque affectant novas artes quibus redeant in gratiam cum vino. Ità homines superstitiosi nunc hoc, nunc illud, appetunt, &c [l]. Vel, 2. propriè. Perstringit eos, quòd non modò idololatriæ dediti essent [m], sed libidini [n], & ebrietati [o], & deliciis, quæ per *lagenas* vini significantur [p]. Aptè autem præmittitur hîc redargutio luxûs Israelitarum in cibo & potu, &c. sequenti comminationi de tenui & duro victu, (utpote pane hordeaceo,) quò ad officium suum revocarentur [q]. [Sed quæ connexio inter hoc & præcedens vitium? Resp. 1.] Quòd propter voluptates idola colerent, magìs de victu quàm de Dei cultu soliciti [r]. 2. Quòd idololatræ in sacrificiis suis convivari solebant. Vide Judic. 9. 27. Amos. 2. 8. 1 Cor. 10. 21 †. Libabant vinum diis, deinde ex eo bibebant [t].

2. *Et fodi eam mihi* וָאֶכְּרֶהָ לִּי] *Et* (vel, *Itaque*, P. Sy. Ar. *Cùm*, Ca. *Quum itaque*, JT. Pi.) *emi* (vel, *mancipaveram*, Ti. *conduxi*, o'. Ar. *acquisivi*, M. Calv. sim. P. Ca. JT.

[f] D. [g] Mc. [h] Q. in Riv. [i] Riv. [k] Al. in Riv. [l] Riv. [m] Al. in Riv. [n] Riv. [o] Riv. sim. Tar. [p] Calv. [q] V. [r] Riv. sim. D. Mer. † Riv. [t] Merc. [v] D. [x] D. quæst. epist. 112. [y] G. [z] Mer. [a] Mer. sim. Riv. Pi. [b] Riv. [d] Pi. sim. Riv. Calv. * Riv. [f] Calv. Riv. [g] Riv. * G. [h] V. sim. D. Liv. [i] D. † Q. in Liv. [k] Q. in Riv. sim. Calv. [l] Calv. [m] Riv. sim. V. [n] Mer. [o] Riv. ex Mer. [p] V. sim. Riv. [q] Riv. [r] Tar. † Liv. [t] G.

Ca. JT. *emissem*, Pi.) *eam mihi*, Riv. Sy. G. כָּרָה sign. *emere*[v]. *Emi*, sc. vel, 1. tanquam mancipium. Hoc verbo notatur vilitas populi Israelitici quum à Deo in populum peculiarem adsciscеretur[x]. Vel, 2. in uxorem[y]. Tales *uxores emptitiæ* vocantur[z]. Mos erat antiquis, ut viri uxores quodammodo emerent[a]. Sicut *coemptio* matrimonii erat genus apud Romanos; sic & apud Hebræos viri donatione ob nuptias aut operis uxores sibi acquirebant[b]. Vide Gen. 29. 18. 2 Sam. 3. 14[c]. Verùm an Romanorum ille mos de coemendis uxoribus apud Israelitas usitatus fuit, non constat[d]. Dotem dedit vir cùm eam accepit in uxorem. Per hanc autem dotem beneficia illa innumera significat quæ Deus contulit in Synagogam à tempore liberationis Ægyptiacæ*. Qu. Sed quomodo eam emeret, quæ jam antè ipsius fuit, & quam velut conjugem diligere jubetur? Resp. Potuit quidem maritus eam vel invitam repetere, & in ordinem cogere: sed cùm eam vellet sibi reddere morigeram, & quasi novo conjugio sibi devincire, aliam instituit rationem; nempe longâ patientiâ exspectare resipiscentiam ejus, ipsam sustentare eo etiam tempore quo & ab amasiis & à marito deserta videbatur[f]. Quum per adulterium conjugii vinculum planè rumpatur, meritò de nova quadam desponsatione cogitandum erat[g]. ¶ *Quindecim argenteis*] Sub. *nummis*, V. vel, *siclis*, Pi. Riv. G. &c. vel, *libris*, Q. Doctores dicunt, per *argenteos nummos* in Lege *siclos*, in Prophetis *libras*, denotari[h]. ¶ *Et coro*, &c. וְחֹמֶר שְׂעֹרִים וְלֶתֶךְ שְׂעֹרִים] *Et chomer*, sive *coro*, *hordei*, sive *hordeorum*, *& lethech* (vel, *dimidio homer*, sive *dimidio coro*, P. Ti. M. &c.) *hordei*, sive *hordeorum*, Mo. &c. *& sesquihomere hordei*, Pi. sic JT. Liv. ex Calv. Hoc addit, quia præter mercedem servis dabatur demensum*. τὸ לֶתֶךְ etiam in Thalmudicis invenitur, & dicitur tenere 15 seas, 5 ephoth. Sed longè aliter habuêre codices quibus usi sunt ό. vertunt enim, ϰ̀ νέϐελ οἴνε, id est, *lagenam vini*, Jer. 13. 12[i]. *Corus* eadem mensura cum *chomer*[k]. Continebat autem 30 sata sive modios, & 10 ephas[l]. Vile hoc pretium erat[m]; nam Exod. 21. 32. æstimatio servi est 30 siclorum[n]. Parcum & tenue dimensum innuit[o]. Abjecta & sordida eorum conditio hîc notatur[p]: quòd parcè & duriter habendi essent[q]: quòd Deus non daturus esset eis in exsilio suo uberem commeatum, ut hactenus fecerit, sed pressurus esset eos inopiâ. Nec dicit, *tritici*[r], quod delicatius erat †, & panis ingenuorum[t]; sed, *hordei*, quod vilius & ingratius & insuavius erat, itémque imbecillius & minoris nutrimenti[v], quo vescebantur servi & pecudes[x]. Hinc *panis hordeaceus* symbolum erat inopiæ, Ezec. 4. 9, 12; necnon vilis & abjectæ conditionis Israelitarum, Jud. 7. 13[y].

3. *Dies multos* (secundùm Legem, Deut. 21. 13 †.) *exspectabis* (vel, *sedebis*, D Calv. Riv. *desideto*, JT. Pi. vel, *manebis*, Liv. D. P. Ità significat verbum *sedendi*[z], in hac syntaxi[a], Exod. 24. 14[b].) *me*] Ità Ti. vel, *mecum*, P. vel, *mihi*, Calv. Riv. vel, *meâ causâ*, JT. Pi. exspectans donec te ducam[c]. Eousque tu innupta manseris donec commodum mihi tempus fuerit te mihi in uxorem accipiendi[d]. Non statim te ducam, sed explorabo priùs mores tuos in hac viduitate tua*, an sincerè resipueris: nolo te indulgentiâ meâ & facilitate corrumpi[f]. Volò exspectes me in thoro vidua antequam tibi plenè reconcilier[g]. ¶ *Non fornicaberis, & non eris viro*] Sic Calv. Riv. &c. id est, Non nubes alteri, ut Ezec. 16. 8. sed vidua manebis[h]. Et illegitimo & legitimo concubitu abstinere debebis[i]. Al. *neque eris viro* alteri, P. vel, conjuncta *viro*, M. *neque nubito* (vel, *adjungito te*, JT.) *cuiquam*, Pi. JT. ¶ *Sed &*, &c. וְגַם אֲנִי אֵלָיִךְ] *Et* (vel, *Vicissim*, JT. Pi.) *ego etiam tibi*, vel *ad te*, Calv. Riv. Mo. sub. *respiciam*, Calv. vel, sub. *manebo*, D. Vel, *tuâ causâ*, JT. Pi. sub. *desidebo*, Pi. vel, *propter te*, supple, *abstinebo à conjugio*, G. *Et ego apud te* ero: qu. d. Non eris vidua gratis, nullam tibi injuriam inferam, ego vicissim tibi fidem meam obligo; etiamsi te non statim admitto in honorem uxorium, tamen ego non te prorsus repudio[k]. Non modò par pari referam, sed & moram tuam abunde compensabo[l]. Sed quomodo hoc convenit cum præcedentibus, ubi visus est Deus cum populo divortium facere? Respond. Alienandum erat corpus populi à Deo; sed jam alloquitur solos fideles. Nè ergò, inquit, despondeatis animos qui adhuc estis sanabiles[m]. [Alii locum negativè sumunt:] *Et etiam* (vel, *Quin &*, M.) *ego non veniam*, sive ingrediar, *ad te*, P. M. Nec *etiam ego ad te*, sub. *ingrediar*. Negatio hîc repetitur ex præcedentibus; quod crebrum in hac lingua[n]. [Similiter Ca. qui versum sic reddit, *Tu mihi diu ità manebis, ut neque meretriceris, neque tu virum, nec ego te habeam.*] Sed malim affirmativè & de promissione, quàm negativè & de abdicatione, explicare; 1. quia hoc repugnat pacto superiùs inito, quod est reciprocum: 2. quia nulla est cohærentia & ratio; *serves te mihi, quia non ego ad te accedam*, verùm abjiciam: 3. repugnat accommodatio quæ habetur v. 5[o].

4. *Quia dies multos*] Hæc est planior explicatio typi. Itaque nova hîc periodus inchoatur*. Accommodatio hæc est & clarior explicatio superiorum. Abdicationem minatus erat Israelitis, & tamen iisdem etiam suam gratiam promiserat; nunc utrumque conjungit, & monet, propter ipsorum peccata eos manere multa mala in captivitate, & pœnitentibus restare spem veniæ, &c[p]. Prædicit Deus se ablaturum omnem & reip. & cultûs sive Religionis formam, nè aliò quàm in se respicerent, & quò miseriam suam agnoscerent, suámque felicitatem in promissa gratia constituerent[q]. *Diebus multis*, nempe, vel, 1. annis 70 exsilii Babylonici[r]: vel, 2. usque ad tempus Messiæ †: vel, 3. ab exsilio in quod acti sunt per Salmanassarem usque ad solennem ipsorum conversionem, ut percipitur ex v. 5[t]: vel, 4. in moderno Judæorum statu[v]. Hi sunt dies exsilii in quo hodie sumus, nec Regem habemus nec Principem ex Israel[x]. ¶ *Sedebunt* (vel, *manebunt*, ut suprà[y]; in locis Assyriæ ditionis[z];) *filii Israel sine rege*] Nempe suæ gentis[a]. Maccabæi non erant de tribu Juda[b], nec de stirpe David[c]. Erunt sub Ethnicis magistratibus[d]. Erunt sine ullo magistratu*, sine omni forma aut reip. aut Ecclesiæ. Loquitur autem de 10 tribubus[f]; quæ nunc ob successum Regis superbiebant, putabántque se nunquam everti posse[g]. Fiduciam locabant in Regibus, &c[h]. ¶ *Sine principe*] Id est, Non modò Regem suum non habebunt, sed nec ullum è suis jurisdictione præditum[i]. Non suis, sed exterorum, utentur legibus[k]. ¶ *Sine sacrificio*] Sive legitimo, sive idololatrico[l]. Nec enim in terra peregrina sacrificare poterant, sed tantùm Hierosolymis[m]. Absque legitimo Dei cultu[n]. ¶ *Sine altari*] Ità ό. Sy. Ar. Sed differunt מַצֵּבָה, (quod στήλην [*columnam*] solent vertere Græci †,) & מִזְבֵּחַ *altare*; quia, ut tradunt Hebræi, statua uno constabat lapide, altare pluribus: deinde, statua erigebatur ad libationem & effusionem olei; altare, ad oblationem seu sacrificium*. ¶ וְאֵין מַצֵּבָה] *Et non statua*, Mo. *& sine statua*, P. sic M. Ti. &c. מַצֵּבָה est lapis erectus in monumentum alicujus rei[o]; & in S. S. accipitur & in bonum & in malum[p]. Significantur hâc voce columellæ istæ quæ, ante Legem licitæ, Gen. 28. 18, 22. & 31. 13, 45, 51, 52. & 35. 14, 20. per Legem, quòd frequentes essent in usu idololatrico, vetari Hebræis cœpêre, Exod. 23. 24. & 34. 13. Levit. 26. 1. Deut. 7. 5. & 12. 3. & 16. 22. 1 Reg. 14. 23[q]. *Sine statuis*, sub. *idolorum*, V. sim. Riv. Calv. Id est, Nec Deum colent[r], nec idola †. Sine statuis vitulorum in Dan & Bethel[t]. ¶ *Sine ephod, & sine theraphim*] *Ephod* erat vestis sacra[v], linea, sacerdotalis[x], tam Pontifici quàm reliquis sacerdotibus communis. Pontificiæ includebantur lapides pretiosi, in queis Urim & Thummim[y], unde futura noscebant[z]. Vide Exod. 28. 6, &c[a]. *Ephod* Græci hîc vertunt, ἱερατείας, (*sacerdotium*[b],) bene explicatâ figurâ. Nam pectorale illud, quod *ephod* dicitur, nota summi Sacerdotis, Exod. 28[c]. Est ergò metonymia, quòd ephod præcipuum esset ornamentum sacerdotale[d]. Pro, *sine theraphim*, ό. habent, ὐδὲ δήλων, i. e. *sine Urim* *. Existimabant teraphim significare duos illos lapides qui erant in superhumerali sacerdotis, per quos prædicebantur futura[f]. Sed theraphim ubique *simulacra* significat. Est autem nomen per se medium: ideóque significare potest non malè *imagines falsi cultûs*, ut in Labanis historia & alibi; sed & ipsos *cherubinos*,

binos, ut hîc notavit Hieronymus, & nos notavimus ad Judic. 17. 5 [g]. De *teraphim* dicta vide Gen. 31. 19. & Judic. 18. 17 [h]. necnon Zachar. c. 10. v. 2 [i]. *Theraphim* propriè significat imagines quæ colebantur pro diis, & quidem pro diis penatibus [k]. *Theraphim* omnium consensu idola significat*. Qu. Sed quomodo differt à *statuis* quæ præcesserunt? Resp. Forsan per illas intelligerentur vituli in Dan & Bethel; per *teraphim*, imagines aliæ, Baalis, &c. Sed non opus est hæc scrupulosiùs distinguere: id sufficiet, si hisce nominibus promiscuè intellecta dicamus omnia superstitionis instrumenta & monumenta [l]. Doctus inter Hebræos locum sic exponit: Sine ephod Dei, quo annunciabantur futura per sacerdotes; & sine theraphim idolorum, per quæ etiam nunciabantur futura: nam theraphim simulacra erant quæ responsa dare solebant [m]. Sed quomodo hæc Israeli conveniunt, in quo non erat ephod? Resp. Cùm Jerob. perversum cultum invexit, astu usus est, & à legitimo Dei cultu minimùm deflectere voluit videri [n]: ideóque externam religionis formam illi similem esse voluit [o]; nè dissimilis cultus sacerdotium Juda redderet augustius [p]. Qu. Sed cur Deus pœnæ loco minatur se ablaturum idola? Resp. Non quòd illa bona & licita essent, sed quòd bona & grata viderentur eis à quibus ablata sunt. Ideo sæpe Deus minatur se abliturum instrumenta omnia superstitionis & aliorum vitiorum [q]. Ut sponsa Prophetæ manere jubebatur, non solùm absque marito, cui honestè nuberet, verùm etiam sine amatore, cum quo turpiter scortaretur, v. 3; ità Israelitas mansuros significat sine ulla reip. forma, sive recta, quâ Deum colerent, sive prava, quâ impiè contra Legem cum idolis scortarentur. *Statuæ* enim & *imagines*, *amiculum* etiam, interdum ad superstitiosum idolorum cultum pertinebant. De *statuis* vide 2 Reg. 17. v. 10. de *imaginibus*, Judic. 17. 5 [r]. Quod antea dixit, nullum iis fuisse Regem vel Principem, & proinde nullam αὐτονομίαν, ità videtur ulteriùs probare, quòd neque licuerit illis, ad idololatriam proclivibus, ullam erigere statuam vel imaginem; ut ità, omnino rebus sibi charissimis orbati, ad Deum suspirent, ut restituantur in patriam, eíque jam reducti sub ducibus suis offerant sacrificia, omissis idololatricis cultibus. Ut autem ità hæc interpreter adducit me cohærentia verborum, & præcipuè v. præced. *nè scortator*, nempe in illo exsilio, in quo diu eris sine Rege, & sine certa propriâque lege, sacra putà, ceremoniali & forensi †. Sensus loci est, Erunt & sine vero Deo, & sine laribus ac penatibus suis quibus assueverunt, putà vitulis aureis, Serapide & Baal [t]. Erunt sine ulla forma reip. & Ecclesiæ, imò & illius quidem depravatissimæ quæ tum apud Israelitas erat, & circumfluebat idololatriâ [v].

5. *Post hæc*] Ubi diu vixerint in illo statu, & idololatriæ, ob idololatrarum in se sævitiam, pertæsi [x]. Fructum castigationis ostendit: qu. d. Jam præcipites feruntur ad suam impietatem: non est cur obstrepant Deo; nam, nisi bene & diu purgati essent, non resipiscerent [y]. ¶ *Revertentur*] Non, in patriam terram, cujus spes omnis illis ablata est; sed, à semitis suis [z], per pœnitentiam [a]. Vel, *convertentur*, D. sic Riv. ¶ *Quærent Dominum Deum suum*] Id est, qui se illis obtulerat, qui eos familiariter & quasi in sinu suo educaverat [b]; quem tamen illi neglexerant & rejecerant [c]. Ità ingentem illis malitiam exprobrat; qu. d. Non ideo abducti estis in superstitiones quòd careretis vero Deo ejúsque notitiâ, &c. Jehovam hîc opponit omnibus Baalim [d], & idolis*. *Quærent Dominum*, i. e. cultum ejus verum ac legitimum, quem diu intermiserant [f]. Illum unicum Deum sentient, etiam Deum ipsorum [g]. Ad Deum se applicabunt. Ità בִּקֵּשׁ rectè per προσκολλᾶσθαι vertitur Levit. 19. 31 [h]. *Quærere Deum* est, eum invocare, & ad eum respicere, 2 Par. 14. 4. eum consulere, Exod. 18. 15. ad eum accedere cum affectu & desiderio. Verbum *quærendi* non inquisitionem languidam denotat, qualis illa Act. 17. 27 [i]; sed ardens veræ Religionis studium [k], cum contemptu mundi [l], & detestatione omnium quæ Deo repugnant, aut ab eo abducunt [m]. ¶ *Et David regem suum*] A quo Israelitæ defecerant [n]. Alludit hîc ad apostasiam civilem Israelitarum à Regno Davidis, quæ conjuncta fuit cum apostasiâ à vero Deo [o]. Davidem Deus ipse illis præfecerat, eíque Regnum æternum promiserat, Psal. 89. 37. Conjungit ergò h. l. Davidem cum Deo, quia non aliter poterant Deum verè & ex animo quærere, & restitui in corpus Ecclesiæ, nisi cum Judæis coalescerent, ut colerent unum & idem caput [p]. Qu. Quis hîc *David*? Resp. 1. Non David filius Isai, qui pridem mortuus est [q]. 2. Zorobabel, dictus *David*, quòd erat ex familia Davidis, ut omnes ex Jacobo *Israel*, Ezec. 34. 24. Ad Messiam eminenter hæc referenda agnoscunt Par. Chaldæus & Rabb. multi [r]. 3. Messias, sive Christus †. Nomen typi pro significato [t], & patris pro filio [v]; ut frequens est in prophetiis de Christo [x]. Qui promissus est nomine *Davidis*, Psal. 132. 10 [y]. Jer. 30. 9 [z]. Ezec. 34. 24 [a]. & 37. 24, 25. Amos. 9. 11. Act. 15. 16, 17: quíque verè tanti mensuram nominis implet; confer Act. 13. 22. Heb. 10. 7 [b]. Quem hîc vocat *Davidem*, ut doceret eum ex stirpe Davidis nasciturum, & ut populo inculcaret promissiones Davidi de æterno Regno Messiæ factas. Notandum hîc, Jehovam & Regem David. eodem cultu & studio quærendos & colendos esse, ideóque unum & eundem Deum esse [c]. Messiam hîc intelligi probant hæc argumenta: 1. Divina Messiæ veneratio; [de qua jam dictum;] 2. terminus reditûs. Non dicit eos *redituros* in Judæam; sed tantùm, *ad Dominum*. 3. *Dierum novissimorum* mentio, quæ Christum manifestè spectant & tempora Novi Testamenti *. ¶ *Et*, &c. וּפָחֲדוּ וגו'] *Et pavebunt ad Dominum*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *stupebunt*, &c. G. ex o'. Heb. *Pavebunt* & accedent, &c. Ellipsis verbi relati [d]. Vel, *trepidabunt*, &c. Liv. vel, *pavidi*, sive *trepidi*, *accedent*, sive *current*, sive *festinabunt*, JT. Pi. Liv. D. Riv. Verba *pavendi* & *trepidandi festinare* quandoque significant. Sic cap. 11. 11. *Trepidabunt quasi avis ex Ægypto*. AE. quod hîc dicitur ità explicat, *Redibunt festinanter & subitò in terram suam*. Verbum Latinum etiam eandem significationem habere reperitur. Livius Annalium 23. *Móxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa*. Virgil. Æneid. 9. *Nè trepidate meas, Teucri, defendere naves*, hoc est, *Nè festinate*, ut ait Nonius Marcellus*. *Pavebunt*, &c. id est, Reverebuntur Jehovam audito nomine ejus [f], reverenter colent. *Timor* pro toto Dei cultu ponitur. Vide ad Gen. 31. 42 [g]. Religiosi erunt, humiles & contriti per fidem in Christum [h]. ¶ *Et ad*, &c. וְאֶל־טוּבוֹ] *Et ad bonitatem ejus*, JT. Pi. Riv. M. &c. vel, *bonum ejus*, P. Ti. Riv. Concretum pro abstracto [i]. *Bonitatem* hîc vocat vel, 1. gloriam & majestatem Dei [k]; ut Exod. 33. 19. collat. cum v. præced. Petierat enim ut Deus ei ostenderet gloriam suam, quæ maximè elucet in bonitatis Dei effectis [l]. Vel, 2. Templum [m]. R. Simeon dicit, Tria rejecerunt Israelitæ tempore Roboam, Regnum cœlorum, Regnum domûs David, & ædem Sanctuarii. Non ostendetur signum redemptionis Israelitis, donec redeant, & hæc tria requirant [n]. Vel, 3. bonitatem propriè dictam. Significat non fore ipsis formidabilem Deum, sed potiùs suaviter allecturum eos ad se, ut spontè & hilariter pareant. Majestas Dei terrorem nobis incutit, facítque ut latebras captemus: bonitatis autem sensus nos ad Dei reverentiam & observantiam adducit. Vide Psal. 130. 4 [o]. Intellige hîc bonitatem Dei, quæ etiam Christi est, qui cum Patre est verus Deus, à quo est *omnis bona donatio*, Jac. 1. 17 †. Vel, 4. Christum [p]; per quem sumus experti bonitatem Dei, quæ in Christo nobis illuxit, Tit. cap. 3. vers. 4 [q]. & maximè illustris erat [r]: cujus nè gutta quidem extra Christum quærenda est. †. *Ad Dominum, & ad bonum ejus*, est ἓν διὰ δυοῖν sensus est, *ob tantam Dei beneficentiam* [t]. ¶ *Novissimo*, &c. בְּאַחֲרִית הַיָּמִים] *In novissimo*, vel *extremitate, dierum*, sive, *novissimis diebus*, M. P. Mo. Pi. &c. *ultimis temporibus*, JT. Pi. *in pòst venturis temporibus*. Id enim, nec quicquam amplius, Hebræa significant [v]. Ostendit pervicaciam eorum summam esse, nec nisi longâ afflictione sanabilem. Porrò, hæc extremitas dierum initium habuit à populi reditu. Sed continua series indè ad Christi adventum simul tenenda est: quia tunc pleniùs præstitit Deus quod hîc denunciat [x]. *Novissima tempora* dicuntur in S.S. non tantùm respectu sequentium, sive post quæ nulla alia tempora sequuntur, sed etiam respectu præcedentium,

sive

sive quæ sequuntur alia tempora, h. e. posteriora, aut ventura, tempora; ut Genes. 49. 1. Dan. 2. 28. 2 Tim. 3. 1, 2. *In novissimis*, &c. Quod certè ipsis Apostolis viventibus cœpit impleri. Alibi Messiæ tempora denotat, & sic indubiè hîc sumitur phrasis, ut patet ex mentione *Davidis*, per quem Messiam intelligi nè Judæi quidem negant. Sed quia latitudo novissimorum temporum sub Messia habet etiam varias suas epochas, & aliquando novissima tempora pro diebus proximè præcedentibus mundi finem accipiuntur; quæritur num præcisè hæc promissio referenda sit ad aliquam particulam temporum illorum quæ ambitu suo comprehendunt duos Christi adventus. Sic quidem sentiunt, qui de Judæis in fine mundi convertendis id explicant, juxta Rom. 11. 25. Sed ille locus præcipuè respicit Judæos, qui Messiam rejecerunt; hæc autem prophetia agit de Israelitis reliquarum tribuum inter gentes dispersis & velut recensitis: ut ex eo constat, quòd quæ hîc promittuntur ad eos pertineant qui idololatriæ rei erant, & ob eam rejecti. Promittitur ergò eis vocatio ad Christum, in communionem Gentium vocandarum, & communicatio gratiæ Dei verè credentibus ex Israel usque ad finem mundi [y]. *Postremis temporibus*, sub tempus salutis, quum redibunt Israelitæ [z]. *Extremi dies* incipiunt ab eo tempore quo Christus natus est [a]. *Finis dierum* in S. Literis significat tempus adventûs Messiæ; aliquando etiam, finem mundi & tempus illud proximum ultimo Judicio [b].

[y] Riv. [z] Tar. [a] D. [b] V.

CAP. IV.

1. A*Udite*] Mos est Prophetarum, præcipuè Jeremiæ & Zachariæ, necnon Hoseæ, ut priùs typis & parabolis populi socordiam excitent, & postea reprehensiones & comminationes adjungant [a]. Non scribunt Prophetæ ad verbum quæ ad populum disseruerunt, sed ea in summam redigunt [b]. ¶ *Verbum Domini*] q.d. Non est mea increpatio, sed Domini [c]. Non ex livore vel odio hæc profero [d], sed os Dei sum *. ¶ *Filii Israel*] q. d. Qui tales haberi vultis [f]; qui vultis & debetis esse Dei populus [g]. Revocat eis in memoriam fœdus quo gloriabantur, & quòd fœdè degenerâssent, &c [h]. ¶ *Quia*, &c. "כִּי רִיב וגו] *Quia*, vel *Nam, contentio* (vel, *lis*, Pi. G. Riv. &c. *expostulatio*, vel *rixa*, V. vel, *disceptatio*, P. sub. *est*, JT. Pi. &c.) *Jehovæ cum habitatoribus hujus terræ*, JT. Pi. &c. nempe Israel [i]; vel Canaan [k]; quam [*terram*] Dominus delegit [l], & eâ lege dedit, ut in ea justitiam exercerent, &c [m]. Vel, [simpliciter,] *terræ*; ut, ostensâ inter Deum & ipsos disproportione, terrorem incuteret [n]. Sensus, q.d. Non ampliùs contendam verbis per Prophetas, sed ipse reipsa agam causam meam, & manu meâ ostendam me judicem esse. Designat hîc contentionem realem vel effectualem [o]. Metaphora est à foro, quo adversarii inter se litigant. Accusatoris enim & adversarii personam hîc induit Deus, ut populum suum arguat & convincat [p]. ¶ *Non est enim veritas, &——misericordia*] Est hendiadys; q. d. misericordia vera, non simulata; non spe commodi, aut ex ambitione, aut pudore, sed ex dilectione proximi, & sensu necessitatis ipsius [q]. Hypocritæ obtendunt nomen Dei, & externâ cultûs specie frigidísque exercitiis tegunt sua scelera. Ut ergò eorum impietatem prodat, examinat Propheta vitam ipsorum ad officia charitatis & secundæ Tabulæ Legis [r]. *Notitia Dei*, quæ sequitur, spectat ad primam Tabulam. Conjungit ergò duo, in quæ tota Lex contrahitur, capita †. *Veritas*, i. e. justitia [t], bona fides [v], veracitas [x], in dictis [y], & promissis *; constantia in dictis factísque [z]. q. d. Nemo est qui servat fidem proximo [a]; nihil candidè agunt [b], sed fraudulenter & veteratoriè [c]. Colligunt hinc Hebræi etiam idololatris aliquid boni à Deo contingere, si jura humanitatis servent [d]. חֶסֶד hîc est, vel, *pietas*; nam חָסִיד, *qui pietatem ac religionem colit*, ὅσιος *. vel, *misericordia*, Riv. *gratia*, K. *benignitas*, JT. Pi. D. &c. in factis †; *beneficentia*, Calv. Oecol. Riv. eáque gratuita, i. e. officia charitatis interna & externa [f]. Sic verto, *quantò minùs est gratia?* vel, gratiam faciet, qui non facit veritatem & judicium? nam gratia est superabundantia boni, magìs quàm par sit [g]. Hæc enim virtus [priore] excellentior est; quam qui sectatur nec præmium spectat, nec gratiam, & facit id quod non tenetur facere jure [h]. ¶ *Et non* (vel, *nulla*, Pi. &c.) *est scientia Dei*] i. e. Rerum Divinarum [i]. Vel, *pietas* [k]: sæpe enim Hebræi virtutes *scientias* vocant [l]. Vel, timor Dei [m]; aliáque opera [n] quæ ex notitia Dei manant [o]. Vide Jer. 22. 15, 16 [p]. Non sunt verè à Domino edocti [q]. Fontem hîc designat omnium scelerum: q. d. Ideo grassantur & quidvis sibi permittunt, quia deleta est omnis Religio & notitia Dei ex ipsorum cordibus [r].

2. *Maledictum*, אָלוֹה] *Maledicere*, Calv. *Pejerare*, Mo. D. Sed *pejerare*, P. Sed *maledicere*, M. Infinitivi Hebræi pro præsentibus, *Maledicunt*, &c [t]. vel, pro nominibus, ut apud Latinos sæpe [v]. אָלָה sign. *jurare*, sive verè, sive falsò [x]: propriè quidem est, *exsecrari*, &, per metonymiam, *jurare*, quia jusjurandum cum exsecratione jungi solet. Vid. Gen. 26. 28 [y]. Propheta hîc damnat, vel, exsecrationes, quæ tritæ & vulgares erant in populo [z], vel in Deum [a], vel in proximum [b]; vel, juramenta futilia [c], quum jurant homines per nomen Dei in vanum [d]; vel, perjuria *. Opponitur hoc *veritati* in v. præced †. ¶ *Et mendacium*] In dictis & factis. Intellige omnis generis fraudes & imposturas, tam in judiciis, quàm in vita communi [f]. *Et mentiendo*, JT. Pi. vel, *abnegando*, scilicet depositum [g]. ¶ *Inundaverunt*, פָּרָצוּ] *Profligati sunt*, Ca. Hæc *invaluerunt*, M. *Fregerunt*, Mo. P. sic V. JT. sub. *septum legis*, P. sim. JT. V. ex Ch. K. in Mer. *Inundant*, Riv. *Eruperunt*, Ti. Pi. Liv. instar scil. diluvii [h]; vel, liquorum, ut Joel. 3. 13. al. 18; vel, aquarum, sive fluviorum, exundantium & ripas objectas rumpentium. פָּרַץ propriè, *rumpere*, *erumpere*, sign. deinde, *inundare*, *abunde crescere*, Gen. 28. 14. Exod. 1. 12. Prov. 3. 10. Innuit igitur hæc vitia passim admitti summâque licentiâ perpetrari, ut tempus vindictæ Divinæ jam maturum sit [l]. ¶ *Et*, &c. "וְדָמִים וגו] *Et sanguines tetigerunt sanguines*, M. Ti. sim. P. Ca. Mo. *Et cædes aliæ aliis sunt contiguæ*, JT. Pi. sic V. *Et cædes cædem contingit*, vel *excipit*, V. D. q. d. Multæ ac crebræ cædes fiunt [k]. Cædes perpetuantur [l]. Sanguines occisorum se mutuò contingunt [m], tanta est eorum copia [n]. Cædes cædem sequetur [o]: hoc est, Zachariam Sellumus, Sellumum Manahemus, occîdet, 2 Reg. 15 [p]. Hoseas etiam trucidaverat Pekam, hic Pekahiam. Nec dubium est, ut fit in talibus tumultibus & conjurationibus, multorum etiam civium cædes fuisse patratas [q]. Frequentia fuisse apud eos homicidia constat ex Amos. 2. 7. Mic. 7. 2 [r]. [Alii verò locum aliter accipiunt.] *Sanguines* in genere vocantur omnia peccata morte digna †; vel, quæ sanguini insidiantur, aut ad cædes inducunt, ut sunt injuriæ, calumniæ, doli [t]. *Sanguines*, i.e. scelera gravissima, ubique obversantur; eâque jam contexunt [v]. Sed vix exemplum est in S.S. ubi *sanguines* ità sumuntur [x]. Alii incestas & vagas libidines hîc intelligunt [y]. Loquitur de commixtione polluta consanguineorum, contra Levit. 18. 6 [z]. Confer Ezec. 22. 11. Probarem, si daretur exemplum ubi phrasis sic accipitur [a].

3. *Propter hoc*] Illatio: q.d. Sceleratissimi sunt; ergò jure puniendi [b]. ¶ *Lugebit terra*] i.e. Desolabitur [c]: qui enim desolatur videtur lugere [d]. Bona pars terræ Decem tribuum erit vasta sine colonis, ídque per Teglath-phalasarum; reliqua pars per Salmanasarum *. Sicut *ridere* ager dicitur quum omnia florent; sic *lugere*, quum deformatus sterilescit [f]. Vide Esa. 3. 26. & 24. 4. & 35. 1. Posset *terra* accipi pro *habitatoribus terræ*. Sed præstat ad terram ipsam referre [g]. ¶ *Et*, &c. "וְאֻמְלַל וגו] *Et languebit*, &c. JT. Pi. D. vel, *infirmabitur*, sive *debilitabitur*, &c. P. V. D. Riv. vel, *succidetur*, &c. Q. in V. Non quamvis debilitationem significat, sed extremam dejectionem & attritionem: hinc sumitur pro eodem quod, *excisus*, *devastatus*, *diminutus*, *fuit*, Esa. 16. 8. Joel. 1. 12 [h]. Sensus, Si quis ibi [in terra] restiterit, languescet deficientibus alimentis [i]. ¶ *In* (vel, *cum*, JT. Pi. Notandum ב pro עִם *cum* [k].) *bestia agri*, &c.] Id est, bestiis agri [l]. Etiam pecudes & aves languebunt, non frugibus tantùm, sed & herbis omnibus, comesis aut corruptis ab exercitu

Margin notes, left column: [a] Tar. [b] Calv. [c] D. sim. Riv. [d] Tar. * Tar. ex D. [f] Riv. [g] Tar. [h] Riv. [i] D. [k] Riv. [l] AE. in Mer. [m] K. in Mer. sim. Riv. Oecol. [n] Riv. [o] Calv. [p] Liv. [q] Mer. [r] Calv. † Mer. [t] Oecol. [v] G. sic Pi. [x] Riv. sic Tar. [y] Tar. * Pi. [z] V. sic D. [a] V. [b] Riv. [c] Riv. ex Calv. [d] G. [e] D. [d] Tar. [f] Riv.

Margin notes, right column: [g] K. in Mer. sim. Riv. [h] D. [i] Idem. [k] G. ex Ch. [l] G. [m] Calv. [n] D. [o] D. sim. Calv. [p] D. [q] Oecol. [r] Calv. [t] V. [v] Liv. [x] Riv. [y] Riv. ex Liv. [z] Calv. [a] Q. in Riv. [b] Al. in Riv. [c] Al. in Riv. [d] K. in Mer. * D. Riv. ex Ch. &c. † Riv. [f] Riv. [g] G. [h] V. sim. D. Tar. Riv. [l] Liv. [k] V. sim. D. [l] Ca. [m] K. sim. RS. & AE. in Mer. [n] K. in Mer. [o] G. [p] G. sic Riv. [q] Riv. [r] Tar. † Mer. [t] Mon. in Riv. [v] Calv. [x] Riv. [y] Par. in Riv. [z] Rupert. in Riv. [a] Riv. [b] Calv. [c] V. sim. D. M. Riv. [d] V. * G. [f] Mer. Riv. &c. [g] Riv. [h] Idem. [i] G. [k] V. [l] Pi.

& equis hostium. Idem suo tempore evenisse per Illyricum, Thraciam, Macedoniam, Pannonias, omnémque terram quæ à Propontide & Bosporo usque ad Alpes Julias tenditur, notat hîc Hieronymus[m]. Accidit hoc [nempe interitus bestiarum & avium] aere corrupto[n]. Bestias & aves eas præcipuè intelligit quæ cum hominibus degunt[o], & sine illis vix possunt vivere, quæque hominum usibus inserviunt[p]. ¶ *Sed & pisces maris* (i. e. lacuum, sive stagnorum, quæ Hebræis dicuntur *maria*[q],) *congregabuntur*, יֵאָסֵפוּ] *Colligentur*, Mo.P. Pi.V. D. Plenius id sic Tnunciant, *colligi ad populum suum*, Gen.25.8[r]. *Auferentur*, Pi. אָסַף est, *colligere aliquid removendi causâ*, Gen.30.23. Psal.26.9†. *Consumentur*, M. sim. JT. Pi. Ti. Riv. i.e. Tollentur de medio, & morientur[t]. Lacuum pisces ad ripas ejicientur, aquis sanguine corruptis[v]. Propheta hyperbolicè piscibus minatur, quò vehementiùs stupidos Israelitas percelleret[x]. Al. Pisces *absumi* dicuntur, quatenus eorum usus Israelitis ablatus est: nempe quia deficientibus piscatoribus etiam deficiunt pisces, qui ad hominum alimentum in urbes deferebantur[y]. Interdum etiam Deus flumina deficcat, Psal. 107.33. Esa. 19. 5[z]. Sed quorsum irascitur Deus brutis? Resp. Facit hoc propter homines, in quorum usum hæc omnia condita sunt, & quorum exitio homines ulciscitur[a]. Ità vindictæ suæ gravitatem amplificat, dum homines spoliat omnibus rebus quæ ad eorum commodum aut voluptatem faciunt. Sic & inter homines proditoris etiam domus, supellex, &c. comburuntur[b].

4. *Veruntamen*, &c. אַךְ אִישׁ אַל יָרֵב וְאַל יוֹכַח אִישׁ] *Veruntamen* (vel, *Verè*, sive *Profectò*, Mo. Tar. אַךְ hîc non est adversativa tantùm, aut nota exceptionis[c], aut imminutionis, sed asseverationis rei[d]; ut Job. 14. 22. Psal. 73. 1. & 85. 10. Esa. 45. 24*. Vel, *Cæterùm*, Calv.) *vir* (vel, *quisquam*, JT. Pi.) *non*, vel *nè*, (vel, *nemo*, sive *nullus*, P. V. *Vir* Hebræis sæpe ponitur pro particula indefinita[f]: quando autem cum אִישׁ occurrit negatio, rectè vertitur, *nullus*, ut Joel. 2. 8. Zach. 8. 17[g].) *litiget*, sive *contendat*, sive *contendito*, JT. Pi. Mo. P. (vel, *disceptet*, aut *expostulet*, V.) *& non*, vel *nè*, *vir* (vel, *nemo*, P.) *arguat*, Mo. P. vel, *increpato quenquam*, JT. Pi. [Alii verba sic reddunt;] *Veruntamen non est quispiam qui aut expostulet aut reprehendat*, Ti. *Non est ut quispiam objurget aut corripiat alium*, M. *Nemo adversus eos litiget, nemo increpet*, nempe alterum[h]: vel, *nec reprehendat quenquam*, nempe ex illis quorum vitam ac mores suprà taxavit[i]. Nemo conetur contendere cum hoc populo[k]: nam id frustrà faciet; reprehensionem non admittunt aut tolerant[l]. Nemo est integer qui alios reprehendere possit, nemóque rursus reprehensionem feret[m]. ¶ *Populus*, &c. וְעַמְּךָ כִּמְרִיבֵי כֹהֵן] *Et* (vel, *Quum*, P. *Quin*, Ti. *Quia*, vel *Nam*, Riv. JT. Pi. *Siquidem*, Riv.) *populus tuus* (vel, *populares tui*, JT. Pi.) *sunt tanquam*, vel *sicut*, (vel, *similes*, P. JT. Pi.) *judicantes sacerdotem*, Mo. vel, *objurgatores sacerdotis*, Ti. vel, *contendentibus cum sacerdote*, P. JT. Pi. simil. Al. [Variè explicant.] Similes sunt his qui publica decreta contumaciter oppugnant; cui crimini capitis pœna constituta est, Deut.17. 12. ad quem locum dicta vide[n]. Al. Populus reprehensionis impatiens cum illis jurgabat à quibus arguebatur[o]. Tales erant de quibus queritur Jerem. c.18.19. Vid. ibi cap.15.10. & Ezec. 3.26. & Amos. 2. 12[p]. Frustrà corripiat quis homines hujus regionis, *cùm etiam* (vel, *certè*; nam כ interdum certitudinem rei notat;) *insurgant in ipsos sacerdotes*, quorum est officium Legem docere, & carpere vitia[q]: quod est omnia invertere; nam populi est audire, sacerdotis docere[r]. Non satis est quòd ejus increpationem non recipiunt, sed ipsi etiam jurgant & increpant eum: quomodo jactari solet, *Ætas quæ judicibus suis jus dicit*†. Insurgunt in monitores, & minantur sacerdotibus officium suum facientibus[t]. His autem interpretationibus duo obstant. 1. Quòd nulli tunc erant apud Israelitas veri sacerdotes qui eorum idololatriam aliáque scelera reprehenderent. 2. Quòd in comminatione sequenti sacerdotes cum populo involvantur[v]. כ h. l. non est nudæ comparationis, sive similitudinis[x]; sed veritatis[y], & asseverationis[z], & certitudinis[a]: ut Hos. 5. 10. *ut transferentes* (id est, revera transferentes) *terminum*; & Joan. 1. 14. — *gloriam ejus ut Unigeniti*[b]. Propheta ironicè quoslibet è populo vocat censores pastorum suorum: Nemo, inquit, audet reprehendere publica vitia, nec populus id patietur: quod morbos ostendit esse insanabiles[c]. [Alii aliter exponunt.] Versum sic reddo, *Jam verò nemo quenquam objurget aut reprehendat, cùm tua plebes cum sacerdotibus certare videatur*. Non est quòd alii alios reprehendant, quum omnes sint æquè nocentes[d]. Est malorum amplificatio ratione omnium ordinum. q. d. Etsi tanta sit impietas, remedia tamen huic malo non possunt adhiberi, vel etiam frustrà tentantur: quoniam nec quisquam est qui possit recta monere, nè sacerdotes quidem, ob participationem scelerum; nec populus recta monentibus obtemperabit*.

5. *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi. Riv. Calv. &c.) *corrues*] Vel, *impinges*, i. e. in calamitates incides[f]: tu, Israelita[g], vel, popule perverse[h]. Quia recta monentem non vis sequi[i]: quia Prophetas meos contemnitis[k]. ¶ *Hodie*; ità M. Mo. Riv. &c. הַיּוֹם] *Hoc tempore*, P. i. e. brevi, sive propediem[l], ut Prov. 12. 16[m]. Al. *interdiu*, JT. Pi. Calv. Ti. i. e. rebus adhuc integris[n]: repentè; læto sive tranquillo tempore; in ipsa meridie[o]: clarissimâ luce, ut omnibus cernentibus corruas[p]. Vivus vidénsque peribis[q]. ¶ *Et corruet etiam propheta* (nempe falsus[r], ut Jer. 14. 13. & 23. 9, 15. Thren. 2. 14†. Emphaticè autem ponitur *propheta* num. sing. acsi uni alicui minitaretur, ut singulos quasi seorsim absterreat; nè quis ex illo grege authoritate aut gratiâ valens se immunem fore putaret[t].) *tecum*] Nempe, vel, tecum corruet[v]; vel, qui tecum est[x], qui te seduxit[y]. ¶ *Nocte*] i. e. Statim pòst: nam nox statim diem sequitur[z]. Ut nox sequitur diem continuâ serie; ità alios post alios, à primo ad ultimum, omnes perdam[a]. Al. Velut in tenebris: quum apprehendet eos calamitas, etiam conscientiæ stimulis pungentur[b]. *Tanquam in nocte*, Riv. & G. ex Ch. sic Mer. ex K. & AE. h. e. improvisò[c]; vel, ut quis corruit nocte, quando non videt offendiculum, ut vitet. Et tu & ipse tantâ ignorantiâ futurorum eventuum aut malorum opplebimini, ut nulla sit spes evadendi. Sunt qui illa duo jungunt, *interdiu sicut & in nocte*; i.e. Corruetis interdiu, perinde acsi obscurissima vobis esset nox[d]. Al. Proverbialiter dicitur, *nocte diéque*, id est, continenter: vide ad Psalm. 91. 5*. Calamitas calamitatem sequetur, ut nox diem[f]. ¶ *Tacere*, &c. וְדָמִיתִי אִמֶּךָ] *Et exscindam* (vel, *compescam*, M. Ti. *perdomabo*, Ca. *redigam in silentium*. *Silentio* autem mors innuitur: unde mortui *silentes* vocantur; &, *terra silentûm*, i.e. sepulchrum. Perdam[g],) *matrem tuam*, JT. Pi. G. sic Mo. P. &c. i. e. generationem istam[h]; vel, gentem[i]; vel, Regnum ipsum, h.e. statum universum, Reges, Principes, magistratus & præsides omnes. Hi *matris* nomine significantur, quia debuerunt esse populi nutritii[k]. Vel, Ecclesiam sive congregationem sive Synagogam Israeliticam[l]. Al. Allusio est ad legem de matre avium non tollenda, Deut. 22. 6. q.d. Contrà, ego matrem cum pullis in nido succidam; h.e. totaliter delebo. Vide 2 Reg. 17[m]. Al. *Et conticuit mater tua*, Sy. *Et confusione induam congregationem vestram*, Ch. [Alii verba aliter reddunt, & cum voce præcedente jungunt:] *Nocti assimilavi matrem tuam*, o'. sim. Ar. Legerunt דִּמִּיתִי[n]. *Nocte tacere feci matrem tuam*, Vulg. Derivavit à דום *tacere*[o]. Sed his interpretationibus obstat Hebraica distinctio[p]. לַיְלָה jam per Athnach à sequente דָּמִיתִי dispescitur[q]. Quare expositio quam dixi est optima. דָּמָה est, *exscindere*, Hos. 10. 15[r].

6. *Conticuit*, &c. נִדְמוּ וגו׳] *Exscindetur* (vel, *Exscindentur*, Pi. i.e. *Perdentur*†. *Excisi sunt*, D. Est idem verbum quod v. præced[t].) *populus meus eò quòd vacet scientiâ*, JT. Pi. necessariâ ad salutem[v]. Ad verb. *propter non scientiam*, Pi. i.e. pietatem, ut suprà v. 1[x]. Hæc ignorantia non excusat peccata populi, sed exaggerat[y], quia crassa erat & voluntaria[z]. Emphaticè dicitur, *populus meus*, sive Dei, sive Prophetæ; q.d. qui Legem habuerunt, & monitores Prophetas[a]. ¶ *Quia tu* (ô sacerdos[b]. Intellige sacerdotum ordinem & communitatem[c]. Sacerdotes singulos alloquitur, non quidem secundùm leges constitutos, ut apparet 1 Reg. 12. 31. sed

Marginal notes (left column): m G. n D. o D. p Riv. q Idem. r Idem: † Idem. t V. sic D. v G. x Q. in Riv. y Al. in Riv. z Liv. a Calv. b Riv. c Tar. d K. in Mer. Tar. * Tar. f Mer. g Tar. h G. i D. k V. sim. l D. Mer. m Mon. n G. o Liv. sim. D. p Liv. q V. r Mer. sim Tar. † K in Mer. t Q. in Riv. v Riv. x K cn. Tar. y Tar. z Mer. a D.

Marginal notes (right column): b Riv. ex D. c Calv. d Ca. * Q. in Riv. f D. g Pi. h M. i Tar. k Calv. l V. sic M. D. G. m Mer. ex K. n Riv. Tar. o Tar. ex D. p Q. in V. Calv. q Mer. r Tar. † Riv. Tar. t sic Calv. D. G. ex Ch. v Tar. x Riv. y Idem. z Riv. sic RS. in Mer. a M. b D. c Calv. d Mer. G. d Riv. * Q. in Tar. f Q. in Riv. g V. h Idem. i G. k Riv. l Riv. sic Calv. D. m Mer. ex K. & RS. & Oecol. n Q. in Riv. o Cap. crit. 4. 1. 22. p G. q Riv. r Cap. crit. ib. 2. 9. † V. t Riv. v D. x G. y Riv. z Riv. ex Ca. a Riv. b Riv. Pi. sim. D. G. Tar. &c. c Riv.

sed tamen nomen hoc sibi vendicantes, & propterea obligatos ad docendum populum; sicut *tutelæ obligatur qui pro tutore se gessit*, D. De eo qui pro tutore [d]. Sacerdotum erat, scientiam excolere, &c. Vide Deut. 33. 10. Mal. 2. 7[*].) *scientiam* (Legis scil. & rerum Divinarum [f]) *repulisti*] Ità Riv. &c. Non tantùm neglexisti, sed etiam contempsisti, omne studium sapientiæ. Plerique vestrûm vel inepti estis; vel, quæ didicistis, neque in vestrum neque in aliorum usum transtulistis [g]. Nec ipsi didicistis, nec alios docuistis [h]. ¶ *Repellam*, &c. וְאֶמְאָסְאךָ מִכַּהֵן לִי] In primo verbo א ultimum redundat, ut notant Masoretæ; nec aliud est in Scriptura exemplum [i]. *Spernam*, vel *Repellam, quoque te nè sacerdotio fungaris mihi*, JT. Pi. Riv. Calv. &c. Illam personam tibi detraham [k]. Excludam vos ab hoc munere, cujus nomen & honorem usurpatis, abjectâ curâ, &c. Dices, non fuisse in Israele sacerdotes Dei, sed vitulorum. Resp. Profitebantur tamen cultum Dei in adoratione vitulorum, & apud populum pro sacerdotibus Dei habebantur [l]. ¶ *Et*, &c. וַתִּשְׁכַּח וגו׳] *Quia* (vel, Et quia, Riv. Calv. G. ו causaliter sæpe accipitur initio dictionis [m].) *oblitus es legis Dei tui*, JT. Pi. Referunt vel, 1. ad populum [n]: cui certè satis competeret [o]. Propheta in suis sententiis sæpe concisus est: nunc loquitur in sua, nunc in Dei, nunc in tertia, persona; nunc populum alloquitur, nunc sacerdotes, nunc rursus ad populum transit [p]. Vel, 2. ad sacerdotes [q]; de quibus agit usque ad v. 12 [r]. *Legis*, quam & scire debuisti, & alios docere †. ¶ *Obliviscar filiorum tuorum*] Nè tibi pro more succedant [t]. Vel, *filiorum*, vel eruditione, vel naturâ, i.e. popularium [v]; vel, subditorum Sacerdotis summi: hunc enim alloquitur [x]. Erunt filii tui pupilli & egentes [y]. *Oblivisci* dicitur Deus ἀνθρωποπαθῶς, quum amorem & curam deponit [z]. Quia degeneres estis, non recordabor fœderis mei [a].

7. *Secundùm multitudinem eorum*; ità M. P. Mo. o'. Ar. כְּרֻבָּם] *Ut eorum multi sunt*, Ti. *Quò plures sunt*, Ca. sic V. *Quotquot sunt*, Sy. *Sicut multiplicavi eis*, Ch. *Prout aucti sunt*, JT. Pi. sc. numero [b], dignitate [c], opibus, bonis, &c [d]. ¶ *Sic* (vel, *tantò magis*, D. Riv. Tar. &c. ut כֵּן sumitur Exod. 1. 12 *.) *peccaverunt mihi*] Vel, *peccant in me*, Pi. &c. Quò facti sunt plures, eò graviùs me offenderunt [f]. ¶ *Gloriam* (vel, Idcirco *gloriam*, Pi.) *eorum* (i.e. vel, 1. populi [g]; vel, 2. sacerdotum [h]. Excellentiam eorum, quâ reliquis tribubus prælati sunt [i],) *in ignominiam commutabo*] Efficiam ut contemnantur à populo [k]. Captivitatem innuit, in qua sacerdotes fuerunt inglorii [l]. Pro honore sacerdotii dedecore eos obruam. Aiunt Rabbini olim fuisse כְּבוֹדִי, *gloriam meam*, nempe terram Israelis, *dedecore afficiam*: sed mutatum hoc à Sapientibus, quia scilicet temporibus serioribus כבוד usurpari cœpit in solo sensu *potentiæ majestatisque Divinæ*. Quidam mutationem pari de causa aiunt evenisse Psal. 106. 20. & Jer. 2. 11 [m]. Al. *Gloriam eorum in ignominiam commutârunt*, Ch. Legit igitur הֵמִיר [n]. Non sequitur. Potiùs, אָמִיר futurum sumpsit pro infinitivo הָמִיר, & infinit. pro præt. ut Jer. 14. 5. Ezec. 1. 14. Sic א loco ה positum volunt in אַבְרֵךְ, Gen. 41. 43. אֶגְאָלְתִּי, Esa. 63. 3. אַשְׁכֵּים, Jer. 25. 3. הָאֶזְרוֹחַ, Ezec. 14. 3. Vel, אָמִיר sumpsit pro præter. Hiphil, ex forma Chaldaica, *mutavit*, scilicet populus meus. Sic autem *mutârunt* suâ rebellione, defectione & idololatriâ. Confer Psal. 106. 20. Jer. 2. 11 [o].

8. *Peccata*, &c. חַטַּאת וגו׳] *Peccatum populi mei comedunt*, JT. Pi. i. e. comedere solent, scilicet sacerdotes [p]. [*Variè explicant.*] Peccata populi non reprehendunt, sed integra deglutiunt, & transmittunt in se & suam conscientiam, ea suscipiendo [q]. Ideo non reprehendunt seriò peccata, ut plures accipiant victimas quibus pascantur [r]. Al. Debitas peccatis populi pœnas luent, quorum causa fuerunt. Confer Jes. 3. 10.—*fructum adinventionum suarum comedet* †. Hic sensus non est incommodus [t]. *Peccatum*, i. e. oblationes pro peccato [v], ut Exod. c. 29. 14 [x]. *comedunt*, ex Lege, Levit. 6. 26 [y]. Vide Levit. 10. 17. Non erant culpandi quòd eas comederent; sed quòd in sacrificiis id potissimùm spectarent, ut haberent unde lautè viverent. Triplex autem erat sacerdotum Israeliticorum peccatum: 1. quòd hostias cæderent in honorem idoli; 2. quòd mercedem acciperent indebitam, quia Domino non ministrabant; 3. quòd exigerent plus quàm debitum fuit, ut illi in 1 Sam. 2. 13, 14, 15 [z]. *Meorum piaculo vescuntur*, i. e. noxalibus victimis [a]. ¶ *Et*, &c. וְאֶל עֲוֹנָם וגו׳] *Et ad*, vel *super*, *iniquitatem eorum* (scilicet popularium. Pronomen plurale refertur ad nomen singulare, *populi mei* [b].) *levant*, sive *attollunt*, *animam suam*, P. M. Ti. JT. &c. i. e. Maximè spectant & exspectant ut quamplurimùm peccet populus [c]. Ità explicanda hæc locutio ex Deut. 24. 15 [d]. & Jer. 22. 27 †. & Ezec. 24. 25 *. Peccata populi desiderabant quæstûs sui causâ, quia hæc erant occasio plurium sacrificiorum [f]. Al. *Ad iniquitatem*— i.e. ad hostias, *attollunt animam*; q. d. Illud tantùm curant, ut populus hostias offerat [g]. Al. *Et ad iniquitatem levant animam cujusque*; h. e. Dum omnes peccant, quisque facilè absolvitur, quia sc. affert sacerdotibus prædam: hi ergò vanis suis blanditiis levant conscientias impiorum [h]. Peccantibus dicunt, Nè sitis soliciti; quia iniquitas vestra erit super anima nostra [i]. Al. *Et super iniquitates levant animam ejus*, nempe populi; i.e. Populum faciunt iniquitatibus superiorem, dum persuadent populo exoneratas esse eorum conscientias omni culpâ postquam Deo victimas obtulerint [k]. Al. *Eorúmque culpâ vitam suam sustinent*, Ca.

9. *Et*, &c. וְהָיָה וגו׳] *Et* (vel, *Quapropter*, JT. Pi.) *erit* (vel, *est*, M. Ca. *fuit*, Mo.) *ut populus, ità sacerdos*, P. &c. *Hinc fit ut sit talis populus qualis sacerdos*, Ti. Hebraismus, Populus erit sicut sacerdos, & sacerdos sicut populus [l]. Possunt enim comparationis membra converti [m]. Pares sunt in criminibus [n], ergò pares etiam erunt in pœnis [o]; pari modo à me tractabuntur [p]: omnes erunt captivi citra delectum [q]. ¶ *Visitabo super* (vel, *contra*, D.) *eum* (i.e. vel, unumquemque eorum, nempe sacerdotum [r]; vel, sacerdotem & populum †;) *vias ejus*] Id est, actiones [t]; vel, mores & vivendi rationem [v]. Pœnæ respondebunt peccatis [x]. Puniam eos ut merentur [y].

10. *Et comedent, & non saturabuntur*] Cibus non præstabit usum quem deberet. Quod à Dei maledictione [z]. Malè alentibus utentur cibis. Causa sequitur [a]. Ad sacerdotes hoc spectat, quorum inexplebilem cupiditatem taxaverat [b]. q. d. Parùm proderit illis quod lucrantur [c], quia nulla satietas sequetur [d]. ¶ *Fornicati*, &c. הִזְנוּ וְלֹא יִפְרוֹצוּ] *Scortabuntur*, sive *Fornicabuntur*, *&* (vel, *sed*, M.) *non multiplicabuntur*, P. Sy. vel, *invalescent*, M. *liberos habebunt*, Ti. simil. Ca. Ch. vel, *pepererunt*: i. e. Venerem in mares exercuêre, unde partus nullus sequi posset. Vide infrà 14. פָּרַץ, quod propriè est, *rumpere*, sumitur apud Hebræos pro *parere*, Gen. 28. 14. & alibi *. Vel, *dirigentur*, o'. vel, *prosperabuntur*, Ar. vel, *succedit*: Non assequuntur quod volunt, sed ex calamitate in calamitatem immerguntur [f]. Vel, *erumpent*, Mo. JT. Pi sub. *in multitudinem*, JT. Pi. Riv. Non crescent sobole [g]. Metaphora ab aquis quæ aggere perrupto agros inundant [h]. Vide Gen. 38. 29 [i]. Pœna non solùm conjugum, sed & fornicantium, sterilitas [k]. Tantum abest ut generent sobolem ex legitimis conjugiis, ut, etiamsi passim scortentur, tamen maneant steriles [l]. Dices, finem scortatorum non esse procreationem prolis, sed expletionem libidinis. Resp. Quum orbitas tunc opprobrio esset, & illis, utpote divitibus, molestum fuerit hæredibus carere, meritò hoc Deus illis in pœnam minatur [m]. [Al.] *Scortantes*, i. e. idololatriam exercentes, *non erumpent*, i. e. non effringent jugum Legis, aut certè pœna annexa saltem eos constringet [n]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי אֶת יְהוָה עָזְבוּ לִשְׁמֹר] *Quia*, vel *Nam*, *Dominum dereliquerunt*, sive *deseruerunt*, (vel, *deserunt*, Ca. JT. Pi. *intermiserunt*, M.) *custodire*, sive *observare*, P. M. JT. Pi. Ca. Riv. Liv. h. e. colere, ut Zach. 11. 11. *Observâsse* dicitur, qui observat quid cujusque causâ facere debeat. Itaque *qui observat, coluisse dicitur*, ait Festus Pompeius. Virgilius Georg. 4. *Observant Regem non sic Ægyptus & ingens Lydia*— [o]. Vel, *ad custodiendum*, sive *observandum*, Mo. Calv. i.e. nè ipsum custodiant [p]. Vel, *custodiendo*, sive *observando*, D. Di. *Deseruerunt custodiendo*, i. e. desertoriè custodierunt; sic custodierunt, ut verè deseruerint. De hoc loquendi genere vide quæ pluribus annotavimus ad Gen. 2. 3 [q]. Vel, *quò minùs eum observarent*, Ti. vel, *observando præcepta ejus*: nam qui ea non servat, Deum deserit [r]. Vel, *non servando legem*, G.

11. *Forni-*

11. *Fornicatio & vinum & ebrietas*, &c. וְתִירוֹשׁ יִקַּח לֵב] *Et mustum auferunt*, sive *eripiunt*, (Heb. *accipit*, i. e. aufert †. לָקַח aliquando *auferre* & *tollere* significat, Ezec. 24. 16 [t]. Vel, *intercipit*, JT. vel, *capiet*, quasi vi, occupabit, & quasi captivum detinebit, ut verbum sumitur Genes. 14. 11, 12. Jos. 11. 19, 23. Notat præcedentem eorum luctam: vident probántque meliora, sed deteriora sequuntur †. Vel, *abstulerunt* ipsis, G. vel, *occupant*, Q. in Riv. Quæ propria est verbi significatio [v].) *cor*, P. M. Ti. &c. vel, *mentem*. JT. Ca. Tar. D. *Cor*, i. e. sapientiam [x]; vel, rectum judicium [y]. Vel, *cor* eorum, Boot. ex Ch. & Ang. Ellipsis affixi, לֵב, pro לִבָּם; ut sequenti versu, הִתְעָה, pro הִתְעָם [z]. q. d. Reddunt homines amentes, avertúntque eos à vero Dei cultu [a]. Sententia hæc generalis est, & proverbiale dictum [b]. Verùm potiùs hypothesis est quàm thesis, & restringitur hoc ad eos de quibus agebatur, quibus hoc exprobrat, quòd petulanter projicerent omnem doctrinam, quia ventris voluptatibus dediti erant [c]. Hactenus sacerdotum mores insectatus est: nunc populi idolomaniam taxat [d]. Dicit Israelitas ideo dementes esse, quia Deus liberaliter eos tractavit, & quia voluptates eos fascinârunt *. *Fornicationi* adjungit *vinum*, quod inflammat libidinem: *mustum* addit, vel, quia citiùs inebriat; vel potiùs, ut, duobus hisce nominibus junctis, immoderatum usum designet †.

12. *Populus meus* (Israeliticus, quem adoptavi, quíque se meum esse jactat [f]: quem à gentibus separavi. Ità ingratitudinem impietatémque eorum graviter exaggerat, &c [g].) *in ligno suo* (vel, *lignum suum*, P. M. &c. vel, *baculum*, sive *scipionem*, *suum*, V.) *interrogavit*, יִשְׁאָל] *Interrogat*, P. *oracula quærit*, Ti. *consulit*, JT. Pi. sic Ca. M. de eventibus futuris [h]: *postulabit*, Mo. *petet*, vel *precabitur*, ut Psal. 21. 5. & 27. 4 [i]. Rogat opem in periculis [k]. *Lignum*, per metonymiam, hîc dicitur lignea imago [l], ut Jer. 2. 27 [m]. Dicit, *suum*, emphaticè, q. d. in quod jus habebant, ut de eo pro lubitu facerent; idolum à se inventum: ità populi socordiam arguit [n]. Al. Utuntur divinatione quæ à Græcis ξυλομαντεία dicitur [o]. ¶ *Et* (vel, *Ut*, JT. Pi.) *baculus ejus annunciavit* (vel, *nunciat*, Ti. *respondet*, vel *respondebit*, Calv. *indicet*, JT. Pi.) *ei*] Sub. *quæ scire cupit*, aut *facturus est*, V. futuros eventus [p]. *Baculus*, i. e. vel, 1. simulacrum ex baculo seu stipite factum [q]: idolum ejus, cui tanquam baculo innititur [r]. Vel, 2. falsi Prophetæ†, quorum scilic. consilio regebatur populus, non aliter quàm cæcus pendet à scipione suo, videtur quasi ejus consilio regi, cùm illo viam prætentat [r]. Vel, 3. imaguncula quæ in baculo. Solent enim magi Dæmonem etiam in baculo circumgestare. Vel, utuntur & alio genere divinationis, quam ῥαβδομαντείαν vocant [v]; quæ apud Orientales in usu erat, ut de Medis scribit Dio. Sic Romani auguria per lituos exercebant, de quo Livius [x]. q. d. Sortes captaverunt ex virgulis, usi ῥαβδομαντείᾳ, ad exemplum Chaldæorum: de quo vide ad Ezec. 21. 21 [y]. Al. Deridet eorum stultitiam qui consulunt deos ligneos, acsi cæcus consilium peteret à baculo suo [z]. *Lignum* & *baculus* pro eodem indubiè accipiuntur: nam responsio tribuitur ei qui interrogatur: interrogatum est lignum, respondit baculus [a]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit,] *Mei lignum suum consulunt*, *eísque suas dat responsa stipes*. A diis è stipite factis petunt oracula [b]. Tibullus eleg. 1. 10. *Sed patrii servate lares*; *coluistis & iidem*, *Cursarem vestros cùm tener ante pedes*. *Nec pudeat prisco vos esse è stipite factos*, &c [c]. ¶ *Spiritus enim fornicationum*] i. e. Motus animi [d], impellens ad fornicationem *, h. e. ad idololatriam: qualis est spiritus pseudoprophetarum [f]. *Fornicatio* hîc est idololatria, cujus exemplis decepti sunt [g]. *Spiritus*, &c. i. e. animus idololatriæ addictus [h]: vehemens libidinis fervor & affectus. Hebræi enim *spiritus* vocant animi concitati motus; quos Cicero *affectiones*, *affectus*, *impetus*, *commotiones* & *perturbationes*, *animi* vocare solet [i]. Hinc, *spiritus zelotypiæ*, Num. 5. 14. &, *mendacii*, 1 Reg. 22. 23. *vertiginis*, vel *perversitatum*, Esa. 19. 14. *soporis*, Esa. 29. v. 10. *impuritatis*, Zach. 13. 2. *erroris*, 1 Joh. 4. 6 [k]. Vocantur verò *spiritus* metonymicè, quia à malo spiritu proficiscuntur [l]. Significat eos, non ex infirmitate & ignorantia peccâsse, sed cæco & effræni impetu se prostituisse, &c †. ¶ *Decepit eos*, הִתְעָה] *Errare fecit*, Mo. P. &c. sub. *eos*, Liv. Pi. Riv. Ellipsis accusativi; ut Hos. 2. 7. *Quæret eos*, *& non inveniet*, sub. *eos* [m]. ¶ *Et*, &c. וַיִּזְנוּ מִתַּחַת אֱלֹהֵיהֶם] *Et fornicati*, sive *scortati*, *sunt* (vel, *Ut scortentur*, JT. Pi. i. e. idola colant [n],) *desuper diis suis*, Mo. vel, *à Deo suo*, M. P. vel, *aversi à Deo suo*, JT. Pi. *contra Deum suum*, G. vel, *à*, sive *de*, *sub Deo suo*, Liv. Pi. Riv. D. vel, *excusso jugo Dei sui*, D. Idem est quod cap. 1. 2. *à post Deum* [o], nisi quòd hîc (particulâ תַּחַת pro) subjectio notari videtur à qua recesserant [q]. *Nè sit ampliùs sub Deo suo*, i. e. sub illius potestate & imperio [r]: *nè ampliùs Deo obtemperent*, Calv.

13. *Super capita* (vel, *vertices*, V. sic D. G.) *montium*] In locis excelsis †. In loco non divinitus mandato [t]; imò contra Legem [v]. ¶ *Sacrificabant*] Vel, *mactârunt victimas*, G. *sacrificant*, Pi. Heb. fut. pro præs. sub. *summo studio & religione* [x]. Sacrificare solent [y]. Vide Esa. 57. 7 [z]. ¶ *Subtus*, &c. תַּחַת אַלּוֹן וְלִבְנֶה וְאֵלָה] *Sub quercu* (vel, *robore*, Ca. vel, *ulmo*, Ch. vel, *alno*, Q. in D. vel, *pinu*, Al. in D.) *& populo* (nempe, *populo alba*, Riv. ex RS. & o'. D. vel, *platano*, Ch.) *& terebintho*, P. Sy. Ità veteres putabant †. Sed non placet: nam *terebinthus*, teste Theophrasto, perpetuò viret; אֵלָה autem decidua habet folia, ut apparet ex Jes. 1. 30 [a]. Vel, *tiliâ*, M. Ti. vel, *quercu*, Ch. Ca. *robore*, JT. Pi. At si אַלּוֹן sit *robur*, non potest אֵלָה idem significare: nam hæc duo nomina simul leguntur, ut hîc, ità & Jes. 6. 13 [b]. Vel, *ilice*, Q. in D. vel, *ulmo*. Sub ulmis sacrificâsse veteres constat etiam ex Ezec. 6. 13 [c]. Vel, *nemorosâ* (vel, *umbriferâ*, Ar.) *arbore*, o'. ¶ *Quia bona erat umbra ejus*] Id est, cujusque eorum [d]. Nam etiam quercus & populus umbram densam faciunt *. Sub omnibus densis arboribus sacrificare solebant, Ezec. 20. 28. Talem esse populum, illud arguit Horatii, *Quâ pinus ingens albáque populus Umbram hospitalem consociare amant Ramis* [f]. Pro *bona umbra*, εὔσκιον ὕψος dicerent poetæ Græci [g]. *Bona*, i. e. densa & opaca, ac proinde grata [h]. *Bona*, i. e. amœna sive jucunda [i]. Vel, *bona* dicitur, quia placuerunt sibi in his figmentis, & hæc putabant Deo probari [k]. Mos Gentium erat, in lucis, sub umbra arborum, diis suis sacra facere. Vide Virgil. Æneid. 1. & 8. & 9. & Lil. Greg. Gyraldum de Diis gentium, syntagm. 17. Cujus rei causæ hæ videntur. 1. Quòd talia loca religiosum quendam horrorem incuterent. 2. Ex instinctu Dæmonis, ut ibi clàm nequitias suas perpetrarent [l]. 3. Quòd ibi credebant habitare numina [m]; præsertim manes & heroum animas, qui lares vitales dicuntur [n]. ¶ *Ideo* (vel, Quia umbra illa jucunda est [o]: vel, Occasione acceptâ propter absentiam vestram à domibus vestris; interim dum conceditis in montes illos [p]:) *fornicabuntur filiæ vestræ*, &c.] Vel, *scortantur*, sive *scortari solent*, peractâ scilicet idololatriâ [q]. Al. Denunciat hîc Deus pœnas idololatris, nempe adulteria, &c [r]. Hîc peccato pœna respondet. Et solent plerumque idololatriam, i. e. Dei contemptum, magnæ sequi morum corruptelæ†. τὸ *scortari* hîc intellige, vel, 1. de stupro vi illato, ut Amos. 7. 17 [t]. Dubito an rectè: nam quæ stuprantur vi culpâ carent; istæ autem in culpa erant [v]. Vel, 2. de voluntaria scortatione [x]. Par pari. Vos spiritu scortamini, illæ corpore [y]; ut vos dedecore afficiant & dolore [z]. Minatur Deus se puniturum flagitia flagitiis: ut fecit 2 Sam. 12. 11. collat. cum 16. 22. Amos. 7. 17. Rom. 1. 21, &c [a].

14. *Non visitabo super filias vestras*, &c.] Ità M. P. Mo. Calv. &c. Non corrigam hæc flagitia, quia vos & familias vestras exponam dedecori; quia vos priores scortati estis †. Non puniam eas: pœna homines meliores reddit. Hæc impunitas & filiabus ad impudicitiam, & parentibus ad ignominiam, facit [b]. Dissimulabo ista, quia vos patres & mariti ansam dedistis [c]. Sed hæc sententia pugnat cum scopo hujus concionis, qui est, ut Israelitæ per comminationem pœnarum corporalium deterreantur ab idololatria. Non igitur negat se illas puniturum, sed potiùs affirmat [d]. Al. Non adeò severè puniam, &c *. cùm vos priores scortati estis: vel sic, Durissimè animadvertam in parentes & sponsos, ut illæ punitæ [comparatè ad vos] videantur esse extra pœnam [f]. Al. *Non visitabo* (i. e. puniam) *propter filias vestras*, &c. vel, *in gratiam filiarum vestrarum*, *cùm scor-*

tati

tatæ fuerint, i. e. vi ſtupratæ [g]. Valde placeret, ſi uſpiam פָּקַד junctum cum עַל ſignificaret punire in gratiam alterius, vel propter injuriam alicui factam, & ità *viſitare ſuper aliquem*, ubi agitur de pœna, acciperetur in bonam partem. Sed nullum ſuccurrit exemplum. Malim ergò comminatoriè accipi, ſe *non viſitaturum*, intellige,caſtigando, in emendationem peccatoris, & ut impudicas has filias coerceat aut impediat; ſed puniendo: nam etſi ad tempus conniveat, tandem tamen ulciſcetur gravibus pœnis, & hoc ſeculo & futuro [h]. Alii interrogativè accipiunt [i]. *Non animadverterem in filias veſtras, quòd ſcortentur, & in ſponſas*, vel *nurus*, *veſtras, quòd adulterentur?* JT. Pi. Deficit ה ante לא. Interrogatio hìc affirmat: q.d. Omnino animadvertam [k]. Sed hæc lectio non videtur convenire ſatìs cum ſcopo ſerieque contextûs prophetici. Rectiùs ergò alii verba indicativè atque indictivè intelligunt [l]. כַּלָּה *ſponſam* & *nurum* denotat; ſed cum affixis *ſponſam* (quod ſciam) nunquam. Quare כַלּוֹתֵיכֶם verto, *nurus veſtras* [m]. ¶ *Quoniam ipſi*, &c. הֵם עִם הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ] *Hi*, vel *ipſi*, ſive *iſti*, (ſub. *mariti*, M. Iſraelitæ idololatræ [n]; & ſub. *ſunt*, P. Mutatio hìc eſt perſonæ: indignatus ſermonem aliò convertit, acſi eos jam alloqui non dignetur [o].) *cum meretricibus*, ſive *ſcortis*, *miſcebantur*, ό. ſim. Sy. Ar. vel, *conſociant ſe*, Ch. & RS. in Ga. *converſabantur*, Vulg. vel, *ſeparabuntur*, Ti. vel, *diviſerunt ſe*, Mo. *ſeparant*, JT. Pi. ſcilicet à communi uſu ea quæ volunt ſacrificare [p]: i. e. res opimas domi ſuæ eligunt, quas palàm cum ſcortis conſumant, Religionis ſpecie [q]. *Dividunt ſe*, P. vel, *ſeparati ſunt*, M. ſub. *ab uxoribus*, P. M. ſim. D. vel, *ſeparant* ſe, Liv. D. Calv. G. Ellipſis accuſativi reciproci, quæ frequens eſt: 2 Reg.5.10.*Lava*——ſub. *te*. Vel, 1. propudio, ex collat. Hoſ. 9. 10 [r]. Vel, 2. à conſortio hominum; nam qui talia patrant ſeceſſum quærunt †: in lucos eunt, 1 Reg. c. 15. v. 13 [t]. Vel, 3. à Deo, marito ſuo, cui datam fidem violant [v]. Cui expoſitioni favent, tum quod ſequitur ἐξηγηλικῶς dictum, tum quod præceſſit v. 12. *ſcortantur à Deo ſuo* [x]. ¶ *Et cum*, &c. וְעִם הַקְּדֵשׁוֹת יְזַבֵּחוּ] *Et* (vel, *Quæ*, JT.) *cum ſcortis*, ſive *meretricibus*, (vel, *fornicatoribus*, Ar. vel, fœminis *curſantibus per plateas*, Sy. vel, *effœminatis*, M. G. ex Vulg. quaſi eſſet קְדֵשִׁים: quos ό. vertunt, τετελεσμένων, i. e. *conſecratos* & *initiatos*, ut cultores idolorum & ſacerdotes Priapi oſtenderent [z]. Aq. ἐνηλλαγμένων, i. e. *mutatos*; vel, 1. à mutato habitu [a]: vel, 2. quòd naturam ſuam mutaverint [b], & naturalem uſum, Rom. 1. 26 [c]. & de viris facti ſunt fœminæ. Th. vertit, κεχωρισμένων, i. e. *à populo ſeparatos*, qui ſibi videbantur aliquid plus vulgo habere [d]. Sed vox quæ hìc legitur fœminina eſt; &, ut Hebræi notant, ſignificat ſacerdotem fœminam quæ ſe vulgabat in honorem Baal-phegor*. Scorta intellige publica & vulgò proſtituta [f]: vel, ſcorta maſcula, quæ ignominiæ causâ gen. fœmin. exprimuntur [g].) *ſacrificaverunt*, Mo. vel, *ſacrificant*, M. P. &c. [Alii hoc membrum cum præcedente ſic reddunt;] *Quippe eùm ipſi cum ſcortis ſecedatis, cùmque meretricibus ſacrificetis*, Ca. *Nam, dum proficiſcuntur cum ſcortis* ut eant ad loca in quibus colere ſolent idola, *ſubtrahunt ſeſe*, ſub. *ab uxoribus*, & *cum ſcortis immolant*; ut ità cum eis edant & bibant [h]. Per *meretrices* haud dubiè hìc intelligit corruptelas cultûs Divini: q. d. Deficiunt à vero Deo, & pollutionibus quibuſlibet ſe permiſcent [i]. Sed malim fornicationem & ſpiritualem & carnalem hìc intelligere [k]: prout utraque ſimul exerceri conſueverat. Vide Num. 25. 1, 2 [l]. ¶ *Et*, &c. וְעָם לֹא יָבִין יִלָּבֵט] *Et* (vel, *Autem*, P. *Imò*, JT.Pi. *Itaque*, Ca.) *populus non intelliget*, (vel, *qui non intelligit*, P. M. &c. ſim. JT. Pi. &c. *qui intelligere noluit*, Ti. vel, *indocilis*, Ca. *Populus autem generationis qui non intellexit legem*, Ch. i. e. populus iſte idololatricus [m]; populus Deum non curans [n]. Cauſam mali totam ponit in ignorantia, nempe affectata & voluntaria [o]. Solent homines ignorantiam prætexere, & dicere ſe deceptos fuiſſe, errorem ſaltem tolerabilem eſſe. Denunciat ergò vanas & fallaces eſſe has excuſationes; quia ſponte cæcutiebant, & blanditias ſibi ex errore ſuo faciebant [p]. Dum illi meretricibus & idolis operam dant, populus negligitur, ità ut neſciat quid ſibi ſit ſequendum aut fugiendum [q].) *cespitabit*, Mo. vel, *labetur*, M. *corruet*, P. Riv.

[g] Q. in Riv. [h] Riv. [i] Ga. [k] Pi. [l] Ga. ib. [m] Liv. [n] Pi. [o] Calv. ſim. Rib. Riv. [p] Pi. [q] Jun. [r] Liv. † D. [t] G. [v] Calv. [x] Ga. ib. p. 106. [z] G. [a] D. [b] D. ex Hi. [c] D. [d] G. [*] D. [f] G. [g] D. [h] Tar. [h] V. [i] Calv. [k] Ga. ib. [l] Zanch. Ga. ib. [m] Pi. [n] G. [o] Riv. [p] Calv. [q] D.

D. &c. incidet, vel in tenebras errorum, vel in peccata, vel in calamitates [r]. Metaphora ab iis qui, ſæpe impingentes, tandem in ruinam gravi lapſu præcipitantur. Unico hoc verbo omnia intelligit quæ Deus antea comminatus eſt †. *Adhærebat meretrici*, ό. ſim. Sy. Ar. Verbo יִלָּבֵט adjungunt ό. אִם זֹנָה initio verſûs ſequentis, atque ità ſenſum perturbant *. Vel, *conturbabitur*, JT. Pi. *variis jactabitur malis*, Ti. *vapulabit*, Ca. *concidet*, i. e. punietur [t]: *corruere ſolet*, Q. in V. *ſtupore afficietur*, cùm ſcilicet ſentiet Dei flagella [v]: vel, *nonne collidetur?* Ch. Quâ ſignificatione Interpres Arabs N.T. verbum hoc accipit Marc. 9. 26. Luc. 9. 42. *elidit eum*, ubi habet ולבטה, referente Schindlero. Exprimit Græcum σπαράσσω, *diſcerpo*. Vel, *irretietur*. Hoc verbum tantùm ter invenitur in Scriptura in Niphal, & ſignificat *irretitum eſſe*, nec ſe extricare poſſe [x]. Vel, *percutietur*; propriè, cùm arbor decutitur, vel nuces baculo percutiuntur [y]. Vel, *fatigabitur* pœnis. ליבוט ſignificat fatigationem itineris, & laſſitudinem oneris [z]. Vel, *perplexus* (vel, *perverſus*, Calv.) *erit*, Calv. K. Tar. Pi. Ità verbum ſumitur in lingua Arabica [a]. Vel, *anceps & dubius erit*, nempe in ſua cognitione [b]; ut quid agat neſciat [c]: nullam tenebit rectam viam [d]. Verbum hìc tantùm occurrit, & Prov. 10. 8, 10 *.

15. *Si fornicaris tu, Iſrael*] Tò *ſi* ponitur pro *quia*. Non eſt vox dubitantis, ſed deplorantis ſtatum Iſraelis: q. d. Si jam ſit Iſrael deploratæ ſpei, ut oſtenſum eſt [f]. Si tibi libet ſequi idola [g]. ¶ *Non*, &c. אַל יֶאְשַׁם וגו׳] *Nè* (vel, Saltem *nè*, P. Ti. ſic M. At *nè*, Ca.) *delinquat* (vel, *reatum obeat*, JT. Pi.) *Juda*, Mo. P. Ti. &c. i. e. Tribus Juda [h], & Benjamin [i]. Caveant ſibi duæ Tribus nè talia exempla ſequantur [k], & vitulos in Dan & Bethel colant. Vel, ſenſus eſt, *Non deliquiſſet*, id eſt, delinquere debuiſſet: ut Obad. 12. *Non ſpectâſſes diem fratris*, i. e. ſpectare debuiſſes; Mal. 1. 6. *Filius honorat patrem*, i. e. honorare debet [l]. [Qu. Sed cur Judæos hìc alloquitur?] Reſp. 1. Ut maturè naſcentibus ſcandalis occurreret [m]. Prophetavit Hoſeas tempore Achazi, Regis Juda, qui ſecutus eſt exempla Regum Iſrael, & veram Religionem obliteravit. Id videns Propheta, Judæos revocat, quorum morbus nondum erat adeò inveteratus. 2. Ut non modò Judæis prodeſſet, ſed & Iſraelitas hoc ſchemate acriùs pungeret, eóſque quaſi ad zelotypiam provocaret: q. d. Quum vos Iſraelitæ incurabiles eſtis, ad Judæos me converto [n]. ¶ *Nolite*, &c. וְאַל תָּבֹאוּ וגו׳] *Et nè accedatis* (vel, *eatis*; ut Jon. 1. 3. *vidit navem* בָּאָה *euntem*: vel, *intretis*: vel, *non iviſſetis*, i.e. debuiſſetis ire. Sic ſeq. *non aſcendiſſetis*, *neque juràſſetis*, non debuiſtis aſcendere aut jurare [o]. Subaud. *ô viri Juda*, V. ſim. Pi. Hìc ſermo ſe convertit ad homines Duarum tribuum [p].) *Gilgalem*, JT. Pi. &c. Gilgal locus erat in tribu Juda [q], in ipſis finibus Decem tribuum [r], prope & cis Jordanem †, ubi idola colebantur [t], ut teſtantur Hoſ. 9. 15 [v]. & 12. 11. Amoſ. 4. 4. & 5. 5. Quæ autem ibi erat idololatria, aut à quibus vel invecta eſt vel uſurpata, non conſtat [x]. Gilgal erat locus celebris, tanquam locus ſanctus & reverendus ob miraculoſum trajectum populi [y]. Ibi circumciſi ſunt Iſraelitæ, & Paſcha primum celebratum, & Arca aliquandiu ſubſtitit [z]. Ibi Deus apparuit, & locum ſanctum reddidit, Joſ. 5. 9. Ibi ſedebant & Samuel, 1 Sam. 7. 16. & Elias atque Eliſæus, 2 Reg. 2. 1. & 4. 38 [o]. Ob hanc loci celebritatem & reverentiam probabile eſt Iſraelitas conſtituiſſe cultum idololatricum [p], etſi nullibi hoc memoretur [q]: ſicut etiam vitulos in Berſabe Tribus Juda cultos fuiſſe credimus, tametſi id nuſquam disertè ſcriptum ſit [r]. ¶ *Et nè aſcenderitis* (Erat enim hæc urbs in loco edito ſita †.) *in Bethaven*] i. e. *Bethel* [t]. Ità dicebatur qu. d. *Domus Dei* [v], quòd illic Dominus apparuit Jacobo, Gen. 28. 17 [x]. Vocabant autem *Bethaven*, vel, 1. à loco vicino ſic dicto [y]: vide Joſ. 7. 2 [z]. Vel, 2. per contemptum [a], ſive propter ignominiam [b]; in exſecrationem idololatriæ ibi exercitæ [c]: q. d. *Domus vanitatis*: idola enim vanitas [d]. Paronomaſia eſt*. Laudem in vituperium convertit, & negat ampliùs eſſe domum Dei, quæ fuit olim, sed eſſe domum iniquitatis [f]. LXX vertunt, τὸν οἶκον Ὢν, poſteriore parte ex Ebræo retentâ: Aq. & Sym. οἶκον ἀνωφελῆ, *Domum inutilem*, quæ nihil proſit, & alio verbo *idolum* nuncupetur:

[r] Idem. † Riv. * Riv. ad v. 15. [t] V. [v] Q. in V. [x] Riv. [y] Oecol. [z] RS. in Mer. [a] K. in Merc. [b] V. ex He. [c] K. & AE. in Mer. ſim. [d] Calv. * Tar. He. in D. [f] Riv. [g] G. ſim. D. Pi. [h] Pi. D. [i] D. [k] G. [l] D. [m] Mer. [n] Riv. [o] D. [p] G. [q] D. ex Euſeb. [r] G. † D. &c. [t] G. ſim. M. V. D. Riv. Mer. [v] G. [x] Riv. [y] Calv. [z] Tar. ſic Riv. [o] Riv. [p] Riv. ſim. Calv. [q] Riv. ſim. D. [r] D. † K. in Mer. V. [t] M. V. D. G. Riv. &c. [v] M. V. &c. [x] V. ſim. Riv. &c. [y] D. [z] Riv. [a] D. [b] V. [c] G. ſim. Riv. [d] G. ſim. K. * Pi. Tar. [f] Calv. G.

tur: Th. οἶκον τῆς ἀδικίας, *domum iniquitatis* [h]. *Gilgala* & *Bethel*, ut præcipua idololatriæ loca, conjunxit quoque Amos. 5.5. & dicit בֵּית אֵל futurum לְאָוֶן, *in nihilum*, allusione facta ad illud nomen alterum בֵּית אָוֶן [i]. ¶ *Neque juraveritis, Vivit Dominus*] Nempe, apud idola [k]; vel, dum operam datis idololatriæ *. Vel, in illo templo Bethelis: nam illi vitulos istos vocabant יְהוָה, quòd putarent eum in tali imagine rectè coli, ob causas dictas alibi [l]. Gloria Dei erat, citari eum testem veritatis. Sed Israelitæ hanc gloriam tribuebant idolis suis, &, nomen illud dicentes, idola sua cogitabant & in animo habebant, Deúmque intelligebant quem colebant in Dan, &c. qui ibi coli noluit [m]. Hoc juramento eos uti non vult, quòd in idololatriam prolapsi essent [n]: vel, quòd vitulum loco Dei veri haberent, & nomen huic proprium illi tribuerent: vel, quòd utramque religionem probarent [o], Deúmque cum idolis miscerent [p], nomen Dei & idolorum simul uno ore usurpantes [q]. At Deus nullum consensum vel commixtionem cum idolis admittit [r]. Vide Soph. 1.5. *Perdam eos qui jurant in Deo vivo, & jurant per Melchom*, i.e. Moloch: Matt. 6.24. 2 Cor. 6.15 †. Potest locus disjunctivè reddi, *Aut nè juretis*: Si vultis, inquit, Bethaven adire, nolite per Jehovam jurare: *Ne claudicate*, &c. 1 Reg. 18.21 [t]. Si vultis colere idola, colite, & per illa jurate; me autem missum facite [v]. Dehortatio porrò hæc absoluta non est, nam ità jurare nos jubet Deus, Deut. 10.20. Jes. 19.18. Jer. 4.2. sed conjunctim legenda cum præcedentibus, *Nè eatis in Gilgal —— & nè juretis*, &c [x]. Dictum hoc est secundùm quid, non simpliciter [y]. Cùm falsò jurabant, commemorabant nomen Cœli, [id est, Dei veri, quem Hebræi eo nomine nonnunquam indigitant:] quum autem verè jurabant, jurabant per nomen Baal [z].

16. ***Quoniam sicut vacca*** (vel, ***juvenca***, JT. Pi. פָּרָה est nomen mediæ ætatis inter vitulum & bovem [a].) *lasciviens* (vel, *refractaria*, JT. Pi. *perversa*, Riv. *indomita*, Calv. D. quæ jugum vel non admittit, vel excutit [b]; quæ non patitur se arctiori stabulo coerceri, aut jugo, sed, lasciviâ diffluens, huc illuc discurrit [c]. *Vaccam* autem dicit, non *bovem*, quia de fornicatione loquitur, & vacca bove lascivior est & stultior; & vehementior est impetus & quivis affectus in fœminis quàm in maribus [d]. Vel, *declinans*, q.d. quæ præceps fertur quòcunque eam suus affectus rapit *.) *declinavit* (vel, *indomitus*, Calv. *refractarius* est, JT. Pi.) *Israel*] Judæos hîc dehortatur ab imitatione Israelitarum [f], duplici argumento: 1. à turpi; quia illi rebelles sunt, & adversùs Deum calcitrant, his verbis: 2. à pernicioso & periculoso Israelitarum aberrantium statu, verbis sequentibus [g]. *Sicut vacca*, &c. Alludit Propheta ad illas imagines. Deum voluerunt facere talem: At ipsi tales sunt. Et illi vituli ab Jeroboamo erecti dicuntur itidem δαμάλεις in Græco, 1 Reg. 12.28. &c. Juvencæ solent aberrare à pastore. In Græco hîc, ὡς δάμαλις παροιστρῶσα, (*ut juvenca œstro percussa* [h].) ¶ *Nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine*; ità Mo. P. בַּמֶּרְחָב] *In planitie*, Ch. Ca. *in amplo campo*, Sy. *in loco spatioso*, M. Ti. JT. Pi. Ar. Riv. &c. Quæ phrasis modò in bonum accipitur, ut Psal. 18.20. & 31.9; modò in malum, ut hoc loco [i]. [Hinc variant.] Non pascet eos, ut hactenus, in loco arcto, in terra Israel, sed in loco amplo, i.e. inter gentes. Exsilium innuit [k]. Est hîc χλευασμός, (*irrisio*,) ex ambiguo. Latè pascere amant agni [l]: Deus Israelem disperget per totum Assyriorum Regnum [m]; in quo aberrabunt ut agnus [n], (quod animal imbelle est [o], timidum, & gregarium, non solitarium [p],) qui, in vasta loca perductus, huc illuc discurrit, metuit quicquid aspexerit, matrem, gregem, pastorem quæritat, inani balatu replet omnia, & maximis exponitur periculis [q], à lupis aliisque feris, &c [r]. *Pascendi* vox non semper sumitur in bonam partem, ut contendit Leo Castrius, pro *pabulum præbere*; sed interdum notat vindictam & supplicium, ut Psal. 2.9. Mic. 5.4,6. & 7.14. & significat, *compescere*, aut *castigare* †. Sed hæc interpretatio mihi non placet, quæ *pasci in loco spatioso* semper in bonum accipitur. Vide Esa. 30.23. Et, ex perpetua Scripturæ phrasi, *in loco amplo dilatare*, est, *eum ex angustia liberare*, & in *adversitate* [illegible], ut Psal. 4.2.

Margin notes (column 1): [h] D. — [i] G. — [k] Oecol. — * Pi. — [l] G. — [m] Merc. — [n] V. — [o] D. — [p] Calv. sim. Riv. Tar. — [q] Riv. — [r] Calv. sim. Riv. D. Tar. — † D. Riv. — [t] D. — [v] Tar. — [x] Riv. — [y] Tar. — [z] RS. in Mer. — [a] Riv. — [b] V. sim. D. Riv. — [c] Riv. — [d] Q. in Riv. — * Riv. — [f] Riv. sim. Tar. — [g] Riv. — [h] G. — [i] Riv. — [k] D. — [l] G. — [m] G. sim. Riv. Hi. & He. & Th. & Cyr. in BA. — [n] Idem in BA. — [o] Tar. — [p] Calv. sim. Riv. — [q] Riv. — [r] Q. in BA. Pi. — † Riv.

& 18.20. & 31.9. & 119.45 [t]. [Alii ergò aliter accipiunt.] Nisi defecisset Israel, ut vacca perversa, pavisset eos Dominus in affluentia, sicut agnos in planitie lata, ubi pro arbitrio suo pascuntur [v]. Potest sic accipi, q.d. Dominus non compescet eos, sed patietur eos protervire sine ullo fine & modo, & relinquet eos in lautitiis suis, ut sese ingurgitent, &c. Et hæc formidabilis est pœna. Præfero tamen sensum priorem [x]. Al. Pascet in campo lato [y], ad cædem & supplicium [z]; ut illic citò pinguescat & mactetur [a]. Nunc Israelitas copiosè pascet, ut mox saginati hostibus dedantur trucidandi [b].

17. ***Particeps*** (vel, *Socius*, sive *Consors*, Mo. Ar.) ***idolorum*** (vel, *dolorum*, Mo. Idola sic dicuntur ab ærumnis quas cultoribus suis inferunt [c].) ***Ephraim***] Ità ό. Ch. Sy. sic P. Riv. i.e. Israelitæ [d], sive Decem Tribus. Dicuntur *Ephraim* tum, 1. quòd ex ea tribu fuissent Principes *, & [inter alios] Jeroboam, qui vitulos erexit [f]: tum, 2. ut exprobret eis abusum singularis Dei benedictionis in illam tribum collatæ, Gen. 48.19,20. & 49.22, &c [g]. ¶ [חֲבוּר עֲצַבִּים] *Obstrictus* (vel, *Associatus*, sive *Conjunctus*, JT. Pi. Ca. sim. Calv. i.e. Adhærens, affixus, aut alligatus vinculis quasi indissolubilibus, vinculo societatis tam arctè obstrictus ut ab iis disjungi non possit [h]. Alludit ad conjunctionem quâ scortator associat & quasi agglutinat se scorto, ut ambo fiant quasi una caro [i].) est *idolis*, Ti. &c. Sensus est, Sunt illi insanabiles ab isto morbo [k]. ¶ *Dimitte* (vel, *Sine*, JT. Pi. Sy. *Missum facito*, Ti. V. G. ô Juda [l], ex collat. v.15 [m]. *Dimitte* ergò, Propheta, M.) *eum*; ità P. Mo. Calv. Riv. [הַנַּח לוֹ] hîc positum pro הַנִּיחַ Sunt hæc verba vel, 1. Dei ad Prophetam [o]. *Sine illum*, i.e. Nè arguito eum quispiam [p]. Omitte eum increpare, quia non proderit [q]. Non est quòd te ampliùs fatiges, remitto tibi laborem tuum, tu desiste ab officio, quia sunt insanabiles [r]. Agat [Ephraim] quod libeat. More patris loquitur, qui filium nequam, quem corrigere non potest, in sua nequitia progredi jubet, animóque suo obsequi, quasi curam illius omnem ex illo tempore abjecturus sit †. Sic dico, Jubent [parentes filios] pergere in nequitia sua, cùm nihil minùs velint: sæpe etiam post horam redeunt correpturi ipsos denuo [t]. q.d. Quia me non audis, te missum facio, nec ultrà unquam increpabo. Nihilo seciùs redit, eúmque statim increpat [v]. Tales permissiones sæpe homines magis pungunt quàm quævis aliæ castigationes. Sic Ezec. 20.39. *Ite, colite stercoreos deos vestros* [x]. Vel, 2. Prophetæ ad Judæos [y]. Quum enim & præcedentia & sequentia sint Prophetæ, non est cur hæc Deo immediatè tribuantur [z]. Dehortatur Judæos nè sequantur Israelitas [a], hoc tertio argumento, à periculo contagii [b]. q.d. Fugite societatem eorum [c], quia ab idolis divelli nec velint, nec possint [d]. Quum servari nolint, vosmet nè perditum eatis *. [Alii verba aliter reddunt.] *Dereliquerunt suam religionem*, Ch. Pro הַנַּח לוֹ, habet שְׁבַקוּ לְהוֹן, *Permiserunt sibi idola*: Legit ergò in præterito, non verò in imperativo [f]. Sed quis dixit Critico, Paraphrasten Chaldæum hanc vocem sumpsisse pro perfecto, & non pro imperativo? Annon hæc forma cum Pathach est quoque imperativi? Sic legimus שְׁבַקוּ, *subigite*, [in Chald.] Psal. 4.5. שְׁמַעוּ, *audite*, Prov. 5.7 [g]. Al. *Posuit sibi scandala*, ό. Ar. Putárunt præteritum esse conjugationis tertiæ, à themate נוּחַ, ac legerunt הֵנִיחַ, loco הַנַּח imperativi conjugationis tertiæ, à נוּחַ; & addiderunt de suo, *scandala*, ut orationem implerent. Sed, relictâ verbo suâ significatione, perfecta est oratio [h].

18. *Separatum*, &c. [סָר סָבְאָם] *Recessit* (vel, *Fœtuit*, vel *Putruit*, V. Calv. sim. P. M. Riv. *Acidus factus est*, G. sub. *in ore eorum*, M.) *potus* (vel, *vinum*, P. Riv. *merum*, D.) *eorum*, Mo. Calv. M. &c. [Variè explicant.] Indignus est qui bibatur, qui diis libatus est [i]. τὸ *recedere* venustè admodum usurpatur ab Ebræis de vino quando in vappam resolvitur, & acescit: ut Græcis hujusmodi vinum dicitur ἐξεστηκώς, & Ciceroni, *vinum fugiens* [k]. Rectè judicat: nam סוּר, propriè, *cedere*, *recedere*, *discedere*, significat, ut ἐξίστασθαι Græcè interdum, unde οἶνος ἐξεστηκὼς & ἐξιστάμενος dicitur vinum, cùm, ætati cedens, in vappam abit, vel, ut Ciceronis verbum usurpem, *fugit*, h.e. *deterius fit*, interprete Nonio. Tremellius priore

Margin notes (column 2): [t] BA 1. 2. 41. 413. — [v] K. & AE. in Mer. sic BA ib. — [x] Calv. — [y] V. — [z] Ca. — [a] V. sim. Mer. — [b] Mer. — [c] Mer. sim. Riv. Pi. — [d] V. — * G. — [f] V. — [g] Calv. — [h] D. — [i] Riv. — [k] G. — [l] G. Pi. — [m] Pi. — [o] D. — [p] Q. in Tar. Mer. ex K. & RS. Calv. — [q] Liv. — [r] K. ex RS. — [t] Calv. — † Liv. sim. D. — [t] D. — [v] K in Mer. — [x] G. — [y] Riv. Tar. Hi. in Merc. — [z] Tar. — [a] Riv. sim. Hi. in Mer. — [b] Riv. — [c] Riv. sim. Tar. — [d] Riv. — * Tar. — [f] Cap. crit. — [g] Buxt. vi d. 2. 10. 721. — [h] Riv. — [i] G. — [k] D. ό. 2. 11.

ore suâ Oseæ enarratione ejusdem judicii fuisse videtur; ità enim reddidit, *Vappescit merum eorum.* Arguit igitur depravatos Israelitarum mores, sumptâ metaphorâ à vino corrupto, ut Esa. 1. 22. Et eodem tropo dicitur, *unusquisque recessit*, &c. Psal. 14. 3. Latini etiam eodem modo hominem ignavum & nequam *vappam* vocant [m]. Ingeniosa est hæc interpretatio, & rei de qua agitur conveniens [n]: sed cum præcedentibus & sequentibus non bene cohæret [o]. Al. *Recessit vinum*, &c. i. e. fecit ut recederent ac deficerent à Deo [p]: ut *pallida* mors dicitur, [quia nos pallidos reddit;] & Prov. 20. 1. *irrisor vinum*, quia hominem facit irrisorem [q]. Confirmatur hæc interpretatio ex collatione vers. 11 [r]. *Refractarium est merum*, &c. i. e. refractarios reddit †: ut סר idem sit quod סָרַר, vel à סור *declinans est*, &c. i. e. Illi vino addicti declinant à viis Dei. Vel, *recedens est*, &c. nempe à debito modo; id est, excedens est [s]. Objicitur hîc illis crapula [v], ut in verbis seq. scortatio & αἰχροκέρδεια [x]. Repetit, ut mos est in epilogis, peccata Israel, & pœnam sequuturam [y]. Periphrasis hîc est impuræ ἀσωτίας, (*luxuriæ*, sive *intemperantiæ*,) ab effectu vel consequente, quia helluones ex vino intus putrescente fœdum odorem exhalant [z]. Tantum potant, ut fœteat eorum potus in ore eorum [a]. *Acescit temetum eorum*, h. e. Ità se mero ingurgitant, ut merum, ob stomachi debilitatem, incoctum acescat: quod solet usuvenire ebriis *. Q. vertunt, *fœtidum est*, &c. i. e. computruit. Sed non videntur sequentia ferre ut his verbis pœna innuatur, sed potiùs peccatum reprehendatur [b]. Al. Certum est Prophetam de ebrietate non loqui, ad eam tamen alludit, & *ebrietatem* vocat effrænem Israelitarum licentiam: qu. d. Non vulgari modo peccant, sed ad omne scelus projecti sunt; similes sunt belluinis & ebriosis hominibus, quos nihil pudet assiduè ructare, vomere, & fœtorem pleno gutture exhalare [c]. Possunt verba tropicè intelligi, metaphorâ sumptâ à caupone, qui pro vino vappam vendit: tales erant Israelitæ, nihil in illis simplex erat, mores eorum corruptissimi. Sed malim propriè intelligi [d]: [ut suprà.] Al. *Recessit* (vel, *Alienum à me factum est*, RS. in Mer.) *convivium eorum*, Ti. Al. Chaldæus ellipsin hîc vult esse, [sic vertens,] *Principes quæsiverunt convivium* †. Vel, [prout & in Bib. polyglot. habetur,] *Principes eorum multiplicant convivia ex rapina* [f]. Legit שַׂר, (*princeps*,) pro סַר [g]. Verùm Paraphrastes non tam legit quàm exposuit סר pro שַׂר, sicut & 1 Sam. 15. v. 32. quòd duæ hæ literæ ש & ס sint quasi eædem, & ferè quæ cum ש scribuntur etiam reperiuntur cum ס. Verbum *multiplicârunt* supplevit. סָבְאָם, *vinum eorum*, exposuit ipse, *convivia ex rapina* [h]. ο'. vertunt, ᾑρέτισε (sed Hieron. legit ᾑρέθισε, i. e. *provocavit*,) Χαναναίες, *amavit Chananæos* [i]. סר illis est *accessit* [k]; &, pro סָבְאָם, legerunt סבאים *Sabæos* [l], quos cum Chananæis confuderunt [m]. *Sabæos*, i. e. idololatras; pro quibus illi posuêre populi non minùs impii nomen [n]. ¶ *Fornicatione*, &c. הַזְנֵה הִזְנוּ] *Fornicando fornicati sunt*, Mo. P. &c. *Omnino scortati sunt*, Ti. *Indefinenter scortantur*, JT. Pi. Riv. Vel, 1. propriè: Fœdæ libidini dediti sunt [o]. Vel, 2. metaphoricè: Idolis se prostituerunt [p]. ¶ *Dilexerunt*, &c. אָהֲבוּ הֵבוּ קָלוֹן] מָגִנֶּיהָ] *Amant* (vel, *Dilexerunt*, M. Mo. Calv. sub. *dicere*, M. P. G.) *Date*, JT. Pi. P. (vel, *Afferte*, Mo. M. Ti. sub. *nobis munera*, P. sim. Pi. Est ethopœia, quâ exprimitur Principum δωροφαγία, sive aviditas munerum [q]. Frequenter hoc & libenter in ore habent [r], *Date, date*, Prov. 30. 15 *. Paronomasia est in אָהֲבוּ הֵבוּ [s]. Non tantùm oblata dona accipiebant, sed & ea turpiter captabant & exigebant, ac jus vendebant [v]. Ostendit nullos fuisse qui remedium tot vitiis adhibebant, quia ipsi proceres captabant prædam [x].) cum *ignominia* (vel, *ignominiam*, G. i. e. idola. Sed Propheta dicit, non quod ipsi dicebant, sed quod res erat: qualia & alibi notavimus [y]. Vel, per appositionem, *ignominiam*, id est, quæ res est turpissima: vel, *munera* vocat *ignominiam*, qu. d. ignominiosa munera; ut Græci αἰσχροκερδῆ appellant *deditum turpi lucro*, 1 Tim. 3. 8. &c [z]. Vel, *ignominiosè*, sive *turpiter*, Riv. M. Calv. Non quælibet munera designat, sed talia quæ possent ostendere publicam esse juris nundinationem †. Vel, ad *ignominiam*, P. V. ad verb. *ignominia*, i. e. quod est valde ignominiosum Principibus [a]. Vel, *O dedecus*! sive *O ignominiam*! D. Di. ut sit nota exclamationis velut per parenthesin inserta ad rei indignitatem exprimendam [b].) *protectores* (vel, *principes*, P. M. D. &c. vel, *scuta*, sive *clypei*, Mo. Mer. D. Tar. V. Sic dicuntur Principes [c], quòd sint populo vice clypei [d]: quòd publicæ salutis defensores si non sunt, at esse debent *: quòd oppressos debent defendere; confer Psalm. 47. 10. & 82. 2, 3, 4 [f].) *ejus*, JT. Pi. M. nempe, vaccæ petulcæ, de qua dictum suprà; nam ה est fœm. generis [g]. Synagogæ Israel [h]. Ordo talis esse debet, *Principes ejus amant, Date quod est ignominiosum* [i]. *Principes ejus gaudent* dicere, *Afferte ignominiam*, Ti. Al. *Amant date*, h. e. dona, *ignominiosi sunt clypei ejus*, h. e. primores inter eos [k]. ο'. vertunt, ἠγάπησαν ἀτιμίαν ἐκ φρυάγματος αὐτῆς, (*Dilexerunt ignominiam ex fremitu ejus.*) Vocem הֵבוּ omiserunt, vel, quòd pro אָהֲבוּ acceperint, & ità geminationem ejusdem vocis esse existimârint: vel, quòd pro una voce utramque habuerint, per geminationem 2. & 3. radicalis. מגניה sine punctis acceperunt pro מִגְּאוֹנָהּ: nam vocem גָּאוֹן vel גָּאוֹן per φρύαγμα solent exponere, ut Ezec. 7. 24. & 24. 21 [l]. [Calv. totum versum sic reddit, *Excedit modum perpotatio, scortantur ejus propugnatores: adducite propudium.*] Ephraimitidis Principes vino calentes jubent meretrices adduci, h. e. simulacra colunt [m].

19. *Ligavit*, &c. צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ וגו'] [Variant.] *Ligavit illa ventum in alis suis*, M. Calv. sic Ti. *Illa*, nempe gens Israelitica [n]. Sensus est, Perinde egit in idololatria sua Ephraim atque homo qui ventum alis vestis suæ alligaret, qui, postea vestem explicans, nihil in eà inveniret: q. d. Omnis ejus conatus in nihilum abit [o]. Huic interpretationi favet Chaldæus, *Opera magnatum illorum haud recta sunt, quemadmodum constrictus non potest teneri ventus in ala.* Sic idem esset *ligare ventum* quod *pascere* & *comprehendere ventum* [p]. [Al. sic:] Dicuntur [Israelitæ] *ventum ligare in alis suis*, quòd, gradûs sui immemores, ventoso impetu ad volandum nituntur, & vanâ confidentiâ sursum animos tollunt; alioqui nunquam tantâ audaciâ Verbum Dei spernerent: dum autem superbè se attollunt, nullam habent fulturam nisi in vento. Est & alia lectio [q]. *Ligat*, vel *Ligavit, ventus* (vel, *spiritus*, Riv. Mo. Oecol. &c.) *eam*, &c. JT. Pi. P. Calv. Riv. &c. רוח est vel, 1. *spiritus* [r]. Sensus, qu. d. Diabolus eos ligavit in alis suis, & eos celerrimè in quælibet flagitia circumfert *: ut si quis pennulam alliget aquilæ, sequetur quòcunque volabit. Significat eos planè obstinatos esse & concupiscentiis addictos, & spiritui malo obnoxios [t]. Vel, 2. *ventus* [v]. Ventis alas tribuunt & Græci & Latini poetæ [x]. *Ligabit eam*, h. e. ligatam auferet, sive abripiet [y], vide Psalm. 1. 4 [z]. nempe in exsilium [a]: i. e. celerrimè auferet in regionem longè dissitam [b]. Quod ad *ligationem in alis* attinet, eadem phrasis Ezec. 5. 3. reperitur, *paucos exceptos ligato in alis tuis* †. *Eam*, id est, vel, 1. ignominiam, cujus modò meminit, ut eà obruat Israelem [c]. Non placet, quia affixum fœmin. est, adeóque non congruit cum קָלוֹן, quod masc. est, ut constat ex Prov. 11. 2 [d]. Vel, 2. *vaccam petulcam*, de qua suprà *: uxorem meam adulteram [f]: populum Israel [g]. Sensus, Ventus constrictos tenebit eos in alis suis, & aliò transferet. Hîc prædicit captivitatem Decem tribuum [h]. Al. Toto impetu feruntur in idololatriam, quasi sponte suâ non currerent, sed vi raperentur, tanquam vento abrepti [i]. Al. *Constringit eam ventus suis alis*, scil. meretricius, ut paulò pòst patebit *. ¶ *Et confundentur* (scilicet Israelitæ [k]) *à sacrificiis suis*] Ità M. &c. vel, *propter sacrificia sua*, V. sic JT. Pi. &c. nempe quæ faciunt idolis [l], sive vitulis [m]; cùm scilicet videbunt ea nihil profuisse illis [n], imò multùm obfuisse [o]. Redarguit vanam eorum fiduciam: qu. d. Nunc suis idolis & sacrificiis fidunt; sed serò eos pudebit dementiæ, quum, septi calamitatibus, nihil indè opis accipient. Ab eorum ergò consortio fugiendum est, quippe qui brevi & inexspectatò sunt perituri [p].

m Liv. n Riv. o Tar. p Q. in D. sim. Tar. Glos. rhet. 1. 2. 27. q D. r Glass. ib. Tar. † Pi. ex Jun. s Di. v Oecol. sim. Mer. x Riv. y Mer. z Riv. a K. * Cap. crit. 4. 2. 9. 220. b Di. c Calv. d Riv. † G. f Cap. crit. g Cap. sim. G. h Buxt. vind. 2. 10. 731. i G. Cap. k G. l Cap. sim. G. m Cap. n G. o Riv. p Calv. sim. G. q Riv. r D. Riv. * Riv. s Pi. v Riv. x Calv. y G. z Riv. † Calv.

a V. b Tar. c V. Tar. D. &c. d V. * D. f Tar. g Riv. h D. i V. k Cap. crit. l Buxt. vind. 2. 8. 660. m Ca. n Q. in Riv. o AE. & K. in Riv. p Riv. q Calv. r Q. in Sin. * Q. in Sin. sim. Oecol. t Oecol. v Calv. Riv. G. x G. sim. Riv. Sar. y D. Liv. G. Riv. z Liv. a D. Tar. b G. sim. Riv. † Liv. c Jun. d Tar. * Riv. f Pi. g Pi. sim. Mer. &c. h V. i Mer. ex RS. * Ca. k Pi. l V. sic G. m D. n V. sim. G. D. o V. p Riv.

CAP. V.

1. Audite hoc, sacerdotes] Per κατάχρησιν & κατ' δέξαν[a] qui sacerdotes vos dicitis, & pro talibus habemini, ut suprà 4. 6[b]. Omnes sacrorum præfecti. Antea populum citaverat, initio cap. 4. Hîc gradus omnes distinguit, & tres, prout vocant, Regni ordines[c]. Sacerdotes primo loco compellat, non quòd ordine, sed quòd culpâ, alios anteirent[d]; qui tamen alios rectâ docere debebant †. ¶ *Domus Israel*] Nempe Decem tribuum[f]; vel, Duarum tribuum[g]; *Israel* enim sæpe pro *Juda* ponitur[h]. Non placet hoc. 1. Quia Prophetæ qui sub hac Regni discissione floruerunt *Judam* ab *Israele* diligenter distinguunt[i]. 2. Quia de illis agetur postea[k]. Alii hîc Judices intelligunt quos *Sanhedrim* vocant: cui favent sequentia[l]. Potiùs, promiscuum vulgus intelligit[m]; qui v. 3. nominibus *Israelis* & *Ephraimi* continentur[n]. ¶ *Et domus regis*] Manahemi sc[o]. i. e. Rex[p], & Principes[q], sive aulici[r]. Hi enim approbaverant falsos cultus. Docet etiam Reges, qui se communi hominum numero exemptos putant, debere Verbo Dei se subjicere †. Libere reprehendenda sunt peccata, nullâ habitâ dignitatis ratione[t]. ¶ *Quia*, &c. כִּי לָכֶם הַמִּשְׁפָּט] *Quia*, vel *Nam, vobis* (vel, *ad vos* pertinet, JT. vel, *vestrum est* facere, P. M.) *judicium*, Mo. Ti. JT. Pi. M. P. Ex lege Deut. 18[v]. Vestrum est rectum ordinem servare, ut quisque officium suum præstet[x]. *Vestrum est jus:* illud debetis & scire & exercere[y]. Al. *Vestra causa agitur*, Ca. D. Al. *Vobis*, i. e. in, vel super, vel contra, vos[z], *est judicium*, in quo damnandi estis[a]. *Ad vos pertinet judicium*, Pi. D. nempe hoc[b]; vel, Dei, h. e. pœnæ, &c[c]. Vobis pœna imminet, quæ metonymicè *judicii* nomine indicatur[d]. Deus nominatim vos compellat, & denunciat se fore ultorem contra vos, qui tam securè contemnitis judicium ejus *. Τὸ מִשְׁפָּט, vocabulum generale & μέσον[f], in malum hîc accipitur, pro condemnatione[g]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי־פַח הֱיִיתֶם לְמִצְפָּה וְרֶשֶׁת פְּרוּשָׂה עַל־תָּבוֹר] *Quia* (vel, *Sed*, M. *Qui*, JT. Ca. sub. *ut*, P. sic JT. Riv.) *laqueus estis*, sive *fuistis*, sive *facti estis, in* (vel, *ad*, Ca. vel, collocatus *super* montem, P.) *Mispah*, Mo. Ti. JT. Pi. Ca. P. &c. (Alii autem τὸ מִצְפָּה appellativè sumunt, & sic vertunt[h]; *pro specula*, Ti. i. e. Vos qui in specula erratis constituti populum illaqueâstis[i]: vel, *in via*, Ar. vel, *speculationi*, ό. vel, *speculatoribus*, Sy. nempe Prophetis, quos illaqueâstis[k]. [His favet Ch. qui locum sic reddit, *Offendiculum etenim fuistis doctoribus vestris*.] Sed *Mispah* est nomen proprium[l].) *&* (subaud. *ut*, P.) *rete expansum super Thabor*, Mo. M. Ti. &c. *Mispa* & *Thabor* erant duo montes[m], ob altitudinem celebres[n], & nemorosi, ubi multa aucupia exercebantur[o]. *Maspha* hæc forsan erat illa in tribu Juda, quæ *Massepha* dicta 1 Macc. 3. v. 46[p]. Erant urbes tres nomine *Mitspah*; 1. in tribu Jehuda, Jos. 15. 38. 2. in tribu Benjamin, Jos. 18. 26. 3. Moabitarum, 1 Sam. 22. 3. Hæc autem *Mitspah* mons est, &, ut plerique volunt, pars montis Libani, cujus pars *Galaad*, pars *Mitspah*, dicitur Jud. 10. 17: vel potiùs, montis generale nomen fuit *Galaad*, partis verò nomen singulare fuit *Mitspah*, quia bis fit mentio *Mitsphæ Galaad* Jud. 11. 29. Mons *Thabor* occurrit Psal. 89. 13[q]. Hunc ό. & Jo. Ταβύριον (vel, Ἰταβύριον[r],) transtulerunt, Hebræa nomina more suo Græco sermone declinantes †. Mons erat adeò celebratus, ut proverbio locum fecerit, *Sicut Thabor inter montes*[t]. Erat ad Occidentem Terræ sanctæ: vide Psal. 89. 13*. Est terminus Zabulon, in medio campi magni Galilææ[f]. Maspha mons in Galaad cis [sed legendum, trans, docent & antithesis, & res ipsa,] Jordanem, Thabor mons in Galilæa cis Jordanem[g]. Quid autem sibi velit phrasis, *fuistis laqueus in Mitzpah*, &c. non convenit. Nomina *laquei* & *retis* metaphoricè omnes accipiunt: & metaphoram hanc esse à venatoribus & aucupibus manifestum est[h]. [Variè tamen accipiunt.] qu. d. Ut aves ibi ab aucupibus, ità populus à vobis irretitus fuit[i], falsis doctrinis, superstitionibus & sceleribus vestris, dum persuasistis illis Deum in Vitulis verè coli, &c[k]. Vel, sic malo exemplo Israelitarum etiam Judæi multi seducebantur, infrà 3 †. Al. *Thabor* & *Mitspah* synecdochicè ponit, pro omnibus montibus & locis excelsis in quibus Israelitæ altaria erexerant, & ritibus idololatricis, velut laqueis, populum detinebant, nè vero Dei cultui adhæreret[l]. Al. In *Mispah* & *Thabor* peculiares cultus instituti erant, ut ibi populus retineretur, & à Jerusalem avocaretur[m]. Proceres Regni, de consilio sacerdotum[n], collocârunt in his montibus, quasi in insidiis, homines qui interciperent pios Israelitas transire volentes in Judæam[o]: illàc enim eis transeundum erat in Judæam. Confer 1 Reg. 12. v. 28. Hos. 6. 8, 9[p]. Sed quia Ebræi multa solent asserere, & paucissima comprobare, malim simpliciùs intelligere, ut dictum[q]. [Et quî, quæso, *Mispah* & *Thabor* hîc memorarentur tanquam loca quibus insidias illas struerent? neque enim per illa sola, sed per infinita alia, loca iter erat Israelitis Jerosolymam adeuntibus, in quibus perinde insidiæ collocari debebant. Alii itaque, ut dictum, & porrò dicendum, aliter exponunt.] Fuistis scandalo ipsi populo malo vestro exemplo[r]. Quos in officio continere debuistis, eos in fraudem illectos à vera pietate abduxistis, & ad peccandum induxistis †. Ut laquei avibus & feris capiendis tenduntur, ità isti sanguini insidiati sunt[t]. Apud Maspham & Thaborem retinetis homines ad simulacrorum cultum; quare in causa estis ut multi ob crimen istud à me pereant[v].

2. *Et*, &c. וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ] Locus obscurissimus, & variè expositus[x]. *Et* (vel, *Qui*, JT. vel, *Nam*, Pi.) *ad jugulandum* (vel, ad *jugulationem*, JT. Pi. vel, *mactando*, Ti. sim. Calv. vel, *mactationem*, D. Mer. sim. Liv. vel, *mactare*, Mer. D. [infin. pro nomine;] ut, *Scire tuum nihil est*[y]: vel, *victimam*, sive *victimas*, Rib. vel, *ad immolandum*, P. V. vel, *victimando*, M.) *declinantes* (vel, *declinaverunt*, M. vel, *apostatæ*, Ti. Mer. vel, *qui declinant* à via rectâ, P. Apostatæ Israelitæ, qui in insidiis positi erant ut pios fratres Jerosolymam adeuntes interciperent[z]; idololatræ[a], præsertim sacerdotes[b], qui desciverant à vero Dei cultu[c]. Vel, *apostatarum*, i. e. eorum qui ab ipsorum sacris recesserant[d],) *profundaverunt*, Mo. Calv. Tar. vel, *in profundum*, M. vel, *in profundum ceciderunt*, Ti. vel, *profunda petunt*, JT. Pi. i. e. Dolosè & ex insidiis agunt, velut auceps *, qui humi se prosternit ut aves capiat. Confer Jer. 49. v. 8[f]. Sic etiam vos, ô latrones, ex abdito loco alienæ vitæ insidiamini[g]. Vel, Descendunt ad radices montium *Mispa* & *Thabor*, ut ibi eos mactent quos de vertice illorum prospexerint venientes[h]. Vel, *profundam fecerunt* aversionem, K. in Mer. vel, *profundârunt*, sive *profundum fecerunt*, sub. *laqueum*, Q. in Riv. h. e. pietatis speciem & commodi prætextum: notat astutum & profundum Jeroboami consilium, de quo 1 Reg. 12. 27[i]. Vel, *callidum inierunt consilium*, P. Ad verb. *profundaverunt*, i. e. profundum fecerunt, consilium: q. d. Apostatæ subtili ingenio invenerunt rationem immolandi idolis, dicentes se immolare in honorem Dei. Gallicè dicimus, *Voyla une homme profunde*, de eo qui callidè aliquid facit & ingeniosé. Hoc idem verbum vide Jerem. 49. v. 8[k]. Vel, *profundè*, sive *vehementer*. Verbum sæpe adverbialiter ponitur; ut הֵיטִיב pro *bene*[l]. Vel, *profundârunt*, i. e. augent, multiplicant, cumulant; vel, confirmârunt, effecerunt ut altiùs radices agat[m]. Prorsus obstinârunt animos, & profundas in sua malitia radices egerunt, ut indè non possent avelli[n]. Vel, *profundam fecerunt*, i. e. magnam. Sic Statius, — *tædétque profundæ Cædis*, i. e. magnæ[o]. Tralatio à puteis: nam putei, quò profundiores, eò majores[p]. Sic Esa. 31. v. 6. *profundare apostasiam* est, summâ apostasiâ Deum provocare: & Hos. 9. 9. *profundare corrumpere* est, profundâ corruptione depravari, i. e. maximâ. Rectè enim *profundi* nomine rem immensam intelligi annotatum est in Pagninum, ad radicem עמק[q]. Sed præcipua hîc quæstio est de qua mactatione loquitur, sive bestiarum ad sacrificium, sive hominum. Nonnulli prius statuunt. Quod quidem placeret si de sacerdotibus seorsim hîc ageretur; at hîc agitur de Rege & Principibus[r]. [Videamus tamen quomodo illam sententiam explicant: quod diversimodè faciunt.] Sacrificia quæ Jerosolymis facienda erant declinârunt, id est, planè sustulerunt *, & locis non suis obtulerunt[t]. Insidiatores illi victimas

victimas quas fideles Jerosolymam ferebant deflexerunt, ut eas idolis suis offerrent [v]. Multiplicabant apostatæ sacrificia idolis suis; vel, declinant dum tantùm student victimis: vel, profundas factas mactationes intellige, ità firmata & populo commendata fuisse sacrificia, ut non posset ea opinio ex hominum animis eximi. Egregia est tapinosis in verbo שחט [x], quòd cultum Israel non vocat *victimas*, vel *sacrificia* [y], sed tantùm *mactationem*, sive *jugulationem* [z]. Ità vocat per ludibrium, acsi quis Templum vocaret macellum, & ipsa sacrificia lanienam: qu. d. Carnifices estis vel lanii, & tota hæc victimarum pompa est tantùm profana lanienа; nihil sacrum est, vel mihi acceptum [a]. Sic vocat quòd sine mandato offerrent [b]; vel, quòd iis adderetur opinio justitiæ [c]. [Alii de mactatione hominum intelligunt.] Profunda & magna eorum in cædibus & homicidiis progressio hîc accusatur, ex collat. Hos. 4.2 [d]. Aucupia & retia tribuuntur sacerdotibus, qui callidis consiliis populum illaqueârunt; cædes autem (sub quibus etiam intelligendæ sævitia, tyrannis, & oppressio juris,) Regi & Principibus; quos hîc apostatas vocat, quia, à Lege aberrantes, contra jus & fas sæviebant *. [Alii verba aliter reddunt.] *Altam cædem facientes, noxii*, Ca. *Victimas inclinantes in profundum dejecêre.* Mos idololatrarum, victimas jugulatas dejicere ubi erat ignis. Vide Euripidem Iphigeniâ in Tauris. Transitus de persona secunda in tertiam frequens Hebræis [f]. *Defectores jugulationem occultârunt profundè*; h. e. callidè jugulant, nè deprehendi & convinci possint [g]. *Et victimas idolis mactant plurimas*, Ch. in Cap. Pro סטים, videtur legisse לשדים: nam שדים sunt *dæmones*, qui in idolis colebantur [h]. Conjectura violenta & detorta. Potiùs idola סטים dicta voluit, quia *declinare faciunt* cultores suos à vero Dei cultu [i]. סטים hîc scriptum per ם, sicut & Psal. 101.3. ex notis Masoreticis [k]. שחטה est infin. Kal cum ה paragogico [l], ut אהבה *amare*, Deut. 19.9 [m]. דאבה *lugere*, Jer. 31.12. propter mediam gutturalem, & ponitur loco nominis [n]. ¶ *Et*, &c. [ואני מוסר לכלם] *Et* (vel, *Sed*, Di. sim. P. *Quanquam*, Pi. Tar. sic D. ut ו sumitur Zach. 12.3 *.) *ego* (vel, *ego sum*, sive *fui*, M. P. JT. Pi.) *eruditio* (*disciplina*, Ti. V. *correctio*, Calv. V. Di. *castigationi*, JT. *castigator*, Pi. Di. *vir correctionis*, P. *vir objurgationis*, M. *vir disciplinæ*; ut alibi, *ego oratio*, i. e. *vir orationis*, Psalm. 109.4 [o].) *omnibus eis*, sive *ipsis*, P. Mo. M. Pi. Di. Calv. vel, [simpliciter,] *omnibus*, Ti. JT. nempe ordinibus qui initio citati sunt: q. d. Nemo ignorantiam prætexere potest [p]. Phrasis hæc exponitur, vel, 1. passivè: ut conqueratur Propheta semet ab illis fuisse correctum verbis & factis [q]. qu. d. Omnes me redarguunt [r]. Vide ad cap. 4. vers. 4. Similis phrasis Lam. 3.14. *Eram risui omnibus*, &c. i. e. is quem deridebant †. Litigabant Israelitæ cum Prophetis, Jer. 18. v. 19. Amos. 2.12. Vel, 2. activè; ut referatur, vel ad Deum, qui hîc introducitur immediatè eos arguens; q. d. Non me latent technæ vestræ & sacrificia quamvis profunda, quæ palàm reteget vindicta mea: vel, potiùs, ad Prophetam, qui institutam accusationem his verbis continuat, & partim crimina eorum exaggerat, partim excusationem, sive necessitatis sive ignorantiæ, occupat, & protestatur de sua innocentia, quòd nullâ suâ culpâ impii essent, quia omnes admonuerat, &c [v]. Fui tanquam vir corripiens & admonens proximum. Ego quidem, inquit, non destiti vos revocare ab eo cultu per meos Prophetas [x]. Recesserunt à Deo, etiam cùm ego acerrimus eorum fuerim objurgator [y]. *Cùm ego quotidie eos instituerem*, nempe per Achiam, Eliam, Elisæum, & Prophetas alios [a]. *Quamvis ego castigatio*, &c. id est, castigator, &c. Vel abstractum pro concreto ponitur; vel est ellipsis substantivi איש, vel בעל, ante מוסר [b]. [Ca. verba sic reddit, *Quorum ego omnium castigator ero.*] Possunt & sic verti, *Et ego rejectus sum*, &c. propriè, *remotus*; i. e. omnes illi me à se removent, méque rejiciunt: quod admodum bene hîc quadrat. מוסר poterit esse vel nomen, à יסר; vel Paül Hophal, à סור †.

3. *Ego scio* (vel, *novi*, JT. Pi.) *Ephraim*] Notitiâ, scilicet, non approbativâ [c], sed simplici [d], & judiciali. Sic solent judices ad reos, *Novi te qui sis, & quæ sit vita tua*, &c *. ¶ *Et Israel non est absconditus à me*] Repetitio est ejusdem rei ad majorem assertionem [f]. Affirmationi subjicit contrarii negationem, ut sæpe fit [g]. Frivolis hypocritarum defensionibus & subterfugiis hoc opponit, *Ego novi*, &c. qu. d. Nihil me latet, &c [h]. Vobis ignoti estis, non mihi [i]. Etsi cultum Dei prætexant, scio quo animo idola colunt, & quò spectant [k]; nempe, ut stabiliant Regnum suum, &c [l]. Non me latet quòd propensi sunt ad idololatriam [m]. Novi quibus studiis addictus sit, & quid rerum agat [n]. *Ephraim* & *Israel* idem sunt. Repetitio est [o], quâ auget populi rebellionem [p]. *Ephraim* hîc seorsum nominat, quòd ex ea tribu erat Jeroboam [q]. Decem Tribus probrosè hîc vocat hoc nomine *Ephraim*, quod honoris causâ illis impositum erat [r]. Per *Ephraim* intelligit h. l. decem Tribus; per *Israel*, duas Tribus †. Sed repugnat v. 5. in quo *Israel* & *Ephraim* à *Juda* distinguuntur [t]. Al. *Ephraim* [dicitur] pars præcipua Decem tribuum; *Israel*, novem Tribus aliæ [v]. *Ephraim*, Jeroboam [x], sive domus Regis [y]; *Israel*, populus [z], populus reliquus Decem tribuum [a]. ¶ *Quia*, &c. [כי עתה וגו'] *Quòd nunc* (vel, *Nunc enim*, h. e. Etiam nunc [b],) *scortatus est*, &c. Ti. *scortaris*, Tar. scortatione tum corporali [c], tum inprimis spirituali [d]. q. d. Pergis in idololatria *. Hactenus dixistis, Rex præcepit, dira comminatus nisi pareremus: at nunc spontè & libenter idola colitis [f]. Usque ad Hoseam filium Ela adscribebant perditionem Regibus suis, qui prohibebant nè ad statas ferias ascenderent. Ille autem sustulit impedimenta, nec tamen ascenderunt [g]. Exprimit his verbis quid cognoscit in hoc populo, nempe quòd scortati fuerint, &c. q. d. Litigate ut visum fuerit; frustrà eritis; aures habeo obtusas mendaciis vestris: ubi omnia dixeritis, tamen vos estis scortatores, &c [h].

4. *Non*, &c. [לא יתנו וגו'] [Variant.] *Non permittent*, vel *sinunt*, (sub. *eis*, Sy.) *opera* (vel, *studia*, Q. in Calv. *facinora*, Sy.) *eorum ut revertantur*, &c. P. sim. Sy. K. in Mer. D. Riv. q. d. Ità multiplicârunt prævaricari, ut non sit eis relicta via ad resipiscendum, donec pœnas luerint: vel, Adeò factis suis malis adhærescunt, ut, etiamsi semel cogitârint de resipiscendo, statim eos pœniteat [i]. Adeò mancipati sunt superstitionibus suis, ut jam non sit illis integrum nec liberum redire in viam. Hic sensus probabilis est, sed alterum præfero [k]. Eò improbitatis devenerunt, ut non possint ad frugem redire. Verbum נתן, cùm post se habet vel gerundium vel infinitivum, sign. *sinere*, seu *permittere*; ut Num. 21.23. Est. 8.11 [l]. ità & Gen. 20.6. & 31.7. Vide & Psal. 16.10. & 55.23 [m]. Sed non placet hæc interpretatio; tunc enim, post לא יתנו, addidisset אותם [n]. Al. *Non missa faciunt opera sua quò convertantur*, &c. Ch. *Non deserent viam suam*, &c. RS. in Mer. *Non posuerunt*, i. e. deposuerunt, *studia sua*, &c. i. e. peccata, etsi corriperentur [o]. Al. *Non dabunt* (vel, *dant*, M. vel, *dederunt*, o'. *adhibent*, JT. Pi. Ar. *applicant*, vel, in hoc *ponunt*, Ti. V. *adjicient*, Calv.) *studia sua*, &c. Mo. M. Ti. Calv. V. *operam*, Ca. *actiones* (*cogitationes*, o'. *mentes*, Ar.) *suas*, &c. JT. Pi. q. d. Actum est de illis, insanabiles sunt, ferociter resistunt remediis, ideóque exitio prorsus devoti sunt [p]. Non exspectanda est ab eis pœnitentia, pervicaces sunt, nec volunt nec possunt resipiscere: cujus ratio desumpta est ab inveterata peccandi consuetudine, quæ eos de resipiscentia nè cogitare quidem permittit [q]. ¶ *Quia spiritus fornicationum*, &c.] i. e. Vel, spiritus malignus, inflammans & insufflans, &c; vel, vehemens inclinatio [r], & motus animi ad scortationem impellens †: qui *spiritus perversitatum* Esa. 19. vers. 14. Idololatriæ œstro planè sunt perciti [r]. Vide ad Hos. 4.12 [v]. ¶ *Dominum non cognoverunt*] Contrà, *Deus cognovit Ephraim*. Est antithesis. Sensus est, Obliti sunt Dei, & lucem notitiámque Dei quam habebant abjiciunt, & profanatione suffocant [x]. Monstrosa erat hæc ignorantia; quum vigeret apud ipsos Legis doctrina, sed illi oculos pervicaciter clauserunt [y]. Al. Deum nè semel quæsierunt [z], à Jeroboam ad Hoseam ultimum Regem [a]. Eò fit *nè Dominum cognoscant*, G. Deum non curant, non reverentur [b]. Novit Deum, qui non modò scit rectum, sed & facit [c].

5. *Et*, &c. [וענה גאון ישראל בפניו] *Et* (vel, *Etiam*, JT. *Autem*, P. *Ideo*, Pi. sim. Ti. Ca.) *respondebit* (vel, *testificatur*, sive *testificabitur*, P. JT. Pi. Calv. Riv. sim. D. G.

Margin notes (left): [v] Q. in Riv. [x] Mer. [y] Tar. [z] Tar. Mer. Calv. [a] Calv. [b] Tar. [c] Mer. [d] Liv. * Riv. [f] G. [g] Cap. crit. 5.2.4.329. [h] Cap. ib. [i] Buxt. vind. 2.10. 731. [k] D. [l] Tar. [m] Tar. ex D. [n] Tar. * D. [o] D. [p] Riv. [q] Q. in Riv. [r] Q. in D. Liv. † Liv. [r] Q in Riv. [v] Riv. [x] V. [y] M. [a] G. [b] Tar. † Di. [c] Tar. sim. Riv. [d] Tar. * Riv. [f] L. sim. Riv.

Margin notes (right): [g] Riv. [h] Riv. sim. Calv. Tar. [i] Calv. [k] Mer. [l] Tar. [m] V. [n] D. [o] V. sim. Riv. [p] Riv. [q] Calv. sic D. [r] Calv. † D. [t] Riv. [v] G. [x] Mer. ex Hi. & K. [y] Q. in Riv. [z] Mer. [a] Hi. & K. [b] Q. in Riv. [c] D. [d] Riv. sim. Tar. * Riv. [f] sim. V. D. Riv. [g] &c. [h] Tar. [i] RS. sim. K. in Mer. [k] Calv. [l] K. in Mer. [l] Calv. [m] D. sim. Riv. [n] Tar. [o] Mer. sim. Tar. [p] O. col. [q] Calv. [r] Riv. [r] Riv. † D. [v] G. [x] D. Pi. [y] Riv. [z] Calv. [a] Oecol. [b] ex K. [c] Oecol. Pi. D.

D. G. V. vel, *loquitur*, i. e. perspicua est*,) *fastus*, sive *superbia*, (vel, *contumacia*, G.) *Israel ad*, vel *in*, *faciem ejus*, Calv. sic JT. Pi. &c. vel, *ei*, P. Ti. i. e. in eum præsentem[f]; ipsis videntibus[g], ac probè sentientibus†. Israel palàm arguetur superbiæ[h]. q. d. Non est quòd laboremus in aperienda Israelis improbitate, cùm ipse palàm se prodat, & in facie ostendat internam suam arrogantiam; sicut mulieris vultûs inverecundia internam impudicitiam ostendit: confer Esa. 3. 9[i]. Sensus, vel, Ipse vultus testis erit de superbia[k]; vel, Contra ipsum testabitur ipsa superbia[l]: quâ sc. Deum spernit præ idolis[m]; vel, quâ Prophetarum doctrinam & monita contempserunt[n]. Al. Verbum עָנָה significat quoque, *humiliare*[o]: & גָּאוֹן est mediæ significationis[p], denotans & *superbiam*, & *gloriam*[q], sive *magnificentiam*, *excellentiam*, & *majestatem*; & tribuitur Deo, Esa. 24. 14. Amos. 8. 7[r]. [Hinc aliqui aliter reddunt :] *Et humiliabitur*, vel *deprimetur*, *superbia*, &c. Merc. sim. Ch. Sy. Ar. vel, ὕβρις, ο'. i. e. *injuria* & *contumelia*, sive *injuria contumeliosa*, *insolentia*, vel etiam *superbia*: ut, Κόρος τίκτει ὕβριν, *facit ut homines insolescant & superbiant**. Pœna hæc erit idololatriæ: Omnia amittent, Regnum, opes, Religionem, &c†. *Et respondebit magnificentia*, &c. q. d. In facie ejus videbitur quantum illi ex pristina magnificentia decedat; sicut in ægro pallor morbum prodit[t]. Al. *Et testificabitur gloria Israelis*, &c. i. e. Deus, metonymicè sic dictus, ut Amos. 8. 7. Nah. 2. 2. propterea quòd Israelitæ in eo gloriabantur. Eodem tropo gloriosum Dei Templum *gloria Jacobi* nominatur Amos. 6. 8. Potest etiam Deus dici *superbia Israelis*, quia in illo superbiebant. Similiter Claudianus Proserpinam, in libris De raptu illius, *gloriam* & *superbiam matris* suæ vocat, quòd tali filiâ gloriaretur & superbiret. Jam verò *testari in eos* dicitur Deus quos punit vel castigat, Ruth 1. 21. Job. 10. 17. Mic. 1. 2. Pœna igitur hìc denunciatur, quam sequentes voces declarant, *corruent*, &c[v]. Pulchra est hæc amici mei expositio, sed nescio an vera[x]. Præstat hoc de culpa intelligere quàm de pœna, quam statim subjicit, *corruent*, &c[y]. Et quia fuit in Israelitis crassa & supina ignorantia & Dei contemptus, & postea sequitur, *corruent*, &c. malim superbiam hìc poni pro fonte rebellionis & contumaciæ suprà descriptæ, & pro causa ruinæ infrà declarandæ. Parùm tamen ad rem interest sive Deus, sive superbia, testari dicatur: superbia enim est causa meritoria pœnæ, quam Deus ut Judex infligit[z]. Testatur fastus, &c. quum Deus eum redarguit, &c[a]. ¶ *Israel & Ephraim* (i.e. Ephraimitæ[b]) *ruent* (vel, *impingent*, V. D. Riv. &c. i. e. corruent; antecedens pro consequente, ut Hos. 4. 5[c]. Luent pœnas[d]: in calamitates incident*. Emphaticè dicit, *corruent*, vel *concident*, nempe è fastigio suæ potentiæ & confidentiæ in profundum magnæ confusionis[f].) *in iniquitate sua*] i.e. In pœnam sibi debitam[g]. Vel, *propter* (ב valet, *propter*, sicut Psal. 5. 11. &c[h].) *iniquitatem suam*, Tar. Riv. &c. nempe idololatriam[i], aliáque scelera[k]. ¶ *Ruet etiam Judas* (vel, *Juda*, Pi. sic JT. Riv. &c.) *cum eis*] Quia similem admisit iniquitatem[l]. Duæ Tribus, exempla Decem tribuum secutæ, corruent sub Ægyptiis & Chaldæis[m]. Nè dicerent Israelitæ, Cur nobis solis minaris, quum etiam in Juda regnent scelera? respondet & præoccupat Hoseas, Illa etiam, quia consors est maleficiorum, erit quoque consors pœnarum. Mitiùs tamen punietur, quia minùs peccavit[n]. Additum hoc ut Israelitarum crimen augeret, quòd unà secum Judæos vicinos in peccatum, ideóque in exitium, trahebant[o]. Qu. Quomodo hoc convenit cum misericordia Judæis promissâ Hos. cap. 1[p]? Resp. 1. Misericordia illa non refertur ad omnimodam pœnæ exemptionem, sed ad dissimilitudinem pœnæ Israelitarum & Judæorum, quorum hi restituendi erant, illi nunquam[q]. 2. Utrobique sunt synecdochicæ loquutiones: hìc mali & corrigi nescii, ibi pœnitentes, intelliguntur[r]. Judæos degeneres hìc designat, non legitimos & pios. Sensus est, Quicunque ex Judæis sequuti sunt impios cultus & corruptelas non effugient judicium Dei†.

6. *In* (vel, *Cum*, D. Calv. Tar. Riv. ב valet *cum* etiam Jes. 7. 24. Sic Apuleius De asino aureo, *Cùm me viderent in* [i. e. cum] *ferro*, &c[r].) *gregibus suis*, &c.] i. e. Sacrificiis[v]: quibus se Deum placare posse confidebant[x]. ¶ *Vadent* (nempe Israelitæ[y], & Judæi[z],) *ad quærendum Dominum*] q. d. Præ se ferent id studium, quasi Jehovam quærerent, ut inventum placarent[a]. Vadent ad Templum Jerosolymitanum[b]. ¶ *Non invenient*] Pacem Dei per victimas frustrà exposcent[c]. Par pari illis referetur[d]. Sed cur non invenient? Resp. 1. Quia recurrebant ad falsos cultus, &c*. 2. Ob hypocrisin eorum. Ideo dicit, *Quærent—cum ovibus*, &c. exclusivè scilicet ad cordis affectionem, fidem, pœnitentiam, quibus verè quæritur Deus, & invenitur[f]. ¶ *Ablatus*, &c. חָלַץ מֵהֶם] *Recessit* (vel, *Subtraxit*, sive *Subduxit*, *se*, M. P. Mo. D. Ch. G. sub. *longè*, G. *Eruit se*, JT. Pi. *Declinavit*, ο'. sim. Ar. *Divisit*, vel *Separavit*, *se*, V. Riv. *Surripuit se*, D. sub. *enim*, P. M. sic Pi.) *ab eis*, Ti. Vide Hos. 10. 2[g]. *Quippe declinantem eos*, Ca. ad verb. *Declinavit eos*, h. e. eo declinante eos[h].

7. *In Dominum prævaricati sunt*] Vel, *perfidè egerunt*, JT. &c. Violatâ fide conjugii spiritualis. Vide Jer. 3. 20[i]. ¶ *Quia filios alienos genuerunt*] Sic Ti. Pi. &c. vel, *pepererunt*, JT. Liv. Verbum יָלַד, 1. de viris dicitur, ut Psalm. 2. 7[k]; & sign. *gignere*: & in generatione illorum Gen. c. 5. v. 18, &c. constanter usurpatur. Sic Græcis τίκτω, & Latinis *pario*, quæ utplurimum tribuuntur mulieribus, etiam de viris dicuntur[l]: ut, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς, (*quem immortalis genuit Jupiter*;) &, *Oenei partu edita*[m]. [2. De mulieribus.] יָלַד propriè mulierum est, *parere*que significat. Id aptiùs huic loco quadrat quàm *genuerunt*: & hanc notionem comprobat perfidæ uxoris similitudo, quæ h. l. innuitur[n]. [Sensus est,] *Genuerunt filios alienos*, sc. vel, 1. carnales[o]; ex uxoribus alienigenis[b], quales non licebat illis accipere[c]: ex fœminis earum gentium quibuscum jus connubii ipsis non erat[d]. Verùm non hoc solùm intelligit: quia id, etsi à nonnullis factum esset, non tamen erat commune gentis vitium*. Al. *alienos*, id est, spurios†, qui *filii scortationum* dicuntur 1. 2. Hìc enim populus uxori adulteræ comparatur[f]. Vel, 2. spirituales[g]. Figuratè hoc accipi potest de corruptione filiorum, h. e. inferiorum, per exempla parentum, h. e. superiorum: qu. d. Non solùm ipsi perfidi sunt, sed alios etiam suæ fidei creditos perfidos reddunt, ut illi Matth. 23. 15[h]. Non solùm fuerunt idololatræ, sed & alios idololatriam docuerunt[i]. Al. Sed potior est & simplicior sequens interpretatio[k], de filiis in idolorum cultu institutis[l], quo fiebant tanquam Ethnici[m]; quos ab infantia superstitionibus imbuerunt[n]: ideóque Deus illos pro suis non agnoscit, quia in eadem hærebant defectione[o]. Significat ergò ità vitiatum esse statum, ut omnia sint desperata, etiam in futurum tempus, nec ulla sit in posteris spes resipiscentiæ[p]. Potest tamen hæc interpretatio cum præcedente conjungi; quòd & discipulos & filios sibi similes post se reliquerint[q]. ¶ *Nunc devorabit* (id est, ad extremam inopiam rediget[r]) *eos mensis*] [Variè intelligunt.] 1. Brevi peribunt†, post menstruum tempus, h. e. brevissimum[t]. *Mensis*, pro *mense uno* Zach. 11. 8. Sic Soph. 3. 9. *humero*, pro *humero uno*[v]. [Hinc Ca. verba sic reddit, *Quos jam vel unus mensis consumet*.] Ponitur *mensis* nomen pro tempore certo & statuto[x]. Contractus tunc menstrui erant[y]; ut hodie annales sunt, ut in usuris[z]. Ad hos ergò videtur alludere: q. d. Non exspectandæ sunt vobis induciæ, ut olim, per 120 annos, quin nec 40 dies supersunt[a]. Frustrà procrastinatis, & tempus extrahitis vanis illecebris, ut hypocritæ solent; imminet vobis ultio, quam non effugietis[b]: tempus instat ut perdamini[c]. 2. Alii per *mensem* intelligunt singulos menses[d]. [Hinc nonnulli locum sic reddunt,] *Idcirco in singulos menses comedet eos* hostis, Ti. sim. Ch. [Sic etiam M. exponit, quanquam aliter vertat.] 3. *Consumet eos mensis*, malus scilicet*. Et mensis iste est mensis Tammuz, quo fissa est urbs[f]; & mensis Ab, quo eversa[g]. 4. *Mensis*, id est, usura exactò mense aucta; quia tunc mutuum non possunt reddere. Metonymia subjecti[h]. 5. *Mensis*, i. e. menstrua pensio quam Rex populo suo injunxit, ut sarciat damnum quod fecit magnas pecunias dando Phuli Regi Assyriæ, 2 Reg. 15. 19, 20. Vide & infrà 8. 10[i]. 6. *Mensis*, i. e. menstruus sanguis quo diffluunt

Margin notes (left): * Cr. | f Mer. | g Tar. ex Oecol. Mer. | † Tar. | h V. | i Riv. | k D. | l D. sim. Riv. | m Riv. | n Calv. | o M. | p Riv. | q Liv. Riv. | r Riv. | * D. prov. 14. 3. | † Mer. | t Oecol. | v Liv. | x D. | y Tar. | z Riv. | a Tar. | b G. | c Riv. | d V. | * L. | f Riv. | g G. | h Tar. | i V. sic D. | k D. | l V. | m G. | n Tar. | o Riv. | p Riv. sim. Calv. | q Riv. | r Tar. | † Calv. | r D. Riv. Tar.

Margin notes (right): v Riv. sim. D. Calv. &c. | x Calv. | y Riv. | z Calv. | a Riv. | b D. | c G. | d Tar. | * Mer. | f Riv. sim. Calv. &c. | g V. | h Ca. ad v. 9. | i D. ex Liv. | k Riv. D. | l Riv. | m Riv. ex D. | n Liv. | o Q. in V. | b M. sic Pi. K. | c V. | d G. | * Riv. | † Liv. D. | f Liv. | g Al in V. | h Riv. | i Q. in V. | k Riv. | l Mer. sim. Oecol. Riv. Tar. Calv. | m Mer. ex Oecol. | n Calv. sim. Riv. | o Riv. | p Calv. | q Riv. | r Pi. | † V. D. Riv. sic Mer. Oecol. Calv. | t V. | v Riv. ex D. | x Calv. | y Calv. Riv. | z Calv. | a Riv. | b Calv. | c M. | d Q. in Riv. | * AE. in Mer. | f K. ib. | g K. ex AE. | h Pi. | i G.

diffluunt mulieres luxuriæ & Veneri deditæ, atque ità contabescunt omnia eorum membra. Sic *mensis* pro menstruis accipitur Jerem. c. 2. v. 24[k]. Sed hanc interpretationem aliis omnibus minùs probabilem judico[l]. 7. *Mensis*, i. e. neomenia, sive novilunium, quando offerunt sacrificia idololatricé. חודש notat *novilunium* Num. 28. 14. 1 Sam. 20. 5. 2 Reg. 4. 23. Esa. 66. 23. Amos. 8. 5[m]. Græci, pro חודש, legerunt חסיל. Vertunt enim, *comedet eos rubigo*. Sed suspicor esse mendum, quia חודש nusquam ità reddunt. *Mensis devorare* dicitur per metonymiam, ut in illo, *Tempus edax rerum*[o]. ¶ *Cum*, &c. את־חלקיהם] *Partes* (vel, *cum partibus*, Mo. P. &c. *cum possessionibus*, Ca. G. את valet, *cum*. Vel, *videlicet partes*, per appositionem[p]; vel, *atque agros*, M. sim. Ti. ό. Ar.) *eorum*, JT. Id est, cum facultatibus & hæreditatibus eorum[q]. qu. d. Etiamsi omni rerum copiâ affluant, & præsidiis munitissimi sint, nihil tamen illis proderit ad salutem[r].

8. *Clangite*, &c.] Hypotyposis est, sive viva repræsentatio †. Est bellicum velut classicum, quo exaggerat instans periculum, conclamans ad arma contra hostes velut jam præsentes; ut securitatem illis fastúmque excutiat, & terrorem injiciat. Est etiam ironia, quâ significat hæc nihil illis profutura esse[r]. *Buccina* ex cornu, *tuba* ex ære vel argento[v]. Per eas significat adventum hostis[x], in utrumque Regnum[y]. *Gabaa* & *Rama* sunt de portione Benjamin[z], Jos. 18. 25. 1 Reg. 15. 22[a]. sibi invicem vicinæ[b], septimo ferme ab Hierosolymis lapide[c]. Gibea erat terminus Regni Jehuda, ut Rama Israelis[d]. ¶ *In Bethaven*] Ità Ti. Riv. &c. Hæc erat vel Bethel, ut suprà c. 4. v. 15*; vel alia urbs in solitudine sita, Jos. 7. 2. & 18. 12[f]. Pertinebat hæc, vel ad tribum Benjamin[g], vel ad tribum Ephraim[h]. Ipsi Benjamin à tergo conjuncta erat, ubi initium erat Tribûs Ephraim[i]. *Gabaa* & *Rama* & *Bethaven* nominat, quia illic agi solebant celebres conventus, & forsan ibi erant valida propugnacula[k]. In his tanquam editioribus locis hoc proclamari voluit[l]. ¶ *Post*, &c. אחריך בנימין] *Post te, Benjamin*, Mo, vel, *ô Benjamin*, P. M. Ti. JT. Pi. Ca. &c. sub. *imminet hostis*, V. sim. D. Riv. Tar. Oecol. Decem tribubus in captivitatem abductis, in te convertent se hostes, ô Benjamin[m]. Reticentia est: quod est signum animi vel irâ vel metu commoti[n]. Synecdoche est, & pro Israele sive Decem tribubus ponitur *Benjamin*: quam solam nominat, vel, quia in ea erant *Gibeah* & *Ramah*, illiúsque finibus conjuncta *Bethaven*, quibus jussit indici bellum; vel potiùs, quia ea Tribus erat inter Judam & Ephraim. Voluit ergò Propheta simul excitare Benjamitas & Judæos: q. d. Hostis qui desolaturus est Israelem pervenit usque ad Ramah, Gibeah, & Bethaven; imminet etiam tibi, habes eum *post te*, i. e. à tergo; vel, *post te*, id est, contra te, bellum fiet[o]. Nam *tua res agitur, paries cùm proximus ardet*[p]. Al. Ad situm *Bethaven* respicit, quæ post Benjamin, ad Aquilonem, in sorte Ephraim[q]: qu. d. quæ urbs valde tibi propinqua est, ô Benjamin[r]. Ubi enim Tribus finitur Benjamin, haud procul in tribu Ephraim condita est Bethel †. Al. *Posterior te*, (vel, *Qui post te habitat*; periphrasis est Judæ[t];) *ô Benjamin*, clangat, JT. Pi. i. e. Juda quoque ad bellicas clades perferendas se comparet: quamobrem de Israele agitur v. 9. & de Jehuda v. 10[v]. Al. *Post te* (nempe, Israel,) *Binjamin* clangat. Sub Binjamin Juda comprehenditur: versu autem 5. tam Judæ quàm Ephraimo minatus erat. Sic etiam locus verti potest, *Clangite, ô Bethaven, post te Binjamin*: ubi *Binjamin* non sumo in vocativo casu, sed in nominativo; & *post te* non refero ad sequens *Binjamin*, sed ad præcedens *Bethaven*. Arbitror hoc versu omnes Tribus, non tantùm Israelis, sed & Judæ sive Binjamin, ad bellum citari: juberi itaque ut tubâ clangant, 1. habitatores *Gibeæ*, 2. *Ramæ*, 3. *Bethaven*, 4. & postremò, *post Bethaven, Binjamin*[x].

9. *Ephraim*, &c. אפרים לשמה תהיה] *Ephraim in desolationem erit*, Mo. P. sim. JT. Pi. &c. *vasta fiet*, G. *Ephraim* masc. jungitur cum verbo fœm. rectè ergò subauditur עדה, *congregatio*, ante *Ephraim*[y]. Vide suprà ad Hos. 4. 19[z]. Sensus, qu. d. Non lenis aut paterna erit hæc castigatio, sed deletoria, &c[a]. ¶ *In*, &c. ביום תוכחה] *In die* (vel, *tempore*, V.) *correctionis*, sive *castigationis*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *correptionis*, M. Riv. D. *reprehensionis*, V. i. e. pœnæ[b]: qui dicitur *dies indignationis* Prov. 11. 4. cujus appellationis ratio est v. seq. *Effundam*, &c[c]. Vide & Obad. 12[d]. Cùm Deus ipsi immittet Salmanasarem*. *Quo tempore redarguentur*, i. e. punientur ob peccata[f]. ¶ *In*, &c. בשבטי ישראל הודעתי נאמנה] *In tribubus Israel* (vel, *Cùm adversus tribus Israel*, G. vel, Quo [nempe facto] *in tribubus Israel*, JT.) *ostendi* (vel, *notificavi*, Di. sim. Mo. Pi. vel, *docui*, ad verb. *intelligere feci*, Calv. vel, *ostendam*, M. G. sim. JT. Riv.) *fidem*, P. vel, *verum*, sive *veritatem*, Mo. Ti. Calv. V. qu. d. Sæpius admonui decem Tribus; ideo se excusare non possunt[g]: notam feci Legem meam fidelem[h]. Est exprobratio ingratitudinis, quòd gratiam fœderis & Legis sibi datam spreverint; ideóque non possent malitiæ suæ ignorantiam obtendere[i]. Vel, *rei veritatem*; qu. d. Ego perspicuum faciam utrùm in Lege mea ambulaverint néene[k]. Vel, *veram*, sub. *scientiam*, à verbo præcedente, *scire feci*[l]. Vel, *constantiam*, meam, scilicet, in implendis quæ Prophetæ prædixerant[m]. Vel, *rem certam*, Liv. Di. & *veram*, Liv. firmam & stabilem[n]. Adjectivum vel participium fœmininum absolutè & substantivè usurpatur, quo modo apud Latinos neutrum: ut Job. 5. 9. *faciens* גדולות *magnas*, i. e. magna[o]. Heb. quòd *certa* sit, Pi. vel, *quod certò futurum est*, Ang. Est quædam obsignatio visionis, & confirmatio ultionis prædictæ, opposita impiis, qui hæc quasi vana terriculamenta ridebant[p]. Certa est correctio à me prænunciata, quam illi ut incertam, nec futuram, ludificantur[q]. Non est quòd quisquam in dubium vocet quod de desolatione dixi: quod enim tribubus Israelis significavi certum quid est & firmum[r]. Præteritum hîc, ut sæpe, ponitur pro futuro; *Notam faciam rem certam*: qu. d. Omnibus tribubus Israel manifestum faciam ipso eventu quàm vera sint quæ comminatus eram †. Solennis est contestatio[t]; qu. d. Sententia quam protuli non ampliùs est conditionalis, ut antea, sed absoluta, fixa, præcisa & irrevocabilis[v]. Nemo ergò sibi effugium captet; quia Deus non nunc minatur, ut sæpe, ut revocet homines ad pœnitentiam, & spem veniæ faciat: non ampliùs reprehendet vos, quia doctrinam videt à vobis esse contemptam: ultima hæc est denunciatio, quæ stabilis & rata erit; pronuncio vos jam esse desperatos[x]. [Ca. locum sic reddit,] *Ostendente me an sit in Israelitarum tribubus fidelitas*; ad verb. *In Israelitarum tribubus ostendente me fidelitatem*. Est enim verbum id reddendum per participium: id quod solet fieri, cùm verbum cum antecedente verbo nullâ conjunctione copulatur. Sensus est, Ostendam non esse in Israelitarum tribubus fidelitatem, dum eos tanquam perfidos ulciscar. Hujusmodi loquendi modus est & Psalm. 69. v. 6. ubi sic ad verbum legitur, *Deus, tu nôsti meam vesaniam*, sive *vitium*: h. e. tu nôsti an sim in vitio, scis me esse extra vitium: nam in eo Psalmo defendit David suam innocentiam[y]. Alii hæc verba cum præcedentibus jungunt, hoc modo, *In die correptionis notam facio rem certam*[z]. Sed perperàm: nam post illa verba, *in die correptionis*, est accentus distinguens Athnach, qui ea cum præcedentibus conjungit, & à sequentibus distinguit: quod etiam faciunt Chald. ό. & Vulg[a].

10. *Facti sunt principes Juda quasi*, &c. כמסיגי גבול] *Sicut hi qui transferunt* (vel, *movent*, Sy. JT. *promovent*, Ti. *retroagunt*, Pi. Riv.) *terminum*, P. M. sic Mo. Calv. &c. nempe fundorum & possessionum[b], contra Legem, Deuter. 19. 14[c]. & 27. 17. Prov. 22. 28[d]. Vide Ezech. 45. 8*. Apud Romanos, qui terminos statuto dimovisset loco, eum sine fraude licebat occidere, ex lege Numæ Pompilii[f]. Ob hoc crimen viliores ab iis in metallum damnabantur, honestiores cum amissione tertiæ partis bonorum in insulam relegabantur, teste Frontino De limitibus[g]. Movebant autem [Israelitæ] terminos[h], & spiritualiter, & civiliter[i]; vel propriè, vel metaphoricé[k]. [Hinc variant.] Synecdoche est, qu. d. Prædatores sunt, subditorum bona & possessiones diripientes[l]. Sub terminorum translatione videri possit & avitam Religionem immutatam intelligere[m]. q. d. Abruperunt omnem ordinem[n]: sinebant omnia sursum deorsum volvi, tam quoad Religionem quàm quoad poli-

k Jun. in Riv. l Riv. m Tar. o G. ex Hi. o Riv. p D. q V. sim. Tar. Riv. r Calv. † Calv. & Tar. Riv. r Riv. v G. x D. sim. V. G. y G. z G. sim. D. Riv. a Riv. ex D. b D. ex Hi. c G. ex Hi. d Jun. Pi. * G. sim. Mer. f Tar. ex Jun. sic D. g Eusch. in D. h D. Jun. i Riv. k D. l Mer. m V. n Riv. ex D. &c. o Riv. p D. Riv. q Mer. r G. † Hi. ex G. t Pi. sim. Jun. v Jun. x Di. y Riv. Tar. z Tar. a Calv.

b V. T. r. sim. Mer. c D. Riv. d Tar. * G. f Q. in V. g V. h RS. in Mer. i Q. in Riv. k M. l Al. in Riv. m G. n Di. o Liv. Riv. p Riv. q Jun. r Di. † Riv. t Riv. ex Calv. v Riv. x Calv. y Ca. z Q. in Riv. a Riv. b Riv. c V. D. G. d Tar. * V. f D. g Riv. h Riv. Tar. i Tar. k Riv. l M. sim. m Mer. Tar. n Mer. Calv. Riv.

Lin. 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tiam [o]: perverterunt omnem curam studiúmque recti & honesti & pietatis [p]. Notat apostasiam à Religione ob spem quæstûs [q]. Fines officii sui, quos ipsis posui, ultro & malitiosè transcendunt [r]. Moverunt constitutos à Deo terminos, id est, Legem †. Hoc fecit Achazus, 2 Reg. 16. 10. 2 Par. 28. 3 [t]. cujus tempore habita videtur hæc concio [v]. Culpam porrò malorum confert in Principes, qui ignaviâ suâ aliísve vitiis omnia pervertetunt [x]: nam qualis Rex, talis grex [y]. *Principes Juda:* Transit sæpe [Propheta] ab hoc Regno in illud, ut utrique peccata ostendat, & pœnas prænunciet [z]. τὸ כ hic est vel, 1. adverbium similitudinis [a]. Sensus est, Sicut homo qui annectit terminum socii sui, sic ipsi accelerârunt apprehendere vias Israelitarum [b]. Fuerunt sicut Principes Ephraim, qui transtulerunt fines mandatorum Dei [c]. Taxat eos quòd aliorum pœnis non erudiantur, sed ipsi idola sequantur, vicini Israeli, ut loco, ità & flagitiis [d]. Vel sic, Sunt tanquam revulsores terminorum, quia eorum manus fulciunt qui fines revellunt, nec attendunt ad clamorem oppressorum, &c *. Vel, 2. pro re ipsa ponitur [f]; & significat, *verè* [g]; ut Joh. 1. 14. *sicut gloriam Unigeniti* [h]. Sic Græci dicunt ὡς pro ὄντως [i]. ¶ *Super*, &c.] In singulis verbis magna emphasis. τὸ *super eos* indicat malum hoc cœlitus & à Deo super eos venturum, ità ut effugere nequeant. τὸ *effundam* notat celeritatem & abundantiam, quodd amquasi diluvium. *Velut aquam:* qu. d. Deus omnem iram effundet, ut aqua omnis statim effunditur, quum de melle, oleo, &c. semper aliquid hæreat. Denique, עֶבְרָה *iram gravissimam* denotat [k]; & sic dicitur, vel quia citò transit, vel quia modum transit. Sic sceleri convenit pœna: Illi transiliunt limites agrorum, Deus modum transilit in pœna eorum. Quanquam hoc subtilius quàm verius [l]. *Velut aquam*, id est, magno impetu [m].

11. *Calumniam*, &c. [עָשׁוּק אֶפְרַיִם רְצוּץ מִשְׁפָּט] *Oppressus*, vel *Opprimitur*, (*Opprimetur*: partic. Heb. pro fut [n]. vel vi potentiorum [o], vel per fraudem ac calumniam. Vide Amos. 3. 9. & 4. 1. Mic. 2. 2 [p].) *Ephraim*, (id est, populus in Decem tribubus [q]:) *fractus* (vel, *conteritur*, JT. Pi. *quassatus*, sive *concussus*, D. Riv. & *frangitur*, G. *fractus*, sub. *est*, Ti. vel, *erit*, V.) *judicio*, Mo. P. &c. vel, *supplicio*, Ca. Id est, vel, 1. judiciis iniquis [r], [Principum suorum.] Notat non tantùm pœnam populi, sed & judicum injustitiam & tyrannidem. Hunc sensum expressit Jonathan, *Oppressi sunt à judiciis suis; quia se verterunt judices eorum, ut errarent post mammona iniquitatis.* Crimen autem hoc *concussionis* (quæ vox in usu est apud jurisconsultos) est, cùm quis ab eo quem judicii magistratûsve terrore afficit, ejus periculi devitandi causâ, pecuniam extorquet. Vide 1 Sam. c. 12. v. 3. *aut quem* [רַצּוֹתִי] *concussi*†? Vel, 2. judiciis Dei [r], de quibus suprà v. 1 [v]. Vel, 3. judiciis à gentibus, sive apud gentes [x], inter quas erit captivus [y]: injusto judicio Assyriorum [z], aliorúmque tyrannorum [a]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי הוֹאִיל הָלַךְ אַחֲרֵי צָו] *Quoniam voluit, ivit* (vel, *voluit* & *ambulavit*, P. *consensit* & *abiit*, M. *libens secutus est*, Pi. *voluit sectari*, Sy. *tam cupidè sequitur*, Ca. *acquievit ut iret*, AE. *animum induxit sequi*, Ti. *cœpit ire*, Oecol. sic ό. Ar. Vulg. Non placet: non הוֹאִיל, sed הֵחֵל, est, *incepit* [b]. Illud autem, *voluit, ivit*, pro, *voluntariè ivit*, tritum est Hebræis [c]. Simile Psal. 45. 5. *Prosperare equita*, pro, *Prosperè equita* [d]: Ecclesi. 8. 3. *Nè festines eas*, i. e. Nè festinanter eas*.) *post jube*, Mo. vel, *mandatum*, Pi. sic Ti. Ca. vel, *post mandatum*, sive *præceptum*, P. M. Riv. sub. *impium*, Mo. vel, *post mandata*, Calv. vel, *post sordes*, Vulg. Sensus, quia judices se dederunt sordibus, i. e. fœdæ avaritiæ. Ità & hîc Chaldæus. Itaque sumpsêre Interpretes צָו per apocopen, pro צוֹא, quod Chaldæis *sordes* significat [f]. Legit Chald. צוֹאָה [g], quod *sordes* sign [b]. Potiùs, צָו sumpsit pro צוֹא vel צוֹאָה, per apocopen literæ א; sicut שָׁוְ [legendum videtur שָׁו] reperitur pro שָׁוְא: vel, si legit צָו, deduxit ex quiescentibus tertiâ ה, à צָוָה, ceu formæ קַו, תָּו, sed alio significatu; unde apud Talmudicos צָוֵי *sordidum, inquinatum* [l]. Vel, *post vana*, sive *vanitatem*, LXX, Liv. sic Sy. Ar. Sensus, Voluntariè vanitatem secutus est. צָו potum puto pro שָׁוְא *vanitas*, literarum affinium permutatione. Hæ enim consonæ dentium, זסשצ, quòd eodem organo proferantur, alternam inter se migrationem habere solent; ut verè Jarchius observavit in Nah. 3. 18. ubi eædem literæ quæ hîc, in נפושו pro נפוצו, etsi diversâ ratione, commutantur. Illic enim ש est pro צ; at hîc contrà fit. Hinc etiam רֶצֶף idem quod רֶשֶׁף, nim. *primam*, [lege, *prunam*,] notat. Similiter idem valent זָעַק & צָעַק, (*clamavit:*) item עָלַס & עָלַץ & עָלַז, *exsultavit*. Dices, in צָו deesse א, quod in שָׁוְא exprimitur. Resp. 1. Idem sonus est qui esset cum א adscripto. 2. שָׁו *vanitas* occurrit sine א Job. 15. 31. Ut verò hunc locum ità acciperem, fecit frequens usus hujus locutionis, *ire post vanitatem*. Vide 1 Sam. c. 12. v. 21. 2 Reg. 17. 15. Job. 31. 5. Jer. 2. 8. Illa autem, *ire post præceptum*, cui unquam audita est? Huc accedit authoritas ό. [& Sy. & Ar. ut notatum,] & Chald. qui hîc habet, בָּתַר מָמוֹן דִשְׁקַר, *post divitias vanitatis*. שְׁקַר posuit pro שָׁוְא, ut infrà. Nec longè abit Hieron. quoad sensum, vertens, *post sordes* [k]. [Plerique tamen *præceptum* reddunt, ut dictum, & porrò dicendum.] Plerique & nostri & Ebræi hoc referunt ad mandatum Jeroboami de colendis vitulis [l]. Omittit nomen *Jeroboami*, quòd sensus planus esset; nam post illius, non Dei, mandatum ambulâsse illos eâ ætate notum erat. Imminutionis causâ dixit צָו, pro מִצְוָה [m]; quòd malum esset præceptum, &c [n]. Vel, ponit monosyllabum צָו, quia non opus erat prolixâ oratione, sed syllaba sufficerit ad idololatriam populo persuadendam [o]. צָו est, vel, infinitivus apocopatus pro nomine: vel, (quum in hoc tempore apocope sit frequentior,) imperativus, *post jube*, μιμητικῶς, ut Hos. 4. 18. hîc repetitus; quasi dicat Ephraim, Jube modò, quidvis faciam, &c [p]. Præoccupat h. l. populi tergiversationem, qui suam idololatriam conjecerunt in Regis mandatum & tyrannidem [q]. At vos, inquit, prompti & alacres eratis ad obsequium [r], vobísque in illis fictitiis cultibus placuistis †. Ut principes Juda de motis terminis, ità Israelem accusat, quòd suorum Regum extra forum suum in forum Dei prosilientium mandato paruerint. Deo magis obediendum quàm hominibus. Injustè imperantibus non erat parendum, sed potiùs patienda extrema; ut Danielis exemplum & sociorum ostendit [t]. [Alii locum sic accipiunt,] *Quia placet, sequitur mandatum*, JT. i. e. Nec tamen judiciis Dei, quibus frangitur, deterretur à mandatis & traditionibus hominum; unam tantùm ob causam, quia placent traditiones ipsi, & magis arrident quàm præcepta Dei [v]. Al. *Quia voluit*, nempe opprimi & confringi, *ivit post mandatum*, quod Deus de opprimendo & confringendo eo dedit: non fugit illud mandatum Dei, sed secutus est, tanquam qui vellet mandati istius vim experiri. Mandatum hîc est, quod Esa. 5. 19. עֵצָה [עצת] *consilium* vocatur, ubi prophani optant periculum facere quid possit consilium Dei de ipsis puniendis. Notum est צִוָּה, *mandavit*, sæpe Hebræis usurpari de ordinatione consilii & providentiæ Divinæ. Qualia sunt, *Præcepit Deus Simei ut malediceret: Præcepit piscem qui deglutiret Jonam* [x].

12. *Et* (vel, *Itaque*, P. Ca. sim. JT. Pi.) *ego* (sub. *ero*, P. Ca. Plerique in Riv. acsi ageretur de postrema populorum illorum desolatione [y]; de qua tamen non hîc agi constat ex mentione infrà facta consiliorum Israelitarum & Judæorum de auxiliaribus copiis exterorum conducendis. Potiùs, hîc illorum peccata exaggerat, quòd, cùm Deus lentè adhuc ageret, vera remedia non quærerent: súntque hæc verba quasi fundamentum sequentis redargutionis. Quare alii [inter quos M. Ti. JT. Pi.] rectiùs hîc supplent, *fui* [z],) *quasi tinea Ephraim*] Ità Mo. M. sic P. Ti. &c. ¶ *Et*, &c. וְכְרָקָב וגו׳] *Et tanquam putredo domui Jehuda*, Mo. P. JT. Pi. vel, *caries*, &c. Ca. V. vel, *teredo*, &c. M. sic Ti. D. Mer. ex RS. & K. Vermis est qui ossa & ligna exedit, qui & *termes* & *cossus* vocatur [a]. Vide Prov. 12. 4 [b]. *Tinea* vestem consumit, *putredo* carnem ipsam. Significatur [hâc discriminatione] præstantia Duarum tribuum præ Decem aliis, propter domum Davidis & Templum [c]. Al. Ut tinea citiùs consumit & minus relinquit, sic Decem Tribus priùs abducuntur & magis affliguntur: & ut putredo tardiùs [consumit] ac plus relinquit, ità fiet Regno Judæ [d]. Sensus loci, q. d. Perdentur Tribus omnes, me autore *. Prædicit hîc consumptionem populi non

Marginal notes (left column): [o] Riv. [p] Calv. [q] Mer. [r] Calv. [s] Jun. Riv. [t] G. sic Jun. Riv. [v] Riv. [x] Calv. [y] Tar. [z] G. [a] Q. in V. [b] RS. in Mer. [c] Sad. in K [d] Oecol. * K. [f] Riv. [g] Q. in V. Riv. D. [h] Riv. ex D. [i] D. [k] Tar. [l] D. [m] G. [n] V. [o] G. [p] Tar. [q] G. sic Pi. [r] G. † Riv. [t] Tar. sim. Mer. Mc. [v] Tar. [x] AE. M. V. sim. Mer. ex K. &c. [y] V. [z] Mc. T. [a] T. [b] Riv. [c] Liv. [d] Liv. Riv. D. * Liv. [f] G. [g] Cap. crit. [h] Riv. [l] Buxt. vind. 2. 11. 757.

Marginal notes (right column): [k] Liv. [l] Riv. ità V. Ca. D. Pi. Mer. ex K. & AE. [m] K. [n] Tar. ex K. [o] Tar. ex Tremellio. [p] Tar. [q] Riv. sim. Calv. [r] Calv. † Riv. [t] Mer. [v] Jun. [x] Di. [y] Q. in Riv. [z] Riv. [a] D. sim. Tar. K. in Mer. Riv. [b] Riv. [c] G. [d] Q. in Tar. * V.

non tamen uno impetu, aut morbo acuto, sed lentam, paulatímque exedentem per longam malorum seriem. Id quod multi referunt ad intestina dissidia quibus lentè confecti sunt [f].

13. *Et*, &c. ‏וַיַּרְא—אֶת־חָלְיוֹ—אֶת־מְזוֹרוֹ‏] *Et* (vel, *Sed*, Ca. Sy. sim. P. Ar. *Quùmque*, Ti. V. sic Ca.) *vidit* (vel, *videbit*, P. *animadvertet*, V. *animadverteret*, Tl. *Vidit*, i.e. sensit [g], expertus est; ut *videre* sumitur Jes. 5. 12 [h].) *Ephraim languorem*, sive *morbum*, (vel, *vulnus*; nam verbum ‏חֳלִי‏ hoc sensu sumitur 1 Reg. 22. 34. &c *.) *suum, & Jehudah plagam suam*, Mo. P. D. &c. vel; *ulcus suum*, JT. Pi. *dolorem suum*, M. *obligationem suam*, Ti. Propriè significat *apostema*, sive latens ulcus [i]; vel, plagam quæ opus habebat compressione [k], & obligatione [l]: ideo Aq. ἐπίδεσιν, (*alligationem*,) vertit; at ο'. ὀδύνην, (*dolorem*.) Sensus, Viderunt populus uterque quantis in malis versarentur [m]. *Morbus* hîc est, periculum ab hoste imminens [o]: vel, attenuatus & languidus utriusque Regni status [p]. Amplificat eorum stuporem, quòd, licèt mala sua senserint, eorum causas non perpenderent, nec apta remedia quærerent [q]. ¶ *Et abiit* (vel, *ibit*, P.) *Ephraim* (i.e. legati ab eo missi abierunt [r]) *ad Assur*, (non ad me [t]: pro auxilio [v]:) *& misit* (vel, *mittet*, P. sub. *Juda*, Mer. ex AE. & K. G. Calv. Riv. JT. Pi. ex analogia præcedentium & sequentium [y]: jam enim utriusque meminit [z]; & sic postea [a]. Promiscuè hîc accusat Israelitas & Judæos; sed solum *Ephraim* nominat, quia ibi erat initium hujus mali, & illi Judæis authores erant ut accerserent externa auxilia [b].) *ad*, &c. ‏אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב‏] *Ad regem Jareb*, Sy. M. P. Mo. Calv. In ο'. pro Ἰαρείβ, malè scribitur Ἰαρείμ, vicino ductu literarum β & μ. quod notunt qui in manuscriptis versati sunt [c]. Τὸ ‏יָרֵב‏ accipiunt vel, 1. pro nomine proprio [d]. Est autem nomen, vel, 1. viri *. Sed obstare videtur Hebraica syntaxis: nusquam enim (quod sciam) nomen ‏מֶלֶךְ‏ cum nomine viri proprio cohæret, ut *Rex David, Rex Cyrus*, dicatur, nisi articulo præfixo vel expresso, vel saltem incluso †. Si Regis nomen esset, dixisset, *Ad Jareb regem* *. Nomen hoc erat, vel commune Regum Assyriorum [t]. Sed hoc restat probandum [s]. Vel speciale, alicujus singularis Regis [x]. Vel, 2. loci [y], vel urbis [z], in Assyria [a]. Vel, 2. appellativè [b]: unde sic reddunt, *ultorem*, Vulg. Sym. in Riv. *judicem*, Aq. & Th. in Riv. *ut adventaret ultum eos*, Ch. *qui eum vindicaret*, Ti. *propugnaturum*, JT. qui litigaret, Pi. *ut ipsi sit adjutor*, G. sive, *ultor*, G. sim. M. vel, qui *venturus est ad ulciscendum*, ut sit verbum fut. in 3. conjugat [c]. Confirmatur hæc [appellativa versio] ex Jud. 6. 32 [d]. *Jerobaal*, i.e. *Ulciscatur se Baal* *. Impletum hoc 2 Reg. 16. 7. 2 Par. 28. 16 [f]. Prius membrum, de *Ephraim*, &c. referunt vel, 1. ad tributum quod Hoseas Rex pendit Salmanassari, 2 Reg. 17. 3 [g]; vel, 2. ad Menahem, qui dona misit Phuli, 2 Reg. 15. 20. Ità omnes [h]. Posterius, de *Juda*, referunt ad Ahazum [i], qui misit ad Teglathphalasarum [k], 2 Reg. 16. 7. 2 Par. 28. 16 [l]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. &c.) *ipse non poterit sanare vos*, &c.] Id est, morbum vestrum [m]. Non poterit vobis ferre opem, & de manibus meis eripere [n]. Duas Tribus non poterat indemnes præstare aut à Phacea, 2 Paral. 28. 6. aut ab Ægyptiis, 2 Reg. 23. 29. Decem autem Tribus tantum abest ut à malis eripere velit Assyrius, ut multò quàm antè majora illis inferet, nempe Salmanasari tempore [o]. Est & hîc liptote, vel μείωσις. Plus intelligit quàm exprimit. Non solùm non poterant vobis mederi, sed etiam nolebant: imò graviora illis inflixerunt vulnera, ut historia ostendit [p].

14. *Quoniam ego quasi leæna Ephraim*, &c.] Vel, *quasi panthera Ephraim*: nam ‏שַׁחַל‏ *pantheram* esse hîc Hieron. notavit, & nos ad Job. 10. 16 [q]. Confirmat, eos frustrà currere ad Regem Assyriæ [r], utut potentissimus sit: quia non cum hominibus, sed cum Deo, res illis erit †; nec poterit quisquam illos adjuvare, Deo invito & repugnante [t]. Nihil proderit hominum favorem quærere, cùm ego, inquit Deus, velim absumere Decem Tribus tam velociter quàm venit panthera, Duas autem Tribus tam sævè quàm solet leo [v]. Videtur autem hîc discrimen statui inter pœnam Israelis & Judæ: illi, inquit, ero ut leo; huic, ut leunculus: illi in perpetuam captivitatem abducti sunt; hi verò, in temporalem [x].

[f] Riv. [g] D. Riv. [h] Riv. * G. [i] Riv. [k] Tar. sic Riv. [l] Tar. sim. Riv. G. [m] G. [o] Pi. [p] Riv. [q] Riv. ex Calv. [r] D. [t] Calv. &c. [v] Pi. sim. M. V. [y] Pi. [z] K. [a] AE. [b] Calv. [c] G. [d] Q. ità ο'. in G. Liv. &c. * RS. &c. † Liv. * D. ex Liv. [t] Q. in Tar. [s] Tar. [x] Al. in Tar. [y] Liv. D. ex Hi. &c. [z] K. [a] Liv. ex K. &c. [b] Riv. & ex. [c] Riv. [d] G. ex Hi. sim. Riv. * Riv. [f] G. [g] Q. in Riv. sim. RS. [h] Riv. sic G. [i] AE. Riv. [k] G. Riv. Pi. &c. [l] Riv. [m] D. [n] V. [o] G. [p] Riv. [q] G. [r] Calv. † Riv. [t] Calv. [v] G. [x] Riv.

Antithesis hîc est ad præcedentes castigationes: q. d. Antea pungebam tantùm, ut tinea; nunc discerpam, ut leo [z]. ¶ *Ego ego capiam*] Repetitio non caret emphasi [a]. Reprimit idololatrarum securitatem, qui se in cultibus suis à Deo diligi putant, quum Deus se eos odisse testetur [b]. ¶ *Et vadam*] Vel, *abibo*, JT. Pi. quasi fera cum præda in lustra [c]: vel, quasi leo, qui, prædâ potitus, non fugit, ut aliæ rapaces feræ; sed animosè & intrepidè, lento gradu, tanquam victor, revertitur ad sua [d].

15. *Revertar ad locum meum*] Sicut leo, prædam adeptus, in speluncam suam *. Al. *ad locum*, &c. i.e. in cœlum [f]: id enim locus ac sedes Dei. Hoc humanitus dictum. Nam qui aliquem negligunt ab eo recedunt, domum se recipientes [g]. q. d. Eos curâ meâ & præsidio destituam [h]. In cœlo quasi quietus & otiosus miseriarum eorum spectator manebo, & eos in pœnis relinquam *. In pœnis & dilatione auxilii Deus abesse hominibus videtur, Jud. c. 6. v. 13. Thren. 3. 43, 44 [f]. ¶ *Donec*, &c. ‏עַד אֲשֶׁר יֶאְשְׁמוּ‏] *Donec deficiant*, P. vel, *desolentur*: q. d. donec malo suo edocti, & in solitudinem redacti, me quærant [g]. Vel, *dispereant*, ο'. sim. Ar. vel, *reos peragant se*, JT. Pi. G. vel, *se cognoscant*, sive *agnoscant*, sive *fateantur*, *peccasse*, sive *in culpa esse*, M. Ti. V. D. Calv. Ch. RS. & AE. in Mer. Tar. Glas. Ità vox ‏אָשָׁם‏ usurpatur Levit. 4. 13 [h]. & Hos. 10. 2. Zach. 11. 5 [i]. *Donec peccatum deposuerint*. Vox ‏אַשְׁמָה‏ significat & *peccatum*, & *hostiam pro peccato*; & verbum ‏אָשַׁם‏ sign. & *peccare*, & *peccatum expiare*. Significatur ergò hîc & fides, quâ Christi sacrificium amplectitur; & pœnitentiam atque vitæ emendationem, quæ cum fide semper conjuncta est *. [Alii hæc cum seq. nectunt, & sic reddunt;] *Donec victi requirant*, &c. Sy. *Donec commisso crimine requirant*, &c. Ca. Res in S.S. sæpe dicuntur *fieri*, cùm factæ esse cognoscuntur: ut, Job. 5. 3. *exsecratus sum*, i. e. novi maledictum esse; Psal. 51. 6. *ut justificeris*, i.e. justus agnoscaris; Psal. 119. 128. *mandata omnia rectifico*, h. e. recta agnosco; ità h. l. *Usque dum rei sint*, i. e. reos se agnoscant, ut sequentibus verbis declaratur. Descriptio seriæ contritionis [k]. Ad pœnitentiam hoc refertur; ut quod sequitur ad fidem, ex qua nempe fit ut aliquis se Deo supplicem offerat, & veniam postulet. Scimus autem pœnitentiâ & fide nos Deo reconciliari [l]. ¶ *Et quæratis faciem meam*] Id est, favorem meum [m]: vel, meipsum, aut Arcam fœderis. Bonus Deus imitatur naturam leonis; sævit in peccatores, parcit supplicibus [n]. Ostendit Deus, finem castigationum suarum non esse perditionem, sed conversionem eorum [o]. ¶ *In*, &c. ‏בַּצַּר לָהֶם יְשַׁחֲרֻנְנִי‏] *In tribulatione sua*, P. M. &c. (vel, *illis*, D. vel, quæ erit *eis*, Pi. sim. D. Ti. vel, *Quum angustia fuerit ipsis*, JT. Pi.) *quærent me*, *dicentes*, P. Ti. [nempe verba sequentia:] vel, *quærent me diluculò*, JT. Pi. D. sim. M. i. e. studiosè & cum cura [p]: sub. *dicentes*, JT. Pi. Vel, *evigilent*, velut è somno peccatorum, ubi in exsilio erunt. Hæc verba [quæ Vulgatus & ο'. initium faciunt capitis sequentis] cohærent planè cum iis quæ præcedunt, & unus est sermo [q]. Omnes ferè Ebræorum codices verba hæc referunt ad finem hujus capitis. [Ità & Ch. Sy. Ar.] Alii, [ut dictum,] ad initium sequentis. Ad sensum parùm refert, quum omnes conveniant, finem hujus capitis cohærere cum initio sequentis. Prædicit Deus eventurum id quod sibi proposuerat, & spem fovet de conservatione Ecclesiæ in mediis Regnorum ruinis. Habet & hoc oraculum vim promissionis gratiæ Divinæ, quâ tacitè innuit quid ipse gratiâ suâ in ipsis facturus esset. Qu. De qua tribulatione hîc loquitur [r]? Resp. 1. De captivitate Decem tribuum sub Assyriis, quâ inducti sunt ad pœnitentiam per Ezechiam, 2 Par. 30. 6 †. Non placet, 1. quia abducti tunc pauci erant, ib. v. 10: 2. tunc nondum capta erat Samaria. At Deus hîc loquitur de conversione per extremam tribulationem [t]. Resp. 2. De tribulatione Judæorum in Babylone [v]. Resp. 3. De tribulatione Judæorum quam per mundum dispersi hodie patiuntur [x]. Sed cùm de utroque populo Israelitarum & Judæorum hactenus egerit, & de tribulationibus quæ ipsis acciderunt propter communem idololatriam; simplicius est, accipere de tribulatione utriusque populi sub Assyriis & Chaldæis. Deus enim hîc consolatur eos ad quos mi-

[z] Riv. sim. Tar. [a] D. sim. Mer. [b] Mer. [c] G. sim. Tar. [d] Riv. * Pi. [f] D. Riv. &c. [g] D. [h] D. sim. Riv. * Riv. [f] Glass. rhet. 1. 7. 144. [g] D. [h] G. [i] Tar. * Mer. ad Hos. 6. 1. [k] Glass. gram. 3. 3. 17. 279. [l] Calv. [m] G. [n] D. [o] Riv. [p] D. Pi. [q] G. [r] Riv. † Q. in Riv. [t] Riv. [v] Al. in Riv. [x] Al. in Riv.

nas præcedentes dixerat, & remedium promittit iis quos percusserat. At utrisque has plagas comminatus fuerat. Ergò de utriusque tribulatione hîc loquitur [y].

[y] Riv.

CAP. VI.

1. **V**Enite (vel, *Agitè*, JT. Pi. D. Riv. Est adverbium hortandi, ut Jes. 1. 18. Jer. 18. 18 [a].) *& revertamur ad Dominum*] Sunt verba eorum qui malis edocti resipuerant [b]; quibus discessum suum à Deo agnoscunt, damnántque cultus superiores [c], & se invicem hortantur ad pœnitentiam [d]. Electi, suâ salute non contenti, alios etiam cupiunt salvos fieri *: hâc tamen methodo: à seipsis incipiunt, aliísque viam monstrant; deinde alios hortantur & incitant, studéntque secum adducere †. Sed Propheta hoc capite docet, hanc eorum pœnitentiam fluxam tantùm & evanidam fuisse [f]. Sicut illa verba quæ jamjam habuimus [ultima nempe cap. præc.] malè divulsa sunt à prioribus in Græco & Latino, ità hæc in Hebræo: pendet enim sensus, & subaudiendum est, *dicentes*, ante verbum *venite*. Chaldæus *dicent* addidit [g]. ¶ *Ipse cepit*, טָרָף] *Rapuit*, JT. *discerpsit*, D. Pi. G. corpus nempe Israeliticum [h], ut leo prædam [i]. Pœnas ascribunt, non fortunæ aut hominibus, sed Deo, cui dant gloriam justitiæ; simúlque agnoscunt neminem alium è manu Dei, utpote potentissimi, ipsos eripere posse [k]. Al. *rapiet*, vel *rapit*; præt. pro fut. vel præs. i.e. more feræ rapientis vulnus infligere potest. Respicit præsens †. Hîc טָרָף syllabâ ultimâ habet (ָ) pro (ַ) extra pausam. Fit & aliàs, ut notat K [l]. ¶ *Et sanabit nos*] Conversos scilicet [m]: quod Assyrius non potuit, Hos. 5. 13 [n]. Restituet in patriam eos qui se emendaverint. Ii autem multò plures fuêre de Duabus tribubus quàm de Decem; sed tantùm ex his aliqui, ἡ ἐκλογὴ, (*electi* [o].) Persuasio est de clementia Dei, à qua vera resipiscentia inchoatur, & sine qua Deum fugiunt homines & odio habent [p]. qu. d. Vulnera hæc, utut gravissima, non tamen sunt lethalia: adhuc est locus gratiæ, & spes veniæ: sic percussit ut velit sanare [q]. ¶ *Percutiet*] Ità Rib. Tar. q. d. Percutiat deinceps quamdiu & quoties velit, tamen hæc est fiducia nostra, Deum & posse & velle vulnera nostra omnia curare [r]. ¶ יַךְ] *Percussit*, JT. Pi. Calv. G. Riv. Fut. loco præteriti, (quanquam desit ו conversivum,) quia jungitur cum præterito præcedente †. Introducuntur enim loquentes ii qui in exsilio futuri sunt *. Est autem verbum decurtatum, pro יַכֶּה [t]; id quod imminutam significationem ostendit: q. d. Deus nos leviter percussit, non ut meriti sumus [v]. Sed hoc subtile magis quàm solidum videtur [x]. ¶ *Et*, &c. וְיַחְבְּשֵׁנוּ] *Et alligabit*, sive *obligabit*, (*fasciâ*, Mo.) *nos*, P. Mo. Ti. sim. JT. Pi. &c. Ut chirurgus [y], fasciis vulnera alligans [z], vel sanans adhibito emplastro. Cum sensu iræ ostendit in his conjungi fiduciam misericordiæ. Naturâ enim odisse & fugere solemus eum à quo plagas vel metuimus vel accepimus. Filii tamen non desinunt parentes amare post acceptas plagas [a].

2. *Vivificabit*, &c. יְחַיֵּנוּ מִיֹּמָיִם בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי יְקִמֵנוּ] *Vivificabit* (vel, *Vitæ restituet*, Ti. JT. Pi. D. sim. Ca. vel, *Sanos faciet*, ὁ. sim. Ar. D. Sic חיה sumitur Jos. 5. 8. Jes. 38. 21. Qui ex morbo convalescit *iterum vivere* dicitur [b]. Vel, *Vivos servabit*, Sy.) *nos à duobus diebus*, sive *post biduum*, Mo. P. M. Ti. &c. *in die* (vel, *& illo die*, Ti.) *tertia suscitabit*, vel *excitabit*, *nos*, Mo. P. Ti. &c. [Qu. De quo vel quibus hîc loquitur?] Resp. 1. De Christo ejúsque Resurrectione [c]. Ità multi ex Patribus accipiunt [d]; & huc respiciens innuit Paulus, 1 Cor. 15. 4. *Resurrexit Christus tertiâ die secundùm scripturas* *: id quod alibi non dicitur [f]. Verùm huc trahi potest typus Jonæ, Matt. 12. 40 [g]. *Vivificabit*, i.e. Per Christum restituet vitam nobis, qui mortui eramus per peccatum *. Etsi autem de Christi resurrectione non agat, sed nostra, fructum tamen resurrectionis Christi ad nos pertinere ostendit, eúmque hunc esse, ut nos quoque resurgamus & vivamus. Rectè Propheta mutat personas, ut, quod de Christo erat dicendum, nobis tribuat: per eum nostra mors in peccatis devicta est, & vita reddita [h]. Sed quærendum quomodo hoc aptari possit præcedentibus; nam de sequentibus postea dicemus [i]. [Id sic expediunt:] Transitus fit, ut sæpe, à litera ad spiritum [k]. At hic transitus non debet ex abrupto fieri, sed acceptâ ex dictis occasione [l]. Hic est Prophetarum mos, ut ad Christum tanquam fontem omnium consolationum auditores deducant, qui in calamitatibus suis in illo solo conquiescere possunt, qui est pax nostra, Mic. 5. 5 [m]. Sed occasio & concatenatio hîc ostendenda est. Dixerat cap. 5. ult. *Revertar ad locum meum——donec quærant faciem meam.* Impletum hoc in fine captivitatis Babylonicæ, quum Zorobabel & Josua, & Prophetæ, qui multa per Scripturas & per revelationem de Christi mysteriis noverant, populares suos his verbis exhortabuntur, *Venite, revertamur per pœnitentiam ad Deum, nihil veriti: quamvis enim rapuerit nos quasi leo, ipse sanabit nos per Filium suum, quem mittet in terras Servatorem nostrum; ipse duobus diebus salutem nostram operabitur, & moriendo mortem nostram destruet, &, tertio à morte die resurgens, secum nos omnes conresuscitabit* [n]. Magnum hoc & amplum est quod sibi promittunt illi conversi; magna igitur & urgens causa subsit necesse est, nempe Christus cum suo merito, morte & resurrectione Patrem placans, justitiámque parans, id quod nunc porrò ità declarant: q. d. Fatemur quidem nobis non esse illam oculorum aciem, ut, perruptâ illâ calamitatum nube, paternum Dei introspiciamus animum; sed Spiritus Sanctus in cordibus nostris excitavit, fore tandem ut mundi Messias exhibeatur, qui suâ morte & resurrectione definito tempore præstitâ vitam nobis reparet & referat [o]. [Alii aliter.] Sensus primùm obvius est, postquam se emendaverint Hebræi, futurum ut brevi eos Deus ex tantis miseriis, quæ morti comparari solent, restituat. Sed haud dubiè Dei nutu ità directa sunt hæc verba, quomodo & multa alia Prophetarum, ut apertissimè nobis præfigurarent tempus intra quod & Christus vitam, & Ecclesia ejus spem erat receptura. Judæi ex hoc loco sibi fingunt, intra triduum absolutum iri postremum & universale Judicium [p]. Non ità de liberatione quavis temporali hæc accipimus, ut non præsertim ad liberationem in Christo deducantur, in quo *omnes promissiones sunt Etiam & Amen.* Sic ergò potest textus resolvi, *Venite, revertamur——quia ipse sanabit nos*, post paucos dies misso Filio suo, &c [q]. Propheta hîc erigit fideles in spem salutis, quia Deus resuscitabit Christum, qui non sibi privatim resurrexit, sed membris suis, (est enim primitiæ resurgentium,) cujus resurrectio communis erit totius Ecclesiæ vita [r]. Nec nego quin Deus ediderit insigne specimen hujus rei (nempe salutis quam fideles sperant) in Christo. Sensus tamen ille videtur nimiùm argutus, & sensus alius [de quo postea] simplex est & germanus †. Imò sensus hic de Christo ejúsque resurrectione germanus est & nativus, ut probatur his argumentis. 1. A diserta mentione *tertiæ diei*, quam etiam alio modo designare voluit, *post duos dies* [t]. Tam diligens & distincta temporis expressio non alio fine à Propheta instituta esse potuit, quàm ad certum Christi resurrectionis tempus designandum & præfiniendum [v]. 2. A Prophetæ scopo, qui erat, agere de conversione non modò Judæorum, sed & Israelitarum: quod sub V. T. non fuit impletum, sed tantùm sub N. T. per Christum. 3. Ex collatione versûs sequentis, qui de Messia agit. [De quo statim.] 4. Ab incertitudine aliarum expositionum, dum τὸ *post biduum* alii pro brevi, alii pro longo, tempore accipiunt. 5. A consensu Interpretum; qui in summa rei conveniunt, etsi in modo explicandi differant [x]. Non negatur Prophetam loqui de populo resipiscente, & remissionem peccatorum à Deo exspectante. Quia verò Spiritus, qui os calamúmque ejus regebat, non ad externam solùm liberationem, sed potissimùm ad spiritualem, respicere solitus est; statuimus Prophetam hîc, ultra & supra vivificationem externam, ac liberationem à temporali exitio, mentes resipiscentis populi extollere ad Christum, qui est principalis scopus omnium Prophetarum, Act. 10. 43. & ad vivificationem suam per illum [y]. Non est autem solicitè inquirendum cur, quum Propheta dixerit, *tertiâ die*, addat, *post biduum*.

Possunt

[a] Riv. ex D. [b] D. sim. M. [c] Mer. [d] D. ex M. * Oecol. in Mer. † Ca. [f] D. [g] G. [h] D. [i] D. sim. M. Pi. [k] Riv. † Q. in V. [l] D. [m] M. [n] D. sim. Tar. [o] G. [p] Riv. sin. Calv. [q] Calv. [r] Tar. † Riv. * G. [t] Riv. ex K. [v] Tremel. in Riv. [x] Riv. [y] Pi. [z] V. [a] Mer. [b] D. [c] Mer. Rib. Tar. Oecol. [d] Rib. Riv. * Mer. Doroth. in Tar. Calov. [f] Doroth. ib. [g] Tar. * V.

[h] Mer. [i] Rib. [k] Q. in Rib. [l] Rib. [m] Tar. [n] Rib. [o] Tar. [p] G. [q] Riv. [r] Q. in Calv. † Calv. [t] Calov. [v] Mer. [x] Calov. [y] Calov. e Hunn.

Possunt hæc duo idem esse: Potest & *biduum* referri ad Descensum ad inferna; qui alius est fidei articulus à Resurrectione, & à Sepultura [a]. Has *tres dies* variè accipiunt: vel, pro diebus quibus Christus in sepulchro jacuit [a]; vel, ut 1. dies sit mortis; 2. quâ sabbatizavit in sepulchro; 3. quâ resurrexit [b]: vel, pro tribus diebus nativitatis, passionis & resurrectionis Christi: vel, aliis innumeris modis. [De quibus vide Authorem.] Unde constat, prudenter dictum à Calvino, placere argutas speculationes primo intuitu, sed postea evanescere. [Alii ergò locum aliter intelligunt.] Resp. 2. Sensus oraculi literalis, primus & immediatus, non est de Christo, sed de populo exsule; ut evincit totius prophetiæ scopus. De iis enim agit qui à Deo recesserant, quibus ultimas pœnas minatus erat, quos *rapuit* & *percussit*, qui confitebantur [peccata:] & his resipiscentibus h. l. liberationem promittit, & tandem eorum resipiscentiam prædicit & describit; *Revertamur*, inquiunt, &c. Certè si de persona Christi hoc intellexisset Propheta, verba hæc in singulari ei adaptâsset, ut alibi facit [c]. Fideles hîc sibi spem faciunt salutis, etsi Deus ad tempus eam differat. Consolatio itaque hæc est & hortatio ad patientiam, ut moram sine tædio ferant [d]. [Sed videamus quomodo huic interpretationi verba accommodant.] *In vitam revocabit* nos: i.e. vel, ex morbo in sanitatem; vel, è morte calamitatum in vitam facilem ac tranquillam *. Sic loquitur, quia exsilium Babylonicum erat eis veluti sepulchrum †. *Post biduum:* i.e. vel, 1. post longum tempus *; vel, post diuturnam afflictionem, non unius tantùm diei, sed longiùs. Similiter Dan. 7. 25. longa afflictio fore dicitur *ad tempus, tempora, & dimidium temporis*. Sic de Lazaro dicebant, *jam fœtet, quatriduanus est*. Ità h. l. quasi dicant fideles, Etsi exsilium videtur esse instar sepulchri, ubi nos putredo manet; speramus tamen restitutionem [f]. Vel, 2. post breve tempus [g]: pro quo sæpe dicimus 2 vel 3 *dies*. Numerus certus pro incerto [h]. Binarius numerus passim in S. S. paucitatem significat: ut 1 Reg. 17. 12. *Colligam duo ligna*, i. e. pauca; Esa. 17. 6. *duæ tresve baccæ*; Jer. 3. 14. *unum ex civitate, duos ex familia*. Ità & h.l. *post duos dies*, [i.e. paucos, seu] breve tempus [i]. Ostendit, tempus afflictionum Ecclesiæ, quantumvis longum videatur, esse tantùm *biduum*; quo exacto, h. e. *die tertio*, i. e. tempore convenienti, tam certò venturam liberationem quàm certò tertia dies biduum sequitur [k]. *Post duos dies:* Deus citò placatur, & deinceps æterno amore [suos] prosequitur, Esa. 54. 7 [l]. *Die tertio*, i. e. statim pòst [m]. Tertio die vulnus maximè dolet, Genes. 34. 25. & is dies vulneratis criticus est, quo proinde se meliùs habere maximè cupiunt [n]. Sed illa glossa locum hîc non habet, quia non de morbo corporis agitur, sed animæ [o]. [Ità quidem; sed metaphorâ à morbo corporis desumptâ, cujus proinde conditionem hîc exprimi mirum non est.] ¶ *Et vivemus* (vel, *Ut vivamus*, G.) *in conspectu ejus*] Vel, *coram ipso*, JT. Pi. vel, *coram facie ejus*, D. Hoc addit tanquam fructum liberationis, & ex præcedentibus intelligi potest. Qualis enim fuit vivificatio & suscitatio, talis est hæc vita [p]. Vita de qua hîc agit est vel, 1. vita gloriæ [q]. Non potest aliò quàm ad vitam æternam referri [r]. Non placet; quia versu seq. adduntur officia piorum post acceptam [hanc] vitam, quæ pertinent ad conditionem viæ, non patriæ †. Vel, 2. vita gratiæ. *Vivere coram Deo* est, ambulare coram eo, & operari, ut qui Deum habet sibi præsentem [t]. Vel, 3. vita præsens, eáque prospera [v], jucunda [x], beata [y], ex favore Divino, qui fons est omnis felicitatis, Psal. 16. ult [z]. Vita sub Dei tutela & speciali providentia. Similis locutio Gen. 17. 18. *Utinam Ismael vivat coram te*, i. e. tuo præsidio, velut in tua clientela. Quæ ob oculos sunt, ea tueri solemus; & quod à Domino conservatur, in oculis ejus esse dicitur. Cùm quis vertit faciem suam erga aliquem, declarat se eum libenter videre, amare, & ei favere. Et contrà, projicere aliquem à facie Dei, est signum iræ Dei, Gen. 4. 14. Jer. c. 7. v. 15 [a].

3. *Sciemus*, &c. וְנֵדְעָה נִרְדְּפָה לָדַעַת וגו'] *Sciemúsque, sequemur* (vel, *Et sciemus insequemúrque*, M. sim. Ti. Calv. *Et discemus* & *consectabimur*, Ch. *Et sciemus. Persequamur*, o'. *Et discemus ire*, Sy. sic Ar. *Tunc cum cura persequemur*, Pi. *Cognoscemúsque* eum, ut *sequamur*, P. vel, subauditur ו, & *sequemur*, vel, & *pergemus*, Q. in V. *Et scientes*, vel *scienter, persequemur*, D. Riv. Tar. Sic sæpe junguntur duo verba, quorum unum vicem nominis vel participii gerit [b], aliquando etiam adverbii [c].) *ad sciendum*, vel *ut cognoscamus, Dominum*, Mo. sim. M. Ti. &c. Vel, *in cognoscendo*, &c. Q. in V. Dixerant, *Et vivemus*, &c. Vitæ illius fructum & incrementum hoc versu amplificant [d]. Ostendit futuram liberationem non terrenam fore, (ut somniant Judæi,) sed Angelicam, in cognitione Dei & veritatis: quâ nihil homini evenire potest sublimius. Ità nobis veritatis suavitas allubescet, ut perpetuò sequi cupiamus *. Pergit in effectis Divinæ gratiæ & beneficiis Dei erga Ecclesiam suam resipiscentem enumerandis [f]. *Sanabit nos, vivificabit, excitabit, & vivemus coram eo:* hîc addit, *Sciemus persequemur*, i. e. Magis ac magis in Dei scientia & fide proficiemus, (hoc enim fidelium est,) ut lux Auroræ in horas crescit. Vide Prov. 4. 18 [g]. Erit consensus noster & mens nostra simul, & persequemur omnes nos ut cognoscamus Dominum [h]. *Cognoscemúsque, & sequemur* (i. e. imitabimur) eum, Christum, ut per eum veniamus in cognitionem Dei Patris [i]. Gravis erat tentatio exsilium multorum annorum, multa erant iræ Dei signa. Arduum ergò erat piis assurgere ad spem salutis. Quare Propheta eos ad laboriosam militiam instituit. *Sciemus:* q.d. Quamvis nunc meræ sint tenebræ, Deúsque faciem suam abscondat; confidimus tamen lucem exorituram esse, & nos perventuros ad gratiam illam quæ videtur omnino à nobis esse exclusa [k]. Al. Non satis profecerant in Lege, sperabant ergò pleniorem doctrinam per Christum, &c [l]. Sed hoc argutum videtur [m]. Ignorationem antè objecerat, ceu malorum omnium causam: contrà, cognitio Dei bona omnia secum affert, & in ea vita consistit, Joh. 17. 3 [n]. Mali accusabantur quòd Deum non agnoscerent, nec colerent, Hos. 4. 1. & 5. 4: resipiscentes ergò declarant se *scire, persequi*, &c [o]. Cognitio Dei hîc, ut cap. 4. & 5. omnia utriusque Tabulæ officia complectitur, quia ex cognitione Dei, tanquam ex fonte, promanant pietas, justitia, &c. Jer. 22. 15, 16 [p]. Unde discimus quid sit Deum cognoscere. Sanè Theologia vita est, non scientia; res, non verba [q]. Dicit, *Sciemus, persequemur*, pro, *Sciemus* & *persequemur*, &c. conjunctione omissâ brevitatis causâ. Sensus, Pergemus indefessi in prosequenda Dei cognitione, Spiritu scilicet Domini eò nos perpetuò excitante [r]. [Ca. verba sic reddit, *Et Jovam cognoscere enitemur*.] ¶ *Quasi*, &c. כְּשַׁחַר נָכוֹן מוֹצָאוֹ] *Tanquam* (Quia *tanquam*, Pi.) *aurora* (vel, *auroræ*, JT. Pi. Ca.) *præparatus* (vel, *comparatus*, Pi. *compositus*, Ca. D. *dispositus*, Calv.) *est* (vel, *erit*, Pi.) *egressus* (vel, *ortus*, sive *exortus*, Ca. Pi.) *ejus*, Mo. P. &c. nempe Christi. Cujus egressus triplex erat: 1. nativitatis, ex utero; 2. resurrectionis, è sepulchro; 3. prædicationis, in totum mundum, per Evangelium †. Et hic tertius egressus hîc propriè designatur, qui Auroræ instar noctem pellit, & se spargit, &c [t]. Ad dispersionem Evangelii hoc pertinet [v]: quod non magis opprimi aut impediri potest quàm Aurora [x]. Al. *Egressum* Dei hîc vocat novam manifestationem, quâ Deus ostendit se propitium esse populo suo, & illos in integrum restituit [y]. Sub *auroræ* similitudine designat occultam, sed certam, gratiæ spem, quam pii sibi proponunt. Ut enim appetente Aurorâ tenebræ increbrescunt & condensantur, continuò tamen dissipantur: ità, quò densior est afflictionum caligo, eò propiùs instat serenitas. Egressus porrò hic opponitur discessui quo reversurus erat Deus in locum suum: ideòque qualis est discessus, talis debet esse egressus: qui certè propriè, immediatè & specialiter non respicit manifestationem Christi in carne, quanquam hæc implicitè in eo contineatur, & verba in genere referant exhibitionem gratiæ salutaris in Christo; quæ tamen in prædicatione Evangelii per omnes gentes magis illuxit quàm in ejusdem nativitate [z]. *Egressus tanquam auroræ:* i. e. vel, 1. pulcher, elegans & concinnus est [a]; vel, 2. firmus & certus [b], ut ex ordine naturæ post tenebras noctis certò exspectamus Auroram [c]; vel, 3. evidens & conspicuus. Ut sensus loci sit, *Deum cognoscemus*, (magísque ac magis) *cognoscere adnitemur:* (neque id studium valde operosum ac difficile experie-

[a] Mer. [a] Riv. [b] Riv. sic Oecol. [c] Riv. [d] Calv. * D. † Pi. * Q. in Riv. sic Calv. K. in Mer. [f] Calv. [g] Pi. D. sic G. Riv. &c. [h] Riv. [i] BA. 1. 2. 51. 622. [k] Riv. [l] Liv. [m] D. [n] Q. in Tar. [o] Tar. [p] Riv. [q] Q. in Riv. sim. Mer. [r] Mer. † Riv. [t] Q. in Riv. [v] Riv. [x] D. [y] Riv. [z] Riv. ex D. [a] Riv.

[b] Riv. [c] Riv. sim. D. [d] Riv. * Oecol. in Mer. [f] Liv. [g] Liv. D. [h] K. [i] Q. in V. [k] Calv. [l] Q. in Calv. [m] Calv. [n] Riv. [o] Tar. [p] Riv. [q] D. [r] Mer. † Calov. ex Meisn. [t] Calov. [v] Mer. ex Oecol. sim. Tar. [x] Oecol. [y] Calv. sim. Riv. [z] Riv. [a] V. [b] Riv. Calv. Cap. cit. [c] Riv.

experiemur, ſiquidem ipſe conatus noſtros adjuvabit, ultróque ſe nobis cognoſcendum præbebit :) *ac exortus ejus futurus eſt nobis evidens æquè ac auroræ.* Id eſt, Sicut Auroræ exortus omnibus evidens eſt & conſpicuus; ità ſe Deus nobis conſpicuum faciet. Sic etiam exponit Moſes Kimchius : *Cognoſcemus*, inquit, *ipſum, ac nobis evidens erit, ſicut lumen auroræ nubibus carentis* [d]. Vel, 4. paulatim augeſcens *; ut Auroræ lux, quæ de momento in momentum creſcit [f]; quæ in montibus apparet, deinde longè latéque ſe explicat [g]. [Alii hoc membrum cum præcedente jungunt, utrumque ſic vertentes,] *Si cum ſcientia proſequamur* (Heb. *agnoſcamus perſequamur*, Jun.) *ad cognoſcendum Jehovam, tanquam auroræ comparatus eſt exortus ejus*, JT. i.e. Ut ex quo Aurora orta eſt res magis ac magis videntur & innoteſcunt : ità nos augeſcemus in cognitione Dei & profeſſione ejus. Oſtendit finem reſtitutionis noſtræ à Deo effectæ, nimirum conſtantem agnitionem Dei fretam benedictionibus ejus [h]. Optimè ſic vertas, ſupplendo quæ in Hebræo ſæpe omitti ſolent, *Si cognoſcamus Dominum, & cognoſcendo eum ſectemur, tam promptum nobis erit ejus auxilium quàm eſt aurora* [i]. ¶ *Et veniet quaſi imber*, &c. כַּגֶּשֶׁם לָנוּ כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרֶץ] *Tanquam imber*, vel *pluvia, nobis*, Mo. P. Ti. &c. (i.e. vel, copioſè; vel, cum effectu. Ut imber terram humectat, & ſemina emortua in vitam revocat: ſic Deus nos irrigabit cœleſti pluviâ, & nos è calamitatibus liberabit, & quaſi vitæ reſtituet [k].) *veluti ſerotinus*, vel *ſerotina*, (vel, *ſerotina pluvia*, P. quæ decidit tempore verno [l], vel adultâ ſegete, ut diximus Deut. 11. 14 [m]. vel ſub tempus meſſis [n], quæ erat in menſe Martio [o];) *temporaneus* (vel, & *temporanea*, P. vel, & *tempeſtiva*, JT. Pi. & *maturior*, D. quæ decidit in Autumno [p], poſt factam ſementem [q] : ſub. *venit*, P.) *terræ*, Mo. P. &c. ſub. *ſitienti*. Ea enim maximè deſiderat pluviam [r]. [Alii locum ſic reddunt ;] *Et veniet nobis ſicut pluvia, ſicut pluvia, inquam, temporanea*, quæ *fœcundat terram*, M. *Quique nobis veniet ut pluvia, ut irrigans terram ſerotinus imber*, Ca. Senſus eſt, omni tempore omnia ipſis à Deo proſpera ventura *. Al. Incrementum donorum intelligit †. Pluvia tempeſtiva in S.S. pro omni benedictionum ſpiritualium & temporalium largitione ſumitur [t]. Altera hæc conſolatio, quòd, ut Verbum impediri non poterit, ſic certum pariet fructum [v]. q.d. Ut terra, poſt longos æſtus arida, videtur eſſe inutilis ad fructum proferendum ; pluvia autem ſuccum & vigorem reſtituit : ità, etiamſi Iſraelitæ planè exaruerint, vigorem tamen illis reſtituet gratia Dei [x]. Notatur hîc fructus & fœcunditas Verbi Dei [y], quod cum pluvia confertur Deut. 32. 2. Eſa. 55. v. 10 [z]. אֶרֶץ hîc accipi poteſt vel pro בָּאָרֶץ [a]; vel potiùs, pro לָאָרֶץ, ut præceſſit לָנוּ [b].

4. *Quid faciam* (vel, *facerem*, JT. Pi.) *tibi*, &c ?] Nempe aliud quàm quod ſuprà expoſui [c]? vel, quàm minatus ſum [d]? Quid boni vobis poſſem facere dum tales eſtis *? Quid ultrà faciam ut vos in viam revocem [f]? Quâ ratione carpendus es, quum & plagis te probaverim, & beneficiis [g]? Eâ es levitate, ut labor omnis quem pono in te curando caſſus & irritus fit [h]. Vos incurabiles eſtis [i] : contumaciter manetis in peccatis veſtris; veniam gratiámque vobis oblatam irridetis [k]. ¶ *Miſericordia*, &c. וְחַסְדְּכֶם כַּעֲנַן בֹּקֶר וְכַטַּל מַשְׁכִּים הוֹלֵךְ] *Et* (vel, *Nam*, Calv. vel, *Quum*, V. P. JT. Pi.) *miſericordia* (vel, *pietas*, M. Ti. V. Ca. D. vel, *benignitas*, JT. Pi.) *veſtra* (ſub. *eſt*, vel *ſit*, Calv. P. JT. Pi. &c.) *ut nubes matutina*, Mo. P. &c. (quæ facilè evaneſcit ad adventum & calorem Solis [l];) *& tanquam ros manicans* (vel, *manè*, P. Di. vel, *manè veniens*, ſive *ſtillans*, ſive *cadens*, M. Ti. JT. Pi. Hebr. *matutinans*, Pi. מַשְׁכִּים eſt vel nomen [m], vel participium pro adverbio; ut Job. 36. v. 31. *ad copiam*, i. e. copioſiſſimé [n].) *vadens*, Mo. vel, *abiens*, ſive *qui abit*, P. Pi. ſic JT. Di. vel, & *abiens*, M. Ti. D. vel, *qui evaneſcit*, Pi. Tar. D. Ad verb. *manicans abiens*, i. e. manè evaneſcens. Phraſis eſt qualis 1 Sam. 16. 16. *virum ſcientem pſallentem*, i. e. ſcientem pſallere, vel ſcitè pſallentem [o]. מַשְׁכִּים hîc ſimpliciter adverbii uſum præbet, more Hebræis familiari, quo unum verbum alteri loco adverbii apponunt ; ídque ferè ex neceſſitate, quum pauciſſima adverbia habeant. Exempla vide Gen. 19. 2. Joſ. 8. 14. Jud. 21. 4. &c [p]. Verbum הָלַךְ ſign. *abire*, ut Gen. 18. 33. Exod. 18. 27; &, *perire*, vide Pſal. 39. 14. & 58. 9. & 109. 23. & præcipuè Pſal. 78. 39. ſive, *evaneſcere* [q]. Senſus, ut ros & nubes manè exorta Sole adventante diſpereunt [r]. [Penſitatis verbis, duo quærenda reſtant. Qu. 1. Quid, vel cujus, eſt hoc חֶסֶד ?] Reſp. 1. Τὸ חַסְדְּכֶם ſumitur paſſivè, pro miſericordia Dei erga eos †. [Variè autem explicant.] Benignitas Dei erga vos citò ceſſabit [t]. Huic interpretationi repugnant, 1. ſequentis verſûs particula illativa עַל־כֵּן, nempe propter malum quoddam nominatum h. l. 2. ſcopus & cohærentia loci, & collatio v. 7, 8, 11 [v]. Al. Beneficia Chriſti amplificat ex collatione cum veteribus, oſtendítque illa eſſe ſpiritualia & æterna. *Beneficentia veſtra*, inquit, i. e. quâ Deus in populum ſuum uſurus eſt, erit inſtar roris ; non quòd citò evaneſcat, ſed quòd per eum recreetur terra. Lex terrores auget, irámque Dei oſtendit ; Evangelium recreat, &c [x]. Gratia vobis præſtabitur, non in unum aut alterum diem, ſed perpetuo tenore ; ut ros & pluvia continuò irrigant terram [y]. Al. Gratiam & miſericordiam meam, quâ vos proſequor, ſtatim areſacitis, & malitiâ veſtrâ abſorbetis, ut inutilis fiat; acſi pluvia defluat in ſaxum [z]. Reſp. 2. Activè ſumitur, pro ipſorum benignitate, ut 2 Sam. 2. 5. Jon. 2. 8 [a]. *Pietas veſtra*, quam exercetis erga me & alios [b], vel, ſtudium veſtrum benefaciendi proximo [c], evaneſcit & nihil efficit [d]. Bonitas omníſque juſtitia veſtra non eſt firma & ſtabilis, ſed evanida ; non perſtatis in reſipiſcentia veſtra *. חֶסֶד ἔλεος quidem & ἐλεημοσύνη verti ſolet, tum apud Græcos Interpretes Veteris T. tum apud Scriptores Novi : ſed revera ſignificatio vocis hanc quidem partem complectitur, ſed latiùs patet, extendítque ſe ad omnia pietatis & probitatis officia. Unde חֲסִידִים Ἀσιδαῖοι in Maccabaicis dicuntur, qui omnes officiorum partes ſolicitè explebant : unde factum poſtea, extrito ד, nomen Ἐσσαίων vel Ἐσσηνῶν & aliquantò plus in eo eſſe creditur quàm in voce צַדִּיק. Senſus eſt, Brevi defecit veſtra probitas †. חָסִיד eſt, *pius* [f], ut certum notúmque eſt; unde & חֲסִידִים *Haſidæi, pii* [g] : ſic & חֶסֶד, *pietas* [h]. [Qu. 2. Quæ hujus verſûs cum præced. connexio ?] Reſp. 1. Continuatio eſt promiſſionis gratiæ, & quidem uberioris, quæ rori & pluviæ confertur. Ità cenſent plerique Lutherani Interpretes, Lutherum ſequuti. Reſp. 2. Oppoſitio hîc eſt inter benignitatem Dei, de qua in præcedentibus verſibus, & pietatem hominum : illa ſemper perſtat, hæc non diu durat. Sic igitur Jehova infit : Audiviſtis jam quàm ſim paratus in gratiam recipere pœnitentes, &c. ſed audite etiam quî fiat quòd vos ejus non reddamini compotes: quomodo enim vos ſanabo, quum id non verè exſpectatis [i]? Refero hæc verba ad Hoſ. 5. 14, 15. *Ego rapiam*, &c. Jam verò, poſt quædam interjecta de piorum reſipiſcentia, utitur patheticâ hâc conteſtatione, *Quid faciam tibi?* Objici potuit, At nos reſipuimus. Reſpondet Dominus, pietatem ipſorum eſſe rem fluxam & evanidam, &c [k]. Negotium fuit Prophetis tum cum toto populo, tum cum fidelibus, qui pauci erant : hinc minas ſæpe & promiſſiones ſive conſolationes miſcent, quarum illæ ad promiſcuum vulgus pertinent, hæ tantùm ad fideles. Inter minas ſemper addunt promiſſionem, nè fideles deficerent, &c. Et quoties gratiam Dei offerunt, ſimul addunt exceptionem, nè eam hypocritæ arripiant, & ità ſecurè Deo illudant. Hac de cauſa blanditias illis excutit; q.d. Non eſt quòd vos ſperetis ſalutem filiis meis promiſſam, &c. *Quid faciam*, &c? q. d. Omnia tentavi, ſed fruſtrá : pœnis non profeci, gratia mea ludibrio eſt vobis : quid ergò ſupereſt niſi ut vos abjiciam? Non litigabo vobiſcum; denuncio clauſam eſſe vobis januam ſalutis [l].

5. *Propter hoc*, &c. עַל־כֵּן חָצַבְתִּי בַּנְּבִיאִים וגו׳] *Ob id*, vel *Propterea, abſcidi*, ſive *ſuccîdi, prophetas* (vel, *prophetas veſtros*, ο'. Ar.) & *occîdi* (vel, ac propè *enecavi*, Ti.) *eos*, &c. M. P. ſim. Sy. [Exponunt vel, 1. de pſeudoprophetis.] qu. d. Occîdi nonnullos ex eorum prophetis qui ſeducebant eos nè converterentur [m] : nè ergò illam prætendatis excuſationem [n]. [Vel, 2. de Prophetis Dei.] Prophetas tanquam lapides ex lapidicina abſcidi, & miſi ad vos etiam cum periculo vitæ [o]. *Ego occîdi*, id eſt, occidendos expoſui, &c [p]. Al. *Obtudi*

Margin notes (left column): d Boot. 2. 11. 12. 242. * Q. in Boot. f AE. in Mer. g D. h Jun. i G. k D. l V. ſim. D. m G. n Pi. ſim. D. o D. p V. q D. Pi. ſim. G. r V. * G. † Tar. ex Luth. t Riv. v Mer. x Calv. y Mer. z Tar. a Mer. ex AE. b Mer. c Riv. d Pi. * G. f Mer. g Oecol. in Mer. h Riv. ex D. i Calv. Riv. k Calv. l V. ſim. D. m D. & Riv. ex He. n Riv. o Di. p Boot. a-nim. 2. 10. 11. 231.

Margin notes (right column): q Tar. r G. ſim. Mer. ex K. M. D. Pi. † Q. in Riv. t Hi. in Tar. v Tar. x Mer. y Q. in Riv. z Q. in Calv. a Riv. & c. b Tar. c Oecol. d Tar. ſim. Oecol. * V. † G. f D ſic Di. g Di. h Di. ex D. i Tar. k Riv. l Calv. m AE. in Mer. n Q. in Riv. o M. p Q. in V.

Obtudi prophetas, sub. meos; ut incitarem eos ad veram resipiscentiam. Seipsum mox declarat q. Sed hi τὸ ב in בנביאים vel negligunt, vel pro את accipiunt: quum ב hic notet instrumentum r. [Alii ergò locum aliter reddunt.] Succîdi (vel, dolavi, sive dedolavi, V. Pi. sub. eos, Pi.) in prophetis, Mo. V. Ti. Calv. sub. meis, Calv. vel, per prophetas, JT. Pi. Calv. Riv. G. i. e. Exercui, & crebris [Prophetarum] interpellationibus obtudi, ac veluti excîdi, non secùs ac lapides crebris ictibus excîduntur †. Solent latomi, qui incîdunt lapides, tundere ac contundere illos t. Molestus fui illis v, (usque ad mortem x,) reprehensionibus meis y. Occîdere dicimus eos quibus valde molesti sumus. Sic & comicus, Occîdunt me nunc, dum nimis sanctas student apparare nuptias z. Occîdi eos, nempe minis Legalibus: lex enim occîdit, 2 Cor. c. 3. v. 6 a. Verbum Dei confertur gladio, malleo, &c. quia & rudem materiam polit & lævigat; id quod præstat in piis; & lethale vulnus improbis infligit. Vide Esa. 11. 4. Jerem. 23. 29. Heb. 4. 12 b. Al. Cecîdi eos, &c. (i. e. Magnas plagas ipsis denunciavi: nam Prophetæ, & Deus per Prophetas, dicuntur ea facere quæ prædicunt, Jer. 1. 10 c. [ubi dicta vide.]) & occîdi eos (i. e. vel, 1. Prophetas, imponendo ipsis laborem tam molestum: ad eos enim pertinet hoc affixum 3. personæ; quia de populo loquutus est in præsentibus, idque in 2. pers d. Vel, 2. populum; quem istos vocat per contemptum. Nec quenquam moveat personæ mutatio, quæ Hebræis frequens est †.) verbis oris mei, Ti. &c. i. e. comminationibus meis spem eis ademi f. Occisiones ipsis prædixi eventuras g. τὸ על־כן initio positum ad v. præced. refertur. Dixerat, Justitia vestra est evanida; idcirco nulli Prophetarum labori peperci, ut vos revocarem, &c h. qu. d. Quum tam inconstantes essetis in cultu meo, egóque tamen cuperem vestram salutem, multos vobis Prophetas misi i. Al. Ostendit hîc Deus se magnâ necessitate coactum fuisse ut populum illum duriùs & asperiùs tractaret, quòd præfractus esset & pervicax: alioquin Deus solet dociles blandè & suaviter invitare k. Al. Abruptâ transitione utitur, ut Prophetis moris est, qui sæpe tantùm notas aliquas suarum concionum proponunt. Hoc non ad superiora pertinet, i. e. Regnum Christi, sed ad præsentem populum. Cohæret tamen, quia tacitæ objectioni occurrit, quòd præsenti populo videretur injuria fieri, quia donis careret quæ novo populo promittuntur. At hoc non fit, quia Deus mittit Prophetas qui sermone suo & vitia præcîdunt, & verum cultum ostendunt. Doctrina Ecclesiæ duplex est: Lex, quæ peccati convincit & occîdit; & Evangelium, quod territos erigit, & Soli orienti confertur l. ¶ Et, &c. ומשפטיך אור יצא] Et (vel, Et tamen, Q. in V. vel, Ut, P. K. Et, pro ἵνα ut, notum est m; ut Exod. 8. v. 1. Dimitte populum meum, & (i. e. ut) serviat mihi n.) judicia tua (vel, jura tua, Pi. vel, unumquodque judiciorum tuorum, D. Tar. sub. fuerunt, Pi. vel, sunt, Di. vel, essent, M. P. K.) lux (vel, ut lux, P. M. Ti. D. Riv. sic Pi. &c.) egredietur, Mo. vel, egrediens, M. oriatur, Ca. exoriuntur, Ti. quæ egreditur, P. V. quæ exoritur, id est, exire solet, nempe è thalamo suo. Vide Psalm. 19. v. 6 o. Vox judicia diversimodè ponitur. Hinc variant p. [1. Judicia Dei intelligunt; nec uno modo.] Jura tua, i. e. à te observanda, & à me tibi præscripta per Prophetas q. Et judiciorum tuorum lux exorta est, JT. i. e. Prophetas jussi prædicatione Verbi prælucere tibi, ut eâ veluti face jura tua officiáque cognosceres, quæ explicantur v. seq. Hic enim alter usus est Prophetiæ, ut non tantùm deterreantur homines à malo, sed etiam ad bonum adducantur r. Sermonem Dei luci, & quidem orienti, quæ fortior est, componit; ut ità cùm Dei justitia asseratur, tum inexcusabilis eorum contumacia arguatur, quòd, cùm doctrina Prophetarum quasi lux clara illis fuerit ad rectam viam monstrandam, in tenebris & erroribus suis permanerent †. Judicia tua, &c. i. e. Regula & ratio piè vivendi & salutis vobis monstrata est: doctrina mea vobis erat instar lucis: eo ità vos admonui, ut scientes & volentes postea peccaveritis *. Al. Judicia tua, (i. e. pœnæ quæ in te venient t: tua passivè accipiunt, ut, oratio mea, quæ mihi habetur v:) quasi lux, &c. G. &c. Id est, vel, 1. paulatim aucta sunt, ut lux in singula momenta x: vel, 2. apparebunt esse justissima y. Nihil eveniet de quo non præmoniti sitis, & quidem sæpius z. Vel, 3. Sensus est, Sicut lux exoritur, nec quisquam ejus exortum remorari potest: sic se habent judicia in te parata; exoriuntur in te, nec poteris [ea] sacrificiorum tuorum multitudine remorari: quia misericordiam volo, non sacrificium a. 2. Judicia populi, activè scilicet, quæ sunt justitia, pietas & probitas ejus b. Judicia hîc vocat misericordias in proximum præstandas, ut mox dicet, Misericordiam volo c. Ut oriatur æquitatis tuæ lux, i. e. ut justus piúsque fias d. Hoc feci quò judicia tua essent ut lux, &c. quæ paulatim cresceret; non sicut nubes matutina, quæ mox evanescit: ut in judicio faciendo indies progressus faceres *. Chaldæus hunc versum sic reddit, Quia ego admonui eos, mittendo meos prophetas, neque conversi sunt; adducam contra eos interfectores, propterea quòd transgressi sunt verbum beneplaciti mei, & judicium meum est sicut lux egrediens. Legit משפטי: quæ lectio convenientior videtur f. Negatur. Non ità legit, sed intellexit: & quum in voce משפטיך duplex esset mutatio, numeri & personæ, dicendúmque esset, judicia eorum, nempe populi, ut jam dixit, occîdi eos; ut hanc mutationem vitaret, vertit, judicium meum, vel judicia mea, sive Dei, & phrasin activè accepit, pro judiciis à Deo in populum decretis & exercitis g. [Sed & ο'. & Sy. & Ar. sic habent, Et judicium meum ut lux, &c. quod eodem sensu accipe.]

6. Quia (vel, Nempe quòd, Pi.) misericordiam volui] Id est, opera misericordiæ h: vel, sanctitatem; vide v. 4 i. ¶ Et non sacrificium] i. e. Magìs quàm sacrificia k. Negatio hæc non est absoluta l, sed per comparationem m; ut explicavimus ad Matt. 9. 13. ubi Christus hoc Prophetæ loco utitur n. Sic Jerem. 7. 22. Non præcepi—de holocaustis: & in profano poeta, Non bove mactato cælestia numina gaudent, Sed quæ præstanda est & sine teste fide o. ¶ Et scientiam Dei] i. e. Pietatem, ut suprà. Solent sæpe voces eædem modò laxiùs sumi, modò strictiús: quod sæpe ostendit membri alterius oppositio p. Scientiam, nempe practicam, ut 1 Joh. c. 2. v. 3, 4 q. sive quæ conjuncta semper est cum integritate vitæ r. Misericordiam referunt ad secundam Legis Tabulam; & scientiam Dei, ad primam: nec naturæ & dignitatis ordinem hîc servat, sed nostræ cognitionis †. דעת וגו' verum & internum cultum significat; חסד, omnia quæ homini alteri aut debentur, aut cum laude præstantur t. ¶ Plus, &c. מעלות] Præ holocaustis, Pi. quàm holocausta, D. vel pleniùs, magìs quàm holocausta, D. sic JT. Pi. V. &c. Ellipsis Hebræis frequentissima. Sic Græci ponunt ἤ, pro μᾶλλον ἤ v. Hoc versu occupat Deus frivolos omnes prætextus x, & jactantiam refellit hypocritarum y, qui victimis Deum placari putabant z, & in eis pietatem totam constituebant a. Sub nomine sacrificii synecdochicè comprehendit externum Dei cultum, & omnes ceremonias Legales, in quibus hi laborabant, & multos ritus accumulabant, putantes ità se pulchre esse defunctos officio, nec dubitabant cum Deo litigare. At, inquit, hæc nullius momenti apud me sunt b. Putatis multum vos facere quòd holocausta mihi offertis, aut etiam piaculares victimas. Atqui ista quæ bonis & malis sunt communia in minimo censu sunt apud me: multùm præpollent ea quæ semper & ubique honesta sunt c. Qu. An, & quomodo, sacrificia à Deo rejiciuntur? Respond. 1. Quidam ex veteribus, occasione hujusmodi locorum, existimârunt sacrificia Judæis tantùm permissa fuisse, ut eos à vicinorum idololatria avocarent, non autem præcepta fuisse. Ità Theodor. &c. Non placet. 1. Quia tunc non peccâsset qui sacrificia omisisset, si præcepta non fuissent. 2. Quia sacrificia erant ante Mosem, & ante omnem idololatriam, Gen. 4. 4. & 8. 20. &c. 3. Quia sacrificia erant typi Christi, &c. Resp. 2. Rejiciebantur à Deo hæc sacrificia, non simpliciter & per se, sed tantùm ex accidenti, quatenus vel, 1. non ritè offerebantur d, nempe ab hypocritis; vide Esa. c. 66. v. 3 *: vel, 2. sine fide & dilectione immolabantur: vel, 3. meritum eis affingebatur f. Non usum eorum hîc damnat, sed abusum g. Sacrificiorum nimirum duplex erat scopus: 1. ut ad Christum manu ducerent: 2. ut homines aut colerent Deum, in memoriam alicujus beneficii; aut seipsos excolerent, juxta propositam in ritibus

Marginal notes (left column): q Al. in V. | r Tar. | † Mer. | t V. | v D. sim. Pi Riv. | x D. Riv. | y Pi. | z D. | a Tar. | b Riv. ex Liv. | c G. | d Par. in Riv. | † Riv. | f Pi. | g G. | h Riv. sim. K. | i Tar. | k Calv. | l Mer. | m D. sim. Riv. | n Riv. | o Pi. | p Riv. | q Pi. | r Jun. | † Liv. | * Calv. | t G. sic Tar. D. | v D.

Marginal notes (right column): x Idem. | y G. sim. Tar. | z G. | a Di. | b Riv. | c V. | d Ca. | * D. sim. Riv. | f Cap. crit. | g Buxt. vind. 2. 17. 741. | h D. sic Riv. | i D. | k Liv. sic V. Di. Riv. &c. | l Riv. | m Liv. sim. Riv. G. | n G. | o Liv. | p G. | q Riv. | r D. | † Riv. | t G. | v D. Riv. | x Calv. sim. Riv. | y Riv. | z Mer. sim. Tar. | a Riv. | b Calv. | c G. | d Riv. | * Calv. | f Riv. | g Calv.

ritibus sacrificiorum sanctimoniæ & puritatis formam. Sacrificia ergò his finibus destituta non magìs Deo placebant quàm homini famelico elegantes ciborum imagines [b].

7. *Ipsi*, &c. 'וגו וְהֵמָּה כְּאָדָם] *Et*, vel *At*, *ipsi*, vel *isti*, *sicut Adam transgressi sunt pactum*, Mo. sim. Ti. Ca. RS. G. Sicut Adam, quia pactum meum violavit, expulsus est ex Hedene; ità & hos æquum est ex sua terra expelli [i]. Verùm tunc scripsisset כָּאָדָם [k], extruso He hajedia, quod nominibus propriis præfigi non solet [l]. Al. *sicut generationes priscæ*, Ch. nempe gigantes illi Gen. c. 6. v. 4 [m]. Al. *tanquam hominis*, P. V. JT. sub. *pactum*, V. i. e. Agunt mecum tanquam cum homine [n], vanissimo [o]. Non pluris fecerunt pactum quod pepigi cum eis quàm pactum cum quovis homine initum [p]. Verùm talis vocum trajectio insolens est apud Hebræos [q]. Tum dixisset, *Transgressi sunt fœdus tanquam hominis* [r]. Alii, *tanquam homines*, M. Pi. Prout homines facere solent *, qui sc. suâ naturâ vani levésque sunt [t], ideóque fidem sæpe fallunt. Similis locutio est Job. 31. v. 33 [v]. Al. *sicut plebeii*, quibus sæpe ludus & jocus est pactum violare. אִישׁ *viros nobiles*, אָדָם *homines vulgares*, denotat [x]. *Similes sunt homini fœdifrago*, ό. sim. Ar. Pro עָבְרוּ, legerunt עֹבֵר participialiter [y]. ¶ *Ibi*, &c. 'שָׁם וגו] *Ibi prævaricati sunt*, &c. P. M. &c. Magnum pondus est in voce שָׁם, *illic* [z]: qu. d. in ea ipsa re in qua videri vultis religiosi observatores fœderis *. *Ibi*, ubi scilicet hypocritæ cristas maximè erigunt, nempe in ceremoniis & sacrificiis, illic ostendam eos esse fœdifragos; quòd sacris tesseris, quibus Deus pactum suum sancit, abusi sunt ad tegendum perfidiam suam; quòd Deo illudunt, Verbúmque ac cultum ejus adulterant, & instituta ejus detorquent †. *Ibidem*, nempe in oblatione holocaustorum, ex v. præc [a]. Cùm ego ex pacto postulem pietatem; illi, omissâ veritate, solùm externis sacrificiis me honorârunt [b]. Al. *Ibi*, i. e. In eo fœdere perfidi sunt [c]. Vel, *ibi*, i. e. *in terra illa optima quam illis dederam*, ut hîc exponit Chaldæus. Adde, ut connectas cum superioribus, in illa terra quæ Hedeni comparatur, Gen. 13. 10. Isa. 51. 3. ut & loca ei proxima, Ezec. 28. 13. *Ibi* est velut digito monstrantis [d]. qu. d. In solo patrio †. Vel, *ibi*, id est, tunc; ut Psalm. 14. vers. 5. *Ibi timuerunt*, &c; & in Terentio, *Ibi homo me cœpit obsecrare*, &c [f]. [Connexionem hujus versûs cum præced. sic explicant:] Postquam Deus cultum sibi gratum descripserat, redit ad exaggerandam populi pervicaciam, ostendítque eos nihil aliud ex sacrificiis suis exspectare posse quàm gravius judicium; quia illa totidem sunt testimonia fœderis violati [g]. Sensus, qu. d. Frustrà jactatis sacrificia, quæ vertitis in ludibria, nec, quod præcipuum erat, cultum spiritualem curâstis [h]. Hæc vobis indicavi, & quales esse oportebat. Conferamus jam quales sitis. Hoc erat pactum meum cum ipsis, ut obedirent, &c. At isti, &c [i].

8. *Galaad*, &c. 'גִּלְעָד וגו] *Gilead* (sub. *est*, P. Pi. &c.) *civitas operantium iniquitatem*, P. Mo. sic M. vel, *operariorum iniquitatis*: quâ phrasi denotantur homines perditi & profligatissimi [k]. Vel, *operantium idolum*, Vulg. אָוֶן *idolum* quidem interdum significat; sed & *injustitiam*, quomodo Græci sæpe vertunt, & Chaldæus hîc accipit †. Aliquid speciale hîc notatur, quod nobis obscurum est propter historiæ inscitiam [l]. *Gilead* hîc est, vel, 1. regio ultra Jordanem [m], de qua vide Num. 32. v. 26. & Jos. 13. 11 [n]. quæ *terra Galaad* dicitur Deut. 3. v. 12, 13. Jud. 10. 4. Quomodo igitur hîc de ea quasi una urbe loquitur? Resp. Singulare per synecdochen ponitur pro plurali, & hoc dicit, illius provinciæ urbes maleficas & sanguinarias fuisse. Sic Jerem. 17. v. 8. *folium ejus*, i. e. folia [o]. *Gilead*, i. e. qualibet urbs in regione Gilead sita. Metonymia subjecti [p]. [Alii locum sic vertunt,] In *Gilbade urbs* erat *operantium iniquitatem* quæque, JT. i. e. Urbani omnes [quantò magis ruricolæ, qui magis inconditi & minùs instituti esse solent?] erant nequissimi. Confirmatio est præcedentis accusationis, ab enumeratione partium singularum in quas populus Dei divisus erat, usque ad cap. 7. Est autem hæc prima pars, *Gilbad*; quæ ideo seorsim ponitur, quòd jam eo tempore expilata esset à Pule Assyriorum Rege, & coloni deportati, 1 Chron. 5. 26. Ideo supplevi, non, *est*, sed, *erat*, ut palàm fieret, hîc à Propheta causam antè acceptæ cladis demonstrari [q]. Vel, 2. urbs [r], asylum †, sacerdotum & refugii civitas [t]. Id probant ex Jos. 20. v. 8 [v]. & Deut. 4. 43. Jos. 21. 38 [x]. Sed ibi est *Rama*, vel *Ramoth*, *Gilead* [y]: quod genus loquendi innuit *Gilead* esse nomen regionis, & distinctionis ergò adjectum, quia plures urbes erant *Rama* vel *Ramoth* dictæ [z]. Erat tamen urbs *Galaad* dicta in monte Galaad [a]. Per *Galaad* synecdochicè intelligo urbes refugii in regione Gilead, & sub illis reliquas in toto Regno. Per urbes autem incolas intelligit, nempe Levitas & sacerdotes; quorum nequitiam hîc perstringere voluit: unde à majori ad minus infert, reliquum Regnum populúmque fuisse perditum & desperatum [b]. ¶ *Supplantata*, &c. עֲקֻבָּה מִדָּם] *Fœdata*, sive *polluta*, *à sanguine*, Mo. P. V. Liv. D. vel potiùs, *propter sanguinem*, D. Nomen עֲקֻבָּה alibi non legitur; nec radix nec nomina indè ducta in *fœdandi* significatione reperiuntur [c]. At veteres Hebræi ità accipiunt [d]. In Thalmud עֲקִיבַת est, *pollutio* vini prohibiti *. Al. *callida*, sive *versuta*, *sanguine*, Ca. Q. in V. id est, sanguini fundendo [p]: vel, *præ sanguine*, vel, ob sanguinem effusum [r]. In cædibus exercitata †. *Retenta*, vel *occupata*, *à sanguine*. Verbum עָקַב interdum *tenere*, *retinere*, *morari*, & *impedire*, signt. *Oppressa sanguine*, Ti. *Supplantata est à multitudine sanguinis*, P. in ea effusi [v]. Vel, *supplantatrix* (vel, *insidiatrix*, Riv.) *sanguinis*, Riv. sim. D. qu. d. Insidias struere docta cædis causâ [x]. Legis prætextu cædes tegebant [y]. *Vestigiata sanguine*, Cap. Jun. h. e. cujus vestigia sanguine sunt signata, h. e. frequentium cædium rea [z]. *Vestigiis sanguinolentis*, JT. *calcata à sanguine*, id est, à pedibus sanguinolentis homicidarum. Confer 2 Reg. c. 21. v. 16 [a]. Adeò cædibus repleta, ut, ubicunque ponat quis pedem vestigium impressurus, sanguinem contingat [b]. Plurimi enim ibi homicidæ; ideóque trans Jordanem plura pro terræ spatio asyla quàm cis Jordanem, Num. 35. 14. Deut. 4. 41, 42, 43, Jos. c. 20. v. 8 *. Homicidium hîc intellige, vel, 1. figuratè, quòd illi suâ negligentiâ, exemplo & authoritate mortis animarum rei essent. Confer Ezec. 3. 18. & 33. 7, 8. Vel potiùs, (quum hîc non tam negligentia quàm malitia eorum taxatur,) 2. propriè, h. e. cædes. Respicit hîc abusum civitatum refugii, quæ sacerdotibus datæ sunt ut eò fugerent homicidæ involuntarii, Exod. 21. 13. Num. 35. 11 [c]. Ibi quæstio habita est à Levitis, an homicida innoxius fuerit [d]. Si ergò, pecuniis pravísque affectibus corrupti, vel innoxios excluderent, aut vindicibus traderent, vel manifestos homicidas & latrones admitterent, civitas meritò dici potuit *supplantatrix sanguinis*. ό. vertunt, ταράσσουσα ὕδωρ, *conturbans aquam*: quid viderint aut legerint vix divinari potest †. Pro מִדָּם, legerunt מַיִם [f]; &, pro עֲקֻבָּה, vel עוֹכְרָה [g], vel עוֹקְבָה, *calcaneo conculcans*, ad turbandum scilicet. Egregia figura [h].

9. *Et quasi*, &c. וּכְחַכֵּי אִישׁ גְּדוּדִים חֶבֶר כֹּהֲנִים דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה] Locus hic difficilis est [i], ob transpositionem [k]. [Sic vertunt:] *Et ut exspectant* (vel, *Et secundùm exspectare*, V. sim. Mo. *Et quemadmodum observant*, Ti.) *virum* (vel, *vir*, D. vel, *aliquem*, M. nempe viatorem [l]; sub. *transeuntem*, M. D.) *latrones*, P. Ti. Mo. Calv. (vel, *armati*, M. vel, *turmæ*, D. Riv. nempe grassatorum, sive latronum [m], qui solent observare prætereuntes, quos rebus spoliatos occidunt. Vel, *turmas*, sub. *viatorum*. Sed prius præfero [n]. Sub. *sic*, P. Ti. vel, *sic est*, M. Di.) *collegium* (vel, *conciliabulum*, M. *conspiratio*, Ti. *congregatio*, vel *societas*, V. Di.) *sacerdotum* (vel, *principum*, sive *magnatum*, ut 2 Sam. 8. 18 [o]. quibus sanè sequentia magis conveniunt quàm sacerdotibus [p]. כֹּהֵן *præfectum* significat: nam tunc non erat summa potestas penès sacerdotes *.) in *via* (Ellipsis τοῦ *in*, ut Num. 12. 8 [q]. Vel, qui in *via*, M.) *interficiunt*, sive *trucidant*, (Heb. *occident*, Riv. futur. pro præsenti, vel præterito [r] imperfecto, *occidebant* †: sub. *quosque*, M. Al. *occidentium*, Di.) *consensu*, P. Calv. D. vel, *humero*, sub. *uno*, M. V. D. Calv. ex Sophon. 3. 9 [t]. Metaphora à bobus idem jugum totis viribus trahentibus; vel, ab hominibus qui oneri unico humeros suos supponunt [v]: qu. d. consensu unanimi [x]. Sic alibi, *uno ore*, vel, *quasi vir unus*, Jud. 20. 8. 1 Reg. 22. 13. Atque hi שִׁכְמָה appellativè accipiunt,

accipiunt, ut ה sit paragogicum, vel ad ornatum, vel ad augendam interpretationem [y]. Aliis est adverbium, *Sicemice*; q. d. per insidias, ut illi olim Sicimitas, Gen. 34 [z]. Aliis est nomen proprium, ut ο'.Sym.Vulg. &c [a]. *Shechem* erat urbs celebris Levitarum in monte Ephraim, Jos. 21.21. & olim Israelis metropolis, 1 Reg. 12.25 [b]. [Qui autem sic accipiunt variè reddunt.] *In Sichem*, ut ה sit locale [c]: vel, *quâ iter Sichem*, Ti. vel, *viâ ad Sechemum*, Q. in Riv. [Alii verba sic reddunt;] *Estque exspectantium homines latronum similis sacerdotum societas, qui in via perimunt quâ itur Sichemum*, Ca. At si urbem *Sichem* intellexisset, non scripsisset שְׁכֶמָה, sed שְׁכֶמָה, ut Jud. 9.1, &c †. *Sodalitium verò sacerdotum* (quos hoc versu perstringit, deinde populares, tum Israelitas, v. seq. tum Judæos, v. 11 ‡.) est *simile præstolantibus aliquem turmis*: (i. e. latronibus & grassatoribus, quos, ab explorandis & obsidendis itineribus, veteres Latini Græcâ voce *hodædocos* dixerunt, ut narrat Festus *:) quâ *viâ ad Schecemum* factum est (i. e. viâ & ratione dolosâ, ut Gen. 34 [d].) *occidunt*, JT. *Sodalitium verò sacerdotum est simile* (In Hebræo legitur ב pro כ.) *turmis præstolantibus aliquem*, quæ in *via occidunt* quæ ducit (ellipsis verbi relati,) *ad Sichem*. Videtur respicere historiam Jud. 9.25. ה finale motum notat ad locum: malè ergò vertitur, *ad* (h. e. apud) *Schecemum*, vel, *in Schecemo* *. *Et sicut exspectant virum latrones*, sic est *sodalitium sacerdotum, more occidentium Sichemam versùs*. Comparat sacerdotes latronibus, & nominatim iis qui Sichemam versùs latrocinia exercent. Causam comparationis dat, *quia scelus commiserunt*, quod latronum esse solet. Intelligo autem Sichemam, non quæ in tribu Benjamin esset, sed montanam illam in monte Ephraim, Jos. 20.7. prope montem Garisim, Jud. 9.7. quem locum aptum fuisse insidiis latronum patet ex Jud. 9.25 [f]. *Sicut exspectant aliquem latrones in via quæ fert Sicima, ut eum interficiant, ità se habet coitio sacerdotum.* Ità omnes sacerdotes in malum consentiunt ut manipulus latronum. Simile illud Ovidii, *In facinus jurâsse putes*—— [g]. *Et quemadmodum observat vir exercitum, consociati sunt ipsi ac sacerdotes eorum: in eadem via occidunt animas consensu uno*, Ch. [Occidionem h. l. intelligunt vel metaphoricè, vel propriè.] Ad simulachrorum cultum pelliciunt homines, quod perinde est acsi interficerent [h]. Al. Via erat trita à Ramoth Galaad in Sichem; quòd sibi ex adverso oppositæ essent hæ duæ urbes, una in terra Canaan, altera trans Jordan. Jos. 20.7, 8. Notat ergò insidias quas sacerdotes Galaad, aliarúmque urbium quæ in eo itinere sitæ erant quà ibatur Sicima, simplici plebeculæ moliebantur, latronum more, quibus ea loca peropportuna erant, & abundare solebant, ut à cultu Dei ad idololatriam abducerent. Populus putans se bene ab iis edoctum, rectúmque iter ad vitam tenere, præcipitatur ab illis in infernum. Simul tamen taxat fraudulentam eorum sævitiam in pios qui Jerosolymam contendebant à Galaad per Sicima [i]. Impietate suâ non contenti, perrecturos Jerusalem [k] (tempore solennitatum [l]) occidebant, aut sibi parére cogebant [m], & ire ad idola Dan & Bethel [n]. Sensus, q. d. Sacerdotes idolorum observant transeuntes, & in viis occidunt [o]. Non placet; 1. quia nullum est de hac re in S. S. testimonium: 2. quia ad Israelitas & Judæos simul dirigitur hæc reprehensio. Al. Licèt fortasse sacerdotes non per se & immediatè & apertè occidebant, meritò tamen hæc homicidia illis imputantur, quòd latrones & devota capita, asylorum prætextu, in urbe sua fovebant, & supplicio eximebant, iisque grassandi in viatores licentiam concedebant [p]. כְּחַכֵּי est infin [q]. in Piel [r]: ubi י est loco ה †, quia literæ quiescentes inter se crebrò alternant [t]: esset autem חַכּוֹת [v]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי זִמָּה עָשׂוּ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quippe qui*, Ca.) *scelus* (vel, *quod nefas est*, M. vel, *conceptum scelus*, Ti. Calv. vel, *cogitata*; ut sit זִמָּה pro מְזִמָּה: quanquam dubito an זִמָּה uspiam ità sumatur *. *Excogitatum scelus*. Designat scelera quæ quis datâ operâ & deliberatâ voluntate patrat [x].) *fecerunt*, sive *faciunt*, Mo. JT. Pi. sim. P. Ca. *facere audent*, M. Quia sceleri dant operam; nihil agunt aliud [y]. Vel, *perficiunt*, Calv. Quicquid animo cogitârunt, id opere compleverunt [z].

[y] Riv. [z] Q. in D. [a] Riv. [b] Riv. ex Liv. [c] Q. in Riv. † Tar. & Glas. ex Schindl. ‡ Jun. * Jun. [d] Jun. * Pi. [f] Di. [g] G. [h] Ca. [i] Mer. [k] Oecol. [l] Q. in Riv. [m] Oecol. [n] Q. in Riv. [o] V. [p] Riv. [q] V. D. Riv. ex K. Tar. ex Schindl. [r] Tar. † V. sim. D &c. * Riv. sim. D. [v] D. * Idem. [x] Riv. [y] G. [z] D.

10. *In domo Israel* (i.e. In Decem tribubus [a]) *vidi* (vel, *video*, JT. q. d. Factum hoc in conspectu meo, nec latére potest [b].) *horrendum*, [שַׁעֲרוּרִיָּה] *Turpitudinem*, vel *fœditatem*, Mo. P. M. sim. V. Riv. vel, *teterrima*, Ca. à שֵׂעָר [c]: vel, *horribilia*, ο'. sim. Ti. *rem horrendam*, sive *stupendam*, Sy. JT. Pi. G. Ar. à שָׂעַר [d]. Ad sensum certè non multum interest: priorem tamen versionem præfero, ex collat. Jer. 23.14 *. Vide Jer. 5.30. & 18.13. Scribitur enim שַׁעֲר, sed videtur venire à שׂער, quod *timere* sign. Ista discrimina in literis olim non addebantur [f]. [Alii verò aliter sentiunt.] Augetur hæc dictio unâ syllabâ, fortasse ut magis intendatur significatio [g]. *Flagitium*, Calv. i. e. idololatriam [h], vel cultum vitulorum, quo nihil est fœdius [i]. ¶ *Ibi*, &c. [שָׁם זְנוּת לְאֶפְרַיִם וגו'] *Ibi* (sub. *est*, P. &c.) *fornicatio Ephraim*, Mo. P. M. &c. (sub. *quâ*, Pi.) *contaminavit se*, vel *pollutus est*, *Israel*, Mo. P. M. &c. Sententia est, In domo Regia, quæ est penès tribum Ephraim, viget idololatria, & illo exemplo omnes decem Tribus ad idololatriam adducuntur [k]. Tribus Regia Ephraim, quæ aliis exemplum sanctitatis esse debuit, fuit dux iniquitatis [l]. De statu œconomico dixit vers. 8. de Ecclesiastico, vers. 9. de politico, hoc loco [m]. *Ibi*, in Israele scilicet [n]; nempe in Dan & Bethel [o]. Alii, *Ibi scortatione Ephraimi* (i. e. Jeroboami, qui ex ea erat tribu [p], 1 Reg. 11.26 [q].) *pollui Israelem*, JT. vel, *contaminatus est Israel*, id est, decem Tribus. Nam Jeroboam primus exemplum dedit cultûs vitulorum, qui mirum quàm subitò in tot hominum millia fluxerit [r].

11. *Sed &*, &c. [גַּם יְהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ] Versus hic obscurissimus est †. Ambiguitas est, tum in יְהוּדָה utrùm nominativus sit, an vocativus: tum in voce קָצִיר, quæ significat, 1. *messem* [t]; (*messis* autem modò in malum sumitur, Jer. 51.33; modò in bonum, Jer. 5.24 [v];) 2. *bellum, direptionem* & *vastationem*; 3. *ramum, palmitem*, & *surculum*: tum in verbo שׁת *posuit*, ad quem refertur; an Deum, an Israelem, an Judam: tum denique, de qua captivitate hîc sermo est [x]. [Hinc varietas versionum & interpretationum.] *Etiam* (vel, *Sed &*, M. G.) *Jehudah* (vel, ô *Juda*, Pi. D. G. tu, ô *Juda*, Ti. sic M. Adverbium vocandi hîc desideratur [y], ut Genes. 49.8 [z].) *posuit* (sub. *is cujus operâ usus sum*, V. vel, sub. *ponens*, RS. in Mer. vel, sub. *Ephraim*, Pi. D. Vel, *ponet*, id est, ponetur; activum sine persona pro passivo [a]: vel, *ponet*, nempe Deus *: vel, *ponis*, M. Ti.) *messem* (vel, *plantam*, Calv. vel, *plantarium*, P. vel, *angustias*. קָצִיר *messem* aut *plantarium* hîc vertunt Interpretes: sed Chaldæis קְצִירִי est, *morbus*, vel *angustiæ*, & solet Jod sæpe abjici [b].) *tibi*, Mo. P. &c. vel, *in te*, Pi. Al. sic, *Etiam*, ô *Jehuda*, Ephraimum *posuisse* (scilicet quatenus devicit tribum Juda: quam victoriam Tribus Juda adscripsit religioni illorum, ac proinde eam imitata est:) *messem in te*, JT. i. e. sementem idololatriæ disseminavisse in te, cujus eventum ac velut messem & fructum postea percipies †; unde metes mala ‡. Elegans metalepsis *. Non improbo. Forsan tamen simpliciùs verti sic queat, *Etiam*, ô *Jehuda, posuit* (nempe Ephraim) *demessionem tibi*: ut respiciatur historia 2 Chron. 28.6. ubi Pekah plurimos Judæos interfecit, ac verè demessuit. Id factum est, inquit, *cùm ego reducerem*, &c. nempe 200 millia mulierum, &c. de quibus v. 8, 9, 10, &c. Est autem קָצִיר, propriè, *abbreviatio, decurtatio*; hinc, *messis*, quæ decurtat segetem. A קָצַר *abbreviari, decurtari*, קָצֵר *brevis*. Contigit illa clades sub Rege Achaso, quo tempore hunc nostrum Prophetam viguisse ex Hos. c. 1. v. 1. constat †. Al. sic, *Tu quoque, Judæe, compara tibi messem*, Ca. [Locum hunc accipiunt vel, 1. in malum; & hoc diversimodè.] Juda posuit tibi plantarium, i. e. plantavit lucos, adjuvit te, ô Israel, in idololatria [c]. Tu, Jehuda, imitaris vestigia Israelis, & ponis tibi messem, h. e. lernam malorum, multiplicans scilicet, ut Jon. vertit, scelera [d]. Vos quoque, Judæi, peccaturi estis, & ità pœnam vobis conflaturi, quæ sit vestri peccati messis atque fructus. Imperat. *compara*, pro fut. *comparabis*: ut Christus dicit, *Implete mensuram majorum*, [i. e. implebitis.] De messe autem quæ pœnam significat vide cap. 8. & 10 *. שָׁת est 3. personæ. Deus hîc alloquitur Israelitas, & con-

[a] G. [b] Riv. [c] Idem. [d] Idem. * Idem. [f] G. [g] Riv. [h] V. [i] D. [k] Pi. [l] M. r. [m] Tar. [n] V. [o] V. D. [p] G. sim. Jun. [q] Jun. [r] G. † Tar. sim. Riv. [t] Riv. [v] Tar. [x] Riv. [y] D. ex K. [z] D. [a] G. * Lu. Riv. [b] G. † Jun. ‡ Pi. * Jun. † Di. [c] Q. in Riv. [d] M. * Ca.

& con-

& conqueritur de Jehudah. qu. d. Israele deficiente, manebit cultus Dei Jerosolymæ: jam autem Jehudah videns terram Israelis plenam superstitionibus, indè sumit surculos & propagines, propagátque superstitiones Israelis, & corrumpit etiam residuam illam terræ partem quæ adhuc mihi sacra manebat [g]. *Messem ponere* alicui, eleganti metaphorâ dicitur qui fenestram aperit ad nequitiam, sive, ut Jonathan παραβάζει, *qui initium facit peccandi*, h. e. qui occasionem & ansam præbet, & quasi exemplum quod alii sequantur. Ità sumitur hoc loco [h]. [Vel, 2. in bonum.] Promissio hæc est facta Jehudæ, quâ discrimen ponitur inter Judæos & Israelitas in pœnarum inflictione, ut suprà 1.7. ut sensus sit, Etiamsi Deus Israelitas propter tot scelera gravissimè puniat, & deleat, túque ob imitationem scelerum in partem pœnarum vocandus sis, tibi tamen ponet messem [i]; h. e. tempus lætitiæ tibi tribuet. Est enim messis tempus frugiferum & lætum. Hinc Psal. 126.6. rediens à captivitate populus *lætis messoribus*, & Joh. 4.36. Evangelium *messi*, confertur [k]. Pollicetur ergò Judæ post captivitatis castigationem [de qua in seq. memb. dicendum] lætam messem [l]. ¶ *Cùm*, &c. בְּשׁוּבִי שְׁבוּת עַמִּי] *Cùm*, vel *Dum*, *reduco*, vel *reducerem*, (vel, *converterem*, P. vel, *reducere* cogito, M. *reducere* conor, Ti.) *captivitatem* (vel, *captivam multitudinem*, JT. Pi.) *populi mei*, Calv. &c. Quum per admonitionem Prophetæ Oded reducerem Judæos qui captivi abducti sunt ab Israëlitis [m]. Historia exstat 2 Par. 28.6, &c [n]. Al. *Quæ* [nempe *messis*] *erit revocante me captivos meos*; scil. bonos: nam vos qui improbi estis meam pacem non consequemini, sed soli *mei*, h. e. boni. De qua re vide quæ in Esa. 57. scripsimus [o]. Al. *Quum reduxero*, &c. Nam de futura potiùs quàm præterita liberatione accipio, ex collatione locorum similium, Psal. 14.7. Jer. 31.23. Soph. 3. ult. in quibus eadem phrasis est [p]. *Postquam ego rediero ad captivum faciendum populum meum*, i. e. Postquam iterum fecero captivos adduci Israelitas. Prior abductio per Theglath-phalasarum facta, altera per Salmanasarum: post hunc venit Sennacheribus, qui vastavit Judæam, & Hierosolyma arctè obsedit [q]. [Alii versum sic accipiunt,] *Etiam Juda ponet messem tibi, cùm reduxero*, &c. i. e. Metet fructus terræ tuæ, quam reversus è Babylone possidebit [r]. Al. Sensus loci est, q. d. Cùm asserui populum meum in libertatem, qui antea captivus erat in Damasco & Hemath, (quas Jeroboam filius Joas, Rex Israel, restituit Regno Judæ,) is cujus operâ usus sum in hoc facto posuit incolas in Damasco & Hemath, h. e. effecit ut Judæi habitarent in Damasco & Hemath; & tamen is fuit ingratus †.

CAP. VII.

1. CUM, &c. כְּרָפְאִי לְיִשְׂרָאֵל וְנִגְלָה וגו׳] *Secundum sanare me* (vel, *Quum sanarem*, P. M. &c. *Dum curo*, JT. *Dum medeor*, sive *mederer*, Liv. Calv. Pi.) *Israel*, Mo. V. &c. (i. e. Cùm vellem sanare & ad frugem revocare: vide suprà 6. 1 [a]. Cùm invitarem eum ad resipiscentiam, & vellem mederi peccatis ejus [b]. Cùm à malis liberarem, ut Psal. 30. 3. & Hos. 5. 13 [c]. Al. *Cùm sanâssem Israelem*, G. nempe per Jehu [d]: cùm totam domum Achabi ob idololatriam evertissem *, unáque cultum Baal [f]. Quum de Israelis miseria levanda per Jeroboamum filium Joas cogitarem, cui præclaras victorias concessi, ut hâc occasione me agnoscerent [g]. Sed præstat abstinere à definitione temporis & personarum, & indefinitè dicta indefinitè accipere [h]. Chald. sic, *Quum requiro*, seu *inquiro*, *peccata Israel*; verbo à medicis ducto, qui, sanaturi, solent diligentiùs morbi causas investigare [i]. Quum sanare vellem variis modis [k], Prophetarum admonitionibus [l], castigationibus, modò pœnarum remissionibus [m]. Dum inquiro in peccata plebis Decem tribuum, ut dehorter eos ab illis [n].) & (vel, *tum*, JT. Riv.) *discooperuit se* (vel, *revelatur*, JT. Pi. vel, *patefacta est*, D.) *iniquitas Ephraim*, Mo. &c. Ut sæpe morbi occultiores, qui antea latuerant, in ipsa curatione patefiunt [o]. Quò majorem operam posui in eo sanando, eò pejor evasit: quod est signum pessimæ indolis [p]. Dum medeor Isr. deprehendo peccata plebis manare è domo Regia, per imitationem scil [r]. *Israel* hîc sign. populum; *Ephr.* & *Sam.* Reges, Principes & aulicos †. *In publicum venit iniquitas* Regum & Principum *Ephr* [t]. Nova culpa se aperuit, Jehu vitulos populo relinquente, 2 Reg. 10. 31 [v]. ¶ *Et*, &c. וְרָעוֹת וגו׳] *Et mala* (culpæ scil. ut patet ex seq [x]. *malitiæ*, Mo. Pi. *malitia summa*, JT. Pi. scelera, vel crimina [y]; non unum, sed omnis generis [z];) *Samariæ*, Riv. &c. Ἐπεξήγησις [a], [*explicatio* præc. clausulæ.] Hæc erat Regni metrop. aliísque probitate prælucere debebat [b]. Dicit, *Samariæ*, ut signif. morbos hos non esse vulgares, aut in extremis membris, sed in ipso capite & partibus vitalibus [c]. *Samariæ*, i.e. aulicorum in illa Regia [d]. ¶ *Quia operati sunt mendacium*] i. e. Vel, 1. falsum cultum *: vel, 2. falsitatem, i.e. scelera non succedentia: vel, 3. fraudem [f], quæ opponitur morum integritati [g]. Confer Prov. 11. 18. Jer. 6. 13 [h]. Non servant sibi mutuò fidem [i]. Nihil in ipsis sanum & integrum, addicti sunt pravitatibus & omne genus fallaciis [k]. ¶ *Et*, &c. וְגַנָּב יָבוֹא פָּשַׁט גְּדוּד בַּחוּץ] *Et* (vel, *Ideo*, M. vel, *Nam*, JT. Pi.) *fur ingreditur*, sive *ingressus est*, (domos scilicet noctu [l]: vel, *intus est*, Ca.) *spoliat*, vel *spoliavit*, (vel, & *spoliavit*, M. sic Ca. vel, *irruit*, JT. interdiu [m]. פָּשַׁט est verbum militare, quum acies in circuitu instruitur [n]. Significat *irrumpere*, & spoliandi animo itinera obire [o].) *latro* (vel, *prædo*, M. vel, *turma*, JT. Pi. D. nempe latronum, ut Hos. 6. 9 [p].) *foris*, Mo. P. &c. extra urbes, vel domos [q]. Verba intelligunt, vel, 1. de pœna [r]. Denunciatio est pœnæ ob prædicta crimina infligendæ †. Sensus loci est, Quia fecerunt sibi imagines, (quæ *mendacium* dicuntur Hebræis,) ideo præda facti sunt domi judicibus, foris hostibus, sub Hazaele scilicet, suprà c. 5. 11. & 2 Reg. 10. 32 [t]: ideo ego immisi eis secretos & manifestos direptores [v]. Intus erant infideles, injusti & impii; foris, apertæ incursiones ex Moab & vicinis gentibus [x]. Vel, 2. de peccato. Hæc interpretatio multò simplicior est priore, & cum antecedentibus convenientior. Hoc vult, q. d. Scatet urbs facinorosis, qui alienis bonis inhiant, modò furtis & fraudibus, modò apertâ violentiâ [y]. Intellige mendacia, fraudes, avaritiam, injurias, injustam vim, tum civium inter se, tum avarorum magistratuum, quibus expilatur respublica [z]. Quodvis mali genus synecdochicè hîc designat per duas species: Grassantur, inquit, alii occultè, furtim & per insidias; alii palàm, impudenter, & vi manifestâ [a].

2. *Et nè fortè dicant*, &c.] q. d. Nè conquerantur me nimis esse severum & rigidum, qui omnis malitiæ eorum recordor, &c. recensebo illis peccata sua, &c [b]. Sed hæc Vulgati versio dubitandi adverbium addit, ubi tamen est expressa negatio in Ebræo [c]. ¶ וּבַל יֹאמְרוּ לִלְבָבָם וגו׳] *Et non dicent* (vel, *dicunt*, JT. Pi. vel, *cogitant*, P. Ti. D. G.) *in corde suo*, (ל hîc pro ב, ut scribitur Psalm. 4. 5. Soph. 2. 15 [d]: vel, *cordi suo*, Pi. *inter se ipsos*, M. *cum animo suo*, JT. sic Ca.) *omnis malitiæ eorum recordatus sum*, Mo. vel, quòd——recordor, sive recordabor, Pi. Riv. Mer. ex K. &c. Ellipsis hæc apud Ebræos frequens, quæ etiam aliquando occurrit apud Latinos; ut in Cicerone ad Q. fratrem, *Non prætermittam, nè illud quidem, Marcum Curium———ejecerunt*, pro, *quòd ejecerunt* *. Antè pervicaciam & obstinationem in malis exprobravit [f]; nunc, profanam securitatem [g]. q.d. Audacter mihi illudunt [h]: putant me nescire [i]: agunt acsi aut nullus Deus esset; aut cæcus, qui nihil videret; aut ignavus, qui nihil curaret; aut memoriæ labilis. Liptote est, Non cogitant me recordari, i. e. putant me non agnoscere, peccata sua; atque ità me spoliant & cognitione & justitiâ [k]. ¶ *Nunc*, &c. עַתָּה סְבָבוּם וגו׳] *Nunc* (vel, *Sed nunc*, Pi. i. e. brevi [l],) *circumdederunt* (vel, *circumdant*, Pi. *circumstant*, Ti. JT. Tar. *circumstabunt*, V. *circumdabunt*, P. ut qui urbem obsident [m]; vel, ut lictores [n], qui constrictos ad me adducunt, meóque tribunali sistunt ad dicendam causam [o]:) *eos studia*, vel *opera*, *eorum*, Mo. P. &c. (Commenta ipsorum in ipsos recident [p]. Adest tempus pœnæ [q].) *coram* (vel, quæ *coram*, P. M. Ti. G.) *faciebus meis*, sive *facie mea*, *sunt*, vel *fuerunt*, Mo. Ti. P. vel, *versantur*, M. Sensus, Planissimè apparent [r]: impudenter se oculis meis objiciunt,

jiciunt, & coram me clamant, ut vindictam sumam †. Semper mihi ob oculos versantur; nunquam eorum memoriam depono [t]. Opponitur hoc ipsorum opinioni, *non cogitant me recordari*, &c [v].

3. *In malitia sua* (i. e. falso cultu [x]) *lætificaverunt regem*] Id est, vel, 1. Jeroboamum [y]: vel, 2. Jehu, cui sc. falsas spes dederunt [z]: vel, 3. Reges, ut LXX habent: neque enim unius tantùm Regis hæc culpa fuit, sed omnium. Dicit autem, *regem*, in sing. quia unus semper Rex erat, etsi successivè personæ multiplicarentur. Redarguit hìc Regis & populi syncretismum in nequitia [a]. Rex idola erigebat; populus eum sequitur, eique adulatur [b], & se facilem præbet impiis Regis edictis de novo cultu [c]. Utrosque graviter perstringit, quòd non veritate & virtutibus, sed vitiis, delectarentur [d]: id quod signum est status corruptissimi *. ¶ *Et in mendaciis suis*] i. e. Calumniis & falsis delationibus [f]: vel, obedientiâ impiâ; quæ grata erat Regi & Principibus, cùm viderent consilium suum succedere [g]. q. d. Non est quòd culpam transferant in Regem & proceres, quibus scilicet obediendum est; nam populus sponte & subitò eos sequebantur, atque ità malitiam antea latentem, quam intus coxerant, retegebant. Et Propheta hoc obsequium priùs damnavit [h].

4. *Omnes adulterantes*] Vel, *adulterantur*, Pi. &c. i. e. Vel, 1. spiritualiter [i]; facti sunt idololatræ [k]: vel, 2. carnaliter [l]. Taxat hìc adulteria & libidines corporis, quæ inter aulicos grassari solent. Huic interpretationi favent sequentia: apparet enim hìc texi catalogum scelerum adversùs secundam Legis Tabulam: spiritualem autem fornicationem antea fusè taxaverat [m]. ¶ *Quasi*, &c. [כְּמוֹ תַנּוּר בֹּעֵרָה מֵאֹפֶה] *Quasi fornax*, vel *clibanus*, *ardens*, vel *succensus*, vel *incensa*, *à pistore*, M. Ti. JT. Pi. &c. vel, *à coquente*, Vulg. vel, pistoris operâ: מ enim quandoque notat causam efficientem, ut ὑπὸ apud Græcos [n]. Hâc similitudine demonstrat, non extrinseco aliquo impulsu populum fuisse corruptum, sed proprio motu & propensione animi, & occulto peccandi impetu [o]. ¶ *Quievit*, &c. [יִשְׁבּוֹת מֵעִיר מִלּוּשׁ בָּצֵק עַד חֻמְצָתוֹ] *Cessabit* (vel, *Quiescitque*, M. vel, Qui *quiescit*, vel *cessat*, Ti. Pi. Qui *desinit*, vel *desit*, JT. Pi. Qui pistor *cessat*, Ca. Heb. *cessabit*, i. e. cessare solet [p]: vel, Quum *cessat*, P.) *ab excitando*, Mo. P. Calv. Ti. Pi. (vel, *excitare*, Ca. D. sub. *seipso*, Pi. vel, sub. *mulieres*, P. D. Ca. nempe panificas [r]; vel, quæ massam afferunt †. Vel, *excitans*, sive *excitator*, D. Riv. Potest מֵעִיר esse particip. activ. Hiphil *. מֵעִיר contractè dicitur, pro מְהָעִיר. Vel, *nec excitat*, Ti. vel, *esse vigil*, JT. *vigilare*, G. *à vigilando*, Pi. i. e. qui, vel cùm, se dedit somno [v]. Sed *vigil* עֵר dicitur, non עִיר, quod sciam [x]. [At עִיר Chaldaicè est *vigil*, Dan. 4. 13. al. 10.] Vel, *ab urbe*. *Cessat* autem *ab urbe* est, vel, 1. q. d. non exibit domo, donec massa fermentata fuerit [y]: vel, 2. q. d. desinet esse civitas [z]. Cui sequentia non possunt accommodari [a].) *à subigendo pastam*, (vel, *post subagitationem pastæ*, M. sim. P. Ti. V. Ca. *ex quo subacta est massa*, JT. Pi. i. e. quando farina & aqua commiscebantur indito fermento [b]: vel, *postquam deposuit* [forsan, *depsuit*] *massam*, G. vel, *post conspersionem*, vel *mixtionem*, *farinæ*, Calv.) *usque ad fermentari eam*, Mo. vel, *donec ipsa fermentetur*, P. sim. M. Ti. JT. Ca. Pi. &c. Nam tantisper solet calefieri clibanus à subactione pastæ usque ad fermentationem ejus. Quibus in locis furni sunt publici, solent furnarii noctu vicatim inclamare mulieres & excitare ut pastam subigant: quas postquam excitare quieverunt, furnum interim accendunt, tamdiúque vehementer calefaciunt donec fermentatam pastam & in panes conformatam ipsæ afferant, ut in furno calidissimo coquantur [c]. Describit hìc tempus quo summè ardet furnus, ex quo scilicet excitare primùm pistor desiit ad massam subigendam, ex quo, inquam, subigi cœpit, donec fermentetur. Tum enim paulatim vehementiùs incenditur, donec summè caleat: quo tempore inferendi sunt panes qui coquantur [d]. Sensus est, Quando *fornax* satis est *succensa*, *quiescit pistor*, & *non excitat* suos ad ulteriorem succensionem, sed interim *subagitat pastam*, & pausat *donec illa fermentetur*; & tunc iterum *excitat* familiam, ut panes mittant in fornacem. Sic ardebant illi concupiscentiis pessimis, & nunquam ab illis quiescebant, nisi fortè per exiguum tempus, aliisque distenti occupationibus *. Vehemens idololatrarum studium h. l. depingit [f]. Sensus, Dormiente pistore, ex furno malè custodito flamma exoriens domum consumit. Ità ista gens incensa est studio idololatriæ, Jehu connivente [g]. Significat eos hâc libidine calefieri non parumper, nec repentè aut brevi tempore, ut sæpe homines prorumpunt per incogitantiam, deinde eos statim pœnitet; sed vehementer, ad summum usque gradum, & bene longo tempore, &c [h]. *Furnus* hìc & farina est cor malorum: *pistor* est Rex, principium hujus adulterii, qui licentiam peccandi suúmque pravum exemplum velut ignem apponit, eósque instigat, & malis moribus ac legibus, velut fermento malitiæ, (Matth. 16. 6, 12. 1 Cor. 5. 6, 8. Gal. 5. 9.) omnes corrumpit; quod latenter quidem inditur, verùm totum Regnum facilè pervadit: ut ità Rex iis qui ipsum oblectabant malitiâ par pari referat suâ nequitiâ; & quicquid subditi excogitant, id velut massam à se subactam Regi afferunt, quod ipse porrò coquat, & furno exsecutionis indat [i]. In eo consistit similitudo, Israelitas omnes similes fuisse pistoribus, corda verò clibanis; libidinem verò eorum flammæ ardenti, quâ diu inflammata corda tandem erumpunt & flagitia perpetrant. Significat æstum hunc & immensum esse & diuturnum; non subitaneum, aut citò extinctum: q. d. Non impetu subito ad peccandum impelluntur, sed summo ardore fervidâque animi contentione [k].

5. *Dies*, &c. [יוֹם מַלְכֵּנוּ הֶחֱלוּ שָׂרִים חֲמַת מִיָּיִן] *Die* (vel, *Per diem*, M. vel, *Dies*, Calv. Ti. Tar. Me. &c. sub. *est*, Ti. Sic verto, quòd major sit emphasis, & accentus id innuit. Ità mimesis est heluonum aulicorum ad pocula se invitantium, & clamantium, *Dies regis*, &c [l]. epulemur ergò largiter, &c [m].) *regis nostri* (*Diem* hoc loco intelligunt, vel, 1. natalem [n]: quem Principes quotannis celebrabant; vide Genes. c. 40. v. 20. Matt. 14. 6. Marc. 6. 21 [o]. Vel, 2. inauguralem, sive quo ad Regnum evectus est [p]. Vel, 3. diem quem vitulo Bethel Jeroboam instituit, 1 Reg. 12. 32, 33 [q]. Vel, 4. omnes hos dies. Cur enim restringatur sine causa quod generatim in textu dicitur [r]? *Regis nostri*; i. e. tempore regni Jehu, qui erat Rex à Deo unctus †.) *ægrotare fecerunt* (vel, *cœperunt*, sive *incipiunt*, o'. Sy. Ar. Ti. G. *infirmum fecerunt*, M. *morbo affecerunt*, Pi. sic JT. sub. *eum*, P. Pi. vel, *regem*, M. vel, *ægrotârunt*, Liv. ex RS. Verbum hìc absolutum est. Idem verbum in conjug. Hiphil modò transitivum, modò neutrum, est, ut multis exemplis docet Elias in Grammatica sua, l. 1. cap. 11. Sic הֶעֱשִׁיר & *ditescere*, & *ditare*, significat [t].) *principes* (Vel, ipsi Principes ægrotare fecerunt Regem; vel, alii ægrotos fecerunt Principes [v].) *utre* (vel, *lagenâ*, sive *lagenulâ*, M. D. plenâ scilicet [x],) *à vino*, Mo. o'. Ar. vel, *vini*, P. M. JT. Pi. Calv. i. e. vino ex utribus immodicò, quum non cyathi, sed quadrantalia, epotantur [y]: nimiâ potatione. Aliquibus in locis (nempe Orientalibus, & olim & hodie [z],) asservatur vinum in utribus, & transfertur. Vide Matth. 9. 17 [a]. Alii, *furere vino*, sive *à vino*, o'. Sy. Ar. Ti. Al. *insanire velut ebrii* circa vitulos; Heb. *ab utre vini*, i. e. multo vino, non rorantibus poculis [b]. Al. *calore vini*, sive *à vino*, Liv. Tar. D. Riv. i. e. cujus causa vinum erat: vinum enim calefacit & incendit. Vide Esa. 5. 11. Horat. Carm. 3. 21. Juven. satyr. 5. Gellium 17. 8 [c]. Vaporibus calidis è vino manantibus, quæ caput petunt, unde cephalalgia. Qui morbus ferè crapulam comitatur [d]. Illa autem interpretatio, *utre à vino*, ab Hebræorum consuetudine alienior est, & minùs rectè huic loco quadrare videtur, quo ardoris à nimio vino effecta declarantur *. חֵמַת à יָחַם *incaluit* [f]; unde חֵמָה, & in regimine חֲמַת [g]. Sed חֵמַת [hìc] non est in statu regiminis [h]. [Sed probandum erat illud, non nudè dicendum.] *Uter* חֵמֶת dicitur: si verò חֵמַת h. l. *uter* sit, ut volunt Ebræi, referri debet ad formam מַעַט [i]. Plerisque חֵמַת est constructum, ex absoluto חֵמֶת *uter*: quod non placet, tum quia hujus constructum est חֵמַת, Gen. 21. 14; tum quòd genus loquendi videatur insolentius, *uter de vino* [k]. ¶ *Extendit*, &c. [מָשַׁךְ וגו׳] *Protrahit*, vel *Protraxit*, (vel, *Extendit*, JT. Tum *extendit*, P. Ut etiam *extraxerit*, M. *Jungit* Rex, Ti.) *manum suam cum illusoribus*, sive *derisoribus*, Mo. P. M. JT. &c. quales vi-

Marginal notes (left): † Riv. t D. Riv. v Riv. x Mer. y M. K. Plerique. z Riv. a G. a Riv. b Oecol. in v. c Riv. sim. Calv. d Riv. * D. f D. g Riv. h Calv. i Q. in Riv. k G. sim. Ca. Fi. Calv. l Riv. sim. D. m Riv. n Tar. o Calv. p Pi. r Ca. † D. * Idem. Pi. sic D. ex He. M. v Tar. Pi. x D. y Q. in D. z Q. in Riv. a Riv. b Glass. gram. 3. 4. 12. 424. c V. d Mer.

Marginal notes (right): * M. f Mer. sim. V. g G. h Calv. i Tar. k Riv. l Tar. m Calv. n V. D. Mer. Riv. Tar. o Riv. p Riv. sim. Mer. ex RS. AE. K. Tar. Pi. V. Calv. q Mer. r Tar. † G. t Liv. v D. x Idem. y Jun. z Calv. a V. sim. Calv. b G. c Liv. d D. * Liv. f Liv. D. g D. h M. i D. k Tar.

num reddit, Prov. 20. 1[l]. Id est, cum scurris, ad lusum & jocum & scommata comparatis[m]: vel, cum hominibus desperatæ salutis, ut Prov. c.9. v. 7. qui, tum suâ ipsorum malitiâ tum ebrietate, abripiuntur eò impudentiæ ut ludificentur Deum & homines. Vide Prov. 1. 22[n]. *Irrisores* in S. S. non dicuntur simplices scurræ; sed profani, qui res omnes Divinas irrident. Vide Psalm. 1. 1. & Prov. 29. 8[o]. Quos antè *principes*, post ebrietatem *scurras*, vocat[p]. τὸ לוֹצְצִים est de verbis geminatis[q]. Vel est nomen adjectivum, vel participium, ex ordine duplicantium: alioqui diceretur מְלוֹצְצִים. Hujus generis est תּוֹפְפוֹת (*tympanistriæ*, sive *tympana pulsantes*,) & מְתוֹפְפוֹת [r]. [Psal. 68. 26. Nah. 2. 7. Phrasin, *extendit*, vel *protraxit, manum*, &c. variè explicant.] Abstinuit eos punire ut debuit †. Al. Vacat nugis, neglectis negotiis publicis. Metaphora ab otiosis, qui membra extendunt oscitantes [t]. Al. Signum hoc est singularis gratiæ & clementiæ erga eos [v], & societatis cum illis [x]. Unà cum illis familiariter versatur in compotationibus [y]: in quibus manus, poscendo, accipiendo, porrigendo pocula, extendi solet. Horat. epist. ad Lollium, *Potores bibuli media de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula*—— Et Athenæus ab Homero dici affirmat δείκνυ pro ἐδεξιοῦτο, i. e. προέπινεν αὐτῷ τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον, (*propinavit illi dextrâ dans poculum*[z].) Gestus ergò hic est propinantium, poculum manu porrigere[a]. *Extendit*, &c. ad pocula vino plena[b]. [Ca. versum sic reddit,] *Regem nostrum ejus die ità delassant principes furore vinolento, ut is cum scurris commercium habeat.* Vino ità onerant & inebriant, ut insanus ludat cum scurris[c].

6. *Quia*, &c. כִּי קֵרְבוּ כַתַּנּוּר לִבָּם בְּאָרְבָּם [*Quia*, vel *Nam*, (vel, *Certè*, P. Tar.) *applicuerunt* (vel, *applicant*, P. Ca. *admoverunt*, Di. *accommodârunt*, Ti. *aptârunt*, ad verb. *appropinquare fecerunt*, Calv.) *veluti clibanum* (vel, *simile furno*, Pi. sic JT. vel, quod est *instar* ardentis *clibani*, P.) *cor suum in insidiando eos*, Mo. vel, *insidiis suis*, Di. vel, *in insidiis suis*, M. Ti. *in fraudibus suis*, Calv. *quum ipsi insidiantur*, P. *ad insidias suas*, JT. Pi. Sensus videtur esse, Dum Rex negligit gubernationem, Principes interim intenti sunt ad opprimendum subditos. Sunt autem prima hujus versûs verba in Hebræo trajecta [d]. Illi Principes planè flagrabant studio cultûs illiciti, *dum insidias struunt*, Regi scilicet, pessimis consiliis *. ¶ *Totâ*, &c. כָּל־הַלַּיְלָה יָשֵׁן אֹפֵהֶם בֹּקֶר הוּא בֹעֵר כְּאֵשׁ לֶהָבָה [*Totâ nocte dormit*, vel *dormivit, pistor eorum*, P. M. Ti. Ca. Calv. (vel, *coquens eos*, Mo. Diu Rex dissimulavit illorum culpas[f].) *manè ipse ardet quasi flamma ignis*, sive *ignea*, M. Ti. Ca. sim. Mo. P. &c. vel, *dum illi coquuntur, manè & ipse succensus est velut flammeus ignis*. Dum illi in facinoribus suis pergunt, sensim & ipse in idem studium abreptus est[g]. Al. Quæ, [nempe *fornax*,] *totam noctem dormiente pistore* (ac proinde non curante nè fornax nimiùm exardescat[h]) *eorum*, (Rege scilicet[i],) *ardet manè tanquam ignis flammans*, JT. Pi. Explicatio est præcedentis similitudinis, quâ Propheta ostendit Regem inter Principes velut pistorem esse, qui ex officio debeat cùm omnia incendia publica, tum suorum Principum ardores, auctoritate suâ restinguere; Principes verò tum animos habuisse similes fornacibus, qui concalefacti vino studerent rebus novis & inter se conspirarent, hoc versu[k]. Rectè videtur Junius sensum attigisse: sed non rectè illud *quæ* posuit ut supplementum, quasi in Hebræo non esset. Ad verb. sic verto, *Totam noctem dormit pistor ipsorum? manè illa ardet tanquam ignis flammans.* τὸ *dormit* lego interrogativè; quod, etsi Latinis non bene sonet, Hebræis tamen frequens est. הוּא valet אֲשֶׁר, ut Psalm. 87. 5. sic ἕτος pro ὃς Act. 8. 26. & 10. 36[l]. Eandem clibani similitudinem Propheta usurpat quam paulò antè, sed alio sensu & fine: quod non satis notârunt Interpretes. Priùs arguit insanam libidinem, nunc fraudes occultas; ut doceat eos sceleratos fuisse coram Deo antequam id ostenderent. Cor suum, inquit, occultis modis aptârunt ad peccandum. Ut pistor noctu & clausâ januâ, nemine id intelligente, sic componit pyram lignorum in clibano ut non possit extingui aut sopiri, tunc securè quiescit & dormit, quia ignis durat ad manè, quando clibanus ardet: ità illi fovebant suam malitiam, quæ tandem, opportunitate datâ, patefacta est[m]. [Sensus versûs,] Ardenter insidiantur: ut pistor manè post nocturnam quietem suum opus urget, sic illi sua maleficia[n]. Fervet, inquit, cor eorum perversis cogitationibus, ut illas opere compleant: & nocte quidem vino sopiti tuti stertunt, sed manè ad impietatem festinant[o]. Carpit eos Vates quòd insidiis essent dediti. *Excogitant*, inquit, *totâ nocte* quomodo nocere possint proximo, *corde ferventi instar clibani* diligenter accensi à pistore. *Dormit cor* eorum *nocte*, quando non perpetrant quod cogitârunt. *Dormiens concoquit illa*, i. e. illas pravas cogitationes: relativum in אֹפֵהֶם pro antecedente: h. e. totâ nocte nihil aliud cogitat & meditatur cor eorum quàm ut postero die noceat proximo[p]. *Applicant cor suum* ad pessima facinora: sed priùs excogitant ea, deinde opere implent. *Totâ nocte dormit*, post accensum furnum, *coquus*, vel *pistor*[q]: i. e. vel concupiscentia prava, vel cor eorum[r], vel Rex, qui furnum accendit; qui licèt dormiat, *manè* tamen adhuc *ardet ipse, furnus* scilicet, h. e. ipsi Principes, qui vino calefacti à Rege nihil non audent †.

7. *Omnes*, &c.] i. e. Vel, 1. Principes[v]: vel, 2. populus[x]; tota plebs Principum secuta exemplum[y]. Non est quòd vulgus accuset paucos tanquam authores scelerum; ipsi enim ardent, &c[z]. ¶ *Quasi*, &c. כַּתַּנּוּר *Ut furnus ille*, Pi. sim. JT. scil. cujus mentio v. præc[a]. vel, *ejusmodi*, ut He hajediah significat[b]: vel potiùs, *ut furnus aliquis*, ut ה hîc ἀορίστως accipiatur[c]. ¶ *Et devoraverunt* (vel, *devorabunt*, G. *devorant*, P. sim. Pi. *absumunt*, V. *occidunt*, D.) *judices suos*] Id est, vel, 1. proceres, ut Thapsæ, 2 Reg. 15. 16[d]: vel, 2. judices summos *, ipsos Reges[f], de quibus postea[g]. Refero ad probos Reges, vel qui poterant tueri mediocrem, populi statum[h]. Hos autem perdebant, vel, 1. supprimendo eorum authoritatem[i]: vel, 2. malis consiliis suis[k]: vel, 3. impietate suâ, quæ causa erat ut Deus illos perderet[l]; q.d. Suis peccatis in causa sunt ut ego eis malos dem Principes, quos deinde puniam[m]: vel, 4. spoliando eos, & occidendo[n]. ¶ *Omnes reges eorum ceciderunt*] Vel, *cadent*, G. vel in prælio, vel morte, vel seditionibus[o], vel insidiis popularium, Zacharias, Sellumus, Phadias[p]. Peccârunt proceres, peccârunt Reges: & hi & illi suas pœnas ferent[q]. Perstringit horribiles illas Regum lanienas 2 Reg. 15. quibus Regnum postea eversum est[r]. Frequens mutatio Principum Regnis perniciosa est. Unde illud, *Væ dominatui qui sepelit Principes suos.* Nam rarò malis boni succedunt †. ¶ *Non*, &c. אֵין קֹרֵא בָהֶם אֵלָי [*Nec est inter eos qui clamet ad me*, P. M. &c. *Inter eos*, i. e. vel, 1. Reges[t]; vel, 2. populum[v]. Cùm tantis indiciis ira mea appareat, nemo est qui de me placando cogitet[x]. Accusat stuporem populi, quòd castigati non clamarent ad Deum[y].

8. *Ephraim in*, &c. בָּעַמִּים הוּא יִתְבּוֹלָל [*In populis* (vel, *ipsis populis*, P. *inter populos*, M. sim. Ti. *cum populis*, JT. Pi. Ca. sub. *ceteris*, Ca. id est, cum gentibus alienigenis[z], Ægyptiis & Assyriis[a],) *ipse commiscet*, vel *commiscuit*, (vel, *confundit*, JT.) *se*, Mo. Pi. JT. vel, *commiscetur*, M. sic Ti. *commiscebitur*, G. Commixtionem hîc intelligunt vel, 1. involuntariam, loco pœnæ immissam[b]: qu. d. Inter gentes extraneas spargetur[c]. Vel, 2. voluntariam[d], & frequentem, ut verbum innuit *. *Confundit se*, sc. conjugiis[f], (quod tamen delictum non erat commune, sed duntaxat aliquorum[g];) fœderibus[h], auxilii causâ ictis[i]; moribus[k]; impietate & malitiâ, & [falsâ] religione[l], cultum Dei cum superstitionibus gentium miscendo, ut sequens similitudo declarat[m]; aliisque eorum pollutionibus, quibus obstinatè adhærebant. Ità Israelitæ, nobilitatis & privilegiorum suorum obliti, cum summo Dei & gentis suæ probo, affectabant eorum imitationem qui à fœdere alieni erant, & ab iis nihil differebant[n]. Non parvum peccatum, quum non est inter fideles & infideles discretio[o]. Verbo יִתְבּוֹלָל hîc utitur, ut Moses Exod. 29. 40. Levit. 7. 10. de farina cum oleo miscenda[p]. ¶ *Factus est*, &c. הָיָה עֻגָה בְּלִי הֲפוּכָה [*Fuit* (vel, *est*, JT. Pi. Ca. *erit*, P. *fiet*, G. *factus est*, M. Ti.) *libum* (vel, *placenta*, M. Ti. JT. Pi. vel, *panis subcinericius*, Pi. Calv. M. BA. ὁ. Ch. D. vel, *panis depstititius*, qui in foco extempore coqui solet; qui, nisi invertatur, comburitur eâ parte quâ focum attingit;

[Marginal sigla, left column: l Riv. m Mer. n Jun. o Riv. p K in Mer. q Ac. ib. r D. † G. t V. v Tr. x Calv. y Liv. D. z Riv. ex Liv. a D. b Pi. c Ca. d Pi. * G. f Idem. g Idem. h Pi. i Idem. k Jun. l Di.]

[Marginal sigla, right column: m Calv. n Ca. o M. p V. q D. r Q. in D. † D. v Pi. Tar. D. x D. sim. Riv. y G. sim. Oecol. z Calv. a Pi. b Mer. c Pi. Tar. d G. * Riv. f Riv. sim. D. Pi. g Riv. h Calv. i V. k Ti. l Mer. sim. Calv. m Ca. n V. sic D. &c. o D. p G. sim. Riv. q G. r Riv. † D. t Q. in R. Mer. v Q. in D. sim. Tar. x G. y Calv. z Pi. a D. b Q. in Tar. c G. sim. RS. D. d Riv. Tar. f Riv. * Tar. sim. Pi. g Riv. h Tar. sic D. i D. sim. Pi. k Tar. Liv. sim. K. Oecol. Mer. l Riv. m Liv. n Riv. o Oecol. p Mer.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

tingit: nec enim coquitur æqualiter, ut in furno[q].) *non versum*, vel *versa*, vel *versatus*, Mo. JT. Pi. P. sic Ca. &c. vel, *qui antequam versetur comeditur*, Ch. sic Sy. τὸ עֻגָה accipiunt pro *pane subcinericio*, aut placenta super prunas cocta. Id si verum; non videtur rectè hoc loco vitio verti, quòd sit *non versa*. Panis enim ille, quum non nisi ferventi foco imponatur, simul infernè coquitur & supernè, adeóque verti opus non habet. Habemus à Cl. viro Jac. Golio, harum rerum oculato teste, usitatissimas esse in Oriente amphoras rotundo fundo sive dorso, cui, suppositis prunis calefacto ac ferventi, placentæ imponuntur, quæ semel & iterum versæ protinus percoquuntur, ac momento ferè panem aptum præbent. Quas placentas, quia, dum rotundo amphorarum dorso aptantur, incurvari ac flecti necesse erat, ab ea figura עוגות dictas esse suspicamur, ab usitata Arabibus radice עוג, *curvum esse, incurvari*. Nec repugnat 1 Reg. 19. 6. *placenta prunarum*: neque enim necesse est placentam intelligere quæ subter prunas, sed quæ suppositis prunis, cocta fuerit. Amphoræ enim istæ suppositis prunis accendebantur [r]. Sensus hujus loci est, Placuit Israelitis (inquit Deus) se potiùs gentibus adjungere quàm hærere mihi: sed quid tandem ex eo consequutum est? Israelitæ suo ipsorum facto eò delapsi sunt, ut gentes circumstantes habeant ipsorum Regnum pro dulciaria placenta & tracta suavissima, quæ propter jus & condimentum suum non solet verti, sed suo tantùm fundo incumbit. Itaque nunc, quia suum condimentum habet, à finitimis gentibus velut convivis absumitur; & quicquid superest, ipsum per se mucescit, ac quasi obductâ canitie per se corrumpitur, v. seq †. Verùm talem placentam intelligi vetat frugalitas veterum, quibus is coquendi modus incognitus erat: nec probabile est tam suavi cibo conferri insuavem Deo populum [t]. Al. Comparantur insipido *subcinericio pani* semiusto & *non verso*, quòd omnia præcipitanter & sine judicio rationis faciebant [v]. Hi præcoce & immaturo judicio, & consilio planè non cocto, mutârunt cultum patrium in externum*. Loquitur de consilio eorum, quod hîc *placentæ* assimilat, quia cor eorum clibano assimilavit [x]. Conferuntur pani qui in focum projectus non vertitur, ut æqualis sit coctio [y]; ideóque nec planè crudus, nec planè coctus, est [z]; nec panis est, nec pasta [a]. Potest hoc referri vel, 1. ad peccatum: qu. d. Hinc exusti estis, illinc crudi; apud vos nihil est nisi mera perfidia. Vel, 2. ad pœnam: qu. d. Hinc exusti estis, quia durissimè castigati sub malis vestris tabescitis; illinc prorsus incocti, quia nullis malis domamini, sed obstinati manetis in vestra duritie. Sed prius malo [b]. Hæc similitudo refertur vel, 1. ad superiora, nempe ad commixtionem cum gentibus [c]: qu. d. Ephraitæ nec Deum purè colebant, nec idola verè, sed utraque commiscebant [d]; ideóque nec crudi nec cocti videbantur, &, quod vulgò dicitur, *nec piscis, nec caro*. Simil. Apoc. 3. 15. Laodicea *nec frigida, nec fervida*. Tales erant Israelitæ illi 1 Reg. 18. 21. qui *claudicabant in duas partes*; & gentes illæ in Samariam missæ, 2 Reg. 17. 33; & Judæi ætate Sophoniæ, qui *per Jehovam jurârunt ac Regem suum*, nempe idolum. Talem participationem nullo modo ferre potest Deus, qui Rex atque maritus populi sui est, & quidem solus esse vult. Verum enim est illud Senecæ, *Nec Regna socium ferre nec tædæ sciunt* *. Concinna est hæc interpretatio, & rei conveniens, sed non scopo loci. Vel, 2. ad sequentia, illa nempe verba, *Comedunt extranei robur suum*, nempe *velut placentam*, &c. hæc enim est manifestissima apodosis hujus similitudinis [f]. Voluit Propheta ostendere, Israelem avidè à gentibus diripi, ut famelici placentas semicoctas arripiunt & vorant [g]. Ut placenta talis comburitur & absumitur [h]: sic Israel vel citò abductus fuit in captivitatem [i]; vel uritur & atteritur ab hostibus [k], & comeditur priusquam versetur [l]. Significatur hostium celeritas. Firmant hoc sequentia [m].

9. *Comederunt* (Declaratur hîc similitudo placentæ [n].) *alieni* (quos in subsidium suum vocârunt, nempe Assyrii [o],) *robur ejus*] Id est, opes & facultates ejus [p], tam publicas fisci, quam privatas subditorum. Vide 2 Reg. 13. & 15. & 17†. ¶ *Et ipse nescivit*] i. e. Vel, non satis sensit pro magnitudine periculi sui [q]; vel, non

[q] Ca. [r] Di. † Jun. [t] Tar. [v] M. * Waf. de antiq. mens. 2. 4. p. 1071. [x] AE. in Mer. [y] Calv. [z] D. [a] Q. in Riv. [b] Calv. [c] Q in Riv. [d] D. * Liv. [f] Riv. [g] Mer. sim. Riv. [h] V. sic Ca. [i] V. [k] Ca. [l] G. ex Ch. [m] G. [n] Pi. [o] Riv. [p] V. sim. D. G. Riv. &c. † Riv. [q] Riv.

intelligit causam [r], harum scilicet calamitatum†, peccata sua [t]: non ostendit se scire & seriò tangi, quia ad Deum pœnæ autorem non respexit aut rediit. Deploratum significat stuporem, aut superbiam insolentem [x]. ¶ *Sed &*, &c. גַּם שֵׂיבָה זָרְקָה בּוֹ] *Etiam canities* (vel, *cani*, Ti.) *aspergit eum*, JT. Pi. vel, *sparsit se*, sive *sparsa est*, (vel, *sparsi sunt*, Ti.) *in eo*, M. P. Mo. i. e. Consumitur funditus; ut quum canities aspergit fundum placentæ. Per *canitiem* autem hîc intelligitur mucor, metaphoricè [y]. Non placet; 1. quia עֻגָה est fœmininum, hîc autem masc. בּוֹ: 2. sequentia, *& ipse non agnoscit*, ad placentam nullo modo referri possunt [z]. Al. Significat, populum diutissimè afflictum non tamen resipuisse [a]. Al. Præ malis canescit [b]: ex curis & doloribus immaturam canitiem contraxit [c]: propè ad interitum venit, ut ii qui multùm canescunt [d]: res eorum planè accisæ sunt & deploratæ. *Cani* significant fractas Regni vires, ut comicus senectutem *morbum* vocat *. Cani per caput aut tempora sparsi sunt ferme senectutis indices, & quidem mediæ; nam in ultima non sparsi sunt cani, sed spissi & crebri. Elegans est *spargendi* verbum, & à profanis auctoribus in hac re usurpatum [f]. Propert. eleg. 3. 4. *Atque ubi jam Venerem gravis interceperit ætas, Sparserit & nigras alba senecta comas.* Ovid. *Quásque fuisse tibi canas à virgine juras, Spargentur subitò per caput omne comæ.* [Eâdem porrò metaphorâ in eadem causa utuntur in aliis locis.] Ovid. de Ponto 1. 5. *Jam mihi deterior canis aspergitur ætas, Jámque meos vultus ruga senilis arat. Confiteor facere hoc annos; sed & altera causa est, Anxietas animi continuúsque labor.* Roma, gravissimis malis, peste ac fame, pressa, apud Claudianum, *Non solito vultu est: humeris vix sustinet ægris Squalentem clypeum: laxatâ casside prodit Canitiem*—Eadem postea recreata, apud eundem,—*afflata est meliore juventâ: Continuò redit ille vigor, seniique colorem Mutavêre comæ*— [g]. [Alii locum sic reddunt,] *Etiam canos in eo spargit*, vel *sparget*, sub. *natura*, D. ex AE. nam verbum זָרְקָה est fœmin. vel, sub. *senecta*, quæ canos spargit [h]. ¶ *Et ipse ignoravit*] Vel, *Nec tamen agnoscit ipse*, JT. Pi. Nec longâ annorum serie emendati sunt: quanquam ætas prudentiam afferat, &c [i]. Ignorantia in sene turpior quàm in juvene [k]. Vitæ rationem non inivit apud se; peccata non agnovit, nec emendavit [l].

10. *Et*, &c. וְעָנָה גְאוֹן יִשְׂרָאֵל בְּפָנָיו] *Et* (vel, *Itaque*, M. Ti. *Et quamvis*, JT. Pi.) *testificabitur* (vel, *contestata est*, Mo. *testificetur*, JT. Pi. sim. V. sub. *contra eum*, V. vel, *respondebit*, M. Ti. vel, *humiliabitur*, o'. Ch. *humiliatus est*, Sy. *deprimitur*, Ar.) *superbia*, vel *fastus*, vel *arrogantia*, (vel, *gloria*, Ch. vel, ὕβρις *ignominia*, o'. in Riv. Fortè per antiphrasin gloriam eorum sic vocant; vel, *ignominiam* pro impudentia sumunt [m].) *Israelis in* (vel, *ante*, Ar.) *faciem*, vel *facie*, (vel, *conspectum*, Sy.) *ejus*, P. M. &c. vel, *ipsis cernentibus*, Ch. Explicatum est suprà 5. 5 [n]. Superbia ejus adeò notoria est ut eum evidentissimè convincat, ut tergiversari nequeat [o]. Fastus quo Prophetas contempsit testatur eum pro meritis suis pati [p]. Eódem recidit sive vertas, *testificabitur*, sive, *humiliabit*. Sensus est, Quantumvìs ferociter se attollant in Deum Prophetásque ejus, tamen nihil proderit, quia cùm illa superbia sic dejecti sunt, ut Dominus teneat eos criminis convictos. Significat eos itá fuisse castigatos, ut, nisi excæcati essent, sensissent ejus manum, & se coram eo suppliciter dejecissent [q]. ¶ *Non quæsierunt* (vel, *quærunt*, JT. Pi.) *eum in omnibus his*] Ità Ti. JT. Pi. &c. sub. *malis*, Pi. sim. V. inter tot castigationes [r], & remedia. Quid ergò dicendum, nisi morbum esse incurabilem, & populum perditum & deploratum†? Cùm tanta pericula ipsis tam sæpe denunciarentur [t].

11. *Quasi columba seducta*, פּוֹתָה] *Stolida*, sive *fatua*, Mo. P. Ti. JT. Pi. &c. *persuasibilis*, M. *declinans*, sub. *ad escam*, Q. in V. *credula*, Calv. Mer. D. *simplex*, D. *decepta*, Sym. & Hi. in D. id est, deceptu facilis [v]. ¶ *Non*, &c. אֵין לֵב] *Non cor*, Mo. *demens*, JT. *absque corde*, P. sic Ti. sim. Pi. Referri potest vel ad Ephraim, vel ad columbam [x]. Nihil refert, quia Israel est similitudinis scopus [y]. *Absque intellectu*, M. *Cor* sedes sapientiæ juxta Ebræos [z]. Vide ad Prov. c. 6. v. 32. & 11. 12. Columbæ stoliditas in multis patet: quòd aucupem non

[r] G. Mer. Calv. † Mer. [t] D. sim. M. V. [x] Riv. [y] Pi. [z] Tar. [a] Riv. sim. K. in Mer. [b] Ca. [c] Liv. ex Calv. sim. Riv. D. [d] G. * Mer. [f] D. [g] Liv. [h] D. [i] Calv. [k] Mer. [l] Riv. [m] Riv. [n] D. [o] Riv. [p] Mer. [q] Calv. [r] Riv. † Calv. [t] G. [v] D. [x] D. Riv. [y] Riv. [z] D.

caveat, eúmque retia tendentem non sentiat, sed exspectet abeuntem, ut ad cibum se demittat; quòd pullos ablatos non doleat aut requirat, ut cæteræ aves faciunt [a]; quòd nidi sui facilè obliviscatur [b]; quòd, unâ captâ, cæteræ facilè capiantur, alias sine sensu sequentes [c], unáque cum illis se abdentes & penetrantes [d]. Alibi laudatur columbæ simplicitas, Matt. 10. 16. hîc damnatur, quòd scilicet sine prudentia esset*. Columba incauta est & insidiis exposita: nec malum infert alteri, nec sibi cavet à malo [f]. ¶ *Ægyptum*, &c.] Quærunt nunc has, nunc illas, amicitias, Dei amicitiam non curantes, 2 Reg. 15. 19. Hos. 5. 13 [g]. Quærebant salutem apud hostes, *lupis oves committentes*: quod certè stultitiæ indicium [h].

12. *Et*, &c. כַּאֲשֶׁר יֵלֵכוּ] *Cùm abierint*, i. e. Ubi fecerint quicquid voluerint. Sic enim הָלַךְ & πορεύεσθαι sumi solent [i]. *Quum ibunt*, aut *abibunt*, Pi. Riv. nempe Israelitæ[k], per suos legatos[l], in Ægyptum & Assyriam[m], auxilii petendi causâ [n]. ¶ *Expandam super eos rete meum*] Ut erraticum eorum volatum impediam. Persistit in metaphora columbarum: q. d. Arctè eos constringam, nè judicium meum effugiant [o]. Decreta mea exsequar [p]. ¶ *Quasi volucrem* (vel, *aves*, Pi. Liv.) *cæli detraham* (vel, *deducam*, ad verb. *descendere faciam*, Liv. vel, *dejiciam*, JT. Aquila enim & accipiter ascendunt super columbam, & dejiciunt eam in terram †.) *eos*] De montibus illis Samariæ [q]; ut auceps: quod facillimum ei, qui supra nos habitat [r]. Continuatio similitudinis. Seneca in Hercule Oetæo, —— *has enim nunquam irritas sagittas Mittes in hostem: sive de media voles Auferre volucres nube, descendent aves, Et certa prædam tela de cœlo ferent* †. ¶ *Cædam*, &c. אַיְסִרֵם כְּשֵׁמַע לַעֲדָתָם] *Castigabo* (vel, *Pœnis afficiam*, G. ex o'. & Ch. vel, *Ligabo*, Calv. Riv. ex K. nam יָסַר etiam *ligare* significat [t], ut cognatum אָסַר; & sic accipitur v. 15 [v]: eique satis convenit metaphora retis [x]. qu. d. Non poterunt rete meum frangere, sed illic tenebo vinctos [y].) *eos juxta auditionem* (Quæ vox modò activè sumitur, pro ea quâ quis audivit; modò passivè, pro ea quâ quid auditum est de ullo. Activè hîc accipio [z].) *cœtûs eorum*, Mo. Liv. ex Hi. vel, *prædicationem cœtui ipsorum factam*, i. e. id quod prædicatum est, ut Esa. 53. 1 [a]: vel, *rumorem* qui pervenit *ad cœtum*, &c. M. vel, *id quod audivit cœtus*, &c. P. sim. JT. Pi. Ti. Juxta famam de cœtûs ipsorum clade perlatam. Aliquam hîc cladem denotat ab Israelitis acceptam, de qua tunc recens fama erat. שֵׁמַע Hebræis, sicut & *auditio* Latinis, aliquando *rumorem* notat. Similis Esa. 23. 5. locutio est, *Quemadmodum auditione Ægypti, intremant æquè auditione Tyri*, id est, rumore calamitatis ipsius audito. Non autem deerant hoc tempore recentium calamitatum exempla ad comparationem. Graviter enim afflicti fuerant ab Assyriis non semel [b]. Al. Juxta admonitiones factas eis, vel, 1. in deserto[c], quando exsecrationes & objurgationes præscripsi transgressoribus Legis[d]. *Ut in cœtu suo audiunt*, quum in Synagoga Moses prælegitur, qui gravissima comminatur à Domino deficientibus *. Vel, 2. pòst †: qu. d. Prout sæpe eos contestatus sum per Prophetas, 2 Reg. 17. 13 [f]. Prout ab illorum cœtu auditum est ex Prophetarum id denunciantium ore [g]. Significat, Deum nova non iniisse consilia, nec aliud moliri quàm quod longè antè prædixerat per Prophetas, quorum conciones, ab illis sæpe auditas & spretas, verificabit [h]. Est obliqua accusatio socordiæ, quòd pridem in Lege admoniti non saperent, nec attenderent ad minas quibus Deus illos terrere voluit & in viam revocare. Hieron. sic, *secundùm auditionem cœtûs*, &c. i. e. Sicut uno consensu cultum Dei violaverant, &c. ità omnes puniet. Sed mallem reddere, *secundùm strepitum*, &c. Quo designat non modò conspirationem in populo [illegible]tico, sed & impetum, quum scilicet alii alios ad [illegible]dum incitarent, & tumultuosè in Deum insurgerent. Non (inquit) impediet me tumultus & strepitus vester quo in me ruitis quò minùs compescam furorem vestrum [i]. Al. *secundùm famam quæ est de cœtu eorum*. Sic, ἀκοὴ Ἰησοῦ, *fama de Jesu* [k]. Al. *secundùm obedientiam cœtûs ipsorum*; i. e. quemadmodum temere obedierunt Jeroboamo cultum vitulorum instituenti [l].

a Riv. b Mer. c Oecol. d Tar. * Riv. f Liv. g G. h Riv. i G. k Pi. l Riv. m D. n Tar. o Riv. p G. † RS. in Mer. q G. r D. † Liv. t Riv. sim. Calv. v Riv. x Riv. sim. Calv. y Calv. z Riv. a Di. b Liv. c V. sim. M. D. d M. K. in Mer. * Mer. † D. f G. sim. D. g Liv. h Riv. i Calv. k D. l Q. in D.

13. *Væ eis*] Sub. *erit*, vel *accidet*, Pi. אוֹי *væ* interjectio est, sæpe tamen ponitur pro nomine; ut Esa. 1. 4. Hab. 2. 6 [m]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי נָדְדוּ וגו'] *Quoniam vagantur à me*, JT. Pi. Emphaticè; qu. d. qui & potui eos juvare, & volui †. Id est, ab obedientia, vel cultu, mei. Vel, *procul diffugiunt*, vagi ac palantes, huc, illuc, per incerta opinionum [n]. נָדַד de avibus dicitur Prov. 27. 8 [o]. ¶ *Vastabuntur*] Heb. *Vastitas*, sive *Vastatio*, (vel, Propterea *vastitas*, P.) *eis*, JT. Pi. Riv. V. Ti. &c. sub. *erit*, P. Pi. sim. Ti. i. e. Extremus interitus, sine ulla spe veniæ [p]. Destruetur patria eorum [q]. ¶ *Et*, &c. וְאָנֹכִי אֶפְדֵּם] *Et* (vel, *Quum*, JT. *Et* quidem, Pi.) *ego redemi eos*, Mo. P. D. q. d. sæpius id feci [r]. Liberavi eos ab Ægyptiis, Cananæis, Madianitis, &c †. Pro quibus beneficiis pessimam mihi referunt gratiam [t]. Al. *liberâssem*, vel *liberarem*, *eos*, V. Al. *redimo*, &c. Propriè ad tempus Jeroboami pertinet, qui, etsi impius, fortunatus tamen fuit, & amissa à majoribus Regno Israel restituit [v]. Al. *redimerem eos*, Pi. Riv. vel, *cogitabam*, sive *cupiebam*, *redimere eos*, M. D. RS. in Mer. Riv. ab afflictionibus suis, nisi obstaret eorum malitia [x]. Al. *Egóne redimerem eos* ingratos mei contemptores [y]? Sed simpliciter verba accipere præstat, *redimerem*, &c [z]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Pi. vel, *Tum*, JT.) *ipsi locuti sunt contra me mendacia*] Assimilantes me Vitulis [a]. Dicentes me nescire opera eorum, sive bene sive malè agant, ac propterea non prospicere illis [b]; me in eo totum esse ut ipsis malefaciam; me non curare res humanas [c]. Beneficia mea idolis adscribentes [d]. Si quando liberavi eos, dixerunt se servatos ope humanâ, suâ, aut sociorum *. Fraudârunt me laude liberationis suæ [f].

14. *Non clamaverunt ad me*, &c.] In rebus suis malis ad me preces non fuderunt [g]. Ut invocatio sæpe totum Dei cultum denotat, ità defectus invocationis pro neglectu totius Divini cultûs accipi potest & debet [h]. ¶ *Sed*, &c. כִּי יְיֵלִילוּ] *Quum* (vel, *Quamvis*, Calv. *Sed*, M. Ti.) *ejulant*, JT. vel, *ingemuerunt*, P. vel, *ululant*, M. Calv. Pi. &c. vel, *ulularent*, G. q. d. Bruto impetu affectus suos profundunt sine ratione [i]. Ululatus (per quem idololatrarum denotat invocationem) offendit, ut musicus concentus aures demulcet [k]. Al. *Quum insanierunt*, i. e. blasphemias & meras insanias eructârunt [l]. ¶ *In cubilibus suis*] [Vel, 1. propriè.] Noctu [m], quando sunt in lecto suo [n], ibique de rerum suarum statu cogitant [o], & de malis quæ ipsis eveniunt, ejulant & flent [p], & pessima cogitant, fortunâ omnia agi, nec Deo curæ hæc esse. Publicè Deum prædicabant, domi blasphemabant [q]. Vel, 2. metaphoricè [r]. [Sed non uno modo intelligunt.] In terra quietis, quam Deus illis dederat †. Al. In templis idololatricis [t]: quæ *cubicula* vocat ad similitudinem adulterii [v]; quia, ut in his scortatio corporalis, ità spiritualis in illis, exercetur [x]. Al. *Cubilia* metonymicè sumuntur pro statu ægrorum, qui ex gravi morbo decumbunt: Deus enim se medico comparavit [y]. Sensus loci, q. d. Cùm afflictione pressi ingemuerunt noctu in lectis suis [z]. ¶ *Super*, &c. עַל־דָּגָן וְתִירוֹשׁ יִתְגּוֹרָרוּ יָסוּרוּ בִי] *Super* (vel, *Ad*, M. Calv. vel, *Propter*, Ti. LXX, sic Ca. *Quum propter*, JT. Pi.) *triticum*, sive *frumentum*, *& mustum* (scilicet, vel, 1. impetrandum [a]; vel, 2. emendum [b], tempore inopiæ [c], quum venale affertur in urbem [d]. Al. *Ob frumentum*, &c. i. e. frumenti penuriam *. Ostendit nullum iis inesse pietatis sensum, sed omnia eorum studia hujus vitæ commoda respicere [f]. Al. *De frumento*, &c. Sy. *Præ ubertate tritici*, &c. Ch.) *congregaverunt se*, Mo. sim. Ti. vel, *congregabuntur*, M. sim. P. vel, *quæ collegerunt*, Ch. vel, *congregantes se*, JT. Pi. [Id quod variè intelligunt.] Ad fruges terræ colligendas, ut fit tempore messis & vindemiæ [g]. Al. In caritate annonæ solent idololatræ processiones facere, placandi Numinis causâ [h]. Confluebant ergò Israelitæ ut orationes offerrent, vel Deo vero, vel idolis [i]. In fanis suis interdiu (nam de nocte jam dixit, *ululant*,) convenerunt idola oraturi, &c [k]. AE. hoc refert ad convivia & compotationes; q. d. Congregantur ad edendum [l]. [Alii hoc verbum aliter reddunt;] *frementes*, Ca. *anxii*, Sy. *ruminabant*, Vulg. vel, *cùm ruminarent*; i. e. Cùm pecudum more se ingurgitarent pane & vino, in rebus suis bonis, longè [ut sequitur] abierunt à me. Ità verè illis convenit

m Riv. † Oecol. n D. o Riv. p Idem. q V. r D. † G. t D. Riv. v Mer. x Riv. y Oecol. z Riv. a G. b K. in Mer. c D. d Riv. * V. f Calv. g V. h Riv. i Calv. k Mer. l Oecol. m Oecol. n K. in Mer. o Mer. p K. q Oecol. r Q. in Tar. † Q. in Riv. t Al. in Riv. v Mer. x Q. in Riv. y Riv. z V. a Pi. b V. c V. sim. M. K. d K. sim. V. * C. f Riv. sim. Calv. g Q. in Ri. h D. i Riv. k Mer. l Riv.

convenit illud Matt. 11. 17. Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, &c. (*Tibiâ cecinimus*, &c [m].) LXX vertunt, κατετέμνοντο, i.e. *concidebantur*, gladiolis & lanceis se incidebant; ut mos erat in gravi luctu. Legisse videntur יִתְגּוֹדְדוּ, decepti affinitate literarum ד & ר [n].) *defecerunt* (vel, *recedunt*, Ca. vel, *deficient* tamen, V. vel,& *recesserunt*,M.) à *me*, Mo. q. d. Cùm autem habuerint, [triticum, &c. idque meo beneficio,] non mihi, sed fortunæ, acceptum ferent [o]. Vel, *adversabunturque mihi*, M. *rebellaverunt* (vel, *& tamen rebellabunt*, P.) *contra me*, Riv. Sy. vel, *contra verbum meum*, Ch. In ipsa autem sua congregatione orandi causâ rebellabant: vel, quòd Dei loco idola invocarent; vel, quòd ad Deum clamarent, sed non ex animo; vel, quòd postquam triticum, &c. collegerunt, iis saturi non agnoverunt Deum,&c [p]. Al. *divertunt ad me*, JT. Pi. Sed verbum סוּר cum ב constructum potiùs *rebellare* significat [q]. Al. Locum sic accipio, *Propter frumentum & mustum congregant se? divertunt ad me*, id est, Latinè, *Quum ob frumentum—congregantur, tum secedunt ad me*; vel, *Quum de frumento——metuunt:* גור enim *metuere* significat. Sensus est, Quòd ad me divertant interdùm, non ex animo faciant, sed quia metuunt defectum frumenti ac musti: vel, quia defectus istarum rerum mundanarum cogit eos convenire, ut precibus eas à me impetrent [r].

15. *Et*, &c. וַאֲנִי יִסַּרְתִּי חִזַּקְתִּי זְרוֹ׳ [*Et* (vel, *Nam*, P. *Cùm*, Ca. Quum *autem*,JT.Pi.) *ego ligavi*, Mo. (vel, *erudivi*, P. nempe per Prophetas meos †, qui eo tempore fuerunt, Amosum, Hoseam, Isaiam, Micheam, Nahumum [t]. Vel, *castigavi*, Ti. V. JT. Pi. Tar. sub. *eos*, Ti. Hæc propria est & usitata verbi significatio [v]. Vel, *correxerim*,Ca. vel,*firmavi*,M. vel,*accingam* eos,sub.*balteo & ense*; præt. pro fut. q. d. dabo illis robur adversùs hostes [x]. *Vinxi*,disciplinâ & legibus. יָסַר propriè est, *vincire*, deinde, *castigare*: nam quos castigamus, eos disciplinâ vel pœnâ constringimus [y]. Verbum יָסַר *ligationem* aliquando, ut cognatum אָסַר, designat: hinc enim מוֹסֵרוֹת *vincula* nominantur. Et hæc notio huic loco convenientissima est, ad corroborationem denotandam [z].) *roboravi* (vel, *confirmavi*, JT. Pi. atque *tenui*,M. & *firmavi*,Ti. V. & *confirmaverim*,Ca.) *brachia eorum*,Mo.P.&c. i. e. vires eorum [a], à variis hostibus infirmatas atque attritas [b]. [Locum sic explicant:] Castigavi eos [c], non in eorum malum [d], sed ad eos roborandos*. Al. Fortè hoc vult, Cùm adstringerem disciplinam, ità confirmavi eos ut ei ferendæ pares fuerint [f]. Al. Roboravi eos contra hostes [g], pace & victoriis ornans populum. Ad tempus Jeroboam [secundi] pertinet [h]. *Ligavi*, i.e. constrinxi, nè laxa & soluta essent, *& roboravi* [i]. Ligamen enim rebus confirmationi est [k]. Itaque non solùm brachia, ut robustiora sint, sed & aliæ corporis partes, ad majorem earum firmitatem, sæpe vinculis constringuntur [l]. Metaphora à medicis aut chirurgis [m], qui vulnera obligant, & nervos consolidant [n], & læsa brachia vinciunt [o]. Robur brachii consistit in nervorum compactura. Sensus, q. d. Cùm viderem quasi dissolvi eorum brachia variis bellorum cladibus, ego eos fulcivi & sustinui [p], virésque accisas sæpe confirmavi [q]. Al. Locum sic lego, *Et ego castigavi? roboravi brachia eorum?* quod Junius rectè Latinè vertit, *Quum castigavi, confirmavi*, &c [r]. ¶ *Et in* (vel, *Tum contra*,JT.Pi.) *me cogitaverunt malitiam*] Vel, *malitias*, tribuendo scilicet hoc [nempe beneficium meum] aliis †: vel, *malè*, Q. in D. vel, *malum*, JT. Pi. D. Calv. &c. Pro tanto beneficio pessimam gratiam retulerunt, malâ opinione de me imbuti; quòd scil. judicia mea aut vilipenderent, aut fortuita putarent [t]. Quò potentiùs eos eripui & beneficiis cumulavi, eò pertinaciores erant in sua defectione, & suos errores stabilierunt; nec tantùm fecerunt *malum* inconsultò aut ex ignorantia, sed & *cogitârunt*, i.e. scientes volentes, & deliberato consilio, perpetrârunt [v]. Al. Idem [hoc versu] sensus qui in superioribus, Sive eos punirem, sive vires eis adderem, semper me dehonestârunt per imagines [x].

16. *Reversi sunt*, &c. יָשׁוּבוּ לֹא עָל [*Revertentur*, vel *Revertuntur*, (scilic. in Ægyptum; confer Hos. 9. 3. Jer. 43 [y]: vel, sub. *ad idola sua*, vel *ad Ægyptios* aut *Assyrios*; vel, sub. *ad vociferandum*, V. Al. *Conversi sunt*, *&* *Converterunt se*, Ar. *Obliquârunt se*, Sy.) *non suprà*, Mo.

[m] G. [n] Riv. [o] V. [p] Riv. [q] Riv. ex D. [r] Di. † Mer. ex RS. [t] Mer. [v] Tar. sim. D. [x] Q. in V. [y] D. [z] Liv. [a] D. Riv. [b] Riv. [c] Mer. ex AE. [d] AE. * Mer. ex AE. [f] D. [g] Oecol. sim. M. [h] Mer. [i] Liv. ex Mer. [k] Liv. ex K. [l] Liv. [m] Calv. sim. D. Riv. [n] Riv. [o] D. [p] Calv. [q] Riv. [r] Di. † V. [t] D. [v] Riv. [x] G. sim. Tar. [y] Ca.

vel, *non propter*,sub. *Deum*, Q. in Riv. vel, sub. *angustiam*; vel, sub. *verbum*, V. ex He. vel, sub. *aliquid*; ut sit ecliptica locutio: q. d. Dum revertentur, si quis quærat quid sit in eorum animis, vel, quid consilii agitent, reperiet merum esse fumum, nihil solidi [z]. Vel, *sed nequicquam*, Ca. LXX, εἰς τὸ κενόν, *ad vanum*, vel *ad nihilum* [a]; vel, *ad id quod non est*. Legerunt לֹא עָל [b]. Vel, *nulla de causa*, Sy. vel, *non sursum*; & sic accipio locum 2 Sam. 23. 1. *Dicit vir qui constitutus*, vel *erectus*, *est suprà*, vel *sursum*. Alii volunt עָל esse adjectivum, quia scribitur per camets. Sed quid si camets sit pro pathach, tum 2 Sam.23.1. ob accentum Reviah, tum hîc, ob Zakeph? Imò verò statuendum videtur, scribi עָל etiam quando præpositio est. Liquet illud, 1. Quia cum affixis levibus scribitur semper per camets, עָלַי, עָלָיו,&c. 2. Quia cum affixis gravibus,עֲלֵיהֶם עֲלֵיהֶן עֲלֵיכֶם,litera ע habet scheva, non ex pathach, sed ex camets, ortum, juxta regulam, Camets, cùm sit antepenultimum, ab accentu mutatur in scheva. 3. Quia causa cur hæc præpositio plerumque pathach habeat est, quòd plerumque habeat post se vel particulam, ut עַל־כֵּן; vel nomen, ut עַל יְהוּדָה; vel pronomen, ut עַל אֲשֶׁר; vel infinitivum, ut עַל פְּקוֹד: in quibus casibus imitatur nomina in constructione posita, quæ camets ultimum mutant in pathach: unde & pro עַל dicitur interdum עֲלֵי formâ regiminis, ut עֲלֵי אֹרַח, Gen. 49. 17. 4. Quia præposito מִן semper habet camets, ut in מֵעָל. Censeo itaque particulam עַל habere pathach cùm, præpositionis munere fungens,construitur cum sequenti: camets autem cùm, absolutè & adverbialiter sumptum, significat *suprà*, *sursum* [c]. Al. Forsan legendum, לֹא עָלַי, *non ad me* [d]. Al. *ut essent fine jugo*, Vulg. Per *jugum* intelligenda Lex. Tam Chald. quàm Latinus עֹל sumpsêre pro עוֹל: & fortè, ubi nunc est camets,in libris aliis fuit holem*. Al. non ut prodessent sibi †, [quasi vertisset, *non propter se*.] Al. *non ob* necessitatem, sive quòd necesse sit, sed ut detrahant Principibus suis*. Al. *non* (vel, sed *non*,M.)*Excelso*, vel *ad Excelsum*,sive *Altissimum*,P.M. Calv. JT. Pi. Tar. Mer. ex K. D. Cap. Glas. i.e. Deum [f], cujus epitheton hoc est, etiam apud Ethnicos. Notum illud, *Proh supreme Jupiter!* Non ad Deum, à quo ista habuerunt beneficia [h]. עַל, pro אֶל עַל [i]. Ellipsis præfixi לְ: ut 1 Sam. 5. 8. *Abducatur arca*—גַּת, i. e. לְגַת, *ad Gath*; 1 Sam.16. 16. *Dicat*—עֲבָדֶיךָ *servos tuos*,pro, *ad servos tuos*; 2 Sam. 15. 31. *Et Davidi nunciatum est*, pro, וּלְדָוִד; Psalm. 119. 33. *custodiam eam* עֵקֶב, pro לְעֵקֶב, *in finem* [k]. Non ad Deum, sed ad idola [l]; vel, ad hominum auxilia [m]. עַל hîc pro Deo accipi probat sequens membrum, ubi ostendit quomodo à Deo se subducerent, &c. quia scilicet sunt similes arcui doloso [n]. עַל *Deus* hîc, ut 2 Sam. 23. 1 [o]. & Hos. 11. 7 [p]. ubi tamen est cum pathach. עַל contractum ab עֶלְיוֹן, κατ᾽ ἀποκοπήν: sicut à *Jehova* dicimus *Jah* [q]. Dicuntur reverti, sed non ad Deum, i.e. pœnitentiam coram hominibus simulare, non coram Deo præstare [r]. ¶ *Facti*, &c. הָיוּ כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה [*Sunt*, vel *Fuerunt*, *tanquam arcus doli*, vel *dolosus*, sive *fallax*, Mo. P. JT. &c. qui aliud minatur, aliud ferit; Psal. 78. 57†: qui quidem ab arcuario dirigitur in scopum [t], sed subitò vertitur [v], & propter arcûs obliquitatem telum emittit in latus †, vel etiam retro in seipsum reflectit [x]. Arcui tribuit dolum, qui est in tendente [y]. Similitudo hæc explicatur vel, 1. de eorum hypocrisi [z], vel ficta & instabili resipiscentia [a]: q. d. Videntur magno conatu eniti, instar sagittarii, qui quasi nictu & collimatione arcum dirigit; sed interea animus eorum retroagitur, & per flexuosas ambages vagatur, ut nunquam rectà ad Deum accedant, sed potiùs illi tergum obvertant [b]. Vel, 2. de pœna: q. d. Ipsis erit arcus fallax, non possunt hostes eo profligare [c]. Comminatio est: q. d. Etsi nec consilia nec auxilia ipsis desint [d], omnia tamen infeliciter cedent; velut iis qui, dolosum arcum magno conatu adducentes, non telum incitant, sed nervum rumpunt*. Arcus & sagittæ vires & potentiam designant [f]. Sagittæ quidem [eorum] sunt in manu & potentia, Regnum enim sub Jeroboamo floruit; sed *arcus dolosus*, i. e. concidunt in ipso conatu [g]. ¶ *Cadent in gladio* (vel, domesticis conspirationibus [h]; vel,gladio Assyriorum [i].) *principes eorum*] Tanquam vitiorum omnium magistri

[z] Q. in Calv. [a] Riv. [b] Cap. crit. 4. 13. 1. 288. [c] Di. [d] Cap. crit. 5. 8. 5. 359. * G. † RS. * AE. [f] D. Riv. &c. [g] D. [h] M. [i] Cap. ib. [k] Glas. gram. 4. 2. 6. 683. [l] Pi. Riv. &c. [m] Riv. sim. Oecol. [n] Calv. [o] Mer. D. Riv. Tar. [p] D. Riv. [q] D. Riv. [r] Riv. sim. Calv. † G. sim. V. [t] Riv. [v] D. † Riv. [x] Riv. sic Tar. [y] K. [z] Riv. [a] Mer. ex K. [b] Calv. [c] Q. in Tar. [d] Riv. * Riv. sim. Tar. [f] Riv. [g] Mer. [h] Tar. sim. Jun. [i] Riv.

& antesignani[k]: & cum iis subditi, qui cum iis magnis miseriis ob frequentes mutationes involventur[l]. Synecdochicè ergò intelligit omnes. qu. d. Communis erit clades, quam nè Principes effugient, nedum vulgus[m]. Frustrà ergò sperant remedia malis suis[n]. ¶ *A furore*, &c. [מִזַּעַם וגו׳] *Propter furorem*, sive *indignationem, linguæ suæ*, Mo. P. M. Ti. V. Propter verba quibus Deum ad iram provocârunt[o]. Propter verba illa blasphemiæ de quibus suprà v. 13[p]. Ea erant, cùm dicerent se, si hostis ingrueret Assyrius, in Ægyptum petendi auxilii causâ profecturos[q]. Al. Propter contumelias in pios doctores[r]. Al. Propter tumultum & tela malorum verborum quibus hortati sunt populum ut ad exteros potiùs converterentur quàm ad Deum[†]. Al. *Propter superbiam linguæ ipsorum*, Calv. Quia vires suas magnificè jactârunt[r]; Prophetas contempserunt, Deúmque blasphemârunt, & impios ac pravos cultus suos superbè obstinatéque tueri ausi sunt[v]. Alii, *Ab indignatione*, &c. JT. Pi. i. e. Quia acerbiùs increpantes aliquos è Principibus suis, movent eos ad conspirationem contra Reges suos. Vide 2 Reg. 15. 10, 14[x]. Gladius, conspirationum minister, acuitur stringitúrque virulentis linguis indignationem inter partes concitantibus[y]. Initia talium conjurationum sunt à virulentis sermonibus & libellis, quos *tentamenta vulgi* rectè vocat Tacitus. Harum autem querelarum materia maximè ex tributis petebatur[z]. [Ca. locum sic reddit,] *Et ità suæ linguæ pœnas dabunt*, i. e. suorum in me maledictorum[a]. ¶ *Ista*, &c. [זוּ לַעְגָּם וגו׳] *Hæc*, vel *Ista*, (sub. *profectio in Ægyptum*, V. vel, *Id*, Ca. sic Ti. sub. *fuit*, Hi. in Mer. vel, sub. *est*, vel *erit*, M. P. JT. Pi. vel, sub. *cedet*, Ti.) *sanna*, vel *subsannatio*, (vel, *opprobrium*, Ca. Intellige vel, 1. activè; Sic Deum quondam in deserto ex Ægypto egressi deriserunt[b]: vel, 2. passivè[c]. Vel, *ad subsannationem*, Ti.) *eorum* (vel, *ipsis*, Ti.) *in terra Ægypti*, P. Mo. &c. unde auxilium petiverant, immemores & pristinæ servitutis suæ & Divinæ prohibitionis, Deut. 17. 16[d]. q. d. Probrosi erunt, non tantùm inter æmulos vel malevolos, sed etiam amatores & fœderatos, nempe Ægyptios, quibus gloriabantur & fidebant[*], indéque elati contra Deum linguas suas acuebant[f]. Ægyptii eos fallent[g], & deridebunt[h], cùm insuper ex iis [nempe proficiscentibus in Ægyptum, ut Vatablus exponit,] quidam hostili gladio in itinere perirent, & alii à feris laniarentur[i]. Unde sperabant auxilium, ibi maximè sunt subsannati[k]. Propter crebras illas mutationes ludibrio erunt Ægyptiis, quos valde fuisse Regum observantes etiam Virgilius nos docet Georgic. l. quarto[l]. [Chald. versum sic reddit, *Aversi sunt ut deficerent à lege, non quòd malum intulerim eis; similes sunt arcui doloso: perimentur gladio principes eorum propter profunditatem linguæ eorum. Ista erant opera eorum dum essent in terra Ægypti.*]

k Idem. l Tar. m Calv. sic Riv. n Calv. o D. sim. V. p Riv. q D. r Mer. † Oecol. r Calv. sim. Mer. v Calv. x Pi. y Jun. z G. a Ca. b Hi. & Chald. in Mer. c Mer. d Riv. * Calv. f Riv. g Mer. h Mer. sim. V. D. i D. k Oecol. sim. M. K. in Mer. l G.

CAP. VIII.

1. IN, &c. [אֶל חִכְּךָ שֹׁפָר] *Ad*, vel *Super*, *palatum tuum tubam*, sive *buccinam*, Mo. M. Ti. Pi. simil. P. sub. *adhibe*, vel *applica*, vel *appone*, P. Pi. Riv. Ti. D. vel, *buccina tua*, sub. *adsit*, Di. Reticentia est, quâ utimur in ira, vel dolore, vel metu. Vide Hos. 5. 8[a]. Imperfecta hæc & abrupta oratio ostendit tum gravissimam Dei iram, tum summam admonitionis necessitatem[*]. חֵךְ propriè *palatum*, sed sumitur synecdochicè pro *ore* toto[b]. Vel, *palatum* dicit, pro *ore*, quia vox transit è gutture per palatum[c]. Al. *Bucca tuæ tubam*, Ca. *Adhibitâ palato tuo buccinâ*, dicito, JT. [nempe quod sequitur.] *Buccinâ faucibus tuis* admotâ, dicito, BA. 2. p. 184. *Os tuum ut buccina sit*, Sy. *In gutture tuo sit tuba*, Aq. & Sym. & Th. in D. *Propheta, gutture tuo clamita quasi in tuba*, Ch. Intende vocem tuam ut resonet instar buccinæ[d]. Est Domini sermo[*], per apostrophen, vel, 1. ad hostem: ut sensus sit, Tu hostis, *adhibe palato buccinam*, quâ classicum canas, & mox à cantato classico, involva *instar aquilæ in domum Domini*. Habet autem hæc apostrophe ellipses insignes, & minimè obscuras, quas ideo in translatione retinendas arbitror, nè emphasis minuatur[f]. Vel, 2. ad Prophetam[g]; quem vult editissimâ voce proclamare & peccata populi, & mala eventura. Similis locutio Esa. 58. 1[h]. q. d. Clange tubâ ad commonefaciendum populum: jamjam enim imminet periculum, éstque in foribus hostis[i]. Ecliptica hæc oratio est; q. d. Appositâ ori tuo buccinâ populum convocato, eúmque impendentis periculi moneto, his verbis, Quasi aquila hostis contra Hierosolymam involat[k]. Buccinâ admonebatur populus ut sibi caveret ab hoste adventante, Jer. 4. 5, 16. Ezec. 33. 3. &c[l]. Hypotyposis est, quâ introducitur Deus mandans Prophetæ, tanquam feciali & præconi, ut mala imminentia denunciet, & quasi clamet *ad arma*[m]. Certum est Prophetam non usum fuisse tubâ, sed Dominus hâc figurâ vehementiam doctrinæ exaggerat[n]. ¶ *Quasi*, &c. [כַּנֶּשֶׁר עַל וגו׳] *Veluti aquila* (sub. *involat*, JT. Pi. Tar. vel, *veniet*, P. Calv. & sub. *bellum*, Calv. vel, *hostis*, P. D. Tar. vel, sub. *involа*, [nempe tu, ô hostis,] Di. Omittit aliquot verba, ut magnam trepidationem significet[o]. Abruptus est sermo, ad festinationem rei notandam, & terrorem incutiendum[p].) *super* (vel, *in*, JT. Pi. *contra*, P. M. Ti.) *domum Domini*, Mo. P. &c. i. e. Quæ [vox tua] tam latè audiatur quàm aquila Templum supervolitans & è sublimi crocitans. Confer Apocal. 8. 13[q]. Tota hîc difficultas in eo est, quid per *domum Domini* intelligat[r]. Respond. 1. Templum Jerosolymitanum[†]; cujus ruina hîc prædicitur[t]: unde constat initium capitis ad Regnum Juda pertinere[v]. Verùm comminatio hæc ad Israelitas manifestè dirigitur[x]. Eorum ergò clades hîc prædicitur, ídque ab Assyriis: periculum autem Templi depingit ad amplificationem calamitatis illorum: q. d. Adeò veloces advenient contra Samariam, ut eodem impetu & expeditione videantur Jerosolymam & Templum velle destruere. Huic favent, 1. verba; *veniet* עַל *usque ad domum Domini*: 2. historia; nam, post captam [à Salmanasare] Samariam, Sennacherib, qui successerat Salmanasari, Jerosolymam obsedit, 2 Reg. 18. 9, 17[y]. Sed hoc nimis coactum videtur, ut Templum constituatur primarium aquilæ hujus objectum, cùm tamen tota hæc prophetia non tam sit comminatoria quàm exsecutionis denunciatoria; quæ exsecutio ab Assyriis facta non fuit contra Templum[z]. At hæc prophetia est tum in Judam, ob *domum Domini*; tum in Israelem, cujus & nominatim meminit[a]. Utrumque Regnum hîc comprehendi docent textûs cohærentia & collatio v. ult. Hactenus jussus est Propheta Israelitas alloqui: porrò, quasi eos planè non dignetur alloquio ulteriori, aliis, & inprimis Prophetæ, rationem reddit cur suum populum adeò duriter affligere statuerit; id quod enallage personarum in textu notare creditur[b]. Resp. 2. Delubra vitulorum, sic dicta per derisionem, quòd illa facta erant ad imitationem seu æmulationem Templi[c]. Resp. 3. Ecclesiam, sive populum Dei[d], qui aliquando vocatur *domus Dei*, ut Num. 12. 7[*]. collat. cum Ebr. 3. 5, 6. Hos. 9. 15[f]. Zach. 9. 8[g]. 2 Cor. 6. 16. 1 Pet. 4. 17[h]. Populum Decem tribuum[i], qui se domesticos Dei vocabant, & hoc prætextu securè peccabant[k]: qui ideo *domus*, i. e. familia, *Dei* vocatur[l], quia pertinebat ad posteritatem Abrahami, quam Deus propter electionem gratuitam in familiam suam cooptavit. *Domus Dei* & *filii Dei* se invicem explicant, ut *domus Israel* & *filii Israel*[m]. Quærunt adhuc, Quis hostis *aquilæ* nomine significatur[n]? Resp. 1. Nabuchodonosor, qui Templum Domini incendit; qui etiam *aquila* dicitur in Ezec. 17. 3[o]. 2. Rex Assyriorum, qui destruxit Regnum Israel: nam comminatio hæc Israelem respicit[p]. Similitudo *aquilæ* significat & potentiam hostis[q], & celeritatem[r], impetum & crudelitatem[†]. ¶ *Transgressi sunt fœdus meum*] Fœdifragi sunt[t], Israelitæ[v]. Hoc ipsum est quod proclamari vult Deus[x]. Hæc videtur aliis dicere, cùm priùs allocutus esset Israelitas, eósque de hoste adventante admonuisset[y]. ¶ *Et legem*, &c.] In qua fœdus hoc sancitum est[z], & fundatum: nam in fœdere promisit beneficia si obedirent Legi ejus[a]. Non errore lapsi sunt, nam Deus apertè cum ipsis pepigerat, & satis docuerat quid Deus ab illis exigeret[b].

2. *Me*, &c. [לִי יִזְעָקוּ אֱלֹהַי יְדַעֲנוּךָ יִשְׂרָאֵל] Obscurus est

a Riv. ex D. * Riv. b G. sic Riv. c K. in Mer. d Pi. * Mer. ex Ch. sim. Riv. G. K. S. etc. f Di. g Plerique in Di. G. Riv. h G. i V. k Liv. l D. ex Liv. m Riv. sim. Calv. n Calv. o V. p Riv. q G. r Riv. † Plerique in Riv. sim. Mer. t Q. in Riv. v Mer. x Riv. y Q. in Riv. z Riv. a Mer. b Tar. c Al. in Riv. d Riv. D. Calv. Pi. * Riv. ex D. f Riv. g D. Riv. h Riv. i Riv. sim. D. Calv. k Pi. k Calv. l Riv. sim. D. m D. n Riv. o Q. in Riv. p Riv. q Mer. Riv. Tar. r Mer. sim. M. Ca. D. Riv. † Oecol. t Riv. v Pi. x G. y D. z Calv. a Pi. b Calv.

est versus [c], propter inversum verborum ordinem [d], qualis & alibi in S. S. invenitur *; & propter numerorum confusionem. Ultimo loco ponitur *Israel*, quod ordine primum est; &, quia multitudinem significat, construitur cum plur. *clamabunt*, per synthesin, quamvis mox singulare adjiciatur, *Deus mi* [f]. *Ad me clamabunt*, (vel, *clamant*, sive *clamare solent*; fut. pro præt [g]. [vel præs.] Vel, *clament*. Sunt verba Dei ad Prophetam, ut admoneat Israelitas reverti ad eum, imploraréque auxilium ejus [h]. Vel, *quiritabunt*, Ca.) *Deus meus*, vel *mi*, *cognovimus* (vel, *agnoscimus*, Pi.) *te*, *Israel*, Mo. vel, *Israelitæ*, Ca. Pi. Al. *Ad me Israel* (vel, *Israelitæ*, M. JT.) *clamabunt*, (vel, *clamant*, JT. vel, *clamare debuerunt*, M.) *Deus meus*, vel *mi*, *te novimus*, P. vel, *agnoscimus*, M. JT. Jungunt יִשְׂרָאֵל cum יִזְעָקוּ, etsi Athnach intercedat. Malim situm verborum retinere, & vertere, *Ad me clamant*, *Deus mi*, *novimus te nos Israel*; sic ut in יִשְׂרָאֵל influat vis nominativi pluralis præcedentis יְדַעֲנוּךָ: sic simul in eo ratio latet quâ persuadere falsò conantur Deo se ipsum nôsse, quoniam nempe sint Israel *. *Clamabunt ad me*, *O Deus meus*, *nos Israelitæ cognoscimus te*, Ti. Chald. satis dilucidè ità παραφράζει, sine ulla verborum trajectione, *Omni tempore quo adduco super eos angustiam orant coram me*, *dicentes*, *Nunc pro comperto tenemus quòd non sit nobis Deus præter te*; *redime nos*, *quandoquidem sumus populus tuus Israel* [i]. *Clamabunt*, in rebus dubiis & adversis [k]; tempus veniet cum me invocaturi sunt [l]: sed frustrà [m], quia sine vera fide & resipiscentia, ut Prov. 1. v. 28, 29 [n]. *Deus meus*. Singuli dicent, *Deus meus*. Sic Cornelius Severus, ——*fusique per herbam*, *Hic meus est*, *dixêre*, *dies*. *Cognovimus*, &c. Nos Israelitæ te Deum verum esse cognovimus. Simile Matt. 7. 22 [o]. Jactant fidem & cultum & notitiam Dei [p], quam tamen definiunt ex observatione quorundam rituum ac ceremoniarum. In quo eos errare docemur Isa. 29. 13. Jer. 7. 4 [q].

3. *Projecit*, &c. [זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב] *Deseruit* (vel, *Elongavit*, Mo. *Repulit à se*, P. Sed *abjecit*, Pi. At *repulit*, Ti. velut rem malam & abominabilem [r]: *Abominatus est*, Calv.) *Israel bonum*, M. JT. &c. subintellige, *respondebit Deus*. Fugit Israel à bono. *Bonum*, id est, εὐεργέτην, (*beneficum* †;) Deum [t], αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν [v], naturâ ac verè bonum [x], præter quem non est bonum [y]. Vel, *bonum*, i. e. Verbum & cultum Dei [z]. Vel, *bonum* substantivè ponitur [a], pro eo quod rectum ac justum est [b]. Hebræa hîc sunt ambigua, & possunt sic reddi, *Bonus* (nempe Deus) *repulit Israelem*. Id non malè quadraret sequentibus, Quia *Deus repulit*——ideo *hostis persequetur eum* [c]. ¶ *Inimicus* (vel, Ideo *hostis*, Ti. Pi. Dum *hostis*, Ca.) *persequetur* (vel, *persequitur*, D.) *eum*] Nempe ità ut fugere nequeat [d]. Nota hîc antithesin; Repellunt bonum, malum eos consequetur. Similis est oppositio & Psalm. 109. v. 17 *.

4. *Ipsi*, &c. [הֵם הִמְלִיכוּ וְלֹא מִמֶּנִּי] *Ipsi regnare fecerunt*, (vel, *reges faciunt*, G. sim. JT. M. Ti. &c.) *&* (vel, *sed*, M. Ti. sic JT. Pi.) *non ex me*, Mo. P. &c. i.e. non ex meo mandato [f], vel sententia; me inconsulto [g]. Seipsum postea declarat, cùm dicit, *& non novi* [h]. Quæ paucis perstrinxit uberiùs jam persequitur [i], & duplicem h. l. eis impingit apostasiam, civilem, & ecclesiasticam; quia Regem fecerunt inconsulto Deo, & loco Dei idola substituerunt [k]. Perfidiam populi ostendit in mutatione Regni & Sacerdotii, in quibus duobus salus illius populi fundata est. Ità labefactant totum Dei ordinem, & gratiam Dei exstinguunt, ac palàm ostendunt se nolle Dei manu regi [l]. Qu. Sed quos *reges* hîc intelligit? Resp. 1. Non Saulem, quamvìs hujus petitio displicuit Deo, 1 Sam. c. 8. quia decem Tribus separatim hîc reprehendit, &c [m]. 2. Reges Gentiles vicinos [n], quos in tutores & patronos sibi delegerunt [o]. Sed aliud est, eorum opem implorare; aliud, eos Reges sibi constituere [p]. 3. Tyrannos, qui jussu Dei non sunt electi, nec à populo admissi, sed vi & proditione Principatum occupârunt; ut Amri, Sallum, Manahem, &c [q]. Jeroboamus & Jehu eorúmque posteri Dei jussu regnârunt; non item illi qui medio inter eos tempore fuêre, ut nec illi qui post Jehu posteros [r]. Sed hæc non fuit culpa populi, qui in ea re potiùs fuit patiens quàm agens †. 4. Jeroboamum [t], & alios [v], nempe successores ejus [x];

[c] Riv. [d] Riv. sim. Mer. * Mer. ex K. [f] Riv. [g] Idem. [h] V. * Di. [i] Tar. [k] Liv. D. [l] G. [m] Mer. Tar. Liv. [n] Liv. [o] G. [p] Calv. [q] D. [r] Tar. † G. [t] K. V. D. Riv. Tar. [v] Tar. ex D. [x] D. [y] K. [z] Mer. sim. Tar. Pi. [a] Riv. [b] Riv. sim. Calv. [c] Riv. [d] G. * Riv. [f] Pi. [g] V. sim. D. [h] V. [i] Tar. [k] Riv. [l] Calv. [m] Riv. [n] Q. in Riv. sim. Mer. [o] Q. in Riv. [p] Riv. [q] Al. in Riv. [r] G. sim. T. † Riv. [t] V. D. Calv. AE. & K. in Mer. Riv. Jun. Pi. Mc. O-col. &c. [v] D [x] Pi. sim. Jun.

hi enim non venerunt in Regnum ex promissione Davidi facta, sed aut populi defectione, aut ipsorum occupatione [y]. Sed obstare videtur huic sententiæ, quòd Jeroboam constitutus est Rex Divinâ sententiâ & ordinatione, ut Ahias significaverat, non tanquam futurum simpliciter, (sic enim possunt prædici quæ Deus nec probat nec efficit,) sed tanquam à Deo institutum, 1 Reg. 11. 31. & 12. 15, 24. unde constat Deum fuisse mutationis authorem [z]. Resp. Consilium Dei non excusat prætextus impiorum. Non excusabat prædones illos Job. 1. quòd Deus voluit eum spoliari; nec Israelitas, quòd Deus voluit Salomonem punire, & decem Tribus ei auferre [a]. Peccârunt Jeroboam & Israelitæ, quòd hoc facto non consilium aut mandatum Dei spectarent, sed tantùm proterviam & libidinem suam sequerentur, nec vocationem Dei exspectarent, neque Deum consuluerunt de tempore & modo, ut fecerat David [b]. Deum non invocârunt [c], nec rogârunt Deum, quum eum creârunt [d]. Debebat populus spectare quid Deus præceperat *, Deut. 17. 15. *Eum constitues regem quem Dominus tuus elegerit*, &c. At populo nihil adhuc à Deo jussum fuit, &c. Sciebant etiam se contra mandatum Dei à domo Davidis deficere [f]. Debebant autem omnes potiùs injurias perferre quàm se tanto bono privare. Non enim more vulgari regnavit David, sed ut figura Christi. Cùm ergò populus jugum Davidis excuteret, seditio hæc non tantùm fuit quædam temeraria levitas, sed & impia abnegatio gratiæ Dei, cujus symbolum & pignus dederat Deus in Regno Davidis, quo durante Deus gratiam suam populo pollicitus fuit. Populus ergò hoc facto Christum in figura respuebant, & se à corpore Ecclesiæ avulserunt [g]. Porrò, Jeroboam idololatriam induxit, atque ità declaravit se non gratiæ Dei acceptum ferre Regnum suum, sed suffragiis populi, quem in suam rebellionem pertraxit [h]. [Al. sic;] Potestas Jeroboami legitima erat & ex Deo: usus autem potestatis malus, vergens in oppressionem, idololatriam, &c [i]. ¶ *Principes*, &c. [הֵשִׂירוּ] *Removerunt*, sub. *reges*; הֵשִׂירוּ, pro הֵסִירוּ; nam ש pro ס poni amat [k]. q. d. Sive Regem creârunt, sive abstulerunt [l]. *Principes* (vel, *Principem*, Mo.) *exstiterunt*, o'. Vulg. vel, *facti sunt*, Pi. vel, *subornaverunt*, M. vel, *constituerunt*, Mo. P. Ti. &c. ad verb. *Principificârunt*, Pi. ¶ *Et non cognovi*] i. e. Non approbavi eos [m]: vel, me inscio, i. e. non consulto [n]. Judices Duarum tribuum originem habebant à Deo, judices Decem tribuum à Regibus †. ¶ *Fecerunt sibi idola*] עֲצַבִּים propriè *dolorem* significat. Hebræi & his & aliis funestis aut vilibus vocabulis appellavêre idola; ut 1 Sam. 31. 9. & alibi sæpe [o]. ¶ *Ut*, &c. [לְמַעַן יִכָּרֵת] *Ideo erit excisio*, Mo. vel, *exscindetur*, G. sim. M. vel, *ut succideretur*, P. sim. M. Ti. JT. Pi. Sub. *populus*, G. vel, sub. *Israel*, JT. vel, *quisque eorum*, Pi. vel, sub. *nomen eorum*, i. e. Ut ipsi perirent unà cum nomine suo. Vel, Ut succideretur ipsum argentum & aurum [p]. Quæ res in causa erit *ut excidantur*, Ca. τὸ *ut* non finem notat quem sibi idololatræ proponunt, sed eventum [q].

5. *Projectus*, &c. [זָנַח עֶגְלֵךְ] [Variant.] *Repulit* (vel, *Elongat*, sive *Removet*, sub. *hostis*, aurum ejus in frusta contractum secum abducens [r]: vel, *Abominatus est*, sc. Deus, Riv.) *vitulum tuum*, Ti. *Relicturi sunt tuum vitulum*, Ca. Non modò Israelitis, sed & idolo, exitium denunciat †. Al. *Rejecit* (vel, *Deseruit*, M. *Elongare fecit*, P. vel, *Deseret*, JT. G. *Abjiciet*, Pi. *Relinquet*, V. sub. *te*, P. M. V. G. & sub. *de terra*, P. vel, sub. *eos*, JT. Pi. Liv. nempe Israelitas, de quibus & in præced. & in seq. loquitur. Ellipsis hujus accusativi post hoc verbum frequens est, ut Psalm. 44. 24. & 74. 1 *. Vel, *Elongatus est à te*, V. *Pulsus*, vel *Repulsus*, *est* à Domino, vel, procul è terra tua [t]. *Procul abductus est*: habet enim hoc verbum & immanentem significationem [v]: transferetur enim ab Assyriis, & demigrabit aliò [x].) *vitulus tuus*, Mo. &c. h. e. duo vituli tui [y]. Sing. pro plur. Idola *vitulum* nominat per contemptum [z]. Sensus, Tibi exitii causa est idololatria [a]. *Abjiciet*, i. e. faciet ut Deus abjiciat [b]. Metonymia [c], qualis Hos. 10. 15. *Sic vobis fecit Bethel* [d]. q. d. Non est quòd captivitatem tuam fortunæ adscribas, aut hostium injuriæ, sed vitulo tuo *. Al. Nihil in periculis tibi proderit [f]. Te deseret, id est, non juvabit: senties te desertam à diis tuis. Ità vanam retun-

[y] Jun. [z] Riv. [a] Calv. [b] Riv. [c] Oecol. [d] K. in Mer. * Calv. [f] Riv. [g] Calv. [h] Riv. [i] E. [k] D. ex Rc. & AE. [l] Hein. AE. [m] G. ex D. [n] D. sic Pi. † G. [o] G. [p] V. [q] Riv. [r] Tar. † Calv. * Liv. [t] Mer. [v] D. [x] V. sim. D. [y] Pi. Riv. [z] Riv. [a] Mer. sim. Calv. Liv. [b] Pi. sim. D. Riv. [c] Liv. Pi. [d] Liv. [f] Calv. [f] G.

retundit Israelitarum fiduciam, &c[g]. Targum habet, *Errârunt post vitulum:* nimirum זנח non sumpsit pro, *elongavit, rejecit, abjecit*, ut vulgò; sed pro, *elongavit se, recessit, divertit*[h]. ¶ *Samaria*] Vel, *O Samaria*, P. M. &c. i. e. vos incolæ Samariæ, & inprimis Rex & consiliarii ejus[i]. *Vitulos Samariæ* vocat qui in Dan & Bethel erant: quia Samaria fuit caput Regni. Sunt qui putant vitulum cultum in ipsa metropoli Samaria: quod mihi adhuc incompertum[a]. ¶ *Iratus*, &c. חרה אפי] *Exacanduit furor meus in eos*, P. &c. sub. *vitulos*, V. vel, *Israelitas, cultores eorum*, V. sic G. Adeò me non placant tali cultu, ut contrà, me provocent, ideóque perituri sunt[b]. ¶ *Usquequo*, &c? עד מתי לא יוכלו נקין] *Quousque non possunt*, vel *poterunt*, (vel, *valent*, M.) *purgari?* Ti. sim. ο'. Ar. vel, *innocenter agere?* Sy. vel, *munditiem?* Calv. vel, *innocentiam?* Calv. P. Mo. M. JT. Pi. Liv. D. G. &c. sub. *colere* JT. Pi. vel, *sibi comparare*, P. vel, *amare*, G. vel, *præstare*, Tar. *ferre*, M. Liv. D. Riv. Tar. Ellipsis hujus verbi[c], qualis & alibi post idem verbum יכול ad odium designandum usurpatur[d]; ut Psalm. 101. 5. Esa. 1. 13*. 1 Cor. 3. 2[f]. Aposiopesis irato conveniens[g], ut suprà v. 1[h]. Improbitatem eorum aggravat, quòd innocentiam nè ferre quidem possent[i]. Sensus, q. d. Quamdiu erunt impuris animis propter idololatriam[k]? Quousque non ferent innocentiam[l]? aut purum Dei cultum[m]? quem *munditiem* vocat, quia hic homines emundat, quos idololatria fœdos reddit[n]. Reus falsi cultûs pro immundo habebatur, suprà 6. 10[o]. Deplorat obstinationem populi, quòd nulla spes esset resipiscentiæ, &c[p]. Numquid perpetua [erit] eorum impœnitentia, ut emendatione non abluant sua crimina†? Potest hîc nomen נקין poni pro infinitivo[q]. Alii locum affirmativè, vel definitivè, exponunt[r], [& hæc verba cum præcedentibus nectunt, & sic accipiunt :] *Flagrante in eos irâ meâ quamdiu nequibunt innocentiam*, i. e. innocentes esse†. Tamdiu iram meam sentient, donec emundare se & innocentiam amplexari poterint; quod non fiet ante captivitatem, vel ante Christum[t]. *Exarsit furor meus in eos quamdiu non poterunt se purgare*, Ch. vel, *quousque non poterunt mundari*: i.e. Ità accendetur in ipsos ira mea, ut ab ea eximi atque eripi non possint*.

6. *Quia*, &c. כי מישראל והוא] *Quia*, vel *Nam*, *ex*, vel *ab*, *Israel &* (vel, *etiam*, Calv.) *hic*, vel *ipse*, vel *iste*, Calv. Mo. P. &c. sub. *vitulus*, M. Ti. P. & sub. *est*, vel *fuit*, Calv. M. P. Ti. &c. i. e. ex consilio Israelitarum & Regis sui[v]. Inventum est Israelis, prodiit ex ejus officina[x]. *Etiam hic*, nempe ut olim ille in deserto[y]. Tacita comparatio; q. d. Non fuistis aliunde decepti, ut possitis culpam in alias gentes transferre: nemo vos impulit malus suasor, aut vobis obtrusit: intus hoc malum est, spontè & proprio motu excogitâstis. Rex vester fabricavit, & vos cum plausu excepistis[z]. Hunc cultum non (ut plerosque alios[a]) ab aliis gentibus accepistis; sed ipsi authores fuistis[b]. Non Ammonitarum aut Moabitarum, sed ipsius Israelis, hoc est commentum[c]. Hinc refelli possunt qui originem ei [cultui] dant Ægyptiam: aut loquitur de vitulo, (non de ejus cultu,) *quem artifex* indigena *fabricavit*, h. e. Israelita quispiam[d]. In Ægypto adorabantur boves & vituli: verùm hæc æmulatio non impulit Israelem, quin seipsos ad hunc cultum stimulârunt*; & Ægyptiis deteriores erant, quia hi vivum colebant, Israel verò mortuum[f]. Alii putant vituli vanitatem & impotentiam hac in parte significari. Divini nihil est, cùm ex consilio Israelitarum factus est†. ¶ *Artifex fecit* (vel, *paravit*, JT.) *illum, & non* (vel, *proinde non*, P. Ti. vel, *neque*, JT. Pi.) *est Deus*] Sic M. scil. re verâ[g]. Nulla in eo est vis Divina[h]. Quia hominis non est Deum facere[i]. ¶ *Quoniam*, &c. כי שבבים יהיה] *Quoniam*, vel *Nam*, (vel, *Certè*, Tar.) *in frusta*, sive *fragmenta*, (vel, *contritiones*, V. *scissilia*, Ti.) *erit*, JT. vel, *discerpetur*, P. vel, *redigetur*, M. Ti. Pi. simil. D. G. *Nam fragmenta* (vel, *contritiones*, Mo.) *erit*, Ca. Redigetur in scobem[k], vel partes minutissimas[l]; ut idolis fiebat: vide Exod. 32. v. 20. 2 Reg. 18. 4[m]. שבב est minutum quodque in re quavis, ut scintillæ, fragmenta, segmenta. *Atomos* dixit in Commentario Hieronymus. Factum hoc per Assyrios[n]. Vox שבבים, de qua litigant Interpretes[o], usitata est apud Magistros[p], & sign. *frusta*, à שבב *confregit*[q]. Est vox Syriaca, quæ significat, vel *asseres tabularum*[r], vel *scintillas*†, vel *scobem* illam & minutissima frusta quæ ex trabibus serrâ resectis decidunt[t]. Et quum apud illos vetus proverbium fuerit, *Frustum ex trabe*, mihi dubium non est quin eò respexerit Christus Matt. 7. 5[v]. Ex Græcis verterunt alii, [nempe Sym. in Cap. crit. p. 344.] ἀκαταστατῶν, (*instabilem reddens*;) alii, [nempe 5. edit. in Cap.] ῥεμβεύων, (*in gyrum agens*;) alii, πλανῶν, *seducens atque decipiens*, ο'. & Th. in D. Putârunt ש idem valere quod ס[x]. Al. Omnes videntur legisse שובב[y]. Potiùs, respexerunt significationem verbi שובב, quâ, *avertere, pervertere, seducere*, significat, quasi scriptum esset שובבים, & plur. pro sing. positum per synthesin. Hoc sensu locum accepit quidam in AE. quòd *vitulus Samariæ facturus sit Israelem aversum, seductum*[z]. Sensus est, Non potest ille vitulus tueri seipsum, nedum alios[a]. Hoc argumento satis apparebit omnibus, nihil in eo esse Divini[b]. Deus vinci & pati nequit; at vitulus hic comminui debet, &c[c].

7. *Quia ventum seminabunt*] Qui magnos sonitus edet, videturque esse res solida & stabilis; sed mox exspirat, & esse desinit. q. d. Circa res vanissimas occupati sunt[d]. In vanum laborârunt in hoc cultu, acsi quis ventum seminet*. *Seminare ventum* nihil aliud est quàm, inanes prætextus obtendere quibus impietatem suam tegant. Erat apud ipsos ventus, i.e. ventosa & inanis ostentatio: habebant illi hypocritæ pompas suas, & piis cultoribus similes videbantur; solum tamen ventum seminabant, quia deerant fides & obedientia[f]. Pro *vento*, ο'. habent, ἀνεμόφθορα, (*corrupta à vento*;) quomodo dici semina quæ ἐντεριώνην, i. e. *medullam*, non habent, notat hîc Hieronymus†. ¶ *Et turbinem metent*] Ità Pi. &c. Qui segetibus noxius est[g]. Turbo est durior vento[h]. Dicit סופתה, geminatâ literâ, ad augendam significationem[i]. Proverbiale, significans inanium operum calamitosam fore mercedem. Simile Job. 4. 8. Prov. 22. 8[k]. Quia opera eorum sunt vana & inutilia[l], nulla erit illis merces[m], sed damnum tantùm[n]. *Arare*, vel *seminare*, significat operari; *metere*, mercedem operum recipere[o]. *Seminare ventum* est, in vanum laborare, ut Eccles. 5. 16. Sic, Prov. 11. 29. *possidere ventum* est, possessionem nihili habere. Hinc Græcis proverbium huic non dissimile de vano labore, ἀνέμους γεωργεῖν, *ventos colere*. Hîc ergò sensus est, Eos frustrà esse in idolorum cultu, & irritum illum laborem damnosum finem allaturum[p]. Hypocritæ sunt, ideo ab Assyriis invadentur[q]. Al. Si quis in vento (sive in magna tempestate[r]) serit, & in turbine (seu multis imbribus†) metit, nil reportat, quum ventus omnia dissipet[t]. Irriti consilii descriptio. Ut initia idololatriæ & fiduciæ in homines infausta, sic exitus tristissimi[v]. ¶ *Culmus stans non est in eo*] Nempe semine quod serunt[x]. Non veniet ad tempus quum fit קמה *seges*, quum scilicet stat ut metatur[y]. קמה est frumentum stans in agro, nondum demessum[z]. ¶ *Germen* (scilicet illius seminis[a]) *non faciet* (vel, *reddet*, Ti.) *farinam*] Ità P. sim. M. JT. Pi. q. d. Si contigerit fruges illas germinare, non tamen indè fiet farina, nedum panis. Significat, Israelitas, si aliquem fortè successum habebunt rerum suarum, non tamen perseveraturos diu in eo[b]. Culturæ tuæ non respondebit successus. Culmum hîc fortè intelligit cum spica vacua: quæ, quò magis vacua est, eò magis erigitur & stat; quò plenior, eò magis demittitur & terram versùs propendet: q. d. Quicquid nascetur ex labore vestro erit palea, aut culmus stans & erectus, sed sine germine, inutilis & flaccidus[c]. Distingue sic, *Culmus stans, non est in eo germen, neque proferet farinam*. Sensus est planus, culmum quidem surrecturum, sed sine germine, ac proinde nullum indè futurum frumenti proventum*. ¶ *Alieni comedent*] Dicent indigenæ,—*en queîs consevimus agros*[d]! De causis exitii, duplici nempe apostasia, dixerat; hoc versu & seq. agit de pœna. Possunt autem hæc de *culmo, farina*, &c. accipi, vel, 1. propriè; ità sterilitatem minatur: vel, 2. (quod malim) figuratè, ut respondeat sementi & messi; ut significet inutilem operam & noxium eventum omnium quæ susciperent Israelitæ, i.e. maledictionem omnimodam, propter sementem malam, nempe

nempe idololatriam *. Dicit eos fructum collecturos qui sationi respondet, & spem eorum fallacem & irritam fore [f].

8. *Devoratus est Israel*] Pœnæ amplificatio [g]. Non solæ fruges pereunt, sed & populus [h]. Vel, *Absorbebitur*, &c. D. G. præt. pro fut [i]. i. e. Devorabuntur opes eorum [k]. ¶ *Vas immundum*] Heb. *in quo nulla est delectatio*, sive *complacentia*, JT. Pi. P. &c. *vas ingratum*, Ti. vel, *displicens*; ut lasanum [m], aut matula [n], quibus utimur, sed cum contemptu [o]. Ad verb. *vas non beneplacitum* (sub. *hominis*) *in eo*, V.

9. *Ascenderunt* (i. e. Iverunt; ut cùm *respondeo* sumitur pro *dico*: alioqui non ascenditur [ab Israele] in Assyriam, sed potiùs descenditur [p].) *ad Assur*] Fidebant Assyrio, quasi non esset Deus in Israele. Hoc peccatum quo pœnæ provocatæ fuerant [q]. Prædicitur rursus id quod legimus 2 Reg. 15. 19, 20. & 17. 3 ||. Al. *Ascenderunt*, &c. i. e. ascendent, captivi scilicet, quia Assyriorum opem petebant *. ¶ *Onager*, &c. פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ] *Onager* (vel, ut *onager*, P. Et sunt veluti *onager*, Ti.) *solitarius* (vel, qui *solitarius* est, M. qui *solus relictus* est, Ti.) *sibi*, Mo. P. Ti. &c. vel, *apud se*, M. τὸ *sibi* redundat, ut Jes. 31. 8. Amos. 2. 13 [r]. Onager *solitarius* dicitur, non quòd suorum consortium fugiat; est enim animal gregarium, ut testantur Varro Rust. 2. 6. Plin. 8. 30. Ammianus l. 24. ferè in fine, item Pollux, Solin. Isid. Oppianus †: sed quia est eremicola *. Vide Job. c. 24. v. 5. & 39. 5, 6, 8. Esa. 32. 14. Jer. 2. 24. Dan. 5. 21 †. Hoc membrum referri potest vel, 1. ad Israelem; qui *onager* dicitur vel à stultitia, vel à miseria, sua [t]: quòd, instar onagri, insociabilis esset, nec se pateretur cicurari [v]: quòd huc illuc mirabili cursu oberraret, vel pascui vel refrigerii causâ [x]: vel, ut significet eum, desertum ab omnibus, omnium injuriis expositum esse. Sanè *onagri prædæ sunt leonibus in deserto*, Sirac. 13. 19 [y]. Iidem in desertis semper hinc indè errant, ægre cibum & potum ibi invenientes, &c. Sic Israelitæ semper errant in consiliis, ex pumice aquam postulant, & opem ab hostibus [z]. *Onager* dicitur præ libidine [a]. Onager maximâ libidine ferri & velocissimè abripi solet, ità ut ab instituto cursu revocari nequeat, Jerem. 2. vers. 24. Pernicior est equis, teste Xenophonte. Aptè ergò denotat præcipitem illum fervorem quo Israelitæ acti huc illuc ad externarum gentium fœdera, præsidia, superstitiones, cursitaverunt [b]. Vel, 2. ad Assyrium [c]. [Ità JT. & Pi. qui locum sic reddunt, *onagrum solummodo studentem sibi*.] Heb. *solitarium sibi*; q. d. hominem ferum & inhumanum, & suis tantùm commodis deditum [d]; cui non magis curæ sunt homines ut ipsos adjuvet, quàm onagro, Job. 39. 7 *: qui sui solius negotia gerit, alias gentes non curat [f]. Potest & hoc proverbium accommodari ad eum qui à se solo pendet, nec ullius consilium audit [g]. ¶ *Munera*, &c. הִתְנוּ אֲהָבִים] *Conduxerunt* (vel, *expetierunt*, Mo.) *mercede amatores*, P. M. Ti. JT. Pi. Heb. *amores*, Mo. V. D. i. e. amicitias gentium [h]; vel, amatores, sive viros *amoris*. Sic in Davide, *amat justitias*, i. e. viros justos [i]. Pacem & fœdus ab Assyriis impetrabant. Vide Ezec. 16. 33 [k].

10. *Sed &*, &c. גַּם כִּי־יִתְנוּ בַגּוֹיִם] *Etiam quia munera miserunt ad gentes*, Mo. *Qui mercede conduxerunt nationes*, de Deo scilicet sibi adjungendo nihil soliciti [l]. *Quamvis* (vel, *Et licet*: גַּם כִּי interpretor ut Esa. 1. 15. Hos. 9. 16 [m]: vel, *Et quoniam*, Ti. *Etiam quia*, JT. Pi.) *conducant*, vel *conduxerint*, (vel, *mercede conduxerunt*, JT. Pi. sub. *illos*, scilicet amores [n]; vel, sub. *alios*, JT. Tar. vel, sub. *quosdam amatores*, D.) *inter gentes*, Calv. vel, *in*, sive *ex*, *gentibus*, M. D. Liv. illis nempe quæ Deum verum non nôrunt: frustrà id erit [o]. *Etiam quòd conduxerunt mercede gentes*, non proderit, P. Etiam quia conducto milite externo sese confirmaverint, ut de Hosea legimus 2 Reg. 15. 19 [q]. ¶ *Nunc congregabo eos*] Vel, *illas*, gentes scilicet [r]; quas conduxerunt sibi †, adversùs Israelem [t]. Vel, *eos*, nempè Israelitas: vel, 1. in bonum; ut sit promissio recollectionis populi [v]. q. d. Tamen retinebo ipsos, nè prorsus pereant: videntur enim consultò appetere exitium, dum ità cupidè feruntur ad prophanas gentes [x]. [Vel, 2. in malum.] *Congregabo eos*, ut vinctos simul abducam [y], & posteà inter gentes dispergam [z]: qu. d. Eos unâ strage in acervum congeram [a]. Al. *Colligam eos*, nempe in sepulchrum, i. e. interimam eos. Sic Hos. 9. 6. *Ægyptus colliget eos*, cujus expositio additur, *Moph sepeliet eos*. Apud Syros קבר significat, ut, *sepelire*, ità etiam, *colligere*, ut Psalm. 129. 7. & Rom. 12. 20. ubi ponitur pro σωρεύειν *accumulare*. Atque hinc esse arbitror quòd Act. 5. 6. συστέλλειν *contrahere*, & Act. 8. 2. συγκομίζειν *comportare*, de apparatu funebri ac sepulchrali usurpentur: qua de re ad ista loca pluribus egimus *. ¶ *Et*, &c. וַיָּחֵלּוּ מְּעָט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. Nunc *enim*, P.) *dolebunt* (vel, *incipient*, Calv. vel, *cœperunt*, Ti. D. sub. *congregari*, D. Tar. vel, sub. *conqueri*, V. Tar. *premi*, Q. in Riv. vel, *infesti esse*, nempe Israelitis [b]; vel, sub. *liberi esse*, sive *quiescere*, Riv. ex Vulg.) *paululùm* (vel, *brevi*, Oecol. vel, *pauco tempore*, Ti.) *propter onus* (i. e. tributum vel exactionem, 2 Reg. 17. 3 [c]: vel, *ab onere*, Ti. vel, *præ onere*, Q. in D.) *regis principum*, Mo. Ti. JT. Pi. D. &c. i. e. Regis Assyrii; qui *rex magnus* dicitur, & *rex regum*, Jes. 10. v. 8 [d]. vide & 2 Reg. 17. 3. Ezec. 26. 7 †: pro quo hic est, *rex principum*; nam Reges ità vocantur Hos. 7. 16. collat. cum v. 7 [f]. Vel, *regis & principum*, P. Calv. D. ut sit ἀσύνδετον †. *Et incipient parùm* eos *onerare tam rex quàm principes*. Sensus est, Antequam ducantur in captivitatem, paulatim incipient gravare eos Reges & Principes exactionibus & tributis [h]. Sensus, q. d. Imò jam cœperunt obloqui & conqueri aliquantulùm, quòd sint tributarii. *Paululùm* dicit, quòd tributum parva res esset respectu captivitatis [i]. Pœnam futuram amplificat comparatione, ostendens, quod hactenus senserant, per exactiones & tributa pendenda Assyrio, paululum fuisse præ iis quæ deinceps paterentur in illa dispersione [k]. *Et inceperunt paululùm*, nempe colligi in sepulchrum, sive interimi, *ab onere regis principum*, quo nempe pressit eos Rex Assyriorum †. Al. *Et quiescent* (vel, *Ut quiescant*, Sy.) *paulisper ab onere*, &c. G. ex Vulg. Sy. Est χλευασμὸς, (*irrisio*.) Conquesti vehementer sunt de iis oneribus quæ Reges Israelis Regúmque præfecti ipsis imponebant; ideóque Reges & præfectos occiderunt, c. 7. v. 16. Efficiam ego nè quicquam pendant Regibus illis aut præfectis, nimirum cùm servili conditione in Assyriorum terris vivent. Est autem & illud *paulisper* dictum per irrisum: diu enim duratura erat quæ hic prædicitur conditio [l]. Al. *Dolebunt* populus, sed *paululùm*, sive moderatè, ut possint secum reputare peccata sua, & sensim ad me redire. Et dicit hunc dolorem fore exiguum qui erit *ab onere*, &c. quia Israelitis propositum erat ad bellum concitare Assyrios; id quod cessisset illis in perniciem: sed Dominus suspendit vindictam suam, & interea dolorem mitigavit, quia facti sunt tributarii: coactus est Rex [Israelis] cum suis consiliariis exigere magna tributa [m]. [Ca. locum sic reddit,] *Ego per gentes eos jam ità cogam, ut parùm doleant præ regis fato proceres*. Ità puniam, ut Rex multò etiam graviores det pœnas quàm proceres [n]. τὸ ויחלו scribendum cum Dages in Lamed vel ex editis à R. Stephano; quamvis Veneta editio & duæ Antuerpienses à me consultæ eo careant [o]. Deducunt, vel à חוּל, *doluit* [p]; vel à חָלָה, *infirmatus est* [q]; vel à יָחַל, *exspectare*, *quiescere* [r]; vel à חָלַל, *incipere* †. Sed sciendum sæpe confundi formas diversorum thematum, nempe יָחַל, חָלַל, חָלָה, חוּל, & חִיל.

11. *Quia multiplicavit Ephraim altaria*] Quamvis priùs ei essent tot altaria, à patribus relicta [x]; & quamvis Deus unicum esse voluit, idque in Jerusalem [y], Deut. 12. 5, 6, 13, 14 [z]. Mira populi impœnitentia, qui etiam in mediis flagellis peccata adauget [a]. ¶ *Ad peccandum*] Non eo animo aras exstruxerunt ut peccarent, sed hunc cultum Deo gratum credebant. Sed est judicium Spiritûs Sancti dicentis quod res est, & idololatriam pingentis suis coloribus [b]. Non respicit finem & intentum hominum, sed rei eventum & naturam, & proprium talis causæ effectum per se, quæ ad nihil aliud valet quàm ad peccandum. Ergò multiplicârunt sibi peccandi adminicula [c]. Ostendit bonas eorum intentiones frivolas esse, nec peccata excusare [d]. ¶ *Factæ sunt* (vel, *Fient*, sive *Erunt*, G. Pi. vel, *Fuerunt*, inquam, M.) *aræ ei in*, &c. לַחֲטֹא] *Ad peccandum*, Mo.

Marginal notes (left column): * Riv. f Calv. g Riv. h Tar. sim. Calv. Riv. i V. D. k V. m G. n D. G. o G. p Riv. ex D. q Riv. || G. * Mc. r D. ex Liv. † BA. 1. 3. 16. 870. * BA. ib. sim. V. Liv. † BA. ib. t Tar. v Riv. x Mer. y D. z Tar. a Ca. b Liv. c Q. in D. G. d Pi. * Jun. f G. g D. h D. sim. V. i D. k G. l G. m Liv. D. Tar. n Pi. o Tar. q Juni. r V. D. † Pi. t Riv. V. sim. G. v Riv. ex Ca. x Calv.

Marginal notes (right column): y Mer. Tar. z Tar. sim. D. Riv. a Riv. sim. Tar. * Di. b Pi. c D. d D. Riv. † Tar. f D. † D. sim. Calv. h M. i V. k Riv. † Di. l G. m Calv. n Ca. o D. p Tar. V. Riv. q Tar. r G. † Q. in V. x Tar. y H. in V. z D. y Mer. sim. Riv. a Riv. * Oecol. b Mer. c Riv. d Calv.

dum, Mo. P. Ti. JT. &c. Vel, 1. ad pœnam peccati*. In majorem condemnationem & reatum ei cedent, ut 1 Reg. 12. 30. & 13. 34. *Fuitque hoc in peccatum*, &c†. Elegans παρήχησις & ἀνανάκλασις, quâ repetitur vox eadem [לַחֲטֹא] in diversa significatione[f]. Ideo *altaria*, Assyriorum scilicet, *ipsis in pœnam* erunt, cùm ligna, aquam, victimas eò ferre cogentur[g]. Al. Quòd tot altaria exstruxit, hoc ei malo fuit, & exitium ipsi conflavit[h]. [Vel, 2. propriè, ad peccatum.] In Assyriam captivus abductus cogetur sacrificare in altaribus illorum, atque ità contaminare se peccato idololatriæ[i]. Peccatum exaggerat comparatione superiorum temporum: q. d. Multiplicârunt altaria ad peccandum, cùm tamen jam antea nimis multa essent altaria ad peccandum[k]. Al. *Erunt ei altaria ad peccandum:* Quia tam cupidè multiplicavit altaria, brevi abducetur in captivitatem, ubi copia altarium nunquam ei deerit[l]. Al. Denunciatur hîc pœna peccato dignissima, nempe desertio in peccato suo, & permissio occasionum peccandi, &c. qu. d. Quia volunt peccare & perire, peccent & pereant, ego non impediam; ut Apoc. 22. v. 11. Qui altaria ad peccandum multiplicârunt, habituri sunt altaria ad peccandum; sunto ergò illi altaria ad peccandum, quandoquidem ità volunt; habeant & agant quod volunt[m]. *Fuerunt —— ad peccandum*, i. e. in scandalum & idololatriam, quibus iram Dei provocant[n]. *Peccare* κατ' ἐξοχὴν est, deos falsos colere; & *peccatum*, idololatria. 1 Reg. 15. 30, 34. & 16. 2[o]. *Aræ sunt ei causa peccati*, Ca.

12. *Scribam*, &c. [אֶכְתּוֹב לוֹ רֻבּוֹ תּוֹרָתִי] *Scripsi* (vel, *Præscripsi*, Pi. *Quòd si scripserim*, Mer. *Præscripseram*, Ti. *Scripserim*, Ca. *Scripseram*, G. D. *Scribam*, Mer. *Scribo*, Oecol. Quotidie scribo per Prophetas, qui sunt Legis interpretes[p],) *ei* (ut ad Legem meam totam vitam suam conformaret[q],) *præcipua* (vel, *honorabilia*, P. *magnalia*, M. *axiomata*, Ti. *excellentia*, vel *excellentiora*, V. *amplitudines*, D. Liv. sic Pi. *magnitudines*, Liv. *documenta amplissima*, Pi.) *legis* (i. e. doctrinæ, ut תּוֹרָה sumitur Prov. 13. 14[r].) *meæ*, Mo. &c. i. e. magnificentissimam Legem meam*, amplissimáque illius documenta, quæ, ob rerum Divinarum præstantiam & majestatem, *magna*, vel *magnifica*, vocantur, ut Act. 2. 11. Summa Divinæ Legis commendatio. Confer Deut. 4. 6, 8. Psalm. 19. 8, &c. & 119. 72. Prov. 3. 15[t]. Vel, *multiplicitatem legis meæ*, Riv. ex Ch. h. e. Legem meam multiplicem; ut sapientia Dei *multiformis* dicitur Eph. 3. 10[v]. Vel, *multiplices leges meas*, G. ex Vulg. nempe per Mosen[x]. Lex semel descripta, sed postea sæpius à Prophetis ac sacerdotibus inculcata. Accedit quòd Prophetæ conciones suas scribere solebant. Ideo fortè usus est verbo futuro, quod apud Hebræos tempus continuum denotat[y]. Scripsi, & scribam, i. e. velut scribo quotidie[z]. Legem opponit eorum figmentis[a]; ut omnem illis excusationem adimat[b]. Scripsi equidem de aris in Lege[c]. ¶ *Quæ*, &c. [כְּמוֹ זָר וגו'] *Sicut* (vel, Sed *tanquam*, P. M. Sed illa *tanquam*, Pi.) *alienum reputata sunt*, Mo. vel, *peregrina*, &c. V. vel, *aliena*, &c. P. i. e. tanquam res ad illos non pertinens[d]. Non magis obediunt quàm si non scripsissem†. Periphrasis contemptûs & neglectûs[f], cum summa stoliditate conjuncti, quâ talem margaritam súsque déque habebant tanquam rem nihili[g]. Homines alieni minùs quàm domestici diliguntur. Vide Job. 19. v. 15. Sed & res alienæ negliguntur, multóque à nobis minoris quàm nostræ fiunt. Unde illud est in Topicis Ciceronianis axioma, *Sua alienis anteponenda:* atque Aristot. Oecon. 1. Οὐδεὶς ἐπιμελεῖται ὁμοίως τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῶν οἰκείων· (*Nemo res suas atque alterius ex æquo curat.*) Idem declarat versus Ennii, *Nè quid exspectes amicos quod tute agere possies.* Quo innuit, non magnæ aliena hominibus curæ esse. Id quod stabilitur ex Luc. 16. 12. *Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis vobis dabit?* Ubi mihi videtur ea *in alieno fides* dici, non quâ aliena cautè custodiuntur suo tempore reddenda, (ut alii accipiunt;) sed contrà, quâ pro domini voluntate liberaliter expenduntur & consumuntur, ad quod multò procliviores homines sunt quàm ad rerum suarum jacturam faciendam. Etenim leviùs nos tangit alienarum quàm nostrarum rerum amissio. Ut si sensus sit, Si aliena, quæ minùs curantur, domino id permittente ac jubente, expendere nolueritis; quid de vestris ac propriis exspectandum est, quæ tenaciùs & majore solicitudine asservari solent[h]? Al. Versum sic lego, *Scribo ei magnalia legis meæ? tanquam peregrinum quid reputantur*; i. e. Quum scribo ei magnalia, &c. τὸ Keri est רִבֵּי, at τὸ Ketif רֻבּוֹ; quod & ipsum rectè quadrat: *Quum scribo ei præstantiam suam*, nempe *legem meam, tanquam extraneum* quid *reputantur*, nempe & præstantia ejus & Lex mea. Præclarè admodum Legem suam vocat populi præstantiam; tantóque majoris eum criminis reum agit, quòd suammet præstantiam tanquam alienum quid reputaret[i]. *Quæ præscribo ei documentis amplissimis legis meæ, tanquam res extera reputantur*, JT. i. e. Ego ritus & ceremonias externas istorum omnes nihili facio, ut v. seq[k].

13. *Hostias*, &c. [זִבְחֵי הַבְהָבַי יִזְבְּחוּ בָשָׂר וַיֹּאכֵלוּ] *Sacrificia* (vel, *Hostiis*, Mo. Ti. vel, *Pro hostiis*, M. *In sacrificiis*, V. D. *Quod attinet ad sacrificia*, Pi. Di. זִבְחֵי mihi est nominativus absolutus, qui à nullo sequenti verbo regitur; unde & הַבְהָבַי accentu Reviah à sequentibus distinguitur[l].) *donorum*, sive *donariorum*, *meorum* (i. e. quæ mihi donantur[m]: vel, *oblationum mearum*, M. Ti. sic Liv. quæ *dona* vocantur 1 Sam. 2. 17. Ezec. 20. v. 39. Matt. 5. v. 23. & in Lucretio, *Conspergunt aras, adolentque altaria donis*[n]. *Donaria* hîc vocat sacrificia eucharistica, quæ ei donabantur, seu ultro offerebantur[o]. Al. *ustulatorum*, sive *ustulandorum*, *meorum*, Riv. Q. in D. sim. Calv. i. e. holocaustorum: nam verbum הַבְהָב apud RR. sign. *urere*[p].) *sacrificaverunt*, vel *sacrificant*, (fut. Heb. pro præs[q]. sub. *illi quidem*, Pi. vel, quæ *sacrificant*, Di.) *carnem*, (nempe carnem pecudum in Lege imperatarum[r]: vel, *sicut carnem*; q. d. Hostias suas ut aliam carnem immolant, non dijudicantes inter Dei hostias & vulgares carnes†. Vel, hostias omnes *carnem* vocat per contemptum[t].) *& comederunt*, vel *comedunt*, P. Mo. sub. *eam carnem*, V. Al. *Libandarum mihi victimarum immolant corpora, comeduntque*, Ca. sim. M. manentes interim in sceleribus suis[v]. Eorum sacrificia Jovæ non placent, quia ei non obediunt[x]. Sacrificant carnem quam comedunt. Fiebat id contra Legem: nam holocaustum totum comburebatur, Deóque cedebat[y]. Si quando sacrificârunt, hoc fecerunt ut vescerentur sacrificatis, non ad me placandum[z]. Vobis, non mihi, offertis, ut exsaturemini[a]. Sed non verisimile est Deum de abusu in holocaustis conqueri, quo videretur reliqua probare; quum nulla essent apud Israelitas vera sacrificia[c]. Sensus est, qu. d. Non habeo ea pro sacrificiis mihi oblatis, sed [illegible] mera carne, quam illi comedunt, quam in suum us[illegible] & voluptatem mactant[d]. Sacrificia eorum prorsus carnalia, non spiritualia. Tacita antithesis inter carnem animalium, & corda sacrificantium; quâ ostendit eos in eo cultu non memores esse Legis*. [JT. hæc verba cum membro sequente sic reddunt, *Sacrificia ipsa donariorum meorum* (i. e. etiamsi donentur mihi[f]) *sacrificantes carnem comedentésque Jehova non accipit.*] *Hostiarum quas mihi offerunt carnes* quod attinet, *mactanto eas & comedunto*, quantum volent; *Deus* autem *eas gratas non habebit*, quia dantur animo non emendato[g]. Vox הַבְהָבַי deducitur à יָהַב *dedit*[h]: unde הַבְהָב *donum:* quæ forma nominis alibi non reperitur[i]. ¶ *Non*, &c. [לֹא רָצָם] *Non vult* (vel, *optat*, V. *acceptat*, M. sim. JT. Pi.) *ea*, P. D. scilicet sacrificia[k]: vel, *eos*, Pi. D. nempe Israelitas carnem hanc comedentes[l]. ¶ *Ipsi*, &c. [הֵמָּה וגו'] *Ipsi* (sub. *autem*, P.) *in Ægyptum revertentur*, Pi. Calv. D. &c. i. e. Cogentur reverti propter afflictiones[m]. Comminationem & pœnæ denunciationem esse puto[n]; qualis Deut. 28. 68. *Reducet te — in Ægyptum*, &c. & Hos. 9. 3. *redibit —— in Ægyptum*[o]. Non quòd hostiliter ab Ægyptiis eò deportati fuerint; sed permulti, Assyr. crudelitatem & patriæ suæ calamitatem fugientes, in Ægyptum commigraverunt, solum natale relinquere coacti: quod miserrimum erat[p]. Cùm autem Deus liberationem Israelitis pollicetur, dicit eos non solùm ab Assyria, verùm etiam ab Ægypto, reductum iri; Esa. 11. 11. Hos. 11. 11[q]. Eò autem redibant contra expressum Dei mandatum[r], & frustrà: vana erant omnia eorum effugia*. Al. Minatur illis Deus captivitatem Ægyptiacæ similem[t]: qu. d. Abducentur in As-

Marginal notes (left column): * Pi. Q. in D. sim. Calv. † Liv. f Pi. g G. h Q. in D. i Pi. k Q. in Riv. l Q. in D. m Riv. n Tar. o D. Tar. p Q. in Mer. sim. Oecol. K. q Riv. r Idem. * Liv. sim. D. Riv. Calv. t Liv. Riv. v Riv. x G. y D. z K. a Calv. sim. Riv. b Riv. c Ca. d G. sic Li. D. Tar. † Ca. f Riv. sim. Liv. D. Tar. g Riv.

Marginal notes (right column): h Liv. i Di. k Jun. l Di. m Liv. D. sim. V. n Liv. D. o Pi. p D. q V. r Pi. † Oecol. t Q. in Calv. v M. x Ca. y D. sim. Calv. z V sim. Riv. a Mer. c Riv. d Di. * Riv. f Jun. g G. h Liv. et K. & Jun. sic M. Riv. k Riv. l D. Riv. m V. n Liv. et L. & Oecol. o Liv. Riv. p Liv. sim. D. Riv. q Liv. r D. * Calv. t Q. in Riv.

in Assyriam, ubi tractabuntur sicut olim in Ægypto [v]. [Alii hæc verba cum præcedentibus sic reddunt;] *Nunc recordatur iniquitatis eorum,& animadvertit peccata eorum, ipsos in Ægyptum reverti*, JT. i.e. neque adhærere Deo ex fœdere, neque servire Assyrio secundùm fidem datam; sed missis nunciis cum Ægyptio conspirare, 2 Reg. 17. 4 [x]. *Brevi in memoriam revocabit eorum facinora,& crimina eorum puniet, cùm ipsi animum ad Ægyptum adjiciant*, nempe, contra fidem Assyrio datam. Impletum hoc vide 2 Reg. 17. 4 [y].

14. *Oblitus est Israel Factoris sui*] Dei, qui ipsum non modò creavit, sed etiam auxit, ornavit, atque amplificavit. Ità verbum *facio* sumitur Deut. 32. 6. 1 Sam. 12. 6 [z]. *Oblivisci Dei* dicitur, qui caret eo affectu qui memoriam Dei sequi solet [a]. ¶ *Et ædificavit delubra*; sic o'. P. הֵיכָלוֹת] *Templa*, Mo. Ti. Tar. sub. *in honorem idolorum*, V. sim. He. & Jon. in D. idque plurimis in locis *; Dane & Bethele †. Hanc versionem præfero, quia ob idololatriam maxime reprehenduntur [b]. Alii, *palatia*, Ar. M. Ti. D. vel, magnificentiæ gratiâ; vel potiùs, ubi in tuto essent belli tempore [c]. ¶ *Judas multiplicavit urbes munitas*] In quibus fiduciam posuerunt majorem quàm in Deo [d]; vide Jer. 5. 17. Mic. 5. 10, 11 *: alioqui non damnat simpliciter exstructionem talium urbium [f]. Duæ Tribus, videntes incursus Assyriorum sub Phule, Theglath-phalasaro & Salmanasaro in terram Decem tribuum, urbes suas diligenter muniverunt, de Dei pace obtinenda securi: Esa. 22. vers. 8 [g]. ¶ *Mittam ignem in civitates ejus* (nempe *Judæ*, ut constructio indicat [h]. Affixum mascul. hic refertur ad nomen *Jehuda* [i]. Hoc factum cùm Sennacheribus omnes urbes extra Hierosolyma combussit [k];) *&* (vel, *qui*, Pi. vel, *cùm*, G. sim. JT. *&*, pro *cùm* [l];) *devorabit* (vel, *devoraverit*, ignis Assyrius [m],) *ædes illius*] i.e. Vel, 1. Synagogæ [n], aut terræ [o], nempe Judæ: nam affixum est fœm [p]. Affixum masc. *populum* respicit, fœmin. *terram*. Vel, 2. cujusque earum urbium [q]. Vel, 3. gentis Decem tribuum [r], sive Israelis, (qui antè eversus & deportatus est quàm oppugnaretur Jehuda;) ut evincit generis relativorum varietas †. Verùm quò minùs ad Judam utrumque affixum referatur nihil impedit, nè generis quidem varietas; qualis est & Lam. 2. 5. ubi tamen ad idem antecedens referuntur. Nomina propria populorum indifferenter cum masc. & fœm. genere consentiunt: mascul. populi respectu; fœminino, terræ vel congregationis ratione. Suprà c. 5. v. 9. *Ephraim* תִהְיֶה *erit desolationi*. Nomen mascul. proprium fœminino verbo jungitur [t].

[v] Pi. [x] Jun. [y] G. [z] D. sim. Riv. [a] Riv. * G. † Pi. [b] Tar. [c] D. [d] Liv. sim. D. * Liv. [f] D. [g] G. [h] Idem. [i] Pi. [k] G. sim. Pi. [l] G. [m] Idem. [n] D. [o] D. Pi. [p] Pi. [q] D. [r] G. sim. Jun. † Jun. [t] Liv.

CAP. IX.

1. NOli, &c. [אַל־תִּשְׂמַח וגו' אֶל־גִּיל] *Nè læteris Israel super re gaudiosa*, M. vel, *ad* (vel, *secundùm*, Pi. sim. JT.) *exsultationem*, D. Mo. P. Ti. &c. i.e. magnopere [a]; usque eò ut exsultes, ac internam lætitiam externo gestu testeris [b]. Vel, *ad exsultandum*, i.e. ubi se exsultandi materia obtulerit [c]. Vel, *exsultanter*, & effusè [d]. Idem sermo Job. 3. 22 *. Vel, *ad lætitiam*, i.e. tempore lætitiæ, si quid læti sese offerat [f]. Noli tibi placere in rebus prosperis [g]. Deberes lugere perpetuò, & nunquam lætari [h], etiam in gaudio publico [i]. Est major tibi lugendi causa quàm lætandi, quia Deum sceleribus tuis ad iram provocâsti, unde tibi supplicium imminet [k]; quia defecisti à Deo tuo, idola colendo [l]. Videtur esse litotes, *non lætari*, pro, *lugere*; ut Prov. 17. v. 21. *Non lætabitur*, &c. i.e. mœrebit. Sic in Homero — ἐσ᾽ ἄρα τῷ γ᾽ ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. *Non est lætatus Achilles* dixit, pro, *indoluit*, prout exponit Plutarchus [m]. Qu. Quænam tum fuit Israelitis causa exsultandi? Resp. Videtur hæc concio habita fuisse, vel, 1. sub Jeroboamo secundo [n]; cujus victoriis & longâ pace luxuriabantur [o], perpetuam sibi felicitatem pollicentes [p], Deúmque sibi ob cultum vitulorum propitium fuisse, ideóque eis benedixisse, fingentes [q]: tunc enim magis ac magis florebat Regnum Israelis. Vel, 2. tempore Menahem, quando fœdus initum fuit cum Assyriis, 2 Reg. 15. 19. Solent enim in fœderum confirmationibus celebrari convivia, & alia similia, in lætitiæ signum [r]. ¶ *Sicut*, &c. כָּעַמִּים] *Ut gentes*, Ti. sic G. Ca. sub. *cæteræ*, Ca. vel, aliæ faciunt †. *Qualis est populorum*, Pi. sim. JT. vel, *sicut populi*, Mo. P. Calv. sim. M. &c. sub. *alii*, P. Juxta morem populorum in rebus lætis & prosperis, ubi ignes incendunt, tripudiant, convivantur, ludos agitant, &c. confer Esa. 9. 3. Nec omnem lætitiam hîc prohibet, sed prophanam & carnalem, sive hujus mundi; quæ peccat, vel, 1. in causa, vel, 2. in modo, vel, 3. in fine, gaudii [t]. Sicut populi profani [v], qui sibi in sua idololatria blandiuntur [x], & de ea lætantur [y]; in cultu idolorum, festivis temporibus [z]. ¶ *Quia*, &c. כִּי זָנִיתָ וגו'] *Quia* (vel, *Quòd*, JT. Pi.) *scortatus es* (vel, *scorteris*, JT. Pi. Ca. sub. *recedendo*, Pi.) *à Deo tuo*, Ti. &c. vel, *omisso Deo tuo*: id est, Quòd deos colas alienos, ut tibi frumenta fœcundent [a]. Pœna tibi imminet ob idololatriam tuam *. Altera pars antitheseos hîc desideratur; sc. *ipsi autem deos suos non dereliquerunt* [b]. Omnes gentes perstant in cultu illius dei quem semel receperunt [c]. Alii populi lætantes excusationem habent; tu verò Deum deseruisti: ideo te manet gravis Dei ira & exitium, nisi pœnitueris [d]. Te, tanquam uxorem adulteram, gravior pœna manet quàm alios qui simpliciter fornicantur *. Inane est gaudium tuum, quia infelix exitus te manet, & ex ipsis vitiis pœnas metuere debes [f]. Alii locum sic reddunt, *Nè læteris de eo quòd scortatus sis*, &c. Nam gentes in cultu deorum suorum magna lætitiæ signa olim edebant [g]. ¶ *Dilexisti* (vel, Quòd diligas: repetenda conjunctio *quòd* †:) *mercedem*, &c. אָהַבְתָּ אֶתְנָן עַל כָּל־גָּרְנוֹת דָּגָן] *Mercedem* (sub. *meretriciam*, P. sim. JT. Pi. M.) *super omnes areas tritici*, Mo. P. M. &c. Quod sensum commodum non habet, nisi *super* accipias pro *supra*, i.e. *magis quàm omnes areas*, &c [h]. עַל hîc obscuritatem parit [i]. Confert Israelem mulieri impudicæ & perfidæ, quæ ità ad quæstum fertur, ut non pudeat ipsam flagitii [k]. *Super omnes*, &c. Ellipsis, pro eo quod diceremus, *prosperitatem per omnes areas frumentarias*, mercedem scilicet cultûs tui te habiturum sperâsti. Confer suprà 2. 12 [l]. Al. *cum omnibus*, &c. D. Al. *in omnibus*, &c. Q. in D. Quoties, inquit, dedi tibi abundantiam tritici, tunc, me deserto, coluisti idola; vel, in ipsis areis coluisti ea [m], acceptum eis ferens triticum, non mihi [n], iisque mercedem indè solvens, videlicet decimas Deo debitas. Sensus non spernendus [o]. *Dilexisti mercedem*, quam ab illis refers, & tibi rependi putas, *in omnibus areis*, &c. pro tanto labore illis colendis adhibito [p]. *Mercedem*, &c. i.e. frumentum quod opinione tuâ idola, tanquam amasii, tibi tanquam mercedem dederunt [q]. *Area frumenti* dicitur frumento plena: quod accidit cùm messis copiosa est [r]. *Merces meretricia* hîc non sumitur activè, pro ea quam amatoribus darent, ut Hos. 8. 10. sed passivè, pro ea quam acciperent. Et hæc facilè conciliantur: nam & Assyrios, &c. mercede conduxerunt; & idola eâ spe coluerunt, se ab illis liberaliùs quàm à Deo tractandos fore †. Qu. Sed cur mercedem meretriciam vocat, quòd appetebant copiam frumenti, quod non videtur illicitum? Resp. Quòd ab idolis eam peterent, &c[t]. & quòd eam tanquam mercedem impii cultûs se accepisse putabant [v].

2. *Area* (i.e. Frumentum [x]) *& torcular* (Malim, *lacus*, in quem vinum expressum recipitur: nam torcular גַּת dicitur. Intelligit autem *mustum*, ut jam se explicabit [y].) *non pascet* (vel, ob famem [y], vel, ob vastitatem hostium [z], qui hæc sibi colligent. Non suppeditabunt quod sufficit, &c. Vel, non saturabit eos. Confer Hos. 4. 10. Hag. 2. 16 [a].) *eos*] Israelitas [b]; vel, cives suos [c]. Justa ingratitudinis pœna [d]. Dedicâsti arva & vineta diis falsis; egisti ἀλῶα, (*festa in honorem Cereris & Bacchi*:) Deus ostendet, hæc non in alterius quàm in sua esse potestate, & quàm spes tibi in diis falsis falsa fuerit. Vide suprà 2. 9. & 8. 7. Hæc sterilitas videtur paulùm præcessisse adventum Teglath-phalasari *. ¶ *Et vinum* (vel, *mustum*, Mo. P. &c. quod in torculari fit [f]: cujus distincta fit mentio, quia in torculari duo sunt, esus uvarum, & musti potus [g].) *mentietur eis*; sic P. Ca. Ar. &c. כִּחֶשׁ בָּהּ] *Mentietur in ea*, Mo. vel, *illi*, Liv. sic JT. Pi. &c. nempe Synagogæ [h], sive Israelitarum congregationi [i]: vel, meretrici, de qua v. præced. nempe Israeli [k]. Duplex hîc lectio fuisse videtur: nam o'. Ch.

[a] Liv. D. Riv. [b] Mer. [c] Mer. ex He. [d] Tar. sic D. * D. [f] V. [g] G. [h] V. sim. D. [i] V. [k] Liv. [l] V. sim. D. [m] Liv. [n] Riv. [o] Mer. sim. Riv. Tar. [p] Mer. [q] Tar. [r] Ri. † G. [t] Riv. [v] Calv. [x] sim Tar. [y] Pi. [z] Riv. [a] Ca. * G. [b] Mer. [c] D. [d] Occol. * Riv. [f] Calv. [g] D. † Pi. [h] D. [i] Mer. Tar. [k] Calv. [l] G. [m] V. [n] V. sim. D. [o] D. [p] Riv. ex [q] Mer. [q] Pi. [r] Riv. ex D. † Riv. [t] Calv. [v] Riv. [x] Pi. [y] D. [z] Occol. [a] Riv. [b] Pi. [c] G. [d] Riv. * C. [f] Mer. [g] K in Mer. [h] D. [i] Liv. [k] Pi.

ο'. Ch. & Hi. legerunt כַּכְּ. Masoritæ hîc annotârunt, à quibusdam eam lectionem fuisse probatam, ut 2 Reg. c.3.v.24 [l]. Quod ad sensum, nè pluma interest. Generis verò & numeri hîc est enallage, sicut Hos. 4. 19 [m]. *Fallet eos*, M. sic Ca. vel, *destituet eam* gentem, M. Non respondebit votis eorum [n], aut spei [o]. Sic *mentiri* dicuntur *spes*, Job.41.9.al. 40.28 [p]. *aqua*, Esa. 58.11 [q]. *fructus*, Os. 10.13.& *opus olivæ*, Hab.3.17. Sic Horat. carm.3.1. *fundus mendax* dicitur, qui domini spem frustratur [r]: & alibi, *spem mentita seges* †. Sensus, q.d. Sperabunt se habituros magnam vim tritici & uvarum, sed frustrabuntur spe suâ [t]: erit vini penuria [v].

3. *Non habitabunt* (vel, *sedebunt*, i. e. manebunt [x], diu [y], Israelitæ [z],) *in terra Domini*] i. e. Canaan [a]: & meritò; quam illi sc. idolorum terram esse dixerunt [b], [& fecerunt.] Gravissima hæc erat pœna & horribilis abdicatio à Deo, cujus quasi ædes hæc erat [c]. Eâ itaque terrâ pulsi videbantur nudari prorsus Dei auxilio, præsidio & favore, ut à profanis gentibus nihil differrent, quæ tanquam spuriæ & maledictæ exhæredatæ sunt [d]. ¶ *Reversus est* (vel, *Sed revertetur*, Pi.&c.) *Ephraim in Ægyptum*] Unde ego eos eduxi. Nempe, quia multi de Decem tribubus ad primum adventum Salmanasari in Ægyptum se recepêre. Vide simile in Esa. 11.11 *. & Os. c.8. v.13 [f]. Factum est hoc cum Johanan, 2 Reg. 25. 26. & Jer. 41 [g]. Eò redibant & contra mandatum Exod. 14. 13. & juxta maledictionem Deut. 28. 68 [h]. Et licèt spontè hos fecerint, horrori tamen iis esset si saperent, quum scirent quàm duriter ibi habiti sunt [i]. ¶ *Et in Assyriis* (à quibus opem petiverant. Vide Hos.7.11.& 12,1. Justum Dei judicium [k]. Vel, *inter Assyrios*, sub quibus servi vivent [l], impuri cum impuris [m],) *pollutum* (vel, *immundum* cibum, Pi.) *comêdit*] Vel, *comedet*, sive *comedent*, G. Pi. Id est, vel, 1. idolothyta [n]: vel, 2. cibos Lege vetitos [o]; quos in mea terra comêdit, ibi comedet ex imperio & ad tædium [p]. Meritò hoc supplicii loco ponitur. Videsis Dan.1.8. 2 Maccab.6. 18. Act.11.8 [q]. Illarum gentium more vivent. Ex hoc effecto vel adjuncto captivitas arguitur. Simile est Ezec.4.13 [r]. Extrema hîc prædicitur egestas, quâ cogentur talibus vesci, & sic inter profanos velut profanescere. Et potest per synecdochen hîc intelligi totius Legis violatio. Simul continetur omnimoda excommunicatio à fœdere Dei †, cujus symbolum erat externa ista professio [t]. q.d. Deus eos tanquam profanos à mensa sua arcebit, & in Assyriam, velut ad porcorum haram, ablegabit, ubi gentium mores (sicut in terra sua fecerant) imitabuntur [v]. q.d. Non jam erunt sub mea cura; vivant suo arbitrio, ut aliæ gentes, permisceant se omnibus gentium inquinamentis. Ità sublatum est discrimen, & desinebant esse populus Dei [x].

4. *Non libabunt Domino vinum*] Sub. *quod ipsi placeat*: sed malim, *Nè libent*, &c [y]. Constat nullum sacrificium offerri potuisse absque Mincha, i. e. simila oleo conspersa, & sine vini libamine [z]. Omiserunt id cùm possent; tempus veniet ut libare Deo velint, & non possint [a]. Denunciat quid futurum sit in exsilio [b], in peregrinis istis terris in quas reversuri erant, v. præced. ibi, inquit, nec libamina nec sacrificia offerent [c]. Non poterunt libare, etiamsi velint, vinum Domino in Ægypto & Assyria: quia non licebat libare extra Terram sanctam *. Aliud hoc captivitatis effectum, sacrificiorum cessatio & abolitio, de qua cap. 3.v.4. Sensus est, Eos deinceps, cùm deportati fuerint, non esse sacrificaturos in terra polluta, ubi nec legitimum Altare nec Sanctuarium erit: aut, si sacrificent, id ingratum fore, &c [d]. Nullum cultum habituri sunt, in gentes cum sua posteritate degeneraturi, ut nostris inter Turcas accidit *. Al. Propheta hîc testatur eos perdere operam & oleum dum sacrificant Deo [f]. Describit hîc displicentiam Dei quâ sacrificia Israelitarum rejecturus est [g]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יֶעֶרְבוּ־לוֹ זִבְחֵיהֶם כְּלֶחֶם אוֹנִים לָהֶם] *Neque grata erunt ei sacrificia eorum*, P. sim. Sy. Ar. G. ex Ch. Ti. *tanquam panis lugentium*, P. Ti. *eis* reputabuntur, P. vel, *apud eos* sunt, Ti. Al. *Neque oblectamento erunt ei*: M. (vel, *Nec dulcescent ei*: Mo. sim. JT. Pi. sub. *libamina*, Calv. JT. Pi. Glas. & sub. *eorum*, Glas. gram. p.712. *Et non placuerunt ei*: ο'.) *sacrificia eorum sicut panis*, vel *cibus*, *lugentium* (vel, *luctuum*, Mer. AE. in D. Di. est enim nomen substantivum [h]. Potiùs est adjectivum [i].) *eis*, Mo. JT. Pi. D. Di. vel, *apud eos*, M. sub. *sunt*, M. vel, sub. *erunt*, D. vel, *futura essent*, JT. Pi. Licet vertere, *lugentium sibi*, ut τὸ *sibi* redundet [k]. Al. Rectè Vulgatus, Junius & alii hæc verba, וְלֹא יֶעֶרְבוּ לוֹ ad præcedentia referunt, propter accentum Segolta quo notatur לוֹ, & quia tum sequentia pleniorem faciunt sensum; sed sic verto, *Et non miscebunt illi*, nempe vinum. Prima hæc est hujus verbi significatio, & apprimè huic loco videtur conveniens, ut idem sit quod מָסַךְ, unde & libamen מִמְסָךְ *mixtum* dicitur Esa.65.11. Jam quod de libaminibus dixit, idem de sacrificiis pergit dicere, fore *tanquam panem lugentium* [l]; i. e. tanquam νεκρόδειπνα [m], seu περίδειπνα [n], seu *parentalia*, sive potiùs, *epulas funebres* [o], de quibus nihil solet inferri in Templum [p]: tanquam cibum quo lugentes in cœnis funebribus vescebantur [q]. De talibus epulis vide Prov.31.6 [r]. Jerem.16.7,8 †. Ezec. 24. 17. Erat autem cibus ille impurus [t], & evitatus ab Hebræis ad quos funus non pertineret [v], quia à lugentibus, qui polluti habebantur, edebatur, Lev.21.1,&c. *Quicquid* enim *immundus tetigerat pollutum erat*, Num.c.19.v. ult. Hagg. 2. 13 [x]. Panis hic erat de cadavere, aut ad cadaver pertinens, ideòque comedens eum polluebatur, nec poterat intrare in domum Domini [y]. Nec solùm propter immunditiem Deo displicuit hic cibus [z]; sed etiam quia sacrificantes cum lætitia id munus obire tenebantur, Deut.12.7. & 26.14 [a]. Sensus est, Si victimas offerre velint, non erunt Deo gratæ, quia, contra Legem, in solo profano: ideòque, *qui comedent de eo*, nempe sacrificio, *impuri erunt* [b], [ut seq.] ¶ *Quia*, &c. כִּי־לַחְמָם לְנַפְשָׁם לֹא וגו'] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Certè*, sive *Ideo*. Conjunctio כִּי hîc non est causalis, sed illativa aut affirmativa [c].) *panis*, vel *cibus*, (vel, *daps*, Ca.) *eorum animæ eorum* (vel, *pro anima*, sive *animabus eorum*, P. M. vel, *pro eorum vita*, Ca. vel, *quem pro sua libidine* offerunt, Ti. *Panem animæ* intelligunt, vel, 1. quo aluntur [d]; qui vitæ eorum sustentandæ destinatus erat *; quo sese oblectabant [f]. Vel, 2. panem pro ipsis. *Anima* pro homine, per synecdochen, ut Genes. c.14. v.21. Lev. 2.1. & 5.1 [g]. Vel, 3. quem *animæ suæ*, id est, sibi, offerunt [h]. Vel, 4. *pro mortuo ipsorum*, JT. Liv. in Riv. *Anima* ponitur pro mortuo, ut Levit. 22. 4 [i]. Sed non video cur dicatur cibus pro mortuo is qui à viventibus comedebatur in luctu pro mortuo [k]. Vel, 5. quem offerunt pro expiatione animæ suæ [l].) *non intrabit domum Domini*, Mo. à qua procul extorres aberunt; vel, quæ jam eversa est *. Nihil ejus mittere ad Templum poterunt, quòd antehac, cùm facere possent, omiserunt. Nimis longè ab ipsis aberit Templum; postea & auferetur [m]. Non offerent eum. Legi etiam potest, *nè intret*, &c [n]. Non erunt in Judæa, ut possint Jovæ dapem facere Hierosolymis suæ salutis gratiâ [o]. *Non venit*, ritè, nec debito & legitimo modo, nec ità ut gratus habeatur, *in domum Jehovæ*. Vide infrà 15. & Hos.8.1. Templum enim Dei in captivitate nullum erit; nec poterunt offerre, tum ob paupertatem, tum ob luctum [p]. Al. *non venit*, &c. quia hypocritas illos quasi interdicto Dominus excludit & prohibet à conspectu suo; quamvis audacter se ingerant in Templum, & oblationes eorum coram hominibus refulgeant [q]. Al. Vescentur pane prophano, non sanctificato; ut sanctificabantur per oblationem fructus terrâ nati. Tantùm habebunt panem quo se alant, non quo Dominum honorent, & de quo aliquid offerant, ut in terra Domini solebant: quia nullum Templum, nulli ministri sacrorum [r]. Al. Locum sic verto, *Nam cibus eorum pro mortuo ipsorum* erit; ideo *non veniet* in *domum Jehovæ*. Non licet talem cibum offerre Jehovæ, quia immundus est †.

5. *Quid facietis in die solemni, in die festivitatis Domini?*] Per *diem festum* hîc intelligit, vel, 1. tempus supplicii & excidii [t]; tempus præstitutum ut adveniat hostis [v]: quo mactandi estis ab hostibus, sicut hostiæ festis [x]: quo Deus sumet pœnas de vobis [y]. Deus de se loquitur ad hominum sensum, qui eum diem solennem esse deputant & lætum quo de hostibus suis vindictam capiunt; vide Deut.28.63. Ezec. 5. 13: ut sit antithesis quædam inter diem quo lætabantur Israelitæ ad ritum gentium, & diem festum Domino, quo justitiam suam

l Liv. D. m Liv. n V. o Liv. D. Riv. p Riv. q D. Riv. r Liv. D. Riv. † G. t V. v Ca. x D. y V. z Pi. a D. G. Pi. Riv. &c. b G. c Calv. d Riv. * G. f Pi. g V. h D. i Tar. k Liv. l G. m Oecol. n Q. in Riv. o Liv. D. Riv. G. &c. p G. q Riv. r Liv. † Riv. t Calv. v Riv. x Calv. y D. z Riv. a G. b Q. in Calv. sim. Pi. c Di. * V. d Liv. Riv. * Mer. f Calv. g Q. in Di.

h Mer. i K. in Mer. k D. l Di. m D. G. n G. o D. Riv. p G. q Liv. † Liv. G. t Liv. v Di. x Riv. ex Liv. y Di. z Liv. a Liv. ex Jun. b G. c Riv. d Mer. * Riv. f V. g Tar. h Mer. i Jun. k Riv. l V. Riv. sim. D. Calv. * Mer. m G. n D. o Cs. p Tar. q Calv. r Mer. † Pi. t Mer. ex K. v RS. x Oecol. y V.

suam erat patefacturus[a]. Non placet: neque enim in locis citatis de solennitatibus Dom. absolutè agitur, ut hîc fit. Deinde, etsi quadraret hoc versui seq. nulla tamen esset cohæsio cum præcedentibus, quæ certè manifestissima est[a]. Vel, 2. stata festa, scilic. Pascha, Pentecosten, &c[b]. Idem dicit quod antè, Inter gentes captivi eritis, sine Templo, cultu, & festis usitatis[c]. *Quid facietis*, &c? scilicet, quum eritis in exsilio[d]. Extorres eritis, nec poteritis Jovæ solennia Hierosolymæ celebrare *. Tertium calamitosæ eorum captivitatis argumentum, quòd nè festa celebrabunt[f]. In festis contristabuntur; quoniam non licebit illa celebrare[g]. Voletis otiari: verùm domini vobis id non permittent; urgebunt vos operibus[h]. Vide Hos. 2.11[i]. מוֹעֵד eximiè dicitur de Paschate & illis diebus quibus ex omni terra in Templum conveniri Lex præceperat, Exod. 13.10. & 23.15. & 34.18. Levit. 23.4. חַג verò latiùs patet, ut apparet Jud. 21.19. Ezec. 46.11[k]. Sed huic interpretationi obstare videtur, quòd apud decem Tribus (de quibus agit) nullæ erant festivitates Domini. Resp. Etsi in iis verus Dei cultus in adulterinum immutatus est; nomina tamen eadem retinebant, & profitebantur se servare novilunia, Sabbata, & solennitates. Confer suprà 2.11[l]. Sensus est, Dominus auferet vobis totum cultum suum, omniáque testimonia præsentiæ suæ[m].

6. *Profecti sunt*, [הָלְכוּ] *Abibunt*, vel *Abituri sunt*, Ti. Pi. P. vel, *Abierunt*, Mo. M. in exsilium[n]: in Ægyptum[o]. Præt. pro fut[p], ut significet rem certò & brevi futuram[q]; & ut hypotyposi rem ob oculos ponat[r]. *Abeunt* quidam, qui sc. Assyriorum manus effugiunt; ut evenisse notavimus suprà vers. 3 †. Al. *Abierunt*, pro obierunt[t]. הָלַךְ idem quod Græcis οἴχεσθαι[v]. Sic, *discedere*, pro, *discedere è vivis*. Sanè mortem κατ' εὐφημισμὸν *abitionem* vocabant. Ex quo illud, *Abiit, & reversurus est*. Pleniùs dicebant, *Abiit viam seculi*, sive *totius terræ*[x]. *Interituri sunt*, JT. ¶ *A vastitate*; sic Ti. JT. [מִשֹּׁד] *Propter vastitatem*, sive *vastationem*, Mo. P. Pi. &c. terræ ipsorum[y], ab hostibus illatam. Fugient vastitatem terræ suæ[z], & hostium crudelitatem[a]. E terra *vastata*, G. ¶ *Ægyptus congregabit eos*] Ad sepulturam scilicet[b], ex collatione membri sequentis[c]. Sic usurpatur *colligendi* verbum Jerem. 8.2[d]. & Ezec. 29.5 *. *Componet illos*: pollincturam illis faciet, nec redibunt in patriam[f]. ¶ *Memphis* (Hîc *Moph*, alibi autem *Noph*[g], Esa. 19.13[h]. nam Mem & Nun alternant[i]. Græcis est *Nilopolis*, præcipua tunc urbs regia in Ægypto: hodie verò, ut putant, *Cairo*[k].) *sepeliet eos*] Ἐπεξήγησις est membri præcedentis[l]. Qu. Quando hoc impletum fuit? Resp. 1. Si id historia non diceret, sufficeret nobis, id prædictum fuisse à Spiritu Sancto, ut de eventu non dubitaremus. 2. Quum Oseas fœdus iniit cum Sua Rege Ægypti, credibile est, durante triennali Samariæ obsidione, plurimos, qui jam actum esse de sua republica divinabant, diffugisse ad Ægyptios, & in ipsa direptione non paucos fuisse elapsos. His, inquit, perfugium illud non proderit, nec, ut sperant, in suam terram redibunt, verùm ibi sepelientur *. ¶ *Desiderabile argentum eorum urtica*, &c. מַחְמַד לְכַסְפָּם קִמּוֹשׂ יִירָשֵׁם [Variè reddunt.] *Desiderabile* (vel, *Desiderium*, G. *Desiderabiles* domos, P. M.) *argenti eorum*, sive *sui*, (id est, Ædes magnificas atque sumptuosas, in quibus reponebant pecuniam suam & conservabant[m]: domos magno pretio comparatas *,) *urtica hæreditabit*, Calv. sic P. i. e. perpetuò possidebit[n]: vel, *illas vendicabit sibi*, M. *Quicquid est in argento eorum expetibile* (vel, *Eorum pecuniæ elegantiam*, i. e. possessionum elegantissimas[o],) *occupabit urtica*, Ti. Ca. *Desideratissima ad argentum eorum* (sub. *recondendum*, & sub. *loca*, Riv. ex Jun. vel, sub. *tentoria*,) *chamæleon hæreditario jure possidebit*, JT. i. e. Etiam intima ipsorum penetralia, quibus desiderarent abscondere pecuniam suam, horrescent spinis & sentibus[p]. Al. *Desiderium argenti eorum*, [intellige, *quod attinet*,] *urtica possidebit ea*, Mo. *Desiderabitur argentum eorum*: (subaud. *& auferetur*, scilicet ab hoste. Synecdoche membri metonymica est in his verbis; nam unà cum causa efficiente intelligitur effectum. Hebr. *Desiderium argenti eorum* erit:) *carduus hæreditario jure possidebit eos*, i. e. tentoria eorum, ut mox declaratur, h. e. terram ubi tentoria eorum

[a] Q. in Riv. [a] Riv. [b] Mer. sim. Calv. D. &c. [c] Mer. [d] Pi. * Ca. [f] Liv. [g] Pi. [h] G. [i] Liv. G. [k] G. [l] Riv. [m] Calv. [n] Pi. [o] V. Ca. D. Liv. [p] Riv. sic Mer. [q] Riv. [r] Mer. † G. [t] D. Mer. [v] Tar. ex Luth. Mer. [x] D. [y] Pi. [z] D. [a] D. sim. Liv. Riv. [b] D. sic Liv. Pi. &c. [c] Pi. [d] Liv. * Liv. D. [f] G. [g] D. [h] G. [i] D. [k] Riv. [l] G. * Riv. [m] V. * G. [n] V. [o] Ca. [p] Jun.

fixa fuerant[q]. Desolationis hoc argumentum est, ut Esa. 34.13[r]. ¶ *Lappa*, &c. חוֹחַ וגו' [חוח] *Spina* (sic οἱ. sed & Chald. alibi †: vel, *Lappa*, P. Ca. *Paliurus*, M. Ti.) *in tabernaculis*, sive *tentoriis*, (i. e. domiciliis[t], ut Jud. 19.9. & alibi sæpe[v]. Olim in tentoriis habitabatur; pòst exstructæ domus è lapide vel ligno[x].) *eorum*, Mo. JT. Pi. sub. *erit*, JT. &c. i. e. in locis ubi erant tentoria[y]. Denotatur longa & diuturna vastitas[z].

7. *Venerunt* (vel, *Venient*, G. Præstò sunt[a],) *dies visitationis*] i. e. Animadversionis Dei in peccata tua[b]. ¶ *Scitote*, &c. יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל אֱוִיל הַנָּבִיא מְשֻׁגָּע אִישׁ הָרוּחַ] Quidam hoc uno contextu legunt, alii disjunctim: sed parùm interest quoad sensum[c]. *Scient* (sub. *tunc*, P. M.) *Israel*: Mo. M. &c. (i. e. Sentient me vera prædixisse[d]: vel, reipsa experientur *:) *stultum* (sub. *fuisse*, P.) *prophetam*, Mo. (vel, *vesanum vatem*, Ca. vel, se seductos per *stultum prophetam*, M. vel, *Stultus propheta*, Ti. *Stultus*, &c. i. e. *quod sit stultus*, &c. ut Psal. 9.21. *scient gentes mortales* (i. e. quòd mortales) *sunt*; Zac. 8.23. *Audivimus Deus* (i. e. Deum esse) *vobiscum*[f]. Tunc dicent, *Stultus est propheta*, D.) *furiosum*, Mo. P. sic M. (vel, *vecors*, Ti. *dementem*, JT. *vesanum*, vel *vesanus*, Calv.) *virum* (vel, *vir*, Ti. D. Calv.) *venti*, sive *ventosum*, Mo. P. sic JT. vel, *spiritûs*, M. Ti. Calv. D. vel, *spiritualis*, Pi. i. e. afflatus spiritu, sive veritatis, sive mendacii; vide 1 Reg. 22.23. Mic. 2.11[g]. Al. *furiosus propheta*, i. e. arreptitius, quales erant quos non Deus, sed Dæmon, agitabat, *vir est spiritûs*[h]. *Prophetas* hîc intelligit, vel, 1. veros[i]. Israelitæ hoc dicunt κατ' εἰρωνείαν & μίμησιν de vero Propheta, per contemptum[k]. Sed non solent sic loqui calamitosi de iis qui & ipsis sunt feliciores, & quos vera dixisse vident[l]. Al. Sensus loci, Rependet vobis Dominus quod [olim] dicebatis de Propheta Domini, eum esse stultum[m]. Al. Discet Israel, Prophetam (sub quo nomine indefinitè posito omnes veros Prophetas intelligunt,) non esse stultum, aut mente captum, aut mendacem, ut sæpe judicatus est. Vide 2 Reg. 9.11. 2 Chron. 36.16. & Ezec. 3.25[n]. Vel, 2. falsos[o]. Hactenus omnes generaliter de idololatria reprehendit; hîc specialiter doctores: quos *stultos* vocat, quòd somnia sua docerent; *furibundos*, quòd manifesta peccata defenderent[p]. Respondet objectioni Israelitarum: Tu excidium minaris; at nostri prophetæ meliora canunt. Respondet †, Scio prophetas vobis adulari, & pacem promittere. Sed non est quòd vos oblectent istorum blanditiæ: stulti sunt & insani homines, ut effectus monstrabit[q]. Scient prophetam illum quem verum & summum fuisse putâstis, fuisse stultum[r]. Cognoscent vanos esse vates qui eis lætiora promittunt †. Miserâ tandem experientiâ discent se seductos fuisse à prophetis stolidis[t]. *Virum spiritûs* multi transferunt *ventosum*, alii *fanaticum*[v], qui nihil nisi vana profert, ut Jer. 5.13[x]. Potiùs honorificè, sed per concessionem, eum sic vocat qui Propheta erat officio, sed abutebatur hoc titulo[y]. *Vir spiritûs* idem dicitur qui antè *propheta*, quia Prophetæ Spiritu Dei præditi fuerunt, eóque dictante loquebantur, Zach. 7.12. Quanquam fateor utroque nomine falsos prophetas notari, qui se Sp. S. habere jactitaverunt. Ut nomine *Dei* idola appellantur, 2 Reg. c. 1. 2. *deus Ecronitarum*: sic ministrorum illius, sc. *prophetarum*, nomen pseudoprophetis tribuitur, 1 Reg. 18.19. Soph. 3.4[z]. ¶ *Propter*, &c. עַל רֹב עֲוֹנְךָ וְרַבָּה מַשְׂטֵמָה] *Propter multitudinem* (vel, *amplitudinem*, JT. *granditatem*, Pi.) *iniquitatis tuæ*, P. M. Ti. &c. sic Mo. (Hoc referunt, vel, 1. ad initium versûs, *Venerunt dies retributionis ob multitudinem*, &c. ut quæ dicta sunt de falsis prophetis inserta fuerint per parenthesin[a]. Vel, 2. cum verbis proximis, *Stultus est propheta*, &c. *ob multitudinem*, &c[b]. Respondet objectioni, Cur Deus permisit nos ità seduci? Jure merito[c]; culpa vestra est; pœnas datis impietatis vestræ; privati estis fidis doctoribus quia respuistis oblatam vobis gratiam[d]: deflexistis post falsos prophetas, relictis veris *. Justum hoc est Dei judicium[f]. Observa hîc, impios doctores pœnas esse peccatorum, & Dei summam indignationem; ut pios doctores, testimonium illustre misericordiæ & gratiæ Dei[g].) *& multum odium*, P. Mo. Calv. Mer. vel, *multitudinem odii*, Ti. [Quod diversimodè explicant.] *Odium* hîc vocat, vel,

[q] Pi. [r] Liv. † G. [t] Liv. D. [v] Li. [x] D. [y] G. sic. [z] rhet. 1. 4. § 5. [a] G. sic. [b] rhet. 1. 9. 192. [c] Mer. sim. V. [d] D. sim. Pi. Riv. [e] Calv. [f] Mer. sim. G ex Chald. [g] D. sim. Liv. Calv. Riv. [i] Riv. ex Liv. [g] D. [h] G. [i] P. [k] Q. in Tar. [l] Tar. [m] AE. in Mer. [n] Q. in Riv. [o] Riv. &c. [p] Mer. † Riv. [q] Calv. sim. Riv. [r] V. † Ca. [t] Liv. sim. Riv. [v] Calv. [x] Q. in Riv. [y] Calv. [z] Liv. [a] Q. in Riv. [b] Riv. [c] Tar. [d] Calv. * K. in Mer. [f] Riv. [g] Mer.

idololatriam, quòd eam oderit Dominus; vel, odium quo Israel Deum & Vates ejus prosecutus est [h]. Al. *&* propter *grandem adversationem*, Tar. ex Pi. sub. *tuam*, Pi. quâ tu adversabaris Jehovæ [i], & proximo tuo quà poteras incommodabas [k]. שטם non tantùm sign. *odio habere*, sed &, *adversari* [l]. Al. propter scelera tua quibus Dei odium in te concitâsti, & quæ Deus odit [m]. Metonymia est, ut leno in Plauto *deûm atque hominum odium* vocatur. Sic Prov. 11. 1. *Bilances dolosæ sunt abominatio Jehovæ* [n]. [Alii aliter reddunt:] *proin multum odium*, nempe Dei erit †: vel, *& simultatis magnitudinem*, Ca. *& amplum intestinum odium*, JT. Ità duæ hîc sunt causæ animadversionis Dei: *iniquitas* in Deum; & inhumanitas *odiáque* intestina & crudelissima, ex quibus tam multi Reges pauco tempore in Israele exstiterunt [o]. Al. *& multiplicabit* Deus *inimicitias*, M. *Ideo multum*, vel, *Multum quoque*, *est odium*, Dei videlicet in te. Nam quò quis sæpius peccat, eò magis invisus redditur Deo [p]. [Alii hoc cum præcedentibus sic reddunt;] *Vir est spiritûs*, id est, spirans, *ad augendam iniquitatem tuam, & ad vim odii*. Omnia illorum verba nihil aliud quàm culpas vestras odiúmque in bonos accendunt [q]. *Et affligetur Israel sicut propheta insaniens*, o'. sim. Ar. *qui à spiritu agitatur*, o'. (vel, *homo spiritum simulans*, Ar.) *Propter multitudinem iniquitatum tuarum multiplicata est amentia tua*, o'. Ar. *Agnoscet Israel demens prophetam stultum, virum indutum spiritu stultitiæ: propter multitudinem sceleris tui crevit lascivia tua*, Sy. *Scient qui ex domo Israel prophetas illis prædixisse veritatem: tenebras verò illis offudisse pseudoprophetas, ità ut adaugerent iniquitates tuas, & confortarent peccata tua*, Ch.

8. *Speculator*, &c. צֹפֶה אֶפְרַיִם עִם אֱלֹהָי נָבִיא פַּח יָקוֹשׁ עַל וגו׳] Locus obscurus [r], & difficilior quàm vulgus existimat †, tum ob brevitatem suam [t], tum ob varias Interpretum opiniones [v]. Duræ sunt omnes hujus loci expositiones. Facilior se offert, si, pro עִם *cum*, legas עַם *populum*, sensúsque sit, *Speculator Ephraimi, qui populus Dei fuit*, id est, *propheta*, (qui nempe talem se dicit,) *laqueus ad ruinam factus est in omnibus viis ejus, odio adversùs domum Dei ejus*, i. e. Templum Hierosolymitanum. Pseudoprophetæ isti insidias tendebant per omnes vias viris bonis ire volentibus ad Templum. Confer suprà 6. 9 [x]. [Aliis non placebit audax hæc & temeraria Sacri textûs correctio, nè uno codice fulta, nec omnino necessaria, quum alii aliter expediant. Locum autem sic reddunt:] *Speculatorem Ephraim* (sub. *posuit*, M. P. K. & sub. *sibi*, P. K.) *cum Deo meo*, Mo. P. M. *prophetam* (vel, nempe *prophetam*, M.) *laqueus* (vel, veluti *laqueum*, M. vel, qui est illi tanquam *laqueus*, P.) *aucupis*, &c. Mo. P. M. q. d. Non est quòd [Ephraim] Deo obmurmuret [z]; ipse sibi tales prophetas delegit [a], qui trahunt eos ad idola [b]. Al. *Speculator Ephraim cum Deo meo, propheta laqueus aucupis* est, &c. Ti. *Speculator* est ipsi *Ephraim cum Deo meo propheta*, &c. q. d. Vult simul Deum verum & idola colere [c]. [Locum accipiunt de speculatoribus & Prophetis, vel, 1. veris.] Dixerat Israelitas honorificè excepisse prophetas fanaticos, & ab eis delusos fuisse. Contrà, hîc dicit, quòd *speculatorem Ephraim cum Deo*, i. e. verum Prophetam, *laqueis* sive insidiis appetiverint; ut factum legimus Esa. 29. 21. Jerem. 18. 22: atque ideo Deum illos pseudoprophetis permisisse [d]. *Propheta speculans Ephraimum cum Deo meo*. Ità circumloquitur Prophetam Dei. Sed quia obstat accentus in אֱלֹהָי, malim sic, *Speculator* est *Ephraim cum Deo meo*, videlicet *propheta*, *in cujus viis omnibus laqueus aucupis*. Quid si, *Speculatur Ephraim cum Deo meo?* Si quis, inquit, ex Israelitis *speculatorem* & *prophetam* agit *cum Deo meo*, ei laqueos tendunt *undique* *. *Speculator* & *propheta* mihi sunt nominativi absoluti, quales plurimi sunt; ut infrà v. 11. *Ephraim, gloria eorum*, &c. Sic Salustius, *Plebs urbana, ea verò præceps erat*. Sententia est, Quod ad eum attinet qui *speculator Ephraimi* est *cum Deo meo*, h. e. fideliter & piè suo munere ex Dei mandato fungitur, quod, inquam, ad *prophetam* attinet, verum scilicet & Spiritu Dei præditum, *omnibus viis illius* ad eum irretiendum *laquei* tenduntur ab impiis, &c. Ut igitur quantum falsis prophetis tribuebant superior versus ostendit, ità hîc quo in pretio veros habebant declarat. Tantum aberat ut eos quò decuit amore prosequerentur, ut etiam mala illis machinati sint [f]. [Vel, 2. de falsis.] Antithesi utitur. Priùs veri Prophetæ, Elias, Elisæus, &c. reprehenderunt idololatriam, & verum Dei cultum docuerunt: nunc verò episcopi seu speculatores occasio sunt errorum & impietatum, ponunt laqueos populo. *Speculatorem* habet *Ephraim cum Deo meo*; q. d. Prophetæ Decem tribuum sese jactitant Dei veri Prophetas esse: vel, ut צֹפֶה sit in regimine, etsi per Segol scribatur, *Speculator Ephraim cum Deo meo*, i. e. qui Spiritum Dei se habere dicit [g]. Comparatio fit inter hos adulatores & veteres verósque Prophetas. *Fuit speculator Ephraim cum Deo meo*; h. e. Olim speculatores Ephraim erant Deo conjuncti, ex ejus ore pendebant, & nihil alienum proferebant: nunc autem versa est alea, *Propheta est laqueus aucupis*, ut suis decipulis trahat populum in perniciem; & regnat hæc *detestatio in domo*, h. e. Templo, *Dei* [h]. Placeret hæc sententia, nisi viderem trahi verba violenter. Sic ergò accipio, *Speculator Ephraim cum Deo meo*, i. e. qui debebat esse cum Deo meo, (Ostendit Hoseas, non quid faciunt, sed quid facere debeant, nimirum, ut velut in specula invigilent super Dei populum: omnes ergò eorum doctores elogio suo insignit, nempe ut crimen duplicet, quòd tantùm fuerint acuti & perspicaces ad illaqueandum, &c.) *propheta*, inquam, est *laqueus aucupis*, &c. id est, populo struit laqueos & insidias, à quibus populum debebat servare tutum, ut posset verè testari se affixum esse Deo, & velut organum Dei loqui [i]. *Apud Deum meum vates* (i. e. qui se profitetur esse Vatem, & cum Deo meo habere commercium,) *laqueus* est, &c. Ca. id est, populum studet à cultu Dei avocare, & ad errorem trahere, idque hoc prætextu, quasi Dei veri esset nuncius [k]. Al. *Speculatur* (scilicet, vir spiritualis, id est, observat seducendi causâ,) *Ephraimum conjunctum Deo meo:* (Heb. qui est *cum Deo meo*, id est, illos ex Ephraimitis qui adhuc adhærent Deo: confer 1 Reg. 19. 18.) *ad prophetam quod attinet*, (nempe falsum, cujus facta mentio versu præcedente,) *laqueus*, &c. (i. e. quasi laqueus, &c. i. e. insidias tendit ut seducat,) *in omnibus viis ejus*, scilicet Ephraimi, sive Ephraimitatum talium [l]. ¶ *Insania*, &c. מַשְׂטֵמָה וגו׳] *Odium* (sub. *Dei veri*, V. vel, *Adversatio*, i. e. adversans [m]; vel, *Simultas*, Ca. *Inimicitias*, M.) *in domo Dei sui*, Calv. vel, *ejus*, P. sic Pi. &c. Ephraim putà, ubi erat hic viam Dei docendus, &c [n]. In domo vitulorum, qui sunt dii ejus [o]. Per concessionem loquitur & ex communi opinione, & ità conqueritur profanatum esse locum cui inscriptum erat Dei nomen. *Odium*, h. e. res exsecrabilis [p], ut v. præced [q]. Per appositionem de falso propheta intelligitur [r]: qui nihil aliud egit quàm quòd *inimicitias* seminavit inter populum & Deum †. Vel, per exclamationem, sic resolvetur, *O odium*, &c! id est, O rem odiosam & abominandam [t]! Al. *Odium in* (id est, contra) *ædem Dei ipsius*, videlicet Prophetæ veri. Quòd, inquit, ei laqueos tendunt, id fit odio Dei quem veneratur [v]. [Alii versum sic reddunt,] *Speculatur Ephraimum conjunctum Deo meo; ut laqueus aucupis in omnibus viis prophetæ ipsius* est, *intestinum odium in domo Dei ipsius*, JT. i. e. Propheta passim tendiculas ponit ad intestina odia inflammanda. Narratio improbitatis duplicis quâ pseudoprophetæ apud Israelitas tenebantur: una erat, quòd pios indesinenter observabant & prodebant sceleratissimè quasi prophetarent; altera, quòd intestinis illis & publicis odiis abutebantur, ut Israelitas inter se committerent, & illis tanquam laqueis ipsos impediebant & perdebant improbissimè Religionis specie [x]. Al. *Prospicientes qui sunt ex domo Israel, quò permaneat eis cultus idolorum suorum; prophetis suis laqueos tendunt super omnes eorum vias, multiplicant laqueos in domo sanctuarii Dei sui*, Ch. Al. Locus sic verti potest, *Speculatur Ephraimus apud Deum meum*; id est, Ephraim non vult videri penitùs defecisse, videtur adhuc Deo meo adhærere; sed solummodo speculatur apud ipsum, spectat quid commodum sibi sit ac utile: unde fit, quod statim sequitur, ut omnis *propheta* ejus sit *laqueus aucupis in omnibus viis suis*, vel *viis ejus*, nempe Dei: ut sensus sit, Ephraim, cùm videatur velle adhærere Deo, speculatorem tantùm agit apud eum; & propheta, cùm videatur velle insistere viis Dei, laqueus aucupis

Margin notes (left column): [h] Idem. [i] Tar. ex Pi. [k] Tar. [l] Pi. [m] Liv. ex Calv. [n] Liv. Riv. †H. in V. [o] Jun. [p] D. [q] G. [r] Mer. Tar. †D. [t] Tar. ex Mer. [v] Calv. [x] G. [z] Oecol. [a] Oecol. & RS. [b] RS. [c] V. [d] Riv. * D.

Margin notes (right column): [f] Liv. [g] Mer. [h] Q. in Calv. [i] Calv. [k] M. [l] Pi. [m] Pi. [n] Tar. [o] K. sim. Calv. [p] Calv. sim. Riv. [q] Calv. [r] Riv. †M. [t] Riv. [v] D. [x] Jun.

aucupis est in omnibus viis ejus, cúmque *domo Dei sui* delectari videatur, mera est *adversatio in* ea. Vel sic, *Speculator est, ô Ephraim, apud Deum meum.* Dixerat v. præced. Prophetam esse stultum, &c. At, inquit Propheta, apud Deum meum, ô Ephraim, est verus speculator, qui & tuam adversationem & prophetarum tuorum insaniam optimè perspicit. Præfero tamen prius†.

9. *Profunde*, &c. הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ] *Profundaverunt, corruperunt*, Mo. Pi. Liv. &c. (h. e. *Profundè corrupti sunt*, Liv. vel, *corruperunt*, sub. *se*, Pi. vel, sub. *vias suas*, vel, *alii alios*, D. In tali enim verborum conjunctione sæpe prius adverbii loco ponitur; ut Hos. c. 5. 11. *voluit ivit*, h. e. voluntariè ivit. Quid autem sit *profundè corrumpi* disces ex Esa. 31. 6. & Hos. 5. 2[y]. *Profunde*, i. e. valde, seu multùm. Sic dicimus, *profunda nequitia*, &, *profunda avaritia*. Sic in Apulejo, *profunda ærumna cupidinis*[z]; & in Salustio, *profunda libido*[a]. *Profundè peccaverunt*, G. ex Vulg. Imprudentissimè [Legendum videtur, Impudentissimè] se corruperunt. Non in superficie natat illis improbitas, sed in imo corde residet[b]. *In imum descenderunt, corrupti fuerunt:* Non mediocriter peccant, sed impudenter; in profundum peccatorum descenderunt[c]. Tralatio à foveis, quæ, quò profundiores, eò majores, sunt[d]: vel, ab arboribus, quæ, radicibus in altum actis, contra ventorum injuriam inconvulsè consistunt. Ut ostendat malitiam Israelis confirmatissimam fuisse. Confer Apoc. c. 2. v. 24*. *Occalluerunt, sceleratè agunt.* הֶעְמִיקוּ idem quod suprà Hos. 5. 2. Tam altas radices egit impietas & fallendi populi studium, ut admonitionibus nullis sanari possint doctores impii†. Dicit populum insanabilem esse, utpote profundè demersum & defixum in suis sceleribus, morbósque eorum radices egisse, &c[f]. Al. *Profundum fecerunt*, &c. id est, Foveas profundas & decipulas fecerunt in quas dejicerent populum[g]. Al. *Adauxêre corruptionem*, Ch. *In profundissimam corruptionem conjiciunt*, JT. videlicet alii alios. Heb. *Profundant corrumpunt*[h]. *Tam penitùs depravati sunt*, Ca. *In ima penetrârunt, & corruptionem commiserunt*, Sy. *Profunda fecerunt, corruperunt se*, Ti. *Callidum inierunt consilium : corruperunt*, P. Ad verb. *Profundaverunt*, (sub. *consilium*, aut *aversionem*; i. e. Subtiliter & callidè averterunt se à vera Religione & cultu Dei: dicunt enim se id facere in honorem Dei[i]. Vel, sub. *peccatum*, Q. in V. *Profunda fecerunt* peccata, M. qu. d. In profundissimam foveam peccatorum ceciderunt[k].) & *corruperunt*, V. M. subaud. *vias suas*, M. mores suos. q. d. Non solùm peccârunt in Deum, sed & in proximum, contra vitæ honestatem[l]. Declarat hîc quid ex falsorum Prophetarum suasu, verorum autem contemptu & odio, secutum sit, quòd ad extremum corrupti fuerint in cultu & moribus[m]. ¶ *Sicut in diebus Gabaa*] Id est, Ut corruperunt se Gibeonitæ[g]. Historia est Jud. 19. 16, &c[h].

10. *Quasi uvas in deserto* (sub. *vasto, ubi nihil crescit*, V.) *inveni Israel*] i. e. Patres Israelitarum[i], quum eos in populum peculiarem adoptavi[k]. *Uvæ in deserto* proverbiale est de re rara & cara & desideratissima[l]. Si cui per desertum peregrinanti (ubi rerum omnium penuria est[m]) uvæ obveniant, valde eis lætatur[n], ex fructu illo insperato[o]: sic & Deus lætatus est cùm vidit Israelis in deserto actiones bonas[p]: tam suavis & gratus mihi fuit Israel[q]. Non autem hîc spectatur amoris causa, sed qualitas, quâ tales à Deo gratiosè reputati sunt, Deut. 7. 7, 8. & 10. 15[r]. ¶ *Quasi*, &c. כְּבִכּוּרָה בִתְאֵנָה בְּרֵאשִׁיתָהּ וגו׳] *Veluti fructum maturum* (vel, *primitias*, M. Ca. sim. P. *primum fructum*, JT. Pi. Liv. sic Ti. V.) *in ficu* (Primas & præcoces ficus intelligit†, quæ, ut citò pereunt[t], ità gratissimæ sunt[v]. Vide Esa. 28. 4. Lucilius apud Nonium, *Sicuti cùm primas ficos propalàm recentes Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos*[x]. *Primæ* verò dicuntur quæ primùm maturuerunt: Græcè πρόδρομοι (*præcursores*) appellantur ab Athenæo l. 3. Dipnosoph[y].) *in principio*, sive *initio, ejus*, Mo. Ti. &c. (vel, 1. populi jam ex Ægypto liberati[z]: vel, 2. fructûs primitivi[a]; cùm primùm incipit ficus ferre fructum[b]. Scimus enim ficus bis quotannis fructum suum producere[c].) *vidi patres vestros*, Mo. &c. ¶ *Ipsi*, &c. הֵמָּה בָּאוּ בַעַל־פְּעוֹר וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת וַיִּהְיוּ שִׁקּוּצִים כְּאָהֳבָם] *Ipsi* (vel, Sed *ipsi*, Pi. *Ipsi* tamen, P. sic. Ti.) *ingressi sunt* (Rem pudendam, scilicet concubitum, verecundè designat[d]. Vel, *venerunt*, M. Ti. JT. *iverunt*, Pi. sub. *ad*, JT. Pi. P. &c.) *Baal-pebor*, Mo. &c. (idolum Moabitarum, Num. 25. 3*. [ubi dicta vide.]) & *separaverunt se* (sub. *à me*, P. Calv. Riv. Quanquam non opus est hoc supplemento; nam *separare se* alicui est, ei se consecrare, ut Num. 6. 2. *separabit* (i. e. consecrabit) *se Domino*[f]. Vel, *abalienati sunt*, G. ex Vulg. & c'. id est, initiati sunt[g]: vel, *segregati sunt*, M. *abstracti sunt*, Ti. *addicti fuerunt*, Ca.) *pudori*, Mo. P. &c. (vel, *pudendo*, JT. Pi. idolo pudendo ac turpi, nempe Beelphegor. Idem dicit aliis verbis, & voce *pudoris* utitur ut Jerem. 3. 24[h]. Vel, *sacris pudendis :* nam talia ferme erant μυστήρια (*arcana sacra*) τοῦ Beelphegor qualia apud Ægyptios Osiridis, apud Græcos Liberi patris & Cereris[i]. Chamos colebatur cum promiscuis libidinibus[k]. Id colligunt viri docti ex Num. 25. 3. ubi tamen scortatio non videtur fuisse cultus idoli, sed prævium quid & veluti occasio ad idoli cultum[l]. Vel, *turpitudini*, Ca. vel, *in*, sive *ad, confusionem*, M. Ti. in magnam ipsorum confusionem[m].) & *fuerunt abominationes*, sive *detestationes*, (Sic vocat detestanda idola, ut Deut. 29. 17. 2 Reg. 23. 13. 2 Par. 15. 8[n]. Vel, *nefarii*, Ca. vel, *abominabiles*, M. Ch. sim. Pi. Ti. Tar. Heb. *detestationes*; metonymia[o]: vel, abstractum est pro concreto, more Scripturæ*. Idola Hebræis vocantur שִׁקּוּצִים: & solet vox illa Hebræa verti, modò, εἴδωλον (*idolum*;) modò, βδέλυγμα (*abominatio*;) modò, μίασμα (*inquinamentum*.) Et plerumque idololatræ etiam mores fœdos addiscunt, præsertim cùm eò ducant ipsa mysteria. Vide ad Rom. 1[p].) *secundùm amorem*, sive *dilectionem, eorum*, Mo. P. Ti. vel, *suam*, M. vel, *secundùm amores suos*, Calv. vel, *prout amaverunt*, JT. Sy. Liv. sim. Ch. vel, *ut ipsorum amor*, i. e. adamati divi[q]: vel, *sicut dilecti*, σ'. Heb. *sicut amores eorum*, qui erant dii alieni, quorum cultui se addixerant[r]. Tam detestabiles fuerunt quàm dii illi quos amârunt †. Al. Sententia est, eis multa alia abominanda idola fuisse, quæ pro arbitrio suo coluerunt, prout amore & quodam libidinis fervore erga ea abducti fuerunt. Amos. 4. 4, 5. *Galgala augete defectionem : sic enim, Israelitæ, amavistis*[t]. Vel, *per amores suos*, tum corporales cum mulieribus Moabiticis, tum spirituales cum idolis earum[v]. Quemadmodum exarserunt in filias Moab, sic coluerunt earum abominationes. Innuit eos per amorem mulierum allectos ad idololatriam[x]. Tot habuerunt idola quot habuerunt mulieres atque uxores diversarum nationum[y]. Al. *pro eorum amore*, Cap. h. e. Quantò magis eos dilexeram[z], tantò magis eos odio prosequor[a], ob idololatriam[b]. *Amor*, pro amatoribus; abstractum pro concreto[c]. Heb. *secundùm amare eorum*, Pi. Vox אֱהֹב sumi potest vel pro nomine, ab formæ קֹדֶשׁ; vel pro infinitivo: nam infinitivus sæpe sumitur pro nomine[d]. Qu. Sed cur filiis hoc objicitur, quod à patribus patratum fuerat, & in eis vindicatum? Resp. Quia filii erant in eadem culpa, nec patrum exemplo & pœnis deterriti sunt, nec beneficiorum longâ serie movebantur. Hoc modo ostendit Deus se non præcipiti cursu ad vindictam properâsse, qui filios in parentibus delere potuisset, sed patienter exspectâsse, &c*. Peccata Ephraim exaggerat commemoratione præteritorum tum, 1. peccatorum suorum; q. d. Populus semper sui similis est[f]: tum, 2. beneficiorum Dei in Israelem collatorum, & amoris Dei summi atque gratuiti erga illos. Ità ingratitudinem eis exprobrat[g]. q. d. Jam olim ingrati fuerunt, nec mirum si sint etiamnum hodie. Nihil mihi optatius erat quàm cùm eos in populum delegi: at citò degenerârunt: in deserto quotidie mea beneficia & gubernationem sentientes, à me discesserunt[h].

11. *Ephraim*, &c. אֶפְרַיִם כָּעוֹף יִתְעוֹפֵף וגו׳] *Ephraim* (vel, *Ad Ephraimum quod attinet*, Pi. sic D. Liv. Riv. *Ephraim* est nominativus absolutus[i]: vide ad v. 8[l]. Oratio est abrupta, quia pathetica[m].) *tanquam avis avolabit*, vel *avolavit, gloria eorum*, M. Ti. Mo. sic P. Relativum hoc loco ponitur pro antecedente*. Al. *Ipsorum Ephraimitarum*, *tanquam volucris, evolabit gloria*, JT. *Gloriam* hîc intelligunt, vel, 1. Deum, qui populum deserturus erat, v. 12[n]: vel, 2. opes & potentiam[o]: vel, 3. fœcunditatem[p], quâ se jactabant[q]; vel, liberos,

Marginalia (left column): † D. — [y] Liv. sim. Riv. — [z] D. — [a] Liv. D. — [b] G. — [c] Oecol. — [d] D. sic Riv. — * Riv. — † Mer. — [f] Calv. — [g] Oecol. — [h] Jun. — [i] V. — [k] V. ex M. — [l] V. — [m] Riv. — [g] Pi. — [h] G. sic M. V. Ca. Riv. Mer. &c. — [i] V. — [k] Pi. — [l] V. — [m] Idem. — [n] G. sim. M. D. Calv. K. &c. — [o] Calv. — [p] G. — [q] Calv. — [r] Riv. — † Liv. sim. D. G. — [t] G. — [v] D. sim. Liv. G. — [x] Liv. D. — [y] Liv. — [z] G. — [a] Riv. — [b] V. sim. D. Mer. — [c] Calv.

Marginalia (right column): [d] Calv. sim. D. — * G. sic M. D. Pi. &c. — [f] Riv. — [g] G. — [h] D. — [i] G. — [k] D. — [l] Riv. — [m] M. — [n] Liv. — [o] Pi. — * Tar. — [p] G. — [q] Ca. — [r] Buxt. vind. 2. 8. 630. — † Q. in D. sim. Calv. Tar. — [t] Liv. — [v] Pi. — [x] Riv. — [y] V. — [z] Cap. crit. 4. 2. 22. 229. Q. in D. K. — [a] Q. in D. Cap. sim. K. — [b] Cap. ib. — [c] Mer. — [d] Buxt. vind. ib. — * Riv. — [f] Mer. — [g] Riv. — [h] Mer. — [i] Liv. Riv. — [l] Liv. — [m] Calv. — * V. — [n] Q. in Riv. 5 — [o] Calv. sim. M. — [p] G. sim. Ca. — [q] G.

liberos [r], in quibus parentes gloriari & lætari solent, vide Gen. 21. & 29. & 30. 1 Sam. 2 †. qui sunt gloria & decus parentum, Prov. 17. 6 [t]. Sic Livia in poeta filium suum appellat; *Gloria confectæ nate parentis, ubi es?* Apud Persas, proximo loco post bellicam fortitudinem, maximo in pretio fuisse numerosam prolem, & multorum liberorum patri Regem munera mittere solitum esse, tanquam strenuum quippiam præstiterit, Herodotus testis est [v]. Al. Inquit Propheta, Utinam sint sicut avis quæ migrat à nido suo, & cessat à fructificatione & multiplicatione. Quid enim id profuerit, cùm ego eos orbabo [x]? ¶ *A partu, &* (vel, *aut*, P. Pi.) *ab utero, &* (vel, *aut*, P. Pi.) *a conceptu*] Ità Mo. Ti. &c. Gradatim exprimitur vindicta Dei [y]. Quatuor gradibus filiorum interitus explicatur [z]. Maledicti erunt [a] & morientur [b], 1. *à partu*, i. e. infantes à matre recentes [c], recèns in lucem editi [d]: 2. *ab utero*, antequam in utero gestati justum tempus ad partum compleverint *; antequam edantur in lucem [f]: abortient fœminæ [g]. Si nondum subacti sint primâ pœnâ, in utero eos interficiam; imò, si nondum resipiscant [h], 3. *à conceptione*, nè in utero gravidato vivificentur [i]: vel in ipsa conceptione, vel ante eam: quorum videlicet matres steriles erunt [k]. Concubitus erunt infœcundi [l]. 4. *Ab educatione*, [de qua v. seq.] cùm scilicet in pueritia ad aliquod tempus enutriti fuerint. Hæc omnia fœminæ sæpe experiuntur [m].

12. *Quòd etsi enutrierint*, &c. יְגַדְּלוּ וגו'] *Extulerint*, Calv. *educaverint*, JT. Pi. Si quibus contingat liberos ad aliquam ætatem educare [n], ut adolescant, adeóque solatio sint parentibus, aut præsidio [o]. ¶ *Absque*, &c. וְשִׁכַּלְתִּים מֵאָדָם] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi. *Tamen*, Ti.) *orbabo* (vel, *exterminabo*, M. vel, *orbos reddam*, Ti. vel, *tollam*, Ca. שִׁכֵּל propriè significat, parentes liberis orbare: aliquando tamen *orbari* dicuntur ipsi qui tolluntur, ut Deut. 32. 25 [p].) *ab homine*, Mo. Ti. vel, *ex hominibus*, Ca. LXX, Sy. Ar. Faciam ut in loca Assyriaci Imperii avehantur *. Vel, *ut non sint homines*, P. *antequam fiant homines*, M. *nè in viros evadant*, Ch. Ut non sentiantur inter homines, hoc est, ut non perveniant ad ætatem virilem [q]. Non pervenient ad eam ætatem ut dicantur *Adam* [r]. Putant nomen *Adam* usurpari de provecta tantùm ætate. Sed falluntur: nam etiam de infantibus dicitur Jon. 4. 11 †. *Ut non superſit ullus*, JT. Pi. nè deinceps inter homines supersint & vivant, ut Prov. 30. 14 [t]. Simili ferè ratione Nabuchodonosor Dan. 4. 33. dicitur *ejectus ab hominibus*, quia, inter bestias degens, ab hominum commercio exsulavit: Hoc tantùm interest, quòd ille inter vivos relinquebatur [v]. ¶ *Sed &* (vel, *Quin etiam*, Pi. Riv. *Præterea*, G. Riv. *Certe*, Q. in Riv. כִּי גַם ad verb. *quia etiam* [x].) *væ eis, cùm*, &c. בְּשׂוּרִי מֵהֶם] *Quum recessero*, vel *discessero, ab eis*, Calv. JT. Pi. scilicet natis [y]. i. e. Quum subtraxero eis gratiam meam & opem meam [z], & favorem meum [a]. q. d. Non solùm prole privabo, sed & cæteris beneficiis suis [b], & præsidio suo [c]. Causam & originem omnium malorum ostendit, nempe discessionem & iram Dei: ut, contrà, ex favore Dei oritur quicquid optabile est [d]. *Quum sustulero majestatem meam ab eis*, Ch. *ultionem sumpturus sum ab eis*, Sy. At ό. & Th. locum sic transferunt, *væ illis, caro mea ex eis* *. Legerunt בְּשָׂרִי, pro בְּשׂוּרִי, sensu non incommodo, quo significatur incarnatio Christi, qui carnem assumpsit ex gente Judaica [f]. Ità Christus hîc introducitur intercedens pro Israelitis, nè prorsus orbentur, quia, inquit, *caro mea est ex eis* [g]. Sed non vident hîc agi de Decem tribubus, è quarum nulla Christus carnem assumpsit [h]. At si significaret, *cùm recessero*, &c. scripsisset בְּסוּרִי; nam סוּר sign. *recessit* [i]. Sed frequens est illud ἀντίστοιχον, quo literæ unius organi & soni inter se permutantur. Sic יָסוֹר 1 Par. 15. 22. legitur pro יָשַׂר, *principatum tenebat*; שִׂכְלוּת Eccl. 1. 17. pro סִכְלוּת, *stultitia*; שֻׂכּוֹ Thren. 2. 6. pro סֻכּוֹ, *tugurium ejus*; נָשׂוֹג 2 Sam. c. 1. v. 22. pro נָסוֹג, *aversus fuit*, &c [k].

13. *Ephraim*, &c. אֶפְרַיִם כַּאֲשֶׁר רָאִיתִי לְצוֹר שְׁתוּלָה בְנָוֶה] *Ephraim ut vidi in Sor* (vel, vidi *ut vidi Sor*, P. ל vel pro אֶת accipitur, vel redundat [l]. Vel, est *qualem video Tyrum*, Pi. vel, *quemadmodum video Tyrum*, JT. vel, *ut video*, *similis est Tyro*, M. V. sim. Ti. Ca. Propriè dicit, *vidi*, quia Prophetarum hoc erat, *videre*, in visione prophetica, vel somnio. Prophetæ olim dicebantur *Videntes* [m]. Vel, fuit *sicut vidi Tyrum*, Q. in V. sic Mer. לְצוֹר pro כְּצוֹר. Sic alibi לְקַשׁ, *ut stipula* [n]. Potiùs, est ellipsis particulæ similitudinis [o]: ut Psal. 3. 4. Nah. 3. 12. Mal. 4. 1 [p].) *plantata* (vel, *plantatam*, P. Q. in V. Mer. *plantatæ*, Ti. vel, *sitæ*, Ca. vel, *plantata* est, JT. vel, *quæ plantata est*, sive *fuit*, M. Pi. id est, sita, vel, si ad Ephraimum referatur, collocata. Tralatio à vineis aut arboribus [q]. Si ad Tyrum referatur, nulla est difficultas; si ad Ephraimum, non convenient genere hæ duæ voces. Sed suprà vidimus simile exemplum, ubi subauditur nomen fœmin. gens, natio, aut Tribus, &c [r].) *in habitaculo*, Mo. P. id נָוֶה usitatè denotat †: vel, *in amœnitate*, M. Ti. *in amœno habitaculo*, JT. Pi. vel, *in pulchro*, sive *specioso*, sub. *loco*, D. Legitur נָוֶה pro נָאֶה, א in ו verso; ut contrà, נָאוֹת pro נָוֹת [t]. Intellige, in loco probè munito [v]. Sensus, Ephraim, ut & Tyrus, propter idololatriam affligetur [x]. Accidet ei quod Tyro, quæ, licèt florentissima, tamen excisa est [y]. Al. Gens Ephraimitica, quasi adspicerem Tyrum, ità stabilita erat in amœnis locis. Vide Ezec. 28. 12. Aq. Sym. & Th. צוּר legêre; at ό. צוֹר, θῆραι· quod ideo dico ut vetus scripturæ varietas appareat [z]. Ut Tyrus fuit urbs florentissima & inexpugnabilis, ità Ephraim, i. e. decem Tribus [a], sive respub. Ephraïmitica [b]. Tyrus erat celebre emporium opibus & potentiâ florens, de qua expugnanda non semel Alexander desperavit [c]. Ephraim comparat Tyro, vel, 1. quòd hujus exemplo Ephraim se efferebat [d]: vel, 2. quòd Israel vicina erat Tyro loco & moribus *: vel, 3. ad commendationem Regni Israelis. Sed vide hominum calamitatem Dei donis contra Deum abutentium. Beneficia ista putabant (successu dementati) esse idololatriæ præmia [f]. Al. Locum sic accipio, *Ephraim* fuit *sicut vidi ad Tyrum*, vel *in Tyro*, *plantatam* (sub. *arborem*, vel *plantam*,) *in habitaculo*, sive *tugurio*. Tyrus exstructa est in medio mari, habuítque hortos amœnissimos, sed non sine magno sumptu & labore. Et probabile est, Tyrios, qui divites erant, arbores quasdam, quæ hyemem ferre non poterant, servâsse & fovisse in tuguriis, ut hodie mos est. Summa est, Ephraim fuisse instar arboris delicatæ, quam homo studiosè conservat. Hinc Israelis superbia; confidebant præsenti statui, spernebant minas, &c. Hæc causa exitii [g]. Prævidens Propheta, opes, potentiam & delicias, quibus adhuc Israel fruebatur, ipsi obstaculo esse nè minis ejus crederent, utitur præoccupatione, quâ concedit ei quæ ipse jactabat, cúmque Tyro confert: non tamen, inquit, ità effugiet vindictam Divinam [h]. ¶ *Et*, &c. וְאֶפְרַיִם לְהוֹצִיא אֶל הֹרֵג וגו'] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. *Et tamen*, P.) *ad educendum* (sub. *paratus est*, D. Tar. K. ut sit ellipsis [i]. עָתִיד *paratus* sæpe deficit ante verbum infinitum. Græcè diceres, μέλλει ἐξαγαγεῖν, *futurum est ut educat*, id, est, educere debet [k]. Vel, *educturus est*, P. Ca. *producturus est*, JT. Pi. cogetur *educere*, M. sic G. nempe ab hostibus [l],) *ad interfectorem*, sive *interfectores*, *filium suum*, vel *filios suos*, P. Mo. &c. id est, cives suos; vel filios propriè dictos [m]. Hos educet, vel, 1. ut Molocho immolarentur [n], sive Saturno, ut mos erat in Syria [o], & in Sidone [p] [& Tyro.] Vel, 2. in Ægyptum, ubi interficiantur [q]. Vel, 3. ad bellum, ubi occidentur [r]: ad hostes Assyrios †. q. d. Quos in aciem producent contra Assyrios, velut agnos ad lanienam evocaturi sunt [t]. Fuêre occasio filiis suis, quos malè instituebant, ut ab hostibus occiderentur & auferrentur. Etiam innocenti ætati hostilia minatur arma. Fit hoc tum in pœnam parentum, tum in exemplum posteris, ut, pœnarum atrocitate moniti, discant Deum timere [v].

14. *Da eis—: quid dabis?* מַה־תִּתֵּן] *Quod daturus es*, V. G. i. e. quod interminatus es te daturum illis [x]; nempe sterilitatem, aut infantes ὠκυμόρους, (*citò morituros* †.) Al. *Quid dabis?* Hîc quasi suspensus & attonitus secum disputat, & cum Deo deliberat quid maximè optandum sit *. ¶ *Da eis vulvam*, &c. רֶחֶם מַשְׁכִּיל וְשָׁדַיִם צֹמְקִים] *Vulvam*, vel *uterum*, *orbantem* (*abortientem*, M. Ti. JT. Pi. *sterilem*, Ca. Sy.) *& ubera arentia*, Ch. P. Mo. M. Ti. *flaccida*, JT. Pi. *sicca*, Ca. ό. Sy. Ar. i. e. Perde filios ejus antequam edantur in lucem, aut postea præ lactis inopia in mammis [y]. Qu. Sed quale hoc votum? Resp. 1. Non

[r] D. Liv. V. Riv. Calv.
† Liv.
[t] Riv. ex Liv.
[v] Liv.
[x] RS. in Mer.
[y] Calv.
[z] Liv.
[a] Tar.
[b] K.
[c] G.
[d] D. Liv. Tar. Riv.
* Liv. D.
[f] Tar. sim. Riv.
[g] G. sim. Riv.
[h] Calv.
[i] Liv.
[k] D.
[l] G. sim. Riv.
[m] Liv.
[n] G.
[o] Riv. ex Liv.
[p] Riv.
* G.
[q] V.
[r] K.
† D.
[t] Liv. D.
[v] Liv.
[x] Riv.
[y] Ca.
[z] Pi.
[a] Riv.
[b] Mer.
[c] D.
[d] Calv.
* D.
[f] Cap. crit. 4. 8. 5. 272.
[g] Q. in Riv.
[h] Riv.
[i] Galat. in Glas.
[k] Glas. philol. 1. 1. num. 75. p. 118.
[l] D.

[m] Idem.
[n] Idem.
[o] Tar. sim. D.
[p] Tar.
[q] D.
[r] Riv.
† D.
[t] Riv. ex D.
[v] Pi.
[x] Q. in V.
[y] M.
[z] G.
[a] V.
[b] D.
[c] Mer.
[d] Riv.
* Oecol.
[f] Mer.
[g] Calv.
[h] Riv.
[i] Tar.
[k] D.
[l] G.
[m] D.
[n] Q. in Riv.
[o] D.
[p] Oecol.
[q] Ca.
[r] V.
† Pi.
[t] Riv. Oecol.
[v] Mer.
[x] V. sim. G.
† G.
* Calv.
[y] Mer.

Non imprecatio est, sed pœnæ mitigatio quam eis precatur [z], ut testetur sympathiam suam & charitatem erga Israelitas [a], simúlque ostendat mali magnitudinem [b]. Confer Job.3.3,&c. Jer. 20. 14,&c [c]. Luc.23.29 [d]. Ex duobus malis minimum illis optat *. Ità terrorem incutit hypocritis, quibus minæ ipsius ludibrio erant: q.d. Tanta erunt mala, ut sterilitas sit loco summi boni [f]. Propheta, cùm audivit futurum ut parentes hostibus filios suos proderent, orat Deum ut minore pœnâ contentus esset, ut fœminæ abortiant, nec ulli sint quos lactent infantes; ut aut non nascantur, aut statim intereant [g]. Resp. 2. Est prædictio [h]; vel, maledictio sive imprecatio [i]. Sed num Propheta calamitosis calamitates imprecatur? Resp. Considerandа hîc sunt & populi peccatum, (quod tale erat ut pro iis orari non possit, quum admoniti pertinaciùs peccarent;) & singularis Prophetæ vocatio, quâ divinitus jubetur populo imprecari. Sic vindicta magistratibus licita est, non aliis. Prophetæ prior est cura sanctificationis nominis Dei, quàm salutis populi sui [k].

15. *Omnes*, &c. "כָּל־ וגו] *Omne*, vel *Totum*, (vel, *Omnis*, P. Ti. vel, *Summum*, sive *Præcipuum*: nam comparativè hîc loquitur Propheta, non simpliciter [l]:) *malum* (vel, *malitia*, P. Ti. &c.) *eorum* (sub. *est*, vel *fuit*, Pi. P.) *in Gilgal*, Calv. JT. Pi. Fons & velut origo totius malitiæ eorum fuit in Gilgal †. Oppidum hoc erat quod ad decem Tribus pertinebat [m]. Non nunc primùm incipiunt peccare in Gilgale, de quo vide suprà cap. 4. vers. 15. jamdudum id fecerunt, cùm Samuelem contempserunt; itaque meritò eum locum odi. Mysticus sensus est, Judæos per summum scelus effecturos ut Christus crucifigatur in גלגלתא: nam hoc nomen idem est cum גִּלְגָּל, nisi quòd Syriaca est pronunciatio [n]. Intelligit duo mala quæ admiserunt in Galgal [o]. 1. Regem ibi petierunt, rejecto Domino [p]. 2. Ibi coluerunt idola [q]. Gilgal erat locus celeberrimus. Ibi Josue circumcisionis fœdus renovavit [r], & Tabernaculum quievit †, & primum post ingressum in Terram promissam Pascha celebratum est [t], & populus primùm comederunt fructus terræ [v]. Unde hic locus celebris & religiosus habebatur, & Samuel hunc locum delegit ubi victimas immolaret, 1 Sam. 10.8. Idcirco Israel ex χαχοζηλίᾳ & superstitione cultum hîc instituerunt idololatricum. Amplificat itaque crimen idololatriæ à subjecto [x]. qu.d. Heu! quantum mutatus ab illo locus est, qui dictus est [*Gilgal*] à peccato amoto, sive probro Ægyptiorum devoluto, quum ibi populus peccata cumulet idololatriâ [y]! Ibi idololatriam instituerunt ubi Divinorum beneficiorum maximè oportebat meminisse [z]. Loca celeberrima Dei operibus fœdat idololatria [a]. ¶ *Quia*, &c. "כִּי־שָׁם וגו] *Nam* (vel, *Sanè*, Tar. vel, *Ideo*, Riv.) *ibi odi* (i.e. cœpi odisse [b]; vel, etiam olim exosos habui [c],) *istos propter malitiam*, &c. Pi. &c. Tacita est comparatio inter alia peccata, quæ ex infirmitate vel imprudentia committuntur, & ipsorum contumaciam, &c [d]. Ut quondam ibi eos dilexi, ità nunc odi *. ¶ *De domo mea ejiciam eos*] Id est, vel, 1. de Sanctuario [f]. Sed hoc non patitur conditio populi Israelitici [g], [qui ab illo jamdiu ejecti sunt, vel seipsos ejecerant: nisi fortè τὸ *ejicere* sumatur pro, *ejectos detinere*; juxta regulam non semel prolatam, quòd verba actionem significantia interdum de actionis continuatione accipienda sunt.] Vel, 2. de possessione & hæreditate mea [h], de Terra promissa [i]. Vel, 3. de familia mea [k]. q.d. Ego vos prorsus abdicabo. Israelitæ tunc erant similes spuriis. Sed quia adhuc manebant apud eos circumcisio & nomen Sacerdotii, & jactabant se esse sacrum Abrahæ genus; ideo hîc tale denunciat eis excidium, ut appareat frustrà ipsos gloriari superbis istis titulis [l]. ¶ *Non*, &c. לֹא אוֹסֵף אַהֲבָתָם] *Non pergam*, vel *addam*, *amare eos*, Pi. Calv. &c. vel, *amorem eorum*, Pi. Obj. At jam desierat eos amare. Resp. Impii amorem Dei æstimant ex præsentibus commodis; erátque quædam amoris species, quum Dominus adhuc eos foveret & alliceret dulcedine bonitatis suæ: nunc ergò dicit, *Non persequar amorem meum erga ipsos* [m]; h.e. Jam reipsa ostendam me ipsis esse infestum [n]. *Non pergam amare*, sed abominabor [o], & delebo, ut sequente comparatione docet; & beneficia mea, sive amoris & favoris mei testimonia, ipsis denegabo. Negatio antecedentis hîc ponitur pro negatione consequentis. Non agit hîc de amore Dei speciali erga electos, sed de amore communi Dei erga creaturas suas [p]. Dices, infrà esse promissiones. Sunt quidem, sed non de hac terra, sed de vera filiorum Dei libertate [q]. ¶ *Omnes principes eorum* (custodes legum, qui Religionis etiam curam debebant suscipere, & idololatriam arcere [r], & aliis exemplo esse ad virtutem, errantésque reprehendere & in viam revocare †,) *recedentes*, סוֹרְרִים] Sunt *refractarii*, JT. Pi. vel, *perfidi*, sive *defectores*, Calv. *Defecerunt* à me, aut falsa numina colendo, aut me assimilando vitulis [t]. *Principes*, i. e. omnes populi præsides, tam politici quàm ecclesiastici: hi, inquit, populo fuerunt obstaculo & scandalo [v], & duces erant ad omne scelus. Sed dum Principes accusat, non absolvit populum, ut alibi dictum [x], sed illum eâdem operâ perstringit, ut Principibus similem [y]. Elegans hîc paronomasia inter *Sarim*, Principes, & *Sorerim*, rebelles [z].

16. *Percussus est Ephraim*] Metaphora à stirpibus sumpta, quæ, vermibus, vento, aut vi cœli asperioris, tactæ & percussæ, exarescunt [a]; ut Psal.102.5. Jon.4.7 [b]. *Percutietur*, nempe sterilitate, ut suprà 11. Vide Psalm. 102.5 [c]. ¶ *Radix eorum*, &c.] i.e. Vis genitrix †. ¶ *Fructum*, &c.] Liberos non gignent. In cœpta metaphora persistit, quâ liberi vocantur *fructus*, Lam. 2. v. 20. &, *fructus uteri*, Deuter. 28. 11, 18. Luc. 1. 42. Hinc uxor fœcunda *viti feraci* confertur Psal. 128.3 [d]. ¶ *Interficiam amantissima*, &c. מַחְמַדֵּי בִטְנָם] *Desideria* (vel, *desiderabilia*, Calv. *delicias*, Ca.) *ventris eorum*, Riv. Pi. &c. i. e. natos *: liberos *desideratissimos*, JT. Pi. sim. Liv. D. Riv. liberos diu optatos [d]. Metonymia adjuncti; qualis in Ciceronis epist. ubi ad uxorem & liberos scribit, *Valete mea desideria, valete* *. Sic apud Ebræos quæcunque sunt in pretio vocantur *desideria*, ut Dan. 11. 43. Mic. 4. 13 [f].

17. *Abjiciet*, &c. "יִמְאָסֵם וגו] *Spernet* (vel, *Abjiciet*, JT. Pi. sub. *à se*, V. vel, *Repellet*, V. Propriè, Rejiciet cum fastidio, tanquam vile & contemptum quid [g]:) *eos Deus meus*] Propheta loquitur [h]. Dicit, *meus*, vel, 1. ut innuat eum non esse ampliùs Deum istorum [i]. Deus posthac futurus Prophetarum, non & populi [k]. Vel, 2. ut authoritatem sibi astruat contra totum populum, Deum adducit patronum & vindicem suæ doctrinæ [l]. ¶ *Erunt vagi in nationibus*] Dispersi inter gentes [m] illas à quibus expugnandi erant [n]. Vide 2 Reg.15.29. 1 Par.5.26 [o].

CAP. X.

1. VItis, &c. גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל] *Vitis vacua*, vel *inanis*, (vel, *inutilis*, Ca. sub. *est*, Ti. JT.) *Israel*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. &c. vel, *Israelita*, Ca. Tanquam *vitis inanis*, i. e. quæ caret succo sive humido radicali [a]; vel, humore gratiæ [b]; vel, vacua cultoribus [c]. Al. *spoliata*, seu nudata fructibus [d]; quia coactus est dare grandem pecuniam Puli, 2 Reg. 15. 20 *. Al. בּוֹקֵק est verbum transitivum [f], ut Esa. 24. 1 [g]. & Jer. 51. 2 [h]. & in aliis omnibus locis *. Quamvis Ebræi omnes intransitivè accipiunt, transitivæ tamen acceptioni favet forma conjugationis, quæ vim habet eorum verborum quæ Græci *media* vocant, quæ modò activè, modò passivè, capiuntur †. [Unde sic reddunt;] *evacuans*, D. Riv. i.e. vacuum & inanem reddens [l]; sub. *se*, K. &c. in Riv. [Alii cum membro sequente jungunt, & locum sic reddunt,] *Israel* est ut *vitis evacuans fructum* quem *Deus ei posuit*, D. Riv. Al. *Vitis frondosa*, Vulg. ex ὁ. εὐκληματοῦσα [k]. Sic edit. Rom. & Complut. In cæteris est, ἀγκληματοῦσα, quod in idem recidit: nam ἀγκλήματα est, *sarmentis sylvescere* [l]. Aq. vertit, ἔνυδρος, (*irrigua*;) Sym. ὑλομανοῦσα, (*sylvescens*, vel *luxurians*;) Chald. *vastata* [m]. Al. *fructifera*, Q. in V. bonas habens propagines & flagella fructifera [n]. Sensus est, Israel, antequam à Religione deficeret, ramis fructiferis exuberavit [o]. Al. *Vitis evacuat Israelem*, i. e. vacuum & amentem reddit; ut Hos.4. 11. *Vinum aufert cor*. Hæc vera interpretatio, quam

[Margin notes, col. 1717:] z Mer. sim. Riv. a Riv. b Tar. sim. Riv. c Tar. d Calv. * Riv. f Calv. g G. h Q. in Riv. i Q. in Riv. Mer. ex Oecol. k Mer. l Calv. † Riv. m D. n G. o V. p V. sim. D. K. Mer. ex Oecol. & RS. & AE. Riv. Ti. Calv. &c. q D. sic Riv. r D. sim. Mer. Riv. † D. t Riv. v Riv. sim. D. Mer. x Riv. y Mer. z Oecol. sim. Riv. a Mer. b Riv. c G. d Riv. * Mer. f Q. g Riv. h Tar. i Q. in D. G. Riv. k D. Tar. Riv. l Calv. m Idem. n Calv. Riv. o Tar.

[Margin notes, col. 1718:] p Riv. q Oecol. r Mer. † D. t G. v Riv. x Calv. y Riv. z D. sic Tar. a Liv. D. Riv. b Liv. c Liv. † Idem. d Liv. * Ca. d G. * Liv. D. f Riv. g Riv. h D. Pi. i D. sim. Riv. k G. l Calv. m G. sic V. n V. o G. a V. b M. c G. d Calv. * Pi. f D. Riv. Di. g Riv. h D. observo 10. 25. * Di. † D. ib. l D. k G. l D. m G. n Q. in D. o Riv.

quam mihi suggessit acutissimus Philippus Marnixius [p]. Al. *Vitem evacuat Israel*, Di. ex Schindl. sic Tar. Riv. Nam בוקק masc.gen. est, ideóque jungi non potest cum voce גֶּפֶן †, quæ ubique fœmin. est [q]. Imò mascul. est 2 Reg. 4.39 [r]. vel generis communis *. Alibi fœm. est, hîc verò masc [t]. [Sensus hujus versionis est,] *Vitem* à Deo plantatam, & olim fructiferam, *evacuat* nunc *Israel* hic malus, & cœlestis sui hortulani spem fallit [v]. Status reipublicæ confertur sæpe viti à Deo plantatæ: hunc statum ipsi Israelitæ corruperunt, atque ità vitem istam quasi evacuârunt [x]. ¶ *Fructus*, &c. פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ [Variè reddunt. Alii interrogativè.] *An* (vel, *Et quomodo*, K.) *fructum ponet*, vel *reponet*, *sibi?* Q. in Riv. Oecol. *Feretne ergò fructum?* V. Nequaquam [y]: aut, non sibi, sed idolis, in quibus ornandis & colendis totus est [z]. Putas, relinquet ei hostis fructum? Omnia certè tollet [a]. *Fructum æstimaverit ei* quispiam? Ti. Seipsum in sequentibus exponit [b]. *Fructum ponit ei?* [Sequitur,] *Secundùm multitudinem*, &c. quod Latinè est, Quum, vel Si, fructum ponit ei, pro multiplicatione fructûs sui multiplicat altaria [c]. [Reliqui affertivè.] *Fructum* (vel, Veruntamen *fructum*, Pi.) *ponet*, vel *ponit*, (vel, *reponit*, JT. Pi. vel, *edit*, Ca. sub. *Israel*, Pi.) *sibi*, Mo. P. M. JT. Pi. Ca. Calv. Sibimet, non mihi Domino, serviunt [d]. Sibi suóque tantùm commodo externo inservit *. Nemini est fructuosa: [*vitis* scilicet:] si quid profert, eo toto in libidinem suam abutitur, ut sequentia verba exponunt [f]. Al. Post spoliationem fructum ponet sibi [g]; vires recolliget, rursum ditescet, & quasi novas uvas nanciscetur [h]. Deus populum rursus benedictione suâ dignatus est, & quasi in integrum restituit: quemadmodum Vere gemmas suas vites projiciunt, deinde afferunt fructum suum [i]. Al. *Fructum sibi posuit*, i.e. antehac frugifera cùm esset [k]. Al. *Fructum ponebat ei* Deus; q. d. Deus quidem ex ea vite fructus ipsis dedit, i. e. reipublicæ eorum abunde benedixit [l]. Al. *Fructus adæquatus est ei*, Vulg. i.e. Vel, 1. respondit numero palmitum & surculorum & frondium ipsius. Notat uberes Terræ sanctæ proventus, opes, victorias, delicias, quibus abundabant Israelitæ, sed ingrati abutebantur [m]. Vel, 2. eum fructum tulit quem promittebat pampinorum & sarmentorum lascivia; scilicet, nullum verum & solidum [n]. Simplicissimus hic sensus videtur: *Fructum æquat sibi*; q. d. Ut vitis est vacua, sic fructum similem fert, hoc est, evanidum, aut nullum [o]. Verbum שׁוה primò significat, *adæquare* [p]. Al. ישׁוה derivatur à שׁוא, & tunc significat, *vanum esse*, eritque hic sensus, *destituet se fructu* [q]: vel, *mentietur ei*; nam שׁוא *mendacium* significat [r]. Al. *Fructus imponet ei*, i.e. fallet eum †. τὸ שׁוה sign. *ponere* [t]. ¶ *Secundùm multitudinem fructûs sui* (i. e. fructuum terræ suæ [v]) *multiplicavit altaria*] Quò res habuit prosperiores, eò magis indulsit idololatriæ [x]. Pro facultatum accessione idolorum & numerum & pretium auxerunt [y]. Divitias suas non confert in verum cultum Dei, à quo illas accepit; sed in exstructionem altarium contra Legem Dei. Vide Deut. 12. 5, &c [z]. ¶ *Juxta*, &c. כְּטוֹב לְאַרְצוֹ הֵיטִיבוּ מַצֵּבוֹת] *Secundùm bonum*, vel *bonitatem*, (i. e. ubertatem [a], vel prosperitatem, sive felicitatem. Repetitio est [præcedentis membri] aliis verbis [b]. Vel, *benefacere*, Mo.) *terræ suæ*, sive ejus, *pulchras posuerunt* (vel, *adornârunt*, ut 2 Reg. 9. 30 [c]: vel, *concinnaverunt*; vel, simulachris & idolis posuerunt elegantes & insignes [d]: vel, *bonas effecerunt*, Tar. Pi. *benefaciunt*, JT. *benefecerunt*, Mo. Calv. Ti.) *statuas*, P. Mo. Ti. Pi. vel, *statuis*, JT. vel, in *statuis*. Repeto literam Lamed [ex voce לְמַצֵּבוֹת.] Priùs dixit, *multiplicavit altaria*, ad verb. *in altaribus*, vel, *ad altaria*; i. e. multus fuit, vel nimis liberaliter profudit pecuniam, in altaria: ità etiam hîc repetere convenit, quòd *benefecerint in statuis*. Loquitur autem ironicè & per concessionem, & ex eorum sensu; q. d. *Benefaciunt*, &c. i. e. Sibi sanctissimi videntur Dei cultores, nam ostentant magnum zelum *. [Alii locum sic reddunt,] *Sed & juxta bonitatem terræ suæ ipsi bene egerunt*, vicissim erigentes *statuas*. Ironia est & exprobratio [f]. *Quò melior est eorum terra, eò meliùs simulacra faciunt*, Ca.

2. *Divisum*, &c. חָלַק וגו'] Hoc verbum aliis activum est; plerisque autem, quod rectiùs, est intransitivum, vel reciprocum [g]. [Hinc variant.] *Impertitur cor eorum*, Pi. sic JT. scilicet sacrificia idolis [h]: i. e. Isti ex corde suo impertiuntur idolis quicquid habent [i]. *Divisit cor eorum*, Ti. Di. D. sub. *Deus*, D. sic Diod. Bel. &c. in Boot. Di. idem de quo subjicitur, *ipse decollabit*, &c. Ex qua divisione cordis sequetur quòd jamjam desolabuntur. Rectè sic vertunt οἱ [k]. [At illi vertunt, *Diviserunt corda sua*.] Affixum referunt ad Israelitas simul & Assyrios, inter quos dissensionem immisit Deus [l]. Al. *Divisit se*, vel *Divisum est*, (vel, *Subduxit sese*, V. vel, *Recessit*, G.) *cor eorum*, Mo. P. M. Ch. Sy. Calv. &c. Vel, 1. à Deo [m]: à Lege [n], & à timore Dei; servire volens Deo & mammonæ [o]: à Deo, cui adhærere debebant toto corde; q. d. Non erant integro sincerόque affectu addicti Deo suo. Caput omnium scelerum est, ubi cor nostrum ab ipso dividitur [p]. Deum deseruerunt [q]. Vel, 2. à Rege Osea, qui eos ad pietatem revocabat. Erat enim Rex minùs malus quàm priores, etiamsi non planè bonus, 2 Reg. 17. 2. Ab eo dissensit populus, & id hîc prædicitur [r]. Vel, 3. inter varia idola; dum unus hoc, alius illud, eligit †: hic vitulos, ille Baalem [t]. Vel, 4. in rebus politicis [v]. Mutuis odiis inter se dissident: volunt hi placari muneribus Assyrios; alii, bello peti; alii, evocari Ægyptios, Syros, Judæos, in auxilium adversùs communem hostem [x]. Vel, 5. partim Deum, partim idola, colendo [y]. Vide 1 Reg. 18. 21. *Quousque claudicatis*, &c [z]? Idololatræ, soli Verbo Dei non nitentes, suis studiis indulgent [a]. Ut autem cor in corpore, si in partes dividatur, necessariò interit: sic cùm in varia dissecatur studia voluntas nostra, & affectus, subsistere non potest; ut omne vulnus, etiam ex acûs punctura, in corde lethale est [b]. Totum cor, non partem, vult Deus. *Dilige Dominum ex toto corde* [c]. ¶ *Nunc*, &c. עַתָּה יֶאְשָׁמוּ] *Nunc*, vel *Jam*, (i. e. Brevi †: vel, *Exinde*, Sy. Ideo *nunc*, M. sim. P.) *desolabuntur*, Mo. P. M. D. vel, *peribunt*, Q. in Calv. οἱ. Ar. τὸ אשם refertur tam ad pœnam quàm ad culpam ‡. Vel, *crimen commissuri*, Ca. vel, *culpæ obnoxii facti sunt*, Ti. *delinquent*, Ch. vel, *convicti erunt*, Calv. *rei sunt*, sive *peragentur*, Sy. JT. Pi. D. Riv. scilicet per idololatriam [d]. qu. d. Nunc ostendam quid meriti sunt, ut desinant sibi blandiri & placere cavillis suis *. Quum idololatrarum proprium sit, ut se statuant Deo placere; minatur fore ut pœnis convincantur cultus illos Deo improbari, alioqui non permissuro aras eorum vastari, &c [f]. ¶ *Ipse*, &c. הוּא יַעֲרֹף—יְשֹׁדֵד וגו'] *Ipse* (nempe Deus [g], de quo actum paulò antè, c. 9. v. 17 [h]. vel, κατ' ἐξοχήν, hoc nomine suppleto ex verbo [i]. Faciet autem hoc per Assyrios [k]. Vel, *Ipsum*, nempe cor divisum [l],) *confringet* (vel, *decutiet*, JT. Pi. propriè, *decollabit*, D. Tar. Pi.) *aras eorum*, & *vastabit*, &c. P. M. &c. Vel, *demolietur*, *evertet*, D.

3. *Quia* (vel, *Propterea*, vel *Certè*: utrumque enim valet כִּי [m]:) *nunc* (i. e. brevi, cum scilicet punientur [n], vel, in urbe Samaria obsidebuntur [o], vel, in captivitatem abducentur [p], & in exsilio erunt [q],) *dicent*, *Non* (vel, *Nullus*, Pi.) *est rex nobis*] [Variè explicant.] Rege privabuntur [r]. Al. Non Reges nobis, sed nos Regibus nostris imperamus, eos exauctoramus, omnémque eorum reverentiam exuimus †. Dicent, Non curamus imperia Regis Oseæ [t]. Sed parùm est simile vero, Deum voluisse causam Regis in se suscipere apud populum de cujus excisione justa paulò pòst acturus est [v]. Al. Dicent, Sumus perinde acsi Regem non haberemus: non enim potest nos eripere ab inimicis nostris [x]. Blandiebantur sibi Israelitæ, Quæ tu minaris, noster Rex videbit. Respondet Propheta, Rex æquè miser est atque tu [y]. Non hoc dicent pœnitentiam agentes, sed eos coget pœnarum sensus, ut αὐτοκατάκριτοι se cum studiis suis damnent: *Non habebitis regem* qui vos defendat. Hosea statim accepit conditiones Assyriorum, & captus est cum Samaria [z]. Non loquitur de populi resipiscentia, nec refert eorum verba, sed de re ipsa loquitur; *Dicent*, h.e. res ipsa clamabit ipsos Rege destitui, & satis, serò licèt, convicti erunt [a]. ¶ *Non enim timemus* (vel, *Quia non timuimus*, Calv. Pi. &c.) *Dominum*] i.e. Pridem deseruimus Dei cultum [b]. Fons omnium malorum nostrorum est impietas & contemptus Dei [c]. ¶ *Et rex quid faciet nobis?*] Vel, *pro nobis?* ל in לנו valet, *pro*, ut in לי Psalm. 118. 6 [d]. Quid prodesse potest *?

Nobis

Margin notes (left column): p D. ib. † Riv. q Di. sic Riv. r Q. in Tar. * K. in Tar. t Buxt. in Tar. v Tar. x Di. y V. sic Q. in D. z D. a Oecol. b Tig. not. c Di. d Ca. * Tar. f Jun. g Calv. h Pi. i Calv. k G. l Di. m T. n Mc. o Mer. p Riv. q Q. in M. r Q. in Riv. † Al. in Riv. t Riv. v V. x G. sim. Mer. Calv. Riv. D. y Riv. z Ti. a D. V. b V. c D. ex Liv. d V. * Calv. f G.

Margin notes (right column): g Boot. a-nim. 4. 13. 8. 239. h Pi. i Jun. k Di. l Diod. & Bel. in Boot. ib. m Calv. M. sic Mer. Riv. n G. ex Ch. K. o Oecol. p Calv. q V. r G. ex He. † Tar. Q. in Riv sim. Mc. t Q. in Riv. v Q. x T. y Boot. ex Lum. Riv. Tar. z Riv. a Mer. b Riv. c Mer. † D. ‡ Calv. d Pi. * Calv. f Mer. g Liv. D. Pi. h G. Tar. sim. Liv. i Tar. k G. l D. m Riv. n V. o Riv. p D. q Pi. r Ca. † Q. in Riv. Dan. & Pol. in Tar. t G. v Riv. x V. sic K. D. Riv. Tar. y Tar. z Mer. a Calv. b G. c D. d D. Riv. Tar. * Pi. sim. D.

Nobis opitulari non poterit [f], cùm habeamus Deum adversarium [g]. Al. *quid fecit?* i.e. quid nocere nobis potuit? nam—*quicquid multis peccatur inultum est* [h].

4. *Loquimini*, &c. דִּבְּרוּ דְבָרִים אָלוֹת שָׁוְא כָּרֹת בְּרִית *Locuti sunt* (vel, *Loquentur*, G. *Loquuntur*, JT. *Dederunt*, Ca.) *verba*, Mo. P. M. &c. (sub. *inter se*, P. Anxiè hinc indè collatis sententiis quæsiverunt remedium [i]. Consultabant quid facturi essent, tam inter se quàm apud exteros [a]. Ultro citróque sermones contulerunt de cultu Domini abolendo, & idolorum propagando [b]; & nè ascenderet populus Jerosolyma, super quo & jurârunt, &c [c]. Al. Multa dixerunt & promiserunt, sed nihil præstiterunt. Semper mendaces & fœdifragi inventi sunt coram Deo & hominibus [d]. Verba tantùm dederunt; quòd polliciti sunt resipiscentiam, simulârunt duntaxat & mentiti sunt Deo: testati sunt se esse fidelissimos Dei cultores, sed falsò *. Al. Audacter sua consilia captârunt, ut solent Dei contemptores; quicquid in mentem venit statuêre pro arbitrio suo: neque enim dignantur sciscitari ex ore Dei quid rectum sit [f].) *jurando*, vel *dejerando*, (vel, *exsecrando*, JT. Pi. sub. *se*, Pi. vel, *jurantes*, Ca. vel, *juramenti*, G.) *mendaciter*, vel *falsò*, Mo. P. G. JT. Pi. &c. (vel, *frustrà*, V. vel, *falsum*, Ca. vel, *in vanum*, M. Ti. V. more scilicet eorum qui conjurant inter se [g]. שָׁוְא, pro לַשָּׁוְא [h]; ut alibi בֶּטַח, pro לָבֶטַח [i]. Dicuntur autem in vanum dejerâsse, aut mendaciter, quia pollicebantur & jurabant se facturos, sive vana & contra Verbum Dei suscepta; sive, quod præstare non poterant; sive, quibus stare non decreverant, ac proinde animo fallendi, & pejerantes [k].) *excidendo* (vel, sub. *&*, M. Ti. *feriendo*, sive *percutiendo*, P. M. vel, *pangendo*, Ti. JT. Pi. vel, *ferientes*, Ca. vel, *cùm pangent*, G.) *fœdus*, sive *pactum*, Mo. P. &c. Innuit hîc fœdus [l], vel, 1. de relinquendo Domino [m], & tuenda idololatria: quod accidit cùm decem Tribus, auctore Jeroboamo, se à reliquis segregarent [n]. Vel, 2. cum Domino renovatum. Visi sunt velle ad Deum redire, & jurârunt Domino, sed falsò [o]. Vel, 3. cum Salmanasare, cui jurârunt, se tributum quotannis ei daturum, sed perjuri facti sunt, 2 Reg. 17. 3, 4 [p]. Vel, 4. [cum Rege suo.] Cùm Regi fidem juramento pollicebuntur, ut moris erat, nihil minùs cogitabunt quàm de eo observando [q]. ¶ *Et*, &c. וּפָרַח כָּרֹאשׁ מִשְׁפָּט עַל תַּלְמֵי שָׂדָי *Et* (vel, *Propterea*, P. sim. Ca. Pi.) *germinabit* (vel, *floret*, JT. *florebit*, Pi.) *sicut caput* (vel, *venenum*, P. *absinthium*, M. Ti. vel, *fel*, Q. in Calv. vel, *fellea*, Ca. vel, *cicuta*, Liv. vel, *toxicum*, Q. in D. *amaritudo*, G. ex Vulg. ראשׁ Hebræis & *venenum* & *amaritiem* significat; solétque per similitudinem ea vox ad alia perniciosa transferri. LXX hîc posuêre ἄγρωστιν, herbæ genus frugibus nocens; de quo vide Hieron. ad h. l [r]. ראשׁ significat *caput* †; &, metonymicè, *venenum*, quod capiti aut dentibus serpentis inest; vel, venenum capitale & mortiferum: deinde, generaliùs, venenum herbarum [t], aut herbam venenatam [v], qualis est cicuta, aut similis alia [x].) *judicium* (sub. *eorum*, Ti. vel, *pœna*, Ca.) *super*, vel *per*, *sulcos*, sive *porcas*, (vel, *in sulcis*, P. M. Ti.) *agri*, Mo. P. Ca. vel, *agrorum*, M. Ti. D. Pi. vel, *agrorum meorum*, JT. Ità ut agri mei, i. e. agri terræ Israeliticæ, jam parati ad sementem, non conserantur; propter abductionem, scilicet, populi in captivitatem [y]. י in שָׂדָי est vel, 1. affixum primæ personæ, quasi Deus dicat suos agros quos Judæis dederit, sicut antea *in terra mea* [z]: vel, 2. [paragogicum, sive] redundans [a]; & *sadai* est idem quod *sada*, ut Psal. 96. 12 [b]. שָׂדָי, pro שָׂדֶה; ut גּוֹבַי, pro גּוֹבִים, *locustæ* [c]. Vide Psal. 8. 8. & 80. 14. Thren. 4. 9. Hos. 12. 11 [d]. *Judicium* hîc intellige, vel, 1. [Dei.] Pœna Divina *. Est & hîc trajectio verborum, qualem sæpe habuimus. Sensus est, Pœna ità abundabit ut solet in agris lolium [f]. Pœna à Deo infligenda ob dejerationes illas & infida fœdera, quæ nihil aliud producere debuerunt quàm amarissimum Dei judicium ubique locorum, in omnibus Regni angulis, latissimè pullulaturum [g]. Quæ sententia satis conveniret, nisi locus similis, Amos. 6. 12. de judiciis hominum accipiendum doceret [h]. Prædicit fore ut citò judicentur à Domino, & sententiam jam latam esse innuit. Comparat autem judicium illud herbæ venenatæ, quæ citò crescit in terra culta [i]. Incredibile dictu quàm citò talis herba pullulat, & brevi totos agros ex tenui admodum initio occupat [k]. Huic confertur pœna copiosissima & indies augescens quam Dominus impiis irrogat. Quanquam malim quod sequitur [l]. [Vel, 2. hominum.] *Judicium* hîc accipio pro impia gubernatione Principum Israelis, maximè in jure dicendo [m]: quæ judicia, cùm deberent esse salutaria & grata, acerba & amara fiunt, & hominibus perniciosa [n]. *Judicium* hîc accipitur pro rectitudine; q. d. Ubi speciem præbent pietatis & rectitudinis, absinthium erit, &c [o]. Al. *Judicium* hîc appellat, vel, deliberationes sine pœnitentia, ad quas urgens calamitas eos cogit; vel, consilium & institutum eorum de cultu Dei abolendo, &c. [de quo suprà,] quod celerrimè germinavit, &c [p]. Cur autem potiùs hîc dicit, *super sulcos agri?* quàm, *in agro?* Nempe, quia ubi ager excultus est aratro, est præparatio aliqua ut proferat bonum semen. Indignius ergò hoc erat & intolerabilius, quòd in agro bene culto & præparato nascerentur herbæ vitiosæ; & quòd, ubi species erat & umbra pietatis, ibi absinthium pullularet [q].

5. *Vaccas*, &c. לְעֶגְלוֹת בֵּית אָוֶן יָגוּרוּ שְׁכַן וגו׳ *Ad* (vel, *Propter*, M. JT. Pi. ל hîc valet, *propter* [r], ut etiam Obad. v. 1. & alibi †. Vel, *Apud*, ο'.) *vitulas* (vel, *vitulum*, ο'. aureum illum Jeroboami [v],) *Bethaven* (i.e. Bethel *, quam sic vocat ignominiæ causâ [x],) *pavebunt*, sive *formidabunt*, (vel, *concurrent*, Ti. vel, *congregabuntur*, nempe cultûs causâ *; *morabuntur*, ο'. *peregrinabuntur*, Ar. Sy. vel, *exsulabunt*: nam גור sign. & *timere*, & *exsulare* [y]:) *habitator*, vel *habitatores*, P. Pi. vel, *habitare*, M. vel, quisque *habitator*, JT. vel, *qui vicini habitant*, Ti.) *Someron*, Mo. P. vel, *Samariam*, Ti. *Samariæ*, Pi. sic JT. *in Samaria*, M. עֶגְלוֹת hîc est plur. num. & fœm. gen. quum affixa [sequentia,] in וְכְמָרָיו, עַמּוֹ, עָלָיו, sint sing. num. masc. gen. Id turbat Interpretes. Junius affixa illa ad שְׁכַן שֹׁמְרוֹן refert. Judicent doctiores an rectè. LXX referunt ad לְעֶגְלוֹת, quod sing. num. efferunt, *apud vitulum*: quod nos omnino probamus. Plur. num. hîc designat illustrem illum & insignem vitulum in Bethel. Similes locutiones Job. c. 40. v. 15, 16. ubi בְּהֵמוֹת plur. & fœm. dicitur de *elephanto*, summa bestia, & jungitur verbis & affixis sing. & masc. Psal. 73. v. 22. בְּהֵמוֹת הָיִיתִי, *Ingens bestia fui*; Proverb. 9. 1. חָכְמוֹת בָּנְתָה, *Summa sapientia ædificavit*. Sic itaque h. l. reddo, *De insigni vitulo Bethaven formidabunt—quia lugebit propter eum*, &c. Non mirum est autem unum idémque idolum nunc masc. nunc fœmin. à Propheta exprimi [z]; quia idola tantùm erant figuræ [a], nec sexu distinguerentur [b]. Promiscuè autem genus in Gentilium theologia de quibusvis ferè diis usurpari, abunde docet doctissimus Joh. Seldenus in tractatu De diis Syris. Nec dubitârunt ο'. vitulos Jeroboami vertere, δαμάλεις, *vaccas* [c]. *Vitulas* fœmininè dicit ironicè [d], & per contemptum *, & irrisionem [f]: propter ignaviam & imbecillitatem [g], quæ peculiaris huic sexui. Sic alibi, *fœminæ in medio ejus* [h]; & Esa. 3. 12. *mulieres dominatæ sunt eis*. Sic Homerus Græcos ignavos appellat Ἀχαιΐδας, non Ἀχαιοὺς· eúmque imitatus Virgil. l. 9. *O verè Phrygiæ! (neque enim Phryges,)* &c [i]. Sed cur unicum Bethavenis sive Bethelis vitulum vocat vitulas in plurali? Resp. 1. Est enallage numerorum, ut Gen. 48. 15. *ante facies* (i. e. faciem) *ejus*. 2. Sub nomine *Bethaven* etiam *Dan* comprehendit, ubi alter vitulus colebatur [k]. Et certè utrique aptari potest etymon nominis [l]; *Bethaven* est, *domus iniquitatis* [m]. 3. Quia, præter hunc vitulum aureum, aliæ etiam vitulorum imagines fabricatæ sunt, & in eodem loco collocatæ, vel in privatis ædibus [n]. Sed quia sequitur in sing. *luxit eum*, malim ad enallagen referre. Qu. Cur hîc, & in aliis Prophetarum reprehensionibus, *Bethelis* sæpissimè fit mentio, *Danis* autem rarissimè, ut Jer. 48. 13. &c? Respond. 1. Quia Bethel propior erat Jerosolymæ, & ejus quasi æmula; Dan verò in loco remoto, & Judæis vix cognito. 2. Et præcipuè, quòd scelus gravius esset, sordes idololatriæ invectas esse in locum antea Deo consecratum, & tot monumentis favoris Divini erga patres insignitum. Vide Gen. 28. & 35 [o]. Sed cur meminit *Samariæ?* non enim ibi vituli, sed in Dan & Bethel, colebantur. Resp. Quia hoc erat caput Regni, ejúsque incolæ erant vitulis addictissimi, quos pavor ingens tenuit post excisum

[f] Ca. [g] D. [h] G. [i] Tar. [a] Riv. [b] Mer. [c] K. [d] M. * Calv. [f] Q. in Calv. [g] V. [h] D. Riv. Tar. [i] D. [k] Riv. [l] D. [m] V. [n] D. [o] Calv. [p] Pi. [q] G. [r] G. † D. [t] Riv. [v] V. Riv. [x] Riv. [y] Pi. [z] Jun. & Par. in Tar. [a] Riv. [b] Riv. ex D. [c] D. [d] Tar. * D. [f] G. [g] Q. in Riv. [h] Riv. [i] V.

[k] Mer. sim. Riv. [l] Mer. [m] Riv. [n] Riv. ex Liv. [o] Calv. [p] Mer. [q] Calv. [r] Pi. Tar. † Tar. [v] M. V. D. &c. * Iidem. [x] V. * Q. in D. [y] Mer. [z] Di. [a] Di. et K. sim. D. [b] D. ex V. [c] Di. [d] Mer. * Mer. D. &c. [f] Ful. ex Hi. Riv. [g] Ful. misc. 2. 7. 2294. sim. D. Riv. [h] D. [i] Riv. [k] Riv. ex D. [l] Riv. [m] D. [n] Q. in Riv. [o] Riv.

excisam Bethelem [p], (Nam Bethel & Dan priùs captæ quàm Samaria, quæ, jam totâ terrâ captâ, tribus annis est obsessa [q].) cùm viderent nihil amplius spei superesse in vitulis quos tantâ religione coluerant [r]. Ridiculum autem fuit, cives Samariæ salutem suam commisisse illis numinibus quibus metuere ipsi cogebantur †. Timebant Samaritæ nè vitulus ab hoste auferretur [t]. Historia quæ hîc respicitur est non tantùm apud Hieronymum hoc loco, sed & in Seder Olam majore, parte quartâ [v]. Novè dicit שְׁכַן, quod est nomen constructum ex שָׁכֵן, quod magis *vicinum* notat, ut possis reddere, *vicini Samariæ*: nam *habitatores* usitatè יושבים dicuntur [x]. Sensus, Propter vitulum quem coluerunt in Bethel nullus habitare audebit in Samaria: tam crudelis depopulatio in illa provincia accidet †. ¶ *Quia*, &c. [כִּי אָבַל עָלָיו עַמּוֹ] *Quia* (vel, *Quum*, JT. vel, *Quin*; q. d. Imò (quod plus est) non tantùm timebunt vitulæ illi, nè ab hoste capiatur, sed etiam de ea capta lugebunt [y]. Al. *Tamen*: vel, כִּי redundat [z].) *luxit* (vel, *lugebit*, P. JT. Di. &c.) *super*, vel *propter*, *eum* (nempe vitulum [a], qui periérit [b], vel captus est [c]. Relativum hîc ponitur fine antecedente; ut alibi fit, quum antecedens aliquid est notum & eximium, aut de quo tacitè cogitamus: ut Psalm. 87. 1. *Fundamenta ejus*; Cant. 1. v. 2. *osculo oris sui*; Joan. 20. 15. *si tu sustulisti eum*. Sic Pythagoras à discipulis dicebatur *Ipse*, Αὐτὸς ἔφα, *Ipse dixit* [d].) *populus ejus*, Mo. P. M. &c. scilicet vituli *: i. e. qui colit eum [e]; nempe idololatræ [g], Israelitæ [h]. Sic Moabitæ dicuntur *populus Chamos*, Num. 21. 29 [i]; & Judæi, *populus Dei vivi* [k]. Significat eos pavore consternandos fore propter vitulas; nempe, cùm Deus horrendo judicio illas erat dejecturus [l]. Deridet eorum stultitiam, quòd vitulum colerent cujus exsilium ipsi deploraturi erant: tantum abest ut possit auxilium ipsis afferre [m]. Ad Salmanasarem (quem cum Sennacheribo sæpe confundunt Hebræi) missi sunt duo vituli, quos populus putabat esse illos ipsos vitulos aureos quos fecerat Jeroboam. Hebræi & *vitulos* & *vitulas* dicunt ἐπικοίνως [n]. Al. Sensus loci, Lugebunt omnes quòd vitulum illum, relicto Deo, coluerunt, de quo priùs tantopere exsultârunt †. ¶ *Et*, &c. [וּכְמָרָיו עָלָיו יָגִילוּ עַל־כְּבוֹדוֹ כִּי גָלָה מִמֶּנּוּ] *Et* (vel, *Etiam*, JT. Pi.) *sacerdotes*, sive *sacrificuli*, (vel, *atrati*, JT. Pi. Sacerdotes idolorum sic dicti sunt 2 Reg. 23. 5. [ubi dicta vide,] Sophon. 1. 4 [o]. qu. d. veste pullâ induti [p], sanctimoniæ ergò [q]: nam כָּמַר significat, *nigrum esse*. Sed hoc futile est RR. figmentum. כָּמַר significat &, *resonare*. Scimus autem sacerdotes illos magno clamore & ululatu fuisse usos in suis sacris [r].) *ejus super* (qui *super*, sive *de*, P. M. Ti. JT. Pi. &c.) *eum*, vel *eo*, *exsultaverant*, Mo. M. Ti. (vel, *exsultant*, JT. Pi. Heb. *exsultabunt*, Pi. id est, exsultare solent: vel, *exsultabant*, scilicet quum nondum esset captus †. Fut. Heb. pro præs. *lætantur*, vel *lætari solent*, vel *solebant*, quòd scilicet victimis illis oblatis vescerentur [t]. Vel, *lætabantur*, nempe, quia pro aureis supposuerunt æneos deauratos [v].) *super gloria ejus*, *quia migravit ab eo*, Mo. sim. &c. vel, *ob gloriam ejus*, vel *suam*, &c. P. D. *Ejus*, i. e. vel, 1. populi; i. e. ob deum suum, in quo gloriari solitus erat: vide Psal. 106. 20. Vel, 2. vituli [x]; i.e. ob cultum ejus [y]. Hoc dicit, quòd ille in frusta discerpendus esset, & ità aliò transferendus [z]. Vel, *gloriam* vocat opes, gemmas & ornamenta vituli. Mos deplorandi, *Migravit gloria*: q. d. A nobis recessit quicquid erat in idolis magnificum [a]. Lugentes hîc introducuntur speciatim sacrificuli, quibus cultus ille quæstuosus erat, ideòque in eo exsultârunt: non tamen alii excluduntur, qui etiam in his inventis mirè lætati sunt [b].

6. *Siquidem*, &c. [גַּם־אוֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל מִנְחָה וגו׳] *Etiam* (vel, *Sed &*, P. In particula גַּם subest emphasis [c].) *ipsemet* (non populus modò [d], sed & vitulus *, uterque vitulus [f],) *in*, vel *ad*, *Assur ducetur*, (vel, *deportabitur*, JT. Pi. Ca. &c.) *munus* (vel, in *munus*, P. vel, & pro *munere* dabitur, M.) *regi Jareb*, Mo. vel, *propugnanti*, Pi. vel, *adjutori*, sive *protectori*, G. vel, *ultori*, Riv. Vulg. i. e. Regi Assyriorum [h]: quem sic vocat, quia, cùm esset potentissimus, profitebatur se inferiorum injurias ulcisci, sumpto fortasse *Ultoris* nomine; ut hodie dicitur, *Rex Christianissimus*, *Rex Catholicus*, &c [i]. Appellabant hoc nomine Reges minores alios majores, quorum se in fidem clientelámque dederant. Vide 2 Reg. 17. 3 [k]. [De Rege *Jareb* dicta vide Hos. 5. 13.] ¶ *Confusio*, &c. [בָּשְׁנָה וגו׳] *Pudorem Ephraim capiet*, sive *percipiet*, P. JT. Pi. Ti. vel, quòd Deo suo privabitur [l]; vel, quia conspiratio ejus cum Rege Ægypti eum fallet [m]. ¶ *Et*, &c. [וְיֵבוֹשׁ וגו׳] Compositio verbi partim ex יָבֵשׁ, partim ex בּוֹשׁ [n]. *Et erubescet Israel propter consilium suum*, Pi. &c. i.e. Vel, 1. propter fraudem sacerdotum, quâ deprehensâ, Rex contumeliis afficiet Israelitas [o]. Vel, 2. propter conspirationem cum Ægypto contra Assyriam [p]. Vel, 3. de constituendis vitulis [q]: quod sibi valde utile putabat Jeroboam; abscisâ scilicet omni cum tribu Juda communicatione. Nam si decem Tribus coluissent verum Deum Jerosolymæ, illa conjunctio poterat facere ut rursus coalescerent, &c [r].

7. *Transire*, &c. [נִדְמֶה שֹׁמְרוֹן מַלְכָּהּ כְּקֶצֶף וגו׳] *Succisus est* (vel, *Exscindetur*, V. JT. Pi. *Periit*, G. *Abolebitur*, Ca. propter idololatriam [v],) *Someron*, vel *Samaria*, (vel, in *Samaria*, Q. in D. sic K. P. vel, *Samariam quod spectat*, Tar. simil. Riv. ut שׁוֹמְרוֹן sit nominativus absolutus [x]: vel, *Samariæ*, Pi. D. Riv. שׁוֹמְרוֹן מַלְכָּהּ accipio acsi dictum esset מֶלֶךְ שׁוֹמְרוֹן [y]. Vel, *ipsius Schomronis*, JT.) *rex ejus*, Mo. P. M. Pi. &c. (vel, *cum rege suo*, Ti. vel, *rex*, JT. vel, & *rex ejus*, Liv. G. ex Ch. Asyndeton copulativæ, ut Esa. 38. 14. Hab. 3. 11 [z]. Malè; nam נִדְמֶה est particip. masc [a]. Vel, exscindetur *rex ejus*, voce נִדְמֶה repetitâ [b].) *ut spuma*, vel *bulla*, (vel, *cortex*, He. in D. K. Oecol. ut leve quippiam aquæ impositum [c], quod cum ea defluit [d]:) *super faciebus* (vel, *in superficie*, P. M. &c.) *aquæ*, Mo. &c. nempe ejus quæ in olla est. Celeritatem significat *. קֶצֶף est, *spuma*, vel *bulla* [f]; sic dicta à קָצַף, *fervere*, *bullire*, quia fervoris & ebullitionis effectum est [g]. Bulla, & deinde spuma: nam spuma ex bullis [h]. Aptissimè denotat momentaneam brevitatem [i]: nam citiùs ferè non assurgit bulla quàm evanescit [k]. Unde proverbium, *Homo bulla* [l]. Confidebant Israelitæ tum in urbe Samariæ, quæ munitissima erat [m], tum in Rege suo [n]. Prædicit ergò & Regis & Regiæ excidium [o]. Rex, inquit, cum Regno in captivitatem transiit [p]. Status Regni, quem putatis esse firmum & diuturnum, nihil habet præter vanam speciem: quemadmodum spuma, licèt propter altitudinem videatur excellere, est tamen excrementum tantùm aquæ, & nihil solidum habet in se [q].

8. *Excelsa idoli*, [אָוֶן] *Aven*, Mo. P. &c. pro, *Bethaven* [s], per aphæresin [t]; ad majorem ignominiam [v]. *Excelsa*, &c. Colles illi in quibus idola colebantur [x]: luci & altaria in excelsis [y]. Vel, delubra & templa idolorum, ità constructa ut & cultui inservirent, & tempore belli propugnacula essent [z]. Duobus præsidiis maximè confidebant Israelitæ, Regis potestate, & cultûs sanctitate: de priori egit v. præced. hîc de posteriori [a]. ¶ *Peccatum Israel*] Appositivè dictum [b]: in quibus peccavit [c], idolis sacrificando [d]. Objectum idololatriæ *, quæ *peccatum* vocatur; unde illud, *peccare fecit Israelem*, &c [f]. ¶ *Lappa & tribulus*, &c.] Argumentum vastitatis, ut Hos. 9. 6 [g]. ¶ *Dicent montibus*, *Operite nos*, &c.] Vox desperantium [h]; vel, mortem optantium [i]. Quærent latêre vel in abstrusissimis specubus, Esa. 2. 19. Luc. 23. 30. Apoc. 6. 16 [k]. Extremis malis affligebantur [l].

9. *Ex*, &c. [מִימֵי וגו׳] *A diebus* (vel, *Indè à diebus*, Sy.) *Gibeah peccâsti*, (vel, *peccator es*, V.) *Israel*, P. &c. Non novum est quòd scelera, quamvis magna, conspiciantur in posteris Jacobi: apparuit id jampridem in Gabaa. Vide suprà 9. 9 [m]. Indè usque ad hoc tempus perrexisti in peccatis [n]. Exprobrat eis quòd non nuper corrupti sunt, sed à diebus Gibeæ. Sed videtur hæc esse iniqua objectio, quum Israelitæ flagitium illud ulti sunt, [Jud. 19. &c.] Sed sæpe fit ut vindices sceleris nihilo sint meliores: ut in Jehu vidimus, qui idololatriam Ahabi vindicavit, sed non sincerè, quia secutus est idem exemplum postea. Ità, inquit, patres vestri vindictam sumpsêre de Gabaonitis, ipsi prorsus eis similes, eorúmque imitatores, ideòque eandem pœnam meriti [o]. Ipsi tum non zelabant pro gloria Dei [p], sed rebus tantùm suis cavebant: nam idololatriam in tribu Danis non sustule-

sustulerunt, Jud. 18 [q]. Huic sententiæ obstat, quòd culpa illa fuit communis Tribui Judæ cum aliis tribubus de quarum tantùm peccatis hîc agitur [r]. [Sed non minùs rei erant istius criminis Israelitæ, quòd eodem crimine constringerentur etiam Judæi; nec minore jure iis id exprobrare poterat Propheta, quòd aliis idem impingi potuisset; præsertim cùm decem Tribus pars longè maxima esset eorum qui in illo bello sociabantur. Alii ergò locum aliter vertunt:] *Præ diebus*, vel, *Magìs quàm in diebus*, *Gibeæ*, &c. AE. Riv. Q. in D. i. e. graviùs quàm Gibeonitæ illi, Jud. 19 †. Apud Ebræos non sunt comparativa nomina, sed illorum loco τὸ מ aut מִן sæpe præponitur: ut Ezec. 16. 52. *scelerate egisti ab eis*, i. e. præ eis; Luc. 18. 14. *justificatus ab illo*, i.e. præ illo [t]. ¶ *Ibi*, &c. שָׁם עָמָדוּ לֹא־תַשִּׂיגֵם בַּגִּבְעָה מִלְחָמָה עַל־בְּנֵי עַלְוָה] *Ibi steterunt*, Mo. P. M. &c. *non* (vel, & *non*, M.) *comprehendet*, vel *apprehendet*, (vel, *comprehendit*, sive *apprehendit*, M. G. vel, *assequutum est*, JT. Pi.) *eos in Gibbah prælium* (vel, *Gibeæ bellum*, Pi. JT. *prælium in Gabaa*, G. sub. *susceptum*, vel *gestum*, P. JT. Pi. vel, sub. *quod erat*, M.) *super*, vel *contra*, *filios iniquitatis*, Mo. P. M. vel, *contra iniquos*, JT. Riv. ut 2 Sam. 3. 34. & 7. 10 [v]: i. e. contra flagitiosos Benjamitas [x]. עַלְוָה hîc dicitur pro עַוְלָה, per metathesin [y]: quæ tamen hîc non est necessaria, cùm omnia ad ipsos Gibeonitas (non, ut plerique volunt, ad Israelitas eos oppugnantes,) referenda videantur [z]. Notanda hîc est mutatio personæ & numeri [a]. Hinc dubitant de quibus hæc intelligenda sunt [b]. [1. De Israelitis.] *Ibi*, i. e. Gabaæ, *steterunt*, i. e. pugnârunt; *non assecuti sunt* [reliqui Israelitæ] *filios iniquitatis in prælio* quod Benjamitis fecerunt: nam initio hi victi erant, tandem tamen eos devicerunt [c]. *Ibi steterunt*, (Israelitæ scilicet in pugna [d]; vel, subaud. *Israelitæ pugnaturi contra cives*, *dicentes*, V.) *Non apprehendet*, &c. V. Mer. cogitantes scil. quòd non apprehenderet eos bellum in Gabaa, i. e. quòd in eo prælio non succumberent, quum susceptum esset adversùs flagitiosos homines *: & tamen ceciderunt plurimi, idque justè. Ostendit justitiam Dei in puniendo Israele, & ejus longanimitatem [f]. Israelitæ eo animo ad prælium accedebant quasi victoriam habentes in manibus, quum hanc captaret occasionem Dominus pœnæ de illis sumendæ. Ità & nunc putant sibi prosperè cessurum si eos Assyrius bello petat, sibi applaudentes & justam se causam habere putantes. Sed idem his continget quod illis duobus primis [Israelitarum contra Benjamitas, Jud. c. 19.] præliis contigit [g]. *Ubi steterunt illi, non attingendi apud Gabaam prælio, adversùs homines improbos*: h. e. Ubi Israelitæ adfuerunt eo animo ut Benjamitas punirent, nec ipsi bello cladem ullam acciperent, quippe causæ æquitate freti, & bellum contra impios gerentes [h]. Al. *Ibi*, i. e. Tunc; heterosis; *steterunt*, i.e. perstiterunt, manserunt incolumes, scilicet Israelitæ. Mutatio personæ [i]. Non fuerunt dejecti & perditi majores tui, prout merebantur [k], quia similia flagitia perpetraverant. *Non assequutum est*, &c. Epexegesis, q. d. tamen tunc Deus vobis pepercit [l]. *Ibi steterunt*; Illo tamen tempore, quia erant qui scelera puniebant, mansit populus in terra sua: *non comprehendit eos*, &c. id est, non facti sunt captivi, cùm severi essent scelerum vindices: nam ultimo prælio victores fuêre, Jud. c. 20 [m]. Al. *Illic steterunt*, h. e. Ab eo tempore fuerunt pertinaces in suis sceleribus; *neque apprehendit eos prælium*, &c. Sensus est, q.d. Pepercit vobis semel, & vindictam distulit: sed an propterea vobiscum mitiùs aget? imò gravior vos manet ultio, quia ab eo tempore non extorsit vobis resipiscentiam. Vel potiùs sic, *non apprehendit ipsos*, &c. i. e. non fuerunt tacti illo exemplo, non senserunt se aliorum dispendio moneri, ut resipiscerent & sanctiùs viverent: hinc nominatim addit, *super filios iniquitatis*, ut testaretur nullos fore impunitos qui similes essent Gabaonitis, in quos tam rigidus erat & severus [n]. Al. Sensus est, *Ibi*, i. e. Tunc, *steterunt* Israelitæ, etsi initio nutarent, &, post aliquot clades, victores evaserunt; sed jam *non apprehendet eos prælium contra filios iniquitatis* Gibeonitas: i. e. In isto bello quod jam paratur & imminet illis non erit par successus, non stabunt in acie, aut vincent, neque victi semel aut bis prælium instaurabunt; quin potiùs

[q] Riv. ex Hi. [r] Riv. † Q. in D. sic Riv. [t] Riv. [v] Liv. [x] D. [y] Tar. ex D. [z] Di. [a] Mer. Riv. [b] Riv. [c] D. [d] Mer. * Mer. sim. V. [f] V. [g] Mer. [h] Cs. [i] Pi. [k] Jun. [l] Pi. [m] G. [n] Calv.

cadent prorsus, &c [o]. Al. *Ibi steterunt*, h.e. manserunt, impii quidam, in quorum affectibus vigebat cultus idololatriæ usque ad tempora Jarobeam, qui totum ferè Israelem invenit sibi consentientem in idololatria [p]. Al. Steterunt Israelitæ post devictos Benjamitas, & non studuerunt ab initio nascentem exstirpare idololatriam [q]. *Ibi steterunt*, i.e. vel, cessârunt ambulare in viis Domini [r]; vel, resilierunt à prælio, quia non statim successit: ità reprehenduntur quòd molles erant & fœminei, nec justum Deo honorem tribuebant †. Vel, in idololatria Michæ immobiles perstiterunt [t], æquè ac Gabaonitæ in propugnatione stupri sui. Unde ut tunc Gabaitas, ità & nunc vos *comprehendet bellum* [v]: non quale illud in Gabaitas, qui, licèt tandem victi sunt, vicerunt tamen priùs, nec inulti ceciderunt [x]; non bellum in quo victores eritis, ut ibi fuistis: sed devincendi, exscindendi, & in servitutem abripiendi, estis [y], ab Assyriis, quibus nullo tempore poteritis resistere [z]. [2. De Gibeonitis, sive Benjaminitis;] qui primùm invicti fuerunt, & fortiter *steterunt*, *nec assecutum est eos prælium*: cùm tamen mihi placuit, *populisque* iterum *contra eos congregatis*, [ut habetur versu seq.] tandem meritas dederunt pœnas. Ità ego, licèt vobis diu pepercerim, tamen, quoniam illis similes sitis, ab eòque tempore usque adhuc me provocatis, *pro voluntate mea corripiam vos*, ut tandem Gibeonitas castigavi [a]. *Ibi steterunt* Benjamitæ, non erant perditi & prorsus extincti, ut merebantur, sed 600 ex eis evaserunt, qui tribum suam restaurârunt; *nec* statim primâ aut secundâ vice *assequutum est eos bellum*, &c. Sed frustrà illo exemplo impunitatem promittitis vobis, quum futurum sit (ut postea audies) ut statim cædamini & vinciamini ab hostibus vestris [b]. *Ibi*, nempe in Gibea, *perstiterunt* Gibeonitæ, dicentes *fore ut non attingeret se in Gibea bellum*, *propter filios celsitudinis*. Describitur hîc pervicacia Gibeonitarum, quòd, monitis fratrum cedere detrectantes, nihil sibi ab isthoc bello periculi metuendum censuerint, quòd viris suis excelsis & sublimibus fiderent. Omnia quadrant historiæ Jud. 20. 13, 14, 15, 16 [c]. [3. Partim de his, partim de illis.] Oppositio hîc fit inter Benjamitas & decem Tribus. Benjamitæ, etsi impuri, & supplicio dignissimi, *steterunt* tamen in acie, & bis fortiter pugnârunt. At vos tale bellum non apprehendet, sed longè gravius; vos enim in primo conflictu succumbetis [d]. Sed hoc minùs placet, quia sic relativum bis repetitum ad diversos referretur †. Minatur Dominus fore ut Israelitæ graviùs puniantur Benjaminitis scelus Gabaitarum defendentibus. Ex his enim reliquiæ manserunt: illi autem ità abducentur in Assyriam ut nunquam redeant [f]. [Ti. versum sic reddit, *Plùs peccâsti, ô Israel, quàm isti in diebus Gibea: ibi steterunt: non apprehenderet eos prælium in Gibea quod erat contra filios iniquitatis?*] vel, *non apprehendit eos prælium in Gibea super filios iniquitatis?* Q. in Calv.

10. *Juxta*, &c. בְּאַוָּתִי וְאֶסֳּרֵם] *In desiderio* (vel, *voto*, Calv. sic Ti. *voluntate*, JT.) *meo* (sub. *est*, P. M. JT. Pi. Ti. & sub. *hoc*, Ti.) *&* (vel, *ut*, M. Ti.) *corripiam*, vel *castigem*, (vel, *vinciam*, JT. Pi. &c.) *eos*, Mo. P. &c. *Nunc in animo mihi est ut vinciam eos*, i.e. ut fiant captivi [g]. *Pro desiderio meo corripiam eos*, Q. in D. Sed reclamat ו in וְאֶסֳּרֵם. [Quanquam ו in pari casu non semel redundat.] Verbum interpretor ut si esset אֲיַסְּרֵם, quod in Kal faceret אֶיסְרֵם, vel אֶסְרֵם, unde ἀνωμάλως fit אֶסֳּרֵם. Possis legere, *In desiderio meo ut vinciam eos*: ac tum thema est אָסַר *vincio*, quod in futuro facit אֶאֱסוֹר, & contractiore formâ אֱסוֹר, unde אֶסֳּרֵם, altero א in Dagesch commutato [h]. Verbum ex יָסַר & אָסַר compositum est, & anomalia est punctationis, quæ non usitatam, sed severiorem, pœnam notat [i]. Verbum אָסַר idem valet quod יָסַר, *corripere*; ut, contrà, יָסַר alibi valet, אָסַר, [*ligare*.] Similiter אָחַד & יָחַד nonnunquam idem valent; atque etiam אָסַף & יָסַף *. *Tenet me desiderium castigandi eos*: nam improbitas eorum ad summum pervenit [k]. *Valde cupidè eos castigabo*. Peccatum mutat voluntatem & naturam Dei, quæ est, ut benefacere cupiat; at hîc delectatur pœnis [l]. Alibi Deus tristitiam præ se fert, & invitus accedit ad vindictam: hîc, quia negotium est cum hominibus perversis & obstinatis, signif. se desiderio suo obsequi, & voluptatem capere

[o] Riv. [p] M. [q] Q. in M. [r] Me. † Q. in Calv. [t] Me. sic T. ex Th. & Theoph. [v] T. [x] Me. [y] T. [z] Me. [a] Liv. [b] Tar. [c] Di. [d] Q. in Riv. † Riv. [f] Mer. [g] G. [h] D. [i] Tar. * Liv. [k] D. [l] Mer.

capere in eorum exitio [m]. Confer Ezec.c.5.v.15. Confert se Deus homini qui furori suo diu apud se compresso, datâ occasione, satisfacit. Hoc tamen θεοπρεπῶς intelligendum est [n]. *In votis habeo, & castigabo eos*, i.e. evadam voti compos [o]. Al. Verto, *Quia volui castigare eos*. בְּאַוָּתִי accipio ut 1 Sam. 20. 17. בְּאַהֲבָתוֹ אוֹתוֹ, *ob amare eum ipsum*, propriè, *ob amorem ejus ipsum*. Ponitur nomen pro infinitivo, & sensus est, quia amabat ipsum. Ità & h.l. propriè, *Propter velle me ut castigarem illos*, i.e. Quia ego volebam castigare illos [p]. ¶ *Congregabuntur*, &c. וְאֻסְּפוּ וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, P. JT. Pi. vel, *Ideo*. ו non est copulativum, sed illativum, ut alibi passim [q].) *congregabuntur* (non fortuitò [r], sed me duce *,) *super*, vel *contra*, *eos* (i. e. Israelitas [t], & Judæos, ut percipitur ex sequentibus [v],) *populi*] Assyrii & Babylonii [x]. Quandoquidem ipsi scelera non punîere, facient id populi externi [y]; à quibus nullam gratiam sperare debebant [z]. ¶ *Cùm*, &c. בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינוֹתָם] *Dum ligaverunt*, vel, *Ubi colligaverint*, *sese* (vel, *Quòd coadunaverint se*, M. *Quum*, vel *Postquam*, *ligavero eos*, Mer. Tar.) *in duobus sulcis suis*, P. M. Calv. Tar. Belg. Ang. Mer. &c. Dicuntur *in duobus sulcis* arare, vel, 1. quòd claudicent in utramque coxam, Deo & idolis servire volentes. Bos non bene arat, si ab uno sulco in alium progrediatur [a]. Vel, 2. quòd Israel & Juda se conjunxerint, & unanimi consensu cœperint colere vitulos [b]. *Quum ligâro eos*, mihi eos subjiciens non secùs ac par boum in duobus sulcis arantium. Simul jungit pœnam Ephraim & Juda, quia, abducto Israele, Juda graviter afflicta est [c]. Vel, 3. quòd in diversas partes animum Israelitarum sit tractura ingens calamitas, ut nesciant quò se vertant [d]. Vel, 4. quòd Israelitæ conjungerent se in duobus sulcis, ut vires colligerent, & sese adversùs omnia pericula munirent, ideóque, freti suâ potentiâ, minas spernerent: sed utcunque, inquit, sese conjungent, nihil tamen proficient quò minùs eos perdam †. Al. *Cùm vincient eos*, vel, *Postquam ligavero eos, ad duos sulcos ipsorum*, i. e. quemque ad sulcum suum; vel, *inter duos sulcos*: quam interpretationem firmant oppidò sequentiã. Dicit autem *duos sulcos*, propter Judam & Israelem. Nam Tribus eo tempore in duas partes scissæ erant [f]. *Alligando eos ad duos sulcos*, Q. in Riv. Metaphora sumpta à bobus [g], qui bini arare solent, ídque inter sulcos: & per *duos* intelligunt *pares*, rectos, non curvos, sulcos; ut indicetur Israelitas, qui antea, dum liberi erant, digrediebantur, & sulcos turbabant, non alligati, à populis illis adeò strictè colligandos, nè postea possint exorbitare à recto sulco [h]. Sensus non alienus si in genere consideretur; quem sequitur Jonathan Paraphrastes, *Congregabo*, inquit, *adversùs eos populos, qui dominium exercebunt in eos, in modum quo ligantur juga boum* [i]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. עֵינוֹתָם ineptè reddunt, *sulcos suos* [k]. [Quod quomodo congruit cum iis quæ ipse habet in calce commentarii hujus capitis, quæque ex eo produximus, ipse viderit.] 2. Non solùm ineptum hoc est, sed & locutionis monstrum [l]. *Ligare ad sulcos*, est phrasis insolens, & coacta est hæc interpretatio [m]. 3. Nomen in hac forma pro *sulco* nusquam accipitur in S.S [n]. עוֹנָה *sulcus* alibi non occurrit [o]: est tamen ei cognatum מַעֲנִית *sulcus*, Psalm. 129. v. 3 [p]. עוֹנוֹתָם per aphæresin formatur, pro מְעוֹנוֹתָם [q], vel מַעֲנוֹתָם [r]; ut סוּת, pro כְּסוּת, Gen. c. 49. 11 †. Alii עֵינוֹתָם vertunt, *oculos*: quod ineptum est [t]. Sed hoc multò probabilius est quàm illud alterum, [*sulcos*:] Coram oculis enim pœna inflicta gravior est. Deut. 28. v. 31. *oculis tuis videntibus*, &c. simil. & Esa. 13. 16. Jam verò *coram duobus oculis* hîc significanter dici videatur. Quemadmodum illud Catulli de Berecynthia & Aty, *Geminas deorum ad aures nova nuncias referens* [v]. Tò Keri est עוֹנוֹתָם, sed τὸ Ketif est עֵינוֹתָם, [*oculos*:] quod nos sequendum arbitramur, ac vertimus, *Conspirantes in ambos oculos ipsorum*. Refero ad עַמִּים, ut sensus sit, *Congregati sunt adversùs eos populi* בְּאָסְרָם *in ligando se*, i. e. factâ ligâ & conspiratione, ut ambobus oculis eos privarent: quod extremæ est miseriæ [x]. Al. *Quum alligabo eos ad duos oculos eorum*, ad quos sc. propendet jugum & alligatur [y]. *Quum vinxero eos ad utrumque oculum*, Ti. Quia assimilat eos *vitulæ* vers. sequ. ideo assimilat castigationes eorum vaccæ quam fatigant a-

[m] Calv. [n] Riv. [o] V. [p] Di. [q] Idem. [r] Riv. * Oecol. sim. Riv. [t] Calv. Pi. &c. [v] Pi. [x] D. [y] G. [z] Riv. [a] Oecol. [b] V. sim. K. in Mer. [c] Mer. [d] Tar. † Calv. [f] D. [g] Riv. sim. D. [h] Q. in Riv. [i] Riv. [k] Mer, sim. Liv. [l] Mer. [m] Riv. [n] Riv. [o] D. sim. Liv. [p] D. [q] Tar. [r] Q. in Di. † Tar. [t] Mer. [v] Liv. [x] Di. [y] Mer. ex RS.

ratione, & alligant jugo arationis [z]. Al. *Cùm ligavero eos cum duobus oculis ipsorum*, Q. in D. vel, *ob duos oculos suos*, Q. in Tar. Innui putant vitulos [a], quos in oculis gestabant [b], & tanquam oculos suos amabant [c]: nam *oculitus aliquem amare* dicimur, & *oculos* vocamus res charissimas [d]. Al. *Vinciendo eos* (sub. *deducendos*, JT.) *in duabus habitationibus ipsorum*, JT. Pi. id est, in terra Israelis & Judæ †. Hanc versionem comprobat collatio versûs sequentis, ubi pœnæ Ephraimi & Judæ distinctè narrantur [f]. [Aliis non placet.] עוֹנָה *habitatio* non reperitur [g], sed מְעוֹנָה [h]. Sed עוֹנָה hîc ponitur pro מָעוֹן: vel, עוֹנוֹת scriptum est mendosè, pro וּמְעוֹנוֹת. [Sed non ferenda est hæc in Sacris literis temeritas & audacia, fingendi, sine ullius codicis consensu, sine ulla necessitate, novas lectiones, quibus præconceptæ alicui interpretationi litetur.] Al. *Postquam castigavero eos* (vel, *In corripere eos*, Mo. *Tunc vincientur*, G. *Quando correpti fuerint*, ο'. sim. Sy. *Ut erudiantur*, Ar.) *propter duas iniquitates*, vel *geminum peccatum*, *ipsorum*, D. Riv. Liv. ex Mer. G. sic Mo. Vulg. vel, *in duabus iniquitatibus suis*, ο'. vel, *propter iniquitates suas*, Ar. [acsi τὸ *duas* indefinitè accepisset pro plurimis, ideóque omisisset:] vel, *propter duas stultitias suas*, Sy. τὸ Keri עוֹנוֹתָם accipiunt pro עֲוֹנוֹתָם, *iniquitates ipsorum* [k]. Sed quænam fuerint hæ duæ iniquitates? Respond. 1. Illæ de quibus Jer. 2. 13. *Duo mala fecit populus meus*, &c [l]. Sed de Judæis agebat Jeremias, & duo illa mala ad unam iniquitatem referuntur. 2. Scortatio corporalis, & spiritualis; quum illa Gibeonitarum tantùm corporalis erat: ideóque his illi graviùs punientur [m]. 3. Duo vituli Dane & Bethele adorati [n], in quorum cultu peccavêre [o]: nam vitulum appellari *iniquitatem*, *peccatum*, &c. antè notatum est. Et fortasse *duas* opponit *uni* Gabaonitarum; ut sit sensus, Si Gabaonitæ propter unam iniquitatem excisi fuerint, multò magis excîdi merentur Israelitæ, qui non in uno loco, sed in duobus, erexerunt vitulos, & idola sua multiplicârunt [p]. [Ca. versum sic reddit, *Quos ego volens ità punivi, ut ad eos aggregati sint populi, cùm suis utrique criminibus constringerentur.*] Et Benjamitas quidem ego punivi, sed *ità punivi*, ut idem passi sint & reliqui Israelitici *populi*, quorum plurimi in eodem bello ceciderunt: id quod feci, quoniam ambo erant nocentes, & *suo utrique crimine constricti*. Nam Israelitæ, qui illos tam cupidè puniebant, nè ipsi quidem erant insontes [q].

11. *Ephraim*, &c. וְאֶפְרַיִם עֶגְלָה מְלֻמָּדָה אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Autem*, P. *Quidem*, M. *Cùm autem*, Ca.) *Ephraim* (sub. *est*, Ti. JT. &c. vel, *fit*, Ca. & sub. *ceu*, Ti.) *vitula* (vel, *bucula*, sive *juvenca*, D. i. e. similis est vitulæ [r],) *docta*, sive *edocta*, (vel, *assueta*, P. Ti.) *diligens*, sive *amans*, (vel, & *diligens*, P. sed *amat*, M. & quæ *diligit*, Ti. *ad diligendum*, Calv.) *tritutare*, Mo. P. JT. &c. vel, *trituram*, M. Ti. Calv. Scopus hujus loci in primis indagandus est. Dixerat Hos. 4. 16. Israelem fuisse *refractariam vitulam*, &c. indè secuta est comminatio, *nunc pascet eos — in latitudine*. Hæc fuit summa scelerum & pœnarum, quam in sequentibus exponit & amplificat. Hoc igitur versu, & 12, 13. exprobrat eis fœdam ingratitudinem & contumaciam adversùs Deum, & carnalem fiduciam: quâ exprobratione confirmat antecedens enthymematis, *Sicut vitula petulca rebellavit Israel* †. Quod paucis dixit, pluribus explicare aggreditur: primùm exponens Dei in ipsum Israelem clementiam, quâ hactenus usus est; deinde severitatem & iram, deinceps declarandam [t]. Comparat hoc versu studia Israelitarum cum gratioso Dei consilio [v]. *Vitulæ edoctæ* opponitur *vitulus nondum edoctus*, Jerem. 31. 18 [x]. *Edocta* autem hîc dicitur, non ad arandum, sed solùm ad *triturandum* [y]. *Docta*, nempe experientiâ, i. e. assueta trituræ. Adagium hoc non tam consuetudinis vim notat, (quò alii referunt, ut sensus similis sit illi Prov. 22. 6.) quàm ostendit, eos qui semel se studio applicuerunt in quo plus est voluptatis quàm laboris, vix ab illo se dimoveri sinere ad aliud in quo plus difficultatis est & minus voluptatis [z]. Triturabant veteres, non ut nos hodie, sed boves & vaccas seu vitulos in area circumagendo super hinc indè stratos culmos ut eorum ungulis grana excuterentur; vel, plaustro seu trahâ, cui superimpositum erat onus, à bobus tractâ

frumentum

[z] RS. in Mer. [a] Q. in D. [b] Q. in Tar. [c] Q. in D. [d] D. † Pi. ex Jun. [f] Pi. [g] Liv. D. Riv. [h] D. [i] Pi. [k] Di. [l] Q. in Riv. [m] Riv. [n] Liv. ex L. Riv. G. [o] G. [p] Riv. [q] Ca. [r] Pi. † Riv. [t] Tar. [v] Jun. [x] BA. 1. 2. 39. 385. [y] BA ib. 41. 413. [z] Riv.

frumentum exsculpebant[a]. Boves autem ità triturantes libere vescebantur frugibus ad satietatem usque[b]: & vetitum est iis os obligare, Deut. 25. 4. Confer Esa. 28. 27, 28. Amos. 2. 13[c]. Tunc ergò maximè pinguescebant[d]. Subest hîc tacita comparatio inter arationem & trituram. In aratione plus est molestiæ quàm in tritura, quia boves simul copulantur, & parere coguntur, &c. triturantes verò sunt soluti. Sensus, q. d. Ephraim simulat aliquod obsequium, & præstat ubi facile est; sed nonvult jugum subire, Deóque in solidum obtemperare. Ad trituram accedebant, sed non poterant assuefieri ad arationem †. Amabant defungi cultu Dei facili & ipsis jucundo[f], ac fructuoso, unde victus ipsis suppeteret, ut bobus triturantibus, qui tum lascivire solebant[g]. Maluit frui partis quàm acquirere, & messem excutere quàm agrum arare[h]. Jugiter amat triturare in frugibus, loco cibi & saginationis; nec humiliat sese ut aret, i. e. non humiliat se Legi, &c[i]. Mavult Ephraim triturare quàm arare, & fructum operis percipere vult sine opere. Per *arationem* & *sationem* hoc loco opera significantur. *Triturare* autem & *metere* est, fructum operis reportare[k]. Propheta hîc docet, Israelitas laborem detrectare, & genio indulgere[l]. Innuit cultum vitulorum, quem trituræ comparat, quem Israelitæ victûs solùm & commodi sui externi causâ consectabantur[m]. Explicatur his verbis meretricum ingenium. Ut vitula, ubi pasta est, aream sæpe repetit: sic Ephraim, idololatriam edoctus, in qua conviviis & voluptatibus indulgebatur, ad eam crebrò redibat[n]. Fateor hæc ingenio & moribus eorum convenire: sed quæ sequuntur huic sensui accommodari nequeunt, nisi, *transire super collum, equitare facere*, &c. comminatoriè interpretaremur. Verùm hîc nulla est comminatio, sed tantùm ingratitudinis exaggeratio, per comparationem indulgentiæ Divinæ erga eos cum duriore Judæorum conditione, &c. Indicat hîc Deus se erga Israelem adeò liberalem fuisse, ut ipsis omnia ad hanc vitam necessaria commodè largitus fuerit, & cum tanta facilitate, ut vix ipsis fuerit laborandum, cùm eis dederit spicas jam maturas, ut solâ triturâ fucrit opus: quâ similitudine significat opulentiam Regni Israelis præ Regno Judæ, &c[o]. *Amans triturare*, sub. *potiùs quàm arare*: est enim admodum pinguis. qu. d. Olim Ephraim erat constitutus in magna felicitate, pinguis & opulentus. Hîc etiam accusat Israelem idololatriæ[p]. אֹהַבְתִּי est Benoni Kal[q], cum י paragogico[r]: sine quo אֹהֶבֶת scriberetur †. Simile גְּנֻבְתִי *furto ablatum*, Gen. 31. 39[t]. Non nego י alibi paragogicum esse, etiam in regimine, ut Esa. 1. 21. מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט. Sed ut ibi non rectè diceretur לְמִשְׁפָּט מְלֵאֲתִי, מְלֵאַת, aut מְלֵאָה לְמִשְׁפָּט, verùm (quando enim inter nomen regens & rectum intervenit ל, non solet regens corrumpi:) ità & hîc, aut אֹהֲבָה לָדוּשׁ, aut אֹהֶבֶת דּוּשׁ, vel אֹהַבְתִּי דוּשׁ, dicendum fuisse arbitror. Utcunque fit, arbitror hîc omnia posse esse regularia, & י haberi pro affixo, hoc modo, *Et Ephraim vitula edocta amat me ad triturandum*: i. e. amat me suâ operâ triturare; adeò assuevit prosperitati & tranquillitati, ut, quando loquor de triturando, non horreat istum laborem, sed æquè ferat à me ad id adhiberi[v]. [Al. sic:] Quia illi Deum vitulo comparaverant, ipse Deus justiùs illos *vitulo* aut *juvenco* comparat. *Ephraim vitula docilis*, i. e. visa est mihi bene edoceri posse. Hebræi, quia verbalibus ferme carent, participiis eorum vice utuntur. *Diligebam trituram*: Deus scilicet qui loquitur. Amabam, inquit, ruris proventum qui est in tritura[x]. ¶ *Et ego*, &c. וַאֲנִי עָבַרְתִּי עַל טוּב צַוָּארָהּ] *Et* (vel, *Sed*, Mer. *Idcirco*, Pi. *Quamvis*, JT.) *ego transivi* (vel, *transivissem*, JT. vel, *transire feci*, sub. *jugum*, G. ex Hi. vel, *ascendam*, Mer.) *super bonitatem*, vel *præstantiam*, (vel, *super pulchritudinem*, BA. *in robustum*, Mer. *super pulchrum*, P.) *cervicis*, sive *colli*, (vel, *collum*, Mer. P.) *ejus*, Mo. Pi. JT. Di. Calv. &c. *Et ego transivi cervicem ejus pinguem*, Ti. [Variè explicant.] *Transeundi* verbum hîc sumitur in malam partem: qu. d. Ego collum ejus perdomui[y]. Quoniam Ephraim erat bos pingui collo, & satis robustus ad ferendum jugum, & tamen amaret suas delicias, & jugum respueret; ego afflictionibus tentavi an posset domari talis ferocia, quia videbam eum non aliter ad obsequium adduci posse[z]. Ego, imposito jugo, coegi eum arare; h. e. curavi eum bona ex parte expilari per Regem Assyriæ[a]. Premam eum, non sinam liberum discurrere, cogam ire quò volo, ut equum: invitus ibit in Assyriam[b]. *Transire super collum* est, illud conculcare, & imposito jugo premere & frangere[c]. Sed id non est *transire*; potiùs, *manere* & *adhærere*[d]. *Quamvis ego transivissem*, &c. i. e. domuissem, & aptâssem ferendo jugo & trahendo aratro meo †. Verbum עָבַר, quando de Deo dicitur, semper plagas & adversa significat *. Quod verum est quando cum ב construitur, ut Amos. 5. 17. *Quia transibo per medium tui*. At quando cum ל aut עַל construitur, *transire*, pro, *non punire*, vel *dissimulare*, ut Prov. 19. 11. Amos. 7. 8[f]. [Alii itaque locum in bonam partem accipiunt.] Cùm esset collo pingui, non habui eam propterea duriùs aut inclementiùs, sed indulsi ei, licèt arare nollet[g]. Hâc phrasi denotatur prosper illius status; collum ejus pingue erat & torosum, non afflictum & exulceratum à jugo: q. d. Externam illi prosperitatem & opulentiam indulsi, non duriter tractavi pro meritis, sed ei peperci, nè premeretur jugo servitutis, vel subjiceretur, ut olim, Judæis[h]. Al. *Transivi*, &c. i. e. Imposui tibi jugum, non grave, sed quod esset pro bono tuo, & quod ferre posses, agens tecum pro teneritudine tua; & tu, si illud portâsses, viveres in pace & securitate, &c[i]. Al. Sensus est, Legem eis imposui, & ipse rector eorum fui[k]. Sed hoc alienum est à contextu[l]. Al. Hypallage hîc est; Deus enim hîc agit tanquam armentarius, qui super boves non transit, sed sub ejus virga boves transeunt, Levit. 27. 32. Sensus ergò est, q. d. *Pulchritudo colli ejus*, seu *Juvenca hæc pulchro collo, transiit* sub virga mea, id est, eam pro mea agnovi, & in armento meo recepi[m]. Al. sic, *Itaque ego transivi*, &c. i. e. accinxi me ad triturandum, & conscendi pulchrum ejus collum, ut, ei insidens, quaquaversum flectere eam ad triturandum pro arbitrio possim[n]. Al. *Transivi*, &c. i. e. consideravi collum ejus pingue & obesum[o]. *Obibo ejus cervicis bonitates*, i. e. bonam cervicem[p]. ¶ *Ascendam*, &c. אַרְכִּיב אֶפְרַיִם] *Equitare faciam* (vel, *feci*, M. Riv. futur. pro præt[q].) *Ephraim*, Mo. Calv. D. nempe equis vel bobus arantibus, ut arator dirigens boves[r]. Equis utebantur ad opera rustica †. Equis vel curribus vehebantur agricolæ[t]. Significat hîc vel, 1. Regiam Ephraimi dignitatem[v]: vel, 2. altam pacem, quia securi ab hostium metu operibus suis rusticis incumbunt cum spe futuræ messis[x]. Zach. 8. 10. contrarium est, *Exeunti & ingredienti nulla pax ab hoste*[y]. Al. *Equitabo*, vel *Inequitabo*, (vel, Sed nunc *equitabo*, Pi.) *Ephraim*, Di. Ar. Mer. i. e. Insidebo[z]; ut solet qui trituranti jumento insidet[a]: vel, Nunc duriùs illum tractabo, curando scilicet ut captivus abducatur, &c[b]. *Usurus ad equitandum fuissem Ephraimitâ*, JT. i. e. [ut hæc & sequentia verba explicat,] Israelem & Jehudam, singulos denique, occupaturus in cultu meo, ut prosopopœia seq. ostenditur. Hæc omnia allegoricè[c]. Al. Et dixi, *Feci gestare Ephraim*, Ti. *Imponam* ergò *ipsi Ephraim* jugum, P. ad verb. *vehere faciam*, aut *ferre*. Hîc obscurè dicit Deus se divisisse Regnum in duo, ut utrumque ei serviret: verùm contrà fecerunt. *Imponam*, inquit, *ipsi Ephraim* jugum Regum, i. e. Decem tribuum: utrumque Regnum suo fungetur officio in mihi serviendo[d]. Al. *Equitare faciam* (nempe Assyrium †, vel, populos[f],) in, vel super, *Ephraim*, Tar. ex L. Q. in Calv. Al. *Equitare faciam*, &c. q. d. Quoniam Ephraim delicatus est & lascivus, ut non possit jugum recipere, aut rectà vel compositè incedere, sed, instar indomitæ juvencæ, vellet huc & illuc se projicere; ego eum pro ingenio suo tractabo, abripiam quasi per nubes, & celeriter transferam in longinquam regionem. Confer Job. 30. 22. *Equitare me fecisti super ventos*, i. e. violenter me huc illuc transtulisti[g]. ¶ *Arabit*, &c. יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה יְשַׂדֶּד לוֹ יַעֲקֹב] *Arabit* (vel, *Arabat*, Ti. Dixi, *Aret*, G.) *Jehudah*, Mo. P. M. &c. (Quod Ephraim noluit facere[h].) *agricolabit* (vel, *occabit*, D. Calv. *confringet glebas*, P. M. sim. D. Ti. quod fit post arationem. Ità שָׂדַד sumitur Job. 39. 10. M. Varro, *Arare, & postea occare*, i. e. comminuere, *nè sit gleba*[i]. Vel, *occet*, G.) *sibi* (Qui sic vertunt, *Jacob* accipiunt pro Ephraimo vel Israele, à Juda distincto.

a Tar. b BA. 1. 301. c Tar. d BA. ib. † Calv. f Pi. Tar. g Tar. h M. ex K. i RS. in Mer. k D. l BA. 101. m Q. in Riv. n Al. in Riv. o Riv. p V. q Tar. r D. Riv. Tar. † D. t D. Tar. v Pi. x G. y Mer.

z Calv. a Pi. b Mer. c Q. in Riv. d Riv. † Jun. * Rib. ex Hi. f Riv. ex D. g D. h Riv. i M. ex K. k G. sim. l Q. in Calv. m Calv. n BA. ib. 413. o Di. p V. q Ca. r Riv. † Idem. t D. t Riv. ex Liv. v Riv. sim. M. ex K. x Oecol. D. y Riv. ex Liv. z Liv. a Mer. b Di. c Pi. Jun. d V. † Tar. ex L. f Q. in Calv. g Calv. h D. i Idem.

distincto[k]. Vel, *ei*, Ti. &c. nempe Ephraimo[l]. Al. τὸ *sibi abundat*[m].) *Jahacob*, Mo. P. Calv. &c. *Araturus* (sub. *est*, Pi.) *Jehuda*, *occaturus* (sub. *est*, Pi.) *Jahakob*, JT. Pi. q. d. Non parcam Judæ, sed is quoque cogetur & arare & occare, i. e. molestiam sustinere à Babyloniis,&c. Minor tamen erit hæc molestia quàm Decem tribuum, quæ nec rem habuerunt nec spem liberationis: sicut minùs molestatur bos quum arat & occat, quàm equus quum equitatur, præsertim à sessore rigido[n]. Sensus, q. d. Reliqua pars populi pœnas quidem sustinebit, sed mitiores quàm Ephraim. Laborat bos, sed ex labore suo vivit, & se nocturnâ quiete reficit. Ità indulgebit Deus bovi suo, &c[o]. Pergit in similitudine agriculturæ, quam diu persequetur[p]. Domitus ab hoste *arabit Juda*, &c. i. e. magno labore vix victum & amictum inveniet[q]. Utrumque Regnum affligam[r]. Arat Juda; quod difficilius est: Israel verò occat sibiipsi, postquam aravit Juda; & quamvis in laboris partem minorem veniat, omnia tamen ad se trahit. Eodem ferme sensu quo illi qui *Juda* & *Jacob* pro iisdem accipiunt,nempe pro Regno Duarum tribuum,quod sæpe aravit & occavit Regno Decem tribuum,quia sæpe Jerosolyma ab Israelitis oppugnata fuit & vastata, & Judæi vexati sunt, maximè sub Joatham & Ahaz, 2 Reg. 15. & 16. Esa. 7. sub quibus prophetavit Hoseas: tunc *arabat Juda*, &c. dum Ephraim lasciviebat pro libidine. Ostendit ergò Deus, se diu patienter exspectâsse Ephraimum, ipsi pepercisse, & velut dissimulâsse quæ in fratres suos Judæos tyrannicè moliebatur, concessisse etiam ipsi victorias; nec tamen propterea revocatum fuisse à sceleribus suis†. Quia triturationem præcedunt aratio & occatio, &c. si Ephraimitis solùm triturationis cura fuit, quæri potuit quotnam alii ad rustica hæc opera adhibuerit. Cui quæstioni Propheta sic satisfacit, *Equitare faciam Ephraimum: arabit Juda*, &c. q.d. Tribus Juda laboriosa hæc ministeria peraget,dum equitabit Ephraim, i. e. lautè vivet & opiparè. Vide Esa. 58. 14[s]. *Equitans in Ephraimita, arante Judæo, occante ei Jacobidâ*: Et Israelitas & Judæos perdomabo[v]. Al. *Arabit Juda? occabit ei Jacob.* Idem *Jacob* qui *Israel*, & hîc oppositus Judæ, decem Tribus denotat,inter quas Ephraim,quippe Regia Tribus,præcipua: i. e. Non tantùm conscendetur à me Ephraim ad triturandum, sed etiam,quum arabit Juda, serviet ei ad occandum: ideo יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה lego interrogativè, quod idem est atque, *arante Judâ*[x]. Al. *Arâsset Juda, & confregisset ei glebas Jacob*, id est, decem Tribus: qu. d. Duo Regna conspirare debuissent in cultu Dei. Arant illi qui se disponunt ut fructum ferant, & ut glebæ duriores scindantur. Hanc mentem Prophetæ sequentia declarant[y].

12. *Seminate* (Sub. *dicebam*, P. sim. V. Riv. Ellipsis verbi est ante hos imperativos; *Dixi per prophetas*[z], vel, *Ecce, omni tempore prophetæ dicunt vobis*, Ch. in Riv. *Seminate*, Riv.) *vobis in*, &c. לִצְדָקָה] *Ad justitiam*,Mo. M. Calv.D. &c. *in justitia*, P. i. e. largiter & copiosè[a]. Sed de qualitate potiùs quàm quantitate hîc agi constat ex verbis sequentibus†. Al. *Seminare in justitia* est, dare operam justis operibus[b], pietatis in Deum, & misericordiæ in proximum; quæ utraque in S. S. *justitia* vocatur[c]. Hortatur eos ad pœnitentiam[d]. Pergit Deus referre quid ipsis imperaverit, & miscet comparationem ab agricultura sumptam cum τῇ ἀποδόσει*. Non simpliciter hortatur, sed objicit illis duritiem: qu. d. Non neglecta est eorum salus à Deo: obtulit Deus illis gratiam suam, & conatus est eos revocare, &c. hæc fuit assidua doctrina, *Seminate vobis*, &c[f]. ¶ *Et*,&c. קִצְרוּ לְפִי חֶסֶד] *Metite* (vel, Et *metite*, M. Dixique, *Metite*, P. *Ut metatis*, G. *Meteis*, D. Riv. Imperat. pro fut[g]. ut, *Hoc fac, & vive*, id est, vives[h]. Sic alio loco, *Accedite ad eum, & illuminamini*; Esa. 55. 2. *& comedite bonum*, i. e. comedetis[i]. *Messuri*, Ca.) *ad os* (vel, *in ore*, Vulg.) *misericordiæ*, Mo. vel, *beneficentiam*, Ti. *ad benignitatem*, JT. Pi. hoc est, benignè ac pleniore mensura quàm seminâstis†: *in pietate*, M. *pro ratione pietatis*, Ca. *in misericordia*, V. *juxta misericordiam*, P. sic G nempe D.[k]. q.d. Reportabitis mercedem amplissimam, quam Deus suâ misericordiâ dabit vobis[l]. Τὸ פִּי, sive פִּי, ut est in regimine, additum particulis לְ, כְּ, עַל, tantùm πλεονάζει[m]. & לְפִי & עַל פִּי sæpe idem est Hebræis quod Græcis κατά[n]. [Alii tamen hanc voculam cum sequente reddunt hoc modo,] *ad mensuram*, vel *pro mensura, clementiam*,vel *bonitatem*,Calv. vel, *pro mensura misericordiæ*, sive *benignitatis*, vel, 1. humanæ, quam quis erga proximum suum exercuit; 2. vel etiam Divinæ, quæ supra modum compensat, Luc. 6. 38. ut sit promissio: qu. d. Si ità seminaveritis, amplissimos fructus colligetis à Deo[o]. Metetis ad gratiam: q. d. Multò ampliùs remunerabimini[p]. *Metere* est, referre mercedem[q]. פֶּה *os*, inter alia, mensuram quandam sonat & proportionem, maximè cum præfixis לְ & כְּ, ut Exod.c.16. v.21. Num. 6. 21. 2 Reg. 2. 9[r]. ¶ *Innovate*, &c. נִירוּ לָכֶם נִיר] *Arate* (vel, *Novate*, sive *Novellate*, M.Ti.JT. Pi.Ca.) *vobis arationem*,Mo.P. vel, *arvum*,G.vel, *novale*, sive *novalia*,M. Ti. JT. Pi. Ca. נִיר est νέωμα, *ager novalis*†. Eadem phrasis Jerem.4.3[t]. Est autem נִיר aratio agri antequam feratur, in qua spinæ evelluntur herbæque noxiæ, ut sit aptus ad excipiendum semen. Est hîc ὕστερον πρότερον· nam aratio postponitur sationi & messi. Sed bene cohærent si aliquid subaudiatur, ut, *Sed priùs*, vel sic accipias, *postquam novaveritis*, &c[v]. Postquam hortatus est *ad arandum*, jam addit, eos similes esse agris diu incultis & desertis, ubi crescunt spinæ & aliæ noxiæ herbæ, ut non satis sit semen jacere donec præparati fuerint Opus ergò est duplici aratione, & vocatur ille duplex labor *novatio*[x]. *Arare* hîc pro *cogitare* ponitur parabolicè; qu. d. *Cogitate vobis cogitationem*: ut mox v.13. *Arâstis impietatem*[y]. Exhortatio esse videtur ad præparationem cordis ob adventum Christi[z]. Docet semper repurgandum cor nostrum à spinis & carduis, hoc est, à noxiis cupiditatibus †. Hâc phrasi innuitur, Ephraimi cor & manus fuisse terram incultam & horrentem spinis, ac inutilibus noxiisque herbis consertam, in qua, nisi per arationem repetitam planè subigatur, boni fructus non succrescent. Metaphora arationis & occationis & triturationis vitam & conversationem quam Deus in suis requirit adumbrat & describit. Satio hîc & messis sunt exercitia & fructus pœnitentiæ. Ipsa verò pœnitentia est præparatio terræ, aratio, & quasi innovatio*. ¶ *Tempus*,&c. וְעֵת לִדְרוֹשׁ] *Et* (vel, *Nam*, Pi. sim. G. Riv.) *tempus est quærendi*, sive *requirendi*, *Jehovam*, P.JT. Pi. Quem amisistis & à vobis abalienâstis‡. *Nam* adhuc *opportunum tempus est*, &c. Tar. sim. Calv. dum vivatis, vel ante judicium, tum universale, tum particulare*. qu. d. Nondum vobis præclusa est salutis via; quæ tamen tandem claudetur, si contemnatis tam benignam Dei invitationem‡. Confer Psalm. 95. 7. & Esa. 55. 6. Cujusmodi verbis Prophetæ duo simul sibi proponebant: 1. ut spem salutis facerent peccatoribus, modò redirent ad Deum; 2. ut metum iis incuterent, nisi maturè redirent, &c†. ¶ *Cum*, &c. עַד־יָבוֹא וְיוֹרֶה וגו] *Donec veniat*,Mo.Pi. G. &c. (Sed quisnam est hic Domini adventus? Satis notum est, Deum, qui *recedere* dicitur ab hominibus quum illos suâ gratiâ & benedictionibus destituit, *venire* aut *redire* dici illapsu gratiæ suæ, aliisque beneficiis*.) *& doceat* (vel, *qui doceat: &*, pro *qui*, solens est Hebraismus†.) *vos justitiam*, Mo. P. D. Ca. Circumloquitur, vel Messiam, qui *doctor justitiæ* vocatur; vel Spiritum Sanctum,qui dicitur *docere nos omnem justitiam*[a]. [Vide Joh. c. 16. 13.] Vel, *&* (vel, *qui*, G.) *pluat*, sive *depluat*, *super vos justitiam*, M. Ti. G. sim. Calv. vel, *& perfundat vos pluvia* (vel, *pluviâ*, Pi.) *justitiæ*, JT. Pi. Donec veniat, inquit, qui vobis largiatur *pluviam justitiæ*, i. e. largam; ut alibi, *sol justitiæ*, qui benignè impartit lumen suum[b]: qui vos irriget suis beneficiis[c]. Notum est, *pluviæ* nomine [sæpe] significari doctrinam. Alii, *ut sit vobis matura pluvia justitiæ*. Sed tum יוֹרֶה scriberetur[d]. *Justitiam* hîc vocat fructum sive præmium justitiæ*, ut 1 Sam.26.23. Sic, *peccatum* accipitur pro pœna peccati. Sensus itaque loci est, q. d. Persistite in operibus pœnitentiæ, &c. sic Deum quærentes donec ad vos veniat, i. e. gratiosæ suæ præsentiæ testimonia vobis proferat, & doceat, id est, manifestet, justitiam illam quam seminare vos exhortor, approbatione suâ, per gratuitam retributionem. Plerique tamen de Christo accipiunt, ut sensus loci sit, Dum tempus est quærite Dominum, donec veniat Christus,

qui

Marginal notes (left column): k Q. in Riv. — l Al. in Riv. — m D. — n Pi. — o Calv. — p G. — q Tar. — r Mer. — † Riv. — s BA. 1. 4'4. — v Ca. — x Di. — y Oecol. — z Riv. — a D. — † Riv. — b V. sim. Riv. Mer. — c G. Riv. — d D. — * G. — f Calv. — g Riv. ex V — h D. — i Riv. — † D. — k G. — l V.

Marginal notes (right column): m Tar. — n G. — o Riv. — p Mer. — q G. — r Riv. — † D. — t Riv. ex D. — v Riv. — x Calv. — y V. et He. — z V. — † M. — * Riv. — ‡ Idem. — * Idem. — ‡ Calv. — † Riv. — * Idem. — † D. — a Idem. — b Q. in D. — c G. — d D. — * Calv. Riv. Pi.

qui vos justitiam docebit. Qu. Quomodo ergò jubemur *serere justitiam* antequam venerit Christus qui nos *justitiam edoceret?* Resp. Christus non debuit exspectari qui absolutè justitiam doceret, sed qui pleniùs & abundantiùs doceret; idque non tantùm externo Verbo, sed & interno. Priorem tamen sensum literalem esse puto, salvo aliorum judicio [f].

13. *Arâstis* (vel, Sed *arâstis*, Pi.) *impietatem*] Id est, Arando seminâstis: nam impietas fuit semen mandatum terræ, bonorum sterili, malorum feraci [g]. Contrà fecistis quàm sperabam [h]: operam dedistis rebus impiis [i], idque magno studio & conatu [k]. Hîc per antithesin ostendit qualem se Ephraim præstitit pro tanta indulgentia [l]. Ego vos semper hortor, sed nihil proficio; vos non obeditis [m]. Aratro exscindenda erat impietas; vos stabilitis, ut agat radices [n]. Frustrà vos admonui & illexi, obstinati estis, &c [o]. ¶ *Iniquitatem messuistis*] i. e. Pœnam peccatorum [p]: ut עולה sæpe sumitur [q]. Pro semente messis [r]. Aliàs, *messis iniquitatis* accipi possit pro scelerum omnium proventu: quod malim, quia totus hic versus in Israelitarum peccatis redarguendis occupatur †. Τὸ *messuistis* & sequens *comedistis* intelligenda non sunt de pœna, sed de peccato: ut v. præced. utrumque de bonis operibus intelligitur, *seminare ad justitiam*, & *metere ad benignitatem* [t]. ¶ *Comedistis frugem mendacii*] i. e. Dolis ac mendaciis usi estis. *Panis mendacii*, pro *mendacio*. Sic, *comedere panem pigritiæ*, valet, pigrum esse [v]. Al. *Pascemini fruge falsâ*; speciosâ, sed non alente [x]. Fallet vos spes fructûs [y]. Sic, *panis mendacii* dicitur, Prov. 20. 17. qui specie decipit, &c. Sic, *mendax fundus*, qui fallit spem agricolæ. Vide Hos. 9. 2. Inanes erunt spes vestræ de commodis ex idolorum cultu percipiendis [z]. ¶ *Quia confisus es in viis tuis*] Vel, *viæ tuæ*, JT. Pi. vel, *in via tua*, D. Riv. &c. h. e. in actionibus tuis [a]; in consiliis [b], inventis & institutis tuis; in novis legibus & fœderibus [c]: in cultu, sive religione tua [d], ut *via* sumitur Act. 18. 25, 26. & 22. 4. & 24. 22; in cultu vitulorum, qui, cùm ipsis esset proprius, & apud eos natus, iisque gratissimus erat, non mirum si eorum *via* dicatur *. Sensus est, Deo contempto, tui mores tibi placuêre. Transit à plurali ad singularem: nam utroque uti solemus cùm corpus aliquod ex multis constans alloquimur. Fit autem hîc initium novi sensûs, cui cohærent sequentia, *Consurget tumultus*, &c [f]. ¶ *Et in multitudine fortium tuorum*] Militum [g]. Synecdochicè omnes eorum vires significat, castra nempe & munitiones, ut patebit in verbis seq [h]. Sensus, Satis virium in juventute tua & sociis[te] habere putâsti [i].

14. *Consurget tumultus*; ità P. M. [שאון] *Sonitus*, Mo. Tumultus bellicus [k]: bellum [l]. Vox clamoris, *Fugite, fugite* [m]. Clamor meticulosorum, territorum [n]. ¶ *Sicut*, &c. "כשד וגו] *Sicut vastavit Salman Beth-Arbel*, P. &c. vel, *Arbelitida*, JT. Pi. sic dictam ab oppido Arbelorum, quod Darii clade celebratum est. Regio hæc erat Assyriæ infra Arpadum, à Salmane occupata eâ expeditione quæ perstringitur 2 Reg. 18. 34. & 19. 13 [o]. *Salmana* Rex Midianitarum, Jud. 8. 5, &c [p]. Citat domesticum & recens exemplum *. Historia tunc nota, nusquam alibi exstans [q]. *Salman* hostis tunc celebris, etsi alibi non sit ejus mentio [r]. Al. *Salman* est vox truncata, pro *Shalmanasar* †, qui Hoseæ tempore Rex Assyriæ fuit. Similia alibi exempla occurrunt. Esa. 15. 2. *Bamoth*, pro *Bamoth-Baal*; & *Chamath*, pro *Chamath-Dor*, Jos. 19. 35. Sic, priore vocis parte amputatâ, dicitur *Aven*, pro *Bethaven*, & *Meon*, pro *Bethmeon*. Apud Latinos & Græcos voces nonnunquam ità truncari declarat Lipsius, epist. 19. l. 1. *Medix*, inquit, *apud Ennium pro* Medixtuticus, *quo nomine summus Oscorum magistratus vocabatur. Et in eodem*, —lætificum gau, *pro*, gaudium, *&* altisonum cœl, *pro*, cœlum. Strabo l. 8. *Hesiodus* τὸ βριαρὸν βῶ *dicit*: Epicharmus verò, τὸ λίαν λί· Συρακὼ ἢ τὰς Συρακούσας [t]. Putant Salmanasari victoriam aliquam ad Arbela obtigisse. Verùm hæc scripta sunt ante Salmanasaris tempus, si modò notatio temporis initio Libri scripti ad totum Librum pertinet [v]. *Arbel* fortè proprium nomen viri, ut legas, *domum Arbeli*. *Beth-arbel* nomen loci [x]. Fortè *Arbel*, pro *Beth-arbel*, ut *Aven*, pro *Bethaven*, suprà v. 8 [y]. Chaldæus שלמן non pro proprio nomine sumit, sed pro *pacifico*; & ארבאל vertit, *per insidias*, ut אל sit paragogicum; nam ארב *insidias* explicat: *sicut vastatur homo in pace vivens, per insidias, in belli tempore*. Heb. בית ארבאל Græci verterunt, ἐκ τοῦ οἴκου Ἱεροβαάλ· nam sic legendum bene nos docet Hieron. pro quo vulgati codices corruptè habent Ἱεροβοάμ. *Jerobaal* est cognomen Gedeonis. Scribitur Hebraicè ירבעל Jud. 6. 32. quod hîc Latinus periphrasticè explicat, *qui judicavit Baal*, originem nominis exprimens. Solet autem & א in initio poni pro י: & ע aut omitti, ut בל pro בעל; aut in leniorem literam mutari, ut hîc ארבאל. Græca versio addit hîc ἐκ, quasi supplens Hebræum defectum literæ ב. Deinde, οἴκου videtur sumere pro *exercitu*. Quæ incommoda vitari possunt, si, pro בית, scribatur ביר, *per Jerobaalem* [z]. Notanda hîc temeritas & audacia Grotii mutantis Sacrum codicem, & ex בית facientis ביר. 1. Nomina diversa sunt *Arbel* & *Jerubaal*, tum quoad literas, tum quoad puncta. 2. *Salma* h. l. per ש scribitur; at *Zalmuna*, Jud. c. 8. v. 12. per צ. 3. Non de Rege trucidato loquitur, sed de urbe *vastata*, & huic, non illi, convenit verbum *vastandi*. 4. Objectum vastationis non est *Salmon*, sed *Arbel*, quod oppidum erat in Samaria, ut notat Hieron [a]. Mirum quàm se torquent qui Vulgatam hujus loci versionem defendunt, quæ sic se habet, *Sicut vastatus est Salmana à domo ejus qui judicavit Baal* [b]. [De quo vide hinc Rib. illinc Riv.] ¶ *Matre*, &c. "אם על וגו] *Mater* (vel, Ubi *mater*, Pi.) *cum filiis* (vel, *ad filios*, D.) *collidetur*, vel *collisa*, sive *allisa, fuit*, P. JT. Pi. D. sub. *terræ*, sive *solo*: quæ propria significatio verbi רטש. Usus est eo sensu infrà 13. 16 [c]. Loquendi genus proverbiale, significans occidionem talem in qua non sexui, non ætati, parcitur [d]. Confer Gen. 32. 11. Deut. 22. 7*.

15. *Sic fecit* (vel, *faciet*, sive *efficiet*, Pi. Riv. &c.) *vobis Bethel*] i. e. Vitulus Bethel [f]. Idololatria, cujus sedes Bethel [g], causa erit ut similis vobis eveniat calamitas [h]. Vel, *Sic faciet vobis* Deus, ô *Bethel*, D. ¶ *A facie*, &c. "מפני רעת רעתכם] *Propter malitiam* (vel, *perversitatem*, Ca.) *malitiæ* (vel, *nequitiæ*, M. Ti.) *vestræ*, P. &c. *Propter summam malitiam vestram*, JT. Pi. sic Liv. *A facie malitiæ, malitiæ*, inquam, *vestræ*, G. ¶ *Sicut*, &c. "בשחר וגו] *In aurora*, &c. P. &c. Id est, maturè [i], statim, citò, ut Psalm. 30. 6 [k]; nam Aurora repentè oritur [l]: vel, ex improviso [m]: vel, in ipsis Regni initiis [n]. Vel, *aurorâ*, id est, post noctem calamitatum; nam Aurora immediatè noctem subsequitur [o]. Al. Quum affulgeret aliqua spes Deum remissurum instantem ultionem, quòd Hoseas eos permitteret ire in Jerusalem. Sed quum interim idololatras foveret, nec excelsa dirueret, nec Regi nec populo pepercit Deus [p]. Al. *Sicut manè*, Vulg. qu. d. Tam verè quàm Aurora est. Exemplar quoddam Stephani habebat כשחר. Sed בשחר habet editio Veneta secunda, item Antuerpiensis in folio [q]. Et Masora notat בשחר hîc legi [r].

CAP. XI.

1. *Quia*, &c. "כי נער ישראל ואהבהו וגו] *Quia* (vel, *Quum*, P. M. Ti. Pi. &c.) *puer* (vel, *adolescens*, M. Vox נער sign. *infantem*, postea *adolescentem*, & sæpe *ministrum* ac *servum* [a].) *Israel*, (vel, *Israelis*, sub. *est*, JT. vel, sub. *esset*, M. P. Ti. id est, Cùm adhuc ageret in Ægypto [b]: quæ ætas prima fuit populi, Ezec. 16. 5. & 23. 3 [c]. Siquidem ut homines, ità etiam respublicæ, suas ætates habent [d]. Tempus liberationis ex Ægypto pueritiæ confertur Hos. 2. 15 †.) *& dilexi* (vel, *dilexi*, M. P. Ti. Liv. ex Mer. Conjunctio abundat *, ut sæpe [f].) *eum*, Mo. P. &c. (Cujus argumentum erat eductio, cum aliis innumeris beneficiis [g].) *& ex Ægypto vocavi* (*evocavi*, D. *accersivi*, D. ex Liv. *Vocamus* præsentem voce, absentem per nuncios [h]. קרא, sequente ל, sæpe significat *accersere*, i. e. vocare quidem, sed absentem, per nuncium, Gen. 31. 4 [i].) *filium meum*, Mo. &c. Olim [k] Israelem [l], Dei *filium*, & quidem *primogenitum*, dictum Exod. 4. 22 [m]. præ aliis populis scilicet, ut esset mihi vice

[f] Riv. [g] Riv. [h] G. [i] G. sim. Pi. Tar. [k] Tar. [l] Riv. [m] Tar. [n] Mer. [o] Calv. [p] G. sim. V. D. [q] G. [r] D. † Riv. [t] Pi. [v] D. [x] G. [y] D. sim. Riv. [z] Riv. [a] D. Riv. [b] Pi. Tar. [c] Riv. [d] Riv. D. Tar. * Riv. [f] G. [g] D. sic Riv. [h] Riv. [i] G. [k] Q. in Riv. [l] D. [m] Riv. ex RS. [n] Tar. [o] Pi. ex Jun. [p] G. * V. [q] Mer. Q. in Calv. [r] Oecol. ex K. † Liv. sim. Riv. P. Q. in V. &c. [t] Liv. [v] G. [x] D. [y] Riv.

[z] G. [a] Calov. [b] Riv. [c] D. [d] G. * Riv. [f] D. [g] G. sim. V. D. [h] G. sim. D. [i] Mer. [k] Liv. sim. D. Pi. Riv. [l] D. [m] Pi. [n] G. [o] D. [p] Oecol. [q] D. [r] Buxt. vind. 2. 11. 781.

[a] Riv. [b] V. sim. D. G. Pi. [c] G. sim. D. [d] D. † Liv. [f] Liv. Pleri que in Riv. [g] Liv. [h] D. [i] Idem. [k] Liv. [l] D. [m] D. G. &c. G.

vice filii [n]: postea Caput populi Christum [o], cujus figura in hoc erat Israel [p]. Propheta hoc de vetere populo, Evangelista [Matt.2.15.] de Christo, intelligit [q]. De horum conciliatione laborant Interpretes [r]: de qua vide ad Matt.1.25. & 2. 15 †. Utrumque verum, quia ille hujus typus & figura hac in re erat. Deus Israelem per Mosen ex Ægypto accersivit, Christum per Angelum [t]. Sensus loci est, *Cùm*, i. e. Quamvìs, *Israel puer sit*, h. e. imbecillis, imprudens, &c. tamen *dilexi illum*, idque gratuitò: *ideo* [τὸ ו illativè sumi, antè notatum.] *ex Ægypto vocavi*, id est, vocare decrevi, *filium meum*, qui illius curam susciperet: q. d. Jamdudum ipsi destinavi Messiam; ergò non possum universum Israelem delere. Sternitur ergò hoc loco fundamentum omnium consolationum, nè electi in populo desponderent animum, & spes exhibetur restitutionis sub Messia [v]. [Plura qui vult, petat ex Riv. & Tarnov. &c. ad hunc locum; vel, consulat dicenda σὺν Θεῷ ad Matt.2. 15. ubi opportunior erit de his disserendi locus.] Ingratitudinem h. l. objicit [x], antequam misericordiam promittit [y].

2. *Vocaverunt*, &c. קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם] *Vocaverunt* (vel, *Clamaverunt ad*, P. Ti. vel, Prout *revocant*, sive *revocârunt*, JT. Pi. Tar. Prout *vocaverunt*, Sy. Altera particula comparationis interdum omittitur [z].) *eos*, Mo. P. &c. (Israelitas [a], Prophetæ scilicet [b], ab idololatria [c], ad resipiscentiam [d], & pietatem *, verùmque Dei cultum. Vide Hos.6. 5 [f].) *sic*, vel *ità*, (vel, *sed*, Q. in Riv. malim, *sic*, Riv. id est, tantò magis [g],) *abierunt*, vel *abeunt*, *à facie*, vel *conspectu*, *eorum*, P.M. JT. Pi. i. e. terga obverterunt Prophetis [h]: Jer. 2. 27 [i]. Phrasis contemptum indicat. Metaphora à discipulis contumacibus, qui monitoribus tergum vertunt, nè correptiones cogantur audire [k]. Inhumanum est, non amare amantem; ingrati signum, pro bono malum reddere [l]. Al. Sic verto, *Vocârunt eos?* cujus sensus est, Quum vocârunt eos, *abierunt ab ipsis*. כֵּן non est hìc similitudinis particula, sed illationis aut consecutionis. Eodem modo οὕτως usurpatur Joh.4.6. Act.7.8. & 20.11 *. ¶ *Baalim*] i. e. Diis multis [m] ; ut Beel-phegori, Num.25.3 [n]. Vel, vitulis: vel, numini Sidoniorum, quod propriè *Baal* dicebatur, & fortè, honoris causâ, *Baalim*; ut *Elohim* de uno Deo. Non diis tutelaribus, aut minorum gentium; sed ipsis Baalibus, quos pro vero Deo colebant [o]. ¶ *Et simulacris*] Id est, coram simulacris; ut Vitulo, Exod. 32. 4 [p].

3. *Et ego*, &c. וְאָנֹכִי תִרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם] *Et ego* (vel, *Ego autem*, M. P. vel, *Quum ego*, JT.) *assuefeci ire* (vel, *assuefacio*, JT. vel, *ambulare feci pedibus*, vel, *ad*, sive *super*, *pedes*, P. Riv. vel, *gressus moderatus sum*, Ti. Sententia est, assuefeci ad eundum seu ambulandum [q]. Vel, *ambulare docui*, Di. vel, *pædagogum dederam*, Ti.) *Ephraim*, Mo. &c. vel, *ipsi Ephraim*, M. Ego illos ab initio formavi duxique [r], sicut pueri docentur ire †, pedetentim [t]. Similitudo à nutrice; quæ amore sæpe ipsos parentes superat [v]. Vox תִרְגַּלְתִּי est ἅπαξ λεγόμενον. Estque vel, 1. nomen, sonans, *pedatio mea*, à רֶגֶל *pes* [x]. Sed ut nomen sit alienius est [y]. Accentus enim est in penultima, qui, si esset nomen formæ תִּפְאֶרֶת, in ultima ponendus esset [z]. Vel, 2. est verbum [a]: תִרְגַּלְתִּי, pro הִרְגַּלְתִּי [b]. Mixtum est ex fut. & præt. qualia sunt יוֹדַעְתִּי, 1. Sam. 21.2. וַתָּבֹאתִי, 1 Sam.25.34 †. [Alii locum aliter vertunt.] *Ad me verò quod attinet, incessus meus ad Ephraimum* accommodatus fuit. Ellipsis verbi relati. Confer Gen. 33. 14. Sensus, Quum eos educerem ex Ægypto, per desertum, commodè eos duxi, &c. Antithesis: q. d. Dixi quid beneficii Prophetæ iis contulerint, nunc dicam quid ego immediatè præstiterim [c]. Al. *Ego rexi*, &c. Sy. *Et ego ligavi pedes Ephraim*, ό. In Græco, συνεπόδισα, i. e. *impedivi, illaqueavi, compedibus implicavi* [d]. Vel, *colligavi*, ut nutrices faciunt; quæ, dum ad incessum informant infantes, plostellis imponunt, & muniunt serperastris *. [Alii hæc cum membro sequente jungunt, & locum sic reddunt;] *Cùm ego prehensos brachiis Ephraimitas pedaverim*, Ca. *Et ego ad pedes deduxi eum*, vel, *ad pedes deductio mea, ad Ephraim attollendum*, vel *sustulit, super brachia sua*. Vel sic, *Ambulatio mea* fuit *ad pedes Ephraim*, i. e. Ego me demisi ut solent matres quæ pueros deducunt, istque indulgent; idque *ad portandum*, &c. Significat populum hunc indulgenter à se tractatum, & multis beneficiis cumulatum, sed sine profectu. Amplificat ergò populi crimen, quòd nullis beneficiis allici vel corrigi potuerit [f]. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis*, Vulg. Legit בִּזְרוֹעֹתַי, abjecto ו affixo [g]. Verùm non sic legit, sed dilucidationis gratiâ personam mutat, ut sæpe facit [h]. ¶ *Portabam*, &c. קָחָם עַל זְרוֹעֹתָיו] Quot capita, tot ferè sententiæ [i], [in versione horum verborum.] *Cepit* (vel, *Tulit*, V. Et *portavit*, P. Ut *acciperet*, Ti. Qui *portaret*, M. *Accepit*, Pi. i. e. acceptos portavit [k],) *eos* (sub. *Moses*, V. G. Mer. qui fuit illorum quasi gerulus. Quod hìc Mosi tribuitur, id alibi Deo, ut Deut. 1. 31. & 32. 12 [l]. Non placet: quia Mosis nulla antè mentio fit [m]. Hic *tulit*, i. e. sublevavit, *eos* lassos in itinere quantum potuit [n]. Al. *Accepi eos*, i. e. prehendi. קָחָם, pro קְחָם ob gutturalem. Infinit. pro præt. Simile תְּנָה, *dedisti*, *posuisti* [o]. Al. *Capiens eos*, Di. vel, *Accipiendo*, sive *Prehendendo*, *eos*, D. ex Liv. id est, quemque eorum. Ità קָחָם erit infinitum anomalum [p].) *super*, vel *in*, vel *ad*, *brachia sua*, vel *brachiis suis*, Mo. P. M. Ti. Pi. Di. &c. More eorum qui parvulos in primo incessu dirigunt. Ducentes enim per brachia tollunt & sustinent [q], ut ità firmati audaciùs progrediantur: ità ego cum Ephraim egi [r], q.d. Molliter ipsos habui †. קָחָם, remoto affixo, est קָח, quod & præteritum & Benoni esse potest, formæ קָם, à verbo קוּם, docente id Kamets sub prima radicali. Præteritum exstat Ezec. 17.5. קָח עַל וגו׳, *accepit*, vel *acceptum tulit*, *super aquas multas*. Apud Oseam pro Benoni capio. Ab eadem radice est & nomen קוֹחַ *carcer*, à capiendo & tenendo dictus, Esa. 61. 1. unde patet radicem esse ex quiescentibus mediâ Vau. Et affixum in זְרוֹעֹתָיו refero ad Ephraim, quò & affixum plurale in קָחָם pertinet. Quum enim Ephraim de populo hìc dicatur, utriusque num. affixa conveniunt; ut & v. seq. affixa in אֵלָיו & לְחֵיהֶם eòdem pertinent. Arridet etiam versio Genevensium, qui, nullâ expressâ personâ, indefinitè verterunt, *on les a porté sur les bras* [t]. Al. *Portavit*, vel *Accipit*, *eos* (nempe vitulos [v]; vel, *illa*, JT. Baalim & sculptilia, quorum meminit v. præced [x].) *brachiis*, vel *in brachiis*, *suis*, Gal. in Di. JT. Ut scortum impudens, passis ulnis amplexans amatores [y]. Al. Sensus loci est, *Tuli eos*, nempe Israelitas, &c. i. e. infirmitates eorum patienter tuli, & eos beneficiis meis sublevavi [z]. ¶ *Et nescierunt* (vel, *Sed non agnoverunt*, Pi. *Nescire* dicitur, qui gratiam non refert, &c. Et litotes est: Innuit eos animo fuisse erga Deum non solùm obliviosos, sed & ingratos [a].) *quòd curarem* (vel, *ego sanarem*, Ti. sim. Pi. Calv. &c. vel, *sanos conservarem*, D.) *eos*] A morbis Ægypti: Exod.15.26 [b]. Vel, quòd eduxerim eos è servitute, &c [c]. Non satis intellexerunt hoc ideo tam studiosè à me fieri, ut eos ab idolis abducerem [d].

4. *In*, &c. בְּחַבְלֵי אָדָם וגו׳] *Funibus hominum* (i. e. humanis; non quibus trahi ac deduci solent boves †, aut vitulæ, quibus eum comparaverat [f]. Seipsum exponit verbis seq [g].) *traxi* (*traham*, Vulg.) *eos*, *funibus* (id est, *funibus*, Ti.) *charitatis*, sive *amoris*, P. Pi. &c. i. e. amatoriis; q. d. jugo suavi [h]. Vult dicere, Humaniter eos habebam [i], & amicè tractabam [k], ut pater filios [l]: vel, ut homines ferre possunt, eorum infirmitatem expendens [m]: vel, ut homines, qui scilicet humanitatem non exuerunt, agere solent cum hominibus [n]. Confer 2 Sam. 7. 14 [o]. Funibus quibus homines ratione utentes trahi solent [p]. *Funes*, &c. hìc sunt, vel, 1. leges æquæ, quibus ceu vinculis constringuntur homines [q]; vel, 2. promissiones [r], & beneficia *, quibus maximè solent attrahi homines [t]. Al. *Funibus Adam*, &c. q.d. Tractavi eos sicut olim Adam, vel, 1. in statu innocentiæ; q.d. cibum illis sine labore parans, &c: vel, 2. post peccatum; qu. d. cum severitate, ut eos ad pœnitentiam reducerem [v]. Græci omnes אָדָם hìc non ut proprium nomen, sed commune, accipiunt [x]. ¶ *Et*, &c. וָאֶהְיֶה לָהֶם כִּמְרִימֵי עֹל עַל לְחֵיהֶם] *Et fum*, vel *fui*, *ut qui levant*, vel *elevant*, (*exaltantes*, Mo. sim. Vulg. vel, *qui amovet à collo*. רוּם [potiùs הֵרִים] non rarò vertitur per, αἴρειν, ἀπαίρειν, ἐξαίρειν, ἀφαιρεῖν, (*tollere*, *auferre*, &c †.) Vel, *qui allevaret*, Ca.) *jugum* (vel, *capistrum*: non enim jugum, sed capistrum, maxillis animalium imponi solet [y]:) *super maxillam*, vel *maxillas*, (vel, *impositum maxillis*, JT. Pi. Heb. quod erat *super maxillis*, Pi.) *eorum*, M. Ti. &c. vel, *trans maxillas*.

maxillas. Hæc nova est comparatio, ab agricola sumpta, quâ liberationem ab Ægypto designat [z]. Ut agricola, videns bovem in agricultura gravari jugo [a] maxillis ejus imposito [b], jugum detrahit à collo & pectore in caput ipsum [c], vel, manibus suis jugum sustollit [d], vel, ex intervallo admittit jugum, & collum dissolvit, ut recreetur & libere pascatur. Quærunt quomodo jugum maxillis boum competit. Respond. Vel, maxillæ sive fauces pro collis sunt accipiendæ: vel potiùs dicendum, jugum ibi olim non fuisse alligatum cornibus, sed collo impositum, & [boves] humeris traxisse aratrum: tum etiam frænum aut capistrum maxillis addebatur, quod, jugo additum aut ligatum, partem ipsius fecit, & eodem nomine censebatur. Argumento est, quòd olim prohibitum fuit trituranti in area bovi os alligare; unde colligunt ipsis arantibus os alligatum fuisse [*]. Sensus loci, Revera levavi illis jugum, (nam כ valet *revera* [f];) sustuli frænum sive capistrum, ut cibum capere possent [g]. Eum frequenter laborantem laxavi [h]. Dedi eis tempora otii & lætitiæ [i]. ¶ *Et*, &c. וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל] *Et* (vel, *Ut*, JT.) *declinabo* (vel, *declinare feci*, P. *inclinavi*, Ti. sic Mer. *demisi*, Ca. *admovi*, Pi. G. Riv. *segregavi*, M. *admoveam*, JT. *porrexi*, D. Calv.) *ad eum*, vel *ei*, *cibum*, Mo. P. M. &c. vel, *pabulum*, Ca. vel, *vescenda*, G. i.e. Manna [k], & aves. נָטָה, inter alia, significat ἐπάγειν, παραβάλλειν, *adducere*, *admovere* [l]. אַט est futurum apocopatum: quanquam alii adverbialiter sumunt [m], [ut videbimus.] Emphaticè dicit, *declinavi*, i. e. admovi: q.d. Non opus erat ut ipsi cibum quærerent, nam Deus illum subjecit [n]. Al. *Et declinavi ad eum, cibavi*, Q. in Riv. sim. Vulg. Qui enim amico cibum vult porrigere, ad eum declinat [o]. *Declinare cibum ad aliquem* potest dici eodem sensu quo apud Livium *declinare agmen*, i. e. admovere [p]. אוֹכִיל est, vel verbum [q], pro אַאֲכִיל [r]; vel nomen, formæ אוֹפִיר [†]. [Alii aliter.] *Et sensim ipsum cibavi*, Marin. in D. ut אַט sit pro לְאַט: quum potiùs sit pro אִטָּה [t]. *Et feci eos comedere quietè*, sive *tranquillè*, Calv. Beneficiorum commemoratio culpæ gravitatem ostendit [v]. Al. Versum hunc sic exponere licet, *Funibus hominis trahebam eos, densis funibus amoris: sed fui ipsis tanquam qui attollunt jugum super maxillas eorum. Ideo inclinabo ad eos comestorem*. i. e. Quum ego magnâ humanitate & suavitate eos regerem, habitus sum ab illis non aliter quàm qui ingens jugum ipsis imponeret. Ideo efficiam ut flectat se ad eos comestor, qui eos absorbeat. Quis autem is futurus est? Versu sequenti docet, non fore Regem Ægypti, ut antehac, sed Regem Assyriæ. אוֹכִיל autem hoc sensu ponitur pro אוֹכֵל, Ben Kal, formæ תּוֹמִיךְ *sustentans*, Psal. 16. 5 [x].

5. *Non revertetur* (nempe, Ephraim [y],) *in terram Ægypti*] Videtur hæc sententia illi contraria, Hos. 9. 3. *Redibit——in Ægyptum*. Verùm ibi de voluntaria quorundam profectione loquitur; hîc, de coacta totius populi deportatione, quæ ab Assyriis, non Ægyptiis, facta est [z]. Conciliatio facilis: *Revertetur*, petendi auxilii causâ; *non revertetur*, ut exsul [a]. Vel, *non revertetur*, i.e. non debuisset reverti [b], ad quærendum auxilium: nec opus esset, si ad me rediisset [c]. Potest reddi, *Nè revertatur*, ut sit vetantis ire in Ægyptum [d]. Jam *non* ultrà *recurret ad Ægyptum* opis causâ, ut antehac fecit. Idem loquendi genus in eadem re suprà 8. 13. Vide & 7. 11. 2 Reg. 17. 4 [e]. Alii hoc ad superiora tempora referunt [f]. Cibum præparavi eis in deserto [g], eósque indulgenter ac molliter tractavi [h], nolens quòd reverterentur in Ægyptum [i]. Al. Sensus, Non premetur tali servitute qualis eis erat in Ægypto, sed longè graviore [k]. Non serviet iterum Ægyptiis, sed serviet Assyriis [l]. ¶ *Et*, &c. וְאַשּׁוּר וגו'] *Et* (vel, *Sed*, P. Pi.) *Assur ipse* (vel, *erit*, Pi. vel, *ipse erit*, P. sic Pi. G.) *rex ejus*, Mo. i. e. durus dominus ei [m]: vel, *dominabitur ei*, Calv. subjugabit eum, & captivum abducet [n]. Vivet in Assyriorum ditione [o]. Qui hactenus suos habuit Reges, nunc habebit Regem externum, sub quo exsul miserè deget [p]. Ità præoccupat omnes spes vanas quibus se populus fallebat, ut obduresceret contra omnes Dei minas [q]. [JT. versum sic reddunt,] *Non erat ipsi revertendum in terram Ægypti*, (ut fecit Rex Hoseas, 2 Reg. 17. 4 [r]. quod hîc reprehenditur [†].) *nec Assyrius* erat futurus *rex ejus*; (cui Regnum Israelis erit tributarium inde

z G. a M. b D. c V. d Tar. * Riv. f D. g Tar. h Sm. i Mc. k Ca. G. l G. m Tar. n Riv. o Q. in Riv. p Riv. ex D. q Q. in Tar. r Marin. in D. † Tar. ex D. t D. v G. sim. Calv. x Di. y Pi. &c. z Liv. a D. b D. sim. Riv. ex Mor. K. c K. d D. e G. f Q. in Riv. g M. h Q. in Riv. i M. k Pi. l Mc. m M. n Pi. o G. p D. q Calv. r Jun. † Riv.

à temporibus Menachemi, 2 Reg. 15. 19 [t]. q. d. Nihil erat cur, à me aversus, in Ægypti aut Assyrii fidem sese reciperet, quum omnia affatim & indulgentissimè à me subministrata essent [v];) *sed renuerunt converti*, quamvis tot modis, qui antè dicti sunt, revocarentur [x]. Pro *&*, habent *nec*, repetitâ, ut sæpe, negativâ [y]. ¶ *Quoniam noluerunt converti*] Sub. *ad me*, P. i.e. ad Deum [z]; tanto scilicet tempore [a]; quum à Prophetis revocarentur [b].

6. *Cœpit*, &c. וְחָלָה וגו'] *Et* (vel, *Idcirco*, Pi.) *impendebit* (vel, *irruet*, P. M. Ti. D. Calv. Tar. vel, *residebit*, D. Pi. Riv. vel, *cadet*. חול sign. modò, *manere*, & *castrametari* [c], ut 2 Sam. 3. 29. Jer. 23. 19 [d], modò, *cadere*, & *irruere* [*].) *gladius*, &c. Mo. hostilis scilicet [f]. *Itaque grassabuntur*, &c. Calv. Hoc erit præmium, quòd tam beneficum Deum neglexerint [g]. *Denique, quum residet gladius*, JT. sive intestinus, sive alienus ab hoste allatus, aut ab auxiliaribus accitus [h]. *Cùm maneret gladius*, i. e. cùm adhuc in bellis civilibus versarentur [i]. Recensuit varios modos quibus Deus populum ad se revocavit, monita, beneficia, &c. hîc alium addit modum, moderatam castigationem: q.d. Ego etiam hanc viam tentavi, gladium in eos immisi [k]. ¶ *Et* (vel, *Qui*, Ti.) *consumet* (vel, *consumeret*, G.) *electos ejus*, בַּדָּיו] *Membra ejus*, Mo. JT. Pi. *villas ejus*, P. *vectes ejus*, P. Mer. G. i. e. propugnacula [l]; vel, Principes, seu magnates [m]: vel, *fortes ejus*, RS. G. ex Ch. *Vectes* rectè vocantur qui armis remp. sustentant [n]. *Opes eorum*, Ca. *divinos ejus*, ut Jerem. 50. 36. homines consilio & sapientiâ pollentes. Favet quod sequitur, *propter consilia*, &c [o]. *Ramos ejus*, M. Mer. D. Calv. Riv. AE. K. i. e. pagos seu villas ejus [p], quæ sunt velut rami [q], vel appendices [r], vel filiæ [†], urbium [t], quarum jam meminerat [v]. ¶ *Et*, &c. וְאָכָלָה מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם] *Et comedet*, vel *devorabit*, (sub. *eos*, ut Hos. 2. 7. & 4. 12 [x].) *propter consilia eorum*, Mo. M. Pi. &c. sub. *mala*, M. sim. Riv. Tar. Opponuntur consilia populi consiliis Dei per Prophetas suggestis, quibus spretis, sua, quæ excogitaverant, & pro sapientissimis & utilissimis habuerunt, secuti sunt: qualia erant [y], tum illa de novo cultu [z], tum ista de fœderibus vicinorum Regum [a], de imploranda ope Ægyptiorum, 2 Reg. 17. 4 [b]. de comparatione commeatûs, militum, &c [c]. *Consilia* vocat, quòd Israelitæ se sapere putabant [d]. [Alii aliter.] *Atque devorabit, propter eos qui eos ad ista consilia adegerunt*, Ti. vel, *Et comederet eos qui sunt à consiliis eorum*; procerum præcipuos [*].

7. *Et*, &c. וְעַמִּי תְלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי] *Et* (vel, *Autem*, P.) *populus meus suspensi* (nempe *sunt*, vel *erunt*, Pi. M. sic P. Calv. vel, *hærent*, JT. sic Pi. & sub. *animis*, V. vel, *pendent* animi, Ti. Mer. vel, *cunctatur*, Ca. *hæsitabat*, G.) *propter aversionem* (vel, *propter rebellionem*, P. V. vel, *aversione*, id est, propter aversionem. Sic Curtius, *Suspensus explicatione nodi*, &c. i. e. propter explicationem [f]. Vel, *aversioni*, JT. Pi. Riv. i.e. propter aversionem [g]: vel, *ad defectionem*, Calv. *ad conversionem*, Ti. *circa conversionem*, G. *redire*, Ca.) *à me*, Mo. JT. Pi. Tar. Di. vel, *suam in me*, P. vel, *ad me*, Ca. vel, *meam*, M. Ti. Calv. passivè, ut Esa. 56. 7. *domus orationis meæ*, i. e. quæ mihi fit. Aversio Dei hîc dicitur, quâ homines se avertunt à Deo [h]: genitivus objecti [i]. Vel, *contra me*: מְשׁוּבָתִי, pro מְשׁוּבָה לִי [k]. Duplex hîc est Hebraismus. 1. ל sign. *propter*, ut Joel. 2. 18. sic εἰς Matt. 6. 34: deinde, affixum pronomen sumitur passivè, ut Psal. 5. 8. Esa. 53. 11. Thren. c. 3. v. 59. Hos. 13. 14 [l]. Sensus, Populus, licèt malis obsessus, conversionem suam differebat, dubitabàtque [m] num ad Deum rediret [n]; imò in contrariam partem potiùs inclinabat [o]: non poterat penès se constituere ad me esse redeundum [p]. *Suspensos* vocat, quia obstinati erant, & in uno gradu steterunt, non commoti ullâ doctrinâ, ut scilicet progressum facerent, vel ostenderent signum aliquod resipiscentiæ [q]. Videntes scientes pergunt in idololatria, etsi de ea per Prophetas meos convicti fuerint [r]. Vox מְשׁוּבָה semper in malis ponitur [†], & significat, non, *conversionem*, quæ תְּשׁוּבָה dicitur, sed, *aversionem* à Deo [t]. [Al. aliter.] *Suspensi sunt*, anxiè torquentur [v]; semper sibi timebunt, nec unquam animo erunt securo [x], inter spem metúmque dubii, rerum adversarum mole oppressi, adeò ut nesciant quò se vertant [y], juxta minas Deut. 28. 66 [z]. quòd rebel-

t Jun. v Riv. ex Jun. x Jun. y Riv. z D. a G. b Ti. c Calv. & Pi. d Pi. * Calv. f Pi. g Mer. h Jun. i G. k Riv. l Mer. m D. n G. o Liv. p Mer. D. Calv. Riv. q Riv. r Calv. † K. t Riv. K. v Mer. sim. Calv. x Liv. y Riv. z Riv. sim. D. Tar. &c. a Riv. b Tar. c Riv. d Calv. * G. ex Ch. f D. g Riv. h Pi. ex Calv. sim. M. i Pi. k V. l Tar. m Riv. n Riv. Mer. ex RS. o Riv. p G. q Calv. r Mer. † D. ex He. t D. v Q. in Calv. x V. y D. sim. Tar. z Tar.

lârint contra me[a], & quia ego pœnas sumo de apostasia eorum[b]. Al. *Et populus meus pendebit ad reditum meum*, Vulg. Israel animo pendulus exspectabit præsentiam & auxilium meum hostibus cuncta vastantibus; sed falletur[c]. Exspectabant an Deus se mitem illis & humanum præstaret, ut olim patribus suis in tali discrimine fecerat[d]. ¶ *Jugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur*] Vulgatus, pro עַל, legit עוֹל, *jugum*, q. d. *Ad jugum vocabitur*, nempe ab Assyriis: τὸ *simul* construxit cum præcedentibus: *non*, i. e. nemo, *exaltabit*, i. e. tollet jugum. Sic suprà v. 4. *tanquam exaltantes* (idem quod hîc verbum est,) *jugum*. Sensum non incommodum afferunt: q. d. Quum ità suspensi maneant, nec à rebellione sua desistant, vocabuntur ab Assyriis ad subeundum jugum, idque non ex intervallis auferendum, ut illud v.4.&c. Huic interpretationi nihil obstat, nisi quòd Hebræi omnes constanter legunt עַל, & ad Deum referunt †. [Sed videamus textum Hebræum.] ¶ וְאֶל עַל יִקְרָאֻהוּ יַחַד לֹא יְרוֹמֵם] *Et* (vel, *Quamvis*, JT. Pi. *Et quamvis*, P. *Cùm tamen*, M.) *ad Excelsum*, sive *Altissimum*, (nempe Deum*, alibi עֶלְיוֹן, hîc עַל †: ut opponatur Baalimis & idolorum simulacris[f]:) *vocabant* (vel, *invitârint*, P. *revocent*, JT. Pi. nempe ab idolis[g]; vel, *vocârunt*, M. Ti.) *eum*, Mo. P. &c. (sub. *prophetæ*, P. M. V. D. Pi. &c.) *simul non exaltavit*, Mo. *pariter non exaltat*, JT. Pi. Heb. *exaltabit*, i. e. exaltare solet, scil. ullus eorum[h]: vel, *at nullus pariter exaltavit*, M. *sed in universum nullus est qui elevet*, Ti. *nemo tamen exaltavit*, P. vel, *extollit*, D. *at nè unus quidem* ex illis omnibus reperitur qui *exaltet*, V. sub. *eum*, M. vel, sub. *Deum*, P. sic V. D. Pi. &c. & sub. *laudibus*, V. vel, sub. *caput*, V. Mer. ex AE. vel, sub. *aures*, ut scilicet auscultet Prophetis[i]; ut vocantis vocem sequatur, aut ad eam attendat[k]. Non respondet vocationi, aut benignæ invitationi, sed adhuc suspensus hæret in aversione sua[l]. Adeò est aversus à Deo, ut nolit Prophetas audire ipsum ad meliorem mentem revocantes[m]. More servorum rebellium (qui, jussi aliquid, num exsequi velint dubitant, ubi vocantur, otiosi sedent, non surgunt, nec vocantis vocem sequuntur,) meum mandatum contemnunt[n]. Vel, *nemo attollit*. Alludit ad nomen *suspensionis*: q. d. Suspensi manent sive obstinati, non aspirant ad Deum, & hoc quidem fit communi consensu. Utitur sing. num. & addit יַחַד; q. d. A primo ad ultimum pertinent in malitia[o]. [Alii locum sic reddunt;] *Et ad Supremum vocatus, protinus non movetur*, Ca. Sensus videtur optimus, *Ad Excelsum*, i. e. Deum, *vocabunt eum*, Israelem de quo sermo, *simul* Prophetæ omnes: *non extulit* quisquam caput suum, ut arrectis auribus auscultaret[p]. *Et sursum vocant eum*, sed *pariter non elevant se*: i. e. Manent cordibus infixi terræ, neque volunt se sursum elevare, quamvis eò vocentur*.

8. *Quomodo dabo* (vel, *ponam*, Riv. vel, *exponerem*, Pi. vel, *dedam*, P. D. sub. *hostibus*, P. sic D. Pi. ex collatione membri sequentis[q],) *te, Ephraim?*] Quomodo te tractabo pro meritis[r]? Quid faciam populo meo †? perdámne eum totum[t]? Ægre hoc facere possum[v]. Inducit Deum loquentem more eorum qui inviti puniunt[x]. q.d. Postulat justitia mea ut præcedentes minas mandem exsecutioni, & vos penitùs deleam: Sed quomodo hoc à me impetrabo[y]? Invitat eos hoc modo ad pœnitentiam[z]. Al. *Ut ego te dedam, Ephraimita?* Minatur extremam pœnam[a]. ¶ *Protegam*, &c? אֲמַגֶּנְךָ וגו'] *Tradam* (vel, & *tradam*, M. *Ponerem*, JT. Quomodo *redderem*, Pi. Et quomodo *tradam*, Ti. nempe exitio[b],) *te, Israel?* Mo. P. &c. Sym. hîc ἐκδώσω[c], *dedam*: nam ἐκδῶναι *extra dare*[d]. מָגֵן, quod variè hîc vertunt Græci, est, *tradere*, ut Gen. 14. 20. & alibi*. Al. *Protegam te*, &c? Vulg. Oecol. Redimámne te, & servabo fœdus, &c[f]? Dicunt Deum hoc loco velut duplicem personam induere: 1. benigni patris, *quomodo te dedam?* 2. æqui judicis, *quomodo te protegam & servabo?* Non malè cum hac interpretatione quadrat anxietas illa & dubitatio quæ postea Deo tribuitur. Nonnulla tamen ei obstant. 1. Quòd verbum Ebraicum non possit accipi in significatione *protegendi*[g], quia מ hîc est radicale[h], non servile[i], ut in מָגֵן *clypeus*[k], unde hoc verbum deducunt[l]. 2. Quòd nulla antecessit *protectionis* mentio, sed tantùm exterminii, de quo etiam verba sequentia agunt: ut hîc intempestiva sit ejus insertio[m]. ¶ *Quomodo dabo* (vel, *darem*, sive *redderem*, sive *efficerem*, Pi.) *te sicut Adama*, &c?] Subvertendo te[n]. Urbes *Adama* & *Seboim* cum Sodoma funditus excisæ sunt: sed maluit has nominare, ex quibus nemo superstes fuit[o]. Ostendit Deus quid pro meritis Israelitarum statuere possit[p], & quàm horrenda erant eorum scelera. Confer Lam. 4. 6. Ezec. 16. 46[q]. *Seboim* alibi est צְבוֹיִם, hîc est צְבֹאיִם, א literâ quiescente. Vide Deut. 29. 23[r]. ¶ *Conversum*, &c. נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי יַחַד נִכְמְרוּ נִחוּמָי] *Conversum est* (vel, *Inversum est*, P. M. Ti. Sy. *Se versat*, JT. Sed *vertit se*, Pi.) *super*, vel *in*, *me cor meum*, Mo. P. M. &c. (i. e. Sum animo perturbato †, & dubio quid agam[t]. Ducor pœnitentiâ[v]. Mutavi animum[x], & sententiam[y], quam in te protuleram[z]. Confer Psal. 105. 25[a]. Nolo illas minas implere[b]. *Revocat se mens mea*: non agam quod ira dictat[c].) *pariter*, vel *simul*, *commotæ sunt* (vel, *revolutæ sunt*, Calv. vel, *convolutæ sunt*, Ch. vel, *æstuant*, JT. Pi. D. vel, *profusa sunt*, Sy. *contractæ sunt*; metaphora à rebus quæ adustæ contrahuntur, ut sunt coria[d]: *incaluerunt*, P. *accensæ sunt*, M. Ti.) *pœnitudines*, sive *pœnitentiæ*, *meæ*, Mo. P. M. Ti. V. Calv. Mer. vel, *viscera mea*, Pi. vel, *viscera mea pœnitentiâ*, JT. Liv. sive, *ad pœnitentiam*, G. Similis locutio Gen. 43. 30. 1 Reg. 3. 26*. Æstuatio hîc metonymicè tribuitur pœnitudini, quum propriè competit illi parti quæ sedes est pœnitudinis & aliorum affectuum[f]. Vel, *viscera*, i. e. commiserationes. Metonymia duplex, effecti, & adjuncti[g]. Sensus, Paratus sum mutare sententiam, pœnitet me super malo quod cogitavi facere eis[h]. *Versatur mihi mens, simúlque affectu permoveor*. Revocat se[i]. Anthropopathia satis frequens[k]. Æstuamus enim dubitatione cùm angimur incerti rerum nostrarum, & torquemur dubii, versantes in utramque partem quod facere decrevimus[l]. Personam induit Deus hominis alternantis inter duo diversáque consilia, &c. Alioquin hæc perplexa alternatio aut dubia cogitatio procul abest à Dei voluntate & consiliis[m], quæ apud illum certa sunt, nec ab hominibus pendent[n].

9. *Non* (vel, Ideò *non*, Pi.) *faciam* (vel, *perficiam*, JT. Pi. *exsequar*, M.) *furorem* (vel, *æstum*, JT. Pi. *pro æstu*, Ti. secundùm *exandescentiam*, Q. in D. sim. P. ut subaudiatur nota similitudinis[o];) *iræ meæ*] i. e. Quod irâ excandescentes facere solent[p]. Non puniam eos pro ratione iræ meæ & delictorum suorum[q], sive pro meritis[r]. *Facere* absolutè ponitur, pro, *facere judicium* †. ¶ *Non*, &c. לֹא אָשׁוּב וגו'] *Non revertar*, sive *redibo*, (vel, *convertar*, Mo. *vertar*, Ti.) *ad disperdendum*, &c. P. &c. Exemplo eorum qui, postquam primo impetu hostem prostraverunt, & ictibus confossum pro mortuo reliquerunt, redeunt ut videant numquid adhuc spiret: aut, qui, postquam urbem diripuerunt, revertuntur ut eam incendant, & reliquias ejus deleant[t]. *Non perdam ampliùs*, &c. JT. Pi. Non perdam bis[v]. Non prorsus perdam[x], ut illas civitates[y]. ¶ *Quoniam Deus ego, & non homo*] i. e. Multò hominibus clementior, Exod. 34. 6[z]. *Deus*, qui iram continere possum[a]; *non homo*, qui est impotens, iræ impatiens, implacabilis[b], crudelis, vindictæ cupidus, sanguinem hostis sitiens[c], sæviens in alios pro qualitate iræ suæ[d]. Al. *non vir*, sub. *ut mentiar*, vel, *ut me pœniteat*, V. D. ut Num. 23. 19. q.d. Scio quid patribus vestris promisi. Deus sum, non muto*. Homines inconstantes sunt in promissis suis[f], & fidem præstare vel nolunt, vel sæpe non possunt: Me verò meámque gratiam nihil impedire potest[g]. *Deus*: q.d. Quum ignosco, hoc facio quod verè Dei est. Pingitur hîc Deus suis veris coloribus: commiseratione ardet, opus fert pereuntibus; pœnam primis parentibus nostris propositam mitigavit, vitámque eis promisit, &c. Egregius locus, opponendus cogitationibus de gravissima Dei in peccatores ira, &c. præ qua Deum fugimus, ut Adam & Eva[h]. Hinc tam ægre promissionibus Dei acquiescimus, quòd illum humano more metimur, & nobis similem esse fingimus. Non tamen alloquitur totum populum, sed fideles in eo residuos. Non respicit hypocritas, sed miseros homines perculsos sensu iræ Dei, & desperatione ferè absorptos[i]. ¶ *In medio tui* (vel, *inter vos*, Ca.) *sanctus*] Ità P. M. &c. sim. Mo. Ac proinde sanctificans aliquos ex vobis, qui me ut sanctum reverentur & colunt[k]. *Ego sum sanctus*, vos non sancti: Ego me vobiscum conjungo, ut vos sanctificem præsentiâ meâ[l]. *Sanctus*, sub. *duntaxat*: ut, *ei servies*,

servies, pro, *ei soli*; &, *Deo reddes juramentum*, sub. *tantùm*, non aliis; nam per solum Deum jurabant [m]. *Sanctus*, i.e. *sanctificatus*: cultu conveniente à majoribus vestris honoratus fui [n]. Inter vos ego Deus, qui sum sanctissimus, habito [o]. Plerique omnes, per *Sanctum*, Deum intelligunt. Esse autem *Sanctum in medio* populi alicujus, significare, Deum esse eidem populo fœdere junctum, ut, sicut ipse sanctus est, sic etiam populum sanctificet & servet. Alii *sanctitatem* Dei intelligunt veritatem promissionum Divinarum: quo sensu David dicit, Psal. 18. 26. Deum esse *sanctum cum sanctis*, h. e. piis præstare beneficia promissa. Sed malim τὸ *sanctus* hîc indefinitè poni pro multis sanctis, ut sæpe fit. Sic, *Non est justus in terra*, &c. i. e. non sunt justi. Respicit ergò verba præcedentia, *Quomodo ponam te ut Adama*, &c? & alludit ad Gen. 18. 32. *Si decem*, ibi sint *justi*, *parcam*: ut sit sensus, Non ponam vos in eodem statu quo civitates illas; quia est etiamnum *sanctus*, id est, sancti tui sunt, *in medio tui*. Tunc enim vivebant inter decem Tribus Hoseas, Joel, Amos, Abdias, & alii: & post captam Samariam inter deportatos non pauci erant sancti; qualis fuit Tobias, &c. Vide Tob. 8. 5 [p]. ¶ *Et*, &c. [וְלֹא אָבוֹא בְּעִיר] *Et non ingrediar in* (vel, *veniam contra*, D.) *civitatem*, Mo. Ti. &c. sic o'. Sy. Ar. vel, *in urbem* aliquam tuarum [q]: nempe hostili modo [r]; vel, ut eam perdam †, prout ingressus sum in urbes illas Gen. 19. ad quam historiam continuò alludit *. *Ideo non* (vel, *Non autem*, JT.) *invasurus civitatem*, Pi. JT. Deus sibi tribuit quod hostes faciunt, quia per illos agit [t]. Al. Propterea non patiar ut urbs ulla vestrarum vi capiatur; sed efficiam ut deditio fiat, ac sic homines serventur in vita [v]. Respicit morem victorum, qui, factâ deditione urbis alicujus cui parcere volunt, in eam non ingrediuntur, nempe cum exercitu: ut sit promissio mitigationis malorum [x]. Sed cùm eventus contrarium docuerit, eversâ Samariâ, & urbibus aliis, alii aliter accipiunt [y]. Al. *Et non ingrediar civitatem*, sub. *aliam*, V. sic M. Oecol. Saad. in K. RS. & AE. & sub. *quàm Jerusal.* V. He. in Riv. *Certè non permutabo ampliùs Jerusalem pro alia civitate*, Ch. Non mihi eligam illud domicilium [z]. Sed quorsum id ad 10 Tribus? Al. Non ingrediar in aliam civitatem, præteritâ tuâ, quam elegi. Sed quænam fuerit hæc civitas quam Deus elegerat inter Ephraimitas non dicunt, nisi *civitas* figuratè accipiatur pro repub. aut populo: quod coactum videtur †. Alium mihi non eligam populum *. Non tamen per hæc Gentes excluduntur ‡. [Alii aliter.] Sensus est, q.d. Non restituam vos, ut sit vobis aliqua civitas aut resp. &c †. Sed coacta est hæc expositio, & mera argutia [a]. [Non desunt tamen qui aliter sentiunt.] Promiserat verbis præc. Israelitas, licèt vastandos, & inter gentes disseminandos, non tamen in totum perdendos fore, sed ad Regnum Christi revocandos. Conditionem autem miram hîc addit, *Non ingrediar*, &c. i. e. Sic miserebor eorum, ut ad politiam non redeant. Sanctificatio illis promittitur qui sunt extra civitatem inter gentes, &c [b]. Objici poterat promissioni Divinæ, quomodo ais te Ephraimum disperdere nolle, cùm eum è Terra sancta es ejecturus, neque unquam reducturus? Una urbs est, Jerusalem, quam elegisti, in quam intrâsti, in qua habitas: ab ea quum in æternum removeris Ephraimum, quid ei tecum commercii esse poterit? Respondet Deus, *Non ingrediar* ampliùs *civitatem*, cùm tui miserebor, quia nulla in civitate certum mihi futurum est Templum; sed tu mihi Templum eris, *in tui medio sanctus ero*. Sicut ergò in primo membro opponuntur אֵל *(Deus)* & אִישׁ *(homo)*, sic in altero, בְּקִרְבְּךָ *(in medio tui)* & בְּעִיר *(in civitate:)* q.d. Hominis est, non Dei, certo astrictum esse loco: hactenus, dum libuit, electa mihi fuit civitas, quam ingressus sum, in qua habitavi. Nolite existimare me eâ, instar hominis, contineri, ac necesse habere ut penitùs vos disperdam, quia vos à civitate ista removeo. Tempus erit quo eam deseram, & nec eam nec ullam aliam ampliùs ingrediar: sed Templum meum, quod inhabitaturus ingrediar, erit ubicunque futura est Ecclesia mea: tum & in tui medio habitabo, Ephraim, nullâ habitâ civitatis ratione [c]. Sed quomodo hæc vindictæ mitigatio convenit cum aliis locis, ubi tota gens exitio devota est? Resp. In illis locis corpus populi vulgúsque promiscuum respicit, cui, ut corruptissimo, interitum denunciat: hîc reliquias respicit, sive electos, quibus Deus volebat parcere [d]. [Ca. vers. sic reddit,] *Quippe cùm Deus sim, non homo*; *inter vos sanctus, qui in urbem non intrem*: non sim hominum similis, qui habitant urbes *.

[m] D. [n] G. [o] V. [p] Riv. [q] Mer. [r] Riv. ex D. sim. Calv. † V. Mer. sim. Pi. Riv. * Riv. [t] D. [v] G. [x] Q. in Riv. [y] Riv. [z] Q. in Riv. † Riv. * Oecol. ‡ M. Oecol. † Q. in Calv. [a] Calv. [b] Mer. [c] Di

10. *Post Dominum ambulabunt*] Vel, *ambulant*, G. *Jehovam sequentur*, Pi. Riv. &c. Hactenus ambulârunt in suis desideriis, meritis suis nixi; nunc solâ Dei gratiâ fident [g]. Ubi iram meam ostendero, nempe per deportationem, [Ità Grotius explicat sequentem clausulam, *quasi leo rugiet*,] vel tunc mihi pareant [h]. Sensus est, Finito exsilio, populus, Deo duce, redibit in patriam [i]. Etiamsi ab illis recedam, & eos abducturus sim, &c. erit tempus quo Dominum requirent, nempe in exsilio suo, quando apparebit ipsis Deus per Prophetam, aut signum & prodigium [k]. Ebræi hæc referunt ad reditum à captivitate, & instaurationem habitationum Israelis. Aliquid dicerent, si de Judæis hîc ageretur: at agitur de Decem tribubus, quæ nunquam restitutæ sunt. Obj. Multi Israelitarum adjunxerunt se Judæis sub Cyro reducibus. Respond. Sed cùm illi pauci fuerint, (adeò ut nulla eorum habeatur mentio in recensione populi à ductoribus, Esdra & Nehemia, facta,) iique, vel complures ex iis, non zelo aut pœnitentiâ ducti, sed aliud fortè quærentes; complementum tantæ prophetiæ & promissionis in eo situm non erat. Veteres Ebræi, teste Hieron. ad Messiam hoc retulerunt, nisi quòd Regnum ejus terrenum somniarent. Dicimus itaque hanc esse prophetiam de restauratione spirituali per Messiam [l]. *Jehovam*, nempe Christum [m], ex Ægypto vocatum, suprà v. 1 [n]. quasi ducem in hac spirituali liberatione præeuntem, confer Esa. 52. 12. Mic. 2. 12, 13 [o]. *sequentur* electi Israelitæ [p]: illi quos liberare statui, postquam diu fuerint inter gentes dispersi, convertentur ad Deum, & non ampliùs ibunt post Baalim [q]. ¶ *Quasi leo rugiet*] i. e. Clarâ & maximâ voce prædicabit Evangelium [r]. Ut leo rugitu suo advocat animalia sui generis ad participationem prædæ †, teste Plutarcho, in libro De industria animalium [t]: sic Christus potenti Evangelii voce vocabit Gentes omnes [v] ad æternæ vitæ societatem [x]. Vide Joel. 3. 16 [y]. ubi præconium Legis & Evangelii rugitui leonis confertur. Confer etiam Heb. 12. 25, 26 [z]. Al. Ut rugitus leonis terret reliqua animantia: sic Deus omnibus metum incutiet cùm supplicium sumet de hostibus Ecclesiæ [a]. Terruit vox Evangelica universum mundum, ut undique ex captivitate mundi aliqui ad Christum advolarent [b]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, Pi. sic Riv.) *ipse rugiet*] Nempe Deus [c]. *Statim ac rugiet*, Ch. ¶ *Et*, &c. [וְיֶחֶרְדוּ בָנִים מִיָּם] *Et* (vel, *Tunc*, JT. Pi. Calv.) *pavebunt* (vel, *properabunt*, Q. in V. *paventes migrabunt*, M. *trepidè accurrent*, JT. Pi. Heb. *trepidabunt*, ut catuli leonis, quum audiunt rugitum maris [d],) *filii* (in Christo effecti, Joan. 1. 12 *. electi; Deut. 14. 1. *Filii vos Domino* [f]. Quid si vertamus, *intelligentes?* nam בָּנִים hoc etiam significat [g].) *à mari*, Mo. Ti. &c. vel, *ab occidente*, D. M. P. &c. Erat mare terminus Judææ occidentalis [h]. Ab extremitatibus terræ, quam mare circumluit [i]: à finibus orbis terrarum [k]. Al. *Et formidabunt* (vel, *stupebunt*, Ar.) *filii maris*, Vulg. vel, *aquarum*, o'. Ar. i. e. Timeant me qui se adventante Salmanasare ad oram maris Rubri receperint. Confer Esa. 11. 11. & ibi dicta [l].

11. *Et*, &c. [יֶחֶרְדוּ וגו'] *Pavebunt* (vel, *Properabunt*; celeriter se recipient ad eum, nempe Christum [m]. *Trepidi accurrent*, JT. Pi. Riv. ut 1 Sam. 16. 4. Favet sequens similitudo [n].) *ut avis* (sono excitata [o]) *ex Mizraim*, P. &c. Al. *Paveant quasi avis Ægyptia*, i.e. ciconia. Hoc dicit propter eos Israelitas qui ad Salmanasaris adventum se in Ægyptum receperunt, suprà 9. 3 [p]. ¶ *Et quasi columba* (i. e. quàm velocissimè: vide Psal. 55. 7. Esa. 60. 8. ubi Ecclesia confertur columbario [q].) *de terra Assyriorum*] Vel, *Assyriaca*. Assyria plena columbis. Hoc dicit propter eos qui in Assyriam abducti sunt [r]. Per *Ægyptum* & *Assyriam* intelligit omnes alias regiones †. Harum verò meminit, quia maxima pars populi in iis erat dispergenda. Commendatur h. l. maxima Spiritus Sancti ἐνέργεια, sive potentia, quæ fidelibus docilitatem illam & obsequentiam erat inditura, ut pollutiones Gentium exhorrerent & refugerent, & sanctitatem magnâ contentione prosequerentur, ut aves

[d] Calv. * Ca. [g] Mer. [h] G. [i] Calv. [k] K. [l] Riv. [m] Mer. Liv. D. Riv. Pi. &c. [n] Tar. sim. Riv. [o] Liv. Riv. D. [p] Pi. Riv. [q] Riv. [r] Pi. sim. Riv. BA. 1. 769. Mer. Tar. † D. ex Liv. [t] Liv. [v] Liv. sim. D. [x] Liv. [y] Liv. Riv. [z] Riv. [a] D. [b] M. [c] Riv. [d] Pi. ex Jun. * Jun. [f] Riv. ex D. [g] D. [h] Tar. &c. [i] Jun. [k] Pi. [l] G. [m] V. [n] Riv. [o] Riv. sim. Mer. [p] G. [q] Liv. [r] C. † V.

aves versùs nidos suos volantes [t]. ¶ *Collocabo eos in domibus suis*] Faciam ut habitent securè quisque in domo sua [v]. Perstat in similitudine. Nam & ciconia ad nidum suum redit, & columba ad columbarium. Impletum hoc in Israelitarum non multis, qui ad Deum conversi cum Judæ tribu rediêre : implendúmque fuisset in pluribus, si plures se ad bonam mentem retulissent, ut dictum alibi. Vide suprà 1. 11 [x]. [De qua sententia dicta vide ad versum præced.] Cùm certum sit decem Tribus domo restitutas in integrum nunquam fuisse, concludendum est, sub typo restitutionis ab exsilio, promitti reliquiis Israelitarum, in hac vita, consociationem cum vera Ecclesia, quæ est domus Dei ; & post hanc vitam, æternam mansionem in cœlis, in domo Patris sui. Confer Hos. 2.23. cum Rom. 9. 26 [y]. Sensus, Dabo eis tranquillam conscientiam [z].

t Riv. v D. sim. Mer. x G. y Riv. z Pi. sim. Tar.

CAP. XII.

1. *Circumdedit*, &c. סְבָבֻנִי בְכַחַשׁ וגו"] *Circumdederunt me* (vel, *Circumvenit me*, G. *Circumvenire* hîc est pro *decipere*. Tralatio à venatoribus, ut apud Latinos [a]. Vel, *Obsidet me*, quasi magno exercitu : q.d. Non uno modo aut genere infideliter egerunt cum Deo [b]. Vel, *Stant in circuitu meo*, Merc. tanquam culturi me [c] ; tanquam observatores Majestatis meæ, quasi me pro Deo habeant [d]. Vel, *causam mihi dederunt*, i. e. in culpa apud me sunt. Verbum enim hoc significat etiam *causam dare*, vel *in culpa esse* ; unde סִבָּה apud Ebræos *causa* est. Sed malim retinere communem interpretationem, *Circumdederunt me* *. Sub. *hactenus*, V.) *mendacio*, &c. P. Pi. &c. Hunc versum alii ad cap. 11. referunt, ut o'. Vulg. &c. alii ad cap. 12 [f]. quod rectius [g]. Sed non est quòd de eo soliciti simus. Utraque sententia conjecturis tantùm nititur & valdè infirmis argumentis. Rem ipsam scrutemur. Postquam Israelitis explicuerat Deus quàm libenter eos servare velit, ut hujus gratiæ fiant compotes ad pœnitentiam hortatur. Removet hîc obstacula gratiæ Dei. q. d. Quando lætum illud Evangelii nuncium affertur, omnes accurrunt, sed non recto animo, h. e. contrito, humili, pio, sed plerumque hypocritico, multi etiam obstinatè malo [h]. Hoc versu peccata Israelitis exprobrantur per comparationem cum Juda [i]. Propheta hæc loquitur, vel, 1. nomine suo [k]. Conqueritur se fuisse omni ex parte obsessum eorum fraudibus, cùm nihil sacri & integri appareret : ut sit eadem querela quæ Eliæ erat, 1 Reg. 19. 10,14 [l]. Vel, 2. nomine Dei [m]. At Deus falli nequit. Humanitus ergò hoc dictum est, ut Psal. 78.36. *Deceperunt eum*, &c. ad fraudulentos hypocritarum mores notandos, qui fictam probitatis speciem præ se ferebant [n]. Ergò, *circumvenerunt*, id est, circumvenire voluerunt, voluntate pro facto positâ [o]. Sensus loci, Ephraim egregia promisit, nihil præstitit [p] : tentavit scelera sua versutiis suis tegere, ut omnes Prophetarum minas eluderet [q]. *Mendacio*, i. e. per hypocrisin [r] ; vel, fallaciis, aut falso cultu, diis falsis aras erigens ; quod qui facit Deum fallit †. Exprobrat Ephraimitis, quòd, cùm se fideles simularent, fidem fefellerint, & variis speciosísque coloribus, putà à bona sua intentione ductis argumentis, à majorum exemplis, à miraculis, à felice successu, aliísque id genus, Deo hominibúsque illudere conarentur. Simulabat Jeroboam Deum à se coli, 1 Reg. 12. fine quo prætextu eos non tam facilè abduxisset [r]. Dicunt se colere Deum, sed mentiuntur : simul enim vitulos colunt, & eos quidem in honorem mei [v]. ¶ *Judas*, &c. וִיהוּדָה עֹד רָד עִם אֵל] *Et* (vel, *Sed*, M. sim. P. Ti. *Quando*, Pi. sic D.) *Juda adhuc dominatur* (vel, *dominans*, Mo. *dominabatur*, JT. Pi. *dominium agit*, V. *principatum tenet*, Calv. *imperaret*, D. *fortis esset*, G. vel, *vult*. Quòd רָד conveniat cum רָדָה *dominari*, conjectura est : cui præferimus quod lingua Arabica suppeditat, ubi ex quiescentibus mediâ Vau ראד significat *velle* [x].) *cum Deo*, Riv. M. P. Ti. &c. [Variè explicant.] Deo servit : nam *servire Deo* est, *regnare*. Ità commendat studium obedientiæ [y]. Al. *Fortis esset in cultu Dei* [z]. Strenuè se gerebat in cultu Dei ; non autem ferebat ut iniquitas, quam Deus damnat, dominaretur sibi [a]. Al. *dominatur cum Deo*, i. e. verum cultum retinens, non opprimi aut penitùs corruere potest, etsi hoc agat Satan : quum impii, contrà, periclitaturos se putant si pietatem amplectantur, ut Jeroboam [b]. *Judæo adhuc dominante cum Deo*. Cùm Judæi adhuc Deum colant, ideóque Imperium retineant [c]. Cùm Jehuda, retento Imperio, persisteret in vera Religione [d]. *Dominabatur Juda cum Deo*, quia ibi Deus regnabat per verum cultum *; quia ibi vera & legitima erat Regum successio, à Deo probata, cum legitimo Sacerdotio [f] : quum Ephraim voluit dominari sine Deo ; imò, ut dominaretur, verum Dei cultum abjecit [g]. ¶ *Et*, &c. וְעִם קְדוֹשִׁים נֶאֱמָן] *Et cum sanctis* (vel, *sancto*, D. Liv.) *fidelis est*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *erat*, JT. Pi. vel, *fideliter ageret*, G. i. e. Constans erat in cultu Dei [h]. *Cum sanctis*, nempe Dei ministris, sacerdotibus & Levitis [i]. Vel, unà cum patribus [k] ; nec descivit à puro cultu qui per manus traditus erat [l]. Cum Prophetis [m], aliísque sanctis, qui vel præiverant eis in cultu Dei, vel in eo tum perseverabant : adde, cum rebus omnibus sanctis, Templo, sacrificiis, altaribus, &c. quæ omnia adhuc retinebantur in Juda [n]. Sensus loci, Retinet Juda fideliter cultum à sanctis in sancta Ecclesia, & eo loco quem suo cultui dicavit Dominus, observatum [o]. Al. *cum Sancto*, h. e. Deo [p] ; qui est sanctissimus [q] : *cum Diis sanctis*, h. e. cum Deo vero ; qui hîc plurali numero in mysterio scribitur [r]. Repetitio est ejusdem sententiæ diversis verbis, & קְדוֹשִׁים est loco אֵל † : q. d. *fidelis est cum Deo & cum sanctis*, id est, cum ipso Deo, qui est Sanctus sanctorum, retinendo cultum ejus [t]. קָדוֹשׁ *Sanctus* est unum ex Dei nominibus, Esa. 57. 15. Hab. 3. 3. Apoc. 3. 7. Et, pro more linguæ, plurali pro singulari posito, קְדוֹשִׁים *Deum sanctum* designat, Prov. 9.10. Et quidni, quum & אֱלֹהִים & אֱלוֹהַּ *Deus* dicatur ? Utrumque plurale conjunctim de uno Deo usurpatur Jos. 24. 19. אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא, *Dii sancti ipse*, pro, *Deus sanctus* [v]. Sed cur non possit verti, *Deus sanctorum ipse est* [x] ? Sic & Mal. 1. 6. אֲנִי אֲדוֹנִים, *Si Domini ego*, &c. Vide etiam Esa. cap. 54. vers. 5 [y]. Descriptio [hæc est] temporum Ezechiæ, qui in Juda cultum Dei restituit, Esaiæ aliísque Prophetis fidem habens. Quo tempore corruptissimi erant Decem tribuum mores, Oseâ Rege frustrà eos nonnihil corrigere conante [z]. [Sed quorsum hîc *Judæ* mentio ?] Resp. Ut exaggeraret peccatum Israelitarum, qui sibiipsis authores erant apostasiæ, nec aliorum exemplo provocati & pertracti erant [a]. Quin habebant insigne exemplum in tribu Jehuda, quæ steterat in obsequio Legis [b].

2. *Ephraim pascit* (vel, *depascens*, JT.) *ventum*] Ità Ti. P. vel, *pascitur* (vel, *vescitur*, D.) *vento*, M. Pi. &c. vel, *hiat ad ventum*, G. Ad hominem transtulit quod propriè de animalibus dicitur [c]. Inania sequitur [d], & res nihili : nam ventus neminem alere potest *. Ventus speciem habet sine corpore & firmitate [f]. Ludit operam qui idola colit [g]. Significat eorum fiduciam in externis præsidiis vanam & inutilem esse [h] : quasi ventum voràssent, quo tumebant quidem & inflabantur, sed non alebantur [i]. ¶ *Et*, &c. וְרֹדֵף קָדִים] *Et sequitur*, vel *persequitur*, *Eurum*, P. Pi. &c. Plus dicit [k]. Eurus in illis regionibus non modò non prodest [l], non est frugifer [m], sed & plurimùm nocet [n] : est enim vehementissimus, & homines lædens [o], ardentissimus & febriculosus. Duo hîc sunt adagia : prius vanitatem, posterius damnum, indicat [p]. qu. d. Non solùm rebus vanis addictus est, sed & perniciosis [q]. Al. Idem dicit quod in priore membro ; *Eurum sectari* idem est quod, *ventrem implere Euro*, Job. 15. 2. h. e. vana concipere & proferre †. ¶ *Mendacium* (i. e. vel, mentitum seu falsum cultum [t] ; vel, fœdera cum gentibus, quæ vana & fallacia sunt [v] ; vel, imposturas, quibus seipsos fallebant & obstinabant adversùs doctrinam Dei [x]. Hæc culpa Israelis [y].) *& vastitatem* (i. e. vel, crudelitatem & persequutionem piorum [z] ; vel, idola, quæ sunt causa vastationis [a] ; vel, fœdera illa, quæ *vastitas* dicuntur ab effectu [b]. *Vastitatem*, i.e. causam exitii [c]. Hæc pœna Israelis [d]. Al. *rapinam*, Ch. *calamitatem*, Q. in D. Nam qui mendacium frequentat sibi perniciem

a Liv. b Calv. c Pi. d Oecol. * Riv. f Riv. Tar. g Riv. ex Mon. Mer. Tar. &c. h Tar. i Riv. k Sic Tar. Q. in Riv. l Q. in Riv. m Riv. sim. Calv. &c. n Liv. Riv. o Riv. p G. q Calv. r Pi. † D. r Riv. v V. x Pi. y Q. in Riv.

z G. a Pi. ex Jun. b Mer. c Ca. d D. * Riv. f Riv. ex Calv. g Riv. h Pi. i D. Riv. k Calv sim. l Pi. Riv. Calv. m G. Riv. n Riv. o Mer. p Liv. sic M. V. q V. r M. † V. et He. Liv. ex K. t V. v Liv. x Riv. y Liv. z G. a Riv. b Calv. c D. d G. sim. Riv. * D. sim. V. Liv. f Riv. g M. sim V. h Liv. sim. Riv. D. i Riv. k D. l G. m M. n G. sim. V. K. D. Riv. o V. et He. p Riv. q Mer. sim. Riv. † Liv. t D. sim. Oecol. K. Pi. v Riv. x Calv. y G. z Oecol. a V sim. Pi. b Riv. c Calv. d G.

niciem creat. Scitum enim est illud, *Os quod mentitur occidit animam* *.) *multiplicat*] Heb. *multiplicabit*, i. e. *multiplicare solet*, Pi. Vel, *cumulat*, sibi scilicet, ut superiora docent [f]. *Mendacium* jam exemplo ostendet *. ¶ *Et fœdus*, &c.] Quo tempore *fœdere cum Assyrio inito* tenebatur [g]. ¶ *Et oleum*, &c.] Quod in terra Israelis præstantissimum erat [h]. Vide Ezec. 27. 17. *Oleum*, pro munere [i], ad fœdus ineundum [k]. Sanè Ægyptus, cùm regio plana esset, (nam oleæ collibus gaudent,) videtur oleo caruisse [l]. *Oleum*, i. e. unguentum pretiosum & fragrans [m]. Oleum in genere sumitur pro omni pinguedine arborum, oleo olivarum, balsamo, & similibus [n]. Eodem tempore *oleum* & munera alia *mittit in Ægyptum* [o], ad opem impetrandam [p], ut ab Assyrio deficiat, 2 Reg. 17. 4 [q]. ¶ *Ferebat*, יוּבָל] *Deportatur*, P. JT. sim. M. Ti. Ca. &c. Vide Hos. 10. 6. Esa. 18. ult [r].

3. *Judicium*, &c. וְרִיב וגו׳] *Et* (vel, *Etiam*, Pi. G.) *lis* (vel, *contentio*, Calv.) est *Domino cum Juda*, Ti. sim. JT. Pi. Adhuc litigabit cum Judæis, conabiturque per suos Prophetas eos ad saniorem mentem revocare †. Habeo, inquit Deus, & quod de Juda querar [t]. Nam quanquam idololatriam publicitus sustulit Ezechias, multa tamen vitia in populo manent [v]. Non tamen abjeci omnem de illis spem; quare nolo destruere, sed ad emendationem castigare. Dices, Prophetam antea laudâsse Judæos [y]. Resp. Laudavit cultum ejus; non autem mores [z], qui corruptissimi erant [a]. Per occasionem tantùm hîc loquitur de Jehuda [b]. Occupatio est. Tuebantur se Israelitæ exemplo Judæorum: q. d. Tu nobis exprobras Judæorum sanctitatem; at illi etiam auxilia externa petierunt [c]: cur non itidem illos reprehendis [d]? Respondet, esse etiam quod cum Judæis expostularet *: non inulta fore illorum peccata [f]. Malim hîc proponi Israelitis instans periculum, comparatione à minori [g]. Si non parcet Judæis [h], qui verum cultum retinent [i], quantò minùs vobis [k], apud quos & vita corrupta est, & Religio [l]? ¶ *Et*, &c. וְלִפְקֹד וגו׳] *Et* (vel, *Ergò*, ut copula illativè sumatur; vel, multò magìs [m];) *ad visitandum*, &c. Mo. Riv. sub. *accinctus*, vel *paratus*, *est*, Riv. sim. Tar. *Et visitandum est super Jacob*. Sic passim ל infinitivo præpositum format gerundium in *dum*, quatenus significat oportere; ut Psal. 32. 9. & alibi [n]. Al. *Et animadverteret*, &c. Sy. *Ut ulciscatur*, &c. o'. sim. Ar. *Animadversurus*, &c. Ca. *Qui animadversurus*, &c. JT. *Et visitabit*, &c. Pi. Infinit. pro fut †. Scil. cum ira. Heb. *Ad visitandum* erit, Pi. *Cùm*, vel *Sed*, *visitabit*, &c. Sermo defectivus est: subintelligitur enim עָתִיד, *futurum est ut visitet* [o]. *Et ut visitet*, &c. P. M. Ti. Hebraismus, pro, & cum *Jacob*, *ut visitet eum*, id est, puniat pro ratione scelerum. qu. d. Utrumque Regnum peccavit contra Deum. Hîc quodammodo prædicitur transmigratio Duarum tribuum & Decem [p]. *Et visitatio super Jacob*, G. ex Vulg. Sed decem Tribus, quæ pars major posterûm Jacobi, graviùs puniam [q]. Non disceptabit cum eis, ut pœnitentiam eliciat, sed pœnam meritam exiget [r]. Sed cur *Jacobi* nomine h. l. utitur? Resp. 1. Ut occasionem sumat commemorandi beneficia in Jacob collata †. 2. Quòd illi Jacobum jactarent: q. d. Nos non minùs à Jacobo orti sumus quàm Judæi. Innuit ergò eos à fide & pietate Jacobi multùm degenerâsse [t]. Inter eorum facta & Jacobi comparationem hîc instituere voluit, exordio sumpto ab ea occasione quâ ipsi nomen fuit mutatum: q. d. Volo visitare vias Jacobi, non Patriarchæ illius, &c. sed populi degeneris, qui nomen ejus gerit, sed studia & facta non imitatur [v]. ¶ *Juxta adinventiones*, &c.] Tractabitur pro ingrato suo in Deum animo [x].

4. *In utero* (vel, *ventre*, Pi.) *supplantavit fratrem suum*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *calcaneum tenuit*, &c. JT. Pi. vel, *arripuit*, &c. V. nempe Jacob [y]: idque Divinâ virtute, non suopte ingenio, rationis adhuc exsors: ac jam tum omen accepit felicitatis fraternâ majoris [z]. Non erat hoc fortuitò factum [a], sed miraculo singulari [b]. Manus enim in nascendo naturaliter præire neque solent, neque possunt. Id ergò dispensatum fuit à Deo, ut testaretur, Jacobum, licèt natu minorem, fratre superiorem fore viribus, gratiâ primogenituræ & adoptionis [c], opibus [d], & Regno apud ipsum [sive posteros ejus] mansuro, in quo & Christus regnaret *. ¶ *Et in*, &c. וּבְאוֹנוֹ שָׂרָה אֶת אֱלֹהִים] *Et fortitudine suâ*, sive *robore suo*, (vel, *in virtute sua*, M.) *prævaluit* (vel, *certavit*, M. *dominatus est*, V. *egregiè dimicavit*, Ca. *princeps fuit*, Mo. *principem se gessit*, JT. Pi. *de principatu contendit*, D. *corroboravit se*, Ar. *magnificavit se*, Sy.) *Angelo*, P. vel, *Deo*, Ti. V. *erga Deum*, o'. *coram Deo*, Sy. *cum Deo*, Mo. M. JT. Ca. Pi. Ar. i. e. Angelo. Seipsum seq. versu exponit [f]. Vel, Filio Dei, qui etiam *angelus* vocatur. Vide Gen. 48. 16 [g]. [& ibi annotata.] Quæst. 1. Quomodo Jacob prævaluit Deo, aut Angelo? aut quomodo Moses dixit Gen. 32. 25. vidisse hunc luctatorem se *non posse* Jacobum *superare*? Resp. Prævaluit Jacobus adversùs Deum, non absolutè, sed secundùm quid, quatenus Deus eum adoriebatur humano more, & eo animo ut ipsi animos vireśque adderet. Quæ nolumus, dicimur etiam non posse, facere. Decreverat Deus Jacobo victoriam concedere. Ergò potest Deus dici *non posse* quod non vult, & cujus contrarium apud se ab æterno decrevit. Qu. 2. Quomodo victor dicitur Jacob *suâ virtute*? Resp. *Virtus sua* erat, non quidem hominis propria & naturalis, sed ex gratia & donatione Dei: titulus autem donationis optimus est, &c [h]. [Sed quorsum h. l. producit has de Jacobo historias?] Resp. Ut, commemorando beneficia sua [i], taxaret ingratitudinem Israelis [k]: quòd non agnoscerent se in persona patris sui Jacob præventos fuisse gratuitâ Dei misericordiâ, quam Deus hoc signo, nempe directione manûs infantis, testatus est [l]. Propheta hîc tacitâ antithesi illustrat dictum de Israelitarum hypocrisi & degeneratione à Jacobi virtute; &, commemoratione tanti privilegii, à quo suâ culpâ deciderant, ingratitudinem eorum ignaviámque perstringit, qui, deserto vero Deo, alienis diis & Regibus sese, tanquam vilia mancipia, turpiter dediderant & subjecerant [m]. Ut ergò poetæ Romanos degeneres vocant *Romulidas*, &c. sic Propheta. q. d. Venite, filii Jacob: quales estis? Illi virtus erat heroica & plusquam Angelica, Deum vicit: vos autem estis mancipia idolorum & Diaboli [n].

5. *Et*, &c. וַיָּשַׂר אֶל מַלְאָךְ וַיֻּכָל] *Et princeps fuit in angelum*, (vel, *Prævaluit*, *inquam*, *angelo*, P. Ti. *Principem*, *inquam*, *se gessit cum angelo*, JT. Pi. qui *Deus* erat [o], ex collat. v. præced. & Gen. 32. 28, 30 [p]: is qui vocatur *magni consilii angelus*, qui Patribus apparuit olim in specie humana [q]. Eadem verba repetuntur, [quæ vers. præc.] ut ostendatur res esse magna, Gen. 32. 28 [r].) *&* *prævaluit*, Mo. Pi. &c. vel, *& superior fuit*, P. Ti. *& potentiâ valuit*, JT. vel, *quia roboratus erat*, à Deo nempe, Angelorum Domino †. ¶ *Flevit*, *& rogavit* (vel, Liv. *supplex oravit*, Pi.) *eum*] Hebraismus, quem Latini uno *implorandi* verbo declarant. *Implorare* enim est, *cum fletu rogare*, testibus Festo & Cicerone. Suppliciter & vehementer contendentes cum precibus lacrymas miscere solent, 1 Sam. 1. 10. Esth. 8. 3 [t]. Quod ille Angelo, hoc vos Deo præstate [v]. Qu. Quis flevit, &c? Resp. 1. Angelus [x], ut homo, cujus formam gerebat. Et quidni illi flerent qui edisse & bibisse referuntur [y]? Angelus fletum simulavit [z]. Victus flevit, petiitque ut se dimitteret. Cur enim fleret victor [a]? Resp. 2. Jacob [b]: ut docent, 1. verborum ratio; nam verbis illis, *principem se gessit*, *potentiâ valuit*, *flevit*, idem nominativus præponitur: 2. narratio Mosis, & res adjunctæ, &c [c]. Flevit autem, vel, ob coxendicem læsam: vel, ut nomen ejus rescisceret [d]; quod Angelus roganti Jacobo non indicâsset; quo majestatem suam non obscurè innuebat *: vel, ut benedictionem impetraret [f], opémque contra fratrem suum, à quo vehementer timuit. Confer Gen. 32. 11, 26, 29 [g]. Qu. Unde hoc de fletu scivit Propheta, de quo silet Moses? Resp. Ex circumstantiis historiæ id facilè apparet [h]. Simile quid reperitur Heb. 12. 21 [i]. In S. S. sæpe aliquid de antiqua historia additur, quod eo loco ubi res illa fusiùs tractatur non invenitur. Exempla occurrunt non pauca Heb. c. 12. &c. Quis nôsset terræ motum illum, de quo in libris Reg. & Chron. nihil occurrit, nisi id accepissemus ab Amoso, c. 1. v. 1. & Zach. cap. 14. v. 5 [k]? ¶ *In Bethel invenit eum*] [Qu. Quis quem?] Phrasis ambigua est [l]. Resp. 1. Deus, vel Angelus, Jacobum [m]: sequitur enim, *ibi locutus est*, &c [n]. Sed hoc non cogit assensum: possunt enim verba sic construi, *Jacob in Bethel invenit Deum*,

um, qui locutus est, &c [o]. Verto, *Invenerat eum*, nempe quum in Syriam fugeret metu fratris: tunc ibi apparuit ei Deus, salvúmque ei reditum promisit [p]. Vel, apparuerat ei Angelus cùm domum ad parentes rediret [q]. Resp. 2. Jacob Angelum, sive Deum [r]. Hoc vult, Deum se velut propitium manifestâsse Patriarchæ in Bethele, cùm ab omnibus destitutus videretur. Hoc autem non refero ad primam visionem, Gen. 28. 16. sed ad secundam, [Gen. 35. 1.] juxta historiæ filum: Propheta enim priùs meminit luctæ Jacobi, & postea hoc beneficium addit. Relativum pronomen immediatè respicit eum quocum luctatus erat: q.d. Eundem suum antagonistam invenit postea in Bethel, non ampliùs luctantem, sed benevolè alloquentem, &c †. In Bethel repetita est promissio, & se Jacob non frustrà credidisse intellexit. Nomen *Bethel* antithesin habet. q. d. Vos longè dissimiles estis patribus. Jacob altare in Bethel exstruxit jussus: vos sine mandato vitulo templum excitâstis [t]. *In Bethel* ἐμφατικῶς dictum: i. e. ubi vos contra Dei Legem vitulos colitis. Historia est Gen. 35 [v]. ¶ *Et ibi locutus est nobiscum*] Ità P. &c. Ità & Chaldæus legit, qui hæc verba & præcedentia tribuit Israelitis, quasi se defendentibus quòd locum cultûs sui Bethelem posuissent [x]. [Variant.] 1. Dicit, *nobiscum*, i.e. mecum, & cum Amos [z], qui mihi collega est & socius [a]; ut scilicet prædicatione nostrâ invitaremus Israelem ad pœnitentiam [b]. Sed hoc coactum videtur [c]. 2. *Nobiscum*, inclusis scilicet in lumbis parentum [d]: q. d. Locutus est cum Jacobo ea quæ *ad nos* pertinebant. Huc facit proverbium Ebræorum, *Quæ Patribus acciderunt signum sunt filiis* *. Quicquid tunc Deus promisit Jacobo ad totum populi corpus spectabat, & omnes ejus posteros [f]. Propheta enim jam applicat in usum totius populi quod hactenus de Jacobo retulit [g]. Hoc Propheta, se cum Israelitis jungens, inquit, ut promissiones Patribus factas populo in mentem revocet, ut earum recordati ad Deum redeant, relictis idolis suis [h]. 3. עִמָּנוּ idem est quod בַּעֲבוּרֵנוּ, *pro nobis*, vel *de nobis*, quia ibi dixit, *Gens—ex te prodibit*, Gen. cap. 35. v. 11 [i]. 4. Sensus est, Ibi Jacob locutus est nobiscum, nempe cum domo sua, Gen. cap. 35. v. 2, 3. *Abjicite deos alienos*, &c. q. d. Ibi Jacob totam posteritatem suam contestatus est ut Deum solum sequerentur *. 5. Uno puncto mutato, Capellus, vir eruditissimus, sensum optimum fecit, *eum eo*, cum Jacobo nempe [k]. Pro עִמָּנוּ, legendum עִמֹּנוּ [l], quod positum est pro עִמּוֹ, interposito Nun: ut fit in מִמֶּנּוּ; & in Psal. 5. 13. תַּעְטְרֶנּוּ, pro תַּעְטְרוֹ: nam ità postulat hæc historia [m]. [Aliis hoc non placet.] Magna hæc est in Capello audacia, simul & imperitia. עִמֹּנוּ est vox nova, irregularis, barbara, horrida, quæ nec in Bibliis nec apud RR. legitur. Cum præpositione עם non jungitur affixum נו, sed ו [n]. Deinde, lectio hæc nè variante quidem codicum lectione nititur, sed solâ conjecturâ [o]. Denique, lectio nostra planum sensum fundit [p], [ut antè dictum.]

6. *Et Dominus* (vel, *Jehova* est, Pi.) *Deus exercituum*, (Sub *exercitus* nomine comprehenduntur stellæ, Deut. 4. 19. & Angeli, Neh. 9. 6. & animæ humanæ, Genes. 2. 1. & Dæmones, 1 Reg. 22. 19 [q]. q. d. Est summus omnium creaturarum Imperator [r].) *Dominus* (vel, *Jehova* est, Pi. &c.) *memoriale* (vel, *monumentum*, Liv. Heb. *memoria*, Pi.) *ejus*] Ità Ti. &c. i. e. nomen ejus perpetuum †. Idem quod Amos. 9. 6. *Jehova nomen ejus*. Sic Psal. 30. 5. *monumentum sanctitatis* nomen sanctum vocatur [t]. Nomen quod populo ipsius in memoriam revocat potentiam & veracitatem ejus. Videtur innuere, Jehovam, sicut præstitit promissionem de danda ipsis terra Canaan pro omnipotentia sua, sic pro eadem omnipotentia præstiturum etiam alia quæ promisit, putà conservationem in terra Canaan, si obedierint mandatis ejus [v]. *Memoriale*, i. e. nomen quo agnoscitur. Is Deus qui per Angelum se patefecit [x], qui promisit, qui locutus est nobiscum [y], est longè potentissimus: nulla mala tanta sunt de quibus vos liberare non possit. Nolite igitur potentiæ ejus diffidere [z]. Unde ergò studium vestrum captandi præsidia Assyriorum & idolorum? cur non ad eum recurritis? Aliud hoc est argumentum ad resipiscentiam [a]. Al. *Atqui Jova Deus armipotens erat ejus commemoratio.* Jovam in memoria habebat colebátque: vos quoque illius religionem debetis imitari, si vultis eandem cum illo felicitatem consequi [b]. [Alii hoc cum præcedentibus aliter connectunt.] Occupatio est. Objiciebant Israelitæ, Nos Deum, quem à nobis desertum dicis, in vitulis colimus. Respondet Propheta, Non potestis cum Deo alios colere, quia ipse solus est Deus, qui neque alio nomine velit appellari, neque aliter coli, quàm ipse præscripsit in Verbo suo, in quo memoria ejus hinc indè inculcatur [c]. Mihi ità cohærere videtur; *Ac sanè Domini Dei exercituum*, qui hæc scilicet tanta in Jacobo patre edidit, *mnemosynon est Jehova*, nomen sc. illud substantiæ ejus, quod ejus omnipotentiam propriámque naturam demonstrat. Itaque nil mirum si hæc patri Jacobo præstiti[t], quum nomen habeat admirandum. In זִכְרוֹ relativum non ad Jacob, sed ad Deum, referendum est, ut respondeat Exod. 3. 15 [d].

7. *Et tu* (vel, *Tu ergò*, P. JT. Pi.) *ad Dominum—convertêris*; sic Mo. בֵּאלֹהֶיךָ תָשׁוּב] *Ad Deum tuum revertere*, P. sic Pi. Ca. vel, *convertere*, JT. sim. M. Ti. G. per pœnitentiam scilicet †, exemplo Jacobi [f]. Hoc verbo significat eos aversos & apostatas esse [g]. ב in בֵּאלֹהֶיךָ pro ל ponitur, ut Jes. 10. 22 [h]. Al. *In Deo tuo conquiesce*: nam שׁוּב *quiescere*; unde בְּשׁוּבָה *quietè*, Esa. 30. v. 15. Hâc lege, inquit, quiesces in Deo, *si benignitatem—servaveris* [i]. Al. *Cum Deo tuo*, i.e. ope & auxilio ejus, *converte te* [k]. Fortè per ב fiduciam innuit, q.d. *Fretus Deo tuo redi ad* illum [l]. *Deum tuum* dicit, vel, qui tecum fœdus pepigit; qui te ex Ægypto redemit, ac præ cæteris populis elegit [m]: vel, emphaticè [n], non honoris, sed contumeliæ, causâ; quòd scilicet spontè & quasi datâ operâ abjecerint cultum Dei qui ipsis innotuerat [o], &, Deo relicto, ad alios colendos animum appulerint [p]. [Connexionem hujus loci cum præced. sic explicant.] Hactenus exemplum [q]; nunc adhortatio [r]. *Tu ergò*, exemplo Jacobi, *in Deo*, i. e. ope Dei, resipisce: q.d. Si resipiscere coneris, Deus auxilio suo tibi aderit, ut ad se revocet †. Cùm ergò tot beneficiis, vobis cum Jacobo parente vestro communibus, Deo sitis devincti, cùm præeuntem in rebus pietatis parentem habeatis quo gloriamini, si ejus progenies estis, redite ad Deum [t]. Postquam retulit exemplum Patriarchæ, ostendit quàm dissimiles sunt ejus posteri ingrati & pervicaces, apud quos Deus & Prophetæ operam ludunt, dum eos reducere conantur [v]. ¶ *Misericordiam* (vel, *Pietatem*, D. *Benignitatem*, JT. Pi. *Beneficentiam*, Ti. G.) *& judicium* (vel, *jus*, Pi. *justitiam*, V. D. jus & æquum [x],) *custodi*] Pertinent hæc ad secundam Tabulam [y]: à qua incipit, quia indè meliùs convincuntur hypocritæ, & cognoscitur resipiscentia, quàm à prima; cujus etiam totam doctrinam hîc sub duabus speciebus complectitur [z]. Sensus loci, q. d. Esto misericors in proximum, & illi redde quæ sua sunt [a]. *Benignitas* est virtus illa quâ humanitatis officia præstamus omnibus, præsertim miseris; *judicium*, æquitas, quâ suum cuique tribuimus [b]. ¶ *Et spera* (vel, *fide*, P.) *in Deo tuo semper*] Non est quòd ipsi diffidas, dummodo tu officium facias [c]. *Exspecta Deum tuum*: qu. d. Æquum est ut hoc facias; nam ab eo omnia manant [d]. Pertinet hoc ad primam Tabulam †. Sub verbo *sperandi* comprehenditur fides, invocatio, gratiarum actio [f], & totus Dei cultus [g]. Confer Psalm. 37. 3, 5. & 40. 2. In Deum unum spera, relictis idolis tuis [h]. Taxat hîc vanam eorum spem in fœderibus suis, &c. Priùs fructus posuit, *benignitatem*, &c; hîc, eorum causam, nempe spem, quâ Deum semper respicimus tanquam Judicem supremum, & remuneratorem bonorum [i].

8. *Chanaan*, &c. [כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי מִרְמָה] *Mercatoris* (vel, *Mercator* est, JT. V. vel, Instar *mercatoris*, P. sim. D. Sed *mercator* est Ephraim, Pi. *Mercatoris* autem appellatio hîc significat eum qui veteribus *aginator*, *arillator*, sive *cocio*, dicebatur; nimirum, qui, ora contrahentium oblinens blandis verbis, fallit argutissimè, & perfidè ex rebus minimis comparat sibi lucrum [k]. Al. *Chanaan*, o'. Ti. *Chananæus*: Ephraimitæ Chananæam incolentes †. *Chananæo* assimilaris, M. Al. *Quod ad mercatorem*, vel *Cananæum*, *attinet*. Sive כְּנַעַן *mercatores* notat, ut Esa. 23. 8. sive Israelitas generaliter, qui in terra Cananæorum habitaverunt, ut Esa. 19. 18. nominativus absolutus

solutus est, ut Hos. 9. 11[l]. Al. *Canaanis*, Ar. Sy. Al. *Nè sitis sicut mercatores*, Ch.) *in manu ejus* (vel, *in cujus manu*, P. M. &c. sub. *sunt*, JT. Pi. vel, sub. *habens*, Ca. D.) *bilancibus doli*, Mo. vel, *statera dolosa*, P.M.Ti. sim. Ca. *lances dolosæ*, JT.Pi. contra Dei præceptum, Levit. 19. 35, 36. Deut. 25. v.13, &c[m]. Synecdochicè omnes fraudes denotat[n], quibus per fas & nefas opes cumulabant[o]. *In manu ejus*, &c. Qui de re vendita plus pollicetur quàm revera exhibet[p]. Vox כְּנַעַן h. l. sumitur vel, 1. appellativè, pro mercatore[q]; ut Job. 40. v.25. [al. 41.6.] Prov. 31.24. Esa. 23.8. Tzephan. 1. v.11[r]. Zach. 14. 21†. Solet autem hoc modo gentile nomen in commune transire: ut cùm *Arabs* pro latrone ponitur, & *Chaldæus* pro mathematico. Nam Cananæi mercaturæ inprimis dediti erant, ut ferè gentes mare accolentes[t]. Vel, 2. propriè. Ephraimitæ dicuntur Cananæi, quia mores ejus gentis referunt: confer Ezec. 16.3[v]. Post exemplum Jacob & regulam pœnitentiæ, ostendit quantum à Jacob populus degeneravit[x], non jam *Jacob*, sed *Canaan*, appellans; ut ostendat eos non meliores esse gentibus quas Dominus è terra ejecerat[y]. q. d. Vos non estis sanctum semen, & filii Abrahami, ut jactatis, sed semen Canaan; acsi maneret gens eadem quæ priùs fuerat[z]. Cananæorum naturam ad vos translatam doleo[a]. Israel Cananæo est similis. Phœnices [sive Cananæi] mercatores erant avari & fallaces, testibus Homero & Philostrato[b]: [quorum verba alibi producta sunt.] ¶ *Calumniam*, &c. לַעֲשֹׁק אָהֵב *Opprimere amat*, JT.Pi.sim.Mo.Sy.&c. vel, *Fraudare*, &c. Ca. τὸ עשק hîc sign. omne πλεονέκτημα, (*fraudationem*, vel *injuriam*,) ut interpretatur Chaldæus[c]. Al. *Vim inferre*, &c. M.sim.Ti. ο'. Duæ hîc sunt injuriæ species, per fraudem, & per apertam vim, sub quibus omnia scelera continentur[d]: quæ commodè subjiciuntur exhortationi ad misericordiam & judicium; à quibus quàm fuerint hactenus alieni constat ex dictis *.

9. *Et* (vel, *Atqui*, Calv. *Attamen*, G.) *dixit Ephraim*, *Veruntamen* (vel, *Utique*, sive *Profectò*, Ti. JT. Pi.) *dives effectus sum*] q. d. *Unde habeas quærat nemo, sed oportet habere*[f]. Jactantia qualis Apoc. c.3. v.17 *Dicis, Dives sum*, &c[g]. Fraudibus & rapinis addunt impudentiam[h]. τὸ אַךְ hic emphaticum est. q. d. Nihil moror quid dicant Prophetæ; ego contentus sum sorte meâ[i]: video mihi istas artes prodesse, ideóque pergam[k]. ¶ *Inveni*, &c. מָצָאתִי אוֹן לִי *Inveni* (vel, *Acquisivi*, Pi. *Invenire opes*, pro, *comparare*, vel *assequi*. Sic Terentius in Heautontimorumeno, *Labore inventa mea cui dem bona:* & in eadem fabula, *Atque ibi simul rem & gloriam armis belli repperi*[l].) *mihi robur*, Mo. sim. V. vel, *dolores*, Sy. vel, *requiem*, ο'. Ar. vel, *facultates*, Ti. Ca. *opes*, M.Liv. D.Calv. sic P. Riv. G. &c. Id enim און hîc significat: nec aliter sumpsisse videntur ο'. & Chald[m]. [Quod an ex vero dictum ipse viderit: nam ο'. ut vidimus, *requiem* vertunt; & Chald. locum sic reddit, *Nacti sumus nobis rapinam*.] און pro הון, affinibus literis (אהוי *Ebevi*[n]) commutatis[o]: ut Jer. c.25.v.3. אַשְׁכֵּים, pro הַשְׁכֵּים. Similíque ratione Æoles ἡμέρα, ἧλιος, &c. dicunt, pro, ἡμέρα, ἥλιος[p]. Consultò hîc dicit און[q], quod *iniquitatem* sign. ut ambiguâ voce notaret opes iniquâ potentiâ comparatas, quas postea ad omnem iniquitatem & licentiam dissolvebant[r]. [Sensus,] Opulentiæ suæ causam sibi, non Deo, tribuit; ut c.2. 5, 8†. ¶ *Omnes*, &c. כָּל־יְגִיעַי לֹא יִמְצְאוּ־לִי עָוֺן אֲשֶׁר חֵטְא [Variant.] *Omnes labores mei* (i.e. opes laboribus partæ[t]) *non sufficiunt mihi*, JT.Pi.D.sim.Sy.(מָצָא cum ל constructum sign. *sufficere*[v], ut Num. 11. v.22. Sensus, qu. d. Nihil morati reprehensiones Prophetarum, studebimus mercaturâ nostrâ ampliùs ditescere[x]. Hactenus Ephraim. Sequentia sunt verba Prophetæ †.) *pœna* (vel, *iniquitatis pœna*, JT. ut עָוֺן passim sumitur[y]), *est illi cui peccatum est*, Pi. JT. i.e. Ex eo facilè constat me non esse peccati reum, quòd bene mihi est: nam qui rei sunt, eos Nemesis impunè abire non sinit[z]. Sic argumentantur, Cui peccatum est, illi quoque pœna est. At nobis non est pœna. Ergò nec peccatum in negotiatione nostra. Sed propositio universaliter sumpta falsa est: Deus enim sæpe pœnas differt[a]. Al. *Iniquitas hæc est*, *quæ sit peccatum*, id est, idololatria. Nam tales Plutum pro

[l] Liv. [m] Tar. [n] Tar. sim. Riv. [o] Riv. [p] G. [q] D.Pi.&c. [r] Pi. Tar. † Riv. [t] D. [v] Riv. ex D. [x] Mer. [y] Mer. sim. Oecol. Calv. Riv. [z] Calv. sim. M. [a] Tar. [b] G. [c] Idem. [d] Riv. sim. Calv. * Riv. [f] G. [g] Liv. [h] Riv. [i] Calv. sim. Tar. [k] Tar. [l] Riv. ex Liv. [m] G. [n] Pi. Tar. [o] Liv. sim. D. Riv. Pi. [p] Liv. [q] Tar. ex Par. sim. Riv. [r] Riv. † Liv. sim. Riv. K. & Ar. & Oecol. in Mer. [t] Pi. sim. V. [v] D. sim. Pi. [x] Pi. † D. Pi. [y] Jun. [z] Pi.

Deo colunt, opibus nunquam explentur, & in iis spem vitæ suæ collocant, ideóque idololatræ sunt, Eph. 5. 5[b]. Sensus hic non est incommodus, nisi quòd hæc personarum variatio adeò abrupta sit †. [Alii locum sic reddunt;] Sensus secundùm Chaldæum hic est, *Omnes labore partæ opes non restabunt ei in tempore quo luet peccata sua.* עָוֺן sumpsit pro עוֹנָה, quod est, *tempus constitutum*; & חֵטְא, pro *luit*, ut Gen. 31. 39. quomodo & כפר sumpsimus Dan. 9.24. Græci *propter* subintelligunt, & עָוֺן à עוה derivant; Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτεν· (*Omnes labores ejus non invenientur ei propter iniquitates quas*, vel *in quibus*, *peccavit*.) Tam Græci quàm Chaldæus legerunt יגיעו & לו[c]. Al. *Cuncti labores mei non invenient mihi iniquitatem quæ peccet*, Ti. vel, quicquam *in quo sit peccatum*, M. *Nec ullum inventum iri in omnibus laboribus suis crimen in quo peccatum sit*, Ca. *Nec inventum iri in omnibus quæ patrârunt quicquam iniquitatis ubi peccârint*, Mer. *Omnes labores mei*, i. e. opes laboribus aut artibus meis quæsitæ, *non invenient mihi iniquitatem*, *in qua* sit grande *scelus*, seu *peccatum* κατ' ἐξοχὴν dictum. Gratulabantur sibi de opibus fraude partis, & sibi blandiebantur, ac culpam, siqua inesset, elevabant, nævum tantùm aut labem, non scelus aut flagitium, esse dictitantes[d]. *Omnibus*, vel *In omnibus*, *laboribus meis non invenient mihi*, vel *in me*, *iniquitatem*, Mo. P. Calv. Riv. K. *quæ peccatum*, Mo. vel, *& peccatum* P. *vel peccatum*, Riv. vel, rem in *qua* sit *peccatum* mihi. Non invenient in me divitias iniquitatis & peccati. *Peccatum* minus est *iniquitate*, quia venit interdum per errorem †. Vel, *quia scelus*, sive *piaculum*, sub. *hoc est*. qu. d. Absit ut apprehendar sceleratus in meis factis: ego enim sine fraude versatus sum in omnibus negotiis meis[f]. Sensus est, Labores mei, aut successus laborum meorum, testabuntur me non esse peccatorem iniquum, quicquid Prophetæ clamitant. Ab eventu ergò & prosperitate sua argumentantur; q. d. Non nobis ità faveret Deus, nisi essemus à culpa & vitio immunes[g]. Securi sunt & pravâ confidentiâ superbiâque inebriati, quia Dominus dat signa aliqua paterni favoris: abutuntur lenitate Dei, ut ferociter contemnant ejus doctrinam & omnes minas; &, quia Deus non statim pœnas exigit, se justos esse statuunt[h]. Al. Variis hujus loci interpretationibus hanc addo, quam eruditorum judicio subjicio: *Et dixit Ephraim, Profectò dives factus sum, & inveni robur mihi: nulli labores mei invenient me*, nempe *iniquitas, quæ peccatum est*. Fatetur labores suos iniquitate & peccato plenos esse: solatur tamen se adversùs pœnam, idque eleganti hâc phrasi indicat, *Nulli labores mei invenient me*. Quæ autem solatii causa? quod fulcrum? quia *dives factus sum, & robur inveni*, quo me tueri possum. Atque ità initium versûs superbiam animi, medium securitatem, finis impudentiam, designaret, quòd, agnoscens etiam iniquitatem & peccatum, nihil tamen metuat. Aut sic exponas posteriora verba, *Nulli labores mei invenient mihi iniquitatem, quæ peccatum sit*. Hoc sensu securitatem simul & hypocrisin designaret, quòd omnes suos labores ab iniquitate & peccato adeò immunes esse opinetur, ut nè ipsi quidem labores iniquitatem ullam invenire in ipso possint; adeóque meritò se securum esse, tum quòd divitias & robur invenerit, tum quòd nulla iniquitas in laboribus suis deprehendi possit *.

10. *Et* (vel, *At*, Pi.) *ego Dominus Deus tuus ex terra* (vel, *indè à terra*, JT.Pi.) *Ægypti*] Id est, ex quo te eduxi ex Ægypto[i]: vel, qui te indè eduxi[k]. Et tunc me Deum tuum liberatione tui declaravi, Exod. 20.2. & jam indè ab eo usque tempore Deus tuus fui continuis beneficiis. Tale illud est Hos.10.9. *A diebus Gabaa peccâsti*: Esd. 9.7. *A diebus patrum*, &c[l]. Indè cognoverunt me patres vestri[m]: & tu, ex rebus per me ibi gestis & in te collatis, cognoscere debueras. Idémque ego, qui tantis te tum beneficiis affeci, iisdem sum olim te affecturus[n]. ¶ *Adhuc*, &c. עוֹד אוֹשִׁיבְךָ בָאֳהָלִים כִּימֵי מוֹעֵד [Variant.] *Adhuc* (vel, *Adhæc*, Riv.) *habitare* (vel, *sedere*, M.) *te faciam* (vel, *faciebam*, M. vel, *facio*, Mer. Al. *Aliquando te collocabo*, Ca. Ideo *adhuc faciam ut habites*, Pi.) *in tabernaculis*, P. sic M. Ti. &c. (*tentoriis*, Mo.) *secundùm dies*, vel *sicut diebus*, *conventus*,

Calv.

[b] D. † Riv. [c] G. [d] Tar. † K. [f] Calv. [g] Riv. sim. Calv. [h] Calv. * Di. [i] Ca. sim. V. D. [k] G. [l] Liv. [m] K. [n] Mer.

Calv. vel, *festivitatis*, Mo. P. simil. V. vel, *festis* fit, Ca. Tempus liberationis ex Ægypto vocat *dies solennitatis:* q. d. Sicut feci tempore quo eduxi te ex Ægypto[o]. Vel, *secundùm dies* olim *contestatos*, M. vel, *ut dies stati testantur*, Ti. [Sensum diversimodè concipiunt.] Si opibus abundas, illæ non tibi tribuendæ sunt, ut fecisti v. præced. sed mihi, qui te in tabernaculis habitare feci[p]; qui te in hanc terram introduxi, téque adhuc in ea conservo[q]. Al. Est denunciatio pœnæ; q. d. Ego vos iterum detrudam ex ædibus vestris, ut peregrinantium more in tabernaculis agatis, sicut diebus constituti temporis, id est, 40 illis annis[r]. Alii autem in bonam partem accipiunt †. q. d. Reducam te ab exsilio in quod abducendus es, & in tabernaculis collocabo, ut olim in deserto[t]. Ex posterioribus intelligenda sunt antecedentia[v]. Ego te captivum reddam; deinde revocabo & domum reducam lætum, *ut fieri solet diebus festis*[x]. *Ut diebus solennitatis*, h. e. hilariter & securè, magnâ populi frequentiâ, ut tribus illis anniversariis solennitatibus sub Lege fieri solitum est, Deut. 16. 14. 16. Confer Lam. 2. 7 †. Al. sic, Sensus, q. d. Etsi extremo digni sitis supplicio, sum nihilominus *Deus vester indè ab—— Ægypto*, nec fœdus meum irritum facio. Si itaque resipiscatis, spes superest, paratus sum omnia vobis prospera largiri, ut adhuc festum celebretis, &c*. Oblitus liberationis ex Ægypto, faciam te reminisci, non præteritæ liberationis, sed venturæ: nam te in captivitatem abducam, ex qua te retraham & liberabo; unde memor eris, & festum Tabernaculorum restitues in memoriam hujus liberationis venturæ. Prædicit & captivitatem, & liberationem[y]. Video vos immemores esse antiquæ redemptionis, eámque pro nihilo ducere, acsi esset obsoleta: ego igitur perdidi operam meam, nisi renovetur memoria veteris beneficii[z]. Opus erit novâ redemptione: nam prioris obliti estis[a]. Iterum ergò vos redimam, ídque insolito & insperato modo, ut tandem resipiscatis, & intelligatis me esse vestrum redemptorem, & quantopere mihi estis obstricti[b]. Ergò denuo vos redemptos, sed ex alia captivitate, *in tabernaculis*, ut antea, *collocabo*, sicut septem illis diebus quibus tabernacula inhabitatis. מוֹעֲדִים vocantur tria festa anniversaria: hîc vero poni videtur מוֹעֵד κατ' ἐξοχὴν pro festo Tabernaculorum[c]. Spiritualem reductionem sive redemptionem in Christo præstandam promittit[d], typo veteris Ecclesiæ figuratam, ut Hos. 2. 15, 16 †. ea enim sæpe Ægyptiacæ comparatur in Scripturis[f]. Sensus est, Etsi vos propter peccata vestra abdicabo, & sinam vos in captivitate Assyriaca perpetuò teneri: tamen suo tempore per Christum vos redimam, sed redemptione spirituali, &c[g]. Deus, qui nuper populum ad resipiscentiam hortatus erat, ostendit hoc versu & seq. se nolle prorsus perdere Ephraimum, nec rem esse desperatam: id quod efficax est argumentum ad resipiscentiam. Nec obstat quòd interjectæ sint minæ & reprehensiones, quibus subindè misceri solent promissiones, præsertim tales quæ Messiam respiciunt: quæ etiam adduntur ad consolationem piorum; sicut minæ pronunciantur adversùs maximam partem, quæ ex impiis constabat. Ità, pro duplici hominum genere quod fuit in populo, Prophetæ aliquando contraria proponere videntur. Alii locum interrogativè legunt[h]. *Et ego——adhuc facerem ut sedeas in istis tentoriis* (vel, *in tabernaculis*, id est, in ædibus vestris, quæ ob veterem morem *tabernacula* vocantur[i],) *ut diebus solennitatis?* JT. sim. G. i. e. festivè, lætè & tranquillè[k]. Post tot flagitia tua paterérne te domi tranquillè vivere[l]? Indignantis verba peccatum superius exaggerantia[m]. Ità negat Dominus se illis ampliùs benefacturum, ut fecerat antehac[n]. Sed hanc interpretationem respuunt verba illa, *Ego sum Jehova*, &c[o]. quibus indicatur causa impulsiva sequentium[p]. Quomodo id conveniret? *Ego Jehova*, &c. *adhuc facerem*, &c? i. e. ergò non faciam. At verba illa videntur planè contrarium innuere, & vix possunt alio sensu accipi quàm in bonam partem[q].

11. *Et*, &c. וְדִבַּרְתִּי עַל וגו'] *Et locutus sum* (vel, *loquar*, Liv. D. Pi.) *ad prophetas*, P. M. Ti. D. ex ο'. *cum prophetis*, D. ex Ch. *super prophetas:* q. d. Deposui apud illos doctrinam quæ vos in viam reducere deberet. Amplificat crimen populi, quòd non errore aut ignorantiâ lapsi sunt, quia subindè à Prophetis admoniti sunt, sed rebelles fuerunt Deo & Prophetis, &c[r]. Al. Retundit his verbis præcedens mendacium, quòd *in eorum laboribus non esset peccatum:* Nam fraudes, inquit, & rapinas non modò in Lege damnavi, sed & per Prophetas coargui, &c†. Al. Ex eo constat me salutis vestræ cupidissimum esse, quòd hucusque *locutus sum ad prophetas*, id est, misi qui vos revocarent, &c[s]. Al. *Et loquar*, &c. D. Liv. ex Ca. V. Futuræ liberationis promissio de qua v. præc. hîc continuatur, eximiis beneficiis in Christo Ecclesiæ tunc conferendis illustrata[v]. *Loquar*, &c. nempe per somnium, Numer. 12. 6. quia id fiebat utplurimum noctu[x]. ¶ *Visionem multiplicavi*] Ità P. Ti. &c. Visiones multæ inveniuntur apud Esaiam, Jerem. Ezec. & Dan[y]. Visiones aliæ in somnio, aliæ extra somnium, videbantur. *Somnii* vocabulo ecstasin comprehendo. Aliquando sumitur *visio* in genere pro Prophetia, ut ibi, *Ubi non est visio, dissipatur populus*[z]. Alii, *multiplicabo*, V. D. Liv. ex Ca. nempe sub Christo, prædicatione Evangelii, quando multò plenior doctrinæ cœlestis cognitio quàm sub Legalibus umbris erat. Confer Joel. 2. 28[a]. ¶ *Et in manu* (vel, *per manum*, Pi. &c.) *prophetarum* (vel, *per prophetas*, Pi. Oecol. &c.) *assimilatus sum*] Ità ο'. Ar. Oecol. i. e. Adumbratus & repræsentatus sum tibi non verbis modò, sed & actionibus, Prophetarum, quis, quantus, qualis sim, quid à te exigam[b]. Multa in conspectu populi gerebant Prophetæ quæ ad Dei personam spectabant: q. d. Ipsi gerebant meam personam[c]. Verùm hîc non agitur de re ipsa, quæ præsupponebatur, sed de modis quibus se Deus populo per Prophetas manifestavit. Potiùs activè & transitivè sumendum est verbum[d]. ¶ אֲדַמֶּה] *Assimilabo*, Mo. *assimilavi*, vel *assimilabam*, Mer. Riv. Prophetæ enim multis rebus Deum comparârunt, patri, pastori, amico, leoni, &c. & per varias figuras Christi gesta prænunciârunt*. *Figuravi*, Sy. *proposui* (vel, *dedi*, M. Ti. *proponam*, Pi. V. sub. *tibi*, V.) *similitudines*, P. &c. typicas & allegoricas[f]; parabolas, comparationes, allegorias[g], Syris, & præcipuè Palæstinis, usitatissimas[h]; quales sunt Esa. 5. 1. Ezec. 16. 3. Hos. 1. 2[i]: *similitudines* efficaces, per quas te instruerem[k], invitando te ad pœnitentiam, & multa bona tibi promittendo[l]. Al. *similitudinibus utar*, Ca. Liv. i. e. disertè, familiariter & perspicuè docebo[m]. [Alii versum hunc, sicut & præcedentem, interrogativè accipiunt:] *Et loquens per ipsos prophetas ego visionem multiplicarem, & per prophetas ipsos proponerem similitudines?* JT. *Et ego loquerer* Israeli *per prophetas, & ego visionem multiplicarem*, alia super alia visa ad vos mitterem, *& per prophetas uterer similitudinibus?* Ezec. 20. 49. qu. d. Non ampliùs per figuras propheticas vobis loquar, sed per res ipsas quas sentietis[n].

12. *Si*, &c. אִם גִּלְעָד אָוֶן אַךְ שָׁוְא הָיוּ בַּגִּלְגָּל שְׁוָרִים זִבֵּחוּ] Versus difficillimus ob concisam & ellipticam Prophetæ orationem. Hinc variant Interpretes[o]. *Si Galaad idolum*, (i. e. Si vitulus cultus à Galaaditis non est nisi idolum, Heb. *iniquitas*, *vanitas*, nec potens se suósque cultores ab hoste tueri, ut vos, ô Judæi, videtis[p]: vel, *Si in Galaade idolum fuit*, G. Cùm fuerint in Galaad idola[q]:) *ergò frustrà erant in Galgal bobus immolantes*, Vulg. qu. d. operam perdunt qui sic faciunt[r]. Al. *veruntamen frustrà fuerunt* qui illud idolum coluêre, quia non potuêre per idolum servari à Theglathph. 2 Reg. 15. 29†. Cur *bobus* (i.e. vitulis) in ditione vestra, nempe in Galgal, hostias *immoletis*[t]? Est ellipsis voculæ *cur*. Sensus, Cur ergò adhuc duæ Tribus cultum illum vitulorum imitantur in Gilgale? Vide suprà 4. 15. & 9. 15[v]. Cur usque adeò insanitis, ídque nullo vestro emolumento, &c[x]? Duo hîc notanda sunt. 1. Terram Galaad, utpote & à Tabernaculo remotissimam, & vicinam gentibus, idololatriâ maximè laborâsse. 2. Duplicem fuisse populi abductionem: 1. Galaaditarum, 2 Reg. 15. 29. 2. reliquarum tribuum, 2 Reg. 24. & 25. Prædictio autem hæc erat post primam captivitatem, & ante secundam. Propheta ergò hortatur eos ut ab idolis ad Deum redirent, ut saperent exemplo Galaad, quæ, licèt idola plurimùm coluit, primo tamen Assyriorum impulsu periit[y]. Al. *Si Ghilhad*

bad iniquitas? veruntamen mendacium fuerunt, in Ghilgal boves immolaverunt, Mo. *Nonne Gilead* incepit *iniquitatem*? P. (vel, *Annon in Galaad iniquitas?* qu. d. propter peccata sua demigrabunt[a]? τὸ אִם plerique interrogativè sumunt, ut sæpe sumitur[a]; ferè tamen cum ה interrogandi[b], ut Job. 6. 13. an fine ה, fateor me ignorare[c]. Imò & fine ה; ut Psal. 89. 36. Esa. 29. 16[d]. Vel, *Sed in Gilead est iniquitas*, h. e. idololatria *. *Si in Gilead vanitas fuit*, Ti. *Si Galaadus est nefarius*, Ca. *Quia in Gilead* conversi sunt *ad vanitatem*, M. *Certè*, vel *Profectò, Galaad iniquitas*, i. e. Galaaditæ sunt operarii iniquitatis. אִם accipio pro בֶּאֱמֶת, אָמְנָם, *verè, certè, profectò*. Licet vertere, *Si Galaad iniquitas est* †, *) profectò*, vel *utique*, (vel, *nam*, Mer.) *vanitas* (vel, *vani*, M. Ti. *inanitas*, Mer. vel, *nequam*, Ca.) *fuerunt*, vel *facti sunt: in Gilgal boves immolaverunt*, P. M. Ti. Al. *sunt*, vel *fuerunt, in Galgal*, Mer. D. *boves* (vel, ubi *boves* plurimos, Mer.) *immolant*, D. Mer. vel, *sunt qui Galgalis boves immolant*, Ca. q. d. Non sunt ibi meliores, sed magis pejores: nam illi iniquitatem faciunt, hi verò deos falsos colunt, id est, vitulos[f]. Redit ad eorum scelera, quibus ingratos se pro tantis beneficiis exhibuerunt[g]. Interjectâ promissione, de qua dictum, redit ad institutum, & ostendit eos deflexisse, ut à charitate in proximum, v. 8, 9. ità & à vero Dei cultu, hoc loco; proinde opus etiam esse ut seriò ad Deum redirent per fidem & spem veram[h]. [Alii aliter :] *An in Gilead iniquitas?* Calv. sic Tar. (vel, *An Gilead cœpit peccare?* Calv. An tu, ô homo perfrictæ frontis, audes id dicere? Ità cum Prophetis Dei expostulabant[i]. Interrogatio est ironica, quâ subsannat socordiam eorum, qui cæcutiebant & sibi placebant in suis vitiis, adhuc dubitantes an rei sint coram Deo, quum tamen scirent se perfidos esse, & alienos cultus sequi[k].) *certè vanitas*, vel *mendacium, sunt*, vel *fuerunt*, Calv. Tar. (q. d. Responsio in promptu est; Iniquitas ibi adeò magna est, ut nihil aliud ibi esse videatur[l]. Quærant illi & disputent, quasi de re dubia, an sit iniquitas, &c. objiciant bonas suas intentiones, se hæc facere in honorem Dei: *certè*, vel *atqui, vani facti sunt*, & stultè proferunt frivolas illas excusationes quibus effugerent & crimen & pœnam[m].) *in Gilgale*, loco finitimo, *boves sacrificant*, contra Dei præceptum[n]. Hoc eorum crimen[o]. Al. *An in Gilead mendacium quin etiam vanitas* (i. e. idola) *fuerunt? in Gilgal boves mactârunt?* Cum admiratione interrogat; Potuítne fieri ad tantam ut delaberentur ingratitudinem ac impietatem, ut duo ista loca, ubi tanta beneficia nacti erant, Gilead, ubi adversùs vim Labanis tutatus fuerat Deus Jacobum, Gen. 31. & Gilgal, ubi per circumcisionem opprobrium gentium ab ipsis fuerat avolutum, Jos. 5. 9. idolis profanarent[p]? Al. *An in Gilhade iniquitas, tantummodo vanitas fuerunt?* JT. (vel, *An in Gilhade* tantùm *iniquitas*, i. e. falsa religio, est? an ibi *tantùm vanitas fuerunt*? i. e. vanissimi in colendo Dei. אִם interrogativè sumo, ut Job. 6. 5[q]. Et sic Græci quoque utuntur conjunctione εἰ[r], Matth. 12. 10. & 19. 3. Luc. 22. 49. &c†.) an *in Gilgale* tantùm *boves sacrificant?* Pi. sic JT. Gilhad erat regio trans Jordanem, ubi habitabant Tribus Reuben, Gad & Man[t]. An ipsi aditus solùm aut celebria quædam loca impurantur idololatriâ? imò nullus est locus non impurissimus[v]. Sensus est, An dicetis populares solùm vestros qui Gilhadem inhabitabant, & per Tiglathpileserem abducti sunt, falsæ religionis crimine teneri, vos autem ab eo immunes esse? imò vos quoque eodem crimine tenemini[x]: ipse aditus regionis vestræ [nempe Gilgal] adeò abundat idololatriâ, ut (quod proverbio dicitur) ex unguibus leo facilè cognosci possit[y]. ¶ *Nam*, &c. גַּם מִזְבְּחוֹתָם כְּגַלִּים [עַל תַּלְמֵי שָׂדָי] *Et* (vel, *Etiam*, Mo. P. JT. Imò *etiam*, Pi.) *altaria eorum* (Galaaditarum[z], sub. *sunt*, vel *fuerunt*, M. P. Ti. JT. Pi. vel, *erunt*, Di.) *sicut acervi* (vel, *cumuli lapidum*, P. sic D. G. i. e. quamplurima[a].) *super sulcos* (vel, *in sulcis*, P. M. Ti. vel, *per porcas*, JT. *juxta porcas*, Pi. Est enim תֶּלֶם, *porca: sulcus* autem apud Ebræos dicitur גְּדוּד[b], & מַעֲנִית[c].) *agrorum*, M. P. Ti. Mo. Di. שָׂדָי, pro שָׂדִים: in qua sententia & nos aliquando fuimus; nunc aliter sentio[d]. Vel, *agri*, Pi. D. nam Psalm. 96. 12. יַעֲלֹז שָׂדָי arguit singulare esse *.

Vel, *agrorum meorum*, JT. emphaticè: quasi Deus exprobraret terram suam, quam peculiari modo sibi elegerat, fuisse pollutam superstitionibus. [Exprimi hîc volunt vel, 1. culpam.] Est exaggeratio idololatriæ à generalitate: nulla Tribus immunis erat[f]. Ubique erecta erant altaria[g]. Ut quisque congerit lapides in acervum, si ager lapidosus sit, ut possit commodiùs aratrum transire: ità quisque fabricat sibi altaria. Sed videtur hæc sedulitas fuisse digna laude, quòd multiplicarent altaria, quòd Deum ubique colerent, nec sumptibus parcerent. Sed Dominus nihil moratur prava ista studia: voluit Deus Verbo suo obtemperari, quo unicum altare instituerat, &c. Ergò, quò magis fervebant ad multiplicanda altaria, eò magis provocabant in se Dei vindictam[r]. Vel, 2. pœnam †. Ut lapides congeruntur ab agricolis super sulcos, sic & altaria illa jacent disjecta[t]. alludit ad nomen גִּלְגָּל[v]; vel, ad etymon גַּלְעֵד, quod sonat, *cumulus testimonii*. Quandoquidem, inquit, cumulum testimonii altaribus profanârunt, altaria ipsorum fient cumuli[x].

13. *Fugit*, &c. [וַיִּבְרַח—שְׂדֵה אֲרָם] *Et fugit Jacob agrum* (vel, *in agrum*, V. D. Riv. in *regionem*, P. Ti.) *Aram*, Mo. &c. id est, Syriam interamnem, sive Mesopotamiam, Gen. 28. 5[y]. ¶ *Et in*, &c. וּבְאִשָּׁה [שָׁמָר] *Et in uxore* (vel, *propter uxorem*, M. P. Ti. &c. sub. *alteram*, P.) *custodivit*, Mo. P. Ch. &c. sub. *greges*, P. Riv. sim. Ch. M. Ti. V. Liv. ut Gen. 30. 31. *pascam oves tuas, custodiam*, sub. *eas*. Hoc modo pastor ovium absolutè שׁוֹמֵר *custos* dicitur 1 Sam. 17. 20. Ad historiam de Jacobo interruptam redit. Confer v. 4[z]. Sed quorsum hoc spectat? [Id variè explicant.] Coercet hîc superbiam Israelitarum[a], qui audacter superbîerunt in sua præstantia & origine. Putant etiamnum Judæi nos omnes esse brutas pecudes, & fingunt sibi diversam originem à reliquo genere humano, quia sunt posteri Abrahæ. Eos ergò hîc refellit[b]. q. d. Jacob pater vester quis vel qualis fuit? quæ ejus nobilitas, potentia, &c? profugus erat, pauper, miser, servus & pecuarius. Ite nunc & jactate vestram excellentiam[c]. Si quid habuit Jacob, id omne soli Dei gratiæ debuit[d]. Unde etiam ingratitudinem eorum perstringit *. Ipsi non recordantur boni quod in patrem eorum contuli. Nam fugit ille, &c[f]. & tamen evexi eum ad tantam dignitatem. q. d. Videte quantum beneficii contulerim in patrem vestrum Jacob[g]. Ego sum qui fui cum eo, & benedixi ei: unde rediit dives[h]. Redit h. l. ad beneficia Dei in Jacob & ejus posteros. Longè sanè degenerant à Jacobo, qui extremè miser à me & à vero cultu non discessit: quum, contrà, hic populus bonis abundet, & tamen nolit ad Deum converti[i]. Magna fuit Jacobi patientia & innocentia, ad quam posteros oportebat respicere[k]. Ostendit ex qua origine ad tantam dignitatem pervenissent; quò immemores beneficiorum acceptorum declaret[l]. Jacob, ut parenti suo morem gereret, non detrectavit fugere, & diu servire hero difficili: at vos mihi, facillimo Domino, servire detrectatis. Videte quàm egregii posteri Jacobi sitis[m]. Junius ingeniosam, ut solet, hujus loci excogitat rationem; quæ mihi maximè arrideret, nisi quòd videtur illam ex verbis, quasi fidiculis, ad suam sententiam tractis eruere[n]. *Illuc* (scil. in Gilhadem[o]; vide Gen. 31. 21. Heb. *Et*[p]) *fugerat Jacob ex agro Syriæ*, (ubi pascebat Labanis greges, & quò evocaverat uxores, ut eis fugam suam indicaret, Gen. 31. 4. &c[q].) *quum servivisset* (Heb. *& serviverat*, Pi.) *Israel* (i. e. Jacob, pater vestrûm omnium[r]. *Israel* erat nomen splendidum & memorabile, imò divinitus inditum: servivit nihilominus Jacob†.) *propter uxorem*, (malim, *pro uxore*, ut notetur merces. בְּ hîc notat compensationem, ut Gen. 29. 18. 1 Chron. 21. 22[t].) *& propter uxorem custodivisset* gregem, JT. sim. Pi. G. Ellipsis nominis relati. Etsi interpretatio hujus versûs primâ fronte, si cum Hebræo textu conferatur, contortior videtur: tamen eam postulare videntur partim vocabulum *agri*, partim cohærentia cum versu præcedente, ubi facta est mentio Gilhadis[v]. Indignitatem culpæ aggravat[x], ex contrariis factis majorum in eisdem locis[y]; vel, ab anteactis Dei beneficiis quæ ibi acceperant. Gilhad erat velut asylum Jacobo redeunti, &c. Gilgal consecraverat Deus ad purgatio-

Ffff nem

Marginal notes (left column): [a] V. [a] Riv. [b] Riv. D. [c] D. [d] Tar. * Mer. † D. [f] Idem. [g] Mer. [h] Riv. [i] Tar. [k] Calv. [l] Tar. [m] Calv. [n] Tar. [o] Calv. [p] Di. [q] Pi. [r] Pi. sic Tar. † Tar. [t] Pi. [v] Jun. [x] Pi. ex Jun. [y] Jun. [z] G. [a] Liv. D. [b] D. Riv. [c] D. [d] Idem. * Idem.

Marginal notes (right column): [f] Riv. [g] Riv. sim. Jun. Calv. [r] Calv. † Li. [t] G. [v] Liv. [x] Di. [y] Riv. [z] Liv. [a] Riv. [b] Calv. [c] Calv. sim. Riv. Tar. [d] Tar. * Riv. sim. Tar. [f] K. [g] V. [h] K. [i] Calv. [k] Oecol. [l] D. [m] Q in! Tar. [n] Riv. [o] Pi. sim. G. [p] Pi. [q] Idem. [r] G. † Calv. [t] Pi. [v] Idem. [x] G. sim. Jun. [y] G.

nem majorum vestrorum, Jos. 5. Impium autem fuit talia loca sacrilegâ iniquitate & vanitate profanari[a]. Obiter Deus occasione Galaaditidis aliam adspergit exprobrationem. Jacob pro duabus uxoribus servivit Labani,* & greges diu pavit: vos autem Dei causâ nihil facere vultis[a].

14. *In propheta*, &c. "וּבְנָבִיא הֶעֱלָה וגו] *Et* (vel, *Postea*, Pi. Sed *&*, M. Ti. vel, Huc *quoque*, JT. [nempe *ad Gilgal*,]) *per prophetam* (i. e. vel, 1. Josuam[b]; vel, 2. Mosen[c], ut res ipsa docet[d]: quem ità appellat κατ' ἐξοχὴν ut Homerum *Poetam*, Aristotelem *Philosophum*, vocant*.) *ascendere fecit*, &c. P. &c. ¶ *Et in propheta* (vel, *per prophetam*, Ti. &c.) *servatus* (vel, *custoditus* ille, Pi.) *est*] Scil. in itinere per desertum; ut oves custodiuntur à pastore. Confer Psal. 77. 21[f]. Al. *Quum per prophetam servatus esset*, JT. nempe, per Mosem liberatus ex Ægypto[g]. Al. Versum sic reddo, *Cùm Dominus per prophetam*, Mosem, *Israelem eduxisset ex Ægypto*, *tunc per prophetam* alterum, Josuam scilicet, *evasit Israel* ex deserto, ac pervenit scilicet Galgala, ibique primùm Pascha fecit, Jos. 5. 10[h]. [Sed quorsum hanc etiam historiam profert?] Resp. Comparatio est inter primam eorum originem & hanc liberationem: q. d. Tantillos vos tanto privilegio dignatus est[i]. Al. Dedit vobis Deus materiam humilitatis, ut in patre vestro, quem ità affligi passus est, sic & in Mose liberatore vestro, qui etiam pastor erat, & quasi ex antro prodiit[k]. Ingratitudinem populo exprobrat pro tot tantisque beneficiis[l]. Hoc est vestræ dignitatis principium, quòd ego vos ex mera gratia adoptavi & eduxi, &c. Quid ergò vestra illa gloriatio de origine vestra[m]? Al. Ex ipsis locis in quibus peccabatur veteres illis depromit historias, ut ostendat quantum à majoribus degeneraverint[n]. [Ca. hunc versum cum præcedente sic reddit, *Quòd autem aufugit Jacobus in regnum Syriæ, & quòd servivit Israel pro uxore, & pro uxore custodivit, Et quòd eduxit Israelem Jova ex Ægypto, quódque is custoditus est, id omne per vatem factum est.*] Aggravat scelus eorum, quòd Prophetas Dei non revererentur, à quibus tot tantisque beneficiis affecti essent[o].

15. *Ad*, &c. הִכְעִיס אֶפְרַיִם תַּמְרוּרִים] *Provocavit*, vel *Irasci fecit*, (vel, Sed *irasci fecit*, P. sub. *tamen*, Ti.) *Ephraim* (sub. *Deum*, P. M. Liv. D. Riv. Calv. &c. ut 2 Reg. 23. 19. Psalm. 106. 29[p]. qui alibi exprimitur, 1 Reg. 15. 30[q]: vel, *Dominum suum*; quæ vox trajecta est ad finem versûs[r]:) *acerbitatibus*, Mo. vel, *amaritudinibus*, P. vel, *amaris rebus*, Ti. Q. in Riv. nempe peccatis eorum†; vel, idolis[t], quorum cultu exacerbatur Dominus[v]. *Amaritudines* vocat facta impia. Græci, ἐν τοῖς παραπικρασμοῖς αὐτοῦ*, [*in amaritudinibus suis*. At Græci aliter habent, ἐθύμωσεν—καὶ παρώργισε, *Indignari fecit Ephraim, & ad iracundiam provocavit.* Est autem hæc] diversa lectio, Καὶ παρώργισε με—ἐν τοῖς παραπικρασμοῖς αὐτοῦ, quæ exstat in impressis Antuerpiæ à Plantino. Eam secutus est Vulgatus Interpres[y]. Bene: subauditur enim ב ante תַּמְרוּרִים. Posset etiam verti, *in cumulis*, quomodo vox hæc Hebræa sumitur Jerem. 31. 21; ut per cumulos lapidum altaria intelligamus[z]. Vel, *acerbè*, Mer. Ca. *amarissimè*, Di. irâ amarissimâ[a]. Vel, indignationem *amarissimam*, JT. ad *indignationem amarissimam*; Heb. cum *amaritudinibus*, Pi. Vel, *excelsis suis*, Calv. Q. in V. id est, altaribus quæ exstruxerat in honorem deorum[b]. Confer Jer. 31. 21[c]. Ad radicem תָּמָר (*palma*) referunt[d]. Alii, per metathesin literarum, à רום deducunt*: quum rectiùs ad מָרַר reduci potuerit[f]. Vel, *in amaritudines*, h. e. ad iram amarulentam[g]. Redit hîc ad interruptam peccati exaggerationem; simúlque occurrit objectioni, quomodo Deus, qui in Jacobum & Israelitas tam benignè se gesserat, talia eis jam minatur. Respondet, se semper eundem esse, sed eos exacerbâsse ipsum, &c. [Hoc vult,] Contrà agit Ephraim quàm Jacob, aut ille sub Josua populus[h]. ¶ *Et*, &c. וְדָמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ] *Et* (vel, *Ideo*, M. V. Ti. P. Sy.) *sanguis* (vel, *sanguines*, Mo. vel, *sanguinem*, Liv. G. vel, *cædes*, JT. Pi.) *ejus* (i. e. ab eo fusum[i]; i. e. pœnam sanguinis[k] innocentis ab illo effusi[l], cædes quas patravit[m], persecutiones Sanctorum[o]; multos enim pios occiderant[p]:) *super eum* (vel, *in ipsam*, [lege, *ipsum*, Q.]) *manebit*, Calv. vel, *requiescet*, V. *effundetur*, Sy. Ti. sic M. Calv. *deseret*, Mo. *relinquet*, Liv. D. *diffundit*, Di. Q. in D. *deferet*, G. *expandit*, JT. Di. *expandet*; sub. *ille*, Pi. vel, sub. *Deus*, G. vel, *Dominus ejus*, D. i. e.* Deus non mundat eum à perpetratis cædibus[q]. In suo reatu manere patietur, nè à pœna immunis sit. Qui enim reus cædis est, & propterea pœnæ obnoxius, *super eum sanguis esse* dicitur, Jon. c. 1. 14. Hinc Exod. 20. 7. *non mundabit*, pro, *non relinquet impunem*[r]. Elegans hîc est collatio eventuum contrariorum, ut hactenus fuit factorum contrariorum contentio. Pius Jacob pietatis præmium retulit benedictionem Dei: contrà, impii Israelitæ pœnas sibi accersunt †. ¶ *Et*, &c. וְחֶרְפָּתוֹ וגו"] *Et opprobrium ejus* (id est, vel, 1. Israelis, activè; quia ab Israele illatum: vel, 2. Dei, passivè; quia acceptum[t]. Probrum quo Israel alios afficit[v]: vel Prophetas[x]; vel Deum[z], cùm in ejus locum vitulos substitueret[a]. Et, *opprobrium*, id est, pœnam illius[b].) *reddet ei Dominus ejus*, sive *suus*, Ti. Calv. &c. i. e. Vel, 1. Assyrius[c]; cujus ministerio Deus usus est †: vel, 2. Deus[d]; qui ejus vel inviti est Dominus*. Quanquam, inquit, Legem Dei aspernentur, jugúmque ejus excutiant, & post suas superstitiones lasciviant; sentient tamen se manere sub Dei manu & dominio, nec quicquam proficere hâc suâ petulantiâ: Dominus non perdet jus suum quod sibi acquisivit redimendo Israelem[f].

Margin notes (col. 1): [z] Jun. — [a] G. — [b] Jun. — [c] Pi. V. D. Riv. Calv. &c. — [d] Sic Pi. — * Riv. — [f] Pi. — [g] Jun. — [h] G. — [i] Q. in Calv. — [k] Calv. — [l] Riv. — [m] Tar. — [n] G. — [o] Riv. — [p] Liv. Riv. Tar. — [q] Riv. — [r] Pi. — † Riv. — [t] M. Mc. Tar. — [v] Mc. — [x] G. — [y] D. — [z] G. — [a] V. — [b] Q. in V. — [c] Tar. ex Calv. — [d] Q. in Tar. — * Al. in Tar. — [f] Tar. — [g] D. — [h] Riv. — [i] G. — [k] G. sim. V. Pi. — [l] V. sim. Mer. — [m] D. — [o] Oecol. — [p] G.

Margin notes (col. 2): [q] Di. — [r] Liv. — † Tar. — [t] Riv. — [v] Pi. — [x] G. — [z] D. Riv. — [a] D. sim. Mer. — [b] Pi. — [c] Luth. & Wigand. in Tar. — † Tar. — [d] Tar. sic Mer. Calv. D. — * Mer. — [f] Calv.

CAP. XIII.

1. LOquente, &c. "כְּדַבֵּר אֶפְרַיִם רְתֵת נָשָׂא הוּא וגו] *Quum loqueretur* (*Secundùm loqui*, Mo. i. e. Cùm authoritate præciperet, (vide Job. 29. 21.) & præcipuè quando aliquid edicebat reliquis, vel cum iis expostulabat, atque etiam minabatur[a]. Est hîc *loqui*, cum authoritate præcipere, consulere, minari[b]. Olim, cùm in communibus conventibus, sive sub Judicibus, sive sub Rege Saule, Davide, Salomone, *loqueretur*[c]) *Ephraim*, (i. e. vel, 1. Tribus Ephraim[d], viris & opibus pollens*. Quando cum Gedeone expostulavit, aut cum Jepthe[f]. Sed non videtur extraordinaria illa respexisse[g]. Vel, 2. domus Ephraim[h]: Josua, qui Ephraimita erat[i]: Reges in tribu Ephraim[k]: Jeroboam ejúsque posteri usque ad Achabum; qui, licèt vitulorum cultum invexerint, aliquam tamen Dei veri cognitionem retinebant, necdum ad culmen idololatriæ pervenerant[l].) *tremor*, vel *terror*, Ti. M. P. Calv. Mo. (sub. *erat*, P. sic M. V. &c. & sub. *audientibus*, V. i. e. tremendâ majestate præditus[m]: populus eum reverebatur; ad summam enim dignitatem evectus erat. Confer Jos. 4. 14. Dan. 5. 19[n]. Summâ erat auctoritate[o], tum apud vicinas gentes[p], tum apud reliquas Tribus[q], quæ reverenter eum audiebant, plurimúmque tribuebant illius sententiæ. Confer Job. 29. 8, 9[r]. Sensus, q. d. Quando colebat Dominum, imperabat omnibus, & omnes qui audiebant tremebant †.) *elevavit ipse* (vel, *extulit se ipse*, Calv. *exaltatúsque est*, M. *sublimis erat*, Q. in V. *princeps factus est*, Ti. *extulit ipse*, D. sic P. V. sub. *regnum*, Q. in D. vel, sub. *caput suum*, P. H[s], obtinuit Regiam dignitatem[t],) *in Israel*, Mo. &c. [Alii verba aliter reddunt.] *Quum loqueretur*, sive *eloqueretur*, (scilicet, antequam coleret Bahalem, ex collatione membri sequentis[v];) *Ephraim tremorem*, Pi. JT. (i. e. minas, quibus tremefaceret subditos obedientiam detrectantes[x], aliósque[y]: vel, *horribilia*, id est, impia dogmata, quæ piis terrori sunt, tum ob peccatum & peccantium securitatem, tum ob ingentes calamitates quarum hæc sunt semina: quanquam alii politicè intelligunt de seditiosis Decem tribuum vocibus[z].) *eum* (scilicet tremorem[a]) *excitabat*, vel *attollebat*, sive *efferebat*, *in Israele*, JT. Pi. i. e. gravissimè commovebat totum Israelem[b], sive decem Tribus[c]. Vel, *efferebat se*, vel *caput levabat*, *in Israel*. Hoc fuit initium idololatriæ. Cultum vitulorum sequutus est cultus Baal[d]. Vox רְתֵת sociam non habet nisi in Syriaco*. Chaldaica magis est quàm Hebræa, quomodo etiam exstat Chaldaicè flexa Ex. 15. 15. idémque valet quod רֶטֶט Jerem. 49. 24[f]. ¶ *Et*, &c. וַיֶּאְשַׁם

Margin notes (Cap. XIII): [a] Tar. — [b] Riv. — [c] G. — [d] D. G. — * G. — [f] Par. in Riv. — [g] Riv. — [h] D. — [i] Par. in Riv. — [k] Pi. — [l] Riv. — [m] D. — [n] Liv. sic D. — [o] D. — [p] D. sim. M. — [q] D. sim. G. — [r] G. — † V. — [t] Idem. — [v] Pi. — [x] Idem. — [y] Jun. — [z] Mer. — [a] Pi. — [b] Jun. — [c] Pi. — [d] Mer. — * Æ. — [f] Tar.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

וַיֶּאְשַׁם בַּבַּעַל וַיָּמֹת] *Et* (vel, *Sed*, M. P. Ti. *Sed simul ac*, JT. Pi.) *deliquit* (vel, *peccavit*, M. *reatum contraxit*, Pi. sic JT.) *in* (vel, *cum*, JT. Pi.) *Baal*, Mo. Ti. P. (i. e. & ipse coluit Baalem, & alios ad colendum adegit [g]; nempe tempore Achabi, 1 Reg. 16. 31 [h]. Etiam vituli Hebræis vocantur בְּעָלִים, quia Deus tales imagines, contra Legem suam sibi factas, à se abalienat, neque pluris facit quàm eas quæ falsis numinibus excitantur [i]. [Alii *Baal* hîc strictè accipiunt prout à vitulis distinguitur.] Cultus Baalis gravior erat, & minùs excusabilis, quàm vitulorum [k]. Ideo toleravit initio Deus Jeroboamum, &, ut ad pœnitentiam illum revocaret, maximis eum benedictionibus affecit. Sed cùm in peccatis pergerent posteri, & crimen adaugerent [l], & se gentium inquinamentis polluerent, ità ut nihil à profanis differrent [m], tunc mutata fuit Regni conditio [n].) *&* (vel, *ideo*, G.) *mortuus est*, Mo. &c. i. e. exitio addictus [o], exsilio, servituti & morti devotus [p]. Metonymia satis frequens [q]. Actus secundus pro actu primo. Sic Gen. 2. 17. *morieris*, i. e. mortis pœnam incurres, ut pro mortuo habearis. Vel, *mortuus*, i. e. non leviter labefactatus: opponitur præced. *terrori*. Mortuus homo non magìs homini terrori est quàm mortuus leo lepori [r]. *Mori* dicitur populus qui penitùs deletur & exstinguitur, ut Amos. 2. 2. Vel, *mortuus*, i. e. incidit in varias calamitates & clades [†]. Vita ærumnosa pro morte habetur; unde exsules *mortui* dicuntur. Vide Ezec. 37 [*]. Al. amisit authoritatem suam [t], quâ tremefecit subditos. *Mortui non mordent* [v]. *Mortuus est*, morte, 1. naturali; non quidem actu, sed merito, sententiâ & destinatione: 2. spirituali; quâ gratiâ Dei privabatur: 3. civili; quâ Regnum dignitate suâ excidit, & penè funditus interiit [x]. [Ca. versum sic reddit, *Loquente Ephraimitâ, tremitur, tantus est inter Israelitas: & tamen crimen commisit in Baale, quo morietur.*]

2. *Et nunc* (vel, *Nunc verò*, JT. Pi. Nunc etiam, postquam moniti fuerint & castigati [y],) *addiderunt*, &c.] Vel, *addunt peccare*, D. &c. Non tam progressum denotat [z], quàm perseverantiam in peccatis [a], majorum suorum, Jeroboami & Achabi [b]. Objici poterat, Si excisus fuit Ahab ob cultum Baal, unde fit quòd, sublato idoli illius cultu, nobis adhuc minaris? Respondet, Quia pergitis peccare. Manserunt apud eos reliquiæ Baalis: perstabant in cultu vitulorum, & omnis emendationis spes decollaverat [c]. Procedunt in pejus [d].

¶ *Feceruntque sibi* (Ipsi nempe Israelitæ non idola ab aliis facta adorârunt, sed sibi fecerunt; id quod crimen exaggerat [*].) *conflatile* (vel, *fusile*, D. Vitulis sc. non contenti, suos quisque deos, veluti penates, habuit [f].) *de argento suo* (hoc est, vel, ex auro quod argento suo comparârunt [g]; vel, ex argento quod auro obductum erat [h]. Vel, *de pecunia sua*, D. Riv. Vituli vel ex auro conflati erant, vel deaurati [i]. Vide Hos. 8. 4, 6 [k]. Sed materia illa pecuniâ fuit comparata, quæ *argentum* dicitur [l].) *quasi similitudinem* (vel, *juxta*, vel *quasi, similitudinem*, ο'. in Riv. vel, *in*, sive *ad*, *similitudinem suam*, Ch. Sy. תְּבוּנָם videntur derivâsse à בָּנָה *ædificare*, sive *fabricare*, quasi *tebuna* esset exemplar, vel similitudo; quâ significatione vix reperietur [m].) *idolorum*] Sic ο'. Ar. vel, *idolum*, Sy. vel, *simulacra*, Ch. Certum est עָצָב poni pro *idolis* in 1 Sam. 31. 9. 1 Par. 10. 9. 2 Par. 24. 18. Esa. c. 10. v. 11. & 48. 5; quibus in locis Græci posuerunt εἴδωλον, alibi γλυπτόν. Sensus est, Non contenti vitulis, veteri peccato, *fecêre sibi etiam simulacra argentea, ad imitationem* eorum quæ habebant profanæ gentes, *formâ* scilicet *humanâ*, quod hîc addit Chaldæus [n].

¶ וַיַּעֲשׂוּ לָהֶם מַסֵּכָה מִכַּסְפָּם כִּתְבוּנָם עֲצַבִּים] *Et* (vel, *Nam*, Ti.) *fecerunt* (vel, *faciunt*, Pi. *parant*, JT.) *sibi conflatile* (vel, *fusile*, Ti. vel, *fusione*, JT. vel, *fusiles imagines*, Pi.) *ex argento suo in intelligentia sua*, (vel, *pro intellectu suo*, JT. Pi. *prudentiâ suâ*. D. *juxta intelligentiam suam*, P. Ti. Calv. carnalem scilicet, quam hîc opponit sapientiæ & Legi Dei [o]. Addit hîc *intelligentiæ* nomen, ut ostenderet cultus Israelitarum vitiosos fuisse, quia fundati non sunt in mandato Dei, sed in hominum intelligentia. Non permittit Deus hominibus in cultu suo sibi sapere, sed sensum sive consilium suum sequi; sed tantùm præbere aurem Deo, & sequi quod præcipit [p]. Vel, *juxta adinventionem intellectus sui*, M. בִּתְבוּנָם in compendio dicitur, pro בִּתְבוּנָתָם. *intelligentiâ suâ:* sed exemplaria nonnulla habent, כִּתְבוּנָם, *secundùm prudentiam*, seu *intelligentiam suam*; quomodo sanè legunt Jon. & ο'. & Hieron [q].) *dolores*, Mo. vel, *terricula*, JT. *idola*, Ti. Pi. & *idola*, P. *idola* scilicet, Ti. [Ca. verba sic reddit, *Sibique fecerunt fusiles argento suo statuas*, &c.]

¶ *Factura* (vel, *Opus*, P. V. D. &c.) *artificum* (vel, *artificiosum*, M.) *totum est*, כֻּלֹּה] *Totum*, Mo. M. *totus ipse* vitulus, P. est *totum hoc*, V. sim. D. Pi. Caret spiritu [r]. Nihil est in eo Divini: nihil amplius quàm materia & manupretium [†], & forma quam ab artifice accepit [t]. Esa. 40. 19, 20. & 41. 7. & 44. 12, 13 [v]. Ità ostendit eos turpiter desipere, quòd, relicto Deo, idolis se prostituerent [x].

¶ *Hi*, &c. לָהֶם הֵם אֹמְרִים זֹבְחֵי אָדָם עֲגָלִים יִשָּׁקוּן] *Illis*, vel *His* (vel, *De eis*, P. vel, *Propter hos*, Q. in D. Quid si, *Propter hæc*, ut referatur ad idola [y]? *De quibus*, JT. Ca.) *ipsi*, vel *illi*, (sub. *sacerdotes*, P. vel, *prophetæ*, Sy.) *dicentes*, Mo. (vel, *dicunt*, ο'. Ar. P. Ca. *dicent*, Ti. *dicebant*, Sy. Al. Propter quæ ipsi dicunt his, M. Interim *de istis dicunt*, Pi. Alii aliis hoc dicunt, & hortantur se invicem ad hunc vitulorum cultum [z]. Plebi hunc in modum dicunt idolorum sacerdotes [a].) *Sacrificantes hominem*, Mo. Calv. (vel, *Immolatores hominum*, P. *Homines sacrificent*, Ti *Qui hominem immolaverint*, Ca. *Immolate homines*, ο'. sic Ar. *O qui sacrificatis homines*, Sy. *Immolantes homines*, i. e. filios suos, sub. *vitulis* [b]. Edicebant sacerdotes ut humano sanguine litarent vitulis, exemplo gentium: vide 2 Reg. 16. & 21. Psal. 106. 37. *Immolârunt filios*, &c [c]. Hunc fœdum morem h. l. perstringit [d]. Sed mos veterum erat, quòd hominem immolabant idolo Moloch, h. e. Saturno; non Baali, aut vitulis, de quibus hîc sermo est [*]. Al. *Homines qui sacrificant*, JT. *Homines qui sacrificare volunt*, Pi. sim. K. *Qui sacrificant ex hominibus*, vel, *Qui sacrificaturi erant*, M. *Homines sacrificantes*, i. e. sacrificuli, Q. in V. *Sacrificantes hominum*, D. Pi. Riv. h. e. Qui ex hominibus sacrificabant [f]. Hellenismus notus [g]. Genitiv. partitivus [h]: ut, *nigræ lanarum* [i], *canum degeneres*, *principes hominum*; sic Esa. c. 29. v. 19. *egeni hominum* [k]: & אָדָם collectivè sumitur [l].) *vitulos osculentur*, Mo. P. Ti. sic JT. Pi. Calv. D. vel, *osculamini*, M. Sy. *osculabuntur*, Ca. i. e. adoranto [m]. Mos osculandi usitatus erat & in cultu Divino. Osculabantur autem vel os ipsius idoli, vel manum suam [n]; quum scilicet simulacrum vel altiùs elevatum, vel longiùs positum, erat quàm ut ab adoratoribus tangi posset [o]. Idololatræ in honoris signum idola sua osculari solebant [p]. Vide Job. 31. 27. Plin. 20. 2. *In adorando dextram ad osculum referimus*. Apuleius l. 4. Asini aurei, *Et admoventes*, inquit, *oribus suis dexteram*—— *ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur*. Ejus moris crebra apud Lucianum mentio. *Manè*, inquit, *surgentes Solem adorant, non ut nos manu deosculatâ perfectas esse preces arbitramur*. Cicero etiam, act. 4. in Verrem, ait, æneum Herculis simulachrum attritum habuisse mentum & rictum ab iis qui illum adorabant; *quia in precibus*, inquit, *& gratulationibus non solùm adorare, sed etiam osculari, solent* [r]. [Sensus itaque loci est,] Tantum tribuunt suis fictis vitulis [†], ut ad eorum oscula eos demum admittant qui suos filios immolant [r]. Significat, sacerdotes edixisse hominibus illis qui ministerio suo offerebant sacrificia vitulis, ut eosdem osculo adorarent [v]. [Alii ultima verba aliter reddunt:] *quia vituli despiciuntur*, Ar. vel, *vitulos adorantes*, Vulg. Sym. & Th. in D. Duplex hîc fuit lectio. Aquila legit יִשְׁקוּן [lege, יִשָּׁקוּן, quæ altera est, nempe textualis, lectio;] vertit enim, καταφιλοῦντες, (*deosculantes:*) id autem est, *venerationis signum exhibentes*, quod Latinè dici solet, *adorantes*. Vide Job. 31. 27. Verùm cùm hîc imaginum cultus à cultu vitulorum apertè distinguatur, melior fortè erit lectio ο'. יִשְׁקְטוּן, i. e. *quiescant* vituli. Satis diu vitulos sacrificavimus: majoribus victimis opus est. μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασι, (*vituli enim defecerunt*,) habent ο'. sensu paulùm diverso, sed ità ut eos legisse יִשְׁקְטוּן appareat [x]. Verbum נָשַׁק, quando absolutè ponitur, semper *adorare* significat [y].

3. *Idcirco erunt quasi nubes matutina*] Sic Ti. D. &c. vel, *manè*, Pi. quæ citò evanescit [z], orto Sole [a]: unde dicimus vulgò, *Nebulosum manè votum peregrinantium*; nam indicat

indicat serenitatem [b]. Non durabunt, ut suprà [c]. Ut talis nubes promittit imbrem, dum se latè extendit, sed statim dissipatur, nullo effectu edito: sic, quamvis ob suam potentiam aliorúmque amicitiam videantur Israelitæ magna minari, statim tamen dissipabuntur à Deo, quando ejus justitia splendescere incipiat [d]. ¶ *Ros matutinus* (ad verb. *matutinans*, i.e. matutinò: participium pro adverbio; ut in Virgilio, *Nec minus Æneas se matutinus agebat*. Quod temporis est ad rorem transfertur *.) *præteriens*, הֹלֵךְ] *Vadens*, Mo. *abiens*, i. e. citò evanescens [f]. Peribunt ità ut non supersint vestigia [g]. Israelitæ splendidi apparent, verùm mox peribunt [h]. ¶ *Sicut*, &c. כְּמֹץ יְסֹעֵר מִגֹּרֶן] *Sicut gluma*, vel *palea*, (propriè est, *palea tenuissima* [i]. Al. *quisquiliæ*, Ca. sub. *quæ*, P. V. Pi.) *exturbatur*, vel *exturbabitur*, (*ejicitur*, V. *turbine propellitur*, P. sim. M. &c.) *ab area*, sive *horreo*, Mo. P. M. ¶ *Et sicut fumus de fumario*; ità Mo. Ca. V. D. מֵאֲרֻבָּה] *Ex camino summo*, JT. Pi. ἀπὸ καπνοδόχης, (*fumario*, vel *camino*,) Th. in G. ἀπὸ καταῤῥάκτου, Sym. in G. Aq. in D. *Catarractes* autem est *foramen in pariete fabrefactum, per quod fumus egreditur* [k]. *De fenestra*, M. qui egreditur *de fenestra*, P. ὁ. verterunt, ἀπὸ ἀκρίδων, (*de locustis*,) decepti vocis ambiguo, quia אֲרֻבָּה, quod *fenestram* aut *fumarium* significat, mutatis vocalibus, significat *locustam*. Ex hac versione lectio altera fluxit vicinitate literarum corrupta, ἀπὸ δακρύων, (*de lacrymis*;) quæ in multis exstat codicibus. Omnium harum varietatum meminit Hieronymus [l]. Similitudo hæc est quâ momentanea rei brevitas arguitur. Seneca in Troad. *Ut calidis fumus ab ignibus Vanescit spatium per breve sordidus* [m]. *Sicut fumus*, &c. qui initio magnum quid esse videtur, sed citò evanescit [n]. His quatuor similitudinibus ostendit, vel, magnitudinem calamitatis quæ idololatras oppressura est [o]; vel, statum Israelis, quantumvis florere videatur, caducum fore & evanidum [p].

4. *Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti*] Ex qua scil. te liberavi [q]. Ellipsis est: Verba hæc curtata ex Decalogi initio. Ante hæc verba quædam sunt posita in editione ὁ. quæ in antiquissimis exemplaribus non fuisse notat Hieron. Adeò veteres quædam in illis libris παραγραφαὶ, (*exscriptorum errores* [r].) Redit ad exprobrationem beneficiorum †. Opponit hîc Deus se vitulis, & suam potentiam bonitatémque idolorum vanitati [t]. Quomodo ergò conversus es ad osculandum vitulum, qui non servat aut satiat te, & reliquisti Deum tuum à diebus antiquis, &c [v]? ¶ *Et Deum absque me* (vel, *præter me*, JT. Pi. &c.) *nescies*, לֹא תֵדָע] *Non novisti*, i.e. expertus es [x]: ut ea monstrant quæ proximè sequuntur. Confer Deut. 13. 2 †. Vel, *agnosces*, V. vel, *agnosceres*, i.e. non deberes agnoscere [z], ut, — *at tu dictis, Albane, maneres* [a]. Nam si unus Deus tibi sufficeit ad redemptionem, cur ad alios vagaris [b]? ¶ *Et* (vel, *Quia*. Copula hîc resolvitur in causalem particulam [c].) *salvator non est* (vel, *nullus erit tibi*, V.) *præter me*] Vel, *Quia nemo potest vos servare* (ab omnibus scilicet malis) *præter me* [d].

5. *Ego cognovi* (vel, *agnovi*, Pi.) *te*] i.e. Pavi te *, ut seq. versu dicit [f], & ut ὁ. & Ch. reddunt. Ibi, scilicet ubi omnia deerant, dedi tibi aquam potabilem, manna, aves [g]: curam tui gessi [h]; ut Psalm. 144. 3 [i]. *Cognoscere*, sæpe est, *diligere* [k]. ¶ *In terra solitudinis*, תַּלְאוּבוֹת] *Solitudinum*, Ti. *inaccessâ*, Ca. *inhabitabili*, ὁ. sic Sy. Ar. *quâ desiderabitis omnia*, Ch. *torridissimâ*, JT. Pi. Heb. *inflammationum*, i.e. quæ ex æstu Solis quasi inflammatur [l]. Videntur לאב cum להב confundere [m]. Referunt ad לַהַב *flamma*. Quod probabile est. Nam & æstus loca arida torrefaciens comparatur flammæ, Joel. 1. 19, 20. & hæ literæ א & ה permutantur, ut in v. 8. capitis 12. annotavimus. Arabicè verò etiam locum torridum & siccum dici לאבה autor est R. Jona. K. etiam hoc nomine intelligit *loca torrida & sicca*, in Radice לאב. *Torridorum locorum*, Mo. *sitibunda*, P. sim. M. BP. Heb. *siccitatum*, i.e. siticulosa & arida [o]; à לָאַב *sitio* [p]: unde in Arabum lingua, לאב אלרגול, *sitit vir* [q]. לָאַב Hebræis id ipsum est quod Arabibus לוּב, quod *sitim* significat: unde *Lub* est terra sitiens, ut Libya à Lucano appellatur, — *per calidas Libyæ sitientis arenas* [r]. Al. *in qua multùm se fatigant* homines, Oecol. quasi sit à תְּלָה, vel לָאָה. Sed unde tum sumes ב, quod in medio semper radicale est †?

6. *Juxta*, &c. כְּמַרְעִיתָם וַיִּשְׂבָּעוּ] *Juxta pascuum*

b D. c G. d Tar. * Riv. ex D. f D. g Oecol. h Tar. i D. Riv. k G. ex Hi. l G. m Riv. ex Liv. n D. o Mer. p Calv. q Tar. r G. † Mer. t Riv. v AE. x Liv. D. Riv. † Liv. z G. sim. Calv. Mer. D. a G. b Calv. c Idem. d G. * V. G. f V. g G. sim. D. h Pi. sic Riv. i Riv. k G. l Pi. m D. ¶ Liv. o V. D. p D. sim. K. BP. q D. e. K. r BP. 4. 33. 326. † Tar.

suum, vel *pascua sua*, Mo. P. M. Ti. D. &c. (vel, *Prout erant pascua eorum*, JT. Pi. Pro fertilitate terræ in qua vivebant. Tralatio est à pecoribus [t]. Quum venerunt in terram pascui sui [v]; terram illam feracissimam [x], Patribus promissam [y].) *&* (Videtur redundare conjunctio, nisi accipiatur pro nota similitudinis, *sic*; vel, pro ו conversivo [z].) *saturati sunt*, Mo. [vel, neglecto ו,] *saturati sunt*, M. P. JT. Pi. ¶ *Et*, &c. שָׂבְעוּ וַיָּרָם וגו׳] *Saturati sunt*, (sub. *inquam*, M. Ti.) *& elevatum est*, &c. Mo. *Simulac saturati sunt, elatum est*, &c. Pi. sic JT. [Ca. versum sic reddit, *Qui, simulac pastu saturati sunt, saturi animum extulerunt*; *ideóque obliti sunt mei*.] Cordis humani malitia faciliùs mala quàm bona tolerat. Vexatio dat intellectum, ut in Manasse & filio prodigo. Sic videmus indulgentiâ familiam corrumpi, severitate justâ in officio retineri. Sic Imperia, cùm florent, diffluunt otio; indéque cùm firmissima sunt, tum demum ruunt [a]. M. Cato apud Gell. 7. 3. *Scio*, inquit, *plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis superbiam & ferocitatem augescere* [b]. Vide Deut. 8. 15, 16 †. ¶ *Obliti sunt mei*] Contrà quàm & ratio ferebat, & Deus monuerat, Deut. 6. 11, 12 [c].

7. *Ero eis quasi leæna*, שַׁחַל] *Leo*, Calv. &c. *vetus leo*, JT. Pi. Leo jam grandior, per ætatem truculentior [d]. *Panthera*, G. ὁ. id enim שחל tum hîc, tum suprà 5. 14 *. ¶ *Sicut*, &c. כְּנָמֵר עַל־דֶּרֶךְ אָשׁוּר] *Sicut pardus* (qui à panthera differt, Plin. 8. 17 [f]. éstque animal crudele [g], & insidiosum [h]: vel, *tigris*, Ca.) *in via*, vel *ad viam*, *Assyriorum*. sive *Assyriæ*, ὁ. Sy. Ar. Ca. Vulg. Liv. &c. Sensus est, *Deum illis in Assyriam opem quæsitum profecturis obstiturum esse*. Consentaneus ille quidem Hos. 5. 13, 14. Confer & Jer. 2. 18, 19. Hos. 7. 12 [i]. [Sed huic versioni & interpretationi duo obstare videntur.] 1. *Assur* aliter scribitur, nempe אַשּׁוּר [k]. Resp. 1. Veteres hîc legerunt אשור: quæ lectio esset percommoda, & fortasse præferenda, si puncta vocalia abessent [l]. Editio Plantin. legit אַשּׁוּר *. At lectionem אשור habent pleræque editiones, & approbant Masora & Commentatores Hebræi †. 2. Nihil dubito quin אָשׁוּר hîc idem valeat quod אַשּׁוּר, quia brevis vocalis cum Dagesch in longam commutatio Hebræis familiaris est [m]. Sic אַבִּיר pro אָבִיר, *robustus*: sic, pro הִחֵל, dicitur הָחֵל; & pro הִחֵל in infinit. הָחֵל: sic, pro אִכַּל, dicitur אָכַל; & pro אַתֶּם, אֹתָם. 3. Hæc forma occurrit in plur. num. Ezec. 27. 6. אֲשֻׁרִים, *congregatio Aschurim*, i.e. Assyriorum †. 2. Quod magis movet, argumentum à scopo deducitur. Hîc enim non loquitur Propheta de aliqua clade accepta dum adhuc ab Assyriorum pendebant auxilio; sed in genere de omnibus pœnis quibus eos affecerat & affecturus erat Deus ob peccata quorum antea meminerat, superbiæ nempe & oblivionis; ídque indè ab introductione eorum in terram Canaan [n]. Chaldæus & alii Interpretes non nomen volunt esse proprium אשור, sed verbum [o]: appellativè ergò sumunt [p]. [Sed locum diversimodè reddunt.] *Super*, vel *ad*, (vel, *propter*, G.) *viam observabo*, Mo. D. vel, *contemplabor*, Pi. à שור *observare*, *intueri* [q]. Sed sic addendum fuisset affixum ם, hoc modo, אֲשׁוּרֵם, *speculabor eos*. Pronomini enim præcedenti לָהֶם debuit in posteriori aliud respondere *. Quasi verò frequens non esset ellipsis pronominum. Deinde, non necessarium est pronomen; nam & hoc pacto reddi & exponi potest, *Et sicut pardus juxta viam*, (scilicet, speculatur ut perdat, sic ego) *speculabor*, scilicet, vias eorum, ad occidendum eos. Frequentissimæ sunt hæ locutiones ellipticæ †. Vel, *directus*, Mer. vel potiùs, *grassans*, sive *gradiens*, Mer. D. ut sit participium ab אָשַׁר [r]. Alii, *insidiabor*, Ti. G. D. simil. Ch. qui mos pardo, Jer. 5. 6 †. Scaliger, *Cùm*, inquit, *saltu in arborem quampiam se dederit, in ea latitat, unde in viatores aut alias feras insiliat* [t]. q. d. Efficiam ut undique in insidias incidant [v]. Aggrediar eos *ut leo*, i. e. apertâ vi; & *ut pardus*, i.e. ex insidiis [x]. [Alii verba aliter reddunt:] *juxta viam tritam*, P. vel, *conculcatam*, V. Al. *paratus*, vel *accinctus*, sub. *ad prædam*, Q. in V. Al. *qui directus est ad viam*, M.

8. *Occurram eis*] Ità P. &c. vel, *Occurri eis*; futur. pro præt [y]. ¶ *Quasi*, &c. כְּדֹב שַׁכּוּל] *Ut ursus orbatus*, Pi. D. G. &c. scilicet catulis suis [z]: tunc enim maximè sævit [a]. Vide 2 Sam. 17. 8. Prov. 17. 12. item Plin. 8. 36. Ælian. 2. 19 [b]. Sic etiam leænæ & tigridis descrip-

t D. Riv. v RS. sim. x E. & K. & V. Pi. Mer. y Mer. sim. V. z Mer. z Riv. a Mer. b Liv. † G. c G. d Mer. * G. f Idem. g Riv. h Tar. i Liv. k D. sim. RS. l BA 1. 3. 7. 791. * Cap. crit. † Buxt. vind. 2. 6. 517. m Liv. † Buxt. vind. 561. n Riv. o G. p Riv. q D. Riv. * Cap. crit. † Buxt. vind. 2. 8. 560. r D. ex M. sic V. t G. fr. D. v D. x G. y D. y Q. in V. z D. G. Pi. Riv. a D. sim. G. ex Hi. b Riv.

descriptiones furentium ereptis catulis habes apud poetas [c]. ¶ *Et dirumpam* (vel, *lacerabo*, Ti. sic D. &c. *laceravi*, Pi. *discerpsi*, Q. in V.) *interiora*, &c. [סְגוֹר לִבָּם] *Clausuram* (vel, *conclusionem*, ό. *membranam*, Sy. *velum*, Ar. *claustrum*, V. sic G.) *cordis eorum*, Mo. P. &c. i.e. præcordia *: vel, pericardium [f]; quod est membrana sive pellis cor undique includens & tegens, unde dicitur *capsula* & *involucrum cordis* [g]. Sensus est, Dispergam populum: nam populus ut corpus, singuli ut membra [h]. Cor clausum aperiam: ut leo [i] aliæque feræ carnivoræ [k] non cessant donec cor habeant [l], illúdque extrahant & devorent [m], & sanguinem hauriant, quo oblectantur maximé [n]. Leonem præcipuè cor appetere testantur Francisc. Alvarez & Scaliger contra Cardanum, aliique naturæ consulti. Notavit id & Homerus Iliad. λ'. versu 115. ἀπαλόν τε σφ' ἦτορ ἀπηύρα, *tenerúmque ipsis cor abstulit* †. Alii per *clausuram cordis* intelligunt pinguedinem cor obstinantem, h.e. obstinatam duritiem, subtiliter verba torquentes: secuti fortassis Chald. qui reddit, *impietatem cordis eorum*; & K. qui vertit, *cor eorum quod ità clausum est*, pinguedine scilicet, h. e. duritiâ, ut non intelligat. Prophetæ quidem *cor pinguedine obductum* dicunt pro inflexibili, ut Esa. 6. 10. sumptâ metaph. à rebus corporeis, in quibus omne pingue sensûs expers est. Sed Hoseas videtur aliò respexisse, nempe ad pœnæ magnitudinem, *Occurram ut ursus*, &c. qui unguibus & dentibus cor hominis impetit, visceráque discerpit *. Al. *obstinatum*, vel *pertinax*, *cor eorum*, M. Ti. Corda vestra ad Verbum & pias admonitiones clausa duris calamitatibus aperientur [o]. ¶ *Consumam eos ibi*] In exsilio [p]: vel, in urbibus eorum [q]. q. d. Qui domi erunt, hostis consumet; qui foris, feræ discerpent, juxta Levit. 26. 22 [r]. Vel, *ibi*, i. e. in ea parte regionis quam invasit Tiglathpil †. [Vel, quidni *ibi* pro *tum*, ut sæpe notatum?] ¶ *Quasi leo*] Faciam ut intereant multi [t]. ¶ *Bestia agri* (i. e. agrestis [v], quam ego eis immittam; vide Ezec. 5. 17. & 14. 21 [x]. Al. Assyrius, fortis & immanis [y],) *scindet* (vel, *diffindet*, Riv.) *eos*] Intelligit foris hoc futurum. Verùm malim allegoricè hæc omnia dici, qu. d. Omnis in illos sævitia ab hostibus exercebitur [z]. *Scindet*, &c. hoc est, populum distrahet [a].

9. *Perditio*, &c. [שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל] Vox hæc est vel, 1. nomen [b], formæ דְּבַר [c], ut mox עֶזֶר [d]: vel, 2. verbum *. [Locum variè reddunt.] *Corruptela tua Israel*, Mo. *Depressio tua*, &c. i. e. A te venit quòd externis traderis [f]. *Tua est pernicies, Israelita*, Ca. *Perditio tua est, ô Israel*, Ti. Quid si vertas, *Corruptus es, Israel* [g]? Al. *Perdidit te Israel*, P. Calv. h.e. Israel seipsum perdidit: ut sit mutatio personæ, quæ satis frequens est: q.d. Tu es causa exitii tui. Vel potiùs, sic, *Israel, perdidit te* aliquid. Indefinitè loquitur: nec Israelem nominat, neque certum authorem exitii designat; sed ostendit tamen Israelem esse perditum, ídque suâ culpâ. Hæc autem suspensa locutio magis emphatica est, quum Israelem ostendit frustrà esse attonitum, & cum Deo litigare [h]. *Perdidit te, ô Israel*, JT. Di. nempe perditor; i.e. Perditio tibi allata est. Locutio mihi est impersonalis: ut, Gen. 16. 14. *vocavit puteum*, nempe is qui vocavit, id est, vocatus est; Mic. 2. 4. *tollet parabolam*, &c. nempe is qui tollet, i.e. tolletur. Vide & Esa. 9. 6. Amos. 4. 2. & alibi passim. Quum enim impersonalibus careant Hebræi, per tertiam personam sive sing. sive plur. num. efferre solent [i]. *Perdidisti teipsum, ô Israel*, Ang. *Perdidi te, ô Israel*, Sy. [ut sit enallage personæ. Alii verò aliquid hîc supplent.] *Perdidit te, ô Israel*, sub. *rex tuus*, Pi. id quod ex sequenti versu per anticipationem subaudit [k]. *Perdidit te*, &c. sub. *vitulus*, cujus suprà meminit [l]. Vitulus quem coluisti fuit causa perditionis tuæ [m]. Sed hæc ellipsis est nimis remota. Alii totam orationem præcedentem pro nominativo subaudiunt: Quod hactenus dictum est de peccatis tuis, illud est quod te perdidit [n]. Al. *Corrupit te*, &c. quis? satietásne, de qua suprà v. 6? an cor tuum [o]? *Perdidit te, Israel*, iniquitas tua, M. sic Belg. de qua dictum v. 2, 6 *. *Ille te corrupit, ô Israel*, nempe Ephraim, cujus mentio & præcessit & sequitur. Ille nimirum Israelem, hoc est, decem Tribus, in has deduxit angustias per Regem suum Jeroboam: id quod seq. versu innuitur [p]. ¶ *Tantummodo*, &c. [כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ]

c G. * G. sic Jun. Pi. Ca. f Liv. ex Calv. D. g Liv. D. Riv. h G. i O col. k Tar. l O col. sim. Mer. m Tar. n Oecol. † BA. 3. 2. 741. * Wal. de num. antiq. cap. 11. p. 955. in Crit. o Mer. p Idem. q K. in Mer. sic D. Riv. r Riv. ex D. † Pi. t G. v Riv. ex D. x Tar. y G. z Mer. a G. b Mer. Q. in Riv. c Q. in Riv. d Mer. * Riv. &c. f G. g D. h Calv. i Di. k Riv. l K. in Mer. m V. n Riv. o D. * Belg. p Belg.

Τὸ כִּי hîc difficultatem facit [q]. [Variant.] *Quia in me in auxilio tuo*, Mo. *Sed* (vel, *Quia*, Calv. K.) *in me* (sub. *est*, M. vel *erat*, K.) *auxilium tuum*, P. M. Ti. Di. Calv. D. ב sæpe nominativum format: de quo pluribus egimus Psal. 55. 19. & 68. 5 [r]. ב hîc eleganter repetitur †; id quod ἀντίστροφον efficit: ut 1 Par. 7. 23. כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ, *Quia in malo erat domus ejus*, vel, *malum erat in domo ejus* [t]; Job. 18. 8. כִּי שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו, *Quia immissum est rete in pedes ejus*, vel, *immissi in rete sunt pedes ejus*: ità & h. l [v]. Ad verb. *in me auxilio tuo*. Constructionis hæc vis est, qu.d. *Ego in auxilio tuo sum, & auxilium tuum est in me*. Nec dissimile planè cùm Caph iteratur, ut Gen. 44. 18. Jes. 24. 2 [x]. Sensus est, q.d. Ego nunquam tibi defui; in me semper promptum reperisti auxilium: quî fit ut nunc tibi non auxilier? ut me frustrà invoces? Nimirum quia malitiâ tuâ januam occludis gratiæ meæ [y]. *In me*, non in Baale, in Regibus, urbibus, fœderibus, &c †. *Sed in me quod in auxilio tuo*, He. in D. q. d. Quod tibi auxilio esse potest, id à me tibi petendum & exspectandum est: non est quòd penitùs desperes [z]. *Alioqui in me erat auxilium tuum*, h.e. Nisi hoc obstitisset, ego tulissem tibi opem [a]. *Nam si in me sperâsses, auxilio tibi fuissem*. Hæc expositio maximè convenit Hebræis vocibus, & אֱהִי, quod sequitur, cum his verbis connectit. Eundem sensum habet Chaldæus [b]. *Quum in me, in auxilio tuo*, (id est, qui sum auxilium tuum; appositio [c];) staturus esses, JT. *Sed per me, per auxilium tuum*, (id est, qui sum auxiliator tuus,) servatus fuisses. Hoc supplementum peto ex versu sequente, ubi de Rege Israel dicitur, *servet te* [d]. *Cùm meum sit tibi subvenire*, Ca. Cupio te servare, defendere, &c. quod est verè Deum esse. Sed hoc seriò conantem facere tuis peccatis impedis *. *Sed in me est* quod esse, vel tendere, possit *in auxilium vestrum*, Belg. [Alii totum sic accipiunt;] *Perdidit te*, nimirum hoc, *quòd in me, in auxilium tuum*, sunt, (emphaticè, q. d. in eum qui tibi auxiliator erat, cujus auxilio destitutus, non mirum est si perditus sis [f]:) subaud. *rebellâsti*, Glas. ex Tar. Riv. ex K. vel, *perfidè egisti*, ex collat. Hos. 5. 7. & 7. 14 [g]: vel, sub. *non es reversus* per pœnitentiam, ut sæpe te monui. Utrumque enim verbum, בָּגַד, Hos. 5. 7. & 6. 7. & שׁוּב, Hos. 12. 6. cum ב construitur; & scopus hoc supplementum requirit. Ità non perit antithesis inter hominum culpam & Dei gratiam; sed illa utroque exaggeratur magis, quòd etiam Deus voluerit esse auxilium, quando contra illum rebellabant Israelitæ [h]. Tremellius olim putabat, colligi posse [nominativum præcedenti verbo] ex sequente membro, *Cùm in me fuerit auxilium tuum, perdidit te, ô Israel*, subaud. auxilii alieni fiducia [i]. Al. *Corruptioni tuæ, Israel, quis auxiliabitur?* ό. sim. Ar.

10. *Ubi*, &c? [אֱהִי מַלְכְּךָ אֵפוֹא] *Ero*, Mo. Oecol. (vel, *Ero*: Calv. vel, *Sum*: Q. in D.) *rex tuus ubi?* Calv. sic Mo. Oecol. q. d. Vide in quibus confidis. Reges tam exteri quàm domestici ubi sunt? ego autem, etsi à me discesseris, manebo Deus & Rex tuus in perpetuum [k]. Ego ero stabilis in perpetuum: me tamen abjecisti [l]. Oppositio est inter Deum, Regem æternum populi, & Regem terrenum, &c [m]. *Sum*. *Esse* dicitur propriè Deus, quia æternus & incommutabilis; unde vocatur יְהוָה, i. e. τὸ ὄν, vel, αὐτὸ τὸ ὄν. Ergò ego, inquit, qui vos rexi olim, idem semper maneo, non mutor: sed *rex vester*, quem in meum locum substituistis, *ubi nunc est?* q. d. periit [n]. Commemoravit Deus qualis fuerit erga populum suum hactenus: deinde sumit pro confesso se non mutari, sed præditum esse æquabili bonitate & indefessâ, se constanter beneficum esse & paratum ad eos juvandos; ideóque Israelem esse aliunde perditum, & cursum bonitatis Divinæ impediri illius malitiâ. Excutiant ergò seipsos & culpam agnoscant, & me liberatorem sentient [o]. *Ego ero firmus, rex autem tuus ubi?* Sensus, Me, qui ab æterno sum, & ero, deseruisti, & fiduciam tuam in mortalem hominem collocâsti [p]. [P. hæc verba cum sequentibus sic reddit, *Ero in perpetuum, sed rex tuus nunc servet te*.] Al. *Sum rex tuus*, Tremel. in Liv. Ità אֱהִי est fut. ab הָיָה *fuit* [q]. *Ubi* (sub. *est*, Ch. Sy. ό. Ar.) *rex tuus jam?* sive *nunc?* Ch. Sy. Ca. D. Mer. vel, *iste?* ό. Ar. *Ubinam* (sub. *est*, JT. Pi.) *rex tuus? ubinam?* Ti. sic JT. Pi. אֱהִי, per metathesin literarum, (& commutationem punctorum vocalium [r],) positum

q Riv. r Di. † Mer. sic Glas. t Glas. gram. 4. 2. 5. 675. v Glas. sic D. x D. y Calv. † Belg. z D. ex He. a V. b G. c Jun. d Pi. * Mer. f Riv. g Idem. h Tar. i Riv. k Oecol. l K. m Q. in Riv. n Q. in D. o Calv. p M. q Liv. r Riv.

positum est pro אֵיֵה *ubi* †, ut mihi persuasissimum est [t]. Confirmatur ex voce sequente אֵפוֹא, quæ huic interrogationi adjungi solet; ut Jud. 9. 38. Job. 17. 15. & Esa. 19. 12 [v]. Qui autem vertunt, *Sum: ubi est, rex tuus?* dictionem illam contra se habent: nam אֵפוֹא nunquam interrogat de loco, sed de tempore [x]. *Ubi rex*, &c? q.d. Nusquam est: cares jam Rege. Loquitur de re paulò pòst futura tanquam de præsenti [y]. Reges pluris fecisti quàm me: ubi nunc Regi suæ vires [z]? ¶ *Salvet*, &c. [וְיוֹשִׁיעֲךָ] *Servet* (vel, *Et servet*, Mo. *Is servet*, JT. Pi. *Ergò servet*, G. *ut servet*, D. Riv. vel, *qui servet*, D. Ca. Riv. nam & modò ponitur pro ἵνα, *ut*; modò pro אֲשֶׁר, *qui* [a].) *te in* (vel, *cum*, G.) *omnibus civitatibus tuis*, Ti. &c. sub. *jam obsessis ab hostibus*, V. *In urbibus tuis*, quas inexpugnabiles putas. q. d. Etsi Rex tuus militibus instructus sit & præsidiis, nihil proderit [b]. *Servet te*, si potest: nam id de Regibus exspectâsti, 1 Sam. c. 8. 20 [c]. Verbo *servandi* utitur, ut perstringat eorum impietatem, qui quod proprium Dei erat in Regem transferre non verentur: nam v. 4. dixerat se solum esse servatorem †. ¶ *Et judices tui*] i. e. Vel, 1. magistratus tui qui Reges præcesserunt. q. d. Etiam illi in communem omnes locum abierunt. *Judices* hîc vocat rectores & præsides. Vel, 2. Reges: ut in Amos. 2. 3. *Exscindam judicem*, &c. ubi de Rege Moab loquitur [d]. Vel, 3. Principes *, vel præfecti à Rege positi [f]. ¶ *De quibus dixisti, Da mihi*, &c.] q.d. Quos constituisti de sententia tua, non pro voluntate mea [g]. Cùm Regem petiverunt, simul voluêre & præfectos regios [h]: nam eos constituere inter jura est Regis, 1 Sam. 8. 12 [i]. nec sine eis poterat Rex dari *.

11. *Dabo* (vel, *Dedi*, D. G. &c.) *tibi regem in furore meo*] *Regem*: i. e. vel, 1. Assyrium; quem Regem illis daturus erat [k]. Sed de eo dici non poterat quod sequitur, *auferam in ira* [l]. Vel, 2. Saulem [m]. Non placet, quia Saulis electio ad omnes Tribus pertinebat: loquitur autem hoc loco de Decem tantùm tribubus [n]. Vel, 3. Jeroboamum [o]: qui datus est ab irato Deo, cùm domum Davidis punire decrevisset [p]. Vel, 4. indefinitè, i. e. Reges datos & ablatos eis ex quo Davidis familiam rejecerant [q]. *Dedi regem*, jam sæpius: i. e. Iratus peccatis vestris sivi vos per seditiones ac cædes mutare Reges pro lubitu. Vide 2 Reg. 15 [r]. Plurimæ enim tunc erant Regum mutationes in Israele †. ¶ *Et auferam*, &c.] Vel, *recipiam*, D. scilicet quem nunc habes, Hoseam [t], per Assyrios [v]. Ità malè facta pejùs dilabuntur [x]. Israelitarum tergiversationem hoc versu occupat. Dedisti, inquiunt, Regem nobis: cur jam non frueremur dono tuo? Respondet, non justam fuisse petitionem, sed eos per seditionem extorsisse; ideóque Deum iratum & concessisse eis Regem, & ablaturum fore [y].

12. *Colligata est* (vel, *Servatur*, JT. sub. *apud me*, P.) *iniquitas Ephraim*] Ità M. Pi. sic Mo. P. Liv. D. &c. ut nummi in marsupio [z], qui probè conclusi & obsignati asservantur in diem conditum, nè fraudi sit si differatur solutio. Quibus favet Job. 14. 17 [a]. Sic & Matt. 16. 19. *ligari* peccata dicuntur, quæ non remissa in pœnam retinentur [b]. Omnia simul mihi obhærent, ut quæ in fasciculum constringuntur, nè quid excidat [c]. *Colligata*, vel, *quasi constricta in fasciculum*; nam צְרוֹר *fasciculus* [d]. Sensus, q. d. Maximè memor sum iniquitatis eorum *. Licèt non puniatur illico, reservatur tamen, peccatum [f]: ut suo tempore pœnam tandem meritam rependat [g]. Confer Psal. 130. 3. Hos. 9. 9 [h]. Non obliviscar ejus, ut illi obliti sunt mei [i]. Intelligit eos frustrà sibi blandiri ob datas inducias. Deus, inquit, licèt ad tempus conniveat, non dormit tamen, nec cæcutit, sed obsignat peccata vestra, eáque clausa tenet, idque sedulò & perpetuò, quasi sub sigillo, donec tempus justum revelationis venerit [k]. ¶ *Absconditum peccatum ejus*; ità Mo. sim. M. [צְפוּנָה] *Reconditum*, P. Pi. &c. *Reservatum*, V. *Repositum*, ut id quod suo tempore reddi debet [l]; vel, ut thesaurus reconditus [m], ut Job. 21. 19 [n]. sic Deut. 32. 34. Confer Rom. 2. 5. *Thesaurizas tibi iram*, &c. & Virgil. Æneid. 1.——*manet altâ mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ* [o]. Sensus, Futurus sum memor [p]. Ut Deus *oblivisci peccatorum* dicitur, & *chirographum lacerare*, Col. 2. 14. cùm ea non imputat, nec punire vult; ità, è contrà, *recondere* quæ punire statuit. q. d. Etsi Ephraim ipse peccati sui non recordetur, putétque me, quia conniveo, ejus oblitum esse; ego tamen satis recordor, velut qui debitum quod exigere decrevit consignat memorialibus libris, nè memoriâ excidat [q]. *Reconditum est*, nempe apud Deum, ut suo tempore puniat [r]. [Ca. locum sic reddit, *Ephraimitæ arctum crimen, intimum peccatum est.*]

13. *Dolores parturientis venient ei*] Ità, Pi. Ti. &c. Id est, maximi & gravissimi †, Matt. 24. 8 [t]. inevitabiles atque inopinati [v]. Similitudine puerperæ declarat angustiam Israelitis futuram, ut Esa. 13. 8. Jer. 30. 6 [x]. Perstringit hîc securitatem impiorum [y], qui manum Dei contemnebant, & æternam sibi pacem promittebant; quibus hîc repentinum minatur exitium [z]. ¶ *Ipse* (i. e. vel Ephraim, vel unusquisque Israelitarum [a],) *filius* (vel *fœtus*, V.) *non sapiens*] Id est, stolidus [b], maximè insipiens. Hebræi enim quod volunt vehementissimè asseverare, præcipuè in vitio, per negationem contrarii describunt; ut Esa. 42. 3. &c [c]. Prorsus dementatus est, quia judicium impendens non agnoscit [d]: noluit verbo Dei acquiescere *, aut Prophetas audire, quo sibi cavisset, nec periclitatus esset; aut à peccato resipiscere [f], quæ vera est sapientia [g]. Quasi fœtus sibi non consulens, neque ex utero erumpens. Vide Cant. 8. 14 [h]. ¶ *Nunc*, &c. [כִּי עֵת לֹא־יַעֲמֹד בְּמִשְׁבַּר בָּנִים] Locus obscurus [i]. *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Alioqui*, Ti.) *tempore* (vel, *per tempus*, M. cùm tempus est [k]: vel, *diu*, Ti. Ang. vel, *nunc*, ο'. Vulg. Antiqui omnes legebant עַתָּה, *nunc*, quod scribi solet עַתָּה [l]. Vel, tanto *tempore*, JT. Pi. Tar. parvo *tempore*, P. longo *tempore*, D. Ellipsis adjectivi [m], ut sæpe: sic, *humero*, pro *humero uno* [n]. Sic 1 Reg. 22. 10. *induti vestibus*, intellige, *pretiosis*; Esa. 1. 18. *sicut lana*, sub. *alba*, postulante sententiâ [o]. Et videtur esse synecdoche, pro *momento uno*. Scholia Ebraica enarrant, *tempore uno* P.) *non stetisset*, vel *staret*, (vel, *non maneret*, JT. Pi. D. vel, *stetisset*, P. V. [neglecto לֹא;] *subsistet*, ο'.) *in ruptura alvi* (vel, *in vulva*, P. *in partu*, M. Ti.) *filiorum*, Mo. P. M. Ti. vel, *in ore matricis*, JT. Pi. *in nixu filiorum*, vel potiùs, *in matrice* [q]: *in fractura*, sive *ruptura*, sive *confractione*, (vel, *contritione*, ο'.) *filiorum*, vel *fœtuum*, V. Calv. D. Pi. i. e. ex matrice [r], ex ore sive angustia uteri materni †. Vocatur מַשְׁבֵּר, quòd in nixu quasi rumpatur [t]: vel, quòd illic fœtus confringantur [v]. *In loco unde erumpunt filii*, G. sim. Ang. id enim מַשְׁבֵּר 2 Reg. 19. 3 [x]. *Non maneret*, sed citò erumperet, nè, vires amittente matre pariente, enecaretur [y]. Alludit ad partum, in quo mulier, si cohibeat anhelitum suum, & vires suas nixúsque contrahat, & se & partum enecat: neque enim potest sine magno nixu parere [z]. *Quia tempus est ut non maneat in ore matricis filiorum*: & tamen manet. Hoc signum insipientiæ [a]. *Fœtum stolidum* vocat qui non statim conatur eximere se angustiis maternis, egredi & prodire in lucem, sed diu moratur illic, ubi confringitur ac conteritur [b]. Sunt puerperii dolores graves; sed in ruptura fœtûs, & post rupturam, si in vulvæ angustiis hæserit, longè acerbissimi. Qua de re vide 2 Reg. 19. 3 [c]. *Nunc enim adducam super eum angustiam qualis est fœminæ sedentis in sella partûs, nec volentis parere*, Ch. in D. [Ca. versum sic reddit,] *Eum parientis dolores invadent, filius est insipiens: sed erit cùm non manebit in angustia pariendi*, vel, *in angustia natorum*: i. e. in dolore qualis est parturientis cùm fœtus est in uteri faucibus [d]. [Hæc de cortice verborum: videamus jam quæ medulla, sive loci sententia.] *Fracturæ filiorum* nomine crux intelligenda venit, per quam, tanquam per angustum os matricis, omnes peccatores, si in veram lucem vitámque prodire volunt, transeant necesse est. Plerique flagellantem Dominum necdum sentiunt, qui cuivis potiùs quàm meritis suis imminentem calamitatem transcribunt, &, quò magis cruce à Deo, ut è tenebris ad veram lucem educantur, premuntur, eò magis reluctantur, & quasi adversùs Deum renituntur, dum in illis angustiis pereant. Hujusmodi sunt insipientes. Quamvis autem in puerperio propriè dicto infans, utpote expers rationis, stoliditatis accusari non potest, &c. in partu tamen metaphorico, qui sunt in angustiis id sentire debent, & conari enitendo ut quàm primùm egrediantur, Dei manibus velut obstetricantis se committentes. Optimè exprimit populi stuporem atque pervicaciam, quòd, ad extremum

extremum redacti, non potuerunt eniti ut propinquum excidium effugerent, sed obtorpuerunt, donec tandem abortivi instar extincti sint; & in sordibus peccatorum, in pressura indignationis Dei atque in faucibus mortis malebant hærere, cum præsente suo & Regni exitio, quàm sese ad regenerationem & novam vitam componere *. Cùm deberent gemere & se humiliare sub manu Dei, illi obduruerunt ad pœnas, & cor suum comprimebant, partim ferociâ, partim stupore, partim desperatione; nec nitebantur ut tandem optabilem haberent malorum suorum exitum, sed mortem sibi spontè accersebant [f]. Allegoria significat Ephraimum non sapere, quòd tam diu differat pœnitentiam agere, ac sic semet eximere è calamitatibus [g]. q. d. Gravissimas de eo sumam pœnas, & tamen non resipiscet: nam est tanquam fœtus insipiens, &c [h]. Sensus est, futuras maximas tribulationes ob peccatum populi [k], quas primo tempore evasisset, si pœnitentiam egisset [l]: ea est Domini clementia [m].

14. *De manu*, &c. מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם וגו׳] *E manu* (vel, *De loco*, M. *De potestate*, P. D. JT. Attamen *è potestate*, Pi.) *inferni*, sive *inferorum*, (vel, *sepulchri*, M. JT. Pi. Calv. Riv. שְׁאוֹל Ebræis significat locum mortuorum secundùm corpus & secundùm animam [n].) *redimam eos*, *à morte redimam eos*, Mo. P. Calv. sim. JT. Pi. Intellige sub conditione: q. d. *Redimam* quantum in me est, vel, nisi per ipsos staret. Sed obstat populi durities, qui malunt centies perire, quàm se convertere ad Dominum [o]. Al. *redimerem*, vel *liberarem*, vel *redemissem*, &c. Ti. D. G. Oecol. & K. in Mer. i. e. eriperem eos ab exitio, à periculis ad sepulchrum ducentibus [p]: subaudi, *si sapientes fuissent* [q], si pœnitentiam agerent. Hebræi, quia potentialem modum non habent, coguntur abuti futuro indicativi [r]. Significat, per eos stare quò minùs è periculis malisque suis liberati sint: se enim semper paratissimum esse ad eos liberandos †. ¶ *Ero*, &c. אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת אֱהִי קָטָבְךָ שְׁאוֹל] *Ero pestis tua*, (vel, *mors tua*, P. *perditio tua*, Calv. *pestes tuæ*, M. D. omnimoda pestis; aut est enallage numeri [t], plur. pro sing [v]. Pestis דֶּבֶר dicitur, *à perdendo*, an *à decernendo* [x]? דְּבָרִים est ambiguum [y], quia significat & *verba*, & *pestes* [z]. Hîc verò *pestes* esse patet ex circumstantia loci, & conjunctione cum sequenti nomine [a], קֶטֶב, quod *excidium*, sive *exitium*, denotat [b]; & manifestè ex collat. Psal. 91. 6. ubi etiam קֶטֶב & דֶּבֶר junguntur [c].) *mors*, vel ô *mors*, Mo. Ca. P. (vel, *ad mortem*, M.) *ero excisio tua*, (vel, *excidium tuum*, M. *lues tua*, Ca. *morsus tuus*, P. Vulg. Riv. *plaga tua*, Sym. & Th. in D. *occursus tuus*, Sym. in D. *aculeus tuus*, Riv. ex o'. Quicquid enim pertundendo & perfodiendo repentè penetrat impetu vehementissimo, ut cuspis acuta solet, id Ebræis nomine illo designatur [d].) *inferne*, vel *sepulchrum*, Mo. P. Calv. &c. vel, *ad sepulchrum*, M. Sensus, Ero tibi vice pestis, excîdam te & perimam *. *Essem pestis tibi*, ô *mors*; id est, omnia mortifera extinguerem; ut in Sennacheribi exercitu factum est postea: *excidium tibi*, ô *sepulchrum*. *Sepulchrum* hîc intelligit fossam in quam toti populi conjiciuntur, ut fit in publicis cladibus [f]. Si saperent, neque mors neque sepulchrum quicquam contra eos valerent [g]. Ego, inquam, de faucibus *mortis & à sepulchro* ipsos *liberâssem eos*: nunc autem, cùm non resipuerint, ero illis crudelior quibuscunque *pestibus*, absque ulla *pænitudine* & commiseratione [h]. *Ero exitium tuum*, &c. nempe nisi obstaret populi ingratitudo. Commendat hîc Dei virtutem; qu. d. Etiamsi jam mortui sint homines, nec ulla spes appareat secundùm sensum carnis, hoc tamen non obstat quò minùs Deus eos vivificet: quamvis mors absorbeat omnia, Deus tamen eâ superior est, quia ipse eam interimit [i]. Itaque confirmatio hæc est superioris sententiæ, Israelitas suâ culpâ angustiis suffocari; quòd Dei gratiam rejiciant, & potentiæ resistant, quâ enitebatur eos saluti restituere [k]. [Alii verba aliter reddunt.] *Ubi* (sub. *est*, o'. Sy. Ar. vel, *sunt*, JT. Pi.) *causa tua*, (vel, *pœna tua*, Ar. *victoria tua*, Sy. *pestes tuæ*, JT. Pi.) ô *mors*? *ubi pernicies tua*, (vel, *aculeus tuus*, o'. *stimulus tuus*, Sy. *spina tua*, Ar. *exitium tuum*, JT.) ô *inferi*? Ti. sic o'. Sy. Ar. vel, *sepulchrum*? JT. Pi. Varietas translationis [præcipuè] orta est ex voce אֱהִי [l]: quæ vel pro אַיֵּה positum est [m];

* Riv. | f Calv. | g G. | h V. | k Oecol. | l Oecol. sim. D. prov. 2. 2. 42. | m Oecol. | n Riv. | o Calv. | p G. | q D. | r G. | † D. | t Idem. | v Liv. | x D. | y D. Riv. | z D. | a Riv. | b D. | c Liv. | d Riv. | * V. | f G. | g D. | h M. | i Calv. | k Q. in Riv. | l Mer. | m Tar. sim. D.

vel, per metathesin, pro אַיֵּה, *ubi*, ut suprà vers. 10 [n]. Hoc malim, quia ei favent & Aq. [qui locum sic reddit, *Ubi sunt sermones tui?* D.] & Paulus, gravis author, Hebraicè & ipse doctissimus. קֶטֶב & דֶּבֶר pestilentiarum nomina sunt, ut *pestis* & *lues*: útque lues Latinis gravior quàm pestis; sic קֶטֶב venenum naturæ potiùs quàm morbus, cui statim necanti remedium inveniri non potest. קֶטֶב univocum, junctum cum æquivoco דבר, docet legendum דֶּבֶר, non דָּבָר [o]. ¶ *Consolatio*, &c. נֹחַם וגו׳] *Consolatio* (vel, *Pœnitentia*, JT. Pi. sic P. M. Ti. Calv.) *abscondet se ab oculis meis*, Mo. &c. q. d. Nulla est: nam quod ab oculis Dei absconsum est, non est prorsus [p]. Vel, non veniet in conspectum meum. h. e. Non mutabo sententiam meam pœnitentiâ ductus [q]: nam hoc fiet citra ullum dubium [r]. Hoc mihi fixum manebit, vos perdere, quia scilicet desperata vestra malitia non patietur me mansuetum fore, &c †. Est hoc oppositum prioribus: Nunc verò, cùm pœnitentiam agere tamdiu vocati nolitis, nihil est quod me *consolari* possit, i. e. iram meam sedare. Sic vox hæc sumitur Esa. 57. 6 [t]. Hæc summa beneficia tibi exhibiturus eram; at nunc, quum deploratus sis, *pænitentia abscondetur*, &c. i. e. latæ in te sententiæ non pœnitebit, nec placabor ullâ ratione, sed planè immisericorditer in te agam *. [Ca. verba sic reddit,] *Solatio carebunt oculi mei*: Non dormiam quin hoc fecero †. Al. Sensus est, Abolitâ morte itâ meos redimam, ut me hujus gratiæ nunquam pœnitere possit. Sunt enim dona ejus ἀμεταμέλητα. Vide annotationem Tremellii, qui mihi rectiùs quàm alii hunc locum intellexisse videtur, & præcedentibus promissionibus convenientiùs exposuisse [v]. Si resipuerint, inquit Deus, nullum erit tam forte vinculum quo ipsos non solvam: etiam à morte & sepulchro ipsos vindicabo [x]. Quum sepulti jacebitis, tum vobis continget liberatio quam vobis promitto. Non dicit eos è manu Assyriorum fore liberandos, sed occidendos, &c. Verùm, inquit, hæc æquo animo sustinentes, majorem liberationem sperabitis: vos enim vitâ functos in meliorem & æternam vitam excitabo, ut tribulationes vestras pensem [y]. Postquam omnia propiùs consideravi & contuli, locum hunc sic intelligo. Quemadmodum cap. 12. postquam præterita in Israelitas beneficia exprobrâsset, etiam futurorum commemoratione eosdem invitabat: sic & hoc loco, postquam in superioribus jam collata beneficia memoravit, quæ quum non agnoscant, minatur certam pœnam; nunc etiam futura subnectit, ad quæ illi non respicientes securè pergunt in peccatis. Imò (inquit) & olim longè majora bona sum tibi exhibiturus, *E manu inferni te redimam*, &c. Et veteres quoque Hebræi hunc locum ad Messiam referunt. *Ero*, vel *Ubi? pestes tuæ*, *mors*, &c. *Pœnitentia abscondetur*, &c. qu. d. Sæviam in te, *mors*, immisericorditer, nec me mali pœnitebit quo te afficere decrevi †. Quamobrem evidentissimum hîc habetur resurrectionis futuræ elogium, ut ostendit Paulus 1 Cor. 15. 54, &c [z]. Hoc versu inchoatur tertia pars capitis, quâ continetur consolatio fidelium resipiscentium in ipsa patriæ calamitate & excisione [a]. Hoseas, more Prophetarum, & more suo cap. 1. & 2. & 11. à minis & pœnis h.l. transit ad promissiones [b]. Idololatris vastationem minatus, ad piorum consolationem convertitur, qui tam horrendas pœnas & spectaturi & passuri erant, ut fit in publicis pœnis [c]. An verò hæc sit promissio purè Evangelica, extra typum, directè pertinens ad liberationem à peccato & morte per Christum; an sit promissio Evangelica quidem, sed non directè, verùm quæ sub typo redemptionis temporalis spiritualem adumbret; ut sit oraculum ex eorum numero quæ typica composita dicuntur, geminúmque habeat sensum & geminam impletionem; unam de typo & in typo, quæ fuit redemptio Israelitarum è sepulchro captivitatis; alteram, perfectiorem, in antitypo, quæ est Ecclesiæ æterna redemptio per Christum: quærunt Interpretes. Qui posterius statuunt urgent tum historiam; quia multi Israelitarum post excidium Regni sui se Judæis conjunxerant, & cum Judæis ex Babylone liberati sunt: tum circumstantiam textûs; quia consolatio minis respondere debet; minatus autem erat Propheta exsilium perpetuum. Plerique verò, quibus assentior, malunt

n Q. in Riv. He in D. | o Mer. | p Riv. | q V. sim. D. | r V. | † Calv. | t G. | * Mer. | † Ca. | v Liv. | x Jun. | y Mer. | † Mer. ad Hos. 14. ult. | z Jun. | a Riv. | b Tar. | c Mer.

malunt promissionem esse merè & directè Evangelicam, quæ ità soletur Israelitarum reliquias, ut ad omnes verè Christianos pertineat usque ad finem seculi; nè putarent pii actum prorsus esse de Ecclesia, si maxima pars Israelitarum hærens in ore matricis suffocaretur, nec exire posset ex angustiis illis in quas se per peccatum conjecerat. Quum autem hæc aliena videantur ab instituto & filo Prophetæ, dicunt, Spiritum propheticum assurgere & abripi solere ad altiora sacratioráque Evangelii mysteria: idque non solùm cùm illorum typus in V. T. se ostendit; sed etiam cùm aliquid apparet contrarium, ut Zac. 9. 9. & 13. 7. Ea enim est Divina clementia, ut in summa etiam offensione atque ira, cùm omnia minatur peccatori, suæ tamen benignitatis non obliviscatur. Vide Esa. 1. 25. Jer. 16. 14,15. Deinde, hunc versum claudi volunt parenthesi, Prophetámque vers. seq. se ad inchoata & interrupta recipere. Sed parenthesi non erit opus, si verba illa, *pœnitentia abscondita est*, &c. pro confirmatione promissionis accipiamus, sicut accepit Montanus; quia hoc est consilium Dei immutabile, non metuendum esse ut Deum ejus unquam pœniteat. Sententia ergò est, Israelitas semper sibi exitium fuisse molitos. De iis autem tuendis & servandis solum Deum curâ perpetuâ tangi. Interim tamen Ephraimitas præsentis temeritatis pœnas daturos, ut, propriis malis eruditi, quàm inutiles sibi fuerint intelligant. Sunt ergò hæc verba Christi morti & sepulchro insultantis; q. d. Nè desperent qui inter vos resipiscunt, quasi nulla ipsis superesset salus, aut liberatio à morte: nam ego Messias redimam eos, nè cum turba pereant; nec penitùs Israelem delebo, sed eos in vitam restituam. Ubi ergò sunt pestes tuæ, ô mors? Hic sensus, etsi ex Prophetæ verbis non planè manifestum esset, post Evangelii lucem in dubium revocari non debet. Quem etiam firmant verba אֶפְדֵּם *liberabo eos*, pretio scilicet, & אֶגְאָלֵם *redimam eos*, nempe jure affinitatis [d]. Hoseas, prolixè locutus de Lege, peccato, & gratia Christi, omnia in summam contrahit. *Colligata est*, inquit, *iniquitas*, &c. v. 12. Quod pertinet vel, 1. ad Legem, quâ peccatum reservatur puniendum: vel potiùs, 2. ad Evangelium, quo peccata absconduntur & teguntur, & quasi sepeliuntur. *Dolores parturientis*, &c. vers. 13. De salutari parturitione & dolore loquitur; ut Esa. 26. 16, 17. *In angustiis requisierunt te*, &c. Mic. 4. 10. *Dole & ingemisce*, &c. *Ipse filius* factus ex servo, novus ex veteri, *non sapiens*, id est, sentit se fuisse stultum: stultus fit ut sapiens fiat; stultitiam crucis amplectitur. Porrò, sub Lege perpetuò parientes nunquam pariebant, ad justitiam non perveneruntː ibi nihil nisi contritio & suffocatio filiorum. At *tempus erit*, nempe sub gratia, *in quo non stabit in contritione filiorum*, omnis ex Deo natus felicissimo partu. *De manu mortis*, &c. Verba Filii Dei incarnati, qui finis est Legis omni credenti *. Hunc locum citat Apostolus 1 Cor. 15. 55. neque penitùs ex mente Prophetæ, neque planè contra mentem ipsius [f]: mentem Prophetæ magis explicans quàm verba [g]. Non citavit hæc verba ut confirmaret doctrinam suam proximè & immediatè; sed tantùm in genere ostendere voluit, proprium Dei munus esse interitum mortis, & exitium sepulchri [h]. Imò sensus suprà exhibitus optimè facit ad probandam corporis resurrectionem, ut voluit Paulus, quæ pars est redemptionis per Christum [i]. [Sed de hac Paulina citatione opportunior alibi erit dicendi locus.]

15. *Quia*, &c. כִּי הוּא בֵּין אַחִים יַפְרִיא] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Certè*, V. *Quamvis*, Ca. sim. Q. in Riv. Tar. *Cùm*, D.) *ipse* (i. e. vel, 1. Christus, qui multos fratres ad se adducturus erat [k]. Sed repugnat filum orationis: alioquin quod sequitur ad Christum pertinebit, quod absurdum est †. Vel, 2. Ephraim [l].) *inter fratres* (i. e. reliquos Patriarchas; vide Gen. 48. 19 [m]: vel, inter reliquos Israelitas, atque adeò inter vocatos ex Gentibus [n]. Vel, *præ fratribus*, i. e. plusquam Judas & Benjamin [o]. Vel, *inter vireta*, Ti. nam אָחוּ est, *pratum*, vel *viretum*, Gen. 41. 2. Job. 8. 11 [p]. Sed plurale ab eo esset, non אַחִים, sed אָחוּים [q], quod non est in usu [r].) *crescet*, Mo. P. vel, *multiplicavit*, sub. *peccata*, G. ex Ch. vel, *florebit*, Ti. *fructum faciet*, M. sim. Pi. vel, *augescat*, Ca. *fructum fecerit*, auctus fuerit †. Est allusio ad nomen *Ephraim* [t], qui *frugiferum*, aut *crescentem*, sonat [v]: & sic dictus est ob incrementum sive sobolis, sive potiùs dignitatis. יַפְרִיא tanquam à פָּרָא, quod esset יַפְרֶה: nam פָּרָה, & ab eo הִפְרָה, *fœcundo* [x]. Vel, *multiplicabitur*, V. vel, *crescebat*, Oecol. & K. olim, juxta benedictionem Dei, quamdiu parebat Deo [y]; vel, priusquam fecit vitulos [z]. Vel, *germinavit*, vel *crevit*; ut causa sequentis arefactionis sit hæc fructificatio, sub qua etiam illius abusus intelligitur; ità fut. est pro præt [a]. Vel, *fructificaverit*; ut sit comminatio; q. d. hoc non impediet vindictam Dei, &c [b]. Vel, *florebit*, aut *germinabit*, postquam scilicet, vel quamvis, *exsiccatus fuerit*, &c [c]. [ut sequitur.] Confirmatio est præcedentis promissionis allegorica [d]. *De manu mortis liberabo*, nempe, *quia* adhuc *ipse fructificabit*, etsi desoletur, &c *. Elegantissima est occupatio. Atqui abreptus est Israel tanquam Euro & exarefactus. Esto, efficiam tamen ut reflorescat promissione meâ [f]. Objici potuit, Quid ergò fiet de minis tuis, & exitio prædicto? Ruinam ergò illam confirmat, & emphaticè describit: Deus tamen memor erit fœderis sui. Ephraim iterum fructificabit, tamen cum exceptione crucis & afflictionum, quæ impios absorbebunt, fideles autem & pœnitentes ad meliorem frugem revocabunt. Τὸ *inter fratres* sic accipio: Ephraim, à fratribus suis [Juda & Benjamin] separatus per schisma illud notum, fructus nullos edebat Deo gratos; & quamvis in eo statu crescere videretur, re ipsâ tamen marcescebat. Sed post restitutionem reliquiarum, cùm multi Israelitæ sub Messia colligentur, tum & Ephraimitæ, qui antea segreges erant & hostes fratrum, cum fratribus habitabunt in unum, fructúsque dignos edent [g], nempe fructus bonorum operum [h]. Fructificationem hîc intelligunt vel, 1. politicam, reductione eorum cum Judæis [i]; vel potiùs, 2. spiritualem [k]; cui favent textûs cohærentia & Prophetæ scopus [l]. Ad Synagogam hæc pertinent, nempe credentem, quam salvabit Christus, qui inter fratres suos, credentes scilicet, fructum feret, corda excitans hâc consolatione absconditâ ab oculis, ut securissimè vitam æternam exspectent, æquo animo mala præsentis vitæ ferentes. Quod sequitur pertinet ad Judæos incredulos, quos nunc dicit prorsus perituros †. [Alii hoc verbum aliter reddunt:] *divisit*; ut reddatur causa cur tam graviter puniatur Ephraim, quia scilicet inter fratres schisma fecit [m]. Vel, *dividet*, Vulg. ο'. sim. Sy. Ar. nempe Deus [n]. Vel, 1. in die Judicii, quando divisurus est præmia suis tunc resuscitatis [o]: [vel, 2. in hac vita.] Sententia est, Deum discrimen positurum inter Judæos & Israelitas, illos servando, hos perdendo, ut Hos. 1. 6, 7 [p]. Sic autem vertunt, vel, quia legerunt יַפְרִיד [q]; vel, quia יַפְרִיא est pro יַפְלִיא [r], mutatis ל *l*, & ר *r*, literis nempe vicinis, ut sæpe fit. Job. 37. 16. מִפְלְשֵׂי, pro מִפְרְשֵׂי; & Job. 38. v. 32. מַזָּרוֹת, pro מַזָּלוֹת †. Sic, *zangibil*, *pilpel*, *sarabala*, pro, *zingiber*, *piper*, *sarabara* [t]. Deinde, solens est hæc locutio, *dividere inter*; ut Exod. 9. 4. Ruth 1. 17. Prov. 18. 18. Quare non audeo illam versionem damnare [v]. [Ch. locum sic vertit, *Quia ipsi vocati sunt filii, & multiplicaverunt opera corrupta*.] ¶ *Adducet*, &c. [יָבוֹא קָדִים רוּחַ יְהוָה מִמִּדְבָּר עֹלֶה] *Veniet* (vel, *Veruntamen veniet*, Pi.) *orientalis ventus* (vel, *Auster*, P. *Eurus*, Pi. ventorum omnium validissimus [x], & pestifer in illis locis. Simul ostenditur situs Assyriæ [y].) *Domini* (vel, ventus *Jehovæ*, Calv. i. e. vel, 1. vehementissimus [z]: ut, *hortus Dei*, qui cultissimus; *flamma Domini*, quæ maxima [a]: vel, 2. à Domino excitatus [b], non fortuitus. Significat, Deo semper paratos esse ventos quibus arefaciat, &c [c]. *Ventus* hîc est hostis vehemens [d], ut Jer. 4. 11. & 18. 17 *. Ezec. 19. 12 [f]. nempe Assyrius [g], Salmanasar [h].) *è deserto ascendens*, Mo. Calv. &c. vel, *profectus*, Ca. Per Syriæ partem desertam, 1 Reg. 19. 15. nam hàc iter Assyriis in Samaritidem [i]. Magna pars Arabiæ desertæ ab Oriente Judææ inter Babyloniam & Judæam interjecta fuit [k]. Desertum terminus erat terræ Canaan, Exod. 23. 31. ubi *desertum* quidam dici putant Libanum & Anti-libanum, quòd sylvis pleni essent illi montes [l]. Quid si ventum Euro-austrum hîc intelligamus? is enim ventus vehemens est, & flat à *deserto* illo, antonomasticè sic dicto, quod Ebræi peragrârunt cùm exierint ex Ægypto. Obj. At Assyrii ab illa parte non

[d] Riv. * Mer. [f] D. [g] M. [h] Calv. [i] Riv. [k] V. † Mer. [l] M. D. [m] Tar. Di. &c. [n] D. [o] Pi. [p] G. ex Ch. [q] Riv. [r] Tar. ex Jun. sim. Riv. ex K. [s] Tar. † D.

[t] Riv. e D. [v] Riv. [x] D. [y] Oecol. [z] K. [a] Q. in Riv. [b] Al. in Riv. [c] Riv. [d] Jun. sim. Riv. * Riv. [f] Jun. [g] Riv. [h] Pi. [i] Tar. et Zanc. & Mol. & Meisn. [k] Tar. ex Luth & Gesn. &c. [l] Tar. † Mer. [m] Q. in Riv. [n] Liv. Riv. [o] Q. in Riv. [p] Liv. [q] D. [r] D. ex Liv. † Liv. D. qu. ebr. 1. 69. [t] [v] Liv. [x] D. [y] G. [z] V. Riv. [a] Riv. [b] D. sim. Calv. G. Riv. &c. [c] [d] Pi. sim. Riv. * Riv. [f] Liv. [g] Liv. ex Jun. M. D. [h] Pi. [i] G. [k] Liv. [l] D.

non venerunt. Resp. Similitudo non ducitur à parte aut climate unde ventus oriebatur, sed ab impetuositate & nocumento ejus. Subaudiri enim debet nota similitudinis; q.d. Adducet Deus Assyriorum exercitum tanquam ventum,&c[m]. [Alii locum aliter distinguunt:] *Veniet orientalis ventus, Dominus à deserto ascendet*, M.Ti. ¶ *Et*, &c. "וְיֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ וגו] *Et arescet* (vel, *arefaciet*, M. Ti. sim. P.) *vena* (vel, *venam*, P. M. Ti. vel, *fons*, V. sim. Pi.) *ejus*, Mo. sic Pi. &c. (vel, 1. deserti[n]; vel, 2. Ephraimi[o], de quo v. 12, 13[p]. i. e. Spoliabitur opibus suis[q].) *& siccabit fontem* (vel, *siccabitur fons*, P.) *ejus*, M. &c. Ventus enim ab Oriente erat adurens, (unde καύσων Græcis dicitur,) ac proinde & exsiccans, Ezec. 17. 10. & 19. 12. Quid autem per hanc ἀλληγορίαν significetur explicant sequentia[r]. ¶ *Et ipse* (scilicet ventus †; vel, hostis[t], Assyrius[v], qui per ventum illum intelligendus[x];) *diripiet thesaurum omnis vasis*, &c.] Vel, *omnium vasorum*, &c. M. P. &c. vel, *rerum pretiosarum*. Ità hæ voces sumuntur 2 Par. 32. 27. & 36. 10. Dan. 11. 8. Nah. 2. 9[y]. Vel, *supellectilis desiderabilis*; i.e. Omnia pretiosa hujus mundi perdet[z]. *Vasa* hîc vocat res, aut instrumenta, vel etiam, si placet, vestes[a]. [Alii versum sic reddunt & exponunt:] *Nam ipse inter fratres fructificabit*; postquam *veniente Euro*, (quo adumbratur Assyrius[b],) *vento Jehovæ è deserto ascendente, exaruerit scaturigo ejus, & exsiccatus fuerit fons ejus, illo diripiente thesaurum omnium instrumentorum desiderabilium*, JT. nempe Assyrio, tanquam vento & turbine, everrente omnia[c]. [Sensum suprà ex Jun. produximus.] Al. *Quia hoc*, (הוּא enim cum accentu Zakeph-katon ponitur absolutè, & sine prædicato: quod tamen plerique Interpretes parùm curant[d]. Sensus, Hoc cùm ità sit, ut audivistis ex Messiæ verbis: sunt enim hæc verba Prophetæ.) *inter fratres fructificare faciet*. (h. e. fœcundum reddet ipsum Ephraimum suum, seu Israelem spiritualem: reliquis suis fratribus Christus multos alios Evangelii præconio adjunget denuo, qui fructum ferent multiplicem in Ecclesia, Hos. 14. 5,6,7. Joh. 15. 2, 8, 16. At nonne multa mala minatus es? his videtur illa promissio tolli. Non ità; etiam mediis in malis sustentatur & augetur Ecclesia: id quod allegoricè nunc proponit:) *Veniat Eurus, ventus Jehovæ* (Veniat ex decreto Dei hostis crudelis & impetuosus, Assyrius,) *è deserto ascendens*, (in quo ventus plerumque major & crebrior, quíque, cùm nullis rebus obviis retardatur, majore vi flare solet,) *& exarescat scaturigo ejus*, (nempe afflicti populi Judaici; [potiùs Israelitici;] relativo pro antecedente posito, ut Thren. 3. 1.) *& exsiccetur fons ejus*; (omnis temporalis felicitas & abundantia pereat, ut non florere possit Ephraim, qui velut arbor ad aquas est: confer Ezec. 19. 12. Tamen ille Ephraim & populus Dei per Christum in omnibus malis evadet non modò victor, Rom. c.8. v.37. 1 Joh. 5. 4, 5. sed etiam) *diripiet thesaurum omnium*, &c. Quâ phrasi & similibus indicatur quòd Ecclesia, Verbo Dei convertens gentes infideles, & armis divinitus validis munitiones evertens, 2 Cor. 10. 4, 5. ipsa ditetur, & quæcunque lucratur Deo devoveat. Huic cohæret versus sequens, *Desoletur Samaria*, &c. i. e. Pereat mundus infidelis. Ut ità Propheta minas suas hâc gravi denunciatione concludat, quâ eos pœnæ magnitudine terreat, ut ad frugem reducat *. Al. Versus hic quoad verba satis facilis est, quoad sensum difficilis, quem nos sic explanamus. *Nam ipse* Ephraim *inter fratres fructificabit*. Objici poterat, Quæ spes fructificandi, cùm instar deserti sese habeat? Respondet, *Veniet Eurus, ventus Domini, è deserto ascendens, & exarescet scaturigo ejus, & exsiccabitur fons ejus*, nempe deserti: habent enim deserta suas quoque aquarum scaturigines, unde nutriuntur & magis inculta redduntur, alioqui peritura si aquis prorsus destituantur. Promittit ergò Deus se vento suo arefacturum fontes deserti populi sui. Tunc *ipse* Ephraim *diripiet thesaurum*, &c. i. e. ditescet alienis spoliis[f].

m Riv. n V. o Calv. Liv. sim. Pi. p Liv. q Pi. r G. † V. t Riv. v G. sic D. Pi. x G. y Idem. z V. a D. b Jun. c Idem. d Tar. * Glass. rhet. 1. 20. 492. ex Tar. f Di.

CAP. XIV.

1. **P***ereat Samaria*] Hîc inchoatur communiter cap. 14[a]. [Et hîc inchoant Mo. P. M. Ti. Ca. ό. Ch. Sy. Ar. codicem Hebræum sequentes.] Sed malè hoc divellitur à præcedentibus[b]: neque enim novum sermonem hîc ingreditur, sed tantùm confirmat quod dixerat de ultimo interitu Samariæ & totius Regni[c]. [Aliis ergò hic versus ultimus est cap. 13. ut Luthero, Mol. Gualt. Dan. D. JT. & Pi.] ¶ "תֶּאְשַׁם וגו] *Desoletur*, jam convicta scelerum[d]. *Desolabitur*, &c. Mo. P. Pi. sim. M. D. Riv. *Disperdetur*, ό. sic Ar. Postquam *desolata fuerit*, JT. *Deliquit*, Ti. sim. Ca. *Rea erit*, vel *est*, Sy. Ch. scil. gravium peccatorum *. i. e. Ità tractabitur ut omnes agnoscant sceleratissimam esse. Imperat. pro fut †. *Samaria*, i.e. totum Regnum Israel[f], cujus illa erat caput[g]. Ubi diu insectatus est peccata populi, minatur vastationem, &c[h]. Ab hoc loco [Propheta] suarum concionum summam complectitur: 1. minatur; 2. hortatur ad veram pœnitentiam, docens quænam illa sit; 3. subjungit promissionem; &, 4. ad exhortationem rediens finem facit[i]. ¶ *Parvuli eorum* (nempe Samaritanorum[k]) *elidantur*] Vel, *collidentur*, sive *allidentur*, Calv. Pi. G. Ti. &c. sub. *solo*, D. G. vel, sub. *saxis*, aut *parieti*, V. sic G. ut fit in urbibus captis[l]. Hæc interdum à victoribus fieri docent nos historiæ[m]. Vide 2 Reg. 8. 12[n]. & 15. 16. Amos. 1. 13 †. Psal. 137. 9. Sed & Homerus *infantes solo allisos* refert[o]. Vide & Horat. Carm. 4. 6[p]. Non legimus hoc factum quum Samaria expugnata est: factum tamen fuisse nemo pius negabit. Neque enim omnia quæ gesta sunt à scriptoribus narrantur. Facta tamen agnoscimus, aut quia prædicta, aut quia ab aliis obiter commemorata[q].

2. *Convertere*, (vel, *Revertere*, Ti. Pi. &c.) *Israel, ad Dominum*, &c.] Vel, *usque ad Dominum*, Ti. Oecol. i.e. perfectè, non desistens donec Deum contingas[r]. Planè ad illum *redi*, non autem aliquatenus, ut fit in pœnitentia simulata †. Verùm poni עַד *ad*, loco אֶל *el*, sine emphasi, constat ex Deut. 30. 2[t]. *Redi*, agnitione culpæ & emendatione morum[v]: vel, nunc post tanta mala, in exsilio. Loquitur velut in re præsenti, ut & alii Prophetæ[x]. Spem veniæ illis facit[y]; alioqui vana esset hæc exhortatio[z]. Dimittit jam corpus populi velut insanabile & desperatum, & paucos atque electos hîc alloquitur, qui tamen ad tempus prolapsi erant, & communibus vitiis impliciti[a]. ¶ *Quoniam corruisti*, &c.] Vel, *impegisti*, i. e. incidisti in multas & graves calamitates[b]. q. d. Vides enim in quanta mala incideris per idololatriam & alia crimina[c]. Non desperandum. Qui percussit te, sanabit. Peccatis tuis velut coactus te percussit; non ideo desiit esse Deus[d].

3. *Tollite* (vel, *Accipite*, Riv. *Afferte*, ad Deum *,) *vobiscum verba*] Ità Ti. Calv. &c. *Accipere verba* dicuntur, qui docentur quæ locuturi sunt. Sic verba *poni in ore* dicuntur 2 Sam. 14. 3 †. Sensus, q. d. Me audite, huic monitioni parete[f]. Custodite Legem, quam Moses דְּבָרִים *verba* vocat: discite hoc modo cum Deo loqui, seu orare, caventes nè quid contra Verbum suscipiatis[g]. Tollite verba quasi ex ore Dei[h]. *Verba*, non qualiacunque[i], vel simulata[k], verùm ex sincero corde profecta[l], & quæ cum re ipsa verbis significata sunt conjuncta[m]: verba in agone conscientiæ domi diu præmeditata[n]. Ebræi eâdem voce exprimunt *verba* & *res*, quia verba debent esse realia, & homine digna; præsertim apud Deum, qui non patitur sibi verba dari, Psal. 78. 36. Esa. 29. 13. *Accipite verba*, nempe à Deo hîc data[o]. Non opes, non hostias, exigit, sed tantùm *verba*[p], quibus testemini vos seriò resipuisse[q]. *Verba* puræ confessionis[r]: preces[t]. Precationis formulam illis dictat[v]. ¶ *Et convertimini*, &c.] In toto corde vestro, & non in labiis tantùm[x]. Emendate vitam[y]. Al. *Postquam conversi fueritis*, &c. Nam Deum non precatur ex animo nisi qui priùs ex animo resipuerit[z]. ¶ *Aufer iniquitatem*] i. e. Condona[a]; vel, abole per Spiritum tuum[c]. Vel, Aufer pœnas has quas sentimus[d]. Ità se reos fatentur damnántque coram Deo *. ¶ *Et*, &c. וְקַח טוֹב] *Et accipe bonum*, M. P. Ti. Mo. Ca. &c. sub. verbum,

a Riv. b Riv. sim. Calv. c Calv. d Tar. * G. † Riv. f Mer. sim. Riv. g Riv. h Oecol. i Mer. k D. l BP. p. 315. m G. sim. Liv. Riv. n Liv. † Riv. o G. p Liv. q Riv. r Oecol. † Mer. t Riv. ex D. v D. x G. y Riv. ex Calv. z Riv. a Calv. b D. c G. d Mer. * Riv. ex Liv. † Idem. f Mer. g Q. in Mer. h Calv. i Riv. k Tar. Calv. l Riv. sim. Calv. m Riv. n Tar. o Riv. p D. sim. Mer. q D. r M. sic G. ex Chald. t Pi. sim. V. v Liv. sic D. x M. y G. z D. a V. D. sim. Pi. Riv. c Riv. d G. * Calv.

verbum, i e. bona verba nostra ; h.e. Suscipe veram confessionem peccatorum nostrorum : vel, sub. *animum*, i.e. pœnitentiam nostram, aut precationem quam facimus ex animo [f]. Vel, *bonum*, i. e. bonas gratásque victimas, h. e. gratiarum actionem, quam tibi nos pro tauris libabimus [g]. *Acceptum habe id bonum* quod nunc facimus, planè quasi non peccâssemus [h]. Sensus loci, q. d. Aufer iniquitatem, ut possimus tibi bonum gratúmque munus offerre [i]. Culpâ remissâ, & animis nostris Spiritu tuo sanctificatis, quod in nobis *bonum* est, quod sanè ex te est, *accipe* [k]. Sed cùm postea aget de officio resipiscentium, præstat interpretari, non de bono quod fideles habebant præ manibus Deo offerendum, sed de eo quod à Deo post reconciliationem exspectabant [l]. *Accipe*, i.e. Acceptum tribue, vel confer [m]. לְקַח, per metalepsin, sæpe notat finem cum effecto destinato [n] : ut Psal. 68. 19. *accepisti*, i. e. accepta dedisti, ex collat. Eph. 4. 8 [p]. Sic & Gen. 12. 15. & 43. 34. Exod. 18. 12. & 25. 2. & 27. 20 [q]. *Bonum*, tum, 1. regenerationis [r]; justitiam & integritatem morum ; nam hæc Dei dona sunt †: tum, 2. benedictiones externas. Secundum hoc membrum primo respondet, & post ἆρον addit δὸς [t]. *Tolle malum*, nempe peccatum ; *dona bonum* [v], i. e. Spiritum sanctificantem [x]. Malo sublato, fac ut omnia bona succedant, temporalia & spiritualia [y]. Al. *Accipe in bonum*, i. e. in bonam partem, ut sit לְטוֹב pro טוֹב, & sub. *hanc nostram precationem* [z]. *Recipe nos gratiosè*, Ang. *Et suscipiamur utique quasi boni*, Ch. ¶ *Et*, &c. וּנְשַׁלְּמָה פָרִים וגו'] *Et reddemus*, vel *persolvemus*, (verbum proprium in votis, quæ נְדָרִים dicuntur [a] :) *juvencos* (vel, *vitulos*, Mo. P. At hi עֲגָלִים potiùs dicuntur [b]. Vel, *tauros*, Ca. vel, *fructum*, ο'. Sy. Ar. Quam versionem retinet Apostolus Heb. 13. 15 [c]. Pro פָרִים, legerunt vel פְּרִי, vel פֵּרִים, plur. à sing. פְּרִי [d].) *labiorum nostrorum*, M. Ti. Mo. P. Ca. V. &c. פָּרִים, pro פְּרִי *. Nam status [absolutus & constructus] hoc modo sæpe permutantur†. Vel, *labiis nostris*, JT. Sic esset בִּשְׂפָתֵינוּ [f]. Vel, sermo brevis est, *juvencos*, juvencos, inquam, *labiorum nostrorum* [g]. Exempla talia sunt plurima. Vel, ut *juvencos labia nostra*, i. e. vota labiorum nostrorum. Hoc pono, non statuo [h]. Vel, *vitulos, labia nostra* : i. e. non vitulos bestias, sed labia nostra, quæ nomen tuum confitentur, & ipsis vitulis digniora sunt sacrificia [i]. Loco vitulorum offeremus tibi precationes [k], laudes & gratiarum actiones [l]. q. d. Hypocritæ summum se cultum præstare putant quum taurum offerunt : sed ἄλογος est is cultus. Deus aliter vult coli, suam prædicari misericordiam quâ nitamur : qui cultus rationalis est. Sic confert cultus Legis cum cultibus Novi Testamenti, atque hos illis præfert; & porrò illos abolendos prædicit [m]. Locutio hæc est valde emphatica : q. d. Non possumus in hoc exsilio tibi offerre boves in sacrum εὐχαριστικὸν, (*eucharisticum*, sive *gratiarum actionis* ;) sed pro bobus offeremus pia verba gratias suppliciter agentes [n]. [Ch. verba sic παραφράζει, *Et sint eloquia labiorum nostrorum penès te accepta, tanquam boves in beneplacitum super altari.*]

4. *Assur* (i. e. Rex Assyriorum [o], vel ipsi Assyrii ; ut dicitur, *Romanus cedendo vincit* [p] :) *non salvabit nos*] Non ampliùs dicemus Assyrium servatorem nostrum, ut olim [q]. *Assur* omne externum auxilium significat, per synecdochen. Generali peccatorum confessioni subjicit specialem, quâ peccata sigillatim detestantur, & eorum emendationem promittunt [r]. Fiducia humanorum præsidiorum ut commune est Regnorum peccatum, ità peculiare fuit huic populo, ut Prophetæ ostendunt †. ¶ *Super equum* (vel, *equis*, Ti. Pi.) *non ascendemus*] Vel, 1. ut antè, spem salutis in eis collocantes [t] : quod damnatur Esa. 31. 1. vide & Psal. 33. 17. Mic. 5. v. 10 [v]. Vel, 2. ut cursitemus & longinquis profectionibus nosmet fatigemus ad petenda auxilia [x], ab Ægypto, ut olim 2 Reg. 17. 4. Describitur autem Ægyptus ex equitatu, quo maximè pollebat, Deut. 17. 16. Vide Esa. 30. 16 [z]. ¶ *Opera manuum*, &c.] Brutum suum stuporem damnare tenentur, quem antea variis prætextibus palliabant [a]. Non ultrà imaginibus dabimus *Dei* nomen [b]. ¶ *Quia*, &c. אֲשֶׁר בְּךָ יְרֻחַם יָתוֹם] *Quia in* (vel, *per*, P.) *te* (sub. *solo*, D.) *miseratio*, vel *misericordia*, *est*, vel *fuit*, *pupilli*, vel *pupillo*, Mo. M. Ti.

f V. g Ca. h G. i Q in Riv. k Mer. l Riv. m D. P. Riv. Tar. n Tar. p Riv. Tar. q Tar. r Riv. † D. t Riv. v Mer. sic Riv. x Mer. y Riv. z D. a Idem. b Idem. c Tar. d Cap. crit. 4. 8. 8. 274. * Di. D. † D. f Idem. g D. sic Pi. h D. i Di. k V. l V. D. Riv. Calv. m Mer. n G. o Riv. Pi. p Riv. q G. r Riv. † Mer. t Liv. sim. D. Riv. Tar. v D. Liv. x Calv. z G. a Riv. b G.

vel, *misericordiam consequitur pupillus*. JT. Pi. sic P. &c. *Cùm tuum sit misereri pupilli*, Ca. *Pupillos* vocat homines infirmissimæ sortis [c] ; qui ope humanâ destituuntur [d] ; qui neque per se vires habent, neque patrem habent qui eos tueatur. Tales olim in Ægypto fuerant Hebræi, cùm Deus eorum misertus fuit. Pari in statu eadem ab ipsius bonitate exspectant *. Intelligunt sufficere gratiam quæ offertur à Domino, nè posthac vagentur auxilii causâ, vel abstrahantur gravis figmentis. Ostendit quorsum oporteat nos redigi, nempe ut abjiciamus omnes vanas spes, &, conscii inopiæ nostræ, recumbamus in unum Deum, ut pateat misericordiæ Dei ad nos accessus. Pupilli enim pendent ab aliena directione & ope [f]. Oppositio inter Deum & vana hominum figmenta : non possunt illa servare miseros ; at tu id potes, & vis [g].

5. *Sanabo contritiones*, &c. מְשׁוּבָתָם] *Conversiones eorum*, i. e. ipsos conversos. Si ità se converterint ad vias rectas, ubi me deprecati fuerint, *sanabo eos*, id est, reducam ab exsilio [h]. *Aversionem* (vel, *rebellionem*, P. *defectionem*, V. sic Ca.) *eorum*, Mo. M. Ti. JT. Pi. &c. A שׁוּב *reverti* sit, ut תְּשׁוּבָה, quæ in bonam partem accipitur, *conversio* ; ità & מְשׁוּבָה, quæ sumitur in malam partem [i], sive in contemptum, in tota Scriptura [k]. Vide Jer. 3. 6, 22 [l]. Non dicit, *delicta*, *errores* ; sed ponit atrox nomen, *defectionem* à Deo: ut ostendat se vel atrocissima peccata sanaturum, &c [m]. *Sanabo*, nempe per Christum, qui est Medicus animarum [n]. Rectè de Christo & Evangelii tempore plerique Interpretes hoc accipiunt ; tunc enim verè Deus populi rebelliones sanavit. De restitutione ex exsilio Babylonico accipi nequit, neque enim tunc sanatus fuit eorum status [o]. Post orationem promissio ; ut confirmentur animi pro remissione orantes, certò se exauditum iri. In remissione enim peccatorum, sanctificatione per Spiritum, & vita æterna, non additur conditio, (ut fit in temporalibus ;) quòd Dei voluntas sit certa, quòd illa dare velit [p]. Confirmat quod priùs dixerat de reconciliatione: nec frustrà: propensi enim sunt homines, sicut ad spes vanas, sic etiam ad diffidentiam & tumultuationem in Deum, &c [q]. *Sanare* Deus dicitur, vel, 1. quum veram pœnitentiam indit [r] ; quum nos regenerat, &c †: vel, 2. veniâ gratuitâ [t]. *Sanabo*, &c. i. e. condonabo. Si ità fecerint ut monui, ità dicet tibi Deus, *Curabo*, &c. Nè igitur desperet peccator [v]. Prolixè has suas promissiones h. l. proponit Deus, ut sciant Israelitæ se à Deo seriò invitari ad quærendam reconciliationis gratiam, nè hæsitantes ac trepidi accederent, acsi morbis deploratis frustrà medici opem implorarent. Promittit autem certò & absolutè, se omnes electorum suorum defectiones sanaturum [x]. ¶ *Diligam eos* (Quos priùs oderam & spreveram, Hos. 9. 17. Amor Dei fons est omnis nostræ felicitatis [y].) *spontaneè*, נְדָבָה] *Ultro*, vel *spontè*, Mo. Ca. D. Liv. Calv. P. V. *voluntariè*, D. Pi. promptâ, sive liberâ, animi voluntate [z] : i. e. non coactus [a]. *Voluntario* amore, i. e. qui ex puro affectu manat, nullâ fictione tectus aut inquinatus. In verbo includitur verbale. Sic, *dormire mortem* dicunt, pro, *dormire dormitionem mortis* [b]. *Ex liberalitate*, M. *liberaliter*, Calv. G. i. e. clementer. Multum simile habent liberalitas & clementia, ut debita & peccata. Ideo ex vicino transeunt vocabula [c]. *Liberalissimè*, Ti. q. d. Effuso vel non vulgari amore vos prosequar [d]. *Benevolentiâ*, JT. Tar. vel, populum *voluntarium*, Tremel. in Boot. acsi נְדָבָה pro עַם נְדָבָה scriptum esset : quæ ellipsis nimis dura videtur *, & aliena [f]. *Gratuitò*, Q. in Boot. q. d. Nullis ipsorum meritis provocatus [g] : sit amore meo indigni sint [h]. נְדָבָה adverbii vim habet, per ellipsin τοῦ ב [i], pro בִּנְדָבָה [k], ut Psal. 54. 8 [l]. Al. *manifestè*, ο'. Inscita versio. Nec melius Syrus locum vertit, *Et diligam vota eorum* ; quasi scriptum esset אֹהַב נִדְבָתָם : sine qua lectione defendi non potest Chaldaica versio, *Diligam eos quando pœnitentiam agent spontè* [m]. *Concorditer*, Ar. ¶ *Quia aversus est furor meus ab eis*] Vel, *ab eo*, JT. Pi. supple, *populo*. מִמֶּנּוּ, *à me : abiit à me ira* [n]. Al. *Quia avertetur*, &c. præt. pro fut [o]. Al. *Quia quievit*, vel *sedata est*, &c. D. Qu. Quomodo diligere potes eos in quos exarsit ira tua, Hos. 8. 5 ? Respondet, *Aversa est ira*, &c [p].

6. *Ero quasi ros Israel* [q].] Id est, populo Israel [q]. Israeli, qui talis est non voce, sed re, suprà v. 2. quique se jam

c V. d D. Pi. * G. f Calv. g Riv. h G. i Riv. k AE. in Mer. l Riv. m Calv. n D. sim. Oecol. o Riv. p Mer. q Calv. r D. † Calv. t Calv. sic Riv. v V. x Riv. y D. z V. Liv. D. a V. b D. c G. d Calv. Boot. anim. 2. 8. 9. 232. * Boot. ib. f Liv. g Mer. sim. Calv. D. Riv. h AE. in Mer. i Liv. Riv. k Boot. l Riv. m Boot. ib. n G. o V. p Riv. q Pi.

jam convertit. Similitudo roris sumitur modò in malum[r], pro re evanida †, Hos. 6. 4. & 13. 3[t]; modò in bonum[v], ut Job. 29. 19. Prov. 19. 12[x]. Commemorat h.l. aliquot effecta dilectionis Dei[y]. Incredulis minatus erat arefactionem radicis, Hos. 9. 16. nunc conversis benedictionem promittit. *Ut ros*, stabilis nempe & durabilis[z]. q. d. Refrigerabo eos[a]; recreabo, ut vires recolligant[b]. Faciam ut omnia eis floreant, ut agri irrorati: Gen. 27. 39. Esa. 26. 19. Mic. 5. 7[c]. Rore donorum cœlestium eum irrigabo *, idque in perpetuum, ut ros nunquam deficit[f]. Ros erat salutaris & valde gratus, Esa. 18. 4. & 26. 19. confer Deuter. 32. 2[g]. maximè in terra Canaan, ubi pluvia rara erat[h]. Omnia feliciter illis cedent[i]. Significat gratiam, tum justificationis tum regenerationis, eis communicandam in Christo[k]. ¶ *Sicut lilium*] Ità Ti. JT. Pi. &c. Quod cæteris floribus longè præcellit, 1. specie & venustate; 2. fœcunditate, Plin. 21. 5; 3. candore; 4. odore; 5. quòd, bulbo ejus in terra velut sepulto, unâ nocte derepentè & præter spem surgit[l]. ¶ כַּשּׁוֹשַׁנָּה] *Sicut rosa*, Mer. Oecol. AE. K. odore jucunda, & aspectu grata: q.d. Felicissimus erit & celeberrimus[m]. Sed malim *lilium* vertere, à שֵׁשׁ *sex*, ob sex folia ejus: deinde, quia in vallibus crescere dicitur Cant. 2. 1. quod rosis non convenit[n]. ¶ *Et erumpet radix ejus*, &c. nempe in ramos & virgulta, ut Esa. 53. 2[o]. וְיַךְ וגו'] *Et pertingent radices ejus* (sub. *huc illuc*, i.e. sese latè diffundent[p],) *veluti Lebanon*, P. vel, arbores *Libani*, G. D. Pi. Mer. Riv. vel, radices arborum *Libani*, V. *Et percutiet* (vel, *jaciet*, Ti. Sy. G. *aget*, Ca. *mittet*, o'.) *radices*, &c. Mo. M. Riv. &c. Significatur conatus quo arbor terram deorsum findit, ut altè radices ad firmitatem agat. Virgil. Æneid. 4. *Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras Æthereas, tantum radice ad tartara, tendit*[q]. Al. Et si *percusseris radices* eorum, immobiles manebunt *quasi Libanus*: adeò consolidat gratia Dei electos suos[r]. Erit in firmo loco positus †. *Et propagabit*, &c. JT. Pi. Mittet longè latèque, aget altè radices[t]. Al. *Et incutiet* (vel, *figet*, *infiget*, *defiget*, Mer. Calv. Tar. D. Riv. sub. *terræ*, D.) *radices*, &c. Liv. D. Metaphora à rebus quæ incutiendo altiùs penetrant, longiùsque mittuntur & porriguntur. Nam הִכָּה non solùm *cædere* & *percutere*, sed aliquando *incutere*, significat: 1 Sam. 2. 14. *incussit in labrum*; & ibidem 19. 10. וַיַּךְ *& incussit hastam in parietem*. Idem igitur hîc dicitur quod Jer. 17. 8. *mittet radices suas*. Declaratur felix Ecclesiæ status similitudine sumptâ ab arboribus radicatis, patulis, speciosis, odoriferis; quæ omnia arbores commendant. *Radicatio* firmitatem, *ramorum diffusio* propagationem, *decor oleæ* pulchritudinem & gloriam, atque eam quidem constantem & continuam, quia oliva semper viret, *odor* jucunditatem & amabilitatem, notat[v].

7. *Ibunt*, &c, ità o'. P. Mo. יֵלְכוּ וגו'] *Prodibunt* (vel, *Promovebunt*, Ti. V. *Propagabunt se*, V. *Serpent*, M. *Diffundent se*, JT. Ar. sic D. ex V. *Procedent*, Ca. D. *Excurrent*, id est, crescent[x], latè se spargent[z],) *teneri rami* (qui sunt veluti *sugentes*, ut vox יוֹנְקוֹת h.l. innuit[a]; quum firmi & crassiores rami vocentur עֲנָפִים[b]. Per *ramos* progeniem intelligit[c]; vel, prolem numerosam[d].) *ejus*, Pi. &c. q. d. Cœtus electorum, utì firmissimus erit, ità ut ampliùs convelli non possit; ità etiam quotidie augescet, ut exstingui ampliùs non possit *. ¶ *Et erit*, &c. וִיהִי כַזַּיִת הוֹדוֹ] *Et erit quasi oliva* (vel, *olivæ*, Ti. Calv. Mer. Pi. &c. vel, gloria *olivæ*, P. simil. Boot. Elliptica loquutio, qualis Psalm. 18. 34. *sicut cervorum*, sub. *pedes*. Sim. Esa. 63. 2. Jer. 50. 9. necnon in Aristot. Hist. 8. 5. πεῖπλωμα, &c. i. e. *Excrementum leonis* — *simile est cani*, i. e. excremento canis; & Plin. 32. 11. *Quorum brachia cancris similia sunt*, i.e. cancrorum brachiis[f].) *decor*, vel *decus*, (vel, *gloria*, P. *magnificentia*, M. Ti. *pulchritudo*, Buxt. in Boot. Malim, in genere, *præstantia*, sive *excellentia*[g],) *ejus*, Mer. זַיִת *olivam* significat. Ammianus, 22. *Profecti inde Zaitam venimus, locum qui olea arbor interpretatur*. Vocatur sic & fructus & oleum Arabibus. Nec aliter hîc cepit Chaldæus: vertit enim, *Splendor eorum velut splendor lychni in templo*. Oliva & frondibus abundat & fructibus, Ps. 52. 10[h]. Jer. 11. 16[i]. Similitudines congerit Propheta, ut confirmet animos populi[k]. Quoniam una planta vel arbor non potuit perfectè repræsentare dotes Ecclesiæ, varias hîc nominat. *Lilium*: at hoc firmitate ac duratione caret; addit ergò *cedrum*: at hæc infructuosa est; addit igitur *olivam*[l]. Cujus הוֹד, i.e. *excellentia*, in duobus consistit: 1. in frondium copia & perpetuitate[m]; quòd perpetuò viret[n], cùm arbores aliæ decore suo spolientur; ideóque *arbor decoris* dicitur Levit. 23. 40. & ὡραιότης, Sirac. c. 50. v. 11[p]: 2. & præcipuè, in εὐφορίᾳ & καλλικαρπίᾳ[q], in fructuum ubertate summâque utilitate[r], de qua vide Jud. 9. 9; qui fructus, sicut arborem decorant, (olea enim baccis gravida decoram valde speciem præbet intuentibus,) ità maximè internâ suâ bonitate commendantur †. *Ut olivæ*, frugiferæ, paciferæ, pulchræ, odoræ, semper florentis, &c[t]. ¶ *Et odor* (vel, *fragrantia*, M.) *ejus ut Libani*] Ità JT. Pi. LXX, Sy. Ar. &c. vel, odor *Lebanon*, P. montis thuriferi[v], in quo arbores & herbæ odoriferæ[x]. Ibi cedri, quæ maximè odoratæ sunt; de quo Virg. Æneid. 7. 13. *Urit odoratam nocturna in lumina cedrum*[y]: ibi etiam aromata, ut patet ex Gen. 37. 25. ubi aromata ferentes venisse dicuntur de monte Galaad, cujus pars est Libanus[z]: ibi thus, ut vel cognatio nominum לְבָנוֹן & לְבוֹנָה innuit[a]. Al. *Et odor ejus ut thuris*: nam לְבָנוֹן utrumque significat, ut hîc notavit Hi. & montis mentio jam præcessit, & *odori* meliùs congruit *thus*; & sic accepit Chaldæus, [qui sic reddit, *velut odor incensi aromatum*.] Sensus est, Gratiosus erit apud omnes[b], & nominis celebritate fragrantissimus. Confer Cant. 4. 11[c]. Sic, contrà, *fœtere* dicuntur qui in odio sunt; ut Gen. 34. 30[d]. Exod. 5. 21 *.

8. *Convertentur*, &c. יָשֻׁבוּ יֹשְׁבֵי בְצִלּוֹ] *Revertentur* (vel, *Congregabuntur de medio captivitatis suæ*, Ch. vel, *Reædificabuntur*, Sy. vel, *Revertentes*, aut, *Qui revertentur*, vel *convertentur*, ad Dominum, Riv. vel, *Convertentur*, o'. M. Ti. G. ad Deum verum multi extranei, ut Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi[f]. Vel, *Refocillabuntur*, Di. vel, *Quiescent*, D. Q. in V. i. e. otio fruentur[g]. *Redibunt*, Ca. Tar. nempe Israelitæ[h], vel, 1. in patriam[i]; vel, 2. ad Deum[k]; vel, 3. ad sese[l]: q. d. Multis malis fracti[m], & velut exanimati, recreabuntur[n], & se recolligent velut ex animi deliquio; ut הֵשִׁיב sumitur. Vide dicta ad Thren. 1. 11, 16, 19. & 3. 21[o]. Cùm homo à languore seipsum recipit, convertitur spiritus, qui procul à corpore aufugisse videri potuit. Vide 1 Sam. 30. 12. 1 Reg. 17. 22[p].) *sedentes*, sive *qui sedent*, (vel, *qui habitabant*, Ti. *habitaturi*, Ca. *sessuri*, JT. Pi. erunt *sedentes*, Riv. *habitabunt*, Ch. *& sedebunt*, o'. Sy. Ar.) *in umbra ejus*, Mo. P. &c. i.e. Vel, 1. Ecclesiæ[q]: vel, populi Israel, qui arbori proceræ, ramos suos extendenti, confertur[r]. q. d. Omni felicitate fruentur qui ex ejus numero ac cœtu fuerint, & ei se adjunxerint. In sola Ecclesia refrigerium & salus; extra eam æstus & exitium †. Vel, 2. Dei[t], ex collat. vers. 1, 2[v]. Dei in Christo. Sic Chald. *in umbra Christi sui*. Sic & K. *eos*, inquit, *qui ad Deum redituri sunt, in umbra ejus placidè quieturos*, i. e. protectore Deo contentos fore[x]. Recreabunt se sub protectione Dei[y], tuti ejus ope atque præsidio. De umbræ metaphora vide Psal. 17. 8. Jes. 4. 6[z]. ¶ *Vivent*, &c. יְחַיּוּ דָגָן] *Vivificabunt* (vel, *Vivent*, Ca. o'. Sy. Ar. *Reviviscent*, Ti. *In vitam producent*, JT. Pi. scilicet liberos[a]. *Vivificabunt* se, Mer. Calv. D. G. sic P. id est, Vivos liberos procreabunt[b]. Vel, Roborabunt, sive Consolidabunt, se[c]. *Vitam producent*, Q. in D.) *triticum*, Mo. vel, *frumento*, M. Ca. o'. Ar. Sy. i.e. rebus necessariis ad vitam sustentandam. Vide Psal. 81. 17. & 147. 14 *. Sub externis interna etiam intelligas; i. e. Consolidabuntur & pascentur Verbo, animi pabulo[d]. Pasti *frumento* vitæ, & poti sanguine Christi, qui cibus & potus est animarum *. Eædem propè similitudines sunt Psal. 72. de Regno Christi, & aliàs in Prophetis[f]. Vel, ut *triticum*, sive *frumentum*, P. JT. Pi. G. D. Mer. sic Ti. sub. *vivificat hominem*, V. vel, corpus consolidat[g]. Vel, tantâ copiâ quantâ frumentum provenit[h]: sicut ex uno grano multa solent provenire[i]. Al. Triticum humo obrutum enascitur: ità ipsi ex calamitatibus se attollent[k]. Triticum priùs moritur, Joh. 12. 24. & videtur ad tempus planè esse mortuum: postea tamen reviresci & fructificat, nihil impedientibus nive, pluviis, &c. Sic pii mortificantur in baptismo ac cruce; sed viti vitæ inserti rursum exoriuntur, & in mediis calamitatum procel-

Margin (left column): [r] Tar. † Riv. [t] Tar. Riv. [v] Tar. [x] Riv. [y] D. sim. Riv. [z] Riv. [a] Oecol. [b] Pi. [c] G. * D. [f] D. ex K. [g] Riv. [h] Tar. [i] Mer. Calv. [k] Riv. [l] Idem. [m] Mer. [n] Tar. [o] Riv. [p] V. [q] Riv. [r] M. † G. [t] D. [v] Liv. [x] V. [z] G. [a] Tar. [b] Tar. ex D. [c] G. [d] Riv. * Idem. [f] Boot. 4. 1. 8. 127. [g] Ibid. 7. 126. [h] G. [i] Boot. ib. [k] Calv.

Margin (right column): [l] Riv. [m] Boot. ib. [n] D. sim. Boot. Riv. [p] D. [q] Boot. [r] Riv. sim. Boot. † Boot. ib. [t] Tar. [v] Pi. [x] D. Riv. [y] Tar. Riv. [z] Riv. [a] Tar. [b] G. [c] Tar. [d] G. * Tar. [f] G. sim. M. [g] V. [h] Pi. [i] D. sim. V. [k] D. [l] Mer. Tar. sic Calv. Riv. [m] Tar. [n] Mer. [o] Tar. [p] Riv. [q] Mer. Riv. [r] Riv. † Mer. [t] Tar. Riv. [v] Tar. [x] Riv. [y] Pi. [z] D. [a] Pi. [b] D. [c] Mer. * D. [d] Mer. * M. [f] Mer. [g] Idem. [h] D. sim. Pi. [i] D. [k] G.

lis crescunt [l]. Rabbini hæc & sequentia ad tempus inter duas resurrectiones referunt. Kimchi, hæc sequentibus annectens, ait, *eo tempore frumentum semel tantùm satum iri pro omni tempore, quomodo vites* [m]. ¶ *Et germinabunt quasi vinea*] Vel, *vitis*, Tar. Riv. cujus stirps semper manet, quæ post annum rursum virescit, & fructum de novo edit [n]. Quæ, postquam amputata est, suo tempore germinat, & palmites producit, ex quibus postea aliæ vites multiplicari possunt [o]. Quæ, licèt videatur tempore hyemis exaruisse, tamen sub ver iterum regerminat; licèt putetur ac cædatur, tamen tantò plures fert uvas: sic pii cruce pressi plures fructus edunt, veriùs credunt, rariùs cadunt, firmiùs sperant, ardentiùs orant [p]. ¶ *Memoriale*, &c. זִכְרוֹ וגו׳] *Memoria* (vel, *Odor*, P. Pi. Voce זֵכֶר hîc significari *odorem*, ex ipsa sententia planum est: & in affini significatione reperitur vox זִכָּרוֹן, nempe pro *suffitu*, Num. 5. 26. item הַזְכִּיר, pro *adolere*, significatione nimirum mutatâ à nomine זֵכֶר, Esa. 66. 3 [q]. Sed non placet hæc versio. 1. Repugnant o'. Ch. & alii plerique Interpretes. 2. Tautologia hæc esset, nam de *odore* dictum est suprà v. 7. 3. Quanquam זֵכֶר de sacrificiis usurpatum notat *odorari*, ut Psal. 20. 4. id fit per metalepsin quandam, quâ ἀνθρωποπαθῶς de Deo dicitur: ut enim homo alicujus sacrificii & incensi tum demum potest recordari, ubi illud potuit odorari; ità h. l. consequenti antecedens includitur, ut sæpe in aliis. Malim ergò propriam vocis significationem retinere, ut sit, *memoria* [r].) *ejus* (vel, *cujusque eorum*, Pi. sub. *est*, M. vel, *erit*, Ti. Ca. vel, sub. *fragrabit*, JT.) *sicut vinum* (vel, odor *vini*, P.) *Libani*, Mo. &c. sapore & odore jucundissimum. Vinum illud præstantissimum fuit, ut probat K. testimonio cujusdam Asaphi medici, qui scripsit, *vinum Libani, Hermonis, Carmeli, montium Israelis, & Hierosolymæ & Caphtoris, odore, sapore, medicinâ reliquis omnibus antecellere* †. Plin. etiam l. 14. 7. *vinum Tripoliticum, Tyrium, Berytium* laudat [t]: quæ loca Libano vicina erant. Denique, Athenæus lib. 1. Dipnosoph. cap. 26. & 27. de præstantia vini Phœnicum narrat. Libanus verò in Phœnicia erat [v]. Ad Libanum erat urbs Græcis *Ampeloessa* dicta, ob vini præstantiam, Plin. 5. 18. Sensus est, Nomen eorum suave erit omnibus: aut, *ità sonabit ut clangor tubæ cùm in templo libatur novum vinum*. Ità hîc Chaldæus [x]. Memoria ejus suavis erit & honesta [y]. Fama illius laudatissima erit, & gratissima ac jucundissima recordatio nominis illius. Simili ferè ratione Ecclesia, cùm Christi dulcem esse memoriam significat, comparat ejus nomen *fragranti oleo*, Cant. 1. 3 [z]. Hoc necessarium ob scandalum: pertinet ad Ecclesiæ commendationem. Hæc est commendatio vini vetusti. Ætatem non ferunt nisi generosissima: hæc autem ætate ex se odorem generant. Sic Ecclesia ad tempus fœtet coram mundo: at in memoria æterna erit justus, & piorum gloria post mortem augescit [a].

9. *Ephraim*, &c. אֶפְרַיִם מַה לִּי עוֹד לָעֲצַבִּים] *Ephraim*, (vel, *O Ephraim*, Ti. simil. Ca. sub. *dicet*, P. Pi. D. &c. & sub. *tunc*, P. Aliquid enim hîc abesse arguit distinctio accentuum [b], quâ Ephraim à reliquo textu separatur [c].) *Quid mihi ultrà*, vel *ampliùs*, (sub. *rei est*, Ca.) *ad dolores?* Mo. vel, *ad idola*, supple, *currit?* G. vel, *cum terriculis?* JT. vel, *cum idolis?* P. M. Ti. Pi. &c. Cùm res ità se habeant, cur adhuc Ephraimitæ idola colunt? cur non ab eis discedunt [d]? Mutatio personæ hîc obscuritatem parit: nos secundam personam ubique usurpamus, *Quid tibi cum*, &c? Insignis & propheticus affectus. Accensus commemoratione exuberantis gratiæ Novi Testamenti, ad suum populum converti-tur, ut idololatriam abjiciat, & Verbum sequatur: q.d. Quàm infelices estis quòd non agnoscitis vos decipi, dum tales deos colitis qui vos in periculis deserunt? Cur ad Deum non convertimini, qui nos exaudit, &c *? Al. *Quid mihi*, &c? q.d. Non indigeo ipsis: solus sufficio ad te ornandum †. Est compellatio Dei, & quasi recapitulatio præcedentis revocationis, quâ Deus Israelitas monet ut ab idolis abstineant [f]. Sed hæc phrasis, *Quid mihi*, &c? non tam Deo convenit, quàm pœnitenti & converso Ephraimo [g]. Ellipsis ergò hîc est, ut accentus ostendit [h]. *Ephraim* dicet, &c. Calv. Mer. ex K. scilicet his tantis bonis invitatus [i]. qu. d. Tantisper dum ea colui fuit mihi omne malum: nunc autem, quum colo Dominum, erit mihi omne hoc bonum [k]. *Dicent* prognati *domûs Israel, Quid ad nos* attinet *ultrà servire idolis?* Ch. Fatentur & detestantur præcedentem suam vecordiam [l]. ¶ *Ego*, &c. אֲנִי עָנִיתִי וַאֲשׁוּרֶנּוּ] *Ego exaudiam*, (scil. precantem ad me [m]. Idola non audiunt, nedum ut exaudiant [n]. *Exaudiam*, i. e. suppeditabo illi omnia necessaria. Simile, *Pecunia exaudit omnia*, id est, subministrat [o]. Vel, *respondi*, M. vel, *afflixi*, Ti.) *& respiciam*, vel *contemplabor*, (vel, *respexi*, M. *iterum respexi*, Ti.) *eum*, Mo. P. JT. Pi. &c. i. e. ero ei propitius; ut apud Terentium, *Dii me respiciunt* [p]. Sed פָּנָה est *respicio* [q]; שׁוּר autem aliquid plus significat [r], nempe, observare & intentis oculis aspicere †: q.d. singularem ipsius curam habebo. Hujus oppositum est, *abscondam faciem*, &c. Deut. 31. 17 [t]. *Exaudivi* jam *eum*, *& adhuc respiciam eum*: oculos providentiæ meæ ab eo non dimovebo. Sic tractantur pii acsi Deus non videat, Psal. 64. 6. & 94. 6, 7. Hoc itaque verbo se soletur fides [v]. שׁוּר alibi in malum, hîc in bonum. Confer Psal. 5. 9. & 32. 8 [x]. [Ca. verba sic reddit, *Ego autem exoratus respiciam.*] Quoties Israel conversus ad Dominum sic dixit, [*Quid mihi*, &c?] *respondit ei* Dominus, h.e. exaudivit eum, & amanter inclinavit se ad illum [y]. Promittit Deus se fore propitium Israeli, postquam suam resipiscentiam demonstraverit [z]. Sed corrumpit sensum: potiùs enim causam ostendit cur Ephraim idolis renunciabit, quia scilicet intelliget se ab eis miserè fuisse deceptum: unde hoc intelliget? nempe quia nunc experietur Deum esse sibi propitium, qui antea eum ope suâ destituerat; ideóque tunc dicet, Quàm stulti & insani fuimus quamdiu secuti sumus idola [a]? ¶ *Ego*, &c. אֲנִי כִּבְרוֹשׁ רַעֲנָן] *Ego* (sub. *sum*, JT. vel, *ero*, P. Ti. Pi. & sub. *ei*, P. scilicet Ephraimo [b],) *ut abies* (vel, *pinus*, Ca. *juniperus*, o'. *cypressus*, Ar.) *frondosa*, Mo. Ti. Calv. Riv. vel, *virens*, P. M. JT. Pi. D. nam perpetuò viret [c], nec folia hyeme decidunt, Plin. 16. 21. Abies est arbor amplissima, alta, hilaris aspectu, teste Plin. 16. 10. folio pinnato [d], adeò densa ut imbres non transmittat, licèt magni sint & vehementes, nec Solis radios; ut sit quodammodo χειρόκμητον ὄροφὴ, *manufactum tectum* *. בְּרוֹשׁ aliis *buxus* est, aliis *cedri* genus, ut notavimus ad Esa. 41. 19. Græci hîc posuêre ἄρκευθον, (*juniperum* [f].) Id certum est, in plantarum vocibus magnam esse & rerum obscuritatem, & Interpretum dissidium [g]. Sensus est, Præstabo ei laboranti quod *abies frondosa* in æstu Solis, quæ gratissimam umbram facit [h]. Ab æstu recreabo quicunque ad umbram meam confugient [i]. Recreabo & protegam eum ab æstu calamitatum [k]. Illum refrigerabo [l]. Nunquam illi deero; omnia necessaria illi suppeditabo [m]. ¶ *Ex me* (i. e. me procurante [n]) *fructus tuus* (quo scilicet indigebis [o]; vel, quem feres, tanquam oliva & vitis, ex v. 7, & 8. h.e. felicitas tua [p];) *inventus est*] Ità M. P. Mo. Ti. &c. vel, *præstò est*, JT. vel, *præstò erit*, Pi. Apud me semper fuit operæ tuæ pretium [q]. Sensus, q. d. Si sapias, contentus eris meâ gratiâ; qui enim petunt, fructum copiosum in me reperient, quo saturabuntur [r]. Invenies in me non solùm umbram & opacitatem, sub qua lateas & quiescas, sed etiam uberes fructus, quibus alere te possis: q. d. Efficiam ut sentias omne tuum bonum ex me esse †. Per *fructum* hîc intelligit, vel, omnia necessaria [t]; vel, opera ejus, ut Psal. 1. 3. Hinc arguitur bona opera à Deo esse [v]. Hoc addit, quia abies non fert fructum [x]. q. d. Quòd si dixeris, Abies non est fructifera [y]; plus tibi ero quàm abies; nam ex me fructus tibi uberrimus suppetet, si in me acquiescas [z]. Sicut à me habebis viriditatem & speciem abietis; sic etiam habebis ut frugifer sis, quod abies non habet. Imò hinc cognosces, quòd fructibus abundes, donum esse benignitatis meæ, non naturæ opus; ut si quis in abiete fructus inveniret. Sed prior sensus minùs coactus [a].

10. *Quis sapiens, & intelliget ista*, &c?] Ità Mo. P. &c. *Ista*, tum quæ in tota hac Prophetia continentur; tum maximè, cap. 13. & 14. sive doctrinam illam omnem hactenus tot hortationibus, reprehensionibus, minis, mandatis, promissionibus explicatam: ità ut exclamatione emphaticâ universæ doctrinæ veritatem asserat; simul tamen singularem respectum habeat ad ea quæ

Marginal notes (left column): [l] Tar. [m] G. [n] D. [o] Riv. [p] Tar. [q] Pi. [r] Tar. † Liv. sim. D. Riv. [t] Liv. sim. G. [v] Liv. [x] G. [y] Ca. [z] Liv. Riv. [a] Mer. [b] D. sim. Riv. [c] Riv. [d] G. * Mer. † D. [f] Q. in Riv. [g] Riv. [h] Tar. [i] Mer.

Marginal notes (right column): [k] K. in Mer. [l] Calv. [m] Pi. sim. Riv. [n] G. [o] D. [p] Riv. ex D. [q] D. [r] Riv. † D. Riv. sim. Mer. [t] D. Riv. [v] Mer. [x] Tar. [y] M. [z] Q. in Calv. [a] Calv. [b] Pi. [c] D. ex V. [d] Riv. * Riv. ex Cyril. [f] G. [g] Riv. [h] D. [i] Calv. [k] Pi. [l] M. [m] V. [n] Pi. [o] V. [p] Pi. [q] G. [r] Calv. † Riv. [t] V. [v] D. [x] V. [y] K. in Mer. [z] Mer. [a] Riv.

ea quæ proximè dicta sunt[b]. *Ista*, judicia Dei videlicet; vel, has reprehensiones: istas vias Domini[c]. Conclusio est, quâ Propheta hortatur bonos ad intelligentiam doctrinæ suæ, à fructu quem inde percepturi sint, nempe felici & expedito ad veram beatitudinem itinere, contrariâ improborum ruinâ illustrato. Est verò ista hortatio eleganti exclamatione figurata, ut majorem vim habeat; *Quis sapiens*, &c? Ità enim hortantes & optantes aliquid fieri loquuntur. Similis huic interrogatio Psalm. 107. 43. *Quis sapiens, ut observet ista?* & Jer. 9. 12[d]. Interrogatio hîc raritatem & difficultatem innuit, ut Esa. 53. 1 *. *Quis*, &c? qu. d. Nemo est, vel, Pauci sunt; pii nempe, quibus Deo placuit hæc patefacere[f]. Ostendit paucos fore in Decem tribubus qui ista ità ut oportet sint consideraturi[g]. *Quis*, &c? q.d. Major pars stulti sunt, minas contemnunt, præsenti fortunâ dementati. Hi, quum nolint doceri, sanè pereant. Erunt tamen aliqui sapientes, qui, has minas intelligentes vanas non esse, veniam peccatorum orabunt, & spe futuri pro peccatis sacrificii se in publicis calamitatibus solabuntur[h]. *Sapientes* hîc intelligo, non falsò ità dictos, sive sapientes hujus seculi, sicut Matt. 11. 25. ut de illis hæc cognitio negetur, negatione in interrogatione inclusâ; sed verè tales, quos ait animum ad ista applicaturos[i]. Sapientes & prudentes in Scriptura sunt qui Deum timent, Verbum ejus amplectentes: stulti, contrà, qui, nihil de Dei judicio solliciti, securè cupiditatibus indulgent[k]. Miratur Propheta paucitatem eorum qui Deo se præbent dociles. *Quis sapiens*, &c? q.d. Ego quidem video, si vobis habetur fides, omnes sapere; putatis vos esse prudentes & ingeniosos, dum subsannatis pietatem, omnem doctrinam eluditis, timorem Dei excutitis, vobísque in vestra impietate indulgetis. Sed interea, siqua esset in vobis sapientiæ gutta, me certè & doctrinam meam agnosceretis: hæc enim est vera sapientia, Deo Verbóque ejus se subjicere, &c[l]. *Quis sapiens*, &c? & *intelligens*, &c? Bis idem dicit more Hebræo[m]. Non dubito quin hanc sententiam sæpe inculcavit Propheta, quia toto cursu prædicationis suæ populum expertus est præfractum & contumacem; nunc autem ad finem Libri posuit, ut sit quasi legitima obsignatio totius doctrinæ[n]. ¶ *Quia* (vel, *Nam*, JT. Pi. vel, *Quòd*, D. vel, *Certè*, Q. in Riv.) *rectæ* (sub. *sunt*, Ti. Pi.) *viæ Domini*] i. e. Quæcunque dicit Dominus, vel agit[o]: tametsi aliter videatur sapientibus hujus seculi, aut improbis[p]. *Viæ Domini* sunt, vel, 1. ejus ratio agendi[q]: q. d. Consilia Dei & decreta interim æquissima sunt[r]. Vel potiùs, 2. vitæ, h. e. fidei & morum, regula, sive doctrina de Deo patefacta; quæ vocatur *via Dei* Matt. 22. 16. Act. 18. 26 †. Viæ doctrinæ & mandatorum[t]. Hæ *rectæ* sunt, i.e. æquissimæ & justissimæ[v]. Utcunque obstrepant vel conviтientur impii, & blasphemiis suis conentur Verbum Dei odiosum reddere & insulsum, ut nihil mereatur fidei aut reverentiæ: sicut hodie videmus profanos homines non tantùm repudiare Verbum Dei, sed exquirere aliquos colores, & colligere omnes quæ in Scriptura habentur repugnantiarum aut absurditatum species, ut videantur justè abrogare oraculis Dei omnem fidem. Eadem & tunc rabies grassata videtur. Significat ergò, nihil proferri à Deo quod non omni reprehensione ac vitio caret[x]. ¶ *Et justi ambulabunt in eis*] Vel, *per eas*, V. i. e. reipsa sentient vias Domini rectas esse[y]. Approbant vias & opera Domini, & observant ea[z]: per ea procedent inoffenso pede[a]. Quæcunque Deus facit boni consulunt, nec reluctantur Deo, sed omnia approbant, etiam castigationes[b]. Al. *ambulabunt*; non defatigantur, non subsistunt, sed pergunt & feliciter procedunt de virtute in virtutem, in Lege Dei jugiter se exercentes[c]. Vias Domini rectas esse probat testimonio justorum in iis ambulantium; quod hîc opponit sacrilegæ Israelitarum temeritati, qui verba Prophetarum Deíque contemnebant. q. d. Justi ambulant in iis, ergò & vos debetis ambulare, si sapiatis; quia eorum exemplum est imitatione dignum[d]. ¶ *Prævaricatores verò* (vel, *Transgressores*, qui securè solent transgredi præcepta Dei *,) *corruent* (vel, *impingent*, Ti. Pi. &c.) *in eis*] Sic Ti. vel, *in eas*, Pi. vel, *per eas*, V. nempe suâ culpâ, & propriâ malitiâ[f]. Nam, cùm vident bonis malè esse, & contrà, malis bene, negant vias Domini rectas esse, aut dicunt ipsum non curare res humanas. Sed videtur hoc potiùs velle, eos, conceptâ opinione falsâ de Deo ex actionibus ipsius, confirmari magis in improbitate sua; unde ruina ipsis & certum exitium[g]. Non observant vias Domini, quia non approbant eas, & ità corruunt in eis & per eas[h]. Doctrinam Christi (qui est petra scandali, vide Esa. 8. 14. 1 Pet. 2. 8.) vel negligunt, vel impugnant[i]. Cùm autem suo, non doctrinæ, vitio Verbum abjiciant & salutem, corruant & pereant necesse est. Sic se contra scandalum solatur Propheta, quòd pauci Verbum sequantur; & suo exemplo nos confirmat, nè, quoniam major pars licentiùs peccat, ideo doctrinam abjiciamus, &c[k]. Al. *corruent in eis*, i. e. in omnia jam antè dicta mala incident ex iisdem decretis[l]. Locus adversativè legi debet, *Quamvis impingant impii, tamen justi semper ambulabunt in viis Jehovæ*. Justi viam planam & æquabilem reperiunt in Verbo Domini, in quo quotidie proficiunt, donec tandem ad hæreditatem cœlestem perveniant: dum impii subindè impingunt, & clamant Verbum Dei plenum esse offendiculis, & minimos scrupulos opponunt sibi quasi montes; imò datâ operâ scrupulos fingunt, ut aliquem prætextum habeant impietatis suæ[m].

[Margin notes: b Riv. c D. d Riv. ex Liv. * Tar. ex Rib. f D. g G. h Mer. i Riv. k Mer. l Calv. m G. n Calv. o Mer. p D. q Riv. r G. † Riv. t Tar. sim. Pi. v Riv. x Calv. y Idem. z V. a G. sim. Riv. b Riv. c Tar. d Riv. * Pi. f Tar. Riv. g D. h V. i Tar. k Mer. l G. m Calv.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50]

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

JOELEM.

PROLEGOMENA. Qu. Quo tempore vixit & prophetavit Joel? Resp. 1. Tempore Esaiæ & Hoseæ. Est enim canon Hebræorum, *Qui Propheta tempus suum non annotat, est coætaneus præcedentis*[a]. Falsum autem illum esse constat ex Jona, qui ex antiquissimis erat, quippe qui sub Jeroboamo vixit: vide 2 Reg. 14. 25[b]. 2. Sub Rege Joram, filio Ahab, sub quo fames erat, 2 Reg. 8. 1. quam hîc prædicit Joel[d]. Contrà, illa fames erat 7 annorum; hæc tantùm 4, ut videtur ex Joel. 1. 4 *. 3. Postremis Ezechiæ temporibus[f], aut sub Manasse[g]. Ità Seder Olam[h]. 4. Sub Josia, quando fames erat. Confer 2 Reg. 23. 26.

[Margin notes: a Q. in Tar. sim. G. b Tar. d D. ex He. * Tar. ex Mer. f Mer. g Mer. J ex Hi h K in Mer.]

23. 26. cum Jer. 14. 1, 2[l]. 5. Verisimile est eum post abductas decem Tribus prophetâsse[k]: nam *dispersionis Israelitarum & divisionis terræ* mentionem facit cap. 3. 7 al. 2[l]. Nullam Regni Israelis mentionem facit[m]. Nomen *Israel* bis apud eum legitur, sed utrobique generale est, non Regni Decem tribuum peculiare. Declarat verò calamitates quæ, authore Deo, Judæis evenerant quasi gravioris miseriæ prænuncias, nisi resipiscant. Vide c. 1. 15. & 2. 25[n]. Disertè de vastitate per Babylonios futura, ac de tribu Juda, loquitur: meminit enim *domûs Domini*, quæ tantùm fuit in Jerusalem, *interiisse* dicens *sacrificium & libationem*[o]. Sed quis fuit Joel, aut ex qua tribu[p], aut quo tempore, incertum est[q]; nec scitu necessarium[r]; alioqui Spiritus Sanctus dixisset †. Docuit Jerosolymæ, vel saltem in tribu Juda[s]: meminit enim domûs Dei, c. 1. 9, 14, 16. & Sionis, c. 2. 1, 15, &c[v]. Argumentum hujus Prophetiæ idem quod Hoseæ, Amosi & Esaiæ[x]. Summa hæc est; 1. Peccata exaggerat[y]. 2. Pœnas minatur[z]. 3. Hortatur ad pœnitentiam, & orationem, cujus formam præscribit: quæ admonitiones quòd à vulgo, ut fit, contemnerentur, ad reliquias sanctas se convertit. 4. Subdit insignes consolationes *. 5. De Regno Christi agit, &c †.

CAP. I.

1. VErbum, &c.] i. e. Prophetia quam Dominus revelavit ei[a]. ¶ *Ad Joel filium Phathuel,* פְּתוּאֵל] *Pethuelis*, Ti. Pi. &c. Quis hic fuerit, ignoratur[b]. Hoc addit, vel, 1. ex more gentis, quæ cognominis loco uti consuevit nomine patris: vel, 2. distinctionis ergô; nam Joeles plures fuerunt[c]: vel, 3. quòd ille vir clarus esset in illo ævo[d].

2. *Audite hoc,* (nempe, quod mox narraturus sum *: hoc decretum Dei[f]:) *senes*] Qui multa meministis[g]: ideóque aptissimi judices estis. Vide Deut. 32. 7[h]. Rectè, *senes*; quia de præterito quærit[i]. *Senes*, i. e. expertos, testes vocat: nam juvenibus facilè imponitur[k]. *Senes*, i. e. parentes, qui recta consilia familiæ inculcare debent. Hoc pietatis seminarium, hic nervus disciplinæ; sine quo publici ministerii fructus exiguus[l]. *Senum* nomine Sacerdotes & Principes intelligit[m]. *O seniores*, i. e. gubernatores, scilicet Tribûs Judæ[n]. ¶ *Omnes habitatores terræ*] Vel, 1. Judææ[o]; de qua sermo habetur[p]: vel, 2. totius terræ[q]. Idque vel, 1. ut majus faciat quod dicturus est; quasi nusquam & nunquam à quoquam visum auditúmve sit tale quippiam[r]: vel, 2. quia generale judicium descripturus est †. ¶ *Si factum est*, &c.] Nempe, simile quid tot malis quanta jam vobis prædicam[t]. ¶ *Aut*, &c. וְאִם "ונו] *Et si*, &c. vel, *Aut etiam*, &c. Pi. *Aut si*, &c. V. *Et an*, &c. P. Pi. אִם interrogativè accipitur[v], ut Exod. 17. v. 7[x]. quia præcedit ה interrogativum[y]: unde εἰ in N. T. sic sumitur, Act. 5. 8. & 17. 11. &c[z]. ¶ *Patrum*] i. e. Avorum, ut אב sumitur Gen. 32. 9. Jam verò majores *avi* Latinè dicuntur, ut posteri, *nepotes*[a]. Qu. Quomodo hoc quod dicit, nullam calamitatem huic parem fuisse, congruit cum historia Exod. c. 10. v. 14? Resp. Differt hæc calamitas ab illa, 1. tempore[b]; duravit enim hæc 4 continuos annos, illa unum diem[c]: 2. copiâ variarum specierum, quæ hîc 4 erant, alibi 1 tantùm vel 2[d].

3. *Super hoc*] Ità P. &c. vel, *De hoc*, V. sim. M. &c. sub. *excidio*, sive *decreto*, V. Al. *Ea de causa*, Q. in V. Per manus tradite hæc vaticinia, ut eorum eventus postea comparentur *. ¶ *Filiis vestris narrate*] Curate ut illi hæc Dei facta sciant[f], ex præcepto Exod. 13. v. 8. Jos. 4. 7. hoc fine, ut *Dei operum memores sint, ejúsque mandata custodiant*, Psalm. 78. 7[g]. Ut, supplicii gravitate moniti, Deum timere discant[h].

4. *Residuum erucæ*] Ità M. P. D. ό. Ch. Sy. sim. JT. Pi. Ti. Vox גָּזָם occurrit hîc, & 2. 25. & Amos. 4. 9[i]. Locustæ species est[k]. Non placet: hæc enim volucris est, illa reptilis. Græcis est κάμπη, *campe*, Latinis *eruca*, quæ est *dirum animal, erodens frondem & florem vitis atque olivæ*, ut ait Plin. 17. 24. Est *vermiculus quidam hirsutus*, Colum. De cultu hort. 10. p. 244[l]. Non avolat, ut locusta, & huc illuc discurrens semesa dimittit; sed permanet perituris frugibus, & tardo lapsu pigrísque morsibus consumit universa[m]. [Hoc si verum, גָּזָם vix erit *eruca*, quia nihil locustæ sequenti residuum relinqueret.] גָּזָם dictum vel à גָּזַז *totondit*, *excidit*, quòd herbas soleat abrodere[n]; ut ם sit litera adventitia[o]: vel potiùs, à verbo גָּזַם, quod Talmudici in *abscindendi* & *amputandi* notione quandoque usurpant, à ramorum amputatione: id quod erucæ minùs convenit quàm locustæ, cujus fortior est morsus; quæque non solùm gramen & segetes atque arborum folia, sed & cortices, ipsósque arborum teneriores ramusculos, ità erodit acsi eos amputaret. Eruca autem exurit potiùs quàm amputat. Nollem itaque *erucam* reddere, quia Hebræi, Chaldæi & Syri aliter sentiunt, sed *locustam*[p]. ¶ *Comedit locusta*] Ità M. P. Ti. JT. Pi. &c. אַרְבֶּה est, *locusta*[q], εἰδικῶς & propriè sic dicta: alibi generale est, ut Exod. 10. 4. comprehendens & bruchum & hasil, ut patet ex Psalm. 78. 46. & 105. 34[r]. Sic dicitur à *copia*, sive *multitudine* †. Nullum animal fœcundius est[t]. Cum magna multitudine se effundunt; sic catervatim volant, ut nubem putes[v]. ¶ *Residuum locustæ comedit bruchus*] Ità M. P. Ti. יֶלֶק insecti genus est numerosum, Psal. 105. 34. herbis & frugibus noxium, ut ex h. l. patet, hirsutum, Jer. 51. 27. alatum, Nah. 3. 16. Nescio ergò an sit *bruchus*[x], qui alis caret[y]. Al. *melolontha*, JT. Pi. Liv. quæ est scarabæi genus[z], depascens flores mali arboris[a]; dictum etiam χρυσοκάνθαρος, h. e. *aureus scarabæus*[b]. Verùm melolontha non est aut magis hirsuta, aut minùs glabra, quàm *locusta*, aut *bruchus*, quomodo constanter reddunt omnes veteres, ex ipsa Scriptura edocti, qui τῆ יֶלֶק meminit inter locustarum genera, ut Psalm. 105. 34. Nah. 3. 15, 16. &c. Itaque ab hac versione non est temere recedendum[c]. [Plura vide ad Jerem. 51. v. 27.] יֶלֶק dicitur à לָקַק *lambere*[d], à *lingendo* vel *corrodendo* *; quòd lingendo noceat[f]. ¶ *Comedit rubigo*; ità M. Ti. quæ rorem noxium sequitur[g]: חָסִיל] Reddo, *vermem* noxium, vel bestiolam, ex aliis Scripturæ locis[h]. Al. Est species locustæ[i], à חָסַל *consumpsit*[l]: fortè *asiracus*, qui & *asellus*, quem Plinii *attelabum* esse contendunt[k]. ό. ἐρυσίβην, i. e. *rubiginem*, vertunt. Chaldæus rectiùs, ni fallor, censet animalis esse genus, vertítque שַׁמִּיטָא, i. e. *attelabum*. Est autem quiddam inter locustam & bruchum, modicis pennis, reptans potiùs quàm volans, sempérque subsiliens, & usque ad interitum cuncta consumens. Itaque חָסִיל vertitur, [à ό.] βροῦχος, (*bruchus*,) 2 Par. c. 6. 28. alibi, ἀκρὶς, (*locusta*,) Esa. 33. 4. & infrà 2. 25[l]. Sunt ergò h. l. *gazam*, *arbe*, *jelek*, & *chasil* quatuor distinctæ locustarum species[m]. [Duo hîc quærenda supersunt. Qu. 1. An de re futura hîc loquitur, an de præterita?] Respond. 1. De futura[n]. *Comedit*, i. e. comedet[o]. Denunciat pœnam in futurum tempus[p]. 2. De præterita[q]. Sed quum Prophetarum sit de futuris docere, cur cladem præteritam memorat? Respond. Ob summam cæcitatem stuporémque nostrum, quo fit ut mala quæ patimur non sentiamus, nec eis seriò afficiamur[r]. Objurgat duritiem populi, quòd plagas suas non sentiunt †. [Qu. 2. An propriè hæc intelligenda, an figuratè?] Resp. 1. Allegoricè: Ità ferè omnes, & veteres & recentiores[t]. Quatuor hîc agrorum & frugum pestes commemorat & comminatur; quibus extrema Judææ calamitas, per Chaldæos 4 ultimis expeditionibus inferendam, significatur[v]. Hæ 4 pestes sunt Theglathpal. Salman. Sennach. & Nabuch[x]. Vel, Salmanas. Nabuchod. Antiochus & Romani[y]. Vel, 4 Imperia[z], quæ singula successivè in Judæos insurrexerunt. Per *erucam*, Assyrius & Chaldæus: per *locustam*, Medi & Persæ: per *bruchos*, Macedones, & maximè Antioch. Epiphanes: per *rubiginem*, Romani, designantur[a]. Proverb. hæc est locutio. Sensus est, Quos reliquerit Phul, eos Teglathphalasar occidet aut abducet. Nam animalium vastantium nominibus denotantur exercitus, Jer. 51. 14, 27. Nah. 3. 15, 16*. Non placet hæc sententia. Cum locustis nusquam conferri videbis aut homines, nisi per contemptum, Num. 13. 33. Esa. 40. 22; aut hostes infensos, nisi ratione numeri, ut Jud. 6. 5. & 7. 12; aut magna Imperia, quæ *leonibus*, *pardis* & *ursis* conferuntur, Dan. 7. *locustis* verò nusquam[b]. Resp. 2. Propriè atque ad literam[c]. Ut patet, 1. ex sequentibus[d]; ex prophetiæ

Marginal notes (left column): [i] Tar. [k] Liv. sim. D. ex Hi. [l] Liv. [m] D. ex Hi. sim. Mer. [n] Liv. [o] Mer. [p] M. ex He. [q] M. ex He. sim. Calv. Mer. [r] Calv. sim. Oecol. † Oecol. [s] Calv. [v] Tar. [x] Mer. [y] Tar. sim. Oecol. [z] Tar. sim. Mer. Oecol. * Mer. † Mer. sim. Tar. Oecol. [a] V. [b] Pi. [c] D. [d] D. sim. Calv. * D. sim. V. [f] V. [g] G. sim. Liv. D. Mer. [h] Liv. [i] D. [k] Oecol. [l] Mer. [m] Oecol. [n] Pi. [o] D. sim. Pi. &c. [p] D. [q] Mer. ex Oecol. [r] Mer. † Oecol. [t] G. [v] Tar. sim. Pi. [x] Tar. [y] Pi. [z] Tar. [a] Liv. [b] Tar. [c] Tar. sim. D. ex K. [d] Tar. * G. [f] Mer. [g] D. [h] Mer. [i] BA. 2. 4. 7. 444. [k] K. in Ful. [l] Ful. misc. 5. 20.

Marginal notes (right column): [m] Hi. in Ful. [n] V. sim. M. Ful. D. [o] D. [p] BA. ib. 443. [q] D. V. &c. [r] D. sim. BA. † M. BA. ib. 442. [t] BA. ib. [v] Mer. [x] Liv. [y] Liv. ex Hi. [z] Liv. sim. Pi. [a] Pi. [b] Liv. [c] BA. 2. 4. 2. 455. [d] V. * M. [f] Mer. [g] Idem. [h] Idem. [i] V. sim. D. BA. [k] V. BA. ib. 446. [l] D. [l] G. [m] BA. ib. 446. [n] Q. [o] G. [p] Q. in Calv. [q] Mer. Calv. [r] Mer. † Calv. [t] Mer. [v] Me. [x] Q. in BA. 2. 4. 4. 466. [y] Cyril. in BA. [z] Hi. & Abarb. in BA. [a] Hi. in BA. * G. [b] BA. 467. [c] BA. ex RS. & K. & AE Tar. [d] BA.

phetiæ totius cohærentia & scopo *: 2. quòd tales calamitates & minatur Deus, Deut. 28. 38,39 [f]. & deprecatur Salomon, 1 Reg. 8. 37 [g]. & Deus iratus sæpe immittit [h]; ut ipse Plinius notat l. 11. c. 29 [i]. Obj. Nihil de hac locustarum in Judæam irruptione, aut de fame indè sequuta, in historiis Regum aut Paralip. habetur [k]: quod est mirabile [l]. Resp. Pleraque Prophetæ afferunt quorum nulla in iis quæ hodie exstant historiis fit mentio [m]. Scriptores Sacri hoc sibi non proposuerunt, ut referrent quoties Judæam fame afflixerit Deus. In historia 4000 annorum sex vel septem tantùm occurrunt famis narrationes, quæ etiam obiter tantùm & propter aliud referuntur; ut Gen. 12. 10. & 26. 1. Ruth 1. 1. &c. Fames autem illa Ruth 1. erat sub Judicibus, nec tamen in historia Judicum memoratur. Quare non mirum est etiam hoc loco omitti [n]. Hanc tamen vastitatem per locustas invectam ità à Propheta describi puto, ut simul etiam signum sit longè majoris per Chaldæos futuræ [o]. Quòd horum insectorum copia sæpe portendat non solùm famem & pestem, sed maximè bellum, multis historiis probat Aldrovandus. Est hic κλῖμαξ elegantissima. Immittitur, 1. גָּזָם, detondens præcipua germina; 2. אַרְבֶּה, ob copiam magis nocens; 3. יֶלֶק, corrodens lambendo etiam minutissima quæque; 4. חָסִיל, vastator, omnimodo consumens cum foliis fructus & ramos teneriores [p]. Porrò, hæ 4 species non uno, sed singulæ singulis annis, advenerunt [q]; 1. anno *gazam*, 2. *arbe*, 3. *jelek*, 4. *chasil* [r]. Hoc probant, 1. ex Joel. 2. 25. ubi annorum fit mentio, non unius anni: 2. quòd una alteri eodem anno non fuisset relictura quæ consumeret †. Sed hæc sententia non placet. 1. *Gazam*, quæ hîc prima est, ultima ponitur Joel. 2. v. 25. 2. Tunc non diceretur *arbe comedisse residuum gazam*, &c. neque enim hujus anni proventus sunt præcedentis reliquiæ. Itaque sive annotina fuerit hæc plaga, sive plurium annorum, ut suadet Joel. c. 2. v. 25. omnes locustarum species eodem anno in Judæam puto ingruisse; ità ut uno agmine ex agro aliquo discedente, alterum illi succederet, præcedentis reliquias, si quæ essent, depasturum, &c [t].

5. *Expergiscimini, ebrii*] Vel, *ebriosi*, G. Accommodatè; quia prolixior compotatio somnum conciliat [v]. Ebrii etiam vigilando dormiunt: deinde, consumunt majorem partem temporis in somno. Hoc vult, Etsi sopore obruantur, cogentur tamen expergisci; & pœna adeò manifesta erit, ut eam omnes sentiant, etiam illi qui mente & intelligentiâ ferè carent, quales sunt ebrii, qui tamen non poterunt sibi ampliùs blandiri [x]. Ostendit, Deum odisse ebrietatem, &c [y]. Al. *ebrii*, i.e. hujus seculi amore inebriati, qui non trepidatis à judicio Dei [z]. Evigilate ex somno securitatis: Rom. 13. 11. Eph. 5. 14 [a]. ¶ *Flete*] Ebrii se projiciunt in lætitiam etiam inter maximas clades. *Flete, ebrii*: quid ergò sobrii agent [b]? ¶ *Qui bibitis*, &c. [שׁוֹתֵי יַיִן עַל עָסִיס] *Potores vini*, (vel, *qui vinum bibitis*, Ti. Calv. &c. vel, *bibere amatis*, G.) *propter mustum*, JT. Pi. &c. vel, *super vinum novum*, Mo. vel, *propter succum expressum*, Ti. עָסִיס propriè est, omnis potus qui contusione vel calcatione exprimitur [c], (nam עָסַס est, *calcare, exprimere*, Mal. 4. 3 [d].) non modò ex uvis, sed etiam ex pomis, pyris*, malogranatis, ut Cant. 8. 2 [f]: & sic differt à תִּירוֹשׁ, quod tantùm vini mustum est, Jud. 9. 13 [g]. ¶ *Quoniam periit* (vel, *excisum est*, Calv. sic JT. Pi.) *ab ore vestro*] Fugit excisis vineis [h]. Non ampliùs ore illud sumetis [i]. Emphatica locutio [k]. Cogentur velint nolint sentire Dei judicium etiam in ipso ore & labris [l]. Vinum non invenietis [m]. Sarcasmus est, & lamentationis formula: q. d. Inviti estote sobrii & dolete vini penuriam [n]. Possunt hîc & v. seq. esse præterita pro futuris, Prophetarum more, ut rem futuram describat acsi accidisset [o].

6. *Gens*, &c. [כִּי גוֹי] *Gens enim* (vel, *ergò*, vel *nempe*. hîc accipitur, non causaliter, sed vel expositivè, vel illativè [p].) *ascendit super terram meam*, Pi. i. e. Judæam [q]. Consultò dicit, *meam*, qu. d. mihi sacram, quam ego delegi; quæ nunquam ità vastata esset, nisi ego pœnas sumerem [r]. Loquitur hîc vel Deus, vel Propheta, vel quilibet è populo †. *Gentem* hîc intelligunt, vel, 1. hostium exercitus [v]. Alia hæc est Dei vindicta. De sterilitate agrorum, &c. locutus est; hîc bellum addit [x]. Hæc refer ad vastitatem illatam terris per Phulem & Salmanasarem. Ante ea tempora in pace vixerant Tribus decem cum duabus, ut apparet 2 Par. 28. 10,—15. Itaque ex terris Decem tribuum vinum & esculenta perveniebant ad duas Tribus; id quod cessavit per illam vastitatem, à qua & ipsa terra Duarum tribuum, ob vicinitatem, immunis planè esse non potuit [y]. Vel, 2. gentem locustarum [z]. At quomodo locustas diceret *gentem* [a]? Resp. Gens propriè hominum multitudo dicitur; atque, exinde sumptâ tralatione, numerosum hîc insectorum collectorum agmen significat. Quomodo etiam *exercitus* dicitur c. 2. 11. & *populus*, ibidem v. 2 [b]. Sic עָם *populus* de formicis & cuniculis, Prov. 30. 25, 26 [c]. Hæc metaphora est usitatissima. Legimus enim *gentem ferarum*, Oppian. Cyneget. libri 3. ferè initio; & *apum*, Homer. Iliad. β'. 871; & *muscarum*, ibid. 469; & *porcorum*, Odyss. ξ'. v. 73; & *vulturum* atque *corvorum*, Lucil. Antholog. 2. 26; & *equorum, vitulorum* & *ovium*, Virgil. Georg. 3. Nec soli poetæ sic loquuntur: nam Columella *apum gentem* sæpe vocat, l. 10. cap. 3. & 9. & 10, &c; & Ælianus Histor. 6. 19. *cicadarum nationem* dixit [d]. ¶ *Dentes ejus ut dentes leonis*] Hoc est, duri, validi, acuti †; ut Apoc. 9. 8. ubi similiter de locustis sermo *: de quibus sic Plinius, *omnia morsu erodentes, & fores quoque tectorum*. Quæ vis in iis stupenda ‡. Al. Rapiditas hîc significatur. Pari imagine de Medis utitur Daniel, cap. 7. vers. 5 [f]. ¶ *Et*, &c. [וּמְתַלְּעוֹת לָבִיא לוֹ] *Et molares leonis* (vel, *leonis immanis*, JT. Pi. vel, *leænæ*, G. ex Arab. vel, ut molares *leonis*, P. vel, *leonis maris*. Vox *leonem masculum grandiorem* significat; nam ab ea formatur fœmin. לְבִיָּא *leæna*. Cùm enim in hominibus אִישׁ אִשָּׁה, in capris שָׂעִיר שְׂעִירָה, sexum distinguant; quidni similiter in leonibus לָבִיא & לְבִיָּא? Hieron. & o'. hîc habent, *catuli leonis*. Sed seniorem & grandiorem significare quàm ut possit catulis convenire ex Job. 4. 11. patet, ubi catulorum לָבִיא mentio fit [g].) *ei*, Mo. sub. *sunt*, JT. Pi. Crescit oratio: nam מְתַלְּעוֹת longè fortiores sunt quàm שִׁנַּיִם, Psalm. 58. 7. Prov. 30. 14; & לָבִיא crudelior ac robustior quàm אַרְיֵה [h].

7. *Posuit* (vel, *Ponet*, V. *Redegit*, Pi. *Disponens*, JT.) *vineam meam* (vel, *vites meas*, JT. Pi. Mer. Tar. singulare collectivè [i].) *in desertum*] In locum vastum & infrugiferum [k]. ¶ *Et ficum meam decorticavit*, [לִקְצָפָה] Vox alibi non occurrit: descendit à קָצַף, propriè, *spumavit*, metaphoricè, *irâ efferbuit* [l]. [Variè reddunt.] *Deglubit*, Ti. [Ca. hanc vocem cum seq. sic reddit, *decorticando nudas reddit*.] *In decorticationem*, Mo. P. M. D. ex He. Calv. Præ nimia scilicet siccitate: vel, quòd locusta decorticavit & comedit eam †. *In confractionem*, BA. sim. Sy. Ar. Sic & o'. εἰς κλασμὸν, aut συγκλασμὸν [m]. Pro quo supposuerunt inepti homines, γλυκασμὸν [n]. [Quomodo legit Mercerus, ideòque hanc versionem miram vocat.] Hæc vocis קְצָפָה versio confirmatur ex Arabismo. Arabicè enim קצף est, *frangere*; & אלקציף est, *fractus arboris ramus*. Quod maximè ad rem facit: modò ad summos arborum ramos referatur, quos locustæ depascuntur [o]. Al. *in fungum*, Q. in Tar. vel, *clavum*, JT. Pi. Q. in Tar. qui est vitium quoddam arborum, teste Plin. 17. 24 [p]. nempe tuber adnascens arboribus vetustis aut infœcundis; cùm humor radicalis circa imam arborem subsidit, & clavos, tubera aliaque vitia tanquam despumans exscreat [q]. *In spumam*, Q. in V. G. Sic videntur per similitudinem appellari clavi arborum [r]. Significat omnem humorem radicalem exstillare, & in spumam concrescere, sicut fieri amat in arboribus æstate decorticatis †. *In iram*, Q. in V. Mer. i. e. in tantam vastationem quæ colonis & dominis iracundiam summúmque mœrorem afferat [t]. Chaldæus, *in efflationem animæ* [v]; Latini dicerent, *ad laqueum & restim* [x]: q. d. in tantam vastitatem, ob quam non immeritò quis animam abjiciat ac despondeat [y]. Sed cur dicit *vitem* & *ficum*? Resp. 1. Quia bruchi & locustæ utrique infesti sunt. De vitibus testatur Didymus Geoponicῶn l. 10; de ficubus, Plin. 17. 25. ex Theophr. Histor. 2. 4 [z]. 2. Propter ebrios, quos alloquitur, qui vitibus, unde vinum, & dulcibus cibis, quales ficus, delectantur.

Marginal notes (left): * Tar. f Tar. sim. Mer. g Tar. h Tar. sim. Mer. i Tar. k Q. in BA. l Hi. & Abarb. in BA. sim. Q. in Mer. m Mer. n BA. 2. 4. 5. 481. o Mer. p Tar. q He. in Tar. & in BA. r He. in BA. † He. in Tar. t BA. ib. 4. 465. v D. sim. BA. x Calv. y Mer. z Oecol. a Tar. b Calv. c Tar. sim. D. ex He. d D. * Tar. f D. g Tar. h G. i D. k Mer. l Calv. m K. n Mer. o Mer. ad v. 5. & 6. p Calv. q Pi. &c. r Calv. † D.

Marginal notes (right): v Mon. sim. Calv. x Calv. y G. z D Mer. BA. a BA. b Liv. c D. sim. Mer. BA. d BA. 2. 4. 4. 467. † D. Pi. BA. * D. ‡ BA. ib. 467. f G. g Liv. h Tar. i Tar. k G. l Tar. † V. m D. BA. n D. o BA. ib. 459. p Pi. Tar. q Tar. r G. † Tar. t Mer. v Mer. Tar. x Mer. y Tar. z BA. ib.

lectantur. Sub his tamen etiam reliquorum vastationem complectitur[a]. ¶ *Nudans*, &c.] Heb. *Nudando nudavit*, &c. Pi. &c. vitem scilicet & ficum[b], foliis, surculis, fructibus[c]: exhausto qui supernè erat virore[d]. ¶ *Et projecit*] Sic Pi. sim. D. Calv. vel, *dejiciet*, subaud. *in terram frondes*, vel *ramos*, *ejus*, V. Detractum corticem, & quicquid in ea viroris, abjecit humi: sic relicti sunt rami nudi & albi *. ¶ *Albi facti sunt* (detracto scilicet cortice[f]: postquam vermes corroserint viriditatem arboris & cortices[g]:) *rami* (vel, *propagines*, V. *frondes*, Pi. *rami perplexi*, D. Tar. sim. Mer.) *ejus*] Ità P. Calv. &c. Quod non solùm fit quia cortex detrahitur, ut Genes. 30. 37. sed etiam quia ipse cortex arboris, cùm putrescit, exalbescit. Hinc Theophrastus, De causis 5. 12. *Alimenti defectu arbores exalbescunt & pereunt.* Arbores autem locustarum contactu perire & exarescere dicetur infrà. Utut sit, constat, ex Abyssinorum historiis, locustas non solùm corticem, sed & truncos, fruticum exscindere, cùm ad alius pabuli inopiam deventum est; teste Scalig. in Cardan. exercitat. 192[h]. [Ut minimè mirum sit, eorum dentes leonum dentibus conferri.]

8. *Plange*; ità P. M. Ti. אֱלִי] *Ulula*, Mo. Pi. *Ejula*, Sy. JT. Ca. nempe, ô filia Sion[i]; vel, ô Synagoga[k]. אִלָה Chald. idem quod קוֹנֵן Heb. h. e. *lamentari*[l]. ¶ *Quasi virgo* (vel, *nova nupta*, Tar. *Virginem* catachresticè appellat adolescentulam[m], viro desponsam[n], vel nuptam[o]; sed quæ virgo nupserat[p]. Nam בְּתוּלָה, propriè, quæ adhuc virum experta non est[q]. Sed בְּתוּלָה, propriè, non *virgo*, sed *juvencula*, qualis Rebecca esse dicitur, Gen. 24. 16. ubi addit, *& incognita viro*: quorsum, si בְּתוּלָה fit *virgo*[r]?) *accincta sacco* (habitu lugubri †) *super* (vel, *propter*, Pi. &c.) *virum* (vel, *possessorem*, V. vel, *maritum*, M.) *pubertatis suæ*] Sic V. &c. *juventutis*, seu *adolescentiæ*, *suæ*, Pi. G. &c. vel, *cui in juventute nupsit*, Ti. sim. V. D. Vel, recèns nupta[t]. Solent enim tales mulieres[v] maritos suos juvenes & valde amare[x], & amissos maximè lugere[y]: adeò ut nonnullæ, (ut historiæ testantur,) suis viris superesse non sustinentes, longiorem sibi hujus lucis usuram denegârint, unúmque doloris & vitæ suæ finem fecerint. Aptè ergò gravissimum luctum hoc denotat[z]. Inter præcipuos dolores sunt luctus parentum de liberis, & conjugum. In utroque genus muliebre excellit, utpote mollius & infirmius. Populum autem puellæ non nuptæ, sed quæ nuptiarum spem concepit, comparat. בַּעַל *amasium* propriè, non *maritum*, significat[a].

9. *Periit* (vel, *Excisum est*, D. BA. sim. Pi. Calv. &c. *Excidetur*, V.) *sacrificium* (vel, *oblatio*, Calv. *munus*, JT. Pi. &c. vel, *oblatio sacrificii*, V. ex He. vel, *fertum*, D. BA. p. 470. quod erat *genus libi in sacris*, ut Festus ait[b]. De מִנְחָה vide Levit. 2. & Marc. 9. 49[c]. & Levit. 6. 14. Psalm. 141. 2[d].) *& libatio* (vel, *libamen*, JT. Pi. Calv. ob vini inopiam *,) *de domo Domini*] i. e. Templo[f], ubi sacrificia fiebant[g]. Hinc constat Templum exstitisse; quanquam Abarb. contrarium colligit[h]. Locutio hyperbolica, quâ significatur magnam fuisse oblationum penuriam[i]. Quia *minha* & *libamen* omnibus victimis adhibebantur, ut videre est Num. 28. & 29. ex consequenti antecedens intelligit, sublata omnia sacrificia[k], & abolitum esse Dei cultum. Hinc coarguit populi stuporem, quòd non sentirent manifestissima hæc signa iræ Dei[l]. AE. hoc ad ebrios refert; Quomodo vinum invenietis & triticum, quum non sit unde fiat minha, &c? Sed prior sensus aptior[m]. ¶ *Luxerunt* (vel, *Lugent*, Pi. &c.) *sacerdotes*, &c.] Duabus sanè de causis[o]. 1. Ob cultum Domini intermissum[p]. Pii hoc potissimùm ægre ferunt, quòd non suppetit eis (non quo gulæ satisfaciant, sed) unde cultus Dei ritè peragatur[q]. 2. Quòd careant cibo suo[r]: nam ex muneribus, &c. vivebant, Num. 18. 8, &c †.

10. *Depopulata est regio*] Vel, *Vastatus est ager*, Mo. Calv. JT. Pi. in quo scilicet erant vites: i. e. Vastabitur fructus agrorum[t]; unde materia minhæ, &c[v]. Reddit ergò causam intermissionis sacrorum[x]. ¶ *Luxit* (vel, *Luget*, Pi. i. e. horret, squalet[y]. Elegans metaphora[z], ut Jes. 24. 7[a]. Lam. 2. 8. significans terræ suis fructibus spoliatæ vastationem vel sterilitatem: ut, contrà, *lætus ager* dicitur qui frugibus abundat; &, *læta segetes*, Virgil. Georg. 1. pro uberibus ponuntur[b]; &, prata *ridere* dicuntur[c]. Tale ferè est illud Ciceronis, 2. De nat. deorum, *Recessu Solis quasi tristitiâ quadam contrahit terram, & tum vicissim accessu lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur*[d].) *humus*] Propter fructuum corruptionem *: qu. d. Peribunt fructus terræ[f]. Vel, *terra*; id est, Incolæ terræ lugebunt[g]. ¶ *Confusum*, &c. הוֹבִישׁ] Hoc verbum vel à יָבֵשׁ *aruit*, vel à בּוֹשׁ *erubuit*, deduci, vel ex utroque compositum esse, potest[h]. [Hinc variant.] *Aruit*, Mo. P. Calv. sic M. JT. Pi. o'. Ch. Sy. Ar. Al. *Erubuit*, Ti. BA. Mer. sic Liv. D. tanquam pudore affectum, quòd hominum exspectationi respondere non possit[i]. In uvarum copia vites veluti superbiunt: sed hîc deformatæ vites, sine fructu, ægre se aspici patiuntur[k]. Metaphora ab hominibus spe suâ frustratis. Ut enim pudore tales afficiuntur; ità mustum speratâ suâ copiâ frustratum, ac vitis exspectati fructûs quasi spe decepta, erubescere videantur. Est quidem הוֹבִישׁ ambiguum; nam aliquando *exarescere* significat: sed altera verbi acceptio firmatur ex Esa. 33. 9. *erubuit Libanus*, ubi verbum הֶחְפִּיר usurpatur, quod propriè *pudefieri*, nunquam *arescere*, significat[l]. Al. *Fœdatum*, Ca. ¶ *Elanguit oleum*,] אֻמְלַל *Periit*, Ca. sim. V. *Infirmatum* (vel, *Imminutum*, o'. *Deformatum*, Ti. *Exterminatum*, M. Calv.) *est*, Mo. &c. *Dissipatum est*, ut אָמַל sumitur Thren. 2. 8[m]. *Effluxit*, Ch. in G. [Rectiùs Merc. Chaldæus, inquit, habet, *Defluxerunt*, foliis scilicet, *olivæ*.] *Fracuit*, D. Meliùs fortasse, *Languet*, vel *Elanguit*, D. JT. Pi. i. e. putrefactum est. Verbum à languore & debilitate animi deductum, & est cùm quid vires amisit, nec ampliùs usum sui præbet[n]. Ex his fiebant primitiæ, decimæ, ferta & libamina: cùm itaque hæc tria deessent, [*triticum*, *mustum*, *& oleum*,] non erat unde fierent solitæ oblationes[o].

11. *Confusi*, &c. הוֹבִישׁוּ וגו׳] *Erubescite*, (vel, *Erubescunt*, JT. Pi. sim. Hi. in Mer. Sed malim imperativè sumere, quod vehementius, & institutæ lamentationi accommodatius[p].) *agricolæ*; (ob defectum messis[q];) *ululate*, *vinitores*, Calv. Confirmat quod priùs dixit, nec est verbosus frustrà: quia hîc non tantùm vult docere, sed & afficere ac penetrare in animos[r]. Scopus Prophetæ erat, ad pœnitentiam excitare. Primus autem pœnitentiæ gradus est, *lugere*, id est, non esse securum, Dei iram & peccatum agnoscere, considerare & timere pœnas futuras †. τὸ *ejulate*, *vinitores*, referendum est ad id quod pòst sequitur, *Vinea confusa est*: quæ in medio sunt ad agricolæ luctum pertinent[t]. Ordo esset, *Erubescite*, *agricolæ*, *propter triticum*, &c. *Ejulate*, *vinitores*, *quia vitis erubuit*, &c. Sed hæc transponuntur per figuram qualis χιασμὸς ut Cant. 1. 4. al. 5[v]. [ubi annotata vide.]

12. *Vinea confusa est*] Vel, Quia *vitis exaruit*, JT. Pi. vel, *Vitem pudet*, utpote succo suo & fructu spoliatam[x]. ¶ *Malogranatum*, (vel, *Malogranata*, Ch. Sy. Ar. *Malus Punica*, JT. Pi. Mer. sic Ti. Ca. Et arboris & fructûs nomen est[y].) *&* (vel, *etiam*, Mo. P. &c.) *palma*, (vel, *palmæ*, Sy. Ch. *dactyli*, Ar.) *& malum*] Sic o'. vel, *malus*, Mo. P. Ti. &c. *arbor pomifera*, M. *poma*, Sy. Ar. sic Ch. q. d. Perierunt non tantùm ii fructus qui necessitati, sed & illi qui voluptati, inserviunt[z]. ¶ *Et omnia ligna* (vel, *omnes arbores*, Pi. &c.) *agri aruerunt*] At hoc, inquit Abarb. non competit locustis, quippe quæ fructus quidem absumunt, sed arbores non lædunt. Contrà sunt Plinius, qui scribit locustam *multa contactu adurere*; & Pisidas in Opificio mundi, Τήκει τὰ δένδρα, καὶ μαραίνει τὴν πόαν, *Arbores tabefacit*, *& herbam marcidam reddit*; & Damir, qui ait, *Saliva ejus plantis & arboribus venenum est præsentissimum*: *ità ut in quamcunque inciderit, eam perdat*. Quod idem pòst Valeriolam his verbis tradit Muffetus, *Nec solùm morsu segetibus, pascuis, pratis, hortis pomariisque nocent*; *sed stercore item nigro, viridi, mordace, gravi, biliosâque inprimis atque acri salivâ, quam multam ex ore inter rodendum fundunt*[a]. ¶ *Quia*, &c. כִּי־הֹבִישׁ וגו׳] *Quia* (*Imò*, Pi. *Ideo*, G. *Sanè*, ut sit expletivum[b],) *exaruit* (id est, prorsus periit[c],) *gaudium*, &c. JT. &c. Lætitia enim hominibus ex victu & vino, Psal. 4. 8[d]. *Gaudium* metonymicῶs pro illis rebus ponitur ex quibus gaudium capiebatur *. Sensus,

Pudet

Pudet gaudium venire in conspectum hominum. Elegans metaphora. Summa annonæ caritas significatur, qua cessat hominum lætitia; ut in annonæ vilitate gaudent omnes [f]. *Gaudium*, quo scilicet homines in messe & vindemia afficiuntur. Vide Psalm. 4. 8. & Esa. 9. 3 [g]. Gaudium coloni agri fœcundi [h].

13. *Accingite vos*] Ità Mo. P. JT. Pi. Calv. sim. M. Ti. &c. sub. *saccis*, P. M. Ti. D. Mer. Tar. &c. nempe habitu luctuoso, ut suprà 8. & jam sequitur [i]. Hoc subaudiendum facilè colligitur, tum ex ipsa sententia [k]; tum ex collat. Jerem. 4. 8 [l]. aliisque locis ubi hoc verbum cum שק construitur, ut 2 Sam. 3. 31. 1 Reg. 20. 32. &c [m]. Al. *Accingite vos*, id est, Festinate: nam ista locutio frequenter occurrit [n]. Sed exemplum idoneum desidero [o]. Vel, *Accingite vos & plangite* dicitur, pro, *Parate vos ad planctum* [p]. ¶ *Plangite*] i. e. Vehementissimè lugete, ut verbum significat Jer. 6. 26 [q]. ¶ *Sacerdotes*] Qui exemplo suo aliis præire debent: tum quia hoc fine electi sunt, ut aliis præfulgeant; tum quia alioquin in illis gravior est reatus, & ex iis gravius offendiculum nascitur [r]. ¶ *Ministri altaris*] Ut 1 Cor. c. 9. 13 †. i. e. Qui Deo in altari ministratis [s]. ¶ *Ingredimini*] Ità Mo. M. Ti. JT. Pi. Sy. sub. *templum*, M. sim. D. sive atrium Templi, ut ibi Deum invocetis [v]. ¶ באו] *Ite*, Ca. *Venite*, P. D. i. e. Agite [x]. Hortantis est [y]; ut Psalm. 95. 1. לכו, הבה, vel הב, Gen. 11. 3, 7. & 38. 16. Exod. c. 1. v. 10 *. De ingressu in Templum habes versu sequente [z]. ¶ *Cubate*] Heb. *Pernoctate*, Mer. D. &c. Non ad tempus accingimini [a], sed etiam noctem traducite in luctu. In tantis malis confugiendum ad preces & luctum publicum [b]. ¶ *Ministri Dei mei*] Gestit oratio & affectus: habet etiam πάθος. qu. d. Ego etiam apud Deum meum intercedam [c]. *Mei*, q. d. qui me ad vos misit [d]: ità authoritatem asserit doctrinæ suæ: cujus personam & causam ago *; qui nollet vos perire, &c [f].

14. *Sanctificate* (vel, *Præparate*, P. D. q. d. Curate ut plebs ad jejunium præparetur [g]. *Decernite*, Ch. in V. *Indicite*, JT. Pi. sic V. D. scilicet populo [h]. Sacerdotes alloquitur [i]: quibus non satis est ut ipsi plangant, &c. alios enim ad idem faciendum invitabunt, populúmque præparabunt [k]. Ubi rectè ipsi pœnitentiam egerint, alios possunt ad pœnitentiam vocare, & debent [l].) *jejunium*] Ità Ti. Pi. &c. Indictitium [m]. Ut spiritus sit expeditior ad res Divinas: nam crassus venter pingues sensus gignit [n]. ¶ *Vocate* (vel, *Indicite*, vel *Convocate*, D. Ti. *Proclamate*, D. JT. Pi.) *cœtum*] Sic Ti. D. vel, *diem interdicti*, JT. Pi. Heb. *interdictum*, Pi. *ferias*, D. עצרה utrumque significat [o]: sed propriè, *diem cessationis ab opere*, quando homines vacant orationi & rebus Divinis [p]. ¶ *Congregate senes*] Vel, 1. ætate [q]: quorum semper reatus gravior est [r]. Vel, 2. officio & dignitate †; magistratus [t]: quorum culpâ populus plerumque dissolutè vivit, Os. 5. 10. & 7. 5 [v]; qui ignaviâ suâ passi sunt corruptionem in cultu Dei & moribus: ideóque hos meritò vult esse duces & antesignanos reliquo populo in professione pœnitentiæ [x]. ¶ *Omnes*, &c.] Quia omnes rei erant [y]. Omne promiscuum vulgus. Tres erant ordines in republ. Judaica, sacerdotes, senes, plebs [a]. ¶ *In domum Dei vestri*] Emphasis est in pronomine *vestri*: qu. d. qui adhuc vos tuebitur, si convertamini, &c. quíque olim promisit [b], se in ea exauditurum preces [c], 1 Reg. 8. 30, &c [d].

15. *A, a*, &c. אהה ליום] *Ahah* (vel, *Eheu*, V. Tar. D. Pi.) *diei*, Mo. P. V. &c. vel, *diem illum*, Pi. sic JT. D. Al. *O diem*, sub. *infelicem!* *O diem illum!* Ti. *O calamitatem diei illius!* M. *Hei! qualis dies?* Mer. *Heu*, vel *Ah, propter diem!* Oecol. Mer. Paucis syllabis precantium affectus concludit: qu. d. *Propter diem* illum adesto nobis; vel, *Propter diem* illum apud te comparemus. Non contemnenda oratio, fideliter Deo nostram indicâsse miseriam *. אהה vox efficta naturaliter, quâ Judæi exprimunt animi dolorem ex præsenti miseria: de qua nunc queruntur ad Deum, hinc ad v. 19 [f]. ¶ *Propè est dies Domini*] Sic vocat diem graviorum malorum à Jehova immittendorum quàm antè experti erant, quæ tamen magna erant, Joel. 2. 25 [g]. *Dies*, &c. i. e. excidium Templi, quod secuturum post deportationem Decem tribuum dixerant sacerdotes ab Esaia [h]. *Dies Domini*, quo nempe sedebit tanquam Judex in Judæos [i]; vel, quo eos puniet per locustas [k]. *Dies*, id est, judicium quo impios visitabit [l]. *Dies* pro *judicio* hîc sumitur, ut 1 Cor. 4. 3 [m]. Est loquendi genus forense [n]. Sic loquebantur Cilices, unde Paulus erat oriundus [o]. ¶ *Et* (vel, *Qui*, D.) *quasi vastitas* (vel, *vastatio*, Pi. Liv. &c.) *à Potente* (h. e. repentina [q], validissima & vehementissima. Vide eandem sententiam Esa. 13. 6. & hujus illustrationem non ineptam Gen. 30. 8. *luctationibus Dei*, i. e. potentissimis [r]. Vel, *Omnipotente*, JT. Pi. &c. à forti †, cui resisti non potest [t]: à Domino [v]: nè fortuitò quis credat accidere [x]. Elegans hîc est paronomasia, כשד משדי [y]; acsi quis Græcè diceret, ὡς ἀπώλεια ἀπ' Ἀπόλλωνος [z]. *Vastitas à Deo vastatore* [a]. Alludit ad etymon τῶ שדי, quod derivatur, ut Dagesch indicat, à שדד *vastavit*. Hujus autem omnipotentis vastatoris h. l. meminit, quia Judæi secuti erant †.) *veniet*] Ordo hic est, *Dies iste veniet à Deo omnipotente, ut venire solet vastitas*, h. e. subitò & ex improviso: vel sic, *Veniet ut venire solet vastitas quæ à Deo omnipotente importatur* *.

16. *Numquid*, &c? הלא וגו'] *Nonne coram oculis vestris* (vel, *nostris*, D. Ti. &c. i. e. nobis videntibus [c],) *cibus exscinditur?* JT. Pi. &c. nempe à locusta [d]: sub. *nisi egerimus pœnitentiam*, V. Continuatur sacerdotum planctus *. Exprobrat eis amentiam & stuporem, quòd non animadverterent quæ ante oculos eorum posita erant, nec Deum infestum sentirent, quum penuria tanta fuit ut nulla esset oblatio: id quod ipsos magis vulnerare debuit quàm si ipsi centies fame confecti essent [f]. ¶ *De domo*, &c? מבית אלהינו שמחה וגיל] *E domo* (vel, Annon excisa sunt *à domo*, Ti. sim. D.) *Dei nostri lætitia*, sive *gaudium*, *& exsultatio?* JT. Pi. M. P. Mo. &c. h. e. frumentum & vinum, ut suprà 11 [g]. *Gaudium* intelligitur quo illi afficiebantur in Templo Dei [h], ubi hilariter gratias agere solebant: ubi & Deus delectabatur oblationibus & libationibus, vide Jud. 9. 13 [i]; & offerentes sacrificia & primitias [k], messis tempore [l], coram Deo lætabantur [m], & gratias agebant [n], & hilares eis vescebantur, juxta Deut. 12. 6, 7. & 16. 10, 11. Cessat autem hoc gaudium cùm desunt oblationes [o].

17. *Computruerunt jumenta in stercore suo*] Cùm enim præ sterilitate paleæ non essent in quibus jacerent, & nihil cibi foris invenirent, ad præsepia redibant, & ibi moriebantur [p]. ¶ עבשו פרדות תחת מגרפתיהם] *Computruerunt* (vel, *Fracuerunt*, Ca. *Madore corrumpuntur*, G. *Mucida facta sunt*, BA. JT. Pi. Tar.) *grana*, vel *semina*, (vel, *sata*, JT. Pi.) *sub glebis* (vel, *pulveribus*, P. vel, *glumis*, Ca.) *suis*, Mo. Tar. M. Ti. BA. &c. vel, *subtus sulcos suos*, i. e. in agris, ubi debebant germinare [q]: vel, *in acervis suis*, quò congesta sunt; nimirum ob causam quæ sequitur [r]. *Grana* autem hæc *sub glebis suis*, h. e. in terram jacta, *putrescebant* †, vel, 1. ob nimios imbres [t]: de quo vide Plin. 10. 24. Sed hoc non cohæret cum seq. v. 19, 20. ubi describitur summa siccitas. Vel, potiùs, 2. ex summa siccitate: quâ tamen semina propriè non tam *putrescere* quàm *vanescere* dicuntur, sive *exinaniri*, juxta Plinium, ubi suprà. Sed sive imbre grana putrescant, sive siccitate vanescant, τὸ עבש potuit utrumque complecti: ut in Hesiodi Clypeo cadaverum ossa Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ, *sub arido Syrio in nigra putrescunt terra*: quasi etiam siccitas sit causa putredinis. Atque illa ipsa siccitas cujus Propheta meminit causa fuit cur locustæ uberiùs provenirent. *Siccitatibus gaudent locustæ*, &c. ait Tertul. *Sicco Autumno largior est earum proventus*; Aristot. Hist. 5. 29. simil. Plin. 11. 28 [v]. Hîc tria sunt verba obscura, & variè reddita [x], & nusquam alibi reperta. Proinde hîc hærent Interpretes, neque dissensus major uspiam [y]. 1. עבשו; idem quod עפשו, ב & פ permutatis [z]: quæ literæ sunt homogeneæ [a]. Sic בצע dicimus & פצע pro eodem: [utrumque *concidere*, vel *vulnerare*, sign.] Sic Chaldæi פרזלא usitant ex Ebræo ברזל, *ferrum*. Sic Latini *buxum* & *burrum* fecerunt ex Græcis πύξον & πυῤῥὸν, ut Festus annotat [b]. Porrò, עפש est, *putrescere* [c], apud Talmudicos [d]: unde מעופש, *situ squalidum & peminosum*. Varro De re rustica 1. 51. *nè situ peminosa* [forsan rectiùs *pæminosa*, quæ malè olent, voce à *pædore* sumpta,]

ptâ,] *in rimis ejus grana oblitescant**. Unde Chald. bene vertit, אִתְמְסִיאוּ, *resoluta sunt in terram.* 2. פְּרֻדוֹת: quod est fœmin. plur. Paül, & participialiter occurrit Ezec. 1. 11[f]. ubi valet, *extensæ*[g]; & hoc loco, ubi valet, *separata*, seu *disjuncta*[h]. At h. l. in nomen degenerat[i], & significat *sata*, sive *semina*, sive *grana*[k], terræ commissa[l], à dispersione[m]; nam פָּרַד sign. *separavit*, *disjunxit*[n]. פְּרֻדוֹת *grana* verè exponi suadet, quòd פרדתא Syris est, *granum*: vide Syram paraphrasin ad Matth. 13. 31. Joh. 12. 24. 1 Cor. 15. 37[o]. 3. מֶגְרְפוֹת: quod alii *stercora* verterunt, alii *præsepia*, alii *glebas*, alii *acervos*, à verbo גרף, quod Hebr. Chaldæis & Arabibus est, *converrere*[p]. Sed sign. *glebas*[q], (sub quibus grana post sationem delitescunt[r]:) quod suadet similitudo vocum גֶּרֶף (unde מֶגְרְפוֹת) & רֶגֶב, quarum hæc in Jobo bis occurrit pro *gleba* †. Vox deducitur à גָּרַף *convolvere*, quia glebæ nihil aliud sunt quàm massæ terræ convolutæ[t]: vel, à גָּרַף, quod, de torrente usurpatum, *avehere* significat, ut Jud. c. 5. 21. & Arabicè in Alcamo, גרפתה אלסיל, *illum avexit torrens*; סיל גראף, *torrens omnia avehens*; גרף, *terra gleba quam torrens avebit.* Itaque מֶגְרְפוֹת sunt propriè *glebæ torrentis*, ut vocantur Job. 21. 33. deinde etiam glebæ quævis[v]. [Veteres locum aliter reddunt. Vulgatum vidimus: reliqui sequuntur.] *Subsultaverunt* (non lascivientes, meo judicio, sed pabuli inopiâ, velut indignabundi calcitrantes[x]. Videntur ό. legisse בָּעֲטוּ, pro עָבְשׁוּ: nam בָּעַט est, *calcitrare*. Arabicè tamen עבש significat, *contristari*, quod est oppositum τῶ σκιρτᾶν. Non rarò autem contingit ut verbum unum, ex una lingua in aliam traductum, significet contrarium illius quod significabat in lingua unde primò traductum est[y].) *vituli in præsepibus suis*, ό. sic Ar. Pro פְּרֻדוֹת, *grana*, legerunt פָּרוֹת, δαμάλεις, *vaccas*[z]. *Incœnatæ manserunt juvencæ super præsepibus suis*, Sy. *Computruerunt dolia vini sub operculis suis*, Ch. ¶ *Demolita*, &c. נָשַׁמּוּ אֹצָרוֹת] *Desolati* (vel, *Destructæ*, Ca. *Devastatæ*, M. sic Ti. sim. JT. Pi.) *sunt* (incensa igne hostico[a]) *thesauri*, Mo. P. vel, *thecæ*, M. *cellæ*, Ca. D. conditoria vini & olei[b]: *horrea*, JT. Tar. G. *granaria*, Pi. in quibus in usum anni sequentis fruges reponuntur[c]. qu. d. Horrea ruinosa sunt, & negliguntur; de iis instaurandis nemo cogitat[d]. ¶ *Dissipatæ* (vel, *Eversa*, M. Ti. Ca. vel, *Destructa*, JT. Pi.) *sunt apothecæ*, מַמְּגֻרוֹת] *Horrea*, Mo. P. M. Ti. Ca. Pi. *granaria*, JT. *Magaria*, id est, non horrea tantùm, sed & villæ, quas Pœnis dici, non *magalia*, sed *magaria*, notat Servius ad Æneid. 1. Villæ, nempe etiam in Judæa. Ideo corrupta imbribus frumenta, quia nihil erat in agris quo condi possent *.

18. *Quid*, &c? מַה־נֶּאֶנְחָה] *Quàm* (vel, *Cur*, Oecol. *Quantopere*, G.) *ingemiscit?* JT. Pi. V. vel, *ingemuit?* Oecol. Nempe, ex defectu pabuli[g]. Prædicit summam penuriam, quam & ipsa animalia sentient[h]. ¶ *Mugîerunt*, נָבֹכוּ] *Perplexa sunt*, JT. Pi. Liv. Eò rediguntur ut quò se vertant nesciant[i]. ¶ *Greges pecorum*] Vel, *ovium*, Pi. &c. quæ tamen pabula inveniunt ubi jumenta penetrare non possunt[k]. Tacita hîc est comparatio inter sensum brutorum, & populi socordiam[l].

19. *Ad te—clamabo*] Sunt verba vel, 1. Prophetæ[m]. qu. d. Quum isti surdi sint, & nec pudore nec metu tangantur, ego, illis relictis, ad te rectà concedam[n]. Vel, 2. quæ Propheta hîc præscribit resipiscentibus[o]. Continuantur verba quæ sacerdotes dicent, terris circumvastatis[p]. ¶ *Quia ignis comêdit speciosa* (vel, *habitacula*, JT. V. D. G. sim. Mer. *caulas*, Pi. ut vox passim sumitur: vide Esa. 65. 10. Jerem. 23. 3. &c[q]. נְאוֹת pro נָוֹת, commutatione literarum Ehevi[r].) *deserti*] In quibus pastores cum armentis & gregibus stationes habebant †, procul ab urbe sedem deligentes[t]. Vel, *loca herbifera*: in qualibus fieri solent habitacula pastorum[v]. מִדְבָּר non tantùm *desertum* significat[x], sed & *loca pascua*[y], sive *campum sativum*, sine arboribus tamen[z]. Ità Hebræi & Chaldæi vocem usurpant. *Habitacula* ergò hîc eadem quæ *magaria*[a]. ¶ *Et flamma succendit—ligna*] Vel, *arbores*, JT. Pi. G. de quorum fructibus aut corticibus animalia vivebant[b]. *Ignis & flamma* hîc sunt, vel, 1. zelus Dei vehementissimus; vide Ezec. 36. 5. Heb. 10. 27[c]: vel, 2. bellum; quod aptè incendio comparatur[d]; q. d. Hostes

* D. f Tar. sim. Mer. g Mer. h Glas. grim. 3. 4. 2. 411. i Tar. k Tar. Glas. ib. Calv. G. BA. l Glas. ib. m Calv. Glas. Tar. n Tar. Glas. o BA. ib. p G. q Tar. BA. D. r D. † BA. ib. t Tar. v BA. ib. x Mer. y Cap. crit. 4. 7. 3. 268. z Ibid. a G. b D. c Tar. d Mer. - * G. g Pi. h V. i Liv. sim. D. M. k Mer. l Calv. sim. Tar. m Mer. D. sic Calv. Tar. n Calv. o Q. in Mer. p G. q Pi. r Mer. † D. t Mer. v Q. in V. x Oecol. y G. z Oecol. a G. b Idem. c Tar. d Mer.

per ignem & gladium omnia vastârunt *: vel, 3. ventus urens[f]: vel, 4. immodicus æstus[g], ut Psal. 83. 15[h]: vel, 5. locustæ[i], quæ *contactu adurunt*; Plinius[k], [ubi suprà;] quæ ignis instar omnia vastant, quibus resisti non potest[l]. Omnia pascua sunt à vermibus corrosa, acsi ignis exussisset ea[m].

20. *Bestiæ*, &c. בַּהֲמוֹת שָׂדֶה תַּעֲרוֹג] *Bestiæ agri* (vel, *Bestiarum agri quæque*, Pi. sic JT. Tar. i. e. Feræ: hanc enim significationem requirit vox שָׂדֶה adjuncta voci בַּהֲמוֹת[n].) *vociferabuntur ad te*, P. Ti. &c. vel, *clamârunt*, &c. G. vel, *glocitat*, &c. Liv. Tar. &c. ut cervus sitiens, Psalm. 42. 2[o]. Hoc verbum est cervorum proprium[p], & per catachresin de feris aliis dicitur[q]. *Clamant ad te*, capite erecto[r], tanquam implorantes opem tuam †, & fatentes nullum esse penuriæ remedium nisi à Deo[t]. Dolorem suum ejulatu testantur[v]. Est prosopopœia, quâ etiam Judæis exprobrat suum torporem, quòd Deum nondum invocent[x]. Clamant bestiæ, & Deus earum clamore afficitur: Cur ergò nostros eum gemitus spernere statueremus[y]? ¶ *Exsiccati sunt fontes*, &c.] Vel, *rivi*, &c. Non mirum de rivis, si & flumina quondam defecêre, non epotantibus, ut puto, sed fontes obstruentibus, immensis illis sub Xerxe copiis†. ¶ *Speciosa deserti*] *Habitacula*, ut suprà; i. e. caulas & stabula unde feræ pasci solebant[z].

* M. f L. g Liv. BA. sic Pi. h Liv. BA. 4. 2. i Mer. D. k D. l Mer. m M. n G. o Liv. sim. D. Mer. p Mer. sic G. q G. r Tar. sim. Calv. † Tar. t Calv. v Mer. sim. Calv. x Calv. y Mer. † G. z G.

CAP. II.

1. CAnite tubâ] Alludit ad solennem Legis ritum[a]; quo clangore tubæ convocârunt populum[b], sive ad cultum Dei, sive adversùs hostes, Numer. 10. 2, 3. & 29. 1. & 31. 6[c]. Periculum subitum & ingens significat[d]. Jubet omnes convocari, ut se reos agnoscant, & pœnam deprecentur *. Hîc prædicitur adventus Sennacheribi, & obsidium Hierosolymitanum per eum factum. Clangi solet ad hostis adventum, Ezec. 33. 3. Hos. 5. 8 †. *Clangite*, sub. *propterea*: q. d. Idcirco invitandus est populus ad pœnitentiam, quòd brevi venturus sit dies Domini*. Non hîc concionem cogit, non jejunium indicit, ut infrà v. 15. sed hoc vult, qu. d. Date signum adventantis locustæ[f]. ¶ *Ululate*, הָרִיעוּ] *Classicum canite*, Ti. sim. D. ut solebant ad movenda castra, Num. 10. 5, 6[g]. *Taratantarizate*, P. nam תְּרוּעָה est fractus & concisus tubæ sonus, qui *taratantara* Latinè dicitur[h]. ¶ *Quia venit dies Domini*] Sed nondum ille magnus, de quo Joel. 3. 19. al. 14.[i]. Dies animadversionis, ut Mic. 7. 4[k]. Tum reis diem dicet Dominus, & de iis pœnas reposcet[l].

2. *Dies tenebrarum*] Vel, 1. propriè[m]; Dies quo obscurabitur aer copiâ locustarum[n], ut factum Exod. c. 10. v. 15[o]: [vel, 2. metaphoricè;] hoc est, Tempus summarum calamitatum[p]. Ut *lux* res secundas, ità *tenebræ* adversas, in Scripturis denotant[q]. ¶ *Dies nubis & turbinis*, וַעֲרָפֶל] *Et caliginosa*, Ti. *& tenebrositatis*, P. sim. V. JT. Pi. Hæc vox densiores tenebras significat[r], ut Job. 22. 13 †. ¶ *Quasi manè*, &c. כְּשַׁחַר פָּרֻשׂ וגו'] *Sicut aurora* (vel, *lux matutina*, M. vel, nubes *auroræ*, JT.) *diffusa* (vel, *expansa*, Mo. BA. Liv. &c. Aptissimum verbum[t]. Auroram *expandi*, vel *spargi*, etiam poetæ dicunt. Homer. Il. θ'. initio, Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. Quod Virgil. ità expressit, Æneid. lib. 4. *Et jam prima novo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile*[v].) *super montes*, Liv. Hoc addit, quia lux in montibus primùm apparet[x]. Significat fore ut hoc malum diffundatur instar Auroræ[y]: h. e. 1. citò sive repentè[z]; ut Esa. c. 58. 8[a]: 2. longè latéque[b]; ut Aurora momento omnes orbis partes pervadit & illustrat[c]. Ut Aurora montes, sic locustæ omnia, occupant ‡. 3. Ità ut retineri nequeat[d]: [ut Auroræ adventum nemo sistere potest.] ¶ *Populus multus & fortis*] Intellige vel, 1. Assyrios sive Babylonios *. Quod refutatur ex v. 4, 5, 7. ubi hic populus militibus comparatur tanquam similis[f]. Vel, 2. multitudo insectorum[g]. *Populus* hîc, ut antea c. 1. 6. *gens*[h]. ¶ *A principio*] Vel, *à seculo*, JT. Pi. Tar. &c. i. e. à mundo condito[i]. ¶ *Is*

annon

a Calv. b Calv. sim. Tar. M. c Tar. d Mer. ex Oecol. sim. Tar. * Calv. † G. * V. f D. g Idem. h Idem. i G. k Tar. l BA. 2. 473. m D. n Ti. sim. D. o D. p G. sim. Tar. Mer. q BA. 2. 4. 5. 473. sim. D. Tar. &c. r Mer. Tar. † Tar. t Liv. v BA. Liv. x BA. y BA. 473. z BA. Mer. Calv. sic M. V. D. &c. a D. BA. b Liv. sic BA. G. c Mer. ‡ Ca. d Tar. ex Luth. * M. sic D. Calv. Oecol. G. f Pi. g Liv. Pi. sim. D. Mer. Tar. BA. h Liv. BA. i Tar. Pi.

annos generationis & generationis] Vel, *ætatis & ætatis*, V. Liv. ut Deut.c.32.7. confer & Joel.3.25[k]. id est, multorum seculorum[l]; vel, cujusque ætatis[m]. Nunquam ultrà[n].

3. *Ante*, &c. לְפָנָיו אָכְלָה וגו'] *Ante illum* (scilicet locustarum populum[o]) *devorat* (vel, *consumet*, D. JT. Pi. Tar. Heb. *comedit*, ad certitudinem sc. eventûs †,) *ignis*, (i. e. æstus Solis[p]: vel, *ignis*, i. e. ut ignis[q]; nam locustæ humorem nativum herbarum plantarúmque penitùs exsugunt, unde, velut igne adustæ, inarescunt[r]:) *& post eum exardescet* (vel, *inflammabit*, JT. Pi. Tar.) *flamma*, M. Sensus, Quaquà ibit, omnia lucebunt incendiis: Esa. 9. 18. & 10. 17†. Al. Locustæ terram vastant quasi incendium sit[s]. Summa siccitas & præcessit locustarum adventum, & sequuta est[t]. *Antè & post* hîc refer ad situm locustæ[x]: vel, si libet, ad ea quæ priùs vel posteriùs corrodit[y]. Eleganter cum *antè* utitur præterito, cum *post*, futuro. Sensus est, Ante vel post se nihil reliqui facient[z]. ¶ *Quasi hortus voluptatis*, &c.] Vel, *Edenis*, D. Pi. &c. i. e. locus amœnus & cultus: confer Esa. 51. 3. Ezec. 36. 35[a]. Admonet Judæos nè confidant in benedictione Dei quâ terram amœnam & fœcundam incolebant[b]. ¶ *Post eum solitudo*, &c. מִדְבַּר שְׁמָמָה] *Desertum* (sub. *erit*, JT. Pi. P.) *desolatissimum*, JT. Pi. Tar. vel, *desolationis*, i. e. vastissimum[c]. ¶ *Neque*, &c. וְגַם פְּלֵיטָה וגו'] *Adeóque evasio* (vel, *quod evadat*, D. JT. Pi.) *non erit ei*, Calv. sub. *populo locustarum*: q. d. Nemo illum effugiet[d]. Vel, *ei*, i. e. ab eo*. Omnia tenebuntur ejus copiis[f]. Nulla erit evadendi spes[h]. Nihil in terræ proventu residuum erit: omnia enim absumet[i].

4. *Quasi aspectus* (vel, *species*, JT. Pi.) *equorum*] Ità Calv. BA. &c. i. e. terribilis & ferox, ut equorum in bello, Job. 39. 20[k]. Si quis de locustis hoc accipi posse negat[l], conferat Apoc. 9. 7[m]. Locustæ conferuntur equis, vel, 1. generositate & animositate; vel potiùs, (ut hemistichium secundum ostendit[n],) agilitate[o], & cursûs aut volatûs celeritate[p], quâ sunt equis propè pares[q]: vel, 2. figurâ capitis aut faciei, quæ equinæ similis est, ut disertè dicunt Albertus l. 26. Aldrovandus, Theodoretus, & Arabes[r], [quos vide in Authore.] Al. Sæpe & Græci & Latini virum fortem equo generoso conferunt, qui *Primus inire viam, & fluvios tentare minaces, Audet, & ignoto sese committere ponto; Nec vanos horret strepitus* *. ¶ *Quasi equites*] Sub. *parati ad prælium*, V. qu. d. Maximo impetu feruntur †. Sensus loci, Veniet cum horribili & truculenta facie, ut montes ipsi commoveri videantur ad aspectum ejus[t]. Hic locus convincit hæc propriè ad locustas pertinere[v]. Quis enim dixerit Assyrios ut equites fuisse, cùm re verâ equites fuerint[x], iique magno numero? ut ostendunt Ezec. 23. 6, 12, 23. & 26. 7, 10, 11. Nah. 3. 2. Hab. 1. 8. &c[y]. Al. *Quasi equites*, &c. Pedites ipsi erunt velocissimi[z]. Pedites autem cum equitibus conferri novum est & inauditum[a].

5. *Sicut sonitus* (vel, *strepitu*, JT. Pi.) *quadrigarum* (vel, *curruum*, JT. Pi.) *super capita* (vel, *cacumina*, JT. sic Pi.) *montium*] Quadrigæ catenis & aliis apparatibus magno stridore feruntur, maximè super saxa[b], vel montium cacumina[c]. Sensus, Venient magno cum strepitu[d]. Al. Talem strepitum edunt locustæ salientes *, super cacumina montium[f]: quò quadrigæ raró feruntur. Hoc itaque plus habent locustæ quàm quadrigæ, nihil illis inaccessum est[g]. Hoc locustis prorsus convenit, quæ magno strepitu volant: vide Apoc. 9. 9. *Tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur*, Plin. 11. 29. *Magnum sonitum faciunt quando mittuntur, in tantum ut à sexto milliari possit audiri sonitus eorum*, ait Remigius Altissiodorensis. Illis etiam propria vox tribuitur, testibus Plin. ibid. & Ælian. 6. 19: sive sonus hic fiat alis, ut volunt poetæ; sive crurum posteriorum attritu, ut vult Aristot. Histor. 4. 9[h]. ¶ *Exsilient*] Vel, *salient*, locustæ scilicet, quarum proprius saltuatim incedentium hic gressus est: vel, cùm *saliunt*, sub. *currus*, & sub. כְּ *. ¶ *Sicut sonitus flammæ*, &c.] Nam & stipula crepitat accensa, & ignis cùm eam accendit[i]. Subaudi, כְּ קוֹל, (nam alteram partem similitudinis, ubi ex sese intelligi potest, sæpe omittunt Hebræi:) talis est & ejus plantas erodentis strepitus.

Nec strepitum solùm notat, sed & celeritatem abrodendi, instar ignis talia maximè comburentis[k]. ¶ *Velut populus fortis*, &c.] Intelligunt vel, 1. de Assyriis, quos formidabiles fore significat[l]. Incedent semper armati paratique prælio. כ hîc est כ אמונה *Caph veritatis*[m]. Vel, 2. de locustis[n]: quarum alacritatem in exsequendo Domini ducis sui imperio significat; & belli peritiam, quâ incedunt ut milites suis ordinibus ab Imperatore digesti[o], & strepitum atque clangorem, qualem militum in acie[p]. Priùs *populum* dixit, per metaphoram; hîc, *ut populum*, eúmque *validum*, ratione numeri & virium. Hieron. *Quid locustis innumerabilius & fortius, quibus humana industria resistere non potest?* Cyril. *Est inexpugnabilis, & hominibus prorsus insuperabilis, bruchi & locustæ irruptio*[q].

6. *A facie ejus* (i. e. Præ metu ejus: cùm enim locustarum aliorúmque insectorum agmina feruntur per aerem, soliciti ac trepidi aspectant populi, metuentes nè in sua subsidant regione †.) *cruciabuntur*, יָחִילוּ] *Timebunt*, V. sim. BA. *dolebunt* Mo P. Mer. Pi. Tar. instar parturientium[t]: ut vox significat[v]. ¶ *Omnes vultus* (vel, *facies*, JT. Pi. &c.) *redigentur*, &c. קִבְּצוּ פָארוּר] *Contrahent* (vel, *colligent*, Mer.) *fuliginem*, Mo. sim. Ch. vel, *nigrorem*, P. D. JT. Pi. sic M. Metu nigrescunt vultus, Esa. 13. 8[x]. Vel, *luridum ollæ colorem*, Ti. sim. Tar. Vel, *ollam*, i. e. nigredinem[y], per metonymiam subjecti[z], ex loco parallelo Nah. 2. 10[a]. Sic infrà, *sanguis*, pro colore sanguineo; &, *coccinum*, Esa. 1. 18. pro colore coccineo. Pallor metum indicat; nigror, talem metum qualis est in morituris[b]. Vel, *pallorem*, Ca. Liv. ex collatione locorum similium, Esa. 13. 8. Jer. 30. 6. Nah. 2. 10[c]. Pallorem autem hîc significat plumbeum & nigricantem[d]; quo facies subducto sanguine in metu livescit *. Vel, *decorem*, sive *pulchritudinem*. *Contrahere* autem *pulchritudinem* dicitur sicut, [infrà v. 10.] *stellæ contraxerunt splendorem suum*, id est, obscuratæ sunt[f]: ità h. l. nitorem solitum intrò receptum & coactum amiserunt[g]. Verùm ibi [v. 10.] est אָסַף, quod etiam de re continua dicitur[h]; non קִבֵּץ[i], quod hoc significatu non quadrat[k], neque usurpatur nisi de re dispersa[l]. Qui *decorem* vertunt volunt א in פארור radicale esse[m]. *Olla* dicitur פָּרוּר Num. 11. 8[n]. à פָּרַר; fortè quòd in ea carnes minutatim concisæ coquerentur[o]: hîc פָּארוּר, ubi א non est radicalis, sed litera protractionis, & ex abundanti addita[p], vel inserta per epenthesin[q]: quod in Hebræis sæpe, & passim apud Arabes, lectionis potiùs indicandæ causâ, quàm quòd ad nominis substantiam pertineat, solet accidere[r]. [ο'. verba sic reddunt, *sicut adustio ollæ*: Ar. verò sic, *erunt similes nigrori ollæ*: simil. Sy.]

7. *Sicut fortes*; ità Pi. M. P. כְּגִבּוֹרִים] *Potentes*, JT. Tar. *gigantes*, Q. in D. *milites strenui*, sive *robusti* D. BA. & *cursu valentes*, D. Strenuè munus suum obeunt; omnia illis sunt pervia †. Ut qui nihil timeant[t]. ¶ *Ascendent* (*scandent*, JT. Pi. D. Tar.) *murum*] Intrepidè scilicet & magnâ virtute[v]. *Murum*, i. e. muros multarum urbium, 2 Par. 32. 1. Esa. 36. 1[x]. ¶ *Viri* &c. וְאִישׁ וגו'] *Et quisque in viis suis*, sive *per vias suas* (vel, *in itinere suo*, D.) *gradiuntur*, Mer. vel, *procedent*, BA. sic JT. Pi. i. e. Pergent quò voluerint[y]. Al. Suum quisque locum & stationem in acie tuebitur, non impediente turbâ[z]. Confert locustas scientibus bellatoribus, quibus ordinis conservandi peritia est: quæ quidem res ad hostium terrorem & victoriæ acquisitionem apprimè necessaria est, ut copiosè declarat Xenophon[a]. Nec mirum hoc dici de locustis, quæ dicuntur castrametari, Nah. 3. v. 17. & confertim procedere omnes quasi instructa acie, Prov. 30. 27[b]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יְעַבְּטוּן אָרְחוֹתָם] יְעַבְּטוּן socium non habet in Scriptura[c]. [Hinc variant.] *Et non interrogabunt* iste ab illo *de semitis suis*, Q. in V. Proximè enim dixit, *per vias suas gradientur*. h. e. Non venient tanquam exteri per vias incognitas, solicitè inquirentes nè sint anfractus, aut viæ perplexæ, aut insidiæ; sed securè pergent, acsi jam iter illis esset patefactum[d]. *Et non deflectent viis suis*, Mo. vel, à, sive *de*, *viis suis*, Ar. ο'. Sy. Q. in V. sic Ti. Ca. Nemo eos avertere poterit *. *Neque pervertunt*, vel *pervertent*, *itinera sua*, V. vel, *semitas suas*, D. JT. Pi. BA. i. e. non calcitrabunt in semitis suis[f]: vel, non

non deflectent à via; tenebunt rectum iter [g]. יְעַבְּטוּן dicitur pro יְעַוְּתוּן *pervertent* [h], ob commutabilitatem literarum ejusdem organi [i]: atque eam significationem habet in lingua Arabica [k]. Id nobis tamen, etsi diligenter inquirentibus, hactenus constare non potuit. Lexicographus Arabs tres dat verbi עבט significationes; 1. *mactare*, 2. *evenire*, 3. *lacerare* [l]. *Non obliquant*, sive *pervertunt*, &c. i.e. Diverticula non quærunt, rectâ gradiuntur & latâ viâ, quæque loco suo †. Al. *Nec morantur*, sive *tardi erunt*, *in viis*, sive *semitis*, *suis*, M. Ch. *Neque retardabunt*, vel *tardabunt*, vel *remorantur*, *itinera sua*, sive *semitas suas*, P. Mer. vel, *gressus suos*, Calv. Celeriter currunt [m]. Vis hujus verbi sumpta est à עֲבוֹט *pignore* [n]: idque, vel, 1. sensu jam dicto, quòd pignus in manu cujuspiam detinetur & retardatur [o]; vel, 2. hoc sensu, *Non mutuant vias suas* una alteri, sed quæque viâ suâ vadit. Verbum hoc [עָבַט] *mutuare*, propriè, accepto pignore, significat [p]. Al. Lingua Æthiopica hîc, ut passim, lucem adferre videtur. Significat ibi עבט *cogere*, & quidem ad iter; quod propriè est, *angariare*, Matt. 5. 41. & 27. 32. Nec longè est ab usu Hebræo hæc significatio: nam ut angariatio fuit actio quâ angariati usum sui, suorum servorum, jumentorum & curruum angaris concedere, adeóque ad tempus in eorum potestatem transire, cogebantur; sic apud Hebræos עָבַט in Kal, *oppignerari*, est passio quâ res quædam pignoris loco transit ad tempus in usum & potestatem creditoris; & in Hiphil, הֶעֱבִיט, *oppignerare*, est actio quâ creditor rem proximi cogit pignoris loco in suam ad tempus potestatem & usum transire. Locum ergò sic verto, *Et non cogent itinera eorum*, id est, non cogentur, &c. Explicare videtur quod jam dixerat, *quemque iturum in viis suis*: quod fieri non posset si ab aliis angariarentur; tunc enim non essent sui juris, ut pro arbitrio viis suis insisterent, sed angaros comitari, iisque inservire, cogerentur. Non id, inquit, usu veniet huic locustarum exercitui: quisque in via sua recta procedet, nemine cogente ut aliorsum deflectere debeat. Sicut v. seq. *Alius alium non impellet*, &c. *quisque in suo calle ibit*, inter se opponuntur; (si enim alius alium impelleret, non posset quisque in suo calle procedere:) ità & hîc, *Quisque in via sua ibit*, &c. *nemo angariabit itinera eorum*, inter se opponuntur; si enim ab aliis angariarentur, à viis suis diverterentur [q].

8. *Unusquisque*, &c. [וְאִישׁ אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן] *Et vir fratrem suum* (vel, *unus alterum*, JT. Pi.) *non urgebunt*, Mo. V. D. vel, *impellent*, D. *prement*, JT. Pi. D. *Nullus alium* (vel, *fratrem suum*, M. *socium suum*, P.) *impellit*, Ti. vel, *impellet*, P. *coarctabit*, M. nè possit expeditè procedere [r]. Non confundent ordinem in acie sua instructa †. Alter alterum non impediet in itinere: ità bene structis ordinibus incedent [t]. Tanta turba (quod mirum) nihil confusionis generabit, sed composita erit & ordinata [v]. Quique sese invicem non arctant: eum inter se tenent ordinem, ut nec nimiùm à sese invicem distent, nec se mutuò urgeant. Quæ in acie ordinanda ratio observari solet, ut neque sibi impedimento sit turba, neque interim facilè hosti ingressus pateat [x]. Locustæ cum exercitu conferuntur ratione ordinis quem in volatu & in incessu servant; de quo sic Hieronymus, idque ex αὐτοψίᾳ: *Tanto ordine, ex jubentis Dei dispositione, volitant* [locustæ,] *ut, instar tessserularum quæ in pavimentis artificis finguntur manu, suum locum teneant, & nè puncto quidem, aut ungue transverso, declinent ad alteram. Hoc, inquit, nuper vidimus.* Et Theodoretus, τῶν πολεμίων δίκην, &c. *Instar hostium conscendunt, & per vias incedunt, nec ullâ vi se divelli patientes, sed tanquam mutuâ quadam conspiratione impetum facientes.* Et Cyrillus, φασὶ δ' αὐτὰς, &c. *Aiunt eas ordine ire, & quasi per acies volare, miniméque sejungi, & tanquam sorores se mutuò subsequi; mutuum illis amorem naturâ dispensante.* Arabes quoque, apud Damirem, *Congregantur*, inquiunt, *ut exercitus. Earum enim prima cùm migrat, sequuntur universæ, & pariter migrant; & prima cùm diversatur, diversantur reliquæ omnes.* Sed huc maximè pertinet, quòd ab Arabico verbo נדם *nadama*, quod *certâ serie jungere* & *connectere* significat, quomodo in monili margaritas, *locustarum agmen* מנדום *mandoum* dicitur, ut habet Alcamus. Proinde Sigebertus, de locustarum multitudine quæ Galliam vastavit anno 874. *Quod mirum est dictu, tanto ordine volitavit, præmissis ducibus qui pridie castra metarentur, ut militaris disciplina in iis animalibus cerneretur* [y].

¶ *Singuli*, &c. [גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן] *Vir* (vel, *Quisque*, P. JT. Pi. Sed *vir*, M. Sed *quisque*, Ti.) *in calle suo* (i.e. in ordine suo [z]; vel, *viâ suâ*, Ti. *per semitam suam*, M. *suo itinere*, Ca. *per aggerem suum*, JT. Pi. i. e. per viam aggestam [a];) *ibunt*, Mo. vel, *ibit*, P. *incedet*, M. Ti. &c. τὸ גֶּבֶר plus est quàm אִישׁ: hoc enim & de hominibus & de rebus aliis dicitur; illud autem de hominibus tantùm, illísque masculis, id est, de viris, usurpatur. Hoc autem nomen locustis tribuit [b], vel, 1. ad id respiciens, quòd eas suprà strenuis militibus comparaverat [c]: vel, 2. qu. d. Virili præstans robore quæque earum in via sua trita gradietur [d]. ¶ *Sed &*, &c. [וּבְעַד הַשֶּׁלַח יִפֹּלוּ לֹא יִבְצָעוּ] *Et super gladium ipsum decident*, (vel, *per missilia*, aut *per enses*, *ruunt*, BA. Ca. sic D.) & *non vulnerabuntur*, P. sim. M. V. D. JT. Pi. G. BA. Ità quippe armis muniti erunt *. Non est hic exercitus ut reliqui hostes, quos gladio arcebis [f]. Magno successu pugnabunt; imprudentes periculis se exponent, ut prædæ cupida turba, evadent tamen: felix audacia [g]. Reliqua animalia viso homine fugiunt, sed hæc eum ultro appetunt. Proinde, cùm locustarum nubes ingruit, omnes in ædibus latent, nè, si prodeant, eas provocent; teste Democrito in Geoponicis, l. 13. Non timent enses, nec facilè sauciantur. Suâ scilicet levitate & tenuitate quosvis ictus eludunt. Præterea,—*cognatus dorso durescit amictus, Armavit natura cutem*—ait Claudianus. Hinc Apoc. 9. 9. *Et loricas habebant quasi ferreas* [h]. בָּצַע, *sauciari*, idem quod פָּצַע, ב & פ permutatis [i]. בָּצַע modò πλεονεκτεῖν, (*lucrum captare*,) modò διακόπτειν, ἐκτέμνειν, (*dissecare*, *exscindere*.) Est ergò hic activum pro passivo, ut sæpe in talibus verbis [k]. [Alii locum aliter reddunt:] *Cadunt pro telo, nec lucro inhiant*, Ti. *Et super missile cadent, non avari erunt*, Mo. vel, *non studebunt avaritiæ*, i. e. nemini ratione pecuniæ parcent [l]. *Et in jaculis suis cadent*, ο'. Ar. (vel, *Præ armorum suorum pondere cadent*, Sy.) *& non consumentur*, ο'. vel, *& rem ad exitum non perducent*, Sy. Ar. *Ad locum quò missi sunt trucidant, nec recipiunt pecuniam*, Ch. Et pro legatione quam obeunt, à Domino scilicet missi, (שָׁלַח est, *mittere*,) ruunt, vel irruunt, stragem edunt, & sese vel apertissimo discrimini objiciunt; nec quæstu ducuntur quò minùs susceptam legationem obeant [m]. Sed coactius videtur [n]. τὸ בְּעַד maximam propinquitatem notat [o], & valet, עַל [p], *usque ad*, vel *super* [q], Gen. 7. 16 [r]. שֶׁלַח tam latè patet quàm Latinis *telum*, aut Græcis βέλος †. Significat *telum* [t], vel, quodcunque *missile* [v]. In specie autem significat [x] *gladium oblongum* [y], vel, [simpliciter,] *gladium* [z], ut 2 Par. 23. 10. & 32. 5 [a]. eúmque strictum & è vagina emissum [b], Neh. cap. 4. vers. 17 [c].

9. *Urbem*, &c. [בָּעִיר יָשֹׁקּוּ] *Per urbem* (vel, *In urbe*; non foris tantùm [d]. *In urbem*, i. e. adversùs urbem *,) *gradientur*, P. D. sim. M. &c. vel, *current*, sive *discurrunt*, Pi. Mer. sim. JT. victorum more [f]. Non solùm eam occupabunt, sed omnes ejus angulos perreptabunt [g]. Vel, *arma concrepabunt*, G. Usus est verbo à *cruribus* deducto, quod optimè convenit locustis, ob continuum gressum [h]; quia crura assiduè agitant [i], iisque jugiter saltitant, & sonitum edunt [k]. Sed cùm יָשֹׁקּוּ de duplicatis, שׁוֹק *crus* de quiescentibus Ain, sit, malo simpliciter pro *cursitare* sumi. ο'. & Chald. deducunt à נָשַׁק *arma*. [Chald. enim vertit, *In civitate armati*:] ο'. τῆς πόλεως ἐπιλήψονται, *urbem invadent*. ἐπιλαμβάνεσθαι hostile verbum [l]. ¶ *In*, &c. [בַּחוֹמָה יְרֻצוּן] *Per murum*, vel *mœnia*, (vel, *Ad*, sive *In*, *muros*, Ti. G. *Super murum*, M.) *discurrent*, JT. Pi. P. Ut eos machinis verberent [m]. Malim, *In muro*, &c. Suprà enim dixit quòd muros conscendunt; nunc, quòd urbe potiti in muris urbis victorum more currant [n], ab uno propugnaculo ad aliud occupandum pergentes [o]. Et hæc sub locustarum metaphora ad hostes pertinent: nisi quòd sunt quædam magis locustarum propria; ut יָשֹׁקּוּ; *cursitant* enim & *saltitant* continuò locustæ. Alia bellatoribus magis conveniunt [p]: ut, unum legens, alterum, vel utrumque potiùs, cogites [q]. ¶ *Domos conscendent*, (ut illæ Exod. 10. 6 [r]. Testudine factâ domos conscendent, scilicet in extremo urbium positas †.) *per fenestras*

fenestras intrabunt quasi fur] i.e. Ex insidiis. Omni modo oppida capient [t]. Furum mos est, aliunde quàm per ostium introire, Johan. 10. 1 [v]. De locustis sic Hieron. *Nihil locustis invium est, cùm & agros, & sata, & arbores, & urbes, & domos, & cubiculorum secreta, penetrent.* Et Cyril. *In ipsas edes & urbes ingressum, & atrociter turbantem, locustarum turbam sustinebunt exercitum.* Et Theodoretus, *Muros facilè transcendunt; nec solùm volando, sed & ad muros irrependo, per fenestras in domos penetrant: id quod à locustis sæpe factum vidimus.* Et jam locustas monuerat Plinius etiam ad domos accedere, morsúque omnia erodere, etiam fores tectorum. Sic Hieronymus Mercurialis pestis Venetæ ac Patavinæ signum ponit, quòd per vias ac parietes multi apparuissent bruchi. Et in Arabum historiis locustas reperio quandoque in eorum mensas decidere, ut à Damire sæpe notatum [x].

10. *A facie ejus* (vel, *Ante illum*, Ti. Pi. &c. sub. *populum locustarum*, V. D.) *contremuit* (vel, *commovebitur*, P. *conturbabitur*, V. *concussa est*, D.) *terra*] Sub pondere armorum [y]. ¶ *Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt*, &c. אָסְפוּ נָגְהָם] *Contrahunt*, vel *contraxerunt, splendorem suum*, M. Ti. vel, *retrahent*, &c. P. *recipient*, JT. *detinebunt*, Pi. *amittunt*, Ca. Fumus ex ruinis oppidorum & pulvis à tanto exercitu excitatus omnium siderum conspectum adiment. Simile quid, sed ex causa alia, apud Ezec. c. 32. v. 7 [z]. [Versum hunc variè intelligunt.] Hyperbole est [a]. Adversa patientibus præ terroris magnitudine cœlum ruere & terra fluctuare videtur [b]. Tristem & tragicam belli faciem hyperbolicè describit [c]. Tragicis figuris maximam calamitatem describit, ut mos est Prophetis. In luctu positi quæcunque cernunt, etiam lumen Solis & cœlum, judicant tristia & adversa: ut contrà, hilares omnia, etiam parùm jucunda, sui gaudii conscia ducunt [d]. Metu consternatis videtur Sol tenebrescere, &c *. Al. Sunt qui terræ motus, tonitrua & eclipses hîc intelligunt [f], quibus Deus, appropinquantibus Chaldæis, Judæorum animos perculit [g]. Posterior pars versûs de locustis accipitur [h]. *Locustæ suâ densitate & multitudine radios Solis solent repellere à terra, & quasi nubes obumbrare*, ait Remigius. Similiter Hieron. & Plin. & Historia Saracenica, pag. 98. & Eutychius, tom. 2. p. 518. & Thuanus, l. 84. Vide & Exod. 10.15. Aloysius Cadamustus, Navigat. cap. 13. ubi de desertis prope Nigritas, *Ibi*, inquit, *innumeram locustarum multitudinem aerem vidimus inumbrantem: nam ferè singulis trienniis adventant, & cœlum obscurant, idque sæpe spatio 12 milliarium.* Atque huc pertinent duo locustarum nomina, חָגָב, & צְלָצַל; quorum hoc ab *umbra* sumptum, illud à *velo* quod Soli obtendunt. Quin ob id ipsum coram iis *cœlos moveri* dicit, i. e. *cœlorum virtutes*, ut Matt. 24. 29. Cùm enim præcipua cœli virtus sit in lumine, quo nobis illucescit; quidni, eo prohibito, útque, ut sic dicam, extincto, *moveri* dicatur *cœli virtus*, adeóque ipsum cœlum? *Moveri* autem *terra* dicitur, cùm homines, terræ incolæ, gravi metu aut calamitate concutiuntur. Cujus locutionis exempla passim in Sacris Scripturis suppetunt. Si quis autem objiciat, quòd locustæ volantes Solem quidem obscurant, nunquam autem Lunam & stellas, quia non volant nisi interdiu: respondebo cum Plinio, id tradidisse priscos scriptores, non volare eas noctibus, propter frigora; ignaros etiam longinqua maria ab iis transiri, idque continuâ plurium dierum fame [i].

11. *Dominus dedit* (*edet*, Pi. V.) *vocem suam*, &c.] Vel, *sonitum*, sive *strepitum*, &c. V. Intellige vel, 1. tonitru [k]: quod dicitur *vox Dei*, Psal. 18. 14. & 29. 3, &c [l]. Sæpe Deus tonare legitur præsentiæ suæ significandæ causâ, sive in pœnis, ut hîc, & infrà 3. 16. item Jer. 25. 30; sive in benefactis, ut Exod. 19. 16. & 20. 18 [m]. Vel, 2. strepitum locustarum: q.d. Deus immisit agmini locustarum clamorem, qui eas magis ac magis animaverit ad exsequendum ejus jussum [n]. Atqui relativum in קוֹלוֹ & חֵילוֹ eódem referri oportuit [o]. Vel, 3. monitiones Prophetarum [p]. Vel, 4. verbum, sive mandatum, Dei [q]. Edicta sua per eos, [Assyrios, vel, per eas, scil. locustas,] tanquam apparitores suos, exsecututus est, ut explicant sequentia [s]. Verbo suo multas copias conscripsit †. Nihil mirum locustas ità pulchre & audacter incedere, quum irruant jussu Dei, qui more ducis eos animat [t]. ¶ *Quia*, &c. כִּי רַב מְאֹד מַחֲנֵהוּ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quum*, Tar. vel, *Ut*, BA. *Utcunque*, G.) *admodum multa* (vel, *nimis magna*, M. vel, *ampla admodum*,]T. Pi. vel, *ingentia*, G. sub. *sunt*, P. JT. vel, *erunt*, Pi. vel, *sint*, G. BA. Tar.) *castra ejus*, P. sic Ti. sim. Mo. *Nam permagnum est ejus agmen*, Ca. sim. Mer. Non solùm proximè dictæ sententiæ ratio est, sed omnium superiorum, quibus vim & impetum locustarum descripsit: q.d. In hac re describenda ità fui vehemens & copiosus, quia numerosissima est Domini turma; quia [ut sequitur] potens est qui, vel quod, exsequitur mandatum ejus [v]. [Sed non necesse est ut כִּי causaliter sumatur, quum sæpe explectivè ponatur, valétque, *sanè, certè*: quod hîc locum habere potest.] ¶ *Quia*, &c. כִּי עָצוּם וגו'] *Quia fortis faciens verbum ejus*, Mo. *Quia fortia & facientia*, &c. P. *Atque valida quæ exsequuntur*, &c. M. Et *robustus* (vel, *validus*, vel numero, ut Psal. 139. 17. Jer. 15. 8. vel robore [x],) *est qui exsequitur*, &c. Ti. vel, *qui efficit*, &c. Periphrasis ministri est, ut Psal. 103. 20, 21 [y]. *Quum robustus sit qui efficit verbum ejus*, JT. Pi. Tar. sim. Calv. vel, *jussum ejus*, D. sim. Pi. de puniendis populi peccatis [z]: vel, *Quum robusta sint* (scilicet castra ejus) *efficientia*, &c. Voces Heb. sunt masc. & sing. quia מַחֲנֶה *castra*, ad quod referuntur, ejusdem generis & numeri est [a]. *Utcunque validus sit ille exercitus, faciet quæ à Deo jussa*, G. *Ut multus sit qui exsequatur*, &c. i.e. Ut grave in peccatores judicium exerceat [b]. *Nam potentes sunt qui mandatum ejus exsequuntur*, Ca. Significat hostes non proprio motu venturos, sed tanquam Dei ministros ad puniendum populum suum [c]. ¶ *Quis sustinebit eum?*] Diem Jehovæ [d]. qu. d. Nemo sustinere poterit *. Quotusquisque evadet [f]?

12. *Nunc*, &c. וְגַם עַתָּה] *Et etiam* (*Sed &*, Mer. M.) *nunc*, Mo. P. D. sic Calv. &c. Emphaticè dictum [g]. *Nunc*, priusquam veniant locustæ [h]. Quamvis tam terribilis sit futurus ille dies, tam potens hostium agmen, & jam videatur Dominus in vos tulisse sententiam [i]; quamvis non longè absit ille dies [k]; quamvis nimiùm diu abusi estis tolerantiâ Dei, ejúsque gratiæ clausistis januam: nunc tamen (quod nemo sperasset, aut credere posset,) Deus adhuc vos exspectat & invitat ad spem salutis [l]. Ostendit adhuc aliquam esse spem evadendi [m]. Etiamsi graves calamitates propter peccata vestra experimini; tamen, si vel nunc saltem resipueritis, spes adhuc salutis superest. Tale & illud est quod habetur Luc. cap. 19. vers. 42 [n]. ¶ *Convertimini ad me* (vel, *Redite usque ad me*: Periphrasis plenæ & absolutæ pœnitentiæ [o]. *Ad me*, i.e. ad cultum meum [p]. *Ad me*, non ad deos alienos. Me magis amate quàm pœnam timete [q].) *in toto corde*] Seriò ac bonâ fide [r]: non fictè †. ¶ *In* (vel, *Idque*, vel, *Et quidem cum*, Pi.) *jejunio*, &c.] Externa mandat pœnitentiæ signa, quæ etiam ad alios invitandos faciunt [s]; & ad significandum dolorem ex peccatis conceptum [v]. Ostendit Deus quàm graviter peccaverint, ideóque se non mediocri aliquâ pœnitentiâ contentum fore [x].

13. *Et scindite* (vel, *Lacerate igitur*, JT. Pi. &c.) *corda*] i.e. Dolete de peccatis, quod laceratio vestium significat [y]. Tollite & abscindite pravas vestras cogitationes. Est enim metonymia; continens pro contento [z]. Optimè Chaldæus vertit, *Amovete à corde vestro improbitatem.* Eodem sensu dicit, *Circumcidite præputium*, &c. Deut. 10. 16 [a]. Vitia indè abrumpite [b]. ¶ *Et non vestimenta*] Ut solebant in dolore, tum privato, Gen. 37. 34. 1 Reg. 21. 27; tum publico, Jos. 7. 6. 2 Sam. 3. 31. Et erat gestus quasi indignantium ex malo accepto [c]. Negativa particula pro comparativa, ut sæpe; Prov. 8. 10. & 17. 12. &c [d]. q.d. Potiùs cor quàm vestes *. *Non vestes*, sub. *tantùm* [f]. Ellipsis frequentissima. Vide Gen. 32. 28. & 35. 10. 1 Sam. 8. 7. Jer. 7. 19. & 31. 34. &c [g]. ¶ *Quia*, &c. כִּי חַנּוּן וְרַחוּם] *Quia gratiosus* (vel, *beneficus*, Ti. Mer. vel, *clemens*, M. Mer. facilis, benignus, exorabilis, non durus & implacabilis, ut homines [h]: vel, *propitius*, Calv. gratiam faciens delicti facilè & libenter, gratuitò nos redimens ex servitute Diaboli, Sp. sui dona quotidie largiens [i]:) *& misericors ipse*, (qui calamitatibus hominum afficitur & condolet, nec nisi coactus

Marginal notes (left column): [t] Idem. [v] Liv. [x] BA. ib. [y] G. [z] Idem. [a] Me. Hi. in D. [b] Hi. in D. [c] Tar. [d] Mer. * D. [f] Q. in BA. sim. Th. & Mon. in T. [g] Th. & Mon. in T. [h] Mer. ex Hi. [i] BA. ib. 479. [k] V. Liv. Pi. Tar. [l] Liv. [m] D. Tar. [n] D. ex He. & Gal. [o] Mer. [p] K. [q] Mer. ex Oecol. Calv. BA. [s] G. † BA. ib. 485.

Marginal notes (right column): [t] Mer. [v] Idem. [x] D. [y] Liv. [z] Tar. sim. Pi. [a] Pi. [b] BA. 480. [c] Calv. [d] Pi. * D. [f] G. [g] Calv. [h] V. [i] Mer. [k] Mer. sim. Oecol. [l] Calv. [m] G. [n] Liv. [o] Mer. [p] Tar. ex Ch. [q] Oecol. [r] G. sim. D. † D. [s] Mer. [v] G. [x] Calv. [y] Tar. [z] V. [a] D. [b] G. [c] D. [d] Glass. gram. 3. 5. 22. 487. * D. [f] Tar. G. [g] Tar. [h] Mer. [i] D.

actus & invito animo punit [k]:) *longanimis*, (ad verb. *longus nares habens*, D. vel, *longus irarum*, V. Merc. id est, tardus ad iram [l]: non iræ impotens, & repentè puniens; nec ex ira, sed ex paterno amore, pœnas infligens [m]:) *& amplus benignitate*, (vel, *multus bonitate*, seu *gratiâ*, Mer. sim. M. P. Ti. prolixus in conferendis beneficiis [n], in omnes qui ipsum invocant [o]; imò in immeritos & ingratos; hæc est חֶסֶד *gratia* [p]:) *& quem pœnitet mali*, JT. Pi. Tar. sic Mer. D. &c. *qui facilè revocat dictum suum*, (sive sententiam suam [q],) *ut non adducat malum* [r]: vel, nè pœnam irroget, quam statuerat †, & comminatus erat [t]; si modò homines pœniteat scelerum suorum [v]; & vitam in melius mutaverint [x]: Egregiæ sunt hæ proprietates Dei, & miræ suavitatis ac consolationis, mutuatæ ex 13 illis Exod. 34. 6, 7. Hâc concione muniendi sunt animi nostri adversùs tentationem iræ Dei, & adversùs desperationem, ad quam naturâ proni sumus, quòd alia de Deo imaginemur in periculis quàm hîc pingit Propheta. Et Satan Deum sævum pingit & crudelem, nè ad eum confugiamus, &c [y]. Hortatus erat Propheta populum ad pœnitentiam: hîc addit promissionem veniæ, sine qua nunquam adducentur homines ad verum Dei timorem [z].

14. *Quis*, &c? [מִי יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחָם] *Quis sciens convertatur, & pœniteat eum?* Mo. *Quis scit* an populus *convertatur, &* Dominus *misereatur?* etsi gravissima mala sint pro foribus [a]. *Quis scit?* fortasse (quam vocem suppleo ex collat. Jos. 14. 12.) *revertetur*, (nempe, Jehova ad vos,) *& pœnitebit ipsum*, Pi. *Quis scit*, vel *novit*, (sub. *si*, vel *an*, P. M. Ti. Ca. JT. Mer. ὁ'. Sy. Ar. ex collat. Est. 4. 14 [b]. & Coh. 2. 19. vide & 2 Sam. 12. 22. Jon. 3. 9 [c].) *convertatur, & pœniteat eum?* P. sic Ti. sim. M. Mer. ὁ'. Sy. Ar. sub. *mali*, P. *reversum pœniteat ipsum?* JT. *reconciliatus se cohibeat?* Ca. Versu præc. obtulerat spem gratiæ, quam hîc videtur rescindere. Videtur ergò Propheta esse varius, & homines perplexos relinquere ac dubios atque suspensos. Verùm non injicit eis scrupulum, ut peccator dubitet an veniam impetrare posset; sed sic loquitur ut excuteret eis tum negligentiam, tum torporem & socordiam, tum etiam securitatem & vanas blanditias [d]. Propheta loquitur, & spem metu miscet, nè aut securitatem foveat, aut veniæ desperatione illos in luto relinquat. Vide 2 Reg. 19. 4 *. Prophetæ, cùm vident trepidas conscientias, non statim eas solantur & deliniunt, (ut impostores faciunt;) sed potiùs ostendunt non esse ludendum cum Deo, & difficultatem proponunt obtinendæ veniæ, iisque proponunt terribile Dei judicium, ut magis ac magis humilientur, & paulatim assurgant ad securitatem [f]. Locutio hæc, *Quis scit*, &c? dubitantis esse videtur, & tamen bene sperantis, ut illa 2 Sam. 12. 22. Sed potéstne de eo dubitari, an Deus sit pœnitentibus condonaturus? Minimè. Sed duo sunt Divini judicii genera. 1. Vindictæ: quo Deus admissam culpam æternâ pœnâ ulciscitur. De hujus remissione nulla dubitatio est. 2. Castigationis: cùm, culpâ remissâ, correctio tamen quædam, partim ad humiliandum peccatorem, partim in commune aliorum exemplum, adhibetur. De hoc castigationis genere, ni fallor, hîc dubitatur, an eam Deus avertere voluit. David, 2 Sam. 12. 22. resipiscens, de filii tamen vita ambigebat. Eidem, 2 Sam. 24. 10. cùm resipuisset, veniámque peccati supplex petivisset, triplicis tamen castigationis optio proposita fuit [g]. Non simpliciter veniam h. l. promittit Judæis, sed mitigat terrorem pœnarum, ut sequens membrum docebit [h]. Quamvis Deus verè pœnitentibus semper peccata remittat; hoc tamen facit cum exceptione crucis & paternæ castigationis, ut deinceps cautiùs agant, &c. Sed revera phrasis hæc, *Quis scit?* non semper dubitationem significat, sed sæpe affirmationem cum voto, eóque cum fiducia conjuncto. Probatur, 1. ex phrasi simili, מִי יִתֵּן, *Quis dabit?* quod per *Utinam* reddunt, Job. 6. 8. & 11. 5. & 14. 13. &c. 2. Ex more Hebræorum, qui interrogando vehementissimè affirmant. 3. Ex usu tum hujus particulæ מִי, Esth. 4. 14. Jon. 3. 9. tum aliarum dubitandi particularum: ut אוּלַי *fortè*, Num. 22. 33. *fortasse divertit*, &c. i. e. certè; nam hoc illum latere non potuit. Vide & Jos. 14. 12. Jer. 26. 3. Matt. 21. 37. collat. cum Marc. 12. 6. & Luc. 20. 13. Sic & Græcis εἰ & ἴσως non dubitationem significat, sed rei difficultatem, quæ desiderium acuat, Rom. 11. 14. Phil. 3. 11, 12. Sic τάχα (*fortè*) assertiva particula est, Il. ζ'. & εἰ, (*si*,) pro εἴθε, *utinam*, Odyſ. γ'. Sic itaque locum accipio, *Quis scit?* Quis dabit? O utinam! *revertatur Deus, atque ipsum pœniteat*, & misereſcat hujus nostri mali [i]. ¶ *Et relinquat post*, &c. [אַחֲרָיו וגו׳] *Post eum* (nempe exercitum [k]; vel, populum locustarum [l]: vel, *in loco suo*, Sy. vel, *post se*, ὁ'. Ar. M. Ti. Mo. Mer. Calv. scilicet, vel, 1. locusta [m]; vel, 2. Deus: q. d. Quum transibit Deus unà cum flagello suo, ad ulciscenda populi peccata, iram tamen suam temperabit, eósque solatio adhibito relevabit [n]. Vel, metaphora est ab amico qui, quum nos invisit, & à nobis discedit, relinquit *post se* munus aliquod quo nos donat [o]. Sed hæc expositio à verbis hujus loci aliena est [p].) *benedictionem*, P. V. Ca. JT. Pi. (nempe, fructus terræ & arborum [q]; vel, rerum ubertatem [r]: i. e. det nobis ut rursum terra fruges ferat †:) *sacrificium*, &c. P. vel, futuram *munus*, &c. JT. vel, in *munus*, &c. Pi. i. e. unde fieri possit sacrificium & oblatio [t]. Respicit ad Joel. 1. 9, 13 [v]. Hoc addit ut spem foveat: q. d. Licèt vos indignissimi sitis, habebit tamen Deus gloriæ & cultûs sui rationem; participat quodammodo eandem vobiscum mensam, ac societatem omniáque communia habet cum populo suo [x].

15. *Canite*, &c.] Vel, *Clangite*, &c. JT. Pi. Ti. Ad convocandum populum: vide Num. 10. 7 [y]. Ut omnes se ad pœnitentiam præparent, & in Templum conveniant, &c. Quæ singulis ad pœnitentiam satis essent, docuit. Sed, propter Ecclesiam, quæ ex bonis & malis constat, necessariæ sunt externæ ceremoniæ, quò negligentiores aliorum exemplo invitentur, &c [z]. Solennem hîc exigit & publicam professionem pœnitentiæ, quia totus populus reus erat, &c [a]. ¶ *Sanctificate*, &c.] Quod hîc monet Propheta, id secutus est Ezechias eo tempore de quo hîc agitur, 2 Reg. 19. 1, &c †. ¶ *Vocate cœtum*] Quàm maximè potestis: quod sequentia latiùs explicant [b].

16. *Sanctificate* (vel, *Præparate*, V.) *ecclesiam*] Vel, *congregationem*, JT. Pi. Tar. nempe peculiarem [d]: *cœtum* sacrum, Ti. Jubet eos convenire tanquam ad res sanctas, non tanquam ad prophanum spectaculum: q. d. Populum publico edicto monete, ut Verbo & orationi prorsus vacent *. Al. *Sanctificate*, &c. ritibus nempe expiatoriis, ablutione, &c [f]. A conjugibus abstinete, & de mundo vestitu curate [g]. Sed hæc leviora sunt. Expositio hujus loci colligenda est ex Exod. 20. 8. *sanctificandum Sabbatum*, i. e. ponendum in res sanctas & Dei cultum verum, non in negotia profana [h]. Al. Sensus, Præparent se Levitæ, qui קָהָל (*Ecclesia*) per excellentiam [i]. ¶ *Coadunate* (vel, *Congregate*, Ti. Pi. &c.) *senes*] Tum illum summum senatum, tum illos qui urbibus singulis præsident †. *Senes*, quorum est major in Ecclesia authoritas, & quorum reverentiâ juniores moventur [k]; ut exemplo suo aliis præluceant [l], &, nè sacra publica negligant, invitent [m]. Et, quia gravior erat senum culpa, quorum erat alios regere, & compescere juvenum libidines; hos ergò decebat aliis esse duces in professione pœnitentiæ †. ¶ *Parvulos & sugentes ubera*] Mos is erat illarum gentium, Judith 4. 7. al. 10. nec id mirum, cùm & pecudes à pabulis tali tempore abstinerentur, Jon. 3. 7. Judith ibid *. Sed hoc ludicrum videbatur & absurdum. Infantes innoxii sunt, & judicio carent [n], nec quid agatur intelligunt. Quorsum ergò hi advocantur? Resp. 1. Ob rude vulgus, ut honestior sit cœtus. Monentur rudiores etiam ad ætatem innocentem pertinere pericula [o]. 2. Ut eorum afflictione Deus moveatur [p]. Ad placandam iram Dei infantes trahuntur ad pœnam cum reliquis. Sic Ninevitæ, jejunantes, cogunt ad inediam & boves & equos, quasi dicerent, Non tantùm nosmet supplices offerimus, sed adducimus etiam boves & equos nostros, qui, licèt per se innoxii, contagionem traxerunt à nostris vitiis; & tu eos etiam perdes, si utaris summo erga nos rigore. 3. Ut patres & majores natu in illis perspicerent quid essent meriti; & magis exhorrerent scelera sua, propter quæ non sibi solùm, sed & liberis suis, imminebat interitus [q]. Ad infantes etiam pericula & calamitates publicæ pertinent, & nemo non eorum malis afficitur [r]. Voluit ergò Deus tali spectaculo animos hominum vulnerare, & horrorem incutere, &c †. ¶ *Egrediatur*

[Margin notes, left column: k Mer. l V. Mer. m Mer. n Idem. o Tar. p Mer. q Idem. r D. ex Ch. † Mer. t G. v D. sim. V. x G. y Mer. z Calv. a Oecol. b Mer. D. c D. d Calv. * G. f Calv. g Liv. h Calv.]

[Margin notes, right column: i Tar. k Pi. G. l V. Ca. m D. n Calv. o Q. in Pi. p Pi. q V. sim. D. r M. r. sic D. † G. t V. sim. D. G. Mer. M. v G. x Calv. y G. sim. D. z Mer. a Calv. † G. b G. d Tar. * Mer. f Calv. g He. in Mer. h Mer. i G. † G. k Mer. l Tar. Calv. m Mer. † Calv. * G. n Calv. o Mer. p K. in Mer. q Calv. r Mer. † Calv.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

tur sponsus, &c.] q.d. Intermissis etiam licitis & honestis gaudiis [t], cæteris flentibus, fleant & ipsi [v]. Secubatio conjugum ab antiquo comes jejunii, Exod. 19. 15. 1 Corinth. 7. 5 [x]. Non quòd nuptias & conjugum damnet consuetudinem, sed quòd in periculis publicis continere sese debeant [y]. Delicias vetat quia Deus iratus erat, & tenebræ mortis undique imminebant [z].

17. *Inter vestibulum* (sive, *porticum*, nempe Salomonis [a],) *& altare*] Sic Ch. M. P. Ti. &c. vel, *crepidinem altaris*, o'. sic Ar. i.e. In loco ubi sacerdotes rem Divinam faciebant [b], & ministerium suum peragebant, parantes quæ ad sacra erant necessaria [c]. *Vestibulum* hîc intellige locum illum quo descendebatur ex basilica sacerdotali, unde non longè aberat altare holocaustorum [d]. *Vestibulum* (sive *Porticus*) hoc est de quo dictum 1 Reg. 6. 3. & Act. 3. 11. & 5. 12 *. ad introitum Sancti, sive Templi [f], Ezec. 8. v. 16 [g]. Extra hanc porticum, adeóque extra Templum, & sub dio [h], & ante hanc porticum [i], sive ex adverso ejus [k], 2 Par. 8. 12 [l]. & in atrio interiore sacerdotum, Ezech. c. 8. v. 16 [m]. 2 Paral. c. 15. v. 8 [n]. erat hoc altare [o]: quod non erat altare incensi, sive suffitûs, quod situm erat in Sancto, sive Templo [p], quò aliis temporibus sacerdotes ingredi solebant ad offerendum suffitum [q]; sed altare holocausti [r]. Hic locus sacerdotum erat, ubi sacrificaturi stare solebant. Hîc Zacharia sacerdos occisus erat, Matt. 23. 35 †. [Hîc stare jubentur,] vel, 1. quia in Templo flere non licebat [t]: vel, 2. tanquam indigni jam qui propiùs accederent; confer Luc. 18. 13 [v]: [vel, 3. ut exaudirentur à populo in suo sive exteriore atrio stante, cui non licuit propiùs accedere :] vel, 4. tanquam medii inter Deum [x], sive Arcam Dei [y], & populum [z], (qui foris orabat in atrio exteriore, Luc. c. 1. v. 10 [a].) pro peccatis populi apud Deum intercedentes [b]. Hoc totum refertur ad Christum Mediatorem [c], Altare verum [d], sine quo non est accessus ad Deum †. ¶ *Plorabunt sacerdotes*, &c.] Vota nomine populi concipientes. Noluit tamen populum interea partes suas negligere *. Convenit piis dolorem suum testari super peccatis populi [f]. ¶ *Parce*] Miserere. In hoc verbo & peccati confessio & veniæ spes continetur [g]. Ostendit totam eorum spem in Dei misericordia positam esse [h]. ¶ *Domine*] Vel, *Jehovah*. Nomen tetragrammatum emphasin hîc habet, quòd Deum invocent qui se Hebræis Verbo suo revelârat, non item aliis gentibus; qui ipsis contulerat innumera beneficia, dederat etiam promissionem de Christo, & certum locum orationi destinârat, ubi orantes exaudiret. Oraturo duo hæc ob oculos ponenda sunt, cogitare quem adoret, & promissionem intueri. Quæ duo complectitur nomen *Jehova*, quo sæpe Dei Filius vocatur *. ¶ *Nè des* (vel, *exponas*, Pi.) *hæreditatem tuam* (i.e. populum tibi peculiarem [i]; qui tibi curæ est non secùs ac patrimonium hæreditarium: vel, *hæredes tuos*, respectu terræ Canaan; ut, *captivitas* & *deportatio*, pro *captivis* & *deportatis*; res, pro hominibus [k]:) *in opprobrium*] Nempe servitutis gentibus alienis †. ¶ *Ut dominentur eis nationes*] Illi qui sibi deos faciunt [l]. Vel, *Ut parabolizent in eos*, &c. Mar. Ut dicteria in eos jaciant gentes, ac proverbio etiam facto eis illudant [m]. Sensus non alienus [n]. משל significat etiam, *parabolicè loqui* [o]. Ità; sed tum magis jungitur cum על [p]. At ubi cum ב construitur, ut hîc, significat, *dominari*. Sed tamen ampliùs quærendum censeo [q]. Hîc ænigma, quod in superioribus latebat, aperit, quòd per locustas gentes designarentur [r]. Ideo ridiculum est quòd dicunt sermonem hîc contexi de locustis †. [Quî enim hoc illis congrueret?] Resp. De illis hoc dici potest, non quidem directè & immediatè, sed mediatè & consequenter. Deprecantur enim vastationem terræ per insecta & hostes factam [r], nè fame coacti cogantur sese dedere gentibus [v], (quæ terram invadent quum de fame audîerint [x];) aut ad eas transfugere annonæ causâ [y], ut multi fecerunt, Ruth 1. v. 1. 2 Reg. 4. 8. & 8. v. 1 [z]. ¶ *Quare dicunt* (q.d. Nè permittas ut, nobis victis, dicant [a]) *in populis, Ubi est Deus eorum?*] Quem à se unis nosci & coli jactabant? Confer Psalm. 115. 2 [b]. qu. d. Nusquam apparet [c]. Ità ostendit periclitari Dei gloriam, eique Deum consulere velle [d]. Hîc docemur finem invocationis, qui non est, ut nobis benè sit quoad corporalia, (quia sæpe nobis prodest cruce exerceri, sub qua voluntas Dei est æquo animo ferenda,) sed ut Dei gloria provehatur. Potior semper debet esse cura nominis Dei, deinde salutis nostræ *.

18. *Zelatus*, &c. ויקנא—לארצו] *Et* (vel, *Jam*, JT. *Tunc*, Pi. *Et tunc* P.) *zelatus est* (vel, *zelabitur*, P. ו Hippuch præt. mutat in fut [f].) *Dominus pro terra sua*, Mo. M. Pi. ל sumitur pro בעבור *propter* [g], ut Gen. 2. 23. & alibi [h]. Vel, *terræ suæ*, JT. vel, *terram suam*, P. Sic esset את ארצו. Id rejeci [i], quia קנא cum את constructum ferè in malum usurpatur, ut Gen. 26. 14. Jes. 11. 13 [k]. necnon cum ב constructum, ut Gen. 30. 1. & 37. 11. Psal. 37. 1. & 73. 3. Prov. 24. 19. At cum ל constructum in bonum sumitur, & significat, zelo pro aliquo duci, Num. 25. 13. 2 Sam. 21. 2. 1 Reg. 19. 10, 14. 2 Reg. 10. 16. Ezec. 39. 25 [l]. Sensus, Tenebitur zelo & amore pro ea [m]; non inultam patietur injuriam populo suo factam [n]: nempe, si hæc faciatis [o]; si converti ad Deum illum precati sitis [p]. Postquam populus à Propheta admonitus resipuisset, eáque omnia fecisset quæ præceperat, tum *Deus zelo affectus est, populóque suo pepercit*, eósque promissionibus ac liberationibus solatus est. Neque enim, meo judicio, quid facturus aut dicturus sit Deus hîc Joel ostendit, sed quid jam fecerit ac dixerit eorum resipiscentiâ visâ refert. Nec quenquam moveat quòd nulla sit hujus eorum resipiscentiæ, congregationis, & jejunii celebrati, mentio: multa enim loca sunt in quibus talis reticentia occurrit. Esaiam, c. 7. jussit Deus ut se cum filio suo ad Achazum conferret, eúmque confirmaret, &c. Quæ ab eo perfecta fuisse facilè intelligitur, quamvis nusquam memoretur. Sic Mosi, Exod. 8. 20. præceptum erat ut ad Pharaonem iret, eíque colluviem animalium, &c. denunciaret. Statimque, nullâ mentione factâ ejus quod fecerit Moses vel responderit Pharao, (quod tamen subintelligendum est,) v. 24. sequitur Deum illam colluviem immisisse. Hæc mea de hoc loco sententia est, quam à doctioribus expendi cupio [q]. Ut ostendat Deus amorem suum erga electos, personam hîc induit [r] patris aut mariti †, justâ irâ ardentis, & suis illatam injuriam acerbè vindicantis [t]. Post reditum ex Babylone aliquos frugiferos annos terra habuit: de quo textus hic loquitur. Quanquam magis spectandæ sunt spirituales promissiones, ut sunt redundantia justitiæ, veritatis, & Verbi Dei [v]. ¶ *Et pepercit populo suo*] Parcet Hierosolymitanis, & iis qui Hierosolyma refugient, ut per eos rursum terra colatur [x].

19. *Et respondit*] Ità Pi. D. &c. vel, *respondebit*, P. Clamantibus ad ipsum, per me Prophetam suum [y], vel, per Esaiam, 2 Reg. 19. 21, &c. Esa. 37. 21 [z]. Vel, exaudivit sacerdotes pro populo obsecrantes: *respondere*, pro *exaudire*, tritum est [a]. ¶ *Et*, &c. ושבעתם אותו] *Et saturabimini* (vel, *Ut saturemini*, JT.) *istis*, Ti. vel, *eo*, Ch. M. &c. *unoquoque eorum*, D. i.e. frumento, musto & oleo [b].

20. *Et*, &c. ואת־הצפוני וגו] *Et* (vel, *Autem*, P. Ti. vel, *Nam*, JT. Pi. sub. *ex eo*, JT. i.e. partem illius *,) *Aquilonarem*, &c. Mo. M. &c. sub. *hostem*, M. sic Pi. vel, sub. *exercitum*, P. vel, sub. *populum*, M. ex Ch. Intellige vel, 1. Assyrios, sive Babylonios [c], qui Aquilonares erant respectu Judææ [d]. Chaldæi *aquilonares* Hebræis dicuntur: nam צפן [lege צפון] propriè est, ventus inter Septentrionem & Ortum, vertitúrque, ἀπηλιώτης. Assyria Chaldæâ remotior, sed in eadem cœli regione †. *Aquilonem* hîc interposuit, ut non veram locustam, quæ ab Austro venire consuevit, sed Assyrios, intelligamus [f]. Vel, 2. locustas [g], ab Aquilone advectas [h]. *Aquilonalem*, nempe illam partem hujus insectorum agminis quæ versùs Aquilonem spectat [i], *amovebo*, &c. in Aquilonem scilicet. Ità enim intelligendum analogia sequentium arguit, ut videbimus. Hujus versûs intelligentiam Tremell. acceptam fero, magnámque ei à studiosis gratiam, quòd ex tot Interpretibus solus (quod sciam) plenè explicârit hunc locum, deberi puto [k]. Respectu Jerusalem, in qua urbe Joel videtur prophetâsse, hæ locustæ vel ad Aquilonem erant, vel ad Ortum, vel ad Occasum. Australium non meminit, quia illæ paucæ erant respectu urbis, (quæ in extremo Austro terræ Canaan sita fuit,) & sub aliis comprehensæ [l]. ¶ *Et expellam* (vel, *impellam*, G. sim. Ti. Pi. &c.) *eum* (id est, partem illius [m], nimirum quæ Australior est; synecdoche:

che[n]: ad ruinam scilicet[o]:) *in terram inviam*,&c.] Vel, *siticulosam*, Pi. *desertam*, P. Heb. *siccitatis*, i.e. arentem[p]; nempe meridianam[q]: quia desertum illud ad meridiem Judææ situm *terra siticulosa* & *sicca* dicitur, Deut. 8. 15. Pf. 78[r]. In Arabiæ deserta†, ut ibi moriatur destitutus cibo[s]. ¶ *Faciem*,&c. "[ואת־פניו אל וגו' וסופו אל וגו] *Facies* (vel, *Prima frons*, Ch. *Faciem*, M. *Anteriorem partem*, Ti. Mer. Tar. nempe illius agminis[v]; partem quæ ad mundi faciem seu Ortum conversa est[x]: frontem exercitûs innuit[y]: vel, *Primum agmen*, JT. Pi. D. quod Græci similiter πρόσωπον (*faciem*) vocant[z]:) *ejus* (vel, *suam*, M. cadentium illo malo Θεηλάτῳ, (*divinitus immisso*,) de quo vide 2 Reg. 19. 35. Esa. 37. 36[a]: sub. *erit*, P. vel, sub. *pertinget*, Ch. vel, *vertet*, M.) *ad mare orientale*, Mo. &c. (i.e. mare Salsum, vel Cinnereth[b]; vel, mare Mortuum[c], ad Orientem urbis situm[d]:) *& finem* (vel, *finis*, P. *extremum*, M. Ca. Ch. *postremum*, JT. Sy. *posteriorem partem*, Ti. sim. ο'. Ar. i. e. occidentalem agminis partem*: tergum agminis, vel postremum agmen[f];) *ejus* (vel, *suum*, M.) *ad mare novissimum*, Mo. P. &c. vel, *posterum*, JT. Pi. vel, occidentale[g]; quod *mare magnum* dicitur Num. 34. 6[h]. & *mare Mediterraneum*[i]; quod est ad Occidentem Terræ sanctæ[k]. Jacebunt obversi terga mari Syriaco, quod הָאַחֲרוֹן dicitur Hebræis, Deut. 11. 24. & 34. 2. nempe ut eò effluat eorum cruor, & sic Judæa purgetur[l]. Dicit tam magnum fuisse exercitum, sive locustarum[m], sive Assyriorum[n], ut totam terram ab altero mari ad alterum occupet[o]; & tamen illum se perditurum[p]. Ità formidinem Judæis eximit, &c[q]. His verbis gravissimam stragem indicat hyperbolicῶs, quasi locustarum cadavera à mari ad mare totam terram sint occupatura[r]. ¶ *Et ascendet* (vel, *deò ut ascendat*, JT. Pi.) *fœtor ejus*, &c. [וְתַעַל צַחֲנָתוֹ] *Et ascendet* (vel, *& ascendat*, JT. Pi. vel, *ascendet, inquam*, P.) *graveolentia* (vel, *putor*, sive *putredo*, P. M. Ti. JT. Pi. &c.) *ejus*, Mo. i.e. Exhalabit in transeuntium nares†, ex prostratis & mortuis eorum cadaveribus, ut Amos. 4. 10[t]; ut solet ex putrefactione cadaverum[v]. *Ità ut fœtorem exhalet*, Ca. Inficiet diu cœlum; Esa. 34. 3[x]. Hoc est quod dicit Joel, locustas, in mare demersas, (ut sæpe fieri ex Plin. Hieron. & Osor. docuimus ad Exod. 10. v. 19.) tetrum & virosum odorem exhalaturas. Exempla tetri hujus odoris orti ex locustis, quas ventorum flatu in mare dejectas fluctus sive refusio maris in litus rejecerant, & gravissimæ pestilentiæ indè ortæ, habent Hieronymus, [cujus verba vide in BA. vel D.] August. De civit. Dei, 3. 31. Oros. 5. 11. Sigebertus, &c. Vox צַחֲנָתוֹ alibi non occurrit in Hebræo textu, sed in Chald. ad Ezec. 23. 20. Syris quoque צנתא id ipsum est, elisâ gutturali. Quorsum ergò ο'. habent, *Ascendet* ὁ βρόμος, *sonitus ejus*? Sed rectè legit Theodor. βρῶμος, quod *fœtorem* sonat. Adde quòd salitos pisciculos Talmudici vocant צחנתא, & Arabes צחנא, nempe ab *odore viroso*[y]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת] *Quia magnificavit* (vel, *magnifice se extulit*, Calvin.) *ad faciendum*, Mo. Calv. vel, *agendo*, Pi. vel, *facere*, P. V. sub. *mala populo meo*: i. e. strenuè operatus est, totóque conatu intulit malum[z]. Quia magnas res gessit[a]; insigne damnum attulit terræ & populo Dei[b]. *Quia magna fecit*, sub. *locusta*, D. *Quamvis magna gesserit*, locustarum scilicet agmen illud; exterminabitur tamen & internecioni dabitur, fœtore solo ponè relicto. כִּי pro *quamvis*, ut Gen. 8. 21. Jos. 17. 18. &c[c]. Al. *Ob id quòd in agendo magnificum se gesserit*, M. h. e. Quia extulit se superbiâ, acsi in cœlum ipsum assurgeret, & plus sibi arripuit quàm par est, totam hanc ejus potentiam vertet Deus in probrum[x]. Al. *Qui insolenter egit*, Ti. Eò quòd *insolenter*, vel *superbè, egerit*, Sy. G. ex ο'. adversùs Deum, 2 Reg. 19. 22. Job. 1. 22. Esa. 37. 23. 1 Mac. 7. v. 41[y]. *Tam magna ille faciet*, Ca. vel, *Quia magnificè agit*, JT. sive *agit*, Pi. Liv. sub. *Jehova*, JT. Pi. Liv. ex Ca. ut v. seq. Est autem hîc anomalia sive enallage personæ; ut Esa. 22. 19. *Propulsabo te —— & destruet te*[z].

21. *Noli timere, terra*] Quæ priùs tremuisti[a]. Ut suprà omnia cum hominibus lugebant, sic nunc omnia ad gaudendum excitat. Prosopopœia est[b]. Vel, *terra*, id est, incolæ terræ[c]; popule Judaice, ut suprà. Loquitur quasi rebus illis post cladem Sennacheribi interesset, ut sæpe Prophetæ[d]. ¶ *Magnificavit Dominus*, &c.] Ut antè locusta magnificavit, &c*. Deus res magnas agendas suscepit[f]: vel, magnifica facturus est, ut vestra damna resarciet[g].

22. *Nolite timere*, (scilicet famem[h],) *animalia*, &c.] Cervi, capreæ, & feræ similes. Vide suprà c. 1. v. 20[i]. ¶ *Quia*, &c. "[כִּי דָשְׁאוּ וגו'] *Quia germinaverunt*, &c. P. M. Ti. ο'. &c. *Nam herbascent pascua*, Pi. vel, *habitacula*, JT. consumpta suprà c. 1. v. 20[k]. ¶ *Ficus & vinea dederunt*, &c. [נָתְנוּ חֵילָם] *Dederunt* (vel, *exseruerunt*, Mer. *edent*, JT. Pi.) *facultatem suam*, Mo. vel, *vim suam*, JT. Tar. sim. Mer. V. vel, *fructus suos*, P. divitias suas[l].

23. *Et, filii Sion, exsultate, —— in Domino*, &c.] Qui hactenus luxistis[m]. In Domino, non in pabulo, ut bruta, quæ sensus altiùs attollere nequeunt. Ità eos à brutis discernit[n]. ¶ *Dedit* (vel, *dabit*, D. sim. Pi. &c.) *vobis doctorem* (vel, *doctorem illum*, P.) *justitiæ*] Ità Mo. P. sim. M. vel, *ad justitiam*, Ti. Ca. Mer. D. sim. Ch. Ar. i. e. qui vos erudiet ad justitiam; aut, ut per ipsum justificemini[o]. Vel, ob *justitiam*, i. e. ob actam à vobis pœnitentiam: vel potiùs, ob bonitatem suam[p]. *Doctorem* intelligunt, vel, 1. pluraliter, Prophetas[q]; vel, 2. Esaiam[r]; vel, 3. Christum†. Nec mirere à promissionibus corporalibus ad spirituales, & ab illis temporibus ad novissima, i. e. Christi, tempora, derepentè & velut ex abrupto transitum fieri. Sic enim passim videas Prophetas à Spiritu Dei agi, &c. מוֹרֶה & *doctor* & *pluvia* est; forsan quia par est ratio: ut pluvia è cœlo mittitur, sic boni Doctores Dei donum. *Doctorem* hîc promittit Mosi omnibúsque Prophetis anteferendum, nempe *ad justitiam*, doctrinâ suâ & Verbo justificantem; quod Moses & Lex non potuêre. Alio nobis Doctore opus erat ad sanandum vitium cordium. Moses est Doctor peccati, & minister mortis, nempe per accidens; Christus, Doctor justitiæ[r]. ¶ [אֶת הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה] Possis sic vertere, *Pluviam* (vel, *pluviam tempestivam*, Pi. sim. JT.) *justitiæ*, D. vel, *justè*, JT. Tar. *justo tempore*, Pi. sic Tar. vel, *in*, sive *ad, justitiam*, Liv. Tar. V. h. e. largiter & copiosè[v]; vel, justâ mensurâ[x], ut Os. 10. v. 12. quæ frugibus maturandis satis sit, ut nihil vel desit, vel redundet. Sic pondera integra vocantur *justa*, & mensuræ quibus ad perfectionem nihil deest aut superest *justæ* dicuntur, Levit. 19. 36[y]. Per *justitiam* intelligunt jus & æquum; q. d. Dedit vobis tantum pluviæ quantum satis est & æquitas postulat[z]. *Justitia* hîc valet, *rectitudo*: q. d. Non aget vobiscum inæqualiter, ut hactenus; res enim confusæ fuerunt, & malitia vestra turbavit naturæ ordinem: sed servabit erga vos legitimum ordinem[a]. Quòd si hoc sequare, spiritualiter etiam intellexerim pluviæ nomine doctrinam justificantem, Evangelium Christi: sic enim corporalibus adumbrant sæpe spiritualia Sacri scriptores. Et Moses [Deut. 32. 2.] doctrinam suam imbri comparat[b]. Verùm bona hîc promissa sunt corporalia, nec ullum in textu extat allegoriæ vestigium, sicut Os. 6. 3. & 10. 12[c]. Nec ei favet series concionis[d]. ¶ *Imbrem matutinum & serotinum* (ut promissum Deut. 11. 14*. Sementis & messis tempore commodas dabit tempestates. Vide Deut. 11. 14. Prov. 16. 15. Jerem. 5. 24. Os. 6. 3[f].) *sicut*, &c. [בָּרִאשׁוֹן] *Primo*, sive *in primo*, M. P. Mo. Pi. sub. *mense*, P. Pi. Mer. D. Vel, 1. in Martio[g]. Hoc referendum est ad solam pluviam serotinam. Vel, 2. in Septembri: ità referendum est ad pluviam tempestivam. Ellipsis qualis Gen. 8. 13[h]. Sensus est, quòd suo tempore autumnalem, & suo etiam tempore vernum, imbrem sit demissurus, nempe (quod & explicationis causâ adjecit) mense primo[i]. Al. *primo* quoque tempore, JT. Liv. id est, maturè, cùm primùm eo opus est[k]. *Inprimis*, Ca. *sicut in principio*, ο'. Vulg. sim. Ti. *ut antea*, Sy. Ar. Legerunt וּבָרִאשׁוֹן[l].

24. *Et implebuntur areæ*, &c.] Ostendit effectum pluviæ[m]. q. d. Rerum omnium erit ubertas. Iterum intelligitur Evangelii diffusio per totum orbem[n]. ¶ *Et redundabunt*; ità ο'. Ch. Sy. Ar. M. P. [וְהֵשִׁיקוּ] *Et stridebunt*, Mo. P. [Alii locum sic reddunt,] *Plateásque perfundent torcularium lacus*, JT. Pi. i. e. exundabunt. Tò הֵשִׁיק deducunt nostri [JT.] à nomine שׁוּק, i. e. *platea*, q. d. *plateare*. Dicitur autem illud per hyperbolen,

len †. Omnia hæc sunt allegorica, significantia felicem Evangelii successum, &c. Cur ergò *locustarum* meminit? *Resp.* Hæc mysteria studiosè à Prophetis passim involvuntur*. ¶ *Torcularia*] Vox Hebræa *trapetis* non minùs quàm *torcularibus* convenit [o].

25. *Reddam vobis annos*, &c.] i. e. Fructus annorum, &c [p]. Vel, *annos*, sub. *alios*, &c. Calv. Compensabo bonis annis illos malos annos †. ¶ *Fortitudo mea*, &c.] Vel, *exercitus meus magnus*. Ità explicat quod obscurè dixerat: *meus*, i. e. quo ego usus sum, ut suprà 11 [q].

26. *Comedetis vescentes*, &c. אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ] *Comedendo, & saturando*, Mo. P. sub. *vos*, P. *comedentes, atque satiati*, M. [Alii locum sic reddunt,] *Affatim comedetis*, (quantum lubet [r],) *atque satiati*, Ti. sim. JT. Pi. Tar. ¶ *Laudabitis*, &c.] Gratias agendo †: pœnitentiam vestram veram esse gratitudine testantes [s]. ¶ *Qui fecit mirabilia*, &c.] Heb. *mirificando*, Mo. vel, *ad mirificandum*. i. e. Qui miris beneficiis, etiam usque ad miraculum, vos affecit [v]. Qui uno anno restituit fructus quadriennii [x]. ¶ *Non confundetur*, &c.] Tacitè exprobrat Judæis superiorem ignominiam [y]. ¶ *In sempiternum*] Vel, 1. per longum tempus, quamdiu vivet Ezechias. עוֹלָם Hebræis sæpe unius hominis vita [z]. Vel, 2. unquam. Confusio enim Legis & peccatorum per Christum tollitur [a].

27. *Et scietis* (vel, *experiemini*, Pi. *agnoscetis*, JT. *Ut facilè sitis agnituri*, Tar.) *quia* (vel, *quod*, Pi. &c.) *in medio Israel ego sum*] Præsentiâ auxilii; Matt. 18.20. sic & Psal. 46.5 [b]: vel, interiori Spiritûs S. obsignatione & fiduciâ vestrâ [c]. Non dubitabunt tunc versari in Israele Dominum. Quare alius hîc promittitur modus quo inter eos versaturus sit quàm antè, nempe per Christum [d], carne vestitum inter Judæos versantem *; sive potiùs, præsentiâ suâ Divinâ in Ecclesia habitantem, juxta Matt. 28.20 [e]. Describit hîc pactum quod Deus fecit cum populo suo, quódque confirmatum est per Christum, dato arrabone Spiritûs: unde & Petrus asserit Act. 2. in die Pentecostes hanc impletam Scripturam †. ¶ *Deus vester*] Cum emphasi, qu. d. vindex & protector [f]. ¶ *Et non* (vel, *nullus*, JT. Pi.) *est ampliùs*] Vel, *ultrà*, i. e. alius [v]: vel, *nemo alius*, G. scilicet præter me [x]. *Neque est ultrà*, P.

28. *Et*, &c. וְהָיָה אַחֲרֵי־כֵן] *Et erit* (vel, *fiet*, Pi. vel, *usuveniet*, Ti.) *post hæc*, Mo. P. &c. vel, *posteà*, JT. Pi. Nempe, post liberationem è Babylone aliásque multas [y]: ultimis temporibus [z]; sive tempore Messiæ [a]. q. d. Postquam doctorem justitiæ prædictum vobis exhibuero [b], atque ille ministerium suum absolverit [c], docens justitiam, ac morte suâ peccata expians [d], jámque in cœlum sublatus fuerit *. Tractat eos Propheta tanquam pueros. Primò, proponit beneficia externa, tanquam signa & testimonia gratiæ Dei. Sed quia vera Ecclesiæ instauratio in evanidis istis rebus non consistit, altiùs animos erigit, ut exspectent spiritualem Dei gratiam [f]. ¶ *Effundam* (vel, *ut effundam*, JT. i.e. effusè dabo [g]: non stillabo, ut antè [h], sed plenâ copiâ effundam [i]. Discrimen hîc statuit inter populum veteris & novæ Ecclesiæ [l]. Antè in angulo Judææ Verbum consistebat, nunc omnibus gentibus & linguis [exhibetur;] idque, præter novum lumen cordium, etiam miraculorum splendore [m]. *Effundi* dicitur *cor*, quum omnis calamitas Deo exponitur, Psalm. 42. 5. & 102. 1. &c. & *ira*, cùm quis valde exardescit, ut Psalm. 69.25. & 79.6. Sophon. 3. 8. & *sanguis*, cùm homo plane occiditur, Gen. 9.6. Psalm. 79. 3 [n]. Rectè etiam *effundendi* verbum refertur ad מוֹרֶה, quod & *doctor* est, & *pluvia*, quòd Spiritus Sanctus, ut pluvia è cœlo, demittatur ad riganda corda arida [o].) *spiritum* (i. e. Spiritûs Sancti dona [p], gratiásque spirituales, inter quas est donum prophetandi. Confer Esa. 11.2 [q].) *meum* (i.e. Dei Patris Spiritum. Unde colliguntur, 1. Trinitas; quum hic Spiritus sit & Patris & Christi; & Christus dicat, *Ego & Pater unum sumus*, Joh. 10 30: 2. identitas substantiæ Spiritûs cum Patre, nihil enim in Deo est accidens: 3. discrimen Personarum; quod enim effunditur non est is qui effundit [r].) *super omnem* (vel, *quamvis*, Liv.D.) *carnem*] Vel, 1. super omnes quorum cor non ampliùs saxeum est †, & intractabile, sed sequax, & obtemperans Deo [t], & molle ac tenerum [v], instar carnis. Vide Ezec. 11.19. & 36.26, 27. 2 Cor. 3.3. Super omnes peccatores conversos ac credentes [x]. Sed hoc non est ex phrasi Hebræi sermonis, ut videbimus. Vel, 2. super omnes mortales, h. e. homines [y]: super quosvis homines, cujuscunque sexûs, ætatis, conditionis [z], ut verba sequentia explicant [a]. Si enim de Israelitis tantùm loquatur, exiguum est quod promittitur: & jam ab eo tempore omnes Israelitæ Jerosolymam adorandi causâ confluebant [b]. Indubiè aliquid hîc majus promittit Deus quàm priùs experti erant fideles sub Lege [c]. Tollitur igitur discrimen gentium, personarum, sexuum, &c [d]. Per *omnem carnem* intelligit omnes homines *, Scripturæ phrasi peculiari; ut Genes. 6.12. Esa. 40. 5. Matt. 24. 22. Rom. 3. 20 [f]. *Super omnem*, non absolutè, sed comparatè ad V.T. quia longè plures in nova Ecclesia erunt Prophetæ, &c [h]. *Omnem*, indefinitè [i]. *Super omnem*, i.e. super multos: non super Esaiam solùm, 2 Reg. 21.10. Esa. 29.10 [k]. aut paucos, ut olim, quum rarum erat prophetiæ donum, & Prophetæ sua habuerunt collegia, &c; sed totam populi multitudinem. Non autem hîc loquitur de publico docendi munere, sed illuminatione & cognitione ac sapientia cœlesti, quâ vel contemptissimi in nova Ecclesia pares essent veteribus Prophetis [l]. Idem igitur hîc promittitur quod Jerem. 31. 33, &c. Joh. 6.45 [m]. & quod impletum erat die Pentecostes, Act. 2 [n]. ¶ *Prophetabunt filii vestri* (ut filii Esaiæ, Esa. 8.18 [o]. Apostoli [p];) *& filiæ vestræ:* (Etiam fœminis id donum dabitur, 2 Reg. 22.14. Esa. 8.3 [q]. Vide Act. 1.14. & 21.9. & 1 Cor. 11.5 [r].) *senes vestri somnia somniabunt*, (à Deo immissa, ut olim Josepho †;) *& juvenes vestri visiones videbunt*] Quia in V. T. notissimi erant tres revelationis Divinæ modi, *prophetia, somnium, visio*, Num. 12.6. Job. 33.15. Ose. 9. 7. Actor. 2. 17 [t]; [vel potiùs,] duo modi quibus Deus futura patefaciebat [v], Prophetis scilicet [x], nempe per *insomnia*, & per *visiones* [y]: Propheta etiam h. l. pro more V. T. loquitur: sicut aliàs Templi, sacrificiorum ac Regni Davidis mentione Prophetæ Ecclesiam, cultum Dei ac Regnum Christi spirituale depingunt [z]. Non immeritò autem tam honorificis nominibus designat illam intelligentiæ lucem quæ in Evangelio patefacta est, quia hæc multò præstantior erat quàm donum prophetiæ multis qui sub Lege vixerunt [a]. Donum prophetiæ erat & apud malos, ut Balaamum. At donum hoc Spiritûs Sancti in nobis habitantis nos regit, & corda purificat, & vitam æternam affert [b].

29. *Et super servos*, &c.] Sensus est, Etiam iis qui vilissimi videbuntur impertiar, si non prophetiam & somnia, certè motûs quosdam extraordinarios & cœlestes. Hebræi *Spiritum Sanctum* solent usurpare de dono infra prophetiam: sed id discrimen neque in Veteris neque in Novi Testamenti libris perpetuum est. Hæc omnia multò quàm tunc excellentiùs impleta in Ecclesia Christiana, ad quam hæc optimè aptat Petrus Act. cap. 2 [c]. Significat nullam conditionis rationem fore sub N. T [d]. Vide Galat. 3.28. Colos. 3.11 *. In Act. 2.18. est, *servos meos*: [ut hîc habent o'. Vulg.] quod exponendum ex hoc loco, ut significet non quosvis Dei cultores, sed eos duntaxat qui conditione servi erant, & simul Deum piè colebant [f].

30. *Et dabo* (vel, *edam*, Pi. &c.) *prodigia——sanguinem*] i.e. Cædes [g]. Livius l. 22. de prodigiis quæ ante pugnam ad Thrasymenum contigerunt, *Romæ*, inquit, *in Aventino & Ariciæ nunciatum erat sub idem tempus lapidibus pluisse & multo cruore, signa in Sabinis cadis; aquas è fonte calidas manâsse. Initio belli Marsici simulacra deorum sudavisse, & sanguinem fluxisse*, narrat Cicero 1. De divinat. Cleanthes, apud eundem 2. De nat. deorum, *ex terræ motibus, lapideis imbribus, guttisque imbrium quasi cruentis*, argumentum petit quo deos esse doceat. Ante bellum inter Pompeium & Cæsarem mare cruentum apparuisse fertur: atque ante mortem Cæsaris non solùm guttas de cœlo cecidisse sanguineas, sed etiam puteis cruorem manavisse. Talis igitur hîc prodigiosus & portentosus sanguis significatur, qui miseræ cladis triste præsagium esse solet. ¶ *Et ignem*] *Ignis* hîc notat terribiles faces in cœlo ardentes, mirabilia fulgura, & insolitas flammas, quæ hominibus lu-

Marginal notes (left column): † Pi. · * Mer. · o G. · p V. sim. D. Pi. BA. · † G. · q G. · r G. · † Idem. · s Calv. · v V. · x D. · y Calv. · z G. · a Mer. · b G. · c Tar. · d Mer. · * Q. in Mer. · e Mer. · † M. · f Mer. · v Idem. · x V. · y Tar. · z D. ex He. Mer. ex He. · a Mer. sim. D. Calv. · b Mer. · c Mer. sim. Tar. · d Mer. sim. Oecol. · * Tar. sim. Oecol. · f Calv. · g D. · h Calv. sim. Tar. · i Calv. sim. Mer. · l Calv. · m Oecol. · n Tar. · o Mer. · p Oecol. Pi. · q D. · r Mer. · † Tar. sim. M.

Marginal notes (right column): t M. · v Tar. sim. Oecol. RS. in Mer. · x Tar. · y Mer. · z Liv. sim. D. Pi. · a Liv. · b Mer. · c Calv. · d Tar. · * Tar. sim. D. · f Tar. · h Calv. · i D. · k G. · l Calv. · m Tar. · n Mer. ex Oecol. · o G. · p Oecol. · q G. · r Tar. · † G. · t Tar. · v D. · x Calv. · y D. sic Calv. · z Tar. sim. Calv. · a Calv. · b Mer. · c G. · d Mer. sic Tar. · * Tar. · f D. · g D.

dificas clades portendunt. Lucan. l. 1. monstra enumerans quæ bellum civile præcesserunt, '——*Superique minaces Prodigiis terras implêrunt, æthera, pontum. Ignota obscuræ viderunt sidera noctes, Ardentémque polum flammis, cœlóque volantes Obliquas per inane faces, crinémque timendi Sideris, & terris mutantem regna cometen*, &c[h]. Solent magnas rerum conversiones præcedere cometæ, gladii ardentes, aliáque signa ejusmodi[i]. ¶ *Et*, &c. [וְתִמְרוֹת עָשָׁן] *Et columnas* (vel, *elationes*,) T. Pi. Heb. *palmas*, Mer. Pi. Metaphora à natura palmæ[k], quæ arbor alta est & recta[l], & se erigit contra onus[m]: ità columna rectà sursum ascendit[n].) *fumi*, P. M. Mo. &c. vel, *nubis*, Ti. h.e. obscuras nubes[o]: *exhalationes*, sive *elevationes*, *fumi*; confer Cant. 3. 6. Porrò, per *ignem & columnas fumi* significat ignem fulmineum: fumum enim excitant incensa fulmine corpora[p]. Cum igne erat fumus; quod mysterio non caret: lumen credentibus, fumus incredulis *. [Sed quorsum hæc?] Videtur Propheta secum pugnare. Hactenus promissiones exhibuit & lætitiæ materiam; nunc iram Dei minatur, & formidinem incutit. Quid ergò hoc sibi vult[q]? Resp. Hoc addit in terrorem improborum, & horrendarum calamitatum signa. Quæ enim hîc ostenta adventum Christi terribilem præcessura enumerantur semper tristium malorum prænuncia esse existimata sunt[r]. Multa bona Christum recepturis prædixit; nunc adversa non recepturis*. Judicia impiis hîc denunciat, quibus tamen pii quoque paternè castigabuntur. Ostendit enim Propheta quid interim post hæc data dona usque ad gloriosum Christi adventum ad Judicium futurum sit. Ut enim olim Legem Deus prodigiis confirmavit †; ità & hanc Evangelii promulgationem tantâ calamitatum serie obsignabit, ut totius naturæ ordo mutatus aut inversus videatur. Quod propterea præcedentibus promissionibus subjicitur, nè Christiani in N. T. delicatam sibi fingant vitam[t], aut terrenum, ut Apostoli, Regnum somnient[v]; aut putent fore ut ab omnibus hominibus pari modo Evangelium accipiatur, quandoquidem à multis contemnetur, imò oppugnabitur, &c*. Non vult minari fidelibus, sed eos admonere nè se vanis illecebris fallerent, vel exspectarent beatam perfectámque quietem in hoc mundo, aut terrenis benedictionibus indormirent, sed altiùs semper aspirarent. Deinde, commendat hoc pacto spiritualem hanc Dei gratiam, ad eámque quærendam homines invitat: quia miserrima futura est hominum conditio, nisi hoc solatio recrearentur. Optimè ergò hæc conveniunt: quòd Deus sc. amorem suum testabitur Christo manifestato; & interea signa proferet iræ suæ, quæ mundum totum curâ & metu percellet. Sed cur adventu Christi magis excanduit ira Dei adversùs homines? Resp. Meritò sanè, ob summam ingratitudinem hominum Evangelium pertinaciter respuentium, & tempus gratiæ Dei salutísque suæ spernentium. Hinc clades præcedentibus longè graviores mundo inflictæ erant post Christi manifestationem & Evangelii prædicationem[y]. [Qu. De quo tempore hic locus intelligendus est?] Resp. Hîc mirè variant[z]. 1. Agitur hîc de adventu Nabuchodonosori, qui Judæam sanguine inundavit; incensis autem urbibus, vicis & villis, cuncta implevit igne & fumo, Esa. 32. 13. Thren. 2. 5. & passim alibi[a]. 2. Pertinet hoc ad diem extremi Judicii[b]. 3. Respicit excidium Jerosolymæ, ante quam multa apparuerunt signa, armatæ per aerem acies discurrebant, teste Josepho[c]; quibus portendebatur exitium urbis gentísque Judæorum[d]. 4. Judæi hæc referunt ad tempora Messiæ sui, quum fundentur copiæ Gog & Magog *. 5. Malim, cum Petro, hæc ad primum Christi adventum referre: ut hæc signa sint quæ Evangelistæ commemorant sub tempus passionis Christi. Obj. At illi non meminerunt eclipseωs Lunæ, quæ est v. seq. Resp. Non omnia memorant Evangelistæ, ut habetur Joh. 21. 25[f].

31. *Sol convertetur in tenebras*, (i.e. penitùs obscurabitur[g]: vel, propter fumum illum undique surgentem, vide suprà 10. & ibi dicta[h]; vel, eclipsi, quæ calamitatum venientium prænuncia esse solet, ut testantur Lucan. l. 1. & Virg. Georg. 1. q. d. Solis lumen deficiet ad terrorem hominibus incutiendum[i].) *& luna in sanguinem*] i. e. Luna subrubra apparebit[k], & sanguinolenta[l]: vel, 1. propter multum sanguinem ex solo in aerem attractum, qua de causa & sæpe sanguis pluisse visus[m]; vel, 2. ob eclipsin[n], ut fieri solet. Ovid. Metamorph. 15. similiter loquitur, *Signa dabant luctûs superi haud incerta futuri. Sæpe faces visæ; Solis quoque tristis imago: Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atrâ Sparsus erat; sparsi lunares sanguine currus*[o]. Locum hunc intelligunt, vel, 1. literaliter, quòd Sol & Luna amittent lumen suum, ut interdum fit: quo indicio demonstrabit Deus ingentem cladem adversariorum Messiæ[p]. Vel, 2. allegoricè[q]. Per *sanguinem* igitur intellige necem Judæorum; per *ignem fumúmque*, incendium urbis[r]; per *versionem solis*, &c. insignem calamitatem †, & confusum horribilémque mundi & naturæ statum, quo Sol & Luna non ampliùs fungentur officio suo, & Deus auferet omnia signa gratiæ suæ[t]. Tam miserabilis erit hominum status, ut putaturi sint Solem non lucere, &c[v]. ¶ *Antequam veniet dies Domini magnus & horribilis*] Sic P. vel, *terribilis*, sive *tremendus*, M. Ti. Pi. *Dies* hic est, vel, 1. excidii Templi & urbis per Chaldæos. Paria verò aut majora præcesserunt excidium per Romanos factum; de quo Christus & Apostoli*. Vel, 2. eversionis Jerosolymæ[y], [per Romanos, statim à morte Christi.] Vel, 3. dies, vel passionis[z], vel resurrectionis, Domini; vel, missionis Spiritûs. Qui *magnus* dicitur, quia tunc patefacta est magnitudo potentiæ & misericordiæ Dei in totum genus humanum. Sed quî *terribilis* dicitur? Resp. Non propter credentes, quibus est tempus acceptum & lætum; sed propter Satanam & incredulos, quibus est dies æterni judicii & damnationis, qui ab eo die judicati sunt. Sic optimè etiam quadrabit versus sequens, quem ad Judicium plerique referunt; Paulus 10. ad Rom. apertè ad totum tempus Evangelii[a]. [Alii vocem הַנּוֹרָא aliter reddunt, ità ut ad diem primi adventûs commodè aptari possit:] *reverendus*, T. Tar. seu mirabilis, gloriosus, augustus, manifestus[b]. Vel, 4. dies Judicii universalis[c], qui κατ' ἐξοχὴν vocatur in N. T. *dies*, & *dies illa*, 2 Tim. 1. 12, 18. & 4. 8. Matt. 7. 22. Luc. 21. 34. & *dies ultima*, Joh. 6. 39. &, *dies Domini*, 1 Cor. 1. 8. & 5. 5. &, *dies Christi*, Phil. 1. 6, 10[d]. Cœperunt hæc prodigia in passione Christi, creverunt in excidio Jerosolymæ per Titum, sed perfectè complebuntur sub finem mundi, ante Judicium extremum. De hoc enim similia prorsus prædixerunt Esaias & Joannes, adeóque & ipse Christus *. Prophetæ, quum de Regno Christi loquuntur, interdum principium duntaxat attingunt, (ut quum antè dixit, *Post illos dies effundam Spiritum*, &c.) interdum finem tantum; sæpe autem uno complexu designant totum cursum Regni Christi ab initio usque ad finem, ut hîc fit. Sensus ergò totius loci est, q. d. Effundet Deus Spiritum suum, & auspicabitur Christus Regnum suum, quod non ad triduum aut breve tempus, sed usque ad finem mundi, durabit. Erunt interea maximæ calamitates, ostendétque se Deus iratum & infestum hominibus: ut miserrimi sint qui non confugerint ad hanc gratiam Dei, nec usquam quietem vel solatium reperient. Hæc autem flagella Dei erunt quædam quasi præparationes ad domandos hominum animos, ut majore reverentiâ & obsequio Christum excipiant. Illis autem qui non fuerint istis malis admoniti atque correcti aliquid magis horrendum & exitiale restat, dies scilicet quo ad cœlestis Judicis tribunal sistendi sunt, &c[f]. dies ille *magnus*, in quo scil. res magnæ accident, putà, excitatio mortuorum, judicium de illis, assumptio piorum in cœlum, relegatio impiorum in infernum[g].

32. *Et*, &c. [וְהָיָה כֹּל וגו׳] *Et* (vel, *Præterea*, P.) *erit*, (sub. *ut*, JT.) *quicunque invocaverit nomen Domini*, Ti. sic M. P. JT. *Et tunc* (vel, *Cæterùm*, Pi.) *quisquis invocaverit*, &c. Calv. Pi. וְהָיָה resolvi debet in adverbium temporis; quod hîc emphaticum est: q.d. Etiam tunc, in ultima rerum omnium desperatione, quum totus naturæ ordo conversus est, &c. si tamen Deum invocent, salvi erunt. Postquam stimulavit homines ad quærendum Deum, nunc certam illis fiduciam facit, modò sincere ad Deum confugiant[h]. Nè pii præcedentibus minis consternarentur, & exclamarent cum illis, Marc. 10. 26. *Quis igitur poterit salvari?* epiphonematis

Marginal notes (left column): h Liv. · i G. · k Pi. · l Mer. · m Pi. · n Mer. · o Calv. · p D. · * Mer. · q Calv. · r Liv. · * Oecol. sim. Tar. M. · † Tar. · t Tar. ferè ex Calv. · v Calv. · * Tar. · y Calv. · z Mer. · a G. · b Q. in Oecol. L. in Mer. · c Mer. ex Oecol. · d Oecol. · * Mer. ex Hi. · f Mer. · g D. sim. Tar. · h G. · i Liv. · k Mer.

Marginal notes (right column): l Pi. G. · m G. · n Liv. sim. D. ex AE. · o Liv. · p He. in M. · q M. sim. Oecol. &c. · r M. · † M. sim. D. Oecol. Calv. · t Calv. · v Pi. · x G. · y Oecol. · z T. · a Mer. · b Tar. · c Pi. sim. Tar. · d Tar. · * T. · f Calv. · g Tar. · h Calv.

Line numbers: 10 · 20 · 30 · 40 · 50 · 60 · 70

tis loco subjungit admonitionem consolatoriam, quâ ostendit quid piis tum sit agendum ne cum mundo pereant[l]. Insignis locus, quia pronunciat Deus invocationem nominis sui nobis esse tutum salutis portum in rebus perditissimis[k]. Hæc autem invocatio non est nuda nominis Dei appellatio, quam & Judæi & alii [etiam hypocritæ & impii] habent[l]; sed invocatio Dei bonâ fide & ex animo[m], ex collat. Psal. 145. 18[n]. Vera Dei invocatio rarissimum est opus, & multa in se continet; nimirum, Verbum Dei ejúsque auditionem, & fidem, & fiduciam promissionis Dei propter Christum, extra quem nulla est vera invocatio. Ità Paulus, Rom. 10. 13, &c. egregiè explicat hanc Prophetæ sententiam. Huc facit quòd non dicit Joel, *qui invocaverit* Dominum, sed, *nomen*, vel *in nomine, Domini*. Nomen est notitia quâ res agnoscimus: notâ enim nominis res omnes discernuntur. Nomen Dei est ὁ λόγος, ipsum *Verbum* Dei, [Joh. 1. 1.] quo se patefecit, & sine quo nosci non potest[o]. Invocatio Dei synecdochicè notat omnem pietatem & cultum Dei[p]. Notanda hîc est nota universalitatis, *quisquis*[*], in qua videtur Paulus insistere, Rom. 10. ut ostenderet Deum non Judæis solùm, sed & Gentibus ipsum quærentibus, expositum esse[†]. ¶ *Salvus erit*, יִמָּלֵט] *Liberabitur*, Tl. *eripietur* vel *eripiat*, *se*,]T. Pi. sim. D. &c. Vel, 1. ex tantis calamitatibus, Esa. 4. 2[q]; ex periculis & angustiis illius ævi[r]: vitam suam servabit. Quod egregiâ figurâ denotat Ezechiel, cap. 9[r]. Vel, 2. ab ira æterna & præsenti discrimine damnationis. Magna promissio[v]. ¶ *Quia in monte Sion & in Jerusalem erit salvatio*; sic M. Ti. פְּלֵיטָה] *Evasio*, vel *ereptio*, P. Pi. Calv. *liberatio*, Pi. i. e. erunt qui evadent[x]. Quidam excidio erunt superstites, & captivi avehentur, ut ostendunt sequentia, Joel. 3. 1. ea enim verba cum his cohærent[y]. *Evasio*, i. e. salus; quæ Judæis primùm oblata fuit[z]. Hîc *Jerosolymam* dicit pro inferiore civitate. Aut est genus loquendi contrarium illi, *in Judæa & Jerosolyma*. Nam Jerosolymæ pars mons Sion[a]. Hoc vult, q. d. Quamvis extinctum videri possit nomen Abrahæ, & deletus populus, ac per varias mundi plagas dispersus, ut nullum sit corpus, nulla gubernatio, nullus Dei cultus; tamen Deus memor erit fœderis sui, & reliquias colliget, eritque adhuc corpus aliquod Ecclesiæ in monte Sion & in Jerusalem[b]. Non Templi meminit, (quod post sacrificium Christi abolendum erat cum cultibus suis,) sed *Sionis*, quæ arx fuit Davidis, cujus filius Christus hanc sedem tenere debuit ut locum designet; ubi primùm sonabit hæc læta gratiæ vox[c]. Vide Esa. 2. 3. & 4. 3. Luc. 24. 47. Act. 13. 46[d]. ¶ *Sicut dixit Dominus*] Vel, Deut. 32. 43[*]; vel, per me & reliquos Prophetas passim: q. d. ut Dominus decrevit & pollicetur[f]. Hoc addit ad confirmationem. Jubet hîc rationem potiùs Dei haberi quàm nostri statûs; nec æstimare Ecclesiæ salutem ex nostro intuitu, (tunc enim statim concident animi, & incurabiles videbuntur Ecclesiæ morbi,) sed ex Verbo & promissione Dei[g]. ¶ *Et* (vel, *Nempe*, Pi. Tar. nam ו sæpe est exegeticum[†], & ità sumitur 1 Sam. 17. 40. & 28. 3[h].) *in residuis quos Dominus vocaverit*] Velut ad convivium & nuptias, &c[i]. quibus vita æterna sæpe adumbratur. Vide Matt. 8. 11. Luc. 14. 16[k]. *Vocare* est, ad cœnam aliquem vocare; & קְרֻאִים sunt *invitati*[l]. Vel, *vocaverit*, ut ad Regis ministerium & dignitatem[m]. Grammatici annotant hoc verbum usurpari de iis qui ad honores adsciscuntur, ut Jes. 22. 20. Atque hinc *vocati* appellantur, Num. 1. 16. Ezec. 23. 23. viri primarii, quasi aliunde accersiti ad reip. administrationem[n]. *Quos*——*vocaverit*, i. e. traxerit ad se[o]. *Vocaverit*, ad vitam æternam scilicet[p]: &, *vocaverit*, efficaciter[q], & *ex proposito*, Rom. 8. 28[r], sive interiore & arcanâ vocatione, quæ residet in arcano Dei consilio[†]. *Quos Deus ad id destinaverit*, G. ex Ch. קרא valet, *destinare*, Jer. 32. 23[t]. Vocatio hîc & electionem continet[v]. Vocationem hîc opponit hominum meritis, deinde virtuti & industriæ; docétque merâ Dei gratiâ servari homines, & reliquias fieri, Rom. 11. 5. quum omnes digni essent interitu. Porrò, consultò dicit Joel, *in residuis*, ut occurrat hypocritis, qui locum in Ecclesia occupant, obtendúntque externa signa, vel professionem, quibus se apud homines jactant, Deóque illudunt. Ostendit igitur se non omnes Judæos promiscuè alloqui, quia multi erant degeneres; sed exiguum duntaxat numerum, eorum scilicet qui sincero animo & Deum colunt & cum proximis versantur, juxta Psal. 15[x]. Loquitur h. l. vel, 1. de Judæis, ut sensus geminatus sit, adeóque nomine *Sion* & *Jerusalem* intelligas Ecclesiam, quæ à Judæa cœpit, indè per totum orbem diffusa; ut in ea sola evasionem fore significet, quæ sola nomen Domini invocat. Qui sensus propter sequentia videtur aptissimus. Solius enim Juda & Jerusalem, ubi de liberatione agit, meminit, non Gentium, quas ubique intelligi par est ubi salutis per Christum sub his nominibus fit mentio[y]. Vel, 2. de Gentibus[z]: nam nec ex Gentibus omnes Christum recepturi erant[*]; [ideóque & earum *reliquiæ* erant.] De Gentibus hîc agi docet contextus. Disseruit Propheta de Regno Christi, quod ad Judæos & Gentes communiter pertinet: dixit statum mundi plenum fore horrendâ caligine; quod certè non ad solos Judæos spectabat, sed etiam ad Gentiles. Quorsum id, nisi ut ostenderet nihil aliud restare nisi ut confugerent ad Deum; & ut testaretur Deum promiscuè & sine exceptione omnibus expositum esse qui eum quærent[†]?

CAP. III.

1. **Q**Uia, ecce, &c.] Vel, *Verùm, ecce*, &c. Nam כִּי sæpe est, *sed*. Cohærent hæc, ut dixi, cum superioribus. Reticuit κατ᾽ εὐφημισμὸν fore ut illi residui avehererentur: satis autem ostendit nunc, cùm redituros dicit[a]. ¶ *In tempore illo*] Quo sunt impleta superiora[b]; nempe, quo erunt illa prodigia, c. 2. 30, 31. & quo Gentes vocabuntur, v. 32[c]. ¶ *Cùm convertero captivitatem Juda*, &c.] i. e. Cùm electos ex Juda, &c. liberabo è captivitate[d]. Certum est & decem Tribus per Christum redemptas: sed Judæ meminit, tanquam præcipuæ Tribûs[*]. Verùm cohærentia hujus cum præcedenti promissione satis ostendit *Juda* h. l. juxta stylum N. Testamenti, spiritualiter accipi de Judæis & Gentibus conversis[f]. Tempus hoc Judæi restringunt ad reditum è Babylone; Christiani trahunt ad Christi adventum: Utrisque repugnat circumstantia loci. Complectitur hîc Propheta totam redemptionem, quæ in reditu illo incepta fuit, deinde [continuata] à Christi priore adventu usque ad diem ultimam: q. d. Non erit brevis aut momentanea hæc redemptio, sed duratura donec Deus pœnas sumpserit de omnibus hostibus, & Ecclesiam perfectâ felicitate donaverit[g].

2. *Congregabo omnes gentes*] Quibus omnibus Judæi maximè exosi erant, inprimis vicinis, Obad. 16[h]. *Gentes*, nempe Assyrios & Chaldæos, & qui ipsis adversùs Judæos militârunt[l]. *Gentes*, eas scilicet quæ populum meum malè tractârunt, non ob peccata, propter quæ ego id permisi, sed odio mei ac Religionis à me traditæ[k]. *Gentes*, hostes Ecclesiæ intellige, sive Judæos, sive Gentiles[*]. ¶ *Et deducam* (vel, *descendere faciam*, Pi.) *eas in vallem Josaphat*] Vallis hæc erat urbi contigua[l], inter Jerosolymam & montem Oliveti[m]: sic dicta, vel, 1. quòd Josaphat aliquid ibi ædificavit[n]; vel, 2. à sepulchro Josaphati in ea sito[o]; cui repugnat 2 Par. 21. 1. *Sepultus fuit in civitate David*; ea enim in monte Sionis fuit intra urbem[p]. Puto eam vallem sic dictam, quòd in ea Josaphato memorabilis illa victoria concessa est, 2 Paral. cap. 20[q]. (quomodo *rupes Orebi* dicitur quæ Orebi cæde nobilitata est, Jud. c. 7. v. 25.) Ex quo loco [2 Par. 20.] probabiliter colligitur, ad Orientem meridionalem fuisse, inter Jerosolymam & Tecoam in longum extensam; ità ut, quanquam ille locus quo hostes Josaphati perierunt remotior fuerit, una tamen illius pars propè ad radices montis Oliveti accesserit[r]. Ab omnibus Interpretibus involutus, non explicatus, est hic locus[†]. [Vocem יְהוֹשָׁפָט accipiunt, vel propriè, vel appellativè, locúmque variè intelligunt.] 1. De bello illo & victoria 2 Par. 20[t]. Sed hoc non cohæret cum superioribus[v], in quibus de donis Spiritûs & Regno Christi agitur: deinde, nulla tunc erat captivitatis reductio[x]. 2. Al. Hebræi ad tempora Gog & Magog referunt[y]. 3. De extremo

Margin notes (left column): l Tar. — k Calv. — l Mer. — m D. sim. Calv. — n D. — o Mer. — p Tar. ex La. — * Tar. sim. Calv. — † Calv. — q Tar. — r D. — r G. — v Mer. — x D. — y G. — z Mer. — a D. — b Calv. — c Mer. — d Tar. — * Pi. Tar. — f Mer. — g Calv. — † G. — h Tar. — i Mer. ex He. sim. Tar. — k Tar. sim. D. — l D. — m Mer. ex He. — n D. — o V. — p D. — q D. Pi. — r D. — † Calv. — t G. — v Mer. sim Calv.

Margin notes (right column): x Calv. — y Mer. ex He. — z Mer. Calv. — * Mer. — † Calv. — a G. — b Oecol. — c Tar. — d V. — * Mer. — f Tar. — g Calv. — h Tar. — l D. — k G. — * Mer. — l D. ex K. — m V. L. & Mon. & Adrichom. in Liv. — n Q. in V. — o Q. in Liv. — p Liv. — q Liv. ex Calv. & Trem. — r Liv. — † Mer. — t He. in M. AE. in Mer. — v Oecol. sim. Mer. — x Tar. — y Oecol.

extremo

extremo Judicio [z]; quando totus mundus in vallem Josaphat est cogendus [a]: indè enim Christus ascendit, & prædictum est, eum ut ascendit ità reversurum, Act. 1.11. At ibi non locus, sed modus, reditûs describitur [b]. Angustior est hæc vallis quàm ut omnes capere possit: deinde, Judicium illud futurum est in nubibus. Vide Matt. 25.31, &c. 1 Thes. 4.17 [c]. Puerilis ergò error hic est [d]. Sed præstat vocem יְהוֹשָׁפָט appellativè accipere *. Significat hoc verbum, *Jovæ judicium* [f], vel, *judicium maximum*; ut maxima quæque *Dei* nomine veniunt apud Hebræos [g]. [Unde reddunt,] *in vallem ubi Dominus judicabit*, Q. in V. εἰς τὴν χώραν τῆς κρίσεως, (*in locum judicii*.) Th. in G. *in vallem divisionis judicii*, Ch. i. e. ubi cuique pro meritis pœnæ distribuentur [h]: *in vallem judicii Domini*, Mer. ex RS. Itaque paulò pòst appellat *vallem severitatis* [i], vel, *vallem decisionis*. Et mox rationem reddit cur *vallem Josaphat* dixerit, *quia*, inquit, *judicio agam cum illis ibi*: quo verbo etiam utitur cùm exitium Gog & Magog in Ezechiele prædicit. Atque ut suprà per *Judam* & *Jerusalem* Ecclesia vel ex Judæis vel ex Gentibus intelligitur, non Jerusalem terrestris: sic nunc *vallis Josaphat* non locus certus est, sed ubicunque Deus in hostes Ecclesiæ animadvertet. Alludit tamen ad insigne illud Dei judicium & cladem hostium 2 Par. 20. quæ typus erat cladis & exitii hostium Ecclesiæ, ut vetera typus erant edendorum in nova Lege [k]. Promittit ergò Deus Ecclesiæ beneficium illi simile, &c [l]. Nominat h. l. *vallem Josaphat*, ut, memoriâ mirabilis illius liberationis, eos in bonam spem erigeret, &c [m]. Rectè ea vallis quadrat loco judicii Divini in improbos notando, quia illic Deus horrendâ olim strage suos hostes deleverat, 2 Par. 20. Vide hìc v. 14 [n]. Al. *in vallem*, &c. i. e. in conspectum totius Ecclesiæ meæ; sicut vallis illa erat proximè Jerusalem, in conspectu urbis ipsius [o]. *Vallis* meminit, vel, 1. quòd in acie dimicantibus sit incommoda: in campis patentibus rectiùs pugnatur, ubi potest explicari acies. Quo pinguntur dolor conscientiæ & angustiæ ob peccata [p]. Vel, 2. ut significet eos ità scelerum convictos fore, ut nullus sit effugio locus; ut contingit illis qui in convalle sunt obsessi [q]. Vel, 3. quia judicia Divina ad instar humanorum depingi solent. In humanis judiciis sedent in loco sublimi judices; rei stant in loco inferiori, qui *vallis* ob similitudinem dicitur [r]. ¶ *Et*, &c. ונשפטתי וגו׳] *Et disceptabo* (*judicium subibo*, Mo. V. *judicio contendam*, P.) *cum illis ibidem*, Ti. Pi. &c. i. e. Causas exigam cur id fecerint †. Judicio publico damnatos puniam [t]: ità *judicare* sumitur per metalepsin, ut Ps. 9.17 [v]. נשפט sign. *judicio contendere*, aut *experiri*, *cum aliquo*, 1 Sam. 12. 7. Psal. 109. 7 [x]. Estque, non judicis, cujus personam sustinet Deus infrà v. 12. sed partis litigantis, quam Deus hìc sustinet [y]. Al. Judicium hìc intellige, non iræ, sed gratiæ, quo Deus non damnat, sed remittit peccata. Hominum judicium est, ut peccata sequantur pœnæ: at judicium Domini in Evangelio aliud est; condonat peccata credentibus, donans Spiritum Sanctum & vitam æternam [z]. [Idem tamen paulò pòst in Annotationibus suis, quibus hic titulus præfigitur, *Idem Mercerus*, contrarium statuit: id quod non semel ab eo factum: sive hæ primæ, illæ secundæ, ipsius cogitationes essent; sive hic suam, ibi aliorum, sententiam exprimat. Id quod semel monuisse sufficiat. Sic ergò scribit:] Verbum hoc נשפטתי, quod illi in bonum interpretantur, de judicio misericordiæ per Evangelium & gratiam, non iræ, nusquam reperio nisi in malum: nam נשפט sign. *arguere*, *contendere* rationibus, ut in judicio inter litigantes fieri solet, convincere. Nos, multis rationibus adducti, hæc omnia ad finem Prophetiæ ad totum Evangelii tempus referimus; in quo pollicetur Deus Ecclesiæ defensionem & hostium perditionem: cujus specimen in hoc seculo præbet Dominus, sed apparebit evidentiùs in extremo Judicio [a]. ¶ *Super* (vel, *pro*, Pi. sic Ti. &c.) *populo meo, & hæreditate mea Israel*] i.e. Pro populo meo hæreditario Israele. *Israelis* nomine omnes Tribus intelligo [b]. Israel nominat *hæreditatem* suam, tum ut ostendat fontem hujus redemptionis esse gratuitam Dei misericordiam, quâ eos elegit, & in peculium adoptavit: tum ut afflictos eorum animos confirmet, cùm durissimè castigati essent, & Gentibus exosi; & significet, se suscepturum causam eorum, acsi in ipsorum persona læsus esset [c]. Al. *Israelem* hìc intellige, non carnalem [d], sed spiritualem *, de quo suprà 2. 27. vel, *Israelem Dei*, Gal. 6. 16 [f]. nempe Ecclesiam [g]. Unde etiam liquet quomodo illa quæ sequuntur sint accipienda: sc. per ea quæ Israel quondam secundùm carnem passus est metaphoricè significari quæ verus Israel semper patitur [h]. ¶ *Quos*, &c. אשר וגו׳] *Quos disperserunt*, Mo. P. D. &c. *Quòd disperserint* eum, JT. Pi. Solet אשר poni pro כי, *quia* [i].

3. *Et super* (vel, *in*, Ch. JT. Pi.) *populum meum*] אל hìc pro על ponitur [k], ut 1 Sam. 17.49 [l]; ut vicissim pro אל sumptum videas [m]: quanquam & אל accipi potest ut ב [n]. ¶ *Miserunt* (vel, *projecerunt*, P. M. D. &c.) *sortem*] Vel in bona eorum, vel in personas [o]. Sortitione factâ partiti sunt inter se quos è populo meo captivos ceperant [p]: ut de captivis fieri mos erat [q]. Vide Abd. vers. 11. Nah. c. 3. v. 10 [r]. Indè illud apud Virgilium, ——*Excipiam sorti*. Vide quæ diximus de J. B. & P. 3. 6. 14 †. ידו deducitur vel, 1. à ידד geminato [t], ut sit præteritum [v], in Kal [x], ut præcedentia, יחלקו, פזרו: vel, 2. à ידה [y], de quiescentibus, ut sit futurum quod per imperfectum exponetur, *jaciebant*, ut Lam. 3. 53 [z], pro ויידו. Sed prius malo [c]. ¶ *Et*, &c. ויתנו הילד בזונה] *Et dederunt* (vel, *posuerunt*, M. *exposuerunt*, JT. *permutaverunt*, Ca.) *puerum* (nempe Israeliticum; ideo cum He hajedia, *hajeled* *: vel, *pueros*, ο'. Ar. Ca. &c. nempe bello captos [d]:) *in* (vel, *pro*, P. Ti. M. JT. Pi. G. Ità ב accipiendum docet sequens membrum †.) *meretrice*, sive *scorto*, Mo. P. M. &c. vel, *in meretricem*, V. i. e. pro pretio scorti [f]; vel, quod meretrici dandum erat [g], ut eâ potirentur [h]. Sensus est, Pueros Judæos donârunt meretricibus vice pecuniæ, ut Phædria Eunuchum Thaidi [i]. [Alii, neglecto ב, reddunt,] *meretricibus*, ο'. Ar. ut sit sensus, pueros in usum nefandæ Veneris translatos [k]. Sed prius malo, ut בזונה ità sumatur ut sequens ביין [l]. ¶ *Et puellam vendiderunt pro vino ut biberent*; ità P. וישתו] *Et* (vel, *quod*, Ti. JT. Pi. D.) *biberunt*, M. D. vel, *biberent*, Mo. JT. Pi. q. d. Non pro magna copia vini, sed pro eo quod unâ vice biberent [m]: q. d. vilissimo pretio [n]. Puellas Judæas vendiderunt ad conficiendam pecuniam quam pro vino solverent: aut, tradiderunt eas cauponis pro vino quod biberant. Siquidem *vendere* interdum est, *tradere*, ut infrà v. 8 [o]. Sensus loci, Præposuerunt saluti puerorum & puellarum voluptatem [p]. Duplex hìc notatur injuria & opprobrium. 1. Quòd eos non usitato pretio vendiderunt, sed habuerunt pro quisquiliis hominum & nullius pretii. 2. Quòd pretium venditionis in crapulam aut libidinem consumerent [q]. Insignem hìc indicat hostium Ecclesiæ furorem atque inhumanitatem; per quam tamen & alia opera mala intelligit [r].

4. *Verùm*, &c. וגם מה־אתם לי] *Et etiam* (vel, *Quinetiam*, JT. Pi. *Præterea*, V.) *quid vos mihi?* Mo. Ti. D. G. P. sub. *estis*, D. vel, *vobis mecum?* JT. Pi. Liv. Calv. sub. *rei*, vel *negotii*, *est*, D. vel, *mihi & vobis?* M. Liv. ex K. & Mer. ut 2 Sam. 16. 10 †. Quid mihi vobiscum est commune? vel, Quidnam est quod mihi facitis [t]? Cur mihi molesti estis? Vide quæ ad Matt. 8. 29 [v]. Quid mihi vobiscum rei est, quòd ità mihi & populo meo adversamini [x]? cui quum infertis injuriam, mihi infertis [y]. Chaldæus, *Quanti vos estis apud me?* qu. d. Nihili [z]. Vel, q. d. Vestri omnes conatus & vires, etsi maximæ vestrâ opinione, mihi nullæ sunt, nec meis nocere possunt [a]. *Quid vobis mecum?* q.d. An vobis obstrictus sum, aut aliquid debeo? Non videtur jam tueri populum suum, sed causam suam, & quasi proprium agit negotium, & se quasi medium inter eos & populum suum opponit [b]. וגם hìc est confirmationis particula, ut Joel. cap. 2. v. 29. q. d. *Omnino* satis apparet, &c. De phrasi, *Quid vobis*, &c? vide Jos. 22. 24. Jud. 11. 12. 2 Sam. 16. 10. Matt. 8. 29 [c]. ¶ *Tyrus* (vel, *Tyre*, JT. Pi. Ti. &c.) *& Sidon, & omnis terminus* (vel, *omnes termini*, Mer. JT. Ti. &c. vel, *totus tractus*, Mer. ex K.) *Palæsthinorum*] Vel, *Palæstinæ*, D. Pi. &c. non latè sumptæ (sic enim comprehendit quinque regiones, Idumæam, Samariam, Judæam, Galilæam, & regionem trans Jordanem;) sed angustè, pro eo tractu in quo

Gaza

[z] Q. in Oecol. L. Rib. Os. in Tar. [a] Q. in Oecol. [b] Tar. [c] Tar. ex Luth. [d] Mer. Oecol. * Tar. sim. Mer. Q. in V. [f] Ca. sic Tar. G. ex RS. [g] Tar. [h] G. [i] Ca. [k] Mer. [l] Tar. sim. D. [m] Calv. [n] Liv. [o] Jun. sic & Pi. Glas. gram. 4. 3. 878. [p] Mer. [q] Tar. [r] G. † G. [t] Pi. sim. Tar. [v] Tar. [x] D. Tar. [y] D. [z] Mer. [a] Mer. [b] D.

[c] Calv. [d] Tar. * Pi. Tar. [f] Tar. [g] Ji. [h] Tar. [i] D. [k] Mer. D. Tar. [l] D. Tar. [m] Mer. [n] Mer. ex Ch. [o] Mer. [p] D. [q] G sim. D. Tar. [r] Tar. ex D. † G [t] Mer. [v] Mer. D. [x] D. [y] Mer. [z] Mer. ex He. D [c] Mer. ex He. [d] D. * Mer. [d] Pi. † G. [f] D. ex Mer. [g] M. Oecol. [h] Mer. [i] G. [k] Mer. [l] Mer. sim. D. [m] Tar. ex Mer. [n] G. sim. Mer. [o] D. [p] V. [q] Calv. [r] Mer. † Liv. [t] V. [v] G. [x] Liv. sim. Mer. [y] Mer. [z] D. [a] Mer. [b] Calv. [c] Tar.

Gaza & Ascalon [d]. [Sed quorsum *Tyri*, &c. hoc l. meminit?] Resp. Vers. 2. & 3. invehitur in omnes gentes, ob crudelitatem in populum suum; nunc generalem illam invectivam ad hos, tanquam potentiores & viciniores, applicat *. וגם dicit, quòd suprà gentium remotiorum meminisset; nunc verò etiam vicinarum: suprà earum meminit quæ palàm & ex professo Ecclesiam oppugnabant; nunc earum quæ, specie amicitiæ, Israelitis, quos, ob multa ab eis accepta beneficia, juvare debebant, plurimùm nocebant, hostibus se adjungentes, &c[f]. ¶ *Numquid*, &c? הגמול אתם משלמים עלי ואם גומלים אתם עלי] *An* (אם, pro *num* [g],) *retributionem redditis, vel rependitis, mihi*? JT. Pi. sic ὁ. Sy. M. P. Ti. sim. Mo. *& an retribuitis mihi*? JT. Pi. simil. Mo. vel, *aut si retribuitis vos mihi*? i. e. cogitatis retribuere, h. e. injuriam inferre; &, *si*, pro *an* [h]. q. d. Affecine vos unquam injuriâ, ut eam nunc redditis mihi? Vel, An populo meo, veris Judæis & fidelibus, refertis injuriam illatam vobis ab ipsis? Acsi dicat, Nunquam populus meus affecit vos injuriâ. Loquitur Deus de membris suis tanquam de seipso. Vel, An arbitramini vos ulcisci de me, qui neminem vestrûm læsi [i]? [Ità explicat V. primum membrum; sequens autem sic reddit, *Quòd si lacessitis me*—] Vel, *Quòd si* (vel, *Et si vos*, M.) *retribuitis mihi*, P. sic M. vel, *mihi retributionem rependeritis*, Ti. *Quòd si hoc infertis mihi*, si ità mecum agitis †. [Ità pendet sensus, qui sequente membro absolvitur.] Al. Sensus videtur esse, *An hanc vos vicem mihi rependitis? & hoc mihi redditis?* nempe pro tot in vos collatis beneficiis [k]. *Utrum mihi vos refertis, an potiùs confertis?* Ca. *Num meritum mihi refertis, an etiam infertis?* subaud. *malum*, vel *injuriam*, Liv. vel, *Num retributionem vos mihi redditis? &* [vel, *aut*] *num infertis mihi?* Mer. h. e. Num populum meum affligentes id facitis ut illatam vobis injuriam rependatis? an potiùs priores mihi infertis injuriam, antè nullo meo merito lacessiti [l]? Exaggerat crimen, quòd ultro molesti fuerint Judæis. גמל significat, & *retribuere*, & *conferre* [m], sive *primùm inferre*, ut Psal. 13. 6. & 116. 12 [n]. גמל interdum significat, *in aliquem beneficium*, vel *malum, conferre* [o]. [Hinc &] גמול est ἐκ τῶν μέσων [p], significans initium boni vel mali quod quis confert in socium suum [q]. Significat & *beneficium* [r], ut Jud. 9. 16 †; & *injuriam* [s], sive *malum illatum*, ut Psal. 137. 8. Eam igitur vim habet quam Latinè *meritum*; quâ voce hîc & v. 7. rectè à Castalione explicatur [v]. ¶ *Citò*, &c. קל מהרה וגו׳] *Leviter, citò* (vel, *Citò & celeriter*, P. sim. ὁ. Sy. *Protinus in momento*, Ch. *Leviter ac celeriter*, Mer. *Citò velociter* ἐκ παραλλήλου dictum, ut *repentè e vestigio* apud Ciceronem [x]. *Festinus cum celeritate*, V. *Velocissimè*. JT. Pi. sim. V. D. Liv. Heb. *Levis festinatione*, Pi. *Leve est ut velociter*, M. *Facile est ut velociter*, Ti. Verùm קל hîc adverbialiter sumunt versiones Hisp. Ital. Diod. Genev. Ang. quod rectius: ità & Esa. 5. 26 [y]. Adverbia synonyma conjuncta emphasin habent, & superlativum denotant; ut Num. 12. 2. Esa. 30. 13 [z].) *reddam retributionem vestram*, &c. Mo. &c. i. e. vindictam vobis debitam [a]. Ego verò, cùm fine ulla accepta injuria tam malè tractaveritis populum meum, vobis vicem reponam, & quidem brevi [b]. Certè, utrumvis faciatis, ego pro merito vos tractabo. Desinite ergò, si sapitis, populum meum vexare [c].

5. *Argentum*, &c. אשר כספי וגו׳] *Quia* (vel, *Qui*, Ti. D. &c. Apparet has gentes Chaldæorum socios fuisse in diripienda urbe & Templo [d].) *argentum meum & aurum meum* (i. e. vel populi, vel Templi, mei *: opes quas improbi à probis abstulerunt [f]; vasa Templi aurea & argentea [e], quibus mihi ministrabatur; vel, aurum populi mei, quod videlicet pro redemptionis pretio solverant, aut muneris loco miserant ad vos [h]:) *tulistis*, Mo. &c. sim. Ti. Pi. Tar. D. i. e. per metalepsin Hebræis familiarem [i], *capta abstulistis* [k], & *abduxistis* [l]. ¶ *Desiderabilia mea*] i. e. Eximiam & charissimam meam supellectilem: vasa Templi [m]. מחמדים sunt, *res pretiosæ*, ut diximus Ose. 13. 15. Ità hîc appellat Deus, non quæ Templi erant, & Babylonem avecta sunt; sed ea quæ erant populi sui, & à Chaldæis, captâ urbe, vicinis vendita sunt [n]. Sic & modò sibi dicit factam injuriam quæ populo suo facta erat [o]. ¶ *In*, &c. להיכליכם]

[d] D. * Tar. [f] Mer. [g] Tar. sim. Mer. [h] D. [i] V. † Calv. [k] G. [l] Liv. ex Mer. [m] Calv. [n] Tar. [o] Liv. [p] Tar. ex D. [q] Tar. ex K. [r] D. sic Liv. † Liv. [s] D. [v] Liv. [x] D. Tar. [y] Boot. a- sim. 1. 7. 56. [z] Glass. gram. 3. 5. 2. 433. [a] Pi. [b] G. [c] Liv. [d] D. * Pi. [f] V. [e] D. Tar. [h] D. [i] Tar. [k] D. Tar. [l] Tar. [m] V. [n] G. [o] G. sim D. ad v. præc.

In templa vestra, Ti. Pi. Tar. &c. dedicando ea vestris idolis [p]. Al. *in palatia vestra*, D. Mer. ad ea scilicet exornanda [q].

6. *Vendidistis filiis Græcorum*] Ità ὁ. Ch. Sy. Ar. P. M. Ti. &c. vel, *Græcis*, Ca. D. &c. Quibus magnum ab omni ævo cum Phœnicibus commercium, Ezec. 27. 13 [r]. ¶ לבני היונים] *Filiis Jevanim*, Mo. *filiis Ionum*. Hîc duo notanda sunt. 1. *Iones*, pro *Græcis*. Strabo, *Tunc enim & Attici vocabantur* Ἴωνες *Iones*. Josephus Orig. Jud. 1. 7. Ἀπὸ Ἰαυάνε, &c. *A Javano Iones & omnes Græci ortum habent*. Sed & Æschylus, in Persis, Ἰαόνων γῆς dixit, pro Ἑλλήνων: sic enim exponunt, & benè. Est enim ex יון, quod olim in usu, factum *Ian*, unde *Ias*, more Græco, ut קרן, κέρας: amant enim Græci ultimam consonantem mutare in Sigma. 2. *Filii Ionum*, pro *Ionibus*. Sic Herod. l. 3. Αἰθιόπων παῖς eodem planè modo dixit pro Æthiopibus ipsis. Sic ἰατρῶν παῖδες, ipsi medici †. Al. *filiis Græcorum*, i. e. Gentilibus [t]: Judæi enim Gentiles omnes *Græcos* vocabant; fortè, quòd major pars eorum Græco sermone uteretur [v]. Hinc dividuntur omnes homines in Judæos & Græcos, Rom. 1. 16. & 2. 9, 10. & 3. 9, 29. Gal. 3. 28 [x]. ¶ *Ut longè* (vel, *procul*, Ti. D.) *faceretis* (vel, *abigeretis*, Pi. sic JT. *abduceretis*, V.) *eos de finibus suis*] i. e. De regione suâ [y]. Quò minor esset facultas eos redimendi [z]. Ut præcideretur omnis spes reditûs [a].

7. *Ecce, ego suscitabo* (mox, vel brevi; vel, *exsuscito*, reduces facio [b];) *eos de loco*, &c.] Per Alexandrum ejúsque successores, qui, in gratiam Judaicæ gentis, multos Judæos in Græcia servientes libertati reddiderunt. Ità Demetrius apud Josephum 13. 5. Καὶ Ἰουδαίων δὲ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας καὶ δουλεύοντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἀφίημι ἐλευθέρους· (*Judæos verò qui captivi abducti & servi facti sunt in nostra ditione dimitto liberos.*) Similes historias attulimus de J. B. & P. 3. 9. 2 [c]. *Excito eos*, i. e. Instillabo eorum animis ut indè in patrias sedes redeant, & merita vobis reddant [d]. Non impediet vel mare, vel distantia locorum, quò minùs reducam eos. Collectionem autem hîc intelligo spiritualem, quâ Judæi cum Gentibus in unum populum coalescent *. ¶ *Et convertam*, &c.] i. e. Pœnas vobis reponam [f].

8. *Et vendam* (i. e. tradam [g]) *filios vestros —— in manibus*, &c. ביד וגו׳] *In manum* (i. e. in potestatem [h], ut Jud. 2. 14. & 3. 8. & 4. 2. & 10. 7 [i]. ut possint de illis pro arbitrio suo statuere, & vel in remotissimas regiones vendere [k]. Vel, *manu*, i. e. operâ [l]; i. e. per eos [m].) *filiorum Juda*, Ti. &c. Nempe cùm Gaza, Sidon & Tyrus captæ ab Alexandro [n]. ¶ *Et venundabunt eos Sabæis*] *Arabibus*, Genes. 10. 7 [o]. *Sabæis*, nempe Australibus [p], in extremo Arabiæ Felicis litore [q]: quos meritò vocat *gentem longinquam*, ut Jer. 6. 20 [r]. quia horum Regina dicitur *venisse à finibus terræ* †, putà continentis, ac tum cognitæ [s], Matt. 12. 42 [v]. Vide & Gen. 10. 7 [x]. Vendent vos genti multò remotiori quàm sunt Græci; ut gravior vobis injuria rependatur quàm ea quam intulistis [y].

9. *Clamate* (vel, *Proclamate*, Pi. *Indicite*, Ti.) *hoc* (vel, *hæc*, M. &c.) *in gentibus*] Ut nôrint quid futurum sit [z]. Verba hæc sunt Prophetæ describentis apparatum belli impiorum contra pios [a]: vel potiùs, Ecclesiæ [b], contra hostes ejus [c]. Non quòd Ecclesia ipsa hoc externum gerat bellum; sed quòd Deus vindictam sumat de persecutoribus Ecclesiæ, & excitet hostes contra eos, sicut Titum & Hadrianum excitavit, &c [d]. Hîc bellum denunciat Deus profanis gentibus quæ Ecclesiam vexaverant. Turbavit Deus totum mundum, & commisit inter se ultro & citrò omnes Ecclesiæ hostes, &c *. Apostrophe hîc est ad hostes Ecclesiæ, quæ continet hortationem ironicam [f]. Redit hîc ad sermonem de gentium copiis in vallem Josaphat cogendis institutum. Alloquitur præcones qui gentes ad bellum vocent, ut fit ironia. Porrò, quæ sequuntur ad v. 11. sunt verba præconum, & τὸ hoc ad complexionem eorum verborum referri debet [e]. Dixerat v. 2. *se omnes gentes congregaturum*, &c. Hîc igitur ministris suis id faciendi mandatum dat. Jubet eos gentes inimicas Ecclesiæ cogere ad bellum, ut ità congregatas Deus profliget & perdat. Similis locus Zach. 14. 2, 3. item Ezec. 38. 4, 16, 17, &c. [tibi significatur,] hostes

[p] Tar. [q] Mer. [r] G. † D. anim. 2. 28 [t] Mer. Rib. sic Tar. [v] Rib. ex Aug. [x] Tar. [y] V. D. [z] G. [a] Mer. Tar. [b] D. [c] G. [d] Mer. * Calv. [f] G. [g] D. [h] D. Q. in Mer. [i] D. [k] Mer. [l] Mer. V. [m] V. [n] G. [o] G. D. [p] Mer. [q] D. Tar. [r] D. sim. Mer. [s] D. Tar. [v] Tar. [x] D. Tar. [y] Tar. [z] Mer. [a] G. [b] V. [c] M. [d] Tar. [d] M. * Calv. [f] Pi. [e] D.

Ecclesiæ contra eam à Deo adductos & collectos deletum iri. Hîc igitur ultimum Dei Judicium ostenditur similitudine sumptâ à bello, quo potentissimi Imperatores suos hostes proterunt & consumunt. Ex una parte statuuntur gentes universæ suis viribus instructæ, v. 9. & 10; ex altera, Deus cum bellatoribus suis, in fine v. 11 [k]. Quum dixerit, *Proclamate hoc*, &c. JT. Hypotyposis à re militari, quâ Deus primùm gentes ad bellum provocat, per ironiam, ut Esa. 8. 9, 10. deinde judicium suum illis tumultuantibus superventurum explicat, v. 12. & sequentibus [l]. ¶ *Sanctificate bellum*] Ità ό. Sy. Ar. Mo. Oecol. i. e. Sanctè vobiscum constituite, confœderamini inviolabiliter, ut nemo recedat; vel, Seligite qui bellum conficiant [m]. ¶ קַדְּשׁוּ] *Indicite*, M. Ti. JT. Pi. Ca. *Præparate*, P. Tar. V. G. Mar. Similitudo à sacrificiis, quæ multæ egent præparationis: Jer. 6. 4. & 51. 28 [n]. Destinate, omnia huc comparate, vos totos huc convertite, relictis omnibus negotiis hoc unum agite, (id enim verbum *sanctificandi* innuit,) ut in Christum & ejus Ecclesiam pugnetis, ô gentes & Regna mundi. Frustrà sanè id estis facturi. Hortatio sarcasmum habens, ut Eccles. 11. 9 [o]. ¶ *Suscitate robustos*] Vel, *fortes*, Pi. &c. Principes vestros [p]. Veniant palàm: id significat *excitandi* verbum [q]. q.d. Frustrà erunt omnia [r]. ¶ *Ascendant*] In prælium †.

10. *Concidite*, &c. כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם וגו'] *Tundite*, vel *Contundite*, (vel, *Concidite*, M. P. Ti.) *ligones* (vel, *vomeres*, M. Ti. V. *bidentes*, P.) *vestros in gladios*, Mo. JT. Pi. sic Mer. D. &c. i. e. instrumenta agriculturæ in arma bellica: tempore enim belli horum, non illorum, usus est. Culturâ terræ relictâ, homines ad pugnandum studia sua conferunt. Vide Virg. Georg. 1. Ovid. Fast. 1 †. Potior fit [vobis] belli cura quàm arandi, &c [t]. Contrà, de futura post hoc bellum pace, Jes. 2. 4. Mic. 4. 3. *Cudent gladios suos in ligones*, &c [v]. ¶ *Infirmus dicat, Quia fortis ego sum*] Etiam infirmi numerum augeant, quasi aliquid possent [x]. Nemo excipiatur [y]. Nulla sit hîc vacatio militiæ. Scimus excusationem ab ætate vel morbo valuisse dum olim colligebantur milites [z]. Summâ ope pugnandum est, etiam imbellibus: tantum instat bellum [a]. Nemo non pugnet in Christum. Furor mundi demonstratur [b].

11. *Erumpite*, עוּשׁוּ] *Festinate*, Ti. Liv. ex RS. עוּשׁוּ, pro חוּשׁוּ [c]: sunt enim hæ literæ commutabiles. Sic 2 Reg. 20. 13. וַיִּשְׁמַע legitur, pro וַיִּשְׂמַח [d]. Al. *Coite*, JT. Pi. D. Ca. *Conglobate* (vel, *Congregate*, P.) *vos*, Mo. sim. M. Tar. unde עָשׁ signum cœleste ex 7 stellis coactum *. ¶ *Omnes*, &c.] Omnis vis Asiæ [f]. Sistite omnes vos Judici, ut irroget vobis pœnam [g]. ¶ *Ibi*, &c. שָׁמָּה הַנְחַת וגו'] *Ibi*, vel *Huc*, (In locum ubi hostes congregati fuerint [h]; In valle Josaphati: vel, *Ibi*, pro *Tunc* [i]:) *sternet*, vel *dejiciet*, *Dominus* (vel, *descendere facies*, ô *Domine*, P. V. vel, *fac*, *Jehova*, *ut descendant*, Tar. nempe è cœlo [k]:) *fortes* (vel, *heroes*, Ti.) *tuos*, M. &c. vel, *tui*, Pi. nempe milites [l], h.e. Angelos [m]; vel, alios quorum operâ eos perdas [n]. Vel, fortes tuos, ô hostis Ecclesiæ. q. d. Ubi maximas vires vestras putabitis, ibi eas franget Dominus [o]. הַנְחַת est imperativus Hiphil, à verbo נחת, quod Chaldæis in usu est pro יָרַד *descendit* [p]: vide Dan. 5. 20 [q]. גִּבּוֹרִים, *robusti*, οἱ ἰσχύοντες dicuntur Angeli, ut Jud. 5. 23. Psal. 103. 20 [r].

12. *Ascendant gentes in vallem* (At, *in vallem descenditur*, suprà v. 2. Respond. *Ascendant versùs vallem*: nam vallis illa erat prope Hierosolymam, ad quam homines *ascendere* dicuntur †. Al. *Ascendant*, nempe ut qui in subterraneis carceribus tenentur [t].) *Josaphat*] Ex omnibus terræ partibus ibi congregatæ [v]. Vide ad v. 2. Significat afflictiones Ecclesiæ non fore impunitas [x].

13. *Mittite*, &c. שִׁלְחוּ מַגָּל] *Mittite*, vel *Immittite*, (vel, Dicens, *Immittite*, JT. Pi.) *falcem*, Mo. Alloquitur, vel, Angelos [y]; vel, Macedones [z]; vel, alios quoscunque [a] judiciorum suorum administros [b]. Sic alibi Deus inducitur Chaldæis & Medis præcepta dans. Sicut falce ager demetitur, ità gentes gladio. Videtur præcipuè respici prælium ad Arbela [c]. Significat adesse tempus quo delendæ sunt gentes [d]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי בָשַׁל קָצִיר] *Nam maturuit messis*, JT. Pi. sic Mo. P. M. Ti. q. d. Seges metenda est *. Metaphora ad scelerum maturitatem notandam, plenitudinémque temporis

k Liv. l Jun. m Oecol. n G. o Mer. p Oecol. q Mer. r G. † Idem. † Liv. t Mer. v D. x G. sim. Mer. D. y D. z Calv. a Ca. b Mer. c Liv. ex RS. d Liv. * D. sim. Mer. ex Oecol. Tar. f G. g Tar. h Pi. i D. k V. Pi. l D. m V. Mer. D. Ti. Tar. n Mer. o Q. in Mer. p D. Tar. q D. r Tar. † D. t G. v Tar. x Calv. y Mer. D. Pi. z G. a Mer. b G. sim. Mer. c G. d D. * Pi.

Divini judicii [f], ut Matth. cap. 13. ver. 30. Vide Apoc. c. 14. 15, 16, 17 [g]. Deus, quanquam exspectet impios, pœnásque suspendat, maturè tamen accelerat eorum exitium [h]. ¶ *Plenum est torcular*] Ità Mo. P. &c. nempe uvis [k], sive botris calcandis [l]. Sic campi pleni militibus ex omni Asia [m]. Metaphora à mensuræ plenitudine ad abundantiam scelerum significandam usitata est, ut Gen. 15. 16. Matth. 23. 32 [n]. ¶ *Exuberant torcularia*; ità Mo. sim. M. Ti. vel, *prela ipsa*, P. הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים] *Plateas perfundunt* (vel, *Redundant*, D.) *torcularium lacus*, JT. Pi. D. i. e. vasa in quæ mustum expressum recipitur [o]. Al. *Exundent*, &c. i. e. Multus fundatur sanguis; qui sc. cum vino comparari solet, Esa. 63. 3 [p]. ¶ *Quia multiplicata est malitia eorum*] Id est, gentium, adversariarum Dei: itaque earum perdendarum tempus est [q]. Ità meruêre illæ gentes [r]. Explicat prædentem allegoriam †.

14. *Populi populi* (sub. *inquam*, P. *Multitudines multitudines*, vel, *Turbæ turbæ*, M. Ti. D. Mer. &c. Geminatio vocis ex usu Hebræo multitudinem maximam indicat [v]. *Multitudines passim*, sub. *erunt*, JT. Pi. vel, sub. *ite*, G. vel, *adeste*, ut sit prosopopœia [x]: vel, sub. *cadent*, AE. in Mer.) *in*, &c. בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ] *In valle* (vel, *ad vallem*, G. vel, sicut *in valle*, Ch.) *judicii*, ό. Ar. vel, *divisionis judicii*, Ch. vel, *intercisa*, M. *excussionis*, Ti. *severitatis*, Ca. *triturationis*, Pi. *tribula*, Pi. Calv. ut Esa. 28. 27. & 41. 15 [y]. quæ instrumentum est quo ad triturandum uti solebant. Ità accipio, quia priùs metaphoricè Propheta vocavit judicium Dei *messem*, postea *torcular*. Eò itaque indubiè alludit quum Deo tribuit has partes, nempe, ut dissipet populos qui nunc videntur conspirâsse adversùs Ecclesiam [z]. Locum sic vocat ab eventu, quòd ibi trituraturus, i. e. occisurus, erat gentes [a]. Vel, *decisionum*, Sy. *decisionis*, Mer. D. in qua gentium causâ decidetur [b]: in qua Deus omnia ad unguem discutit, & certam ac irrevocabilem sententiam fert [c]. Probabile hoc est: erat enim hic locus Divini judicii, v. 12. Et חָרַץ, propriè *incidere*, aliquando valet, *statuere*, *judicare*. Denique, Chald. & ό. & Th. ità intellexerunt [d]. Vel, *concisionis*, Mo. P. JT. V. G. ex Vulg. i. e. vel, ubi gentes concidentur; vel, judicii definiti, determinati & concisi *. Ubi in judicio decernebantur boni à malis, juxta Matt. 13. 30 [f]. *Ad vallem*, &c. i. e. in planitiem ad Gaugamela [g]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, JT.) *juxtà* (vel, *propè*, Ti. &c.) *est* (vel, *fuerit*, JT.) *dies Domini*, &c. Quo hostes puniet [h]: vel, ultio Divina [i].

15. *Sol & Luna obtenebrati sunt*, &c.] Fumante Persepoli. Vide quæ suprà 2. 10, 31 [k].

16. *Dominus de Sion* (quæ est sedes ejus, Psalm. 132. 13 [l]. i. e. vel, 1. ex Ecclesia [m]: vel, 2. è cœlo, ex collat. Jer. 25. 30 [n].) *rugiet*] i. e. Tonabit [o], in impios scilicet: q. d. Leonis irati more erumpet in defensionem suorum, ut impios perdat [p]. Ut quondam ex Sion erumpebat ad suum populum tuendum, ità nunc ex Ecclesia [q]. Alii referunt ad ministerium Evangelii [r]. Nec immeritò *rugitus* hîc, ut & Os. c. 11. v. 10. appellatur Evangelii prædicatio, cùm tam sit clara & sonora ut per totum Orbem audita fuerit, nec solùm aures, sed & auditorum animos, vi suâ perculerit †. ¶ *Movebuntur* (vel, *Concutientur*, V. *Contremiscent*, Liv.) *cœli & terra*] Ut suprà 2. 10 [t]. Ut terra terræmotu, ità cœlum tonitruo, *concuti* & *tremere* dicitur [v]. Pacuvius, *Cœlum tonitru contremit*. Sunt autem hæc Dei hominum peccata ulturi terribilia potentiæ argumenta. Vide Matt. 24. 29. Luc. 21. 26 [x]. Tam horrenda futura est vox Dei in impios, ut tota hæc machina concutiatur, nedum fragiles homines [y]. ¶ *Et*, &c. וַיהוָה מַחֲסֶה וגו'] *Et* (vel, *Autem*, P. *Nam*, JT. Pi. Tar.) *Dominus* (sub. *est*, JT. Pi. vel, *erit*, P. M. Ti. &c.) *spes* (vel, *refugium*, Ti. &c.) *populi sui*, &c. Mo. &c. In his scilicet tantis impiorum tormentis præsidium erit suis, nè quicquam eis noceat, vel si cœlum terræ misceatur, &c [z]. Ostendit se denunciare extremam vindictam gentibus in Ecclesiæ favorem, quæ licèt periisse videatur, ei tamen succurret Deus [a]. Hæc referenda censeo ad victorias Judæorum de Antiochi ducibus. Hoc ingens Dei beneficium prædicitur & Esa. 63. *Indignationem Dei* id vocat Ezech. c. 38. v. 18. & *commotionem magnam super terram*, 19. qui & *ignem & sulphur* super Antiochi milites

f Liv. sim. D. g Liv. h Calv. k G. l Pi. m G. n Liv. o D. p G. q Mer. r G. † Mer. sim. Calv. Tar. v Tar. ex Buxt. x Mer. y Pi. z Calv. a Pi. b D. c Mer. d Liv. * V. f M. g G. h Pi. i G. k G. l Tar. sim. D. m Mer. Tar. n D. o Liv. p Mer. sim. Calv. q Mer. r Q. in Mer. † BA. 1. 3. 6. 769. t Tar. v Liv. sim. D. x Liv. y Mer. z Idem. a Calv.

milites *pluisse* dicit, 22. *Commotum cœlum*, id Angeli, Esa. 63. 9. Dan. 12.1 *.

17. *Et scietis*] Vel, *agnoscetis*, D. Tar. ipsâ re [b]. Experimento hoc sentietis [c]. ¶ *Et erit Jerusalem* (i. e. Ecclesia Dei [d]) *sancta*] Vel, *locus sanctuarii*, M. vel, *sanctitas*, M. P. V. Pi. Tar. i. e. sanctissima, tum imputatione justitiæ, tum purificatione per Verbum & sacramenta, Esa. 61.10. Eph. 5.25,26.&c*: nec solùm pura & impolluta, sed etiam sacrosancta & inviolata, & ab hominum injuria tuta, Deo defendente [f]. Chara erit Deo, &, sub ejus cura, favore & tutela, à profanarum gentium dominio, direptione & possessione (quâ *profanari & pollui* dicitur) libera & immunis. Vide Esa. 35.8. Lam. 2. 2. Abd. v. 17 [g]. Ostendet Deus urbem hanc à se electam & habitatam esse, nec permittet eam libidini hostium exponi, & profanorum hominum pedibus calcari & pollui [h]. Respexit ad Sanctum in Templo, à quo profani arcebantur, ut hîc extranei [i]. ¶ *Et* (vel, *Ideo*, P. sim. V.) *alieni non transibunt per eam*] Nocendi scilicet causâ [k]: vide Os. 10. 11 [l]. Vel, hostili exercitu. Simile loquendi genus & alibi [m]. Nec damnum ullum suâ contagione afferent, ut promittitur Zach. 14. 21 [n]. *Alieni*, i. e. peccatores, locum non habebunt in Ecclesia propter immunditiem suam [o].

18. *Stillabunt montes* (qui steriles esse solent [p]) *dulcedinem*, עָסִיס] *Succum expressum*, Ti. *vinum dulce*, M. *mustum*, vel *musto*, P. JT. Pi. D. &c. i. e. vino novo & generoso [q]. —*sudabunt roscida mella* *. ¶ *Et colles fluent lacte*] Ità Sy. M. Ti. &c. Præ pecoris abundantia & succulentia [r]. Dicta hæc per hypallagen, pro, *Lac fluet per colles, vinum stillabit per montes*. Significat copiam vini & lactis, imò rerum omnium †; idque *sponte* & sine labore [t]. Talis erat illa aurea ætas, Ovid. Metam. 1. *Flumina jam lactis*—Rerum ad hanc vitam pertinentium affluentiâ spiritualis in Christo futura beatitudo adumbratur [v]. In Regno Christi, inquit, omnium bonorum ubertas erit [x]. Ubertas Verbi Domini significatur: quod *musto* & *lacti* meritò comparatur, quum & vini more confirmet, & [instar lactis] suavitate delectet [y]. ¶ *Et per omnes rivos*, &c.] Populus ab hoste liber & in magno otio fossas oblimatas deterget, & novos faciet aquæductus, altæ pacis opera. Vide Ezech. 47 †. ¶ *Et fons de domo Domini* (i. e. è Templo; confer Ezech. 47.1. Apoc. 22.1 [z].) *egredietur*] Hic fons est, vel, Baptismus [a]; vel potiùs, Verbum Dei, quod ex Ecclesia prodit [b]. ¶ *Et*, &c. וְהִשְׁקָה אֶת נַחַל הַשִּׁטִּים] *Et* (vel, *qui*, JT. Ca. Pi.) *irrigabit vallem* (vel, *torrentem*, Vulg. Mo. P. Ti. *flumen*, Ca. Sed locum aridum fuisse docet *irrigandi* vox [c].) *cedrorum lectissimarum*, Tar. JT. i. e. Ecclesiam, in qua justi plantati crescunt ut cedri lectissimæ: vide Psal. 92. 13 [d]. Ut olim ex lignis שִׁטִּים Tabernaculum ædificabatur, Exod. 25. 5, &c. ità Ecclesia ex cedris spiritualibus. Vide Psalm. 1. 3. Eph. 2. 20, 21 *. Non placet, quia שִׁטִּים non dicuntur *cedri*, (quæ אֲרָזִים,) sed aliud genus arborum *spinæ albæ* simile, teste Hieronymo [f]. Vel, *funiculorum*, ό. Ar. vel, *Sittim*, Ch. Sy. M. P. Ti. Mo. Ca. Pi. D. Mer. G. שטים non est nomen appellativum [g], sed proprium loci [h], ut Num. 25. 1. & 33. 49 [i]. Jos. 2. 1 [k]. Mic. 6. 5 [l]. Locus hic erat in campestribus Moab [m], Transjordanicæ Israelitarum regioni vicinus; vel potiùs, in confinio Israelis & Moabi, in extremis finibus terræ Israeliticæ ad Orientem australem, vide Num. 33. 49. & Jos. 3. 1 [n]. haud longè à mari Mortuo [o]. Unde apparet describi hîc aquæductum eundem quem Ezechiel è Templo deducit ad mare Mortuum & ultrà, cap. 47. ab initio ad v. 12 [p]. Sensus est, Fons ille, licèt initio tenuis sit & exiguus, latè tandem spargetur [q]. Benedictio Dei longè latéque diffusa erit [r], ità ut universam Ecclesiam perfundat †, & procul se diffundat, nempe usque ad valles desertas [t]. Erat enim Sittim in deserto. q. d. Fons ille loca arida & remota humectabit [v]. Ut quæ hîc dicuntur rectè intelligantur, utile erit conferre Zach. 14. 8. & Ezec. 47. à v. 1. ad 9. ubi eadem de Ecclesia tota irriganda ad extremos usque fines ejus sententia est *. Al. Hîc Israelitæ scortati sunt, Num. 25. Itaque eò respicere videtur, quòd locum illum ab eis contaminatum fons ille lustraturus sit, h. e. immundissima quæque [x]. Al. *Sittim* erat prope Jordanem, ideóque significat Jordanem, ac deinceps totam terram Israel, quæ Jordane disterminatur, cis & trans Jordanem [y].

19. *Ægyptus in desolationem erit*] Diripiente eam Antiocho, Dan. 11. 40, 42, 43 †. ¶ *Idumæa in desertum*] Vastantibus eam Maccabæis, Joseph. 12. 11, 12. Confer Esa. 63 [a]. Nomine Ægypti & Idumææ (quæ graviter & sæpe afflixerant Israelitas [a]) omnes Christi & Ecclesiæ hostes intellige [b]. ¶ *Pro eo*, &c. מֵחֲמַס בְּנֵי] *Propter injuriam* (vel, *vim*, M. sim. JT. Pi. Ti.) *filiorum Jehudæ*, Mo. &c. Genitivus hîc passivè accipitur, ut Obad. v. 10 [c]. Vel, *in filios*, &c. JT. Pi. vel, illatam *filiis Judæorum*, M. P. Liv. D. illatam *Judæis*, Ti. quam in Ecclesiam exercuerunt [d]. ¶ *Et effuderunt sanguinem innocentem in terra sua*] Nempe, Judæa: vel potiùs, in Ægypto & Idumæa *. Judæa modò à Syriæ Asiæque, modò ab Ægypti, Regibus fuit vexata: quod significant Decem cornua apud Danielem. Idumæi autem plerumque Judæorum oppressoribus se aggregabant [f].

20. *Judæa in æternum*, &c.] Per longum tempus in pace erit [g]. Fructum redemptionis æternum fore promittit [h]. ¶ *In generationem*, &c.] Per aliquot hominum ætates [i]. Per omnes ætates [k].

21. *Et*, &c. וְנִקֵּיתִי דָּמָם לֹא נִקֵּיתִי] [Variant.] *Mundabo quidem, sed sanguinem eorum non mundabo*, P. sim. He. in Mer. qu. d. Gentibus profanis remittam alias omnes injurias [l]; unum hoc non sinam impunitum, quòd fuderunt sanguinem innocentem [m], (quod inter omnia scelera gravissimum est [n],) sanguinem Sanctorum [o]. Non placet: tum quia dixerat v. 19. perdendos Ægyptios, &c. ob rapinam; tum quia omnino דָּמָם videtur jungendum cum וְנִקֵּיתִי. Nec placet versio Chaldæi, *Quorum vindicavi sanguinem sum adhuc vindicaturus*. Quod sunt qui ad judicium referunt, quòd, etiamsi hîc puniti sint persequutores Ecclesiæ, tamen pleniùs pœnas sint daturi [p]. Al. *Sanguinem eorum mundabo, & non mundabo*; h. e. Ego purgabo Judæos, sed non utar extremo rigore: non excoquam te instar auri, &c. nam in scoriam totus abires [q]. *Et mundabo, sanguinem eorum non mundavi*, M. Et (vel, *Ubi*, Pi.) *mundabo* (vel, *expiabo*, Ca.) *sanguinem eorum* (nempe Judæorum [r]; vel, fidelium, qui significati sunt v. præced. per vocem *Juda* †; quorum sanguinem innocentem suprà effusum dixerat [t]: subaudi, אֲשֶׁר [v], *quos*, vel *quem*, Ti. Ca. Pi. Mer. D. Liv. Calv.) *non mundavi*, Ti. Calv. vel, *expiavero*, Ca. vel, *mundaveram*, Pi. D. Mer. h. e. vel, qui adhuc restat expiandus; vel, qui hominibus meritò videtur effusus, propterea quòd eum non expiaverim. Nunc ergò expiabo [x], & innocentem fuisse declarabo [y], partim illos absolvendo ab æterno exitio in die Judicii, partim eorum inimicos damnando & ulciscendo. Sic verbum *justificandi* usurpari videtur in Apocryphis adjectionibus Estheræ 10. 12. *Hæreditatem suam justificavit*, i. e. Populum suum justum esse, & à culpa vacare, improbos pœnâ afficiendo ostendit [z]. Al. Mundabo eos à peccatis (quæ *sanguinem* vocat, quia, ut sanguis quo quis conspersus est offendit oculos hominis, ità peccata offendunt Deum,) quos non mundaveram, perfectè scilicet, & quoad regenerationem: nam remissio peccatorum in hac vita perfecta est [c]. Per *sanguines* intelligit sordes & scelera populi sui, à quibus, inquit Deus, ego illum purgabo, & deinde redimam: quomodo enim esset Redemptor populi sui, nisi deleret ejus peccata [d]? Etiam ea peccata & is sanguis qui putabatur non posse aboleri, jam per Divinam misericordiam expiabuntur *. Al. *Ubi mundabo eos quorum sanguinem non mundabam*, JT. Tar. *Eos*, i. e. Gentes in Ecclesiam cooptatas, quæ priùs erant mortuæ in offensis, alienæ, &c. Eph. 2. 12 [f]. Imò & Judæos, quos Lex non mundavit, mundabit fides, &c. Act. 15. 9, 10 [g]. *Et requiram*, vel *ulciscar*, *sanguinem illorum*, ό. Sy. Ar. *neque parcam*, Sy. Ar. vel, *inultúmque esse non patiar*, ό. נִקָּה hoc loco est, *ulcisci*, ut vertitur Zach. 5. 3. Sensus est, quem pulchre expressit Chald. *Siquis adhuc erit Judæorum sanguis effusus quem ultus nondum fuero, etiam hunc ulciscar*: ut in Ammonitas & Moabitas. Vide Joseph. 12. 11, 12 [h]. ¶ *Et Dominus* (vel, *Jehova*, JT. Pi. Filius Dei [i],) *commorabitur* (vel, *habitat*, P. Ti. vel, *habitans*, sub. *erit perpetuò*, V.) *in Sion*] i. e. In Ecclesia; vide Joh. c. 14. 23 [k]: in Ecclesia jam translata in cœlum [l]. Cultus Dei manebit Hierosolymis

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

AMOSUM.

CAP. I.

1. VErba, &c. דִּבְרֵי עָמוֹס] *Verba Amos*, P. JT. Pi. &c. Nonnihil ſubaudiendum, *Sequuntur verba prophetiæ Amos*[a]. Inſcriptio hæc & aliarum Prophetiarum facta eſt, non à Prophetis, ſed à Senatu magno, qui Prophetarum ſcripta colligebat, & prænotabat tempora. Oſtendit hoc mentio *terræ motûs*[b]. Al. τὸ דִּבְרֵי (quia vox ſæpe *res* notat[c],) h. l. ſignificat, non tantùm dicta, ſed & facta, ſeu oracula, quævis quæ edidit Amos: ſicut eadem phraſis occurrit in Eccleſ. 1. 1. Jerem. 1. 1. Hag. 1. 12. &c[d]. Hic Amos non fuit Eſaiæ pater *, quippe qui אָמוֹץ dicitur[f]. Coætaneos hîc habuit Hoſeam & Jeſaiam[g], & Micham[h]. Puto hunc Prophetam inter eos qui ſuperſunt ſecundum fuiſſe: quum præceſſerit eum Jonas tempore Amaſiæ Regis Judæ, 2 Reg. 14. 23, 25[i]: ipſe autem præceſſit Hoſeam[k]; quia hic ſub Ozia tantùm prophetavit, Hoſeas etiam ſub tribus ſubſequentibus Regibus[l]. ¶ *Qui fuit in*, &c. בַנֹּקְדִים וגו׳] *Inter pecuarios ex Tecoa*, Pi. Liv. ſic JT. ſim. Mo. vel, *paſtores*, &c. P. M. ſim. Ch. Sy. Ca. vel, *illos pecuarios*, &c. Tar. *inter homines armentarios* haud extremus *de Tecoa*, Ti. *ex paſtoribus* illis claris *Thecuenſibus*. נוֹקֵד non modò ſignificat *paſtorem*, (qui Heb. eſt רוֹעֶה[m],) ſed etiam *negotiatorem in gregibus*, iiſque *abundantem*[n]; ſive *dominum pecoris*, qui paſtorum operâ utitur[o]: unde Rex Moab נוֹקֵד dicitur, 2 Reg. 3. 4[p]. Hîc tamen *paſtorem* notat[q], ſive *bubulcum*[r]: ut patet, tum ex collat. Amoſ. c. 7. 14†; tum ex eo, quòd Thecoa erat oppidum exiguum. Vide 1 Chron. 2. 24. & 4. 5. 2 Chron. 20. 20[t]. Hinc ſermo ejus minùs elegans eſt, & ſæpe ex arte paſtoritia petitus. Talem elegit Deus, ut ſapientiam hujus ſeculi confunderet[v]: ut retunderet arrogantiam Regis populíque Iſrael, ex proſperitate ortam[x]. Pro נוֹקְדִים, ο΄. legerunt נִקְדִים, & verterunt, ἐν Νακκαρεὶμ, pro quo, ἐν Ἀκκαρεὶμ in quibuſdam libris ſcriptum eſt[y]. *Tecoa* erat oppidum, vel, 1. in tribu Aſer[z]; vel, 2. in tribu Benjamin[a], utì videtur ex Jer. 6[b]: vel potiùs, 3. in tribu Juda, ut patet ex 2 Par. 11. 6[c]. ſex milliaribus diſtans à Bethlehem*, (ad meridianam plagam[f],) ideóque 12 milliaribus à Jeroſolyma; ut Bethlehem ſit in medio itineris ſpatio inter Jeruſalem & Tecue[g]: unde colligo eam fuiſſe in tribu Juda, in qua erat quicquid eſt ultra Bethlehem ad meridiem, ad Arabiam, i. e. Idumæam uſque[h]. Paſtioni pecudum aptum erat[i], propter deſertum adjunctum[k], cujus fit mentio 2 Par. 20. 20[l]. Indè à Deo miſſus erat ut contra decem Tribus prophetaret, cap. 7. 15[m]. quum ex Decem tribubus rari tunc eſſent veri Prophetæ, & hi ferè metu Regum, &c. ſe in Juda reciperent, ubi purior vigebat Religio[n]. ¶ *Quæ vidit ſuper* (vel, *de*, vel *in*, Mer.) *Iſrael*] i. e. Decem Tribus, quæ, quòd major eſſent Iſraelitarum pars, priſtinum & commune nomen in diviſione Regni retinuerunt. At *verba audiuntur*, non *videntur*. Sed חָזָה [rectiùs dixiſſet, חָזוֹן] propriè *viſionem* ſonat propheticam. qu. d. Hæc ſunt ea quæ Amos prævidit, & revelatione accepit à Domino

[a] V. [b] G. [c] Tar. ſim. Mer. [d] Tar. * San. Tar. &c. [f] Tar. G. [g] D. [h] Q. in D. [i] Tar. [k] Tar. ſim. Mer. [l] Mer. ſim. Tar. [m] Tar. [n] V. [o] Tar. [p] Tar. ex V. [q] Tar. [r] Liv. † Tar. ex Liv. [t] Tar. [v] Mer. [x] Calv. [y] G. [z] K. in Liv. [a] Mer. D. [b] Mer. [c] Mer. ex Hi. D. Liv. * Mer. ſic G. ex Hi. [f] Mer. [g] Mer. ex Hi. [h] Mer. [i] Liv. [k] Liv. ſim. G. ex Hi. [l] Liv. [m] Liv. ſim. Mer. [n] Mer.

prædicenda[o]. *Quæ vidit*, Deo ſcilicet oſtendente; id eſt, prophetavit[p]. Vel, q. d. quæ Deus illi per viſionem patefecit[q]. ¶ *In diebus Oziæ*] Qui & *Azarias*, 2 Reg. 15. 1[r]. Quo tempore & Eſaias prophetavit. Illis enim temporibus Deus plures ſimul Prophetas excitavit, propter impendentem captivitatem, qui populum admonerent †. ¶ *Ante*, &c. שְׁנָתַיִם וגו׳] *Duobus annis ante terræ motum*, P. M. &c. illum ſcilicet inſignem[t], & tunc notiſſimum[v], de quo Zach. 14. 5[x]. Uzziâ regnante[y], ut indè conſtat[z]: eo ipſo tempore quo Rex Oſias ob attentata munera ſacerdotalia leprâ percuſſus eſt[a], ut teſtis eſt Joſephus Antiq. 9. 11[b]. Al. Annum mortis Oſiæ reſpicere videtur, ex collat. cum Eſa. 6. 1, 4[c]. Alii referunt ad tumultus illos bellicos à morte Jeroboami, 2 Reg. 15. 8, &c[d].

2. *Et*, &c. וַיֹּאמַר וגו׳] *Et dixit*, (Propheta ſcilicet*; ob Peſic, [accentum ſuper hoc verbum,] qui & dictiones dividit & ſententiam: nè itaque jungas cum יְהוָה: ideo & וַיֹּאמַר ſcribitur, ut in pauſa ſolet; quum aliàs dicatur וַיֹּאמֶר[f].) *Dominus ex Sione rugiet, & de Jeruſalem*, &c. Ti. &c. Id eſt, vel, è cœlo[g]: vel, è Templo[h]; ubi Deus habitabat[i], ubi verus cultus erat[k], ubi Propitiatorium unde Dominus reddebat reſponſa[l]. Indè decreta edere dicebatur, vel in populum ſuum, eum puniens; vel in hoſtes ſuos[m]. *Sionem* hîc opponit templis Jarobeami, & conſpuit contra cultus ejus, &c[n]. *Ex Sion*, à qua vos defeciſtis, &c[o]. non, è *Dan* & *Bethel*[p]. *Rugiet*, ut leo è luſtro ſuo erumpens[q]; vel, prædâ captâ[r]. Omnes artifices ſuæ artis loquuntur exemplis. Propheta ergò ex arte ſua paſtoritia ſimilitudines ducit, irámque Dei confert rugitui leonum †, qui in deſerto Thecuæ ſatis frequentes erant, ut credibile eſt[t]. Locutio hîc eadem quæ Joel. 3. 16[v]. (niſi quòd ibi in gratiam Iſraelis id fecit, hîc adversùs illum[x].) Sic & Jer. 25. 30. Significatur his verbis Dei ira[y]; vel, ſumma potentia[z]. *Rugiet*, &c. id eſt, per me & alios Prophetas clamabit, & prædicet captivitatem & deſolationem Iſraelis[a]. ¶ *Et* (vel, *Quandoquidem*, JT. *Idcirco*, Pi.) *luxerunt*, &c.] Sic JT. vel, *lugebunt*, &c. Ti. Mer. D. &c. nam, quia præceſſit futurum, quæ ſequuntur præterita ſunt per futurum exponenda, ut regula habet. *Lugebunt*, id eſt, ſqualebunt[b], & vaſtabuntur[c]. *Luctus* hîc tribuitur *habitaculis*, ſicut *terræ* Hoſ. 4. 3. Joel. 1. 10. ob hominum luctum in iis, &c[d]. ¶ *Et exſiccatus eſt* (vel, *aruit*, JT. *areſcet*, Ti. Pi. &c.) *vertex*, &c. רֹאשׁ הַכַּרְמֶל] *Caput* (vel, *ſummitas*, ſive *vertex*, M. P. Ti. vel, *præſtantiſſimum*, JT. Pi. *præcipua pars*, V.) *Carmel*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *arvorum*, JT. Pi. כַּרְמֶל ſumitur vel, 1. propriè, pro monte*; qui duplex fuit: unus ad meridiem, in tribu Juda, in quo oppidum cognomine, Joſ. 15. 55. ubi habitavit Nabal; alter ad Septentrionem, Tyrum versùs, lacui Galilææ imminens, ubi Elias ſæpe fuit, 1 Reg. 18[f]. Uterque autem fertiliſſimus erat[g], & paſcuis & frugibus & vineis & arboribus[h]. Hinc, 2. antonomaſticè accipitur pro quovis loco fertili[i], ut Eſa. 16. 10. & 29. 17[k]. *Præcipuum Carmel*, i. e. ipſius loci fertilis. Prædicit ſiccitatem, quæ cauſa eſt ſterilitatis[l]. Sæpe etiam ſiccitas cauſam dat cur moveatur terra, ut notatum Ariſtoteli. Eadem agris cauſa ſterilitatis. Plinius ait *nunquam*

[o] Mer. [p] V. [q] D. [r] Tar. ſic D. G. † Liv. [t] Mer. [v] Mer. ſic Tar. [x] V. Mer. Liv. [y] Mer. Liv. M. &c. [z] Liv. [a] G. ex Hi. & Hi. ſim. M. [b] G. ex D. [c] Q. in Tar. [d] Tar. * D. Mer. [f] Mer. [g] D. [h] D. ſic Mer. [i] Mer. [k] D. ſim. Mer. Tar. [l] V. [m] Mer. [n] Calv. [o] Tar. [p] D. [q] Mer. [r] D. † Mer. ſic D. e. Hi. [t] D. [v] G. [x] Mer. [y] G. [z] Mer. [a] V. [b] Mer. [c] D. ſic Mer. [d] D. * Tar. [f] Tar. ex Mer. ſim. D. ex Hi. G. [g] Mer. Calv. Tar. [h] Mer. [i] Tar. ſim. Mer. ex K. [k] Tar. [l] V. † G.

quam urbem Romam tremuisse, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium esset †. Sed malim הַכַּרְמֶל hìc propriè accipere, ob He hajedia præpositum[m], & montem intelligere Carmelum, illum nempe in Juda[n]; quia propior erat deserto, & pastoribus ob id notior[o]. [Mallem tamen eum in Israele: huic enim, non Judæ, h. l. minatur.]

3. *Hoc dicit*, &c.] In sex Regna hìc vaticinatur quæ Israelitis & vicina & infesta erant[p]. Qu. Cur Amos, præfatus se verba facturum contra Israelitas, nunc sermonem convertit ad Damascum, &c[q]? Resp. Hoc eò facit, 1. nè Israelitæ putarent fortuita esse quæ sibi acciderent, cùm eadem viderent finitimis accidere[r]: 2. ut declararet Deus se non modò in suos ob scelera animadversurum, sed & in alios ob injurias populo suo illatas †: 3. nè ex felicitate vicinorum impunitatem sibi promitterent[t]. 4. Ut Israelitas meliùs præpararet & expergefaceret, voluit Deus ante eorum oculos ponere aliorum pœnas, tanquam totidem confirmationes vindictæ Dei[v]. Si enim Deus gentibus ignaris non parcit, quantò minùs Israelitis scienter & malitiosè peccantibus? Confer Gen.20.4,5. Luc.12.47,48. Jac. 4.v.17[x]. ¶ *Super tribus sceleribus* (vel, *Propter tres transgressiones*, Pi. Ang. sic JT.&c.) *Damasci, & super quatuor*] Sic M. Ti. P. *Damasci* nomine Syriam intellige[y], cujus *caput erat Damascus*, Esa. 7.v.8[z]. [*Tria & quatuor* hìc intelligunt vel, 1. definitè.] Damascus quater vexavit Israelem: 1. sub Baasa Rege Israel, 1 Reg.15; 2. sub Achabo; 3. sub Joahaz avo Jeroboam, 2 Reg.13; 4. sub Achazo Rege Juda, 2 Reg.16. Tunc autem scelerum omnium pœnas dedit, à Tiglath-Pilesero capta, &c[a]. Tria scelera Deus condonat homini; quartum verò punire solet[b], nec ei condonare vult[c]. Cui repugnat sacramentum reconciliationis, nemini ab Ecclesia negandum, etsi centies in idem scelus prolapsus esset, modò in peccatore appareant verisimilia signa pœnitentiæ[d]. [Vel, 2. indefinitè.] *Tria & quatuor*, i. e. multa *: certus numerus pro incerto, ut sæpe[f]. Sic Homer. Odys. ε'. Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, &c. Quod Virgilius imitatus est Æneid. 1. *O terque quaterque beati*[g]. Alii *tria & quatuor* conjungunt, ut fiant septem, quo numero plenitudo & perfectio significatur[h], ut Levit. c.26. v. 18, 21, 24. Prov. 24. 16. &c[i]. q. d. Si tantùm bis aut ter peccâsset [Damascus,] pepercissem illi: nunc, quia nullum peccandi finem facit[k], quum, postquam à me tam sæpe veniam est consequuta, eòdem sceleris sit relapsa, quartò etiam (i. e. jam sæpius) offenso me, & divexato populo meo, obstinationem suam planè ostendens, non jam feram, &c. Sic Scripturæ moris est loqui, quòd Deus bis & ter hominem exspectet dum resipiscat, i. e. aliquoties: quartò tandem, ubi eum videt in impœnitentia persistere, eum abjicit & reprobat, & in peccatis suis relinquit[l]. Perditam in Syris obstinationem notat, quòd sine modo & sine fine peccarent, &c[m]. Ego, inquit, brevi sumam pœnas de Syris, quòd non faciant finem peccandi, licèt sim tardus. Hâc ratione invitat ad pœnitentiam[n]. ¶ *Non*, &c. לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ] *Non avertam* (*aversabor*, ο'. vel, *revocabo*, Ti. G. *retraham*, Ca. *reducam*, Mer. Liv. vel, *convertam*, Mo. M. Liv. V. D. nempe ad me, per pœnitentiam, ut eorum miserear *: *parcam*, Ch. P.) *ab ea*, Ar. vel, *ab eis*, Sy. vel, supplicium *ejus*, Ang. vel, *istud*, JT. Pi. nempe quod mox dicturus sum v. 4, 5[o]: istam pœnam quam mox indicabo. Sed affixa ad præcedens semper rectiùs referuntur quàm ad sequens[q]. Vel, *illud*, putà malum venturum & meritum, quod v. præced. per rugitum leonis significabatur[r]. Vel, *hoc*, nempe quod decrevi. Quia toties iniquè agunt, minas meas exsequar †. Vel, *ei*, P. *eis*, Ch. vel, *eos*, Ca. vel, *eum*, sive *eam*, Mer. D. M.Ti. Mo. Liv. nam urbium nomina nunc fœmininè usurpantur, nunc masculinè, habitâ ratione populi[t]. Non convertam illam ad veniam sive misericordiam meam[v]. Activè accipio, quòd Deus se non convertet ad misericordiam, non erit ei propitius[x]. Non revocabo eum ab errore in viam, nec reducam eum ad gratiam meam: q.d. Relinquam eum sibi[y], & ruere permittam in scelera omnia & finale exitium[z]. Pronomen refertur ad Damascum[b]. Sed דַּמֶּשֶׂק est fœmin. nec satis rectè infrà v. 13. affixum hoc sing. num. referretur ad filios Ammon[c]. Vel, *eum*, sub. *furorem*; ut sit relativum sine antecedente[d]. Vel, *eum*, nempe *terræ motum*, quem v. 1. minatus erat: Hic motus, inquit, certò eveniet, neque avertam eum, propter triplicia & quadruplicia peccata Damasci, Gazæ, Tyri, &c *. Al. *Non dabo ei quietem*, q. d. Indesinenter vexabo eum[f]. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל דּוּשָׁם בַּחֲרֻצוֹת וגו'] *Eò quòd trituraverint* (vel, *obtriverint*, frugum more[e], gravissimè afflixerint[g]: *comminuerint*, Ti. Heb. *Propter triturare*, Pi.) *tribulis*, vel *rastris*, (vel, *plaustris*, Vulg. vel, *rotis*, Th. vel, *serris*, ο'.) *ferreis Gilhadem*, JT. Pi. vel, habitatores *Gilead*, P. sim. Mer. Liv. i. e. Israelitas Transjordanitas[i]: qui se victoribus in fidem dederant[k]. Insignis crudelitas[l], nec tunc temporis insuitata[m]. Vide 2 Sam. 12. 31. Joel.3. 14[n]. & 1 Par. 20 v. 3[o]. Factum hoc Hazaele Rege. Vide 2 Reg. 8. 12[p]. & 10. 32, 33[q]. חָרוּץ vel חָרִיץ est, *tribula*, i. e. plaustri dentati genus quo fruges obterebantur, ut excussis granis in paleas comminuerentur in cibum jumentorum†. Præcedentibus hìc subjungit scelus omnium gravissimum, cujus solius semel patrati nomine digni erant exitio, multò magis sæpius iterati[r].

4. *Mittam ignem*] Sic vocat gravem Dei iram[v], sive gravissima supplicia[x]: hostem[y], potentissimum & acerrimum, qui ignis more omnia vastat[z]: bellum, ut Psal.78. 63; aut pestem, quæ ferè bellum comitatur[a]. ¶ *In domum Azael*] i. e. Vel, 1. familiam & posteros ejus[b]: vel, 2. palatia ab eo structa[c]. ¶ *Benadad*] Filii & successoris Hazaelis[d]; ut patet ex 2 Reg. 13. 3 *. Erat & alius Benadad ante Hazaelem[f].

5. *Conteram vectem Damasci*] i. e. Vectes[g]; portas, quæ vectibus claudi solebant[h]: vel, robur[i], munitiones[k]. ¶ *Disperdam habitatorem de campo*, &c. מִבִּקְעַת־אָוֶן] *De Bicath aven*, P. D. Mer. &c. Nomen loci[l], sive urbis in Syria[m]. Significat *vallem vanitatis*[n]. Græcis Ἡλιόπολις vocatur; similiter & Syris[o]. *De valle vanitatis*, Ti. ubi colebantur idola[p]. *De valle* (vel, *campo*, D.) *Aven*, M. sic JT. Pi. ¶ *Tenentem sceptrum*] Regis periphrasis est, qui hinc σκηπτοῦχος vocatur, id est, *sceptritenens*, in Homer. Iliad. ξ'[q]. ¶ *De*, &c. מִבֵּית עֶדֶן] *De Beth-eden*, P. D. Mer. &c. *de domo Heden*, Mo. M. G. JT. Pi. qui *Paradisum* Ptolemæo[r]: *de domo voluptatis*, sive *deliciarum*, Vulg. Ti. Urbs etiam erat in Syria, Regia, ut & Damascus†. Sita erat in loco amœnissimo[t]. Syriam Damascenam hìc intelligo, sive eam Syriæ partem inter Libanum & Antilibanum comprehensam. Fuit hæc vallis πολυώνυμος. Nam & *Hoba* vocatur Gen.c.14.v.15. & *Hadrac*, Zac. 9.1. & h. l. *Vallis Aven*, & *Beth-Eden*, sedes voluptatis[v]. ¶ *Et transferetur populus*, &c. עַם אֲרָם קִירָה] *Populus Aram*, sive *Syriæ*, *in Kir*, Ti. sic Mo.&c. vel, nempe *in Kir*, M. *in Kirum*, JT. Pi. *Kir* est in Assyria[x]. Al. *Kir* est Cyrene[y], sive ea Africæ pars quæ Pentapolis vocatur. Sed vix credibile est Assyrium illos eò deduxisse, nisi fortè tum Cyrene erat in ejus ditione[z]. Al. *Kir* potiùs est pars Albaniæ adsita Cyrrho amni, ut diximus ad 2 Reg. 16. 9. Ex quo loco discimus, quæ hìc de Damasco vastata & de Syrorum Damascenorum deportatione dicuntur, impleta per Teglathphalasarum[a].

6. *Gazæ*] h. e. Philisthæorum[b]. *Gazam* solam nominat, quia Regia & metropolis hæc erat. Vide Jud. 16. v. 21. 1 Sam. 6. 17[c]. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל הַגְלוֹתָם גָּלוּת שְׁלֵמָה] *Quòd transtulerint* (vel, *relegaverint*, Ca. vel, *ipsi transtulerint*, M. Mer. sim. Tar. ad verb. *Propter transmigrare facere eorum*, V. vel, *Propter deportare ipsos*, Pi.) *captivitatem perfectam*, Ti. M. simil. Mer. V. Liv. &c. *Deportationem perfectam* vocat, quâ omnes migrant[d], nullo ætatis vel sexûs discrimine habito *; ità ut nemo evaserit[f]. Vel, *hos* (sub. *Judæos*, Pi. vel, *Israelitas*, Ca.) *deportatione perfectâ*, JT. Tar. Pi. sive, *exsilio absoluto*, Mer. vel, *in captivitatem perfectam*, subaudito לְ ante גָלוּת[g]: vel, *captivitatem pacificam*. Cùm Sennacheribus Judæam invasit, multi ad primum ejus adventum in vicinas regiones se recepêre, ut apparuit Esa. 16. 4. Philistini hos Judæos, qui nihil ipsis nocuerant, non ut supplices protexerunt, sed quasi bello captos vendiderunt Idumæis[h]. Cùm Israelitæ profugerent & latibula quærerent, diverterentque ad Palæstinos, noluerunt eos hospitio suscipere, sed hostibus

tra-

tradiderunt[i]. ¶ *Ut*, &c. לְהַסְגִּיר לֶאֱדוֹם] *Ad concludendum* (vel, *ut traderet*, sive *traderent*, P. Pi. sic Ti. *ut conclusam traderent*, D. sub. *eam*, Ti. vel, *eos*, Pi.) *in Edom*, Mo. vel, *ipsi Edom*, P. Ti. vel, *Edomæis*, Pi. Tar. D. sic G. hostibus infestissimis[k].

7. *Mittam ignem in murum Gazæ*] Hæc quæ prædicuntur de urbibus Philistinorum impleta sunt per Ezechiam, 2 Reg. 18. 8. Prædicitur idem ab Esa. 14[l]. Al. Impletum hoc per Uzziam, 2 Par. 26. 6[m].

8. *De Azoto*] Hæc *Asdod* Hebræis dicitur[n]. ¶ *Tenentem sceptrum*] Hoc est, satrapam[o], sive regulum[p]. ¶ *Et*, &c. וַהֲשִׁיבוֹתִי וגו׳] *Et convertam manum meam super* (vel, *contra*, Pi.) *Hecron*, Mo. &c. *Et reducam*, vel *reverti faciam*, &c. P. M. Mer. D. nempe à Gaza, Azoto & Ascalone, *ad Accaronem*[q]: qu. d. Non contentus illas tres urbes perdidisse, hanc etiam percutiam[r]. Qu. Sed cur nulla hîc mentio Gath? Resp. Quòd esset in potestate Regum Judæ†. Ex quo Judaicæ ditionis erat, non legitur uspiam rursus ad Philistæos rediisse[t]. ¶ *Peribunt*, &c.] Vel, per Assyrios, Esa. 20. 1[v]; vel, per Ezechiam[x].

9. *Quòd concluserint captivitatem*, &c.] Pro captivis habuerunt quibuscum pacem habebant, ut suprà[y]. ¶ *Et non sint recordati fœderis fratrum*] Vel, *fraterni*, Liv. Ti. Pi. &c. Fœdus hîc intelligit, vel, 1. illud olim initum inter Davidem & Hiramum[z], 2 Sam. 5. v. 11. 1 Reg. 5. 1. 1 Chron. 14. v. 1. & renovatum inter Hiramum & Salomonem, 1 Reg. 5. 12[a]. qui se *fratres* vocabant, 1 Reg. 9. v. 13[b]. ut solent fœderati[c]. At illi prorsus fratres non erant[d]. Verùm *fratres* in Scriptura vocantur multipliciter: 1. naturâ; 2. cognatione; 3. gente, ut Levit. 25. 35; 4. religione, ut 1 Cor. 15. 6; 5. conjunctione quavis, vel societatis, ut Job. 30. v. 29. Prov. 18. 9. vel collegii, 2 Reg. 9. 2. Act. 1. 16. vel amicitiæ, vel tandem patriæ & vicinitatis; unde & proximus quisque *frater* vocatur, 1 Sam. 30. 23*. Vel, 2. fœdus quod esse debuerat inter fratres[f], Jacob & Esau, sive Edom, ac proinde[g] inter Judæos sive Israelitas, & Idumæos[h]. q. d. In mentes suas non revocârunt quanta inter eos, utpote fratres, amicitia vigere debuit. *Sanguinis enim conjunctio devincit charitate homines*, ait Cicero Offic. 1. Vide & Deut. 23. 7. Ad hunc igitur amorem se potiùs revocare debuerunt, quàm hoc vindictæ genere odium suum pascere, & ex tanto eorum dissidio voluptatem capere[i]. Tantum abest ut fratres reconciliarent, ut potiùs Israelitas, quum ad illos confugerent præ hostium vi, Idumæis vendiderint, nè in suam regionem redirent[k]. Possit וְלֹא זָכְרוּ ad Idumæos referri[l]; & sic legi, *Qui non recordati fuerint fœdus fratrum* †: quasi compertum satis haberent Tyrii, illos fœdus fraternum cum Israelitis violâsse, ut ex Num. 20. apparet. At ipsa litera satis ostendit זָכְרוּ ad Tyrios ipsos referendum[m]. *Fœdus fraternum* hîc vocat necessitudinem fraternam, ut Horat. *Vivitis indigni fraternum rumpere fœdus*[n].

10. *Mittam ignem*, &c.] Hoc postea factum, vel per Salmanasarem, vel per Nabuchod[o]. Multæ partes urbis incensæ ignitis jaculis Chaldæorum: Ezec. 26. & 27. & 28[p].

11. *Edom*] Id est, Idumæorum, qui ab Esau sive Edom[q]: cujus odium erga fratrem etiam in posteros ejus derivatum est[r]. ¶ *Quòd persecutus sit—fratrem*] Jacobum è Mesopotamia redeuntem†; & posteros ejus[t], è deserto venientes, Num. 20. 20[v]. & cùm Syri obsederunt Hierosolyma, 2 Reg. 16. 5[x]. Vide & 2 Par. 28. 17. Psal. 137. 7. Obad. v. 10, 11[y]. ¶ *Et*, &c. וְשִׁחֵת רַחֲמָיו] *Et* (sub. *quòd*, Pi.) *corruperit* (vel, *violaverit*, M. Calv. V. i. e. abjecerit[z],) *misericordias*, sive *miserationes*, *suas*, Mo. P. M. JT. Pi. &c. vel, *viscera sua*, Tar. *viscera miserationis suæ*, Ti. vel, *storgas suas*, D. necessitudinem illam & affectum qui inter fratres esse debet & solet: q. d. jus commune naturæ aboleverit, & exuerit humanitatem[a]. Omnem misericordiam erga Judæos extinxerit[b]. רַחֲמָיו non est à sing. רֶחֶם[c]; sed à רַחַם[d], formæ מַקֵּל, [*baculus* *,] quod reperitur Hab. 3. 2[f]. ¶ *Et*, &c. וַיִּטְרֹף וגו׳] *Et rapuerit* (vel, *discerpsit*, JT. Pi. sub. *eum*, P. vel, *ad diripiendum exposita fuerit*, M.) *in perpetuum nasus ejus*, Mo. vel, *ira ejus*, M. Ti. JT. Pi. Calv. &c. i. e. ipse rapuit iratus. Vel, *irâ suâ*, id est, בְּאַפּוֹ. Vel, *iram suam*; i. e. Iram mordicus & constantissimè ac pertinaciter retinuerit, ferarum more, quæ quod semel rapuerunt non dimittunt: sic ille iram nullâ temporum intercapedine deposuit[h]. ¶ *Et*, &c. וְעֶבְרָתוֹ שְׁמָרָה נֶצַח] *Et iram* (vel, *atrocitatem*, Ca. Ira hæc est vehementior & exæstuans, omnémque modum præteriens, à עָבַר *transivit*[i].) *suam servavit perpetuò*, Mo. sim. M. P. Ti. &c. *Et furor ejus observet* (scilicet, occasiones incommodandi Israelitis[k],) *in æternum*, JT. Pi. *Et excandescentia sua, servat eam.* Nominativus absolutus, & genus loquendi crebrum. Ut *æterna* hîc eorum *ira* dicitur, ità *inimicitiæ perpetuæ*, Ezec. 35. 5[l]. Pertinax in odio, ut Esavus, Gen. 27. 41[m].

12. *Mittam ignem*] Per Sennacheribum[n]. ¶ *In Theman*] Metropolin Idumææ, dictam à תֵּימָן *Auster*, quòd ad Austrum vergeret†. ¶ *Bosræ*] Urbs hæc erat in confinio Idumææ & Moabitidis; ideóque nunc huic, nunc illi, assignari solet[o]. Theman & Bosra urbes nobiles Idumææ. Vide Gen. 25. 15. Esa. 63. 1. Jer. 25. 23[p].

13. *Filiorum Ammon*] Vel, Ammonitarum[q]. Sed hi sunt עַמּוֹנִים, qui perspicuè distinguuntur à filiis Ammon 2 Par. 20. 1[r]. ¶ *Eò quòd*, &c. עַל בִּקְעָם הָרוֹת וגו׳] *Eò quòd sciderint*, vel *diffiderint*, vel *dissecuerint*, *prægnantes*, sive *gravidas*, &c. M. Ti. JT. Pi. Mer. &c. Genus crudelitatis usitatum antiquis. Vide 2 Reg. 8. 12. & 15. 16. Hos. 13. 16†. Jerem. 49. 1[v]. ubi idem quod hîc dicitur[x]. Sed quid hoc ad finium prorogationem? Maximè sanè, nè Galaaditarum liberi hæreditatem patriam repeterent. Vide Jer. 49. 1[y]. Ut vacuam terram occuparent, nemine superstite qui eam vendicaret †. Al. *montes*, &c. P. Burg. in Mer. Illos nempe qui erant inter Ammonitidem & Galaaditidem diruperunt, ut fines suos proferrent, amotis indè terminis, contra prohibitionem Legis, Deut. 27. 17[z]. Sic Hannibal Alpes discidit, ut per eas exercitum in Italiam traduceret, atque ità fines Imperii Carthaginensis propagaret[a]. Vel, *montes* vocat urbes in montibus sitas, vel eminentes & validas, in morem montium, quas exciderint, ut latè regnarent[b].

14. *Et succendam* (i. e. accensum immittam: unum verbum pro duobus, ut sæpe[c]:) *ignem in muro*] Vel, *in murum*, JT. Pi. D. vel, *intra murum*, Ti. M. Vel, hypallage est, pro, *Succendam murum igne*, vel *in igne*[d]. ¶ *Rabba*] Metropolis ea Ammonitarum, quæ postea dicta Philadelphia *: quæ *Rabbathamman* Polybio. Vide Jer. 49. 2. Ezec. 25. 5[f]. ¶ *In*, &c. בִּתְרוּעָה] *Cum classico*, Ti. *Cum clangore*, JT. Pi. Mer. D. &c. *In*, vel *Cum*, *vociferatione*, Mo. P. M. Utrumque denotat תְּרוּעָה, videlicet, & *clangorem tubarum*, & *ululatum*, sive *clamorem illum quem milites edunt in congressu acierum*[g]. ¶ *Et in*, &c. בְּסַעַר בְּיוֹם סוּפָה] *In*, vel *cum*, *turbine*, (ἀπνευστὶ[h]. q. d. celeriter, nam turbine nihil celerius, & inopinatò sive ex improviso: vel, *succendetur eum turbine*, quia ignis cui turbo adjunctus est latiùs grassatur[i]: vel, *cum procella*, JT. Pi.) *in die tempestatis*, Mo. &c.

15. *Et ibit Melchom*, &c.] Idolum ipsorum *Moloch* dictum[k]. Id hîc & Jerem. 49. 1. dicitur *Moloch ipsorum*, ut infra *Moloch vester*, 5. 26. Captis urbibus, capientur & dii, Jer. 49. 3[l]. Verùm hîc non est מַלְכּוֹם, ut habetur 1 Reg. 11. 5. sed מַלְכָּם, ut Jerem. 49. 3[m]. [Alii ergò vertunt,] *Rex* (vel, *reges*, ό. Ar.) *eorum*, Ch. Mo. P. &c. qu. d. Tantus erit impetus, ut nè Regi quidem parcatur, neque ejus proceribus. Eandem experientur immisericordiam quam illi exercuerunt in Judæos[n]. ¶ *Et principes ejus*, &c.] Vel, *sacerdotes*, &c. G. ex ό.

CAP. II.

1. **Q**Uod, &c. עַל שָׂרְפוֹ וגו׳ לַשִּׂיד] *Eò quòd crematverit ossa regis Edom in cinerem*, sive *favillam*, P. M. Ti. ό. vel, *in calcem*, Mo. Sy. V. D. Liv. vel, *loco calcis*, Q. in Tar. vel, *ad calcem* conficiendam, Ar. *Eò quòd incenderit—& obliniverit eis pro calce domum*, Ch. Cinere ossium combustorum usi sunt ut calce ad incrustandos

standos parietes, contemptûs & ludibrii causâ[a]. Credibile est, Moabitas, subactos à Chaldæis,& Chaldæis militantes,hoc modo odium suum voluisse ostendere in eos qui adhuc Chaldæis resistebant[b]. Vel, *in calcem*, id est, prorsus & perfectissimé. Sic Esa. 33. 12[c]. Vel, *usque ad cinerem*, Vulg. vel, *ut calcem*, JT. Pi. Hoc referunt ad illam historiam 2 Reg. 3. 27[d]. Non placet *. Vide ibi dicta[f]. 1. Ibi בנו reciprocè accipi potest, *filium suum*[g]. 2. Ibi *regis filius*, hîc *regis ossa* comburuntur[h]. Aliam itaque attingit historiam, quæ tamen in S.S. non legitur[i]; ut nec multa alia quæ in Prophetis indicantur. Verùm mirum est, Deum cæteris comminari quòd Israelem afflixerint; his verò ob offensos Idumæos, qui externi erant. Resp. 1. Fecerunt hoc Moab in odium Israelitarum, qui Idumæorum propinqui erant, nec possent non commoveri tam immani fratrum injuriâ[k]. 2. Deus, ut se omnium Dominum ostendat, ulciscitur hoc scelus[l], quod immane erat[m], & ferinum: sæviebant enim in ipsa cadavera[n], ab ipsis effossa[o]; quorum non modò corpus, nervos & cutem, sed & ossa ipsa, membra omnium durissima, non privati hominis, sed Regis ipsius, combusserunt[p].

2. *In Moab*] Vel, urbem præcipuam, dictam Moab, postea Areopolin; vel potiùs, regionem, sive populum, quia mox urbis meminit[q]. ¶ *Carioth*, הַקְּרִיּוֹת] *Cerioth*, M. sic P. Mo. &c. Urbis Moabitarum, Jer. 48. v. 24[r]. Vel, urbem *Kerijoth*, quæ metropolis erat. Sic apud nos passim urbium nomina pluralia videas †. Duplex erat urbs Carioth; una in tribu Juda, Jos. 15. 25. altera in Moab, Jer. 48. 24[t]. ¶ *Morietur* (i.e. internecione delebitur, vel, gravissimè affligetur[v],) *in* (vel, *cum*, Pi.) *sonitu*] Vel, *strepitu*, expugnationis scilicet[x]. Vox de *bellico strepitu* usurpatur Hos. 10. 14. Vel, *in tumultu*, i. e. tumultuosè[y].

3. *Disperdam judicem*, &c.] i. e. Regem, cujus officium est, reddere jus populo[z]. Vel, *suffetem*, & quasi interregem[a]: moderatorem, vel gubernatorem[b]. Sensus, q. d. Abolebo Regnum; ideóque & nomen & corpus populi, quod sine regimine nequit consistere[c].

4. *Super tribus sceleribus Juda*,&c.] q.d. Quòd tertiò & quartò, i. e. sæpius, in eadem scelera sunt relapsi, ac in iis obstinati sunt. Ab externis Regnis jam transit ad Judæos & Israelitas, propter quos illorum excidium prædixerat: ut ingratitudinem illis exprobret, quòd, quum propter crudelitatem erga illos alias gentes everteret, illi tamen non desinerent Deum irritare[d]. Incipit autem à Judæis, sive Regno Duarum tribuum *. Idque, 1. ut perpetuo deinceps orationis filo sermo in Israelitas procederet, in quos omnia quæ sequuntur dicturus erat. 2. Ut significet, se nè Judæis parsurum, qui Deum colebant, &c. nedum Israelitis, qui vitulos, &c[f]. 3. Nè locus esset calumniæ, si Propheta acriter in vicinos inveheretur, mitiùs autem loqueretur de Judæis, utpote popularibus suis, & illorum flagitia tegeret, Regnum scilicet ad eos transferre cupiens: idcirco eos libere & atrociter accusat, &c[g]. ¶ *Quòd abjecerit* (vel, *spernunt*, JT. Pi.) *legem*, &c.] Id est, cultum Dei, purámque Religionis doctrinam †: Legem scriptam. Reliquis objicit peccata in jus naturæ[h]. *Servus sciens voluntatem Domini graviùs vapulabit*[i]. Dices, Israelitas etiam accepisse Legem. Resp. In illis hoc tolerabilius erat, quia sacerdotibus veris carebant, & ab aliis in cultu vitulorum instituti sunt. Judæi autem habebant Templum, & sacerdotes, qui eos quotidie docebant[k]. ¶ *Non custodierit*] Negatio hîc, ut sæpe, contrarium vehementiùs affirmat[l]. Non perstringit hîc negligentiam & incuriam, sed damnat ipsos quòd scientes & volentes discederent à Lege, &c[m]. ¶ *Deceperunt enim eos idola sua*] Vel, *mendacia*, Ti. JT. Pi. D. &c. i. e. commenta falsi cultûs[n], sive ab ipsis excogitata, sive ipsis à falsis prophetis obtrusa, de Deo alibi vel aliter colendo quàm jusserit[o]. Ordo hîc diligenter notandus est: primò, Legem abjiciunt; deinde, in errores ruunt, &c. Deo ipsos sic puniente, juxta 2 Thes. 2. 11, 12[p]. Refellit hîc prætextum intentionis bonæ quâ hæc facerent. At, inquit, fallunt eos sua mendacia[q]. ¶ *Patres eorum*] i. e. Majores: eos scilicet, vel, 1. qui in Ure Chaldæorum degebant; vel, 2. qui in deserto vitulos colebant[r]. Quæ illi sequuti fuerant,

a Tar. c. D. b G. c Liv. d He. in V. M. * Mer. D. Tar. G. f G. g Mer. D h Tar. sim. Mer. i Mer. V. &c. k Mer. l Mer. ex Hi. m Mer. n Calv. o Mer. p Tar. q Mer. r G. † Mer. t D. sim. Mer. v D. x V. y D. z V. sim. D. a G. b Mer. D. &c. c Calv. d Mer. * Mer. sim. D. G. f Mer. g Calv. † Idem. h Mer. i Mer. Calv. k Mer. l D. m Calv. n D. sim. Mer. o Mer. p Mer. ex Hi. q Calv. r D.

ideóque & puniti: unde hi debuerant emendari; verùm deteriores sunt redditi. Vide, non esse sequendos patres in delictis; nec curandum quid illi docuerint, dixerint, aut fecerint, sed solo Dei Verbo acquiescendum †. Hâc circumstantiâ crimen amplificat, quòd insatiabilis erat populi furor, & vitium hoc seculis omnibus regnavit, & filii æmulabantur patres suos, mala ova malorum corvorum. Confer Act. 7. 51[t].

5. *Ignem*, &c.] Nempe Nabuchodonosori[v].

6. *Israel*] i.e. Decem tribuum[x]; quas præced. exemplis ad attentionem præparaverat[y]. ¶ *Pro*, &c. עַל־מִכְרָם וגו'] *Eò quòd vendiderint* (i.e. circumvenirent[z]; nempe judices illius ævi[a], muneribus corrupti; & alii his eos corrumpentes[b]:) *argento* (i. e. pecuniâ, ut Mic. c. 3. v. 11[c]. ב antè כֶּסֶף idem quod sequens בַּעֲבוּר[d].) *justum*, P. M. &c. i. e. justos *, sive insontes[f]; eos qui justam in judicio causam habebant: est enim צַדִּיק forense verbum[g]. Quòd pretio corruptus contra eum judicaverit[h]. ¶ *Et pauperem* (i.e. causam ejus[i],) *pro*, &c. בַּעֲבוּר נַעֲלָיִם] *Pro calceis*, Sy. Ar. Mer. sic o'. M. sim. Vulg. vel, *pari calceorum*, P. JT. Pi. Ang. Ti. sim. Mo. i. e. pro re vili[k], & parvi pretii[l]. Proverbiale, quo usus est & infrà 8. 6[m]. Confer Ezec. 13. 19. Joel. 3. 3[n]. Gravius hoc quàm si fame adacti id fecissent[o]. Qui initio argentum postulabant, nunc vili corrumpuntur. Quum semel deflectunt homines à recto cursu, prostituunt se absque ullo pudore[p]. Al. *pro clausuris*; i. e. ut agrum pauperis suis vicinum includant, & eodem ambitu cum suis comprehendant[q]. Sed hoc subtilius; ut & illud, quòd *calcei* mentionem referunt ad plenam possessionem indicandam, quæ exuto traditóque calceo confirmari solebat, Ruth 4. 7. quò Kimhi credit Jonathan respexisse quum, *pro calceis*, reddit, *eò ut possideant*. Sed quid si Chaldæus simpliciter significet, eos pauperem opprimere, ut quoquomodo & undecunque rem faciant; & vel ob vile lucellum, ut vel calceos suæ possessioni adjiciant[r]? Qu. Sed cur non orditur ab Israelitarum superstitionibus, quibus Judæos vincebant? Resp. Commodè incipit à notis principiis †, & objicit illis quæ publica erant & aperta, & quæ nè ipsi quidem negare possent. At contemptum Legis Dei non confessi essent[t], quia Deum in vitulis colerent[v]. Primùm itaque convincit eos crudelitatis, impudicitiæ, &c. deinde exagitat superstitiones, &c[x].

7. *Qui*, &c. הַשֹּׁאֲפִים עַל עֲפַר אֶרֶץ בְּרֹאשׁ דַּלִּים] *Anhelantes super pulverem terræ in caput pauperum*, Mo. sic Ti. Pressus est hic sermo, ut aliás[y]. [Variant.] *Qui humi in pulvere tenuium capita pessundant*, Ca. *Anhelantes*, vel *Qui anhelant*, (vel, *exspectant*, V. *inhiant*, Liv. toti in hoc incumbunt[a], summo ardore cupiunt & contendunt[b]: nam שָׁאַף propriè sign. *inhiare*, *anhelare aperto ore*, *aerem attrahere serpentum & belluarum siti anhelantium more*, quæ, ad interiorem æstum temperandum, auræ frigidioris afflatum hiantes avidè captant, sicut Jerem. cap. 14. vers. 6[c].) *super pulverem terræ*, Calv. (vel, *propter pulverem*, &c. Liv. vel, *super terram*, Calv. vel, *ut sit pulvis terræ*, P. V. Mer. ex He. Liv. עַל, pro עַל הֱיוֹת[d]: i.e. ut oppressione suâ vexatos in luctum conjiciant. Pulvis enim super caput in luctu & rebus afflictis olim ponebatur, Job. 2. 12. Ezec. 27. 30. etiam caput ipsum in pulvere, Lam. 2. 10 *.) *ad caput* (vel, *in capite*, P. Mer. ex He. vel, *super caput*, Liv.) *inopum*, &c. Calv. i.e. ut humi eos raptent & distrahant; ut eorum capita pulvere terræ, quem calcant suis pedibus, aspergant & compleant[f]. Non potuit expressiùs & apertiùs pauperum conculcationem oppressionémque demonstrare[g]. *Qui anhelant in pulverem terræ*, qui & hæret *in capite tenuium*, à se in terram prostratorum[h]. q. d. Non sat habent eos dejicere, sed insuper ad caput & vitam adspirant, ut eam quoque auferant[i]: quæ belluina est rabies[k]. *Qui deglutiunt*, vel *absorbent*, scilicet pauperem, ut dixerat; (שָׁאַף propriè est, *anhelare*, *aerem respirare*, vel *attrahere*; deinde, *anhelando deglutire*, & *spiritum recipiendo absorbere*:) idque *super pulverem terræ*, i. e. efficientes omnibus modis ut eum collocent super pulverem terræ; (sub. *quem etiam ponunt*) *in capite tenuium*. i.e. Qui ità velut deglutiunt tenues, ut, eos humi pessundantes, & conculcantes eorum capita, pulvere conspergant & luto oppleant. Quod accidit dum in terram

† Mer. t Calv. v G. x G. sim. M. Pi. D. y Tar. z Mer. D. a D. sic Calv. Tar. Mer. b Tar. c D. d Mer. * Mer. sim. D. f D. g Mer. h G. i D. k V. sic Tar. l D. sim. Mer. G. m Tar. Calv. n D. sic G. o Tar. p Mer. q Calv. r RS. in Mer. r Mer. † Calv. t Mer. v Mer. sic Calv. x Calv. y Mer. a Mer. ex He. b Liv. ex K. & Mer. c Liv. d V. * Liv. f Mer. ex He. g Mer. h Tar. i Tar. sim. Calv. k Calv.

terram prosternuntur. Significat gravem pauperum oppressionem [l]. *Qui desiderant* videre *pulverem*, &c. q.d. Opprimunt pauperes, quos libenter vident dejectos prosterni in terram, & illorum capita compleri pulvere; ut fit in dejectis in terram [m]. *Pessundabant* pauperes *in pulvere terræ*, quem ponebant *in capite pauperum*, M. *Qui anhelant* (i.e. properant, ut Cohel. 1. 5.) *ad pulverem terræ in capite tenuium*, i.e. eò ubi tenues rei sunt. Vel sic, *Qui anhelant*, i.e. avidè appetunt, *ut fit pulvis terræ in capite tenuium*, i.e. ut tenues rei sistantur, accusati videlicet à divitibus, quibus sc. judices illi jus vendiderunt. Rei prisco ritu caput pulvere opplebant, ut notat Samæus senex apud Gorionidem cap. 44 [n]. *Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum*, Vulg. Pauperes solo affligunt [o]. *Qui anhelant in caput tenuium* (sub. *dejecturi*, JT. Pi. ellipsis verbi relati [p]: & sub. *eos*, Pi.) *in pulverem terræ*, JT. Pi. Hæc verba in Hebræo sunt trajecta [q]. Sed trajectio h. l. non est necessaria [r]. *Quæ* [nempe *calceamenta*] *calcant super* (vel, *Quibus* [*calceis*] *terunt*, Sy.) *pulverem terræ*, ό. Sy. *exagitant pauperes*, Sy. vel, *& pugno percutiebant in capita pauperum*, ό. *Qui conterunt quasi pulverem terræ caput mendicorum*, Ch. שָׁאַף, inter alia multa, significat, *conculcare*, etsi Dictionaria sileant †. Dicit hoc, sed non probat [t]. ¶ *Et viam humilium* (vel, *mansuetorum*, Mer. Pi. JT. &c. i.e. modestorum hominum de se summissè sentientium ‡: vel, *pauperum*, V. Mer. nam עֲנָוִים, *mansueti*, & עֲנִיִּים, *pauperes, afflicti*, non multùm differunt, & ferè utrumque apud eosdem reperitur: hinc, ubi unum scribitur, alterum ab Hebræis legitur, ubi sic postulat sententia [t].) *declinant*] Id est, declinare faciunt: q.d. Cogunt eos de via cedere, quasi metu illorum in publico apparere non audeant; vel, certè, præ fastu eos cogunt sibi in itinere & ubique cedere, nullum illis locum relinquentes [v]. Res eorum pervertunt, Job. 24. 4 [x]. Al. *Viam*, i.e. instituta & actiones [y]. q.d. Suâ insolentiâ & importunitate in causa sunt ut etiam modesti omnem pudorem excutiant, adeò ut eandem cum patre puellam ineant, ut sequitur [z]. Al. *Viam*, i.e. causam [a], negotium [b], judicium [c]: quod sic accipitur Exod. 18. 20. Job. 17. 9 [d]; quod *viæ* comparari solet, Prov. 17. 23 *. Al. Consilia, conatus, opera pauperum subvertunt, cogentes à cœpto desistere, & spe suâ excidere [f]. ¶ *Et* (vel, *Deinde*, Ti. *Præterea*, V. *Tum*, D.) *filius* (vel, *vir*, P. M. &c.) *ac pater ejus ierunt* (vel, *eunt*, Liv. *accedunt*, JT. Pi. *ingressi sunt*, Ti. nempe concumbendi causâ [g]. Honestè ità coitum significat, ut Prov. 6. 29 [h]. sim. Gen. 38. 16. Et Propertius eleg. 2. 21. de meretrice, *Nec finit esse moram, si quis adire velit* [i].) *ad*, &c. [אֶל הַנַּעֲרָה] *Ad puellam*, Mo. M. P. &c. sub. *eandem*, P. JT. Ca. Pi. sic Mer. D. Tar. vel, notam aliquam [k], ut ה emphaticum indicat [l]. Qui concubitus illicitus erat ex Levit. 18 [m]. Quale flagitium *nec inter gentes* (moratiores scilicet) *auditur*, 1 Cor. 5. 1 [n]. Qui semel sceleratus esse cœpit, paulatim ex uno in aliud gravius scelus prolabitur [o]. ¶ *Ut violarent* (vel, *profanent*, JT. Pi. לְמַעַן hîc eventum, non causam, notat [p]. Vel, *Profanando*, D.) *nomen sanctum meum*] Quo vocantur [q]; quod conversatione suâ maximè sanctificare & honorare debent [r], quia sanctificavi mihi illos: cùm igitur corrumpunt mores suos, violant illam sanctitatem, & declarant se non esse sanctos †. Ostendit quid indè fit consecutum. Dicebant gentes profanæ, *En populum Dei* [t]! Ecce quàm spurci sunt: quàm spurca igitur est eorum Religio! & qualis eorum Deus, qui ista tolerat, & non punit [v]!

8. *Et super vestimentis pignoratis* (vel, *oppignoratis*, Mo. sic M. Ca. vel, *in pignus acceptis*, P. JT. Pi. D. &c. à pauperibus scilicet injustè [x], quia noluerunt cum illis proficisci ad colenda idola [y]: quibus [vestibus ipsi] ornati utebantur in templis †. *Vestes stragulas* hîc intelligo, quæ ad epulas humi vel in lectis accumbentibus olim substernebantur: Judith 12. 15. Virgil. Æneid. 1. *Conveniunt, stratòque super discumbitur ostro*. בֶּגֶד, sicut & *vestis* Latinè, non solùm *indumenta* significat, sed etiam *stragula, aulæa, tapetia*, 1 Sam. 19. 13. Vide Num. 4. 6, 7, 8, &c [z].) *accubuerunt* (vel, *declinare faciebant*, Mo. *accumbebant*, sive *discumbebant*, P. M. Mer. D. &c. vel, *inclinant* se, JT. Pi. Mer. D. Tar. Liv. est enim יַטּוּ verbum transitivum, sed per eclipsin (ut passim Hebræis) fit intransitivum [a]. Alludit ad discumbendi morem, qui vetus erat, Esther. 1. 6. & 7. 8. Judith. 12. 15. Joh. 13. 23, 25. quo epulantes ad mensam non, ut hodie, sederunt, sed accubuerunt, reclinatâ superâ parte corporis in cubitum sinistrum, inferâ in longum porrectâ ac jacente, capite leviter erecto. Unde accumbentes dicuntur *reclinare se*, sive *reclinari*, apud Horatium; ut Græcis similiter κατακλίνειν, ut docet Lambinus ex Plat. Plut. &c. Hinc lectus epulantium discubitorius מִטָּה dicitur, à נָטָה *inclinare* & *reclinare* [b].) *juxta omne altare*] Veteres [c], idololatræ [d], Gentes, ad imitationem Israelitarum *, in ipsis templis, sive idoleis, convivabantur [f]; ut patet ex historia de Cleobe & Bitone apud Herodotum, & ex Aristophane in Pluto [g], & ex Horat. od. 37. l. 1. & 1 Cor. 8. 10. & 10. 21 [h]. ubi comessationi, ebrietati & omnibus flagitiis indulgebant. Multa hîc erant peccata: scelera sceleribus cumulant. 1. Injustè damnant pauperes. 2. Injustiùs ab illis pignus accipiunt, quum non essent solvendo [i]. 3. Pignora sine delectu accipiebant, quibus pauper carere non poterat [k], eáque contra Legem detinebant [l], iis contra fas utentes [m]. Vide Exod. 22. 26, 27 [n]. Deut. 24. 12, 13 [o]. 4. Diis præsentibus gratulabantur sibi de pignoribus pauperibus ablatis [p]. 5. Aras multiplicârunt, contra Legem [q]. ¶ *Et*, &c. [יֵין עֲנוּשִׁים] *Et vinum mulctatorum*, Mo. vel, *pœnis affectorum*, P. sim. M. &c. nempe præter jus [r]: mulctabant enim eos pecuniâ si non dabant quantum cupiebant †. Vel, *damnatorum*, JT. Pi. D. Mer. i. e. Vel, vinum quod dari solebat damnatis dum ad supplicium ducebantur, refocillandi causâ, Prov. 31. 6 [t]: vel, vinum comparatum ex bonis damnatorum [v], ob id quòd idola non colerent [x]. τὸ ענש ad pœnam tam corporis quàm pecuniarum refertur [y].

9. *Ego autem* (Emphaticè, q. d. Ego meâ potentiâ, non vos arcu vestro, &c [z]. homunciones præ illis [a];) *exterminavi* (vel, *exterminaveram*, D. vel, *delevi*, V. Mer. D. &c. post exitum ex Ægypto, ut sequitur [b];) *Amorrhæum* (populum scilicet, i. e. Amorrhæos [c]; qui & ultra Jordanem habitabant, Num. 21. 34. Deut. 3. 2. & cis Jordanem, ad mare [d]. Sub his reliquas etiam Chananæorum gentes intelligit per synecdochen, ut Genes. 15. 16 *. Amorrhæi autem hîc nominantur [f], ut alibi Cananæi [g], quòd potentiâ excellebant [h], & opibus [i]. Vide Jos. 9. 10. Psal. 136. 19 [k].) *à facie* (vel, *conspectu*, Mer.) *eorum*] Nempe, Israelitarum [l]: eorum causâ, ad eorum auditum atque adventum, ut ante illos comparere non sunt ausi, sed statim fugerent, aut cæsi essent, non valentes resistere [m]. Commemorat [Deus] sua beneficia, quò gravior appareat culpa tam ingratorum [n]. ¶ *Cujus altitudo*, &c.] Amorrhæi homines erant eximiæ magnitudinis [o], & proceritatis, quippe dé gigantum genere [p]. Vide Num. 13. 32, 33. Deut. 3. v. 11 [q]. ¶ *Et fortis*, &c.] Vel, *robustus*, Ti. Mer. &c. q.d. Erant reliquis validiores [r]. חָסֹן hîc mancum est, alibi חָסִין: éstque Tóar, [adjectivum,] non substantivum †. ¶ *Quasi quercus*] אַלּוֹן propriè est, *quercus*, vel *ilex*. Sic dicitur à diris imprecationibus quibus devoveretur nè cæderetur; ut & Gentiles tales arbores sacras & incæduas dixêre: vel, ab expansione & prominentia ramorum *. Vel, *robur*, sive *robor*, arbor è genere glandiferarum [t]. Vel, *castanea* [v], quæ Arabicè dicitur *Rex quercuum* [x]. Sed *castanea* dicitur עַרְמוֹן [y]. ¶ *Contrivi* (vel, *Perdidi*, Ti. Pi. &c.) *fructum* (i.e. posteros [z]) *ejus desuper*, (vel, *supernè*, Ti. Pi. &c. i.e. à summo [a],) & *radices ejus subter*] Vel, *infernè*, Pi. &c. q. d. Totum ipsum [b], quantus quantus est, delevi [c], ut nihil ex eo remanserit; parentes unà cum liberis, vel, Principes & subditos [d]. Allegoria ab arbore sumpta *, (cujus partes præcipuæ sunt rami, ex quibus fructus pendent, & radices [f],) quæ funditus ejicitur [g]. q. d. Prorsus extinxi nomen gentis [h].

10. *Et duxi vos in deserto* (*per desertum*, Pi. &c.) *quadraginta annis*] Quod ideo commemorat, vel, ut significaret eos ingratitudine suâ tamdiu in deserto detentos fuisse [i]; vel, ut summam potentiam suam ostenderet, quâ eos tamdiu in loco sterili aluit [k]. ¶ *Ut possideretis*, &c.] Minore cum periculo pietatis & morum [l]: nè, si statim intromissi essent, discerent eorum ritus & mores, ideóque & ipsi ejicerentur. Voluit ergò Deus eos

Margin notes (left column): [l] Mer. [m] Q. in V. [n] D. obs. 15. 5. [o] G. [p] Pi. [q] Pi. sim. Jun. [r] Tar. † Mar. [t] Tar. ‡ Mer. [t] Idem. [v] L. & RS. [x] Mer. [z] G. [y] Pi. [z] AE. in Mer. [a] V. Mer. Tar. D. [b] Tar. [c] D. Liv. Tar. sic V. Mer. [d] Tar. ex D. * Liv. [f] T. [g] Pi. sim. Liv. [h] D. [i] Liv. [k] D. ex Mer. [l] Tar. sim. Mer. D. [m] Mer. [n] G. [o] Mer. [p] Tar. [q] V. [r] Mer. † V. [t] G. [v] Tar. [x] Mer. [y] Mer. & G. ex Hi. † G. ex Hi. [z] Liv.

Margin notes (right column): [a] Mer. [b] Liv. [c] D. [d] Liv. * Mer. [f] D. Liv. sic Mer. [g] D. [h] Liv. [i] Mer. [k] Calv. [l] Tar. [m] Mer. [n] Tar. Calv. [o] Tar. Mer. [p] D. [q] Mer. [r] Pi. sim. M. Mer. Ti. † V. [t] Q. in Mer. [v] G. sim. Mer. [x] G. [y] Mer. sim. D. [z] Mer. sim. Tar. [a] Mer. [b] G. [c] Mer. [d] Mer. ex AE. * Liv. [f] Liv. sic Mer. [g] Mer. [h] Mer. sic Liv. [i] Mer. [k] Liv. [l] D. [m] Mer. [n] G. sim. Calv. Mer. [p] Tar. [q] Mer. [r] Tar. [t] G. † Mer. * Idem. [t] D. [v] K. in Mer. [x] Mer. D. [y] M. r. [z] D. [a] V. [b] M. r. [c] D. [d] Mer. * G. sim. D. [f] D. [g] G. [h] Calv. [i] Idem. [k] Mer. [l] Q. in D.

eos diu & variè exercere, & statutis suis assuefacere, quò aptiores essent ad possidendum, &c [m]. Sed hoc rectiùs jungas cum initio versûs [n], quia hic finis præcipuus erat eductionis ex Ægypto [o]; vel, cum tota sententia, q.d. Ideo vos eduxi—&—per 40 annos duxi, ut demonstrarem vobis quanti esset terram illam optimam ingredi [p].

11. *Et suscitavi* (vel, *surgere feci*, V. Tar. i.e. evexi [q]; vel, exsistere feci, ut *surgere* sumitur Deut. 34.10 [r]: sub. *aliquos*, Pi. V. &c.) *de filiis vestris* (i.e. è vestro genere†: ut 70 illos Mosis tempore, ut Josuam, Samuelem, deinde tot alios [t]. Vel, *è puerulis vestris*, ut ad ætatem solam restringatur; ut Samuelem & Jeremiam [v]. Confer Joel. 2. 28 [x].) *in prophetas*] Qui sunt quasi Angeli & cœlestes legati. Insigne hoc erat documentum, & amoris Dei [y], & sanctitatis hujus populi præ cæteris, apud quos ferè non fuerunt Prophetæ, nisi falsi & fanatici [z]. ¶ *Et de juvenibus vestris*] Emphaticè: q.d. Ex iis qui voluptatibus (& vino [a]) addicti esse solent delegi qui se ab illis abstraherent, ad tempus, vel in perpetuum [b]. ¶ *Nazaræos*; ità M. Ti. JT. Sy. Ca. &c. [לְנְזִרִים] *In sanctificationem*, o'. sic Ar. *doctores*, Ch. *in separatos*, Mo. *ut essent Nazaræi*, P. Vide Num. 6 [c]. Quod magnum decus erat populo, Thren. 4. 7 [d]. Ut separati essent à vino & deliciis vulgaribus*, tum ut exemplo sanctè vivendi aliis præirent [f]; tum ut liberiùs Legi & Divino cultui vacarent, indè etiam docendo populo [g]. Exprobrat eis, quòd nihil omiserit quò manerent puri & sancti & integri in suo cultu [h]. ¶ *Numquid*, &c? [הַאַף אֵין זֹאת] *An etiam* (vel, *An verò*, JT. Pi.) *non est hoc*, &c? Mer. D. sic Mo. Ti. vel, *ità*, &c? JT. Pi. Ca. *Sed nonne ità est*, &c? P. *Annon etiam hoc* ità se habet, &c? M. q. d. Num verò hoc quoque negare potestis [i]? Tale illud, *Numquid & hoc, fallax Creta, negare potes* [k]? τὸ *etiam* propriè refertur ad hoc beneficium de prophetia & Nazaræis [l].

12. *Et propinabatis* (vel, *potandum dedistis*, G. sic D. Pi.) *Nazaræis vinum*] Contra votum & Legem, Num. 6. 3, 4 [m]. ¶ *Et*, &c. [וְעַל הַנְּבִיאִים וגו'] *Et prophetis* (vel, *contra prophetas*, Pi. vel, *super prophetas*, Mer. sic Mo.) *mandâstis*, &c. P. M. &c. vel, *interdixistis*, &c. JT. Pi. sic Mer. Tar. ut צִוָּה sumitur quando cum particula עַל construitur [o], ut Gen. 2. 16 [p]. & 28. 6. & 44. 1. Nahum 1. 14. Confer etiam Gen. 3. 11. Deut. 2. 37 [q]. Vetâstis, pœnâ propositâ ni pareatur. Sic infrà Amasias prohibuit Amosum, &c [r]. *Nè prophetetis*, i.e. Nè ità apertè nos nostráque scelera objurgetis, infrà 7. 13†. q.d. Sprevistis hæc eximia Dei beneficia, Spiritum Domini conantes extinguere [t].

13. *Ecce, ego stridebo*, &c. [מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם] Vox מֵעִיק Chaldaica est, pro Heb. מֵצִיק, quæ *arctare* sign. mutato צ in ע: ut in Chald. אַרְעָא, pro אֶרֶץ; & in עָאן, pro צֹאן [v]. Verbum hoc vel intransitivè [sive passivè] sumitur [x]; vel activè, ut nomina indè derivata evincunt: vide Psalm. 55. 4. & 66. 11 [y]. [Hinc variant.] *Coarctans* (vel, *angustabo*, P. *angustiam suscito*, M. *arcto*, Mer. *arctaturus sum*, Liv. Mer. *premo*, D. *pressurus sum*, JT. Pi. Tar. G. *comprimam*, Sy. *volvo*, o'. *volutor*, Ar. *strideo*, Ca. *coarctabo*, vel *angustiis afficiam*, V. *angustians*, sive *comprimens*, vel potiùs, *angustiatus*, sive *constrictus*: Hebræis הֵעִיק sæpe transitivum est, sed est etiam neutrale [z]: *premor*, D. *onustus nimiùm premor, strideóque*, Tar.) *subter vos*, sive *sub vobis*, Mo. o'. Ar. Sy. Calv. Ca. Mer. D. Tar. id est, onere peccatorum vestrorum [a], ut Esa. cap. 1. vers. 14 [b]. Gravatis me; tædet me vestrî*. Vel, *sub vobis*, scilicet locum vestrum, ut post *coarctandi* verbum sit ellipsis τοῦ *loci*; qualis est post verbum contrariæ notionis, nempe *dilatandi*, Gen. 26. 22. Psalm. 4. 2. Ità hoc dicit, Deum viam quâ ituri sunt ità in arctum compressurum, ut pedibus eorum in ea figendis spatium desit†. Vel, *inter vos*, Tar. vel, *propter vos*, D. vel, *super vos*, Vulg. vel, *locum vestrum*, JT. Pi. Liv. Tar. quomodo vox תַּחַת usurpatur Exod. 10. 23 [c]. & 16. 29. 1 Sam. 14. 9. Habak. 3. 16. Zach. 12. 6 [d]. Vel, *in loco vestro*, M. P. Pi. He. in D. sub. *vos*, P. sic M. Mer. q. d. Vos angustabo ex ipso loco ubi estis, ut elabi è manu hostium non possitis*. Vel, sub. *eos*, scilicet qui me offenderunt. Ellipsis est τοῦ ב ante תַּחַת, ut 1 Sam. 14. 9. Hab. 3. 16. Zach. 12. 6 [f]. Vel, *in loco vestro*, i.e. vestrî causâ [g]. Sensus est, q.d. Ego vos in eas angustias adducam, unde vos ipsos minimè expedire valeatis [h]. Comminatio est [i], ut sequentibus versiculis exponitur [k]. *Loci angustia*, pro malis & rebus afflictis, metaphora frequens est, ut Ps. 4. 2. Prov. 4. 12. 2 Cor. 4. 8 [l]. [Ch. verba sic reddit, *Adducam super vos tribulationem quæ coarctabit vos in loco vestro*.] Hostibus scil. undique adventantibus [m]. ¶ *Sicut*, &c. [כַּאֲשֶׁר תָּעִיק וגו'] *Sicut arctatur* (vel, *stridet*, Ca. Vulg. *angustatur*, P. *arctat* sese & velut affligitur [n]. Verbum hoc priore loco transitivum est, posteriore neutrum [o]. Talia à grammaticis Hebræis multa enumerantur [p]. Sed nulla necessitas hîc cogit duobus modis accipere idem verbum, nempe activè & neutraliter. Deinde, non videtur satis apta esse comparatio. Et תַּחְתֵּיכֶם vertere, *in loco vestro*, coactum est. Malim ergò verbum utrobique passivè sumere, ut suprà exposui†. Vel, *premitur*, D. vel, *volvitur*, o'. sic Ar. vel, *premit*, JT. Pi. Tar. sic Sy. putà, vel, terram [q]; vel, frumentum, quod olim plaustris onustis premi solebat ut excuterentur grana, Esa. cap. 28. v. 27, 28 [r]; vel, animal quod rotis plaustri subjicitur, unde debilitatur & ineptum redditur ad cursum†. Vel, *coarctaret*, Mo.) *plaustrum plenum* (vel, *onustum*, Ch. vel, *plenum sibi*, Mo. Sed τὸ *sibi* redundat [t], ut Exod. 18. 27. Hos. 8. 9 [v].) *manipulis*, P. Mer. D. &c. nempe spicarum [x]: Heb. *manipulo*, D. Liv. sing. pro plur [y]. Synecdoche, ut Mic. 4. 12 [z]. *Sicut plaustrum quod maceratur quando plenum est manipulis*, M. *Perinde ac plaustrum onustum manipulis premitur ac gemit*, Ti. Figuratè loquitur; q. d. Ut plaustrum velut sub onere ingemiscit ac stridet, &c. Oneris manipulorum potiùs meminit quàm alterius, vel, quòd magis oppleri solet eo onere, quippe quod levius putatur [a]: vel, quòd tale plaustrum, vento insufflante, difficillimè consistere possit [b]. Pastor sibi convenientia loquitur, & similitudines sumit à rebus rusticis [c].

14. *Peribit fuga*, &c.] Multi in ipsa fuga deprehendentur [d]. ¶ *Fortis* (Potiùs, *robustus*, Mer. D. Pi. &c. viribus corporis*, non animi [f]:) *non*, &c. [לֹא יְאַמֵּץ וגו'] *Non firmabit*, &c. Mer. D. vel, *roborabit*, &c. D. sim. Pi. &c. ut scilicet hosti resistat [g]; sed animo cadet [h]: nihil proficiet pugnando [i]. Afflictio inevitabilis erit [k].

15. *Tenens arcum*] Periphrasis sagittarii [l]. ¶ *Non stabit*] Vel, *consistet*, Mer. D. Pi. præ metu scilicet [m]. Etsi eminus pugnet [n], apud se stare non poterit [o]; nedum arcu in hostem uti [p]. Vel, *non stabit*, i.e. non pugnabit [q]. ¶ *Non salvabitur*, [לֹא יְמַלֵּט] *Non liberabit*, sive *eripiet*, Mer. D. Repete τὸ ψυχὴν αὐτοῦ, *animam suam*, & ex præced [r]. & ex seq†.

16. *Et*, &c. [וְאַמִּיץ לִבּוֹ וגו'] *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *fortis*, vel *validus*, *corde suo* (i.e. animosus [t]) *inter fortes*, sive *robustos*, Mer. D. Pi. i.e. inter strenuos milites [v]. q. d. Qui præ cæteris fortissimè statuerit apud se hostem aggredi aut repellere. LXX pro אַמִּיץ, literis transpositis, legerunt מָצָא, *Cujus cor inventum fuerit*, vel, qui cor, sive animum, suum invenerit, qui præsenti animo inter fortes fuerit. Scribendum hîc אַמִּיץ, plenè, ut in prima editione Veneta, non אַמִּץ, ut in secunda & postrema; ut notant Masoretæ, ex quorum præscripto hic pendendum: nec semper hodierna exemplaria sequenda, quum illi suo tempore emendatiora habuerint, & ex multis collatis suas traditiones collegerint [x]. ¶ *Nudus fugiet*] Abjectis scilicet armis suis [y], & vestibus [z], superioribus scilicet & militaribus, quæ fugientem impedire possent [a]; vel, sine indumentis ad rem præsentem necessariis [b]: ut scilicet expeditiùs fugiat, nè quicquam ei sit oneri [c]. Similiter accipitur vox *nudus* 1 Sam. 19. 24 [d]. Vel, *nudus pedes* aut *crura* tantùm h. l. per synecdochen intelligi potest. Vide Esa. 20. 3. & Mic. 1. 8*. Vel, *nudus* comparativè dicitur, qui non ità bene vestitus est [f]. Vide Job. 22. 6. Matt. 25. 36 [g]. 1 Cor. 4. 11. Jac. 2. 15 [h]. Si quibus dabitur evadere, evadent rebus omnibus derelictis [i], & solâ vitâ contenti erunt [k].

Marginal notes (left column): m Mer. ex K. & AE. n Mer. sim D. o D. p Mer. q V. r D. † Mer. D. t G. v D. ex He. x D. y Calv. z Mer. a D. b Mer. c Pi. d G. * Mer. f Tar. g Mer. h Calv. i Mer. k G. l Mer. m G. o Tar. p Pi. Tar. q Tar. r Mer. † Tar. t Mer. v Liv. x Q. in Mer. y Tar. z Calv. a Q. in Mer. D. sim Calv. b Calv. D. * Ca. † Liv. c Tar. sim. Liv. d Tar. * Mer. f Pi. g D.

Marginal notes (right column): h Liv. i Mer. k Mer. sim. Liv. l Liv. m G. n Mer. o Mer. ex K. sic Liv. p Liv. † Calv. q D. Tar. r Tar. † Tar. ex D. t D. sim. Mer. Liv. Pi. &c. v D. x Mer. sim. Liv. y D. z Liv. a Mer. b Mer. ex K. c G. d G. * Mer. sic D. f D. g Mer. h G. i Calv. k V. sim. Mer. l Liv. sim. Mer. V. m D. n Mer. sim. V. o Mer. p D. sic Mer. r Idem. † Mer. t D. sic Mer. v D. x Mer. y D. ex Mer. z Mer. Liv. a Liv. b Tar. ex D. c Mer. d Liv. D. Tar. * Liv. f Tar. ex D. g Tar. h D. Tar. i G. k Calv.

CAP. III.

1. VErbum, &c.] *Sententiam hanc quam decernit*, V. τὸ דָּבָר valet, *decrevit*, Jer. 18. 7, 9. Jon. 3. 10[a]. ¶ *Super omnem cognationem*] Vel, *familiam*, V. D. id est, gentem aut nationem [b], quæ sic vocatur Jer. 8. 3. Mic. 2. 3. Zach. 14. 18[c]. quia initio gentes singulæ ab uno aliquo viro defluxerunt [d]. Alloquitur hîc vel, 1. 12 Tribus*: vel, 2. 10 Tribus; quibus concedit, quod illi jactabant, eos quidem esse populum illum electum, sanctum Abrahæ genus, quos Deus redemit, quia eorum major pars erant [f]. ¶ *Eduxi*, &c.] Mutatio personæ, pro, *eduxit*, &c [g].

2. *Tantummodo vos cognovi*] Ità Calv. &c. i. e. elegi, nempe in populum peculiarem [h]: vel, curavi, acceptos habui [i]. Ità יָדַע sumitur Psalm. 1. ult. & 76. 2[k]. Nah. 1. 7[l]. Vel, *agnovi*, Pi. *agnoveram*, JT. G. pro meis, Exod. 19. 5. Deut. 4. 20[m]. Subaudiendum hîc est aliquid, *& tamen defecistis à me: idcirco*, &c[n]. Sed præstat sine subauditione accipere; q. d. Nè miremini quòd ità vobis interminer: vos enim delegi [o]. ¶ *Idcirco visitabo*, &c.] Graviorem pœnam meretur qui ad cætera facinora ingratum addit animum [p]. Quos amo diligentiùs castigo, & vel levissimas offensas ab eis exigere soleo; ut vos in viam revocem, nè pereatis. Gentes, sive reprobos, non ità curo, suo tempore simul & semel eos perditurus: unde eos hîc florere sino, &c [q]. Notos, si delinquant, punimus; alienos negligimus [r]. Rex domesticis suis, qui ejus voluntatem sciunt, graviùs succenset quàm externis †.

3. *Numquid*, &c? הֲיֵלְכוּ שְׁנַיִם יַחְדָּו בִּלְתִּי אִם נוֹעָדוּ] *Numquid ambulabunt* (vel, *ambulaturi essent*, JT. Pi. vel, *eunt*, Ti. *irent*, Sy. *faciunt iter*, Ca. sic Ch. Me. Tar.) *duo pariter*, vel *simul*, vel *unà*, Mo. P. Ti. JT. &c. *nisi convenerint?* Mo. P. Mer. sic Sy. JT. Pi. inter se [t]; animo & corpore [v]; in certo loco: nam simul ire non possunt nisi simul sint [x]. Nisi tempus & locum sibi condicant [y]? Vel, *si non coadunati fuerint?* M. vel, *inter quos de hoc non sit conventum?* Ti. vel, *quin sint conjuncti?* Ca. nisi concordes sint [z]? Vix fieri solet ut duo homines fortuitò concurrunt ob aliquod negotium, aut temere longum iter unà conficiunt, nisi priùs tempus, locum, aliásque circumstantias, condicant & præscribant: id quod יָעַד significat [a]. [Sed quò spectat hæc similitudo?] Ut hæc vera sunt, [hæc sc. similitudo & sequentes;] sic verum est, civium calamitatum authorem esse Jovam [b]. Al. Vestri mores cum meis non congruunt: ideo non potest durare nostra societas [c]. Significat, se velle ipsos deserere, quia sibi cum eis non conveniat, nempe ob peccata, &c [d]. Priùs vobiscum ambulavi *, ut pater & maritus [f], cùm signis aspectabilibus, cum reipsa & opere [g]; vos autem, me relicto, defecistis ad idola [h]: quare non ambulabo vobiscum, nisi ut judex & hostis, ut leo cum præda, auceps cum ave, &c [i]. Non ampliùs mihi convenit vobiscum, quin ut leo futurus sum vobis, &c [k]. Vultísne ut vobiscum ambulem? ut vobis benedicam? Cur mecum igitur non ambulatis? cur mihi non respondetis [l]? Sed hoc coactum [m]. Al. Hostes concorditer non ambulant, cùm animo dissideant; neque simul gradientur qui in itinere se non conjunxerint: sic nec Prophetæ unâ voce contra vos prophetarent, si Spiritus meus illis non esset conjunctus, aut si vanum esset quod prædicant [n]. Confirmat doctrinam suam, quòd non solus hanc pœnam denunciaret illis, sed & collegæ sui, Jesaias & Michæas: non ergò hoc accidit ex compacto, sed arcana est consensio Spiritûs Sancti [o]. Non malè hoc congrueret, nisi quòd postea non accommodat in illum finem hanc similitudinem [p]. Al. Securi jam multi erant, ut constat ex Amos. 6. 1, 3. nec putabant Deum misisse Prophetas ad mala denuncianda; confer 1 Reg. 22. 18, 24, 27. Jer. 43. 2. Contra hoc hominum genus vocationem suam asserit [hâc] similitudine, summúmque inter Deum & Prophetas consensum arguit, & quòd illi à se nihil, sed à Deo duntaxat accepta, loqui possent, cùm eum ad omnia quæ loquerentur quasi præsentem haberent comitem. Exod. 4. v. 12. *Adero ori tuo*. Vide v. 7, 8. vide & Jer. 1. 8. Matt. 10. 20 [q]. Nisi Prophetis cum Deo conveniret, non possent prædicere quæ certò eventura sunt. Nam futura solus Deus novit [r]. Quia dixerat suprà, eos interdixisse Prophetis nè vaticinarentur: nunc vult eorum autoritatem & consensum cum Domino ostendere, eósque non casu aut de corde suo hæc prædixisse, sed à Domino; nec eos posse non illa dicere populo quæ ipsis instillat Dominus; ac nihil mali Israelitis accidere quod non priùs per suos Prophetas prædixerit Dominus †.

[a] Tar. [b] D. ex V. Mer. ex K. [c] D. [d] Mer. * G. [f] Calv. [g] V. sic Mer. [h] Mer. D. V. [i] Mer. [k] Tar. [l] D. [m] G. [n] V. [o] Mer. ex AE. & K. [p] G. sim. Calv. [q] Mer. [r] D. † Mer. [t] Tar. [v] M. [x] D. [y] Tar. [z] G. [a] Mer. [b] Ca. [c] G. [d] Pi. * Jun. Tar. [f] Tar. [g] Jun. [h] Tar. [i] Tar. ex La. [k] Jun. [l] Q. in Calv. [m] Calv. [n] M. sim. V. [o] Q. in Calv. [p] Calv.

4. *Numquid rugiet* (vel, *rugiturus esset*, JT. Pi. vel, *rugit*, i. e. rugire solet [t],) *leo in saltu*, (vel, *sylva*? Mer. Pi. &c.) וְטֶרֶף וגו' *nisi habuerit*, &c.] *Et præda non est ei?* Mer. sic Mo. &c. vel, *ut non obveniat ei præda?* G. vel, *si præda nulla adesset ei?* JT. Pi. Leo non solet vehementer rugire, nisi cùm videt prædam in quam protinus irruat [v]. Vide Esa. 5. 29. Jer. 2. 15. Ezec. 22. 25 [x]. Sic, inquit, minæ meæ non frustrà erunt [y]; sed aliquid est quod Deum huc impellit, præda scilicet parata, i. e. populi peccata, quæ puniturus est [z]. Non temere Prophetæ mala futura prædicunt. Contra eos qui dubitaverunt de certitudine minarum, c. 6. 3. disputat h. l. tribus similitudinibus, &c [a]. q. d. Si comminatur Deus, nonne supplicium sumet [b]? מִמְּעוֹנָתוֹ] *De habitaculo* (vel, *lustro*, Ti. JT. Pi.) *suo*, Mo. P. M. sub. *egressus*, P. Ti. ¶ *Nisi*, &c? בִּלְתִּי אִם לָכָד] *Nisi apprehenderit?* Mo. P. vel, *ceperit?* Mer. sic Pi. *rapuerit?* ο'. *capturus esset?* JT. *ut non apprehendat?* G. sub. *aliquid*, G. ο'. vel, intellige prædam [c]. *Nisi sit quod capiat?* BA. 1. 729. *quando nihil cepit?* M. *quum nihil prædæ cepit?* Ti. *quin prædam habeat?* Ca. Quia Israelitæ Prophetas incusabant quasi malorum prædictione delectarentur, docet se vi quadam θεηλάτῳ (*divinitus immissâ*) ad id adigi, nec potuisse defugere. Si enim leonis rugitu omnes moventur, quantò magis Dei mandato Ministri ipsius moveri debent? Confer Jer. 20. 9 [d].

5. *Numquid cadet* (i. e. cadere solet*) *avis in laqueum terræ* (i. e. humi tensum [f]; vel, in *terra* dispositum, P.) *absque aucupe?* ità ο'. Sy. Ar. vel, *nullo imminente ei aucupe?* Ch. וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ] *Et laqueus non ei?* Mo. P. sub. *erit*, P. q. d. & non capietur*? *quem non posuerit auceps?* Ti. *cui auceps non insidiatur?* M. *quin sit ei tendicula?* Ca. sim. D. *si laqueus non adesset ei?* Pi. sim. JT. *& non est*, vel, *quin sit, ei*, i. e. avi, *offendiculum?* quo irretiatur. מוֹקֵשׁ τοῖς ο'. & Hier. est nomen Tóar, *auceps*, illaqueator: sed præstat ut sit nomen rei, *illaqueatio* [g]. Fortasse sensus hujus loci est, *An cadet avis propter laqueum in terram, nisi laqueus sit ei?* i. e. Quum avis sursum volatura impeditur à laqueo, & ab eo premitur, ut in terram cadere cogatur, nonne id certum signum est eam jam teneri laqueo? Sic tu, Israel, quandoquidem jam in casu es, collige indè te jam laqueo Divini judicii implicatum †. ¶ *Numquid auferetur laqueus de terra*, הֲיַעֲלֶה וגו'] *An ascendet laqueus*, &c? Ascendit laqueus cùm tollitur [h]. *An elaturus esset auceps laqueum*, &c? JT. Pi. *Num, inquam, recedet laqueus*, &c? *Ascendere* Hebræis sæpe pro evanescere & recedere sumitur [i]. ¶ *Antequam*, &c? וְלָכוֹד וגו'] *Et capiendo non capiet?* P. Mo. vel, *cepit?* Mer. vel, *si prorsus non cepisset?* Pi. sim. JT. vel, *si nihil ceperit?* V. sic Mer. Non solet auceps tensum laqueum priùs auferre quàm aliquid ceperit [k]: neque enim laborem perdere vult [l]. Sic nec hostes abscedent nisi rebus confectis [m]. Hoc vult, q. d. Procurabo vobis hostiles insidias, eísque successum dabo [n]. Non poteritis eripi ab *offendiculo*, i. e. hoste quem decrevi mittere in vos: non enim recedet à vobis donec ulciscatur se de vobis [o]. *Auceps* hîc est Deus [p]: *laquei ejus*, pœnæ quas irrogat; vel, hostes quos excitat [q], Assyrii & Chaldæi [r]: *aves*, ii quos punit. Sensus prioris membri, q. d. Sic vos in judicia Domini & prædicta supplicia non incidetis, si nihil sit in vobis propter quod Deus vobis comminatur, i. e. nisi peccaveritis. Sensus posterioris, q. d. Ubi Dominus aliquid per Prophetas prædixit, & decrevit puniendos homines, non priùs flagra sua retrahet quàm judicia sua impleverit, &c †. Al. Sensus loci est, Ut aves in laqueum non cadunt temere & fortuitò, ità nec homines in mala: non temere hæc denunciant Prophetæ, sed jussu Dei. Unde non est quòd de eventu eorum dubitetis, aut vos evadere posse speretis [r]. Propterea Deus hæc prædicit & efficit, ut sciatis hæc non

[q] Liv. [r] D. † Mer. [t] Mer. [v] BA. 1. 3. 2. 729. sim. [x] BA. ib. [y] G. sim. Mer. [z] Mer. [a] Liv. [b] V. [c] Mer. [d] BA. 1. 3. 6. 769. * Mer. [f] Mer. sic D. Pi. Tar. * V. [g] Mer. † Di. [h] D. [i] Mer. [k] Mer. sim. Calv. [l] Calv. [m] G. [n] Pi. [o] V. [p] G. Mer. [q] Mer. [r] G. † Mer. [r] D.

non fortuitò evenire, sed sapientissimâ Dei providentiâ[v].

6. *Si*,&c. אִם יִתָּקַע וגו׳] *Nam clanget* (vel, *clangetur*, h.e. clangitur, clangi solet[x],) *cornu* (vel, *tuba*, nempe de specula in hoc constituta[y]: vel, *buccinâ*, Mer. D. Pi. בְּשׁוֹפָר, pro שׁוֹפָר[z]. Clangore scilicet extraordinario, qui fiebat alieno tempore[a], vel belli tempore[b], quando indicabat adventantem hostem[c]: alioquin clangebant tubâ & in feriis ac in jubilæo*. *in civitate*, Mer. aliqua scil. neque enim certam & notam urbem designat, quia dicit בְּעִיר, non בָּעִיר[d]. ¶ *Et populus non expavescet?*] Ità D. sim. M. Pi. Ti. &c. vel, *non accurrit?* D. sic Tar. ut consilia conferant, & venturo malo occurrant *. חרד hoc sensu sumitur 1 Sam. c. 16. v. 4. 2 Reg. 4. 13. Hos. 11. 10[f]. q. d. Omnes tunc commoventur, & præparant se ad arma. Sic sanè ad vocem Prophetæ, quem velut speculatorem constitui, ut præmoneret vos de impendentibus pœnis nisi resipiscatis, oportuit vos contremiscere, & vitam emendare[g]. At ego clamo, & tamdiu nemo est qui commoveatur. Hæc non sic abibunt[h]. ¶ *Si*,&c? אִם תִּהְיֶה וגו׳] *Anerit malum*, &c? JT. Pi. G. q. d. Minimè: non sine Deo hæc fiunt[i]. Hìc docet quò hæ omnes similitudines pertinerent[k]. Ad *malum* culpæ hoc trahi possit, quod Deus *facere* dicitur, sicut dicitur *obdurare Pharaonem*, *decipere Ahabum*, &c. non quòd Deus operatur mala, sed quòd permittit ea fieri[l]. Sed *malum* pœnæ hìc intelligitur[m], non culpæ, ut apertum est[n]; neque enim de peccato hìc agitur *. Afflictio, vel calamitas[o]. *Malum* vocat, pro communi nostro loquendi more, quicquid nobis adversum est, ut Esa. 45. 7[p]. q. d. Omnium quæ eveniunt vobis author est Deus, quæ prædicunt vobis Prophetæ à Deo moniti[q]. Providentiam Dei asserit contra eos qui malarum rerum eventum fortuitum putaverunt[r].

7. *Quia non faciet*, &c.] Fut. pro præs. *facere solet*, &c†. *Atqui non facit*, &c. G. ¶ *Nisi revelaverit secretum* (vel, *consilium*, D. ut Th. vertit סוד Prov. 15. 22[t]: vel, *arcanum*, Mer. D. &c.) *suum* (quod arcanum erat apud Deum[v], antequam patefieret[x]: quin etiam revelatum, quoad causam castigationum & modum effugiendi, arcanum adhuc sæpe manet[y]. *Arcanum* vocat, quia, dum puniuntur homines, perplexi hærent & obstupescunt[z].) *ad servos suos*] Non temere addit, *servis suis*[a]; q. d. iis qui voluntatem ejus expedire coguntur, Ezec. 9. 11[b]. quorum ad hanc rem utitur operâ, & illi injunctum sibi munus negligere nec audent nec possunt[c]. Immeritò itaque cum iis rixabantur impii, 1 Reg. 18. 17. &c[d]. Sensus, q. d. Causari non potestis vos non præmonitos *. Duplicatur populi culpa, dum ad minas non resipiscunt[f].

8. *Leo rugiet*, (vel, *Si leo rugiat*, V.) *quis non timebit?*] Timent & homines, & cæteræ animantes[g], quæ, licèt per celeritatem alioquin effugere possent[h], leone tamen rugiente tremunt, & fixo gradu se movere non possunt[i]. Comparat Deum leoni, cui nullus resistere potest[k]. ¶ *Dominus*, &c.] Ubi Deus loquitur, id est, imperat[l]. ¶ *Quis non prophetabit?*] Vel, *prophetet?* Pi. Ex iis, scilicet, quibus Deus prophetiam committit[m]. Quis audeat detrectare imperium[n]? Malè id cessit Jonæ[o]. Vide 1 Cor. 9. v. 6. Nam si leonis ira timenda est, quantò magis Dei[p]? Quomodo ergò Prophetis interdicitis nè vaticinentur[q], quasi in eorum potestate situm sit nè vaticinentur[r]? Vide suprà cap. 2. v. 12. vide & Act. 4. 20. & 5. 29†. Cur mecum jurgatis? Non fingo revelationes, sed ex mandato Dei loquor, eíque obedire cogor[t]. Hoc itaque ad Prophetas pertinet, etsi ad populum quoque referatur, quem timere oporteat audito Domino, id est, Prophetâ per quem ille rugit[v]. Chald. sic exprimit, *Quis non acceptabit* (vel, *recipiet*, Ch. in Mer.) *prophetiam*[x]? Quod de Propheta, non de populo, accipe: q. d. Quis non admittet & suscipiet munus Prophetiæ sibi à Domino demandatum? Nemo sanè, nisi imprudens & non sanæ mentis. Velut invitus punit Deus: ideo homines ante pœnas præmonet per Prophetas aut alios[y].

9. *Auditum facite* (vel, *Promulgate*, P. D. Pi. &c. *Annunciate*, D.) *in ædibus* (vel, *in palatiis*, D. Pi. sim. Mer. &c. vel, *palatiis*, D.) *Azoti*] i.e. Palæstinæ, cujus Regia erat Azotus[z]. Vos Prophetæ, convocate Philistinos, quorum manibus toties hunc populum eripui†. ¶ *Et in ædibus* (vel, *palatiis*, Mer. D. &c.) *terræ Ægypti*] Convocate & Ægyptios, à quorum terra eos in libertatem vindicatos abduxi[a]. Apostrophe ad Regulos Palæstinæ & Reges Ægypti, juratos Israelis hostes. Hujus contrarium, *Nè indicate in Gath*[b]. Quia Israelitæ noluerunt judicio Dei se submittere, constituit ergò eis Ægyptios & Idumæos [diceret, & Philisthinos] judices[c]. Hos testes appellat scelerum Israelis, &c[d]. Invitat alienigenas ut cognoscant æquitatem judiciorum Dei in eos, quorum corruptissimos mores ipsi si viderint, horrerent indubiè, eósque damnarent. Propterea nihil hìc dicit de idololatria, quæ illis cum gentibus communis erat; sed de aliis sceleribus, ut rapina, &c. Dicit, *in palatiis* horum Regum sive Principum, quia illò magna turba confluit *, & indè facilè ad alios fama dimanaret, qui, videntes ista, testari poterunt de justo Dei judicio, cùm de hac gente pœnas sumet[f]. Israelitæ superbè gloriati sunt de sua prærogativa. At, inquit Deus, cogemini audire sententiam incredulorum, qui eundem vobiscum sustinent reatum[g]. Advocate, inquit, Ethnicos judices ex Ægypto & Palæstina, ut videant vestras cædes, &c. & ipsi vos damnabunt: & quantò magis culpabiles eritis coram judicio meo[h]? ¶ *Congregamini* (vel, *Colligite vos*, D. Pi. *Convenite*, Mer.) *super* (vel, *ad*, sive *in*, D. Mer. Pi.) *montes Samariæ*] *Samaria* hìc est nomen vel, 1. montis, ut 1 Reg. 16. 24. Dicit autem *montes*, pro, *montem*, ut doctè Græci explicant, ἐπὶ τὸ ὄρος, &c. *super montem*, &c. Sic, *montes Sion*, in odis Davidis, &, *montes Idæi*, apud Lucretium. Dicit autem *montes Samariæ*, ut, *flumen Euphratis*, *urbs Romæ*, &c. Vel, 2. totius regionis, ut 2 Reg. 17. 24[i]. vel urbis[k]; quæ erat Israelis metropolis[l], 1 Reg. 16. 32. & 2 Reg. 6. 19. super montem cognominem ædificata, 1 Reg. 16. 24. & Jo. Ant. 8. 12[m]. Invitantur externi ad visendum eam & scelera ejus; quæ in magnis urbibus majora esse solent. Dicit, *super montes*, ut ex illis faciliùs videant quæ intra urbem fiunt[n]. Montes Samariæ vult esse instar theatri, vel potiùs tribunalis, ubi Ægyptii, &c. sederent in excelso loco, unde facilè viderent eorum turpitudinem. Alludit ad situm regionis. Nam quum Samaria sita esset in planitie, ubi sese latère putabant; in circuitu tamen montes erant, unde eos conspicerent[o]. ¶ *Videte*] Vel, *Videbitis*; imperat. pro fut. ut sæpe[p]. Ut ex hoc spectaculo voluptatem capiatis. Ampla enim vobis exsultandi materia erit ex tantis invisi populi sceleribus visis, à quibus diu vindicta Divina non abfuerit[q]: nam *Noxa caput sequitur*[r]. ¶ *Insanias*, &c.] Videte quomodo quod mihi debent adscribant idolis †. ¶ מְהוּמֹת וגו׳] *Contritiones multas*, &c. Mo. P. *tumultus*, &c. M. Ti. D. Mer. sic Sy. *conturbationes*, &c. Ch. *vexationes*, &c. JT. Pi. *oppressiones*, &c. V. ο'. hìc habent, θαυμαστὰ, *mira*, [quos Ar. sequitur;] quasi innueret strepitus & incursus admirandos, seu irruptiones in pauperes[t]. הום *vexavit*, *turbavit*, Deut. 7. 23. unde מְהוּמוֹת emphaticè designantur illi tumultus in quibus miserè vexantur, cùm ipsi homines inquieti eos excitantes in mala conscientia sua, tum alii ab iis porrò divexati[v]. ¶ *Et*, &c. וַעֲשׁוּקִים וגו׳] *Et oppressos*, &c. Mo. P. JT. Pi. Mer. D. nempe per calumniam[x], & per vim[y]. Prophetas ipsos vi oppressos intra ipsam Samariam[z]. Al. & *oppressores*, &c. Ch. & *oppressionem*. &c. ο'. Sy. sim. Ar. & *quod calumniam passi sunt multi in medio ejus*, M.—*sunt in ea qui vim & calumniam patiuntur*, Ti. [Ca. hoc membrum cum præcedente sic reddit, *quot in ea turbæ*, *quot injuriâ oppressi*.]

10. *Et nescierunt* (vel, *non curârunt*; sic enim ידע sæpe sumitur[a]:) *facere rectum*] Sub. *opus*, V. nè semel quidem[b]. Adeò corrupti sunt moribus[c]. q. d. Quid ego vos invito ut visatis quot in ea sint oppressi, &c? imò verò nemo ibi est qui vel unam rem rectam sciat facere, i.e. qui possit aut velit, aut cui placeat, quicquam rectè agere. נְכֹחָה fœm. loco neutr. ut passim in Heb. subauditur דֶּרֶךְ *via*[d]. ¶ *Thesaurizantes iniquitatem* vel, *rapinam*, V. *violentiam*, Mer. D.) & *rapinas*, וָשֹׁד] *Et vastitatem*, V. Mer. D. &c. Intellige activè *; opes partas per vim & injuriam[f], & vastationem pauperum[g]. Metonymia[h], ut Prov. 10. 2[i]. Doctè שׁוד ταλαιπωρίαν passivè vertunt ο'. *miseriam* & ærumnam pauperum, i.e. opes coacervatas ex pauperibus, quos fortunis everterunt, & ad summam inopiam redegerunt[k]. ¶ *In ædibus* (vel, *palatiis*, Mer. D. &c.) *suis*]

sitis] Replent palatia sua rapinis, furtis, & hujusmodi [l]. Invidiosè hoc dicit, quasi superbas ædes ex pauperum sanguine & bonis excitent [m].

11. *Propterea*, &c.] Subditur pœna tali oppressione digna [n]. ¶ *Tribulabitur*, &c. צַר וּסְבִיב הָאָרֶץ] *Tribulatio*, (vel, *Angustia*, D. *Angustiæ*, Ti. *Tribulator*, V. *Hostis*, M. Pi. sim. Mer. sub. *veniet*, vel *aderit*, Mer. Pi. M. sic D. vel, sub. *tibi erunt*, Ti. צַר quidem semper est Tóar: sed nunc de hoste dicitur, & est, *arctator*; nunc signific. *arctum*, sive *angustum*, i. e. substantivè, angustiam, arctationem [o].) *& circùm terram*, Mo. vel, *& in circuitu terræ*, P. vel, *idque undique in terra*, Ti. vel, *& quidem cingendo hanc terram*, Pi. *&* in *circuitu terræ ipsius*, sub. *positurus est castra*, V. vel, *& obsidebit per circuitum civitatem*, M. [τὸ *civitatem* nescio quo pacto irrepsit, ut puto, pro, *terram*.] Utitur oratione concisâ, more iratorum [p], quibus ex affectu frequens est aposiopesis [q]. [Alii verba aliter reddunt.] *Premetur obsessa terra*, Ca. Vertas commodè, *Hostis circùm terram tuam veniet*; Assyrius terram Israelis, Chaldæus Judæam [r]. *Tribulatio gravis erit in terra*, Ch. *Angustia circumdabit terram*, Sy. *Hostis, etiam qui circumstat hanc terram*, JT. i. e. Inimicus tuus, administer judiciorum Dei, neque tantùm extraneus, sed etiam domesticus, qui intra terminos tuos habitat, comparatus est ad perdendum te: nam Israelitæ primùm intestinis bellis attriti, deinde exteris profligati, sunt. Vide 2 Reg. 15. & 16. & 17 †. ¶ *Et*, &c. וְהוֹרִיד וגו'] *Et dejiciet* (i. e. detrahet, scilicet adversarius jam dictus [t]: vel, *Qui dejiciet*, D.) *ex te* (vel, *abs te*, G. Mutat numerum & personam, Samariam vel congregationem Israelitarum compellans genere fœmineo [v].) *robur tuum*, Mer. G. &c. vel, *te robore tuo*, Mer. D. Per *robur* hìc intelligit, vel, 1. opes [x]; quas sic vocat quia vim & potentiam ad res agendas afferunt, teste Euripide [y]; & quia in eis situm est robur hominis [z], vide & Prov. c. 10. v. 15; & quia in eis robur & fiduciam suam collocabant [a]: vel, 2. munitiones [b]: vel, 3. omne id in quo præsidium collocabant [c]. ¶ *Ædes tuæ*] In quibus congestos habes thesauros injustè partos [d].

12. *Quomodo si eruat* (vel, *Quemadmodum eripit*, vel *eripere solet*, V. Pi. &c.) *pastor de ore leonis* (*Leonis* meminit, non *lupi*, tum quòd leones lupis ibi frequentiores essent; & audebant interdum pastores, maximè congregati, leones aggredi, illisque resistere [*]: tum quòd rariùs [f], & difficiliùs ac majore cum periculo, quid eripitur leoni quàm lupo [g].) *duo crura aut*, &c. אוֹ בְדַל אֹזֶן] *Aut auriculam*, Ca. *vel tenerum* (vel, *extremum*, P. ό. Sy. Ch. *particulam*, JT. Pi. *auriculam*, Ar. *cartilaginem*, M. *lobum*, BA.) *auris*, Mo. &c. vel, *auritam*, JT. בְּדַל in ove est quod in homine תְּנוּךְ, Exod. 29. 20. & passim in Levitico. בְּדַל propriè est, *portio*; ut verbum בדל in Hiphil est, *dividere*. Aliis ב est servile, & referunt ad דַּל, ut sit, *tenerum auris*: Ità Kimhi. Sed constat ב esse radicale [h]. Fortè בְּדַל est septum quod mediam aurem quasi dividit; nam הִבְדִּיל, *divido* [i]. Ἐργασία hæc est denunciationis præcedentis per similitudinem ex arte sua petitam [k]. *Ut pastor*, &c. qui hæc in testimonium ovis discerptæ affert suo domino, nè rependat, Genes. 31. 39. Exod. 22. 13 [l]. [Sensus loci est,] Sicut fieri non potest ut quis audeat esuriente leone ex ore exsculpere prædam; nihilo magis fiet ut Israelitæ hostiles manus evadant [m]. ¶ *Sic eruentur filii Israel*] Scilicet, è manibus militum Assyriorum [n]. Non totum, inquit, devastabitur Regnum, sed reliquiæ aliquæ manebunt: *ut pastor*, &c [o]. Verùm non est consilium Prophetæ mitigare rigorem præcedentis comminationis, sed continuat suam sententiam, quòd, scilicet, populus diripietur, & hostes instar leonum erunt, quibus resistere non poterunt; &, si quid salvum erit, hoc fiet miraculo, acsi pastor leoni eriperet, &c [p]. Significat hìc nonnullos ex Israelitis per immensam Dei bonitatem evasuros [q]; sed admodum paucos [r], (ut minimum quid leoni ovem discerpenti eripit pastor †,) atque eos ignobiliores & viliores, (quos hostis interficere non dignabitur, auriculas v. g. aut crura, quæ, utpote nullius momenti, ipse leo penè relicturus esset [t],) idque summâ difficultate [v]. ¶ *Qui habitant* (vel, *desident*, JT. Pi. Heb. *sedent*, convivantes scilicet [x],) *in Samaria* (metropoli [y], vel provincia [z],) *in plaga*, &c.

[l] V. [m] Mer. [n] Mer. [o] Idem. [p] Mer. sim. V. [q] Mer. [r] G. † Jun. [t] Mer. [v] Idem. [x] Mer. Liv. D. &c. [y] Liv. [z] D. [a] Mer. [b] Mer. sim. D. [c] Mer. [d] D. [*] Mer. [f] Tar. [g] D. [h] BA. 1. 2. 45. 494. [i] D. [k] Jun. [l] Tar. [m] G. [n] Pi. [o] M. [p] Calv. [q] Mer. [r] Mer. sim. Tar. Mc. † Mer. [t] Me. [v] Pi. [x] Idem. [y] Mer. [z] D.

בִּפְאַת מִטָּה וּבִדְמֶשֶׁק עָרֶשׂ] *In angulo* (vel, velut *in angulo*, Glas. rhet. p. 490. vel, *in latere*, JT. Pi. Liv. vel, *in extremitate*. τὸ פְּאַת utroque modo accipitur. Exteriores autem lecti partes sunt ejus latera; quæ Horatius ob eam causam *extremam spondam* dixit; *Manum puella suavio opponat tuo, Extrema & in sponda cubet*. Otiosos hìc & securos notat, qui ad latera & exteriores partes lecti interdiu dormiturientes securè quiescere solebant, Amos. 6. 1, 4 [a].) *lecti*, Mo. P. Mer. &c. Al. *in angulo* loci qui *Mitta*, i. e. *lectus*, vocabatur. Fortè platea erat ejus nominis, ubi paucissimi, ut videtur, habitabant [b]. [Sequentia variè accipiunt. בִדְמֶשֶׁק alii propriè, alii appellativè, sumunt: hinc variant.] Nomen דַּמֶּשֶׂק quin sit hìc urbis Damasci proprium nihil dubito. Et sic accipiunt ό. Ch. [item Sy. Ar.] RS. & Hi. & Calv. & Mer [c]. Obj. At *Damascus* scribitur דַּמֶּשֶׂק, cùm hìc sit דְּמֶשֶׁק [d]. Resp. Utrumque potuit esse urbis nomen, quæ etiam דַּרְמֶשֶׂק dicitur. Nec authoritas eorum qui puncta addiderunt quenquam obligare debet, si commodior sensus se offerat [*]. [Verba itaque sic reddunt:] *& in Damasci grabato*, Q. in D. Forsan locus Samariæ sic dictus est [f]. *Et in sponda Damasci*, Ti. vel, *& in Damasco, strato*, vel, in *strato*, Mer. vel, in *grabbato*, M. D. repetito ב ex præced [*]. vel, tanquam in *strato*, Mer. sim. Calv. ut priùs dixerat, *in Samaria in angulo*, i. e. tanquam in angulo, *lecti* [g]. Vel, *& Demasci* in latere *spondæ*, repetito בִּפְאַת ex priore membro, ut sæpe fit [h]. [Ca. locum sic reddit,] *in cubilium spondis, & lectis Damascenis*. qu. d. Molliter & delicatè vivunt, ut infrà 6. 1 [i]. [Sed quorsum hìc *Damasci* mentio? Id non uno modo expediunt.] Capio de Israelitis qui Damasci habitabant. Quamvis Syri simul vapulârint [k]. Vocat *angulum lectuli* Samariam, & *lectum* ipsam Damascum; quòd major pars Israelis habitaret in Regno Damasceno quàm in Samaria. Illic enim tutiores se esse contra hostes sperabant: sed fefellit eos opinio eorum [l]. Refertur hoc vel, 1. ad tempora Pecah & Resin, quando Damascenis Israelitæ innitebantur, & cum eis Ahazum petierunt, 2 Reg. 16. Esa. 7. quod hìc prædicitur [m]. Verùm tempore Pecah non vixit hic Propheta, quantum ex titulo Prophetiæ ejus licet colligere. Vel, 2. ad tempora Jeroboam, sub quo hic Propheta est vaticinatus, qui multas urbes amissas (ut refertur 2 Reg. 14. 25.) Israelitis restituit, & Judæis etiam Damascum, & Hamath, i. e. Antiochiam. Itaque tunc quum Damascus in ditione Judæorum esset, licuit Israelitis ibi assiduè versari, & ibi deliciis indulgere. Sensus ergò erit, *Sic evadent filii Israel qui habitant in Samaria in angulo lecti*, i. e. quæ est illis tanquam angulus lecti, ubi scilicet suaviter & molliter quiescant, omni voluptati indulgentes, *& in Damasco in strato*, qui, inquam, in Damasco agunt non secùs ac in quodam *strato* summâ mollitie & suavitate; qui hodie, Samariæ potentiâ & Damasci præsidio (quam recèns Jeroboam receperat) freti, securè vivunt & molliter, velut in lecto jacentes. Hi, inquam, hodie ità molliter & effœminatè viventes tum Samariæ, tum Damasci, in tantam angustiam redigentur, ut paucissimi evadant. Significat enim aliquos evasuros discrimen Assyriorum, ut qui sese in Regnum Juda receperunt. Hæc verba non refero ad illud יִנָּצְלוּ, quasi qui in Damasco velut latitârunt sint ab hostibus eripiendi. Quomodo enim ibi tuti essent, quum Damascus paulò antè ab Assyriis capta fuerit? Tum enim non fuit ditionis Judaicæ Damascus, sicut nec quum abductæ sunt decem Tribus [n]. Optimâ ratione unà cum calamitate Samariæ memoratur clades Damasci, quia eodem ferè tempore, 2 Reg. 16. & 17. propter eandem causam, nempe quòd junctis operis Reges Israelis & Damasci Judæam invaserant, 2 Reg. 16. 5. Esa. 7. 1. & ab eodem hoste, utriusque desolatio facta est. Propterea similiter horum populorum vastatio ab Assyriis futura conjunctim declaratur, Esa. 8. 4. item 17. 3. Plenior loci sententia hæc est, *Sic liberabuntur Israelitæ Samariæ in extremitate lecti, & Syri* (vel, *Damasceni*) *Damasci ad spondæ latera, desidentes* [o]. [Alii דְּמֶשֶׁק appellativè sumunt, & verba sic reddunt;] *& in angulo* (vel, *crure*, JT. Pi. Tar. i. e. pede [p]; vel, *latere*, Glas. rhet. pag. 490.) *strati*, vel *grabati*, Mo. P. vel, *spondæ*, JT. Pi. Tar. vel, *in sponda cubilis*, sive *strati*, Q. in Mer. Idem hìc repetitur, more Hebræ-

[a] Liv. [b] D. [c] Liv. [d] Tar. Q. in Mer. [*] Mer. [f] D. [*] D. [g] Mer. [h] Liv. [i] Ca. [k] D. [l] M. [m] RS. & Jon. in Mer. [n] Mer. [o] Liv. [p] Pi.

Hebræorum: ut עֶרֶשׂ & מִטָּה idem valent, sic idem quoque significant פְּאַת & דְּמֶשֶׁק. Significat, eos vix tantùm evasuros qui, ægri in lectis seu lectorum angulis decumbentes, oculos hostium effugerint; vel, ut alii volunt, qui etiam sani post lectum latuerint [q]: vel, quibus non est lectus integer. Latendo, inquam, evadent pauci, & illi quidem qui jam periisse putantur [r]. Sensus loci, Pauci evadent ex illa captivitate, & hostis eos tantùm relinquet quos contempserit, quòd ægroti decumbant †. [Veteres locum sic reddunt;] *coram familia quæ est in Damasco*, Ar. *contra tribum, & in Damasco*, ο'. Pro עֶרֶשׂ [t], quod ad sequens comma referunt [v], ο'. habent, ἱερεῖς [x], quod à librariis [y], linguæ Hebraicæ ignaris [z], positum pro Ἀρὲς, quomodo ο'. scripserunt [a], vocem Hebræam relinquentes [b], & sumentes עֶרֶשׂ pro nomine proprio [c]. *Ares* vel loci nomen in Damasco [d], (sicut & præcedens מִטָּה *,) vel strati genus, intellexerunt [f]. Al. *baculo subitò, & populo Damasceno*, Sy. *in fortitudine potestatis, & in Damasco innitentes*, Ch. [Pro מִטָּה, legerunt ο'. Ch. Sy. Ar. מַטֶּה, ut res ipsa docet.] Pro עֶרֶשׂ, Chald. legit עֶרֶץ, sensu bono: *qui*, populus scilicet, *in extremitate virgæ*, i. e. in latitudine finium suorum, *& in Damasco se roborat*, id est, robustum putat. Israelitæ freti erant & magnitudine Imperii sui, & victoriâ Damascenorum ibi fœderatorum. Vide 2 Reg. 16. 5. Hæc nihil profutura ostendit Deus [g].

13. *Audite*] O Prophetæ [h], aut sacerdotes, aut alii quorum interest populum admonere. Audite primùm sententiam Domini quam in idololatras Israelitas ferat; deinde, ut sequitur, eam ipsis exponite [i]. ¶ *Contestamini*] Ità D. Mer. vel, *testimonio comprobate*, P. *testando prædicate*, V. *testificamini*, JT. Pi. Testatò hoc dicite, palàm & publicè [k]; ac velut testibus adhibitis de ea populum monete [l]: id enim signif. הָעִיד sequente בְּ [m]. ¶ *In domo*, &c.] i.e. Apud familiam seu posteros, &c [n]. Malim, *in domum*, &c. i.e. in decem Tribus. Potes, cum ο'. sine præpositione vertere, *Contestamini domum*, &c. i. e. Testificando in eos, & protestando, eos commonete de hac re, & de pœnis inferendis †. ¶ *Dicit Dominus*, &c.] Plura hîc colligit Dei nomina ut metum incuteret, & authoritatem conciliaret [o].

14. *Quia*, &c. כִּי וגו'] *Quoniam* (Malim, *Quod*, Mer. P. ut oratio pendeat: *Contestamini* —— *quòd* scilicet [p]. Vel, *Nam*, Pi.) *in die eum* (vel, *quo*, Pi. sic JT. Mer. &c. *quo tempore*, G.) *visitavero* (id est, puniam [q]: vel, *punire cœpero*, G. Mer. ex Hi. vel, per terræ motum prædictum; vel, per captivitatem sub Salmanasare [r]:) *iniquitates Israel* (Intelligit superbiam, crudelitatem, avaritiam, rapinam, & similia †.) *super* (vel, *in*, sive *contra*, JT. Pi. Mer.) *eum*, M. vel, *in se*, i. e. in corpore ipsius [t]. ¶ *Visitabo & super altaria Bethel*] Qu. Quæ altaria? Mox unius meminit [v]: & unum tantùm altare fuit Bethel, 1 Reg. 12. 32. & 13. 2 [x]. Resp. 1. Est enallage numeri; ut, *flumina Nili, montes Sion* [y]. 2. Plurali invidiosè utitur [z]. 3. Temporis progressu plura ibi altaria exstructa sunt [a], ut non obscurè colligitur ex 2 Chron. 34. 4, 5, 6. Hos. 8. 11. & 10. 1 [b]. Potuit unicum esse altare Vituli, & alia idolorum aliorum [c]. *Visitabo*, &c. Ne templis quidem parcam [d]. Putabant illi his piaculis reliqua omnia scelera purgari, & Deo satisfactum iri *. ¶ *Cornua*, &c.] Hæc propriè erant capitella quædam instar cornuum in altum porrecta in ipsius aræ angulis. Sed hîc latè sumi videntur, pro ipsis *angulis* [f]. *Cornua* memorat ut sanctiora, quæ sanguine victimarum aspergi solebant; & totius altaris firmamenta [g], quibus destructis altare subsistere nequit [h].

15. *Et percutiam* (*concutiam*, vel *evertam*, D.) *domum hyemalem cum domo æstiva*] Reges & potentes alii ad diversos cœli positus habebant domos, alias in quibus æstatem, alias in quibus hyemem, exigerent [i]: aut ædes suas ità exstruxere, ut loca quædam hyemi, alia æstati, commodiora haberent [k]. Vide Jud. 3. 20. Jer. 36. 22 [l]. Non tam hoc taxat, quòd ædes geminas haberent; quàm luxum & abusum, quòd ex fraude & rapina constructæ essent [m]. ¶ *Peribunt domus eburneæ*] Ad verb. *dentis*, elephanti scilicet [n]: sic enim absolutè dicunt [o], per excellentiam [p]. *Eburneas* vocat, non quòd totæ ex ebore essent [q], sed eburatæ, i. e. ebore ornatæ & obductæ [r], sive cælatæ †, vel tessellatæ [t]: quales à principibus viris ad magnificentiam comparabantur. Cicero in Paradox. *Qui tectis ebore & auro fulgentibus*, &c. Sen. in Thyeste, *Non fulget altis splendidum tectis ebur*. Sic, *purpurei* dicuntur tyranni, i. e. purpurati, Horat. 1. Carm. od. 35. &, *laquearia aurea*, id est, aurata, in Hor. & Virgil. Æn. 1 [v]. *Domûs eburneæ* mentio & 1 Reg. 22. 39. Psal. 45. 9. Ex ebore etiam fiebant *lecti*, infrà 6. 4. & *turres*, Cant. 7. 4 [x]. *Domos eburneas* invidiosè vocat illam quam Ahab exstruxit, cui alias ædes adjunxerat non eburneas [y]. Sed verisimile est & alios Reges Israelis exemplum illud sequutos esse [z]. ¶ *Ædes multæ*] Vel potiùs, *amplæ, splendidæ, magnificæ*, D. ex He.

CAP. IV.

1. *Vaccæ pingues*] Heb. *Basan*, Mer. V. D. G. &c. i. e. quasi ex Basanitide, ubi pinguissimæ boves [a]. Vide Deut. 32. 14. Psal. 22. 13 [c]. Sic vocat, vel, 1. matronas opulentas [d]: ut ostendunt participia sequentia, & illud אִשָּׁה v. 3. unde sequitur, bis in sequentibus הֵם scriptum pro הֵן *; & quia sequitur, *dicunt dominis suis* [f]. Proceribus antè exitium denunciavit; nunc eorum uxores aggreditur, *vaccis* propter lasciviam & superbiam collatas. Pinguiores enim juvencæ lascivire solent [g]. [Aliis hoc non placet:] 1. ob verbum masc. שִׁמְעוּ; 2. quòd hæ non quassent tenues in judicio [h]. Vel, 2. proceres Regni [i], nobiles & delicatos Principes Samariæ [k]: qui Regibus inferiores sunt, & Regni negotia sub illis administrant, & potestate suâ sæpe abutuntur, &c [l]. Hos *vaccas* vocat, vel, 1. quia vitulorum cultores erant [m]; vel, 2. contemptim, adimens illis nomen virorum [n], mollitiem & effœminatos eorum mores notans [o]: & *vaccas Basan*, quòd toti deliciis diffluerent, & in id tantùm incumberent, ut de pauperum sudore suaviter viverent [p]. De his postea loquitur modò masculinè, modò fœmininè, quòd, postquam eos vaccis comparâsset, modò ad has, modò ad eos, respiciat [q]. ¶ *In monte Samariæ*] Nam Samaria in monte sita erat [r]. ¶ *Quæ*, &c. הָעֹשְׁקוֹת וגו'] *Quæ opprimitis* (vel, *opprimunt*, Mer. Di. calumniâ propriè †,) *tenues*, JT. Pi. &c. Nempe, ad id faciendum operâ maritorum suorum abutuntur [t]. ¶ *Quæ dicitis* (vel, *dicunt*, Mer. &c.) *dominis* (vel, *principibus*, Ch.) *vestris*, &c.] Sic ο'. Sy. Ar. P. Ca. Mer. vel, *suis*, M. Ti. Mo. Mer. Liv. i. e. maritis; ut Gen. c. 18. v. 12 [v]. Sic Atticis maritus ὁ κύριος [x]. Vel, *illorum*, JT. Pi. Tar. sic D. Calv. i. e. potentioribus, qui domini sunt pauperum [y]: vel, exactoribus, quibus pauperes obærati erant, cum quibus colludere solebant Regis consiliarii & judices, ut pauperes opprimerent [z]. Vel, *dominis illorum*, scilicet, qui cum illis coram vobis litigant [a]. ¶ לַאֲדֹנֵיהֶם וגו'] *Domino*, i. e. Deo, *suo* [?]: ideo sequitur verb. sing. *Adfer*, &c. Arguuntur, 1. crudelitatis in pauperes: 2. profanæ luxuriæ, quòd non in aliud precibus suis Deum solicitent, quàm ut adferat quod bibant; quod & Jac. 4. 3. perstringitur [b].

2. *Juravit — in*, &c. בְּקָדְשׁוֹ] *Per sanctitatem suam*, Mer. JT. Pi. D. &c. i. e. Vel, 1. per cœlum, quod ei sedes sancta est [c]: vel, 2. per Templum suum [d]; quod hic opponit templis Israelitarum idololatricis *: vel, 3. per verbum suum [f]; per sacram suam majestatem [g], per sese [h]; *per sanctitatem*, quæ est Deus ipse. Confer Gen. 22. 16. Esa. 45. 23. & 62. 8. Jer. 44. 26. & 51. 14 [i]. Per animam suam [k], ut infrà 6. 8 [l]. Jusjurandum Domini est invariabile ejus decretum [m]. ¶ *Dies venient — & levabunt*, &c. וְנִשָּׂא אֶתְכֶם בְּצִנּוֹת] *Et* (i. e. quibus [n], vel, *quum*, JT. Pi.) *tollet*, vel *auferet*, *vos* (tollens scilicet, sic sæpe intellecto nominativo ejusdem verbi [o], nempe Dominus [p]: vel, sub. *hostis*, M. Pi. Mer. D. sic P. &c. vel, Deus per hostem [q]: i. e. tollemini, abripiemini; ut Esa. 8. 4. *tollet* — i. e. tolletur [r].) *spinis*, P. sic Mo. i. e. hamis qui ex spinis fiunt, quibus transfiguntur capita piscium, Job 41. 2 †: vel, *sentibus*, D. BA. 1. 668. Sed *spinæ* dicuntur masculinè צִנִּים [t], Prov. 22. 5. *Sentes* vocat catenas aut vincula quibus hostes captos constringebant & ducebant in exsilium: sic dicta, vel à forma, quòd ex ferreis constarent hamulis; aut quòd, sicut sentes, vinctos ad se traherent [v]. Al. *aculeis*, JT. Pi. i. e. hastis aculeatis, tanquam pisces grandes: confer Job. 41. 2. Ezec. 29. 4 [x]. Vel, velut pisciculi extrahemini ab hostibus,

stibus, nihil impediente vestrâ pinguedine aut fastu y. Vel, *naviculis*, M. vel, *armis*, Sy. sic o'. Ar. *lanceis*, Ti. *contis*, Vulg. quasi *venabulis*, sicut vulneratæ feræ auferri solent z: vel. *scutis*, Mer. ex Ch. ¶ *Et*, &c. וְאַחֲרִיתְכֶן בְּסִירוֹת דּוּגָה] *Et postremum*, sive *novissimum*, sive *extremum*, *vestrum* (i.e. plebeios a: vel, *finem vestrum*, o'. Ar. *qui vobiscum sunt*, Sy. *reliquias vestras*, Vulg. i.e. reliquos vestrorum b; vel, reliquias filiorum c: vel, *posteritatem vestram*, Mo. P. JT. Ca. Mer. Liv. D. ut אַחֲרִית sumitur Dan. 11. 4 d: vel, *filias vestras*, Ch.) *hamis* (vel, *in ollis*, Mo. Ti. vel, *cacabo*, Sy. vel, *in scapha*, Ch. vel, *spinis*, Mer. Liv. D. Quanquam סִירוֹת fœmin. magis *ollas*, סִירִים *spinas*, significat. Sed hîc *spinas* utrobique magis quadrare puto. Adde quòd *spinarum* nomen magis convenit hostibus infestis, ut Num. 33. 55 *.) *piscatoriis*, P. JT. Pi. D. vel, *piscationis*, M. *pisciculorum*, Ti. *piscis*, Mo. V. Mer. i. e. quibus pisces capiuntur & configuntur. q.d. Facillimè eos capient & abducent f. Vel, *piscatorum*, Ch. Sy. *Ollas* hîc vocat lembos sive lenunculos g, vel scaphas piscatorias, sive cymbas; quia factæ erant ad similitudinem ollæ h. Sanè דּוּגִית est, *scapha*: unde in Jure Ebræorum, quod Talmud vocant, *Qui vendit navem vendit* & דּוּגִית *scapham, navis asseclam*. Hujusmodi, inquit, navigiis hostis vos abducet quò volet i. סִיר k, atque etiam צִנָּה l, propriè *spinam* significat m, & quicquid spinis simile n; &, per metaphoram, *hamum piscatorium* o, qui forsan olim ex spinis (ut hodie ex ferro) fiebat p. Metaphora est à piscatoribus sumpta, quibus hostes comparari solent, Jer. 16. 16. Hab. 1. 15. Ut enim pisces hamis, ità victi ab hostibus olim uncis, i.e. ferreis instrumentis ad hamorum similitudinem incurvis, in captivitatem ducebantur. Vide Ezec. 19. 4 q. Similis locutio 2 Reg. 19. 28 r. Al. *in ollas succensas injicient, ferventes, pestilentes*, o'. vel, *qui comburunt, qui corrumpunt in lebetibus*, Ar. Hieronymus סִירוֹת דּוּגָה vertit, *ollas ferventes*, pisciculis scilicet; ut perstetur in metaphora *vaccarum*: ut sicut in eadem olla multi pisciculi sine ordine dum fervet volvuntur, sic illi confusè & miserè in captivitatem agantur, qui nunc ità obesi sunt & delicati. Significat eos vi belli & miserrimè abripiendos ab hoste †.

3. *Et*, &c. וּפְרָצִים תֵּצֶאנָה אִשָּׁה נֶגְדָּהּ] *Et* (vel, *Deinde*, Ti.) *interruptiones* (vel, *per rupturas*, P. M. Ti. JT. Pi. Mer. pro וּבִפְרָצִים: sæpe enim literæ serviles omittuntur t: subaud. *muri*, P. Vel, *per aperturas*, G. ex Vulg. non per portas v, sed per ruinas mœnium x, vel ab hoste factas, vel à vobis ipsis; per quas elabimini y, quando portas ipse hostis observabit z.) *exibitis* (sub. ô *vaccæ*, M. vel, *erumpetis*, Ti.) *unaquaque* (Heb. *mulier*, Pi. Sic loqui solent Ebræi a. Vox fœmin. respicit vaccas b.) *contra eam*, Mo. vel, *in conspectu suo*, M. *antrorsum*, Ti. *ante se*, P. *ex adverso sui*, Mer. *è regione sui*, JT. Pi. i. e. quo se habebit c, quæ primùm ei occurret d. Al. *altera contra alteram*, Vulg. *altera longè ab altera*, seorsum singulæ *. ¶ *Et*, &c. וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה] [Variant.] *Et projicere facietis* (vel, *Dejicietisque*, M. *Ac abjicietis*, JT. Pi. Tar. &c. D. vel, *Postquam abjeceritis*, D. *Mittetisque*, Ti. *Et ejicietis vos*, P. Di. sim. Calv. Mer. Neutrum in Hiphil f. Græcè ad verbum verto, καὶ ἐπιβαλεῖτε. Sicut de Petro proripiente se ex aula Pontificis dicitur, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, Marc. 14. 72. neque aliter ἐπιβάλλειν accipitur 1 Mac. 4. 2. 2 Mac. 12. 9, 13. & 13. 15. & 15. 1. Nec dubito quin id Hellenistæ ex Hebræo הִשְׁלִיךְ desumpserint, quod intransitivè hîc usurpatur, pro ὁρμᾶν, *ruere*, quod est, cum impetu conjicere se versùs locum aliquem g. *Et projicietis eam*, scilicet posteritatem vestram. q. d. Vos per rupturas fugietis, filiolis vestris in palatium projectis: vel, nè exitium eorum videatis; vel, ut celeriùs fugeretis †.) *palatium*, Mo. M. nempe Regis, quod est juxta murum h: sub. *ad exeundum*, M. ut evadatis i. Vel, bona & supellectilem palatii, thesauros ibi reconditos: הַרְמוֹנָה, ut conjicio, ut אַרְמוֹן *palatium* k. Vel, *in palatia*, Ti. *in palatium ipsum*, P. Di. Tar. Prædicit hic expugnationem urbis Samariæ: simul explicat quid fieri solet in expugnatione urbis. Alii fugiunt per rupturas, alii proripiunt sese in arcem urbis munitissimam, metu hostis l. Vel, *ab excelso*, sive *ex palatio*: q.d. Non amplius curabitis vestras pompas vel delicias, sed sufficiet mortem effugere m. Vel, *quæ* (sub. *erunt*, JT. vel, sub. *illata fuerint*, Pi.) *in palatio*, JT. vel, *in palatia*; Heb. *in palatium*. ה primum in voce הַהַרְמוֹנָה valet articulum τὸ n. ה secundum positum est pro א o, nam literæ אהוי sunt inter se permutabiles p: ה autem ultimum est locale q, pro אֶל vel לְ in initio r, non nota fœminini generis; quia accentus penultimam syllabam afficit, non ultimam, ut in nominibus fœminini generis. Junius הַהַרְמוֹנָה accepit pro בְּהַרְמוֹנָה. At verò rarum satis est ה præfixum pro relativo pronomine †. Aliis הַהַרְמוֹנָה est nomen loci; quod verisimilius est t. [Hi autem locum sic reddunt:] *Et projiciemini* (vel, *Projicientque*, Sy. *Et transferent vos*, Ch.) *in montem Remman*, o'. sim. Ar. vel, *in Armon*, Vulg. sim. Aq. in BP. *in montem Minam*, Th. in Cap. Legit, הַהַר מוֹנָה v. Imò non legit divisim, sed vocem hanc pro composita accepit & explicavit x. Vel, *ad montem*, sive *ultra montes Armeniæ*, Sy. Ch. sim. G. ex He. Hi. ex Symm. in BP. Vetus nomen Armeniæ est, אֲרָרָט; posterius nomen, הַרְמוֹן, i.e. *Mons Minyadis*, unde & Græcum Ἀρμενία. Alibi in Chaldaicis libris per ה scribitur, ut in Mic. cap. 7. vers. 12 y. Forsan מוֹנָה *Mona*, & מִנִּי *Mini*, & *Minyas*, idem sunt z. Ubicunque sit hic locus, non dubium quin in hostili regione: quò significat eos miserè & contumeliosè velut projiciendos a. [Ca. versum sic reddit, *Egressæque sparsim diversæ projiciemini in Armonam*.]

4. *Venite* (vel, *Ite*, JT. Pi.) *ad Bethel*] Ubi erat unus ex vitulis b. Sarcasmus est aut ironia c, ut Cohel. 11. 9. Ezec. 20. 39 d. qu. d. Quando omnino decrevistis esse impii *, & quum tantæ vos pœnæ maneant f, ite vestro malo g, pergite in idololatria h, ad satietatem usque i. Ità agite, quando ità vobis libet: veniet tempus cùm magno ista luetis k. ¶ *Et impiè agite*] Vel, *deficite*, JT. D à Deo ad idola l. Vel, *transgredimini*, scilicet Legem Dei de cultu ipsius m. ¶ *Ad*, &c. הַגִּלְגָּל הַרְבּוּ לִפְשֹׁעַ] *Gilgale* (vel, *Ite in Gilgal*, M. Ti. sim. Mer. Repetendum בֹּאוּ n.) *augete defectionem*, JT. sim. Pi. Ti. &c. vel, *multiplicate scelera*, ad verb. *sceleratè agere*, D. q.d. Non contenti in Bethele vitulum coluisse, insuper alia idola, ut Baal, more vestro, in Gilgal colite, scelus sceleri addentes; ut fieri solet ubi semel à Deo recessum est. In Gilgale Arca aliquamdiu fuit o, ibi etiam facta circumcisio p, Jos. 5. 2,—8. ideòque majorem ibi putabant hærere sanctimoniam q. In Gilgal deos falsos colebant, ut colligitur ex Hos. 9. 15. & 12. 11 r. *Bethel* & *Galgala* loca [erant] sacris idololatricis celebria, Os. 4. 15. & 12. 11 s. Vel, *multiplicate prævaricari*, P. vel, ut *prævaricemini*, i. e. prævaricationes t. ¶ *Et offerte* (vel, *afferte*, D. Pi. Mer. &c.) *manè* (i. e. quolibet die v; vel, unoquoque manè x, vel, quotidie *manè* y, quo diei spatio agnum offerebant, Num. 28. 4. vide & Psal. 5. 4 z.) *victimas vestras*] Quæ mihi debebantur a: summâ diligentiâ idolis vestris exhibentes quæ Domino sunt exhibenda b. Ea idolis vestris facitote quæ mihi soli fieri mandavi; ac in aliis locis, quæ tantùm Jerosolymæ fieri jussi c. Morem Templi Hierosol. in illo cultu illicito tamen imitabantur, Exod. 29. 39. Num. 28. 4 d. ¶ *Tribus*, &c. לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים מַעְשְׂרֹתֵיכֶם] *Tribus diebus* (vel, *Tertio quoquo die*, Sy. Ar.) *decimas vestras*, Mo. Ch. Ca. sim. o'. Ti. *Ad triduum*, &c. Merc. Irrisio; q.d. Afferte decimas extraordinarias, non post tres annos, ut jussum Deut. 14. 28. sed post tres dies, ut ostendatis vos diligentiores & ardentiores in cultu idolorum *. Al. *Atque tribus diebus* per annum, &c. q.d. Apparete ibi tribus vicibus per annum, &c f. Respicit ternas statas ferias quibus omnes coram Deo comparebant, Exod. 23. 14, &c. Levit. 23 g. Al. *Post tres annos*, &c. P. ad verb. *dies*, V. *Tertio quoquo anno pleno*, &c. JT. Pi. Heb. *Post tres annos dierum*: ubi לְ valet, *post* h; & יָמִים ellipticè ponitur, pro שְׁנוֹת יָמִים, ut Levit. 25. 29 i. & Num. 9. 22. 1 Sam. 27. 7. *Annus dierum* nominatur annus plenus vel integer, ut alibi *mensis dierum* est, mensis plenus vel integer, Gen. 29. 14. Num. 11. 20, 21 k. יָמִים *dies*, pro *annis* l, ut sæpe fit; de quo videantur hæc loca, Exod. c. 13. v. 10. 1 Sam. c. 1. v. 3. 2 Sam. 14. 26. Joel. 1. 2 m. Sic Constantinus in Supplemento linguæ Latinæ, *Pomponius* D. lib. 13. tit. 7. L. 8. *Si annuâ, bimâ, trimâ die*, i. e. anno, biennio, triennio. De decimis loquitur triennalibus, quæ post tres annos extra ordinem dabantur n, juxta Legem Deut. 14. 28 o.

5. *Et*, &c. וְקַטֵּר מֵחָמֵץ תּוֹדָה] *Et adole* (Heb. *adolere*,

lere, infinit. pro imperat [p]. ut sæpe [q]: vel, *adolendo*, JT. *incendendo*, M. Ti. vel, *adolendo* adolete; ellipsis unà cum pleonasmo, ut loquuntur grammatici [r].) *de fermento* (vel, *è fermentato*, JT. Pi. Mer. vox enim & substantivè & adjectivè sumitur †;) *confessionem*, Mo. Mer. P. vel, *gratiarum actionem*, Ga. Mer. vel, *eucharisticum*, JT. vel, sacrificium *laudis*, M. Ti. D. &c. Sed hanc versionem res ipsa respuit: non enim adolebant sacrificia eucharistica, quæ pecudes erant, sed thus *. τὸ מ hîc pro ב acceptum, & subaudiendum verbi substantivum *incensum*, quod in se includit, & locus sic vertendus, *Et incendite* incensum *in*, vel *cum*, *fermentato confessionem*, i. e. incensum confessionis, sive gratiarum actionis, in oblatione in qua offertur panis fermentatus: q. d. Offerte sacrificium confessionis, sive quo confiteamini peccata vestra, offerte, inquam, diis alienis, quasi illi vestra vobis peccata remittere possint; sive, quo illis gratias agatis. In sacrificio confessionis offerebatur panis fermentatus, ad declarandam naturam corruptam & fermentatam [t]. *Et adolete*, suffitum scilicet, h.e. thus, *ex fermentato* (non quòd ex pane fermentato fiebat suffitus, quod nusquam legitur; sed quòd thus quod adolebatur eximeretur ex pane illo fermentato, quippe cui imponi solebat ac debebat, Levit. 2. 1, 15: itaque מן hîc notat motum de loco:) cum *sacrificio eucharistico* [v]. Dupliciter hîc peccabant: 1. quòd quæ Dei erant idolis exhiberent [x]; 2. quòd ex fermento incensum adolerent, contra Legem [y]. Obj. At in pacificis licebat offerre fermentum [z], ut docet Levit. 7. 12, 13 [a]. Resp. Ut verum sit quod illi dicunt [b], panes fermentatos offerri potuisse [c]; haud tamen propterea permittit Lex ex ipso fermento adoleri adipes [d], vel incensum. Imò disertè hoc vetat Levit. 2. 11 *. ¶ *Et*, &c. וְקִרְאוּ נְדָבוֹת הַשְׁמִיעוּ] *Et* (vel, *Etiam*, JT.) *indicite* (vel, *vocate*, M.) *oblationes voluntarias*, P. M. Mer. sim. Ti. JT. Pi. &c. *proclamate*, P. Pi. vel, *inclamate*, JT. sub. *ea*, Pi. vel, *& notum id facite*, M. Si qui scilicet sint qui spontanea offerre volebant [f]. Vult dicere, Convocate plebem ad festum, in quo ex more talia offerebant [g]. *Vocate cœtum*, & ibi tubarum sonitu *notas facite voluntarias oblationes vestras: cum cantico*, ait Chaldæus, idem significans quod dicitur Matt. 6. 2. De נְדָבָה, i. e. *voluntaria oblatione*, vide Exod. 35. Levit. 22. 18, 21 [h]. ¶ *Sic*, &c. כִּי כֵן אֲהַבְתֶּם] *Quia* (vel, *Siquidem*, JT. Pi. *Quandoquidem*, Ca.) *sic*, vel *ità*, *vultis*, P. sic M. vel, *soletis*, Ti. vel, *dilexistis*, Mo. sic Mer. vel, *amatis*, JT. Pi. vel, *amatis ista* facere, Ca. *Sic enim vobis libet*, G. *Quando sic amatis*, vel, *sic vobis placet*, V. Quia talia vobis valde placent & cordi sunt, pergite, &c [i]. Hîc quodammodo declarat suam ironiam [k].

6. *Dedi vobis stuporem dentium*] Ità Sy. Ar. sic Ch. in Mer. & ο΄. γομφιασμὸν, *collisionem*. Obtusi enim redduntur & obstupescunt dentes ex fame [l]. Sed stupor dentium non tam ex fame oritur, quàm ex comestione rerum crudarum vel acerbarum [m]. ¶ נִקְיוֹן] *Immunitatem*, Ca. *vacuitatem*, ut non habeant quo repleantur & occupentur. נָקָה enim propriè significat, *vacuum esse*: unde Esa. 3. 26. וְנִקָּתָה, Chald. ותתרוקן, *& evacuabitur*, nempe terra viris aut incolis suis. Hinc, *vacuum esse sordibus*, i. e. mundum esse: item, *vacuum esse crimine*, i. e. innocentem esse; &, *vacuum esse pœnâ*, i. e. impunem esse *. *Munditiem*, M. P. Ti. Mo. JT. Pi. G. ex Sym. & Aq. Est χαθαρισμὸς [n], significans defectum cibi, sive carnium [o], ut mox declarat. Consequens pro antecedente [p]. Indicatur fames illa cujus mentio 2 Reg. 8. 1 [q]. Cibo (& præcipuè carnibus [r]) dentes impurari solent †. In fame dentes puri sunt & vacui, quum ex cibo nihil inter dentes hæret [t]. Eodem effectorum similium argumento Catullus epigram. 20. Furii cujusdam egestatem & esuritionem declarat, *Hunc ad munditiem adde mundiorem. A te sudor abest, abest saliva, Mucúsque & mala pituita nasi* [v]. ¶ *In cunctis*, &c.] Non uno in loco, nè fortè diceretis fortuitum esse [x]. ¶ *Non estis reversi ad me*] Vel, *usque ad me*, Mer. V. D. q. d. Conversi quidem estis [y], & rediistis aliquando ad me [z], sed non usque ad me [a], i. e. non seriò & ex animo [b].

7. *Prohibui* (i. e. statui prohibere [c], averti [d],) *à vobis imbrem*] Vel, *pluviam*, Mer. Pi. &c. Hinc duplex malum: 1. sitis; 2. agrorum ariditas & sterilitas *. Ibi enim pauci sunt fontes & amnes, nec aquas ferè habebant nisi pluvias [f]. ἀνομβρίαν immisi, narratam 1 Reg. 17. 1 *. ¶ *Cùm adhuc tres menses*, &c.] Etiam anni tempestate à qua abesse pluviæ non solent, circa finem Aprilis [g]. Toto trimestri ante messem, quando messis maximè indiget pluviâ [h], tum ad terram aperiendam, quæ siccitate adeò constringitur ut nihil ex ea erumpere possit; tum ad semina humectanda macerandáque, quò segetes in spicas evadant [k]. Messis autem tempore vix unquam pluit in illis locis: vide 1 Sam. 12. 17 [l]. ¶ *Et plui* (vel, *pluam*, Mer. ex ο΄. & Ch. pro, *pluo*, vel *pluere soleo*. הִמְטַרְתִּי futurum est quum accentus est in ultima: alioqui præteritum in penultima accentum retineret [m].) *super unam*, &c.] Eò mirabilior fuit ista ἀνομβρία vobis immissa, quòd in urbibus quæ proximæ erant vestris pluvia non deerat [n]. Hòc fecit Deus, nè astris aut naturæ aut casui tribuerent, sed providentiæ Divinæ ipsos punienti [o]. ¶ *Pars una* (sub. *agri*, Ti. vel, *terræ* [p]; i. e. fundus unus [q];) *compluta est*, *& pars super quam*, &c. אֲשֶׁר לֹא תַמְטִיר] *Quæ non compluebatur*, Ti. *super quem* [*fundum*] *non pluit*, P. Mer. vel, *facit pluere*, Mer. nempe nubes [r], עָב, quæ vox etiam fœmininè usurpatur 1 Reg. 18. 44 †. *Quæ non sivit pluviam descendere super se*, JT. Pi. scil. propter impietatem domini sui [t]. Compendio hîc utitur, pro, *Et fundus alius non compluitur, ac propterea arescit & sterilis fit* [v]. *Et pars——aruit*. Pars terræ Israeliticæ vicina aliis regionibus ariditate fuit corrupta [x].

8. *Et*, &c. וְנָעוּ וגו׳] *Et* (vel, *Ità*, JT. Pi.) *divertebant* (vel, *proficiscebantur*, P. *evagabantur*, JT. Pi. *movebunt*, D. *movebunt sese*, i. e. *movent*, *concedunt* [y],) *duæ & tres* (Heb. *duæ tres*, pro, *duæ tresve*, Liv. D. sic Mer. h. e. aliquot. Asyndeton, quale 2 Reg. 9. 32. *duo tres eunuchi*; & illud in Cicerone, *florentissimus sex septem diebus*, &c [z].) *civitates*, Liv. i. e. homines ex urbibus Israeliticis [a]. Cogebantur urbem suam domósque relinquere, & procul quærere aquam [b]. ¶ *Ad unam civitatem*] Ammonitidis sc. aut Moabitidis [c]: in quam Deus pluerat [d]. ¶ *Et non sunt satiatæ*] Vel, 1. quòd non erat satis aquæ: vel, 2. ob maledictionem Dei *: vel, 3. ob longam sitim. Lucanus,——*nec fervida pestis Cedit adhuc: sed morbus egens, jam gurgite plenis Visceribus, sibi poscit aquas* [f].

9. *Percussi vos* (h. e. fruges vestras; metonymia [g];) *in vento urente*, בַּשִּׁדָּפוֹן] *Ariditate*, P. Mer. *vento orientali*, M. *robigine*, Ti. *uredine*, JT. Pi. Mer. V. quæ fit à vento perurente [h]: *ardore*, Mer. Vitium est frugum proveniens ex nimia siccitate, quam Eurus ibi efficit [i]. Aq. Sym. & Th. hîc vertunt, ἀνεμοφθορίαν [k], *corruptionem quæ fit per ventum* [l]. Sic & ο΄. alibi reddunt [m], Deut. 28. 22. 2 Par. 6. 28 [n]. qui tamen hîc πυρώσει, *combustionem*, reddunt [o]. Significat aerem corruptum [p]. ¶ *Et*, &c. וּבַיֵּרָקוֹן] *Et aurigine*, sive *auruginè*, Ti. Mer. *& rubigine*, JT. Pi. P. M. Mer. Vitium est frugum ex nimio humore [q], quo, maturescere non valentes, in virorem quendam seu flavedinem & pallorem vertuntur: unde ο΄. alibi ὤχρασιν [r], vel ὠχρίαν, ut Deut. c. 28. v. 22 †; hîc verò ἴκτερον [t], ut & 2 Par. c. 6. v. 28 [v]. ¶ *Multitudinem hortorum vestrorum*, &c.] Ità Mer. BA. 2. 483. q. d. Quantum vobis est hortorum, &c. quæ frustrà vobis multiplicatis. הַרְבּוֹת propriè infinitum est: infinita passim pro nominibus poni videas [x]. Al. *Multiplices* (vel, *Varios*, Ti.) *hortos*, &c. M. P. *Multiplicastis*, vel *Multiplicabitis*, infin. pro præt. vel fut. Potest etiam esse nomen [z]. *Cùm multiplicassetis*, &c. Q. in V. *Augentibus hortis*, &c. JT. *Quum multum ferrent*, &c. Heb. *In multiplicando*, &c. Pi. הַרְבּוֹת construi potest cum [sequente] יֹאכַל, *Multiplicando comedet*, i. e. multùm comedet. Ac, nisi accentus Segolta obstaret, commodissimè jungeretur præcedenti verbo, *Percussi vos uredine & rubigine multiplicando*, i. e. multùm [z]. ¶ *Comedit eruca*; ità D. Mer. G. Pi. vermis genus omnia depascens [a]: הַגָּזָם [De quo vide ad Joel. 1. 4.] Est locustæ species noxia frugibus, à גזם, quod Æthiopicè sign. *exscindere*, ut Matt. 7. 19 †. Non pascuis neque segetibus infestus fuisse legitur *gazam*, sed solis arborum fructibus. Quare huic locustæ speciei potuit id esse proprium, ut iis solis vesceretur. Huic favet, quòd apud Talmudicos, Arabes & Æthiopes, verbum גזם est, *abscindere*

[p] Mer. V. [q] Pi. sim. D. [r] D. [r] Liv. † Mer. * Pi. [t] V. [v] Pi. [x] Mer. [y] Mer. sim. D. Tar. [z] Calv. sim. Q. in D. [a] Q. in D. G. [b] D. [c] Tar. ex Mer. [d] Mer. sim. D. * D. [f] Mer. [g] D. [h] G. [i] Mer. [k] V. sim. Mer. [l] Mer. sim. M. ex Jon. [m] Tar. * Di. [n] G. [o] Liv. D. sic Mer. G. Tar. [p] Mer. [q] G. [r] Mer. † Liv. [t] Mer. [v] Liv. [x] Mer. [y] V. [z] Mer. [a] Mer. V. [b] Mer. [c] Q. in V. [d] Mer. * Mer. sim. D.

[f] Mer. ex Hi. * G. [g] G. [h] Mer. [i] D. [k] V. [l] Mer. [m] Idem. [n] G. [o] Mer. [p] G. [q] Mer. [r] Mer. Tar. D. † Tar. ex D. [t] Pi. [v] Mer. [x] G. [y] Mer. [z] Liv. [a] G. [b] Calv. [c] G. [d] D. ex Mer. * Mer. sim. D. [f] G. [g] Liv. sic D. [h] V. [i] D. sim. Mer. [k] G. [l] D. [m] Mer. [n] G. [o] Mer. [p] G. [q] Mer. D. [r] Mer. † G. [t] Mer. G. [v] G. * Mer. [y] V. [z] Di. [a] G. † Di.

abscindere & amputare, non quidvis, sed *ramos arborum*. Porrò, in siccitate locustæ uberiùs proveniunt. Et eas in Ægyptum impellit ventus קָדִים, Exod. 10. 13. A quo ipso vento שִׁדָּפוֹן *uredo*, & יֵרָקוֹן *rubigo*. Unde est quòd utrumque malum ἀνεμοφθορία Græcè dicitur. Ab eodem igitur vento *kadim*, à quo siccitas, uredo & rubigo, locustæ quoque, in Judæam adducta[b].

10. *Misi in vos mortem*] Heb. *pestem*, Mer. D. Pi. sic G.&c. quæ *mors* κατ' ἐξοχὴν dicitur. Vide quæ ad Matt. 24. 7[c]. ¶ *In*, &c. בְּדֶרֶךְ וגו׳] *Pro ratione* (vel, *ad modum*, G. Heb. *pro via*, vel *secundùm viam*, Pi.) *Ægypti*, JT. i. e. Ad modum ejus pestis quam olim misi[d], vel, 1. Ægypto, sive Ægyptiis, Exod. 9 *. q. d. Plagas gravissimas mittam, quales illæ erant[f]: vel, 2. vobis in deserto egressis ex Ægypto[g]. Alii, *in via*, &c. Vulg. Mer. D. Quum scilicet in Ægyptum mittitis[h], vel frumenti[i], vel auxilii, petendi causâ*. ¶ *Juvenes vestros*] Emphaticè, q. d. eos in quibus reip. spes posita est, qui ad negotia gerenda aptiores erant & ad resistendum hosti[k]. ¶ *Usque*, &c. עִם שְׁבִי וגו׳] *Cum captivitate* (vel, *cum abactu*, Ca. vel, *adjunctâ captivitate*, JT. Pi.) *equorum vestrorum*, ό. Ch. M. P. Ti. Mo. &c. Id est, itâ ut, occisis equitibus, juvenibus vestris, equi in hostium potestatem devenirent[l]. ¶ *Et ascendere feci putredinem* (vel, *fœtorem*, Mer. sic D. Pi. &c.) *castrorum vestrorum*, &c.] i. e. Militum qui in castris mortui sunt[m]. *Castra* metonymicè exercitum & milites notant, Deut. 23. 10. Esa. 34. 3. & Joel. 2. 20. talis fœtor memoratur[n]. Vel, *turmarum vestrarum*, juvenum scilicet in Ægyptum euntium turmatim ex more. מַחֲנֶה autem quælibet *turma*, ut videre est Gen. 33. 8[o]. q. d. Non solùm effeci ut cadaverum fœtor eorum qui ab hostibus in itinere occisi fuerant (tanta clades fuerat) in nares prætereuntium exhalaret, sed & in nares vestras, quum posteriora agmina in Ægyptum descendentia cæsorum ex prioribus agminibus fœtorem sentirent. Turmatim enim hostis metu in viam sese dabant[p].

11. *Subverti* (i. e. Subversionem feci[q], vel, *Subvertam*, Ti.) *vos*] Itâ ό. Ar. M. Ti. sic Ca. vel, *in vos*, Mo. *in vobis*, Sy. P. Mer. G. sub. *urbes*, Sy. *ex vobis*, JT. Pi. Tar. *inter vos*, D. sub. *aliquos*, Pi. D. vel, urbes quasdam[r]: partes aliquas regionis vestræ †. ¶ *Sicut*, &c. כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם וגו׳] *Secundùm subversionem Dei Sedom*, &c. Mo. *prout subvertit*, &c. JT. Pi. sim. P. Ti. *ad instar subversionis* quam fecit Deus *in Sedom*, &c. M. Non quòd urbes Israeliticæ igne cœlitus demisso perierint; sed per speciem genus intelligitur[t]. Hyperbole est[v], quâ gravissima vastitas indicatur[x], ut Esa. 13. 19[y]. ¶ *Et facti estis* (scilicet, qui evasistis[z],) *quasi torris raptus ab incendio*] Cujus jam magna pars exusta est[a]. Talis *torris*, &c. dicitur qui ex calamitate aliqua sic evasit, ut tamen adhuc horridus & squalidus sit, titioníque ambusto similis[b]. Proverbialis locutio[c], quæ etiam reperitur Zach. 3. 2[d]. Idem loquendi genus & Esa. 7. 4 *. Sic & Græci dicunt σώζεσθαι ἐκ φλογὸς, aut ἐκ πυρὸς, (*servari*, sive *eripi*, *ex flamma*, seu *igne*[f].) Metaphora ad magnas & diuturnas calamitates significandum, quibus quasi igne quodam exusti fuerint. Afflictiones sæpe *igni* comparantur, Psal. 66. 12. Ezec. 22. 20, &c. Zach. 13. 9[g]. Paucitatem indicat superstitum ex tantis cladibus: q. d. Itâ deploratæ sunt res vestræ, ut vix vestris rebus possitis consulere, ac vix miseram tueri vitam[h]. Cæteri ægre servati à manu Syrorum. Vide 2 Reg. 5. 2. & 13. 3. & 14. 26[i]. Dices, populum floruisse sub Jeroboamo, sub quo prophetavit Amos. Resp. At omnes jam antè consumpti ferè erant, 2 Reg. 14. 26. & illa sub Jeroboamo fuit exigua prosperitas[k].

12. *Quapropter*] Quia nullis monitis[l] vel flagellis emendari potuisti[m]. ¶ *Hæc*, &c. כֹּה וגו׳] *Sic faciam tibi*, &c. Mer. &c. i. e. Hæc omnia mala[n], quæ dixi suprà[o], cap. 2. 6, 13, &c. & 3. 11. & hoc cap. v. 2, 3[q]. Vel, *sic*, h. e. gravius & ultimum supplicium[r]. Quid sit non exprimit, omnia iratorum more; ut, ad singula incerti & suspensi, omnia graviora timeant †. ¶ *Postquam*, &c. עֵקֶב כִּי וגו׳] Eò, vel Pro eo, vel *Propterea*, *quòd* (vel, *Proinde*, Ti. *Et quoniam*, Sy. Ca. *Veruntamen quia*, ό. *Postea*, Aq. *Novissimè*, Th. in D. vel, *Tandem certè*: nam עֵקֶב sæpe significat *mercedem* aut *finem*[t]:) *hoc facturus sum tibi*, JT. Pi. P. &c. sim. Mo. Quia imminet tibi à me tanta vastitas[v]. ¶ *Præparare* (vel, *Præpara te*, Mer. *Compone te*, Mer. Ca.) *in occursum Dei*, &c.] Vel est, 1. ironia[x]. q. d. Quum hæc adversùm te Dominus decreverit[y], postquam pœnis non sis melior, sed videris cum Deo certare velle: vide igitur ut te ad congrediendum pares cum eo[z]; arma te, resiste ei, si potes[a]; experire quidnam hoc valebit[b]; para te ad sustinendum impetum iræ ejus[c]. Vel, 2. sensus, Quum hæc sit Dei ordinatio, cui nequis resistere, vide ut eam crucem æquo feras animo[d]. Vel, 3. est exhortatio ad pœnitentiam *; quæ hîc inseritur, ut sæpe solent Prophetæ in mediis minis, vel post minas[f]: quam copiosiùs prosequitur cap. seq[g]. q. d. Quamvis sis dignus exitio, adhuc tamen poteris mitigare iram Dei, modò *pares te*, &c[h]. Occurre Deo per pœnitentiam[i], & damnationem tui, 1 Cor. 11. 31. ac peccatorum tuorum[k], per preces & lacrymas, per fidem[l], & vitæ emendationem[m].

13. *Quia, ecce, formans* (vel, *qui formavit*, sive *finxit*; nam Benoni sæpe etiam pro præterito usurpatur[n]: vel, dicitur Deus nunc *formare* & *creare*, eò quòd omnia per eum persistunt & gubernantur[o]:) *montes*] Hos nominat tanquam partes terræ editissimas ac maximè conspicuas[p], necnon solidissimas & validissimas[q]. ¶ *Et creans ventum*] Itâ Mer. Liv. D. JT. Pi. &c. Rem planè contrariam: qui, cùm sit tenuissimus & levissimus, est tamen miræ potentiæ ac efficaciæ[r]. [Hoc vult,] Is quîcum tibi negotium est rerum est Opifex, tum earum quæ conspiciuntur, tum earum quæ conspectum effugiunt†. Moveat te, si non amor meus, saltem majestas mea[t], & summa potentia, sapientia ac magnitudo mea: quibus consideratis, æquum est ut ei occurras, & mala quæ minatur à te amoliaris; quæ non dubitandum est quin inferre possit[v]. Occurre ergò ei resipiscentiâ, nec dubita quin tibi possit veniam dare, quum majora possit, ut explicatur[x]. ¶ *Et annuncians* (vel, *indicat*, Mer. Pi. &c.) *homini* (per Prophetas scilicet & occulta peccata carpens, & pœnas eo nomine prænuncians[y],) *eloquium suum*, מַה־שֵּׂחוֹ] *Quid* (vel, *quæ*, M. JT. Pi. &c. sub. *fit*, P. M. &c.) *meditatio* (vel, *eloquium*, Mer. *sermocinatio*, D.) *ejus*, sive *sua*, Mo. P. M. JT. Pi. Mer. sim. Ti. *quæ sint ejus cogitata*, Ca. sim. Calv. V. vel, *quid negotium*, sive *opus*, *ejus*, V. ex He. & Ch. *quanta sint ejus opera*, Ch. שׂוּחַ est, *secum colloqui*, vel *cum alio*, *cogitare apud se*, *tractare aliquid*, penè idem quod הָגָה: vide 1 Reg. 18. 27[a]. Hinc שִׂיחַ est nomen generale[b]: q. d. quicquid ille agit, opus, negotia, & totum ipsius institutum[c], denique, occulta cogitata[d]. Sensus est, Vos putatis me latere quæ vos facitis *, & astutè vos occultatis; at ego sum scrutator cordium[f], & per Prophetas quandoque vobis quæ in penetralibus facitis, & quæ corde cogitatis[g]. Alii affixum ad Deum referunt; qui *eloquium suum*, sive *verbum ipsius*, per Spiritum aperit hominibus[h]. [Alii sic reddunt;] *quanta sit gloria sua*, Sy. *Christum suum*, ό. Ar. Legerunt מְשִׁיחוֹ[i], similitudine & ambiguitate decepti[k]. ¶ *Faciens*, &c. עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה] *Qui facit auroram* (lucem scilicet, quæ manè splendidissima oritur, & quæ subindè splendidior progressu redditur[l],) *tenebras*, P. Mer. sim. Mo. Ti. Ca. Sy. D. vel, *obscuram*, JT. eam repentè nubibus obducens, & tenebris contegens[m]: vel, ut *caliginem*, D. q. d. Qui convertit lumen in tenebras[n]. Vel, & *caliginem*, M. Ar. sim. Pi. G. Calv. ό. q. d. duo contraria[o]: i. e. res prosperas dans piis, adversas improbis[p]. Heb. *lassitudinem*. Metonymia efficientis metaphorica: nam quum Sol quasi lassus occumbit & in thalamum suum ingreditur, tum exsistunt tenebræ[q]. [Sed non consentaneum videtur rationes vocum Hebraicarum petere ex Ethnicorum fabulis, quæ etiam longè serius inventæ sunt.] עוּף alibi *lassari* significat. Hinc עֵיפָה, quod densiorem notat caliginem ex defatigatione propriè ortam[r]. ¶ *Et gradiens* (vel, *conculcat*, Mer. &c.) *super excelsa terræ*] i. e. Conterens superbos[t]. Al. Omnia subjicit, quantumvìs munita & excelsa, & propter altitudinem inaccessa, fuerint[v]. Vide Deut. c. 32. v. 13. & 33. 29[x].

[b] BA. 2. 4. 6. 484. [c] G. [d] Idem. * G. Q. in Mer. sim. Ca. Liv. [f] Liv. [g] RS. in Mer. [h] Mer. sim. V. [i] Mer. sic V. D. * Mer. [k] Mer. [l] Mer. sim. D. [m] Liv. sim. D. Ca. [n] G. [o] D. [p] Mer. [q] Idem. [r] Tar. † G. sim. V. [t] Tar. [v] Mer. [x] Mer. sim. D. Tar. [y] Mer. [z] D. [a] Liv. [b] D. [c] G. sic D. [d] D. Mer. G. * Mer. [f] G. [g] Liv. [h] Mer. [i] G. [k] Calv. [l] D. [m] Mer. [n] V. Mer. [o] G. sic Li. Mer. [q] G. [r] Calv. † Q. in Mer. [t] Calv.

[v] D. [x] Calv. sic AE. &c. in Mer. [y] AE. [z] Ca. [a] AE. sim. Calv. [b] Calv. [c] D. [d] Q. in Mer. * Calv. [f] Mer. [g] Mer. sim. Calv. [h] Calv. [i] Mer. sic D. Calv. [k] Calv. [l] Mer. [m] Mer. D. Calv. [n] Tar. [o] V. [p] D. [q] Mer. [r] Idem. † G. [t] Tar. [v] Mer. [x] Q. in Mer. [y] Mer. [a] Idem. [b] Mer. ex He. [c] Mer. [d] Mer. sim. Calv. * M. [f] Calv. [g] M. [h] Q. in Mer. [i] G. Cap. [k] Burt. vind. 2. 8. 686. ex Hi. [l] Mer. [m] Idem. [n] V. [o] Q. in Mer. [p] G. ex Ch. [q] Pi. [r] Mer. [t] G. [v] Liv. sim. Mer. D. [x] Liv.

CAP.

CAP. V.

1. *Audite*, &c.] Quia omnino resipiscere non vultis [a]. ¶ *Quod*, &c. "אשר אנכי נשא וגו' *Quod* (vel, *quo*, P.V. vel, *Nam*, sive *Quia*, ut אשר passim occurrit, Job. 8. 14. Eccles. 6. 12. & alibi [b];) *ego tollens* (vel, *levo*, P. M. *attollo*, Mer. G. *profero*, JT. *sumo*, Pi. Mer. sub. *in os*, ex collat. Psal. 50. 16 [c]. Eadem ellipsis Exod. 20. 7. Num. 24. 3, 15. Job. 27. 1 [d]. & 36. 3 [*]. Vel, *excito*, V. edo, instituo: quo ego utor, jubente scilicet Domino [f].) *super vos* (vel, *adversùm vos*, P. sic JT. vel, *de vobis*, Ti. Pi. Mer. *pro vobis*, V.) *lamentum*, Mo. sic Mer. Liv. &c. vel, *planctum*, V. appositio [g], q. d. sermonem lugubrem [h]: videlicet *lamentum*, D. vel, *lamentabile*, JT. sim. G. vel, ut *lamentum*, D. Sic vocat prophetiam lamentabilem, ut Ezec. 32. 2 [i]. *Lugubre* scilicet *carmen*, Ti. Quod in v. seq. continetur [k]. Quo ego deploro, vel potiùs, quibus ego verbis deplorem, casum ac sortem vestram [l]. In verbo נשא concinnè alludit ad materiam quæ hîc tractatur, משא, *onus*: qu. d. Impono vobis hanc prophetiam tanquam onus humeris vestris [m].

2. *Cecidit*] Præt. pro fut. propter certitudinem; q. d. *certissimè corruet* [n]: nempe in gravissimas calamitates [o]. Hoc versu continetur lamentationis formula [p]. Loquitur hîc de adversis, vel, 1. præteritis [q]; vel, 2. eventuris [r]. ¶ *Non adjiciet ut resurgat*] Ità M. *Non iterum*, vel *ultrà*, *surget*, sive *resurget*, G. Mer. Ti. sim. Ca. scilicet, si ità pergit [†]: nisi maturè resipiscant; ad quod eos statim hortabitur. Vel, absolutè hoc intelligi potest de ipso populi corpore & Regno, quod nunquam resurget [t], nisi post longum tempus: tandem enim & 10 Tribus rediturae sunt, ut tot Prophetæ prædixerunt [v]. Quod tamen non de externo reditu, sed de spirituali congregatione omnium dispersorum in unam Ecclesiam, accipio. τῷ עוד alibi additum æternitatem denotat [x]. ¶ *Virgo Israel*] Sic dicta, vel, 1. quia Regnum totum nondum subactum fuerat ab exteris [y]: vel, 2. quia Deus sibi illam desponsaverat [z]; quòd olim purè Deum coluit [a]: vel, 3. impropriè, [& ironicè,] q. d. quæ nihil virginis habet præter nomen, impudica, impia; vel, 4. ob speciem, opes & gloriam [b], & delicias, quibus freta sibi blandiebatur. Non solùm Israel *virgo* vocatur, sed etiam Babylon, Ægyptus, Tyrus, &c [c]. ¶ *Projecta*, &c. "נטשה וגו' *Prostrata*, vel *Afflicta*, vel *Projecta*, (ut vox sumitur Num. 11. v. 31. 1 Sam. 30. 16. *Projectum*, autem aliquando dicitur quod jacet, per metonymiam, Matt. 8. 14. collat. cum Marc. 1. 30 [d]. Vel, *Derelicta*, Mo. Mer. Pi. *Deserta*, JT. *Abjecta*, Pi.) *est* (vel, *erit*, JT. Pi.) *in*, vel *ad*, vel *super*, *terram suam*, Ti. M. Mer. Liv. &c. i. e. humi [*]: validóque ictu terræ allisa, ut olla ad petram irreparabiliter frangitur [f]. Vel, qu. d. in regione sua, etiam ante migrationem. Sed prius simplicius [g]. *Derelinquetur*, &c. id est, Relicta est prostrata humi. Alludit ad illud quod dixit, *Cecidit*: q. d. Nunquam à captivitate revertetur [h]. ¶ *Non est qui suscitet* (vel, *erigat*, sive *allevet*, Mer. Ti. Pi. &c.) *eam*] i. e. Qui restituat in integrum. Quod sanè capiendum. Nam Christus eam restituit. Aut ergò loquitur de alia restitutione: aut sensus est, *Non est qui erigat eam* longo tempore. Nec obstat illud, *non addet*, etiamsi addatur עוד, ut constat ex 2 Reg. 6. 23. & 24. 7 [i].

3. *Urbs de qua*, &c.] העיר היוצאת אלף תשאיר מאה *Urbs exiens*, vel *prodiens*, (i. e. ex qua egrediuntur, vel egredi solebant [k]. Urbi tribuitur per synecdochen quod civium erat [l]. Metonymia, quâ subjecto tribuitur quod adjunctum est. Sic Jerem. 9. 18. *Descendant oculi lacrymis*, pro, lacrymæ ex oculis; Joel. 3. 18. *Colles ibunt lacte*, pro, lac collibus [m]. *Urbs ex qua egrediebantur*, P. M. sic Ti. vel, *Civitas illa quæ procedit*, JT. Pi. vel, *Urbs quæ emittit*, sive *educit*, BA. ex AE. Verùm verbum יצא nusquam in S.S. transitivum est, sed tantùm neutrum [n]. Imò transitivè sumitur & hîc, & Deut. 14. 22. & Psalm. 144. 14 [o]. Vel, verbum neutrum pro transitivo, *quæ egredi faciebat*, sive *educebat*, V. sub. *ad pugnam*, M. sim. V. Pi.) *mille* (in qua erant mille viri [p], bello apti [q]; mille cives & habitatores [r], qui dicuntur *egredientes portâ*, &c. Gen. 34. 24. ut, *ingredientes portam*, Gen. 23. 10 [†]: vel, *millenis*, JT. vel, cum *mille*, sub. *viris*, scilicet militibus [t].) *dimittere faciet* (vel, *relinquet*, P. *reliquos faciet*, Ti. JT. Pi. sic Mer. vel, *residuos* tantummodo *habebit*, V.) *centum*, M. &c. Significat maximam futuram stragem [v], ut ex decem vix unus remaneat. Paucissimi reliqui erunt [x].

Margin: [a] Mer. [b] Pi. [c] Idem. [d] Pi. Tar. [*] Tar. [f] Mer. [g] Mer. D. [h] Mer. [i] D. ex Liv. [k] Liv. [l] V. [m] Calv. [n] V. sic Mer. [o] Tar. D. [p] Mer. [q] Q. in V. [r] V. &c. [†] G. [t] Calv. [v] Sic K. in Mer. [x] Mer. [y] Mer. sim. M. D. [z] Q. in Calv. [a] Q. in Tar. [b] Tar. [c] Calv. [d] Liv. [*] Mer. sic D. Liv. [f] Tar. [g] Mer. [h] V. [i] D. [k] Liv. [l] Mer. [m] Liv. [n] Mer. [o] BA. 1. 2. 30. 295. [p] Ca. [q] Mer. [r] Liv. sic D.

4. *Quia sic dicit*, &c.] Simil. V. Pi. *Attamen hæc dicit*, quasi decretis nondum obsignatis, ut loquuntur Hebræi [y]. ¶ *Quærite me*] Ità Mer. D. Pi. &c. *Quærere Deum* est, ipsum implorare & consulere [b]; ei soli fidere, ejus Verbo hærere [c]; redire ad Deum per pœnitentiam [d]. Ostendit h. l. ob quam causam præcedens clades eventura sit [*]. Exprobrat eis quòd suâ culpâ ultro pereant: Deus enim paratus est ignoscere, si resipiscant [f]. Sensus loci, q. d. Prædicta pœna vobis accidet propter idololatriam: agite igitur pœnitentiam, relictis idolis. Vel, Sic enim dixit, volens scilicet revocare Israelem ab idololatria, propter quam mala illa eventura erant nisi resipiscerent [g]. ¶ *Et vivetis*] Utrâque scilicet vitâ, etsi primùm externam intelligit; ut, scilicet, tantam cladem vitetis jam prædictam [h]. Salvi eritis, vel, ex his malis liberabimini [i].

5. *Et nolite quærere Bethel*] Aut, Vitulum qui ibi colitur; aut potiùs, locum ipsum [k]. Nè eò quæsitum & consultum eatis. Sic *quærere* sumitur Esa. 11. 10 [l]. Si me quæritis, abjicite omnes superstitiones, & vos totos mihi addicite [m]. Ad sincerum Dei cultum mox consequitur omnis falsi cultûs rejectio [n]. ¶ *In Galgalam*] Quem locum celeberrimum ad idololatriam delegerunt, quòd esset in trajectu Jordanis, (ubi transibant olim Israelitæ [o],) in confinio etiam 10 & 2 tribuum, in tribu tamen Juda [p]. Vide Amos. 4 4 [*]. ¶ *In Bersabee*] Hunc locum delegerant quòd ibi Deus Isaaco apparuerat, Gen. 26. 24 [q]. & Abrahamus diu habitavit [r]: erat etiam ex finibus terræ, in confinio Judææ & Ægypti [†]. Erat in Juda [t], ut probatur ex 1 Reg. 19. 3 [*]. Ibi Judæi nonnulli idola colebant. Eò igitur venerunt Israelitæ, idolis suis non contenti, sed externa quærentes, ut in idolomania fieri solet [v]. Idola ibi culta docet & hic locus, & Amos. 8. 14 [x]. ¶ *Non transibitis*] Vel, *nè transite*, G. sic JT. Pi. nempe in fines Judæ [y], quum jam satis idolorum apud vos habeatis [z]. An *transire* hîc sumitur pro simplici *ire*? Ità videtur Jer. 2. 10. & alibi. Sic παρελθεῖν in N. T. & *transeo*, apud Terentium [a]. ¶ *Quia*, &c. כי הגלגל גלה יגלה *Nam Gilgal migrando migrabit*, Mer. Elegans est paronomasia: nam in verbis illis *gal* bis repetitur, ut in *Galgal* [b]. Sed allusionem tantùm nominum quæsivit [c]. *Migrabit*, in Assyriam [d]. Cives ejus exsulabunt [*]. ¶ *Et Bethel erit* (vel, *fiet*, Pi. *redigetur*, Mer. D.) *inutilis*, לאון] *In nihilum*, Ch. M. P. Ti. Mo. JT. Pi. *quasi non sit*, vel *fuisset*, ὁ'. Sy. Ar. *in vanitatem*, Mer. Pi. sic G. Non dicit, לאין, sed, לאון, quia Bethel etiam *Aven* vocabatur [f]. Alludit ad nomen Betheli datum à Judæis [g] & à Prophetis per contemptum [h], *Bethaven* [i], de nomine urbis vicinæ, Jos. 7. 2 [k]. *domum vanitatis & nihili* [l], ut vocatur Os. 4. 15. ubi vana idola colebantur [m]. Al. *Bethel fiet nefas*, i. e. ut nefaria punietur [n].

6. *Nè*, &c. פן יצלח כאש בית יוסף] *Nè fortè findat* (*erumpat*, M. Mer. D. *pervadat*, JT. Pi. *disrumpat*, ut ignis disrumpit lapides; i. e. perdat [o]; sub. *pervasor*, vel *hostis*, quia de bello sermo est [p]; vel, subaud. *Deus* [q], ex membro præcedente [r], qui est *ignis consumens*, Deut. 4. 24 [†]. צלח significat, *pertransire*, *pervadere*, *erumpere*, sive *perrumpere*, sublato omni impedimento: unde pro *prosperari* dicitur, quasi libere aliquid facere, ut quis vim suam exserat [t].) *quasi ignis domum* (vel, *familiam*, Pi. vel, *in domum*, D.) *Joseph*, Mo. P. &c. i. e in domum Ephraim, qui fuit filius Joseph [v]; i. e. in Regnum Decem tribuum [x], quod in Osea sæpe intelligitur nomine *Ephraimi*, quòd hæc Tribus potentissima & populosissima erat, ex qua etiam primus earum Rex erat [y]. Al. *Nè ardeat* (vel, *succendatur*, ὁ'. Ch. Ar.)—*domus*, &c. Sy. Ti. Q. in Mer. ¶ *Et*, &c. ואכלה ואין מכבה לבית־אל] *Et devoret, & non sit qui exstinguat in Bethel*, M. sic P. Ti. D. ל pro ב, ut sæpe [a]. Vel, *ipsi Bethel*, Mer. D. τῇ Bethel, D. Al. *qui consumat Bethelem, nemine extinguente*, Pi. sim. JT. Probarem, si ל ante *Bethel* abesset.

Margin: [†] Liv. [t] Pi. [v] Mer. [x] Mer. D. [y] G. [b] D. [c] Mer. [d] Calv. [*] Mer. [f] Calv. [g] V. [h] Mer. [i] D. [k] D. [l] Liv. [m] Calv. [n] Mer. [o] Calv. [p] Mer. [*] G. [q] G. [r] Calv. [†] Mer. [t] Mer. & G. ex Hi. [*] G. [v] Mer. [x] D. [y] G. sim. [z] Mer. [a] D. obs. 15. 21. [b] G. [c] Mer. [d] Pi. [*] Mer. [f] D. obs. 14. 11. [g] G. sim. Liv. [h] Mer. [i] Mer. Liv. D. [k] Mer. [l] Mer. Liv. [m] Mer. [n] V. [o] V. [p] Pi. [q] D. sic Pi. [r] Pi. [†] D. [t] Mer. [v] D. sic Liv. [x] Liv. D. sim. V. G. [y] Liv. [a] D.

set[a]. Vox *Bethel* in Hebræo est trajecta; & ל ei præfixum valet articulum accusativi casûs: ut 2 Sam. 3. 30. Job. 21. 22. & 23. 8. Psalm. 64. 6. & 68. 5. & 69. 6[b]. Ne sit Betheli qui ignem Domini semel accensum restinguere possit[d]. *Bethelis* notanter meminit, tanquam loci celeberrimi, & Regiæ Jeroboami*.

7. *Qui*, &c. "ההפכים וגו] *Vertunt* (vel, *Qui vertunt*, M. sic P. D. vel, *Qui mutant*, D. vel, *O convertentes*, D. sim. Mer. ut ה sit admirandi nota[f]. Jungi hoc potest verbo *findat*, hoc modo, Findat, inquam, *eos qui convertunt*: vel, *Hi enim sunt qui convertunt*[g]. Vel, *Mutantes*, JT. Vos estis *ii qui mutant*, Pi. *Qui convertitis*, Heb. *convertunt*; enallage personæ. Docet quos potissimùm compellat[h].) *judicium* (quod omnibus jucundissimum esse oportet[i]. Judicia recta res suavis populo; corrupta, mera amarities[k].) *in absinthium*, Ti. in rem amarissimam[l]; in acerbissimam injuriam[m]. ¶ *Et justitiam in*, &c. לארץ הניחו] *In terra* (vel, *in terram*, Ti. Pi. Mer. vel, *humi*, Di. JT. Ca. Mer. D. Liv.) *relinquunt*, sive *reliquerunt*, Mo. P. Mer. Liv. D. i.e. negligunt, spernunt[n]. Relinquitis: enallage, sicut antè[o]. Vel, *deseritis*, Mer. Ca. *dimittunt*, M. *affligunt*, Ti. *prosternunt*, Pi. Mer. *collocantes*, JT. sim. D. Di. nihil eam curantes[p]: proculcatam non sublevatis[q]. *Jacent ea semper quæ apud quosque improbantur*, ait Cicero. Sic Dan. 8. 12. veritas contempta & spreta *in terram dejecta* esse dicitur[r]. Hunc locum accipio ut illud Esa. 42. 4. *Donec ponat in terra judicium*, i.e. donec prosternat condemnationem; de quo pluribus egimus ad Matt. 12. 20. In terra ponere, vel humi collocare, est, abolere*.

8. *Facientem* (vel, Quærite *opificem*, JT. O vos qui talia patratis, relictis idolis, colite Dominum, *qui fecit*[t]: vel, Derelinquunt *factorem*, M.) *Arcturum* (vel, *Cynosuram*, Ti. vel, *Vergilias*, D. sive, *Pleiadas*, V. D. G. Pi. *Pleiadum*, M. Vide Job. 38. 31[v].) *& Orionem*] Sic P. Mer. &c. vel, *Orionis*, M. Vide Job. 9. 9[x]. [Connexionem variè explicant.] Ratio est illius hortationis v. 6. *Quærite Jehovam*[y], facientem Arcturum, &c[z]. q. d. mirabili illius potentiâ reverendum[a]. Al. Hypocritæ Deum fingunt pro suo ingenio, & cum ipso ludunt, putántque ei futilibus suis piaculis satisfacere. Jubet ergò Propheta illas blanditias facessere, ostendítque aliam esse Dei naturam[b]. Al. Sed vos nondum commovemini his dictis, nec reputatis quis ille & quantus est qui contra vos agit. Verùm attendite; ego describam ejus majestatem, &c[c]. Stellas hîc nominat tum notissimas illis, etiam pastoribus & plebeiis[d]; tum quæ concitant tempestates, quas hîc minatur*; tum inter se contrarias: Pleiades enim frigus remittunt, Orion autem graves motus concitat[f]. ¶ *Et convertentem in manè* (i. e. in lumen clarum[g]; quale manè esse solet[h];) *tenebras*, (vel, *umbram mortis*, sive *letalem*, Mer. Pi. sive, *densissimam*, JT. Mer. V. Pi. vel, *tenebras mortiferas*, Ti.) *& diem*, &c. ויום לילה החשיך] *Et obscurantem diem nocte*, M. *Et diem noctem* (vel, *nocte*, sive *obscurum*, Sy. Ti. Ca. JT. Pi. vel, in *noctem*, P. Mer. ο'. ut *noctem*, D.) *tenebrescere fecit*, sive *facit*, Mo. P. vel, *obtenebrat*, Sy. Ti. JT. Pi. obtenebrando convertit[i]. Refertur hoc vel, 1. ad contradictiores dies aut noctes æstate vel hyeme[k]: vel, 2. ad diei noctísque vicissitudines: vel, 3. ad eclipses, &c[l]: vel, 4. ad felicitatem & calamitatem, &c. ut allegoricè sumatur[m]. ¶ *Qui vocat* (vel, *advocat*, Liv. sic JT. *evocat*, Ti. Mer.) *aquas maris*, &c.] Nempe extra consuetos terminos, ut terras inundet, sicut sequitur[n]. Vel, *vocat*, i.e. vocando in sublime attollit, *aquas*, id est, vapores[o], ex eis velut excolatos & eliquatos[p]; sive aquæ dulciorem partem, relictâ parte salsâ, tanquam graviore[q]; *maris*: unde pluvia; vide 1 Reg. 18. 44. & Lucret. l. 6. *Humorem magno tollunt ex æquore ponti Nubes*—Pluviæ generationem ostendit[r]. ¶ *Et effundit*, &c.] Per pluviam[†], in hominum usum[t].

9. *Qui*, &c. המבליג שד על עז וגו] *Confortans* (*Qui roborat*, P. M. Mer. G. D. sim. V. *Qui contorquet*, Ti. *Qui dividit*, sive *distribuit*, ο'. Ar. *Qui recreat se*, JT. Ille est *qui recreat se*, Pi. Tar.) *vastatorem*, sive *depopulatorem*, (*prædatorem*, hostem qui bellum infert[v]: vel, *contritionem*, ο'. sic Ar. vel, *vastitatem*, Mer. D. quod passivè sumo[x], h.e. hominem vastatum, imò ecillum, miserum[y]: vel, *vastitatione*, JT. Pi. Tar. quam infert[z],) *super* (*contra*, JT. Pi. sub. *populum*, M.) *robustum*, sive *fortem*, Mo. P. M. Ti. Mer. &c. vel, *super fortitudinem*, ο'. Ar. *Qui vires auget* (vel, *dominatum præbet*, Sy.) *infirmis contra fortes*, Ch. Ut illi hos vincant[a]. *Qui validâ pernicie fortes petit*, Ca. ¶ *Et*, &c. "ושד וגו] *Et* (vel, *Ità ut*, Mer. Pi. sic JT.) *vastator* (vel, *miseriam*, ο'. *vastatorem*, Ti. vel, *vastitas*, i. e. vastatus, ut suprà[b],) *super* (vel, *in*, P.) *munitionem* (vel, *locum munitissimum*, Ti.) *veniet*, Mo. P. Mer. vel, *venit*, Mer. vel, *adducit*, Ti. ο'. Ar. vel, *ingredietur*, i. e. expugnabit & vi capiet[c]. *Et humilem super excelsum attollit*, Sy. *Ut etiam depopulator aggredi audeat munitionem*, M. *Ut invadat munitiones pernicies*, Ca. q. d. Atque ità facit ut imbecillior etiam munitissima loca invadat & vincat[d].

10. *Odio habuerunt corripientem* (vel, *rectè monentem*, G.) *in porta*, (i. e. palàm sive in publico: ut necesse erat, quia palàm peccabant*: vel, *qui in porta*, G. V. sub. *judices sedebant*, V.) *& loquentem perfectè*, תמים] *Integre*, Liv. D. Heb. cum *integritate*, Pi. תמים, per ellipsin præpos. ב, adverbiascit, ut Psalm. 15. 2[g]. Vel, *integrum*, sive *verum*, sub. *verbum*, V. Referri hoc potest vel, 1. ad judices[h], quos ob judiciorum perversionem vel idololatriam arguebant[i], vel Prophetæ[k], vel judex aliquis integer[l], vel alius aliquis[m], vir pius & probus: vel, 2. ad populum, qui sinceros judices ferre non poterant, nec se admoneri patiebantur. Grave peccatum, odisse eum à quo reprehendaris, quum tuo id bono fit[n].

11. *Pro eo quod*, &c. "יען בושסכם וגו] *Quia*, vel *Quòd*, (vel, *Eò quòd*, JT. Pi. sim. Mer. Heb. *Propter*, Pi.) *vos opprimitis* (vel, *conculcatis*, Pi. V. Mer. sic G. Ti. *calcaturam agitis*, JT. ש dextrum (nam sinistrum nil mirum) pro ס ponitur; ut, contrà, Amos. 7. 14. ס pro ש, בולס, pro בולש, *inquirens* sycomoros: quæ radix magis est Chaldaica[o]. Vel, *diripitis*, Q. acsi esset à שסה. Sed ratio grammatica non patitur[p] ut ב servile sit[q]. Vel, *fatigatis*, P. V. ad verb. *fatigare vestrum*, V. vel, *oneratis*, D.) *pauperem*, M. Ti. &c. vel, *super* (vel, *contra*, JT.) *tenuem*, Mer. ¶ *Et*, &c. "ומשאת בר וגו] *Et onus* (vel, *fascem*, P. *sarcinam*, Mer.) *tritici*, sive *frumenti*, *accipitis* (vel, *abstulistis*, Calv. G. sic Mo.) *ab eo*, P. M. JT. Pi. Ti. &c. q. d. Quod ille labore suo comparavit, & domum humeris tuis comportavit[r], unde se miseram vitam tueri sperabat[†], vi aufertis ab eo[t]. Al. *Et debitum*, &c. Quum scilicet tempore caritatis annonæ pauperibus frumentum mutuò datis, ut postea amplius & cum fœnore vobis reddant: qua in re eorum facultates exhauritis[v]. Videtur RS. legisse משא, per Sin dextrum, quia hoc pro debito reperitur: sic fortè & משא, per Sin sinistrum, ità dictum quòd debitum oneri sit debitori[x]. Al. *Et munera electa*, ο'. sim. Ar. Sy. q. d. Munera illis extorquetis quibus sunt impares[y]. Sed simplicius בר sumitur pro *frumento* paleis expurgato; q.d. sarcinam frumenti quam vix in totis suis facultatibus habent[z]. ¶ *Domos*, &c.] *Domos* (Idcirco *domos*, Pi.) *incisionis* (*excisionis*, Mer. i. e. lapidum excisorum sive incisorum[a], & quadratorum[b], & bene dolatorum[c],) *ædificâstis*, vel *ædificabitis*, *& non habitabitis*, &c. Mo. Mer. &c. Non licebit illis uti frui. Vide judicii Divini æquitatem. Non damnat Deus domuum constructionem, &c. nisi ubi in alterius fiunt detrimentum, & cum inopum oppressione, ut illi faciebant[d].

12. *Quia cognovi multa scelera vestra*] Non me latent, quamvis in occulto ea committatis*. ¶ *Et fortia* (i. e. gravia, ingentia[f]: vel, *valida*, i.e. plurima, ut Psal. 139. 17[g].) *peccata vestra*] Ità Mer. ¶ *Hostes justi*; ità Mo. ο. sim. M. G. צררי צדיק *Oppressores*, &c. Sy. *Tribulatores*, V. *Conculcantes*, ο'. sic Ar. *Affligunt*, P. sim. JT Sym. *Lacessentes*, D. Vos estis *ii qui angunt*, Pi. *Qui premitis*, Ca. *Constringentes*, Ti. *Ligantes*, Mer. D. ex Aq. nam צרר est, *ligare*[h]: cui etiam cognatum est צור, *angustare*[i]. ¶ *Accipientes* (sub. *ab iniquo*, M. à reo sonte[k],) *munus*, כופר] *Redemptionem*, M. vel, *pretium redemptionis*, P. Liv. sim. Ti. Mer. D. Munus datum ad corrumpendum judicem[l], ut 1 Sam. 12. 3. Prov. 6. 35[m]. Pretium nè damnaretur. ¶ *In porta*, &c.] i.e. In judicio, ut suprà[n].

13. *Ideo prudens* (vel, *sapiens*, V. sic Mer. *intelligens*, Mer. Pi.) *in tempore illo* (tali scilicet & tam periculoso[p], quo

Deus

Deus populum suum judicaverit, ut Mic. 3. 4[q].) *tacebit*] Sic Mo. P. Ca. M. &c. sub. *& non arguet*, M. [Hoc autem variè explicant.] 1. Tacet, nè aliis nihil prosit, sibi verò malum adferat[r]. Non quòd Prophetæ aliíve à Deo afflati aut incitati non apertè eos arguerent; sed quòd qui alioqui probi erant & pii, verùm non tantâ spiritûs vehementiâ præditi, quum tantum viderent periculum, & seculum ità deploratum, mallent tacere, prudentiâ civili utentes †. Non audebant loqui propter tyrannidem, quia objurgatorem homines non ferebant. Latiùs tamen patet sententia, quòd taciti perferent injurias qui læsi fuerint, & vorabunt intus suos gemitus, quia non audebunt conqueri. 2. *Silebit*, nempe expavefactus ad terribilem Dei vindictam[t]. 3. Comminatur hîc privationem prophetiæ & Verbi Domini; quia priores Prophetas contempserunt, nec arguentes patiebantur[v]. 4. *Silebit*, i. e. patienter feret Dei ferulas, ut Psalm. 39. 10[x]. nec in Deum murmurabit[y]. 5. Propter injustitiam judicum aliorúmque odium veritatis Prophetæ tacebunt. Irriderentur enim illi, nec illa prædicatio esset ad correptionem, sed potiùs ad augmentum peccatorum[z]. 6. *Silere cogitur*, Ti. V. sic Calv. Non spontè silebunt, (nam indignum viro cordato esset silere ad tanta scelera,) sed à tyrannis silere cogentur, sublatâ omni loquendi libertate[a]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi. *Quandoquidem*, Ti.) *tempus malum est*] Vel, *mali erit*, JT. Pi. Vel, 1. prævalentis malitiæ[b]: vel, 2. adversum & calamitosum, ut Psalm. 41. 2[c]; vel, periculosum propter homines sceleratos[d]. Nam *veritas odium parit* *.

14. *Quærite bonum*] Date operam probitati[f]. ¶ *Erit——vobiscum*, (vobis favebit[g],) *sicut dixistis*] i.e. Cogitâstis[h]; vel, jactâstis, sive jactatis, vel jactitare soletis[i], vos sc. esse Dei populum[k], Deúmque se vobis obstrinxisse & obnoxium esse[l]. Si ità sit, facite digna hâc tantâ appellatione, ut vobis Deus adsit[m]. Ut hoc verum sit, debetis pietati operam dare: nam Deus non est cum improbis[n]. Vel, *sicut dixistis*, apud vos scilicet, i. e. ut petiistis[o].

15. *Diligite bonum*] Hoc: plus est quàm *facere bonum*: faciunt id sæpe improbi, in viti, ex metu, &c[p]. Bonum faciendum est propter se & ex animo & ex mero amore[q]. ¶ *Si fortè misereatur*, &c.] Loquitur more hominum, cùm dicit, *fortè*[r]. Dubitandi particula est. Sed hæc dubitatio non est ex parte Dei, sed ex parte hominum, quorum resipiscentia potest non seria & absoluta esse †. Verùm voces פֶּן & אוּלַי non dubitationem significant, ut relinquerentur suspensæ hominum mentes vel perplexæ, ut diffidant, aut cum dubitatione accedant ad Deum; sed tantùm difficultatem indicant, ut crescant fidelibus alacritas & ardor studii[t].

16. *Propterea*] Hoc non ad proxima refertur, (ubi eos hortabatur ad resipiscentiam,) sed ad totam sententiam, maximè ad suprà dicta, ubi & scelera & pœnas recensuit. Hortor vos ut resipiscatis, quò bene sit vobis. Verùm si pergatis spernere monita, prædico, &c[v]. Confirmat hæc particula quod priùs dictum est, nempe Israelitas frustrà sibi blandiri & tergiversari. Ideo, inquit, Deus præcidet vobis omnia subterfugia, compescet proterviam vestram, nec diutiùs suspendet judicium, sed jam pronunciat de vobis, &c[x]. Quia nec minis nec promissis movemini, sed adhuc in vestra persistitis malitia, ideo audite jam sententiam Dei[y]. ¶ *Dominus Deus*, &c.] Congerit hîc nomina Dei, vel, ut magìs perpendant magnitudinem ac potentiam Dei, quem offenderunt, & ad quem redire jubentur[z]; vel, ut asserat Deum esse supremum Judicem, à quo nulla est provocatio[a]. ¶ *In omnibus plateis*, &c.] qu. d. Non intus tantùm domi, sed foris & ubique, ut magìs planctus exaudiatur, & major dolor ostendatur †. ¶ *Dicetur*, (vel, *Dicent*, Mer. Pi. &c.) *Væ, væ*] Voces dolentium & ejulantium[b]. Non erit tunc tempus tergiversandi & garriendi adversùs Deum, sed prorsus occupati erunt in luctu suo[c]. ¶ *Et vocabunt* (vel, *invitabunt*, P. Mer. *accersent*, Mer. Liv. urbani scilicet, de quibus præcedentia dicebantur[d],) *agricolam* (id est, agricolas *,) *ad luctum*] Ità Mo. Ti. Mer. &c. Ob agros, vel vastatos ab hoste[f], vel corruptos vitiis frugum à Deo immissis[g]. Quamvis agricolæ non assueti sint luctuosis ceremoniis, [de quibus statim,] lugebunt tamen, & novam artem discent *. ¶ *Et ad*, &c. [וּמִסְפֵּד אֶל יוֹדְעֵי נֶהִי] *Et planctum* (vocabunt scilicet[h]) *ad scientes lamentum*, Mer. sive, *querimoniam*. Mo. Verba sunt transposita, ut sæpe fit, pro, *Et scientes lamentum vocabunt ad planctum*. q. d. Tum amplissima erit lamentandi materia iis qui carmina lugubria ex arte conscribunt: itaque undiquaque accersentur præfici & præficæ, qui alios ad lacrymas concitent[i]. *Et planctum emittentem ad eos qui ejulandi sunt periti*, Ch. *Et planctus erit apud peritos lamenti*, Pi. *Et ad plancium cum peritis lamenti*, JT. [acsi deficeret ל ante מִסְפֵּד, & אֶל hîc valeret, *cum*.] *Et ad planctum scientes lamentum*, P. sim. M. vel, *deditos lamentationi*, V. vel, *peritos lamentationis*, V. sim. Ti. Ca. Eos qui lamenta choro præire solent. Vide Matt. 11. 17[k]. Qui pretio conducti lugubri voce decantabant[l]. Qui mos erat Orientalibus, tandem & Romanis[m]. Vide Jerem. 9. 17, 18[n]. Hypallagen esse volunt, pro, [וְאֶל־מִסְפֵּד יוֹדְעֵי נֶהִי]. Sed nescio an sit necessarium. Videtur enim אֶל hîc aliam constructionem formare atque in priore membro. Ibi refertur ad rem ad quam quis vocatur; hîc, ad personam cui quid acclamatur, seu vocando significatur & indicitur. Quomodo & alibi verbum קָרָא construitur: ut Deut. 20. 10. *clamabis ad eam* (i. e. acclamabis ei) *pacem*; Ezec. 36. 29. *& clamabo ad frumentum*, id est, acclamabo frumento. Ità hunc locum reddo, *Et clamabunt agricolam ad luctum, & planctum acclamabunt peritis lamentandi*[o]. [Al. sic,] *Accersent agricolæ ad luctum & planctum peritos lamenti*. Nova interpretatio, sed vera, ut credo. Sing. אִכָּר, *agricola*, pro plur. *agricolæ*, ut sæpe. Idem hoc nomen est suppositum verbi וְקָרְאוּ: quod & RS. censuit, quanquam aliter exponat, *Agricolarum catervæ occurrent*. קָרָא post se regens præpositionem אֶל, vel ל [sequenti voci præfixum,] significat, *accersere*, i. e. vocare quidem, sed per alium. Communem igitur luctum declarat, distributione illius in varia genera: 1. civium, in plateis; 2. agricolarum, in villis & agris; 3. vinitorum, in vineis. Confer Joel. 1. 11. In sepultura olim cantores ad luctum flebili cantu excitandum adhiberi solitos esse docent Homer. in fine Iliad. de Hectore sepulto loquens, & Horatius De arte poetica. Hi Latinè *siticines* dicti sunt; de quo vide Gellium 20. 2[p].

17. *Et in——vineis*] Ubi læta cantica sonare solebant[q]. ¶ *Quia pertransibo* (vel, *Quum transibo*, JT. Pi.) *in medio tui*] Vel, *per medium tui*, per agros, vineas, &c. omnia pervastans & perdens[r]; sive, ad ultionem, ut Exod. 11. 4. & 12. 12 †. Verbum עָבַר *transeo*, de Deo dictum, semper plagas & adversa significat[t]. Id verum est, si modò cum בְּ construitur, ut Exod. 12. 12. & h. l. Quòd si cum לְ construitur[v], aut cum עַל[x], in bonum sumitur, pro, dissimulare, non punire; ut Amos. 7. 8. Mic. 7. 18[y].

18. *Væ desiderantibus diem Domini*] Vel, 1. mortem ipsam, ob superventuras calamitates, optantibus[z]: vel, 2. diem pœnæ & excidii[a], quem venturum Prophetæ prædixerant, sed hi non credebant. Vide Jes. 5. v. 19. Jerem. 17. 15[b]. Væ iis quæ dicunt, Utinam Deus veniat[c]; Quando apparebit dies ille visitationis de quo vos, ô Prophetæ tot dixistis[d]? nec considerant quid mali fecerint *, aut quòd ille dies ipsis exitialis foret; sed sibi blandiuntur, vel fiduciâ virium, vel ex hypocritico Dei cultu, &c[f]. Putabant enim Deum ipsos perdere non posse, quin mendax foret[g]. Al. Væ iis qui simulant se desiderare, &c. Nam הַמִּתְאַוִּים est participium conjugationis illius quæ non semper veram, sed aliquando fictam, actionem denotat, ut 1 Sam. 21. v. 13. Prov. 13. 7. Ironicè igitur videntur hunc diem optâsse, non revera ex animo, sed ut suam incuriam & securitatem de malis denunciatis ostenderent[h]. ¶ *Ad*, &c? [לָמָּה־זֶּה לָכֶם] *Ut quid hoc vobis?* Mo. P. sub. *desiderium*, vel, *optatis*, V. *Ad quid enim iste vobis?* M. *Quorsum vobis?* JT. Pi. scilicet serviret, conduceret. q. d. Nihil[i]. *Cur*, vel *Quò*, vel *Quorsum, hunc vobis*, sub. *optatis?* vel, *ridetis?* Al. *Cur hoc vobis*, sc. in mentem venit? unde vobis hæc libido incessit? Si qualis ille sit dies sciretis, non ità facilè & temere eum optaretis[k].

19. Oc-

19. *Occurrat ei ursus*] Quo nihil sævius [l]. Hoc vult, q. d. Vitato uno periculo in aliud incidet [m]. *Leo*, ut generosior, ità mitior est, & prostratis parcit. At *ursus* nulli parcit, & etiam cadavera dilaniat: morsus autem *colubri* est prorsus exitialis †.

20. *Numquid non tenebræ*, &c?] i. e. Tempus luctificum, &c [n]. Annon verum est quod dixi, diem illum talem fore [o]? Re apertè jam ostensâ, epiphonematicôs hoc subjungit [p].

21. *Odi & projeci* (Heb. *Odi, sperno*, Pi. Tar. &c. Ἀσύνδετον & συνωνυμία hîc magnitudinem odii indicat [q].) *festivitates vestras*] *Festa*, i. e. sacrificia festorum, ut Exod. 23. 18. Psalm. 118. 27. Jes. 29. 1. Mal. 2. 3 [r]. Alloquitur h. l. vel, 1. duas Tribus †; eósque Israelitas qui se ipsis adjunxerant [s]: vel, 2. decem Tribus [t]; quæ festa Domini celebrabant, sed in honorem Vitulorum [v]: vel, 3. omnes Tribus [x]. Sacrificia horum culpat, tum, 1. quia non erant debito modo oblata [y], sed per manus impuras [z]; q. d. Ista externa non moror sine fide & pietate [a]: tum, 2. quia non ritè peracta [b]. Non hoc tantùm damnat in Israelitis, quod in Judæis, quòd scilicet impii putarent Deo satisfacere per sacrificia; sed & externam speciem, quòd omnia illorum sacrificia erant meræ corruptelæ, & cultus eorum commentitius [c]. Emphaticè dicit, *festa vestra*, &c. q. d. non mea, &c [d]. ego ea non agnosco *. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא אָרִיחַ בְּעַצְּרֹתֵיכֶם] *Nec odorabor festa vestra*, P. sim. Ch. Sy. Ar. Ca. D. i. e. sacrificia in iis oblata [f]. Vel, *cœtus vestros*, Mer. *in cœtibus vestris*, Ti. suffitum *cœtuum vestrorum*, M. sic Mer. hostias *in conventionibus vestris*, ό. *diebus interdicti vestris*, JT. Pi. Heb. *in interdictis vestris*, Pi. Sed verbum הֵרִיחַ interdum cum nudo accusativo construitur [g]; interdum cum sequente ב [h], ut Exod. 30. 38 [i]. Vel, *in retentiones vestras*, Mo. עֲצָרָה, propriè, *prohibitio*: indè, *cœtus*, qui Jerosolymis detinebatur ad ferias celebrandas; &, *festum*, quo scilicet Jerosolymæ conveniebatur, quo etiam prohibebatur omne opus servile [k]. Sensus, Non erunt grata mihi, Levit. 26. 31 [l]. *Festa*, i. e. sacrificia festorum, ut arguit verbum *odorandi*, quod de sacrificiis dicitur, Gen. 8. v. 21. Similiter חַג, quod proprium *festi* nomen est, pro *sacrificio festi* ponitur, Exod. 23. 18 [m].

22. *Holocautomata*] Ex lege Levit. 1 [n]. Quæ in solidum cremabantur in honorem Domini, ideóque ei acceptissima inter omnia sacrificia [o]. ¶ *Et vota*, &c. וְשֶׁלֶם מְרִיאֵיכֶם וגו'] *Et pacificum*, vel *pacifica*, (vel, *eucharistica*; Heb. *retributionem*, Pi. sacrificia scilicet quæ pro pace, i. e. salute & prosperitate, obtinenda à Domino, vel obtenta, offerebantur [p];) *pinguium* (vel, *pinguium pecorum*, M. sim. D. G.) *vestrorum*, &c. P. M. Calv. Mer. &c. vel, *pinguia vestra*, Pi.

23. *Aufer à me tumultum*, &c. הָמוֹן שִׁרֶיךָ] *Turbam*, vel *multitudinem*, (vel, *sonitum*, sive *strepitum*, ό. Ch. M. Ti. JT. Pi. Mer. &c. Invidiosè sic vocat, quasi nihil aliud sit quàm strepitus Deo molestus, ut grunnitus suis, aut clamor asinorum [q]. *Vocem*, Sy. *concentum*, Ar.) *canticorum* (vel, *carminum*, Ch. Ca. *hymnorum*, Ar.) *tuorum*, Mo. P. &c. i. e. hymnos [r]. Cantica multa & ore & instrumentis in Templo canebantur †. ¶ *Lyræ tuæ*] Heb. *nabliorum tuorum*, Ti. Mer. Pi. &c. id est, *organorum tuorum*, ut LXX habent: species pro genere [s].

24. *Et*, &c. וְיִגַּל וגו'] *Et* (vel, *Sed*, P. JT. &c.) *volvatur*, vel *volvat se*, (vel, *decurrat*, P. *fluat*, Ca. sic Ti. V. Liv. G. sub. *apud te*, G. *revolvet se*, Pi. *revelabitur*, Ch. M. Vulg. Acceperunt וְיִגַּל pro וְיִגָּלֶה, à גָּלָה [v]. Sed rectiùs deducunt alii à גָּלַל [x]. *Volvi* per metaphoram dicitur pro *fluere*, quia aquæ, præsertim quæ concitatiore cursu feruntur, volvi videntur [y].) *ficut aqua judicium, & justitia tanquam torrens vehemens*; i. e. Æquitas tua & latissimè pateat, nempe erga omnes, & magno ardore ac impetu currat, nec unquam cesset [z]. Sensus est, Omnes ritus mihi displicent, donec vitam emendaveris [a]. Apagesis à me ista cantica [b]: externa non moror, sed ut justitiam colas [c]. Al. Vaticinium hoc est de Christo & Evangelio omnia perrupturo, &c [f]. Al. Comminatio est: q. d. Vos Deum luditis, vobis blandimini, putatis justitiam & judicium esse figmenta inania: ostendet ergò Deus & quid sint, & quid sint; patebit judicium Dei & contra vos ruet, &c [g]. Hypocritas hîc revocat ad verum Dei cultum, vitæ scilicet novitatem, & occurrit eorum querelis in Deum, quem frustrà colebant. At, inquit, si Deum seriò colitis, si, abjectis cultibus fictitiis, afferatis justitiam & rectitudinem, Deus vos non frustrabitur [h].

25. *Numquid hostias*, &c?] Difficillimi sunt hi tres versus [l]. Sensus est, q. d. Discite hinc quantilli æstimo sacrificia [k], nec ea vobis profutura, quòd vos in deserto defendi [l], & alui, quamvìs illa per 40 annos mihi non essent oblata [m]. Damnat hoc loco Israelitarum superstitiones [n], quas etiam hæreditarias esse docet [o]. Sed quomodo hoc verum, sacrificia per 40 annos non fuisse oblata? Obstant Exod. 24. 4. Num. 7. &c [p]. Resp. 1. Synecdoche est, anni 40, i. e. ferè 40; ut Jud. 9. 56. *fratres* 70, i. e. ferme 70; & Num. 14. 34. *Et* 40 *annis recipietis*, &c. cùm anni duo jam præteriti sunt [q]. Anni 40 numero rotundo dicuntur, pro annis 38 & penè 11 mensibus, quibus non sacrificabant [r]. Resp. 2. Negat id factum quod non fiebat modo ordinario †. *Non obtulistis*, &c. scilicet ordinariè, eâ frequentiâ, diligentiâ & statâ ratione quâ postea. Toto anno primo non sacrificabant, quia Tabernaculum nondum excitatum est: post annum secundum rarò admodum, ob loci incommoditatem, & molestiam itineris, & defectum vini, pecorum, &c [t]. Resp. 3. *Non obtulistis mihi*, emphaticè, per tacitam antithesin [v]: *non mihi* tantùm, Glas. sed & diis alienis [x], quod v. 26. exprimitur. Interrogatio hîc habet vim negandi [y]. Negat Deus ea sibi oblata, quia ei grata non fuêre, quia & sine pietate, & cum idololatria mixta erant [z]. Confer Esa. 1. 23. Ezec. 20. 39. Deus enim solus coli vult, aut non omnino: suæ gloriæ participem ferre non potest [a]. Sæpe se dicit Dominus non sacrificia requirere, sed puritatem præcipuè, ut Jerem. 7. 22, 23. Resp. 4. Nemo privatus tum ad sacrificandum cogebatur, &c [b]. Resp. 5. Verto, cum ό. *Nonne* [הֲ pro הֲלֹא, ut antè non semel notatum; ut vicissim, לֹא, pro הֲלֹא] —*obtulistis mihi quadraginta annis*? i. e. intra illud spatium 40 annorum? & tamen illi ex Ægypto educti in itinere perierunt propter malos mores [c].

26. *Et*, &c. וּנְשָׂאתֶם אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם] *Et* (vel, *Imò*, JT. Pi. Ca. *Potius*, M. *Nunc verò etiam*, G.) *portâstis*, vel *tulistis*, (*bini*, ut hîc addit Chaldæus [d]: vel, *honorâstis*, M. vel, *sustinuistis*, V. humeris sublatum videlicet, ex more idololatrarum; vide Jes. 46. 7. & Baruch 6. 3, 25 *.) *Siccuth* (Nomen proprium stellæ [f], vel idoli [g]; à סָכַךְ, *obtexit*, *protexit* [h]. Vel, *idolum*, P. vel, *umbraculum*, Ca. sive, *tabernaculum*, Ti. JT. Pi. ό. Ch. Sy. Ar. Glas. à סָכַךְ [i]. Legerunt סֻכּוֹת [k]. *Tabernaculum*, i. e. ναΐσκον; vel, ut Eustathius ad Iliad. 1. vocat, ναὸς ζῳηφορούμενος, quomodo & Philo Byblius loquitur. Servius ad 6. Æneid. ξόανα, *simulacra brevia quæ portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infundebant vaticinationem: quod fiebat apud Ægyptios & Carthaginenses*. Hos ergò, aut Tyrios, Carthaginensium genitores, Israelitæ in hoc imitati sunt [l]. Lecticam hîc intelligit in qua portabant numinis imaginem [m]; vel, sacellum idoli [n].) *regem vestrum*, Mer. sic M. Mo. Calv. Liv. D. q.d. quem *regem vestrum* vocabatis [o]. Ut Deus *Rex* populi dicitur, Esa. 44. 6. ità idololatræ deos suos *reges* vocârunt, utpote honore regio cultos, Soph. 1. v. 5 [p]. Odiosè *regem* appellat, ut taxet eorum ingratitudinem, quòd, quum Deus eorum Rex esset, & apud eos Regnum sacerdotale instituerat, asciverint sibi idolum pro Rege [q]. Alii vertunt, *regis vestri*, P. M. *Moloch*, ό. Ar. sic Sy. *Meleci*, sive *Molochi*, (sub. *dei*, G.) *vestri*, JT. Pi. G. q. d. Ministrâstis specie quidem Tabernaculo Dei vivi: re autem verâ coluistis Melechum, Ammonitarum deum [r], id est, Saturnum †. Hunc autem deum Ammonitarum Propheta solùm hîc nominat, quia Ammonitæ in propinquo erant; ut acriùs foderet ipsorum idololatriam *. Sed non placet *Moloch* hîc esse proprium nomen idoli, quia nomina propria non construuntur cum pronominibus affixis [t]. ¶ *Et*, &c. וְאֵת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם] *Et Chiun*, vel *Kiun*, (Nomen est idoli; forsan Herculis, quem Ægyptii *Chorem* vocabant [v]. Vel, *Saturnum*, Mo. Di. vel, *placentam*, P. Ti. quam diis offerebant [x], Jer. 7. 18. & 44. 19. ubi כַּוָּנִים vocantur [y]; à כּוּן, *aptavit*, (quòd singulari studio pararentur;) unde & כִּיּוּן [z]. At ו in כִּיּוּן est protra-

l Tar. m Mer. sim. M. V. D. G. † T. n Liv. sim. M. o Tir. p Mer. q Tar. r D. † Q. in D. & Mer. s Q. in Mer. t Mer. sim. Calv. v Mer. x D. sim. Mer. y Tar. z T. a Mer. b Tar. c Calv. d Mer. * D. f V. sim. Mer. g Mer. h Mer. sim. D. Tar. i D. Tar. k Mer. l G. m Liv. n G. o Mer. p Mer. q Mer. ex Hi. r G. † Mer. s Mer. D. v Mer. x Mer. sic D. M. ex K. y Liv. z Mer. a G. b Mer. c Liv. sim. Mer. f Q. in Calv.

g Al. in Calv. h Calv. i Mer. k D. sim. Mer. ex L. l Ca. Mer. m D. sim. Ca. n Calv. o Tar. sim. Calv. p Mer. q D. r T. † D. t Mer. v Pi. x Glas. gram. 3. 5. 22. 450. Pi. y Pi. z Mer. sim. Calv. a Liv. b Mer. c G. d G. * D. e Liv. sim M. f V. M. ex He. g Mer. Mr. ex He. RS. & K. & Luth &c. in Glas. h Q. in Glas. gram. 4. 3. 17. 857. i Glas. ib. k Mer. l G. m Glas. ib. ex Sc'd. n BA. 2. 112. o D sim. Mer. Calv. &c. p Liv. sim. D. q Calv. r Jun. † G. * Jun. t D. v Idem. x V. y D. z Glas. gram. ib. 868.

protractionis; non servile [a]. Vel, *signum*, Ca. vel, *delineationem, coaptationem, typum*, ut ό. verterunt, etsi mutato ordine [b]. Vel, *basin*, JT. Pi. scilicet affabre factam, cui impositæ erant imagines idolorum, ut tantò meliùs de loco in locum possent transferri, & in delubro reponi [c].) *imaginem vestram*, Ch. G. M. sim. Sy. vel, *imagines vestras*, Calv. Liv. D. Quod tam ad *Siccuth* quàm ad *Chiun* referri debet [d]. Enallage numeri, plur. pro sing*. ut in seq. *deorum vestrorum*, pro, *dei vestri*. Frequens Hebraismus in nominibus dignitatis, ut in vocibus קְדוֹשִׁים, אֲדוֹנִים, &c. quidni & in צַלְמֵיכֶם, quum צֶלֶם *imaginem* notet pro deo habitam & cultam [f]? Vel, *imaginum vestrarum*, Mo. P. Ti. JT. Pi. simil. Mer. Ca. vel, *præcipuam imaginem vestram*. Solent Hebræi rem excellentem per plur. efferre. Potest tamen verti, *Et cum Saturno imagines vestras*. אֵת pro *cum* [g]. Al. *Et imaginem simulacrorum vestrorum*; ut sit ἐκ παραλλήλου τῷ σκηνῆ? πλεονασμὸν dictum, de quo suprà. כִּיּוּן *imaginem* notat, à כּוּן *aptare, firmiter collocare*, quòd imagines idololatricæ firmiter in altaribus collocarentur, Esa. 41. 7 [h]. LXX hìc habent, καὶ τὸ [adde, ἄστρον, ex Græco textu, & ex Act. 7. ver. 43. quod hìc excidit:] τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφᾶ· alii libri habent, Ῥαιφάν· (*Et sidus dei vestri Rephan.*) Hoc sequitur Lucas, Act. 7. 43. καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν †. [Hinc aucta est hujus loci difficultas; & quo pacto ex כִּיּוּן, *Chiun*, fit *Rephan*, vel *Remphan*, operosè quærunt Interpretes: de quo opportuniùs, dante Deo, dicemus ad Act. 7. hìc tamen breviter perstringendum est; & præsertim quid sit כִּיּוּן ulteriùs quærendum.] Sicut *Moloch* est nomen Ammoniticum, ità כִּיּוּן est Arabicum & Persicum [i], quod & כִּיוָאן scribitur, & Saturnus, sive stella Saturni, eis est [k]. Rectè. Nam in Etymologico Persico-Turcico inter stellas est כִּיוָאן pro *Saturno*. Et in Lexico Arabico, cui nomen Camus, כִּיוּן explicatur, *vir rigidus & austerus*, propriè, *prohibitus*, ad quem accessus quasi est prohibitus ob morositatem & morum difficultatem; cujusmodi apud Ethnicos depingitur Saturnus: neque apud astrologos planetarum ullus inclementior Saturno [l]. Idem [Saturnus] dictus Syris רִמּוֹן, 2 Reg. 5. 18. nimirum quòd *altissimo esset orbe*, ut Tacitus loquitur. Sicut כיון pronunciabatur & כיואן *Kivan*, ità רמן etiam רמון *Remvan*: quod Græci, amisso digammæ usu, scripsêre Ῥαιφάν, aut Ῥεμφάν, quæ scriptura vera est [m]. Pro כיון in scriptura sine punctis exarata, lectum videtur כֵּיוָן *Kevan*. Hinc *Revan* factum [n], vel, ex Græcis K & R vel P vicinis literis mutatis [o]; vel, ex Hebræis literis errore nato. Non enim magnum, si figuras spectemus, inter כיון & ריון discrimen est. Ex *Revan* fit *Rephan*, mutatis literis affinibus; (ut olim *Dasus* & *sersus* scribebantur, pro, *Davus* & *servus*, & in Latino Alphabeto *f* eum locum habet quem in Hebræo ו;) & Act. 7. 43. *Remphan*, euphoniæ causâ. Cujus gratiâ veteres ante *p* & *b* in multis dictionibus *m* literam interponebant. Hinc *tympanum* à תּוֹף, & *lampas* à לַפִּיד. Adde Virg. Æn. 10. *Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi* [p]. ¶ *Sidus*, &c. ״כּוֹכַב וגו [*Stellam*, vel *Sidus*, (i.e. simulachrum sideris [q].) *deorum vestrorum*, Mo. M. &c. vel, *dei vestri*, P. JT. Pi. Mer. Liv. h. e. deum vestrum [r]. Appositio †. Locutio est ut *fluvius Euphratis* †, *herba lapathi*, in Horat. *urbs Antiochiæ*, apud Ciceronem; *expansum cœli*, id est, expansum quod cœlum est, ait AE. &, *sculptilia deorum ejus*, id est, sculptiles dii [v]. Ità hìc, *sidus dei vestri*, i. e. quod pro deo vobis fuit [x]. *Stellam* hìc Luciferum intelligit [y]. τὸ *deorum vestrorum* communiter refertur ad *Molochum* & ad *Kiun*. Dicuntur autem *dii Moloch & Kiun*, vel *Kivan*, quia, quanquam ad idem sidus referebantur, alia tamen habebant nomina habitúmque & cultum, ut Luna & Diana apud Græcos. Quin & plures homines ad idem sidus relati apud alias aliásque gentes. Et Moloch Regis habebat figuram; Kivan, stellæ [z]. [Verbis aliquo modo enucleatis, quærendum restat de quibus, sive de quo tempore, hæc dicuntur, & quomodo cum præcedentibus connectuntur.] Resp. Dicuntur de Israelitis, vel, 1. in deserto [a]; vel, 2. postea in terra Canaan; nam ibi astra colebant. Vide 2 Reg. 17. 16. Act. 7. 42 [b]. unde constat Stephanum sistere Israelitis delicta quibus jam indè à defectione & vituli cultu in deserto sese obnoxios fecerant, & perpetuam ipsorum apostasiam, &c [c]. Vel, 3. Amosi tempore [d]; non tamen exclusivè*. [Connexionem autem pari ferè varietate instituunt.] Versu 20 pœnas Divinas comminatus fuerat: vers. 21, 22, 23. prolepsi occurrit, nè putent posse Deum sacrificiis placari sine conversione, &c: v. 24. eos ad verum cultum revocat: ver. 25. & 26. idololatriam modernam collatione avitæ majorum impietatis exaggerat, malúmque hoc quasi hæreditarium esse ostendit: v. 27. ad comminationem pœnæ revertitur [f]. Al. Impiè & idololatricè vivitis, interea putantes me sacrificiis placare, quum sine sacrificiis non desierim in deserto vos alere; ac (quod amplius est) idolis vestris honorem deferentes, &c. Vel sic, Non mihi in deserto sacrificia obtulistis, imò verò vel tunc, ut non est dubium, vel etiam postea & hodie, idolis vestris servîstis [g]. Tantò pejores estis [vos scilicet qui nunc vivitis] quàm illi, [in deserto:] illi murmurârunt adversùm me, vos alios deos introduxistis [h].

27. *Et* (vel, *Igitur*, M. Ti. sim. JT. Pi. Mer. Pro tot & tantis sceleribus [i],) *migrare vos faciam trans Damascum*] i. e. In regionem à vestra remotissimam [k]; in Assyriam [l], & Mediam ac Persiam [m]. At Lucas, rem magis spectans quàm verba, pro, *ultra Damascum*, Act. 7. v. 43. habet, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, (*ultra Babylonem* [n].) Utrumque verum [o]. Nam Assyria & Armenia, in quas transportati sunt Israelitæ, ultra Damascum & Babylonem sunt. Vide 2 Reg. 15. 29. & 17. 6. 1 Par. 5. 26. & ibi dicta. Per Damascum via erat in Assyriam [p]. *Damasci* hìc mentio fit [q], vel, 1. quòd antehac nonnulli eorum in Damascum, locum propinquum, sunt forsan relegati à Syrorum Regibus, unde spes erat redeundi. At, inquit, posthac longiùs relegabimini, & sine spe reditûs [r]. Vel, 2. quia putabant hostes inexpugnabili illo propugnaculo arceri à tota illa regione. Sed non impediet, inquit, illa munitio quin vos abripiam, &c †. Vel, 3. quòd eâ viâ, per Damascum scilicet, deportati fuerint in Assyriam. Verisimile enim est Tiglath-Pileserum, ab Achazo accersitum contra Israelitas & Syros pugnatum, primùm Israelitas invasisse, eósque victos abduxisse, cúmque ea captivitate Damascum contra Syros profectum esse, quos etiam similiter eodem tempore subjugatos deportavit. Esa. 8. 4. *Tolletur opulentia Damasci & præda Samariæ ante regem Assyriæ*. Vide 2 Reg. 15. 29. & 16. 9. & suprà annotata ad Amos. 3. 11. Nam Achaz, qui illum Assyriæ Regem ad id bellum faciendum conduxerat, dicitur profectus esse obviàm Tiglath-Pilesero Damascum, ad gratulandum ei de victoria, ut probabile est, quasi ibi illius belli contra Israelitas & Damascenos gesti finis fuerit [t].

CAP. VI.

1. **V**Æ, &c. ״הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים וגו [*Væ* (vel, *Heu*, Mer. Ca. *Heus*; ut הוֹי sumitur Esa. 55. 1. & Zac. 2. v. 6, 7 [a].) *quietis*, sive *tranquillis*, (vel, *opulentis*, Ti. vel, *securè sedentibus*, M. vel, *securos*, Ca. Mer. summo otio & felicitate fruentes [b], ac animi tranquillitate [c]; nihil de peccatorum pœna timentes [d]: vel, *vos tranquilli*, Pi.) *in Sijon*, (i.e. iis qui habitant in monte Sione*, i. e. in Jerosolyma, per synecdochen [f]; sive, in Regno Juda [g]:) *& confidentibus* (vel, *securis*, sub. *qui habitant*, D. ex Liv. *fiduciam habentibus*, JT. Pi. sic M.) *in monte Someron*, sive *Samariæ*, P. M. Mer. sic Mo. qui [mons] naturâ & situ munitissimus erat [h]. Potiùs, in urbe Samariæ, quæ in monte sita [i]: vel, in munitionibus ejus, quòd urbs esset potens & munita [k]. Fiditis urbi bene munitæ [l], non Deo [m]. Israelitas & Judæos h. l. simul complectitur [n]. [Alii locum sic reddunt,] *Væ* [*iis*] *qui despiciunt Sion, & confidunt* (vel, *qui, neglectâ Sione, confidunt*, Ar.) *in monte Samariæ*, ό. Ar. sim. Sy. ¶ *Optimates*, &c. ״נְקֻבֵי רֵאשִׁית הַגּוֹיִם וּבָאוּ לָהֶם וגו [Solent Interpretes נְקֻבֵי & לָהֶם referre ad montes Sionis & Samariæ [o]. *Nuncupatis*, vel *Nominatis*, (vel, *Qui* montes *nuncupantur*, D. Qui montes *nominati fuerunt*, M. *Denominatis*, sub. *locis*, vel *montibus*, Sionis & Samariæ. Per appositionem dictum [p]. *Qui* montes *expressè nominantur*,

nantur, JT.) *principium gentium*, Mo. He. in V. (vel, *præcipuum suarum gentium*, JT. Sed τὸ *suarum* non est in Hebræo: neque forma constructa in נְקֻבֵי permittit ut רֵאשִׁית vertatur in nominativo[q]. Verùm constructa forma hîc ponitur pro absoluta, ut Esa. 33. 6. חָכְמַת[r]. Vel, *à principio gentium ipsarum*, P. vel, *apud primas gentes*, M. Etiam cùm gentes ante Israelitas inhabitarent Terram promissionis, mons Sion & mons Samariæ apud eas fuerunt celebres præ cæteris locis, ob naturalem munitionem. Ad hæc igitur optima loca cùm Deus Israelitas perduxisset, & gentes indè expulisset, obliti sunt beneficiorum Dei, & in omnia vitia proruerunt, freti securè se habitare, non quòd Deo fiderent, sed munitionibus †. *Principium* hîc ponitur pro præcipuo[t]: *gentium*, i.e. vel septem gentium, vel 12 tribuum. Celeberrimi erant hi montes, *Sion*, ob Templum, *Samaria*, ob Regnum Ephraim: nam Reges ibi habitabant[v]. *Principium gentium* dicuntur hîc, ut Num. 24. 20. primariæ & præcipuæ gentes; quales erant Cananæi, Deut. 7. 1. Amos. 2. 9[x].) *&* (vel, *& tamen*, P. V.) *venerunt* (vel, *veniunt*, D. *ingressi sunt*, V.) *ad eos domus Israel*, Mo. P. M. i.e. ceperunt illos[y]: invaserunt eos Israelitæ, & pulsis successerunt[z]. Al. Israelitæ, inquit, conveniunt eò vel sacrorum causâ, vel judiciorum. Nam in Sion erant Templum & consessus judicum: in Samaria, & aula, &, ut credibile est, senatus summus illarum tribuum[a]. [Alii aliter.] τὸ נְקֻבֵי non refero ad montes[b], sed ad Sionios, i.e. Judæos, & Samaritanos, i.e. Israelitas, referri puto[c]; ad tranquillos & confidentes: ac toto versu describi sentio aulicos ac potentiores utriusque Regni, Judaici & Israelitici[d]. [Sic ergò locum accipiunt:] *Insignibus inter primitias gentium*, (h.e. inter populum Israeliticum, quem Deus vocatione suâ cæteris gentibus prætulit. Heb. *Designatis primitiarum gentium*. Est descriptio Principum tribuum Israelis, de quibus dicitur נִקְּבוּ *designati fuerunt nominibus*. נְקֻבֵי ad montes referri nequit, quia manifestè cohæret cum nomine הַשַּׁאֲנַנִּים *tranquillis*. Et sequens לָהֶם personam potiùs quàm rem inanimam, putà montem, notat: de quo si sermo esset, dixisset, שָׁמָּה, *illuc*.) *ad quos conveniunt* (scil. ut apud eos jus quærant. Hoc adhuc pertinet ad descriptionem judicum seu Principum.) *domus Israelis*, i.e. Israelitæ *. Al. *Nominatis principalitatis gentium*, vel, *Celebratis præcipuarum gentium*, &c. i.e. Qui authoritate ac potestate adeò eminetis, ut & inter præcipuas gentes nomina vestra celebrentur, & tota domus Israel ad vos veniat. רֵאשִׁית hîc sumitur ut infrà v. 6[f]. *Celebratissimi præcipuarum gentium, introierunt autem ad eos* (nempe montes: vel, *& ad quas venerunt*, id est, quas suo adventu expulerunt[g],) *domus Israelis*, Ti. *Nominatos*, celebratos, insignes, *primitiarum gentium*, i.e. nominatissimos & primitias gentium, (ut cap. præc. *fidus dei vestri*, i.e. fidus quod est vobis pro Deo;) q.d. qui sunt, vel qui estis, gentium omnium celeberrimi, atque adeò gentium primitiæ, quia vos præ cæteris populis delegit Deus in populum sibi peculiarem: *& venerunt ad illas*, gentes scilicet, *domus Israel*; i.e. *ad quas venerunt*, nempe quas & quarum regiones occupârunt, *Israelitæ*, gentibus indè pulsis. Quanta ergò nunc est Israelis ingratitudo, tanto Dei dono abuti ad securitatem, &c[h]! Al. Placet mihi sensus quem Chaldæus exprimit, *Nomina habentes principum earum gentium ad quas ventitat* auxilii obtinendi causâ *domus Israel*. Præcipui in Juda & Israele nomina sibi imponebant ea quæ habebant viri potentissimi in Syris, Assyriis & Ægypto, in quorum clientelam se dederant. Sic *Alexandri*, *Antipatri*, *Drusillæ*, facti in domo Herodis[i]. Al. *Qui appellantur primitiæ gentium, & tamen venerunt ad illas*, gentes scilicet, *Israelitæ*: qu. d. & tamen illis sese adjungunt, earum ritus & mores sequuntur, ut jam nôn populus Dei censeri debeant, sed sint ex gentium numero[k]. Chaldæus etiam ad imitationem gentium retulit[l].

2. *Transite in Chalanne*, כַּלְנֵה] *Chalne*, Mer. D. Pi. &c. urbem Babyloniæ[m], in terra Sinar, Genes. 10. 10[n]. Vel, 1. Callinisum, ex sono nominis[o]: vel, 2. Ctesiphonta[p]: vel, 3. Seleuciam[q]. Vel, accipit pro tota regione[r]. Hîc pro Regno Babylonio sumi potest, nisi quòd eam urbem ut vetustissimam, & agri ubertate

q Di.
r Gl. f. gram. 3. 1. 40.
† V. ex M.
t D. Liv.
v D.
x Liv.
y V.
z Liv.
a D.
b Mer. sim. Di. Tar. Pi.
c Mer.
d Di.
* Pi.
f Di.
g Tig.net.
h Mer.
i G.
k RS. in Mer.
l Mer.
m V. Mer.
n M. Mer. Pi. D.
o G.
p Hi. in G. BP. 271.
q Liv.
r V.

insignem, nominavit †. ¶ *In*, &c. חֲמַת רַבָּה] *Hamath-rabba*, Ti. in *Hamath magnam*, P. Mer. sic M. Mo. &c. urbem sitam ad radicem Libani[t], de qua 2 Reg. 14. 25. vide & Numer. 13. 21. & 34. 8[v]. Intelligunt vel, 1. Antiochiam Syriæ[x]; quæ *magna* dicitur ad discrimen minoris Hamath, quæ est Epiphania[y]. Hamath ergò duplex fuit[z]. Vel, 2. Epiphaniam[a], prout investigans reperi[b]. Hæc autem *magna* dicitur ut Sidon dicitur *magna* Jos. 19. 28. non quòd urbs hæc aut illa duplex fuerit, sed ob celebritatem[c]. Vide dicta ad 2 Reg. 17. 24[d]. ¶ *Geth Palæsthinorum*] Quæ inter quinque satrapias potentissima erat, indè dicta *frænum rivi*, [vel, *Metheg-ammah*,] 2 Sam. 8. 1 *. Sensus loci, Conferte vos ad præstantissimas circumquaque urbes[f], imperii & ubertatis nomine celebratissimas[g], *Seleuciam* in Mesopotamia ab Oriente, indè *Chamatham* ad Aquilonem, postea *Gathum* ad Occidentem & meridiem[h]. ¶ *Et ad*, &c. הֲטוֹבִים וגו'] *An* (sub. *sunt*, vel *sint*, P. JT. Pi. G. Mer. & sub. *illa*, G. ut pendeat hæc vox à verbo *aspicite*, sive *considerate*[i]. Et videte *an* sint, V.) *meliores* (vel, *meliora*, G.) *regnis istis?* (nempe Regnis Israelis & Juda[k]; quorum terra fertilissima[l], & multis nominibus laudatissima, Num. 14. 7, 8. Deut. 8. 7[m].) *& an amplior est terminus* (i.e. regio[n]) *eorum termino vestro?* P. Mer. sim. JT. Pi. Mo. &c. q. d. Nequaquam. Nam interrogatio negativam innuit[o]. Considerate num ab illis superemini[p], an latiùs illi possident. Non sanè: videbitis illorum terras vestris nihil præstare, si modò res vestras ità ut oportet servare nôssetis[q]: experientiâ discetis regionem vestram excellere[r]. Cur ergò ingrati estis in eum qui plura vobis quàm vicinis dedit †? Si fiat simplex comparatio inter Calneh & Jerosolym. certè Babylonia fuit fertilior & amœnior regio, ut notum est. Sed Propheta non hîc concionatur de veteri [sed de præsenti] illorum locorum statu. q. d. Urbes illæ olim longè latèque dominatæ sunt; nunc autem abstulit Deus illos terminos, & redegit eos in tales angustias, ut tributum pendant[v]: non tantâ jam fruuntur libertate quantâ vos. Agnoscite igitur felicitatem vestram, & ejus authorem me colite. Quòd si non feceritis, illarum exemplo discite quàm graviter Deus potentes punire possit & soleat, cùm sint in ipsum ingrati[x]. Non profuit urbibus illis quòd opulentæ essent & munitæ, &c. Cur ergò vos munitionibus fiditis, nec idem metuitis[y]? Non dubium est quin [Israelitæ] uberiorem & ampliorem terram vicinis initio adepti sint à Domino: etsi tandem Syri, Assyrii & Babylonii prævaluerint propter peccata Israelis. Nonnulli ex hoc loco contrarium sensum eliciunt, quasi velit dicere has urbes Israeliticis præstantiores esse, &c. Sed errant[z]. *Annon meliora sunt regnis istis? si non est major terminus eorum termino vestro?* M. *Num sitis regnis istis præstantiores? an potiùs eorum fines fuerint finibus vestris ampliores?* Qui Regna illa vestro majora delevi, & vestrum delere possum: nè fortè montibus vestris confidatis[a].

3. *Qui*, &c. הַמְנַדִּים לְיוֹם רָע] *Elongantes ad diem malum*, Mo. *Longè removetis* (vel, *Qui longinquum putant*, P. *Qui in longinquum rejicitis*, Ti. sim. Calv. D. sub. *in mente vestra*, i.e. apud vos cogitatis longè abesse[b]. De conatu loquitur, non de eventu[c]. *Illi longè à se removebunt*, G. *Væ longè repellentibus*, &c. JT. Pi. sim. Mer. V. D. &c. τὸ הוֹי ex initio capitis repetendum hîc & in sequentibus[d].) *diem malum*, Ti. M. P. D. vel, *mali*, JT. Pi. D. Di. Ut apud Syros, sic & Hebræos, ל sæpe notat accusativum. Forsan sic vertas, *Qui elongatis malum in diem*, i.e. Qui nunquam præsens vobis vultis esse malum, sed semper de die in diem propellitis *. *Qui à se triste tempus amovent*, voluptati indulgent, & injusti sunt[f]. Cùm Prophetæ meo jussu dicunt vobis impendere diem ultionis, vos dicitis eum longè abesse[g]. Confer Ezec. 12. 22. Securitatem arguit, de qua fugienda vide Matt. 24. 42, 48[h]. ¶ *Et*, &c. וַתַּגִּישׁוּן שֶׁבֶת חָמָס] *Et fecistis*, vel *facitis*, (vel, *faciunt*, P.) *appropinquare* (vel, *Proximum autem facitis*, M. sim. Ti. *Qui admovetis*, JT. Pi. sic D. q.d. familiarem vobis redditis[i],) *habitare* (vel, *sedem*, P. JT. Pi. *solium*, M. Ti.) *rapinæ*, Mo. vel, *violentiæ*, JT. Pi. vel, *iniquitatis*, P. M. i.e. ubi jus pervertatis, & iniquas feratis sententias[k]. Vel, si de *habitatione* loquitur, sensus est, Qui exstruitis domos ex bonis paupe-

† Mer.
t Pi. sin. Tar.
v Tar.
x M. Mer. BP. 4. 36. 347. ex Chald. & RS. &c. Hi. in G.
y Mer. BP. ex Hi.
z BP. ex Hi.
a Ful. ex Hi.
b Hi. in Ful.
c Ful. misc. 2. 8.
d G.
* Mer.
f Liv.
g Mer.
h Liv.
i Pi.
k G. Mer. Tar. D. sim. V. Liv. &c.
l G.
m Li…
n D.
o Tar.
p Mer.
q G.
r Liv.
† G.
v Calv.
x Tar.
y Calv.
z Mer.
a Ca.
b Q. in V.
c Tar.
d Mer.
* Di.
f Ca.
g M.
h G.
i D.
k Mer. sim. M. Pi. D.

pauperum oppressorum, &c [l]. *Et injustitiæ sede utuntur*, Ca. *Vos autem facitis ut appropinquet*, &c. Diutiùs durabunt ista minora Regna quàm vestra: ultro enim factis vestris externos dominos in vos accersitis [m]. Observanda hìc antithesis, *Rejicitis diem*, &c. ideo *admovetis sedem*, &c. vitam non emendatis [n]. q. d. Vos accersitis intemperie vestrâ febrem, & tamen procul eam repellitis [o]. Hæc in primores & judices dicuntur [p].

4. *Qui*, &c. הַשֹּׁכְבִים] *Qui cubatis*, sive *cubant*, sive *jacent*, (forsan ad epulandum [q], prout suadent sequentia. Confer Amos.2.8 [r]. Vel, *Væ accumbentibus*, Pi.) *in lectis eburneis*: vel, ex ebore factis †; vel, ebore obductis [t]. *Lectorum eburneorum*, sive *eboratorum*, meminêre Varro, Horat. sat. 6. lib. 2. Plautus, &c. Confer & Amos. 3. 15 [v]. ¶ *Et*, &c. וּסְרֻחִים וגו'] Non est Paül, (cùm à neutris passiva non soleant formari,) sed nomen Toar [x]. [Variant.] *Et distenti* (vel, *extendunt se*, P. *latè extendimini*. Sic Chaldæi & Arabes hanc vocem usurpant [y]. *Distendunt*, vel *distendentes*, *se indecorè*, V. Ti. Porrigunt se voluptatis causâ & pandiculantur [z]: extendunt & crura & brachia ut molles & ignavi solent [a]. *Submergunt se*, Ch. *affluentes deliciis*, ο'. *libidine exardescitis*, Ar. *lascivitis*, Vulg. Quod non ad libidinem retulerim, sed quòd delicatè & molliter cubarent, omni ex parte voluptatem captantes [b]. *Tapetia*, sive *stragula*, *amplissima*, He. in V. *extensiones sunt*, i. e. extenti & diffusi circumquaque tapetes [c]: *luxuriantur*, Sy. Ca. Mer. sic Di. *luxuriantibus*, Pi. *redundantibus*, JT. *excessivis utuntur* ornamentis, M. *diffluitis*, *redundatis*, D. *superflui sunt*, Mer. Refero ad aulæa ampla & redundantia [d], & in terram usque diffluentia *, quibus lectos insternunt [f].) *super*, vel *in*, *stratis*, *sive grabatis*, sive *lectis*, (vel, *spondis*, Pi. Di. sic JT.) *suis*, Mo. P. &c. q. d. Petulantes sunt, lascivi, qui mollitie & voluptatibus diffluunt, nec modum servant, qui Græcis ἄσωτοι dicuntur, intemperantes, luxuriâ abundantes, eaque fœtidi ac corrupti. סרח apud Hebræos est, *redundare*, *superfluere*; apud Chaldæos, *fætere*; apud Syros, *corrumpere* *. Licebat forsan uti lectis illis. Sed Amos spectat miserias temporum, quum Deus infensus erat, quando debebant lautitiis se abdicare, & confugere ad saccum & cinerem [s]. ¶ *Agnum de grege*] i. e. Eximium [r]. Sic hostias eximias dictas docebat Veranius eas quæ eximebantur è grege. Meminit Macrobius 3. Sat 5 †. *Agnos*, i. e. agnos pingues, ex toto grege. Sic sæpe Hebræis nomen absolutè positum significat id quod insigne est & eximium [t]. Præpositio *ex* interdum præeminentiam indicat; ut Psal. 28. 7. *ex cantico meo*, i. e. cantico aliquo singulari, &c. & h. l. unde pro, *agnos*, Chald. habet, *pingues* [v]. כַּר etiam *arietem* significat adultiorem & pascualem, à כַּר, quod *locum pascuum* significat [x]. ¶ *Et vitulos* (sub. *eductos*, BA. 1. 302.) *de medio armenti*, מַרְבֵּק] *Saginarii*, Mo. P. Mer. i. e. loci ubi includuntur vituli ut saginentur; q. d. altiles & saginatos [y]. *Pascuæ pinguis*, M. Vox מַרְבֵּק quater occurrit in S. S [z]. ut Masora notat: 1 Sam. 28. 24. Jer. 46. 21. [ad quæ loca annotata vide;] Mal. 4. 2. & h. l [b].

5. *Qui*, &c. הַפֹּרְטִים עַל־פִּי הַנָּבֶל] *Particularizantes* (vel, *Concinentes*, M. Calv. *Qui particulatim canunt*, P. i. e. Qui peritè canunt suam cantici partem; Gallicè, *Qui sçavent jouer leur partie* [c]. *Variis modulationibus concinunt*, Ti. *Prævalentes*, ο' [v]. *Qui pulsant*, sive *pulsatis*, Sy. Ar. *Qui pulsant*, aut *canunt*, Ch. in V. *Modulantibus*, JT. Pi. Liv. Heu, inquam, *qui modulantur*, Mer. *Qui cantillatis*, G. *Qui cantillant*, sive, quod idem, *Qui minuriunt*. Unde *minuritio*, cùm exili voce canitur [d]. *Væ modulantibus*, artificiosè & more avium minurientibus *,) *super os nabli*, Mo. vel, *ad Nebel*, P. sic D. nam פִּי quandoque est syllabica adjectio [f]: *cum voce psalterii*, M. *super ore cithara*, Calv. *ad* (vel, *juxta*, Mer. sic Pi.) *præscriptum* (vel, *vocem*, Mer. vel, *sonum*, G. vel, *rationem*, Mer. Pi. vel, *modum*, Mer. Pi. Ti.) *nablii*, JT. Pi. Mer. &c. *Qui nablo numeros modulantur*, Ca. BA. 1. 464. Verbum פָּרַט propriè significat apud RR. *speciatim*, *sigillatim* ac *particulatim distinguere*. Atque ità cognatum videtur verbo פָּרַד, quod etiam *dividere*, *distinguere*, & *separare*, notat. Hìc verò *canere* significat: in cantu enim vocis sonus multis modis variatur, multas habet diversorum tonorum, modulorum, numerorum distin-

[Margin: l D. sim. RS. in Mer. — m G. — n Mer. — o Calv. — p Mer. — q D. sim. Pi. — r D. — † Idem. — t D. Liv. ex Ch. — v Liv. — x Mer. — y G. — z RS. in Mer. — a Calv. — b Mer. — c Q. in Mer. — d Mer. — * D. — f Mer. — * Di. — s Calv. — r G. sim. D. Glas. — † G. — t Mer. — v Glas. gram. 3. 6. 8. 536. — x Q. in Mer. — y Mer. — z Mer. BA. — a Mer. — b Mer. BA. 1. 2. 31. 302. — c V. — d D. — * Tar. — f D.]

ctiones. Hinc Horatius od. 15. l. 1. dicit, *Imbelli cytharâ carmina divides*, i. e. distinctè modulaberis [g]. פרט propriè est Hebræis & Chaldæis quod Græcis μινυρίζειν [h]. פּוֹרְטִים significationem habet vel, 1. à פְּרוּטָה, *obolus*, aut *nummus*: q. d. *Qui dant singuli obolum cantori*, vel *pulsanti Nebel* [i]. Vel, 2. à פְּרַט: id est nomen particulare [k]. RR. כְּלָל est, *universale*; פְּרַט, *particulare*, *singulare*. Est ergò פּוֹרְטִים proprium fidicinum, qui minutatim & sigillatim singula verba cantici instrumento musico accommodant & applicant; quod ferè fit imminutione: præterea, sigillatim explorandæ chordæ instrumenti musici, & ad concentum harmoniámque ejus quod canitur accommodandæ, sunt [l]. Vel, 3. à פֶּרֶט, quod significat *acinum uvæ* [m], vel grana singula uvarum quæ post vindemiam remanent, Lev. 19. 10 [n]. Quia ergò uvæ tunc non sunt densæ, sed raræ & à se distantes, hinc פרט *distinguere* sign. ut musica suas habet distinctiones [o]. Al. *Uniunt se*, vel *Uniuntur*, *secundùm chorum*; i. e. Qui canunt vocémque elevant ad sonum, sive juxta tonum, nabli, &c [p]. *Qui solvunt cantica*, &c. Al. in V. ¶ *Sicut*, &c. כְּדָוִיד חָשְׁבוּ וגו'] *Sicut* (vel, *Ad instar*, G. vel, *Qui sicut*, JT. Pi.) *David excogitârunt*, vel *excogitant*, *sibi instrumenta cantici*, sive *musica*, Mo. M. Mar. G. JT. Pi. *Sicut David putant* se habere scientiam *instrumentorum musicorum*, P. *Sicut ipsi David* conveniebant, *reputant sibi* quoque *congruere*, *instrumenta musica*; i. e. attribuunt ea sibi, sicut Davidi: q. d. Putant se æquare doctrinâ musicali ipsum Davidem [q]. Privati hoc faciunt quod olim Regum fuerat [r]. Significat, totum illorum studium fuisse in adinveniendis variis generibus voluptatum, Deo neglecto †. Prædictis deliciis aurium etiam voluptatem addunt, nec ullum voluptatis genus prætermittunt [t]. Porrò, ob hunc lasciviam reprehensi [v], factum suum defendunt exemplo Davidis [x]: quum illi longè sunt dissimiles [y]. David, quum esset quietus & defunctus periculis [z], hoc fecit in laudem Dei; illi ad delicias tantùm & explendam animi voluptatem [a], idque quum Deus apparet iratus, &c [b].

6. *Bibentes* (vel, *Bibentibus*, JT. Pi.) *vinum in phialis*] Simil. G. ex Ch. &c. vel, *pelvibus*, quibus sc. victimarum sanguis aspergebatur [c]; nempe, *argenteis*, G. ex Ch. q. d. non in scyphis, aut cyathis, ut moris est, sed in vasis magnis [d], sive in poculis capacioribus *. ¶ בְּמִזְרְקֵי יַיִן] *In phialis vini*, Mer. D. i. e. vino plenis: aut, *vini*, pro, *vinum*, per antiptosin [f]. ¶ *Et optimo*, &c. וְרֵאשִׁית שְׁמָנִים] *Et primo* (vel, *præcipuitate*, ut ità dicam, primatu & præstantiâ [g],) *unguentorum*, V. i. e. unguentis præcipuis [h], putà nardinis: ad luxum, non ad munditiem, aut sanitatem [i], aut necessitatem [k]. ¶ *Et*, &c. וְלֹא נֶחְלוּ וגו'] *Nec dolent* (vel, *condolent*, Mo. *soliciti sunt*, Sy. *afficiuntur ægritudine*, JT. Pi. *infirmati sunt*, Mer.) *ob contritionem*, vel *confractionem*, (i. e. miserias [l]: vel, *cladem*, D.) *Joseph*, P. &c. i. e. posterùm Josephi [m]; Decem tribuum, vel potiùs 12 tribuum, ex collat. Psal. 80. 2 [n]: populi, vel Regni, Israelitici [q], quod vident pessum ire, & quotidie affligi [r]. Graviùs peccabant, quòd voluptatibus indulgebant in publica calamitate †. Egenos aut ipsi opprimunt, aut oppressos non sublevant. Confer Ezec. 34. 4 [t].

7. *Migrabunt in capite* (vel, *in principio*, V.) *transmigrantium*] Ità Mo. sic M. P. Mer. Inter primos captivi abducentur [v]. Sicut primi fuerunt in populo [x], & primariis unguentis delibuti, huc enim alludit [y]; sic primi exsulabunt [z]. Vel, *inter exsulum præcipuos*, Ca. *in fronte captivorum*, Sy. ¶ *Et*, &c. וְסָר מִרְזַח סְרוּחִים] [Variant.] *Et adveniet*, vel *appropinquabit*, *luctus extensorum*, Calv. vel, *se extendentium* in lectis, P. vel, *deliciis occupatis*, M. K. etiam מִרְזַח pro luctu exponit; & סָר à propria significatione dimovet, ut significet, *appropinquare*, ut sumi videtur Exod. 3. 3. Ruth 4. 1. Sed illis locis propriè significat, è suo loco divertere ac recedere ut ad aliam accedas & appropinques; quod hìc non perinde quadrat [a]. *Et amovebitur*, vel *recedet*, *epulatio* (*funebris*, Liv. ex Hi. ex collat. Jer. 16. 5 [b]: vel, *convivium funeris*, Mo.) *extensorum*, Liv. Mo. q. d. In terra aliena morientur, ideóque funeris pompâ & parentalium honore cariturì sunt. Confer Jer. 16. 4, 6, 7. & 22. 18, 19 [c]. Verùm מִרְזַח *convivium* non semper lugubre, sed & aliud sumptuosum, significat. Apparet id in Mi-

[Margin: g Liv. — h G. — i Q. in V. — k D. — l Mer. — m D. — n Mer. sic Calv. — o Calv. — p He. in V. — q V. — r G. — † V. — t Mer. — v Tar. — x Tar. sim. Calv. Pi. — y Mer. — z Calv. — a Mer. sim. Calv. — b Calv. — c Mer. — d Idem. — * G. — f D. — g Mer. — h V. sim. Mer. D. — i G. — k Mer. — l G. sim. Mer. V. — m G. — n D. — q Mer. Pi. — r Mer. — † D. — t G. — v V. Mer. sim. D. Pi. Calv. &c. — x G. Mer. — y Mer. — z Mer. sim. G. — a Mer. — b Liv. Mer. ex He. — c Liv.]

in Midrasch Esth. 1. 3. & sic accipit RS. tum hoc loco, tum illo Jer. 16. 5 [d]. Et in libro Siphre, apud RR. celeberrimo, מרזחין sunt epulæ illæ Madianitissarum Num. 25. 2 *: & verbum רוח sign. vocem, vel ob luctum, vel ob lætitiam, attollere, ex lingua Arab. ubi ità sumitur [f]. [Alii ergò sic reddunt;] *Cessabunt convivia latè se extendentium*, G. *Et* (vel, *Tum*, Ti. JT. Pi.) *recedet convivium* (vel, *designatio*, JT. Pi. i. e. descriptio illa modiperatorum sive magistrorum conviviorum [g], qui convivis sua præscribebant officia [h], & ordines convivantium, triclinia, fercula, cantiones, pocula, unguenta, coronas, odoramenta & c. accuratissimè moderabantur [i]:) *superfluorum*, Q. *luxuriosorum*, Ti. Mer. sic Pi. *redundantium*, JT. prodigorum istorum qui in lectis distenti molliter cubant, vel deliciis affluunt. Vox suprà exponitur [k].

8. *Juravit—in*, &c.] Vel, *per animam suam*, i. e. per seipsum [l], ut Gen. 22. 16 [m]; vel, seriò & ex animo suo [n]. Chald. *in verbo suo*, ut sæpe [o]. ¶ *Detestor ego superbiam Jacob*] Ità Ar. M. Ca. id est, omnium tribuum; nam & Judæi sibi in Templo placebant, &c: vel potiùs, Decem tribuum, in quibus peculiariter Prophetæ fastum notant, ut Esa. c. 28. v. 1 [p]. Superbiæ plerumque comes inhumanitas [q]. ¶ [גאון] Hic in bonum accipitur, ut sæpe [r]. *Majestatem*, P. vel, *excellentiam*, D. Calv. *magnificentiam*, V. *gloriam*, Liv. i. e. Vel, 1. Samariam; ut alibi Jerosolymam significat & terram Judæam, ut Nah. 2. 2 †. Vel, 2. gloriosum eorum Templum [t], aliáque similia Dei dona [v], in quibus gloriabantur [x]: Sacerdotium & Regnum, & nobilitatem dignitatémque quam Deus illis contulerat. Hæc, inquit, nullius erunt apud me momenti, nec illos à pœna immunes præstabunt [y]. *Domum sanctuarii*, Ch. ¶ *Et domos ejus*] Ex rapto structas [z]. ¶ *Et tradam civitatem* (Samariam [a], de qua suprà 1 [b]: vel, civitates; quia non est articulus in Ebræo [c]:) *eum*, &c.] ומלואה [*Et plenitudinem ejus*, Mer. Pi. &c. i.e. incolas [d], opes *, & omnia quibus repletur [f].

9. *Si reliqui fuerint* (ex publica clade, de qua suprà [g],) *decem viri*, &c.] i. e. Multi, ut Levit. 26. v. 26. Zac. 8. vers. 23 [h]; vel, aliquot [i], ex magna multitudine [k]. Si post vastatam terram in aviam villam aliquam confugerint, ibi pestilentia eos comprehendet tam sæva ut nemini parcat. Vastitatem sequi solet pestilentia. λιμὸν λοιμὸς, (*Famem pestis* sequitur.) Vide Jer. 24. 10. & 44. 13. Ezec. 6. 11. & 12. 16. & 14. 21. De villis quod dixi bene convenit cum loco Ezec. 33. 27 [l].

10. *Et*, &c. ונשאו דודו ומסרפו להוציא וגו' [*Et tollet* (nempe humero suo [m]: quod etiam *efferre* dicitur [n]:) *eum* (i.e. eos [o], singulos; singul. pro plur. ubique [p]: aliquem [q], vel unumquemque [r], ex illis decem in una domo mortuis †, v. præced [t]. *Eum*, i. e. illos qui gladium fugientes peste in domo interierunt [v]: vel, *eum*, i. e. cadaver mortui [x].) *patruus ejus*, sive *suus*, Mer. Pi. P. M. Mo. D. (i. e. frater patris [y]: vel, *amicus ejus*, JT. vel, *cognatus ejus*; Hebr. *patruus*; synecdoche speciei [z]: *domestici eorum*, o'. *propinquus ejus*, Mer. D. ex Ch. & Hi. aliquis ex propinquis aut cognatis deforis. Nam in tantam paucitatem & solitudinem redacta fuerit domus illa, ut vix quisquam ex ea superfit qui indè ejus mortuos seu cadavera efferat. דוד & *patruum*, & *propinquum*, & *amicum*, vel, substantivè, *amorem*, significat; unde & דודים *mammæ*, & דוד *David* [a]. *Cognatus aliquis*, Ti. ad quem cura funeris spectat [b].) *& avunculus ejus*, M. P. Calv. He. in Mer. & in D. Is est frater matris [c]. Sic vocem reddunt ex levi conjectura, quòd scilicet præcesserit nomen דוד *patrui*; quum nusquam aliàs occurrat hæc vox eo significatu, aut in S. S. aut in RR [d]. [Alii ergò vocem aliter reddunt:] *aut vespillo*, Ti. (vel, *ustor ejus*, JT. D. Tar. participium pro nomine *: vel, *uret eum*, Pi. sic Mer. D. Mo. Calv. *comburens eum*, He. in V. סרף, pro שרף: nam ש & ס alternant [f]. Nec te moveat quòd in Piel hîc formetur, quum aliàs in ea conjugatione, quod sciam, non legatur: quum enim semel in Pual passivo reperiatur שורף Lev. 10. 16. poterit & Piel activum formari, juxta grammaticorum canonem. RS. post Chald. Par. vult contrarium significare quàm in Kal, *& eripiet eum ex incendio*. Hunc enim locum intelligit de domo ab hoste combusta, ex qua propinquorum quispiam veniat foris ereptum quoscunque poterit, & jam combustos efferat, ut saltem ossa sepelire liceat. Verùm

d G. * Mer. f Mer. e: He. g Jun. Pi. h Pi. i Jun. k Mer. l D. ex Mer. sic V. G. m D. ex Mer. n RS. in Mer. o G p Mer. q G. r Calv. † D. t Liv. sic V. v Liv. x V. Liv. y Calv. z G. a Mer. G. b G. c D. sim. V. d Mer. * D f Mer. g D. h Idem. i Mer sic Calv. k Mer. l G. m D. Tar. n D. o Mer. p V. q Pi. r Mer. Pi. D † Mer. t Pi. v M. x D. y Idem. z Pi. a Mer. b G. c D. M. d Mer. ex AE. * D. f D. sim. Mer. He. in V. Calv.

AE. notat nunquam in Piel contrarium τῷ Kal significari, nisi in malum; ut in שרש *eradicavit*, סעף *ramos excidit*. Malim ergò, *comburet eum*, i. e. ejus cadaver; q. d. aget ei vespillonem [g]. Non pollinciet, neque sepeliet [h]: vel, 1. ob gravem odorem [i]; vel, 2. metu contagii [k]; vel, 3. præ morientium turba, unde integra corpora non valebant efferre; quòd non essent qui funera ritè curarent [l]; vel, 4. quòd unus non poterat totum solus portare cadaver [m]. Interdum apud Ebræos cremabantur corpora [n], ut in magna peste, aut bello, aut strage insigni. Vide 1 Sam. 31. vers. 12. Jer. 34. 5 [o].) *ut efferat*, sive *educat*, sive *exportet*, (vel, *educturus*, JT.) *ossa de domo*, P. M. Mer. Pi. &c. ad sepulturam [p]. Poterant autem faciliùs efferri ossa post cadaver exustum [q]. Ut quàm primùm domum repurget, ablato corpore [r]. Magnam cladem & vastitatem indicat †, ut, præ aliorum defectu, vel patruus ipse aliique cognati hoc genus officii præstare mortuo cogantur [t]: alioquin cadavera manebunt insepulta [v]. Similis sententia apud Senecam in Oedipo, *Omnis ætas pariter & sexus ruit: Juvenésque senibus jungit & gnatis patres Funesta pestis. Portat hunc æger parens Supremum ad ignem; mater hunc amens gerit, Properátque ut alium regerat in eundem rogum* [x]. [Ca. locum sic reddit, *Et eos eorum patruus sublatos cremabit*, &c.] ¶ *Et dicet* (sub. alter eorum, V. *propinquus*, vel *ustor*, D.) *ei* (vel, *huic* ustori ex ædibus exeunti, & ossa ad sepulchrum deferenti [y]: vel, *his*, M.) *qui* (sub. *est*, Mer. vel, *erit*, JT. Pi. Mer. vel, *erunt*, M.) *in penetralibus domûs*: in corte villæ, ubi esse solent janitores [z]: בירכתי וגו' [*In lateribus* (vel, *femoribus*, Mer.) *domûs*, P. Mo. Calv. &c. intra domum [a]; in penetralibus domûs, ulteriùs & interiùs [b]: vel, in uno è lateribus domûs. Phrasis qualis Jud. 12. 7 [c]. Jon. 1. 5. q. d. Si huic dicat quispiam in vicinia habitans, qui metu pestis se domi suæ contineat, vel potiùs in angulum quendam aut conclave se abdiderit, & ex penetralibus ædium suarum illum alterum in platea ambulantem inclamet quæ sequuntur [d]. Membra animantium dicuntur etiam de rebus inanimis; ut *latus*, *femur*, &c *. ¶ *Numquid*, &c? העוד עמך [*Numquid* (sub. *quis*, JT. Pi. G. sic Calv. Ti. vel, sub. *cadavera*, P. sic Mer. & sub. *est*, M. Ti. vel, *sunt*, P.) *adhuc* (vel, *præterea*, JT. Pi.) *tecum?* vel *apud te?* Mo. Mer. P. JT. Pi. &c. in domo hac vivens [f]; vel, cadaver quod efferam [g]. ¶ *Et* (vel, *Qui*, Ti. vel, *Is verò*, Pi.) *respondebit*, (vel, *dicet*, Mer. V. &c. qui intra domum [h],) *Finis est*] Ità V. Calv. D. sim. Mo. Omnes absumpti morbo [i]. Nullum restat ampliùs cadaver efferendum [k]. ¶ אפס [*Perierunt*, Ch. *Minimè*, JT. *Nequaquam*, o'. Ar. Mer. vel, *Nemo*, Pi. Tar. Ti. ut vox sumitur Esa. 34. 12. & 40. 17 [l]. ¶ *Et* (vel, *Tunc*, Pi.) *dicet* (hoc amplius [m]) *ei*, (adjiciet, vel, 1. is qui foris est [n]: vel, 2. qui intus est dicet ei qui foris est, qui veniebat elatum cadavera, nè, si intentâ voce clamet, consternet alios ob pestis sævitiam [o]. *Dicet* vicinus ille qui primus quæsierat [p],) *Tace*] Sic Mer. D. i.e. Nè plange eos, quia indigni sunt quos lugeas †. Vel, Nè murmures contra Deum, quasi illis fecerit injuriam quòd occidit eos, sed acquiesce in justo Dei judicio. Synecdoche generis *. Eum qui, in lateribus domûs relictus, negaverat quenquam præterea esse, jubebit patruus, vel ustor, tacere, & patienter hanc pœnam ferre [q]. Vel, *Remove*; istos scil. mortuos tecum aufer [r]. ¶ *Et*, &c. כי לא להזכיר בשם יהוה [Subobscurum hoc est, & variè intelligitur †. *Quia non ad memorandum in nomine Domini*, Mo. *Et subdet*, *Quòd non vocaverunt nomen*, &c. Ar. *Eò quòd nullam haberent memoriam nominis*, &c. Sy. *Quandoquidem, dum vitâ fruebantur, in nomine Domini non preces fundebant*, Ch. sed idolis potiùs addicti fuerint, ideo hæc meritò patiuntur. Concisè loquitur, & per aposiopesin [t]. *Quia non sumus assueti commemorare nomen*, &c. P. sub. *sed potiùs idolorum, ideo hæc nobis acciderunt*, V. sim. K. in M. *Quia non* (sub. *æquum est*, vel *oportet*,) *meminisse nominis*, &c. Q. in V. Ti. i.e. conqueri de Deo [v]. *Quia non est recordandum nominis*, &c. M. ex K. *Neque enim commemorandum est* (vel, *erit*, Mer.) *nomen*, &c. Ca. sic D. Mer. Nè tum quidem [y], nempe in calamitatibus, ubi maximè opus esset [z], ad Dominum redibunt [a], aut ejus mentionem facient, quòd is sit horum author malorum, sed ad sua idola confugient.

g Mer. h G. i Mer. k G. sim. Mer. Tar. l D. m Tar. n D. sim. Tar. o D. Tar. p M. q Calv. r G. † Calv. sim. t Liv. v Liv. Calv. x Liv. y Tar. z G. a Mer. D. b Mer. c V. sim. D. d Tar. * Mer. f Mer. sic Tar. g Mer. h D. sim. Mer. i G. sim. Calv. k D. l Tar. ex Di. m G. n Mer. o Q in Mer. p Tar. † Tar. * Pi. q Liv. r Mer. † Mer. t Mer. ex Ch. v Q. in V. y Ca. z Mer. a Ca. Mer.

ent. Non sunt hæc verba ejus qui intus est, aut qui foris, sed Prophetæ, ut eorum impœnitentiam etiam in rebus deploratis doceat [b]. Nè inter ultimos quidem spiritus subacti sunt, aut Dei recordati, qui perierunt [c]. *Quia non* erant *commemoraturi* (Heb. *ad commemorandum*,Pi.) *nomen*,&c. JT. Pi. i.e. Deum laudaturi†. *Quia non* est tempus *ad commemorandum nomen*,&c. Frustrà essent preces; nam & nobis moriendum est [d]. *Non enim nomen*, &c. Desperantis meliorem fortunam vox est, animumque malorum gravitate despondentis. q. d. Noli Deum querelis tuis & invocatione fatigare. Ipse jam iram suam in nos quasi hostis cœpit effundere, & perget, &c. neque ulla spes liberationis est*. Al. *Ne commemores nomen Domini*, & eum prædices (qualis prædicari solet) mitem & clementem, quum nunc eum sævissimum experiamur, &c [f]. *Ut non nomines nomen*, &c. o'. *Non licet recordari nominis*, &c. Calv. i. e. Quid nobis affers nomen Dei? nos illud detestamur quasi sinistrum omen & infaustum: Deus nihil nobis læti affert [g]. Antithesis est ad superiora: q.d. Priùs jactâstis nomen Dei, & vos esse populum Dei,&c. Sed cessabit illa jactantia. Tacebitis,& horrebitis ad nomen ipsum Dei,quem vobis infestum sentietis,& à quo abscondi cupietis, Apoc.6.16[h].

11. *Quia, ecce, Dominus mandavit*, (id est,brevi decernet [i], excitabit,&c[k]. Verba sunt Prophetæ. Assyriis ità ūtitur ac herus iis quibus imperat [l]. Hâc voce significat se multos habere vindictæ ministros, & vel solo nutu ac verbo hostes delere posse [m].) *& percutiet*] i.e. Decernet vel curabit percutiendam: quæ enim per alios facit, ipse facere videtur. Hæc autem ratio non est referenda ad proximè dicta, sed ad superiora, & ad totam sententiam; *Abominor fastum*, &c. *Itaque tradam urbem, & pauci erunt superstites*, &c. *Nam, ecce, Dominus*, &c [n]. ¶ *Domum majorem* (id est, Regnum Decem tribuum [o], tempore Salmanasaris [p],) *ruinis*; ità o'. Ca. רְסִיסִים] *Rimis*, Mo. P. *scissuris*, Ti. *rupturis* aut *fracturis*,D.Liv.V.sic M.Mer. רְסִיסִים, pro רְצִיצִים à רָצַץ, quod *quassare,frangere,rumpere*, significat, literarum affinium, ס & צ, commutatione [q]. Sic קוֹסֵס, pro קוֹצֵץ, Ezec. 17. 9. & alia multa [r]. Ut taceam apud Chaldæos & Talmudicos רסס idem significare†. Describit, vel, terræ motum, propter quem rimas agerent domus,&c [s]; vel, ruinas per Assyrios faciendas, ità ut nihil superfit [v]. Al. velut *aspersionibus*, JT. *rupturis*; Heb. *guttis*, seu *stillis*. Metaphora καταχρηστική [x]. ¶ *Et domum minorem* (Regnum Duarum tribuum [y]) *scissionibus*, בְּקִעִים] *Rimis*, Ca. Pi. *rupturis*, JT. *scissuris*, sive *fissuris*, P. Ti. Pi sic M. Mer. Mo. Hoc minus quàm præcedens רְסִיסִים [z]. Non exitio, sed gravi damno, afficiet Regnum Juda, nempe per Sennacheribum. Non interibit hic populus. Salva enim erunt Hierosolyma, & qui eò confugerint: ex his gens reparabitur [a].

12. *Numquid*,&c? הֲיְרֻצוּן וגו'] *Num current in rupe* (h.e. per petrosa & saxosa loca [b]) *equi?* Mer.&c. ¶ *Aut arari*,&c? אִם יַחֲרוֹשׁ וגו'] *Num arabit* (vel, *araturus*, sub.*quis*,JT. vel,sub. *arator*,D.Mer. i.e. Num arabitur [c]? Verbum personale pro impersonali; ut Gen.48.1. וַיֹּאמֶר *Et dictum fuit*,&c[d].) *bobus?* Mer.&c.sub.*eam*,JT.Pi. vel, repete ἀπὸ κοινοῦ,*in petra**; vel,*in abruptis*,G. q.d.Minimè. Si quis id fecerit, consuetum mundi & naturæ ordinem mutaverit [f]. [Sed hanc similitudinem variè accommodant.| Sicut in locis talibus inutiles sunt equi & boves; ità vos Deo planè inutiles estis [g]. Non magis idonei estis ad rectè vivendum, quàm equus ad currendum in rupe, &c[h].Al.Nihil vobis succedet,frustrà omnia agetis,acsi in rupe bobus araretis [i]. Docet res haudquaquam succedere cùm præpostere fiunt [k]. Al.Sensus est,q.d. Impeditis cursum beneficiorum Dei, viamque illis occluditis,quia estis velut rupes asperæ; Deus quomodo curreret, &c [l]? Al. Ut frustrà hæc fierent, sic ego frustrà vos hortor, quia perversi estis, &c [m]. Al. Perinde facitis acsi in rupe equus curreret, &c [n]. h.e. præpostere, perversè & absurdè [o]: agitis omnia præpostero ordine [p]: quia jus pervertitis, &c [q]; quia justitiâ vestrâ non servantur innocentes, sed velut toxico perduntur [r]. Al. Non magis consistere potest hæc vestra improborum respublica, quàm potest in petra arari, &c †. Al. Vos solitam Domini naturam & clementiam mutatis in asperitatem; quod perinde est acsi quis contra morem equum incitet

[b] Mer. [c] Q. in Calv. † Pi. [d] G. * Liv. [f] Q. in Liv. [g] Q. in Calv. [h] Calv. [i] V. sim. Tar. [k] Pi. [l] G. [m] Calv. [n] Mer. [o] G. sim. D. [p] G. [q] Liv. ex K. sim. Mer. D. [r] Liv. † Liv. [s] Mer. [v] V. [x] G. [y] Pi. [z] G. sic D. [a] Hi. in Mer. [a] G. [b] Mer. [c] Mer. sic D. [d] D. * D. ex Mer. [f] Mer. [g] G. [h] Q. in Calv. [i] Q. in Mer. [k] BA. I. 309. [l] Calv. [m] Pi. [n] V. sim. Mer. Ca. [o] Liv. D. M. [p] Liv. sim. M. Ca. D. Mer. [q] V. [r] M. Liv. &c. [s] V. † Tar.

per rupem, &c [r]. ¶ *Convertistis in amaritudinem*,&c.] Vel, *fel*, &c. Ti. Mer. vel, *cicutam*, &c. Liv. Idem vide c. 5.v.7 [v]. Hoc est, in injuriam, oppressionem & crudelitatem, quæ, cùm sit amara & exitialis, rectè *cicutæ* & *absinthio* confertur: ut Scytharum ejusmodi mores ab Ovidio 3. de Ponto, *Tristia per vacuos horrent absinthia campos, Conveniénsque suo messis amara loco est* [x]. Sensus, q. d. Juris specie vis peragitur: pro beneficiis maleficia exhibentur [y]. Quum ergò vos estis fœdifragi,quid jam faciet Deus? vultísne ipsum pergere benefaciendo,&c? non datis illi viam [z].

13. *Qui letamini* (vel, *O vos letantes*,JT.Pi.) *in nihili*, לְלֹא דָבָר] *In non verbo*,Mo. *abs re*,P. sic Ca. *ob non rem*,Mer. *de nihilo*,JT.Pi.Mer.sic Sy.sim.Ch.M.Ti. i.e.nequicquam; nempe in suis opibus & potentia sibi placentes,quasi sint illis perduratura,quum brevi sint amissuri [a]: vel,de re nullius momenti [b]. *Rem nihili* hîc vocat fallacias omnes quibus se & alios fallebant [c]: vires [d],quæ levi momento everti possunt *: vel,mendacium aut falsum cultum; vel,præsentem felicitatem,quæ minimè diuturna erit [f]: vel, etiam Templum, quod Dominus nihili faciet, neque ejus rationem habebit [g]. ¶ *Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?*] Quibus scilicet vicimus hostes [h]. Nonne per vires nostras facti sumus victores vicinorum? Vide 2 Reg.c.14.v.25 [i]. Nonne industriâ nostrâ comparavimus nobis hoc imperium & rerum fastigium [k], has vires & opes quibus alios invadamus? Nihil Deo acceptum ferunt [m]. Non Divinâ,sed propriâ,virtute comparavimus hanc potentiam quæ accessit nobis sub Jeroboamo 2. vide 2 Reg. 14. 25 [n]. *Cornua* vocant instrumenta quibus se suáque tuentur [o]. Tralatio ab iis animantibus quæ cornibus se tuentur [p]. Vires dicuntur *cornua* hîc,& Psal. 75. 11. & in Ovid. *Vina parant animos: tum pauper cornua sumit*, &c [q]. *Cornua* Hebræis accipiuntur pro excellentia, robore, altitudine, & quolibet præsidio. Separati erant à Deo, interim putabant se esse extra omnem aleam. Non tamen sic locuti sunt palàm: sed Deus penetrat in corda, & excutit quod intus latet [r].

14. *Suscitabo—gentem*] Assyrios †, & Babylonios [t]. ¶ *Et*, &c. וְלָחֲצוּ אֶתְכֶם מִלְּבוֹא חֲמָת עַד נַחַל הָעֲרָבָה] *Et* (vel, *Qui*, JT.Pi.&c.) *opprimment* (vel, *angent*,M. *prement*, JT.Pi. *lacessent*,D. *affligent*,Ti.D. *arctabunt*,Mer. *divexabunt*, V.) *vos ab introitu*, vel *aditu*, *Hamath* (vel,*eâ parte quâ itur Hamath*, Ti. i. e. vel Antiochiam [v], vel Epiphaniam [x]. Vel, hæc Emath fuit prope Epiphaniam, & nostro tempore *Emas* vocata, emollitâ literâ ח pronunciatione, quo modo nunc quoque Judæi eam efferunt [y]. Terminus hic erat terræ Israeliticæ, vel ad Septentrionem [z]; vel, medio situ inter Septentrionem & Orientem [a]. Vide Num. 34. 8. 2 Reg. 14. 25 [b]. Jos. 13. 5. Zac. 9. 2 [c].) *usque ad torrentem* (vel, *fluvium*, M. Ti. Ca. Liv. vel, *vallem*, Ar.) *deserti*, Mo. P.&c. vel, *Arabæ*, Sy. Ar. vel,*occidentalem*,Ti. sic o'. Ca. h.e. Ægyptium [d]: vel, *planitiei*, Ch. *campestrem*, M. *campestrium*, JT. Pi. Mer. Liv. ex K. i.e. Vel, 1. usque ad mare deserti, sive occidentale *. Vel, 2. usque ad Sihor, sive fluvium Ægypti, qui hanc à Canaane disterminat [f]. Vel, 3. usque ad rivum Nili [g], qui, ex deserto Arabico veniens, inter Rhinocoluram & Pelusium mare illabitur. Confer Num.34.5.Jos.15.4[h]. Vel,4.usque ad mare Mortuum [i]: ex collat. 2 Reg. 14. 25. item Num.34.3. Deut.3.17. Jos. 15. 2. Hebræis enim stagna & majora flumina etiam *maria* appellantur, ut Num.34.11. Matt. 4. 18 [k]. Sensus est, Totam regionem vestram (quam hîc obiter describit) subvertet [l], ab uno terræ termino ad alterum [m]. Frustrà itaque vobis placeris in illis Jeroboami victoriis [n].

[r] Hi. in Mer. [v] Mer. [x] Liv. [y] G. [z] Calv. [a] Mer. [b] Pi. [c] Calv. [d] G. sim. Pi. * G. [f] D. [g] Mer. [h] V. [i] G. [k] Mer. [m] Mer. [n] D. [o] V. [p] D. [q] Liv. [r] Calv. † G. [t] D. Pi. [v] V. D. ex Jo. Mer. [x] Q. in D. [y] Hi. in G. [z] G. [a] G. e Hi. sim. Tar. ex D. [b] G. Tar. [c] Tar. ex D. [d] Q. in M. * V. [f] D. [g] G. Mer. [h] G. [i] Liv. ex K. [k] Liv. [l] V. [m] Mer. sim. Pi. [n] Mer.

CAP. VII.

1. HÆC (etiam quæ sequuntur [a]) *ostendit mihi*] In visione prophetica [b]. Describit quasdam visiones. Principio indicat bonitatem Dei invitantis ad resipiscentiam per afflictiones quæ populo evenissent nisi Propheta orâsset Dominum [c]. ¶ *Et ecce locustæ* יוֹצֵר]

[a] G. [b] D. [c] V.

יוצר גבי] *Fictor* (*creatio*, V. ex Ch. *congregatio*, P. *examen*, D. ex K. Ti.) *locustarum*, Mo. &c. vel, *formabat*, sive *fingebat*, (vel, *fingens* erat, G. sub. *Deus*, G. sic Pi. V. ex coll. v. 4, 7. & ex consequentia sermonis [d]:) *locustas*, M. Ca. Mer. vel, *prasocuridas*, JT. Pi. i. e. locustas viriditatem terræ exedentes *. q. d. Vidi eum formantem locustas ipso tempore quo vidi illum [f]. Per *locustas* intellige exercitum Phulis [g]. Novè dixit גֹּבַי, pro גּוֹבִים [h]. Sic Esa. 20. 4. חֲשׂוּפַי, & Jer. 22. 14. חַלּוֹנָי [i]. Sæpe, ubi videtur י esse affixum, vel abundat, vel pluralem numerum indicat [k]. ¶ *In*, &c. בִּתְחִלַּת עֲלוֹת הַלָּקֶשׁ] *In principio ascensûs herbæ seræ*, Mer. vel, *quo ascenderet* (vel, *cùm ascenderet*, i. e. succresceret [l]. Sic ager *ascendere* dicitur *spinis*, quum spinæ in eo ascendunt, i.e. crescunt aut proveniunt [m].) *herba serotina*, P. vel, *cùm renascens exsurgeret* (vel, *cresceret*, Ti.) *herba*, M. Ti. *Initio incrementi fœni cordi*, Ca. *Quum primùm succrescit* (vel, *crevisset*, Pi.) *cordum fœnum*, JT. Pi. vel, *cordum*, sive *secunda herba*, i. e. autumnale fœnum [n]. Ut מַלְקוֹשׁ pluviam seram, seu posteriorem, significat; sic לֶקֶשׁ, herbam seram, seu posteriorem, sive secundam, quæ scilicet renascitur & repullulat postquam jam semel vel falce resecta est, vel detonsa & depasta ab animalibus, vel, tempore illius posterioris pluviæ renascitur [o]. Intelligo autem h. l. non de fœno cordo, sed de herba tritici [p], quæ primùm excrescit in gramen luxurians, & multis in locis resecari solet, ut sit pabulum bestiis, vel certè in eam immitti solent bestiæ ut eam depascant; postea verò renascitur, & in culmum succrescit, priusquam maturescat. Tunc autem maximum erat famis periculum, si fruges repullulantes consumptæ fuerint: tunc Dominus adducit locustas [q]. *In principio germinantium serotini imbris*, G. ex Vulg. i. e. Vere ipso. Significat eo tempore statum Israelis revirescere cœpisse [r]. ¶ *Et ecce serotinus*, &c. וְהִנֵּה לֶקֶשׁ אַחַר גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ] *Et* (vel, *Nam*, Pi. *Quum*, JT.) *ecce, herba* (vel, *herba serotina*, Mo. P. &c. [ut jam dictum:] sub. *erat*, Mer. Pi. vel, *esset*, JT. vel, *succreverat*, P. vel, *pullulabat*, Mer. sic M. Ti.) *post tonsiones*, sive *detonsiones*, (vel, *fœnisecia*, JT. Pi. sic Ca.) *regis*, Mo. Mer. &c. Postquam herba (prima †) detonsa fuisset in usum & esum jumentorum Regiorum [t]. Nam equi priore illo fœno gaudent, oves fœno Autumnali [v]. Non caret hoc mysterio: innuit tum temporis, beneficio Regis Jeroboam, cœpisse renasci res Israeliticas, gravissimè antè accisas. Quum ergò tum resurgere inciperent, si eò rursus immitterentur hostes, (qui per *locustas* designabantur,) videbat Propheta actum esse de illis. Neque enim de locustis propriè intelligo, aut fame, sed excidio ab hostibus, ut sequentia indicant [x]. *Post tonsionem regis*; postquam detonsi agri fuerant à Benhadado, 2 Reg. 13. 3. Post clades tunc acceptas reflorescere status Israelis cœperat, regnante Jeroboamo; ut videmus 2 Reg. 14. 25 [y]. Pro גִּזֵּי, hîc, ο'. legerunt גוג [z]: quod mirum [a]. Aquila Hebræum Γαζὶ retinuit: sed librarii pridem id corruperunt in Γάζης [b].

2. *Et*, &c. וְהָיָה אִם כִּלָּה וגו'] *Et fuit* (vel, *Fuit autem*, P. JT. Pi. *Et factum est*, M. Ti.) *si* (vel, *cùm*, P. M. Ti. JT. Pi. Tar. vel, *postquam*, Tar. אם, *si*, pro כַּאֲשֶׁר, ut Gen. 38. 9. Num. 36. 4. sic & εἰ, Act. 4. 9. & 11. 17. Rom. 8. 25 [c].) *finierit* (vel, *finivisset*, P. sim. JT. Pi. Mer. vel, *absumpsisset*, M. sic Ti. Mer. locusta scilicet [d],) *comedere* (vel, *omnino*, Ti.) *herbam terræ*, Mo. &c. Ingredi terram hostiliter *. Quum viderem omnes penè renascentes fruges à locusta consumptas [f]. ¶ *Propitius esto*] Populo tuo, nè inediâ pereat [g]. ¶ *Quis*, &c? מִי יָקוּם וגו'] *Quis suscitabit*, vel *eriget*, *Jahacob?* Mo. P. Ti. ο'. sic Sy. Ar. si tu eum perdideris. יָקוּם transitivè sumunt, quod non nisi neutrum esse potest [h]. *Per quem surget*, &c? M. Ang. *Quomodo consistat*, &c? ut sit מִי pro מָה, ut Jud. 13. 17 [i]. nam hæ literæ communem familiam habent. Sic פִּי ex פֶּה [k]. מָה autem interdum significat, *quomodo* [l]. Tunc verò malim vertere, *Quomodo surget*, &c? Nam ut *cadere* est, in calamitates incidere; ità *surgere* dicitur, qui indè emergit [m]. Al. *Quis stet* (vel, *staret*, JT. *remaneret*, in vivis scilicet [n]; vel, *possit stare*, i. e. subsistere sive superesse [o],) *Jacobo?* D. q. d. Nemo [p]. q. d. Si sic pergis, &c. omnibus fame pereundum erit [q]. *Quis* efficiet ut *consistat*, &c? V. Quis nisi tu populum servare potest? Hæc Propheta loquitur quasi futuris interesset [r]. *Qualis consurget*, &c. sub. *post finem ejus tribulationis?* q. d. O Domine, cùm Israelis res jam usque adeò tenues sint, qualem existimas illum futurum post illam tantam cladem quam ostendis mihi? Vix sanè resurget †. *Quis*, i. e. qualis, cujusmodi, *surget?* q. d. Considera, Domine, *quis*, i. e. in quo statu, sit *Jacob*, qui nunc primùm ex tantis cladibus vix resurgere & se erigere incipiat: si nunc in eum hostes immittas, quomodo *resurgere* possit. Breviter dicit, pro, *Quis* est? & quomodo *surget?* Jonathan על subaudit, *Quis surget, stabit & intercedet, pro Jacob* [t]? ¶ *Quia parvulus est*] Numero & robore [v]. Pauci sunt [x], respectu pristinæ multitudinis [y]. Tenuis præ Phulis exercitu [z]. Jam admodum imminutus, & ejus res accisæ, ut levi clade jam de eo actum sit [a]. Nè itaque perdas hasce reliquias, nè blasphement gentes nomen tuum, Psal. 79. 4, 10. &c [b].

3. *Misertus*, &c. נִחַם וגו'] *Pœnituit Dominum super hoc*, Mo. Mer. V. sub. *decreto*, V. vel, *ob id*, V. vel, hujus rei, sive sententiæ suæ [c]. Revocavit decretum [d]. Ἀνθρωποπαθῶς dictum *. Effecit ut Phul pecuniâ placatus discederet [f]. Vide summam Dei clementiam, & quantum possit justi & Prophetæ oratio [g]. ¶ *Non erit*] Devastatio [h].

4. *Hæc ostendit*] Heb. *Sic*, i. e. Talia, hujusmodi [i]. ¶ *Vocabat*, &c. קֹרֵא לָרִב וגו'] *Vocans* (vel, *Vocabat*, P. M. Ca. Mer. suos scilicet Angelos [k], vel alios ministros [l]: propterea est [accentus] Tevir rex in קֹרֵא [m]. Vel, *proclamabat*, Pi. sic JT. Tar.) *ad litem* (vel, *ad judicium*, P. *ut judicaret*, M. Ti. *ad litigandum*, sive *disceptandum*, Mer. Liv. metaphora à re forensi, ut Esa. 66. 16. Ezec. 38. 22 [n]; i. e. ad judicandum [o]: *se disceptaturum*, Pi. sim. JT. Tar. Heb. se fore *ad disceptandum*, Pi. nempe cum populo suo [p]. לָרִב, pro לְהָרִיב [q], ut Job. c. 9. v. 3. Prov. 25. 8 [r]. Esa. 3. 13 †.) *in igne*, vel *per ignem*, Mo. P. i. e. Vel, 1. incendio, quali Sodoma periit [t]: vel, 2. immodico æstu [v], omnia desiccante [x], & agros nè germinarent prohibente [y]: vel, 3. per hostem inclementiorem instar ignis, nempe Teglathphalasarem [z]: vel, 4. supplicio gravissimo & ineluctabili, cui non magis resisti potest quàm igni omnia depopulanti [a]. *Et vindictam advocavit per ignem*, G. ¶ *Et devoravit* (vel, *Et consumpsit*, Mo. sub. *ignis*, V. &c. vel, *Qui postquam consumpsisset*, Pi. sic JT.) *abyssum* (vel, *voraginem*, Mo. P.) *multam*] Vel, *magnam*, Mo. P. M. vel, *profundam*, Ti. i. e. magnam illam vim aquarum subterranearum quâ terra hæc exterior rigatur desuper & fœcundatur [b]. Per *abyssum* hîc intellige vel, 1. Syriam [c]. Vel, 2. magnam partem Israelitarum, quam scilicet abduxit. *Abyssus*, magna vis aquarum; *aquæ*, populi [d]. Vel, 3. florentem rerum Israeliticarum statum, qui magna ex parte perditus erit *. ¶ *Et*, &c. וְאָכְלָה אֶת הַחֵלֶק] *Et consumpsit* (vel, *comèdit*, i. e. vastam fecit, corrupit [f],) *partem*, Mo. P. M. vel, *portionem quandam*, JT. Pi. sub. *agri*, M. G. vel, *portionem illam*, vel *agrum illum*, Liv. Vel, 1. agrum qui Prophetæ in viso apparebat [g]. Vel, 2. agrum Regium [h]; cujus mentio fit v. 1 [i]. ubi *herbæ regiæ* meminit [k]. Rex præcipuè deliquerat, ideo præcipuè puniri debebat [l]. Vel, 3. agrum Israeliticum [m]: ut *agrum Parisiensem* dicimus, & *les champs*. Confer Amos. 4. 7 [n]. Portionem Regni Israelitarum, nimirum quicquid trans Jardenem erat, ut narratur 1 Chron. 5. 26. Jes. 9. 1 [o]. Cæterùm articulus ה in הַחֵלֶק habet vim indefinitam. Et nomen *portionis* portionem terræ significat, per synecdochen generis [p]. Vel, *possessionem*. Pœna hæc atrocior erat præcedente. Locustæ herbas vorabant: ignis hic non tantùm deformat superficiem terræ, sed radices etiam ipsas exurit, & penetrat usque ad ultimas abyssos [q].

5. *Quiesce*, חֲדַל] *Desine*, vel *Desiste*, Mer. Pi. scil. ab igne isto immittendo [r].

6. *Istud non erit*] Non permittetur ei ut totum Israelem abducat †. Non funditus populum Israeliticum exscindam *. ¶ *Dicit Dominus Deus*] Hoc sæpe repetitum ut Dei omnipotentiam ostendat, & judicium justum quod de populo sumpturus erat ni revocatus fuisset. Nam אֲדֹנָי sonat Dominum & rerum omnium moderatorem; אֱלֹהִים verò, judicem: at יְהוִה, quod hîc habetur, licèt cum punctis אֱלֹהִים, clementiæ nomen est & misericordiæ [t].

7. *Dominus stans* (vel, *stabat*, Pi. *constitutus erat*, D. Tar.

Tar. ad indicandum firmum stantis habitum[v], *)super*,&c. [על חומת אנך] *Super murum trullæ*, id est, calce oblitum[x]. *Trulla* est instrumentum quo latomi muros cæmento oblinunt & incrustant[y]. Vel, *perpendiculi*, Mo. V. D. *regularem*, Ca. vel, *ad perpendiculum*, P. Mer. D. Calv. vel, *ad libellam*, JT. sic Pi. ad *normam*, sive *regulam*, Mer. M. Ti. sub. *ædificatum*, P. sim. M. Ti. Mer. D. vel, sub. *positum*, JT. qu. d. murum perpendicularem[z]. Vel, *adamantinum*, o'. Sy. Ar. Sym. in D. id est, validissimum. Sic, *murus aheneus esto*. Forsan אנך est *adamas*, qui & *anachites* dictus Plin. 37.4[a]. Juxta hanc versionem significat Deus, se hactenus Israeli fuisse auxilio firmissimo, velut adamantino, nè quisquam eos violare possit & confringere: jam verò se velut expositurum, i. e. proculcaturum, hunc adamantem & firmissimam protectionem, ut sit præda externis† [Alii אנך aliter reddunt.] Aq. est, ἀλείφωσις, i. e. interprete Hieron. *stagnatura*, vel *stannatura*[b], i. e. litura, incrustatio cæmenti, quæ parieti adhibetur[c]. Stannum est plumbum album: ἀλείφωσις, *linitio*, vel *ipsa actio liniendi*. Th. habet τηκόμενον id est, vel, *tabescentem*, ut Hi. reddit; vel potiùs, *liquescentem*. Sunt autem ἐκ τῶν τηκτῶν plumbum & æs[d]. אנך in Arabum lingua est, *stannum*, sive *plumbum*; item *perpendiculum*, quod fit è plumbo vel stanno*. ¶ *Et in manu ejus trulla*, &c. אנך] *Libella*, vel *perpendiculum*, Pi. Mer. &c. Ut ità accuratâ mensuratione demoliretur. Vide 2 Reg. 21. 13. Lam. 2. 8[f]. Significat Deus hanc ultimam esse dimensionem, quia pœnam de populo sumpturus erat Deus sine remissione & sine mora[g]. *Murus* hîc est populus Israel[h]; quem Deus contra hostes murum effecerat æneum[i]; quem Dominus voluit habere firmum, planum, & rectè mensuratum: sed, quia ille incurvatus ruinam minatus est, sustulit Dominus hoc perpendiculum[k]: cujus [populi] peccata diu Dominus dissimulaverat, & *trullâ* muri illius vitia obduxerat[l]. *Libella* significat aut, 1. Regnum Israel accuratè & quasi ad libellam destruendum[m]: aut, 2. Divinum judicium ad libellam exactum, quo Deus pravitatem populi sui corrigit[n]; quemadmodum ad perpendiculum murus dirigitur, ut undique rectus sit. Tralatio à fabris, qui regulâ illâ operis æqualitatem explorant. Sic dicimus, *ad amussim facere judicium*, pro, *exquisitâ curâ & diligentiâ*[o]. Ut perpendiculo murus dirigitur & corrigitur: ità ego perpendiculum judicii mei adhibebo populo Israelitico, ut deinceps cum eo jure agam, non clementer. Chaldæus ergò *murum perpendiculi* vertit, *murum judicii*[p]. Sensus loci, q. d. Sicut ad libellam priùs exegi structuram populi Israelitici, eam ad amussim curans & dirigens ornánsque: ità nunc ad libellam exigam destructionem ejus[q].

8. *Quid tu vides?*] Excitat Prophetam Dominus ut attendat ad judicium suum in Israelitas, & intelligat quid sibi perpendiculum vellet[r]. ¶ *Ego ponam*, &c.] i. e. Abjiciam, &c†. Immutabili decreto statuam[t]. Exigam pœnas de populo meo ad perpendiculum, i. e. quàm exactissimè[v]. Ut vitia muri corriguntur ad perpendiculum; ità peccata emendantur justitiâ: q. d. Non ampliùs utar misericordiâ erga Israelem, sed justitiâ, quòd nullum peccandi finem faciat[x]. ¶ *Non adjiciam ultrà superinducere eum*, [עבור לו] *Incrustare eum*, i. e. excusare peccata[y]. *Transire*, vel *pertransire*, vel *præterire*, (vel, *ut pertranseam*, sive *prætereram*, o'. P. M. sim. Ti. vel, *transcendam*, Ca.) *eum*, Mo. P. M. Ti. o'. vel, *ei*, Mer. JT. Pi. V. Liv. D. i. e. in gratiam illius[z]. *Transire*, i. e. condonare ac remittere[a]; vel potiùs, dissimulare & connivere, ut Prov. 19. 11. *Decus hominis præterire scelus*, i. e. connivere ad illud[b]. Confer & Mich. 7. 18[c]. Non ultrà transibo[d], i. e. dissimulabo & connivebo ad scelera ejus*, propter Patres[f], ut antehac feci[g]; sed puniam illum[h]. Metaphora ab hominibus ea quæ negligunt & levia ducunt prætereuntibus, quasi non satis digna quæ ad rationem & calculum revocentur. Terentius in Adelphis, *Do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo jure agere*[i]. עבר, sequente ב, in malum sumitur, ut Exod. 12. 12. Mic. 5. 7: sequente verò ל, ut h. l. in bonum[k]. Alii, sed paulò duriùs, *Non ultrà per eum transibo*, quia semel eum perdam, ut non necesse sit iterum per eum transire ad eum delendum[l].

9. *Et demolientur* (vel, *desolabuntur*, Mer. D. Pi. &c.) *excelsa* (i. e. loca edita, velut sacella & fana idolorum in montibus erecta[m]: vel, omnia, ut nihil restet, per Salmanasarem[n]:) *idoli*, [ישחק] *Isaac*, Mer. D. V. Pi. &c. i. e. filiorum Isaac[o]. Israelitarum[p], ut infrà v. 16. per synecdochen[q]: alioquin nomen *Isaac* comprehendit tam Idumæos quàm Israelitas[r]; quum utrique ex eo originem traxerunt. Sic *Israelis* nomen, 12 tribubus commune, aliquando decem solis tribuitur; aliquando duabus, ut 2 Par. 21. v. 2. Hâc ratione *Heber* pro Israelitis dicitur Num. 24. 24. & pro Ephraimo *Josephus*, Apoc. 7. 8†. Sed mirum h. l. *Isaac* dici pro populo Israel; quòd raro fit ut populus Abraham aut Isaac appellentur, sicut Jacob vel Israel[t], quòd Abraham & Isaac alios filios habuerint, Jacob non item. Id autem hîc factum[v], vel, 1. quòd illi, pravâ imitatione Isaaci à patre immolandi, excelsa idolis erexerant[x]: vel, 2. quòd illi, ex κακοζηλίᾳ [Isaaci,] Bersabæ excelsa erexerant[y]; vide Amos. 5. 5[z]; non tamen Deo, ut fecit Isaacus, sed idolis[a]. Refellit hîc jactantiam eorum in Patrum exemplis[b]. *Isaac* autem alibi scribitur יצחק, hîc ישחק, sicut & infrà 16. & Psalm. 105. 9. & Jer. 33. 26[c]. nec alibi[d]. ש pro צ positum*, quòd & צחק & שחק significant, *ridere*. Et forsan hoc proprio nomine eos eludere voluit, ut innueret hæc esse *excelsa Isaac*, i. e. ridicula[f]. ¶ *Et sanctificationes*, &c.] Vel, *sanctuaria*, templa scilicet & loca quæ illis sancta habebantur, vitulis aliísque idolis sanctificata: quæ quidem abominationes erant, sed Spiritus S. sæpe res appellat juxta opinionem eorum de quibus loquitur[g]. ¶ *Et consurgam* (vel, *Postquam insurrexero*, D.) *super* (vel, *in*, sive *contra*, D. Pi. &c.) *domum Jeroboam*] i. e. Vel, 1. familiam ejus[h]: Zachariam filium, in quo ejus domus defecit[i]; qui priusquam fana vitulorum & idolorum ab Assyriis eversa sunt gladio occisus est, 2 Reg. 15. 8, 9, 10. Vel, 2. totam ejus posteritatem, i. e. omnes posteros Reges Israel[l]. Vel, 3. decem Tribus, in quibus cùm Propheta hæc diceret regnabat Jeroboam Joasi filius[m]. Non est mirum Prophetam domui Regiæ comminari, quòd populi culpa Regi adscribatur, in quo situm est ut per regnum suum aut sincera, aut falsa, Religio propagetur[n].

10. *Et misit* (scil. nuncios[o], vel literas†,) *Amasias*] Occasio calumniæ erat, quòd non orâsset Amos ut hæc visio averteretur, sicut in duabus prioribus. Non oravit autem, vel, quia non omnia absumi videbat; vel, quia desperatum videret populum & deploratum[p]. ¶ *Sacerdos Bethel*] Idololatricus[q]: successor eorum quos Jeroboam Nabati filius instituerat[r]. Nomine *sacerdotis* ostendit eum, quamvis prætexeret pacem publicam & Regis negotium agi, suo commodo impulsum fuisse, & pro sua Helena pugnâsse†. Jon. reddit, *præses Bethel*[t]. Sine dubio fuit non modò antistes sacrorum, sed & præfectus loci Regius. Vide Gen. c. 14. v. 8. & 41. 45[v]. ¶ *Ad Jeroboam*, &c.] Qui tunc forsan abfuit à Bethel[x]. ¶ *Rebellavit*, [קשר] *Conjuravit*, vel *Seditionem concitat*, G. simil. M. vel, *Coitiones facit*, vel *pactiones factiosas*, D. Propriè, *ligavit*: unde ad colligationem animorum refertur. Veritate se inferiorem videns, seditionem objicit; ut factum Eliæ, Jeremiæ, Christo, &c[y]. ¶ *In medio domus Israel*] Non clàm[z], aut extra Regnum tuum[a]; sed publicè & palàm[b], ut Prov. 5. 14[c]. inter Israelitas[d]. Personat hæc doctrina in omnibus compitis, urbibus, &c. ignis jam ardet, &c*. ¶ *Non poterit terra sustinere*, &c.] Vel, *ferre*, &c. V. D. *continere*, &c. Q. in V. Incolæ hujus regionis non possunt diutiùs ferre ipsum talia loquentem[f], in se & de se[g], sine gravi motu[h]. Tam dura & atrocia illis ominatur[i], ut populus eum spontè oderit, & tanquam pestem certatim extinguere cupiat. Cur ergò cessas[k]? Al. Si ità loqui pergit, civium alii in alios armabuntur[l]: multi eum sequentur, qui ægre cohiberi poterint, & imminet interitus toti Regno[m].

11. *In gladio morietur Jeroboam*] Non hoc dixerat Propheta, sed morituram *domum* Jeroboami[n]. Sic voluit majus ei odium & invidiam apud Regem creare[o]. Quid Rex respondit, subticetur[p]: non videtur ei aures præbuisse[q], vel, quia non fuit ab eo persuasus aut multùm commotus; vel, quia reverebatur nomen & munus

munus & authoritatem Prophetæ, nec ausus est eum palàm aggredi; vel, quòd religio eum compescuit [r]. ¶ *Et Israel captivus*] Qui de cæde erunt superstites †.

12. *Et dixit*, &c.] Interim scilicet dum à Rege responsum exspectat, & sacerdotali authoritate [t]. ¶ *Qui vides*] Heb. *Videns*, Mer. Pi. &c. O Propheta [v]. Tu qui te Prophetam dicis [x]. Hoc autem per contemptum videtur dicere, quasi fatidicum aut fanaticum appellet; interim honesto eum nomine appellat suæ artis [y]. Non vocat exsulem, seditiosum, &c. sed, honorificè, *videntem*; idque vel, 1. ut blanditiis eum permoveret [z], iisque occultum venenum tegeret, uti politici solent & falsi fratres [a]: vel, 2. quia ei apertè facere injuriam non auderet [b]. ¶ *Fuge in terram Juda*] Quandoquidem Vituli nostri tibi displicent. Vide suprà 3. 14 [c]. Patet tibi iter: hîc tu es perditus, &c [d]. ¶ *Comede ibi panem*] i. e. Ibi vivito *, & victum quærito [f]. Ibi te ut Prophetam bene pascent, quippe congruentem cum ipsorum moribus [g]. Indignus es quem hæc terra alat [h]. Alludit ad pseudoprophetarum morem, qui ob buccellas panis læta nunciabant, Ezec. 13 [l].

13. *In Bethel*] Hoc studet Amazias, ut in sua saltem sede quietus maneat [k]. ¶ *Quia sanctificatio* (vel, *sanctuarium*, sive *sacrarium*, Mer. D. Pi. &c. Iisdem nominibus utuntur idololatræ quibus veri cultores, &c [l].) *regis est*] Sedes cultûs [m], quem sibi Rex consecravit [n]; ubi Rex colit Vitulum [o]. Cultus erat Vitulus etiam in Dan; sed huic Bethelem præfert, vel, 1. quia hæc celebrior & sanctior habita est, ob vetustatem, quòd ibi olim Jacob adoravit, Gen. 28.16, &c. & 35.6,7: vel, 2. quia hæc propinquior erat urbi Regiæ, scil. Samariæ [p]. Regis authoritate probat cultus illos esse legitimos, quibus non licebat privato homini intercedere [q]. ¶ *Et domus regni est*] Sedes etiam Imperii, quam revereri debueras [r]. Regia est †, ut & Samaria, ubi ob celebriorem cultum Rex erat magis assiduus, sicut & populus Israel. Nec obstat plures Regias habere Regem [t]. Vel, Bethel *regia* dicitur tanquam prope Samariam, & ob Vitulum ibi cultum [v].

14. *Respondítque Amos*] Constanter ac intrepidè [x]; nec ipsius nec Regis minas timens [y]. ¶ *Non sum* (vel, *fui*, Mer. sic Pi. &c. nempe ab initio [z]: vel, sub. *à natura*, sive à juventute mea [a]; quum assumerer à grege, &c [b].) *propheta*] Professione [c]: vel naturâ, ortu, vel institutione; ut nonnulli indè à matris utero deligebantur, &c. ut Jeremias [d]. Non sum natus Propheta *. ¶ *Non sum filius prophetæ*] i. e. Discipulus alicujus Prophetarum [f]: è Prophetarum collegio, ut *filii* vox sumitur [g], 2 Reg. 2. 3, &c [h]. & 4. 38. & 6. 1. confer Esa. c. 8. v. 18. Marc. 10. 24. 1 Cor. 4. 14, 17 [i]. Quales qui erant, parabant se ad accipiendum donum Prophetiæ [k]. Nec successione sum Propheta [l]. ¶ *Sed armentarius* (vel, *bubulcus*, Mer. Pi. &c.) *ego sum* (vel, *eram*, Mer.) *vellicans*, &c. וּבוֹלֵס שִׁקְמִים] *Et disquirens*, sive *scrutans*, (vel, *colligens*, P. Sy. Ar. sic M. *vellicans*, o'. *stringens*, Ti. vel, *commiscens*; nam בלש est, *misceo*, *confundo*, apud RR. vel, *exsiccans*; nam Arabicè est, *siccare* [m]: vel, *decerpens*, Mer.) *sycomora*, Mer. P. &c. vel, *fructus sycomororum*, V. Sic etiam Græci συκάμινον & συκόμορον dicunt & pro arbore, & pro fructu [n]. Vel, ut ipse edam [o]: vel, in pabulum armentorum [p]. q. d. Pauxillo [sum] contentus: nè me dapis causâ quicquam facere putes [q]. Hoc addit, ut magis conditionis suæ humilitatem ostendat [r]: q. d. Rusticus fui & agrestis homo †, inter armenta & caulas & sycomoros, magis quàm in urbibus & inter homines, enutritus [t]; propheticæ institutionis expers & omnis literaturæ [v]. Nihil tale affectabam, neque hæc mihi professio vel ars erat; sed mirum hoc est Dei opus, quòd me rudem vocavit & pertraxit, & mihi hanc vaticinandi necessitatem imposuit. Quâ ergò fronte audes hoc mihi interdicere? Deo magis parendum quàm hominibus [x]. Ità vocationi suæ fidem facit à priore conditione, ut Paulus Act. 22. 3, &c. & 26. 9, &c. Sycomoris terram Israel abundâsse liquet ex 1 Reg. 10. 27. Esa. 9. 10 [z]. Psal. 78. 47. Luc. 17. 6. & 19. 4 [a]. Sycomorus est arboris genus Palæstinæ peculiare, in campestribus nascens [b]. Erat agreste ficuum genus, quod, nisi avellatur, corrumpi à calicibus solet [c]. Συκόμορος *sycomorus* dicitur, quasi ex fico & moro, authoribus Plinio & Dioscoride, composita; qui tradunt ficum esse Ægyptiam (adde & Palæstinam, ei vicinam,) prædulcem sine granis [d].

15. *Et tulit* (vel, *assumpsit*, G. Mer. Pi. &c.) *me* (ut mihi daret mandata *,) *Dominus cùm sequerer gregem*] Vel, *à sequendo grege*, ad verb. *à post gregem*, ut 2 Sam. 7. 8. Pastores enim gregem sequuntur. Hinc Senecæ pastor in Oedipode, *Illo sequebar monte cornigeros greges* [f]. Vel, *à grege quem sequebar*, D. A pascendis & ducendis gregibus. Itaque בוקר *pastorem* generaliter videtur significare, etsi propriè *bubulcum*. Fortè armenta præcipuè pavit, sed pecora etiam minora nonnulla habuit *. ¶ *Et dixit—Vade, propheta*, &c.] Et tùnc audes me impedire [g]?

16. *Nunc audi*] Sub. ô *Amasia*, V. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא תַטִּיף וגו' *Neque loquaris*, &c. V. vel, *stillato*, &c. D. vel potiùs, *stillare facito*, sub. *verbum tuum*, quod exprimitur Job. 29. 22 [h]: *stillabis*, &c. Mer. G. ex Vulg. i. e. verba fundes sive oracula; nam de prophetia maximè dicitur id verbi [i]. *Stillare* Hebræis est, Prophetam agere, Ezec. 21. 2. Mic. 2. 11 [k]. Vide & Ezec. 20. 46. item Mic. 2. v. 6 [l]. Sanè per *pluviam*, à qua translatio *stillandi*, nonnunquam doctrina significatur [m]. Vide Esa. 55. 10, 11. &c [n]. [Ca. locum sic reddit,] *Tu me vetas in Israelitas & in Isaaci domum vaticinari ac fluere*, i.e. oracula fundere [o].

17. *Propter hoc*] Quia ità palàm & ex professo ejus Spiritui adversaris [p]. ¶ *Uxor tua in civitate* (quæ legibus regitur; q. d. palàm & te spectante: quod marito intolerabile erat [q]:) *fornicabitur*] Vel, 1. spontè [r]: juxta maledictionem Deut. 28. 30 †. Scortum alterius erit: quod viro ignominiosum. Vide Job. c. 31. v. 10 [t]. Vel, 2. per vim hostilem [v]. *Constuprabitur*, G. ex Hi. & Sym. sim. Mer. ab hostibus scilicet [x]. Sed hoc Hebræi potiùs exprimunt voce עָנָה. Vide Thren. 5. 11 [y]. Est igitur hîc in voce זָנָה catachresis. A victore milite vis mulieribus inferri solet. Vide Esa. 13. 16. Lam. 5. 11. &c [z]. Quod ille in scortatione spirituali fecerat, idem in externa experietur [a]. ¶ *Filii tui*, &c.] Quos tu in impietate instituere perseverâsti: quâ etiam filios Israel perdidisti †. ¶ *Humus tua* (vel, *Ager tuus*, Pi. *Terra tua*, Mer. D. patria in qua degis; vel, prædium tuum [b];) *funiculo* (mensorio scilicet [c]; ut ibi moris erat [d], agros funiculis metiri, deinde inter se dividere *:) *metietur*] Vel, *dividetur*, Mer. D. ab hostibus [f]. Bonis avarè & impiè partis non diu fruêris, sed ea in hostium potestatem venient [g], [iisque dividentur;] ut solent dividi terræ bello quæsitæ, Deut. 32. 9 [h]. ¶ *Et tu* (in tuo etiam corpore pœnas dans [i],) *in terra polluta morieris*] Non in terra Israelis, quam Deus sibi dicaverat [k], sed in terra gentium [l]; in terra profana, nempe Assyria [m]; quæ *polluta* dicitur ob idololatriam: ut, qui sordibus gavisus fuerat in Terra sancta, suâ eam immunditiâ polluens, inter gentes sordibus satietur, & ibi pereat, nec in Terra sancta mori ei liceat. Dices terram Israelis fuisse pariter immundam ob idololatriam. Resp. 1. Israelitæ tamen eam pro munda habebant, quòd non se idololatras existimarent, sed crederent se Dominum colere. 2. Ibi tamen erant pii nonnulli idola abhorrentes, & in ea diu purior Dei cultus obtinuerat [n]. ¶ *Et Israel* (non aliqua pars ejus, sed totus Israel [o],) *captivus migrabit*, &c.] Quia toties monitus non resipiscit, sed tecum seductus pergit in idololatria & sceleribus suis. Quia dicis, me dixisse Israelem è terra sua relegandum, revera id fiet [p]. Ulciscetur Deus pervicaciam & tuam & populi [q].

CAP. VIII.

1. ET *ecce uncinus*, &c.] Instrumentum hoc est quo fructus maturiores ex summis arborum ramis trahuntur & decerpuntur. Sic minatur Deus se attracturum & acceleraturum exitium Israelis [a]. ¶ כְּלוּב קָיִץ] *Canistrum*, sive *corbis*, *æstatis*, Mo. Pi. Mer. vel, *æstivum*, Ti. sic Ca. *æstivorum fructuum*, D. G. ex Ch. JT. Pi. Tar. sim. M. V. vel, plenum *fructibus æstivis*, Mer. sic

M. Pi.

Margin notes (left column): r Calv. † G. t Mer. v V. D. Mer. x G. y Mer. z Calv. a Tar. b Mer. c G. d Calv. * Liv. Pi. M r. f Mer. g G. h D. l Mer. k Calv. l Mer. m G. n Mer. o V. sic Mer. p Mer. q Calv. r G. † Mer. V. D t Mer. v V. x Tar. ex Mer. y Mer. z Idem. a V. b D. c M sim. G. d Mer. * V. f G. sim. Liv. V. D. g Tar. h Liv. Tar. i Tar. k G. l Mer. m D. n Mer. o Mer. sim. Pi. p M. sim. V. Mer. q G. sim. Tar. r Mer. † Liv. ex Mer. t Mer. v Liv. ex Mer. x Mer. z Liv. a Tar. b Q. in Mer. c G. ex Hi.

Margin notes (right column): d Mer. * G. f Liv. * Mer. g Idem. h D. i Mer. k G. l D. anim. adv. l. 11. m Lib. sim. Tar. n Tar. o Ca. p Mer. q Idem. r K. in Mer. sim. D. † M. t D. v Mer. sim. Calv. Liv. x G. Mer. y D. z Liv. a Mer. † Idem. b D. c Mer. D. d Mer. * D. f Mer. sim. D. g Mer. h G. i Mer. k G. l Mer. m Liv. n Mer. o G. p Mer. q Calv. a Mer.

M. Pi. qui sub finem æstatis & initium Autumni maturescunt [b]. קַיִץ hîc sumitur ut 2 Sam. 16. 1. Esa. 16. 9 [c]. Visionis significatio posita est in vocibus קַיִץ, & קֵץ *terminus* [d]. Pœnæ tempus maturum significat, & *finem*, i. e. ultimam vindictam, instare; ut æstas anni finis est, & tempus maturitatis fructuum *. Significat populum, qui velut fructus est terræ, ab ea terra, velut ab arbore, auferendum [f].

2. *Venit finis*, &c.] Vel, *finis ipse*, P. Regni Israel: subaud. *à me præfinitus* [g]. *Venit*, vel in præterito; quia jam paulatim collabi cœpit, donec tandem eversum est [h]: vel [in futuro;] jam instat [i]. ¶ *Non adjiciam*, &c.] Ut suprà 7. v. 8 [k]. Non impunitum transmittam [l].

3. *Et*, &c. וְהֵילִילוּ שִׁירוֹת הֵיכָל] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi.) *ululabunt* (vel, *concident*, Sy. *ejulabunt*, Mer. JT. Ca.) *cantica* (vel, *loco cantici*, Ch. vel, *altaria*, Ar. vel, *cardines*, Vulg. Legit צִירוֹת, *cardines*, figuratè, præ malorum pondere & ruinæ gravitate; ut & ο'. φατνώματα, *laquearia*, quæ velut ædificiorum cardines sunt: nisi fortè illi קִירוֹת, *contignationes*, legerunt. Sed Hebræa lectio potior est [m].) *palatii*, Mo. Mer. G. vel, *templi*, M. Ti. Sy. ο'. &c. id est, in Templo concini solita: ut hîc non solùm Decem tribuum exsilium, sed & Judæ notetur captivitas & ruina [n]. Vel, *in domibus suis*, Ch. sumptuosis scilicet: ut ad decem Tribus referatur [o]; de quibus hæc maximè dici arguit finis capitis [p]. In luctum & ejulatum vertentur [q], vel, læta cantica quæ Regiam personare solebant [r]; vel, carmina quæ cantabant in delubro †, vel in fanis vitulorum & idolorum [t], in Bethele [v]. ¶ *Multi*, &c. רַב הַפֶּגֶר בְּכָל־מָקוֹם הִשְׁלִיךְ הָס] *Multiplex cadaver in omni loco projecit tace*, Mo. *Multiplicatum est cadaver, in omni loco projecit tace*, V. *Multum cadaver* (vel, *Multum cadaverum*, D. sim. Liv. JT. i. e. Magna cadaverum copia [x]: sub. *erit*, D. JT. *Multa* erunt *cadavera*, V. Pi. nempe occisorum peste vel gladio [y]. רַב vel verbum est; vel potiùs, nomen [z]. *Multa cadavera*, Ti. Calv.) *in omni loco*, (ubique locorum: quod ad præcedens potest pertinere, sed rectiùs ad sequens†. Subaud. *dicetur*, vel *audietur*, Mer. ex Ch. & RS. est enim irati & pœnam minantis aposiopesis*.) *Projice, tace*, sine conjunctione, cum majore vehementia [a]. Vel, *in omni loco ubi projecerit*, *Tace*. Ubicunque homo projecerit illa cadavera, ibi audietur, Tace [b]. Vel, *in omni loco projiciet:* (i. e. projicientur, ex hujus linguæ proprietate:) *Sile*, id est, Patienter acquiesce judicio tam potentis Dei, ut cap. 6. v. 10. vide Zach. 2. 13 [c]. Vel, *in omni loco in quem projiciet*, (ea ille qui curam sepulturæ habiturus est,) dicet, (socio suo, qui istum juvabit in sepeliendis cadaveribus,) *Tace*; Noli conqueri de Deo, quia justè hæc patimur, &c [d]. Vel, *in omni loco, projiciet in silentio*, P. vel, *in omni loco prosternentur cum silentio*. Significat tantam fore cladem quæ etiam impediat nè sepeliantur cadavera †. Vel, *in omni loco injiciet* hostis *silentium*, nempe inductâ solitudine *. Vel, *in omni loco, injiciam silentium*, ο'. in Mer. vel, ut Hieron. *projicietur silentium*; activum pro passivo: vel, *projiciet* Dominus. Aut videntur אַשְׁלִיךְ legisse, aut infinitivum accepisse pro futuro. Sic enim infinitivus pro aliis modis sumitur [f]. Vel, *& in omnem locum injiciam silentium*, Ar. vel, *in omni loco, & projicientur ad interitum*, Sy. [q. d. in locum silentii, sive silentum, h. e. mortuorum.] Vel, *per omnem locum projecit* (vel, *prosternet*, Ti. sub. *hostis*, M. Ti.) *in silentio*, M. vel, *idque silentio*, Ti. Vel, quæ *in omnem locum projecerit tacitus*, JT. vel, is qui dicet, *Tace*. Ellipsis. Confer suprà 6. 10 [g]. Vel, *ubivis loci*, adeò ut dicatur, *Projice & tolle*, Ch. [Ca. locum sic vertit,] *Multis ubique locorum prostratis cadaveribus, pax*. Quæ res stuporem & silentium faciet [h]. Ego (non habitâ ratione punctorum, quibus alioqui non adstringimur,) lego, הַשְׁלִיךְ, in imperativ. cum Chald. tametsi & הַשְׁלִיךְ infinitivus vel imperativus esse queat. Tanta ubique erit cæsorum copia, ut ubique has voces audire liceat se invicem hortantium, *Projice* hoc cadaver, *sile*, nè scilicet alii audientes animo remollescant: vel, *sile*, i. e. nè obmurmures; justè hæc patimur. Sensus juxta ο'. & Hi. talis est, q. d. Tanta ubique vastitas & clades in terra Israelis, ut ubique summa sit locorum solitudo & altum silentium. Alii silentium ità accipiunt, quòd ità sæviturus sit hostis ut nemo vel hiscere ausit [l].

[b] Mer. ex He. [c] Tar. [d] Mer. sim. Calv. Tar. G. M. * Liv. sim. Mer. [f] G. [g] V. [h] Mer. [i] Calv. Mer. [k] Mer. [l] G. sim. Mer. [m] Mer. [n] Q. in Mer. [o] Mer. ex He. [p] Mer. [q] M. V. Mer. Liv. G. &c. [r] G. † Ca. [t] L. [v] Pi. [x] Mer. sim. D. [y] V. sim. Mer. [z] Mer. † Mer. * Idem. [a] Idem. [b] D. [c] Liv. [d] V. † Calv. * G. [f] Mer. [g] Pi. [h] Ca.

4. *Audite* (vos proceres [k]: in quibus semper plus residet culpæ quàm in plebe. Emphaticè dicit, *Audite*, quia non satis attenderent ad sua vitia [l].) *hoc*] Justam hanc in vos Dei sententiam [m]. ¶ *Qui*, &c. הַשֹּׁאֲפִים וגו׳] *Qui deglutitis*, vel *absorbetis*, *pauperem*, Mer. P. M. vel, *anhelatis* vel, *anheli absorbetis*, Ti. vel, *inhiatis*, Liv. D.) *egenum*, D. vel, *in egentem*; & supple, *dejecturi eum in pulverem*, ex collat. Amos. 2. 7 [n]. [ubi dicta vide.] Vel, *dejecturi egentem*, JT. Qui ad egenum opprimendum omni conatu adspiratis: vel, qui inhiatis bonis egenorum [o]. Qui magno egenorum servituris desiderio tenemini suis facultatibus spoliatorum. Sic enim v. 6. *ad emendum pecuniâ tenues*. שָׁאַף verò in illa *inhiandi* sive *desiderandi* significatione cum accusativo sæpe construitur: Job 7. v. 2. Eorum inhumanitatem hîc arguit [p]. ¶ *Et*, &c. וְלַשְׁבִּית] *Et ad abolendum*, Mo. Mer. vel, *ad cessare faciendum*, Mer. vel, *delere*, D. M. Pi. V. vel, *succidere* è mundo, P. sub. *cogitatis*, P. Mer. M. Pi. vel, sub. *anhelatis*, V. q. d. Qui in id unum incumbitis & anhelatis, ut aboleatis pauperes, & soli in terra habitetis [q]. Qui cupitis è medio tollere pauperes, fraude rapiendo quod illorum est [r]. Præcedens שֹׁאֲפִים repetendum est †, sed aliâ significatione [t]. Heb. *Et* qui estis *ad cessare faciendum* Pi. *Et exterminatis*, Ti. *Et facitis cessare*, M. *Et abolетis*, Ca. *Et opprimitis*, ο'. sim. Ar. *Et deleturi*, JT. *Qui despicitis*, Sy. [Ch. locum sic reddit, *Et putatis nulla reddere pauperum eloquia in terra*.]

5. *Quando*, &c? מָתַי יַעֲבֹר הַחֹדֶשׁ] *Quando transibit* (vel, *veniet*, M. vel, *præterierit*, P. sim. ο'. Sy. Ar. Optantis est [v]; ut illud Psal. 42. 3. *Quando veniam*, &c? & illud Horatii, *O rus, quando ego te aspiciam?* &c [x]. q. d. Utinam transiisset [y]. Optantis est & indignantis: Quando tandem transiverit? utinam brevi transeat; nimis diu durat [z]:) *mensis*, Mo. Calv. sic Mer. D. P. ο'. Sy. Ar. Sic etiam in Vulgato legendum, non, *messis*, ut L. & alii habent; qu. d. tempus abundantiæ [b]. Avaritia hîc eorum ostenditur [c]. Egregiè hîc depingit ingenium avarorum, qui fruges recondunt, exspectantes tempus caritatis, adeòque amplioris quæstûs [d]. Exspectabant in singulos menses aliquod infortunium quod augeret pretium tritici *. Vel, *mensis ille*, P. quo fruges in periculo esse solent, & cujus eventum & exitum avidè exspectant, ut cariùs vendant [f]. Vel, *mensis* messis, in quo pauperes reperiant in agris quod comedant [g]. Ità & Chaldæus accipit, *mensis frumenti* [h]. Mensis συγκομιδῆς, cùm frumentum in horrea portatur [i]. Al. *mensis* embolismaticus, qui tertio quoquo anno adjungebatur anno constanti 12 mensibus lunaribus [k]. Tunc autem, ob longiorem annum & exspectationem messis dilatæ, carior fieri poterat annona [l]. qu. d. Quando transierit annus ille longior [m], in quo, aut post quem, solent frumenta cariùs vendi [n]? Vel, *neomenia illa*, V. sive, *novilunium* [o], sicut Hos. 2. 11 [p]. sive primus dies mensis, qui Hebræis sacer erat [q], in quo nefas erat vendere, &c [r]. Sic malim accipere, ob sequens *sabbatum* *. ¶ *Et*, &c. וְנַשְׁבִּירָה שֶּׁבֶר] *Et vendemus*, vel *venundabimus*, (vel, *Vt vendamus*, M. JT. Pi. Mer. &c.) *annonam*, Mer. Pi. vel, *venale*, Mo. *commeatum*, JT. *frumentum*, P. M. vel, *merces*, Vulg. i. e. fruges nostras †, pauperibus scilicet. שֶׁבֶר, propriè *fractio*, eleganter ponitur pro *annona*, quâ fames frangitur [t]. De שָׁבַר *emit*, & הִשְׁבִּיר *vendidit*, vide & confer Gen. 41. 56, 57. & 42. 3. 5. Deut. 2. 28. Prov. 11. 26. &c [v]. ¶ *Et sabbatum*] Intelligunt vel, 1. hebdomadam. Cùm pauperes accederent ad emendum frumentum, divites differebant venditionem in aliam hebdomadam, quò cariùs illis venderent [x]; tandémque id efficiebant, ut vilissimâ pecuniâ & pauperes & eorum agros sibi acquirerent [y]. Vel, 2. annum sabbaticum [z], sive septimum, quo terra quievit, ex Lege Levit. 25. 4 [a]. quo nihil frugis prodibat, arvis quiescentibus. Idcóque eo exacto, ii qui satis pecuniæ non habuerant ut ante eum annum sibi prospicerent, cogebantur ab iis qui apothecas habebant carò emere res ad vitam necessarias [b]. Tunc cariores esse poterant fruges, quòd diutiùs exspectandum esset ut quicquam terra proferret. At Dominus vetuerat eos eo nomine solicitos esse, se

enim

[l] Mer. [k] Tar. sim. Mer. Calv. [l] Calv. [m] Mer. [n] Pi. [o] D. [p] Liv. [q] Mer. [r] V. † V. Mer. [t] V. [v] Liv. D. [x] Liv. [y] D. [z] Pi. [b] Mer. [c] Liv. [d] Mer. * Calv. [f] Mer. [g] V. K. in M. [h] V. [i] G. [k] He. in V. sim. Mer. [l] Mer. [m] He. in V. sim. Calv. [n] He. in V. [o] Liv. D. Mer. [p] D [q] D. ex Liv. [r] D. * Mer. † G. [t] Mer. [v] Tar. [x] He. in V. K. in Mer. [y] He. in V. [z] He. in V. G. ex Ch. Mer. Calv. [a] Mer. [b] G.

enim benedictionem suam illis missurum. Verùm avari Dei donis abutebantur [c]. Vel, 3. diem Sabbati [d]. Quo die (sicut & aliis festis diebus *) nefas erat vendere & emere. Vide Nehem. 10.31. & 13.15[f]. Id tempus perire sibi putabant quo cessandum erat à mercimoniis, & cultui Divino vacandum [g]. Vellent nullas esse ferias, ut quotidie lucrum facerent †. ¶ *Et*, &c. [וְנִפְתְּחָה בַּר] *Et aperiemus* (vel, *Ut aperiamus*, M. JT. Pi. &c.) *triticum*, vel *frumentum*, Mo. P. M. Mer. vel, *frumenti* horrea, JT. Verùm non est hîc ellipsis, sed tropus [h], nempe metonymia adjuncti [i]; *frumentum*, id est, repositoria frumenti [k]: quæ *aperiri* dicuntur Gen. 41. 56 [l]. Sensus, Exponemus vendendum triticum [m]: diu compressam annonam flagellabimus [n]. [Ti. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Post mensem venum exponemus annonam, & exactâ hebdomadâ aperiemus frumentum.*] ¶ *Ut imminuamus mensuram*, (vel, *modium*, Mer. Heb. *epham*, Mer. G. &c. Mensura hæc erat [o] aridorum [p], continens tria sata [q]: hîc autem, sicut & Levit. 19.36. Deut. 25. 14. Zach. 5. 6. pro quavis mensura ponitur [r]; quam hîc faciebant minorem quàm esse debebat †.) *& augeamus siclum*, [שֶׁקֶל] *Siclum*, Mer. G. Pi. &c. qui valebat didrachmon Græcorum, sive 12 obolos Græcos [t]. Ponderabantur sicli, Genes. 23. 16 [v]. q. d. Pretium quo emitur frumentum [x]. At avari isti non augebant monetam, sed minuebant potiùs [y]. [Ità sanè, quum scilicet emerent; non item quum venderent: de quo hîc sermo est.] Al. *pondus*, V. D. Liv. JT. nempe argenti, quod olim ponderabatur [z]. Quamvis pondus מִשְׁקָל dicatur, & שֶׁקֶל sit, *siclus*; hîc tamen pro pondere sumi videtur [a]. In his, inquiunt, quæ mensurâ vendi solent, ut modio, utemur mensurâ æquo minori; in his quæ ememus, majore æquo pondere utemur [b]. Auctiore pondere emptores defraudantur [c]. Curtis mensuris vendemus, & pondere graviori nummos accipiemus [d]; ut avaris mos est *, sed contra Legem Dei, Deut. 25. v. 13, 14 [f]. Ità duplicem fraudem committebant [g]. Lancem alteram faciebant graviorem: ità bis lucrabantur, & in merce, & in pecunia [h]. ¶ *Et*, &c. [וּלְעַוֵּת מֹאזְנֵי מִרְמָה] *Et ad pervertendum* (vel, *Et pervertamus*, P. M. G. sic Mer. *Et depravabimus*, Ti.) *bilances*, sive *stateras*, *doli*, Mo. vel, *dolosas*, P. M. D. Liv. i. e. integras, ut dolosæ fierent [i]. Cùm integræ sint, eas pervertendo dolosas efficiamus [k]. Metonymia est; ut Job. 22. 6. *Nudos vestibus spoliat*, h. e. vestitos & tectos, ut nudi essent [l]. Sic Jes. 47. 2. *Mole farinam* [m]. Ità h. l. *fraudulentas*, i. e. quas fraudulentas reddamus ubi eas perverterimus. A fine denominatio sumitur, ut aliàs apud Hebræos. Non hoc dicunt avari, sed eorum cogitationes Scriptura exprimit [n]. Vel, *dolo*, Ti. G. ut sit ellipsis literæ ב [o]. Al. *Ac pervertendo* (sub. *venditionem*, Pi.) *lancibus dolosis*, JT. Pi. *Et faciamus stateram iniquam*, ο΄. Ar. vel, *dolosam*, Sy. *Staterisque dolosis decipiendi causâ*, Ch.

6. *Ut possideamus* (vel, *Ut comparemus*, sive *acquiramus*, Mer. V. G. vel, *Comparando*, sive *Emendo*, D.) *in argento* (vel, *per pecunias*, G. vel, *argento*, sive pro pecunia, sc. quam nobis dare deberent [p],) *egenos*] Scilicet, nobis in servos [q]: premente rerum penuriâ [r]; ubi solvere non poterunt †; vel, quum ultrà non habeant quod nobis pro frumento dent [t]: ut mos erat illarum gentium [v]. Vide Levit. 25. 39 [x]. q. d. Ut nobis addicamus non eorum tantùm agros & bona, sed & eorum corpora, & totos ipsos [y]. Primùm oppressione & dolo fratrum facultates ad se traxerunt, ut, illis exhaustis, seipsos tandem in servitutem tradere cogerentur [z]. ¶ *Et pauperes pro calceamentis*] Vel, *pari calceorum*, Pi. Proverbiale [a]. i. e. Vili pretio [b]: re vilissimâ quâ ille opus habet [c]. Vide Amos. 2. 6 [d]. ¶ *Et*, &c. [וּמַפַּל וגו׳] *Et* (vel, *Ut denique*, JT. Pi. Hebr. *Et ut*: ellipsis est τῶ לְמַעַן *.) *labile frumenti*, &c. Mo. vel, *deciduum*, &c. i. e. purgamenta, quæ ex cribro dum purgatur decidunt [f], mixta frumento [g]: vel, *quisquilias*, Ch. P. M. JT. Pi. Ti. Mer. &c. quæ aliàs vendi non solent, sed jumentis aut avibus dari, non hominibus. Præcessit infinit. לִקְנוֹת, sequitur [hîc], futurum נַשְׁבִּיר, quod exponas quasi præcederet לְמַעַן. Sic enim passim fit, ut, præposito infinito cum ל, sequatur verbum alterius modi eâdem ratione exponendum [h].

7. *Juravit*——*in* (vel, *contra*, Q. in Me.) *superbiam Jacob*, [בִּגְאוֹן] *Per magnificentiam*, Mer. M. vel, *excellentiam*, Calv. Pi. vel, *celsitudinem*, G. *dignitatem*, vel *gloriam*, V. Id est, vel, 1. per benefacta illa quibus Jacobum ejúsque posteros in sublime extulit [i]. *Excellentiam* hîc vocat adoptionem, quâ Deus eos elegit in peculium. Ità perstringit ingratitudinem populi [k]. Vel, 2. per Sanctuarium, ubi habitabat majestas & gloria Dei, ut suprà 6. v. 8 [l]. Sed Deus non jurat per res creatas [m]. Vel, 3. per seipsum [n]; qui est magnificentia & gloria Jacobi [o], sive is de quo maximè gloriatur Jacob [p]: qui gloriam suam illis concesserat, & in illis collocaverat, quâ tamen ipsi abutuntur [q]. Subaudiendum, *Audite, inquam, quæ dicturus sum, nempe hoc, Juravit*, &c. Quæ enim post hæc verba v. 4. *Audite hoc*, usque ad hunc v. interseruntur, velut per parenthesin legenda sunt [r]. Vel, 4. per Christum, in quo Israelitæ omnes triumphant, &c †. ¶ *Si oblitus fuero usque ad finem*, &c.] Vel, *in seculum*, id est, unquam [t]: *in æternum*, JT. vel, *perpetuò*, Pi. Sub. *nè vivam*, D. &c. vel, *nè habear is qui sum*. Dissimulavi, sed ad tempus [v]. Non obliviscar, sed ea puniam [x].

8. *Numquid super isto* (vel, *An propter hoc*, Pi. Mer. i. e. vel, propter juramentum meum [y]; vel, propter hanc iniquitatem erga pauperes [z]: vel, *propter talia*, G.) *non commovebitur* (loco suo [a]: vel, *contremisceret*, Mer. *commoveretur*, D. G. i. e. commoveri deberet [b]: vel, *tumultuabitur*, Calv.) *terra?*] Vel, *hæc terra?* Pi. i. e. status publicus [c]. q. d. Quum isti perturbent omnem ordinem, quid mirum terram moveri, &c? Prosopopœia [d]. ¶ *Et lugebit*, &c.] Vel, *peribit*, V. vel, *lugeret*: i. e. vel, lugere deberet; vel, vapularet: ex eo quod sequitur id quod præcedit: nam qui vapulant lugent *. In miseriis fit [f]. Sensus, q. d. Sufficiens est hoc facinus cujus causâ terra subvertatur, & pereant habitatores ejus [g]. ¶ *Et*, &c. [וְעָלְתָה כָאֹר כֻּלָּהּ] *Et ascendet* (vel, *Et ascenderet*, JT. D. Aqua ascendit, quum restagnat: ut herba *ascendere* dicitur, cùm succrescit [h]. Vel, *Et* (repete, *annon*, ob tantum scelus,) *ascenderet* [i]? Vel, *Ascendet enim*, M. *Quin intumescet*, Ti. *Nam evanescet*, scilicet obruta atque occupata hostibus, tanquam aquis: Heb. *ascendet*. In hac aut simili significatione עָלָה reperitur Job. 5. 26 [k]. *Auferetur*: sæpe enim עָלָה, metaphorâ à vaporibus desumptâ, qui ascendentes auferuntur & evanescunt, *auferri* & *evanescere* significat; ut Psalm. 102. 25 [l]. Jerem. 48. 15 [m]. *Et ascenderet*, omnis generis calamitas, quæ aquarum nomine sæpe in S. S. venit [n].) *tanquam fluvius* (vel, *rivus*, nempe Ægypti, ut mox subjicit, h. e. Nilus [o]: vel, *rivo*, Pi. sim. Di. Subintelligo τὸ ב instrumenti [p], quo nihil Hebræis usitatius [q].) *tota ipsa*, M. Pi. &c. sub. *terra*, Mer. Liv. D. vel, in *totam ipsam*, JT. i. e. Tota obruetur aquis, & vertetur tota quasi in amnem. Per *aquam* intellige calamitates, &c [r]. Metonymia est. Quod enim adjuncto, i. e. *aquæ*, propriè convenit, hîc subjecto, nimirum *terræ*, tribuitur. Hoc igitur dicit, *aquas ascensuras & totam terram inundaturas* †: idque similitudine Niliacæ exundationis illustrat [t]. Nam *ascendente Nilo totam Ægyptum operiri, & quasi pelagus stagnare*, scribit Strabo lib. 17. simil. Cicero 2. De natura deorum [v]. Al. *Et ascendet*, &c. i.e. Quamvis latè se diffuderit, ut superbus amnis [x]. Vox כָאֹר hîc ponitur pro כַּיְאוֹר, (vocali brevi in longam commutatâ [z], & י absorpto sive extrito [a], per syncopen [b], vel aphæresin [c]; fortè euphoniæ causâ [d]: ut alibi י initiale deficit; ut in עָשָׂה, pro יַעֲשֶׂה, 1 Sam. 20. 2. בּוּל, pro יְבוּל, Job. 40. 15. al. 20. & עָבוֹר, pro יַעֲבוֹר, Esa. 28. 15 *.) ut colligitur tum ex circumstantiis textûs [f], tum ex collat. Amos. 9. 5 [g]. ubi in eadem sententia plenè scribitur כַּיְאוֹר [h]. Al. כָּאֹר verto, *sicut pluvia*, i. e. nubes pluvia: q. d. Obnubilabitur, & tota in caliginem, & velut densam & tenebrosam nubem pluviæ plenam, abibit [i]. Sed hoc durius videtur [k]. Si legamus כָּאוֹר, secundùm τὸ Ketib, locum sic verto, *Ascendat* (vel, *Etsi ascenderet*) *tanquam lux tota*, (i.e. Quamvis splendidissimam se instar ascendentis lucis ostentaret,) *expelletur* (tamen) *& submergetur*, &c. Quæ sanè interpretatio mihi non displicet: &, quum ubique, ubi sensus & grammatica non arguunt manifestum mendum, τὸ כְּתִיב præferendum censeam τῷ קְרִי,

קְרִי, hîc quoque anteferrem; præsertim cùm verſ. ſeq. eam *lucis* metaphoram pleniùs explicet, *Efficiam ut ſol occidat*, &c[l]. ¶ *Et*, &c. וְנִגְרְשָׁה וְנִשְׁקְה וגו׳] *Et ejicietur*, ſive *expelletur*, (Videtur autem loco ſuo *ejici* ſeu *expelli* terra quando obruitur aquis: q. d. Propter iram Dei mirè affligentur Iſraelitæ, pellentúrque ſedibus ſuis[m]. Vel, *Quo* [nempe *rivo*] *expelleretur*, JT. *Et propelletur*, ſive *propelleretur*, Mer. Liv. D. ut fit cùm limus ab aquis ſtagnantibus aut à fluctibus propellitur[n]. Agitabitur fluctibus huc illuc. Quod aquæ eſt proprium, terræ tribuit, quæ jam velut amnis effecta eſt aquarum inundatione[o]. *Propulſionem* hîc intelligo luti & limi[b], qualis fit ab aquis inundantibus, Eſa. 57. 20. & maximè à Nilo, ut teſtatur Dionyſius Alexandr. De ſitu orbis. *Propelletur* igitur *terra*, h. e. ni fallor, Limus ex ea ab inundantibus aquis excitatus more Ægyptii fluvii propelletur. Synecdoche[c].) *& abſorbebitur* (vel, *operietur*, M. *ſubmergetur*, Pi. vel, *ſubmergeretur*, JT. D. In ſcriptura eſt, *irrigaretur*: ſic Geneſ. 13. 10. *Et univerſa ipſa erat irrigua*[d]. Vel, *rigabitur*, velut potabitur & irrigua fiet, reſtagnabit*. Vel, *demergetur*, ſubſidebit aquarum profunditate[f],) *velut fluvius* (vel, *fluvio*, M.) *Ægypti*, Mo. &c. i. e. Nilo[g]; qui, quum à ſtagnatione & exundatione ſe recipit, jam profundior fit, ſubſidente deorſum limo & cœno, ac relicto in locis in quæ reſtagnavit[h]. Ut Ægyptus ſubmergitur Nilo[i]. Quando Nilus deſinit inundare, ſubſidet, & videtur quaſi *abſorberi*[k]. Al. Ità deficiet ſicut illæ foſſæ in Ægypto, quæ modò aquas habent, modò eas perdunt[l]. וְנִשְׁקְה pro וְנִשְׁקְעָה[m], ut Maſoritæ legendum notant[n], & conſtat ex collat. Amoſ. 9. v. 5. ubi ſic ſcribitur[o]. Vel ergò hîc mendum eſt[p]; vel ע ſtudioſè ſuppreſſum eſt, ut omnimodam demerſionem innuat[q]. Deſcribit hîc gravitatem juſtitiæ Divinæ[r]. Significat commeritos eſſe ut eorum terra aquis ſubmergatur, & tota aquis exundet ac reſtagnet, in morem Nili quum ſe per Ægyptum diffundit†. Terræ motus, inundationes, tenebræ, ſunt effecta iræ Divinæ & ſigna, Pſalm. 18. 8, 12. Itaque hîc tempus luctuoſum vindictæ ſignificant, ut Matt. 24. 7, 29. Vide Joel. 2. 10[t].

9. *In die illa*] Quâ animadvertam in vos[v], & terra Iſrael occupabitur ab hoſte[x]: vel, in die pœnarum & captivitatis utriuſque populi[y]. ¶ *Occidet*, &c. וְהֵבֵאתִי וגו׳] *Et faciam occidere* (vel, *occumbere*, P. vel, *ingredi*, Mo. Mer. ſc. vel, in thalamum ſuum[z]; vel, in mare, ut vulgo videtur, Sole occidente[a];) *ſolem in meridie*, Mer. Mo. M. ſic Ti. JT. Pi. &c. Calamitates & triſtia importabo[b]. Nemini libebit attollere ad cœlum oculos præ calamitate[c]. Occidiſſe Solem præ anxietate putabunt[d]. Tunc ærumnis opprimentur cùm ſe maximè tutos & felices putabunt*. Ex ſumma lætitia in maximum mœrorem vos conjiciam[f]. Convertam mea beneficia in pœnas[g]. ¶ *Et tenebreſcere*, &c.] In plena luce terra erit velut nocte obſita, quia nihil ibi apparebit præter ipſam[h].

10. *Et convertam feſtivitates* (vel, *ferias*, quibus lætari ſoletis[i],) *veſtras in luctum*] In dies atros[k], ſive luctuoſos[l]. Vide Oſ. 2. 11[m]. ¶ *Et ponam eam* (ſub. *gentem*, G. vel, *terram*, V. Mer. D. cujus jam mentio facta[n],) *quaſi luctum unigeniti* | Defuncti ſcilicet[o]. Solet ſic deſcribi luctus graviſſimus, ut Jerem. 6. 26. Zac. 12. 10. Sic Catullus, *Orba cùm flet unicum mater*[p]. *Efficiámque ut luctus ſit qui in morte unicè dilecti eſſe ſolet*, Ti. ¶ *Et noviſſima* (vel, *extremum*, ſive *exitum*, Mer. D. Liv.) *ejus quaſi diem amarum*] Id eſt, diem amari luctûs[q]. Pars poſtrema ejus temporis erit longè triſtiſſima, cùm non propinqui tantùm à propinquis, ſed & liberi à parentibus, conjuges à conjugibus, abſtrahentur[r].

11. *Ecce, dies veniunt*] Nempe, cùm Salmanaſar advenerit†. ¶ *Emittam* (vel, *Immittam*, quam jamdiu continui & à vobis prohibui. Verbum enim denotat laxare quod antè continueris nè noceret, & jam emittere, nocendi poteſtate factâ; ut quum quis feras incluſas emittat & laxet[t].) *famem*] Nova plaga[a], eáque graviſſima[b]; interna & ſpiritualis: tantò damnoſior quantò eſt anima corpore pretioſior[c]. ¶ *Non famem panis*] Supple, *tantùm*, loquendi genere Hebræo[d]. ¶ *Neque ſitim aquæ*] Sitis ſummum deſiderium oſtendit ex inopia & defectu natum, Pſalm. 42. verſ. 3*. ¶ *Sed audiendi verbum Domini*] Oracula. Vide Mic. 3. 7[f]. Vel, *verba Jehovæ*, nempe de fine calamitatum tuarum. Confer Pſal. 74. 9[g]. Prophetiam aliquam unde conſilium capiant in rebus arctis. Similis ſenſus Jerem. 2. 8. Sic Maimonides Ducis dubitantium 2. 37. optimè[h]. *Verba Domini*, quæ nunc audire non vultis. Sic eſt profectò: Quæ in copia faſtidium nobis pariunt, ea ſuperveniente inopiâ ſummopere deſideramus[i]. Juſtum Dei judicium, ut qui Verbum Dei & Prophetas contempſerant, jam ſummâ ejus penuriâ laborent[k].

12. *A mari* (vel, 1. Auſtrali, h. e. Rubro[l]; vel, 2. Mortuo, ſive Aſphaltite[m], ſive Orientali, ut dicitur Joel. c. 2. v. 20. Zach. 14. 8[n].) *uſque ad mare*] Syriacum[o], ſive Mediterraneum[p]: qu. d. ab Auſtro ad occaſum[q]. ¶ *Et ab Aquilone uſque ad orientem*] Circinum ducit ab Occidente ad Orientem, indè rurſus ad Aquilonem, omiſſo Auſtro, ubi erat Judæa[r]. Senſus, q. d. Univerſam terram circumibunt*: Longiſſimè diſſita loca & velut è diametro oppoſita petent[t]. ¶ *Quærentes verbum Domini*] Non quòd vero affectu quærerent[v], ſed ex mera privatione & defectu[x], quem ex pœnis ſenſerunt[y]. Accidit hoc non ſolùm Decem tribubus, ſed & Judæis, tum poſt mortem Malachiæ, in quo Prophetia deſiit; tum præcipuè poſt Chriſtum, quum, Scripturam habentes, deſtituuntur tamen Verbo Dei, quia Verbum vitæ abjecerunt, & traditiones ſuas ac mendacia Verbo Dei prætulerunt, & velamen ante oculos habent[z].

13. *Deficient*; ità P. M. &c. JT. &c. תִּתְעַלַּפְנָה] *Deliquium animi patientur*, Mo. V. D. Animum deſpondebunt, deſtituti ab omni ſolatio[a]. A corpore ad animum transfertur. Significat propriè, *obtegi*; & indè, animo velut contegi & involvi, obſcurari, conturbari, conſternari, perplexum eſſe, &c[b]. ¶ *Virgines pulchræ* (i. e. Synagogæ Iſraeliticæ, quondam puræ, nunc corruptæ[c],) *& adoleſcentes*] i. e. Electi Synagogarum Magiſtri[d]. Qui vegeti ſunt, & poſſunt diſcurrere ut ſubveniant ſuis neceſſitatibus, illi etiam deficient*. Quid ergò futurum eſt reliquis, ſi firmior illa ætas tabeſcat[f]? Nos per *virgines*, & *adoleſcentes* in ætatis flore & robore poſitos, intelligimus eos qui juſtitiæ & meritis ſuis, non Chriſti, fidunt[g].

14. *Qui jurant* (hodie ſcilicet. Docet ad quos pertinet hæc prophetia[h]; & cur Deus pœnas de iis ſumeret[i]. q. d. Meritò hâc fame Verbi laborabunt, qui hodie illud faſtidiunt, per idola jurantes[k].) *in delicto* (vel, *per delictum*, ſive *peccatum*, ſive *reatum*, Mer. Calv. Pi. &c.) *Samariæ*] i. e. Per idola quæ ſtatuerunt Reges Samariæ[l]: per deum in quo crimen ineſt[m]: per Vitulum qui in Bethel eſt, non longè à Samaria[n]; cujus cultui Reges Iſraelitici, (quorum Regia erat Samaria,) ac poſt eos totus Samaritanus populus, unáque minora oppida, maximè addicti erant. Hunc appellat *delictum*; qu. d. Non ſacrum aliquid aut Divinum eſt, ut vos putatis, ſed mera abominatio & occaſio peccandi[o]. ¶ *Et dicunt, Vivit* (i. e. jurant, *Ità ut vivit*[p]. Eâ jurandi formulâ in ſuis idolis utuntur quâ in Deo ejus cultores uti ſolent[q].) *Deus tuus Dan*] Qui eſt ſcilicet, vel qui colitur, in Dan[r]; nimirum Vitulus†. Ibi erat alter Vitulus[t]. Affixum ergò refertur ad proximum, cui quis jurabat, & ſubaudiendum אֲשֶׁר בְּדָן[v]. Malo דָּן eſſe vocativi caſûs, & apoſtrophen eſſe ad Dan, ô *Dan*, ut ſolennius ſit juramentum. Nec te turbet quòd affixum eſt maſculinum in אֱלֹהֶיךָ; quia urbium nomina ſæpe Hebræis ſunt maſc. ſi appellativorum formam habeant: ut, דָּן, quaſi *judicans*, & בֵּית־לֶחֶם & בֵּית־אֵל; nam בַּיִת maſcul. eſt[x]. ¶ *Et*, &c. וְחֵי דֶּרֶךְ בְּאֵר־שָׁבַע] *Et vivit via* (vel, *iter*, vel *peregrinatio*, Mer. D. vel, *via* quæ ducit in, M. vel, idolum ad quod itur *viâ*. Ità multa hîc intelliguntur: nam qui jurant ſermone conciſo utuntur[y].) *Beerſebah*, Mo. P. Ti. &c. qu. d. Jurantes per iter ſeu peregrinationem[z] illam longinquam[a], ſive laborioſam, ab una terræ extremitate ad alteram[b], quâ ibant Beerſebam, tum propter ipſam, quia ibi vigebat idololatria[c]; tum quòd ea iter eſſet in Dan[d], aut in Bethel*. In itineris longitudine ſanctimo-

l Di. m V. n D. o Mer. b Liv. ex RS. c Liv. d D. * Mer. ex K. f Mer. g M. V. Mer. Liv. D. h Mer. i D. k V. l G. m Mer. D. Calv. Pi. Di. Tar. n D. o Pi. ſic Di. p Di. q Tar. ex Marino. r V. † Mer. t Liv. v D. x Pi. y Mer. z Pi. a Mer. b Ca. ſim. Mer. c G. d Pi. * Mer. ſim. V. D. f D. g Calv. h G. i Mer. k G. l D. m G. n Mer. o Pi. p G. q Liv. r G. † Idem. t Mer. a D. b D. ſim. Mer. c Mer. d Mer.

d G. * Liv. f Ca. g Pi. h G. i D. k Mer. l V. Mer. D. m Liv. G. n Liv. o G. p V. Liv. q D. G. Mer. r Mer. * G. * Liv. t Mer. v Calv. x ſim. Mer. y Calv. z Mer. a G. b Mer. c Q. in Mer. d Idem. * Calv. f Tar. g Mer. h Idem. i Calv. k Mer. l Pi. m Ca. n G ex V. ſic D. Mer. &c. o Mer. p G. ſic Mer. q Mer. r K. in Mer. † Mer. t G. ſic Mer. v K. in Mer. x Mer. y V. Mer. ſim. M. z Mer. a M. b Mer. c Mer. ſim. d Mer.

ὀμνῦντες testimonium constituebant[f]; quòd procul à Bethel & Dan distabat Beerseba, in altero ex finibus terræ Israel, opposito urbi Dan, versùs Ægyptum[g]. Qui erant in Bethel veniebant adoratum Vitulum Dan, & vice versâ, cæcâ superstitione & studio; putantes sc. majorem mercedem fore si longiùs adoratum irent[h]. Al. *Vivat via Bersabe*, q. d. Sit felix ac prosperum iter eorum qui Bersabam contendunt[i]. Sed ex præced. discimus formulam esse jurandi, non bene precandi[k]. *Et vivat Bersabanum iter*; is deus qui Bersabam aditur[l]. Al. דֶּרֶךְ *via* usurpatur de ritu[m]; de Lege, vel potiùs de ritibus & ceremoniis Legis, Exod. 18. 20[n]; de Religione, Act. 9.2[o]; de Dei cultu, sive bono, sive malo[p]. [Unde sic vertunt;] *Et vivunt ritus Bersabe*, D. ex Jon. *Et vivit via* (i. e. religio) *Beersebæ*: quomodo & apud Arabes מדהב, quod propriè *locum per quem itur* significat, pro *religione, secta, cultu Dei*, passim sumitur[q]. *Et vivat cultus qui est in Bersabee.* Ad quem locum, intra fines Duarum tribuum situm, cursitabant multi Israelitæ, ut superstitionem ibi exercerent, ubi quondam Deus majoribus ipsorum apparuerat; ut diximus supra 5. 5[r]. Enumeratur hoc oppidum Jos. 15. 28. inter urbes Judæ; at ibi cap. 19.v.2. Tribui Simeonis tribuitur. Superstitioni verò & idololatriæ deditum fuisse, non hinc solùm patet, sed & ex Amos. 5. 5. Hic versus probat nullam illius Regni partem ab ista impietate liberam fuisse. *Dan* enim in una erat extremitate ad Septentrionem, *Beersheba* in altera ad meridiem; in medio erat *Samaria*, aliæque idolorum cultrices urbes à Samaritanis frequentatæ[†]. Alii, *Et per vitam viæ Bersabaa*, Sy. vel, *Et vivit deus tuus Bersabee*, LXX, Ar. Pro דֶּרֶךְ, legerunt, vel אֱלֹהֶיךָ[s]; vel potiùs, צֻרְךָ, unius literulæ mutatione. Nam צוּר, *rupes*, à ο'. sæpe vertitur, Θεὸς, *Deus*; qui etiam *rupes* dicitur Deut. 32.31. 1 Sam. c. 2. v. 2. Aptè hoc respondet voci præcedenti אֱלֹהֶיךָ, cum qua etiam jungitur Deut. 32. v.37. *Ubi est deus eorum? rupes in qua*, &c[v]? Non tamen puto ο'. legisse צֻרְךָ, sed sensum ità expressisse[x]. Al. *Et ut vivit Deus viæ Bersebæ*, Pi. sic JT. i. e. Deus qui colitur in ratione quæ usitata est Bersebâ[y]. ¶ *Cadent, & non resurgent ultra*] Nemo eos ab interitu aut captivitate eripiet[z]. Pristino splendori & Regno nunquam restituentur. Sequetur ruina irreparabilis[†].

[Margin: f Mer. sim. M. — g Mer. — h K. in Mer. — i Q. in D. — k D. quæst. epist. 56. — l Ca. — m Mer. — n D. ib. — o Di. — p G. ex He. — q Di. — r C. — † Liv. — s Mer. — v Liv. — x D quæst. epist. 84. — y Pi. — z G. — † Mer.]

CAP. IX.

1. **V**Idi (scilicet in ecstasi[a]) *Dominum* (i.e. gloriam & majestatem Domini[b], sicut Esa.cap.6. vers. 1[c]. i. e. lucem aliquam, Dei indicem[d],) *stantem* (ascendentem à Cherubinis, & tenentem se[*]: vel, *statutum*, Mer. constitutum firmissimè, ut suprà 7. 7. quasi jam ad inferendas plagas, & ad discessum ab hoc impio populo, accinctum: confer Ezech. 9. 3. & 10. 1, 4[f].) *super altare*] Holocaustorum scilicet[g]: quod notum erat & insigne[h], aureum, extra Sanctum, &c[i]. Vel, in quo immolabant vitulis ac idolis suis, suprà 5. 5, 22[k]. [Ibi stabat] quasi multas victimas sibi expetens, sed humanas[l]: vel, ad mactandum homines illius ætatis, quorum ultrà impietatem ferre non posset[m]. Visum hoc pertinet vel, 1. ad duas Tribus[n]: vel, 2. ad decem Tribus[o]: vel, 3. ad omnes, tam Judæos quàm Israelitas; quos innuit frustrà gloriari & genere suo & aliis privilegiis, quia Deus instituit eos perdere, adeóque Templum ipsum, quod erat illis instar operculi ad tegendas iniquitates. Quòd si Deus Templo suo non pepercit, nedum templis illis prophanis parcet[p]. Hâc visione significatur destructio vel, 1. cultuum divinorum qui erant in Samaria[q]: vel, 2. Templi Jerosol. adeóque urbis & populi[r]. ¶ *Et dixit*] i. e. Visus est mihi dicere. [Cui?] Resp. vel, 1. Prophetæ; vel, quod potius est[†], 2. Angelo[t], vindictæ ministro[v], ex collat. Ezec. 9; vel, 3. Nabuchodonosoro, per quem Templum eversurus erat[x]. ¶ *Percute cardinem*, הַכַּפְתּוֹר *Superliminare*, vel *limen superum*, D. Mer. M. P. Ti. V. Tar. Calv. sub. *portæ templi*, vel certè, portæ atrii Templi[y]: quo percusso contremiscunt liminares postes[z]. Sic dicitur, quòd

[Margin: a Pi. sim. Mer. — b Mer. G. — c Mer. — d G. — * Idem. — f Tar. — g Mer. V. Pi. G. — h V. — i Mer. — k Tar. — l G. — m Mer. — n G. ex Ch. sim. L. Mer. — o San. — p Calv. — q M. — r D. — † Mer. — t Mer. D. G. ex Hi. Tar. Pi. — v Mer. ex Hi. sim. Tar. — x Mer. — y V. — z Mer.]

in eo poma & flores sculpi solerent[a]. *Sphærulam*, Mo. M. *istud malogranatum*, JT. Pi. nimirum quod in summo Templi fastigio erat[b]. Significat propriè sphærulam fabrefactam in morem malogranati[c]. Al. *tholum*, Ca. Q. in Mer. id est, Templi testudinem, vel umbilicum testudinis[d]; capitellum super tectum Templi[*]. *Altare*, Ar. *propitiatorium*, ο'. Legerunt כַּפֹּרֶת[f], nempe ex imperitia[g]. Significatur per hoc cædes Regis Josiæ[h]. ¶ *Et*, &c. וְיִרְעֲשׁוּ הַסִּפִּים] *Et* (vel, *ut*, JT. Pi.) *contremiscent* (vel, *concutientur*, Mer. *commoveantur*, Ti. D. JT. vel, *contremiscant*, Pi.) *postes*, Mo.P.M.Mer. Ti. JT. Pi. vel, *limina*, Mer. *antes*, sive *latera ostii*, D. postes quibus superliminare impositum est[i]. Hoc significat totius gentis ruinam[k]. Intelligit h. l. petendos primùm primores populi, deinde cæteros: vel, primùm Regem & sacerdotes, unde Principes commoveantur; nam de plebe mox aget[l]. ¶ *Avaritia enim* (nempe *eorum*, etsi Vulgatus affixum omiserit[m],) *in capite omnium*] Sub. *est*; i. e. dominatur omnibus[n]: vel, cumulatissima est, & præ cæteris ad supremum gradum pervenit, inter omnia scelera princeps, utpote eorum fons & radix[o]. Hæc causa eversionis Templi[p]. Sic Jonathan, teste RS. וּבִצְעָם legit, *Et quæstus eorum*, bona & opes, nim. vasa Templi, in quibus splendor Israelis situs erat, primùm abducentur[q]. ¶ וּבְצָעַם וגו'] Ità in aliis libris scribitur; in aliis verò, בְּצָעַם: utrobique (ָ) in ultimo est loco (ַ)[r]. Ob gutturalem turbata est punctorum ratio, gemino Pathach [posito] pro Camets & Tseri[†]. [Aliis nomen est, nempe Vulg. & Ch. ut vidimus; necnon Sy. qui verba sic reddit, *Et dolus eorum in caput ipsorum omnium* recidat.] Rectiùs ab aliis pro verbo accipitur[t]. Estque vel, 1. præteritum[v], in futurum conversum per ו[x]: vel, 2. imperativus[y]; tunc autem anomalum in fine est Pathach pro Tsere[z]: vel, 3. infinitivus, pro futuro, sicut sequitur futurum, *occidam*[a]; tunc autem anomalum in fine est Pathach pro Camets[b]. [Hinc locum variè reddunt.] *Et in frusta concidam* (pro, *concidet*; persona 1. pro 3. more Scripturæ[*]: vel, *Et concidet*, Mo. vel, *concide*, Mer. Di. *vulnera*, M. sim. D. בְּצָעַם, pro פְּצָעַם, ut Joel.2.8. ob commutabilitatem ב & פ[c]: vel, *divide*, JT. *diffinde*, Pi. *sauciabit*, quod impersonaliter sumitur, pro, *sauciabuntur*[d]:) *eos* (sub. *qui*, P. D. & sub. *sunt*, D.) *in capite omnium*, P. i. e. eos qui sunt in summa dignitate constituti[†]: sive, *omnium ipsorum*; i. e. Principes & sacerdotes, ut suadent consequa verba[*]. q. d. Eos omnes in capite concide: quo significatur primorum cædes[f]. Vel, *ipsos*, sive *illos, in capite* (i.e. in summa parte[g]; vel, graviter, lethaliter, ut Gen. 3. 15. Psal. 68. 22[h].) *ipsorum omnium*, JT. Pi. vel, *eos in capite omnes*, Di. vel, *eos in capite, omnes ipsos*, Mo. vel, *omnes, inquam, eos*, Q. [Alii verba sic reddunt;] *Eósque universos in caput confice*, Ca. *Et universorum capitibus vulnus infige*, Ti. *Et concidit caput omnium*, hostis scilicet. Explicat quod de Josia per ambages dixerat: & ב hîc πλεονάζει, ut sæpe[i]. *Incidam capita omnium*, Ar. *Et discinde in capita omnium*, ο'. ¶ *Et*, &c. וְאַחֲרִיתָם וגו'] *Et extremum*, sive *novissimum*, (vel, *posteritatem*, sive *posteros*, Q. in V.) *eorum* (i. e. qui sunt illis inferiores, qui secundas tenent, nempe sacerdotes & magistratus[k]; vel, populum, sive plebem[l], ut Ezec. 23. 25[m].) *gladio occidam*, Mer. sic D. G. ex Vulg. per Assyrios & Chaldæos[n]. Enallage personæ. Antè enim de ministro locutus est in 3. pers. *sauciabit*; hîc de seipso authore in prima: simil. Esa. 22. v. 19. *Depellam te — & deturbabit*, &c[o]. Al. *Quod autem*, vel *Quod enim, post ipsos est*, &c. JT. Pi. i. e. Judæos & Israelitas omnes, qui, freti istius Templi umbraculo[q], post ipsius postes veluti delitescunt[r], & impietatem inhumanitatémque colunt, à quibus in speciem se abhorrere simulant: vide suprà cap. 6[*]. ¶ *Non erit fuga eis*, &c.] i. e. *Effugium*, ut indicant sequentia[t]. Heb. *Non fugiet* (vel, *effugiet*, JT. Pi. D. synecdoche generis[v];) *illis* (vel, *ex eis*, JT. Pi. τὸ ל in לָהֶם valet ex notans partem[x].) *fugiens*, (vel, *profugus*, JT. Pi.) *nec evadet* (i. e. eripietur[y]) *illis* (vel, *ex eis*, JT. Pi. &c.) *evadens*, Mer. sic JT. Pi. D. vel, *superstes*, Mer. V. id est, qui evadere conatur[†]; vel, qui se jam tutum putat & extra hostium manus[t]. Qui è prælio evaserit aut in fuga peribit, aut ab hoste capietur[v]. Hyperbole, quâ

[Margin: a D. sim. Mer. M. — b Ti. ex Jun. sim. G. — c M r. — d Idem. — * RS. in Mer. — f Cap. crit. Buxt. vind. 679. ex Cor. — g G. ex Ch. — h Tar. — k G. — l Mer. — m Idem. — n T. — o He. in Mer. — p Mer. ex Hi. — q Mer. — r D. — † Mer. — t G. — v K. in Mer. D. — x K. — y Mer. sic D. Di. — z Di. — a P. in Di. — b D. — * V. — c Tar. ex D. — d D. ex Liv. — † V. — * D. sim. Tar. — f Mer. — g Pi. — h Liv. — i G. — k V. — l V. sic Mer. D. G. — m D. — n G. Jun. — o Liv. — q Jun. — r Jun. Pi. — * Jun. — t G. — v Pi. — x Idem. — y V. — † Pi. — t Mer. — v D.]

quâ cladem gravissimam fore innuit : alioqui multi in exsilium abducti, & Dei clementiâ servati, sunt [x].

2. *Si*, &c. "אִם יַחְתְּרוּ וגו] *Si foderint* (vel, *perfoderint*, Mo. vel, *penetrârint*, M. vel, *fodiendo penetrarent*, Ti. sub. *latitaturi*, JT. Pi.) *in inferno*, Mer. sic P. Pi. vel, *inferos*, Ti. vel, *usque ad infernum*, V. Mer. sim. M. Mo. &c. i.e. Si cavernam sive scrobem [y], sive subterranea & abstrusissima loca, sibi effoderint [z] ; vel, usque ad centrum terræ [a] : si descenderint in abditissimos specus ; confer Psalm. 139. 8 [b] : ubi delitescant, ut hostem evadant [c]. Vel, *in sepulchro*, JT. D. Sed, quia mox opponitur *cælum*, malim, *in inferno*, ut Job. 11. 8. & 26. 6 [d]. Verbum *fodiendi* hîc studiosam & accuratam occultationem notat, ut v. seq. arguit : confer Matth. 25. 18 *. ¶ *Indè manus mea educet* (vel, *capiet*, Mer. *caperet*, JT. *auferret* ; Heb. *acciperet*, Pi. *rapiet*, D. scilicet, & traderet hosti occidendos. Synecdoche membri metonymica, quâ unà cum effecto destinato intelligitur finis [f].) *eos*] In exitium, aut captivitatem [g]. ¶ *Si——in cælum*] Hyperbolicè, i. e. loca editissima [h] ; vel, arces altissimas [i]. Docet neminem posse effugere Divinum judicium [k], vel conspectum. Confer Job. 26. 6. Psal. 139. 8. Jer. 23. 24 [l].

3. *In vertice Carmeli*] Qui mari imminet [m] : ubi sylvæ [n] & speluncæ ad latendum aptæ [o] ; quæ in montibus factæ sunt. Vide Jud. 6. 2. 1 Sam. 13. 6 [p]. ¶ *Auferam*] Rapiam ad supplicium [q]. ¶ *In*, &c. בְּקַרְקַע *In solo*, vel *fundo* Mer. V. M. Ca. JT. Pi. vel, *pavimento*, Mo. P. Hyberbole [r]. In insulis maris †. ¶ *Mandabo serpenti*] Marino scil [t]. monstro alicui marino, qualia Hebræi & Chaldæi *serpentum* & *draconum* appellant nomine [v]. *Ceto*, sive *balænæ* [x]. Per talia autem monstra Reges crudeles intelliguntur, ut Psal. 74. 13, 14 [y]. q. d. Quoquò se verterint, præsens illis exitium intentabo [z].

4. *Si abierint in captivitatem* (vel, *Ubi acti fuerint captivi*, G.) *coram*, &c.] Vel, *ante hostes suos*, Ti. Mer. D. &c. ducentes scilicet eos [a], & quidem ante se, ut mos victorum : confer Lam. 1. 5 [b]. Quum illis sese dediderint [c], & velut cum illis transegerint, ut ex composito & conventis eos servent. Vel potiùs, *ante hostes*, i. e. hostem antevertentes, & in hostilem regionem spontè se recipientes [d]. ¶ *Ibi mandabo gladio*, &c.] Hostili scilicet †. Non contentus exsilii pœnâ, eos exsules occîdam *. Etiam in Chaldæorum Imperio multi senes, infirmi, pueri occidentur, quòd homines nullius operæ pascere non libebit [f]. ¶ *Et* (vel, *Denique* : est conclusio totius loci [g] :) *ponam oculos meos*, &c.] Vel, quod emphaticoteron est, *oculum meum*, &c. i. e. providentiam meam [h]. Sensus, q. d. Torvùm & hostilè eos intuebor [i] ; malignè, non benevolé [k].

5. *Et Dominus——qui tangit* &c. "הַנּוֹגֵעַ וגו] *Tangit* (vel, is est *qui tangit*, P. Pi. vel, *adhæc tanget*, Ti. vel, *ubi tetigerit*, G. sim. JT. D. i. e. percusserit [l],) *terram*, *& liquescet*, M. &c. *Terra*, i. e. per metonymiam, habitatores ejus, liquescet præ metu, ut Jos. 2. 9, 24. 2 Sam. 17. 10. Psal. 46. 7 [m]. Vel, terra ipsa, licèt solidissima & durissima, remollescet & resolvetur, ceræ more igni admotæ [n] : vel, *liquescet*, i.e. in aquam resolvetur, aquâ obruetur. Quam interpretationem sequentia comprobant [o]. Excurrit hîc ad describendum Dei potentiam & magnitudinem, neque abs re : quia tam gravia comminatus erat, ostendit Deum hæc & majora efficere posse. Si enim hoc de tota terra potest facere, multò magìs de homine, imbecilli creatura : & qui hæc omnia in usum hominum creavit, potest ea in ejus perniciem convertere, imò omnia, si velit, subruere [p]. q. d. Vos confisi viribus vestris has minas spernitis. Verùm agitè, considerate saltem quis ille, qui etiam vos, ô infirmissimi [q]. Al. Specialis hæc est comminatio, *Deus percutiet terram, & contremiscet* [r]. ¶ *Et*, &c. "וְשָׁקְעָה וגו] *Et demergitur*, vel *demergetur*, *ut rivus Ægypti*, Mer. &c. Idem est quod suprà 8. 8 †. ubi tamen est כַּאֹר & נִשְׁקְהָ, quæ pro כִּיאוֹר & נִשְׁקְעָה posita esse hinc constat [t]. [Vide ibi dicta.]

6. *Qui ædificat* (vel, *exstruxit*, Pi. sim. Mer. V. id est, exstruere solet [v],) *in cælo* (i. e. in aere [x] ; vel, in supremis cœlis [y] ;) *ascensionem suam*] Ità ο'. Sy. Ar. id est, solium Regale, in quod ascendi solet per gradus, 1 Reg. 10. 18, 19 [z]. ¶ מַעֲלוֹתָיו] *Ascensiones suas*, Mo. M.

[x] Mer. [y] V. [z] Mer. [a] Mer. sim. Calv. Pi. [b] G. [c] Mer. [d] Pi. * Idem. [f] Idem. [g] G. [h] Mer. [i] Chald in Calv. [k] M. sim. Mer. [l] Liv. [m] G. [n] D. [o] D. sim. Mer. Liv. [p] D. ex Liv. [q] Mer. [r] Idem. † G. ex Ch. [t] Mer. G. [v] G. [x] Mer. Ca. V. ex He. &c. [y] G. [z] Mer. [a] Mer. sic Liv. [b] Liv. D. [c] Mer. Calv. [d] Mer. † Idem. * D. [f] G. [g] Mer. [h] Idem. [i] G. [k] V. [l] D. [m] Liv. [n] Mer. [o] D. [p] Mer. [q] Tar. [r] Calv. † G. [t] D. [v] Pi. [x] Pi sim. D. [y] Calv. [z] G.

Mer. V. sic Ti. *sphæras suas*, P. *gradus suos*, V. Ca. Mer. i.e. orbes cœlestes, qui sunt velut gradus, unus supra alterum [a] ; quos *suos* vocat, quia ipse eorum & motûs eorum author sit [b]. *Cœnacula sua*, JT. Pi. Liv. D. ut Jer. 22. 14. Psalm. 104. 3 [c]. & 13. ubi tamen est עֲלִיּוֹת [d]. Utraque vox ab *ascensu* dicta, quia loca sunt in editiori ædium parte ad quæ scalis vel cochleis ascenditur. Cœnacula sua habet Deus, more Regum, eáque in altioribus mundi locis, nempe cœlesti palatio suo *. Innuere videtur aquas pluvias sive superiores [f], vel nubes [g] ; ut Psal. 104. 3, 13 [h]. ¶ *Et*, &c. "וַאֲגֻדָּתוֹ וגו] *Et fasciculum* (vel, *coagmentationem*, V. Calv. *promissionem*, ο'. Sy. Ar. *cuneum*, vel *globum*, vel *turmam*, ut 2 Sam. 2. 25 [i] : vel, *manipulos frugum*, G. vel, *cuneos*, Pi.) *suum* (vel, *suam*, V. &c. *suos*, Pi.) *super* (vel, *juxta*, D. Tar.) *terram fundavit*, vel *fundat*, Mer. D. &c. Per *fasciculum* intellige vel, 1. totam orbis machinam, quæ Deo est velut fasciculus, & res minutula, Esa. 40. 15 [k]. Vel, 2. tria elementa, ignem, aerem, & aquam, quæ sunt inter se coagmentata, ità ut alterum sit supra alterum. Terra autem est vice centri & basis [l]. Vel, 3. omnia animalium genera [m], quibus Deus utitur tanquam agminibus [n] : quæ tanquam milites & satellites Deum velut Regem stipant, jussa ejus exsequentes ; vide Psal. 103. 21. Joel. 2. 11. item Gen. 2. 1 [o]. Vel, 4. mare magnum, imò omnium aquarum colluviem, Heb. מִקְוֵה Genes. 1. 10. Exod. 7. 19. Esa. 22. 11 [p] : aquas inferiores tanquam in fasciculum colligatas ; quæ rectè *fundari* dicuntur, idque *super terram*, quia altiores sunt terrâ, quam etiam obruerent nisi bene fundatæ essent [q]. Terra vice versá ad mare fundata legitur Psalm. 24. vers. 2 [r]. [Ca. verba sic reddit ;] *Suúmque nodum fundavit in terra* : Terram solidam firmámque quasi nodum quendam fixit, ubi pedes poneret †. ¶ *Qui vocat aquas maris*] Vel, *evocat*, &c. Mer. sic Pi. scil. in sublime attrahens [t]. *Aquas*, versas scilicet in vaporem, qui concrescit in nubem, quæ in terram effunditur [v]. ¶ *Et effundit*, &c.] i. e. Pro imperio terras inundans [x].

7. *Numquid non ut filii Æthiopum*, &c ?] i. e. Ut Æthiopes [y] ; (ut Achæi ab Homero sæpe vocantur *Achæorum filii* [z] ;) gens vilissima & ignobilissima [a], maledicta à Noe, (nam Chus fuit de filiis Ham, Gen. 10. 6.) quæ etiamnum hodie servos subministrat [b] : homines barbari & feri [c]. Subobscurus est hic versus. Ità cohæret cum superioribus. Gravia illis comminatus est : Illi autem sibi valde placebant, & securi erant, jactantes se esse populum Dei, ab eo eductum ex Ægypto, & loco Cananæorum pulsorum substitutum ; ideóque Deum illos non pulsurum [d]. Retundit ergò eorum superbiam *, & stultam jactantiam [f]. Sensus, q. d. Non pluris vos facio quàm Æthiopes [g]. Emphaticè dicit, *mihi* : nam certè inter homines excellebant, non autem coram Deo [h], à cujus favore & dono omnem suam præstantiam habebant [i]. Al. Vos mihi estis ut Æthiopes : ut hi nunquam colorem mutant, Jer. 13. 23. ità nec vos mores [k]. Al. Sicut Æthiopum & aliarum gentium habeo curam, cum quibus tamen non inii fœdus : sic non abjeci curam populi mei, si modò voluerint esse filii non degeneres [l]. Quamvis tam sitis improbi quàm nigri sunt Æthiopes, non tamen vos, ut alios, delebo. Vide Jer. 30. & Ezec. 14. 22. & Abdiam [m]. ¶ *Nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti ?*] Quamvìs tales fuistis : quod beneficium hodie non agnoscitis, hominum ingratissimi [n]. Sicut Philistæi nullam gratiam mihi referunt quòd eos eduxi ex Caphtore ; nec Syri mihi gratiam referrent si eos educerem è Kiro : ità vos nullam mihi gratiam refertis quòd eduxi vos ex Ægypto [o]. Al. Revocat eos ad suam originem : q.d. Nulla fuit vobis nobilitas vel præstantia, vilissima eratis mancipia in Ægypto ; origo vestræ dignitatis est ex meo beneficio. Jam verò putatis vos ideo excellere, quòd soli essetis redempti. At Deus etiam Philistinos & Syros redemit [p]. Fiditis fortè veteribus beneficiis: sed talia etiam aliis populis præstiti [q]. *Eduxi vos*, &c. sed non propterea [estis mihi] chariores : nam & Philistæos & Syros liberavi [r]. ¶ *Et Palæsthinos de Cappadocia?*] Sic V. Mer. G. D. &c. Heb. *de Caphthor ?* M. P. &c. *Caphthor* veterum omnium consensu est Cappadocia, sive pars ejus, &c†. Alii tamen malunt esse Cyprum. Et vi-

[a] Mer. et He. sim. M. & V. [b] Mer. [c] Liv. D. [d] D. * Liv. [f] D. [g] Pi. [h] Pi. D. [i] Liv. [k] Q. in Mer. [l] V. sim. M. & Mer. ex He. [m] Liv. Pi. [n] Pi. [o] Liv. [p] Tar. [q] D. [r] Tar. † Ca. [t] Mer. [v] V. [x] G. [y] Mer. Liv. D. G. [z] Liv. [a] Mer. sim. BP. 4. 2. 243 [b] Mer. [c] G. [d] Mer. * Mer. sim. Calv. Tar. [f] Calv. [g] G. e. V. D. [h] Calv. sim. Mer. [i] Mer. [k] V. [l] Q. in M. [m] Ca. [n] Mer. [o] Pi. [p] Calv. [q] G. [r] V. † BP. 4.

detur sanè insula fuisse ex Jer. 47. 4. Alii Cappadociam defendunt *insulam* dici, quòd sit maritima [t]. Philistæos quondam eductos è Capthor hinc patet, & ex Jer. 47. 4 [v]. Redemi Philistinos, quum essent servi Cappadocum [x]. Vide Gen. 10. 14 [y]. Deut. 2. 23 [z]. & Jer. 47. 4 [a]. [& quæ ad illa loca congessimus.] ¶ *Et Syros* (Heb. *Aram*, i. e. posteros Arami [b],) *de Cyrene?* מִקִּיר] *De Kir?* M. &c. i.e. de Cyrene, cùm eò abducti fuissent per Teglath-pal. ut legimus 2 Reg. 16. 9 [c]. *E regione ad Cyrrhum*, quò eos retraxit velut veteres fugitivos Teglathphalasar, suprà 1. 5 [d]. *Kir* regio erat Assyrio Regi subjecta, cujus mentio fit Esa. 22. 6. Eò Syros à Teglathphal. abductos fuisse docet 2 Reg. 16. 9. prout prædictum est Amos. 1. 5. Ut igitur Syri in Kirum deportati fuerunt; ità probabile est Regem Assyriæ contrà è Kiro ductos secum ad illud bellum populos in illorum urbibus collocâsse, vel, indè in Syriam colonias postea traduxisse, quæ, finibus commutatis, sedes Syrorum jam pulsorum occuparent: quemadmodum Israelitis in Babyloniam, Mesopotamiam, Mediam translatis novi ex illis locis coloni successerunt, 2 Reg. 17. 24. & Ezræ 4. 9, 10. *Syros* igitur hîc Prophetam dicere Kirenses illos existimo qui jam in Syria, veteribus incolis expulsis, habitaverunt. Ità verum est quod Propheta narrat, *Syros è Kire* venisse. Certè Jos.K. in hæc verba sic scribit, *Ex Kire venit Tiglathp. qui eos illuc deportavit*, ut dicitur 2 Reg. 16. 9. Ut contra Philistæos è Caphthor, ità contra Syros similiter è Kiro, vastator venit. Hæc nostra interpretatio si vera est, sequitur Amosum prophetiam suam continuâsse ad tempora Achazi, quo regnante illa Syrorum captivitas contigit. Idem etiam efficitur ex Tremellio, qui, licet aliter exponat, affirmat tamen Syros jam antè in Kirum deportatos fuisse cùm hæc concio à Propheta haberetur. Quod, nisi Amosus Achazi tempore prophetaverit, fieri non potuit *. Al. In fine versûs repetendum est verbum *eduxi*, & pro futuro accipiendum, ut hæ Philistæorum Syrorúmque liberationes post hanc prophetiam obtigerint [f]. Sed præstat in præterito accipere. Nam existimo non semel fuisse liberatos Philistæos & Syros à Domino de manu inimicorum: ut de altera liberatione mentionem fieri in libris Regum & apud Jeremiam quàm de ea quæ ab Amos hîc narratur vero sit propius [g]. Non hæc futura, (ut Hebræi volunt,) sed jam facta, putamus, etsi historias has in S. S. non legimus. Laboramus enim librorum Sacrorum, necnon historiarum Syrorum, Palæstinorum, &c. defectu. Sæpe in Prophetis facta legas quæ alibi in S. S. non reperias [h]. Hæ tamen historiæ temporibus Amosi notissimæ erant [i].

8. *Ecce, oculi Domini Dei* (sub. *sunt*, Mer. vel, *intenti sunt*, Mer. Pi.) *super*, &c. בַּמַּמְלָכָה הַחַטָּאָה] *In*, vel *contra*, *regnum* (vel, *hoc regnum*, JT. Pi. Ephraim [k]; Israelis & Judæ [l]: vel, quodque *regnum*, Ti.) *peccati*, Mo. M. vel, *peccans*, Mer. JT. D. *quod peccavit*, P. *peccatrix*, Pi. *peccatis* deditum, Ti. sic Pi. Mer. sceleratum, ex habitu peccans [m]; peccans, inprimis idololatriâ, quæ *peccatum* κατ' ἐξοχὴν dicitur, Exod. cap. 32. v. 21. 1 Reg. 12. v. 30. & 15. 30 [n]. Hoc generaliter intelligo de quovis Regno scelerato [o]: q. d. Deus ostendet se Judicem totius mundi, & scelerum ultorem, idque promiscuè in Israelitis reliquísque gentibus [p]. Quum vos, si dona mea adimantur, non pluris mihi sitis quàm aliæ gentes, sed omnes æquali conditione creaverim; & in universum oculos conjicere soleo in Regnum quodcunque quod sceleribus abundat, atque illud disperdere; idem & vobiscum agam, &c [q]. ¶ *Et* (vel, *ut*, G.) *conteram*, &c.] Qualecunque tandem sit Regnum, & qualibuscunque è majoribus [r]. ¶ *Veruntamen* (vel, *Nisi quòd*, JT. Pi. V. Mer.) *conterens non conteram* (vel, *non omnino perdam*, Liv. simil. D. Pi.) *domum Jacob*] Id est, Israelitas †. Non delebo internecione, ut delevi alios populos [t]: servabo reliquias, pios electos. Vide Jer. 30. 11 [v]. Regnum delebo, non populum [y]. [Alii aliter.] *Et domum Jacobi omnino non delerem?* Ti. *Præterquam quòd non delebo*, &c. Nondum promittit quicquam, aut mitigat pœnam, (nam v. seq. pergit in minis,) sed potiùs ironica est loquutio. Obliquè hîc perstringit Israelitarum confidentiam. q. d. Ego non parcam gentibus, quæ tamen ignorantiam possunt prætexere; quomodo igitur evadetis vos, qui edocti estis, &c? quomodo vultis me vobis esse obnoxium, nè puniam vos [z]?

[t] Mer. [v] D. [x] Calv. [y] D. [z] Mer. G. [a] G. [b] Pi. [c] V. [d] G. * Liv. [f] Q. in V. [g] V. [h] Mer. [i] V. Tar. [k] D. [l] Pi. [m] Mer. [n] Tar. [o] Mer. sim. Calv. [p] Calv. [q] Mer. [r] G. † Mer. [t] G. sim. Mer. Liv. [v] Liv. sim. Mer. [y] G. [z] Calv.

9. *Et concutiam*, &c. וַהֲנִעוֹתִי וגו'] *Et* (vel, *Sed*, Ca.) *agitabo*, vel *exagitabo*, (vel, *ventilabo*, ο'. *dispergam*, Ch. Ar. sic Sy. vel, *vagari faciam*, P. M. sim. Mer. *commovere faciam*, Mo. mandato meo commovebo huc illuc [a]: agitando commovebo ac dissipabo [b]: agitandam curabo [c]:) *per* (vel, *inter*, Pi.) *omnes gentes*, Calv. i.e. per diversa loca [d]: in toto enim Oriente dominabantur Assyrii, qui decem Tribus (de quibus primariò loquitur, etsi ad Judæos quoq; hæc pertinent,) in Mediam, Persiam, &c. transtulerunt *. ¶ *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר יִנּוֹעַ בַּכְּבָרָה וְלֹא יִפּוֹל צְרוֹר אָרֶץ] *Quemadmodum agitatur* (Heb. *agitabitur*, Pi. i. e. ut agitari solet [f]. Impersonaliter [g]. Vel, *vagatur*, P. *ventilatur*, ο'. *cribratur*, Sy. Ar. *convolvere solet*, Ch. sub. *granum*, M. vel, *frumentum*, sive *triticum*, Ti. Ch. Mer. &c.) *in cribro*, (vel, *vanno*, Ti. Pi. potiùs, *in ventilabro*, in quo lapides ab inutili pulvere segregantur. Ostendunt sequentia [h].) *& non cadet* (vel, *nec cadit*, i. e. cadere solet [i],) *lapillus* (vel, *fasciculus*, Ti.) *in terram*, M. &c. Præcedentem promissionem de piis servandis confirmat hâc similitudine [k]. Dum vanno purgatur & ventilatur frumentum, pulvis & aceres tritici è vanno decidunt [l], servantur autem in solidum quæ puriora sunt [m]; grana [n] & quæ graviora sunt (ut si sint aliqui scrupuli sive lapilli) in cribro remanent, nec in terram recidunt. Sic Domino (velut utrâque manu cribrum) tenente terræ margines & omnes regiones, agitabuntur huc illuc Israelitæ [o], ubi peribunt improbi, electi verò servabuntur [p]. Sic etiam viri boni, quanquam communis mali participes, ab exitio servabuntur [q]. Etiam in N. T. electi granis tritici, impii & reprobi paleis, comparantur [r]. Al. *ità ut non decidat lapillus* (i. e. granum tritici, sic dictum propter pondus respectu paleæ †,) in *terram*, JT. Pi. i. e. ut grana singula vanno agitentur, h. e. ut Israelitæ singuli (& Judæi [t]) ab hoste affligantur [v], ut nemo immunis sit [x]. Dicit Deus se electos variis exsiliis & afflictionibus quasi cribro vexationis agitaturum, ut illis exerciti magìs magísque purgentur, ità tamen ut nè unus quidem pereat. *Cribrum* hîc, similiter ut Luc. 22. 31. afflictioni notandæ servit; ut *ignis* Zach. 13. 9. sub cujus similitudine idem ibi dicitur quod h. l. similitudine cribri [y]. צְרוֹר (à צָרַר *ligare*) significat *colligationem*, Gen. 42. 35. hîc autem *granum* solidum [z]. Propriè est, *fasciculus* simul colligatus: item *sacculus* in quo lapilli ponderum ponuntur; indéque synecdochicè lapillus ponderis, vel quivis lapillus, sive scrupulus, quales interdum in tritico, dum cribro purgatur, reperiuntur [a]. Vide ad Prov. 20. 17 [b]. Si cui durior videatur hæc similitudo, quia lapilli ex frumento removeri & abjici solent, sciat Prophetas non semel de una metaphora transire ad aliam, cùm utraque est nota, & rei subjectæ congrua. Cùm itaque Ecclesia modò agro ac semini, modò domui, assimiletur; ad priorem metaphoram alludere potest in priore membro, ad posteriorem in posteriore [c].

10. *Morientur omnes peccatores*, &c.] i.e. Major pars [d]: nam aliqui evaserunt *, judicio Domini reservati, quod perinde est acsi periissent [f]. *Peccatores*, i.e. homines flagitiosi [g], qui Prophetis credere noluerunt; ut sequitur [h]. ¶ *Qui dicunt, Non*, &c. לֹא תַגִּישׁ וְתַקְדִּים בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה] *Non accedet*, Mo. (vel, *appropinquabit*, P. Mer. vel, *assequetur*, JT. Pi.) *nec anticipabit*, vel *antevertet*, (vel, *præoccupabit* horam, M. vel, *occupabit*, D. *præveniet*, sive *accelerabit*, V. vel, *obviàm veniet*, Pi.) *nos* (vel, *super nos*, Mer. *circa nos*, Pi. vel, *propter nos*, Mo. P.M.Calv. q. d. Non propter scelera nostra hoc accidit, sed casu [i]. Vel, hoc dicunt, propter nos non veniet; q. d. Nobis tamen non erit commune hoc malum cum reliquis, quia quodam privilegio muniti sumus [k].) *malum*, Ti. D. &c. i.e. vexatio, calamitas [l]: vel, *hoc malum*, JT. Pi. D. nempe quod Prophetæ minitantur [m]. Securi sunt, securè peccare pergunt, Domini judicium & Prophetarum minas contemnentes, quasi in suum populum non sit sæviturus Dominus, &c [n]. Al. Verba hæc transitivæ conjugationis intransitivè præter morem explicant Pagn. Jun. &c. Ego autem locum sic verto, *Nè admoveas neque adducas super nos malum*. Invehitur in profanos, qui, quò securè & sine interruptione in

peccatis

[z] Calv. [a] G. [b] D. [c] Mer. [d] Calv. * Mer. [f] Mer. Pi. [g] Mer. [h] G. [i] Mer. [k] Liv. [l] Mer. sim. Ca. M. Liv. D. [m] Liv. [n] Mer. sic Ca. Liv. [o] Mer. [p] Mer. sim. Ca. Liv. D. Calv. [q] G. [r] Mer. † Pi. [t] Jun. [v] Pi. [x] Jun. [y] Liv. [z] Calv. [a] D. ex Mer. [b] D. [c] Tar. [d] D. * D. sim. Mer. [f] Mer. [g] G. sim. D. [h] G. [i] Q. in Mer. [k] Calv. [l] D. [m] D. sim. V. [n] Mer.

peccatis degerent, tantum sibi in Deum imperii sumebant, ut & prohibere auderent nè indictum malum admoveret & immitteret [o].

11. *In die illa*] i. e. Postea: quomodo & τότε sumi ostendimus alibi *. Vel, *Tempore illo*, JT. Pi. quo scilicet Israelitæ in exsilio erunt [p]. Tempore redemptionis [q]. *Die illo*, à Deo latè indicato, Gen. 49. 10. Dan. 9. 24. & præcisè constituto, Joel. 2. 28. & 3. 1. Gal. 4. 4. Tempore N. T [r]. sive Messiæ †; de quo etiam intelligunt saniores Judæi [s]: non tempore reditûs è Babylone. Nam, 1. de Israelitis loquitur, non de Judæis [v]. 2. Ante Christum hoc non fuit impletum. Imperium quidem habebant Zorobabel & alii: sed quale? precarium & tributarium. 3. Mos est Prophetarum, post minas promissa & solatia addere, & Christum proponere tanquam unicum dissipationum omnium remedium, & promissionum fundamentum, 2 Cor. 1. 20 [x]. 4. Omnes Prophetæ in Regnum Christi desinunt, si conferre placet. Ità Joel, &c. 5. Citatur hic locus Act. 15. 14, &c [y]. ¶ *Suscitabo* (*erigam*, sive *excitabo*, V. Mer. D. Ti. &c. *restaurabo*, D.) *tabernaculum* (*tugurium*, Pi. Tar.) *David*] Id est, domum Davidis in Zorob [z]. Vel, *regnum domûs Davidis*, Ch. sic Mer. Liv. &c. sive, Regnum Messiæ [a]. Quod *tabernaculum* vocat, vel, 1. quòd eo Israelitæ quasi tentorio ab hostibus tegebantur [b]: vel, 2. quia ampla illa Davidis Regia per calamitates videbatur in tuguriolum redacta. Quod spiritualiter intellige de corrupta apud Judæos Gentésque Religione, quam Christus instauraret [c]. Ecclesiam Christianam [d]. *Tabernaculi* vox de Ecclesia usurpatur, tum militante, Psal. 15. 1. & 27. 5. & 84. 2; tum triumphante, Luc. 16. 9. Apoc. 21. 3 *. *Tabernaculum* vocat *Davidis*, vel, quòd ille statuisset Templum condere: vel, quòd illi promissiones factæ sunt de semine ejus: vel, quòd Christus sæpe appellatur *David* [f], ut Jer. 30. 9. Ezec. 34. 24. Hos. 3. 5 [g]. & Psalm. 21. 1 [h]. Ezec. 37. 24 [i]. Regni hujus dissipati instaurationem sub Christo fore significat [k]. *Erigam*, nempe spiritualiter, per prædicationem Apostolorum, &c [l]. ¶ *Quod cecidit*] Vel, *quod cadit*, P. *quod ruinam minatur*, V. *collabascens*, Q. in Mer. Sed malim, *collapsum*. Sic enim Benoni pro præterito, præposito He hajediah, sumitur [m]. ¶ *Et*, &c. וְגָדַרְתִּי אֶת פִּרְצֵיהֶן] *Et sepiam* (sepe scilicet, vel maceriâ [n],) *rupturas* (vel, *ruinas*, G. ex ό.) *eorum*, JT. Mer. nempe Israelitarum [o]. הֶן, pro הֶם, ut aliás [p]. Fœmineum pronomen refert antecedens subintellectum fœmineum, nempe *congregationem Israelis*: quo indicat quid per *tabernaculum* significaretur [q]. Vel, *earum*, Pi. Tar. nempe sepium, sive maceriarum [r]; vel, Ecclesiarum particularium †. Relativum sine antecedente [t]. ¶ *Et*, &c. וַהֲרִיסֹתָיו וגו'] *Et diruta* (vel, *subversiones*, M. simil. Ti. JT. Pi. *ruinas*, V. Mer.) *ejus* (Vel, 1. Tabernaculi [v]. Non placet, quia סֻכָּה est gen. fœmin. Vel, 2. Davidis: quòd pronomen hîc est masc [x]. Vel, 3. populi [y], Israelis [z].) *suscitabo*, P. &c. vel, *erigam*, Pi. ¶ *Et*, &c. וּבְנִיתִיהָ] *Et ædificabo* (vel, *instaurabo*, Mer.) *illud*] Tabernaculum scilicet [a], cujus jam meminerat [b]. Vel, *illam*, supple, *urbem Jerosolymæ* [c]. ¶ *Sicut in diebus antiquis*] Qualis olim fuerat †, sub Davide & Salomone [d], cùm maximè floreret Ecclesia *, & purus Dei cultus: per Christum. Una enim & eadem est omnium temporum Ecclesia & fides, idem cultus. *Rupturæ* & *ruinæ* sunt falsi cultus, errores, &c [f].

12. *Ut possideant* (Non quidem externâ possessione, ut Judæi somniant; sed spiritualiter, eos adducentes ad Dei cognitionem & cultum [g]. *Possideant*, nempe Israelitæ [h]. Confer Esa. 14. 2. Sed quomodo dicuntur hi hæreditare Gentes, quæ pari cum illis jure fraterno utuntur, & cùm utrique in unum Regnum coaptati Christo subjecti sint, & ab eo possessi, Ps. 2. 8. & eorundem bonorum cohæredes, Eph. 2. 14, &c? Resp. Gentes subigendæ dicuntur, & Christo, tanquam Capiti summóque Regi, & Israelitis, ut ministris Christi, quorum operâ usus est ad Gentes convertendas. Apostoli enim, Gentium doctores, Israelitæ erant, quibus Evangelium prædicantibus Gentes se submiserunt [i].) *reliquias* (Sic vocat, quòd multi perierint, nempe increduli in Christum [k].) *Idumææ*, (Quod factum Hircani tempore, Joseph. 13. 17 [l]. *Idumæorum* meminit, quia vicini erant [m], unde major occasio nocendi [n]; & quia, quum fratres Judæorum essent, illis tamen infensissimi essent [o]. At Abd. v. 18. dicit, *Non erit superstes domui Esau*. Sic concilio. Omnes veri Idumæi delebuntur: Qui autem supererunt † non erunt Idumæi [p], sed ex Idumæis Christiani fient [q].) *& omnes nationes* (reliquas sc [r].) *eò quod*, &c.] Vel, *super quas invocatum est nomen meum*, D. ex ό. sic G. Vel, 1. penès quas olim fuit veri Dei cultus. Quales sunt Ismaelitæ, Ammonitæ, Moabitæ, quorum non exiguas partes subjecêre sibi Maccabæi, Joseph. 12. 11, 12 †. Vel, 2. quas Dominus decrevit suo nomine vocandas, quas etiam in suum populum est adlecturus & accensurus [r]: quæ *populus* & *filii Dei* dicuntur. Hæc autem gentium denominatio possessionem illam sequitur de qua principio versûs loquebatur. Tunc enim illis hæc appellatio tribui cœpit cùm primùm Christo subditæ fuerunt. Simile Dan. 2. 21. *Dat sapientiam sapientibus*, nempe illis qui ex dono Dei sapientes facti sunt [v]. Vel, *quia invocatum erit* (vel, *fit*, Vulg.) *nomen meum super ipsas*, Calv. sic Vulg. Dicitur enim Israel eas possidere hoc scilicet jure & titulo, quòd Gentes, quæ priùs extraneæ erant, in familiam Abrahami & corpus Ecclesiæ insererentur. Ità אֲשֶׁר est nota causalis [x]. Vel, *quæ vocantur de nomine meo*, Pi. vel, ii *super quos vocatum est nomen meum*, Mer. sic Calv. D. i. e. qui de meo nomine appellantur [y]; nempe posteri Abrahæ [z], meus populus [a], aut Christiani [b], Apostoli eorúmque successores usque ad finem mundi. Impleta enim hæc sunt, quotidie implentur, & implebuntur usque ad finem mundi. Est verborum trajectio [c]. Ordo & constructio, *Ut illi super quos invocatum est nomen meum possideant reliquias Edom & omnes gentes* [d]. Hanc interpretationem, quæ & Hebræorum est, præfero, quia ex Judæis salus, & promissiones ad Israelitas primùm pertinent, indè ad Gentes propagantur. Propterea notanter dicit, Ut ii qui nomine meo vocantur (nam propter eos hæc dicebat,) possideant & recuperent quæ amiserant, & quæ quondam Davidis fuerant. Non possunt hæc referri aut ad Ezechiæ tempora post cladem Sennacheribi, ut vult AE. aut ad reditum ex Babyl. (quia multò ampliora hîc pollicetur quàm tunc facta sunt;) sed ad Messiæ Regnum, de quo & Talmudici exposuerunt, & AE. veritate coactus, locum hunc fatetur de Messia esse apertiorem †. Al. *Ut hæredes sint cum reliquiis Edomi, & omnibus gentibus quæ vocantur de nomine meo*, JT. i. e. Ut Gentes communi cum Judæis hæreditate perfruantur, & communem Patrem invocent. Sic interpretamur ex Act. 15. 17 *. Sed verbum יָרַשׁ quum regit אֵת significat *possidere*; & אֵת tunc valet articulum accusativi casûs, non autem præpositionem *cum*. Nec verbum illud absolutè valet, *hæredem esse*; nec tantùm refertur ad rem quæ possidetur, sed etiam ad personas, ut patet ex Deut. 9. 1. & 11. 23. &c. Hæc autem possessio seu acquisitio intelligenda est de subjectione spirituali sub jugum Christi [f]. Al. Verto, *Ut possideant reliquiæ Edom*, &c. Causam versionis & pleniorem totius loci explicationem vide ad Act. 15. 17 [g]. ¶ *Dicit Dominus faciens hæc*] Qui dicit, idem & faciet, quia omnipotens est, nec fallere solet [h]. Opus hoc Divinum erit, non humanum [i]. Quare de certitudine ejus non est dubitandum [k]. [Ca. versum sic reddit, *Ut possideant Idumæorum omniúmque à me denominatarum* (Jovanarum, h. e. mearum,) *gentium reliquias, inquit hujus rei author Jova.*]

13. *Dies veniunt*] Tempora haud dubiè eadem cum superioribus, Messiæ, &c [l]. ¶ *Et*, &c. וְנִגַּשׁ וגו'] *Et* (vel, *ut*, Ti. sic Ca. *quando*, D. *quibus*, JT. Pi.) *accedet* (vel, *attinget*, Mo. JT. Pi. sic Ca. *apprehendat*, Ti. *applicabitur*, M. *admovebitur*, admovebit sese, (est enim Niphal,) i. e. quibus appropinquabit [m],) *arator ad messorem*, P. Mo. &c. Arator messorem subsequetur suo ordine [n]. Duo significat [o]. 1. Singula suo tempore proventura [p]: ut nulla vis cœli prohibeat quin primùm messis tempestiva sit, post eam aratio, arationem sementis, sementem vindemia suo justo tempore consequatur. Vide Levit. 26. 5 [q]. 2. Incredibilem rerum omnium copiam [r]. q. d. Tanta erit frugum demetendarum copia, ut vix messem (quæ ibi mense Aprili aut Maio fieri solet) absolverint ante arandi tempus, quod erat sub Autumnum †. Insignis hyperbole [t]. Per bona autem externa hîc intelligenda sunt interna & spiritualia

alia dona, &c [v]. ut hæc opponat ei fami ac siti Verbi Domini quam suprà descripserat [x]. Accommodat stylum veteri populo, & balbutit tanquam cum pueris [y]. Adjicientur tamen & externa bona, juxta Matt.6.33 [z]. ¶ *Et calcator uvæ* (i.e. vindemiator: nam is quoque ex uvis calcando vinum exprimit [a]:) *mittentem*, &c. בְּמשֵׁךְ הַזָּרַע] *Satorem*, JT. Pi. D. *portantem* (vel, *projicientem*, Mer. Sic verbo מָשַׁךְ utuntur cum voce חֶסֶד, pro, *beneficium conferre* [b]. Vel, *efferentem* in agrum, M.) *semen*, D. ad verbum, *trahentem* (vel, *protrahentem*, ut Psal. 126. 6 [c].) *semen*, Liv. Mer. Mo. Periphrasis satoris est, qui è canistris semen extrahit, & tractim projicit [d]. Verbum hoc ductum (ut Hebræis sæpe fit) à significatione peculiari nominis מֶשֶׁךְ, quod significat *tractum, protractionem*, &c. Job. 28. 18 *. Sensus, Post vindemiam erit satio [f]. Durabit vindemia (quæ ibi fiebat mense Augusto, aut sub initium Septembris,) usque ad solitum sementis tempus [g]. ¶ *Stillabunt* (Stillare facient [h]) *montes dulcedinem*, עָסִיס] *Mustum*, Mer. Pi. &c. *succum dulcem*, Ti. Significat omnem *liquorem expressum*, vel ex uvis, vel ex pomis, &c [i]. &, per antonomasiam, mustum. qu. d. Maxima vini erit copia [k]. Vineæ in montibus plenæ erunt uvis [l]. ¶ *Et omnes colles culti erunt*] Heb. *liquefient*, Mer. P. sic Ti. resolventur, in humorem abibunt: vel, antè aridiores & asperiores & steriles, jam remollescent, unde *culti erunt*, ut Ch. Vulg. & o'. vertunt [m]. *Fluent*, nempe *lacte*, ut Joel. 3. 18 [n]. *Colliquescent*, scilicet ex musto quod fluet ex uvis [o].

14. *Et convertam* (i.e. Asseram in libertatem [p]. Vel, *Ubi reverti fecero*, G.) *captivitatem*, &c.] Promissio hæc ad solos electos dirigitur [q]; nec de externa, sed interna & spirituali, reductione agit, &c [r]. ¶ *Ædificabunt civitates desertas*] Alias etiam præter Hierosolyma †. Sensus est, qu. d. Instauratio erit Ecclesiæ & cultûs Dei [t].

15. *Et plantabo eos*, &c.] Firmis sedibus locabo, Ezec. 17. 5, 22 [v]. ¶ *Non evellam*, &c.] Nempe, dum in pietate perstabunt †. ¶ *Dicit Dominus Deus tuus*] O Propheta, ut hæc dicas ad Israelitas [x]. Vel, tuus, ô Israel [y]. Apostrophe est [z].

[v] Mer. sim. Calv. Pi. [x] Mer. [y] Calv. [z] Mer. [a] D. [b] Mer. [c] Tar. [d] Liv. sim. Mer. * Mer. [f] G. [g] Mer. [h] Idem. [i] V. sim. Mer. [k] Mer. [l] Pi. [m] Mer. [n] G. ex V. [o] Pi. [p] V. [q] Calv. [r] Mer. † G. [t] Mer. [v] G. † Idem. [x] Mer. [y] Q. in Mer. [z] Mer.

SYNOPSIS
Criticorum aliorumque Commentatorum
IN
ABDIAM.

I. VISIO *Abdiæ*] i.e. Prophetia [a]. Ità enim sæpe generaliori significatu hæc vox ponitur [b]. Varia fuisse notant Prophetiæ genera, Insomnium, Afflatum Spiritûs Sancti, sive Ἐνθουσιασμὸν, Familiarem in os collocutionem, & *Visionem*; quæ erat prophetiæ modus quo Deus alicui vigilanti, vel in ecstasin rapto, aliquid revelavit. Quis hic Abdias fuerit [c], aut quando vixerit, sive scripserit [d], non constat *. Nostri, post Hebræos veteres, putârunt hunc illum esse præfectum Achabi de quo legitur 1 Reg. 18. 3 [f]. Sed nullo certo nituntur fundamento [g]. Aiunt eum etiam fuisse Idumæum, & postea proselytum [h]. Sed non temere credendum est iis qui in comminiscendis fabulis audaces semper fuerunt [i]. Fuit hic coævus Oseæ, Joeli, Amoso, & iis qui sequuntur [k]. Quam sententiam probat horum Prophetarum ordo in Hebræis codicibus. Multa ex hoc vaticinio sumpsêre Jeremias, c. 49. & Ezec. c.25. quia Idumæa qualia hîc prædicuntur Sennacheribi temporibus passa est iterum per Nabuchodonosorem. Itaque in re pari paria usurpantur verba [l]. Potiùs fuit coævus Jeremiæ & Ezechielis [m]; ex collat. Jer.49 [n]. & præcipuè ex Abd. v. 11, 14, 16, 20. ubi captivitatis Jerosl. mentio fit, & Idumæorum odii tunc declarati. Ea autem Jeremiæ & Ezechielis ætate contigit. Forsan ille erat de quo 2 Par.34.12. Sed non ausim affirmare [o]. Satis est, quòd constat hunc Prophetam fuisse [p]. ¶ *Hæc dicit*, &c.] Sic authoritatem & fidem sibi conciliat [q], quia nihil humanum afferret, sed Divinum, &c [r]. ¶ *Ad*, &c. לֶאֱדוֹם] *Ad* (vel, *contra*, M. vel, *propter*, V. vel, *de*, JT. Pi. Liv. V. ut ל sumitur Gen. 20. 13. *Dic* לִי *de me* †;) *Edom*, Mo. P. Mer. vel, *ipsi Edom*, Ti. Mer. i. e. populo Edom [t]. Idumæorum exitium hîc prædicitur ob magnam crudelitatem odiúmque eorum erga Israelitas [v]. Occasio & scopus prophetiæ talis erat. Gravis erat & dura tentatio, quum Israelitæ, electus Dei populus, viderent posteros Esaui opibus & potentiâ florere, ipsorúmque gravissimis afflictionibus applaudere, Psal. 137. v. 7. Nè ergò Israelitæ horum sortem præferrent suæ, ideóque à fide deficerent, &c. eorum excidium prædicit [x]. Idumæos hîc intelligunt juxta carnem, quorum excidium hîc prædicit, sive illud sub Josaphato, 2 Par. cap. 20. sive aliud longè pòst sub Maccabæis; quum ità subacti sunt Idumæi, ut omnes sese circumcidere & Dominum agnoscere coacti fuerint. Hoc verum: sed leviora hæc sunt quàm ut tam augustæ prophetiæ conveniant. Longè aliò eum certum est respexisse. Ad Christum ergò hæc referenda sunt, qui etiam juxta Hebræos Talmudicos Prophetarum finis & scopus est [y]. Ut ergò nomine *Israelis* omnes pii sæpe comprehenduntur [z], Joel.2.27. Amos.3.1,2 [a]; ità, contrà, sub nomine *Edom* intelliguntur omnes falsi fratres ac hostes Ecclesiæ, tam Antichristus quàm alii tyranni [b]. Hic ergò Propheta unà cum Antichristi exitio salutem & restitutionem Ecclesiæ pollicetur, &c [c]. Quod de Idumææ eversione sub extrema tempora Prophetæ dicunt, de Roma dicunt [d]. Certum est Hebræos veteres, etiam ante Christum, Idumæorum nomine Romanos censuisse, quòd illi, cùm orbi imperarent, Legi Judaicæ, h.e. Domini, adversarentur. Et Hebræi hodie eo nomine Romanos intelligunt; nec tam illos, quàm Christianos omnes, quòd Romæ summus Pontifex sedeat, ex quo jamdiu pependit Ecclesia Christiana *. ¶ *Auditum* (vel, *Rumorem*, V. Pi. D. Mer.) *audivimus à Domino*] Sub. *profectum*, D. Pi. Decretum quasi pronunciatum à Deo. Vide Jer. 49. 14, &c [f]. Vox hæc est vel, 1. Abdiæ ipsius [g]: ut fit plur. pro sing [h]. Vel, 2. Prophetarum omnium [i], Abdiæ, Isaiæ, Jeremiæ, Amosi [k], aliorúmque [l], qui contra Idumæos vaticinati sunt [m]. Prophetarum omnium vox est, ità decretum à Deo, ut quicunque populum Dei divexant ab omnibus tandem sint perdendi [n]. Vel, 3. populorum qui jam accincti erant ad prælium [o], & armis fidei ac potentiæ armati, nè Antichristo succumbant [p]. ¶ *Et*, &c. וְצִיר] *Et* (vel, *Nempe*, Pi.) *legatus* (vel, *legatum*, Ti. Pi.) *in* (vel, *ad*, P. *per*, Mer. vel, *inter*, M. Mer.) *gentes missus est*, Mo. Mer. P. jam scilicet [q]: vel, *missum esse*, Pi. Vel, 1. à Deo [r]: vel, 2.

[a] V. G. Pi. &c. [b] G. [c] Liv. [d] G. V. D. * Liv. sic G. V. [f] Mer. sim. V. &c. [g] Tar. sim. D. [h] Q. in V. He. in D. [i] D. [k] G. ex Hi. [l] G. [m] Liv. ex Jun. & Calv. Tar. [n] Calv. [o] Liv. [p] Mer. [q] Liv. [r] Calv. † D. [t] Idem. [v] Liv. [x] Tar. sim. Calv. [y] Mer. [z] Tar. sim. Mer. [a] Tar. [b] Tar. sim. Mer. [c] Mer. [d] K. in Mer. * Mer. [f] G. sim. Oecol. [g] V. Hi. in Mer. [h] V. [i] Mer. ex Hi. sic V. D. [k] AE. in Mer. [l] D. [m] AE. D. [n] Oecol. [o] Q. in M. & in V. [p] Q. in Mer. [q] Mer. [r] V.

vel, 2. à Nabuchodonosoro †. Hypotypofis eſt, quâ futuram calamitatem quaſi jam præſentem figurat; ut Jer. 4. 19, 21 [t]. q. d. Certiſſimum eſt inſtare excidium Idumææ: jam enim miſſus eſt legatus. Legati autem ſive feciales ad indicenda bella mitti ſolent [v]. Per *legatum* hîc intelligunt vel, 1. Chriſtum [x]; vel, 2. Angelum incitatorem Aſſyriorum, ut poſtea Chaldæorum [y]; vel, 3. Jeremiam, per quem miſit [Deus] Nabuchodonoſorem [z]; vel, 4. inſtinctum Divinum, quo motæ gentes bellum ſuſcipiant [a]. 5. Ego figuratè intelligo; q. d. Velut jam miſſus eſt legatus [b]. *Gentes* hîc vocat, quibus uſurus erat Dominus tanquam flagellis contra Idumæos [c]. ¶ *Surgite*, (vel, *Agite*, Ti. Mer. Sic etiam aliàs קוּמוּ pro hortandi particula, ſicut & לְכוּ, uſurpatur [d].) *& conſurgamus adversùs eum in prælium*] Vel, *ad bellum*, ſub. *ei inferendum*, D. Apparatum belli cum innuit. Verba hæc ſunt vel, 1. gentium illarum per legatum admonitarum *, ſe mutuò cohortantium ad bellum [f]: vel, 2. legati [g] gentes cohortantis, & ſeſe iis adjungentis; q. d. Ego vobis viæ dux ero [h].

2. *Ecce, parvulum* (i. e. vilem, deſpectum & abjectum [i], ut Gen. 32. 10 [k]. & Pſal. 119. 141. Metaphora, quia parva ferè deſpiciuntur; unde & res contemptæ *parvi eſſe*, ſive *fieri*, dicuntur: contráque honorati *magni* vocantur, Jon. 3. 7. Utrumque videre licet Matt. 5. 19 [l].) *dedi* (vel, *poſui*, Calv. Mer. *reddidi*, D. *dederam*, Ti. vel, *dabo*, L. K. V. i. e. ponam, vel reddam [m]: præt. pro fut. more prophetico; q. d. certiſſimè diſponam [n]:) *te in gentibus*, (vel, *inter gentes*, profanas ſcilicet: ſimúlque innuit ipſum à fœdere rejectum eſſe: &, *parvum in gentibus*, licet exponere, *minimum gentium* [o]. Senſus, Infimum te feci [p].) *contemptibilis* (vel, *contemptus*, JT. Pi. D. ſim. Mer. &c. Sed participia paſſiva ſic ſæpe accipiuntur; ut נִמְאָס *abominabilis*, καταγνωστικός *condemnabilis* [q]. Vel, *ut deſpectus*, Ti.) *tu es* (vel, *eris*, JT. Pi. &c. vel, *eſſes*, Ti.) *valde*] Verba hæc ſunt Dei [r]. [Variè explicant.] Exprobrat eis quòd tanquam invito Deo inſoleſcerent †; quum tamen eſſent gens obſcura & ignobilis [t], redacta in anguſtias montium [v]: nec lata fuit eorum ditio [x], nec celebris regio [y], nec magnus numerus [z]. Quid ergò eſt quòd tibi ità placeas, quòd ſic tete efferas [a]? Al. Comminatio eſt: q. d. Deus violenter in ordinem coget homines illos ſine cauſa ſuperbos [b].

3. *Superbia cordis tui* (vel, *Idolum tuum*. Vide quæ ad Jerem. 49. diximus. Id idolum vocabatur Κωβὲ, excidium hoſtibus denuncians, quod contrà cecidit [c].) *extulit te*; ità ὁ'. Legerunt per שׂ [d]: הִשִּׂיאֲךָ] *Decipit*, vel *decepit*, vel *ſeduxit*, *te*, M. P. Ti. JT. Pi. &c. ut, cum minimus ſis, te maximum eſſe credas *. ¶ *Habitantem*, &c. שֹׁכְנִי בְחַגְוֵי־סֶלַע] *Habitantem* (vel, *eò quòd habitas*, G. vel, *ò qui habitas*, JT. Pi. ſic Mer. P. Hebr. *qui habitat*; 3. perſ. pro 2 [f].) *in ſciſſuris*, ſive *fiſſuris*, (à חָגָה [g]: vel, *in gyris*, ſive *circuitionibus*, à חוּג ſignificat circumferentiam; qu. d. in cacumine rupis [h]: vel, *cavernis*, G. Ti. *munitionibus*, P.) *petræ*, Mo. M. Mer. D. V. &c. vel, *petrarum*, Ti. D. ſic G. Arabiæ Petrææ ſcilicet [i]. q. d. In locis & naturâ munitis [k], & arte; in arcibus inacceſſis [l]. Erat Idumæa regio petroſa & montoſa, Ezec. 35. 8. & ità arduâ rupium altitudine munita, ut invia & inacceſſa videretur. Hinc nata ſecuritas & inanis confidentia [m]. In præruptis rupibus urbes habebant [n]. Aut *petræ* dicit, pro, *petrarum*, per heteroſin numeri: aut *petræ*, i.e. montis Seir. Quò pertinet quòd in Jer. 49. 16. eſt הַסֶּלַע cum articulo. Erat & urbs Idumææ *Petra* dicta [o]. שֹׁכְנִי eſt Benoni Kal [p], pro שֹׁכֵן [q], vel, per paragogen י [r]; vel, τὸ י adjectum in talibus habitum denotat, q. d. qui fixam & ſtatam ſedem habes; ut in Pſalmis, הַיּוֹשְׁבִי *qui habitat continenter* †. ¶ *Exaltantem*, &c. מְרוֹם שִׁבְתּוֹ] *Celſitudine* (vel, *in celſitudine*, P.) *habitationis ejus*, Mo. vel, *tuæ*, P. ſic G. in locis celſis atque ſublimibus [t]. *In altiſſima habitatione ſua*, JT. Pi. ſic V. *altiſſimâ ſede ſuâ*. Per appoſitionem jungitur cum, *in ſciſſuris*. Ad verb. *altitudine ſedis ſuæ*: quod vel ad *ſciſſuras*, vel ad *petram*, referri poteſt [v]. Al. propter *altitudinem ſedis ſuæ*: ut ſubaudiatur בְּ [x]. Al. Ibi, vel ubi, eſt *ſublimis ejus ſedes*. Subauditur שָׁם [y]. Et cujus *habitatio in editis eſt*, Ti. ſimil. M. Subauditur אֲשֶׁר [z]. ¶ *Quis detrahet me*, &c?] Ex locis inacceſſis [a]. qu. d. Nemo [b]. Invictum te putas [c].

4. *Si*, &c. אִם־תַּגְבִּיהַּ כַּנֶּשֶׁר] *Si* (vel, *Quamvis*, D.) *exaltares*, vel *extuleris*, (ſub. *teipſum*, V. *Si exaltatus fueris*, V. D. Vel, ſub. *ſedem tuam*, Q. in Mer. ſim. Glaſ. rhet. p. 474. Vel potiùs, repete ἀπὸ κοινοῦ, ex ſeq. membro, *nidum tuum* [d], quod in Jeremia exprimitur *.) *ut aquila*, Mer. i. e. Altiſſimè †. Aquila altiùs cæteris avibus & volat & nidulatur ‡. In petris nidulatur, teſtibus Plinio & Ariſtotele [f]. ¶ *Si inter ſidera*] Vel, in cœlo ipſo [g]: vel, in altiſſimis montibus [h], qui contingere videntur ipſas ſtellas [i]. Hyperbole [k]. ¶ *Poſueris*, &c. שִׂים וגו׳] Eſt vel imperativum [l]. Cui repugnat præcedens אִם: abſurdè enim diceretur, *Si inter ſidera pone*, &c [m]. Vel, infinitivum [n] (שִׂים, pro הָשִׂים, abjecto ה characteriſtico conjugationis Hiphil: quod non mirum, quum & in ipſo præterito, quod alienius videatur, reperiatur בִּינוֹתִי, pro הֲבִינוֹתִי, Dan. 9. 2 [o].) pro futuro, ut alibi ſæpe: quod minimè mirum, cum & pro præterito ponatur [p]. Infinitum nempe Hebræis appellatur מָקוֹר *fons* cæterorum modorum & temporum, quòd pro reliquis ſumi poſſit; ut in aliis linguis fit [q]. ¶ *Inde detraham te*] Fame. Vide quæ ad ſimilia Jeremiæ [r]. Vide Jer. 49. 16 †.

5. *Si* (vel, *Num*. Hebræi, ubi אִם interrogat, in membro ſecundo ferè ſubjungunt ה interrogativum, & contrà; niſi ubi idem repetitur, ut hîc fit [t].) *fures introiſſent* (vel, *advenirent*, Pi. *veniſſent*, D. *venerunt*, Mer.) *ad* (vel, *in*, Mer.) *te*, (i.e. invaſiſſent te [v]. לְךָ accipio pro אֵלֶיךָ [x].) *ſi* (vel, *aut*, M. vel, *num*, Mo. Mer. ſic P.) *latrones* (vel, *prædones*, P. Mer. ſim. Mo. *vaſtatores*, JT. Pi. ſim. Ti. M.) *per noctem*] Vel, *noctis*? Mo. *nocturni*? P. M. Mer. &c. qui noctu ferè graſſantur; aut, ſi die graſſentur, id occultè ac velut in tenebris incautos opprimendo faciunt [y]. Dicit, *nocturni*, quia hi nocte graſſari ſolent: Jer. 49. 9. 1 Theſ. 5. 2. Horatius, *Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones*. Hoc genus furum atrocius eſt, ideóque graviùs à Romanis puniri ſunt [z]. Sunt hæc verba vel, 1. Dei [a]: vel, 2. Prophetæ [b], qui hîc gentes inducit mirantes Edomi excidium, eíque ironicè inſultantes. qu. d. Undenam, quæſo, hæc tibi accidit ruina? Non certè à furibus [c]: nam gravius hoc eſt & crudelius [d]. Fures quædam tantùm ſurripient, hi omnia *. Admirativè legendum: q. d. An hoſtes te imparatum & incautum invadent? Nequaquam: reſcies eorum adventum, qui aperto Marte congredientur tecum, & tamen non poteris reſiſtere [f]. ¶ *Quomodo*, &c? אֵיךְ נִדְמֵיתָה] *Quomodo* (vel, *Heu quomodo*, Pi. *O quàm*, Ca. ſub. *ergò*, P.) *ſucciſus*, ſive *exciſus*, (vel, *devaſtatus*, M. ſim. Ca.) *es*? Mo. M. Mer. P. V. &c. vel, *eſſes*? Ti. Cùm, inquit, intellecturus ſis adventum eorum, tamen non te praeparaturus es: unde hoc ut non præparaturus te ſis & prohibiturus nè excidaris [g]? Quantum eſt iſtud excidium [h]! Hæc cum admiratione dicuntur [i], & parentheſi includenda ſunt [k]. Pertinet hoc ad perſonas, ut quod ſequitur v. 6. ad facultates eorum [l]. *Quomodo ità ſoporatus es*? Ch. *Quomodo ſiluiſti*? Sy. vel, *redactus es in ſilentium*? Calv. vel, *ſiles*? vel, propter ignominiam; vel, à Deo excæcatus & perterrefactus, ut non audeas inclamare fures tuos [m]. Quomodo potuiſti quietus manere, quum videres hoſtes tuos tam violenter prædari [n]? דָּמָה, propriè, *ſilere*, deinde, *exſcindere* [o], ità ut omnis unà pereat memoria. Hinc antiqui *ſilentes* etiam pro mortuis dixêre [q]. ¶ *Nonne furati eſſent* (vel, *furarentur*, Pi. *furabuntur*, Mer. vel, *furantur*, M. Mer. *furari ſolent*, Mer. Q. in V.) *ſufficientia ſibi*? דַּיָּם] *Sufficientiam ſuam*? M. Mo. Mer. *quæ ſuffeciſſent ſibi*? P. ſim. Mer. D. Pi. &c. & iis contenti eſſent? Confer & hîc illa quæ apud Jer. 49. 9, &c [r]. Vel, ſub. *alia relinquentes*, V. Ea tantùm abſtuliſſent quæ ferre potuiſſent; aliis, vel per ſatietatem, vel per oblivionem, neglectis †. ¶ *Si* (vel, *Num*, Mer.) *vindemiatores*, &c.] Clementius militum genus intelligit, qui non avidè, nec omnes, ad necem exquirunt [t]; hoſtes qui non ob cladem inferendam irrumpunt, ſed ut fruges corradant [v]. Metaphora à vindemiatoribus, qui, cùm uvas colligunt, aliquas relinquunt [x], Deut. 24. 21. Sic Madianitarum cædes, à qua multi aufugerant, *vindemia* appellatur Jud. 8. 2. reliquiarum verò occiſio, *racematio*. Et ſuperſtites è gladio *racemis poſt vindemiam relictis* comparantur, Eſa. 17. 6. & 24. 13 [y]. Vindemiatores

Margin (left): † Pi. [t] Liv. [v] Mer. [x] Hi. in Mer. [y] G. [z] L. [a] Mer. ex L. [b] Mer. ex He. [c] V. ſim. D. [d] Mer. * V. ſim. D. [f] D. [g] Mer. D. [h] Mer. [i] Liv. ſim. V. D. [k] V. ex He. [l] Liv. [m] V. ſic Pi. M. [n] Tar. ſim Q. in D. [o] D. [p] G. [q] D. [r] V. D. Mer. &c. † Calv. [t] Mer. Calv. [v] Calv. [x] Mer. ex AE. [y] Mer. [z] AE. [a] Mer. [b] Q. in Calv. [c] G. [d] V. Mer. * Mer. [f] Idem. [g] V. D. [h] Q. in V. [i] G. [k] M. Mer. [l] Mer. [m] Liv. [n] Mer. [o] D. [p] Tar. [q] Mer. D. Tar. [r] D. Tar. † D. ex Mer. [t] G. [v] D. [x] Q. in D. [y] Mer. [z] Idem. [a] G. [b] D. [c] Mer.

Margin (right): [d] Mer. ſim. D. * Mer. † V. ſic Mer. D. &c. ‡ Mer. [f] D. prov. 2. 3. [g] Mer. [h] Mer. V. D. [i] V. [k] Mer. [l] K. in Mer. [m] Mer. [n] Mer. D. [o] Mer. [p] D. [q] Mer. [r] G. † Ca. [t] Mer. [v] Idem. [x] D. [y] Mer. [z] Liv. [a] Q. in D. [b] Mer. D. [c] Mer. [d] Mer. ſim. D. Liv. * Liv. ſim. D. [f] V. [g] V. [h] Mer. [i] D. [k] D. ex Mer. [l] D. [m] Tar. [n] Calv. [o] D. Tar. [p] Tar. [q] D. [r] G. † Mer. [t] Liv. [v] Mer. [x] Liv. ſim. D. [y] Liv.

atores etiam subinde redeunt ad opus. In eo iis similes sunt hæ gentes, ut in priore dissimiles [z]. Gravissimam cladem [a] & irreparabilem ruinam describit: omnia in totum aut excisa aut direpta [b].

6. *Quomodo scrutati*, &c? [נֶחְפְּשׂוּ עֵשָׂו] *Pervestigantur* (i. e. per investigationem reperta sunt [c]: sub. *quæ sunt*, vel *erant*, P. Ti. Mer. Vel, *deprehensi sunt*, M. sub. *thesauri*, M. Pi. ut apertè dicitur sequente membro [d].) *Esaui*, JT. ut vox *recondita* repetatur è sequentibus [*]. Vel, *Esau*, Mo. P. M. *ipsius Esau*, Ti. i.e. Idumæorum [f]. Vel, *Esaïni*, Ca. vel, *posteri Esau*; ut alibi *Jacob*, pro *posteris Jacobi*: vel, domus *Esau*; ut sit ellipsis בֵּית; ut in Mic. 3. 1. *principes Jacob*, i. e. domûs Jacob, ex collat. seq. membri. Mutat personam, quod & festivum est & emphaticum; præcessit enim, *excisus es*. Acriùs autem pungit quum nominat parentem eorum Esau [g]. *Esau*, i. e. Esauitæ, ut ad unum omnes intereant. Confer Jer. 49. 10, 11 [h]. ¶ *Investigaverunt*, &c? [נִבְעוּ] *Perquiruntur recondita ejus?* Pi. sim. Mo. P. M. Mer. &c. intima & abstrusissima quæque, etiam quæ in subterraneis cavernis [i]; quæ delitescunt in speluncis [k]: thesauri [l], sic dicti quòd homines eos abdere solent [m], Matt. 13. 44 [n]. vel in usum honorarium, vel ad casus inopinatos, præsertim tempore belli [o]. Hinc dicti *thesauri tenebrarum*, Esa. 45. 3. Vide & Job. 3. v. 21 [p]. Radix בעה in Chaldaismo quàm in Hebraismo frequentior, visque ter & quater in significatu *investigandi* in tota Scriptura occurrit [q].

7. *Usque*, &c. [עַד־הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ] *Usque ad terminum*, sive *limitem*, (certum [r], ob He hajediah [†]. Non addit pronomen, quia terminus pluribus communis erat; illis nimirum communis vel cum hostibus, vel cum sociis [t]. *Ad terminum*, non hostis, sed tuum [v], sive tuæ regionis [x]. Vel, *terminum* suum [y]. *Apud fines tuos*, G.) *deducent te*, JT. Pi. vel, *dimiserunt te*. *Dimittere* est, officii causâ deducere [z]. *Te*, i. e. legatos tuos, quos ad ipsos miseras auxilii causâ: hos, inquit, honorificè deduxerunt (pro more) ad fines ditionis suæ, multa promittentes, sed nihil præstantes [a]. Vel, deduxerunt te ad fines, quasi illic tecum essent oppugnaturi hostes suos; statuentes secum ibi te deserere, & se hostibus adjungere [b]. Vel, *prosecuti sunt te*, sub. *abeuntem in captivitatem*, etiam cum lacrymis, sed fictis [c]. Vel, *expulerunt*, sive *expellent*, te; i.e. in causa erant ut expelleteris [d]. *Emittent te*, nempe in terras exteras [*]. *Ejecerunt te*: Longè separabunt te ab habitaculis tuis, ut pro voto suo grassari possint in bonis tuis [f]. ¶ *Viri fœderis tui*] Fœderati tui [g], Ammonitæ & Moabitæ: vide 2 Par. 20 [h]. Assyrii, quos tibi fidos sperabas ob commune in Judæos odium [i]. ¶ *Illuserunt tibi*] Vel, *Deceperunt te*, quòd, cùm illis fideres, ipsi te hostibus prodiderint, ubi ad regionis fines esset perventum [k]. Promissa non servârunt [l]. ¶ *Invaluerunt adversùm te*] Vel, *Prævalebunt*, sive *Prævaluerunt*, *tibi*, JT. Pi. Mer. D. Calv. &c. i. e. Tibi persuaserunt ut è finibus tuis exires, ubi ab illis prodereris: vel, Superiores te evaserunt, sese tuis scilicet hostibus adjungentes [m]. Te oppresserunt astu & insidiis [n]. ¶ *Viri pacis tuæ*] i. e. Pacati erga te, amici tui, à quibus nihil timebas [o]; quibus fidebas [p]. ¶ *Qui*, &c. [לַחְמְךָ יָשִׂימוּ מָזוֹר תַּחְתֶּיךָ] *Panem tuum ponent languorem subter te*, Mo. *Panem tuum* (i.e. convictum & mensam tuam, quâ utuntur [q],) *ponent*, vel *posuerunt*, *sub te* (vel, *in loco tuo*, tibi supponunt & subjiciunt [r],) *vulnus*, D. Mer. RS. i. e. Efficiunt tui fœderati & amici ut convictus qui illis tecum est communis tibi sit offendiculo, indè occasionem sumentes te prodendi, quum tua consilia resciscentes hosti aperiunt [†]. Lautas illas epulas quibus à te excepti sunt convertent in tuam perniciem, sive in ulcus perniciosum. מָזוֹר sign. *vulnus*, Hos. 5. 13. aut *apostema*, seu *latens ulcus*, quod in interioribus sensim generatur, & cibis in stomachum ingestis quotidie alitur. Quin ipsi cibi in pus & saniem degenerant [t]. Al. *Panis tuus sub te vulnus ponet*, Ti. [Ut sit in Hebræo enallage numeri, *ponent*, pro, *ponet*.] Al. Viri *panis tui* (ut repetatur nomen אַנְשֵׁי ex præcedente membro [v]: vel, Comedentes *panem tuum*, Buxt. ex K. D. Mer. ex Hi. M. P. V. D. Liv. ut subaudiatur vox אוֹכְלֵי, ex collat. Psalm. 41. 10. ubi exprimitur. Et frequentes sunt in S. S. tales ellipses. Et forsan eò allusit Propheta [y]. Sic Prov. 20. 1. *Derisor est vinum*, i.e. bibens vinum [z]. q. d. Convivæ, familiares & domestici tui [a]. *Convivæ tui*, JT. Pi.) *ponent* (vel, *posuerunt*, Calv. Mer. nam præteritum jam præcessit. Vel, *ponunt*: ut sit hypotyposis [b].) *vulnus* (vel, *ulcus*, putà dissidium [c]: vel, gravem dolorem [d]: vel, offendiculum [*]:) *sub te*, Mer. V. Pi. i. e. tibi supposuerunt vulnus. Metaphora à feris, quibus subjiciuntur retia aut tendiculæ quibus capiantur. Intelligit offendicula supposita & parata Idumæo, sive occulta consilia quibus cum hoste in ejus exitium conjurârant. Alii, quia convictûs fit mentio, pulvinorum loco (quorum in conviviis usus erat) suppositum ei aliquid intelligunt quod eum vulneraret; quod eòdem nobiscum recidit: i. e. te prodiderunt [f]. Vel, *sub te*, id est, clam te [g], ut & aliàs sumitur [h]: ut 2 Sam. 3. 12. *sub illo*, i. e. clam illo [i]. Infligent vulnus tibi imparato nec opinanti [k]. Te inscium & incautum prodiderunt & oppresserunt [l]. Per insidias tibi exitium machinabuntur [m]. *Vescentes pane mensæ tuæ posuerunt offendiculum sub te*, Ch. [Ca. hæc verba cum seq. sic reddit,] *Tui convictores tibi vulnus subjecerunt imprudenti*. Pro pulvinis, qui solent in conviviis supponi, tibi aliquod durum potiùs, & quod vulneraret, supposuerunt; h. e. te prodiderunt [n]. Forsan copula hîc desideratur, & locus sic legendus, *Viri pacis tuæ & panis tui*, &c [o]. [Ità Syrus, *Viri pacis & panis*, i. e. *amici ac convivæ, tui sub te posuerunt insidias*.] מָזוֹר *plaga* dicitur, vel ab *obligando*, quòd fasciis obligetur; vel à *frangendo*, quòd vulnus solet frangi & diduci, ut extrahatur pus & sanies [p]. זור enim est, *recedere* [q]. Al. Lectio recepta dura est: malim ergò, pro לַחְמְךָ, legere לוֹחֲמֶךָ, h.e. vel, *qui pugnant adversùs te*; vel, *qui cibant te*: nam לחם utrumque significat, *pugnare*, & *alere* seu *cibare* [r]. Sed nulla est necessitas lectionem receptam vellicandi aut corrigendi, (ut ex dictis patet,) quam nemo hactenus in dubium vocavit [†]. ¶ *Non* (vel, *Nulla*, V. Ti.) *est* (vel, *erit*, V.) *prudentia* (vel, *intelligentia*, M. P. Mo. nempe in tractandis rebus bellicis [t],) *in eo*] Ità Mer. V. &c. Mutatio personæ, pro, *in te* [v]. q. d. Cares prudentiâ & sensu communi, qui te à tuis convictoribus proditum non animadvertis [x]. Adeò stupidus es ut non sentias tibi dolum strui [y]. Al. *Cujus* (sub. *vulneris*, JT. Heb. *In quo*, i.e. Circa quod; ut notetur objectum [z];) *nulla erit intelligentia*, JT. Pi. Tar. qu. d. vulnus quod non senties. *Intelligere*, pro, *sentire*, ut Psal. 58. 10 [a]. i. e. Nemo intelliget unde ortum sit illud dissidium [b]. Nondum intelligit aut prospicit, sed ut piscator ictus demum sapit [c]. Al. Locum ad verbum sic verto, *Usque ad terminum* (regionis tuæ) *deduxerunt te* (migrantem in captivitatem, ut amicus amicum abeuntem solet. Nisi fortè הַגְּבוּל absolutè hîc sumatur, sicut sæpe אבבל, *terminus*, apud Arabes sumitur, pro termino vitæ seu morte; Ad mortem deduxerunt, vel dimiserunt, te) *omnes viri fœderis tui*: (quibus tu fisus es: at) *imposuerunt tibi*, (verba dederunt tibi,) *prævaluerunt tibi viri pacis tuæ*, *panis tui*: (i.e. qui pace tuâ & pane tuo fruebantur:) *posuerunt vulnus sub te non animadvertendum*, vel, *ad quod non est animadversio*. Puto אֵין תְּבוּנָה בּוֹ explicare quod anteccessit תַּחְתֶּיךָ, ut sensus sit, Vulnus tibi moliti sunt, non apertè, ut prævidere & cavere posses; sed laquei instar sub te posuerunt, sic ut ipsemet vulnus tuum calcâris, nec ad id animadvertere vel attendere potueris. Notum est, nomina sæpe construi ad modum verborum. Sicut ergò verbum הֵבִין construitur cum ב, & significat passim, *attendere*, *animadvertere*; sic h.l. eodem sensu תְּבוּנָה construitur [d].

8. *Numquid non in die illa* (emphaticè, q.d. quum vindictæ tempus advenerit [*]; vel, eo tempore quo à tuis proderis [f];) *—perdam* (Heb. *& perdam*, Mer. D. Sed ו hîc abundat, nec copulat, sed tantùm convertit [g]. Vel, ו valet, *etiam*, *perdam etiam* [h]. Vel, ו valet, *tum demum*; ut Gen. 22. 4. *Die tertio & sustulit oculos*, &c. i.e. tum demum sustulit. Ità ו habet vim maximam [i]. q. d. Non mirum si hactenus providi fuerint & prudentes: tunc autem Deus momento omnem prudentiam auferet [k].) *sapientes de*, &c?] Id est, vel, 1. augures, ariolos, &c [l]; vel, 2. consultos & prudentes rerum gerendarum, qui solertiâ valent & experientiâ [m]; vel, 3. gubernatores reipublicæ, qui sapientes erant, Jer. 49. 7. Me-

[z] D. [a] Mer. sim. V. [b] Mer. [c] V. [d] Mer. [*] Jur. in D. [f] Mer. [g] D. [h] Liv. [i] Mer. [k] V. [l] V. Mer. D. Liv. [m] Liv. D. [n] Liv. [o] D. [p] Liv. [q] Mer. [r] Mer. D. [†] Mer. [t] D. [v] Mer. [x] Mer. Pi. [y] Tar. [z] D. ex Mer. [a] D. [b] Mer. [c] V. [d] Calv. [*] G. [f] M. [g] Mer. D. &c. [h] Q. in Mer. D. [i] G. [k] Mer. [l] D. [m] Mer. [n] Calv. [o] Mer. [p] Calv. [q] Mer. [r] Idem. [†] Mer. sim. Buxt. ex RS. [t] D. [v] Mer. Buxt. vind. 2. 13. 878. sim. G.

[y] Mer. [z] Buxt. ib. D. [a] V. Mer. Calv. sic Liv. D. [b] Mer. [c] Pi. [d] M. [*] Mer. [f] Idem. [g] Mer. D. K. [h] Mer. [i] D. [k] V. [l] Mer. ex K. [m] Liv. [n] Ca. [o] D. [p] Mer. sim. D. [q] D. [r] Cap. crit. 394. [†] Buxt. ib. [t] V. [v] V. sim. Mer. G. [x] Mer. [y] D. [z] Pi. [a] Q. in D. [b] Pi. [c] Tar. [d] Di. [*] Calv. sim. D. [f] Mer. [g] Mer. sim. [h] D. [i] Mer. [k] Calv. [l] L. [m] Mer. sim. D.

Metonymia adjuncti, qualis & Jer. cap. 18. vers. 18[n].

9. *Fortes tui*] Bellicosi[o], & robusti milites[p], animo virtutéque præstantes[q]. ¶ *A meridie*, [תֵּימָן] *Theman*, P. Mo. ô *Theman*, JT. Pi. Ti. Mer. ô Idumæa[r]. Synecdoche, pars pro toto†. *Teman* erat nomen & montis[t], & urbis[v], & regionis[x], in Idumæa. Quæ sic dicta est, vel, à Teman nepote Esau, Gen. 36. 11[y]: vel, à situ regionis; nam sita erat ad meridiem Judææ, quæ תֵּימָן nuncupatur, & יָמִין, tanquam *dextra* mundi pars[z]; quippe Oriens est pars anterior. Vide ad Joel. 2. 20[a]. Meminit *Teman* h. l. & Jer. 49. 7. & Amos. 1. 12. tanquam loci præcipui & celeberrimi[b]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן יִכָּרֶת־אִישׁ מֵהַר עֵשָׂו מִקָּטֶל] *Ut succidatur*, vel *excidatur*, (vel, *Quia excidetur*, Calv. sim. M. P. Ti. *Quia peribit*, G. nam לְמַעַן potest bifariàm exponi[c]:) *vir* (vel, *vir præstans*, ut אִישׁ sæpe sumitur[d]: *vir robustus*, seu *fortis*, Ch. & RS. in D. vel, *quisque*, Ti. JT. Pi. D. ut 1 Sam. 4. 10. *Fugerunt vir*, &c. i. e. quisque*: vel, omnis *vir*, ut desit τὸ כֹּל[f]. Ut omnes bello apti succidantur, & nemo supersit[g]. *Quisque*, scilicet illorum robustorum[h].) *de monte Esau* (i. e. in Sehire[i]: ex monte Seir, qui locus erat omnium munitissimus, multò magis è reliqua regione; vel, pars pro toto[k]:) *ab occisione*, Mo. Liv. vel, *à*, sive *præ*, *strage*, JT. Mer. D. sic Calv. vel, *occidione*, Ti. *per interfectionem*, M. sim. Pi. *ob multam stragem*, quæ ibi patrabitur[l].

10. *Et propter*, &c. מֵחֲמַס וגו'] *Ob violentiam* (vel, *inhumanitatem*, Ca. *iniquitatem*, P. *vim*, Mer. *rapinam*, Sy. sim. Mo. *injuriam*, V. sim. M. Liv.) *fratris tui* (Genitivus passivè sumitur[m]. Vel, *in fratrem tuum*, P. JT. Mer. &c. vel, *quâ affecisti fratrem tuum*, Ti. sim. Liv. D. Pi. &c.) *Jacob*] Id est, in Israelitas[n]. Hoc refer ad tempus cùm Syri Judæam vastârunt & Hierosolyma obsederunt, 2 Reg. 16. 5. Confer Amos. 1. 11. Paria fecêre iterum Idumæi in Judæos cùm urbem cepit Nabuchodonosor, ut docent nos Ezechiel 25. 12. & Psal. 137. 7. & paria passi sunt ab ipso Nabuchodonosore[o]. Proditionem & inhumanitatem in Israelem hîc notat. Cætera Idumæorum scelera præ hoc nihili fiunt[p]. In singulis verbis pondus est: in voce *violentiæ*, quod genus vitii atrocissimum est: in voce *fratris*[q]; qu. d. quem jure naturæ & Divino amare ac juvare debebas[r], cui communis tecum est, tum origo ab Abrahamo, tum circumcisio†; id crimen auget[t]: denique, in nomine *Jacobi*; hic enim & Esau erant fratres, non tantùm germani & uterini, sed & gemini[v]. ¶ *Operiet te confusio*] Vel, 1. ut vestis[x]; q. d. Totus, quantus quantus es, pudore suffunderis[y]. Vel, 2. ut vortex aquarum absorptos operit[z]. Al. Facies pudefactis rubore suffundi solet & quasi operiri[a]. Eadem phrasis Psalm. 69. 8. & Mic. 7. 10[b]. & in Pacuvio, *Nam si te tegeret pudor*, &c[c]. ¶ *Peribis* (vel, *Excideris*, Mer.) *in æternum*] qu. d. Non, ut Israel, clade temporali[d], sed excidio irreparabili*: ut comminantur omnes Prophetæ qui in eos vaticinantur[f]. Amissam salutem nunquam recipies[g]. Obj. At hæc clades post 70 annos reparanda prædicitur Jerem. 25. 9, &c. Resp. Eadem tamen clades *æterna* fore dicitur Esa. c. 34. v. 10. Jerem. 25. 9. & Mal. 1. 4. Non vult Idumæam postea non fore habitandam, (constat enim contrarium:) sed non ab omnibus, (toti enim populo revertendi potestas nunquam facta est;) nec à solis Idumæis, (quia novi eis expulsis successerant coloni, quibuscum commiscendi erant;) nec eo quo antè jure, aut sub priore reip. forma. 70 autem illi anni non servitutis Idumæorum, sed Imperii Babylonici, finem definiunt, ut constat ex Jer. 25. 11, 12[h].

11. *In die*, &c. בְּיוֹם עֲמָדְךָ מִנֶּגֶד] *In die* (vel, *Die quo*, P. sic Mer. &c. vel, *In die* enim adversitatis, M. *Eo enim tempore*, Ti.) *stare te* (vel, *standi te*, M. vel, *stabas*, P. Ti. Mer. Pi. &c. vel, *stas*, Tar. JT.) *ex adverso*, Mo. Pi. M. &c. nempe fratris tui. Vel, 1. in acie[i], quasi pars hostium[k]: pugnas contra Israelem. Quomodo metalepticè hoc & similia verba quandoque accipiuntur: vide Psalm. 94. 16. Eph. 6. 11[l]. Vel, 2. non procul stabas, attentè observans[m], cum voluptate[n], & exspectans ejus cladem & excidium; non fratri te adjungens, ut oportuit, sed palàm te hostibus ejus adjungens[o]. Habitus hic est spectantis alium in malis, opémque suam detrectantis[p]. *Stabas è regione*, id est, non procul ab Israelitis[q]. Curiositatem malignúmque animum notat hæc statio è regione[r]. *In die quâ restitisti contrà*, ο'. vel, *surrexisti adversùs eum*, Ar. sim. Sy. ¶ *Quando capiebant* (vel, *diripuerunt*, Q. in V. sic D. vel, *captivum abducebant*, V. Mer. sic P. Id propriè שְׁבָה†.) *alieni* (non, ut tu, consanguinei[t]: Syri[v]; vel, Assyrii sive Chaldæi[x], Jerosolymam Templúmque primum exscindentes[y]:) *exercitum ejus*] Sic Pi. &c. Scil. Jacobi, i. e. Judæorum[z]. Populum exercitûs instar copiosum; vel, turmas captivorum[a]. ¶ חֵילוֹ] *Opes*, vel *facultates*, *ejus*, Mer. ex Ch. D. Tar. ¶ *Portas ejus*] i. e. Jerosolymæ, ut subjungit[b]. Expugnabant urbem Jerusalem[c]. Al. Multas Judææ urbes[d]. *Portæ*, pro urbibus[v]; ut Gen. 22. 17. & 24. 60. Deut. 17. 2. Ruth 4. 10[f]. ¶ *Et super Jerusalem* (i. e. in captivos Jerosolymæ & eorum bona[g]: vel, super spoliis Jerosol[h].) *mittebant* (vel, *jecerunt*, Mer. Pi. sic Liv. D. &c.) *sortem*] i. e. Sortes[i]: h. e. calculos vel tesseras, in quibus res sortienda insculpta erat. Mos hic erat & latronum, Prov. 1. 14[k]. & militum[l], victorum[m]. Vide Num. 26. 56[n]. Joel. 3. 3. Nah. 3. 10. Virgil. Æneid. 3. *O felix una ante alias Priameïa virgo — Jussa mori, quæ non sortitus pertulit ullos*[o]. Hîc *mittebant sortem* utri primas in oppugnanda ea urbe haberent, Syri, an Israelitæ[p]. ¶ *Tu quoque* (Emphaticè: q. d. qui frater eras[q], & vicinus[r]; quem [idcirco] auxiliari & commiserescere oportebat †; cui Israelitæ olim pepercerant, Deut. 2[t].) *eras quasi unus ex eis*] Adjutor eis eras[v]: par eis crudelitate[x]: tete hostibus adjungens, ut illos diriperes; non magìs illis parcens quàm si ex hostium & exterorum numero esses[y]: opes eorum diripiens, aufugientes prodens, ex collat. v. 13, 14[z]. Particula similitudinis hîc veritatem indicat[a], ut Gen. 25. 33. 1 Sam. 9. 13. Os. 4. 4. & 5. 10. &c[b]. Ex hoc loco perspicitur Obadiam prophetâsse post captivitatem Judæorum Babylonicam[c].

12. *Et non*, &c. וְאַל תֵּרֶא וגו'] *Et nè videas*, sive *intuearis*, (vel, *Et non spectâsses*, G. D. vel, *non aspicere debueras*, M. sim. P. D. G. Sic illud, *At tu dictis*, *Albane*, *maneres*. Sic sume & sequentia[d]. *Nè ergò aspicias*, JT. Pi. cum gaudio scilicet*: ut ex sequentibus liquet[f]. Id valet רָאָה constructum cum ב, Psal. 37. 34. & 50. 23. & 54. 9. &c[g]. q. d. Nè gaudeto[h]: nam quæ placent, aspicimus; quæ displicent, aversamur[i].) *diem* (sub. *afflictionis*, P. vel, *in die*, P. Mo.) *fratris tui*, Mer. vel, ea quæ eveniebant *in die* mala *fratris tui*, G. *Dies*, sive *tempus*, interdum ponitur pro adjunctis ejus[k]; pro die adverso[l]: ut Psalm. 137. 7[m]. Esa. 13. 22[n]. Coh. 5. 20. Mic. 7. 4[o]. Sic & *temporis* nomen apud Latinos absolutè sumitur[p]. *Dies* hîc, pro die pœnæ. Synecdoche generis, & genitivus subjecti †. Sed hæc prohibitoria variè exponunt[q]. Consilium dat Idumæis, qu. d. Si hoc exitium effugere velis, nè hoc feceris, &c[r]. Sed nusquam tam rectum consilium reprobis Idumæis daret. Hebræi potentialiter accipiunt; Meritò excideris: nam *nè aspexisses*, &c. id est, non debueras hæc facere: hæc nisi admisisses, nunquam profectò hæc tibi tam gravia accidissent. Ego ἦθος hîc agnosco, ut, quum prævideat Propheta tantam in Idumæis perfidiam, illis, si emendari possent, quum deplorati sint, dicat amarulentè, ad avertendum eos, quos tamen videt non iri aversum, *Nè videas*, &c. q. d. Haud quidem deberes, si saperes†. Al. Quædam hîc subaudienda sunt, hoc modo, *Eras tanquam unus ex eis*, Cùm tamen Dominus dicat, *Nè aspicias*, &c. Ità fini v. præced. jungitur[t]. Al. Hæc dehortatio à maleficiis vim habet exprobrationis, quòd ista in Judæos exerceant. Quanquam videntur tres versus sequentes aliam admittere interpretationem[v], ut אַל sumatur pro לֹא *non*[x]; ut non sit hortatio, sed denunciatio. Favet τὸ כִּי *nam* initio v. 15. Tum sic verto, *Sed non aspicies* ampliùs *diem fratris tui*. Sed insolens videtur, quòd אַל pro לֹא toties iteretur[y]. *Nè spectes*, &c. q. d. Non est causa cur admodum gaudeas de pœna fratris, cùm tibi graviora impendeant. Debent hæc connecti cum v. 15. & seq[z]. ¶ *In*, &c. בְּיוֹם נָכְרוֹ] *In die* (vel, *diem*, JT. Pi. sub. *inquam*, P. vel, *scilicet*, Mer.) *alienationis* (vel, *alienare*, Mo.) *ejus*, JT. Pi. Mer. Calv. i. e. exsilii ejus†: vel, *quo alienatus est*, P. sic M. Mer. è terra sua, & expulsus[a]: vel, *cùm alienabuntur*, Ca.

[n] Pi. [o] Mer. D. [p] D. [q] Mer. [r] D. † Calv. [t] D. [v] Q. in D. Tar. Mer. [x] Mer. sim. Calv. [y] Mer. D. [z] D. sim. Mer. Tar. [a] Tar. sic Mer. [b] Mer. [c] Calv. [d] Tar. * D. [f] D. ex AE. & K. [g] Mer. sim. D. [h] Pi. [i] G. [k] Mer. [l] D. [m] Mer. [n] Pi. Mer. &c. [o] G. [p] Mer. [q] D. Liv. [r] Tar. sic Liv. † Calv. [t] Calv. sim. D. Liv. [v] D. [x] Tar. sim. D. [y] D. [z] Tar. [a] Liv. [b] Liv. Tar. [c] Liv. [d] Calv. sim. Mer. * Mer. sim. Calv. D. [f] Mer. [g] D. [h] Liv. [i] Mer. [k] Calv. [l] Tar. [m] Mer. [n] Calv. sim. Liv. [o] Mer.

[p] Liv. [q] V. [r] Mer. † Idem. Calv. sim. Mer. [v] G. [x] Calv. [y] Mer. [z] Pi. [a] D. [b] Mer. [c] V. [d] G. [v] Mer. Tar. [f] Tar. [g] Mer. sim. D. Liv. [h] Pi. [i] D. ex Ch. [k] D. Tar. [l] Liv. [m] D. Tar. [o] Liv. [p] G. [q] Mer. sim. Calv. [r] Calv. † Mer. sim. Calv. [t] Mer. [v] G. [x] D. Tar. [y] Mer. [z] Liv. [a] Mer. sim. Tar. [b] Tar. [c] Ti. sim. Liv. ad v. 1. [d] G. * G. sim. V. Mer. Liv. D. Pi. [f] Liv. [g] Tar. [h] Ca. Liv. sim. Liv. D. [k] D. [l] Mer. D. sim. Liv. ex Th. Calv. [m] Liv. D. [n] Liv. [p] Mer. † Pi. [q] Mer. [r] Q. in Mer. sim. Tar. † Mer. [t] Q. in V. [v] Pi. [x] Pi. D. [y] Pi. [z] D. † Calv. [a] Mer. ex K.

Ca. id eſt, in alienum ſolum abducentur [b]. Quando & Deus videtur à populo ſuo abàlienatus, & populo ſua abalienantur bona [c]. Al. *die quo tradidit ſe*, hoſti ſcilicet[d]: vel, *quo proditus eſt*, Q. in D. Malè: nam נֵכָר, quod huic firmando adducunt ex 1 Sam.23.7. non ſignificat *prodere*, ac nè *tradere* quidem, niſi quia alienatio fit traditione *. Vel, *die alieni exitii ejus*, i. e. inſolitæ & mirabilis pœnæ: qualis hæc erat, Lam. 1. 9. confer & 2 Par. 7. 21. Sic Eſa. 28. 21. *opus extraneum*, id eſt, mirabile & inſuetum. Sic Job.31.3. נֵכָר Hebræi omnes *raram & inauditam miſeriam* reddunt. Ad verbum non verterem, *alienationis ejus*, ſed, ſi liceret, *alienitatis ejus*. Nam non tam alienantis actionem, quàm ipſam rei alienæ qualitatem & conditionem, notat; ſtrangeneſs Anglicè [f]. *In die*, *inquam*, *quo aliena ei* acciderint, Ti. ¶ *Super filios Juda*] Obſerva hunc Prophetam Iſraelitarum mentionem non facere niſi ſub finem, ſed Judæorum tantùm; quaſi hæc de excidio Templi vaticinetur [g]. ¶ *In die perditionis eorum*] Quo victi fuerint, expugnatâ urbe [h]: cùm plurimi eorum in agris & in minoribus oppidis perirent[i]. ¶ *Non* (vel, *Nè*, Pi.&c.) *magnificabis* (vel, *magnificato*, Pi. *attollas*, Mer. vel, *debebas magnificare*, P.) *os tuum*] i. e. Verba tua; inſtrumentum pro re cujus eſt inſtrumentum [k]. Nè atrocia & elata [l], & contumelioſa [m], loquare, in eum ſcilicet [n], afflictis illudens & inſultans [o]. Confer Ezec. 35. 13 [p]. Nè ore inſoleſcas [q].

13. *Neque ingredieris* (vel, *ingreditor*, Pi.&c. *ingreſſus fuiſſes*, hoſtili more, vel, *ut unus ex illis* [r],) *portam populi mei*] i. e. Urbem Jeroſolymam †, aliáſque Judææ urbes [t]: ſcilicet, ut ei inſultes, & prædam cùm aliis auferas [v]. Non irrumpere debueras cum Syris in urbes Judææ ab ipſis captas [x]. ¶ *Et non*,&c. וְאַל תִּשְׁלַחְנָה בְחֵילוֹ] *Nec mittant* (vel, *extenduntoſe*, Pi. ſic JT. *immittant ſeſe*: verbum eſt intranſitivum [y]: *injiciantur*, Ti. *mittere debebant*, P. ſim. M. *extendere ſe debebant*, V. nempe ad opum direptionem, ut Eſt.9.10. Lam.1.10[z]. Sub. *manus tuæ*, P. Ti. Mer. Pi. Liv. D. ut 2 Sam. 6. 6. *extendit*, ſub. *manum ſuam* [a]. Simil. Job. 39. v.24. *fodiunt in valle*, nempe *pedes ejus* [b]. Paſſim ſermo Hebræus attento lectori relinquit ſubaudiendum quod facilè ex ſenſu colligi poſſit [c].) *in ſubſtantiam* (vel, *robur*, Mer. *facultates*, JT. Pi. *exercitum*, D.) *ejus*, Mo.&c. *Néve involaris in eorum copias*, Ca. *Et extendiſti manum tuam in ejus facultates*, Ch.

14. *Neque ſtabis* (vel, *perſiſtas*, JT. Tar.) *in exitibus*; ſic ο'. in Mer. עַל הַפֶּרֶק] *In diruptione*, JT. Tar. hoc eſt, in vaſtatione, ſubaud. *ejus*, nempe urbis. Huic ſententiæ favent & antecedentia & ſequentia [d]. Vel, *in diruptione* quâ Edomæi, poſt occupatam à Chaldæis Jeroſolymam, Judæam totam infeſtârunt: confer Pſal. 137. 7 *. *Ad rupturam*, nempe ut aufugientibus aditum occupes nè evadant. Per rupturas enim effugia patent. Vide Amoſ. 4. 3 [f]. *Ad rapinam*, BC.1.42.742. *in bivio*, M.P. Ti. Calv. Pi. Ch. *ad compitum*, Mer. i. e. ad viarum divortia ſive diverticula [g]; ad loca ubi multæ viæ inter ſe coeunt [h]: ut quum latrones in via opeiuntur viatorem[i]. ¶ *Ut interficias eos*,&c. אֶת־פְּלִיטָיו] *Evaſores* (vel, *ſuperſtites*, Mer. *elapſos*, Mer.Ca. Liv. D.) *ejus*, Mo. P. vel, *ex eo*, Mer. Pi. i. e. Ut perderes quotquot evaſerant [k]. ¶ *Et non*, &c. וְאַל תַּסְגֵּר] *Neque prodas*, JT.Liv. Sy. ſic Pi. V. vel, *prodidiſſes*, D. vel, *tradere* hoſti, [repete, *debebas*,] P. *concludas*, Mo. Ti. Mer. Tar. ſic ο'. M. nempe in civitate jam occupata [l]. Nè intercluſeris, ut ſcilicet dedas hoſtibus[m], Chaldæis perſequentibus [n]. ¶ *In die*, &c.] Vel, ídque *die adverſo*. Emphaticè hoc repetit: q. d. Non debueras afflictis afflictionem addere, ſed eorum miſereri,&c [o].

15. *Juxtà* (vel, *Propè*, vel *Propinquus*, Ti. JT. Pi. Liv. &c.) *eſt* (vel, *Inſtat*, Mer.) *dies Domini* (i. e. vindictæ Domini, ut paſſim [p],) *ſuper omnes gentes*] Vicinas Judæis [q], tui ſimiles præcipuè[r], & infeſtas populo meo†. Vel, *omnes* reliquas *gentes*, quæ non erant, ut tu, conſanguineæ Iſraelitis, ideóque minùs peccârunt, nec tamen impunitæ erunt: quid ergò de te futurum putas[t]? Argumentum eſt à majori ad minus [v]. Occaſione Idumæorum & aliis gentibus exitium prædicit hoc verſu & ſeq [x]. ¶ *Sicut feciſti*, (ſcilicet Judæis; ſub. *ſic*, ut Prov.11.22. Matt.6.10 [y].) *fiet tibi*] Idem confirmatur Ezec. 35. v.15. Juſtè Deus maleficis par pari rependit. Hinc *talio* dicitur, &, Græcè, ἀντιπεπονθὸς, quòd, qualia quis fecerit, talia patiatur. De quo vide præceptum Dei Levit.24.17,&c. & dictum Chriſti Matt. 7.1,2. & exempla, Jud. 1. 6. & 8. 19. Seneca de inferorum pœnis, *Quod quiſque fecit, patitur: authorem ſcelus Repetit; ſuóque premitur exemplo nocens* *. ¶ *Retributionem tuam*,&c.] i. e. Quæ aliis intuliſti. גְּמוּל enim ſignificat initium mali; ut גָּמַל *inferre* & *laceſſere* interdum ſignificat, non ſemper, *referre*. Vel, quod malim, mercedem malorum quæ iis intuliſti [z].

16. *Quomodo enim bibiſtis ſuper montem ſanctum meum*] h. e. Mihi ſacratum & dicatum[a]. In monte Sion, id eſt, in urbe Hieroſolyma [b]. Exponunt vel, 1. de Idumæis[c]. Ut vos Idumæi [d], vos extranei, deletâ Hieroſolymâ *, *bibiſtis*, i. e. bibendo lætati eſtis [f], & præ lætitia convivati [g], & triumphos ſive tripudia egiſtis [h], *ſuper montem*, i. e. ob excidium montis, i. e. Templi mei [i]. Id quod, etſi nondum acciderat, per prolepſin tamen more prophetico hîc per præteritum dicitur [k]. Al. *Quomodo vos biberitis* calicem iræ meæ *propter montem*, &c. i. e. propter Judæam à vobis laceſſitam *. Vel, 2. de Judæis [l], ad quos apoſtrophen facit [m], quos deinceps ad finem capitis ſolatur [n]; quorum ſupplicium hîc confert cum ſupplicio gentium: q. d. Si Deus ſuis peccantibus non parcit, nedum alienis. Confer Jerem. 25. 29. 1 Pet. 4. 17 [o]. & præcipuè Jer. 49. 12. ubi eodem hoc argumento utitur contra Idumæos[p]: unde conſtat hunc eſſe loci ſenſum, Ut populus meus Sione bibit, ità & vos bibetis, &c [q]. *Sicut*, inquit, *vos* Judæi, mi popule, (propterea addit, *in monte meo*,&c. i. e. in Templo meo & urbe,) *bibiſtis*, calicem ſcilicet, id eſt, afflicti eſtis per Nabuchod [r]. Qui puniuntur *bibere* dicuntur, tum in S. S. Ezec. 23. 32. Matt. 20. 22. tum in Plauti Caſina, *Indè foras tacitus exeo cum ornatu quo vides, Ut ſenex hoc eodem poculo quo ego bibi biberet*. Metaphora ſumpta videtur à conviviis, in quibus quantum quiſque, & quo modo temperatum, biberet præſcribebat ſympoſiarcha: id quod bibentibus moleſtum eſſe poterat, vel à menſura, ſi major quàm ferre poſſent; vel à potu, ſi vel tenuior, vel fortior, vel amarior, vel acerbior, eſſet. Itaque liberati ab hac bibendi lege pro magno id commodo habebant, teſte Horat. ſat. 6. lib. 2. *Siccat inæquales calices conviva, ſolutus Legibus inſanis*——†. [Ti. verba ſic reddit, *Sicut vos qui eſtis in monte ſancto meo bibiſtis*.] ¶ *Bibent omnes gentes*] Cæteræ; quas hîc cum Idumæis conjungit[t]: Philiſtini, Moabitæ, Damaſceni, atque alii [v]: nè vos ſolos fore putetis. Ità præmunit Judæos adversùs eventura, &c [x]. *Ità gentes* viciſſim *potabuntur*, h. e. delebuntur: ità ut de eis, ſicut de Hieroſolyma, potari poſſit. Ad verb. *potabunt gentes*: quod paſſivè accipiendum, ut in illis Chriſti, *Numquid accendunt*, &c? pro, *Numquid accenditur*, &c? &, *Non ponunt vinum*, &c. i. e. Non ponitur [y]. Quum v. præced. gentibus propinquum diem Domini minatus eſſet, ac dixiſſet fore ut idem ipſis contingeret quod Eccleſiæ feciſſent, videtur id omnino poſtulare ut nunc ſenſus ſit, *Sicut* vos & aliæ gentes *bibiſtis* & deglutiviſtis populum meum *in monte meo ſancto*; *ſic* viciſſim *bibent omnes populos*, &c. i. e. bibentur omnes gentes, bibentur, inquam, & epotabuntur ſive abſorbebuntur. יִשְׁתּוּ & וְשָׁתוּ & וְלָעוּ ſumo imperſonaliter, & כָּל־הַגּוֹיִם in accuſandi caſu; ut in Evangelio, *Hâc nocte auferent animam tuam*, i. e. auferetur anima tua†. ¶ *Jugiter*] Donec prorſum pereant [z]. Vel, *continenter*, *ſine intermiſſione*, *perpetuò*, D. Diſcrimen innuit inter Judæos & gentes: illos ad certum tantùm tempus puniet, Eſa. 51. v.22. has in æternum[a]. In nonnullis exemplaribus, pro תָּמִיד, eſt סָבִיב, ſed mendosè, ut conſtat tum ex Maſoretis [b], tum ex Chald. & Hieron [c]. ¶ *Et abſorbebunt*] Vel, *deglutient*, Mer. totum calicem [d]; vel, ipſas fæces, Pſal. 75. 9 *. Vel, ſub. *te*, Mer. vel, *ſubſtantiam tuam*, V. i. e. Omnia tua exhaurient [f]. Creſcit oratio: nam plus eſt *abſorbere* (quod nihil reliquum facit) quàm *bibere* [g]. ¶ *Et erunt quaſi non ſint*] Vel, *fuiſſent*, Mer. Pi. &c. Quaſi nunquam fuiſſent [h]. q. d. Ità delebuntur [i], ut nè veſtigium quidem ſuperſit [k], nec ulla earum evadat [l], nec ulla ſit earum memoria. Confer Job.10.19. Ezec.26.21. Sirach.44.9 [m].

17. *Et*

[b] Ca. ſim. V. D. [c] Tar. [d] Q. in V. * D. [f] Liv. [g] Mer. [h] V. [i] G. [k] V. [l] Mer. ſim. V. [m] Liv. [n] Mer. [o] Liv. ſim. V. Mer. [p] Liv. [q] D. [r] D. † D. ex Mer. [t] D. ex Ch. [v] Mer. [x] G. [y] Mer. [z] Liv. [a] Idem. [b] Mer. D. [c] Mer. [d] Tar. * Jun. [f] Pi. [g] Mer. ſic Ca. D. [h] G. [i] Mer. [k] V. [l] Tar. [m] Mer. [n] Pi. [o] Mer. [p] Mer ſim. Liv. D. Pi. Tar. [q] G. [r] Mer. † Mer. ſim. Pi. [t] Tar. ſim. Calv. [v] Calv. [x] Mer. [y] Tar.

* Liv. [z] Mer. [a] V. [b] Pi. [c] Sic Rib. Calv. Oecol &c. [d] Q. in Mer. * Ca. [f] V. [g] Ca. ſim. [h] K. in Mer. [h] Calv. [i] K. in Mer. [k] Mer. * G. [l] Tar. ſim. Mer. ex AE. Liv. D. [m] D. [n] Liv. ex Jun. & Mer. [o] Liv. [p] Liv. ſim. Mer. [q] Liv. [r] Mer. † Liv. [t] Mer. [v] G. [x] Mer. [y] Ca. † Di. [z] Mer. [a] Liv. ſim. D. Mer. [b] Mer. Liv. [c] Liv. [d] Mer. Liv. G. * Tar. [f] Mer. [g] D. [h] G. [i] Mer. [k] Ca. ſic Mer. [l] Ca. [m] Liv.

17. *Et* (vel, *At.*) adversativè sumitur propter apertam antithesin [n].) *in monte Sion* (i. e. in Templo Jerosol [o]. in Judæa [p], in Ecclesia [q],) *erit salvatio*] Vel, *evasio*, Mer. Liv. Pi. &c. id est, erunt qui evadent [r]. *In monte*, &c. i. e. Ex iis qui ex eo [monte] fuerint, & eò respexerint, ad Dominum scilicet, qui ibi tantùm coli volebat, vel, ex Sioniis, h. e. Israelitis, quanquam variè divexandi sint, erunt tamen superstites†, improbis æternùm perditis [t]. Recensitâ Idumæorum eversione [v], sequitur consolatio populi Dei, & promissio [x]. [Impletum hoc est vel, 1. tempore Ezechiæ:] qu. d. Hierosolyma non capietur à Sennacheribo, ibique multi etiam è vicinis salutem reperient [y]. Vel, 2. in reditu è Babylone [z]. Vel, 3. per Christum [a], ejúsque adventum in urbem & Templum secundum, Mal. 3. 1 [b]. Est hæc promissio Evangelica [c]. *In Sion*, i. e. in Ecclesia Christi [d], extra quam nulla est salus: confer Esa. 2. 3. Mic. 4. 2*. & Psal. 2. 6. Heb. 12. 22 [f]. & Galat. 4. 26. Altius quiddam hoc loco Propheta prænunciat, ut solent omnes Prophetæ [g], in fine Prophetiarum, ut Esaias, Ezechiel, Joel, Amos, Zacharias. Nec mirere Prophetas, de nova Ecclesia loquentes, eíque magnifica promittentes, ea Sioni tribuere: quia tunc temporis ibi solùm vigebat vera Religio, atque indè tandem per Christum & Apostolos, &c. erat propaganda ad fines usque terræ, ut Prophetæ inquiunt [h]. ¶ *Et erit sanctus*] Ità Liv. D. vel, *sanctitas*, Mer. V. &c. Vel, 1. Christus, qui omnes sanctificat, & ibi apparebit [i]. Vel, 2. mons Sion [k] erit res sancta, quæ ab exteris aut profanis non violetur, aut polluatur. Prior sanctitatis ratio est Esa. 52. 1; posterior, Joel. 3. 17. Utroque autem modo Ecclesia per Christum sancta fit: nempe, & pura rugæque ac maculæ expers, Eph. 5. 27; & tuta adversùs omnes insultus hostium, vel portæ inferorum, Matt. 16. v. 18 [l]. Non ampliùs profanabitur ab extraneis [m]. Liberabitur à profanarum gentium ditione & possessione, quâ *profanari* dicitur, Esa. 47. v. 6 [n]. Manebit ibi Dei cultus [o]. *Erit mons sanctus:* nam fideles sancti & consecrati sunt Patri per Christum [p]. ¶ *Et possidebit domus Jacob* (i. e. posteri Jacobi [q]; vel duæ Tribus [r], vel omnes Tribus†, ut sequentia docent [t]: vel, pii & fideles omnes [v]; Ecclesia Christi [x], & filii Juda & Israel secundùm Spiritum & promissionem, de qua Luc. 1. 33 [y]. confer Rom. 9. 7, 8. & 11. 25, 26. Gal. 4. 26, 28, 31 [z].) *eos qui se possederant*] Ità ὁ. Sy. Ar. sim. Ti. Philistæos, Rege Ezechiâ, 2 Reg. 18. 8†. ¶ [מוֹרָשֵׁיהֶם] *Substantiam populorum qui eos possidebant*, Ch. Veteres ità exposuerunt, quasi scriberetur מוֹרִישֵׁיהֶם [a]. Sed hoc parùm solidum est: quum הוֹרִישׁ non sit, *possidere*, sed, *possidentem facere* [b]. [Alii igitur reddunt,] *possessiones suas*, Mo. P. M. Ca. Mer. D. sim. JT. Pi. bello Babylonico amissas. יוֹרֵשׁ est, *hæres*; & מוֹרָשׁ, *possessio*, sive *hæreditas* [c]. מוֹרָשׁ non est Tóar, sed substantivum, ut Job. 17. 11. Esa. 14. 23 [d]. *Hæreditates ejus.* Sic vocat illos quos Christus & Apostoli adduxerunt in familiam Jacob, etiam ex Idumæis. Tales vocat *hæreditatem Christi*, quos acquisivit suo sanguine. Vel, referendum est ad *domum Jacob*, ut intelligat futurum ut nationes quæ antea juxta carnem possederant Judæos, tandem, à Judæis, Apostolis, &c. [conversæ,] futuræ essent possessiones domûs Jacob, in Ecclesiam Christi congregatæ*. Vel, *possessiones earum*, nempe *gentium*, de quibus v. præced [f]. Ad literam hæc & sequentia non sunt impleta quoad decem Tribus, quæ ad suas possessiones nondum redierunt: spiritu ergò intelligenda sunt, & per Christum implentur, per quem omnes Israelitæ iterum in Terræ sanctæ possessionem intromittuntur, quum per eum ad Patrem accedunt, & veram Dei cognitionem (cujus typus quondam erat terræ Canaan possessio) assequuntur [g].

18. *Et erit domus Jacob* (i. e. duæ Tribus [h]; vel, 12 Tribus [i];) *ignis*, *& domus Joseph* (i. e. vel, decem Tribus [k]; vel, duæ, Manasse & Ephraim [l]; vel, omnes, ut idem repetat aliis verbis [m]. Post omnes Tribus specialiter & seorsim memorat *Joseph*, sive decem Tribus, nè illæ putarent se ob summam impietatem atque idololatriam abjiciendas; & ut omnes tum salutis fore participes, simúlque duo Regna unienda, doceret. Cæterùm per hæc Ecclesiam intellige ex utroque Judæorum & Gentium populo conflatam [n].) *flamma*, *& domus Esau* (quâ Antichristus significatur [o],) *stipula*, [לְקַשׁ] *In stipulam*, vel *quasi stipula*. Tale [לְאִשָּׁה], *in uxorem*, vel, *uxoris loco*, vel, revera *uxor*. Sic Act. 7. v. 21. εἰς υἱὸν, *pro filio* [p]. *Ut stipula*, quæ arida est & ad incendium aptissima [q], ignem facilè concipit, & ab eo citò absumitur [r]. Sic Antichristus potentiâ Verbi, tanquam igne, absumetur†. Idem bis dicit aliis verbis. Verba Christi & Apostolorum sunt verè ignis & flamma, impietates cordium consumentia [t], vide Jerem. c. 23. v. 29. & impios ac contumaces, vi Verbi Divini, damnationi adjudicantia. Vide 2 Cor. 2. 16. Ecclesiæ potentiam in hostibus vincendis & perdendis declarat. Vide Mic. 5. 8, 9 [v]. ¶ *Devorabunt eos*] Israelitæ Idumæos, h. e. multos ex eis. Respiciuntur quæ Maccabæi egêre contra Idumæos: Joseph. 12. 11 [x]. ¶ *Non erunt reliquiæ*, &c.] Sic M. vel, *superstes*, &c. Mo. P. Pro quo ὁ. habent πυροφόρος. Sed quid hoc? *frumentarius*, ait Hieron. h. e. Veredarius, qui scilicet nuncium ferat hujus cladis ad vicinas gentes, deerit. Quod non placet, & sine teste aut exemplo dicitur. In aliis autem libris est πυρφόρος, teste Hieron. Quid hoc? In Lexico Hesychii est, *flammiger*, *& solus superstes in bello*. Sensus idem qui in Hebræo: nam שָׂרִיד dicitur *residuus in bello*. Porrò, proverbium erat apud Græcos, teste Herodoto, quo utuntur de excidio Universi, Οὐδὲ πυρφόρος, *Nè flammiger quidem*, sub. *evasit*. Propriè πυρφόρος dicebatur *vates facem gerens ante prima signa quoties procinctæ acies congredi pararent*. Hunc, tanquam sacrum, quòd legati munus obiret, violare nefas erat. Idem accensam facem quam gestabat in hostium terram immittebat, bellúmque denunciabat†. Ad unum omnes consumentur: ídque vel, 1. gratiâ Dei, quâ, consumptâ impietate, persona convertatur, & ex Idumæo fiat Israelita per fidem; vel, 2. indignatione, quâ impietatem suam retinentes in æternum pereunt. Vide Mal. 4. 1 [y]. Nullus erit Antichristi assecla qui non aut convictus damnabitur, aut ad Christum convertetur [z]. *Reliquiæ*, nempe tales quæ nocere Judæis possunt [a].

19. *Et*, &c. [וְיָרְשׁוּ הַנֶּגֶב אֶת הַר עֵשָׂו] [Variant.] *Et* (vel, *Ità*, JT.) *hæreditabunt*, vel *possidebunt*, (Judæi [b],) *meridiem* (vel, *australem regionem*, JT. Pi. i. e. Themanem [c],) *montis* (vel, *montem*, Pi. nempe *montem*, Ti. *cum monte*, Mo. sic M.) *Esau*, P. Calv. vel, *ex monte Esau*, q. d. australem partem Idumææ, quæ plana est & ad ferendum apta [d]. Ego *montem Esau* de tota Idumæa intellexerim, ex parte totum, non quidem ad literam, sed juxta spiritum*. *Possidebunt autem australem Esaïnorum montem*, Ca. Al. Malo הַנֶּגֶב & sequens הַשְּׁפֵלָה accipere in nominativo casu, ut eadem sit constructio cum, *Et Benjamin possidebit Gilead* [f], & cum eo, *Et exsules Jerosolymitani qui in Sepharad inhabitabunt urbes Austri* [g]. [Alii ergò sic vertunt;] *Et possidebunt Auster* (i. e. habitatores Austri [h]; sic, *terra* & *cælum*, pro habitatoribus, &c. per metonymiam [i]: *Austrum incolentes*, Ch. *pars australis*, Liv. D. vel, *qui ad Austrum sunt*, Di. sim. Mer. vel, 1. Israelis [k]; h. e. Tribus Judæ, cui cessit regio Canaan australis, & montibus Esau ad meridiem contermina [l]: vel, 2. Judææ [m], quæ Jos. 15. in quinque partes dividitur, ex quibus una ibi est, v. 21. *australis*, prope Idumæam; altera *humilis*, vicina Philistæis, v. 33 [n]. Al. *Nageb*, ὁ. [Quæ vox ipsa Hebraica est.] Vel, *qui sunt in Geth*, Ar. vel, *aquilonares*, Sy. [Quæ versiones, licèt alienæ sint, ostendunt tamen eos τὸ הַנֶּגֶב in nominativo accepisse.]) *montem Esau*, Mer. Liv. D. &c. i. e. Idumæam sibi vicinam. Docet eos non tantùm redituros ad possessiones suas [p], ídque in justa magnitudine, sed etiam easdem amplificaturos [q], & ad vicinas usque vel Tribus vel gentes dilataturos fines suos. Quod etsi ad literam vel sub Josaphat, 2 Par. 17. & 20. vel sub Maccabæis, impletum esse potuit: quia tamen ea perquam tenuis fuit umbra, & brevissimum illud imperium, præstat, imò planè est necesse, hæc ad Christi tempora referre, quum Evangelium ubique propagatum est, &c [r]. Significat ergò h. l. dilatationem Ecclesiæ Christianæ. Confer Zach. 10. 10†. Al. Impleta hæc plenissimè per Hircanum, ut & sequentia. Josephus 13. 17 [t]. ¶ *Et qui*, &c. [וְהַשְּׁפֵלָה אֶת וגו'] [Alii in accusativo vertunt:] *Et campestria* (vel, *planitiem*,

Mo.

[Margin, left column:] n Mer. o Idem. p D. q Mer. V. Liv. D. r Mer. sic Pi. Tar. † Mer. t Liv. v V. x V. sim. Liv. y G. z V. Mer. a V. M. &c. b V. c Liv. d Mer. sim. Tar. * Mer. f Tar. g V. h Mer. i V. k Mer. V. Liv. D. Pi. l Mer. m D. n Liv. o G. p V. q Pi. r Q. in D. † Al in D. Mer. t Mer. v Tar. x V. sic Mer. y V. z Tar. † G. a Mer. b D. c Idem. d Mer. * V. f D. g Mer. h Mer. ex Hi. i Q. in D. Mer. k Mer. ex Hi. l Q. in D. m Al in D.

[Margin, right column:] n Mer. o Idem. p D. q Mer. r D. † Mer. t V. v Liv. x G. † D. y V. z Mer. a G. b G. c Idem. d K. in Mer. * Mer. f Di. g D. h Mer. D. i D. k Mer. l Di. sim. Mer. m Liv. D. n Liv. p Mer. q Liv. r Mer. † Liv. sim. Pi. t G.

Mo. M. Calv. G. vel, *locum humilem*, JT. Pi. Tar.) *Pelishthim*, P. Calv. vel, *Philisthæorum*, M. *ex Palæstinis*, i. e. ex regione Palæstinorum[y]: vel, *cum Pelistim*, Mo. vel, *cum terra Philisthinorum*, G. [Alii in nominativo:] *Et planities* (vel, *humilis regio*, Liv. vel, *qui in campestribus*, Di. qui planitiem, i. e. campestria, incolunt; qui erant ad occasum terræ Israel[x]. *Planities*, i. e. ea terræ Canaan pars quæ respectu Judææ plana erat & campestris: erat enim Judæa maximam partem montosa, adeóque siccior & aridior, & verè נֶגֶב: ea etenim vox propriè siccam terram denotat [y]. שְׁפֵלָה interdum strictiùs sumitur, pro declivi tantùm & in vallem propendente regione, ut Deut. 1. 7; interdum latiùs, pro regione plana & campestri, ut hîc, & Jos. 15. 33[z]. *Et declives campi*, Ti. [Quod mirum: nam præcedens נֶגֶב in accusativo accipit, שְׁפֵלָה autem in nominat. id quod ipsi peculiare est.]) *Palæstinos*, Mer. sibi scil. vicinos, nim. quinque satrapias illorum, Gath, Gazam, &c[a]. *Et qui sunt in planitie* (vel, *in Sephela*, ό. vel, *in deserto*, Ar. vel, *Et campestria habitantes*, Ch.) *Palæstinos*, Sy. vel, *alienigenas*, ό. [quomodo *Palæstinos* reddere solent:] *nationes exteras*, Ar. *terram Philisthinorum*, Ch. ¶ *Et possidebunt regionem Ephraim & regionem Samariæ*] Hanc historiam habes in Joseph. 13. 17[b]. *Et possidebunt*, Judæi scilicet,—*Ephraim*, &c. q.d. Ità protendet suos fines Juda, ut, transgrediens sortem Benjamin vicini sui, perveniat ad Ephraimitas & Samaritas: quos non fine causa à Juda obtinendos ait, ut, qui quondam idololatriâ infames erant, jam in possessione Judæ sint, & eundem cum illis Deum colant: sicut & paulò antè domum Joseph æquè consumpturam Idumæos dicebat ac reliquum Israelem[c]. ¶ *Et Benjamin* (conjunctus cum Juda[d]) *possidebit Galaad*] i. e. Regionem Galaaditicam; totam eam regionem ultra Jordanem quæ 2 tribubus & dimidiæ cesserat*. Vide Joseph. 12. 12. 1 Mac. 5. 17, &c[f]. Quid ergò, dices, fiet tribubus istis? Conjiciendum eas fines suos dilataturas ad Ammonitas & Moabitas conterminos; sicut & Ephraim, qui Judæ cessurus, dilatandum Septentrionem versùs ad alias Tribus, & illas ad alias, donec ultimæ versùs Septentrionem ad Gentes dilatentur. Quod sanè summum est mysterium propagationis Regni Christi[g]. [Alii hæc verba cum præcedentibus sic reddunt,] *Hæreditario, inquam, jure possidebunt* (omnes Terræ sanctæ angulos[h],) *cum agro Ephraimi, & cum agro Schomronis, sive Samariæ, Benjaminisque cum Gilhade*, JT. Tar. i.e. Nec Judæi tantùm, sed etiam Israelitæ omnes, cis & trans Jardenem, societatem inibunt hæreditatis sanctæ. Vide Ezec. 37. 16, &c[i]. & Zach. 12. 6, 7[k].

20. *Et*, &c. וְגָלֻת הַחֵל הַזֶּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר כְּנַעֲנִים עַד צָרְפַת] Præced. versu de Juda tantùm & Benjamin dixit. Neque enim illud וְיָרְשׁוּ utrobique de omnibus tribubus generaliter intelligo, sed de Juda speciatim: ut satis indicat, quòd dicat הַנֶּגֶב; item quòd subjungat mox mentionem Benjamin, quæ in eodem confinio & penè consors erat Judæ. Itaque הַנֶּגֶב & וְהַשְּׁפֵלָה peculiariter de Juda intelligo, ut regiones adjectæ satis declarant, Idumæa & Palæstina, quæ Judæ vicinæ erant & conterminæ. Hoc versiculo jam de 10 tribubus agit, quemadmodum sint possessiones suas recuperaturæ, & nonnihil etiam de Jerosolymitanis[l]. [Verba sic reddunt:] *Et transmigratio*, sive *deportatio*, (i. e. deportati; ut, *captivitas*, pro captivis[m]; cœtus transmigrantium[n]: vel, *exsules*, Ca. sic Mer.) *exercitûs* (vel, *populi*, D. quem ob maximum numerum exercitum appellat[o];) *hujus*, sive *istius*, (Hoc non de nihilo addit[p], sed demonstrandi causâ, quasi populares suos indicans, & quòd hic Propheta inter decem Tribus sit vaticinatus[q]. Al. *Et deportatæ copiæ istæ*, JT. Pi. G. Al. *Et transmigrationis principium istud*, ό. *Et captivitas prior ista*, Sy. *Et principium prædæ erit*, Ar. *Et exsules qui primi migrârunt*: hi sunt decem Tribus[r]. הַחֵל verterunt, *initium*, ab [הָחֵל] *incipiendo*. Verùm tunc scriberetur הָחֵל †. τὸ הַחֵל dicitur pro הַחַיִל[t], formâ regiminis pro absoluta[v]. Sic יֵין *vinum*, pro יַיִן, Cant. 7. 9. לֵיל *nox*, pro לַיִל, Jes. 21. 11[x]. Sic reperitur חֵיל[y], cum ' protractionis, ut in חֵיק *sinus*[z]. Vel, חֵל est formæ גֵּר *peregrinus*. Quò refero τὸ חֵלְכָּאִים [Psal. 10. 10.] *turba*, sive *exercitus*, *attritorum*: ut sit nomen compositum ex חֵל, & כָּאִים, voce *attritos* significante[a]. τὸ חֵל pro *antemurali*, vel *valle*, cum aliis exponere, etsi Samaria in valle fuerit, & Jerusalem *vallis visionis* dicatur, alienius est[b].) *filiorum* (vel, *de filiis*, M. *filiorum scilicet*, Ch. vel, *filiis*, ό. Ar.) *Israel* (i.e. decem Tribuum[c]. Al. nempe ii qui pauci ex Asere, Nephthalimo & Zabulone cum Judæis redibunt à deportatione[d]. Subaudi *, & repete ex præced. *possidebunt*[f]; quod & infrà repetitur[g].) *qui Chenaanim* (vel, *qui sunt Chananæi*, Ca. Forsan locum sic vertas, *qui negotiatores sunt* possidebunt loca maritima & Tyro vicina: nam כְּנַעַן interdum sumitur pro *mercatore*, ut Prov. 31. 24[h]. Vel, *qui* sunt in, vel cum, *Cananæis*, sive, inter *Cananæos*, M. P. Ti. K. *qui sunt in terra Cananæorum*, Ch. i.e. qui deportati fuerunt in terram Cananæorum[i]. Ità deest ב, ut sit בִּכְנַעֲנִים, *inter Cananæos*, ut v. 1. בַּגּוֹיִם, *inter gentes*[k]. Vel, *quod*, sive *quicquid*, fuit, vel, *ea quæ* sunt, sive fuerant, *Cananæorum*, JT. Pi. G. Mer. D. Liv. לִכְנַעֲנִים, pro כְּנַעֲנִים, & אֲשֶׁר, pro אֶת אֲשֶׁר[m]. ό. habent, γῆ τῶν Charanaion, (*terra*, &c.) sed legendum, γῆν, accusandi casu[n]; vel potiùs, τὴν τῶν, &c. *quæ est Cananæorum*, ut de terra intelligatur. *Cananæorum* accipio strictè, ut Jud. 3. 3. Alioqui *Cananæi* dicebantur qui terram Canaan incolebant, in queis & Philistæi & Samaritæ[o].) *usque ad Sarphath*, vel *Sarephath*, Mo. Ca. P. JT. &c. vel, *Sareptam*, Mer. D. Pi. Liv. &c. urbem Sidoniorum[p], 1 Reg. 17. 9[q]; vel, prope Sidonem[r], inter Tyrum & Sidonem†; in qua etiam Judæi tenebantur captivi *. In illis locis habitârunt Cananæi, Jud. 1. 32, 33. Matt. 15. 21, 22[t]. Sensus est, Exsules Decem tribuum restitutæ possidebunt, sicut quondam, (sed jam pacatè & in totum, prout antea non tenuerant,) omnia quæ fuerant Cananæorum usque ad Sareptam; à qua incipiebant Septentrionem versùs fines Cananææ; unde pertingebant ad Gerar & Gazam, &c[v]. Stulti Rabbini hinc *Franciam*, ex eo quod sequitur, סְפָרַד, *Hispaniam*, faciunt, audéntque tam fanaticâ expositione eorum Regnorum possessionem sibi spondere[x]. ¶ *Et*, &c. וְגָלֻת יְרוּשָׁלַםִ אֲשֶׁר בִּסְפָרַד וגו׳] *Et transmigratio*, vel *deportatio*, (vel, *exsules*, Ca. Mer. *deportati*, JT. Pi. &c.) *Jerusalaim* (i. e. deportati ex Judæa, ubi redierint †. *Jerosolymam* nominat, quia indè erat ad extrema terræ Evangelium propagandum[y].) *quæ* (sub. *est*, M. Ti. vel, *erit*, P.) *in Sepharad* (vel, *qui in Sapharad*, D. Ca. erunt, Ca. *qui sunt*, i.e. qui erunt, propheticè enim hoc dicitur, *in Sepharad*. Jerosolymitani abducti in Sepharad specialiter[z]. Vel, *quæ est*, sive *erit*, *in Hispania*, Sy. Ch. LXX habent, ἕως Ἐφραθᾶ· sed scripsisse eos puto Σεφραθᾶ. Error librariorum, quibus consuetum, cùm duæ literæ similes ità concurrunt, alteram omittere. Ex hoc fonte manavit, ἕως Ἀρέφθων, quod in uno codice τῶν ό. reperi, pro, ἕως Σαρέπτων, vel, quod rectius puto, ἕως Σαρέφθων. Sic alibi ἐν Ὠλιῶ legitur, pro, ἐν Νωλιῶ[b]. Vel, *quod in Sepharad*, Calv. *quod est Sepharadi*, Pi. *ea quæ sunt Sepharadis*, G. ex He. & Sym. Aq. Th. Hæc vox [סְפָרַד] Assyriorum linguâ est, *terminus*[c]. Propterea hîc per *Sepharad* possunt intelligi fines cujuscunque regionis: ut dicat Abdias, exsules quorumcunque tractuum, & Judæos ubicunque dispersos, ad sua redituros, & urbes australes possessuros*. Malim esse nomen loci †. Vel, *quæ in Bosphoro est*, Vulg. vel, *quæ sunt in Bisphärad*, (ut ב sit litera radicalis, non servilis,) id est, Bosphoro, id est, Bosphorina regione, septentrionali & occidua terræ Israel[d]. Nempe Adrianus Judæos captivos in Bosphorum adduxerat: hæc origo fabulæ*. Vel, *quod est*, sive erat, *in fine dominatûs*, JT. Tar. sub. *eorum*, Tar. id est, justos limites suos obtinebant. Appellativè accipimus vocem Hebræam, tanquam à duabus compositam[f], ex סוֹף *finis*, & רָדָה *dominatus est*[g]. Sed insolens est talia composita pro simplicibus usurpari. Et forma vocis præ se fert nomen proprium loci[h]. Vox סְפָרַד alibi [in S.S.] non legitur[i]. Intelligunt vel, 1. Hispaniam[k]; quam hodie *Sepharad* vocant Hebræi: sed non sequitur eam olim, & à Propheta, ità vocatam[l]. Nec in Chaldæo est ספניא, sed ספמיא, [vel, אַסְפַּמְיָא.] Vel, 2. locum in Oriente[m]; aut in Assyria, aut Babylonia[n].) *possidebunt* (vel, id *hæreditario jure possidebunt*, JT. Pi.) *civitates* (vel, *civitatem*, G. vel, *cum urbibus*, Mer. sic JT. Pi.) *Austri*, Mo. P. M. Mer. &c. Quas scil. Judæi australes antea possederant[o]. Loco urbium australium jam Juda (ut dixit) habebit Idumæam[p]. Quia *terminum* dixerat,

rat, ostendit quem terminum intelligat, nempe Arabiæ eam partem quæ ad Austrum Judææ objacet, ubi Regnum fuit Saba, 1 Reg. 10. 1. collat. cum Matt. 12. 42. Vide de hac re 1 Maccab. cap. 5. & Joseph. 12. 12 [q]. Vides ubique dilatationem finium. Hæc ad literam non erant impleta sive in reditu ex Babylone, (quum ex Decem tribubus paucissimi redierunt,) sive sub Maccabæis; quibus quidem subdita erat hæc regio cum vicinis, non tamen legimus cessisse indè Samaritanos, ut Judæis cederent. Significat ergò Regni Christi propagationem †. Significat salutem Christi à terra Cananæorum per Sareptam, aut, si malis, per Franciam, usque ad Hispanos promulgatam per omnes gentes [t]. *Et transmigratio congregationis hujus*, &c. h. e. Apostoli eorúmque discipuli, qui, relictâ ob persecutiones Jerusalem, dispersi sunt in transmigratione per totum orbem, multos ad Christum convertent [v]. *Cananæos*, i. e. Alemannos & Ascalonitas, qui ex terra sua metu Israelitarum redeuntium in Terram sanctam fugerunt illuc; & *Sarephath*, i.e. Galliam, *&* *Sepharad*, i. e. Hispaniam [x].

21. *Et ascendent* (scilicet, unà cum his exsulibus, quos reduces fore dicebat, eorum duces †. Al. *Quúmque ascenderint*, JT. Tar. Tunc, inquit, hæc omnia futura sunt *quum*, &c [y].) *salvatores* (i.e. Vel, 1. qui semet servaverint ex captivitate. Unde pari sensu ό. Aq. & Th. *qui servati fuerint*. Intellige eorum posteros, qui Hierosolymis agentes jus Idumæis dixêre; Hircanum scilicet & successores ejus [z]. Vel, 2. liberatores Israelis [a], qui duces præibunt Israeli & Judæ [b]. Christus [c]; Apostoli aliique Evangelii præcones [d]: quos *servatores* vocat, quia eorum operâ fideles servantur; vide 1 Tim. 4. 16. Jac. 5. 20. & Christus per eos *eripere* dicitur, Mic. 5. 6 *.) *in montem Sion*] Ità Ti. Mer. &c. i. e. Jerosolymam, & ad Templum, ubi Dominus coli debebat [f]: vel, in Ecclesiam [g]. Vel, *ex monte*, &c. Q. in D. ό. & Ch. in Mer. Malè; nam ex monte non ascendendum [h]: nisi fortè locum sic intellexerint, quòd *ex monte Sion*, unde descenditur, profecturi ascendent *in montem Esau* †. Vel, *ascendent*, i.e. exsistent, orientur, emergent, *in monte Sion*, i. e. in Ecclesia [i]. ¶ *Judicare* (vel, *ad judicandum*, Mer. Pi. i. e. vel, 1. ut ulciscantur [k]: vel, 2. ut regant & gubernent [l], illi jus dicentes; quod imperii signum est [m].) *montem Esau*] i.e. Idumæam [n], habitatam nunc à Judæis australibus. Vel, *montem Esau* posuit pro Gentibus, partem pro toto [o]. Ut condemnent sive convincant virtute Verbi Dei incredulos & impios [p]. Vide Matth. 3. 7. Johan. cap. 16. vers. 8 [q]. Huc facit quòd Apostolis & Doctoribus sub Christo imperium & dominium tribuuntur. Vide Psal. 47. 4. Esa. 14. 2. & Mich. 5. 5. ubi *pastores* etiam *principes* appellantur [r]. ¶ *Et erit Domino regnum*] Non tunc ultrà Judæi externis Regibus, sed Deo, parebunt, & erit Θεοκρατία, (*regimen Divinum*,) ut olim †. Tum apertè regnabit Dominus [t]. Non loquitur hîc de Regno potentiæ, de quo 1 Par. 29. 11. nec de Regno gloriæ, de quo Gal. 5. 21. sed de Regno gratiæ, de quo Matt. 11. 12 [v]. Christum vocat *Jehovam* [x] hîc, ut in aliis locis, qui regnaturus est in Regno Davidis [y]. Obscurum hoc erat antequam fieret: sed factum quis non fidelis agnoscat [z]? Sensus, q. d. Christus per Evangelii prædicationem ubique regnabit [a], eritque perpetuus Ecclesiæ suæ Rex, Joel. 3. 17, 21. Zach. 14. 9. Luc. 1. 33. ad quem unum Apostoli &c. omnia sua referent, sibi nihil arrogantes, 1 Cor. 3. 7. & 15. 10. 2 Cor. 3. 4, 5 [b]. Quod pluribus antè, ratione ipsorum ministerii, tributum est, *servare & judicare*, hîc uni Christo, ut summo Principi, propriè veréque tribuitur. Ille enim solus Ecclesiæ suæ Caput & Pastor est, Ezec. 37. 24. Ose. 1. 11. Hinc Esaias, c. 19. v. 20. de Christo sing. numero loquens, *mittet*, inquit, *eis servatorem*, &c [c]. Hinc intelligitur Christum ab aliis omnibus [servatoribus] distingui, & fuisse speciali ratione Servatorem nostrum, ità ut unicus sit in illo gradu; aliósque sub manu ejus esse servatores, eíque subordinari tanquam ministros [d]. Magnificentior est hæc promissio quàm ut ad literam sub Zorobabele, &c. aut sub Maccabæis impleta fuerit: quin ergò ad propagationem Regni Christi respiciat Propheta, dubium non est. Tum, inquit, Apostoli aliique præcones *ascendent in montem Sion*, i. e. in Ecclesiam, ut *gubernent Idumæos*, reliquos scilicet qui Christum receperint; qui jam Idumæi non sunt: nam Idumæorum nullas fore reliquias antè dixit; qui scilicet Idumæi, & Christo adversarii, sint. Alludit ad servatores & judices quondam Israelitici populi, qui triumphantes in Sion redibant, i. e. in urbes Israeliticas, fusis hostibus *.

[q] G. † Mer. [t] M. [v] V. [x] He. in V. † Mer. [y] Tar. [z] G. [a] D. [b] Mer. [c] V. [d] Liv. sim. V. Mer. * Liv. [f] Mer. [g] Pi. [h] D. † Mer. [i] Q. in Mer. [k] Idem. [l] Mer. sic D. Liv. [m] Mer. Liv. [n] Mer. D. ex Hi. D. [p] V. simi. Tar. [q] Jar. [r] Liv. † G. [t] Mer. [v] Liv. [x] V. sim. Pi. [y] V. [z] D. ex Aug. [a] Liv. [b] Tar. [c] Liv. [d] Calv. * Mer.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

JONAM.

CAP. I.

1. ET, &c. [Hebrew] *Et fuit*, vel *factum est*, *verbum Jehovæ*, i. e. mandatum [a]: *verbum prophetiæ*, V. ex Ch. [Hebrew] hîc non copulat, sed tantùm convertit [b], fut. in præt. &, ex idiotismo linguæ, elegantiæ causâ adhibetur [c]; ut in initiis librorum Jos. Jud. Ruth, Sam. Esth. &c [d]. Al. [Hebrew] *&* refertur ad ea quæ Propheta in mente habuit *. Hac copulâ innuit Jonas se ordinarium fuisse Prophetam in Israele, sed jam illi novam prophetiam injunctam fuisse de Ninevitis, &c [f]. ¶ *Ad Jonam*] Fuit Jonas coævus Hoseæ & Amoso [g], Esaiæ, Abdiæ, &c [h]. Imò antiquior erat omnibus Prophetis quos minores vocant. Id 2 Reg. 14. 25. liquet ex eo, quòd de pace & salute Israelitarum sub Jeroboamo futura vaticinatus est antequam denunciâsset Deus eorum captivitatem; cujus primi prænuncii fuerunt Oseas & Amos cum Esaia [i]. Prophetiam habuit ad Israelitas, ut patet ex 2 Reg. 14 [k]; sed ea vel literis non est mandata, vel certè ad nos non pervenit: posteà verò (ut videtur) ad Ninevitas. Quum apud Israelitas tot beneficiis ornatos nihil erat profectum, ad Gentiles missus est [l]. Rex Ninives de quo agit hic Liber potuit esse Phul, qui posteà cum exercitu venit in terram Israelis; homo nec optimus, nec pessimus [m]. Floruit Jonas sub Rege Jeroboam 2 [n]. Hic versiculus est vice procemii & tituli, in quo Propheta loquitur de se in 3. persona, ostendítque se esse verum Prophetam & missum à Domino.

[a] Pi. Oecol. [b] Mer. sim. Tar. [c] Tar. sim. D. [d] Tar. sim. Mer. * Q. in Tar. [f] Calv. [g] G. ex Hi. sic M. D. [h] D. ex Hi. [i] Liv. [k] Mer. sim. Calv. Tar. [l] Mer. [m] G. [n] V. sim. M.

Domino[o]. ¶ *Filium Amathi*] Etiam apud Græcos fuêre vates *Amythaonidæ*. Potéstque *Jonas* nomen significationem habere *hominis è Græcia orti*[p]. Verùm in nomine אמתי significatio est *veritatis*, quasi *Veracem*, aut *Veridicum*, dicas: quod Prophetæ non malè convenit[q].

2. *In Niniven*] Quæ *Ninos* Herodoto, Phocylidi, Straboni, &c[r]. à Nino condita †, & denominata. Erat metropolis Regni Assyriorum[t], ad Hiddekel sive Tigridis ripam ædificata, nunc penitùs excisa, inquit Benjamin in Itinerario: adhuc tamen integra stabat ævo Ammiani Marcellini, teste Scal. Animadv. Euseb. 79. 1[v]. ¶ *Civitatem grandem*] Vel, *maximam*, JT. Mer. Veré: nam continebat in ambitu suo 480 stadia, inquit Diodor. l. 2[x]. Complexa est in orbem 1500 turres, mœnia centum pedes alta, tantæ autem latitudinis ut ternis plaustris essent pervia[y]. Ità tentat Jonæ animum, armátque ad constantiam: q. d. Nè te impediat urbis magnitudo, aut robur istius Monarchiæ*. ¶ *Prædica* (vel, *Clama*, JT. Pi. Mer. &c.) *in ea*, [עליה] *Contra eam*, JT. Pi. D. Mer. propriè, *super eam*, Mer. *ei*, Mer. D. i. e. אליה, ut Jon. 3. 2[z]. על & אל sæpe permutantur[a]. *Ei*, i. e. habitatoribus ejus[b]. Quid clamet hîc non exprimitur, sed compendii causâ omittitur, quia infrà erat dicendum: q. d. Clama quod ab initio te clamare jussi: quod ad extremum proclamâsse dicitur[c], Jon. 3. 4. *Adhuc 40 dies*, &c[d]. Al. *Clama*, nempe *quòd ascenderit*, &c. ut sequitur*. Sed כי rationem hîc significat[f]. ¶ *Quia ascendit malitia ejus* (vel, *eorum*, Mer. Pi. &c. i. e. Ninevitarum[g],) *coram me*] Vel, *in conspectum meum*, Mer. JT. Pi. &c. q. d. Ad me pervenit murmur scelerum, &c. Ità excreverunt & aperta sunt facinora, ut ampliùs connivere non possim[h]: in cœlum usque excreverunt, atque eò ad meam notitiam quasi ascendendo pervenerunt. Metaphora, ut Ezræ 9. 6. Apoc. 18. 5[i]. Flagitia eorum manifesta sunt mihi & maxima[k]. Tolerari [hoc] ultrà non potest. Luxus & rapinæ solent in urbibus regnatricibus omnem modum excedere. Κρείσσων Νίνε εὐφραινούσης. (*Potior Nino exultante*,) ait Phocylides[l].

3. *Et surrexit*, &c.] i. e. Profectus est è loco ubi habitabat[m]. Ut jussus erat Jonas surgere ad exsequendum Dei mandatum, & gnaviter id agere: sic ille, contrà, se in contrariam partem diligenter & omni contentione parat[n]. ¶ *Ut fugeret in Tharsis*] i. e. Vel, 1. in mare: quasi non certum fugæ locum quæreret, sed quócunque ferret animus, dum nè in Judæa esset[o]. Non placet, 1. quia hîc est תרשישה, cum He locali[b]. 2. Nautas ad certum locum contendisse docent merces infrà ab eis ejectæ[c]. Vel, 2. in Tunetum, vel Carthaginem, urbes Africæ[d]: unde facilis erat navigatio in Joppen*. Vel, 3. in Tharsum Ciliciæ[f]; quam matrem urbium vocat Solinus; quæ à filio Javanis condita & denominata est, Gen. 10. 4. 1 Chron. 1. 7[g]. Hebræi alibi, & Hier. hoc loco, intelligunt *mare oceanum*; nempe quòd urbs vetus Phœnicum colonia, non longè ab oceano, quæ *Tartessus* Græcis, Phœnicibus ipsis תרשיש diceretur. Quousque navigando pervenerit Jonas incertum puto: neque tacebo tamen Afros ad Mossam eum ejectum credi velle, (testis Joannes Leo Afer,) Josephum in Ponto Euxino[h]. Sed cur fugit? Resp. 1. Quia novum erat & insolitum, Prophetas abstrahi à populo electo, & mitti ad Gentes. Confer Actor. 10. 14, &c. Putare poterat Jonas hoc pugnare cum fœdere Dei, &c. 2. Quia desperavit de fructu doctrinæ suæ: quum enim apud Judæos parùm profecerat, quid sperari poterat in Nineve, ubi erat & effrænis lascivia, & maxima cæcitas? 3. Quia obstiterunt diffidentia, carnis debilitas[i], & timor humanus[k]. Quid ergò? egóne homo obscurus & contemptus veniam in primariam tantæ Monarchiæ sedem cum legatione plena odii? egóne ipsis impietatem exprobrem, & ruinam nunciem? Ità accendam furorem, &c[l]. Vera causa ostenditur Jon. 4. 2. *Sciebam enim te Deum gratiosum*, &c[m]. Verebatur ergò nè Deus resipiscentibus Ninevitis ignosceret, idcóque tum Israelitis id esset condemnationi[n]; tum ipse falsus Propheta haberetur[o]; tum Ninevitæ id impotentiæ Dei tribuerent †. ¶ *A facie Domini*] A præsentia Dei, non naturali, quâ ubique est potentiâ & providentiâ suâ, ut probè novit Jonas; sed speciali & spirituali, ab eo loco ubi aderat Deus Verbo & Spiritu suo, ubi agnoscebatur & colebatur, ubi gratiam suam effundebat, &c. hinc, inquam, fugere cogitabat, nè, si ibi diutiùs hæreret, Spiritu Domini (cui resisti non potest) perfusus, cogeretur duram hanc & arduam legationem obire[p]. Putabat autem extra Terram sanctam non esse Divinis revelationibus locum, adeóque Deum illic non fore ipsi molestum[q]. *A facie*, &c. i. e. longè à terra Israelis[r]; ídque versùs Occidentem, stultè putans se ex tam longè dissita regione ad Ninevitas orientales missum non iri †. Non dicit, *fugit* מפני *à facie*, sed, מלפני[t], *de ad facies Jehovæ*, Tar. vel, *à coram Domino*, D. coram quo stabat, & hactenus ei ministrabat[v]. *Stare coram Domino* significat ministerium Dominicum[x], ut Deut. 10. 8. 1 Reg. 17. 1. Luc. 1. 19[y]; quod qui obire detrectat, is *fugere* seu *egredi* dicitur *è conspectu Domini*[z], ut Gen. 4. 16[a]. Fugit igitur Jonas nè obiret munus prophetandi sibi à Deo impositum; sive, ut Jonathan retulit, *nè prophetaret in nomine Domini* †. ¶ *Et descendit*] Sic loquitur respectu ad situm vel, 1. Jerosolymæ[b]: vel, 2. maris[c], quod vulgus putat esse terrâ declivius[d]: vel, 3. litoris, quod cæterâ terrâ depressius est: vel, 4. ob figuram navis depressæ & concavæ. Latini autem & Græci dicerent, *conscendit*, quòd mare terrâ altius sit*. ¶ *In Joppen*] De qua Plin. 5. 13. Solin. cap. 37. Mela[f], & Strabo l. 16. [de ea sic loquens,] ἐπίνειῳ τέτῳ κέχρηνται, &c[g]. [*Hoc navali utuntur qui ad mare descendunt*. Ubi nota eandem *descendendi* phrasin quæ ab Ebræis usurpatur.] Hebraicè *Japho* nominatur; à barbaris autem nunc *Jafa*, vel *Jaffa*, dicitur[h]. Fuit oppidum in tribu Danis maritimum, Jos. 19. 46*. ¶ *Navem euntem*] Ad verb. *venientem*. באה, propriè *venire*, ponitur pro *ire*, bis hoc v. & Ruth 3. 7. & in illo Terentii, *Nisi ad mercatum veniam*, &c. i. e. eam. Sic contrà, *ire*, pro, *venire*, Num. 22. 37. *Quare non ivisti ad me?* i. e. venisti. *Venire* nempe & *ire* idem sunt reipsa, solâ ratione differunt[i]. Porrò, *euntem*, i. e. mox ituram, sive parantem abitum. Sic Joh. 17. 11. *Ad te venio*; & in Homer. Il. α'. Νῦν δ' εἶμι Φθίηνδε, *Nunc abeo Phthiam*; & in Cicer. 8. ad Atticum, *Qui Italiam relinquit*, i. e. relinquere cogitat[k]. ¶ *Et dedit naulum ejus*, [שכרה] *Mercedem* (vel, *pretium*, Mer.) *ejus*, P. &c. nempe navis[l]; i. e. pro illius usu dandam[m], sive pro portione sua[n]. Genitivus objecti[o]. *Solent nautæ ab ignotis vecturam accipere promutuam*, L. Ex conducto. §. *Item*. D. *Locati*[p]. ¶ *Ut iret cum eis*] Nautis scilicet[q]. ¶ *A facie Domini*] i. e. Ab eo loco in quo Jonas coram Deo se peculiari quadam ratione præsentem exhibente erat. Sic 2 Reg. 6. 32. *Rex misit nuncium à coram se*, i. e. ab eo loco in quo præsens erat[r].

4. *Dominus autem misit*, &c.] הטיל וגו' *Excitavit* (ad verb. *proficisci fecit*, V. Mer. vel, *elevavit*, vel *movere fecit*, V. *surgere fecit*, G. *projecit*, Mer. D. *cadere fecit* †; tanquam ex alto præcipitavit[t];) *ventum*, &c. P. &c. Tales venti sunt sævissimi, &c[v]. Hoc verbo ostenditur non naturalem fuisse tempestatem: id quod & nautæ agnoverunt*. ¶ *In mare*] Illud scil. in quo erat Jonas, ut docet He hajedia[x]. ¶ *Et navis periclitabatur conteri*] Sim. ο'. Ar. Liv. Metaphora esse videtur ab hominibus qui periclitantur, &c †. [חשבה להשבר] *Putabat*, vel *cogitavit*, *conteri*, vel *frangi*, Mo. P. V. Mer. Continens pro contento[y]. Est metonymia[z]. q. d. Adeò ut qui eâ nave vehebantur putarent se mox facturos naufragium[a]. Potiùs est κατάχρησις, quâ quod hominum proprium est tribuitur navi: ut [contrà] Luc. 8. 23. *Et complebantur*, &c. non enim discipuli, sed navis complebatur[b]. *Ut putaretur frangenda*, &c. M. *Ità ut cogitare* quispiam posset *confringendam esse*, &c. Ti. *Adeò ut navem illam cogitarent fractum iri*, JT. Pi. Heb. *Et navis illa cogitabat* se fore *ad frangendum*, i. e. ut frangeretur: nam verbum Heb. est passivum[c]. *Ut propemodum rumperetur*, Ca. *Ut quæreret conteri*, Ch. *Volutabatur ad fracturam patiendam*, Sy.

5. *Et timuerunt nautæ*] Homines aliàs audacissimi, securi, impii[d], qui assueti procellis occalluerant, &c. Non ergò mediocris hæc erat tempestas*. ¶ *Clamaverunt viri* (Heb. *vir*, i. e. quisque[f],) *ad Deum suum*] Quem quisque colebat[g]. Belum putà, Astarten, Meleartum, Ilum[h]. Plures enim in illis locis unde orti sunt nautæ dii erant, &c[i]. Gentiles hi erant, &c[k]. ¶ *Et miserunt* (vel, *projecerunt*, Mer. Pi. &c.) *vasa*, &c.] Id est, navis

[Margin, left column: o V. — p G. — q D. — r G. — † Mer. sic — M. — t M. — v D. — x D quæst. epist. 18. — y M. sim. D. — * Mer. — z D. sim. — Mer. — a Mer. — b D. — c Mer. — d Mer. Liv. — * AE. in Mer. — f Mer. — g D. — h Mer. — i Liv. sim. D. — k V. — l G. — m D. — n Mer. — o Chald. & Hi. &c. in Mer. — b D. sic — Tar. — c Tar. — d V. Mer. — * V. — f Mer. Tar. — D. ex Snd. & Sever. & Jo. Calv. &c. — g Tar. — h G. — i Calv. — k Mer. sim. Calv. — l Calv. — m Liv. sic Mer. — n Mer. — o Liv. — † Mer.]

[Margin, right column: p Mer. — q Glass. rhet. l. 7. 104. — r G. sim. Tar. ex Mar. & Pi. — † Tar. — t D. Tar. — v Tar. — x D. sim. — y Tar. — z D. Tar. — a Tar. — † D. — b D. — c D. Tar. — d Tar. — * Mer. — f D. — g G. — h Liv. D. — * Liv. — i Liv. — k D. — l V. Pi. — m Pi. — n V. Mer. — o Pi. — p G. — q Mer. Pi. &c. — r Liv. — † Mer. — t D. Mer. ex K. — v D. — * Mer. — x Mer. — † Liv. — y V. Q. in D. sim. Pi. — z Q. in D. Pi. — a V. — b D. — c Pi. — d Tar. — * Calv. — f G. — g Pi. — h G. — i Tar. — k Mer.]

Navis impedimenta[l]; merces & alia quæ in navi erant[n]. q. d. Jactum fecerunt[o], ut solent nautæ periclitantes, Act. 27. 18, 19[p]. Vide titulum Digestorum ad legem Rhodiam. *Vasa* Hebræis dicuntur res quævis mobiles[q]. ¶ *Ut*, &c. לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם] *Ad alleviandum desuper* (vel, *à super*, Pi.) *eis*, Mo. *Ut alleviaretur* (sub. *navis*, Ch. Ti. sim. Mer. vel, *Ut levarent*, sive *alleviarent*, sub. *eam*, P. M. Pi. [nempe *navem* ;] vel, sub. *se*, JT. Sy. Ar.) *illis*, Mer. JT. vel, *ab his*, sive *illis*, P. Pi. M. nempe rebus[r], vasis sive impedimentis †. Al. Non refero affixum ad vasa[t], sed ad nautas[v]. *Ut allevarent se levarent*, i. e. ut sibi navis allevaretur[x]. *Ut allevarent sibi*, ad verb. *à super se*: ut infrà vers. 11. *ut sileat mare* מֵעָלֵינוּ *à super nos* ; & v. 12. מֵעֲלֵיכֶם *à super vos* : i. e. à discrimine sibi, nobis, vobis, impendenti[y]. ¶ *Ad interiora* (vel, *latera*, Mo. V. Pi. D. vel, *femora*, i. e. imas partes[z]: ad laterum unum[a]:) *navis*] Carinam appellant[b]. Potest exponi, *intra navem*, *in alvo navis*: sicut Deut. cap. 5. v. 14. *qui in portis tuis*, i. e. intra portas tuas[c]. ¶ *Dormiebat sopore gravi*] i. e. Κάρῳ, ut loquuntur Græci[d]. Idque vel, 1. ex mœrore*, quem is torpor sæpe comitatur[f]: vel, 2. à securitate[g] & socordia, quæ in illo erat inexcusabilis: quum sciret se fugitivum esse, debebat ergò agitari continuis terroribus, & sibi ipse esse exactor solicitudinis[h].

6. *Gubernator*, רַב הַחֹבֵל] *Magnus gubernator*, Mo. P. *gubernator superior*, M. *magister nautæ*, Mer. *princeps nautarum*, Ch. Sy. sic Mer. Tar. G. V. qui חֹבְלִים dicuntur à funibus contrahendis vel laxandis[i]. *Magister* (vel, *gubernator*, Ti.) *navis*, G. Q. in Mer. sive, *funis*, Al. in Mer. Ità חוֹבֵל substantivum esset, quod malim Tóar esse[k]. *Magister funalis*, M. vel, funiculariorum[l]: *navicularius*, Ca. *nauclerus*, JT. Pi. Ad verb. *magister nautæ*, i. e. nautarum ; sing. pro plur. ut, *caput canis*, pro, *canum*. Sic, *miles*, pro militibus[m]. ¶ *Quid*, &c? מַה לְּךָ נִרְדָּם] *Quid tibi*, subaud. *est*, M. Mer. &c. vel, sub. *accidit*, V.) *soporato?* Mo. P. vel, *somnolente?* JT. Pi. ô *sopite?* D. vel, quòd *sopitus sis?* Mer. simil. V. *Quid tu biestertis?* Ti. in summo periculo securus[n]. ¶ *Invoca Deum tuum*] Tuæ gentis[o]: qui forsan nostris potentior est. Ità incerti deos suos orabant: ut mos idololatris[p]. Consentiunt omnes esse Deum, ejus providentiâ mundum regi, salutem ab ipso petendam esse: & hâc generali apprehensione contenti sunt. Sed ubi ventum est ad species ipsas, quisque evanescit, & quis Deus, aut quomodo, quærendus sit nesciunt[q]. ¶ *Si*, &c. אוּלַי יִתְעַשֵּׁת וגו׳] *Fortè* (vel, *Si fortè*, Mo. Mer. JT. &c. Perplexi & dubii fuerunt de auxilio Dei, ut prophani homines esse solent, &c[r].) *placabitur* (vel, *propitius fit*, Mer. *bene velit*, M. *servabit*, Sy. sim. ο'. Ar. vel, *misericordia concedatur*, Ch. vel, *rationem ducet*, Ca. vel, *cogitet*, Liv. sic V. *suscipiat*, sive *suscipiet*, *cogitationem*, JT. Pi. D. Tar. benevolam scilicet † ; vel, *sese* [legendum puto, *apud sese*] *deliberaturus sit*, Ti. à radice Chaldaica עֲשִׁית *cogitavit*, Dan. 6. 3[s]. Alioqui Heb. עשת sign. *nitidum esse*, seu *nitere*. Tunc autem vertendum, *nitidum se exhibebit*, i. e. benevolum ; ut sit metaphora. Et sic Latini vultum *serenum* nominant[v].) *Deus ipse* (vel, *ille*, tuus scilicet[x],) *nobis*, P. Mer. &c. vel, *nostri*, Ca. vel, *nos*, LXX, Sy. &c. vel, *de nobis*, JT. Pi. D. Liv. i. e. nobis prospiciat & consulat; ut Psalm. 40. 18. *Jehova de me cogitat.* Simili ratione Deus opem suis laturus dicitur *eos meminisse*, *respicere*, &c. Gen. 8. 1. Exod. 3. 7. 9[y].

7. *Mittamus sortes*] Quod fieri solet ubi spes non est omnes posse servari[z]. Sortibus superstitiosè utuntur, quippe Gentiles[a]; haud tamen citra necessitatem[b]. ¶ *Sciamus quare*, &c. בְּשֶׁלְּמִי וגו׳] *Propter quem* (vel, *propter quid*, Q. in D. *cujus gratiâ*, Ti. ο'. sic Sy. JT.) *malum istud* ; sub. *evenit*, sive *accidit*, P. Pi. M. Ar. &c. Tempestatem judicant non naturalem esse, sed ob scelus alicujus immissam[c]. Videbatur autem quisque sibi immunis esse, nempe à peccato quod tale mereretur supplicium, & delicta sua levia putabat, ut mos hominum est. Ità ergò inquirunt acsi ipsi essent innoxii[d]. Qui cum Diagora Melio navigabant, ingenti ortâ tempestate, cautam ad ipsum retulêre tanquam atheum*.

8. *Indica nobis*] q. d. Sorte quidem deprehensus es: volumus tamen ex ore tuo culpam discere. Peccati natura est, ut hominem obmutescere faciat[f]. ¶ *Cujus causa* ; ità JT. בַּאֲשֶׁר לְמִי] *Qua de causa*, Sy. Ar. vel, *cujus rei gratiâ*, M. sim. Ch. Ca. *propter quem*, Mo. P. Pi. ¶ *Quod est opus tuum?*] Vel, *ars tua?* V. Pi. Tar. &c. Numquid in ea scelus admisisti[g]? An ars est fraudis aut violentiæ[h]? In quo vitæ genere vixisti[i]? Al. *Quid est tibi negotii hîc?* Q. in V. ¶ *Quæ terra tua?*] q. d. Forsan gens tua sceleratissima est, &c †. Num aliquid commisisti quod coegit te solum tuum vertere*?

9. *Hebræus ego sum*] Natus in partibus Zabulonis ‡. Regnum Ebræorum tunc divisum est in duas partes, Judam & Israelem. Non dicit se *Judæum* esse ; quod falsum esset: nec *Israelitam* ; nè videretur Vitulos coluisse, &c †. *Hebræus*, gente & Religione[k]. q. d. A puero didici quisnam esset Deus verus, à quo defeci, &c. Ità culpam aggravat[l]. ¶ *Deum cœli ego timeo*] i. e. Colo[m]: non idola vestra[n]. ¶ *Qui fecit mare* (nunc, eo volente, concitatum, &c[o].) *& aridam*] Id est, terram[p], sive continentem[q]; à prædominante hujus elementi qualitate sic dictam. Vide Gen. 7. 22. Matth. 23. 15[r]. Heb. 11. 29 †. Similiter aqua absolutè *gelida* vocatur: Horat. 2. Serm. sat. 7.——*Foribusque repulsum Perfundit gelidâ*——Matt. 10. ult. *poculum* ψυχροῦ, *frigidæ*[t]. Hæc nota Deum verum à diis Gentium optimè discernit[v]. q. d. Vestri dii hactenus invocati nil sunt, nil possunt[x]. Jam seriò agnoscit suum peccatum. Pleniùs enim eum respondisse, & omnem suum casum exposuisse, sequentia testantur[y]. Nunc resipiscit, tam violento remedio excitatus è veterno suo[z].

10. *Et timuerunt*] Deum scilicet[a]: credentes Deum justum Judicem esse, &c[b]. & sibi, tanquam magnis peccatoribus, exitium imminere videntes[c]. ¶ *Quid* (vel, *Cur*, Pi. P. quasi מַה esset pro לָמָּה[d],) *hoc fecisti?*] Non est hoc simpliciter interrogantis, sed admirantis quòd fugeret, &c*. Si Propheta ejus es, cur ab eo fugisti[f]? Unde tanta tibi confidentia[g]? ¶ *Cognoverunt enim*, &c.] Est retrogressio[h].

11. *Quid faciemus tibi*] Quem Deus poscit ad pœnam[i]. Verentur & eum, utpote sanctum, Prophetam, &c. occidere, & Deum offendere. In magna ergò sunt angustia[k]. Tu nôsti quâ ratione Deus placari possit: es enim Propheta[l]. ¶ *Et*, &c? וְיִשְׁתֹּק הַיָּם מֵעָלֵינוּ] *Ut placetur* (vel, *sileat*, P. Mer. D. sim. JT. Pi. *resideat*, M. *quiescat*, Ch. sim. ο'. Sy. Ar. Ti. V. D. vel, *Et silebit*, Mo.) *mare nobis?* Ca. Ti. Sy. vel, *desuper nobis?* Mo. *à nobis?* ο'. Ar. vel, *ab infestandis nobis?* JT. Pi. Tar. Heb. *à contra nos?* Pi. &c. Mare tranquillum *silens* dicitur: nam mare iratum edit sonum vehementem[m]. ¶ *Quia*, &c. כִּי הַיָּם הוֹלֵךְ וְסֹעֵר] *Nam mare ibat & intumescebat*, P. sic G. ex Vulg. vel, *concitabatur*, seu *tempestate jactabatur*, Mer. vel, *procellosum erat*, Liv. *tempestuosius fiebat*, M. i. e. pergebat intumescere[n], sive procellosum esse. Hebræi enim actionis augmentum *eundi* verbo significant ; ut Gen. 8. 5. 1 Sam. 17. 41[o]. Al. *vadens & tumultuans*, Mo. vel, *magis magisque procellosum erat*, JT. Pi. sim. Ti. Ca. singulis momentis, ipso tumore testans se Creatoris iram ultrà differre non posse. q. d. Nulla spes erat salutis[p].

12. *Tollite me, & mittite in mare*] Tanquam piaculum tempestatis[q], atque περίψημα, 1 Cor. 4. 13[r]. *Si homo unus, ut multos servet, rectè morti se offert*, quod Demostheni dicebat Phocion ; multò id faciet justiùs qui se aliis periculi scit esse causam †. In se culpam omnium transfert, & mortem acerbissimam subire mavult quàm tot suâ culpâ animas perdere, & necis alienæ reus esse*. ¶ *Et cessabit*, &c.] Ità vaticinatur fore. Typus Christi, qui se ad mortem obtulit, & sine cujus morte mundi tempestas sedari non potuit[l]. ¶ *Propter me*, &c.] Deo non obmurmurat, sed in sese totam culpam recipit: quæ vera est pœnitentia & humilitas[v].

13. *Et* (vel, *Tunc*, Pi. Sy. Ar. *Interea*, Ch. *Autem*, M. JT.) *remigabant* ; ità Mer. &c. וַיַּחְתְּרוּ] *Et conabantur*, ο'. sic Sy. Ar. vel, *remis nitebantur*, P. sim. Ti. vel, *eremigare conati*, Ca. vel, *remigârant*, Mer. ex AE. scilicet ante sortem jactam & sententiam latam, non autem postea, ut verisimile est. Hæc ergò per hysteron proteron dicuntur[x]. Propriè, *Et fodiebant*, Mo. Tar. vel, *foderant*,

derant, sub. *in mari remis*, V. Metaphora [y]. Remigantes enim *fodere* videntur in aqua [z]. Eodem tropo [a] Latini dicunt, *mare arare* [b], *sulcare*, & *scindere* [c]. Ovid. lib. 1. de Ponto, *Nos fragili ligno vastum sulcavimus æquor*: Silius l. 7. —*sulcator navita Ponti*: & Virgil. —*longum maris æquor arandum* [d]. Verùm *fodere* non est simpliciter, *remigare*, sed, *remigare vehementiùs* & cum contentione *. ¶ *Ut reverterentur*] Vel, *reducerent*, Mer. Pi. &c. navem scilicet [f]: quò minùs eum ejicerent [g]. ¶ *Ad aridam*] Vel, *terram*, D. G. &c. Sic dicit, quia omnes naves à terra aliqua veniunt [h]. Clementissimum erga Jonam animum ostendunt nautæ [i].

14. *Clamaverunt ad Dominum*] Non deos suos, ut antea; sed *Jehovam*, verum Deum [k], quem jam cum sua potentia & providentia nôsse cœperant [l]. Ad illum Deum Opificem Universi cujus cultorem se Jonas dixerat. Facti erant in periculo suo religiosiores. Τὴν Μαλέαν πλεύσας εὐσεβὴς ἔσῃ, (*Propter*, vel *Juxta*, *Maleam navigans religiosus eris* [m].) Non sine precibus necem hominis aggrediuntur; multò majori cautione & religione quàm multi judices in fundendo sanguine [n]. ¶ *Quæsumus*, &c. אָנָּה יְהוָה אַל־נָא נֹאבְדָה] *Quæsumus*, (נָא & אנא & אָנָּה idem [o]; obsecrantis particula [p], ob affectum, ut fit, repetita [q].) *Domine*, *nè*, *quæsumus*, *pereamus*, Mer. Id est, Nè sinas nos perire [r]. ¶ *In*, &c. בְּנֶפֶשׁ ונו׳] *Pro* (vel, *in*, Mo.) *anima viri istius*, JT. Sy. sim. ό. Ar. P. M. Mer. Pi. i. e. ob cædem †, quam in eo commisimus [t], vel commissuri sumus: ob ademptam animam, i. e. vitam. Al. *ob debitum animæ*, Ch. in D. i. e. culpam. Nam peccata Syri *debita* vocant. Vel, *cum anima*, i.e. cum ipso [v]. ¶ *Nè des super nos sanguinem innocentem*] i. e. A quo nihil læsi sumus [x]. Nè nos tanquam insontis interfectores punias [y]. ¶ *Sicut voluisti*, (vel, *delectaris*, Pi. vel, *vis*, V. Tar. *ut libet*, V. sim. Mer.) *fecisti*] Vel, *facis*, Mer. Pi. Hæc omnia te dispensante facta sunt [z]; quòd in hanc se navem Jonas receperit, quòd concita tempestas, quòd sorte Jonas deprehensus, quòd in se sententiam tulerit [a]. Inviti hoc facinus aggredimur, sed hæc tua deprehenditur esse voluntas [b]. Tu vis ut in mare dejiciatur. Fiat igitur quod vis. Nam voluntati tuæ quis resistat [c]? Sumunt hoc principium, voluntatem Dei esse rectam & justam, & regulam benè agendi [d].

15. *Et tulerunt*, &c.] Vel, *ceperunt*, &c. Mer. ex ό. & Ch. i. e. Correptum, sive arreptum, non tamen repugnantem, sed spontè se offerentem, projecerunt in mare*. ¶ *Et stetit* (vel, *constitit*, P. Ti. *destitit*, Sy. Ar. JT. *desiit*, Ca. Mer. *quievit*, Ch. Mer.) *mare à fervore* (vel, *æstu*, Liv. D. *furore*, V. *agitatione*, V. sim. Pi. *tempestate*, D.) *suo*] Ità M. Mer. vel, *sua*, V. D. Metaphora, quâ fluctuanti mari ira tribuitur: ut Ovid. Metamorph. 1. *Nec maris ira manet*——— Horatius, lib. Epod. od. 2. *Nec horret iratum mare*. Hinc tranquillatæ aquæ *placari* & *sedari* dicuntur, Gen. 8. 1 [f]. Heb. מִזַּעְפּוֹ.

16. *Et timuerunt viri timore magno* (non vero & serio [g], sed servili [h]: nam idololatræ erant [i], nec se vero Deo addicebant. Extorsit tamen Deus illis hanc confessionem, &c [k].) *Dominum*] Quod aberat à v. 10 [l]. ubi timebant quidem, verùm non Dominum, sed sibi & capitibus suis †. ¶ *Et immolaverunt*, &c.] At quomodo victimas in navi immolarent, quas haud scio an præsentes habuerint [m]? Resp. 1. Victimas offerebant, sed spirituales, nempe sese totos [n]; vel, sacrificium laudis [o]. Sed malim victimas has externas fuisse, qualibus veteres gratitudinem suam testari solebant [p]. 2. *Sacrificaverunt*, nempe postquam egressi sunt è navi [q]. 3. Voces reales quæ *fieri*, *esse*, vel *agere quid*, significant sæpe pro verbalibus usurpantur, h.e. pro rei indicatione & prænunciatione. Sic Ezec. 13. v. 19. *ad occidendum animas*, &c. i. e. ad pronunciandum morituras esse: & 20. 26. *& impuravi ipsos*, h. e. impuros esse ostendi, & ut impuros tractavi [r]. Ità h. l. *immolârunt*, animo scilicet & deliberatione immolare statuerunt †, & promiserunt [t], ubi in terram rediissent [v]; vel, in Templo Hieros [x]. cùm primùm eò reverti possent [y]. ¶ *Et voverunt vota*] Alia præter sacrificia; ut, sese Jerosolymam profecturos [z], & dona oblaturos Deo Jonæ [a]: vel, vota de operibus misericordiæ [b]: vel, forsan, quòd se aggregarent ad populum Dei. Vel potiùs, hæc cohærent cum præcedentibus, & hoc dicit, *voverunt se hostias immolaturos Deo* [c].

[y] Liv. [z] V. Mer. sim Liv. [a] Liv. [b] G. sim. Liv. D. [c] Liv. [d] D. sim. Liv. † D. misc. 1. 17. [f] Mer. [g] D. [h] G. [i] Mer. [k] Mer. Tar. [l] Mer. [m] G. [n] Mer. [o] Idem. [p] Mer. sim. Tar. [q] Mer. [r] Pi. † Mer. D. sim V. G. [t] Ch. [v] G. ex Ch. [v] D. [x] Mer. sim. V. D. [y] Ca. [z] Mer. [a] Mer. sim. G. Tar. [b] Mer. [c] D. [d] Calv. * Mer. [f] Liv. [g] Calv. [h] Calv. Pi. [i] Pi. [k] Calv. [l] D. sim. Mer. † Mer. [m] Mer. [n] Q. in Mer. [o] D. [p] Mer. [q] D. [r] Glas. gram. 3. 3. 15. 266, &c. † Glas. ex V. [t] G. Mer. ex Ch. & K. [v] Mer. ex Ch. & K. [x] G. ex K. [y] V. [z] Mer. [a] V. sim. Mer. [b] G. ex K. [c] D.

CAP. II.

1. **E**T, &c. וַיְמַן ונו׳] *Et* (vel, *Porrò*, Ti.) *præparavit* (vel, *paraverat*, sive *præparaverat*, Ch. Sy. JT. Ca. Pi. P. Vel, 1. à mundo condito: vel, creando de novo; ut omnipotens est, & rerum omnium naturam potiùs immutabit quàm suos periculo non eximat [a]. Sed verbum מָנָה nunquam in S. S. de creatione usurpatur [b]. Vel potiùs, 2. eo temporis articulo quo Jonas est in mare projectus [c]. *Paravit*, i. e disposuit ad hunc usum [d]; vel, subitò adesse fecit *. Al. *præcepit*, ό. Ar. Nempe Hebræi omnem ordinationem, dispositionem, seu providentiam, vocant *præceptum* [f].) *Dominus piscem grandem*, Mo. דָּג hîc vocatur, & vers. 2. הַדָּגָה: unde finxerunt RR. Jonam fuisse primùm in ventre piscis masculi, qui deinde eum evomeret in os piscis fœminæ. Verùm nomina ferarum, piscium, vermium, &c. cujuscunque tandem generis sint, sub una terminatione utrumque sexum complectuntur; quod & Hebræi h. l. agnoscunt [g]. Qu. Quisnam fuit hic piscis? Resp. 1. Forsan aliquis nobis incognitus [h]. 2. Vel, cetus fuit [i]: ut vocatur à Christo Matt. 12. 40 [k]. Sed cave nè *cetum* ibi intelligas propriè dictum, quales balæna, vel pristis, aut physeter. Quæ, utut vastæ belluæ, tamen gulæ meatus habent angustos, & vix semipedem patentes; quod sibi compertum refert Scaliger, (contra Cardanum p. 390. de balænis †;) ideóque solidum hominem deglutire non possint. Nempe quotquot animalia pulmone spirant, iis gulæ meatus coarctari necesse est, quomodo collum in follibus, ut ex his angustiis spiritus per fauces majore nisu erumpat. Proinde *ceti* nomine piscem aliquem è cetaceis intelligi satius est [l]; qui, ob immensitatem, sæpe *ceti* vocantur: sicut constat de lamia, maltha, zygæna, ex Oppian. Halieut. l. 1. Galen. 1. De alim. facult. l. 1. Ægineta, l. 1. c. 94. Ælian. De animal. 9. 49; & inprimis de thynno, quem *cetum* vocant nonnulli, teste Athen. l. 7. unde *cetarii* sunt thynnorum piscatores, Nonn. in *cetarii*; & *cetaria* loca thynnis conferta, Horat. vide & Ælian. Histor. 13. 16. Adde quòd vox *thynnus* facta videtur à תַּנִּין *cetus*, & hæc illi appellatio venit à Phœnicibus, quos thynnorum piscatione celebres fuisse testatur Aristoteles in libro Mirabilium. Sed & Esa. 27. 1. hoc nomen tribuitur zygænæ [m]. Piscem [hîc intelligo] *Τρίτωνος κύνα*, (*Tritonis canem*,) ut ait Lycophron, qui ab Hebræis acceptam historiam (cujus fama tenuis per Phœnicas ad Græcos venit [n],) in Herculem transtulit, cui omnia grandia adscribi solebant [o]; quem etiam fingunt in os ceti armatum insiliisse, & tribus diebus in ceto hæsisse, eúmque intus decerpsisse, tandémque, capitis tantùm cæsarie amissâ, (ob internam belluæ caliditatem [p],) exiisse, ut refert Scholiastes (nempe Tzetzes [q]) ad Lycophronem. Et Cassandra in Lycophrone Trojam jam olim vastatam fuisse dicit à navibus *τριεσπέρου λέοντος*, &c. *Trinoctii leonis*, *asper quem canis Tritonis avidis faucibus deglutiit*; i. e. Herculis, quem absorpsit canis carcharias à Neptuno immissus. 3. Fuit canis marinus, (*ex quo genere quidam adeò magni sunt, ut cetis robustissimis meritò accenseantur*, inquit Ælian. Hist. 1. 8.) seu carcharias, ut alii vocant ab asperitate & acumine dentium; sive lamma [x], vel lamia [y], sic dicta quòd habeat *μέγαν λαιμὸν*, à *gulæ vastitate*, de qua Oppian. Halieut. l. 1. v. 370. Hæ belluæ reperiuntur in mari Rubro & Mediterraneo & oceano [z]. De lamia sic Rondeletius; *Piscis est carnivorus, voracissimus, & anthropophagus: cadavera enim mortuorum etiam integra vorat; quod ex dissectione compertum est. Massiliæ enim & Nicææ aliquando captæ sunt lamiæ in quarum ventriculo homo loricatus inventus est*. Et mox, *Vidi quidem in Santonico litore lamiam cujus os guláque hominem etiam obesum capere posset* [a]. ¶ *Et erat Jonas in ventre piscis* (maris an fœminæ, incertum est, quia dicitur & דָּג & דָּגָה:)

[c] D. [a] Mer. [b] Tar. [c] Mer. [d] Calv. * Mer. ex M. [f] T. [g] Tar. [h] Calv. [i] Calv. M. D. Pi. Tar. [k] Tar. † D. [l] BA. 2. 5. 12. 742. [m] BA. 1. 1. 7. 51. [n] BA. 2. 743. [o] G. sim. BA. ib. [p] Cyril. in BA. [q] G. [x] BA. 2. ib. [y] Calv. D. BA. [z] BA. ib. [a] D.

[b] דָּגָה :) *tribus diebus & tribus noctibus*] Fortasse non plenis; ut synecdoche sit, sicut & Matt. 12. 40[c]. Suspicor Jonam tertio die ejectum[d]. Toto hoc triduo æstuabat proculdubio Jonas summo dolore, Deum adversum & infestum sentiens, & continuam passus est carnificinam, ità cogitans, Quid nunc tecum agitur? non vulgare est supplicium tuum, nec semel, sed sæpius, interficeris; è mundo ejiceris, ut careas communibus elementis. Pœna hæc olim parricidarum erat. Ità languebat Jonas continuis & gravissimis tormentis, acsi jam addictus esset æternæ morti*. Figura resurrectionis Christi non obscura[f] [hæc est.] Hîc Jonas, sicubi aliàs, Christi mortis & sepulturæ (ut & infrà, ex pisce exiens, resurrectionis[g],) typus est[h]. Prodigiorum maximum & prodigiosissimum hoc erat, non modò in aquis, (in quibus vix momento vivus quis consistere possit,) sed in ventre tam immanis belluæ, tres dies non tantùm vivere, sed & mente ac corpore integrum quempiam permanere. Egregium providentiæ & potentiæ Dei exemplum, qui rerum omnium naturam potiùs mutare paratus sit quàm sinere suos perire[i]. Multa hîc miracula. 1. Quòd venter calidissimus Jonam, ut alios cibos, non assumpserit: 2. quòd respirationem & aeris frigidi attractionem permiserit: 3. quòd eum nidore ac fœtore suo non exanimârit: 4. quòd non vitæ tantùm, sed & mentis, compotem reliquerit[k].

2. *Oravit Jonas ad Dominum Deum suum* (i. e. quem ipse colebat[l]; quem revera *suum* magnitudine misericordiæ, & prodigio in se edito, expertus est[m]. Se enim reversus Propheta post immensos terrores suos, & recogitans se vivum adhuc servari, agnovit gratiam, sumptóque animo confidenter oravit[n].) *de ventre piscis*] q. d. E media afflictione sive angustia sua[o]. Omnis locus pro Templo[p]. ¶ [ויתפלל וגו'] Quæ vox non semper *orare* & *petere* significat, verùm aliquando *laudare*, & *gratias agere*, ut 1 Sam. 2. 1. est enim tota illa oratio eucharistica: ibi ergò, ut & h. l. verto, *supplicavit*, i. e. gratias Deo egit, Deum laudavit. Agnoscit enim se à Deo liberatum & exauditum, potiùs quàm salutem & opem orat: vide vers. 3, 7, 8: unde Tremellius *canticum* hoc *eucharisticum* vocat. Jonas, ut puto, pro salute sua jam antè precatus, dum sc. in ventre piscis esset, & mirabiliter se ibi conservari videret, certâ indè liberationis spe conceptâ, propterea in hanc Dei laudationem erupit[q].

3. *Et* (vel, *Deinde*, JT. Pi.) *dixit*] Vel, 1. posteaquam piscis eum exspuisset; ut percipitur ex ipsis verbis hujus sermonis[r]. Vel, 2. in ventre ceti†. *Dixit*, id est, cogitavit quæ postea dixit & scripsit[t]. *Dixit* hæc verba, vel certè eorum sensum[v]. Vix in tantis angustiis hanc eandem (ut hîc est digesta) orationem habere potuit; sed hîc indicat quas apud se cogitationes & quos affectus ibi habuerit, quos postea in hanc orationis formulam retulit[x]. Hoc carmen postea composuit Jonas, sed conveniens exactò tempori. Vide caput tertium Threnorum[y]. ¶ *Clamavi*] Non tam ore quàm corde: ut *clamare ad Dominum* in Psalmis sæpe sumitur[z]. ¶ *De*, &c. [מצרה לי] Ex (vel, *præ*, Mo. vel, *in*, Ca. ὀ. Sy. Ar.) *angustia*, sive *tribulatione*, *mea*, JT. Pi. Mer. P. sim. M. Ca. ὀ. Ch. Sy. Ar. vel, *mihi*, Mo. D. vel, quæ *mihi* est, vel erat, D. sic Mer. Emphasin habet, q. d. quâ undique premebar[a]. Al. *ex quo fuit tribulatio mihi*, i. e. fui in tribulatione positus[b]. ¶ *Exaudivit me*] Vel, *respondit mihi*, Mo. Mer. ענה propriè est, *respondere*: hîc autem & alibi sæpe pro *exaudire* sumitur[c]. Hoc dicit, quòd perstitisset illæsus & corpore & mente in ventre piscis[d]. Futuro utitur pro præterito, quia certus erat fore ut salvaretur, tametsi modum quo id futurum esset ignoraret*. *Et exaudiet me*: est enim bene sperantis. Sic & statim, *exaudies*[f]. ¶ *De ventre inferi*] Sic Mo. Ti. Mer. P. &c. vel, *sepulchri*, Liv. Calv. &c. Seipsum vers. seq. declarat, scil. de vasto barathro[g]. De ventre piscis[h], qui mihi est, vel fuit, instar sepulchri[i]. Vel, inferni; quâ appellatione gravissimæ significantur afflictiones & tentationes[k]. De vulturis ventre Ennius, *Heu, quàm crudeli condebat membra sepulchro*[l]! *E ventre sepulchrali*, JT. *è sepulchro ventris*; Heb. *è ventre sepulchri*. Genitivus totius, & metaphora[m]. Sensus, q. d. è mediis inferis: nam *venter* in medio hominis, ideo pro *medio* ponitur[n]. *E ventre sepulchri*, i. e. intima parte, vel penetralibus, sepulchri[o], ut Ezec. 32. v. 21: qu. d. è præsentissimis periculis mortis certissimæ, in quibus, quasi in communi mortuorum sepulchro, positus inter mortuos esse videtur[p].

b D. c Mer. sim. D. d D. * Calv. f G. g Mer. h Mer. sim. M. D. Tar. Sar. i Mer. k T. l Tar. m Mer. sim. Tar. n M. o Mer. D. p G. q Liv. r Pi. † Tar. sic Liv. t Tar. v Liv. x Mer. sim. Calv. y G. z Mer. a Idem. b V. c D. d V. * D. f G. g V. h V. Mer. Pi. i Pi. G. k Mer. sim. D. l G. m Pi.

4. *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. vel, *Atqui*, Calv.) *projecisti* (vel, *projeceras*, Pi. Calv. &c.) *me*, &c.] Non nautis, sed Deo, hoc tribuit[r]; quo authore hoc factum†, & cujus iram sensit. Quî ergò sperare poteram exitum? Immoratur in describendo suo periculo, ut illustret liberationem suam, &c[v]. ¶ *In corde* (vel, *cor*, id est, medium[v], vel partem intimam[x],) *maris*] In medio mari, in alto[y]. Hebr. *marium*, Mo. Mer. D. Vel, 1. per enallagen numeri[z]. Vel, 2. exaggerandi causâ plurali utitur[a]. Vel, 3. ob flumina quæ in mare influunt[b]. Vel, 4. piscis iste plura maria nando trajecit[c]. ¶ *Et flumen circumdedit me*] Per flumen intelligit, vel, 1. fluctus[d]: vel, 2. mare*, per tapeinosin[f], sive μείωσιν[g], ut in Virgil. —*in gurgite vasto*[h]; & in Homer. Il. ξ'. —ἀν ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ—(*Et fluvii fluenta, oceani scilicet*, &c.) & Odyss. λ'. Μέσσῳ γὰρ μεγάλοι ποταμοὶ—Ὠκεανὸς μὲν πρῶτα—(*In medio magni sunt fluvii*—*Oceanus primum*—.) Sic Nicander in Theriacis pontum *fluvium* appellat. Et Lexicon Hesychii, Ποταμὸς ὁ ὠκεανός, (*fluvius oceanus*.) Contrà, Virg. fluvium *mare* vocat; *Unde per ora novem vasto cum gurgite montis It mare proruptum*[k]. Vel, 3. *flumen*, i. e. flumina[l], (per enallagen numeri[m],) quæ in mare exundant[n]: qu. d. Etsi mare egrediar, tamen fluminibus in mare influentibus circumvallatus sum, ne enatare queam[o]. Vel, 4. euripos[p]. Vel, 5. per synecdochen, species una aquæ ponitur pro altera, sive pro genere[q]. ¶ *Fluctus tui*] qu. d. Non maris, sed iræ tuæ: vim afflictionum denotat[r]. Vel, procellæ in mari excitatæ†.

5. *Et* (vel, *Tunc*, Calv. D. *Adeò ut*, Pi. Tar.) *ego dixi*] Vel, *dicerem*, Pi. Tar. vel, *cogitabam*, Ti. D. Mer. in horrenda hac tentatione[t]. ¶ *Abjectus*, &c. [נגרשתי וגו'] *Abjectus*, vel *Ejectus*, (vel, *Excisus*, D. Pro נגרשתי hîc, scribitur נגרזתי, *excisus sum*, Psal. 31. 23[v]. ubi eadem quæ hîc locutio[x]; & Lam. 3. 54. נגזרתי, literis transpositis, *excisus*, vel *succisus*, *sum*[y].) *sum à conspectu* (Heb. *è regione*, seu *ex adverso*, Pi. Mo. vel, *à coram*, D.) *oculorum tuorum*, Mer. JT. Pi. D. &c. i. e. Vel, 1. longè à terra Israelis; vide suprà 1. 3[z]: à patria & Templo[a]. Sed hoc frigidum est[b]. Vel, 2. à cura & providentia Dei, quæ per *oculum* sæpe significatur[c]. q. d. Dixi me à te derelictum, te mei oblitum, me in æternum periturum[t]. Sunt verba tentationis & desperationis, in quam sæpe videmus incidere Sanctos[v]. Gratiam Dei amplificat à discriminis magnitudine, quâ eò redactus fuerat, ut vitam, & fructum illius suavissimum in cultu Dei, desperaret. Gravissima ea afflictio est quæ etiam spem salutis tollit. Ea enim miseris unico solatio est. Confer Psalm. 31. 23. Esa. 38. 10[x]. Hoc dixit ex sensu carnis, cui tamen resistit intus Spiritu Dei confirmatus in fide, verbis seq[y]. Quia, inquit, volui fugere faciem tuam, tu in maximis periculis abscondisti faciem tuam à me[z]. ¶ *Veruntamen* (Ità est epanorthosis, quâ suam diffidentiam coarguit, &c[a]. Vel, *Utique*: אך enim est asseverantis[b]. Vel, *Forsan*: nam אך interdum dubitativè sumitur[c]. Vel, *Saltem*, vel *Atqui*, Calv.) *rursus videbo* (ad verbum, *addam intueri*; Tremel. *pergam intueri*: quod non placet, quia ambiguum est. Potest enim eâ locutione continuatio actionis inceptæ intelligi: at hîc intermissæ actionis repetitio notatur[d]. Vel, *adjiciam videre*, ut sit votum, quod Hebræi in futuro tempore exprimere solent*.) *templum sanctum tuum*] Furtim id fiebat à nonnullis, [nempe Israelitis, è quorum numero Jonas,] Rege Samariæ ignorante[f]. Sensus, qu. d. Iterum tamen spero me visurum Templum Jerosol. ubi tibi gratias agam[g]. Magna fiducia[h].

6. *Usque ad animam*] i. e. Ad animæ exitum[i], sive separationem à corpore[k]: ad summum usque vitæ periculum[l]. Confer Psalm. 69. 2[m]. ¶ *Pelagus*, &c. [סוף וגו'] *Alga* (quæ in talibus recessibus multa est[n]. Genus junci est quod in ripis vel litoribus, item in fun-

n D. o Liv. ex Calv. p Liv. r Mer. sim. D. † D. v Mer. v Mer. D. &c. x Pi. sim. Mer. y G. z D. a Mer. b D. c D. ex Mer. d G. * Mer. Liv. D. f Mer. g Liv. D. h Mer. i Liv. k D. obs. 9. 23. l D. sic Mer. Glas. m Glas. gram. 3. 1. 22. 85. n D. o Mer. p Tar. ex Mer. q Tar. r Mer. † M. t Mer. v Idem. x D. y Mer. z G. a Q. in Calv. b Calv. c D. t Mer. sim. Calv. v Mer. x Liv. y Tar. z M. a Calv. b Tar. c Calv. d Liv. * Calv. f G. g Mer. sim. D. V. h Mer. i Mer. k V. l G. sim. Pi. D. m D. Mer. n G.

do maris, crescit [o].) *alligata est*, vel erat, *capiti meo*, Mer. JT. Pi. Tar. &c. [Qu. Quî hoc fieri potuit?] Resp. 1. Antequam in piscem venerat [p]. Solet enim natantibus & demersis alga involvi atque illigari [q]. q. d. Nunc ago in profundo maris, ubi nascitur *alga*, vel alia quædam herba [r]. 2. Aquæ quam piscis hauriebat alga forsan admixta fuit, quæ capiti Jonæ deinde adhæsit †. 3. Per *caput* suum intelligit caput piscis in quo erat [t]. Sed durum hoc est. 4. Metaphoricè loquitur, se ità fuisse submersum ut enatare nequeat; quia nulla est spes ubi quis involvitur carectis in profundo maris [v]. qu. d. Tam altè versabar in profundo quàm si alga ibi caput meum detinuisset obvolutum, unde nullo modo naturæ viribus redire poteram [x].

7. *Ad*, &c. 'לְקִצְבֵי וגו] *Ad excisiones* (vel, *extrema*, P. Mer. D. Liv. *terminos*, M. *fissuras*, Ti. sim. LXX, Ar. *imum*, Sy. sic Ca. *radices*, Ch. Mer. *præcisiones*, Mer. Tar. *præcisas radices*, JT. Pi. sic Tar. abstractum pro concreto [y]. Ubi res finit, ibi præcisa videtur [z].) *montium*, Mo. i. e. promontoriorum, sive scopulorum [a], mari adjacentium, vel in mari [b], inter quos mare fluit [c], ubi aquæ profundissimæ [d]; soléntque illic habitare cete grandia *. Maris fundum intelligit, quo extremæ promontoriorum radices terminantur [f]. Fundamenta enim montium *imi aquarum alvei*, ipsúmque earum *pavimentum*, dicuntur Psalm. 18.16. Hinc *demergi* dicuntur *montes* Prov. 8. 25. propter fundamenta eorum in aquis posita, ait AE [g]. Al. Ad specus marinos sub montibus. Multum enim maris terram subit. *Per occultos aditus recipitur mare & absconditur*, dixit Seneca Nat. quæst. 3. 5. & 6. 7, 8 [h]. ¶ *Terræ*, &c. 'הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי וגו] *Terram* (vel, *Terra*, M. Ti. Mer. Liv. Nominativus absolutus, pro, *Quod ad terram attinet*: sic Psalm. 18.31. Os. 9. 11. Sic in Cicerone, *Aer verò, qui per maria manaret, eum dixit esse Neptunum* [i]. Vel, *Terra*, sub. *clausa*, P. vel, sub. *concluserat*, Ti. sic Sy. vel, sub. *est*, M.) *vectibus suis* (vel, *seras suas*, Sy. vel, *vectes ejus*, Liv. D. Mer. Constructio Hebraica [m], pro, *Terræ vectes* [n], sub. *sunt*, vel *erant*, Mer. Di. Al. *Vectes terræ objecti sunt*, V.) *propter me* (vel, *circa me*, M. *super me*, Ch. Di. בַּעֲדִי accipitur sicut 2 Reg. 4. 4 [o]. & Gen. 7.16 *. ubi *firmam* rei *conclusionem* notat †. Vel, *in faciem meam*, Sy. vel, *me*, Ti. vel, *ex adverso mei*, i. e. Mihi sunt obditi terræ pessuli [p],) *in seculum*, sive *æternum*, Mo. V. Mer. &c. Subintellige, *nisi tu impedias*, ut sequitur [q]. Al. *Et terræ claustris æternùm obruar*, Ca. *Terrà vectibus suis obstiturà mihi*, &c. JT. Pi. i. e. Videor mihi perpetuò exclusus à terra [r]: aut, Videtur terra mihi pessulos suos obdidisse, nè in eam redeam †, etiamsi ex pisce liberarer [t]. Oppositis terræ quasi vectibus firmiter conclusus sum, nè unquam evadam [v]. *Terræ vectes* dicit, quia mare est in abyssis terræ [x]. Prohibitus sum ab omni vitali luce, acsi terra esset opposita, nè emergam ad conspectum Solis [y]. Significat omnes creaturas sibi adversas fuisse, imò & Deum ipsum [z]. *Terræ vectes* forsan sunt litora marium [a]: vel, inaccessæ rupes quibus terra importuosa efficitur [b]. ¶ *Et*, &c. 'וַתַּעַל מִשַּׁחַת וגו] *Et* (vel, *Attamen*, P. V. D. JT. &c.) *subvexisti* (vel, *trahes*, Ca. vel, *eduxisti*, JT. Pi. V. *reduxisti*, Ti. *subvexisti*, Mer.) *è fossa* (vel, *corruptione*, JT. Pi. *interitu*, Ti. Ca. V. simil. M. è ventre ceti, qui est mihi velut fovea inferni & sepulchrum [c];) *vitam meam*, Mer. i. e. me vivum [d], hîc servans *. Verba fiduciæ iterum admiscet [f]. Per præteritum, verba sunt sentientis beneficium Dei; per futurum, sperantis opem à Deo [g]. ¶ *Domine Deus meus*] Nomen simul misericordiæ & judicii: qu. d. Qui simul judicium in me ostendisti & bonitatem. Quanquam אֱלֹהִים in meliorem partem sumi potest: q. d. Qui me vindicâsti, & afflicto undiquaque affuisti, ut afflictis adsunt judices [h].

8. *Cùm*, &c. 'בְּהִתְעַטֵּף וגו] *Quum* (vel, *Quanquam*, G.) *deficeret* (vel, *effunderetur*, Q. in D. *mœrore afficeretur*, M. *obrueretur*, JT. Pi. *convolveret*, sive *involveret*, sive *implicaret*, *se*, constricta & perplexa, tanquam in rebus desperatis [i]: vel, *exagitaretur*, Sy. Heb. *obtegeret se*, Pi. vel, *defecit*, G.) *in me anima mea*, JT. Pi. Mer. i. e. Cùm animo delinquerem [k], desperarem & succumberem [l], præ angustia [m], & terroribus [n]. Quanquam vitam in extremis labiis habeo [o]. *Quum ferme animam a*gerem, Ti. ¶ *Domini recordatus sum*] Precando scilicet [p]; ab eo duntaxat opem exspectans [q]; memor promissionum ejus [r]. ¶ *Ad templum*, &c.] Jerosolymitanum, quò omnes pii tum precationes dirigebant †. Vel, in cœlum ipsum [t], ut Psalm. 11. 4. 2 Par. c. 30. v. 27 [v]. cujus imaginem gerebat Templum Jerosol. Vide dicta ad Matt. 27. 51. Adde Psalm. 115. 3. Mic. 1. 2 [x].

9. *Qui*, &c. 'מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי שָׁוְא חַסְדָּם יַעֲזֹבוּ] *Qui observant*, sive *custodiunt*. (diligenter scilicet, qui mordicus retinent: nam Piel intendit significatum [y]. Vel, *observare* dicitur, pro, *colere*. Vide ad Os. 4. 10 *.) *vanitates mendacii* (vel, *mendaces*, P. JT. Mer. &c. vel, *vanissimas*, M. Mer. vel, *frustrà*, i. e. quæ frustrà sunt [z]. Sic vocat idola [a], & omnia ea quibus quis extra Deum confidit [b]; quæ nihil sunt, & nihil possunt, & cultores suos fallunt [c]. הֶבֶל & שָׁוְא idem valent [d]: conjunguntur ergò, ut aliàs, intendendæ rei causâ *. הַבְלֵי שָׁוְא dictum ὡς ἐπιθετικῶς ut, *terra pulveris*, *lutum cæni*, &c [f]. Al. *nequitiæ vanitatem*, Ca. vel, *funes vanitatis*, Ti. Legit חַבְלֵי, quum nec ulla exemplaria ità habeant, nec veterum quisquam ità legerit †. Vel, *vana & mendacia*, o'. sim. Ar.) *bonitatem* (vel, *benignitatem*, JT. Pi. *misericordiam*, P. Mo. V. Di. vel, *clementiam*, Ca. Mer. vel, *pietatem*, M. Di. ut Hos. 6. v. 4. exposui; & passim חָסִיד, ὅσιος, *pius* [g]. Vel, *probrum*, Q. in D. nam חֶסֶד aliquando קָלוֹן, *ignominia*, *dedecus*. Vide Phelictha fol. 26. col. 2 [h]. Vel, *abominationem*, i. e. idola abominanda: ut sensus loci sit, Nautæ, colentes priùs idola, propter miranda facta tua abjecerunt illa [i].) *suam* (Affixum hîc sumitur passivè [k], i. e. sibi exhibitam [l], & ultro oblatam, à vero Deo scilicet [m], si ad eum convertantur [n]. Vel, *eorum*, Di. Genitivus objecti [o]. Vel, *erga se*, JT. Pi. Intelligunt, vel, opem quam Deus illis offert ad salutem temporalem & æternam [p]: vel, Deum ipsum [q], qui alioquin esset erga eos clemens [r], à quo misericordiam exspectare debent †; qui meritò vocatur *benignitas nostra*, quia est fons omnis benignitatis, bonorúmque adeò omnium [t]; unde David Deum vocat *benignitatem* suam, Psalm. 144.2 [v].) *relinquunt*, Mer. Ca. sic P. M. Ti. vel, *deserunt*, V. Di. dum scilicet in vanitatibus suis perseverant [x]: quia fieri non potest ut Deum colant, ejúsque gratiæ participes sint, qui ab eo ad idola impiè deficiunt [y]. Vel, *negligunt*, D. vel, *derelinquent*, Mo. vel, *derelinquant*, JT. Pi. i. e. nullas gratias pro illa agant. Vult dicere, benignitatem idolorum nullam esse [z]. [Vel,] sensus est, q. d. Quandoquidem ità cæci sunt ut bona à Deo accepta minimè agnoscant, sed mendacibus suis idolis tribuant; non impedio quò minùs sordescant ampliùs, &, prout derelinquunt Deum, ità benignitatis aditum ipsi intercludant sibi, adeóque maledictionem horrendam accersant sibi [a]. Vel, *deserent*, i. e. misericordia eorum deseretur, nemo ipsorum misereri volet: vel, per imperat. *deserant*, i. e. nemo ipsorum miserescat. יַעֲזֹבוּ non construitur cum מְשַׁמְּרִים, sed indefinitè & quasi impersonaliter accipitur: qualia exempla sunt, Job. 7. 3. &c [b]. [Al. locum aliter reddunt.] *Quicunque obsequuntur numinibus falsis, clementiam tuam derelinquunt*, Sy. *Qui colunt idola frustrà* sunt: nam *misericordiam suam*, i. e. Deum, qui eos juvare poterat, *derelinquunt*, suo scilicet malo [c]. Non satis habet Jonas fiduciam suam in Deum memorâsse, sed etiam reprehendit eos qui rebus aliis, fidunt [d]. Postquam dixerat se à Deo exauditum fuisse, quæri poterat quî fit ut nec nautæ, cap. 1. 5. nec alii, invocantes exaudiantur: respondet, quia non rectè orant; rei sunt idololatriæ, in qua etiam moniti pertinaciter persistunt *. Loquitur de nautis qui Jonam in mare projecerunt. *Hi*, inquit, *à periculo liberati, pietatem suam, quâ votum Deo fecerant* [f], sive *clementiam suam*, id est, Deum, qui suâ clementiâ eos è naufragio eripuit [g], *relinquent*, & ad impietates suas revertentur: *Ego autem à periculo præsenti liberatus sacrificabo tibi* [t], [ut sequitur vers. 10. Ch. hunc versum cum seq. sic reddit, *Non more gentium idola colentium, quæ quo ex loco beneficium conferatur ipsis nesciunt. At ego in laude —— offeram*, &c.] Antequam Jonas profiteatur se fore gratum Deo v. seq. insultat omnibus hominum figmentis quibus abstrahuntur à vero Deo ejúsque cultu, eísque pietatem suam opponit: qu. d. Miserè

o Mer. sim. D. M. p Liv. q Liv. sim. M. r V. † D. sim. Tar. t V. sim. Mer. D. v Calv. x Tar. y Tar. z Mer. a Mer. D. V. b D. c Mer. d Mer. sim V. * V. f Liv. ex K. g Liv. h G. i Liv. m D. sim. Mer. n Mer. D. Di. o Di. * Liv. Di. † Liv. p RS. in Mer. q G. r V. sic Mer. † Mer. sim. V. t Tar. v Liv. x BA. 2. 5. 3. 669. y Calv. z Mer. a D. b Jun. c V. d D. Mer. * D f Mer. g V. h Mer. i Calv. k D. l Mer. m D. sim. Mer n Pi. o G.

p D. sim. Mer. q Mer. r Tar. † Mer. t V. D. G. v D. x G. y Mer. * Liv. z D. a M. V. b Mer. D. Liv. Pi. &c. c Mer. d V. D. ex Mer. * Mer. f D. † Mer. g Di. h D. i V. k Mer. l Mer. Pi. m Mer. sim. D. n Mer. o Pi. p Tar. q D. Ca. Liv. r Ca. sim. Liv. † V. t D. ex Liv. v Liv. x Mer. y Liv. z Pi. a Jun. b Di. c G. d Mer. * Tar. f M. ex K. g Q. in Calv. t M.

Miserè errant qui ad superstitiones suas declinant, & à vero Deo recedunt, quia sese privant summo omnique bono [v].

10. *Ego autem in voce* (quæ est index animi [x]) *laudis*; ità V.D. &c. תּוֹדָה] *Confessionis*, Mo.P. *gratiarum actionis*, Mer. Pi. sim. D. G. ut Psalm. 50. 14 [y]. תּוֹדָה dicitur & ipsum sacrificium [z] quod gratiarum actionem comitabatur [a], de quo Levit. 7. 12 [b]. ¶ *Immolabo tibi*] Victimas tali causæ debitas ex Lege Levit. c. 7. v. 12, 13 [c]. ¶ *Quæcunque vovi*] In occulto, nempe in ventre ceti [d]. Opera misericordiæ in pauperes, ut suprà 1. 16*. Votis etiam externis pro more gratitudinem suam testatus est, etsi non meminerit horum historia [f]. ¶ *Pro salute*, &c.] Subauditur ergò ל [g]. ¶ יְשׁוּעָתָה לַיהוָה] *Salus* (vel, *Ipsa salus*, Ti. *Omnimoda salus*, JT. Pi. ut vox aucta indicat; vide dicta ad Hos. 2. v. 2 [h]: sub. *est*, Mer. JT. Pi.) *Domini*, Mo. Mer. Ti. vel, *Domino*, D. *Jehovæ*. P. JT. Pi. i. e. penès Jehovam [i]: vel, pertinet *ad Jehovam*, V. qu. d. Ille solus servare potest [k]: ut jam experior & agnosco. Ità gravi sententiâ, in qua est summa cantici, suam claudit orationem [l].

11. *Et dixit*, &c.] i. e. Imperavit [m]; internè movit [n]: sub. *ut evomeret Jonam*, V. sim. D. Cæterùm *edixerat*, &c. i. e. providentiâ suâ gubernaverat [o]. ¶ *Et* (vel, *Qui*, Pi.) *evomuit Jonam*, &c.] i. e. Ex imperio Dei in terram eum exposuit [p]. Ubi hoc factum, tacet Scriptura [q]. Ad Ninevitarum litora, ait Sulpitius Severus. At ea ad Tigrim, non ad mare, sita est [r]. Vel, ad litus ponti Euxini, teste Josepho Antiq. 9 †. unde non longum erat iter pedestre ad Niniven [t]. Non placet. 1. Sic iter piscis, inter Joppen scilicet & Euxinum, esset milliarium 1600, quod triduo peragi non poterat. 2. In Euxinum mare, propter Propontidis angustias, majora cete nulla penetrant, teste Aristot. Histor. [animalium] 8. 13 [v]. Potiùs dixerim ejectum fuisse in litora sinûs Issici, aut maris Syriaci, unde solverat [x]. Certè Alexandria in mari Syriaco Nino [sive Ninive] urbi tam vicina est quàm quælibet pars Euxini maris [y].

v Calv. x V. y D. Mer. z G. sim. Mer. D. a G. b Mer. D. c Tar. d Tar. * G. f Mer. g Q. in Mer. h Tar. i Pi. k V. sim. Mer. l Mer. m G. sim. D. n D. o Pi. p G. q Tar. r D. † D. M. t M. v BA. 2. 5. 12. 744. x D. y BA. ib.

CAP. III.

1. *Et factum est*, &c.] Recuperat munus propheticum, non certè merito suo, sed singulari Dei gratia [a]. ¶ *Secundò*] Ad verb. *secundâ*, i. e. alterâ, sub. *vice* [b]. Illo loco quo expositus fuerat [c]. Dubitare poterat Jonas, num sibi esset proficiscendum Niniven, quia prima illa legatio per ejus inobedientiam infracta videbatur. Quare non audet eam aggredi nisi repetito Dei mandato, memor illius exempli Num. 14. 1, 2, 40 [d].

2. *Prædica in ea*; ità P. Ti. אֵלֶיהָ] *Ad*, vel *in*, *eam*, Mo. Mer. JT. *contra eam*, D. ex Ch. Tar. i. e. עָלֶיהָ, ut Jon. 1. 2. אֶל, pro עַל: vel, *ei*, i. e. civibus illius *: *apud eam*, Pi. ¶ *Prædicationem*, הַקְּרִיאָה] *Clamorem*, V. *proclamationem illam*, JT. Pi. *clamationem*, i. e. mandatum [f]: quod mox expressurus est [g]. Qu. Cur ad Niniven potiùs missus est quàm ad aliam urbem? Resp. 1. Quòd sciret Deus illorum pœnitentiam seriam fore. 2. Quòd hæc esset tum Gentium caput, ut ità Gentium vocatio significaretur. 3. Quia eò relegandi erant Israelitæ tanquam ad populum meliorem, qui ad solius Jonæ prædicationem vitam emendârunt; quum Israelitæ, tot habentes Prophetas assiduè, non resipuerint [h].

3. *Et surrexit*, &c.] Non jam Domino rebellis, &c. Hoc sc. illi flagella profuerunt [i]. Non jam formidat, quippe expertus Deum eripere illum facilè posse, &c [k]. ¶ *Civitas magna*, גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים] *Magna valde*, P. sim. JT. *magna*, civitas *Dei*, Pi. *magna coram Deo*, Ch. id est, Deo eam augente [l]: *magna Dei*, Liv. Mer. K. Hebræi enim genitivum pro epitheto ponunt [m] sic ל genitivi esset nota, non dativi, ut in מִזְמוֹר לְדָוִד. Sed obstat, ni fallor, גְּדוֹלָה interjectum inter עִיר & לֵאלֹהִים [n]. *Magna Deo*, M. Ti. Mer. D. BP. V. i. e. quàm maxima [o], divina [p], insignis, & planè divinæ magnitudinis [q]. Locutio est qualis Ruth 2. 20. *Benedictus* sit *ille Domino*,

a Calv. b V. c G. d Mer. sic Tar. * D. f Mer. g V. sim. D. h Mer. i Mer. sim. Calv. k Calv. l G. m Liv. n BP. 4. 20. 284. o V. p Liv. q Mer.

i. e. summè [r]; & Act. 7. 20. *erat venustus Deo*, id est, summè †. τὸ *Deo* ad auxesin facit [t]; ut *divinum* & *heroicum* apud Latinos [v]. Res in aliquo genere excellentes ab Hebræis *res Dei* dicuntur: ut, *montes Dei*, Psal. 36. 7. *cedri Dei*, Psalm. 80. 11 [x]. Sic Homerus, Odys. 3. ἐς Λακεδαίμονα δῖαν, *divinam*, i. e. maximam [y]: & in Iliad. α. δῖος Ἀχιλλεύς. Idémque propter vastitatem mare *divinum*, & Charybdin *divinam*, dicit, observante Eustathio [z]. Sic Græci ferè usurpant θεῖον nam id θεῖον, ἤτοι μέγα, (*divinum*, *i. e. magnum*,) exponunt Suidas aliique. Elogium hoc eximium est, & prorsus singulare, nec ulli alii urbi attributum. Ut Babylon urbium antiquissima, ità Ninive urbium longè maxima, erat [a]. Erat, inquit Strabo lib. 16. multò major Babylone [b]. Hæc enim ambitum habuit stadiorum tantùm 385, inquit Strabo, vel 365, aut paulò minus, ut referunt Clitarchus apud Diodorum, Ctesias Cnidius, aliique oculati testes [c]: At Ninive longa erat 150 stadiis, lata 90 [d], ambitu mœnium 480*, inquit Diodorus l. 2 [f]. Altitudo mœnium pedum 100, latitudo quam tres currus simul perambularent; turres in mœnibus 1500 altæ pedes 200. In ea condenda laborârunt annis octo continuis 140 hominum myriades. *Talem urbem nemo condidit deinceps*, &c. ait Diod. l. 3. p. 65 [g]. ¶ *Itinere* (vel, quasi *itinere*, ο'. sim. Ar. *iter* habens, M. *magna itinere*, Pi.) *trium dierum*] Ità Ch. Sy. Mo. P. Ti. JT. Non intelligitur de linea recta quæ ducitur per diametrum [h]: sed, vel, 1. de lustratione quæ fit per singulos vicos, quæ triduum postulabat [i]; ut pedetentim obambularet aliquis, ut Jonas fecisse videtur quum per eam prædicaret [k]. *Iter* hîc non tam viatorum profectione, quàm commodâ præconis prædicantis ambulatione, æstimatur [l]: eò quòd Jonas sequente versu dicitur *cœpisse progredi ad iter unius diei*. Præterea, ea vicorum ratio est, ut siquis totam urbem perlustrare voluerit, ei sæpius eadem spatia emetiri necesse sit [m]. Vel, 2. de ambitu, qui vix triduano itinere obiri poterat [n], si quis omnes illas 1500 turres pedibus circumiret [o]. Nimirum ambitus, ut dixi, continebat stadia 480, i. e. milliaria 60; (octo enim stadia unum milliarium efficiunt [p];) quæ triduanum iter faciunt, si singulorum dierum iter æstimes 20 milliaribus, ut definierunt & jurisconsulti, & Græcorum vetustissimi, ut Herod. l. 5. 53. Iter diei id ipsum est quod Romanis *mansio*, Græcis σταθμὸς, Hebræis מַסָּע, Chaldæis מַטְלָן, Arabibus מַרְחַל. Quod utut variè definiatur, tamen Græci σταθμῷ plerumque quinque parasangas assignant, (ut docet Xenophon lib. 4. Anabaseως,) i. e. viginti passuum millia [q]. Parasanga enim continebat 4 milliaria, ut poeta Ebræus canit [r].

4. *Et cœpit—introire*, &c.] Perambulans urbem quantum uno die licebat †; partem vicorum lustrans [t]. ¶ *Et clamavit*] Non subrepsit, &c. Ostendit hoc fortitudinem & fiduciam animi sui [v]. ¶ *Adhuc* (id est, Post [x], ut עוֹד reddi potest Exod. 17. 4. Hag. 2. 6 ‡.) *quadraginta dies*] Sub. *restant*, Mer. Hic numerus pœnitentiæ olim sacratus videtur. Itaque & Moses & Elias & Christus 40 dies jejunârunt [y]. Vide dicta ad Matt. 4. 2. Eundem numerum hîc posuêre Aq. Sym. & Th. [& Ch. Sy.] At ο'. [quos Ar. ut plerumque, sequitur,] habent 3 dies [z]: eósque sequuntur Sulpitius Severus & Prosper [a], & Græci Patres, Theod. Cyr. Theoph [b]. [Qu. Unde hæc variatio?] An ex notis numerorum veteribus & sæpe inter se non multùm distantibus, quæ nunc exoleverunt? Visi sumus & alibi ejus rei deprehendisse vestigia [c]. Verùm nimiùm distant שְׁלֹשָׁה *tres*, & אַרְבָּעִים *quadraginta* [d]. Error itaque est scribarum, non Interpretum *. Per errorem hoc irrepsisse puto ex versu præced [f]. Contrario errore Achmed Assahili, Arabes & Mahumetani, Jonam volunt 40 diebus hæsisse in ventre piscis. Utrobique diversi ejusdem historiæ numeri sunt permutati. Cujus exempla passim occurrunt. Vide 1 Maccab. 6. v. 30,—37 [g]. ¶ *Et Ninive subvertetur*] Eodem excidii genere quo Sodoma, &c [h]. quia similia erant opera [i]. Intelligenda autem hæc comminatio rebus sic manentibus. Regulam hanc nobis dat Jeremias, c. 18. v. 8. Quæ tamen regula suam & ipsa habet exceptionem, nisi additum fuerit, *non exaudiam eos*; quod interdum Deus facit post diuturna monita & elusam diu patientiam.

r BP. ib. † BP. D. t Mer. sim. V. D. v D. x Liv. y D. Liv. z Liv. a Ful. b Ful. isc. 3. 6. c BP. ib. 235. sic G. d Ful. ib. * BP. f Ful. g BP. ib. h V. i V. sim. Mer. k Mer. l Liv. ex Theod. m Liv. n BP. ex Hi. & Cyr. o G. p Liv. q BP. ib. r D. † G. t V. v Calv. x V. Tar. ‡ Tar. y D. z G. a D. b BA. 2. 5. 12. 745. c G. d Buxt. BA. ex Hi. * BA. ex Theod. & Theoph. f Buxt. g ind. 2. 8. 621. sim. BA. h BA. ib. i Mer. ex He. D. ex K.

entiam. Vide quæ ad Luc. 19.44[k]. Conditionem hîc non adjecit[l], quia id non jussum est à Deo, cujus Verbo nihil addendum aut demendum[m]: eam tamen subaudiri facilè colligitur[n], 1. ex eventu[o]; 2. quòd dies esset præfixus, quod Deum misertrum innuebat si resipiscerent; 3. quòd non sententia & decretum fuit[p], sed comminatio tantùm, quæ semper conditionalis est[q], ut Gen.20.3[r]. Jer.18.8. Probabile est, Jonam de peccatis eorum, & simul de misericordia Dei, egisse: alioqui desperâssent †.

5. *Et crediderunt—in Deum*] i. e. Verbis Dei per Jonam, conscii sibi gravium criminum[r], & moti miraculo liberationis Jonæ, &c. quod ipse eis proposuit, cujus fama latè percrebuerat. Vide Luc. 11. v. 30. Accessit interna Dei inspiratio, quæ animos illorum commovit ad credendum[v]. Præfatus erat Jonas de vocatione sua, de peccatis eorum, & pœna à Deo scelerum ultore exspectanda[x]. Mira hæc & prompta pœnitentia[y]. Igitur hæc urbs longè præferenda est Hierosolymæ[z]. ¶ *Et prædicaverunt*] Vel, *proclamârunt*, D. Mer. Vel, 1. Ninevitæ[a], inter se scilicet, uno aliquo è cœtu delecto qui proclamaret; non exspectato jussu Regis, ut in Divinis non est exspectandum[b]. Vel, 2. Rex & proceres[c]. ¶ *Jejunium, & vestiti sunt saccis*] Ut ipse tam lugubris habitus dolorem magis accenderet†. Sic aptè corriguntur peccata Assyriorum, qui valde luxuriosi erant & delicati in victu & amictu[d]. ¶ *A majore*, &c.] Heb. *à magno*, vel *maximo*, *ipsorum usque ad parvum*, sive *minimum*, *ipsorum*, Pi. Mer. sub. *computando*, Glass. gram. p. 657. q. d. Omnes sine ullo discrimine *, nè infantibus exceptis[f].

6. *Et*, &c. וגו' וַיִּגַּע] *Et* (vel, *Quia*, G. *Quum enim*, JT. Pi.) *pertigit*, sive *pervenit*, (vel, *pervenerat*, G. *pervenisset*, JT. Pi. Heb. *tetigit*, Pi.) *verbum* (vel, *hoc verbum*, Mer. sic D. &c. sc. Jonæ: vel potiùs, *hæc res*; totus hic rumor[g], prædicationis Jonæ[h], indictíque jejunii[i]: vel, *res illa*, quæ scilicet gerebatur in urbe[k]:) *ad regem Niniveh*, Mo. Forsan hic erat Sardanapalus, qui temporibus illis in Assyria regnavit[l]: vel, Phul[m], Phul-Belochus[n], qui, Sardanapalo occiso, Regnum assumpserat[o]: vel, vicarius ejus; nam Belochum Babyloniæ habitâsse tradunt[p]. Hoc dicitur, quòd tardiùs Reges credunt[q]; & seriùs talia ad eos pervenire solent[r]. Causam reddit indicti jejunii, modúmque explicat†. ¶ *Surrexit de solio*] Id faciebant quum saccum inducrent: quo habitu nè ad Regiam Persarum accedere licebat[t]. ¶ *Vestimentum suum*] Summum scilicet, ut Joh. 13.4*. & regale[v]: ut cæteris se in luctu æquaret[x]. ¶ *In cinere*] Vide Matt.11.21‡. His externis signis terrorem animi sui & pœnitentiam testatus est[y]. *In cinere illo*, in quo scilicet sedere solebat tempore luctûs[z].

7. *Et*, &c. וגו' וַיַּזְעֵק] *Et proclamare* (vel, *proclamari*, Mer. G. sim. V.) *fecit*, sive *jussit*, Mo. P. Mer. G. &c. nempe præconem[a]; vel, voce præconis[b]. *Et postquam convocâsset populum*, JT. Pi. ad audiendum edictum Regis[c]. ¶ *Ex ore*, &c. וגו' מִטַּעַם] *Ex decreto* (vel, *juxta decretum*, V.) *regis*, &c. Ch. Sy. Ti. Mo. sic P. Ca. &c. id est, suiipsius[d]. Vide Esth.1.19, &c*. Rex ergò populo non obsistit, sed idem proclamari jubet[f]. ¶ *Homines & jumenta——non gustent quicquam*, (Hoc ad homines refertur: sequentia verò ad pecudes[g].) *nec pascantur*, &c.] *Nè gustanto*, i. e. nè illis pabulum præbeatur ad præsepia: *nè pascunto*, i. e. nè foris depascant herbas & gramina. Aut hoc vult, *Nè gustanto, homines & jumenta*; *nè pascunto, boves & pecora*[h]. *Nè gustanto*, puta, vel, hoc die; vel, non ad saturitatem, ut antea †. Sed quò fames bestiarum? Resp. Ad gravissimum luctum testandum[i]. Virgil. de acerbo propter mortem Cæsaris luctu loquens, eclog.5. *Non ulli pastos illis egêre diebus Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam*[k]. Factum hoc ut hoc spectaculo magis commoverentur homines ad dolorem[l], & velut in speculo viderent quid meriti essent: ut sub Lege mactabantur pecudes, ut in iis vivam suæ damnationis imaginem homines viderent[m]. Verè mœrens animus vellet omnes creaturas secum lugere, &c. ut Psaltes, Deum laudans, omnes ad unà secum laudandum invitat. Adde quòd, cùm hæc hominibus inserviant, eorum afflictio ad homines pertinet; ut olim in Diluvio. Et in his deliciæ esse possunt hominum, ut in equis saginatis, &c[n].

8. *Et operiantur saccis homines & jumenta*] De jumentis mirum[o]. Videtur intelligere equos & camelos: solent enim ornari pretiosis integumentis[p]. Ea detraxerunt, & vilia imposuerunt: ut hodie, sicut & olim, teste Chrysostomo, in funeribus nobilium, equi generosi, & quibus defuncti sunt usi, panno nigro induuntur, ut simul lugere videantur[q]. Persæ in luctu etiam equos & mulos tondebant, teste Plutarcho in Aristide. Aut proverbialiter dictum, *operiri sacco*, pro, *in luctu versari*: ex signo id quod significatur. Sic cœlum *saccum induere* dicitur, Jes.50.3[r]. ¶ *Et clament*, &c.] Homines†: sed & jumenta[s], ut Psal.147.9[v]; huc scilicet præ inedia & fame adacta[x]. ¶ *In fortitudine*] Vel, *robore*, Mer. Pi. *vehementer*, Mer. V. Pi. sim. D. G. ex ό. Id est, ex animo[y]: vel, altâ voce[z]; totis viribus[a]. ¶ *Et convertatur vir* (vel, *quisque*, G.) *à via sua mala*] Id est, à pravis moribus. Generale hoc est ad omnia vitia[b]. Exuat peccandi consuetudinem[c]. ¶ *Et ab iniquitate* (vel, *injuria*, V. Liv. *violentia*, Mer. Pi. *rapina*, Mo. Mer. *rapacitate*, Calv.) *quæ est in manibus eorum*] Hoc est, quam quotidie faciunt[d], manibus suis*: nam manus instrumentum est actionum[f]. Manu & palmâ rapere solent homines & vim inferre[g]. Similis phrasis Job. 16.17. Psalm.7.4. Esa.59.6. Ezec.23.37. Contrà, *mundæ* dicuntur *manus* eorum qui talium maleficiorum reatu vacant, Psal. 24.4[h]. [Sensus, qu. d.] Rapta restituat[i], sine quo non est vera pœnitentia. Vide quæ diximus de J. B. & P. 3. 10. 3[k]. Qui peccatum confitetur, (scribunt Talmudici,) sed raptum quod penès se habet non restituit, ei similis est qui præ manibus habet reptile, qui, etsi omnibus aquis ablutus fuerit, non lustratus erit donec è manibus illud abjecerit. Specialiter autem hujus sceleris meminit[l], per synecdochen[m], quòd præcipuum hoc esset eorum peccatum[n]; ut in magnis Imperiis ac emporiis solent aulici & mercatores opes per fas & nefas corradere[o]: quòd ob illud Jonas exitium illis minatus esset: & quòd summè Deo displiceret; cujus causâ totæ sæpe gentes subvertuntur[p].

9. *Quis*, &c? מִי יוֹדֵעַ יָשׁוּב] *Quis sciens convertatur*, Mo. *Quis scit* (sub. *si*, ό. Ar. Pi. Ti. Mer. ut Joel. 2. 14[q]: vel, *an*, Sy. JT. vel, *si fortè*, M. Ca.) *convertatur*, P. M. Ti. &c. vel, *redeat*, Mer. sim. JT. D. sub. *cum miserationibus*, ex Zach.1.16; vel, nobiscum in gratiam†: vel, *pœniteat*, ό. Ar. Al. *Quis scit?* fortasse *revertetur*, Pi. *Quis scit*, &c? nempe an sententiam mutet[r]. Fortè Deus gratiam faciet pœnæ, &c*. Forsan hæc non est Domini sententia aut decretum, sed comminatio tantùm, ut, si resipuerimus, reconcilietur nobis[t]. Multum hoc in Assyriis hominibus, tanta edere pœnitentiæ signa sub spe incertæ veniæ[v]. Verba sunt dubitantis[x], (ut Joel.2.14[y]. & in illo, *Quis scit an adjiciant?*) sed & fidei cum desperatione colluctantis[z]. Hâc phrasi non exprimit diffidentiam[a], aut dubitationem[b]; sed tantùm difficultatem[c], & fidem inter spem & metum luctantem, ex comparatione misericordiæ Dei cum indignitate sua[d]: quia difficile erat ut Deus post longam tolerantiam urbi sceleratæ parceret*. ¶ *Et ignoscat*] Heb. *pœniteat*, id est, abstineat à pœna, &c. Anthropopathia est[f]. De effectu, non affectu, intellige: nam Deum nullius rei pœnitet, Num.23.19[g].

10. *Et vidit* (i. e. probavit[h], ut Gen. 1.4, 10, 12. & 4.4*.) *Deus opera eorum*] Sanatæ mentis indicia[i]. *Opera*, non externa, saccum, cinerem, &c[k]; sed ea quæ homines videre non poterant[l], seriam & sinceram pœnitentiam[m], ejúsque fructus: quòd scilicet *conversi essent*, &c[n]. [ut sequitur.] ¶ *Et misertus*, &c.] Heb. *pœnituit Deum ejus mali*, JT. Pi. &c. i. e. pœnæ[o], sive calamitatis[p].

CAP. IV.

1. ET, &c. וגו' וַיֵּרַע] *Id Jonæ malè fuit*, eum malè habuit[a]. *Displicuit autem Jonæ*, P. sic M. *Doluit tamen Jonas*, V. ¶ *Et*, &c. לוֹ וַיִּחַר] *Et excanduit*, V. sic

k G. l Mer. sim. D. m D. n Mer. o D. p Mer. q Mer. sim. D r D. † Mer. r G. v Mer. x Calv. y Mer. z M. a D. ex Mer. b Mer. c G. † G. d Tar. * Mer. f D. g Mer. sim. D. h D. ex V. i D. k V. l Liv. m G. ad Jer. 1. 1. n D. ex Sigon. o Sigon. p D. q Mer. r V. † G. t D. * Idem. v G. ex V. Mer. x G. ‡ Idem. y Mer. z V. a D. M. b V. c Pi. d Idem. * G. f Mer. g G. h D. † Tar. i Liv. k Liv. sic G. l G. sim. Calv. n Calv.

n Mer. o D. p V. sim. Tar. q Tar. r D. † Plerique in D. AE. in Mer. Calv. s D. sic Mer. ex L. & Hi. v Mer. D. x Mer. y V. z G. a Mer. sim. Liv. b Mer. c G. d D. sim. Liv. Mer. * Liv. f D. g Mer. h Liv. i G. sic He. in Mer. k G. l Mer. m Calv. n Tar. ex Calv. o Tar. p Mer. q Mer. † D. r G. sim. D. * D. t Mer. v G. x Mer. Liv. D. y Liv. D. z Mer. a Calv. sic Tar. b Tar. c Calv. d Tar. * Calv. f D. g Tar. h Tar. sim. Mer. * Tar. i G. k Calv. Mer. ex He. l Mer. m Mer. sim. Calv. n Calv. o Mer. D. p G. a Mer.

V. sic Mer. *Et ira fuit ei*, Mo. Mer. *Et accensa erat ei*, sub. חרון *ira*, ut & Gen. 4.5,6. Ellipsis nominis conjugati [b]. *Et ægre fuit ei*: nam חרה non semper *irasci* significat, sed aliquando *displicentiæ* & *doloris* notationem habet; Gen. 45.5. 1 Sam. 15.11 [c]. Acta hæc ante diem quadragesimum [d]. Sed qui tum scire poterat Deum sententiam mutâsse? Resp. Id conjectare poterat ex feria eorum pœnitentia; etsi id planè non sciebat, quia nesciebat an in ea pœnitentia perstarent. Sed quum jam advenisset dies 40. tum demum impatientissimus fuit. Possunt hæc intelligi acta post 40. diem [*]. [Sed quæ hujus iræ & doloris causa?] Resp. 1. Quia conversio Gentium [hîc præfigurata] quoddam præsagium esset interitûs Judæorum [f]. Multi eum hîc excusant: sed quid refert, quum ipse se accusat, & peccata sua varia h. l. exponit [g]? 2. Quòd Deus Gentibus citra observationem Judaismi tam facilè condonâsset [h]. 3. Ex nimio populi sui amore [i]: quòd sciret pœnitentiam Ninevitarum cessuram in perniciem Israelitarum [k]. Sic bona pars Judæorum doluit de conversione Gentium, Act. 11 [l]. 4. Quòd de auctoritate sua se periclitari existimaret [m]; & vereretur nè pseudo-propheta haberetur [n]: quod grave erat. Vide Exod. 4.1 [o]. At non est legati præstare nè Rex sententiam mutet [p]. 5. Ex perverso zelo pro gloria Dei, cujus potentiam & veritatem ex complemento sui vaticinii aliis vicinis illucescere voluit [q]. Non respexit seipsum, sed ministerium suum conjungit cum gloria Dei, in quem redundaret contumelia Jonæ illata, atque ità nomen Dei expositum esset blasphemiis gentium, quasi Deus non sibi constaret, &c. Bona hæc erat intentio, à Deo tamen damnatur. Zelus hic inconsideratus fuit, quia voluit Jonas judex esse & arbiter; quum deberet potiùs se Deo subjicere [r].

2. *Et oravit*] Ità Mo. M. &c. i. e. orâsse sibi visus est. κατ' δόξαν hoc dicit [*]: non enim tam precatio est, quàm querela animi impatientis [†]. *Oravit*, sed tumultuosè, & turbulento animo, & obstrepens Deo: aliquid tamen pietatis in ipso erat, quòd, scilicet, querelas dirigeret ad Deum, eique se subjicere paratus erat. Sæpe acceptat Deus piorum opera, multis licèt maculis referta [t]. ¶ *Nunquid non hoc est verbum meum?*] Quod apud me cogitabam [v]. ¶ *Præoccupavi* (vel, *præveni*, M. *anteverteram*, JT. Pi. Ar. sic Mer. Liv. *maturavi*, Ti. sim. Sy. Ch.) *ut fugerem*] Vel, *fugere*, ο'. Mo. P. Mer. Ch. vel, *fugiendo*, Liv. JT. Pi. Ar. vel, *fugam*, Ti. Sy. Mirum est quòd fugam, ob quam tanta passus est, excusat. Sed fœdissimi Sanctorum lapsus in S. S. proponuntur, nè desperemus [x]. Suum consilium sapientiæ Dei præfert. Vide humani ingenii arrogantiam [y]. Verùm non prorsus excusat fugam suam, sed se fugisse dicit, non metu molestiæ aut periculi, sed quia nollet Deum, tanquam vanum & fallacem, blasphemari [z]. ¶ *Quia tu Deus clemens*, &c.] Exemplis id didicerat, & ex Exod. 34.6 [a]. q. d. Vel, Deus mutabit naturam suam; vel, parcet Ninevitis, si resipuerint: unde & ego deprehendar mendax, & Deus vanus [b]. Audet lenitatem Dei reprehendere, sine qua Deus non misisset Jonam, & ob quam laudandus est in secula [c].

3. *Tolle*, (vel, *Cape*, vel *Aufer*, D. *Accipe*, Mer. Recipe ad te [d],) *quæso*, *animam* (i. e. vitam [*], vel spiritum [f],) *meam à me*] Id est, à corpore meo. Apertè hoc docet animam esse quiddam separatum à corpore, nec cum eo interire [g]. ¶ *Melior est mihi mors*, &c.] i. e. Malo te authore mori, quàm vivens videre, &c [h]. Magna indignatio, non justa ex causa [i].

4. *Putásne*, &c?] ההיטב חרה לך *Num benefacere ira est tibi?* Mo. *Nonne vehemens ira est tibi?* P. *Adeóne tibi displicuit?* Sy. sim. ο'. Ar. *Numquid vehementer*, vel *valde*, *irasceris?* Ch. V. ex He. Admirativè; q. d. Fierine potest aut debet ut tantum doleas quòd Ninevitæ resipuerunt [k]? *An bene*, i. e. valde, *incandescit tibi?* sive *iratus es?* qu. d. Non est cur valde succenseas. Ego enim cujusi volo misereor, & resipiscentibus dare veniam soleo, ex quacunque gente sint. *Bene*, pro *valde*, ut Deut. 9.21. 2 Reg. 11.18. Sic apud Latinos, *bene* (id est, valde) *doctus*; &, *bene longa oratio* [l]. τὸ bene alii accipiunt pro rectè [m]. *Rectène irasceris?* Ca. *Num benefacis* (vel, *benefacere*, V. vel, *benefactum*, V. Liv. sic G. JT. Pi. sub. *quòd*, M. JT. Pi. Liv. V.) *iratus es* (vel, *exarsit*, Pi. sim. JT. V. sub. *nasus*, Pi. vel, sub. *ira*, JT. sim. V. vel, *ægre est*, Liv. vel, *est ira*, G.) *intra te?* M. vel, *tibi?* JT. Pi. V. Liv. vel, *tua?* G. *Num justè tibi irasci videris?* Ti. Estne hæc justa causa [n]? Ad verb. *An bene tibi ægre est?* i. e. An rectè & justè hoc à te fit, ut graviter id quod feci & molestè feras? Confer Deut. 5.28. *Bene locuti sunt.* Vide v. 9 [o]. *An benefacis excandescendo apud te?* q. d. Inspice teipsum, sive animum tuum, quàm turbulentus sit [p].

5. *Et egressus est* (vel, *fuerat*; ut sit hysteron proteron: qu. d. Antequam Jonas ità graviter doleret urbem exierat [q]. Al. exivit post 40 dies [r].) *Jonas*—*& sedit contra* (vel, *ad*, Ti.) *orientem civitatis*] Unde optimus erat in urbem despectus [†]: in loco ab excidio, quod exoptabat, immuni [t]. ¶ *Umbraculum*] Ità Mer. vel, *tugurium*, Pi. G. &c. ex virgulto [v]. ¶ *Donec videret*, &c.] Vel, 1. num Ninevitæ in pœnitentia sua perseverarent [x]: vel, 2. annon aliquo saltem malo punirentur [y]. Nam prædictionem suam non planè irritam fore putavit [z]; ideóque, si non subversionem, saltem plagam aliquam superfuturam [a]. Vel, vindictam Dei suspensam esse [b].

6. *Præparavit*] i. e. Germinare fecit [c]; sub finem dierum 40, quum jam aruissent ligna ex quibus Jonas sibi umbraculum fecerat [d]: vel, post 40 dies [*]. ¶ *Hederam*] Vulgatam hanc, sive Hieronymi, versionem, contra non solùm apertam veritatem, sed etiam Authoris sententiam, Concilium Tridentinum stabilivit. Hieron. enim fatetur se *hederam* cum veteribus [Aq. Sym. & Th. in Me. & La.] vertisse, non quòd id probaret, sed quia nomen Latinum quo vera illius significatio exprimeretur ignoraret [f]. ¶ קיקיון *Cicaion*, Ti. *cucurbitam*, Ch. P. M. sic ο'. Sy. Ar. Quum vox Hebræa Græcis ignota esset, ο'. *cucurbitam*, Hieron. *hederam*, verterunt, ex proximo & simili nomen quærentes [g]; non quòd idem esset, sed quòd nomen Latinis notum, & ad hanc naturam aliquo modo accedens, aliud non reperirent [h]. קיקיון non est *cucurbita* [i], (quia hæc vermibus non est obnoxia; unde proverbium, Ὑγιέστερος κολοκύνθας, *Cucurbitâ sanior* [k];) nec *hedera*: illud enim suo se trunco sustinet, quum hæc adminiculis palísque egeat ut altiùs conscendat [l]. Sed credibile est hanc herbam non solam præbuisse umbram, sed additam fuisse tugurio, &c [m]. Al. *ricinum*, JT. Pi. Mer. Liv. D. G. BA. Mo. Hujus versionis veritas ità mihi probata est, ut nesciam quæ confirmatior interpretatio sit, & mirer si quis fuerit qui eam non amplectatur [n]. Jam nemo est paulò humanior cui non compertissimum est קיקיון esse κρότωνα, sive *ricinum*, quem Herodot. vocat σιλλικύπριον, i. e. σίσιλι κύπριον. Ægyptii, apud Strab. Diosc. & Plin [o]. necnon Herod. Euterpe, Theophrastum 1.16. Plin. 15.7. Dioscor. 1.38. &c [p]. κίκι [q]. (τὸ ון in קיקיון est addititium [r].) pro quo in Lexico Coptico perperàm scribitur κεκι [†]. Thalmudici vocant קיק *kik* [t]: (ut docet K. & ostendit linguæ Hebrææ proprietas; in qua ad formationem nominum illa terminatio ון ad radicem sæpe adjicitur [v]:) Arabes [x], ut Hebræi dicunt [y], & Pœni Syrique apud Hieron [z]. *elcheroa*, vel *alcheroa* [a], vel *elcherva* [b], vel *cheroa*, ut Abenbitar [c], vel *cherva*, ut Pandecta medicinæ, Sylvaticus, Simon Januensis; nam *El* est articulus Arabicus [d]: alii, *trixin*; (vel, *fili* potiùs, ut legit Salmas.) alii, *sesamum sylvestrem*, sive *agrestem*, ut habet Plin. 15.7 [†]. Officinæ *cataputiam majorem* [*], & *palmam Christi* [f], & *pentadactylon*, appellant, quòd in morem humanæ manûs efformata sit [g]. Hanc versionem firmat, quòd קיקיון cum *ricino* conveniat, 1. altitudine, quæ ab omnibus memoratur; 2. foliorum magnitudine, indéque proveniente umbræ densitate, quæ magno Authorum consensu firmatur. קיקיון, inquit K. est *herba longis & altis frondibus umbrosa*: Ricinus apud Dioscoridem est *folio platani majore*; vel, *folio vitium*, Plin. 15.7. 3. Nascendi celeritate. *In Hispania repente provenit*, ait Plin. ibid. Adde quòd קיקיון sic describitur in Rabba filio Hannæ, quem K. citat, *Juxta aquas crescit, & pro tabernarum foribus sata ad umbram faciendam erigitur, ac de granis ejus oleum fit* [h]: quòd *oleum kiki* vocant Herod. 1.92. Strabo l.17. in Ægypti descriptione, Plin. 15.7. Dioscorides, & Abenbitar, & Thalmudici [i]; alii, *oleum de kerva*,

Marginal notes (left): [b] Tar. Liv. [d] K. in Mer. [*] Mer. [f] Hi. in Calv. [g] Tar. ex Dan. [h] Q. in M. [i] Mer. [k] V. sim. Mer. D. M. [l] Mer. [m] G. [n] D. sim. Liv. Tar. [o] Liv. ad v. 2. [p] G. [q] Tar. [r] Calv. [*] Tar. [†] Tar. ex D. [t] Calv. [v] Mer. sim. G. [x] Mer. [y] Tar. [z] Calv. [a] G. [b] Calv. [c] Tar. [d] D. [*] D. G. [f] D. [g] Idem. [h] V. [i] G. [k] V. ex He. [l] Mer. [m] D.

Marginal notes (right): [n] G. [o] Liv. [p] Calv. [q] Mer. [r] Calv. [†] G. [t] Tar. [v] G. [x] V. sic Mer. [y] G. [z] Tar. [a] Me. [b] Calv. [c] V. [d] Mer. ex K. [*] Mer. [f] Liv. [g] Me. [h] G. sim. Mer. [i] Mer. ex Hi. BA. 2.4.27. 623. [k] Mer. ex Hi. Liv. [l] Mer. ex Hi. [m] Calv. [n] Liv. [o] BA. ib. [p] G. [q] BA. ib. G. Liv. [r] G. [†] BA. 2. 2.24.293. [t] BA. 623. Mer. Liv. [v] Liv. [x] BA. ib. Mer. Liv. [y] Mer. [z] BA. sic Mer. Liv. D. [a] BA. 293. D. [b] Mer. D. [c] BA. ib. [d] D. qu. Ebr. 2.44. [†] BA 294. [*] Mer. [f] Mer. BA. 623. [g] Mer. [h] Liv. [i] BA. 293.

kerva, quod apud pharmacopolas celebratum est [k]. Adde quod habet Hieron. *Est*, inquit, *genus virgulti latis foliis suo trunco se sustinens, quæ in Palæstina crebrò nascitur, & maximè in arenosis locis. Mirúmque in modum, si semen jeceris, confota consurgit in arborem; & intra paucos dies, quam herbam videris, arbusculum suspicis* [l]. Obj. Ricinum, non minùs quàm cucurbitam, à vermibus immunem esse docet proverbium, Κρότωνος ὑγιέστερος, *Ricino sanior* [m]. Resp. 1. Suidas ait hoc de ricino, non planta, sed animali, dici. 2. Potiùs de *Crotone* urbe hoc dicitur, quam saluberrimam fuisse constat, tum ex oraculi effato de illius salubritate, apud Strab. l. 6. Suidam in voce Ἀρχίας, &c. tum ex eo quòd tot athletas, & inter eos Milonem, protulerit [n]. ¶ *Et ascendit*, &c.] Vel, *ascendere fecit*, V. Mer. sub. *Dominus*, V. Obtexit tugurium ejus [o]. ¶ *Et protegeret*, &c. לְהַצִּיל לוֹ מֵרָעָתוֹ *Ut liberaret* (i. e. defenderet [p]) *eum à malo* (vel, *malis*, ό. *dolore*, Ar. *afflictione*, Ti. V. *incommodo*, Ca.) *suo*, Mer. &c. Id est, vel, 1. à dolore animi [q]: à sua molestia, ut sequentia ostendunt; q. d. ut mœstum recrearet; ut his externis rebus sæpe fit [r]. Vel, 2. ab æstu Solis †: vel, à lassitudine ex æstu Solis [t].

7. *Et paravit*, &c.] i. e. Immisit, sive excitavit [v]. Omnia etiam quæ naturaliter fiunt Deus facere dicitur, qui naturam & fecit & conservat, & eâ pro arbitratu utitur. Vermium multa sunt genera arboribus, virgultis, herbis infesta [x]. Minima quæque ex providentia Dei pendent, quæ vulgus casui fortunæve tribuunt [y]. ¶ *Ascensu*, &c.] Postridie Aurorâ illucescente [z]. ¶ *Et percussit*, &c.] Cici illud, radice læsâ *. ¶ *Exaruit*] Humore terræ destitutum [a].

8. *Vento*, &c. רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית *Ventum orientalem*, Mer. Pi. &c. *vehementem*, Mer. P. M. vel, *silentem*, JT. Pi. Mer. sic G. Tar. vel, *surdum*, D. vel, *surdefacientem*, M. ab effectu. Vel, 1. qui homines silentes vel surdos flatûs sui vehementiâ efficit [b]: vel, 2. quo flante, cæteri venti silent [c]: vel, 3. tenuissimum [d], qui aerem à Sole inflammatum non posset ità perspirare ut corrigeret *, sed potiùs adjuvaret æstum [f]. Auræ sine motu, sine frigore [g]. Vel, *placidum*, D. ex Ch. minimè sonorum: qui æstum auget, quem ventus vehemens minuere solet. Ut *fluctus* apud Hesychium κωφὸς dicitur, quia minimè sonorus; ità & ventus [h]. Eurus hîc *διακειτικῶς surdus* ac *silens* dicitur, ut distinguatur ab altero orientali vento sonoro & violento, ut Exod. c. 10. v. 13. & 14. 21 [i]. Psal. 48. 8. & 78. 26 [k]. Vel, *exsurdantem*, Mo. vel, *torrentem*, Ti. vel, *penetrabilem*, Ca. vel, *calidum & urentem*, Q. in Di. sim. ό. Sy. Ar. posito nempe שׁ pro שׂ aut ס: est enim חֶרֶשׂ *testa*, sic dicta ab ariditate; חֶרֶס, *sol*, item *prurigo*, scabies sicca & urens. Posset verti, *asperum*: nam in lingua Arabica חרשׁ significat *asperum, durum, ferocem esse*; & חָרִישׁ, *asper, durus, ferox*. Duplex incommodum ex emortua cucurbita sensit Jonas: 1. quòd ab asperitate Euri minùs esset tutus; 2. quòd ab æstu Solis læderetur [l]. ¶ *Percussit*, &c.] Calore suo & radiis. Eadem metaphora Psal. 121. 6. *Sol non percutiet te*, i. e. uret [m]: & in Ovid. Metamorph. 9. *Lux subit, & primo feriente cacumina Sole* [n]. ¶ *Et*, &c. וַיִּתְעַלָּף *Et deliquium patiebatur*, Mo. *Ità ut animo deficeret*, Mer. sic JT. Pi. sim. Ti. D. vel, *linqueretur*, i. e. propè linqueretur [o]. *Qui æstuabat*, P. *Qui penè defecit*, V. Heb. *Et obtectus fuit*, scilicet lassitudine. Synecdoche generis [p]. ¶ *Et*, &c. וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת *Et petivit* (vel, *peteret*, Mer. sic JT. Pi. sim. Ti.) *animæ suæ* (vel, *ab anima sua*, V. Mer. vel, *seipsum*, JT. Pi.) *mori*, Mo. JT. Pi. vel, *mortem*, Ti. vel, *ut moreretur*, M. sim. Ti. D. נֶפֶשׁ propriè est anima nobis communis cum bestiis [q], quæ *mori* dicitur, & *occidi*; & pro vita sæpe ponitur [r]. Non tam orat, quàm protervè postulat, mortem †. *Et tæduit eum vitæ suæ*, ό. vel, *deploravit animam suam*, Ar. ¶ *Melius est mihi mori*, &c.] Descriptio impatientis ingenii [t]. Ingenua est confessio infirmitatis suæ. Ostendit Jonas vehementiam suam, ut priùs in lætitia, ità hîc in dolore [v].

9. *Putásne bene*, &c.] Vide suprà ad v. 4 [x]. ¶ *Super hederam?*] Vel, *propter ricinum?* Mer. rei tam vilis & exiguæ causâ [y]. qu. d. Non debes multùm irasci [z]. ¶ *Bene irascor* (*Rectè dolet mibi*, Liv.) *ego usque ad mortem*] i. e. Dolore gravissimo & lethali. Vide Jud. 16. 16. Matt. 26. 38 [a]. Jure irascor, &c [b]. Vide quàm furiosæ belluæ sint affectus nostri, quòd sanctus Propheta in Deum insurgere auderet, &c. & discamus eos maturè compescere [c].

10. *Doles*, &c. חַסְתָּ וגו׳ *Pepercisti*, &c. Mo. Mer. &c. vel, *pepercisses*, &c. si in tua potestate esset [d]: parcendum censuisti *. *Parcis*, h. e. periisse doles [f]. Tu, cùm sis homo, parcis; nonne ego parcerem, qui naturâ bonus & clemens sum [g]? ¶ *In qua non laborâsti*] Fodiens terram, serens, rigans [h]: quod mei fuit, non tui, laboris [i]. Quantò ergò majori curæ Deo sua opera, & quidem nobilissima, homines, esse oportuit? *Omnes* enim *opera sua magis diligunt*, ut parentes & poetæ, ait Aristoteles Ethic. 4 [k]. ¶ *Quæ*, &c. שֶׁבִּן־לַיְלָה וגו׳ *Quod filius noctis fuit*, Mo. &c. vel, *unâ nocte exstitit*, JT. Pi. sim. Ti. Ca. Sy. Ar. vel, *nata est*, P. vel, *crevit*, Mer. D. Plautus, *Quasi solstitialis herba, paulisper fui, Repentè exortus sum, repentinò occidi* [l]. Tu moveris herbulæ unicæ evanidæ jacturâ [m]. *Sed germen unius noctis fuit*, M.

11. *Et ego* (emphaticè [n], q. d. qui Deus sum, in cujus manu sunt omnia [o], cujus proprium est misereri & parcere resipiscentibus [p], teipso teste [q],) *non parcam Ninive*, &c?] Urbi tantæ, quæ multis præstat fruticibus [r]. ¶ *Plusquam centum viginti millia*] Sim. P. Ca. Mer. vel, *duodecim myriades*, M. Ar. Mer. sic Mo. JT. Pi. ¶ *Qui* (h. e. quorum singuli †) *nesciunt quid sit* (discrimen scilicet [t]; qui dignoscere non possunt [v];) *inter dexteram & sinistram*] [Intelligunt vel, 1. figuratè,] de Ninevitis omnibus, etiam grandioribus, qui neque dexteram neque sinistram, h. e. nihil omnino, scirent in rebus Divinis [y]: qu. d. ejus ætatis quæ honesti ac turpis discrimina nondum novit, & cui propterea parci æquum est. *Dextera* significat ea quæ recta sunt; *sinistra*, ea quæ contraria. Infans ætas describi solet ignorantiâ recti ac turpis. Vide quæ attulimus ad Deut. 1. 39 [z]. Verùm si hoc admittamus, non ità magna fuerit hæc civitas. Vel, 2. ad literam [b]. Parvulorum sive infantium periphrasis est [c]; quorum cum *bestiis* mentionem facit, propter eorum innocentiam [d]. q. d. Qui non creverunt ad annos discretionis *: ætatis innocentis & simplicis, quæ nihil peccavit, & in quam pœna non cadit nisi ratione parentum, qui jam resipuisse dicuntur [f]. Sed sic nimis magna videretur esse hæc urbs [g]. Quod prorsus nego. Nam & Lutetiæ sunt supra 400 millia capitum. Ninive autem & hanc & omnes præcipuas Europæ urbes superavit [h]. Utut ponamus hanc descriptionem non pertinere nisi ad infantes infra bimatum, hi faciunt utplurimum urbis partem minimùm quintam. Eo posito, Nini incolæ non fuerint plures 600 millibus. Qui fuit numerus plebis urbanæ Seleuciæ, Plin. 7. 26. At Thebis Ægyptiis *habitâsse quondam septingenta millia ætate militari* testabatur Ægyptiaca inscriptio Germanici ævo superstes, de qua Tacitus l. 2. Annalium. Neque fortasse pauciores habuit Roma, cùm in ea censa sunt civium capita supra 428 millia. Nam peregrinos & servos civium numerum multis partibus superâsse nemo dubitat. Porrò, præter Assyrios credibile est multos à locis remotis Niniven se contulisse, urbis maximæ & dominatricis famâ allectos. Nimirum jus civitatis peregrinis omnibus indulsit Ninus, quem sequentes Reges verisimile est hac in parte esse imitatos [i]. ¶ *Et jumenta* (vel, *pecora*, Mer.) *multa*] Ricinis multis præstantiora [k]: in quæ nec pœna competit, nec remuneratio, nisi propter homines [l]. Si hominum te non miseret, *Quid fecêre boves, animal sine fraude doloque* [m]? Al. Pecora hîc vocat grandiores, ità pecuino sensu prædìtos ut Creatorem suum non agnoscant [n]. Sed malo ad literam accipere. Huic argumento nihil respondisse videtur Jonas, (Si tu hoc tibi permittis, sine & me idem meo jure facere,) sed judicio Domini acquievisse [o].

SYNOPSIS

k Mer. l Liv. m Q. in BA. n BA. 623. o Tar. p Mer. q V. sim. D. r Mer. † Plerique in Mer. M. V. D. G. t Pi. v V. x G. y Mer. z G. sim. Mer. D. * G. a G. b Mer. c RS. in Mer. d Pi. ex Jun. * Jun. f Jun. sic G. g G. h D. i Tar. ex Jun. k Tar. l Di. m D. ex Liv. n Liv. o G. p Pi. q D. ex Mer. r D. † Tar. t G. v Calv. x G.

y Mer. sim. V. z V. a Liv. b D. c Calv. d Pi. * M. f Liv. sim. V. g Liv. h Tar. i Mer. sim. Liv. k Liv. l G. m Liv. n Mer. o Calv. p Mer. sic Calv. Tar. q Tar. r Mer. † V. t Idem. v Mer. y RS. in Mer. Q. in Calv. z G. b Mer. c Liv. D. Pi. sim. Mer. Tar. d Liv. * V. f Mer. g Q. in Calv. h Calv. i BP. 4. 20. 286. k Tar. l Mer. m G. n RS. in Mer. o Mer.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

MICHÆAM.

CAP. I.

1. AD *Michæam* (non illum filium Jemlæ, 1 Reg. 22. 8[a]. sed) *Morasthitem*] Id est, vel, 1. ex מָרֵשָׁה, *Maresa*[b], cujus mentio v. 15. & Jos. 15. 44. Cui reclamat forma vocis[c]. Vel, 2. ex מוֹרֶשֶׁת *Moreschetb*, vel *Morasthi*[d], de qua infrà v. 14*. quæ est viculus juxta Eleutheropolin[f]. Utcunque Judæus fuit: nam uterque locus erat in Judæa[g]. ¶ *In diebus Joatham*, &c.] Eodem tempore cum Jesaia, Hosea & Amos[h]: vel, paulò seriùs; quum illi ab Oziæ tempore cœpêre cognosci[i]. ¶ *Super* (vel, *contra*, D.) *Samariam* (unde malum fluxit in decem Tribus[k]: quæ prior nominatur, vel, 1. tanquam scelere potior[l]; vel, 2. quia priùs capta est[m]:) *& Jerusalem*] Unde corruptæ duæ Tribus[n].

2. *Audite, populi omnes*, כֻּלָּם] *Omnes ipsi*, D. Pi. Tar. Vide 1 Sam. 6.4. Job. 17.10. Sic הֵמָּה omnibus personis convenit. Olim exposui כֻּלָּם, *universè*; ut חִנָּם, *gratis*, רֵיקָם, *frustrà*, &c. in quibus Mem est heemanthicum[o]. *Omnes illi*, pro, *omnes vos*, per enallagen personæ[p]. *Populi* hîc sunt vel, 1. totus orbis[q]; quem testem citat adversùs omnes Judæos[r]: vel, 2. Tribus Israelis†, populi à Jacobo orti[t]; qui hîc *populi* vocantur, ut Gen. 35. 11[v]. Falsum ergò est, τὸ עַמִּים semper *gentes* notare[x]. ¶ *Terra*, &c.] Sancta[y], & omnes qui in ea habitatis[z]. ¶ *Sit* (vel, *Erit*, ο'. Ca.) *Dominus—vobis* (vel, *contra vos*, Pi. Tar. G. ex Ch. בְּ, pro עַל[a]; ut Gen. 16.12. Exod. 14. 25. Num. 12. 1[b].) *in testem*] q.d. Testor Deum contra vos, nisi resipueritis, quòd præmonuerim vos & invitarim ad pœnitentiam[c]. Siquando mala quæ dicam vobis evenient, Deus mihi testis erit, me nihil subtraxisse de eis quæ mihi mandata erant[d]. Ostendit se non loqui ex spiritu proprio aut maligno*. ¶ *De templo*, &c.] Nempe Jerosolymitano; cui vos confiditis, sed frustrà[f]. Al. de cœlo[g]: q. d. qui habitat in cœlo[h], unde prospectat omnia quæ hîc aguntur[i]. Vide suprà Jon. 2. 7[k]. Unde ira Dei revelatur, Rom. 1. 18[l].

3. *Egredietur de loco suo*] i. e. Cœlo[m]: scilicet, ad puniendum[n]. Dicitur Deus *egredi è loco suo*, sive *è cœlo*[o], quando operatur in istis inferioribus[p], & potentiam suam, quæ latère videbatur, ostendit[q]: cum in terra conspici facit beneficia sua[r], aut judicia†. ¶ *Calcabit super excelsa terræ*] i. e. Potentissimos quosque[t]: homines superioris ordinis ac status, quos v. seq. *montes* vocat; ut per *valles*, ibid. homines inferioris ordinis ac statûs[v]. Destruet loca munitissima. Vide Deut. 32. 13. & 33. 29[x]. Al. *Excelsa* hîc vocat, vel, loca illa ubi impiè visebantur aræ; vel, res quæ magno hominibus sunt in pretio, ut opes, honores, &c; vel, Samariam & Jerusalem, quæ in locis sitæ sunt sublimibus[y].

4. *Consumentur montes*] Id est, vel, 1. superbi[z]; Principes & potentes[a]: vel, 2. ea quæ firmissima videntur*: vel, 3. urbes in montibus sitæ, ut Jerusalem & Samaria†. Significat insignem vastitatem, ut Ps. 97. 5. Jes. 34. 3‡. ¶ *Valles*] i. e. Plebeii[b]: vel, oppida in vallibus sita[c]. Al. *Montes* & *valles* metonymicè hîc vocat homines in illis habitantes[d]. ¶ *Sicut cera*, &c.] Hæc comparatio respicit prius membrum*. ¶ *Sicut aquæ* (vel, *aqua*, M.) *quæ*, &c. כְּמַיִם מֻגָּרִים בְּמוֹרָד] *Effusæ*, vel *profusæ*, (vel, *actæ*, M. *quæ impetu quodam aguntur*, Ti.) *in præceps*, Mo. M. Ti. vel, *in præcipiti*, P. *in declivem locum*, Sy. JT. Pi. sic Ch. Ar. Ca. *in descensu*, id est, loco declivi[f]; sub. *subsistere nequit*: sic nec illi coram Judice[g].

5. *Quod* (vel, *Cujus*, JT. Pi. sub. *est*, JT. Pi. Calv. &c.) *scelus Jacob?*] i. e. Decem tribuum[h]. i. e. Quæ origo sceleris[i]? Μιμητικῶς refert quod illis semper in ore erat, O, quodnam est scelus nostrum[k]? ¶ *Nonne Samaria?*] i. e. Reges & Principes Samariæ[l]: vel, idololatria Samariæ[m]. Solet ab urbibus primariis latiùs fundi exemplum[n]. ¶ *Quæ* (vel, *Cujus* sunt, Pi. &c.) *excelsa Judæ?* &c.] Quæ origo excelsorum in Juda[o]? *Samaria* & *Jerusalem* emphasin hîc habent: q. d. Samaria, quam aliis urbibus imperare volui; & Jerusurbs sancta, &c[p]. Al. Versum sic reddo, *Quis est prævaricatio Jacobi?—& quis est excelsa Judæ?* &c. *Prævaricatio* & *excelsa* metonymicè dicuntur, pro causa prævaricationis & excelsorum. τὸ מִי *quis* rectè respondent Samaria & Jerus. urbes Regiæ, quippe hîc positæ pro illarum atque Regnorum rectoribus, ut Matt. 23. v. 37. Posset quoque hîc statui aposiopesis, exprimens irati Dei affectum. *Quis prævaricationem Jacobi?* &c. supple, *causatus est?* &c[q].

6. *Quasi*, &c.] Heb. *in acervum agri*, Mo. Ti. P. &c. vel, *agrestem*, JT. Pi. vel, lapidum *agri*, V. qui in agro apponi solent ad plantaria vinearum, ut percipitur è sequentibus[r]. Sing. Heb. pro plur. In acervos tales quales visuntur in agris ipsis†. *In tumulum agri*, id est, in collem qui aretur[t]. ¶ *Cùm*, &c. לְמַטְּעֵי כָרֶם] *Ad*, vel *in*, *plantationes vineæ*, P. Ti. Mo. &c. In vinetum[v]. Saxosum erat illius terræ solum: & in vineis visebantur acervi lapidum, sive ex quibus sepimenta eis fierent; sive quos congregabant rustici, cùm ad commodam vitium plantationem agrum elapidarent atque expurgarent, pro more, Esa. 5. 2[x]. Sensus est, Ex tanta urbe non manebit nisi acervus lapidum, qualis in vinea, &c[y]. Al. Ubi nunc sunt domus, vineæ erunt[z]. Indicium excidii totalis, ut apud poetam, —*& campos ubi Troja fuit*. Confer infrà cap. 3. 12. & Jer. 26. v. 18[a]. Urbs hæc in monte erat, 1 Reg. 16. 24. vites autem amant colles[b]. *Ad plantaria vineatica*, JT. Pi. Heb. *vineæ*, h. e. vinearum collectivè: i. e. Qui lapides apponi solent ad plantaria vineatica, ad muniendum illa contra incursum ferarum[c]. ¶ *Detraham in vallem*, &c.] i. e. Dejiciam ex edito in subjecta[d]. Samaria enim in monte erat*. Dirutis ædificiis decident lapides & rudera, &c[f]. ¶ *Et fundamenta*, &c.] i. e. Ità ut fundamenta appareant[g]. Eam funditus diruam[h]. Hæc & quæ sequuntur impleta per Salmanasarem[i].

7. *Sculptilia ejus concidentur*, יֻכַּתּוּ] Anomalum est, ut Jes. 24. 12. pro יוּכְתוּ[k]. Vide Amos. 3. 14[l]. ¶ *Mercedes* (vel, *donaria*, JT. Pi. V. *vestimenta*, M.) *ejus*, &c.] Ita Mo. P. Ti. &c. Dona hîc intelligit, vel, 1. idolis oblata,

a G. ex V. D. b Q. in Sin. V. ex He. & Ch. c Tar. d Tar. San. Rib. V. Pi. G. * Tar. f G. ex Hi. g San. h M. San. i G. k Idem. l Tar. m Rib. n G. o D. p Tar. q M. sim. V. Calv. r Calv. † Pi. sim. V. D. Rib. ex Th. & San. t D. v San. x Tar. y V. z G. a Tar. sim. Rib. b Tar. c V. sim. San. Tar. d G. * M. f Q. in Tar. g V. D. G. San. h V. i V. sim. G. k G. l Tar. m Pi. sim. D. Tar. T. &c. n Me. o V. G. p V. q Me. r G. † G. sim. V. t Rib. sim. Me. T. v V. x G. y Sin. z M. a Me. sim. L. * M. † G. ‡ D. b Me. sim. L.

c G. d Tar. * G. f V. M. g M. h G. i G. sim. M. Pi. Calv. D. &c. k Calv. l Me. sic T. Tar. m Rib. n G. o G. sim. Me. T. p Rib. q Di. r Pi. † V. t G. v Idem. x San. y Rib. z Q. in Rib. sim. Tar. a Tar. b Tar. ex D. c Pi. d G. * D. Pi. &c. f D. g G. h Ca. sic D. i C. k D. l G.

oblata [m], appensa in templo idolorum. Idola comparat meretricibus; cultores verò illorum, amatoribus [n]. Vel, 2. ab idolis data cultoribus suis, ut credebant idololatræ [o]. Vel, 3. collecta ex commercio & amicitia gentium, quarum sc. idola colebant [p]: donaria templi missa ab Assyriis, quorum cultum imitabantur [q]. ¶ *De mercedibus*, &c.] Idololatriæ sunt mercedes [r]. Dona hæc sunt qualia dantur scortis †. Opes suas idolis acceptas ferunt [t]. ¶ *Congregata sunt*] Heb. *congregavit*, sive *collegit*, Mo. P. M. Ti. sub. *hæc*, P. Ar. simil. D. i. e. has opes [v]; & sub. *Samaria*, M. ¶ *Usque ad mercedem meretricis* (vel, *meretricum*, V.) *revertentur*] Scilicet, illa donaria [x]. i. e. Penitùs evilescent: nam nihil illâ mercede vilius: unde & vetabatur in Templum inferri [y]. Al. Redigentur in nihilum; sicut meretrices mercedem suam abliguriunt [z]. Al. A priore possessore devolventur ad alium, ab Israelitis [a] ad alios idololatras [b], nempe Assyrios [c]. Ibunt Niniven, quæ ipsos idololatriam docuit: hoc erit διδακτρον, (*præmium doctori solutum* [d].) Al. Diripientur à militibus, qui ea, ut fit, in scorta profundent *.

8. *Plangam*] Compatiens populo meo, cui tam dirum imminet judicium [f]. Loquitur Propheta [g], vel, 1. in persona populi [h]: vel, 2. in sua persona [i]. Dicit se etiam conspicuis luctûs signis confirmaturum quàm certa sint quæ dicat [k]. ¶ *Vadam spoliatus* (vel, 1. vestibus [l]: vel, 2. mente [m]; ut שולל sumitur Job. 12. 17 [n].) *& nudus*] Id est, exutus veste superiore sive exteriore [o], h. e. pallio villoso Prophetarum, 2 Reg. 1. 8. Zach. 13. 4. Vide & Jes. 20. 2. Amos. 2. 16 [p]. Hoc fecit, vel, 1. ut suum dolorem testaretur [q]: vel, 2. ut significet ipsos nudos fore & spoliatos, &c [r]. ¶ *Faciam planctum velut draconum*] Qui cum elephantis pugnare solent. Plin. 8. 11. Ælian. De animal. 6. 20 †. & ab iis ponderе oppressi horribili resonant sibilo [t]. Ego verò odium draconum adversùs elephantos lego, luctum non lego. Fortè de aliquo draconum genere nobis ignoto loquitur [v]. Confer Job. 30. 29 [x]. Sed draconum sibilus vix quicquam habet commune cum luctu. Malim ergò תנים hîc esse *cete*. E cetis enim alia boant & mugiunt, ut phoca; & balæna, cujus mugitus binis leucis audiri potest, teste Rondeletio: alia verè & propriè gemunt, ut delphin; cui pro voce gemitum humano similem tribuunt Plin. 9. 8. Solin. cap. 12. & Petrus Gillius, qui, in navi ubi multi delphini erant pernoctans, id expertus est. Porrò, תנין, ut Hebraicè, ità etiam Chaldaicè, Syriacè & Arabicè, tam pro ceto quàm pro dracone sumitur [y]. ¶ *Quasi*, &c. כבנות יענה] *Ut pulli* (Heb. *filiæ*, Pi.) *ululæ*, JT. Pi. sim. Mo. Ful. G. Hoc alitis genus est & θρηνητικόν, (*lugubre*,) & φιλέρημον, (*eremicola*, sive *solitudinis amans* [z].) Ulula lugubrem & funestam vocem habet [a]. Sed hæc interpretatio habet omnem antiquitatem sibi contrariam [b]. *Ut struthionum*, M. vel, *filiarum struthionum*, P. sic BA. vel, *juvenes struthiones*, Ti. Solent struthiocameli fœminæ vocem edere maximè lugubrem [c]. Struthiones altùm clamare testantur Arabes, necnon Johannes de Laet in America sua, lib. 15. c. 7. & illi qui eas circumducere solent [d]. Struthiones porrò fœminæ magis quàm mares clamosæ sunt *. Clamant autem vel, 1. quum æstu & siti vehementer urgentur [f]: vel, 2. quum comprehendi vident à venatore pullos suos [g]: vel, 3. quum deserti sunt à parente; quippe qui nec pullos nutrit, nec ova incubatu fovet [h]. [Sed de בת יענה consulat qui velit quæ fusè à nobis congesta sunt ad Lev. 11. 16.]

9. *Quia desperata* (vel, *ægra*, JT. *lethalis*, Pi. *insanabilis*, Q. in V. *acerba*, V. vel, *acerbæ*, P.) *est* (vel, sub. *sunt*, M. Ti. P. V.) *plaga ejus*] Ità Mer. &c. vel, *plagæ ejus*, P. V. Sing. hîc junctum plurali [i]. Vel, utraque *plagarum ejus*, V. vel, *unaquæque plagarum ejus*, Pi. Confer Jer. 15. 18 [k]. *Ejus*, nempe Samariæ, ex v. 6 [l]. Vel, in *plagis suis*, RS. in D. sic Tar. Putà Samaria, qui nominativus ex v. 6. hîc repetendus est [m]. [Sensus,] Non sanabitur [n]. *Plagam* vocat cladem ab Assyriis illatam, indéque nascentes famem & pestem [o]. ¶ *Venit* (plaga Israelitarum [p]) *usque ad Judam*] Ad Judæos vicinos [q]. Cœpit in Samaria, & serpit ad Jerus [r]. Assyrii, post destructam Samariam vastatámque terram 10 tribuum, etiam terram 2 tribuum vastabunt, Rege Assyriorum Sennacheribo, & ad Jerosٖ. pervenient †. ¶ *Tetigit* (sub. *hostis*, D. vel, *Pervenit*, sive *Pertigit*, *usque ad*, D. Ti. &c.) *portam* (i. e. urbem, ut Gen. 22. 17. & 24. 60. &c [t].) *populi mei*] i. e. Cujus ego sum membrum [v]: i. e. tribus Judæ [x], è qua Michæas erat [y].

10. *In Geth* (vel, *Gathi*, D. Tar. &c.) *nolite annunciare*] Scil. has plagas [z]. Utinam nesciant ista Palæstini [a]. Cohibete dolorem [b]; nè lætentur [c], & nos irrideant [d]. Sumptum ex 2 Sam. 1. 20 [f]. Sed quid? nonne hæc nota erant? Certè. Verùm usitatum est in Threnis hoc loquendi genus [g]. ¶ *Lacrymis nè ploretis*] Heb. *Flendo nè fleatis*, Pi. Nè nimium edite ploratum [h], nè illi audiant [i], & gaudeant [k]. ¶ *In domo*, &c. בבית לעפרה עפר התפלשתי] עפרה sumi potest vel, 1. appellativè [l]: [unde locum sic reddunt;] *In domo pulveris pulvere vos conspergite*, Vulg. vel, *involve teipsam*, Mo. *Qui habitant in domibus pulverulentis cinere conspergant se*, Ch. *Domum pulveris* hîc vocat urbes captas & ruentes, & ex ruinis plenas pulvere [m]. Ità sensus erit, In ruina urbis [n], & patriæ [o], pulvere vos aspergite [p]. *Cùm in domo pulveris pulvere conspergemini*. Mos est hujus Prophetæ voces vicini soni & communes sumere ad obscurè notandum nomina propria. עפרה est, *pulvis*: sed per eam vocem significatur *Ephraim*, cujus domus erant in pulverem redigendæ [q]. Vel, 2. propriè: quod simplicius est [r]. [Sic ergò reddunt;] *In domo* (vel, *In domibus*, Sy. vel, *Propter domum*, P. M. Ti. i. e. *Propter domos*, V.) *Ophræ* (vel, *Apud Beth Aphram*, Ca.) *in pulvere voluta te*, Pi.] T. Ca. sim. Sy. P. tanquam in summo luctu †. Vide Jer. 6. 26. Ezec. 27. 30 [t]. Sed cur hoc jubet, quum fletum prohibuerit? Resp. Quia hæc volutatio in cinere sine strepitu fieri potuit *. *In domo*, hoc est, domibus, *Aphræ*, vel potiùs, quæ pertinent *ad Aphram*, sive quæ sunt in territorio Aphræ: non enim dicit עפרה, sed לעפרה †. Verùm ל hîc redundat, ut 1 Par. 23. 28. *Et in purgatione* לכל (pro כל) *omnis rei sanctæ* [v]. Sensus est, Lugete clanculùm in ædibus vicinis, nè exaudiamini: vel, Lugete procul à finibus Philistæorum, à quibus Aphra procul aberat [x]. עפרה *Aphra* erat oppidum in tribu Benjamin, Jos. 18. 23 [y]. Παρήχησιν habet cum עפר, quod *pulvis* est, ut Num. 19. 17: éstque paronomasia elegans, ut si quis diceret, *Vos qui Lutetiæ estis, luto vos conspergite* [z]; vel, *O Lima, limo te conspurca* [a]. Τὸ Keri [b], sive in margine [c], est התפלשי [d]; quod video omnes sequi *. At τὸ Kethif [f] est התפלשתי [g], *volutavi me*: quod non video cur rejiciatur [h]. Accipi possit dictum in persona Prophetæ, ut suprà, *plangam* [i]. Sensus esse potest, Nolite publico fletu deflere, &c. sed meo exemplo discite quomodo vos geratis, qui me in domum Ophræ abdidi, ibique me in pulvere volutavi [k].

11. *Et*, &c. עברי לכם יושבת שפיר] *Transi*, (vel, *Transi vobis*, Mo. P. V. pro, *Transi tibi*. Confusio numerorum [l]. τὸ *transi* cœtum totum respicit; τὸ *vobis*, cives singulos: & *vobis* redundat [m]. *Transi*, sc. in exsilium [n], in Babylon [o]. Imperat. pro fut. *Abibis* [p]; ut Esa. 47. 2. *Nuda crura transi flumina*, &c. Qui loquendi modus epitasin habet, & celeritatem ac certitudinem rei indicat [q].) *habitatrix Saphir*, P. Ti. &c. *Transite pariter, habitatrix civitatis Saphir*, M. *Saphir* villa est in montibus, inter Eleutheropolin & Ascalonem, in tribu Juda, teste Eusebio [r]. Forsan ea est quæ alio nomine *Saphora*, vel *Sephoron*, aliàs Diocæsarea, dicitur †. Appellatio à pulchritudine [t]. Vel, vox שפיר appellativè sumitur [v]: [unde quidam eam sic vertunt;] *pulchre*, Mo. vel, *pulchra*, Vulg. vel, *elegantis*, sub. *loci*, Tar. sic JT. Pi. Id est, vel, 1. Judææ [x], & inprimis Jerosolymæ, Psal. 46. 5 [y]: vel, 2. Samariæ, quæ pulchro & uberi loco sita est [z]. *Et cùm peribit vobis habitatio pulchra*. שפיר, quod *pulchram* significat, hîc *Samariam* innuit, affini, ut diximus, voce [a].

¶ *Confusa*, &c. עריה בשת] *Nuda* (vel, *nudata*, JT. Pi. Tar. sic M. nempe ab hoste victore [b]: vel, *pudefacta*, M. vel, *detecti*, Ca.) *pudore*, Mo. P. vel, *turpiter*, Ti. Ca. D. בבשת, pro בשת †: vel, *usque ad confusionem*, M. vel, *pudendis*, JT. Pi. Tar. D. sim. V. Vide Esa. 47. 3. Ezec. 16. 37. Hos. 2. 10 [c]. *Nuda pudore*, i. e. nudo corpore, ut accidit iis qui detractis vestibus abripiuntur in captivitatem [d]. Al. Est hic habitus ancillarum, quibus non conveniunt fluentes laciniæ *. Sensus, q. d. Tu, quæ antea gloriabaris ob elegantiam tuam, abduceris captiva cum magno dedecore

decore

Marginalia (left column): [m] D. sim. [n] Ti. San. M. [o] V. [p] San. [q] Rib. [r] G. [s] G. sim. D. Me. Tar. &c. † V. [t] Pi. [v] V. [x] Pi. [y] D. [z] Pi. [a] T. [b] V. [c] V. sic M. T. D. &c. [d] G. * D. [f] M. [g] M. G. sic D. [h] M. [i] Sic D. [k] G. [l] D. sim. V. Pi. [m] He. in V. [n] Q. in D. [o] D. [p] G. Pi. sim. D. [q] D. [r] San. † Rib. sim. Me. D. &c. [t] San. [v] San. ex Hi. sim. Me. [x] San. [y] Tar. D. [y] BA. 1. 1. 7. 47. [z] Ful. in sc. 6. 7. [a] Jun. [b] D. prov. 2. 5. 74. [c] V. [d] BA. 2. 2. 14. 228. * Me. [f] Mon. [g] San. [h] D. prov. ib. [i] V. [k] D. [l] Pi. [m] Tar. [n] G. [o] Me. [p] D. [q] Idem. [r] M.

Marginalia (right column): † G. sim. Me. [t] D. [v] Pi. sic [x] Tar. [y] Pi. sic V. [z] D. Tar. [a] Tar. [b] Pi. [c] G. [d] Me. [f] T. [g] G. [h] G. ex D. [i] sic Tar. &c. [k] D. [l] G. [m] D. [n] G. [o] Me. [m] Rib. [n] M. [o] San. [p] Me. sim. San. [q] G. [r] Me. † Tar. sim. M. D. V. [t] D. sim V. * D. † D. sim. V. [v] Di. [x] D. [y] D. sic M. [z] Pi. Me. Calv. [a] D. [b] Tar. ex La. [c] Di. sic D. [d] G. * Di. sim. D. G. * Di. [f] Di. sic D. [g] Di. D. G. [h] Di. [i] D. [k] Di. [l] V. [m] D. ex V. [n] D. sim. V. [o] Pi. [p] V. sim. San. [q] San. [r] D. † Me. ex La. [t] D. [v] Me. &c. [x] Tar. sic Pi. [y] Tar. [z] Me. [a] G. [b] Pi. † D. [c] Tr. [d] Me. * San.

decore tuo[f]. *Nuda pudendis*, i. e. dejectis muris, qui velut vestes sunt urbium; fundamentis apparentibus, ut supra dictum[g]. ¶ *Non*, &c. לא יצאה יושבת צאנן מספד בית האצל יקח מכם עמדתו] Τὸ *Saanan* sumi potest vel, 1. propriè, ut sit *Saanan* urbs Judæ, Jos. 15. 37; vel potiùs, eadem cum *Sennin*, vel *Saannanim*, vel *Sannanim*, quæ fuit urbs in tribu Napthali subjecta Samariæ, ut patet ex Jos. 19. 33. Jud. 4. 11: vel, 2. appellativè[h]. [Hinc locum variè reddunt.] *Non est egressa habitatrix Saanan*, Mo. M. P. Ti. &c. (Dicta צאנן à יצא *exire*[i]. q.d. Quanquam ab exeundo Saanan vocaris, tamen non exibis[k]. Vel, *habitatio abundans*, Sym. in D.) *planctum* (vel, *ad planctum*, P. D. vel, propter *luctum*, M.) *Beth-haesel*, Mo. P. &c. (oppidi τοῦ Saanan vicini[l]. q.d. Cives Saanan non iverunt ut consolarentur cives Beth-haesel in calamitate sua, cùm viderent eos captivos abduci[o]. Quia, scilicet, communis erit calamitas, nemo ab ea immunis erit; sic alter alterum consolari non potest[p]. Recenset hîc Propheta urbes aliquot Judææ; quarum nomine & reliquas ejus urbes intelligit, earúmque futuram calamitatem & captivitatem deplorat, facundè alludens ad nomina earum[q]. Aliter, *Non egressa fuit habitatrix Saanan: planctus erit in Beth-haezel.* Sensus est, Non prodibit obviàm hosti, sed se muniet & obsidionem exspectabit. Huic favent verba proximè sequentia[r].) *accipiet* (sub. *hostis*, M. D. sim. P.) *à vobis* (vel, *vestra*, M.) *stationem suam*, Mo. P. Ti. vel, *subsistentiam suam*, vel *moram*, i. e. mercedem temporis quod insumet in obsidione ejus. q.d. Tandem etiam expugnabitur, & ità idem illi eveniet quod & ipsi Beth-haesel †. Vel, *propter stationem suam*, M. vel, mercedem *stationis suæ*, h. e. moræ quam fecit in oppidis vestris expugnandis. Eò erit in vos durior ac severior, quò illi plus negotii exhibueritis pertinaciter resistendo. Quidam sic, *Discet à vobis* (nam לקח *doctrina*,) *stationem suam*, hoc sensu, *Discet à vobis, ô incolæ Beth-haezel, discet, inquam, Saanan stationem suam*, h. e. tuo eventu edocta sciet sibi non diu standum esse: hostem quippe pari facilitate quâ vos dejecit & suam urbem expugnaturum[t]. [Alii locum aliter reddunt.] *Nè exeunto Saananis incolæ: Bethaeselensis luctus sumet à vobis statum* (i. e. initium) *suum*, Ca. *Non est egressa quæ habitat in exitu*, Me. ex Vulg. &c. (i.e. in fine Terræ sanctæ, proxima hostibus, vicina Assyriis: q. d. Nè putes, ô Samaria, te, ut Prophetæ minati sunt, jam egressam fuisse, utpote captam à Teglath Phalasar, 2 Reg. 15. 29. adeóque pœnam tuam persolvisse. Non ità est: nondum es egressa, & abducta in captivitatem: tota abducêris, &c. Idem erit sensus si Saanan sit proprium nomen[v]. τὸ צאנן, vicinitate simili iis quas diximus, *Sionem* significat, hoc sensu, Illi qui in Sione habitant nè pedem quidem moverunt ad servandos Ephraimitas[x].) *planctum domus vicina* (vel, Beth haetsel, quæ vicina est Saanan[y],) *accipiet ex vobis*, (id est, ex vastatione vestra, quia mox & ipsa vastabitur, ipsa, inquam[z],) *quæ stetit sibimet*, Me. ex Vulg. &c. i. e. in seipsa, suæque munitioni confidens[a]. Vel, *planctum, ô Bethaetsel, accipiet à vobis Sion stans sibi.* Bethaetsel *Domum separationis* significat, à Deo scilicet. Indicatur autem *Bethel, Domus Dei* olim dicta. Sensus est, Urbs Hierosolymæ planctum quidem à Bethele audiet, sed res suas aget, neque se Bethelis luctui miscebit[b]. Al. *Non exibit* (vel, tibi in occursum[c], vel, in agrum cum pecore: synecdoche generis[d]:) *habitatrix loci pecorosi*, JT. Pi. Tar. (h. e. qui abundat pecore *: h. e. quisquis in tuis villis, suburbiis, & prædiis abs te conductis, habitat, ut tantò meliùs tua curare possit pecora[f]. צאנן dicitur à צאן[g].) *planctus erit in locis adjacentibus*, JT. Pi. Tar. (Hebr. in *loco illius lateris*, ut אצל accipitur 1 Sam. 20. 41[h]. h. e. in locis incultioribus, quæ secundùm agros uberes sunt, & de illorum copia fructum percipiunt[i].) *quæ accipiunt à vobis* (nempe à locis pecorosis[k],) *constitutionem suam*, JT. Pi. Tar. sive, *statum suum*, Pi. i. e. rationem victûs[l], & unde se sustentant[m]: quæ ex locorum uberum copia aluntur commodiùs, ex inopia verò gravissima sentiunt incommoda[n].

12. *Quia*, &c. כי חלה לטוב יושבת מרות] *Siquidem* (vel, *Quia*, P. M. &c. *Verùm*, G. *Certè*, V.) *doluit* (vel, *dolebit*, JT. Pi. G. sim. V.) *propter bonum* (vel, *propter felicitatem*, V. sub. *amissum*, P. Ca. sic V. Pi. D. publicâ scilicet clade[o]: h.e. propter loca culta & fertilia, unde ad ipsos quoque fructus aliquis manabat[p]. Vel, *propter fortem*, G. *propter fortes occisos*, G. ex Ch. Al. *exspectavit ad bonum*, sed frustrà[q]: vel, *infirmata est in*, sive *ad, bonum*, Vulg. Sy. sub. *agendum*, Sy. sic Ti.) *habitatrix* (vel, *habitans* plebs in, G.) *Maroth*, Mo. P. M. &c. Locus erat in tribu Juda[r]: forsan ille Jos. 15. vers. 59 †. Al. מרות hîc, transpositis literis, innuit רמות. Plures erant in Duarum tribuum sorte urbes quibus nomen *Rama*: eæ pluraliter dicuntur רמות. Confer Jer. 31. 15. Judæis nihil proderit quietos se continuisse, cùm Samaria & vicinæ urbes destruentur[r]. Vel, *asperorum*, Pi. sic JT. Tar. Heb. *amarorum*, h. e. molestorum[s]; sub. *locorum*, Pi. sic JT. Ar. ¶ *Descendit malum* (vel, *afflictio*, V. Sennacherib[x],) *à Domino* (non forte fortunâ[y],) *in portam*, &c.] Expugnatis urbibus reliquis[z], veniet usque ad portas, &c[a].

13. *Tumultus*, &c. רתום המרכבה לרכש] *Apta* (vel, *Liga*. P. M. *Junge*, Ti. JT. Ca. Pi.) *currum veloci equo*, Mo. sim. P. Ti. G. vel, *veredis*, Ca. D. *ad veredarium*, M. vel, *dromadibus*, V. vel, *angariis*, JT. Pi. scilicet equis[b]; vel, *mulis*, Q. in Pi. Vel, 1. quo vehantur missi à Sennacheribo feciales ad deposcendam deditionem Jerosf. 2 Reg. 18. 17[c]: vel, 2. ut celeriùs aufugias; alioqui brevi capieris[d]. ¶ *Habitanti Lachis*] Urbis*, sive oppidi munitissimi[f], in tribu Juda, Jos. 15. 39[g]. Vide 2 Reg. 18. 13, 14. Jer. 34. 7[h]. ¶ *Principium* (vel, *Origo*, Pi. Tar.) *peccati est* (vel, *es*, hoc est, fuisti[i],) *filiæ Sion*] Vel, 1. quia in Lachis posita fuerunt idola à principio; de quo alibi[k]: vel, 2. quia hæc prima urbium Judæ recepit cultum idolorum[l], à Jeroboamo institutorum, ut significatur verbis sequentibus[m]. Al. *Origo peccati ipsa est cum filia Tzijonis*, JT. i. e. Lachischani cives cum civibus Jerosolymitanis conspirârunt contra Amasiam, eúmque iis prodiderunt. Vide 2 Reg. 14. 19[n]. Verùm Propheta in genere hîc loquitur de defectione Judæorum, non tam à Rege, quàm à Deo[o]. ¶ *Quia in te inventa*, &c.] Tu idololatriam ab Israele acceptam transmisisti Hierosolyma[p].

14. *Propterea dabit emissarios*, שלוחים] *Missiones*, Mo. vel, *missilia*, Ti. *munera*, vel *dona*, P. M. JT. Pi. ut 1 Reg. cap. 9. vers. 16. Hebr. *mittenda*: vel scil. ut sibi parcant[q]; vel, ut opem ferant[r]. ¶ *Super*, &c. על מורשת גת] [Variant.] *Ad*, vel *super*, *hæreditatem* (vel, *hæredibus*, Ch.) *Geth*, Ar. Vulg. &c. i. e. possessioni sive agro Gethæorum, h. e. Gethæis ipsis & urbibus subjectis illis *. *Hæredi Geth Hæredem Geth* vocat Assyrium, qui Philistinorum urbes tum tenebat †. Al. *ob Gethensem possessionem*. Ca. *cum Moreschetha Gathi*. JT. Pi. Tar. oppido à Benjaminitis occupato, quod priùs ad Regnum Gathi pertinebat. Sic interpretamur ex 1 Chron. 8. 13[t]. *Moreseth* (vel, *ipsi Moreseth*, vel *ad Moreseth*; על pro אל, ut Jos. 2. 8. Jes. 29. 12[v].) *Gath*, Mo. vel, quæ est in *Gath*, P. M. Ti. V. ex He. Locus erat Philistinorum quem cepit David[x], vicinus urbi Gath[y]; sic dictus discriminis causâ*, ut distingueretur ab alia urbe cognomine †. ¶ *Domos*, &c. בתי אכזיב לאכזב וגו'] *Domus Achzib* (Aut civium ædes intelligit[z], quæ erant instar arcium in Achsib[a]: aut fana idolorum quæ ibi colebantur[b]. *Achsib*, &c. quæ sequitur, *Maresa*[c], ex oppidis Judæ[d], Jos. 15*. vers. 44[f]. Sub. *fuit*, G. vel, *erunt*, P. JT. Pi.) *in*, vel *ad*, *mendacium* (vel, *in deceptionem*, G. *mendaces*, JT. Pi. Paronomasia inter אכזיב & אכזב[g].) *regibus Israel*, Mo. P. Ti. i. e. Judæ[h]: ut Josaphat & Achaz dicuntur *reges Israel*[l]. Nomen universale pro speciali; nam Juda continetur sub Israele[k]. Speraverunt indè auxilium, sed frustrà[l].

15. *Adhuc hæredem* (i. e. dominum[m]; vel, *possessorem*, qui te possideat[n]: hostem qui te occupet[o], velut hæreditario jure[p]: nempe Regem Assyriæ[q], quem hæredem instituam Israelis & bonæ partis Judæ[r]. Paronomasia, יורש *hæres*, & מרשה, quod *hæreditatem* significat †. Al. *depopulatorem*, M. Ti.) *adducam tibi*] Ità Sy. Mo. P. JT. &c. Hostis ille non Philistinas tantùm urbes, sed & Judaicas, possidebit[r]. ¶ *Maresa*] Erat oppidum Judæ, Jos. 15. 44[v]. & patria Prophetæ[x]. Non parcit gentilibus suis; nec favore nec odio flectitur, neque accipit personas[y]. ¶ *Usque ad Odollam* (vel, *Adullam*, D. Pi. &c. Oppidum erat tribus Juda, Jos. 15. 35[z]. à Lachiso

[Marginal notes, left column: f V sim. D. — g G. — h Mo. — i D ex He. — k D. — l D. sim. V. — o V. — p D. — q V. — r D. — † V. — t D. — v Me. — x G. — y Me. — z Idem. — a Me. sim. T. — b G. — c Tar. — d Pi. — * Idem. — f Tar. — g BA. 1. 2. 43. sim. G. — h Pi. ex Jun. sic Tar. — i Jun. — k Pi. — l Pi. Tar. sim. Jun. — m Tar. — n Jun.]

[Marginal notes, right column: o D. — p Pi. — q Calv. — r D. ex He. sub. sic Me. — † Me. — r G. — s Pi. — x Me. Tar. G. &c. — y V. D. — z Idem. — a G. ex V. — b Pi. — c G. — d V. sim. M. D. Pi. Calv. — * D. — f Tar. — g D. — h Tar. — i G. — k L. — l D. sim. V. Me. Calv. Pi. &c. — m Pi. — n Jun. — o Tar. — p G. sim. Calv. V. D. &c. — q Pi. — r Tar. Q. in V. — * Q. in V. — † G. — t Pi. ex Jun. sic Tar. — v D. — x V. ex He. — y Calv. — * D. — † Calv. — z D. sim. V. — a V. — b D. — c G. — d V. D. G. Pi. — * G. — f D. Pi. — g Pi. — h V. D. ex He. Pi. — i D. — k V. — l G. — m G. — n V. — o Pi. — p Pi. D. — q V. sim. D. — r V. — † G. sim. — r D. — v D. — x Calv. — y San. — z D. sic G.]

à Lachiso non procul[a].) *veniet* (scilicet hæres ille[b], vel hostis[c],) *gloria Israel*] Ità Mo. Ti. Assyrius[d]: quem sic vocat vel, 1. ironicè, q.d. qui erit maximo dedecori non solùm tibi, sed & toti Israeli *; per quem tota gloria Israelis auferenda esset[f]: vel, 2. quia illo socio olim gloriati sunt Israelitæ; vide 2 Reg. 15. 19[g]. Al. *Gloriam Israelis* per antiphrasin aut ironiam hîc vocat captivitatem & vastitatem[h], sive ignominiam & cladem[i], quam suis peccatis commeritus est Israel[k], quam brevi accipiet ab hoste victore. כָּבוֹד vox ambigua est, nec tantùm *gloriam* sign. sed & *gravitatem, pondus,* & *molestiam*[l]. Ità sensus est, Clades perveniet usque ad Odollam, quæ erat urbs in finibus Judæ, h. e. ad remotissimas usque Judææ urbes[m]. Al. *ad Adullam gloriam Israel*, appositivè: quæ sic dicitur[n], quòd urbs fuit, sicut antiqua & sedes Regia, ità potens, vasta, & elegans[o], in loco tuto sita, notissima etiam post reditum populi[p]; quâ corruente, corruere censebatur fortitudo & gloria Israelis[q]. Al. *gloriæ Israel*, M. P. V. sub. *depopulator*, M. vel, sub. *hæres*, P. V. i. e. qui possidebit omnes urbes munitas & magnificas regionis Juda, ipsis expugnatis. Vide 2 Reg. 18. 13[r]. Al. ô *gloria Israel*, D. vel, *gloriam* (vel, imò usque ad *gloriam*, Pi.) *Israelis*, JT. Pi. Sic vocat Hierosolymam †.

16. *Decalvare*; ità M. קָרְחִי] *Glabra te*, JT. Pi. vel, *Depila te*, V. *Evelle tibi pilos*, G. ex Ch. ô Hierosolyma[t]. Alloquitur Judam, cujus urbes jam aliquas nominaverat[v]. *Decalva teipsam*, P. Mo. &c. sc. ad testandum luctum[x]. At calvitium sibi ob mortuos inducere mos quidem erat gentibus aliis, sed Judæis vetitus, Deut. 14. 1[y]. ¶ *Et tondere*; ità M. sim. Mo. וָגֹזִּי] *Et tonde*, JT. Pi. P. sub. *comam*, P. sim. V. novaculâ, vel forcipe[z]. Cincinnos & delicias comarum circumcide[a]. q.d. Habebis justam mœrendi causam, & mœroris ostendendi signis exterioribus, &c[b]. ¶ *Super* (vel, *propter*, JT. Pi.) *filios deliciarum tuarum*] Ità Mo. P. vel, *delicatos tuos*, M. Ti. ο'. &c. qui priùs vescebantur delicatis tuis fructibus[c]. Vel, *amatissimos*, interfectos ab hoste scilicet[d]. ¶ *Dilata calvitium tuum*] Decalva, sive Depila, te omnino *; ad dolorem testandum ob liberos, non interfectos, sed deportatos. Lex enim calvitium non vetabat nisi in luctu funebri[f]. ¶ *Sicut* (vel, *quantum*, Ca.) *aquila*] Videlicet dum senium exuit[g]. Solet aquila in senectute immutare pennas, & recipere novas; ideo dicitur quasi reviviscere[h]: tunc habet caput ferè implume[i]. Vide Psalm. 103. 5[k]. Esa. 40. 31[l]. Calvitium homini propriè tribuitur: illud tamen tam Græci (vide Plin. 11. 37.) quàm Hebræi avibus tribuunt, hoc discrimine; quòd, quum avium calvitium juxta Græcos pertineat ad solum caput, id Hebræi extendunt ad totum corpus, & avis *calva* illis dicitur quæ glabra & deplumis est. *Calvitium aquilæ* hîc est illud tempus quo pleræque ejus pennæ exciderunt. In ingressu nempe Veris rapaces aves plumarum defluvio sunt obnoxiæ[m]. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי גָלוּ מִמֵּךְ] *Quia* (sub. *tui*, M. vel, sub. *filii tui*, V.) *demigraverunt* (vel, *exsulaverunt*, M. vel, *demigrabunt*, V. sic Ti. præt. Heb. pro fut[n]. vel, *migrant*, JT. Pi.) *à te*, P. sic Mo. &c. vel, *ex te*, te desertâ[o].

[a] G. [b] Ti. [c] D. [d] G. sim. Q. in V. * Q. in V. [f] Q. in Calv. [g] G. [h] Rib. ex Hi. [i] San. ex Hi. sim. [k] Calv. [l] Rib. [l] San. [m] Mc. [n] Calv. [o] T. [p] Calv. [q] T. [r] V. ex Hi. † Pi. ex Jun. D. [t] Pi. [v] G. [x] Pi. [y] G. [z] He. in V. [a] G. [b] V. [c] D. [d] G. * V. [f] G. [g] Ca. [h] V sim. M. [i] V. [k] M. Tar. [l] Tar. [m] BA. 2. 2. 1. 165. [n] V. [o] D.

CAP. II.

1. **V**Æ, &c. הוֹי חֹשְׁבֵי אָוֶן] *Væ cogitantibus* (vel, *machinantibus*, Pi.) *iniquitatem*, Mo. M. Pi. sic Ti. sim. Ch. in G. Hæc est altera & posterior revelatio, quæ Prophetæ contigit post discessum Sennacheribi, ex collat. Jer. 26. 18. quâ cognovit Hierosolymam, non minùs quàm Samariam, capiendam fore, populúmque deportandum. Quorum malorum causas explicat, inhumanitatem in populares, & impietatem in Deum[p]. Cap. 1. peccata primæ Tabulæ accusavit; hîc, 2. Tabulæ[q]. ¶ *Et*, &c. וּפֹעֲלֵי וגו'] *Et operantibus* (animo scilicet[r]; i. e. statuentibus apud se. In lectis enim maximè vacant cogitationibus †. *Operari* positum est pro *constituere*; ut μοιχᾶσθαι, (*mœchari*,) Matt. 5. vers. 28. Noctu constituunt, de die exsequuntur, ut sequitur[t].

[p] G. [q] Tar. sim. Calv. [r] D. † V. [t] G.

Vel, *qui patrant*, Ti.) *malum in cubilibus suis*, P. M. ¶ *Faciunt illud*] Heb. *illam*, nempe *cogitationem*. Nomen verbale comprehensum in חוֹשְׁבֵי[v]. ¶ *Quoniam contra Deum est manus eorum*: id est, consilia, conatus, &c[x]: כִּי יֶשׁ לְאֵל יָדָם] *Quia* (vel, *Quandoquidem*, Ti. *Si modò*, Ca. Tar. *Quum*, JT. Pi. *Nam*, Ch.) *est in potestate* (vel, *facultate*, Mo.) *manus ipsorum*, JT. Pi. D. Tar. vel, *sit eis in manu*, Ca. vel, *viribus pollent*, Ti. vel, *facultas*, sive *potentia*, (sub. *adest*, Ch.) *in manu eorum*, M. P. sic Ch. sub. *ad opprimendum*, P. Eadem phrasis Gen. 31. 29. Nehem. 5. 5[y]. & Deut. 28. 32. Prov. 3. 27[z]. Vel, *res sit in potestate eorum*. Cogitata exsequentur nisi vires desint[a]; si per magistratum licet[b]. Sed locutio Hebraica, quod miror, à nemine hîc redditur. Sic verto, *Quia est ad potentiam*, sive *fortitudinem*, *manus ipsorum*. q. d. Audent experiri quid valeant, quantum possunt tantum audent, neque enim justitiâ aut timore Dei retinentur; & ideo, quoties adest spes lucri, statim manus eis prompta est. Sic & Prov. 3. 27. expono, *quum manus tua ad potentiam erit*, non, ut vulgò, quum erit facultas ad juvandum miseros; sed, quum prompta erit manus tua ad exsequendum aliquod maleficium, abstine tamen. Sic etiam & Deuter. 28. 32. Quum te spoliabit hostis, *non erit manus tua ad potentiam*, i. e. non audebis digitum movere, &c[c]. אֵל hîc est, *potestas*: frequentiùs, *Deus*[d]. [Unde alii sic reddunt;] *Quia non levaverunt ad Deum manus suas*, ο'. Ar.

2. *Et concupierunt* (vel, *Qui concupiscunt*, JT. Pi. Injiciunt oculos & animum rebus alienis *. Vel, *Quòd si concupîere*, P. ad verb. *Et concupiscent*, V. *Simulac concupiverunt*, D.) *agros*, &, &c. וְגָזָלוּ] *Et* (vel, *mox*, P. vel, *quos*, JT. Pi.) *rapiunt*, Ti. &c. vel, *diripiunt* eos, D. *rapuerunt*, nempe agros[f]: mox occupant[g], aut vi, aut astu[h]. ¶ *Et*, &c. וּבָתִּים וְנָשָׂאוּ] *Et* (vel, *aut*, P.) *domos*, Mo. JT. &c. & (vel, *quas*, JT. Pi. vel, *tunc*, P.) *tulerunt*, Mo. &c. vel, *adimant*, JT. Pi. *Et domos* (*concupierunt* ἀπὸ κοινοῦ repetendum:) *& tulerunt*, id est, suas fecerunt[i]. *Domibus* inhiant, *& auferunt* eas, Ti. ¶ *Virum & domum ejus*] Id est, fundum[k].

3. *Ego cogito*, &c.] Concinna antithesis inter Deum & Judæos, & cogitationes utriusque malas, sed diverso sensu, &c[l]. Illi mala machinati sunt popularibus, ego ipsis; illi injuriâ, ego jure[m]. ¶ *Unde non auferetis* (vel, *eximetis*, G. *removebitis*, V. sic JT. Pi. i. e. non poteritis subducere[n]:) *colla vestra*] Vel, *cervices vestras*, G. Quod nullo modo possitis excutere[o]: sicut à jugo Legis meæ subtraxistis[p]. Metaphora à jumentis jugo subditis[q], & illud excutientibus[r]. ¶ *Et non ambulabitis superbi*, רוֹמָה] *Elati*, Ti. *elatè*, JT. Pi. Ca. *recti*, Ar. sim. ο'. *erecti*, Ch. *erectâ* (vel, *rectâ*, Sy.) *staturâ*, M. Sy. vel, *cervice*, P. ad verb. *cum elatione*, Pi. scilicet colli †: vel, *in altitudine*, V. ut superbi[t]: *erectè*, D. Jugo imposito impediente[v]. Signum mœroris, caput in terram inclinare; ut, contrà, animi læti, erecto vultu incedere[x]. ¶ *Tempus pessimum*] Vel, *acerbissimum*; nempe tempus deportationis[y].

4. *Sumetur super vos parabola*; vel, *de vobis proverbium fiet*, G. יִשָּׂא וגו'] *Sumet*, vel *tollet*, (vel, *proferet*, JT. Pi. sub. *quispiam*, Ti. D. vel, *plangens*, M. vel, *lamentator*, P. D. Sing. pro plur. *assument*, i.e. conscribent multi[z],) *super vos*, vel *de vobis*, *parabolam*, Mo. JT. Pi. i. e. lamentationem: quam *parabolam* vocat, quòd in lamentationibus utantur parabolis & ænigmatibus[a]. ¶ *Et*, &c. וְנָהָה נְהִי נִהְיָה] *Et lamentabitur* (vel, *planget*, M. Ti. sub. *lamentator*, JT. Pi. vel, sub. *quisque externus ex persona vestra*, G. A vestro ore hoc sument Assyrii, & vobis mœrentibus cum risu & sanna objicient[b].) *lamentum* (vel, *planctum*, M. Ti.) *lamenti*, Mo. G. sic P. vel, *summum*, JT. Pi. vel, *lugubri*, M. Ti. tristissimum[c]. Vel, *fractum*, Q. in D. נִהְיָה, *fractum*, ab הָיָה Sic נִהְיֵיתִי, *fractus sum*, Dan. 8. 27[d]. [Ca. hoc membrum cum præcedente sic reddit, *Tunc utentur de vobis sententiâ & lamentabili næniâ lamento.*] Plerique נִהְיָה sumunt pro nomine substantivo, à נָהָה *lamentari*: sed, quia nusquam alibi ità usurpatur, ubique autem est præt. Niphal ab הָיָה, hîc quoque ità acciperem, & locum sic verterem, *In die illo assumet super vobis parabolam, & lamentabitur lamentator lamentum: Factum est, dicet, vastando vastati sumus*, &c. Moneo נִהְיָה & יִשָּׂא

[v] V. [x] Mc. [y] Tar. [z] D. Tar. [a] G. [b] Tar. [c] Calv. [d] D. * C. [f] Idem. [g] V. sim. D. [h] V. sim. G. [i] G. [k] Idem. [l] Calv. [m] G. [n] V. [o] Mc. sim. D. Tar. [p] Tar. [q] D. [r] Tar. † Pi. [t] Pi. sim. V. [v] G. sim. D. [x] D. [y] G. [z] V. [a] Idem. [b] San. [c] G. [d] D.

& יִשָּׂא impersonaliter sumi, pro more Hebræorum; ut & אָמַר, necnon יָמִיר, & יָמִישׁ, & יְחַלֵּק †. ¶ *Vastati* (vel, *perditi*, Ca.) *sumus*] Inquit populus *. Prorsus actum est de nobis. In lamentationibus omnia confunduntur, & numeri, & personæ, & tempora, & genera: referunt enim verba hominis perturbati [f]. ¶ *Pars* (vel, *Partem*, sive *Portionem*, P. Ti.) JT. Pi. i. e. agrum [g]; vel, *latifundium*, Ti. *hæreditatem*, D.) *populi mei commutata est*, יָמִיר] *Commutat*, vel *commutavit*, vel *commutabit*, JT. Pi. P. Ti. M. &c. subaud. *ille*, Ti. vel, sub. *Deus*, M. JT. Pi. D. sic V. Calv. vel, sub. *hostis*, D. nempe Assyrius [h]. Deus aufert nobis possessiones [i], quas tradidit alteri domino, nempe hostibus nostris [k]. Terra mutavit dominum [l]. ¶ *Quomodo*, &c? אֵיךְ יָמִישׁ לִי לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק] *Quomodo removit* (vel, *adimit*, JT. Pi. Heb. *amovet*, Pi. vel, *ademit*, G. vel, *aufert*, M. nempe Assyrius sub Teglathphal [m].) *mihi*, Mo. JT. Pi. G. (sub. *bona & prædia mea*, D. sim. G. vel, *à me*, P. vel, *quod meum est*, M. לִי, pro שֶׁלִּי, *id quod mihi est*, h. e. meum omne [n].) *ad restituendum agros nostros, dividit*, Mo. vel, & *avertendo* (subaud. *à nobis*, D.) *agros nostros partitur ?* JT. Pi. D. Tar. scilicet inter hostes [o]; sive militibus suis [p], tanquam prædam. שׁוֹבֵב *avertere*, ut Jes. 47.10. Hinc שׁוֹבָב *aversus, refractarius*; & מְשׁוּבָה *aversio* [r]. Vel, *ità ut & revertatur ad agros nostros dividendos ?* idem populus Assyriorum sub Salmanasare †. Vel, quos sperabamus nobis *restitui agros nostros ?* hostis *divisit* sibi, P. vel, *& agros nobis restituendos* (sive, *quos debebit aliquando restituere*, Q in D.) *dividit* inter se hostis ? M. Q. in D. Quod non placet [t]. Sensus, qu. d. Quomodo id fiet ut auferat à me hostis quod meum erat ? Dum putabam Deum velle nobis restituere agros nostros quos occupabant hostes, tum ipsi detinebant illos, ac dividebant inter se [v]. [Alii locum sic reddunt;] *Quomodo quod ablatum est mihi vendicabo ? agros nostros distribuit*, Ti. *Quomodo* ergò *auferet mihi, ut restituat agros nostros quos partitus est* hostis ? id est, Quomodo id continget ut auferat illam portionem Dominus ab inimicis nostris, restituátque nobis agros nostros, quos illi jam inter se diviserunt [x]? *Tantum abest ut mihi restituat, ut pro reddendo agros nostros partiatur:* Non modò non reddit nobis possessiones, verùm etiam eas hostibus dividit, tanquam à nobis alienatas, nè fortè speremus nos esse recuperaturos [y]. Quid si hoc modo exponatur? *Quomodo adimit mihi ? ad restituendúmne?* qu. d. minimè gentium : *nam*, ecce, *agros nostros partitur:* quod argumentum est ipsum nolle eos restituere [z]. Sermo hìc concisus est, ideo variè exponunt. Ego sic accipio, *Quomodo* ergò *recedere fecit*, vel *abstulit*, (vel Deus, vel Assyrius,) *mihi*, sive *à me*, sive *à nobis, ad restituendum agros nostros dividit ?* i. e. quos *divisit*. Subaudiendum est אֲשֶׁר. q. d. Quàm procul absumus à restitutione, quum terra nostra jam inter hostes divisa est, vel à Deo, vel ab ipsis Assyriis, quorum quisque partem suam occupavit? Itáque non modò nobis erit negotium cum Assyriis in genere , sed cum singulis : quia quisque quod nunc occupat volet tueri, quasi sibi debitum & hæreditarium [a]. Al. *Ab hæreditatibus suis detruduntur*; *reversi partes eorum dividunt*, Ch. *Nec erit qui agros nostros mensorio fune restituat*, Sy. *Et non erat qui probiberet eum, ut averteretur.* (vel, *ut restitueret*, Ar.) *Agri vestri divisi* (vel, *mensurati*, Ar.) *sunt*, ο'.

5. *Propter hoc*] Post id tempus [b], inquit Vates populô [c]. ¶ *Non erit tibi* (Alloquitur vel, 1. eos qui injustè occupabant agros aliorum [d]; Assyrios * : vel, 2. lamentatorem, qui unus erat ex falsis prophetis [f]: vel, 3. Israelem [g]. Nunc à persona μιμητικῶς expressa canticum illud externorum ad ipsos Hebræos se vertit [h].) *mittens* (vel, *projiciens*, JT. Pi. &c.) *funiculum sortis* (vel, *ad*, sive *in*, *sortem*, P. Ti. JT. Pi. D. h. e. ad sortiendum [i], ut agri sortitò vobis dentur [k]. Nemo terram vobis sorte dividet, ut olim sub Josua, hoc est, Perdetis vestram patriam [l].) *in cœtu Domini*] i. e. In Ecclesia [m]. Judæos *cœtum Jehovæ* vocat ironicè, q. d. olim adoptatum, sed jam abdicatum , tanquam indignum gratiâ Dei [n]. Ait, non futurum ut ampliùs illi coram judicibus, quos ipsi Hebræi vocabant קְהַל יְהוָה, terras hæreditatis jure sibi delatas inter consortes sorte dividant [o].

† Di. * Ca. [f] V. [g] Pi. [h] Calv. [i] Ca. [k] V. sim. M. [l] G. sim. D. [m] G. [n] D. [o] Pi. [p] D. [q] Tar. [r] D. † G. [t] D. [v] V. ex He. [x] Q. in V. [y] Ca. [z] D. [a] Calv. [b] G. [c] Ca. [d] V. * D. [f] Q. in D. [g] D. [h] G. [i] D. [k] Pi. [l] Ca. [m] D. [n] Calv. [o] G.

6. *Ne*, &c. אַל תַּטִּפוּ יַטִּיפוּן לֹא יַטִּפוּ לָאֵלֶּה לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת] Verba hæc sunt partim populi idololatrici ad Deum, partim Dei ad illum [p]. *Nè stilletis*, Mo. P. JT. Pi. G. &c. (subaud. *inquiunt*, JT. Pi. vel, *Nè faciatis stillare*, sub. *sermonem vestrum*, ut Job. 29.22 [q] : vel, *Nè prophetetis*, Ti. sim. Ch. G. D. Pi. &c. nam id significat נָטַף *stillare*, Ezec. 21. 2. & alibi [r] : vel, *Nè loquamini*, Vulg. V. *Stillare eloquium* dicunt Hebræi pro, *loqui* †, aut *prophetare* [t]. Sunt verba populi Prophetis Dei silentium imperantis [v]. Imitatur Propheta verba quibus Hebræi ad Prophetas utebantur : ut videre est Esa. c.30.v.10. Amos. 7.12, 16 [x].) *stillabunt*, Mo. P. G. (vel, *prophetabunt*, Ti. sim. G. Esaias, Osee, Joel, & ego ; etiamsi nolitis [y]. Vel, *Imò stillabunt*, Calv. Sunt verba Dei [z], jubentis eos prophetare [a]. q. d. Vetatis ; sed hoc vestrum non est : ego illos misi, & in cursu suo pergere volo [b]. Vel, *stillant*, sive *dicunt*, vel, *stillare*, aut *dicere*, *solent*, nempe Prophetis; i. e. dicunt veris Prophetis , Nolite prædicere nobis miserias futuras. Fut. Hebr. pro præs [c]. Vel, *Stillent* isti, JT. Pi. nempe pseudoprophetæ [d], qui nobis fausta omnia prædicant *.) *non stillabunt* (vel, *non*, inquam, *stillent*, M. vel, *non prophetabunt*, Ti. V. vel , *non stillant*, JT. Pi. nempe Prophetæ Domini [g] : vel, *non stillabit*, Vulg. Rib. sub. *ira Domini*, ex collatione 2 Paral. 34.25 [h].) *istis*, sive *illis*, Mo. P. V. Calv. D. G. sic M. (i. e. vobis [i] : q. d. Sed postea veniet tempus cùm Prophetæ vobis non loquentur. Vide Ezec. 7. v. 26. Amos. cap. 8. v. 11 †. Vel, *secundùm istos*, JT. Pi. id est, sicut isti, scilicet prophetæ falsi [k]. Vel, *pro istis*, id est, nihil fausti illis prædicent : cujus causa sequitur. Posset exponi, *de istis :* id tamen hoc loco displicet [l].) *non comprehendet ignominias*, Mo. vel, *non apprehendent eos ignominiæ*, P. *non* enim *apprehendet* (vel, *nè apprehendat*, Ti. sub. *eos*, M. Ti.) *ignominia*, M. vel, propterea *ignominiæ non apprehendent vos*, V. vel, *non hæsurum esse* populum *ignominiis*, JT. Summa pseudoprophetiarum quæ arridebant populo tanquam faustæ, contra quas Prophetæ Dei prædicabant ignominiosa omnia populo eventura ; ut antè vidimus [m]. Vel, *non comprehendet* [nempe eos] *confusio*, G. & Rib. ex Vulg. Heb. *confusiones*. Nomen plurale cum verbo sing. sicut alibi, *Exactores sui spoliaverunt*, Heb. *spoliavit* [n]. q. d. Ità fiet ut Prophetæ non ampliùs à vobis ignominiosè tractentur, sicut factum est diu [o]. Vel, *non recedet ignominiis:* Inverto, & ità expono, *Non recedent ei*, sive *ab eo*, h. e. ab unoquoque eorum, *ignominiæ*, i. e. pudenda & ignominiosa facta, aut pœnæ & dedecora. Aliter, *non assequetur ignominias*; q. d. Non stillabunt istis, nè dedecus sibi adferant, juxta illud, *Qui corripit stultum, id ei maculæ ac dedecori erit.* יִסַּג fut. à נָסַג *retrocedere:* aut est יִסַּג pro יַשִּׂג, *assequetur*; quod tamen mihi durum videtur [p]. [Alii hoc membrum cum proximè præcedente sic vertunt,] Quasi si *non loquantur istis, non apprehensuræ sint eos ignominiæ*. Per ironiam dictum : q. d. Etiamsi non prædixerint vobis futuras calamitates, nihilo tamen minùs evenient, neque ipsi liberabuntur [q]. Al. Certè *non loquentur istis , nè assequantur eos ignominiæ:* i. e. Privabo eos Verbo meo, & ità ignominiæ non assequentur Prophetas meos, h. e. non afficientur ignominiâ ab illis. Contumeliis enim afficiebantur veri Prophetæ , siquando adversa vaticinarentur [r]. [Alii totum sic reddunt ;] *Nè vaticinamini, aut, si vaticinantur, nè talia vaticinentur, nè probra comprehendant.* Dicetis hoc oraculum esse triste de calamitate vestra , aut *non esse vaticinandum*, aut *non ità vaticinandum* ut vobis tristia minemur & *probrosa*. Quid ergò ? Vultis ut vobis læta nunciem ? Non possum, nisi mentiri velim. Nam Deus tristia minatur, &c †. Al. Puto omnia esse verba Dei vel Prophetæ ad falsos prophetas. Cum præcedentibus sic connecto. Dixerat mutatam esse portionem populi, & amotos agros ac divisos, itáque neminem fore qui projiciat funem in congregatione Dei. Indè sequebatur, cessandum deinceps prophetis hujus populi à prophetando, quia nulla ipsis ampliùs sors in congregatione Domini. Dicit itaque, *Nè stillate.* Sed quia magna erat ipsorum audacia, addit, *stillarent ?* vel , *stillarentne ? non stillabunt istis*, non prophetabunt ampliùs populo huic ingrato & rebelli : *non recedent ignominiæ*; quia decreta est in eos perpetua ignominia à Deo, quæ non recedet,

[p] Plerique in Di. [q] D. [r] G. † V. [t] V sim. M. Tar. Calv. [v] D. [x] G. [y] Idem. [z] Plerique [a] D. sim. Calv. [b] Plerique. Calv. [c] V. [d] Pi. sim. D. * Q. in D. [f] V. [g] Pi. [h] Rib. [i] V. † G. [k] Pi. [l] D. [m] Jun. [n] Rib. [o] G. [p] D. [q] V. [r] Q. in V. sim. Calv. † Ca.

cedet. Possent omnia de veris Prophetis intelligi, hoc modo; *Ne stillate*, vos mei Prophetæ: quid? tantóne beneficio hunc populum afficerem, ut Prophetæ mei ipsis *stillarent? non stillabunt istis, nè recedat ignominia eorum*, quæ recedere non debet. Sed præferimus priorem sententiam, ob versum sequentem [t].

7. *Dicit*, &c. ['הֶאָמוּר וגו] *O dicta*, vel *quæ diceris, domus Jahacob*, Mo. P. JT. Pi. &c. titulo tenus [v]: diceris, sed non es [x]; quia degenerâsti à majoribus [y]. Si profani essent qui in Prophetas insurgerent, tolerabile id esset in illis, non autem in vobis, &c [z]. Al. *O quæ dicebaris*, &c. i. e. gloriabaris de Religione [a]. Al. *Annon dictum est à domo Jacob?* Ti. *Hæc sunt dicta domui Jacobi*. Refer ad illud quod paulò antè præcessit, *Ne stilletis* [b]. ¶ *Numquid abbreviatus* (vel, *contractus*, D. *angustatus*, JT. *decurtatus*, Pi.) *est* (vel, *esset*, JT. Pi.) *spiritus Domini?*] Ità Mo. P. M. [Variè explicant.] An minor aut contemptior est spiritus Prophetiæ quàm fuerit olim [c]? Sensus est, q. d. Prophetæ quos tentatis compescere & prohibere non à seipsis loquuntur, sed Dei jussu. Huc ergò tendit vestra temeritas ac superbia, quòd Spiritum Dei vultis captivum reddere, & vobis vestræque libidini subjicere [d]. *Contrahi* dicitur *spiritus Domini*, quando in angustias redigitur: ut cùm Prophetis præscribitur quid vaticinari debeant; aut, quando Prophetæ negligentiores sunt *. *An angustatus est*, &c? ut non ampliùs possit, audeat aut velit eandem rationem in dicendo, arguendo, operando sequi quam hactenus in suis ministris tenuit†. *Numquid tam contracta est prophetia Domini* ut eam à vobis repellatis ||? Nonne facilè potest Dominus mittere Prophetas, ut olim, etiamsi illis silentium imponatis †? Al. An putatis Dei potentiam diminutam esse, ità ut non possit vos objurgare aut punire [f]? Al. Refellit Propheta malitiam illorum qui Prophetas audire nolebant. *Spiritus Domini* hîc misericordiam significat. An ea, inquit, minor nunc est quàm antè fuit [g]? Cur Deus minùs possit vobis esse bonus quàm Jacobo, à quo genus ducitis? *Non enim est contractus*, aut *debilitatus, ejus spiritus*, ut vobis conferre non possit quod potuit illi; neque rursum mutata est *ejus bonitas*, ut nunc nolit quod tunc voluit; atque ità & debilis sit & inconstans. Quid igitur obstat, inquietis, quò minùs læta promittat? Ille verò læta promittit, sed probis, ut paulò pòst dicetur. Sed vobis quò minùs læta promittat facit improbitas vestra [h]. Al. Numquid arctatus est spiritus misericordiæ Dei, ut nos, qui sumus populus ejus, perdere velit [i]? ¶ *Aut*, &c? [אִם־אֵלֶּה מַעֲלָלָיו] *An*, vel *Numquid*, (vel, *Nonne*, Mo. ο'.) *hæc*, vel *ista*, (vel, *hæ*, JT. Pi. sub. *sunt*, P. M. Ti. vel, *essent*, JT. Pi.) *studia*, vel *opera*, vel *actiones*, (vel, *adinventiones*, ο'.) *ejus?* P. M. Ti. &c. Ut nempe exitio vestro delectetur, neque ullo modo pœnitentiâ ductos velit respicere. qu. d. Non ità intelligendæ sunt comminationes Prophetarum [k]. Al. *actiones illius?* nempe Spiritûs, in Prophetis veris, ut taceant; in auditoribus, ut propterea irascantur [l]. *Num hæc—opera ejus*, qui bonus est [m]? q. d. Non. Sententia est, Numquid mala quæ vobis eveniunt sunt à Deo, sive Spiritu Dei, qui ea tantùm prædicit; & non potiùs propter vos & peccata vestra [n]? Al. *An istæ sunt actiones ejus?* i. e. ab eo præscriptæ [o]. An vita vestra respondet vocationi Dei? Jactas te esse peculiarem Dei populum. An ergò vitam formas ad Legem Dei [p]? *Actiones illius*, i. e. vel, 1. domûs Jacobi, sive quæ eam decent [q]; vel potiùs, 2. Jehovæ, id est, ei placentes [r]. ¶ *Nonne*, &c? [הֲלוֹא דְבָרַי יֵיטִיבוּ עִם הַיָּשָׁר הוֹלֵךְ] *Nonne verba mea* (i. e. consilia. Ex Dei persona jam loquitur Propheta †.) *benefaciunt* (i. e. prosunt [t]) *rectè ambulanti?* P. sim. Mo. M. Ti. JT. Pi. Calv. Non placet: tunc enim ה emphaticum præponi debuisset participio הוֹלֵךְ & situs dictionum esset transponendus, hoc modo, עִם הַהוֹלֵךְ יָשָׁר, *cum eo qui ambulat rectus*: ut passim in Psalmis, הוֹלֵךְ תָּמִים, *qui incedit integer*; הוֹלֵךְ רָכִיל, *qui incedit detractor* [v]. [Qui autem ità vertunt locum sic explicant:] Nonne Dei est (id est, meum: mutatio personæ:) prædicere ventura? nonne prædicere soleo bona eventura piis? q. d. Verba Dei neminem malis afficiunt, sed bonis [x]. Sermo meus mitis est & placidus, sed piis ac bonis [y]. Prophetæ denunciant mala improbis, bona piis; juxta illud, *Cum sancto sanctus eris* [z]. Culpa ergò residet in vobis [a], quòd non agam vobiscum humaniùs, &c. & perversæ sunt vestræ in Verbum Dei calumniæ & querimoniæ [b]. Al. Sic verto, *Annon verba mea bona sunt*, nempe, *cum recto ambulat?* Propheta est qui loquitur, quique populum Dei increpat quòd falsis prophetis aurem præbuerit; ac causam reddit cur versu præced. prophetandi munus ipsis interdixerit. Quid enim, inquit, an Spiritus Domini est abbreviatus, quòd, eum per veros Prophetas loquentem aspernati, alienum spiritum sectemini? an illa, quæ vos nempe facitis, sunt opera Dei, an verò Diaboli ac vestri ingenii? annon possunt placere vobis verba mea, quum dixi vobis Deum cum rectis incedere? Vel sic: *Annon placebunt verba mea*, quæ per Spiritum Dei vobis protuli? placerent si recti essetis: nam *cum recto* Deus *ambulat*. Observandum autem יָטַב in Hiphil non tantum esse transitivum, sed & intransitivum; ut Nah. 3. 8. הֲתֵיטְבִי *An melior es*, &c? Quamvìs & hoc Kal esse queat, pro תִּיטְבִי: sed Hiphil est 1 Sam. 20. 13. כִּי יֵיטִב *quum placuerit patri meo malum contra te*. Ità & hoc loco, *Annon verba mea placent? annon bona videntur?* Quòd si & hîc transitivè velis accipi, referri potest ad præcedens מַעֲלָלָיו, ut sensus sit, *Annon opera Dei verba mea bona faciunt?* annon probant bene à me dictum esse, sc. Deum *cum rectis ambulare?* Vel, *Annon verba mea grata reddent?* sanè reddent, si recti sitis: nam *cum recto* Deus *ambulat* [c].

8. *Et*, &c. [וְאֶתְמוּל עַמִּי לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם מִמּוּל שַׂלְמָה אֶדֶר תַּפְשִׁטוּן מֵעֹבְרִים בֶּטַח שׁוּבֵי מִלְחָמָה] *Et* (vel, *At*, sive *Atqui*, JT. Pi. Di. *Equidem*, Ti. *Et quidem*, M.) *herì* (i. e. antea [d]; paulò antè, ut Esa. 30. 33 *; jampridem, à multis annis, ut phrasis *herì nudiustertius* (sic enim plenè dicitur [f]) sumitur, Gen. 31. 2. Deut. 4. 42. Jos. c. 3. v. 4 [g]: vel, *non adeò pridem*, Ti. *dudum*, Di. τὸ אֶתְמוּל aliis vox unica est [h]. Eam plerique sumunt pro אֶתְמוּל, *herì, antehac, nuper*, ut Esa. 30. 33 [i]. Aliis est composita [k], ab אֵת, & מוּל *contra* [l], idémque valet quod מִמּוּל [m]. Ità Vulgatus, qui vertit, *è contrario*, quod aptissimum gignit sensum: quia tamen alibi non reperitur, prius sequimur [n].) *populus meus* (vel, *qui herì*, vel *antea, populus meus*, P. Calv. D. G. sub. *erat*, D. G. Calv. quasi Deus renunciet omnem amicitiam huic populo [o]:) *in inimicum* (vel, *quasi hostis*, JT. Pi. sim. P. Ti. vel, *pro hoste*; ad verb. *in hostem*. Simile Abd. v. 18. *domus Esau erit in stipulam* [p]. Sic dicimus *fruticem surgere in arborem*, h. e. arborescere [q]. Vel, hodie *hostiliter*, G. vel, quasi *in*, sive *contra, hostem*, Calv.) *insurrexit*, Mo. Ti. &c. (vel, *insurgit*, P. vel, *stabat*, aut potiùs, *stat*; vel, rectiùs, *statuit*, aut *erigit, se*, D. vel, *erigit*, sive *constituit*, eum; cujus causam verbis sequentibus explicare pergit: ut sensus sit, Non quadrat populo meo quod dixi, Deum cum rectis ambulare; contrà enim populus meus jam dudum sibi Deum in hostem erexit, & adhuc erigit. יְקוֹמֵם, quod (ut conjugationis, ità ubique) significationis est transitivæ, hîc solùm intransitivè accipiunt Interpretes, ego transitivè reddo [r]:) *ex adverso vestem*, Mo. M. (vel, *vestis*, id est, hominis bene vestiti. שַׂלְמָה, propriè, *vestis elegantior* [z]. Vel, *contra vestem*, P. vel, *super tunicam*, G. vel, *è regione veste*, Ti. vel, *quum adest vestis*, JT. *unà cum pallio*, Pi. *è propinquo*, vel *è contiguo, pallii*. ο'. מוּל, vel אֶל מוּל, sæpe per πλησίον *propè*, non raró per ἐχόμενον *contiguè*, reddunt [a].) *pallium* (vel, *togam*, JT. Pi. Di. & *pallium*, M. G. & *pallio*, Ti. אֶדֶר accipio pro אַדֶּרֶת, quod est genus *pallii* aut *lænæ*. Aliis idem est quod הָדָר *decor*, i. e. vestitus decorus [b]. [Unde sic vertunt;] *ornamentum*, V. vel, *decus*, Q. in V. sic dictum *pallium* quòd nos ornet [c]: vel, *decoris*, Calv. שַׂלְמָה est, ἱμάτιον, *vestis*, vestis quædam universalis, plurimos usus habens: pro pallio, suprema veste, usurpatur. Non est vestis fixa sive corpori adaptata, sed laxa & fluida, quam non induunt homines, sed corpori injiciunt, quâ se adversùs calorem Solis & frigus noctis atque hyemis muniunt. Tale illud Gen. c. 9. v. 21. & talia illa Act. 7. 58. אֶדֶר autem vel אַדֶּרֶת est, στολὴ, *stola*, vestis decora, corpori adaptata, quæ ad lumbos accingebatur, & ad talos usque demittebatur [d].) *exspoliabatis*, Mo. vel, *exspoliatis*, P. *abstulistis*, pauperibus scilicet. *Super tunicam—& pallium* est proverbialis locutio, ut Matt. 5. v. 40.

[t] Di. [v] Calv. sim. Pi. [x] D. Calv. sim. V. Pi. [y] D. sim. Pi. [z] Calv. [a] V. [b] G. [c] V. [d] Calv. * D. † Tar. || M. † V. [f] Pi. [g] G. [h] Ca. [i] Mo. T. [k] G. [l] Tar. [m] M. sim. V. [n] V. sim. D. [o] Q. in D. [p] Calv. [q] Pi. ex Jun. [r] Pi. † G. [t] D. [v] Li. [x] V. [y] Calv.

[z] D. [a] Calv. sim. D. [b] Calv. [c] Di. [d] D. sic Calv. Tar. &c. * G. sim. D. [f] D. [g] Tar. [h] Calv. [i] Di. [k] Calv. [l] Di. sim. Calv. [m] Calv. [n] Di. [o] Calv. [p] D. [q] Ca. [r] Di. [z] D. [a] Di. [b] D. [c] V. [d] Di.

5. v. 40*. Vel, *detrahitis*, V. JT. Pi. Mutatio personæ, & fut. Heb. pro præs[f]. *Extrahebant*, M. vel, *impetuosè spoliabant* eos, Ti. Taxat vehementer avaritiam ac injustitiam eorum [g], quòd, conspectâ aliquâ veste pauperis pulchrâ, insurgerent ut vi auferrent [h]: quòd, non contenti pallium abstulisse, etiam togam auferrent [i].) *à transeuntibus* (vel, *qui præteribant*, Ti. *qui transeunt*, Di.) *confidenter*, vel *securè*, *reversis* (vel, *revertentibus*, Pi. vel, quasi *qui reversi essent*, M. sim. Q. in V. D. vel, ut illis sit *qui redeunt*, Ti. vel, *quietis*, JT. Id שוב denotat: unde השיב *quietem dare*, & משובה *quies*, Prov. 1. 32 [k].) *prælio*, Mo. vel, *à prælio*, sive *bello*, M. JT. Pi. sic P. &c. Sunt enim sanguinarii & raptores*. Al. qui periculis belli erepti domum revertuntur [l]: qui iter faciebant per regionem suam nihil tale cogitantes aut metuentes, tanquam finito bello, paceque compositâ [m]. Al. Sensus est, Domum redeunt nudi, ut qui ex pugna aliqua effugerunt: nam tales ferè arma & alia impedimenta abjiciunt [n]. Al. *transeuntes pacificè* sunt vobis *quasi reversi à prælio*, i. e. bello capti, in quos omnia licent victoriæ jure [o]. [Ca. versum sic reddit, *At meus antea populus in hostem surgit: vos, detracto vestium honestamento, spoliatis prætereuntes securè, reduces à bello.*] q. d. Vos, antea populus Dei, nunc facti estis hostes ejus, quippe qui viatores dispolietis—nihil tale metuentes, à bello securè redeuntes. Qui enim hostem evaserunt nihil jam timent: at vos eis hostes estis [p]. Posset fortasse locus sic reddi, *At nuper populum meum hosti stitit*, nempe Deus qui cum rectis habitat. Quæ sequuntur possunt habere apostrophen ad hostes; *E contiguo pallii togam detrahite ab iis qui securè transeunt, & revertuntur à bello*: similiter v. seq. *Uxores populi mei ejicite è domo*, &c. Ità prædictio est imminentis captivitatis: quæ clariùs innuitur v. 10. per apostrophen ad populum; *Surgite, abite, nam non est hæc requies*. q. d. Quandoquidem vos jam hosti stiti deprædandos, & unà cum uxoribus vestris parvulisque expellendos, parate vos ad captivitatem, surgite, abite: etsi enim hæc terra Canaan in requiem vobis sit data, non est hæc ampliùs vobis requies [q].

9. *Mulieres* (vel, *Uxores*, P. JT. Tar. Mo. vel, Adhæc *mulieres*, Ti.) *populi mei* (sub. *pauperis*, P. simil. D. ex Exod. 22. 25. i. e. uxores vestras, nempe quas è populo meo vobis accepistis [r]; non extraneas, aut in bello captas, sed ex vestra cognatione ac tribu ductas †:) *ejecistis* (vel, *expellitis*, V. D. JT. Pi. i. e. sinitis ut expellant eas [mariti,] cùm id potiùs impedire deberetis: aut, causam sive occasionem datis expellendi, vel exemplo vestro; vel, maritis aut spoliatis [s], aut interfectis, aut patriâ pulsis [t]: aut, si placet, adulterio polluitis. Quæ causa justissima est marito expellendi uxorem [x]. Vel, uxores apud maritos traducentes, & suspectas reddentes: vel, sceleribus vestris, quibus captivitatem induxistis, quâ matronæ abstraherentur è domibus, &c*. Vel, levissima de causa divortia facitis [y]. Sed malo *mulieres* hîc intelligere, nempe viduas: neque enim uxor rectè refertur ad populum, sed ad virum unum, nempe maritum [z]. De viduis per vim & fraudem ab avaris sibi à maritis relictis possessionibus expulsis loquitur [a]. Sed malim de uxoribus, &c. accipere, tum ex collat. Mal. 2. 14, 15, 16. Matth. 19. 8; tum ex vi vocis גרש, quæ de fœmina usurpata notat repudiatam & expulsam à viro, Levit. 21. 7, 14. & 22. 13; tum quia expulsam ac jam alteri viro nuptam sæpe rursus recipiebant, contra Legem, unde terra impurata est. Confer v. seq. cum Deut. 24. 1, &c. Jer. 3. 1. Matt. 5. 32 [b].) *de domo* (vel, quamque *è domo*, JT. Pi.) *deliciarum* (vel, *delectationum*, P.) *suarum*] i. e. E villis [c]: vel, ædibus suis [d]: quas *delicias* vocat, vel, quia aliud refugium non habebant*; vel, quia ibi vixerunt in deliciis [f], & suaviter, hactenus ab adolescentia [g], cum maritis suis in dilectione conjugali [h], & cum charis liberis [i]. *Delicias* vocat gratam viri & uxoris concordiam, quam tyranni per separationem eorum sustulerunt [k]. ¶ *A parvulo earum* (Heb. *ejus*, Pi. D. &c. i. e. uniuscujusque earum [l],) *tulistis* (vel, *aufertis*, P. JT. Pi. sim. Ti. Ca.) *laudem* (vel, *gloriam*, sive *honorem* M. Ti. *decus*, P. Ca. sic Mo. JT. *ornatum*, Pi.) *meam* (vel, *meum*, P. Ti. &c.) *in perpetuum*] Sim. Mo. M. &c. vel, *perpetuum*, P. vel, *idque perpetuò*,

*G. f V. g V sim. h D. i V. i Di. k D. * V. l Di. m V. n D. o G. p Ca. q Di. r D. † Tar. s D. t V. x D. * Me. y Tar. z Pi. a Plerique in Tar. b Tar. c G. d Me. sim. M. V. * M. f V. D. g Tar. h V. i D. k M. l D.*

Ti. q. d. absque ulla pœnitentia. Continuationem sceleris notat [m]. Assuefecistis idololatriæ parvulos, nè unquam de me colendo cogitarent [n]. *Decus*, sive *laudem*, sive *ornatum*, *suum* hîc vocat Deus, vel, 1. substantiam quæ pueris eripitur; quia benedictio ejus in pueros effusa speculum est gloriæ ejus: itaque in rapinis illorum sacrilegium quoque condemnat [o]. *Laudem*. id est, materiam & occasionem laudis, h. e. bona hæreditaria, ob quæ, si eos gaudere permisissetis, laudarent me perpetuó †. Vel, 2. pulchras vestes quas Deus illis donavit [p]. Vel, 3. conjunctionem mariti & uxoris, quâ genus humanum conservatur [q], & Deus perpetuò cohonestatur [r]: vos autem, inquit, hunc ordinem dissolvistis, & magnam confusionem induxistis †. Dirimitis conjugium ipsorum parentum, quod est mihi decori perpetuó [t]. Vel, 4. honestam educationem, quâ eos privabant à matribus abducentes, & idololatras facientes, qui alioqui me laudarent. q. d. Familias frequentes & bene educatas perdidistis ‡. Vel, 5. omnia jura & privilegia quæ Deus iis in Lege dedit [v]. Sensus loci, q. d. Nec solùm foris tales estis, [ut antè dictum,] sed etiam domi, in eum sexum cui maximè parci oportebat, videlicet in mulieres, quas per vim ejicitis, &c. fœnore sc. oppressas; quinetiam earum natos spoliatis, &c [x]. Injustitiam & sævitiam eorum ostendit, quòd nec imbelli generi parcerent; quanquam sexus eximit mulieres à violentia, ætas verò pueros. *Domum delectationum* tribuit mulieribus, quia hæ domi se libentiùs continent, &c [y].

10. *Surgite* (sub. *ergò*, P.) *& ite*] Ità Mo. M. &c. vel, *abite*, P. Ca. &c. sub. *in captivitatem*, V. D. sic Tar. Ca. Pi.—*veteres migrate coloni* [z]. ¶ *Quia non*, &c. [לא זאת המנוחה] *Non* (sub. *est*, JT. Pi. vel, *erit*, P. M. Ti.) *hæc*, vel *ista*, (sub. *terra*, P. sic V. &c. de qua dixi, *Hæc requies mea*, &c. Psal. 132. 14 [a].) *requies*, Mo. P. M. Ti. &c. sub. *vestra*, D. i. e. locus requietis [b]. Non jam ultrà erit vestra hæreditas & requies [c], sicut antea fuit patribus vestris [d]. Non semper, nec diu, in ea manebitis*, sed indè abducemini [f]. Refellit stultam populi confidentiam quasi Deus illis obstrictus esset, &c [g]. ¶ *Propter*, &c. [בעבור טמאה תחבל וחבל נמרץ] *Propter quod* (vel, *Quia*, P. sim. M. Ti. &c.) *est immunda*, Mo. sim. M. &c. (vel, *Propter impuritatem*, JT. Pi. sim. V.) *corrumpet* (vel, *disperdet*, V. sic JT. Pi. vel, ideo *perdet*, M. sub. *terra*, D. ex V. & sub. *vos*, P. M. V. JT. Pi. vel, *corrumpetur*, Vulg. *vastabitur*, Ca.) *&* (vel, *&* quidem, P. JT. Pi. G. Calv.) *corruptione*, vel *perditione*, (vel, *vastatione*, Ca.) *acri*, Mo. vel, *forti*, P. V. *exsecrandâ*, M. *dirâ*, Ca. *insigni*, G. *præcisâ*, JT. Pi. Tar. ubi omnis spes restitutionis præcisa est & sublata [h]: vel, *prædurâ*, D. vel, *acerbâ*, vel *ingenti*, vel *vehementer*; i. e. evomet, metaphorâ à stomacho rejiciente cibum quem ferre non potest [i]. Sensus idem est qui Levit. 18. 25. Nomen autem נמרץ 1 Reg. 2. 8 [k]. [Ti. verba sic reddit, *Eò quòd polluta est corruptáque, & funis nimium intentus.*]

11. *Utinam non essem vir habens spiritum*, &c.] Utinam prophetico spiritu carerem, & fallerer, longéque aliter evenirent quæ dico [l]. לו valet, *utinam* [m]. Sed sensus hic alienus [n]. ¶ [לו איש הולך רוח ושקר כזב] *Si* (sub. *fit*, vel *fuerit*, P. M. vel, sub. *esset*, G. vel, sub. *essem*, Ti.) *vir* (vel, *quispiam*, P. D. sic G.) *ambulans*, sive *qui ambulat*, in, vel cum, *vento*, V. Pi. G. (vel, in *vanitate*, Q. in V. vel, per viam *venti*, P. vel, *spiritu*. Deest ב ante רוח [o]. Vel, *spiritum sequens*, Ti. vel, *spiritu* vanitatis, M. i. e. homo vanus [p], & inania persequens [q],) *& mendacium* (vel, *mendacia*, G. vel, *falsitatem*, i. e. falsum dicendo [r]; vel, *& falsitate*, Pi. vel, *mendacio*, D. vel, *mendaciter*, M.) *mentitus fuerit*, vel *mentiatur*, P. Pi. &c. vel, *mentiens*, M. G. dicens quod sequitur [t]: vel, *concinnans*, Ti. Sensus est, q. d. qui deditus est vento & falsitati, h. e. qui profert prophetiam falsam & vento similem, quæ scilicet animum non pascit. Heb. *ambulator venti & falsitatis* [v]. Qui fastuosè & temere aliquid profert [x]. Malim sic, *Si quis ambulet in spiritu*, i. e. si profiteatur & exerceat munus Prophetæ, velitque gratiam à vobis inire, faciat quod sequitur. Prophetæ olim vocabantur *viri spiritus*, quia nihil à seipsis proferrent, sed quod à Deo acceperant [y]. ¶ *Stillabo*, &c. [אטף לך ליין ונו׳] *Stillabo* (sub. *dicens*, JT. Pi. sic P. M. vel,

*m Calv. n G. o Calv. † T. p Pi. sim. Ca. q D. sim. M. ex He. r D. † M. t V. ‡ Me. v Tar. x Ca. y Calv. z G. a V. b Pi. sim. D c V. d Tar. * V. sim. D. f D. g Calv. h Tar. i V. k G. l Me. sim. T. m Rib. n Calv. o D. p V. q G. r V. t G. v Pi. x Plerique in Calv. y Calv.*

vel, *Prophetabo*, M. sim. Ti. Ca. &c.) *tibi pro vino*, &c. Mo. P. G. M. JT. Pi. D. h. e. vini gratiâ, si id mihi des[z]. Quæstûs causâ prædicam quod tibi gratissimum est[a]. ל pro בְּעֲבוּר, ut Gen. 2.23. Joel. 2.18[b]. Vel, *de vino*, Ti. Ca. D. i. e. de ubere proventu vini[c]. ¶ *Et erit*, &c. וְהָיָה מַטִּיף וגו׳] *Is* (Heb. *Et*. ו hîc loco relativi, nisi per *certè* vertas[d].) *est*, vel *erit*, *stillans*, sive *stillator*, (vel, *vates*, V. *propheta* egregius, G.) *populi hujus*, P. JT. Pi. &c. vel, *populo huic*. Is demum esset accommodatus eorum ingenio. Talem volunt, talem quærunt *. Habebunt eum pro vate [f]. Sensus loci, *Si quis ventosus & vanus homo esset*, qui *mentiretur*, & vobis *multum vini promitteret*, huic sanè, quamvis mentienti, crederetis potiùs quàm vera dicenti, hoc solo nomine quòd læta prædiceret[g]. Non potestis ampliùs ferre veros Prophetas, sed adulatores cupitis, &c. Ità convincit eos prorsus à Deo defecisse[h].

12. *Congregabo—te*, &c.] In hoc & seq. versu est, vel, 1. promissio levationis & restitutionis, &c[i]. q. d. Ego quoque bona prædicam, ut dixi, non autem de vino, sed de re omnium maxima. Postquam vos in exsilium relegavero, indè vos reducam[k]. Respicit hîc Propheta ad Regnum Christi, & *congregandum* dicit *totum Jacob*, nempe filios ejus secundùm spiritum & fidem †. Miscet læta tristibus, & evolat ad Christi tempora: q. d. Nè desperes Jacob; nam, cùm in carne venero, congregare te incipiam, &c[l]. Verùm adversativa vel similis particula à Prophetis apponi solet quando minis consolationes opponuntur, vel interseruntur; ut patet ex inductione locorum: id hîc non fit ‡. Non video quomodo tam subitò transeat Propheta ad contrarias sententias. Dixerat v. præced. populum nullas admonitiones ferre, &c. Nunc adjungit, propinquum esse Dei judicium, & pergit in eadem doctrina usque ad finem cap. 3. ut continua sit hæc concio. Vel, 2. comminatio futuræ vindictæ. Duplex est congregandi modus: vel, 1. à dissipatione, quod gratiæ signum est; vel, 2. quum populum simul coacervat ut devoveat exitio, ut unus & idem sit omnium interitus[m]. τὸ אָסֹף *collectionem* hîc significat, non à dissipatione in tutum & salutem, sed ad dissipationem in interitum; ut sumitur Esa. 10. 14. & 16. 10. Jer. 8. 13. Soph. 1. 2, 3. & 3. 8. Zach. 14. 2, 14. Vide Matt. 13. 28. & 22. 10 *. *Colligam te*, i. e. Cogam te intra oppida & munitiones ob ingruentem hostem[n], qui te obsidebit[o]. *Congregabo* (nempe, ut obsidearis intra Samariam & Hierosolyma: nam par sors utrique prædicitur:)—*totum te*: Cogam vos in unum deportandos, non ex parte, uti sub Teglathphal. sed omnes, sub Salmanasare[p]. Παρεμβολὴ est sive interjectus minarum, &c. Ludit autem Propheta ex ambiguo, & ludificatur[q], sive imitatur[r], verba pseudoprophetarum †, (quasi promissiones amplissimas faceret de ventura Judæ & Israelis adunatione[t];) sed alio sensu[v], & consilio, ut docet sequens versus[x]. *Recipiam te*, ex terra tua, & transferam, &c[y]. ¶ *Reliquias Israel*] Quas sc. Tiglathpil. reliquit[z]: quicquid salvum manebit à bello, fame, peste, &c. quibus eos paulatim attritos fuisse significat[a]. Al. Duas Tribus, &c[b]. cum quibus eodem modo agam quo egero cum Regno Israelis[c]. ¶ *Pariter* (vel, *Simul*, JT. Pi. D.) *ponam* (vel, *disponam*, JT. *reddam*, sive *efficiam*, Pi.) *illum*] i. e. Conjiciam in unum acervum[d]. ¶ *Quasi*, &c. כְּצֹאן בָּצְרָה] *Veluti pecus* (vel, *gregem*, G. *oves*, quæ ibi intra septa coguntur *;) *Bosrah*, Mo. Urbs hæc erat, vel, 1. Moabitidis[f], Jer. 48. v. 24. regionis maximè pascuæ, 2 Reg. 3. 4[g]; vel, 2. Idumææ, ubi læta pascua. Vide Jes. 34. 6[h]. At Chald. & LXX alia puncta legerunt[i], בְּצָרָה[k]: *in tribulatione*, sive *angustia*, ό. Ar. *in medio ovilis*, Ch. in quo nempe oves arctantur & comprimuntur[l]; quod cum verbis sequentibus meliùs convenit[m]. Longè rectiùs Schindlerus ait Chald. accepisse בָּצְרָה pro *munitione*, scilicet ovium, h. e. caula. Respexit Chald. ad significationem vocis מִבְצָר, & *gregem Bozræ* explicavit, *sicut gregem in medio caulæ*. Caula enim est quasi מִבְצָר *munitio* ovium, in qua à vi & insidiis tutæ sunt[n]. ¶ *Quasi pecus* (vel, *gregem*, D.) *in medio*, &c. בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ] *In septo suo*, Ti. *in caula sua*, Ca. *in medio ovilis* (vel, *caulæ*, P. vel, *ductûs*, Mo.) *sui*, M. JT. Pi. Confertim[o]: ut oves metu lupi, &c. in arctum se colligunt & condensant[p]; vel, ut oves ibi congregatæ ad mactationem, &c[q]. ¶ *Tumultuabuntur*, &c. תְּהִימֶנָה מֵאָדָם] *Tumultuabuntur* (vel, *Perturbabuntur*, G. *Frement*, V. *Perstrepent*, JT. Pi. scilicet reliquiæ Israelis[r]: vel, sub. *urbes*, P. Sed malim referre ad צֹאן & עֵדֶר, quæ, quum sint collectiva, & oves, pecus fœmineum, denotent, rectè cum plur. fœmin. construuntur: verto itaque, *Quæ perstrepent* †,) *præ hominibus*, Ti. P. sim. Mo. vel, *ab homine*, Di. vel, *præ hominum copia*, Ca. sim. M. JT. Pi. cùm tot custodes circum se videbunt[t]. Tanta erit in illis urbibus multitudo hominum obsessorum, ut ipsi vocem ac strepitum tumultuosum edant[v]. Sensus loci est, Sicut oves in Bozra, ubi magna est earum copia, tumultuantur, & sicut eædem in caulam collectæ, intrante in eam homine, perstrepunt ac discursitant, pavidum scilicet pecus, & nè accessum quidem hominis sine timore ferens: ità colligam Israelem, & collectum reddam pecori tumultuanti ac pavido similem. Unde autem pavor ille oriturus sit, docet versus sequens[x]. Ut grex introeuntibus laniis huc illuc discurrit; ità Israelitæ, &c[y].

13. *Ascendet*, &c. עָלָה הַפֹּרֵץ] *Ascendit*, vel *Ascendet*, *effractor*, vel *perruptor*, Mo. P. Sy. Ti. JT. Pi. vel, *irruptor*, Ca. *dissipator*, M. qui scilicet perrumpit vel, 1. murum[z]; vel, 2. obstacula omnia quæ ante adventum Christi hominem ab ingressu prohibuerunt[a]. Intelligitur hîc vel, 1. Elias, i. e. Johannes Baptista; quia hîc agitur de restitutione per Christum[b]. Vel, 2. Christus[c]; qui vobis dux erit, qui irrumpet, hostésque vincet, atque ità viam vobis ad cœlum patefaciet[d]. Verùm פֶּרֶץ, de *ruptura* usurpatum, vix unquam in bonum sumitur; vide Exod. 19. 22, 24. Jud. 21. 15: & פָּרִיץ est, *violentus effractor*, &c. Psalm. 17. 4. confer & Jerem. 7. 11 *. Vel, 3. miles oppugnans urbes illas †: hostes, qui, effractis muris ac portis, urbes essent occupaturi[f]. Assyrii & Babylonii[g]. Vel, 4. Sedecias[h]: illi qui cum Sedecia effugerunt, qui *parietem perfregerunt*, &c. Ezec. 12. 12. Vide historiam 2 Reg. 25. 4[i]. Quod non placet[k]. ¶ *Divident*, &c. פָּרְצוּ וגו׳] *Frangent* (vel, *Erumpent*, Ti. vel, *Dissipaverunt*, M. *Effregerunt*, Mo. Di. *Perruperunt*, JT. Pi.) *& transibunt* (vel, *& transiverunt*, Mo. M. Di. vel, *transeuntes*, JT. Pi.) *portam*, P. G. Di. &c. vel, *per portam*, Ti. G. nempe Assyrii & Chaldæi[l]: vel, *portam*, sub. *frangent, inquam*, V. Sensus, q. d. Non ordine ducentur, sed tumultuariè[m], & frangenda erit porta ut omnes simul & turmatim exeant[n]. Hæc quoque, secùs quàm Junius & alii, refero ad hostes: etsi enim הַפֹּרֵץ sit sing. quia tamen de exercitu hostili dicitur, rectè mutantur verba sequentia in pluralia. Sic accipio ob finem versûs, ubi Deus dicitur *dux eorum*, &c. non Israelitarum ex urbibus suis fugientium, quippe quos Deus deseruerat; sed hostium, qui, effractis portis, per eas essent transituri ad occupandas urbes, & rursus per easdem securè exituri, ducente quidem eos Rege, sed præcipuè duce ipso Deo, &c[o]. ¶ *Et egredientur* (vel, *egressi sunt*, Pi. M.) *per eam*] Ità P. &c. vel, *quâ egrediuntur*, JT. vel, *per quam exire solebant* urbani; vide 2 Reg. 25. 4[p]. ¶ *Et transibit* (vel, *transivit*, M. *transit*, JT.) *rex eorum* (scilicet Israelis & Judæ[q]; Hoseas & Sedecias[r];) *coram eis*] Inspectante populo trahetur captivus, 2 Reg. 17. v. 6. & 25. v. 6 †. Ità spe omni exciderunt: Rege enim superbiebant, &c[t]. ¶ *Et Dominus in capite eorum*] Vel, 1. Judæorum[v]. *Jehova autem* antea erat *in capite eorum*, P. H[s]: qu. d. Antea erat dux & fautor eorum; nunc autem propter peccata deseruit eos[x]. Al. Instabit eorum cervicibus, ut eos opprimat[y]: ideo non planè effugient: nam Divina ultio eos persequetur, atque adeò assequetur per Chaldæos[z]. Al. *Præses* erit Messias *rex* & caput *eorum*, *in quo capite* erit *Jova* ipsius Pater[a]. Vel, 2. Assyriorum & Chaldæorum. Deus illis omnia prosperabit[b]: dux erit primi agminis, ut perficiant quæ ipse comminatus est[c].

CAP.

Margin notes (left column): [z] D. sim. V. [a] V. sim. Tar. [b] Tar. [c] Calv. D. [d] V. * G. [f] V. [g] Ca. [h] Calv. [i] Q. in Calv. sim. He. in V. [k] Ca. † M. [l] Me. ‡ Tar. [m] Calv. * Tar. [n] D. sim. V. [o] V. [p] G. [q] Jun. [r] G. † Jun. G. [t] Jun. [v] G. [x] Jun. [y] Tar. [z] Pi. [a] Calv. [b] G. sim. Tar. [c] Tar. [d] Calv. * D. [f] Pi. RS. in D. sic G. Tar. [g] G. [h] D. [i] G. [k] Cap. crit. sim. G. D. [l] Cap. [m] G. [n] Buxt. vind. 2. 10. 724. [o] G.

Margin notes (right column): [p] Bo. 1. 2. 45 517. [q] Tar. [r] Pi. sim. Tar. Jun. † Di. [t] G. [v] V. [x] Di. [y] Tar. [z] V. [a] M. [b] D. [c] M. sic Ca. [d] Ca. * Tar. † G. [f] Tar. [g] D. sim. Pi. Tar. [h] Q. in D. [i] D. [k] Di. [l] G. [m] Calv. [n] Calv. sim. D. [o] Di. [p] G. [q] Pi. [r] D. † G. sim. Calv. [t] Calv. [v] Q. [x] V. [y] Calv. sim. D. Ti. [z] D. [a] Ca. [b] G. [c] Tar.

CAP. III.

1. **P**Rincipes Jacob] i. e. Populi Israelitici [a]. Senatores totius gentis. Quò magis justitia præcedentium pœnarum appareat, ostendit nullum eos ordinem exsortem gravium criminum fuisse; nè eos qui aliis ad virtutem præire debuerant, judices & doctores. Pares querelæ sunt Ezec. 22 [b]. ¶ *Et*, &c. "וְקְצִינֵי וגו] *Et duces* (vel, *gubernatores*, Mo. Ca. G. *tyranni*, Ti.) *domûs Israel*.Calv. i. e. Regni Juda, cui Prophetæ hoc nomen sæpe tribuunt. τὸ *Israel* ergò hîc non ponitur distinctionis causâ; sed ut crimen amplificet, eò quòd tam corrupti essent duces electi populi [c]. *Et duces*,&c. Intelliguntur urbium senatores [d]. Significat populum judicum negligentiâ in tanta scelera incidisse *. ¶ *Numquid*, &c? "הֲלוֹא לָכֶם וגו] *Nonne vestrum erat*, vel *est*, (vel, *vobis*, Mo. Glas. sub. *incumbit*, Glas. gram. p. 680. vel, *vos* decet, Tar. sim. Ti.) *scire judicium*? P. M.JT.Pi. &c. vel, *jus*? V. Pi. sic JT. id quod æquum & justum est [f]: habere judicium & prudentiam, summámque notitiam justi & æqui, ut aliis præluceatis & viam monstretis [g]. Al. Ipsi alios damnatis: debetis ergò scire & quæ vos pœna maneat, Rom. 2. 1 [h]. Verba notitiæ etiam affectus & effectus sequentes includunt: ideóque *nôsse* est, probare, curare, &c [i].

2. *Qui*, &c. "שֹׂנְאֵי וגו] *Odientes* (vel, Sed *osores* sunt, Pi. sim. P. Calv. Tar. i. e. estis, Pi. *Qui oditis*, Ti. *Atqui vos odio habetis*, G.) *bonum*, (vel, *boni*, Pi. &c. id est, justitiæ [k]: vel, *virtutem*, G. vel, beneficentiam [l]:) *& amantes malum*, M. sic Mo. &c. i. e. injustitiam [m]; vitium, & vexationem pauperum [n]. ¶ *Qui*, &c. "גֹּזְלֵי וגו] *Rapientes* (i. e. Detrahentes [o], velut leo [p],) *pellem eorum* (i. e. popularium vestrorum [q]; pauperum [r], & piorum, quos peculiariter *populum suum* vocat vers. 5 †.) *ab eis*, *& carnem*, &c. M. sic P. &c. qu. d. Nihil salvum relinquunt [t]. *Caro & ossa* hîc facultates significant [v].

3. *Comederunt carnem*,&c.] Ex meorum incommodis sua comparant commoda [x]. ¶ *Ossa eorum confregerunt*, &c. "פִּצֵּחוּ וּפָרְשׂוּ כַּאֲשֶׁר בַּסִּיר וגו] *Confringunt*, P. sim. JT. Pi. (vel, *nudârunt*, Ti. *confregerunt*, Mo. M. G. inter se partiti sunt [y]: *contundunt*, M.) *& concidunt* (vel, *conciderunt*, Mo. *dividunt*, JT. Pi. *frustatim comminuerunt*, M. *frustulatim explicant*, Ti.) *quasi* (sub. *injicienda*, P. vel, *ceu* posituri, Ti. *ut quod* est, JT.) *in lebetem*, sive *ollam*, P. M. Ca. Pi. sim. Ti. (vel, *in lebete*, sive *olla*, Mo. JT.) *& velut carnes intra ollam*, P. &c. Sicut concîdi solent quæ in lebetem conjiciuntur [z]. Intelligit varios modos & exquisitos populum affligendi [a], multásque species sævitiæ, &c [b].

4. *Tunc*] Cùm venient ista tempora superiùs indicata [c]. Tempore tribulationis istius [d]. ¶ *Non exaudiet eos*] Quia obsignata erunt decreta *. Quia injusti sunt [f], & contumaces, & sine fide ac pœnitentia precantur [g]. ¶ *Abscondet*, &c.] Benevolentiam subtrahet [h]. ¶ *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר הֵרֵעוּ מַעַלְלֵיהֶם] *Sicut* (vel, *Posteaquam*, Pi. *Quia*, vel *Quòd*, Sy. D. *Pro eo quòd*, G. *Sicut & ipsi*, M. sic Ti. Ca.) *fecerunt*, sive *reddiderunt*, *mala* (vel, *malè egerunt*, M. sim. o'. Ar. vel, *malè instituerint*, JT. Pi. *depravârint*, Sy. vel, *malis affecerunt*, sub. *pauperes*, V.) *studia*, sive *opera*, *sua*, Mo. P. Ch. vel, *actiones suas*, JT.Pi. vel, *studiis suis*, M. vel, *operibus suis*, quæ suprà recensui [i]. Malè mulctati peribunt [k].

5. *Super prophetas*] Qui se tales dicunt [l]. A Principibus transit ad pseudoprophetas [m]. ¶ *Qui mordent dentibus suis*, &c.] i.e. Vel, 1. populo blandiuntur [n]; quod perinde est acsi morderent &c [o]. qui osculando mordent [p]: vel, 2. frendent in Prophetas Domini [q]: vel, 3. instar ferarum gregem Domini discerpunt [r]: vel, 4. *mordent* cibum jucundum †, vel, quæ illis in os ingeruntur [t], sive dono data sunt; q. d. ventri & gulæ dediti sunt: i. e. qui ventris & quæstûs causâ prædicunt prospera [x]. Sensus, Dum illis detur quod edant, omnia prospera pronunciant [y]. Hanc interpretationem probat sequens ἀντίθετον [z]. ¶ *Et si quis*, &c. וַאֲשֶׁר לֹא יִתֵּן עַל פִּיהֶם וְקִדְּשׁוּ וגו"] *Et qui non dederit* (vel, *posuerit*, D. sub. *aliquid*, M. vel, *cibum*, Pi. vel, sub. *illis quod petunt*, V.) *in ore* (vel, *pro ore*, M. vel, *in*, vel *ad*, *os*, D. Pi. vel, *juxta os*, i. e. verbum sive petitionem [a].) *eorum*, Mo. M. &c. *& sacraverunt* (vel, | neglecto ו,] *adornant*, Ti. vel, *indicunt*, D. *sanctificant*, D.V. parant, aut denunciant [b],) *contra eum bellum*, M. D. &c. i. e. cum oppugnant, & adversùs illum tragœdias excitant, vel potiùs, bellum futurum annunciant [c]. *Et contra eum qui non dederit escam in os eorum præparant bellum*, P.sim. JT. Pi.

6. *Nox*, &c. לָיְלָה לָכֶם מֵחָזוֹן] *Nox* (sub. *erit*, P. vel, *fiet*, Pi. vel, *irruet*, Ti.) *vobis à*, vel *ex*, *visione*, Mo. P. JT. Pi. *à prophetia illa*, V. מִן hîc notat materiam ex qua aliquid fit: vide Exod. 27.3. & 28.36. Visio vestra mutabitur in noctem [d]. Pseudoprophetia vestra pariet vobis noctem: h. e. Qui antehac eratis in magna authoritate & prosperitate, eritis posthac miserrimi & contemptissimi *. Vel, *pro visione*, Calv. *vice visionis*, Ti. *propter visionem*, M. Pi. nempe falsam, quâ populum decepistis [f]. Nox erit vobis merces visionis [g]. Vel, *nè sit visio*, D. Tar. Glas. i. e. nè deinceps visiones factas afferre possitis, sed desistere cogamini [h]. Præfixum מ hîc sumitur ut 1 Sam. 15. 23. Jerem. 48. 2. Hos. 9. 12 [i]. ¶ *Et*, &c. וְחָשְׁכָה לָכֶם מִקְּסֹם] *Et obtenebrescet* (sub. *sol*, V. Alii jungunt cum nomine לַיְלָה, quasi dicatur, *nox tenebrescet*. Quam versionem tum ipsa respuit sententia, tum syntaxis; quum לַיְלָה sit masc. (ut patet ex Psalm. 19. 3.) & verbum חָשְׁכָה fœmin. Malim חֲשֵׁכָה nomen esse, pro חֹשֶׁךְ, cum He paragogico, & Kamets sub ח esse chatuph [k]. [Sic ergò vertunt ;] *Et tenebræ*, P.M.Ti.Pi. sub. *erunt*, vel *fient*,P.M. Pi. A [l]. *Quæ obscuritatem afferet*, JT. Pi.) *vobis à*, vel *ex*, *divinatione*, Mo.Pi.Calv. Heb. *divinando*, Pi.P. infinitivus loco nominis [l]: vel, *pro divinatione*, Ti. *propter divinationem*, M. *propter divinare*, i. e. propter divinationem illam vestram [m]: *nè divinetis*, JT.Pi.Tar. h.e. nè postea vestram hanc publicè mentiendi artem exercere poteritis. *Nox & tenebræ* hîc significant, vel, extremam cæcitatem [n]; vel, maximas calamitates [o]. ¶ *Occumbet sol*, &c.] Præ mœrore ac perturbatione animi videbitur illis occumbere [p]. Animo vultúque dejecti non audebunt cœlum Solémque adspicere. Explicant hæc apertiùs sequentia. Adde Jerem. 8. 12 [q]. [Ca. versum sic reddit, *Quapropter vos noctes & tenebras absque visis ac divinatione habebitis, occidétque vatibus sol, & dies obscurabitur.*] Nam malis quidem calamitatem, falsísque vatibus cæcitatem & oraculorum vacuitatem,denuncio [r]. Sensus loci, q. d. Ostendam toti mundo nè guttam prophetici spiritûs esse in vobis, sed esse vos homines tenebricosos & nocturnos; talémque esse vestram excæcationem, ut etiam in meridie nihil cernatis †.

7. *Qui vident*,&c.] *Isti videntes*,JT.Pi.Tar. falsi prophetæ, qui à vulgo veris pares habebantur [t]. ¶ *Et operient*, &c. וְעָטוּ עַל שָׂפָם] *Et operient* (vel, *obvelabunt*, JT. Pi. Ca. *obvolvent*, Ti. *Ponéntque velamen*, M.) *labrum* (vel, *mystacem*, JT. Pi. Tar. vel, *superum mentum*, Ti. sim. Pi. *pilum superioris labri*, Q. in V. vel, *super mystacem*, Mo. *super labium*, M.) *suum*, P. &c. i. e. Contegent veste os suum: vel, 1. more erubescentium [v]; vel, 2. more lugentium [x], ut Ezec. 24. 17, 22 [y]; vel, 3. more leprosorum, Levit. 13. 45 [z]. q. d. Probrosi erunt omnibus, ità ut eos pudeat sui, nec vel hiscere audeant, aut gloriari nomine prophetico [a]. In publicum non audebunt prodire, aut publicè prædicare; sed silebunt, in angulo, mœrore & pudore contabescentes [b]. ¶ *Quia*, &c. כִּי אֵין מַעֲנֵה אֱלֹהִים] *Quia*, vel *Quòd*, *non* (sub. *est*, vel *sit*, Ti. P. M. &c. vel, *erit*, JT. Pi.) *responsum* (vel, *verbum*, P. vel, *qui respondeat*, Ti. vel, *exauditio*, JT. Pi.) *Dei*, Mo. V. D. &c. sub. *in ore eorum*, V. nempe id quod ipsi dixerant [c]: q. d. Quòd sint mendaces & fallaces [d]. Vel, *responsum*, nempe pro voto *. *Responsum* propriè dicitur. Nam Prophetæ consulebant Deum, qui illis *respondere* dicitur, Jerem. 42. 4. Quod prædicent vanum erit, non Verbum Dei, ut patebit omnibus ex eventu: unde & in contemptum venient [f]. Destituentur omni responso, & omnes animadvertent præstigias eorum [g].

8. *Veruntamen*; ità M. Ti. JT. Pi. וְאוּלָם] *Et verè*, Mo. *Utique*, Q. in D. ad verb. *Et quidem*, V. ¶ *Ego*

Marginal notes (left): a Pi. b G. c Calv. d G. * Tar. f V. sim. Tar. g Calv. h G. i Tar. k Pi. l D. m Pi. n D. o V. p Pi. q G. r Pi. D. † D. t Calv. v G. ex Ch. sim. Tar. x Ca. y G. z G. sim. Calv. a T. b Calv. c G. d V. sim. G. Calv. * G. f Tar. g Calv. h G. i V. k Tar. l G. m D. n D. ex K. sim. M. o D. ex K. p V. q M. ex K. sim Me. r Q. in Glas. rhet. p. 309. † Tar. t T. v ... x V. y G. sim. z V. ex Ch. a G.

Marginal notes (right): a V. b D. c V. d Pi. * V. f M. g Calv. h Tar. i Glas. gram. 4. 1. 4. 656. sic D. k Pi. l Idem. m V. n Tar. o G. sim. V. D. Pi. Tar. p Pi. q G. r Ca. † Calv. t Tar. v V. x V. D. sim. M. Pi. &c. y Tar. ex D. z G. sim. Tar. a Calv. b Tar. c G. d V. * M. f D. g Calv.

(Opponit se falsis Prophetis [h], unum multis [i]. q. d. Ego non sum ejus sortis cujus vos estis [k].) *repletus sum fortitudine spiritûs*,&c.] Vel, *à spiritu*, &c. אֶת, pro מִן; vel, pro מֵאֵת *. Vi Divinâ afflante plenus sum; non dapibus, ut illi [m] : non ambitione, gulâ, avaritiâ, sed necessitate, motus, &c [n]. ¶ *Judicio*] Id est, vel, 1. prudentiâ, quâ teneam quid verum & rectum, & quid velit Deus; vel, doctrinâ [o] : intelligentiâ credendorum & faciendorum, ut discernere possim quid quovis loco ac tempore doceri & agi à me debeat *. Vel, 2. justitiâ sive æquitate [p], omni rectitudine [q]. Vel, 3. comminatione suppliciorum [r], quæ jure merito sceleribus vestris infligenda denuncio †. *Judicio*, nempe ut discernam culpas graviores à levioribus, & pro cujusque modo pœnas denunciem; ut ostendunt sequentia [t]. ¶ *Et virtute*] Vel, *fortitudine*, sive *potentiâ*, Pi. i. e. constantiâ [v], in patiendo [x]; & magnitudine animi [y], nè à mandato dimovear cujusquam reverentiâ aut metu [z] : non formidans hominum tyrannidem, sed intrepidè veritatem annuncians †: non vanâ & garrulâ eloquentiâ, ut pseudoprophetæ [a]; sed potentiâ & efficaciâ sermonis [b], quam nullus labefactare possit [c]; comminatione rerum magnarum quæ Deus facturus est contra peccatores [d]. ¶ *Ut annunciem Jacob scelus suum*] Conjunctum cum extremo ejus supplicio: non verò pacem, ut illi *. Minas apud me deposuit Deus, non blanditias [f]. Hæc præfatus est ut ipsos compesceret, & liberiùs eos offenderet [g].

9. *Audite*, &c.] Incipit re ipsâ monstrare quod dixit, se repletum esse spiritu, &c [h]. ¶ *Qui abominamini*,&c.] Heb. *abominantur*. Mutatio personæ: non dignatur eos ampliùs alloquio †. Vel, *abominantes*, &c. q. d. qui abhorrent à judicio, h. e. jure & æquitate [i].

10. *Qui*, &c. בּוֹנֶה וגו׳] *Ædificans* (vel, *Qui ædificatis*, P. vel, *Ædificat*, sub. *homo*, i.e. Ædificatur [k] : vel, *Quisquis ædificat*, JT. *Quorum quisque ædificat*, Pi. sic D. i. e. ampliorem reddit, ædes ac palatia ibi exstruit [l].) *Sion* (vel, in *Sijon* domos, P. amplas scilicet & magnificas [m], quibus Sionem ornatis [n] :) *in sanguinibus*, M. Ti. Mo. i. e. injustis exactionibus [o]. *Sanguinum* enim nomine in S. S. sæpe significatur omnis injusta vis in proximum, sive ea fiat occidendo, sive per calumnias [p]. Opibus & substantiâ pauperum [q]. Sunt enim illis opes velut sanguis [r]. Al. *cædibus*, quas ferè sequuntur direptiones bonorum †. Pecuniâ per cædes partâ [t]. Al. *sanguine*, i. e. pretio sanguinis, h. e. vitæ, quòd faverint homicidis pro pecunia [v]. Ex opibus vi ac innocentium damnatione partis, Ezec. 22. 27 [x]. Nomen *Sionis* & *Jerusalem* aggravat crimen ipsorum, quòd scilicet polluerint sanctam urbem & montem, &c [y].

11. *Principes ejus in muneribus*, &c.] Vel, *pro munere*, Pi. vel, *pro muneribus*, V. sim. G. i.e. pro illo qui affert munus [z]. Non judicant nisi accepto munere. שֹׁחַד propriè est, munus quod datur ad corrumpendum judicem [a]. ¶ *Docebant*] Vel, *docent*, P. placentia Regibus & populo, non quæ Deus præscripserat [b]. Sacra omnia & profana venalia erant [c] : omnes mercenarii & donis excæcati [d]. ¶ *Et super Dominum* (vel, *Et Jehovæ*, Pi. *Et interim Jehovæ*, P.) *requiescebant*] Vel, *nituntur*, vel *innituntur*, JT. Pi. P. D. Calv. Ore tenus, non ex animo. Vana est fiducia ubi non est pietas *. Ironicè & catachresticè dicit eos *inniti super Jehovam*, h. e. fulturam sibi facere ex Dei nomine, fucum sibi facientes nudo & inani titulo. Non fiduciam eorum hîc intelligit, sed socordiam & stultam securitatem [f]. De Dei favore se jactant [g]. Innituntur Divinæ curæ, providentiæ, & benignitati †. ¶ *Dominus*, &c.] i.e. Templum & Arca, &c [h]. Confer Jer. 7. 4 [i]. Ideòque Dominus nos punire vel non potest, vel non audet [k].

12. *Causâ vestrî*, בִּגְלַלְכֶם] *Propter vos*, Mo. P. M. *vestrâ causâ*, Ca. sim. JT. Heb. *propter revolutionem vestrî*, Pi. Propter vestra peccata [l]. ¶ *Sion quasi ager arabitur*] Imprimet muris hostile aratrum exercitus insolens [m]. Vel, *Sion ager*, &c. D. Mo. nam revera ager erit cùm arabitur [n]. ¶ *Et Jerusalem quasi acervus lapidum*, עִיִּין] Quod regulariter עִיִּים scriberetur. Sic יָמִין, *dies*, pro יָמִים †. [Sic vertunt;] *acervi*, Mo. *rudera*, Ca. in *acervos*, P. JT. Pi. *acervus* lapidum, i.e. in ruinam [o]. Itâ deformabitur, ut nullum sit vestigium urbis bene compositæ ac digestæ [p]. ¶ *Et mons templi* (vel, *domûs*, Pi. D. &c. nempe Dei [q], ex collat. Mic. 4. 1. הַבַּיִת (*domus*) κατ᾽ ἐξοχὴν est *domus Dei* h. l. & Hag. 1. 8. ut הַדָּבָר (*verbum*,) pro *verbo Domini*, & מִצְוָה (*præceptum*,) pro *præcepto Dei*. Sic ἡ ὁδὸς (*via*,) pro *via Dei* [r]. Mons in quo constructum est Templum †. Mons Moria [t].) *in excelsa sylvarum*] Sub. *erit*, M. vel, *redigetur*, Ti. i. e. in tumulos: similis erit collibus sylvarum, in quibus crescunt herbæ & arbores [v]. Ubi nunc Templum, ibi arbores crescent. Dicitur autem *excelsa* in plur. num. vel, propter duos montes contiguos, montem Ædis & montem Olivarum; vel, propter acervos lapidum, qui speciem collium præbebant. Aut verba construenda per hypallagen, *excelsa sylvæ*, pro, *sylva excelsorum*, i. e. celsissima. Tales autem sunt profectò montium sylvæ, præsertim editorum [x]. Sylvæ pleræque in montibus sunt [y]. Sensus, q. d. Talis erit quales esse montes in sylvis solent, arboribus, feris, fruticibúsque & virgultis obsitus [z].

CAP. IV.

1. ET *erit*] Cohæret sensus cum prioribus; ideóque colligimus sumpta hæc ex antiquiore prophetia Esa. 2. 2. non ad significandam rem eandem, sed parem. Nam Esaias hæc dixerat de regno Ezechiæ pleno sanctitatis, justitiæ & felicitatis: Michæas verò eadem dixit de temporibus post reditum ex Babylone, quò hoc caput &, quod ei cohæret, sequens pertinent [a]. Sed quis hoc figmentum admittet? De uno eodémque tempore utrumque loqui constat, tum ex eo, quòd verba prorsus eadem sint; tum, quòd Esaias & Michæas σύγχρονοι erant [b]. Uter ab altero hæc acceperit frustrà quærunt, quum uterque ex Spiritu Sancto acceperit [c]. Post minas, iterum (more suo & aliorum Prophetarum) redit ad læta & consolantia [d]. Sermonem suum à contemptoribus Dei & à corpore populi convertit ad fideles qui inter eos erant *. ¶ *In novissimo dierum*] Itâ Mo. P. M. sim. Ti. *ultimis temporibus*, JT. Pi. i.e. postea, ex collat. Esa. 2. 2 [f]. Al. tempore Evangelii [g]; quod *ultimum*, sive *novissimum*, dici solet [h]. Vide Jer. 23. 20. Ezec. 38. 16. Hos. 3. 5 [i]. item 2 Tim. 3. 1. Heb. 1. 2. 1 Joan. 2. 18 [k]. Manifestissima hæc est de Christo & ipsius Ecclesia prophetia [l]: ut patet, tum ex scopo, qui erat, fideles omnes consolari; tum ex toto contextu, ut suis locis videbitur [n]. ¶ *Mons domûs Domini*] i. e. Ecclesia [o]. ¶ *Præparatus*; itâ Mo. P. sim. Ti. V. נָכוֹן] *Constitutus*, D. JT. *firmatus*, Pi. Tar. simil. V. ut Psal. 7. 10, 13, 14 [p]. ¶ *In vertice montium*] Id est, vel, supra omnia Regna mundi, quæ *montes* vocantur Psal. 68. 17 [q]; vel, supra synagogas V. T [r]. vel, supra montes alios. Templa eo tempore ferè erant in montibus. Templum autem Hierosolymitanum, ex quo instauratum est, multò fuit illustrius templis aliis †. De eminentia, non loci, sed dignitatis, hîc loquitur. q.d. Mons hic sedes erit summi Imperii, ubi Deus regnabit, & undè etiam orbem terrarum sibi subjiciet [t]. ¶ *Super colles*] In quibus veteres sacrificabant, &c [v]. ¶ *Et fluent* (vel, *confluent*, D. Pi. Tar. copiosè & spontè, ut flumina [x] : current, properabunt [y] :) *ad eum populi*] Propter ingens illud beneficium prædictum à Prophetis, & à Deo Judæis præstitum, plurimi alienigenæ, maximè è Persis, qui imagines non habebant, & Græcis, qui de Socrate aliquid hauserant, deinde eorum exemplo & alii, venient Deum unum mundi Opificem veneraturi in atrio Gentium, ut mos erat [z]. Sed jejunum est hoc & commentitium; de quo nec Scripturam nec historiam allegare potuit. Palàm est ampliorem hîc indigitari frequentiam, & universalem Gentium vocationem [a].

2. *Et properabunt* (vel, *ibunt*, M. P. D. Judæam versùs [b],) *gentes multæ*] Itâ Calv. D. &c. vel, *ampla*, D. Regnum Messiæ amplius erit quàm illud Davidis, qui paucas tantùm gentes subjugavit [c]. ¶ *Et dicent*, *Venite*, *ascendamus*, &c.] Itâ indicantes se esse populum Christi spontaneum, Psal. 110. 3 [d]. Alii alios incitabunt atque animabunt, sed itâ ut ipsi se offerant comites itineris,

neris, & strenuè currant, & nihil aliis præscribant nisi quod præstabunt ipsi *. ¶ *Et docebit* (Deus nempe; cui uni docendi potestatem hîc tribuit Propheta, eúmque unicum esse monet Magistrum & Doctorem [f]. Notat privilegium N.T. sub quo Deus, non per sacerdotes aut Prophetas, sed, αὐτοπροσώπως (*in propria persona*) Ecclesiam informabit [g]. Vel, *docebit*, per Prophetas primùm, deinde, iis cessantibus, per sacerdotes & Doctores [h].) *nos de viis suis*] Id est, de ea vivendi ratione quam Deus præscripsit [i]. Docebit nos aliquot viarum suarum: h. e. quid agere debeamus [m]. Non dicit, *vias*, &c. sed, *de viis*, &c. quia hîc *ex parte cognoscimus*, &c [n]. *Docebit* quales sunt viæ ejus, quænam sit ejus voluntas, quid ei placet [o]. ¶ *Et ibimus* (vel, *ut ambulemus*, Ti. &c.) *in semitis ejus*] Ostendit nullam esse pietatem, aut cultum Dei legitimum, sine vera obedientia, quæ pendet ex fide, sicut fides ex Verbo [p]. ¶ *Quia* (Non sunt hæc verba gentium [q], sed Prophetæ [r], rationem reddentis cur gentes dicerent, *Ascendamus*, &c †.) *de Sion egredietur* (vel, *prodibit*, h. e. longè latéque personabit [t],) *lex*] Unius Dei cognitio indè mirum in modum propagabitur [v]. *Lex*, nova scilicet, h.e. Evangelium [x]: quod *lex* vocatur Psalm. 19. 8. Rom. 8. 2 [y]. תּוֹרָה hîc tantùm *doctrinam* notat [z], sive *verbum*, ut statim se explicat [a].

3. *Et judicabit* (vel, *judicia exercebit*, G. vel, *lites componet*, D. *Qui judicem aget*, JT. Pi. Tar.) *inter populos multos*] Ità Mo. Ti. Reget & gubernabit eos: nam sic *judicare* sæpe sumitur [b]. Ecclesiæ Rex & Judex erit [c]: non tantùm occultâ providentiâ suâ, quâ Diabolum omnésque impios, etiam nolentes, gubernat; sed modo peculiari, Verbo & Spiritu suo, quo corda eorum flectet ut spontè ipsum sequantur [d]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹכִיחַ לְגוֹיִם עֲצֻמִים] *Et corripiet* (vel, *arguet*, Ti.) *gentes fortes*, Mo. P. &c. vel, *validas*, JT. Pi. id est, numerosas, ex collatione membri præcedentis; ut vox sumitur Gen. 18. v. 18. Exod. 1. 9. Deuter. 4. 38 *. De peccatis suis eas convincens, Joh. 16. 8, 9. & annuncians ut pœnitentiam agant, Act. 17. 30 [f]. Al. Per Reges Persas reprimet Samaritas, Ammonitas, Azotios, imò & Arabas, qui Templi urbísque structuram impedire voluerunt, Esd. 4. 11, &c. Nehem. 4 [g]. Verùm de judicio Dei quod per Verbum fit, non externâ vi, hîc agi antecedentia evincunt [h]. Ch. sic vertit, *Ipse arguet reges fortes*, h.e. præsidebit omnibus potentibus hujus mundi [i]. ¶ *Usque in longinquum*; ità M. P. Mo. D. עַד רָחוֹק] Referri hoc potest vel ad tempus, vel ad locum [k]. *Procul dissitas*, Ti. Al. *in seculum usque*, M. & V. ex Ch. i. e. in perpetuum, vel, longo tempore [l]. ¶ *Et concident* (vel, *contundent*, V. D. &c.) *gladios suos* (i. e. arma bellica [m]) *in vomeres*, &c.] Contrarium ei quod habuimus Joel. 3. v. 10. Sensus est, Et Persæ & populi qui sub eorum erunt imperio, infestissimi olim Judæis, ut Assyrii, Babylonii, Syri, Philistini, Ammonitæ, Moabitæ, Arabes, altam pacem cum Judæis colent [n]. Sed Judæi nunquam tam altam sub Persis habuerunt pacem, ut patet ex libris Esdræ, Nehemiæ & Esther [o]. Loquitur ergò de Regno Christi [p]; quod, inquit, non proferetur, ut Regna mundi, vi, & armis, sed pacatè, & per inermes, & solo Verbo, &c [q]. Significat Evangelium Christi fore Gentibus quasi vexillum ad colendum pacem [r]. Objiciunt hîc Judæi bella & persecutiones Christianorum. Verùm, 1. Rabbini ipsi in Talmud dicunt, arma non tam in Messiæ adventu primo quàm secundo seu ultimo prorsus cessatura esse. 2. Non de externa pace hîc loquitur, quæ nunquam in his terris perpetua erit; sed de pace spirituali, de pace quam pii habent, & cum Deo, Mic. 5. 5. Rom. 5. 1. Phil. 4. 7. & inter se, Joan. 13. 34. & cum aliis, Rom. 12. 18 †. Qui antea lupi erant sive truculenti, maleficii dediti, & suis tantùm commodis intenti, (unde oriuntur dissensiones, deinde prælia,) per Evangelium mansuescent, abstinebunt à maleficiis, omnia charitatis & benevolentiæ in proximos officia exercebunt. 3. Loquitur hîc de toto Christi Regno usque ad finem. At Regnum Christi in hoc mundo duntaxat inchoatum est, pauci illud verè amplectuntur, iique reliquias peccati circumferunt; ut non mirum sit non adhuc exstare quod hîc dicitur, nec cessare dissidia & contentiones, &c [t]. 4. Scripturæ mos est, ut illa ab aliquo fieri dicantur, ad quæ, ut legitimè faciat, naturam & facultatem habet. Vide quæ diximus ad Esa. 3. 11. & 48. 22.

Margin: * Calv. · f Idem. · g Calov. · h G. · i D. · m V. · n D. · o Calv. · p Idem. · q V. · r V. D. · † D. sim. Pi. · t Calv. · v G. · x D. sim. Tar. Calov. Pi. Calv. · y Tar. · z Calv. sim. Tar. · a Tar. sim. Calv. · b Q. in D. sim. Calv. · c Tar. · d Calv. · * Pi. · f Calov. Tar. · g G. · h Calov. · i M. · k D. sim. Calv. · l V. · m D. · n G. · o Calov. · p Calov. sim. Calv. Tar. &c. · q Calov. · r Calv. · † Tar. · t Calv.

Jam verò Evangelium homines non ad bellum inflammat, sed ad pacem instituit [v]: evellit hoc bellorum radices, avaritiam, ambitionem, iram, &c. docet injurias ferre. 5. Regula est, Prophetiæ Synagogæ vel Ecclesiæ factæ non universis plenè fiunt, sed piis tantùm; ut multis exemplis constat. Ità & h. l. pax promissa non est universalis, sed inter pios & fideles, qui Evangelio obtemperant, in quibus hoc impletum est †.

4. *Et* (vel, *Sed*, V. Pi. &c.) *sedebit* (vel, *habitabit*, V.) *vir* (vel, *quisque*, Pi. Ti. &c.) *subtus vineam*, &c.] Id est, Securè fruetur bonis suis [v]. Locutio magnam rerum tranquillitatem exprimens, 1 Reg. 4. 25 [x]. *Ficum* & *vitem* hîc nominat potiùs quàm domum, ut significet nihil opus fore latebris aut aliis præsidiis: etiam in agris & sub cœlo dormientes tuti erunt [y]. Similis dicendi modus in Virgilio, à quo Tityrus securus fingitur —*recubans sub tegmine fagi*: & in Horatio, in quo homo beatus, liber à forensi turba & bellico tumultu, modò, *sub antiqua ilice*, modò, *in tenaci gramine*, jacet. Otium ergò & securam quietem sic exprimunt: nam ubi infensi sunt hostes, aut latrones vicini, nihil in agris tutum, sed omnes in urbem se recipiunt [z]. Al. *Sub vite*, &c. i. e. Sedens otiosè sub arbore frugifera fructus in os cadentes securus excipiet [a]. ¶ *Quia os Domini*, &c.] i. e. Quia Deus ità decrevit [b], & per Prophetas denunciavit [c]. Hoc addit, ut rem incredibilem persuadeat [d].

5. *Quia* (Verba Judæorum *, vel Christianorum [f].) *omnes populi* (nempe, vel, Gentes usque ad tempus Christi; vel, *omnes*, i. e. multi increduli, qui Evangelium rejiciunt [g];) *ambulabunt* (i. e. diu in errore avito perseverabunt [h]: vel, *ambulant*, D. G.) *unusquisque in nomine dei sui*] i. e. Colent deum suum [i]. ¶ *Nos autem ambulabimus* (vel, *ambulamus*; nam Hebræis modò præterita, modò futura, sunt pro præsentibus [k]:) *in nomine Domini* (Heb. יְהוָה, quo nomine Deus verus ab imaginariis distinguitur [l].) *Dei*—*in*, &c. לְעוֹלָם וָעֶד] *In seculum & ultrà*, P. vel, *& in perpetuum*, M. sic Mo. *& in æternum*, JT. Pi. sic D. i. e. *in seculum sempiternum*: nam est *seculum* non *sempiternum*, continens spatium certorum annorum [m]. עוֹלָם est unius hominis ætas hoc loco, & alibi sæpe [n]. *In omne ævum*, Ti. *in omnem perpetuitatem*, Ca. Nos id facimus, & posteri, ità confidimus, idem facturi sunt [o]. [Sed quomodo hic versus cum præcedente cohæret? Id variè explicant.] Non mirum est Deum tam singularem nostrî habere curam: nam cæteræ gentes ad res agendas deos suos invocant. Loquitur de gentibus secundùm longè majorem earum partem: nam veri Numinis cultores inter eas erant paucissimi [q]. Al. Non mirum nos tutos esse, quum Deum verum habeamus patronum, adversùs quem nihil virtutis habent aut hostes, aut dii alieni [r]. Al. Licèt gentes infideles deos suos colant, alii alios; fideles tamen constanter unum Deum colent †. Pendet hæc sententia à Regno Christi: q. d. Quum Deus vobis spem certam faciat tam præclaræ restitutionis; ubi Templum dirutum fuerit cum urbe, & vos in exsilium abducti, & gentes impiæ triumphos suos interea agent, quæque suos celebrans deos, oportet vos bono animo stare & firmos manere in vestro proposito, & hâc promissione fretos constanter pergere in vero Dei cultu. Utcunque singulæ gentes superbiant & glorientur in suis superstitionibus, eásque pertinaciter defendant, licèt omnes simul contra vos conspirent, & vos, tanquam numero & dignitate iis impares, quasi ex sublimi loco despiciant, & de vobis triumphos agant, &c. non tamen decet vos fluctuare, aut exanimari, aut multitudini cedere, sed pergere in cursu vestro, ídque non ad breve tempus, sed in perpetuum [r].

6. *Congregabo claudicantem*] Sic vocat Israelem captivum [v], exsulem [x], afflictum & miserum [y]. LXX, τὴν συντετριμμένην, (*confractam*,) plebem scilicet. *Claudicare*, צָלַע, Hebræis dicitur etiam qui onere pressus nequit incedere, Psal. 35. 15. & 38. 18 [z]. Itaque nomen indè deductum modò ἀσθένειαν, (*infirmitatem*,) modò μάστιγα, (*plagam*,) vertunt Græci [a]. Al. Synagogam claudi-

Margin: v San. · † Rib. · v D. · x G. · y Calv. · z San. · a Tar. · b G. ex D. · c D. · d Calv. · * V. · f D. · g M. · h D. sim. M. · i V. · k G. · l Idem. · m D. · n C. · o Idem. · q Idem. · r San. · † Mc. · r Calv. · v V. Tar. · x D. · y Pi. D. · z G. sim. D. Tar. · a G.

claudicantem, nempe in fide & religione *; modò Deum, modò idola, colentem †. *Congregabo claudus*, scilicet oves [b]. Qui est in angustia perinde est acsi esset claudus [c]. ¶ *Et eam*, &c. וְהַנִּדָּחָה] *Et ejectam*, P. *Et propulsam*, vel *expulsam*, V. sim. JT. Pi. *Et elongatum*. In Hebræo fœm. pro neutro. q.d. Quod est claudum & abjectum hoc excitabo in Regnum magnificum [d]. *Ejectam* domo aut natali solo in exsilium, &c*. Alii exponunt, *depulsam promissione*; de qua Deut.30. v. 3, &c †.

7. *Et ponam* (vel, *faciam*, Ti.) *claudicantem in reliquias*] Sim. P. M. JT. &c. vel, *ut sint reliquiæ*, Ti. h.e. superstes status Ecclesiæ *. Vel, in posteritatem [f]. q.d. Dabo illi prolem numerosam [g]. Faciam ut Synagoga ad Christum conversa sit fœcunda, & multos producat Christo filios [h]. Dabo illis afflictis progeniem [i]. Non omnes interibunt, sed ex Synagoga residui erunt, ex quibus Ecclesia congregabitur [k]. ¶ *Et eam quæ*, &c. וְהַנַּהֲלָאָה] *Et elongatam*, M. *& procul ejectam*, sive *disjectam*, Mo. P. JT. Pi. vel, *depulsam*, procul à natali solo, q. *translatam* dicas. Nam est verbum deformatum ab הָלְאָה *trans*, sive *ultrà*. Hieron. vertit, *& eam quæ laboraverat*, tanquam esset à לָאָה *laboravit*. Non assentior [l]. ¶ *Et regnabit Dominus super eos*] Libere vivent secundùm Dei leges, nemine prohibente. Vide Abd. 21 [m]. Pollicetur hîc novam instaurationem Regni Davidis, sed cum discrimine. Olim regnârunt David ejúsque posteri, & Deus mediatè per illos: nunc regnabit Jehova ipse conspicuâ formâ [n]. *Dominus*, h.e. Messias sive Christus [o], qui & verum Davidis semen est [p], & simul Jehova [q], ut hic locus apertissimè testatur [r]. ¶ *In monte Sion*] i. e. In Ecclesia †. Sion est, ubicunque prædicatur Evangelium. Dicit, *in Sion*, quia ibi Christus regnare cœpit, & indè Lex prodiit [t].

8. *Et tu turris gregis*] Ità Mo. M. JT. Pi. &c. i.e. populi Christi [v]. Forsan *gregis* dicit, pro, *gregis Domini*, (quomodo Israel sæpe dicitur,) sive cœtûs fidelium [x]. Significat ergò turrim Davidis [y]; ut mox se explicat, *arx filiæ Sion* [z]. *O turris gregis*, i.e. Sion omnium Christianorum sedes [a]. *Turrem*, &c. hîc vocat Jerusalem [b]; ut indubium est, quia eam statim nuncupat *filiam Sion* [c]. Eam sic vocat vel, 1. ob deformitatem, quia redacta fuerit quasi in tugurium [d]: vel potiùs, 2. quòd eam elegerat Deus in qua populum suum colligeret in sacros conventus *, ter in anno, velut gregem in medio caulæ [f]. Al. *Turrem gregis* hîc vocat turrem ædificatam super porta gregis, de qua Neh.3.1 [g]. sic dictam, quia per hanc portam greges intromittebantur in forum pecuarium, & in piscinam, Joan. 5. 2. Sic confirmat Deus fore ut Christus in possessionem justam Ecclesiæ mittatur, cujus olim typus fuit Jeruschalaïmis: nam hâc portâ patebat aditus tum in Regiam, Templum, & munitionem Tzijonis, tum in utraque Jeruschalaïma [h]. Al. *turris* עֵדֶר *Eder* [i], i.e. *gregis*, [quæ] est apud Bethlehemum, ut apparet Gen 35. 21 [k]. Per eam turrim hîc intelligitur κατακλητικῶς Bethlehemum, & per Bethlehemum stirps Davidis inde ortum habens. Planéque idem est hîc sensus qui reperitur aliis verbis infrà 5. 2 [l]. Sion sive Jerusalem *turris gregis* h. l. metaphoricè appellatur, tum quia vicina erat Bethlehemo, & turri gregis, illíque, ut metropolis, imperabat: tum quia edito loco in montibus sita, & ad illam confluebat grex, id est, frequentia Judæorum Templum adeuntium: tum, propriè, quia in Sion erat porta & turris gregis, obversa turri Eder, sive gregis per quam ex Eder oves in Sion & Templum inferebant. Porrò, Michæas Sion, i.e. Ecclesiam, *turrim* vocat ob altitudinem vitæ & doctrinæ; atque ob munitionem, speculam, & tutelam quâ suos fideles tuetur & propugnat [m]. ¶ *Nebulosa*,] עֹפֶל Αὐχμώδης, *squalida*, o'. in G. i.e. ô familia diu neglecta [n]. *Obscura*, Sy. *misera*, Ar. *editus locus*, Mo. *clive*, JT. Pi. *turris*, P. *arx*, Ca. Calv. *propugnaculum*, M. Ti. Possis reddere, *Ophel*, quod erat loci nomen in urbe, 2 Par.27. 3. Neh.3. 26, 27 [o]. Erat hæc arx munitissima, inaccessa & inexpugnabilis, in monte Sion [p]. ¶ *Filia* (vel, *Tu*, inquam, ô *filia*, T.) *Sion*] Ità Mo. P. [Conjungit hoc Hieron. cum seq. hoc modo,] *Filia Sion usque ad te veniet*, Hi. in G. sim. Mo. i. e. civitas tota Hierosolymorum à te petet jura. Impletum hoc in Zorobabele, sed ità ut is Christi, ex eadem domo orituri, gesserit imaginem [q]. ¶ בַּת־צִיּוֹן] *Filiæ* (vel, *puellæ*, Ca.) *Sion*, M. JT. Pi. Calv. D. &c. i. e. Ecclesiæ Jerosolymitanæ [r]. [Quod cum voce præcedente jungunt.] ¶ *Usque*, &c. עָדֶיךָ תֵּאתֶה וּבָאָה הַמֶּמְשָׁלָה הָרִאשֹׁנָה] *Usque ad te veniet*; (vel, *ibit*, Ca. *perveniet*, JT. Pi.) *&* (vel, *inquam*, M. Ti. Pi.) *accedet* (vel, *veniet*, Mo. Ti. Ca. &c.) *dominium*, sive *imperium*, (vel, *dominium illud*, JT. sic Pi.) *primum*, P. Mo. *prius*, Calv. sic Pi. *primarium*, JT. *pristinum*, Ti. Ca. sic D. i.e. florens quale fuit sub Davide † & Salomone [t], ut innuitur in vers. 4. *Sedebunt sub vite sua*, &c [v]. [Sensus,] Tibi continget Principatus, non quidem cum Regio splendore, sed tamen in animis Hierosolymitarum majestatem Regiam obtinens, ob promissa Davidis domo facta [x]. Verùm ad Zorobabelem hæc trahi nequeunt: quia ipsi non venit *potestas prima*, qualis Davidis, &c. sed inferior, quæ non sufficit ad implendas tam augustas promissiones, quæ certè in veritate rei, non in opinione hominum, complementum habent [y]. De dominatu spirituali Christi hîc agitur [z]. Sensus, Regnum Davidis restituetur Ecclesiæ: nam ex Davide nasciturus erat Christus [a]. Ad te, ô filia Sion, veniet Regnum, non mutilum, dissectum, aut accisum, sed integrum, cum omni pristina gloria, opibus, potentia, &c [r]. ¶ *Regnum filiæ Jerusalem*] Id est, populi Jerosolymitani, h.e. Christiani †. q. d. Faciam ut Jerosolyma recuperet dignitatem, quam obscuraverat Regnum Israel, & totus populus iterum in unum corpus coalescat [t]. Hoc addit ad rei corroborationem [v]. Ch. versum sic reddit, *Et tu, Christe Israelis*, (Id posuit, ut notat Coccejus, pro *turri gregis*, quòd Messias sit arx & turris Israelis, ad quem confugiamus, &c.) *qui absconditus es propter peccata Zionis, tibi regnum veniet, & veniet potestas prisca regno cœtûs Israelis* †. [Rectiùs, *cœtûs Jerusalem*, ut est in textu Chald.]

9. *Quare*, &c? לָמָּה תָרִיעִי רֵעַ] *Ut quid*, vel *Quare, vociferaris* (vel, *ingemiscis*, M. sic V.) *vociferationem?* P. sic Mo. vel, *indesinenter?* JT. Pi. vel, *vociferando?* Pi. G. vel, *& ejulas?* M. *Cur questus edis?* Ca. sim. Ti. D. V. acsi res tua planè desperata esset, nec ullus esset qui te eripere posset. רֵעַ *vociferatio*. Sed rarum est in hoc significatu [x]. *Quare vociferaris*, &c? tu mulier claudicans, &c [y]; Ecclesia ad tempus afflicta [z]. Est consolatio populi Dei in tribulatione laborantis, & exspectantis redemptionem [a]. Alloquitur velut præsens populum in exsilio ac servitute miserè agentem [b]. Non subvertit Propheta quod priùs dixerat; sed, quia prævidet graves interea turbas exorituras, præ quibus labascere possint fideles, hîc fulturas supponit, ut permaneant in fide. Quamvis, inquit, varii tumultus surgant, &c. tamen Deus redimet suos [c]. Cùm tanta bona te maneant, cur adeò doles de imminente captivitate, quasi nunquam restituenda esses [d]? ¶ *Numquid* (vel, *Anquia*, G.) *rex non* (vel, *nullus*, Pi. Tar.) *est tibi?*] Nempe, è tua gente *. An putas te omnino esse sine Rege? Falleris [f]. Nam Regem habes Deum [g], sive Christum, qui tui curam gerit, &c [h]. ¶ *Aut consiliarius tuus periit?*] i. e. Senatores tui: est enim enallage numeri [i]. q.d. Minimè. Idem repetit aliis verbis [k]. Christus *consiliarius* vocatur Jes. 9.6. Obliquè perstringit populi infidelitatem, quia putaret se destitui Dei & Christi auxilio [l]. Potiùs ostendit (ut ex v. seq. patet) justum esse hunc dolorem, quòd scilicet ablatus esset Rex (à cujus salute omnes quasi animam trahebant) cum consiliariis [m]. Sensus loci, q.d. Etsi priveris Rege temporali, Sedeciâ, & consiliariis, &c. brevi tamen donaberis altero, eóque æterno, Rege, Messiâ, ejúsque consiliariis, Apostolis, &c [n].

10. *Dole*, &c. חוּלִי וָגֹחִי] *Dole* (vel, *Dolebis*, Q. in V. vel, *Parturi*, JT. Pi.) *& ingemisce*, Mo. P. M. simil. Ti. vel, *contremisce*, Ch. vel, *vexare*, Ca. vel, *enitere*, Sy. *ede*, vel *profer*, sub. partum, JT. Pi. vel, *suspirabis*, Q. in V. q. d. Non veto te dolere; causa justa est [o]: sed solatium adfero [p]: brevi ex malis eripieris, velut mulier parturiens [q]: crucem ergò tuam æquo fer animo [r]. ¶ *Egredieris*, &c. q. d. Quamvis Deus curam populi sui suscipiat, non tamen est cur fideles faciant sibi delicias, acsi exempti essent ab omni molestia, quin potiùs se comparent ad mala subeunda †. ¶ *Et habitabis in re-*

Margin (left column): * T. † M. [b] Ca. [c] V. ex He. [d] M. * D. † Q. in D. [f] Calv. [g] Me. [h] V. [i] Me. [k] G. * D. [l] Idem. [m] G. [n] Calv. [o] M. Me. T. Calov. Calv. &c. [p] Calv. [q] Calv. sic M. [r] M. † D. [t] Calv. [v] M. [x] D. [y] D. sic V. ex He. [z] D. [a] Ca. [b] Rib. Calv. [c] Rib. [d] Q. in Calv. * Calv. [f] V. ex He. [g] Pi. ex Jun. [h] Jun. [i] Q. in D. sic G. ex M. [k] G. ex Me. [l] G. [m] Me. [n] G. [o] D. [p] T.

Margin (right column): [q] G. [r] D. † D. sim. Calv. Tar. Me. T. [t] D. Calv. Pi. T. [v] Pi. [x] G. [y] Calov. [z] Ti. ex Jun. sim. Calov. ex Tar. Calv. Me. T. &c. [r] V. [r] T. † Pi. [t] Calv. [v] V. † Calov. [x] D. [y] Pi. Tar. [z] Tar. [a] M. [b] G. [c] Calv. [d] Me. sim. Sa. * G. [f] D. [g] D. sim. Tar. [h] Me. [i] G. [k] D. [l] Q. in Calv. [m] Calv. [n] T. [o] G. sim. Me. T. Calv. [p] G. [q] D. [r] Tar. † Calv.

in regione, בַּשָּׂדֶה] *In deserto*, Sy. Ar. *in campo*, o'. *in agro*, Mo. P. M. Ti. Ch. &c. sub dio [t]: in campo Senaar, ubi erat Babylon; in loco aperto, ut solent qui viles habentur [v]. Sic considebant Judaei juxta flumina, Psal. 137. 1. Ezec. 3. 15. ubi aut domos aut tentoria habebant: & à Romanis ultra Tiberim rejecti sunt, unde *Trans-tiberini* vocati. Verùm cùm *in campo habitâsse* dicantur antequam Babylonem venirent, malim, cum Theod. hoc de iis accipere quamdiu fuerunt in via, victore hoste commoda omnia hospitia sibi assumente [x]. Antiqui quos captos ex urbe eduxerant aliquandiu in agro detinebant sub pellibus, dum reliqua turba captorum advenisset: tum simul omnes in captivitatem abducebantur [y]. Al. *habitas in agro*, i. e. alienos agros colis [z]. ¶ *Et venies (pervenisti*, V.) *usque ad Babylonem*] Nam & illic erant multi Judaeorum [a]. ¶ *Ibi* (vel, Sed *ibi*, Pi. Sed *indè*, G. *Illic*, Ti. in mediis hostibus, quando spes omnis videtur praecisa [b],) *liberaberis*, &c.] Per Cyrum [c], inchoatè: sed plenè & perfectè per Christum [d]. De quo emphaticè hîc usurpatur verbum גָּאַל, quod significat propriè, *redimere dato pretio*, &c. Vide Lev. 25. 25, &c [*]. [Sed haec quercus alibi excutienda est.]

11. *Gentes multae*] Chaldaei sc. & populi sub iis [f]. ¶ *Quae dicunt, Lapidetur*, &c. תֶּחֱנָף וְתַחַז בְּצִיּוֹן וגו׳] *Prophanabit se*, Mo. (vel, *Peccabit*, P. i. e. Futurum est ut peccet, & propter peccata sua peritura sit [g]. Vel, *Hypocrita fuit*, Ti. *Contaminetur*, o'. Ar. G. *Profanetur*. Optantis est, nisi legas, *Profanabitur* [h]. *Impiè aget*, Ch. *Condemnabitur*, M. simil. Calv. Sub *Sion*, M. ex Ch. D. sive Ecclesia. Velut hypocrita damnetur, & caedibus à nobis polluatur [i]. Vide Psal. 106. 38 [k]. Ad verb. *Scelerata erit*: qu. d. Scelere suo se exosam reddidit, & abdicatur à Deo [l].) *& aspiciet* (vel, *hinc aspicient*, Ti. *& videat*, JT. Pi. vel, *inspectet*, G.) *in Sione* (sub. *calamitatem*, Pi. vel, sub. *quod optat*, P. Al. *Sionem*, Ti. vel, *ipsam Sion*, M.) *oculus noster*, Mo. P. JT. &c. Videat exitium ejus, & alia quae libenter vident hostes de hostibus. חָזָה & רָאָה in hoc sensu cum ב construuntur. Vide Psal. 35. 21. & 54. 9. Deinde, וְתַחַז contractè dicitur, pro וְתֶחֱזֶה [m]. Sensus, Polluamus eam, ac pollutam spectemus. Quasi de foemina loquuntur. Sensus est, Illudamus miseriis Judaicae gentis [n].

12. *Non cognoverunt cogitationes Domini*, &c.] Ignota sunt ipsis Dei consilia [o]. Nesciunt consilium Dei; quod fuit [p], pios aliquandiu sub cruce exercere [q], & per illos hostes eos castigare [r], ut deinde illi erigerentur [†], mali verò malè perirent [t]: ut hoc consilium explicat sequente membro. Nihil opportunius esse potuit hâc consolatione, nè moverentur piorum animi jactantiis, contumeliis & blasphemiis impiorum [v]. ¶ *Quia* (vel, *Quòd*, Ti. Pi. &c.) *congregavit* (vel, *congreget*, Pi. *congregaturus est*, V. sub. *Deus*, G.) *eos quasi foenum* (vel, *manipulum*, Mo. P. G. &c. Maximam hostium multitudinem statuit esse instar unius manipuli [x]. Vel, *manipulos*, Pi. D. ut fit enallage numeri. Vel, *manipulum*, i. e. acervum manipulorum, quem scilicet agricolae colligunt [y].) *areae*] Vel, *in aream*, P. &c. nempe, ad trituram de illis faciendam [z]; quod sequitur: i. e. ad eos calcandos atque frangendos [a], h. e. interficiendos [b].

13. *Surge*] Ex luctu [c], & cinere [d]. Quae humi jaces, nè desperes: quamvis enim mortua videaris, resurges [*]. Vel, Agedum. Hortantis est, ut Mic. 2. 10 [f]. ¶ *Et tritura*] i. e. Calca illos [g]. Proculcate Chaldaeos, qui Babylone erunt cùm ea capietur [h]. Concîde hostes, Syros aliósque sub Maccabaeis [i]. Conteret Deus hostes suos: sed hoc non implebitur ante ultimum diem. Extenditur enim hoc vaticinium ad totum regnum Christi, ab initio usque ad finem [k]. Tralatio à bubus frumentum in area triturantibus [l]; ut tunc moris erat [m]. ¶ *Filia Sion*] Ecclesia [o]. ¶ *Cornu tuum ponam ferreum*, &c.] Vel, *ferrum*, Pi. i. e. Dabo tibi virtutem victricem & inexpugnabilem [p]. Metaphora ab animalibus cornutis & ungulatis; ac in specie à bobus triturantibus [q]. Efficiam Regnum tuum invictum: nam *cornu* saepe Regnum significat [r]. *Cornu* hîc sumitur ut 1 Sam. 2. 1 [†]. At ibi metaphora est à cornibus animalium quae in capite eminent, quibúsque se tuentur: hîc verò constat agi de cornu quod boves in pedibus habent, quo calcant & triturant; nempe de ungularum cornu, quod quo durius est, eo feliciùs & diutiùs triturant [t]. *Cornu tuum*, &c. Tutò hoc facere poteritis, armati Persarum in vos benevolentiâ [v]. ¶ *Et comminues*, &c.] Vel, *conteres*, nempe interfectos à Persis [x]. ¶ *Et*, &c. וְהַחֲרַמְתִּי לַיהוָה בִּצְעָם וגו׳] *Et anathematizabo* (vel, *anathemate devovebo*, JT. Pi. D. vide Zach. 14. 20 [y]: vel, *tanquam anathema consecrabo*, V. *interficiam*, P. vel, *devorabo*, G. vel, *segregabis*, M. *dedices*, Ti.) *Domino desiderium* (vel, *opes*, M. Ti. *quaestum*, sive *lucrum*, JT. Pi. D. ex Sym. *avaritiam*, quod avarè arripuerunt [z];) *earum*, sive *eorum*, *& fortitudinem* (vel, *substantiam*, V. *facultates*, Pi. G. &c.) *earum*, sive *eorum*, *Domino universae terrae*, Mo. P. &c. Est hîc, ut saepe, tertia persona pro prima, sive nomen pro pronomine [a]. Deus enim de se loquitur [b] in tertia persona [c]. Simplex sermo fuerat, *Mihi devorabo*; i. e. Faciam ut ad meos usus redeant vasa quae Chaldaei avarè è Templo meo abduxerant, Esd. 1. 7 [d]. Ostendit, Deum profanas gentes subjicere filiis suis, non ut ipsi deliciis affluant, & omnia ad se rapiant, sed ut ipse glorificetur [*].

Margin (left column): t T. — v St. ex Hi. — x San. — y D. — z G. — a Idem. — b Tr. — c D. Me. — d Me. — * Tar. — f G. — g V. — h D. — i Tar. — k Tar. et D. — l Calv. — m D. — n G. — o G. — p Tr. — q Tar. sim. V. — r Tar. sim. M. — † Tar. — t Tar. sim. Calv. — v Calv. — x Idem. — y D. — z G. sim. V. Pi. — a G. — b Pi. sim. Tar. — c Tar. sim. D. — d Tar. — * Calv. — f D. — g V. — h G. — i T. — k Calv. — l D. sim. Calv. — m Calv. — o Pi. — p V. sim. Pi. — q Pi. — r D. — † Jun.

Margin (right column, upper): t Di. — v G. — x Idem. — y D. — z G. — a Idem. — b G. sic V. — c V. — d G. — * Calv.

CAP. V.

1. *Nunc*, &c. עַתָּה תִּתְגֹּדְדִי בַת גְּדוּד] *Nunc* (vel, *Brevi*, G.) *excurres turmatim*, (vel, *congregabis te*, Calv. sic P. sive, collecta eris, undique coarctaberis, ut non audeas egredi extra portas tuas [a]: *congregaberis*, V. *turmis cingêris*, M. *turmatim invadêris*, vel, *vastaberis à turmis militum*, aut *latronum*, D. vel, *exscindêris*, G. vel, *accingere*, Ti. vel, *turmatim coito*, JT. Pi. Hortatio ironica [b].) *filia*, vel *ô filia*, *turmae*, Mo. M. V. D. vel, *turmarum*, P. V. legionum, copiarum [c]: vel, *exercitûs*, Q. in V. vel, *cunei*, D. vel, *exscissoris*, G. vel, *latronis*, Ti. Vulg. i. e. latro, sive latrociniis dedita; ut, *filius hominis* est, homo [d]. Al. *ô turmaria*, JT. Pi. Haec omnia in Hebraeo rectè cum praecedente sermone cohaerent: Graeci malè discerpserunt [*]. Alloquitur h. l. vel, 1. Romam: q. d. O Roma, quae multas habes legiones, congregabis turmas tuas ut venias oppugnatum Jerusalem. Praedicit futuram [Jerosolymae] destructionem sub Tito [f]. Vel, 2. Babylonios, sive Assyrios [g], sub Sennacheribo [h], de quibus suprà 4. 10, 12. quos hîc per sarcasmum Ecclesia alloquitur. q. d. Olim imperaturus sum gentibus spiritualiter & in Christo: interim scio me in mundo affligendam fore, à te inprimis, Rex Babyloniae. Sed esto; quia Dominus est mecum, nihil metuo: quin potiùs tu, *ô filia turmae*, id est, multis turmis & copiis instructa, quibus confidis [i]; quae cuneatim sive turmatim grassari & alios invadere solita es [k]. Babylonem alloquitur, ideóque voce utitur Chaldaicâ: nam גדד Chaldaeis est, *exscindere*; unde & Arabes pari significatu hanc vocem usurpant. *Filia exscissoris*, i. e. aedificata à Nemrodo praedone maximo, ejúsque mores imitata, Gen. 10. 8, 9, 10 [l]. Vel, 3. Jerosolymam [m]: q. d. O popule Hierosolymitane, qui turmatim cois ut hosti resistas, &c [n]. Sed repugnat quod sequitur, *obsidens nos*, h. e. me Prophetam aliósque cives Jerosolymitanos: nisi absurdè velis Jerosolymam contra Jerosolymitanos parâsse obsidionem [o]. Repetit quod antè dixerat de poena Israeli imminente. Sed quomodo hoc congruit cum versu praecedente? Resp. Aptè satis: quia temporales hae poenae non impedient quò minùs statim eam restituat. Nè autem ex praedictis promissionibus obreperet securitas animis piorum, reducit illis in memoriam cladem futuram [p]. ¶ *Obsidionem*, &c. מָצוֹר שָׂם עָלֵינוּ] *Obsidionem* (vel, Attamen *obsidionem*, Pi. vel, *munitionem*, D. συνοχὴν, i. e. *coarctationem*, o'. in D.) *posuit* (vel, *disponens*, JT. vel, *ponit turma*, Di. ad v. 2. *ponet*, V. Pi. praet. Heb. pro fut [q]. Transitio secundae personae, ut fit, ad tertiam [r]. *Posuit*, vel, 1. Deus [†]: vel potiùs, 2. hostis [t].) *super* (vel, *contra*, JT. Pi. &c.) *nos*, Mo. P. &c. Verba civium Jerosolymitanorum [v]. Al. Peribunt *illi qui nos obsederunt*, G. ¶ *In virga* (vel, *Baculo*, D. vel, *Qui bacillo*, G.) *percutient* (scilicet hostes victores [x]) *maxillam* (quod poenam denotat [y], cum summa ignominia conjunctam [z]. *Verberare*

Margin (right column, lower): a Calv. — b Pi. — c V. — d Me. — * G. — f V. — g Jun. sic Me. T. Tar. D. — h T. — i Tar. — k D. — l G. — m Calv. — n Pi. — o Tar. — p Calv. — q V. — r Calv. — † Calv. D. — t Jun. V. Pi. — v D. — x Pi. sim. — y Calv. — z D. sim. V.

rare maxillam est, injuriosè tractare, Psal. 3. 8: ubi verò *bacillis* additur, id auget contumeliam [a].) *judicis* (i. e. Regis [b]: vel, *judicum*, G. ex Ch. sim. V. D. i. e. gubernatorum ac magistratuum [c],) *Israel*] Sæpe Prophetæ pro præcipua causa malorum quæ Babyloni evenerunt referunt immisericordiam in Judæos [d]. Sensus versûs, q.d. Sicut turmatim potentiores irruerunt in pauperes, [nempe Hierosolymæ ;] ità quoque hostes turmatim obsidebunt te, & captum percutient virgis Regem Zidkijam, nedum vulgares *. [Ca. versum sic accipit :] *Jam impressionem facies* in hostes, tu *puella* Sion, in quam nunc fit *impressio*, h.e. Israelitæ (qui sunt Christiani) vincent Gogum & Magogum, (de quibus vide Ezechielem & Apocalypsin,) qui *nos* Israelitas *obsidebunt*; à quibus Israelitis fuerit *Israelitarum Judex* Christus *verberatus* & in crucem actus: quo tamen duce vincentur illi [f].

2. *Et tu*, (vel, *At tu*, G. Pi. sic P. vel, *Ad te quod attinet*, Pi. sic Tar. Nominativus absolutus [g]. Redit ad id quod dixerat suprà c.4. v.8. ut sæpe eadem repetunt Prophetæ, quò magis ea animis hæreant [h]. Hîc Hebræi inchoant caput 5 [i].) *Bethlehem Ephrata*] i.e. Quæ alio nomine diceris *Ephrata* [k], ut apparet ex Gen. 48. 7 [l]. in tribu Juda [m], ejúsque optima & fertilissima parte, vide Jud. 19. 1, 2. 1 Sam. 17. 12. unde & ei nomen אֶפְרָתָה, à פָּרָה *fructificavit* [n]. Dicta est & *Bethlehem Juda* [o], ad differentiam alterius Bethlehem in tribu Zibulon [p], Jos. 19. 15 [q]. Vide ad Matt. 2. 6 [r]. ¶ *Parvulus*, &c. צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה] *Parvulus* (Est masculinum †, sicut & אַתָּה *tu*. Hinc disces urbium nomina non semper fœminina esse [t]. Vel, Princeps hîc capitur pro urbe sua [v].) *ad exsistendum* (vel, *Parvula quidem es*, Ti. *Parvula* licèt *sis*, M. *Minima ut sis*, JT. Pi. Heb. *Parva ad essendum*, Pi. *Parvulus es ut sis*, P. *Parvuláne es? ut sis:* לִהְיוֹת, pro לִהְיוֹתֵךְ [x]. *Quæ es minima*, Ca.) *in millibus* (vel, *præfecturarum*, Ca. vel, *in ducibus*, JT. Sed *dux* est אַלּוּף, non אֶלֶף [y]. Vel, *inter chiliarchas*, Ti. *inter millia*, Calv.) *Jehudah*, Mo. P. &c. Potest interrogativè legi, *Parváne sis*, i.e. habearis, *à populo Judæ?* Quod vehementer negat †. Potest etiam verti, *Parùm es* [forsan, *Parùm est*] *ut sis*, i. e. locum tuum habeas, *inter chiliarchas Judæ*; longè major tibi honor destinatur [z]. At contendit Caninius צָעִיר nunquam significare *parvum*, sed semper *parvulum* ætate aut dignitate. Sumamus ergò pro re dignitate parvula, ut sensus sit, Parvula res est, vel, Parvula dignitas est, ut sis, &c. Inst. צָעִיר semper ad personam referri, non rem, & hominem parvulum significare, non rem. Resp. Ad personam refertur quum significatione est masculinum: at quum Hebræi neutro genere careant, & pro eo nunc fœm. nunc masc. utantur, non video cur non, ut alia adjectiva, ità & hoc pro neutro genere sumi possit: ut 1 Reg. 12. 10. קְטַנִּי, *minimum meum, minima mea res*; Genes. 2. 18. לֹא טוֹב, *non est bonum*. Apud Syros radix hæc vilitatem & ignominiam significat, ut vertere possis, *Vile, Ignominiosum, est esse inter millia Judæ* †. Populus Judaicus distributus erat in decurias, centurias [a], & chiliadas [b]: illísque præfecti erant decuriones, centuriones, chiliarchæ [c]. Vide Exod. c.18. v.25. Jud. 6. 15. 1 Sam. 10. 19 [d]. Sensus est, Minor es quàm ut annumerari debeas inter urbes millium Judæ. Numerus certus pro incerto *. Exiguum es oppidum & nullius potentiæ, vix potes sufficere ad unam præfecturam mille hominum [f]. ¶ *Ex te* (sub. *tamen*, Pi. Tar. tenuitate tuâ non obstante [g],) *mihi* (Deo Patri [h]. Vel, *mihi* redundat; vel, *mihi*, i. e. bono meo [i], in honorem meum, in quo mihi beneplacitum est †. Verba vel Dei, vel Prophetæ *. Hâc voce [*mihi*] revocat eos Deus ad se & consilium suum æternum de iis restituendis. q. d. Ego vos sic abjeci, ut tamen aliqua vestrî cura me tangat [k].) *egredietur* (i. e. orietur [l], nascetur [m]. Sic enim יָצָא sumitur in Gen. 17. 6. & 25. 25. Esa. 11. 1 [n].) *qui sit* (vel, *ad exsistendum*, Mo. *qui erit*, M. *ut sit*, P. D. Finem notat, ut ἵνα apud Græcos [o]. Vel, *futurus*, JT. D. *qui est futurus*; Heb. is qui est *ad essendum*, Pi.) *dominatur in Israel*] Qu. Quisnam hic est? Respond. 1. Zorobabel, qui *natus ex Bethlehemo* rectè dicitur quòd ex Davidis familia esset, quæ orta Bethlehemo [p]. Quæ στρεβλότης nullo modo admittenda est. Ubi ejusmodi phrasis in S. S? Longè aliud est, *nasci ex Bethlehem*, &, *nasci ex alicujus Bethlehemitæ familia*: alioquin omnes Reges Juda ex Bethlehem erunt. Atqui hîc peculiare quoddam axioma huic oppidulo tribuitur.

[a] G. [b] D. [c] D sim. Calv. V. [d] G. * M. [f] Ca. [g] Tar. [h] G. [i] D. ex L. [k] V. D. sim. Tar. [l] D. [m] V. Pi. [n] Tar. [o] D. G. [p] V. Tar. [q] Tar. [r] V. G. † D. La. [t] D. [v] Tar. ex La. [x] D. [y] Pi. † G. [z] G. sim. Di. † Di. [a] Calov. [b] Calov. sic Calv. Pi. Tar. D. [c] Calov. [d] Calov. sic Pi. Tar. * V. [f] Calv. [g] Tar. [h] Idem. [i] D. † Calov. * D. [k] Calv. [l] D. [m] Ca. D. Tar. Calov &c. [n] G. [o] D. [p] G.

Reprobandam esse hanc de Zorobabele depravationem multa docent. 1. Nullum est in textu Zorobabelis vestigium, neque ad ejus tempora spectant quæ Mic. 4. 11, &c. dicuntur. 2. Zorobabel non erat natus in Bethlehem, sed potiùs in Babel. 3. Hîc agitur de dominatore Israelis, h.e. 12 tribuum; qualis Zorobabel non erat. 4. De dominatore hîc agitur eminenter & antonomasticè sic dicto, diúque ab Israele exspectato, qui etiam *magnificandus est usque ad terminos terræ*, v. 4. quod in Zorobabele non est impletum. 5. Damnata est hæc Grotii interpretatio tanquam Judaica in Concilio Constantinopolitano quinto, act. 2. ut & in Concilio Romano sub Vigilio; necnon à Theodoreto, cujus verba sunt, *Judæi nostri temporis hoc ad Zorobabel accommodare tentârunt, apertè veritatem oppugnantes*, &c. 6. Saniores erant antiqui Judæi, (ut constat è Targum, sive Chald. Par. *Ex te coram me prodibit Messias*; & è Talmude in Chelek:) quin & nonnulli recentiores [q]. *Is est Rex Messias*, post RS. & K. inquit Abrabaneel. Similiter & Pirke Eliezer cap. 3 [r]. Sed & Judæi illi in concilio congregati Matt. 2. 4. non in Zorobabele, sed in solo Messia, hunc locum impletum judicabant. 7. Eam refellunt verba sequentia †. [De quibus statim dicendum.] Resp. 2. Rex Messias [t]: ut docet loci scopus & cohærentia. Hunc unum Michæas h. l. Ecclesiam contra hostes consolaturus iis omnibus meritò opponit [v]. Sic connectunt: Vastabuntur turmæ Assyriorum; at non viribus tuis, ô Jerusalem, sed viribus Christi ex Bethlehem olim nascituri [x]. Similiter Esaias liberationem Judæorum è manu Syrorum & Israelitarum cum vaticinio de nativitate Christi, cujus virtute illa facta est, conjunxit, cap. 7 [y]. Prospexit Michæas obsessam Jerusalem ab Assyrio, [Sennacheribo,] & viculos ei finitimos captos & desolatos, & inter eos Bethlehemem, quam hîc solatur, &c [z]. Post denunciatam captivitatem, restitutionem politiæ promittit, quòd non tantùm Jerosolymam recuperaturi sint, sed & parvos vicos, qualis erat Bethlehem, futura Messiæ patria; ut simul indicetur causa finalis liberationis Judæorum, nativitas scil. Christi secundùm carnem [a]. [Plura vide ad sequentia verba.] ¶ *Et*, &c. וּמוֹצָאֹתָיו מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם] *Et egressiones*, sive *exitus*, *ejus* (vel, *Cujus exortus*, sive *egressiones*, JT. Pi. sic Sy. Ar. sub. *sunt*, JT.) *à quondam*, (vel, *ab antiquo*, M. *à seculo*, Ti. *ab initio*, ό. P. sim. JT. Pi. Sy. mundi scilicet [b];) *à diebus seculi*, Mo. P. ό. JT. Pi. vel, *æternitatis*, sive *æternis*, M. Ti. Sy. Ar. D. ante secula, ante mundum conditum [c]. *Cujus nomen dictum est ab æternitate, à diebus seculi*, Ch. *Cujus erit antiqua origo ab æternis temporibus*, Ca. [Hoc etiam membrum nonnemo de Zorobabele accipit.] *Origo ipsi* Zorobabeli *ab olim, à temporibus longis*: id est, originem trahit à domo illustri antiquitus & per quingentos annos regnatrice [d]. [Reliqui, ut dictum, de Messia accipiunt.] Ità & Photiniani, sed hoc sensu; Christus, inquiunt, ortus dicitur *à diebus seculi*, quia ortus est à Davide Bethlehemita, qui jam olim vixit *. Sed facilè hæc refelluntur [f]. *Egredi* hîc est, nasci [g]. *Egressus* non originem vel prosapiam, sed *nativitatem*, notat, Genes. 10. 14. Job. 1. 21. neque uspiam Hebræis familia dicitur מוֹצָאוֹת, sed בֵּית, vel תּוֹלְדוֹת, &c [h]. Nemo, porrò, *nasci* dicitur eo tempore quo familiæ ejus antiquæ origo ponitur; esset enim seipso prior. Hoc certè pacto familia Christi esset à diebus seculi, i.e. antiqua, non autem ipse Christus. Nulla hîc Davidis mentio [i]; nec de antiquitate familiæ dominatoris hîc agit, sed ipsius dominatoris [k], cujus nativitatis & locum denotat [l], & æternitatem [m]. Adde quòd si de antiquitate familiæ dominatoris h. l. egisset, eam non à Davide, sed ab Abrahamo, deduxisset [n]. Christus & homo erat, & Deus [o]. Hoc loco significat Michæas Messiam, quod ad humanitatem attinet, nasciturum Bethlehemæ; quod ad Divinitatem autem, non esse nasciturum, quippe qui sit sempiternus [p]. Τῷ *ab initio* indicavit incarnationem Christi, qui jam ab initio mundi promissus fuit, ut suo tempore secundùm carnem nasceretur: τὸ *à diebus seculi* significavit emanationem illam

[q] Calov. [r] Cartw. mellif. c. 5. † Calov. [t] V. Ca. D. Calv. Jun. Pi. Tar. Me. T. San. &c. [v] Tar. [x] Theod. in Calov. [y] Calov. [z] Calov. ex Castrio. [a] Calov. ex Hopfnero. [b] Pi. sic V. [c] V. [d] G. * Tar. [f] Calov. [g] Tar. [h] Calov. [i] Tar. [k] Calov. [l] Tar. [m] Calov. [n] Tar. [o] D. [p] Ca.

illam à Patre ab æterno & ante secula [q]. τὸ קֶדֶם Psal. 55.20. Prov. 8.22. omnium temporum anticipationem, & עוֹלָם, de Deo usurpatum, Gen. 21.33. Esa. 40.28. absolutam perpetuitatem, sign [r]. Licet קֶדֶם & עוֹלָם seorsim accepta *tempus* quandoque notent; conjuncta tamen, ut hîc, æternitatem sign †. Porrò, præfixum מ hîc reddendum *ante*, ut Psal. 90. 2. & 93. 2. Prov. 8. 23. Esa. 43. 13 [t]. τὸ מוֹצָאוֹת in plur. dicitur, vel, propter duas naturas in Christo, Divinam & humanam [v]: vel potiùs, ad designandam generationis hujus excellentiam [x]. Al. *Egressiones* hîc intelligo (ex collatione verborum sequentium) à Deo Patre [egressiones nimirum Dei Filii à Deo Patre missi] ad sanctos Patres, Adamum, Noachum, Abrahamum, &c. quibus apparuit, & se familiari sermone patefecit [y]. Sensus loci est, Deus rursus efficiet ut novus emergat Princeps, sive populi sui gubernator, isque talis qui etiam ante conditum mundum fuit Caput Ecclesiæ, &c. neque de novo excogitatum est hoc remedium, sed ità olim decretum fuit, & quidem ab initio, ut ex Bethlehem veniret, &c [z]. Sed si de decreto tantùm ageretur, eo respectu & nos æterni essemus, siquidem ab æterno electi sumus, Eph. 1. 4 [a]. Præstat ergò de æterna Christi generatione hoc intelligere [b].

3. *Propter hoc* (vel, *Certè*, G.) *dabit* (vel, *tradet*, Pi. G. &c. *permittet*, Ti.) *eos*] Suos [c], Judæos [d]; nempe Deus *; in summas afflictiones [f], in ditionem Chaldæorum [g]. ¶ *Usque*, &c. עַד עֵת יוֹלֵדָה יָלָדָה] *Usque ad tempus* (*tempus* certum, M. sub. *quo*, P. M. &c.) *parturiens pepererit*, Mo. JT. &c. i. e. Dum ea quæ nunc afflictissima est salutem consequatur [h]. Donec liberetur à doloribus. Sicut dolores comparati sunt *parturigini*, Mic. 4. 9, 10. ità hîc liberatio ab illis, *partui* [i]. Judæi, instar parturientis, gravissimos dolores sentient; sequetur tamen lætus exitus. Confer Joan. 16. 21. Contrà, queruntur fideles Jes. 26. 18. se *parturivisse*, sed frustrà, quia nihil *pepererunt* nisi *ventum* [k]. Antequam Messias nascatur, Judæi interim ob peccata sua castigabuntur, & in modum parturientis dolebunt [l]. Al. Donec Virgo mater pariat Christum [m]. [Ca. locum sic accipit:] *Itaque dedet eos* (Causam reddit ejus quod antè dictum est de verberato Christo; Quoniam, inquit, Christum repudiaverint ac interfecerint Judæi, deseret eos) *ad tempus quo pariet genitrix:* (i. e. donec mater Ecclesia, sic enim vocatur Apoc. 12. 1, 2. Christum pariat, h. e. donec Christus reliquis gentibus prædicetur. Atque ità, peracto Gentium tempore,) *ejus* (Christi) *fratrum reliqui* (h. e. Judæi) *redibunt ad Israelitas*, h. e. ad Christianos, qui veri sunt Israelitæ, h. e. fient Christiani. Id quod fiet cùm Christus *creverit* [ut habetur v. sequ.] *ad extrema terrarum*; h. e. cùm fuerit Christi disciplina toto orbe publicata. Est autem eadem sententia Luc. 21. 24. his verbis, *Conculcabitur autem Hierosolyma à gentibus donec compleantur tempora gentium*. Quod idem docet & Paulus ad Rom. 11 [n]. ¶ *Reliquiæ* (vel, *Quum residuum*, JT. *Attamen residuum*, Pi.) *fratrum ejus* (i. e. Reliqui fratres ejus [o]. Cujus? 1. Zorobabelis: i. e. qui de Judæ tribu supererunt [p]. 2. Messiæ, sine dubio. Intelligit autem [q], vel, 1. Judæos [r], fratres ejus secundùm carnem †; qui convertentur ad fidem Christi [t]: vel, 2. Gentes, quas Deus ad salutem vocaverit [v], quæ se Ecclesiæ adjungent [x].) *convertentur* (vel, *revertentur*, JT. Pi. &c.) *ad* (vel, *juxta*, Ti.) *filios Israel*] Vel, *cum* (עַל, pro עִם, *cum* [y]; ut Exod. 35. 22. עַל הַנָּשִׁים, *cum mulieribus* [z].) *filiis*, &c. JT. Pi. G. &c. i. e. Vel, 1. cum Benjaminitis, Levitis, & nonnullis etiam aliarum tribuum [a]. Verùm Benjaminitæ, post factam divisionem Israelis à Juda, annumerantur in Scripturis Tribui Judæ, non autem sub Israelitarum nomine opponuntur ei [b]. Vel, 2. cum veris Israelitis [c], quos *filios Abrahæ* vocant [d], cum Patriarchis & Apostolis *, aliisque fidelibus [f]. Hic est alter finis conservatæ politiæ Judaicæ, nempe conversio reliquiarum, &c [g].

4. *Et*, &c. וְעָמַד וְרָעָה] *Et* (vel, *Porrò*, Ti.) *stabit*, (vel, *surget*, Sy. vel, *permanebit*, JT. Pi. D. *consistet*, V. nempe post primam illam persecutionem [h]: perseverabit [i], durabit firmissimè. Notat & alacritatem Regis [k], & stabilitatem Regni ejus [l].) *& pascet*, Mo. M. P. Ti. &c. i. e. reget [m], sub. *eos*, P. nempe populum [n], vel Ecclesiam suam [o]. Non grassabitur instar leonis aut lupi [p]; non, ut tyrannus, eos metu opprimet [q]: sed summâ lenitate clementiâque reget [r]. *Stabit & pascet* Hebraismus est, pro, *perget pascere* †, vel, *stans pascet* [t]. *Proinde stabit & dominabitur*, Ch. [Quis?] Resp. Christus [v]; de quo indubiè hîc continuatur sermo [x]. ¶ *In fortitudine Domini*, (Deo ipsum roborante & attollente [y]: non humanâ, sed Divinâ, virtute [z]: potentiâ Dei Patris [a]:) *in sublimitate*, &c. בִּגְאוֹן וגו׳] *In*, vel *cum*, *magnificentia* (vel, *& excellentiâ*, Pi. sic JT.) *nominis* (i. e. magnifico nomine [b]) *Domini Dei sui*, Calv. D. &c. i. e. Dei Patris, quem hîc, ut alibi, vocat *Deum suum* [c]. Christus enim, dum nobis tanquam Mediator describitur, & Ecclesiæ Caput in humana natura, subjicitur Deo Patri, & ab eo virtutem accipere dicitur [d]. *Nomen Dei*, pro *Deo*, frequens Hebræis *. Vide ad Psal. 5. 12. & Mic. 6. 9 [f]. ¶ *Et*, &c. וְיָשָׁבוּ] *Et manebunt*, Mo. P. vel, *sedebunt*, Ti. V. D. *habitabunt*, JT. Pi. V. G. securè [g], illi reversi [h]; vel, subditi ejus [i]: *quisque sub vite sua*, &c [k]. Vel, permanebunt in fide [l]. Vel, *convertentur*, M. vel, *redibunt*, Ca. Cap. ex Ch. & RS. Legerunt יָשֻׁבוּ in fut. Kal, à שׁוּב (*reverti*:) quum reliquis est præt. Kal, à יָשַׁב [m]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi.) *nunc* (i. e. illico postquam reversi fuerint [n]: vel, *tum*, Ti. vel, *jam*, JT. Pi.) *magnificabitur* (sub. *nomen Domini*, vel sub. *Christus*, D. exaltatus nimirum ad dexteram Dei [o],) *usque ad terminos terræ*] Dei fama ex isto beneficio longè latéque propagabitur per terras omnes. Vide suprà 4. 1 [p]. Salus hîc per Christum gentibus exteris promittitur [q].

5. *Et erit iste* (nempe Messias [r]: vel, *hæc*, D.) *pax*] Ità Mo. P. sic M. Ti. &c. sub. *nostra*, Calv. Author pacis inter Israelem & alios populos, juxta Eph. 2. 13, &c †. *Pax*, nempe spiritualis ac cum Deo: Mic. 4. 3, 4 [t]. q. d. Deum nobis propitium reddet, sine quo quid prodesset pax externa [v]? *Pax*, i. e. Tuebitur nos, si nos hostis invaserit [x]. *Et erunt tunc res prosperæ*, G. sim. D. זֶה pro temporis nota sumi solet, ut Num. 22. 32. שָׁלוֹם, (*pax*,) pro rebus prosperis. Unde ventura sit ista prosperitas, jam dicet [y]. Quæri poterat, unde secura illa habitatio v. præced. Respondet, sub præsidio Christi [z]. ¶ *Assyrius*, &c. אַשּׁוּר כִּי יָבוֹא וגו׳] *Quum* (vel, *postquam*, D. G.) *venerit Assyrius in terram nostram*, JT. Pi. &c. i. e. Judæam: nempe cum *Nemrodo*, ut sequitur, i. e. cum Chaldæis, in quorum exercitu multi erant Assyrii. Imò & ipsa Babylon pars Assyriæ non poetis tantùm sed & Straboni [a]. Sensus, qu. d. Dum Christus adhuc speratur & suspensum est promissum auxilium, turbæ erunt, Assur perrumpet, &c. Quanquam nolim hoc ad tam breve tempus restringere: generaliter hîc loquitur de Ecclesiæ conservatione tam ante Christi adventum quàm postea [b]. Vocat *Assyrium* quemvis hostem: ut est illud Maronis, *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas* [c]. Al. Gogum illum de quo Ezec. 38. v. 17. intelligo: quem vocat nomine *Assyrii*, gentis aquilonaris, non quòd ibi ortus esset, sed quòd indè veniret in terram Israel. Nec enim Princeps Magog & Tubal in Israelem antè pervenire potuit quàm Assyriam interjacentem subjugaverit. Eo autem nomine hunc vocat Propheta, vel, quòd *Assyrii* nomen tunc formidabile erat Judæis; vel fortè, quòd Assyrius jam ipsi, ut antè Saracenis ibi dominantibus, inserviret, & partem exercitûs ipsius constitueret. Saltem hostem aliquem aquilonarem designant Ezeciel & Michæas, qui tunc in illis locis dominaretur. Assyria enim tanquam aquilonaris describitur Esa. 14. 31. Jer. 1. 14. & 4. 6. Zac. 2. 6. quæ idcirco in tabulis nostris geographicis situm habere videtur nimis orientalem [d]. ¶ *Quando* (vel, *postquam*, G.) *calcaverit*, &c.] Vel, *pervaserit*, &c. D. captis Hierosolymis *. ¶ *Et*, &c. וַהֲקֵמֹנוּ עָלָיו שִׁבְעָה רֹעִים וּשְׁמֹנָה נְסִיכֵי אָדָם] *Et* (vel, *Tunc*, V. G.) *statuemus*, sive *constituemus*, (vel, *suscitabimus*, M. Ca. V. sic Ti. Deligemus nobis. Hoc verbum denotat, 1. Ecclesiam ad tempus mortuam fuisse, & sine capite visibili, & interruptam fuisse seriem regiminis. 2. Quòd Deus statueret certum & bene-ordinatum regimen, idque communibus omnium suffragiis [f]. Al. *Suscitabimus*, nempe precibus nostris ad Deum fusis [g]:) *super eum* (vel, *contra ipsum*, M. Ti. Ca. &c. nempe Assyrium [h]: vel, *cum eo*, nempe Christo [i]: vel *super nos*, Ch. Legit ergò

ergò עָלֵינוּ [k]. Esto. Deceptus ergò erat affinitate literarum: neque enim immunes à lapsibus erant Targumistæ. Forsan tamen ad sensum, non verba, attendit; *super nos*, ut nempe se ei opponant: nec insolens est ista personarum mutatio apud Paraphrastas [l].) *septem pastores*, Mo. P. M. &c. (vel, *reges*, D.) *& octo principes* (vel, *præcipuos*, M. vel, *rectores*, Ca. *toparchas*, JT. Pi. Heb. *perfusos*, i. e. ad gubernationem consecratos perfusione olei: in quo sensu נָסַךְ reperitur Psalm. 2. 6 [m].) *hominum*, Mo. P. D. &c. Constructio ut *sapientes mulierum*, *nigræ lanarum* &c [n]. Vel, *homines*, M. Ti. vel, *ex hominibus*, JT. Pi. nempe vulgaribus sive plebeiis; ut אָדָם sumitur Psal. 49. 3 [o]. & 62. 10. Esa. 2. 9. quales erant Apostoli, &c [p]. *Primates hominum*, i. e. magnos satrapas [q]. *Septem & octo*, id est, quamplurimos [r], ut Coh. 11. 2: & *septem* pro multis sæpe ponitur †. Alludit ad septem Principes quos Reges Assyriorum & Persarum penès se habebant. Confer Esth. 1. 14. Jerem. 39. v. 3 [f]. Significat multos fore duces qui suscipiant curam regendi & tuendi populi: q. d. Dominus Spiritu suo multos (etiam contemptos) replebit, ut fiant cordati homines & idonei ad regendum [v]. Excitabit Principes Medorum & Persarum, qui Assyrios & Babylonios, Judaicæ politiæ eversores, punient [x]. Sed malim intelligere spirituales monstrorum domitores [y], Ministros Evangelii [z].

6. *Et* (vel, *Qui*, nempe pastores & toparchæ [a],) *pascent*; ità D. Pi. id est, gubernabunt [b]: וְרָעוּ] *Et* (vel, *Qui*, Ti.) *devastabunt*, M. Ti. Calv. vel, *depascent*, Mo. D. *confringent*, sive *conterent*, P. D. Hoc à רָעַע, illud à רָעָה [c]. *Pascere* hîc metaphoricè ponitur, pro, *perdere*; ut dicuntur pecora pascere agrum quem suâ herbâ denudant. Alludit ad *pastorum* nomen, quod antè posuit, & pastorum ingluviem notat [d]. ¶ *In gladio*] Nempe Spiritus [e]; h. e. Verbo Dei [f]. Vide Eph. 6. 17. Heb. 4. 12 [g]. Vel, bello †. ¶ *Et terram Nemrod*] i. e. Assyriam [h], & Babyloniam [i], sive terram Sinear. Vide Gen. 10. 10 [k]. ¶ *In*, &c. בִּפְתָחֶיהָ] *Gladiis*, sive *ensibus*, (*lanceis*, G. ex Vulg.) *ejus*, sive *suis*, M. P. Mo. Ti. Contrà autem, 1. Nomen hac significatione non exstat. 2. Affixum hoc fœmin. & sing. ad nomina præcedentia plur. & masc. referri nequit [l]. Non ergò ad pastores & principes, v. 4. sed ad terram, pertinet [m]. Al. *in ostiis* (vel, *intra portas*, D. ex Sym. & Th.) *ejus*, JT. P. D. Tar. nempe terræ [n]: i. e. in terminis ejus [o], ut Esa. 3. 26 [p]. per quos intramus regionem [q], tanquam per ostium [r]. Sensus loci, Armis domabunt Assyriam & Babyloniam: quod est, *regere in virga ferrea*, Psal. 2. 9. Ordinem bene servat: nam Cyrus per Assyriam venit in Babyloniam †. Se suis gladiis confodient [t]. ¶ *Et liberabit* (sub. *nos*, G. vel, 1. Cyrus [v]; vel, 2. Christus [x];) *ab Assur* (à tam potente & truculento hoste [y],) *quum venerit* (sub. *Assur*, V. vel, *ne veniat*: nam כִּי hîc est, *ne* [z];) *in terram nostram*, *& quum calcaverit* (i. e. cùm tentabit conculcare [a]: vel, *nè calcet*, G.) *in finibus nostris*] Vel, *terminum nostrum*, JT. Pi. D. i. e. regionem nostram [b]: *fines nostros*, G. h. e. regionis nostræ [c]: nempe, ut olim fecit. Hæc est causa prosperitatis Judæorum, quòd Persa omnes illas gentes Judæis infestas continebit in officio [d].

7. *Et* (vel, *Itaque*, Pi.) *erunt reliquiæ Jacob* (illi qui è Babylonia redierint *: parvus ille Dei grex [f]. Restringitur hæc promissio ad exiguum numerum [g].) *in medio* (Significat populum Dei undique obsideri ab hostibus [h]. Vel, *in intimo*, Pi.) *populorum multorum*] i. e. Populis aspectantibus [i]. Antithesis subest inter *reliquias*, & *populos multos*, sive *validos*: q. d. Etsi hostes & numero & potentiâ plus valeant, &c. Deus tamen faciet ut Ecclesia augescat & propagetur [k]. ¶ *Quasi ros à Domino*] Sensus est, Apostoli & prædicatores Evangelii erunt quasi ros, i. e. cœlesti doctrinâ homines fœcundabunt [l] qui antea steriles erant [m], & pavidas conscientias recreabunt [n], & electos Dei nutrient [o]. Sicut ros terram fœcundat, ità Deus Ecclesiam tuebitur & donis spiritualibus fœcundabit, sine auxilio hominum [p]. *Rorem* hîc accipio pro prato roscido, vel herba quæ succum & vigorem à pluvia trahit [q]. ¶ *Quasi stillæ* (vel, *tenues pluviæ*, JT. Pi. vel potiùs, *imbres*, D. ex K. P. vox enim majorem pluviæ copiam denotat, à רַב *multum esse* [r]: sub. *decidentes*, P.) *super herbam*] Heb. עֲלֵי עֵשֶׂב. ¶ *Quæ non*, &c. אֲשֶׁר לֹא יְקַוֶּה לְאִישׁ וגו'] *Quæ* (scilicet herba †) *non exspectat* (vel, *exspectabit*, Mo. vel *sperat*, D.) *virum*, &c. JT. Pi. D. Mo. sic M. Ti. i. e. non pendet ab hominis arbitrio & ope [t], ut ab eo irrigetur [v]; sed spontè & sine cultura provenit, cœlesti rore ac pluviâ irrigata [x]. Significat, electos à solo Deo irrigationem cordium exspectare [y]. Docet, Deum Ecclesiam non alieno subsidio, sed solâ suâ gratiâ & virtute, tueri & vegetare [z]. Ut ros & pluviæ sine humana ope cœlitus veniunt; ità Judæi securè vivent sine suo labore [a]. Al. *Quos* [nempe *imbres*] *non exspectabat* quisquam *ab homine*, &c. P.

8. *Quasi leo*, &c.] Non crudelitate, sed potentiâ, quâ terrorem hostibus incutiat, &c [b]. Hoc spectat ad tempora Maccabæorum ac sequentia, per quæ Judæi Idumæam, multa Ammonitidos & Moabitidos, Samariam quoque & circumsita, sui juris fecêre [c]. ¶ *Cùm transierit*] Cùm pervadit greges ovium [d].

9. *Et exaltabitur manus tua*, &c.] O Deus *; vel, ô Christe, qui pugnabis per tuos milites [f]; vel, ô Israel [g], ô sponsa Christi dilecta, licèt coram mundo abjecta videaris & infirma, &c. Epiphonema [h]. Non promittit Ecclesiam tranquillam & sine hostibus fore, sed victricem [i].

10. *In die illa*] De qua suprà: nam hîc ad Babylonem Dei sermo revertitur [k]. *Die* à Patre meo prædefinito, sub N. T [l]. ¶ *Auferam equos tuos*, &c.] Eadem ferme verba Jer. 50. 37. & 51. 21 [m]. *Equos* quibus uti soles in bello [n], & quibus antea confidebas: non tibi opus erit illis, à solo Deo pendebis, & solâ ejus virtute securus ages [o]. Avertam hæc impedimenta gratiæ meæ, quæ me prohibent nè vobis opem feram, nempe *equos*, *quadrigas*, &c. quibus fiditis, ità ut gratiam meam procul a vobis repellatis. Non aliter salva erit Ecclesia, nisi priùs fuerit omnibus opibus & præsidiis nudata [q]: ut sciat liberationem hîc promissam esse veri & solius Dei opus [r].

11. *Civitates*] Muratas scilicet, quibus non egebis. Significat igitur diuturnam pacem, ut Zac. 2. 4 †. Vide Jer. 51. 30, 43 [t].

12. *Maleficia*; ità Mo. P. כְּשָׁפִים] *Maleficos*, Ch. Ti. *incantationes*, M. P. *præstigias*, JT. Pi. *veneficia*, o'. *magiam*. Ar. *magos*, Sy. i. e. omnes eas artes quæ ad hominum perniciem excogitatæ sunt [v]; omnia impietatis instrumenta [x].

13. *Sculptilia tua*] Esa. 46. 1. Jer. 50. 2. & 51. 41, 44. Persæ hostes erant imaginum [y].

14. *Lucos tuos*] Qui τεμένεα Herodoto, ubi mores Babyloniorum describit [z]. Hoc refero ad vitiosos cultus [a]. ¶ *Civitates tuas*] Urbes Imperii tui, ut suprà 11 [b].

15. *Et* (vel, *Postea*, Pi.) *faciam in furore——ultionem in*, &c. אֶת הַגּוֹיִם אֲשֶׁר לֹא שָׁמֵעוּ] *Cum* (vel, *in*, M. *de*, P. *contra*, JT. Pi. Ti.) *gentibus* (vel, *gentes*, JT. &c. Chaldaici Imperii [c],) *quæ non audierunt*, Mo. M. sic P. D. vel, *auscultârunt*, JT. vel, *obediverint*, Ca. sim. D. subaud. *doctrinæ legis*, Ch. in V. vel, sub. *evangelio meo*, V. sim. Pi. Quæ rebelles fuerunt Deo, nec promissionibus aut minis ejus movebantur [d]. Al. Quæ se Cyro opponunt. Confer Esa. 45. vers. 1 *. Al. *quam* (vel, *qualem*, Pi. vindictam scilicet [f],) *non audiverunt*, Calv. D. h. e. Modo inaudito & incredibili ulciscar eos [g].

CAP. VI.

1. *Audite*, &c.] Novus est sermo, causas rursus exprimens imminentium Judæis malorum [a]. ¶ *Contende*, &c.] Tu Propheta, causam meam age contra Judæam [b]. Ingratitudinem Israelis arguit ob non receptum Evangelium [c]. ¶ *Adversùm montes*] Sim. Mo. Ti. M. P. Ch. Ar. אֶת הֶהָרִים] *Cum istis montibus*, JT. Pi. id est, montosis regionibus Israelis & Judæ [d]. Non placet, quia v. seq. est, *Audite, montes*, absque articulo *. Judæa dicitur *mons*, aut *montes*, quia valde montosa est, Ezec. 6. 2. & 38. 8. Joel. 2. 1 [f]. Al. *Montes* hîc vocat principes & proceres [g], ut Psalm. 72. 3. Esa. 2. v. 14. Hab.

Hab. 3. 6[h]. Verùm montes hîc citantur ut judicium Dei intelligant, non contra se, sed contra populum, ut constat ex v. seq[i]. Alii, *apud montes*, ό. D. Calv. Hos testes advoca contra populum meum[k]. Significat montes magis attentos & dociles fore populo suo[l]. אֶת pro לְ, sive אֶל[m]; ut Levit. 13. 49. Jud. 19. 18. Mich. 5. v. 15. Contrà, אֶל pro אֶת sumi videtur Psal. 2. 7[n].

2. *Audiant*, &c.] Hîc Propheta incipit quod sibi injunctum erat exsequi[o]. ¶ *Et fortia* (*firmissima*, Ti. *robustissima*, Pi.) *fundamenta* (*fulcra*, V.) *terræ*] Ità P. V. D. &c. *Fundamenta terræ* vocat, vel, 1. montes & colles[p], qui velut columnæ sunt terræ[q]. Tunc autem vertendum erit, *& robusti*, sub. *montes*, vel *colles*, *fundamenta terræ*, per appositionem. Ellipsis substantivi, ut ferè in hoc nomine[r]. Per *montes & colles*, inhabitatores eorum synecdochicè intelliguntur †. Vel, 2. montium radices, quæ ad imum usque terræ pertingunt: Deut. 32. 22. Psal. 18. 8[t]. Vel, 3. proceres, quibus sc. populus innititur tanquam fundamentis[v]. ¶ *Judicium Domini*, &c.] Magna Dei bonitas, qui, cùm sit omnium summo jure Dominus, tamen hominibus, id est, vermibus terræ, si ipsi comparentur, probare vult actionum suarum æquitatem. Vide Esa. 5. 3. & 43. 26[x].

3. *Popule meus*] Quò humaniùs & indulgentiùs eos habet, in eo duplicatur crimen[y]. Oratio μάλα παθητικὴ, (*plena affectuum*;) qualis & illa Jer. 2. 5[z]. ¶ *Quid feci tibi?*] Nisi bonum[a]: quod à me deficeres[b]. ¶ *Aut*, &c? וּמָה הֶלְאֵתִיךָ] *Et*, vel *Aut*, *quo* (vel, *in quo*, P. sim. Ti. vel, *quid*, M. Ca.) *fatigavi*, (vel, *læsi*, Ca. *molestus fui*, V. Ti. sim. M. *laborare feci*, Mo. P.) *te?* JT. Pi. vel, *tibi?* Ti. V. M. Quæ præcepta dedi tibi quæ facere non potueris[c]? vel, quæ facientem defatigarent[d]? ¶ *Responde* (vel, *Loquere*, P. *Testificare*, JT. Pi. V. sic D.) *mihi*] Ità M. vel, *contra me*, P. D. JT. Pi. sub. *si quid habes quod dicas*, V. Tu testes produc contra me, ut ego contra te produxi montes, &c[*]. Verbum עָנָה cum לְ vel אֶל junctum valet, *respondere*[f]; at cum בְּ valet, *contra alium testari*[g], ut Deut. 19. 18. Ruth 1. 21[h].

4. *Quia* (vel, *Quum*, JT. Ità connectitur cum v. seq. Malim, *Certè*, ut כִּי sumitur Deuter. 4. 22. Job. 8. 6. & 19. 28. &c[i].) *eduxi te*, &c.] q. d. Tantum abest ut malo te affecerim, ut summa in te contulerim beneficia[k]. ¶ *Misi ante faciem tuam* (i. e. vel, 1. antequam ex Ægypto exires: vel, 2. ductores, qui te præcederent[l];) *Moysen*, &c.] Mosen, qui leges daret optimas: *Aaron*, qui pro populo precaretur: *Mariam*, exemplum fœminis[m]. *Moses & Aharon* Prophetæ & sacerdotes erant[n]. *Miriam* nominatur quòd & ipsa Prophetissa erat[o], (vide Exod. 15. 20. Num. 12. 2 [p].) & mulieres instituebat[q].

5. *Quid cogitaverit*] Vel, *consuluerit*, D. Pi. sic V. &c. Heb. יָעַץ: ut Latinum *consulere* significat & *petere consilium*, & *dare*[r]. ¶ *Quid responderit*, &c.] Non posse te everti, nisi Lege Dei contemptâ per idololatriam aliáque flagitia. Vide 2 Pet. 2. 15. Judæ 11. Apoc. 2. 14. & quæ diximus ad Num. 25. & 31. 8 †. ¶ *De* (vel, *à*, M. Sy. JT. &c. *indè à*, Pi.) *Setim* (vel, *Sittim*, D. Locus est in deserto, Num. cap. 25. v. 1[t]. in campestribus Moab[v]: ubi defecistis ad Baalpeor[x], & à me castigati estis[y].) *usque ad Galgalam*] Ubi fœdus tecum renovavi, Jos. 5. 9[z]. & circumcisione te purgavi[a], & te per Jordanem duxi[b]: qu. d. ultra cisque Jordanem[c]. Sub. *memento*, G. sic M. Pi. &c. & sub. *eorum quæ fecerim*, G. sim. V. vel, sub. *quæ bona exhibuerim tibi*, M. vel, sub. *quæ contigerint tibi*, Calv. Multa quidem & antè, sed illo tempore insignia Dei beneficia Israelitis contigêre, præsertim in Jordanis transitu[d]. ό. habent, ἀπὸ τῶν σχοίνων, pro quo scribendum χίνων[*] quod ligni genus non absimile ligno שִׁטִּים, unde illi loco nomen[f]. ¶ *Ut cognosceres* (vel, *agnoscas*, Pi. &c.) *justitias Domini*] Vel, *justè facta*, Pi. Tar. pœnas transgressoribus inflictas[g]: vel, victorias de inimicis[h]: vel, veracitatem Dei in promissis, &c[i]. Vel, *beneficia*, &c. G. sim. D. &c. ut vox sumitur Psal. 24. 5. & 112. 9[k]. In Sittim scelus populi expiavit paucorum cæde; Galgalæ autem fœdus renovatum, &c[l]. *Ut cognoscas*, &c. sub. *& dicas quæ sequuntur*. Sæpe enim talia subintelliguntur apud Hebræos[m].

6. *Quid*, &c? בַּמָּה אֲקַדֵּם יְהוָה] *In quo* (vel, *Quare*, Ti. JT. Ca. Pi. sic V. subaud. *instructus*, JT.) *præveniam*, vel *præoccupabo*, (vel, *occurram*, Ti. *interpellem*, Ca. *excipiam*, V. *me sistam*. קָדַם Hebræis & Chaldæis & Arabibus, inter alia, est, *coram aliquo apparere*[n]. Vel, *veniam*, JT. vel, *obviàm ibo*, Pi.) *Dominum?* Mo. V. &c. vel, *Domino?* Ti. &c. vel, *ante Dominum?* JT. Quâ re eum placabo[o]? Subaudiendum, *Si fortè aliquis dicat*, *In quo*, &c? h. e. Cum quo munere, &c[p]? Populus, hâc præcedenti concione damnatus[q], cogitur fateri culpam[r]; & quærit (per hypocrisin †,) quæ sit via Dei placandi, &c[t]. ¶ *Curvabo*, &c? אִכַּף לֵאלֹהֵי מָרוֹם] *Incurvabo me* (vel, *Submittam me*. כָּפַף corporis quidem humilem *flexum* significat, sed & ad animum transfertur; & ità videtur hîc cepisse Child[v].) *Deo excelso?* JT. Pi. &c. Heb. *altitudinis?* vel, *cæli?* ut מָרוֹם aliquando sumitur[x]. Et *curvabo me*, &c? P. more supplicum offerentium[y]. ¶ *Holocautomata*] Quæ dominium Dei in res omnes externas significant. Vide Lev. 1[z]. Deridet Propheta stultitiam hominum, qui Deum placari putant ceremoniis & rebus frivolis[a]. ¶ *Et vitulos*, &c.] Qui pro sacerdote offerri solebant, Levit. 9. 2[b].

7. *Aut multis*, &c? בְּרִבְבוֹת נַחֲלֵי שָׁמֶן] *Myriadas* (vel, *in myriadibus*, Mo. aut *decem millia*, P.) *torrentium olei?* JT. Pi. &c. Insignis hyperbole[c], qualis Job. 20. 17[d]. ad exprimendum hypocritarum in rebus externis studium[*]. Vel, *fluentorum olei?* *Fluenta* vocat vasa maximæ capacitatis. Oleum usitatum in sacris Hebræorum, Levit. 2. 1, &c. & ad lychnos[f]. ό. habent, χιμάρων πιόνων[g], *hircorum pinguium*. Sed legendum suspicor χειμάῤῥων, *torrentium*[h]. Vel, *vallium pinguium?* P. ¶ *Numquid dabo primogenitum meum* (ut fecit Rex Moab, 2 Reg. 3. 27[i].) *pro*, &c? פִּשְׁעִי] *Scelus meum?* Mo. D. G. i. e. λύτρον sceleris mei[k]: hostiam pro scelere[l]. Solent enim apud Hebræos pœnæ & piamenta *peccatorum* nomine appellari[m]. *Peccati mei victimam?* Ca. *pro transgressione mea?* Pi. sim. P. M. JT. *pro expiatione sceleris mei?* Ti. ¶ *Fructum ventris mei*] i. e. Vel, 1. uxoris meæ, ut Psal. 132. 11. Quod fecit Jephthe[n]. Vel, 2. seminis genitalis, quod è vasis seminalibus in imo ventre contentis profluxit[o]. Si Deus nolit omnia illa[p], dabóne filium meum in valle Hinnom comburendum[q]?

8. *Indicabo*, &c.] Vel, *Indicabit* (*Indicavit*, JT. Pi. jampridem[r]; Deus scilicet †: vel, sub. *ille qui indicare poterat*, nempe afflatus Spiritu Dei: vel, Deus per Prophetas suos[t]; vel, per me Prophetam[v]:) *tibi*, G. Vel, *Indicatum est tibi*, impersonaliter[x]. Nè dicas, *Quis ascendet*, &c? Deut. 30. 12, 13[y]. ¶ *Facere* (vel, *exercere*, D.) *judicium*] Vel, *jus*, D. Pi. &c. vel, *justitiam*[a], sive quod jure debes, vel, 1. Deo[b], credendo & obediendo Verbo ejus[c]; vel, 2. proximo[d], agendo cum omnibus ex æquo & justo[*]; vel, 3. tibi[f], teipsum tanquam peccatorem condemnando, &c[g]. ¶ *Et diligere misericordiam*] Ità Mo. P. vel, *benignitatem*, Ti. JT. Pi. in pauperes[h], vel proximos[i]; iis sc. faciendo plus quàm jus exigit[k]: opera liberalia & indebita[l] promptè exercere. ¶ *Et*, &c. וְהַצְנֵעַ לֶכֶת וגו'] *Et humiliare se*, sive *te*, (vel, *verecundum*, M. *submissum*, Ti. *modestè*, vel *demissè*, JT. Pi. D. sim. Ca.) *ambulando* (vel, *ad ambulandum*, P. vel, *ambulare*, M. Ti. &c. vel, *te geras*, Ca.) *cum Deo tuo?* Mo. P. &c. *Et submittere te ubi cum Deo res est?* G. *Et sis humilis ad ambulandum in timore Dei tui?* Ch. in V. Ut cum omni dejectione serves præcepta Dei[n]. Ut, tremendam Dei majestatem reputans, summa cum humilitate tuíque dejectione cum eo agas[o], te ei humiliter subjicias, eíque res tuas committas, ab eo solo pendeas[p]; coram eo converseris[q], ei obediendo & placendo[r]: ut sub ejus manu te humilies, & crucem ab eo immissam patienter feras, &c †. Egregia hîc est ad Evangelium præparatio, nisi quòd hæc ipsa post Christum tantò implenda perfectiùs quantò & præcepta accepimus in triplici hoc genere excellentiora, & in Christi vita & morte exactissimum exemplar, & præmii æterni revelationem, & majora Spiritûs auxilia, & libertatem à tot ritibus, quò expeditiores rebus his potioribus toti incumberemus[t].

9. *Vox Domini*] Id est, Vox Prophetarum Domini[v]. ¶ *Ad*, &c. לָעִיר יִקְרָא] *Ad civitatem* (vel, *ad ipsam urbem*, V. sim. JT. nempe Jerusalem[x], (ut innuit articulus,) quæ κατ' ἐξοχὴν *civitas* dicitur[y]: quæ reliquis, ut dignitate antecellit, ità sanctitate prælucere debebat, ob

Oooo Deum

[h] Q. in Tar. [i] Calv. [k] M. sim. D. Calv. [l] Calv. [n] Calv. D. ex Hi. [o] D. [o] G. [p] V. sim. D. [q] ex K. G. [q] G. sim. D. [r] D. † G. [t] Tar. [v] Q. in Tar. [x] G. [y] Calv. [z] G. [a] M. [b] D. [c] V. sim. D. [d] D. [*] Idem. [f] Tar. [g] Tar. sim. Pi. [h] Pi. [i] Pi. [k] Tar. [l] D. [m] G. [n] D. [o] Tar. sim. Pi. [p] Pi. ex D. [q] D. [r] D. † G. [t] Tar. [v] D. [x] V. sim. Calv. [y] Tar. [z] D. [a] Tar. [b] V. ex M. [c] G. [d] Idem. [*] D. & G. ex Hi. [f] G. [g] Tar. [h] Pi. [i] V. [k] Tar. [l] D. [m] G.

[n] C. [o] D sim. M. P. [p] Tar. &c. [q] P. V. [r] Tar. [t] Calv. sim. V. Tar. † Tar. sim. Calv. [v] Tar. sim. [v] V. Calv. [x] G. [y] D. [z] V. [z] G. [a] Calv. [b] G. [c] D. Tar. [d] D. [*] Tar. [f] G. [g] G. Tar. ex Mer. [h] Tar. ex Mer. [i] G. [k] Idem. [l] D. [m] G. sim. D. [n] G. [o] Pi. [p] V. [q] Tar. [r] Tar. † G. sic Jun. Pi. D. &c. [t] G. [v] D. [x] T. [y] T. Tar. [a] T. [b] Tar. [c] T. [d] V. sim. D. [*] T. [g] Me. [h] V. [i] Me. [k] D. [l] T. [m] Me. [n] V. [o] T. [p] D. [q] Me. [r] M. sim. T. D. &c. † Tar. sim. Calov. ex Luth. [t] G. [v] V. [x] V. D. [y] D.

Deum ibi præsentem,&c†: vel,Samariam[z], quæ Regni metropolis[a]: vel potiùs, ad omnes urbes. Est mutatio numeri, & nomen urbis ponitur pro qualibet populi frequentia[b]. Al. *ad excitandum*, D.sim.V.Calv. sub. *eos*, V. D. qui somno vitiorum obruti sunt[c], ut scilicet convertantur[d]. לָעִיר est infinitivus*, pro לְהָעִיר[f].) *clamat*, vel *clamabit*, Mo. P. M. Ti. &c. Ut possit ab omnibus exaudiri, nè quis ignorantiam prætexeret[g]. Deplorat Propheta pervicaciam populi, quòd ipse surdis loqueretur[h]. ¶ *Et*, &c. וְתוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ] *Et salvabit timentes nomen ejus*, ο'. sim. Vulg. Ar. Legerunt תּוֹשִׁיעָה, (quare legendum in Græco σώσεις, *servabis*;) deinde יִרְאֵי[i]. Resp. 1. Sic הוֹשִׁיעָה esset 2. perf. fut. cum He paragogico. At hoc non nisi primæ personæ futuri adjungi solet. 2. Non aliter legerant, sed תוּשִׁיָּה pro *salute* acceperunt hîc, sicut & Job. 30. 22. Prov. 2. 7. 3. Si verbum hoc referatur ad תוּשִׁיָּה, dicendum fuisset ex 3. perf. fœm. תִּרְאֶה, quia תוּשִׁיָּה est gen. fœm. 4. יִרְאֶה hîc acceperunt pro יִרְאֵי, ה loco י posito, sicut accepit Chald. & He. in AE[k]. Al. *Et doctores timent nomen Domini*, Ch. [Sy. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Vox Domini super urbem doctrinam prædicat reverentibus nomen ejus.*] *Et sapientia timebit nomen tuum*, Mo. [G. hoc cum præced. sic reddit,] *Ubi vox Domini ad civitatem clamat, sapientiæ est siquis timeat nomen tuum*, majestatem tuam tremat[l]. יִרְאֶה τὸ sumpserunt quasi ex יָרֵא, (*timuit:*) sed est potiùs à רָאָה, (*videre*;) neque aliter legi patitur grammatica[m]. [Alii ergò locum aliter reddunt.] *Et sapientia* (vel, *ratio*, Ca. vel, *qui ratione præditus est*, Ti. vel, *vir salutis*, i. e. quisque ad salutem electus[n]: vel, vir *sapiens*, P. sic V. D. sim. Calv. ità dictus à *permanendo*[o]. Sic, *dolus*, *aviditas*, *justitia*, pro homine doloso, avaro, justo[p]. תוּשִׁיָּה à יֵשׁ: vel, quòd nihil sub Lunæ globo stabile perduret præter illam[q]; vel, quòd rerum existentium prima ac præcipua sit[r].) *videbit* (habebit præ oculis†: vel, *videt*, h. e. intelligit[t]; in corde suo agnoscit[v]:) *nomen tuum*, V. D. &c. i. e. te. Deum novit qui ei obtemperat & se committit[x]. Perstringit populi vesaniam, quòd, quum omnes gloriarentur se sapere, & Legis discipulos esse, omnes tamen desiperent, & salutis suæ doctrinam respuerent, &c[y]. q. d. Clamant quidem Prophetæ; at soli sapientes, mox audito Dei Verbo, afficiuntur gloriâ ejus, & hortantur alios ad resipiscentiam. *Nomen*, pro *gloria*[z]. [Alii verba aliter reddunt,& parentheſi includunt:] (*Nam quod res est* (Heb. *essentiam*, Pi. quicquid agitur[a], in urbe[b]; ut agitur; ipsam rei essentiam, τὸ τί ἦν εἶναι, quo res ipsa est[c]: occultissimum quodque[d]:) *videt nomen tuum*,) JT. Pi. Tar. Cap. i. e. nominatissima tua majestas*: tu, ô Jehova[f]. Apostrophe ad Deum[g]. qu. d. Vides omnia urbis scelera, ideo ad eam clamas[h], & eam arguis; ideòque meritò acceptanda est hæc reprehensio[i]. ¶ *Audite*, &c. שִׁמְעוּ מַטֶּה וּמִי יְעָדָהּ] *Audite virgam*, Mo. P.&c. (sub. *ultionis*, i. e. plagam & afflictionem[k]: vel, prophetiam de virga, sive afflictione[l]: vel, decretum Dei de pœna vestra, quod per *virgam* significatur[m]. *Audire* pro *sentire* poni in Arato notat Scholiastes[n].) *& quis* (vel, *& eum qui*, M. G. ut sit מִי pro אֲשֶׁר, ut alibi[o]:) *constituit* (vel, *indixerit*, V. vel, *præparaverit*, K. in D. vel, *accersat*, JT. Pi. D. Heb. *desponset*, Pi. ut significat Exod. 21. v. 8, 9. Significat autem & *constituere*, 2 Sam. 20. 5[p]. Vel, *testificatur*, M. Calv. vel, *denunciat*, Calv. *decernit*, Ti.) *eam*, Mo. P. V. Calv. &c. nempe *virgam*, seu *plagam*[q]. Constructio sensu congrua, non voce; nam מַטֶּה est masc[r]. Vel, *istud*, nempe malum quod per virgam significatum est†. Vel, *de ea*, Calv. Videte, inquit, quæ mala vos maneant, & à quo[t]. q.d. Fateor me esse hominem mortalem, quem idcirco spernitis: sed reputate me à Deo missum esse, qui mandata sua vindicabit[v]. [Veteres aliter reddunt.] *Audite, tribus*, (nempe Juda[x];) *& quis approbabit illud?* Vulg. q. d. Pauci sunt qui probent & effectum dent quod ego dico[y]. *Audi, tribus, & quis ornabit civitatem?* ο'. *Audi, ô tribus, eum qui contestatur*, Sy. Sed à עוּד, *testatus est*, esset יְעִידֶנּוּ, vel saltem יְעוּדָה, si esset in usu: at יְעָדָהּ est à יָעַד, *conventum publicum indixit*, vel, *accersivit solenni tempore*[a]. Chald. vertit, *Audite, Rex, & proceres, & conventus*, [vel, *residuus terræ populus*, ut est in Bibl. Polyglot.] sensu non malo. Apparet eum legisse, שִׁמְעוּ מַטֶּה רָמֵי עֵדָה, & מַטֶּה, quod est πολίσημον, ab eo acceptum pro *sceptro*; & per *sceptrum* Regem intelligit; & רָמֵי in regimine positum vice absoluti, quod exemplis non caret[a].

10. *Adhuc*, &c. עוֹד הַאִשׁ בֵּית וגו׳] *Numquid ignis, & domus*, &c? ο'. vel, *in domo*,&c. Vulg. sim. Sy. Legunt אֵשׁ[b]; & *ignem* intelligunt opes malè partas, quia seipsas consumunt[c]. *Ignis* rectè dici potest quod causa est cur omnia consumantur, Jac. 5. 3[d]. Alii legunt הַאִישׁ*. *Adhuc vir domo*,&c? Mo. *Adhuc* suntne viro domus improbi,&c? Q. in D. *Adhucne alicui* (sub. *manet*, G. vel, *sit*, JT.) *domus impii*, i.e. impietate quæsita? nec tot post monitus redduntur quæ rapta sunt[f]? Estne aliquis qui ad vocem Domini pœnitentiam egit, & abjecit thesauros impios, &c[g]? Al. *Adhuc an est* (vel, *suntne*, P. Pi.) *in domo*, &c? V. P. D. &c. vel, *domi*, &c? D. Admirativè legendum, *Suntne adhuc*, &c? auditâ scilicet prædicatione Verbi[h]. *Numquid adhuc exstat domus impii?* Ch. Vel, Deus instar judicis hîc examinat *an sint adhuc*, &c. ostenditque se velle cognoscere de rapinis[i]. Metaplasmus hîc est, qualis 2 Sam. 14. v. 19[k]. הַאִשׁ, pro הֲיֵשׁ, vel הֲיִשׁ[m]; deficiente י[n], (nam plenè scriberetur אִישׁ, unde factum אִית *est*, quo usus Jon. h. l[o].) & א pro י posito[p]. Quia quotiescunque Jod sub se habet Chirec, Hebræi ac Syri non pronunciant illud ut Jod consonans, sed ut Aleph: non enim יִשְׂרָאֵל pronunciant *Jisrael*, sed *Israel*: unde & apud Syros scribitur אִסְרָאֵיל. Sic Syri suum יְתִב, *sedit*, pronunciant ut אִתַּב: quare & in fut. scribunt נֵאתַּב, *sedebit*, pro נִיתַּב. Similiter pro Hebræorum יֵשׁ, *est*, *sunt*, Syri dicunt אִית, præposito Aleph, in cujus Chirec Jod quiescit, & שׁ, pro more, mutato in ת[q]. ¶ *Et*, &c. וְאֵיפַת רָזוֹן זְעוּמָה] *Et modius* (vel, *epha*, Ti. JT. G. Erat mensura aridorum[r]: hîc pro quavis mensura sumitur†.) *deficiens* (vel, *minutum*, JT. Pi. D. sim. Ca. vel, *minus* justo, G. sic V. vel, *tenuitatis*, Mo. V. Heb. *maciei*, h. e. macrum[t];) *detestatus*, P. simil. Mo. vel, *detestabile*, JT. Pi. Calv. Tar. vel, *spretus*, V. vel, *invisum*, Ca. *quod exosum est*, Ti. quod est *abominabile*, G. sub. *Domino*, V. sic D. &c. vide Prov. 11. 1. & 20. 10[v] quod non aliud est quàm *indignatio* à Deo proventura[x]. Explicat quid suprà significavit voce *judicii*[y].

11. *Numquid*, &c? הַאֶזְכֶּה וגו׳] *Numquid purus*, sive *mundus*, *ero* (vel, *purum haberem* quenquam, JT. Pi. vel, *justificabo*, P. M. approbabo, Heb. *mundabo*[z];) *in*, vel *cum*, *lancibus*, vel *bilancibus*, (vel, *stateram*, P. vel, *in statera*, M.) *impietatis?* Mo. sic JT. Pi. &c. vel, *impiam?* P. vel, *impietatem?* M. Hîc Deus sese ab hominibus discernit, qui sæpe variant in proferendis sententiis suis. q. d. Excutite omnes blanditias vestras. Ego neque naturam muto neque consilium: sicut certa est Legis meæ doctrina, sic ego sine personæ acceptione pœnas exigam de omnibus impiis[a]. Possetne aliquis esse justus habens in domo sua bilances injustas, &c? qu. d. Non. Loquitur enim Propheta de aliis in sua persona[b]. Hæc dicuntur in persona populi; q. d. Quisque vestrûm cogitet *an purus esse possit* utendo *lancibus improbis*[c]. ¶ *Et*, &c. וּבְכִיס וגו׳] *Et sacculum* (vel, *in sacculo*, M. sim. Mo. *cum sacculo*, V. sim. Pi. JT.) *ponderum* (Heb. *lapidum*, Pi. In Hebræo pondera vocantur *lapides*: talibus enim utebantur Hebræi, eósque reponebant in saccum, ut apparet Deut. 25. 13. Prov. 20. 10[d].) *doli?* Calv. sim. P. M. &c. *leviorum ad vendendum, graviorum ad emendum*, ut hîc Chaldæus*.

12. *In quibus*, &c. אֲשֶׁר וגו׳] *Quia* ergò (vel, *Cujus*, P. V. D. JT. G. &c. nempe *urbis*, V. sic D. G. JT. quod ex v. 9. repetendum[f];) *divites ejus* (scilicet Hierosolymæ[g], quæ aliis exemplo suo præire debebat: & *divites* nominat, non quòd reliqui essent extra noxam, sed quia magis conspicua erat in ipsis iniquitas[h]. Vel, *divites*, P. D. &c.) *impleverunt* (sub. *se*, Calv. vel, sub. *domos suas*, Calv. V. vel, *pleni sunt*, P.) *violentiâ*, sive *rapina*, Calv. V. Pi. i. e. opibus injustè partis[i]. ¶ *In ore eorum*] Emphaticè: q. d. Fallaciæ illis in promptu sunt, quas, simulatque os aperiunt, statim produnt[k].

13. *Cœpi*, &c. הֶחֱלֵיתִי הַכּוֹתֶךָ] *Ægrotare* (vel, *laborare*, V.) *faciam* (vel, *feci*, Mo. sub. *te*, V.) *percutiendo te*, P. Mo. V. sim. JT. Pi. q. d. Ità percutiam ut te reddam ægrotam[l]: sicut tu aliis ægritudinem attulisti frau-

Marginal notes (left column): † Tar. — z V. D. — a D. — b Calv. — c D. sim. Calv. — d V. — * V. ex He. — f D. sic Calv. V. Tar. — g Calv. — h Tar. — i Cap. crit. p. 227. — k Buxt. vi d. 2. 8. 682. — l G. — m Calv. — n M. — o V. — p D. — q D. ex K. — r D. — † V. — t D. — v M. — x D. — y Tar. — z V. — a Tar. ex Jun. & Pi. — b Jun. — c Tar. — d Jun. Tar. — * Jun. — f Pi. — g Jun. Pi. — h Cap. crit. 227. — i Tar. — k V. ex He. sim. M. — l Tar. ex Pi. — m D. — n G. — o G. — p D. — q V. — r D. — † Pi. Tar. — t V. — v Calv. — x T. — y Mc. — a Tar.

Marginal notes (right column): a G. — b Calv. sic G. — c Calv. — d G. — * Calv. — f G. — g M. ex He. — h V. sim. Calv. — i Calv. — k Pi. — l M. ex He. V. D. Pi. Calv. — m Di. — n V. — o D. — p V. Di. D. — q Di. — r G. — † D. — t Pi. — v D. — x Tar. — y G. — z Idem. — a Calv. — b V. — c D. — d G. — * Idem. — f G. sic V. D. — g Pi sic Calv. — h Calv. — i V. — k Calv. — l V.

fraudando eos[m]. *Affligam* (vel, *infirmabo*, Ti. Ca.) *te cædendo*, G. sic Calv. Ti. Ca. Al. *incipiam* (vel, *cœpi*, Vulg.) *percutere te*, o'. Sy. Ar. Hi deduxerunt à חָלַל, (unde הֵחֵל *incipere*;) illi verò, à חוּל *dolere*[n]. ¶ *Perditione*, הַשְׁמֵם] *Desolando*, Mo. JT. Pi. vel, *vastando*, sive *perdendo*, *te*, D. *Desolabo*, P. infinit. pro fut. *Stupefactos reddam*, sub. *eos*, i. e. alios, ob multas & acerbas plagas tuas[o].

14. *Comedes, & non saturaberis*] Non invenies, cùm obsideberis, alimenta quæ tibi prosint[p]. Panis quem edes non satiabit te, Deo vim illius altricem tollente[q]. ¶ *Et*, &c. וְיֶשְׁחֲךָ בְּקִרְבֶּךָ] *Et depressio* (vel, *humiliatio*, P. M. D. *dejectio*, V. Calv.) *tua* (Nomen est formæ יֶשַׁע *salus*: aut vertendum, *Et deprimet te*, acsi esset יְשַׁחֵךְ, à שָׁחָה: [lege, שָׁחַח.]) *in medio tui erit*, JT. Pi. Ti. P. M. &c. i. e. In terra tua † affligêris ab hostibus[t], priusquam indè in captivitatem abducaris[v]. Vel, *in visceribus tuis*, G. ex Ch. i. e. Viscera tua præ fame concident[x]. Venter tuus, olim cibo turgidus, præ fame deprimetur, séque contrahet[y]. *Et dysenteria erit in intestinis tuis*, Sy. *Sed erit tibi in infirmitatem in utero tuo*, Ch. Al. Dejicieris, non solùm in finibus terræ, sed & in mediis visceribus, excisis urbe Regiâ, Templo, &c[z]. Al. Etiamsi desint hostes, tabesces tamen malis arcanis & intestinis: calamitas quasi in visceribus tuis hærebit[a]. Qui nunc elatè ambulas, tandem deprimêris[b]. *Et penitùs opprimêris*, Ca. ¶ *Et*, &c. וְתַסֵּג וְלֹא תַפְלִיט] *Et apprehendes*, Calv. M. (sub. *tu vir*, M. vel, tu pater, nempe conaberis servare filios tuos[c]: vel, sub. *tu ô urbs*, sive *terra*. Quod salvum cupimus, deprehendimus, & complectimur, & tenemus quasi ulnis nostris[d]. Al. *Et amovebis*, JT. Pi. Tar. sic D. scilicet uxores & liberos, ut percipitur è sequentibus*; ut eos ab hostibus serves[f]. *Et apprehendes*, sive colliges subindè fructus, & uteri, & agri tui[g]. *Accedes*, Ti. vel, *Et assequêris*, Ch. Sy. sub. *bona*, Sy.) *&*, vel *sed*, *non servabis*, sive *liberabis*. JT. Pi. Calv. &c. Al. *Et tanges uxorem tuam*, *& non ejiciet* conceptum, P. *Et apprehendet*, Mo. M. V. vel, *comprehendet*, Ca. (sub. *mulier*, sive *uxor*, M. V. sic G. Ca. & sub. *semen*, M. V. i. e. concipiet[h]. Omnes ferè ס pro שׂ hîc accipiunt[i].) *& non producet*, Mo. vel, *edet*, Ca. sim. V. vel, *pariet*, G. vel, *salvum pariet*, M. Ità פָּלַט sumitur Job. 21. 10[k]. q. d. Abortient fœminæ[l]; ut solent præ fame aut fœdis alimentis[m]. ¶ *In gladium* (vel, *gladio* hostili[n],) *dabo*] Ut occidantur[o].

15. *Tu calcabis olivam*] i. e. Premes[d]. ¶ *Et mustum*] Sub. *calcabis*, V. i. e. uvas[f], ex quibus mustum exprimitur[g]. Sic, *Mole farinam*, i. e. frumentum unde fit farina[h].

16. *Et*, &c. 'וְיִשְׁתַּמֵּר חֻקּוֹת וגו] *Et* (vel, *Etenim*, JT. Pi. *Ideo quòd*, G. *Nihilominus*: q. d. Tot malis vexati perseveratis tamen[i].) *custodita fuerunt* (vel, *custoditum est*, Mo. vel, *observabuntur*: qu. d. Licèt multis duris plagis vos percusserim[k], non tamen resipiscetis, quin potiùs imitabimini scelera Omri, &c[l]. Prævideo vos obstinatos fore[m]. Vel, *observantur*, Ca. sim. Calv. *observatur*, sub. *à vobis*, D. vel, sub. *apud te*, G. vel, *observat assiduè*, sive *diligenter*, Ti. JT. Pi. sub. *unusquisque*, Pi.) *statuta* (vel, *unumquodque statutorum*, D. sim. V.) *Homri*, P. Mo. &c. De quo 1 Reg. 16. vers. 25[n]. Qui, ut credibile est, vitulorum cultum restauravit, aut confirmavit, &c[o]. Ab Israele ad Judam manârunt mala exempla[p]. Eos à quibus animo & voluntate dissidebas impietate imitatus es[q]. ¶ *Omne opus domûs Achab*] Qui, Amri filius, & patrem & progenitores omnes impietate superavit. *Domum* autem *Achabi* rectè dicit, quia posteritas ejus easdem vias institit, ob id per Jehum excisa[r]. ¶ *In voluntatibus eorum*] Ea sequens quæ illi volebant †. *In consiliis eorum*, o'. JT. Pi. Calv. D. &c. Quâ voce consultò utitur, ut ostendat frivolos esse eorum prætextus: q. d. Quamvìs hæ superstitiones prudenter excogitatæ videantur, & Regum edictis probatæ, multorúmque suffragiis receptæ, nefas tamen est eas sequi[t]. ¶ *Ut darem* (vel, Ità fiet *ut dem*. Ἑλληνιστ[v].) *te in perditionem*] Tò *ut* hîc non finem intentum notat, sed consequentiam[x]: q. d. Indè consequetur ut te perdam[z]. ¶ *Habitantes in ea*] Nempe, urbe vestra[a]; de qua suprà 9[b]: vel, Jerusalem[c]; vel, Samaria, quæ condita priùs ab Amri[d]. ¶ *In sibilum*] i. e. Irrisui. Vide 1. Reg. 9. 8. Thren. 2. 15*. ¶ *Opprobrium populi mei*, &c.] Quod meis comminatus sum, si peccaverint, &c[f]. Al. Non vulgares pœnas, sed graviores, quæ gratiæ meæ à vobis contemptæ respondeant, quæque illis meritò debentur quos Deus elegit in populum suum, &c. Id ergò quo gloriamini, quòd sitis populus meus, pœnam vestram augebit[g]. Al. pœnam probri quod populo meo intulistis[h]. O divites, de quibus actum est suprà v. 12[i]. omnes dicent in vobis præcipuam esse causam cur respublica funditus eversa sit[k]. Al. *populi mei*, i. e. pauperum ac piorum: q. d. Quo probro antea pauperes affecistis, eodem afficient vos gentes[l]. Al. Hoc cedet vobis in probrum, quòd ii qui olim fuerant populus Dei tot miseriis addicti sint[m]. Al. *populi mei*, i. e. Israelitarum, qui pars erant populi mei, & semen Abrahæ, sicut vos: hoc tamen non obstitit quò minùs pro merito eos tractaverim. Sed prius malo[n]. Al. *& opprobria populorum*, o'. Legerunt עַמִּים[o]. Potiùs עַמִּי pluraliter acceperunt pro עַמִּים, ut quidam accipiunt Psal. 144. 2. 2 Sam. 22. 44. Thren. 3. 14. Sic Gen. 14. 6. הַחֹרִי sumitur pluraliter, pro הַחֹרִים; cujus indicium est affixum plurale in בְּהַרְרָם, *in monte ipsorum*[p].

m D. n Tar. ex Mar. o V. p G. q D. r Idem. † D. Me. t Me. v D. x G. y Q. in Me. z T. a Calv. b Tar. c Q. in Calv. d Calv. * Pi. sim. D. Tar. f Tar. g T. h V. G. i G. k Idem. l Ca. sim. G. M. et K. & AE. m G. n G. sim. D. o D. d G. f V. D. G. ex Ch. g V. D. h D. i M. k M. l Q. in V. m Q. in Calv. n G. o D. p G. q Me. r G. † Me. t Calv. v G. x Tar. sic Me. z Me. a V. b G. c N. d D. * G. sim. D. f D. g Calv. h D. i G. k G. sim. Me. l D. m Q. in Calv. n D. o Calv. p Buxt. vind. 2. 8. 626.

CAP. VII.

1. *VÆ mihi*] Ità D. ex Ch. & LXX, &c. אַלְלַי לִי *ululare*[a]. Sermo est, vel, Prophetæ[b]; vel, populi[c]; vel, terræ[d], sc. per prosopopœiam*. ¶ *Factus sum sicut*, &c. כְּאָסְפֵּי קַיִץ] *Sicut collectiones æstatis*, Mo. Calv. vel, *fructuum æstivorum*, V. sic M. P. Sicut æstate, ubi fructus jam sunt collecti, adeóque terra omni fructu orbata est[f]. Sicut fruges quæ æstate colligi solent post messem: quæ ferè à pauperibus colligebantur[g]. *Ut dum colliguntur fructus æstivi*, Ti. Deplorat desolationem terræ, & paucitatem hominum[k], sive piorum[l]: ut fructus pauci remanent in arboribus post collectionem fructuum[m]. Al. *tanquam iter faciens post collectiones fructuum æstivorum*, Pi. *tanquam interceptis æstivis fructibus*, JT. Hebr. *interceptionibus æstivi fructûs*: scil. cùm æquè destituatur viris bonis atque destituuntur viatores fructibus quum pomaria pervasit vis aliqua major, & fructus speratos sustulit[n]. Describit hîc Propheta quæ pius aliquis jure dicturus sit regnante Manasse, quo tempore viri boni vix futuri erant:——*totidem quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili*[o]. ¶ *Racemos*, &c. כְּעֹלְלֹת בָּצִיר] *Sicut racemi* (vel, *racemationes*, V.) *vindemiæ*, P. V. &c. qui pauci remanent in vineis factâ vindemiâ[p], qui pauperibus relinquebantur[q]. *Tanquam interceptis racemis vindemiæ*, JT. *Tanquam* iter faciens *post racemationes vindemiæ*, Pi. ¶ *Non* (vel, *Nullus*. JT. Pi.) *est botrus* (βότρυς est uvarum cohærentia à racemo dependens[r].) *ad comedendum*] Ità Mo. M. P. vel, *quem comedam*, Pi. Nulla hîc jam doctrina sancta quâ alatur animus †. Nulli sunt justi quos æmulari possum[t], vel quorum operibus delecter[v], sed botri tantùm inanes[x]. ¶ *Præcoquas*, &c. בִּכּוּרָה] *Primitivum* (vel, *Primitiva*, P. *Primitias fructuum*, i. e. fructus opimos ac suavissimos, h. e. doctrinam illam puram[y]. *Præcocem*, D. JT. sub. *ficum*, non *fructum*, quia פְּרִי est mascul[z]. & sub. *quasi*. Res hæc rara[a], & gratissima[b], Hos. 9. 10[c]. Jer. 24. 2. Vide & Jes. 28. 4[d]. *Maturum* fructum, M.) *desideravit* (vel, *desiderat*, JT. V. præt. pro præs*.) *anima mea*, Mo. &c. Al. Nullus *fructus præcox quem concupiscit*, &c. Pi.

2. *Periit sanctus*, חָסִיד] *Benignus*, sive *beneficus*, JT. Pi. G. unde Ἀσιδαῖοι[f]. Pauci admodum sunt liberales in pauperes[g]. ¶ *Et rectus in hominibus* (vel, *hominibus hiu*, JT. Pi. sic D.) *non est*] i. e. Vix quisquam, ut Rom. 3. 10. ἐμφατικῶς vehementer, quod volunt exprimunt[h]. ¶ *In*, &c. 'לְדָמִים וגו] *Sanguini insidiantur*, P. M. i. e. vitæ alterius, aut opibus, quæ sunt veluti sanguis[i]. *Ad sanguinem usque*, G. *Sanguini*, ut Prov. 1. 11. nempe innoxio: vel, *ad cædes*, id est, non tam ut decipiant, quàm ut occidant[k]. ¶ *Vir* (vel, *Quisque*, Ti. &c.) *fratrem* (i. e. popularem[l]) *suum ad mortem*, &c. יָצוּדוּ חֵרֶם] *Venatur* (vel, *venantur*, JT. Pi. *insidiatur*, V.) *reti*, P. D. sim. Mo. JT. Pi. Ca. G. vel, *quasi reti*, M. ut auceps sc. aviculam, &c[m]: vel, *ad necem*, Ti. sim. Ch.

a Q. in M. He. in D. b D. c D. sic V. d D. Calv. * Calv. f Calv. sim. g D. k V. l M. sim. D. m G. Calv. n V. sim. M. n Jun. o G. p V. sim. G. q D. q D. r G. † V. t Pi. v Calv. x Calv. y V. z D. a G. b D. c D. G. d D. * V. f G. g V. h G. i V. k D. l G. m V.

sim. Ch. Sy. Vulg. Non sperno: nam חֵרֶם *anathema, cædes*. Plenè scriberetur לְחֵרֶם[n]. *Tribulat tribulatione*, ο'. *acerrimè persequitur*, Ar.

3. *Malum*, &c. עַל הָרַע כַּפַּיִם לְהֵיטִיב הַשַּׂר שֹׁאֵל וְהַשֹּׁפֵט בַּשִּׁלּוּם] *Pro malefaciendo volis, pro benefaciendo princeps postulans, & judicans propter retributionem*, Mo. Locus hic diu me multúmque torsit[o]. *Pro malo quod est præ manibus, ut perficiant illud princeps postulat, judéxque* judicat *propter*, &c. P. Ad verb. *Super malo in manibus ad benefaciendum*, sub. *illud*, (i. e. Ob injuriam quam aliqui habent præ manibus ac tractant, ut concinnent illam[p],) *princeps petit*, (sibi munera dari†,) *& judex*, &c. sub. *favet illi*, Q. in V. *Ad malefaciendum manu utrâque (venatur*, ut præcessit,) *ad benefaciendum princeps* aliquid *postulat*, [qu. d. nec quod justum est cuiquam tribuit nisi mercede pactâ,] *& judex* judicat *retributionis causâ*, G. *In malum manus suas præparant. Princeps postulat, & judex verba pacifica loquutus est*, ο'. sic Ar. *Promptæ sunt manus eorum*, Sy. (vel, *Mala operantur manibus suis*, Ch.) *nec benefaciunt*: Sy. sic Ch. (Pro לְהֵיטִיב, legerunt לֹא הֵיטִיב, *non facit bene*, quisquam scilicet[q].) *præfectus postulat* dicens, *Affer: judex dicit, Da munus*, Sy. vel, *princeps postulat, & judex dicit, Fac pro me, ut retribuam tibi*, Ch. Par pari referam. Ità Princeps & judex iniquis sententiis ferendis mutuas sibi operas locant[r]. Ad verb. *Super malitia manuum suarum ad benefaciendum: princeps postulat, & judex in mercede*, Calv. Conqueritur quòd jam nullum sit honesti & turpis discrimen, quia facere audent scelerati homines sua flagitia, & probi censeri volunt†. *Ut benefaciant*, i. e. ut excusent se, *super malitia manuum suarum*, i. e. operum, paciscuntur inter se: quia *princeps* tantùm *postulat*, h. e. non inquirit de causa, sed respicit munus duntaxat; *judex paratus est recipere mercedem*, pro qua sceleratis facilè ignoscunt. Hoc modo divites sibi partam licentiam vident[r]. *Malum manuum suarum conantur bonum facere*: (vel, bonum esse dicunt; confer Esa. 5. 20[v].) *princeps enim postulat, & judex de eo quod redditur* participat, M. *Ad malum manuum suarum diligenter sunt intenti; princeps postulat, & judex in reddendo est*, Ti. *Ad malum adaptantur manus: princeps poscit, judex est nummarius*, Ca. Al. Hoc unum est magnatum studium, *ut malefaciant manibus suis*, (est enim הָרַע hic infinitivus,) & malum illud *bene faciant*, i.e. egregiè & strenuè malè agant. Explicat autem qualia fecerint mala; *Princeps*, &c[x]. *Ut malefaciant* עַל הָרַע accipio acsi scriptum esset לְהָרַע; *ambæ manus* (vel, *manibus*, D.) *strenuè*, JT. Pi. (vel, *bene*, i. e. valde, admodum. Sic, *bene potus, bene doctus*. Confer Jon. 4. 4[y]. H. b. *benefaciendo*, D. Pi. Aliter, *Malefacere*, i. e. malefacta, *manuum ut bona faciat*, i. e. ut causam malam tueatur in judicio. Placet admodum. Vel sic, *Ad malum manus bonas reddunt*, id est, aptas, peritas; vel, *manus aptant*: nam הֵיטִיב *adorno, paro*, ut Hos. 10. 1. הֵיטִיבוּ *adornarunt statuas*[z].) *princeps poscit*, (nempe munera[a].) *& judex* (sub. *judicat*; ellipsis verbi relati[b]) *pro retributione*, JT. Pi. D. malefficii sui accuratissimi[c]: non judicat nisi accepto munere[d]. Al. Locum sic reddo, *Contra malum manibus, benefacere princeps petit & judex pro retributione*: i. e. Impetrari non potest à Principe & judice ut innocentem adversùs hominem malum manibus, h. e. iniquum & rapacem, tueantur nisi pro retributione: mercedem postulant ut benefaciant alicui adversùs iniquum. Vel sic, & fortassè secundùm accentus rectiùs, *Ad benefaciendum contra eum qui malus est manibus princeps interrogat, & judex de retributione*. Vel sic, *Contra malum manibus benefaciendum est? i. e.* si benefacere oportet, *princeps inquirit & judex de retributione*. לְהֵיטִיב valet, *benefaciendum est, benefacere oportet*, usitato Hebraismo; ut לִבְלוֹם *coercendum est*, Psalm. 32. 9. הָרַע כַּפַּיִם verto, *malum manibus*, in statu constructo, quamvis construenti nomini præponatur ה emphaticum: qualia sunt הָאֵל *Deus Bethel*, Gen. 31. 13. הָאֶבֶן *lapidem stanni*, Zach. 4. 10. Similia exempla Genes. 2. 9. Jos. 3. 14. Judic. 16. 14. Ezec. cap. 45. vers. 16. & alibi. Quia tamen hæc anomala sunt, nec ad anomaliam recurrendum sine necessitate, tentemus aliâ viâ. Sic verto, *Contra malum manus sunt ad benefaciendum. Princeps interrogat & judex de retributione*. i. e. Turpiter manibus abutuntur. Quum enim [illæ] datæ sint ut adversùs malum benefacerent, videntur non in alium usum eas nacti quàm ut munera caperent. Id mihi magis placet, & prima verba γνώμην continent. Vel legas interrogativè, *Contra malum manus sint ad benefaciendum? Princeps rogat & judex de retributione*[*]. ¶ *Et magnus*, &c. וְהַגָּדוֹל דֹּבֵר הַוַּת נַפְשׁוֹ הוּא] *Et magnus* (vel, *Et magnas*, D. *Et magnates*, qui scilicet inferioris sunt dignitatis à Principe[f]: vel, *Si magnus aliquis*, G. *Magnus*, i. e. vel, 1. dives, cui suppetit pecunia ad conciliandos judices[g]: vel, 2. potens, & authoritate præditus[h]: vel, 3. qui consilio *magnus* est vel habetur à cliente, in causa aliqua de jure rogatus[i].) *loquens*, vel *loquitur*, (*eloquatur*, G.) *contritionem* (vel, *perditionem*, P. M. *perniciem*, D. *corruptelam*, Ca. *perversitatem*, V. simil. & alii; *desiderium*, ο'. simil. Ch. Sy. Ar. *pravitatem*, M. ex K. G. Calv. *ærumnam*, JT. Pi. quâ afficiat fratrem suum, Mic. 2. 1[k].) *animæ suæ* (vel, *animi sui*, V. Ca. Jun. G. h. e. desiderii sui[l]: vel, *desideratissimam sibi*, JT. vel, *quam expetit*, Pi.) *ipse*, Mo. M. JT. Calv. (הוּא emphaticum est: q. d. Non exspectat dum alii exprobrent ei scelera sua, sed ipse impudenter audet de iis gloriari: nec metus nec pudor eum retinet, quum possit judices corrumpere, &c[m]. Verto, *loquens*, &c. *est*; Hebr. *is*; Pi. Quæ perditissimè excogitârunt non verentur in proximi damnum eructare[n]. Dicit litigatori ut afferat munus Principi, idque contra jus, & animo maligno[o]. Semper in ore habet munera: quæ hîc vocat *perniciem animæ suæ*, quòd ipsi exitium adferant[p]. ¶ *Et*, &c. וַיְעַבְּתוּהָ] *Et* (sub. *alii*, M. G. minores scilicet[q], huic adulantes[r]: vel, judex & dives conspirantes inter se[†], communicatis inter se consiliis[s]:) *complicârunt* (vel, *corroborant*, P. sim. V. D. quasi triplicant[v]; juxta illud, *Funiculus triplex haud facilè rumpitur*. Sanè tres erant numero quos hîc perstringit, *princeps, judex, & magnas*[x]. Testes tres sunt, quasi tria fila contorta, quæ rumpi nequeunt[y]. Vel, *contortuplicant*, Jun. G. tanquam lorum aut restim ex multiplici filo contextam[z]: vel, *contorquent*, JT. Pi. D. *confirmant*, Q. in V. sim. Pi. vel, *prævalent*, M. ex K. contra omnem æquitatem[a].) *eam*, Mo. Ti. P. nempe perniciem[b], vel, pravitatem[c], vel, perversitatem judicii[d]; vel, *idipsum* quod ille voluit[*]: vel, *in ea re*, M. ex K.

4. *Qui*, &c. טוֹבָם כְּחֵדֶק יָשָׁר מִמְּסוּכָה] *Optimus* (vel, *Bonus*, M. i. e. Minùs malus[f], Qui bonus videtur[g],) *eorum* (i. e. hominum hujus generationis[h]: vel, *inter eos*, Ti. M. sub. *est*, P. M. &c.) *ut paliurus*, Mo. P. M. (vel, *spina*, Pi. sic Ti. JT. vel, *lycium*: hoc enim apud Arabes vocatur *Hadac*, in Pandectis medicinæ cap. 3[i]. Sensus, q. d. tam asper est & rapax[k] quàm hoc spinæ genus quod Græcis λύκιον & πυξάκανθα vocatur[l]: nocet aliis more spinæ[m]: quicquid attigerit retinet[n]: amarulentus est & acerrimus ad pungendum[o].) *rectus* (vel, *rectissimus*, JT. Pi. sic P. *æquissimus*, V. sub. *illorum*, P. vel, sub. *inter eos*, V. sub. *est*, JT. Pi. D. & sub. *spinosior*, Pi. Ti. vel, sub. *asper*, D. *asperior*, V. vel, sub. *quasi spina*, M.) *præ implicatione*, Mo. vel, *de sepe*, M. vel, *sepe spinarum*. P. V. sim. Ti. D. vel, *spineto*, Pi. sim. D. vel, *pro spineto*, JT. pungens undique[p]: ut ibi inveniatur dolor ubi sperabatur auxilium[q]. Vide de hac comparatione 2 Sam. cap. 23. vers. 6. & alibi in S. S[r]. Olympio in Casina [Plauti] coquos *sentes* appellat, *quia*, inquit, *quod tetigêre illico rapiunt; si eas ereptum, illico scindunt*[*]. [Ca. locum sic vertit, *Eorum optimus ac probissimus est tanquam paliurus in sepimento*.] ¶ *Dies*, &c. יוֹם מְצַפֶּיךָ פְּקֻדָּתְךָ בָאָה] *Dies* (i. e. Tempus supplicii, ut Joel. 1. 15. & 2. 1, 2. Obad. 11, 15†: vel, *Dies* tamen venit, P. sim. V. D.) *speculatorum tuorum*, Mo. M. Ti. JT. Pi. P. &c. (i. e. vel, magistratuum[t]: vel, Prophetarum[v]; (qui vocantur *speculatores* Ezec. 3. 17. & 33. 2, 6, 7[x]. & Esa. 21. 6. & 52. 8[y].) sive, 1. verorum[z]; q. d. tempus à Prophetis prædictum[a]: sive, 2. falsorum[b]; q. d. dies quo illi pœnas luent[c]. Speculatoribus specialiter minatur, quia hi dum cæcutiunt, reliquos omnes excæcant, &c[d]. Al. *Dies speculatoria tua*, nempe belli, cùm statues in muris speculatores[*]. *Dies speculatorum tuarum*, G. *Die speculatorum tuorum*, i. e. Quum videbis adesse interitum prophetarum tuorum: *dies*, pro exitio, ut Psal. 37. 13[f].) *visitatio* (vel, *animadversio*, JT. Ca. nam *visitatio*, P. *visitatio*, inquam, Pi. vel,

Marginalia (left column): [n] D. — [o] D. — [p] V. — † V. — [q] G. — [r] Q. in Tar. — † Q. in Calv. — [t] Calv. — [v] Q. in Tar. — [x] K. in M. — [y] D. — [z] Idem. — [a] D. sic Pi. — [b] Pi. — [c] Jun. — [d] D.

Marginalia (right column): * Di. — [f] V. — [g] Calv. — [h] Pi. — [i] Tar. — [k] Jun. — [l] Jun. — [m] Calv. — [n] M ex K. — [o] V. — [p] D. — [q] G. — [r] Jun. — † Calv. — [s] Jun. — [v] V. sim. D. — [x] D. — [y] G. — [z] Jun. — [a] M. ex K. — [b] D. — [c] Calv. — [d] V. — * G. — [f] L. — [g] Q. in M. sic Calv. T. — [h] V. — [i] D. qui Ebr. 1. 2. — [k] D. prov. 2. 5. 16. — [l] D. — [m] V. — [n] G. sim. Mc. — [o] Calv. — [p] G. — [q] Tar. ex Hi. — [r] Tar. — * D. — † Tar. — [t] Calv. — [v] Calv. sic M. V. D. — [x] G. Tar. &c. — [y] G. Tar. — [z] Tar. — [a] D. — [b] G. sim. D. Pi. — [c] M. V. D. sim. Calv. — [d] V. sim. M. D. — [e] Calv. — * Ca. — [f] Di.

Pi. vel, *visitationis*que, Ti. dies, inquam, *visitationis*, M. quâ Deus vos exploraturus est gravissimis tentamentis, an constantes sitis in pietate[a]: visitatio iniquitatis tuæ[b]: tempus quo punieris propter peccata tua[i]: פְּקֻדָּה in malum sumitur, ut Amos. 3. 2, 14[k].) *tua* (vel, *tuæ*, M. Ti. vel, *tui*, nempe quâ visitaberis à Deo irato[l];) *venit*, Mo. P. &c. vel, *veniet*; q. d. scias advenisse quoque tuam pœnam: & nè existiment diem istum procul adhuc abesse, addit quod sequitur[m]. ¶ *Nunc* (id est, Brevi[n]) *erit vastitas eorum*; sim. P. מְבוּכָתָם] *Perplexitas* (vel, *confusio*, V.) *eorum*, Mo. M. V. D. Di. &c. Vel, 1. prophetarum[o], nempe falsorum[p], cum suis asseclis[q]: vel, 2. Principum, judicum & magnatum; de quibus suprà mentionem fecit[r]: impiorum istorum de quibus hactenus conquestus est †. Sensus, Jam jam tenentur intricati & impliciti judiciis Divinis, unde se non expedient[t]; ut quò se vertant nesciant[v].

5. *Nolite credere amico*] Ab omnibus cavendum: quia omnes tunc impii erunt in Deum & in proximum[x]. Conqueritur Propheta de sua ætate, quòd non superesset inter homines fides, nec humanitatis sensus: quòd, ut in ferreo Ovidii seculo,—*non hospes ab hospite tutus*, &c[y]. Tanta erit omnium perversitas & perfidia, ut nec amico credere possis[z]. Tantæ erunt vobis angustiæ cùm obsidebimini à Chaldæis, ut inter conjunctissimos nulla sit fides: omnes enim sibi consulere studebunt, etiam charissimos deserendo, aut prodendo[a]. Ubi Reges pietatem pœnis atrocissimis persequuntur, nusquam tunc fides tuta est. Vide Matt. 10. 35. Luc. 12. 53. *Quibus deerat inimicus, per amicos oppressi*, ait Tacitus[b]. ¶ *Nolite confidere in duce*; sic Mo. Ti. D. V. sim. ο'. Ar. בְּאַלּוּף] *In propinquo*, Ch. sic Sy. vel, *amico*, ut Psal. 55. 14. ubi dicta vide[c]: vel, *principe*, V. *fratre*, M. *majore natu fratre*, P. K. in M. *majoribus vestris fratribus*, sing. pro plur[d]. vel, *capite familiæ vestræ*, quomodo אַלּוּף explicatur Jos. 22. 14. Ad illos perfugium habere solebant qui ejusdem erant familiæ. ο'. etiam λον (*amicum*) verterunt Prov. 16. v. 28. & 17. 9 *. Vel, *consiliario*, Calv. *duce* potente & pollente consilio & auxilio, ut Psal. 118. 8, 9. & 146. 3[f]: intimo amico, qui sit quasi dux in amicitia[g]. ¶ *Ab ea quæ dormit in sinu*] i. e. Ab uxore[i], Deut. 13. 6. & 28. 54, 56[k]. pellice aut concubina[l]. ¶ *Custodi claustra* (vel, *apertiones*, V. Heb. *ostia*, Pi.) *oris tui*] Cave quicquam arcani ei credas[m].

6. *Filius*, &c. בֵּן מְנַבֵּל אָב] *Filius vilipendit* (vel, *vituperat*, P. sim. M. Sy. *turpitudine afficit*, JT.) *patrem*, Ch. Pi. sim. Ti. Mo. Ca. In tanta fame & angustiis cum eo litigans pro pane[n]. Idem dicunt Hesiodus & Ovidius. Vide & Matt. 10. 35[o].

7. *Ego autem* (in tanta sc. calamitate & perfidia[p]) *ad*, &c. בַּיהוָה אֲצַפֶּה] *Jovam* (vel, *in Domino*, Mo. *ad Dominum*, M. Ti. *Jehovam versus*, JT. Pi.) *speculabor*, Ca. Mo. JT. Pi. &c. vel, *speculor*: id est, tanquam in specula constitutus observo unde auxilium meum veniat[q]. Vel, *exspectabo*: qu. d. Fidant qui volent hominibus, ego totus pendebo à Deo[r]. Durant adhuc verba pii alicujus victuri illis temporibus †. Propheta loquitur in persona pii cujusque[t]; & in tantis malis salubre dat consilium, æquè ac exemplum: q. d. Ego & alii qui sapiunt, non ad parentes aut propinquos, sed ad Deum, nos convertemus, &c[v]. Unicum remedium esse docet nè fideles rapiantur pravis exemplis & impiorum impunitate, & injurias sibi illatas retalient, nempe si oculos in Deum liberatorem figant[x]. ¶ *Exspectabo*, &c.] Cum spe certa salutis[y]. Perinde agam acsi unus mihi Deus esset præ oculis: patienter feram dum ille mihi succurrat[z].

8. *Nè læteris*] Meo excidio[a]: probris & ludibriis insultans & deridens fidem nostram[b]. Novus planè est sermo, in quo Judæa gens deportata loquens inducitur[c]. ¶ *Inimica mea*] Vel, 1. multitudo impiorum[d]: vel, 2. Edom *: vel, 3. Babylon[f]. O æmula mea[g]. Quasi æmulatio sit inter duas mulieres, &c[h]. ¶ *Super me*] De calamitate mea[i]: quòd venerim in manus tuas[k]. ¶ *Consurgam*] Liberabor[l]. Casus Ecclesiæ non est exitialis[m]. ¶ *Dominus lux mea est*] Vel, *erit*, Pi. Amissam felicitatem restituet[n]. In adversis salutem mihi præstat[o], & gustum dat gratiæ suæ, nè in tenebris caream solatio[p]. Deus erit causa prosperitatis meæ[q].

Marginal references: a G. b D. i V. k Tar. l Pi. m Di. n V. D. o G. D. p D. sim. M. q M. r D. † Pi. t Di. sim. D. v D. x M. y Calv. z T. a Me. b G. c Di. d V. * G. f Tar. g D. i G. D. Ca. k G. l D. m G. ex V. sim. D. Ca. n Me. o G. p Me. sim. D. T. q D. r V. † G. t D. v Me. x Calv. y D. z Calv. a Me. b Calv. c G. d Pi. * D. sic Me. T. f V. sic G. D. g T. h Calv. i D. sim. k V. l V. sim. D. m Calv. n V. o D. p Calv. q G.

9. *Iram*, &c.] Pœnam à Deo inflictam patienter feram[r]. ¶ *Quoniam peccavi ei*] Vel, *in eum*, Pi. G. per idololatriam, injustitiam, immisericordiam†. Vera pœnitentia semper tolerantiam crucis parit. Qui fremunt in Deum, &c. nondum peccata sua sentiunt[t]. ¶ *Donec causam meam judicet*, &c.] Vel, *cognoscat*, &c. G. vel, *agat*, sive *disceptet*, &c. Pi. nempe adversus Babylonios, qui me irrident atque proculcant, ideo quòd, in tantis malis posita, uni Deo servire perseverem[v]. Ecclesia ream se facit coram Deo; innoxia autem est respectu hostium, & ab his immeritò vexatur[x]. ¶ *Educet me in lucem*] Felicitatis[y]: in res bonas[z]: in consolationem, & redemptionem à peccatis; id quod per solum Christum tunc sperabatur[a]. ¶ *Videbo* (i. e. Fruar: confer Psalm. 4. 7[b].) *justitiam ejus*] Vel, 1. justam vindictam ejus[c], quâ par pari reddet hostibus meis[d]: vel, 2. bonitatem sive benignitatem ejus *; quæ sæpe צְדָקָה Hebræis[f]; vide Psalm. 24. 5. & 103. 17[g]: vel, 3. fidelitatem ejus in servandis promissis[h]. Ità cognoscam Deum esse justissimum, & promissiones ejus certissimas †.

10. *Et aspiciet*, &c.] i. e. Cùm viderit felicitatem meam, Deique erga me favorem, obruetur confusione[k]. Definet jactare, videns se longè deceptam, quæ d putabat me in totum periisse[l]. ¶ *Ubi est Dominus*, &c[?].] Quo confidebas. Confer Psal. 42. 4, 11[m]. Adsit nunc ut te liberet. Simile vide Matt. 27. 43[n]. ¶ *Videbunt in eam*] Nempe inimicam[o]: vel, *in illa*, sub. *malum*, Pi. vel, *eam*, Ti. V. sub. *confusionem*, V. cum gaudio[p], (vide Mic. 4. 11. Obad. 12[q].) non carnali, sed spirituali, ex intuitu gratiæ Dei, & judicii etiam[r]. Adspiciam gentem Chaldæam sub Imperio Persarum *. ¶ *Nunc erit in conculcationem*, &c.] Teretur pedibus victoris †, quæ me olim contempsit, &c[t].

11. *Dies*, &c. יוֹם לִבְנוֹת] *Dies* (sub. *est*, M. Ti. vel, sub. *instat*, D. Calv. vel, *Dies* illa erit dies, V. vel, Tunc erit *tempus* aptum, Q. in V. vel, *Die*, Mo. *Tempore*, Ca.) *ædificandi* (vel, *ad exstruendum*, M. sim. Calv. V. vel, *ut reficiantur*, Ti. sim. Ca.) *macerias tuas*, Mo. M. V. &c. vel, *sepes tuæ*, Ti. Alloquitur hîc vel, 1. inimicam[v]; gentem Chaldæam: qu. d. Longum erit tempus antequam ruinæ tuæ (i. e. urbium tuarum) reparentur[x]. Vel, 2. Jerosolymam[y], sive Ecclesiam[z], quam tugurio confert[a]. Significat Ecclesiam, quæ nunc exposita est in prædam omnibus, & dissipata quasi parietibus dirutis, tandem colligendam fore & conservandam[b]. Sensus, q. d. Tunc poteris instaurare loca tua diruta[c]. Impletum hoc corporaliter ac typicè post 70 captivitatis annos; spiritualiter verò ac principaliter, in N. T[d]. ¶ *In die*, &c. יוֹם הַהוּא יִרְחַק חֹק] *Die illâ* (i. e. Die conculcationis tuæ, de qua agi cœpit *: vel, *Quo die*, Ti. *Dies illa*, M. *Illo tempore*, Ca. Q. in V.) *elongabitur* (vel, *procul erit*, sive *ibit*, Ti. Ca. *elongabit*, M. *procul abiget*, Calv. vel, *longè fient*, sive *recedent*, sub. *à te*, V. *longè fiet*, G. ex Vulg. i. e. longè à te aberit[f],) *statutum*, sive *decretum*, Mo. P. M. &c. i. e. potestas edicta mittendi ad gentes. Par sensus de Assyriis Nah. 2. v. 13[g]. Vel, *statuta*, sive *constitutiones*, sub. *gentium*, V. Statuta Babyloniorum contra Judæos exsules, vel de non reparanda urbe; quæ à Persis abolita sunt[h]. Vel, *lex* tyrannica Chaldæorum[i]. *Edictum*, i. e. crudele & tyrannicum Babelis imperium, edicta crudelia, &c. quæ *leges non bonæ* vocantur Ezec. c. 20. v. 25[k]. Sensus est, Tunc eris tui juris, & vives tuis legibus, sublatis legibus gentium quibus antea vivebas[l]. [Alii duo membra versûs conjungunt, & sic reddunt;] *Die quâ ædificabit* (sub. *Dominus*, P. vel, cogitabis sive statues *instaurare*, Q. in V.) *macerias tuas*, P. Q. in V. sic JT. Pi. (sub. *disruptas ab hostibus*, Q. in V. i. e. quâ te instauraturus est *,) *die illâ* (vel, *die*, inquam, *illâ*, Q. in V.) *elongabitur* (vel, *in longinquum abibit*, JT. Pi. emanabit, & ad gentes omnes diffundetur[m]: *extendetur*, vel *propagabitur*, Q. in Calv. At רָחַק id non significat, sed, *procul expellere*[n].) à te *statutum*, P. vel, *decretum*, JT. Pi. quod exponitur v. 14[o]. nempe doctrina Evangelii[p]. Vel, *tributum*: i. e. privaberis tributo quod antea tibi pendere solebant. Alloquitur Babylonem: q. d. Quo tempore Regnum à te transferetur ad Persas, quando cogitabis de instaurandis tuis maceriis, tunc expugnabe-

Marginal references: r G. sim. † V. D. Calv. † G. t Calv. v G. x Calv. y V. z G. a M. b D. c Me. d T. sim. Me. * C. D. f G. g D. h Calv. † V. k V. l Calv. m Tar. n G. o M. p Tar. Calv. q Tar. r Calv. * G. † G. t Me. v D. x G. y Tar. z Plerique in D. sim. Pi. T. Me. Calv. &c. a Pi. b Calv. c V. d Tar. * G. f Idem. g Idem. h D. i T. sim. Me. k Calv. l V. * Jun. m Jun. n Calv. o Jun. p Pi. Tar. sim. Jun.

ris q. Verto, *Die quo oportebit ædificare* (ità לִבְנוֹת reddo: confer suprà vers. 3.) *macerias tuas, die illo longè emanabit* (in longum se diffundet) *decretum*, i. e. afflictio in inimicam tuam decreta, de qua v. præced. actum. חוק mihi idem quod passim Rabbinis גְּזֵרָה, *decretum, decisio*, in malam partem, pro persecutione & afflictione ‡. Malim seorsum hîc promitti, & urbis instaurationem, nè pateant hostium libidini, & statum liberum à metu tyrannidis. Confer Jes. 9. 4. Talibus vaticiniis freti fideles Deum precabantur ut *Sionis misereretur*, &c. Psalm. 102. 13. & alibi r.

12. *In die*, &c. יוֹם הוּא וְעָדֶיךָ יָבוֹא לְמִנִּי אַשּׁוּר וְעָרֵי מָצוֹר] *Die* (sub. *inquam*, JT. P.) *illâ*, Mo. M. JT. Pi. &c. (nempe quâ Israeli salus obtinget †. Vel, Dies illa *dies est*: q. d. Tempus illud est tempus felicissimum; interim tamen adhuc affligêris t.) *&* (vel, *etiam*, ad amplificationem v: vel, *quum*, JT. Pi.) *usque ad te* (ô Jerusalem x, vel, ô Babylon y,) *veniet* (vel, *venient*; nam יָבוֹא accipitur indefinitè z: *venietur*; vel, qui *veniet* a: vel, tamen *veniet* hostis, P. Cyrus b: vel, *venturus est*, JT. Tar. Israelita & Judæus hactenus in servitute detentus, nunc in libertatem vindicatus: quod & de Israelitis secundùm fidem intelligendum est c. Vel, *venturum est* illud, nempe *decretum*, de quo v. præced d.) *de ipso Assur*, Mo. (vel, *ab*, sive *inde ab*, *Assur*, Ti. JT. sic Ca. vel, qui habitas *indè ab Assyria*. Ellipsis verbi relati *. Venient qui te vastârunt Assyrii: sub quibus synecdochicè comprehendit Babylonios. Hoc vult, Jerosolymam, ubi restituta fuerit divinitus, tanto fore in honore apud omnes gentes, ut undique fiat concursus ad illam f.) *&* (vel, *usque ad*, JT. vel, *&* usque ad, P.) *civitates* (vel, *civitatibus*, M. Ti.) *munitionis*, Mo. vel, *munitas*, P. D. JT. Tar. vel, *munitis*, M. Ti. Vel, 1. Ægypti: nam voce מָצוֹר alludit ad מִצְרַיִם: ut ità totam Terram sanctam designet, quam porrò ab aliis suis terminis describit g. Vel, 2. Babylonem, Borsippa, & alias urbes firmissimas h. [Alii locum sic reddunt;] *Illo tempore congregabuntur transmigrationes ex Assur & civitatibus fortitudinis*, Ch. *Dies est quo tempus veniat* redeundi *ab Assyria, & ab urbibus munitis*, Sy. Difficilis hic locus: in quo observandum, non dici hîc הַהוּא, ut v. præced. sed, יוֹם הוּא; quo responderi puto ad quæstionem, Quis est ille dies quo *maceriæ meæ restaurabuntur*, &c? responsio, *Dies est quum ad te veniet*, sub. *quisque*, i. e. quum ad te venietur, *ab Assur usque ad civitates*, &c. Sensus, Dies quem promitto is est quum ex omnibus mundi partibus fratres tui dispersi ad te accedent. Quòd si הוּא idem sit quod הַהוּא, Vau sequens non erit copulativum, nec tempus denotabit, sed tantùm consecutionem, & Latinè redundabit; ut Gen. 22. 4. *Die tertio* וַיִּשָּׂא *elevavit*, &c. Vide & Gen. 3. 5. Sic h. l. *Die illo ad te veniet* quisque, &c. Vel, si Vau reddendum sit, vertas per *tum* i. ¶ *Et*, &c. וּלְמִנִּי מָצוֹר וגו'] *Et ab urbe munita* (vel, *civitatibus munitis*, JT. D. Q. in V. ut sit sing. pro plur k. A Ninive, præcipua urbe Assyriæ l. Vel, *munitione*, M. Ti. Mo. Pi. Calv. h. e. à qualibet munitione m. Vel, ab Ægypto, quam per *Masor* intelligunt 2 Reg. 19. 24. & Jes. 19. 6 n.) *usque ad flumen*, Pi. i. e. Euphratem o: qui unus erat ex terminis Terræ sanctæ p. Sensus est, Cyrus totum Euphratem sui juris faciet.—— *Euphrates ibit jam mollior undis* q. Al. *Flumen* hîc accipi possit de quibuslibet fluviis: q. d. Nihil impediet eos quò minùs iter conficiant qui properabunt Jerosolymam r. Euphrates est ad Septentrionem, quippe in Chaldæa: Assur ad Orientem. Ità omnes mundi partes denotat †. ¶ *Et ad mare de mari*] A mari Rubro t, (vel, à mari Galilææ v,) ad magnum sive Mediterraneum x. Al. A mari Persico, in quod Euphrates illabitur, veniet ad mare Syriacum y. Al. A longinquis finibus certatim omnes convenient adducti celebritate urbis sanctæ z. ¶ *Et ad*, &c. וְהַר הָהָר] *Et* (vel, *&* ad, Q. in D. sic Sy. *&* ab, Al. in D.) *Har* sive *Hor*, *montem*, P. Q. in D. Sy. Di. vel, *monte*, Al. in D. in quo mortuus est Aaron a: qui erat *terminus terræ septentrionalis*, Num. 34. 7 b. At mons iste erat in finibus Idumææ c, ad meridiem Terræ sanctæ d. Al. *&* (vel, *& à*, M. Ti. JT. Pi.) *monte* (vel, *monte uno*, JT. Pi.) *ad montem*, Mo. M. Ti. vel, *ad alterum*, JT. Pi. A Tauro monte ad Carmelum Syriæ *. Vel, à regionibus procul dissitis f.

q Q. in V. ‡ Di. r Calv. † D. t V. v Calv. x D. sim. Calv. y G. z Calv. a D. b G. c Tar. d Pi. * Idem. f Calv. g Tar. h G. i Di. k V. l He. in V. m Calv. n D. o V. D. G. Pi. Di. p V. D. q G. r Calv. † Di. t D. v Me. T. x D. Me. T. y G. z Calv. a Di. He. in V. b D. c V. sim. Di. d Di. * G. f D.

13. *Et* (vel, *Postquam*, JT. Pi. Tar. D.) *terra* (vel, *hæc terra*, JT. Pi. terra, vel, 1. Gentium h, Chaldaica i; vel, 2. Israel k;) *erit* (vel, *fuerit*, JT. Pi.) *in desolationem propter*, &c.] Vel, *cum* (עַל, pro עִם, ut suprà 5. 3 l.) *habitatoribus suis*, G. sic D. Terra erit sine cultu, & homines sine terris. Est σύλληψις: nam verbum illud propriè terræ, minùs propriè hominibus, congruit m. At jam locutus est de renovatione terræ, quam hîc desertam fore dicit, atque ità secum pugnare videtur. Sed sic solent Prophetæ consolationes minis permiscere, ut nempe hypocritas terreant, & depellant à vana sua confidentia, quâ nimiùm turgent, &, ubi Deus aliquid promittit fidelibus, statim cupidè accurrunt, & arreptâ ansâ fiunt audaciores. qu. d. Discedite: neque enim, quum Deus testatur se fore Ecclesiæ redemptorem, vos alloquitur; nam estis putrida membra n. Nè populus speraret Regnum mundanum, & nè propter afflictionem adventuram desperaret, præmunit, ut suprà 4. 8, 9, &c. & 5. 5, 6. Implebuntur, inquit, hæ promissiones post desolationem terræ o per 70 annos p.

14. *Pasce populum tuum* (adoptione gratuitâ in Abraha, alioquin interitu dignum q;) *in* (vel, *cum*, Pi.) *virga tua*] Id est, pedo pastorali r: exigit enim id comparatio cum pecore. Id pedum curam Dei peculiarem pro populo suo significat †. Sunt hæc vel, 1. verba Patris ad Filium t: vel, 2. decretum Dei administris Christi & Ecclesiæ officium præscribentis, typo veteris Ecclesiæ v: vel, 3. verba Ecclesiæ credentis Evangelio †: vel, 4. Prophetæ x, ad Deum y, pro populo suo orantis z. Duplicat terrorem hypocritarum; qu. d. Certè clades illa exitialis erit, nisi tu Deus, memor fœderis tui, populum colligas a. Al. *Pasces*, &c. sub. ô *Domine*. Imperat. pro fut. Prædicit liberationem Israelis ex Babylone b. [Vel, 5. verba populi.] Redit ad preces populi deportati c. ¶ *Habitantes*, &c. שֹׁכְנִי לְבָדָד יַעַר וגו'] *Habitans* (vel, *habitantem*, P. D. Pi. JT. nempe populum d: vel, *habitantes*, Pi. Calv. scil. oves. Syntaxis refertur ad sensum *. י hîc est paragogicum f. Vel, *qui manet*, M. Ti.) *solitariè*, Mo. JT. Pi. D. (vel, *solum*, P. D. *seorsum*, vel *in solitudine*, Calv. Designat populi dissipationem per varias regiones g. *Solum*, quasi in solitudine aliqua inter barbaras gentes: vel, *solum*, id est, in terra sua. Certè cùm inter Assyrios degeret, solus non erat h. Vel, *solitarium*, i. e. nullas habentem gentes sibi permistas cùm reversus fuerit in patriam suam i. Vel, *qui erant deserti*, Ch.) *sylvam* (vel, *in sylva*, M. Ti. P. JT. Pi. Calv. Ch. vel, *in sylvis*, D. Ar.) *in medio Carmel*, Mo. M. vel, *qua in Carmelo*; ubi sylvæ erant ad latendum aptæ k: vel, ut *in medio Carmel*, Calv. sim. P. V. D. ubi erant agri frugiferi, vineæ & arbores fructiferæ l, & pascua optima m; & ubi est hominum frequentia. q. d. Pasces gregem tuum non plùs sibi timentem *in sylvis* ipsis quàm *in agro feraci* & habitato n. Vel, *in medio arvorum*, JT. Pi. Vox enim appellativè sumitur o: *Habitet* populus ille qui *solitarius in sylvis* fuerat *in medio arvorum*. Arva omnia Hebræi כַּרְמֶל vocant. Præter quod eximiè id nomen adhæsit monti in Syria, & loco in Judæa ubi habitaverat Nabal p. ¶ *Pascentur* (vel, *Pascant*, P. G. *Pascantur*, M.) *Basan* (vel, in *Basan*, M. G. Nomen montis q, vel regionis. Vide Psal. 22. 13. Amos. 4. 1 r.) *& Galaad*] Nomen & montis & regionis trans Jordanem †. Post arva venit ad pascua t, quæ in his locis opima erant v.

15. *Secundùm dies*, &c.] Sunt verba Dei x, vel Christi y, respondentis precibus vel Prophetæ z, vel populi. Sunt hæc, ut multa apud Prophetas, ἀμοιβαῖα, (*alterna*, vel *responsoria*.) Mira, inquit, in Chaldæos designabo, qualia olim in Ægyptios a. Ut olim ex Ægypto, &c. sic nunc ex Babylone te deducam; & utraque hæc redemptio typus erit redemptionis per Christum b.

16. *Videbunt gentes*] Hostes Synagogæ c: sociæ Chaldæorum d. Vel, electi inter Gentes *. ¶ *Confundentur super* (vel, *cum*, Ch. *ab*, Mo. P. Ti. Calv. vel, *præ*, JT. sim. Pi.) *omni fortitudine sua*] Ità M. sic Mo. P. &c. Pudebit eas virium suarum in quibus confidebant f. Vel, *illorum*, JT. Pi. Tar. qui in Ecclesiæ gremio degunt g; i. e. ob potentiam quæ se exseret in prædicatione Evangelii h. Vel, *ob ità subitò omne robur suum destructum*, G. *Pudebit suæipsius* (vel, *totius*, Ar.) *potentiæ*,

h D. i G. sim. Mo. k D. sim. T. l D. m G. n Calv. o Tar. p T. q Calv. r G. sim. D. † G. t Hugo in Tar. v Jun. † D. Calv. Me. Pi. &c. x D. y Me. sim. z Calv. a Calv. b V. c G. d D. * Pi. f D. g Calv. h D. i V. k D. l V. m D. sim. Calv. n V. o D. p G. q D. sic Pi. r D. † Idem. t G. v Calv. x V. y Pi. z V. sic Pi. a G. b Tar. c T. d G. * Pi. f V. sim. D. g Tar. h Pi.

tiæ, Ca. quâ putabant se nihil non effecturum [l], & satis instructos esse ad perdendam Ecclesiam [k]. Confundentur ergò quia per eam non poterunt nocere Hebræis, nec postea vincere Christianos [l]. Ostendet Deus hominum robur merum esse fumum [m]. ¶ *Ponent manum super os*] Digito compescent labellum [n]. Gestus silentium imperantium sibi aut aliis [o]. Vide Job. 21. 5. & 40. 4 [p]. Tacebunt præ stupore & admiratione [q]. Obloqui, contradicere, contramutire non audebunt †. Non poterunt contradicere doctrinæ Evangelii [t]. Non ampliùs gloriabuntur populum Dei perditum esse [v]. ¶ *Aures eorum surdæ erunt*] Vel, *obsurdescent*, G. Pi. D. Attoniti stabunt [x], ut quæ dicentur non exaudiant [y]: vel, ad auditum eorum quæ pro populo meo faciam [z]. Trepidè fugient omnes rumores, (quos antea cupidè hauriebant, tanquam totidem victoriarum nuncios,) quia subindè metuent sibi à novis cladibus, ubi viderint Deum Israelis tam potentem esse [a]. Al. Obturabunt aures [b], ex invidia [c], & dolore, nè prosperos populi mei successus audire cogantur [d]: vel, ex impatientia audiendi Verbum Dei, quatenus illo denunciatur exitium impœnitentibus *. Vel, *obsurdescent* præ majestate eorum quæ audient [f].

17. *Lingent pulverem*] i. e. Jacebunt in terra prostrati [g]. In terram concident præ metu. De re vide Matth. 17. 6. de locutione, Psalm. 72. 9. Esa. 49. 23 [h]. Terram deosculabuntur [i]: prosternent se [k], coram Israelitis [l], victoribus Judæis supplices [m], & pulverem lingere videbuntur [n]; in signum servitutis [o], & reverentiæ [p], & obsequii [q], & conversi ad fidem Deum verum adorabunt [r]. Humiliter Christo semet subjicient †. ¶ *Velut*, &c. [כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ] *Sicut reptilia* (*vermes*, M. *serpentes*, JT. Pi. sic [illegible]. Ar. Ca. *insecta*, Sy.) *terræ*, Mo. P. D. sim. Ti. ¶ *Proturbabuntur*, &c. [יִרְגְּזוּ מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם] *Commovebuntur* (vel, *contremiscent*, M. Ti. *horrebunt*, Ca. *frement*, sive *tumultuabuntur*; vel, *exibunt*, sive *movebunt se*, Calv. Inordinatè copiosèque prorumpent, ut formicæ nido commoto, &c [t].) *de* (vel, *in*, Ca.) *clausuris*, sive *claustris*, (i. e. latibulis, quod vermibus congruit; vel, munitionibus [v]; vel, oppidis aut ædibus [x]: vel, *septis*, Ca. *habitaculis*, M. Ti.) *suis*, P. JT. Pi. &c. Cogentur exire de locis munitis, & ea Persis tradere [y]. ¶ *Dominum*, &c. [אֶל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יִפְחָדוּ וגו'] *Ad* (vel, *Ante*, M. Ti. vel, *A*, P.) *Dominum* (vel, *Jehovah*, P.) *Deum nostrum formidabunt*, Mo. P. &c. (vel, *pavidi accurrent*, JT. Pi. præ nimio salutis recuperandæ studio [z];) *& timebunt te*, M. vel, *sibi à te*, P. Nempe cùm intelligent hæc à Prophetis prædicta, & à Judæis semper credita [a]. *A te*, ô Israel [b]: vel, ô Jehova. Mutatio personæ. Apostrophe [c].

18. *Quis Deus similis tui?*] qu. d. Nemo certè [d]. Beneficiorum enumerationem concludit δοξολογίᾳ, sive gratiarum actione *. ¶ *Qui*, &c. [נֹשֵׂא] *Parcens*, P. *qui remittis*, M. simil. JT. Pi. D. vel, *tollens*, Mo. sic Ti. *tollens è medio*, D. *auferens*, D. sic Calv. G. ex Vulg. tempore à te constituto [f]. Abolens [g]. ¶ *Iniquitatem*] i. e. Pœnam, ab iis scilicet qui se convertunt [h]. ¶ *Et*, &c. [וְעֹבֵר עַל וגו'] *Et præteriens* (vel, *transiens*, Mo. P. D. sic G. ex o'. & Vulg. i. e. connivens, acsi conspectum ejus fugeret [i]. Similitudo à viatore sumpta, qui quæ introspicere non vult præterit [k]. Vel, *dissimulans*, M.) *transgressionem* (vel, *super scelus*, Calv. sim. Mo. P. &c.) *reliquiis*, sive *reliquiarum*, *hæreditatis*, sive *possessionis*, *suæ*, Pi. P. D. &c. i. e. Israelitis qui reliqui erunt liberationis tempore [l]. Vel, *reliquias* dicit, ut excludat hypocritas, &c [m]. ¶ *Non*, &c. [לֹא הֶחֱזִיק וגו'] *Non retinet* (vel, *roboravit*, M.) *in seculum*, &c. P. D. sic JT. Pi. G. Calv. &c. Præt. pro fut. & mutatio personæ: Non perpetuò irasceris [n]. Deponit memoriam peccatorum nostrorum [o]. Non ostendit se implacabilem [p]. Irascitur quidem erga suos in speciem & ad momentum, sed statim placatur [q]. ¶ *Quoniam volens*, &c.] Cupidus benignitatis, aut, qui delectatur benignitate [r]. *Amat enim benefacere*, ut hîc Chaldæus. Id ei proprium est ac naturale: pœna & supplicia ei extorquentur. —— *Et quoties sævus cogitur esse, dolet* †. Docet hanc remissionem esse gratuitam, & fundatam in sola Dei natura, quâ clementiam diligit [t].

19. *Revertetur*, (vel, *Convertetur*, scil. ab ira sua [v],) *& miserebitur*, &c.] i. e. Iterum miserebitur [x]. Confer Hos. 2. 9 [y]. Hebraismus notus [z]. Dicit, *revertetur*, nè nos conturbet temporalis Dei ira aut severitas [a]. ¶ *Deponet*: ex humeris nostris [b]: [יִכְבֹּשׁ] *Demerget*, LXX, Ar. *Calcabit*, M. Calv. *Subiget*, vel *Subjiciet*, Mo. P. Ti. JT. Pi. Ch. D. i. e. Supprimet [c], sub pedibus ponet [d], ut ea quæ adspicere nolumus †, ut earum perpetuò obliviscatur [f]. Propriè, *hostes subigimus*. Indè transfertur ad iniquitates, homini infensissimas [g]. ¶ *Projiciet in profundum*, &c.] Nè unquam veniant in conspectum [h]. Æterna oblivione delebit [i]. Abolebit, perdet & extinguet [k]. *In mare projici* dicuntur & Græcis & Latinis ea quorum nulla cura habetur. Horatius, —— *tristitiam & metus Tradam protervis in mare Creticum Portare ventis* —— [l].

20. *Dabis* (vel, *Præstabis*, JT. Pi.) *veritatem* (vel, *fidem*, JT. G. &c. i. e. quod pollicitus es [m]. *Veritas* hîc & alibi sæpe est fides in præstandis promissis [n].) *Jacob*] Id est, vel, 1. Jacobæis, sive Israelitis [o]. Præstabis Jacobi posteris quod Jacobo promisisti, Gen. 35. 12 [p]. Vel, 2. sanctis Patriarchis [q]. ¶ *Misericordiam* (vel, *benignitatem*, JT. Pi. sub. *factam*, vel, sub. *quam promisisti*, D.) *Abraham*] i. e. Bonitatem tuam ostendes erga Abrahami sobolem. Solent enim posteri vocari nomine majorum; quomodo Zorobabel *David* dicitur [r]. [De quo suo loco dictum.] Promissiones Dei vocat *veritatem*, quòd certò præstentur: *misericordiam* autem, quòd ex gratia factæ sint †. Præcedit *misericordia*, quia hac sola inducitur ad nos adoptandos: sequitur *veritas* in fœdere suo [t]. ¶ *Quæ* (vel, *quam*, G.) *jurasti patribus nostris*] i. e. Abrahamo, Gen. 12. 2. &c. Isaaco, Gen. 26. 24. Jacobo, Gen. 28. 13. In hac bonitate promissa & hoc comprehenditur, ut nunquam intereat illorum Patrum progenies, & ut, quoties se universam ad Deum convertat, restituatur in veterem possessionem, Deut. 30. 1, 2, &c. Hoc est privilegium uni isti populo propter Patres datum; τὰ δῶρα ἀμεταμέλητα, (*dona sine pœnitentia* [v].)

[Marginal sigla, left: l D. · k Calv. · l Me. · m Calv. · n G. · o D. · p Tar. · q V. sim. Me. · † T. · t Pi. · v Calv. · x Calv. sim. G. Me. · y G. sim. Me. · z D. · a Calv. · b Pi. T. sic Me. · c T. sic Me. · d T. · * Pi. · f Tar. · g Calv. · h G. · i D. sim. Me. T. · k V. sim. T. · l V. · m T. · n V. sim. T. · o D. prov. 2. 3 116. · p D. ib. Me. · q D. ib. · r Me. · † Pi. · t Tar. · v Calv. · x D. · y G. · z D. · a G. · b D. · c Pi. · d Tar. sim. L. · * Tar. · f G. · g Calv. · h G.]

[Marginal sigla, right: i Calv. · k G. · l D. · m Calv. · n V. · o D. · p G. · q Calv. · r D. · † G. · t Calv. · v D. · x G. sic D. · y D. · z G. · a Calv. · b T. · c V. · d G. sim. V. · † G. · f V. · g D. · h V. · i D. · k T. · l G. · m V. sim D. · n D. · o D. · p G. · q V. · r G. · † V. · t Calv. · v G.]

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

NAHUM.

CAP. I.

1. ONUS] Id est, vel, 1. Prophetia: quæ dicitur מַשָּׂא, vel, quòd Prophetæ eam ad populum efferrent; vel, quòd omnes eam in ore haberent. Ut *prophetiam*, ità & *proverbium*, vel *canticum*, &c. *tollere*, legitur. Et מַשָּׂא non tantùm *onus* significare, sed & *prolatum*, sive *verbum*, docet Jeremias, c. 23. v. 36[a]. Vel, 2. Diræ[b]. *Prophetia onerosa*, JT. V. Pi. sic M. sive, de onere, h. e. molestiis ac calamitatibus[c]. Hebr. *Onus*, M. V. Pi. ¶ *Ninive*] i. e. De Ninive, vel contra Niniven[d]: quo sc. premetur Ninive. Genitivus subjecti *. Eorum quæ acciderunt urbi Ninive, h. e. Imperio Assyriorum, cujus hæc erat metropolis[f]. Quæ ad peccata rediit post prædicationem Jonæ[g], & ideo destructa est. Sed à quo? & quando? Id hactenus controversum est, non tam obscuritate rei, quam incuriâ Interpretum. Resp. Ninum [sive Niniven] eversam scribunt alii à Cyaxare, (qui & *Assuerus*,) [de quo vide D.] ut Eusebius & Herodotus; alii, à Nabuchodonosoro, ut Hieron. & Hebræi ad unum omnes. Utrumque verum. Nam hi duo Reges conjunctis viribus eam simul obsederunt, ceperunt, & deleverunt, teste Tobiâ, c. 14. v. 15. idque anno Cyaxaris 22. teste Eusebio, & anno 1. Nabuchodonosori magni, ut Ebræi tradunt[h]. ¶ *Liber visionis*] Vel, prophetiæ[i]: ejus quod vidit[k]. ¶ *Nahum*] Incertum est de quo genere hic fuit[l], aut quando vixerit[m]. Prophetavit (hic, sicut & Habacuc ‖,) sub Manasse[n]: cujus hîc nulla fit mentio ob improbitatem ejus[o]. Id nobis persuadent tum ordo quo antiquitus positi sunt hi Prophetæ post eos qui Ezechiæ vixêre temporibus, tum res ipsæ quæ in eorum scriptis continentur. Nam hæc Nahumi prophetia impleta est per Nabopollassarum patrem Nabuchodonosori. Strabo, l. 16. Ἡ Νῖνος ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν· (*Ninive excisa est statim post Syrorum destructionem.*) Josephus ad res venturus Nabuchodonosori, Antiq. 10. 6. sic præloquitur, τοὺς Βαβυλωνίους, οἳ τὴν Ἀσσυρίων κατέλυσαν ἀρχὴν, (*Babylonios, qui Assyriorum imperium everterunt.*) Quod evenit Josiâ regnante, teste Hieron. Huc etiam meliùs hoc vaticinium referes quàm ad eam calamitatem quæ 105 post hunc Prophetam annis evénit. Et si rectè consideres cuncta quæ hîc dicuntur, non invenies excidium urbis, sed deditionem, atque Imperii rerúmque jacturam[p]. Probabilius est, eum sub Rege Ezechia prophetâsse[q]: quum decem Tribus ab Assyriis abductæ fuerunt, quas hâc prædictione de Assyriorum ruina consolari voluit[r]. Huic favent, quòd Interpretes primum hoc caput enarrant de clade Sennacheribi in Judæa †. Nahum fuit post Jonam[t]. ¶ *Elcesæi*, הָאֶלְקֹשִׁי] *Elkosæi*, D. Pi. sic JT. Nomen deductum vel, 1. à familia[x]: vel, 2. à patria; quod malim[y]; à pago[z], sive urbe, ubi natus erat[a]. *Elkesai* est Galilææ viculus[b]. Chaldæus eum locum vocat *Beth kessi*: ità אֶל hîc est articulus, ut apud Arabas[c]. Sed Targum hîc in mendo cubat, &, pro מִבֵּית קוֹשִׁי, legendum ex RS. מִבֵּית אֶלְקוֹשׁ[d].

2. *Deus*, אֵל] Deus *fortis*, JT. Tar. Hoc opponit & diis gentium, & potentiæ hujus Monarchiæ *. ¶ *Æmulator*; ità M. Calv. D. sic Ca. קַנּוֹא] *Zelotes*, Mo. P. JT. Pi. sic V. D. Qui non potest ferre injurias[f]: qui vehementer amat[g] Israelem, h. e. electos suos[h]: qui non fert in cultu suo rivalem[i]: qui neque amicos suos oppressos, neque inimicos florentes, diu conspicere possit[k]: qui zelat & pro honore suo, & pro fidelibus oppressis[l]. ¶ *Ulciscens*] Non solùm indignè fert injurias, sed & eas severè ulciscitur[m]. Ter posita hæc vox vehementer affirmat, ut alibi nomina *sancti*, *templi*, *terræ*: & gestus ter repetiti[n]. Forsan & mysterium Trinitatis pro tempore obscuriùs paulò indicat[o]. ¶ *Et*, &c. וּבַעַל חֵמָה] *Et dominus* (*compos*, Mo.) *iræ*, Calv. G. Pi. V. Tar. i. e. irâ præditus[p]: ad quem jure pertinet iræ dominium, quíque suam rectè potest iram moderari; ut avis dicitur *dominus alæ* quæ pennis valet, & pro libitu iis rectè uti potest[q]: qui facillimè, si velit, possit iram suam effectam dare[r]. Vel, qui irâ graviore commovetur; ut *dominus cornuum* dicitur, cui magna sunt cornua †. Al. *vehemens*, Ti. *biliosus*, Ca. *habens* (vel, *possidens*, Calv.) *iram*, P. sic M. ¶ *In hostes suos*] Qui sunt hostes Ecclesiæ, quæ est peculium Dei[t]. ¶ *Et*, &c. וְנוֹטֵר וגו׳] *Et servans est hostium suorum*, D. *Et servat*, vel *asservat*, (sub. *ultionem*, M. vel, sub. *iram*, P. JT. Pi. D. G. Tar. &c. nempe in suum tempus[v]; vel, diu, tardè puniens[x]: postquam diu illos exspectavit ad pœnitentiam, tandem eos puniens[y]:) *hostibus suis*, D sim. Mo. JT. Pi. נָטַר hîc simpliciter dicitur de iræ asservatione[z], ut Levit. 19. 18[a]. Psal. 103. 9. Jer. 3. 5, 12. confer Mic. 7. 18[b]. Significat, Deum perperàm æstimari ex cessatione: non enim torpet, neque cunctatur, sed iram tenet[c].

3. *Dominus patiens*] Vel, *longanimis*, D. JT. Pi. tardus ad iram *. Diu dissimulat iniqua acta, speculans quousque homines sunt evasuri: deinde *tarditatem supplicii gravitate compensat*[f]. Præoccupatio est[g], sive anticipatio & concessio. Quia impii Deum subsannant, & minas omnes repellunt talibus dicteriis, Deum clementem esse, &c; id concedit, sed addit quod sequitur[h]. ¶ *Et magnus fortitudine*] Vel, *virtute*, JT. V. vel, *robore*, Calv. D. &c. Qui illico se ulcisci potest, si velit[i], & improbos statim perdere; differt tamen pœnam[k]. Patientia ergò ejus non est ex defectu virium[l]. Al. qui more hominum non ducitur irâ impotente, sed eam quam diu vult cohibere potest[m]: cujus constantia & patientia offensionibus non frangitur[n]. Al. Sensus, q. d. Nè blandiantur sibi impii, quia Deus est patiens, est enim & potens; ideóque non effugient qui ejus patientiâ abutuntur[o]. ¶ *Et*, &c. וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. &c. sub. *tamen*, P.) *absolvendo* (vel, *ullo pacto*, JT. Pi. vel, *mundando*, P. Calv. Heb. *innocentando*, Pi.) *non absolvet*, V. D. vel, *mundabit*, P. vel, *absolvit*, JT. V. Pi. i. e. impunem dimittit[p]; sub. *nocentem*, Pi. vel, sub. *impios*, V. sim. Calv. q. d. Etiamsi non statim puniat, non tamen absolvet, sed tandem puniet. Metaphora est ab iis qui in judicio absolvuntur. Confer Exod. 34. 7[q]. Heb. *in mundando non mundat*. Græcis, ἀθῷον (quomodo legisse Hieronymum ex Commentario apparet.

Marginal notes (left column): a D. b G. c Pi. d D. * Pi. f V. sim. G. g Me. sim. D. G. h D. i V. Pi. k D. l S. n. m Tar. sim. V. D. ‖ , n V. & M. ex He. sim. G. o M. & V. ex He. p G. q Tar. sim. Calv. D. ex Hi. r Hi. in D. † D. t M. ex Ca. sic V. G. &c. x V. sic D. y D. z Hi. a V. b G. ex Hi. sim. D. Pi. c G. d D.

Marginal notes (right column): * Tar. f Calv. g Me. T. sic V. D. h V. i D. k G. l V. m D. n G. o Tar. p V. q Tar. r G. † D. t Tar. v G. x D. y V. z Tar. sim. D. a Tar. b Tar. ex D. c Calv. * V. sim. D. f G. g Tar. h Calv. i G. k D. l Tar. m V. n Me. o Calv. p Pi. sim. D. G. q V.

paret. Vulgò pessimè editur, ἀθῷον.) οὐκ ἀθωώσει. Sensus est, Non semper sinet hostes suos impunè ferre quæ faciunt [r]. ¶ *Dominus*, &c. יְהוָה בְּסוּפָה וּבִשְׂעָרָה דַּרְכּוֹ] *Jehovæ via cum turbine & procella est*, JT. Pi. sim. Ti. G. i. e. procellas immittit quò ipsi libet †. *Jova is est cujus via*, &c. Ca. *Jehovæ in tempestate*, &c. P. Sed *in turbine*, &c. Ad verb. *Dominus, in turbine ac tempestate via ejus*: relativum cum antecedente redundante. *Via*, pro *ratione & modo agendi*. Ostendit ultionem Dei esse formidabilem, cum summo impetu & celeritate, &c [t]. q.d. Pœna Divina opprimet Assyrios, idque repentè ac improvisò, turbinis instar. Vide Prov. 10. 25 [y]. Ubi Deus progreditur & se ostendit, turbat totum aerem, & excitat turbines ac procellas, orbem commovet, &c [z]. ¶ *Et*, &c. וְעָנָן אֲבַק רַגְלָיו] *Et nubes* (vel, *nebulæ*, Ti. vel, instar *nubis*, V. sub. *est*, V. Pi.) *pulvis pedum ejus*, P. Mo. JT. Pi. i.e. quem excitat pedibus suis, ut facere solet exercitus magnus [a]. Al. Incedit per nubes, h.e. celerrimè agit quæ agit: nam veloces sunt nubes. Vide Jes. 19. 1. & 60. 8 [b]. Nubi insistit sicut homines pulveri: i. e. Dominus est nubium, & eis utitur ut vult [c]. Qui nubibus, veluti pulvere pedum, horrendas tempestates excitare potest [d]. Poeticè describit pugnam Dei cum Assyriis, quasi magno impetu & fragore in eos irruentis, pulverem pedibus equorum & rotis curruum suorum excitantis, eòque aerem obscurantis. Symbolicè significat strepitum & multitudinem copiarum Chaldæarum & Medarum Niniven oppugnantium *. Al. *Cujus pedum pulvis* (i. e. solum) *sit nubes*, Ca.

4. *Increpans mare*] Ut dominus servum, aut Imperator militem [f]. ¶ *Et exsiccans illud*] Vel, *exsiccat illud*, D. sim. Calv. Pi. Ut accidit mari Rubro [g]. וַיַּבְּשֵׁהוּ dixit pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ: nam est fut. in Piel. Sic Abd. v. 11. יַדּוּ, pro יִדּוּ [h]. ¶ *Et omnia flumina*, &c.] Repete ἀπὸ κοινοῦ, *ubi ipse increpuit*, h. e. imperavit [i]. ¶ *Infirmatus est* (vel, *Languescit*, JT. Pi. vel, *Sterilescit*, G. *Desolatus est*, P. *Debilis redditur*, h. e. infœcundus [k], præ siccitate [l],) *Basan, & Carmelus*] Arva Judææ aut Syriæ [m]: montes fertilissimi ac amœnissimi [n]: loca maximè apta pascendo pecori [o]: regiones fertilissimæ, quales erant Assyriorum [p]. ¶ אֻמְלַל וגו'] *Elanguit*, ut Joel. 1. vers. 10. *Languet terra*, cùm humore destituta non potest vim suam exserere, hoc est, solitos fructus edere [q]. ¶ *Et*, &c. וּפֶרַח וגו'] *Et flos Lebanon*, &c. Mo. P. &c. Sing. pro plur. *flores Libani* [r]: i. e. arborum Libani; vel, flores qui in Libano proveniunt [s]. *Et germen*, &c. Calv. *Etiam floridissima Libani*, &c. G. ex ο'. Post pascua & arva etiam ad arbores venit, ut indicet nihil esse quod durare possit Deo nolente [t]; nihil esse tam speciosum in mundo quod Deus iratus non mutet [v].

5. *Montes commoti sunt* (vel, *contremiscunt*, D. Calv.) *ab eo*] Id est, ejus vi [x]: vel, metu Divinæ potentiæ [y]: vel, solo verbo ejus [z]. q.d. Author est terræ-motuum [a]. ¶ *Desolati sunt*, הִתְמֹגָגוּ] *Dissolverunt se*, P. sic JT. *dissolvuntur*, V. D. *liquefiunt*, D. sic V. Pi. Calv. G. &c. ut cera [b]: aquam edunt; Exod. 17. 6. Numer. 20. 10. Psalm. 114. 4, 6, 8 [c]. Al. Subsidunt, solo æquantur; ut Hab. 3. 6. *Depressi sunt* [d]. ¶ *Et*, &c. וַתִּשָּׂא וגו'] *Aufertúrque terra è conspectu ejus*, Pi. *Et proripit se*, &c. M. *Et attollit se*, vel *attollitur*, &c. Sic ο'. ἀνεστάλη, quod reddunt, *contracta est*; malè: reddi debet, *elevata est*; nam נָשָׂא est, *elevare*: idémque ἀναστέλλω significat. Nec terra contrahitur in motu, [terræ scilicet,] sed elevatur *. *Et quatitur*, Sy. *Et dissoluta est*, Ar. *Et desolabitur*, Ch. תִּשָּׂא hîc sumitur ut יִשָּׂאֵם 2 Sam. 5. 21. *Et diruit ea*, &c [f]. *Et tollitur*, Ca. *Conflagrátque*, JT. G. D. sic V. Mo. ut Sodoma, &c [g]. ¶ *Et orbis*, &c.] Οἰκουμένη. Aut *terra* tam culta quàm inculta, ut speciem generi subjiciat, more apud Hebræos protrito [h]. Vel, terra Israelitica, quæ κατ' ἐξοχὴν תֵּבֵל dici solet, quæ & ipsa fumavit incendiis per Salmanasarem & Sennacheribum [i].

6. *Quis stabit?*] Vel, *subsistat?* JT. Pi. vel, *consistere possit?* h. e. in statu suo permanere [k]. Quis populus salvus esse potest ipso irascente [l]? ¶ *Indignatio ejus effusa est* (ut Jer. 7. 20. & 44. 6. Metaphora, vel à metallis [m], vel ab aqua [n]; de qua verbum נִתְּכָה usurpatur, Exod. 9. 33. 2 Sam. 21. 10 [o].) *ut ignis*] i.e. Tanquam res liquefacta ab igne [p]; ut igneus torrens [q]; vel, ut metalla ignita [r], & liquata, è fornace conflatoria †. *Effundi* hîc nihil aliud est quàm longè latéque dispergi: q.d. grassatur momento, acsi ignis totam sylvam corriperet [t]. Alii hoc ordine legunt, *Ira ejus*, quæ est *velut ignis* è cœlo expressus, *effunditur*, sub. *super hostes ejus*: ut intelligatur de fulgetris [v]. ¶ *Et petræ*, &c.] q.d. Durissima quæque conteret [x]. Igne lapides destruuntur, & in frusta dissiliunt. Quod etiam de fulgure dici potest [y]. Metalla liquata & pertuso obice defluentia, vel saxa, momento incendit & absumit [z]. [G. hoc cum præced. sic reddit,] *Si indignatio ejus ut ignis se effundat, ipsæ rupes indè frangentur*. Strue lignorum incensa pervias sibi Alpes fecit Annibal [a].

7. *Bonus* (sub. *est*, Pi.) *Dominus*] Nempe bonis: quanquam formidabilis malis [b]. q.d. Quæ hactenus dixi, de horribili Dei judicio, non pugnant cum bonitate ejus: ut terribilis est impiis, ità Ecclesiæ custos erit [c]. ¶ *Et confortans*, לְמָעוֹז] *Fortitudo*, P. i. e. solet opem ferre, vires suppeditat [d]. *Robur*, D. *ad*, vel *in*, *robur*, Mo. D. sim. JT. Pi. Sed ל redundat. Sensus, q. d. Fortitudinem conciliat bonis *. *Præsidium*, Ti. G. suis sc. ut sequentia ostendunt [f]. ¶ *Et sciens* (vel, *agnoscit*, JT. Pi. *novit*, D. G. i.e. amat [g], curat & tuetur [h],) *sperantes* (vel, *confidentes*, P.) *in se*] Sic D. Calv. vel, *in ipso*, Pi. vel, *qui sint qui ipsi confidant*, i. e. qui Deum ex animo colant, 2 Tim. cap. 2. v. 19 [i]. In queis Ezechias. חוֹסֵי בוֹ dicitur ut הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ, Psalm. 5. 12. *montes Gelboe*, 2 Samuel. cap. 1. vers. 2. Unde constat præpositiones non semper impedire formam regiminis [k].

8. *Et*, &c. וּבְשֶׁטֶף עֹבֵר כָּלָה וגו'] *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi. *Verùm*, P.) *in*, vel *cum*, *inundatione* vel, *diluvio*, Ti. sic M.) *transeunte* (vel, *pervadente*, JT. Pi. *superante*, Ti. sim. M. *prætereunte*, vel *ripas transgrediente*. torrentis instar, sine obstaculo: confer Jes. 8. 8. Dan. 11. 10, 40 [l]. *Transeunte*, i. e. summo impetu decurrente, & obvia quæque prosternente [m]. Intelligit exercitum maximum [n], qui pervadet Assyriam [o]. Vel, *grassante*, Ca. vel, *transiens*, Calv. vel, *transit*, nempe Deus v. præc. descriptus; ut עֹבֵר construatur, non cum שֶׁטֶף, sed cum Deo, & causa reddatur cur non possit non consumi Ninive ab ira Dei, quia cum indignatione transit *.) *consummationem* (vel, *consumptionem*, Calv. D. ex V. sim. JT. Pi.) *faciet* (vel, *tollet funditus*, Ca. *prorsus delebit*. Ti. sim. V. D.) *loci* (vel, *loco*, Calv. vel, *locum*, Ti. Ca. D. ex V. i. e. faciet ut locus Ninives sit ipsa consumptio. Sicut Hebræi dicere solent, *Terra ejus erit* שְׁמָמָה *desolatio*; ità hîc, *locus erit* כָּלָה *consumptio* †.) *ejus*, Mo. P. M. sub. *Assyrii*, Ti. vel, sub. *Ninives*, D. Tar. Pi. Ca. sic M. V. &c. ut patet ex affixo fœminino [p], quod indicat eum de Regno aut gente loqui. Assyrios autem designat tantùm pronomine, quia & in præced. & in seq. sese explicat; ideo quasi de re satis cognita loquitur [q]. Nota quòd in S. S. sæpe rei alicujus locus perire dicitur, cùm ipsa perit. Vide Psalm. 37. v. 35, 36. Dan. 2. 35. Apoc. 12. 8. & 20. 11 [r]. Al. Per *locum* intelligit solum: q. d. Non tantùm terræ superficiem evertet, sed & ipsum solum, &c †. Sensus, q. d. Omnino perdet urbem Ninive, adeò ut nulla ferè ipsius restent vestigia [t]: quod & Lucianus de ea dicit, ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴποις ὅπου ποτ' ἦν. (*Ninive jam excisa est, & nec vestigium ejus superest. nec dicere possis ubi olim fuerit.*) De Ninives loco, *Historici certant, & adhuc sub judice lis est*. Alii enim ad Euphratem describunt, ut Ctesias & Diodorus; alii, ad Tigrim, ut Arrianus & Eustathius. Rursus alii, ad occasum Tigridis; alii, ad ortum: alii, supra Lycum; alii, infra Lycum. [De quibus singulis, & de vero Ninives situ, videat, cui lubet, quæ hîc & fusè & eruditè disserit Cl. Author.] Sic compleri oportuit hoc vaticinium [v]. Al. מְקוֹמָהּ ο'. vertunt, ἐπεγειρομένους, (*consurgentes*;) sic sumit & Chald. [simil. Aq. & Th. in D.] ut sit participium fœmininum, & subintelligatur *multitudo*. Velut *diluvio supervadente exitio habet insurgentem contra se*, nempe *multitudinem* [x]. Per *diluvium* hîc intellige exercitum Chaldæorum & Medorum, &c. qui innumerabili multitudine (nam 400 millia erant, teste Diodoro Siculo,) impetu & celeritate ad Ninives expugnationem confluxerunt: cùmque biennali obsidione parùm promovissent,

viſſent, tandem continuis imbribus mirè excreſcens Tigris (en & aquarum diluvium:) partem urbis muróque dejecit, & hoſtibus ingreſſum fecit. Vide Nah. 2. 6, 8[y]. ¶ *Et*, &c. [וְאֹיְבָיו יְרַדֶּף חֹשֶׁךְ] *Et inimicum*, vel *inimicos, ejus* (i. e. vel, 1. populi Dei, de quo v. præced[z]. vel, 2. Jehovæ[a];) *perſequentur tenebræ*, P. JT. Pi. Calv. ſim. Mo. Sic eſſet יִרְדּוֹף[b]. Al. *Et efficiet ut tenebræ inſequantur hoſtes ſuos*, Ti. V. ſim. D. ex He. M. Ca. *Tenebræ*, i. e. calamitates[c], vel extrema mala[d]. Senſus eſt, Omnia mala ipſos ſequentur. Chaldæus ad gehennam id refert; non malè, ſi ſenſum non primum, ſed abſtruſiorem, ſpectes[*]. Al. *Et efficiet ut hoſtes perſequantur ipſas tenebras*; i. e. tanquam amentes perſequentur id quod ipſis exitium adferet. Sed prius malo[f]. [Alii verſum aliter accipiunt.] Putant hîc diſtingui afflictionem populi Dei à clade Aſſur. q. d. Deus velut in tranſcurſu, ſive *tranſiens*, conſumet terram Iſrael & Juda, pœnâ ſcilicet temporali: ſed *tenebræ*, h.e. æternum exitium, vel clades irreparabilis, incumbent ejus hoſtibus[g]. Sed non dubito quin Propheta uno contextu hîc denunciat exitium Aſſyriis[h].

9. *Quid cogitatis* (vel, *cogitaretis*, G. ô vos Aſſyrii[i],) *contra Dominum?*] Vel, 1. in Deum blaſphemi[k]. Vel, 2. contra populum Domini[l]. q. d. Putâſtis vobis negotium eſſe duntaxat cum mortalibus, cum populo exiguo & attrito, ideóque facilem fore victoriam. Sed bellum vobis eſt cum Deo, ſub cujus tutela ſunt, &c[m]. Vel, 3. ad effugiendam iram ejus[n]. qu. d. Decretum Dei eſt, vos exſcindere, éſtque irrevocabile: fruſtrà ergò vos ei opponitis†. ¶ [אֶל יְהוָה] *De Domino*: q.d. Quænam veſtra eſt de Deo cogitatio ſive opinio? An putatis eum non poſſe aut vos perdere, aut ſuos liberare? Quanquam poſſit אֶל pro עַל, *contra*, poni; ut Mic. 4. 3. *gens* אֶל *in gentem*[o]. ¶ *Non*, &c. [לֹא תָקוּם פַּעֲמַיִם צָרָה] *Non ſurget*, ſive *conſurget*, *bis* (vel, *vice alterâ*, M.) *anguſtia*, Mo. P. JT. Pi. &c. vel, *tribulatio*, M. *Non iteranda calamitas oborietur*, Ti. D. ſim. Sy. Non afficiet vos variis & iteratis afflictionibus: nam primâ afflictione[p], ſive unâ vice[q], perdet vos[r]. Non iteratis ictibus, ſed uno, vos proſternet†. Non erit opus iterum congredi vobiſcum[v]. Semel Niniven funditus evertet[x]. Al. *Non vindicabit bis in idipſum in tribulatione*, c. ſim. Ar. *Non conſurget duplex*, &c. G. ex Vulg. q. d. Magnam cladem paſſæ ſunt decem Tribus à Salmanaſare[y]: ſufficiat id vobis[z]: non patietur Deus alteram Judææ inferri per Sennacherib[a].

10. *Quia ſicut*, &c. [כִּי עַד סִירִים סְבֻכִים] *Quia* (ſub. *venient*, P. ſic M. Calv.) *uſque ad ſpinas complexas*, Mo. vel, *perplexas*, M. Calv. P. quas vix digitis attingere audemus, quia undique pungunt: per quas intelligo res difficiles tractatu. q. d. Quamvìs ſitis ſpinoſi, pleni rabie, malitiâ, fraude, &c. Dominus tamen vos facilè conſumere poteſt[b]. Spinæ perplexæ, quæ manibus tolli nequeunt, igne incendi ſolent[c], ut nihil ex illis ſupereſt[d]. Al. *Dum adhuc ſpinæ perplexæ*. q. d. Accidet illis quod ſpinis invicem implicatis, quas, cùm ſolvere non poteſt agricola, ſimul omnes in ignem conjicit. עַד hîc accipio pro עוֹד, *adhuc*, ut Job. 1. 18. Pſal. 94. 13. Jon. 4. 2[*]. Al. *Æquè ac ſpinæ perplexi*, JT. Pi. Tar. vel, *impediti*, Tar. ſub. *ſunt*: i.e. Callidi ac doloſi ſunt[f]. Vel, ſub. *erunt*, Tar. nempe Aſſyrii[g]; foris ab hoſte circumcluſi, & intus in animis implexi difficultatibus, ut neſciant quid agant[h]. Sed an עַד paritatem ſignificare queat, dubito[i]. Al. *Sicut ſpinæ inter ſe conſertæ*, quæ ſcilicet pariter in ignem conjiciuntur[k]. *Nam uſque ad ſpinas perplexi ſunt*: i.e. adeò perplexi ut ad ſpineta confugiant, unde vix illæſi exire poſſint; ut illi 1 Sam. 13. 6. Summæ id perplexitatis argumentum eſt. Si סִירִים alibi ſignificaret idem quod סִירוֹת *ollæ*, & quod ſingulare סִיר *olla*, non gravatè verterem, *Quia perplexi ſunt uſque ad ollas*: i.e. Tanta eſt eorum perplexitas, ut etiam qui ad ollas ſedent, ibíque ſecurè epulari videntur, implicatos ſe & intricatos agnoſcant, nec quomodo evadant ſciant[l]. ¶ *Sic*, &c. [וּכְסָבְאָם סְבוּאִים] *Et ſecundùm potare eos potores*, Mo. Et ad *ebrios qui inebriati fuerint*, P. vel, *cùm*, ſive *poſtquam*, *inebriati fuerint*, V. in Di. D. vel, 1. poculo iræ Divinæ; vel, 2. vino. Significat eos deletos fuiſſe cùm temulenti eſſent, nec de periculo cogitarent[m]. Deus, vel ira Dei, ad vos penetrabit, *tanquam ad ebrios ſuâ potatione*, vel, ut alii, *ad ebrios ſecundùm inebriare ipſos*. Aſſyrios faſtu turgentes comparat ebriis, qui, licèt exſultent & audaces ſint, enerves tamen ſunt, & vel digito dejiciuntur, & impetu ſuo ruunt. Ità, inquit, ſaturitas & petulantia veſtra erit cauſa exitii veſtri, & Deus facilè vos præcipitabit. Aptiſſima ſimilitudo[n]. *Et, ceu potatione ſuâ inebriati, cadent*, M. *Et ſicut mero obrui ſolent, mero obruti ſunt*, i.e. ſuperbi. Elegans antanaclaſis in eadem voce repetita in diverſa ſignificatione[o]. *Et, tanquam ſi mero obruti eſſent, inebriati*, JT. Heb. *mero obruti*, Jun. ſomno vinóque ſepulti; quales facilè ſuperantur & trucidantur[p]. סָבְאָם eſt infinitivus[q], in Kal, à סָבָא. Poſſit eſſe nomen, ut Hoſ. 4. 18. ſed malo eſſe infinitivum, maximè cùm præcedat una ex literis Bachlam[r]. Sed Caph ex literis בכלם infinitivo præpoſitum ſimilitudinem, quod quidem ſciam, nunquam denotat, ſed tempus. Ego pro nomine accipio, ſicut Eſa. 1. 22. Hoſ. 4. 18. Ità hoc loco verterem, *Et tanquam vino ſuo inebriati ſunt*, i.e. ſpiritu vertiginis laborant, quo non aliter ſunt inebriati quàm ſi ſuo vino ebrii eſſent†. Al. *Ut convivium eorum qui compotant*, nempe qui ſubitò incenſâ domo pariter pereunt[t]. [Alii hoc membrum cum præcedente ſic reddunt & explicant:] *Similes enim erunt* (Aſſyrii) *ſpinis in faſciculum colligatis*, quæ facilè aliò tranſportari poſſunt, & in ignem conjici; alioqui pungere ſolent ac lædere, & vix teneri poſſunt: *ſimiles item ebriis cùm inebriati fuerint*, qui ſuâ ſponte & nemine impellente concidunt; nam prorſus deſtituentur viribus[v]. ¶ *Conſumentur*, &c. [אֻכְּלוּ כְּקַשׁ יָבֵשׁ מָלֵא] *Conſumentur* (ſubaud. *idcirco*, Pi. vel, *Comeſti fuerunt*, D. ſic Mo. Pi. nempe, ut ſpinas ignis comedit, aut ſtipulam[x],) *velut ſtipula ariditate plena*, P. ſic Mo. vel, *ariditatis in plenitudine*, vel, *arida in plenitudine*, vel, *ariditatis plenæ*, ſive *perfectæ*, Calv. vel, *arida planè*, JT. Pi. vel, *plenè*, D. Di. מָלֵא novè dixit & adverbialiter, pro, *penitùs*, vel *prorſus*. Sic Latinis, *plenè ſapiens*, i. e. cumulatè[y]. Vel, *quæ tota eſt arida*, M. vel, *ſicca & matura*; ad verb. *plena*; h. e. plenæ ac perfectæ maturitatis[z]: quæ facilè & ſubitò flammam concipit[a]. [Alii totum verſum ſic reddunt;] *Nam planiſſimè ritu veprium implicitarum, quum fuerint comeſſando referti, abſumentur, ceu culmus ad plenum torridus*, Ti. *Nam ut perplexæ ſpinæ, tum cùm madebunt compotatione, conſumentur tanquam ſiccitatis plena ſtipula*, Ca. Cauſam tradit cur v. præc. dixerit eos conſumendos eſſe, nec anguſtiam bis ſurrecturam: quia tanta eſt ipſorum perplexitas, tanta ebriæ mentis vertigo, ut facile ſit eos penitùs conſumere, nec opus futurum ſit bellum iterare[b]. Omnimoda Aſſyriorum deletio triplici hîc ſimilitudine adumbratur; 1. à ſpinis, 2. ab ebriis, 3. à ſtipula[c].

11. *Ex te exibit* (vel, *exivit*, G. vel, *prodiit*, Pi.) *cogitans contra Dominum* (emphaticè[d]; i. e. contra populum Jehovæ[*];) *malitiam*] Cauſam oſtendit cur adeò excanduerit Deus in Aſſyrios[f]. Meritò, inquit, hæc patieris, ô Ninive, quia *egredietur*, &c[g]. ¶ *Mente*, &c. [יֹעֵץ בְּלִיָּעַל] *Conſultor nequam*, JT. Pi. Hebr. *nequitiæ*, Pi. Intelligit vel, 1. Sennacheribum[h]: vel, 2. Rabſacen[i]: vel, 3. omnes Aſſyrios[k], Pul, Tiglathpileſer, Salman. &c. Reges, eorúmque conſiliarios, qui contra Iſraelitas mala ceperunt & dederunt conſilia[l]. q. d. Ex te orietur cauſa interitûs tui[m]. Non poſſis ergò conqueri de rigore hujus judicii[n].

12. *Si*, &c. [אִם שְׁלֵמִים וְכֵן רַבִּים וְכֵן נָגֹזּוּ וְעָבָר] *Num pacifici? & certè multi, & certè exſcindentur, & tranſibit*, Mo. [Exponunt vel, 1. de Iſraelitis.] *Si pacem coluiſſent*, JT. (Iſraelitæ videlicet mecum, & ipſi inter ſe: ſic Eſa. 48. 18[o]. Vel, *Si integri fuiſſent*, Pi.) *ità etiam ampli fuiſſent*; *aut fuiſſent ità tonſi ut tranſiviſſet*, JT. Pi. nempe hoſtis: i.e. ſpoliati, non autem perditi[p]. Aut certè, ſi fuiſſet mihi aliquid de rebus ipſorum reſecandum caſtigationibus, hunc adhibuiſſem modum, ut Aſſyrii totondiſſent quidem aliquantum, ſicut locuſtæ prata; ſed illico ſe in regiones ſuas recepiſſent[q]. [Vel, 2. de Aſſyriis.] *Si* (vel, *Etiamſi*, P. ſic G.) *pacifici*, ſive *tranquilli*, (unanimes[r], abſque metu & ſecuri. שְׁלֵמִים dixit pro שׁוֹלְמִים†. Vel, *perfecti*, nempe ſapientiâ[t]. Laudantur in oraculo quodam hoc nomine, —— Αὐδοὶ τε καὶ Ἀσσυρίων γένος ἀρτίον, *Lydi & Aſſyrii*[v]. Vel, *integri*, M. omnes

omnes integri, Ti. sub. *sint*, vel *fuerint*, P. M. Ti. nempe Assyrii [x], vel Ninevitæ, hostes tui [y];) *& ità* (vel, *adeò*, vel *similiter*, D. vel, *planè*, G.) *multi*, P. (vel, *quotquot fuerint*, Ti. vel, *sic quoque si fuerint multi*, M. vel, *utcunque fuerint multi*, vel *potentes*: q. d. Etiamsi Ninive promittit sibi tranquillum statum, eò quòd bene munita sit, & amplam ditionem habeat; id tamen non impediet judicium Dei; tamen hoc modo tollentur. Duplex וְכֵן h. l. sic resolvendum, Ut erunt multi, ità etiam multi perdentur[z].) *attamen* (vel, *similiter*, M. *sic tamen*, D. *sic etiam*, Calv.) *attondentur*, P. M. sim. Ti. (vel, *attonsi sunt*, i. e. succisi, ut gramen, aut vellus, aut pili corporis. Similis metaphora Esa. 7. 20. נָזוּ à גזז, ut indicat Dages in Zain: alioquin & גוז *tondere* [a]. Vel, *attondebuntur*: peribit eorum gloria. Tale illud, *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum*[b]. Vel, *tollentur* è medio, vel, *procul removebuntur*, Calv.) *& transibit*, sive *pertransibit*, sive *præteribit*, M. P. Ti. G. Calv. D. Vel, 1. Angelus[c]: vel, 2. Sennacherib; h. e. cæso exercitu suo domum revertetur, te sospitem relinquens[d]: vel, 3. universus Assyriorum exercitus ac fortitudo, 2 Reg. 19. 35 *: vel, 4. Dominus, qui repentè & uno impetu eos perdet. Hæc causa cur Assyrii, multi licèt & potentes, prorsus exscindentur[f]. Vel, *viam sibi faciet*, Ch. in G. vel, *& transierunt*; vel, *& transit*, quilibet sc. eorum: & omnes & singuli perierunt. *Transire* est, perire, ut Psal. 37. 36. Jac. 1. 10[g]. Vel, ac ille qui *transiit* & periit, Tar. ¶ *Afflixi*, &c. וְעִנִּתִךְ לֹא אֲעַנֵּךְ עוֹד] Accipiunt vel, 1. de Assyriis.] *Ubi afflixero te, non ultrà te affligam*, O Ninive: i. e. Uno ictu te prosternam, ut suprà 9[h]. [Vel, 2. de Israelitis.] *Et* (vel, *Ut*, JT. Pi. *Quòd si*, vel *Quamvis*, D. *Et si*, M. Calv. *Etenim si*, Ti. *Et* quamvis, P. Sed contrà *ut*, Tar.) *afflixi* (vel, *afflixerim*, P. D. vel, *affligere voluerim*, M. ex Ch. vel, *afflixeram*, JT. Pi. primâ vice†,) *te*, Calv. (ô Jerosolyma[r], vel ô Judæa[k]; subaud. *per eos*, P. per Assyrios, qui totam ferè Judæam vastaverant[l]: vel, ô Israelitica regio, nempe per Phulem, 2 Reg. 15. 19[m].) *non affligam* (vel, *afflicturus fuissem*, JT. Pi.) *te ultrà*, vel *ampliùs*, P. M. &c. Per eundem videlicet Assyrium[n]: per Tiglathpil. Salman. Sennach. & Esarhad[o]. Non fuissem perrecturus ampliùs in calamitatibus importandis[p]. qu. d. Nè despondete animum, quòd hactenus infensus vobis fui: ad tempus vos afflixi, sed finem imponam rigori; contentus sum pœnis sumptis; temporales sunt hæ ferulæ; nolo ulteriùs vos persequi, nempe per Assyrios, quippe quorum Monarchia evertetur, quia vobis infensi fuerint [q]. [Ca. versum sic reddit, *Quo pleniore sunt multitudine, eò magis attondebuntur, postquam te illo grassante afflixero, non afflicturus ampliùs*.] Hæc prima differentia inter afflictionem Israelitarum & Assyriorum; quòd illos Deus castiget modicè & ad tempus, hos planè perdat, & æternùm. Altera sequitur †.

13. *Conteram virgam ejus*; sic Ti. ὁ'. Ar. מֹטֵהוּ] *Jugum* (vel, *lorum jugi*, Q. in D. vel, *subjugia*, Ca.) *ejus*, P. Mo. M. &c. nimirum Assyrii [t]: Asarchaddonis [v]. ¶ *De*, &c. מֵעָלָיִךְ] *A te*, M. P. Ti. ἀ, vel *de*, *super te*, V. G. *nè sit super te*, nè tibi incumbat Rex ille durus *. τὸ מִן hîc negat, ut Jon. 4. 3 *. ¶ *Et vincula tua*] Passivè, h. e. tibi imposita [y]; vel, quibus ab eo constrictus teneris[a]. Alludit ad vincula quibus alligatur jugum cornibus boum. Relativa hæc [b], sive affixa pronomina [c], inserviunt tam agenti [d], ut, *jugum ejus*, i. e. ab eo impositum *, quàm patienti [f], ut, *vincula tua*, i. e. quibus ligaris. Per *jugum* & *vincula* intellige servitutem impositam populo Israelitico ab Assyriis [g].

14. *Et*, &c. וְצִוָּה וגו'] *Et* (vel, *Quin*, D. *Porrò*, Ti. *Autem*, P. Pi. *Nam*, JT.) *præcipiet* (i. e. constituet id quod sequitur [h]: vel, *mandatum dabit*, V. *præcipit*, JT. *præcepit*, D. Pi. nempe hostibus [i]) *super*, vel *de*, (vel, *contra*, JT. Pi.) *te*, Mo. P. M. Alloquitur vel, 1. Chaldæum[k]: vel, 2. Regem Assyriorum[l], Sennacheribum[m]; ità tamen ut sub persona unius Regis hîc describat exitium totius Regni, cujus præludium & occasio fuit cædes Sennacheribi [n]. ¶ *Non*, &c. לֹא יִזָּרַע מִשִּׁמְךָ] *Non seretur*, sive *seminabitur*, (nempe sermo [o], sive in sermone[p]: vel, Rex aliquis[q],) *de nomine tuo ampliùs*, Mo. M. JT. &c. *Nè semen* (nempe Regium) *exsistat ultrà de tuo nomine*; i. e. Nè posthac qui tibi imperabunt appellentur *Reges Ninives*, ut Jon. 3. 6. nam ex eo tempore dicti sunt qui ibi imperabant *Reges Babylonis* [r]. *Non remanebit semen nominis tui ampliùs*, P. Nulli tibi deinceps posteri nascentur †. Probarem, si esset, *Non seretur de te*. Malim sic, Nulli de te loquentur [t]; nulla erit memoria nominis tui [v]. *Seminare ex nomine* alicujus est, propagare ejus famam [x]. ¶ *De domo dei tui* (Nisroch, 2 Reg. 19. 37. Esa. 37. 38 [y]: Jovis Beli [z]:) *interficiam* (vel, *exscindam*, JT. Pi. D. nempe per Chaldæos[a],) *sculptile & conflatile*] Sing. pro plur. *sculptilia & conflatilia* [b]. ¶ *Ponam*, &c. אָשִׂים קִבְרֶךָ] *Ponam* (vel, Nam *ponam*, P. *Vertámque*, Ti. *Disponam*, JT. *Reddam*, sub. *eam*, [nempe *domum Dei tui*,] Pi. vel, sub. *ibi*, P.) *sepulchrum* (vel, *in sepulchrum*, M. Ti.) *tuum*, Mo. P. Calv. D. &c. subaud. *templum dei tui*, M. in quo occideris[d]: unde profanabitur templum illud, & ità nullum illic postea colent idolum *. Cædes enim hæc locum detestabilem & pollutum reddidit; ut Romæ, quum superba mulier jussisset trahi carpentum super cadaver patris sui, via illa fuit nefanda [f]. Quod autem quidam annotant, post cædem factam dirutum fuisse templum & solo æquatum, ibique monumentum constructum in quo conditus fuerit Sennacherib, authoritate certum non est[g]. Vel, *quasi sepulchrum tuum*; ut immundum habeatur quasi sepulchrum. Victores solent deos suos in locum eorum qui antè colebantur substituere [h]. Al. Locum sic distinguo, *E domo dei tui exscindam sculptile, & fusile ponam sepulchrum tuum*. Minatur Regi Assyriorum, se idola ejus quibus fisus fuerat exstirpaturum, & tum ea tum ipsum tantâ affecturum ignominiâ, ut fusile quidem non modò non pro deo, sed nè pro re quidem sacra, sit habendum, quippe in sepulchri usum adhibendum: ipsum verò tam viliter inhumandum, ut non modò Regio non fint eum ornaturi monumento, sed fusile aliquod, & jam pro profana re habitum, idolum arrepturi in quod eum condant †. ¶ *Quia*, &c. כִּי קַלּוֹתָ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Cùm*, D.) *despectus*, vel *contemptus*, (vel, *contemptibilis*, V. *vilis*, M. *ignominiosus*, Ti. *exsecrabilis*, vel *abominandus*, Calv.) *fuisti*, Mo. P. vel, *factus es*, M. vel, *eris*, Ti. Sicut contempsisti me, ità reddam te contemptum [i]. *Postquam vilueris*, JT. Pi. acceptâ clade in Judæa [k]; amisso Regno[l]. Chaldæus legit sine Camets in fine, & vertit, *Facile enim id mihi*. Ad verb. *Nam facilis*, nempe hæc sunt [m].

15. *Ecce*] Rem subitam notat & improvisam [n]: q. d. Nolite esse soliciti, jam mihi videor videre [o]. ¶ *Super*, &c. עַל הֶהָרִים] *Super* (vel, *ad*, G.) *montes*, Mo. vel, *montes ipsos*, P. vel, *hos montes*, G. sic JT. Pi. urbi proximos: ut significet nuncium non longè abesse [p]. Vel, *montes* dicit, quia indè vox longè latéque exaudiri potest [q]; ideóque præcones eò ascendunt, &c. Vel, alludit ad situm Jerosolymæ, quæ montibus circumdata erat [r]. Vel, *ad montes*, i. e. ad Judæam †; ubi plurimi montes [t]. Montes intelligit qui sunt in Judæa, vel quibus cingitur Jerosolyma [v]. ¶ *Pedes*, &c. רַגְלֵי מְבַשֵּׂר וגו'] *Pedes* (Ità eum jam advenientem significat [x].) *evangelizantis*, M. P. Mo. JT. Pi. ὁ'. Ch. (vel, *præconis*, Sy. Ar. *nuncii*, Ca. *læti nuncii*, Ti. vel, *annunciantis*, M. V. Calv. tibi, ô Jerosolyma, ô Judæa [y], cladem Assyriorum, & cædem Regis[z]:) *annunciantis* (vel, *promulgantis*, JT. Pi. & *prædicantis*, M. clarâ nempe & sonorâ voce, quum antea nè hiscere auderent [a]:) *pacem*, P. &c. i. e. prospera & fausta [b]. Sensus loci, Subitò ibunt cursores lætum afferentes nuncium, &c[c]. Vel, *pacem* in Christo. More Prophetarum à terrenis ad cœlestia progreditur[d]. ¶ *Celebra*, (vel, *Feriare*, D. Ti. *Age*, Ca. Securè age *; *Festivas duc*, M.) *Juda*, *festivitates* (vel, *ferias*, Ti. D. *festa*, JT. Pi.) *tuas*] Ità Mo. P. &c. vel, *tua*, JT. &c. antea propter obsidionem intermissa [f]. ¶ *Redde vota tua*] Sub. Deo; ob cædem inimici [g]. *Vota* quæ fecisti, si ab Assyriorum metu liberareris[h]. ¶ *Non*, &c. לֹא יוֹסִיף וגו'] *Non addet ultrà ut transeat* (vel, *Posthac non transibit*, sub. *ut vastet te*, V. vel, more hostili, ut Joel. 3. 17 [i]. *Non ultrà perveniet*, G.) *per te* (vel, *ad te*, G.) *impius*, P. &c. vel, *ille nequam*, G. Assyrius [k], qui Deum despexit [l]. ¶ *Universus interiit*] Vel, *accisus est*, G. ipse cum exercitu [m]. Gloria Imperii ei ablata est [n].

Margin notes (left): x Tar. sim. y Calv. &c. y V. ex Chald. z Calv. a D. b G. c Q. in Calv. Me. T. d D. * V. f Calv. g D. h G. † Jun. r Tar. k Ca. l D. m Pi. n D. o Pi. p Jun. q Calv. † Tar. ad v. 13. t V. D. &c. v G. x G. sim. D. * Tar. y Tar. a D. sic G. b V. c D. d D. sim. V. * V. f D. sim. V. g V. h G. i Pi. k Ca. l V. ex M. sim. Jun. Pi. m D. Tar. Calv. Me. T. &c. n Calv. o D. p Tar. q Ti.

Margin notes (right): r G. † Me. sim. L. T. t D. v D. Me. Calv. x Calv. y D. Tar. z Pi. a D. b V. d M. V. sim. D. Calv. * V. f Calv. g D. h G. † Di. i V. k D. l Pi. m G. n D. o Me. p D. q D. sim. Calv. r Calv. † G. sin. Tar. t Tar. v V. x D. sim. Calv. y T. z D. sim. T. M. a Calv. b D. Me. sic G. c G. sin. Me. d Tar. * G. f Me. sim. Calv. g V. h G. i D. k G. sim. V. D. Calv. &c. l D. m D. n G.

CAP.

CAP. II.

1. *Ascendit*, &c. [עָלָה מֵפִיץ עַל פָּנַיִךְ] De clade Assyriorum Regisque dixerat. Sequitur nunc prophetia de expugnatione Ninives [a]. Jam designatiùs modum eum quo eventura est ea de qua egit mutatio explicat*. *Ascendit* (i. e. Ascendet brevi [b], & certissimè [c], suo tempore [d]: vel, *Evanuit*, id est, periit †; ut Job. 5. 26. Psal. 102. 25 [f]. Metaphora à fumo sive vaporibus, qui abeunt in auras [g]. Vel, *Expeditionem facit*, Ca.) *dissipator* (vel, *depopulator*, Ca. vel, *dispersor*, P. i. e. Vel, 1. Sennacheribus [h], qui sc. dispersit Judæos [i]. Sed inepta est hæc expositio [k]. Vel, 2. Medi & Scythæ [l]. Vel, 3. Chaldæus [m]: Nabuchodonosor [n]. *Dissipator*, nempe murorum tuorum [o]; vel, civium, urbe captâ. מֵפִיץ etiam est *malleus*, Prov. 25. 18. Babylon autem vocatur *malleus totius terræ*, Jer. 50. 23. Solebant porrò Reges hujusmodi nominibus appellari. Sic Demetrius dictus πολιορκήτης, *urbium destructor* & *expugnator* [p].) *ante faciem tuam*, P. sim. Mo. Calv. vel, *in prospectum tuum*, M. *coram te*, V. i. e. palàm & manifestè, ut conspicuum sit Dei opus [q]: *contra te*, D. sic G. vel, *contra faciem tuam*, D. Di. Pronomen hîc est fœmininum; ideóque vel ad Niniven refertur [r], vel certè ad ipsam Assyriam †. ¶ *Qui*, &c. [נָצוֹר מְצוּרָה] נצור plerisque est vel, 1. imperativum; sed tunc esset נְצֹר: vel, 2. infinitivum, à נָצַר; quod esse potest. Sed malim esse futurum, à צוּר *obsidere*. Neque obstat quòd alibi sit נָצוּר per Schurec, ut Cant. 8. 9. & תָּצוּר Deut. 20. 19. alibi enim etiam est per Cholem, ut Esa. 11. 13. לֹא יָצֹר, *non angustabit*: ac notum est in eo ordine conjugationum, in infinitivo קוּם & קֹם, in fut. יָקוּם & יָקֹם, indiscriminatim usurpari: sic idem est צוּר & צֹר, *rupes* [d]. [Hinc variant.] *Custodi* (נְצוֹר, pro נְצֹר, h. e. infinit. pro imperat*. Vel, *Custodiendo*, Mo. Q. in V. i. e. obsidendo; vel, *Ut custodiat*, id est, ut te obsideat [f]: vel, *Servate*, sing. pro plur [g]. Vel, *Obsessum*, Ti. G. vel, *Obsessa est*: vel, *Obsessus est*, nempe dissipator; ut ità נָצוּר construatur cum præcedente מֵפִיץ: vel potiùs, dicens, *Obsideamus*, Di.) *munitionem*, P. JT. Pi. Mo. V. vel, *munitiones*, V. D. vel, *munimenta tua*, G. vel, *urbem vallatam*, Ti. *urbem munitissimam*, Q. in V. nempe Niniven [h]: vel, *munitio*, i. e. munitissima civitas Ninive, ubi Assyrius dissipator sedem Imperii tenebat. Hoc cum præced. & seq. versu optimè convenit: nec repugnat quicquam, nisi quòd נָצוֹר & מְצוּרָה genere discrepant. At nihil Hebræis familiarius quàm enallage generis; præsertim ubi nomen substantivum ad intellectum refertur, ut hoc loco intelligi potest יוֹשֵׁב מְצוּרָה, *inhabitator munitionis*, atque is dici obsessus. Vel, *munitionem*; vel, in *munitione*, מְצוּרָה pro בִּמְצוּרָה [i]. Al. *moliens obsidionem*, Ca. *ut ponat custodiam munitam*, M. Alloquitur vel, 1. Judæos; q. d. Revertimini in urbes vestras munitas quas ceperant Assyrii, & custodite eas diligenter [k], ut soliti estis [l]. Vel, 2. Niniven [m]. Ironia est [n]: qu. d. Custodi contra hunc hostem propugnacula tua, omnia fac & experire: frustrà erit [o]. ¶ *Contemplare* (vel, *Speculare*, JT. Pi. D. *Considera*, V.) *viam*] Id est, Speculatores mitte, qui observent [p] quâ viâ hostes venturi sint [q]. Chaldæus sumpsit & hoc infinitivè, *Speculatum vias*. Venit ut in omnibus viis speculas ponat, nè quis ad se penetret [r]. Al. *Considerate viam*, per quam scilicet venit vos oppugnatum Rex Assyriorum; quia nunquam per illam reversurus est †. ¶ *Conforta* (vel, *Instrue*, Ti.) *lumbos*] Ità Mo. sim. P. &c. i. e. vires, quæ in lumbis sunt, Job. 40. 11. al. 16 [t]. Accingere gladio [v]. Expeditum & paratum te redde ad prælium [x]. Vide 2 Sam. 20. 8. 2 Reg. 4. 29 [y]. ¶ *Robora virtutem* (vel, *vires*, D. Pi.) *valde*] Congrega exercitus [z]. Auge copias quamplurimum. q. d. Frustrà omnia. Simile habes Esa. 8. 9, 10 [a].

2. *Quia*, &c. [כִּי שָׁב וגו׳] Hunc versum fateor me non intelligere. Vertam tamen [b]. *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Siquidem*, D.) *convertit* (vel, *avertit*, M. Pi. ὁ. sic Ar. *abstulit*, Ti. Calv. nempe per pœnam, cujus mox fit mentio [c]: vel, *restituit* Ch. vel, *quiescere fecit*, Q. in V. *reddidit*, i. e. repressit [d]: vel, *reducet*, V. Tar. *reducit*, Di. שָׁב sæpius neutraliter usurpatur*, pro, *redire*. Interdum tamen activè significat, pro, *reducere*, *restituere*, *convertere*; ut Deut. 30. 3 [f]. Psal. 126. 1, 4. ubi etiam cum אֵת construitur [g].) *Dominus superbiam* (vel, *excellentiam*, sive *gloriam*, sive *majestatem*, V. P. גְּאוֹן est vox media, & tam excellentiam quàm superbiam notat [h]. Vel, *cum excellentia*, JT. i. e. cum Christo, ut Amos. 8. 7. nempe ut stet in posterum cum populo, ac non ampliùs per te affligat ipsum, sed propter ipsum perdat te †, [ô Ninive.]) *Jahacob*, Mo. Calv. &c. (id est, tribus Judæ [i], & Benjamin; quæ *Jacobi* nomine peculiariter se vocabant [k]. *Excellentiam Jacobi* vocat, vel, 1. Jerosolymam, ut Psal. 47. 5 [l]. confer Psal. 87. 2. Amos. 6. 8 [m]: vel, 2. omnia in quibus aliis nationibus præcellebant [n].) *sicut* (sub. *&*, Ti.) *superbiam Israel*, Mo. M. Calv. D. sim. Pi. Ti. &c. i. e. Decem tribuum [o]: vel, *gloriam*, sive *excellentiam*, *Israel*, P. D. i. e. Samariam, & allusum est ad historiam 2 Reg. 6. & 7. ut dicat, *Deus reddidit Jerosolymæ statum talem qualis fuit olim Samariæ cùm à Syris obsideretur, & præter omnem opinionem divinitus liberaretur*. Ità olim existimabam; nunc aliter [p]. Vel, *juxta majestatem Israel*: q. d. Restituet Dominus Israeli pristinam suam dignitatem jam labefactatam ab Assyriis. *Jacob* & *Israel* pro eodem posuit. *Revocabit majestatem Jacob, ut fuit olim majestas ipsius Jacob* [q]. Vel, *ut qui fit excellentia Israelis*, JT. Sic 2 Sam. 1. 19 [r]. Vel, *tanquam excellentia Israelis*. Sensus, Sicut Deus ipse est excellentia Israelis, ità non potest pati ut excellentia perpetuò à Jacobo sive ab Israele exsulet; itaque eam jamjam reducit †. [Qui גְּאוֹן *superbiam* vertunt locum sic explicant:] Ostendit Propheta maturum esse tempus exitio urbis Ninive, quia jam satis súperque subacti sunt & humiliati Judæi & Israelitæ [t]. q. d. Quia satis habet Dominus per te hactenus fregisse superbas cervices Judæ, ut antea Israelis, ut ultrà non sit opus te illos affligere [v]. *Avertit Dominus superbiam Jacob, & castigavit Israelem* per virgam Assyriorum: quid restat nisi ut virga in ignem projiciatur †? Sententia est, Si Deus superbiam Jacob & Israel punivit, &c. quid fiet de Assyriis, quos non diligit ut populum suum [x]? [Alii locum aliter reddunt.] *Ulciscitur enim Jehova adhibitam in Jacobæos superbiam, ut dignum est ulcisci adhibitam in Israelitas superbiam*, Ca. *Reponit Deus* Assyrio *illam superbiam quam ipse in Jacobo & Israele exercuit*, deportando decem Tribus, & obsidendo Hierosolymam [y]. *Superbiam Jacob & Israel* [objectivè] accipit, pro ea quam hostes adversùs eos declarârunt [z]. *Quia reddidit——superbiam*, &c. id est, pœnam debitam superbiæ ac tyrannidi exercitæ per Sennacheribum, &c [a]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי בְקָקוּם וגו׳] *Quia evacuaverunt* (vel, *Cùm evacuarent*, D. vel, *Quamvis evacuaverint*. כִּי sæpe valet, *quamvis* [b]. Nempe rapinis suis [c]: privaverunt bonis suis [d].) *eos* (nempe Israelitas *) *evacuatores*, sive *evacuantes*, P. Mo. D. Calv. (vel, *depopulatores*, JT. Pi. D. nempe Ninevitæ [f], sive Assyrii [g], qui quotannis ferè invadebant terram Israel [h]; qui Judæam vastaverant [i]. Al. *Quia vacuefaciendo vacuefecerunt eos*: planè omnia eripuêre Judæis & Israelitis [k].) *& palmites*, sive *propagines*, *eorum corruperunt*, sive *perdiderunt*, Mo. P. &c. i. e. vel, filios & nepotes [l]; vel, Tribus & familias [m]; vel, bona & opes [n]; vel, oppida & vicos [o]; vel, terræ proventus [p]; vel, ipsos Israelitas, qui radicitus evulsi sunt quoad externam speciem [q]. Tralatio à vineis. Solet autem in S. S. populus Judaicus cum vinea comparari [r].

3. *Clypeus* (Sing. pro plur†. clypei [t]: vel, *Arma*, ut מָגֵן aliquando sumitur [v]:) *fortium ejus* (nempe dissipatoris [x], Nabuchodonosoris [y]. Relativum sine antecedente [z].) *ignitus*] i. e. Splendidus & coruscus, auro illitus [a]. ¶ [מְאָדָּם] *Rubet*, Ti. G. sim. Mo. P. &c. vel, à sanguine [b]; vel, rubro colore tinctus [c], ut mos erat antiquis [d]: idque vel ad terrorem * hostium [f]; vel, nè manans cruor per discolorem vestem animum simul ipsis demeret, & hostibus adderet [g]. Chaldæos describit [h], & quomodo ab iis victi sunt Assyrii [i]. ¶ *Viri exercitûs* (id est, milites [k],) *in*, &c. [מְתֻלָּעִים] *Vermiculati*, Mo. Calv. V. *induti vestibus vermiculatis*, P. *purpurati*, V. Ti. *coccinati*, JT. Pi. G. *coccineis amicti*, D. sim. M. Utrùm armis, an vestibus [l]? Talis sago multùm

[Left margin:] a D. *G. b Me. c Tar. d D. † V. f Q. in V. g V. h V. Q. in Calv. i V. k D. l Pi. m G. n D. Calv. M. & H. Me. T. &c. o G. p D. q Calv. r D. sim. Pi. Tar. † D. d D. * D. f Q. in V. g V. h Q. in V. &c. i Di. k V. l Q. in Calv. m Calv. Tar. &c. n Pi. sim. D. Tar. Calv. o Tar. sim. Calv. p D. q D. sim. M. Tar. r G. † Q. in V. t D. v G. x Tar. y G. z Q. in V. a G. b D. c Pi. d D.

[Right margin:] * Tar. f D. sim. Tar. g Tar. h D. sim. Tar. † Jun. i Pi. D. k D. l Tar. ex D. m D. n Tar. o Ti. D. p D. q V. r Jun. † Di. t Calv. v Q. in V. † Q. in M. * Me. x G. sim. E. ex Hi. y E. ex Hi. z T. a Tar. D. b V. * D. Tar. &c. c Ca. d V. D. G. f V. g D. h G. i Me. L. in D. k Me. l V. m G. ex Ch. sim. Me. Tar. n Q. in D. o Calv. p D. q V. r Pi. sim. V. t D. v Pi. x M. V. Ca. D. &c. y V. z Me. a G. sim. Tar. b Tar. sim. D. c D. d V. sim. f D. g D. sim. Calv. h G. i V. k V. G. l D.

tùm usos Orientis populos, ex Herodoto etiam discimus[m]. ¶ *Ignea*, &c. בְּאֵשׁ פְּלָדוֹת הָרֶכֶב] *In* (vel, *Cum*, JT. Pi.) *igne* (vel, *Velut ignis*: ב scriptum pro כ [n]:) *lampadarum*, vel *tædarum*, (sub. *erit*, vel *erunt*, P. JT. Pi.) *currus*, Mo. P. Calv. D. V. JT. Pi. sub. *falcati*, V. *Currus velut ignis facium*, Ti. *Et veluti in igne facium currus* ejus agitantur, M. His innuit ingentem celeritatem[o], & præcipitem curruum impetum[p]. *Igne quasi lampadarum* coruscant *currus* eorum, scintillantibus rotis, & ignem excutientibus è petris super quas transeunt[r]. Forsan hypallage est, *In igne tædarum currus*, pro, *In curru tædæ ignitæ*, sive *ardentes*, quas qui in curribus illis erant noctu gestabant †. Nomen פְּלָדוֹת alibi non exstat[t]: factum est ex לַפִּידוֹת[v], inversis literis[x]. ¶ *In*, &c. בְּיוֹם הֲכִינוֹ] *In die* (vel, *tempore*, Ti.) *præparare se*, Mo. vel, quâ *præparabit se*, V. P. vel, exercitum suum, V. ut veniat oppugnatum Niniven[y]: vel, *instruet* prælium, JT. Pi. D. vel, *expeditionis ejus*, M. Ti. G. ¶ *Et*, &c. וְהַבְּרֹשִׁים הָרְעָלוּ] *Et* (vel, *Ut*, Ti. vel, *Quum*, JT. Pi.) *abietes* (vel, [1. propriè; sc.] ipsæ arbores; q. d. Currus tanto impetu feruntur, ut abietes, ipsáque adeò nemora, contremiscant[z]. Vel, 2. duces vel Principes ejus; qui comparari solent abietibus[a]. Vel, 3. tela ex abiete[b]; vel, lanceæ sive hastæ abiegnæ[c].) *trement*, P. sim. V. Calv. vel, *concutiantur*, Ti. sic Calv. acsi tremerent[d]: vel, *concussæ fuerunt*. הָרְעָלוּ accipio acsi esset הָרְעֲדוּ: nam hæ literæ alternant. Sic *cassila* dicebant antiqui & *cassida*, *lacrymæ* & *dacrymæ*, *calamitas* & *cadamitas*. Sic denique ἔλαφος & ἔλαφος, *cervus*[*]. Vel, *agitabuntur horridè*, JT. Pi. Tar. dum modò attolluntur, modò demittuntur; ex qua vibratione lancearum oritur tremor in illis qui impetum irruentium sustinere nequeunt: quæ est verbi Hebræi רָעַל emphasis[f]. Vel, *inebriatæ*, sive *sopitæ*, sunt; nempe magnates ipsorum[g]: vel, veneno *inebriatæ*, M. vel, *venenatæ sunt*, G. sic Mo. V. Solebant antiqui ut tela, ità lancearum cuspides, veneno tingere[h]. A Scythis is mos venerat, qui *sagittas tingebant viperinâ sanie & humano sanguine, quo irremediabili scelere mortem illico adferri levi tactu* tradit Plinius, 11. 53[i]. οʹ. sic reddunt, οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται, (Equites tumultuabuntur.) Legerunt ergò הַפָּרָשִׁים[k]. Errabant igitur in פ pro ב[l]. Vel, ב putabant positum pro פ, ut alibi factum: vel, *lanceas* metonymicè acceperunt, pro *gerentibus lanceas*, h. e. equitibus; ut *arma*, *scutum*, *gladius*, sæpe ponuntur pro viris armatis[m]. [Ca. locum sic reddit;] *Tædis* (id est, tædarum ritu,) *ardente curru tum cùm apparatur*, *tetrisque piceis*, i. e. ut ex picea tæda tetrè redolentes[n].

4. *Conturbati*, &c. יִתְהוֹלְלוּ הָרֶכֶב] *Insaniunt*, vel *insanient*, (i. e. more amentium discurrent[o]; magnâ celeritate & impetu ferentur[p], supra humanum morem; erit quædam insania divinitus immissa[q]. Vel, *tumultuabuntur*, Ti. *perstrepunt*, Ch. *confundentur*, οʹ. *commiscebunt*, Ar. *gloriantur*, Sy.) *currus*, sive *quadrigæ*, Mo. M. Ti. JT. Ch. &c. vel, *de curribus suis*, Sy. vel, ascensores *curruum*, P. V. vel, viri *currûs*, V. *Currus*, pro *vectoribus*, ut 2 Sam. 10. 18. Sic *equus*, pro *equite*, Jer. 12. 5[r]. Sensus, Ninevitæ, qui antea è curribus pugnabant, huc illuc vagabuntur inopes consilii, cùm illis urbe non licebit egredi, ut cum exercitu multo obsidente congredi liceat †. ¶ *Collisæ*, &c. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן וגו'] *Allident sese per plateas*, JT. Pi. sic D. *Collidentes*, &c. Ca. *Collidentur inter se*, &c. Ti. *Implicabuntur*, Ar. *Seséque jactant*, Sy. *Concrepabunt*, G. ex Ch. *Properabunt*, Calv. *Festinanter ambulabunt*, P. *Obambulabunt*, attoniti scilicet[t]: ad verb. *Coxabunt*, i. e. percutient coxam ad coxam præ nimia festinatione[v]. *Et horrendè strident*, M. ¶ *Aspectus* (vel, *Species*, JT. Pi.) *eorum* (nempe curruum[x],) *quasi lampades*] Vel, præ rubore; vel, ob pudorem quo suffundentur[y]: vel, quia currus ferrati tersi erunt & lucidi[z]. Perstringent oculos spectantium suo fulgore[a]. *Quasi lampades*: Oculi ardentes[b]. ¶ *Quasi fulgura discurrentia*; sic M. οʹ. יְרוֹצֵצוּ] *Discurrent*, Mo. P. Calv. sic Ch. Sy. Ti. h. e. velocissimè[d], ut fulgur celerrimè apparet & disparet, Matth. 24. 27. Luc. 10. 18 *: vel, impetu violento[f]. *Perrumpent*, JT. Pi. *constringent* obvia omnia. Sic fulmini Alexandrum comparant Lucanus & Plutarchus[g].

m G. n Pi. o V. p Calv. q G. r V. sim. D. Tar. † D. sim. Tar. t D. Calv. v D. ex He. sim. M. Calv. x D. ex He. y V. sim. D. z Q. in D. a V. b G. c Q. in V. Calv. Pi. Tar. M. d Calv. * D. f Tar. g Q. in Calv. h D. ex K. i G. k Cap. crit. p. 246. l D. m Buxt. vind. 2. 8. 668. n Ca. o V. D. sim. Calv. Tar. p Pi. q Calv. r D. † V. t Idem. v Calv. x Pi. y V. z Tar. a Calv. b G. sim. D. d D. Tar. sic V. * Tar. ex D. f Calv. g G.

5. *Recordabitur fortium* (vel, *magnificorum*, M. Pi. vel, *nobilium*, Ca.) *suorum*; ità Mo. P. Calv. &c. יִזְכֹּר אַדִּירָיו] *Memores erunt* imperii *fortes ejus*, Ti. vel, *Recensebit magnificos suos*, JT. D. Scil. vel, 1. Rex Chaldæorum[h]; qui ad oppugnationem fortissimum quemque deliget[i]. Vel, 2. Rex Assyriorum[k]; qui seliget fortissimos ad tuenda mœnia[l], & jubebit nobilibus suis ut properent in muros ad propugnandum: quod quamvis velocissimè faciant, tamen offendunt jam paratas ab hoste machinas; & urbs statim capitur, hostibus per fluminum ostia ingressis[m]. ¶ *Ruent*, &c. יִכָּשְׁלוּ בַּהֲלִיכוֹתָם] *Impingent* (vel, *Prosternentur*, Ti. vel, *Sed corruent*, JT. Pi.) *in ambulatione* (vel, *progressione*, V. *incessu*, M. *agmine*, Ti.) *eorum*, Mo. JT. &c. vel, *quum perrexerint*, P. Vel, 1. præ festinatione[n]: dum sc. properabunt ire ad mœnia[o]. Quisque [nempe Chaldæorum] primus esse volet in oppugnatione, ità ut festinantes alter alterum evertant[p]. Vel, 2. præ metu[q]. Al. Prius membrum interrogativè lego, Latinè autem illud cum sequente membro sic reddo, *Quum*, vel *Si*, *recordabitur præstantissimorum suorum*, (quippe quorum operâ se adjutum iri sperabit,) *corruent in gressibus suis*[r]. ¶ *Velociter*, &c. יְמַהֲרוּ חוֹמָתָהּ] *Festinabunt* (vel, *dum properant*, G.) *ad murum ejus*, Mo. P. JT. &c. nempe Ninives †. ¶ *Et*, &c. וְהֻכַן הַסֹּכֵךְ] *Et præparabitur*, sive *adaptabitur*, *operimentum*, sive *tegumentum*, Mo. P. M. Calv. vel, 1. ab Assyriis[t]: vel, 2. à Chaldæis[v]. *Et jam paratæ sunt machinæ*, Ti. *Et parata est testudo*, Ca. sim. V. i. e. muro admota[x]; quâ tecti subruant mœnia[y]. Instrumentum [est] bellicum sub quo delitescit aries ad quatienda mœnia[z]. Vel, *vinea ipsa*: aliud instrumentum bellicum ad suffodienda mœnia[a]. Al. *Postquam paratum erit tegumentum*. ו, &, sumo pro *postquam*. Nam priùs vineæ apparantur aut plutei quàm muros invadant milites[b]. Al. *Quasi paratus fuisset protector*, JT. Sensus, Festinanter advolabunt in urbem, quasi ipsam à Cyaxaris violentia liberâssent, & porrò protecturi essent; ut speraturi esse dicuntur infrà 3. 11[c]. *Et paratus erit protector*, nempe muri[d]. Al. Hoc membrum cum præcedente sic reddo, *Festinabunt ad muros ejus: at paratus stabit protector*. Vel, prius membrum interrogativè legendum, & Latinè locus sic reddendus est, *Si festinent ad murum ejus*, (Ninives nempe, ad vim indè faciendam in hostes,) *paratus stat protector*, qui adversùs erumpentium vim castra hostilia protegat. Ità ו in וְהֻכַן erit consecutivum, Latinè superfluum *.

6. *Portæ fluviorum*, &c.] Vel, 1. metaphoricè: Portæ Ninives aliarúmque urbium per quas prodire solebat magna hominum multitudo, instar fluvii: vel, per *fluvios* intelligit copias Chaldæorum, quæ, muris & portis Ninives quasi aggeribus cohibitæ, iis vi perruptis, urbem inundârunt & vastârunt[f]. [Vel, 2. propriè.] Portæ urbis sitæ juxta flumina[g]; vel, quæ ducunt ad fluvium, seu ad brachia fluvii Tigris[h]; vel, sitæ ad Tigrim & rivos illius[i]. Forsan plures fluvii urbem præterfluebant[k]: vel, *fluvios* dicit de uno Tigri[l]. Vel, 1. per enallagen plur. pro sing. ut Genes. 46. 15. *filiarum ejus*, de sola Dina; Matt. 2. 20. *mortui sunt*, de solo Herode; & Jos. 7. 1. *filii Israel*, de uno Achan. Et Plautus Sticho, de solo patre loquens, *Novi ego nostros*, *exorabilis est*[m]. Vel, 2. propter ejus magnitudinem & excellentiam[n]. Al. *Portæ*, id est, Pontes[o]. Significat hostes ingressos fuisse per eam partem urbis quam Tigris præterlabitur. *Portas apertas* dicit, vel, quòd hostes eas effregerint; vel, quòd proditione venerint in potestatem Chaldæorum[p]. Per *portas*, &c. hîc intelligit partem illam urbis quæ videri poterat munitior propter Tigrim[q]. ¶ *Et templum*, &c. וְהַהֵיכָל נָמוֹג] *Ipsúmque templum* (sc. Nisroch[r]; vel, Jovis Beli†: vel, *palatium*, G. P. D. Regis[t], situm juxta portas illas[v]: *propugnaculum*, BP.) *liquescet*, vel *dissolvetur*, Pi. V. &c. i. e. Perterriti qui in palatio erant[x]. Non parùm huic membro cum præcedente lucis afferunt hæc Herodoti, 5. 52. *Phrygiam accipit fluvius Halys, cui imminent portæ per quas transire omnino necesse est, atque ità fluvium trajicere. Propugnaculum magnum ad illum fuit.* Hujusmodi portas cum vicino propugnaculo ad Assyriæ fluvios prope Niniven videtur describere[y].

7. *Et miles*, &c. וְהֻצַּב גֻּלְּתָה הֹעֲלָתָה] *Et Husab*, vel

h V. sic G. T. i G. sim. V. k M. V. Calv. Pi. Tar. m Ca. n D. o V. p G. q Calv. r Di. † D. Pi. &c. t Calv. v V. Tar. &c. x V. y G. sim. D. z V. sim. D. Tar. T. a V. b D. c Jun. d Pi. * Di. f Me. g V. h T. i Ti. k D. l D. sim. Tar. m D. n Tar. o G. ex Ch. p D. q Calv. r D. Me. † Pi. t D. v V. D. x G. y BP. 4. 14. 276.

vel *Hussab*, (sub. *regina*, P. Ca. Nomen hoc erat Reginæ Assyriorum[a], sic dictæ, vel, quòd *astaret* sponso suo Regi, ut Psal. 45. 10[a]; vel, quòd firma staret, ac priùs quieta domi sideret[b]. Vel, *Et Nisibis*, quæ scribebatur Assyriis נצב, ut ex Stephano discimus, qui *cumulum* interpretatur. Huic nomini additur hîc articulus demonstrativus, qu. d. *Illa Nisibis adeò prædicata*[c]. Vel, *Et quæ obsirmata fuit*, M. Putant per הוצב intelligi *palatium*, *Regiam*, vel firmum aliquod præsidium quod insuperabile videbatur[d]. *Et quæ stabat solida*, vel *firma*, i. e. quæ priùs in deliciis suis sedebat, & latebat in palatio; ut referatur ad Reginam, cui sequentia congruunt: quanquam malim sub persona mulieris hîc describi statum & sortem Regni*. Vel, *munitio firmissima*, Ti. Vel, *Et constitutum est*, Di. vel *Constitutum autem erat*, vel *Confirmatum erat*, (sub. *palatium*, vel *templum*: i. e. Steterat jam longo tempore in summa pace ac felicitate[f]. Al. *Et substantia*, o'. simil. Ar. Al. *Consistere jubebitur* (ab hoste) unusquisque, nempe Assyriorum, qui conabitur effugere[g]. Vel, *Et statione posita*, JT. à Scythis Assyriam obtinentibus[h].) *captiva ducta est*, Mo. P. sic G. simil. Calv. Ca. Di. (Id est גלתה*. Vel, *deportabitur*, JT. Tar. vel, *migrare jubebitur illa*, scil. Ninive, i. e. incolæ ejus. Pronomen autem *illa* continetur in forma verbi, quod est gen. fœm†. Vel, *retecta*, sive *revelata*, *est*, vel *erit*, V. D. sim. M. in publicum producta ex gyneceo[i], vel thalamo suo, ubi latére solebat[k]. Vel, *& revelabitur* turpitudo Ninives; vel, *& patebit* Ninive hostibus[l]. Vel, *denudata est*, Ti. ornamentis suis[m].) *jussa est ascendere*, P. Mo. Calv. sub. *currum*, P. vel, *jubetur ascendere*, Babylonem versùs abducta plebs[n]. Vel, *deducetur*, JT. *progredi jubebitur*, Pi. *deportabitur*, Di. *abducta fuit*, ad verb. *ascendere facta fuit*, id est, in curru collocata, atque abducta in exilium[o]. Vel, atque *evanescet*, i. e. evertetur P: atque *excisa*, M. *atque sublata*, Ti. ¶ *Et*, &c. ואמהתיה מנהגות כקול יונים מתפפות על לבבהן] *Et ancillæ* (vel, *pedissequæ*, Ca. i. e. vel, nobiles & principes fœminæ[q], sive uxores[r]; vel, oppidula & vici, h. e. eorum incolæ†;) *ejus* (vel, *cum ancillis suis*, JT.) *deducentes*, Mo. D. (vel, *minabantur*, G. ex Vulg. i. e. agentur pecorum ritu; nam eo sensu id verbum sæpe usurpat Hieronymus[t]: vel, *ducebant*, P. *deducent*, Pi. Di. sub. *eam*, P. D. Pi. Di. vel, *quæ ducebant se mutuò*, M. vel, *comitantibus*, JT. vel, *ducuntur*, Ca.) *juxta vocem*, vel *cum voce*, vel *ceu voce*, *columbarum*, Mo. D. Pi. V. sim. M. JT. Ca. (sub. *ingemiscebant*, M. Al. *gementes ut columbæ*, P. vel, & vox ejus, sive earum, erat *ut vox*, sive *gemitus*, *columbarum*, He. in V. Vide Esa. 38. 14. & 59. 11[v].) *percutientes*, vel *tundentes*, (vel, *quæ tympana pulsant*, JT. vel, *pro tympano pulsantes*, Pi. ad verb. *tympanizantes*; nam תוף *tympanum*[x]: vel, *plangentes*, Calv.) *pectora* (vel, *super corda*, Mo. G. *super pectora*, Calv.) *sua*, P. M. Ca. &c. vel, *cor suum*, i. e. pectus[y]: vel, *ex animo* (Heb. *corde*, Jun.) *suo*, JT. Al. *Ancillæ autem istius imitantur vocem turturum, & suis pectoribus pertunduntur*, Ti.

8. *Ninive quasi piscina aquarum*] Ita JT. Di. P. &c. sub. *fuit*, JT. Di. Sic dicitur, vel, 1. à multitudine opum[z], & civium[a]; quia supra modum populosa: nam *aquæ* populi[b], Esa. 8. 7. Apoc. 17. 15[c]. Piscina aquis ac piscibus abundat, & in eam rivi confluunt[d]. Vel, 2. propter aquas eam ambientes. Ante ultimum excidium, Ninevitæ, ut hostem à mœnibus arcerent, fossas urbi circumjecerant, quas, deductis eò fluminibus, aquâ replêrunt*. Vel, 3. quòd separata esset à reliquo mundo, & ripis munita. Vel, 4. quòd cives ejus otiosè, delicatè ac facilè viverent, ut pisces in piscina[f]. Vel, 5. quòd aliunde in eam illati sunt homines bello capti[g]. ¶ *Aquâ*, &c. מימי היא] *Aqua ejus*, LXX, Ar. Vulg. *& inter aquas est*, Sy. *carens aquâ*, Ca. [quasi à מים *aqua*. Alii, *à diebus suis*, M. vel, *ab antiquo fuit*, Ti. *à diebus* (sub. *antiquis*, P. D. Ch.) *ipsa*, Mo. sic Calv. vel, *est*, sive *fuit*, Ch. P. i. e. à longo tempore[h]. Quia Scriptura sæpe utitur hâc formâ loquendi, omisit hîc alteram dictionem[i], vel קדם[k], quæ legitur Esa. 23. 7. Mic. 7. 20. vel עולם *seculi*, quæ est Mic. 7. 14[l]. Maxima erat antiquitas hujus urbis[m], Gen. 10. 11[n]. & Imperii. Antiquitas autem & robur & authoritatem Regno conciliat[o]. Al. *ex quo tempore est*, vel *fuit*, JT. Pi. Di. Hebr. *à diebus* quibus *est*, Pi. *à diebus ipsius*, i. e. quibus ipsa fuit[p]. ¶ *Ipsi vero* (id est, *aquæ*, sive populi. מים est masculinum[q]. Vel, cives[r]; Ninevitæ †.) *fugerunt*] Vel, *fugient*, Pi. &c. captâ urbe[s]: præ metu, & diffisi viribus suis. q. d. Non tantùm cædentur ab hostibus, sed spontè fugient[v]. ¶ *State, state*] Ità Mo. P. &c. q. d. Gradum sistite, & viros vos præstate patriam defendendo. Hæc dicuntur, vel, ironicè à Propheta: vel, à civibus iis qui judicabant honestius esse occumbere, quàm patriam indefensam relinquere[x]. Ellipsis hîc est[y]; [quam sic supplent:] Et ad vocem *State*, &c. M. Etiamsi clametur eis, *State*, &c. G. Dicens, (vel, Quúmque dicetur, nempe à Medis & Scythis[z],) *Consistite*, &c. JT. Pi. Dicunt, *State*, &c. P. sim. Sy. *Obsistite*, &c. Ch. ¶ *Et non*, &c. ואין מפנה] *Et non respiciens*, Mo. sim. P. M. Ti. G. D. &c. *At nemo potest facere ut respiciant*, Di. Cùm revocarentur, nè semel respexerunt, nedum à fuga reversi sunt[a]: tanto cum pavore fugiunt[b]. Al. *Nullus avertet*, JT. Pi. sub. *eos*, Pi. *Non erit ullus qui possit eos resupinare*, ex fuga retrahere, aut saltem efficere ut, facie retro conversâ, ad hunc inclamantem respiciant aut redeant[c].

9. *Diripite* (sub. *igitur vos*, Ti.) *argentum*, &c.] Vos Medi & Scythæ[d]: Babylonii, quos quasi in re præsente alloquitur*. Sunt verba vel, 1. Prophetæ[f], in persona Dei, ad Chaldæos[g]. Apostrophe ad victores[h]. Vel, 2. Chaldæorum (vel ducum[i], vel militum[k],) mutuò sese cohortantium ad prædam[l]. Hoc dicit, ut fideles scirent hoc regi providentiâ Dei: neque enim Chaldæi huic Dei mandato paruerunt, sed tantùm arcano impulsu moti sunt[m]. ¶ *Et non*, &c. ואין קצה לתכונה כבוד מכל וגו'] *Et* (vel, *Nam*, Pi. Di. sic P. M.) *non* (vel, *nullus*, Pi. subaud. *est*, P. M. Pi. &c.) *finis præparationis*, M. V. Calv. sim. Mo. (sub. *opum*, V. Vel, *apparatui*, V. Di. D. Pi. *huic*, vel *isti*, Pi. D. i. e. nummis apparatis sive congestis[n], vel ad luxum[o], vel ad usus necessarios[p]: vel, *thesaurorum*, Ch. in V. *divitiarum*, P. Assumpserat enim omnes gentium opes; ut milites hîc ad saturitatem prædari possint[q]. Al. *Quorum*, auri & argenti, *nullus est finis in ponderando*. Olim nummi pendi solebant: unde *impensæ*, & *expensæ*[r]. Al. *Repositis enim opibus nullus est modus*, Ti.) *gloria* (vel, *honorabile*, V. vel, *supellex ejus pretiosior est*, P. vel, *magnificentia*, nempe opum Ninives†: vel, *onusta est*, M. Ti. ut כבוד sit participium[t]: vel, *& gloriæ*. ל in לתכונה influit etiam in כבוד, quam vocem per asyndeton jungo cum præcedentibus[v]. Vel, *gloriæ isti*, Pi. vel, *splendidissima quæque*, Ca.) *præ omni vase desiderii*, Mo. sim. G. V. i. e. Eximia supellex quæ in ea est excellentior est omni aliâ supellectile quantúmcunque pretiosa[x]. מן comparativè accipitur[y]. Vel, *ex omni*, &c. D. Calv. Nam gloria homini ex divitiis, & præcipuè ex supellectili vestitúque pretioso[z]. Vel, *omnibus vasis*, &c. M. Ti. vel, *omni supellectile*, &c. P. vel, *tam elegantis supellectilis*, Ca. vel, *omnium vasorum*, &c. מן in מכל genitivum mihi format; sicut Jer. 23. 23. Hos. 7. 5. Causa ergò datur cur ad prædandum se accingere debeant, quia infinita ibi sunt spolianda[a]. Vel, *consumite omnia*, &c. Ch. [Alii locum sic reddunt;] *Et infinitum apparatum istum*, *gloriam ex omnibus*, &c. JT. Non laudo. Ferri id posset, si ולא קצה legeretur[b]. *Et non erat finis operimenti* (vel, *modus ornamento*, Ar.) *ejus*, o'. *aggravati sunt super omnia*, &c. o'. sim. Ar. *Et quidem infinitus erat ornatus ejus*, *immensa omnia vasa ejus exquisita*, Sy.

10. *Dissipata*, &c. בוקה ומבוקה ומבלקה] Elegans paronomasia[c]; & ut in verbis numerus syllabarum, ità & oratio, crescit[d]. *Evacuata est*, Mo. M. sim. Ti. G. D. (vel, *Direptio*, Ca. vel, *Evacuabitur*, P. sic Pi. ad verb. *Vacuitas*, V. JT. vel, *Evacuatio*, sub. *erit illi*, V.) *&* (vel, *imò*, Pi. *&* quidem, JT.) *exinanita*, Mo. M. (vel, *rapina*, Ca. *inanita*, G. *evacuata est*, Ti. sim. D. *& exinanietur*, P. sim. Pi. & *evacuatio*, sive *exinanitio*, V. *vacuissima*, JT. Geminatio ista significat vel certitudinem rei*, vel omnimodam evacuationem[f]. בוקה potest esse Paül; sed malim nomen esse formæ פורה *torcular*. Sic מבוקה nomen est formæ מנוחה *quies*[g].) *& interrupta*, Mo. vel, *convulsa*, M. *depopulatio*, Ca. *succisa*, vel *interrupta*, vel *desolata*, Q. in D. *exinanietur*, Pi. *exinanita* (vel, *destructa*, P.) subaud. *erit*, JT. P. *lacerata est*, Ti. G. sic D. Ninive[h], direptis opibus Regiis[i]: vel, *nudata*, Calv.

Calv. Verbum בלק in lingua Arabica ex iis est quæ actiones contrarias designant: nam & *claudere* significat, & *aperire*. Sed & בלוקה vocatur locus in quo nihil germinat, h. e. locus squalidus & vastus, situque sentus. Usus est hoc verbo Esaias, 24. 1 [k]. ¶ *Cor* (sub. *civium ejus*, V.) *tabescens*] Vel, *liquescit*, Ti. sim. Mo. P. V. &c. præ metu; ut Jos. 2. 11. & 5. 1 [l]. q. d. Nihil ipsis fuit animi. Quod sequentibus signis confirmatur [m]. ¶ *Et*, &c. ופק בִּרְכַּיִם וְחַלְחָלָה וגו'] *Et* (sub. *erit*, P. Pi. vel, *obvenit illis*, G.) *collisio* (vel, *tremor*, Ti. D. Deest hîc Jod, ut sit וּפִיק [n]. Vel, *dissolutio*, ο'. Ar. *luxatio*, Sy. *lapsus*, Q. in D. sim. Ca. nam פוק *offendere*, *labi*, *impingere* [o].) *genuum*, Mo. P. JT. &c. (ut fit in metu [p]: Job. 4. 4. Esa. 35. 3. Heb. 12. 12 [q]. & Dan. 5. 6 [r].) *& dolor* (vehemens scilicet & acerbus †, ut forma vocis duplicata indicat [t]. Vide Esa. 13. 8. & 21. 3 [v]. Vel, *invaletudo*, Mo. *infirmitas*, Q. in D. *cruciatus*, Ca. vel, *defectio*, G. ex Vulg.) *in cunctis* (vel, *omnium*, Ti.) *renibus*, P. Mo. Vulg. ex G. Vide Esa. 45. 1. Ezec. 29. 7 [x]. At renes כְּלָיוֹת dicuntur [y]. Vel, *lumbis*, M. Ti. JT. Pi. D. ubi sedes roboris ac virium [z]. q. d. Tota tua vis fracta apparebit [a]. Et animo & corpore erunt dissoluto [b]. ¶ *Et facies omnium eorum sicut nigredo* (vel, *adustio*, ο'. *fuligo*, Sy.) *ollæ*; ità Ar. simil. Ch. קִבְּצוּ פָארוּר] *Contrahunt*, vel *contrahent*, vel *contraxerunt*, (vel, *quasi contraxissent*, M.) *pallorem*, Ca. vel, *fuliginem*, Mo. vel, *ollæ* speciem, Ti. vel, *nigrorem*, JT. Pi. V. D. &c. sic M. sub. *ollæ*, M. præ nimio metu [c]; calore naturali se, ut fit, ad cor recipiente, &c [d]. Ad verb. *contraxerunt ollam*, D. sic V. quæ פָּרוּר, &, א per epenthesin inserto, פָּארוּר *. De hac phrasi vide Joel. 2. 6 [f]. & confer Esa. 13. 7, 8 [g]. Al. *redigentur in nigredines*, P. Al. פָּארוּר est à פָּאַר, (*ornare*, vel *decorare* [h].) Sensus itaque est, *Omnes facies contrahent* (vel, *retrahent*, Calv.) *pulchritudinem suam* [i]; vel, *splendorem suum*, Calv. Non placet [k]. [Vide dicta ad Joel. 2. 6.]

11. *Ubi* (sub. *nunc*, Pi.) *est habitaculum leonum?*] Descriptio Ninives *. qu. d. Ubi nunc Regia illa Assyriorum, plena tot gentium spoliis, ut leonum spelunca [l]? *Ubi*, &c? Verba admirantis; quia incredibile hoc videbatur, &c [n]. Assyriis devictis amarulenter insultat [o]. q. d. Cùm hæc contigerint, omnes, ad quos hic rumor pervenerit, tantum aberit ut condoleant afflictis, ut iis vastatis insultent [p]. Periit Ninive, quæ habebat Principes [q]. *Leones* eos vocat, tum ob dominandi prædandique libidinem; tum ob sævitiam & tyrannidem [r]. ¶ *Catulorum*, &c.] i. e. Filiorum Regis †. ¶ *Ad quam*, &c. אֲשֶׁר הָלַךְ אַרְיֵה לָבִיא שָׁם גּוּר אַרְיֵה וְאֵין מַחֲרִיד] *Quod* (vel, *Ad quod*, M. V. *Quò*, P. JT. Pi. *Ad quæ*, Ti.) *ivit* (vel, *divertit*, M. *se recipiebat*, P. sic Tar. sim. Ti. tanquam in locum tutum [t],) *leo*, Mo. P. M. &c. *major leo ibi*, Mo. (vel, *leunculus*, JT. vel, *ubi vetulus leo* agebat, Pi. vel, *leæna*, P. vel, maritus *leænæ*, Ti. sub. *&*, M. Pi. P. vel, sub. ubi *degebat*, Ti.) *catulus* (vel, *catuli*, P.) *leonis*, Mo. JT. Pi. M. &c. (Asyndeton hîc est, ut Hab. 3. 11. *Sol luna* [v].) *& non* (sub. *erat*, P.) *exterrens*, Mo. P. &c. sim. JT. Pi. vel, *citra ullius depulsionem*, M. Conjungo אֲשֶׁר cum שָׁם, quæ duo juncta significant *ubi*, & passim hoc eodem modo sejunguntur. Hinc verto, *Ubi ambulabat leo*, *vetus leo*, *catulus*, &c [x]. *Ubi versabatur leo*, &c. אַרְיֵה est nomen generale; לָבִיא est nomen proprium exitæ ætatis [y].

12. *Leo cepit*, &c. אַרְיֵה טֹרֵף בְּדֵי גֹרוֹתָיו וּמְחַנֵּק וגו'] *Leo* (sub. *inquam*, Ti. JT. Pi.) *rapiens*, Mo. JT. Pi. Ti. (vel, *rapiebat*, P. vel, *qui caperet*, G.) *in sufficientia* (vel, *abundanter*, M. vel, *sufficienter*, P. sim. Ti. Ca. JT. Pi. ο'. Sy. Ar. G. vel, *pro sufficientia*, V.) *catulis suis*, Mo. P. &c. (vel, *catulorum suorum*, V. Al. *pro catulis suis*, M. V. ut דֵּי sit particula adjectitia, & ב valeat, *pro* [z]:) *& suffocans*, vel *strangulans*, (vel, *& suffocabat*, P. M. vel, *ut strangularet* pecudes in cibum [a]) *leænis suis*, Mo. Ti. Pi. &c. Mos leonum, rapta animalia strangulare [b]. ¶ *Prædâ*] Vel, *rapinâ*, Ti. Pi. i. e. animalibus raptis [c].

13. *Et succendam*, &c. וְהִבְעַרְתִּי בֶעָשָׁן וגו'] *Et* (vel, *Ut*, JT. Pi.) *succendam* (vel, *succendere faciam*, Mo.) *in*, vel *cum*, *fumo* (i. e. cum ira; nam *fumare* ponitur pro *irasci*: vel, quod malim, combustione fumi, i. e. luculentâ [d]: *igne fumante*, P. primo impetu, & quasi solo fumo; q. d. simulac flamma cœperit, uno momento *: vel, *per fumum*, M. Ti. vel, *usque ad fumum*, G. ex Vulg. ut penitùs vertantur in fumum †: vel, *in fumum*, Sy. Pi.) *currum* (vel, *currus*, M. G. Pi. nempe, vel Regios; —*hîc illius arma*, *Hîc currus fuit*— [f]: vel, falcatos, unde pugnabant Principes [g]. Per synecdochen hîc designat omnem apparatum belli [h].) *ejus*, D. JT. Pi. Mo. &c. nempe Ninives [i]. Subita personæ mutatio [k]. *Ejus* dixit, pro, *tuos* [l]. ¶ *Et leunculos tuos*, &c.] i. e. Vel, Principes juniores [m]; vel, milites [n], in castellis circumjectis [o]. ¶ *Et exterminabo* (vel, *Ità exscindam*, JT. Pi.) *de terra prædam tuam*] i. e. Ea quæ filii tui prædati sunt. Efficiam, inquit, nè posthac urbem depræden[s] [p], nè ullas terras populeris ampliùs [q]; vel, nè commercia cum Babylone habeas [r]. ¶ *Non audietur ultrà vox nunciorum tuorum*] Vel, blasphemantium me, ut 2 Reg. 19. 9 †: vel, edicta ferentium; vide Mic. 7. 11 [t]. q. d. Nec ampliùs imperabis. Nam nuncios mittere, imperantis est [v]. *Nunciorum*, i. e. præconum & aliorum quibus deterrere soles alias nationes, urgendo eas ut dedant se tibi [x]. Vel, legatorum [y], quos mittebas [z], & per universum orbem destinabas, vel, ad urbes debellandas [a], deditionem eis imperans [b]; vel, ad tributa colligenda [c]; vel, ad alia imperia exsequenda [d]. In voce מַלְאָכֵכֵה ultimum Tzere est loco Camets, in quo quiescit ה: ut sit pronomen geminum; masculum pertinens ad Assyrium, & fœmin. ad Niniven. Ità K. At Jonas, grammaticus antiquus, illud Tzere positum vult pro Chiric, & ה pro י, ut scribatur מַלְאָכַיִךְ. Ego puto ה additum per paragogen: nam hujusmodi ה non in Camets solùm, sed etiam in Segol, quiescit, cujus loco hîc Tseri ponitur. Nam de facili hæ vocales permutantur *. Al. *vox dentium molarium.* Quod hîc optimè convenit. Nam quum leones arripiunt dentibus prædam, simul ossa non sine fragore confringunt. Sed & Persæ מלאככה vocant *molas* [f].

CAP. III.

1. VÆ, (sub. *tibi*, D.) *civitas* (vel, *civitati*, Pi. G. &c.) *sanguinum*] Vel, *sanguinaria*, D. &c. Ninive [a]: sic dicta, quia in ea effundi solebat sanguis innocens [b]. Causas exponit adempti Imperii Assyrii [c]. ¶ *Universa*, &c. כֻּלָּהּ כַּחַשׁ פֶּרֶק וגו'] *Tota* (vel, *Quæ tota*, Pi.) *mendacio* (i. e. fraudibus omnis generis [d]: sub. *&*, P. M. Ti. &c.) *rapinâ*, &c. P. JT. *direptione*, M. *extorsione*, G. *laceratione*, Ti. *lacerato*, Pi. D. Tar. i. e. rapto. Tralatio à leonibus qui prædam captam dilaniant *. Vox פֶּרֶק est leonum propria, Psalm. 7. 3 [f]. Aq. vertit, ἐξαυχενισμῷ, i. e. juxta Hieron. *excervicatione*; juxta alios, *contumaciâ pervicace*. Sym. ἀποτομίας, i. e. *crudelitate*, vel *severitate*. Idem Sym. in alia editione, μελοκοπίας, id est, *sectionibus carnium*, *& frustis per membra concisis* [g]. ¶ *Non*, &c. לֹא יָמִישׁ טָרֶף] *Non recedit* (vel, *amovetur*, Tar. יָמִישׁ accipio intransitivè, ut Exod. 33. 11. Esa. 46. 7. [h]. item Exod. 13. 22. Jer. 17. 8 [i]: quanquam & activè sive transitivè occurrat, ut Mic. 2. 3, 4 [k]. Job. 23. 12 [l]. Sub. *ab ea*, P.) *præda*, Mo. P. D. vel, *prædatio*, M. vel, à *præda*; quod forsan rectius, ut מִן subaudiatur [m]. [Variè explicant.] Continenter & sine intermissione prædatur [n]: non resipiscit [o]. Ut à tot seculis cœpisti, ità perpetuò continuabis in hac tua tyrannide [p]. Al. In te hostes rapinam exercebunt [q]. A qua *non recessit rapina*, i. e. quæ semper ex rapto vixit [r]. *Indesinente prædâ*, Ca. *Non amovet rapinam*, Pi. JT. Al. Quæ tamen *prædam haudquaquam reportabit*, Ti. *Non desinit occisio*, Ch.

2. *Vox flagelli*] In manu hostis †, equos agitantis [t], tibi supervenit [v]. Elegans hypotyposis adventantis exercitûs [x]. ¶ *Et vox* (vel, *sonus*, Pi.) *impetûs*, &c. רַעַשׁ אוֹפָן] *Commotionis* (vel, *strepitûs*, M. vel, *impetûs agitationis*, V. vel, *stridentis*, Ti. *circumvolitantis*, G.) *rotæ*, Mo. JT. Pi. G. &c. vel, *rotarum*, sub. *curruum falcatorum*, V. ¶ *Et*, &c. וְסוּס דֹּהֵר] *Et equi* (vel, *equus*, M. Ti. *equorum*, P.) *sonipedis*, Mo. sic D. qui pedibus terram quatit, atque ità sonum edit [y]. Vel, *concutientium*, P. *fremens*, M. sic Ch. *currens*, Ar. *anhelans*, Sy. *persequentis*, ο'. *salax*, Ti. Quæ mira versio [z]. Vel, *quadrupedantis*,

pedantis, Ca. G. Boot. Anglicè, galloping, Boot. Nam *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum* [a]. Vel *currentis*. Hanc versionem probant, 1. quòd conjungitur equus דוהר cum curru subsiliente: 2. collatio Joel. 2. 4, 5. ubi, ut h. l. cum *curribus subsultantibus* jungitur *equus currens*, τῷ רוץ, *currere*, posito pro דָּהַר: 3. mos Prophetarum, ut, de hostium adventu agentes, equorum pernicitatem extollant. Vide Jer. 4. 13. & Habac. 1. 8 [b]. ¶ *Et*, &c. וּמֶרְכָּבָה מְרַקֵּדָה] *Currûsque salientis*, JT. Pi. Ca. sim. Mo. P. M. Ch. Boot. V. D. præ celeritate, quâ videtur saltare [c]: cùm citato cursu & rapidè fertur [d]. Vel, *ferventis*, ο'. Sub. *futurus est*, JT. vel, sub. *audietur*, Pi.

3. *Et equitis*, &c. פָּרָשׁ מַעֲלֶה וְלַהַב חֶרֶב וּבְרַק חֲנִית] *Eques* (vel, *Equitis*, Mo. G.) *elevans*, vel *erigens*, (vel, *inducens*, JT. *attollet*, Pi. *attollentis*, G. sim. Mo.) *&* (vel, *deinde*, Calv. vel, *tum*, G. D.) *laminam* (vel, *laminæ*, Mo. vel, *splendentis*, ο'. *coruscans*, Ar. Ch. *aciem*, G. *flammantem*, JT. Pi. D. *micantem*, P.) *gladii*, vel *ensis*, V. M. ο'. G. (vel, *gladium*, JT. Pi. P. D. qu. d. gladium tersum ac lucidum. Confer Gen. 3. 24*. *Flamma gladii*, pro *gladio flammante*: ut, *viriditas herbæ*, pro *herba viridi*; &, *scelus viri*, pro *viro scelesto* [f]. *Laminam ensis* vocat ferrum ensis [g].) *&* (vel, *tum*, G. D.) *fulgurantem* (vel, *fulguris*, Mo. *fulgur*, M. G. *coruscam*, JT. Pi. D. *fulgentium*, ο'. vel, *spiculum*, D.) *hastam*, V. P. JT. Pi. D. vel, *hastæ*, Mo. G. M. vel, *armorum*, ο'. sic Ar. *Fulgurantem hastam* intelligit ferrum hastæ, à splendore. q. d. Alii tenebunt manibus enses evaginatos; alii, hastas sive lanceas fulgentes. Describit enim qualiter se habeant milites dum eunt oppugnatum aliquam urbem, & quæ illic faciant [h]. [Alii locum sic reddunt;] Statim ut *eques sustulit* brachium, *coruscat gladius, fulgurátque cuspis*, Ti. *Elatus ab equite flammat ensis, coruscat hasta*, Ca. Al. Non, cum aliis, construo מַעֲלֶה cum sequentibus, à quibus per accentum Reviah distinguitur; sed distinctè sic verto, *Eques auferens*, (i. e. qui prædam multam subducit, & quasi ascendere secum facit: ut enim עָלָה sæpe est, *abire, recedere*; sic הֶעֱלָה pro, *auferre, tollere*, ut Psalm. 102. 25.) *& flamma gladii, & coruscatio hastæ* †. ¶ *Et multitudinis*, &c. וְרֹב חָלָל וְכֹבֶד פָּגֶר] *Et multitudinis* (vel, *multitudo*, M. P. D. Pi. sub. *erit*, P. Pi. vel, *multitudinem*, JT.) *interfectæ*, Mo. (vel, *interfectorum*, P. sim. D. vel, *confossorum*, JT. Pi. *vulneratorum*, M. sim. D.) *& ponderis* (vel, *multitudo*, P. *ingens numerus*, Pi. sim. Al. Heb. *gravitas*, D. Pi. *Grave* usurpant Hebræi pro *multo*, ut in 1 Reg. 3. 9 [l]. Vel, *molis*, G.) *cadaveris*, Mo. vel *cadaverum*, P. M. &c. ¶ *Nec est finis cadaverum*] Vel, *corporum*. גְּוִיָּה in hoc differt à פֶּגֶר, quòd illud de corpore etiam vivo usurpetur, hoc tantùm de mortuo [k]. ¶ *Et corruent* (vel, *impingent*, D. &c.) *in*, &c. בִּגְוִיָּתָם] *In corpora illorum*, P. JT. Pi. sub. *Ninevitarum*, vel *Assyriorum*, V. sic M. Pi. q. d. Tanta erit multitudo cadaverum [l], ut vix transire poterint milites [m], vel Assyrii fugientes, vel Chaldæi insequentes [n].

4. *Propter* (vel, Hæc fient *propter*, Pi.) *multitudinem fornicationum*] i. e. Vel, 1. cultuum idololatricorum, Regum maximè, ut Nini & Beli, de quibus Curtium vide [o]. Vel, 2. artium, quibus usa finitimis persuadebat optimè coli Numen ritu suo [p]. Vel, 3. blanditiarum in emendo [q]. ¶ *Meretricis speciosæ & gratæ*; sim. M. Ti. Ca. ο'. טוֹבַת חֵן] *Bonæ* (vel, *decoræ*, P. *pollentis*, JT. Pi.) *gratiæ*, Mo. vel, *gratiâ*, P. JT. &c. id est, gratioso sermone [r]: vel, quæ arte quadam amatores ad se allicit †. *Ob venustatem gratiosæ*, D. ¶ *Et*, &c. בַּעֲלַת כְּשָׁפִים] *Magistræ* (vel, *patronæ*, Mo. *prædita*, P. *habentis*, Glas. sic M. *usæ*, Ca. *pollentis*, Ti.) *præstigiarum*, JT. Pi. vel, *maleficiorum*, D. Mo. *maleficiis*, P. Ca. *veneficia*, M. Glas. *veneficio*, Ti. Pollentis artibus magicis. Theocritus Pharmaceutriâ, Ταῦτ' οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν, Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα. (*Talia in cista mala pharmaca eam servare dico, quæ ab Assyrio hospite didicit* [t].) Alludit hîc ad philtra quibus scorta dementant adolescentes, & denotat omnes fraudes meretricias; quibus hîc designat omnia consilia & artificia Principum quibus attrahunt vicinos suos, & in servitutem conjiciunt [v]. ¶ *Quæ vendidit gentes*] Quæ agit, fert gentes pro arbitrio, acsi essent mancipia sua: nam mancipia vendebant olim [x]. Al. Quæ eas cogens secum in aciem exire, vendidit sive objecit hosti, ab eo mactandas [y]. τὸ *vendere* metalepticè hîc ponitur, pro, *in possessionem tradere*, tanquam venditum [z]. Quæ docuit alias gentes maleficia sua, atque ità fuit in causa ut Deus eas hostibus traderet in prædam [a]. Quæ propter scelera sua efficit ut Assyrii & alii veniant in potestatem aliorum, quasi eos venderet [b]. Al. *Quæ mancipavit*, &c. Quia receptissimus transferendæ proprietatis modus est venditio, ideo quicquid alicui, etiam rei, mancipatur, ei *vendi* dicitur, ut patet Jud. 2. 14. 1 Reg. 21. 25. Exemplum ejus quod hîc dicitur vide 2 Reg. 16. 10†. ¶ *Et familias in maleficiis suis*] i. e. Mancipavit nationes artibus suis magicis; fecit ut eas addiscerent [c].

5. *Et revelabo* (i. e. revelando injiciam [d]: vel, *retegam*, JT. Pi.) *pudenda*, &c. שׁוּלַיִךְ עַל פָּנָיִךְ] *Fimbrias* (i. e. imam vestem *;) *tuas* (i.e. tunicæ tuæ [f]: vel, *tibi*, Ti. sub. *replicans*, JT. Pi. & sub. *eas*, Pi.) *in* (vel, *supra*, Ti.) *facie tua*, P. M. vel, *faciem tuam*, Ti. JT. Pi. V. D. i. e. reducam usque ad caput. *Fimbrias*, i. e. pudenda. Non *retegitur* propriè fimbria, sed id quod tegit. Vide Jer. 13. 22, 26. Ezec. 16. 37 [g]. Sensus, Ostendam omnibus quæ sis, ut te detestentur [h]. Afficiam te maximo probro, quale hoc est [i]. Tractabo te non ut matronam, sed ut meretricem. Vide Esa. 47. 2, 3 [k]. Excutiam vobis totum illum splendorem quo nunc gloriamini. Solent meretrices vestitûs elegantiam affectare, &c [l]. [Ch. locum sic reddit, *Ac patefaciam confusionem sceleris tui in vultum tuum.*] ¶ *Ostendam gentibus nuditatem tuam*] i. e. Pudenda tua [m]: flagitia & imposturas tuas [n], quibus eas circumvenisti [o].

6. *Et projiciam super te abominationes*; sic Mo. P. ο'. שִׁקֻּצִים] *Abominanda*, M. simil. D. JT. Pi. Stercora [p]: quæ conjici solent in meretrices infames [q]. *Sordes*, Ti. Sy. Inquinamenta: i.e. Reddam te turpem & fœtidam ac sordidam [r]. ¶ *Et*, &c. וְנִבַּלְתִּיךְ] *Et te vilipendere faciam*, Mo. vel, *inhonorabo*, M. vel, *vilem reddam*, Ti. sim. Pi. vel, *turpitudine afficiam*, JT. *contumeliis afficiam*, P. *cadaveribus inquinabo*, V. *conspurcabo*, sive *fœdabo*: nam נְבָלָה *spurcities*: h.e. Res fœdas in te conjiciam [t]. ¶ *Et ponam te in*, &c. כְּרֹאִי] *Tanquam stercus*, Mo. M. ex He. V. D. Calv. i. e. ut homines te habeant pro stercore; h. e. non solùm vilipendant, sed etiam fugiant ac detestentur [v]. רוֹאִי ergò idem quod מֻרְאָה Levit. 1. 16. Soph. 3. 1 [y]. *Tanquam inquinamentum*, vel *rem turpem*, P. M. Al. *in despectionem*: nam רָאָה est, *despicere*, ut in Job. 41. 25. al. 34. Cant. 1. 6 [z]. Al. *ut* (vel, *in*, ο'. D.) *exemplum*, D. ex ο'. vel, *specimen*, Ar. *speculum*, JT. Pi. Sed *speculum* est רְאִי, non רוֹאִי. Vel, *spectaculum*, G. sic Ti. *ostentui*, Ca. Hoc est quod alii dicerent, ἐκθεατρίσω σε, (*publicabo*, vel *traducam, te* [b].) Edam in te exemplum ac παράδειγμα (Matt. 1. 19.) vindictæ & maledictionis meæ, &c [c]: ut scilicet, quoties de magnis peccatis [d] aut de magno supplicio narrabitur, statim in exemplum adducaris *.

7. *Qui viderit te resiliet*, &c. יִדּוֹד מִמֵּךְ] *Vagabitur* (vel, *fugiet*, D. sic Ti. *elongabit se*, M. sic P. vel, *recedent*, V. sic Ca. *subducent se*, V.) *à te*, Mo. sim. JT. Pi. Conspectum tuum de industria effugiet [f]. Signum hoc horroris & odii [g]. Stupefactus tantâ calamitate fugiet, nè aliquo modo eis particeps fiat [h]. ¶ *Quis*, &c? מִי יָנוּד לָהּ] *Quis condolebit*, sive *condoleat, ei?* Mo. P. G. JT. Pi. Ch. Sy. sim. M. Ca. ο'. Ar. Id autem significari dejecto capite solebat [i]. Hanc versionem rejeci, quia condolere possumus, ut tamen nè pedem quidem moveamus consolandi causâ, nedum labia [k]. *Quis ejus gratiâ iter suscipiet?* Ti. vel, *Quis movebit ei?* D. Tar. sub. *caput*, D. ex Hi. At hoc irridentium erat, Jer. 18. 16 [l]. Vel, sub. *labia*, D. Tar. Ellipsis usitata in Scriptura [m]; ut Job. 2. 11. & 42. 11. Jes. 51. 19. Jer. 15. 5. & 16. 5. Plenè autem legitur נִיר שְׂפָתַיִם, *motio labiorum*, pro consolatione [n].

8. *Numquid*, &c? הֲתֵיטְבִי מִנֹּא אָמוֹן] *Num* (vel, *Cur*, G.) *melior*, vel *præstantior*, (i. e. melioris sortis aut conditionis, i.e. fortior [o]: vel, *bona*, Mo. *melius*, JT. Pi. D.) *es* (vel, *eris*, Ca. vel, *esses*, G. vel, *tecum erit*, D. *esset tibi*, JT. *esse deberet tibi*; Heb. *benefaceres*, Pi.) *à* (vel, *præ*, Mo. Pi. *quàm*, JT. Pi. &c.) *No Amon*? Mo. Ti. Calv. Quæ הֲמוֹן־נֹא, *Hamon-No*, Ezech. 30. 15. & אָמוֹן מִנֹּא, *Amon de No*, Jer. 46. 25 [p]. [ubi à nobis congesta vide, nè hîc repetere cogar.]

cogar.] Vel, *Alexandria* (vel, *Diospolis*, Ca. vel, *No*, JT. Pi. G. *civitate No*, P.) *populosa?* M. Pi. D. sim. P. אָמוֹן, pro הָמוֹן, ut Jer. 52. 15[q]: nam literæ אהוי facilè permutantur. Vide & Jer. 46. 25[r]. Vel, *nutrici?* Q. in D. At *nutrix* est אוֹמְנָה, non אָמוֹן †. Vel, nutrici *populorum?* G. vel, *nutritiæ?* JT. Tar. quæ est quasi mater & nutrix totius Ægypti[t]. Non placet. 1. Tum dixisset אֹמְנָה, nam urbium nomina fœminina sunt. 2. Epitheton illud urbi non congruit[v]. Hebr. *multitudinis?* genitivus adjuncti. Sic Esa. 9. 1. *Galilæa gentium*[x]. Vel, *Ammonis?* i. e. quæ Jovi Ammonio dicata est. Non posse hîc נֹא אָמוֹן per appositionem accipi liquet ex Jer. 46. 25. ubi dicta vide †. [Sed quis locus hîc designatur?] Resp. 1. Alexandria[y]. *No* fuit in Pharo, apud quam postea condita Alexandria[z]. Olim *No* dicta[a]. Obj. At hæc urbs nondum condita erat[b]. Resp. Nomen hîc, ut & Jer. 46. v. 25. per prolepsin positum est[c]. Sed constat & structuram & excidium τῆ *No-Amon* præcessisse Nahumi scriptionem: alioquin eo exemplo non terruisset Niniven; nec similitudines sumi solent nisi à rebus notis[d]. Resp. 2. Diospolis *. Favet quidem etymologia nominis: nam *No habitationem* sonat, i. e. נָוֶה; *Amon* autem est Jupiter linguâ Ægyptiâ, teste Herodoto. Sed obstat situs[f]. [De quo vide ad Jer. 46. 25.] Quàm vasta fuerit hæc urbs, nempe Diospolis, sive Thebæ Ægyptiæ, patet ex centum ejus portis, quarum singu læbelli tempore ducenos currus fuderunt, teste Homer. Il. 1. Hæc urbs, cùm diu floruit, tandem vastata est per Nabuchodonosor, (de quo hîc loquitur;) iterum tamen habitanda, juxta Jer. 46. 26: quod & contigit. Sed eadem deinceps triplici clade tandem prorsus eversa est; 1. à Pœnis, 2. à Cambyse, 3. sub Augusto à Cornelio Gallo, teste Ammian. Marcell. l. 17[g]. ¶ *Quæ habitat* (vel, *sedet*, D. vel, *sita est*, P. D.) *in fluminibus*] Vel, *inter flumina*, P. sic Pi. &c. Quæ alluitur fluminibus[h]. Vel, quòd plura flumina per eam & circum eam fluant; vel, quòd Nilus in plures alveos divisus mediam urbem secat, & quasi plures fluvios efficit. Aut, *flumina* dicit de uno Nilo[i]. ¶ *Aqua in circuitu ejus*] Aquæ & paludis maximæ, & maris in ea desinentis, teste Plutarcho in ejus loci descriptione. Homerus, Νῆσος ἔπειτα &c. (*Insula quædam est ante Ægyptum posita, quam Pharum vocant*[k].) Strabo l. 17. de Alexandria, Ἀμφίκλυστον τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, &c. *Duo maria locum undique alluunt; Ægyptium à Septentrione, lacus Mareotis à meridie. Eam Nilus multis fossis implet*, &c[l]. ¶ *Cujus*, &c. [אֲשֶׁר חֵיל יָם] *Cujus antemurale* (vel, *propugnaculum*, Ti. *præmunitio*, JT. Pi. vel potiùs, *fossa*; quia corpus Jezabel laceratum dicitur fuisse à canibus *in* חֵיל *fossa*[m]: sub. *est*, vel *erat*, P. M. JT. Pi. &c.) *mare*, Mo. P. &c. At sic חֵל diceretur in forma absoluta, non חֵיל in forma constructa. Verto itaque, *Quæ est antemurale maris*. Bene cohæret cum seq. *cujus murus est à mari*. Si enim mare est murus urbis, urbs certè est antemurale maris. Vel, vertas, *Quæ est robur maris*, i. e. quæ, ad mare sita, robur magnum mari exserit[n]. *Antemurale*, i. e. munitio, aut murus, aut robur. חֵיל hîc cum Jod epenthetico, pro חֵל: sic & חֵיק. Aut est חֵיל pro חַיִל[o]. Sensus loci, Quæ ad Nilum sita est, &, præter ejus septem alveos, mare Rubrum ac Mediterraneum habet pro vallo naturali[p]. Al. *Cujus divitiæ* (Id חַיִל[q].) *mare*, (ex mercibus mari advectis[r]: erat enim hoc emporium celeberrimum Orientis †.) *aquæ muri ejus*, G. ex Vulg. Difficiles enim oppugnatu urbes in mari & magnis amnibus sitæ[t].

9. *Æthiopia* (quæ maximo exercitu instructa. Vide 2 Par. 14. 9. & 16. 8[v]. Heb. כּוּשׁ, *Chus*: non Æthiopia, quæ ab ea procul aberat[x]; sed Arabia Chusæa[y], quæ opem tulit Ægypto adversùs Nabuchod. Vide Jerem. 46. 9. item Ezec. 30. 6, 9[z].) *fortitudo* (vel, *robur*, D.) *ejus*] i. e. Opulentia ejus, per merces Nilo ferente advectas[a]. Ità desideratur Mappic in עָצְמָה. Dicitur etiam עָצְמָה in statu absoluto. Hoc Hebræis magis placuit, qui legunt, *robur erat*, sub. *ei*. Potest legi, *Chus valida*, i. e. numerosa, ut Mic. 4. 3[b]. ¶ *Et*, &c. וּמִצְרַיִם וְאֵין קֵצֶה] *Et Ægyptus*, Mo. M. Ti. &c. *& non*, vel *nec*, (sub. *est*, vel *erat*, M. P.) *finis*, Mo. P. M. sub. *populi ejus*, P. vel, sub. *roboris ejus*, M. Vel, denique *nullus finis*, sociorum & fœderatorum[c]; vel, copiarum quas ex iis accersere poterat[d]. Vel, *non est finis*, i. e. non hàc stetêre ejus urbis commercia *. Vel, *infinitæque* gentes, JT. Pi. vel, *supra modum validum*, [nempe, *robur*, quod præcessit,] Ti. Al. *Ægyptii infiniti*, Ca. D. BP. i. e. cujus est infinitus populus. Notum est ו pro אשר sumi. Mela de Ægyptiis, *Viginti millia urbium Amasi regnante habitarunt*[f]. *In Ægypto fuisse 700 hominum myriadas* testatur Josephus Belli Jud. 2. 16[g]. ¶ *Aphrica*] Vel, tota[h]; vel potiùs, ea ejus pars quæ Ægypto & Libyæ conterminæ est[i]. ¶ פּוּט] *Phut*, D. &c. Ea est vel, 1. Libya[k]. Sed ea hîc sequitur[l]. Vel, 2. Mauritania[m]; cujus fluvius usque in præsens *Phut* dicitur, omnísque circa eam regio *Phutensis*[o]. Al. *Putæi*, JT. Pi. ¶ *Et Libyes*] Ità JT. Pi. BP. &c. Et maximè viciniores Libyes[o]. *Libyes* sunt Cyrenaici & Marmarici Ægypto propiores. Hi omnes populi auxerunt urbis illius divitias[p]. Libyæ provinciæ duæ erant: Libya sc. Cyrenaica, unde mare Libycum dictum; & Libya Æthiopum[q]. ¶ *In auxilio tuo*] Locutio poetica. Nam à 3. persona ad 2. per apostrophen, indéque iterum ad 3. sermo se vertit[r]. Neque tamen valuerunt te servare †.

10. *Sed*, &c. [גַּם הִיא לַגֹּלָה הָלְכָה בַשֶּׁבִי] *Etiam* (vel, *Et tamen*, M. sic Ti. *Nihilominus*, Pi.) *ipsa in transmigratione* (*in transmigrationem*, P. Mo. sim. D. *in exsilium*, M. Ti.) *ivit*, vel *abiit*, P. Mo. M &c. (sub. *&* P. M. Ti.) *in captivitatem*, Mo. P. &c. Al. *Etiam hæc deportationi*, (sub. *fuit*, JT. Pi. D. vel, sub. *erit*, D.) *abivit in captivitatem*, JT. Pi. [Loquitur vel, 1. de re præterita.] Non dubito hanc urbem jam dirutam esse: nisi enim nota & celebris fuisset hæc clades, parùm apposito exemplo usus fuisset[t]. Jam eversa erat à Nabuch[v]. Non tantùm exsules, sed & servi, facti sunt cives ejus, nempe per Æthiopas, quorum Rex Sabaco Ægyptum invasit, & valida ibi præsidia posuit, ante Psammitichi tempora, teste Herodoto in Euterpe[x]. Nec mirum, est eam postea redintegratam fuisse †. [Vel, 2. de re futura.] Verbo præterito [*abiit*] hîc utitur de re nondum gesta, more Prophetarum. Hoc accidisse crediderim per Nabuchod[y]. Sensus est, qu. d. Non parcam tam insigni urbi, Alexandriæ; nec tibi parcam, ô Ninive[z]. ¶ *Parvuli ejus elisi* (vel, *illisi*, JT. Pi. Ti. D.) *sunt*] Ad saxa[a]: ut fit in urbibus vi captis[b]. Vide 2 Reg. 8. 12. Psalm. 137. 9. Esa. 13. 16[c]. ¶ *In capite* (i. e. introitu[d], vel principio *: vel, *initiis*, Ti.) *omnium viarum*, חוּצוֹת] *Platearum*, Mo. P. M. *vicorum*, JT. Pi. i. e. Per compita; ibi enim sunt viarum capita, h. e. initia[f]: ad majorem transeuntium terrorem[g]. ¶ *Et super inclytos* (vel, *honoratos*, Pi. sic D. &c. i. e. vel, 1. senes †: vel, 2. cives nobilissimos[h]: vel, 3. alios in dignitate positos[i]:) *ejus miserunt sortem*] Qui mos antiquorum[k], in distribuendis spoliis[l], atque hominibus bello captis[m]. Eos ut mancipia inter se diviserunt[n]. Æthiopes sortem jecerunt de captivis Ægyptiis *. יַדּוּ est verbum præt. temp. à יָדַד; ut סַבּוּ à סָבַב: vel, contractè dicitur, pro יָדּוּ[o]. ¶ *Confixi sunt* רֻתְּקוּ] *Constricti* (*vincti*, JT. Pi. Sy. D. Ti. sim. P. ὁ. Ar.) *sunt*, vel *fuerunt*, M. Mo. Ca. G. &c. *comminuentur*, Ch. ¶ *In compedibus*; sic JT. Pi. &c. בַּזִּקִּים] *Catenis ferreis*, D. BP. quibus sc. manus insertæ sunt[p]. *Manicis*, i. e. χειροπέδαις, (*vinculis manuum*,) ut docet Jer. 40. 4[q].

11. *Et tu ergò* (Ninive[r],) *inebriaberis*] Subaud. *afflictionibus*, V. vel, Divinæ iræ poculo †. Repleberis perturbatione animi[t]: inops eris consilii, ut esse solent ebrii, Jer. 25. 16, 27[v]. ¶ *Et eris despecta*] Heb. *abscondita*, Mo. P. M. &c. vel, *latitans*, JT. Pi. Vel, 1. præ metu hostium[x]. Vel, 2. præ pudore[y]. q. d. Quæ nunc te superbè ostentas, cogêris latebras quærere[z]. Vel, 3. tollêris de medio[a]: vel, evanesces, ac si nunquam fuisses; nam *abscondi* sæpe Hebræis est, *in nihilum redigi*[b]. ¶ *Quæres*, &c. [תְּבַקְשִׁי מָעוֹז מֵאוֹיֵב] *Quæres* (i. e. cogêris quærere[c]: *flagitabis*, Ch. vel, *Túque desiderabis*, JT.) *robur* (vel, *munitionem*, Pi. *præsidium*, Ti. Sy. *auxilium*, Ch. Ar. sic V. D.) *ab hoste*, Mo. Calv. D G. sic ὁ. Ch. Sy. Ar. i. e. ab eo qui tibi hostis est clandestinus[d]. Supplex deprecaberis hostes tuos *. Salutem ab hoste posces, deditione scil[f]. Al. Illi à quibus opem exspectas fient tibi inimici[g]. Vel, *ob*, sive *propter*, *hostem*, M. Ti. sic JT. Pi. Calv. D. i. e. ut inimicis resistas[h]. Propter inimicos confugies ad auxilium alienum[i]. Vel, *contra hostem*, Ca.

Marginal notes (left column): [q] D. Pi. [r] D. † Idem. [t] Tar. [v] D. [x] Pi. † Di. [y] M. V. Calv. Jun. Pi. D. ex He. & Chald. [z] Tar. sic G. [a] G. [b] M. [c] BP. 1. 1. 6. [d] G. BP. ib. * BP. Ca. [f] D. [g] BP. 4. 27. 314. [h] V. [i] D. [k] G. [l] D. [m] Calv. [n] Di. [o] D. [p] BP. 4. 27. 315. [q] D. [r] G. sim. Mc. † Mc. [t] G. Tar. [v] D. [x] D. sic BP. 315. [y] D. [z] G. [a] D. [b] C v. [c] Mc. sim. [d] Calv.

Marginal notes (right column): * G. [f] D. [g] BP. ib. [h] T. [i] D. [k] Hi. & Philo & Jo. in D. [l] D. [m] Q. in D. sim. G. [o] Hi. in D. [o] T. [p] G. [q] D. [r] G. † D. [t] Calv. [v] BP. ib. [x] G. † BP. ib. [y] D. [z] Mc. Idem. [b] BP. ib. [c] D. BP. ib. [d] Pi. [f] BP. 3. 13. 212. [g] D. Tar. [h] Tar. † D. Tar. [i] BP. 315. [k] D. Tar. [l] D. sim. V. [m] V. [n] D. [o] BP. ib. sic Mc. * G. [o] D. [p] BP. ib. [q] G. D. &c. [r] Ca. D. sim. Calv. [t] Pi. [v] G. [x] D. sic V. Tar. [y] D. Tar. [z] Calv. [a] V. sim. M. D. [b] Calv. [c] V. [d] D. * Calv. [f] G. [g] Mc. [h] D. [i] Calv.

12. *Mu-*

12. *Munitiones tuæ* (castella Assyriæ[k]) *ficut*, &c. תְּאֵנִים]וגו *Ficus*, vel, ut *ficus*, P. Tar. I. m. M. Ti. Ellipsis notæ similitudinis, ut Gen. 49. 9, 14. &c[l].) *cum primitivis*, Mo. P. D. (sub. *fructibus*, D. sic JT. Pi. quales in pretio esse & vehementer expeti solent. Vel, *& primitivi*: עִם, *cum*, pro, *&*, ut 1 Sam. 17. 42[m]. Vel, *cum ficubus maturis*, G. ex Ch. Sensus, q. d. velut ficus posteriores & priores, quæ jam pervenerunt ad maturitatem[n]. ¶ *Si concussæ fuerint*, (scilicet ficus illæ[o],) *cadent* (nempe primitivi illi fructus[p],) *in os comedentis*] i. e. Ejus qui comesturus est illos, ac propterea concutit arborem[q]. Ità & tu nullo negotio in potestatem Chaldæi venies[r]. Spontè cadent munitiones tuæ & sine magno impetu †.

13. *Populus tuus* (sub. *ut*, Pi.) *mulieres*] Sic Homerus, Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί. Quod Virgilius sic imitatur, *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges*——[s]. Sic & de Artemisia Xerxes apud Tzetzem, Οἱ ἄνδρες, &c. *Viri mei facti sunt mulieres, & mulieres viri. Vir* est nomen virtutis, *fortem* & *magnanimum* significans. Huic opponitur *fœmina* hîc, ut & Jes. c. 3. v. 12[v]. *Mulieres*, i. e. timidus[x], effœminatus[y], imbellis[z]. ¶ *In medio tui*] Emphaticè[a]; q. d. ubi deberes te virum præstare. *Quisque enim*, ut proverbio fertur, *in suo nido audax est*[b]. In visceribus tuis. Etiamsi divisus sis ab hoste, & in loco tuto, trepidas tamen[c]. ¶ *Portæ terræ*] i. e. Urbium terræ[d], licèt munitarum *. ¶ *Vectes tuos*] Quibus urbium portæ communitæ erant[f]. *Vectes*, i. e. robur urbis aut regionis, propugnacula vestra, quibus vos putatis tutos, &c[g]. Al. *vectes*, i. e. portas cataractas, quas hostis ussit nè essent usui[h].

14. *Aquam* &c. מֵי מָצוֹר]וגו *Aquas munitionis* (vel, *obsidionis* P. Ti. JT. &c. vel, *obsidionalem*, Ca. D. *propter obsidionem*, M.) *hauri tibi*, Mo. &c. Cisternas tibi fac[i], unde habeas in obsidione quod bibas[k]. Tacitus in descriptione Hierosolymorum, *Fons perennis aquæ cavati sub terra montes, & piscinæ cisternæque servandis imbribus. Præviderant conditores ex diversitate morum crebra bella: indè cuncta, quamvìs adversùs longum obsidium*. Per irrisum ait Deus, Parate omnia quæ adversùs longum obsidium parari solent; nihil illa proderunt, captis formidine animis[l]. Ironia est[m]. Prædicit instare expugnationem Ninives, & conatus ejus irritos fore[n]. ¶ *Munitiones*] Propugnacula urbis[o]. ¶ *Intra in* (vel, *Vade per*, Ca.) *lutum*] Ità Mo. P. &c. vel, *cœnum*, D. idque subige, ut lateres pares ad munitiones reparandas[p]. Cœno, sive luto, etiam figuli utebantur, Jes. 41. 25[q]. Al. Abibis in exsilium, & ibi servies in figulina[r]. ¶ *Tene*, &c. הַחֲזִיקִי מַלְבֵּן *Tene* (vel, *Apprehende*, V. *Instrue*, Ti. *Tracta*, Ca. *Instaura*, vel *Refice*, M. JT. Pi. D.) *laterariam*, Mo. vel, *laterificium*, M. *fornacem*, P. *figlinam*, Ca. *fornacem lateritiam*, JT. Pi. D. Ut habeas lapides & lutum ad muros resarciendos †. qu. d. Præpara tibi omnia quæ necessaria ad sarcienda mœnia tua[t]. *Fortifica fornacem*, h. e. lateres qui prodeunt è fornace: i. e. compinge eos, ut solidum fiat ædificium[v]. Al. *Tene*, i. e. defende, *lateritium opus*. Sæpe evenit in magnis urbibus, ut, captâ parte, pars aliqua defendatur, structis interioribus munimentis. (Vide Jerem. 33. 4, 5.) Quæ quidem munimenta eo tempore maximè fiebant è latere: è qua materia & muri erant Babylonis. Ait ergò, Captis jam portis aliquibus, recipe te intra nova munimenta è latere, ascende super illa, & illa defende quantum potes. Significat & hanc molitionem brevis temporis & inanem fore. Hæc & alia distinctiùs possemus interpretari si haberemus Abydeni Assyriaca; quæ ut mecum quærant studiosos omnes hortor. Sunt qui dicunt delitescere eum librum Florentiæ[x].

15 *Ibi* (emphaticè[y]; q. d. in munitionibus tuis[z]: dum ità eris in opere[a]:) *comedet te ignis*] Id est, vel hostis, vel pestis, vel ultio Divina[b]. *Ibi*: q. d. Etiamsi frugaliter vivant milites tui, contenti solâ aquâ, & renciantur muri, &c. hæc tamen nihil proderunt, sed cedent in perniciem[c] [Sensus horum verborum & proximè sequentium,] Ibi quoque faces & tela ab hostibus jacta te vetabunt consistere. חֶרֶב Hebræis omne teli genus significat, vertitúrque & σίδηρος (*ferrum*,) & λόγχη (*hasta*[d].) ¶ *Devorabit te ut bruchus*] Locum uberem *, olera[f], & omnia terræ nascentia[g]. Meliùs, *ut bruchum*, propter sequentia[h]. Ut bruchos absumit pluvia, vel tempestas[i]. Locustæ in cibo Syris, sic & bruchi[k]. *Te taurorum* (*scarabæorum more consumet*, i. e. ut illi conficiuntur & pereunt[l]. ¶ *Congregare*, &c. הִתְכַּבֵּד]וגו *Aggravare* (vel, *Multiplica*, P. *Numerosum effice te*, JT. Pi. sim. D. Etiamsi *multiplicaveris te*, M. *Onera te* hominibus, Ti.) *ut bruchus*, &c. Mo. vel, *tanquam brucho*, &c. Ti. Licèt ingens fuerit numerus militum quos conduxisti[m], (nam milites *bruchi* & *locustæ* nomine designari diximus suprà Joel. 1. 4[n].) tamen hostibus inferior evades[o]. הִתְכַּבֵּד accipio pro הִתְכַּבְּדִי, infinit. pro imperat[p].

16. *Plures*, &c. הִרְבֵּית]וגו *Multiplicâsti* (vel, Ità ut *multiplices*, BA. 2. p. 458. vel, Et *plures attraxeris*, G.) *negotiatores tuos*, Mo. P. Calv. JT. Pi. &c. i. e. Vel, 1. fœderatos tuos, qui sæpe mercatoribus comparantur in Prophetis[q]. Vel, 2. cives tuos[r], sive eorum præcipuos, qui mercatores erant †: viros tuos præstantissimos[t]; Principes tuos[v]. ¶ *Bruchus*, &c. יֶלֶק פָּשַׁט]וַיָּעֹף *Bruchus* (vel, Ut *melolontha*, JT. Sed *melolontha*, Pi. Erunt ut *bruchus*, M.) *grassatus est*, Mo. P. (vel, *irruit*, JT. Pi. G. ό. vel, *simulac grassatus est*, D. vel, *qui se diffundit*, M. sic Ch. vel, *exspoliavit*, Di.) *& avolavit*, Mo. P. Di. vel, *& avolat*, M. JT. Pi. G. vel, *avolat*, D. Al. *Bruchum* videlicet *avolantem statim ut impetum cepit*, Ti. *Explicabunt se bruchi, & avolabunt*, Ca. Ostendit morem bruchi, cui deinde comparabit apertiùs mercenarios illos milites & mercatores[x]. Negotiatores tui sunt veluti bruchi, qui sibi & rebus suis consulunt[y], & postea, cùm bellum ingruit, avolant[z], soliciti nimiùm de mercibus suis[a]. Al. Si bruchus denudat agros, eósque virore suo exuit, deinde avolat: ità hostis negotiatores tuos spoliavit, deinde abiit. Præterita pro futuris. פָּשַׁט propriè est, *exuere*, *vestem detrahere*, & *exspoliare*[b]; vel, *excursionem facere prædæ causâ*. Hâc allegoriâ innuit Assyrios brevi dispersum iri[c]. Al. Principes & præcipui tui grassati quidem sunt, h. e. multas regiones spoliârunt, sicut bruchi perdunt segetes; sed avolabunt: h. e. idem eventus illis instat qui locustis, momento dispergentur[d]. Abibunt tui, ut solent avolare bruchi †.

17. *Custodes tui*, מִנְּזָרַיִךְ] *Principes* (vel, *Majores*, P. vel, *Coronati*, vel *Diademati*, Mo. JT. Pi. V. sim. D. *Comatuli*, Ti. Tar. *Nazaræi*, Sy.) *tui*, M. D. V. &c. *Egregii*, vel *Eximii*, *tui*, Calv. ὁ συμμικτός σου, (*commistus tuus*,) ό. *Miscellanea turba tua*, Ar. Nomen hoc Assyriacum est, &, si Græcis credimus, τὸ συμμικτὸς significat, *extraneos ex variis gentibus*. Sic dicti, ut videtur, quòd coronam quandam, aut laminam, quod hîc posuit Chaldæus, [qui locum sic vertit, *Laminæ tuæ flammicant*,] gestarent, per quam à civibus dignoscebantur *. ¶ *Quasi locustæ*] Sub. *erunt*, Pi. vel, *erant*, Calv. *Locustæ*; vel, 1. quia, locustarum instar, totam terram corruperant[f]: vel, 2. ob multitudinem suam[g]: vel, 3. ob otium ignavum, utpote fruges tantùm consumere nati: vel, 4. ob metum & fugam; ut locustæ facilè territæ avolant[h]. ¶ *Parvuli tui*, וְטַפְסְרַיִךְ] *Et principes*, vel *duces*, vel *imperatores*, (vel, *nobiles*, V. *ingenui*, Ti.) *tui*, Mo. P. M. JT. Pi. D. Alterum est nomen Assyriacum, quod ad σατράπην (*satrapam*) accedere notavimus ad Jer. 51. 27[i]. Videtur fuisse nomen dignitatis apud Assyrios[k]. Propriè sign. *juniores principes*: compositum est ex טַף *parvulus*, & סַר, quod idem cum שַׂר, *princeps*[l]. Sic גנוסר *hortus principum* apud Hebræos[m]. ¶ *Quasi locustæ* (vel, *locusta*, Mo. P.) *locustarum*] Ità V. M. &c. id est, locustæ prægrandes[n]: ut *Rex regum* est Rex maximus[o]. חֲלוֹנֵי גּוֹב כְּגוֹב גּוֹבָי dicitur pro גּוֹבִים, ut alibi גּוֹבֵי שָׂדַי[p]. Al. *ut præsecuris foraminum*, JT. τὸ *fenestræ*, *foramina* denotat[q]. Sed hoc probatione eget. גֻּבָּא Chaldæis *lacus* est aut *puteus*, non autem *foramen*, quod meminì[r]. In גּוֹבַי est terminatio Syriaca, aut regimen, ut loquuntur grammatici, pro absoluto, ut Esa. 19. 9. & 20. 4. Jerem. 17. 13. & ipsum גוב est Syriacum aut Chaldaicum, quod in versionibus antiquis Exod. 10. 14. Levit. 11. 22. ponitur pro Hebræo אַרְבֶּה. Sunt tamen qui insecti genus, persimile quidem locustæ, sed paulùm differens, putant esse, quale est attelabus. Geminatio vocis multitudinem eximiam denotat †. Al. *attelaborum examen imitantur*, Ti. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Eximiis præsidiis usque tuis accidit ut locustis locustariis*.] ¶ *Quæ consident* (vel, *castrametantur*,

tantur, JT. D. Pi. Quâ voce utitur, quia agmina locustarum exercitûs speciem habent. Vel, manent, V.) *in sepibus* (vel potiùs, *in maceriis* : id enim est גדרה. Intelligit autem septa hortorum & vinearum, in quibus locustæ delitescere solent.) *in die* (vel, *tempore*, JT. Pi.) *frigoris*] i.e. Vel, 1. hyeme: vel, 2. noctu. ¶ *Sol ortus est*, &c.] Vel, *Sole autem orto avolant*, G. sim. D. JT. Pi. Natura enim hæc est locustarum, ut in frigore torpeant, & lateant in sepibus: per calorem autem, vel cùm Sol incaluit[d], avolent*. Facilè intelligitur ἀπόδοσις. Sic illi tui duces mercenarii & mercatores in periculo fugerunt[f]. ¶ *Et non*, &c. ולא נודע מקומו אים] *Neque cognoscitur* (vel, *Ità ut non dignoscatur*, JT. Pi.) *locus earum* (vel, *ullius earum*, JT. Pi. nempe locustarum[g]: vel, *ejus*, D. BP. &c. nempe Ninives[h]:) *ubi fuerint*, P. &c. vel, locustæ, quæ ad unam omnes avolant[i]; vel, Ninevitæ[k]. Vel, interrogativè legi potest, *Ubinam sunt* nunc? q. d. Non exstant[l]. Nulla earum manent vestigia[m]. Dicit, *ejus*, &c., *fuerint*, quia גוב est nomen collectivum[n].

18. *Dormitaverunt* (vel, *Dormitabunt*, P. JT. &c. i.e. Securi erunt[o]: Negligenter se gesserunt[p]: Animis consternantur[q]: Erunt quasi dormirent, non enim poterunt te tueri[r]. Al. Mortui sunt†; ut *dormitare* sumitur Psal. 76. 6[t].) *pastores tui*] i.e. Principes, præfecti & duces; gubernatores reip[a]. ¶ *Sepelientur*, ישכנו] *Jacent*, M. Ti. sic Mo. Calv. *Cubârunt*, à שכן. Metaphora par ei quæ præcessit[b]. *Desident*, Sy. *Requiescent*, V. ex P. sub. *in sepulchris*, V. *Occubuerunt*, D. ad verb. *Habitârunt*, nempe *in pulvere*, Psalm. 7. v. 6. vel, *in silentio*, Psalm. 94. 17[c]. *Sepelientur*, Vulg Hoc veterno & vino sepulti interficientur. Significat desidiam ducum causam fuisse cur à Chaldæis Ninive caperetur[d]. Al. *Habitabunt*, i.e. In ædes suas se recipient & quiescent*. ¶ *Latitavit*, &c. נפשו ונו'] *Dispersi sunt* (vel, *Dispergetur*, P. vel, *Diffundet se*, Pi.) *populus tuus* (i.e. gregarii milites tui[f]) *super montes*, Mo. P. Di. &c. vel, *in montibus*, M. Ti. Peculiaris omnino significationis hîc est נפשו[g]; ponitur enim pro נפוצו[h]: quod mirum videri non debet[i], quum cognatæ sint hæ literæ[k], ש & צ,] & ejusdem pronunciationis. Passim enim apud Orientales ש & צ per simplex ſ efferuntur[l]. Al. sic, *Abundabunt*, &c. JT. i.e. Abundantissimè diffugient[m], & diffundent se[n]. נפש sumi potest in sensu multitudinis, quod propriè נפש significat: q. d. Populus tuus, qui plurimus erat, nunc dispersus est, &c[o]. Al. sic, *Dispersus fugiet—ad montes*, more sc. ovium errantium, & quæ pastore carent: solent enim illæ huc illuc vagari[p]. ¶ *Non est qui congreget*] Nemo est qui sic dispersos in agmen recolligat[q]; quia pastores tui obierunt[r].

19. *Non*, &c. אין כהה ונו'] *Non* (sub. *est*, G.) *restrictio* (vel, *curatio*, P. sic LXX, Ar. vel, *ligamen*, G. *contractio*, JT. Pi. D. Tar. id est, curatio: nam, cùm vulnus incipit curari, cutis circumcirca corrugatur: vide Levit. 13. 6†.) *fracturæ* (vel, *contritioni*, V.) *tuæ*, Mo. JT. Pi. D. vel, *vulneri tuo*, G. Alludit ad fracturam membrorum[t]: q. d. Vulnus tuum incurabile est[v]. Cùm Ninus sit dedita, milites dispersi, duces torpidi, nonne vides periisse res tuas sine remedio[x]? Al. *Neque leve est vulnus tuum*, Ti. *Non languida est tua calamitas*, Ca. *Non est qui doleat sibi de fractione tua*, Ch. sic Sy. ¶ *Pessima*, &c. נחלה ונו'] *Infirmata* (vel, *Doloris plena*, P. *Ægritudine plena*, M. Sed *acerba*, Ti. *Ægra*, JT. Pi. D. i. e. letalis[y]. *Ægra* dicitur, quia ægros nos facit. Sic, *pallida mors*, &c[z].) *est plaga tua*, Mo. sic Ch. &c. quam sc. accipies à Chaldæis[a]. *Exacuta est*, &c. Ar. sim. Sy. ἐφλέγμανεν, &c. ό. (*Intumuit*, vel *inflammata est*, &c.) Inflammata vulnera solent exitium adferre[b]. ¶ *Qui audierunt auditionem tuam*] i. e. Rumorem[c]: vel, famam tuam[d]; famam cladis tuæ*. ¶ *Compresserunt*, &c. תקעו ונו'] *Plaudent*, vel *complodent*, *manu super te*, P. JT. Pi. præ gaudio, ut Psal. 47. 2[f]. ¶ *Super* (vel, *Ad*, Ti. Ca.) *quem non transiit*, &c?] Ità Mo. P. M. &c. *Quem non pervasit*, &c? JT. Pi. *Ad quem non pervenerunt injuriæ tuæ omni tempore?* G. Cui non molesta fuisti[g]? Sensus idem qui suprà 7[i]. Causam præcipuam excidii Propheta hîc repetit, ut hunc quasi aculeum in animis eorum relinqueret, &c[k]. Ostendit diuturnam fuisse Dei tolerantiam, ideóque Assyrios magis inexcusabiles[l].

[Marginal references: r D. · v D. · x D. Calv. · y D. Me. · z G. ex Hi. · a D. Me. · b D. · c G. ex Hi. · d Me. · * V. Me. · f G. · g D. · h BP. 284. · i Me. · k BP. ib. · l V. · m G. · n D. · o Pi. · p G. · q Tar. · r V. · † D. ex Ca. · t D. · v V. · x G. · a Pi. sim. Tar. Calv. · b G. · c D. Buxt. vid. d. 2. 8. 578. · d Me. · * Q. in Buxt. · f G. · g Di. · h Di. sim. D. Calv. · i Di. · k D. · l Di. · m Jun. Tar. · n Tar. · o D. · p V. · q G. · r D. · † D. sic Tar. · t V. · v V. sim. D. · x G. · y Pi. · z D. · a V. · b G. · c V. · d D. G. · * G. sic D. V. &c. · f G. ex D. sim. V. Pi. &c. · g G. sim. D. · i G. · k Tar. · l Calv.]

Line numbers: 10, 20, 30, 40.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

HABACUCUM.

CAP. I.

1. ONUS] Vel, *Prophetia illa*, P. Vide Nah. 1. 1[a]. ¶ *Quod vidit Habacuc*] Tum contra Judæos[b], tum contra Chaldæos[c]. Sacræ literæ non meminerunt[d], vel, quo patre aut genere fuit Habacuc*; vel, quo tempore prophetavit[f]. Prædicit excidium Judæorum per Chaldæos[g]: unde constat eum ante tempus Zedeciæ prophetâsse[h]. Vel, 1. temporibus Manassis[i]. Cui favent, 1. locus ejus, sc. inter Nahumum, Manassi coævum, & Sophoniam, qui sub Josia floruit. 2. Ipsum argumentum. Deplorat enim fas & jura eversa: quod nunquam magis quàm sub Manasse evenit[k]. Vel, 2. circa tempora Josiæ, in quæ Jeremias incidit, cum quo & rebus & sententiis convenit Habacuc[l]. Premit hic Esaiæ vestigia, qui idem prædixerat, 2 Reg. 20. 17, 18. Simul adversùs querelas in quas eruptura erat multorum impatientia justitiam Dei in apertum producit, & pœnas quas postea victoribus Judæorum Chaldæis erat irrogaturus. Nomen Heb. est חבקוק; at Græci legerunt חבקום, Ἀμβακούμ[m]. Hunc Librum canonicum esse constat, tum, 1. quia in Bibliis Hebræis exstat: tum, 2. quia in N.T. allegatur, Act. 13. 41. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. Heb. 10. 38[n].

2. *Usquequo, Domine, clamabo*, (i. e. clamando conquerar apud te[o],) *& non exaudies?*] Induit hîc Propheta personam vel, 1. vulgi, sive plebis ignaræ judiciorum Dei, & humanâ tantùm ratione nitentis[p]: vel, 2. piorum omnium[q], in rebus tam confusis gementium[r]. Queritur & expostulat cum Deo de felicitate impiorum, & adversitate piorum†. Verùm non procedit hæc oratio ex impatientia[t], aut errore circa providen-

[Marginal references: a V. · b G. sim. Tar. · c G. sim. V. Tar. M. · d V. sim. M. · * M. · f V. sim. M. · g T. sic G. Calv. &c. · h Calv. · i M. & V. & D. & G. ex Hi. · k G. · l Tar. · m G. · n Tar. · o V. · p Idem Calv. sim. Tar. · q Calv. · r V. · † E. sim. · t Tar.]

Line number: 70.

videntiam Dei [v], aut murmure contra Deum, aut dubitatione de exauditione precum [x]; sed tantùm, cum exaggeratione aliqua oppressionis justorum ab impiis, petit de impiis aliquando sumi supplicium [y]. ¶ *Vociferabor* (vel, *Quum clamavero*, JT. Pi.) *ad te vim patiens*; ità ό. [חָמָס] *Rapinam*, G. Mo. vel, *violentiam*, Ti. JT. D. i. e. conquerar vim jure superiorem esse in Judæa; vide 2 Reg. 21. 16 [z]: vim fieri piis ab improbis [a]. Ob *violentiam*, M. Pi. Calv. sim. P. V. quâ tyranni sæviunt in populum tuum [b]: vel, quâ potentiores Hierosolymitani opprimunt tenues [c]. q. d. Omnia sunt perversa, nulla est æquitatis aut judicii ratio [d].

3. *Quare ostendisti* (vel, *ostendis*, P. D.) *mihi* (Heb. *facis me videre*, V. D. sic Pi. &c. apparere fecisti meâ ætate *. Cur permittis fieri, adeóque oculis meis ostendi [f],) *iniquitatem* (i. e. iniqua [g]: vel, homines *iniquitatis*, i. e. iniquos [h]: vel, homines *doloris*, i. e. qui dolorem mihi pariunt [i]:) *& laborem?* [וְעָמָל תַּבִּיט] *Et* (vel, *Cùm*, D.) *laborem* (vel, *perversitatem*, P. *facinora*, Ca. *molestiam*, JT. Pi. D. activè; quam scilicet mali bonis exhibent [k]: vel, quam alii aliis inferunt [l]: vel, quâ potentiores afficiunt pauperes [m]. *Iniquitatem & laborem*, i. e. laborem iniquissimum; ἐν διὰ δυοῖν [n].) *aspicis?* D. P. V. Ca. i. e. sustines videre [o]: vel, pateris †. Vel, *aspicias?* q. d. Cùm facta improborum videas, cur non punis [p]? Quasi indignè ferret conniventiam Dei [q]. Vel, *aspicere facis?* Q. in D. sim. Calv. JT. Pi. G. &c. nam contextus postulat ut verbum hoc transitivè sumatur [r]. Sed הִבִּיט nunquam ità sumitur †. Sensus loci, Quare finis ut impii affligant populum tuum, & non punis [t]? Cur sinis populares meos Judæos, me præsente & vidente, qui eos fideliter docui, à semitis tuis aberrare [v]? ¶ *Prædam*, &c. [וְשֹׁד וגו׳] *Et oppressionem* (vel, *vastitatem*, Mo. JT. Pi. Tar. quam raptores inducunt [x],) *& iniquitatem* (i. e. iniquissimam oppressionem [y],) *coram me?* G. vel, *è regione mei?* JT. Pi. Tar. quaquaversùm oculos verto [z]: *contra me?* Mo. circum me [a]. Al. sic, *Et est vastitas—coram me?* P. ¶ *Et factum est*, &c. [וַיְהִי רִיב וּמָדוֹן יִשָּׂא] [Variant.] *Et fuit litem & contentionem tulit*, Mo. *Est lis, & judicium sublatum est*, Ti. *Vigéntque lites & certamina?* Ca. *Est lis*, i. e. multa causa querendi; *& judicium abstulit*, Rex scilicet: quod nomen subticet [b]. *Et rixam ac contentionem feret?* sub. *Israel*, Q. in V. *Et est qui* (sæpe enim subauditur אֲשֶׁר,) *litem & contentionem excitet?* Calv. sim. D. vel, contra me *suscipiat?* P. *Et adest qui objicit verba rixæ & contentionis?* M. *Et est contentio, & jurgium tollit?* sub. *homo*: Impersonaliter, q. d. tollitur. *Tollere jurgium* dicitur ut *tollere vocem, canticum*, &c. Significat contentiones & jurgia vigere inter homines; ut fit in statu reip. corrupto [d]. Al. *Et quare est litem & jurgium qui efferat?* JT. Pi. Tar. i.e. qui nequeat patienter ferre admonitiones sanctas *. Cur judicia vertantur in rixas, cùm quisque malitiam suam prætextu quodam juris excusat [f]? *Quare est lis, & judicium*, seu transactio causæ & definitiva sententia, *aufertur?* vel *suspenditur* [g]? Verùm יִשָּׂא activum est [h]. [Esto: verùm hoc impersonaliter sumi potest, ut jam dictum.]

4. *Propter hoc lacerata est lex*, [תָּפוּג] *Debilitatur*, Calv. P. sim. Mo. V. *cessat*, Ca. D. vel, *intermittitur*, JT. Pi. D. *non viget*, Ti. *dissolvitur*, M. Calv. *vim suam perdidit*, G. *remissa est*, V. i. e. negligitur [l]: nullam ampliùs reverentiam aut authoritatem obtinet [k]. Quia non sumis pœnas de improbis, multi deficiunt à te & à Lege tua [l]. *Silet*, AE. in D. Sic dicimus, *Inter arma silent leges* [m]. Hoc verbo utuntur de corde, quando ejus motus cessat, animâ jam exspirante [n]. פוג est, *animi deliquium pati*. Porrò, Regna sæpe conferuntur humano corpori; eorúmque anima est lex: & quum hæc deficit, totum corpus politicum minatur ruinam [o]. ¶ *Et non*, &c. [וְלֹא יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט] *Et* (sub. *dicunt homines*, P.) *non egredietur* (vel, *egreditur*, M. i. e. egredi solet [p]: vel, *prodit*, JT. Pi. D. *procedit*, G. *prodibit* in lucem, V. *Judicium* hìc *prodire* dicitur sicut & Jes. 42. 1 [q].) *in seculum* (vel, *perpetuò*, Calv. vel, *unquam*, JT. Pi. D. sic G.) *judicium*, Mo. P. &c. vel, *jus*, JT. Pi. Res manet indefinita [r]. Judicium aut corruptè exercetur, aut non omnino †. *Jus*, [vel, 1. à Deo.] Hoc est, q. d. Nunquam animadversurus est Deus in improbos [t]: Nulla est providentia, &c [v]. Vel, 2. à magistratu [x]: q. d. Omnis justitia opprimitur [y]. ¶ *Quia impius* (sub. *quivis*, P.) *prævalet*, &c. [מַכְתִּיר וגו׳] *Circumvenit* (vel, *circumdat*, P. simil. JT. Pi. *circumvenit velut coronâ*, G. sim. Mo. V. D. i. e. indagine [z]: impii undique obvallant [a], obsessum tenent [b]: *cingunt*, Pi. lædendi causâ [c], fraudibus & perversionibus juris [d]:) *justum*, P. &c. ¶ *Propterea* (vel, *Quod amplius est*, G.) *egreditur* (vel, *prodibit*, V. *procedit*, G.) *judicium* (sub. *sed*, G.) *perversum*] Sic Mo. P. &c. Sæpe non judicatur: sæpe, quod pejus est, planè contra jus judicatur *. *Prodibit*, sub. *à Deo*; i.e. Tu videberis in judiciis tuis injustè agere [f]. Al. Sensus, q. d. Ipsi judices adeò non compescunt hanc audaciam, ut impios potiùs adjuvent [g].

5. *Aspicite in gentibus*] Ex illis discite quod hactenus recusâstis discere ex ore Dei [h]. Vel, *Respicite gentes*, nempe quas contra vos adducam, Chaldæos, ut sequitur, & eorum socios [i]. Propheta hìc respondet Deus [k], se non diu tanta mala toleraturum [l]. Hebræi sæpe post verba sentiendi subjungunt ב, [ut hìc in בַגּוֹיִם: pro qua voce] ό. & Interpres anonymus, cujus hìc meminit Hieron. legerunt בּוֹגְדִים, verterúntque, illi, καταφρονηταί, prout citatur Act. 13. 41. [de quo plura ad illum locum σὺν Θεῷ dicenda;] hic, *calumniatores*: in vocativo scilicet utrumque. Hæc lectio melior mihi videtur [m]. Vos Israelitæ, *aspicite gentes* [n], vicinas scilicet [o], & quàm atrociter punierit eos Deus per Nabuchod. & videte nè super vos quoque veniat [p]: idem vobis futurum intelligite [q]. ¶ *Et videte*] Vel, *considerate*, subaud. *quæ sunt illis eventura*, V. ¶ *Admiramini*, &c. [וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ] *Et admiramini, admiramini*, P. D. &c. Geminatio emphatica [r]: q.d. Erit quod ubi videritis admiremini & obstupescatis †. תְּמָהוּ, הִתַּמְּהוּ, pro Græci, pro תְמָהוּ, legisse videntur הִתַּמּוּ, in imperat. Niphal, à תָּמַם, quod est, ἀφανίζεσθαι, (*evanescere*;) vertunt enim, ἀφανίσθητε, (*evanescite*.) Mihi lectio Hebræa non sordet [v]. ¶ *Opus factum est*] Vel, *fiet*, G. ex Sym. vel, *facio*, G. ex ό. ut est Actor. 13. pro, *faciam*. Paulus, Act. 13. 41. optimè hæc verba aptat ad excidium simile eventurum per Romanos [x]. ¶ *In diebus vestris*] Vobis adhuc superstitibus [y]: quamvis vos in longum tempus rejiciatis, vobis blandientes [z]. ¶ *Quod nemo credet* (vel, *non credetis*, D. G.) *cùm narrabitur*] Vel, *si narraretur*, D. כִּי, pro אִם, ut Mic. 5. 5 [a]. Quod fidem superabit, ob vindictæ atrocitatem [b]. Prædicit Deus se ulturum Chaldæos opprimentes populum suum, sed priùs Nabuchodonosor maximam partem orbis sibi subjugaturum & occupaturum, non sine oppressione multorum [c]. Alludit ad populi incredulitatem, eámque hìc perstringit: Sed tandem, inquit, sentietis me non esse mentitum [d].

6. *Ego suscitabo Chaldæos*] Quod mirum; quia hi tempore Ezechiæ, Manassis, Josiæ, fœderati erant Judæis. Si quod autem malum metuendum erat, id ab Ægyptiis venturum putabatur. Simile hoc prædictum Esaiæ, c. 7. qui ab Assyriis, quibus maximè tunc fidebant Judæi, gravissima mala ventura significavit, nihil minus quàm hoc opinantibus Judæis *. ¶ *Gentem amaram*] i.e. Asperam, acerbam, duram [f], crudelem [g]. Jer. 5. 16, 17 [h]. ¶ *Et*, &c. [וְהַנִּמְהָר] *Et properatam*, Mo. vel, *festinam*, JT. Pi. Ca. D. Properantem Imperio suo gentes adjungere [i]. Non erunt ἀναβαλλόμενοι, (*cunctatores*,) Esa. 5. 26, 27 [k]. Paucis enim annis subegerunt Syriam & majorem partem Asiæ [l]. *Et præcipitem*, M. P. Ti. i. e. temerariam, quæ consilia sua præcipitat [m]. ¶ *Ambulantem* (vel, *vadentem*, Ca.) *super* (vel, *in*, Mo. M. vel, *per*, JT. Pi. D.) *latitudinem* (vel, *latitudines*, Mo. M. &c.) *terræ*] Vel, 1. Judææ: vel, 2. q. d. loca terræ lata ac spatiosa: vel, 3. quæ pervadit terram quàm latè patet; ut fit hyperbole [n]. *Quæ longè latéque in terra vagatur*, Ti. Latè regnatricem [o]. Vide quæ de Nabuchodonosoro protulimus ad 3. lib. de V.R.C [p]. Quæ maximam partem terræ invadet ut occupet [q]. ¶ *Ut possideat* (vel, *ad hæreditandum*, q. d. ut hæredibus suis possit relinquere [r]; ut sibi subjiciat [s];) *tabernacula* (vel, *habitacula*, P.) *non sua*] Ità M. &c. Hebr. quæ non sunt ei, Pi. ditiones ac urbes alienas [t]: Judæorum urbes [v], ut hìc tacitè subindicat [x].

7. *Horribilis*] Quæ vel solo vultu terreat [y]. ¶ Ex semet-

semetipsa, &c. [סמנו משפטו ושאתו יצא] *Ex seipsa* (vel, *Ab ipsa*, Calv. sic G. *Ex ipso illo*, G. populo Chaldaico[z],) *judicium*, vel *jus*, *ejus*, Mo. M. P. D. (quod scilicet in gentibus faciet[a],) *& exaltatio* (vel, *dignitas*, P. D. Tar. ut vox sumitur Gen. 49. 3[b]. Job. 13. 11. Psal. 62. 5[c]: vel, *excellentia*, vel *authoritas*, vel *majestas*, vel *magnificentia*, V. vel, *decretum*, G. ex Ch. & Sym.) *ejus egredietur*, Mo. M. Calv. vel, *prodit*, Pi. i. e. Decernit quæcunque vult, & dat effecta[d]. Propriâ virtute, & non alienâ, consequetur & vendicabit sibi gloriam & dignitatem Imperii*. Ea sibi vendicavit Imperium, nec ex alterius authoritate pendet[f]. Non lege aut ratione ducitur[g], sed omnia pro arbitrio & libidine sua agit[h]. Tantum sibi licere putat quantum lubet[i]. Stat pro ratione voluntas[k]. Potestas illis erit pro lege, gladius pro tribunali[l]. Excellentiâ suâ efficit ut pro jure haberi oporteat quæcunque sententia ab ipsa prodierit[m]. Frustrà querentur Judæi de injuriis: quicquid enim hi sibi arrogabunt Chaldæi, hoc ipsorum erit, nemo audebit se interponere, nec alios recipient arbitros[n]. [Alii sic;] *Suo jure vivens, quódque tulit refigens*, Ti. *Abs qua judicium istius* (nempe populi Judaici[o]) *& deportatio istius prodeant*, JT. i.e. Quæ gens hunc populum, de cujus iniquitate mecum expostulant boni, puniet & deportabit. Sic interpretamur ex collat. seq. nam hic & præcedens versus duobus sequentibus ordine illustrantur: hic, v.9; ille, v.8[p].

8. *Leviores*] i. e. Velociores. Metonymia efficientis[q]. ¶ *Pardis equi ejus*] Vide Jer. 5. 6. Dan. 7. 6[r]. Vel, *pantheris*, quæ à pardis solo candore differunt †. Pardi sunt admodum feri[t], leones sævitiâ æquant, celeritate antecellunt[v]. Hinc Oppianus, Παρδάλιές τε θοαὶ——*pantheraque veloces*. Et Lucanus lib. 6. *celerem pardum* dixit[x]. ¶ *Et*, &c. [וחדו] *Et acuti erunt*, Mo. *& acutiores*, P. Calv. JT. Pi. D. BA. G. Quod referri potest vel, 1. ad visum[y]: quia Arab. חדד, *acutum esse*, etiam de visu dicitur[z]. Lupi vel mediâ nocte, etiam cùm Luna minimè lucet, acutissimè vident[a]. Lupum sub vesperam acutissimè videre docent Phile[b], & Ælianus[c], in Histor. animalium sic scribens, *Lupus acerrimè videt, etiam intempestâ nocte, quamvis Lunâ silente*, &c[d]. Unde *crepusculum* λυκόφως dicitur, & Homero ἀμφιλύκη νὺξ, Iliad. η'*. Quamvis quomodo ad equum id pertineat non satis liquet: nisi quòd ad illud Virgilii de equis, *Spadices glaucique*—— Servius habet, *Glauci sunt felineis oculis, i. e. quodam splendore perfusis*. Quod explicans Gesnerus, *Nostri*, inquit, *appellant* glasoug, *i. e. vitreos oculos, & noctu videre putant*. Et Damir Arabs de equo, *Describitur etiam acuti visûs*. Unde proverbium apud eundem, *Oculatior equo*. Res tamen non satis certa est[f]. Vel, 2. ad velocitatem[g]. Metaphora ab acutis gladiis, qui velociter scindunt †. Lexicon Græco-Latinum, Ὀξὺς, ὁ ταχὺς, *velox*[h]. Sic Rom. 3. 15. *Pedes eorum sunt* ὀξεῖς *veloces*, &c[i]. Sic Plutarchus de quodam Celere, *Et ab eo Romani* ταχεῖς καὶ ὀξεῖς, *veloces & acutos*, celeres *vocant*. Vel, 3. ad animositatem. *Acutus* quandoque est *acer*, & ad animum pertinet. Quod his lupis optimè convenit. Sic Arabicè אחדד, *acumen*, quandoque pro *alacritate* sumitur, & *acri contentione* rei exsequendæ: quandoque etiam pro *excandescentia*, quæ Græcis est ὀξυθυμία. Quomodo AE. accipit חדד Prov. 27. 17. *Ut ferrum ferro acuitur, ità vir acuitur faciè socii sui*, i. e. irritatur irâ, &c. nam *facies* pro *ira* notum[k]. Vel, 4. ad voracitatem[l]. [Alii vocem aliter reddunt:] *& acriores*, M. Ca. Ar. Sy. *& velociores*, o'. *& avidiores*, Ti. ¶ *Lupis vespertinis*] Sive, *nocturnis*: nam sub *vespera* etiam noctem Ebræi comprehendunt[m]. *Lupos vespertinos* dicit, vel, 1. ut certum luporum genus qui sic dicuntur significet[n], quod cæteris velocius est. Gesnerus hyænas esse credit, *quæ vespere*, inquit, *& noctu grassantur, lupis alioqui similes in multis, sed magis astutæ, voraces & crudeles*. His favere videtur, quòd his lupis tribuatur velocitas: nisi credamus lupos vespere, utpote famelicos & cibo minimè gravatos, leviores esse[o]. Vel, 2. quòd lupi sub noctem prædatum exeant, sicut & reliquæ feræ, solicitante tunc fame; ac proinde sæviores sunt[p], & leviores[q] & magis festinant ad prædam[r]. Plura vide Jerem. 5. 6†. & Soph. 3. 3[t]. ¶ *Et*, &c. [ופשו] *Et latè patebunt*,

[z] G. sim. D. M. Calv. &c. [a] D. ex K. [b] Tar. ex D. [c] Tar. [d] G. * V. [f] Ca. [g] Tar. sim. M. T. [h] Calv. sim. Tar. Mc. T. D. [i] D. [k] Tar. Mc. [l] Calv. [m] Pi. [n] Calv. [o] Q. in D. [p] Jun. [q] Pi. [r] G. † D. [t] Mc. [v] Tar. [x] BA. 1. 2. 9. 162. [y] BA. D. &c. [z] BA. ib. [a] D. obs. 13. 1. [b] BA. ib. [c] BA. D. [d] D. ib. * BA. ib. 163. sim. Ælian. in D. ib. [f] BA. ib. [g] BA. D. V. † D. ex V. [h] D. [i] D. prov. 2. 5. 3. [k] BA. ib. [l] G. [m] D. obs. 13. 1. [n] Q. in D. prov. 2. 5. 3. [o] D. prov. 1. 1. 34. sim. Pi. [p] Mc. sim. Tar. [q] Mc. [r] Tar. † G. [t] D. ib.

Mo. *Séque diffundent*, D. ex AE. sic Nah. 3. 18: vel, *Et latè se diffundent*, prædandi causâ[v]: *Diffusi*, Ca. *Diffusi irruunt*, Ti. vel, *Invalescéntque*, M. *Et abundabunt*, JT. Pi. *Quamplurimi sunt*, P. sim. G. K. in D. ad verb. *Et multiplicati sunt*; præt. pro futuro[x]. Sed hæc ex conjectura [sunt] potiùs quàm ex certo verbi usu. Alibi non ad numerum, sed ad vires ac robur, refertur; ut Jer. 50. 11. כי חפושי *quia valida*, sive *robusta*, *es*, *sicut vitula triturans*. Sic Mal. 3. 20. al. 4. 2. ופשתם *& sani* (robusti, validi) *eritis*, &c. Sic & פוש pro robore, sanitate ac prosperitate sumimus Job. 35. 15. Alibi hoc verbum non usurpatur, nisi Nah. 3. 18. ubi planè aliud significat. Confirmat quod diximus lingua Æthiopica, in qua פוש pro, *sanum esse*, & Piel pro, *sanare*, sæpe usurpatur. Vide Matt. 8. 16. & 9. 35. & 10. 1. Hunc itaque locum verto, *Et sani* (robusti, validi) *sunt equites ejus*. Laudaverat eodem versu equos Chaldæorum à levitate & velocitate: jam laudat equites à sano robustóque corporis habitu, unde futurum sit, quod mox additur, ut è longinquo veniant, &c[y]. ¶ *De longe venient*] Viæ molestiâ aut tædio minimè deterriti[z]. ¶ *Volabunt* (i. e. Celerrimè proficiscentur[a]: vel, *Involabunt*, Pi. Tar. alacres[b]:) *quasi aquila festinans ad comedendum*] Cùm scilicet in prædam visam de longè ocyssimè involat[c]. Vide Ezec. 17. 3[d]. Aquila volatu omnes aves vincit, & velocior est cùm ad escam festinat. Vide Job. 9. 26*.

9. *Omnes*, [כלה] *Illa tota*, JT. Pi. sic P. sub. *gens*, P. Pi. *Totus*, sub. *exercitus*, V. vel, *populus*, Calv. ¶ *Ad*, &c. [לחמס] *Ad* (vel, *propter*, P. V.) *violentiam*, JT. Pi. D. vel, *rapinam*, P. vel, *injuriam*, V. scilicet exercendam[f]. Subauditur לעשות, (*ad faciendum*:) i. e. ut diripiat vos & vestra omnia[g]. Vel, *prædam*. q. d. Ad prædam duntaxat venient, vix bellandum erit, Judæi adeò deterriti erunt & debilitati[h]. ¶ *Facies*, &c. [מגמת פניהם קדימה] Vox מגמת non nisi h. l. reperitur, itaque per conjecturam variè à variis redditur[i]. *Aspectus* (vel, *Oppositio*, Mo. P. vel, *Occursus*, Calv. D. מגמת exponitur à grammaticis נגד *coram*, & נוכח *è regione*: sed pro *adspectu* qui acciperet ex illis neminem vidi[k]. Al. *Intentio*, Q. in Di. vel, *Haustus*, Di. ex Jun. quasi à גמא *hausit*, *absorpsit*, *bibit*[l]. Vel, nomen est, *Absorptio*; vel, participium activum, *Ebibens*. De hoc significatu verbi vide Job. 39. 24*. *Haustus*, quo terram quasi absorbebunt, ut de equo dicitur Job. 39. 24. & solâ horriditate vultûs quosvis obvios prosternent, ut etymon verbi גמא indicat †.) *faciei*, sive *vultûs*, *eorum* (sub. *est*, D. vel, sub. *spectat*, Di. ex Jun.) *ventus orientalis*, V. Calv. G. i. e. Facies Chaldæorum vobis oppositæ erunt vobis intolerabiles, ut ventus orientalis[m]. Vel, *orientem versùs*, Di. ex Jun. vel, similis erit *vento orientali*, P. sic Ch. vel, *sicut Eurus*, D. qui in illis locis vehementissimus est[n], intolerabilis[o], pestifer[p], & frugibus valde noxius[q]. Sententia est, Facies eorum obfirmata erit & horrida, acsi Eurus eam deglutisset[r]. Sed malè קדימה pro vento orientali sumitur, qui קדים dicitur †. Verùm ה potest esse paragogicum, ut in לילה, pro ליל, *nox*[t]. Quanquam ה in fine ferè motum ad locum designat[v], maximè cùm præcedit accentus in penultima[x]. Vel, *teterrimus*, Sy. vel, *ad orientem*, Mo. D. sub. *respiciunt semper*; h. e. versùs terram Chaldæam, quæ orientalis est respectu Terræ sanctæ, ut eò comportent prædam in Judæa partam. קדים propriè *Eurus*; hîc tamen videtur sumi pro *oriente*, ut Ezec. 11. 1. & 40. 6[y]. [Alii locum aliter vertunt.] *Quicquid hauserit facies eorum* (i. e. Quicquid aspexerint quod rapere poterint) *Eurum versùs* dirigetur, i. e. destinabitur ab iis deportandum in Chaldæam[z]. Al. *Ante quorum facies erat quasi ventus orientalis*: i.e. Tanta sævitia prodit ex facie & oculis eorum, ut putes spirare perniciosum ventum orientalem[a]. *Quicquid eorum faciebus objicitur flaccidum fit, ut si uredo exussisset*, Ti. *Faciem habentes occursu similem Euro*: Omnia adventu suo perurentes[b]. Al. Forma vocis מגמת indicat non esse à גמא, sed à radice גמם, quæ, Hebræis insufitata, apud Arabes significat, *copiosum*, *multum esse*: גמה *multitudo*, *copia*. Hinc verti posset, *Pleræque facies eorum orientem versùs* spectant: ut sensus sit, Hi Chaldæi non vos tantùm Judæos, qui ipsis ad meridiem ferè siti estis, meditantur quos subjugent; sed plerique eorum Assyriam versùs mentem habent, quæ ipsis orientalis

[v] D. [x] V. [y] Di. [z] Tar. [a] Pi. ex D. [b] Tar. [c] Mc. ex V. sic Calv. [d] G. * D. [f] Pi. sim. D. [g] V. [h] Calv. [i] Di. [k] D. [l] Di. ex Jun. * D. † Tar. [m] V. [n] D. sim. V. [o] V. [p] Calv. [q] Q. in D. [r] Di. † D. [t] D. sim. Di. [v] Di. [y] D. [z] Pi. [a] M. [b] Ca.

rientalis est, ut universum Assyriorum Regnum, qui jam rerum potiuntur, invadant & occupent. Apud Syros גמ, ex geminantibus secundam, significat, *amputavit, excidit, succidit*. Esa. 16.8. ponitur pro הלמו, *contuderunt, perdiderunt*: indè & גמים, *succisus radicitus*. Hinc verti posset, *Excisio faciei ipsorum* (i. e. quam facie suâ præ se ferunt & minantur) *orientem versus* tendit [c]. ¶ *Quasi arenam*] i. e. Innumerabiles †.

10. *Et*, &c. והוא במלכים יתקלס] *Et ipse* (i.e. Rex eorum [d], nempe Chaldæorum *, sc. Nabuchodonosor [f]: vel, *Illa quoque*, (sub. *Ninive*, V.) *in regibus* (vel, *de regibus*, G. ex Vulg. vel, *reges*, M. sic P. vel, *regibus*,]T. Pi. *Reges* hîc intellige populi Judaici [g], ut Zedekiam [h], & alios, Ægypti, Tyri & Sidonis, Arabiæ [i], omnésque alios [k], à se captos aut victos [l].) *illusor erit*, Mo. vel, *illudet*, JT. Pi. sic Ti. sim. M. P. Ca. D. non semel, sed continenter & assiduè, ut Hithpahel significat, atque adeò contemnet eos [m]. ¶ *Munitionem* (i. e. loca munitissima [n]) *ridebit*] i. e. Contemnet †. ¶ *Et*, &c. ויצבור וגו'] *Et coacervabit* (vel, *congeret*, M. sic Ti.) *pulverem*, (vel, *terram*, P. vel, 1. quâ fossas repleat [o]; vel, 2. ut aggerem struat [p]. Vide 2 Sam. 20.15. 2 Reg. 19.32. Eccles. 9.14. Esa. 29.3. Ezec. 4.2 [q]. Structo quasi per lusum & operâ tumultuariâ aggere, etiam minùs valido [r].) *& capiet eam*] Irrumpet, aut ad deditionem compellet *.

11. *Tunc*, &c. אז חלף רוח ויעבור ואשם] *Tunc* (sub. *ex successu elatus*, M. sim. V. captâ Hierosolymâ [s],) *pertransiit* (vel, *transibit*, P. *mutabit*, M. Pi. ό. Tar. vel, *immutabis*, Sy. vel, *mutabitur*, Vulg. Q. in D. Sed חלף activè sumitur Jes. 24.5. & alibi [v]. Esto: plerique tamen intransitivè vertunt [x]. Vel, *immutatus est*, Di.) *spiritus*, Mo. P. (vel, *spiritum*, M. ό. Sy. Ar. D. i. e. animum [y]: sub. *ejus*, Sy. P. i. e. ultra modum efferetur [z]. Alios spiritus sumet, & in superbiam erigetur [a]: nec superbus tantùm, sed & vesanus fiet; felicitas auferet quicquid in ipso fuit, vel fuisse videbatur, rationis & modestiæ [b]. Terminos omnes verecundiæ & reverentiæ perrumpet [c]. Hebræis *spiritus transire*, sive *transgredi*, dicitur, quoties intra modestiæ fines se non tenet, καὶ μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ, (*& quod hominem non decet cogitat*,) ut Sophocles loquitur [d]. Vel, *spiritu*, Di. ex homine nempe in bestiam versus, Dan. 4.16 *. Vel, ut *ventus*; quo nihil mutabilius [f].) *& præteriit*, Mo. (vel, *transiit*, è consortio hominum in consortium brutorum [g]. Vel, *transibit*, Sy. Pi. sic ό. Ar. i. e. redibit in Chaldæam [h]. Vel, *transgredietur*, P. D. Calv. V. Tar. transcendet fines modestiæ [i], non factis modò, sed etiam verbis [k]: erit supra modum superbus & arrogans [l]. Non simpliciter damnat Chaldæorum superbiam, sed ostendit, ubi Dominus passus esset Chaldæos longè latéque dominari, jam quasi apertam esse viam judicio Dei ut ipsos perdat; quia superbia hominum Deo intolerabilis est, & propinqua ruinæ, ut passim Scriptura testatur [m]. [Alii hoc cum præced. sic reddunt;] *Tunc mutato spiritu* modum *excedet*, Ti. *Sed aliquando spiritu glisceus*, i. e. superbiens, *transibit* modum, Ca.) *& delinquet*, Mo. P. Ti. quod refero ad id quod sequitur [n]: vel, *& reatum committet*, Pi. *quinetiam graviter peccabit*, D. sic G. *& reus actus est*, D. *ità ut* contra Dominum *delinquat*, V. *ut reatum maximum obeat*; ut etiam in his verbis sit climax [o]. LXX reddunt, καὶ ἐξιλάσεται, *& propitiabitur*: sic editio Rom. Complut. edidit, καὶ ἱλάσεται· nam אשם *victima expiando peccata*. Cætera, [exemplaria τῶν ό.] καὶ ἐξελεύσεται, (*& egredietur* †.) Vel, *& corruet*, Vulg. *& desolatus est*, Di. [JT. verba sic reddunt, *Tunc remeante spiritu ubi transiverit, reatum ebibit*:] i.e. Quando cum animo suo ultro statuerit cessare ab expeditionibus exteris, ac proinde reversus in Babyloniam fuerit [p]. ¶ *Hæc*, &c. זו כחו לאלהו] *Hæc potentia ejus* (sub. *est*, Di.) *dei ejus*, Mo. sim. Calv. Di. Ironia: q. d. Habet, jam in bestiam mutatus, quo glorietur de robore quod à deo suo nactus est. Per me licet ut hoc ejus robur deo ipsius tribuatur, præclarum scilicet & laudandum robur, ob quam fidem invenire apud omnes deus ejus meretur [q]. *Robur hoc suum deo suo* adscribens, Ti. sim. M. Ca. V. D. dicendo, *hanc potentiam suam dei sui esse*, P. h. e. idoli [r], nimirum Beli [z], Esa. 46.1 [a]. Est ἔλλειψις participii *dicens*, & voculæ *quòd*, ut sit sensus, *dicens has suas esse vires, ut qui sibimetipsi sit pro Deo*. Vide Dan. cap. 3. & confer quæ infrà ver. 16 [b]. Accusat Deus in eo sacrilegam jactantiam, quòd Dei gloriam ad idolum suum transferret [c]. *Hæc est fortitudo deo meo*, ό. vel, *dei mei*, Ar. [Ch. versum sic reddit, *Ideo propter elationem spiritûs ejus ab eo translatum est ejus regnum, & flagitium admisit, eò quòd multiplicaverit gloriam idolo suo*.]

12. *Numquid*, &c? הלא אתה מקדם וגו'] *Nonne tu* (sub. *es*, vel *fuisti*, M. P. Ti.) *à quondam* (vel, *ab initio*, P. M. Ti. Calv. Universi, imò æternitatis [d]: vel, *ab antiquo*, D. vel, *jampridem*. Ità revocat fideles ad memoriam fœderis quod non pridie aut nudiustertius, sed ante multa secula, pepigerat Deus cum populo suo *. Vel, *ab æterno*. Dii alii aliquando cœperunt. Hebræi non habent vocem propriam quâ *æternitatem* explicent [f].) *Dominus Deus meus* (i.e. *Judex vindéxque meus*, ut *Elohim* notat: q. d. qui me hactenus à gentibus vindicâsti [g]. Vel, *meus*, i.e. cui ego me totum consecravi ac dedidi [h]; pater, protector, sponsus meus, qui me in peculium tuum selegisti [i].) *sanctus meus?* Mo. M. P. &c. i.e. quem nos sanctè colimus; qui nos sanctificas [k]. *Sanctum* ab effectu vocat, quòd, aliis rejectis, eos delegerat ex toto orbe in peculium suum [l]. Hæc Propheta dicit in persona populi [m]. Pravis impiorum jactantiis & contumeliis in Deum opponit h. l. sanctam fidelium gloriationem in Deo [n]. Alii verba sic distinguunt, & reddunt,] *Nonne tu ab æterno es? Jehova Deus meus* est, *sanctus meus*, JT. Pi. Gloriosa fidei prædicatio recumbentis in Deum ex fœdere, & de vita æterna confirmatæ, ac propterea præsentibus Dei castigationibus bono animo acquiescentis. Tertia hæc est pars capitis, & altera expostulatio Prophetæ, nata ex superioris responsi argumento. Proponit hîc causas misericordiæ à Deo consequendæ; quæ omnes à natura Dei sumuntur, eò quòd æternus sit consilio, sermone & administratione, ac sibi in æternum constans [o]. Propheta h. l. se ad orationem & gemitus convertit [p]. ¶ *Et non*, &c. לא נמות] Hæc dictio una est ex illis 18 [q] quæ vocantur תקון סופרים [r], quæ emendatæ erant à Scribis †, nempe veteribus, Esra & collegis [r]. Duplex hîc lectio: quod Masoritas non observâsse permirum est [v]. 1. לא תמות, *Non morieris* [x]. Imò ità habet Masora textualis ad hunc locum †. Ità aliquando lectum paret ex Chaldæo [y], qui reddit, *non morieris tu* [z]; vel, [ut alii rectiùs,] *verbum tuum permanet in secula* [a]; vel, *verbum tuum vivit in æternum* [b]. Causa mutatæ hujus lectionis erat, nè Deus putaretur esse mortalis [c]. Quin contrà, immortalitatis Divinæ evidens hoc fuisset argumentum [d]. *Non morieris*, i.e. Tu es immortalis & incorruptibilis *, & æternus [f]; sicut nunquam cœpisti, ità nunquam desines [g]: idola autem corruptibilia sunt; & homines, authores eorum, sunt mortales [h]. 2. לא נמות, [ut hodie habetur in textu; quod sic reddunt;] *Non moriemur*, Mo. P. Ti. &c. Te scilicet protegente nos [i], contra Nabuchodonosorem [k]. Ut es æternus, ità æternùm conservabis nos, nec patieris ut fiat internecio gentis tuæ. *Mori* natio aliqua dicitur, cùm penitùs exterminatur [l]. Sensus, Quoniam tu Deus noster, i.e. sub tua manu sumus, perire non possumus: Hæc duo conjuncta sunt [m]. Tu Ecclesiam tuam, & nos ejus cives, tum ab his hostibus in hac vita, tum ab omnibus post illam, servabis [n]: eripies nos ex mille mortibus [o], & trajicies nos ad vitam perfectam atque æternam [p]. Al. *Nè moriamur*, Q. in Calv. AE. manu crudelis illius tyranni [q]. ¶ *Domine, in* (vel, *ad*, Ti. Pi. &c.) *judicium* (ut judicia tua exsequereris [r]: vel, 1. ut eum tandem punires †; vel, 2. ut nos per eum punires [t]; vel, 3. in justam vindictam reliquarum gentium [v]: ut per illum judicares, i. e. punires, inobedientes tibi [x].) *posuisti* (vel, *disponis*, JT. *constituisti*, Pi. V. *destinâsti*, Ca. D.) *eum*, (Nabuchodonosorem [y],) *& fortem*, &c. וצור להוכיח יסדתו] *Et fortem* (*petram*, Mo. V. G. D. i. e. quasi rupem inexpugnabilem [z]: nihil enim firmius aut solidius fundamento [a]. Vel, *& ad petram*, Ti. vel, *fortis*. Epitheton Dei est causæ accommodum: q. d. Utcunque mundus volvatur, & labefactetur fides nostra, Deus tamen socors non est, sed firmus manet in statu & consilio suo, &c [b]. Vel, *& ô petra*, D. sic JT. Pi. nam *petra* inter epitheta Dei [c]. Vel, *& tu creator*,

creator, M. vel, *tu, ô numen*, Ca. in quo confidimus tanquam in rupe [d].) *ad increpandum* (vel, *protrahendum*, Ti. vel, *caſtigandum*, M. Pi. Calv. ſimil. D. ſub. *nos*, Pi. nempe populum Judaicum *: vel, peccata gentium [f]. Vel, *ut arguas* mores corruptos, V. Ut *petra ſcandali* dicitur, in quem aliquis ſcandalizatur ; ità Nabuchodonoſor hîc dici poſſit *petra ad corripiendum*, quòd per eum Deus ſuos corriperet. Judicium eſto penès lectorem [g]. Vel, *ad puniendum*, nempe Aſſyrium [h].) *fundâſti* (vel, *ſtabiliviſti*, G. *conſtituiſti*, V. vel, *firmiter conſtituiſti*. Metaphora ab ædium fundamentis, quæ eſt firmiſſima & ſolidiſſima earum pars †.) *eum*, P. Mo. &c. Eſt tibi vice flagelli, quo punis improbos [i]. Ideo eum tantâ potentiâ fulſiſti, ut eum glorioſè perdas [k]. Hæc adjungit quaſi per anticipationem. q. d. Quòd autem Aſſyrii nos occîdant noſtráque diripiant impunè, quamvìs non modò turbinis inſtar in nos irruant, ſed incumbant, tanquam peſtis infixa terræ, Domine, hoc non fit temere & fortuitò, ſed tuo permiſſu & conſilio : tu eos fræno tuo cohibes, & occultâ tuâ providentiâ moderaris res confuſas: & juſtè quidem uteris tali flagello, quia populus eo indiget [l].

13. *Mundi*, &c. טְהוֹר וגו'] *Mundus* (vel, *Mundior*, D. ſic JT. Tar. ſub. *es*, JT. Pi.) *oculis* (vel, *Puriores* ſunt *oculi* tui, i. e. judicia tua [m],) *à videndo* (vel, *nè videas*, Calv. vel, *quò minùs cernere poſſis*, Ti. vel, *adeò ut non poſſis videre*, Pi. vel, *quàm ut videas*, G. ſic JT. Tar. M. i. e. perpetiaris [n] : vel, videas libenter & cum voluptate [o], ſive approbatione [p], ut Abd. v. 13; alioquin videt Deus peccata & deteſtatur, Pſal. 10. 14 [q].) *malum*, Mo. vel, [in genere,] alicui illatum [r]; vel, quo mali bonos †, quo Chaldæi nos, afficiunt [t]. Vel, *malitiam*, nempe tantam, ut Chaldæi omnia agant pro animi libidine, & idolis acceptas ferant victorias ſuas: non potes ſemper ferre facta tam crudelia [v]. Propheta cum Deo, vel potiùs ſecum, diſceptaturus, nè tentatio ipſum longiùs abriperet, occurrit maturè, & frænum ſibi injicit, honorificè de Deo ſentit, proponit ſibi naturam & juſtitiam Dei, & de ea certam perſuaſionem retinet [x]. ¶ *Quare*, &c? לָמָּה תַבִּיט בּוֹגְדִים] *Quare* (ſub. *igitur*, M. Pi.) *aſpicis* (vel, *intuereris*, JT. Pi. vel, *reſpiceres* : nam Hebræi, quia potentialem modum non habent, indicativo abuti coguntur [y].) *prævaricatores?* M. &c. ſub. *in te*, V. i. e. Quare eos fers, & non ſtatim animadvertis in eos [z]? ¶ *Et taces*, &c? תַּחֲרִישׁ וגו'] *Diſſimulas* (vel, Et *taces*, M. P. D. vel, *taceres*, i.e. diſſimulares, ſemper ſcilicet [a]: *Obſurdeſcis*, vel *Surdum agis*, D. *Surdum ageres*, JT. Pi.) *quum impius* (nempe Nabuchodonoſor [b]; vel Chaldæi, homines peſſimi [c];) *devorat* (i. e. penitùs opprimit [d]) *juſtiorem ſe?* Calv. Ti. &c. nempe Judæos *: qui quidem magnis criminibus involuti erant; ſed tamen multùm in ea re à Chaldæis ſuperabantur [f], quibus illi in omnes partes meliores erant [g]. De plerisque Judæis loquitur; vel potiùs, de piis illorum reliquiis [h].

14. *Et*, &c. וַתַּעֲשֶׂה וגו'] *Et facies* (vel, *feciſti*, M. *facis*, P. Ca. D. *faceres*, i. e. haberes [k]: vel, *faciet*, ſcilicet Nebuchadnetſar [l]:) *hominem*, vel *homines*, *veluti piſces maris*, (nempe, quos ponis extra curam illam ſpecialem quâ homines proſequeris [m]: qui facillimè hamo aut ſagenâ extrahuntur [n]. Deinde, ut minuti piſces majoribus pro cibo ſunt, ità homines infirmi à potentioribus opprimuntur. De quo exſtant verſus elegantes apud Varronem, *Naturâ humanis omnia ſunt paria. Qui pote plus, urget; piſces ut ſæpe minutos Magnus comeſt, ut aves enecat accipiter* [o].) *tanquam reptile*, (i. e. reptilia; vel, 1. terræ [p], vel, 2. aquæ [q]: natantia [r]: piſces; ut idem dicat aliis verbis †: piſces minores, inter quos ſunt etiam qui pedibus incedunt ac repunt, ut cancri, ſquillæ, &c. ac ſuo modo anguillæ [t]; unde nomine *reptilis* quandoque veniunt [v], ut Pſalm. 104. 25 [x]. *REMES* in Hebræo dicitur omne quod moveri poteſt [y]. Sed & ſequentia indicant à piſcatoribus eorúmque inſtrumentis & agendi ratione totam hanc allegoriam deſumptam eſſe [z].) *non dominator in eo*, Mo. vel, *quæ dominatore carent*, V. ſim. P. &c. vel, *duce*, Calv. i.e. defenſore [a]. Comparat mundum *mari*, homines *piſcibus*, & Nabuchodonoſorem *piſcatori*. q. d. Licet omnibus impunè ac nemine prohibente piſcari in mari ipſo, &

[d] Pi. ſim. Tar. * G. ſim. Calv. [f] M. [g] D. [h] Idem. † Idem. [i] V. [k] Ca. [l] Calv. [m] G. [n] Idem. [o] D. ex Hi. [p] D. Tar. ſic L. [q] Tar. [r] V. † Tar. ex D. [t] Tar. ex Pi. [v] G. [x] Calv. [y] G. [z] V. ſim. D. [a] G. [b] D. ex Hi. [c] Me. [d] D. * D. G. &c. [f] G. [g] D. [h] Tar. [k] G. [l] BA. 1. 1. 6. 39. [m] G. ex Maimon. [n] D. ſic Tar. [o] D. [p] T. plerique in D. [q] T. [r] G. † D. [t] Tar. [v] Tar. ex D. [x] D. ſic G. Tar. [y] D. ex Hi. [z] D. [a] G.

homines affligere carentes Principe qui eos tueatur [b]. *Et faceres*, &c. i. e. ſineres homines capi à Rege Babyloniæ, ut verſus ſequens declarat [c]. Ille homines, etiam populum tuum, pro libidine ſua capit & interimit, nemine prohibente : quod mirum à te permitti [d]. Senſus loci : Homines creati ſunt ad imaginem tuam. Cur ergò eos non reſpicis & curas ut filios? quomodo curabit paſſeres, boves, &c. qui ità deſerit homines? cur inter homines periit æquitas, & dominatur injuſta tyrannis? cur alii alios devorant, & unus totum ferè orbem opprimit? quid hoc ſibi vult? videtur Deus ludere in rebus humanis. Vacillat ergò Propheta quoad juſtitiam Dei; luctatur tamen ſtrenuè cum tentationibus, fidémque & conſtantiam ſuam oſtendit. Non obſtrepit aut maledicit Deo, ut mos impiis; ſed ad Deum accedit, eúmque ſemper alloquitur, & ab eo quærit remedium : q. d. Tu, Domine, explica mihi nodos iſtos, & collige ſenſus meos, ut videam æquitatem tuam *. Cur tu pateris ut dicatur à nonnullis, populum tuum non habere dominum qui eos protegat [f]?

15. *Totum* (vel, *Quotquot ſunt*, JT. Pi. ſcilicet homines [g]: juſtum cum injuſto, ſine ullo diſcrimine [h]. Vel, *Omnes*, ad verb. *Totum ipſum*, D. Totum quod eſt in Imperio ſuo [i],) *in hamo ſublevavit*] Vel, *educit*, JT. Pi. D. vel, *extrahit*, ad verb. *aſcendere facit*, D. ſic V. i. e. expiſcabitur [k]. הֶעֱלָה novè dixit, pro הֶעֱלָה [l]. Perſtat in metaphora ſua [m]. Duobus autem modis expiſcari ſolent piſces, hamo, & reti [n]. Cur permittis hoc fieri [o]? *Patieris ut omnia velut hamo tollat?* G. ¶ *Traxit*, &c. יְגֹרֵהוּ] *Congregat* (vel, *Congregabit*, Mo. vel, *Cogit*, Ca. vel, *Traxit*, ſive *Attraxit*, ο'. Ar.) *illos*, JT. Pi. D. vel, *illud*, Mo. P. גור hîc, ſicut & Pſal. 140. 3. idem eſt quod אָגַר *congregare* [p]. ¶ *Super hoc lætabitur*, &c.] Vel, *Idcirco lætatur*, &c. JT. Pi. Auget indignitatem : q.d. Gloriantur in ſceleribus ſuis, & triumphant, &c [q].

16. *Propterea* (Quia tu, ô Deus, ejus cœpta ſecundas [r]; Quia tantâ felicitate piſcatur †, mundúmque totum ſubigit [t];) *immolabit* (vel, *ſacrificat*; omnia adſcribit [v], victorias ſuas acceptas fert [x], Divinos honores tribuit [y];) *ſagenæ ſuæ*] Sim. JT. Pi. Ti. P. &c. Id eſt, vel, 1. deo ſuo, quem authorem putat virtutis & felicitatis ſuæ [z]. Vel, 2. prudentiæ [a], aſtutiæ, induſtriæ, conſiliis [b], & viribus ſuis [c]. Ità non Deo ſolùm, ſed & idolis, eripit omnem honorem, & ſibi arrogat [d]. Al. *propter ſagenam ſuam*, i. e. propter felicem capturam ejus *. ¶ *Quia in ipſis* (vel, *per iſta*, G. ſic D. &c. i. e. vel, vires ſuas [f]; vel, *ſagenam & rete* [g];) *incraſſata* (vel, *pinguis*, JT. Pi. D. &c.) *eſt* (vel, ſub. *evaſit*, V.) *pars* (vel, *portio*, JT. Pi. &c.) *ejus*] i. e. Conditio ejus lauta fit & opulenta. Metaphora à conviviis [h]. Adeptus eſt Imperium [i]. *Portionem & cibum* vocat populos gladio conſumptos: nam אָכַל eſt, *conſumere* [k].

17. *Propter hoc*, &c. הַעַל־כֵּן יָרִיק וגו'] *Numquid* (vel, *Annon*, M.) *propterea* (An quò pars ipſius pinguior evadat [l]; vel, cùm ſibi omnia tribuat, non tibi [m];) *evacuabit* (vel, *evacuat*, M. Ti. D. i. e. deplet & exonerat piſcibus, ut poſtea eam rurſus jaciat [n]; ut piſcatoribus mos eſt [o]. Vel, *educet*, JT. *jaciet*, Pi. ſic Sy. Ar. Heb. *evacuabit* : nam cùm piſcator rete jacit, manum ſuam evacuat [p]. Vel, *expandet*, ο'. G. i. e. expandere ſemper ſinetur [q].) *ſagenam ſuam?* Mo. P. M. &c. *& ſemper*, vel *jugiter*, *interficere* (vel, *occidendo*, JT. Pi. D. i.e. delendo [r],) *gentes non parcet?* Mo. P. Pi. vel, *non utetur clementiâ?* JT. i. e. non deſinet? qu. d. Debétne pervenire ad finem optatum? Non debet †. [Alii ultimum membrum ſic reddunt ;] *& perpetuò gentes occîdit, neminique parcit?* Ti. *& aſſiduus eſt ut occîdat gentes, & nemini parcat?* M. *& nunquam finem faciet occidionibus?* Hócne ferre tuum eſt [t]? Quouſque tuâ hâc abutetur clementiâ [v]? Quouſque hoc permittes, ut ſemper extendat rete ſuum [x]? [Ca. locum ſic vertit, *Ideóne aſſiduè deplebit everriculum ſuum, & gentes occidere non parcet?*] Quandoquidem ità eſt in homines ferox, & in te blaſphemus, an ſemper improbitatem illam laturus es, ut plagas tendat & homines venetur inclementiſſimè [y]?

[b] V. [c] Pi. ſim. M. [d] M. * Calv. [f] Tar. [g] Pi. [h] Tar. [i] M. [k] V. [l] D. [m] V. ſim. G. [n] D. [o] Tar. [p] D. [q] Calv. [r] Tar. † T. [t] D. [v] V. [x] G. ex Ca. [y] D. [z] Q. in V. [a] Pi. [b] Calv. ſim. V. D. [c] V. Ca. G. [d] Calv. * D. [f] G. [g] D. [h] Idem. [i] V. [k] G. [l] D. [m] G. [n] D. ſim. V. [o] V. [p] Pi. [q] G. [r] D. † V. [t] G. [v] Tar. [x] Calv. [y] Jun.

CAP. II.

1. SUper *custodiam* (vel, *speculam*, Calv.) *meam* (vel, *In custodia mea*, JT. Pi. D.) *stabo*] Ità M.P.Ti.&c. Metaphora à custodibus & excubitoribus urbium obsessarum: q.d. Attentè & accuratè considerabo[a] quidnam suggerat mihi Deus circa solutionem quæstionis suprà propositæ[b], cur piis malè sit, impiis bene[c]. Cujus causam sciscitaturum à Deo me miserunt Judæi: præstolabor ergò in silentio responsum Divinum[d]. *In custodia*, &c. i.e. in loco ubi me observant & quasi obsessum tenent illi qui exspectant responsum à Deo*. *Custodia* hîc accipitur vel, 1. activè, ut sumptum sit à vigilibus, qui per vices & certas horas stationem suam obeunt[f]: vel, 2. passivè[g], ut ferè accipitur in his libris[h]. Unde mandata Domini vocantur מִשְׁמַרְתּוֹ, (*custodia ejus*,) Zac. 3. 7. Mal. 3. 14. quòd ea *servanda* & *custodienda* nobis reliquerit[i]. Al. *Super custodiam*, i. e. rem custodiæ meæ commissam[k]; ut excubitores in mœnibus[l]. q. d. Non capio quidem quâ ratione Deus talia permittat: nolo tamen propterea muneri meo deesse, sed pergam, docendo, monendo, increpando, invigilare bono & saluti gregis mihi crediti tanquam pastori[m]. Al. Per *speculam* [sive *custodiam*] intellige, vel, 1. Verbum Dei[n]; quod tamen non convenit per omnia: vel, 2. recessum mentis, ubi subducimus nos à mundo & statione terrena, (cui hanc *speculam arcém*que opponit,) nec sequimur inclinationem aut rationem nostram, sed Verbum Dei, ex quo judicium ferimus, &c[o]. ¶ *Super munitionem*; ità P. עַל מָצוֹר] *In munitione*, JT. Pi. D. M. G. i. e. turri[p], sive specula[q], sicut vigil exspectans unde auxilium venerit. Vel, *in obsidione*. Fingit se obsessum, vel, 1. ab iis quorum nomine superiorem quæstionem habuerat; vel, 2. carnis tentationibus perplexísque cogitationibus de judiciis Dei[r]. Al. *in circulo*, sive *gyro*. Facto circulo stetit in medio ejus, dixítque, Non exibo hinc donec mihi dixeris cur differas pœnam improborum †. ¶ *Et contemplabor*] Vel, *speculabor*. Perseverantiam denotat, & perpetuam attentionem[t]. Amant Hebræi verborum copiam; itaque rem eandem multis verbis exprimunt. Prophetæ speculatoribus comparantur, ut videmus Ezec. 33. 2. Sicut speculatores in specula sua se tenent, ibíque stantes manent, & oculos intentos habent in omnia quæ in conspectum se dant: ità & Prophetæ exspectant patienter quid ipsis Deus sit revelaturus[v]. ¶ *Ut videam quid dicatur* (vel, *loquatur*, D. Calv. &c. nempe Deus[x]; qui hîc subauditur, ut ex contextu patet[y]: ut intelligam quid Deus mihi significet[z] de iis quæ ego proposui[a]:) *mihi*] Vel, *mecum*, Pi. vel, *in me*, nempe per spiritum propheticum, ut 2 Sam. 23. 2[b]. Zac. 1. 9, 13, 14. & alibi: nam prophetia intrinsecùs fiebat[c]. Sed dura & incongrua videtur hæc locutio: non *videmus*, sed *audimus*, quod quis loquitur. Sed sic voluit nos monere, ut non modò aures, sed oculos, omnésque sensus nostros, colligamus ad Deum, & toti pendeamus à Verbo ejus †. ¶ *Et quid respondeam*] Ità M. P. Mo. Ti. Calv. Tar. ut sumitur אָשִׁיב Exod. 19. 8. Num. 22. 8[d]: vel, *testificari deberem*, Pi. ¶ *Ad*, &c. עַל תּוֹכַחְתִּי] *Super*, vel *de*, (vel, *ad*, D. vel, *post*, JT. Pi. *contra*, M.) *disceptatione* (vel, *postulatione*, Ch. in M. vel, *increpatione*, Mo.) *mea*, Di. Ti. vel, *correptionem meam*, JT. Pi. D. vel, *mihi objectam*, M. quam pronunciaveram apud populum cap. præc. v. 2. ad 12*: quâ argui & quasi argumentis contendi adversùs Deum cap. præc. v. 13, &c. נוֹכַח est, *disceptare*, *disputare*, Esa. 1. 18. similiter יִתְוַכָּח Mic. 6. 2[f]. Quâ Deum quasi corripui, questus de providentia ejus. Id autem fecit nomine populi, cui nunc responsum dare cupit; quod à Deo avidè exspectat[g]. *Arguenti contra me*, P. *ad argumentum meum*, V. G. passivè; i.e. mihi propositum à piis & impiis[h]. Ad objectionem illam quam feci de majoribus Chaldæorum peccatis, suprà v. 12. & deinceps[i]. *Redargutioni meæ*, quâ præsagio Deum libertatem meam increpaturum: cogitabo igitur quid respondeam, &c[k]. *Ad objurgationem*, vel *increpationem*, *meam*: quâ intelligit tum, 1. omnes Satanæ insultus arcanos & extraneos; tum, 2. turbulentos nostros affectus; tum præcipuè, 3. impiorum blasphemias & ludibria: quæ omnia mentes nostras conturbant fidémque concutiunt: quibus, inquit, intrepidè respondebo, Deo mihi materiam suggerente[l].

2. *Scribe visum*] Rem à te visam; quam tibi nunc revelo[m]: id quod visurus es[n]: quod tibi dicturus sum[o]. Omnis enim perceptio *visus* Hebræis dicitur[p]. Prophetiam sequentem[r]. *Scribe*, ut bene legi possit, & suo tempore cum eventu comparari, ad monstrandum Dei providentiam. Simile monitum Esa. 8. 16. Jer. 22. 30. Dan. 8. 26 †. ¶ *Et*, &c. וּבָאֵר וגו'] *Et* (sub. *quidem*, JT. Pi. G.) *explana*, Mo. P. Ch. (vel, *explica*, M. V. vel, *clarè explica*, Ti. *clarè exprime*, Di. sim. D. vel, *distingue*, Sy. vel, *manifestè*, sive *perspicuè*, JT. Pi. G. ex ו ut sit infinit. pro adverbio: quo sensu invenitur & Deut. 27. v. 8[t]. Sub. *eam*, Ti. vel, *istud*, sub. *visum*, G. Heb. *declarando*, vel *explanando*, Pi.) *in tabulis*, P. D. &c. ceratis scilicet[v], aut buxeis; in quibus scribere solebant[x], ob materiæ firmitatem[y]. ¶ *Ut*, &c. לְמַעַן יָרוּץ וגו'] *Ut currat*, vel *percurrat*, (vel, *festinatò & expeditè pergat*; Ti. non hæsitanter, sed quasi currenter, legat. Sic alibi רוּץ, *currere*, non cursum propriè dictum, sed festinantem actionem, significat, rei appropriandam de qua agitur. Sic 1 Sam. 17. 17. וְהָרֵץ & *currere fac*, &c. id est, celeriter defer[z]. Vel, *ut non immoretur*, Ar. vel, *ut festinet ad sapientiam assequendam*, Ch.) *qui legerit eam*, P. M. Sy. &c. Ut nullo impedimento velocitas ejus & legendi cupido teneatur[a]. Ut statim assequatur qui illud legerit: *Unde de plano legi posset*, dicebant Latini[b]. Ut qui legerit eam citò intelligat quomodo intelligenda sit hæc quæstio[c]. *Ut percurrat*, i. e. celeriter legere possit[d].

3. *Quia*, &c. כִּי עוֹד חָזוֹן לַמּוֹעֵד] *Quia*, vel *Nam*, *adhuc visio* (i. e. res hîc denunciata*) *in*, vel *ad*, *tempus*, P. nempe *certum*, M. V. D. & *constitutum*, V. JT. Pi. D. sub. *à Deo*, V. D. & sub. *est*, M. vel, *erit*, P. vel, *differetur*, D. Tar. Glass. gram. p. 725. sim. JT. Pi. q. d. Non implebitur ante illud tempus[f]. Visi illius impletio longè abest, à Manassis tempore ad tempora Cyri[g]. *Visio adhuc*: qu. d. Visio ipsa sit vobis satis efficax & αὐτόπιστος, sufficiat vobis quod Deus locutus est, etsi nondum compleatur[h]. ¶ *Et*, &c. וְיָפֵחַ לַקֵּץ] *Et* (vel, *Sed*, G. *Et tum*, Ti. vel, *Quam*, JT. Pi. *Idque ille*, Ca.) *efflabit* (vel, *loquitur*, vel *loquetur*, P. V. Calv. D. sim. JT. Ca. vel, *erumpet*, instar flatûs[i],) *ad*, vel *in*, *finem*, Mo. P. Calv. i. e. usque ad finem temporis à Deo constituti[k]. q. d. Tandem inveniet finem, h. e. adimplebitur †. Vel, *tandem*, Ti. G. vel, *ad extremum*, Ca. vel, *de fine*, V. D. i. e. de re quæ eveniet post multum tempus, idque determinatum à Deo[m]: de fine 70 annorum[n]. Vel, *suo termino*, JT. Pi. vel, *post finem*, scil. Regni Babylonici: ut confirmat analogia membri præcedentis. ל valet, *post*[o]. Al. *Quæ* [nempe *visio*] *disserit* de his quæ *ad finem* sunt, M. Al. *Et loquens*, propriè, *spirans*, *ad finem* pertinget. יָפֵחַ non est mihi fut. Hiphil à פּוּחַ, sed, à radice יָפַח, unde est תִּתְיַפֵּחַ, Jer. 4. 31. nomen participiale mihi est, sicut & Psalm. 27. 12. וִיפֵחַ חָמָס, *& spirans violentiam*. Sensus est, Neque visio suo complemento, neque inspirans Prophetam Deus, pérque eum loquens, aut loquens nomine Dei Propheta, fine suo frustrabitur[p]. ¶ *Et non mentietur*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *fallet*, Ti. JT. Pi. G. D. nempe hoc visum[q]: sed omnibus modis eveniet[r]. Constabit me non esse vanum Prophetam †, & Deum non frustrà locutum esse[v]. Sic alibi *aqua* & *oliva mentiri* dicuntur, cùm spem fallunt[x]. ¶ *Si moram fecerit*, (Jehova in implenda hac prophetia[y],) *exspecta* (tu, popule Judæe[z],) *illum*] Ità Mo. P. sim. Pi. &c. i. e. Jehovam cunctantem[a]; vel, finem[b]: vel, *eam*, M. Calv. JT. D. V. nempe visionem[c]: vel, *illud*, nempe tempus statutum[d]. Si tibi videatur cunctari, exspecta, nempe fide & patientiâ, ut notat verbum חַכֵּה, Psal. 33. 20. Esa. 8. 17. & 30. 18*. ¶ *Quia veniens* (vel, *veniendo*, Calv. P. vel, *omnino*, JT. Pi. V. vel, *certissimè*, Ti. sic V. G.) *veniet*] Vel, 1. Jehova, ex collat. Heb. 10. v. 37[f]: vel, 2. implementum[g], sive effectus promissionum[h]. Accipiendum hoc vel, 1. de adventu Dei ad auxiliandum quovis tempore[i]: vel, 2. de Messiæ adventu[k]. Cui multa favent. 1. Quòd dicitur *Visio*, sive *Prophetia*, eminenter

ter scilicet. 2. Quòd hæc visio, i. e. visi impletio, futura dicitur *procul*, & *in fine*, & *tempore à Deo constituto*: quæ omnia illi apprimè congruunt. 3. De Messia testati dicuntur omnes Prophetæ, Act. 10. v. 43. & illum fideles omnes anxiè anhelabant: de hujus ergò adventu maximè confirmandi erant Judæi adversus mala imminentia: hinc de eo dicit, *non fallet*, toties à Deo promissus, à Prophetis prædictus; *exspecta eum*. Illum indigitat quem fideles exspectabant, & in animo semper habebant. 4. In voce *veniens* innuitur nomen ejus ὁ ἐρχόμενος, *venturus*, Matt. 11. 3. 5. De Christo & fide in illum exponitur in N. T. 6. Messiæ convenit, ut notat RS. vox יָפֵחַ, quæ Toar nomen est, teste K. *Loquens*, sive *Eloquator*, qui sc. ὁ λόγος dicitur, Joh. 1. 1. Apoc. 19. 13. cujus est, verba & consilium Dei eloqui, &c. 7. Veteres RR. ut agnoscit Abarb. de Messiæ adventu acceperunt. Ità Talmud in tract. Sanhedrim, Maimon. & RS†. ¶ *Non tardabit*] Ultra tempus constitutum[l]: non semper differetur[m]. At hoc repugnat præc. membro. Respondeo moram illam referri ad properationem desideriorum nostrorum: nam, ut proverb. dicit, *Etiam celeritas in desiderio mora est*. At si respicimus Dei consilium, nunquam moram facit: quia novit omnes temporis articulos, & in ipsa tarditate semper accelerat[n].

4. *Qui*, &c. עֻפְּלָה לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ] *Elata est*, Mo. D. (vel, *Extollit*, sive *Exaltat*, *se*, P. V. sim. D. i. e. Effertur, vel superbit, tanto rerum successu[p]. Certè efferri solet qui perverso animo præditus est. Recenset aliquot scelera Nabuchodonosor, ob quæ tandem animadversurus erat in eum Deus: primò, superbiam. Hæc visio præcipuè impleta fuit in eo & successoribus ejus: nepos enim ejus & vitâ & imperio privatus est per Medos & Persas; Israelitæ autem, qui Deo fidebant, liberati erant & in patriam reducti[q]. Al. *Ebullat*, JT. Pi. i. e. Inflatur opinione propriæ sapientiæ, ac proinde spe suâ fallitur. Heb. *Ebullatio* est in eo[r]. *Elatio cordis*, Q. in V. *Exaltatio*, sive *Elevatio*: est enim עֻפְּלָה nomen substantivum †. Deducunt à עופל *arx*[t]. Vel, *Qui se munit*, Calv.) *non recta* (sub. *est*, D.) *anima ejus in eo*, Mo. D. Calv. Nabuchodonosorem intelligit, aut populum Chaldæum[v]: vel potiùs, incredulos omnes, inter quos & filios Dei hîc distinguit[x]. Al. *in cujus anima non est recta in eo*, P. sim. JT. Pi. Ità fœmin. עֻפְּלָה construunt mascul. gen. cum persona[y]. Al. *Qui incredulus* (Heb. *arrogans*, G.) *est, non erit recta*, &c. Vulg. G. *non recta anima*, seu vita, *ejus*, sed distorta erit, & iniqua, & molesta, & misera, tum naturaliter, quia carebit certissimo liberationis aliquando obventuræ solatio; tum supernaturaliter, quia carebit internâ justitiâ & gratiâ sanctificante, ac proinde displicet Deo, ut vertunt ό. & ex eis Paulus[z]. Al. *Non recta*, i. e. depravatissima[a]: ut sæpe in S. S. negatio contrarium vehementissimè innuit. Periphrasis improborum, quorum nempe cor rectum non est: de quo Mic. 7. 2, 4[b]. Al. *Non recta*, i. e. non quieta & tranquilla; ut sensus sit, q. d. Ubi erit animi elatio, nulla erit tranquillitas. Superbi, qui se probè munitos putant & se efferunt, fallentur spe suâ, & mercedem accipient se dignam: nihil erit recti aut certi apud ipsos; inquietudine animi distrahentur in omnes partes: vexat illos Deus occultis tormentis; ipsi sibi carnifices fiunt, accersunt sibi multas molestias & anxietates, agitant ac permiscent diversa consilia; semper aliqua nova suspicio, aliquis metus, mentem conturbat[c]. [Alii locum sic reddunt,] *Arrogantis & fastuosi animus non est in se rectus*, Ti. id est, diffidit is Deo, nec ad illum confugit[d]. [Alii verba in Hebræo inversa in ordinem sic restituunt:] *Anima illius qui in semetipso non est rectus putat se satis munitum esse*, M. *In quo non est recta anima ejus, in eo* semper *ebullat*; i. e. effert se, & confidit præsidiis suis, in עפל *clivum* videtur assurgere: sed *bulla* tantùm est, & suâ imbecillitate rumpitur ac evanescit *. *Superbi non recta est anima ejus in eo*: quod sic accipio, qu. d. Mens aut anima superba, i. e. superbus, *non rectè sentit de eo*, nempe fine; vel, *de ea*, scil. *visione*[f]. [Alii hoc membrum cum sequente sic reddunt;] *Cùm autem pertinax non rectam mentem habeat, justus fide suâ vivet*, Ca. *Ponit anima ejus seipsam in arce*, &c. qu. d. Confugiet ad arces à facie inimici, non ad Deum: justo autem non opus est arce, quia fide suâ vivet, & eripietur[g].

† Calov. · l D. sic Me. &c. · m G. · n Calv. · p D. · q V. · r Pi. · † Calv. · t Calv. sic D. · v D. · x Calv. · y Di. · z T. · a D. sic Tar. · b Tar. · c Calv. · d Q. in V. · * Tar. · f D.

¶ *Justus*, &c. וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה] Et (vel, *Autem*, JT. Pi. &c. *Cùm interim*, M.) *justus* (i.e. homo pius ac sincerus[h]; qui omnes suas curas in Deum exonerat[i]; qui Deo promittenti credit[k]; justus per fidem in Christum[l]: vel, Israel, qui sc. *justus* erat, saltem ad Babylonios comparatus. Vide Habac. 1. 13[m].) *in*, vel *ex*, *fide* (vel, *veritate*, sive *integritate*, probitate & purâ conscientiâ[n],) *sua vivet*, Mo. JT. Pi. sic M. Ti. D. Calv. Tar. &c. τὸ ב [in בֶּאֱמוּנָה] sæpe vertitur, *ex*: confer Deut. 6. 5. & Marc. 12. 30. & cum hoc loco Rom. 1. 17[o]. *Vivet*, i. e. salvus erit, ut Jer. 38. v. 2[p]. *Vivet*, vitâ verâ, rectâ, pacatâ felicique, vitâ fidei, spei, gratiæ & gloriæ[q]; spe futurorum se recreans, & interea, constanti tolerantiâ adversitatum, majorem perpetuò gratiam, favorem & gloriam sibi comparans apud Deum[r]. Munitionibus hujus mundi evanidis, quibus tamen confidunt superbi, opponit fidem, quæ hominem exinanitum bonis omnibus coram Deo sistit, ut à gratuita ejus bonitate precariò mutuetur quod non est penès hominem. Hîc quasi in duabus tabulis ostendit Propheta quid sit superbire in nostris viribus, aut terrenis auxiliis, quid sit reponere vitam in Deo †. [Alii hunc versum aliter reddunt, inprimis ό. quos sequitur Apostolus: de quo aliquid hîc dicendum. ό. locum sic reddunt, Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται. *Si se subtraxerit, non placet animæ meæ in eo: justus autem ex fide mea vivet.*] Quod sequitur Apostolus Heb. 10. 38[s]. [Sed unde hæc discrepantia?] Nimirum οἱ ό. pro יָשְׁרָה, *recta est*, legerunt יִשְׁרָה, quasi esset futurum Cal à שרה, quod Arabicè significat εὐδοκεῖν, *gaudere*, *delectari de re aliqua*[t]. Pro נַפְשׁוֹ, legerunt נַפְשִׁי[x]. τὸ הִנֵּה vertunt, ἐὰν, *si*, prout הֵן Chaldaicè significat[y]. Pro עֻפְּלָה autem, videntur legisse עֻלְּפָה[z], quod *animo deficere* significat[a]: quod verbum Græcè vertitur, ἐκλείπειν, (*deficere*,) & ὀλιγοψυχεῖν, (*pusillo animo esse*[b].) Qui autem sic sunt affecti, timidi nempe, illi, ubi imminet periculum, se subducunt[c]. Sensus [juxta hanc versionem] optimus: *Si quis defecerit*, in exspectando scilicet, *is mihi non placebit*. Dei sunt verba. ὑποστέλλεσθαι est, *minus facere quàm oportet*: Act. 20. 20, 27. Gal. 2. 12. Hinc ὑποστολὴ opponitur τῇ πίστει, Heb. 10. 39. Porrò, in Rom. 1. 17. & Heb. 10. 38. nunc simpliciter legimus, ἐκ πίστεως· at ibi olim lectum, ἐκ πίστεώς μου, notat Hieron. ad h. l. Legerunt ergo Græci בֶּאֱמוּנָתִי, *fide meâ*, i. e. in me. Nam affixa talia Hebræa, ut & genitivi Græci & Latini, modò rem subjectam, modò objectam, significant. *Justus in fide mea vivet*, i.e. Qui bonus probúsque est manebit constans in exspectatione eorum quæ dixi. Aiunt Hebræi omnia Legis præcepta in hoc dicto contineri; nimirum quia nulla est certior ad eam omnem quæ Deo debetur obedientiam via quàm Dei promissis minísque fidem plenam habere. Et hoc est quod toties inculcat Paulus, *per fidem homines justos fieri*, i. e. pertingere ad eam probitatem ad quam suapte ratiocinatione ac labore pertingere non possent[d]. Verùm non constat ό. hîc aliter legisse. Alii sic conciliant: עֻפְּלָה est, *superbit*: qui autem ὑποστέλληται, *subtrahit se* per incredulitatem, ille etiam *superbit*; quia, ut credere est humilitatis, ità nulli credere, est animi elati. Cocceius huc refert verbi ὑποστέλλεσθαι notionem Polybio familiarem, quâ valet, *se applicare munimento alicui ad securitatem*, q. d. Siquis applicat se, alteri scilicet rei præter Messiam, ceu munimento & præsidio suo: ut ità notetur id quod fidei est contrarium. Psal. 18. 3. & 52. 9. Prov. 18. 10. Ità explicat Moses Kimhi עֻפְּלָה, *ponit se in clivo & specula*, ut ibi sublimetur à facie inimici, neque redit ad Deum, &c. Quòd autem Grotius sententiam Apostoli de justificatione per fidem ex Hebræorum mente colligit, annon cæcos ductores sequitur, qui *justitiam Dei ignorârunt*, &c. Rom. 10. 3? Porrò, Lud. de Dieu hanc versionem optimè conciliat cum textu Ebræo *. [Quod ex ipso videre præstat.] ό. optimè & doctissimè interpretati sunt ex usu linguæ Arabicæ, ubi עפל Latinè redditur, *negligere*, sed propriè significat, *animum à re aliqua* aut *persona avertere & subducere*: ideo semper construitur cum præpositione. Sic Psal. 28. 1. pro, *Ne obmutescas à me*, Arabs habet, *Nè negligas me*, propriè, *Nè avertas animum à me*. Sic, cùm ad rem refertur, significat

g He. in V. · h Pi. · i Calv. · k T. · l Tar. · m D. · n Q. in Calv. · o Tar. · p D. · q Me. sim. T. Pi. · r T. · † Calv. · s Di. G. · t Cap. crit. p. 537. · x Cap. ib. sic G. · y Cap. ib. · z Cap. ib. sic G. · a Cap. · b G. · c Cap. ib. · d G. · * Calv.

ficat se subducere ab illa, quippe ad quam attendere non dignaris, adeóque negligere eam & contemnere. Idipsum est quod hîc sibi vult Propheta. Promiserat v. præced. Deum, etsi moram faciat, venturum tamen, & non tardaturum. Hinc jam pronunciat, *Ecce, si subductio fiat*, aut *si negligatur*, nempe id quod promissum est, *non placet sibi anima ejus in eo. At justus fide sua vivet*. Id est, vir justus, qui animum suum à promissione Divina non subducit, nec eam negligit, sed fide apprehendit, fide illâ suâ vivet. Lego autem עֻפְּלָה per modum quendam interrogationis, *subductio fit?* Latinè, *si subductio fiat*, nempe animi à promissione Divina. Non potuissent Græci meliùs quàm per ἐὰν ὑποστείληται vertere: est enim ea ipsissima verbi Hebræi & Arabici significatio; quam etiam adhibuimus ad Num. 14. 44. וַיַּעְפִּלוּ וגו׳, Græcè vertimus, Καὶ ὑπεστείλαντο εἰς τὸ ἀναβαίνειν, *Et subduxerunt se*, vel animum suum, nempe à monito suprà ipsis dato, illúdque neglexerunt, *ut ascenderent*, &c[f].

[f] Di.

5. *Et quo modo*, &c. וְאַף כִּי הַיַּיִן בּוֹגֵד גֶּבֶר יָהִיר וְלֹא יִנְוֶה] *Et etiam quia vinum prævaricans vir superbus, & non habitabit*, Mo. Alludit hîc ad historiam Dan. 5. ubi Balsasar bibit in vasis Templi, & occisus est[a]. Al. Quatuor præcipuè Nabuchodonosori vitia hoc versu notat, sc. vinolentiam, perfidiam, superbiam, & dominandi libidinem inexplebilem[b]. Verùm non de Regis persona hîc loquitur, sed de Babylonico Imperio, cujus ruinam hîc prædicit[i]. Babylonii expressè non nominantur hoc loco, sed, quia res satis nota erat ex aliis Prophetis, certis notis describuntur. His ergò commonefactio præcedens applicatur, & prolixè satis ostenditur quomodo illi ebullant atque frustrà se efferunt, quum paulò pòst ruituri sint[k]. Consolatus suprà fuerat populum adversùs tyrannidem Regis Chaldæorum, & quamvis per 70 annos sub ejus imperio captivi degere deberent, promiserat tamen fore ut tandem veniret Dominus liberaturus suos, nec tardaturum: cui promissioni ut firmam adhiberent fidem, argumentatus est à pœna infidelitatis & præmio fidei, v. præced. nunc argumentatur ab improbitate Regis Chaldæorum, quam Deus non possit non ulcisci[l]. [Verba sic reddunt;] *Et utique propter vinum prævaricatur vir, & fit stupidus, & non firmat sedem*. Comparat hîc Regem Chaldæorum ebrio & stolido homini, qui nihil agit quàm quod est perversum & iniquum. In homines enim sævit instar *mortis* & *sepulchri*[m]. *Quinimo vinum fallit hominem audacem, neque duraturum*, Ca. *Porrò, vino æstuans, prævaricator, vir arrogans, nihil honesti faciet*, Ti. *Et quantò magis vino deditus* (ad verb. vir *vini*, V. sic D. Tar. qualis ellipsis Prov. 20. 1. Zach. 10. 7[n].) *prævaricatur*, & *homo superbus, nec permanebit* (Heb. *habitabit*, V.) *in habitaculo suo?* P. id est, in Regno suo[o]. *Quinetiam vinolentus, perfidiosus*, nempe iis qui se fidei ejus committunt, *vir arrogans*, vel *superbus, non manet in habitaculo suo*: non potest se continere intra limites Imperii sui. Quod congruit cum sequentibus[p]. *Quantò magis*, vel, *Et etiam certè*, (Amplificat, ut colligitur ex contextu.) *vino transgrediens vir superbus, & non habitabit qui dilatat*, &c. Hîc & deinceps confirmat doctrinam jam expositam [v. præced.] Postquam docuit sese efferentes multas sibi accersere molestias, nec aliter animum tranquillum fore nisi per fidem, &c. jam descendit ad Regnum Babylonicum. Ostendit ergò quomodo justi fide victuri sint; quia scilicet Deus, qui mundum regit, tuebitur suos, & compescet punietque improbos. Superbos hîc comparat ebriis. Sensus, q. d. Etiamsi Babylonii superbiâ velut temulenti sint, & ferantur effræni lasciviâ, & sese non contineant, sed crudeliter sæviant absque ullo modo & timore, instat tamen illis vindicta Dei; *non habitabunt*, i. e. quiescent & stabunt uno in loco. Temulenti nec pedes nec manus continent, sed huc illuc transiliunt: ità superbi nullibi quiescunt, cœlum & terram & mare occupant suis cupiditatibus[q]. *Et etiam* (In וְאַף transitio est à priore argumento in alterum ex improbitate Regis cum subsequente pœna.) *quia vinum prævaricatur, vir superbus est*, (i. e. quia, vino prævaricante, vir superbit; adeò superbiit Beltsasar, Dan. 5.) *non* (ו in וְלֹא non copulat, sed consecutionem indicat, nempe, ideo non) *habitabit*, diutiùs scilicet, firmam sedem non habebit: eâ enim nocte & Regno & vitâ orbatus fuit[r]. [Alii hunc versum cum sequente jungunt, & sensum, hîc imperfectum, ibi supplent. Hæc autem verba sic reddunt;] *Quinetiam cum vino* (i. e. ebrietate; meton. h. e. successu rerum; metaphora†;) *perfidiosus fit vir arrogans*, (Rex Babyloniæ[s];) *neque maneat in habitaculo*, JT. Pi. sic Tar. sub. *suo*, Pi. i. e. non possit se intra limites suos continere[v]. Hæc tertia responsi Divini pars, hypothesis de Babyloniis: quorum malefacta per congeriem explicat hoc versu; deinde, sententiam suam omnium testimoniis & votis comprobatam pronunciat, sequentibus[x]. Al. *Et quo modo vinum potantem decipit*; (cum primùm exhilarans, deinde humi sternens, & deridendum propinans[y];) *sic erit vir superbus*, (quales Chaldæi, dulci fortunâ ebrii[z];) *& non decorabitur*, Vulg. Imò ignominiâ notabitur[a]. Vel, *& non permanebit* in suo statu: sicut nec ebrius manet qui fuit[b]. *Qui autem arrogans est & contemptor*, ο΄. sim. Ar. *vir superbus*, (vel, *& homo stolidus*, Ar.) *nihil perducet ad finem*, ο΄. Ar. *Quemadmodum homo erat in vino, superbus in impietate, & non permanebit*, Ch.

[a] V. [b] D. [i] Calv. [k] Tar. [l] Di. [m] M. [n] Tar. ex D. [o] V. [p] D. [q] Calv.

[r] Di. † Pi. [s] Idem. [v] Tar. [x] Jun. [y] Me. [z] G. [a] Me. [b] G.

¶ *Qui*, &c. אֲשֶׁר וגו׳] *Qui* (vel, *Quia*, Calv. *Quum*, Pi. sic JT. *Sed*, M. *Quippe*, D.) *dilatavit*, vel *dilatat*, (vel, *dilatet*, JT. Pi.) *quasi sepulchrum* (quod nullis cadaveribus expleri potest. Vide Prov. 30. v. 16. Jes. 5. 14[c].) *animam suam*, Calv. P. &c. id est, desiderium suum[d]. Chaldæi laborant insatiabili quadam Regnorum siti*, & in ea morti, sive τῷ Ἅδῃ, optimè comparantur. Prov. 27. 20. Sic Latini dicunt,—*regnum insatiabile Ditis*[f].

[c] D. sim. V. [d] V. Tar. sim. D. * G. sim. V. [f] V.

¶ *Et congregavit* (vel, *Etiamsi ad se cogeret*, G. *Et colligit*, i. e. redigit sub potestatem suam[g]: *Et recipiat*, JT. *Et colligat*, Pi.) *ad se omnes gentes*, &c.] Neque ille satiatur, qui plerasque gentes violenter sibi subjecit[h].

[g] D. [h] V.

6. *Numquid non omnes isti* (quos subjecit Chaldæus[i]) *super eum parabolam sument?*] q. d. Fietne tandem illis fabula[k]? Nonne æquum est ut tot populi à Chaldæis malè tractati aliquando versas vices doctis quibusdam dictis decantent? Omnia dicta acuta aut lepida aut sententiosa sunt מְשָׁלִים Hebræis[l]. Dejectis tyrannis omnes insultare solent, & dicteria sua projicere[m]. ¶ *Et*, &c? וּמְלִיצָה חִידוֹת לוֹ] *Et* (sub. *usurpabunt*, M.) *interpretationem* (vel, *sermonem*, P. *proverbium*, M. *dicterium*, Calv.) *ænigmatum* (Ità esset מְלִיצָה pro מְלִיצַת, forma absoluta pro constructa[n]. Alii, *ænigmaticum*, P. Calv. vel, cum *ænigmatis*, JT. Pi. vel, atque *ænigmata*, M. sic D. Ellipsis copulæ[o].) *ei?* Mo. vel, *de eo?* P. JT. Pi. vel, *propter eum?* M. vel, *sibi?* ut sit לוֹ pro לָהֶם Pleonasmus. חִידָה est, *sermo obscurus & ænigmaticus*; מְלִיצָה, *oratio apertior*[q], propriè, *sermo facundus*[r]. q. d. Non tantùm obscurè insultabunt, componentes carmen lugubre & ænigmaticum in quo obliquè taxent ejus vitia; sed & apertè addent interpretationem †. *Quin & lepidis dicteriis & ænigmatis insultabunt ei*, Ti.

[i] D. ex V. [k] Tar. [l] V. [l] G. [m] Calv. [n] D. [o] Idem. [q] Idem. [r] V. † Tar.

¶ *Et*, &c. וְיֹאמַר הוֹי וגו׳] *Et dicent* (vel, *dicet*, Mo. M. *dicendo*, G. *dicturus*, JT. Pi. sub. *ille*, JT. vel, *quisque*, P. vel, *unusquisque illorum*, Pi.) *Væ multiplicanti* (vel, *ei qui adauget*, Ti.) *non sua*, P. M. Ti. JT. Pi. &c. Heb. quæ *non* sunt *ei*, Pi. vel, *ex non suis*, Calv. i.e. qui se locupletat ex alieno[t], nempe ex spoliis[v]: qui acquirit alienas ditiones plurimas[x], per fas & nefas[y]. Vel, *non sibi*, Mo. Q. in D. q. d. non tam sibi acquirit, quàm Medis & Persis[z]. Simile dictum Menandri, Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν, &c. (*Avaritia maximum hominibus malum. Qui enim aliena invadunt sæpe victi etiam sua perdunt*[a].) Natum hoc proverbium ex tyrannide Nabuchodonosoris[b]. ¶ *Usquequo*, &c? עַד־מָתַי וּמַכְבִּיד עָלָיו עַבְטִיט] *Usquequo & aggravans super se densum lutum?* Mo. *Et quousque* id faciet, *& aggravabit* (vel, *multiplicabit*: nam הִכְבִּיד est etiam, *multiplicare*[c]:) *super se* (vel, *ad se*, G.) opes tanquam *densum lutum?* P. id est, congeret sibi opes quæ numero æquent ipsum lutum[d]? Quousque ille sibi finetur coacervare tantam vim luti, id est, auri & argenti? nam, ut ait Naumachius, Χρυσὸς τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος, (*Et aurum pulvis est & argentum* †.) *Usquequo gravat se divitiis quasi denso luto?* M. Al. *Quousque?* Calv. D. Ca. (vel, *Quousque tandem?* [quod parenthesi includunt,] JT. Pi. Significat tyrannos non posse ferri absque magno dolore & tædio, præ quo omnes ex naturæ sensu clamant, Quousque? quousque*? *Quousque* hoc impunè

[t] Calv. sim. [v] V. [x] V. [y] D. Tar. [z] Tar. [z] Q. in D. [a] G. [b] M. [c] G. sim. [d] V. † D. * Calv.

impunè faciet[x]? ô Deus[f]: q. d. Non diu. Vel, Quousque progredietur hæc prædandi cupido? ubi finem ei imponet[g]? Sempérne fiet istud[h]?) *& qui aggravat* (Aptum verbum: *lutum* enim, si *densum* fuerit, *gravat* portantem. Pari modo nimiæ opes oneri sunt possidenti. Aut, *aggravanti*, i. e. congerenti, multiplicanti: *grave* enim usurpant & pro *multo*[i]. Vel, *& qui accumulat*, Calv. vel, *& numerosè aggreganti*, JT. Pi. vel, *& comparas*, Ca.) *super se* (vel, *penès se*, JT. Pi. *contra se*, Vulg. G. in perniciem suam[k]: *contra teipsum*, Ca.) *densum* (vel, *densissimum*, JT. Pi.) *lutum?* Calv. JT. Pi. &c. i. e. opes congestas ex auro & argento: quæ *lutum* vocat, quia ex terra eruuntur[l]. Vel, *magnam vim crassi cœni*: q. d. quæ non magis tibi proderit quàm cœnum; quinimo nocebit[m]. Al. *aggravant super se*, &c. h. e. sese demergunt in profundas cavernas, & montes super se accumulant, quibus magis conterantur. Avarus omnis sibi oneri est, & molestæ ei sunt divitiæ, dum iis frui non audet, & semper de iis solicitus est, &c[n]. Joseph K. exponit de sepulchro, q. d. reddit sibi terram onerosam. Moris erat Romanis, ut ei cui bene precabantur, terram levem, cui imprecabantur, terram gravem, optarent[o].

7. *Numquid non repentè consurgent* (Annon æquum fuit ut *consurgerent* adversùs te[p], *)qui mordeant* (i. e. spolient, mutilent, lacerent[q],) *te?*] Intellige vel, 1. vermes cadaver ejus corrodentes: vel, 2. hostes Regnum ejus depopulantes[r]; Medos ac Persas†. ¶ *Et*, &c? [וְיִקְצוּ מְזַעְזְעֶיךָ] *Et expergiscentur* (tanquam è somno[r]: Et ut *surgerent*, G.) *qui commoveant*, vel *commovebunt*, (vel, *exagitent*, V. D. vel, *lacerarent*, G. vel, *divexabunt*, Ti. sim. JT. Pi.) *te?* P. M. &c. i. e. qui tibi sint molesti[v]. ¶ *Et*, &c? [וְהָיִיתָ לִמְשִׁסּוֹת לָמוֹ] *Et eris in rapinas* (vel, *conculcationem*, M. vel, *direptiones*, D. vel, *continenti conculcationi*, JT. Pi.) *eis?* Mo. P.

8. *Spoliabunt te omnes qui*, &c. [כָּל־יֶתֶר עַמִּים] *Omnes reliquiæ populorum*, M. Ti. JT. Pi. Calv. &c. Vel, 1. qui reliqui fuerint de populis à te spoliatis[x]. Quamvis eorum reliquiæ tantùm superfint, illæ sufficient ad vindictam de te sumendam[y]. Vel, 2. reliqui populi à te non spoliati[z]: præcipuè Medi & Persæ[a]. Plurimæ etiam gentes Scythicæ fuerunt in Cyri exercitu[b]. Aliæ gentes meo impulsu hanc vindictam exsequentur[c]. ¶ *Propter sanguinem hominis* (i. e. cædes hominum[d], plurimas*; sub. *à te factas*, V.) *& iniquitatem* (vel, *injuriam*, V. *violentiam*, JT. Pi. *direptionem*, G.) *terræ*, &c. [אֶרֶץ קִרְיָה וגו׳] *Terræ*, Calv. Mo. &c. (nempe Israelis[f]: vel, *terræ*, i. e. terrarum[g]: quam exercuisti in terra[h]:) *urbis*, Calv. sic Mo. (vel, *& urbis*, M. Ti. sic P. sub. *Jerusalem*, V. D. καὶ πόλεως vel, *urbium*, G. sim. D. sing. Heb. pro plur[k]. *urbem*, JT. Pi. scil. Babylonem; sub. *spoliaturæ sunt*, Pi.) *& omnium habitantium* (vel, *omnes habitantes*, JT. Pi.) *in ea*, Calv. &c. i. e. in eis urbibus. Vides non omnia quæ ex gentium jure fieri dicuntur apud Deum pro licitis haberi, sed spectari causam & modum[m].

9. *Væ*, &c. [הוֹי בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע לְבֵיתוֹ] *Væ concupiscenti concupiscentiam malam* (vel, *avarè sectanti avaritiam malam*, P. vel, *inhianti lucro pessimo*, M. *inhianti lucro, id que malo*, Ti. vel, *dedito quæstui malo*, JT. D. vel, *facienti quæstum malum*, Pi. sim. Ca. i. e. corradenti opes injustas[n]. Hebræis omnis actio injusta quæ proprium nomen non habet dicitur *concupiscentia*[o].) *domui suæ*, Mo. Calv, &c. quod malum est & perniciem afferet domui sive familiæ ejus[p]: id quod eventus postea comprobavit[q]. Vel, *domus suæ*, Ti. sic Ca. vel, *pro domo sua*, D. JT. Pi Tar. ad stabiliendam rem & familiam suam[r]: ut non tantùm ipse abundet, sed & magnas opes relinquat filiis ac nepotibus suis†. Vel, quò ditet *domum suam*, M. vel, *ut domum suam* ædificet, P. sic D. & quidem ex mero fastu: ut superbas ædium moles exstruat[t]. *Domum*, nempe *regni*, ut Dan. 4. v. 30. Regiam suam[v]. ¶ *Ut sit* (vel, *Ut ponat*, Pi. Calv. &c.) *in excelso* (in loco celso[x], & inaccesso[y]: in quali Regia Nabuchodonosori sita fuisse videtur*.) *nidus ejus*] Id est, Ut exstruat sibi arcem præaltam & munitissimam, quâ se tueatur ab hostibus[z]. Metaphora ab avibus[a]: ab aquila[b]. Aves tutæ sunt quæ in rupibus inaccessis nidificant. Sic Chaldæi, qui plurima tenebant loca situ & operibus defensa, putabant se extra periculum esse[c]. Regiam vocat *nidum* per contemptum: confer Obad. vers. 4[d]. Mala conscientia trepida est: sciunt avari opes invidiam sibi & odium conflare; ideo se muniunt*. ¶ *Et*, &c. [לְהִנָּצֵל וגו׳] *Ut liberetur à*, vel *de*, *manu* (vel, *potestate*, JT. Pi.) *mali*; P. M. Ti. D. &c. h. e. afflictionis[f]: à vi hostium[g]. *E manu mali* phrasis est, pro, *è malo*[h]. Deridet stultam divitum fiduciam, qui se putant esse extra sortem mortalium[i], & extra calamitatum jactum[k].

10. *Cogitâsti* (vel, *Consuluisti*, Mo. D. vel, *Consilium inivisti*, P. JT. Pi. sim. Ti. V. M. &c.) *confusionem* (*pudorem*, Mo. D. *pudendum*, JT. Pi. [vel, *ignominiosè*.] בֹּשֶׁת accipio adverbialiter, ut לָבֶטַח, pro בֶּטַח, *tutò*[l].) *domui tuæ*] Familiæ tuæ[m]: i. e. in confusionem tui & posterorum[n]: in domûs, id est, patriæ, tuæ dedecus cessura, ô Chaldæe[o]. Deus non tantùm spe tuâ te frustrabitur, sed & gloriam tuam convertet in dedecus. *Consultandi* verbo complectitur quicquid est industriæ, solertiæ, studii in avaris[p]. ¶ *Concîdisti*, &c. [קְצוֹת וגו׳ וְחוֹטֵא נַפְשֶׁךָ] *Decurtando* (vel, *conficiendo*, Ca. *excidendo*, Calv. sim. Pi. D. *exscindendi*, Di. ex Jun. *Excidisti*, P. sic D. ut sit infinit. pro præt[q]. *Consumpsisti*, ο'. *Eradicâsti*, Ar. *Diripuisti*, Sy. *Deprædatus es*, Ch. Vel, *licèt excideris*, per anticipationem; qu. d. licèt hoc incredibile videatur, quum hostes & multos & validos profligaveris[r]:) *populos multos*, Mo. P. &c. (h. e. Consilium tuum fuit exscindere populos multos†.) *& peccans* (vel, *& peccavit*, ο'. *& peccâsti*, JT. Pi. Calv. *sed peccâsti*, Ch. *& peccare fecisti*, Ar. *& ad peccatum adegisti*, Sy. vel, [neglecto ו, *&*, tanquam redundante,] *peccans*, M. *peccâsti*, Ti.) *anima tua*, Mo. ο'. vel, *animam tuam*, Ar. *teipsum*, Sy. contra *teipsum*, JT. Pi. D. in *animam tuam*, P. M. Ti. D. Calv. נַפְשֶׁךָ, pro בְּנַפְשֶׁךָ; & ante חוֹטֵא deest הָיִיתָ, *fuisti peccans*, i. e. peccâsti[t]. [Alii ultimum membrum aliter reddunt:] *cujus rei tute pœnas dabis*, Ca. Malum quod parabas inferre retorquebitur in caput tuum, recipies mercedem scelerum[v]. *Et peccatrix anima tua*, i. e. peccare tibi ex consuetudine in naturam vertit[x]. *Et* (vel, *Attamen*) *nihil habet anima tua*; nihil invenit eorum quæ appetiit, sed omnibus destituitur: adeóque pudendum hoc est consilium domui tuæ. חָטָא propriè significare *destitui*, *carere*, *non assequi*, *non invenire*, *non habere*, docuimus ad Jud. 20. 16. & נֶפֶשׁ interdum esse masc. gen. liquet ex Gen. 46. 22. & Num. 31. 28[y].

11. *Quia lapis de pariete* (domûs tuæ[z]) *clamabit*] Vel, *vociferabitur*, V. Excitabit Deum ad sumendum de te supplicium injuriæ quam tu tacitis iis quibus sua extorques ad construenda tua ædificia[a]. Lapides furto à te ablati testabuntur injustitiam & rapinam tuam[b], & clamabunt Regiam tuam è rapinis exstructam esse[c], implorabúntque ultionem à Deo contra te[d]. Sensus versûs, Tuæ injustitiæ testimonium reddunt tot muri urbium dejecti, tot ædium fragmenta*. Prosopopœia, quâ sermonem tribuit lapidibus[f]. q. d. Tyrannis tua & violentia tam enormis est & manifesta, ut, licèt homines taceant, lapides clamarent, &c[g]. ¶ *Et*, &c. [וְכָפִיס] [כָּפִיס מֵעֵץ] quid sit quæritur[h]. Alibi non exstat in S. S†. Veteres nonnisi ex conjectura interpretantur. ο'. vertunt, κάνθαρος *scarabæus* nempe, vel *vermis*: quippe כָּפִיס alludit ad חפושית *chaphusith*, vel *chippusith*. Sic Hebræi vocant *scarabæum* in Talmud, teste etiam RS. ut Chaldæi חפושתא *chippusthâ*; & Arabes cum epenthesi, *chanphasa*. Aquila vocem vertit, μάζα, quæ est κοπὶς, (*gladius*, vel *securis*,) teste Hesychio[l]. Græci omnes præter ο'. [Addere debuisset, & Aquilam, ut ex dictis patet.] transtulêre, σύνδεσμον (*colligationem*, sive *juncturam*[o];) ità Sym. & Th[p]. Idque Hieronymus putat esse quod vulgò Græci ἱμάντωσιν quam vocem Suidas interpretatur ἱμάντωσιν ξύλων, (*compagem lignorum*[q];) Vulgatus *loramentum* optimè reddidit: éstque *lignum quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur.* Vide Eccles. ast. 10. 18[r]. Chaldæus כָּפִיס vertit, *segmentum*†, sive *frustum*; Syrus, *clavum*; Arabs, *paxillum*; RS. *fistucam*; AE. *locum durum in lignis trabium, qui vulgò nodus vocatur*; Pomarius, *laquearium*; K. *ambulacrum contignatum in ædibus.* Qui omnes in eo conveniunt, quòd aliquam ædificii partem, aut particulam saltem, hâc voce intelligunt. Sed his conjecturis non opus est: כָּפִיס enim Talmudicis est, *later longus sesquipalmo*, qui hîc à Propheta sumi videtur pro quovis latere, ut βῆσσαλον à Græcis recentioribus primò pro *bessali latere*, deinde etiam pro

pro quovis *latere*, est usurpatum. Locum ergò sic reddiderim, *Lapis ex pariete clamat, & later ex ligno respondet ei.* Agitur de pariete in quo lapides & lateres inter ligneas trabes inserti sunt, quales hodie multos videmus. In tali pariete lateres ex ligno respondent, id est, ex medio tabulato, in quo inter trabes sunt dispositi. Accedit quòd τῷ *lapidi* in priore hemistichio meliùs respondet *later* in sequente, quàm *frustum trabis*, &c[r]. [Videamus jam quomodo verba reddunt.] *Et rudimentum* (vel, *nodus*, JT. *trabes*, Pi. *tigna*, P. *tignum*, Calv. *laquear*, M. *subscus*, Ti. *lacunar*, Ca.) *è ligno*, Mo. JT. Pi. vel, *structuris ligneis*, P. vel, *tabulato*, M. Ti. Calv. vel, *materiatura*, Ca. E *ligno*, h. e. è contignatione lignea[v]. *Lignum quod inter juncturas ædificiorum est*, Vulg. q. d. etsi abditum ibi sit[x]. ¶ *Respondebit*, [יַעֲנֶנָּה] *Respondebit* (vel, *succinet*, Ca.) *ei*, Mo. Calv. V. sic P. Pi. nempe lapidi[y]; quasi per modum ἀντῳδίας in choris[z], sive alternis vocibus[a]. q. d. Erit concinna melodia in singulis partibus ædificii: quia incipiet murus & proferet suum canticum, *Ecce, ego sum exstructus ex sanguine*, &c; lignum autem dicet idem, & clamabit, *Væ*[b]. Al. *testabitur*, G. sim. M. *testificeatur istud*, JT.

12. *Væ qui ædificat civitatem* (Babylonem[c],) *in sanguinibus*] i. e. Cædibus[d], & rapinis*; h. e. opibus calumnià & oppressione partis[f]. Væ Chaldæis, qui ex aliarum urbium nihil tale commeritarum ruinis Babylona auxerunt[g].

13. *Numquid*, &c? "[הֲלוֹא הִנֵּה וגו] *Nonne, ecce, à Jehova exercituum?* Calv. &c. sub. *est?* JT. vel, *fit?* Pi. nempe aliquid. qu. d. Nonne Deus habebit suas vices, ubi avari & crudeles triumphos egerint, &c? Annon Deus prodibit & exseret manum suam, quamvìs nunc jacére videatur & cessare[h]? Vel, sub. *erit?* nempe hoc quod sequitur[i]. q. d. Quòd gentes frustrà delassentur, id non fortuitò accidit, sed certo Dei consilio justóque ejus judicio[k]; cui nec Babylon, quamvis potens, resistere possit[l]. Vel, sub. *ista sunt?* M. Ti. vel, sub. *ultio veniet?* P. ¶ *Laborabunt*, &c. [וְיִיגְעוּ עַמִּים בְּדֵי אֵשׁ] *Et* (vel, *Itaque*, P. sic Calv. vel, *ut*, sive *quod*, JT. Pi. Ca. D. G. Tar.) *laborabunt* (vel, *laborent*, JT. Pi. Ca. &c.) *populi in sufficientia ignis*, Mo. vel, *igne*, sive *in igne*, P. Ti. Calv. D. &c. *in ipso igne*, M. דֵי est adjectio syllabica, sive particula expletiva: quanquam K. emphaticam esse putet, & Vulgatus hìc legat, *in multo igne*[m]. [Variè explicant.] Laborabunt incassum & fine fructu, vel etiam cum incommodo & jactura: ut siquis telam texat igne supposito, qui eam consumat[n]. Aut, *in igne laborare* est, in periculo cum labore versari. Cui affine quod, *per ignem incedere*, dicunt Latini[o]. Aut, *laborabunt in igne*, id est, in igne exstinguendo quo portæ conflagrabunt, sed frustrá[p]. Vel, *pro igne*, JT. Pi. *propter ignem*, V. vel, *igni*, Ca. q. d. Videbuntur frustrà laborare circa exstructionem talium urbium quæ tandem incendio absumentur[q]: consumentur quæ elaborant[r]: præparant luculentam materiam igni, quem Persæ & Medi injicient†. Fiet ut Chaldæi ista Babylonis opera flammæ paraverint[r]. ¶ *Et* (vel, *&* ut, G.) *gentes* (quæ Chaldæis adhærebunt[v]) *in*, &c. [בְּדֵי רִיק יִעָפוּ] *In sufficientia vacui* (vel, *frustrà*, P. Calv. sim. Ca. *vanitate ipsâ*, M. *in nihilo*, Ti. *in vanitate*, Calv. *pro inanitate*, JT. Pi.) *lassabuntur*, Mo. &c. vel, *fatigentur* JT. Pi. Ca. &c. i. e. ut nullo suo usui ista exstruxerint[x]. יִעָפוּ pro יִעֲפוּ†.

14. *Quia*, &c. "[כִּי תִּמָּלֵא הָאָרֶץ לָדַעַת וגו] *Nam*, vel *Quia*, *replebitur terra* (Babylonica scilicet[y], vel, 1. exercitibus[z], Medorum & Persarum[a]; vel, 2. sub. *cognitione ultionis Divinæ*, P.) *ad sciendum* (vel, *ut agnoscant*, P. *cognoscendo*, JT. vel, *ut cognoscat*, ο'. D. vel, *cognitione*, D. Pi. Calv. לָדַעַת est infinit. pro nomine[b].) *gloriam* (vel, *gloriæ*, Calv. D. Pi.) *Domini*, Mo. &c. Ut omnibus gentibus appareat[c] providentia Dei, quâ mundum gubernat[d], & justitia ejus*, in Chaldæis puniendis[f]; quâ tandem sumat pœnas de sceleстis[g]. Ità iterum refulgebit Dei gloria, quæ, Templo diruto & Judæis abductis, à mundo exsulâsse videbatur[h]. ¶ *Quasi aquæ operientes mare*] i. e. Alveum maris. Metonymia[i]. Est in hoc versu trajectio, & ellipsis, quam sic explicare liceat; *Nam sicut aquæ alveum maris—ità terra* Babylonica, &c[k]. Al. Eritque ultio illa *instar aquarum*, &c. P.

15. *Væ qui potum dat amico suo*] Vel, *proximo suo*, JT. Pi. vel, *sociis suis*; sing. pro plurali[l]: vel, *Væ potanti socios suos* nimio vino, P. ¶ *Mittens*, &c. [מְסַפֵּחַ חֲמָתְךָ] *Adjungenti* (vel, *Adhibenti*, JT. Pi. Tar. sic M. Ti. *Admoventi*, Ti. *Applicanti*, D.) *venenum tuum*, Mo. vel, *fel tuum*, M. i. e. bilem tuam & amaritudinem[m]: *furorem tuum*, Ti. sic Ca. Aq. & Sym. in D. Notat crudelem tyrannidem quâ Nabuchodonosor divexavit vicinos Reges[n]. Vel, *utrem tuum*, JT. Pi. vel, *utrem suum* plenum vini, P. Mutatio personæ, *tuum*, pro, *suum*[o]. Ut nos cadis, ità Judæi utribus vinum includebant: unde *utres* sæpe pro poculis accipiuntur[p]. Vel, *subversionem turbidam*, ο'. *fæcem turbidam*, Ar. *fæcem iræ*, Sy. Al. *Conjungens calorem tuum*: h. e. Tibi non sufficit inebriari, nisi etiam alii contrahant eundem fervorem tecum[q]. ¶ *Et*, &c. [וְאַף שַׁכֵּר] *Et etiam inebrianti*, JT. Pi. P. D. sub. *eos*, P. Hic שַׁכֵּר est pro מְשַׁכֵּר, h. e. infinit. pro participio præsentis temporis[r]. ¶ *Ut aspiciat nuditatem ejus*] i. e. Pudenda ejus †, cum delectatione[t], ut Gen. 9. 22[v]: ut illudat eis[x]; ut summo dedecore eos afficiat: vel, ut amori tuo turpissimè inserviant[y], ut hæc phrasis usurpatur Lev. 18. 6, &c. & 20. 11, 17, &c. Ezec. 16. 36. Et hoc flagitio infames fuisse Babylonios narrant Herodotus, Ctesias, & alii[z]. Ut eos percìdas: quod illis temporibus satis frequens in Oriente[a]. Ut libidine incitatus cum eis concumbas[b]. Sed per hanc ἀλληγορίαν intelligitur perfidia Chaldæorum, qui fœderibus illiciebant populos, quos deinde tractabant ignominiosissimè[c]. Accusat Regem Babylonium, quòd insatiabilibus cupiditatibus suis (quas *crapulæ* comparat) implicuerit vicinos Reges, & in eandem secum amentiam & belli societatem spe prædæ alliceret, eos tandem negligens, & in fraudem aut periculum impellens: quod hic dicitur *discooperire nuditatem*[d].

16. *Repletus es* (vel, *Saturaris*, JT. Pi. sic D. &c. ô Rex Babyloniæ*: sub. *regum*, P.) *ignominiâ*] Vel, 1. quâ afficis alios[f]. q. d. Reges à te devictos ignominià affecisti ad satietatem usque[g]. Vel, 2. quam tu patieris[h], ex lege talionis[i]. Hæc dicunt gaudentes populi ob domitos Chaldæos[k]. ¶ *Pro*, &c. [מִכָּבוֹד] *Præ gloria*, Mo. P. JT. D. vel, *magìs quàm gloriâ*, M. Ti. D. V. sic Ca. &c. q. d. Ignominia quâ eos affecisti longè superat gloriam quam ex iis consecutus es[l]. Al. *à gloria* tua, Calv. vel, *propter gloriam*, Pi. Calv. sub. *tuam*, Calv. quòd tam gloriosus ac potens es[m]. Al. Non ampliùs tibi erit ulla gloria: nam מ sæpe negativè usurpatur[n]. ¶ *Bibe tu quoque*] Calicem ignominiæ[o]: vel, calamitatis[p]: vel, iræ Dei; ut sequentia explicant. Jerem. 25. 15, &c[q]. ¶ *Et*, &c. [וְהֵעָרֵל] *Et nudaberis*, P. *Et sis discoopertus*, V. ex Ch. *Ac denudare*, Ca. D. *Ut turpis fias*, M. *Et denudare* (vel, *retege*, JT. Pi.) *præputium*, Mo. D. id est, Ignominiæ expositor[r]: nam abominabiles erant Judæis incircumcisi †. *Et appareat præputium tuum*, Q. in V. עָרַל, propriè *abducere præputium*, metaphoricè ad omnem *nudationem* trahitur. Sensus est, *Nudator & tu*, ut nudâsti alios: id est, Illuditor[t]. Al. *Et consopire*, Vulg. vel, *Ut consopiaris*, Ti. Legerunt וְהֵרָעֵל[v], per metathesin literarum[x]. Al. *Et vexare*, Sy. *Et cor commovere*, ο'. ¶ *Circumdabit*, &c. [תִּסּוֹב עָלֶיךָ וגו] *Vertet se* (vel, *Versabitur*, M. Ti. vel, *Divertet*, JT. Pi. à gentibus quæ eum hactenus biberunt. Bene, *vertet se*, quia omnium rerum est vicissitudo[y].) *super* (vel, *ad*, JT. Pi.) *te calix dexteræ*, &c. P. Mo. &c. i. e. potentiæ; quæ in hominis dextera sita est[z]: vel, quem Jehova dexterâ suâ tibi præbiturus est[a]. *Vertet se*: sicut dicimus, *Vertitur œnophorii fundus*. Sensus est, Totum calicem ebibes, ità ut siccatus verti possit[b]. ¶ *Et*, &c. "[וְקִיקָלוֹן וגו] *Et vomitus ignominiosus* (vel, *infamis*, Ca. vel, *fœdus*, G. sub. *decidet*, P. vel, sub. *fiat*, Ti.) *super* (vel, *ad*, JT. Pi.) *gloriam tuam*, P. Mo. M. &c. Cogéris turpiter vomere ac amittere quæ rapuisti[c]. Turpissimè te geras in illa calamitate: Jer. 25. 27[d]. Potest exponi vel, 1. de Rege Babyloniorum, quòd ipse vomeret cum magno dedecore: vel, 2. de hostibus, quòd scilicet vomerent in faciem Regis illius*. Post *bibe* aptissimè sequitur *vomitus*[f]. qu. d. Tantum tibi ex calice vindictæ Dei hauriendum erit, ut non solùm inebrieris, sed etiam evomas[g].

17. *Quia*,

Marginal notes (left column): [r] B. ib. — [v] D. — [x] T. — [y] Pi. — [z] Calv. — [a] Tar. — [b] Calv. ib. — [c] D. Me. — [d] V. D. — * D. — [f] V. — [g] G. — [h] Calv. — [i] G. — [k] D. — [l] Tar. — [m] D. — [n] D. ex Calv. — [o] D. — [p] Q. in D. sim. Me. L. — [q] V. sim. Pi. — [r] Ca. — † T. sim. M. — [r] G. — [v] Me. — [x] G. — † D. — [y] Me. T. G. — [z] G. sim. Me. — [a] Me. — [b] D. — [c] G. sim. D. Calv. — [d] Calv. — [e] fc V. — * G. sim. V. — [f] D Pi. &c. — [g] D. Tar. — [h] Pi. &c. — [i] V. — [k] Calv. — [l] D. sic Pi. Me. — [k] C.

Marginal notes (right column): [l] Tar. ex D. — [m] Me. T. — [n] Me. — [o] V. — [p] Calv. — [q] Idem. — [r] D. — † V. D. &c. — [t] D. — [v] Tar. — [x] V. — [y] D. Tar. — [z] Tar. — [a] G. — [b] Pi. — [c] G. — [d] Calv. — * Pi. — [f] Idem. — [g] D. — [h] Me sim. V. — [i] Me. T. — [k] G. — [l] D. — [m] Pi. — [n] Tar. — [o] D. — [p] Pi. sim. — [q] Tar. G. — [r] Pi. — † D. sic Pi. — [t] G. — [v] D. G. — [x] Calv. — [y] D. sic Calv. — [z] D. — [a] D. Tar. — [b] Pi. — [b] G. — [c] Ca. — [d] G. — * Calv. — [f] D. — [g] Me.

17. *Quia*,&c. [כִּי חֲמַס לְבָנוֹן יְכַסֶּךָּ] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quandoquidem*, P.) *rapina* (vel, *violentia*, JT. *crudelitas*, Ca. *tyrannis*, M. vel, *impietas*, o'. Ar.) *Lebanon* (vel, *Libania*, Ca. vel, in *Lebanon*, Ti. vel, quam fecisti in *Lebanon*, P. sim. M. Pi. i. e. in locis sitis juxta Libanum [h]: quâ usus es in Libanum, hoc est, in Israelitas [i]; vel, in Terram sanctam [k], quam *Libanum* dici volunt Deut. 3. 25 [l]; vel, in Templum [m], sic dictum Ezec. 17. 3. & Zach. 11. 1 [n]: vel, quòd propinquum erat Libano [o]; vel, quòd altum instar Libani [p]; vel, quia maximam partem ex cedris Libani constabat [q]. Al. *violentia Libani*, i. e. qualis adhiberi solet à venatoribus in Libano [r].) *operiet* (vel, *obruet*, P. Ca. &c.) *te*, Mo. M. Ti. &c. q. d. Dabis crudelitatis illius poenas †. ¶ *Et*, &c. [וְשֹׁד בְּהֵמוֹת יְחִיתַן] *Et præda* (vel, *vastitas*, JT. Pi. sic M. *prædatio*, Calv. vel, *calamitas*, Ti.) *jumentorum* (vel, *bestiarum*, JT. Pi. *ferarum*, Sy. vel, *illata à feris*, P. V. hoc est, à militibus tuis: nam ut feræ versabantur in Libano, ità & Chaldæi grassabantur in Terra sanctâ [s]. Vel, inferenda à Medis & Persis, tanquam feris ||. Vel, qualem edunt feræ [v]. Vel, *animalium*, M. Calv. i. e. hominum quos tuâ depopulatione terruisti †: bestiarum Libani [x]; h. e. Judæorum, quos Chaldæi tanquam bestias venati sunt [y]. Vel, sævitiam ejus exaggerat, quòd etiam hostis fuit brutis animalibus [z].) *conteret ea*, Mo. G. &c. nempe quæ struxerunt Chaldæi, de quibus suprà 12 [a]. Vel, quæ *terruit* (vel, *contrivit*, Calv.) *ea*, M. Ti. Calv. simil. Pi. JT. D. Ellipsis אֲשֶׁר [b]: & repete, *operiet*, vel *obruet*, Regem Babylonium [c]. Sensus, Talis vastitas te occupabit qualis etiam ipsas bestias Libani terret, in venatione scilicet [d]. *Territarúmque belluarum pernicies*. i. e. Homines quos *terruisti* tibi erunt perniciosi; h.e. propter eos dabis pœnas. Vocat homines *belluas*, ut persiet in translatione; quoniam Israelitarum patriam vocaverat *Libanum* *. ¶ *De sanguinibus*, &c.] Vel, *Propter sanguinem*, &c. ut suprà 8. nam repetit quæ ibi dixerat, sed specialiùs aptat ad Judæos, terram Judæam, & Hierosolyma [f].

18. *Quid prodest sculptile?*] Hoc dicent Judæi [g], Quid profuêre Chaldæis imagines deorum [h]? potuerúntne eos eripere [i]? Dicere poterat Babylonius, Tu minaris, at dii mei me servabunt: respondet, Illi non proderunt tibi [k]. Ostendit præcedens vaticinium proficisci à Deo vero, sive Deo Israelis, cui uni hîc vindicat imperium totius mundi, & deridet omnia idola; Judæorúmque felicitatem monstrat, quòd verum Deum colerent, &c [l]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי פְסָלוֹ] *Quia*, vel *Quòd*, (vel, *Quum*, sive *Quandoquidem*; ut sit redditio causæ [m]: vel, *Quamvis* in hunc usum [n],) *sculpsit*, sive *sculpserit*, *illud*, Calv. P. JT. Pi. &c. ¶ *Et imaginem falsam*; ità LXX, Ar. [וּמוֹרֶה שָּׁקֶר] *Et* (vel, *Nempe*, G.) *docens* (vel, *doctor*, Ti. JT. Pi. Ca. vel, *quod docet*, P. vel, *documentum*, G. *quod annunciat*, M.) *mendacium*, Mo. P. M. vel, *falsi*, JT. Pi. *mendax*, Ti. *mendacii*, G. Calv. Rectè; quia verum Numen non inerat: quod tamen decepti homines putabant [o]. Mera illusio [p]. Idolum quodvis, quod falsò docet. Videntur enim idola ac simulacra quodammodo sese offerre his qui colunt ipsa, sed falsò; prorsus enim falluntur ipsi [q]. ¶ *Quia*, &c. [כִּי בָטַח יֹצֵר יִצְרוֹ עָלָיו לַעֲשׂוֹת אֱלִילִים אִלְּמִים] *Quia* (vel, *Quòd*, P. JT. Pi. V.) *speravit*, vel *sperat*, (vel, *confidat*, JT. Pi. *speret*, V.) *fictor* (vel, *formator*, JT. Pi.) *figmento suo* (vel, *figmenti sui*, JT. Pi. V. D. i.e. idoli [r]: vel, in *figmento suo*, P.) *super eo*, Mo. (vel, *ipsi*, sive *illi*, JT. V. *in ipso*, Pi. i. e. Quòd fidere debeat fictor, &c †.) *ad faciendum* (vel, *ut faciat*, P. vel, *faciendo*, V. JT. Pi.) *vana* (vel, *idola*, P. JT. &c.) *muta?* Mo. &c. i. e. quæ nunquam respondent invocantibus ea [r]. Non mutatur natura ligni vel lapidis artificio hominum; nec enim fabricata incipiunt loqui [v]. [Al. sic;] *Quòd fidit eo*, Ti. (*Et tamen fiduciam habet in eo*, M.) *fictor scil. figmento suo, ut faceret*, &c? Ti. M. *Ut fictili suo fidat fictor, mutos faciendo deastros?* Ca. *Attamen spem posuit in opere opifex suus, eùm tamen fecisset simulacra muta*, G.

19. *Væ* (sub. *illi*, Pi.) *qui dicit ligno*, (i. e. simulacro ligneo [x],) *Expergiscere*] Quod vero Deo dicit David Psal. 35. 23 [y]. q. d. Ad meam orationem attende [z]. Qui implorant opem ab idolis [a]: qui alloquuntur ea, acsi sentirent [b]. Meritò malè erit hominibus tam stultis, qui precibus suis audientiam sperant à rebus surdis [c]. ¶ *Lapidi* (i. e. statuæ lapideæ [d]) *tacenti*] Vel, *silenti*, D. Pi. &c. Epitheton perpetuum: nam lapis semper silet. Proverbium, *Magis mutus quàm lapis*. דּוּמָם est nomen com. gen. ut רֵיקָם, *vacuus*, & *vacua* *. ¶ *Numquid*, &c? [הוּא יוֹרֶה] *Ipse docet*, JT. vel, *Ipsum illud te docet*, nempe se esse surdum [f], & non esse Deum [g]. *Ipséne docebit?* vel, *doceret?* M. Ti. sic P. Pi. &c. sub. *te*, M. nempe aliquid veri [h]. ¶ *Ecce, iste* (sub. *lapis*, M. V.) *coopertus est auro*, &c.] Sic Mo. P. M. &c. q. d. Est quidem aliquis splendor [exteriùs;] intus verò nihil [i]. ¶ [הִנֵּה הוּא תָּפוּשׂ וגו׳] *Ecce ipsum: continetur quidem auro aut argento*, JT. sic Pi. ¶ *Spiritus* (vel, *vita*, G.) *non* (vel, *nullus*, JT. Pi. *nulla*, G.) *est in visceribus ejus*] Vel, *in medio ejus*, i. e. in pectore ejus [k]: vel, *in ipsis*, G.

20. *Dominus autem* (sub. *est*, Pi.) *in templo sancto suo*] Id est, vel, 1. in cœlo [l]; unde despicit omnia & gubernat [m]. Vide Jon. 2. 7. Mic. 1. 2. Ejus Templi figuram gerebat Templum quod erat Hierosolymis [n]. Vel, 2. in Templo Jerosolymitano [o]: ubi Deus coli voluit & se patefecit [p]; ubi audit vota supplicum & egentium [q], & præsentiâ gratiæ suæ adest, &c. Prædictis idolis verum Deum hîc opponit [r]. Docuit falli Chaldæos, qui opem exspectabant ab idolis: nunc fideles revocat ad verum Deum; qui, inquit, non delitescit sub auro, &c. sed regnat in cœlo, & implet cœlum †. ¶ *Sileat*, &c.] *Sile*, Mo. i. e. Time [s]: qui enim timent silere solent [v]. Sic 1 Mac. 1. 3 [x]. *Et siluit terra*, &c. i. e. subjecta est ei, nec ausa hiscere aut movere contra illum [y]. *Silentium* observantiam denotat & venerationem ac reverentiam. Vide Job. 21. 5. & 29. 9. & 40. 4. al. 39. 34. &c [z]. Tacendo testamur nostram insufficientiam, impotentiam, & indignitatem, maximè respectu Divinæ majestatis, &c [b]. *Sile*, &c. i. e. Subjicite vos Deo, nè obstrepite ejus potentiæ aut judiciis, humiliamini sub ejus manu [c]. Vos pii præsentibus castigationibus acquiescite, & vosmet liberationis certò adventuræ exspectatione sustentate, quamvis exitum ex malis non videatis [d].

CAP. III.

1. *Oratio* (vel, *Precatio*, Pi.) *Habacuc*] Carmen ad modulos veteris cantici quod incipiebat שִׁגְיֹנוֹת. Carmen esse apparet ex voce סֶלָה infrà, quæ nonnisi in Psalmis invenitur [a]. Hæc oratio scripta est ad imitationem Odarum Davidicarum; quod testantur voces in ea repertæ odis illis peculiares: ut sunt *Sigionoth*, hoc versu; *Selah*, v. 3. *Lamenassea* & *Neginoth*, v. 19 [b]. Plerique Patrum aliique de primo Christi adventu hîc agi putant: alii de secundo. Malim hîc respici calamitates Babylonicas, &c. quas populo Dei instare præsentiens Deum precatur, &c [c]. Ad literam intellige de liberatione ex Babylone, typicè autem de Christo [d]. Hanc precandi formulam dictavit Propheta populo suo, quâ scil. in futuro exsilio uterentur *. ¶ *Pro*, &c. [עַל שִׁגְיֹנוֹת] *Super Sigionoth*, Mo. *cum cantico*, o'. *in modum cantici*, Ar. *ad instrumenta musica*, He. in V. Hæc enim oratio ad rationem canticorum, sive psalmorum, conscripta fuit [f]. *Super*, vel *pro*, *ignorantiis*, Vulg. P. M. Aq. & Sym. in D. vel, peccatis [g]: vel, 1. suis [h], in eo quod conquestus erat de Deo, &c [i]: vel, 2. populi Israelitici [k], quæ per errorem sub Nebuchadnezari persecutione commiserunt [l]. Non extenuat h. l. delicta, nec de ignorantia loquitur quæ excusat, sed de errore stultitiæ & temeritatis; monétque gentiles suos ut à Deo veniam petant, nec tantùm graviora scelera agnoscant, sed & errores, &c [m]. Vocat scelera *ignorantias*, (sed culpabiles, crassas & affectatas,) quia omni peccato conjuncta est aliqua ignorantia & error, nempe inconsideratio [n]. *Pro erroribus*, i. e. delictis populi. Quanquam malim esse genus carminis aut cantilenæ, ut Psalm. 7. 1. Th. ὑπὲρ τῶν ἑκουσιασμῶν, i. e. interprete Hieron. *pro voluntariis & pro his qui spontè delinquunt* [o]. *De rebus perplexis*, Ti. *ad defensiones*, Ca. *secundùm odas mixtas*, JT. Pi. Tar. Heb. *errationes*, Pi. Sensus plenus, *Oratio Habakuki canenda secundùm odas quas* Sigionoth *vocant*. Appellatio à שָׁגָה, quod &, *errare*, &, aliquando, *multùm esse in aliqua re*. Utrùm ergò שִׁגָּיוֹן est, *Ode erratica*, i. e. varia? an potiùs, *Carmen multâ curâ elaboratum*

Margin notes (col. 1): h M. i Ca. sim. Pi. k V. D. ex He. sim. T. Calv. l D. m M. ex Ch. Me. V. Calv. n G. o Calv. p Me. q G. r Q. in D. Tar. † Ca. s V. || Me. sim. v G. † M. x Pi. Calv. y Pi. z Calv. a G. b Calv. D. c Calv. d Tar. * Ca. f G. g G. h G. sim. V. i V. k Tar. l Calv. m Idem. n Tar. o G. p Calv. q V. r D. † V. r D. Tar. v Calv. x D. sic Pi. y D. z Tar. a Calv. b Me. c G. d D. sim. V.

Margin notes (col. 2): * D. f G. g Pi. sic Calv. h Pi. i Calv. k D. l G. Me. Calv. Tar. V. D. m G. sim. V. Me. n G o T. sic Calv. Tar. p Calv. q T. r Tar. † Calv. s V. D. G. v V. x G. Me y Me. z Tar. b T. c Calv. d Tar. a G. b D. c Tar. d Sar. * Calv. f \ g T. h T. ex Hi. & Remig. & Jansf. i E. ex Hi. k V. T. sic M. l M. m Calv. n T. o D. p Idem.

2. *Audivi* (i. e. Intellexi per spiritum prophetiæ [q]) *auditionem tuam*] Passivè, rumorem à te pronunciatum [r]: *sermonem tuum*, Pi. D. à Prophetis prædictum †: oraculum quod à te mihi revelatum est ‖. Vel, 1. de Judæorum pœnis [t] atque excidio per Chaldæos: vel, 2. de eversione Chaldæorum per Medos & Persas [v]. Respondet Habacuc acceptæ jam revelationi [x]. ¶ *Et timui*] Veritus ut possimus interea subsistere [y]. Vel, *reveritus sum*, G. sim. Me. agnoscens summam tuam justitiam, adversùs Judæos primùm, deinde & adversùs Chaldæos [z]. *Cohorrui*, tum ob insolentiam rei, tum ob periculum novæ cladis indè nobis forsan obventuræ [a]. Obstupui admiratione tanti operis [b]. ¶ *Opus tuum in medio*, &c. פָּעָלְךָ בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ] *Opus tuum in medio* (vel, *intimo*, Pi.) *annorum* (vel, *interea temporis*, JT. Pi.) *vivifica*, P. i. e. suscita, adimple, perfice [c]: fac ut prodeat; nè patiaris tantum opus à te promissum jacêre quasi mortuum [d]: conserva * incolumem [f], in vita; ut verbum aliquoties sumitur in Exod. 1. Alibi est, *vitæ restituere* [g]. *Vivifica*; h.e. Etiamsi videmur destinati esse morti, tamen nos restitue †. Vel, *vivifica* (vel, *instaura*, Ti.) *illud*, M. Ti. vel, *eum*, V. Redundat pronomen [h], more Hebræo. Cùm Divinâ revelatione cognôsset Propheta intervallum temporis futurum breve inter vastitatem Judææ & pœnas irrogandas Chaldæis, hoc à Deo petit [i]. *Opus Dei* hîc vocat, vel, 1. Israelem [k]; ut Jes. 45. v. 11 [l]. Homines quidem omnes *Dei opus*, sed peculiariter Judæi [m]; non tantùm ob creationem, sed etiam ob tot & tanta Dei beneficia [n]: quòd [eos] Deus ex Ægypto deductos populum fecit, legibus instruxit [o]. *Opus Dei* per excellentiam vocat statum electi populi sive Ecclesiæ, quam agnosci vult Deus tanquam singulare opificium & specimen præcipuum suæ virtutis, sapientiæ, justitiæ, bonitatis [p]. Vel, 2. conservationem populi Dei [q]. Vel, 3. redemptionem Judæorum. Vel, 4. allegoricè, redemptionem totius generis humani [r]: opus magnum Incarnationis, &c †. Dicit, *in medio annorum*, nempe 70 captivitatis Babylonicæ [t]: q. d. dum adhuc in exsilio sumus [v]. Vel, *in medio annorum* calamitosorum, i.e. cùm calamitates erunt in summo: sic, *In medio tribulationum versor*, id est, in summis tribulationibus. Sanè Christus venit tempore peccatis plenissimo [x]. Venit Christus in plenitudine temporis, vel, in dimidio hebdomadis [y], [Dan. 9. 27.] *In medio annorum*, id est, in medio cursu vitæ populi tui: quem si homini comparemus, ab Abrahamo ad Christum erit illi quasi curriculus vitæ unius, cujus complementum erat in Christi adventu; [ante quem] si populus ille deletus fuisset, velut in medio flore abreptus esset, quum nondum pervenerat ad justam & virilem ætatem [z]. Græci, pro שָׁנִים, legerunt חַיִּים; vertunt enim, ἐν μέσῳ δύο ζώων, (*in medio duorum animalium*:) quod illi videntur intellexisse, [vel,] de illis cœlestibus potestatibus quæ חיות apud Ezechielem [a]; vel, de Cyro & Dario, qui duobus animalibus assimilantur à Prophetis [b]. ¶ *In medio* (sub. inquam, Ti.) *annorum notum facies*] Vel, *notum fac*, Calv. Pi. &c. vel, *ostende*, sub. *te*, vel, sub. *hoc*, G. vel, sub. *opus tuum*, Pi. populo tuo [c]. Ostende reipsa hoc esse opus tuum [d]. Vel, sub. *clementiam tuam*, P. te misereri tuorum *. ¶ *Cùm*, &c. בְּרֹגֶז וגו'] *In ira* (vel, *In atrocitate*, Ca. *In commotione* iræ, JT. Pi. Tempore iræ tuæ, & captivitatis nostræ; dum iratus es [f];) *misericordiæ recorderis*. Fatetur Deum justè iratum esse, sed tamen placabilem; ideo confugit ad gratiam Dei [g]. q.d. Fac experiamur quanta sit tua clementia [h].

3. *Deus ab Austro* (vel, *de Theman*, Ti. Calv. &c. h.e. ex *Seir* [i]; quod pro *Theman* habetur Deut. 33. 2 [k].) *veniet*] Vel, *veniat*: quasi optaret Deum adesse populi sui vindicem è monte Sinai [l]. Vel, *venit*, G. sic Calv. &c. Incipit hîc enarrare mirabilia Dei olim facta [m], nempe deductionem Israelitarum, & promulgationem Legis [n]; ut his omnipotentiæ & gratiæ Divinæ testimoniis fideles in exsilium abductos confirmaret. Idem enim Deus manet qui fuit: neque voluit Deus evanescere memoriam illius manifestationis: ideóque hunc Dei *egressum ex Teman*, &c. Propheta statuit quasi in continuo actu, acsi quotidie sese conspiciendum præberet ex eo loco [o]. Hæc præcedentibus sic connectunt: Id quidem præstare potes, qui tot & tanta signa edidisti, &c [p]. Al. Reddit causas cur Judæos *opus Dei* dixerit. Et sumptus est sensus, pars quoque verborum, ex Deut. 33. 2. Montes illi, qui varia habent nomina, *Seir*, *Sinai*, *Pharan*, & inter se cohærent, & Judææ ad Austrum objacent [q]. ¶ *De monte Pharan*] Qui erat in deserto Pharan, Numer. c. 10. v. 12. & 13. 26 [r]. contiguus monti Sinai †. Montes *Theman* & *Paran* nominat potiùs quàm *Sinai*, quòd illi montes propiores erant Terræ sanctæ. Malim tamen simpliciùs accipere, quòd eos periphrasticè hîc posuit pro monte Sinai [t]. ¶ *Operuit cœlos*, &c.] Plenus fuit aer fulgurum, Exod. 20. v. 18 ‡. ¶ *Et laudis*, &c. וּתְהִלָּתוֹ וגו'] *Et laus* (vel, *lux*, JT. *splendor*, V.D. Significat, fulgura eo tempore illustrâsse cœlum & terram. הָלַל [in Hiphil] *splendere* significat, Job. 29. 3. Jes. 13. 10 [v]. Non placet, 1. quia nomen nusquam ità sumitur: 2. sic esset ταυτολογία, cùm v. seq. de luce seu splendore Dei agatur [x].) *ejus implevit terram*, Pi. sim. M. P. Mo. &c. Propter egregia quæ dedit præcepta [y].

4. *Splendor ejus* (nempe Dei in Sinai [z]) *ut lux* (vel, *tanquam lucis*, Di. D. Respexit ad Exod. 24. 17. *Gloria Domini ut ignis*, &c [a]. Al. אור, *lux*, est Sol [b], sic dictus antonomasticè [c], sive κατ' ἐξοχὴν [d]. ut Job. 31. v. 26 *. Vide 2 Cor. 3. 7, 13 [f]. Hinc Apollo *Orus* dictus, id est, Sol [g].) *erit*] Vel, *affuit*, JT. Pi. vel, *erat*, D. G. sic Ti. &c. scilicet ei [h]. ¶ *Cornua*, &c. קַרְנַיִם מִיָּדוֹ לוֹ] *Cornua* (vel, *Splendores* quoque, P.) *de*, vel *è*, *manu ejus* (vel, *ad manum*, Ca. vel, *ad latus ejus*, JT. Pi. vel, *è latere ejus*: יָד, *manum* pro latere usurpant: qu. d. *E lateribus utrinque emicabant cornua*, h. e. radii, quales emittere solent cornua splendentia [i]. Sub. *sunt*, vel *erunt*, M. Ti.) *ei*, Mo. M. Ti. Calv. &c. i.e. vel, 1. Deo [k]; vel, 2. Mosi [l]. Relativum sine antecedente: q. d. Deus reddidit faciem ejus splendidam [m]. *Cornua è manu sua prodeuntia habet*: robur enim manu exseritur [n]. Per *cornua* denotat, vel, 1. robur sive potentiam [o]; ut sæpe in S. S [p]: vel, 2. radios [q], vel scintillas [r]; vide Exod. 34. 29, 30 †: vel, 3. Legem. Vide Deut. 33. 2 [t]. ¶ *Ibi*, &c. וְשָׁם חֶבְיוֹן עֻזֹּה] *Et ibi* (vel, 1. in radiis; vel, 2. in monte Sinai [v]: sub. *erat* JT. Pi. Ca. vel, sub. *revelata fuit*, P.) *absconsio* (vel, *latibulum*, M. Ti.) *fortitudinis ejus*, Mo. P. &c. i. e. Ibi visa est [x], vel patefecit se [y], majestas Domini [z] abscondita [a]; quæ antea abscondita erat [b], sed in Sinai detecta [c]. Vel, abscondita dicitur fortitudo Dei, quia eam non promiscuè patefecit Deus, sed peculiariter populo suo, Psalm. 31. 20 [d]. Vel, *robur Dei* vocat Arcam, ut Psalm. 78. 61. cujus formam Moses [ibi] à Deo didicit *.

5. *Ante faciem ejus* (tanquam apparitores ante Regem [f],) *ibit* (vel, *ivit*, Pi.) *mors*] Vel, *pestis*, D. JT. Pi. Quæ grassata est vel, 1. in Israelitas in deserto [g]; vel, 2. in hostes eorum, Ægyptios [h], & postea Cananæos [i], quorum plurimi peste perire cœperunt ad adventum Israelitarum [k]. *Mors*, i.e. pernicies certa Cananæorum & vicinarum gentium. Tacitè innuit sic & cum Chaldæis acturum Deum aliquando. Græci דָּבָר legêre; dicunt enim λόγος. [Ità Th. in D.] Alii, πλάνος quod cum Latino convenit. Eundem sensum secutos Symmachum & Aquilam ex Hieron. discimus [l]. ¶ *Diabolus*, [רֶשֶׁף] Hæc vox non uno modo vertitur. Videtur esse morbus pestilentiæ affinis, qualis ἄνθραξ, & sic sumpsit Chaldæus. Vide Psalm. 78. 50 [m]. [Sic vertunt;] *Carbo*, Mo. *anthrax*, JT. Pi. D. *carbunculus*, P. D. *cauma*, i. e. febris acuta & ardens [n]: *pestifer morbus*, M. *carbo ignitus*, vel *ustio*, Calv. Al. Est ignis sacri species, cutem serpentibus pustulis exasperans. Qui morbus Græcis ἕρπης, *serpens*, dicitur [o]. ¶ *Ante* (vel, *ad*, Calv. JT. Pi. V. D.) *pedes ejus*] i.e. Ad adventum ejus: confer Gen. 30. 30. Vel, est metaphora à Regibus, quos antecedunt servi à pedibus [p]. Al. *post eum*, q. d. eum sequebatur [q]. *Propter eum*, P. sic K. in D. erat enim causa illius [r]. *Ex pedibus ejus*, Calv.

6. *Stetit*, (vel, *Substitit*, V. D. Quievit in Terra promissa †. Vel, *Ubi autem constitit*, JT. Pi. Tar. vel, 1. Deus [t]; qui *stetit*, i. e. palàm se perspicuum fecit, sicut qui se erigit ut procul possit videri [v]: vel, 2. Arca [x].) *& mensus est* (i. e. distribuit populo suo, ut mensores solent: vide Jos. 13. &c. Act. 7. 45 [y]. *Mensus est*, per Mosen sc. & Josuam, &c [z]. Deo tribuit quod ipsius jussu

[Marginal notes, left column: q V. — r Tar. ex D. — † D. — ‖ Me. — t Calv. — v Tir. V. D. Tar. — x T. Me. — y G. — z D. Tar. — z G. — a T. — b Me. — c T. — d Me. — * ... sic V. D. Pi. — f V. — g D. — † Calv. — h V. sic G. — i G. — k V. D. sic Calv. G. — l D. — m G. — n V. — o G. — p Calv. — q Pi. — r T. — † Me. — t Pi. sic V. — v D. sim. V. — x Me. — y E. — z Calv. — a G. — b T. — c G. Pi. — d Calv. — * D. sim. Tar. — f D. — g Calv. — h Tar. — i M. Ca. D. ex K. — k D. — l Q. in Calv. — m M. — n Tar. — o Calv.]

[Marginal notes, right column: p V. — q G. — r Tar. — † Tar. ex D. — t Calv. — ‡ G. — v D. — x Tar. — y G. — z M. — a Q. in D. — b D. G. Tar. Jun. Pi. — c G. — d Tar. — e G. — f Tar. — g D. — h Pi. — i D. — k Idem. — l He. in D. V. — m V. — n Di. — o Me. T. Calv. — p Calv. — q D. Tar. — r G. ex Ch. — † G. — t Ca. — v D. — x V. — y G. ex Ch. — z M. V. G. — a G. — b V. ex M. D. — c V. D. — d Calv. — * D. — f Idem. — g Idem. — h Calv. — i D. — k V. sim. M. D. — l G. — m G. — n V. D. ex K. — o D. — p Idem. — q V. — r Idem. — † G. — t D. G. Calv. Tar. — v Calv. — x G. sic D. — y G. — z Tar.]

juſſu factum eſt [a].) *terram*] Vel, terram Canaan [b]: vel potiùs, totum orbem [c]. Alludit ad Arcam Domini, quæ ſubſtitit 14 menſibus in Galgal, donec diſtributa fuit terra per 12 Tribus [d]. ¶ *Aſpexit, &,* &c. [וַיַּתֵּר גּוֹיִם] *Ed diſturbavit* (vel, *diſſolvit*, M. *deſignavit*, Ti. *profligavit*, D. Ca. *perterruit*, G. *exſilire fecit*, Mo. P. i. e. exire fecit, ſive ejecit*,) *gentes*, JT, q.d. Solo quaſi aſpectu (minaci & torvo [f]) perdidit [g]. *Gentes*, Cananæas [h]. ¶ *Et contriti* (vel, *diſſipati*, ſive *diſperſi*, JT. Pi. D.) *ſunt* (vel, *diſſilierunt*, ſicut quum lapides in fruſta diſſiliunt calo cæli [i];) *montes* (vel, quorum erant *montes*, JT. Tar.) *ſeculi*, (vel, *perpetuitatis*, Mo. vel, *æterni*, JT. Pi. Ti. *perennes*, Ca.) *incurvati ſunt* (vel, *humiliati ſunt*, M. D. *inclinârunt*, Ti. *ſubmiſerunt ſe*, G.) *colles* (vel, quorum erant *colles*, JT. Tar.) *mundi*] *Seculi*, Mo. P. Ti. vel, *antiqui*, M. vel, *perpetui*, JT. Pi. Tar. Per *montes* & *colles* intellige, vel, 1. homines qui pridem in iis habitaverant [k], populos habitantes in montibus terræ Canaan [l]; vel, 2. Reges ſive Principes [m]: quos *ſeculi*, vel *antiquos*, vocat, quia diu in illis vixerant [n], & habitaverant [o]: q. d. qui antea magnitudine, celſitudine & firmitate ſuâ videbantur immobiles, inacceſſi & inexpugnabiles, inſtar montium [p]. *Montes æternos* vocat, qui à condito mundo fixi perſtiterant [q]; qui non ſunt manu facti, ſed cum ipſo mundo excitati, nec unquam mutati ſunt [r]; qui perpetuò manent †. ¶ *Ab* &c. [הֲלִיכוֹת עוֹלָם לוֹ] *Itinera* (vel, Nam *itinera*, P. vel, Quin & *itinera*, Ti. Al. *Inceſſus*, D. *Ambulationes*, Pi.) *ſeculi* (vel, *mundi*, Ti. V. Intelligit motus ſphærarum cœleſtium: q. d. Non ſolùm regit mundum iſtum inferiorem, ſed etiam ſuperiorem [t]. Vel, *perpetuæ*, Pi. Sub. *ſunt*, P. Pi. Ti.) *ei*, Mo. Pi. vel, *illius*, P. Ti. Vel, 1. gentis Cananæorum: ut ſenſus ſit, Diſſipata ſive depreſſa eſt ea gens *cujus* fuerant *ambulationes perpetuæ*; [Ità JT. verba reddunt:] h. e. quæ à ſeculo poſſederat terram Cananæorum, nec unquam ſedem mutaverat [v]. Vel, 2. Iſraelis: ut ſenſus ſit, Montes iſti, antea inacceſſi, nunc depreſſi hominum [Iſraelitarum] itineribus perpetuò frequentabuntur. Vel, 3. Dei. Ità *itinera ſeculi* vocat rationes agendi quibus [Deus] hunc mundum æternùm regit [x]: vel, mirificas rationes quibus Deus operari ſolet in ſalutem Eccleſiæ ſuæ; quas opponit viis notis & uſitatis [y]. Omnia quæ in mundo aguntur ipſi ſubſunt [z]. Al. *Habet enim veſtigia æternitatis*, M. [Ca. hoc cum præcedentibus nectit, & ſic reddit,——*æterni colles ſubſiderunt, illius æternis inceſſibus.*] *Ipſius* enim ſunt *greſſus æterni*, Sy. *Ejus eſt mundi potentia*, Ch.

7. *Pro*, &c. "[תַּחַת אָוֶן וגו] *Sub iniquitate* (vel, *Propter iniquitatem*, Ti. ſic Vulg. Calv. *Propter ſcelus* illud quod memoratur Num. 25 [a]. vel, quòd Iſraelitas oppreſſerant [b]. Vel, *Loco iniquitatis*, M. *Pro nihilo*, P. Calv. *In loco vano*, i. e. ubi non diu manſura erant [c]: *Loca vanitatis* eſſe, JT. *Subjecta vanitati*; Hebr. *Sub vanitate*, Pi. *Subjecta pœnis*, Ca. *Sub dolore*, ſive *luctu*, ut אָוֶן ſumitur Geneſ. 35. 18. Deut. 26. 14. Oſe. 9. v. 4 [d].) *vidi* (ſub. *in patribus meis*; h. e. viderunt majores mei *: vel, *vidi*, i. e. intellexi [f]:) *tentoria Cuſan*, ſive *Chuſan*, Mo. P. &c. Regis potentiſſimi fuiſſe vana & irrita [g]. Hiſtoriam vide Jud. 3. 10 [h]. Vel, *tentoria Æthiopum*, G. ex Vulg. *Chuſan* idem quod *Chus*, niſi quod diminutivum eſt. *Chuſan* autem & *Midian* hîc ponuntur ut ἰσοδύναμα, (*æquivalentia* [i].) Explicat ſequente membro quos voce *Æthiopum* ſignificaverit, nempe *Madianitas*, Æthiopibus facie ſimiles. Qua de cauſa & uxor Moſis Madianitis dicitur *Æthiopiſſa*, Num. 12. 1. Chaldæus *Chuſan* nomen eſſe putat Regis Madianitarum, & refert hæc ad tempora Gedeonis: quod ſequentium ſeries ægre patitur [l]. Propheta h. l. alias liberationes recenſet, ut confirmet animos piorum &c [m]. ¶ *Turbabuntur* (vel, *Tremuerunt*, V. ſic D. G. P. *Commota ſunt*, JT. Pi. *Contremiſcent*, Calv. M.) *pelles* (vel, *cortinæ*, P. Ti. M. *aulæa*, JT. Pi. D. *tentoria*, ſive *tabernacula*, V. D. &c. quæ ex cortinis fiebant [n]:) *terræ Madian*] Occiſis Madianitarum non paucis, Num. 25. 17 [o]. Senſus, q. d. Tu quoque aliâ vice populum tuum liberâſti [p]. Hiſtoriam vide Jud. 7 [q].

8. *Numquid in fluminibus* (vel, *contra flumina*, JT. Pi. &c.) *iratus es, Domine?* [הֲחָרָה יְהוָה] *Iratus eſt Dominus?* Mo. ſic P. ſim. Ca. D. Pi. Non placet: tunc dixiſſet, הֲיִחַר לַיהוָה, vel, חָרָה אַף יְהוָה. Rectiùs Junius [qui locum ſic reddidit, *An contra flumina accenſa fuit, Jehova? an contra flumina, ira tua?*] יְהוָה accepit vocativo caſu, & חָרָה conſtruxit cum אַפֶּךָ. Quòd autem idem הֲ & אִם reddit, *an*, non videtur hîc convenire. Hæc enim interrogatio negat. At ſenſus h. l. eſt affirmare Deum adverſùs flumina fuiſſe iratum. הֲ & אִם ſæpe non interrogant, ſed aſſerunt, (ut ad Jerem. 7. 9. annotavimus.) Hinc locum vertimus, *Utique in flumina, Domine, utique in flumina exarſit ira tua*, &c †. Al. *iratus es, Domine?* M. ſic Calv. *ira Domini?* Ti. q. d. Non [s]: temerarium hoc eſſet: alius ergò erat Deo finis: nempe, ut populum tuum eriperes ‡, & tranſire faceres [t]; ut terreres hoſtes tuos [v]. Poeticè admodum quærit an cogitandus ſit Deus illis temporibus iratus fuiſſe aut aquis flumineis, aut mari, quòd eorum naturam immutaverit: nempe, ut, hâc cauſâ ſublatâ, alteram fortiùs ponat, ſingularem ſcilicet Dei pro populo ſuo curam †. ¶ *Furor tuus?*] Accenſus ſcilicet fuit [x]? ¶ *Qui*, &c. [כִּי תִרְכַּב עַל סוּסֶיךָ מַרְכְּבֹתֶיךָ יְשׁוּעָה] *Quia* (vel, *Quum*, ſive *Quando*, V. D. JT. Pi.) *equitabis* (vel, *vehereris*, D. *inſideres*, JT. Pi. *aſcendiſti*, P. ſic Sy. Ar. *aſcendes*, ο'.) *ſuper equos tuos*, (vel, *equis tuis*, JT. Pi. D. id eſt, vel, 1. Cherubinis [y]; vel, 2. nubibus [z]; vel, 3. columnæ nubis & ignis [a]:) *quadrigas tuas ſalutem*, Mo. vel, *curribus tuis ſalutaribus*, JT. Pi. ſcil. Iſraeli: Heb. *ſalutis* [b]: vel, & *currum ſalutis tuæ*, Sy. & *equitatio tua ſalus*, ο'. & *quadrigæ tuæ* (ſub. *ſunt*, M.) *ſalus*, Ti. M. fuerúntque *quadrigæ tuæ* ad *ſalutem*, P. ſim. D. Heb. *ſalus*, id eſt, auxilio fuerunt [c], populo tuo, demittendo pluviam [d]. [Alii ſic;] *Ut tuis equitares in equis, adhibitis tuis victorioſis curribus?* Ca. *Imò te vecto equis tuis currus tui ſalutem* attulerunt. Arcam vocat *currum* *. Senſus, Pugnâſti pro populo tuo in Ægyptios [f]. *Quum vehereris ſuper equos tuos, currus tui ſalus* erant, Di.

9. *Suſcitans*, &c. [עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר סֶלָה] *Denudatione denudabitur* (vel, *Revelatione reveletur*, M. *Manifeſtatione manifeſtatus fuit*, P. Calv. *Nudatione nudatus fuit*, V. ſic Calv. Ti. *Exſertus eſt*, Ca. *Nudus*, *ſuſcitatus fuit*. עֶרְיָה mihi adjectivum eſt, ut Mic. c. 1. v. 11. *Nudus arcus* dicitur qui è coryto, h. e. theca ſive repoſitorio, educitur. תֵּעוֹר ad verb. *ſuſcitabitur*, fut. pro præt. *Suſcitari arcus* dicitur, ut Pſalm. 80. 3. *ſuſcita fortitudinem tuam*. Alii, *nudatus fuit*: ſic ferè Ebræi. Certè עוּר hoc ſenſu legitur Jeſ. 32. 11. vide & Habac. 2. 15 [g]. Al. *Nudatione* pharetræ *evigilabat*, Pi. Tunc apparuit & notus fuit †) *arcus tuus*, Mo. (i. e. vis & potentia tua [h]; auxilium tuum [i]. Senſus, Patefacta eſt potentia tua contra gentes ſuprà memoratas [k]: quum Cananæos proſterneres [l]. Al. *Educendo eduxiſti arcum tuum*, è coryto ſcilicet, ut facere milites ſolent ubi hoſtis propè eſt [m]. Al. ſic, *Nudus alveus factus eſt* (Heb. *Nudatio nudata eſt*, Jun.) *arcu tuo*, JT. i. e. omnipotentiâ tuâ. Subjectio ad interrogationem præcedentem [n]. Nomine *arcûs* intelligit etiam gladium & alia tela [o].) *juramenta tribuum*, Mo. M. (vel, *juramentis tribuum*, JT. vel, *juramenta tribubus dicta*, i. e. non aliter quàm ſi ſacramentum militare ipſis dixiſſes. Non diſſimile illud Virgilii, *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo Deſuper*——[p]. Vel, Nempe feciſti *juramenta tribubus data*: q. d. Horum omnium beneficiorum fundamentum eſt tua promiſſio gratuita [q]. Vel, ob *juramenta tribuum*, D. paſſivè [r], i. e. præſtita tribubus à te. Sic, *fœdus Abrahami*, i. e. ictum cum Abrahamo: &, *benignitates Davidis*, i. e. præſtitæ Davidi. Plurali utitur, quòd juramentum hoc ſæpius iteratum eſt à Deo †. Vel, ſecundùm *juramenta tribubus facta*, Pi. vel, & *juramenta* quæ feciſti *tribubus*, P. ſub. *manifeſtata ſunt*: i. e. adimpletæ fuerunt promiſſiones tuæ factæ Patribus, quibus interpoſito juramento pollicitus fueras iis Terram ſanctam [t].) *dictum Selah*, Mo. vel, *repromiſſa tua, Selah*, P. ad verb. *ſermo*, vel *verbum*, &c. i. e. quæ nihil aliud ſunt quàm promiſſio [v]. Al. ad confirmandum *dictum*, &c. Q. in V. vel, *ſermonem, Selah*. Connecti debet cum præcedentibus per appoſitionem [x]: q. d. *ob ſermonem promiſſum ac jurejurando confirmatum tribubus*. *Selah* vox obvia in Pſalmis [y]. Vel, in *ſermone, Selah*, Pi. vel, *ſermone maxime*, JT. vel, *eloqui-*

Marginal notes (left column): [a] D. [b] Tar. ſic V. D. G. &c. [c] Calv. [d] V. * V. ſic D. [f] Me. T. [g] V. [h] Pi. ſic M. D. [i] D. [k] G. [l] D. [m] M. V. D. Me. [n] G. [o] V. [p] T. [q] Pi. ſim. Calv. [r] San. † D. [t] V. [v] Q. in D. [x] D. [y] Calv. [z] G. ferè ex D. [a] G. [b] Calv. [c] D. [d] Di. * V. [f] G. [g] V. [h] Pi. ſic M. V. D. [i] BP. 4. 2. 238. [l] G. [m] Calv. [n] D. [o] G. [p] V. [q] Pi. ſic M. V. D.

Marginal notes (right column): † Di. [s] M. &c. ‡ Calv. [t] D. [v] M. † G. [x] Idem. [y] Idem. [z] D. ex Me. Tar. Me. [a] I. [b] Idem. [c] V. [d] D. * G. [f] V. [g] V. † V. [h] D. [i] V. [k] D. [l] Pi. [m] G. [n] Jun. [o] Calv. [p] G. [q] Tar. [r] Idem. † D. [t] V. [v] Idem. [x] D. ſim. V. [y] D.

um verissimum, M. [Alii quatuor ultimas voces sic reddunt;] *juramentis quæ firmamenta sunt verbi. Sela*, Ti. *ut tribubus jurejurando pronunciatum fuerat. Sela*, Ca. *juramenta tribuum sermo: Sela*. Ostendit miracula illa non fuisse duntaxat unius temporis, sed valere perpetuò ad fideles animandos, ut semper exspectent auxilium Dei; ideo emphaticè adjungit hæc esse *juramenta tribuum*, h.e. à Deo facta virtute fœderis sui, ut testaretur quàm verax esset in promissis suis. *Tribus* hîc nominat potiùs quàm Abraham vel Mosen, nè dubitarent ad se pertinere hanc gratiam, cujus Abraham depositarius erat [z]. Al. Hunc locum sic verto, *Nudatio nudabatur arcu tuo, juramentis inclinantibus*, id est, flectentibus, *mandatum. Sela*. אמר verto, *mandatum*, sicut verbum אמר non rarò significat, *mandare*, ut 1 Paral. 27. 17. Esth. 1. 10, 17. Jon. 2. 11. & alibi; apud Arabes semper. Intelligo autem mandatum Dei, quod in eodem hoc versu nominat metaphoricè *arcum Dei*; nempe edictum Dei quo maris Rubri alveus denudatus fuit. Unde autem profectum tale mandatum? ex juramentis Dei huic populo antea factis, quæ inclinârunt hoc mandatum, i. e. inclinârunt Deum ut tale mandatum in aquas ederet. מטות ergò mihi non est nomen, *tribus* significans, sed Benoni Hiphil à נטה: videtúrque mihi esse insignis sententia seu proverbium, שבעות מטות אמר, *Juramenta inclinant*, flectunt, *sermonem* [a].

¶ *Fluvios*, &c. נהרות תבקע ארץ] *Fluvios* (vel, *Fluviis*, M. Ca. Calv. sic Ti. G. vel, *Flumina*, JT. Pi. vel, *In flumina*, Di. Et in *fluvios*, P.) *scidisti*, vel *diffidisti*, (vel, *sulcâsti*, Ca. *scindis*, Ti. *scindes*, Calv. M.) *terram*, Mo. Calv. M. P. Ti. Di. Ca. vel, *terræ*, JT. vel, in *terra*, Di. vel, ad *terram* usque, Pi. ut erumperent aquæ [b]: ut fluvius per terram decurreret [c]. qu. d. Ingentem vim aquarum eduxisti è terra fracta ac scissa [d]. Historiam tangit ad quam refertur Psal. 78. 16 *. Vide Exod. 17. 6. Num. 20. 10, 11. Psal. 105. 41 [f].

10. *Viderunt te* (sub. *venientem*, V. i.e. *Senserunt vim tuam* [g],) *& doluerunt*; sim. M. Ti. &c. יחילו] *Tremuerunt*, Mo. P. sic JT. Pi. Calv. *parturierunt*, G. ex ὁ. Ità חול sumitur Esa. c. 23. v. 4. & 26. 18. & 45. 10. &c [h]. Tremore vel dolore correpti sunt [i]. ¶ *Montes*] Vel, 1. propriè [k]; ut sit hyperbole [l]: vel, 2. metaphoricè [m]; Reges ac Principes [n], quos Scriptura *montibus* comparare solet [o]: tunc autem, *viderunt*, pro *audierunt*, ut Gen. 42. 1. Exod. 20. 18 [p]. ¶ *Gurges*, &c. זרם וגו׳] *Inundatio* (vel, *I. etus*, M. vel, *Nimbus*, Ti. *Gurges*, D. Calv.) *aquarum* (i. e. vel, 1. fontis ex petra excitati [q]: vel, 2. Jordanis [r]: vel, 3. maris Rubri †:) *transiit*, sive *pertransiit*, Mo. P. M. JT. &c. quasi partu quodam [t]: delapsa est in mare Mortuum [v]; ut altera pars Jordanis perstitit [x]. Significat Propheta, Deum in omnibus elementis notas paterni sui favoris insculpsisse, & omnia obstacula sustulisse, nè vel montes, vel aquæ, &c. transitum populi morari possent [y]. ¶ *Dedit abyssus vocem suam*] Sicut recèns nati infantes vagitu se produnt, ità & ex imo erumpentes aquæ fremitu quodam [z]. Per *abyssum* hîc intellige, vel, 1. mare Rubrum [a]: vel, 2. Jordanem [b], quòd amnis ille profundissimus sit; q. d. In divisione aquarum obortus est strepitus maximus [c]: vel, 3. aquas sub terra occultatas, ut Deut. 8. 7. Psal. 78. 15 [d]. ¶ *Altitudo*, &c. רום ידיהו נשא] *Altitudo* (vel, *In altum*, JT. Pi. Calv. D. V. G. sic P. רום pro לרום; ut alibi בטח, pro לבטח *.) *manum suam* (vel, *manus suas*, Mo. P. Calv. D. vel, *latera sua*, JT. Pi. D. i. e. cumulos aquarum [f]: vel, *latera sua*, i. e. alterum latus, nempe quod immotum mansit dum Israelitæ transirent [g]:) *sublevavit*, vel *extulit*, M. JT. Pi. &c. sub. *abyssus*, V. M. G. Hæc quoque similitudo ab infantibus sumpta [h]. Sensus, q. d. Et reliquæ aquæ, quæ erant in superiore parte, constiterunt in unum locum, & ità factus est maximus acervus aquarum [i]. Est concinna prosopopœia, quâ dicit Propheta eam & voce & sublatis manibus testatam suum obsequium; ut homines se facturos quod præcipitur significant aut voce, aut gestu, v. g. χειροτονίᾳ, sive porrectione manuum [k]. ידיו novè dictum, pro ידיהו [l].

11. *Sol & luna* (Hebr. *Sol luna*, Mo. &c. Asyndeton est [m].) *steterunt*, &c.] Josuæ jussu [n]. ¶ *In luce*, &c. לאור וגו׳] *Ad lucem sagittarum tuarum* (id est, grandinis permistæ fulguri, quam tu è cœlo demittebas in Ægyptios nocte illâ quâ insecuti sunt Israelitas [o],) *ibunt*, Mo. sim. M. Calv. (vel, *ambulaverunt*, P. sim. Ti. sub. *filii Israelis*, V. Iverunt Israelitæ prælucentibus fulguribus [p].) *ad splendorem fulguris* (vel, *fulgurantis*, Ti.) *hastæ tuæ*, Mo. P. M. Calv. Idem diversis verbis repetit [q]. Sensus, Cùm sagittis & fulminibus prosterneres hostes populi tui, per illa fulmina dedisti eidem populo tuo lumen, ut proficisceretur sine discrimine per viam [r]. Al. Hoc etiam de Sole dicitur, & sic cohæret sententia. Antithesis est inter Solis progressus naturales & novos: q. d. Sol & Luna ambulârunt, non sicuti ab initio mundi, sed, ad lucem & directionem sagittarum Dei, h.e. armorum populi electi, qui sub Dei auspiciis militabat, & Dei mandato omnia gessit. Respexit ergò Sol volitantes in terra hastas Dei tanquam fulgur, & sagittas, &c. ità quasi attonitus substitit; quia cedere oportuit Deo bellanti †. [Alii verba sic reddunt;] *Cùm ad missilium tuorum lucem, ad splendorem fulgoris hastæ tuæ, ambularetur*, Ca. Al. *In luce sagittarum tuarum ibant*, &c. Me. id est, Cùm sagittis suis, i. e. lapidibus & fulguribus grandini permixtis, hostes Israelitarum impeteres & prosterneres, tunc Israelitæ per lucem eorundem fulminum & fulgurum illæsi hostes insectabantur [t]. Al. *Ad lucem* (vel, 1. ad lucem Solis [v], pergentis lucere præter naturæ ordinem [x]; vel, 2. ad fulgur [y];) *sagittæ tuæ* (i. e. vel, 1. lapides grandinis, Jos. 10. 11 [z]; vel, 2. fulgetra [a], sicut Psal. 18. 15. Figura planè poetica: nam & poetæ fulgur Διὸς βέλος, i. e. *Jovis telum*, nuncupant [b].) *itârunt*, JT. Pi. (vel, *ambulârunt*, i. e. emicârunt. Sic Exod. 9. 23. *ambulavit ignis super terram*, de igne fulmineo [c].) *ad splendorem* (præternaturalem [d], Solis, ut suprà *. Eadem sententia repetitur [f].) *coruscans* (vel, *fulgurans*, D.) *hasta tua*, JT. Tar. D. Intelligit autem inter grandinem coruscans fulgur, ut solet. Vide Exod. 9. 23 [g]. Vel, *coruscantes hastæ tuæ*, nempe illi ipsi lapides grandinis. Hebr. *fulgur hastæ*; hypallage: & numerus singularis positus collectivè [h].

12. *In*, &c. בזעם וגו׳] *In* (vel, *Cum*, Pi. D.) *ira* (vel, *fremitu*, D. Vulg. vel, *commotione*, vel, *irâ commotus*, D. sub. *tua*, Ti.) *incedes* (vel, *incessisti*, Ti. P. sic Pi. vel, *conculcabis*, M. vel, *processurus*, JT.) *terram*, Mo. M. &c. vel, super *terram*, P. in *terram*, JT. Ti. per *terram*, Pi. D. Non enim ausi fuissent Israelitæ tot gentes aggredi, nisi præeunte Deo, &c [i]. Iratus terram concutiebas [k]. *In ira* contra Cananæos *incessisti* super eos *in terra* ipsorum, V. ¶ *Obstupefacies gentes*] Cananæos [l].

13. *Egressus es* (vel, *Processisti*, nempe ex Arca [m],) *in salutem*, &c.] i. e. Ad liberandum eos ex Ægypto [n]. ¶ *In salutem*, &c. לישע את משיחך] *In*, vel *ad*, *salutem* (sub. *inquam*, P.) *cum Christo*, sive *Meschia*, sive *uncto tuo*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. D. Calv. Vel, 1. cum Mose [o]: vel, 2. cum Davide [p]: vel, 3. cum Jesu Christo [q]; cujus typus Josue [r]. Alii vertunt, Sicut olim *egressus es in salutem populi tui*, ità egrederis, vel egredere, *in salutem* tuorum *cum Christo tuo* filio David †; ut populum tuum liberes à peccatis [r], & à servitute Diaboli. *Cum Christo*, id est, per Christum, vel, Christo duce [v]. Ostendit Propheta Deum ab initio populum liberâsse in persona, vel per manum, Mediatoris: atque ità confirmat fideles in spe suæ liberationis, tum quia Deus semper manet similis sui, neque mutat consilium; tum quia idem Mediator fungitur suo officio, qui etiam tunc clariùs manifestatus erat quàm olim [x]. [Alii verba sic reddunt;] *ad servandum unctum* (vel, *Christum*, ὁ. Sy.) *tuum*, Di. ὁ. Sy. vel, *unctos tuos*, Ca. Ar. לישע idem est quod להושיע, nomine regente casum sui verbi. Similia vide Zephan. 1. 3 [y]. ¶ *Percussisti*, &c. מחצת וגו׳] *Transfixisti* (vel, *Fregisti*, JT. Pi. vel, *Transfiges*: ità & reliqua præterita pro futuris capiunt, & de Messiæ temporibus accipiunt [z]. Vel, *Contundebas*, Ti.) *caput* (sc. vel, 1. Pharaonem [a]: vel, 2. primogenitum Pharaonis [b]: vel, 3. Adarezerum, Regem Sobæ, 2 Sam. 8. v. 3 [c]: vel, 4. *caput*, id est, capita, Principes impii Pharaonis [d], Principes *domûs* Canaan *; unumquemque Principem hostium tuorum [f]:) *de*, vel *è*, *domo impii*, Mo. P. &c. sc. vel, 1. Chami, qui *impius* dicitur quòd patris verenda nudaverat: vel, 2. Diaboli [g]. ¶ *Denudâsti* (vel, *Denudando*, Mo. P. sic. Ti. JT. Pi. &c.) *fundamentum*

[Marginal notes, col. 2007: z Calv. — a Di. — b G. — c D. — d V. — * D. — f G. — g G. — h Idem. — i V. — k D. sic Calv. V. — l V. — m D. — n V. D. — o V. — p D. — q Ca. — r M. V. D. Calv. — † Calv. — t G. — v D. sim. V. — x V. — y Calv. — z G. — a Pi. — b V. sic M. — c Ex He. — c V. — d G. — * D. — f Pi. — g D. — h G. — i V. sim. M. — k Calv. — l D. — m Pi. — n Ca. sic M. D. G. Calv. Pi. Me. T. &c.]

[Marginal notes, col. 2008: o V. — p G. — q V. sim. G. — r M. — † Calv. — t Me. — v D. Tar. — x Tar. — y Pi. — z Idem. — a D. Tar. — b D. — c Idem. — d Tar. — * D. — f Pi. — g D. — h Pi. — i Calv. — k G. — l D. sim. G. — m D. — n V. — o Me. T. V. — p Pi. sim. G. Tar. — q D. sic M. V. ex He. Calv. Me. T. — r D. Tar. — † He. in M. & in V. — r M. — v V. — x Calv. — y Di. — z Q. in D. — a Ca. Me. — b V. — c G. — d Me. — * D. — f Tar. — g Q. in D.]

tum ejus (nempe *domûs illius*, id est, Regni Sobæ[h],) *usque ad collum*] Regno funditus everso[i]. Summa & ima demolitus es[k]. Radicitus perdidisti hostes tuos. Per *fundamentum* intelligit, vel, 1. quicquid erat stabilitatis in hostibus[l]: exercitum, in quo situm est robur Regni, ut fundamentum est robur ædificii[m]; vel, duces & principes exercitûs, adeóque tota castra hostium[n]. Vel, 2. pedes, qui sunt bases & fundamenta humani corporis. Sensus, qu. d. Dedecore eum affecisti non secùs acsi totum corpus nudâsses à pedibus usque ad collum[o]. Duplex hîc metaphora: una, ab ædificiis funditus eversis; altera, ab iis qui in aquis demersi sunt[r]. Per *collum*, quod proximum est capiti, intelligit eos qui proximæ sunt dignitatis à Rege: qu. d. Delevisti exercitum ejus usque ad duces ipsos[†].

14. *Maledixisti*, &c. נָקַבְתָּ בְמַטָּיו רֹאשׁ פְּרָזָיו] *Perfodisti*, vel *Perforâsti*, (vel, *Pertudisti*, G.) *in baculis*, sive *virgis*, *ejus* (scilicet Uncti tui[t]: vel, *cum baculis suis*, Ti. sim. Calv. q. d. Percussi sunt suo gladio, ut factum Jud. 7.22. & suis artibus perierunt[v]. Vel, *cum vectibus ejus*, M.) *caput* (vel, *capita*: singul. pro plur[x].) *paganorum* (vel, *villanorum*, M. vel, *pagorum*, JT. Pi. *copiarum*, V. *exercituum*, P. *bellatorum*, G. sic D.) *ejus*, Mo. Ti. &c. i. e. sociorum ejus; Regem nempe Damasci[y]. Significat, non modò Reges fuisse Dei manu eversos, sed singulas eorum præfecturas quæ subjacebant illorum imperio: q. d. Grassata est vindicta Dei per omnes pagos, vel, per totam regionem[z]. Al. *Tu ejus ipsius telis caput ejus paganorum transverberâsti*: Propter ipsum, qui tibi suâ culpâ quasi tela dederit, impellendo [te] ad paganorum ejus militum pœnam[†]. Al. מַטֶּה *baculum* sive *virgam*, & *tribum*, significat: plurale מַטּוֹת pro *tribubus* passim usitatum. Masc. מַטִּים non nisi hoc loco reperitur. Plerique reddunt, *virgis*. At virgæ vibices faciunt, propriè non perforant[a]. Verùm nomen *baculi* hîc ponitur pro telis[b], aut armis[c]. [Esto: at perire videtur τὸ πρέπον metaphoræ, quum *virgam perforare* dicis.] Locum sic verto, *Perforâsti in tribubus ejus* (i.e. non uno in loco, sed passim per Tribus ejus,) *caput*, i. e. capita, *pagorum ejus*, id est, familiarum principes. Solent in Oriente singulæ penè familiæ pagos condere, dum qui ex eadem sunt prosapia familias non separant, sed in eodem loco sedem figunt[d]. Si *baculis* vertas, metaphora est à re pastoritia: si *tribubus*, planum est. Significat enim 12 Tribus, quæ ingressæ sunt Terram promissam[*]. ¶ *Venientibus*, &c. יִסְעֲרוּ וגו׳] *Turbinabunt* (vel, *Turbinem excitant*, M. sic D. *Prosilierunt instar turbinis*, Calv. sim. M. Ti. Qui *veniebat ut turbo*, G. Quum *procellam excitarent*, JT. Pi.) *ad dispergendum* (vel, *dissipandum*, G. sic Ti. V.) *me*, Mo. &c. i. e. ut perderent me[f]; populum Israeliticum[g], cujus personam hîc assumit Propheta[h]. ¶ *Exsultatio*, &c. עֲלִיצֻתָם כְּמוֹ לֶאֱכוֹל וגו׳] *Exsultatio* (vel, Quum *exsultatio*, JT. Pi. Calv.) *eorum* (nempe Syrorum[i]: sub. *erat*, P. vel, sub. *esset*, JT. Pi. Calv.) *quasi ad comedendum* (vel, ut properantium *ad devorandum*, P. *ut eorum qui devorant*, Ti. *sicut* eorum qui lætantur *ut devorent*, M. *acsi comesturi essent*, D. JT. Pi. vel, *acsi* parati essent *ad comedendum*, ut subintelligatur עֲתִידִים; quod eódem recidit[k];) *afflictum*, vel *pauperem*, (sub. *latentem*, JT. Pi. G. præ metu[l],) *in abscondito*, Mo. &c. q. d. Quum miseri Israelitæ carerent omni præsidio, & hostium furori obnoxii essent, nisi mirabiliter adjuti fuissent à Deo: quum hostes non veniebant ad bellum gerendum, sed duntaxat ad prædam vorandam[m]. Talia sibi Syri de Hebræis spoponderunt: sed falsò triumphum cecinerunt ante victoriam[n]. Sensus, q. d. Tantâ alacritate faciebant quantâ facere solent qui perdere conantur hominem pauperem omni ope destitutum[o]. Dicit, *in occulto*, quia majore cum voluptate clàm aliquid facimus quàm palàm[p]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Ruentium ad nos profligandos eo ardore quasi ad inopes conficiendos occultè*.]

15. *Viam*, &c. דָּרַכְתָּ בַיָּם סוּסֶיךָ חוֹמֶר וגו׳] *Calcâsti* (vel, *Incessisti*, Ca. V. Di. *Calcas*, Q. in D. *Calcare fecisti*, Mo. *Incedere fecisti*, M. sim. Ti. *Iter fecisti*, V. JT. Pi. *Viam fecisti*, Vulg. Calv.) *mare* (vel, *in mari*, Mo. Ti. Calv. *ad mare*, JT. Pi. G. *in mare*, Q. in D. *per mare*, M. V. D. Di. P. Rubrum scilicet[q],) *equis tuis*, Di. JT. Pi. Ca. Calv.

h G. i Ca. k G. sim. Calv. T. l Calv. sim. M. m V. n T. o Mc. r San. † V. t Pi. Tar. sic D. v Calv. x V. y G. z Calv. † Ca. a Di. b Calv. c D. d Di. * D. f V. g V. G. sic Pi. Tar. h G. i Idem. k D. l G. m Calv. n G. o V. p D. q D. sic V. V. &c.

(vel, *equos tuos*, Mo. M. vel, super *equos tuos*, P. *vectus equis tuis*, i. e. velocissimè: nam *equi Dei* vocantur nubes, Jes. 19.1[r]. Sensus, Tu traduxisti populum tuum per medium mare[†], in quo, more strenuorum militum, validissimè illum prosecutus es[t]. Al. Præiens Davidi, velut eques præmissus, *viam fecisti ad mare* Rubrum, expugnatis Moabitis, Ammonitis, Philistinis & Idumæis, 2 Sam. 8. 11, 12. & alia ex parte ad Euphratem, 1 Par. 18. 3[v].) *acervo* (vel, ad *acervum*, JT. G. per *acervum*, P. Pi. D. sim. M. Ca. vel, in *luto*, Ti.) *aquarum multarum*, Mo. P. &c. Quæ scil. constiterant hinc & indè[x]: medium iter siccum præbens populo[y]. Al. *Acervus* erant *aquæ multæ*: i.e. Cùm hostes æstimarent se populum tuum comesturos tanquam pauperem, tu solummodo calcâsti mare equis tuis; protinus aquæ multæ in acervum versæ sunt, ut populo transitus pateret. Vide Jos. cap. 3. v. 13[z].

16. *Audivi*] Id est, Intellexi sententiam Dei[b], vel prophetiam[c], vel famam[d], de judicio scil. Divino[*]; vel, 1. in populum suum[f], vel, 2. in Chaldæos[g]. Redit Propheta ad illam formidinem quam conceperat ex minis antè dictis[h]. Propheta, accepto Dei responso de Chaldaici Imperii exitio, ac simul rerum olim actarum memoriâ confirmatus, parat se ad patiènter ferenda quæ per Chaldæos Judæis id meritis erant eventura[i]. ¶ *Conturbatus* (vel, *commotus*, JT. Pi. Tar. *tumultuatus*, Calv. præ metu aut dolore[k],) *est venter meus*] i.e. Cor meum[l], ut Prov. 20. 27[m]. quod est in ventre, h. e. pectore[n]. Vel, *venter*, i. e. viscera mea: qu. d. Miseret me quidem popularium[o]. Dicit in sing. se *audivisse* & *contremuisse*, quia personam & causam totius populi suscipit; ideo loquitur acsi esset corpus populi collectum[p]. ¶ *A voce*, &c. לְקוֹל צָלֲלוּ וגו׳] *Ad vocem* (vel, *famam*, Ca. sub. *hanc*, sive *illam*, Ti. Ca. & sub. *tuam*, Ti. vel, sub. *hujus rumoris*, M. D. i. e. Ad prophetiam illam[q]. Ad illas minas. Fideles significat tremere ad solam Dei vocem, antequam pœnas infligat[r].) *palpitârunt*, vel *palpitant*, (vel, *contremuerunt*, P. D. Ch. G. ex Vulg. sic Calv. vel, *sonuerunt*, M. *strepunt*, Ca. *compressa sunt*, Ti.) *labia mea*, Mo. P. Di. JT. Pi. V. i. e. Loqui non audeo ob magnitudinem eorum quæ prospicio malorum[†]. Metum consequitur oris pallor & labiorum tremor; calore nativo ad cor & interiora regresso, &c[t]. ¶ *Ingrediatur*, &c. יָבוֹא רָקָב וגו׳] *Invasit*, vel *Invadit*, *putredo* (vel, *teredo*, quæ est vermis ossa corrodens[v]:) *ossa mea*, JT. Pi. G. q. d. Nihil fuit mihi solatii, quin contabescerem quasi emortuus[x]. Non magìs ista cogitans consistere possum quàm is cui ossa tabe exesa sunt[y]. ¶ *Et*, &c. וְתַחְתַּי אֶרְגָּז] *Et* (vel, *Denique*, JT. Pi.) *apud me* (vel, *in me*, Ti. *sub me*, Di. sic M. D. vel, *in loco meo*, JT. Pi. V. sic D. in quo nunc sto[z]: *in vestigiis meis*, Ca. *intra me*, G.) *expavi*, P. sim. G. Ca. vel, *commoveor*, JT. D. sic Pi. Tar. *tumultuatus sum*, Calv. *contremiscam*, M. Ti. Tremo totus[a]. ¶ *Ut*, &c. אֲשֶׁר אָנוּחַ לְיוֹם צָרָה לַעֲלוֹת לְעַם יְגוּדֶנּוּ] Obscurus locus[b]. [Variant.] *Qui* tamen *requiescam in die angustiæ quæ eventura est* [ad verb. *ascensura est*.] *populo qui oppugnaverit eum*, P. Ad verb. *ascendere ad populum succîdet eum*, nempe Israelem: vel, plurimas copias adducet contra illum. Loquitur Propheta in persona eorum qui abducendi erant in Babylonem, & illinc salvi reversuri in Terram sanctam. Hunc sensum aliis præfero propter sequentem versum[c]. Al. *Qui requiescebam* (i.e. quietus esse solebam[d]. Vel, *Quia quiescendum mihi erit*, i. e. nullis precibus malum tantum potero avertere[*]. Vel, *Ut requiescam*, Calv. Vulg. Significat, veram atque unicam ad quietem viam esse per metum prædictum. Quisquis securè torpet & obdurescit adversùs Deum, ille in die afflictionis tumultuabitur, & gravius sibi exitium accerset: qui autem maturè prævenit iram Dei, & trepidat ad minas, ille præparat sibi optimam quietem in die afflictionis[f]. Vel, audiens *quiescendum esse mihi*, JT. vel, hæc autem mihi acciderunt *ut quiescam*, Pi.) *post diem adversitatis*, D. (vel potiùs, *in die adversitatis*, sive *angustiæ*, D. JT. Pi. Tar. simil. Calv. G.) *quum ascendet*, Pi. Calv. G. sic JT. (vel, quia *ascendit*, Tar. vel, *ascensurus est*: לַעֲלוֹת, pro עָתִיד לַעֲלוֹת[g]:) *contra populum* (Judaicum[h]; sub. *hostis*, JT. Pi. D. nempe Chaldæus[i];) *ut excîdat* (vel, *turmatim populetur*, Pi. sic JT. Tar.) *eum*. גָּדַד, vel גּוּד, ut *congregare* significat, ità & *excîdere*[k].

Sensus,

r D. † V. sim. M. t V. v G. x V. sim. D. y D. sim. V. z Di. b Idem. c Pi. sic V. d D. * D. sim. Calv. Pi. &c. f D. sic Calv. Tar. Pi. &c. g Di. sim. V. h Calv. i G. k D. l V D. Tar. m D. n V. o G. p Calv. q Pi. r Calv. † G. t D. v Idem. x Calv. y G. z D. a G. b V. c Idem. d Tar. * G. f Calv. g D. h D. G. Tar. &c. i G sim. Pi. [i] Calv. k Calv.

Sensus, q.d. Ego, qui temporibus adversis quietus esse solebam, ad famam hujus calamitatis penitùs consternor[l]. [Alii aliter reddunt :] *Quòd quietem habere putabam in die tribulationis: ut enim ille ascendat contra populum, coacervabit, sive colliget, se*, M. Q. in V. vel, *quando sese colligent ut ascendant contra populum*, Al. in V. vel, *quando ascendet* hostis *ad*, vel *contra*, *populum, ut succidat eum*, tum demum erit angustia[m]. Al. *Quandoquidem quiescam in die afflictionis, ut ascendat contra populum, ut bello eum adoriatur*, Ti. *Tamen quieturus adverso tempore, cùm ascendetur in populum qui in eum facturus est impressionem:* Ibitur in captivitatem ad Chaldæos, qui Israelitas invasuri sunt[n]. Al. *Certè* (אֲשֶׁר sumo ut 1 Sam. 15. 20. Psal. 10. 6. & 95. 11. Esa. 8. 20. ad quæ loca vide annotata.) *quiescam ad diem angustiæ*, (Significat tremorem jam memoratum non adversari fiduciæ: oritur enim ex consideratione iræ Divinæ, quâ hostes suos prosequitur, quam graphicè depinxit Propheta in antecedentibus. Initium fiduciæ est iste horror.) *quem* [nempe *diem*] *ascendere oportet* (לַעֲלוֹת sumo pro אֲשֶׁר לַעֲלוֹת, *quæ est ad ascendendum, quam oportet ascendere:* sic enim ל infinitivo præpositum sæpe valet.) *in populum* qui (ellipsis τοῦ אֲשֶׁר.) *turmatim grassaturus est in eum*, nempe in Deum, cujus sententiam in Chaldæos se audivisse cum horrore dixerat: atque ità magis fiduciam suam auget, quòd in ipsum Deum turmatim incurrerent[o].

17. *Ficus*, &c. "כִּי תְאֵנָה לֹא תִפְרָח וגו] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Quamvis*, JT. Pi. Tar.) *ficus non florebit*, &c. Calv. D. Pi. &c. nè florem proferet, nedum fructum[p]. Vel, Esto: *ne floreant ficus*, &c. Συγχώρησις, (*concessio*[q].) Describit incommoda quæ afferre solet oppugnatio urbis capitalis[r]. Prædicit judicium Dei †, vel, 1. in Israelitas[s]; idque sive per Chaldæos[v], sive post & propter Christum cæsum[x]; qui privabuntur & necessariis ad victum[y], & spiritualibus bonis[z]: vel, 2. in Babylonem; q. d. Tanta erit illius clades per Cyrum, tanta vastitas, ut exarescant ficus, &c[a]. ¶ *Mentietur* (vel, *mentiretur*, JT. *Fallet*, Ti.) *opus olivæ*] Ità P. Pi. LXX. Ar. &c. vel, *oleitas*, G. *Mentietur*, sub. *agricolæ*, vel *hero suo*, cujus votis & spei non respondebit[b]. Vide Job. 41. 9. al. 40. 28. Jes. 58. 11[c]. Sic, *spem mentita seges*, apud Horat[d]. *Negabit oliva fructum*, M. ¶ *Et arva non* (vel, *Et agrorum nullus*, JT. Pi. Tar.) *afferent* (vel, *fecit*, Mo. *ederet*, JT. *edet*, Pi. *edent*, Ti. sim. M. Ca. P. &c.) *cibum*] Id est, fructum[e]. ¶ *Abscindetur* (vel, *Abscissum est*; præt. pro fut[f]. vel potiùs, *abscindet*, V. Pi. &c. *abscindat*, Tar. sic JT. sub. *abscissor*, BA. 1. 668. vel, sub. *hostis*, JT. Pi. V.) *de ovili pecus*] Minora pecora intelligit[g]. ¶ *Et non* (vel, *nullum*, JT. Pi.) *erit* (vel, sub. *esset*, JT. vel, *Nè sit*, G.) *armentum* (vel, *bos*, P. G.) *in præsepibus*, בָּרְפָתִים] *In stabulis*, P. Ti. M. D. &c. *in bubilibus*, JT. Pi. D. In lingua Magistrorum רֶפֶת *bovile*[h].

18. *Ego autem* (vel, *tamen*, JT. Pi.) *in Domino gaudebo*] Fisus Dei promissis[i]. Lætabor inter gravissimas calamitates[k]. Loquitur in persona pii cujusque[l]. Declarat qualis sit illa quies de qua nuper locutus est[m].

19. *Ponet* (vel, *faciet*, V.) *pedes meos quasi cervorum*] Id est, velocissimos[n], ut Psal. 18. 34[o]: vel, 1. ut redeam in patriam quàm citissimè[p]; vel, 2. ad persequendum hostes[q]. Al. Efficiet ut ego evadam istam internecionem[r]. ¶ *Et super excelsa mea*, &c.] Intelligit vel, 1. ipsam Judæam; quæ montosa erat †, & altior terris adstitis: vel, 2. celsos montes Judææ[v]. Al. *Ire me faciet ad montes meos*, i.e. qui me servent. Allusio ad historiam Gen. 19. 17. quò spectat & locus Mat. 24. 16[x]. ¶ *Victor*, &c. לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי] *Victorem* (vel, *triumphantem*, M. [*me* scilicet, quem *ambulare faciet*, quod præcedit:] vel, *Victori*, P. *Ad præcinendum*, Ca. *Magistro symphoniæ*, JT. Pi. *Præfecto cantorum*, Ti. V. sub. *dicam* V.) *in modulationibus* (vel, *psalmis*, P. *musicis instrumentis*, M. Ti. *pulsationibus*, V. *pulsatilibus*, Pi.) *meis*, Mo. &c. vel, *fidium mearum*, JT. Pi. G. supple, *tradidi hoc carmen aptandum fidibus*, G. In laudem Domini cantabo Psalmos quorum initium est, *Præfecto cantorum in Neginoth*[y]. Verto, *in Neginothai*, q.d. *in meis Neginoth*. Est autem *Negina* genus carminis harmoniæve, aut instrumentum musicum[z]. Vide Psal. 4. 1[a]. & 6. 1[b].

[l] D. [m] Al. in V. [n] Ci. [o] Di. [p] D. [q] G. [r] V. † Calv. [s] Calv. sim. T. Tar. [v] Tar. [x] T. ex Aug. [y] Tar. [z] M. [a] Mc.

[b] V. D. [c] D. [d] G. [e] D. [f] V. [g] D. [h] D. ex He. [i] G. [k] D. sim. Calv. [l] D. [m] Calv. [n] D. Tar. [o] Tar. [p] V sim. Calv. Tar. [q] V. ex He. [r] G. † V. Calv. [v] D. [x] D. G. [y] V. [z] D. [a] V. G. [b] D.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

SOPHONIAM.

CAP. I.

1. VErbum, &c.] Revelatio facta Sophoniæ[a], צְפַנְיָה est, *Arcanum Dei*[b]. Ab eadem origine nomen mulieri Pœnæ apud Livium, Punicè צְפֵן אִישׁ בָּהּ i. e. *Arcanum mariti in ipsa*, sub. *manet*[c]. ¶ *Filium Chusi, filii Godoliæ*, &c.] Meminit majorum suorum, quòd illi fuerint vel, 1. Prophetæ[d]; vel potiùs, 2. clari & illustres *. ¶ *In diebus Josiæ*] Fuit itaque coævus Jeremiæ[f]. *Josiæ*. Regis boni, & qui Sacra quidem ex Lege restituit, & abstulit publica quantum poterat impedimenta; domesticas verò cujusque superstitiones & mores populi pravos persanare non potuit. Vide Esa. 57. Abstulit Deus omnem excusationem Judæis. Solebant dicere, *Reges nos coegerunt ad hæc & ista*. Responsio parata est, *Josia vos non coegit; imò quantum potuit vos ab illis moribus avertit: tamen perstitistis malè agere*[g]. Regis Israel non meminit, quòd prophetaret in tribu Juda. Decem autem Tribus abierant in captivitatem[h]. ¶ *Filii Amon*, &c.] Hujus meminit, cùm ob Regiam dignitatem †; tum quia sub eo vigebat cultus idolorum, quorum excidium hîc prædicitur[i]. Non honoris causâ, sed contumeliæ: fortè ut innueret populum ità obduruisse in superstitionibus suis, ut vix revocari possent[k].

2. *Congregans*, &c. אָסֹף אָסֵף] *Deficiendo deficere faciam*, Mo. *Perdendo perdam*, M. V. Calv. simil. P. Ti. Ad verb. *Finiendo finiam*, i. e. Exactissimè perdam, ità ut nihil supersit[l]. *Omnino auferam*, Pi. vel, *recepturus sum*, JT. *Colligendo colligam*, Pi. sic D. sive, brevi collecturus sum[m]. *Omnia averram cum pulvisculo*, ut dici solet[n]. *Colligere* usurpatur pro, *delere, perdere*. Ductum ex more

[a] G. [b] G. ex Hi. [c] G. [d] V. * D. Q. in V. [f] Tar. ex D. V.

[g] G. [h] V. † Idem. [i] D. Tar. [k] Calv. [l] V. [m] D. [n] G.

ex more veterum, qui ossa mortuorum colligebant: aut à frugibus, quæ absumendæ colliguntur. Vide Psal. 26.9. *Colligi ad patres* etiam dicitur, pro, *mori*, Jud. 2. 10. & *colligi ad populum*, Num. 27.13. &c. אֱסֹף de morte[o]. אָסֹף est infinitivum[p], à אסף[q]; vel, ab סוף. Idem verbum non rarò reperitur in diversis ordinibus[r]. אָסֵף est futurum Hiphil, à סוף *deficere* †: quod verbum aliunde accersiit, cùm eandem in Hiphil vim habeat ac illud quod præcedit. Confer Jer. 8. 13. Vel, אָסֵף dixit pro אַאֲסִף: ad quod exemplum est אָזִין, *auribus percipiam*. Aut est nomen usurpatum participii loco, quale חָפֵץ *volens*[s]. אסף אָסֵף ab אסף[t]. ¶ *A facie terræ*] Vel, *hujus terræ*, JT. Pi. vel, Israelis[u]; vel, Judææ[y].

3. *Congregans* (vel, *Recepturus sum*, JT. Tar. nempe de hac terra, ut tollam[a]. Vel, *Perdam*, Calv. *Auferam*, Pi.) *hominem & pecus*, &c.] Vel, *& jumentum*, —*aves*, &c. Pi. &c. Nam & aves & pisces loca deserunt à cadaveribus fœtentia[b]. Qu. Sed cur punit Deus innoxia animalia? Resp. 1. Jure Deus in eadem cum hominibus ruina involvit quæ in hominum usum creavit. 2. Ut sic hominibus stuporem excutiat & spem impunitatis, &c[c]. ¶ *Et*, &c. וְהַמַּכְשֵׁלוֹת אֶת הָרְשָׁעִים] *Et offendicula* (vel, *ruinas*, JT. qu. d. Nè ipsa quidem rudera ab hac vindicta eximentur[d]. Vel, *scandala*, Pi.) *cum* (vel, *simul cum*, Ti.) *impiis*, Mo. D. G. JT. Pi. Tar. i. e. residuum Bahalis, ut declaratur vers. 4. Heb. *impactiones*. Metonymia effecti*. Vel, *offensiones*: quia illis, 1. Deus offenditur[f]; 2. multi offenduntur & pejores evadunt[g]; 3. quia occasio sunt ruinæ cultoribus suis[h]. Idola cum cultoribus suis[i]. Al. *Necnon impedimenta, hoc est, impios*, Ca. *Et offendicula* erunt *impiis*, P. Calv. vel, *impios* invenient, sive apprehendent, V. M. h. e. Improbi incident in varias calamitates †. Significat hanc vindictam de brutis sumi hominum respectu[k]. *Et quæ impingere faciunt impios*. Intelligit omnes delicias, omnem annonæ abundantiam, &c. quibus insolescunt impii, & per quæ, tanquam per offendicula, labuntur in peccata. הַמַּכְשֵׁלוֹת nomen verbale est, transitivæ significationis vim obtinens, quia ex Benoni Hiphil oritur: itaque, ex usu linguæ Hebrææ, retinet casum sui verbi. Similia habes Num. 10. 2. & 23. 10. Deut. 1. 27. Esa. 11. 9. & 13. 19[l]. ¶ *Et disperdam homines*, &c.] [Sensus,] Faciam ut nulli conspiciantur, aliis interfectis, aliis deportatis[n]. Vel, *homines* hic vocat, qui non planè improbi erant[o].

4. *Et* (vel, *Id est*. ו declarativè sumitur, ut Gen. 14. 23. &c. & in Virgil. *Judicium Paridis, spretæque injuria formæ*[p].) *extendam manum meam*] i. e. Vim meam ostendam[q]. *Extensio manûs Dei* significat opus aliquod insigne & insolitum[r]: & modò sumitur in bonum, valetque, *protegere*, ut Psal. 138. 7. & 144. 7. *vocare ad pænitentiam*, ut Prov. 1. 24. Esa. 65. 2. Sæpius tamen, cùm de malis sermo est, ut hoc loco, & de Deo irato, percutientis gestum denotat. Vide Esa. 5. 25. & 9. 12, 17, 21, &c †. ¶ *Super Judam*] Adde & Benjamin[r]. Adversùs duas Tribus*: quæ se perpetuò salvas fore putabant, quia ereptæ erant ex illo incendio quo Israel periit[v]. ¶ *Jerusalem*] Ubi erat fons malorum. Incipit Deus à Sanctuario, ut Ezec. 9. 6. & à propinquis, ut Levit. 10. 3[x]. ¶ *Disperdam de loco hoc* (de Judæa[y],) *reliquias Baal*] i. e. Instrumentorum cultûs Bahalis[z]: reliquias illas latentes, quas Josias, quanquam multùm connisus, auferre non potuit[a]. Sed non agit de idololatria clanculùm peracta, sed palàm, & super tecta, vers. 5. & per publicos ministros[b]. Al. Quicquid idololatriæ post Israelem abductum in Juda remansit[c]. ¶ *Et*, &c. אֶת שֵׁם הַכְּמָרִים וגו׳] *Nomen* (id est, famam[d], vel memoriam*,) *pullatorum*, sive *atratorum*, (vel, *eorum qui nigras induunt vestes*, P. vel, *ministrorum*, M. *sacrificulorum*, Sy. *flaminum*, Ca. vel, *addictorum cultui idolorum*, V. vel, *Kemarim*, Ti. *Camarorum*, i. e. sacerdotum idolorum[f]: qui scilicet idola semper coluerant[g]. Vel, *Camillorum*: quod nomen erat Tyrium: à Tyriis ad Tyrrhenos venit, mutato ר in *L*. Significat *deorum ministros*, teste Servio[h], ad Æneid. 11. tales nempe qui impuberes erant, testibus Servio ibidem, & Macrobio Saturn. 3. 8[i]. Vide 2 Reg. 23. 5[k]. Vel, *æditorum*, Vulg. כְּמָרִים dicti sunt, vel, 1. quòd *nigris* vestibus induerentur[l]: vel, 2. ab ardore zeli quem simplicibus ostentabant, quòd insaniebant post superstitiones suas[m]: vel, 3. quòd notati erant stigmatibus in fronte[n]: vel, 4. quòd conclusi & simul habitarent, à כָּמַר, quod in Targum valet, *concludere*[o]: cui favet, quòd מִכְמָר est, *rete*. Apud Syros tamen כומרא quemvis *sacerdotem* significat, non tantùm idolorum, ut Act. 14. 13. sed & veri Dei, ut Heb. 2. 17. & 5. 6. Glossarium Syro-Arab. reddit, *Sacerdos, minister domus Dei*, (quo æditum Templi denotare videtur, ut Act. 19. 35.) *princeps sacerdotum*[p]. Al. *Atrati* hi erant voluntarii hominum privatorum authoritate cooptati in sacerdotium[q].) *cum sacerdotibus*, Mo. &c. nempe Domini[r]: à quo tamen jam discesserant †. *Sacerdotes* vocat eos qui ex stirpe quidem erant Aaronica, sed clàm idolis operam dabant, Ezec. 8. & 22. 26. & 44. 10[t].

5. *Et* (sub. *exscindam*, Pi.) *eos qui adorant*] Ità M. P. Ti. &c. vel, *incurvant se*, JT. Pi. sic Mo. sub. *honorem habentes*, JT. Qui astra colebant in solariis suis, 2 Reg. 23. 12[v]. ¶ *Super tecta*] Quæ Ebræis plana erant[x], & etiamnum sunt in Syria[y]: ut ibi facilè excitari possint aræ[z]. Vide Jer. 19. 13[a]. ¶ *Jurant in Domino*, (vel, *per Dominum*, M. Ti. sic P. Calv. &c. Tunc esset בַּיהוָה.) לַיהוָה. Malim ergò, *Domino*, quia est לַיהוָה. *Jurare Domino* est, jurejurando interposito nomen dare pietati, & quasi Deo se addicere & consecrare. Vide 2 Par. 15. 14[b].) *& jurant in Melchom*, בְּמַלְכָּם] *Per Malchom*, P. sic D. G. &c. i. e. Moloch[c]; deum suum: nam ex Regibus Ammonitæ gentésque aliæ deos fecerant, eósque in astra retulerant. Vide Amos. 5. 26[d]. Erat idolum, sic dictum quòd haberent ipsum pro Rege*. *Per Melchum suum*, Pi. JT. vel, *per regem suum*, M. Ti. sic Ca. Cùm quis nollet acceptare juramentum per nomen Dei veri factum, parati erant increduli homines jurare per idolum quod in terra illa colebant[f]. Procumbunt versùs Arcam, & procumbunt coram idolis: miscent cultum Dei legitimum cultibus profanis, ut illi 1 Reg. 18. 21[g]. Colunt Melechum loco veri Dei: imò profitentur se non colere idola ista muta, sed per ea & in eis Deum verum ac vivum, ut quondam illi Exod. 32. 4, 5[h]. Jactabant se verum Deum colere, at idola illi adjungebant. At, inquit, Deus solus coli vult, non ex parte. *Ite, colite idola*, &c. Ezec. 20. 39[i].

6. *Et qui avertuntur*, &c.] Qui preces fundunt aversi à Sanctuario, Ezec. 8. 16[k]. Qui, licèt idola non colerent[l], ex professo tamen à Deo defecerant[m], & desierunt invocare ipsum[n]. Potiùs de idololatris agit, eósque ostendit non ex ignorantia, sed ex proposito & malitia, peccare, quia satis ex Lege edocti erant[x]. ¶ *Non quæsierunt* (vel, *quærunt*, Pi. &c.) *Dominum*, &c.] Isti sunt quos nulla prorsus tenet Religio, aut cura Dei[y]: qui Deum spernunt; nam negatio sæpe contrarium vehementer affirmat[z]: homines ἄθεοι, qui neque institui de Deo volunt, neque ullas preces fundere[a]. [Ca. versum sic reddit, *Et qui à Jova defecerunt, quique Jovam non curant neque morantur*.] i. e. Et qui falsa docent, & qui Baalem simul & Jovam, & qui neutrum, colunt, sunt puniendi. Unus Jova colendus[b].

7. *Silete*, &c. הַס וגו׳] *Tace*, &c. Mer. V. &c. Tu qui hactenus solitus es obloqui Domino, dicens eum non curare terrestria, &c. nunc desiste obstrepere illi[c]. Nè responsa aut murmura, aut flagitia defende, ut solent impii[d], sed metue*: qui enim metuunt tacent[f] coram eo quem metuunt[g]. Subjice te Deo, & maturè resipisce[h]. Al. *Pax*: obstupescatur[i]. הַס est interjectio imperantis silentium; ut *Pax* comicis[k]. ¶ *Dies Domini*] Dies vindictæ[l]. ¶ *Præparavit*——*hostiam*] Sic V. D. &c. quam scilicet ipse sacrificaturus est[m]. Hebr. *mactationem*, D. Pi. i. e. mactanda animalia[n]; ut, *captivitas*, pro captivis. Per *victimam* intellige cadavera occisorum[o], vel cædem improborum[p]; quam sic vocat, quia gratus hic erat Deo cultus, quo illustrabatur gloria ejus[q]: quia delectatur occidione impiorum magis quàm pecudum. Esa. 34. 6. Jer. 46. 10. Ezec. 39. 17[r]. Sensus, Curabit mactari Judæos †: hi, inquit, victima erunt; Chaldæi, sacerdotes[r]. ¶ *Sanctificavit* (vel, *Segregavit*, D. *Præparavit*, JT. Pi. V. quæ enim sanctificantur præparari solent: i. e. invitavit[v]. *Convocavit*, G.) *vocatos* (vel, *invitatos*, P. M. Ti. JT. Pi. *convivas*, G.) *suos*] Ità Mo. &c. i. e. vel, 1. aves & feras &c

ras & canes: vel, 2. hostes Judæorum, Ægyptios, Chaldæos, vindictæ Divinæ ministros. Odiosè dicit profanos illos homines quasi à Deo consecratos fuisse, & sacerdotes ejus, & à Deo vocatos, ut vescerentur carne electi populi: quemadmodum solebant diebus festis ex reliquiis sacrificii inter se epulari.

8. *Visitabo super principes*] Qui aliis exemplo esse debuerant, ideòque graviùs peccaverunt: qui aliis præbuerant errandi causam; qui se exemptos esse legibus putant, & moneri nolunt. ¶ *Et super omnes qui induti sunt veste peregrinâ*] Vel, *alieni*, sub. *populi*, Pi. diversâ à reliquo populo. Intellige vel, 1. sacerdotes idololatricos, qui vestibus exoticis induti sacra sua faciebant. Vel, 2. Pharisæos & hypocritas, qui peculiari veste simulabant sanctitatem, &c. Vel, 3. eos qui gestabant vestes ab aliis vi sublatas. Vel, 4. ministros nobilium; aulicos; aliósve, qui, patrio more relicto unà cum Religione, conformabant se vicinis gentibus, aut victoribus, Ægyptiis aut Babyloniis, prout huic aut illi genti studebant; ut eos hâc imitatione demererentur, atque ostenderent se in maximis bonis deputare, si possent esse eorum amici & fœderati. Pertinebat hæc vestis mutatio, vel, 1. ad levitatem animi, quem patriæ luxus satiare non poterat: vel, 2. ad luxuriam; ità ostendunt se id unicè agere ut strenuè luxurientur: vel, 3. ad ambitionem & superbiam, ut sequentia testantur. Stultè affectabant mutationem vestium †. Al. *Aliena* sæpe vocantur quæ Lege sunt vetita, qualia sunt vestimenta masculina in fœminis, fœminina in maribus, quòd eo modo idololatræ colerent Martem & Venerem, ut diximus Deut. 22. 5.

9. *Qui*, &c. הַדּוֹלֵג עַל הַמִּפְתָּן] *Qui transilit* (vel, *insilit*, JT. Pi. *saltat*, M. Ti. *tripudium agit*, Calv.) *limen*, vel, *in*, sive *super*, *limen*, BA. sic D. G. Mo. P. Ca. Intelligunt vel, 1. de idololatris, qui, superstitione quadam, limen idolorum suorum attingere non audentes, transcendebant ipsum intraturi ædem illorum; idque exemplo Philistæorum, 1 Sam. 5. 5. Sic & apud Romanos domuum limina transiliebant novæ nuptæ. Sic sumpsit hunc locum & Chaldæus, qui locum reddit, *Et animadvertam in omnes qui ambulant in legibus Philistæorum*. Vel, 2. de iis qui fastuosè, pompaticè & quasi subsultim ascenderunt in Templum, ubi cum summa humilitate agendum erat cum Deo, &c. Vel, 3. de ministris nobilium & Principum, qui erant quasi canes venatici ad rapiendam undique prædam; qui erant effractores & administri violentiæ dominorum suorum *; qui fidenter alienas domos invadebant, ad auferendum pignus, aliena occupantes, atque illic petulanter insultant jactántque se, ut victores solent; qui, quòd prædâ onusti domum redirent, lætabundi limen transiliunt, & alacres sese in herorum domum recipiunt. ¶ *Qui complent domum Domini*, &c.] vel, 1. Dei: sacrificiis sc. offerentes ex rapinis: quod Deus odit. Vel, 2. *dominorum suorum*: Regum scilicet & Principum domos implent rebus per vim & injuriam quæsitis.

10. *Vox clamoris* (scilicet Hierosolymitanorum, ob persecutionem Chaldæorum; tempore expugnationis. Hypotyposis †. Describit quæ accidere solent urbe obsessâ ab hostibus *.) *à porta piscium*] Per quam Chaldæi irruperunt. Una hæc erat ex portis Jerusalem, quæ Diospolin ducebat & Joppen: sic dicta, forsan, quòd prope eam erat vel piscina, vel forum piscatorium. Vide Neh. 3. 3. & 12. 39. Hæc porta erat in urbe Davidis, 2 Par. 33. 14 †. juxta arcem David in Mello, inter montem Sion & urbem inferiorem, ad plagam occidentalem *. ¶ *Et ululatus à secunda*; ità V. M. Mo. Ar. [מִן הַמִּשְׁנֶה] *A parte secunda*, sive *altera*. JT. Pi. Ti. Ca. sub. *urbis*, Ti. sic D. ex Eucher. quæ nominatur *civitas mediana*, 2 Reg. 22. 14. Al. à porta secunda, sive quæ erat in secundo muro: nam Jerusalem Septentrionem versùs juxta Templum triplici muro erat circumdata. Loquitur de porta urbis quæ secunda erat, dignitate scilicet *. Al. *à porta avium*: quæ secunda erat inter portas urbis. Favet, quòd Chald. habet עוֹפַיָּא מִן, *ab avibus*. Nisi forsan cum K. legamus עוֹפְלָא, quod *arcem*, vel *turrim*, significat. Erat enim ibi locus עוֹפֶל *Ophel* dictus. Vide 2 Reg. 5. 24. Al. *à schola*, P. vel, *à domo disciplinæ*. Ea erat urbis pars in qua dabant operam literis. Vide 2 Reg. 22. 14. Hæc erat porta Templi ubi docebatur מִשְׁנָה, i. e. *doctrina legis*. Ibi erat domicilium nobilium studiosorum, & doctorum. ¶ *Et contritio magna à collibus*] Vel, 1. qui erant in circuitu Jerusalem: vel, 2. qui inclusi erant in Jerusalem; qui erant in extremitate tertii oppidi, portam sterquiliniorum versùs, ubi erat Olivetum. Duplex erat civitas præter arcem rupi impositam, quæ tertiam constituebat partem. *Ab ipsis collibus*, i. e. ab ea parte urbis in qua colles erant; qualis *collis Gareb*, Jer. 31. 39: vel, quæ montibus contigua erat: vel, à palatio & Templo. Sensus est, Magnus audietur planctus in variis locis Jerusalem †, ab omni parte ejus, in tota urbe, quam describit à tribus partibus nobilissimis. Al. Per *colles* intelligit domos nobiliorum, quæ in altiore situ erant quàm vulgarium ædes.

11. *Habitatores Pilæ*] Ità D. *Pila* locus erat in urbe cavus instar pilæ †: nam *pila* vas concavum in quo frumenta tunduntur. ¶ הַמַּכְתֵּשׁ] *Machtes*, P. M. *mortarii*, Ti. *cavi*, JT. Pi. *loci concavi*, Calv. *molaris*, Ca. Locus erat in urbe mercatu celebris, sic dictus vel, 1. ob cædem ibi patrandam à Chaldæis, qui ejus incolas velut in mortario contunderent: vel, 2. ob figuram mortarii, quòd erat in imo urbis: quod mercatores elegerunt, vel, tanquam locum tutiorem, utpote in medio sinu urbis; vel, ob commoditatem transportandi merces. Interpretantur vel, 1. de valle Cedon; vel, 2. de valle Siloes; vel, 3. de valle Mello. ¶ *Conticuit* (vel, *Succisus est*, P. D. *Succidetur*, JT. Pi. *Exterminatus est*, i. e. periit *: *In silentium redactus est*, i. e. ad mortem. דָּמָה, *silere*.) omnis populus Chanaan, [כְּנַעַן] *Canaan*: ut innuat eos esse semen Canaan, non Juda, eisdémque eos moribus præditos esse, (confer Hos. 12. 7.) ideòque idem Dei judicium promeruisse. *Mercatorum*, Ti. Calv. G. sim. M. P. JT. Pi. qui in cava urbis parte habitabant. q. d. Non venient posthac ad vos mercatores. ¶ *Omnes involuti*, &c. [נְטִילֵי כָסֶף] *Argentarii*, JT. G. qui scilicet in eadem illa urbis erant parte: vel, *ferentes* (vel, *qui attulerunt*, M. *portantes*, Sy. D.) *argentum*, Mo. P. sim. V. *qui onusti sunt argento*, Pi. sic Ti. Periphrasis emptorum. Hebr. *qui tollunt*, id est, sibi imponunt, *argentum*. Al. Mercatores sive negotiatores, sic dicti, quòd soleant magnam pecuniæ vim secum ferre; vel, quòd opes magnas acquirunt. Al. *divites opibus*, Ch. sim. Ca. Idem repetit diversis verbis.

12. *Scrutabor Jerusalem in lucernis*] i. e. Acutissimè, vel exactissimè †, omnes latebras excutiendo; ut qui accensa lucernâ abstrusissima quæque & in tenebris latentia scrutantur. Diligentissimè purgabo eam, tanquam domum lucernis accensis, &c. Victores Chaldæi omnia diligentissimè pervestigabunt, etiam facibus adhibitis, nequid effugiat. Loquendi genus proverbiale: Luc. 15. 8. Latentia peccata producam & puniam. ¶ *Viros defixos*, &c. [הַקֹּפְאִים עַל שִׁמְרֵיהֶם] *Coagulatos* (vel, *residentes*, i. e. qui manent & incubant: q. d. qui instar rerum coagulatarum stant immobiles. Vel, *qui concreti*, sive *congelati*, *sunt*, JT. Pi. Calv. sic Ca. *qui hærent*, Ti. *qui veluti vinum conquiescunt*, M.) *super* (vel, *in*, P. M. vel, *cum*, JT. Pi.) *fæcibus suis*, Mo. &c. In suis sordibus demersos. Qui tranquillè egerunt hactenus, ex opibus securi facti & stupidi *, ac sibi videntur integris esse viribus; ut vinum quod non transfunditur, sed fæcibus suis incumbit: ac proinde minas omnes contemnunt. Qui in peccatis suis obduruerunt. Qui magnâ tranquillitate conquiescunt in divitiis suis. Sicut enim se habet fæx ad vinum, ità se habent divitiæ ad divitem. Est eadem similitudo Jer. 48. 11. [ubi dicta vide.] *Fæces* hîc dicuntur, vel, peccata; vel, opes; vel, lautitiæ: quæ ità dementant homines, ut nullum habeant vel bonitatis vel terroris Dei sensum, sed sint instar massæ congelatæ, h. e. duri & contumaces. ¶ *Qui dicunt* (vel, *dixerunt*, G.) *in cordibus suis*, *Non faciet bene*, &c.] i. e. Qui cogitârunt antehac, quum id palàm dicere non auderent, à Deo non curari res humanas; *forte ac temere humana*

negotia

negotia volvi agique, ut est apud Curtium [v]. qu. d. Nec prodest bonis, nec obest malis [x]. Verba negantium providentiam Dei [y].

13. *Fortitudo eorum*] i.e. Divitiæ [z], in quibus confidunt [a]. ¶ *Non habitabunt*] Sub. *diu*, V. D. ¶ *Non bibent*, &c.] Utrumque ex Deut. 28. 30. Idem sensus Amos. 5. 11 [b].

14. *Juxta*, &c. קָרוֹב וּמַהֵר מְאֹד] *Juxta* (vel, *Propè*, M. Ti. sub. *inquam*, P. M. Ti.) *est*, *&* *festinus* (vel, *accelerans*, M. vel, *festinat*, Ti. Pi. Di. propriè, *festinare*. Infinitivus Piel pro præsenti indicativi: quod est frequens [c].) *valde*, P. &c. ¶ *Vox*, &c. קוֹל יוֹם יְהוָה מַר צֹרֵחַ שָׁם גִּבּוֹר] [Variè reddunt & distinguunt.] *Vox diei Domini amara, clamat (ejulabit*, Ti.) *ibi fortis*, P. sic Mo. Non placet, ob accentum Zakeph-caton (qui unus est ex majoribus distinguentibus) in voce יְהוָה. Quanquam forsan verum sit, in explicando textu non semper habendam esse rationem accentuum. Sensus ergò est, vocem illius diei, quam edent qui & animi & corporis robore præstant, amaram fore [d]. Vel sic; q. d. Nulla fortitudo hominibus erit subsidio adversùs vindictam Dei [*]. Al. *Cujus Jovanæ diei vox est acerba, clamante ibi milite*. Bellum erit †. Al. *Vox diei Domini amarùm*, sive amarè, *clamat*, D. (i. e. clamatura est [f]: vel, *clamantis*, sive *vociferantis*, V. D. vel, *vociferabitur*, Calv. q. d. Vox diei Domini erit vox amarùm vociferantis [g]. Vel, Vox diei Domini jamjam exaudietur, udituri vocem terribilem [h]. Vocem hîc intelligit vel, 1. Dei, qui rugitu suo Judæos percellet, ostendétque se esse scelerum vindicem: vel, 2. Judæorum serò agnoscentium Deum judicem, quem priùs contempserant. Hanc porrò vocem opponit voci Dei personantis in ore Prophetarum, quam ipsi spernebant & ridebant: alia ergò, inquit, erit vox Dei, &c [i].) *illic* (vel, *ibi*, i.e. tunc, ut Psalm. 14. 5. & in Homero, Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες—— (*Tunc alii omnes*—) Vel, *ibi*, i.e. Hierosolymæ; & sub. *adest*, q.d. ibi adsunt [k]: vel, *illuc* venient, V.) *fortis*, D. Calv. &c. vel, *fortes*, V. fortissimi quique, vel, 1. ad cædem subeundam; vel, 2. ad cædem faciendam [l], vel, ad expugnandum Jerusalem [m]. Perstringit Judæorum confidentiam quum de fortibus loquitur: q. d. In suum exitium robusti sunt dum ità se Deo & servis ejus opponunt, quia fortitudo illa concidet tandem, imò seipsam propriâ mole franget [n]. Al. quia *illic erit fortis*: q.d. Robur hostium franget quicquid fuerat animositatis in Judæis [o]. Al. *Vox diei Domini, amarùm vociferabuntur illuc fortes*, i.e. ibi audietur vox atrox & horrenda fortium expugnantium Jerusalem [p]. Al. *Sonus diei Jehovæ, amarè clamaturo ibi robusto*, JT. Pi. i.e. robustis: q. d. Robur Judæis nihil proderit [q]. Al. *Vox diei Domini amara est, clamat, Ibi* est *fortis*. Sensus est, Magnus ille dies Domini vocem edit, eámque amaram: clamat enim adesse ibi fortem, qui urbem Hierosolymam sit destructurus [r]. Al. *Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis*, Vulg. i.e. conterentur etiam validissimi†.

15. *Dies iræ*] Id est, adversitatis [t]: in qua se ostendet Dominus iratum improbis [v]. ¶ *Calamitatis*, &c. שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה] *Tumultus* (vel, *desolationis*, V. M. Ti. sim. JT. Pi.) *&* *desolationis*, Mo. P. vel, *devastationis*, M. Ti. vel, *destructionis*, V. vel, *tumultuationis*, D. Repetit idem ad rei corroborationem [x]. Vel, *&* quidem *vastissimæ*, JT. Pi. quod מ hîc additum notat [y]. Elegantia hîc est qualis בּוּקָה וּמְבוּקָה, *vacua & evacuata*, Nah. 2. v. 11 [z]. ¶ *Dies tenebrarum*, &c.] Atra dies [a]. Excutit Judæis fiduciam quam conceperant ex contemptu Dei [b].

16. *Dies tubæ*, &c.] i.e. In quo exaudientur tubæ hostium clangentium in expugnandis urbibus, &c †: nam ad tubæ sonitum capi urbes solent [*]. ¶ *Et super*, &c. וְעַל הַפִּנּוֹת וגו׳] *Et super angulos* (vel, *pinnas*, Mo. Ca. scilicet murorum [c]: vel, *turres*, P. M. Ti. Pi.) *excelsos*, o'. Sy. Ar. JT. *Anguli* alibi vocantur homines authoritate præstantes, & reipublicæ molem quasi fulcientes, ut 1 Sam. 14. ver. 38 [d]; hîc autem arces ‡, & turres. [Turres autem sic vocat,] vel, 1. quòd variis angulis fulciantur [g]: vel, 2. quòd in angulis murorum esse solent [h].

17. *Ambulabunt ut cæci*] Præ metu ac tremore [i], & anxietate animi [k]: in perpetuis tenebris [l]. Eos angustiis afficiam tantis, ut non magis quàm cæci videant quò se vertere debeant [m], quid consilii capiant [n], aut quò fugiant [o], scil. ex uno periculo in aliud gravius incidentes, ut cæci cùm fugiunt [p]. ¶ *Sicut humus*] Vel, *pulvis*, JT. Et copiosissimè, & abjectissimè [q]; quasi nullius pretii [r]: nam pulvere nihil vilius †. ¶ *Et*, &c. וּלְחֻמָם וגו׳] *Et panis eorum*, &c. Mo. *Et quod bene habitum est in eis*, &c. Ti. *Et caro* (hîc לְחוּם dicta, fortè quòd esca sit vermium [r], quod *panem* significare solet, vertitur *corpus*, more Arabum. Vide quæ diximus ad Matt. 26. 26 [v]. Vel, *carnes*, o'. Ar. vel, *cadavera*, Ch.) *eorum velut sordes*, vel *stercora*, P. M. sic JT. Pi. Ca. Calv. D. &c. subaud. *conculcabitur*: ellipsis verbi relati [x]. Cadavera eorum insepulta, projicientur [y], & humi prostrata jacebunt veluti stercora in fimo sive sterquilinio [z].

18. *Sed & argentum*, &c.] Ezec. 7. 19 [a]. ¶ *In igne zeli ejus*, &c.] i.e. Æstuante Dei irâ †; vel, zelo, tanquam igne [b]. Confer Ezec. 38. 19 [c]. ¶ *Quia*, &c. כִּי כָלָה אַךְ נִבְהָלָה יַעֲשֶׂה וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, (vel, *Siquidem*, P.) *consummationem* (Sic vocat reip. Judaicæ interitum [d]. Vel, *consumptionem*, Calv. V.) *profectò* (vel, *utique*, JT. Pi. vel, *&* *quidem*, M. Calv.) *festinatam*, sive *acceleratam*, (vel, *terribilem*, M.) *faciet*, &c. Mo. P. &c. *Quia in universum conficiet*, idque illico, &c. Ti. *Adeò & prorsus & citò delebit*, &c. Ca. q. d. Hæc strages, quâ omnia consumentur & evertentur, propè adest, mox aderit [*].

CAP. II.

1. *Convenite*, &c. הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשּׁוּ] *Colligite vos*, (vel, *Coite*, Ca. *Congregamini*, o'. Ar. Ch.) *&* *congregamini*, Mo. vel, *colligamini*, o'. simil. Ar. *convenite*, Ca. *& sitis collecti*, Ti. *&* *colligite*, Calv. *colligite*, *inquam*, Pi. sub. *vos*, Pi. sic Calv. nempe ad preces, ut vitam saltem salvam habeatis [a]. Colligite vos, & quasi contrahite, nè similes sitis paleis; (hoc enim verbum deducitur à קַשׁ *palea*,) nè vosmet exponatis dissipationi. Ratio hujus collectionis est, ubi homines nec evanescunt in stultis suis confidentiis, nec luxuriant in pravis suis cupiditatibus [b]. Sensus, q. d. Agendo pœnitentiam operam date nè instar stipularum hîc illic jacentium dispellamini ab hoste tanquam à vento [c]. קשׁשׁ propriè est, *stipulas colligere* [d]. Al. *Excutite* (vel, *Scrutamini*, P. sim. M. *Examinate*, V. *Studiosè & diligenter inquirite*, D. sim. V. Tar. tanquam minutas paleas, quæ exactissimâ egent perscrutatione [*],) *vos*, JT. Tar. (i. e. animos vestros & conscientiam vestram [f]: vel, *in vos ipsos*, h.e. in mores vestros [g]; ut è vobis ejiciatis peccata [h]:) *iterùmque excutite*, JT. vel, *&* *scrutamini*, P. sim. M. D. primùm, vosipsos; deinde, alios [i]. Hinc adagium, *Orna teipsum, postea ornato alios* [k]. Vide Matt. c. 7. v. 4 [l]. ¶ *Gens non*, &c. לֹא נִכְסָף] [Variant.] *Quæ nullo teneris affectu*, M. sive, *desiderio*, Ti. *vacua desiderio*, JT. Pi. D. scilicet reconciliandi tibi Deum [m]: *quæ non concupiscis*, Ch. in M. sic D. *redire ad legem*, Ch. in M. vel, ad frugem, & mores in melius mutare, aut in delicta propria inquirere [n]. כָּסַף hîc valet, *desiderare*, ut Gen. 31. 30, Psal. 84. 3 [o]. q. d. Quæ obduruisti ad immanem socordiam [p]. Alii, *non desiderabilis*, sive *amabilis*, Mo. P. Calv. V. Glas. gram. p. 410. sic Ca. i. e. indigna Dei gratiâ [*]: quam ità amplificat Deus, quòd adhuc solicitus sit de eorum salute qui se ultro perdiderant, & abdicaverant ab ejus gratia [q]. Gens invisa & exosa, tum Deo, ob scelera, tum vicinis, propter Religionis & politiæ differentiam [r]. Al. *ineruditâ*, o'. sic Ar. *indisciplinabilis*, Sy. *nullius pudoris*: Ità enim Chaldæi & Rabbini נִכְסָף usurpant †. [Ità certè non semel occurrit in Chald. Paraph.]

2. *Priusquam*, &c. בְּטֶרֶם לֶדֶת חֹק כְּמֹץ עָבַר יוֹם] *Ante parere statutum, ut gluma, transit die*, Mo. Ad verb. *Antequam pariat decretum, similes glumæ præteriit, diem*, V. Ordo verborum inversus & obscurus [t], quo indicatur animus hominis perturbati [v]. Videtur ità construendum, *Antequam dies, quæ transit ut paleas pariat decretum*,

tum, id est, id quod Deus contra vos decrevit [x]. *Antequam decretum pariat diem* in quo eritis *ut gluma* quæ *transit*, P. sim. V. rapta scil. à vento: i. e. Antequam Dominus sententiâ suâ efficiat ut veniat dies quo pereatis. Seipsum declarat mox sequentibus [y]. *Antequam pariat decretum* Dei diem venturum, *quo die quasi palea pertransit* homo, M. *Antequam decretum pariat, quo die ut quisquiliæ transeunt*, Ti. *Antequam edatur edictum, in paleæ modum prætereunte die*, Ca. *Priusquam decretum* Dei *pariat diem velut glumæ transeuntis*, quâ gluma separatur à frumento, & frumento salvo gluma pereat [z]. *Antequam prodeat in vos edictum domûs judicii, & sitis similes glumæ quam perflat ventus, & umbræ quæ transit à conspectu diei*, Ch. *Antequam pariat* (h.e. effectum sortiatur) *decretum*, quod *ut palea* (i.e. celerrimè, ut palea à vento acta fertur rapidissimè. מוץ, propriè, *palea tenuissima*; cùm *palea* תבן dicatur. Vulgò *glumam* interpretantur. Est autem *gluma* propriè folliculus ille quo vestitur granum [a].) *transit die*, h.e. brevi tempore; ut sit יום pro כיום [b]. *Antequam pariat decretum*, (Decretum autem hîc vocat, non occultum Dei consilium, sed sermonem Prophetarum, quorum minas Judæi evanidas fore putabant. At, inquit, decretum hoc stabile est & firmum, nec effectu suo carebit. Hunc sermonem aptè confert *partui*; quia, ut fœtus in utero latet, deinde suo tempore emergit in lucem, ità, quamvis ad tempus occultet Deus suam vindictam, eam tamen tempore opportuno profert.) tunc, inquit, *transibit stipula* (h.e. peribunt Judæi quasi quisquiliæ) *die*, h. e. brevi & quasi momento; qui tamen putabant se non posse nisi longo tempore expugnari [c]. *Quum nondum exsequitur* (vel, *parit*, Pi. Jun. sub. *Deus*, Jun.) *decretum*, (i.e. Quum decretum Dei de excidio vestrî per Chaldæos nondum affert pœnam decretam [d]:) quum nondum *ut gluma transit dies*, JT. Pi. i. e. quum nondum dies ille advenit quo excutiamini & ventilemini, ut gluma solet excuti. Quamobrem etiam monuit ut se ipsi excuterent, vers. præced. Quæ eadem allegoria occurrit Matt. 3. 12 *. *Diem* vocat tempus quod elabetur usque ad exsecutionem decreti illius [f]. *Decretum* pœnis velut prægnans fecit Deus, quas jam, inquit, parturit. Ut autem partus, 1. non statim sequitur conceptionem, 2. tempore debito necessariò sequitur: ità judicium Dei, 1. non statim exsecutioni mandatur, ut sit locus pœnitentiæ; 2. tempore determinato inevitabile est. Quare videte, inquit, nè citò enitatur; occurrite venienti, cùm nondum *ut gluma transit*, & vos, tanquam glumam, transire facit, seu à suo puro tritico, h. e. à piis, removet [g]. Al. Sic verto, *Priusquam pariat decretum, instar glumæ transeuntis, dies*. *Decretum* est accusativi casûs. Sensus est, Antequam dies Domini, dies ille terribilis, de quo præced. cap. v. 14, 15. pariat, i.e. effectum det, decretum, idque celerrimè, sicut gluma transit, inquirite & examinate vos, &c. Longanimis est Deus: sed quum dies pœnæ destinatus parere debet, gluma citiùs non transit quàm effectum datur decretum Dei [h]. ¶ *Antequam*, &c. בטרם לא יבא וגו׳] *Antequam veniat super vos ira*, &c. P. sic Mo. sim. Ti. *Quum nondum invadit vos æstus iræ*, &c. JT. Pi. vel, *excandescentia iræ*, &c. i.e. ira excandescens. Aut est παράλληλον, ut, *lutum cœni, terra pulveris*, &c [i].

3. *Quærite Dominum, omnes mansueti terræ*] Nempe Judææ [k]: ubi inter plurimos malos aliqui erunt boni [l], ad quos hîc orationem convertit [m]. *Mansueti*, i.e. humiles [n], qui ferulis Dei (sub quibus impii nihil profecerant, sed magis obduruerant,) subacti estis & humiliati, & morigeri Deo [o]. Ex una virtute vult cæteras intelligi: q. d. Omnes justi qui in hac terra relicti estis [p]. Fideles monet, non debere eos respicere quid agat multitudo, sed ad Deum invitantem statim accurrere, &c [q]. Sed frustranea videtur hæc exhortatio, quia hi mansueti Deum jam antea quæsiverunt [r]. Resp. Monentur hîc fideles ut *quærant*, &c. nimirum ampliùs & diligentiùs quàm antea †. Etiam optimi quique calamitatibus extimulantur ad majorem curam & ardorem in pietatis officiis. Deinde, quum gravis hæc esset tentatio, Deo bonos malósque promiscuè affligente, meritò eos ad perseverantiam hortatur *. τὸ *quærere Dominum* per synecdochen complectitur omnes pœnitentiæ partes [r]. ¶ *Qui judicium* (i.e. judicia; sing. pro plur [v]. leges [x]: vel, *jus*, JT. Pi.) *ejus* (i.e. ab eo præscriptum [y],) *estis operati*] Vel, *operantur*, D. Præt. pro præs [z]. Mutat personam [a]; quod frequens in his libris [b]. i. e Qui facere soletis [c], & sectati estis [d]. Expositivè hoc addit, ut definiat quæ sit vera ratio quærendi Deum: non ut se fatigent homines externis pompis, ut solent hypocritæ; sed ut sanctè & rectè vivant *. ¶ *Quærite* (vos sc. qui justi non estis [f]: *justum*] *Justitiam*, Mo. &c. i. e. Vel, 1. Deum, qui justus est [g]: vel, 2. beneficentiam [h]: vel, 3. justitiam, tum imputatam Christi, tum inhærentem vestram [i]. *Justitia* hîc idem quod antè *judicium*: q.d. Pergite sanctè vivere & Deo obsequi [k]. Quærite virtutem justitiæ [l]. ¶ *Quærite mansuetum*] i. e. Deum, qui mitis est †. Vel, *mansuetudinem*, V. Ti. JT. Pi. &c. qu. d. Date operam ut sitis mansueti [m], tum erga homines [n], tum erga Deum. q. d. Modestè & patienter ferte manum Dei, ei vosmet subjicientes, & compositis animis liberationem exspectantes; non obmurmurantes, aut ebullientes in perversis vestris affectibus [o]. Al. Dei clementiam exposcite [p]. ¶ *Si*, &c. אולי וגו׳] *Fortè abscondemini*, &c. P. D. &c. ac proinde non lædemini ab hoste [q]: mortem effugietis [r]. Vel, *protegamini*, &c. G. ex Ch. q. d. Tanta erit acerbitas supplicii, ut vix etiam justi liberentur †. Dicit, *fortè*, quia de bonis tantùm corporalibus agit, quæ conditionaliter sunt quærenda, &c [t]. Al. Non dubitanter loquitur, sed difficultatem in re notat, tum ut reprobi agnoscerent sibi esse pereundum, tum ut fideles pluris facerent Dei gratiam, &c [v].

4. *Quia Gaza destructa* (vel, *deserta*, sive *derelicta*, M. P. Ti. V. &c.) *erit*, &c.] Prædicit hîc mala eventura populis finitimis. Urbium Palæstinæ, quæ quinque erant, quatuor duntaxat meminit, unam omittit, nempe *Geth*; fortè quòd tunc esset ditionis Judæorum [x]. De quo plura vide ad Amos. 1. 6, 8. Mic. 1. 10. Sed quorsum hoc? Resp. 1. Ut his exemplis terreat Judæos [y]. Sensus est, q. d. Adeò iratus est Deus, ut non solis vobis timendum sit à futura calamitate, sed etiam gentibus vobis vicinis [z]. Multùm vobis timendum est, ô Judæi, quos Deus præcipuè flagello Chaldæorum petit: nam Gaza, &c. quæ per occasionem tantùm vestram cladis erunt participes, destruentur *. Si Philisthæos ob idololatriam, perfidiam, &c. tam severè puniam; quomodo vobis, ô Judæi, impunè erit, qui, mihi tam arctè devincti, iisdem sceleribus me irritatis [a]? Ostendit difficillima fore effugia, omnibus circùm locis ab hoste captis. Multos Phœnicum & Syrorum à Nabuchodonosoro captos habes in Berosi fragmento, quod citavimus ad tertium librum de V. R. C [b]. Resp. 2. In consolationem Judæorum [c]. Certè dolorem levat communis calamitas [d]. Sensus, q. d. Ubi pertransierit vestra, quæ temporalis erit, calamitas, vicissim extranei sentient Deum ultorem injuriarum populi sui, & ad eos transferet Deus vindictam suam *. Al. Non erit in die illa ut vicinæ gentes de vestra desolatione gratulentur sibi, cùm & ipsæ eidem subjiciendæ sint †. Elegantes hîc sunt in textu Hebræo paronomasiæ & allusiones, ut in עזה עזובה אשדוד [f]. ¶ *Azotum* (i.e. Azotis [g]. Heb. אשדוד, in quo latens est allusio ad שדד, *perdere, vastare* [h].) *in meridie* (i. e. vel, 1. palàm [i]; citra dolum, aperto Marte; non nocte [k], sed clarâ die [l], quum homines vigilant, & magis attendunt rebus suis [m]: vel, 2. quando Sol maximè fervet; quod tempus ibi incommodissimum erat iter facientibus [n]:) *ejicient*] Vel, *expellent*, D. G. Pi. ad verb. *expellent eam* [o]. Sed redundat *eam* [o]. Sub. *hostes*, V. D. Chaldæi [p]. Nempe in captivitatem [q]. ¶ *Et*, &c. ועקרון תעקר] *Et Accaron eradicabitur*, sive *exstirpabitur*, D. JT. Pi. Lusit in etymo nominis *Accaron*, ab *Acar*, *eradicavit*: q. d. Quæ alios eradicavit, juxta etymologiam, ipsa quoque eradicabitur [r].

5. *Væ qui habitatis funiculum*, &c. חבל הים] *Portum maris*, Mo. sic Ch. *oram maritimam*, G. vel, *in regione*, &c. P. M. vel, *tractum*, &c. JT. Pi. sic D. Ca. Tar. Ti. Sy. Ad verb. *funiculum*: Funiculis enim olim utebantur in divisione agrorum †. Palæstinam intelligit [t], quæ ad mare sita erat [v]. ¶ *Gens perditorum*] Vel, *excidii rea*, h. e. brevi exscindenda: nam כרת est, *exscindere* †. Vel, *exterminanda*. Sic vocantur Philistæi, quòd extermi-

exterminio jam adjudicati essent[x]. ¶ כְּרֵתִים *Cherethim*, P. sic M. D. &c. Gens, an familia[y]? Intelligit Philistæos[z], per synecdochen[a]; vel, partem eorum[b]. Vide 1 Sam. c. 30. v. 14. Ezec. 25. 16[c]. Bellatores optimi hi erant; incolebant autem peculiarem Philistæorum tractum ad meridiem[d]. ¶ *Verbum Domini* (i. e. Calamitas denunciata per Jehovam *. Hæc dicit Dominus[f].) *super* (vel, *ad*, V. *contra*, JT. Pi.) *vos*, (vel, *de vobis*, V. *sub. venturum est*, Pi.) *Chanaan, terra* (vel, & *terra*. Partes Phœnices enumerat[g]. Vel, in *terra*, Ti. quæ est in *terra*, M. vel, *terræ*, V.) *Philisthinorum*] Sic Mo. P. D. Id est, terra excidio devota, ut olim erat terra Canaan[h]. Vocat *Canaan*, quia partem illius incolebant[i]. Obscurè taxat Philisthæos, quòd terram à Deo datam Israelitis injustè possiderent. Vide Jos. 13. 3[k]. *Canaan*, i. e. pars Canaan; synechoche[l].

6. *Erit—requies*, &c. נְוֹת כְּרֹת רֹעִים] *Habitacula* (vel, *mansiones*, Ca. Tar. &c.) *caularum* (vel, *effossiones*, id est, putei ab iis effossi ad aquandum gregem[n]: vel, & in *fossis*, Ti. vel, & in *caulas*, V.) *pastorum*, Mo. P. Ti. sic Ca. V. vel, *pro pastoribus*, M. Al. pro *caulis*, *fossuris* (i. e. fossis quas faciunt ad excipiendum aquam cœlestem[o],) *pastorum*, JT. Pi. Al. *mansiones* (vel, *caulæ*, BA.) *effossionum pastorum*, D. BA. i. e. à pastoribus effossæ: nam in casis subterraneis habitabant ob nimium æstum Solis[p]. Quale Polyphemi antrum, ubi pecora, &c. dormiebant[q]. Sensus, qu. d. Ità à Chaldæis vastabitur, ut, habitatoribus occisis, (& mercatoribus longè abactis †,) vel abductis, vertenda sit in pascua[*]. Pastores occupant loca hominibus vacua, ubi nec seritur nec metitur, sed crescunt herbæ, &c[v].

7. *Et*, &c. וְהָיָה חֶבֶל וגו׳] *Et erit regio* (*tractus*, JT. Pi. Ti. sub. *maritimus*, Pi. sic D. *ora* ista, G.) *reliquiis* (vel, *reliquiarum*, G.) *domûs Juda*, Calv. M. id est, vel, eorum qui remanserint cum Godolia *: vel, Judæis superstitibus ac reversis è Babylone[x]. Spiritualiter, Apostolis, qui illa loca convertent. Vide Act. 8. 26, 40. & 9. 32, 35, 36[y]. Tractus ille ità destruetur, ut Judæis cedet, &c[z]. ¶ *Ibi*, עֲלֵיהֶם] *In quibus*, M. *In iis*, P. D. subaud. *locis*; aut, sub. *regionibus*, i. e. חֲבָלִים. Constructio sensu congrua, non voce[a]. *Apud eos*, V. Calv. id est, in agro eorum[b]. Ut *apud eos pascantur*, JT. Pi. ¶ *In domibus Ascalonis* (destructis videlicet[c]; vel, ubi priùs Ascalon erat[d];) *ad vesperam* (quum è pascuis oves revocantur ad caulas *: vel, quando alios in agris degentes terror occupat[f]:) *requiescent*] Vel, *accubabunt*, Calv. JT. D. &c. securè scilicet, ut verbum innuit infrà v. 14. & 3. 13. Psalm. 23. 2. &c[g]. Vel, 1. pecora[h]; vel, 2. pastores[i]. רָבַץ proprium est bestiarum; sed & de hominibus usurpatur Psalm. 23. 2[k]. ¶ *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi.) *visitabit eos* (gratiosè scilicet[l]: id est, miserebitur illorum[m], reducendo eos è Babylone[n]:) *Dominus*, &c.] Al. *punierit eos*, &c. nempe Azotios & vicinos[o]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁב וגו׳] *Et reducet* (vel, *revocabit*, P. vel, *repetet*: ità enim שׁוּב sæpe ponitur[p]: vel, *reduxerit*, JT. Pi.) *captivitatem* (id est, captivos[q],) *eorum*, M. Psammitichus jam antè Azotum ceperat, teste Herodoto Euterpe, captivósque abduxerat multos. Cum tempore rursus habitata Azotus, iterúmque indè captivi abducti per Chaldæos sub Nabuchodonosoro. Vide Jer. 25. 20. Ezec. 25. 15[r].

8. *Audivi* (Loquitur in persona vel, 1. fidelium †; vel, 2. Dei[t].) *opprobrium* (vel, *probra*: sing. pro plur[v].) *Moab*, &c.] Erant enim superbissimi, Jerem. 48. v. 29[x]. Aderam, & audiebam, licèt hominibus abesse videbar, quia non puniebam[y]. Non me latet, nec oblitus sum, &c[z]. Tempestiva consolatio; quum viderent Judæi Moabitas & Ammonitas, quamvis nunquam læsos aut lacessitos, furere in ipsos, idque impunè. At, inquit Deus, ego scio & observo, &c[a]. ¶ *Quæ exprobraverunt populo meo*] Ezec. 25. 3[b]. Insultârunt vobis[c], dum Jerusalem caperetur à Chaldæis[d], quibus illi tunc militabant: vel, cùm vos captivi ducti estis per fines ipsorum *. ¶ *Et*, &c. וַיַּגְדִּילוּ עַל גְּבוּלָם וגו׳] *Et* (sub. *quomodo*, Pi. Al. *Ut*, JT.) *magnificabant* (sub. *os suum*, P. M. D. ut plenè legitur Abd. 12. & alibi. Ità הִגְדִּיל [per se] sumitur infrà v. 10. & Psal. 35. 26. i. e. Magniloqui fuerunt[f]. Al. *dilataverunt*, Calv. *ampliaverint* illud, JT. vel, *magna patrârunt*, Q. in D. *extulerunt se*, Calv. sic Pi. nempe cùm verbis, tum factis; ut הִגְדִּיל sumatur pro הֵרִים, ut accipitur Psal. 41. 10[g].) *super* (vel, *contra*, M. Calv. D. vel, *per*, JT. Pi. vel, *juxta*, P.) *terminum suum*, sive *eorum*, Mo. P. M. &c. [Variè explicant.] Pleno ore riserunt dum iter facerent per fines ipsorum, cùm abducerentur, &c[h]. Al. Voluerunt terminos à Deo fixos & Judæis assignatos revellere[i]. Israelitarum terminos invasêre[k], Jerem. 49. 1[l]. Irridentes minitabantur se invasuros fines Judæorum, quos desertos viderant[m]. *Etiam de finibus ipsorum contumeliosè locuti sunt*, D. *Et ampliaverunt suum per terminum ipsorum*, i. e. partem Judææ suæ ditioni adjecerunt[n]. *Et in eorum fines superbiêrunt*, Ca.

9. *Moab ut Sodoma erit*] Deserta erit, vel in æternum, vel ad longum tempus[o]. Factum id 5. anno post capta Hierosol. ut diximus ad Esa. 16. Jer. 48. Ezec. 25[p]. ¶ *Siccitas*, &c. מִמְשַׁק חָרוּל] *Exitus*, sive *Egressus*, (*Productio*, Calv. *Stridor*, Mo. *Locus derelictus*, Ch. D. G. JT. Pi. *Producens*, M. *Reliquiæ*, Ti.) *urticæ*, P. V. Mo. JT. Pi. vel, *urticas*, M. *urticarum*, Ti. *urticis*, G. sic Pi. *carduorum*, V. i. e. locus in quo oriuntur urticæ[q]. qu. d. Locus sterilis erit[r]. *Urticetum*, D. *Urticeta*, Ca. חָרוּל de sententia Jonathæ non est *urtica*, sed *halimus*: quod olus salsum est in locis desertis proveniens †. חָרוּל non esse *urticam* constat ex Job. 30. v. 7. quia illa minor est quàm ut sub illa homines congregentur[t]. ¶ *Et*, &c. וּמִכְרֵה מֶלַח] *Et fodina* (vel, *cumulus*, V. ex He. vel, *fovea*, sive *fossa*, M. Ti. vel, *fodinæ*, JT. Pi.) *salis*, Mo. P. D. &c. i. e. salina, locus ubi sal effoditur. *Omnis autem locus in quo reperitur sal sterilis est*. Vide Jud. c. 9. v. 45. Psalm. 107. 34 †. ¶ *In æternum*] i. e. Diu[v]: aliquanto tempore & unâ ætate[x]. ¶ *Reliquiæ*, &c.] Judæi relicti sub Godolia[y]: vel, Qui redibunt è Babylone[z]. ¶ *Possidebunt illos*] Nempe *terminos*; pro eo quòd illi terminos Israelis invaserant, ut jam sequetur[a]. Vel, *illos*, i. e. hæreditates illorum[b].

10. *Pro superbia sua*, &c.] Repetitum ex v. 8[c].

11. *Et*, &c. כִּי רִזָּה וגו׳] *Quoniam* (vel, *Quum*, JT. Pi. vel, *Quippe qui*, Ca.) *attenuabit* (vel, *annihilavit*, M. *obliterabit*, Ca. *emaciabit*, JT. Pi. sim. V. Mo. *quasi macie consumet*, V. sic D. id est, perdet[d], paulatim & sensim *; macie enim pereunt animalia[f]: vel, mœrore afficiet[g]: *eradicabit*, Ar. *depressit*, Ch.) *omnes deos terræ*, P. Ti. &c. sc. Dagonem, Chamosum, Molochum[h]; adimendo ipsis cultores & sacrificia[i], & famam quam in mundo obtinuerant[k]. Impletum hoc sub Christo, &c[l]. Ad quæ tempora hunc locum sensu excellentiore aptat Chrysostomus[m]. *Terræ*, dicit, h. e. qui in terra tantùm sunt, non etiam in cœlo, ut verus Deus[n]. ¶ *Adorabunt eum viri* (vel, *quisque*, Ti.) *de loco suo*] Per Judæos captivos multi de gentibus discent unum esse Deum, & quisque domi suæ eum colet. Hi sunt חֲסִידֵי אֻמּוֹת, *sancti ex gentibus*[o]. Non colent Deum in una Jerosolyma[p], sed ubique[q], singuli in regione sua[r]. ¶ *Insulæ gentium*] i. e. Loca transmarina †.

12. *Sed & vos Æthiopes*] Intelligit incolas Arabiæ Chusææ[t]. Transit nunc Propheta ad meridionalem Terræ sanctæ vicinitatem, & indè judiciorum Dei alia exempla desumit, ex Arabibus, Ægyptiis & Æthiopibus, quos omnes synecdochicè hîc denotat; præsertim quia illi quandoque communi *Æthiopum* comprehendebantur nomine, eò quòd essent ipsis vicini[v]. Ostendit Deum non fore exorabilem Moabitis, ex comparatione Æthiopum, qui, inquit, pœnas certè dabunt sævitiæ in populum Dei: quantò magis punientur Moab & Ammon, quos & cognatio & vicinia minùs excusabiles reddiderunt[x]? Al. Hæc non cohærent cum v. præced[y]. sed cum dictis suprà 8, 9, 10[z]. q. d. Moab & Ammon & vos Æthiopes vastabimini, &c[a]. Impletum hoc cùm Æthiopes, qui in auxilio erant Neconis Regis Ægyptii, cæsi sunt à Nabuchodonosoro, Jer. 46. 2. Ordinem gentium sequitur Propheta, non temporis[b]. ¶ *Interfecti*, &c. חַלְלֵי חַרְבִּי הֵמָּה] [Tò הֵמָּה locum perplexum reddit, quem idcirco variè reddunt.] *Confossi gladio meo istis*, JT. Sensus loci, qu. d. Etiam vos Æthiopes, æquè ac superiores populi, desolabimini; deinde verò populo Dei adjungemini per Regnum Christi, postquam ego per vos gentes istas quas modò dixi cæcidero[c]. *Interfecti gladio meo* (i. e. per Nabuchod. qui est *virga* mea, ut Esa.

Marginal notes (left): x M. y D. z D. sic M. V. in BC. 1. 15. 457. a Sa. b Tar. b G. c G. Tar. d Tar. * Pi. f V. g G. h BC. ib. i M. k D. l Pi. n D. o Pi. p D. BA. 1. 2. 44. 457. q BA. ib. † G. * Me. sim. Calv. v Calv. * G. x D. sim. T. Me. y Tar. z Me. a D. b V. c D. sim. G. Me. d D. * Me. f Tar. g Idem. h D. sim. Me. i D. G. k D. l Tar. sim. D. m V. n P. o G. p Idem. q D. V. r G. † Q. in Calv. t Calv. Tar. &c. v V. sim. Me. x G. y Me. z Calv. sim. Tar. a Calv. b G. c Me. d Me. sim. D. * D. f D. sim. V.

Marginal notes (right): g D. h V. i Calv. k G. sim. Calv. Jun. l G. m Me. n Q. in D. o D. p G. q V. sim. D. r V. † D. sim. BA. 1. 3. 6. 873. t BA. ib. † D. v V. x G. ex Hi. y G. z V. sim. D. a G. b V. c G. d V. D. &c. * D. f V. g Pi. h G. i Tar. k Calv. l Tar. m G. n Pi. o G. p T. sim. Me. D. q Me. r. r T. sim. Tar. † G. sim. D. t D. v Tar. x Calv. y Me. z G. sim. Me. a M. b Me. c Jun.

ut Esa.10.5[d]: vel, *ensis mei*; quomodo dicitur, διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, *docti Dei*, Joh. 6.45 *.) *ipsi*, sive *illi*, Mo. Ti. Calv. vel, *eritis*, Ch. P. Ar. Ca. *erunt*, Pi. *estis*, Di. ex ο'. & Vulg. vel, *ipsi*, D. sive, *ipsi vos*, Tar. sub. *eritis*, D. Tar. הֵמָּה ponitur loco verbi substantivi[f]: estque omnium trium personarum[g]; ut *idem*[h] & *ipse* apud Latinos[i]; & ἑαυτῶ cum reliquis obliquis apud Græcos, Matth. 3. v.9. &c[k]; & המו, sive המון, apud Chaldæos, Esr. c.5. v.11[l]. Etsi exemplum aliud in sacris Hebræorum non exstet ubi הֵמָּה ponatur pro אַתֶּם secundæ personæ, apud Syros tamen id est usitatissimum; ubi pronomen 3. personæ הו, quando in verbum substant. degenerat, valet, *sum, es, est*, & ejus plur. masc. אנון, & fœm. אנין, *sumus, estis, sunt*. Sic apud Arabes pronomina 3. personæ pro verbo substantivo cujusvis personæ sæpissimè usurpantur, teste Erpenio[m]. Al. eritis cum *illis*, Q. in D. sive, sicut *illi*, M. V. nempe Moabitæ & Ammonitæ[n], quorum mentio præcessit v. 9. ut sit ellipsis τοῦ כ[o]. Sed malim abruptam hîc esse orationem[p], & personæ mutationem[q]. Primò, eos in 2. persona compellat, ut compareant ad tribunal Dei; postea, in 3. persona addit, *erunt interfecti*, &c[r].

13. *Et extendet manum suam* (idem Nabuchodonosor †. Sunt hæc verba vel Prophetæ: [vel Dei; estque] mutatio personæ[s].) *super Aquilonem*] i.e. Tractum aquilonarem respectu Terræ sanctæ[v]: Babylonem[x]; vel, Medos[y]; vel, Assyriam[z]. ¶ *Et ponet Speciosam* (Hebr. *Nineven*, G. JT. Pi. &c.) *in solitudinem*] Eam privabit opibus & commerciis, ità ut magna pars urbis vacua sit ab habitatoribus. Excisa enim non est, sicut ad Nahumum ostendimus[a]. ¶ *Invium*, &c. צִיָּה כַּמִּדְבָּר] *Siccam ut desertum*, JT. Pi. D. vel, & *ut desertum*; ut sit asyndeton[b].

14. *Et accubabunt——greges*] Tam ovium scil. quàm boum[c]. Id in locis derelictis ab humano cultu fieri solet, ut suprà vers.6 †. ¶ *Onocrotalus & ericius*] Ex Esa.34.11[d]. ¶ קָאַת גַּם קִפּוֹד] *Pelecanus* (vel, *platea*, JT. Pi. Quod in idem redit *. Vel, *cuculus*, M. *onocrotalus*, P. Ti.) *& ericius*, D. P. vel, *anataria*, JT. Pi. *castor*, Ti. *noctua*, M. [De קָאַת vide fusè annotata ad Lev.11.18; de קִפּוֹד verò, ad Esa.14.23. & 34.11. Sufficiat h. l. hoc addere,] quòd hæ aves sunt inauspicatæ ac deserti amantes, ut constat ex Psal. 102.7. & Esa.14. & 34. & quòd tales aves hîc substituuntur loco psittacorum, simiarum, &c. quæ antea visebantur in palatiis ejus[f]. ¶ *In*, &c. בְּכַפְתֹּרֶיהָ] *In ejus sphærulis*, Mo. vel, *malogranatis*, JT. Pi. Tar. sive, *malis punicis*, i. e. in figuris malorum punicorum, quæ summis ædibus imponi solebant. Vide Amos.9. v.1. Talia sunt quæ Græci vocant ἀκρωτήρια[g]. Vel, in capitellis columnarum[h]. Vel, *tholis*, Ca. vel, *præsepibus*, ο'. vel, *tectis*, Ar. *domibus*, Sy. vel, *ostio portarum*, Ch. vel, *postibus*, Calv. vel, *tabulatis*, BA. 2.2.24.296. vel, *ornamentis liminum*, Ti. vel, *superliminaribus*, P. M. D. Priùs erat, [in P.] *liminibus*. כַּפְתּוֹר, propriè, *pomum*, aut *malogranatum*: indè, *limen superum*, quod Græci ὑπέρθυρον seu ἀνώφλιον vocant; siquidem in eo poma aut malogranata sculpi solent[i]. Significat neminem fore qui ædes (etiam nobiles, nedum viliores,) ingrediatur, aut qui indè egrediatur[k]. ¶ *Vox* (sub. *avis*, P. M. nempe istarum avium[l];) *cantantis* (vel, *cantabit*, Mo. P. M. &c.) *in fenestra*] Vel, *fenestris*, P. sub. *domorum ejus desolatarum*, V. sim. D. Aves ibi canent tutò[m]. Confer Esa. 13. 21, 22. & 34. 11, &c[n]. ¶ *Corvus*, &c.] Ità ο'. Ar. חֹרֶב pro עֹרֵב legerunt †; vel potiùs, acceperunt, per commutationem literarum ח & ע, tanquam affinis pronunciationis, & ejusdem organi: & sic intellexerunt, tum, quia aliarum inauspicatarum avium mentio præcessit; tum, quia corvi loca ejusmodi deserta occupant[o]. ¶ חֹרֶב בַּסַּף *Desolatio* (sub. *erit*, Pi.) *in limine*, Mo. Tar. Ti. nempe inferiori, seu ὑποθύρῳ, ut ità opponatur superliminari: qu. d. Limina ipsa januarum destruentur, neque posthac ullus hominum ea calcabit[p]. Vel, *poste*, M. JT. vel, *postibus*, Pi. Lectio עֹרֵב firmatur ex collat. Esa. 34. 11. Sed Chald. legit חֹרֶב, vertitque, *Desolabunt portam ejus*. סַף est, *limen*, ut apparet Jud. 19.27. Ezec.40.6[q]. [Alii hæc verba cum præcedentibus sic reddunt;] *Vox canet in fenestra solitudinis in limine*, Ti. *Resonante per fenestras corvorum voce qui erunt in limine*, Ca. ¶ *Quoniam*, &c. כִּי אַרְזָה

[Margin notes: d Tar. / * G. / f Tar. / g D. Tar. / h Tar. / i Tar. sic D. / k Tar. / l D. Tar. / m Di. / n V. / o Q. in Glassii gram. p 734. / p Calv. / q V. / r Calv. / † G. / s V. / v Tar. / x V. ex He. / y G. / z D. Tar. / a G. / b D. / c D. / † G. / d G. / * D. / f Tar. / g G. / h Pi. / i D. / k Tar. / l Pi. / m G. ex Ch. / n G. / † G ex Hi. / o Buxt. vind. 2.8. 679. / p Tar. / q G.]

עֵרָה] *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi. sub. *bestia*, M. Pi. vel, *Dominus*, Pi.) *cedrum* (vel, *cedrina*, G. *opus cedrinum*, JT. Pi. vel, *contignationem*, M. vel, tabulas cedrinas[r], cedrina ædificia *, tectum sive tabulatum cedrinum[t], contignationem cedrinam[v],) *ejus nudavit*, Mo. P. &c. vel, *nudaverit*, JT. Pi. i. e. vento & pluviæ exposuit[x]: unde reliquas domûs partes corrumpi necesse est[y]. Vel, *complanavit*, i. e. planitiei soli æquavit. Id עֵרָה significare linguâ Æthiopicâ ostendimus ad Jud. 20. 33. Id & hîc congruit: causam enim dat cur aves in fenestris canant, & desolatio sit in liminibus, quia nempe cedri, in quibus aves cantare solebant, succisæ & in planitiem redactæ erunt[z]. Hæc porrò omnia proponuntur Judæis, ut miserias suas patienter ferant, quarum intelligunt Deum fore vindicem[a].

15. *Hæc est* (vel, sub. *erit*; q. d. Hæc erit ejus conditio[b]:) *civitas gloriosa*] Vel, *exsultabunda*, læta rerum successu, superba, lasciva[c]. Sub. *dicent transeuntes*, G. ¶ *Ego sum*, &c.] Idem dictum Esa. 47. 8[d]. ubi dicta vide *. Ego sum urbs illa excellentissima, pulchritudine, opibus, &c[f]. sola potens, invicta & rerum domina[g]; cui nulla alia urbs conferri possit[h]. Hæc per occupationem addit; q. d. Quamvis sic superbiat, non tamen effugiet manum Dei[i]. ¶ *Sibilabit*, &c.] Præ stupore[k], ut 1 Reg.9.8. ut solent facere attoniti[l]; ex admiratione tantæ & tam subitæ desolationis[m], & ex irrisione[n].

[Margin notes: r Pi. / * Ca. sim. D. / t Tar. / v V. / x Pi. sim. Tar. / y Tar. / z Di. / a Calv. / b Pi. / c D. / d G. Di. / * Di. / f V. / g D. / h V. sic D. / i Calv. / k G. V. / l G. / m V. / n D.]

CAP. III.

1. **V**Æ, &c. הוֹי מֹרְאָה וְנִגְאָלָה הָעִיר הַיּוֹנָה] *Væ* (sub. *civitati*, Ti. nempe Jerosolymæ[a],) *fædatæ*, sive *pollutæ*, Mo. P. Calv. D. (Est particip. passivum, pro מְרֹאָה, vel certè מֹרְאָה: verbum à *stercore* formatum, quod רְאִי dicitur[b]. Alludit hîc ad legales ablutiones: q. d. polluti sunt, utut videantur purissimi & ceremoniis abluti, &c[c]. Vel, *sordidæ*, M. vel, *inspectatæ*. Dici id solet de fœminis prostituti pudoris[d]. Vel, παραδειγματιζομένῃ, h. e. *ostentui habitæ, & infamiâ notatæ*, ob scelera sua: à רְאִי, quod est παράδειγμα, *exemplum* *. Sumptum à mulieribus publicâ infamiâ notatis, & in quas παράδειγμα *exemplum* statutum est[f]. Vide Matt. 1.19[g]. Vel, *ingluviei*, JT. Pi. ut nomen sit[h]: sic sumitur Levit. 1.16[i]. i. e. quæ instar ingluviei devorat facultates vicinorum[k]. Vel, *provocatrix*, Vulg. nempe Dei[l]: vel, *rebellanti*, Ti. sic R. Jeschua in Tar. sim. Ca. quasi à מָרָה, ut א sit loco tertiæ radicalis ה[m]. Vel, *illustris*, LXX, Ar. sim. Sy. vel, *festinanti*, Ch.) *& inquinatæ*, P. D. Mo. sim. M. Ti. JT. &c. (vel, *& quidem contaminatæ* ingluviei, Pi. גָּאַל sæpe est, *polluere*, ut Esa.63.3. Thren.4.14. Mal. 1.7[n]. Vel, *redempta*, Vulg. Ità taxat eam ingratitudinis, &c[o].) *civitati* (vel, *civitati huic*, JT. Pi.) *columbæ*, Mo. sic Vulg. id est, stolidæ[p], vecordi, seductæ, ut Os. 7. 11[q]. ultro ruenti in laqueum[r]. Vel, *rapienti*, Pi. sim. Calv. *molestanti*, Ti. sic M. *quæ spoliat*, P. *opprimenti*, JT. V. Tar. nempe alios, pauperes & infirmos †: *prædatrici*, D. G. Tar. ut יוֹנָה sumitur Jer. 46. 16[t]. & 50.16[v]: *fraudatrici*, Calv. sic D.

2. *Non audivit vocem*] Nempe Dei[x], vel Prophetarum[y]. *Non est audiens dicto*, nempe Doctorum suorum[z]. ¶ *Non suscepit* (vel, *accipit*, JT. Pi. vel, *admittit*, D.) *disciplinam*] Ità Mo. P. vel, *institutionem*. Non patitur se erudiri[a], & emendari[b]: Legem non est secuta[c]: insanabilis est, pervicaciter respuit salutis doctrinam omnésque admonitiones, nec sustinet corrigi[d]: correpta atque punita noluit resipiscere *. ¶ *In Domino non est confisa*] Cùm malis premebatur[f], sed in hominibus[g], Assyrio, Ægyptio, Chaldæis, eorúmque idolis[h]. Hæc superstitionum & scelerum omnium mater est, quòd Deum sibi non putant sufficere, quòd increduli sint, &c[i]. ¶ *Ad Deum suum* (qui ipsos adoptavit, beneficiis cumulavit, adhuc Verbo vocat & invitat, quem ipsi *suum* esse gloriantur[k],) *non appropinquavit*] Ut illum amet colátque, ut ei obediat[l]. Deum non coluit: id enim קָרַב; unde קָרְבָּן[m]. Perstringit Judæos, quòd à Deo, quum propinquus esset, ipsóſque

[Margin notes: a Calv. / Tar. G. V. Me. T. &c. / b D. / c Calv. / d G. / * D. sim. Tar. / f D. / g Tar. / h Q. in D. / i Pi. / k D. / l D. / m Tar. / n G. Tar. / o Me. / p T. / q Me. / r T. / † V. sim. G. / t D. G. / v G. / x T. Pi. &c. / y G. Tar. &c. / z D. / a D. Tar. / b Tar. / c G. / d Calv. / * Me. / f Me. sic Tar. / g Me. / h G. / i Calv. / k Tar. / l Me. / m G.]

què quasi in sinu fovere cuperet, ultro defecerint & se alienaverint [n]. *Deo appropinquat* qui sanctè vivit; qui vivit impiè ab eo recedit. Vide Jes. 29.13 [o]. A Deo veniam non petit, eum ut hostem aversatur [p].

3. *Principes ejus in medio ejus*] q. d. Non tantùm in peregrinos sæviunt, sed & in cives [q]. ¶ *Leones*] Crudeles [r], terrori subditis †, prædæ inhiantes [s]. Confer Ezec. 22.27 [v]. ¶ *Judices ejus*] Inferioris dignitatis magistratus [x]; præsides ac senatores [y]. ¶ *Lupi vespere*] Vel, *vespertini*, JT.Pi.D.&c. qui vespere grassantur, cùm pecudes abiguntur in stabula; ideóque desperatio est prædæ consequendæ, urgétque eos fames totius diei, &c [z]. Lupi vespere avidissimi, Jer. 5.6 [a]. Vide dicta ad Habac. 1.8 [b]. ¶ *Non*, &c. לֹא גָרְמוּ לַבֹּקֶר] *Non* (vel, qui *non*, JT. Pi. M.) *exossârunt*, vel *exossant*, (vel, *ossa rodunt*, G. JT. vel, *ossa reservant*, sive *relinquunt*, P.M. sim. Ti. vel, *ossa extrahunt*, Pi. *ossa conterunt*, Calv. *prorogantes*, Ch. *exspectant*, Sy. *dimittebant*, ο'. *relinquebant*, Ar.) *in*, vel *ad*, (vel, *usque*, M. Ti.) *manè*, Mo. P. Calv. D. &c. vel, *ad posterum diem*, Ca. i. e. Non differunt rodere, sed statim omnia absumunt [c]. Nihil prædæ relinquentes, h. e. voraces [d]. Ossa simul cum carne devorant, præ summa fame*; vel potiùs, præ rabie [f].

4. *Prophetæ ejus vesani*, פֹּחֲזִים] [Variant.] *Leves*, Mo. Calv. Tar. D. *temerarii*, Ca. Calv. D. *nihili homines*, V. *animo leves & futiles*, K. in M. *inconstantes*, M. *leves ac inconstantes*, Ti. in quorum vita & doctrina nulla est gravitas, authoritas, severitas, constantia [g]: *viles*, V. sim. P. *rapidi*, JT. *instabiles*, ut Jud. 9.4 [h]. ¶ *Viri infideles*, בֹּגְדוֹת] *Mendaces*, M. Ti. *perfidissimi*, D. sic JT. Pi. qui non servant fidem Deo datam [i]: *perfidiarum*, D. *transgressionum*, Calv. sim. P. *prævaricatores*, V. Confer Ezec. 22.28. Mic. 3.11 [k]. ¶ *Polluerunt sanctum*] i. e. Templum sive Sanctuarium [l]. Vel, *id quod sanctum est*, M. ¶ *Injustè*, &c. חָמְסוּ תּוֹרָה] *Oppresserunt* (vel, *Transgressi sunt*, P.M. G. multis scilicet modis, Ezec. 22.26 [m]. *Violant*, Ca. *Subtraxerunt*, sub. aliis; qu. d. Non docuerunt populum, ut debebant [n]: vel, *Corrumpunt*, sive *Pervertunt*, Al. in V. *Violenter tractant*, Ti. *Sustulerunt*, vel *Everterunt*, Calv.) *legem*, Mo. &c. *Vim faciunt legi*, JT. Pi. sic D. malè eam explicantes [o]. Perversâ interpretatione corrumpunt, & in alium sensum verba detorquent [p]. Corruperunt totam pietatis doctrinam. Confirmat Propheta pios adversùs exemplum sacerdotum & moribus & doctrinâ errantium, &c [q].

5. *Dominus justus* (subaud. *est*, Pi. &c.) *in medio ejus*] Nempe civitatis [r]. Retorquet in hypocritas quod obtendere solebant, Deum residere inter eos †. Concedo, inquit [t]; verùm justus est, ac proinde vos justi essetis [v]: sed alium in finem ibi residet, nempe ut sentiatis propiorem esse ejus manum ad ulciscenda scelera [x]. ¶ *Non faciet* (vel, *facit*, D. Q. in V. aut *facere solet*, Q. in V.) *iniquitatem*] Vel, *iniqua*, D. si illos puniat [y]. Deus, qui ista omnia præsens videt, nihil agit præter æquum [z]. Non approbat iniquitatem [a], nec eam impunitam fore finet [c], quod iniquum esset: Deut. 32.4 [d]. ¶ *Manè manè* (i. e. vel, citissimè*; vel, quolibet manè [f]; vel, diligentissimè [g];) *judicium* (vel, *jus*, JT. Pi.) *suum dabit* (vel, *edit*, JT. Pi. *profert*, D. &c.) *in lucem*] h. e. Publicè & perspicuè declarat [h]. Referri potest vel, 1. ad doctrinam [i]: q. d. Per Prophetas eos docet atque hortatur [k]; quanquam illi surdi permaneant, &c. Ità crimen eorum exaggerat [l]. Vel, 2. ad pœnas [m]: q. d. Quotidie aliquod insigne edit judicium in illos Principes, prophetas, sacerdotes [n]. Allusio ad morem Judæorum & vicinarum gentium, apud quos judicia tantùm manè exercebantur [o]. ¶ *Non*, &c. לֹא נֶעְדָּר] *Non deficit*, Mo. P. G. i. e. Nunquam omittit talia agere [p]. Vel, *deficiet*: & futurum hîc notat continuum actum; q. d. Non destitit hortari, & Prophetas alios aliis submittere [q]. *Non intermittit*, Ca. vel, *Non* (vel, *Nunquam*, Ti.) *deest*, JT. Pi. Ti. Tar. sub. *quicquam*, quod ad erudiendum hunc populum faciat [r]. Nihil desiderari patitur, Esa. 5.4 †. Al. *Non prohibebitur*, M. *Non tardat*, Ch. sic Sy. *Non est absconditus*, ο'. ¶ *Nescivit*, &c. וְלֹא יוֹדֵעַ עַוָּל בֹּשֶׁת] *Nec* (sub. *tamen*, P.M. Ti.) *scit*, vel *novit*, (vel, *agnoscit*, M. Al. *Sed nescit*, JT. Pi. Tar. *Sed nesciunt*, Ca.) *iniquus* (vel, *perversus*, D. nempe Israel [t]; vel [v], *iniqui*, Ca.) *pudorem*, Mo. P. Ca. vel, *confusionem*, M. vel, *erubescere*, Ti. JT. Pi. i. e. Non solet eum pudere: q. d. Perfricuit frontem [x]; in malitia obduruit [y], & nescit, sive negligit, pœnitere [z].

[n] Calv. [o] D. [p] Tar. [q] Tar. [r] Pi. D. † D. [s] BA. 1. p. 777. [v] G. [x] Tar. [y] D. [z] D. sim. Tar. [a] G. [b] Me. [c] G. sim. D Calv. Me. [d] Ca. * M. sim. Calv. [f] Calv. [g] Tar. [h] Pi. [i] D. [k] G. [l] V. D. G. [m] G. [n] Q. in V. [o] Tar. sim. Q. in V. D. [p] D. [q] Calv. [r] G. † Calv. [t] Calv. sim. D. [v] D. [x] Calv. [y] V. [z] G. [a] Tar. [c] D. sic Tar. sim. Calv. [d] D. * Me. [f] D. M. [g] D. Tar. [h] Tar. [i] Calv. [k] D. sim. Tar. Calv. [l] Calv. [m] Q. in D. Calv. [n] G. sim. Me. [o] G. [p] Idem. [q] Calv. [r] Pi. † Tar. [t] D. sic Tar.

6. *Disperdidi* (vel, *Exscidi*, JT. D. Pi. &c. Deus loquitur [a].) *gentes*] Vel, 1. decem Tribus per Teglathpal. & Salmanas [b]. vel, 2. Cananæas; vel, 3. gentes alias [c], vicinas: ut indè exemplum caperes [d], & alieno periculo tandem saperes*: sed frustrà; adeò excæcatus eras malitiâ tuâ [f]. ¶ *Dissipati* (vel, *Desolatæ*, JT. Pi. &c.) *sunt anguli*, &c. פִּנּוֹתָם] *Anguli earum*, Mo. D. id est, qui authoritate præstant, Reges & Principes, qui rempublicam, ut anguli molem ædificii, sustinent. Vide Jud. 20.2. 1 Sam. 14.38. Esa. 19.13 [g]. *Pinnæ*, &c. i. e. muri [h]: vel, *palatia*, &c. M. Ti. *arces*, P. Calv. Me. *turres*, Pi. *extremitates*, JT. Tar. qu. d. In universum desolatæ sunt ab una extremitate ad alteram [i]. ¶ *Desolatæ sunt*; ità Sy. Mo. P. M. D. sim. Calv. Pi. נִצְדּוּ] *Captæ sunt*, Ti. sic Ca. *Exinanitæ sunt*, JT. Pi. *Defecerunt*, LXX; *Perierunt*, Ar. ¶ *Neque ullo habitatore*] i. e. Nè fœminis quidem aut pueris [k].

7. *Dixi*] Vel, 1. per Prophetas monendo eos, &c [l]: vel, 2. Mecum reputavi [m]. Loquitur impropriè, & more hominum, quibus aliquid præter spem accidit. Deus autem non exspectat quasi dubius quid futurum sit, non deceptus fuit, nec de consilio ipsius loquitur, sed de re ipsa: q. d. Jam tempus erat resipiscendi: quis non sperâsset vos in viam redituros [n]? ¶ *Attamen* (vel, *Saltem*, Ti. G. *Certè*, vel *Profectò*, P. Calv. sim. JT. Pi. D.) *timebis* (vel, *time*, Ti.) *me*] Ità M. *Saltem tu*, Hierosolyma [o]. Timeas me, ut tibi parcam*. ¶ *Suscipies disciplinam*] i. e. Admonitionem meam; & ex illa proficere stude [p]. Legem sequêris [q]. Capies documentum ex pœna gentium: confer Prov. 24.32 [r]. Tu posthac docilior eris †. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִכָּרֵת מְעוֹנָהּ כֹּל־ אֲשֶׁר פָּקַדְתִּי עָלֶיהָ] *Et non* (vel, *Ut non*, JT. Pi. D. Tar. vel, *Nè*, G. Ti. vel, Atque ità fieret *ut non*, Ca.) *succidetur* (vel, *eliminabitur* M. sim. V. *pereat*, G. *exscinderetur*, JT. Pi. Tar. sic D.) *habitaculum* (i. e. urbs in qua habitat; nam *civitatem* vocant & ipsos cives [t]: vel, *habitacula*, V. D. sing. pro plur [v]. i. e. ædes ac palatia [x]: vel, *mansio*, Ca.) *ejus*, P. &c. (subaud. *urbis*, M. *Ejus*, id est, tuum [y]: mutatio personæ [z], frequens Hebræis [a]. Vel, Sanctuarium intelligit, quod aliquando per מָעוֹן significatur [b]. Convertit sermonem ad alios [c]. Sensus, Exspectavi diu, si fortè castigata resipisceres, & non opus esset ut te totam everterem [d]. Etiamsi jam me provocaverant, & pœna instaret, paratus tamen eram illis ignoscere, si resipuissent*. Si me timuisses, &c. utcunque in te animadvertissem, non excidissem habitationem, h. e. urbem, tuam [f].) *omne quod* (vel, *quicquid*, D. Calv.) *visitavi* (vel, *animadverterem*, D.) *super* (vel, *in*, D.) *eam*, Mo. D. vel, *eos*: i. e. quæ immisissus sum ei nisi resipiscat [g]; vel, tametsi destinaveram eos exitio [h]: vel, juxta *omne quod constitui super eam*, Ti. vel, *quibuscunque animadverterem* (Heb. *omni quo visitarem*, Pi.) *in eam*, JT. Pi. *Nè exscinderetur habitaculum ejus*, quæ egit pœnitentiam illis omnibus plagis sensim crescentibus *quibus animadvertebam in eam* hactenus impœnitentem [i]. Vel, *in omnibus in quibus ultus sum super eam*, ο'. *per tot ultiones quas exercui in ea*, Ar. vel, *me in eam tam multa animadvertente*, Ca. vel, & *omne quod constitui adversùs eam* non veniet, M. vel, nec eveniet *quicquam* eorum *propter quæ visitaturus sum eam*, P. vel, *omne* bonum *quod constitui* (quod in Lege promisi) *super eam*, supple, *veniet*. Ità sumitur פָּקַד 2 Par. 36.23. Ità Chaldæus [k], qui sic vertit, *Omnia bona quæ dixi ipsis adducam*, vel *adducerem, ipsis*: ac si sensus esset, Si timerent me, non tantùm non exscinderentur ex habitaculo suo, sed & omnia bona quæ promisi ipsis essent super eos, adferrem ea ipsis. Quem sensum constructio non fert †. Emergit sensus haud paulò elegantior, si ante כֹּל־אֲשֶׁר subaudias notam similitudinis, & אָכֵן acceperis pro כֵּן, [& posterius membrum cum verbis sequentibus jungas, hoc modo,] *Quantò magis animadvertebam in eas gentes, tantò magis hi Israelitæ maturârunt corrumpere vias suas*. Simile est illud, כְּרֻבָּם כֵּן חָטְאוּ, *Quò plures fuerunt, eò plus peccârunt*, Hos. 4.7; & illud, קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם, *Quò magis eos vocârunt*,

[v] V. sim. D. Tar. Calv. [y] Calv. sim. D. [z] Me. T. [a] G. [b] Idem. [c] D. [d] Tar. * Tar. sim. D. Calv. [f] Calv. [g] D. [h] Ca. [i] Jun. Tar. [k] G. [l] T. [m] Tar. sim. Calv. [n] Calv. [o] G. sic D. * Me. [p] Me. [q] G. [r] D. Tar. † Calv. [t] D. [v] V. Buxt. [x] D. ex He. [y] D. Buxt. [z] G. Q. in V. [a] G. [b] Buxt. vind. 2. 13. 881. [c] V. [d] Tar. * Calv. [f] D. [g] V. [h] Calv. [i] Tar. [k] G. † Di.

cārunt, eò magis ab illis recesserunt, Hos. 11. 2. ubi similiter abest nota similitudinis[l]. Omnes quos vidi Interpretes [Forsan excipere debuisset Drusium, ob jam dicta.] illud כָּל־אֲשֶׁר jungunt cum præcedentibus; ubi cùm necessaria sit ellipsis, variæ indè oriuntur interpretationes, dum alius hanc, alius aliam, ellipsin fingit. Nos cum sequentibus conjungimus, plano, ut nobis quidem videtur, sensu, & totum versum ad verbum sic reddimus, *Dixi, Veruntamen time me, accipe instructionem, nè exscinderetur habitaculum ejus. Quicquid visitavi super eam* (i. e. Quâcunque tandem pœnâ eos affeci,) *tamen* (vel, *certè*) *maturârunt, corruperunt omnia opera sua*[m]. ¶ *Diluculò*, &c. הִשְׁכִּימוּ הִשְׁחִיתוּ וגו׳] *Indè à diluculo corruperunt*, &c. JT. Pi. D. h. e. Maturè ac studiosè corruperunt[n]. Diluculum enim est rebus seriis agendis aptissimum[o]. Ad verb. *Diluculò surrexerunt, corruperunt*, &c. D. sim. Pi. *Diluculò surgentes*, i. e. Diligentissimè, *pessima sectati sunt studia*. Simile loquendi genus Esa. 5. 11. Jer. 11. 7. & 25. 3[p]. *Properârunt, corruperunt*, &c. i. e. Præcipites currunt ad vias suas corrumpendas[q].

8. *Quapropter* (Alloquitur vel, 1. pios[r], qui afflictionem patiuntur ab improbis†; quos hortatur ut ad crucem ferendam se parent[t]. Sed hoc omnino alienum est à contextu Prophetæ[v]. [Vel, 2. impios.] q. d. Quia frustrà invitavi vos ad pœnitentiam[x]; quia doctrinâ longâque tolerantiâ nihil profecistis, sed deteriores redditi estis[y];) *exspecta me*] Vel, *exspectate*, sive *præstolamini, me*, JT. Pi. G. Calv. &c. Redit ad secundam personam. Idem est quod alibi, *Ego ad vos*[z]. q. d. Jamjam ego adero armatus, non litigabo ampliùs per Prophetas[a]. Pertinent hæc & sequentia ad Regnum Christi, cujus Prophetæ in vaticiniis suis nunquam obliviscuntur, etiam in mediis historiis, sed omnia verba sua huc, veluti ad scopum, destinant. Consolatur igitur pios, ut paululùm sustineant hostium rabiem, quoadusque Dominus veniat & ultionem sumat de iis[b]. Avolat Sophonias ad Christum, more Prophetarum: *Exspecta me*, vel, vindicem in extremo die Judicii; vel, cùm per Romanos Jerusalem evertam[c]. De Christi Regno hîc agi constans est Patrum, & etiam Hebræorum, sententia. Hoc vult, Non est quod exspectes, ô Sophonias, totius populi pœnitentiam antequam ego carne indutus veniam ad vos, &c[d]. ¶ *In die resurrectionis meæ in futurum*, לְיוֹם קוּמִי לְעַד] *Ad diem* (vel, *in die*, JT. Pi. sic Ti. *ad diem illum*, M. *in id tempus*, G.) *surgere me* (vel, *quo surgam*, sive *consurgam*, P. M. Ca. Calv. Ti. &c. *Surgere* dicitur qui è castris in prælium egreditur*.) *ad spolium*, sive *prædam*, Mo. P. M. JT. Pi. D. V. Tar. vel, *ad faciendum prædas*, D. עַד *præda* hîc, ut & Gen. 49. 27. Jes. 33. 23[f]. i. e. Quo die expugnaturus sum improbitatem vestram, & perditurus vos. Metaphora à victoribus, qui, partâ victoriâ, solent dividere spolia[g]. Sensus, q. d. Adero jam instar sævæ belluæ, quæ appetit prædari, rapere, vorare[h]. Vel, *in perpetuum*, Q. in Calv. vel, *constanter*, Ti. vel, *tandem*, Ca. [Alii aliter vertunt.] *In diem resurrectionis meæ in testimonium*, o'. *Quo die revelabor ad judicandum*, Ch. ¶ *Quia judicium* (vel, *jus*, JT. Pi. vel, sententia[i], vel decretum[k],) *meum* (quod brevi exercebo[l], subaud. *est*, V. Pi. &c. Decretum mihi est[m],) *ut congregem* (non ut consumam, sed ut cogam[n]; ut in unum compellam, nempe intra urbem Hierosolyma[p]: vel, ut congregem in valle Josaphat†. Sensus, qu. d. Secundùm justitiam meam congregabo[q]. Fortè hoc dicit, *Ad judicium meum colligam*, ut sit ordo verborum inversus[r].) *gentes, & colligam regna*] Id est, vel, 1. ingentem multitudinem Judæ & Benjaminis ex præfecturis plurimis: quas præfecturas sæpe *Regna* impropriè vocant Hebræi, & Græci verterunt alicubi, μητροπόλεις†. Vel, 2. gentes omnes & omnia Regna terræ; quibus hîc Deus minatur, ut sciant Judæi gravissimam pœnam sibi imminere, qui alios omnes malitiâ vincerent[t]. Sensus, Decrevi congregare improbos[v]. ¶ *Et effundam super eos* (nempe Judæos[x], ità collectos[y],) *indignationem meam*] Effectus iræ meæ per Chaldæos*. ¶ *Devorabitur omnis terra*] Judæa, ut suprà 1. 18. Judæi hæc sensu excellentiore ad diem Judicii universalis referunt, ut præcedentia ad bellum Gog & Magog[z].

9. *Quia*, &c. כִּי אָז אֶהְפֹּךְ אֶל עַמִּים שָׂפָה בְרוּרָה] *Tunc* (i. e. Postea; sæpe enim אָז sumitur in significatione multùm distantis temporis, ut diximus ad Matt. 24. 14, 30[a]. Vel, *Tunc*, i. e. postquam Judæos ità visitavero[b]; ubi ità terram purgavero[c]; ubi supplicium sumpsero de gentibus[d].) *enim* (vel, *tamen*; ut כִּי adversativè sumatur*:) *vertam*, sive *convertam*, (vel, *reddam*, sive *restituam*, Ca. D. G. vel, *mutabo*, JT. Pi.) *ad populos* (vel, *populis*, Ca. *populorum*, i. e. qui reliqui erunt ex publica clade[f]; quósque Deus per Verbum & Spiritum renovabit[g]. Aut populos Judæorum, h. e. 12 Tribus, intelligit[h]; aut, electos sive fideles inter eos, quos h. l. compellat, quum hactenus sermonem ad impios totúmque populi corpus direxit[i]. Vel, *in populis*, JT. Pi.) *labium* (i. e. sermonem[k]) *electum*, P. vel, *purum*, M. Ti. Mo. Ca. Calv. G. vel, in *purum*. Similiter Levit. 13. 3. *& pilus—versus fuerit albus*, id est, in album. Fortè hypallage est, *Convertam ad populos labium purum*, pro, *Convertam populos ad labium purum*[l]. Vel, ut *purum* sit, JT. Pi. vel, *in generationem ejus*, o'. Ar. Pro בְּרוּרָה, legerunt בְּדוֹרָהּ[m]. Sensus, Mutato priore sermone, dabo populis sermonem purum & electum[n]. Ità mutabo populorum corda & labia[o], ut de Deo castè & sentiant & loquantur[p], ut eum sanctè colant[q]; ut non idola[r], sed verum Deum invocent†, idque labiis puris, sive fide & Spiritu Dei purgatis, ut opus erat: nam profanis sumus & impuris labiis, nec Deum ritè invocare possumus, donec Deus nos ad se trahat & nos purget[t]. [Sensus,] Efficiam per gravissimas quas sentient calamitates, & per promissiones additas, ut, pœnitentiâ ducti, tales fiant quales olim Davidis temporibus fuêre, cùm piis verbis ac factis verus Deus coleretur[v]. Al. Per *labium purum* intellige linguam sanctam, [Hebræam,] quâ usuri sunt mortales in posterum, restituto statu Ecclesiæ. Idémque dicitur Esa. 19. 18[x]. Potest & alius sensus, & fortasse verior, erui ex collatione Esth. 1. v. 22. *Et loquatur quisque linguâ populi sui*, i. e. vivat patrio more; & ex illo Senecæ, *Non loquor tecum Stoicâ linguâ, sed hâc submissiore*, id est, secundùm instituta & præcepta Stoicorum[y]. His porrò verbis mitigat Propheta doctrinæ præcedentis asperitatem, & significat gratiam suam latiùs propagatum iri, etiam apud extraneos[z]. Nè illud gentis Judaicæ excidium Ecclesiæ damno ac fraudi fore videatur, illam tunc potiùs propagandam dicit eorum accessione qui hactenus fuerunt ab ea alieni, Dei ignari ac impuri[a]. ¶ *Et serviant ei humero uno*] i. e. Junctim[b], summo & unanimi consensu[c], ut apparet ex Jer. 32. 39[d]: animo eodem, & mente eâdem*, & studiis conjunctis, ut alii alios juvent[f]. *Humerus*, sive *armus*, hîc sumendum metalepticè, pro eo quod armis imponitur, i. e. jugo[g]. Proverbiale; sumptum vel à bobus paribus humeris idem jugum trahentibus[h]: vel, à bajulis, qui oneri ex æquo supponunt humerum[i]; alioquin & unus succumberet, & onus caderet in terram[k].

10. *Ultra*, &c. מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ עֲתָרַי בַּת פּוּצַי וגו׳] *Ultra* (vel, Qui habitant *trans*, P. vel, *A trans*, Mo. *E regionibus quæ trans*; ad verb. *E trans*, D. vel, *A locis ad.* Diximus ad Esa. 18. 1. ubi de iisdem fluminibus Æthiopiæ agitur, עֵבֶר sæpe, non *trans*, sed *juxta*, significare[l].) *flumina* (vel, *E trans fluvialibus partibus*, Pi. sic JT. Heb. *E transitu*, i. e. ripa, *fluviorum*[m],) *Æthiopiæ*, Ti. (vel, *Chus*, Mo. Non intelligit h. l. Æthiopiam Africanam[n], sed Chusæam Arabicam[o], (quæ scil. media erat inter Judæam & Ægyptum; [Ægypto] hîc loqui videtur[p];) cujus [Arabiæ] flumina sunt Gihon, Trajanus, &c. Et ultra hæc flumina à Chaldæis in exsilium deportati fuerunt Judæi, & ab Assyriis Israelitæ, atque ibi per totum Orientem dispersi degebant[q]. Vel, *Indiæ*, Ch. in V.) *Hathարai*, sive *Atharai*, Mo. P. V. (Est nomen gentis aut familiæ[r]. Vel, *supplices mei*, JT. Pi. Calv. Ti. D. Glas. sub. *fitis*, G. in nominativo, ut sint ii qui munus offerunt†: vel, *supplices meos*, ut significet munus ipsum[t]: vel, *in miseratione*, Ch. in Glas. vel, *qui me orent*, Ca. *me exorantes*, M. vel, *mihi reconciliati*; nam עָתַר significat, & *supplicare*, & *placari*, sive *propitium esse*[v].) *filia* (vel, *filiam*, D. *filiæ*, Ti. *proles*, G. una cum *filia*, Pi. & *congregatio*, P. *puella*, i. e. gens[x]. *Filia* hîc accipitur pro Ecclesia & cœtu fidelium[y].) *Pusai*, V. K. in D. (ut hoc etiam sit nomen proprium[z]: vel, *Phusæa*, Ca. vel, *disper-*

Marginal notes (left column): l D. — m Di. — n D. sim. Pi. — o D. — p G. — q Calv. — r V. sic D. — † V. — t Plerique in Calv. — v Calv. — x Tar. sim. D. V. — y Calv. — z G. — a Calv. — b M. — c Me. — d T. — * T. — f D. Tar. — g V. — h Calv. — i D. — k D. Calv. — l D. — m Calv. — n D. — p G. — † Me. — q V. — r D. — † G. — t Calv. — v V. — x Pi. — y G. — * Idem. — z Idem.

Marginal notes (right column): a G. — b Pi. — c Calv. — d D. — * Calv. — f D. Tar. — g Tar. — h D. — i Calv. — k D. Calv. sic Ch. — l D. — m Cap. crit. 4. 5. 4. 253. G. ex Hi. — n V. — o Tar. sim. D. Calv. — p D. Tar. — q D. — r Me. — † Me. sic Calv. — t Calv. — v G. — x AE. in D. — y D. — z Calv. — a Tar. — b G. — c V. D. Pi. Di. sic Ca. Tar. Calv. Jur. — d Jun. — * V. — f Calv. — g G. — h D. Tar. — i V. sim. Calv. — k Calv. — l G. — m Pi. — n T. — o D. sic Ti. — p D. — q T. — r He. in V. — † Q. in Glas. gram. 4. 3. 17. 873. — t D. — v Calv. — x Ca. — y M. — z D.

dispersorum meorum Mo. M P.Ti.JT.Pi Calv.D.G. &c.) *afferent munus mihi*, P.&c. מִנְחָתִי pro מִנְחָה לִי, pronomen affixum pro separato, & sing. *munus*, pro plur. *munera* [a]. Significat, futurum ut electi fideles Domini non consisterent in uno loco, putà in Judæa, sed dispergerentur per totum mundum, ità ut etiam apud interiores Æthiopes essent qui Deum colerent, &c [b]: quòd è locis remotissimis venirent supplices, quorum nonnulli ex Judæis hinc indè dispersis erunt [c]. Hunc versum Hebræi quidam contexunt cum vers. superiore, acsi adhuc dissereret Propheta de vocatione Gentium; putántque *Athrai* & *Phorsai* esse propria nomina, vel gentilia. Sed, 1. id non probant. 2. Ità non erunt gentes separatæ, sed pars Æthiopum. 3. Tò *filia dispersorum* non quadrat Æthiopibus. Malim ergò referre ad Judæos: id quod optimè contexitur cum præced. Dixerat de vocatione Gentium: nunc adjungit, unà cum Gentibus venturos & restituendos Judæos, ut simul coalescant in cultum Dei, & ità amplietur Regnum Dei [d]. Chaldæus Par. dicit Israelem vocari *Athrai*, quòd placabilis illis esset Dominus; & eosdem *Pusai* appellari à Propheta, quòd essent dispersi in captivitate. Ità prædiceret Propheta liberationem Israelis è captivitate *. Neconis bello multi Judæi capti, & in Ægyptum avecti, indè in Æthiopiam usque venditi sunt. Hos quoque Cyrus, fœdere cum Æthiopibus facto, liberari curavit, ità ut & hi cum cæteris in patriam redierint, ibíque dona obtulerint. Simile quid vide Esa. 11. 11. Sic Ptolemæus Philadelphus Judæos plures centum millibus in oris longinquis servientes pretio dato liberavit, & in patriam remisit. Testis Josephus, 12. 2 [f].

11. *In die illa*] Post id tempus [g]. ¶ *Non confunderis super cunctis*, &c. מִכֹּל עֲלִילֹתַיִךְ] *Propter omnes actiones tuas*, &c. Pi. vel, *studia cætera*, &c. G. *ab omnibus operibus tuis*, &c. V. Non cogeris erubescere [h], coram Dei tribunali ad confusionem tuam æternam [i]. Idque, vel, 1. quia posthac non peccabis, ut antè, nec pudendum aliquod committes [k]: abstinebis tibi ab idololatria aliisque pravitatibus [l]: omnia ages in justitia & fide [m]. Sed hic sensus non potest aptari verbis Prophetæ, *Non erubesces ampliùs à sceleribus quibus transgressa es in me* [n]. Vel, 2. quia remittentur tibi peccata, &c [o]. Ità temperat Judæorum dolorem: q. d. Hæc imminutio cedet vobis in bonum, quia hoc modo auferentur probra nominis vestri [p]. ¶ *Auferam—magniloquos*, &c. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתֵךְ] *Tui fastùs protervos*, id est, tuos, quæ fastuosa es [q]. *Eos qui exsultant superbiâ tuâ*, Calv. vel, in *superbia tua*, P. vel, *in te de superbia*, M. vel, *in te insolenter*, Ti. vel, de *fastu tuo*, JT. Pi. vel, de *excellentia tua*, i. e. dignitate: eos qui nimiùm sibi placent ob beneficia quibus dignatus sum te & illos supra alias gentes [r]. Vel, de *magnificentia tua*: i. e. vel, de Templo, ut mox se explicat; vel, de Jerosolyma, quæ vocatur *magnificentia*, vel *excellentia*, *Jacobi*, Psal. 47. 5. Amos. 6. 8. Nah. 2. 2†. Al. Illi qui olim auctores vobis fuerant extollendi vos contra Legem Dei, malo fato mortui, non aderunt vobis [t]. Tollam tum fastuosos, quibus nunc subjaces, Principes [v]; tum elatos tuos Magistros, quibus tibi placebas & superbiebas [x], Scribas & Pharisæos [y]. Ità Deus segregabit paleam à tritico, & Ecclesia pura erit à sordibus & probris [z]. ¶ *Non adjicies exaltari* (vel, *ut superbias*, P. sim. M. Ca. G. vel, *efferre te*, JT. Pi.) *ampliùs in* (vel, *de*, P. vel, *ob*, D. Pi.) *monte sancto meo*] Vel, *montem*, &c. Pi. D. Sionem, in quo Templum [a]: vel, ob Templum [b], quod erat in monte Moria [c]. Ibi non superbies, nempe illorum exemplo. Superbiæ est, Legem contemnere; quod fecerant ipsi sacerdotes in Templo, suprà 4. Hoc est quod dicitur peccare בְּיָד רָמָה, id est, *per superbiam*, Num. 15. 30 [d]. Non ampliùs de Templo Salomonis gloriaberis *: nam illud funditus exscindam. Sed excitabo in te & ex te templum longè nobilius, spirituale, &c [f].

12. *Populum pauperem & egenum*] Vel, *lenem & modestum*, Chaldæus, aptè ad sensum: nam nominum עָנִי & עָנָו significationes permisceri inter se solere alibi quoque notavimus [g]. *Pauperem* spiritu, h. e. afflictum humiliémque; *& tenuem*, h. e. animo fractum & attenuatum, malorúmque tolerantem [h]. Ostendit opus fuisse violento remedio ut superbia ex iis revelleretur, ut fierent dociles, humiles & modesti [i]. Al. *Pauperes*, &c. i. e. Apostolos eorúmque discipulos, piscatores & illiteratos, &c [k]. ¶ *Sperabunt* (vel, *confident*, Pi.) *in nomine Domini*] Spem salutis suæ ponent, non in Templo aut urbe [l], non in semetipsis confident, sed in Deo [m]; in eo solo gloriantes, juxta Jer. 9. 23, 24 [n]. Spes non potest locari in Deo, nisi in solidum adimat nobis Deus omnem gloriandi materiam, &c [o].

13. *Non facient iniquitatem*] Nempe, grandia flagitia ex destinata animi malitia & contra conscientiam committentes; ut phrasis hæc in 1. epistola Johan. sæpe sumitur [p]. Illi reversi non redibunt ad idololatriam, quæ עַוְלָה (*iniquitas*) κατ' ἐξοχὴν [q]. Purgata erit Ecclesia à sordibus [r]. ¶ *Nec loquentur mendacium*] Non decipient alter alterum, ut olim. Per multa mala purgati erunt †. Sub lingua veraci per synecdochen complectitur perfectam vitæ sanctitatem [t]. Hoc erit *labium* illud *purum*, de quo suprà [v]. ¶ *Quoniam* (vel, *Ideo*, G.) *ipsi* (*Sed ipsi*, JT. Pi. ità piè viventes [x],) *pascentur*, &c.] i. e. Abundabunt rebus necessariis, securè vivent, ut ille—*patulæ recubans sub tegmine fagi*. Alta circùm pax erit sub præsidio Regis Persarum [y]. Al. Fruentur bonis, nempe spiritualibus [z]. Tantâ sanctitate præditi erunt, quia Deus erit eorum pastor, & ipsi, ut oves, se ab eo duci sinent [a]. Bene pasti erunt, tum corporaliter, tum spiritualiter [b].

14. *Lauda*, &c.] Vel, *Canta*; i. e. Prorumpe in laudem Dei tui, ô congregatio. Ratio redditur v. seq [c]. Deo tunc gratias agito [d]. *Exsulta*, &c. Gratulatur eis acsi jam felicitate illâ fruerentur, &c *.

15. *Abstulit* (vel, *Amovit*, Pi. sim. P. Mo. JT.) *Dominus judicium tuum*] Vel, *judicia tua*, Mo. P. Ti. JT. &c. vel, *judicia contra te data*, M. Vel, 1. peccata, quibus damnationem merueras [f]: vel, 2. pœnas tuas [g]. ¶ *Avertit*, &c. פִּנָּה אֹיְבֵךְ] *Ejecit*, vel *Exterminavit*, (*Complanavit*, Mo. *Depulit*, Ca. *Averruncavit*, Ti. *Vacuefecit*, G. *Expedivit*, JT. *Repurgavit*, D. sic V. *Everrit*, D. *Ejecit*, vel *Abstulit*, utì scil. solent purgamenta & sordes ejici [h];) *inimicum tuum*, P. Pi. vel, *hostes tuos*, M. sic G. Pi. &c. i. e. Vim tibi nocendi adimet Samaritis, Ammonitis, Arabibus, Philistinis. Vide Nehem. c. 4. & 6†. ¶ *Rex Israel Dominus*, &c.] *Deus* tibi pro *Rege* erit, i. e. te defendet [i]. ¶ *Non timebis*, &c.] Ità erit תִּירְאִי pro תִּרְאִי. Vel, *Non videbis malum*, i. e. non versaberis in malis [k]. Diu enim fuit post reditum felicissimus Judææ status [l].

16. *Dicetur Jerusalem*] Vel, 1. à Prophetis. Vel, 2. à Gentibus ad fidem conversis [m], publicè gratulantibus & fausta ei acclamantibus [n]. Vel, 3. Alter alteri dicet [o]. ¶ *Non dissolvantur* (vel, *remittant se*, D. sic JT. Pi. vel, *debilitentur*, V. vel, *remollescant*, Q. in D.) *manus tuæ*] i. e. Nè desistas ab inceptis, & serva fidem jam susceptam [p]. Noli esse segnis in opere pietatis [q]. Perge in ædificatione Templi & urbis [r]. Nè deficias timore †.

17. *Silebit*, &c. יַחֲרִישׁ בְּאַהֲבָתוֹ] *Acquiescet* (vel, *Silebit*, Mo. P. Calv. *Connivebit*, V. nempe ad peccata tua; h. e. Non redarguet ea [v]. *Obmutescet*; q. d. Præ amore non poterit loqui [x]. *Tacitus erit*, Ti. *Conquiescet*, Q. in D. sim. M. Calv. JT. Pi.) *in amore suo*, Ca. sim. M. Ti. erga te [y]: vel, *propter dilectionem suam*, Mo. vel, *in amore tui*, G. vel, *eò quòd diligat* te, P. Contentus eo erit; hæ erunt summæ ejus deliciæ [z]. ¶ *Exsultabit super* (vel, *de*, D. *propter*, G. Pi.) *te*, &c.] Homines cùm læti sunt παιανίζουσι, (*Pæana canunt*.) Hinc sumpta translatio [a].

18. *Nugas*, &c. נוּגֵי מִמּוֹעֵד אָסַפְתִּי מִמֵּךְ הָיוּ מַשְׂאֵת עָלֶיהָ חֶרְפָּה] Hieronymus נוּגֵי, ut sono, ità significatu, idem putavit esse quod Latinum *nugæ* [b]. Per *nugas* intellige homines vanos & nugaces [c]. [Reliqui longè aliter locum vertunt, &, ut constat, Hebræo textui congruentiùs: variè & distinguunt, & reddunt.] *Mæstitiâ affectos à tempore congregavi: ex te fuerunt, onus super eam opprobrii*, Mo. *Dolore* (vel, *Tædio*, sive *Molestiâ*, V.) *affectos* (vel, *Afflictos*, Calv. vel, *Mæstos*, D. JT. Pi.) *præ tempore* (vel, *pro tempore*, sive *ad tempus*; q. d. Non tam citò ut vos præcipites optatis hoc faciam, sed post tempus finitum & à me conditum, quod vos patienter exspectare debetis [d]. Vel, *propter tempus*, sub. *diuturnum exsilii*, V. vel, *propter conventum*, JT. Pi. *ob festa solennia*, D. quòd illa non potuistis celebrare in exsilio *.) *congregabo*, P. Calv. V. D. (Præt. Heb. pro fut [f]. ut mos Prophetis [g]. Al. *Abstractos à loco*

Marginal notes (left): [a] V. — [b] V. sim. M. — [c] Tar. — [d] Calv. — * V. — [f] G. — [g] G. — [h] V. ex He. — [i] Tar. — [k] D. sim. Tar. — [l] G. — [m] V. et He. — [n] Calv. — [o] Tar. sic Calv. — [p] Calv. — [q] Ca. — [r] V. — † D. — [t] G. — [v] T. — [x] Me. — [y] Me. T. — [z] Calv. — [a] D. — [b] Pi. sic V. G. Me. — [c] V. — [d] G. — * Me. — [f] T. — [g] G. — [h] D. sim. Tar.

Marginal notes (right): [i] Calv. — [k] Me. T. — [l] D. sim. Tar. — [m] G. — [n] Tar. — [o] Calv. — [p] Tar. — [q] G. — [r] Calv. — † G. — [t] Calv. — [v] M. — [x] Tar. — [y] G. — [z] Pi. — [a] Me. sic Ti. — [b] T. — [c] V. — [d] G. — * Calv. — [f] Me sim. T. V. — [g] G. Calv. Tar. sic D. Pi. &c. — [h] V. sim. D. — † G. — [i] G. — [k] D. — [l] G. — [m] D. — [n] Tar. — [o] D. — [p] V. — [q] D. — [r] G. — † Me. — [v] D. sim. V. — [x] Q. in D. — [y] Ca. sim. D. Pi. — [z] Calv. — [a] G. — [b] G. — [c] Me. T. Rib. — [d] Calv. — * D. sim. Pi. Tar. — [f] V. D. — [g] D.

à loco destinato colligam, Ti. *Remotos à cœtu colligam*, Ca.) *ex* (vel, qui *ex*, P. Ca. Calv. JT. vel, quia *ex*, Pi. Tar.) *te* (i. e. ex tuis [h], nempe veris civibus [i],) *erant*, vel *fuerant*, D. Ti. (nempe mœsti illi; ideo reducam eos in patriam [k]: vel, *sunt*, JT. Pi. Tar. vel, *erunt*, Ca. Calv. Al. *Mœrore affectos ob tempus* prolixum *congregavi* ad te; quia *fuerunt ex te*, M. [Ultima porrò verba sic reddunt;]) nam *onus super te* (ad verb. *super eam*. Mutatio est personæ [l].) *erit opprobrium*, P. i. e. Probra quibus tamdiu affecta fueris erunt tibi oneri [m]. Vel, *oneri fuit opprobrium*, probrum quo affecta fuit in captivitate, *ei*: i. e. vel, Jerosolymæ; vel, congregationi mœstorum, id est, eis; nam sic sæpe Hebræi loquuntur [n]. Vel, *ô oneri subjecta dedecoris*, Ca. vel, *qui super*, sive *propter*, *eam* (nempe Ecclesiam; h. e. quia profitebantur se Deum peculiarem colere, ideóque gentibus exosi erant, & ab iis affecti probris exsilii tempore [o]:) *sustinuerunt opprobrium*, Calv. M. vel, *Onus probri quod super te* fuit auferam, Ti. vel, mœstos propter *onus impositum ei*, JT. Pi. (nempe Ecclesiæ, cujus vicem pios omnes persanctè miseret [p];) propter *opprobrium*, JT. potiùs, nempe *opprobrium*; ut sit appositio, quâ declaratur vox *oneris* quæ præcessit [q]. נוגי dixit, pro נוגים [r], à יָגָה *mœstus fuit* †. Sic נוגות sumitur Thren. 1. 4. Eadémque significatio tum in verbo, tum in nominibus indè derivatis, facilè probatur ex Esa. 51. 23. Jer. 31. 13. Thren. 1. 5, 12. & 3. 32, 33, 65. Ezec. 23. 33. & alibi [s]. Al. Valde mihi se hoc loco probat Chaldæus, *Qui impedierunt festos dies tuos, eos procul à te segregabo: væ illis qui portaverunt opprobrium* (i. e. arma) *contra illud*, i. e. contra libertatem festos dies agendi & sacrificandi; quod sine Templo fieri non poterat. הָגָה est, *removere*: post מִמֵּךְ ponenda distinctio: הָיוּ, pro הוֹי, per *væ* exponunt, præter Chaldæum, etiam o'. Illos populos intellige de quibus diximus suprà 15. qui Templi ædificationem impedire omni modo voluêre [v]. [Al. paulò aliter.] Jonathan totum versum ad hostes retulit, & sic vertit, *Qui remorati sunt in te tempora solennitatis tuæ removi ex te: væ super eos, propterea quòd portârunt arma sua contra te, & probro affecerunt te.* Omnes nostri מַשְׂאֵת sumunt pro *onere*; pro quo alibi in S. S. quod sciam, non occurrit: ubique *munus*, sive *donum*, denotat; semel aut bis, *incendium*. Sic ergò locum vertimus, *Dolentes ob solennitatem colligam, ex te sunt, munus, super quod opprobrium est.* Sensus est, Pios omnes, qui dolent impeditas esse festorum solennitates, colligam, quia ex te sunt, ô Ecclesia, tui sunt, ad te pertinent; & ego eos tanquam donum tibi colligam, super quod quidem jam opprobrium est. *Sed, ecce*, (ut sequitur,) *ego conficiam eos qui affligunt te.* o'. & Jon. pro הָיוּ legerunt הוֹי *væ*, & cum sequentibus jungunt; unde alia prorsus oritur interpretatio; nec inepta sanè, si ità legere liceret: sensus enim hic esset, *Dolentes ob solennitatem removebo ex te: væ dono super quod opprobrium est.* i. e. Profanos Israelitas, qui dolent adesse festi solennitatem, quâ munera mihi offerenda sunt, removebo ex te: væ eis qui solennitatis tempore munera probro digna offerunt [x].

19. *Ecce*, &c. "הִנְנִי עֹשֶׂה אֶת וגו] *Ecce*, (vel, *Ecce me*, JT. Tar. q. d. Quid te, quid creaturas, spectas [y]?) *ego reprimo* (Sic עָשָׂה sæpe sumitur; & hoc loco idem valet quod suprà [vers. 15.] פִּנָּה [z]. Vel, *conficiam*, Ca. sim. D. Mo. Calv. vel, *conficiente*, JT. vel, *contusurus sum*, P. *compressurus*, vel *oppressurus*, *sum*. Metaphora à fructibus, ex quibus succus exprimi solet [a]. Vel, *conficiam*, sub. *consummationem*, ex Sophon. 1. 18 [b]: vel, *agam*, Ti.) *omnes* (vel, *cum omnibus*, JT. Pi. vel, *cum his*, Ti.) *qui te afflixerunt*, M. sic Ca. &c. vel, *oppressores tuos*, V. ¶ *Et salvabo* (vel, *liberabo*, V.) *claudicantem*, (i. e. variis malis affectam [c]; ut *claudicare* sumitur Psal. 35. 15. Itaque o'. hîc verterunt, ἐκπεπιεσμένην, (*compressam*,) ut συντετριμμένην, (*contritam*,) Mic. 4. 6, 7 [d]. Mutilam & fractam, & omni virtute exutam. Hoc tamen non impediet restitutionem *.) *& eam quæ ejecta fuerat* (vel, *depulsam*, JT. Pi. *expulsam*, ejectam patriis sedibus [f]. q. d. Licèt prostrati sint & jacentes, & huc illuc dispersi, velut corpus hominis laceratum, &c [g].) *congregabo*] Quotidie alii atque alii ad reduces accedent [h]. ¶ *Et ponam eos* (nempe Judæos [i],) *in laudem & in nomen* (i. e. Faciam ut celebre nomen habeant [k],) *in omni* (vel, *tota*, Pi.) *terra confusionis* (vel, *terra opprobrii*, Calv. vel, *terra pudoris*, P. vel, *terra*, *terra*, inquam, *pudoris*, D.) *eorum*] i. e. Ubicunque terrarum exsulaverint [l]: in iis etiam locis ubi contemptui ac ludibrio fuêre [m]. Sed contra Hebraismum est, ut nomen substantivum regens alterum substantivum in genitivo habeat præfixum ה emphaticum seu notificativum, quia ipsa constructio facit notificationem: ut nec unquam אֶרֶץ legitur in constructione, sed semper הָאָרֶץ. Tigurini ergò vertunt, *terra in qua pudore affecti sunt*, [simil. Pi.] eodem quidem sensu, sed mutatâ constructione, quasi subintelligeretur אֲשֶׁר בָּהּ. Junius longiùs recessit, quando locum vertit, *nomen in tota terra, quod illos pudeat*. Ad verbum sic, *Et ponam eos in laudem & in nomen*; *in tota terra pudor eorum*, Di. ex Ch. i. e. ex phrasi Hebræis familiarissima, *quorum pudor est in tota terra*; בָּשְׁתָּם, pro אֲשֶׁר בָּשְׁתָּם: ut sensus sit, quorum ignominia jam est per omnem terram dispersa [n]. Al. *in tota terra erit pudor eorum*; q. d. Tota terra pudore afficietur simulac laudem & honorem eis conciliavero. Ut *metus hostium*, ità & *pudor eorum*, dici potest, quem ipsi (vel, quem hostes) aliis adferunt [o].

20. *In*, &c. "בָּעֵת וגו] *In tempore illo reducam* (vel, *adducam*, P. JT. Pi. &c.) *vos*, (nempe in patriam [p]; vel, ad Ecclesiam [q]:) *& in tempore* (vel, *tempore quoque* illo, P. vel, *eodémque tempore*, Ti. M. Di. vel, quo, *inquam*, *tempore*, JT. sim. Pi. *& in tempore*, vel, *postquam in tempore*, D.) *colligam*, sive *congregabo*, *vos*, Calv. M. P. Pi. &c. vel, *colligere me vos*, i. e. quo colligam vos: ut constructio sit genitivi, posito infinitivo pro nomine; q. d. *in tempore collectionis meæ*; aut, *in tempore colligendi me*. Quanquam nonnihil huic versioni repugnet illud Camets in בָּעֵת, quod vim habet ה emphatici: sic dicendum fuerat, וּבְעֵת. Malim ergò sic, *colligere me vos*, i. e. colligam vos [r]. ¶ *Dabo*, &c. "כִּי אֶתֵּן וגו] *Quia* (vel, *Utique*. כִּי non semper est causalis particula, sed sæpe confirmativa; ut Gen. 22. 16, 17. collat. cum Heb. 6. 14. ubi, pro כִּי, est ἦ μὴν †.) *ponam vos in nomen*, &c. Calv. ¶ *Quum convertero* (vel, *reducam*, Calv. Pi.) *captivitatem vestram*] Sic M. Ti. vel, *captivas turbas vestras*, JT. Pi. Eos qui velut captivi egerant [t]. Vel, *captivitates vestras*, Mo. P. D. Calv. Plurale emphaticè hîc ponitur [v], vel, quia quatuor erant captivitates Judaicæ: 1. sub Manasse, 2 Par. 33. 11; 2. sub Joacim, ib. 36. 6; 3. sub Jechonia, 2 Reg. 24. 12; 4. sub Sedecia [x]: ut omnes captivitates solutum iri crederent [y]. Vel, quia distracti erant Judæi per diversa loca [z]. ¶ [*Coram oculis vestris*] Ità ut alter conspiciatis alterum summo cum gaudio [a]. Ostendit eos oculatos fore testes hujus miraculi; quod vix credibile erat [b].

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

AGGÆUM.

PROLEGOMENA. Tres sunt Prophetæ qui populum vidêre reducem, Aggæus, Zacharias & Malachias: quibus addendus Daniel. Nam & is, multis Regibus superstes, fuisse in Judæa creditur, & tempore aliquo partem fecisse Synagogæ magnæ, à quo tunc populus gubernabatur. In his quatuor desiit Prophetia usque ad Christi tempora. Voluit enim Deus istâ *fame verbi* (ut Prophetæ loquuntur) appetentiores Messiæ facere Judæos, qui Prophetas omnes miraculis esset superaturus. Et quia hi postremi fuêre Prophetarum Veteris Fœderis, ideo ad Novum Fœdus, & Ducem ejus Christum, digitum apertiùs intendunt; nec tantùm per medias historias alias eum figurant, sed directè monstrant. Occasio hujus (atque sequentis Zachariæ) prophetiæ hæc fuit. Concesserat Cyrus, à Deo, qui id per Esaiam prædixerat, motus, Judæis reditum in patriam, cum jure restituendi Templi & urbis. Ità enim Cyri edictum refert Josephus 11. Redierant è tribu Judæ, Benjaminis & Levi plurimi, nonnulli etiam ex tribubus aliis, quibus Dei cultus erat cordi, & fundamenta fecerant Templi. Cyro autem per bella occupato, & Cambyse circumvento, vicini satrapæ, invidentes Judæis, impedierant ædificationem Templi longo satìs tempore. Is Cambyses nomine communi *Artaxerxes* dicitur in Sacris historiis: quo de nomine egimus ad initium Estheris. Dario Hystaspis Regnum adepto Persicum, aperuit Deus Prophetis qui tum in Judæa erant, Aggæo & Zachariæ, velle se ut pergeretur in cœpto opere, quia scilicet constituisset Regis Darii animo indere cogitata Judæis faventia & hoc opus promotura. Erant qui Aggæo crederent; inter quos eminebant Zorobabel Ethnarcha è Davidis stirpe, & Jesus Josedecides Sacerdos maximus. Multi ex plebe, laboris & impensarum fugientes, quidvis malebant credere quàm id quod ipsis molestum esset. Satis enim habebant in domibus, quas sibi subitò fecerant, bene adversùs omnem cœli injuriam tectis habitare, & agri proventibus frui: quæ tamen spes eos, Deo ità volente, fefellerat. Horum duorum Prophetarum & ad eos se adjungentium duorum virûm, quos dixi, principum auctoritas tantum valuit, ut interruptum diu opus repeteretur. Quod pium studium, Deo sic res dirigente, Darii Regis edicto comprobatum adjutúmque est[a].

[a] G.

CAP. I.

1. IN *anno secundo*; ità P. JT. Pi. &c. [בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם] Ad verb. *Anno duorum*, i. e. qui è duobus posterior est, h. e. secundo, exactis 70 illis annis Jer. 25. 12. post quos instaurandum erat Templum [b]. Antea quidem Templi & urbis exstructionem moliebantur, sed frustrà: impediebantur enim per vicinas gentes, ut in Ezra habetur; quia tempus nondum impletum erat [c]. [An ex vero hoc dictum sit, judicent cordati lectores.] ¶ *Darii regis*] Qu. Quisnam hic erat Darius? Resp. 1. Darius Medus [d]. At is jam pridem mortuus erat *. 2. Darius Hystaspis [f]. 3. Darius filius Assueri ex Estera [g], i.e. Xerxis, qui pater fuit Artaxerxis Longimani [h]. 4. Longimanus [i]. 5. Darius Nothus [k]. [Sed hæc de re vide quæ copiosè congessimus ad 70 hebdomadas Danielis.] ¶ *In mense sexto*, (id est, mense Elul, qui *sextus* dicitur subducto calculo à Nisan, à quo solitos esse ordiri Judæos indicat Zacharias 1. 7. & 7. 1[l].) *in die una mensis*] i. e. *Primâ*, more Hebræo; ut Genes. 1. 5. & alibi. Cœpit ergò hic à Deo his visis illustrari septem mensibus antequam is qui sequitur, Zacharias. Utraque hæc prophetia ea ipsa est de qua egit Esdras in cap. 5[m]. ¶ *Verbum Domini*] Sub. *propheticum*, V. ¶ *In manu Aggæi*] i.e. Per Aggæum; Hebraismus notus[n]: operâ sive ministerio Aggæi[o]. ¶ *Ad Zorobabel filium* (legalem sive adoptivum[p]: nam erat nepos ipsius ex fratre Phadaia, ex collat. 1 Par. 3. 17[q]: quem tamen locum alii aliter accipiunt[r].) *Salathiel*] De hujus genere vide quæ ad Luc. c. 3. v. 27. diximus †. Politicus Magistratus, ut dignitate, ità etiam ordine, præcedit ecclesiasticum[t]. ¶ *Ducem* (vel, *principem*, Ch. *prætorem*, Ca. *gubernatorem*, vel *rectorem*, M. sic G. ex Jo.) *Juda*] i. e. Tribûs Judæ[v]. *Ducem* vocat, non *Regem*: erant enim Judæi tunc sub potestate Regis Babyloniorum[x]. [Potiùs, Persarum.] Reverebantur quidem eum Judæi in animo suo quasi Regem, quòd ex Davidis familia diu regnatrice ortum duceret; sed Regium nomen ei splendorémque non circumdabant, ne Persarum Regum, sub quorum erant tutela, partim & imperio, animos offenderent[y]. ¶ [פַּחַת יְהוּדָה] *De tribu* (vel, *principe*, Sy. vel, *familia*, Ar.) *Juda*, o'. Pro פַּחַת, legerunt מִשְׁפַּחַת[z]. At Theod. Aq. & Sym. reddunt, ἡγέμονα, *ducem Juda*. In Hebræo est ambiguum illud פַּחַת יְהוּדָה, & potest referri tam ad Zorob. quàm ad Schealt. & cum Schealtiele quidem proximè cohæret: unde videntur o'. intellexisse quasi Schealtiel diceretur *Princeps Juda*. Hoc verò nomine cùm in Sacra historia celebris sit Zorobabel, maluerunt fortassis simpliciter dicere, *de tribu Juda*, quàm, *principem Juda*. Sed hæc est conjectura[a]. ¶ *Et ad Jesum*] Vel, *Josuam*, D. Qu. Cur Propheta alloquitur Zorobab. & Josuam, qui cordati erant, quum populus in culpa erant? Resp. Ut hos Prophetæ socios adjungeret, ut hi tres quasi uno ore mandata Dei proferrent[b]. Dicta hæc illis duobus, sed coram populo, ut apparet infrà 12[c]. ¶ *Filium Josedec*] Qui quum Judæi abducerentur in captivitatem summus fuit Pontifex[d], & cum reliquis abductus Babylonem. Vide 1 Par. 6. 15*. ¶ *Sacerdotem magnum*] Natus quidem hic erat ex Aaronis sanguine, sed ad summum Sacerdotium electus à Synedrio; sicut olim à Regibus Judæis fieri solebat †.

2. *Populus iste* (Non dicit, *meus*, quòd cultum Dei negligerent, &c[f]. Plebs illa pigra & avara[g],) *dicit, Nondum venit tempus*, &c. [לֹא עֶת וגו'] *Non* (vel, *Nondum*, P. M.) *tempus venire*, Mo. V. (vel, *veniendi*, V. *venit*, P. sic M. *adest*, Ti. *advenisse*, JT. Pi.) *tempus* (sub. *inquam*, P. vel, *scilicet*, M. sim. Ti. *domus Domini ædificandæ*, Mo. vel, *ut ædificetur*, P. vel, clariùs, converso ordine[h], *ut* (vel, *quo*, JT. Pi.) *ædificetur domus Domini*, V. M. sic Ti. Nullas justas habebant causas Aggæo, qui eos quotidie hortabatur, non credendi, nisi privatos affectus obstantes publicis commodis. Hoc ulcus jam tanget Propheta[i]. Alia erant quæ

Marginal notes, left column: [b] V. ex M. [c] M. [d] Phil., Genebrard. &c. in T. * T. [f] Me. Calv. San. T. ex Hi. & Jo. & Euseb. [g] He. in M. & V. & D. [h] D.

Marginal notes, right column: [i] Jansen. in T. [k] D. Pi. Tar. [l] D. [m] G. [n] G. [o] V. [p] D. [q] D. ex V. sim. Pi. [r] D. † G. [t] D. ex AE. [v] Pi. [x] V. [y] G. [z] Cap. crit. [a] Buxt. vind. 2. 8. 651. [b] Calv. [c] G. [d] Tar. * D. † G. [f] D. [g] G. [h] V. [i] G.

Line numbers: 30, 40, 50, 60, 70

quæ eos movebant, labor, sumptus [k], pigritia, privata commoda [l], pericula [m], edicta Regum, impedimenta à vicinis, &c [n]. Sed turpe erat illis illa omnia nolle subire pro Dei liberatoris gloria, &c [o]. Sed alios prætextus captant; ut solent homines ingeniosi semper esse in suis delictis tegendis [p]: in tempus, Deique providentiam, culpam conferunt [q]. *Non tempus*, opportunum scilicet [r]: tunc enim nemo impedivisset †. Difficultates multæ fuerunt interpositæ, in pœnam temeritatis nostræ nimiæque festinationis, &c [t]. Repetita sunt Regum interdicta nè ædificaremus: novus hic Rex nondum mutavit sententiam [v]. Al. Duæ prophetiæ erant de 70 annis. 1. De illis 70 annis quibus impletis Israelitæ redituri erant, &c. de quibus Jer. 29. 10. Hi impleti sunt regnante Cyro. 2. De illis 70 annis quibus impletis instaurandum erat Templum, de quibus Jer. 25. 12. Hi completi sunt anno 2. Darii [x]. Cœperant ædificare tempore Cyri, deinde intermissum fuit opus, &c. populo dicente, *Nondum*, &c [y]. Revera jam tempus advenerat, sed ipsi metu & socordiâ cunctabantur [z].

3. *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi.) *factum est verbum*, &c.] Attamen verum est, Deum mihi quæ dico præcepisse ‡. ¶ *In manu Aggæi*] i. e. Mea. Ità sæpe Hebræi nomen ponunt pro pronomine [a].

4. *Numquid*, &c? [הַעֵת לָכֶם אַתֶּם וגו׳] *Numquid* (sub. *est*, M. JT. Pi. vel, sub. *advenit*, P.) *tempus vobis, vos habitare*, &c? Mo. vel, *ô vos, ut habitetis*, &c? P. vel, heus *vos, desidendi*, &c? JT. Pi. Voluerunt אַתֶּם esse vocativi casûs. Rectiùs ο'. & Vulg. simpliciter verterunt, *An tempus est vobis?* neglecto אַתֶּם, quamvis non omnino redundet. Solet enim Scriptura pronomini affixo subnectere pronomen separatum ejusdem personæ emphaseως ergô, & ad affectum loquentis exprimendum; ut Gen. c.27.v.34. Zach. c.7.v.5 [b]. Nisi accentus obstaret, probarem, *vos ut habitetis in domibus vestris?* ut sit pleonasmus Hebraicus [c]. *Numquid tempus*, &c? In vestris rebus nullum tempus serum est: in Dei rebus omne tempus præmaturum creditis. Non ità animatus fuit David, ad cujus verba hîc non obscurè respicitur. Sunt ea 2 Sam. cap. 7. vers. 2 [d]. ¶ *In domibus laqueatis*; ità Mo. P. Ti. Sy. Ca. [סְפוּנִים] *Tabulatis*, vel *contabulatis*, M. JT. Pi. ornatis, non tam ad usum, quàm ad delicias *. *Tectis*: sic ספינא Chaldæis & Arabibus est, *navis tecta*, sive *constrata* [f]. *Quæ tectæ sunt in tabulatis cedrinis*, Ch. *habentibus parietes vestitos*, sub. *cedro*, vel *ebore*, aut aliâ pretiosâ materia [g]. Verùm non loquitur de ornamentis interioribus parietum, sed de tabulato sive tecto interiore, sive de lacunaribus eleganter factis & exornatis. Græci non malè, κοιλοσταθμοις [h], i. e. *concavis, & deorsum sitis* [i].

5. *Ponite corda*, &c.] Etiam atque etiam attendite quid agatis [k]. Inquirite in vos vestrásque actiones, & successus vestros [l]. Diligentissimè considerate negotia vestra [m], statum rerum vestrarum [n], quomodo vos Deus tractet [o], quæ vobis incommoda accidunt. Multa enim patimini, ignorantes tamen tantorum malorum causam [p]. Advertite labores vestros, & videbitis iram Dei vobis impendere propter peccata vestra, præsertim quòd tam ignavi estis in his quæ ad gloriam ejus pertinent [q]; quòd Templi instaurationem neglexistis [r].

6. *Seminâstis multum, & intulistis parùm*] Nempe, in horrea †; Deo labores vestros non prosperante, & sic ulciscente neglectum sui [t]. ¶ *Bibistis, & non estis inebriati*, [וְאֵין לְשָׁכְרָה] *Et non* (vel, *sed minimè*, JT. Pi.) *ad ebrietatem*, V. Calv. sim. M. Ti. vel, *saturitatem*, D. ex He. vel, *hilaritatem*, Pi. sic G. quia non satis fuit vini [v]: non ad sitim restinguendam [x]. τὸ אֵין includit verbum substantivum, & sic differt à לֹא [y]. ¶ *Operuistis*, &c. [לָבוֹשׁ וְאֵין לְחֹם לוֹ] *Induetis vos, & non calefietis*, P. *Induimini*, M. Ti. *ità tamen ut nemo calefiat*, Ti. sim. M. vel, *sed nemo ità ut sit calor ipsi*, JT. Pi. *Vestivistis vos*, &c. G. ex Ch. Tam tenuiter fuistis vestiti ut non satis id fuerit bene fovendo corpori. Vide quæ ad Jac. c. 2. v. 16 [z]. Vestes non calefaciunt vos, vel, quia sat vestium non habetis: vel, ob aerem nimis frigidum: vel, quia frigent interiora; ut olim Davidi contigit, 1 Reg. 1. 1. idque ex natura, vobis autem ex maledictione [a]. Infinitivi [hujus versûs,] הָבֵא, אָכוֹל, שָׁתוֹ, לָבוֹשׁ, solent per indicativum 2. pers. plur. num. reddi, propter primum verbum וּזְרַעְתֶּם: quod in tribus prioribus satis commodè fit; sed in לָבוֹשׁ minùs commodè, ob mutationem personæ, in לוֹ, quod plerique vertunt quasi poneretur pro לָכֶם. Malim omnes infinitivos impersonaliter sumere, ac locum vertere, *Seminatur multum, & infertur parùm: editur, & non est ad satietatem: bibitur, & non est ad ebrietatem: induitur quis, & non est ad calorem ei.* Ità infrà 2.16. al. 15. impersonaliter sumitur infinitivus, מִטֶּרֶם שׂוּם, *antequam ponat quis*, &c. vel, *antequam ponatur*, &c [b]. ¶ *Et qui*, &c. [וְהַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל צְרוֹר נָקוּב] *Et mercede elocans se*, Mo. sim. P. Ti. (vel, *Qui alteri operam suam locat*, V. *Qui mercedem reponit*, M. *Qui mercedem reportat sibi*, JT. Pi. *Qui mercedes congregat*, sive negotiatione, sive mercenariâ manu [c],) *mercede locans se in sacculo pertuso*, Mo. vel, *se locabit mercede* quæ erit ac si decideret *in sacculum pertusum*, P. vel, *reponit* (vel, *recipit*, Ti. vel, *reportat*, JT. Pi.) *mercedem in sacculum*, sive *loculum*, *pertusum*, sive *perforatum*, M. Ti. JT. Pi. vel, *eam locat pro pecunia* quæ decidit *in sacculum perforatum*, V. Quasi dolium Danaïdum, quod semper perfluit [d]. Pecunia illi inutilis est *: frustrà labor impensus est [f]. Quicquid operâ vestrâ peperistis, id statim abit in impendia. Ità caro vivitur [g].

7. *Super* (vel, *ad*, Di.) *vias vestras*] Id est, actiones vestras, quas non Deo, sed vobis ipsis, dicatis [h].

8. *Ascendite in montem*] Vel, 1. Moria [i], sive Sionem [k]. Non placet, 1. quia in hoc monte jam erant Judæi, & proinde non opus erat eò ascendere: 2. quia indè ligna nulla deportare poterant [l]. Vel, 2. Libanum [m], ex quo olim ligna ad Templum Salomonis allata sunt [n]. Vide 1 Reg. c. 5. vers. 6 [o]. Verùm ex hoc monte non Judæi adferebant ligna, sed Tyrii & Sidonii. Vide Esr. 3. v. 7 [p]. ¶ *Ædificate domum*] Vel, *domum hanc*, JT. Pi. nempe Templum [q]. Ità exponunt ob ה emphaticum in הַבָּיִת. At v. seq. הַבַּיִת refertur ad communes domos, quas Judæi sibi struebant, ex collat. vers. præced. & seq. Jusserat eos attendere ad vias suas, i. e. actiones suas, & infelicem earum successum. Pœnam autem proponit in sequentibus verbis [r]: [ut videbimus.] ¶ *Et*, &c. [וְאֶרְצֶה בּוֹ וְאֶכָּבֵד] *Et* (vel, *Tunc*, Pi.) *gratum erit mihi*, M. Ti. (vel, *acceptum habebo illud*, Pi. sim. JT. Tar. nempe hoc factum †, sive opus vestrum, & postea Templum ædificatum [t]. Vel, *acquiescam in eo*: quod vel ad *ædem* refertur, vel ad complexum orationis [v]. Vel, *complacebo*, sive *complacitum erit, mihi in ea*, P. V. sim. Calv. sub. *domo*, V. h.e. Templo, in quo propitius ero precantibus, ut pollicitus sum, 1 Reg. 8.30, &c. Emphaticè hoc addit: qu. d. Quum Templum sit speculum præsentiæ meæ inter vos, dum illud negligitis, me contemnitis [x].) *& glorificabor*, M. P. ο'. Ar. Sy. &c. sim. Mo. Ca. Ti. Pi. vel, *ut glorificem me*, JT. vel, *& gloriosum me ostendam*, illic scilicet [y]. Ibi & laudabor ab hominibus [z], magnificéque colar [a]; & ibi me magnum ostendam, & magnis vos beneficiis afficiam [b]. In אֶכָּבֵד abest litera ה, quæ addi solet verbis fut. temp. per paragogen, quæque in numeris quinque designat. Judæi, ut sunt audaces in fabulis comminiscendis, significari afferunt per hunc defectum res quinque in Templo secundo desideratas. Sunt autem Arca, Urim & Thummim, Ignis cœlestis, [qui supernè delapsus est, Levit. 9. 24.] Præsentia Divinitatis, quam שְׁכִינָה vocant, & Spiritus Sanctus [c]. [Alii verba aliter reddunt:] *Et placebit mihi collocare majestatem meam in illa in gloria*, Ch. [Al. aliter:] *An delectabor eâ*, [nempe domo, h. e. domibus vestris,] *& glorificabor?* qu. d. Non delectabor, neque glorificabor. τὸ ו in וְאֶרְצֶה interrogativum mihi est, ut 1 Sam. c. 20. v. 14. Esa. c. 36. v. 19. & alibi; sicut & καὶ Jac. 2. 4. καὶ διεκρίθητε, &c? *nonne discrimen fecerit is in vobis ipsis* [d]?

9. *Respexistis*, &c. [פָּנֹה אֶל הַרְבֵּה] *Respicietis* (vel, *Respicitis*, M. Ti. sim. JT. Pi. vel, *Respicere*, Mo. infinit. pro fut. vel præs. Nunc autem *respicitis*, V.) *ad multum*, P. M. &c. i.e. ad amplam messem & vindemiam *: ad rem augendam, dum Templum negligitis [f]. ¶ *Et*, &c. [וְהִנֵּה לִמְעָט] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. V.) *ecce parùm*, P. M. Calv. D. Ti. vel, *in*, sive *ad*, *parùm*, V. D. Pi. vel, *ad pauca*, JT. Pi. sub. *est*, D. vel, sub. *invenitis*, M. vel, *pervenitis*, JT. Pi. vel, sub. *est respectus vester*, vel sub. *redit*, V.

In pa-

Marginal notes (left column): k Tar. l D. m Tar. n D. o Tar. p Calv. q Tar. r Calv. D. † Tar. t Calv. v Tar. ex Jun. x He. in V. y V. z Me. ‡ G. a G. b Di. c D. d G. * P. ex Hi. f G. g V. h Tar. i D. ex Hi. k G. l Tar. m V. n Pi. o Calv. p V. q M. r T. † G. sic V. &c. t G. v Idem. x V. sim. Ca. y Di. z G. a D.

Marginal notes (right column): b Di. c D. d G. * V. f D. g G. h Di. ad v. 8. i G. ex D. k Jun. l Tar. m V. Pi. Tar. n Tar. o Pi. Tar. p D. q Calv. sim. Ti. Tar. He. & alii in Di. r Di. † D. t Tar. v D. x Calv. y V. z Me. a T. b Me. sim. T. c D. d Di. * Pi. f G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

In parum esse dicitur ut, *esse in lumina*, Genes. 1. v. 15. &c, *in carnem unam*, Gen. 2. 24. Aut ל redundat, ut in לְאַבְשָׁלוֹם [z]. Sensus est, q. d. Cùm seminatis, speratis vos habituros multa, & tamen pauca accipitis [h]: res vestra diminuta est [i]. Significat eos non esse similes hominibus rusticis, qui tenuissimo victu contenti sunt; sed vastâ ardere cupiditate, ideóque magis vulnerari suâ egestate [k]. ¶ *Et* (sub. *quod*, JT. vel, sub. *quum*, Pi.) *intulistis in domum*] i. e. In horrea vestra [l]: res partas [m]. ¶ *Et*, &c. וְנָפַחְתִּי בוֹ] *Efflo*, vel *difflo*, (vel, *At exsufflo*, P. *Et sufflavi*, Mo. Calv. *Ego sufflabo*, M.) *illud*, JT. Pi. P. vel, *in illud*, Mo. M. &c. Evanescere, sive perire, feci [n], vel, ut solet segetes ventus urens [o]; vel, ut perit emissus halitus, Job. 11. 20 [p]. Solo flatu efficio ut pereat, h. e. maledico illi [q]. *Difflavi spiritu oris mei*, ut ventus folia, &c [r]. ¶ *Quam*, &c? יַעַן מֶה וגו׳ יַעַן וגו׳] *Propter quid?* Mo. Ch. (vel, *Quamobrem?* JT. Pi. Ca. sim. P. vel, *Ob id scilicet*, M. Ti.) —— *propter domum meam quæ ipsa* (vel, *quæ est*, P. Calv.) *deserta*, Mo. P. Calv. vel, *propterea quòd domus mea est vasta*, JT. Pi. sic Ti. vel, *quòd domus mea sola est*, *quæ manet deserta*, M. ¶ *Et vos festinatis*, &c. רָצִים אִישׁ לְבֵיתוֹ] *Curritis* (vel, *currentes*, Mo. *excurritis*, JT. *hoc curatis*, M. *vobis placetis*, Calv.) *quisque in domum suam*, P. sim. Calv. Ca. vel, *pro domo sua*, JT. Pi. Tar. D. nempe exstruenda, augenda †, ornanda, stabilienda [t], & locupletanda. Vestras res tantùm agitis: Deum non curatis, nec ille vos curat *. Vel, *ut quisque suam habeat domum*, M. Ti. Verbum רָצָה sign. &, *placere sibi*, &, *currere* ‡.

10. *Propter hoc* (i. e. Propter vestram in rebus Divinis & exstruendo Templo negligentiam [v],) *super vos*] i. e. Super terram vestram. Sic, *ivit ad Pompeium*, pro, *ad ædes Pompeii* [x]. Vel, respicit situm cœli, quod supra nos est. Vide Deut. 28. v. 23 [y]. ¶ *Prohibiti*, &c. כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל וְהָאָרֶץ כָּלְאָה יְבוּלָהּ] *Clauserunt se* (vel, *cohibuerunt*, Di. *prohibuerunt se*, V. *cohibentur*, JT. sic Pi. *clausi sunt*, M. *prohibiti sunt*, Calv.) *cœli à rore*, Mo. V. Calv. M. JT. (vel, *nè darent* vobis *rorem*, P. vel, *nè sit ros*: nam מִן sæpe hoc modo negat; ut Zach. 7. v. 14. מֵעֹבֵר, *nè sit transiens*, &c [z]. Sensus, q. d. Non solùm pluviam non dederunt, sed nè rorem quidem. Aut, *à rore* dixit, pro, *à pluvia* [a].) *& terra reclusit* (vel, *prohibuit*, M. *probibuit se*, V. *negat*, Ca. *cohibetur*, JT. Pi. sim. Calv.) *germen* (vel, *fructum*, M. sim. Di. Ti. Ca.) *suum*, Mo. vel, *à proventu suo*, Calv. sim. V. *à frumento suo*, JT. Pi. vel, *nè fructum suum ederet*, P. Interpretes כָּלְאוּ & כָּלְאָה sumunt passivè, propter מִן in מִטָּל; & ob eandem causam idem מִן ἀπὸ τοῦ κοινοῦ subintelligunt in יְבוּלָהּ [b]: at transitivum [b].

11. *Vocavi* (vel, *Accersivi*, G. Immisi, induxi [c],) *siccitatem*] Vel, *sterilitatem*, G. vel, *vastitatem*: respexit ad illud, *domus mea vasta est* [d]. ¶ *Super montes*] Id est, terram pascuam *. ¶ *Triticum*, *&—vinum*, *&—oleum*] Quæ tria maximum usum habent, &c [f]. ¶ *Super homines*, &c.] Ex siccitate enim nimia [g], & aeris inflammatione [h], multi morbi pestiferi, tam in hominibus quàm in jumentis, enasci solent [i]: tum pereunt homines peste, febre, & aliis morbis [k]. ¶ *Et super omnem laborem manuum*] Id est, vel, 1. hortos [l], & arbores sativas [m], quas manibus vestris rigabatis [n]; vide Deuter. c. 28. v. 33. Psalm. 78. vers. 46 [o]: vel, 2. terræ nascentia, labore vestro culta [p]: vel, 3. res labore partas [q].

12. *Et audivit Zorobabel*, &c.] Duces exemplo præeunt, ut vulgus sponte se formaret ad obsequium [r]. ¶ *Vocem Dei sui*, (præceptum de exstruendo Templo †,) *& verba Aggæi*] Non hîc discernit sermonem Dei à verbis Prophetæ, quasi hic addiderit quicquam de suo; sed tantùm distinguit inter Deum authorem doctrinæ, & ministrum. Confer Exod. 14. 31. Jud. 7. 20. Act. 15. 28 [t]. ¶ *Sicut*, &c. כַּאֲשֶׁר שְׁלָחוֹ וגו׳] *Sicut miserat eum*, &c. P. Calv. &c. vel, *quum misisset*, &c. JT. Pi. D. i. e. quum audîssent legationem ipsius [v]. Vel, *sicut misit*, &c. i. e. quæ Deus ei dicenda mandaverat: nam שָׁלַח Hebræis sæpe hanc significationem habet [x]. Sensus, q. d. Deum audiverunt quum per os hominis loquutus est, atque ità pietatem suam testati sunt, &c [y].

13. *Et dixit* (vel, *Tunc locutus est*, JT. Pi.) *Aggæus nuncius* (vel, *legatus*. Vox de Mose dicitur, Num. 20. 16. & de sacerdotibus, Mal. cap. 2. v. 7 [z].) *de nunciis*, &c. בְּמַלְאֲכוּת וגו׳] *In* (vel, *ex*, JT. Pi.) *legatione Domini*, Sy. Mo. P. M. D. G. id est, quâ fungebatur nomine & jussu Domini [a]. *In legatione* quam suscepit *à conspectu Domini*, &c. Ch. Dixit, hoc sc. quod sequitur, Propheta non suo, sed Dei ipsius, nomine [b]. *Ut mandatum ferebat*, &c. Ca. ¶ *Ego vobiscum sum*] Vel, *auxilio vobis ero*, G. ex Ch. Vide quæ ad Matt. 28. 20 [c]. q. d. Quia cœpistis me timere, ego vobis adero & favebo [d]. Nihil magis animat homines, eorúmque torporem corrigit, quàm ubi, freti promissionibus de auxilio Divino, sperant felicem successum *.

14. *Suscitavit Dominus spiritum*, &c.] i. e. Animos illis addidit [f]: intus movit animos eorum [g], & excitavit [h] ipsos, pigros & cunctantes [i], alacritatem addens [k], ut operi manum admoverent [l]; & corda purgans flectensque, & perseverantiam in bono proposito suo addens [m]. ¶ *Et faciebant opus*] Id est, materiam congerebant. Hunc sensum exigunt quæ sunt infrà Hag. 2. 18 [n].

CAP. II.

1. IN *die vicesima*, &c.] Sub. *paraverunt se ad opus*, M. vel, *cœperunt opus ipsum*, V. Vel, cohæret hoc cum fine cap. præced [a]. Hinc apparet quàm indoctus fuerit qui secuit capita: hîc enim quasi digito ostendit Propheta distantiam inter diem quo cœpit hortari populum, & profectum de quo loquutus est [b]. Describitur [hîc] tempus quo primùm manus admotæ sunt materiæ, ut diximus, congerendæ. Tempus quo Aggæus alterum sermonem ad Principes populúmque habuit jam sequitur, unde initium fieri debet capitis alterius [c].

2. *In septimo mense*] Hic sermo habitus est paulò ante illum Zachariæ [d].

4. *Quis*, &c? מִי בָכֶם וגו׳] *Quis est ex vobis reliquus*, &c? P. sic JT. Pi. &c. Nemo superstes esse poterat post annos ferme 180. Itaque sic vertas optimè, *Si quis ex vobis superesset qui vidisset*, &c *. ¶ *In gloria sua*] Qualem Salomon & Reges sequentes ei dederant, & descripsit Ezechiel [f]. ¶ *Et quid*, &c. וּמָה וגו׳ הֲלוֹא כָמֹהוּ כְּאַיִן וגו׳] *Et qualem videtis eam nunc?* P. sic Pi. (vel, *Et quid vos qui videtis eam nunc?* Ti.) *nonne sic est acsi non esset?* P. *nonne ad illam tanquam nihil?* Pi. *annon, si ad illam comparetur, tanquam nihil?* Ti. Al. *Ea autem quam vos modò videtis, annon respectu illius quasi nihil est?* M. sim. Calv. *Certè ea quam nos videmus* (i. e. cujus fundamenta adspicimus sub Cyro jacta, multò minora veteribus, Esd. 1. 3, 4.) *videretur judicio nostro res esse nihili*. Fuit enim ἐλάσσων ὁ ναὸς τοῦ πάλαι, (*hoc Templum priore deterius*,) ob tenues populi opes, & ob festinationem, ut ex Josepho notavimus ad Ezec. 40 [g]. Alia hîc ars Satanæ abutentis pio quorundam affectu, ut opus impediret: q. d. Vultis exstruere Templum? at quale? non certè illud quod celebrârunt omnes Prophetæ tanquam priore splendidius, sed tugurium quoddam, idcóque à Deo minimè probandum. Præstat ergò desistere, &c. Necessarium ergò erat Prophetam iterum mitti, ut ipsos stimularet & confirmaret, &c [h].

5. *Confortare*, &c.] Bono sis animo [i], tu, aliique [k]. ¶ *Et facite*] i. e. Facite opus [l]: ædificate Templum [m]. *Et perficite*, JT. Pi. Possit hoc verbum cum versu sequente jungi, hoc modo, *Facite* (*quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum*,) *Verbum quod pepigi vobiscum*, D. ex Vulg. q. d. Servate pactum meum, &c [n].

6. *Verbum*, &c. אֶת הַדָּבָר אֲשֶׁר וגו׳] *Verbum* (vel, *Secundùm verbum*: nam ità resolvo particulam אֶת; quæ tamen possit explicativè accipi, scil. hoc esse verbum [o]. Vel, *Et faciam verbum*, P. sim. Pi. vel, *Cum verbo*, JT. D. Belg. illo scilicet quo facti sunt cœli, Psalm. 33. 6 [p]; in quo me Patribus revelavi, 1 Sam. 3. v. 21. Heb. 1. 2; propter quem res præsto maximas, 2 Sam. 7. vers. 21. 1 Chron. 17. 19; quo interveniente fœdus feci, Exod. 6. 4. & 19. 6. Mal. 3. 1. & promissiones, 2 Cor. 1. 20 [q]: h. e. cum Christo [r]. Hunc locum quicunque aliter interpretantur, aut σύγχυσιν durissimam horum duorum versuum coguntur invehere & à Prophetæ consilio alienam,

Marginal notes (col. 2037): z D. — h V. — i G. — k Calv. — l V. — m G. — n Me. G. — o Me. sim. Tar. — p G. — q V. sim. — Calv. — r D. — † Idem. — t Tar. — * G. — ‡ Calv. — v D. — x Q. in D. — y D. — z Di. — a D. sim. V. — b Di. — c D. — d Idem. — * G. — f D. — g D. sic Me. — h Me. — i Me. sim. D. — k G. — l Me. — m G. — n Me. — o G. — p Pi. — q D. — r Calv. — † D. — t Calv. — v V. — x G. — y Calv.

Marginal notes (col. 2038): z D. — a V. — b G. — c Idem. — d V. — * Calv. — f G. — g Me. sim. D. Calv. — h Me. — i Calv. — k Me. sim. Tar. — l Me. sim. D. — m Calv. — n G. — a V. sim. G. Calv. Me. et Hi. & Theod. — b Calv. — c G. — d G. — * G. sim. D. — f G. — g G. — h Calv. — i V. G. — k G. — l D. — m G. — n D. — o Calv. — p Belg. — q Tar. — r Jun. Belg. Tar.

enam, aut vim facere particulæ quâ hîc Propheta utitur: nos verò, quum mysteria Dei procedente tempore magis ac magis innotuisse Prophetis & fuisse Ecclesiæ proposita ex ipso Dei Verbo cognoscimus, simplicitatem verborum sequuti & argumenti genus, statuimus Deum Patrem præsentiam suiipsius cum Christo & cum Spiritu Sancto promittere Ecclesiæ suæ †. Ità evidens hîc est Trinitatis documentum [t].) *quod excidi* (i. e. cum fœdere meo: vel potiùs, *in quo*, sive *per quod*, *pepigi*; per Christum enim Patres recepti sunt in fœdus cum Deo Patre [v]: vel, *quod pacto fœdere pollicitus sum*, nempe de mittendo Christo. Vide Deut. 18. 15. Act. 7. 37 [x].) *vobiscum*, &c. Mo. Patrum facta filiis tribuit, ut Act. 7. 53 [y]. [Sensus, q. d.] Præstabo vobis eadem quæ majoribus vestris de Ægypto egredientibus promisi, Exod. 15. 26. Jer. 7. 23 [z]. Al. *Quemadmodum vobiscum pactus sum*, &c. Ca. [ut דָּבָר pro *modo* sive *ratione* sumatur.] Ego hîc peculiarem Hebraismum statuo, quem Latinè verto, *Quod verbum pepigi* (i. e. promisi quum pangerem) *vobiscum*, &c. ο'. ad verbum [reddunt,] τὸ ῥῆμα ὃ, &c. pro, ὃ ῥῆμα, &c. & Vulgatus, *Verbum quod pepigi*, i. e. Latinè, *Quod verbum pepigi*. Hebræi autem ponunt relativum אֲשֶׁר post nomen ad quod refertur. Itaque, vel dicendum, זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר; vel, ut hîc, אֶת וגו׳. Est tamen ubi necessariò accusativo casu, & quidem loco pronominis demonstrativi cum verbo substantivo, quod satìs rarum, accipi debet; ut Zach. 7. 7. הֲלוֹא אֶת הַדְּבָרִים, *Annon hæc sunt verba*, &c? pro, אֵלֶּה הַדְּבָרִים. Vide eandem constructionem Zach. 8. 17. nec dissimilem, 2 Reg. 9. 25. Ità hoc loco, אֶת הַדָּבָר, pro, זֶה הַדָּבָר, *Hoc est verbum*. Sensus eòdem recidit cum priori. Sed juvat phrasin Hebræam rectè intelligere. Usitatum est Rabbinis, hâc particulâ, sed addito affixo, uti pro pronomine demonstrativo nominativi casûs, ut, אוֹתוֹ אִישׁ *ille vir*, אוֹתָם אֲנָשִׁים *illi viri* [a]. ¶ *Et spiritus meus erit*, &c. [עֹמֶדֶת וגו׳] *Stans* (sub. *erit*, Pi.) *in medio vestrî*, Mo. *stabit*, P. *manebit*, Pi. sic Ca. *perseverabit*, M. Ti. q. d. Habebitis Prophetas, Aggæum, Zachariam, Malachiam *. Vel, spiritum propheticum hîc significat; vel, internam vim à Deo manantem, quæ animos eorum confirmabat & excitabat ad opus faciendum. Jonathan, *Prophetæ mei docentes inter vos*. Si rectè, est metonymia, *Spiritus*, pro *viris spiritûs* [b]. Sensus, q. d. Non est quòd despondeatis animos; adsum vobis Spiritu meo, qui vobis robur dabit, &c [c].

7. *Adhuc*, &c. [עוֹד אַחַת מְעַט הִיא] *Adhuc unum pusillum*, vel *modicum*, *hoc*, sive *ipsum*, Calv. Mo. vel, *est*, P. M. *Adhuc hoc modicum est*, Ch. *Adhuc semel, idque brevi*, Ti. *Adhuc semel*, (i. e. Hâc unâ tantùm fœderis repetitione, redintegratione & confirmatione opus est per Evangelium Christi [d].) *parùm illud est*, JT. nempe quod pepigeram vobiscum execuntibus ex Ægypto. Nam Lex impotens erat, &c. Vide Jer. 31. 31, &c. Ezec. 36. 26, &c. Rom. 8. 3. 2 Cor. 3. 6 *. *Propediem erit*, Ca. *Adhuc semel brevi erit*. אַחַת verto, *semel*, ut redditur Heb. 12. 26. sic quoque usurpatur Exod. 30. v. 10. Propriè, *unâ vice*: subintelligitur enim פַּעַם; sicut שְׁתַּיִם, sub. פְּעָמִים, *duabus vicibus, bis*, 2 Reg. 6. 10. Locum ad verbum reddo, *Adhuc una vices pauxilluli temporis est*. אַחַת substantivum *vicem*, מְעַט substantivum *tempus*, in se includunt, non hîc tantùm, sed & alibi passim: itaque tanquam duo substantiva in regimine genitivi rectè construuntur [f]. Sensus, Post breve tempus, h. e. post aliquot annos [g]. Adhuc una tribulatio surget contra vos à Græcis, sed quæ modico durabit tempore [h]. Adhuc unum mirabile faciam, sed quod mihi modicum censetur; vel, quod modico durabit tempore [i]. Quod verò sit illud mirabile, K. hujus Rabbi Interpres, sic exponit; Jam ædificantes Templum contradictionem gentium sustinetis: tunc autem adducent vobis munera auri, &c [k]. Sensus, q. d. Paulisper durate, quamvìs nondum appareat effectus promissionum, quia citò Deus res in melius mutabit: nolite subsistere in his præludiis, nec oculos & animos defigite in præsentem intuitum Templi: finite & date spei locum, quia status hic non diu durabit: reputate potiùs quanta sit Dei potentia: potiùs cœlum & terra miscebitur quàm ut impediant hostes vestri plenam illam restitutionem quam toties prædixerunt Prophetæ. Locus hic insignis est [l]. Loquitur de Regno & adventu Christi in carne [m]. De quo & veteres Hebræi intelligunt: inter quos R. Aquiba in Talmud, *Parùm*, inquit, *Regni dabo ipsis Israelitis post destructionem*, Templi primi videlicet; *& post illud Regnum, ecce, ego commoveo cœlum & terram, & veniet Messias* [n]. Sensus est, Quum multis hactenus vicibus, iisque longarum periodorum, repetierit Deus promissam Ecclesiæ per Messiam restaurationem, eandémque totidem vicibus distulerit, nempe ab Adamo ad Abrahamum, indè ad Legem latam, hinc ad Davidem & Templi Salomonici structuram, ab hac ad ejusdem per Zorobabelem instaurationem; nunc una adhuc tantùm (ut inusitatè dicam) vices, eáque pusilli temporis, restat, nempe à structo hoc Templo secundo ad Christum [o]. At anni intercesserunt 500 [p]; quod spatium per se breve non est: modicum autem tempus dicitur [q] respectu vel, 1. æternitatis [r]; vel, 2. annorum à creatione mundi †; vel, 3. temporis ex quo fuit populus Israelitarum, sive quod ab exitu ex Ægypto ad hanc structuram intercessit [t]; vel, à promulgatione Legis, ubi terra etiam mota fuit [v]: vel, 4. annorum qui futuri erant usque ad secundum adventum Christi [x]; vel, Legis Christianæ ad finem usque mundi duraturæ [y]. Alii locum sic vertunt, *Adhuc unum*, sub. *regnum*, *pusillum illud erit*, præ Regnis quæ fuerunt Templi primi tempore: vel, *modicum illud erit*, i. e. breve & minimè diuturnum. Regnum intelligunt Maccabæorum, quod pusillum erat, & annos duntaxat 70 duravit. Secutum est deinde Regnum Herodis, sub quo natus est Christus [z]. Al. *Adhuc semel*, scilicet, pangam vobiscum verbum, ex versu præced. (*brevi illud fiet* [a].) ¶ *Commovebo* (vel, *Tremere faciam*, V.) *cœlum & terram & mare & aridam*] Vel, *cœlum, & terram, id est, mare & siccam humum*; ut hæc duo posteriora sint expositio vocis *terræ*, quæ totum illum orbem ex mari humóque compositum significat *. Est autem proverbialis locutio, quâ significatur ingens rerum mutatio. Sed & singulæ partes habent hîc quod agant. *Commoverat* Deus *cœlum* fulguribus excitatis in monte Sinai; *commoverat terram*, ut aquas ederet; *commoverat mare*, ut scinderetur. Et Christi tempore Deus *cœlum commovit*, locutus de cœlo; *commovit terram*, ità ut tremeret; *commovit mare*, mari & ventis imperans [b]. Totus mundus ad prædicationem Evangelii commovebatur [c]. *Cœlum & terra*, i. e. omnes res creatæ. Aut, significat tonitrua & terræ motus [d]. *Commovebo*, &c. ut scilicet omnes homines & Angelos per multa & magna prodigia excitem ad attentionem operis magni quod patraturus sum; scilicet, ad Christi incarnationem, Legis lationem, & redemptionem. Prodigia quæ facta sunt nascente [vivente & moriente] Christo nemini sunt ignota *. Commotio erat, 1. in *cœlo* [f]: inter Angelos [g], qui missi sunt ad Zachariam, Mariam, Joseph, pastores; in stellis aliísque phænomenis, quæ ex Suetonio, Dione & Tacito recenset Orosius, gravis historicus; in cœlorum apertione & vocum demissione, &c [h]; in obscuratione Solis, &c [i]. 2. In *terra*: i. e. inter homines in terra degentes [k]; bellorum per totum orbem cessatione; omnium vel perturbatione, vel metu, ob nasciturum, vel natum, Messiam, ut etiam Romanis persuasum erat, testibus Tacito & Suetonio [l]: dum alii surgebant ut Evangelium exstinguerent; alii, ut pro eo effunderent sanguinem [m]: terræ motu & petrarum scissione [n]: subito oraculorum silentio, de quo Cicero, &c. idolorum tum in Capitolio, ut scribit Dio, tum alibi, de cœlo percussione, liquefactione, dejectione, vel delapsu *. 3. In *mari*: i. e. inter insulanos [o], & maritimos [p]. Al. Mare concussum est per bella navalia, per tempestates, per Christi imperium, quo sedatæ procellæ, & undæ pedibus calcatæ, & pisces in retia coacti [q]. 4. In *sicco*: i. e. inter degentes in continente [r].

8. *Et movebo* (vel, *commovebo*, Calv. sic JT. Pi.) *omnes gentes*] Id est, populos †: vel, per bella tempore Augusti; vel, per centum sub Tiberio; vel, per Evangelii prædicationem, & miracula Christi, Apostolorum, &c [t]: ut excitæ quasi è somno prosiliant ad excipiendum Messiam [v]. Tunc, rupto illo pariete intergerino, de quo Eph. c. 2. v. 14. gentes omnes ad Ecclesiam adducam [x]. Non dicit, *adducam gentes*, sed, *concutiam*, ut significet hunc

[Margin, left column: † Jun. t Bel. v D. x V. y D. z G. a Di. * G. b D. c Calv. d Jun. * Idem. f Di. g V. h RS. in M. i AE. in M. k M.]

[Margin, right column: l Calv. m E. Me. T. sic Calv. n Tar. V. D. Jun. &c. D. o Di. p Me. T. sic G. &c. q G. Me. &c. r Me. Tar. † V. sim. Me. T. t G. v Calov. x V. y T. ex Mo. t. z Q. in D. a Pi. * G. sim. D. Me. b G. c M. d D. * Me. f T. g T. sic Me. Pi. h T. i M. k Pi. l T. m M. n Me. sim. T. * T. o M. Pi. p M. q T. r Pi. † Pi. t Me. v T. x Tar.]

hunc motum quo Deus impellit electos suos in ovile Christi non esse vulgarem & usitatum, sed violentum & supernaturalem, quo animos hominum concutit & mutat, ut sponte recipiant jugum Christi [y]. ¶ *Et*, &c. [ובאו חמדת וגו׳] *Et venient* (vel, *Et veniet*, Ch. P. Ti. *Ut veniant*,]T. D. ו hîc est τελικὸν, (*finale*,) h. e. pro ἵνα, *ut*, ponitur [z]. Vel, *Ubi venerit*, G.) *desiderium* (vel, *desiderati*,]T. i. e. electi [a], qui Deo chari sunt: sic Daniel nominatur *vir desideriorum* [b]. Vel, *ad desiderium*: ità subauditur אל, ut Ruth 1. 2. Joel. 1. 14. Vel, *cum desiderio*: abest ב, ut sæpe aliàs. Quòd autem ait, *Ut veniant gentes cum desiderio gentium*, locutio est ut, *Dixit Moses socero Mosis* [c]. Vel, *electa*, ο'. sim. Ar. vel, *qui desideratur*, Ti. vel, cum eo quod *desiderabile est*, M. simil. Calv. q. d. Non venient gentes vacuæ, sed cum divitiis, honoribus, rebúsque omnibus pretiosis, ut eas consecrent ad cultum Dei [d].) *omnium gentium*, Mo. V. Pi. P. Ch. &c. vel, *cunctis gentibus*, M. vel, *ab omnibus gentibus*, Ti. Al. *Ut afferant optatissimam quamque rem cunctarum gentium*, Sy. *Ità ut avide veniant gentes omnes*, Ca. [Qu. Quis, vel Quid, h. l. *desiderium omnium gentium*?] Respond. Christus *; dictus *desiderium*, i. e. res maximè desiderabilis, abstractum pro concreto, ut sæpe; sic, *vir desiderii*, sive *desideriorum*, &c. Dan. 9. 23. & 10. 3, 11. &c [f]: quem omnes gentes desiderare debent [g]: quem omnes electi omnium nationum exspectaverant, & desideraverant, ut Job, &c [h]: quem omnes gentes vehementissimè exoptant, appetitu tum, 1. naturali [i], ut terra sicca imbrem desiderat [k], qu. d. cujus adventu & redemptione omnes maximè indigebant [l]; tum, 2. rationali [n]. Obj. At quomodo Messias desideratus est Gentibus, quæ eum ignorârunt [o]? Resp. Sciebant Gentes, tum ex majorum suorum traditione, (ut constat ex Jobo, Sibyllis, &c.) tum ex relatu Judæorum & Apostolorum, &c [p]. Adde quòd Christus dicitur *totus desideria*, h. e. desideratissimus, Cant. 5. 16. &, materia *gaudii omnibus gentibus*, Luc. 2. 10. &, *exspectatio gentium*, Gen. 49. 10 [q]. Ad [quæ] verba Jacobi de *Siloh* hîc respicit, [utpote] quæ in ore erant Judæis & vicinis gentibus, ut diximus ad Matt. 2 [r]. ¶ *Et implebo domum istam* (vel, *hanc*,]T. Pi. Templum scilicet secundum †,) *gloriâ*] Ut 1 Reg. 8. 11. & 2 Par. 5. 14. Vide 2 Mac. 2. 8 [t]. Magna erit secundi Templi gloria, quòd in eo conspicietur Rex ille piorum omnium, & in ipso Templo miracula edet. Vide Matt. 21. 12, 14. Messiam appariturum in Templo secundo credidêre Judæi omnes qui ante excidium vixêre. Ex eo tempore comminiscuntur interpretationes novas, violentas, varias, ad hæc loca clarissima [v]. [Sed de his statim plura.]

9. *Meum est argentum*, &c.] i. e. Istis rebus non egeo. Simile loquendi genus illi in Psal. 50. 10 [x]. Munit eos contra inopiæ terriculamentum [y]. Ego non inopiâ hactenus distuli ædificationem. Penès me est omne aurum, &c. ut indè mihi Templum fabricem, si ità libeat [z]. Si hoc Templum non sit ità ornatum auro & argento ut erat alterum, id non imputandum impotentiæ meæ [a]: nam quocunque loco fuit aurum, etsi in terræ visceribus, in maris fundo, in Regum thesauris, perinde meum est acsi Templum meum vestiret, &c [b]. Ornare possem, si vellem, Templum hoc auro, &c. ut ornatum erat Templum Salomonis [c]: sed ornabo re longè pretiosiori, nempe Filii mei præsentiâ, doctrinâ, &c [d]. Ego suppeditabo vobis necessaria *; &, quando lubebit mihi, sub adventum Messiæ, efficiam ut auro circumdetur intus & foris ab Herode Ascalonita, testibus Josepho, Josippo, & Hegesippo [f].

10. *Magna* (*Major*,]T. Pi. Ti.) *erit gloria domûs istius novissimæ*, &c.] Mallem, *posterioris*: nam אחרון etiam de uno ex duobus dicitur †. h. e. Templi secundi [g]; non Templi tertii, quod sub Messia futurum Judæi exspectant [h]. Ut patet, 1. ex [articulo &] pronomine demonstrativo in הבית הזה: quæ phrasis occurrit tum v. 4. tum v. 8. (in quibus versibus constat, nec ipse Abarbinel id negat, secundum Templum intelligi, quod Judæi tunc & cernebant & ædificabant;) tum denique hoc v. 10. quod de alio Templo intelligere insanum esset. 2. Ex collat. ver. 7. *Adhuc modicum*, &c. Quæ verba negat Abarbinel Christiano Messiæ convenire posse, quòd ille post quatuor tandem secula venturus erat [i].

y Calv. — z D. — a D. Pi. sim. Jun. — b Pi. — c D. — d Calv. sim. V. — * D sic G. Tar. M. V. — f ο'. Vulg. &c. — † Tar. — g G. — h Me. — i T. — k Me. T. — l Me. — n T. — o Q. in Calv. — p T. — q Calov. — r G. — † Cartw. in Hulf. — t D. — v G. — x G. — y Tar. — z Calv. — a V. sim. T. — b T. — c V. sim. D. Me. Pi. Tar. — d Me. sim. V. — * Tar. sim. D. — f T. — † G. — g Calv. &c. — h M. Hulf. — i Hulf. theol. Jud. part. 1. p. 521.

Sed quantò absurdiùs hoc dicitur de Templo tertio, quod nondum in terris apparuit [k]? Ingens illud spatium inter Haggæum Prophetam & bellum Magogicum in fine mundi gerendum Abarbinel *unum temporis pusillum* impudentissimè nominat [l]. 3. Ex consensu K. & R. Hazariæ & magnæ partis veterum Rabbinorum, qui locum hunc ad secundum Templum applicant, teste Manasse Ben Israel, lib. De termino vitæ, pag. 152 [m]. Qu. In quo gloria secundi Templi major est quàm primi? Resp. 1. In rebus quibusdam externis. 1. Duratione: quòd secundum substitit decennio diutiùs quàm primum [n]. Sed parùm gloriæ est in sola duratione, maximè decennii tantùm. Non quamdiu aliquid duret, sed quàm bene, quæri solet [o]. 2. In splendidis muneribus quæ Darius, Artaxerxes aliique Principes Ethnici contulerunt ad exstructionem Templi, & ad sacrificia [p]. Verùm nec gloriosa erant illa dona, nec majora illis quæ Templo primo illata. Et quorum, quæso, dona hæc erant? Regum Ægypti, Asiæ, Græciæ, Romanorum, i. e. à quibus vexati sunt Judæi, oppressi, spoliati: ut nomina hæc magis monumenta sint miseriæ & calamitatum, quàm gloriæ [q]. 3. [& præcipuè,] In additamentis Herodis: qui Templum gloriosiùs exstruxit, teste Josepho [r]. Sed falsum est, Templum Zorobabelis aut Herodis, vel structurâ vel ornatu, par fuisse Templo Salomonico. Hoc auro pelluxit & lapidibus pretiosis, habuítque vasa aurea, 1 Reg. cap. 6. & 7. 1 Paral. 22. 14. &c. quorum neutrum fuit in Templo Herodis. Non fuit consilium Herodis ut Templum secundum splendidius efficeret, sed tantùm, quoad fieri potuit, æquale, Templo Salomonis †, & 60 cubitos altitudinis qui Templo secundo deerant addere [t]. Sed unde, quæso, corraderet Herodes massam auri atque argenti æqualem illi quam congesserunt David & Salomon? Herodes erat tantùm Regulus, idque unius Judææ, cujus tributa annua non erant plusquam 660 talenta, Romanis etiam planè subjectus, quibus & multa donare coactus est; nec ipsi, sed Romanis, subjacebant fodinæ: spolia Barbarorum pauca tantùm illi cesserunt. Si etiam operarios conferas, undecim tantùm millia in Templo Herodis operam navârunt 8 annis; in Salomonis autem Templo omnium summa erat supra 400 millia: ut necesse sit opus Herodianum longè excedi à Salomonico [v]. De hoc porrò Templo Herodiano nulla fit mentio aut in N. T. aut in ullo authore ante Josephum, à quo tota illius historiæ veritas pendet [x]. Quanta autem sit illi fides habenda disce ex ipsius verbis, Antiq. 8. 15. ubi hæc habet; *Sublatis deinde veteribus fundamentis, & novis impositis, desuper Templum exstruebat longitudine centum cubitorum, altitudine totidem, & viginti ampliùs: qui viginti cubiti aliquantò post, sidentibus fundamentis, decesserunt*, &c. Iisdem quibus hoc persuadebit Josephus persuadebit etiam illud de novo Templo Herodis. 1. Impossibile est tantam molem tanto motu agi quin aut corruat, aut rimosa fiat & destruenda, &c. 2. Si id fieri potuisset, hoc pacto Sanctum sanctorum (quod, eodem teste, erat tantùm 20 cubitos altum,) omnino decesserit: quid ergò gloriæ maneret in Templo [y]? Porrò, Egesippus, author antiquus, sed annis aliquot recentior Josepho, non ædificatum ab Herode fuisse Templum dicit, sed exornatum [z]. *Templum*, inquit, *Herodes ornavit, omnem illum circa Templum loci ambitum circumvallavit muro*, &c. Ex eo igitur Josephus est corrigendus [a]. His adde, quòd Judæi fatentur gloriam primæ Domûs in quinque rebus constitisse, Arca, Schecinah, &c. quarum defectum notari volunt in voce אכבד, Agg. 1. 8. [ubi dicta vide:] earúmque rerum, & per eas pristinæ gloriæ, restaurationem exspectant in Templo tertio. Non ergò in rebus externis hujus Domûs gloria fundatur [f]. Nec solet Deus res adeò leves quales sunt structura, ornatus, duratio, dignari multâ prophetiâ, certè non adeò augustâ: neque rerum talium causâ Deus commoveret cœlum & terram & se *mirabilia facturum* diceret [g]. [Hæc de prima responsione: veniamus ad secundam.] Resp. 2. Hæc major Templi hujus gloria erat in præsentia & miraculis Christi [h], & in spiritualibus donis Christo exhibito datis [i]. Id constat, 1. ab exordio sermonis, quod satis indicat de re agi qualis istis temporibus

k M. — l Hulf. ib. — m Hoomb. contra Judæos, 2. 1. 152. — n Q. He. in Hulf. — o Hoomb. ib. 156. — p Q. He. in Hoomb. — q Hoomb. ib. — r He. in Hulf. — † Hulf. p. 520. — t Hoomb. p. 155. — v Villalp. ad Ezec. tom. 2. part. 2. lib. 5. disp. 4. c. 71. pag. 591. — x Villalp. ib. 67. 573. — y Idem, 576. — z Idem, 573. — a Idem 575. — f Hulf. p. 521. — g Hoomb. p. 154. — h BA. 1. 2. 35 362. — i sim. V. G. &c. — Calv.

ribus prædic ri poterat maxima; quæ nulla fuit præ promissione Messiæ: nec certè Deus de re levi tam auguste & magnificè loqueretur. 2. Dicit se commoturum gentes, nempe ut veniant ad desiderium suum, i. e. ad Messiam. Jam vocatio Gentium cum adventu Messiæ conjungi solet, & prædici simul à Prophetis, Esa. 2.2,3.& 52.13,&c.& 65.1. Sic & Gen. 49.10. *Et ei adhærebunt populi.* 3. Solus Messias est quem omnes gentes concupituræ erant & sectaturæ tanquam Regem suum, Psalm.2. 4. Hæc sola est illa major gloria, &c[k]. [ut patet ex dictis.] Ad quod argumentum Judæi planè obmutescunt, nec habent quod regerant [l]. 5. Hanc gloriam negat in *auro argento*ve sitam; is enim est sensus v. præced. q. d. his si vellem exornatum hoc Templum, præstò sunt, &c. Uti Psalm. 50. 9, 10, 12. *Non accipiam è domo tua juvencum—— Cùm mea sit omnis bestia— Si esurirem, non dicerem tibi: nam mea est terra*, &c. 6. Gloria hæc in *pace* sita esse dicitur: *in hoc loco dabo pacem* [m]. [De quo statim. Est interim quod huic sententiæ opponi posse videatur.] 1. Deus intendit hoc loco Judæos de Templi obscuritate mœrentes erigere. At hic sensus de Christo, & majore Ecclesiæ Christianæ quàm Synagogæ gloria, ipsos potiùs dejiceret quàm ad reædificandum animaret, &c [n]. Resp. Distinguendum hîc de Hebræis. 1. Eorum aliqui omnes promissiones de Christo, de Ecclesia ejúsque gloria, ad temporalia referunt, nihil aliud sperantes quàm opes & gloriam hujus seculi. Vide Matt. 20. 20, 21. Horum prava hæc desideria Deus adimplere noluit; nec illis commodum id fuisset. 2. Alii ex iis promissa Dei intelligebant, & Messiam sperabant atque desiderabant. Hos ergò erexit læto hoc nuncio de adventu Salvatoris [o]. 2. Cur ergò Propheta *aurum* & *argentum* hîc nominat? Resp. Facit hoc ex communi & recepto more Prophetarum, qui, quoties de Regno Christi loquuntur, illud delineant figuris seculo suo convenientibus. Sic Esaias, cap. 60. prædicat Ecclesiam fore totam *argenteam*, vel *auream*, &c. Sed figuratus ibi est sermo, sicut & hoc loco, & agitur hîc de spirituali Templi ornatu [p]. ¶ *Et in loco isto dabo* (nempe per Christum [q]) *pacem*] Id est, benedictionem [r], prosperitatem †, bonorum omnium copiam [t], felicem tranquillitatem. Alta certè pax erat in mundo, & Jani templum clausum erat, tempore Augusti, sub quo Christus est natus; qui etiam tranquillitatem dedit conscientiis scelerum dissidio graviter turbatis. De qua pace cecinerunt Angeli Luc. 2. 14. *in terris pax*, &c. & ipse loquitur, Joh. 14. 27. *Pacem meam do vobis*, &c [v]. De ea pace loquitur quæ omnem sensum superat, Phil. 4. 7 [x]. Vide & Mic. 5. 5. Rom. 5. 1. & 14. 17 [y]. *Pax* hæc non est corporalis; nam hâc non adeò gavisi sunt Judæi sub Templo secundo, quod fatentur Judæorum illi qui propterea locum nolunt exponere de isto Templo, inter quos etiam Manasses Ben Israel: sed spiritualis animarum, Divina cœlestísque. Cui convenit, quòd Messias dicitur שִׁילֹה, i.e. *Pacificus*, Gen. 49. 10. &, *Princeps pacis*, Esa. 9. 6. nempe æternæ illius ac salutaris, ut Targum Jerosolymitanum explicat Gen. c. 49. v. 18 [z].

[k] Hoomb. p. 151.
[l] BA. ib.
[m] Hoomb. ib. 152.
[n] Q. in Vil.
[o] Villalp. ib 568.
[p] Calv.
[q] Me. T.
[r] Me.
† T.
[t] T. Me.
[v] D.
[x] Calv.
[y] Tar.
[z] Hoomb. ibid. 152.

11. *In*, &c. בְּעֶשְׂרִים וגו׳] *In vicesima quarta* die *noni* mensis, JT. Pi. Tar. Ellipses duæ satis frequentes [a]. Quo tempore, post materiam congestam, iterum manus admota operi est, ut apparet infrà 16, 19 [b].

[a] Tar.
[b] G.

12. *Interroga sacerdotes* (duas quæstiones: 1. de sanctificatis; 2. de pollutis [c]:) *legem*] Hoc est, de Lege [d]. Synecdoche*. Nec enim de tota Lege inquirere jubet, sed quid Lex de hac ceremonia definiat [f]. Sacerdotum erat, de ceremoniis respondere, qui eas optimè noverant: Levit. 10. 10. Ezec. 44. 23. Mal. 2. 7 [g].

[c] D.
[d] D. Calv.
* D.
[f] Calv.
[g] G.

13. *Si*, &c. הֵן יִשָּׂא וגו׳] *Si tulerit quispiam*, P. Ca. &c. vel, *En, tulerit*, &c. JT. Pi. D. sim. Ch. Mo. Plenè, *En, si tulerit quispiam*, sacerdos, sc. aut alius è plebe [l]. ¶ *Carnem sanctificatam*] i.e. Sacrificiorum [k], quæ sanctificatur per Altare [l]. Al. *sanctificatam*, i. e. pollutam, h.e. immundum reptile, unde vestis immunditiam contrahit [m]. Sed crassè erat: nam duplex est h. l. quæstio, &c [n]. ¶ *In ora* (At in *ora* nihil gestari potest [o]. Vel, *ala*, JT. Pi. D. &c.) *vestimenti sui*] In lacinia [p]. Significat vestem extremam, sive gremium, aut tractum illum qui à cingulo ad ipsam oram [q]. ¶ *Pulmentum*; ità Ch. Mo. P. JT. Ca. D. &c. הַנָּזִיד] *Coctum quid*, aut *coctionem*, M. Ti. sim. D. ex He. ¶ *Aut vinum*, &c.] Heb. *&*, &c. Sed ו hîc disjungit, ut Exod. 21. 15, 17 [r]. ¶ *Numquid sanctificabitur?*] Vel, 1. ipse homo †; vel, 2. id quod tactum est [t], ex gestatione & contactu rei sacræ [v]. Alii per antiphrasin exponunt, *Num contaminabitur* [x]? Ego non recedo à propria significatione [y]. ¶ *Respondentes——Non*] Rectè [z]: Nam, licèt caro Deo oblata, si tangat vestem, illam sanctificet [a], juxta Levit. 6. 27 [b]; non tamen idcirco vestis sic sanctificata vim habet ulteriùs sanctitatem similem in alias res quas tangit transfundendi [c]. Nudus enim contactus rem aliquam sanctificare non potest, nedum si involuta sit, &c [d]. Sacrificium quæ profana sunt non sanctificat, nisi quoad expiationem, quæ illius finis erat: nec caro sacrificiorum in eum usum dicata fuit Deo, ut solo tactu purificaret quæ profana erant *. Non tam facilè legalis illa sanctitas communicatur quàm impuritas legalis. Sic etiam vitiorum multæ sunt viæ; virtutis, una ac difficilis. Ἐσθλὸν μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς κακόν· (*Bonum simpliciter fit*, sive viâ unicâ, *malum autem omnimodè* [f].)

[l] D.
[k] D. sim. G. Tar. Me. T.
[l] G. sim. V.
[m] M.
[n] Calv.
[o] D
[p] G.
[q] D.
[r] Idem.
† Tar.
[t] Me. sim. D Tar. T. &c.
[v] Tar.
[x] Q. in D.
[y] D.
[z] D. Me. G. T.
[a] T. ex Me. Tar.
[b] Me. &c.
[c] T. ex Me. sim. Tar.
[d] Tar.
* C. h.
[f] G.

14. *Si tetigerit pollutus*, &c. טְמֵא נֶפֶשׁ] *Immundus* (vel, *qui pollutus est*, M. sic Ti. Ca.) *animâ*, Mo. ο'. sim. Sy. vel, *super anima*, M. vel, *mortuo*, Ti. *exsequiis*, Ca. *ex cadavere*, JT. Pi. *ob cadaver humanum*, P. i. e. qui corpus hominis mortui tetigit [g]. *Anima*, pro *cadavere*, ut Levit. 21. 1, 11 [h]. ¶ *Contaminabitur*] Ex Lege, Num. 19. 22 [i]. ubi sic pollutus omnia quæ tangebat polluebat [k].

[g] M.
[h] V. D.
[i] G. Me.
[k] Me.

15. *Sic populus iste, & sic gens ista*, &c.] Idem diversis verbis exprimit. Vel, per *populum* intelligit sacerdotes; per *gentem*, plebem ipsam [l]. Dicit, *populus iste*, quasi non mereatur dici *populus Dei* ob immunditiem suam. Sensus, Populus iste, qui, dirutâ domo meâ, hostias mihi offert in altari [m], non sanctificatur ab ipsis [n], aut à peccato mundatur [o], sed contaminat ipsas oblationes [p], vel, negligentiâ & inobedientiâ Templi reædificandi [q]; vel potiùs, ex neglectu cultûs Dei spiritualis. Sic enim se habet h. l. consilium Prophetæ. Hactenus hortatus est populum ad ædificandum Templum: nunc hortatur ut purè ædificet, & ceremoniarum finem spectet, Deúmque sanctè illic coleret: nec enim Deus placatur pompis externis, sed verâ sanctitate; quod & Ethnici observârunt [r]. *Sic populus iste*, animo non bene emundato, neque ad omnem obedientiam composito, quæ Deo hactenus obtulêre dona super altare illud sub dio ædificatum Cyri tempore, Esd. 3. 3. ea illos non fecêre sanctos, i.e. Deo gratos; sed contrà, impurus animus dona ipsa *contaminavit*, i. e. ingrata reddidit †. Licèt altare sanctificet oblationem, non tamen oblatio offerentem [t]. ¶ *Quæ obtulerunt ibi*] i. e. In altari *. Sed malo referre ad לְפָנַי *ante me*, ut non tantùm sacrificia quæ in altari offerebantur, sed & panes propositionis, & dona quæ Templo dabantur, ipsæ etiam preces & psalmi, qui in publico cœtu aut in loco sacro coram Deo dicebantur, hîc intelligantur †.

[l] V.
[m] D.
[n] Me. sim.
[o] D T.
[p] Me. sim. T. D. Calv.
[q] Tar.
[q] Me. sim. T. V. Tar.
[r] Calv.
† G.
[t] V.
* V. Jur.
† Di.

16. *Ponite corda*, &c.] Animadvertite quid hactenus vobis evenerit [v], antequam huic operi admoveretis manum [x]; ab eo die quo cœpi vos hortari ad ædificandum Templum [y]. Agnoscite causam cur hactenus omnia vobis malè cesserint [z]. ¶ *Antequam poneretur lapis super lapidem*] אֶל, pro עַל, ut Ezec. 18. 11. Mic. 4. 3. Sensus, q.d. Antequam ædificatio, hactenus impedita, continuaretur [a].

[v] G. sic Calv.
[x] G.
[y] Calv.
[z] Me.
[a] D.

17. *Cùm*, &c. מִהְיוֹתָם בָּא אֶל וגו׳] *Ab exsistere eorum* (vel, *Antequam essent* in eo opere, P. nempe exstruendi Templi, cujus fundamenta antè jacta sunt [b]. *Priusquam ea facta sunt*, M. *Ex quo sunt*, vel *fuerunt*, *illi* dies, JT. Pi. D. quibus Templi opus neglectum jacuit [c]. *Ex quo exstitêre*, nempe tempora illa negligentiæ vestræ [d]. *Priusquam essent* lapides *illi*, coagmentati & dispositi in suos ordines *.) *veniebat*, vel *venit*, Mo. P. M. (sub. *agricola*, P. vel, sub. *homo*, sive *quispiam*, D.M. i.e. ventum fuit: ut Gen. 15. 6. *reputavit illi*, i. e. reputatum est; Mal. 1. 4. *vocabunt eos*, i. e. vocabuntur [f]. Vel, *si quis venit*, JT. Pi. Tar. vel, *veniente aliquo*, G. [Alii prædicta verba sic reddunt;] *Quum ipsi venirent*, Ti. *Cùm quidem ità se res haberet, ut cùm veniretur*, Ca.) *ad* (vel,

[b] V.
[c] D.
[d] G.
* Q. in D.
[f] D.

ad (vel, tanquam *ad*, Ca.) *acervum viginti*, (sub. *satorum*, D. Ti. vel, *modiorum*, M. P. JT. Pi. G. vel, *manipulorum*, V. sic Me. ex quo sperabat se excussurum viginti modios [g], tritici vel hordei, &c [h];) *& erat* (vel, *ibi fiebant*, G. vel, *sed reddebat*, V. *& contractus est*, M.) *decem*, Mo. &c. vel, *in decem*, M. sub. *tantum*, Ti. V. &c. q.d. Erat acervus maximus, sed pauca grana reddebat[i]. Adeò brevi corrumpebatur pars magna frugum. Idem de uvis sequitur[k]. ¶ *Ad torcular ut exprimeretis*, &c. [לַחְשֹׂף חֲמִשִּׁים פּוּרָה וגו׳] *Ad hauriendum* (vel, *ut exhauriat*, JT. Pi. חשף hoc sensu legitur Jes. 30. 14[l].) *quinquaginta* (sub. *urnas*, Ti. vel, *amphoras*, Ca. V. vel, *cados*, P. V. vel, *batos*, M. D. vel, *mensuras*, JT. Pi. & sub. *vini*, P. M.) *torculari*, &c. Mo. vel, *torcularis*, JT. Pi. vel, è *torculari*, P. M. V. D. &c. פּוּרָה est, vel, *lagena* [m]; vel, *uter*, aut *dolium* [n]; vel, *torcular* [o], ut Esa. 63. 3 [p]. h. e. vas illud in quo calcantur uvæ, ut liquor ex iis exprimatur. Sensus, Vinitor non accipiebat dimidium ejus quod habere solebat [q].

18. *Percussi vos* (i. e. sata vestra, ut jam explicabit[r],) *vento urente* (vel, *uredine*, D. G. &c. id enim שִׁדָּפוֹן, Deut. 28. 22. 1 Reg. 8. 37. Amos. 4. 9†.) *& aurugine*, &c.] Vel, *rubigine*, &c. D. G. De frugum enim[t], non de hominum[v], morbis hîc agitur[x]. Horum prius ex nimio ardore[y], vel siccitate[z], posterius verò ex nimio humore, provenit[a]. ¶ *Et non fuit*, &c. [וְאֵין אֶתְכֶם אֵלַי] *Et* (sub. *tamen*, M.) *non vos ad me*, Mo. P. M. sub. *convertebatis*, P. sic Ca. Q. in D. Ità אֶתְכֶם valet, *vos ipsos*; ut אתם, *seipsos*, Ezec. 34. 8. & אותו, *semetipsum*, Num. 6. 13 [b]. Vel, sub. *video revertentes*, M. toto scilicet animo [c]. Vel, sub. *reduxerunt illæ pœnæ*, D. Non placet Pagnini versio. In tali constructione dicendum erat, וְלֹא, supple, הֲשִׁיבוֹתֶם; quia אֵין apud Ebræos præterito non potest jungi. Id Junius animadvertens, vertit, *Et nullus apud vos ad me* venit. Sed nè sic quidem constructioni Ebræorum satisfactum, quia, אֵין includit negationem cum verbo substantivo *est*. Verto, *Et non est vobiscum* (sub. אֲשֶׁר *qui*) *ad me* [d]. Aposiopesis est*, irati Dei affectum exprimens[f]; qualis Exod. 32. v. 26. *Ad me*, sub. *veniat* [g]. אֶתְכֶם, alibi *vos*, hîc sumo pro, *vobiscum*, vel *apud vos* [h]: ut sæpe אִתָּךְ, *te*, pro אִתָּךְ, *tecum* [i]; & אותם *eos*, pro אִתָּם, *cum eis* [k], Jes. 59. 21. Possis sic vertere, *Nec tamen vos ipsi ad me* conversi fuistis: nam אֵת interdum servit nominativo, nempe post verba passiva & neutra [l]. Al. *Nec tamen vobiscum quod ad me* attinet, Ti. Ad verb. *Et non vos ipsi mihi*, i. e. mei [m].

19. *Ex die ista & in futurum*, [וָמָעְלָה] *Et suprà*, Mo. P. M. Calv. *ad eos* [nempe *dies*] *qui præcesserunt*, JT. Pi. Sic rectè verterunt v. 16. suadentibus id verbis sequentibus, ubi dies dicuntur intelligi qui fluxerant antequam lapis lapidi apponeretur, &c. Rectiùs hîc Vulgatus מַעְלָה non ad præteritum tempus refert, sed ad futurum: vide 1 Sam. 16. 13. Jubet enim Deus, qui ulterioribus diebus eos puniverat, jam ab hoc die & deinceps animadvertere annon sit benedicturus eis [n]. *In posterum*, Ti. [Ca. locum sic reddit, *Animadvertite supra hodiernum diem.*] Memoriâ retinete hunc diem quem nunc agimus, à quo omnia deinceps vobis erunt prospera [o]. ¶ *A die quâ*, &c. [לְמִן הַיּוֹם וגו׳] *Ab* (vel, *indè ab*, JT. Pi. vel, hoc est, *ab*, P.) *ea die quâ fundatum est templum*, &c. M. Ti. &c. Quâ jacta sunt fundamenta; non quidem prima, quæ terrâ occultabantur, sed secunda, quæ supra terram reliquo operi substernenda erant [p]. *Ab hoc die quo incipitur templum*, strui scilicet super jactis pridem fundamentis [q]. יָסַד sæpe est, *incipere*; & vertitur, ἄρχεσθαι (*incipere*,) 2 Paral. 3. v. 3. κτίζειν (*creare*,) Exod. 9. 18. alibi, συνάγειν, ἐπισυνάγειν, (*colligere*, sive *congregare*,) θεμελιοῦν, (*coagmentare* [r].) ¶ *Ponite super cor*] Ea quæ posthac vobis accident †.

20. *Numquid jam semen in germine?*] q. d. An semen jam recens hoc nono mense (qui Novembri nostro respondet) terræ commissum germinavit? Minimè. Unde neque possumus ex eodem conjicere messem seu copiosam, seu raram [t]. ¶ *In folliculo?* [בַּמְּגוּרָה] Ti. *in vaginis?* Ca. *in borreo?* M. Mo. Calv. sic P. *in area?* Ch. Sy. *in granario* est? Pi. [Variè explicant.] An hactenus tantum frumenti messuistis, ut partem seminis possetis recondere in granario? q. d. Non [v]. Horrea vestra jam penè vacua sunt, magnâ parte tritici in sementem insumptâ; procul abest messis. Exiguum tamen quod superest sufficiet vobis usque ad messem [x]. Sed non quadrat nomen *seminis* frumento jam collecto, nisi sationis respectu [y]. Semina adhuc sunt in horreo; aut, si terræ sunt tradita, adhuc latent sub illa. Nullum ergò apparet signum fertilitatis, quam tamen futuram prædico [z]. An semen quod adhuc in terra latet collectum est? Commendat hîc benedictionem Dei in messe futura [a]. *Nonne adhuc germen* [Ità vertit הַזֶּרַע] *in borreo est?* i. e. Nullum adhuc semen terræ mandatum est: erat enim mensis November [b]. Siquid adhuc seminis in granario restat serendum, ei ab hoc die benedicam [c]. ¶ *Et adhuc*, &c.? [וְעַד הַגֶּפֶן וגו׳] *Et usque ad vitem, & ficum, & malogranatum, & lignum oleæ non tulit?* Mo. *Num adhuc vitis——nihil tulit?* Ti. *Imò nec vitis, nec ficus,——protulit*, Pi. *Præterea, nondum vitis——protulit fructum*, P. *Et sic hucusque vitis——nihil protulit*, M. Sensus, Videtis nondum florere (vel potiùs, fructum ferre [d],) vitem, ficum, malum punicam & oleam*. His abundabat Palæstina, Deut. 8. 7, 8 [f]. ¶ *Ex die ista* (quâ cœpistis operari, &c [g].) *benedicam*] Sub. *vobis ac rebus vestris*, V. Promitto ubertatem istarum rerum quarum nulla adhuc initia comparent; ut appareat mihi hoc, non naturæ, deberi [h]. [Alii hoc cum præced. sic reddunt; *Et usque ad vitem——& arborem oleam quæ non protulit, à die hoc benedicam*: i. e. Etiam ad arbores usque quæ hactenus fructum non tulerunt benedictionem meam extendam [i]. Al. *An adhuc semen granarii*, (Heb. quod erat *in granario*, Jun.) *adeòque vitis,——non protulit?* (Nondum videtis quomodo propter cœptum hoc opus Deus promissionem suam complet †?) *ab hoc ipso die benedicturus sum*, JT.

21. *Secundò*] Nempe eâdem die: nam alioqui tertius hic est sermo [k].

22. *Ego movebo cœlum pariter & terram*] i. e. Ferè totus orbis, me authore, bellis ac præliis quatietur [l]. Res magnas efficiam, magnis excitatis in cœlo tempestatibus, in terra bellis. Una tempestas ad montem Athon Dario Regi viginti hominum millia absumpsit [m]. Proverbialis locutio, ut suprà v. 7. qualis illa, *Cœlum terræ miscet*, cùm bellis & tristibus rumoribus cuncta replentur [n]. Hactenus Propheta ad pleraque quæ opus impedire poterant respondit: unum adhuc restabat quod terrorem incutere poterat, bellorum nempe motus hinc indè excitati & excitandi, inter quos Ecclesia salva non posse consistere videbatur. Ostendit ergò Deus se in illis Ecclesiam suam defensurum, &c [o]. Judæi ab exsilio reversi, quum viderent se paucos esse, sine Regno, sine potentia, omnium injuriis expositos, putabant se quasi delusos esse. At, inquit, redemptio vestra (cujus præludium aliquod Deus jam dedit) nondum completa est: instat admirabile Dei opus, quod cœlum & terram concutiet. Id quod necessariò ad Christum debet referri, Heb. 12. 26. Fuit enim quasi nova cœli & terræ creatio, ubi collegit Christus quæ dissipata erant in cœlo & in terra [p].

23. *Subvertam solium regnorum*] i. e. Imperium Persarum [q], (in Ægypto Judæis vicina; Herod. initio l. 7 [r].) Judæis tunc dominantium †: quod Deus contrivit per Græcos; Græcos verò per Romanos; Romanos per bella civilia [t]. ¶ *Et conteram fortitudinem regni gentium*] Maximas clades Darius, Rex plurimarum gentium, à Græcis accipiet terra marique. Vide Herodotum l. 6. Pausaniam Atticis, Justinum lib. 2. & Plutarchum Cimone [v]. ¶ *Et descendent* (sub. *in sepulchrum*, vel *in terram*, V. i. e. concident [x], & occidentur [y]. Vel, *Ità ut ruant*, Pi. simil. JT. nempe alii in aliorum gladios, ut fit in congressibus [z].) *equi & ascensores* (vel, *sessores*, Pi. *equites*, Ti.) *eorum, vir in gladio fratris sui*] i. e. Alterius [a]. *Fratres* vocat inter se Persas, Ægyptios, Ionas Asiæ, Græcos, qui omnes erant πολύθεοι, (*multorum deorum cultores* [b].)

24. *Assumam te, Zorobabel*, &c.] *Assumi* dicuntur qui ad honores adsciscuntur, ut Psalm. 78. 70 [c]. Ego servabo te, & omnes tui similes, quos elegi ut possideant Regnum meum [d]. A tantis motibus totius propè orbis concussi efficiam ut Judæa, te Principe, tuta sit, & à nemine infestetur*. De Zorobabele solo locum exponunt Theodoretus & Ebræi. Alii de Christo, qui hic

Marginal notes, left column: [g] G. ex V. sim. Pi. Me. [h] Pi. V. &c. [i] V. [k] G. [l] D. [m] Q. in D. [n] Chald. in D. [o] D. V. [p] D. [q] V. [r] G. sim. V. † G. [t] G. sim. D. [v] G. [x] G. sim. D. [y] D. [z] V. [a] D. ex V. [b] D. [c] G. [d] D. * D. Di. [f] Di. sim. D. [g] Di. [h] Di. sic D. [i] Di. [k] Di. ex D. [l] D. [m] V. ex Hc. [n] D. [o] G. [p] T. [q] G. sim. V. D. [r] G. † V. [t] T. [v] Pi.

Marginal notes, right column: [x] V. [y] Calv. [z] Me. [a] Calv. [b] G. [c] Di. [d] D. * G. sim. D. [f] D. [g] V. [h] G. [i] Di. † Q. [k] G. [l] D. [m] G. [n] D. [o] Tar. [p] Calv. [q] Me. T. G. D. [r] G. † Me. [t] Me. sim. T. [v] G. [x] V. sic G. D. [y] V. sic D. [z] D. [a] Idem. [b] G. [c] D. [d] V. * G.

Zorobabel dicitur, nomine patris instar patronymicorum pro posteris posito; ut, *Salomon*, pro *Salomonide*, Psal. 72. 1. *David*, pro *Davidide*, Ezec. 34. 23. Hos. 3. 5 [f]. Non dubium est Christum hic designari, quia hoc nunquam impletum fuit in persona Zorobabel [g]. Hæc promittuntur quidem Zorobabeli [h], (ut constat, quòd ad eum missus est Propheta ut eum in opere exstruendi Templi confirmaret [i],) non tamen in ejus tantùm persona implenda, sed in ejus etiam posteris, & præcipuè in Christo [k]. *Assumam te*, i. e. semen tuum: ut, *in te*, i.e. in semine tuo, Gen. 12. 3. Forsan Filius Dei hic loquens introducitur, ex collat. v. 6, 7. cum Ebr. 12. 26. & *assumptio* hic μονὶξυτ☉ sive hypostatica intelligi potest, ut Ebr. 2. 16. ut hic promittatur Zorobabeli insignis hæc gratia & dignitas, quòd assumendus esset à Filio Dei. Ut ergò Davidi, quòd procurâsset ædificari domum Domino, promisit Deus se illi ædificaturum domum in qua Rex esset Christus, &c; ità Zorobabeli, quòd domum alteram Deo ædificari curaverit, pollicetur Deus se illum illustraturum Christo Domino ex eo nascituro [l]. Sensus loci, q. d. Ego disperdam Regna impiorum, & suscitabo Regnum aliud quod finem non habebit, in quo justi tantùm regnabunt [m]. ¶ *Ponam te quasi signaculum*] Vel, *sigillum*, V. D. vel, *annulum signatorium*, JT. Pi. D. G. i. e. charissimum & conjunctissimum [n]: quem semper habemus in manu [o], & oculis [p], nè unquam oblivisci possimus [q]: quem & bene custodire solemus [r], nè vel amittatur, vel in manus impostorum incidat [†]; & inter res charissimas numeramus [t]. Vide Cant. 8. 6. & quæ dicta ad Jer. 22. 24 [v]. Sensus, Singularem tui curam geram [x], ut solent Principes annuli sui quo sigillant [y]. Hanc sententiam ut non rejicio, ità majus quiddam & sublimius hic spectari puto, nimirum Messiæ promissionem, in quam omnes olim pios respexisse constat; cujus ex Davidis stirpe orituri promissionem Davidis posteri visibiliter obsignabant, cùm inter tot horrendos motus & illustrissimarum familiarum ruinas eos incolumes Deus servaret ex quibus Christus nasciturus erat; per quorum conspectum Israelitæ quotidie de Divini pacti veritate certiores reddebantur. Promissio itaque hæc Zorobabeli fit inchoativè; posteris ejus, continuativè; Christo, finitivè: ut rectè Balt. Willius [z]. ¶ *Quia te elegi*] Nempe ad hanc dignitatem: ut Deus *eligere* dicitur *Israelem* in populum, Jes. 14. 1; *Davidem*, ad Regnum, Psal. 78. 70; *duodecim*, ad Apostolatum, Joh. 6. 70 [a]. Quia te amo [b]. Vide dicta ad Matth. cap. 3. ver. 17 [c]. Non ascribit hoc Deus virtutibus aut meritis Zerubbabel, sed gratuitæ electioni suæ [d]. *Elegi te*, scilicet, ut ex te Christus nascatur [*].

[f] Calov. [g] Calv. [h] Me. sim. Calov. [i] Calov. [k] Me. sim. Calov. [l] Calov. [m] M. [n] Ca. [o] Me. sim. V. [p] Tar. sic V. [q] Tar. [r] G. sim. Me. [†] Calov. [t] Tar. [v] G. sic Tar. [x] V. sim. D. M. Pi. &c. [y] V. [z] Calov. [a] D. [b] G. ex o. & Ch. [c] G. [d] Calv. [*] Me.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

ZACHARIAM.

CAP. I.

1. IN *mense octavo*] Nempe anni, non civilis, sed sacri; ut se explicat vers. 7 [a]: qui nobis October est [b], vel November [c]. Medio tempore inter sermones Aggæi primum & duos alteros [d]. ¶ *Darii*] Filii, vel Astyagis [*], vel Assueri & Estheræ [f]. Darii Nothi [g]. Darii Hystaspis [h]. Nullus tunc erat Rex Israel, à cujus Regno epocha sumenda erat [i]. ¶ *Ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo*, (prout etiam Ezræ 5. 1. vocatur. *Filium*, i. e. nepotem [k]: nam omnes qui in gradibus descendentibus sunt Hebræi *filios* vocant [l].) *prophetam*] Sic Calv. Ti. JT. &c. vel, *prophetæ*, Pi. Calv. D. &c. Quæ vox referri potest vel, 1. ad Zachariam [m]; vel, 2. ad Addo, qui etiam Propheta fuit [n]. Qu. Quisnam hic Zacharias? Resp. 1. Erat pater Johannis Baptistæ, ut graves quidam authores sentiunt [o]. 2. Idem est de quo Matt. 23. 35 [p]. qui post reædificatum Templum à Judæis occisus est. Id facilè constat ex eo, quòd utriusque pater erat Barachias [q]. Idémque dicitur Zacharias filius Joiadæ, 2 Par. 24. 20. qui occisus fuit centum annis ante exsilium Babylonicum; ideóque de illo h. l. non agitur [r]. Sed alius erat Zacharias ille 2 Par. 24. ab illo Matt. 23. Nam, 1. Christus recensens innocuos viros à Judæis occisos, & incipiens ab Abele, desinit in ultimo Prophetarum. At post illum Zachariam 2 Par. c. 24. multi alii Prophetæ justique viri interfecti sunt. 2. Quo fundamento nixi *Joiadæ* nomen vertemus in *Barachiam*? Vocatur ille & *Johanan* 1 Par. 6. 9. Num ergò dicemus eundem trinominem fuisse? 3. Ille, 2 Par. 24. occisus fuisse videtur in atrio populi, v. 20, 21; hic autem, in atrio sacerdotum [†].

2. *Iratus est*, &c.] q. d. Iratus est vehementissimè [t], eos captivitate mulctans, &c [v]. quòd noluerint resipiscere [x]. Quare cavete nè eorum scelera imitemini [y].

3. *Convertimini*, &c.] Per pœnitentiam [z]. ¶ *Et convertar* (vel, *revertar*, JT. D. Pi. &c. sub. *cum miserationibus*, ex collat. v. 16 [b].) *ad vos*] Per gratiam & beneficentiam [c]. q. d. Propitius ero vobis, & benefaciam vobis semper [d]. Est [hic] πλοκή. Nam prius illud *converti* est, *vitam mutare*; alterum est, *pro irato beneficum reddi*. Sensus est idem Jer. 3. 12. Ezec. 18. 30. Mic. 7. 19 [*]. Hoc vult, q. d. Etiamsi Deus vos ab exsilio reduxit, non tamen diuturnus erit hic status nisi verè convertamini. Deus in promptu habet graviora flagella, cœpit etiam offensionem suam signis ostendere: cavete ergò, &c [f].

4. *Nè sitis sicut patres*] Judæi de origine sua gloriari solebant. Hic autem exprobrat eis quòd genus sint patrum improborum, &c. Docet eos frustrà prætendere vetusta exempla, putantes id licitum esse quod longo usu & publico consensu receptum erat [g]. *Nè sitis*, &c. i. e. Nè ità vilipendite admonitiones Prophetarum ut olim patres vestri [h]. ¶ *Prophetæ priores*] i. e. Qui prophetârunt ante captivitatem; in queis & Jeremias: vel, *priores*, id est, qui nos antecesserunt [†]. Crimen eorum exaggerat, quòd Deus sæpe eos revocaverat per Prophetas, &c [i]. ¶ *Non audierunt*, &c.] Vide 2 Reg. 22. 13 [k].

5. *Patres vestri ubi sunt?*] q. d. Nusquam sunt [l]; perierunt [m]. *Non esse* dicitur qui obiit. Jer. 31. 15. Consumpti sunt fame, bello, &c. ut prædixerunt Prophetæ.

[a] Tar. [b] D. sim. Me. Tar. [c] D. [d] G. [*] Q. in V. [f] Al. in V. [g] D. Pi. [h] Me. Sar. [i] Pem. [k] D. G. [l] G. [m] Q. in V. [n] Al. in V. [o] Me. [p] Q. in V. & ii Calv. Pem. [q] Pem. [r] Calv. [†] Pem. [t] V. sim. Calv. [v] Me. sim. Calv. V. [x] V. [y] Me. [z] Me. Pi. [b] D. [c] Pi. [d] Me. sim. Tar. Calv. [*] G. [f] Calv. [g] Idem. [h] D. [†] Idem. [i] Calv. [k] G. [l] D. Pi. [m] D. sim. M. Tar. Pi. &c.

tæ [n]. Pœnæ tamen illorum debent vos cautiores reddere [o]. ¶ *Et prophetæ numquid in sempiternum vivent?*] Vel, *vivunt?* JT. Pi.&c. vel, *vixerunt?* G. Loquitur hîc vel, 1. de pseudoprophetis [p]; qui, quamvis pacem promiserunt, cum patribus vestris miserè extincti sunt [q]. Nonne & patres, & prophetæ à quibus illi decepti sunt, miserè perierunt? Nè ergò obduretis vos adversùs Dei judicia, neque adulatoribus aurem præbete [r]. Vel, 2. de veris Prophetis [t], qui illos monebant, &c [v]. Loquitur per concessionem [x]: q. d. Illi quidem communem iverunt viam [y], perierunt [z]; at mea dicta non moriuntur [a], nec irrita sunt [b], sed vim suam, quamvis sæpe multo pòst tempore, exserunt, Lament. 2. 17 [c]. Distinguit naturam Verbi & hominum [d]: hi mortales sunt, illud immortale *. Al. Dialogus hîc est [f]. Insultat Deus Judæis, *Patres ubi sunt?* Respondet populus, *Nonne & prophetæ perierunt?* Nullum hîc discrimen est. Versu autem seq. Deus illos refutat. Ità multi, iique antiquissimi, accipiunt [g]. Sed sic obscuratur sensus & connexio cum v. seq. Prior sensus apertus est, Vis Verbi Divini non pendet ab hominum personis, nec restringitur ad unam ætatem. Prophetæ non semper vivunt, ut complementa prædictionum suarum cernant; at earum veritas non moritur cum eis [h]. Itaque cavete nè contemnatis me loquentem, &c [i].

6. *Verba mea & legitima* (vel, *statuta*, JT. Pi. V. D. Calv. &c. vel, *decreta*, V. D.) *mea*] i. e. Minæ meæ: vel, *verba*, i. e. promissiones [k], vel prædictiones [l]; & *decreta*, i. e. vel comminationes [m], vel sanctiones additæ Legi [n], vel ea mala quæ ex decreto evenerunt patribus [o]. ¶ *Numquid*, &c?" הֲלוֹא הִשִּׂיגוּ וגו'] *Nonne apprehenderunt* (vel, *contigerunt*, Ca. vel, *assequuta sunt*, JT. Pi.) *patres vestros?* P. M. Ti. &c. scil. ut venator prædam, vel hostis hostem fugientem [p]. Supervenerunt ipsis [q]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, P. vel, *Qui*: nam ità ו sæpe usurpatur [r]:) *conversi sunt*, (sub. *ad se*, vel, *ad Deum*, V. pœnitentiâ tandem ducti sunt, in illis positi malis quæ pridem ipsis prædicta fuerant †. Non verè resipuerunt, sed rerum eventus hanc confessionem illis extorsit: ea est vis veritatis [t].) *& dixerunt*] Vel, *Adeò ut reversi dixerint*, Pi. sic JT. ¶ *Sicut cogitavit*, &c.] Sicut decreverat, & decretum significaverat *. ¶ *Secundùm vias nostras*, &c.] Vide Jer. 4. 18. & 17. 10. & 23. 2. &c [v]. Primus gradus ad sanitatem est, agnoscere culpam [x].

7. *In die vicesima & quarta*, &c.] Tribus mensibus feriùs hæc à Deo patefactio Zachariæ contigit, quæ extenditur ad finem capitis 6. Is sermo qui præcessit εἰσαγωγὴ (*introductio*) tantùm quædam fuit. Quæ nunc sequuntur dicta sunt cùm jam populus in opere Templi multùm profecisset, & ad novum laborem muniendæ urbis excitari deberet [y]. Postquam eos graviter increpuit [z], & ad resipiscentiam hortatus est, læta promittit [a], urbis instaurationem, &c [b]. ¶ *Sabat*, שְׁבָט] *Sebat*, vel *Schebat*, JT. Pi. &c. Nomen non est Hebraicum, sed Chaldaicum [c]; quia non invenitur nisi in iis libris qui in exsilio Babylonico, aut paulò pòst, compositi fuerunt. Sed argumentum hoc non satis validum est. Mentio hujus nominis 1 Macc. 16. 14 [d]. & in Paraphrasi [Chald.] secunda, Est. 3. 7 *. Incidit ferme in Januarium [f]. ¶ *Prophetam, dicens*] *Prophetam, qui dixit*; i. e. sic recitavit quod sibi obvenerat divinitus somnium [g].

8. *Vidi*] Ad sermonem accedit visio, tanquam sigillum [h]. Illius summa est, omnes res Dei providentiâ gubernari in mundo, ejúsque consilio omnia evenisse Judæis, &c [i]. ¶ *Per noctem*] Tempus hoc visionibus & commodum erat [k], & usitatum [l]: Job. 33. v. 15 [m]. Vel, הַלַּיְלָה designat certam noctem, videlicet eam quæ præcessit 24. mensis Sabat †. Vel, significat visionem hanc perplexam esse [n], & obscuram [o]: quò etiam spectat quòd fuisse dicitur *in profundo*, & *inter myrtos*, hoc est, sub nigris & obscuris arboribus, & in umbra [p]. ¶ *Ecce vir*] i. e. Quidam humanâ formâ [q]. Vel, 1. Angelus [r], ut vocatur v. seq †. Michael, Judææ gentis sub Deo præses [t]; ut non malè ex v. 12. & ex Daniele colligunt Hebræi, ut ad hunc locum nos docet Hieron [v]. Vel, 2. Christus [x]; ut Ezec. 1. 26. & 40. 3. Dan. 7. 13 [y]: qui & *Michael* dicitur Dan. 10. 13, 21 [z]. ¶ *Ascendens super equum*] Significat diligentiam ejus in obeundo munere [a]; & celeritatem [b], quâ festinat ad auxilium populi sui [c]; & majestatem domini †. ¶ *Rufum*] Ut Esa. 63. 1, 2, 3. Apoc. 6. 4. & eodem sensu [d]. Sanguinei coloris. Cædes significat *, & vindictam in hostes Judæorum [f]; & Ecclesiæ protectionem [g], atque purgationem à peccatis per ignem calamitatum [h]. ¶ *Stabat inter*, &c. בֵּין הַהֲדַסִּים וגו'] *Inter arbores Hadassim*, M. (vel, *inter myrteta*, Ti. Vulg. vel, *inter myrtos*, Mo. P. JT. Pi. D. &c.) *quæ* (sub. *erant*, P. JT. &c.) *in profundo*, Mo. P. JT. Pi. Ti. &c. vel, *in demisso loco*, M. in loco uliginoso: quo designat periculum persecutionis, quo fideles ac pii perpetuò circumdati sunt [i]. In lacu sive fluvio profundo, qui ex utraque ripa myrtos habebat. Alludit ad naturam myrtorum, quæ loca humida amant; unde Virgil.——*& amantes littora myrtos* [k]. Ad lacûs alicujus ripam, ubi [myrti sunt] fluctibus & procellis expositæ [l]. מְצֻלָה usitatè significat fundum aquarum [m]. Notat ergò Babylonem [n], ubi Judæi erant captivi [o], quæ aquis abundabat [p], adjacens Euphrati & Tigri [q]. Myrtus autem ob siccitatem amat loca demissa & profunda & irrigua [r]. Chaldæus τὸ בַּמְּצֻלָה vertit, *in Babylone*. Qui tamen hîc falli potuit, sicut falsus est Esa. 44. 27. ubi τὸ לַצּוּלָה vertit, עַל בָּבֶל. Nec multum interest an fluvius hîc fuerit, an vallis tantùm inter montes aliquos, inter quos hoc Visum fuisse videtur: nam & in vallibus myrti crescunt †. Visionis obscuritatem hîc denotat: myrtus enim umbram densam facit & opacam [t]. Al. Quia myrtus arbor est voluptatis, ideo equus hic *in myrteto*, & quidem *profundo*, retentus nè indè exiret, significat bellum altâ pace repressum, nempe quàm latè patebat Persarum Imperium. Id congruit initiis Darii [v]. Al. Designat h. l. Judæorum statum, quòd paratum quidem illis erat auxilium, cujus tamen exigua tunc temporis spes erat, adeò ut cernere non possent unde veniret. Interpretes myrtos typum faciunt Ecclesiæ, & piorum inter Judæos [x]. Per *myrtos* figurantur pii, qui coram Deo virent & suaviter olent [y], & fructum edunt, &c [z]. ¶ *Et post eum*] Qui vehebatur equo rufo [a]; tanquam duces, satellites, &c [b]. ¶ *Equi*] Intellige, cum sessoribus sive equitibus suis [c]; ut apparet v. 10 [d]. *Equus* ità sumitur Jer. 12. 5. Contrà, Virgilius *equitem* pro *equo* dixit *. Per hos equites significantur Angeli [f], custodes sive præsides gentium variarum [g] Judæis infestarum [h]; aliique ministri majestatis Divinæ [i]: Apostoli [k]. ¶ *Rufi*, &c. אֲדֻמִּים שְׂרֻקִּים וגו'] *Rufi, balii* (vel, *nigri*, Mo. Quod hausit, ni fallor, ex Scholiis Camii. Sed Camius non dicit שְׂרֻקִּים *nigros* denotare; sed, in visione quatuor curruum Zach. 6. v. 2, 3. legi שְׁחֹרִים *nigros*, pro eo quod hîc est שְׂרֻקִּים. Hoc autem aliter accipit [K.] in libro Radicum [l]. Vel, *varii*, οἱ. Ch. P. Ca. *discolores*, M. *varii coloris*, Ti. *versicolores*, Sy. Ar.) *& albi*, Pi. sic JT. Tar. Quibus significabantur varii status & fortunæ populorum illorum quibus præerant, vel ad quos destinabantur, partim lætæ, partim tristes, partim ex utroque mixtæ [m]. Hi significant casus bellorum aliquando sub Dario futuros calamitosos, felices, & varios. Calamitosi casus fuêre contra Scythas & Græcos; felices, contra Thraciam & Macedoniam, quæ subacti à Persis; varii, contra Ionas & Ægyptios. Vide Herod. l. 4. 6. 7 [n]. In his coloribus mixtus ex tristitia & gaudio Judæorum status designatur, ubi cum serenitate caligo miscebatur [o]. Al. Significat diversa Angelorum officia [p], quòd alii beneficia, alii flagella, Dei secum afferunt [q]. [Sed de voce שְׂרֻקִּים fusiùs disserendum est.] Q. vertunt, *pexi*, quia Talmudicis סָרַק est, *pectere*. Sed constat denotari h. l. colorem equi. At colorem illum definire, hîc labor est. Hebræorum duo doctissimi, RS. & K. fatentur se nescire quis sit hic color. LXX, (quos sequuntur Vulg. Sy. Ar. &c.) ποικίλοι, *varii* [r]. Al. Verto, *orientis Solis colorem imitantes*, i. e. fulvi: Causam vide ad Esa. 19. 9 †. Quia סרק Æthiopicè *splendere* est, & de orientis Solis splendore usurpatur Matt. 13. v. 6 [t]. Sed utrobique fallitur vir doctissimus. Neque enim סרק *splendere*, sed *oriri*, est Æthiopibus; quomodo Arabibus שרק, & Hebræis זָרַח, ex quo utrumque est factum. Exempla sunt [in Æthiop. vers.] Psalm. 97. 11. & 104. 23. & 112. 4. Matth. 4. 16. & 13. 6. &c. Ex qua significatione quomodo deduci potest coloris nomen? Ut equi h. l. vocantur שְׂרֻקִּים, ità

& *vites*, sive *uvæ*, Esa.16.8. & simil. *lina*, Esa. 19.9. Oportet ergò colorem esse qui lino, vino vel uvis, & equis possit esse communis. τὸ *varii* convenit quidem & *equis*, in quibus hic color maximè placet; & *uvis*, quarum nonnullæ *colore sunt inter purpureum nigrùmque medio*, Plin. 14.2. sim. Columel. 4.2. ob id *variana* dictæ, Plin. ib. non autem *linis*, Esa.19. quia ibi agitur de crudo lino, quali texuntur retia. Quare *lina serikoth* sunt *lina nativi coloris*, i.e. flavi, vel subflavi. *Maturitas lini*, inquit Plin. 18. 1. *intelligitur tum intumescente semine, tum colore flavescente.* Color ille, in vino & equis, propriè *gilvus* vocatur. De vino vide Gellium, 13. 29. Galen. De sanitate tuenda 5. ubi *gilvum* videtur cum *flavo* confundere; quo tamen ille color dilutior est. De equis vide Varronem apud Nonnum in *Badius*, Palladium, & Virgilium,—*color deterrimus albis, Et gilvo*— Ubi Servius, *Gilvus est melinus color, quem vulgò fulvum vocant:* imò, *flavum* [v]. Equi שְׂרֻקִּים, ait K. sunt *versicolores, putà rufi & albi & nigri, acsi essent respersi maculis.* Quidam, *balii:* est autem *balius*, quem *badium* & *baium* vocant, color spadiceus, qui in equo maximè laudatur, & alio nomine *Phœniceus* etiam vocatur [x].

9. *Et dixi*] Hæc dixit vel, 1. Propheta [y]: vel, 2. Angelus, ut sequentia ostendunt. Eum fuisse Gabrielem, solitum mitti ad Prophetas, perquam credibile est [z]. ¶ *Quid sunt isti?* מָה אֵלֶּה] *Quid ii?* Mo. *Quid* (vel, *Qui*, M. Ti. Ca. sic Ch. Ar.) sunt, vel sint, (vel, sibi velint, JT. Pi. significant [a],) *isti?* Sy. P. M. &c. Equi videlicet [b]. ¶ *Angelus*] Inferior scilicet [c], fortè, custos Zachariæ [d]; qui Prophetæ adsistebat in hac visione *. ¶ *Qui loquebatur in me*] Peculiari modo, nempe hæc interiùs explicans quæ exteriùs in visione ostenderat. Ità ב sumitur Num. 12. 2,8. 2 Sam.23. v.2. Hos. 1. 2 [f]. Sic, ἐν προφήταις, *in prophetis*, Heb. 1. 1. 1 Pet. 1. 11. Quanquam ב etiam *ad* significat, ut Psal.19.5. & 91.12 [g]. Vel, *mihi*, ut infrà v.13 [h]. Vel, *mecum*, P. V. ut Num. c.12. v. 8. *loquar* בּוֹ, *cum eo.* ¶ *Quid sint*] i.e. Quid portendant: q. d. Declarabo tibi hanc visionem [i].

10. *Et respondit vir*, &c.] Angelus qui alloquebatur Zachariam pollicitus fuerat se declaraturum illi visionem: sed alter Angelus, qui scilicet stabat in myrteto Babylonico, prævenit eum [k]. Hic Gabriele major: nam inter Principes est, Gabriel inter legatos [l]. ¶ *Et*, &c. וַיֹּאמֶר אֵלֶּה וגו׳] *Et dixit*, (audiente Zachariâ [m],) *Hi sunt quos misit*, vel *miserat*, *Jehova ut perambularent terram*, P. JT. Pi. &c. Quæ phrasis summam notat diligentiam. Vide Job. 1. 7. & 2. 2. 1 Pet. 5. 8 [n]. Isti sunt bellorum casus, quos Deus terris solet immittere [o]. Al. *Et dixit his quos miserat*, &c. אֵלֶּה positum pro לְאֵלֶּה; & subaud. *& interrogavit quid ageretur in terra* [p]. Mox ipse, tanquam princeps illorum, interrogat singulos quo in statu repererint regiones sibi creditas [q]. *Quos misit Deus*, &c. tanquam speculatores rerum gestarum, & ministros sive judicii, sive misericordiæ, Dei. Significat Deum non esse otiosum, nec oblitum Judæorum, sed eis invigilare, &c [r]. Non eget Deus Angelis; iis autem utitur ut nostræ diffidentiæ occurrat, ostendátque se multis copiis instructum esse. Vide Psal. 34.8†.

11. *Et responderunt* (sub. *angeli* illi quorum meminit v. 8 [t]. Vel, *locuti sunt:* ut isti cœperint loqui & dicere illi Angelo qui stabat in myrteto antequam illos interrogâsset [v].) *angelo*, &c.] Tanquam superiori [x]. ¶ *Perambulavimus terram*] Nempe Chaldæam [y], & terram aliorum hostium, ex collat. v. 15, 19 †. Quæsivimus occasionem effecta dandi ea quibus destinati sumus [z]. ¶ *Omnis* (vel, *Tota*, JT. Pi. &c.) *terra habitatur*, &c. יֹשֶׁבֶת וְשֹׁקָטֶת] *Sedens* (vel, *habitans*, V.) *& quiescens*, Mo. V. *habitatur & quiescit*, o'. P. D. i. e. habitatur quietè [a]. *Sedet* (vel, *desidet*, JT. Pi.) *quieta*, M. vel, *& tranquilla est*, Sy. Ti. JT. Pi. In summa pace & tranquillitate degit: quod accidit tempore Darii [b]. Nulli motus in ea, nulla bella [c], aut bellorum semina. Itaque nihil invenimus agendum hoc quidem tempore [d]. Sola Ecclesia affligitur, &c*. Al. *Omnis terra* vicina Judæis *quiescit* à bellis, ab odio & ira in Judæos. Unde nil verendum quòd instaurationem Templi impediant [f].

12. *Respondit angelus*, &c.] Ille scilicet qui Zacha-

v B. A. ib. 109. — x D. — y Tar. &c. — z G. — a D. — b Idem. — c Pem. — d T. ex Me. — * D. — f Tar. — g Pem. — h G. ex Ch. — i V. — k V. — l G. — m Pem. — n Tar. — o G. — p V. ex He. — q Me. — r Pem. — † Calv. — t V. — v Q. in V. — x T. — y Pi. sic Pem. — † Pem. — z G. — a D. G. — b V. — c D. — d G. — * Tar. — f T. ex Hi. &c.

riam alloquebatur; vel, qui stabat in myrteto [g]. Vel, 1. Christus [h]: vel, 2. Angelus alius [i], Michael [k]. Hinc constat Angelos intercedere pro hominibus, multò magis Sanctos defunctos, &c [l]. Sed id non sequitur: Angeli enim constituti sunt custodes piorum, Heb. 1.14. ut non mirum sit Angelum pro fidelibus precari. Sanctis mortuis nihil tale injunctum legimus [m]. ¶ *Usquequo tu non misereberis Jerusalem & urbium Juda*] Quæ nunc mirè infestantur [n]. Reparentur tandem hæ ruinæ, &c [o]. q. d. Quid hoc sibi vult, quòd alios omnes vis frui otio & pace, solis fidelibus oppressis, &c [p]? Jerusalem tunc adhuc jacebat sine mœnibus, & urbes Judæ adhuc in ruinis suis jacebant. Ideo autem orat deproperari edicta illa à Dario pro Templi & urbis & oppidorum structura, dum alta per Imperium Persicum pax erat, populísque Judæis invidentes facilè in obsequio retinebantur, quòd, ubi exoritura essent illa bella apud Aggæum in fine & hoc capite significata, credibile erat neque Regem vacaturum cogitationibus minoribus, &, si vacaret, edictis ejus non idem auctoritatis fore [q]. ¶ *Quibus*, &c? אֲשֶׁר זָעַמְתָּה זֶה וגו׳] *Quibus* (vel, in *quas*, JT. Pi. sic M. vel, *qui iis*, Ca.) *iratus es jam* (vel, *bis*, M.) *septuaginta annis?* P. Mo. Ca. JT. Tar. G. &c. jam olim elapsis [r]: toto exsilii tempore prædicto à Jeremia †. q. d. Antea noluisti preces audire, &c. Illis autem annis finitis, tempus est ut nos te oremus, & ut tu nos plenè restituas, juxta promissum tuum [t]. Jam diu elapsum est hoc tempus, necdum conspicua est gratia tua, aut restitutio qualis promissa est [v]. Al. *quibus iratus es?* (Cujus signum non leve mutatio animi Regum Persarum [x].) *iste jam est* (vel, *jam hic agitur*, D.) *septuagesimus annus*, Vulg. D. Hæc versio magnam difficultatem invexit & computandi varietatem [y]. [De qua vide hinc Rib. indè Pem.] Hi anni non sunt computandi à destructo Templo, vel ab initio exsilii Babylonici, qui desierunt in anno primo Cyri: sed ab edicto Xerxis, sive Ahasueri, cujus mentio Esd. 4. 6. unde ad annum quartum Darii Nothi sunt 69 anni. *Septuagesimum annum* intellige, circiter, vel numero rotundo: nam biennio pòst eundem numerum usurpat [z].

13. *Respondit*, &c.] Omnia ordine eunt: Deus Angelo loquitur, Angelus Prophetæ [a]. ¶ *Verba bona*, (i. e. læta, suavia [b],) *verba consolatoria*] Ità Mo. P. JT. &c. ad verb. *consolationum*, V. D. q. d. Dixit exauditas esse preces Angeli, séque daturum Israeli pacem [c].

14. *Zelatus sum*, &c.] Ducor zelo magno propter Israelitas: h. e. Singulari curâ & favore eos prosequar. Ostendit se quidem afflixisse Israelem, non odio, sed amore *. Doleo multùm & irascor quòd ità Jerusalem ab hostibus afflicta sit [f]: eam vehementer amo ut maritus uxorem [g], pro qua pugnat [h]. Ità Judæos amo, ut injurias ipsis illatas diutiùs perpeti nolim [i], nec eas finam inultas abire [k].

15. *Super* (vel, *contra*, Pi. &c.) *gentes* (vel, *gentes istas*, JT. Pi. Chaldæos [l], aliósque circum Judæam [n]: gentes istas Imperii Persici, quas suprà [v. 11.]) *quietè habitare* dixit. Illas judicat Deus indignas tam altâ pace [o].) *opulentas*] Vel, *pacatas*, sive *tranquillas*, JT. Pi. D. G. &c. i. e. bello carentes [p]. q. d. Gentes illæ quietæ quidem sunt; sed, quia ego eis irascor, maledicta est eorum felicitas. Ità attollit piorum sensus, ut agnoscant felicitatem esse in sola ejus gratia [q]. Tacita antithesis: q. d. Valde irascor eis, licèt tranquillæ sint: vos vehementer amo, licèt oppressi sitis †. ¶ *Iratus sum* (Israelitis, sive Judæis [r],) *parùm*] Quomodo dicit, *parùm*, cùm gravissimè in eos excanduerat? Vide Ezec.14.14. Resp. Horribilis quidem vindicta reprobos consumpsit: sed τὸ *parùm* hîc referri debet ad electos, sive reliquias quæ servatæ sunt *. Al. *Parùm*, i. e. ad tempus aliquod [t]. ¶ *Ipsi verò adjuverunt* (vel, *adjutrices fuerunt*, JT. Pi. *auxiliati sunt*, Mo. Sy. Ti.) *in* (vel, *ad*, Ti.) *malum*; ità P. Ti. JT. Pi. עָזְרוּ לְרָעָה] *Cooperatæ sunt in pejus*, M. *in malum*. sub. *pœnæ*, V. q. d. Afflixerunt eos ultrà quàm volebam [v], graviùs quàm ferebat ira mea [x]: plùs justo sævierunt [y]: abolere studebant memoriam & reliquias populi [z]: aliquid adjecêre ad mala priora, dum impediunt id quod Cyrus permiserat. Vide Esd. 4 [a]. Afflictis totâ suâ facultate ex propria malitia & insita ἐπιχαιρεκακίᾳ afflictionem aggravaverunt,

g V. — h Pi. Tar. Calv. &c. — i E. &c. — k G. — l E. — m Calv. — n D. — o Pem. — p Calv. ad v. 11. — q G. — r Tar. — † G. sim. Tar. Pem. Calv. &c. — t Pem. — v Calv. sim. Tar. — x D. — y Tar. — z D. ex Scal. — a G. — b D. — c V. — d V. sim. Tar. — * V. — f Me. — g T. sim. Calv. — h Calv. — i G. — k D. — l Pi. sic D. — n D. — o G. — p Ca. sim. V. D. G. — q Calv. — † Pem. — r V. Ca. G. — * Calv. — t G. — v V. — x Ca. — y Me. — z Calv. — a G.

runt, Esa. 47.6. Ezec. 25.3,6[b]. Vindictam, ambitionem, libidinem suam explebant, ut eos penitùs perderent. Tam diversi sunt Dei hominúmque fines in eodem supplicio infligendo[c].

16. *Revertar*, &c.] i.e. Reconciliabor ei[d]: oculo benigno respiciam eam *. Al. *Reversus sum*, &c. JT. Pi. D. ut priùs abieram & me occultaveram, Hos. 5.15[f]. q.d. Bene sperate: temporales tantùm erunt pœnæ vestræ[g]. ¶ *In misericordiis*] q.d. Non uno genere misericordiæ; non semel, sed sæpius[h]. ¶ *Domus mea* (Templum[i], vel Ecclesia[k],) *ædificabitur in ea*] Jam antè cœpta ædificatio completa erit: ut factum anno 6. Darii, juxta Esd. 6.15. hostibus opus impedire non valentibus[l]. ¶ *Et*, &c. קָוֶה וגו׳] *Et perpendiculum* (vel, *regula*, Ti. JT. Ca. Pi. G. LXX; vel, *funiculus*, M. sic Sy. *linea*, V. Calv. nempe cæmentarii, quâ dirigit murum & ordines lapidum[m]: vel, *libella*, D. *filum mensuræ*, Ch. in V. & in D. i.e. amussis; *funiculus* quo exploramus ædificii longitudinem & latitudinem[n]:) *extendetur super Jerusalem*, Mo. P. Antecedens pro relativo, *super illam*; i.e. super muros & ædificia illius: h.e. Ea instaurabitur[o]. Sensus est, Præter Templum etiam urbs restituetur: quod impletum vide Neh. 2. 3, &c[p]. Ædificabitur, idque non tumultuariâ operâ, sed summâ diligentiâ & ad amussim[q]. In קָוֶה additur litera ה, quia tunc sermo fuit corruptior[r]. כתיב קוה est קָו קרי, est קָוֶה, quod non magis mendum habet quàm לַיְלָה pro לַיִל. Chaldaismus est, qui nominibus, etiam masculinis, Hebræorum affigunt ה: ut, pro פֵּשֶׁר, *interpretatio*, פִּשְׁרָה, Dan. 2. v. 7; pro מֶלֶךְ, *rex*, מַלְכָּה, Dan. 2. v. 11. & sexcenta alia: quæ tamen apud Syros & Chaldæos frequentiùs in א terminantur: sed apud Danielem & Esdram א & ה indiscriminatim usurpantur. Itaque nec mirum, Zachariam, qui circa idem tempus vixit, Chaldaismos imitari †.

17. *Adhuc*, &c. עוֹד תְּפוּצֶנָה עָרַי מִטּוֹב] *Adhuc* (Non obstante præsente inopiâ, &c[t]: vel, *Iterum*, V. qu. d. Quamvis ad tempus interrupta & abscondita fuit gratia Dei, deintegro tamen refulgebit[v].) *dispergentur* (vel, *spargent se*, huc illuc, G. *segregabuntur*, M. Tanta erit securitas ut, etiamsi procul inter se distent urbes, nihil tamen erit periculi vel metûs[x]. Vel, *diffundent*, aut *dilatabunt*, *se*, aut, *diffundentur*, V. Pem. vel, *redundabunt*, Ti. vel, *futurum est ut diffluant*, Ca. *diffluent*, vel *effluent*: Metaphora à vasis ad labrum plenis & diffluentibus; vel, à fonte intumescente & effluente. Confer Pro. 5.16†. Vel, *conterentur*: nam ubi est magna congeries, illic est oppressio. פוץ sign. ut, *dispergere*, ità etiam, *conterere*, & *frangere*[y].) *civitates meæ* (non modò Jerosolyma, sed & urbes inferiores[z]; oppida[a]. Dicit, *meæ*, quòd singulari amore eas prosequeretur[b].) *præ bonitate*, sive *bono*, sive *boniu*, Mo. M. P. JT. Pi. vel, *ob bonitatem*, terræ scilicet[c]: vel, *præ felicitate*, Ti. præ abundantia bonorum[d], & civium, quam urbes capere nequeunt *. Hoc impletum fuit sub Zorobabele, Nehemia, Maccabæis. Possent hæc intelligi de bonis spiritualibus[f]. Magna erit fructuum terræ copia[g], adeò ut se frumentum collidat, & dolia vix capere possint vindemias[h]. Al. *Urbes bonis* (vel, *in bonis*, ό.) *adhuc implebuntur*, Ch. vel, *fruentur*, Ar. vel, *diffundentur*, ό. ¶ *Consolabitur—Sion*] Vel, ædificato Templo[i]; vel, pœnis inimicorum, ut sequitur[k]. ¶ *Et eliget* (vel, *amare perget*, i.e. benefacere; causa pro effectu: Agg. 2.23[l].) *adhuc* (vel, *rursum*, V.) *Jerusalem*] Ut scilicet habitet in ea[m]. q.d. Non rejiciet eam in perpetuum, sicut fecit Silo, quam priùs elegerat[n]. *Eliget*, id est, beneficiis suis ostendet se elegisse[o]; nec primæ electionis sive adoptionis oblitum esse. Electio est fons omnium beneficiorum, estque æterna, & in se firma. Interim *electio* per catachresin accipitur pro illius effectibus, signis aut testimoniis: sicut & *rejectio* sumitur pro externis pœnis. Hinc dicitur Deus sæpius & eligere, & rejicere electos suos: quod ad externam speciem referendum est[p].

18. *Levavi oculos*] Quasi in cœlum, unde veniunt apparitiones Divinæ[q]. Formula hæc usitata in visionibus. Vide Zac. 2.1. Dan. 8. 3. & 10.5[r]. ¶ *Quatuor cornua*] Nempe ferrea †, sub. *aderant*, Pi. Potentiam & ferociam hostium vult[t]. Sed cur *quatuor*? Resp. 1. Ut designet quatuor Imperia, quæ in Ecclesiam insurrexerunt[v]; nempe Assyrium, sub quo comprehendo Babylonicum, Persico-Medicum, Græcum, & Romanum[x]. Non placet, quia de futuris hîc non agit Propheta, sed de præteritis; quia sequitur, *sparserunt*, &c[y]. 2. Ut significet Regna sive populos ex quatuor orbis plagis qui Israelitas bellis attriverunt[z]. Ut hostes Judæos undique invaserunt, ità ostendit Deus multa sibi esse remedia, & quidem ex diversis locis, &c[a]. *Cornua quatuor*, quæ præcipuè *Hierosolymitas & Judæos* alios, cisque adjunctos *Israelitas*, impedierunt ab opere, sunt Chuthæi, Ammonitæ, Arabes, & Philistini, Neh. 4.7[b].

19. *Hæc sunt cornua* (i.e. Regna[c]) *quæ ventilaverunt* (vel, *sparserunt*, JT. Pi. sic Ti. V. D. huc illuc[d], & vexârunt *. Metaphora à bobus iratis, qui cornibus obvia quæque dispergere solent[f]. זָרָה quocunque modo *incommodare* significat, vertitúrque per ἀνθίστασθαι, (*resistere*,) Pro. 20.8. & per καθυβρίζειν, (*contumeliâ afficere*,) Jer. 51.2. etiam per *ligare*, aut *circumdare*, Davidi Kimchi, Psal. 139.3[g].) *Judam, & Israel, & Jerusalem*] Intelligit varias demigrationes populi Israelitici[h]. Per *Israelem* hîc intelligit Benjaminis & Levi posteros, & si qui ex aliis tribubus se adjunxerant[i].

20. *Quatuor fabros*] Ità JT. Pi. Ti. &c. sub. *lignarios*, Ti. Malim, *ferrarios*, ut 1 Sam. 13.19. cum instrumentis ferreis; ut cornua erant ferrea[k]. Vel, *artifices*, Ch. in V. Hi fabri sunt vel Angeli[l], vel doctores Verbi Dei[m], vel alii ministri Dei in exsequendis judiciis ejus[n].

21. *Hæc*, &c. אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת אֲשֶׁר זֵרוּ אֶת־יְהוּדָה כְּפִי אִישׁ לֹא נָשָׂא רֹאשׁוֹ וַיָּבֹאוּ וגו׳] *Ista* (vel, *Isti* quidem, P. Quasi fabri essent ista cornua; quum, contrà, fabri dicantur venisse ad deterrendum ista cornua[o].) *sunt cornua* (Al. *Quod attinet ad illa cornua*, Pi. Di. אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת sunt nominativi absoluti †.) *quæ ventilaverunt*, vel *disperserunt*, *Jehudam*, M. Ti. D. &c. (sub. *& Israelem*, ex vers. 19. Unum pro duobus ponitur[p].) *adeò ut*, vel *ità ut*, (Heb. *secundùm os*, i.e. secundùm rationem, seu tali ratione[q]. כְּפִי hîc non significat *secundùm os*, sed, *adeò ut* *.) *vir non* (vel, *non quisquam*, P. sic JT. Pi. sim. M. Ti. Ca.) *levavit* (vel, *levaret*, P. sim. M. Ti. JT. Pi. Ca.) *caput suum*, Mo. P. &c. (vel, *adeò ut nullus*, Judæorum scilicet, *elato capite incesserit*, sed demisso & in terram dejecto: quia pudebat omnes sortis suæ †. Vel, *ità ut nemo erectâ fronte incedere auderet*. Gestus hic est mœrentium[t], atque miserorum ‡. Vel, *adeò eos impedierunt ut non esset ullus qui caput suum auderet attollere*, G. Tralatio est à bajulis gravia onera portantibus[t].) *& venerunt* (vel, *jam venerunt*, JT. Pi. vel, *sed venient*, G. vel, *venerunt*; ו enim hîc est retributivum, Latinis superfluum, quo posterius sententiæ membrum priori annectitur. Similis constructio Jer. 33. v. 24. & 44. 25[v].) *isti* (*fabri*, scilicet Reges, aut Regum familiæ[x],) *ad terrendum eos*, Mo. M. &c. vel, *illa*, P. D. i.e. cornua sive Regna in Judæos arietantia[y]: illas gentes quatuor[z], [de quibus v. 19.] ¶ *Ut dejiciant cornua gentium* (sub. *illarum*, P. vires illis accidendo[a],) *quæ levaverunt cornu* (Enallage, i.e. cornua[b]: more animalium cornupetarum. Confer Ezec. 34.21[c].) *super* (vel, *contra*, G.) *terram* (i.e. gentem[d]) *Juda*. Quæ gentes hostiliter insurrexerunt contra Judæos *. ¶ לְיַדּוֹת וגו׳] *Ad projiciendum* (vel, *abjiciendum*, M. vel, *dejiciendum*, Ti. JT. Pi. sic Ca.) *cornua*, &c. Mo. &c.

CAP. II.

1. **E**T *vidi*] In viso diurno[a]. ¶ *Vir*] i.e. Angelus specie viri[b]. Præsignificatur hîc Nehemias[c]. ¶ *Funiculus*, &c.] Amussis, vel perpendiculum[d], ad designationem faciendam urbis regionúmque ejus *; ut ab architectis fieri solet[f]. Vide Nehem. 2. & 3. & seq[g]. Confer Ezec. 40. 3, &c. & 41. & 42. Apoc. 11. v. 1, 2[h]. Alia hîc prophetia de instauratione urbis, ejúsque felicitate[i].

2. *Ut metiar Jerusalem*] Scilicet aream, in qua reædificanda erat[k]. ¶ *Et videam*] Heb. *Ad videndam*,

dum, Mo. *Ut videant*, subaud. *structores*, aut *architecti*, D. ¶ *Quanta sit* (vel, *quanta*, sub. *futura sit*, JT. Pi. vel, sub. *esse debeat*, Me. vel, *quot* cubitorum sit, V.) *latitudo*, &c.] Ut justâ longitudine, &c. fiat [l].

3. *Egrediebatur*] Scilicet è loco myrtorum [m]: quasi peracto mandato à me abibat†. ¶ *Angelus alius*, &c.] Nova scilicet mandata Gabrieli de adyto referens [n]. Vide hîc Angelorum & diligentem curam & consensum in Ecclesia tuenda [o].

4. *Et dixit*, &c.] Angelus ille alius dixit ad Angelum illum qui hactenus me est allocutus [p]. ¶ *Curre*] i. e. Propera [q]. ¶ *Loquere ad puerum istum*] i. e. Zachariam [r]: sic dictum, vel, 1. ætate †; *juvenem*, D. G. ex ό. & Ch. sic enim נער sæpe sumitur [t]: q. d. qui juvenis adhuc cœpit à Deo afflari [v]. Vel, 2. conditione & statu [x], officio sive ministerio; ut נער sumitur Num. 11.27. confer Jos. 1.1 [z]: q.d. clientem, discipulum [a], ministrum tuum [b]. Vel, 3. [habitu animi:] quòd facilè, more pueri, crederet, Matt. 18.3. & Angelo se humiliaret [c]. Vel, 4. respectu Angeli [d], qui *vir* dicitur: Quem ergò nisi *pueri* gradum hic teneret inter Angelos *? ¶ *Absque*, &c. פרזות תשב וגו'] *Villæ* (vel, *In villis*, M. *Vicatim*, Ti. G. *In ruribus*, Sy. *Sine muris*, Ca. Tanquam *urbes muro carentes*, V. sim. P. quæ scilicet diffundunt & dilatant se prout necessitas postulat [f]. Vel, *Ut pagi*, D. sim. M. Pem. Deest nota similitudinis [g]. Per *pagos*, JT. Pi. Tar. Ellipsis τῆ ב præfixi [h].) *habitabitur* (vel, *habitabunt*, M. JT. Pi. Pem. id est, habitare necesse habeant. תשב alibi passivè sumitur, ut Ezec. c.26. v.20. hîc autem activè [i].) *Jerusalaim*, Mo. &c. vel, cives *Jerosolymæ*, Pi. sic JT. Plurimi Hierosolymitæ, quòd ipsi résque eorum urbis ambitu teneri non possint, per proximos vicos se dispergent [k]. Urbs hæc, quæ in ruinis jacet, instaurabitur, & populosissima erit [l]. Jerusalem initio erat spatiosa, sed paucos habens cives [m]: At tanta, inquit, erit hominum domorúmque frequentia [n], ut muro ambiri & contineri non possint [o], sed multi in suburbiis [p] & villis vicinis habitare cogantur [q]. Sensus est, Securè passim habitabitur, nec opus erit defensione, aut muris qui hostem arceant [r]. Hæc, ut reliqua hujus capitis, ad literam de Jerusalem intelligenda sunt; sensu tamen allegorico, & à Spiritu Sancto magis intento [z], de Ecclesia accipienda sunt, ad quam innumeros venturos significat [a]: quare etiam quædam dicuntur augustiora quàm ut urbi Jerusalem convenire possint [b]. ¶ *Præ multitudine hominum & jumentorum in medio ejus*] Sub. *habitantium*, V. vel, *versantium*, Pi. Sed quorsum mentio *jumentorum* in Jerosolyma? Resp. Alludit ad morem eorum qui, in regione turbata & infestata ab hostibus degentes, pecora sua interdiu pascunt in agris, noctu muris includunt [c]. Al. Per *homines* intellige, vel, 1. Judæos [d]; vel, 2. viros eruditos *, & perfectiores [f]: per *jumenta*, vel, 1. Gentiles [g]; vel, 2. simplices & rudes [h], qui præcedentium respectu quasi jumenta videantur [i].

5. *Ego ero ei——murus ignis*, &c.] Urbs tuta erit, quamvis non habeat muros, &c [k]. Illis extra urbem habitantibus ero præsidium invictum. Confer 2 Reg. 6. v.17 [l]. *Murus igneus*, qui hostes terreat [m]; quem nemo audebit accedere [n], nedum suffodere & oppugnare. Metaphora à viatoribus, qui ignem circa tentoria sua exstruere solent, ut leones [in illis locis numerosos] arceant [o]. ¶ *Et in*, &c. ולכבוד וגו'] *Et gloriæ*, vel *in gloriam*, *ero*, &c. JT. Pi. M. &c. Lucem accipit ex collat. Jes. 4. 5, 6 [p]. Illi laudes mihi gratiásque cantabunt [q]: ibi glorificabor [r]. Vel, eam reddam gloriosam †, præsentiâ, doctrinâ, &c. Quod verum fuit & in Jerusalem terrestri [t]. Intus & foris solida Jerosolymæ felicitas erit in me & in gratia mea [v].

6. *O*, הוי] *Heus*, JT. Pi. Ti. &c. Est particula vocativa [x]. ¶ *Fugite de terra Aquilonis*] Id est, è Babylonia [y]: ut Jerem. 6.22. & 16.15 [z]. Siqui adhuc ibi restatis. Nondum enim omnes in Judæam se contulerant [a]. Tardè eò redibant Judæi [b]: quod mirum videri possit, sed multæ illius rei causæ erant. 1. Incredulitas [c]. Omnia videbantur prorsus desperata [d]: terra diu vastata jacuit, & hostibus infestissimis circumdata erat *: suspecta illis erat oblata à Cyro & Dario libertas redeundi, quasi vellent eos repentè opprimere [f]: pro-

[Margin: l Tar. m Pi. † G. n G. o Calv. p V sim. D. q D. r V. D. G. Pi. Calv. s Tar. &c. † V. t G. ex D. v G. sim. x D. ex He. z Me. a V. Tar. b D. c Me. T. d T. V. ex He. e Tar. d D. ex Hi. C lv. * Calv. f g D. h Tar. i Pem. k G. l Tar. m D. n Me. o Me. sim. T. D. p T. D. q I. r Calv. z Me. a Me. sim. Calv. Tar. b Me. c Pem. d Me. ex Hi. * Me. f Tar. g Me. ex Hi. h Me. i Tar. k Calv. sim. Me. Tar. l G. m Me. sim. Calv. Tar. n D. sim. Tar. o D. p Idem. q G. r Me. † Me. sim. V. Calv. t V. v Calv. x M. y D. sim. Pi. Me. T. &c. z D. a G. b Tar. sim. Calv. Pem. c Pem. d Tar. * Pem. f Calv.]

phetias & prædictiones Dei insuper habebant. 2. Diuturna ibi commoratio, quæ in illis memoriam regionis suæ obliteravit. 3. Opes & deliciæ istius Regni [g]: ibi commodè & quietè habitare maluerunt quàm reverti in patriam, ubi nullæ erant ædes, sed tristes tantùm ruinæ. Interim fœda hæc erat ingratitudo, & contemptus singularis Dei gratiæ, quæ omnibus mundi opibus ac deliciis præferenda fuerat, & scelesta impietas. Meritò ergò Propheta eorum torporem & segnitiem castigat, &c [h]. ¶ *Quoniam*, &c. כי וגו' פרשתי וגו'] *Quia* (vel, *Quum*, JT. Pi.) *in*, vel *ad*, vel *juxta*, *quatuor* (vel, *ut quatuor*, i. e. tam latè quàm expansæ sunt quatuor partes mundi [i];) *ventos cœli* (i.e. plagas mundi [k],) *dispersi* (*expanderim*, JT. Pi.) *vos*, P. M. &c. sim. Mo. q.d. Licet vobis abire quò vultis [l]; quum antea velut in cavea detinebamini, &c [m]. Al. Sensus, q. d. Ego vos expuli, ideóque possum restituere vos, & sanare plagam quam inflixi [n]. Al. Ibi dissipati estis; venite igitur in Judæam, ut in unum populum unámque rempublicam coalescatis [o]. Al. *Quoniam in——expandam vos*, &c. i.e. latissimas terras vobis dabo possidendas [p]. Al. *dispersi vos*, i. e. dispersurus sum: Expugnatâ per Darium Babylone jam iterum rebelli, (quod factum biennio post hanc Zachariæ prophetiam, nempe anno quarto Darii,) vos quoque, isthîc deprehensi, dispergemini, & quasi socii rebellium mulctabimini, & in novum exsilium deportabimini [q].

7. *O Sion*] O vos cives Sionis [r]. ¶ *Quæ habitas*, &c. יושבת בת בבל] *Habitatrix filiæ*, (vel, *puellæ*, Ca.) *Babel*, Mo. Di. ex ό. Ca. sic Ar. בת בבל est regio Babylonis, cui urbs Babel, tanquam mater, dominatur. Pagi & oppidula vocantur בנות, *filiæ*: regio, pagos & oppidula continens, בת, *filia* †. *Qui habitas in provincia Babylonis*, Ch. vel, *quæ habitas* (vel, *desides*, JT. Pi. Heb. *sedes*, Pi.) apud *filiam* (vel, cum *filia*, P.) *Babel*, M. Ti. JT. Pi. *Filiam* pro *congregatione* accipit, more Scripturæ: i. e. inter Babylonios; h. e. inter infideles ac idololatras [t]. *Filia Babylonis* dicitur, ut *filia Sion*, *filia Edom*, &c [v]. Sensus loci, q.d. O Sion, i.e. O vos Judæi, quibus non alibi stabile est domicilium quàm in Sion, qui Templo devincti estis, redite in locum vestrum, quia malè & præposterè habitatis in Babylone [x].

8. *Quia hæc dicit Dominus exercituum*] i.e. Christus [y]; qui est Dominus rerum omnium, & verus Jehovah [z]: cùm enim æqualis sit Patri, idem habet nomen cum eo [a]. ¶ *Post*, &c. אחר כבוד שלחני וגו'] *Post* (vel, *Propter*, Ti.) *gloriam misit* (vel, *mittet*, P.) *me*, Mo. M. ό. Ar. Calv. V. D. *Post gloriam*, de qua suprà v. 5 [b]. Post redditam Jerosolymæ gloriam [c]. Hoc vult, q.d. Ubi Deus semel exserere cœpit virtutem & gloriam suam in reductione populi, non faciet finem, sed perficiet quod jam videtis inchoatum, & quicquid promisit per Prophetas suos. Quare fidenter exspectate cum restitutione æternam etiam conservationem vestram. Sed difficultas hîc occurrit. Deus enim hîc est & missor, & missus. Hinc colligimus introduci Christum, qui & verus est Jehova, & simul Angelus ac legatus Patris. Christus hîc est præco Dei Patris, qui mandat Filio, qui etiam Jehova est [d]. q.d. Deus pater misit me *. Prædicit adventum Christi & vocationem Gentium [f]. Al. *Post gloriam quam dixit adducendam super vos misit me*, Ch. Judæi hæc intelligunt de temporali triumpho reportando ex hostibus. Sed quum id nunquam factum sit ut ipsi spoliaverint Assyrios, Medos, Persas, & alios populos quos hostes passi fuerunt, consequens est ut hæc de Regno Christi intelligantur [g]. Al. Christus duplex mandatum à Patre accipit; 1. ut protegat Ecclesiam, 2. ut hostes puniat. *Post gloriam*, i.e. Ecclesiam & populum Judæorum, Esa. 4. 5. Rom. 9. 4. quorum inprimis curam suscipit Deus, *misit me ad gentes*, &c. [ut sequitur,] nempe in judicio, ut verba sequentia probant †. Al. *Sectatum gloriam*, &c. i. e. Ad pariendam gloriam in eis puniendis [h]. Al. Qui *post* indictam *gloriam* (i.e. postquam sibi proposuit glorificare vos, asserendo vos è potestate Chaldæorum [i]: vel, quando jam ipse Filius Dei missus in mundum cœpero promissa implere, & præcipuè quando miraculis me Dominum gloriæ ostendero [k]: vel, qui duo significavit mihi, & fieri per me imperavit; unum, ut gloriam quam in vobis collocaturus sum indicem, alterum, [quod

hîc

[Margin: g Pem. h Calv. i D. k V. D. l D. sim. Tar. Jun. m Tar. ex Jun. sim. D. n Calv. o Me. p G. q T. r G. † Di. t V. v D. x Calv. y V. D. Calv. Tar. Jun. Ca. &c. z D. a D. ex V. sic Calv. b T. sim. Me. d Calv. * D. sic V. f V. g M. † Pem. h Ca. i Pi. k Tar.]

hic sequitur,] ut in hostes immittam ignem judiciorum ipsius: quæ duo Christus dixerat suprà v. 5. & hîc Angelus repetit per ὕστερον πρότερον[*].) *misit me*, JT. Pi. Tar. i. e. hanc prophetiam per me Λόγον jam longè antè edidit[†]. [Alii aliter vertunt.] *Tandem* erit *gloria*; i.e. Tandem aliquando emerget Sion ex ignominia sua, & in gloriam restituetur. Quod autem ejus argumentum? *Misit me*, &c. Verba sunt Angeli qui introductus fuit v. 7. al. 3. τὸ אַחַר hîc sumitur ut Gen. 33. 7. Aut verto, *Postea* erit *gloria*, nempe postquam te erueris è regione Babel: quod jusserat v. præced[x]. Al. *Quia hoc præcepit Deus repercussioni gloriæ suæ*, id est, Michaeli, ut ille diceret Prophetæ. Michael vocatur אַחַר כָּבוֹד, quia est ἀπαύγασμα quoddam Dei, Dan. c. 10. v. 5. & confer cum Ezec. 1. 27, 28. & 8. 2. Sic David optat à Deo fieri אַחַר כָּבוֹד, Psalm. 73. 24. id est, *effulgentia quædam lucis Divinæ* per dona ac virtutes. Michael, Judæorum procurator, mandatum accepit ad graviter puniendas illas gentes Judæis vicinas & infestas[y]. ¶ *Ad gentes* (vel, *contra gentes istas*, JT. Pi.) *quæ spoliaverunt* (i.e. afflixerunt[z]) *vos*] Vel, 1. ut se subjiciant vobis[a], sive Ecclesiæ, actâ sc. pœnitentiâ[b]. Vel, 2. ut de iis supplicium sumam, & vestras injurias persequar[c]: ut odio Ecclesiam prosequentes intereant[d]. Sensus loci, q. d. *Post gloriam*, quam Judæi habuerunt cùm adhuc Christi exspectarent adventum, *misit me*, Pater scilicet cœlestis Filium suum, *ad gentes*, &c. ut eas spoliem religione falsâ, & Judæ adjungam, &c[*]. ¶ *Qui—tetigerit* (i.e. lædit[f]. Sic, *Nolite tangere unctos meos*, Psal. 105. 15[g].) *vos tangit pupillam* (בָּבַת idem quod אִישׁוֹן Psal. 17. 8. Deut. 32. 10. *pupilla*, sive crystallinus humor in oculo, proprium videndi instrumentum[h].) *oculi mei*, עֵינוֹ] *Oculi ejus*, Q. in V. D. G. ex ὁ΄. Pi. JT. &c. nempe Dei[i], qui hîc loquitur[k]; nam Michael loquitur ex præcepto Dei[l]: cui Ecclesia est charissima[m]. Al. *oculi sui*, P. V. D. Calv. q.d. Sibiipsi nocebit[n], suos ipsius oculos feriet[o]. Vide Deut. 32. 10. Psalm. 17. 8[p]. Inter omnia membra oculi nostri sunt charissimi[q]: ejus pupilla tenerrima est[r], tactum vel minimum sentit, læsa graviter dolet, amissa faciem deformat, &c[†]. Sensus, Lædit id quod charissimum habet[t]. Non est quòd metuatis vobis ob potentiam hostium, quibus obnoxii videmini: furor ipsorum non poterit contra vos grassari: efficiet Deus ut se jugulent proprio gladio, vel sibi oculos configant[v].

9. *Ecce, ego levo* (vel, *agito*, D. Calv. i. e. brevi agitaturus sum[x]: *attollam*, G.) *manum meam super* (vel, *contra*, JT. Pi. D.) *eos*] Vel, *eas*, nempe gentes[*]; ut solent verberaturi: Job. 31. 21[y]. Vox *manûs* significat virtutem quam exserit Deus, vel in solatium, ut ibi, *Manus Domini erat cum eo*; vel in pœnam, ut h. l. & Ruth 1. 13. Vide & Act. 13. v. 11[z]. Al. Exercebo potentiam meam contra eos, i. e. convertam eos per prædicationem Evangelii, idque virtute Spiritûs mei[a]. Ostendit Deum facilè, & vel solâ manûs agitatione, posse omnes hostes suos prosternere[b]. ¶ *Et erunt prædæ*, &c.] *Præda*, vel *prædæ*, *servis suis*, JT. Pi. Calv. D. &c. i.e. Vel, 1. Judæis[c]; quos illi præ se contempserant[d], quos oppresserant[*], qui nunc eis inserviunt[f], quos captivos tenent[g]. Impletum hoc maximè per Maccabæos, 1 Mac. 5. Joseph. Antiq. 12. 11, 12. & per Hircanum, Joseph. 13. 17[h]. Sed certum est, hoc vaticinium minimè fuisse completum tempore illo intermedio inter exsilium Babyl. & Christi adventum: tunc enim miserrima & pudenda fuit eorum conditio; Regnum ipsorum plenum erat probris & sceleribus, Reges ferè omnes parricidæ, &c. Ergò sub Regno Christi hoc demum præstitit Deus ut hostes in prædam cederent Ecclesiæ, ubi scilicet subacti sunt ut subeant jugum Christi: ubi enim eminet Christus, tunc etiam dicitur Ecclesia, quæ corpus ejus est, Regnum obtinere; quia Christus nihil vult separatim habere à suis membris[i]. Sensus, qu. d. Illi subdent colla his qui converterint eos, & quos priùs afflixerant[k]. ¶ *Et cognoscetis* (nempe ex effectu[l], vel experientiâ[m],) *quia* (*quòd*, Ti. Pi. &c.) *Dominus exercituum* (Deus Pater[n]) *misit me*] Vel, 1. Michaelem[o]: vel, [2. Zachariam;] q.d. me esse verum Prophetam, & hæc à Deo accepisse[p]: vel, 3. Christum[q]; i.e. me esse verum Messiam missum à Jehova, &c[r].

* Jun. † Tar. x Di. y G. z V. a Me. b Tar. c D. d Tar. * Q. in M. f D. sim. V. g D. h Pem. i Q. in V. Tar. &c. k Tar. l G. m Tar. n V. o Calv. p D. Tar. G. q Tar. sim. Pem. r Tar. † Pem. t D. v Calv. x D. * Idem. y G. z D. a V. b Calv. c Calv. D. Pi. G. d G. * Calv. f D. g Pi. h G. i Calv. k V. l Calv. m Calv. D. n D. o G. p Me. q Me. Tar. Calv. &c. r V.

10. *Lauda* (vel, *Canta*, vel *Gaude*, V. vel, *Ova*, D. Præ ingenti lætitia erumpe in Dei laudem[†]:) *& lætare, filia Sion*] Vel, 1. popule Judaice[t], è Babylone sc. rediens[v]: vel, 2. Ecclesia fidelium[x]. Confirmat præcedentem promissionem à signo, ingenti nempe lætitia[y]. Adducit eos quasi in rem præsentem, ut in animis suis hanc promissionem sentiant, &c[z]. ¶ *Ecce, ego venio*] Vel, *venturus sum*, JT. Pi. alio & efficaciori præsentiæ modo[a]: non deinceps in umbris, ut in V. T. sed ipsum corpus adumbratum: non tantùm ἐνεργητικῶς (*per operationem*,) & ἀοράτως (*invisibiliter*,) in Verbo & operibus; sed conspicuè[b], & corporaliter, Colos. 2. 9[c]. in carne[d], 1 Tim. 3. 16[*]. Hinc constat sermonem hunc non posse torqueri ad Prophetam, nec posse Deo Patri competere. Christus ergò hîc loquitur, non ut homo, vel Angelus, sed ut Jehova, quo nomine h.l. vocatur, & ut Deus Redemptor[f]. ¶ *Habitabo in medio tui*] Templum meum ibi habebo[g]. Sed habitatio illa umbratilis erat sub figuris, &c. quare novum præsentiæ genus hîc notat, in Christo, &c[h].

11. *Et applicabuntur* (vel, *adjungent se*, V. simil. D. per fidem scilicet[i]: adhærebunt[k],) *gentes multæ*, &c.] Impletum hoc vel, 1. post exsilium Babylon. quando proselyti non pauci se iis adjunxerant, tum ex Judæorum dispersione & commercio cum aliis gentibus, quibus idcirco ipsorum Religio moresque magis innotuerunt; tum quia præparatio hæc fuit ad generalem Gentium conversionem[l]. [Sensus est,] Multi venient variis ex locis, ut, relictâ idololatriâ, uni veróque Deo serviant in atrio Gentium: 1 Reg. 8. 41. Nec id mirum, cùm & Cyrus & Darius in Templo pro se or.ri voluerint. Sic & Lacedæmonii. Alexander Deo in Templo victimas obtulit. Idem fecêre Ptolemæus Philadelphus, Augustus quoque & Tiberius. Reges plurimi, ut & Scſſius, dona eò misêre[m]. Vel, 2. sub Evangelio[n]; per vocationem Gentium[o]. ¶ *Misit me ad te*] q.d. Non solùm ad Gentes, ad quas se mittendum dixerat, sed etiam ad Judæos[p].

12. *Et* (vel, *Tum*, Pi. Tar.) *possidebit* (i. e. reget ac tuebitur, ut homo solet res à se possessas[q];) *Dominus Judam* (i.e. populum Judaicum[r]; Judæos credentes[†];) *partem* (ut Deuter. 32. 9. i. e. hæreditatem[t]: vel, ut *peculium*, sive ut *partem*, G. i. e. portionem hæreditariam & sibi charam[v]; peculium proprium[x]: qu.d. ab eo coli vult[y]:) *suam in terra* (Divino cultui[z]) *sanctificata*] Heb. *sanctitatis*, Pi. i.e. Vel, 1. in Ecclesia[a]: vel, 2. in terra Canaan[b], quæ *sancta* vocatur ob Divinum cultum, qui in ea sola exercebatur[c]. Promittit eos restituendos fore in pristinam sortem, & populum peculiarem fore, quum nunc permixti essent gentibus: quæ dissipatio videbatur abdicationis signum esse[d]. Duplex hîc prærogativa. 1. Aliæ gentes Terram sanctam incolebant, sed Juda tantùm erat Dei portio. 2. Deus portionem suam habebit, non in Babylone, vel alia terra captivitatis, sed in Terra sancta, sede Patrum & cultûs Divini[*]. Nè, Gentium vocationem asserens, Judæis spem salutis denegâsse videatur, eandem gratiam quam patribus exhibuit posteris promittit[f]. Al. *Possidebit Judam*, i. e. Ecclesiam, typicè[g]. ¶ *Et eliget adhuc Jerusalem*] i. e. Electionem ejus renovabit[h]. Dicit, *adhuc*, quia semel elegerat, tempore Davidis; postea reprobavit, cùm à Chaldæis excideretur; nunc iterum eliget, & sedem suam ibi collocabit[i], cultúmque ipsius ibi stabiliet[k]. Abruptus quidem erat gratiæ Dei cursus[l]; verùm fœdus Dei non erat intercisum & irritum: Rom. cap. 11. vers. 28, 29[m]. Ostendet Deus eam non frustrà semel fuisse electam[n].

13. *Sileat omnis caro* (i. e. omne hominum genus[o]: ut Psal. 65. 3. Joel. 2. 28[p].) *à facie Domini*] Similis locutio Hab. 2. 20. Soph. 1. 7[q]. [ubi dicta vide.] הַס, *sile, pax*; interjectio silentium imperantis sibi aut alteri[r]. *Sileat*, i. e. timeat: nam timorem comitari solet silentium[†]. Reverenter & sanctè eum colat[t], & subjecta sit[v]; nè glorietur, aut comminetur, aut disputet, aut dubitet[x]. *Silere* dicuntur tum, 1. pii, dum Deo obtemperant, & se sub manu ejus humiliant: tum, 2. impii, ubi Deus vesaniam eorum coarguit, ut, licèt obmurmurent ac fremant, tamen non possunt coràm resistere, quin opus suum compleat. De hoc silentio hîc loquitur Propheta.

† V. t Pi. sim. Me. v Me. x D. y Tar. z Calv. a Idem. b Tar. c Tar. Calv. d Tar. sim. L. Calv. &c. * Tar. f Calv. g G. h Calv. i D. k V. l Pem. m G. n Pem. o Calv. sim. Pem. p Calv. q D. r Pi. † D. t Idem. v Me. x T. y G. z T. a D. ex Hi. b Pem. c D. d Calv. * Pem. f Tar. g Jun. h Calv. i D. k Pem. l Calv. sim. Pem. m Pem. n Calv. o D. sim. Pi. p D. q V. r D. † G. t Me. v Me. sim. Calv. x Pem.

pheta[y]. Sileant omnes,& nemo repugnet huic ordinationi Dei [z]. Apostrophe est ad omnes, sive hostes, qui potentiam suam jactabant, & perpetuum excidium Judæis minitabantur; sive Judæos incredulos, qui diffisi sunt promissis Dei, quæ ipsis incredibilia videbantur [a]. Epiphonema, quo insultat Zacharias omnibus Ecclesiæ inimicis, & ostendit frustrà eos furere, quia nihil proficient [b]. Rationes hujus silentii h. l. tres sunt. 1. Illi sunt *caro*, i. e. infirmi, ignari rerum. 2. Ille est *Jehova*, sapientissimus & potentissimus ad complendas promissiones suas. 3. Deus jam prodiit. Quis autem eo præsente mutire audet [c]? ¶ *Quia* (vel, *Quum*,] T. D.) *consurrexit*] Vel, *excitatus est*, sive *fuerit*,] T. Pi. Ti. D. &c. tanquam è somno [d], ad ultionem sc. de impiis sumendam [*]. *Dormire* dicitur Deus, quando suos vexari permittit impunè [f]. ¶ *De habitaculo sancto suo*] i. e. Vel, 1. è cœlo [g]; ut 2 Paral. 30. 27[h]: unde veniet [i], ad opem ferendam populo suo [k], vel, ad carnem assumendam [l]; & ut judicet vivos & mortuos [m]. Vel, potiùs, 2. è Templo suo [n]: quia de Ecclesia hîc agitur [o]. Templum autem, licèt contemptibile jam erat & incompletum, sanctum tamen erat, & indè, tanquam ex arce, prodire voluit Deus in suorum defensionem [p]. Ut fideles *misererentur pulveris Sion*, Psal. 102. 15. quia locus ille etiam in ruinis sacer manebat: ità hoc loco dicit Deum proditurum ex Sione, hoc est, loco contemptibili; non tamen ideo destitit Deus illic habitare, ut Templum rursus erigeret [q].

CAP. III.

1. OStendit mihi (sub. *Jehova*, ex Zach. 1. 20[a].) *Jesum*, (vel, *Josuam*, D. sic Ti.] T. &c.) *sacerdotem magnum*] Qui toto tempore Darii Hystaspis vixit [b]. Scopus visionis hujus est dubius. Vel, 1. ut populum solaretur, de contemptibili Pontificum statu solicitum [c]. Nôrunt omnes, Josuam carere Sacerdotali gloriâ tali qualis fuit ante exsilium [d]. Huic scandalo jam occurrit [*]. Vel, 2. ut significaret, hostes ipsis esse non tantùm externos, sed & internos, nempe peccata tum populi, tum Sacerdotis; & Satanam illa exaggerare, ut benedictionem Dei averteret, atque pœnam in eos derivaret [f]. ¶ *Stantem* (i. e. vel, 1. ministrantem, ut Psal. 135. 2 [g]: vel potiùs, 2. ut reum coram judice [h]:) *coram Angelo Domini*] Vel, 1. Michaele, qui Satanæ se opponit, epist. Judæ v. 9 [i]. Vel, 2. Christo; quia vocatur *Jehova*, & *angelum Domini*, h. e. nuncius vel legatus, quia missus est à Patre ad nos [*]. ¶ *Satan stabat à dextris ejus*] Nempe Josuæ [k]. Qu. Cur *ad dextram?* Resp. 1. Ob veritatem & vehementiam accusationis, quâ Satan ei superior videbatur [l]. Sacerdotes enim plurimi impii fuerant, quos hîc accusat Satanas: Deus autem veram accusationem negare aut negligere non potest [†]. 2. Ut impediret eum in opere suo peragendo: quia dextra est proprium & aptissimum agendi instrumentum; adeóque is locus commodissimus ei qui alium in opere suo vel promovere voluit, vel impedire. Vide Psalm. 16. 8. & 109. 31 [m]. Vel, 3. Quia in tribunalibus latus dextrum erat actoris [n], ut sinistrum erat rei [o]. ¶ *Ut adversaretur ei*] Ut preces ipsius irritas redderet, ipsum accusando & Judæos [p]. Ut per Sanballatum & socios ipsius impediret ædificationem, &c [q]. Ut accusaret ipsum, vel, 1. negligentiæ [r], & segnitiei in munere docendi populum, eósque ad obedientiam & ad ædificationem provocandi [†]. Vel, 2. quòd remissior erat, sinebátque proprios filios & fratres alienigenis copulari, Esd. cap. 10. v. 18 [t]. Conabatur persuadere Michaeli hunc esse immundum, ideóque indignum sub quo Templum illud reædificaretur [v].

2. *Dixit Dominus*] Vel, 1. Christus [x]; qui hîc *Jehova* dictus [y], quíque Ecclesiæ patronus est [v]. Vel, 2. Michael; qui *Jehova* dicitur per μετάληψιν, vel ἔλλειψιν, quia sc. Dei partes agit [z]: legatus enim vocatur de nomine Principis sui [a]. [Quod tamen refutat communis gentium praxis, & usus loquendi: neque enim, v. g. legatus Regis Britanniæ dicitur *Rex Britanniæ*, sed, *legatus Regis*, &c.]

Adverte hîc mysterium Trinitatis, *Jehovah* loquitur ad *Jehovam* [b]. Vel, locutio est qualis illa, Gen. c. 19. v. 24. *Pluit Dominus à Domino* [c]. ¶ *Increpet Dominus*, &c.] Deus Pater [f]. i. e. Compescat te [g], & coerceat, ne huic viro satis dura passo ampliùs noceas [h]: nè possis eum accusare [k], aut ædificationem impedire [l]. Te objurgatum jubeat hinc facessere atque ejiciat [m]. Non disputat cum Satana, sed eum obmutescere cogit. Accusatio enim, licèt vera, intempestiva erat & maligna [*]. ¶ *Qui elegit* (i. e. in gratiam recepit & charam habet [n]) *Jerusalem*] Cujus ædificationem frustrà impedire studes [o]. Elegit eam Deus non obstantibus ipsius peccatis. Num ergò eorum peccata quæ eis improperas electionem meam irritam redderent [p]? ¶ *Numquid non iste* (Josua [q], & Jerusalem [*],) *torris* (vel, *ut torris*, D. sim. Ti. &c.) *est erutus* (vel, *ereptus*,] T. Pi.) *de igne?*] i. e. Ex incendio [r]; ut Amos. 4. 11 [†]: i. e. ex captivitate Babylonica [t], unde quasi semiustus evaserat [v]. Nonne ex gravibus periculis eum servavit Deus? Fabulantur Judæi, Jesum hunc à Chaldæis in ignem fuisse conjectum, postulantibus id pseudoprophetis Achabo & Sedeciâ, quorum mentio Jer. 29. 21: ipsum autem ex igne servatum, vestibus tantùm adustis [x]. Auget culpam Satanæ, quòd adversaretur homini misero, cui condolere debebat [y]. Annon Josua & Jerosolyma graviter castigati fuerunt ob peccata sua, per 70 annos, in igne iræ Divinæ semiusti, reliquiis tantùm servatis? Crudeliter ergò & injustè agis, qui extinctum ignem resuscitare studes [z]. Satis est quòd Deus populum penè extinxit. Et tu conaris relictum titionem auferre. Non ità erit, sed ædificabitur urbs, &c [a]. Prædicat hîc Dei gratiam erga Josuam [b]. Dominus cum eo clementer jam egit [c], & mirabiliter eum eripuit [d] ex incendio Babylonico, quo tota penè ejus familia conflagravit, ut operâ illius Templum, urbs & Religio, juxta Divina promissa, restaurentur [*]. Cujus causam Deus semel tuendam suscepit, ac proinde, quâ est constantiâ, nunquam deseret eam [f]. Semper primis ultima respondent quantum ad gratiam Dei; neque fatigatur in ipso cursu beneficentiæ. Insurgis ergò contra Deum, dum hunc perdere putas [g]. Num fortè vis morte ipsius promissa Divina aboleri, Deúmque mendacem fieri [h]? Frustrà niteris perdere eum quem Deus liberare decrevit [i]. Frustrà speras te impediturum ædificationem hâc tuâ accusatione [k].

3. *Erat indutus vestibus sordidis*] Ità Mo. P. M. &c. i. e. pollutis cœno & sordibus, ut vox צואים significat [l], more reorum [m]. Significat, vel, 1. Sacerdotium post captivitatem non tam splendidum fuisse sicut antea [n]. Non placet: quia vestes hæ inquinatæ sunt, quum vestes crassæ & viles mundæ esse possunt [o]. Vel, 2. peccata Josuæ [p], & populi [q]. Erat aliquid in Josua culpæ; nempe, quòd filios suos sineret vivere cum uxoribus externis [r], contra Legem, Deut. 7. 3. Ezec. 44. 22 [†]. Quin & ipse externam duxit, si fides Hebræis [t]. Hoc arripiebat Satan, ut jus habens in exleges [v]. Vel, 3. squalorem captivitatis [x]. ¶ *Et stabat ante faciem angeli*] Quamvis abjectus & putidus esset, erat tamen sub oculis Dei [y]. Non abhorret Christus ab ejus præsentia & cultu. Gratiosè acceptat Deus piorum obsequia, quamvis peccatis & infirmitatibus permixta sint [z].

4. *Ait ad eos*, &c.] Angelos [a], inferiores [b], qui pone ipsum stabant, cap. 1. 8 [c]. ¶ *Auferte vestimenta*, &c.] *E domo ejicite uxores illas externas.* Ità Chaldæus [d]. ¶ *Abstuli à te iniquitatem* (vel, *culpam*, D.) *tuam*] Quam vestes hæ sordidæ indicant [*]: ob quam meritò jacetis in sordibus tu Sacerdos & populus tuus [f]. Repurgavi te ab eo quod unum tibi objici poterat [g]. ¶ *Et* (vel, *Ut*, D.) *indui* (vel, *induam*, D. Pi. vel, *induere*, Mo. Infinit. pro præt. *induere feci*, sub. *ab angelis mihi subditis*, V. vel, *induent*, subaud. *angeli*, D.) *te mutatoriis*] Ità M. Mo. P. Pi. vel, *immutatis*, Ti. sic] T. subaud. *vestibus*, P.] T. Pi. i. e. vestibus mundioribus [h], elegantioribus [i]; quæ induuntur tantùm in solennitatibus, postea exuuntur ac seponuntur [l]: quæ מחלצות dicuntur ab *exuendo* [m]. q. d. Ornavi te variis gratiis ac virtutibus [n]. Targum reddit, *puritatibus, justitiis*: i. e. Pro sordidis peccati vestibus dedi tibi puram vestem sanctitatis [o]. Denotatur h. l. *vestis salutis*, Esa. 61. 10. *vestis nuptialis*, Matt. 22. v. 11. perfecta Christi justitia, &c [p]. Al. vestes sacerdotales

dotales hîc intelligit [q]. Cui repugnat tum antithesis h. l. tum versus sequens, ubi de illis agitur [r].

5. *Et*,&c. ואמר] *Et* (vel, *Tunc*. P. vel, *Præterea*, Pi. *Ideóque*, JT.) *dixi*, V.P. vel, *dico*, JT. Verba sunt Zachariæ †, læti de redditis vestibus, optantis tamen majorem præstantiam & perfectionem Sacerdotis, ut adderetur cidaris, &c [t]. ¶ *Ponite* (vel, *Imponant*, P. &c. q.d. Jube imponant, nempe Angeli inferiores te [v],) *cidarim* (ornamentum capitis proprium summo Sacerdoti [x]; Exod. 28.4. Levit. 8. 9. & 16. 4 [y].) *mundam* (quia ea quam antè habuerat erat per istam culpam quasi contaminata [z]:) *super caput ejus*] Tanquam publici officii decorem. Sensus loci, Induatur Josua rebus omnibus tum ad sacerdotium rectè pro Ecclesia persungendum, tum ad vitam sanctè traducendam [a]. ¶ *Vestibus*] Novis [b]; mutatoriis, nempe sacerdotalibus, quales subucula, tunica, baltheus, superhumerale, &c†. ¶ *Angelus Domini stabat*] Nondum enim evanuerat è conspectu Prophetæ [c]. Significat, Angelum non semel, sed perpetuò, curâsse Josuam & sacerdotium [d].

6. *Et contestabatur*,&c.] Ità Mo. Vox est forensis vel legalis. In contestatione interponitur, vel solennis protestatio, vel jusjurandum, vel legitima authoritas, quasi sacra essent verba *. *Et obtestatus est*, i. e. gravi oratione [f], & quasi testibus adhibitis, palàm admonuit [g], ut, remissionem peccatorum & Pontificiam dignitatem consecutus, mandata Dei diligentiùs servaret, & ab aliis servari curaret [h]. Vel, sub attestatione jurisjurandi denunciavit illi, nempe Michael [i]. Ostendit in quem finem ei ornatum reddiderit; non in gratiam hominis, sed ad gloriam & cultum Dei [k].

7. *Si in viis*, &c.] Si Legem solicitè servaveris [l]. ¶ *Et custodiam meam*, &c.] i. e. A me præscriptam [m]: ceremonias quas custodiendas præcepi [n]. Partes tibi mandatas bene obieris. Id enim propriè *custodia*. Vide ad Luc. 1. 5 [o]. ¶ *Judicabis domum meam*] i. e. Reges populum meum [p], sive Ecclesiam [q], Verbo meo, ut crescat in Regnum [r]. Ages judicem in Templo meo: h. e. Diu fungêris officio summi Sacerdotis †. Templi ceremonias reges, diu scilicet. Id enim munus sacerdotum, Levit. 10. 10. Ezec. 44. 23. Mal. 2. 7 [t]. ¶ *Et custodies atria mea*] i. e. Domum meam; per synecdochen [v]. Idem aliis verbis [x]. Diu præeris Templo [y]: obibis omnia Pontificis munia [z]. ¶ *Et dabo tibi ambulantes*, &c. מהלכים בין וגו'] *Itinera* (vel, *transitus*, M.Calv. *incessus*, V. *vias*, P. *aditus*, Ca.) *inter stantes*, sive *astantes*, *hos*, vel *ipsos*, vel *istos*, Mo.M.P.&c. nempe Angelos [a], quos demonstrat [b], in quorum præsentia hæc dicuntur [c]. q. d. Faciam tibi potestatem incedendi inter eos [d]. Sensus, Efficiam ut te libenter & reverenter recipiant pii omnes, ut liber tibi transitus inter eos pateat. Angeli enim hîc repræsentant corpus Ecclesiæ, cujus etiam coetibus intersunt, 1 Cor. 11. 10*. Al. Angelis annumerari mereberis; sicut & sacerdotes *angeli* vocantur Mal. 2. 7 [f]. Dabo tibi locum inter Angelos in cœlo. Alludit ad ea ambulacra quæ circa Templum erant [g]. [Alii aliter reddunt:] *qui conversentur in medio stantium*, LXX; vel, *qui ambulent inter hos astantes*, Sy. *qui ambulent tecum* (i. e. qui te defendant ac protegant, Psalm. 91. 11. Matth. 4. 6.) *de his qui nunc assistunt*, velut apparitores Michaelis. Vide suprà 4. & quæ dicta ad Matth. 18. 10. Hæc Hebræorum multi referunt ad vitam æternam, ut (quod ipsis difficile est) eam probent in V. Fœdere disertè promitti. Sed sensus quem attulimus est planior [h]. [Alii locum sic reddunt;] *Utique disponam tibi qui ambulent inter adstantes istos*, JT. Tar. i. e. Angelos, ut v. 4. i. e. Constituam te cum posteris tuis in eadem dignitate quâ sunt Angeli Dei in cœlo, & inter ipsorum myriadas in eadem Ecclesia conversaberis: Matt. 22. 30. Heb. 12. 22 [i]. Duplex tibi præmium erit: 1. temporale, nempe excellentia & diuturnitas dignitatis Pontificiæ ad posteros quoque transituræ; 2. æternum, nempe cœlestis cum Angelis felicitas [k]. [Ch. locum sic reddit, *Et in mortuorum resurrectione resuscitabo te, pedésque inter Seraphim istos ambulantes tibi donabo.*]

8. *Audi*, &c.] Propter magnitudinem rei dicendæ denuo captat attentionem [l]. Nè, externo sacerdotio nimis intenti, verum Pontificem in illo adumbratum & promissum Judæi negligerent, ad hunc eos revocat, &c [m]. Docet, quicquid hactenus ostensum fuit Zachariæ esse umbratile, & veritatem suo tempore exorituram. Erigit piorum animos ad Christi exspectationem, ut longè plus sperarent quàm cernerent [n]. Ostendit hîc fontem omnis illius gratiæ in ipsum collatæ, Messiam scilicet [o]. ¶ *Tu & amici tui*] i.e. Inferiores sacerdotes [p]; vel, Prophetæ [q], Zacharias, Aggæus, Malachias [r]; Zorobabel, Esdras, Nehemias †, fortè & Daniel [t]: collegæ tui [v]; totum collegium sacerdotum: his enim omnibus declaranda erat hæc visio, quanquam in ea non compareant [x]. Ad hos seorsum loquens, obliquè perstringit vulgi incredulitatem & socordiam de hoc mysterio, quòd paucissimi capaces erant hujus doctrinæ [y]. ¶ *Qui habitant* (vel, *sedent*, D. JT. Pi.) *coram te*] Ut discipuli coram magistro [z]. Vel, *assident tibi*, G. sic D. in conventibus, tanquam assessores coram præside [a]. ¶ *Quia viri*, &c. כי אנשי מופת המה] Clausula difficilis, & variè intellecta [b]. *Quia* (vel, *Quandoquidem*, JT. Pi. *Quamvis*, Q. in D.) *viri portenti*, sive *ostenti*, sive *miraculi*, (vel, *prodigiorum*, P. vel, *portentosi*, Ca.) *ipsi*, Mo. *sunt*, M.D.G.Sy. Qu. Cur ità dicuntur? Id fateor me ignorare [c]. Resp. 1. Quasi mirabiles [d], atque miraculosè in hunc locum restituti, suprà v. 2 *. 2. Qui aliquid portendunt [f], nempe Messiam mittendum, qui unicus erat hujus politiæ finis. Abstractum hîc pro concreto [g]. Signa & typi rerum futurarum [h]. Portenta Israelis, factis & oraculis admirabiles & portentosi, portendentes Christum [i], ejúsque sacerdotium †, vitam, doctrinam, passionem, & alia mysteria ‡. 3. Periti in figuris & ceremoniis & typis futurorum. Ità מופת hîc non est *portentum*, sed idem quod אות, *signum*, ut 2 Par. 32. 24. collat. cum 2 Reg. 20. 8. & Esa. 38. 7. Quanquam plerumque *signa prodigiosa* & *miracula* denotat [k]. 4. Apti ad facienda prodigia [l]. 5. Digni per quos [m], vel quibus [n], & in quorum gratiam [o], fiant prodigia [p]; vel, edantur signa rerum futurarum: id enim מופת. [Sic & Chald. reddit, *digni quibus fiant miracula*.] 6. Quia eos ut ostenta & prodigia omnes admirabantur, vel certè aversabantur [r]: quia omnibus probrosi erant & intolerabiles; qu. d. Quid sibi volunt isti? volunt supra omnes alios & supra Ecclesiam sapere, &c. Confer. Jes. 8. 18 †. Al. *ostento*, JT. Pi. Vide Psalm. 71. 7 [t]. Al. *portentorum spectatores*, ο'. sim. Ar. ¶ *Ecce enim*, (Rei magnitudinem & certitudinem indicat [v].) *ego adducam* (propediem [x], huc ad vos [y]; vel, in mundum suo tempore [z];) *servum meum* (Ità Christus vocatur, vel ratione officii, vel propter humanam naturam [a].) *Orientem*] Ità ο'. Sy. Ar. Potiùs, *germen oriens*: nam in ο'. est, ἀνατολή, non, ἀνατέλλων [b]. ¶ צמח] *Germen*, Mo. P. M.D.G.&c. Qui hîc est vel, 1. Zorobabel, ex collat. Zac. 4. 10. & 6. 12. qui צמח vocatur & Esa. 4. 2. Jer. 23. 5. & 33. 15 [c]. [Quod alii pernegant. Vide quæ congessimus ad illa loca.] Vel, 2. Christus [d]; cujus adventum prædixerunt alii Prophetæ *, vocârúntque eum *Germen*, Esa. 4. 2. [& 11. 1.] Jer. 23. 5. & 33. 15 [f]. Sic vocatur Christus, quia de nihilo oriri visus est, obscuris initiis [g]: quia in carne manifestatus & è Virgine ortus est, ut germen è terra oritur [h]: quia ex emortua ferè Patriarcharum radice tanquam novus surculus prodiit [i]; & defossus in terra germinavit, & in magnam arborem crevit [k]: quia ex & in illo velut germine spirituali renascantur plantæ cœlestes, Johan. 15. v. 2 [l]. Chaldæus & Judæi alii de Messia hunc locum interpretantur. Addunt alii צמח esse ἰσόψηφον nomini מנחם, quod *consolatorem* significat, & inter indigitamenta est Messiæ [m]: utraque enim vox in numeris valet 138 [n]. Id interpretandi genus per numeros pares גמטריא (*Gematriam*,) i. e. γεωμετρίαν, vocant. Neque dubium quin mystico quodam modo hic locus ad Christum pacis æternæ auctorem pertineat: sed primus obviúsque sensus est de Zorobabele, ut dictum [o].

9. *Quia*, &c. כי הנה האבן וגו'] *Quia*, vel *Nam*, ecce (vel, *Id enim* est, Q. in V.) *lapis*, M. Mo. &c. (vel, *lapis ille* est, JT. Tar. vel, *quod attinet ad lapidem illum*, Pi. sic Di.) *quem posui* (vel, *dedi*, P. *proposui*, V. *pono*, JT. Tar. firmiter scilicet [p],) *coram Jehosua*, Calv. M. sim. Mo.D.&c. (usus ad hoc operâ Zorobabelis: confer Zac. 4. 10 [q]. Hebraismus est, & mutatio personæ, pro eujus

jus adventum revelavi tibi [r]. Signif. se esse præcipuum Templi architectum, ideóque ipsos non frustrà ei ædificando laborare†.) super lapidem unum (lapide illo uno, Pi.) septem oculi sunt, vel erunt, M. Calv. Pi. &c. Per lapidem hunc quem Deus dedit, i. e. dari voluit, in manum Zorob. Zach. 4. 10. intellige globulum stanneum de perpendiculo dependentem, quo utens Zorobabel, super illa jacta sub Cyro fundamenta primum lapidem, ut Princeps gentis, erat positurus, c. 4. v. 7, 9, 10. Hebræis אבן generalius est quàm lapis apud Latinos, & omne ponderosum significat; ut Deut. 8. v. 9 [r]. [Alii longè secus accipiunt.] Lapis hic est Christus [v], quem priùs appellavit germen [x]; & nè quis indè putet Regnum ejus fragile esse [y], nunc appellat lapidem [z], propter soliditatem & fortitudinem [a], quâ omnia Regna contriturus est, & potissimùm quia futurus est lapis angularis veri Templi, i. e. Ecclesiæ, expressæ typo Templi quod nunc ædificat Zorobabel [b]: qu. d. lapidem illum nobilem, fundamentalem & angularem, toties à Prophetis decantatum [c]. Vide Psalm. 118. 22. collat. cum Matth. 21. 42. Esa. 28. 16. Dan. 2. 45. 1 Pet. 2. 6, 7 [d]. Alludit h. l. ad Templum, quod jam cœperat exstrui*. Angelus, præcipuum aliquem lapidem indigitans, monet subesse altius mysterium, nimirum de fundamento Templi spiritualis, non hominum, sed Dei, manu ponendo [f]. Sensus forsan est, Dedi coram Josua lapidem, i. e. Dedi ei in successorem Pontificatûs Regem Pontificem. אבן enim in S. S. Regem significat, ut apparet tum ex Gen. 49. 24. (ubi Josua primariò intelligitur,) tum ex Esa. 28. 16. ubi, pro אבן, Chaldæus habet מלך ‡. [Sed quærendum porrò quid hi 7 oculi denotant.] Resp. 1. Plenitudinem virtutum & gratiarum in Christo [g]. 2. Septem Spiritûs Sancti dona, quæ animam illuminant, & quodammodo oculatam reddunt [h]. Sed puerile hoc est: longè plura dona commemorat Scriptura [i]. 3. Oculos Patriarcharum & Prophetarum [k], & omnium Christianorum [l], in eum intentos esse [m], & hunc solum spectare debere [n]. Christus in sublime evectus attraxit in se oculos omnium [o]. 4. Singularem Dei providentiam, vel, 1. quâ mundum regit; vel, 2. quâ Christum tuetur [p]; vel, 3. quâ pervigil adest isti operi, Zach. 4. vers. 10 [q]. 5. Respectum omnium Angelorum hominúmque sanctorum ad Christum, tum ut jussa ipsius ad prosecutionem & perfectionem fabricæ excipiant; tum ut gratiam ab eo & media ad complendam fabricam, ad salutem & gloriam propriam & alienam promovendam, accipiant [r]. 6. Insignem hujus lapidis præstantiam †. q. d. Lapis hic quidem erit, non tamen mortuus aut sensûs expers, sed vivus [t], & oculatus [v]; qui non tantùm convertet ad se aliorum oculos, sed illuminabit, quasi splendorem emitteret qui possit suo reflexu dirigere homines ad conspectum ejus [x]. 7. Plenam & perfectam Christi sapientiam [y], providentiam ac vigilantiam [z], circa Templi, i. e. Ecclesiæ, fabricam erigendam, augendam, promovendam, conservandam [a], & perficiendam [b]. Oculi providentiam notant [c]: & septem pro multis [d], sive pro perfectione*. Alludit hîc ad septem primates Regni Persarum, qui, testibus Hesychio & Suidâ, vocabantur oculi Regis; sicut erant & alii qui aures Regis nominabantur [f]. ¶ Ecce, ego cælabo, &c. מפתח פתחה] Aperiens apertionem ejus, Mo. Sculpam (vel, Aperio, M. vel, Sculpo, D. Cælo, Ti. D. Cælabo, P.) sculpturam (vel, cælaturam, P. D.) ejus, V. sic JT. Pi. D. sub. אבן lapidis, quod fœmineum est. Perstat enim in metaphora [s]. Vel, eum sculpturâ meâ, Ca. vel, quod in eo cælatum est, Ti. Per sculpturam hanc intelligunt, vel, 1. plagas & vulnera quæ Christus accepit, &c [h]. quæ Deus aperuit, dum hæc permisit [i]. Sed hoc argutum est [k], nec plenum loci sensum exhaurit; quanquam eum ex parte innuat sequens clausula [l]. Vel, 2. pretiosam & eximiam hujus lapidis speciem [m]: q. d. Sculptura ejus Divina erit, h. e. excellentissima [n]. Hic lapis, quamvis vilis videatur & rejectaneus, à Deo tamen fiet præcipuus, omniúmque in toto ædificio pulcherrimus. Alludit ad politissimos Templi lapides, qui Christi excellentiam adumbrabant; quibus tamen Christus præcelluit, quia Deus est præstantior opifex quàm homo [o]. Sensus est, Exornabo Christum donis spiritualibus [p]. Al. Cælabo, &c. i. e. Corpus Christi formabo in utero Virginis [q]. Al. Cælavi, &c. i. e. Non humana ulla manus, sed mea potentia, effecit ut isti oculi septem in isto globulo subitò appareant. Hoc est portentum illud quò respiciunt verba suprà 8 [r]. ¶ Auferam iniquitatem terræ illius (Relativum sine antecedente. Designat autem vel, 1. Chaldæam: ità sensus est, Auferam calamitates sive mala quæ intulerunt Chaldæi, & Judæi hucusque pertulerunt, Templum in pristinum, vel meliorem, statum reducendo. Iniquitas, pro pœna iniquitatis, ut Gen. 15. 16. & alibi †. Auferam pœnam omnem, i. e. sterilitatem: de qua Aggæus 1. 6, 9, 10, 11 [r]. Vel, 2. Judæam: ità sensus est, Non ampliùs erunt in ea homines iniqui & nequam [v]. Vel, 3. Ecclesiam, per terram Canaan adumbratam [x].) in die una] i. e. Die passionis Christi [y]: semel & simul, momento uno, mortis scilicet Christi [z], per unum perfectum sacrificium semel oblatum; quod Paulus opponit sacrificiis legalibus quotidie repetitis [a]. Significatur ablatum Sacerdotium legale, per quod peccata auferri non poterant ad perfectum: & emundatio peccatorum unâ die facta hîc perhibetur, quæ sufficiens est pro omnibus peccatis ab initio ad finem mundi [b]. Al. unâ die, i. e. repentè [c], sive brevissimo tempore [d]. Sensus, q. d. Hactenus pœnas de iis sumpsi, sed repentè ignoscam eorum peccatis, ideóque eos ab omnibus ærumnis liberabo. Remissio peccati est fons omnium beneficiorum, &c *.

10. Vocabit (vel, vocabitis, Mo. JT. Pi. &c.) vir (vel, quisque, JT. &c.) amicum suum subter (vel, ad subter, Mo.) vineam (vel, vitem, JT. Pi. &c.) & subter ficum] Sic P. M. Ti. &c. Signum tum, 1. ubertatis [f]; tum, 2. tranquillitatis [g], summæque pacis ac securitatis [h]. Confer 1 Reg. 4. 25. Mic. 4. 4 [i]. Magna erat in toto orbe pax tempore nati Christi [k]. Sub figura tamen repræsentatur pax spiritualis [l], pax cum Deo per Christum [m], pax conscientiæ. Tum, 3. dulcis familiaritatis, amicis tunc jucunda agitantibus convivia, &c [n]. Hæ arbores præbent læta folia & refrigerantem umbram: quare sub iis pergulas exstruebant in quibus amicis convivia exhibebant [o]. Locum sic verto, Acclamabitis quisque proximo suo ad locum sub vite, & ad locum sub ficu: id est, Hortabimini vos mutuò, dicentes, Secedamus ad umbracula vitium & ficuum confabulandi gratiâ [p]. Fortassis etiam charitatem piorum hîc denotat, quâ ipsi ad Deum conversi alios convertere student [q].

CAP. IV.

1. ET reversus est (sub. ad me, V.) angelus] Qui me ad tempus reliquerat. Vide Zach. 2. 3 [a]. Quid si, cum Josepho, vertamus, Et veniens, &c. i. e. accedens ad me propiùs? Sic Ruth 1. 22. quæ reversa erat, i.e. venerat [b]. ¶ Suscitavit me, &c.] Vel, 1. revera dormientem [c]; noctu enim hæc Visa ostensa sunt ei [d]: vel, 2. dormitantem somno pigritiæ & negligentiæ *; continuis visionibus fatigatum & hebetatum [f]: vel, 3. non tam socordiâ obrutum [g], quàm admiratione sive stupore correptum [h], in contemplatione præcedentium mysteriorum [i]. Prævenit hîc Deus vota Prophetæ, eique non roganti novum exhibet vaticinium [k].

2. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, ויאמר] τὸ קרי est ואמר, & dixi; quod ο'. Chald. Vulg. nostríque Interpretes sequuntur: & fateor rectè convenire. Possit tamen retineri τὸ כתיב, ויאמר, & dixit, vel, & respondit. Sicut enim infrà 5. 5, 6. quum jussus esset Propheta videre quid exiret, neque id agnosceret, ipse Angelus respondit quid esset quod exiret: ità & hoc loco intelligi potest ignoràsse Prophetam quid esset quod conspiciendum exhiberetur; quocirca Angelum ipsummet respondisse quid ipse videret; cujus deinde interpretationem petit Propheta v. 4 [l]. Al. ויאמר hîc legitur mendosè, pro ואמר [m], ut planum est ex ipsa sententia. Contrà, Zac. 3. 5. legitur ואמר, pro ויאמר [n]. ¶ Ecce candelabrum] Magnificum opus Templi [o]. Alludit ad candelabrum illud Mosaicum Exod. 25. 31. non tamen idem erat cum illo: neque enim illud habebat 7 infusoria, nec 2 olivas, ut hoc Zachariæ. Candelabrum

delabrum hoc significat, vel, 1. Templum, per synecdochen[p]: vel, 2. Ecclesiam[q], sensu sublimiore[r]; in qua lux doctrinæ accenditur, &c†. ¶ *Aureum totum*] Quo monet, hîc repræsentari non vile aut abjectum quiddam, sed quod raræ esset dignitatis[s]. *Aurum* hîc typus puritatis Ecclesiæ in doctrina & moribus[t]. ¶ *Et lampas*; ità o'. וְגֻלָּהּ] *Et lenticula*, Mo.P.Ca. Ch.V.D. vel, *lecythus*, JT.Pi.G.Pem. vel, *vasculum rotundum*, M. *discus*, Ti. *lanx*, Sy. *pelvis*, Pem. Calv. *ampulla olearia*, G. Pem. D. unde tanquam ex fonte (nam גֻּלָּה propriè est *fons*, Jud. 1. 15. Cant. 4. 12.) oleum effunditur[x]. Vas erat amplum[y], concavum, & rotundum[z], formâ lenticulari[a], unde & *lenticula* dicta est[b], (vide Plin. 37. 12[c].) perforatum[d], è quo defluebat oleum in lucernas per infusoria*. In candelabro Templi plures erant pelves aut lenticulæ; hîc, unica[f]: Est autem hîc enallage numeri: *ampullam* enim dixit, pro *ampullis duabus* infrà 12[g]. Al. Septem hîc erant lenticulæ, pro numero lucernarum[h]. Ità vertendum erit, *& lenticulæ*; sing. pro plur. ut sæpe fit[i]. In גֻּלָּהּ Mappic otium agit: ut in תַּעֲלֻמָהּ *absconditum*, Job. 28. 11. כְּבִכּוּרָהּ *præcox ficus*, Jes. 28. 4. גֻּשְׁמָהּ *imber*, Ezech. 22. 24. Potest tamen verti, *& lenticula ejus*; גֻּלָּהּ, pro גֻּלָּתָהּ: ut alibi, פִּנָּהּ *angulus ejus*, pro פִּנָּתָהּ. Aut est à גּוֹל aliâ formâ nominis. Sic חוֹק dicimus & חֻקָּה pro eodem[k]. *Lecythus* hic est Christus, Ecclesiæ caput, ex cujus plenitudine omnes accipimus, &c ‡. ¶ *Super caput ipsius*] Ità Mo. P. &c. *in summitate ejus*, sub. *candelabri*, h. e. stipitis sive membri medii ipsius candelabri[l]: nam lucernæ ardebant in ipso culmine candelabri[m]. ¶ *Et septem lucernæ ejus* (sub. *erant*, M.) *super illud*] Ità Mo. P. &c. vel, *ad illud*, Ti. vel, *in eo*, JT. Pi. D. G. candelabro, i. e. stipite ejus[n]. Sensus, Ex vase illo concavo & sphærico prodibant septem rostra, sive canaliculi, aut tubuli, in orbem dispositi cum suis ellychniis ardentibus[o]. Per *lucernas* hasce repræsentat, vel, 1. doctores*: vel potiùs, 2. varia dona & gratias Spiritûs Sancti in Ecclesia relucentes ‡. *Et*, &c. שִׁבְעָה וְשִׁבְעָה מוּצָקוֹת וגו׳] *Septem & septem* vel, *Septem*, inquam, sunt, *& septem*, P. i. e. bis septem. Forsan singulæ lucernæ bina habebant infundibula[p]. Vel, septena erant[q]: i. e. Singulis lucernis singula erant infusoria[r]. Al. Singulæ lucernæ septem infundibula habebant †.) *infusoria*, sive *infundibula*, (quæ erant canaliculi, sive tubuli[t]; sic dicti[v], quòd per eos defluebat oleum in lucernas[x], sive ad ellychnia ‡, è lenticula[y], sive ampullis[z]:) *lucernis, quæ* (sub. *sunt*, Calv.) *super ejus caput*, Mo. Calv. &c. [Alii locum sic reddunt,] *Septémque infundibula septem illis lucernis quæ* sunt *in summitate illius*, JT. Pi. sim. Ca. quæ erant in summo candelabro[a], circa lenticulam[b].

3. *Et duæ olivæ*] Vel, *oleæ*, Ti. JT. Pi. &c. Vel, 1. rami olivarum[c]; vel, 2. arbores oleæ stillantes oleum in ampullas[d]. Significabant hæ, semper & Principes & sacerdotes futuros ad Templi tutelam: quod intelligendum, ad Messiæ usque adventum, ex vaticinio Jacobi, Divinâ gratiâ istis res administrante, infrà v. 14 *. ¶ *Super*, &c. עָלֶיהָ] *Super illud*, sive *ipsum*, Mo. P. Calv. super lenticulam, è cujus utroque latere excrevit olea[f]. *Ad*, vel *juxta*, *illum*, sive *illam*, JT. Pi. D. Tar. M. Ti. Pem. sub. *lenticulam*, D. vel potiùs, sub. *candelabrum*, Pem. sim. D. Tar. ex collat. v. 11. Ità ex utroque latere candelabri succrevit olea, & candelabrum stetit inter duas oleas[g]. ¶ *Una à dextris*] Ad dextram sc. ampullam[h]. ¶ *A sinistris ejus*] Vel, *ad sinistram illam*, scilicet *ampullam*. Loquitur quasi rem digito monstraret*. Nulla hîc mentio ullius qui oleum expresserit: nam duæ illæ oleæ utrinque adnatæ & virentes semper oleum fundunt[i].

4. *Et respondi*] *Tunc cœpi dicere*, V. simil. Pi. D. &c. ¶ *Quid sunt hæc?*] Hoc est, Quid significant[k]? Gradatim edoctus est Propheta, ut nos majore cum attentione & reverentia hæc legamus[l].

5. *Numquid nescis?*] q. d. Propheta es, & hæc non intelligis[m]? Verùm non tam objurgat hîc socordiam, quàm admonet & excitat omnes ad hoc mysterium reputandum†. ¶ *Non*] Ingenuè fatetur inscitiam suam, & se velut parvulum prosternit ad pedes Dei[n].

6. *Hoc est verbum Domini ad Zorobabel*] Cujus, tanquam summi Magistratûs, erat, ædificationem procurare[o]. Hunc sic alloquitur, ut alacriùs in opere suo pergeret. Sed sub ejus persona totum populum alloquitur, capite per synecdochen hîc posito pro corpore[p]. Sensus est, q. d. Visio hæc significat id quod Dominus ad hunc locutus est per Prophetas, *Non robore*, &c[q]. ¶ *Non*, &c. לֹא בְחַיִל וגו׳] *Non* (sub. *hoc fiet*, P. sic Pi.) *virtute*, (vel, *in exercitu*, Mo. Calv. D. &c. vel, *robore*: nam חַיִל utrumque significat[r]:) *neque vi*, (vel, *in potentia*, vel *fortitudine*, Mo. Calv. &c. unius hominis; sicut neque multorum conjunctorum, ut vox חַיִל innuit: vel, voces hæ synonymæ sunt†:) *sed spiritu meo*, JT. &c. i. e. Vel, 1. virtute sive potentiâ meâ[t]; ut vox *spiritûs* accipitur Esa. 11. 4. & 31. 3. 2 Thessal. 2. 8[v]: vel, 2. instigantibus Prophetis, qui Spiritu Dei agebantur; vide Esd. c. 5. v. 1: vel, 3. virtute à Spiritu Dei manante, quâ animi eorum confirmabuntur & excitabuntur ad opus faciendum, confer Hag. 2. v. 6; quâ etiam excitavit Deus animum Darii, &c[x]. Est explicatio visionis[y]. Sensus, Opes quidem vestræ tenues erunt, sed Deus vim suam vobis adspirabit, Templúmque proteget. Haud obscura Christi in hoc imago[z]. Ut hoc candelabrum nullâ humanâ ope fabrefactum, sed divinitus tibi ostensum est[a], útque lucernæ ejus modo supernaturali aluntur[b]: ità unius Dei virtus sufficit[c] ad ædificationem & conservationem tum Templi materialis[d], tum veræ Ecclesiæ*. Significat, verum Zorobabelem, nempe Christum, non humanis viribus, sed Spiritu Sancto, & conceptum fuisse[f], & cuncta redemptionis nostræ mysteria peregisse[g].

7. *Quis tu, mons* (vel, *ô mons*, P. JT. &c.) *magne, coram Zorobabel? in planum*] Vel, *in planitiem*, P. M. JT. Pi. &c. sub. *es*, JT. vel, *eris*, P. Pi. vel, *redigeris*, M. Ti. vel, sub. *fis*, Di. [Alii aliter reddunt, aut punctant.] *Quis tu es, ô mons magne? coram Zerubabel planities* eris, V. sim. D. *Quid tu*, ô Babylon? *mons* eras *magnus præ Zorobabele*; ingens tuum erat imperium præ isto Zorobabelis: *in planum*, supple, *dejecta es per Cyrum*. Alludit ad nomen Zorobabelis, quod ei bono omine datum fuerat, significans, *Babylona dispersum iri*. Simul innuit idem eventurum aliis qui se oppositur essent populo Dei[h]. *Qui mons es ingens, ante Zorobabelem complanaberis*, Ca. Per *montem* hîc intelligit, vel, 1. montem Ædis: quem *magnum* vocat, ad comparationem collium qui ei adjacebant; aut, quia celsus erat; aut, fortè, ob Templum ibi exstructum. Non tamen ipse mons complanatus fuit, sed area quæ in vertice, ubi Templum postea exstructum fuit. Id curavit fieri Zorobabel: ideo ait, *coram Zorobabele*[i]. Vel, 2. Diabolum[k]. Vel, 3. Sanballatum & socios[l]. Vel, 4. Regnum Persarum[m]: vel, Regem [eorum] magnum, quem Zorobabel æquum adeò reddidit Judæis, ut urbem & Templum ædificari præceperit[n]. Vel, 5. omnes æmulos[o], & potentes hostes[p], Judæorum[q], sive Ecclesiæ[r]: quos *montem magnum* vocat, quia & sibi & Judæis †, & humano judicio[t], videbantur quasi montes inaccessi, qui Judæos velut ex alto despicerent[v], & invicti putabantur[x]. Interrogatio h. l. vehementiam addit[y]: plena est contemptûs hostium, &c[z]. Insultat superbiæ & temeritati eorum qui tunc putabant se superiores fore Judæis: q. d. Estis instar montis; moles vestra terribilis est, sed invalida, &c. Dicit montem esse coram Zorobabel, quia sese opponit[a]. ¶ *Et* (vel, *Qui*, D. *Nam*, JT. Pi.) *educet* (vel, *proferet*, V. JT. vel, *producet* in medium, & *dabit* fabris murariis[b]: vel, *Is profert*, G. Vel, 1. Deus Pater revelabit mundo[c]: vel, 2. Zorobabel[d], operis inspector*, & auspicator, Esd. 3. 8[f].) *lapidem primarium*] Ità Mo. P. V. D. &c. qui præcipuus est in ædificio. Is autem est lapis in imo angulo, quem Græci ἀκρογωνιαῖον vocant, qui totius ædificii molem sustinet. רֹאשׁ & *caput* significat, & *id quod præcipuum est in re quaque*. Hujus fœmin. רֹאשָׁה, quo hîc usus est Propheta adjectivè†. Vel, *summum*, JT. Pi. Heb. *capitalem*, Pi. vel, *primum*, quem scilicet fundamento imponat[g]. Vel, *capitis ejus*, M. Ti. Calv. nempe ædificii; nam relativum est fœm. gen. q. d. qui eminet in fastigio Templi: quo posito opus perfectum est[h]. q. d. Templum, quamvis jam contemptibile sit, ad perfectionem suam veniet[i]. Alludit ad morem quo in publicis & splendidis ædificiis

ficiis summus Magistratus & primum & ultimum lapidem imponit, &c[k]. Al. Per imperativos omnia verto, *Et profer lapidem illum primarium.* Confer cum Dan. c.2. v.45. ubi dicitur Nebuchadnetsar vidisse eundem hunc lapidem è monte exscindi. Quum itaque suprà c.3. v.9. dicitur lapis fuisse *positus coram Josua*, intelligendus est & magnus hic mons, quo lapis iste continebatur, ibidem collocatus: qui, quum hìc quoque dicatur esse *coram Josua*, [Diceret, opinor, *coram Zerubabel.*] jubetur in planitiem redigi, ut lapidem istum in se abditum proferat [l]. ¶ *Et*, &c. [תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ] *Strepitibus*, (vel, *Clamores* erunt, Calv. cum *acclamatione*, sive *acclamationibus*, G. P. D. cum *fragosis acclamationibus*, JT. Pi. sub. *hujusmodi*, P. vel, sub. *dicentium*, Pi. cum *magno strepitu & applausu populi acclamantis*, V. sim. D. תְּשֻׁאוֹת magis *strepitum* significat quàm *acclamationes* [m]: est enim à שׁאה *strepitum facere* [n]. Al. *Acclamationes* sint, Di.) *Gratia, gratia* (sub. *inquam*, P. vel, *Gratia multa*, V. sic D. vel, *Multus favor*, V. & Dei[o], & hominum. Geminatio non caret emphasi. Sic, *pacem pacem*, Jes. 26. 3. & 57. 19 [p].) *ei*, Mo. P. D. Di. &c. Non Zorobabeli [q], quia affixum est fœm. sed vel Templo [r], vel lapidi †. Subaud. *fit*, V. vel, *contingat*, Pi. sic D. i. e. Populus jacienti lapidem Zorobabeli acclamabit, *Deus illi semper faveat* [s], & prosperum successum det [v]. Idem sensus qui in Ὡσαννὰ (*Hosanna*) Matth. 21. 9[x]. [Alii verba sic reddunt;] *Et fient ei imprecationes gratiæ & gratiæ*, M. *Eruntque plausus ac gratulationes ei*, Ti. *Qui* [nempe *lapis*] *gratiam gratiam habere clamitabitur*, Ca. Sensus, Judæi, Templum videntes perfectum, acclamabunt, ut in theatris vel messe, &c. fieri solet, prosperitatem illi optabunt, dicentes, Diu stet & floreat: Quæ eam perfecit gratia, eadem & conservet illam [y]. Jubet Angelus pios omnes assiduè & unâ voce bene precari Templo: &, quia omnis prosper eventus pendet à Dei beneplacito, ideo utitur voce חֵן; quam bis repetit, ut fideles moneat & perseveranter & ardentissimè precari, &c [z].

9. *Fundaverunt*, &c.] Sub Cyro, Esd. cap. 3[a]. Al. *Fundabunt*, &c. ut apparet ex collat. Agg. 2. 18. & initio hujus Prophetæ [b]. ¶ *Manus ejus perficient* (vel, *elaborabunt*, Mo.) *eam*] Ità M. P. Ti. &c. בָּצַע enim est, *perficere*. Vide Jes. 10. 12 [c]. Videbit opus consummatum [d]: Templum absolvet quod inchoavit *. ¶ *Et* (h. e. Unde, vel, Tunc certè [f],) *scietis* (ex eventu [g]) *quia* (vel, *quòd*, Pi.) *Dominus exercituum misit me ad vos*] Vel, 1. *me* Prophetam; quem veracem esse videbitis [h], quum omnia ad unguem implebuntur quæ prædico [i]. Vel, 2. *me* Angelum [k]; me Michaelem, missum ut vobis auxilio essem. Vide suprà 2. 11 [l]. Vel, 3. *me* Christum, à Patre missum: nihil enim in ædificio Templi tentatum fuit nisi Christo præeunte [m].

10. *Quis enim*, &c? [כִּי מִי בַז לְיוֹם קְטַנּוֹת] *Nam*, vel *Quia, quis* (sub. *est qui*, M.) *despexit*, vel *sprevit*, *diem parvitatum?* Calv. vel, *exiguarum?* sive *parvarum?* sive *parvorum?* Mo. P. Calv. JT. Pi. sub. *consolationum*, P. vel, sub. *acclamationum*, V. vel, *operum*, JT. Pi. vel, *principiorum*, Pem. sic D. Al. *diem qui exigua* habuit initia, M. קְטַנּוֹת fœmin. pro neutro [n]. i. e. Diem quo cœptum est extrui Templum [o]. Parva initia [p]; exilem materiam, tenuia media, dies in quibus parva patrantur: ut, contrà, *dies magnus* dicitur, Os. 1. 11. in quo magna gererentur [q]. Quis despexit hanc structuram Templi, quòd citò fieri videtur, indiligenter, & quasi tumultuariè [r]? *Quis?* Multi sanè. Compellat totum populum, tanquam ingratum & malignum & incredulum. Omnes enim dejectis erant animis, tum ob parva operis initia, Esd. 3. 12 †; tum quia hostes vicini eos disturbabant [t]. Al. *Quis despexit dies parvos?* i. e. statum redeuntium de Babylone, qui despiciebantur & affligebantur à gentibus [v]. ¶ *Et*, &c. [וְשָׂמְחוּ וְרָאוּ אֶת הָאֶבֶן הַבְּדִיל וגו׳] Et (vel, *Nam*, JT. *Tamen*, Calv. *Sed*, Pem. sim. P. *Quum*, Pi. D.) *lætabuntur*, (vel, [ו neglecto,] *Gaudebunt*, M.) *& videbunt* (vel, *quum videbunt*, P. vel, *aspicientes*, JT. Pi. sim. D. [Alii hæc cum præcedentibus sic reddunt;] *Nam qui parvam diem contemnunt*, Ca. vel, *Etenim qui parva initia contempserunt*, Ti. *gaudebunt & videbunt*, Ti. Ca. Al. *Si qui despexerint tempus hoc tenuium*, supple, *principiorum, ii jam lætabuntur ubi viderint*, G. [Sequentia porrò sic reddunt;] *lapidem* (vel, *lapidem illum*, D. vel, *ad lapidem illum*, JT. vel, *cum lapide illo*; ut אֶת accipiatur pro עִם [a]: vel, *globum illum*, G. *ad pondus illud*, Pi. אֶבֶן *lapis* ponitur sæpe pro mensura [y], aut pondere [z], ex quacunque materia constat [a]. Vide Deuter. 25. v. 13. Esa. 34. v. 11 [b].) *stanni* (vel, *stanneum*, P. Pi. Ca. Sermo brevis est, pro, *lapidem*, lapidem *stanni*; & *stannum* vocat quod alii *plumbum candidum* [c]. Vel, *perpendiculi*, G. *perpendiculum*, JT. [quâ unâ voce alii reddunt duas Hebraicas voces הָאֶבֶן הַבְּדִיל, ut Ti. Ch. & K. Pem. ex V.] quo uti solent cæmentarii ad dirigendos muros ædificiorum [d]: vel, *plumbum*, vel & *plumbum*, i. e. libellam, sive perpendiculum, quod Galli quoque *plomb* vocant, i. e. plumbum *.) *in manu Zerubbabel*, Mo. &c. Quando assurgunt parietes [f], & opus ferè ad finem perductum sit [g]. ¶ *Septem*, &c. [שִׁבְעָה־אֵלֶּה עֵינֵי וגו׳] [Variant.] *Cum septem illis*: M. Pem. (i. e. ope illorum septem: quinam autem sunt illi septem, proximis verbis explicat [h]. Vel, nempe Divinitus cælatum *septem oculis*. Hoc ostento intelligent rem magnam ac prosperam cœptari [i]. Vel, *septem isti*: JT. Pi. D. nempe oculi [k], quorum facta mentio Zac. 3. 9. Hæc expositio confirmatur per verba proximè sequentia [l].) *oculi* (sub. *inquam*, JT. vel, nam *oculi*, Pi.) *Domini ipsi discurrunt per universam terram*, M. sim. JT. Pi. D. Al. *Qui septem sunt ii*, &c. Ca. *Illa* (nempe, septem illæ lucernæ, ac septem infusoria earum [m],) *sunt septem oculi Jehovæ circumeuntes*, &c. P. sim. Ti. Quum sermo esset de lapide, dicit sibi oblatos fuisse 7 oculos in lapide illo [n]. Aliqui putant 7 hos oculos in stanneo perpendiculi globo fuisse insculptos: alii, in lapide primario, de quo v. 7. Alii 7 hos oculos esse 7 tubulos vel canaliculos aut fistulas lucernæ accensæ, de quibus dictum v. 2 [o]. Septem hi oculi significant, vel, 1. omnia dona Spiritûs Sancti; quæ etiam per totam terram Deus hominibus tradit, & ex hostibus amicos facit [p]. Vel, 2. universitatem Angelorum designatam per septenarium; omnes enim assistunt coram Deo, & omnes mittuntur in ministerium [q]. Vel, 3. septem Archangelos [r], providentiæ Divinæ ministros †. Vel, 4. multiformem Dei providentiam [t], quâ totum mundum regit [v]; (Eadem sententia 2 Par. 16. 9. Prov. 15. 3[x].) quâ etiam opus hoc ad perfectionem perducit. Ostendit summam Dei perspicaciam, & quòd nihil illum latet [y].

11. *Et respondi*] i. e. Sermonem injeci interrogando [a]: vel, sermonem continuavi cum eo [b]. τὸ עָנָה sæpe dicitur etiam ubi nullus alterius sermo præcessit [c]. ¶ *Duæ olivæ istæ ad dextram*, &c.] Utrinque adstabant lychnycho erectæ oleæ, quarum rami ad lecythum lychnycho impendentem spectabant: supra lychnychum erant duo tubi aurei, quorum os inferius lecytho oleum infundebat, superius verò (quod spatii majoris erat) accipiebat ex olearum baccis, quæ memorantur v. seq [d].

12. *Respondi secundò*] Angelus, ut Prophetæ desiderium acueret, tacebat: ideo idem iterum interrogat *. ¶ *Quid sunt duæ spicæ olivarum*] Ità P. M. D. Ca. Ch. &c. sic Mo. Sic vocat, vel, 1. tubulos †; vel, 2. ramos cum baccis [f]: vel, 1. ob teneritudinem [g]: vel, 2. ob similitudinem; baccas granis comparat, ramum culmo [h]: vel, 3. quòd rami pleni erant baccis, sicut spicæ sunt plenæ granis frumentorum [i]. Sed asperior est hæc metaphora [k]. [Vocem ergò alii aliter reddunt.] ¶ [שִׁבֲּלֵי] *Coni*, Ti. *alvei*, vel *cursus*, vel *defluxus*: sic enim vox sæpe accipitur; & sensus hic loco optimè convenit. Quum enim ab utraque parte essent canales sive fistulæ, quarum tres oleum exciperent ab una oliva, quatuor ab altera; aptissimè inter duas oleas, deinde inter infusoria & inter duos canales, sunt duo alvei, de quibus hìc interrogat. Ostendit hìc Deus quod [Propheta] antè non satis observavit, nempe esse fistulas per quas deflueret oleum in singula infusoria; deinde esse decursus, h. e. esse continuum fluxum olei, ut si fluvius decurreret per suum alveum [l]. Al. *rami*, vel *frondes*, Pi. οἱ. Sy. Ar. *baccæ*, JT. D. Pem. ex Buxt. id enim שִׁבֲּלֵי; at *spicæ* שִׁבֳּלֵי [m]. Parùm refert sive *ramos* vertas, sive *baccas*. Si illud, oleum fluxit ex baccis: si hoc, baccæ pendebant de ramis [n]. ¶ *Quæ*, &c? [אֲשֶׁר בְּיַד שְׁנֵי צַנְתְּרוֹת הַזָּהָב הַמְרִיקִים מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב] *Quæ* (sub. *sunt*, JT. Pi. &c.) *in*

Marginal notes: [k] Pem. [l] Di. [m] D. [n] V. ex M. [o] V. [p] D. [q] D. Calv. [r] Calv. † V. Calv. D. [s] G. [v] Calv. [x] G. sim. V. [y] Pem. [z] Calv. [a] D. [b] G. [c] D. [d] G. * Calv. [f] D. [g] D. sim. Calv. [h] Me. sim. D. [i] D. [k] Calv. [l] G. [m] Calv. [n] Pem. [o] D. ex V. [p] T. Pem. [q] T. [r] Me. † Calv. [t] D. sim. M. [v] L. [x] D. [y] Pem. [z] D. Pem. [a] D. [b] Pem. [c] D. [d] V. * D. [f] T. [g] Tar. [h] Pem. [i] G. [k] Pi. D. [l] Pi. [m] V. [n] Calv. [o] Me. [p] M. [q] L. [r] Med. sic T. † Med. oper. l. 1. differt. 10. [t] G. sim. [v] D. Pem. Calv. Me. [y] V. D. [a] D. [b] Calv. [c] T. D. G. [d] Tar. ex Jun. * Me. † G. [f] V. ex He. [g] D. [h] V. [i] Q. in Calv. T. [k] Calv. [l] Idem. [m] D Pem. ex Buxt. [n] Pem.

in manu (vel, *in medio*, M. P. D. vel, *ad latus*, Ti. sic Pi. D. *in spatio*, JT. D. *per manum*, i. e. ministerio [o]. Mirè dictum, quasi fistulæ manum habebant. Sed sciendum יד interdum accipi pro *spatio*, ut Neh. 7. 4. & pro *latere*, 2 Sam. 15. 2. Psal. 140. 6 [p]. Vel, *insertæ collo*, Q. in V.) *duarum ampullarum* (vel, *rostrorum*, Ti. Ca. Ch. in Pem. μυξωτήρων, ο'. i. e. *emunctoriorum*: quod non placet; quia hi tubuli oleum inferebant in vas, non ex eo deferebant [q]. Vel, *tuborum*, JT. Pi. Tar. D. vel, *fistularum*, aut *canalium*, i. e. infundibulorum, per quæ oleum è lenticula in lucernas dimanabat [r]. Al. sic, *juxta duas ampullas*, G. *Ampulla* vas est parte infimâ latum, supernâ arctius, éstque collum illi vice manubrii; unde quidam exponunt, *in manubrio*, hoc est, intra. Duæ illæ ampullæ adjectæ erant utrinque ipsi lenticulæ, eam circumstantes; habebántque in alveo suo ventre foramen, è quo defluebat oleum in lenticulam, & indè in lucernam. Ut ergò lucernis ipsis diu sufficeret oleum, adjectæ erant ampullæ illæ †. Al. *juxta duo rostra*, Vulg. i. e. duos tubos, seu fistulas, ex septem, duos, inquam, viciniores duabus olivis, quæ stabant hinc & indè [t]. Vox צנתרות alibi non exstat [v]. Affinis est voci צנור [x], quæ *canalem*, vel *tubum*, designat [y], 2 Sam. 5. 8: imò indè deducitur [z]. Alii *ampullas* vertunt: sed *ampulla* גלה dicitur [a]. Verùm idem hîc צנתרה quod c. 4. v. 2. גלה. Chaldæi pro eodem dicunt צינרא, sed & צנתר [b].) *auri* (vel, *aureorum*, sive *aurearum*, M. P. D. vel, quia ex auro erant; vel, quia colore auri [c];) *evacuantium* (vel, *exonerantium*, Ti. vel, *quæ effundunt*, P.) *desuper se* (vel, *è supernis suis*, M. vel, *ex se*, JT. Pi. Tar. Pem. sic Ti. Ca. D. nullâ arte [d], aut vi humanâ *, sed supernaturali defluxu [f]. מעליהם accipio pro מאליהם, h. e. על pro אל, ut sæpe [g].) *aurum?* Mo. Ti. Ca. Pi. D. V. id est, oleum purum instar auri [h]; *aurum* enim dicitur quicquid purum est in suo genere [i]: vel, oleum coloris aurei [k]. Al. *aureum* liquorem? JT. oleum coloris *auri?* P. oleum in *aurum?* M.

13. *Numquid nescis*, &c.] Non exprobrat ei inscitiam, sed admonet omnes fideles ut sese exacuant ad discendum, nè scilicet negligentia ipsis viam præcludat [l].

14. *Isti sunt duo filii olei*] Ità M. P. Ti. &c. sic Mo. vel, *filii pinguedinis*, LXX, Sy. Ar. vel, *oleosæ*, JT. vel, *oleæ oleaginosæ*; uberes pinguissimæ [m]: vel, *frondes oleosæ*, Pi. Heb. *filii olei*: quod intelligi potest vel, 1. de duabus oleis, de quibus v. 11; vel, 2. de duobus ramis, de quibus v. 12. Et hoc posterius malo, quia simili ratione ramus fœcundus nominatur *filius fœcundæ* Gen. 49. 22 [n]. Duo tubuli [o]. Hæc significant, vel, 1. duos oleo sancto unctos; duos summos magistratus, Regem Zorobabel, & summum Sacerdotem Josue [p]: vel, duplex oleo unctorum genus qui Templo isti non deerunt, Principes & summos Sacerdotes, eorúmque curas pro Templo [q]: vel, omnes pios gubernatores Ecclesiæ, sive ecclesiasticos, sive politicos; neque enim de Templo tantùm agit visio, sed etiam de Ecclesia omnium temporum [r]. Vel, 2. duos fontes, sive continuos fluxus olei à Deo, &c †. Vel, 3. omnimoda Spiritûs dona à Deo in æternum ad Ecclesiam perventura per Christum. Hinc colligitur, duas baccas tubósque significare demensum Spiritûs abundans, & in Ecclesiam à plenitudine Christi suis modis, tanquam tubulis, indesinenter defluens [t]. Per *oleas* autem aptissimè adumbratur hæc donorum effusio, tum quia ipse Christus, quòd *oleo lætitiæ—unctus sit*, *Messias* dicitur, Psal. 45. 8. & 89. 21. &c; tum quia Spiritus S. ratione donorum effusorum in Ecclesiam *unctio* vocatur, 1 Joh. 2. 20, 27 [v]. ¶ *Qui*, &c. העמדים על וגו׳] *Qui stant* (vel, *astant*, V. D. *assistunt*, G. *permanent*, JT.) *juxta*, vel *apud*, (vel, *super*, Mo.) *Dominum* (vel, *Dominatori*, V. D.) *totius terræ*, M. Pi. &c. i. e. qui semper parati sunt obsequi mandatis Dei [x]. Qui inserviunt ac ministrant Deo [y], vel, in curando Templo [z], pro mandatis sibi quisque partibus [a]; vel, in gubernatione reipublicæ [b].

CAP. V.

1. **E**T *conversus sum*] Verti me ad Visum novum alteri supervenientis [a]. Præcedentia Visa erant favoris Divini: hoc capite est denunciatio judicii. Significat quòd, licèt ex gratia sua rempublicam hanc atque Ecclesiam restitueret, non tamen probaret ipsorum peccata, sed ea graviter punire vellet *. ¶ *Volumen volans*; ità Mo. M. Ti. Pi. &c. subaud. *aderat*, Pi. מגלה עפה] *Volumen* (vel, κεφαλὶς, i. e. *capitulum*, Sym. in D. vel, διφθέρα, Aq. & Th. in D. i. e. *pellis*, sive *membrana* [c]; sive *codex* [d]. מגלה est liber ità scriptus ut convolvi possit *. Al. *scheda*, Sy. *falx*, ο'. Sumpsêre pro מגל *falx* [f]; quasi ה esset paragogicum. Sed *volumen* reddit Chald. & id exigunt sequentia. Confer Ezec. 2. 9. & Apoc. 10. 9, 10 [g].) *volabat*, P. JT. nempe per aera [h]. Vel, *complicatum*, He. in D. Quod non placet [i]. Illud *volans* significat fuisse apertum [k]: membrana enim in aere posita, si complicata non sit, vento movetur, & extremitates suas, quasi alas, commovet [l]. Deus hîc ostendere voluit, Judæos meritò pœnas dedisse, &c [m]. τὸ *volans* significat properare vindictam Divinam [n]. Al. *Volumen* hoc est liber Legis, in quo maledictio & pœna peccatorum describitur †.

2. *Volans*] i. e. Celerrimè terram pervadens. Sic Cicero, *Fac ut mihi literæ tuæ volent obviæ* [o]. ¶ *Longitudo ejus*, &c.] Erant volumina illis in locis oblonga [p]. Simul magnitudo libri ostenditur [q]: unde conjectura fieri potest de diris quæ in eo continebantur [r]: quòd in eo innumeræ iniquitates & maledictiones continerentur †; quòd in Lege essent maledictiones quæ omnibus peccatis & peccatoribus sufficerent, quæ etiam vitari non poterant *. Hâc mensurâ notatur, vel, 1. nihil hîc proponi nisi quod Deus ipse ratum haberet; quasi palàm cerneret Templi figuram, aut atrii, quod longum erat 20, latum 10, cubitos [t]. Volumen hoc egressum erat è portico seu vestibulo Templi, cujus mensuræ eædem erant [v]. Vel, 2. universa Judæa, quæ duplò erat longior quàm lata. In hanc enim, utpote ubique contaminatam, volabat hoc pœnarum volumen [x]. Vel, 3. totus orbis habitabilis, cujus longitudo, sumpta ab Oriente ad Occidentem, multò excedit latitudinem, à Septentrione ad meridiem. Hâc visione significat, totum mundum, ut peccatis repletum, ità & maledictionibus replendum esse [y].

3. *Hæc* (sub. *charta*, V. vel, *Hoc*, nempe *volumen* [z],) *est maledictio*] Vel, portendit *maledictionem*, V. Hic liber pœnas continet [a]: in eo scripta est exsecratio [b]. *Maledictio*, i. e. pœna à Lege denunciata peccatoribus *. Argumentum voluminis sunt duæ exsecrationes in omne terræ solum prodeuntes †. ¶ *Quæ*, &c. היוצאת וגו׳] *Quæ exit* (vel, è Templo [c]; vel certè, à Deo [d]. Sic alibi, *Egressa est manus Domini in me* *. Vel, *processura*, JT.) *in superficiem* (vel, *super faciem*, M. P.) *totius terræ*, Pi. &c. i. e. Vel, 1. Terræ promissæ, tum illius quam habuerant Decem, tum illius quam Duæ, Tribus [f]: Judææ [g]; terræ Israeliticæ [h]. Vel, 2. orbis [i]. Sensus, q. d. Tota terra corrupta est, idéoque meritò tota punitur, &c [k]. Etiam Gentiles, qui sine Lege sunt, obnoxii erunt pœnis Legis [l]. ¶ *Quia omnis fur*, &c. כי כל־הגנב מזה כמוה נקה וגו׳] *Quia*, vel *Nam*, *omnis fur*, sive *qui furatur*, *hinc* (vel, *ab eo*, M. Ti. *ab hoc*, sub. *volumine*, Q. in Calv. sim. M. ex Jon. vel, *de hoc*, nempe fure [m]: vel, *ex hac*, nempe terra [n]: vel, *ab una parte*, nempe voluminis [o]: vel, tam *ab hoc latere*, Pem. sic V. vel, *ex hoc*, nempe *loco*, i. e. Jerosolyma; q. d. Nec suis parcet Deus, si peccent [p].) *sicut ipsa*, Mo. V. Calv. (i. e. sicut ex altera parte ipsius: vel, *ut* in altero latere *ejus*. q. d. Quia utrumque latus scriptum erat: in altero quidem, *Omnis fur*, &c; in altero verò, *Omnis jurans*, &c [q]. Vel, *sicut est*, M. *quemadmodum ipsum est*, Ti. vel, *ut de illa*, terra in quam exiit maledictio [r]. Vel, *quàm ab illo latere*; q. d. Omnes pariter punientur, non minùs unus quàm alter †. Vel, *secundùm illam*, nempe exsecrationem [t] in volumine descriptam [v].) *succisus est*, Mo sic Di. D. ex He. (vel, *succidetur*, Pem. sic G. per enallagen temporum [x]: vel, *punitur*, sive *punietur*, M. ο'. Ar. sic Ch. & Hi. in D. *supplicium sumitur*, sive *sumetur*; vide Exod. 21. 20 [y]: vel, *absolvitur*, Ti. τὸ נקה significat, tum, 1. *punire*, sive *succidere*, ut Jerem. 30. 11. & 46. 28 [z]; tum, 2. *absolvere*: nam pœna nocentem absolvit, & reddit innocentem; tollit enim reatum, ut reus de eo crimine ampliùs conveniri non potest. Ità hoc erit ex iis verbis quæ contraria

traria significant: sicut בָּרַךְ, *benedicere*, & *maledicere*; שֵׁרֵשׁ, *radices agere*, & *evellere*[a].) *& quisquis pejerat*, Ti. Calv. (vel, *jurat*, D. Di. M. supple, ex v. seq. *per nomen meum falsò*, D. Pem. sim. G.) *ab eo sicut est*, M. (vel, *ab eo quemadmodum ipsum est*, Ti. vel, *ex hac sicut illa*, Calv. [ut in praecedente membro:] vel, *ob hoc*, nempe furtum aut perjurium, vel *de hoc*, nempe perjuro, *sicut illa*, i. e. aeque ut reliqua terra; vel, *sicut de illa*, כָּמוֹהָ מִזֶּה[b]: vel, *ab altera parte secundùm illam*, Di.) *punitur*, vel *punietur*, M. Calv. &c. vel, *absolvitur*, Ti. vel, *exscissus est*, Di. sic D. &c. [Alii locum sic reddunt;] *Nam omnis fur (sicut scriptum est ex una parte ipsius) succisus est: & omnis jurans (sicut scriptum est ex altera parte ipsius) succisus est*, P. *Nam hinc omnis fur, sicut ea, absolvetur: hinc omnis perjurus, sicut ea, absolvetur*. Hunc locum verti ut potui: non enim intelligo[c]. Volumen illud volans de quo v. praeced. continere exsecrationem quae in totam terram esset exitura, probat ab ipsius voluminis argumento; quia ab una ejus parte omnes fures, ab altera omnes jurantes, describerentur exscissi secundùm exsecrationem. כָּמוֹהָ, ut simplex כְּ, interdum similitudinis est, *sicut*; interdum convenientiae, *secundùm, juxtà*[d]. Propheta, postquam de tota terra locutus est, dicit neminem posse impunè effugere ubicunque peccaverit: quia ab una parte usque ad aliam oppositam Deus in judicium omnes vocabit sine exceptione[*]. [Sensus est,] Respondentes omnibus criminibus poenae erant in illo libro[f]. [Alii locum aliter accipiunt.] *Quia quisquis furatur ex hoc populo*, JT. Pi. D. (h.e. ex populo Dei[g],) *ut illa*, JT. Tar. (reliqua sc. improborum in terra ac regione gentium degens colluvies[h]: vel, *secundùm illud*, sub. *volumen*. Sic mox iterum. Et ista verba jungenda sunt cum verbo sequente[i].) *se innocentem asserit*, JT. Tar. (factúmque suum pessimum excusat[k]: vel, *innocens habetur*, nempe à judicibus[l]:) *& quisquis jurat*, &c. JT. Pi. Tar. sub. *falsò*, Pi. Sensus, q.d. Impudentes sunt in flagitiis suis defendendis, haud secùs quàm si nunquam Deum novissent[m]; vel, aequè ac reliqua terra[n]. Hujus voluminis scriptura sententiam fert in Judaeos pervicaces, qui hîc in peccatis vivunt, & se nihilominus justitiae alicujus specie innocentes planè confirmant esse[o]. Sed huic versioni repugnant & scopus loci, & status temporum, quae non adeò corrupta erant ut furtum & perjurium Judaei pro peccatis non haberent[p]. Ostendit hîc Deus se fore vindicem cujuscunque transgressionis Legis suae[q]. Puniet Deus eos qui furantur, etiam parùm & in necessitate[r]: multò magis homicidas, adulteros, &c[†]. Quia aedificando Templo magna vis pecuniae collecta erat, verisimile est multos Judaeorum aliquid ex ea suffuratos fuisse, & juramentum quo spoponderant se fideliter eam administraturos fefellisse. Hinc contra fures & perjuros maximè intonat Propheta[t]. *Furti* nomine hîc intelligo sacrilegium, de quo questum est Nehem. 13.10. Mal. 3. 8. non tamen excludo defraudationem, &c[v]. Synecdoche est[x]. Per *furta & perjuria* (fortè tunc frequentiora) designat omne genus scelerum[y]. Per *furtum*, etiam reliqua peccata in proximum, sive in secundam Tabulam Decalogi; per *perjurium*, etiam reliqua in Deum, sive in primam Tabulam[z].

4. *Educam* (vel, *Profero*, JT. *Proferam*, Pi. *Eduxi*, ut Imperator milites suos[a],) *illud*] Nempe, *volumen*, D. vel, *hanc*, sive *eam*, JT. Pi. Ti. D. &c. sub. *maledictionem*, M. D. &c. vel, sub. *diritatem*, Ca. Supplicium in volumine descriptum proferam in publicum, in theatrum orbis[b]. i. e. Efficiam ut, quod tu modò per visionem cognoscis, illi reipsa experiantur[c]. Excerpam inde [de illo volumine] decreta in singulos[d]. ¶ *Et veniet ad domum*] Vel, *ut invadat domum*, JT. Pi. i.e. ut eum inevitabiliter occupet, etiam ubi se tutissimum putat[*]. q. d. Frustrà se munient aut occludent qui poenâ digni erunt[f]. ¶ *Furis, &—jurantis*, &c.] i. e. Impii in Deum & in proximum[g]. Haec duo vitia plerumque conjuncta sunt: fraudulentus enim & avarus etiam libenter & crebrò per nomen Dei pejerat; Prov. 30.9. Sirach. 27. 2[h]. ¶ *Et commorabitur*] Ità Mo. P. M. &c. vel, *pernoctabit*. וְלָנָה dicit, pro, וְלָנָה. Est enim praet. foem. in fut. conversum, à לוּן[i]. Vel, *requiescet*, &c. Non citò transibit, sed diu affliget[k]. ¶ *Domus ejus*] Tam furis, quàm perjuri[l]. ¶ *Et consumet eam*, &c.] Ità Mo. P.M.&c. וְכִלַּתּוּ pro, וְכִלַּתְהוּ; sicut dicimus וְגַלִּיתִיו, *& ritiget eam*[m]. Excidium horrendum & totale indicatur, ut rè vestigia supersint, &c[n]. Nihil de domo reliquum faciet. Sic & de poena perjurii oraculum apud Herodotum Erato, — ἔστε κε πᾶσαν Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὰν καὶ οἶκον ἅπαντα. (*Donec totam progeniem atque domum corripiens perdat*[*].)

5. *Et* (vel, *Postea*, JT. Pi.) *egressus est* (vel, *processit*, D. sim. JT.) *angelus*] E lucta equitum astantium[o]: vel, è loco in quem se subduxerat, ut apparet, post explicatam visionem Voluminis[p]: vel, ut ab Angelis superioribus novam revelationem acciperet[q]: vel, à superiore visione, ut novam Prophetae revelationem afferret[r]. Rediit qui abierat, ad novum Visum explicandum[†]. Visio sequens obscura est. Scopus ejus est, praedicere totalem exstirpationem & dispersionem Judaeorum, cùm mensura peccatorum ipsorum completa fuerit. Prior visio poenam interminatur singulis; haec, toti reipublicae: aenigmaticè tamen, nè, si perspicua fuisset, illis jam aedificantibus, &c. animum adimeret[t]. Al. Haec pars est secunda visionis, quâ praecedentem mitigat, ostendens Deum non acturum cum illis summo jure, sed paternâ moderatione, &c[v]. ¶ *Vide quid*, &c. מָה הַיּוֹצֵאת הַזֹּאת *Quid* (sub. *sit*, M.P.Sy.Ca.) *egrediens hoc*, Mo. vel, *hoc*, vel *illud*, *quod egreditur*, P. M. &c. vel, è coelo[x]; vel, è Templo, Deo ordinante[y].

6. *Haec est amphora* (vel, *modius*, V. vel, *epha*, JT. Pi. D. G. &c. Nomen mensurae aridorum[z], modio fermè respondens[a]: imò capiens tres modios[b]; vel, tria sata, sive decimam partem cori. Interdum tamen *epha* sumitur pro quavis mensura[c].) *egrediens*] Sub. *è templo*, vel *urbe Jerusalem*, V. ¶ זֹאת הָאֵיפָה הַיּוֹצֵאת Verto, *Hoc, epha est, quod exit*. הַיּוֹצֵאת construo cum זֹאת, non cum הָאֵיפָה. Quum enim jussus esset videre *quid esset hoc quod exiret*; jam respondet Angelus, *Hoc quod exit epha est*[†]. [Sensus est, q, d.] Mensura peccatorum ad summum venit. Ostenditur res non futura, sed gesta, ut Judaei in posterum caveant similes poenas in se accersere[d]. *Amphora* haec significat mensuram, sive certum numerum, tum, 1. peccatorum[*], à Judaeis[f] aliísque partim patratorum, partim patrandorum[g]; quam Deus praestituere solet, ut, cùm ad eam ventum sit, supplicium sumatur[h]; quam ut implerent permittere voluit Dominus, ut in seq. declarat[i]: tum, 2. suppliciorum peccatis commensuratorum[k]. Intelligit poenam talionis, quam rependere videtur Deus his quos justissimè punit cùm defecerunt à se, & quos affligit posteaquam alios afflixerunt, &c[l]. ¶ *Haec est*, &c. זֹאת עֵינָם וגו׳ *Hic*, vel *Haec*, (sub. *est*, D.Pi.&c.) *oculus eorum*, &c. Mo.P. M.&c. Furis & perjuri, omniúmque adeò improborum[†]. Intellige objectivè[m], & passivè[n]; non quo ipsi vident, sed qui videt eos[o]: h. e. oculus Domini ultor, non misericors[p]. Intelligit aspectum Dei, quo notat omnia scelera impiorum, eósque compescere potest, &c[q]. Al. [Sensus,] Huc tantùm aspiciunt: nam adeò effraenati sunt in peccata, ut nihil aliud spectare videantur quàm ut hanc mensuram celerrimè impleant[r]. *Oculus* hîc significat Providentiam Dei[†], quâ mundum regit. Confer Psalm. 34. 16,17[t]. *Haec est oculus*, i.e. mensura iniquitatis, *eorum*, definita Judaeis sapienti providentiâ Dei, cujus oculi ipsos respiciunt per totam terram, observantes quo modo eorum peccata mensuram impleant[v]. Al. *Haec* portendit *oculum eorum* respicere *in universa terra*, V. [Alii aliter.] *Haec eorum species*, &c. Ca. sic Pem. ex Ang. vel, *similitudo*, Pem. vel, *forma*; ut עַיִן *oculus* sumitur Levit. 13. 55. Ezec. 1. 16[x]. & Num. 11. 7. Sensus est, Id quod vides figuram gerit eorum quae fecêre Hebraei, quaeque passi sunt[y]. Qu. Quomodo *epha* repraesentat Judaeos? Resp. Epha est instrumentum emptionis & venditionis, adeóque, per synecdochen, injustitiam omnem Judaeorum in commerciis suis aptè denotat. Huic favet, quòd hîc respici possit praecedens Visio de furto & perjurio; & quòd Targum sic παραφράζει, *Hi sunt populus qui falsis mensuris usus est in emendo & vendendo*[z].

7. *Et, ecce, talentum* (vel, *massa quaedam*, V. sic Pi. G. T. Nam כִּכַּר omnem *partem magnam* cujuscunque rei significat[a]. Massa talenti pondo[b].) *plumbi* (Significat

decreti

Marginal notes: [a] D. [b] Idem. [c] Ca. [d] Di. [*] Calv. [f] G. [g] Tar. [h] Idem. [i] Pi. [k] Tar. [l] Pi. [m] Tar. ex Jun. [n] Tar. [o] Jun. [p] Pem. [q] Calv. [r] Q. in M. [†] D. [t] T. ex Cyril. [v] Pem. [x] Calv. [y] T. [z] Me. Calv. T. ex Hi. & Theod. [a] D. [b] T. sim. [c] Me. Tar. [d] G. [*] Pem. [f] Calv. [g] M. [h] Tar. [i] D [k] Tar. — [l] D. [m] Idem. [n] Tar. [*] G. [o] Pi. [p] D. [q] Me. ex Sà. [r] Me. [†] G. [t] Pem. [v] Calv. [x] Pi. [y] G. [z] G. Pi. [a] G. [b] Me. T. [c] D. [†] D. [d] G. [*] Me. T. sic Tar. [f] T. sic Tar. [g] T. [h] Me. [i] Tar. [k] T. [l] V. [†] D. [m] Me. [n] Me. Calv. plerique in Pem. V. [o] V. D. sim. Pi. [p] V. [q] Calv. [r] Me. [†] D. Pi. [t] D. [v] Plerique in Pem. [x] G. Pem. [y] G. [z] Pem. [a] G. [b] D.

decreti sive judicii Divini adversùs Judæos tum gravitatem [c], tum diuturnitatem [d], tum firmitatem & immutabilitatem; quòd, quasi firmissimum repagulum, improborum impetus & furores firmiter coerceat *.) *portabatur*] Ità Mo. sic P. &c. vel *ferebatur*, M. Ti. V. sub. *in amphora illa*, V. Ferebatur autem vel suo impetu, vel Domini jussu, vel ab alio cujus nomen tacitum est [f]. Vel, *afferebatur*, Tar. sim. JT. vel, *tollebatur*, Ca. *efferebat se*, Pi. vel, *fertur*: est enim continuatio sermonis Angeli, qui hîc Prophetæ ostendit & plumbum, voce וְהִנֵּה, & mulierem, voce וְזֹאת [g]. ¶ *Et ecce*, &c. וְזֹאת אִשָּׁה] *Et hæc mulier*, M. Ti. Di. *Quæ erat mulier*, Ca. *Et cum ipso*, sive *illo*, (sub. *erat*, Pi.) *mulier*, P. Pi. sic JT. *Et*, vel *Etiam*, *hoc* portabatur, videlicet *mulier*, D. *Mulier* in Scriptura significat Ecclesiam, sive corpus, ut piorum, Apoc. 12. 1. ità & impiorum, Apoc. 17. 3 [h]; hîc autem, corpus & colluviem impiorum Judæorum [i]. Confer Esa. 32. 9. Amos. 5. 2 [k]. & Ezec. c. 23. Cur autem impietas, vel populus impius, *mulieris* nomine denotatur, curiosum est inquirere: v.g. quòd peccatum per mulierem ingressum est in mundum; quòd impietas rempub. infirmam reddit instar fœminæ, &c [l]; quòd ingenium mulierum est valde subdolum & infirmum, & voluptatibus deditum, & multorum malorum causa, Prov. 2. 16, &c. & 5. 3, 4, &c [m]. Sed hæ tantùm conjecturæ sunt [n]. Talento plumbi fuit mulier impia in modio punita. *Per quæ enim quis peccat, per hæc & punitur* [o]. ¶ *Sedens in medio*, &c.] Id est, *super epha*, superba, & nihil mali metuens [p].

8. *Hæc* (nempe *mulier*, D.) *est* (sub. *populi hujus*, Me. sic D.) *impietas*] Mater scilicet & furtorum & perjuriorum & omnium scelerum [q]. Vel, *improbitas*, JT. Pi. &c. Vel, pœna quam pertulerunt propter improbitatem [r]. Vel, *afflictio*, vel *ærumna*, vel *vexatio*; ut scopus visionis sit, denotare translationem ærumnarum quas Judæi perpessi sunt ab ipsis ad hostes eorum †. Verùm, 1. vox רֶשַׁע raro ità sumitur in S.S. 2. Hoc non congruit cum circumstantiis visionis [t]. ¶ *Et projecit* Deus scilicet [v], aut unus ex illis Angelis qui aderant [x],) *eam* (nempe mulierem [y]) *in medio amphoræ*] Intra epha [z]: *in medium epha*, JT. D. &c. in quo visa est sedere quum primùm apparuit [a]. Fecit ut tota esset intra amphoram, & nulla ejus pars extrà maneret [b]; nè deinceps caput impunè exsereret, aut libere & passim vagaretur, ut hactenus fecit [c]. Huc conjicitur, quia compleverant mensuram patrum suorum [d]. ¶ *Misit* (vel, *Projecit*, Mo.) *massam—in os ejus*] Vel, 1. mulieris, ut illic diutiùs detineretur [*]: vel, 2. ephæ, sive modii [f]; nè indè exiret mulier [g], vel, nè resisteret, aut se defenderet, adversùs judicium Dei [h]. Ad figurandum, impios Judæos non effugituros pœnas Dei [i]. Significat completam mensuram peccatorum, & Judæos diu mansuros in sua impietate & damnatione [k]. Quod dicit, *impietatem detrusam fuisse sub modio*, bifariàm exponi potest: vel, quòd Deus non permiserit tantum licentiæ Diabolo, ut impelleret Judæos ad peccandum sicuti priùs; vel, quòd frænum injectum sit externis hostibus, nè pro sua intemperie opprimerent miserum populum. Deus ergò, quum vult mederi sceleribus, vel compescere injurias, includit quasi in modio impietatem, &c [l].

9. *Ecce duæ mulieres*] Hæ sunt vel, 1. gentes duæ, altera Decem, altera Duarum, tribuum [m]. Vel, 2. Juda & Benjamin, quæ Babylonem abductæ sunt: cujus rei causam hîc describit [n]. Vel, 3. Joacim & Sedecias Reges Judæ, qui fœdifragi erant, & causa exsilii & excidii Judaici [o]. Vel, 4. figurabant Ecclesiam [p], vel impios Judæos [q], duorum temporum, putà Esdræ, Esd. 9. 10. & Nehemiæ, Nehem. 13 [r]; quibus temporibus Ecclesia ab impiis repurgata erat. Ecclesia ferè cum muliere comparatur, sive singularis aliqua sit, sive catholica †. Non placet hæc interpretatio. 1. Quia hæc visio non generalem reformationem designat, sed generale supplicium; ut docet ordo visionis; ubi mulier impia, 1. projicitur in epha, 2. plumbo obtegitur, 3. deportatur, &c. 2. Quia hæc mulier non in Judæa puniendа erat, sed in remotis regionibus [r]. Vel, 5. sunt instrumenta vindictæ Divinæ in Judæos [v]: bini exercitus binæ expeditionis Nabuchodonosoris [x]: vel, Romani, qui gentem Judæorum exciderunt. Qui *mulieres* vocantur, non ob imbecillitatem, sed quia reliquis visionis partibus id congruum erat, ut punientes pares essent iis qui puniuntur [y]. ¶ *Egredientes*] Nempe ex urbe, aut è Terra sancta [z], aut è Templo [a]; vel, è loco unde epha egressa est [b]. ¶ *Et spiritus* (vel, *ventus*, D. &c.) *in alis earum*] i.e. Eæ vento ferente propellebantur [c]: habebant alas ad volatum instructissimas [d]: ventum collegerunt ad volandum, & magno impetu ferebantur *. Tribuit eis *alas* ob velocitatem, (unde Angeli *alati* finguntur;) & in eis dicit *ventum* esse, qui eas velociores redderet: nam velociùs volant aves flante vento [f]. q. d. Velociter progrediebantur [g]. Significatur per hoc, vel, 1. celeritas deportationum [h]; sive, Judæos celerrimè abducendos in Babylonem *. *Alæ* istæ sunt Assyrii & Babylonii †. Vel, 2. velox & violenta exsecutio judicii Divini in Judæos per Romanos [i]. Vel, 3. fortitudo & celer processus quem contra impios Judæos adhibuerunt Esdras & Nehemias [k], qui expeditissimi erant ad exsequendum voluntatem Dei [l]. ¶ *Quasi alas milvi*] Aptè: nam milvus habet magnas alas, & labori pares diuturni volatûs [m]. ¶ הַחֲסִידָה] *Ciconiæ*, JT. Pi. D. G. &c. i.e. alas transmigrare facientes. Vide [de voce חֲסִידָה] dicta ad Job. 39. 13 [n]. [& ad Levit. 11. 19. Psalm. 104. 17.] Sic dicitur vel, 1. *ciconia*, quòd parentes alit; vel, 2. *milvus albus*, quòd escas sociis suis dispertiat; vel, 3. *struthiocamelus*, contrario sensu, quòd sit crudelis [o]. ¶ *Et levaverunt* (nempe alæ istæ [p]) *amphoram inter terram & cœlum*] Vel, *aerem*; hoc est, non procul à terra, ut volat *Hasida* [q]: qu. d. palàm & publicâ sententiâ & exsecutione illius, (sicut quæ in aerem efferuntur oculis omnium exponuntur,) ut ità ab omnibus agnoscatur [r]. Sic figurabatur excommunicatio impiorum Judæorum †. Respiciunt, credo, Esd. 10. 8. Mallem simpliciter accipere pro circumstantia transportationis ephæ: quam necesse erat attolli in aerem, ut deportaretur [t].

10. *Quò iste deferunt*, &c?] i.e. Quò proficiscuntur ut dent pœnas propter peccata sua [v]?

11. *Ut*, &c. לִבְנוֹת וגו׳] *Ad ædificandum* (vel, *Ut exstruant*, V. sim. D. Pi. sub. *duæ illæ mulieres*: vel, *Ut construeret*, sub. *Deus*, D.) *ei* (vel, *sibi*, JT. D.) *domum* (i.e. locum [x], vel mansiones, sing. pro plur [y]. ubi diu [z], imò perpetuò, commoretur [a], tanquam in domo [b]. Confer Jer. 29. 5, 28 [c].) *in terra Sinhar*. Mo. Id est, in Babylonia [d]. Vide Genes. c. 11. v. 2. & Annotata ad lib. 1. de V. R. C. Quæ primò sub Assyriis fuit, indè Chaldæorum Regia *. qu. d. Ut Dominus animadvertat in eas diuturnâ captivitate, nempe per 70 annos, in Babylone [f]; & postea exsilio universali, quo totus orbis illis erit *terra Sennaar*, i.e. *terra excussionis*, ut vox significat; ad quam scilicet, Terrâ sanctâ excussi, vagi & profugi delati sunt [g]. Quanquam verò Judæi à Romanis disjecti sint in omnes ferè mundi plagas, præcipue tamen commorantur in Oriente, in Asia minore, Mesopotamia & Chaldæa. Meminit autem h. l. *terræ Sinaar*, 1. quia hic locus erat prioris exsilii; atque ità significaret, iidem illos manere supplicium quod ibi experti sunt: 2. ob fratres eorum qui ibi spontè manserunt; quorum respectu Judæi dispersi, ut credibile est, eò se contulerunt, cum quibus perpetuum exsilium subituri erant [h]. ¶ *Et*, &c. וְהוּכַן וְהֻנִּיחָה וגו׳] *Et* (vel, *Ubi*, Ti. JT. sic Pi.) *firmabitur* (vel, *præparabitur* ei, Ti. vel, *præparetur* habitatio ejus, P. vel, *stabiliatur*, JT. Tar.) *& ponetur* (vel, *collocetur*, JT. D. Tar. vel, *sistat se*, V. vel, *reponatur*. הֻנִּיחָה dicitur hîc ἀνωμάλως: esset enim הֻנָּחָה, *collocata fuit*, vel certè, הִנִּיחָה, *collocavit sese* [i]. Vox composita est ex Hiphil & Hophal; quia Judæi, qui abducti erant initio contra voluntatem, postea spontè manserunt ibi, & seipsos quasi collocârunt [l]. הוּכַן hîc est masc. הֻנִּיחָה fœmin. Illud respicit בַּיִת masc. hoc אֵיפָה fœm. gen [m].) *super basin suam*, M. P. &c. i. e. alto & firmo loco [n]: vel, ut columnæ, quæ super bases suas collocantur, ut firmiùs consistant [o]; vel, sicut idola solent [p], quæ deinde abire non possunt. h. e. Duæ illæ gentes longissimo tempore detentæ fuêre in locis trans Euphratem. Caveant ergò sibi Judæi nè idem rursus eveniat. Confer quæ habuimus suprà c. 3. v. 7 [q]. [Locum exponunt vel, 1. de Chaldæis.] qu. d. Sicut Judæa diu ab hostibus, & præcipuè à Chaldæis, direpta fuit:

fuit : sic, ubi Deus Ecclesiæ misertus fuerit, Chaldæi aliique ejus hostes, non semel, neque ad breve tempus, sed perpetuò, dabunt pœnas, &c [r]. Significat, tam impietatis culpam quàm pœnam in Babylone locatam;ut, cùm in ea impietas steterit per definitam à Deo mensuram, tum peccatorum tum temporum, puniatur per Cyrum & Darium, deinde per Christum, qui Babylonem, & Babylonios Antichristi asseclas, disperdet in fine mundi †. [Vel,2. de Judæis.] qu.d. Impii hi Judæi, qui priùs patriâ pulsi fuerant per 70 annos, iterum relegabuntur in loca extera & remota, in quibus æternùm mansuri sunt, tanquam domus super basin suam fundata [r].

[r] Calv. † Me. [r] Pem.

CAP. VI.

1. **E**Cce quatuor quadrigæ] Vel, *currus*, Pi. D. Tar. &c. nempe militares, ut Exod. 14. v.17, &c [a]. cum aurigis, quamvis hi non nominentur [b]. Obscurissima est hæc Visio [c]; de cujus scopo & sensu non liquet, sed conjecturis agitur [d]. Hi *currus* sunt vel, 1. Apostoli, qui orbem expugnârunt & Christo lucrifecerunt *. Vel,2. Angeli [f]; quorum ministerium *currûs* nomine denotatur Psal. 18. 11. & 68. 18. & 104. 3, 4. confer 2 Reg. c.6. v.17 [g]: qui hîc veniunt vel,1.ut Regna evertant [h]; vel, 2. tanquam administri salutis piorum Judæorum in Babylonia, &c [i]. Vel, 3. quatuor Imperia [k], quæ sibi ordine successerunt, & sese mutuò everterunt [l], nempe Babylonicum, Persicum, Græcum, & Romanum; quæ, quamdiu floruerunt, fuerunt invictissima. Sub quarto autem natus est Christus [m], cujus Imperium illis successit, eratque iis & diuturnius & potentius; ut nôrint omnes non casu, sed Dei voluntate, hæc Imperia floruisse & concidisse, Regnum verò Christi semper mansurum [n]. Vel, 4. significant varias mutationes quæ in Chaldæa & Judæa aliisque locis contigerunt. Ipsi rerum effectus, & fortuiti casus, ut vulgò vocantur, & quæcunque contingunt mutationes, vocantur *quadrigæ* Dei, h. e. sunt quasi celerrimi præcones qui nobis annuncient quod priùs erat incognitum [o]. Quòd currus sunt *quatuor*, denotat, Angelos in omnes mundi plagas egredi, &c [p]. ¶ *Egredientes*] Sub. *à conspectu Domini*. *Egredi* & *pergere* dicuntur Imperia, quòd alterum alteri successerit [q]. ¶ *De medio duorum montium*] Per quos figurabatur [r], vel, 1. Jerosolyma, in qua erant duo montes, Sion & Moria; cujus custodes sunt Angeli †. Non placet; 1. quòd cœlitus facta est hæc revelatio: 2. quòd reliqua non dicuntur indè prodiisse: 3. quòd Angeli non debuerint ex Jerosolyma egredi, sed potiùs eam ingredi, ut eam custodiant [t]. Vel,2. robur & vires eorum Imperiorum, quæ quidem Deus summâ curâ & providentiâ moderatus est [v]. Vel, 3. obscura & inscrutabilia Dei judicia; unde Angeli hîc prodeunt è profunda valle quæ inter duos montes [x]: decreta & consilia Dei [y]: Dei potentia [z], & providentia [a]; cujus duæ partes, & quasi montes, sunt, mens, vel sapientia, & voluntas, sive decretum; vel, præordinatio, & exsecutio [b]: arcanum Dei consilium, quo omnia ab æterno decreta sunt [c]. Vel, 4. portas Ciliciæ intelligit inter montium ardua, per quas Babylonii & Persæ, Alexander quoque & duces ejus, in Syriam, Judæam & Ægyptum transire soliti [d]. Alludit ad montem Taurum, sive Caucasum, ubi duo montis juga in fauces coeunt, &c *. Et indè egressi sunt Persæ qui Babylonem vastârunt [f]. Alludit ad morem illorum temporum, quando currus certabant cursu, ubi equi & currus ad cursum parati stabant intra carceres, unde, signo dato, proruperunt, &c [g]. ¶ *Et montes* (vel, *Qui montes* erant, JT. Pi.) *montes ærei*] i.e. Munitissimi [h]. Intelligit, vel, 1. virtutem illorum Imperiorum fuisse insuperabilem [i]: vel, 2. judicia & decreta Dei tum firma rataque esse, nec revocari posse [k]; tum fontem & initium esse omnium actionum & eventuum in mundo [l]: quòd in hoc mundo nihil sine voluntate & providentia Dei egreditur; ac præsertim, quòd Imperia ex eis constituuntur, & cadunt [m]. His montibus

[a] Tar. [b] Pem. [c] M. sim. Pem. [d] Pem. * M. [f] Pi. D. Tar. ex Jun. [g] Tar. [h] Wigand. in Tar. [i] Tar. ex Jun. [k] G. ex Ch. V. sic Me. T. [l] Me. sim. T. [m] V. [n] Me. [o] Calv. [p] Tar. [q] V. [r] Pi. † Wigand. in Tar. [t] Tar. [v] V. [x] D. [y] Plerique in Pem. [z] Me. T. [a] V. Me. T. Pi. Calv. [b] Me. [c] Calv. [d] G. * T. ex Mar. [f] J. [g] Pem. [h] Mar. [i] V. [k] D. sim. Calv. Pem. [l] Pem. [m] Mar.

continebantur quadrigæ antequam exirent, nè alias nationes bello infestarent, proinde acsi septæ essent montibus validissimis. Cùm autem adfuit tempus à Deo præstitutum ut Imperio potirentur, tunc expressæ sunt [n]. Aptissimè hîc depingitur consilium Dei, quod ante exsecutionem non apparet, sed absconditum est, quasi lateret in altis montibus [o].

2. *In quadriga prima equi* (vel, *equæ*, cujus generis verbum est infrà 7 [p].) *rufi*] Torquent se Interpretes in explicandis his coloribus *. Referuntur hi vel, 1. ad quatuor Imperia [q]. Vel, 2. ad Angelos [r], diversáque eorum ministeria. Confer Zach. 1.8 †. Vel, 3. ad diversos Providentiæ Divinæ effectus; ut color *niger* tristes, *albus* lætos, *rufus* sanguineos, *varius* mixtos, notet [t]. Vel,4. ad varium populi Dei statum sub illis Imperiis, qui modò lætus erat, modò tristis, modò mixtus fuit, &c. Al. Fortassis hi colores nihil significant, sed distinctionis curruum à se invicem causâ additi sunt [x]. *Equi rufi* Chaldæos significant [y], valde sanguinarios [z], & crudeles, præsertim in Judæos [a]: qui [Chaldæi] etiam rufo colore delectabantur in vestibus; vide Nah. 2. v.3 [b]. Vide Lamenta Jeremiæ. Horum obiter meminit ordinis servandi causâ, & ut præterita futuris conferat: postea verò nihil de illis dicet, nimirum quia Imperium id jam transierat cùm hoc Visum Prophetæ obtingeret. Confer quæ suprà 1. 10 [c]. Al. *Equi rufi* sunt Apostoli & Christiani à sanguinariis Judæis occisi [d]. Color ruber cædes notat *. ¶ *Equi nigri*] h. e. Imperium Medorum & Persarum [f]. Equi sunt *nigri*, ob gravem metum & luctum Judæorum sub illo, Esth.3 [g]. Color hic est lugentium, & horrorem sæpe notat, atque excidium. Unde Tamerlanes, qui, cùm denunciare vellet cædem puberum, rubris tentoriis usus est, tertio die obsidionis nigris utebatur, innuens se, captâ urbe, nulli parciturum [h]. *Equi nigri* significant gravissimas calamitates illatas Judæis, & perturbationes in toto orbe [i]: vel, famem, ut Apocal. 6. 5, 6. & metonymicè vastitatem, quam plurimis terris intulêre Persæ. Vide quæ diximus ad Dan. 8. Apparet id ex Darii & Xerxis historia [k].

3. *Equi albi*] Hic color lætitiam designat [l]; & quòd Deus Ecclesiam redimere voluit [m]. Id signum triumphi perpetuas Alexandri victorias significat [n]; vel, Alexandri mansuetudinem erga Judæos [o]. ¶ *In quadriga quarta*] Hæc verò est Regnum, vel, 1. Romanorum [p]: vel, 2. Ægypti pariter & Syriæ; quas conjungunt Prophetæ, quòd Judæi modò sub his, modò sub illis, fuerint, & ipsa genera sæpe matrimoniis permixta, possessionésque translatæ vi aut pactionibus [q]. ¶ *Equi varii*, &c. בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים] *Varii*, P. LXX, Ch. (vel, *maculosi*, M. Ca. sim. Ti. vel, *guttati*, JT. Pi. *grandinati*, vel *grandine guttati*, Mo. BA. Di. Pem. id est, respersi maculis [r], albis scilicet †, instar grandinis. Confer Gen. 31. v. 10, 12 [t]. *Versicolores*, Sy. Ar. sub. *&*. M. Di. vel, *iique*, Ca.) *fortes*, sive *robusti*, Mo. P. M. Ti. Pi. sic Ca. vel, *confirmati*, JT. nempe à Deo ad præstandam voluntatem ejus [v]. Ità commune erit epithetum omnibus his equis, h. e. Angelis [x]. Illis אָמוֹץ idem est quod אַמִּיץ, ab אָמֵץ *valere* [y]. Ità iidem fuerint אֲמֻצִּים & בְּרֻדִּים, quos ex collat. v. 6, 7. diversos esse liquet [z]. Quin locum hunc attentè legenti constabit nomen esse coloris. Atque in id consentiunt plerique [veteres scilicet] Interpretes, quamvìs aliter atque aliter reddant. Chaldæus, (quem multi sequuntur [a],) *cinereos*; Græci, ut hodie leguntur, ψαρὲς, *varios*, (vel, *sturninos*, Di.) quod tamen ad vocem בְּרֻדִּים pertinet: [de quo videsis Cl. Authorem :] pro quo quædam exemplaria, notante Hieron. habebant πυῤῥὲς, (quæ vera est lectio,) *rufos* aut *rubros*; quomodo & Sy. & Ar. Cui versioni suffragium nostrum addimus [b]. Vel, *commaculati*, Di. Nempe אָמוֹץ idem quod חָמוּץ, Esa. 63. 1. gutturalibus א & ח permutatis [c], quod in illis [orientalibus nempe] linguis frequens; quamvìs ח sonet multò fortiús. Sic 2 Reg. 17. 21. וַיַּדַּא scriptum pro וַיַּדַּח, *& expulit*. Et Jonathæ nepos, qui תַּאְרֵעַ *Tharea* 1 Par. 8. 35. in 1 Par. 9. 41. est תַּחְרֵעַ. Porrò, vocis hujus natales, Hebræis ignotos, libet arcessere paulò altiús. Octo saporum genera post Aristot. numerat Avicenna, inter quæ אלחמוצה, τὴν ὀξύτητα, *aciditatem*. Verbum חמץ, ut Arabibus, sic & Hebræis, propriè

[n] Me. [o] Calv. [p] G. * D. [q] Q. in D. [r] Pi. † Q. in Pem. [t] Tar. [x] D. [x] Pem. [y] G. L. M. sim. V. [z] G. sic Me. Cal. [a] Me. sim. V. Calv. [b] Me. [c] G. [d] Q. in M. * D. [f] Me. [g] Me. e. L. [h] D. [i] Calv. [k] G. [l] D. [m] Calv. [n] G. [o] L. [p] Me. [q] G. [r] Di. BA. Pem. † Pem. BA. [t] BA. 1. 2. 7. 109. [v] Pem. ex Jun. [x] Pem. [y] BA. ib. 111. [z] Di. [a] Idem. [b] BA. ib. [c] BA. ib. ex K. Di.

propriè est, ὀξύνειν, *acescere*, ut facilè probatur: quia, 1. חָמֵץ est, *fermentari*, quia farina fermentatione acescit; 2. חֹמֶץ est, *acetum*, Prov. c. 10. v. 26; 3. בְּלִיל חָמִיץ Esa. 30. 24. est, *farrago subacida*; 4. הִתְחַמֵּץ est, *irritari*, *exacerbari*, Psal. 73. 21. In coloribus חָמוּץ vel אָמֹץ idem videtur esse quod ξανθός. Id nempe tralatitium est, ut saporum nomina transferantur ad colores. Ergò, ut *pinguis* est color, & *acer*, & *amarus*, & *austerus*; ità etiam *acutus*. Ὀξὺ in coloribus Salmasius opponit τῷ βαρεῖ, i. e. *austero*: adeóque ut τὸ βαρὺ *maximè pressum* est, & *saturum*, & *quadam coloris tristitiâ profundum*; ità ὀξὺ dicitur quod *clarum* est, & *vegetum*, & *multo lumine excitatum*: quales sunt læti omnes & floridi colores, quos εὐανθεῖς Græci appellant, & ab austeris distinguunt. In his quia claræ purpuræ color facilè principatum obtinet, ὀξὺ ferè dicitur de *purpureo*. Indè *oxyblatteum*, *oxyporphyron*, *oxyphœniceum*, & similia. Et ῥόδα Chæremon in Athen. l. 13. appellat ὀξυφεγγῆ. Apud Suidam in Sardinia fieri dicuntur πορφύρεοι ὄρφοι καὶ ὀξύταις. In Codino Despotæ calcei sunt coloris ὀξέως *acuti* (i. e. purpurei vel coccinei) & *albi*. *Equi* ergò אֲמֻצִּים sunt equi, non quidem purpurei, quales nulli sunt, sed quorum rubor est ὀξύτερος *excitatior*, & plus habet vigoris atque luminis. Quo ipso distinguuntur ab equis primæ quadrigæ, qui simpliciter *rubri* sunt. Nè autem mirum videatur equos ejusdem quadrigæ hîc describi *varios*, & *rubros*, vel *phœniceos*; etiam in Eumeli quadriga Euripides describit equos *alios varios*, *alios rufos*, fuisse. Et equorum Cleosthenis (qui vicit Olympiacis Olympiade 66.) unus erat phœniceus, alius niger, alius varius, ut colligere est ex eorum nominibus quæ apud Pausaniam exstant [d].

4. *Dixi ad angelum*, &c.] Propheta modestè & humiliter se Deo subjicit, eíque se docilem & attentum offert: nec frustrà; consequitur enim donum revelationis*.

5. *Isti*, &c. אֵלֶּה אַרְבַּע רֻחוֹת הַשָּׁמַיִם יוֹצְאוֹת מֵהִתְיַצֵּב עַל וגו'] *Hi*, vel *Isti*, (vel, *Istæ*, M. Ti. sub. *quadrigæ*, M. V. & sub. *sunt*,] T. Pi. P. Ti. &c.) *quatuor venti* (vel, *spiritus*, Calv.) *cœli*, *qui egrediuntur* (vel, *procedentes*,] T. *exeuntes*, Pi. Al. *Hi ad quatuor ventos cœli*, sive *plagas cœlorum*, *egrediuntur*, M. V. D. ex He. אַרְבַּע, pro לְאַרְבַּע [f]. Qualis defectus Psal. 45. 4, 5. & alibi sæpe [g].) *à loco ubi stabant* (vel, *indè ubi constiterant*,] T. Pi. D. ad verb. *à stando*, V. G. vel, *à consistendo*, D. *è statione*, Calv. vel, *postquam steterunt*, M. *ubi steterunt*, Ti.) *coram Dominatore universæ terræ*, P. &c. q. d. *exeuntes à Domino totius terræ*, *apud quem se stiterant*, D. sim. Ca. Vide 1 Reg. 22. v. 19. Job. 1. v. 6 [h]. Steterunt coram Deo, i. e. mandata accipient; iis acceptis ibunt quò Deo visum [i]. *Stationem coram Deo* vocat spatium illud quod dixit inclusum fuisse inter duos montes æneos. Etsi volubiles sint quadrigæ & veloces, stant tamen quasi fixæ in uno loco, donec exitum Deus permittat. Hinc colligimus, eventus omnes, etiam quæ fortuitò contingere videntur, affixos esse consilio Dei, ut præsit iis immutabilis necessitas, quæ tamen nobis abscondita est [k]. Qu. Quid hîc sunt *quatuor* רוּחוֹת? Resp. 1. Imperia in diversis climatibus, quorum impetus ventis comparari solent [l]: quatuor illa Imperia [m], quæ per 4 ventos describuntur Dan. c. 7. v. 2 [n]; quæ, ut venti, & violenter ac celeriter irruent, omnia subvertentes, & velociter transibunt atque desinent [o]; quibus à Deo facta est potestas imperandi universo orbi [p]; quæ æterno Dei consilio excitata erant è stationibus suis, ad exsequenda Dei decreta de puniendis Israelitis, Assyriis, Persis, &c [q]. Resp. 2. *Spiritus*, h. e. arcani illi motus & impulsus Dei, qui prodeunt ab æterno ejus consilio & providentia. Propheta ergò dicit omnes revolutiones quæ in mundo cernuntur esse ex Spiritu Dei, & esse quasi spiritus vel nuncios [r]. Resp. 3. Angeli †, sive catervæ Angelorum [t], quibus velut vento & igne utitur Deus; vide Psalm. 104. 4. Ezech. 1. 6, &c. 23, 24. Hebr. 1. 7, 14 [v]: qui stant coram Deo, parati ad exsequenda mandata & consilia Dei, Job. 1. v. 6. & 2. 1. Dan. 7. 10. &c. quos Deus mittit ad omnes mundi plagas, unde ad Deum redeunt, &c [x].

6. *Equi nigri*, (i. e. Quadriga equis nigris vecta: cujus adventum luctuosum denotat hic color [y]:) *egrediebantur in terram Aquilonis*] Egressi sunt Persæ in Chaldæam [z], quæ Aquilonaris erat Judæis [a]; quam expugnarunt, &c [b]. De equis rufis nihil dicit, quia jam transierat Imperium Chaldæorum [c]. ¶ *Et albi egressi sunt post eos*] Secuti sunt eos in terram Aquilonis abeuntes [d]. Significat, vel, 1. candorem sive mansuetudinem Alexandri M. erga Judæos*: vel, 2. Alexandrum advenisse Babylona [f]: vel, 3. lætiorem statum piis in Chaldæa hærentibus obventurum [g]; vel, clementiam Persarum, à quibus nova lux gaudii Judæis allata fuit [h].

¶ *Et varii* (Id est, vel, 1. Romani [i]; qui *varii* erant, scilicet regimine, sub Regibus, Consulibus, Tribunis, Imperatoribus, &c. iisque ex variis gentibus, & affectu in Judæos valde vario †. Per equos partim albos, partim alterius coloris, intelligit aliquos Imperatores Romanos mites fuisse erga Judæos & Christianos, alios verò immites & crudeles [k]. Vel, 2. Lagidæ [l].) *egressi sunt ad terram Austri*] i. e. Vel, 1. in Ægyptum [m], quæ ad Austrum Judæis [n]; vide Dan. 11. 5 [o]: quam illi tenuêre [p]. Cujus unius meminit, quia ex toto Græcorum Regno hæc regio ultima à Romanis subacta est [q]. Memorat tantùm bella horum Regnorum quibus priora Regna deleta sunt. Augustus autem, victis Antonio & Cleopatrâ, Græcorum Regnum, i. e. Ptolemæorum, in Ægypto extinxit, illúdque ad se & ad Romanos transtulit [r]. Vel, 2. in Judæam †; quæ respectu Chaldææ, cujus paulò antè facta est mentio, & cui hæc nunc opponitur, est ad meridiem sita. Confirmatur hoc ex scopo visionis, & ex collat. v. seq. ubi δεικτικῶς appellatur *hæc terra*, putà in qua Propheta versabatur, & pro qua sancti Angeli intercedere leguntur [t].

7. *Robustissimi*] Vel, *fortes*, sive *robusti*, D. Pi. &c. vel, rectiùs, *cinerei*, aut *subrufi*, vel certè, ψαροὶ, i. e. *sturnini*; sic tamen ut maculis albis instar grandinis interspersi essent [v]. Sed difficultas hîc occurrit. Quinam sunt hi equi? Nam *equi* & *grandinati* & *badii* [Ang. *bay*] quartum traxerunt currum, scilicet Romanorum: hîc autem disjuncti sunt: *grandinati*, sive *varii*, eunt in terram Australem; *badii* verò, per totam terram. Quare dicendum, vel, 1. equos *grandinatos* & *badios* designare Romanos; qui non tantùm Græcum Imperium totum subjugarent, quod dicitur v. 6. sed & Imperium per totam terram protenderent, ut hîc refertur [x]. Quod non placet; quia Romani ante domitam Ægyptum totum orbem subegerunt, ideóque non opus erat ut *quærerent ire per totam terram*, quod jam fecerunt [y]. Vel, 2. equos badios designare aliud Regnum, quod, quum olim fuisset pars Romani Imperii, postea totum orbem pervaderet [z]; Gothos scilicet & Vandalos, &c. qui tandem se à Romanis diviserunt, & orbem domuerunt, &c [a]. ¶ *Quærebant ire*, &c. לָלֶכֶת לְהִתְהַלֵּךְ בָּאָרֶץ] *Ire* (vel, *eundo*,] T. Pi. *ut irent*, P.) *ambulatum* (vel, *ut obambularent*,] T. Pi. sim. P. vel, & *ambulare*, M.) *in* (vel, *per*, M. P.) *terram*, Mo. &c. i. e. Vel, 1. totum orbem [b]. Non contenti terrâ Austri, ad quam exîerant missi à Deo, volebant reliquas partes orbis peragrare [c]. Vel, 2. *terram illam*, scilicet meridianam [d]. Significat, Angelos paratissimos esse & percupidos ad exequenda Dei mandata, &c*. ¶ *Et perambulaverunt terram*] Sensus loci, Seleucidæ [qui hîc per equos *cinereos* denotantur] modò Ægyptiis bellum intulêre, modò Judæis & Arabibus eorúmque vicinis, modò Armeniæ Medisque & Parthis, ità ut nihil intactum sinerent, sapiente Dei permissu ‡.

8. *Ecce, qui egrediuntur*, &c.] Vel, *egressi sunt*, &c. nam id jam transierat †. ¶ *Requiescere fecerunt* (vel, *tranquillàrunt*, Ti.] T. Pi. vel, *recreârunt*, Ca. *sedaverunt*, V.) *spiritum meum* [f]; ut Coh. 7. 9. Hinc locutiones illæ, *brevis spiritu* pro iracundo; &, *longus spiritu*, pro eo qui tardè irascitur. Vel, *animum meum* [g]. *Spiritus* modò iram, modò benevolentiam, significat: ex materiæ diversitate varianda interpretatio [h]. Vel, *mentem meam*, Ca.) *in terra Aquilonis*] Locus obscurus [i]. [Sensus,] Mandata mea [ibi] exsecuti sunt [k]. Ibi iram meam contra Chaldæos (& Persas [l]) conceptam abunde satiârunt [m], dum eos vastarent [n]. Per Persas animadverti in Babylonios, qui injustè afflixerunt populum meum [o], Zach. 1. v. 15: & per Græcos animadvertam in Persas [p]. Al. Consolatio est Judæorum: q. d. Non est ut ampliùs timeatis hostes vestros Aquilonares;

[d] BA. ib. 112. * Calv. [f] D. e He. [g] D. [h] Id. m. [i] G. [k] Calv. [l] G. [m] V. sim. Me. T. Pem. ex San. [n] Pem. ex San. T. [o] Me. [p] V. [q] Pem. [r] Calv. † Pem. Tar. [t] D. [v] Tar. [x] Pem. [y] D.

[z] G. sim. V. Me. T. Tar. Pem. [a] G. sim. Tar. [b] V. Pem. [c] Me. sim. Rib. [d] D. * V. [f] G. [g] Tar. [h] Calv. [i] T. Me. &c. † T. [k] V. [l] G. [m] D. Me. T. Calv. Pem. [n] G. sim. D. Me. [o] D. [p] G. [q] Pem. [r] Me. † Pi. Tar. [t] Tar. [v] D. [x] Pem. [y] Rib. [z] Pem. [a] Pem. ex Rib. [b] Calv. [c] D. [d] D. sim. Pi. * Pem. ex Jun. ‡ G. † G. [f] Pem. D. ex He. sic & Ar. [g] D. [h] G. [i] Pem. [k] Ca. [l] Pem. [m] G. sim. [n] Me. [o] Calv. Me. [p] V. sim. D. Pem.

res; nam Spiritus meus conciliabit eos vobis[q]. Al. Me recreârunt, dum effecerunt ut Judæi plurimi (qui adhuc in Babylone manebant) pecuniam conferrent ad instaurationem Templi. Hoc valde se mihi probat, & sequentia mirè illud confirmant[r]. Al. Spiritus meus, antea turbulentus & omnia tenebris involvens, etiam in Judæa, jam quietus est: placatus sum Judæis post emissam 2. hanc quadrigam; nam statim redemptio secuta est†. Al. Iram meam sedârunt adversùs Judæos in Babyl. adhuc hærentes, & beneficium liberationis spernentes[s]; inspirando illis pios affectus[v]; hos ad resipiscentiam pietatémque adducendo, alios in ea continendo: quo effecerunt nè illos omnes excludam gratiâ meâ. Sic Deus opus sui Spiritûs tribuit Angelis administris honorificè[x]. Sed quomodo hi resipiscebant, qui ibi adhuc hærebant? Resp. Post hoc tempus multi cum Esdra redierunt. Qui non redibant, illis graviter offensus est Deus[y]. Qu. Cur de *terra Aquilonis* potiùs hîc loquitur quàm de terra Australi? Resp. Quia illuc conjecti erant omnium oculi; illic sepulchrum erat Ecclesiæ, unde emergerent reliquiæ, &c. Hîc ergò Angelus revocat Judæos ad providentiam Dei, ut sciant, quæcunque illic acciderant mutationes, à consilio Dei esse profectas. Quem præcipuum fuisse visionis [hujus] finem hinc colligitur[z].

9. *Et factum est verbum Domini*, &c.] Hæc secunda pars capitis, non visio, sed historica prædictio rei reverà gestæ. In visione ostenditur paterna Dei cura erga Judæos in Babylone, ad servandos electos suos qui ibi erant. Curæ illius effectus hîc narratur, exemplum scilicet quorundam conversorum, &c[a].

10. *Sume à transmigratione*] Vel, *à deportatis*, JT. Pi. D. &c. à Judæis qui in Babyloniam deportati erant à Nebuchadn[b]. nempe à filiis deportatorum[c]: ab illis qui nunc recèns ab exilio veniunt[d]. ¶ *Ab Holdai*] Vel, *Heldai*, D. sic Pi. &c. Qui *Helem* infrà *, v. 14[f]. nisi erratum est scribæ hoc vel illo loco[g]. ¶ *Et venies tu in die illa*] Quâ ipsi redierunt[h]: ut nullum tempus pereat ad confirmationem fidei, & acceptationem muneris ipsorum. Mandatum autem hoc antea accepit Zacharias, ut illâ die exsequeretur†. ¶ *Intrabis domum Josiæ*] Quid ità? Resp. 1. Quia ille erat vel aurifaber, qui coronas faceret; vel thesaurarius Templi, qui oblationes recepit, &c[i]; vel custos & æditus Templi[k]. Potest ità esse: nam ex æditius janitores erant, janitores autem sacram pecuniam colligebant, 2 Reg. 22. 4. Sed repugnare videtur v. 14[l]. Incertum est an hîc *Josias* idem sit qui infrà *Hem filius Sophoniæ*, vers. 14. an verò *Hem* frater illius sit, & comes illorum qui à Babylone venerant[m]. 2. Quia in ejus domo illi diverterunt, sive hospitabantur[n]. 3. Indubiè jussus est venire ad illos quatuor, & ingredi cujusque domum, ut docent verba illa, *qui venerunt*, &c. Loquitur tantùm de uno, sed postea addit alios simul venisse[o]. ¶ *Filii Sophoniæ*] Duo erant hujus nominis; unus Propheta, alter sacerdos, Jer. 21. 1. & 37. 3: hic autem alius ab iis fuisse videtur[p]. ¶ *Qui* (nempe Heldai, Tobias & Jedaia[q], & cum eis Josia[r],) *venerunt de Babylone*] Vel urbe, vel terra†; oblationem facturi Domino[t]: vel, tanquam privati homines spontanea offerentes; vel, tanquam legati nomine omnium piorum Judæorum in Babylone. Vel, τὸ אשר non minùs commodè referri potest ad τὸ בית quàm ad personas antè memoratas, ut sit hyperbaton, & locus sic reddatur, *Ito tu eodem die quo venerunt è Babylone, & ito in domum*, &c †.

11. *Et sumes* (vel, *Sume, inquam*, G. sim. D. Pi. &c. sub. *ab illis*, Pi.) *aurum & argentum*] Quod illi contribuerunt[x]; vel, ex collatione exsulum ferunt[y]; ut offerant in Templo[z], (quanquam id non dicit textus[a],) in Templi, quod jam struetur, ornatum[b], sive instaurationem[c]. ¶ *Et facies coronas*] Ex auro & argento[d], vel, 1. commixtis; ut una fuerit corona, quæ pluraliter effertur ad exprimendam coronæ magnitudinem & præstantiam, ut in חכמות, בהמות, &c*: [vel, 2. divisis.] Coronæ duæ erant[f], vel complures[g], ut diversa metalla probant[h]; una argentea, altera aurea: quarum illâ figurabatur Sacerdotium, hâc Regnum[i]. Verùm corona sacerdotis aurea erat, Exod. 28. 36. & 29. 30[k]. Hæ autem coronæ semel, idque in signum solùm, ponendæ erant super caput Josuæ[l], deinde suspendendæ in Templo[m]. ¶ *Et pones* (unam scilicet illarum: nam & summi Sacerdotes coronam ferebant in diebus lætis[h]. Vel, *Quas pones*: ו pro אשר, ut Mal. 3. 1. *Mitto nuncium meum, &* (id est, qui) *parabit*, &c[i]. Vel, *Ac imponito* eas, Pi. sic Tar. h. e. coronas duas, unam Regni, alteram Sacerdotii[k]; successivè, sive unam post aliam†.) *in capite* (vel potiùs, super cidarim capiti impositam, Zach. 3. 5[l].) *Jesu*, &c. vel *Josuæ*, &c. D. &c. Sed novum hoc erat & insolitum: Deus enim duos illos ordines, eorúmque insignia & familias, [sive Tribus,] apertè distinxerat[m]: & cùm Josua Sacerdos non erat ex ordine Melchised. sed ex ordine Aaronis, duæ hæ dignitates in illius persona convenire non poterant[n]. Designat ergò h. l. aliquid priùs incognitum[o]; scilicet, quòd idem futurus sit Rex & Sacerdos[p], nempe Christus[q], cujus hîc typum gessit Josua[r]: & hoc sic repræsentari voluit Deus †, & in umbra ostendi quid sperandum erat adventu Messiæ, cui & Sacerdotium tribuitur & Regnum, Psal. 110. Ezec. 21. v. 26. His porrò coronis significat Ecclesiæ restitutionem in felicem illum statum quum florerent Regnum & Sacerdotium[t].

12. *Ecce vir* (sub. *veniet*, Pi. vel, *Ecce virum*, JT. Tar. Non tam te cogita, quàm eum cujus typus es[v], toties orbi promissum, & tandem exhibendum[x]. Hæc, Deo dirigente, Pilatus ad Christum aptavit, dicens, *Ecce homo*, Joh. 19. 5[y]. Sensus, Vide in Josua perspicuam adumbrationem sperati Messiæ[z]. Non tibi propter te imponitur corona[a], quòd tu eo honore dignus es, vel quòd illum adepturus es[b]; sed ut typum geras Christi[c], Regis ac Sacerdotis futuri[d].) *Oriens* (vel, *Germen*, V. G. Pi. &c. Vide Zach. 3. 8 *. i. e. Surculus velut renatus ex stirpe Davidis[f]. Christus non vocatur arbor procera, sed plantula, vel *germen*, quia contemptibile erat initium ejus[g]. Antiqui Ebræi inter nomina Messiæ & צמח recensent, i. e. *Oriens*, vel *Germen*[h].) *nomen ejus*] Ut suprà dixi[i]. ¶ *Subter*, &c. ומתחתיו יצמח] *Et* (vel, *Nam*, Pi. V. vel, *Qui*, JT. Pi.) *subter eum germinabit*, Mo. vel, *sub se*, &c. Ti. vel, *apud se*, V. vel, *e* (vel, *in*, V.) *loco suo*, JT. Pi. Calv. V. Tar. sic M. P. i. e. Vel, 1. è solo suo: Ut germen è terra oritur, sic & Christus, quoad humanam naturam[k]. Vel, 2. è Judæa, sive Jerosolyma[l]: ex propria gente & sede[m], Nazareth vel Bethlehem[n], ut jamjudum prædictum est[o]. Vel, 3. in Ecclesia[p]. Vel, 4. propriâ virtute[q], sine ulla ope, præter spem, familiâ Davidis penè extinctâ[r]. Vel, *ex seipso*, Calv. ad verb. *de sub se*, Calv. D. vel, quà Deus est; vel potiùs, quà homo: q. d. Etsi non adsint humana media, Christus tamen germinabit cœlesti virtute suâ, Deo benedicente, &c†. Al. *Et per eum germinabit*. Est allusio ad nomen צמח. Renascetur Templum, sicut in illo domus Davidis renata est[t]. ¶ *Et ædificabit templum*] Vel, 1. materiale: quod nec Josua neque Zorobabel perficere poterant sine ope Christi[v]. Vel, 2. spirituale[x], sive Ecclesiam[y]. Templum præstantius eo quod cernitis: vide Hag. 2. 9. q. d. Veniet Christus, qui omnia restituet in perfectum ordinem[z].

13. *Et ipse portabit gloriam*] i. e. Vel, 1. coronam, nempe Principis, vide 2 Sam. 12. 30[a]. sive Regni & Sacerdotii[b]. Vel, 2. magnificas vestes sacerdotis[c]. Vel, *decus*: q. d. Ità administrabit Regnum & Sacerdotium, ut indè decus sit reportaturus[d]. Dicit, *ipse portabit*, q. d. non tu, quamvis coronas nunc gestes. Dignitas Ecclesiæ est in solo capite, Christo*. Tacita hîc est oppositio inter Christum & Josuam: hic enim contemptus erat. Jubet autem eos plus sperare: Veniet magnificus Sacerdos, &c[f]. Periit omnis ferè splendor & Regni & Sacerdotii, quem habuerunt, ut in solum Christum oculos defigerent, in quo, licèt non externâ specie, utraque dignitas concurreret[g]. ¶ *Et dominabitur super* (vel, *in*, JT. Pi. vel, *ante*, D.) *solio* (vel, *solium*, D. sic Di.) *suo*] Quod est Ecclesia: Mic. 4. 7. Luc. 1. 32, 33[h]. Vel, *ejus*, D. Di. nempe Jehovæ[i]. Plenè diceretur, *sedens in solio suo*. Vide Esth. 1. 2[k]. In solio sedens, simul cum senatoribus jura dicet[l]. Atqui non propria fuit dominatio sacerdotis, sed Regis[m]. Hunc ergò Regem fore innuit[n]. ¶ *Et erit* (nempe ille Germen, non Rex solùm, sed &[o]) *sacerdos* (sub. *summus*, V. ex Ch.) *super solio suo*] Etiam sacerdos in eodem illo sena-

lo senatu solium suum habebit [p]. *Et erit similiter sacerdos* (repete, *sedens*, ex præcedentibus,) *in solio suo* [q]. ¶ *Et consilium pacis erit* (i. e. summa pax & concordia erit [r]) *inter illos duos*] Sive, *ambos*, D. *inter utrosque*, JT. Pi. i. e. Vel, 1. inter Josuam & Zorobbabelem: alter alteri non invidebit; non dissentient sententiis†. Vel, 2. inter Germen & Jehovam [t]. Vel, 3. inter Judæos & Gentiles [v]; qui unanimi consensu recipient Christum [x]. Vide Ephes. 2.13,&c. Colos. 2.13,14 [y]. Vel, 4. Regem & Sacerdotem [z]. Vel, *inter duo illa*, id est, inter duas illas dignitates [a], Regiam & sacerdotalem [b]. q. d. Unus & idem erit Rex & Sacerdos [c], nempe Christus [d]. Non perstringit hîc dissidia quæ olim erant inter Reges & sacerdotes, nec statuit hîc diversas personas quæ pacem inter se colant; sed de rebus ipsis disserit *. Alludit ad præcedentem statum, quo Reges & sacerdotes consilia conferebant de pace publica reip. & Ecclesiæ. Nunc etiam, inquit, pax Ecclesiæ procurabitur, non per diversas personas, sed per duo officia in uno concurrentia; Christo eam acquirente per Sacerdotium suum, & defendente per Regnum suum [f].

14. *Et coronæ erunt* (vel, *Quamobrem illarum coronarum quæque esto*, JT. Pi. sim. D.) *Helem*, &c.] Vel, *pro Helemo*, &c. D. JT. Pi. Non ut illis reddantur, sed ut illis memoriale sint [g]. q. d. Postquam coronas capiti Jesu imposueris, detrahes, & servabis, &c [h]. Qui hîc *Helem*, v. 10. est *Heldai*; & qui hîc *Hen*, ibi *Josias* [i]. Erant ergò binomines [k]. ¶ *Memoriale*] i. e. Monumentum apud posteros [l]. Cujus rei [m]? Resp. 1. Liberalitatis & pietatis eorum,&c [n]. 2. Infidelitatis eorum: quòd promissis credere nollent sine visibili signo [o]. Vel, 3. Quòd Deus illos gratiosè acceptaret qui ad se colendum de longè venirent, sive è Babylone, ut hi Judæi hoc versu, sive alicunde inter Gentes, ut v. seq [p]. Vel, 4. in signum & confirmationem prophetiæ futuri Regni Christi [q]. Vel, 5. præcedentis actionis, nempe coronationis Josuæ ad significationem Messiæ; ut spectatores omnes commonefaceret quid promissum erat, & quid brevi exspectandum *. ¶ *In templo*] Nempe palàm & in omnium conspectu, inter donaria & anathemata [r]. Suspendentur in Templo, annotato nomine eorum qui ea ritè dicârunt. Non retinuêre sibi coronas aut sacerdos aut Princeps. Nam eâ ætate nefas habebatur, extra summam & inevitabilem necessitatem, Deo devota in privatos usus vertere: neque is qui nunc contemptus Numinis rerúmque sacrarum invaserat animos †.

15. *Et qui procul sunt*,&c.] i. e. Qui in remotis locis habitant, horum exemplo excitati, aliquid conferent, &c [t]. tum Judæi procul degentes, tum Gentiles conversi, aliique, ut Reges Persiæ, post hanc prophetiam, (Vide Esd. 6.8,&c. & 7.20.) & postea Herodes [v]. Etiam extranei aut materiam suppeditabunt, aut in opere vobis erunt adjutores. Adde quæ suprà 2.11 [x]. Sed paucissimi tales erant: majus aliquid hîc promittitur, quod ad Evangelium necessariò referendum est [y]. *Qui remoti sunt*, M. sim. V. vel, 1. à sanguine Judæorum [z]; vel, 2. à Deo, per infidelitatem scil [a]. Gentiles [b], Paulo interprete, Eph. 2.13,14 [c]. ¶ *Et scietis*, &c.] Nempe, ubi eventus prædictis congruet [d]. ¶ *Erit autem hoc, si auditu audieritis*, &c.] Hæc vobis contingent *si* (vel, *cùm*, ut אם quandoque valet,) *auscultaveritis*,&c. i. e. Si cœptum opus Templi absolveritis*: si ex animo parueritis monitioni Dei [f], & Deo hæc promittenti fidem habeatis [g]. Sensus, qu. d. Interea vestrum est dictis meis attendere, & erigere Templum urbémque, in quibus olim Messias vivat & moriatur: de cujus rei complemento non est quòd dubitetis [h]. Ostendit hoc prius promissum non præcipuè intelligendum de vocatione Gentium, aut conversione impœnitentium Judæorum in locis remotis. Neque enim horum Judæorum infidelitas potuit opus Divinæ gratiæ in utrisslibet impedire. At Templi ædificationem impedire hoc potuit, aut tardare, ut jam diu fecerat [i]. Non hoc effecturum dicit ipsorum infidelitatem sive defectionem, nè Christus veniret; (Deus enim verax est, nec mutat consilium, etsi totus mundus vanus sit:) sed nè hi Judæi participes forent hujus boni, &c [k].

CAP. VII.

1. ANno quarto Darii] Biennio sc. post præcedentem visionem [a]. Anno eunte altero post cœptam à Zorobab. Templi structuram [b]. ¶ *Mensis noni*,—*Casleu*] Qui erat November, incipiendo annum à Martio [c]. Post restitutum Templum etiam nomina mensium Hebraica repeti cœperunt [d]. Est autem *Chasleu* nomen peregrinum *, vel Persicum, vel Syriacum [f].

2. *Et miserunt*] Vel, *Cum misisset*, D. Pi. *Miserat autem*, V. sub. *populus*, D. Pi. &c. vel, sub. *Israel*, V. i. e. Missi sunt [g]. *Misit*, vel, 1. populus qui remanserat Babylone [h]: qui, licèt torporis & negligentiæ rei fuerant quòd ibi hærerent, & gratiam reditûs ipsis oblatam spernerent, non tamen Deum contemnunt, ejúsque cultum rejiciunt, &c [i]. Vel, 2. populus qui redierat [k]. Nam, 1. ad hos maximè spectat sequens quæstio [l]. 2. Τὸ *totus populus* de iis potiùs dicitur qui in terra sua conjuncti vivunt, &c. quàm de dispersis, &c. 3. Dicuntur infrà populus *hujus terræ*, emphaticè & δεικτικῶς. 4. Si ex Babylone venissent, id non tacuisset Propheta [m]. *Miserunt* Judæi in Judæa [n], sed extra Jerusalem habitantes [o], in vicis villísque. Vide suprà 2.4 [p]. Possis hanc vocem cum sequente jungere, & sic vertere, *Misit Bethel*, (ut sit nomen proprium,) id est, oppidum Bethel, vel, Ecclesia quæ in Bethel [q]. ¶ *Ad domum Dei*] i. e. Templum [r]; quod jam aliquousque perfectum erat†, quamvis nonnisi post biennium perfectum, Esd. c. 6. v. 15. Interim Altare in primo reditu erectum erat, &c. Esd. 3. v. 1, &c [t]. Templum erat locus orationis atque oraculi, quò omnes Judæi adire & consulere solebant [v]. Al. Ad sacerdotes, qui in rebus controversis consuli debebant, ex Lege Deut. 17.9. Ipsi autem sacerdotes, si quæstio esset juris nondum definiti, aut ad Synedrium referebant, aut Prophetas, siqui eo essent tempore, consulebant [x]. Quærendum autem, 1. an sacerdotes ac Prophetæ responsa redderent in Templo: 2. an Templum alibi vocetur בית־אל *Bethel*, quod nomen infame factum est [y]. ¶ *Sarasar & Rogommelech*] Viros de se primarios [z]. Sunt hæc nomina eorum vel, 1. qui miserunt nuncios [a]; vel potiùs, 2. qui missi sunt, &c [b]. *Sarasar* nomen est Assyrium, aut Babylonium [c]. Significat *Præfectum thesauri*: & *Regemmelech* significat *Ducem*, sive *Officialem*, *Regis* [d]. ¶ *Et*, &c. ואנשיו *Cum viris ejus*, i. e. comitibus vel famulis ejus Sarezer, qui erat princeps legationis *: vel, *ejus*, id est, Regemmelech [f]. Vel, *eorum*, ut sit sing. pro plur. q. d. utriusque [g]. Al. *viros qui erant cum eo*, minores aliquos, illorum comites [h]. Al. *viros suos*, i. e. cives suos, sive Bethelis: à populo enim missi sunt [i]. ¶ *Ad deprecandam*, &c.] Ob peccata præterita [k]. Ad preces faciendas in Templo [l], in quo jam sacra fieri incipiebant [m]. Ut pro ipsis orarent, & solutionem quæstionis reportarent [n]: & ut offerrent sacrificia [o], quæ accessoria erant solennis precationis [p]. Hæc phrasis & preces denotat, 1 Reg. 13. 6. & sacrificia, 1 Sam. 13.12. &c [q].

3. *Ut dicerent* (vel, *Et simul dicendum*, G.) *sacerdotibus*, &c.] Quorum erat ad interrogata populi respondere [r]. ¶ *Et prophetis*] Qui tum erant Haggæus, Zacharias, & (si tunc vixerat †,) Malachias [t]. Audiverant ergò captivi, Deum restituisse donum Prophetiæ, quod in captivitate ablatum fuerat, Psal. 74.9. adeóque quasi erecto vexillo, & spe oblatâ, eos animâsse ad reditum [v]. ¶ *Numquid flendum est mihi*] Vel, *lugendum*, G. sim. Tar. & jejunandum [x]. Metonymia adjuncti; quia fletus semper pars erat talis jejunii [y]. Vide 1 Sam. 1. 7 [z]. ¶ *In quinto mense*] Dies jejunii anniversarios non Deus tantùm instituerat, sed addiderat aliquos populus in rerum tristium memoriam. Quod an populo liceat, disputari hoc seculo mirarer, nisi contradicendi libido omnia de certis incerta faceret. In jejunii autem diebus omnia luctûs signa ostendebantur, demisso capite, nudis pedibus, vestitu vilissimo, asperso & cinere; & quæ alia sunt ejus generis. Abstinebatur verò à cibis delicatioribus, à vino, ab usu conjugum. Tales autem dies quatuor instituerant Judæi exsules: 1. *mense quarto*, in memoriam perrupti muri, Jerem.

Jerem. 52.6 [a]: 2. *mense quinto*, in memoriam combusti Templi [b], Jer.52.12,13 [c]. quod factum die hujus mensis vel 7. juxta 2 Reg.25.8,9. vel 10. juxta Jer.52.12 [d]; vel, ob desolationem Templi & urbis *: 3. *mense septimo*, in memoriam interfecti Godoliæ, Jer.41.1,2 [f]; cujus cædem secuta fuerat dispersio Judæorum [g]: 4. *mense decimo*, in memoriam cœptæ obsidionis, 2 Reg. 25. 1. Hos dies observaverant, non tantùm in exsilio, sed etiam in Judæa intra Cyri tempora & Darii Hystaspis filii [h]. Propheta autem meminit hîc tantùm duorum jejuniorum [i], & h.l. unius tantùm, nempe ob Templum destructum. Causa est, quòd Templum jam ferè completum erat; reædificatio autem urbis & reductio dispersorum nondum videbantur credibiles, ideóque adhuc erat justa de illis jejunandi causa. Propheta verò in responsione sua includit omnia illa quatuor, quippe eisdem rationibus fulta [k]. Vide Zach. 8.19 [l]. Restituto Templo, quæstionem instituunt Judæi non absurdam, de illo præcipuè die qui luctuosus fuerat ob Templum incensum. *Dignus vindice nodus*. Poterat enim hæc quæstio probabiliter in utramque partem tractari [m]. Cessat causa, cesset & effectus [n]. Templum penè completum erat, adeò ut tempus potiùs lætitiæ quàm luctûs esse videatur [o]. Contrà verò, dici poterat, malorum toleratorum utilem esse memoriam [p]. Cùm jam Templi fabrica cresceret, quærunt an adhuc Templi præteriti incendium flere debeant; an verò ob novi surgentis fabricam lætari [q]. Non audent hi quicquam mutare fine sacerdotum authoritate & consensu [r]. Propheta miro temperamento rem definit, Retinendos dies, verùm ad gratias Deo agendas, cum gaudio, non cum luctu, infrà 8.19. Sed antequam eam sententiam promat, utilissima præfatur de recto jejunii usu, de causis malorum, & quomodo in rebus prosperis se gerere debeant †. Duplex in his crimen apparet. 1. Hypocrisis, quòd, neglectis præcipuis rebus, pietate & misericordiâ, de ceremonia non necessaria quæstionem hîc instituunt. 2. Diffidentia de promissa restitutione reip. & Ecclesiæ: alioquin hoc jejunium, præsertim à se excogitatum, cessisset lætitiæ, cujus majorem quàm luctûs causam habebant [t]. ¶ *Vel*, &c. הִנָּזֵר] *Separando me*, Mo. P. JT. Pi. &c. more modóque Nazaræorum [v]; abstinendo à cibo & potu [x], à consortio personarum [y], à vino [z], & deliciis [a]. Vide Joel. 2. v.16, &c [b]. Al. *Separare me debeo*, G. *Separabo me*, i. e. sanctificabo, & ab omnibus inquinamentis cavebo, ut in solenni jejunio fieri solebat [c]. Al. *devoti*, Ca. *Numquid abstemius ero*, M. sim. Ti. Sy. ¶ *Sicut jam feci multis*, &c? זֶה כַּמֶּה שָׁנִים] *Jam* (vel, *his*, M. Ca.) *tot* (vel, *aliquot*, Ti. JT. Pi. vel, *multis*, D. G. Frequens est hæc vox apud RR. pro, *multum* [d].) *annis?* Mo. P. JT. Pi. &c. ad verb. *jam quot* (vel, *quot!*) *annis?* כַּמֶּה enim est vel interrogativum, vel admirativum *. Ad verb. *jam secundùm aliquantum annorum*, Pi. Numerum præcisè non adjiciunt, quia molestum erat hoc memorare [f].

5. *Ad omnem populum*] i. e. Plebem & vulgus promiscuum [g]. Tum ad hos missos ex agris, tum ad urbanos [h]. Ut causa communis erat, ità responsio publicè fit, &c [i]. ¶ *Et ad sacerdotes*] Etiam eos qui consulti fuerant à populo. Nam cùm in Lege nihil hac de re præceptum esset, de voluntate Dei consulendi erant Prophetæ [k]. Sacerdotes, qui alios hoc docerent, ipsi correctione egent. Forsan hi authores erant illius moris, quem etiam observabant [l]. ¶ *Et septimo*] Ob necem Gedaliæ [m]. ¶ *Per hos*, &c.] Nempe, durante exsilio [n]. ¶ *Numquid*, &c? הֲצוֹם צַמְתֻנִי אָנִי] *Numquid jejunium* (vel, *jejunando*, M. Ti. D. Pi. צוֹם enim hîc est verbum infinit. non verò nomen [o]: vel, *ullo pacto*, JT. Pi.) *jejunâstis mihi ego?* Mo. vel, *mihi?* Ti. Ca. [ut אָנִי redundet:] vel, *propter me?* M. vel, *propter me?* præcepíne *ego?* P. vel, *mihi, mihi, inquam?* Pi. sic JT. D. צַמְתֻנִי, pro צַמְתֶּם לִי, ut יְעוּר עַמּוֹ, pro יְעוּרֶךָ, Psal. 5. 5. Et novè hîc dixit mirèque, אָנִי, pro אוֹתִי; casu recto pro obliquo [p]. De quo vide Prov. 22.19. Eccl. 2.15 [q]. Vehemens interrogatio, eâque emphaticè repetita, (quâ appellat eorum conscientias,) pro absoluta negatione. *Mihine?* qu. d. Non: sed vobis. *Jejunare Deo* dicitur aliquis, vel, 1. quoad tempus, quod scilicet à Deo institutum est: vel, 2. quoad modum, quum debito affectu & fine id facit. Hîc utroque modo ab eis peccatum [r]. *Mihi?* i. e. vel, 1. sincero affectu & legitimo fine †? quòd mihi gratum esset [t]? me placando aut demerendo? Minimè. Tunc non modò à cibis, sed & à peccatis, abstinuissetis. Vobis ergò solis jejunâstis: nempe, ut concepto ex tantis cladibus dolori faceretis ex parte satis [v]; non autem ut peccata vel præterita seriò lugeretis, vel in futurum fugeretis [x]. Vel, 2. *mihi?* i. e. meo commodo [y]? q. d. An ex illo jejunio aliquid ad me boni rediit [z]? Hæc expositio magis convenit seq. versui †. Hoc dicit contra stultam persuasionem, jejunia Deo per se ac sine aliis rebus placere [a], etiamsi à peccatis non abstinerent [b]. Vel, 3. *propter me?* i. e. in gratiam sive honorem mei [c]? vel, ex præcepto meo [d]? q. d. Non jussu meo, sed propter peccata vestra *. Loquitur non tam de jejuniis Lege præscriptis, quàm à populo spontè assumptis [f]. q. d. Vos ipsi ea instituistis propter calamitatem quam accepistis vestrâ culpâ [g]. Sed revera hæc jejunia, à Judæis ob speciales causas instituta, in se erant bona & licita, si observata essent tanquam exercitia pietatis & pœnitentiæ: quum autem illi ea servarent ut suæ tantùm voluntati obsequerentur, & in externis hærerent, Deo non placuerunt [h].

6. *Et cùm comedistis*, &c.] Quantum & quæ libebat, ut extra jejunii dies [i]. Quando dies festos agitis & epulamini [k]. ¶ *Numquid non vobis comedistis*, &c?] Non ad honorem meum [l], vel ad me colendum, sive laudandum [m]; verùm ad voluptatem vestram [n]. Al. Comedistis tanquam profani homines, posthabito Dei respectu, luxuriantes & securi, &c [o]. Al. Non ego comedo, sed vos: vobis hoc fructum parit, non mihi [p]. Vobis hîc seritur, vobis metitur: meâ nihil interest sive editis, sive jejunatis [q]. Argumentum ex collatione contrarii. Gloriam meam æquè spectâstis in jejunio atque in comestione, &c [r]. Nihil hoc facit ad cultum meum, sive bibatis, sive jejunetis †. Sicut ex epulis vestris nihil ad me accedit, ità nec ex jejunio. Illa, si per se ac nudè spectentur, mihi ex æquo sunt [t].

7. *Numquid*, &c. הֲלוֹא אֶת הַדְּבָרִים וגו׳] Concisa est loquutio, objurgationi vehementi congrua [v]. *Nonne* (sub. *audiretis*, Pem. vel, sub. *facere debebatis*, Pi. sim. JT. Tar.) *verba*, &c. Pem. vel, *secundùm verba illa*, &c. JT. Pi. Pem. vel, *ad sermones*, &c. q.d. Ecce, vos anxiè & dubii inquiritis de jejunio, & interea contemnitis quod longè pluris erat, & planam perspicuámque doctrinam calcatis [x]. Recolitis miserias vestras, non peccata vestra, nec officia quibus eas amoveretis. Non spectat Deus jejunia vestra. Ubi est vestra pœnitentia? ubi obedientia? τὸ אֶת, articulus accusativi casûs, ellipsin hîc monstrat [y]. Al. *Nonne* (sub. *videtis jam impleta esse*) *verba*, &c. V. [Alii aliter:] *Nonne hæc sunt verba*, &c. M. P. D. Di. G. Rectè אֶת habuerunt pro nota nominativi casûs. Confer Agg. 2. 5 [z]. Non est quòd de nobis id inquiratis [a]. De hac re vos Deus antea monuit [b]; nempe, quòd talia jejunia Deo displicent. Vide Esa. 58. 3. Jer. 14. 12 [c]. Nonne eadem pridem vobis dixit Jeremias [d]? [Ca. locum sic reddit, *Nimirum ità est quemadmodum verbis proclamavit Jova*, &c.] ¶ *Priorum*] Ante captivitatem *. ¶ *Cùm adhuc*, &c. בִּהְיוֹת יְרוּשָׁ׳ יוֹשֶׁבֶת] *Cùm Jerusalem adhuc habitaretur*, Ti. Pem. sim. Ca. ο΄. Ch. Ar. non sparsim, ut nunc, sed copiosè [f]: vel, *exsisteret habitabilis*, M. vel, *frequens esset* populo, Sy. vel, *habitaret* confidenter, P. vel, *deses esset*, JT. Pi. ad verb. *sederet*, Pi. vel, *sedens*, aut *habitans*, i. e. sederet & pacifica esset [g]. ¶ *Et ad*, &c? וְהַנֶּגֶב וְהַשְּׁפֵלָה יוֹשֵׁב] *Et pars meridiana* (tractus Judææ Australis [h]: quæ regio montosior [i]. Al. Intelligit eam partem quæ naturâ non erat munita: q.d. Habitabant confidenter etiam in ea parte quæ erat maximè debilis [k]. Al. *& montana*, Di. ex LXX. הַנֶּגֶב enim secundariò *meridiem*, primariò autem *terram siccam & desertam*, significat, quales montes erant in Judæa: quamobrem מִדְבָּר, *desertum*, à montibus sic dictum esse, docuimus Exod. 14. v. 3. Itaque rectè הַשְּׁפֵלָה, *humilis & campestris regio*, quippe humida plerumque ac ferax, ob humoris è montibus defluentis copiam, opponitur הַנֶּגֶב, *siccæ ac desertæ*, adeóque montosæ, quæ humore suo protinus destituitur. Sic Esa. 21. 1. *Sicut turbines transeunt* בַּנֶּגֶב; quod ο΄. rectè verterunt, *per desertum*, i. e. per loca montosa.

tosa. E montibus enim vehementi impetu ruunt turbines [l].) *ac planities* (vel, *campestria*, M. sic Ti.) *habitaretur?* P. vel, *sederet?* vel *pacata esset?* V. Al. sic, *cùm australem locum & humilem regionem populus inhabitaret?* JT. Pi. Cùm nulla pars terræ esset inculta [m]. Duas hîc partes Judææ nominat: 1. Australem; unde *urbes Austri*, Abd. v. 20. vide Jos. 15. 1: 2. planam & campestrem. Reliqua pars montosa erat, cujus hîc non meminit; forsan, quia in ea sita est Jerosolyma [n].

9. *Judicium verum* (i. e. simplex [o], sine respectu personarum [p], sine sordibus, aut gratiâ, aut odio [q],) *judicate*] Alloquitur hîc & accusat, non populum, sed judices, quos tunc corruptos fuisse indicat [r]. ¶ *Misericordiam & miserationes*, &c.] i. e. Crebram omnis generis misericordiam: id quod hæc geminatio significat †. Non sufficit neminem lædere, nisi & alios juvemus. Synecdoche: nam sub parte secundæ Tabulæ eam totam, unáque primam, includit. His, inquit, officiis, non nudis ceremoniis, Deus placatur [t]. ¶ *Cum fratre suo*] Populari. At in Evangelio [nec minùs in Lege, ut alii existimant, & antè non semel notatum,] omnis homo *frater* [v].

10. *Nolite calumniari*] Vel, *opprimere*. Id enim עָשַׁק. Vide dicta ad Luc. 3. 14 *. ¶ *Et malum*, &c. וְרָעַת אִישׁ אָחִיו וגו'] *Et malum unusquisque* (vel, *alter*, JT. Pi. *alii*, Ca.) *fratris sui* (vel, *alterius*, JT. Pi. *in alios*, Ca. *contra fratrem suum*, Ti.) *nè cogitetis*, Mo. P. &c. Multò minùs faciatis [x]. Falsò ergò dicit Josephus, cogitationem non esse peccatum nisi procedat ad effectum [y]. Nè in animum quidem venire patiamini consilium cuique nocendi. At o'. strictiùs sumunt, de vindictæ cupiditate privata inhibenda. Quod convenit cum eo quod habemus Levit. 19. 18. Et hoc sensu hunc locum adducit Tertullianus adversùs Marc. 4. *Malitiam proximi sui unusquisque nè recogitet*. Sed prior sensus simplicior, quem & Chaldæus hîc sequitur [z]. Inversus hîc est verborum situs, quæ rectè collocantur infrà 8. 17. וְאִישׁ אֶת רָעַת וגו' [a]. *Odium clandestinum nemo servet contra fratrem suum*, Ar.

11. *Et averterunt*, &c. וַיִּתְּנוּ כָתֵף סֹרָרֶת] *Et dederunt* (*diverterunt*, V. vel, *præbuerunt*, JT. Pi. Ca. vel, *Ponentes*, M. *Obvertentes*, Ti.) *scapulam*, sive *humerum*, *deflectentem*, Mo. vel, *aversam*, P. vel, *rebellem*, M. Ti. *refractarium*, JT. Pi. vel, *recedendo*. Terga obverterunt monentibus [b]. Reliquerunt me [c]: excusserunt jugum Legis meæ [d], & crucis quam illis impositurus eram *. Metaphora, vel, 1. à bobus jugum recusantibus, eique obnitentibus [f]: vel, 2. à bajulis, qui onus recusant, & humerum subducunt, &c [g]: vel, 3. à filiis sive servis refractariis [h], qui admonentes contemnunt, & imperia respuunt, dorsum vertentes [i]. ¶ *Et aures suas aggravaverunt*] Ità Mo. P. JT. D. &c. vel, *hebetârunt*, Ti. *obfirmârunt*, Ca. sim. Ang. &c. Surditatem simulârunt [k], vel affectârunt. Vide Jes. 6. 10 [l]. Argumentum summi contemptûs & odii adversùs loquentem [m]. *Aggravârunt*, i. e. velut plumbo injecto obturârunt [n]; nè paterent monenti [o]. Metaphora à pondere manibus & pedibus appenso, quo quis ineptus redditur ad munia sua. Hinc denotat quodlibet impedimentum rei exsecutioni mandandæ [p].

12. *Et cor suum posuerunt* (vel, *disposuerunt*, JT. *fecerunt*, Ti. sic Pi.) *ut*, &c. שָׁמִיר] *Adamantem*, Mo. Pi. vel, *adamantinum*, Ti. sic Ca. ut *adamantem*, P. M. Ch. Sy. ut *lapidem perdiuturnum*, JT. Tar. à שָׁמַר *custodivit, conservavit* [q]: *inobediens*, o'. *rebelle*, Ar. obstinatum & inveteratum & corrigi nescium [r]: tam durum quàm est adamas †, qui nè ferro quidem cedit [t]; qui nullis scalpris, nullis malleis, domabilis [v]. Eadem durities animi aliis similitudinibus exprimitur, Ezec. 11. 19. & 36. 26 [x]. Al. ut *silicem*. Targum enim τὸ חַלָּמִישׁ *silicem* eâ voce reddit Job. 28. 9. Psal. 114. 8 [y]. De שָׁמִיר vide Jer. 17. 1 †. & Ezec. 3. 9 [z]. [ubi dicta vide.] Ut *smirim*, BA. 2. 842.

13. *Sicut locutus est*, קָרָא] *Clamavit*, vel *clamaverat*, M. Pi. &c. *ipse clamaverat*, Ti. sub. *Dominus*, V. D. ut v. 7. Loquitur enim Dominus de se in tertia persona: nam mox sequitur, *audiam* [a]. Vel, sub. *unusquisque prophetarum*, D. Vel, sing. est pro plur. *clamaverant*, sub. *prophetæ in nomine Domini* [b]. Me monentem non audierunt [c]. ¶ *Sic clamabunt*] Vel, *clamaverunt*, Q. in V. D. sub. *postea*, Q. in V. i.e. Opem meam implorârunt in angustia constituti [d]: pœnam deprecati sunt *. Par pari. Confer Mic. 3. 4 [f].

14. *Et*, &c. וְאֵסָעֲרֵם] Est in hac voce anomalia non vulgaris: esset וָאֶסְעָרֵם, vel certè, אֲסָעֲרֵם. K. putat futurum esse, compositum ex Kal & Niphal. Sed relinquamus ista grammaticis [g]. [Sic reddunt :] *Et eos exturbavi*, Mo. vel, *deturbabo*, M. vel, quasi *turbine dispersi*, P. h.e. repentè ac de improviso. Vide Nah. 1. 3 [h]. ¶ *Per omnia regna quæ nesciunt*] Hoc est, remotissima. Vide 2 Reg. 17. 6. & cap. 25 [i]. In Assyriam usque [k]. Inter Chaldæos, Persas & Medos, ante Nabuchodonosorum Judæis ignotos [l]. ¶ *Desolata est ab eis*] h. e. Ipsis recedentibus, vel abductis [m]. Vel, *post eos*, i.e. post deportationem eorum [n]. ¶ *Eò*, &c. מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב] *A transeunte* (vel, *perambulante*, o'. sic Ar.) *& à redeunte*, sive *revertente*, Mo. V. Pi. o'. Ar. *destituta transeunte & redeunte*, JT. sic Pi. *ità ut nemo illic transiret, aut reverteretur*, P. simil. D. vel, *conversetur*, Ti. *nullo in ea obversante*, Ca. Nullis ibi incolis relictis. Judæi enim omnes, occiso Gedaliâ, in Ægyptum fugerunt: nec legimus aut novas colonias à Chaldæis eò missas fuisse, ut factum terrâ Israelis; aut vicinas gentes eam terram occupâsse & coluisse: qui mirus erat providentiæ Divinæ effectus, ut terra sua ipsis post 70 annos redituris reservaretur. Nec enim ullos in eorum reditu sedibus suis pulsos legimus, &c [o]. ¶ *Et posuerunt* (nempe peccatis suis [p]. In ipsis, non in Babyloniis, erat culpa, & causa exitii [q].) *terram desiderabilem* (Heb. *desiderii*, D. cujus desiderio omnes antè tenebantur [r]: nempe Judæam †; indè dictam צְבִי Daniel. 11. 16 [t]. & 2 Sam. c. 1. v. 19 [v]. Vel, *terram amœnam*, Pem. fluentem lacte & melle [x].) *in desertum*] Verè dictum. Videsis 2 Par. 36. 21 [y].

CAP. VIII.

1. **F**Actum est, &c.] *Fuit*, &c. Mo. sub. *mecum*, vel *ad me*, D. ex He. quod nunquam alibi hoc modo desideratur, inquiunt Massoritæ [a].

2. *Zelatus sum*] Vel, *Zelotypus fui*, JT. Pi. *Zelus & zelotypia* differunt: ille est generalior, vehemens scilicet amor cum indignatione adversùs quicquam rei amatæ nocivum; illa specialis, nempe affectus conjugum, quorum amor in summum interdum furorem ob delicta, &c. vertitur [b]. *Ingens studium habeo*, Ti. ¶ *Sion*] Ità P. i. e. Synagogam Judæorum sponsam meam, sed adulteram [c]. Sensus, Propter zelotypiam maximam quâ Sionem prosequor vehementer succensui in eam, quòd à me defecerit *. ¶ לְצִיּוֹן] *De Sione*, Pem. ex Gal. quòd scilicet me offenderit [d]: *erga Sionem*, Ti. *Sionis*, JT. Pi. i. e. ad vindicandam Sionem †: *pro Sione*, D. Tar. Calv. sic M. Pem. ex Ang. ut suprà 1. 14. *pro Jerusalem* [f]. קִנֵּא constructum cum לְ in bonum sumitur [g]: vide dicta ad Joel. 2. 18 [h]. Pro Sione excandui adversùs ejus oppressores [i]. ¶ *Indignatione*, &c.] Dei scilicet punientis, vel, 1. Babylonios; vel potiùs, 2. ipsos Judæos: id quod & loco huic optimè congruit, & naturæ zelotypiæ [k].

3. *Reversus sum*, &c.] i. e. Statui me reversurum [l]; non frustrà, aut ad tempus, sed ut in ea figam sedem [m]; ità ut nunquam deseram eam [n]. Placatus sum ei [o]. Amorem ei meum restitui [p]. De Sione hîc loquitur vel, 1. literali [q]; vel, 2. spirituali [r]. ¶ *Vocabitur* (i. e. erit, ut in illo, *Sine me vocari pessimum, ut dives vocer* †: vel, digna erit quæ vocetur [t],) —*Civitas veritatis*] i.e. Citra simulationem & hypocrisin [v]. Vel, *fidelis*, Deo scilicet [x]; non ampliùs ad idola deflectens [y]: amans veritatem [z]: in qua vigebit veritas, exsulabunt fraus & mendacium; vide infrà 16. & Soph. 3. 13 [a]. *Veritatis*, vel, 1. passivé: quia ibi Deus promissa sua præstat [b]: in qua Deus veritatem Verbi sui revelat, ut antea in minis, ità nunc in promissionibus [c]. Vel potiùs, 2. activé: in qua una cultus Dei, qui, ut ante deportationem vitiatus fuit, ità nunc purus erit [d]: in qua traditur veritas de credendis & agendis *. Obliquè innuit cur

Margin notes (left column): [l] Di. [m] G. [n] D. [o] Calv. [p] D. sic [q] Calv. Me. [r] G. sim. Calv. [t] Calv. † Me. [t] Calv. [v] G. * G. [x] D. sic Tar. [y] Me. [z] G. [a] Di. [b] G. [c] Me. [d] Tar. sim. V. Me. * Tar. [f] D. sim. Pem. [g] Tar. sim. Pem. [h] T. [i] D. [k] V. [l] D. [m] Pem. [n] Me. sim. Tar. [o] Tar. [p] Pem. [q] Tar. [r] Tar. sim. Pem. † D. sim. Me. [t] D. [v] T. [x] G. [y] Pem. † G. Pem. [z] Pem. BA. [a] V. [b] Idem. [c] G.

Margin notes (right column): [d] D. * G. [f] D. [g] Idem. [h] Idem. [i] Tar. [k] G. [l] D. [m] Me. [n] D. sim. V. [o] Pem. [p] V. [q] Pem. [r] V. † D. [t] G. sim. D. [v] G. [x] Tar. [y] G. [a] D. [b] Pem. [c] T. sim. Me. * V. [d] Pem. † Pi. [f] D. [g] Pem. sim. Tar. [h] Tar. [i] G. sim. Q. in V. D. [k] Pem. V. [l] Calv. [m] Me. [n] Me. sim. D. T. [o] P. G. sim. T. D. [p] Pem. ex Sa. &c. [r] Rib. V. ex He. † D. [t] G. [v] V. sim. Pi. [x] G. Me. sim. T. [y] T. [z] Pi. [a] D. [b] Pem. [c] Tar. sim. Calv. [d] Me. * Tar.

cur eam priùs reliquerit, nempe quoniam mendaciis, &c. se polluisset *. ¶ *Et mons Domini*——(i. e. mons Sion [f], & Moria [g]; sub. *erit*, D.) *mons sanctificatus*] Vel, *sanctitatis*, sive *sanctus*, D. ob puri cultûs ceremonias [h]: vel, quia Deus eum sanctificat; vide Johan. 17. 17 [i]. Locus hic, qui tamdiu pollutus jacuit, sanctus evadet restitutione Templi & cultûs Dei [k]: extranei non ampliùs eum violabunt [l].

4. *Adhuc* (Et hoc tempore & pòst [m]) *habitabunt* (vel, *sedebunt*, securè, ut Mich. 4. 4 [n].) *senes*, &c.] Ad magnam ætatem pervenisse illorum temporum homines, ipsæ res Zorobabelis, Jesu sacerdotis, Esdræ & Nehemiæ declarant [o]. Sensu sublimiori significatur Ecclesiæ & fidelium pax, multitudo, & longævitas [p]. Perfectè impletur hoc in Regno Christi, & vita æterna [q]. ¶ *Baculus in manu*, &c.] Non immaturè obibunt ex bello, &c [r]. Occurrit hoc loco Propheta illi objectioni, Quorsum ædificamus quæ non diu durabunt? hostes potentes sunt & malevoli †; nos pauci, &c [t].

5. *Infantibus*, &c.] qu. d. Multiplicabuntur, &c [v]. ¶ *Ludentibus*, &c.] Magnam temporum securitatem describit [x], quæ ad Antiochi ferme tempora duravit. Vide 2 Mac. 3. 1 [y].

6. *Si* (vel, *Quia*, JT. Pi. vel, *Quòd si*: כִּי, pro כִּי אִם, *quòd si*; aut כִּי posuit pro אִם [z].) *videbitur* (vel, *videtur*, G. Pi. &c. sub. *hoc*, P. V. Pi. &c. & sub. *quod dixi me facturum*, V.) *difficile* (vel, *impossibile*, Pi. *mirabile*, JT. D.) *in oculis reliquiarum*, &c.] Hi enim pauci adhuc erant numero; sed, restituto Templo, deinde & urbe munitâ, multi, qui in locis externis cunctati antè fuerant, adfluxêre †. *Reliquias* dicit, quia pauci redierant, plerisque vel antea in obsidione [& exsilio] mortuis, vel Babylone remanentibus [a]. ¶ *In diebus illis*] Temporibus Messiæ [b]. Vel, *his*, JT. Pi. ¶ *Numquid*, &c?] Vel, *Etiam* (vel, *An etiam*, JT. Pi.) *in oculis meis mirabile erit?* Deest interrogationis nota in Ebræo; ut Gen. 27. 24. *Tu es iste filius meus Esau?* 2 Reg. 19. 11. *Et tu liberaberis?* Job. 41. 1. al. 40. 20. *Extrahes*, &c? Jer. 49. 9. *Non reliquos facient racemos* [c]? Aperit hîc fontem incredulitatis, quòd homines restringunt Dei virtutem ad captum mentis suæ: innuitque fontem fidei esse, ut, de immensa potentia & certa veritate Dei persuasi, sensus suos erigant supra mundum; nec considerent quid ferat natura, aut quid sit usitatum, sed quid Deus possit. Quum vocat *reliquias*, ingratitudinem perstringit, quòd tam malignè æstimarent Dei potentiam, quam in mirabili suo reditu jam senserant [d].

7. *Salvabo* (i. e. Educam*, vel, Salvum educam [f],) *populum meum de terra orientis*, (i. e. Persia & Media, aut Babylonia [g];) *&*——*occasus*, &c.] Sub. *& è meridie & oriente* [h]: ut Matt. 8. 11. collat. cum Luc. c. 13. v. 29 [i]. Vel, ex toto orbe [k]; ubicunque dispersi fuerint [l]. Eadem synecdoche Psalm. 50. 1. & 113. 3. & Mal. 1. 11 [m]. Dicere poterant, Nos pauci sumus [n], plurimi dispersi sunt, &c [o]. At ego, inquit, eos colligam [p].

8. *Habitabunt in*, &c.] Ut indubiè fecerunt, quanquam non simul & semel. In quingentis annis (quot erant inter captivitatem & Christum) multa obtingere poterant quæ neque in prophetiis nec in historiis memorantur. Temere ergò negant aliqui prophetias has de temporali Hierosolyma intelligi posse, quia earum complementa non reperiunt in historiis [q]. ¶ *Erunt mihi*, &c.] Illi mihi, ego illis, promissa præstabimus [b]. Ità obsignat quicquid hactenus docuit. Tota enim spes populi ex hoc uno capite pendebat, si Deus memor esset fœderis sui, quod exsilio abruptum putabant, &c. Id hîc se renovaturum dicit Deus [c]. Designat h. l. & causam restitutionis ipsorum, nempe memoriam fœderis sui, & finem, ut scilicet fœdus cum iis renovaret [d]. ¶ *In veritate & in justitia*] [Variè explicant.] Bonâ fide & sine fuco, atque in rectitudine, & sine periculo mutationis. Stabilis erit hæc felicitas; non ad momentum, sed in finem usque *. Al. Ut verè & sincerè ac justè vivant [f]. Al. *Verax*, in præstandis promissis; & *justus*, sive justificans eos per fidem [g]. Al. Illi me colent fideliter & justè, & ego vicissim fideliter ac justè eos tutabor & promovebo, sicut promisi [h]. Al. His verbis continetur conditio fœderis: 1. à parte Dei, veritas; *in veritate*, i.e. certâ promissæ gratiæ præstatione: 2. à parte hominis, justitia; *in justitia*, i. e. sub conditione obedientiæ, &c [i].

9. *Confortentur*, &c.] i. e. Estote forti, constanti ac strenuo animo in exstruendo seu instaurando Templo [k]. Perseverate in cœptis operibus [l]. ¶ *Qui auditis* (vel, *audistis*, JT. Pi. G.) *in his* (vel, *istis*, D.) *diebus* (quibus sc. cœpistis ædificare [m]: ante annos ferme duos [n]:)——*per os prophetarum*] Haggæi & Zachariæ [o]. Vide Esd. c. 5. v. 1 [p]. ¶ *In die*, &c. אֲשֶׁר בְּיוֹם יֻסַּד בֵּית וגו' לְהִבָּנוֹת] *Qui* (vel, *Quia*, D. sub. *sunt*, vel *fuerunt*, M. Ti. Ca. D. sic Di. vel, sub. *prophetârunt*, D. sim. P.) *in die* (vel, *à die*, P. sic Ti. vel, *eâ die*, D. vel, *tum*, Ca. Al. Ex *quo die*, JT. Pi. Heb. *Quòd die*, Pi. sub. *quâ*, P. Pi. &c. vel, *cùm*, Ca.) *fundata est* (vel, *structa est*, sicut suprà 4. 9. & Agg. 2. 19. ubi idem verbum [q]: vel, *cœpit ædificari*, V. ex He.) *domus Domini exercituum, templum* (vel, *templum ipsum*, P. V. ex He. vel, videlicet *templum*, D. vel, & quo *templum* cœpit, Ti. sic M.) *ædificari*, Mo. M. Ti. vel, *ædificandum fuisse*, JT. Pi. D. Hebr. fuit *ad ædificandum*, Pi. id est, ædificari debuit [r]: vel, *ut ædificaretur*, P. sim. V. ex He. Di. Al. *delubri construendi gratiâ*, Ca. Sed quisnam hic dies? Resp. 1. Fuit in anno 2. Cyri, Esd. 3. 8. unde ad Darium Nothum sunt 108 anni. Quid autem? num Aggæus & Zacharias eo tempore Prophetæ erant? Jam igitur & erant circa 140 annos nati, (quod non congruit cum Zac. 2. 4.) & per 108 annos aut non omnino prophetârunt, aut sine ullo successu; vel, Darius hic erat Hystaspis filius: vel, [de aliis Prophetis hîc loquitur; q.d.] Prophetæ qui erant quum Templum fundabatur & tunc populo dixerunt, & deinceps, Templum ædificandum esse, i. e. pergendum esse in ædificatione †. Resp. 2. Fuit anno 2. Darii, mense nono, Agg. 2. v. 19 [t]. unde ad hunc diem intercessit biennium. Nihil hîc incommodi est, nisi quòd *fundari* hîc ponitur pro, *exstruere super fundamentum*: quod tamen similiter poni videtur Agg. 2. 19. collat. cum 16 [v].

10. *Ante dies illos*] Quibus Templi instauratio suscepta erat [x]. ¶ *Merces*, &c. *non erat*, &c.] q.d. Labor tam hominum quàm jumentorum [z], sive in agricultura, sive in mercimoniis atque aliis operibus [a], irritus erat & inanis [b]: nulla utilitas ex labore. Idem sensus Agg. 2. 17, 18 [c]. Perfungebantur quidem officiis suis, sed frustrá [d]. Non planè carebant mercede, sed ea quam accipiebant sine fructu dilabebatur. Vide Agg. 1. 6*. Sensus, Merces sive proventus terræ non respondit labori eorum [f]. *Merces hominis*, i. e. data homini, Judæo scilicet, pro labore [g]; & *jumenti*, id est, pro usu jumenti [h]. ¶ *Introeunti*, &c.] i. e. Obeunti vel munia publica, vel negotia sua privata [i]. Domi aut foris, in urbe aut agro, quocunque ibant [k]. ¶ *Pax præ*, &c. מִן הַצָּר] *Ab hoste*, JT. Pi. D. vel, *propter hostem*, D. ex Ch. sic Ti. q.d. propter hostes vicinos, &c [l]: vel, *præ angustia*, P. sim. Vulg. h.e. propter res adversas [m]. Angustiis premebantur [n]. ¶ *Et*, &c. "וָאֲשַׁלַּח וגו] *Et* (vel, *Sed*, JT. Pi. *Nam*, P. Ti. Sy.) *demisi* (vel, *misi*, Mo. sic Ar. *emittam*, o'. *dimittebam*, Pi. *immisi*, V. *commisi*, P. Ti. sic Sy. JT. Ca.) *omnem hominem, unumquemque contra proximum suum*, M. &c. vel, *vicinum suum*. Passus sum multas vobis inferri molestias à vicinis [o]. *Immittebam alium in alios*, nempe ut invicem nocerent [p]. Permisi ut omnes homines in se invicem insurgerent [q]. Ut foris præliis, ità intus seditionibus, vexabamini [r]; non fortuitò, sed judicio meo. Neque enim necessitas illa & communis calamitas, quæ & alienissimos conciliat & violentissimos placat, ipsos mitigavit, quò minùs in viscera sua sævirent †.

11. *Non juxta dies priores*, &c.] Vel, ut antea fui. q.d. Tum sæviebam in vos, nunc mitis & clemens ero [t]: aliter eos tractare volo [v]. Res jam mutatæ sunt in melius, ut facilè constet Deum propitium esse. Quæ causa? Certè, ædificatio Templi [x].

12. *Sed*, &c. כִּי זֶרַע הַשָּׁלוֹם] *Sed* (vel, *Quia*, M. *Quin*, Ti. *Nam*, JT. Pi. Ca.) *semen* (sub. *vestrum*, M. *sementis*, JT.) *pacis*, Mo. JT. P. Ca. D. vel, *magnæ pacis*, V. in *pacem*, Q. in V. in *pace*, M. Sy. vel, *pax*, Di. vel, *perfectum*, Ch. vel, plenum atque *perfectum*, Ti. sub. *est*, JT. vel, sub. *erit*, P. M. Ti. V. Ca. Ch. &, sub. *illi*, V. [Sensus,] Erunt gens tranquilla [y]. Seretur in pace [z], hoste illa opera non impediente [a]. Sed hoc promittitur in fine versûs [b]. Tantam seminis sive frugum copiam colligent quantam summæ

Margin (left column): * Tar. f Mc. g D. Mc. h G. i Tar. k Pem. l D. m G. n D. o G. sim. Tar. p Mc. q Tar. r Pem. sim. Calv. † Tar. t Pem. v Pem. x G. sim. Mc. Pem. y G. z D. † G. a V. b D. c D. d Calv. * G. f D. g Idem. h T. sim. Mc. Pem. D. i D. k Pi. sim. D. Pem. l Mc. Pem. m Pem. n Tar. o Tar. Calv. p Calv. q Pem. b G. c Calv. d Pem. * Calv. f M. g V. h T. sim. Mc.

Margin (right column): i Pem. k V. l G. m D. n G. o D. sim. Tar. G. Di. p D. q G. r Pi. † Pem. t D. Q. in Pem. v Pem. x Pem. sim. V. Pi. D. z V. sim. Mc. a Mc. b V. Mc. c G. d Calv. * D. f M. sim. T. ex Cyr. g Pi. h Pi. sim. D. i D. k Pem. l D. m Q. in D. n V. o G. p D. q V. sim. Mc. r Mc. sim. T. Tar. Calv. † Calv. t D. sim. Pi. v G. sim. Mc. x Calv. y G. z D. a Pem. ex Jun. b Pem

summæ pacis tempore, h. e. magnam copiam [e]. *Pacis*, i. e. prosperitatis: qu. d. Sata læta erunt, & uber proventus [d]. *Pax*; id est, securum erit & prosperum. Sic 1 Sam. 25. 6. *Et tu pax*, &c. id est, Et tibi bene sit, &c. Ità & h.l. Semini bene erit*. *Nam sementis prosperabitur*, Pi. Al. *In pacem*, id est, in benedictionem: q. d. Servabuntur fruges. Beneficentiæ Divinæ signa describit [f]. Al. *Semen pacis*, id est, quod procellæ, rubigo, &c. non corrumpunt [g]. ¶ *Cœli dabunt rorem*] Cujus ibi magna utilitas & necessitas ob raritatem pluviarum [h].

13. *Sicut eratis maledictio*, &c.] i. e. Vel, 1. in maledictionem, h. e. infeliciſſimi [i], sive omnis generis maledictione obruti [k]: vel, 2. formula maledictionis [l]. Dicere solebant imprecantes, *Tam malè vobis sit quàm est Judæis* †. Vide Deut. 28. v. 37. Jer. 24. 9. & 29. 18 [m]. ¶ *Domus Juda, & domus Israel*] Difficilis hic nodus. Benedicendas dicit & duas & decem Tribus, quæ idcirco domum redierunt *. At decem Tribus non redierunt, imò nunquam redituræ erant, ut patet ex Osc. 1. 6. & aliis locis. Quare de Ecclesia hæc intelligere necesse est [n]. [Quid hîc dicendum?] *Resp.* 1. De solo populo Judaico hoc intelligi potest per epexegesin, quæ satis frequens est in S.S. Sic Psal. 14. 7. *Exsultabit Jacob, & lætabitur Israel*: & 76. 2. *Notus in Judæa—& in Israel*, &c: & 114. 2. *Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus*. Deinde, nomen *Israelis* datum erat Tribui Judæ tanquam Tribui nobiliſſimæ & Regiæ, Esa. 46. 13. & 48. 1 [o]. Sed hæc loca non sunt parallela, & hoc coactum videtur [p]. *Resp.* 2. Intelligendum hoc de universali Judæorum conversione sub Evangelio [q]. *Resp.* 3. Dicendum decem Tribus hoc tempore rediisse: non quidem omnes, nec partem earum maximam, quo sensu neque duæ Tribus redierunt; sed earum partem magnam. Id verò multa suadent. 1. Edictum Cyri, Esd. 1. 1, &c. & Artaxerxis, Esd. 7. 13. universale erat, & ad omnes Tribus spectabat. [2. Natura rei.] Israelitæ & Judæi in eadem loca, Imperii scilicet Assyriaci & Persici, relegati sunt; vide 2 Reg. 17. 6. Esth. 3. 8. & 8. 9. & 9. 2, 12: & illi quidem 130 annis ante hos. Quod tamen mutuam eorum notitiam non obliterare poterat: vel saltem, commercium mutuum per 70 annos eam refricâsset; præsertim cùm communis calamitas miro modo conciliat compatriotas in eadem extera regione degentes. Quare omnino credibile est, ut Judæos, ità & Israelitas opportunitatem manumiſſionis oblatam acceptare voluisse [r]. 3. Redibant 42360. Esd. 2. è quibus 29974 tantùm erant ex Juda & Benjamin: reliqui ergò 12000 erant ex Decem tribubus †. 4. Idem asseri videtur Jer. 3. 18. Ezec. 37. per totum, Hos. 1. 11: quanquam alii hæc loca de vocatione Judæorum ad Christianismum intelligunt. Locus autem Hos. 1. 6. de corpore populi intelligendus est, non de singulis præcisè, quasi nullæ essent reliquiæ; cui repugnat v. 11. Similiter totale excidium prædicitur Judæis illis Jer. 42. 16, 17. quorum tamen nonnulli evaserunt, Jer. 44. 28. *Resp.* 4. Notandum est multos Israelitas ante captivitatem adjunxisse se Judæis; (vide 2 Chron. 11. 13, &c. & 15. 9. & 30. 11, 18.) qui cum Judæis commixti & abducti sunt in exsilium, & indè redierunt. Et de his Propheta hoc loco intelligi potest [t]. ¶ *Eritis benedictio*] Dicent homines, *Ità felices sitis quàm sint Judæi reduces* [v]. ¶ *Nolite timere*] Ab hostibus vestris, quòd impediant vos ab opere cœpto. Ne dubitate hæc omnia vobis eventura [x].

14. *Ut affligerem vos*] i. e. Patres vestros: ut Agg. 2. 6. *Verbum quod pepigi vobiscum cùm exiretis ex Ægypto* [y]. Non distinguit h. l. patres à filiis: de illis autem loquitur, quia diu obduruerant in malitia, quæ illis hæreditaria fuit [z]. ¶ *Et non sum misertus*] Vel, *Neque me pœnituit*, V. Pi. G. &c. sub. *earum afflictionum*, sed feci quæ cogitaveram [a]. Non mutavi sententiam [b]: quia illi non mutârunt animum [c]. Hoc adepti sunt suâ pervicaciâ, quòd inflexibilis erat rigor Dei, & præfractus fuit cum præfractis, Psal. 18. 27 [d]. Multo tempore perstiti vos punire *.

15. *Sic*, &c. "כֵּן שַׁבְתִּי זָמַמְתִּי וגו] *Sic conversus cogitavi*, &c. M. P. vel, *cogito*, J T. Pi. vel, *proposui*, Ch. *decrevi*, Sy. *Sic reconciliatus statui*, Ca. *Ità rursus decrevi*, Ti. sim. D. *Sic conversus sum*, (sub. *ad vos*, i. e. reconciliatus *:) *cogitavi*, Mo. More humano loquitur [f], & quoad sensum populi [g]. Mutato [sum] animo, sicut vos mutati estis [h]. ¶ *Domui Juda*] Non addit, *& Israelis*, qui tunc in exsilio erant: sed tamen & illis benefecit suo tempore. Vide suprà v. 13 [i].

16. *Loquimini veritatem*] Abstinete à dolo malo [k], & à mendaciis. Vide Eph. 4. v. 25 [l]. Veraciter agite [m]. ¶ *Cum proximo suo*] Hoc dicit, non quòd permittit fraudare alienos, sed ut crimen augeret, quòd nè sociis quidem vel fratribus suis parcerent Judæi. Hortatur eos ad veram pœnitentiam; simúlque demonstrat non sufficere si ædificent, &c. sed requiri longè alia [n]. Sign. prædictam benedictionem iis promissam esse sub conditione [o]. ¶ *Veritatem* (i. e. judicium verum [p], sine acceptione personarum [q],) *& judicium pacis* (i. e. placidum & ritè compositum [r], pacificum †, de quo nemo meritò conqueri potest [t]: vel, judicium non captiosum, nec obscurum, unde lites oriantur [v]: vel, judicium æquum & justum, quod *judicium pacis* vocatur, quia litigantes conciliat [x]; quum ex injustis judiciis multæ subindè oriuntur turbæ & bella [y]:) *judicate*] Vos, judices, quærite veritatem ex testibus, ac judicate secundùm legem, quæ est causa pacis in populo [z]. Aut hoc vult; Date operam non solùm ut *ex vero*, hoc est, ex ipso jure, judicetis, sed etiam ut discordes concilietis [a]. Dicit, *pacis*, quia finis juris est, ut lites inter privatos dirimat, & ut pacem publicam conservet [b]. ¶ *In portis vestris*] i. e. In curiis & prætoriis, quæ in portis erant [c].

17. *Et*, &c. "וְאִישׁ אֶת־רָעַת וגו] *Et quisque malum* (i. e. perniciem, vel damnum [d],) *proximi sui* (vel, *contra proximum suum*: ut, *violentia fratris tui*, i. e. contra fratrem tuum, Abd. 10; &, *visio Ninives*, i. e. contra eam*: vel, *socio suo*, Calv. vel, *contra popularem suum*; nam רֵעַ idem est quod אָח *frater* [f]:) *nè cogitetis*, &c. P. &c. Radicem omnium malorum hîc evellit, machinationes cordis, &c [g]. ¶ *Juramentum mendax* (vel, *falsum*, D. &c. ad fallendum aut opprimendum proximum [h],) *nè diligatis*] i. e. Odio habete. Sic, *Non gaudet stulti pater*, &c [i]. ¶ *Omnia enim hæc* (præter alia multa: synecdoche [k]:) *sunt quæ odi*] Sic P. J T. Pi. &c. i. e. Sunt talia ut ea oderim [l]: ac propterea vos illa odisse debetis [m].

19. *Jejunium quarti* (sub. *mensis*, D. Me. &c. & sic in sequentibus: nempe, *Thammuz* [n]: quo urbs perrupta est, vel capta [o], Jer. 39. 2 P. & 52. 6, 7 [q].) *& —quinti* (mensis Ab [r], vel Julii †: quo urbs eversa est [t]. Al. quo conflagratum Templum [v]. Vide Zac. 7. 3 [x].) *& —septimi* (Septembris [y]: quo Godolias necatus est [z]. Vide Zach. 7. 5 [a].) *& —decimi*] Tebeth [b]: quo cœpit urbis obsessio sive oppugnatio [c]. Al. quo urbis excidium Babylone nunciatum est [d]. Servavit hîc Propheta seriem numeri, non ordinem rei gestæ, ut res ipsa docet *. ¶ *Erit* (unumquodque illorum jejuniorum [f]) *domui* (i. e. familiæ, vel Tribui [g],) *Juda in gaudium——& in solennitates* (vel, *statas ferias*, V. D.) *præclaras*] Vel, *bilares*, sive *jucundas*, V. Pi. D. ad verbum, *bonas*, V. G. Solent Hebræi *dies bonas* appellare quæ lætitiæ dicantur [h]. Ità solvit quæstionem propositam Zac. 7. 3 [i]. Non jejunabunt, ut antea, sed hilaria celebrabunt [k]. Luctus vertetur in gaudium, & jejunia in festa [l]. Non omnia mensium quorum hîc meminit jejunia relaxat Deus, sed ea tantùm quæ occasione ultimi excidii instituta fuerant [m]. ¶ *Veritatem*, &c. "וְהָאֱמֶת וגו] *Et* (vel, *Igitur*, M. P. *Autem*, Ca. *Tantummodò*, D. Pi. sic Vulg. Tiut ו sumitur Gen. 42. 10. *Et* (i. e. Tantummodo) *servi tui*, &c [n].) *veritatem & pacem* (vel, *pacem illam*; ut pronomen sit ἀναφορικὸν, h. e. referatur ad superiora referatur [o]:) *diligite*, Mo. Præparatio ad Evangelium [p]. Sensus, q. d. Deus non moratur jejunia vestra; ceremonias mittite, & præcipua Religionis capita spectate, nempe pietatem sive obedientiam adversùs Deum, & charitatem sive misericordiam erga proximum, quæ est *veritatis* effectus. Forsan & hîc tacitè perstringit ipsorum contentiones de vetustis & non necessariis ritibus [q]. Al. *Sed veritatem*, &c. q. d. Jejunia vestra vertentur in gaudium, *si veritatem*, &c. i. e. si publicè & privatim dissidia vitaveritis [r].

20. *Hæc dicit Dominus*] Sic præfatur, quia de re incredibili dicturus erat: pauci enim redierant, pericula multa erant, Templum ignobile, &c. Quare non vulgari

Marginal notes (left column): [e] V. sim. D. [d] Me. sim. T. Rm. Calv. * Di. [f] V. [g] Q. in Calv. [h] Me. [i] V. [k] Pi. [l] V. sim. Calv. † G. sim. Me. T. Pem. er San. [m] Pem. * Idem. [n] Rib. [o] San. [p] Pem. [q] Rib. [r] Pem. † San. & Pem. ex He. [t] Pem. [v] G. [x] V. [y] D. [z] Calv. [a] V. [b] D. sim. Tar. Pem. [c] Pem. [d] Calv. * G. * D.

Marginal notes (right column): [f] Me. [g] Calv. [h] G. [i] D. [k] G. sim. Calv. [l] D. [m] Calv. [n] Calv. [o] Pem. [p] V. sic D. [q] T. ex Ch. [r] D. [s] Calv. † Me. T. [t] Me. [v] V. [x] D. sim. V. [y] Calv. [z] G. [a] D. [b] Pem. [c] Me. &c. [d] V. D. * D. [f] G. [g] Tar. [h] Pem. [i] D. [k] Tar. [l] Pi. [m] D. [n] D. [o] Pi. M. V. Ca. D. Tar. [p] D. [q] Tar. [r] D. † V. [t] V. Ca. [v] D. Tar. [x] Pi. [y] V. [z] Ca. sic V. D. Tar. &c. [a] Pi. [b] M. [c] Pi. V. sim. M. [d] Ca. [f] V. [g] D. [h] Pi. [i] G. [k] D. sim. Me. [l] D. sim. Me. Tar. [m] Pem. [n] T. [o] D. [p] Idem. [q] G. [q] Pem. [r] V.

modo confirmari hoc oportuit †. ¶ *Usquequo venient populi*, &c.] Hæc verba pendent à præcedentibus: q.d. Mœstitia jejuniorum convertetur in festa, *usquequo*, i.e. adeò, vel in tantum, ut populi, eorum famâ illecti, veniant & confluant, ut iis intersint & se oblectent [t]. Vulgatus hîc videtur legisse עַד, pro עוֹד [v]. ¶ עוֹד אֲשֶׁר יָבֹאוּ וגו׳] *Adhuc* (sub. *erit*, M. Ti. JT. G. & sub. *tempus*, P. D. vel, sub. *fiet*, Pi.) *quo* (vel, *quum*, JT.) *venient*, &c. Mo. JT. vel, *ut veniant*, &c. M. Ti. Pi. G. Al. *Adhuc* (vel, *Aliquando*, Ca. *Deinceps*, Sy.) *venient*, &c. ό. Ch. Ar. Pi. Sy. Ca. Al. *Tamen*, vel *Tamen præterea*, *venient*, &c. Pem. ex Gal. tanquam accessio ad felicitatem Judæorum [x]. *Venient populi*, nempe Judæi ex ultimis oris, ut suprà 7 [y]. Al. Nè prædictis abuterentur Judæi ad luxuriem & securitatem, ostendit hæc non tam ad Jerosolymam quàm ad Ecclesiam pertinere [z]. Promittit h. l. non modò restitutionem Judæorum, sed Ecclesiæ propagationem & collectionem ex multis populis; ut scirent, Templum quod exstruunt non fore Judæis peculiare, sed commune aliis gentibus, &c [a]. Quæstione solutâ, Propheta jam responsionem suam amplificat atque confirmat, ratione petitâ à temporibus jam propinquis, quibus ceremoniis abolitis succederet veritas, & converterentur Gentes, &c. Cautè tamen hæc tradit, innuendo potiùs quàm exprimendo, nè Judæos offenderet, &c [b].

21. *Habitatores unus*] *Unius*, Mo. sub. *urbis*, P. M. D. ¶ *Dicentes, Eamus, & deprecemur*, &c.] Deo preces fundamus in Templo, ubi Arca [c]. Significat consensum fore inter omnes populos, & conjunctionem studiorum, &c [d]. Nota horum zelum & charitatem: ipsi conversi alios attrahunt ad cultum Dei, quem hîc sub una precationis specie designant *. Vera conversio hominem sollicitum reddit de conversione fratrum, &c [f]. ¶ *Et quæramus Dominum*, &c.] Discamus ea quæ sunt Legis ex Prophetis & sacerdotibus [g]. ¶ *Vadam etiam ego*] Hortationi exemplum addit, &c [h].

22. *Venient populi multi, & gentes robustæ*] Non pauci & pauperes, sed potentes & populosi. Hæc ergò adductio Gentium ad fidem non ex compacto aut fraude fiebat, erant enim diversarum linguarum populi, iique longè distantes; nec vi & armis, quia potentes erant ad resistendum, &c [i]. *Populi*, nempe externi. Vide dicta suprà 2. 11 [k].

23. *In diebus illis in quibus*, &c. אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ וגו׳] *Quum apprehendent*, &c. Mo. *utique apprehendent*, &c. אֲשֶׁר sæpe pro *utique*; ut Psalm. 10. 6. & 95. 11. & 144. 12. Esa. 8. 20. Habak. c. 3. v. 16 [l]. Erit, vel fiet, *quum apprehendent*, &c. P. JT. vel, *ut apprehendant*, &c. M. Ti. Pi. sic Ca. ¶ *Fimbriam*, &c.] Ità M. ό. Sy. Ch. &c. vel, *oram*, P. sub. *inquam*, Ch. P. *alam*, Ti. JT. Pi. pallii partem extremam, aut potiùs tractum illum vestis qui à cingulo ad oram usque [m]. Metaphora à pueris adhærentibus parentum palliis, quæ arripiunt, dum vel eos retinere cupiunt, vel unà ire contendunt [n]. Al. Fimbriam illam præceptam in Lege, Num. 15. 38. Deut. 22. 12. Hâc notâ Judæi à gentibus aliis dignoscebantur, ut diximus ad Matth. 9. 20 [o]. ¶ *Ibimus vobiscum*] Ad Templum Jerosol [p]. Loquitur de proselytis plurimis conversis sub Esthera, Esdra, Maccabæis [q]; sed præcipuè de Gentilibus per Apostolos ad Ecclesiam conversis [r]. Evangelium prædicatum est primò Judæis, deinde & per eos Gentilibus, &c †. ¶ *Audivimus*, &c.] Intelleximus quàm miris modis, & quidem ex prædicto, vos in patriam restituerit, Templum vobis reddiderit, hostes vestros aut vobis amicos fecerit, aut represserit: unde credimus Deum, qui hæc & prædixit & fecit, verum esse Deum. Idem sensus est, ad eadem hæc tempora pertinens, Psalm. 126. 2 [t]. *Audivimus* per vestram prædicationem Deum apud vos solos ritè cognosci & coli, non à nobis gentibus idololatricis [v].

[t] Calv. [s] Me. [v] D. [x] Pem. [y] G. [z] Tar. [a] Calv. [b] Pem. [c] G. [d] Calv. * Pem. [f] Calv. [g] G. [h] Pem. [i] Pem. [k] G. [l] Di. [m] D. [n] Tar. sim. M. [o] G. [p] M. [q] T. [r] T. ex Hi. & Cyril. & Remig. sim. Me. Pem. † Pem. [t] G. [v] Pem.

CAP. IX.

1. ONus, &c.] Id est, Prophetia tristis [a], sive de onere ac molestiis, &c [b]. Hæc de Christo prophetia dicitur *onus*, quòd onere gravissimo Legis nos ipse liberavit [c]. ¶ *In*, &c. בְּאֶרֶץ חַדְרָךְ] *In* (id est, contra [d]: vel, *de*, D. Pi.) *terra* (vel, *terram*, Ca. D.) *Hadrach*, P. sic Mo. M. Ti. Ca. D. Pi. &c. Difficultatem facit vox חַדְרָךְ *. Nomen hoc, 1. aliis, est commune [f]. *In*, vel *super*, *terram circumstantem*, sive *quæ circuit*, *te*, JT. G. Tar. Di. Glas. gram. 4. 3. 874. ô Judæa; id est, super Syriam [g], vel, gentes tibi vicinas [h]. Est vox Syra [i], ut patet ex versione Syr. ad Matth. 8. 18 [k]. (quâ utitur, quia de Syris agit: ut alibi Prophetæ μιμηλικῶς ludificantur gentes ex ipsarum linguis, Esa. 14. 4. Jer. 10. 11. & 25. 27. & 51. 41 [l].) composita ex חדר, quod Syris est, *circumdare* [m], ex Chald. חוּר [n], & affixo 2. personæ [o]. Sed coacta est hæc interpretatio, & aliena à voce הָדָר, quâ *decor* significatur. Et insolens est titulis propheticarum inseri σεσοφώνων. Quæ eò minùs huc quadrat, quòd non exprimitur nomen illius ad quem dirigitur [p]. Al. *in terra Australi*, Ch. 2. Aliis hoc est nomen loci, regionis, aut Regis. Quod non placet, quia nihil tale in Scripturis aut historiis legimus [q]. Sed non sequitur talem locum non fuisse, quia non legitur [r]. Per *terram Hadrach* intelligunt, vel, 1. terram Israel. Est enim Hadrach nomen Dei, vel Messiæ: qui est *Had*, *acutus*, in gentes; *Rach*, *mollis* ac *tener*, erga Israelem †. Vel, 2. Arabiam [t]. Vel, 3. Syriam [v]; Cœlesyriam [x]; Syriam Damascenam [y]. *Hadrach* est metropolis Cœlesyriæ, sicut *Damascus* Syriæ Damascenæ [z]. *Hadrach* est vicus, sive oppidum, juxta Damascum [a]. *Testificor ego per cœlum & terram, me oriundum esse Damasco, & locum ibi esse qui Hadrach nominatur*, inquit R. Joses [b]. ¶ *Et*, &c. וְדַמֶּשֶׂק מְנֻחָתוֹ *] *Et Dammesec* (vel, *Damascus*, JT. Calv. Di. *Damascum*, Di. in *Dammesec*, P. V. *Damasci*, Q. in V.) *requies* (sub. *erit*, JT. D. vel, *requiem*, Di. *requie*, P. *requiei*, sive *habitationis*, Q. in V. vel, quæ erit *requies*, sive *habitatio*, V.) *ejus*, D. Calv. P. JT. Di. simil. Ca. Cujus? Pronomen hoc refertur vel, 1. ad *terram* [c], vel *regionem circumjacentem* [d], (quod tamen non placet, quia pronomen est masc *.) i.e. Quæ terra in Damasco, urbe valida ac bene munita, fiduciam suam habet [f]. Vel, qu. d. in qua circumjacens te regio, tanquam in potentissima tutrice, requiescit & secura erat. Erat enim Damascus sedes Regni Syriaci, & in vicinas regiones longè latèque dominabatur [g]. Vel, 2. ad nomen *Hadrach*, Principis fortè sic dicti, à quo Syria Damascena *terra Hadrach* appellata est; ut Babylonia, *terra Nimrodi* [h]. Vel, 3. ad Deum [i]: q. d. in qua Deus conquiescet, sive habitabit, i. e. coletur [k]: in Damasco ejus doctrina & Religio vigebit. Quis non animadvertit in Christo & Discipulis hoc impletum esse [l]? Quia hæc prophetia erat de vocatione Gentium, ideo dicitur facta in *Damasco*, regione Gentili [m]. Vel, 4. ad *onus* [n]: q. d. Hadrach & Damasco incumbet onus quod vaticinor, in iisque requiescet hoc calamitatum pondus [o]. Non erit hoc flagellum inundans, aut citò transiens, sed stabile & perpetuum [p]: figet illic vindicta Dei stationem suam, donec prostrati fuerint Syri, qui frustrà tentabunt se subducere, &c [q]. Omnia hæc impleta temporibus Alexandri, qui & Damasco & Syriâ omni potitus est. Vide Curtium l. 3. & 4 [r]. [Alii verba sic reddunt;] *Quod requiescet in Damasco*, Pi. *Et Damasco demittet se*, Ti. In Damasco hæc prophetia quiescet, ac sese demittet †. Al. *Et Damasci sacrificium ejus*, ό. Sy. Ar. [Sic fortè vertunt, quia in sacrificiis Deus non semel *requiescere* dicitur in S.S.] *Et Damascus convertetur, ut sit de terra domûs majestatis ejus*, Ch. ¶ *Quia Domini est*, &c. כִּי לַיהוָה עֵין אָדָם וְכֹל וגו׳] *Quia* (vel, *Quum*, Ang. ut tempus denotet quando puniet Dominus has gentes, quum scilicet [t]) *ad Dominum* (sub. *dirigetur*, M. Ti. vel, sub. *converterentur*, P.) *oculus hominis*, Mo. M. Ti. (vel, *oculi hominum*, P. h. e. Gentium infidelium [v];) *&* (vel, *quantò magis*, Q. in. V. vel, *sicut*, Q. in Pem.) *omnium tribuum Israel*, Mo. P. M. Ti. Futurum dicit Propheta ut illo tempore oculi, non tantùm Israelis, sed & omnium hominum, [quod forsan tacitè hîc innuitur voce אדם; q.d. Non modò Abrahamidæ, sed & omnes ex Adamo geniti,] respicient ad Dominum, & abjicient cuncta idola [x]. Verùm tempora vocationis Gentium & excidii horum locorum non congruunt: nec כִּי *quum* & וְ *sicut* rectè reddi videntur [y]. Propheta

[a] G. sim. V. [b] Pi.

[c] V. [d] D. * Idem. [f] G. [g] Idem. [h] Jun. [i] Tar. & Glas. ex Jun. [k] D. [l] Glas. gram. 4. 3. 874. ex Jun. [m] Tar. Glas. ib. [n] Glas. ib. [o] Tar. [p] Pi. [q] Jun. [r] Pem. † Q. in D. [t] Q. in Tar. [v] M. Ca. Pi. Calv. [x] Q. in Tar. T. [y] BP. 2. 6. 89. [z] T. ex Hi. & Ptol. & Adrich. [a] Me. He. in D. [b] D. [c] Q. in D. [d] Di. * D. [f] G. [g] Di. [h] D. [i] D. sic V. [k] V. [l] D. [m] V. [n] Pi. sic Calv. Me. Tar. T. Pem. [o] Me. sim. T. ex Albert. [p] Tar. sim. Pem. [q] Calv. [r] G. † M. [t] Pem. [v] V. [x] M. sim. K. in Pem. [y] Pem.

pheta quidem hîc verba facit de Gentium vocatione, ſed ità ut incipiat à Judæis, in quibus pronunciat Deum glorioſum fore. *Oculus hominis* hîc tantundem valet atque oculus totius populi; ideo poſtea addit, explicationis gratiâ, *tribuum Iſrael:* qu. d. Ubi cœperint Judæi ad Deum ſerio converti, Deus illis benedicet, omnéſque eorum hoſtes proſternet[a]. [Alii aliter.] *Quia Jehovæ* eſt *oculus* (ſub. *ſpectator*, JT. Pi. G.) *hominum*, JT. Pi. ſic D.G.Pem. ex Gal. (ſub. *aliorum*, Pi. i. e. qui homines videt: confer Zach. 5. 6[a].) *ut* (vel, *&*, D.G. i. e. non minùs quàm[b],) *omnium tribuum*, &c. JT. Pi. D. Pem. ex Gal. q. d. Judex eſt univerſarum gentium, non unius populi[c]. Domini oculus videt, curat & regit omnes homines, æquè ut Tribus Iſrael[d]; ut ſcilicet impios puniat, pios verò protegat*. Qui ſuos tam graviter caſtigavit, alios nec minùs obſervat, nec mitiùs puniet[f]. Al. *Nam Domini eſt inſpectio hominis & omnium tribuum Iſrael. Oculus*, pro inſpectione, metonymia eſt in omnibus linguis uſitatiſſima[g]. [Ca. hæc verba parentheſi includit, & ſic vertit, *(Nam Jove eſt, etiam cæteros omnes homines, non ſolùm Iſraelitarum tribus, aſpicere.)*] Al. Senſus, Domini eſt, convertere ad ſe oculos omnium hominum; quantò ergò magis Iſraelitarum, ut illos defendat, & eorum hoſtes puniat[h]? *Hominum & omnium tribuum* locutio eſt qualis, *Judæa & Jeruſalem*; *Dicite diſcipulis & Petro*[i]. *Quia Dominus reſpicit homines, & omnes*, &c. *o'*. ſic Ar. *Quia Domino manifeſti ſunt homines*, &c. Sy. *Quia coram Domino manifeſta ſunt opera hominum, & ſibi complacet in omnibus tribubus Iſrael*, Ch.

2. *Emath*, &c. [וְגַם חֲמָת תִּגְבָּל בָּהּ] *Quin etiam Hamath terminabit (terminum habebit*, P. ſc. oculus ille Jehovæ, ex v. præced[k].) *illâ*, JT. Pi. vel, *in ea*, Mo. P. Calv. D. ſub. *requie*, Pi. oneris ſcilicet, de quo v. præced[l]. בָּהּ fœmin. reſpicit מְנוּחָה[m]. Vel, *in ea*, i. e. in terra Hadrach: vel, *eam*, h.e. limites ejus[n]. Al. *terminus ejus erit*, Ti. *intra terminum*, vel *terminos, ejus erit*, M. G. Calv. V. *Ejus*, i. e. vel, 1. Terræ ſanctæ[o]: hæc enim extendebatur Hamatham uſque; vide Joſ. 13. ver. 5[p]. q. d. Terras illas, antea prophanas, Deus ſibi conſecrabit[q]. Vel, 2. Syriæ: q. d. Eâdem pœna Deus involvet Hamath[r]. Al. *In cujus* (nempe terræ Hadraci) *finibus etiam Hematha eſt*, Ca. Senſus, q. d. Sed & alia loca à Deo punientur†; omnes nempe vicini qui populo Dei moleſti fuerant[r]. Al. Locum ſic accipio, *Etiam Hamathæ terminos figis eâ*, (nempe inſpectione,) *Tyro*, &c. προσφώνησις eſt ad Deum, Prophetis uſitatiſſima. Tu, Deus, ad quem pertinet inſpectio omnium hominum, Hamathæ, Tyro & Sidoni, quæ dominium ſuum longè latéque diffundere amant, terminos ponis illâ tuâ inſpectione, nè ulteriùs graſſentur[v]. *Hamath* hîc eſt, vel, 1. urbs‡, Syriæ ſcilicet, de qua diximus ad 2 Reg. 17. 24[x]. dicta Epiphania[y]; quæ erat Hamath minor, ut Antiochia erat Hamath major[z]. Vel, 2. tractus, ſive regio[a], ad pedes montis Libani, 2 Reg. 14. v. 25. 2 Chron. 8. 3, 4[b]. Aquilonaris & Libano & Damaſco, ubi erat *Ribla*, 2 Reg. 23. 33. & 25. 6, 20, 21. Hunc locum hîc intelligo, tum, quia ibi Judæorum hoſtes ſævitiam in eos exercuerunt; tum, quia erat provinciæ Damaſci conterminus. Ità ſenſus loci erit, *Et Hamath terminabit juxta illam*; q. d. ei eſt vicina loco, & ob vicinitatem pœnam ejus ſentiet[c]. Curtius l. 4. *Jam tota Syria, jam Phœnicia quoque, exceptâ Tyro, Macedonum erat*[d]. ¶ *Et Tyrus*, (vel, Item *Tyrum* JT. Pi. multo labore captam*,) *& Sidon*] Vel, *Sidonem*, JT. Pi. Cui Regem Alexander impoſuit Abdolonimum, i. e. עֲבַד עֶלְיוֹנִים: quæ vox Syriacâ linguâ *Deorum cultorem* ſignificat[f]. Hæ duæ potentes erant opulentæque urbes[g], maritimæ Phœniciæ, ſuperbæ & crudeles erga Judæos[h]. ¶ *Aſſumpſerunt*, &c. [כִּי חָכְמָה מְאֹד] *Quia* (vel, *Quamvis* P. JT. Pi.) *ſapiens fuit* (vel, *ſit*, JT. Pi. ſcil. vel, 1. Tyrus[i], præcipua urbs[k], & ſapientiâ celebrata, Ezec. 28. 3. &c[l]: vel, 2. utraque urbs, ut ſingul. ponatur diſtributivè[m]:) *valde*, Mo. M. JT. &c. q. d. Quia callidi erant & fraudulenti[n]. Phœnices vafri ſemper[o]. Quia ſibi arrogârunt ſapientiam[p], (fuerunt enim Phœnices inventores literarum,) quaſi per eam eſſent inſuperabiles[q]. Al. Quamvis calliditate ſuâ ſe malum avertere poſſe putat[r]. Ironica irriſio arrogantiæ eorum, ut Ezec. 28. 3. q. d. Prudentia eorum non valebit eos tueri†.

3. *Munitionem ſuam*] Vel, *arcem*, i. e. mœnia inexpugnabilia[t]. Vel, munitiones[v]; fortè turres[x]. Intelligo potiùs opes, copias, & omne genus præſidia[y]. Urbs hæc erat & naturâ & arte munitiſſima[z]. Deſcribit ea quæ reddere ſolent urbem inexpugnabilem[a]. Locum ſic verto, *Et* (repete, *quanquam*, ex v. ſuperiori,) *ædificavit Tyrus munitionem ſibi*. Neque Sidonem ſua vafrities ſervavit, neque muri & opes Tyrum. De illis vide Curtium dicto libro, & Ezec. 26. 4[b]. Velit nolit in ditionem veniet Hadrachi, & colla ſubdet jugo Chriſtiano[c]. Tempore Meſſiæ nihil proderit Tyro ſapientia ſua, nec confidet in ea, poſtquam humiliata fuerit à Deo[d]. ¶ *Et aurum*; ità M. P. D. &c. [וְחָרוּץ] *Et effoſſum* aurum, JT. Pi. Aurum ſic dicitur, quòd è terra effoditur*. ¶ *Ut lutum*, &c.] Simile vide 1 Reg. 10. 21. De opibus Tyri vide Ezech. 26. 12. & 27. 27. & 28. 4[f].

4. *Ecce*, (Rem velut præſentem ſiſtit[g].) *Dominus* (Hîc indicat vim & potentiam Verbi Dei, cui nihil reſiſtere poteſt[h].) *poſſidebit eam*; ità M. ſim. Ca. [יוֹרִשֶׁנָּה] *Expellet*, vel *ejiciet*, *eam*, P. V. D. JT. Pi. G. i. e. habitatores ejus[i], in exſilium. Spoliabit eam omni decore ſuo[k]. *Pauperem reddet eam*, Pem. ex Gal. ¶ *Percutiet in mari* (i. e. licèt in mari ſita ſit, adeòque muniſſima. Vide Ezec. 28. 2[l]. Vel, *in mari*, i. e. maritimam: vel, *in mare*, i. e. percuſſam demerget aut deturbabit[m]. Vel, *projiciet in mare*, G.) *fortitudinem ejus*] Vel, *vires*, G. ſimil. V. D. i. e. claſſem & claſſiarios[n]. Curtius l. 4. *Triremes omnes* [Tyrias] *ante ipſa mœnia Rex demerſit*[o]. Vel, *exercitum*, V. vel, *præmunitionem*, JT. Pi. q. d. Non arcebit hoſtes mare[p], quo circumdabatur Tyrus[q]; quam Alexander poſt ſeptimeſtrem obſidionem expugnavit[r], eámque addidit continenti†. Eam poſtea obtinuit Ariſtobulus, denique & Chriſtus[t]. ¶ *Et hæc igni devorabitur*] q. d. Quamvis in aquis ſita ſit[v]. Curtius de Alexandro, *Ignem tectis injici jubet*[x].

5. *Videbit* (ſub. *iſtud*, Pi. nempe excidium Damaſci, Hadrach, Hamath & Phœniciæ[y]: vel, ſub. *actum eſſe de Tyro*, V. ſim. D. Me. *Videbit*, i.e. audiet, ut Gen. 42. v. 1. vel, intelliget, rumore, nuncio, vel ex literis aliorum[z].) *Aſcalon*, &c.] Civitates hæ ſunt Philiſtinorum Tyro vicinæ[a]. Speraverunt iſtæ urbes, ſi Tyrus reſiſtere poſſet Alexandro, ſe quoque poſſe ejus manus evadere. Ab hac ſpe decidêre captâ Tyro[b]. Videbunt periculum adeſſe, & opem ſibi deeſſe[c]. ¶ *Et Gaza*] Quæ ſtatim poſt Tyrum capta, Joſeph. 11. 8[d]. ¶ *Et*, &c. [וְעֶקְרוֹן כִּי הוֹבִישׁ מֶבָּטָהּ] *Et*, vel *Etiam*, *Ecron*, P. JT. Pi. &c. *quoniam* (vel, *quòd*, JT. Pi. D.) *pudore afficietur* (vel, *pudefacta eſt*, Ti. ſim. M. vel, *pudefecerit* ipſam, JT. Pi. vel, *erubuerit*, i.e. exciſa fuerit, aut deſierit eſſe. Sic alibi *oleum* & *muſtum*, &c. *erubeſcere* dicuntur*.) *aſpectus ejus*, P. vel, *aſpectus* refugii *ejus*, M. vel, *à reſpiciendo*, Ti. vel, *exſpectatio ſua*, JT. Pi. vel, *ſpes ejus*, V. D. i. e. Tyrus[f]; cui fidebat, & à qua tota pendebat[g], belli iſtius & obſidionis eventum ſolicitè exſpectans[h]. [Ca. verba ſic reddit, *Id quod conſpicatam pudebit Accaronem.*] ¶ *Rex de Gaza*] Id eſt, Regulus, vel ſatrapa, dictus *Betis*: quem Alexander, urbe captâ, juſſit circum eam probroſè captari, [forſan, raptari,] inquit Curtius†. ¶ *Non habitabitur*] Id eſt, ab hominibus, ſed tantùm à pecoribus[i]. Al. vel, ſub. *ab iis à quibus modò habitatur*, i. e. ab infidelibus; ſed à Chriſtianis[k].

6. *Et ſedebit* (tanquam dominus, vel judex[l],) *ſeparator*, &c.] Ità dicitur victor, qui dividit prædam, &, ſi velit, viros ab uxoribus, fratres à fratribus[m], reos ab innocentibus, morti deſtinatos à vita donatis, ſervis à liberis[n], ſeparat & diducit[o]. ¶ [מַמְזֵר] *Spurius*, ſive *nothus*, Mo. P. Ti. JT. Pi. &c. *alienigena*, M. ſim. G. ex *o'*. & Ch. Sy. *Mamzer* propriè vocantur nati ex congreſſu quibus pœna mors aut כָּרֵת, ut ad Deuteronomium diximus; impropriè verò, omnes qui non jure hæredes ſunt[p]. *Spurii:* homines viles & contempti, cujuſmodi ſunt ſpurii. Vide Deut. 23. v. 2[q]. Al. Judæi & Gentiles converſi ad Chriſtum, quos Judæi obſtinati *ſpurios* vocârunt[r]. Al. Significat potiùs vaſtitatem regionis, præ qua incolæ, ſi qui manebunt, erunt ſimiles hoſpi-

Marginal notes (left): a Calv. a D. b G. c Idem. d Me. ſim. T. * Me. f Pem. g Di. h Me. i D. k Pi.ſim.D. l Pi. ſim. Tar. m Tar. n D. o V.ſim.D. & plerique in Calv. p D. q Q. in Calv. r Calv. † Tar. r Calv. v Di. ‡ Pi. Me. Pem.G. &c. x G. y D. & G. ex Hi. z Pem. a Tar. Pem. b Tar. c Pem. d G. * G. f G. g Tar. ſic Pem. h Pem. i Pem. ſi. D. k Pem. l D. m Pem. n Calv. o G. p Me. T. q Me. r Tar.

Marginal notes (right): † Pem. t V. v D. ſic Calv. x D. y Calv. z D. a V. b G. c T. d V. * G. f G. g Tar. h V. i G. ex Ch. V. ſic D. k D. l Me. ſim. Calv. Pem. m D. n G. ſic D. o D. p Calv. q V. r T. † V. t T. v Pem. x G. y Pem. z D. a Me. b G. c Pem. d G. * D. f V. D. g V. h D. † T. i T. k V. l T. ſic Me. m Me. n T. o Me. p G. q D. r M. ſim. V.

hospitibus, quibus nulla est fixa vel stabilis habitatio, & vagi, tanquam in alieno solo, peregrinabuntur†. Jus & hæreditatem indigenarum invadent extranei, qui velut spurii sunt, nec minùs indigenis invisi[r]. Non suus ac legitimus hæres occupabit ædes, hortos, agros, &c[v]. Voce *spurii* hoc loco designat vel, 1. Alexandrum Magnum[x], non ex Philippo, verùm ex Nestabano magno, Jovem se fingente, conceptum, uti mater ejus Olympias confessa, ac proinde à Philippo quasi repudiata, fuit. Vel, 2. Jonathan Maccabæum, Philistæis verè extraneum; qui octo Azotiorum millia gladio & igni separavit à reliquis devictis[y]. Jonathan locum sic vertit, *Habitabit familia Israel in Asdod, qui fuerunt in ea sicut extranei*[z]. ¶ *Et disperdam*, &c.] Vel, 1. per Alexandrum[a]: vel, 2. per Judæos[b], qui sc. multa illis oppida ademerunt. Vide 1 Macc. 5. 2 Macc. 12. & Joseph. Antiq. 11. Confer & Obad. v. 20. Sophon. 2. v. 4, &c. Vel, 3. accipienda est hæc prophetia de toto tempore à Zacharia usque ad Christum, in quo, tum ab Alexandro, tum à Judæis, multa perpessi sunt[c].

7. *Et* (vel, *Deinde*, Ti.) *auferam* (vel, *Quumque amovero*, JT. Pi.) *sanguinem* (vel, *cædes*, JT. Pi.) *ejus* (nempe Palæstinæ; singul. pro plur. *eorum*[d]: vel, *cujusque*, JT. Pi. scilicet Philistæorum*:) *de ore ejus*] Sic M. P. &c. id est, à sermone ejus[f]: q. d. Efficiam nè ampliùs Philistinus cædes minetur, ut facere solebat[g]. Al. *sanguinem ejus*, &c. i. e. victimarum in ea oblatarum idolo Dagon[h]. Chald. sic vertit, *Et dispergam comedentes sanguinem*, &c[i]. Sensus, Non ampliùs bibet sanguinem, h. e. satiabit se cædibus aliorum[k]. Al. Quum remisero illis peccata præcedentia, & inter ea crudelitatem, &c[l]. Al. Interpretes totum hunc versum depravant. Non hîc notatur eorum conversio, sed repressio per Divinam potentiam[m]; & Judæorum ereptio è manu sanguinolentorum hostium: q. d. Eripiam Judæos, quos Philistini vorare studebant[n]. ¶ *Et abominationes ejus* (i. e. vel, 1. prædas abominabiles[o], quas injustâ vi ad se traxerunt[p]: vel, 2. res detestabiles[q]; idola scilicet[r]: vel, 3. idolothyta †, quæ ipsi sc. comedebant; 1 Cor. 10. 19, &c[t]: vel, 4. blasphemias de Deo Israel, quibus dicebant ipsum impotentem ad defendendum populum suum‡: vel, 5. Judæos, qui abominationi erant Philistinis[v]:) *de medio dentium ejus*] Ut, paupertate pressus, non ampliùs epulas instruat idolothytis[x]. Ad verb. *ex inter dentes ejus*. Metaphora à feris, quæ prædam dentibus lacerant[y]. Hi Philistini, ex more barbaro illorum temporum, & carnem occisorum hostium comedebant, & sanguinem bibebant[z]. Al. *è dentibus*, i. e. à sermone; metonymia, qualis modò[a]. ¶ *Et*, &c. ונשאר גו׳] *Et relinquentur* (vel, *relinquetur*, JT. Pi. *residuus erit*, M. D.) *etiam ipsi* (vel, *ipse*, JT. Pi. &c. non populus modò, sed & Rex[b]) *Deo nostro*, P. &c. i. e. Adjungentur Deo nostro & cultui ejus. Remanebit superstes, ut Deo serviat per omnem vitam[d]. Etiam ex Philistinis aliisque Ecclesiæ hostibus aliqui relinquentur quos Deus conversione & salute donabit*. Azotii subacti à Judæis relinquent idola, & veram Religionem suscipient[f]. Exemplum dat in Philistinis, sed de omnibus Dei hostibus hoc intelligendum[g]. *Ità ut restent & ipsi Deo nostro*, Ca. *Residuum verò erit Dei nostri*, Ti. [גם adversativè sumit, & הוא per verbum substantivum reddit, ut sæpe fit.] Alii, *Et qui reliquus erit, etiam ipse Deo nostro*, sub. *relinquetur*. Sed minùs placet[h]. Impletum hoc quo tempore multas τῶν ἀλλοφύλων [alienigenarum] (Ità eximiè vocantur Philistini, soléntque LXX Philistinos hâc voce vertere.) urbes cepêre Maccabæi. Joseph. 12. 12. 1 Mac. 5. 66. Idem Josephus, de temporibus Alexandri Judæorum Regis [agens,] urbes plurimas à Judæis superatas nominat, & inter eas Azotum & Gazam[i]. [Alii aliter.] Non de Philistinis hoc intelligendum, sed de Judæis[k]. Pausa sive distinctio facienda est ad vocem ונשאר. [Verba autem sic reddunt & exponunt;] *Et qui residuus fuerit*, (non ex Philistinis, sed ex Judæis post varias clades[m],) *etiam ille* (qu. d. etiam contemptum illud & ignobile Judæorum residuum[n],) *erit Deo nostro*, Calv. Pem. i. e. in illius favore, protectione & cura, &c[o]. q. d. Quamvìs vos abdicaverit Deus, quamvìs residui è vobis pauci sint & contemptibiles, Deo tamen sacri eritis[p]. ¶ *Et erit* (vel, *Ut fit*, Pi.) *quasi dux in Juda*] Exaltabuntur in populo Dei[q]: vel, annumerabuntur ducibus Juda; vel, in pretio & honore erunt sicut illi[r]. Sensus loci est, Ex Philistæis, qui Judæorum acerrimi fuerant hostes, faciam amicos, & conciliabo eos in una fide, ut & me agnoscant sicut Judæi, & instituam ex eis *duces*, qui verbum Evangelii plantent†. *Erit dux*, &c. qu. d. Non solùm admittet veram Religionem, sed aliis etiam præibit & auctor erit ut eam suscipiant[t]: zelo præcellet reliquis Philistæis[v]. Videtur hoc factum ex parte sub Maccabæis, pleniùs sub Christo, ad quem tota illa ora conversa est[x]. Præcedet & Judæos instar ducis ad Christum[y]. Christus ex Gentibus reliquias convertet, & inter eas habebit qui in Ecclesia duces & Doctores esse queant[z]. *Erit ——dux*, &c. Nam proselyti honorum apud Judæos erant capaces, ut docet exceptio ejus regulæ Deut. 23. 8[a]. [Alii verò de Judæis intelligunt.] Quamvìs Judæi jamdiu servi fuerint[b], & omni dignitate careant; efficiam tamen ut sint ferè omnes Reguli[c]: nec tantùm in summo apud Deum pretio erunt, ut Principes in republ. sed & liberi erunt, aliísque dominabuntur, ut olim gubernatores tribûs Juda[d]. ¶ *Et Accaron* (vel, *Ekron*, Pi. &c. urbs Palæstinæ suprà etiam nominata*: i. e. cives Accaronis[f]:) *quasi Jebusæus*] i. e. Tanquam Jerosolymitanus[g]. Erit colonia, habitabítque in Jerusalem tanquam cives ejus[h]. Jerosolyma olim dicta *Jebus*[i]. Hekronitæ suscipientur in populum Dei[k]; quo jure fuerunt proselyti Jebusæi, ut Areuna, 2 Sam. 24. 16, &c[l]. Degent inter nos, ut olim Jebusæi[m]; qui cum reliquis gentibus deleti non erant[n]. Sicut Jebusæi habitârunt in Jerusalem, sic vicissim Judæi pacificè degent in Accaron[o]. Al. Ut Jebusæus olim à Davide subactus, ità Accaron subigetur à Maccabæis, & à discipulis Christi[p]. Al. *Et* (vel, *Sed*, Pem.) *Ecron erit quasi Jebusæus*, Calv. Pem. i. e. verna & tributarius[q], & devotus exitio, ut Jebusæi reliquíque Cananæi[r]. Huic interpretationi favent, 1. prima clausula, quæ ereptionem potiùs prædæ ex ore ferarum, i. e. potentium hostium, innuit, quàm aut condonationem aut punitionem peccati: 2. antithesis inter *residuum* & *Ekronitam*†. Ostendit hîc discrimen inter electum populum, & profanas gentes quæ gloriabantur suâ fortunâ[t].

8. *Et*, &c. וְחָנִיתִי לְבֵיתִי מִצָּבָה מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב] *Et* (vel, *Præterea*, P.) *castrametabor* (i. e. tanquam castris muniam ac cingam[v], ministerio Angelorum meorum[x],) *ad* (vel, *circa*, Pi. G. vel, *apud*, Pi.) *domum meam*, Calv. D. Pi. &c. (Id est, vel, 1. Templum: Custodiam Templum, nè aut ab hoste obsideri possit, aut etiam incursibus infestari; magna & minora pericula à Templo avertam: nempe ad tempora usque Antiochi[y]. Sed nimis carnaliter sapiunt quicunque hoc restringunt ad Templum secundum, quod militibus custodiebatur[z]. Vel, 2. Ecclesiam meam[a].) *ab exercitu*, Mo. Calv. (vel, *contra militiam*, M. *contra exercitum*, G. *propter exercitum*, JT. Pi. D. Tar. hostium scilicet[b]; nè is invadat eam[c]. מן *propter*, ut Psal. 12. 6. Esa. 53. 5, 8. Abd. v. 10[d]: & צָבָה ponitur pro צָבָא*. Vel, nè timeat *ab exercitu* adversariorum, P. vel, nè noceat illi *exercitus*, i. e. nè lædatur ab aliquo *exercitu* superveniente[f].) *à* (vel, *& à*, Pi.) *transeunte, & à redeunte*, Mo. P. Calv. vel, neque *à quoquam transeunte aut redeunte*, V. vel, *contra transeuntem & redeuntem*, M. *contra euntes & revertentes*, G. Sensus, Nulla potentia hostium nocere poterit Ecclesiæ meæ, quia ego ero protector ejus[g]. Vel, *propter transeuntes, & propter redeuntes*, JT. Pi. sic D. Tar. i. e. Vel, 1. propter illos qui vivunt in Ecclesia, & vocationis suæ officia obeunt, ut eos defendam[h]. Vel, 2. nè posthac hostes excursiones facientes in terram suam[i], eámque pervagantes[k]: addit, *& revertentes*, i. e. secundò & tertiò novos exercitus conficientes[l]. Alludit forsan ad expeditiones sive Alexandri, Ægyptum euntis ad Ammonis oraculum, & indè redeuntis per Judæam; sive Seleucidarum & Lagidarum, ex Ægypto in Syriam, &c. sine nocumento Judæorum[m]. Sensus, Etiamsi hostes omnia occupent, ego tamen efficiam ut domus mea salva maneat[n]. [Alii verba sic reddunt;] *Et circumducam castrum domui meæ contra transeuntem & redeuntem*, M. *Adhibebo autem meæ domui munimentum, nè quis penetret aut redeat*, Ca. ¶ *Et non*,

Marginal notes (left column): † Calv. r Pem. v Tar. x Q. in T. sic Me. &c. y T. z M. a Q. in Pem. b Al. in Pem. c Pem. d V. * Pi. f Idem. g G. sim. Pi. Me. h T. sim. Me. i Me. k D. l Tar. m Calv. n Pem. o Calv. D. p Calv. q Pi. r Pi. sim. Tar. † Tar. sim. Me. t Tar. ‡ L. v Pem. x G. y D. z Pem. ex San. a Pi. b D. d V. * Q. in Pem. f Me. g Pem. h D. i G. k Calv. l Pem. m Idem. n Pem. sim. Calv. o Pem. p Calv.

Marginal notes (right column): q Pi. r D. † M. t Me. v T. x Me. sim. y T. z T. Tar. a G. b Pem. c Calv. d Pem. * G. f D. g M. ex Ch. Tar. h V. Tar. i Pi. k G. sim. l Pi. m D. sim. n Tar. o Tar. p Me. q T. r Pem. Pem. sim. Calv. † Pem. t Calv. v V. sic D. x V. sim. D. G. Tar. y G. z D. a D. ex M. sic Pi. Tar. Pem. b D. sim. c Pi. Tar. d Pem. * Pi. Tar. f M. g V. h M. i Tar. k D. l Pem. sic Calv. m Calv. n Pem. o Calv.

ולא יעבור עליהם עוד נוגש [נגש, &c.] *Neque transibit ultrà per eam* (vel, *per eos*, P. D. vel, *super eos*, V. D. vel, *ad eos*, sub. *qui sunt de domo mea*, V. Sensus, Non vexabit eos, vel, transibit per terram eorum [o]. Vel, *Ut non pervadat eos ampliùs*, JT. Pi.) *exactor*, Ti. JT. Pi. i. e. qui tributum exigat [p]: vel, *tyrannus*, G. ex Ch. Tar. Nam mos est tyrannis, tributis populum opprimere [q]: quales in S.S. veniunt nomine נוגש, Exod. 3. 7. & 5. 6, 14. Job. 3. 18. Esa. 9. 4. & 14. 2. &c [r]. Vel, *oppressor*, D. Tar. Pem. qu. d. Posthac non patiar ut prædones spolient Judæos, sicut factum fuerat †. At si historiam consulamus temporum à captivitate ad Christum, multos reperiemus tributorum exactores, & oppressores Judæorum, Persas, Græcos, Reges Syriæ & Ægypti, Romanos. Quid hîc dicendum? Resp. 1. *Oppressorem* hîc intellige talem qualem antea experti erant, qui terram ipsorum vastaret, & ipsos in exsilium abduceret, ut Assyrii fecerunt. 2. Τὸ *non ampliùs* accipiendum de tempore diuturno. 3. Intelligendum hoc sub conditione obedientiæ [s]. 4. Hæc omnia intelligenda sunt de spirituali liberatione, nempe à Legis rigore [v]. ¶ *Quia nunc* (i. e. antehac [x]) *vidi*, &c.] Sic Ti. &c. Sensus est, Quæ vidi futura ea prædico vobis [y]. Al. Apparet mihi multas esse vicinas gentes quæ Templum invaderent hostiliter, aut prædonum more diriperent, nisi ego miris modis obstarem [z]. Al. *vidi*, vel *aspexi*, sub. *illam*, M. Pi. nempe domum meam, oculis benevolis [a]. Al. *vidi*, sub. *vexationem eorum*, ex collat. Exod. 3. 7. *Vidi*, nempe oppressores transiisse super eos †. Vide & Exod. 2. 25 [b]. Al. *Quippe me tum demum hisce oculis intuente*, i. e. diligenter curante ac defendente [c]. Al. *Quia jam visum est mihi in oculis meis*, JT. i. e. Hæc faciam adductus solo beneplacito meo [d]. *Jam vidisse* dicitur Deus, quia jam cœpit hostes vocare in judicium *: quia jam per opera sua manifestavit aliis se videre quomodo hostes Ecclesiam infestent [f].

9. *Exsulta*] i. e. Vehementer lætare [g]. Præ gaudio gestias [h]. ¶ *Filia Sion*] i. e. Jerusalem [i]; vel, Ecclesia [k]. ¶ *Jubila, filia Jerusalem*] Id est, vel, respublica; vel, Ecclesia: ut sit synonymon præcedenti. Ecclesia recèns plantata, tenera instar filiæ jam natæ. Aptè hæc prophetia de Christo annectitur præcedenti, ut ostendat à quo omnis consolatio speranda erat [o]. Quoniam Judæi tunc mœstissimi erant, disseruit hactenus de felici Ecclesiæ statu: id nunc confirmat, & modum ostendit restituendæ Ecclesiæ: emerget promissus toties Redemptor & Mediator, Rex ex familia Davidis, qui omnia in ordinem adducet. Deus, inquit, verax est; ideo Messiam mittet, in quo rata erit vestra adoptio: bene ergò interim sperandum est, donec hæc vaticinia suo tempore impleantur [p]. Prophetia hæc porrigitur ex hoc loco usque ad finem cap. seq [q]. ¶ *Ecce*] Hæc particula sæpe est index rei novæ & planè insperatæ [r]. ¶ *Rex tuus veniet* (vel, *advenit*, JT. Tar. &c. brevi scilicet, & quasi in procinctu est †. Optimè verti potest, *venit*, nempe cùm ex Babylone veniret. Nam præterita Hebræi sæpissimè verbis futuris, quæ pro præsentibus sumuntur, exprimunt *. *Veniet*, suâ sponte, non accersitus, non precibus tuis delinitus. De ordinaria Ecclesiæ conservatione jam dixerat; nunc transit ad extraordinarium Dei ad suum populum adventum [t].) *tibi*] Non sua causâ, sicut terreni Principes dominantur, vel pro sua libidine, vel pro suis commodis, contenti pompis ac deliciis suis; sed, *tibi*, i. e. populo, sive in gratiam Ecclesiæ [v]. *Tibi*, i. e. tuo bono & saluti [x]. [Qu. Sed quisnam hic Rex? Id certè nostrâ plurimi interest ut certum sit. Neque omnes idem sentiunt. Placet ergò diversas sententias earúmque momenta breviter & ὡς ἐν τύπῳ proponere, ex quibus collatis cordate lector facilè veritatem eruet.] Resp. 1. Zorobabel; ad quem pertinet hic locus primo & maximè obvio sensu: qui Rex appellatur etiam Jer. 23. 5. & Ezec. 37. 22, 24. nimirum quia, quanquam nomen sibi Regium pompámque Regiam non assumpsit, nè id Persarum Regem offenderet, à suis tamen, ob ortum quem trahebat à Davide, ità cultus observatúsque fuit quasi Rex esset [y]. Verùm sensus hic perquàm alienus videtur. 1. Quia Zorobabel neque re neque nomine Rex fuit. פחה *gubernator* vocatur in S.S. Agg. 1. 1, 14. & 2. 3, 22. Mal. 1. 8. &c. nunquam *Rex*. Jerem. 23. & Ezec. 37. de Messia agunt: [de quo vide ibi dicta:] & ea *Judæi* [seriores scilicet] ἐμβρόντητοι, &c. *fulguriti*, id est, tam stupidi & attoniti quàm qui fulmine icti sunt, *ad Zorobabelem impudenter trahere conantur*, inquit Theodoretus. Quæ in se dicta putet vir doctus. Quin Judæi, contrà quàm ille asserit, maximè timent nè Zorobabel pro Rege habeatur; nempe nè promissiones Prophetarum de restituendo Davidis Regno in illo completæ videantur, ità ut Rex alius jam non sit exspectandus. 2. Si Zorobabel Rex fuisset, de illo non dixisset Propheta, *veniet*, nisi velimus eum ut futuram prædixisse rem præteritam. יבוא, *veniet*, hîc mihi idem sonat quod in Propheta ei æquali, Mal. 3. 1. *veniet ad templum suum*. 3. Rex hîc venire dicitur, non sibi, sed *tibi*, i. e. bono tuo, non suo: Sic Esa. 9. 6. *datus nobis*. At Zorobabel etiam sibi venerat. 4. Non Zorobabeli, sed Christo, conveniunt epitheta sequentia; quòd *justus* est, &c [z]. [De quibus statim.] Resp. 2. Nehemias; qui *Rex* dicitur *in Juda*, Neh. 6. 7 [a]. Sed non dicitur verè Regem fuisse; sed hostes illum affectati Regni accusâsse: quod etiam crimen Nehemias amolitur, & se *præfectum* tantùm fuisse sub Artaxerxe asserit, 5. 14 [b]. At, inquit, pauper hic erat, ideo asinum comparavit, quia non habuit unde equum aleret [c]. Sed, 1. nusquam comparet Nehemiæ asinus, verùm tantùm בהמה *jumentum*, Nehem. 2. 12, 14. 2. Pauperem hunc non fuisse multa docent. Quòd pincerna erat Regis maximi, præfectus Judææ; qui tamen panem præfecto debitum non petebat, Neh. 5. v. 14. & multos tamen ad mensam ejus quotidie admisit, non sine magnis impensis. Vide Neh. 5. 14, 17, 18. Idem in sacrum thesaurum multa contulit, Nehem. 7. 70. *Quomodo igitur caruisset equo?* inquit AE. hunc refutans. At, quæ fuit ejus cæcitas, non vidit idem de suo Juda posse objici. Adde quòd in Israelis plebe tunc erant plus 700 equites, &c. Nehem. 7. 68 [d]. Resp. 3. Judas Maccabæus; qui Rex erat, &c *. Contrà, 1. Judas & successores ejus non erant Reges, sed Pontifices & Ethnarchæ, sub quibus res gerebantur ex communi populi consensu, 1 Macc. 4. v. 59. & 12. 6. Joseph. Antiq. 13. 9. & Belli Jud. 1. 3. Fuit Judas sacerdos è stirpe *Joiarib*, 1 Macc. 2. 1. unde sacerdotum primus fuit ordo, 1 Par. 24. 7. [Non ergò *Rex* ille decantatus Prophetis, qui omnium consensu ex tribu Juda & ex familia Davidis oriundus erat.] Nec pauper erat Judas, sed multis spoliis ditatus, 1 Macc. 4. 23. & cap. 5. 2 Macc. 8. Joseph. 12. 10. & 11. unde Templum repurgavit & ornavit, &c. Proinde, ut R. Mosen refellit AE. sic Aben Ezram refellit Abarbanel. *Miror*, inquit, *pravam intentionem quæ intellectum ejus excæcavit: quum Judas nunquam Regis nomen habuerit, nedum Regis à Sione denominati, quam cœpit David.* Denique, neque Nehemiæ neque Judæ congruit v. seq [f]. Resp. 4. Messias [g]. Ad Messiam subsimiore quodam sensu hæc referri agnoscit RS. Sed dubitare ait se AE. de utro Messiarum hoc intelligendum sit. Nam cùm duplicem statum Messiæ describi viderent, contemptum alterum, alterum gloriosum, ex his duos Messias fecêre; quorum illum vocant *filium Josephi*, hunc, *filium Davidis*: & ad Josephi quidem filium Messiam hæc referunt Judæorum plerique. At doctissimus R. Saadia Gaon ad Danielem ait de eodem hîc agi qui denotatur Psalm. 72. & Dan. 7. v. 14. Is autem est *triumphator Messias*, ut ipsi fatentur [h]. Judæi veteres hunc locum ad Messiam referunt summo consensu. Ità R. Eliezer cap. 31. ubi de Abrahami asino: *Hic*, inquit, *asinus erit cui insidebit filius Davidis, juxta Zac. 9. 9.* Ità & Talmudici in Sanhedrin cap. 11. fol. 98. & 99. & Nachmanides in Midras super Genesin, c. 99. & Midras Koheleth ad Eccles. c. 1. v. 9. & Bereschith Rabba ad Gen. 49. 10. Cum his sentiunt plerique recentiorum, R. Saad. Gaon, RS. K. & Abarb. [Quorum verba vide in Authore.] Quibus tamen omnibus duo se opponere ausi sunt, R. Moses & AE. ut dictum est [i]. RS. sic scribit in hunc locum, *Impossibile est ut interpreteris de alio quàm de Messia, cùm in nullo alio hoc videamus impletum*, Dominabitur à mari usque ad mare [k]. ¶ *Justus*] i. e. Æquus [l]; φιλόπατρις, (*amans patriæ*;) non tyrannus, de quali modò actum [m]: severus in modo regiminis, nec suis

Margin notes (left column): [o] D. [p] Idem. [q] G. sim. Tar. [r] Tar. † Calv. [s] Pem. [v] Tar. [x] G. [y] V. [z] G. [a] Pi. † Di. [b] D. [c] Ca. [d] Jun. * Calv. [f] Tar. [g] Me. [h] Tar. [i] Me. sim. Pi. BA. [k] D. Pem. &c. [o] Pem. [p] Calv. [q] Pem. [r] Tar. † Pem. * G. [t] Tar. [v] Calv. [x] Pi. sim. D. Tar. [y] G.

Margin notes (right column): [z] BA. 1. 2. 17. 217. [a] R. Moses in BA. ib. [b] BA. ib. 215. [c] R. Moses in BA. [d] BA. ib. * AE. in BA. [f] BA. ib. 215, 216. [g] M. V. D. Calv. Pem. Tar. Pi. L. Me. T. &c. [h] G. [i] BA. ib. 213. [k] M. [l] G. Pem. [m] G.

suis parcens si peccaverint. Vide Esa. c.11. v.3,&c. & 9.7. confer & Exod.23.21[n]. *Justus*, tum in se, sive essentialiter[o], & perfectè[p]: tum in te, effectivè, quippe Mediator, 1 Cor. 1.30. 2 Cor.5.21[q]; justitia nostra, Jer. 23.6[r]; justificans te sanguine suo†. At de Zorobabelis justitia Scriptura nihil quidquam refert memorabile[t]. ¶ *Et*,&c. נוֹשָׁע הוּא [Variant.] *Et servatus ipsemet*, Di. sic Mo. Calv. i. e. Quem Deus auxilio suo munit, nè pereat[v]. At si Rex hic salvatus sit, non erit Messias & Deus[x]. Resp. 1. Idem qui juxta Divinam naturam *salvator* est, juxta humanam est *salvatus*, à doloribus mortis, Act.2. v.24[y]. 2. Singulari consilio voce passivâ utitur, ut scandalo ex paupertate & miseria Christi oriundo occurreret. qu.d. Noli his offendi: Christus enim in passione sua certissimè salvabitur, & ex misera hac conditione ad cœlestem gloriam evehetur. Quia verò passione suâ nos redimere voluit, ideo ipsum priùs servari oportuit, ut nos servare posset. Confer Esa.63.5. 3. Operis perfectio in operantem redundat: quia igitur ipse genus humanum salvat, ideo salvatio ad ipsum tanquam illius Servatorem redundat. Quem sensum & ex R. Menahem elicit Galatinus*. Christus *servatus* dicitur, non suâ causâ, is enim non indiguit privatâ salute; sed respectu suorum, ut salutem suis afferret: ut non venit sibi, sed suis; ità nec sibi aut suo bono *justus* erat & *servator*, sed hoc pertinet ad totum corpus Ecclesiæ[z]. 4. Vox activè reddenda est[a]. [De quo statim.] *Et servabitur ipse*, K. in D. *Et salvum faciens se erit*: vertere potes, *Et servetur*, [legendum forsan, *servatur*,] sub. *à se*, pro, *servans se*. Observanda hîc parenthesis, [quâ claudit Pagnin. hæc verba, *Justus*, *& servabit sese*.] Quibus verbis Propheta obscurè prædicit mortem & resurrectionem Christi. Nam videri poterat Christus nocens & injustus, quòd adigeretur in crucem: sed revera innocentissimus; justus enim erat: q. d. Morietur quidem in cruce, sed injustè. *Servabit* autem *seipsum*, i. e. resurget propriâ virtute[b]. Al. *Et salute præditus est*, JT. Pi. Tar. *Et servabit seipsum*, P. *Et victoriosus est*, Ca. Al. *Et servans ipse est*, D. *Et salvator*, G. ex LXX & Ch. & Vulg. Pi. Glas. Pem. BA. ex Sy. & Ar.&c. Mirum eos ità vertisse נוֹשָׁע. Aut ergò in codicibus melioribus quàm quibus usi sunt Masoretici scriptum fuit יוֹשֵׁעַ: aut (quod mirum est) omnes in eo convenerunt, ut passivum positum crederent pro activo; quomodo נִדְבָּרוּ sumitur Psal. 119.23[c]. Sed vana est hæc [prior scilicet] conjectatio: quia ישע non usurpatur in Kal, sed tantùm in Hiphil (unde *servator* est מוֹשִׁיעַ, non יוֹשֵׁעַ,) & in Niphal[d]. נושע hîc lectum docent Masoretæ ad h. l. & ad Esa. 45. v.17*. Forma τῷ נושע passiva est, sed significatio activa[f]. Quædam verba, quæ in Kal inusitata sunt, in Niphal activè significant, instar deponentium apud Latinos: ut נִשְׁבַּע *juravit*, Gen.24.7. נִלְחַם *pugnavit*, Jud.11.25. נִשְׁעַן *incubuit*, 2 Sam.1.6[g]. נִשְׁפַּט *judicavit*, Jer.2.35. Joel.3.2. al.7[h]. &, *disceptavit*, *contendit*, Esa. 66. 16. Ezec. 17. 20.&c[i]. Porrò, נושע hîc est nomen heemanticum[k]. Huc facit, quòd participia sæpe in nomina degenerant: רוֹעֶה enim & *pascentem* & *pastorem* notat, quarum significatio utraque conjungitur Jerem.23.2; אֹהֵב & *amantem*, & *amicum*[l]. Participia etiam passiva, quando nominascunt, actionem designant[m]: ut שְׁדוּדָה *vastatrix*, propriè, *vastata*, Psal.137.8; יָקוּשׁ *anceps*, propriè, *laqueo captus*[n]; עָשׁוּק *oppressor*, Prov.28. v.17; *Verba* אָגוּר, i. e. *collectoris*, Prov.30.1[o]. Quòd si id verum de participio præterito in Kal, eccur participia pass. Niphal non eâdem frui sorte possent, cùm æqualis utrobique sit ratio[p]? ¶ *Pauper*] Sine satellitio pompâque Regiâ, ob eam quam diximus causam. Ipsa corona ei dicis causâ imposita penès eum non mansit, sed in Templum perlata est[q]. Sed quantò meliùs hoc Christo congruit (qui pauperrimus certè erat, Matth.8. v.20. Luc.8.3.) quàm Zorobabeli, qui Templum magnis sumptibus exstruxit[r]? *Pauper*, ideòque expositus omnium injuriis; non instructus armis, opibus, præsidiis, quibus aut ipse floreret, aut suos servaret, sed cœlesti Divinâque virtute armatus, &c†. Alii vertunt, *mansuetus*; nec malè[t]: nam עָנִי pro עָנָו quandoque ponitur, ut Soph. 3.12[v]. Hæ voces affines sunt, tum origine; nam radix eadem utrique est: tum significatione; nam pauperes ferè mansueti sunt[x]. Uter-

[n] Pem. [o] Tar. [p] BA. ib. 219. [q] Tar. [r] Tar. BA. † Mc. [t] BA. ib. [v] Di. [x] He. in Tar. [y] Tar.
* Glas. phil. 1.1. 120. loc. 80. [z] Calv. [a] Tar. [b] V. [c] G. [d] BA. ib. 219. * Glas. ib. [f] BA. ib. [g] Glas. gram. 3.3. 25. 311. [h] ib. Glas. ibid. [i] Glas. ib. [k] Q. in Glas. phil. [l] Glas. phil. 120. [m] D. sic Glas. ib. [n] BA. ib. Pem. [o] Glas. philol. ib. [p] BA. ib. [p] Glas. ib. [q] G. [r] BA. ib. 220. † Calv. [t] D. sim. V. [v] D. et He. [x] V.

que sensuum Christo convenit, qui quidem Rex erat, sed non quales Reges mundi, magnifici, superbi, &c. sed & statu & animo humilis[y], & eximiè mansuetus, Matth. 11.29[z]. ¶ *Ascendens* (vel, *sedens*, M.P. &c. *equitans*, D.) *super asinam*] Sic D. nam Christus *insedit asinæ*, Matt.21.5[a]. Vel, *asinum*, Mo. P.D.Tar.&c. חֲמוֹר enim, terminatione masculinum, genere hoc unico utrumque sexum, ut alia animalium & volucrum nomina, complectitur, utpote ἐπίκοινον[b]. Id significabat non tantùm modestiam ipsius, [intelligit Zorobabelis,] sed & pacis studium: nam *Bello armantur equi*—; asinus pacis animal. Illustrant id sequentia[c]. Sed frigidum hoc est. Sic enim Salomon cum toto suo equitatu dici potuerit *asino fuisse vectus*, quia Rex nullus pacis fuit studiosior[d]. [Aliis tamen ex parte placet illa interpretatio, si nempe de Messia accipias.] Ostendit hîc Christum, ut humilem, ità & pacificum fore. In bello equis, in pace asinis, utuntur*. Vectus est asino, non ex indigentia, quia mundi dominus est; sed ex humilitate, & ut significet, Israelitis deinceps non opus fore equis & curribus, ut est in v. seq †. Significat Christum obscurum hominem fore & contemptum; cujus etiam rei visibile symbolum exstare voluit in ingressu ipsius asino vecti in Hierosolymam*: de quo hoc intelligi constat ex Matth.21.5. Joh.12.15. Objiciunt hîc Judæi, quòd si Christus fuisset Messias, non usurus esset animali immundo. Resp. Asinus est animal immundum, nempe ad sacrificium, Exod. 13. 13. non item ad usum[f]. Sensus loci, qu. d. Non ingredietur urbem suam curru triumphali vectus, ut equo magnifico aut mulo, ut mos Regum & tunc & antea erat, præsertim in magnis solennitatibus; sed asino. Dices, etiam Principes asino vectos fuisse, (vide Jud.5.10. & 10.4. & 12.14. 2 Sam.17.23. & 19.26.) ideòque morem hunc non fuisse inhonorum. Sed credibile est hunc morem jam obsolevisse, & Reges Principésque Judæorum post captivitatem jamdiu ex more gentium equitâsse super equos. Adde quòd hic asinus non erat ephippio aptatus, sed indomitus pullus matrem sequens sub jugo laborantem[g]. ¶ *Et super pullum filium asinæ*] Ità M. P. vel, *& pullo nato asinabus*, Ti. *idque pullo nato asinabus*, JT. vel, *currente apud asinas*, nempe apud duas asinas uno jugo conjugatas[h]. *Et super pullum unius alicujus asinæ*, D. ad verb. *super pullum filium asinarum*, D. sic V. Pi. i. e. unius ex asinabus[i]. Pluralis numerus sæpe de uno usurpatur, ut declaratum ad Psalm. 1. 3. Amos.6. v.10. Jon. 1. 5[k]. & Jud.12.7[l]. Et pluralis pro sing. sæpe κατ' ἐξοχὴν adhibetur, Matth. 2.20. & 9.8[m]. *Pullo* autem *vectus* dicitur, quia junctus erat asinæ pullus, ut liquet ex Matt.21.2[n]. 1, *&*, hîc exegeticum est[o], & ponitur pro, *id est*[p]. Vide ad Sophon. 1.4[q]. Locus rectè verti possit, *Vectus asino, id est, pullo nato ex asinis*; non mulo, sed asino planè, tam ex patre quàm ex matre[r].

10. *Et*, &c. וְהִכְרַתִּי וגו׳] *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Itaque*, P.) *exscindam quadrigas*, sive *currus*, (sub. *falcatos*, è quibus depugnare solebant †; ut Mic.c.5. v.10[x].) *ab Ephraimo*, (i. e. ex decem tribubus[y],) *& equum* (i. e. equos, vel equitatum; cujus usus præcipuè in bello[z];) *ab Jerusalem*, Calv.&c. i. e. è Juda & Benjamin[a]. Sensus, Auferam à Judæis, & Israelitis qui cum eis redire, omnem currum equitatúmque hostilem[b]. Objici poterat, Si Christus pauper sit, ubi nostra securitas? Respondet, ipsos Deo curæ fore, & Christum, cum populo suo, non humanis, sed Divinis, præsidiis tutum & salvum fore[c]. Innuit Regnum Christi non esse propagandum[d], vel regendum aut defendendum*, armis bellicis[f]. Confer Esa.2.4. Mic.5.10,11. 2 Cor.10.4,5,6. Ineptè ergò sperant Judæi, se sub Messia suo totum orbem armis suis subacturos[g]. Tempore Christi non opus erit armis[h]: summa tunc pax erit[i], non solùm in Judæa, sed etiam in Decem tribubus ad Christum conversis[k], & in tota Ecclesia mea & ex 12 tribubus & ex Gentibus collecta[l]. At, inquit Abarbanel, Ephraimitæ nondum restituti sunt. Ergò Messias nondum venit. Resp. Propheta non Regni meminit, ut is falsò supponit, sed solùm arcûs Ephraim. Non omnes Israelitas abduxit Salmanasar, ut constat ex 2 Par. 34 6,9, 33. & 35. v.17. Et Judæi, Babylone reduces, obtulerunt 12 hircos, &c. pro numero 12 tribuum Israelis,

Esd.

[y] Pem. [z] BA. [a] D. [b] Tar. [c] G. [d] BA. ib. * Pem. † RS. in Pem. * Calv. [f] Tar. [g] Pem. [h] Pi. [i] V. sim. D. [k] Tar. [l] D. [m] Tar. [n] D. [o] Tar. [p] G. sic Tar. [q] Tar. [r] G. † V. sim. D. [x] D. [y] Pi. sim. D. [a] D. [a] D. sim. Pi. [b] G. [c] Calv. [d] D. sic Pem. * Pem. [f] D. Pem. [g] Pem. [h] V. [i] V. Mc. [k] Mc. [l] T.

Esd. 6. 17. & 8. 35. Et Act. 26. 7. Paulus asserit 12 tribus Deo perpetuò servire [m]. ¶ *Et dissipabitur* (vel, *incidetur*, sive *excidetur*, G. Pi. &c.) *arcus*, &c.] i. e. Non magis ipsis nocebit quàm si incisus esset nervus†. ¶ *Et loquetur pacem gentibus*] Nempe, civitas Jerusalem fœdera faciet cum Regibus, cum Lacedæmoniis, cum Romanis [n]. Conciliabit gentes discordes [o]: hortabitur eas ut pacem secum & cum proximis colant [p]. Sensus, Verbis pacificis alloquetur Gentes [q], ut eas ad se convertat [r], & cum Deo reconciliet†. Al. Sensus est, Quamvis neque terreat, neque minetur, neque ostentet exercitus, Gentes tamen eum placidè audient, eique obsequentur, ità ut minimè necesse sit eas violenter cogi [t]. ¶ *A mari* (Mortuo [v], vel Rubro [x],)—*ad mare*] Syriacum [y]. ¶ *Et à fluminibus* (vel, *fluvio*, P. &c.) i. e. Euphrate [z],) *usque ad fines terræ*] i. e. Ab Oriente, ubi Euphrates erat, usque ad Occidentem: ut præcedens membrum valet, q. d. à Septentrione ad meridiem [a]. *Terræ*, scil. vel, 1. Patribus promissæ [b]. Nam sub imperium Hierosolymorum venit Samaria, Galilæa, Galaaditis, & alia quæ à temporibus Jeroboami distracta fuerant [c]. Fines Regni Christi hos statuit, non quòd ulteriùs non porrigerentur: sed partim ex opinione vulgi, cui vix quicquam videbatur ultra hos fines fuisse; partim respectu typi, quia Regnum illud typus fuit Regni Christi; partim ex communi more loquendi, quo fines Sanctæ terræ ponuntur pro finibus mundi, ut Psalm. 89. 12. ubi *Tabor* & *Hermon* ponuntur pro Occidente & Oriente [d]. Vel, 2. terræ tunc cognitæ *: qu. d. per totum orbem [f].

11. *Tu quoque in*, &c. גַּם אַתְּ בְּדַם בְּרִיתֵךְ שִׁלַּחְתִּי אֲסִירַיִךְ מִבּוֹר וגו׳ [Variant.] *Tu quoque*, vel *Etiam tu*, (sub. *servaberis*, P. vel, *salvata es*, M. ex He.) *sanguine fœderis tui: emisi vinctos tuos de cisterna in qua non est aqua*, P. sim. M. Ti. Al. *Etiam tu*, vel *Heus tu*, *in sanguine fœderis tui emisi vinctos*, &c. Calv. *Etiam vinctos tuos per sanguinem fœderis tui emittam ex fovea*, &c. Ca. *Tu autem infecta sanguine* [Pro, *infecta sanguine*, in Heb. est, *in sanguine*, Jun.] *fœderis tui, emisi*, &c. JT. Al. *Etiam tu, ob sanguinem fœderis tui, emisi*, &c. vel, *dimittam*, &c. בְּדַם verto, *ob sanguinem*, ut בַּחֲמִשָּׁה, *ob quinque*, Gen. 18. v. 28 †. *Ad te quod attinet*, Pi. Pem. Ang. *per sanguinem fœderis tui emisi*, &c. Pem. Ang. vel, *quæ in sanguine fœderis tui manes, emisi*, &c. Pi. Al. *Tu quoque in sanguine*——*emisisti*, &c. Vulg. ex ο'. At in Heb. & Chald. est, *emisi*: ità ut cum Chaldæo locum sic vertere liceat, *Tu ergò, cujus vinctos propter sanguinem fœderis tui emisi* (nempe ex Ægypto, & emisi) *de cisterna*——(i. e. ex siticulosissimis Arabiæ locis,) *redito* ad me [g]. [Quod verbum ex initio seq. vers. huc transfert.] אַתְּ, *tu*, hìc est nominativus absolutus [h]; planè ut אֲנִי, *ego*, Psal. 73. 2, 28 [i]. & alibi [k]. Apostrophe est [l], vel, 1. ad posteritatem Abrahami [m]; ad filiam Sion, sive Ecclesiam [n], cujus mentio præcessit v. 9 [o]: nam אַתְּ fœmin. est [p]. Vel, 2. ad Christum [q], qui Patres *emisit de lacu*, &c. i. e. de limbo seu purgatorio [r]. Hunc sensum ut astruant, ex ipsis vide quàm pervicaciter locum detorquent †. Judæi, inquiunt, invidentes gloriæ Christi, hunc locum corruperunt. אַתְּ hìc ponitur pro אַתָּה, ut aliis etiam S. Scripturæ locis. Pro שִׁלַּחְתִּי, Judæi posuerunt שִׁלַּחְתְּ; & pro אֲסִירַיִךְ & בְּרִיתֵךְ, legerunt אֲסִירָיו & בְּרִיתוֹ. Quæris unde probem hanc loci corruptionem? Resp. Quòd Hieron. & ο'. legant, *emisisti*, &c [t]. Hæc illi, ut limbum astruant, &c. Quem tamen nè ex loco sic depravato exsculpere possunt. Num enim Abrahæ sinus (ut statuunt) erit hic limbus patrum, sive hæc fovea sine aqua? Limbus hic, inquit Sanctius, est locus squalidus, teter, sordidus, horridissimus, &c. Qui verò id de Abrahæ sinu cogitant indigni sunt qui in eo sinu requiescant [v]. Locum etiam hunc à corruptione liberat ipsa textûs cohærentia. Idem enim Deus Pater (vel etiam Deus Filius) qui dicit, v. 10. *exscindam currum*, &c. hìc sermonem continuat, *emisi*, &c. *Sanguine*, vel *per*, vel *propter*, *sanguinem*, *fœderis tui*, i. e. agni paschalis, qui Christus est [x]. Propter promissum sancitum paschali victimâ [y]. Vel, autoris *fœderis tui*, id est, Christi, qui fœdus tecum iniit [z]. *Fœderis tui*, quod cum Abrahamo ictum est, Gen. 15. & obsignatum sanguine circumcisionis, Gen. 17. quod ex ipsius semine veniret Messias;

[m] BA. 1. 2. 17. 217. † G. [n] G. [o] D. [p] Mc. sim. T. [q] V. sim. Mc. Pem. [r] V. † Pi. sim. D. Pem. [t] Calv. [v] D. [x] G. Pem. &c. [y] D. G. [z] V. D. &c. [a] V. [b] G. sim. D. Tar. Pem. [c] G. [d] Pem. * Tar. [f] Mc. sim. Tar. [g] G. † Di. [h] Di. ex Pi. Pem. [i] Di. [k] Pem. [l] Tar. [m] G. [n] D. Pem. Tar. Calv. Glas. ex RS. [o] Glas. ex Galat. [p] G. sim. M. Glas. phil. p. 121. loc. 81. ex Galat. [q] L. Mc. Rib. San. &c. [r] Mc. T. † Pem. [t] Rib. sim. San. [v] Pem. [x] Ca. [y] G. [z] V.

& postea solenni modo renovatum in monte Sinai, ubi confirmatum est sanguine sacrificiorum, Exod. 24. 8. quibus adumbratum est sacrificium Christi, in quo solo hoc fœdus inter Deum & populum ratum est. Et ex memoria atque intuitu hujus fœderis dedit Deus Judæis omnes suas liberationes, Levit. 26. 42, 44, 45. & hanc nominatim Babylonicam, &c [a]. Dicit, *fœderis tui*. Fœdus nempe hoc est, tum, 1. Dei, à quo manet: tum, 2. Ecclesiæ, in cujus gratiam percutitur, & in cujus sinu deponitur [b], & propter quam sanguis fœderis effusus est, Act. 20. v. 28. cui etiam in sacra cœna bibendus exhibetur [c]. *Emisi vinctos*, &c. id est, captivos [d]. Redemptionem hìc intelligunt vel, 1. [temporalem & præteritam,] ex captivitate Assyriaca & Babylonica*. Confirmat his verbis Deus & amplificat liberationem futuram sub Christo, à recente illa liberatione ex Babylone [f]. Vel, 2. [spiritualem & futuram.] *Emisi*, id est, emittam, liberaturus sum, te. Intelligit Patres qui decesserunt ante adventum Christi, atque in fide ipsius Christi venturi mortui sunt [g]. *Vinctos*, vinculis scilicet peccati, eripiam è potestate Diaboli, &c [h]. Pro duobus hujus versûs membris, duplex est liberatio. Locum sic accipio, *Etiam tu*, *per sanguinem fœderis tui*: ibi comma absolutum est, ut accentus Rebia [super בְּרִיתֵךְ] demonstrat; hìc ergò aposiopesis est: & hactenus agit de redemptione nostrî per Christum; q. d. Tu sanguine Christi abluta magìs nitesces & placebis Deo quàm olim ad montem Sinai, &c. Vide Heb. 9. v. 13, 14, &c. *Emisi*, ut promisi, *vinctos tuos* è Babylone, &c. Quod impossibile videbatur. Quare non est quòd de complemento præcedentium promissionum quicquam dubites [i]. Al. Sensus loci est, Quia recordor sanguinis quo fœdus meum tecum initum sancitum est, ideo dimisi, &c [k]. Hortatus fuerat Judæos ad lætitiam, v. 9. Illi regerere poterant, At nos partim adhuc captivi sumus, partim ab hostibus miserè vexati, & quasi in profundo gurgite demersi, spes nostra periit, &c. Respondet, Deus tamen quod promisit certò præstabit, & vos salvabit. Ratiocinatur h. l. à sanguine fœderis ad salutem totius populi. qu. d. Vos quotidie offertis victimas, & sanguis funditur in altari: hoc noluit Deus frustrà fieri: sanguis ille secum trahit expiationem. Deus ergò, cujus etiam proprium est excitare mortuos, certissimè vos liberabit, &c [l].

12. *Convertimini ad*, &c. שׁוּבוּ לְבִצָּרוֹן אֲסִירֵי הַתִּקְוָה [*Revertimini* (sub. *igitur*, Pi.) *ad munitionem*, JT. Pi. M. &c. *vincti* (vel, *ò vincti*, P. vos *vincti*, Ti.) *spei*, Mo. Ca. &c. vel, *exspectationis*, V. vel, *sperantes*, JT. Pi. nempe salutem, sive liberationem [m]: vel, *qui spem habuistis*, M. Ti. Hâc ergò notâ discernit captivos fideles ab iis qui degeneres erant & increduli, quos hoc loco perstringit [n]. *Vos* qui, cùm *vincti* essetis, h. e. captivi in Babylonia, *fiduciam habuistis*, in me scil [o]. Quibus spes omnis nondum est præclusa; qui per vincula ac dura mala ad spem in Deo ponendam excitamini, Job. c. 13. v. 15; qui acquiescitis promissionibus Dei [p]. Vos qui obnoxii estis peccatis, speratis tamen vos per Christum salvos fieri [q]. O vos qui summo desiderio exspectatis Christum [r], & redemptionem per illum; vide Luc. 2. 25, 38†: qui ità spe adstricti estis Messiæ, ut ab illo uno toti pendeatis [t]. Per *munitionem* h. l. intelligunt vel, 1. totam Judæam [v]; vel, Templum [x]; vel, Jerosolymam [y]; quam sic vocat, vel, 1. quia jam munita erat, h. e. muro cincta [z]: vel potiùs, 2. quia erat Dei munitio, ideóque inexpugnabilis; quia illic Deus Sanctuarium suum elegerat, & promiserat sub umbra alarum suarum tutos fore Judæos, quamvis nec fossis nec muris muniti essent [o]. Vel, 2. Deum, qui erat munitio eorum [p]. q. d. Redite ad me qui sum rupes: memores veterum beneficiorum ac novorum, mihi confidite [q]. Vel, 3. Ecclesiam [r], quam Deus præsidio suo munit, Psal. 46. 2, 6. & 126. 2 †. Vel, 4. Christum [t]; ut constat ex verbis illis, *vincti spei*. Quinam erant illi? Vel, Judæi adhuc captivi; vel, qui jam redierunt. Non primi: neque enim illi sic dici poterant, qui liberationem sibi oblatam respuebant, & spontè hærebant in Babylone; ubi etiam sibi gratulabantur quòd tranquilli sederent, dum fratres reduces vexati essent, &c. Alloquitur ergò Judæos reduces; qui diu captivi fuerant in Babylone, &

[a] Pem. [b] Calv. [c] Glas. phil. 122. [d] D. * Pem. [f] Jun. sim. Tar. [g] V. [h] Pi. [i] Tar. [k] Di. [l] Calv. [m] Ca. D. sim. Pi. Pem. [n] Calv. [o] G. [p] Tar. [q] V. [r] Q. in V. † Pem. sim. Mc. [t] T. ex Mc. [v] Calv. [x] Q. in Calv. [y] Calv. D. [z] D. [o] Calv. [p] Q. in D. [q] G. [r] Pi. Mc. Tar. † Tar. [t] L. Mc. T. Pem.

partim adhuc vincti erant, quia multis oneribus ærumnísque pressi erant, è quibus liberationem sitiebant. Hos ergò h.l. hortatur ut spem suam & corda convertant ad Messiam, quem anxiè exspectabant [v]. ¶ *Hodie*, &c. גַּם הַיּוֹם מַגִּיד מִשְׁנֶה אָשִׁיב לָךְ] *Etiam hodie* (quum scil. deploratæ prorsus sunt res vestræ [x],) *annuncians duplum* (vel, *annuncio, duplex*, sive *duplicia*, M. Calv.) *reddam tibi*, Mo. vel, *nuncio*, sive *annuncio*, (i.e. polliceor [y], vobis [z], per Zachariam [a]: quod sæpe antea, nunc quoque denuncio [b]:) *me dupla redditurum*, vel *soluturum, tibi*, G. Ca. sim. Ti. Pem. *Hoc quoque tempore annuncians duplicem* gratiam, quam *reddam tibi* (i.e. præstabo) tempore suo, V. Dicit se *annunciare ab illo die*, significans, quamvìs non statim appareat effectus hujus vaticinii, tamen se intrepidè loqui, quoniam temporis progressu sentient nihil frustrà vel temere sibi fuisse dictum [c]. Al. *Tum illo die*, (nimirum quo Rex tuus tibi adveniet, v. 9 [d].) quod *indico duplum, restituam tibi*, JT. i. e. Beneficium illud infinitum, & hoc antecedente longè augustius, quod jam expono promissionibus, præstabo gloriosissimè *. Nam *etiam*, vel Atque *etiam, hodie indicabo duplum, & restituam tibi*, Pi. *Tibi*, pro, *vobis*, per enallagen personæ [f]: nam cùm priùs alloqueretur vinctos spei universim, nunc unumquemque appellat nominatim; ut intelligant non tam omnibus quàm singulis hæc promitti [g]. *Duplicia*, i. e. multiplicia & magna bona [h]: duplicem felicitatem [i]: majora beneficia [k] quàm fuit liberatio è Babylone [l], vel, quàm patres unquam obtinuerunt [m]: non reditum tantùm salvum ac tutum, sed & insignes victorias latissimámque possessionem [n]: non solùm temporanea, sed etiam æterna [o]: bona spiritualia [p]; remissionem sc. peccatorum [q], & liberationem à jugo Legis [r]; renovationem & æternam salutem †. Al. Verto, *Etiam hic dies annunciat duplum*, quod *reddam tibi*, i. e. duplam gratiam: vel, *retributionem*, nempe quæ omnes tuas miserias tanquam secundum quid consequitur. Sic apud Arabes תנא, (ubi ת est loco Heb. ש, ex more,) propriè, *iteratio*, significat id quo quis alterius sive beneficium sive maleficium secundat, adeóque laudem & vituperium: ut in sententiis Ali, *Secundatio viri super datorem suum amplius petit*; i. e. Quum quis laude & gratiarum actione beneficii datorem secundat, novum sibi beneficium postulat [t].

13. *Quoniam*, &c. כִּי דָרַכְתִּי לִי יְהוּדָה קֶשֶׁת מִלֵּאתִי אֶפְרַיִם] *Quoniam extendi* (vel, *expandi*, M. *tetendi*, Ti. D. Heb. *calcavi*: solent enim arcus balistarum pedibus nitendo extendi, & aptari ad excutiendam sagittam [v]. Vel, *tendam*, V. G. *intendam*, Ca.) *mihi Jehuda*, vel *Judam, arcum*, Mo. Calv. (tanquam *arcum*, P. sic M. Ti. G. i.e. eo utar contra hostes mei nominis *: vel, *pro arcu*, Ca.) *implevi* (vel, *imposui*, Ti. vel, *utar*, Ca.) *Ephraim*, Mo. M. Calv. Ti. Ca. quasi arcum. Impletur autem arcus balistæ cùm, attracto nervo, sagitta quæ emittenda est in hostes illi imponitur [x]. Vel, manum *Ephraim*, P. *Implevi Ephraim*, id est, pharetras Israelitarum qui se Judæis adjunxerint implebo sagittis [y]. *Implere Ephraim* hîc idem est quod, dare arcum & jacula in manus †. [Alii aliter distinguunt.] *Nam tetendi* (vel, *Quum tetendero*, JT. Pem.) *mihi Judam*, Pi. D. JT. Pem. Tar. (Rebhia enim super יְהוּדָה comma hîc facit [z].) *arcum implevi* (vel, *implevero*, JT.) *Ephraimo*, Pi. D. &c. i. e. filiis Israel [a], tanquam sagittis [b]. Arcus hîc est Juda, & Ephraim sagittæ. *Impletur* autem *arcus*, quum sagittæ crebræ per eum emittuntur. Sensus, q.d. Erunt hi mihi arcus & instrumenta belli, quibus sc. conficiam hostes [c]. Al. Præt. hic pro fut. *Tendam enim mihi Judam, & arcu implebo* manum *Ephraim*: i. e. Utar operâ Judæ, tanquam arcu tenso, (oportet enim priùs tendere arcum quàm nervo sagittas imponere,) & ipsi Ephraim ponam arcum in manu [d]. *Juda* & *Ephraim* hîc synonyma sunt, & pro eodem sumuntur. Vel, *Ephraimi* hîc meminit, tum quia multi ex Decem tribubus redierunt; tum quia Ephraim arcu valebat, Psal. 78. 9 *. Sensus, Utar operâ Judæ & Ephraim, id est, Apostolorum, &c. in expugnandis Gentibus, non quidem armis, sed gladio Verbi; i.e. in eis convertendis [f]. ¶ *Et suscitabo*] Vel, *excitavi*, Pi. Calv. &c. *excitabo*, V. i.e. animabo [g]. ¶ *Filios tuos, Sion*] i.e. Ecclesiæ membra [h]: ac nominatim Apostolos [i].

[v] Pem. [x] Idem. [y] Idem. [z] Pem. G. [a] G. [b] Q. in D. [c] Calv. [d] Jun. * Idem. [f] Me. Pem. [g] Me. [h] Me. sim. T. Tar. [i] Calv. [k] Pi. sim. Pem. Calv. [l] Pi. [m] P. m. sim. Calv. [n] G. [o] Q. in D. [p] Pi. [q] M. Pi. [r] M. † Pi. [t] Di. [v] Me. * G. [x] Me. [y] G. † M. [z] Pem. [a] D. [b] Pi. [c] D. [d] V. * Pem. [f] V. sim. M. [g] G. sic Pem. [h] D. Me.

¶ *Super* (vel, *contra*, D. Pi. &c.) *filios tuos, Græcia*] Vel, ô *Javan*, JT. Pi. sic V. &c. Mirus hoc loco transitus à persona secunda [*filios tuos, Sion*,] ad alteram secundam per subitam apostrophen [k]. *Ioniam* hîc ponit pro tota Græcia [l]. Per *Græcos* hîc intelligit vel, 1. Alexandrum Magnum & successores illius, Reges Asiæ [m], Syriæ [n], & Ægypti [o]; contra quos Deus mirabiliter Judæos tutatus est [p]: copias Antiochi, qui è Græco, i.e. Macedonico, erat sanguine. Hebræi omnes illos Syriæ Ægyptíque Reges מַלְכֵי יָוָן (*Reges Javan*) vocant [q]. Hi porrò Reges in exercitu suo Græcos milites habebant. Ex hoc loco constat prophetiam hanc ad tempora Maccabæorum referendam esse [r]. Vel, 2. regiones omnes transmarinas & longinquas †. Vel, 3. omnes Gentiles [t]; ut in Rom. 1. 16. 1 Cor. 1. 22: magna enim Orientis pars olim Græcè loquebatur [v]. Deus, hinc Sionem alloquens, illinc Græciam, ostendit se omnibus populis imperare [x]. [Vel, 4. Græcos propriè dictos;] qui, licèt sapientiâ celebres, Apostolis resistere non poterant [y]. ¶ *Et ponam te quasi gladium fortium*] Vel, *viri fortis*. Ità te utar ut bellator gladio [z].

14. *Dominus—super eos* (vel, *illis*, i. e. Judæis [a],) *videbitur*] Pugnabit pro Judæis tanquam ex arce aliqua. A secunda ad tertiam personam transit, ut sæpe [b]. Vel, *apparebit*, sive *conspicuus erit*, D. Calv. &c. q.d. mirabiliter aget, ut constet hoc esse opus Dei [c]: apparebit ut olim in nube super Israelitas, Exod. 14. 19, 24 [d]: aderit illis, pugnabítque pro illis *. ¶ *Exibit ut fulgur*] i.e. Velocissimè [f], & irresistibiliter [g]. ¶ *Deus in tuba canet*] i.e. Classicum canet [h], ut milites convocet [i], & ad pugnam animet [k]. Et adjutor erit & incensor belli [l], & imperator exercitûs [m]. ¶ *Et vadet* (vel, *progredietur*, JT. *exibit*, Pi. invadet eos [n],) *in* (vel, *cum*, P.) *turbine* (vel, *turbinibus*, M. P. &c.) *Austri*] i.e. Australibus, sive ab Austro venientibus [o]: q.d. cum magno impetu [p]. Turbinis more disperget hostes [q]. His bellicis metaphoris designatur bellica Maccabæorum fortitudo [r]; sed allegoricè & præcipuè vis & energia prædicationis Evangelicæ †. Sed cur *Austri*? Resp. 1. In Australi parte oriri solent turbines [t]. 2. Australes venti sunt validissimi, teste Aristotele [v]. Silius, l. 17. *Ecce intorta Noto veniénsque à rupe procella*. Capella, *dira procella Noto* [x]. Auster vehemens illis in locis, Psal. 78. 26 [y]. Alludit hîc ad pristina miracula in monte Sinai, h. e. in deserto Theman, quod ei vicinum erat; è quo Deus venire dicitur Hab. 3. 3 [z]: vel, ad ventos & tempestates quibus Deus Ægyptios evertit in mari Rubro, quod ad Austrum erat Judææ. Vide Exod. 15. 10. Psal. 77. 17, 18 [a].

15. *Proteget eos*] Judæos pugnantes cum Græcis [b]. ¶ *Et*, &c. וְאָכְלוּ] *Et absument*, P. *Et devorabunt*, V. D. sub. *hostes suos*, V. Alludit ad morem barbarorum, qui hostium occisorum corpora vorabant [c]. Alii, *Ut comedant*, JT. Pi. Tar. id est, tranquillè fruantur rebus suis [d]. Opibus hostium fruentur *. ¶ *Et*, &c. וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קֶלַע] *Et subjicient* (vel, *Postquam subegerint*, JT. Pi. Tar. sibi in servitutem redigent [f],) *lapides fundæ*, P. sic M. Ca. JT. Pi. h. e. quibus utuntur fundibularii [g]. i. e. Vel, 1. homines noxios [h], sic dictos tanquam viles & nullius pretii [i], & ad id tantùm valentes ut noceant [k]: quibus opponit *lapides coronæ* [l]: sic enim Judæos vocat [m], [ver. seq.] Vel, 2. hostes suos [n]; in quibus multa olim erant funditorum agmina: vide Jud. 20. 16 [o]. Græcos funditores [p], qui fundis peritè utebantur [q]. *Funda* hîc, pro funditoribus, per metonym. adjuncti: sicut *foramina*, Esa. 19. 9. pro foraminosis operibus; *clypeus*, Ezec. 26. 8. pro milite clypeato [r]. Al. *Et subjicient lapidibus fundæ*, Mo. Vulg. G. sic M. Obruent eos quamvìs velitariter instructi, ut David contra Goliathum †. Primo congressu sternent hostes: nam solent velites & fundibularii in prima acie constitui, & prælium inchoare [t]. Al. *Lapidibus fundæ*, i. e. verbis Scripturæ, quæ sacri fundibularii, Doctores, in hostes Ecclesiæ & in vitia contorquent [v]. Al. Armis bellicis, inter quæ erant fundæ: vide Jud. 20.16. 1 Chron. 12. 2 [x]. ¶ *Et*, &c. וְשָׁתוּ הָמוּ כְּמוֹ יָיִן] *Et* (*Insuper*, Ti.) *bibent*, P. JT. &c. sic Mo. (sub. *sanguinem inimicorum suorum*, V. f. m. Me. T. sub. &, Ti. Calv. &c.) *tumultuabuntur* (vel, *frement*, Ti. *perstrepent*, V.) *sicut vinum*, Mo. M. V. vel *vino*, JT. Pi. vel,

[i] Me. [k] G. [l] V. [m] Pi. [n] Pi. Tar. Pem. [o] Tar. Pem. [p] Pi. [q] G. [r] Pem. † Calv. [t] D. ex August. [v] D. [x] Calv. [y] Me. [z] G. [a] D sim. Pi. [b] G. [c] Calv. [d] Pem. * V. [f] D Pem. [g] Pem. [h] D. [i] Pem. [k] D. [l] G. [m] Pem. [n] D. [o] Idem. [p] Pi. V. sim. Pem. [q] G. [r] T. † T. ex Me. [t] V. [v] Pem. ex San. [x] D. [y] G. [z] Cal. [a] Pem. [b] D. [c] Pem. [d] Tar. sim. Pi. * G. sim. RS. in Pem. [f] D. [g] Idem. [h] V. [i] V. sic D. [k] V. [l] D. ex V. [m] D [n] Glas. et Pi. Tar. [o] Tar sic Glas. [p] D. [q] RS in Pem. [r] Glas. rhet. 1. 4. 53. † G. [t] T. [v] Me. [x] Pem.

Pi. vel, *vinolentus*, Ca. vel, qui *vinum* potaverunt, P.V. vel, qui *vino* exhilarantur, Ti. Similis locutio Zac. 10. 7[y]. Gaudebunt ultione expletâ, ut ratio ferebat illius fœderis[z]. Velut ebrii erunt; verùm non vino[a], sed Spiritu Dei[b]. Lætabuntur tanquam ebrii, & gratias agent Deo[c]. ¶ *Et*, &c. וּמָלְאוּ כַּמִּזְרָק כְּזָוִיּוֹת מִזְבֵּחַ] *Et replebunt se* (sub. *sanguine*, V. sanguine hostili, ut suprà[d],) *ut pelvis*, (vel, *phiala*, M. in qua victimarum sanguis excipiebatur *: sub. *&*, M. P. &c.) *tanquam anguli* (vel, *cornua*, Ti. *latera*, Ch. in Pem.) *altaris*, Mo. Ad quos effundi solebat victimarum sanguis[f]. *Et replebuntur* bonis hostium, *sicut phialæ* plenæ similâ & oleo, Numer. 7. 13. & ità hîc Chaldæus. Satiabuntur etiam sanguine hostium non minùs quàm *cornua altaris* sanguine victimarum, Levit. 4. 25. & 16. 18[g]. *Implebuntque tum cratera tum angulos* (Heb. *sicut craterem sic angulos*. In Hebræo sunt duo כ inter se relata[h].) *altaris*, JT. Pi. i. e. Gratias agent Deo pro victoria. Metaphora à sacrificiis eucharisticis, &c[i]. Designat hîc cruentas victorias quas Judæi de Græcis reportarent[k].

16. *Ut gregem*, &c.] i. e. Sicut pastor curam gerit gregis[l]. Vel, *ut* decet salvare *gregem*, &c. כ hîc est confirmandi particula[m]. Suas oves, h. e. suum populum[n]. ¶ *Quia*, &c. כִּי אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל אַדְמָתוֹ] *Quia* (vel, *Quippe*, Ca. sub. *erunt*, P. Pem. & subaud. *ut*, M. Ti. D. Pem. sic P.) *lapides coronæ* (id est, lapides pretiosi quibus ornari solent coronæ & diademata[o]: lapides ephodi[p], vel coronæ sacerdotalis[q]. Al. *lapides sancti*, o'. Ar. *lapides consecrati*, Ti.) *elevantes se* (vel, *exaltati*, P. *elevabuntur*, M. D. sim. Ti. extollentur, in pretio erunt[r]: vel, *elevati instar vexilli*. qu. d. Erunt instar coronæ, non scrinio inclusæ, sed palàm erectæ, ut omnes ad eam confluant, & Ecclesiæ Judaicæ se adjungant: vide Esa. 62. 10. & 11. 10, 12 †.) *super humum*, sive *terram*, *ejus*, Mo. P. Calv. &c. id est, Judæam *. Antithesis est inter *lapides fundæ*, & *coronæ*[t]. Projicient, inquit, Judæi lapides è fundis, ut hostes suos dissipent: ipsi autem erunt lapides pretiosi[v], nec minùs Deo chari quàm corona Regi chara est[x]. [Ca. versum sic reddit, *Et eos tunc servabit Jova——velut ovile populi sui, quippe coronarias gemmas in ejus terram evectas*.] Al. *Quum* (vel, *Nam*, Pi.) *lapides coronæ* (vel, *coronati*, i. e. epistyliis ornati; Heb. *coronamenti*[y]: vel, *coronarii*, JT. Tar. i. e. Quum trophæa coronario opere superiùs cincta & lemniscata posita fuerint, & statuta grato animo monumenta liberationum acceptarum à Deo[z].) *pro vexillis erunt* (i. e. pro trophæis[a]: ad quæ refugiant quoque reliqui oppressi[b]. Heb. *vexillabunt*, Pi.) *in terra illius*, JT. Tar. Pi. id est, populi Judaici[c]. Qualia lapidum monumenta erecta legimus Gen. cap. 28. v. 18. Exod. 17. 15. & alibi[d]. Al. *Quia lapides sancti elevabuntur*, &c. nempe in titulum & monumentum victoriæ *. Vel, *lapides separationis*, i. e. terminales sive limitanei, quibus agri à se invicem distinguuntur; quos, ab hoste antea ablatos, restituet Deus, intra quos in agris propriis grex Dei pascetur, &c[f]. *Quia lapides coronæ elevabuntur*, &c. i. e. corona ex lapidibus. Solent pastores lapides in ordinem disponere, quò gregem includant nè evagetur[g].

17. *Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus*] *Ejus*: cujus? Respondetur, 1. Terræ[h]: vel, fructuum terræ. Antecedens pro relativo[i]. 2. Populi Judaici[k]. 3. Dei[l]. 4. Messiæ[m]. Verbi Dei copiam, excellentiam & utilitatem significat[n]. Admirabundus exclamat, nec numerari posse, neque satis pro dignitate laudari, Regni Christi beneficia[o]. ¶ *Nisi frumentum*, &c? דָּגָן בַּחוּרִים וְתִירוֹשׁ יְנוֹבֵב בְּתֻלוֹת] *Frumentum juvenes*, Ti. JT. Pi. Tar. &c. (scil. *facundos faciet*: hypozeugma[p]:) *& vinum* (vel, *mustum*, P. JT. rectè: nam fœminæ inprimis musto delectantur *.) *virgines succulentas & vegetas reddet*, Ti. vel, *germinare faciet*, Mo. *succrescere faciunt*, M. *fœcundabit*, Ca. *recreat*, vel *corroborat*, Calv. *cantare facit*, seu *faciet*, P. D. *exhilarabit*; confer Psalm. 104. 15[q]: *facundas faciet*, JT. Pi. Tar. nimirum ad laudandum Deum, & fructificandum in bonis operibus[r]. Heb. *faciet ut abunde proferant proventum*, scilicet labiorum, ut loquitur Esaias cap. 57. v. 19. aliàs 23 †. Sensus, Juvenes lætum carmen canent ob messem, & puellæ ruris ob felicem vindemiam[t]. Tanta erit tritici & vini copia, ut omnes edant ac bibant ad satietatem[v]: ut non modò senibus sufficiat, sed & adolescentibus & puellis[x]. Qui priùs fame & rerum penuriâ laborabant, eámque ob hostes circumstantes non immeritò timere poterant, magnam rerum omnium necessariarum (quæ hîc sub duabus speciebus denotantur) habebunt[y]. Al. Alimoniam spiritualem designat[z]: Legem & doctrinam Evangelii[a]: Eucharistiam[b]. Sensus est, Panis & vinum Evangelicum, mox ut ea gustaverint homines, reddent [eos] fortes & alacres in spiritu[c]. Duo hoc versu prædicit; copiam boni quæ futura est tempore Messiæ, & lætitiam quam percepturi sunt homines ex ea abundantia[d].

CAP. X.

1. **P**Etite, &c.] Continuat sermonem de beneficiis Dei conferendis in Ecclesiam. Monet autem ut ea à Deo petamus[a]. Nè magnifica illa quæ præcesserunt promissa crederentur eventura quovis modo viventibus, addit Propheta, ità demum ea suo tempore exspectanda, si Judæi, & qui ex aliis tribubus eis se adjunxerant, Deum colerent & precarentur; ubi verò iterum relaberentur ad veteres culpas, præstò fore mala qualia antea[b]. Repetitio est prioris consolationis, quòd Deus Judæis velit corporaliter & spiritualiter, præcipuè sub N. T. benefacere[c]. Exposuerat prolixè futuri Regni Messiæ statum. Id, quia procul aberat, facilè in dubium vocari poterat. Quare ad præsentia eos deducit, quæ etiam tum cùm futura promittebantur non credebant, nunc tamen per Dei gratam impleta videbant[d]. Postquam ostendit Propheta beneficentiam Dei erga Judæos, nunc perstringit eos, quòd incredulitate suâ clauderent januam gratiæ Dei, nec ab eo exspectarent quæ paratus erat largè illis præstare, nec peterent saltem pluviam ab eo *. ¶ *Pluviam in tempore serotino*] Sic Calv. &c. i. e. quæ serò decidit[f]; in Martio[g]: quæ segetem jam adultam promovet[h], incrassat & ad maturitatem perducit[i]. Unius autem speciei vocabulo genus totum intelligitur, i. e. res prosperæ qualescunque[k]. Al. Per eam intelligitur doctrina Evangelica, quæ postulanda est à Domino, nè humanæ traditiones irrumpant, & pro frumento zizania crescant[l]. ¶ *Et Dominus faciet* (vel, *editurus est*, V. Præs. Heb. pro fut[m].) *nives*] Nempe in hyeme, ut illis tegantur semina, & firmiores agant radices[n]. *Vota arborum communia sunt frugúmque, nives diutinas sedere*, Plin. 17. 2. ubi & causas reddit[o]. Verùm inepta est hæc versio[p]. *Nives* irrepsit pro, *nubes*, errore scribæ[q]. ¶ חֲזִיזִים] [Vocem hanc variè reddunt: nemo tamen Vulgatum aut sequitur, aut præit.] *Phantasias*, o'. Ar. sive *apparitiones*: radicem vocis falsò putantes fuisse חָזָה *videre*[r]. *Ventos*, Ch. *stillas*, Sy. *nimbos*, JT. Pi. *nubila*, Ca. *nubes*, Calv. K. aliíque He. in D. Quinque enim sunt nomina nubem significantia, עָנָן, עָב, אֵד, נָשִׂיא, & חָזִיז †. Al. *turbines*, vel *procellas*, Q. in Calv. Sed satis apparet ex aliis locis חֲזִיזִים vocari *nubes* quæ sunt velut præparatoriæ ad dandam pluviam[t]. *Nubes candidas*, sive *splendidas*, M. Ang. Verùm tales nubes vacuæ sunt & infœcundæ, ut docet experientia, quum h. l. est promissio pluviæ. Malim, cum Buxtorfio, vertere, *nubes cursitantes*, quæ sub crassioribus & gravioribus in aere volitare solent & ante & post pluviam[v]. Al. *coruscationes*, Mo. P. D. Tar. Pem. sive, *fulgetra*, D. Pem. ut Job. 28. 26[x]. & 38. 25[y]. q. d. Faciet ut cœlo coruscante pluvia decidat copiosa[z]. Non ineptè hîc accipias pro *irradiationibus Divinis*, quæ cum pluvia Divini Verbi necessariæ sunt, nè homo à simulacris vanis aut pseudoprophetis seducatur; quos Propheta hîc tam egregiè taxat[a]. [Pi. hæc verba parenthesi includit, & sic vertit, (*Nam Jehova efficit nimbos*.)] ¶ *Et*, &c. וּמְטַר גֶּשֶׁם] *Atque pluviam imbris*, P. Pi. V. vel, *imbriferam*, JT. Pi. vel, *pluviæ*. Duo hîc synonyma[b]: pro, *pluviam abundantem*[c]. ¶ *Dabit eis*] i. e. Vobis. Mutatio personæ[d]. ¶ *Singulis* (vel, *Cuique*, JT. Pi. P. Ti. &c. sub. *daturus est*, Pi.) *herbam in agro*] Non solùm

solùm omnibus, sed & singulis, benefaciet [*]. Frumentum hominibus, gramen bestiis [f]: nam עֵשֶׂב est generale [g], & sub se comprehendit יָרָק *olus*, חָצִיר *fœnum*, דָּגָן *frumentum*, &c [h]. & ea quæ in humano sunt victu. Sensus est, Deum daturum fruges, tum quæ homini, tum quæ animantibus usum sui homini præbentibus, conveniunt [i].

2. *Quia simulacra* (Hebr. *theraphim*: de quo vide Gen.31.19. [& ibi à nobis congesta,] Jud.17.5. 1 Sam. 19.13 [k].) *locuta sunt inutile*] Vel,*vanitatem*,JT.Pi.D.&c. Nam quæ prædicunt effectu carent; ut ex iis quæ vobis acciderunt nôstis [l]. Vana sunt quæ idolorum nomine respondent sacerdotes. Hæc omnia ideo repetuntur, ut in posterum caveant sibi Judæi [m]. Dæmones, de rerum copia vel inopia consulti per simulacra, dant responsa vana [n]. Non ergò ab illis petite [o], sed à Deo [p], imbres & fertilitatem, quam simulacra præstare non possunt [q]. Confirmat, Judæorum culpam esse quòd Deus non agat cum ipsis liberaliùs: quia ipsi repulerunt gratiam Dei, quæ jam illis certa erat & propinqua; Deóque per fœdam ingratitudinem relicto, se ad idola contulerunt, & maluerunt se pascere suis fallaciis quàm januam aperire gratiæ Dei [r]. ¶ *Et somniatores*, &c. וְהַקּוֹסְמִים וגו'] *Et divini*, &c. JT. Pi. G. ex ο'. ut Esa.3.2 †: vel, στοχασαί, (*conjectores*,) G. ex LXX. ¶ *Vanè*, &c. הֶבֶל יְנַחֵמוּן] *Vane* (Nomen loco adverbii; ut בֶּטַח, *securè* [s]. Vel,*Vanitate*,JT.Pi.D.Sy. i.e. rebus vanis ac futilibus [t]. *Frustrà*,Ca. sic M. Ti. Atque in *vanum*, P.) *consolabuntur*, Q. vel, *consolabantur*,P. ο'. *consolantur*, M. Ti. JT. Pi. Ch. In mediis peccatis prospera spondebant populo, Ezec. 13.9,10 [x]. ¶ *Idcirco* (Quia istis crediderunt [y],) *abducti sunt*; sic V. נָסְעוּ] *Migrârunt*,M.Sy. sic Ti. *abeunt*,Ca. *profecti sunt*, Mo. P. &c. nempe Judæi [z]: vel, 1. in exsilium [a], in Babyloniam [b]; vel, 2. in varios errores [c]. ¶ *Quasi grex*] Tam facile quàm pecudes aguntur †: vagi ac palantes, ut pecora pastore carentia [*]. ¶ *Affligentur*, &c. יַעֲנוּ וגו'] *Humiliati* (vel,*Afflicti*, Ti.) *sunt, quia sunt sine pastore*, M. sim. P. Mo. Sy. &c. *Miseri qui pastore carent*; scilicet qui falsos deos sequuntur [f]. Al. *Malè tractati sunt, nullo ipsis exsistente principe*. *Pastorum* nomine hîc tum Reges tum Principes intelliguntur, ut Chaldæus explicat [g]. *Testificati sunt* (Heb.*Responderunt*, Pi.) *nullum fuisse pastorem*, JT. Pi. scil.sibi; i.e. nullum gubernatorem, nullum Regem [h]. Respexit statum Judæorum, vel, 1. Godoliâ occiso, 2 Reg.25.25; vel potiùs,2.sub Regibus Syriæ ante tempora Maccabæorum [i]. In Chaldæa afflicti sunt, quia carebant vero pastore qui eos doceret & tutaretur, & ab hisce superstitiosis erroribus abduceret [k].

3. *Super* (vel, *Contra*, JT. Pi.) *pastores*, &c.] Id est, vel, 1. doctores gentium & duces ipsos [l]; vel,2. Reges Syriæ [m]; vel,3. gubernatores populi Judaici [n], tum politicos, tum Ecclesiasticos [o]: vel, Reges & Principes, quos idcirco à Chaldæis interimi voluit, &c. 2 Reg.25. 7,19, 21 [p]; vel, sacerdotes [q], & falsos doctores. Hos ad tribunal suum citat, quia aliis dederant causam errandi [r]: quia illi ad idololatriam duces populo fuerant †. ¶ *Et super hircos* (vel, *agnos*, ο'. non malè: nam per *hircos* synecdochicè hîc intelligitur *grex* omnis; & per *gregem*, populus:) *visitabo*] *Visitabo* autem hoc loco valet, *miserebor*. Regibus & Principibus excidium immisi: at populum premi quidem volui, sed non radicitus exstirpari; ut aliquando,videns se à Regibus & Principibus deceptum, Divinâ ope in patriam rediret, & cautior esset in posterum [*]. Al. *Et in istos hircos animadverti*, JT. Pi. D. *Hircos* vocat vel, 1. opulentos Judæos [t]; vel, 2. pastores [v]; vel, 3. Reges [x], sive gubernatores [y]. Hos sic vocat vel, 1. quia hirci gregem præcedunt, & quasi ducunt: vide Dan. 8.5. & Jes. 14.9 [z]. Vel, 2. ob damnatos & fœtidos mores [a]: quia fœtore, petulantiâ, libidine gregi nocebant [b]. Qui *pastores* in grege esse debuerant, facti sunt *hirci*, gregem in devia ducentes [c]. ¶ *Quia* (vel, *Nam*, JT. *Sed*, Pi.) *visitavit* (vel, *visitabit*, non in ira, ut in præced. membro, sed in gratia [d]; liberando ac salvando eum [*]: q. d. misertus est [f]: ut eum tueatur, & ex eo constituat duces qui ipsum propugnent [g]. פָּקַד *visitare* hîc in bonum sumitur [h], quia construitur sine עַל; cum quo constructum in malum sumi solet [i].) *Dominus exercituum* (Modò Propheta, modò Deus, loquens introducitur. Hîc Propheta probat hæc verissimè à Deo esse dicta [k].) *gregem suum, domum* (vel, nempe *domum*, Calv.) *Juda*] Quæ scilicet per *hircos* illos, sive, quod idem est, *gregem*, in antecedentibus Dei verbis erat intelligenda [l]. Sensus, q. d. Non respicio quales sint Judæi, aut quid meruerint; sed electionem sive adoptionem meam, quam ferre nequeo in nihilum redigi: ideóque ruinam ejus indignè fero, &c [m]. ¶ *Et posuit* (vel, *disposuit*, JT. *disponet*, vel *reddet*, Pi.) *eos quasi equum gloriæ suæ* (vel, *decoris sui*, JT. D. Tar. vel,*majestatis suæ*, Q. in D. Sumptum à Regibus, qui certos equos præstantissimos alebant ad decus & ad usum proprium in bello [n]: quales Reges postea optimè curari volunt [o]. Vel, *magnificum suum*, Pi. vel, *cujus laus*, sive *gloria*, P. V. D. sive, *decus*, i.e. robur [p]; sub. *est*, P. vel, sub. *conspicitur*, V.) *in bello*] Ità Ti. &c. vel, *ad prælium*, Pi. *in ipso conflictu*, V. Nam in prælio potissimùm vires suas ostentat equus. Vide Job. 39.21 [q]. q. d. Tanquam equum generosum, animosum & bellacem [r]. *Posuit eos.* Quos? [Resp. 1. Hostes. Sensus est, q. d.] Hostes magnificavit, & quasi habenis duxit ad exsequendum voluntatem suam †. Non placet. 1. Quia nulla hostium mentio est in præcedentibus. 2. Deus non concedit impiis decorem suum, licèt robur quoddam illis indere soleat. [Respond. 2. Judæos.] Id verò suadent, 1. pronomina duo emphatica: 2. quòd hæc verba exegesin continent præcedentium, pro more Scripturæ. Sensus, q.d. Habebit Deus Judæos in maximo pretio, donísque ornabit; ídque in pœnam pseudoprophetarum, qui eis, velut vilissimo mancipio, turpiter abusi sunt [t]. Ut aliquando, temporibus scilicet Antiochi & deinceps, Judæis illis utetur sicut Reges habere solent equos ad prælia reservatos [v]. Antithesis est inter equos decoris, & asinos vel boves. Pastores illi contumeliosè tractârunt populum Dei, ut boves vel asini tractari solent ab hominibus violentis: ego autem, inquit Deus, volo quidem jus meum retinere, & quasi in populo illo equitare, sed alio modo, nempe ut eques insidet equo suo magnificé [x].

4. *Ex ipso* (nempe grege Dei [y]; vel, Juda [z]: q. d. Non ex Græcis [a], sed ex Judæis [b]: sub. *est*, vel *fuit*, M. Ti.JT. vel, *erit*, P. sic Calv.) *angulus*] Ità Mo.P.M.JT. D. &c. i.e. Vel, 1. dux: nam duces & primores populi sic sæpe vocantur, ut 1 Sam. 14.38. Jes. 19.13. Soph. 3.6: vel, magistratus qui eos reget [c]. Princeps, qui rempublicam sustinet [d]. Maccabæus [*]: vel, Christus [f], qui sc. est *lapis angularis* conjungens parietes, Judæos scilicet & Gentes [g]: qui in republica & Ecclesia sua id præstat quod in domo præstat, 1. *angulus*, illam fulciens, stringens, uniens; 2. *paxillus*, qui, firmus & immotus, alia à se dependentia firmat & sustentat; 3. *arcus prælii*, per quem fugatur & sternitur hostis; 4. *exactor*, qui curam disciplinæ, custodiam legum, observantiam debiti cultûs & obsequii constanter & exactè deposcit [h]. Sensus, q. d. Erunt semper in populo illo qui sustineant publicam gubernationem: quamvis expositi sint omnium injuriis, tuti tamen & satis instructi erunt, quia Deus succurret quoties opus fuerit [i]. Vel, 2. *angulus*, i.e. coagmentatio tribuum, quæ per Judam facta est. Nam quicunque redire voluerunt, ii Judæ Tribui se applicuerunt, ejúsque imperio se subdidêre. Sic urbs Hierosolyma dicitur *lapis angularis* Ezechiæ temporibus, Esa. 28.16 [k]. Vel, 3. turris expugnatoria, quam in urbe expugnanda Nebuchadn. adhibuit. Vide de voce Hebræa Soph. 1.16. & 3.6 [l]. Al. *Ab ipsa*, nempe domo Juda, ædificabuntur *turres*, Pi. Al. *Ab ipso*, &c. Deo scilicet. Quæri poterat unde tam subita mutatio, ut modò oppressi nunc imperent. Respondet, A Domino hoc factum [m]. ¶ *Ex ipso paxillus*] Ità V. vel, *clavus*, V. D. JT. &c. Idem est quod *angulus*, sed aliâ dictum metaphorâ [n]. *Ab ipsa* infigentur *clavi*, Pi. quibus compinguntur trabes inter se & reliquæ partes domûs [o]: vel, quibus eriguntur tentoria [p], militaria scilicet [q]. *Clavus*, i.e. præfectus, ut Jes. 22.23 [r]: tribuni, centuriones, aliique militum præfecti †. Princeps, ex cujus voluntate omnia pendent; sicut arma, vasa, vel supellex, de paxillo suspenduntur [t]. Messias [v]; qui Ecclesiam

clesiam sustentat ac confirmat, ut paxillus tentorium[z]. Al. *paxillus*, i. e. firmitas status. Nam omne quod firmandis aliis rebus adhibetur *paxilli* nomine denotatur, similitudine à tentoriis desumptâ; ut videre licet Exod. 27. 19. & 35. 18. & 38. 20. Jud. 4. 21. Esa. 22. 23. & 33. 20. & 54. 2[y]. Sensus, Ex grege domûs Juda procedent armati illi equites qui bellum indicent toti mundo, non corporale, sed spirituale. In hoc erunt *anguli*, h. e. capitanei, quales fuerunt Apostoli; & *clavi*, h. e. homines fideles & constantes, quos Apostoli instituerunt †. ¶ *Ex ipso arcus prælii*] Vel, *Ab ipsa* tendentur *arcus bellici*, Pi. Ex ipso prodibit fortitudo bellica, fortes milites & duces[z]. Ex eadem tribu præcipuum militiæ robur[a]. Non indigebunt milite externo[b]: sufficient ad hostes suos vincendos[c]. *Arcus*, i. e. omnis generis arma[d]. ¶ *Ex*, &c. מִמֶּנּוּ יֵצֵא כָל־נוֹגֵשׂ] *Ex*, vel *Ab*, *ipso* (sub. *quoque*, P. vel, sub. *denique*, Ti.) *egredietur* (vel, *processit*, JT. vel, *recedet*, G.) *omnis exactor*, Mo. M. sic Ti. D. JT. Calv. &c. Is, credo, qui fructus prædiorum, nomina & pecuniam exiget *. Vel, tyrannus[f]: idem quod suprà 9. 8[g]. Al. qui tributum exiget à gentibus devictis[h]. q. d. Vicinos vincent, & sibi tributarios reddent[i]. Quotquot erunt exactores, quotquot urgebunt operarios Evangelicos ac prædicationem ipsius Evangelii[k]. Al. *Exactor*, i. e. præfectus[l]: qui scilicet à subditis militarem exigit disciplinam, aut à civibus justa vectigalia[m]. נוֹגֵשׂ non semper in malum sumptum, *exactorem* significans, qui duriter populum tractat; sed & in bonum, pro quovis præfecto qui ad operas populum urget, & tributi exigendi potestatem habet; ut Esa. 60. v. 17. *Et ponam præfecturam tuam pacem, & inspectores tuos* (ἐπισκόπους σου, ut rectè verterunt o'.) *justitiam*: ubi נֹגְשַׂיִךְ non magis in malum sumitur quàm פְּקֻדָּתֵךְ. In lingua certè Æthiopica נגש *Regem* significat; & מנגשת, *Regnum*[n].

5. *Et erunt* (nempe, illi de tribu Judæ[o],) *quasi fortes* (vel, *strenui*, V. sub. *milites*, V. sic D. ὡς, *sicut*, hîc pro ὄντως, *revera*: qu. d. Ità se gerent utì decet fortes milites[p].) *conculcantes*, &c. בּוֹסִים בְּטִיט חוּצוֹת בַּמִּלְחָמָה] *Conculcantes*, sive *qui conculcant*, (sub. *hostes suos*, M. D. sic Pi. T. vel, *hostium cadavera*, Me.) *in luto* (vel, *in lutum*, M. vel, *ut lutum*, Ti. Pi. D. ex Ch. Nam in quibusdam codicibus legitur כְּטִיט[q].) *plateorum in bello*, Mo. &c. Est transpositio, sic explicanda, *Et erunt fortes conculcantes in prælio* hostem, *quasi lutum viarum* esset[r]. Al. *Erunt ut robusti milites qui in ipso prælio ut lutum platearum conculcant*, Ti. [Alii aliter:] *Fueruntque* (illi hostes populi Dei ab ipso armati †,) *ut potentes conculcantes*, &c. Tar. ex JT. ¶ *Quia Dominus cum eis*] i. e. Deo adjutore[t]. ¶ *Et confundentur ascensores equorum*] Sic Calv. hoc est, equites[v], hostium scilicet Judaici populi[x], qui eos invadent tempore Maccabæorum[y]; quia vincentur à peditibus[z], hoc est, ab hominibus infirmis[a]. Antiochi equitatus, Ezech. 38. v. 4. & Dan. 11. 40. Cujus descriptio ex Polybio est apud Athenæum[b]. Robustos & arrogantes intelligit, qui innituntur auxiliis humanis, superatos à fidelibus. Qui equis magnis & generosis insident, hi solent alios habere contemptui[c].

6. *Et confortabo domum Juda*] Ut quæ præcipua erat in bello, sicut jam dictum est[d]. ¶ *Et domum Joseph*] In qua erat Tribus Ephraim: quæ aliquando pro Decem tribubus ponitur, ut Ezec. 37. 16, 19. Amos. 5. 6, 15. & 6. 6; quandoque verò pro omnibus tribubus, ut Psalm. 80. 2. & 81. 5. Obad. vers. 18. & hoc loco *. Al. Intelligit h. l. Decem tribus[f]: vel, Israelitas qui se Judæ Tribui addiderunt[g]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹשְׁבוֹתִים] Vox hæc composita est à duabus radicibus[h], sive duobus diversis ordinibus[i]: nempe, ex הוֹשַׁבְתִּים[k], *collocabo eos*[l], à יָשַׁב *habito*; & ex הֲשִׁיבוֹתִים[m], *reducam*, sive *restituam*, *eos*[n], à שׁוּב *redeo*[o]. [Sic vertunt:] *Et convertam* (vel, *habitare faciam*, o'. Ar. M. vel, *reducam*, Sy. Ca. *redire faciam*, salvas scilicet è præliis[p],) *eos*, Mo. P. *Et tranquillè collocabo eos*, JT. *Et iterum collocabo eos*; Heb. *collocabo & reducam eos*, Pi. Al. *Et reversos* (vel, *conversos* ad me, V. vel, *restitutos*, D.) *collocabo*, Ti. V. D. in pristinis sedibus unde ejecti fuerant. Quum autem Decem tribus nunquam restitutæ sunt, locus hic intelligi debet de restitutione spirituali, & de temporibus Messiæ[q]. ¶ *Erunt sicut fuerunt quando non projeceram eos*] Ità V. &c. h. e. ante captivitatem[r]; quum adhuc Judæa habitaretur & quieta esset. Tam læti ac felices erunt ac si nunquam abjecti fuissent: nam præ copia boni obliviscentur mala præterita †. In statu florente, quales erant primis Davidis temporibus[t].

7. *Et*, &c. וְהָיוּ כְגִבּוֹר אֶפְרַיִם] *Et erunt tanquam robustus*, V. sim. JT. Pi. (vel, *potens*, P. *gigas*, M. *heros*, Ti. *heroes*, Ca. *potentes*, i. e. strenui athletæ[v]; revera robusti[x];) *Ephraim*, V. i. e. Israelitæ[y]. *Ephraim* hîc nominat, non quòd eum Judæis præfert, sed quia illius reditus erat magis difficilis creditu[z]. Inversus hîc est ordo verborum, pro, Filii *Ephraim erunt tanquam potentes*[a]. Al. *Et erunt* revera *ut potens* quidam *Ephraimita*, qui heroicam virtutem factis exprimat. Tribus Ephraim erat in bello maximè strenua. Vide Jud. 8. 1, 2. & 12. 6. Psal. 60. 9. & 78. 9[b]. *Ephraimitæ* (iidem qui modò *Joseph* dicti) *erunt quasi heroes* illi Davidis temporibus, 2 Sam. 23. 8, &c †. ¶ *Et lætabitur*, &c.] De victoria[c]. ¶ *Quasi à vino*, כְּמוֹ יָיִן] *Sicut vinum*, V. *sicut* bibentis *vinum*, P. Quod *homines lætificare* dicitur[d]. ¶ *Et filii eorum*, &c.] Pueri ipsi & adolescentes nondum bello habiles participes erunt gaudii parentum *. Quia ex parte gemebant Judæi, multis adhuc dissipatis, &c. dicit, *Et filii*, &c. ut eos ad patientiam erudiat, & ut fervorem eorum corrigat, nè præveniant nimiâ celeritate promissiones Dei: q. d. Si earum complementum vos hodie non cernitis, saltem videbunt filii vestri, & plenum erit gaudium, ubi scilicet constabit plena restauratio[f].

8. *Sibilabo eis*] Ità Mo. P. M. vel, *ad eos*, Q. in D. q. d. Sibilo advocabo eos[g], ut Jes. 5. 26. & 7. 18[h]. Per *sibilum* intelligit, vel, famam instauratæ reip. & Religionis per Zorobabelem, per Maccabæos, per Christum[i]; vel, prædicationem Evangelicam[k]. Sensus, q. d. Afflabo illos Spiritu meo[l]. Al. Revertitur ad similitudinem de grege sumptam. *Sibilabo*, i. e. fistulâ pastorali canam: nam & συρίζειν Græcis utrumque significat; & sibilum plebis *pastoralem fistulam* dixit Cicero. Agit de iis qui nondum redierant, sed postea redière: Qualia illa centena millia redempta à Ptolemæo Philadelpho, ut diximus[m]. Quum Judæis objicere promptum erat, fratres suos ubivis fuisse dispersos, ità ut collectio eorum minimè esset credibilis; respondet, Deum solo sibilo vel nutu eos reducere posse[n]. ¶ *Et congregabo illos*] Dispersos eo tempore in unum cogam, domumque reducam. Hæc omnia referri possent, ac forsan debent, ad tempora Messiæ[o]. ¶ *Quia redemi* (i. e. elegi in populum peculiarem[p]: vel, redimere cœpi[q]: vel, *redimam*, nempe sanguine Filii mei[r]:) *eos*] Quia statui illos ab hostibus liberare †. Al. *Quum redimam eos*, JT. Pi. D. ¶ *Sicut antè*, &c.] Olim in Ægypto[t]: vel, Davidis temporibus[v].

9. *Et seminabo* (vel, *disseminabo*, JT. Pi.) *eos*, &c.] Ut semen quod dispergitur, non ut pereat, sed ut fructificet[x]. *Dispergendi*, sive *seminandi*, verbum sæpe accipitur in malum: nunc Deus ponit quasi [per] antiphrasin. qu. d. Dispersio sive dissipatio eorum, irato Deo illis immissa, lætum habebit finem, eritque instar sationis, ex qua fructus tandem prodibit, & per quam janua Evangelio aperietur. Quum enim Judæi passim per Italiam, Græciam, Asiam totúmque Orientem sedes haberent, hinc factum est ut Apostoli, quòcunque venirent, aliquos reperirent jam paratos ad amplexandum Evangelium; cujus prima hospitia erant Synagogæ, unde aditus eis facilior fuit ad Gentes. Summa est, Dei gratiam superaturam scelera populi, & conversuram tenebras in lucem, ut vel dissipati fructum edant, &c[o]. ¶ *Et de longè* (vel, *in longinquis*, Ti. D. sub. *locis*, D. P.) *recordabuntur mei*] Cultum meum & præcepta observando; vel, Evangelium annunciando[p]. Non abolebitur Dei memoria, etiamsi Judæi non sacrificent in Templo, nec habitent in Terra sancta[q]. Al. Locum sic verto, *Qui cùm dispersissem eos inter gentes, tamen in illis locis longinquis memores fuêre mei*, G. ¶ *Et* (vel, *Ideo*: ו, *&*, pro causativa[r]:) *vivent* (bene scilicet & feliciter agent. *Vivere*, pro, *jucundè vivere* †.) *cum filiis suis*] Vel, 1. propriè[t]. Non erit captivitas, aut servitus, quæ filios à parentibus separet[v]. Vel, 2. [metaphoricè,]

Marginal notes (left column): z V. — y G. — † M. — z Me. — a G. — b D. — c Calv. — d Tar. — * D. — f G. sim. Tar. — g G. — h Q. in D. — i Calv. — k V. — l Me. ex Pagn. — m Me. — n Di. — o G. Pi. sim. Calv. — p D. — q D. sim. V. — r G. — † Tar. — t G. sim. Tar. — v D. — x Pi. sim. D. — y Pi. — z D. ex V. — a V. — b G. — c V. — d G. — * Tar. — f D. — g G. sim. Me. — h Tar. sic V. ex H. — i D. — k V. D. Tar. — l D. — m D. sic V. Tar. — n D. — o D. sic V. Tar. — p G.

Marginal notes (right column): q D. — r Me. — † D. — t G. — v V. — x D. — y Calv. sim. D. — z Calv. — a V. — b Tar. — † V. — c V. — d G. sim. V. D. — * G. — f Calv. — g D. sic V. — h D. — i T. — k V. — l M. — m G. — n Calv. sim. Tar. — o D. — p Idem. — q Calv. — r D. — † Me. — t D. — v G. — x Tar. — o Calv. — p D. — q Calv. — r G. — † D. — t Idem. — v Me.

rice,] *cum discipulis suis*[x]; nempe, quos genuerint recordatione mei[y]. ¶ *Et revertentur*] Et, cùm volent, patrium solum libere repetent[z].

10. *Et reducam eos* (per Ptolemæum Philadelphum[a], qui reduxit 120 millia Judæorum in Judæam[b]: & per alios[c]:) *de terra Ægypti*] In quam vel, 1. vi pertrahentur sub Ptolemæo Lagi; vel, 2. spontè profugerunt *, Jer. 43. 2, &c. & 44. 1[f]: quo nomine detestabiles erant reliquis exsulibus, & maledicti à Deo[g]. ¶ *Et de Assyriis*] Per Alexandrum Antiochi Epiphanis filium, & per Demetrium utrumque. Vide Josephum 13. 4, 5, 7, 8[h]. Al. Sensus, Liberabo eos ab hostibus, & introducam in cœlum; ut olim patres ex Ægypto deduxi in Canaan[i]. ¶ *Ad terram Galaad & Libani*] i. e. In Terram sanctam, quæ hîc synecdochicè describitur duobus terminis ejus[k], orientali [Galaad,] & Septentrionali [Libano.] Vide Num. 32. 39. Deut. 3. 12[l]. De Galaaditide capta Maccabæorum armis habes apud Josephum 12. 12; de Syriæ urbibus captis ab Hircano & successoribus, 13. 17, 23[m]. ¶ *Et non*, &c. וְלֹא יִמָּצֵא לָהֶם] *Et non invenietur* (vel, *sufficiet*, Ch. P. M. JT. Pi.) *eis*, Mo. Ch. JT. &c. sub. *locus*, Pi. M. vel, *locus ille*, P. vel, *satis* spatii, Ti. Præ multitudine[n], veteres fines eos non capient[o]. Non enim adeò arctum erit & angustum Regnum Christi ut olim erat Regnum Israel[p].

11. *Et*, &c. וְעָבַר בַּיָּם צָרָה] *Et transibit* (h. e. grassabitur[q],) *in mare*, vel *mari*, (vel, *per mare*, D.) *angustia*, sive *tribulatio*, sive *afflictio*, P. M. Calv. Mo. sic Sy. V. D. vel, res *adversitatis*, D. ex He. q. d. Dominus virtute suâ terrebit mare atque concutiet, ut sibi pareat[r]. Al. *Transibit per mare*, &c. i. e. multitudinem populorum; quæ aquis multis confertur†. Vel, sensus est, Infideles, qui ob multitudinem comparantur mari, affligentur[t]. *Et transibit* (vel, 1. Juda; q. d. Etiam trans mare & ultra flumina transferet imperium & sedes sive colonias suas[v]: vel, 2. Jehova, sive Christus, cujus mentio fit v. seq. unde petendum est hoc nomen antecedens[x]:) *per mare angustum*, Ti. Ar. sic ο'. vel, *in freto maris*, Vulg. sim. Ca. Alludit ad transitum maris Rubri. Sensus est, Difficultates obstantes ope Dei superabunt, ut olim patres, &c[y]. Vel, *per mare* cum *angustia*, i. e. ità ut mare reddat anxium; ut olim fecit mari Rubro. Vide Psal. 114. 3, &c[z]. [Alii hæc verba cum sequentibus sic reddunt;] *Quamobrem transiens per mare angustiâ, percutiet in mari fluctus*, JT. i. e. superabit omnes fluctus, nec illis detinebitur quin propaget Imperium Christi. Sensus loci, Eò quòd tam copiosa erit Dei benedictio in Ecclesia, amplificabit populus Dei sedes suas, & quasi missis coloniis gentes omnes subdet Imperio Christi[a]. Al. *Et transeunte* (illo populo, exsule cùm hæc loqueretur Zacharias,) *per maris angustias, percutiet* (Deus, i. e. ἐπιτιμήσει, ut habemus Matt. 8. 26. reprimet vi suâ) *fluctus* qui erunt *in mari* illo. Maris fauces hoc loco designatas Hebræi, quos Hieronymus consuluit, interpretabantur *Bosporum Thracium*, inter Byzantium & Chalcedonem: non malè, si consideres Nabuchodonosori Imperium pertinuisse etiam ad dextram Ponti oram, i. e. ad Daciam; cujus rei testis est Abydenus. Unde & in Thracia partem fuisse Hebræorum ex Aristophanis Scholiaste observavimus. His ergò quos illa in loca aut Nabuchodonosor, aut, si eousque Assyriorum venit Imperium, Salmanasar, deportaverat, Deus, cùm in patriam redirent, primùm placidum mare Bospori, deinde & faciles eos qui in itinere ad Judæam sunt Euphratis alveos, præstitit. Ex hoc loco fluxit fabula quæ est in libro fabularum plenissimo, qui *Esdræ quartus* dicitur, 13. 40[b]. ¶ *Et percutiet* (i. e. sedabit[c]. Quis? *Deus* subintelligitur: aut vertas, *percutientur*[d].) *in mari fluctus*] i. e. Vel, 1. tumultus qui excitabuntur à Gentibus initio prædicationis Evangelicæ*. Vel, 2. copias [hostium,] quæ non magìs numerari queunt quàm fluctus[f]. ¶ *Et*, &c. וְהוֹבִישׁוּ וגו׳] *Et* (vel, *Deinde*, G.) *arescent* (à יָבֵשׁ *arescere*[g]. Sic esset, וְיָבְשׁוּ[h]. Vel, *pudefient*, i. e. arescent: ut, *puduit mustum*, i. e. defecit[i]. Vel, *erubescent*, V. Me. cùm sibi parendum esse videbunt, sentiéntque aquarum suarum cursum inhiberi[k]. Radix est בוש, *pudefieri*[l].) *omnes profunditates* (vel, *alvei*, G.) *fluminis*, Calv. sim. P. JT. Pi. &c. Subticetur *quasi*: sensus est, flumen tam pervium ipsis fore quàm si totus ab aquis destitutus esset. Vide Esa. 11. 15[m]. *Confundentur omnia profunda*, tum *fluminum*, tum marium, quia victoribus cedere, & liberum transitum concedere, cogentur[n]. *Fluminis*, i. e. vel, 1. Jordanis[o]; qui *fluvius* per excellentiam dicitur Psal. 66. 6[p]. Vel, 2. Euphratis. *Flumen* [enim] cùm simpliciter appellatur, intelligendus Euphrates[q]. Vel, 3. Nili[r]: ut suadent, 1. quod sequitur, *& sceptrum Ægypti recedet*; 2. vox יְאוֹר *fluvius*, quam peculiariter ferè de Nilo usurpant, ut Amos. 8. 8. & 9. 5†. *Profunda fluminis* intelligit superstitiones & errores quibus gentes illæ detinebantur[t]. ¶ *Et humiliabitur* (vel, *dejicietur*, V. D. velut ex alto: nam superbi animus elatus est[v]: vel, *deprimetur*, vel *præcipitabitur*, ad verb. *cogetur descendere*, V.) *superbia Assur*] i. e. Antiochi Epiphanis, qui inter cætera Assyriam tenebat: nam ad Armeniam usque regnâsse Seleucidas, ex Appiano, Josepho aliísque discimus. Pari modo idem hic Antiochus *Gog*, hoc est, Gygæus, dicitur Ezechieli, quia Lydiam tenebat, ut ibi diximus[x]. ¶ *Et sceptrum* (id est, Regnum[y],) *Ægypti recedet*] i. e. Auferetur[z]. *Recedet*, nempe à Judæis. Fuerant Judæi sub Ptolemæo Lagi F. & sub aliis quibusdam Ægypti Regibus, ut discere est Joseph. 12. 1, & seq. Post Maccabæorum tempora id non evênit ampliùs. Est hîc idem planè loquendi genus quod Gen. 49. 10. Unde apparet interpretationes ejus loci quas Judæi ab aliquot jam seculis comminisci cœpêre non modò novas esse, quod ostendunt Chaldæi Paraphrastæ & Interpretes Græci, sed & à nativo loquendi genere dissentaneas[a]. Meminit hîc peculiariter *Assyriorum* & *Ægyptiorum*, quia hæ gentes præ cæteris vexârunt populum Judæum[b]. Sensus, Comprimetur gentium inimicarum superbia & potentia, nè populo meo nocere possint[c]. Non resistendo erunt omnes tyranni quò minùs per illorum Regna, adeóque & per totum orbem, populus Dei sese diffundat ac propaget. Quod in Maccabæis vix inchoatum, sed in Christo ejúsque Apostolis, &c. perfectè completum videmus & gaudemus[d].

12. *Confortabo eos* (veros Judæos *) *in Domino*] Id est, vel, 1. in Christo, Ecclesiæ capite[f]. Vel, 2. q. d. in meipso; nomen pro pronomine[g]: virtute Domini, i. e. meâ[h]. ¶ *Et in nomine ejus* (i. e. sub ejus auspiciis[i]; vel, ut alibi dicitur, *cum Deo*, h. e. secundùm voluntatem Dei[k];) *ambulabunt*] i. e. Sapienter & piè vitam instituent[l]. Al. Sub præsidio Dei res suas agent. Nam הָלַךְ sæpe Hebræis est, *res agere*[m]. Ego illis opem feram, ut possint totum iter suæ peregrinationis perficere, & ad Jerusalem, h. e. ad Ecclesiam militantem, & tandem ad triumphantem in cœlis, pervenire[n]. Sensus loci, Dabo illis Spiritum meum, & virtutem quâ constanter nomen meum ac gloriam ubique terrarum portare & prædicare queant[o].

CAP. XI.

1. **A***peri, Libane, portas tuas*] Postquam res prosperas plurimas Propheta prædixerat, ostendit interventura & mala. Quorum malorum causas ostendit comparatione rerum veterum[a]. Hactenus beatissimum rerum statum prædixit, ut ædificationi alacriùs incumberent: nunc verò denunciat interitum gentis ob obstinatam pravitatem: tum, nè hypocritæ fallaci prædictarum promissionum fiduciâ obdurescerent; tum, ut alii metu revocarentur in viam; tum, ut fideles muniret contra gravissimam tentationem, quum viderent cladem gentis suæ[b]; tum, nè Judæi de corporali felicitate aut potentia acciperent quæ de Regno Messiæ futuro magnificè dicta sunt[c]. Ostendit hîc Propheta destructionem Judæorum, qui novum Regnum Christi acceptare nolebant[d]. Prædicit hîc eventura Judæis post ascensionem Christi & prædicationem Apostolorum †. Per *Libanum* intelligit, vel, 1. terras gentium *: vel, 2. Templum[f]; quomodo Ezec. 17. 3. Hab. 2. v. 17[g]: sic dictum, vel, quòd exstructum erat ex cedris Libani[h]; vel, quòd lapides ejus candicarent, ut nix Libani[i]; vel, quòd instar montis Libani eminens, nitens, candicans erat[k]. Portæ Templi, inquit, patebunt exteris. Idem est quod de Antiocho dicitur 1 Mac. 1. 21. καὶ ἐσύλησεν, &c.

(*Et*

Marginal notes (left column): [x] D. sim. L. [y] D. sim. M. [z] Me. [a] G. T. [b] T. [c] G. [d] T. * T. sim. Calv. Tar. [f] Tar. [g] Calv. [h] G. [i] Pi. [k] Tar. sim. Me. [l] Tar. [m] G. [n] Ca. sim. D. G. M. [o] G. sim. D. M. [p] M. [q] Calv. [r] Idem. † D. [t] V. [v] T. [x] Pi. [y] Me. [z] Pi. [a] Jun. [b] G. [c] V. [d] D. * V. [f] D. [g] Calv. [h] D. [i] Idem. [k] Me. [l] Calv.

Marginal notes (right column): [n] G. [o] T. [p] Me. [q] D. animadv. 1. 29. [r] G. Pi. Tar. D. BA. 2. 5. 17. 789. † D. animadv. 1. 30. [t] V. [v] D. [x] G. [y] D. [z] V. D. [a] G. [b] D. [c] G. [d] V. * D. [f] Tar. sic Pi. [g] G. sim. D. [h] Me. [i] Calv. [k] D. [l] Idem. [m] G. [n] Me. [o] V. — [a] G. [b] Calv. [c] Tar. [d] M. † V. * Q. in D. [f] L. M. G. Hi. & He. in D. Me. [g] V. ex Chald. [h] G. [i] V. sic Me. [k] Me. [l] T.

(*Et ingressus est templum in superbia*;) & Esa. 22.7[l]. Prædicit destructionem Templi secundi: q. d. O Templum, aperi Romanis venientibus portas tuas; quia non poteris illis resistere[m]. Portæ Templi 40 annis ante destructionem suam spontè apertæ fuerunt[n]. Quâ re perterritus R. Johanan, (Hillelis senis quondam discipulus[o],) increpavit eas, dixitque, *Ego cognosco imminere tui desolationem, juxta vaticinium Zachariæ, qui dixit*, Aperi, Libane, portas tuas[p]: ut est in tractatu qui vocatur Massecheth Joma[q]. Per Templum autem Jerusalem intelligit, de cujus excidio hîc loquitur Propheta[r]. Sed huic explicationi nec sequentia favent, nec analogia Scripturæ, quæ [de hoc usu vocis *Libani*] non facilè ostendi potest†. Vel, 3. Judæam[t], quæ sita erat ad Libanum[v]: quam hîc synecdochicè describit[x], per terminum illius Aquilonarem, Libanum scilicet[y]; cujus hîc meminit quia ab Aquilonari parte omnia primùm occupârunt Romani, sic pedetentim versus Jerosolymam progressi, ut ex Josepho liquet[z]. *Portas* vel *fores* hîc vocat claustra & loca munita quæ arcebant adeuntes[a]; montium crepidines ac vias, fauces pylásque angustas[b]. Erat autem certus custos ibi constitutus qui aditus observabat, ut liquet ex Nehem. c. 2. vers. 8[c]. Quia Libanus erat locus naturâ tutus, de eo loquitur acsi undique cinctus esset propugnaculis. *Libanum* nominat, tanquam locum insignem ac situ suo munitum: eò tamen, inquit, penetrabit hostis, &c[d]. ¶ *Et comedat* (vel, *Ut consumat*, JT. Pi.) *ignis* (id est, hostis tanquam ignis*,) *cedros tuas*] Id est, vel, 1. cedrina palatia circa Templum, 1 Maccab. c. 1. v. 31. al. 33[f]. Vel, 2. viros eminentes; ut cedri eminent inter arbores[g]: vel, quicquid excellebat in Judæa[h]. Vel, 3. urbes ‡.

2. *Ulula*, (i. e. Dolorem animi tui ostende aliquo signo externo ac visibili[i]: Plange & time[k]:) *abies*] Per *abietem* hîc intelligit vel, 1. homines inferiorum ordinum[l]; senatores & magistratus minores[m]: vel, 2. oppida minora[n]. ¶ *Quia cecidit cedrus*] Per *cedrum* intelligit vel, 1. summi ordinis homines[o]; ut seipsum mox declarat[p]: Principes, qui vos alebant & protegebant[q]. Vel, 2. urbem Hierosolymam, quæ magnâ parte incensa erat. Vide 1 Macc. 1. v. 31. & ibi dicta[r]. q. d. Si cedris non parcitur, quid fiet abietibus†? quæ arbores sunt vulgares & minimi pretii[t]. ¶ *Magnifici vastati sunt*] Id est, ædificia præclara[v]. Illi magnificè habitantes exuti sunt suis ædibus*. ¶ *Ululate, quercus Basan*] Idem sign. quod modò per *abietem*[x]. Vel, 1. humiles, ut quercus sumitur Esa. 2. v. 13. siquidem arbor humilis est ad cedrum comparata: Basan etiam regio plana est & campestris[y]. Vel, 2. potentes & divites[z]. *Quercuum robur* in proverbium abiit. *Basan* regio est fertilis[a]. Videmus ut conjungat montem Basan cum monte Libani. Non igitur in una tantùm [Libani] voce allegoria ponenda est, quia hæc membra simul inter se aptanda sunt[b]. Mons *Basan* quercubus abundabat[c]. ¶ *Quoniam succisus est saltus munitus*, כִּי יָרַד יַעַר הַבָּצוּר (*Quoniam cecidit*, vel *concidit*, (vel, *dejicietur*, P. sim. M. Ti. Ca. D. *succisa est*, Pi. D. sic ό.) *sylva munita*, Mo. M. Ca. Pi. D. sic P. januis scilicet & claustris, ut præcedentia indicant[d]: vel, *cædua*, Ti. vel, *consita*, ό. vel, *vindemiæ*, JT. Tar. (vide Joel. c. 3. v. 13. al. 18.) quæ, velut vites in vindemia nudantur ac spoliantur, ità omni suo decore, honore divitiísque suis exuitur; spoliantur infirmi cum summis, &c*. Vel, sylva munita ad Libanum pertinet; vel, in genere dicit loca difficillima accessu pervia fore hostibus[f]. Per *saltum munitum* intelligit Jerosolymam, quòd populosissima esset & munitissima[g]: q. d. urbem illam tantis instructam mœnibus, quæ ob altitudinem ædium sylvæ comparatur[h].

3. *Vox ululatûs pastorum*] Id est, sacerdotum[i], atque legisperitorum[k]: Principum, vide ad Zach. 10. v. 2[l]. Vel, gubernatorum[m], in repub. & in Ecclesia[n]. Significat initium horribilis hujus judicii fore à proceribus[o]. ¶ *Magnificentia eorum*] Robur ac decus eorum[p]. Vel, 1. superba habitacula[q]: vel, 2. Jerosolyma, quæ passim vocatur *excellentia Jacob*: vel potiùs, 3. Judæa, dicta *terra decoris* Dan. 11. 16, 41. quam cum decore incolebant Judæi[r]: vel, 4. multitudo populi, in qua

[Left margin: l G. · m V. · n He. in M. Jo. & alii in D. · o D. · p M. sim. D. · q D. · r Me. · † Tar. · t D. Pi. Calv. Tar. · v Pi. · x Calv. sim. Tar. · y Tar. sim. T. · z Tar. · a D. · b Tar. · c D. · d Calv. · * D. · f G. · g D. sim. Tar. Me. · h Calv. · ‡ Pi. · i V. · k G. · l V. sic D. · m Me. T. · n G. · o V. D. · p V. · q Me. sic T. · r G. · † Calv. sic Tar. · t Tar. · v M. · * G. · x G. · y D. · z Me. V. D. sic Tar. · a D. · b Calv. · c V. · d D. · * Tar. · f Calv. · g V. · h G. · i M. L. · k M. · l G. · m Pi. Me. Tar. · n Tar. sim. T. · o Calv. · p D. · q G. · r D.]

est decus principis, Prov. 14. 28†. ¶ *Leonum*] Id est, prædonum[t]: Principum & magnatum[v]: divitum & potentium civium[x]: tyrannorum[y]; qui *pastores* dicebantur, revera erant *leones*[z], ob rapacitatem scil. & crudelitatem[a]; δημοβόροι, (*qui populum quasi devorant*,) quod explicant sequentia[b]. ¶ *Vastata est superbia* (vel, *excellentia*, V. D. vel, *elatio*, D. vel, *fastigium*, Ca. *gloria*, V.) *Jordanis*] [Variè explicant.] 1. Superbia eorum qui habitant ultra Jordanem[c]. 2. Exundatio Jordanis, vel Jordanes exundans, unde sitim restinguebant leones[d], qui in solitudinibus juxta Jordanem morabantur*: quorum cubilia in sylvis ad radices montium Sanir & Hermon juxta Jordanem, fluvio illo superbiente & exundante, aquis obruuntur, & catuli in nidis suis suffocantur[f]. *Elatio Jordanis* hîc ut Jerem. 12. 5. Sic Psalm. 89. 10. *elatio maris*, i. e. mare intumescens fluctibus: quod fit in tempestate[g]. Sensus est, Tumor Jordanis exinanitus est, ut à Romanis facilè possit trajici[h]. 3. Saltus sylvæ[i]. 4. Gloria Judææ[k], quæ sita est ad Jordanem[l]. Solent enim amnes pro regionibus nominari; ut, *Euphrates*, pro *Babylone*[m]. Summa est, neque Judæam neque terram Decem tribuum immunem fore à Dei vindicta[n].

4. *Dominus*] Vel, *Jehova*, voce hypostaticè acceptâ de Deo Patre[o]. ¶ *Pasce* (vel, *ut pascerem*, Q. in D. vel, *Pascam*; ut sit infinit. pro futur[p]. & ut hæc sint verba Dei[q]. Quod mihi non placet[r].) *pecora* (vel, *oves has*, sive *illas*, JT. Pi. P.) *occisionis*] Sim. Mo. M. Ch. &c. vel, *laniomias*, Ca. *mactationi destinatas*, M. sic D. Tar. populum meum†: oves meas, quæ quasi mactationi devotæ erant; quas velut è faucibus luporum eripui, quum scil. liberavi ab exsilio, ubi erant quasi oves mortuæ. Ità Propheta suam ætatem respicit[t]. Vel, Judæos decreto & sententiâ Dei destinatos occisioni per Romanos[v]. Vel, quos pastores à me illis dati non modò negligunt, sed & occidunt[x]. Vide Jer. 23. v. 1. Ezec. c. 34. v. 4[y]. Vel, in quos impunè grassantur Principes & Pontifices: quod bene cohæret cum sequentibus[z]. Vel, quos sacerdotes & Pharisæi perdebant suis traditionibus falsâque doctrinâ[a]. Vel, Judæos plebeios, qui à potentioribus opprimuntur, & quasi ad necem abripiuntur[b]. Al. *Pasce*, &c. qu. d. Instrue & solare populum hunc, quem, ob suam ambitionem, Jason, Menelaus & Lysimachus objicient cædibus & rapinis. Vide Josephum 2. 6. & 2 Mac. 4. v. 13, &c[c]. Ille verò cui h. l. Deus commendat oves suas est, vel, 1. Zacharias[d], tanquam typus Christi*: q. d. Indue personam pastoris veri & prudentis[f]. Ego te constituo pastorem & Prophetam[g]: ut hisce tuis oraculis pascas & doceas Judæos[h], quos pastores sui dilaniant[i]; & ut moneas eos de futuro excidio, ut mores emendent, & cladem imminentem effugiant[k]. Al. Suscipit h. l. Zicharias in se personam omnium pastorum: q. d. Non est quòd obtendant Judæi inscitiam, quia Deus semper boni pastoris partes obiit, ac paratus erat & per se & per Ministros suos pascere & regere ipsos. Ità convincit eos tum summæ ingratitudinis, tum malitiæ insanabilis, ostendítque justam esse pœnam quam illis minatur[l]. Vel, 2. Christus, pastorum omnium caput, & Ecclesiæ ἀρχιποίμην: ut indè patet, quòd ipse de quo hîc est sermo, 1. pœnas infert, v. 6, 8; 2. irritum facit fœdus quod cum Judæis pepigerat, vers. 10; 3. est ille quem venditum esse Evangelista ait, v. 12, 13: quæ omnia tantùm Christo verè & principaliter, Prophetæ tantùm ceu typo & legato, convenire possunt[m]. Hîc loquens introducitur Christus, cujus sermo continuatur usque ad finem capitis: ubi narrat, partim mandata Patris sibi data, ídque per mimesin, v. 4, 5, 6, 13, 15, 16, 17; partim suas ipsius actiones; partim denique suos sermones. Insuper observandum, quædam quæ hîc dicuntur competere in Christum ipsum simpliciter; ut, quòd paverit oves suas, v. 7; quòd exciderit tres pastores, v. 8; quòd recusârit ampliùs pascere impios Judæos, atque ità fœdus cum illis irritum fecerit, v. 9, 10, 11: quædam verò per consequentiam, quatenus propriè competunt in Zachariam tanquam typum Christi; ut, quòd duos baculos acceperit & nominibus donaverit, v. 7. & fregerit, v. 10, 14; quòd mercedem à Judæis acceptam in Templum projecerit, v. 12, 13; quòd iterum

[Right margin: † D. Tar. · t L. · v V. · x M. · y Pi. sim. T. r. · z G. sim. Me. ex Hi. · a Me. · b G. · c M. · d D. · * D. ex Hi. sim. Calv. · f T. · g D. · h Q. in M. · i Ca. · k G. ex V. sim. L. · l V. sic L. · m G. · n Calv. · o Tar. · p V. Q. in D. · q Q. in D. · r D. · † V. sim. M. Calv. Tar. · t Calv. · v V. sim. Me. · x D. · y Tar. · z Me. · a Me. · b Pi. · c G. · d Me T. G. Calv. Tar. · * Tar. · f T. · g Me. · h Me. sic T. · i T. · k Me. · l Calv. · m Tar.]

iterum acceperit instrumentum pastoris stulti, vers. 15. Similis loquendi modus habetur 2 Sam. c. 7. v. 12, &c. in prophetia de continuatione Regni Davidis: ubi quædam in solum Christum competunt, quædam in solum Salomonem; idque vel simpliciter, vel tanquam typum Christi [n].

5. *Qui possederant*] Qui eos regendos accipient [o]: gubernatores & Principes [p]: Scribæ & Pharisæi [q]: Romani, in quorum sc. possessionem venient [r]. Non malè leges, *emptores eorum*: nam קֹנֶה est tam *emo*, quàm *possideo* †. ¶ *Occidebant*] Et corpore sc. & animâ [s]. Hi erunt causa occidionis ipsorum. Facere dicitur, qui causa est cur quid fiat ‡. ¶ *Et non dolebant*] Non movebantur tantis populi malis, dum suo animo morem gererent [v]. ¶ וְלֹא יֶאְשָׁמוּ] *Nec delinquunt*, D. sim. Mo. P. V. Vel, 1. revera: erunt enim Romani instrumentum tantùm justitiæ Divinæ: qu. d. & justissimè quidem. Vel, 2. opinione suâ [x]. Non putant se delinquere [y], aut crudeles esse: putant jure se ditari, dum gregem diripiunt [z]. *Nec se culpæ obnoxios putant*, Ti. *Non imputabitur ipsis peccatum*, Ch. Al. *impunè*, Ca. vel, *Neque habentur rei*, JT. Pi. D. Impunè hæc patrant [a]. Tanta est eorum authoritas, ut injuriæ tam atroces censeantur legitimæ [b]. Al. *Et non agebant pœnitentiam*, ό. *Nec pepercerunt*, Sy. ¶ *Et*, &c. וּמֹכְרֵיהֶן יֹאמַר בָּרוּךְ יְהוָה וַאעְשִׁר] *Et vendentes ea* (vel, *qui vendebat eos*, M. vel, quisque eorum *qui vendet eos*, P. sic JT. Pi. D. Tar. i. e. qui prodebant, partim occidendos, partim diripiendos, externis [c]: qui omnibus modis subditos expilabant [d].) *dicet, Benedictus* (vel, *Laudatus*, G. sub. *sit*, Pi.) *Dominus*, Mo. &c. *&* (vel, *quòd*, JT. Pi. G.) *ditatus sum*, Mo. JT. Pi. Gratias agimus Domino, ingentem pecuniam accipiemus ex captivis istis *. Gratias Deo agebant quòd sine peccato ditati essent [f]. Sensus, q. d. Nihil plebem curo, dum ego ex sacerdotio magnos quæstus faciam. Ità etiam Dei nomine ad prava vota abutebantur. Et quàm multi hodie sunt qui Deo gratias agunt de scelerum suorum successu [g]? Mos iste vulgi, ut etiam de improbo lucro Deo gratias agant [h]. Blanditiis se demulcent acsi licita esset præda, quia scilicet non coarguuntur hominum judicio [i]. Non hominibus tantùm, sed & Deo, se illudere posse putant, opum injustè partarum authorem Deum sacrilegè facientes [k]. ¶ *Et*, &c. וְרֹעֵיהֶם לֹא יַחְמוֹל עֲלֵיהֶם] *Pastor autem eorum* (id est, Deus; plur. pro sing. Sic Psalm. 149. 2. *Lætetur Israel in factoribus suis*; & Gen. 42. 30. *Locutus est vir domini terræ dura* [l]. Vel, Qui *pascunt*, sive *pascebant*, *eos*, Ti. M. *Et*, vel *Nam*, *pascentium eas nemo*, JT. Pi. D. Tar. *Adeò* quisque *eorum pastor*, G.) *non parcet*, vel *parcit*, vel *parcebat*, *eis*, P. D. G. Pi. &c. sim. M. vel, *clementiâ utitur erga eas*, JT. q. d. Valde inclementer eas habet [m]. *Hic alienus oves pastor bis mulget in hora* [n]. Hæc ratio cur alii jam hæ oves demandentur, quia pastores illi miserrimè tractârunt eas [o].

6. *Non parcam*, &c.] Illi populo non parcunt, & ego ipsis non parcam, nec iis qui facta illorum erunt approbaturi [p]. ¶ *Tradam*, &c. מַמְצִיא אֶת הָאָדָם אִישׁ וגו׳] *Trado*, vel *Tradam*, (ad verb. *Facio invenire*, vel *inveniri*, V. D. sic Mo. vel, *ut inveniantur*, i. e. ut sint; nam *inveniri* dicunt pro, *esse*: ut Esth. 1. 5. הַנִּמְצָאִים *qui inveniebantur*, i. e. erant; 1 Pet. 2. 22. *Non est inventus dolus*, &c [q]. Al. *Faciam ut præsto sint*, JT. *Exhibebo*, Pi. *Dedam*, Ca. Confer Levit. 9. 13. הִמְצִיאוּ *tradiderunt*, sive *obtulerunt* [r]. Al. *Præparo*, He. in D.) *hominem* (vel, *homines*, M. Ti. JT. Pi. sic P.) *quemque* (vel, *virum*, Mo.) *in manum proximi sui*, M. Calv. &c. Inter se mutuis cædibus sævient †. Impletum hoc est [t], vel, 1. sub Antiocho, cujus partes multi Judæi sectabantur. Vide Josephum, & 1 Mac. 1. vers. 52. al. 55. item Dan. c. 11. v. 30, 32 [v]. Vel, 2. sub Hircano & Aristobulo Asmonæis, qui, cùm de Regno contenderent, Judam in factiones traxerunt, & à Pompeio aliisque Romanis, quos in auxilium evocârant, subacti, expilati, imò jugulati, sunt [x]. Vel, 3. tempore Vespasiani, quando Zelotæ aliique factiosi Judæi mutuò se expilârunt & mactârunt [y]. ¶ *Et in manu* (vel, *manum*, Ti. &c.) *regis sui*] Vel, 1. principis factionis [z]. Vel, 2. variorum Regum qui in Jehuda pro Regno contendebant [a]. Vel, 3. Antiochi [b]. Vel, 4. Herodis [c], vel Agrippæ junioris [d], aliorúmque, qui operam dederunt ut optimates quosque Judæorum è medio tollerent *. Vel, 5. Cæsaris [f]; quem ipsi *Regem suum* vocabant, Joh. 19. 15 [g]. Vespasiani & Titi, à quibus stirpitus excisi sunt [h]. ¶ *Et concident* (vel, *contundent*, V. D. i. e. perdent [i],) *terram*] i. e. Incolas Judææ [k]. Al. *Ut terram feriant*, cadentes scilicet †. ¶ *Et non eruam*, &c.] Talium consiliorum approbatores de manu Antiochi, aut Maccabæorum [l]. Peribunt absque ullo remedio, quia ego, qui unicus sum liberator, flecti nolo ad ferendum auxilium [m]. Nam ità meruerunt scelera ipsorum [n].

7. *Et pascam*, &c. וָאֶרְעֶה אֶת צֹאן הַהֲרֵגָה לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן] *Et* (vel, *Itaque*, JT. Pi. D. quia scilicet Deus Pater mandavit mihi ut pascerem [o]. Vel, *Autem*, P. similiter Ca.) *pascam* (vel, *pavi*, Calv. D. Ti. JT. Pi. vel, *nutrivi*, M.) *pecus*, vel *oves*, *occisionis*, Mo. M. Calv. &c. *profectò* (vel, *certè*, V. D. *utique*, Di. τὸ לָכֵן hoc loco valde turbat Interpretes. Mihi verò est asseverandi particula, ut Genes. c. 4. v. 15, Jerem. c. 2. v. 33. & 5. 2. Ose. 2. 6 [p]: idem quod אָכֵן, (*verè*, *certè*;) pro quo & simplex כֵּן interdum usurpari arbitramur [q]; ut Psalm. 63. 3, 5. & 127. 2. τὸ ל redundat, ut in לְמִן *ex*, לְיַחַד *pariter*: aut adverbium indicat, ut in לָבֶטַח *securè* [r]. Al. *nempe*; לָכֵן enim explicativè sumi potest †: *scilicet*, Q. in V. vel, *præcipuè*, vel *ideóque*, Calv. vel, *adeóque*, Ti. vel, *quantò magis*, Al. in V. vel, *videlicet*, Ca. vel, *per hoc*, nempe, G. vel, *vos*, inquam, JT. Pi. In qua interpretatione peccatum multis modis. 1. לָכֵן hic scribitur, non, לָכֶן. Hoc pronomen est, illud verò adverbium. 2. De maribus agens, dixisset לָכֶם. 3. Nec לָכֶן dixisset, quod valet, *vobis*, sed אַתֶּם, *vos* [s]. 4. Sic לָכֵן transfertur ad initium versûs [v]. Al. *propter vos*, Q. in Me. Contrà, 1. constructio verbi רָעָה id non patitur: 2. tunc scriptum esset אֶתְכֶם לָכֶם [x]. Al. sic, *propter hoc*, D. Me. & T. ex Vulg. לָכֵן hîc notat causam impulsivam, quâ permotus Christus libentiùs pastorale illud officium in se susceperit [y]: quia Deus sic voluit [z], & ipsum pastorem constituit [a]; vel, pastoris personam induere jussit, ut in ipso futura hæc repræsentaret [b]. Quia ità vexabantur oves à dominis suis [c]. Quia video oves has pauperes esse, & abjectas coram mundo [d].) *pauperes gregis*, P. Calv. sive, *oves*, M. sive, *ovium*. Sermo ἐλλειπτικὸς, ut, *canum degeneres*, *nigræ lanarum* *. Vel, *pauperrimas ovium*, Di. vel, *mites de grege*. Sensus est, q. d. Instruam miseram plebem à rectoribus objectam tot cædibus ac malis egregio documento, (quod jam sequitur,) ut scilicet & causas malorum intelligant, & sibi caveant [f]. Vel, ô *pauperes gregis*, JT. Pi. Vulg. Vos mansueti, simplices, & adhuc innocentes, Judæi [g], supple, *attendite ad ea quæ dicturus sum* [h]. Sunt hæc verba vel, 1. Christi [i]. Hic est bonus ille Pastor qui venit propter oves perditas domûs Israel. Ostenditque hîc Propheta tertium peccatum, quòd scilicet negaverunt & vendiderunt Christum [k]. Vel, 2. Zachariæ, suscipientis onus pascendi oves, quod illi v. 4. fuit impositum [l]. Vel, 3. Dei, ostendentis ingratitudinem & obstinationem populi: q. d. Per me non stetit quò minùs oves has pascerem, sed culpa in vobis residet, quia repulistis à vobis Dei gratiam, &c [m]. ¶ *Et assumpsi* (vel, *Et accepi*, D. Pi. &c. i. e. in manus sumpsi: vel, comparavi, emi; nam quod quis emit, id ab alio accipit [n]. Sæpe apud Hebræos narrationes incipiunt per ו, ut Jud. 1. v. 1. Hoc est quod hîc dicit, Jam olim *assumpsi* [o].) *mihi duas virgas*] Ità Mo. Ti. vel, *duo peda*, G. *duos baculos*, JT. Pi. nempe pastorales [p]; ut pastoris habitum, æquè ac officium, assumerem [q]: id est, duas rationes populum feliciter gubernandi [r]. *Duos assumpsit*, ut significaret Dominus se non vulgari modo incubuisse in officium pastoris, sed majore cum solicitudine: nam quisque pastor uno pedo contentus est †. ¶ *Unam vocavi Decorem*, נֹעַם] *Noam*, P. D. *Elegantiam*, M. Calv. *Pulchritudinem*, Calv. *Jucunditatem*, sive *Suavitatem*, sive *Dulcedinem*, V. G. *Amœnitatis*, JT. D. repete, *baculum*, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ [t]. Malim, *Amœnitatem*, Di. Pi. quod v. 10. probat [v]. Per hunc baculum designat, vel, 1. Legem naturæ [x]. Vel, 2. Evangelium [y]. Cui reclamat, 1. quòd hîc baculus ante Christi adventum Judæis adfuit, eóque exhibito ablatum fuit, ab eo prorsus succisum, vers. 10, id quod minimè competit Evangelio, quippe quod Christo exhibito

[n] Pi. [o] G. [p] Mc. [q] Pi. [r] V. † D. [s] D. ‡ G. [v] G. [x] V. [y] D. sic M. [z] Calv. [a] D. Tar. [b] Tar. [c] G. [d] M. * V. [f] Me. [g] G. [h] D. sim. Calv. [i] Calv. [k] Tar. [l] V. [m] D. [n] G. [o] Tar. [p] G. [q] D. [r] Idem. † G. sim. Calv. D. Tar. Me. T. [t] T. [v] G. [x] Theod. in T. [y] T. sim. Mc. [z] V. [a] M. [b] G. [c] D. [d] T.

* D. [f] Me. sim. T. Tar. [g] Me. T. [h] T. [i] V. [k] D. † G. [l] G. [m] Calv. [n] D. [o] Tar. [p] Di. [q] Di. sim. D. ex K. [r] D. † Calv. [s] D. [v] Di. [x] Tar. [y] Idem. [z] D. [a] Me. [b] T. [c] D. sim. T. [d] Tar. * D. [f] G. [g] T. [h] Me. [i] Tar. [k] M. [l] Me. [m] Calv. [n] D. [o] G. [p] Me. T. D. [q] Me. [r] D. † Calv. [t] D. [v] Di. [x] Q. in Calv. [y] Luth. & alii plerique in Tar. sim. M.

bito manifestiùs divulgatum est: 2. quòd per Evangelium fœdus illud Dei, quod infrà *succisum* dicitur, non irritum, sed maximè ratum, efficitur [z]. Vel, 3. protectionem à malis externis: nihil enim dulcius quàm à malis liberari [a]. Vel, 4. optimum illum ordinem quo Deus Israelitas rexit [b]. Vel, 5. suave illud regimen Divinum per amorem [c], consolationes, monitiones [d], & beneficia * Judæis à Deo exhibita [f], maximè tempore Maccabæorum & Christi [g]. Vel, 6. Dei erga suos bonitatem & clementiam [h]. Vel, 7. benignitatem quâ Christus usus est erga miseros peccatores, erudiendo scilicet & consolando eos [i]: vel, gratiam & beneplacitum Dei conquiescentis in populo ipsius per Christum prædicatione Verbi [k]. Vel, 8. Judæorum prærogativam, quâ reliquis gentibus antecellebant, Deuter. 4. 6, 7, 8. Psalm. 147. 19, 20. in Prophetarum dignitate, Templi ejúsque sacrorum celebritate, terræ fertilitate, Deíque peculiari præsentia per miracula sæpe demonstrata; confer Gen. 49. 15. 2 Sam. 23. 1. Psal. 27. 4. & 90. 17: quæ omnia Christo crucifixo planè inter Judæos esse defierunt [l]. ¶ *Et alteram vocavi Funiculum,* חוֹבְלִים] *Hobelim,* P. sic Ti. *Perditores,* M. *Corruptores,* sive *Destructores,* V. *Exitium,* Ca. Baculum *perdentium,* vel *dolore afficientium,* h. e. iræ & severitatis, quo usus est ad irritam reddendam fraternitatem inter Juda & Israel, v. 14. h. e. ad rejectionem Israelitici populi. Ità servatur oppositio inter hunc baculum & illum *jucunditatis,* i. e. clementiæ ac mansuetudinis [m]. חָבַל significat, *perdere* [n]. Hæc quidem *corrumpendi* vel *perdendi* notio verbi חבל tam Chaldæis Syrisque quàm Hebræis usitata est: sed utrobique omnino ferè in Piel aut Pael; in Cal verò (quemadmodum hîc cernitur) non nisi quàm rarissimè*. Alii sic, *Funiculum,* vel *Funiculos,* Calv. G. Cap. &c. Sic & Græci [nempe Sym. & Aq. in D.] σχοίνισμα [o]. & ο'. σχοινίσματα [p]. Unde apparet vocem חבלים ab iis lectam cum vocalibus aliis quàm quas ascripsêre Masoretici. Nam eadem vox aliter lecta aut *dissipantes* significat, aut *funes.* Posterior autem hæc lectio planè sensui congruit, & significat curam Dei ad retinendum in concordia populum, ut patet infrà 14. Sicut Masoreticorum diligentiam spernere non debemus; ità nec superstitiosè nimis ac Judaicè nos alligare ipsorum conjecturæ, ubi aliæ suppetunt meliores [q]. ο'. legebant חֲבָלִים, quæ commodior est punctatio [r]. Sed quare illa commodior quàm חוֹבְלִים? Utraque commoda est & secundùm grammaticam & quoad sensum †. Σχοινίσματα non significat *funiculos,* ut Vulg. habet, sed, *funiculamenta,* i. e. agri possidendi portiones, quæ funibus metatæ possessoribus suis assignari solebant. Et cùm חוֹבְלִים fit partic. Cal activ. potiùs sonat σχοινίζοντες, qui propriè sunt *ii qui fune dimensam atque descriptam hæreditatem obtinent.* Huc facit, 1. quòd חֶבֶל est, *funiculus mensorius:* 2. quòd eo modo Terræ sanctæ possessio iis obtigit. Itaque sequitur continuò, *dissolutam germanitatem fore,* nec ampliùs unà habitaturos instar fratrum, Psalm. 133. 1. sed deinceps justo Dei judicio in varia loca dissipandos [t]. Alii, *Colligationes,* Q. in V. Calv. *Devincientes,* Pi. *Devincientium,* JT. D. Tar. Di. Favet collatio v. 14 [v]. sed & ratio. חֶבֶל est, *funis;* חוֹבֵל, *qui funibus aliquid vincit* [x]. חֲבַל apud Talmudicos sign. *ligare, colligare* [y]. Nos vertimus, *Fœderatos.* Nam חבל apud Arabes non modò *funem,* sed & in Alcorano sæpe *fœdus,* significat: quia solennis Orientalibus ritus est, funem nectere, seu nodare, quum fœdus ineunt; & eundem rursus enodare, seu nodum dissolvere, quum fœdus frangunt. Hinc & apud Hebræos חֶבֶל sæpe significat *societatem hominum, multitudinem simul proficiscentium,* qui quasi fœdere inito socii sunt itineris, 1 Sam. 10. 5, 10. Psalm. 119. 61; indè חוֹבְלִים *sociatos* vertas: quod quàm rectè cum v. 14. conveniat, res ipsa indicat [z]. Per hunc *baculum* porrò designat, vel, 1. Legem Mosis [a]: Legem moralem [b]. Vel, 2. concordiam populi [c], & societatem quæ inter Tribus Juda & Israel [d]: unitatem & collectionem dispersorum Israelitarum in unum corpus, ut & uno spiritu conjuncti forent *. Vel, 3. durum regimen [f], quo Deus cervicosas Judæos minis [g], severis legibus & edictis [h], mulctis & flagellis, ad officium pertrahere conatus est [i], maximè post occisum ab illis Christum [k]. Vel, 4. Christum studuisse Judam & Israelem inter se devincire, ut percipitur ex ver. 14 [l]. Vel, 5. Ecclesiam ex Jehudæ & Israelis reliquiis adunatam: quod præcessurum erat ante vocationem Gentium, ut prædictum fuit per Prophetas, & ipse Christus ostendit Matth. 10. 5, 6 [m]. *Baculi amœnitatis* & *devincientium* significant communia sacra & communes leges quibus Judæi & Israelitæ inter se devincti & conjuncti sunt [n].

[z] Tar. [a] G. [b] Calv. [c] T. sim. Me. [d] Me. * Me. T. [f] Me. [g] T. ex Me. [h] D. [i] Pi. [k] Jun. [l] Tar. [m] Buxt. Fird. 2. 8. 557. [n] Buxt. ex He. * Ful. misc. 6. 17. [o] G. [p] Ful. [q] G. [r] Cap. crit. † Buxt. ib. [t] Ful. ib. [v] Di. [x] D. [y] Buxt. ib. [z] Di. [a] Q. in Calv. [b] Luth. & plerique in Tar. [c] G. D. Calv. [d] D. * Calv. [f] Me. T. [g] T. [h] Me. [i] T. sim. Me. [k] T.

8. *Et* (vel, *Sed,* G. *Præterea,* Ti.) *succîdi* (vel, *submovi,* M. sim. Ti. G. *succîdam,* P. Loquitur tanquam Propheta, & Dei vicarius [o]. Vel, *excîdi,* JT. Pi. i. e. convici errorum & falsæ doctrinæ [p]: *exterminabo,* V.) *tres pastores in mense uno*] Vel, 1. propriè [q]: vel, 2. brevi tempore [r]. Sed quinam sunt hi *tres pastores?* Resp. 1. *Tres* indefinitè ponit, pro multis. Significat summam diligentiam suam erga gregem, præ qua sæpius mutavit pastores, ubi observabat eos ignavos esse, & novos subindè pastores eis suffecit: cui Dei studio Judæi non responderunt, &c †. 2. Tria Judæorum judicia; illud trium virûm, & duo Synedria [t]. Non placet, quia illa politico regimini inserviebant, cùm hîc de ecclesiastico agatur, ut patet ex antithesi passionis Christi, & nomine *baculi:* sed nec judicia *pastores* dici possunt [v]. 3. Moses, Aaron & Maria, uno eodémque mense mortis sententiâ damnati. Vide Num. 20. 1, 28 [x]. Sed Zacharias de futuro tempore prophetat [y]. 4. Joachaz, Joacim & Sedecia, qui intra paucos annos morte miserrimâ extincti sunt [z]. 5. Tres Principes egregii, David, Adonias Regis filius, & Joab fortissimus dux, quos, cùm populus ingratissimum se in Deum & Davidem ostendisset in scelerata factione Absalomi, uno in mense abstuli [a]. 6. Tres Principes factionis in bello Judaico, Johannes, Simon & Eleazar [b]. Vel, Judas, Jonathan & Simon, Maccabæi fratres, quos Deus uno mense annorum, h. e. intra 30 annos, sustulit [c]: sed sub his reliquos populi Principes usque ad Christum intelligit [d]. Vel, tres ultimi Asmonæorum Principes, Hircanus, Alexander & Antigonus, qui brevi spatio & violentâ morte obierunt *. 7. Tres ordines magistratuum [f]; sive eorum qui populum vel regebant, vel docebant [g]: 1. Principes [h], vel sapientes [i], seu magistratus [k], qui consilio populum regebant, Jer. 18. 18 [l]; 2. Sacerdotes; 3. Prophetæ [m]: qui Christo adventante omnes desinebant [n]. 8. Tres sectæ Judæorum, Pharisæi, Sadducæi & Essæi, vel, si placet, Herodiani [o]. Sed contrà, 1. hi non erant pastores: 2. nec eorum remotio pœnæ loco futura erat: 3. aliæ etiam erant sectæ [p]: 4. id respuit τὸ *excîdi,* nam ex his duæ sectæ adhuc durant [q]. 9. Christus & Christi cognati duo, Apostoli, Jacobus Zebedæi & Jacobus Alphæi, primæ notæ pastores Judæorum, qui omnes tres uno mense annorum, i. e. intra 30 annos, & eodem mense Nisan, eodémque die, putà pridie Paschæ, occisi sunt [r]. ¶ *Et,* &c. וַתִּקְצַר נַפְשִׁי בָּהֶם] *Et* (vel, *Quia,* Pi.) *abbreviata est* (vel, *affligetur,* P. *contrahetur,* Q. in V. *contracta,* vel *coarctata, est,* D. Calv. sim. Ca. i. e. tædio affecta †. Eadem phrasis est Num. 21. 4. Jud. 10. 16. *Anima contrahi* dicitur in rebus adversis [t]. Vel, *imminuebatur,* Pi. sic JT. Tar. vel, *detestatus est,* Ti. *nauseam habuit,* M. *decurtata fuit,* præ ægritudine [v],) *anima mea* (vel, *animus meus,* Pi. sic JT. Ti. Ca. *Animus* Latinè sæpe pro *ira* ponitur. An etiam Ebraicè? Dubito. Ira רוּחַ *spiritus* dicitur. Sic fortè, *imminutus est animus meus,* i. e. non tantùm alienatus ab illis, sed etiam exacerbatus & irritatus [x]. Al. *contrahet sese,* h. e. imminuetur affectus sive amor meus [y].) *in eis,* Mo. M. V. Calv. id est, in ovibus illis *. Vel, *in eos:* i. e. Quum longanimis hactenus fuerim, jam impatiens & quasi brevis animi factus sum, properans ad vindictam. Ut enim inter se opponuntur אֶרֶךְ אַפַּיִם *longus irâ,* id est, tardus ad iram, Prov. 14. 29. & קְצַר אַפַּיִם *brevis irâ,* i. e. celer ad iram; sic quoque אֶרֶךְ רוּחַ *longus spiritu,* i. e. longanimis, Eccles. 7. 8. & קְצַר רוּחַ *brevis spiritu,* i. e. præceps ad iram [z]. Dicit Deus se coarctatum fuisse in iis, nempe populo Judæorum, per quos non dabatur gratiæ Dei locus, quia non excipiebantur pro merito beneficia ejus, sed quasi prohibebantur. Confer 2 Cor. 6. 12 [a]. Vel, *eos,* Ti. vel, *erga eos;* q. d. diminutâ meâ erga eos benevolentiâ [b]. Vel, *propter eos,* P. JT. Pi. D. Tar. i. e. Vel, 1. pastores; sic sensus est, Cœpit me tædere

[l] Pi. [m] Jun. [n] Tar. [o] Me. [p] Pi. [q] D. [r] V. D. Me. Calv. † Calv. [t] Q. in Tar. [v] Tar. [x] Hi. & Rib. &c. in T. [y] T. [z] Q. in D. [a] G. [b] D. [c] Me. T. [d] Me. * T. [f] V. [g] Q. in D. [h] V. Q. in D. [i] M. Tar. [k] M. [l] Tar. [m] M. V. Tar. [n] Tar. sim. M. [o] Q. in D. [p] Tar. [q] D. [r] T. † D. Calv. [t] D. [v] Q. in Pi. [x] D. [y] Q. in V. * Q. in V. [z] Di. [a] Calv. [b] Ca.

dere illorum pastorum: vel, 2. oves; q. d. propter molestiam quam sustinuerunt à pastoribus suis[c]. ¶ *Siquidem & anima eorum variavit in me*] i. e. In meo cultu, modò eum præstantes, modò ab eo recedentes[d]. Fidem mihi non exhibuit. Id sign. verbum בָּחַל, ex Arabico בחל*. ¶ וְגַם נַפְשָׁם בָּחֲלָה בִי] [Locum variè reddunt.] *Atque etiam (Quòd etiam*, JT. sic M. *Quandoquidem*, Ti.) *anima* (vel, *animus*, Pi.) *eorum abominata est* (vel, *fastidiebat*, vel *fastidio afficiebatur*, Pi. *abhorrebit*, P. *spreverat*, vel *nauseaverat*, D. vel, *odisset*, Q. in D. Non rejicio. בחל in Talmud vocatur *filia grandior parenti spreta & exosa*[f]. Vel, *coqueret* consilia, JT. Nostri בָּחַל tribuunt significationem τῷ בָּשַׁל, idque per ellipsin: sed audacius hoc videtur, & alteri significationi favet antithesis[g].) *me*, Calv. Pi. sim. M. Ti. D. V. vel, *in me*, Mo. JT. vel, *à me*, P. vel, *propter me*, Pi. Verbum בָּחַל alibi non reperitur[h] in Hebræis libris[i], nisi fortè Prov. 20.21. ubi legitur מְבֹהֶלֶת, i. e. *properata*; scribitur autem מְבֻחֶלֶת, i. e. *spreta*, aut *neglecta*[k].

9. *Et dixi*] Significat, se non fuisse præcipitem in sumenda vindicta, sed quasi necessitate coactum renunciâsse muneri pastoris[l]. Vel, *dicam*, V. ¶ *Non pascam vos*] Abjiciam omnem curam vestrî[m]. Non pascam vos ingratos Judæos prædicatione Evangelii[n]. Nolentes eum audire derelicti sunt ab eo, & mortui in peccatis suis[o]. ¶ *Quod* (vel, *Quæ*, scilicet *ovis* [p],) *moritur* (vel, *brevi moritura est*; ut Jon. 1.3. *navem euntem*, i. e. mox ituram[q]. Vel, Quod morbidum est[r]: Siquis discrimen mortis adierit †:) *moriatur*] Ità Ti. &c. morbo intereat. De grege enim sumitur similitudo. Respicitur pestilentia ingens sub finem Davidis[t]. Pereat per me licet[v]. Non ero solicitus ut liberem vos[x]: non avertam à vobis flagella, &c[y]. ¶ *Quod succiditur* (vel, *mox excidendum est*, D. vel, à lupo *abripitur*. Lupi isti sunt Adad & Razon, 1 Reg. 11.14,23[z].) *succidatur*] Gladio pereat[a]. ¶ *Et reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui*] *Et reliquæ*, sc. pecudes nec morbo intermortuæ, nec à lupo raptæ, *devorent altera alterius carnem*: rabie quadam agentur in mutuam perniciem[b]. Mutuis vulneribus cadent[c]: quo modo perierunt Judæi[d]. Aliæ alias devorent præ fame*.

10. *Et tuli* (vel, *Tollam itaque*, V. *Itaque accipiens*, JT. Pi.) *virgam——Deus*] Vel, *Amœnitatem*, Pi. D. &c. Abstuli vel, 1. protectionem illam specialem[f]: vel, 2. Evangelium à Judæis, & dedi illud Gentibus; Matt. 21. vers. 41. Act. 13.46[g]: vel, 3. regimen illud amoris, cui contrarium induxi, rigoris scilicet & severitatis[h]; q. d. Non pascam neque moderabor eos posthac mansuetudine & clementiâ illâ solitâ[i]: vel, 4. prærogativas Judæorum[k]: vel, 5. ordinem politicum. Res omnin Judæa confusæ turbatæque erant antequam populus ille prorsus excideret & dissiparetur[l]. ¶ *Et*, &c. וָאֶגְדַּע אֹתוֹ] *Et confregi* (vel, *abscindam*, V. *scidi*, G. sic JT. Pi. in fragmenta corrupi[m],) *eam*, Calv. D. ¶ *Ut irritum facerem* (i. e. Ut significarem irritum fore: erat enim quasi symbolum irriti fœderis[n].) *fœdus meum* (quippe quod conditionale erat, Exod. 19.5,6. Lev. 26.3, &c. Deut. 4.6, &c[o]. *Irritum facere fœdus* suum dicitur Deus, cùm, ruptis à populo fœderis conditionibus, ipse quoque à sua parte promissa non implet[p].) *quod percussi cum omnibus populis*] i. e. Vel, 1. cum toto orbe[q]. Cum gentibus, quibuscum priùs videbar quasi fœdus iniisse, nè Israelitas læderent[r]; (quale fœdus illud cum bestiis, &c. Hos. 2.18†.) nunc verò, inquit, fœdus illud irritum faciam, permittendo eis ut illos affligant[t]. Al. Dicitur hoc fœdus percussum esse cum omnibus gentibus, vel, quia omnes ejus participes esse poterant, si Religionem Judæorum suscipere voluissent; vel, quia fœdus primò initum cum Noe, à quo omnes homines propagati sunt, traductum est ad Abraham & Judæos, & in illis permansit[v]. Vel, 2. cum Romanis, quibus parebant omnes populi Judæis antea infesti. Perinde igitur erat ac si cum illis omnibus fœdus pepigisset. Intelligit autem fœdus pacis; pacis, inquam, quæ erat inter Judæos & populos ante bellum Judaicum[x]. Vel, 3. cum tribubus Israelis[y], qui *populi* vocantur Jud. 5.14[z]. Sic posteri Abrahæ dicuntur *multi populi*, Gen. 17.5[a]. Hîc verto, *cum populis istis*: nam articulus est in Hebr[b]. Sensus loci, q. d. Ut jam palàm fieret me non ampliùs esse Judæorum ducem, quia, quum defecerunt à legitimo Dei ordine, fœdus etiam Dei irritum factum est[c]. Al. q. d. Cùm me & doctrinam meam acceptare nollent, conversus sum ad Gentes, &c †.

11. *Die illâ*] Vel, 1. cùm Salomon apertè in idololatriam prorupit[d]. Vel, 2. die mortis Christi*. Vel, 3. die quâ Romani eos invadent[f]; quâ excisa fuit Jerosolyma[g]. ¶ *Et*, &c. וַיֵּדְעוּ כֵן וגו׳] *Et cognoverunt*, sive *agnoverunt*, *sic*, Mo. M. Calv. D. Pi. (vel, *hâc ratione*, Ti. ex illa mea gubernandi ratione[h]: vel, *rectè*, JT. D. G. vel, *verè*, D. Al. *Ità demum intelligent*, Ca.) *pauperes* (vel, *mites*, G. ex Ch.) *gregis* (i. e. reliquiæ piæ & parvæ ex populo Judaico[i]; pauperes & abjectiores qui erant inter Judæos[k]; afflicti Christiani[l]; humiles & mansueti, Apostoli scilicet & alii fideles[m]. Accusat omnes Judæorum proceres & divites socordiæ five stuporis, quòd tam horrendam Dei ultionem oculis penè clausis præterirent, & securè contemnerent, non sentientes se divinitus castigari[n].) *custodientes* (vel, *qui attendebant*, G. vel, *observant*, P. M. Ti. *observabant*, JT. Pi. Calv. qui memoriâ retinent, vel qui colunt[o],) *me*, (i. e. Vel, 1. verba mea[p]: quæ prædicta sunt à Prophetis meis hac de re. Tale illud Gen. 37.11. *servabat verbum illud*[q]. Vel, 2. præcepta mea[r]. Vel, 3. opera mea. Docet cur pauperes intelligunt, quia applicant se ad reputanda opera Dei: dum reliqui obvertunt Deo tergum, & pervicaciter cæci sunt, nec dignantur expendere opera Dei; ideóque intractabiles manent †.) *quia* (vel, *quòd*, Calv. G. &c.) *verbum* (sub. *hoc*, Ti. Pi. vel, *res* hæc, G.) *Domini esset*, Calv. G. &c. i. e. à me facta[t]: i. e. non fortuitò illa geri, sed à Deo gubernari[v]. Viderunt mala ista non frustrà, sed meritò, evenire[x]: non fortuitò res in deterius mutatas fuisse, sed Deum sic judicium suum exsecutum esse[y]: hoc ità accidisse secundùm verbum & voluntatem Domini[z]: prophetiam nomine meo ac verbis meis prædictam adimpletam esse[a]: hoc esse jussum & opus Domini, qui Judæos impios impunè abire non finit[b]. Cúmque exitium toti Judææ & Jerosolymæ instare hinc certissimè colligerent, inde concedentes Pellam migrârunt, ut narrat Eusebius l. 3. c. 5[c]. ο΄. h. l. [quem sic vertunt, *Et cognoscent Chananæi oves quæ custodiuntur mihi*; sim. Ar.] pro, כֵּן עֲנִיֵּי, legerunt unâ voce minùs rectè, כְּנַעֲנִי[d].

12. *Et dixi ad eos*] i. e. Ad Judæos remanentes post captivitatem*. Sunt hæc verba vel 1. Zachariæ, sed in persona Dei[f]; ut typus Christi[g]. Causam derelicti à se populi ampliùs redditurus, ostendit per egregiam figuram quantopere ipse à populo contemptus fuerit. Quod olim quidem verum exstitit, sed multò clariùs Christi temporibus; cujus vetera omnia imaginem gerunt[h]. Zacharias interpellatus in proscenio à Judæis, cur, cùm pastor ipsorum esset, ipsos desereret, sic respondet[i]. Hæc autem omnia gessit & dixit, non re ipsâ, sed mentaliter & per visionem[k]. Vel, 2. Christi, causam reddentis cur Judæos abjecerit[l]. ¶ *Si bonum est*, &c.] Hs, qu. d. Si lubeat[m]: Nisi id iniquum judicatis[n]. Taxat eos ingratitudinis[o], & contemptûs beneficiorum & gratiæ Dei[p]. ¶ *Afferte* (vel, *Date*, Ti. Pi. &c.) *mercedem meam*] Pro opera quam impendi tamdiu[q], vobis protegendis[r], & pascendis †: pro cura pastorali[t]. Loquitur ut pastor loqueretur domino gregis*. Sensus est, q. d. Postquam decrevistis me abjicere, &c. *date mercedem* proditori qui me tradat in manus vestras. Vide Matt. 26[v]. ¶ *Et si non*, (vel, *Sin minùs*, JT. Pi. Si nolitis[x]: Si nihil me meritum putatis[y]:) *quiescite*] Vel, *desistite*, JT. Pi. D. Nihil date[z]. Non multùm curo[a]: non cogo[b]: non urgebo jus meum, sed Deo committam, &c[c]. Non moror mercedem vestram[d], nec illâ indigeo*; non sum mercenarius: interea tuum erat, videre quid mihi deberes[f]. ¶ *Et appenderunt* (more veterum, qui sc. pecuniam pondere, non numero, exponebant: ut patet ex Gen. 23.16. Exod. 22.17. Ezræ 8.25. Esth. 3.9[g].) *mercedem meam triginta argenteos*] Vel, *argenteas*, D. Intellige, vel, 1. siclos[h]; vel, 2. libras[l], vel minas[k], ex collat. Matt. 27.7. Quis enim credat agrum illum prope Jeros. 30 siclis venire potuisse[l]? Omne argentum simpliciter memoratum, in Lege, siclos denotat; in Prophetis, *libras*; in Hagiographis, *talenta*. Excipitur Gen. 23.16[m].

qu. d.

qu. d. Tantum abest ut parem mihi gratiam relaturi sint, ut vili pretio me venditurí sint, &c [n]. Deo vile pretium, tanquam subulco, dant [o]. Cùm exspectarem pro mercede mea se suáque omnia, amorem, obedientiam, &c. ecce, *appendunt*, &c [p]. Ceremoniis aliísque frivolis nugis putant se Deo satisfacere [q]. Hoc Zachariæ in Viso ostensum putat Maimonides, & sequentia quoque in Viso expleta per Zachariam. Hoc dicit, Operam pastoralem exhibitam per annos 500 (tot enim ferme sunt ab exitu ex Ægypto ad finem Salomonis,) æstimârunt 30 siclis, id est, pretio iniquissimo. Operæ diurnæ æstimatio erat denarius, ut ex Evangelio etiam discimus: Is non multùm excedit drachmam Atticam: Quatuor drachmæ Atticæ siclum faciunt: Ergò 120 aut paulò ampliùs diebus poterat aliquis ex operibus suis lucrari 30 siclos. Vides iniquum æstimationis. Moratur in comparatione pastoris. Vilis hæc merces significat victimas & ritus sine pietate solida [r].

13. *Et dixit* (i. e. visus est dicere †) *Dominus ad me*] Zachariam [t], Christi personam in theatro gerentem; sed subindè etiam aliam, utì nunc proditoris Judæ, personam induentem [v]. *Dixit*, &c. ut facto aliquo sibi imperato Zacharias rem magìs etiam animo imprimeret [x]. Hîc jussus est Propheta facere quæ Judas Iscariotes facturus erat [y]. ¶ *Projice illud* (vel, *eos*, JT. Pi. vel, *illam* mercedem [z],) *ad*, &c. אֶל הַיּוֹצֵר] [Variant.] *Ad thesaurarium*, V. *ad thesaurarios*, P. Sic vocat principes Sacerdotum & Seniores ‡. Pro יוֹצֵר, legendum אוֹצָר [a]. Sed à recepta lectione stant ό. & Matthæi Interpres [b]. *Thesaurum* אוֹצָר dici scio, sed *thesaurarium* אוֹצָר adhuc quæro [c]. *Ad statuarium*, V. Vulg. &c. i. e. eum qui ex metallis conflatis signa format [d]. *Ad fictorem*, vel *plasten*, Mo. V. Aq. in D. ό. εἰς τὸ χωνευτήριον, *in conflatorium*, quod, quia differt sensu ab Ebræo, non habet Matthæus. Falluntur ergò qui putant totam versionem Græcam à Spiritu Sancto esse approbatam *. Ad conflatorem vel thesaurarium projicere jubetur, ut illi, qui metallum hoc & ex eo formatas pecunias tractare solent, æstiment pretii hujus vilitatem [f]. [Reliqui aliter.] *Ad* (vel, conferendos *in*, JT. Pi.) *figulum*, M. Ti. Ca. Calv. JT. Pi. D. G. Vel, 1. ut emat sibi lateres vel tegulas ad reficiendum Templum [g]: vel, 2. ut emat agrum figuli [h]; vide Matt. 27. 9 [i]: vel, 3. apud figulinam. Erat enim ibi area in quam projiciebantur fracta Templi fictilia. Vide quæ diximus ad Jerem. 19. 2. *Projice*, inquit, tanquam rem nihili, non pluris Deo faciendam quàm fractum fictile [k]. *Projice*, i. e. Prophetiâ tuâ ostende sic futurum esse [l]. Voces reales interdum usurpantur pro verbalibus, h. e. pro rei indicatione vel prænunciatione [m]. Testatur Deus se abominari mercedem tam contumeliosam [n]. ¶ *Decorum*, &c. אֶדֶר הַיְקָר וגו'] *Magnificentiam gloriæ*, &c. Mo. P. *Magnificum* (vel, *Egregium*, Ca. *Decorum*, vel *Honestum*, D. sub. *verò*, Pi. vel, sub. *videlicet*, Ti.) *pretium*, &c. M. JT. Pi. &c. Heb. *Magnificentia pretii*, &c. Pi. Per appositionem dictum [o]. Ironia est, sive irrisio [p]; qualis illa apud Tacitum, Hist. 5. *Egregium pretium laboris cepi* [q]. ¶ *Et tuli*, &c.] Paruit Zacharias Dei præcepto; sive id reipsa factum sit, sive in Visione: utrumque fieri potuit. Nulla enim hîc mentio spectatorum coram quibus res facta sit. Fuit tantùm hoc documentum Zachariæ ipsi †. ¶ *Et projeci illos in domum*, &c. בֵּית וגו'] *Domum*, &c. Mo. in *domum*, &c. JT. Pi. prope *domum*, &c. G. Qu. Cur Christo h. l. tribuitur quod Matth. 27. Judæ adscribitur? Resp. Ut significaretur, Christi providentiâ hæc omnia, licèt mala, fuisse ad hunc finem bonum directa, &c [r].

14. *Et præscidi virgam*, &c.] Hîc continuatur intermissus κατ' παρένθεσιν Dei sermo. *Scidi*, nempe cùm viderem tam parvi me ab ipsis fieri, utì dictum jam est †. ¶ *Quæ appellabatur Funiculus*] Sensus, Abolevi Legem Mosaicam, per quam Judæi ad invicem ut fratres colligabantur, & secludebant omnes Gentiles [t]. Al. Concordiam [abrupi] tribuum inter se [v]. Al. Omnem illorum curam & gubernationem deposui [x]; ut antè humanitatis, ità nunc severitatis ut iísque permisi ut ingenio suo uterentur, & in præceps ruerent [y]. Omnem formam legitimam gubernationis illis abstuli [z]. *Succîdi baculum devincientium*, cujus operâ politiam suam restituebant & retinebant; qui erat certa tribuum distinctio, sacrorum certa ratio, & legum forensium observantia: quæ omnia, Christo exhibito, (propter quem venturum politia Judaica tamdiu mirabiliter conservata,) paulatim cœperunt evanescere, &c [a]. ¶ *Ut dissolverem*, &c. לְהָפֵר אֶת הָאַחֲוָה וגו'] *Irritam faciendo* (vel, *Ut dissipem*, P. sic Mo. *Antiquando*, Ca.) *fraternitatem* (vel, *germanitatem*, Ca. D. vel, *fraternam unitatem*, Ti. sim. D.) *inter Judam & Israelem*, Pi. sic JT. Inter Duas & Decem Tribus, per factum Jeroboami per me in id instructi [b]. Al. Connexionem illam quâ Israelitæ cum Judæis uniti erant à soluta captivitate, utrisque per totum orbem dispersis, &c [c]; ità ut deinceps nemo possit dicere se esse ex hoc vel illo Regno, nedum ex hac vel illa tribu: & sic dissipati manebunt ad extremum usque Judicii diem [d]. Aut per *Judam* intelligit Judæos secundùm carnem; per *Israelem*, credentes Israelitas, qui se à reliquorum societate segregabant. Firmatur ex eo quòd Nathaniel dicitur *verus Israelita*, Joh. 1. 47 *.

15. *Et dixit*, &c.] Usum ostendit antedictorum; nempe, etiam nunc post reditum si quid simile eveniat, pios id referre debere ad causas similes [f]. ¶ *Sume tibi vasa* (vel, *vas*, Calv. *instrumentum*, JT. Pi. omnia instrumenta [g]: *arma*, Ti.) *pastoris stulti*] Ut, pedum ferratum, cujus incussu pecudes occiduntur [h]; peram, in qua nihil sit ovibus utile [i]. Hoc typo sive symbolo designatur vel, 1. gubernatio stulta & exitialis quæ fuit apud Judæos post tempora Christi [k]: vel, 2. quòd illi qui Christum rejicerent auscultarent vaniloquis, quales erant Pharisæi [l]: vel, 3. prædicationem Christi à Judæis pro stultitia habendam [n]. Hactenus Zacharias egit partem sapientem & bonum: nunc ex adverso jubet illum Deus agere personam pastoris stulti & pravi [o].

16. *Suscitabo pastorem*, &c.] qu. d. Præficiam lupos & latrones pastorum loco [p]. Denotat vel, 1. omnes perversos Pontifices & Principes qui Judæos post tempora Zachariæ rexerunt, quales fuêre Jason & Menelaus, 2 Macc. 4. & 5 [q]: vel, 2. omnes eos qui postremis temporibus remp. Judæorum administrârunt [r]: vel, 3. Scribas, Pharisæos, &c †. ¶ *Qui*, &c. הַנִּכְחָדוֹת לֹא יִפְקוֹד] Qui *quod succisum est* (vel, *latentem*, nempe pecudem; durat enim comparatio [t]: vel, *succisas*, P. V. D. sim. Ti. sub. *oves*, P. sim. Ti. id est, gravissimè ægrotantes [v], acsi succisæ essent [x]: vel, *abscissas*, nempe à reliquo grege [y]: vel, *erraticas*, JT. Pi. Heb. *celatas*, Pi. *pereuntes*, BA. ex ό. Sy. Ar. & RS. propriè, *perditas* & *excisas*, ità ut jam lateant, nec usquam compareant; nam כחד est, *abscondere* [z]:) *non visitabit*, M. &c. vel, *investigabit*, G. vel, *curabit*, Ca. ¶ *Dispersum*, הַנַּעַר] *Adolescentem*, D. sim. Calv. V. *Quod parvum est*, P. V. sub. *in pecoribus*, V. *Parvulos*, Ca. *Agnellum masculum*, M. *Agnum*, G. sic V. D. nempe, qui gregem præ ætate sequi non potest [a]: qui interdum aberrare solet à grege [b]. *Infantem*, aut *Puerum*, BA. h. e. agnum, eúmque *à caula aberrantem* [c]. Non placet. 1. נער alibi semper de homine usurpatur, locis plusquam 200. 2. Agnus non sæpe quæritur, quia vix aberrat à grege, & matrem solet sequi [d]. Al. *Stolidam*, Ti. *Ætate teneram*, JT. Pi. D. Tar. ac, cùm præ imbecillitate progredi non possit, in agro aut saltu derelictam *. Al. Legendum h. l. הַנּוֹעֵר, id est, *quæ migrat de loco in locum* [f], palabunda scilicet. Quâ notione *naara* verbum in usu est apud Arabes [g]. Huc facit, 1. quòd in Talmud hæc habentur, *Qui conducit gregem ovium* prohibetur לנערה. Quid hoc? Est, *de loco in locum deducere* [h]. 2. Quòd Veteres sic accipiunt, locúmque sic reddunt: Chaldæus enim hîc habet, *Illos qui migraverunt non quæret*; & Sy. *illos qui errant*; & Ar. *divagantem*; & ό. τὸ ἐσκορπισμένον & Hieron. *dispersam* [i]. ¶ *Et contritum*] Admorsum à feris [k]: cui membrum aliquod fractum aut luxatum [l]. *Fracta pecudum non aliter quàm hominum crura sanantur; involuta lanis*, &c. inquit Columella. Confer Ezec. 34. 4 [m]. ¶ *Et id*, &c. הַנִּצָּבָה לֹא יְכַלְכֵּל] [Variant.] *Restitantem* (ex infirmitate [n]: Quod *consistit*, P. Eas oves quæ resistunt, sive movere se loco non possunt [o]. *Qui stant*, vel, *immobiles subsistunt*, Ch. & K. & RS. in BA.) *non portabit*, vel *feret*, JT. V. Tar. Ch. & K. & RS. in BA. sic Pi. Sed כלכל in *ferendi* notione nusquam occurrit [p]. Al. *Quod integrum est* in grege *non enumerabit*; quod faciunt diligentes: *Bisque die numerant, alter pecus*,

cus, alter & hædos. Sic כלכל sumitur 1 Reg. 20. 27 [q]. *Quod stat* (sub. *reclusum*, M. *Stantem*, D. sic Ca. i. e. manentem in loco suo, h. e. apud gregem [r] : *Stantem* & firmam, Ti. *Stans* hîc opponitur *jacenti*, & *ex morbo decumbenti* †. q. d. Quod est incolume, & in pleno vigore [t]; Sanas & integras oves [v],) *non pascet*, Calv. Ti. D. sim. M. Ca. BA. vel, *sustentabit*, D. BA. nempe alimento. Nam ut confractis & ægris medelâ opus est; ità stantibus & valentibus, alimento, quò sc. bona illa habitudo conservetur *. ¶ *Et* (vel, *Sed*, G.) *carnes pinguium comedet*] Ut Ezec. 34. v. 3 [x]. Sui causâ faciet omnia in republica [y]. ¶ *Et ungulas eorum* (vel, *eis*, M. Ti. vel, *illarum*, nempe restitantium [z],) *dissolvet*, יפרק] *Abrumpet*, Mo. M. vel, *diffindet*, Ti. Ca. *confringet*, P. *dissolvet*, pedo scilicet seu baculo [a]. Violento ictu baculi crura percutiet, & ungulas excutiet [b]. *Perrumpet*, JT. sic Pi. vehementiore scilicet ductu [c]; properando nimis per ardua saxa [d]. Reliquos ità fatigabit itineribus, ut ungulæ dirumpantur *. *Avellet*. Id alii *franget* exponunt, quæ recepta est hujus verbi significatio. Sed & apud Hebræos פרק est, *avellere*. Porrò, ungues avelluntur potiùs quàm diffringuntur. Hyperbole, quâ significat, eum ad suum commodum omnia omnino conversurum, nè vilissimis quidem omissis, quales sunt pecudum ungulæ. Confer Exod. 10. v. 26. Sic Arabum dictum est, *Pecunia præsens usque ad ungulam*, id est, ad ultimum quadrantem [f]. Magnam crudelitatem pastoris stulti per hæc innuit [g]. Non contentus carne pingui, nisi etiam ungulas & ossa confringat, more lupi, &c †. Qui hîc ἀλληγορεῖ) est Manasses, designatus Neh. 13. 28. nominatus autem Josepho 11. 7, 8. Jeroboamus populum sciderat, Deo sinente. Sanaverat diuturnum dissidium Deus dato reditu Judæis, & ex aliis tribubus qui se iis adjungerent. Mansit concordia per tempus aliquod. Sed, iterum vilescente Dei cultu, excitavit Deus Manassem, hominem vanum, qui, Samballetem hominem sibi similem nactus socerum, ut se quoque Sacerdotem summum, & quidem contra fratrem suum, faceret, novum struxit Templum in monte Garizitano, & quos potuit de populo Judaico attraxit ad se. Ità rursus *ruptus est funiculus*. Meritò autem dixi causam etiam hujus mali fuisse neglectum Dei cultum: Nam quicunque, ob cibos vetitos, Sabbatum violatum, aliásve culpas, inter Judæos pœnas metuebat, ei confugium patebat Sicimis apud novum illud Templum [h].

17. *O pastor*, &c. הוי רועי האליל] *Væ* (vel, *O*, P. *Heu*, Ca. Sy.) *pastor* (vel, *pastorem*, Ca. *pastori*, Ti. JT. Pi.) *vani*, Mo. vel, *vano*, G. *idolum*, P. *idolo*, Ti. *inutilis*, M. *nequam*, qui nequicquam valet [i] : vel, *stultum*. האויל videtur legendum, ut paulò antè *. Vel, *nihili*, JT. D. BA. Tar. sic Pi. ut Job. 13. 4. *medici nihili* [k]: nomine, non re [l] : qui non es pastor, sed idolum & larva pastoris [m] : qui Pastor sive Princeps populi dici vult, sed re ipsa nihil minùs est [n]. Hîc רועי legitur pro רועה, ה in י verso, vel propter communem harum literarum familiam, vel propter regimen; ut dicimus פי, pro פה. Aut י est paragogicum, & ה eliditur, ut fieri solet [o]. ¶ *Derelinquens gregem*] i. e. Cœtum illum legitimum qui erat in Templo Jerosolymitano, facto ex Dei oraculo, Regis authoritate, quem secutus fuerat gentis totius consensus [p]. ¶ *Gladius* (i. e. Ultio Divina [q]; sub. *erit*, P. vel, *veniet*, Pi. sim. Ti. Ca.) *super brachium* (i. e. potentiam sive robur [r]) *ejus*] *Brachium dextrum* Manassis fuit socer ejus Samballetes †. ¶ *Brachium ejus* (quo nefariè abutitur ad oves deglubendas ac tyrannicè tractandas [t]) *ariditate siccabitur*] Brachium gladio præcisum arescet, & robore destituetur [v]. Vigor ejus defluet [x]. *Brachium aridum*, ut *manus arida* Matt. 12. 10. dicitur, quæ vigore omni destituta est, ut ramus nullum de arbore succum trahens. *Brachium* Manassis *siccatum est*, cùm omnes Samballetæ milites ab Alexandro M. abducti sunt in Ægyptum, & tam tenuis ei apud Alexandrum fuit gratia, ut suis Sicimitis obtinere non potuerit immunitatem tributi anno Sabbatico, quam Judæis Alexander concesserat, Joseph. 11. 8 [y]. ¶ *Oculus*, &c. ועין ימינו כהה תכהה] *Et oculus dexter ejus* (quo debebat gregi prospicere de salubri pascuo [z]. *Oculus*, &c. h. e. mentis judicium [a]; vel, recta intelligentia [b].) *caligando* (vel, *omnino*, JT. Ti. sim. Pi.) *caligabit*, Mo. P. JT. Pi. vel, *hebescet*, Ti. vel, *obscurando* (vel, *obscuratione*, Ch.) *obscurabitur*, M. vel, *excæcatus* (vel, *penitùs*, Ar.) *excæcabitur*, ο'. Ar. Sy. vel, *contrahendo contrahetur*, Calv. vel, *rugando rugabit*, i. e. penitùs rugabit [c]. Sensus, Amittet omnem providentiam, & omne sanum atque utile consilium in rebus administrandis, ità ut omnia quæ facere instituerat in nihilum tandem recidant [d]. *Oculus dexter* qui Manassi caligavit est, cognitio rerum Divinarum; sicut oculus lævus, humanarum. Hic ei constitit; alterius usum perdidit, ut ferme ambitiosi & avari omnes. Vide Matt. 6. 22 *.

Margin (col. 1): [q] G. — [r] D. — † BA. ib. — [t] Calv. — [v] Me. — * BA. ib. — [x] BA. ib. — [y] G. — [z] Pi. — [a] V. — [b] Me. — [c] Pi. — [d] Tar. — * G. — [f] BA. ib. — [g] V. sim. D. — † Calv. — [h] G. — [i] D. — * Ca. — [k] D. sic G. BA. — [l] G. — [m] Me. T. — [n] G. — [o] D. — [p] G. — [q] M. sim. G. Calv. — [r] V. D. Calv. — † G. — [t] Tar. — [v] Me. — [x] Calv. — [y] G. — [z] Tar. — [a] D. — [b] Calv.

Margin (col. 2): [c] V. — [d] Me. — * G.

CAP. XII.

1. ONus verbi Domini super (vel, *de*, Pi. D. vel, *pro*, JT. Tar. vel, *contra*, D.) *Israel*] Prophetia adversùs Israelem de afflictione futura ex ordinatione Divina. Vide Mal. 1. v. 1 [a]. Post illud factum per Manassem dissidium, ex eadem causa, id est, neglectu Legis Divinæ, alia superventura mala pergit prædicere; ipsa quoque novam *funiculi rupturam*, i. e. novum dissidium, tractura secum, Antiochi nempe temporibus. *Israelem* hîc intellige, majorem eorum qui ex Israele orti erant partem, quæ, sicut olim erat penès Samariam, ità tunc futura erit penès Hierosolyma, Sicimitis partem obtenturis minorem. Hæc ad tempora Gog referunt Hebræi: rectè, si per *Gog* ipsum Antiochum intelligerent, ut nos ad Ezechielem; sed ipsi Gogum & Magogum paulò ante mundi finem exspectant: quod, ut ab ipsis creditum, arripuit Apocalypsis, & sensu allegorico verum esse ostendit *. Hoc capite læta denunciat Jerosolymæ. Cur ergò in titulo est *Onus* [b]? Resp. 1. משא innuit quamvis prophetiam [c]. 2. Sic Deus promittit se Ecclesiæ liberatorem fore, ut interea doceat ipsam multis incommodis & molestiis subjectam fore. 3. Sed malim hoc esse Prophetæ consilium, ut ostenderet, illos Israelitas qui oblatam reditûs gratiam respuerant, eíque exsilium prætulerant, daturos pœnam suæ ignaviæ & ingratitudinis. Hi, inquit, urentur dolore & invidiâ, quum videbunt fratres suos [in Judæa] protegi à Deo adversùs omnes hostes circumstantes, se autem, prorsus alienatos ab Ecclesia & à fœdere, cui spontè renunciârunt, jam carere prorsus omni spe salutis. 4. Tacita hîc est antithesis inter Decem tribus, (quæ redire nóluerunt, ut cum fratribus coalescerent in unum corpus, & purè colerent Deum in patria sua,) & domum Jehudæ [d]. 5. *Onus* hoc spectat deletionem hostium Ecclesiæ *. ¶ *Extendens cœlum*] Non loquitur hîc de actu secundo, quasi Deus adhuc extenderet, sed de habitu & potentia; quomodo aliàs Benoni sæpe apud Hebræos amisso tempore degenerat in nomen: q. d. Potuit hæc efficere quum voluit, & adhuc potest quum vult [g]. *Qui extendit*, quasi tentorium. Vide Gen. 1. 6 [h]. ¶ *Fundans terram*] Stabiliens, ut immobilis sit [i], acsi fundamento firmissimo inhæreret [k]. *Fundans* super bases suas, i. e. super propriam molem. Nam terra seipsam sustentat [l]. Qui terræ fixum dedit locum in ipso aere [m]. ¶ *Et fingens* (id est, creans [n]: vel, *formátque*, JT. Pi. &c.) *spiritum hominis* (i. e. animam [o], rationalem scilicet [p],) *in eo*] Vel, *in medio*, sive *intimo*, *ejus*, D. Pi. Tar. i. e. unà cum ipso, & in ipso semine [q]; vel, in corde [r]; vel, in cerebro †. [Sensus, q. d.] Qui spiritum vitæ primo homini indidit [t].

2. *Ponam Jerusalem superliminare*, &c. סף רעל] *Scyphum*, sive *calicem*, (vel, *pelvem*, Pi. ut *pelvem*, JT. tanquam *calicem*, P. ut sit *calix*, Pi. *vas*, Ch.) *soporis*, Mo. vel, *soporiferum*, P. JT. Pi. Sed sopor est תרדמה [v]. Vel, *commovens*, Ti. vel, *tetrum*, Ca. vel, *stuporis*, V. vel, *tremoris*, V. Ang. רעל est, *tremere* [x]. Vel, *ebrietatis*, M. G. ex Ch. [Sensus,] Populi vicini adjungent se Antiocho, & adversùs urbem Hierosolyma indecorè se gerent, ut ebrii solent [y]. Vel, *veneni mortiferi*, D. Q. in V. Appellatio fortè à *tremendo*: nam quædam venena frigida sunt; frigus autem tremorem inducit [z]. Sensus, q. d. Qui Ecclesiam persequentur malè peribunt, acsi hausissent calicem plenum veneni mortiferi [a]. סף & *scyphum* significat,

Margin (col. 2): [a] V. — * G. — [b] D. sim. Calv. — [c] D. ex He. — [d] Calv. — * Pi. — [g] Tar. — [h] G. — [i] Me. — [k] Tar. — [l] D. — [m] G. — [n] D. — [o] D. Pi. — [p] Pi. — [q] Tar. — [r] D. — † Q. in D. — [t] G. — [v] D. — [x] Idem. — [y] G. — [z] D. — [a] V.

significat, & alia vasa vinaria ac domestica. רעל breviter dixit, pro, יין רעל. Potest autem per *scyphum* intelligi *potio*, per metonymiam[b]. Al. סף *postem* significat[c], ferè in tota Scriptura[d]. Argumentum huic rei est ספים, *postes*, de una janua*. [Hinc alii locum aliter reddunt:] *postem contritionis*, ad quem impingentes os frangunt, &c. qu. d. Etsi hostes pervenerint usque ad muros & portas Jerosolymæ, claudetur tamen illis ingressus, impingent in ipso limine, dum illud transcendere volent[f]. *Superliminare crapulæ*, Vulg. q. d. Hostes Jerusalem se putabunt illam ingressuros victores[e]; sed faciam ut, cùm limen attigerint, mox quasi ebrii retroagantur trepidi & tremuli[h], & ibi impingant, sibi potiùs quàm illi nocentes[i]. Græci, πρόθυρα σαλευόμενα[k], i. e. *superliminaria quæ moventur*[l]. Maluissem, ὑπόθυρα, (*limina inferiora*[m].) ¶ *Sed*, &c. וגם על יהודה יהיה וגו׳ *Et etiam super* (vel, *contra*, Calv.) *Jehuda erit in obsidione contra Jerusalem*, Mo. Calv. sic M. Extendit promissionem ad totam terram; q. d. *Erit*, protectio scilicet Dei, non tantùm super Jerosolymam, sed & totam Judæam: incolæ ubique tuti erunt[n]. Al. *Quando tum contra Judam erit* (sub. *hostis*; vel, *erunt*, nempe populi illi, ut sit enallage numeri[o];) *in obsidione*, tum *contra Jerosolymam*, Pi. JT. *Quod etiam* [nempe *tetrum poculum*] *contra Judæos erit in obsidione Hierosolymæ*, Ca. *Quin & in Jehuda erunt qui obsideant Jerusalem*, Ti. sim. Q. in Calv. Sensus, Erunt quidam ex Judæis perfidi homines, qui se hostiliter gerent contra ipsos, & conjungent studia sua cum profanis gentibus[p]. *Ipsi quoque Jehudæ* qui *erit* (vel, *Judæis* qui *erunt*, D.) *in obsidione contra Jerusalem*, P. V. D. h. e. qui unà cum populis finitimis Jerosolymam obsidebunt. על hîc accipio pro ל, & אשר subaudio[q]. Innuit aliquos ex Judæis oppugnaturos Ecclesiam Christianam: q. d. Unà cum gentibus, &c. peribunt & Judæi qui oppugnant Jerusalem[r]. צור interdum quidem *obsidere* significat; sed sæpissimè, *malis afficere*: ideóque plurimis locis per θλίβειν vertitur. Rem miram dicit; fore ut etiam ex Judæis sint qui se in Hierosolyma hostiliter gerant: quod factum nunquam antè fuerat. Hi sunt Menelaus & Tobiæ filii, qui, parati, dum ambitioni suæ morem gererent, Dei cultum sanctissimásque leges exuere, in exitium patriæ suæ ac legum, ultro Antiochum acciverunt: Joseph. 12. 6. & 2 Macc. 4†.

3. *Lapidem* (vel, *ceu lapidem*, Ti.) *oneris*] Ità Mo. vel, *onerosum*, P. M. *ponderosissimum*, Pi. sim. D. JT. Ca. qui non solùm portantes gravat, sed etiam artus ei ac nervos frangit[t]. Sensus, q. d. Reddam eam immobilem, ut à nullis populis transferri possit[v]. ¶ *Cunctis populis*] Qui scilicet eum oppugnant[x]. ¶ *Omnes qui*, &c. כל עמסיה] *Quicunque*, vel *Quotquot*, *onerant se eo*, JT. Pi. vel, *moliti cum fuerint*, Ca. vel, *ferent illum*, P. vel, *sustollere conabuntur*, Ti. sim. M. Alludit ad athletas, qui ponderosissimorum lapidum sublevatione vires suas tentare & ostentare solebant[y]. Vel, *transferre conabuntur*, V. Qui, vel ostentationis ergò, vel ex malitia, *onerant se*, in altum, velut majore cum nisu dejecturi, elevantes[z]. ¶ *Concisione*, &c. שרוט ישרטו] *Incidendo* (vel, *lacerando*, M. vel, *cædendo*, Pi. vel, *omnino*, Ti. JT. Pi. vel, *gravissimè*, V.) *incidentur*, vel *incident se*, Mo. P. V. sim. JT. Pi. vel, *lacerabuntur*, M. Ti. sic Ca. vel, *sauciabuntur*, G. ut scilicet solent asperitate saxi gravis incidi manus ejus qui illud aliò transferre nititur[a]. Experientur quidem in ea vires suas, at non impunè. Optimè hanc locutionem explicat Hieronymus: *Mos est in Judæa, ut in oppidis*, &c. *rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos juvenes exercere se solent, & eos, pro varietate virium, sublevare: alii ad genua, alii ad umbilicum, alii ad humeros & caput, nonnulli super verticem, rectis junctísque manibus pondus extollunt.* In tali nisu evenit ut aliis lædatur pars aliqua corporis, aliis rumpantur venæ. De Roma Claudianus, *Hanc urbem insano nullus qui Marte petivit Lætatus violâsse redit*——[b]. ¶ *Et colligentur adversus eam*, &c.] Vel, *Quamvis colligantur*, &c. G. sim. D. JT. Pi. Calv. Etsi undique confluant hostes, eis superior erit[c]. Al. Sensus est, q. d. Cùm ità sit, tamen non erit populus qui aliquando illam non persequatur[d]. Al. *Congregabuntur en m*, &c. P.

4. *Percutiam omnem equum* (nempe hostilem*. Robur militare est in equis & equitibus[f]. Hoc dicit, quia Antiochus equitatu maximè valebat. Vide suprà 9. 10[g].) *in stuporem*] Ità ut omnes stupeant qui eos percussos viderint. Vel, ità ut ipsi equites, præ stupore & pavore quasi versi in amentiam, nesciant quò fugere, vel quid agere, debeant[h]. ¶ בתמהון] *In stupore*, ο'. Mo. M. &c. ¶ *Et ascensorem ejus*] Vel, *sessores eorum*, equites[i]. Per *equos* hîc intelligit superbos & incredulos; per *ascensores equorum*, eos qui præsunt illis, ac regunt eos[k]. ¶ *In*, &c. בשגעון] *In amentia*, ο'. Mo. M. &c. Omne consilium illis adimam[l]. *Amentia* & *stupor* ad cor pertinent; *cæcitas*, ad oculos[m]. Potentia mundana non superabit Christianos[n]. ¶ *Super domum Juda*] i. e. Congregationem fidelium[o]. ¶ *Aperiam oculos meos*] In bonum, ut alibi[p]. Respiciam eos benignè[q]. Miserebor piorum qui restabunt impolluti[r].

5. *Dicent duces Juda*] i. e. Unusquisque ducum[†]: Maccabæi[t]. ¶ *Confortentur*, &c. אמצה לי יושבי וגו׳] *Robur*, vel *Fortitudo*, (vel, *Robori*, V. *Forti animo*, Pi. sub. *est*, M. JT. vel, *erunt*, P. V. D. vel, sub. *sint*, Pi. Al. *Corrobora*, Ti. [quasi verbum esset modi imperativi:] Al. *Confortabuntur*, G.) *mihi* (vel, *nobis*, q. d. adjuvabunt nos[v]: vel, *per me*, G.) *habitatores*, &c. Mo. P. Pi. D. Calv. Ti. &c. Quum olim præfecti erant singulis urbibus; nunc, terrâ desertâ & incolis nudatâ, duces omnes respicient ad unam urbem, eámque satis firmam esse putabunt fiduciæ materiam, quia scilicet fortes erunt, non in seipsis, sed in Deo[x]. Vel, & *habitatoribus*, &c. M. JT. ¶ *In Domino*, &c.] Ità Mo. M. &c. vel, *ob Dominum*, &c. Pi.

6. *Sicut*, &c. ככיור וגו׳] *Sicut focum* (vel, *lebetem*, Ti. vel, *cacabos*, Ca. *foculum*, JT. Pi. *prunas*, P. *carbonem*, V. *lampadem*, V. D.) *ignis* (i. e. sicut ignem foci; hypallage[y]:) *in lignis*, M. vel, *inter ligna*, quæ facilè consumit[z]. ¶ *Facem ignis*, &c.] Batillum, qui, exiguus licèt, sufficit tamen ad totas urbes incendendas. Sic à copiis perexiguis initium factum[a]. ¶ *Ad dexteram & ad sinistram*] i. e. Undiquaque. Locutio proverbialis. Sic Psalm. 91. 7[b]. Vide & Deut. 2. 27. & 5. 32. & 17. 11, 20. &c[c]. ¶ *Omnes*, &c.] Ammonitas, Idumæos, Tyrios, Ptolemaidenses[d]. ¶ *Et habitabitur* (vel, *permanebit*, Pi. sic JT.) *Jerusalem rursus in loco*, &c. תחתיה וגו׳] *Subter se*, &c. Mo. *in loco suo*, [sub. *nempe*,] *in Jerusalem*, M. P. Calv. &c. In loco vetus nomen retinente, non in nova colonia, 1 Mac. 4*. In eodem situ & loco ubi priùs fuit[f]. In loco quem Deus elegerat[g]; nondum fundamentis suis eversis aut subductis[h]. Sensus, Ecclesia permanebit, non expugnabitur ab hostibus suis[i].

7. *Tabernacula Juda*] i. e. Judæorum urbes[k]. Restituet urbem & oppida, non per Hierosolymitas, sed per Maccabæos ex Modin[l]. Per *tabernacula* intelligit tuguria ad breve tempus exstructa, quæ non possunt tueri inquilinos suos. Est autem hîc tacita comparatio inter tuguria & urbes munitas. q. d. Considerate quomodo Deus patres vestros tutatus est, quum redempti ex Ægypto ingressi sunt terram Canaan, & nondum in urbibus munitis habitarent, sed in pagis, vel in tuguriis: idem ergò & vos in posterum ab ipso sperate[m]. Al. Respicit hîc tabernacula in quibus Rechabitæ perpetuò degebant[n]. Al. Dictum hoc de tentoriis eorum qui unà cum populis Jerosolymam obsidebunt[o]. ¶ *Sicut*, &c. כבראשנה] *Primùm*, JT. Pi. D. *inprimis*, antequam Jerosolyma servet[p]: *initio ipso*, P. *in principio*, M. *sicut in principio*, Vulg. Q. in V. ο'. ex D. Calv. τὸ כ vel subaudiunt[q], vel pro ב legunt[r]. *Ut retro temporibus*, Ti. ¶ *Ut non*, &c. למען לא תגדל תפארת וגו׳] *Nè magnificetur*, vel *magnificet se*, (vel, *Nè glorietur*, Ti. *Propterea non magnificabitur*, M. *Itaque non gloriabitur*, Calv.) *gloria*, vel *ornatus*, vel *decor*, *domûs David* (i. e. familia Davidis inclyta & honorata, quæ etiam Jerosolymæ commorabatur. Locutio emphatica, qualis, *excellentia Jacobi*, Psal. 47. 5; *virtus Catonis*, pro Catone. Non enim sic dicimus, *virtus Thersitis*[t]. Davidis posteri nullam in hac gloria partem habuêre. Vide infrà vers. 12[v]. Al. *Domus David*, i. e. familia & posteri Davidis, inter quos & Maccabæi, qui, licèt paternâ stirpe essent ex tribu Levi, tamen insiti seu inserti erant familiæ Davidis, tum quia maternâ stirpe indè oriundi erant;

erant; tum quia successerunt in Principatu Davidis, & in regimine familiæ ipsius [x].) *& gloria*, vel *ornatus*, *habitatoris*, vel *habitantium*, *Jerusalaim contra*(vel, *supra*, JT.) *Jehuda*, P. M. Ti. Olim urbis habitatores cæteros in oppidis & vicis Judæos præ se spernebant [y]. Al. *Ut non sit major gloria domûs David*——gloriâ *ipsius Judæ*. Per *domum David* & *habitatores Jerusalem* intelligitur Synagoga ipsa; & per *Judam*, Ecclesia Christiana [z]. Sensus est, In Ecclesia Christi non erit discrimen illud personarum sicut in Synagoga, in qua nati de semine David & cives Jerosolymitani nobiliores existimabantur reliquis Judæis [a]. Omnes Christiani eandem obtinebunt justificationis gratiam, & nemo materiam jactitandi in se habebit. Ut constaret hîc non agi de rebus corporalibus aut politicis, omnis tollitur inæqualitas, & prærogativa ducum, &c [b].

8. *In die illa*] Post reditum sc. in urbem [c]. ¶ *Proteget*, &c. "ונו יגן יהוה בעד] *Proteget* (vel, *defendet*, Ti. V. vel, *protectio erit*, M.) *Jehovah habitatorem*, &c. P. sic JT. Pi. D. &c. vel, *pro habitatore*, &c. Ti. V. i. e. tuebitur partes habitatoris, &c [d]. Vel, *circa Jerusalem*, M. ¶ *Et erit qui*, &c. הַנִּכְשָׁל] *Corruens*, Mo. vel, *qui impegit*, Ti. *abjectissimus*, JT. *lapsabundus*, vel, *qui facilè offendit*, sive *impingit*, vel *corruit*, ut æger, &c [*]: qui *infirmus*, vel *debilis*, *erit*, P. V. sic ο'. Sy. Ar. M. Pi. &c. Qui vilissimus putabatur [f]: qui infeliciter egerit [g]. Al. Qui imitatione aliorum lapsus fuerit contra Legem [h]. ¶ *Quasi David*] [Variè explicant.] Tam gravi pœnitentiâ tangetur quàm David ob peccata in Uriam [i]. Al. Erit alter David [k], bello fortis [l], & summus & fortunatissimus [m]: excellet heroicâ virtute Davidis [n]. ¶ *Et domus David*] i. e. Posterûm Davidis [*]. Qui erunt de familia Regia; vel potiùs, ipse Rex [o]. Vel, Principes Juda, qui erunt ex posteris David, scilicet Maccabæi [p]. Al. Messias, qui nasciturus erat ex domo David [q]. Al. Fortiores atque constantiores Christiani [r]. ¶ *Quasi Dei*, &c.] Ità plena erit pietatis quasi Templum esset [‡]. ¶ "ונו כאלהים] *Ut*, sive *tanquam*, (vel, erit *ut*, Pi.) *Deus*, sive *Dii*, P. Ti. JT. Pi. (admirabili quadam & Divinâ virtute prædita [†]. Vel, *quasi magnates*, M. *quasi angeli*, Calv. sic Pi. i.e. insignis angelicâ virtute [s]: non minùs robusta [v]:) *ut* (vel, ac *tanquam*, P. sim. M. Ti.) *angelus Jehovæ* (sub. *qui incedit*, Pi.) *coram illis*, vel *ante eos*, JT. Pi. M. P. Ti. &c. præcedens eos in acie [x], de quo Exod. 32. 34. qui erat Christus: ad quam historiam hîc alluditur [y]. Al. Quasi Angelum aliquem Dei semper apud se conspicabilem haberent [z]. Vel, *in conspectu eorum*, Vulg. scilicet Judæorum civium & commilitonum suorum, & hostilium etiam copiarum [a]. Hoc addit de domo Davidis, quæ tunc contemptibilis erat, quia in ejus salute fundata erat populi salus, quam idcirco ex illa sperare populum jubet. Hoc autem in solo Christo impletum est [b].

9. *Quæram* (vel, *Studebo*, sive *Enitar*, D. Significat se in hoc intentum & solicitum fore [c]. Vel, *Proponam mihi*, Pi.) *conterere* (vel, *delere*, M. D. &c. nempe per illos [d],) *omnes gentes quæ veniunt* (vel, *venerant*; quæ erant in Gorgiæ Lysiæque exercitu [*];) *contra Jerusalem*] Vaticinatur hîc de Regno Christi [f].

10. *Et effundam* (copiosè scilicet, instar pluviæ [g],) *super domum David* (Multi enim ex Davide adhuc restabant, quorum partem nominatam habes in Matthæo & Luca [h].) *& super habitatores Jerusalem*] Apostolos & fideles Christi, die scilicet Pentecostes [i]. ¶ *Spiritum gratiæ*] Ità Mo. M. P. &c. qui sc. ex gratia datur, nósque per regenerationem & meritum Christi gratos Deo facit [k]. Spiritum illum quo qui præditus est plurimùm gratiâ potest apud Deum & homines. *Gratia* passim dicitur gratuita Dei in homines benevolentia [l]. *Spiritus gratiæ* hîc dicitur ipsa Dei gratia (quâ quasi viscera sua effundit ad misericordiam,) conjuncta cum sensu ipsius in corde, &c [m]. ¶ *Et precum*; ità P. sic V. וְתַחֲנוּנִים] *Et deprecationum*, JT. Pi. D. q.d. qui ad preces nos excitat [n]; quo delicti veniam petimus à Deo [o]: ut nunquam sibi confidant, sed in omnibus Dei opem implorent atque obtineant [p]. [Sensus loci,] Animum illis dabo quo gratiam meam submissis precibus implorent; *cor mundum*, *cor contritum & humiliatum*, Psalm. 51. 12, 19 [q]. Al. *& exorabilitatis*, Ca. *& misericordiæ*, ο'. *& beneficentiæ*, Ti. *& miserationum*, Mo. M. Calv. vel, *lamentationum*, (ut Jer. 31. 9. & alibi ferè semper vocem accipiunt Hebræi,) ad impetrandam Dei gratiam; ut, ubi deploraverint sua mala, tandem intelligant se divinitus fuisse liberatos. Plus hîc promittitur quàm antehac: non, scilicet, externum tantùm Dei auxilium, sed & interior gratia, quâ Spiritus eos intus afficiet; ut, qui priùs obstupuerant in malis suis, tandem supplices forent Deo, eúmque exorarent, & sibi propitium sentirent [r]. ¶ *Et aspicient ad me* (Legit אֵלַי, ut nos habemus. Alii libri habent, אליו: sed perinde est. Nam prima persona, sequente maximè relativo, sæpissimè per tertiam in his libris exprimitur [*]. Vel, *intuebuntur me*, D. nempe oculis fidei [†],) *quem confixerunt*] Sic Ca. vel, *transfixerunt*, Mo. M. P. JT. &c. Vel, 1. metaphoricè: qu.d. quem continuò irritârunt, & quasi telis rebellionis suæ pupugerunt. Insimulat ergò eos quòd restiterant Deo, &c [t]. [Vel, 2. propriè.] Assurgit hîc ad Christum, more Prophetarum [v]. *Respicient ad me*, Christum [x]; quem clavis cruci affixerunt [y]; sive magis, cujus latus lanceâ transfixerunt [z]. De Christo hoc dici constat ex Johan. 19. 37. Apoc. 1. 7 [a]. εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, (*in quem transfixerunt*,) habent Græci quidam Interpretes, & Johannes Evangelista, 19. 37. ad Christum mysticè hæc applicans. At ο'. commutatis literis perquam similibus, pro דָּקָרוּ, legerunt רָקְדוּ, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, (*pro eo quod insultaverunt* [b].) Ità forsan, sed ex conjectura tantùm, in qua hallucinabantur [c]. Noster sensus optimus est. Nam, *configere Deum* dicuntur qui eum probris lacessunt: nam sic & נָקַב, quod propriè est, *perforare*, ponitur pro, βλασφημεῖν, (*blasphemare*,) Levit. 24. 11. Referunt hæc vulgò Rabbini ad Davidem [diceret forsan, Messiam] filium Josephi, quem occubiturum aiunt in prælio contra Gog. At Hadarsan in Gen. 28. de Messia Filio David intelligit [d]. Confixerunt Judæi, tum, 1. Deum, quum mœrore afficerent Spiritum ejus; tum, 2. Christum in carne, &c. in quo hoc impleri verissimè dictum est Johan. 19. 37. Voluit Deus visibili isto symbolo palàm facere, & Christum esse illum Deum qui per Prophetas loquebatur; & deinde, non se tantùm olim fuisse provocatum à Judæis, sed in persona Filii sui tandem cumulum sceleri additum fuisse [*]. [Sensus loci,] Per totum mundum erunt qui *me aspicient*, & agnoscent quòd propter eorum peccata *transfixus* & mortuus sum. Ubi innuitur Humanitas Christi, sicut Divinitas ejus in illis verbis, *Effundam spiritum gratiæ*, quod non est nisi Dei [f]. ¶ *Et plangent* (propinqui, & omnes Christi fideles [g],) *eum*, &c. עָלָיו] *Super eum*, P. Calv. sic Pi. &c. *super hoc*, JT. *de eo*, nempe, ob contumelias quas Deo intulêre [h]. Mutatur persona loquentis [i]. Christus de se loquitur in tertia persona [k]. Propheta nunc Deum loquentem inducit; nunc narrat ipse quid futurum est, tanquam Dei minister. Sensus est, Sentient tandem Judæi pretiosum fuisse illum thesaurum quem spreverant, & deflebunt excæcationem atque ingratitudinem suam, quòd perversè bellum gesserunt cum Deo & Filio ejus, terrorémque concipient ob vindictam ipsis imminentem, &c [l]. ¶ *Quasi super unigenitum*] Proverbiale, Jer. 6. 26. Amos. 8. 10. ubi dicta vide [m]. ¶ *Et*, &c. וְהָמֵר עָלָיו] *Et amari erunt* (vel, *amarè habebunt*, Ti. *amaritudine afficientur*, P. *acerbè lugebunt*, D. *amarè plangent*, JT. Pi. Heb. *amaricare*, Pi. sic Mo. pro, *amaricabunt*, scilicet planctum [n]: *mœrebunt*, Ch. simil. ο'. V.) *super eum*, M. Ti. vel, *propter eum*, P. vel, *de eo*, JT. Pi. ¶ *In morte primogeniti*] Qui ardentiùs diligi solet, Jer. 31. 9 [o]: quem amissum gravissimè dolemus [p].

11. *Sicut planctus Adadremmon in campo* (vel, *valle*, Pi. sic JT. &c. vel, *planitie*, V.) *Mageddon*] Ubi occubuit Josias [r], 2 Reg. 23. 29. de quo gravissimum fuisse planctum discimus 2 Par. 35. 24. Cujus historiæ & Herodotum meminisse annotavimus ad lib. 3. pro V. R. C [†]. הֲדַדְרִמּוֹן, *Hadarrimmon*, est nomen vel, 1. viri clari [t], Regis Syri qui Achabum cecîdit [v]: de quo historia est 1 Reg. 22. 31. 2 Par. 18. 30. Quod non est improbabile. Nam *Rimmon* erat idolum Syrorum, ut apparet 2 Reg. 5. 18. Solebant autem Reges Syri nomina ab idolis sumere, ut à *Bel*, *Nabo*, *Merodach*, *Sach*. Et nomen הדד adjunctum, aut seorsim positum, frequens Syris; quod

Marginal notes (left): x T. — y G. sim. Calv. Tar. — z V. — a M. — b Tar. — c G. — d V. — * D. — f Hi. in D. — g D. — h G. — i G. sim. T. — k ex Hi. — l D. — l D. sim. M. V. Pi. Tar. — m D. — * G. — n Calv. — o D. — p Me. — q V. ex He. K in D. — r M. — ‡ G. — † Me. — s Calv. — v Pi. — x D. — y Q. in Tar. sim. Calv. — z G. — a Me. — b Calv. — c Idem. — d T. — * G. — f Calv. — g D. — h G. — i E. — k M. — l D. — m Calv. — n Pi. sim. Tar. — o D. — p Me. — q G.

Marginal notes (right): r Calv. — * G. — † Pi. — t Calv. — v Me. — x V. Pi. D. E. Me. T. Calv. &c. — y V. sim. D. Tar. — z D. sim. Calv. E. — a Tar. — b G. — c Buxt. vind. 2. 8. 680. — d G. — * Calv. — f M. — g Idem. — h G. — i M. — k V. — l Calv. — m G. — n Pi. — o G. — p D. — r Pi. sim. M. V. D. G. Calv. — † D. — t He. in V. — v Chald. in G.

quod cum altero nomine הדרך in libris confundi solet: neque mirum, cùm non literæ tantùm sint affines, sed & sensus: nam הדר, unde, Syrorum more repetita litera, est הדרר, *gloriam* significat; & הדר Syris est, *laudare*. Existimavit itaque Chaldæus *planctum Hadarrimmon* dici eum qui editus fuit ob cladem acceptam ab Hadarrimmon; quomodo dicitur ——*vulnere tardus Ulyssi*[x]. Hunc porrò planctum distinguit Chaldæus à sequente, idéoque inserto ו,*&*, legit, *& in campo Mageddon*[y]. Vel, 2. loci[z]: vel, partis alicujus regionis, in qua erat planities Megedon[a]; vel, oppidi, sive urbis[b], prope Jezraelem, in campo Mageddon[c], quæ postea dicta Maximianopolis, sicut nos docet, ut multa illorum locorum, Hieronymus[d], cui locus ille ad Mageddonem notior fuit quàm Chaldæo: quare sententia ipsius magis placet. Ità eadem clades gemino hîc indicatur nomine; sicut illa Darii ad Arbella, ab Arbellitide regione, & ad Gaugamela, ex oppido aut vico propinquo *. Luctus hic ab urbe *Hadadremmon* dictus est, vel, quòd ibi primùm cœptum plangi de morte Josiæ; vel, quòd prope illam commissum sit prælium in quo occubuit Josias. Hic plangor publicus fuit, & progressu temporis in proverbium abiit[f]. LXX appellativè verterunt, ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου, (*sicut planctus malogranati quod in campo succiditur,*) sensu nullo[g]. Legerunt הדד ראון; & מגדון putârunt esse nomen commune, à גָּדַד, *incidere*[h].

12. *Planget terra*] i.e. Incolæ terræ, nempe Judæi[i]: fideles, quos totam *terram* nominat, non à multitudine, sed quia ipsi pretiosi erant[k]. Tota terra plena erit planctu. Pauci enim erant qui non blandimentis, aut metu, aut malis exemplis abrepti essent[l]. ¶ *Familiæ & familiæ seorsum*] Nempe ex præcepto Synedrii, indictis pœnis huic familiæ gravioribus, illi levioribus, prout graviùs aut leviùs peccâssent. Quæ ἀναλογία exemplo Judæorum optimè servata à Synodo Nicena *. Sensus, q. d. Luctus hic non erit fictus & umbratilis, ut ubi quispiam in populo flere incipit, reliqui eum imitantur, sed serius: quisque proprio affectu impulsus seriò dolebit[m]. ¶ *Familiæ domus David*] Nempe ex Salomone[n]. Non privati tantùm peccaverant, sed & illi qui ex domo erant Regia[o]. ¶ *Et mulieres* (vel, *uxores*, Ti. D. &c.) *eorum seorsum*] Sed quare addit, *seorsum*? Resp. 1. Quia in luctûs (publici & solemnis[p]) aut pœnitentiæ tempore secubabant viri à mulieribus, mulieres à viris, Joel. 2. 16[q]. Quod, ut omnia proba quæ apud Judæos erant, imitandum proponit Paulus, 1 Cor. 7. 5[r]. 2. Ut significaret planctum publicum qui in Templo fiebat, ubi fœminæ à viris separatæ †. Mos erat apud Hebræos[s], (sed & apud Græcos aliósque Orientales[t],) ut viri à mulieribus separarentur[u], sicut in conviviis[x], sic etiam in oratione, sive in loco orationis[z], & aliis actibus publicis[a]. Seorsim etiam habitare solebant, Gen. 18. 9, 10. & 24. 67[b]. ¶ *Familiæ domûs Nathan*] h.e. Ejusdem David ex filio suo Nathan, fratre Salomonis[c]. Nimirum etiam Zorobabelis, viri tam pii, posteritas peccavit, & sic indignam se fecit Regno; quod non recepit nisi in Domino Jesu modo sublimiore[d]. *Nathan* erat inter proavos Christi, Luc. 3. 31. Vel, ergò, significat hujus Nathan nepotes luxisse; vel, per posteros Nathan Prophetæ significat Prophetas, h. e. viros pios, qui orationi, meditationi & Divinis laudibus vacabant: hi enim phrasi Scripturæ *filii prophetarum* appellantur, 2 Reg. 2. 3. & alibi *. Al. Nathanem Prophetam hîc intelligo, non Davidis filium[f].

13. *Familiæ domûs Levi*] i.e. Levitæ[g], & sacerdotes[h], quorum multi peccaverant. Docet id oppositio 1 Mac. 4. 42. Vide & 2 Mac. 4. 14. & nota, cùm Mattathias causam sacrorum armis (ut illa tempora tum ferebant) tuendam suscepit, neminem ex collegis ei adfuisse[i]. Per *Levi* hîc intelligit vel, 1. illum Christi proavum, Luc. 3. 24; vel, 2. pios aliquot Levitas & sacerdotes, qui Christi mortem luxerunt[k]. ¶ *Familiæ Semei*] Non dicit, *domus Semei*, ut antè; nec שִׁמְעִי legitur, sed הַשִּׁמְעִי; ut suspicari quis possit de nomine gentilitio: nam articulus non solet præponi propriis nominibus[l]. Intelligit hîc vel, 1. nepotes *Semei* illius progenitoris Christi, Luc. 3. 26[m]; vel, 2. Scribas aliquos & Doctores, qui *Semei* vel *Sammai* Magistrum habuerunt[n]. Ex familia Semei plures erant Doctores[o]. Et fortè ex illis fuit Sameas posterioribus temporibus memoratus Josepho, & Hieronymo ad Esa. 8. sed & Thalmudicis & Rabbinis sæpe[p]. Hic *Simei* fuit nepos Levi è Gersone, 1 Chron. 6. 17[q]. Familias populi Judaici hîc nominat, vel, 1. præcipuas: 1. Regum; 2. Prophetarum, si licet per *Nathan* omnes Prophetas intelligere; 3. Sacerdotum & Levitarum; 4. Doctorum, quorum agmina ex tribu Semei pullulârunt. Reliquas Tribus tacuit, quæ non habebant aliquod privilegium dignitatis[r]. Vel, 2. illas quæ ob arctiorem cum Christo conjunctionem, seu sanguinis, seu officii, sanè majorem præ reliquis plangendi occasionem habuerunt†.

14. *Familiæ*, &c.] Postquam illustriores familias nominavit, designat cæteras καθ' ὁμάδα, ut intelligatur ingens fuisse eorum qui peccaverant numerus. Alii sacrificaverant diis Græcis, alii ἀπεσπάσαντο, (*præputium retraxerunt,*) alii suillas in Templo obtulerant, alii libros Legis tradiderant iis qui eos incensuri erant[s]. Christus plurimis vivens benefecerat, ideóque par est credere multos de illius nece doluisse[t]. In Ecclesia nemo liber ab hoc luctu, quippe qui pœnitentiam operatur, 2 Cor. 7. 10[x].

CAP. XIII.

1. *In die illa*] Vel, 1. Maccabæorum[a]: vel, 2. Evangelii[b]. ¶ *Erit fons patens*] Vel, *apertus*, D. &c. omnibus scilicet[c], per prædicationem Evangelii[d]. Discrimen notat Legis & Evangelii. Sub Lege aqua inferebatur in Templum, & privatim lavacra in usu erant. Tunc verò, inquit, ablutio obvia erit & facilis & manifesta *. Vox *fontis* significat & perennitatem gratiæ, & abundantiam. Hinc *fons lacrymarum*, Jer. 9. 1; &, πηγὰς λόγων, (*fontes verborum,*) dixit Æschines; &, *fons malorum*. Respexit hîc morem veterum, qui sordes omnes aquâ abluebant. Hinc baptizandi ritus[f], & multa lavacra Judæis præcepta[g]. Similis locutio Psal. 51. 9[h]. *Fons* hîc significat Christum, qui factus est quasi fons, Joh. 7. 37[i]: vel, gratiam Dei[k], propter sanguinem Christi[l], unde manat remissio peccatorum[m]: vel, latus Christi apertum, è quo fluxit sanguis & aqua[n]: vel, Baptismum, qui delet peccatum proprium & originale[o]: vel, veniam peccatorum[p]: vel, id omne unde ablutio nostra à peccatis oritur, gratiam Dei, Spiritum Sanctum, Verbum & Sacramenta, Christi passionem, justificationem nostram[q]. Continuans [Propheta] sermonem ostendit luctum illum & susceptæ pœnitentiæ signa non futura sine fructu[r]. ¶ *Domui David* (quam specialiter nominat, tum quia & ipsa graviter deliquerat †; tum quia illa primùm vocatur ad communicationem tantorum bonorum[s]:) *& habitatoribus Jerusalem*] Quorum pauci intacti à crimine[t]. Sensus, q. d. tum primatibus & nobilioribus personis, tum plebeiis, etiam è Gentilismo conversis[x]. Locutio est ut, *Dicite Petro & discipulis ejus*. Nam familia Davidis Jerosolymæ commorabatur[y]. Innuit autem membra Ecclesiæ Christianæ, quæ *domus Davidis* & *filia Jerusalem* vocatur[z]. ¶ *In* &c. לְחַטָּאת וּלְנִדָּה] *Ad peccatum* (vel, *pro peccato*, JT. D. Tar. scilicet abluendo[a]: *contra peccatum*, Pi. *propter peccatum*, M. *ad piaculum*, Ca. *in expiationem peccati*, P. sic V. Calv. ad verb. *in peccatum*, V. Peccati nomen sæpe pro expiatione ponitur[b].) *& ad* (vel, *propter*, M.) *immunditiem*, Calv. M. vel, *& menstruales*, Ca. vel, *& in aspersionem*, P. sic Calv. vel, *& pro immunditia*. נִדָּה, propriè, *immundities ex menstruum profluvio*[c]. Vel, *& pro separatione* (vel, *& contra separationem*, Pi.) *ex immunditia*, JT. Tar. qualis est in menstruo: unde quia infans ratione maternæ originis pronascitur, omnino vero videtur simile, notari hîc, etiam hoc fonte peccatum originis ablui, ut superiori voce designatur peccatum actuale[d]. Ad verb. *& in menstruum*, i. e. & in emundationem menstruatæ. Per has sordes intelligit quæcunque peccata *. Heb. *in peccatum & menstruum*: i. e. Tam facilè abluentur gravia illa peccata idololatriæ, (cujus nulla in Lege ablutio promit-

promittitur,) quàm facilè abluitur contaminatio ex cadavere, (nam & id dicitur חטא [veriùs, חַטָּאת] Num. c. 19. v. 17.) aut ex profluvio sexûs muliebris. Atqui in Lege nihil tale proditum. Fateor, pro singulis. At quoties populus peccâsset, (pro populo autem habetur pars major populi, quæ in culpa erat hoc tempore,) & pœnitentiam ageret, veniam Deus paratam promiserat propter patres, Deut. 30. Hæc sunt τὰ χαρίσματα τὰ ἀμεταμέλητα, (*dona Dei sine pœnitentia,*) Rom. 11. 29 [f]. [De quo vide ibi σὺν Θεῷ dicenda.]

2. *Disperdam nomina idolorum*] Alius hic est resipiscentiæ fructus, nempe purgatio ab omni superstitione, &c [g]. *Nomina*, i. e. notitiam, fidem, cultum, &c. Confer Exod. 23. 13. Deut. 12. 3. Psal. 16. 4 [h]. Nihil verius. Nam post id tempus nulla fuit inter Judæos idololatria. Hoc ipsum disertè multis sequentibus verbis Propheta exsequitur [i]. In prædicatione Evangelii cessaverunt oracula, pseudoprophetæ, & spiritus immundi ex corporibus ejecti sunt apud Judæos & Gentiles [k]. ¶ *Et pseudoprophetas*] Quales multi antehac fuerant [l]. Vel, *Quinetiam eorum* (nempe idolorum [m]) *prophetas*, JT. Pi. *Prophetas* eos vocat per concessionem, quia tales se jactârunt [n]. Nullus *prophetæ* nomen sibi arrogare ausus est ab hoc tempore usque ad Christum. Vide 1 Macc. 4. 46. & 9. 27. & 14. 41. Josephus, Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα· πίστεως δ' οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν, &c. (*Ab Artaxerxe usque ad hoc tempus scripta sunt singula; non tamen pari cum præcedentibus fide atque authoritate, quia deest successio Prophetarum*, &c [o]. ¶ *Et spiritum immundum*] Sic vocat, vel, 1. motum in animis nostris à spiritu immundo, h. e. à Satana, excitatum. Vel, 2. impuram pseudoprophetarum doctrinam à spiritu impuro profectam [p]. Vel, 3. Diabolum [q]. Sic vocantur Dæmonia Matth. 10. v. 1. & 12. 43. Marc. 1. 23, 26, 27. & 3. 11, 30. &c. Ab his sæpe accipiebant pseudoprophetæ quæ Dei nomine efferebant. Vide 1 Reg. 22. 21 [r].

3. *Cùm prophetaverit*, &c.] Falsa scilicet †, in nomine Dei [t]. Al. Ostendit cessaturam eam quæ à Deo est prophetiam [v]. ¶ *Dicent ei pater ejus & mater ejus* (cujus in natos tenerrimus est affectus [x],) *qui genuerunt eum*] Emphaticè hoc additur, & bis repetitur [y]. Ipsi hoc dicent parentes, si alii non dixerint: nec per adoptionem parentes, sed per naturam, quorum tenerior est affectus. Confer mentionem paris ardoris pro Lege, omnem alium affectum superantis, Deut. 13. 6, &c [z]. Naturales στοργὰς studio pietatis subjicient, juxta Christi monitum, Matt. 10. 37 [a]. ¶ *Non vives*] i. e. Morieris [b]; Mors tibi debetur [c]: Deut. 18. 20 [d]. *Non vives* apud Deum, sed condemnaberis. Confer Ezec. 18. 24. & 33. 10 *. ¶ *Mendacium locutus es in nomine Domini*] Quod crimen auget: prætexens nomen Dei flagitiis tuis [f]. Notat atrocitatem sceleris, &c [g]. Falsò te à Deo missum dicis [h]. ¶ *Configent eum*, &c.] [Vel, 1. propriè.] Occident, juxta Legem, Deut. 13. 8, 9 [i]. Supplicio afficiendum tradent judicibus [k]. *Transfodient*, ut Phinees Zambrin, Num. 25. 8, 14. Hoc intellige de pseudopropheta populum volente abducere ad cultum falsorum deorum: nam in tales quemvis Judæum Lex armabat, Deut. 13. 8, 9. Quæ lex expressè addit, in tali crimine nec *filio* parcendum. Hæc & alia quædam stultè Rabbini referunt ad tempus post Resurrectionem [l]. Vel, 2. non gladio corporali, sed gladio Spiritûs, qui est Verbum Dei [m]. Conficient eum stimulis verborum, quò ad saniorem mentem adducant [n]. Quod tamen mihi non placet, quia præcessit, *Non vives* [o]. Verbum Dei confertur *aculeis & clavis*, Eccles. 12. 11. confer Prov. 12. 18; &, *gladio ancipiti*, Esa. 49. 2. Heb. 4. 12. Minæ & graves reprehensiones dicuntur *corda* auditorum *findere*, Act. 7. 54. &, *pungere*, Act. 2. 37. Propriè autem transfodere illum, non erat parentum ex privato arbitrio, sed magistratûs, &c. Nec τὸ דָּקַר semper significat ità *transfodere* ut indè mors sequatur, ut constat ex Jer. 37. 10. Intelligo itaque h. l. quòd parentes filium corripient, verberabunt, &c [p]. ¶ *Cùm prophetaverit*] *Si perstiterit prophetare*, G.

4. *Confundentur*, &c.] Scilicet, cùm viderint non recipi suas prophetias, sed se potiùs contumeliis & plagis affici [q]. Ferre non poterunt præ pudore mentionem fieri eorum vaticiniorum quæ ante generalem hanc indulgentiam temere evulgârunt [r]. Quia vaticinii falsitatem probabit eventus †. ¶ *Nec operientur pallio*, &c. אַדֶּרֶת שֵׂעָר] *Pallio* (vel, *chlamydem*, Ti. sic M. *veste*, Calv. *togam*, JT. Pi.) *pili*, vel *piloso*, Mo. P. sic M. V. Calv. i. e. pilis confecto [t]. Vel, *hirto*, G. vel, *villosam*, JT. Pi. Ti. D. Tar. Hoc malim quàm *pilosam*, ex collat. 2 Reg. 1. v. 8. Jes. 20. 2. *solve saccum*, &c. nam *saccus* vestis erat villosa. Alioquin שער ὁμώνυμον est ad *villos* & ad *pilos*. Hi propriè in corpore sunt, illi verò in veste [v]. *Nec villosum gestamen induent*, Ca. Habitus hic erat, ut verorum Prophetarum [x], 2 Reg. 1. 8 [y]. item 1 Reg. 19. 13, 19. Esa. 20. 2. Matt. 3. 4 [z]; ità & veros imitantium [a]. Prophetæ utebantur veste pilosâ, h. e. plebeiâ & ignobili, ut se parcos & frugales tam in victu quàm in vestitu esse ostenderent [b]. ¶ *Ut mentiantur*] Ità P. M. JT. &c. Id est, ut prophetias mendaces habeant, vel, ut loquantur mendacium in nomine Domini [c]. Non vestitus hîc damnatur, sed finis ejus, nempe, ut sub pelle ovium lateant lupi [d].

5. *Dicet, Non sum propheta*] Nomen quod affectari solebat longè à se abjiciet *. q. d. Non sum idoneus ad obeundas Prophetæ aut Doctoris partes [f]. ¶ *Agricola*, &c.] Non fucum plebi faciendo, sed meo labore, victum mihi quæro [g]. Qui priùs in otio vivebant & deliciis sub sanctimoniæ prætextu, dabunt se justo labori, ut seipsos alant & fratribus succurrant, nec erunt ampliùs pigri ventres, ut antea; atque ità ostendent se verè resipiscere, &c [h]. ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי אָדָם הִקְנַנִי] *Quoniam*, vel *Nam*, *Adam* (אָדָם hîc propriè ponitur, pro primo homine [i]. Sed malim appellativè & distributivè accipere [k]. Vel, *homo*, M. Ca. Di. V. vel, *aliquis*, JT. Pi. vel, *homo* aliquis, G. sic D.) *acquirere fecit me*, Mo. vel, *comparavit me*, Ca. id est, emit, nempe ad agriculturam faciendam [l]: *docuit me pastorem agere*, Calv. sim. P. *fecit me pecuarium*, M. à significatione nominis מִקְנֶה *pecus*. Verùm quærenti, *Cur tu es vir colens terram?* non rectè responderem, *Quia edoctus sum pecuarium*. Aliud enim est, agricolam, aliud pecuarium, esse [m]. *Instituit me*, JT. *instituit me ut possessiones colerem*, Ti. *docuit me*, nempe *agriculturam*, G. ex Ch. sim. D. vel, *artem pastoralem*, Q. in V. At Adam agricola fuisse legitur, non pastor [n]. Ad verb. *fecit ut compararem mihi*, sub. *sapientiam agricolandi*, D. Al. per hoc *acquirere fecit me*, Pi. Al. *operari me fecit*, scilicet in terra, i. e. coegit me opere manuum mearum victum mihi comparare. Hanc causam dat propheta cur se agricolam semper fuisse dicat. קָנָה est, *facere ut possideas atque habeas*, sive pecuniæ pretio, actum [legendum puto, ac tum] est, *emere*; sive labore tuo, actum [lege, ac tum] est, *operari*. Unde Deus "קוֹנֵה ת, *operator*, vel *factor*, *cœli & terræ*, Gen. 14. 19. Certè קנה Æthiopicè est, *operari*. Vide [Æthiopicam versionem ad] Matt. 20. 7, 12 [o]. Al. *genuit me*, ο'. Ar. nam קָנָה apud ο'. Interpretes est, *generare*. Sic omnino accipiendum Gen. 4. 1. קָנִיתִי *Genui virum à Domino*; Prov. 8. 22. *Dominus* קָנָנִי *genuit me*, &c [p].

6. *Et dicetur ei*] Cui? Resp. 1. Pseudoprophetæ [q]. 2. Messiæ [r], de quo præcessit †; ad quem redit Zacharias post digressionem de pseudoprophetis [t]; de quo agit v. seq ‡. ¶ *Quid sunt* (i. e. Quid sibi volunt, vel, Quid significant [v],) *plagæ*, &c.] Heb. *percussiones*, Pi. vulnera, sive ictus, sive vibices [x]: *livores*, quos manicæ ferreæ in brachiis post se relinquere solent [y]: stigmata inusta manibus, per quæ solebant diis Gentium se mancipare, inscripto eorum signo, nomine, aut numero, Apocal. 13. 16, 17. *Sphragiditas* & *stigmata* vocat Prudentius [z]. Sensus, q. d. Licèt neges te Prophetam esse, id tamen testantur hæ vibices [a]. ¶ *In*, &c? [בֵּין יָדֶיךָ] *In manibus tuis?*] JT. Pi. *inter*, vel *intra*, *manus tuas?* M. P. Ti. D. Hoc addit, quia manus nudæ vestigia plagarum ostendunt, quæ alioquin in reliquo corpore latent sub vestibus [b]. Hinc constat illud *transfigere*, v. 3. non includere occisionem, sed reprehensionem primùm verbis, deinde castigationem per flagella [c]. Sed sciendum, Zachariam h. l. non tam exactè de genere & modo supplicii loqui, quàm hoc significare, quòd non tantùm judices scelera vindicabunt pœnâ capitali, sed & privatim

Margin notes (left column): f G. · g Calv. · h Tar. · i G. · k E. · l G. · m Pi. · n Calv. · o G. · p D. · q Pi. Tar. · r G. · † Pi. D. · t D. · v G. · x Tar. · y Calv. · z G. · a Tar. · b D. · c G. sim. Pi. · d G. · * Tar. · f D. · g Calv. · h G. · i D. · k Pi. · l G. · m M. · n Q. in D. · o D. · p Tar.

Margin notes (right column): q Me. · r G. · † D. · t V. · v D. · x G. sim. M. V. Ca. D. Calv. Tar. &c. · y G. D. ex L. &c. · z Tar. · a G. sim. M. · b Calv. · c D. · d Calv. · * G. · f Calv. · g G. · h Calv. · i Rib. sic Me. &c. · k Tar. · l D. · m Di. · n D. · o Di. · p BC. 2. 1. 784. · q L. Hi. & Th. & Cyr. in T. · r Me. T. ex He. & ex Rup. Thom. Rib La. &c. · † T. · t Me. · ‡ T. · v Pi. D. · x D. · y V. · z G. · a D. · b Idem. · c Tar.

tim singuli castigabunt cognatos suos [d]. ¶ *Hu*,&c. [אֲשֶׁר הֻכֵּיתִי בֵּית מְאַהֲבָי] *Quia percussus sum* (vel, Plagæ sunt *quibus percussus fui*, JT. Pi. sic P.) in *domo* (vel, *domûs*: i. e. Hæc stigmata non ad deum aliquem pertinent, sed ad honorem domûs alicujus potentis, quæ me ut clientem suum dilexit, & cujus patrocinio me dedi*.) *amicorum meorum*, M. &c. parentum, vel cognatorum. Bonæ indolis est, pro amico agnoscere eum qui te corripit & castigat [f]. Al. In Judæa & Jerosolyma: q. d. A civibus meis, cognatis, filiis, qui tot seculis ad adventum meum anhelâssent, & me summè amare & colere debebant, in crucem actus sum. Proh indignum facinus! Vult autem Propheta his Christi plagis explicare quo sensu dixerit ipsum esse fontem omnibus patentem, nimirum patefactione manuum, pedum, lateris, &c.†.

7. *Framea*] Sic gladium vocant [h]. *O gladie*, P. Acerbam intelligit afflictionem [i], sive persecutionem [k]. Loquitur hic Deus Pater [l]. Hoc addit per occupationem, nè Christus, cùm à Judæis miserè tractaretur, pro pseudopropheta juxta hunc locum puniendo haberetur [m]. Hactenus felicem statum tandem futurum promiserat: nunc addit, interea tamen gravissimas clades fore, & multas ærumnas prosperitati permixtas fore, &c [n]. ¶ *Suscitare*] Vel, *evigila*, JT. Pi. D. propriè, è somno, sed transfertur & ad inanima, Psal. 57. 9. & 108. 3. Jes. 51. 9. Porrò, ut *dormire* est, negligentem esse; ita *evigilare* dicitur qui rerum suarum satagit [o]. Imperativus pro futuro; q. d. Gladius denudabitur [p], vel excitabitur. Apostrophe est emphatica, quasi gladius torperet, &c [q]. Pergit hic narrare futura [r]. ¶ *Super* (vel, *contra*, JT. Pi. &c. vel, ut venias *super*, V.) *pastorem meum*] Ità M. P. Ti. Ca. &c. i. e. à me constitutum †. Intelligit vel, 1. Judam Maccabæum, qui in prælio cum Bacchide interiit [s]. Vel, 2. Christum [t]; Pastorem Ecclesiæ [x]: quem ego toti orbi Pastorem dedi [y]. Vel, 3. magistratus & doctores populi mei [z]. Ut *prophetæ* nomine complectitur Deus omnes Prophetas, Deut. 18. v. 15. ità & h. l. *pastoris* voce totum ordinem intelligit: uterque tamen locus de Christo rectè accipitur, quippe qui inter Prophetas & pastores primatum obtinet, &c [a]. ¶ *Et*, &c. [וְעַל גֶּבֶר עֲמִיתִי] *Et super*, vel *contra*, *virum proximum*, vel *socium*, (vel, *amicum*, Sy. *civem*, ο'. *concivem*, Ar. *contribulem*, Aq. & Hi. in D.) *meum*, M. P. Mo. Ca. JT. Pi. D. G. &c. i. e. quem maximè amo. Quoties viri boni violentâ morte perierunt, toties apud pios crevit fides Resurrectionis. Fuitque hæc οἰκονομία à Legali differens, præparatio ad Evangelium [b]. Vel, *populi mei*, i. e. עַמִּי [c]. Vel, *proximum ejus*, Th. in D. Legit עֲמִיתוֹ [d]. Vel, *cohærentem mibi*, Vulg. i. e. conjunctum *; nempe consubstantialiter secundùm Divinam naturam, hypostaticè secundùm humanam [f]. Vel, *coæqualem mibi*, Ti. sic Me. עָמִית non est propriè quivis *proximus*, qui dicitur רֵעַ, vel חָבֵר, vel קָרוֹב, sed intimè familiaris, qui est עִמָּה, *juxta*, vel *circum*, aliquem, è regione ejus, præstò ei ad omnia amici officia: nam de tali usurpatur Levit. 19. 11, 17. עָמִית dicitur *vicinus*, vel *familiaris*, & quisquis nobis est conjunctus aliquo jure. Hoc titulo Deus insignit pastores, quia hi Deo propinqui sunt, ipsisque ministri & cooperarii, 1 Cor. 3. 9. per quos Deus se repræsentat populo [g]. ¶ *Percute pastorem*] Vel, 1. Judam, tu Bacchide [h]. Vel, 2. Christum [i], vos ô Judæi. q.d. Posteaquam à proposito vestro revocari non potestis, & mortem Christo meo sæpe intentâstis, id nunc vobis permitto, &c [k]. Vox est Patris dantis potestatem ut percutiatur Christus. Vide Matt. 26. 31 [l]. *Percute*, &c. i. e. Percutietur [m]. Vel, *Percutiam*, ut habetur in Evangelista. Sic imperativum שְׁמַע, Esa. 6. 9. vertunt, ἀκούσετε, Matt. c. 13. v. 14. Act. 28. 26 [n]. ¶ *Dispergentur oves*] Fugiet ejus exercitus [o]. Populus dissipabitur [p]. ¶ *Et*, &c. [וַהֲשִׁבֹתִי יָדִי עַל הַצֹּעֲרִים] *Et* (vel, *At*, JT. Pi. sic D. vel, *Postea*, Q. in D.) *reducam* (vel, *convertam*, P.) *manum meam super*, vel *ad*, *parvulos*, M. JT. Pi. *Parvulos* hic vocat, quos priùs oves [q], vel, 1. qui sunt inferioris dignitatis [r]: vel, 2. pios humiles & modestos †, quos mundus abjicit; hos enim suscipit Deus [t]: Apostolos [v]. Phrasis hæc (*reducendi manum*) media est: nam sumitur & in bonum, ut Jes. 1. 25. Ezec. 20. 22; & in malum, Psal. 81. 15. Sed & *manus Domini* ambiguè dicitur; & favorem Dei notat, & castigationem [x]. [Hinc variè accipiunt.] Eos diversis frequentibusque afflictionibus exercebo [y]. Percusso Christo capite, percutiam etiam membra, Discipulos & fideles [z]; ut similes illos reddam Pastori meo [a]. Al. Non deseram Discipulos meos [b], sed eos iterum ad me vocabo post resurrectionem [c]. Ubi pastores sublati sunt, & populus laceratus, &c. erit tamen locus misericordiæ meæ, &c [d]. Paucos faciam sospites *.

8. *Et*, &c. [וְהָיָה וְגוֹ'] *Et* (vel, *Nam*, JT.) *erit* (vel, *fiet*, Pi.) *in omni*, vel *tota*, *terra*, M. JT. Pi. vel, Israelis; vel, in toto orbe [f]. ¶ *Partes*, &c. [פִּי שְׁנַיִם בָּהּ יִכָּרְתוּ] *Os duorum* (vel, *Partes duæ*, P. Ca. D. ex He. Calv. M. Ti. ad verb. *Portio duarum*, V. sic Calv. subaud. *partium*, V. Sed *portio* מָנָה vocatur: פִּי hic potiùs denotat *mensuram*, ut Deut. 21. 17. 2 Reg. 2. 9 [g].) *in eâ succidentur*, Mo. P. &c. Magnas enim clades Bacchides intulerat, teste Josepho, 18. per eas multi interiêre, multi fugêre [h]. Al. Ex his qui fuerint post passionem Christi duæ partes violentâ morte morientur [i]. ¶ *Tertia pars* (i.e. paucissimi [k],) *relinquetur in ea*] Superstes [l]. Residua pars servata est à Tito in expugnatione Jerosolymæ [m]. Al. Locum sic accipio, *Partes duæ*, Judæi & Gentiles, veram salutem non consequentur; vel, numero minuentur, deficientibus Judaismo & Gentilismo: *tertia pars relinquetur*, populi scilicet Christiani, qui magno numero succrescent [n].

9. *Et ducam* (vel, *traducam*, D.) *tertiam partem* (vel, *tertiam istam*, quæ in vita remanebit [o],) *per ignem*] Probationis, sive crucem [p]. Loquitur de eximiis, qui quidem salvabuntur, sed quasi per ignem [q]. Sensus, Per multa mala eorum explorabo constantiam, Psal. 66. 10 [r]. ¶ *Uram*, &c. [וּצְרַפְתִּים וְגוֹ'] *Et conflabo* (vel, *excoquam*, Ti. D. *examinabo*, V. D.) *eos sicut conflatur*, vel *examinatur*, vel *examinare solent*, sub. *aurifices*, *argentum*, V. i. e. Ceu igne repurgabo †. *Scilicet in fulvis spectatur ut ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides* [t]. ¶ *Ipse* (i. e. quilibet eorum [v]; vel, ille populus [x], reliquus de cladibus [y], eo modo excoctus & probatus [z], fidelis [a];) *vocabit nomen meum*, &c.] Hâc consolatione mitigat Deus præcedentes molestias [b].

CAP. XIV.

1. Ecce, *venient dies*] Ultionis, ut Joel. 2. 1, 2. Soph. 1. 7, 8 [a]. Hoc caput exponunt vel, 1. de tempore Antichristi [b]; vel, 2. de excidio tantùm Jerosolymitano [c]. ¶ *Domini*] Ità M. vel, *Jehovæ*, JT. Pi. *ipsi Jehovæ*, P. *Domino*, sive à *Domino*, qu. d. divinitus, non fortuitò [d]: in qua Dominus ostendet potentiam suam, vindictam sumendo de impiis & ingratis Judæis*, qui Christum noluerunt recipere [f]. ¶ *Et*, &c. [וְחֻלַּק וְגוֹ'] *Et dividentur* (vel, *quum*, sive *quo*, *dividentur*, JT. Pi. D. ut sit ו pro אֲשֶׁר [g]. Vel, 1. à militibus Antiochi Epiphanis [h]: vel, 2. à Romanis [i]. Sed malim Prophetam hic complecti omnes clades quæ Judæis instabant [k].) *spolia tua* (vel, *prædæ tuæ*, i.e. in te captæ, ô Jerusalem [l]. In ipsa Judæa passim à Græcis spolia dividentur capta de Judæis [m].) *in medio tui*, Tar. q.d. Non foris, sive in agro aut solitudine [n], ut solent victores spolia furtim inter se dividere [o], sed in medio urbis gremio [p]. Hoc facient hostes tanquam securi victoriæ & extra periculum. Verùm antè urbs capta fuit quàm spolia dividerentur. Priùs ergò narrat quod tempore posterius erat [q].

2. *Et congregabo* (Significat, Deum cladium istarum authorem esse [r].) *omnes gentes*, &c.] i. e. Plerasque, vel omne genus, gentes: nam & leves erant & rapaces & crudeles †. Intelligit vel, 1. exercitum Antiochi ex variis gentibus conflatum [r]. Vide 1 Mac. 6. 29. Centum millia peditum, 20 millia equitum, elephantes 32, sub Antiocho Eupatore [v]. Vel, 2. Romanos, gentium dominos [x], quibus pleræque gentes & parebant & militabant [y]. ¶ *Et capietur civitas*, &c.] Judæi in Templum se recipere sunt coacti, Joseph. 12. 14. Est retrogressio non magna, quò magis intelligatur imminutio

in po-

[d] Calv. * G. [f] D. † T. [h] D. ex Aug. & Arnob. &c. [i] V. sim. Tar. [k] Tar. [l] Pi. Tar. [m] Tar. [n] Calv. [o] D. [p] Me. [q] Calv. [r] G. † Pi. [s] G. [t] M. V. Jun. Pi. Tar. Me. T. &c. [x] Me. [y] T. [z] D. [a] Calv. [b] G. [c] Sym. in D. [d] D. * Me. [f] T. [g] Calv. [h] G. [i] M. V. D. Tar. &c. [k] M. [l] V. sim. Me. [m] Me. [n] Tar. [o] G. [p] Calv. [q] V. [r] D. ex He. & Chald. † D. [t] M. [v] V.

[x] D. [y] V. Me. sim. [z] T. [a] Me. [b] Me. sim. Tar. [d] Calv. * G. [f] D. [g] Idem. [h] G. [i] V. [k] Tar. [l] D. [m] V. [n] Me. [o] D. [p] Tar. sim. Calv. D. Me. [q] Calv. [r] G. † V. [t] G. [v] D. [x] G. sic V. D. [y] G. [z] D. [a] V. [b] Calv.

[a] Tar. [b] Q. in V. sic plerique in M. [c] Al. in V. & M. [d] D. * V. sim. D. [f] V. [g] D. [h] Me. [i] M. D. Pi. Tar. [k] Calv. [l] V. [m] G. [o] Calv. [p] Calv. sim. D. [q] D. [r] Calv. † D. [r] Me. [v] G. [x] Pi. [y] Tar.

in populo facta [z]. Hæc omnia sub Tito Vespasiano contigerunt [a]: ut & antè factum fuerat in Antiochi Epiphanis adventu †. ¶ *Egredietur media pars civitatis*, &c.] Propter famem se dedent. Testatur id Josephus [b]. At videtur secum pugnare; priùs *tertiam*, hîc *dimidiam*, partem dicit. Sed in numeris non est anxiè laborandum. Sæpe *dimidia* & *tertia pars* idem denotant. Sensus, q. d. Magna erit vastitas, ut vix dimidia pars salva sit [c]. Sensus loci, Duæ partes interibunt peste vel gladio, tertia remanebit. Et hujus partis pars dimidia deportabitur, alia relinquetur [d]. ¶ *Et* (vel, *Autem*, Ti. &c.) *reliquum populi* (i. e. Judæi qui se Pellam contulerunt *,) *non auferetur* (vel, *exscindetur*, JT. Pi. D. Ti. &c.) *ex urbe*] Defendent Templum [f]. Neque occidetur, neque transportabitur [g]. Semper manebit superstes & salvum corpus aliquod Ecclesiæ [h]. Al. Dedent se Antiocho [i]. Non extra urbem, sed intra ejus mœnia fame, peste & gladio, peribunt [k].

3. *Et* (vel, *Postea*, Pi. Ubi Deus afflixerit Ecclesiam, tandem eam vindicabit [l]. Ostendit causam mirandi hujus effectûs, quòd Ecclesia in mediis turbis tuta futura sit [m].) *egredietur Dominus*] Vel, 1. è loco suo [n], h.e. cœlo, Mich. 1. 3 [o]; vel, Templo: vel, 2. quasi è latebris armatâ manu [p], procedens ad bellum. Locutio hæc hinc sumpta, quòd olim ad bellum ituri Arcam circumducebant: Jes. 42. 13. Eadem phrasis Psal. 60. 12. Hab. 3. 13 [q]. Al. Sæpe feliciter erupêre [Judæi] obsessi, ut tradunt Josephus & Scriptor Maccab. idque non parùm profecit ad pacem [r]. ¶ *Et prœliabitur* (prædicatione Evangelii †, & miraculis [s],) *contra gentes illas*] Vel, *has*, G. quæ Jerosolymam ceperant [t]: quæ ad Jerosolymam spiritualem sive Ecclesiam oppugnandam convenerunt [x]. ¶ *Sicut*, &c. כְּיוֹם הִלָּחֲמוֹ בְּיוֹם קְרָב *Secundùm diem bellare* (vel, *pugnandi*, Pi.) *eum* (vel, *Sicut prœliatus est*, M. sim. Ti. *Ut quo die pugnavit*, JT. sim. P. V. sive, *pugnare solet*, Pi. sub. *pro vobis*, D.) *in die conflictus*, Mo. JT. Pi. D. vel, *prœlii*, sive *pugnæ*, D. vel, *certaminis*, sub. *ad mare rubrum*. Alludit ad historiam Exod. cap. 14 [y]. Vel, *belli*, M. Ti. &c. Id potiùs מִלְחָמָה & Græcè πόλεμος. קְרָב propriè est, *congressio acierum, conflictus*, à קרב *accedo, appropinquo*. Hoc tamen discrimen non est perpetuum: nam מִלְחָמָה & קְרָב se mutuò explicant. Sic πόλεμος pro ipsa μάχῃ apud Homerum. *Die prœlii*, i. e. cùm prælio vobiscum decertaretur [z]: quum vel quoties opus fuerit cœlesti auxilio. Non de uno tempore hîc loquitur, sed complectitur omnia documenta vetera quibus Deus ostendit Judæos sibi esse curæ, ut eos jam confirmaret ad bene sperandum, &c †.

4. *Et stabunt pedes ejus*] Nempe Jehovæ pugnantis pro populo suo, v. præc [a]. *Pedes*, pro *adventu*, ut Gen. 30. 30. Innuit Deum ibi primùm exseruisse virtutem suam [b]. Sensus, Descendet eò Deus cum Angelis. Sub hoc typo, sublimiori sensu, significatur Christus Deus, factus homo, ibi staturus & versaturus. Miscet enim Zacharias typo antitypum, & ad Christum mente fertur; de quo hîc quædam dicuntur, & de ejus Ecclesia, augustiora quàm ut Maccabæis conveniant [c]. *Pedes ejus*, i.e. Christi, qui ibi stetit cùm in cœlum ascenderet [d]. Al. *Pedes ejus*, Bacchidæ, qui gentibus illis præerit. Ità sæpe ex sensu subauditur persona *. ¶ *In die illa*] Tempore Novi Testamenti [f]. ¶ *Super montem Olivarum*] Qui commodus ponendis castris [g]. Ut ex eo propugnet Jerusalem, & profliget hostes [h]. Sensus, q. d. Gloriosè & visibili modo se ostendet Deus, velut ex montis cacumine, ad liberandam Ecclesiam suam. Sed cur non in urbe potiùs quàm *in monte*, &c? Resp. Ut notet Deum acturum esse excubias, ut longè prospiciat saluti Ecclesiæ [i]. Al. Allegoricè hæc accipienda de Christo [k], qui in illo monte discipulos docuit, oravit, & ex illo ascendit in cœlum [l]. ¶ *Et scindetur mons*, &c.] [Vel, 1. literaliter.] Videtur hoc factum tempore Maccabæorum, licèt id non narretur. Veriùs tamen alii putant hoc faciendum die Judicii, &c*. Al. Pedes Dei in hoc monte steterunt cùm Romani ibi castra posuerunt, & mons scissus est cùm ab illis perfodiebatur †. Vel, 2. spiritualiter & figuratè [m]. *Et dividet sese mons*, &c. vel, 1. ut sine impedimento ullo defluant è Jerusalem aquæ illæ vivæ de quibus infrà v. 8. q. d. Dominus tollet omnia impedimenta quæ remorari possent cursum Verbi sui [n].

Vel, 2. ut Jerosolyma non sit in umbrosa valle, ut priùs, quum quasi latebat sub illo monte, sed in loco excelso, juxta Jes. 2. 2. Mic. 4. 1. ut longè latèque prospiciatur à gentibus, &c [o]. Al. Hæc scissio [montis] figurat fugam gentium. Nam, Deo pro suis pugnante, omnes in fugam se dabunt, alius aliò dilabetur. Ità mons, in quo urbem obsidentes castra posuerant, quasi in partes diffindi videbitur [p]. Al. Formas quibus Deus suorum commoda subministraturus est exponit Propheta magnificis allegoriis. Est autem primum commodum, adventus Dei cum Sanctis suis, ut in æternum Ecclesiam inhabitet, hîc & v. seq. Locum sic verto, *Et stantibus pedibus ejus——scindetur mons*, &c. q. d. Quum primùm appropinquaverit conspicuè & gloriosè ad Ecclesiam suam, dissilient montes ipsi, & ipsa quoque membra Ecclesiæ perculsa tantâ Dei majestate trepidabunt, denique nihil non commovebitur. Sic ostendit Propheta typis gloriosiorem fore Dei adventum ad Ecclesiam in Regno Christi, quàm olim fuerit in tradenda Lege, Exod. 19. & 20 [q]. Al. Verto, *Postquam steterunt*, &c. ו valet, כַּאֲשֶׁר *postquam*, ut Exod. 16. 20. & aliis S.S. locis. Tempus hîc notat quando illud dictum v. 3. futurum est [r]. Ecclesia Christi, ut in præced. per *Jerusalem* & per *Sion*, ità hîc per *montem Olivarum* significatur †. Mons ille spiritualiter divisus est in omnes mundi angulos cùm Apostoli, qui ad illum congregati à Christo præcepta acceperunt, per omnem terram prædicabant, Matt. 28. 19. Mar. 16. 15. Act. 1. 2 [t]: quum Ecclesia Christi, in monte illo collecta, divisa est in 4 mundi plagas, ut prædicaret omnibus, &c. Ex hac autem dispersione Apostolorum relictus est *hiatus magnus*, infelix scilicet Judæa deserta & derelicta, à qua fugerunt Judæi quique Christiani facti, nè & ipsos ultio Divina apprehenderet [v]. ¶ *Ad orientem & ad occidentem præruptu*, &c. גֵּיא וגו׳] *In vallem* (vel, ut sit *vallis*, P. Ti. vel, *valle* existente intermediâ, M.) *magnam* (vel, *magna*, P. Ti.) *valde*, JT. Pi. Ità ut fiat vallis maxima [x]. *Grandi admodum convalle*: i. e. Multa humus egeretur, ità ut hiet mons magnâ sui parte [y]. ¶ *Et separabitur* (vel, *recedet*, JT. Pi. V. subaud. *è loco suo*, V.) *medium* (vel, *pars*, JT. At id חֶלְקוֹ [z]. Malim, *dimidium*, D. Pi. sim. Calv.) *montis ad Aquilonem*, &c.] Id est, Ità humus egesta de monte feretur partim ad oppugnanda Aquilonaria, partim ad oppugnanda Australia, Templi [a]. Scissio facta est versùs Orientem & Occidentem, unde vallis emerget, quæ media erit inter partes abscissas; cujus [vallis] pars dimidia, propter vicinam urbem, ad Aquilonem, pars altera ad Austrum, recedet [b].

5. *Et*, &c. וְנַסְתֶּם גֵּיא הָרַי] *Et* (vel, *Tum*, Pi. JT.) *fugietis vallem* (i. e. גֵּיא סִן, [à *valle* [c]:] vel, ad *vallem*, P. D. sic Calv. vel, per *vallem*, M. Ti. Ca.) *montium*, Mo. JT. Pi. M. Ti. &c. Intelligunt, vel, 1. vallem magnam non procul à Jerusalem [d]. Vel, 2. vallem quæ inter duas sectiones montis Oliveti *. Al. *montium meorum*, Ca. Pi. Me. ex Rib. D. i.e. vel, 1. duorum illorum montium quos effecero diffindendo montem Oliveti [f]: vel, 2. Sionis & Moriæ, qui duo erant montes Dei. Inter hos vallis erat media quæ *Mello* nominabatur. Huc fugietis, inquit, quum Olivarum mons in partes dissiliet [g]. Hæc vox הָרַי (quum accentum habeat distinguentem) potest accipi pro הָרִים [h], & valere, *montes*. Sic חַלּוֹנֵי *fenestræ*, שְׂדֵי *agri*, גּוֹבַי *locustæ*, &c [i]. Ità & h.l. potest esse regimen pro absoluto. Qualem permutationem & alibi notavimus, maximè in his Scriptoribus, qui non rarò Συριάζουσι [k]. [Alii locum aliter reddunt:] *Et obthurabitur vallis montium*, Ch. vel, *montium meorum*, οἱ. Ar. Aq. & Sym. & Th. in D.G. Cave spernas [l]. נַסְתֶּם non sumunt in secunda plurali à נוּס (*fugere*,) sed in tertia singulari à סתם (*obstruere* [m].) Sic & Judæi orientales legunt וְנִסְתַּם, punctis tantùm variantibus, *Et claudetur vallis*, &c [n]. Si rectè, sensus erit, Mons olearum à dississione rursus concludetur & obthurabitur, nempe post horas diésve paucas. Quod auget miraculum. Terra enim quæ fissa terræ motu naturaliter non coalescit rursum [o]. Sensus [horum verborum cum proximè sequentibus] videtur hic esse, *Et post discessum hostium obstruetur vallis montium*, (quia egesta humus ex uno monte Oliveti velut duos fecerat,) *ità ut vallis illa montium adæquetur ad altitudinem*, nempe montis. אָצַל altitudo

Marginal notes (left column): [z] G. [a] Tar. † G. [b] G. [c] Calv. [d] D. * Pi. sic Tar. [f] G. [g] D. [h] Calv. [i] Mc. [k] M. [l] Calv. [m] Tar. [n] Calv. D. [o] D. [p] Calv. [q] D. [r] G. † M. sim. Tar. [s] Tar. [t] D. [x] Tar. [y] V. sim. G. [z] D. † Calv. [a] Tar. [b] D. [c] Mc. [d] M. * G. [f] Tar. [g] G. [h] Mc. sim. T. [i] Calv. [k] Q. in Calv. sim. [l] Tar. Mc. &c. [l] Mc. * Mc. † Danæus in Tr. [m] Tar. &c. [n] V.

Marginal notes (right column): [o] Calv. [p] D. [q] Jun. [r] Tar. † M. [t] Tar. [v] M. [x] V. [y] G. [z] D. [a] G. [b] D. [c] D. [d] V. * D. sim. Tar. [f] Pi. [g] D. sim. Mc. [h] Pi. [i] D. [k] G. [l] D. [m] G. [n] D. observ. 14. 23. [o] K. in D. ib.

altitudo etiam Ezec. 41. 8[p]. Sensus loci, Dum Apostoli prædicant, &c. vos Judæi primùm vocabimini, & fugietis hanc vallem montium, putà quam Deus efficiet ex monte Olivarum in partes diviso [q]. Significat, adventum Dei fore terribilem, non apertis tantùm inimicis, sed & ipsis fidelibus, ad quos servandos venit, qui tamen trepidant ad ejus præsentiam. Quid ergò impiis hostibus fiet, ad quos perdendos veniet [r]? ¶ *Quoniam*, &c. [כִּי יַגִּיעַ גֵּיא הָרִים אֶל אָצַל] *Quia pertinget vallis montium ad Asal*, Mo. P. sic M. Ti. Ca. Calv. &c. *Azal* est nomen loci †. Sensus, ubi priùs multi erant colles, qui abrumperent transitum, fore continuam vallem & æquabilem usque ad loca satis remota. *Vallem montium* vocat loca omnia quæ priùs salebrosa erant & impedita, vel perplexa [t]. [Alii אָצַל appellativè sumunt, locúmque aliter reddunt:] *Nam pertinget vallis montium ad montem quem selegit.* [Quæ verba parenthesi includit.] Periphrasis Sionis [v]. *Quum pertinget* (Deus adveniens [x]) *vallem*, sive *ad vallem, montium*, (& quæ antea erant elata deprimet [y],) *ad montem contendetis*, sive fugietis, quem *selegit*, JT. Tar. i. e. Recipietis vos domum Dei versùs, attoniti novitate & majestate appropinquantis Dei [z]. ¶ *Et fugietis sicut fugistis*, &c.] q. d. Fuga præceps erit ob summam desperationem [a]. Al. *Obstruetur*, inquam, *sicut obstructa fuit*, nempe vallis olim eodem loco facta, *à facie terræmotus*, i. e. propter terræmotum qui in eodem monte hiatum fecerat, *in diebus Oziæ*, &c. Cujus terræmotûs meminit Amos. 1. 1. ubi dicta vide. Adde Esa. 6. v. 1. Hæc παρενθετικῶς dicta sunt, quia vallis ab hoste factæ inciderat mentio, nè quis eam in perpetuum mansuram putaret [b]. ¶ *Et veniet Dominus*, &c.] Vel, 1. Deus præliaturus pro Judæis contra Antiochum [c]; ad opem ferendam Templo & obsessis in Templo [d]. Vel, 2. Christus ad Judicium extremum *. ¶ *Omnésque sancti* (i. e. vel, 1. Apostoli [f]: vel, 2. Angeli [g], Dan. 8. 13[h]. Habac. 3. 3 [i]. Nam his commissa piorum salus [k].) *cum eo*] Ità ό. Ch. Sy. Ar. sim. Ca. vel, *tecum*, Mo. M. Pi. Calv. vel, *adstituri tibi*, JT. Enallage personæ †, atque apostrophe ad Deum [l], quem hîc advocat in testem vaticinii. Indignatus avertit se ab auditoribus suis doctrinam ipsius respuentibus, & ad Deum se convertit; quem *suum* hîc vocat, ut fidem conciliet vaticinio, &c. Significat adventum istum Dei ad Judæos mirandum fore & magnificum, acsi visibili modo cum Angelis descenderet [m].

6. *In die illa*] i. e. Vel, 1. in tempore illo obsidionis [n]: vel, 2. post universalem Evangelii prædicationem [o]. ¶ *Non erit lux, sed frigus & gelu*] Sic ό. Sy. Ar. vel, *congelatio*, Ti. Tempus erit calamitosum, vel Judæis, tempore Antiochi, vel peccatoribus, in die Judicii [p]. Non erit gaudium, sed tremor & horror [q]. ¶ [לֹא יִהְיֶה אוֹר יְקָרוֹת יְקִפָּאוֹן] *Non erit lux* (vel, *dies*, Ca.) *pretiositatum*, Mo. V. Calv. (i. e. eximia [r]: vel, *pretiosa*, P. D. *chara*, Ca. *clara*, D. M. ut Job. 31. 26†: vel, *rara*. *Pretiosum* pro *raro* sumitur; ut, *Pretiosum fac pedem tuum in domo amici tui* [t].) *&* (vel, *aut*, M. Ca.) *coagulationis*, Mo. V. vel, *coagulationum*, sive *densitatum*, sive *densæ caliginis*, Calv. vel, *concretio*, i. e. nox, quæ crassa & concreta est. q. d. Nulla erit diei noctísque vicissitudo, quæ efficit ut dies post noctem sit charior [v]. Vel, lux *obscura*, M. *coagulata*, P. vel, *concreta*, vel *spissa*, *nebulosa*, vel *densa*, D. *Lux densa* parùm abest à tenebris. Sensus, Tempus illud nec planè lucidum, h. e. lætum, nec planè tenebrosum, h. e. triste, futurum, sed medium, in quo tristia lætis miscebuntur [x]. Totum tempus gratiæ h. l. dividit in 3 partes, comparátque 3 diei partibus, nempe manè, meridiei, & vesperæ. Hîc loquitur de prima parte, in qua, inquit, non erit lux splendida aut conspicua, neque densa ac spissa. Cùm enim lux nebulis fœdatur, videtur quasi coagulari. Per hanc partem intelligit tempus primitivæ Ecclesiæ, in qua non fuit omnimoda cognitio Christi & Sacrarum literarum, neque omnimoda ignorantia illarum. Fuerunt enim eo tempore multæ hæreses, & quamplurimi manserunt in infidelitate sua [y]. Al. *Dies illa nec serena erit, nec obscura*, quia dies erit spiritualis, quam nemo videre poterit præter Dominum, sed fide agnoscimus illam [z]. Per *lucem densitatum* intelligere possit lucem firmam & stabilem, quæ vires collegit, nec facilè obtenebrari queat. Sed malim hunc sensum esse, q. d. Non erit lux eximia, quin potiùs densitates, sive multa caligo: tempus dubium erit, instar diei turbidæ & obscuræ: ut vix dijudicent inter diem & noctem; ità ut sibi in singulas horas metuant Judæi, quia scilicet videbunt multa instare discrimina, & semper erit aliqua species mutationis subitæ. Has autem calamitates fidelibus proponit, tum, ut in ipsis tenebris fortiter exspectent auxilium Dei; tum, nè sibi promitterent delicias in Terra sancta, quasi immunes essent à cruce [a]. [Alii locum sic reddunt;] *Porrò, tempore illo non erit lux quæ* nunc *pretiosa* sit, (i. e. clara & splendida,) *nunc caliginosa*, Heb. *concretionis*, i. e. lux Solis caliginosa & quasi concreta cum nubibus [b]. *Et erit die illo* ut *non sit lux pretiosa & densa*, Heb. *pretiorum & densitatis*; i. e. ut dies non sit varius & instabilis, modò serenus, modò nubilus [c]. Sensus satis obscurus est. Negligunt præterea [Interpretes] accentum Zakef-katon quo אוֹר à sequentibus distinguitur. קרי יְקָרוֹת כתיב יְקִפָּאוֹן est יקפאון, quod rectum putamus, &, observato accentu, vertimus, *Non erit lux: pretiosa concrescent*. *Pretiosa* vocat cœlum, Solem, Lunam, cæteras stellas, aerem, terram, aquam, quæ verè sunt pretiosissima mundi. Hæc *concrescent* in consummatione seculi, quum *cœli & elementa flagrantia solventur*, 2 Pet. 3. 10, 12: illa soluta inter se coibunt, & veluti in massam unam coalescent: quod Apostolus dixit, Heb. cap. 1. vers. 12. *ut amictum convolves eos*. Hinc sequitur, lucem nullam fore, quia, quæ lucem præbent, aliis erunt involuta. Malumus porrò mendum statuere in vocalibus quæ à Mazorethis aut aliis Hebræis sunt appositæ, [quod tamen alii pernegant, inter quos vir in illis rebus maximus, Buxtorfius:] quàm in consonantibus, quæ ipsum textum constituunt [d].

7. *Et erit dies una*] Singularis *: lux perpetua [f]. ¶ *Quæ*, &c. [הוּא יִוָּדַע לַיהוָה] *Is notus est* (vel, *erit*, M.) *Jehovæ*, P. sim. Mo. M. Ti. Ca. &c. *Qui agnoscetur à Jehova*, JT. Pi. i. e. quem curabit & conservabit Deus [g]. *Quod à Domino notum*, i. e. præfinitum. Sic προέγνω (*præcognovit*) sæpe in N. T. sumitur [h]. Compescit h. l. Propheta temeritatem nostram & curiositatem, quâ certi esse vellemus de fine. Deus, inquit, Judex est & arbiter rerum omnium: is, pro arbitrio suo, modò lucem, modò tenebras, immittit. Monet ergò fideles, ut providentiæ Dei se permittant, & finem à Deo patienter exspectent; non autem inquirant plusquam fas est, aut curis se discrucient [i]. Alii locum sic reddunt, *Dies unus erit Domino*, in quo die *ipse innotescet*, & virtus ejus omnibus manifestabitur [l]. ¶ *Non dies, neque nox*] Sub. *erit*: i. e. Non erit dies quem efficiat Sol præsentiâ suâ; neque nox, quæ exsistit per Solis absentiam [m]. *Non dies*, quia non est lucida: *non nox*, quia aliquid lucis habet [n]. Perpetua lux erit, nullâ diei noctísque vicissitudine [o]. Non erit stabilis temporum ratio; homines continuò trepidabunt, &c [p]. Al. *Non ex die & nocte*, JT. i. e. non varius, ut antea in V. T. ex die & nocte constans, sed mirâ coruscans luce, Rom. 13. 12 [q]. Al. *Neque lætitiam diei* habebit, *neque noctis* quietem [r]. *Non dies*, ob mœstitiam propter tyranni sævitiam: *nec nox*, quia tunc haurient Solis lucem *. ¶ *Tempore vesperi* (*vesperæ*, i. e. noctis, per synecd. ut Gen. 1. 5, 8 †: Quo tempore advesperascere & nox esse solet [t]:) *erit lux*] h. e. Cùm nunc vespera & nox est. Vide Sibyllæ lib. 2. ad finem prioris partis de Bonorum præmiis [v]. Sensus, q. d. Dies semper erit, & nulla nox: *Sol tuus non occidet*, ut Jes. 60. 20 [x]. Cùm *vespera*, h. e. finis mundi, advenerit, tunc cessabit fides, & affulgebit *lux* perpetua [y]. *Vespere*, i. e. ad finem hujus calamitosi temporis, solvetur hoc nubilum, & lucem prosperitatis afferent Maccabæi [z]. Cæso Judâ, videbitur actum de Judæis; cùm subitò, versâ fortunâ sub Jonatha, pax & plena quies obveniet [a]. Cùm minimè sperabitur, adveniet liberatio, pace factâ [b]. Significat, semper lætum fore exitum fidelium ærumnis [c]; iisque post tenebras tandem oriri lucem, Psalm. 112. 4 [d].

8. *In die illa*] Post calamitosa illa tempora †. ¶ *Exibunt aquæ vivæ* (h. e. perennes *) *de Jerusalem*] Intelligit vel, 1. ad literam, de aquis fontanis, aut artificio canalium in Jerusalem inductis, & deinde extra urbem emissis ‡. Has olim Salomon & Ezechias maximis impensis curârunt, uti & Nehemias & Simon Pontifex; sed jam, confractis vel collapsis sub Antiocho

aquæductibus, magna ex parte diffluxerant [f]. Eas instaurârunt Maccabæi, &c [g]. Aquæductus fient egregii, ut in alta pace. Idem est quod dicitur Ezec. 47. & Joel. 3. 18. ubi dicta vide [h]. Vel, 2. sensu sublimiore [i], per has aquas designatur Evangelica doctrina [k], juxta Joh. 4. 14. & 7. 38. quæ erumpit ex Ecclesia, ut totum orbem irriget. Confer Esa. 11. 9 [l]. Hæ sunt aquæ Spiritûs Sancti jugiter fluentes de medio Ecclesiæ [m]. Scimus Judæam & Jerosolymam laborâsse penuriâ aquarum. Promittit ergò aquas, sed spirituales. Hactenus disseruit de afflictionibus quæ Judæis instabant, &c. nunc attollit eorum animos ad Regnum Christi. Inter tot, inquit, curas, metus, molestias, &c. prævalebit tamen Dei gratia, & sufficiet illis in solatium [n]. ¶ *Medium* (vel, *Dimidium*, ο'. Pi. Ti. *Media pars*, P.) *earum* (vel, *ejus*, Pi. sub. *fluet*, M.) *ad mare orientale*] i. e. Mortuum [o]: quod respiciunt fons Siloe, fons Rogel, fons Draconis, torrens Cedron, & probatica piscina [p]. Sed sic aquarum iter brevissimum foret; quum potiùs hîc docere voluit, tantam fore aquarum copiam, ut quamvis transeant per totam terram, non tamen exarescant. Malim ergò de mari Persico hoc accipere [q]. ¶ *Et medium earum* (nempe fons Gihon duplex, superior & inferior [r], ductus Gabaon & alii †, respicient [t]) *ad mare novissimum*] i. e. Mediterraneum, sive Occidentale, sive Syriacum [v]: quod sic dicitur Deut. 11. 24. & 34. 2. quia Occidens Hebræis *pars posterior* appellatur [x]. Sensus est, Ubertim erumpent favoris Divini rivuli, qui totam Ecclesiam irrigabunt, quam hîc, & suprà 9. 9, 10. ut & aliàs, Propheta adumbrat typo Judææ mari Mediterraneo & lacu Asphaltite circumclusæ [y]. ¶ *In æstate & in hyeme erunt*] i.e. Fluent [z]. Vel, *erit*, sub. *hic fluxus*, Q. in D. vel, *duratura est*, Pi. Erunt perennes aquæ, non ut torrentium, quæ æstate deficiunt [a]. Nec æstate siccabuntur, nec hyeme congelascent [b].

9. *Erit Dominus Rex super omnem terram*] Judæi ab externis imperiis liberi Deum suo arbitratu colent. Id eò evênit, quia Reges vicini, inter se infensi, studiis ac beneficiis in Judæos certabant. Quæ historia est apud Josephum, 13. 4, 5 [c]. Sed vix hoc Maccabæis convenit, aptè verò Messiæ [d], qui Regnum suum per totum orbem propagavit *. In tota Ecclesia Christiana coletur [f]. Post spretum Deum, 1 Sam. 8. 7. & Davidem, 1 Reg. 12. 16. magno suo damno senserunt Judæi Deum non esse sibi in Regem: hinc tristissima illa dissipatio, &c. Nunc autem, inquit, Ecclesiâ per Christum restitutâ, Deus Rex illis erit, ut eos tueatur, &c [g]. ¶ *Erit Dominus unus*, (q.d. Nulli erunt Dii præter ipsum [h]: solus pro vero Deo agnoscetur & coletur. *Erit*, i. e. cognoscetur esse [i].) *& erit nomen ejus unum*] Idem aliis verbis †. Unus Deus coletur & jurando advocabitur [k]. Abolebuntur idola, &c [l]. Notandum hîc discrimen inter *Deum*, & *nomen Dei*. Philosophi omnes unicum esse volunt Deum, sive summum Numen: ex eo autem fingebant plures deos prodeuntes. Ostendit ergò, non sufficere Judæis si unum Deum agnoscant, nisi & nomen ejus illis unum sit, una fides, una & certa ratio colendi Deum: nec posse Deum ritè coli, nisi, abolitis superstitionibus, ipse solus emineat [m]. Idola Gentiles variis modis coluêre: Deus uno modo coli vult, Joh. 4. 23, 24 [n]. Olim Deus variis nominibus colebatur, *Moloch*, *Chamos*, *Astarte*, &c [o].

10. *Et revertetur*, &c.] Judæi qui in persecutione Antiochi huc illuc fugerant revertentur ad patrias sedes. In Heb. aliter est [p]. ¶ יִסּוֹב כָּל־הָאָרֶץ כָּעֲרָבָה] *Circumdabitur*, sive *Circuibitur*, (vel, *Vertetur*, P. *Redigetur*, JT. *Et redigetur per circuitum*, M. *Versa fiet*, V.) *omnis*, vel *tota*, *terra* (Judæa [q]: terra quæ circum Jerosolyma [r]. Latet hoc in verbo יִסּוֹב; nam סָבִיב est, *circum* †. Quæ terra nunc est montosa [t].) *veluti planities*, Mo. P. Ca. sic D. vel, *campestria*, JT. vel, in planitiem *quasi locus campestris*, M. vel, *ut æquore plano*, Ti. q.d. Fiet tunc plana & æquabilis [v], tum, ne iter sit asperum & difficile sicut priùs; tum, ut nihil prosperum ejus impediat [x]. Quæ sterilis erat, ut montes esse solent, evadet fertilis [y]. Al. *Circumdabitur terra*, G. Me. i. e. circumquaque habitabitur, *usque ad desertum*, i. e. etiam in locis non habitatis antehac; nempe, affluentibus ad res prosperas ex omni orbe Judæis [z]. Vel, *velut planities*: q.d. Omnis terra aquis illis fontanis, quarum mentio facta est, circumdabitur acsi esset planities [a]. Sensus, Omnia in Ecclesia æquabuntur, ut plana sint, Esa. c. 40. vers. 4. Luc. 3. 5 [b]. ¶ *De colle*, &c. מִגֶּבַע לְרִמּוֹן נֶגֶב וגו׳] *A Gebah ad*, vel *usque ad*, *Rimmon ad Austrum* (vel, in *Australi parte*, JT. Pi.) *Jerusalaim*, Mo. P. &c. i. e. Ab uno termino regionis usque ad alterum [c]. *Geba* est oppidum Benjaminis [d], in fine Judææ *, ad Septentrionem [f]: erátque limes Aquilonaris Regni Juda [g]. De eo vide 1 Sam. 13. 3 [h]. item Jos. 21. 17. Jes. 10. 29. & 1 Reg. 15. 22. ubi *Gaba Benjamin* vocatur [i]. *Rimmon* est ad Austrum Judæis, ut apparet Jos. 15. 32. & 19. 7 [l]. in termino Judæ & Simeonis †. Erat hic alter limes Judææ, ex parte Australi. Vel, certè, Gabaa & Remmon ponuntur pro loco eodem, ut sint terminus Aquilonaris: nam petra Remmon non longè abfuit à Gabaa, Jud. 20. 47. q.d. *A Gabaa & Remmon*, qui terminus est Aquilonaris, & usque ab ultimis finibus *Australibus* ejusdem Regni Juda, redibunt in patriam [m]. ¶ *Et exaltabitur*] Scilicet Jerusalem [n], turribus & mœniis [o], & domibus, & gloriâ [p]. ¶ וְרָאֲמָה] Pro וְרָמָה, cum א quiescente, ut in קָאם *surrexit* [q]. ¶ *Et habitabitur* (vel, *sedebit*, V.) *in loco suo*] i.e. Ubi olim *. Vel, *sub se*, V. Calv. eisdem pomœriis & finibus [r]: vel, *apud se*, V. Ibíque securè & hilariter degent, &c †. [Alii hoc cum voce præced. sic reddunt,] *Et exaltata urbs manebit in loco suo*, JT. Pi. ¶ *A porta Benjamin* (quâ itur in agrum Benjaminis; Jer. 37. 13 [t]. cujus mentio & Jer. 20. 2 [v]. Hæc erat urbi ad Septentrionem. Eadem *porta Ephraim*, 2 Paral. 25. 23 [x]. *A porta Benjamin*, quæ erat in ea parte civitatis quæ dicitur & *Bezera* [y], & *tertia* [z], & *nova urbs*; quæ Jerosolymæ de novo addita erat [a], & novo muro circumdata, vetere non diruto [b].) *usque ad locum portæ prioris*] Heb. *primæ*, i. e. veteris, Neh. 3. 6. Ea erat ad Occasum [c]. Vocat *locum portæ*, quia nulla tunc porta erat: pars enim illa urbis manebat adhuc deserta [d]. Ad locum ubi priùs erat porta Benjamin *: ad locum veteris civitatis [f]. ¶ *Ad portam angulorum*] Itâ Mo. P. Ti. &c. vel, *anguli*, Sy. vel, *angularem*, Ca. 2 Par. 25. 23. Quæ erat vel, 1. ad Ortum [g]: vel, 2. in angulo qui partem muri occidentalem & Aquilonalem conjungit [h]. *Porta angulorum* dicitur ob turres ibi factas. Vide Soph. 1. 16. & 3. 6. & ibi dicta †. ¶ *Et à turre Hananeel*] Quæ erat ad meridiem; Neh. 3. 1 [i]. vide & Neh. 12. 39 [k]. Chaldæus turrem *Pekos* vocat, mutato per ætatem nomine. Confer locum similem Jer. 31. 38 [l]. ¶ *Usque ad torcularia* (vel potiùs, *lacus torcularium*; id enim יִקְבֵי:) *regis*] Ubi vineta Regum fuerant. Vide Cant. 8. 11. Ibi quoque habitabitur. Is locus erat in urbe intima apud Sionem [n]. Significat, urbem, quamvis exigua ipsius portio tunc appareret, priori non cessuram aut amplitudine, aut dignitate, aut opulentiâ [o]. Majestas & amplitudo Jerosolymæ cœlestis, sive Ecclesiæ, verbis V. T. & à terrestri Jerosolyma desumptis, more Prophetarum solenni, describitur [p].

11. *Et habitabunt*, &c.] Tutò, post pacem cum Bacchide & Regum sequentium fœdera [q]. ¶ *Et anathema* (vel, *occisio*, V. G. ex Ch. ut חֵרֶם sumitur Jos. 11. 11 [r]: vel, *exterminium*, V. *excidium*, Calv. P. D.) *non erit ampliùs*] Non ampliùs excidetur, aut destruetur †, ut Jer. 31. vers. 40 [t]. חֵרֶם denotat cladem incurabilem [v]. ¶ *Secura*] Sine metu hostium [x]: in magna tranquillitate animi [y].

12. *Hæc erit plaga*, &c.] Causam hîc reddit cur tuta erit Ecclesia, quia Deus hostes puniet, &c [z]. ¶ *Omnes gentes*, &c.] Dicit, *omnes*, nè terreat fideles hostium multitudo [a]. ¶ *Tabescet*, &c. הָמֵק בְּשָׂרוֹ וְהוּא וגו׳] *Tabescet* (vel, *Tabescent*, Ca. vel, *Tabefacere*, Mo. Sed infinit. cum præsenti pro futuris [b]. Al. *Liquefiet*, P. *Tabefaciet*, JT. Pi. D. Tar.) *caro* (vel, *carnem*, JT. &c. vel, *corpora*, Ca.) *ejus* (vel, *eorum*, P. Ca. vel, *cujusque*, JT. Pi. Tar. sic D. G. vel, *ejusmodi hominis*, M.) *& ipse* (Singularia pronomina pro plural [c].) *stabit* (vel, *ipso stante*, JT. Pi. D. nempe in acie, i. e. pugnante: vel, *stante*, i. e. adhuc vivente [d]; ut contrà, *cadere*, pro *mori* [e]: vel, *stantis*, G. vel, *adhuc ipsis stantibus*, P. vel, *quúmque adhuc stat*, Ti.) *super pedes suos*, V. &c. i. e. momento, antequam sedere aut recumbere ex infirmitate poterunt *: ut in Antiocho, 1 Macc. 6. Herode, Act. 12. &c [f]. & Romanis [g]. Hostes Jerusalem non peribunt ferro, sed lentâ tabe,

Marginalia (left column): f T. — g T. ex Me. — h G. — i Me. — k Me. sim. D. Tar. — l Me. — m M. — n Calv. — o D. G. Pi. Tar. Me. sim. G. — p Me. sic T. — q Calv. — r Me. sic T. — † T. — t Me. — v D. Pi. G. Tar. — x G. — y Tar. — z D. — a G. — b D. sic Tar. — c G. — d Me. — * Me. sim. T. — f D. — g Calv. — h D. — i Idem. — † Idem. — k G. — l Tar. — m Riv. — n Tar. — o D. — p Me. — q Pi. — r V D. ex K — † D. — t V. — v V. sim. Calv. — x Calv. — y Tar. — z G.

Marginalia (right column): a Me. — b Tar. — c Pi. — d G. ex D. sim. Pi. ex Jun. Tar. — * G. — f D. G. Tar. Pi. ex Jun. — g Me. — h G. — i D. — l G. sic Pi. ex JT. — † Pi. ex Jun. — m Me. — n D. G. Me. &c. — o G. sim. Me. — p Me. — q D. — * G. sim. D. Me. — † Me. sim. D. — t G. — v V. — x G. — y Me. — z T. — a Me. T. — b T. — c G. — d Calv. — * Me. — f T. — g G. — h Me. ex Villalp. — † G. — i G. — k D. — l G. — n D. ex RS. & ο'. & Ch. — o G. — p Calv. — q Tar. — r G. — † Idem. — t D. ex V. — v D. — x Calv. — y D. — z V. — a Tar. — b Calv. — c V. — d Idem. — e D. — * Tar. ex Jun. — f Tar. — g M.

tâ tabe, & invisibili morbo, ut viventes & ambulantes se mori sentiant. Accidit hoc Antiocho, 2 Mac. 9. 5[h]. Fame peribunt Macedones qui erunt in arce Hierosolymitana, 1 Macc. 13. v. 49. Ovidius Metamorph. 8. famem paribus notis depingit, —*cava lumina, pallor in ore, Labra incana situ*, &c[i]. ¶ *Oculi ejus contabescent*] Introrsum condentur, emaciato corpore & vultu[k]. De hostibus loquitur tanquam de uno homine, quia Deus illos tam facilè perdet acsi negotium esset cum uno homine[l].

13. *Erit tumultus*, &c. "מְהוּמַת וגו׳] *Commotio* (vel, *vexatio*) JT. *tumultuatio*, Pi. *contritio*, Mo. Q. in D. *fragor cladis*, Jon. in D.) *Domini* (i.e. à Domino[m]: vel, *coram Domino*, Jon. in D.) *magna in illis*, D. &c. i.e. Vel, 1. inter Judæos; quos hîc docet & externis injuriis & intestinis turbis obnoxios fore. At jam dixerat Propheta Deum fore ultorem populi sui. Resp. Permiscet Propheta inter se contraria, quia utrumque cognitu utile fuit: ut scirent tum quid illis impenderet malorum, nè, eorum novitate concussi, despondeant animos; tum quòd Deus ipsos tueretur: ut sensus loci sit, Quamvis & hostes undique conveniant, &c. quamvis etiam domi vobis multæ sint turbæ, Deus tamen miseriis vestris prosperum dabit finem[n]. Vel, 2. inter hostes; qui intestinis dissensionibus inter se committentur[o]. [Sensus,] Deus vehementer illos populi sui hostes perturbabit; & meritò: quod explicant sequentia[p]. ¶ *Et apprehendet vir manum proximi sui*, (vel, 1. auxilii petendi causâ[q]; verùm frustrà, ex collat. seq. vel potiùs, 2. ad nocendum, &c[r].) *& conseretur*, &c. "וְעָלְתָה וגו׳] *Et ascendet* (scilic. animo hostili, cum proposito prosternendi †: vel, *deficiet*, V. *succidetur*, Q. in V. *evelletur*, G. ex Ch. sive, *avelletur*, Ch. in D. vel, *evanescet*, P. *Ascendere* Ebræis sæpe valet, *succîdi*, *esse desinere*: vide Exod. 16. 14[t].) *manus ejus contra manum* (vel, *in manum*, P. *in manum*, JT. Pi. Calv. *super manum*, vel *cum manu*, D. vel, *per manum*, G.) *proximi sui*, Calv. &c. i. e. commilitonis sui[v]. Præ metu & pondere malorum conserent dextras, & mutuâ fide copulabuntur[x]. Quilibet apprehendet (ut in magno pavore fit) manum proximi sui, ità se credentes tutiores esse, naturali quodam instinctu[y]. Sensus est, Incerta erunt eo tempore fœdera. Nam qui manum alteri adjungit, is *per* eam *manum*, i. e. societatem, *exscindetur*. *Manum complodere* est signum societatis, Prov. 6. 1. Nihil potuit de isto tempore congruentiùs dici, quo omnia plena perfidiæ. Vide Joseph. 12. 16[z]. Vel, sensus est, Hostes in se invicem versi manus conserent[a], mutuísque vulneribus se conficient[b]. [Ca. locum sic reddit, *Ut alter alterius manum prehendat, suámque manum imponat alterius manui:*] i. e. conspirent inter se[c].

14. *Sed & Judas*, &c. "וְגַם יְהוּדָה תִּלָּחֵם בִּיר׳] *Et tu quoque, Juda, pugnabis Jerosolymæ*, Pi. sic JT. Tar. At נִלְחַם cum ב significat ubique, *pugnare adversùs*[d]. [Unde sic reddunt,] *Sed &* (vel, *Atqui etiam*, Calv.) *Jehudah pugnabit contra Jerusalem*, P. sim. M. Ti. Calv. &c. q. d. Multi Judæi, ex metu, improbitate, spe opum & honorum, jungent se Antiocho *. Quod suprà dictum fuerat de temporibus Antiochi 12. 2. idem hîc tempora proxima Antiocho describens repetit. Vertes autem rectè, *bellabit*, ut intelligas quanta futura sit perfidia. Multi ex Judæ tribu, ut olim Antiocho, ità tunc Bacchidæ aderunt[f]. Sed hæc versio cum re parùm convenire videtur; quia ex præcedentibus & sequentibus liquet, promitti hîc Ecclesiæ summam prosperitatem & vindictam de hostibus. Disquiratur ergò an non ex Kal לָחַם *vesci*, *edere*, formari possit Niphal *fieri vesci*, i. e. *cibari*, ac verti, *Etiam, ô Juda, cibaberis in Jerusalem*. Unde autem? *congregabuntur opes*, &c. [ut sequitur.] Laudo Junium, qui יְהוּדָה vertit per vocativum, propter Zakeph-katon[g]. ¶ *Et congregabuntur divitiæ*, &c.] Nimirum ex spoliis hostium[h]. Multæ erunt divitiæ in castris Nicanoris, Joseph. 12. 17. 2 Macc. cap. 8[i]. aliorúmque Antiochi ducum, unde se ditavit Judas Maccabæus[k].

15. *Et sic erit ruina* (vel, *plaga*, JT. Pi. D. G.) *equi*, &c.] qu. d. Sicut hominum[l]: ut dixi vers. 12[m]. Clades non minor erit animantium aliorum quàm hominum, nempe ob causas jam explicatas[n].

[Margin notes, left column: h Me. · i G. · k Me. · l Calv. · m D. sic Me. Pi. · n Calv. · o Tar. · p G. · q Q. in Calv. · r Calv. · † Pi. · t D. · v Idem. · x D. ex Hi. · y Me. · z G. · a Me. · b Me. sic T. ex Th. & L. · c Ca. · d Di. · * Me. sim. T. · f G. · g Di. · h Me. · i G. sim. Me. · k Me. · l Ca. · m Me. sim. Ca. · n G.]

16. *Omnes qui reliqui fuerint*, &c.] Scilicet è strage prælii[o]. h.e. Innumeri ex gentibus, &c[p]. ¶ *Ascendent* (nempe Jerosolymam[q]) *ab anno in annum*; sic Ch. M. JT. Pi. "מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה] *A sufficientia anni in annum*, Mo. *annuis vicibus*, Ti. *singulis annis*, P. sic ò. sim. Sy. Ca. &c. Sensus, qu. d. Sponte se Deo subjicient. Ità Deus victor erit omnium hostium Ecclesiæ, sed duobus modis; alios prosternet, alios verè humiliabit[r]. Multi ex gentibus, conspectis tantis Dei beneficiis in populum Judaicum, fient proselyti †. Sic Idumæi & alii ab Hircano subacti, teste Josepho[t]. Id factum ab eis qui post has [Maccabæorum] victorias ad Judaismum conversi sunt. Verùm quia hi non multi fuerunt, pleniùs conveniunt quæ hîc dicuntur Christianis, &c[v]. ¶ *Et celebrent festivitatem tabernaculorum*] Et alia festa Judaica: i. e. Judaismum suscipient[x]. Sed cur hujus tantùm festi meminit[y]? Resp. 1. Quia circa hoc tempus accidit victoria quam hîc describit[z]. 2. Quia nimis grave esset miseris exsulibus hàc illàc dispersis ter quotannis ascendere, solebant pii semel quotannis ascendere, &c[a]. Cùm longiùs positi annuos dies festos celebrare non possint, ut Judæi; certè semel anno, Autumni tempore, quod ad itinera commodissimum, venient ad celebrandam memoriam ducti per loca deserta populi nutritique miris modis per annos 40: quod tempus pignus quoddam & figura fuit omnium beneficiorum quæ postea secuta sunt[b]. 3. Ut ostenderet Deus, reditum è Babylone non minùs memorabilem fore quàm liberatio illa vetus cujus memoriam quotannis illo festo renovabant *. 4. Hoc non est intelligendum ad literam[c]; tunc enim de tribus festis loqueretur, non de uno tantùm[d]: sed loquitur sub umbra ‡, de cultu N.T. in phrasibus V.T. ut sæpe fit. Hujus autem potissimùm meminit, tum, quòd ad præsens institutum optimè quadrat; tum, quòd vitæ humanæ, quam corrigendam esse monet, conditionem satis bene adumbrat[f]. Hoc dicitur, quòd fideles qui ex Gentibus credunt sciunt se in hac mortali vita esse peregrinos, & veluti in tuguriis habitare, exspectantes futuram immortalitatem, ad quam veluti ad festivitatem nunc quotidie ascendunt fide & spe[g].

17. *Qui non ascenderit de familiis* (i. e. nationibus[h]) *terræ*] Scilicet Judææ; nam de Gentilibus statim loquetur[i]: q. d. ex hominibus habitantibus in Terra sancta. Propheta metaphoricè exprimit spiritualia N. T. per temporalia V.T. Dividit autem totum mundum in duas familias, familiam Israeliticam, & Gentilem, quæ per Ægyptios significatur[k]. *De familiis terræ*, i. e. de Judæis qui in illis locis erant unde Hierosolyma semel anno veniri sine nimio incommodo posset; putà, qui erant in Syria, Cilicia, Cypro, Creta, Arabia[l]. ¶ *Non* (Heb. *Et non*. Redundat *&*, nisi vertas, *Tunc non*[m].) *erit* (vel, *descendet*, Q. in V.) *super eos imber*, "הַגָּשֶׁם] *Pluvia ipsa*, optatissima, quâ fœcunda reddatur terra[n]. *Pluviæ* nomine intelligitur quicquid ad victum pertinet. Pronunciat ergò hos maledictos fore[o]. *Non-imber*: Quod per comparationem dicitur Ose. 6. 3. id hoc loco per metaphoram, quæ curtata comparatio est, demonstratur. Nam per *imbrem* intelligitur Divinus favor: quia & imber vocari solet εὐλογία, (*benedictio*[p].) *Imber*, scilicet Divinæ gratiæ[q], & Evangelicæ doctrinæ[r], & Spiritûs Sancti †. Sensus est, q. d. Nisi Christi prædicationem susceperint, privabuntur postea beneficio illius prædicationis & gratiæ Christi quâ mens fœcunda redditur[t]. Omnes qui ad Ecclesiam venire nolunt arescent & peribunt ut sata quæ de cœlo non rigantur[v].

18. *Quòd & si familia Ægypti* (i.e. vel, 1. gens Ægyptia[x]: vel, 2. *familia*, repete ex superiore, *terræ*, nempe Judææ, *quæ in Ægypto*. Intelligit eos qui cum Onia in Ægyptum iverant, & ibi sibi Templum fecerant: de quibus Josephus Antiqu. Hist. 13. 6. & Belli Jud. 7. 37[y]. Vel, 3. Gentiles[z], qui afflixerunt Ecclesiam[a].) *non ascenderit, & non venerit*, &c. וְלֹא בָאָה וְלֹא עֲלֵיהֶם תִּהְיֶה "הַמַּגֵּפָה וגו׳] *Et non*, vel *neque*, *venerit*, Mo. P. V. &c. (sub. *in Jerusalem*, V. nempe ad festum Umbraculorum[b]:) *neque super eos*, *erit plaga*, &c. D. vel, *etiam non super eos*: Calv. (vel, *nec super eos*, D. G. sic M. Ti. sub. *erit*, vel *veniet*, D. M. Ti. G. & sub. *pluvia*, M. Ti. sic

[Margin notes, right column: o Me. · p Calv. · q D. · r Calv. · † G. · t T. · v Me. · x T. · y D. · z He. in D. · a Calv. · b G. · * Calv. · c D. sim. Tar. · d Tar. · ‡ Calv. · f Tar. · g M. sim. Me. · h D. · i Me. · k V. · l G. · m V. · n Idem. · o Calv. · p G. · q L. Me. · r L. · † Me. · t V. · v Me. · x D. · y G. · z V. ad v. 17. sim. L. Me. · a Me. · b D.]

Ti. sic D. Calv. *Imbrium* Ægypti mentio & Psalm. 105. v. 32 [c]. Et constat ex historiis pluviam esse Ægypto optabilem, ut major sit frugum proventus [d]. Vel, sub. *Dei favor*, ἀπὸ κοινοῦ verè, ut ex dictis Josephi locis cognosci datur. Et prævideruut id Ptolemæus & Cleopatra, qui, siquid in hujus Templi exædificatione esset contra Dei Legem, Deóve ingratum, id non in se, sed in Oniam ejúsque socios, vertere voluerant. Id ex epistola apparet quam adfert Josephus. Demetrius in edicto constituit, ἵνα μηδεὶς Ἰουδαῖος ἄλλο ἔχῃ ἱερὸν προσκυνεῖν ἢ μόνον τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις, [*Nè quis Judæus in alio Templo adoret quàm in eo quod erat Hierosolymæ* *.]) *sed plaga*, &c. Ti. M. sic Calv. sub. *erit*, M. Calv. Al. *annon erit super eos plaga*, &c? Sequitur responsio vers. seq. *Hæc erit pœna peccati Ægypti, & —omnium gentium*, &c. i. e. pari pœna cum reliquis gentibus afficientur. ו sæpe interrogat, ut ad Agg. 1. 8. annotavimus; & quidem addito לא, ut patet ex 1 Sam. 20. v. 14 [f]. Al. *super quos non* est imber, J T. sic Pi. (nam in superiore Ægypto penitùs non pluit, Herod. l. 3 [g]. Vide ad Deut. 11. 10 [h].) *erit* (sub. *nihilominus super illis*, Pi. sim. Tar.) *plaga illa*, &c. JT. Pi. Tar. quam scilicet paulò antè dixit [i]: easdem difficultates sentient quas aliis gentibus afferre solet imbrium inopia [k]: fame & inediâ tabescent [l]. Nilus, qui illis pro imbre est, non satis rigabit agros, &c. Qua de causa sæpe sterilis fuit Ægyptus. Vide Gen. cap. 41. Plin. 5. 9. &c [m]. ¶ *Omnes gentes*, &c.] Intellige Judæos in gentibus dispersos. Sic & Tribus vocari nomine *gentium*, aut *populorum*, ostendimus jam aliquoties [n].

19. *Hoc erit peccatum* (vel, *pœna peccati*, P. JT. Pi. &c.) *Ægypti*] Id est, vel, Judæorum in Ægypto [o]: vel, Ægyptiorum [p]. ¶ *Omnium gentium*] Judæorum dispersorum ‡. ¶ *Festivitatem tabernaculorum*] Saltem hanc, si alias celebrare non possint. Et intellige cum cautione quam suprà addidimus v. 16 [q].

20. *In die illa erit*, &c. יִהְיֶה עַל מְצִלּוֹת וגו'] Hoc nomen hîc duntaxat reperitur. Hinc locum variè reddunt [r]. *Erit* (sub. *inscriptum*, Sy. JT. sic Pi. D.) *super tintinnabula* (vel, *in collariis*, M. *in phaleris*, Ti. sic Ca. Ch. *super frænum*, ο'. sic Sy. D. ex Hi. *super frontalia*, Q. in Calv. *super ipsa stabula*, ad verb. *umbracula*, Calv.) *equi*, vel *equorum*, (vel, mortuorum in hoc bello; vel, quibus illi vecti fuerint qui ad festum Tabernaculorum venient †;) *Sanctum* (vel, *Sanctitas*, JT. Pi. Mo. &c.) *Domino*, P. &c. Id quod inscriptum erat tiaræ summi Sacerdotis, inter quam & res profanas tacita hîc est comparatio [r]. Significat hæc Jehovæ consecrata esse [v]. מְצִלּוֹת (à צָלַל, *tinnire* [x],) significatintinnabula [y], quæ equis appenduntur [z], & עַל est, *cum*: i. e. Quod cohæret equi tintinnabulis Deo sacrabitur, cinctus nempe equorum, qui solebat esse ex materia pretiosa, & ornatus gemmis. Vide Claudiani epigrammata de cinctu tali. Hæc qui domum redibunt donaturos Templo dicit [z]. Sensus est, manubias hostium, phaleras, stragula [a], aliáque ornamenta equi (quibus ornandis maximè student milites [b]) detracta, consecratum iri Deo [c], in trophæa scilicet & gratiarum actionem [d]. Stabulum est locus sordidus, & cædes, quamvis in justo bello patrata, hominem polluit. Significat ergò, nihil tam profanum esse in mundo quin Deo sanctificetur ubi Deus regnare incipiet per totum orbem: Deus etiam bellum & arma sanctitate imbuet, ut nihil postea confusè agatur in bello *. Sensus, q. d. Tintinnabula ipsa consecrabuntur Domino; nam ex eis fient lebetes, &c. Intellige omnia ornamenta superflua consecranda Domino, & eroganda pauperibus [f]. Per *collaria equorum* & *ollas* intelliguntur hîc varii Christianorum status, qui omnes ex æquo *sancti* esse debent in Ecclesia sicut olim *pelves*, &c [g]. ¶ *Et erunt lebetes* (in quibus coquebantur carnes victimarum [h]: vel, *ollæ*, *cacabi*, *ahena*, G. vel, *Ut sint ollæ*, JT. vel, *Et erit numerus lebetum*, sive *ollarum*, V.) *in domo Domini quasi phialæ*, &c.] Vel, *crateres*, &c. JT. Pi. vel, *pelves*, &c. P. V. in quibus excipiebatur sanguis victimarum [i]. i. e. Ità multæ erunt [k]: quia plurimæ victimæ offerentur Domino [l]. Phialarum multiplex usus erat [m], ideóque ingens numerus [n]; tum ad offerendum similam & oleum, de quo usu diximus suprà 9. 15. tum ad fundendum sanguinem victimarum circa Altare, & ad vinum suffitúsque [o]. Quare in Templi supellectile plures solebant esse phialæ quàm lebetes [p]. Designat ergò maximum fore undique concursum Jerosolymam ad victimas Deo offerendas [q]. Tanta, inquit, erit victimarum copia, ut quot olim *phialæ* fuêre, tot futuri sint *lebetes* [r]. Verum est. Nam & Reges & Principes Orientis ferè omnes liberalitate in Templum certârunt. Antiochus Magnus solus 20 mille nummos argenteos misit in usum victimarum Templi, olei & thuris, teste Josepho 12. 3. Demetrius parium nummûm ad victimas dedit 150 millia annua, Joseph. 13. 5 †. Al. Tota supellex culinaria, & quicquid intemperantiâ hominum profanatum fuit, vertetur in cultum Dei. Hoc vult, In bello & pace, in cibo & potu, &c. homines sacri erunt Deo & sanctitatem colent [t]. Instrumenta bellica & domestica Deo sacra erunt [v].

21. *Et erit omnis lebes—sanctificatus*, &c.] Vel, quasi *sanctificatus*, &c. G. Dixerat *lebetes* fore in Templo quamplurimos. Ejus dicti causam nunc reddit [x]. Nam quotquot erunt *lebetes in Jerusalem*, &c. convertentur in usus sacros [y], vel sanctificati erunt: non enim erant omnes lebetes apti coquendis carnibus victimarum, sed hi tantùm qui consecrati erant Domino [z]. Iis utentur homines perinde ut rebus sacris [a]. Tanta futura erat advenarum liberalitas, ut, præter victimas, alia edulia apud se cocta missuri essent ad sacerdotes & Levitas [b]. Lebetes ex omni Judæa certatim advehentur in Templum, ut immolantium multitudini possit fieri satis. Ubi verò semel adhibiti fuerint usibus sacris relinquentur Templo, utpote Domino sanctificati [c]. ¶ *Et venient omnes immolantes*, (scil. tam Judæi quàm Gentes quæ in Templo sacrificabunt [d]: vel, quasi *immolantes*, G.) *& sument*, &c. וְלָקְחוּ מֵהֶם וּבִשְּׁלוּ בָהֶם] *Et sument*, sive *accipient*, *eos*, (vel, *ex eis*, Mo. P. JT. D. &c. sument indè carnes quas coxerint *,) *atque coquent in eis*, M. Ti. &c. h. e. sacrificium offerent in ardore charitatis. Metaphorica est locutio [f]. *Et qui sacrificare* voluerit, *accipiat* unum *ex lebetibus, & coquat in eo*: h. e. Cui amplior concessa est gratia, alium instruere & docere debet in fide, & gratissimum offeret Deo sacrificium [g]. Sententia postulat ut legamus, *postquam coxerint in eis*: Nam priùs coquent carnes in lebetibus, postea extrahent coctas ad cibum [h]. ¶ *Et non erit mercator*, &c.] Ità P. Ch. Nempe qui vendat sacerdotibus lebetes, phialas, vinum, oleum, thus, & similia. Omnia enim ista, inquit, ab advenis dono dabuntur plusquam satis [i]. Vel, qui lebetes & similia vasa pretio vendat vel elocet advenis & peregrinis, ut fiebat in magnis solennitatibus. Nam liberalitate Judæorum sat multa gratis subministrabuntur, quæ, relicta dein usibus Templi, servient aliis adventantibus [k]. Al. *mercator*, sub. *boum & ovium*: q. d. Ultrà non erit opus victimis illis externis; erunt enim tunc omnia spiritualia [l]. Non placet, quia præcessit, *coquent ex illis*. Quid coquent, nisi victimas [m]? Al. *Non erit mercator*, quia Christus ejecit è Templo vendentes & ementes [n]. Cessabit vitium Simoniæ [o]. Al. *Neque erit Cananæus*, &c. Pi. sic JT. M. Ti. D. ο'. Sy. Ar. Respexit fortè ad Gabaonitas, qui Chananæi erant, & Levitis in Templo ministrabant, ligna findebant, aquam hauriebant, carnes coquebant, &c. Sed tunc, inquit, id gentes facient & aliæ. Quocirca ministerium ipsis abrogabitur, tanquam supervacuum [p]. Al. Sensus est, non futurum ampliùs ut exteræ & à cultu Dei alienæ gentes, ac populo Dei inimicæ, penetrent usque in domum Domini; quod factum à Chaldæis, &c [q]. Al. *Cananæus* hîc accipitur pro homine impuro & profano, sive scelerato [r], quales olim erant Cananæi †. Quo sensu dicitur in N. F. *Erit tibi tanquam ethnicus & Samaritanus* [t]. [Rectiùs, *publicanus*.] Sensus, Non tolerabuntur impii in ministerio Ecclesiæ Christi [v]. Non erunt extranei & profani homines fidelibus permixti, qui polluant purum Dei cultum [x]. Omnes eandem sequentur Religionem [y]. Al. Sensus, q. d. Nulli tum arcebuntur à rebus sacris & à Templo: nam ipsæ quoque Gentes, quæ hactenus immundæ fuerunt, tunc mundæ & sanctæ erunt coram Domino [z].

c D. d Calv. * G. f Di. g D. h Jun. i Q. in D. k Tar. l Calv. m San. n G. o G. p San. ‡ G. q G. r Calv. † D. r Calv. v Pi. x D. y D. G. z G. a T. sic Me. b T. c T. ex Me. d T. * Calv. f V. g M. h T. ex Me. i V. k Pi. sim. V. D. Me. T. l V. sim. D. m Me. n G.

o G. sim. Me. T. p Me. q T. sim. Me. r G. sim. Me. † G. t Calv. v Tir. x D. y D. sim. V. z V. a D. b G. c T. ex La. sim. Me. d D. * Idem. f L. g M. h D. i G. k T. ex L. s. l V. m G. n E. o L. p D. q E. r Q. in D. T. sim. M. Pi. Tar. Calv. † T. t D. v T. x Calv. y Me. z D.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

MALACHIAM.

CAP. I.

1. ONUS *verbi*, &c.] מַשָּׂא est, vel, 1. quævis Prophetia, propriè *Assumptio*; unde *assumere* pro *loqui*, Job. 27. 1. & 29. 1[a]. Vel, 2. Prophetia onerosa[b]. ¶ *Ad* (vel, *in*, Ca. vel, *contra*, Ti. Verùm hîc habetur אֶל *ad*, non עַל *contra*, ut significet aliquid huic Prophetiæ admixtum esse lenitatis & consolationis[c].) *Israel*] *Israel* hîc accipitur vel, 1. pro Duabus tribubus[d], ut Esd. 7. v. 10. Sed & ante captivitatem nomen *Israelis* tributum fuit Tribui Juda: unde Josaphat vocatur *Rex Israel*, 2 Par. 21. 2. similiter & Achaz, 2 Par. 28. 19. Vide & 2 Par. 12. 6*. Vel certè 2. pro toto Israele[f]; sive pro eis de omnibus tribubus qui in patriam redierant[g]. ¶ *In manu* (vel, *per manum*, Pi.) *Malachiæ*, מַלְאָכִי] Qu. Quis hic fuit? Resp. 1. Non homo fuit, sed Angelus[i]: ità enim nomen ejus sonat[k]. Verùm sic Christus, Baptista, sacerdotes omnes, Angeli essent, quia sic à Malachia vocantur[l]. Nec Deus eo tempore per Angelos oracula patefecit. Denique, י additum in fine, ut in propriis nominibus fieri solet, ostendit hoc esse nomen hominis[m]. Nomen מַלְאָכִי sonat *Angelum*, addito Jod paragogico. Et ο'. qui ut commune id nomen sumpsêre, in principio Libri vertunt, ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ, (*in manu angeli ipsius.*) Atque isto nomine *Angeli* citare solent hunc Prophetam Clemens Alexandrinus Græcique alii, interdum & Tertullianus. At Græci Interpretes, præter ο'. nominârunt *Malachiam*. Atque ità Justinus & Latini ferme omnes[n]. Resp. 2. Fuit hic Ezra sacerdos[o], qui *Angelus* hîc dicitur, quia infrà sacerdos Domini (qualis Esdras fuit) vocatur *Angelus*[p]. Sed Esdras & *sacerdos* & *scriba* appellatur, nusquam autem *propheta*[q]. Resp. 3. Peculiaris hic erat Propheta[r], cujus nomen proprium erat *Malachias* †. Id suadent, 1. mos Prophetarum, nomina sua propria in principio prophetiæ ponere: 2. quòd hic expressè Prophetis annumeratur Marc. 1. 2[t]. Quisquis hic fuerit, constat hujus Libri authoritas[v] ex N. T[x]. ubi allegatur à Christo, Matt. 11. 10. Marc. 1. 2. & respicitur ab Angelo, Luc. 1. v. 16, 17[y]. Vixit post exstructum Templum secundum: nam sequitur Haggæum & Zachariam[z]; quorum σύγχρονος (*coævus*) fuit[a], sed post eos à Deo afflari cœperit. Quod non ordo tantùm indicat, quem post omnes Prophetas postremum ab antiquo obtinet, sed & argumentum. Multa enim corrigit quæ structo jam Templo peccabantur[b]; v. g. de polygamia, divortiis, connubio cum gentibus, &c; quæ suadent eum vixisse sub Nehemia jam sene. Confer Esdr. 10. Nehem. 10. & 13. Mal. 1. & 2[c]. Ultimus hic erat Prophetarum[d]; post quem populus diu erat futurus sine Prophetis*. Hinc Israelem ad Legem Mosis revocat[f], cui eum affixum esse jubet usquedum manifestetur Christus[g]; nec ab ea ob variarum sectarum ingruentium depravationes recedendum esse monet, Mal. c. 4. vers. 4. similiter ut Johannes Apocalypsin & tota Biblia concludit, Apoc. c. 22. v. 18, 19. Et ut ad Christum proximè accessit; ità de ejus Præcursore & adventu luculentissimè vaticinatur: & sicut N. T. in horum exhibitione cœpit; ità ipse V. T. illis vaticiniis conclusit[h]. Post hunc non misit Deus Prophetas, ut antea, ut præsagium hoc esset Christi venturi, cujus desiderio Judæos magìs accendere voluit[i].

[a] V. [b] Q. in V. sim. Me. &c. [c] Me. ex Hi. [d] V. sic D. * D. [f] V. [g] G. sim. V. [i] Q. in M. & in Calv. [k] Q. in San. [l] San. [m] Calv. [n] G. [o] He. & Ch in M. & in D. Hi. & Rib. in Tar. [p] Q. in G. [q] G. sim. D. Tar. [r] Tar. † Tar. sic G. [t] Tar. [v] M. sim. Calv. Tar. [x] M. [y] Tar. [z] D. sim. V. [a] G. sim. V. [b] G. [c] Tar. [d] Tar. sim Calv. V. ex He. * Tar. sim. Calv. [f] Tar. [g] Calv.

2. *Dilexi* (vel, *Diligo*, JT. Pi. &c.) *vos*] Nempe non tantùm ut homines, sed & præ cæteris hominibus[k], præque aliis tum Abrahami tum Isaaci posteris. Subintellige, Quare æquum erat eximium amorem mihi rependi[l], vel, Et pro hac dilectione injurias mihi & peccata rependitis: quod hîc tacetur per aposiopesin, quasi impediente dolore[m]. q. d. *Diligo vos*, sed non pariter à vobis diligor[n]. *Dilexi vos*, h. e. Singularem gratiam exhibui vobis, adoptavi vos in populum peculiarem, pater nutritius vobis fui, &c[o]. Verba affectuum Deo attributa & effectum denotant[p]. ¶ *Et* (vel, *Si*, vel *Et si*, D. *Quòd si*, V. G.) *dixistis*, (vel, *dixeritis*, G. ex Ch. sic V. Heb. *dicetis*, V.) *In quo dilexisti nos?*] Quod signum illius[q]? Quo argumento (vel beneficio[r]) apparet amor ille tantus in nos †? cùm nos æquè ac aliæ gentes affligamur[t]. ¶ *Nonne frater* (uterinus, & natu major[v],) *erat Esau Jacob?*] Vel, *Jacobo* est? G. Ambo eodem tempore concepti & nati[x]. Hîc *Esau* & *Jacob*, ut alibi *Edom* & *Israel*, posteritatem totam significant ortam ab Esauo, qui & *Edomus*, & à Jacobo, qui & *Israel*. Sic, *David*, i. e. posteritas Davidis. [Sensus, q. d.] Nonne Idumæi & vos ortum trahitis ex Abrahamo & Isaaco? Eodem sensu Idumæus dicitur *frater Israelis*, Deut. 23. 7[y]. Ostendit, Israelitas non proprio merito, sed ex gratuito Dei favore, adoptatos fuisse; ut magìs pudeat ipsos suæ ingratitudinis[z]. Longiùs repetit beneficia sua, ut ostendat summam [populi] ingratitudinem[a], & ut tantò graviùs vitia ejus redarguat[b]. ¶ *Et dilexi Jacob*] Meâ providentiâ fratri præripuit primogenituram & paternam benedictionem[c]. Dilexi vos Israelitas magìs quàm Idumæos[d]. Jacobum ejúsque posteros elegi in populum peculiarem: quos etiam singulari favore prosecutus sum. Unde postea secuta est electio ad æternam vitam eorum qui ex illo populo ad hoc destinati erant; quæ est summa hominis felicitas *.

3. *Esau autem odio habui*] Comparatè scilicet; ut Gen. 29. 31. *quòd odio haberet Liam.* Sic Luc. 14. v. 26. *& non odit patrem*, id est, non minùs amat; ex collat. Matth. 10. 37[f]. *Odi*, i. e. non dilexi. Nam *odium* Dei nihil aliud est quàm privatio boni ac favoris quo suos prosequitur. Aut, *odi* revera. Nam ademi primogenituram; rejeci eos nè essent mihi populus; terram eorum desolavi: adde, si placet, reprobationem, quæ contraria electioni: quanquam non omnes posteri Esau reprobati[g]. Odii hujus argumentum statim subdit[h]. *Odi*, i. e. in horum bonorum collatione posthabui[i]. *Dilexi Jacob, Esau autem odio habui*; i. e. Vobis benefacere volui, illis non item. Utitur hoc etiam loco Paulus Rom. c. 9. ut ostendat Deum, cùm aliis peccata condonat, aliis non condonat, & cùm beneficia quædam eximia his confert, illis non confert, nulli in eo facere injuriam; neque ad rationes vocandum, quanquam sui ipsi non desint causæ, nobis sæpe absconditæ. Peccaverant gravia Judæi non minùs quàm Idumæi: poterat jure utrosque Deus aut internecioni addicere, aut in

[h] Tar. [i] Calv. [k] G. sim. Calv. [l] G. [m] Me. [n] Ga. ad- vers. c. 13. p. 128. [o] Calv. [p] Tar. [q] Me. [r] Pi. T. † G. sim. Tar. [t] Tar. [v] D. sim. Tar. [x] Tar. [y] G. [z] Calv. [a] V. [b] Tar. [c] D. [d] Me. sim. M. * D. [f] San. [g] D. [h] Me. [i] Tar.

summis relinquere malis. Poterat itidem pro summo suo arbitrio Idumæos in felicem statum reponere, sicut Judæos reposuit. Libuit illi aliter agere, propter Jacobum & promissa ei facta. Est quòd gratias agat Jacob: non est quòd queratur Esau. Hæc ut typos futurorum ad Synagogam & Ecclesiam refert Paulus. Synagoga prior nata est, Ecclesia longo pòst tempore. Peccaverant gravia Hebræi; peccaverant graviora idololatræ in toto mundo, ex quibus maxima pars Ecclesiæ collecta. Justitiam illam spiritualem quæ æterna habet promissa per fidem contulit Deus Ecclesiæ, & simul dona sanationum, prophetiæ, linguarum, & ejiciendi Dæmonas; eisque signis ostendit peccata ipsis, quamvìs gravia, remissa. Synagogæ per Legem talem justitiam non contulit, dona etiam abstulit; eòque ostendit peccata ipsorum retenta. Si quis adversùs hæc tam clara, tam manifesta, velit obloqui, opponetur ei jus Dei liberum, & in peccatis condonandis quantumvis gravibus, & in beneficiis conferendis: de cujus juris usu causas Deus reddere nemini tenetur: ἐχ ὑπεύθυνΘ κρατεῖ· (*nulli tenetur administrationis suæ rationem reddere:*) & tamen habet causas, non quidem cur necessariò ità agat, sed causas quæ ipsius sapientiam bonitatémque deceant, & hominibus magìs magísque sanandis sint aptissimæ. Verùm Paulus etiam aliud adfert, quod ad hunc Malachiæ locum non pertinet; nempe, *nondum natorum infantium* discrimen factum, *ut major*, i.e. ex majore ortus populus, aliquando esset *infra minorem*. Hic quoque rerum majorum figuram Paulus observat. Synagoga, major natu, multùm infra Ecclesiam. Ecclesia dona illa possidet quæ Synagoga nunquam tanta habuit, & quæ habuit amisit. Unde hoc? Ex decreto Dei, antequam nascerentur, illa ex Ægypto evocata, hæc è mundo. Judæi veteres isto Geneseως loco ad aliud utebantur, nempe ut ostenderent quibusdam virtutum quædam semina, ἀρετὰς φυσικὰς, (*virtutes naturales,*) ut Aristoteles loquitur, parari nondum natis; ut de se agnoscit Jeremias. Ἐνίυς ὁ Θεὸς κỳ πρὸ τῆς γενέσεως καλῶς διαπλάττει, (*Quosdam Deus etiam ante nativitatem bene*, q.d. ex meliore luto, *fingit,*) ait Philo De allegoriis: & mox adfert Isaaci primùm nativitatem, deinde de Jacobo dicta. Et in libris De Caino ait, *in duobus istis infantibus significari* δύο φύσεις ἀγαθῦ κỳ κακῦ, (*duas naturas boni & mali;*) *quorum hoc tempore, illud dignitate, præcedit.* Idémque repetit libro De experrecto Noe, addens, *agnatam nobis ignorantiam, boni verò appetitum seriùs inseri. Boni est ingenii*, ait, *mala contagia antevertere* κỳ πτερνίζειν, (*& velut calcibus petere,*) *quod fecit Jacob; neque animo deficere ob ebullientes appetitus, ut fecit Esau, sed pultem istam coquere cum Jacobo:* quæ sunt in dicto libro De Caino: *recedere etiam ab improbis, nè per insidias noceant:* quod habet idem Philo libro PEJORES INSIDIARI MELIORIBUS: *imperium deberi optimis; aliis pro bono esse, si non teneant quâ malè usuri sint libertatem:* quod est in libro ejusdem Philonis De pietate. Qui & in libro De præmiis & pœnis *feritatis imaginem esse* ait *in Esauo, humanitatis in Jacobo.* Hæc, quanquam ad Malachiæ intellectum non necessaria, argumento tamen connexa aliquatenus, adferenda huc censui, ut hoc specimine intelligatur quales fuerint veterum Hebræorum in tractandis historiis ὑπόνοιαι (*allegoricæ interpretationes.*) Quem morem sequuntur Apostoli, & maximè Paulus; sed ità, ut omnia non ad imperfectam illam bonitatem quæ secundùm naturam, aut etiam secundùm Legem, est, sed ad illam Divinam quæ in Evangelio & præcipitur & monstratur & datur, referant [k]. ¶ *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi.) *posui* (vel, *disposui*, JT. *redegi*, Pi.) *montes ejus* (i.e. regionem ejus montosam [l], & infrugiferam [m],) *in solitudinem*] Operâ Nabuchodonosor [n]. Vastata est Idumæa quinquennio post Judæam. Vide Jer. 49.7. Lam. 4.22. Ezec. 25.13. & 35.2 [o]. ¶ *Hæreditatem ejus* (sub. *habitandam*, P. & sub. *dedi*, Pi. sim. M. vel, *exposui*, G.) *in dracones*, &c. לְתַנּוֹת מִדְבָּר] *Dracones* (vel, *draconibus*, P. M. JT. Pi. &c. vel, δώματα, (*domos,*) o´. Legerunt לְחָנוֹת [p], q.d. *in officinam*, vel *tabernam*. At hoc propriè est חָנוּת [q]. *In vastitatem*, Ch. in Buxt. In lingua Chaldæa חֲנָנָא est, *fumus*; interdum & fœtor. Is sensus huic loco non male convenit [r].) *deserti*, P. JT. Pi. D. &c. vel, *velut desertum*, M. Al. *velut desertum draconum*, Ti. *in habitationem draconum deserti*, D. ex Hi. *Dracones deserti* dicit, vel, 1. differentiæ causâ; sunt enim & dracones marini, hoc est, ceti: vel, 2. per hypallagen, pro, *desertum draconum*, in quo dracones degunt. Nam erat desertum in quo urbes & pascua. Alibi est, *desertum desolationis*, eodem sensu. Nam dracones versantur in locis desolatis †. Simile loquendi genus Esa. 34.13. Jerem. 9.11. & 51.37 [t].

[k] G. [l] V. Tar. [m] Tar. [n] V. [o] G. [p] Cap. crit. [q] Buxt. vind. 2.8. 641. [r] G.

4. *Destructi*, &c. רֻשַּׁשְׁנוּ וְנָשׁוּב וְנִבְנֶה] *Pauperes* (vel, *Depauperati*, JT. Pi. &c. vel, *Attenuati*, M. Ti. V. sub. *quidem*, JT. Pi.) *sumus*, (vel, *effecti sumus*, P. urbibus & ædibus destructis [v],) & (vel, *at*, JT. Pi. vel, *igitur*, M. Ti.) *revertemur & ædificabimus* (vel, *iterum ædificabimus*, D.) *desolata*, Calv. &c. vel, *destructa*, sub. *loca*, D. i.e. urbes eversas à Nabuchodonosor [x]. Quod & fecêre, ut ex historiis liquet [y]. *Ædificabimus*, &c. ut Judæos videmus Templum suum & urbes feliciter instaurâsse [z]. ¶ *Ego destruam*] Per Judam Maccabæum primùm, deinde per Hircanum, ut alibi diximus [a]: quum ex adverso fabricam Templi vestri & urbis protexerim [b]. Ecce ergò odium Esau, & dilectionem Jacob [c]. Nulla illis spes erit reparationis [d]. ¶ *Et vocabuntur* (vel, *vocabunt eos*, V. D. *Vocabunt*, vel, 1. posteri *; vel, 2. homines illius ævi [f]: & *eos*, id est, patriam sive regionem eorum [g].) *Termini* (vel, *Terminus*, JT. Pi. *Terminum*, D. &c.) *impietatis*] i.e. Regionem improbam [h]. Vocabitur *Impiorum patria*, eòque meritò desolata [k]. *Terminus impietatis*, i.e. Maledictus: qu. d. Constabit omnibus ex eventu ipsos esse reprobos [l]. *Improbitas*, pro *pœna improbitatis*. Porrò, improbi epitheton peculiariter tribuunt τῷ *Esau*. Sed & Imperium Romanorum, quos *Idumæos* appellant, vocant *Regnum improbum* [n]. ¶ *Usque in æternum*] qu. d. Perpetuis pœnis subjacebunt: quamdiu scilicet stetit Idumæa & respublica & religio, nempe usque ad Hircanum, à quo armis subacti, & ad Judæorum Religionem transire coacti, sunt [o]. Ad tempus non absimilis erat conditio Judæorum & Idumæorum: hoc autem discrimen erat, quòd Judæi, quamvìs reprobati videbantur, restituti sunt, & urbem Templúmque repararent; quum Idumæi (qui tamen minore invidiâ possent reparare domos suas) damnati sunt ad perpetuum interitum. Hinc patebat & Judæorum adoptio, & reprobatio Idumæorum [p].

5. *Videbunt*] Sub. *quæ dicta sunt de desolatione Idumæorum*, V. ¶ *Magnificetur* (vel, *Magnificat se*, Tar.) *Dominus super* (vel, *desuper*, Mo. Tar. ex ipsis cœlis super [q]: vel, *supra*, h.e. ultra [r]. מֵעַל, ut & מִמַּעַל, non semper significat motum è loco superiori, *supernè*, sed & simpliciter, *super*, *supra*, præsertim sequente לְ, ut Gen. 22.9. מִמַּעַל לָעֵצִים, *super ligna* †.) *terminum Israel*] Sic M. P. Ti. Nempe prolatum in Idumæam usque [t]. q.d. Res ipsa hanc vobis extorquebit confessionem, quòd Deus liberaliùs vobiscum agit quàm cum reliquo orbe [v]. Laudetur Dominus quòd tam amplos terminos Israeli reliquerit, illisque benedixerit; cùm interim Idumæos è suis finibus excluserit [x]. Al. Ultima verba in Hebræo trajecta sunt [y]. [Versum sic reddunt;] *Quod oculi vestri visuri sunt ex termino Israelis*, (q.d. indè à sedibus vestris: tam illustria erunt & perspicua judicia Dei [z];) *& vos dicturi, Magnificat se Jehova*, JT. Pi. scilicet, delendo hostes populi sui [a].

6. *Filius honorat* (i.e. honorare solet [b], & debet [c],) *patrem*, &c.] Bene cohæret cum superioribus. Non *Dominus* tantùm vester sum, communi jure creationis, sed & *Pater*, ob illa beneficia minimè cum cæteris communia [d]. Curavi vos & amavi, ut pater filios *. *Ut Domino, metum* debetis; ut *Patri, honorem* & amorem [f]. Recensitis suis in Judæos beneficiis, transit ad eorum commemoranda maleficia, quæ ipsi ingratè rependerunt [g]. Sensus est, q.d. Cupiebam ut vos me & honoraretis & timeretis; sed neutrum fecistis [h]: contra legem naturæ, benefactori vestro malam retulistis gratiam [l]. Accusat eos & contumaciæ, quòd nec Patris dulcedine, nec Heri ferulis, flecti poterant [k]. ¶ *Ad vos* (sub. *hoc dico*, D. vel, *orationem meam converto*, Me.) *ò sacerdotes*, &c.] Quos nunc specialiter alloquitur [l], quia debebant reliquis pietatis duces esse [m], & corrupti cultûs Dei vindices [n]. Ostendit omnia inter illos esse adeò cor-

† D. [t] G. [v] D. [x] V. [y] G. [z] T. [a] G. [b] Me. [c] Me. sim. Calv. [d] Calv. * V. [f] D. [g] V. [h] D. [k] G. sim. [l] V. Me. [l] Calv. [n] D. [o] T. [p] Calv. [q] Tar. [r] D. † Di. [t] G. ex Ch. [v] Calv. [x] Me. [y] Pi. [z] Jun. [a] Pi. [b] V. D. Pi. [c] D. sim. V. [d] G. * Tar. [f] G. [g] Me. sim. Calv. [h] Me. [l] Tar. [k] Calv. [l] V. [m] Calv. [n] Tar.

corrupta, ut ipsi sacerdotes præcipui sint in omni pollutionis genere,&c. Interim hæc querimonia non spectat ad solos sacerdotes, ut constat, quia Deus generaliter locutus est de toto Abrahæ genere[o]. Vos sacerdotes, qui primi ad me honorandum esse debueratis, in id electi, in id constituti, primi estis ad me despiciendum. Ἰχθὺς ἀπὸ κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται (*Piscis à capite incipit fœtere*[p].) ¶ *Et* (vel, *Sed*, V. sic Pi. *Quod si*, D.) *dixistis*, (*dicetis*, V. *dixeritis*, D. sic G.) *In quo despeximus*, &c?] q. d. Nulla in re, quod scimus, &c[q]. Accusas nos tanquam sceleratos: at non sumus nobis malè conscii. Ità frontem fricant, & audaciam suam, hypocrisin pertinaciámque produnt[r].

7. *Offertis—panem pollutum*] Intellige, vel, 1. panes propositionis †. Non placet[t]; quòd illi non admovebantur altari[v]. Vel, 2. μαναὰ, *oblationem* scilicet illam quæ cum jugi sacrificio bis de die fiebat, Exod. 29. 38, 40. & Num. 28. 24. ubi hoc ipsum vocatur לֶחֶם *cibus Dei*. *Pollutum* intellige, quod non erat tale quale Lege præcipiebatur, putà ex tritico non purgato, aut sine oleo[x]. Intelligo hìc panes propriè dictos, quos in sacrificio *Mincha* (de quo Levit. 2.) offerebant Deo, fortè non ritè coctos aut frixos, vel ex frumento non sat puro & præstanti[y]. Intelligo similam & panes, quos quasi sacrificia cremabant Deo in altari, vocabántque *Mincha*[z]. Vel, 3. carnem sacrificiorum[a]; hostiam[b], sive quamcunque victimam[c]: quæ vocatur *panis Dei* Levit. 3. 11. & 21. 8[d]. & Altari imponebatur ceu convivium quod Deo instruebatur*. Hebræi omnem escam *panem* vocant[f]. Vide infrà v. 12. & Matth. 6. 11. Luc. 14. 1[g]. Victimæ autem pollutæ esse poterant[h], vel, 1. quòd claudæ essent aut morbidæ[i], vel cæcæ aut maculatæ, contra Legem, Lev. 22. 19, 22[k]. ut explicatur v. seq[l]. Vel, 2. quòd non offerrentur debito ritu. Vel, 3. quòd offerrentur ab impiis sacerdotibus[m]. *Qu.* Cur hoc crimen imputat sacerdotibus, quibus melius fuisset si victimæ optimæ oblatæ essent? *Resp.* Sacerdotes duplici hìc nomine rei erant: 1. quòd pars erant populi talia offerentis; 2. quòd patiebantur Deum hâc contumeliâ affici. Populus tunc & egenus erat, & suis commodis intentus, & interim negligebat Templum Dei, vide Hag. 1. 4. & sacrificia vitiosa afferebat. Sacerdotes debuerant illa omnia fortiter repellere. Tunc autem populus irritatus esset, & nihil obtulisset Deo aut sacerdotibus. Hi ergò quæstûs sui causâ hoc passi sunt*. ¶ *In quo polluimus te?*] i. e. Cibum tuum[n]: vel, Altare tuum. *Te* emphaticè dicitur: nam qui Sacra violat, & Deum violat qui ea instituit[o]. Deus dicitur pollui, cùm ei polluta munera offeruntur, quia inhonoratur, & quasi contemptibilis judicatur[p]. *Polluimus te*, id est, despicatui habemus. Subintellige, *Responsum præstò est**. ¶ *In eo quòd dicitis*] Prætexitis avaritiæ vestræ[q]. ¶ *Mensa* (vel, quòd *mensa*, Pi. sim. JT. &c.) *Domini* (i. e. Vel, 1. Altare[r]: vide Ezec. 41. 22. & 44. 16 †. Sicut quod offertur in eo est *cibus Domini*, ut jam diximus[t]. Vel, 2. sacrificia quæ instar cibi consumuntur ab igne Altaris. Metonymia subjecti est, & metaphora[v]. Caro & sanguis, vel, cibus mihi oblatus[x].) *despecta est*] Sim. V. vel, *contemptibilis est*, Pi. simil. JT. vel, *vilis est*, sive *habetur*, V. Ti. jam viluit[y], ac proinde viliora quæque illi sufficiunt[z]. Vos eum vilem esse putatis, tametsi à me præceptum: atque ità peccatis mente & cogitatione, postea & opere[a]. Dicitis quòd à plebe despiciatur, i. e. quòd non multum ad eam afferatur similæ & olei: ideóque detrahitis aliquid eorum quæ Lege jussa sunt. Fiebat hoc improbè admodum, cùm reditus quos habebant ex victimis & Regum liberalitatibus (de quibus vide Esd. 6. 9, 10.) ad illas impensas quotidianas facilè sufficerent[b]. Despicitis eam. Sed cur despiciebant? An quia sanguis & adeps res viles videbantur[c]? An quia Altari (in secundo Templo[d]) putabant deesse sanctimoniam, quia deerat ædificationis ambitio *, & pristinus splendor[f]? Ex vilitate oblationum ostenditis vestrum contemptum illius cui hæc offertis[g].

8. *Si*, &c.] וְכִי תַגִּשׁוּן עִוֵּר לִזְבֹּחַ אֵין רָע *Et* (vel, *Nam*, JT. Pi. *Præterea*: est enim hæc altera accusatio[h]:) *cum* (vel, *si*, G.) *offertis* (vel, *offeratis*, G. vel, *adducitis*, vel *admovetis*, D. Pi. sim. JT. &c. sub. *animal*, vel *pecus*, JT. Pi. D. G.) *cæcum ad immolandum*, sive *sacrificandum*, P. JT. Pi. D. &c. *nonne est malum?* P. D. q. d. Certè malum est[i], quia vetitum, Levit. 22. 22[k]. Vel, *nihilne est mali?* JT. Sed præstat sine interrogatione legere, & referre ad præcedentia. Polluitis me, inquit, cùm dicitis offerenti hostiam illicitam[l], *Non est malum*, D. M. Ti. vel, dicitis, *Nihil est mali*, Pi. In hunc usum illud animal est satis bonum[m]. Negatis esse malum*. Al. Aliquid hìc subaudiendum, q. d. *Sic est, & tamen non est malum in oculis vestris*‡. Ironicè dicit Deus, *Non est malum*, nempe ex sententia vestra; & id exprobrat ipsis, quòd, tam inepta offerentes sacrificia, negarent tamen esse mala †. ¶ *Claudum*] Vetitum & hoc Deut. 15. 21[n]. ¶ *Et languidum*, וְחוֹלֶה] *Et* (vel, *aut*, P. JT. Pi.) *ægrotum*, Ti. JT. Pi. D. variâ debilitate confectum[o]: *morbidum*, quod hìc ἄρρωστον, alibi νοσεῖν, vertitur. Ejus species enumerantur Levit. 22. v. 22, &c[p]. ¶ *Offer illud duci tuo*] Dicit, *duci*, quia tunc Regem non habebant[q]. *Mitte tale quid pro munere ethnarchæ*. Mox vide quomodo id sit interpretaturus‡. ¶ *Si placuerit ei*] Est ellipsis, pro, *Vide an sit ipsi placiturum*[r]. *An placebis illi?* D. qu. d. Minimè †. ¶ *Aut si susceperit*, &c.] Vel, *An suscepturus*, &c? JT. Pi. An ei gratus sit futurus tuus adventus tali cum munere[t]. Conqueritur Deus minus sibi deferri honoris quàm mortalibus[v].

9. *Et* (vel, *Itaque*, Pi.) *nunc deprecamini vultum Dei*] Scilicet, vobis irati[x]. Coram Deo orate[y], ut vos scil. placato vultu intueatur[z]. Vestrum enim est, deprecari pro populo[a]. Ironia est[b]: qu. d. Vos in culpa estis, &c. & quid valet oratio vestra[c]? Vos scilicet deprecatores estis & mediatores inter Deum & populum, Christique personam geritis, & tamen profani estis, &c. Ite, inquit, deprecamini, &c[d]. Pergite Deum placare, &c. sed frustrà eritis*. ¶ *Ut*, &c. וִיחָנֵנוּ] *Et* (vel, *ut*, JT. Pi. D. &c.) *miserebitur* (vel, *misereatur*, D. M. vel, *beneficus sit*, Ti. *gratiam faciat*, JT. sim. Pi.) *nostrî*, P. D. M. &c. vel, *nobis*, JT. &c. vel, *vobis*, Ti. *vestrî*, G. ex Vulg. Ut condonet contra Legem admissa[f]. Finis magis quàm eventus hìc exprimitur: nihil enim minùs voluit quàm Deum illis propitium fore[g]. Dixit, *nostrî*, potiùs quàm, *vestrî*, modestiæ causâ annumerans se inter peccatores[i], nè se videretur culpâ eximere. Sic Moses dicit, Exod. 34. 9. *condonabis iniquitatem nostram*, h. e. populi: nam ipse non peccaverat. Id imitentur concionatores, cùm populum reprehendunt, ut dicant, *nos*, non, *vos*[k]. ¶ *De*, &c. מִיֶּדְכֶם הָיְתָה זֹּאת] *De manu vestra* (*Per manum vestram*, Ar. Ch. sim. LXX. *Per vos*, Sy.) *fuit* (vel, *factum est*, Ch. Sy. Ar. M. Vulg. sub. *malum*, M.) *hoc*, sive *istud*, Mo. P. Calv. D. sic M. [Hæc autem verba parenthesi includunt Vulg. P. Calv.] *Vestrâ enim culpâ hoc fit*, Ti. Quòd populus illicita sacrificat, ejus rei authores illi fuistis, cùm diceretis, *Non est malum*[l]. Fecistis enim quæ dixi[m]: vosmetipsi negare non potestis[n]. Propter opera manuum vestrarum profecta est hæc maledictio, quæ dicetur in sequentibus[o]. [Alii hæc verba cum sequentibus nectunt, & locum sic reddunt:] Dum (vel, Nam dum, Pi.) *è*, vel *à manu vestra est*, vel *fit*, *hoc*, *an suscepturus est ullius ex vobis vultum?* sive *faciem?* JT. Pi. *Qui causa essetis* [forsan legendum, *estis*,] *ut vestrî rationem non habeat*, Ca. ¶ *Si*, &c. הֲיִשָּׂא מִכֶּם פָּנִים] *Numquid suscipiet ex vobis* (i. e. cujusquam ex vobis, etiamsi sacerdotes sitis[p],) *faciem?* P. Calv. *Et putatis quòd suscipiet ex vobis faciem alicujus?* M. *Num faciem vestram suscipiet?* Ti. sic V. qu. d. An grati illi eritis cùm offertis munera[q]? Minimè[r]. Non desperare jubet, sed ostendit veniam esse difficilem tam aperti ac diuturni contemptûs legum Divinarum. Similis locutio Act. 8. 22. & alibi †.

10. *Quis*, &c?] מִי גַם בָּכֶם וְיִסְגֹּר דְּלָתַיִם וְלֹא תָאִירוּ מִזְבְּחִי חִנָּם] Quidam hæc duo membra conjungunt, & חִנָּם ad utrumque referunt, quod malim restringere ad posterius membrum[t]. [Hinc locum variè reddunt.] *Quis etiam in vobis* (vel, *vestrûm*, G. vel, *inter vos est*, JT. Pi.) *& claudet* (Sed ו redundat[v]. Vel, *qui claudat*, M. JT. Pi. Calv. sub. *gratis*, JT. Pi. G. Al. *Adhuc, quis ex vobis claudat*, Ti.) *ostia?* sive *portas?* Mo. P. M. Ti. &c. (nempe, Templi[x], vel Atrii[y]. Sensus, qu. d. Utinam aliquis vestrûm pio zelo accensus fores clauderet,

Marginal notes, left column: o Calv. p G. q D. r Calv. † Q. in D. t D. G. V. v D. sim. V. x G. y T. z Me. a Pi. b D. c Me. sim. T. V. ex Chald. Calv. d D. * Me. f Me. sim. Tar. Calv. g Tar. h Me. i D. k Me. l Me. sim. D. m Me. * Calv. n Pi. o D. p Me. * G. q G. r D. G. † D. t G. v Pi. x V. y Me. z T. sim. Me. a V. b G. c D. d Tar. * D. ex Hi. sim. Tar. f D. g Med. p. 454. h G.

Marginal notes, right column: i D. k D. sim. G. Me. l D. m Tar. * Ca. ‡ V. † Di. ex AE. & K. & RS. n G. sic D. o D. ex Hi. p G. q D. ‡ G. r G. † D. sim. Me. t G. v Calv. x Me. y G. sim. Me. D. z Me. a D. b Calv. M. c M. d Calv. * Tar. f G. g Gr. ad vers. 32. p. 334. i D. k V. l D. l Idem. m G. sic Me. n G. o V. p D. q V. r D. † G. t Calv. v V. x Pi. y D.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

deret, & tales hostias excluderet. Similis locutio Hag. c. 2. v. 3. *Quis inter vos qui viderit*, &c? Sensus est, *Utinam aliquis esset qui eam vidisset* [y]. Sacerdotes & Levitæ præfecti erant Templo, nè quid pollutum admitterent; alii ex iis erant janitores, alii stabant ad atrium, &c: eorum erat de hostiis judicare, easque ad Legem exigere. Meritò itaque conqueritur quòd promiscuè reciperent vitiosa, &c [*].) *& non lucere facietis altare meum gratis?* Mo. Al. *&* (vel, *aut*, JT.) *numquid* (vel, *num verò*, Ti.) *illuminatis* (vel, *illustratis*, JT. vel, *incenditis*, Ti.) *altare meum* (vel, *in area mea*, Ti. sim. D.) *gratis?* M. JT. Ti. Al. *& non incendatis ignem supra altare meum frustrà?* P. q. d. Nisi resipueritis, nihil est quòd offeratis munera, ut non incendatis, &c. i. e. Quis etiam est inter vos, sacerdotes, cui curæ sint sacrificia mea, & claudat ostia Templi, nè illic offerantur sacrificia Lege prohibita [z]? Al. *nec illustratis —— gratis*, Pi. vel, *imò nè altare quidem meum accenditis gratis*, G. Al. *& non incenderetis*, vel *nè accendatis, altare meum gratis*, vel *frustrà*. Nam operam perdit qui hoc modo sacrificat [a]. הֵאִיר, *illumino*, item *incendo, accendo*, Num. 8. 2. & Jes. 27. v. 11. Satius erat non sacrificare, quàm talibus victimis facere [b]. Repudiat h. l. impurum illum & vitiosum cultum, *Nè accendatis*, &c. nè offeratis mihi, *frustrà*. Futurum pro imperativo [c]. Sed non placet Calvini interpretatio hujus loci. 1. Ad victimas vitiosas rejiciendas ostium claudi nec opus, nec usus, erat. 2. Sic non aptè cohæret posterius membrum cum priore, sive vertas, *at estis*, sive *quum sitis, conductitii mei, nec citra mercedem altari inserviatis:* sive *&* illativè accipias, q. d. *ergò frustrà operam sacrificando impenditis, quia*, scilicet, *ostium non clauditis*, &c [d]. [Ca. verba sic reddit, *Quis vestrûm est qui gratìs vel fores claudat, aramve meam collustret?*] Pergit crimina sacerdotibus & Levitis objicere [e]. Sensus est, Omnia illa quæ avaritiæ vestræ prætenditis inania sunt. Ità bene Lex prospexit non [tantùm] sacerdotibus, sed & popis & janitoribus, ut abunde mercedem habeant operæ [d]. Nullum munus gratis exercetis, quantumvis minimum, quale est claudere ostia, ignem subjicere holocaustis cremandis, &c [*], sed pro omnibus decimas accipitis [f], & donaria. Ergò si non Religione, certè justitiæ legibus, tenemini fideliter fungi officiis vestris [g]. Præmia laboris singulis dedi, & nihilominus tam negligenter rem tantam agitis [h]. Non est cur excusetis vos, quasi Deus honorantes se non honoràsset, cùm nè inter Levitas ullus exstiterit cui piè officium perfungenti Deus non benefecerit, ut repetit Deus infrà 3. 10 [i]. At ibi non agitur de sacrorum ministris, sed de populo, &c. Malim locum sic accipere, *Quis est è vobis*, h. e. O si quis, vel Utinam, vestrûm aliquis, *fores occluderet*, (Interrogativa particula votis concipiendis passim inservit, ut Jerem. 9. v. 12. Agg. 2. 3. &c.) *ut nè* (Heb. *& nè*, copulativa pro finitiva, sive consecutiva: ut Deut. 5. 29. *Quis dabit, & erit*, &c? pro, *ut esset*; Jos. 24. 9. *Surrexit, & pugnavit*, pro, *ut pugnaret*. Quòd autem nonnulli לא reddunt, *num*, sine exemplo hoc fit.) *ulteriùs incenderetis altare meum* (vel potiùs, *super altare meum*, sub. *ignem*, ad holocausta, &c. absumenda,) *frustrà*: tales enim oblationes mihi abominabiles sunt. Sic locum intelligunt K. & RS. & AE. Vox חִנָּם significat, 1. *gratis*, sine pretio aut præmio, ut Gen. c. 29. v. 15. Exod. 21. 2, 11; 2. *iniquè*, sine causa, Psal. 35. 7, 19. & 69. 5; 3. *impunè*, citra pœnam, ut Prov. 1. 11; 4. *frustrà*, nullo usu, nullo exitu utili, ut h. l. & Ezec. 6. 10. & alibi [k]. ¶ *Non* (vel, *Nulla*, JT. Pi.) *est mihi voluntas* (vel, *delectatio*, JT. Pi.) *in vobis*] Non estis mihi grati [l]. Non amo homines quæstui tantùm suo intentos, quales vos estis, & unde maxima vobis mala nascentur [m]. ¶ *Et munus*, &c.] Causa est præcedentis particulæ; q. d. Non estis mihi grati, quia sacrificium, quod offertis, mihi gratum non est [n]. Sensus [versûs] est, q. d. Tantum abest ut vultum vestrum suscipere velim, ut contra unumquemque, etiam vestrûm sacerdotum, qui fores Templi mei ad offerenda sacrificia aperire debetis, jubeam eas claudere, nè pergatis Altare meum accendere: frustrà enim id facitis, quia nec vos nec munera vestra accepta habeo [o].

11. *Ab ortu*, &c.] Id est, per totum orbem. Confer Psal. 113. 3 [p]. Objici poterat, Si nostræ oblationes gratæ tibi non sunt, nullas habebis. Respondet Deus, aliud se cogitare, ut scilicet ab omnibus gentibus colatur, non operosè, sed mundo animo. Hoc est consilium quod per Christum ejúsque legatos plenè exsecutus est Deus. Omnis autem dispersio Judæorum inter gentes, illustris in patriam reditus, linguæ Chaldaicæ, Persicæ, Græcæ, Romanæ apud Judæos cognitio, discordes Magistrorum sectæ, rituum curæ in anilem superstitionem, fœdos quæstus & veræ emendationis neglectum versæ, viam huic rei stravère [q]. Judæi fastu turgentes putabant nullum fore Deum, Regnúmque ejus non fore integrum, & gloriam ejus perituram, nisi ipsi essent Ecclesia. At, inquit, vos estis exiguus populus; omnes gentes coalescent in unum corpus ut adorent Deum simul: ergò poterit Deus carere vobis, &, postquam vos abdicavit, alios reperiet filios qui vestrum locum occupent. Insigne hoc est vaticinium de vocatione Gentium, simúlque de repudiatione Judæorum [r]. Quanquam vos omnes abjecero, meo cultui nihil decedet, non deerunt qui me honorabunt [†]. Al. Connexio sic se habet. Dixerat eos id sibi offerre quod offerre non auderent Proregi sub Rege Persiæ. Me ergò, inquit, vilipenditis; & quum meà vobis solis coli cernitis, vestrámque gentem ab aliis subigi, &c. putatis forsan me esse topicum tantùm Deum, exiguæ potestatis atque jurisdictionis. Scitote autem tempus instare quo *ab ortu solis*, &c [s]. ¶ *In gentibus*] Omnibus; non in Judæa, aut inter Judæos, tantúm [v]. ¶ *Et in omni loco sacrificatur*, &c. מֻקְטָר מֻגָּשׁ וְנוּ] *Suffumigatum* (vel, *incensum*, M. P. Ti. ο'. Ar. *suffumigatur*, Q. in V. *suffimentum*, JT. Pi. D. sic V. quasi *suffitus*, G. ex Ch. ut Zach. 14. 21 [x].) *oblatum* (vel, *offertur*, sive *offeretur*, M. P. Ti. JT. Pi. ο'. Ar. &c. vel, *incendetur*, D. *admovebitur*, Q. in D. vel, & *offertur*, Q. in V.) *nomini meo & oblatio munda*, Mo. P. &c. vel, *munus purum*, JT. Pi. id est, ex farina mundissima, sine fermento, &c [y]. *Quasi suffitus* sunt piæ preces [z], Apoc. 5. 8 [a]. Psalm. 141. 2 [b]. μαναὰ verò sunt oblationes fidelium, ex quibus & Eucharistia fiebat, & alebantur pauperes [c]. Vel, *oblatio* hæc *munda* sunt ipsæ Gentes in populum Dei cooptatæ, &c [d]. Vetustissimi Patres magno consensu statuunt hanc clarissimam esse prophetiam de sacrificio Christiano: quo nomine non intelligebant nudum Sacramentum corporis & sanguinis Christi, ut multi putant, sed totam sacram & solennem actionem, cujus illud pars præcipua erat. Hujus ergò sacrificii partes duæ sunt: 1. pars rationalis, sive *sacrificium quod*, nempe precatio, gratiarum actio & commemoratio: 2. pars materialis, sive *sacrificium quo*, sive per quod prius sacrificium Deo acceptum est, nempe oblatio farrea, panis & vini. Hoc autem *mincha purum* dicitur, vel, 1. quòd purè & spiritualiter offertur, per preces, &c. non autem modo corporali, ut vetera sacrificia. Vel, 2. à pura offerentis conscientia: vide Tit. 1. 15, 16. Judæorum oblatio polluta erat infidelitate & contemptu Dei, &c. Vel, 3. respectu puri illius & perfecti sacrificii, Christi scilicet, Agni Dei, quem significat & repræsentat: cui favet antithesis polluti sacrificii Judæorum, &c [*]. Per *suffitum* & *mincha* designatur h. l. cultus spiritualis Dei in Evangelio [f]. ¶ *Quia magnum est*, &c.] Non frustrà hoc repetit, quia res hæc nova erat & incredibilis [g].

12. *Et* (vel, *At*, Ti. *Etenim*, JT. Pi.) *vos polluistis* (vel, *violatis*, sive *contaminatis*, V. vel, quotidie *polluitis*, G.) *illud*] h. e. Nomen meum [h]. Est redditio causæ cur, Judæis rejectis, Gentes susciperet, &c. & amplificatio sceleris, tum populi totius, tum inprimis sacerdotum [i]. ¶ *Dicitis, Mensa*, &c.] Idem significat quod v. 6. & 7 [k]. q. d. Non discernitis inter sacrum & profanum: nulla vobis est reverentia Templi, Altaris, aut Dei Non palàm hæc verba evomebant, sed id ex re ipsa colligere promptum fuit [l]. ¶ *Et quod*, &c. וְנִיבוֹ נִבְזֶה אָכְלוֹ] *Et fructus ejus contempta esca ejus*, Mo. *Et verbum* (ad verb. *fructus*, i. e. sermo, V. qui est *fructus labiorum*, Jes. 57. 19 [m].) *eorum*, P. V. (sub. sacerdotum; sing. pro plur [n]. vel, *ejus*, M. V. h. e. *uniuscujusque vestrûm*, V. sub. *est*, M. V. & sub. *quòd*, V.) *panis*, vel *cibus*, *ejus* (vel Dei, vel Altaris [o],) *contemptibilis*, vel *vilis*, *est*, M. V. P. q. d. Quisque vestrûm dicit, Adeps qui offertur Domino, item caro & sanguis, sunt res vilis. Alii volunt

Marginal notes (left column): [y] D. — [*] Calv. — [z] V. — [a] D. sim. Calv. — [b] D. — [c] Calv. — [d] Ga. adverf. c. 18. — [e] Me. — [d] G. — [*] Me. — [f] Me. sim. T. — [g] T. ex Hi. & Cyr. — [h] Tar. — [i] Jun. — [k] Ga. ib. — [l] V. Me. — [m] G. — [n] V. — [o] Di. — [p] D.

Marginal notes (right column): [q] G. — [r] Calv. — [†] Tar. — [s] Med. p. 454. — [v] G. sim. D. — [x] G. — [y] D. — [z] G. sim. M. — [a] G. — [b] M. — [c] G. — [d] M. — [*] Med. ib. 455. — [f] Calv. sim. Ti. — [g] Calv. — [h] D. Tar. — [i] Calv. — [k] G. — [l] Calv. — [m] Q in Calv. — [n] V. — [o] V sic D.

lunt hunc eſſe ſenſum, *Etiam quod contemptibile eſt*, inquit ſacerdos, *poteſt Deo offerri* [p]. Al. *Et proventus ejus*, nempe (vel, ſub. *qui eſt*, D.) *cibus ejus, vilis*, Ti. ſim. D. *Et proventùs ejus contemptibilem eſſe cibum*, JT. *Et proventus ejus*, (vel, *Quod attinet ad proventum ejus*, Pi. nempe Altaris [q],) *contemptibilis eſt cibus ejus*, Pi. Calv. h. e. Dei [r]. *Et reditus ejus vilis*, nempe *eſca ejus*. Reditus quem habemus ex Altari nullius eſt pretii, quia, quantum datur, id totum cedit igni; nihil nobis reſtat. Ità homines ſunt πρὸς τὰ θεῖα μικρολογούμενοι, (*de rebus Divinis contemptim loquentes*,) ut dicebat Alexander †. Poteſt legi, *Ideo proventus ejus*, &c. Nam quia *menſa Domini polluta*, ideo ſacrificium quod in eo fit pro vili habendum [t].

13. *Et* (vel, *Præterea*, V. *Autem*, P. *Quòd ſi*, G. ex Ch.) *dixiſtis*] Sic P. vel, *dicatis*, G. vel, *dicitis*, JT. Pi. V. ut ſit præt. pro præſ. & ſub. *quiſque ad proximum ſuum* [v]. Rurſum carpit vulgus, non ſacerdotes [x]. ¶ *Ecce de labore*] Ità Q. in V. ſim. Ch. Sy. Ecce, victimæ quas mactamus Deo non ſunt à plebe donatæ nobis, ſed comparatæ ex pretio *laboris* noſtri, i. e. ex decimis [y]. Vel, *de laſſitudine*, Chald. in D. Ità מ [in מַתְּלָאָה] erit præpoſitio [z]; & Pathach ſub מ pro Chirek [a]: cujus duo ſuppetunt exempla; 1 Paral. 15. 13. לְמַבָּרִאשׁוֹנָה *à principio*, & Pſal. 55.22. מַחְמָאוֹת *ſupra butyrum* [b]. *Hæc de afflictione ſunt*, ο'. in T. i. e. Quòd meliores victimas non offeramus, oritur ex paupertate noſtra [c]. ¶ הִנֵּה מַתְּלָאָה] *Ecce fatigatio*, M. D. Calv. ſic Mo. Ti. vel, *labor*, P. vel, *laſſitudo*, h. e. pecus obeſum, ac proinde oneroſum portantibus [d]. *Vah, quàm oneroſum eſt?* Quàm pinguem victimam affero [f]? *Ecce quantum fatigationis*, JT. Pi. ſcilicet, accidit mihi dum pecudem hanc pinguem portarem [g]. Ità eſt compoſitio vocis ex מַה & תְּלָאָה. Sic מַזֶּה, pro מַה־זֶּה, Exod. 4.2; & מַלָּכֶם, pro מַה־לָּכֶם, Jeſ. 3.15 [h]. τὸ מַה cum Maccaph primæ ſequentis dictionis literæ ſæpe imprimit Dageſch forte: ut, מַה־לִּי, *quid mihi?* Jud. 11.12. מַה־זֹּאת, *quid iſtud?* Jud. 15.11. Senſus loci eſt, Vos conquerimini fatigari vos onere meorum præceptorum, & nimiùm premi quòd non niſi optimas pecudum mihi offerre teneamini; itaque exſufflatis illud, &, quod longè eſt facillimum, corruptiſſimum quodque mihi offertis *. Querela hæc eſt Iſraelitarum, quibus faſtidioſum erat adducere hoſtias Deo [i]. ¶ *Et*, &c. וְהִפַּחְתֶּם אוֹתוֹ] *Et efflâſtis illam*, Mo. *Et contriſtâſtis illum*, nempe dominum agni, cui illud rapuiſtis: nam ſequitur, *Et raptum*, &c [k]. *Et anheli iſto eſtis*, Ti. *Et projeciſtis* (vel, *dejicitis*, ſub. *in terram*, V.) *illud*, P. quod affertis, per contemptum ſcilicet, Deum & ejus ſacrificia contemnendo [l]. *Et exſufflâſtis* (vel, *Quum exſufflare poſſetis*, JT. Pi. vel, *Et difflatis*, D.) *illud*, M. JT. Pi. D. *Cum id vel difflare poſſitis*, Ca. ſic D. h. e. flatu propellere †, & in terram dejicere [m], præ macie ſc [n]. & levitate [o]: & tamen præ vobis fertis laſſitudinem præ onere, &c [p]. Chaldæus הִפַּחְתֶּם vertit, שַׁנְקְתּוּן, *ſuffocâſtis*. Deduxit enim à ſignificatione nominis פַּח *laqueus*, & legit הִפַּחְתֶּם. Kimchi tamen Chald. vocem hîc vertit, *excuſſiſtis, dejeciſtis*: ſicut & in Exod. 14.27. ponitur pro Heb. נִעֵר †. Al. *Et ſufflâſtis in illud*, præ faſtidio ſcilicet, Deum non ſine tædio colentes [q]. *Difflare*, vel *Deflare*, vel *Sufflare*, geſtus eſt contemnentium [r], & faſtidientium †; ut Pſalm. 10.5. Sic Suetonius, *Prolata divorum Julii & Auguſti diplomata, ut vetera & obſoleta, deflabat*, h. e. flatu à ſe rejiciebat ac reſpuebat. Senſus loci forſan eſt, *Ecce de labore* victimam, vel, *de labore ſuo* afferentem victimam, *difflatis*, h. e. contemnitis & reſpuitis cum faſtu [t]. Al. *Et exſufflâſtis me*, id eſt, אוֹתִי [v]. Hîc eſt correctio Scribarum. Vide Biblia Veneta [x]. Al. *Et exſufflavi ea*, LXX, ſim. Sy. Ar. Legerunt וְהִפַּחְתִּים, optimo ſenſu; qu. d. *At ego iſta* ſacrificia *exſufflo*, i. e. non curo. Eſt idem verbum tum in Hebræo, tum in Græco, eodem ſenſu, Agg. 1.9 [y]. ¶ *Et* (vel, *Item*, P. *Præterea*, V. *Etiam*, JT. Pi.) *intuliſtis* (vel, *affertis*, JT. Pi. *infertis* in Templum, G.) *de rapinis*, &c.] Vel, *raptum*, &c. P. V. JT. Pi. Calv. &c. i. e. θηριάλωτον [z], diſcerptum à feris [a]; quod nec edere licebat, multò minùs offerre, Exod. c. 22. v. 31 [b]. Ponit hîc tres ſpecies, raptum, claudum, & mutilum vel debile [c]. ¶ *Et*, &c. וַהֲבֵאתֶם וגו״] *Et* (vel, *Præterea*, D. *Poſtea*, ſive *Deinde*, Pi.) *obtuliſtis* (vel, *affertis*, D. Pi.) *munus*, &c. P. vel, illa *munus*, &c. D.

p V. q Calv. r Idem. † G. t D. v V. x V. ſim. Calv. y G. z V. a V. D. b D. c T. ſim. Me. d D. ſi.n. V. f Ca. g Pi. h D. ſim. Di. * Di. i M. k Q. in V. l V. † Pi. m Q. in V. n D. Pi. ſic Ca. &c. o Pi. p Q. in V. † Di. q Calv. r D. † Calv. ſim. D. t D. v D. ex Hi. x D. y G. z Idem. a Calv. b G. c Calv.

14. *Maledictus*, &c. וְאָרוּר נוֹכֵל] *Et* (vel, *Autem*, M. P. vel, *Imò*, JT. Pi.) *maledictus doloſus*, Mo. P. M. &c. vel, *qui dolo malo agit*, Ti. ſim. Ch. D. vel, *machinator*, JT. Pi. D. נָכַל ſignif. *cogitare*; ſed in malum ferè ſumitur [d], valétque, *malum cogitare*, vel *facere, alteri* *. Sicut ſacerdotes reprehenderat qui in jugi ſacro non proba offerebant: ità nunc & voti reos reprehendit qui victimis morbidis aut vitioſis defungebantur. Lex contrà jubebat, ut & victima eſſet *maſcula, & ſine vitio morbóque*, Levit. 22.19, 20 [f]. Oſtendit eos non paupertatis, ſed avaritiæ, cauſâ afferre tales victimas †. ¶ *Maſculum*] Nempe integrum [g], ut requirit antitheſis [h]; nam mox *corruptum* opponitur [i]. Subſtantivum ſine adjectivo; ut Eſa. 1.18. *erunt ſicut lana*, id eſt, lana alba [k]: ſic & Pſalm. 147.16. Similiter Eſa. 5.2, 4. *Exſpectavit ut proferret uvas*, bonas ſcilicet & nobiles [l]. Al. *Mas* hîc corrupto opponitur, quia mas præſtat fœminâ, & præſtantiora Deo ſunt immolanda [m]. ¶ *Et*, &c. וְנֹדֵר וְזֹבֵחַ מָשְׁחָת וגו״] *Et vovens & immolans* (*Et ipſe vovet atque mactat*, M. ſic Ti. *Et*, vel *Tamen, quum voverit, immolat*, P. Pi.) *corruptum*, &c. Mo. id eſt, morbidum, aut vitioſum, aut fœmininum [n]. Quamvìs præ ſe pietatem ferant, nihil tamen recto faciunt animo, quia ſtatim pœnitet eos voti, &c [o]. In ſpontaneis ſacrificiis immolare licebat, quæ vovere non licebat [p]. In illis defectus quidam tolerabiles erant, non item in iis quæ ex voto offerebantur [q]. ¶ *Rex magnus*] Sic Deus vocatur & Pſal. 48.3. Matt. 5.35. item Tobit 13.15 [r]. ¶ *Et nomen meum horribile* (i.e. dignum omni timore †: *illuſtre*, ο'. in Me. *timendum*, i. e. reverendum [t]:) *in gentibus*] Vel, *etiam inter gentes*, G. quas punivi, ut ſciant me revereri, &c [v]. Quod meritò pudorem vobis incutere debet. Nam vos, cùm ſitis populus meus, non reveremini me: At hoc gentes faciunt [x].

d Calv. * D. f G. † Me. g V. ſic D. Gl. Gl. ſ. h Gl. ſ. gram. 3. 1. 11. 48. i V. k D. l Gl. ad verſ. c. 40. p. 401. m BA. 1 2. 50. 584. n G. o Calv. p D. q Me. r D. † Me. t D. v Tar. x D.

CAP. II.

1. *AD vos* (ſub. *ſpectat*, JT. V. vel, ſub. *mittitur*, Pi. peculiariter dirigitur [a],) *mandatum hoc*] Sub. *quod ſequitur de ſacrificiis offerendis*, V. Vel, hactenus expoſitum [b], de curando cultu meo [c], & prohibenda omni ejus profanatione [d]. Hortatur ſacerdotes ad ſuum munus, & ad Religionem, ut hoſtiam mundam offerant *. Sacerdotes primùm & peculiariter accuſat, tanquam impietatis populi authores, quia ipſos præfecit Deus populo magiſtros & duces; & ipſorum erat, aliis viam monſtrare, & pravitatem populi corrigere atque compeſcere [f].

2. *Si nolueritis ponere ſuper cor*] i.e. Seriò animum advertere [g], ad ea quæ dicuntur aut præcipiuntur [h]. ¶ *Ut detis gloriam*, &c.] Ut debito honore me afficiatis [i], colendo me, meóque Altari & victimis invigilando [k]. ¶ *Mittam in vos*, &c.] Sive qui adfertis vitioſum Domino, ſive qui admittitis [l]. ¶ *Maledicam* (ſub. *deinceps*, M.) *benedictionibus veſtris*] Vel, 1. quibus & vobis & aliis bene precamini [m]. Sacerdotum erat, bene precari populo. At ego efficiam ut hæ fauſtæ preces dirarum eventum habeant. Ità Chaldæus [n]. Sed nimis dilutum hoc eſt [o]. Vel, 2. rebus omnibus quibus Dei benedictione nunc fruimini [p]. *Benedicere* Dei ſæpe ponitur pro *benefacere* [q]. In lingua Æthiopica ברכה abſolutè ponitur ſæpe, pro *bonis*, ut Luc. 12.18, 19. Ità & hîc accipi poteſt, *Maledicam bonis veſtris*. Hinc munus, &c. *benedictio* vocatur, Gen. 33.11. 1 Sam. 25.27 †. *Veſtras felicitates infelicitabo*: Vos, pro felicibus, reddam infelices [r]. ¶ *Et*, &c. וְגַם אָרוֹתִיהָ] *Et* (vel, *Quin*, Ti. *Quin etiam*, JT. Pi. *Sicut etiam*, M.) *maledixi ei*, P. &c. vel, *cuique earum*, JT. Pi. Tar. nempe benedictionum. Ità namque partitivè exponendum docet affixum ſingulare ſe referens ad præcedens nomen plurale †.

3. *Projiciam* (nempe, *in facies veſtras*, ut ſequitur. Hoc ſolent facere qui importuno flagitatori aliquid indignabundi concedunt, quaſi dicentes, *En, habe quod vis* [t]. *Adimam* [v],) *vobis brachium*] Legerunt זְרוֹעַ, ſenſu optimo [x]. Sacerdotibus ex Lege cedebat *armus* victimæ,

& *ven-*

a Calv. b Tar. c Tar. ſim. D. d Tar. * V. f Calv. g Tar. ſim. Calv. V. G. h V. ſim. Calv. G. i G. k T. l D. m Tar. ſic Q. in Calv. n G. o Calv. p D. ſim. V. Me. T. q Calv. ſim. D. † Di. r Ca. † Tar. t G. v T. x G.

& *ventriculus*, Levit. 7. 32. Deut. 18. 3 [y]. q. d. Partem quam vobis dedi indignanter vobis projiciam [z]. Sed non placet hæc versio. 1. גָּעַר nunquam valet, *projicere*. 2. Textum corrumpit [a]. ¶ [גֹּעֵר לָכֶם אֶת הַזֶּרַע] *Corrumpens* (vel, *corrumpo*, P. vel *increpabo*, Ti. D. *corrupturus sum*, JT. Pi. גָּעַר cum ב sign. *verbis increpare* [b]; sed sine ב [c], quum regit quartum casum [d], valet, *corrumpere* *.) *vobis* (i.e. vestro malo; vel, *propter vos* [f];) *semen*, Mo. sic Ti. JT. Pi. Calv. D. &c. in terram jactum [g], nè ex eo fructus proveniat. Minatur famem [h]. Al. *Perdo vos unà cum semine*, M. ¶ *Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum*] Sic P. &c. vel, *sacrificiorum vestrorum*, JT. Pi. sim. D. G. Tar. &c. nam חַגִּים non tantùm *festi dies*†, sed & *victimæ ipsæ* [i], Psal. 118. 27. Esa. 29. 1 [k]. item Exod. 23. 18. sic dictæ, quia diebus festis mactabantur [l]. *Solennitatum*, i.e. victimarum illegitimarum quas in solennitatibus offertis [m]: fimum pecudum quas affertis ad sacrificandum [n]. Sensus, q. d. Jactatis vestram nobilitatem, genus ex Abrahamo, vos esse Regale sacerdotium, & gentem sanctam, &c. eritis autem stercorati, ignominia vos obruet unà cum sacrificiis vestris, propter impietatem vestram, quæ in eis satis perspicitur [o]. Stercus in faciem conjicere, nota summi dedecoris [p]. Sensus, Non tam dabo vobis ventriculum, [quæ vestra pars est,] quàm ejus stercus, &c [q]. LXX habent, *dispergam ventriculum*: non quòd ità legerunt, ut Cap. fingit, sed quòd putârunt Prophetam hîc, per metonymiam contenti pro continente, *stercus* pro *ventriculo*, in quo continetur, posuisse [r]. Alludit ad boves, vitulos, &c. quos magnâ copiâ adducebant ad sacrificia, unde plurimum stercoris in ipsa Templi area, &c †. ¶ *Et*, &c. [וְנָשָׂא אֶתְכֶם אֵלָיו] *Et* (vel, *Adeò ut*, JT. Pi.) *assumet*, vel *tollet*, (vel, *feret*, Q. in V. Di. *auferet*, vel *rapiet*, D. *abripiat*, JT. Pi.) *vos* (sub. *quisque*, quomodo Hebræi impersonalia sua formant; ut infrà ver. 6. *non inveniebat*, nempe quisquam, h.e. non inveniebatur; ità h. l. *feret vos*, sub. *quisque*, i.e. feremini [s]: vel, sub. *agricola*, ut sit ellipsis nominis relati, qui *abripiet*, scilicet palâ stercorariâ, inter stercorandum, putans nimirum se nil nisi fimum abripere, eò quòd facies vestræ fimo erunt repletæ [t]: vel, sub. *iniquitas vestra*, Q. in V. vel, sub. *contemptus nominis mei*, He. in D. vel, sub. *stercus ipsum*, V. sic Calv. D.) *ad se*, Mo. P. M. Ti. JT. Pi. D. Calv. h. e. Reddet vos totos stercoreos [x]: ut sitis contempti sicut ipsa [vel stercora, vel sacrificia,] sunt [y]: atque ità delebitur omnis vestra dignitas, &c [z]. Vel, *ad istum*, sub. contemptum: qu. d. Par pari [a]. Vel, *ad illud*, Q. in V. Di. sub. *probrum*, sive *dedecus*; qu. d. Iniquitas vestra erit causa hujus probri [b]: vel, sub. *stercus*. Sensus est, Nè putetis facies vestras stercus quod dixi effugere posse: si vos id fugitis, quisque portabit vos eò ut conspergamini [c]. Vel, *secum*, G. ex Vulg. q. d. Ut tanquam fœtidi ejiciamini è Templo per Antiochi milites [d]. Al. *Quod* [nempe *stercus*] *vobis adhærebit*, Ca.

4. *Et* (vel, *Tunc*, Pi. Ga. ubi scilicet fœderis violati pœnas lueritis *,) *scietis* (vel, *Nôstis enim*, JT.) *quia* (vel, *quòd*, Pi. &c.) *misi ad vos* (per Prophetam meum [f], per Mosen [g],) *mandatum istud*] Quod ità jam negligitur [h]: ut scilicet in officio vestro vitam gereretis meo nomine dignam [i]. Vel, ut sacra mea ritè procuraretis, tanquam conditionem pacti necessariò ex parte vestra implendam [k]. ¶ *Ut*, &c. [לִהְיוֹת בְּרִיתִי אֶת לֵוִי] *Ad existendum* (vel, *Ut sit*, JT. Calv. Ch. Sy. Ar. *Ut esset*, P. M. Ti. o'. Pi. *Ut consisteret*, Ga. Ut semper staret [l], firmúmque consisteret [m], possémque vobis benefacere [n]: vel, *Quia est*, G.) *pactum meum* (vel, *Ut mihi fœdus intercederet*, Ca.) *cum Levi*, Mo. P. M. Ti. &c. vel, *cum tribu Levi*, JT. de quo Num. 25. 12 [o]. Ut *Israel* & *Juda* ponuntur pro omnibus Israelitis & Judæis; ità *Levi*, pro omnibus Levitis [p]. [Sensus,] Ex pacto vos convenio, non illo tantùm communi quod cum populo feci, sed proprio ac peculiari, quod cum sacerdotibus ac Levitis, Num. 8. 14. & c. 18 [q]. Ut sciretis (vobis scil. resipiscentibus,) pactum meum olim initum adhuc consistere [r]. Al. Amara hæc est subsannatio; q. d. Quo titulo ità inflati estis? nempe dicitis sic irritum fore pactum cum Levi, quasi Deus se jure suo spoliaverit. At Deus jus suum sibi integrum manere vult, & suo jure nunc vos ad tribunal suum citat, & abdicat vos honore, ut firmum & ratum sit pactum cum Levi sancitum: neque enim fœdus hoc violo dum sacerdotes objurgo, &c †.

y G. ex M. · z Me. · a Tar. · b D. · c Tar. · d D. · * D. Tar. · f D. · g Pi. · h G. · † G. · i G. sim. D. Tar. · k G. ex D. · l D. · m V. · n Pi. · o Calv. · p D. Tar. · q Me. · r Buxt. vind. 2. 8. 643 · † Calv. · s Di. · t Pi. · x D. sim. Calv. · y V. · z Calv. · a He. in D. · b Q. in V. · c Di. · d G. · * Ga. adverf. p. 331. · f G. · g V. D. · h Tar. · i M. V. · k T. · l Me. · m T. · n Me. · o D. · p Tar. · q G. · r Ga. advers. p. 331. · † Calv.

5. *Pactum meum fuit cum eo* (cum Levi, h.e. tribu Levi [t]: præcipuè cum Aharone, capite Sacerdotii vestri [v]: cum Phinea & ei successuris in sacerdotium, Num. 25. 13; nam sermo hîc peculiariter ad sacerdotes dirigitur [x]:) *vitæ* (vel, *vitarum*, Mo. *vitam*, Sy. *vitæ* scilicet, Ti. *in vita*, M. *ad vitam*, Ar. fœdus *vitæ*, Pi. sim. V.) *& pacis*] Ità P. Mo. Ti. JT. Ca. vel, *pacem*, Sy. Ar. *pace*, M. promittens scilicet pacem & vitam [y]. Quo fœdere ei vitam ac felicitatem dedi [z]. Omnia ipsis felicia promisi, si imperata facerent [a]. Perstringit h. l. eorum fallacias, quòd perperàm ad se traherent fœdus Dei, nec cogitarent in pacto fuisse duas partes, & reciprocam obligationem. Vos autem vultis me tenere vobis obstrictum; & interea liberi esse ab omni obligatione [b]. Ego fidem meam non fregi, sed dedi bona promissa, vitam, &c [c]. ¶ *Et dedi*, &c. [וָאֶתְּנֵם לוֹ מוֹרָא וַיִּירָאֵנִי] *Et dedi ei timorem*, (i. e. legem sacerdotalem, ex cujus præscripto me *timeret*, i.e. coleret [d];) *& timuit me*, G. ex Vulg. Calv. (Præstitit officium Phinees, & multi post eum *; servavit legem sibi præfixam [f].) vel, *ut me timeret*, Ar. Al. *Dedique ei* (nempe Phinei, &c †.) *ea, timorem*, Ti. sic Mo. (vel, in *timorem*; ut sit מוֹרָא pro לְמוֹרָא [g]. Malim, & *timorem*, ut sit asyndeton, pro וּמוֹרָא; vel, cum *timore*, ut sit pro בְּמוֹרָא [h]. Vel, ob *timorem*, P. M. sic D. vel, propter *reverentiam*, Pi. Tar. τῷ מִפְּנֵי ex membro sequente ἀπὸ κοινοῦ repetito *.) *& timuit me*, Mo. vel, *timuit enim me*, P. *quo*, vel *quâ*, *me timuit*, vel *reveritus est*, M. JT. Pi. *ut me metueret*, Ti. sic Ar. Sensus loci, Fœdus vitæ ac pacis inii cum eo; & ut ea fœdere promisi, sic & dedi ipsi: nec sola dedi, sed & timorem meum, vel, cum timore meo; unde sequitur, *& timuit me* [l]. ¶ *Et*, &c. [וּמִפְּנֵי שְׁמִי נִחַת הוּא] *Et propter* (vel, *Et à facie*, Calv. P. sic Mo. *Et quòd propter*, M.) *nomen meum* (vel, *nominis mei*, Mo. P. Calv.) *contritus fuit*, Pi. Calv. sic M. P. Mo. i.e. corde fracto & contrito [k]. Idem aliis verbis: nam qui *timet*, is humiliter de se sentit [l]. Non extulit se, ut tyrannicè dominaretur; sed humiliter & modestè se gessit, agnoscens se mihi obstrictum, &c [m]. Quum videret nomen meum contemni, doluit. Vide Exod. 32. 26, &c. & Num. 25. 7, 8 [n]. Magna cum religione accedebant ad Sacra [o]. Al. *Metúque nominis mei paveret*, Ti. [Alii hæc cum præcedentibus sic reddunt;] *Quæ quidem ei dedi, qui me reverentiâ prosequeretur, & meum nomen formidaret*, Ca. *Et dedi ei doctrinam legis perfectam, ut timeret à facie mea: & à facie nominis mei timuit ipse*, Ch. *Et dedisse eas ipsi* (i. e. præstitisse vitam & pacem ex fœdere [p],) propter *reverentiam quâ reveritus est me; & propter nomen meum* (i. e. eò quòd non sanctificâsset nomen Dei ex fœdere †,) *contritam* [nempe illam *tribum*] *fuisse*, JT. i.e. vitâ & pace destitutam *. Non placet. 1. Levitarum pietas prædicatur hoc versu & sequ. impietas tandem v. 8. 2. τὸ מִפְּנֵי non ponit causam privativam, sed positivam; nec phrasis illa, *propter nomen meum*, significat, propter nomen meum profanatum, sed potiùs, sanctificatum. Si autem ità significaret, sic acciperem, Propter nomen meum profanatum, non ab ipsis Levitis, verùm etiam ab aliis, Tribus Levi doluit, zelóque pio exarsit: de quo vide Deut. 33. v. 9. 3. τὸ נִחַת de homine dictum notat consternari animo præ timore, unde cum יָרֵא sæpe jungitur, ut Deut. 1. 21. Et hæc ipsa constructio ità usurpatur Jer. 1. 17. Ezec. 2. 6. & 3. 9 [q].

6. *Lex veritatis* (i. e. Doctrina vera & pura [r]) *fuit in ore ejus*] Docebant populum Legi congruentia †. Muti non erant, sed populum docebant: id quod in sacerdote præcipuum erat, &c [t]. De Phinehas hoc dicitur [v]. ¶ *Iniquitas* (vel, *Falsitas*, D. Doctrina falsa [x],) *non est inventa*, &c.] Non aliud in corde habebat, aliud in ore [y]. Neminem decepit suâ blandiloquentiâ, ut à meo cultu abduceret [z]. Nihil ad suum quæstum comminiscebatur [a]. *Non est inventa*, idem quod, *non fuit*; ut Esth. 1. 5. 1 Pet. 2. 22 [b]. ¶ *In* (vel, *Cum*, Pi.) *pace* Alludit ad *pacem* de qua v. 5. q.d. Ut Deus promisit illi pacem, ità ille tranquillus fuit coram Deo, nec rupit illud fœdus, &c [c]; nec Deum provocavit, &c [d]. Qui sanctè vivit, cum Deo pacem colit. Confer Jes. 27. 5 *.)

& in

† Calv. · t V. · v D. · x G. · y Pi. · z V. · a G. · b Calv. · c Tar. · d G. sim. Calv. · * G. · f Calv. · † V. ex He. · g Q. in Di. · h Di. · * Tar. · l Idem. · k V. D. · l D. · m Calv. · n Pi. · o G. · p Jun. · † Idem. · * Idem. · q Tar. · r V. sic D. Tar. Me. T. &c. · † G. · t Calv. · v He. in M. · x V. · y D. · z Tar. sic Me. · a G. · b D. · c Calv. · d Tar. · * D.

& in æquitate (vel, *rectitudine*, Pi. D. Tar. &c. i. e. rectè & sincerè, cum Deo & cum hominibus[f],) *ambulavit meum*] Id est, Meo more ac modo vixit: vide Job. 22. 21[g]. De phrasi vide Gen. 6. 9. 1 Reg. 3. 14[h]. Sensus, Studuit præcepta mea adimplere, servando pacem & æquitatem cum proximis[i]. Amicitiam meam retinuit, rectâ agendo[k]. Puritate morum veram doctrinam exornavit[l]. ¶ *Multos avertit*, &c.] Piis monitis[m], doctrinâ & exemplo†.

7. *Labia*, &c. כִּי וגו׳] *Quoniam* (vel, *Certè*, Calv. *Quum*, JT.) *labia sacerdotis* (i.e. summi Sacerdotis, qui Phineæ successerat[n]: vel, *sacerdotum*, Pi. Quod de primis sacerdotibus dixit, extendit ad totum genus Leviticum, ostenditque perpetuam esse legem atque inviolabilem in sacerdotio[o].) *custodient* (vel, *custodiebant*, G. sim. Pi. *observarent*, JT. *custodiunt*, V. D. i. e. custodire debent[p]. Verba quæ actionem notant de debito sæpe intelliguntur: ut Ezec. 34. 2. *qui pascunt*, i. e. pascere debebant[q]; & Mal. 1. 6. Aut hoc dicit, quia utplurimum ità fit; aut, quia eorum munus hoc erat: vide Levit. 10. 11. Deut. 33. 10[r].) *scientiam*, M. Calv. &c. Legis, scilicet†: credendorum & fugiendorum[t]. q. d. Sacerdotum est callere Legem, & alios illam docere[v]. ¶ *Et legem* (i.e. sensum Legis[x]: vel, omnem doctrinam, ut תּוֹרָה interdum sumitur[y]:) *requirent*, &c.] Vel, *requirebant*, &c. Pi. G. ab ipso Hebræi, Lev. 10. 10. Ezec. 44. v. 23[z]. Hagg. 2. v. 11[a]. ¶ *Quia angelus* (vel, *legatus*, aut *nuncius*, P. Ti. V. D. Pi. Me. T. &c.) *Domini—est*] Voluntatis Divinæ nuncius & interpres[b]: (Vide Agg. 1. 3. 2 Cor. 5. 20[c].) &, ut legatus, exponere debet quæ accepit à mittente se[d], & ejus oracula ità tradere ut accipit, nihil addens aut detrahens*. Ratiocinatur hîc à definitione sacerdotis, &c[f]. Al. *Angelus* dicitur, quia Angeli sanctitatem imitari debet[g]. Angeli preces hominum ad Deum, Dei mandata ad homines, deferunt. Idem faciebat in Lege summus Sacerdos, qui semel anno expiationem faciebat populi, & qui in controversiis de Legis sensu ortis consulebatur, Deut. 17. 8, 9. Ejus locum implet in Christiana Ecclesia Episcopus, *Angelus* ob id ipsum dictus in Apocalypsi. Diodorus Siculus de Judæis, apud Photium, Ἀρχιερέα τοῦτον προσαγορεύουσι, καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων. (*Summum sacerdotem hunc vocant, eúmque habent pro Angelo mandatorum Dei*[h].)

8. *Vos autem recessistis* (vel, *deflectitis*, G.) *de via*] Vel, Legis; vel, sacerdotum veterum[i]: ab institutis majorum[k]. Vel, *ab illa via*, JT. Pi. sic D. in qua majores vestri ambulârunt[l]. Forsan τὴν ὁδὸν dicit ipsam Legem[m]. Post descriptionem muneris & sacerdotum præcedentium, subjicit antithesin de malorum Levitarum doctrina & vita[n]. ¶ *Et*, &c. הִכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה] *Offendiculo fuistis multis* (vel, *Scandalizâstis multos*, V. sic G. ex Vulg. vel, *Fecistis multos impingere*, M. Calv. D. sic JT. Pi. vel, *ruere*, Calv. h. e. *peccare*[o]: vel, Offendiculo posito *multos impingere fecistis*, Ti.) *in lege*, Mo. P. M. Ti. D. G. i. e. in sacrificiis Legis*; vel, recipiendo homines alienigenas in interiora Templi, profanando Sabbatum, Nehem. 13. 4, 5, 7, 15, & seq[p]. Vel potiùs, *in legem*, D. JT. Pi. i. e. contra Legem[q]. ¶ *Irritum fecistis pactum Levi*] Vel, *Leviticum*, D. JT. Pi. nam הַלֵּוִי est nomen gentile[r]: q. d. quod pepigit Dominus cum Levitis†. Non implendo promissa, me quoque liberâstis ab iis quæ Levitis, ac nominatim Phineæ ejúsque successoribus, promiseram. Vide Zach. 11. 10[t]. Non est ergò quòd jactetis pactum illud, aut sub umbra illius tegatis flagitia vestra[v].

9. *Dedi* (vel, *reddidi*, JT. Pi. vel, *faciam*, G.) *vos contemptibiles* (vel, *viles*, G.) *& humiles* (vel, *abjectos*, JT. Pi. vel, *obnoxios*; q.d. prædæ eritis ac despicatui[x];) *omnibus populis*] i. e. Externis illis qui cum Antiocho[y]. Vel, *toti populo*, JT. Pi. vel, *coram omni populo*, Ti. ¶ *Sicut*, &c. כְּפִי אֲשֶׁר וגו׳] *Eò quòd* (vel, *Secundum quod*, Calv. *Quemadmodum*, P. *Prout*, JT. Pi. Heb. *Secundùm os quòd*, i. e. pro ratione quòd[z],) *non custoditis* (vel, *non custodistis*, P. vel, *vos minimè observatis*, JT. Pi.) *vias meas*, M. &c. ¶ *Et*, &c. וְנֹשְׂאִים פָּנִים בַּתּוֹרָה] *Et accepistis* (vel, *accipitis*, M. *recipitis*, Ti. *suscipitis*, V. Pi. *suscepistis*, D. *extulistis*, Calv. *assumentes*, Mo.) *faciem*, vel *facies*, (vel, *personas*, Calv. Al. *Et habetis personarum rationem*, Ca.) *in lege*, Ch. P. M. Ti. V. Calv. D. G. &c. i.e. in negotio Legis[a]. In judiciis, quæ secundùm Legem exercere debebatis, locum dedistis gratiæ, & ad potentium vota aptâstis sententias. Favistis fœneratoribus[b]. Huic magis quàm illi favistis, ob personæ, non rei, discrimen[c]. Vel, *in lege ipsa*, i. e. in ipsis sacrificiis Legis: quia aliquorum probabant sacrificia, aliorum rejiciebant[d]: divitum victimas, licèt vitiosas, admittebant; pauperum rejiciebant‡. Vel, *in lege*, i. e. in interpretatione Legis in gratiam populi[f]. In hominum gratiam doctrinam corruperunt*, contra Levit. 19. 15. Deut. 10. 17. &c†. Potentes peccatores non ausi estis reprehendere[g]. Al. *Sed attollitis faciem contra legem*, JT. i. e. protervè & pervicaciter Legem Dei infringitis[h], sub. *dicendo*, JT. [quæ sequuntur.] Sed phrasis illa, *suscipere faciem*, nuspiam ità sumitur[i].

10. *Non pater unus*, &c?] Vel, 1. Deus[k], ut sequitur; ut sensus loci sit, Quum Deus nos omnes creaverit, tenemur ei obedire, ac proinde à perfidia abstinere[l]. Vel, 2. Abraham[m]. Sensus est, q.d. Annon Deus selegit vos à reliquo mundo, quum promissa fecit Abrahamo, &c? Ingrati ergò estis & immemores vestræ dignitatis, dum alienigenas ducitis[n]. Al. Transit h. l. ad reprehendendos sacerdotes, Principem, & populum, quòd uxores suas dimitterent tanquam deformes, &c. & alienigenas ducerent, contra Legem, Deuter. 7. 3. Idem vitium taxat Esdras, Malachiæ coævus, Esd. 10. 9, 10. Porrò, duæ sunt dilectionis causæ maximæ, communio generis & Religionis: de priore hîc agit, de posteriore verbis sequentibus. q. d. Cùm omnibus, tam viris quàm fœminis, sit unus pater, Abraham, & unus Creator, Deus, quem utrique colitis, cur, sororibus vestris posthabitis, ducitis alienigenas & idolorum cultores[o]? Vel, 3. Jacob†. Redarguit hîc sacerdotes, quòd super uxores Israelitidas ducebant uxores alienigenas, & illas plùs diligebant quàm priores legitimas[p]. Sensus, Nonne omnes à Jacobo orti sumus, ac proinde in libertate pares sumus*? Al. Fratres sumus: Igitur non debemus alii alios fallere, aut fidem conjugii cum sororibus nostris initi violare†. Vel, 4. Adam. Objectio est illorum qui matrimonia illegitima (sive cum Gentibus contracta[q]) sic defendebant, quòd Judæi cum Gentibus eundem haberent Patrem & Deum, ideóque non posse perfidiæ accusari[r]. Sed non placet hæc interpretatio. Verba hæc illis non rectè ascribi patet, quia illa individuo nexu cohærent cum verbis illis, *Quare perfidi sumus*, &c? tanquam antecedens enthymematis cum consequente. Attamen illa verba non sunt verba Judæorum illorum qui contraxerant illegitima conjugia: sed sunt verba Prophetæ illos nomine isto reprehendentis, ut patet tum ex ipsis, tum ex proximè sequentibus in principio v. 11†. ¶ *Non Deus unus creavit nos?*] Et nos & uxores nostras? Cur ergò eas spernimus[t]? Al. *creavit*, i. e. formavit in populum, educendo patres nostros ex Ægypto. Sic vox בָּרָא sumitur Psalm. 102. 19. Esa. 43. 1. & 45. 8[v]. *Creavit*, nempe ut essent sacer populus, & peculium Dei. Confer Jes. 60. 21. Eph. 2. 10[x]. ¶ *Quare*, &c? מַדּוּעַ נִבְגַּד וגו׳] *Cur ergò spernit* (vel, *fraudamus*, Calv.) *quisque fratrem suum?* P. Calv. simil. V. G. ex Vulg. Cur opprimitis pauperes fœnore? Tangitur historia quæ est Nehem. 5. 3, 4, &c[y]. Vel, *perfidi sumus* (i.e. perfidi estis, vos qui ultra uxorem legitimè ductam superinducitis aliam aliásve, ex v. 14. Communicatio rhetorica[z]. Vel, *perfidè agimus*, sive *fidem fallimus*, D. vel, *prævaricabimur*, V. vel, *prævaricamur*. Est futurum in Kal; non, ut alii putant, præteritum Niphal: 1. quia verbum hoc in Niphal non reperitur; 2. quia verba conspirandi, teste Camio, [qui & Kimhi,] carent Paül & Niphal. In his est בָּגַד, quod significat, *fidem frangere*, &, *vinculum quo alicui devincti sumus dissolvere*[a].) *alter in alterum?* JT. Pi. vel, *quisque in fratrem suum?* V. D. Potuisset dicere, *in sororem suam*, sed elegit, *in fratrem suum*, quia hi perfidi erant non modò in uxores suas, sed & in earum parentes, ad quos etiam stipulatio pertinebat[b]. *Utquid ergò prævaricatur unusquisque in proximum suum*, cujus sororem aut filiam habet uxorem, & tali injuriâ eum afficit, ut superinducat alienigenam mulierem[c]? Vel sic, *Quare ergò circumvenimur unusquisque à fratre suo?*

suo? M. Damnat Judæos, quòd & perfidi essent in Deum, & fraudulenti in proximos [d]. ¶ *Violans*, &c. "לְחַלֵּל וגו] *Violando* (vel, *ut profanetis*, M. *polluendo*, Ti. *profanando*, JT. Pi. *ad polluendum*, Calv.) *pactum patrum nostrorum*, P. quod Deus pepigit cum majoribus nostris *: quod Deus deposuerat apud Patriarchas, ut de manu in manum perveniret ad eorum posteros; quo fœdere segregati estis ab omnibus gentibus. Hoc, inquit, fœdus violâstis scelere vestro [f]. [Per *pactum*, &c. intelligunt,] vel, 1. legem eam quæ usuras à popularibus vetat accipi, Exod. 22. 25. Lev. 25. 36, 37. Deut. 23. 19, 20 [g]. Vel, 2. legem Deuter. 7. 3. de non ducendis alienigenis [h]. Vel, 3. vinculum illud conjugale quod sanctè servârunt patres nostri. De adhæsione ac cohabitatione mutua viri & uxoris loquitur, quam Dominus instituit, Genes. 2. 24 [i]. Sacrum fœdus conjugii, *pactum patrum*, &c. Abrahami, Isaaci, Jacobi, qui acceperunt uxores ex gente sua, neque alias duxerunt nisi de consensu legitimæ ac primariæ [k].

11. *Transgressus est* (vel, *Perfidè agit*, JT. Pi. sic D. cum Deo, Domino & conjuge eorum [l]: vel, *Perfidè defecit*, Ti.) *Juda*] i. e. Tribus Judæ [m], domum reversa [n]. ¶ *Et abominatio* (i. e. crimen abominandum [o], perfidia abominabilis [p],) *facta est* (vel, *fit*, JT. Pi.) *in Israel*] Id est, vel, 1. in Benjamine & iis qui ex aliis tribubus ad Judam accesserant [q]. Vel, 2. in Juda: nam post reditum non erat alius Israel quàm Juda & Judæi [r]. ¶ *Et in Jerusalem*] Etiam in urbe primaria †, quæ *urbs sancta* nuncupatur, & *civitas Dei* [t]; quæ debebat esse sanctior [v]: in conspectu Templi [x], quod ibi erat [y]. Ità crimen exaggerat [z]. ¶ *Contaminavit* (vel, *Profanat*, JT. Pi.) *Judas sanctificationem*, &c. קֹדֶשׁ יְהוָה אֲשֶׁר אָהֵב] *Sanctum* (vel, *fanum*, Ca. *sanctuarium*, Calv. vel potiùs, *sanctitatem*, Calv. JT. Pi. M. D. Di. Tar.) *Jehovæ* (Intelligunt vel, 1. Templum [a]: vel, 2. Legis observationem [b]: vel, 3. fœdus ipsum Dei [c]: vel, 4. matrimonium [d], quod Deus instituit *, & sanctificavit [f]: vel, 5. sanctitatem, sive separationem, quâ à reliquo mundo distincti erant & separati, prælatíque omnibus gentibus [g], in peculium Dei. q. d. Polluerunt gentem illam segregatam ab aliis, &c *. Aliquando ipse Israel vocatur *sanctitas Domino* †. Ità eos ingratitudinis arguit, quòd se profanis gentibus miscerent [h]. Vel, 6. *sanctificationem Domini*, cujus pars non exigua in hoc posita erat, nè Judæi cum idolorum cultoribus matrimonia copularent. Nam quod Lex constituerat adversùs fœminas ex septem populis à Deo devotis, Deuter. 7. 3. id justa interpretatio ad alias fœminas idolis adhærentes protulerat [i].) *quod* (vel, *quam*, M. &c.) *diligit*, P. Ti. vel, *dilexit*, D. Calv. Mo. &c. sc. Dominus [k], quondam, ut Patriarcharum aliísque temporibus [l]: quam [nempe gentem *sanctam*] Deus gratìs dilexit nihil meritam, &c. id quod vel ferreos animos mollire debebat [m]. Vel, *quam amat* Deus maximè, & propterea eam [*sanctitatem*] vult manere impollutam: ut ità ad exaggerationem adjiciatur hic προσδιορισμός [n]. Vel, *quam* [*sanctitatem*] *amaturus erat*, JT. vel, *amare debebat*, Pi. ídque ità ut illius studio omnibus aliis amoribus renunciaret [o]: q. d. non autem amare debebat mulieres exteras. Tacita hìc antithesis [p]. Al. *qui dilexit* eum, nempe Jehudam [q]; ut אֲשֶׁר referatur ad יְהוָה, & subintelligatur אותו. Sed malim, *quam dilexerit* Jehudah; ut sensus sit, Verè perfidè egit Juda. Quum enim antehac Deum dilexerit, sic ut etiam fœdus conjugale cum eo inierit, jam profanavit sanctitatem illius Dei quem dilexerat [r]. [Ch. locum sic reddit, *Quia violaverunt viri domûs Juda animam suam, quæ erat coram Deo sanctificata & dilecta.*] ¶ Et, &c. "וּבָעַל בַּת וגו] *Ducens* (vel, *Quòd duxerint*, Calv. *Et maritavit*, D. *Et rem habuit*, Q. in V. *Nam maritum agit*, vel, *Nam ducit*, scil. in uxorem. בָּעַל sign. *dominari in rem* possessam †. *Et habuit*, G. ex Vulg. nempe in matrimonio. Tangitur historia quæ est Esd. 9. & 10. & Neh. 13. 23, &c [t]. *Et* (vel, *Quum*, P.) *in uxorem accepit*, M. P. sim. Ti.) *filiam* (i.e. cultricem [v]. Nam sicut dii à suis *patres* dicuntur, Jer. 2. 27. ità qui eos colunt, *filii* [x]. Ut pii dicuntur *filii veri Dei*; ità idololatræ, *filii* deorum suorum [y]. Vel, *cum filia*, Pi. Q. in V.) *dei alieni*, JT. &c. Ità exteras odiosè vocat, tanquam ab idolis genitas, ac propterea velut portenta abominandas [z].

[d] Calv. * Pi. [f] Calv. [g] G. [h] Me. [i] V. [k] D. [l] Tar. [m] G. sim. Tar. Pi. [n] G. sim. Tar. [o] D. [p] Calv. [q] G. sim. Me. [r] Me. † G. [t] D. [v] Tar. [x] G. [y] Calv. sic D. Me. [z] Calv. [a] Q. in Calv. [b] Al. in Calv. [c] Calv. [d] V. sic D. Pi. * Pi. sic D. [f] V. sic D. [g] Calv. sim. Me. * Calv. † D. [h] Calv. [i] G. [k] Me. Plerique in Ti. [l] D. [m] Calv. [n] Tar. [o] Jun. [p] Pi. [q] Genev. in Di. [r] Di. † Pi. [t] G. [v] G. sim. V. D. [x] G. [y] Tar. [z] Calv.

12. *Disperdet*, &c. "יַכְרֵת יְהוָה לָאִישׁ וגו] *Excidet* (vel, *Exstirpabit*, M. simil. V.) *Jehova virum qui fecerit hoc*, Calv. sim. P. Ca. &c. vel, *viro*, &c. D. Plerique hìc ל in לָאִישׁ volunt esse accusativi casûs: quod quamvìs nonnunquam in Scriptura occurrere fateamur, rarum tamen esse fateri necesse est. Plerumque dativum valet, quod & hìc nobis maximè arridet [b]. ¶ *Magistrum*, &c. "עֵר וְעֹנֶה וגו] *Vigilantem* (i.e. vel, 1. quemcunque viventem, qui non dormiat somnum mortis [c]: vel, 2. magistrum sive doctorem [d], qui perpetuò vigilare debet *; sacerdotes qui tam malo exemplo præibunt aliis, Neh. 13. 28. Heb. *vigilantem*. Nam magistrorum est, vigilare pro discipulis †. Vel, *excitantem*, i.e. quisquis imperio pollet, & alium vocare potest [f]. *Excitantem*, sub. *verba*, vel *discipulos*, i.e. arguentem [g]. Vel, *suscitantem*, i. e. qui alterum è somno suscitet [h].) *& respondentem* (i. e. vel, 1. eum qui respondere valeat vocanti vel pulsanti [i]: vel, 2. discipulum, qui respondere debet præceptori interroganti [k], Luc. 2. 47; plebem †: vel, 3. qui clamanti respondeat, aut obsequatur monitori [l]; famulum, cujus est respondere, & jussa capessere [m].) *in tabernaculis Jacob*, P. sic Mo. Ca. JT. Calv. D. V. &c. (i. e. ex urbibus vel domibus Jacob [n]: i. e. extorrem faciet, Esd. 10. 8 [o].) *&* (vel, *etiam*, D.) *offerentem munus*, &c. P. &c. i.e. qui aliquando offerre possit; h. e. filios quosque sacerdotum [p]. q. d. Nè ipsi quidem sacerdotes excipientur [q]. Quamvìs munera magna offerat, nihil hoc ei proderit [r], sive pro se offerat, sive pro iis qui nuptias illicitas contraxerunt †. *Vigilantem & respondentem——& fertum——obmoventem*, &c. Sacerdotis descriptio [t]. Perfidis illis hanc pœnam h. l. denunciat, quòd ipsis erepturus sit, primò, qui precibus & admonitionibus pro ipsis vigilet; secundò, qui de Lege consulentibus respondeat; tertiò, qui allata sacrificia Deo offerat. Atque ità sacerdotibus simul, de quibus primis versibus actum fuit, minatur, eos loco suo & dignitate summovendos; & toti populo Jehudæ, de quo v. præced. eos sacerdotibus suis privandos [v]. Sensus, Non tantùm ipsum perfidum, verùm etiam defensorem omnem adjutorémque & patronum perfidiæ; etiam quum muneribus oblatis Deum sibi placare videbitur †. [Alii versum aliter reddunt:] *Virum qui hujusmodi rem designat, qui author est, qui obsequitur, & qui adfert molam Domino exercituum, è tabernaculis Jacob exscindi jubet Dominus*, Ti. *Exscindet Jehova* (sub. *filios*, scilicet quos genuerit ex uxore alieni dei. Ellipsis nominis relati.) *ei qui fecerit istud*, (Pronomen Hebraicum est generis fœmin. sed usurpatur neutraliter seu absoluté.) tum *vigilanti*, (i.e. studiosè observanti mulieres exteras, ut aliquam ex illis in uxorem ducat: metaphora, & synecdoche generis:) *tum defendenti*, (scilicet conjugium istud. Hebr. *respondenti*: synecdoche generis.) *è tentoriis Jacobi*; *etiam offerenti munus*, &c. ad Deum reconciliandum, quem intelligit sibi iratum esse propter conjugium cum uxore extera [x].

13. *Et hoc*, &c. "וְזֹאת שֵׁנִית תַּעֲשׂוּ כַּסּוֹת וגו] *Et hoc secundò* (vel, *secundum*, JT. Pi. vel, *secundâ*, sub. *vice*, V. vel, *secundam*, sub. *abominationem*, Q. in V. Primum peccatum erat avaritia [y]; vel, quòd offerebant victimas illegitimas [z].) *facitis*, P. M. &c. (i.e. Hac in re secundò peccatis [a]. Accessit scelus vestrum erga uxores [b]. Vel, *facietis*, Mo. V. Fut. pro præs [c]. Al. *Et rursum facitis*, D. *Ampliùs etiam facitis*, G. *Adde quòd efficitis*, Ca. *Deinde & hoc adjicitis*, Ti.) *operitis* (vel, *operire*, Mo. *operiendo*, JT. *ut operiant*, M. simil. Ti. Ca. D. *quòd operitis*, Pi. *nam oppletis*, G. i. e. in causa estis ut uxores vestræ obruant sive tegant [d],) *altare Jehovæ lacrymis*, P. &c. uxorum legitimarum *, quas vel dimittitis [f], vel indignè quasi ancillas habetis [g]: quas in gratiam illarum extranearum tractatis quasi mancipia, duris operibus eas prementes, fraudantes justo victu, vestitu, concubitu †; vel, aliis eis superinductis [h]; unde illæ anguntur, vide Levit. 18. 18 [i]. Quæ tam malè tractatæ cum ploratu & planctu advolvuntur Altari [k], (de quo more vide 1 Sam. 1. 10 [l].) à Deo petentes vindictam & auxilium [m]. Sacerdotibus ascribit, quòd nemo tunc Deum coleret hilari & prompto affectu: &, quum in Templo resonare deberent Dei laudes, Psal. 65. 2. omnes jam queruli erant atque tristes, &c [n]. ¶ *Ità ut non*, &c.

מֵאֵין

[b] Di. [c] V. sim. K. in D. [d] D. Q. in V. * D. † G. [f] Calv. [g] Q. in V. [h] M. [i] V. [k] Q. in V. sic D. G. † G. [l] M. [m] Calv. [n] D. [o] G. [p] V. [q] Calv. [r] G. † D. [t] V. [v] Di. † Jun. [x] Pi. [y] M. [z] V. sim. Calv. [a] V. [b] Calv. [c] V. [d] V. sim. D. Jun. Pi. * Pi. sim. V. D. G. [f] Me. sim. T. [g] T. † G. [h] Pi. [i] Pi. ex Jun. [k] G. sim. T. [l] G. [m] Me. [n] Calv.

מֵאֵין עוֹד פְּנוֹת וגו׳] *A non ultrà respiciendo ad munus*, Mo. *Ut* (vel, *Ità ut*, Ca. Ch. *Adeò ut*, Sy. JT. Pi. *Eò quòd*, D.) *non ultrà* (vel, *non ampliùs*, D. sic JT. Pi.) *respiciam*, &c. P. Pi. Ch. D. vel, *respiciat*, &c. Ti. Sy. JT. Ca. sub. *Deus*, JT. &c. Sensus est, omnes flere quòd vident sacrificia sua non placere Deo, nec Deum votis eorum respondere, sed omnes experiuntur Deum severum ac rigidum°. *Ut jam ultrà non respiciam* μαναά, liba ista è simila, Levit. cap. 2 ᵖ. *Et ideo non est ultrà qui respiciat*, &c. M. ¶ *Nec*, &c. וְלָקַחַת רָצוֹן וגו׳] *Et ad capiendum* (vel, *Et ad accipiendum*, V. *Et accipiat*, M. *Neque accipiam*, P. Pi. Adverbium negandi ἀπὸ κοινοῦ repetendum ᵠ: & subaud. *istud*, Pi. *Neque acceptam habeam*, G.) *beneplacitum* (i. e. munus acceptabile sive gratum ʳ: vel, oblationem *placentem*, P. *voluntatem*, i.e. voluntarium sacrificium, de quo Lev. 7. 16 †: vel, cum *benevolentia*, Pi.) *de manu vestra*, Mo. Quasi dicat Deus, Istæ lacrymæ, isti gemitus ità me turbant, ut læto animo vestra dona victimásque accipere nequeam ᵗ. [Alii aliter :] *Et benevolentia* ejus *recipiat* oblationem *è manu vestra*, JT. τὸ לֹא à אֵין hoc potissimùm differt, quòd אֵין negationem significet quæ verbum substantivum includat, unde & solùm affixis jungitur. Dicimus enim אֵינִי *non sum*, אֵינְךָ *non es*, אֵינֶנּוּ *non est*. Ac propterea אֵין præteritis ac futuris non jungitur, sed nominibus, participiis, atque infinitivis vim nominis habentibus. Sic Esa. 5. 9. מֵאֵין יוֹשֵׁב, *nè sit habitator*. Ità & hoc loco, si, cum aliis, peccatum sacerdotum aggravari statuamus, vertemus, *Nè sit ampliùs respectio ad munus, neque acceptio beneplaciti*, &c. ut פְּנוֹת & לָקַחַת sint pro nominibus. Sed malim pœnam hîc aggravari, quam versu præced. inceperat. Primò, inquit, auferetur vobis omnis sacerdos, qui pro vobis vigilet, respondeat, & offerat. Deinde, tegetis Altare meum lacrymis, &c. quare ? quia non erit ampliùs respectio ad munus, &c. מֵאֵין autem non tantùm significare, *ut nè sit*, sed etiam, *quia non est*, probo hisce locis, Jer. 10. 6. & 19. 11. Nec mirum : passim enim מִן causam denotat ; ut Psalm. 31. 12. מִכָּל־צֹרְרַי, *propter omnes hostes meos* *.

14. *Quam*, &c ? עַל־מָה] *Propter quid?* Mo. *Quare?* P. *Quam ob causam* non potes grata habere dona nostra ᵛ? Cur ità acerbè redarguimur? Scilicet hic superis labor est, ut curent quot nos habeamus uxores ˣ. ¶ *Quia Dominus testificatus est inter te & uxorem pubertatis tuæ*] Vel, *adolescentiæ tuæ*, V. D. i.e. quam duxisti adolescens ʸ. Auget flagitium, ubi quispiam alienatur ab uxore quam duxit puellam, & cum qua ab adolescentia vixit ᶻ. Videt [Deus] quæ agatis εἰς κουριδίην ἄλοχον, (*adversus uxorem quam virginem & puellam duxistis*.) Amâstis puellas : flore verò ætatis decerpto, eas proculcatis ᵃ. *Testificatus est*, nempe quòd eam non diligas ᵇ: quòd cum illa perfidè agas ; tum etiam, *ipsam esse sociam tuam*, &c ᶜ. Al. Deus invocatus est tanquam testis promissionis conjugalis ᵈ. Deo enim teste*, & stipulatore ᶠ, matrimonium contrahitur ᵍ. Deus conjungit suâ authoritate virum uxori, & sancit illam societatem. Hinc conjugium dicitur *fœdus Dei*, Prov. 2. 17. q. d. quod Deus ipse consecravit ʰ. Deus ab initio mundi palàm contestatus est & sanxit, matrimonii vinculum perpetuum esse debere ⁱ. Vide Gen. 2. 24. Matt. 19. 6. 1 Cor. 7. 10 ᵏ. ¶ *Et*, &c. וְהִיא וגו׳] *Et ipsa est* (vel, *Quum ipsa sit*, P. sic M. Ti. JT. &c.) *socia tua*, (i.e. quasi dimidia tui pars ˡ: socia vitæ ᵐ, honorum ac laborum ⁿ: & consors thori °, & particeps sacrorum ᵖ:) *& uxor fœderis tui*, D. Genitivus adjuncti ᵠ. Vel, *fœderata tibi*, JT. Pi. sic V. Calv. &c. per connubium ʳ: cum qua fœdus iinisti † ; & quidem fœdus indissolubile ᵗ. Al. In eodem Dei fœdere est in quo tu ᵛ. Quæ tibi conjuncta est interposito nomine Dei ˣ. Nam altera quam duxisti non est uxor, sed concubina : non iniisti cum ea legitimum fœdus ʸ.

15. *Nonne*, &c? וְלֹא אֶחָד עָשָׂה וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ] *Difficilis hic est versus, & variè capitur* ᶻ. *Et nè unus fecit, & residuum spiritûs ei*, Mo. *An unus ille Abrahamus ità egit, cujus de spiritu residuum nos sumus ?* ל hîc nota est genitivi. Nos de spiritu illius spiritum trahimus, secundùm sententiam scilicet eorum qui cum semine animam derivari putant : quæ & veterum Christianorum non paucis placuit. *Unus* dicitur Abraham etiam Esa. 51. 2. principium scilicet generis ᵃ. *Annon & unus hoc fecit, in quo excellens fuit spiritus ?* Ti. Si Abraham unus pater noster, qui Prophetes fuit, id fecit ᵇ, nempe plures uxores duxit ᶜ, cur nobis non liceat id facere ᵈ? *Nonne unus fuit Abraham solus, ex quo propagatum est seculum ?* Ch. *Non autem unicus ità fecit, & tamen excellentia spiritûs fuit ei*, P. *Qui unus erat non fecit, in quo exuberans erat spiritus*, M. Objiciebant Judæi exemplum Abrahami. Discrimen ergò hîc ostendit. Abraham unus erat, i. e. solitarius, orbus liberis ᶠ; nec superinduxit Hagar causâ libidinis, cùm abundaret Spiritu Dei, sed uxoris hortatu ᵍ, & ex desiderio sobolis : vos autem ex libidine, &c ʰ. [Alii hæc verba cum sequentibus jungunt, & sic vertunt ;] *Annon vir unus, cujus sunt reliqui spiritus, unus*, inquam, *postulavit semen à Deo ?* Sy. *Quòd si unus fecit, qui spiritu abundabat, quid unus ille Divinam progeniem quærens ?* Abrahamus, qui unus erat parens vester, ut suprà dictum est, duxit quidem Hagarem : sed id fecit instinctu Dei, nec ideo fuit in priorem uxorem perfidus ⁱ. Abrahamum hîc *unum* dici probant ex collat. Jes. 51. 2. Ezec. 33. 24. Verùm in illis locis expressa fit Abrahami mentio ; hîc non item, sed neque in toto hoc capite, aut Libro ᵏ. [Alii etiam אֶחָד in nominativo reddunt ut præcedentes, *unus*, sed de Deo accipiunt:] *Nonne unus fecit ?* (Sensus est, Deus, qui unus est, Adamum etiam unum, & Evam unam, fecit, &c ˡ.) *& residuum spiritûs ejus est ?* Me. & T. ex Vulg. Aliud argumentum : q. d. Corpus mulieris ex costa Adami formatum est, & anima ejus est quasi *residuum spiritûs*, id est, flatûs, sive halitûs, sive spiraculi vitæ, quod in Adamum inspiravit ᵐ. Deus quasi uno eodémque spiraculo utrumque animavit, ut indicaret, unius planè animi & affectûs illos esse debere ⁿ. אֶחָד hîc est Deus, qui *unus* esse dicitur Deut. 6. 4. unde & Assyriis dictus (ut notat Macrob. Saturn. 1. 23.) *Adad*, i.e. חַדחַד, ex Syr. חד *unus*, geminato radicali. Vide & Jes. 66. 17. Dictum est Magistrorum, *Deus unus est, & nomen ejus unum est*. Confer v. 10. hujus capitis, ubi dixit, *Annon pater unus* ——*? annon Deus unus nos creavit ?* Ille unus iste est de quo jam dicit, *Et non unus*, &c ? Sensus autem est, *Unus* Deus est, éstque is cui verè excellentia Spiritûs competit ; imò talis abundantia, ut semper ipsi adhuc שְׁאָר, *reliquum*, fit. Is id fecit quod in fine vers. 14. dixerat, quòd uxor sit socia viro ipsíque confœderata. Aliter. לֹא־אֶחָד, sicut per Maccaph conjunguntur, possunt & sensu conjungi, ut fit, *non unus*, h. e. nullus. Eo sensu sic verto, *Et nullus id facit cui reliquiæ spiritûs sunt*. Sensus est, Tu perfidè agis in uxorem, quæ tibi socia est, &c. Hoc nemo facit qui vel tantillum Spiritûs Dei reliquum habet. Magis placet hæc interpretatio, quia שְׁאָר nusquam venit pro *excellentia*, sed tantùm pro *reliquiis* °. [Alii אֶחָד in accusativo vertunt, *unum*, locúmque sic reddunt ;] *Nam nonne unum fecit ?* P. sic JT. Calv. D. Tar. Cap. crit. Buxt. ex RS. &c. subaud. *Deus*, cujus nomen hîc subticetur, ut sæpe fit. Nam excellentia Dei hoc in se habet, ut facilè intelligi possit, quamvis non exprimatur ᵖ. לֹא, *non*, pro הֲלֹא, *nonne* ; ut 2 Sam. c. 13. v. 26. 2 Reg. 5. 26. Job. 2. 10. & alibi. Sic in Virgilio, *Non* [pro, *Nonne*] *ego te vidi*, &c ? Sic in N. T. οὐκ, pro οὐχί, & μὴ, pro μήτι, ut Matt. 6. 26. & 7. 22. & 17. 24. &c ᵠ. *Unum*, id est, unum par conjugavit ʳ. Vel, *unum*, i. e. unum tantùm †. *Unum*, scilicet hominem, nempe Adamum cum Eva, tanquam altera ipsius parte ᵗ. q. d. Fecit ut duo tantùm una essent caro ᵛ. Vel, *unum* accipias, non de Adamo, sed de Eva, ut sensus sit, Annon unam duntaxat conjugem Adamo fecit ˣ? non plures uxores uni viro, &c. Revocat hîc Judæos ad puram conjugii naturam & primam institutionem ʸ. q. d. Quamvis Deus hactenus mores vestros toleraverit, juxta Act. 13. 18. tamen, quò propiùs jam ad Christum accedimus, docet nos ad Dei mandata magis facta nostra componere ᶻ. [Verba autem sequentia sic reddunt ;] *Quamvis reliqui spiritûs ipsius essent*, JT. id est, quamvis esset reliquorum spirituum pater ᵃ. Vel, *attamen fuit* (vel, *quamvis esset*, Pi. *cùm esset*, D.) *residuum* (*exsuperantia*, Calv.) *spiritûs ei*, Pi. Calv.

° Calv. ᵖ G. ᵠ Pi. sim. V. D. ʳ V. † G. ᵗ Idem. * Di. ᵛ G. sim. D. Pi. ˣ Tar. ʸ V. D. ᶻ Calv. ᵃ G. ᵇ V. ᶜ D. ᵈ Pi. * D. ᶠ Calv. ᵍ D. sim. Calv. ʰ Calv. ⁱ T. sim. L. Tar. ᵏ Tar. ˡ Calv. ᵐ D. sic Tar. ⁿ Tar. ° D. ᵖ G. ᵠ Pi. ʳ D. † V. Me. ᵗ T. ᵛ G. ˣ Calv. ʸ Me. ᶻ Di.

ᵃ G. ᵇ He. in D. ᶜ Q. in Calv. ᵈ He. in D. ᶠ Q. in Calv. ᵍ M. ex He. ʰ Q. in Calv. ⁱ Ca. ᵏ Tar. ˡ Me. ᵐ Me. sim. T. ⁿ T. ex Chrys. ° Di. ᵖ Calv. ᵠ Tar. ʳ Tar. sim. Buxt. ex RS. † Buxt. vind. 2. 8. 558. ᵗ Pi. sim. Calv. ᵛ Jun. ˣ Cap. crit. 4. 18. 5. 317. ʸ Calv. ᶻ Tar. ᵃ Jun.

Calv. D. Quamvis plures animas creare posset, quas inderet pluribus mulieribus Adamo jungendis [b]. Cùm potuisset plures fœminas uni viro dare, si voluisset [c]: neque enim defecit eum in una muliere spiritus; vitam, quam Evæ inspiravit, aliis inspirare potuit [d]. Id autem quum non fecerit, argumento hoc certè est, quòd nolit uni viro plures uxores jungi [*]. Al. Possint hæc verba aliter reddi, *Nam non unum fecit, estque ei abundantia spiritûs*: qu.d. Non enim unum fecit hominem, i. e. non solùm marem condidit, sed & fœminam, idque sapientissimè; quum sit ei abundantia spiritûs. Sed præcedentem interpretationem præfero [f]. LXX vertunt, Καὶ οὐ καλὸν ἐποίησε, &c? (*Et nonne bonum fecit*, &c?) sed legendum proculdubio, Καὶ οὐκ ἄλλον, &c. (*Et non alium*, &c.) ut patet ex seq. ubi וּמָה הָאֶחָד, *Et cur unum?* ο'. reddunt, τί ἄλλο; (*Quid aliud?*) Utrobique ergò, pro אֶחָד legerunt אַחֵר. [Cui conjecturæ favet Arabs, qui hîc habet, *Nec alius fecerit*, &c.] Convenientissima est hæc lectio, atque sensus optimus; qu. d. Deus, quum creavit Evam, eámque Adamo sociavit, non aliam ei creavit, etiamsi id posset, sed unam duntaxat; idque ut hominem doceret, unam tantùm (non plures simul) ei ducendam esse uxorem, eámque non esse repudiandam: sic enim fit per repudium ut homo duas habeat simul uxores [g]. Verùm nullus codex Græcus legit οὐκ ἄλλον. Et frustrà hæc omnia dicuntur, cùm agnoscat Criticus aliter exponi posse, &c [b]. [ut suprà notatum.] ¶ *Et quid*, &c? וּמָה הָאֶחָד מְבַקֵּשׁ זֶרַע אֱלֹהִים] *Et* (vel, *Verò*, Ti.) *quid* (subaud. *fecit*, P.M. Ti. G.) *unus?* Mo. (vel, *unus*, sive *unicus*, *ille?* P.M.Ti. V.G. i. e. vel, 1. Abrahamus [i]; qui scilicet carebat liberis [k]: vel, 2. Deus. qu.d. Quid unus Deus ex unius cum una fideli conjugio quærit aut intendit [l]? Alii, *Quid*, vel *Cur*, vel *Quorsum*, autem *unum?* JT. Calv. D. vel, *unum illum* fecit? Pi. nempe unum illum hominem, constantem ex viro & muliere [m]. Quid sibi vult quòd unum hominem fecerit, masculúmque atque fœminam ità conjunxerit, ut una caro essent [n]? Quid autem in eo spectat Deus [o]?) *quærens* (vel, *quærebat*, M. Ti. V. sic P. D. erat *quærens*, G. *quæsiturum*, JT. quia *quærebat*, Pi.) *semen Dei*, Mo. Calv. &c. i.e. Vel, 1. filios fideles & sanctos [p], ex fidelibus parentibus natos, & bene juxta Legem educatos; non autem ex alienigenis, ut vos facitis [q]. Divinum semen, cujus ipse author ac pater dici queat [r]. *Semen Dei*, ut modò, *filiæ deorum*. Hoc unicè scil. agebat, ut liberos haberet qui Deum colerent: vos autem eas præfertis matres quæ filios ad idola deducant. Quantum abestis ab Abrahamo [†]? Liberos juxta sanctam Dei institutionem procreatos [t], unde semen Dei, Christus, descenderet [v]. Vel, 2. legitimam sobolem [x]: justos liberos [y], in justo sive legitimo conjugio natos [z]. Ostendit spurios fore qui ex polygamia nascentur, quia non gignuntur secundùm Dei institutionem [a]. Al. Possunt verba sic reddi, *Et quid quisquam id faceret quærens semen Dei?* qu. d. Et, quæso, quomodo quisquam id faceret [perfidè scilicet in uxorem] qui quærit semen Dei [b]? ¶ *Custodite ergò*, &c. וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחֲכֶם] *Et* (vel, *Ideo*, JT. Pi. sim. P. M. &c.) *custodite* (vel, *cavete*, P. Ch. Sy. Ar. Pi. sim. Mo. *cauturi estis*, JT.) *in spiritu vestro*, ο'. P. sic M. Calv. i. e. Nè spiritu quidem fornicemini [c]. Attenti sitis ad cavendum nè perfidè agatis, &c [d]. Vel, *spiritui* (hoc est, animo [*],) *vestro*, JT. Pi. D. vel, *vobis ipsis*, Ch. Sy. Ar. vel, *vobis spiritu vestro*. Nam Niphal hîc est reciprocum. Itaque ב notat ablativum instrumenti [f]. Vel, *spiritum vestrum*, Mc. & T. & G. ex Vulg. i.e. Vel, 1. amorem & affectum quem maritus debet uxori, quasi alteri parti corporis & spiritûs sui [g]. Vel, 2. Retinete uxores vestras, quas dixi esse residuum spiritûs vestri [h]. Vel, 3. iram cohibete. Nam *spiritus* est θυμὸς, (*excandescentia*,) Job. 15. 13. Pro. 18. 14. & 29. 11. Zac. 6. 8. & ὀργή, (*ira*.) Pro. 16. 32. Esa. 59. 19 [i]. ¶ *Et*, &c. וּבְאֵשֶׁת וגו׳] *Et in uxorem——perfidè nè agito*, JT. Pi. sub. *quicquam*, JT. Nè datam fidem primæ uxori violetis aliâ superinductâ [k].

16. *Cùm*, &c. כִּי שָׂנֵא שַׁלַּח וגו׳] *Cùm oderit*, Mo. D. (vel, *Qui odit*, Ca. sim. Ti. *Si oderis*, G. sim. M. Calv. ο'. Ch. Ar. *Si quispiam oderit*, P. sub. *uxorem suam*, V.)

[Left margin: b Pi. — c P. sim. Pi. Tar. Calv. — d Calv. — * Pi. — f Di. — g Cap. crit. ib. — b Burt. ib. — i Q. in Tar. &c. — k V. — l T. sim. Mc. — m Pi. — n D. — o Di. — p T. sim. Mc. — q Mc. sim. T. — r Di. — † G. — t V. sim. Pi. — v V. — x D. Calv. Buxt. &c. — y Jun. Tar. — z Tar. Pi. Jun. — a Calv. — b Di. — c V. — d Calv. — * sim. Q. in V. — f Pi. — g Idem. — g T. — h Mc. — i G. — k D.]

dimitte, &c. vel *dimittat*, &c. Mo. M. P. Calv. Ch. Ar. D. vel, *dimittere* potest, Ti. vel, *repudiet*, Ca. שַׁלַּח hîc, pro שַׁלֵּחַ, h. e. infinit. pro fut [l]. Vel, *amittat*, sive *ejiciat*, sub. *illam*, dato libello repudii [m]. [Sensus est,] Dimittas potiùs quàm ità vexes [o]. Hoc Lex permittit, Deut. 24. 1: sævitiam prohibet. Non poterant autem mulieres Hebrææ à maritis discedere nisi maritorum permissu [o]. Repudium h. l. non concedit, sed hoc dicit comparatè, ut crimen augeat, polygamiam scil. esse deterius crimen quàm repudium: tum quia, dum retinet homo uxorem, scortatur cum alia, & miscet sacra profanis; tum quia crudeliter & violenter, tanquam latro, detinet sub imperio miseram fœminam, quæ mori mallet, &c [p]. Al. Sunt hæc verba Judæorum factum suum sic excusantium: qu. d. Cur nos ità reprehendis? Permittit nobis Lex repudiare uxores [q]. [Alii verba aliter vertunt:] *Sibi odio esse dimissionem ait Jehova*, JT. Pi. *Quia* Deus *odit* ex animo illud vestrum שַׁלַּח, *Dimitte*; ut sit imperativus Piel repetitus ironicè & cum indignatione. Simile vide in Amos. 4. 4. Vel, *dimissionem*; ut infinit. sit pro nomine. כִּי hîc causaliter vertendum: sic enim argumentatur Propheta, Quia Deus odit repudia, cavete vobis, &c. Repudium concessum est Lege Mosis; nunquam autem probatum aut Deo aut sapientibus. Illud constat ex Genes. 2. 24. & Matt. 19. 6: hoc, ex scito Ben-Siræ, *Os quod cecidit in sorte tua rode illud* [†]. Impunitum fuit sub Lege, non autem permissum [t]. Locus ille quem producunt, Deut. cap. 24. vers. 1. saltem de facto, non de jure, loquitur: imò vers. 4. *pollutio* dicitur indè sequi. Vide & Matt. 5. 31, 32. & 19. 8. Ut sensus sit, qu. d. Deus quidem ἐτροποφόρησε, (*mores* vestros *pertulit*,) Act. 13. 18. ideóque toleravit repudia, sed & verè odit, &c [v]. ¶ *Operiet*, &c. וְכִסָּה חָמָס עַל לְבוּשׁוֹ וגו׳] *Qui operit* (vel, *At operit*, vel, *tegere nititur*, V. sub. *quisque*, P. V. & subaud. *vestrùm*, V.) *injuriam* (quâ uxorem affecit, vel, 1. retinendo eam, ut scilicet putent homines illam ab ipso amari, cùm res secùs habeat: vel, 2. rejiciendo eam, non dato libello repudii, unde fiebat ut alteri viro nubere non posset [x]. Vel, *iniquitatem*, P.) ceu *vestimento suo*, &c. M. sic P. V. id est, quemadmodum vestimento aliquid tegere solemus [y]. Al. sic, *Et tegat iniquitatem veste suâ*, Ca. *Nam eum operire violentiam pallio ipsius, ait Jehova*, JT. Al. *Quia* is qui dimittit *operit violentiam pallio ipsius*, id est, violentam illam dimissionem excusat Lege Mosis de repudio [z]. *Num ergò violentiam vestimento suo teget?* Ti. Plerisque חָמָס est id quod tegitur; עַל לְבוּשׁוֹ, id quod tegit. Aliis contrà, ut Vulg. & LXX, quod rectius est: ubique enim τὸ עַל post כִּסָּה denotat rem tegendam, ut in Psalm. 44. 20. Hab. 2. vers. 14. &c. Existimo Deum hîc conqueri quòd quisque uxorem suam, simulac eam odisset, dimitteret, scilicet ut alienigenam duceret. At, inquit Deus, tegit injuria vestem ejus qui hoc facit. Locum sic reddo, *Et texit injuria vestem ejus*. Notum quidem est, in re matrimoniali vestem sumi pro fide ac protectione conjugali, ut in Ruth 3. 9. Ezec. 16. 8. Ità *revelare oram vestis* dicitur de usu thori. Hoc igitur hîc carpit, quòd, quum ipsi orâ vestis suæ deberent tegere uxores suas, injuria tegeret ipsorum vestem, dum perfidè uxores odissent, & exosas dimitterent. Aut sic, *Tegit iniquitas vestem ejus*. Significat spurcitiem adulterii quâ undiquaque obtectus esset, quemadmodum Jud. 23. *vestis à carne inquinata* [a]. Al. *Et operiet iniquitas vestimentum ejus*, T. ex Vulg. nempe repudiantis; id est, operiet te [b]. Vel, *super vestimentum tuum*; i. e. Ità redundabit & eminebit iniquitas tua, ut nullâ veste occultari possit [c]. Operiet te undique, ut omnibus infamis sis, Deo scelus tuum puniente [d]. Hoc dictum videtur, quia Lex permisit dimissionem, sed ob duritiam cordis eorum: itaque crimine is non vacabat, qui temere & sine justa causa dimittebat [*]. Al. *Operit violentiâ vestem suam*: i. e. Qui sic dimittit, perinde facit acsi tegeret vestem suam quâ indutus est violentiâ & iniquitate [f]. Chaldæus vertit, *Et nè operias peccatum vestimento tuo*. Legit interrogativè, *Operiátne* aliquis hoc faciens *iniquitatem vestimento suo?* id est, Adhúcne tam apertæ injustitiæ velamenta aliquis quærat? Hoc verò est quod modò *prætextum*,

[Right margin: l D. — m V. — n G. sim D. Calv. T. — o G. — p Calv. — q Mc. — r Tar. — † D. — t Calv. sim. Tar. — v Tar. — x V. — y Idem. — z Pi. — a Di. — b T. — c Mc. — d T. — * Mc. — f D.]

textum, modò *obtentum*, dicunt Latini; Græci verò, πρόφασιν [g].

17. *Laborare*, &c. הוֹגַעְתֶּם וגו׳] *Fatigâstis*, vel *Fatigatis*, (vel, *Laborare fecistis*, Mo. vel, *Qui provocatis*, ὁ. *O qui provocatis*, Ar.) *Jehovam verbis vestris*, P. sic M. Sy. JT. Pi. &c. impiis [h], blasphemis [i], atheis, quasi nulla inesset Deo providentia [k]; obstreperis querimoniis, quasi Deus vobis obstrictus esset, nec tamen ulcisceretur aut eriperet vos, &c [l]. *Molestiam exhibetis Deo*, &c. Prævideo futurum ut id fiat ità [m]. Deus non fatigatur. Humanitus ergò loquitur [n]. qu. d. Satis diu ille per patientiam vos pertulit, &c [o]. ¶ *Et dixistis*, (vel, *Et si dicatis*, G. vel, *Sed dicitis*, V. sim. Ti. Pi. &c.) *In quo*, &c?] Ostendit contumaciam eorum atque impudentiam, quòd objurgationes rejicerent & riderent, &c [p]. ¶ *In eo quòd dicitis*] Vel, *dicetis*, id est, cogitabitis [q]. ¶ *Omnis*, &c. כָּל־עֹשֵׂה רָע טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה וּבָהֶם הוּא חָפֵץ] Vertunt omnes, *Omnis faciens malum bonus est in oculis Domini, & iis ille delectatur* [r]. qu. d. Deus suos graviter affligit †, flagitiosos verò amat ac juvat [t], cùm homines sceleratos permittit ad Principatum ac Sacerdotia provehi [v]. טוֹב omnes volunt esse prædicatum, ac dici de omni faciente malum, adeòque in eo subintelligi verbum substantivum. Non audeo reclamare communi omnium, quos vidi, sententiæ. Exponam tamen scrupulum meum. 1. Si טוֹב prædicatum esset, & verbum substantivum comprehenderet, convenientius esset id substantivo præponi, ac sic efferri, טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה כָּל־עֹשֵׂה רָע. Vide Thesaurum Buxtorfii pag. 307. & 452. 2. *Omnis faciens malum* perinde est ac si dicas, *Omnis factor mali*: tunc autem scriberetur עֹשֵׂה, per Tsere, ut in Gen. 4. 2. רֹעֵה צֹאן *pascens oves*, q. d. pastor ovium; Esa. 55. 4. וּמְצַוֵּה לְאֻמִּים *& præcipientem populis*, i. e. præceptorem populorum; Jer. c. 4. v. 29. וְרֹמֵה קֶשֶׁת *& jaculantem arcu*, id est, jaculatorem arcûs. Dubito ergò annon locus sic vertendus, *Quicunque facit malum bonum in oculis Domini, iis ille delectatur*: ut ו in וּבָהֶם sit retributivum, non copulativum. Hoc sensu עֹשֶׂה רָע non potest verti, *factor mali*, sed רָע necessariò debet esse accusativi casûs: ac propterea עֹשֶׂה rectè scribitur per Segol extra regimen genitivi. Sensus est, Quamvis quis sit palàm impius, adeò ut coram ipso Deo audeat malum prædicare bonum, gratus tamen Deo est. Idem esset quod Esa. 5. v. 20. הָאֹמְרִים לָרַע טוֹב [x]. ¶ *Aut certè*, &c. אוֹ אַיֵּה וגו׳] *Aut* (Nisi ità est sicut diximus [y]. Vel, *O*, ut אוֹ sit particula exclamativa, de qua vide dicta ad Esa. 27. 5. ut sint hæc verba Prophetæ admirantis longanimitatem Dei erga impios [z].) *ubi est Deus judicii?* JT. Pi. sic P. V. &c. id est, qui severè deberet in eos animadvertere [a]. Cur non punit Deus nocentes? Vide caput sequens [b]. Ubi conspicitur Dei judicium quo punit impios [c]? In quo Deus ostendit se hoc tempore hominum esse Judicem & Arbitrum? Hoc ideo dicent homines impii, quia per annos propè 500 cessatura erant miracula & prophetiæ, ut diximus ad Zach. c. 13. v. 2. Ea res non Sadducæismo tantùm occasionem dedit, verùm & impietati, quæ Antiochi temporibus maximè apparuit. Sed *non est nostrum nôsse tempora & occasiones* talia faciendi, *quæ Deus in thesauris* sapientiæ suæ *custodit. Habebant Mosem* tot miraculis clarum, *habebant Prophetas* veteres: *iis crederent*, donec novam lucem Deus alluceret [d]. Objiciunt, non esse Deum, nisi sit Judex mundi. Ratiocinantur à Dei natura & officio *. Aut Deus delectatur maleficiis, aut non est æquus, quia scil. bonis malè, & contrà, malis bene, est [f]. Verba adhuc sunt hæc hominum blasphemantium in Deum & justitiam ejus, & sic argumentantium, *Si malè agerent, animadverteret in eos: Verùm non animadvertit: Ergò non malè agunt.* In hac autem re potiùs laudare deberent longanimitatem Dei exspectantis peccatorem ut resipiscat [g].

g G. h D. T. Sy. i T. ex L. k T. l Calv. m G. n D. sim. M. o M. p Calv. q G. r Di. † Me. sim. Calv. t Tar. sim. Me. Calv. v G. x Di. y Pi. z Di. a V. b Ca. c Pi. d G. * Calv. f D. g V.

CAP. III.

1. Ecce] Docet rem magnam esse quæ sequitur, & attentione dignam. Assurgit ergò Propheta ad tempora Christi [a]. Quum jam inter Judæos multi erant nævi & errores, cùm in doctrina, tum præcipuè in moribus & vita, ut ex hoc Libro & Esdra & Nehemia constat, meritò eorum animos erigit ad Christum, qui eos purgaturus erat, &c [b]. Quædam exemplaria vetusta caput hoc inchoant à versu superiore; non omninò malè: nam est responsio ad præcedentes blasphemias [c]. qu. d. Vos blasphemè quæritis, *Ubi est Deus judicii?* Ecce me, &c [d]. Contra eorum blasphemias asserit fœdus suum: etiamsi homines perfidi sint & improbi, id tamen non impedit quò minùs satisfaciat Deus promissis suis, & præstet suo tempore quod illi putabant nunquam futurum *. ¶ *Ego*] Loquitur vel, 1. Sancta Trinitas [f]: vel, 2. Christus [g]; ut patet ex collat. Marc. 1. 2. & Luc. 3. 4, 5 [h]: vel, 3. Deus Pater ad Filium [i]. ¶ *Mitto* (vel, *missurus sum*, JT. Pi. V. præs. Heb. pro fut. brevi scilicet [k]:) *angelum* (vel, *nuncium*, sive *legatum*, P. V. Pi. &c.) *meum*] Id est, præcursorem [l]. Similitudo à more Principum, qui sc. per certos homines quos præmittunt adventum suum nunciant, ut ipsis majore cum pompa occurratur [m]. Intelligit hîc Joannem Baptistam [n]; ut ipse Christus explicat, Matt. 11. 10 [o]: quem *Angelum* vocat & ob puritatem vitæ [p], & ob excellentiam doctrinæ [q], & dignitatem officii [r], quia Christum nunciavit & prædicavit †. Hoc est quod dicit, Explorabo vos etiam atque etiam; neque ullum Prophetam vobis dabo ante eum qui anteambulo erit Messiæ [t]. ¶ *Et*, &c. וּפִנָּה וגו׳] *Et* (vel, *Qui*, Ti. JT. Pi. Tar. ו pro אֲשֶׁר, ut & alibi [v].) *verret* (vel, *expediet*, Pi. sic JT. vel, *complanabit*, Ti. *repurgabit*, M. V. *præparabit*, Ca. D. ut Matthæus explicat [x];) *viam* (*viam tuam* habetur in Matthæo: sed pronomen abest à Syra editione [y]:) *ante faciem meam*, P. G. &c. Sic dicit, quia in Messia vivit Deus multò pleniùs ac perfectiùs quàm in ullo Prophetarum, διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν ὑποστατικὴν, ἀχώριστον, ἀδιάλειπτον, (*propter unionem hypostaticam, inseparabilem, indesinentem* [z].) Vel, *ante me*, JT. Pi. Ti. Disponet animos Judæorum ad recipiendum me [a], docendo adventum meum [b], exhortando ad pœnitentiam [c], removendo de via obstacula [d], sive impedimenta pietatis, ebrietatem, libidinem, &c. ut populus dignè Christum recipiat *: testimonio, doctrinâ, exemplo, baptismo suo præparabit [f]. Perstringit Judæos, à quibus injiciebantur remoræ & obstacula quò minùs patefieret redemptio promissa [g]. ¶ *Et statim veniet*] Quem longè abesse, aut nunquam venturum, putatis [h]. *Statim*, ubi ille venerit [i]; sex mensibus post Johannem: *repentè*, velut lux in tenebris [k]. *Veniet*: Christus hîc de se loquitur in tertia persona *. ¶ *Ad templum suum*] Secundum scilicet [l], nuper exstructum, & ad Messiæ usque adventum duraturum [m]: quod ad excidium usque, Vespasiani armis factum, semper *Templum secundum* בַּיִת שֵׁנִי Judæi vocant. In id Templum venire debuisse Messiam ante natum Dominum Jesum firmâ fide omnes Judæi tenuêre; & idem jam apertissimè dixerat Aggæus, c. 2. 7 [n]. Veniet ad Templum Hierosolymitanum, ut ibi prædicet [o]. Al. *ad Ecclesiam suam*, D. Templum dicebatur *templum Jehovæ*, hîc autem *templum Christi*, ut significetur Divinitas ipsius Christi [p]. Templum ingreditur ut verus & summus Sacerdos, ut oraret pro suis, & impios magno perderet zelo [q]. ¶ *Dominator*; ità P. Mo. הָאָדוֹן *Dominus*, M. JT. *Dominus ille*, Ti. D. Pi. Me. T. Rex Messias [r], sive Christus †. *Ille* per excellentiam. *Dominator* Davidis ex stirpe, Rex mysticus populi Dei, qui reipsa ostendet se [t], *Regem* esse *regum & Dominum dominantium* [v]. Ille promissus Siloh, qui vobis maxima bona etiam in statu publico allaturus est, si ei pareatis, & vestrorum bonorum etiam gentes exteras (de quibus dictum suprà 1. 11.) faciet participes [x]. Non ponit hîc nomen יְהוָה, sed אָדוֹן, quod nomen pro Mediatore ponitur, ut Psalm. 110. 1. & Dan. 9. 17. [y]

a Me. b Tar. c D. d Tar. sim. e V. * Calv. f T. g V. Pi. h Tar. i D. k V. l Idem. m D. n Calv. sic M. V. D. o Pi. Tar. p Me. T. &c. q M. r V. sim. D. ex Theophyl. † M. t V. v M. x D. y G. z Tar. a D. b Idem. c G. d T. e Me. f Me. sim. V. g Pi. * V. h T. i Calv. k Tar. l G. m M. * V. n Tar. G. o Tar. p G. q Me. r V. s M. † K. in Cartw. mellif. p. 2973. t Pi. sic M. V. Calv. v G. x G. sim. Me. Tar. y G.

Exaudi, Jehova, לְמַעַן אֲדֹנָי *propter Dominum*[y]. ¶ *Quem vos quæritis*] Tot jam seculis[z]: id est, exspectatis[a], & venire optatis[b]. Verùm malim τὸ *quærere* in malum sumere[c]. Potest enim & bonum malè quæri, sive desiderari, & cum ludibrio. Vide Jes. cap. 5. v. 19. Amos. 5. 18. 2 Pet. 3. v. 3, 4[d]. Propheta ironicè, & non sine amarulentia, dicit expeti Christum à Judæis, quòd scilicet obmurmurarent in Deum, quia ejus adventum nimiùm differret, ipsorúmque spem & vota frustratus esset, dicentes, O, ubi est Redemptor? quando tandem patefiet? sic incredulitatem suam prodentes*. *Quem——quæritis:* Nam dixerant, *Ubi est Deus judicii*[f]? ¶ *Et angelus* (vel, *legatus*, P. Ti. D. vel, *princeps*. In lingua enim Æthiopica, ubi radix לאך pro *mittere* usitatissima est, מַלְאָךְ non tantùm *Angelum*, *legatum*, sed & *Principem*, significat, & passim pro ἄρχων ponitur, ut Act. 3. 15. Hebræi etiam dicunt מַלְאַךְ הַמָּוֶת *Princeps mortis*, quem *mortis imperium habentem* interpretatur Paulus, Heb. 2. v. 14. Atque hinc est quòd passim Apostolus, Angelos dicturus, ἀρχὰς, ἐξουσίας, θρόνους, (*Principatus, Potestates, Thronos,*) dicit, quia voce מַלְאָךְ *principatus* continetur[g]. *Angelus* dicitur Christus, quia nuncius fuit & interpres Divinæ voluntatis[h], internuncius, Mediator, Conciliator[i].) *testamenti*] Vel, *fœderis*, M. P. &c. inter Deum & homines: non typici, umbratici, corporalis & temporalis, quale fuit vetus seu Mosaicum; sed veri, spiritualis, cœlestis & æterni[k]: Fœderis Novi[l]. Angelus hic est, vel, 1. Elias, qui dictus *angelus fœderis*, quòd zelum habuerit pro fœdere Circumcisionis[m]: vel, 2. Christus[n], legatus sc. ille magnus, qui non quavis de re mittetur, verùm ad pangendum Fœdus Novum, melius Vetere, cum Judæis & Gentibus[o]. Qui *angelus fœderis* dicitur, vel, 1. quia in fœdere promissus erat[p], Deut. 18. 15[q]: vel, 2. quia erat Mediator fœderis[r], qui fœdus ruptum instauravit & sancivit, Heb. 7. 22. & 8. 6. & 9. 15†. & confirmavit[t], atque consummavit[v], & obsignavit, non modò suâ doctrinâ[x], sed sanguine suo[y]. ¶ *Quem*, &c. אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים *Quem vos optatis*, P. simil. M. *Quo vos delectamini*, Ti. JT. Pi. τὸ חָפֵץ hîc, sicut semper, sumitur in bonum, de serio sc. piorum desiderio: ut hoc loco tam de bonis ex animo Messiæ adventum expetentibus, quàm de malis eundem ludificantibus, sermo sit[z]. ¶ *Ecce venit*] Veniet haud dubiè stante hoc Templo: exspectate eum[a]. ¶ *Dicit Dominus*, &c.] Poterat ipse sub Doctoris persona hoc asserere; sed, ut magis commoveat Judæos, Patrem facit hujus Prophetiæ authorem[b].

2. *Et quis*, &c? וּמִי מְכַלְכֵּל וגו' *Et quis sustinebit* (vel, *sustinens*, Mo. vel, *ferre poterit*, LXX, P. ex G. Ch. simil. M. Pi. vel, *cogitare poterit*, Vulg. i. e. cogitando comprehendere gloriam illius diei[c]. כּוּל quidem signific. *capere*; at כַּלְכֵּל ità nunquam sumitur[d].) *diem adventûs ejus?* Calv. Ch. Ca. sic Ti. JT. οἱ. Quare hoc? Quia crucem perferet ipse ut ad Regnum veniat, eandémque viam suis monstrabit. *Adventus Christi*, cùm de Judæis agitur, est à prædicatione ejus ad excidium urbis*. Duo sunt adventus Christi, & in utroque Sacerdos atque Judex fuit & erit, mitis scilicet suis, & severus adversariis. Primi adventûs certum indicium fuit Præcursoris præsentia[f]. *Quis*, &c? nempe malorum[g]. qu. d. Veniet Redemptor, sed vobis non proderit, verùm terrori erit: frustrà vobis blandimini, & Deo improperatis, quòd Redemptorem non mittat, &c. Confer Amos. 5. v. 18. *Væ optantibus diem Domini*[h]. ¶ *Et quis stabit* (vel, *consistet*, V. G. *subsistet*, V. *consistere poterit*, Pi. simil. JT. D. propter afflictiones scilicet quæ tempore illo suscitabuntur[i]:) *ad*, &c? בְּהֵרָאוֹתוֹ *Quum apparuerit?* P. JT. Pi. *ubi ille apparebit?* G. ex Ch. *quum se conspiciendum præbebit?* Ti. quum in carnem venerit? quomodo ὀπτασία vox usurpatur de Christo visibiliter præsenti, tam in adventu humiliationis quàm glorificationis. Vide 1 Tim. 3. 16. & 6. 14. 2 Tim. 4. 8. Tit. 2. 11. & 3. 4[k]. Al. Quis lucem & majestatem Solis hujus justitiæ ferre poterit[l]? ¶ *Ipse enim* (vel, 1. dies[m]; vel, 2. Christus[n];) *quasi ignis conflans*; ità P. מְצָרֵף *Conflatoris*, JT. Pi. D. *purgans*, V. sic M. aurum & argentum à scoriis[o]: *excoquens*, V. id est, adurens omnes sordes atque scorias[p]. Hoc est quod Christus Luc. 12. v. 49. dicit, *venisse se ignem mittere in terram*, ignem nempe exploratorium, sicut sequentia apud Lucam indicant. Vide quæ suprà Zach. 13. v. 9[q]. ¶ *Et quasi herba*, &c. וּכְבֹרִית מְכַבְּסִים *Et tanquam borith* (subaud. *herba*, M. Ti. vel, *sapo*, V. vel, *smegma*, JT. Pi. D. vel, *lanaria*, D. vel, *herba saponaria*, V. Nebrissensis in Quinquagen. c. 22. Ea in Palæstinæ locis virentibus & humectis nascitur, & ad sanandas sordes eandem vim habet quam & nitrum. Ità nos docet qui in illis locis vixit Hieronymus[r].) *fullonum*, P. Mo. &c. Hebr. *lavantium*. Synecdoche generis†. Quod vim habet abstersivam[t], & quo utuntur fullones ad purgandas maculas[v].

3. *Et*, &c. וְיָשַׁב מְצָרֵף *Et* (vel, *Itaque*, Ti.) *sedebit* (vel, *sedet*, JT. G. Non perfunctoriè mundabit, sed ex professo, quod situs sedentis indicat[x]. Diu insistet operi: quo significat morbos eorum inveteratos esse, qui non facilè & leviter sanantur[y]. *Sedebit*, vel ut judex, cùm jus dicit pro tribunali; vel ut aurifex, cùm metalla expurgat[z].) *conflans*, Mo. οἱ. Ar. P. JT. vel, *excoquens*, Ti. V. id est, excoquendo repurgans[a]: vel, ut *conflans*, Pi. sim. M. *Sedensque explorabit*, Ca. [Alii hoc cum sequentibus nectunt, & locum sic reddunt,] *Ut sedet conflans & purgans argentum, ità purgabit*, &c. JT. Est hîc, ut sæpe, ו, *&*, pro, *ut*, quod & Chaldæus vidit; *Sicut conflator sedet ad mundandum argentum*, (vide hujus rei χωνευτικὸν Ezech. 22. 18, &c.) *ità purgabit*, &c[b]. ¶ *Et purgabit filios Levi*] [Hos nominat,] vel, 1. ut significet res tunc corruptas fuisse in omnibus ordinibus, etiam in flore Ecclesiæ, in ipsis Levitis, qui opus habent purgatione, &c[c]. Vel, 2. quia multi de familia sacerdotum post resurrectionem Christo se addixêre, Act. 6. 7[d]. Vel, 3. synecdoche est; & per *filios Levi* significat totam Ecclesiam, cujus præcipua membra sacerdotes*. Vel, 4. intelligit sacerdotes sive ministros N. T†. quorum umbra erant Levitæ‡. ¶ *Et*, &c. וְזִקַּק וגו' *Et excoquet* (vel, *conflabit*, P. M. *colabit*, vel *fundet*, V. D. *defæcans*, JT. *expurgans*, Pi.) *eos*, &c. Mo. Purgabit eos, abjectis sc. scoriis de quibus conqueritur Matth. cap. 15. & 23. & Luc. 10. v. 31. ubi nominatim tanguntur sacerdotes[f]. ¶ *Et*, &c. וְהָיוּ וגו' *Et erunt* (vel, *Tunc erunt*, Pi.) *Domino offerentes* (vel, *Jehovæ, qui offerant*, JT. Pi.) *munus* (vel, *oblationem*, M.) *in justitia*, Mo. P. M. vel, *justè*, JT. Pi. D. i. e. legitimè[g], ritè, sine macula[h]: vel, cultum rationalem, Rom. 12. 1. & spiritualem, 1 Pet. 2. 5[i]. Post Christi enim immolationem in cruce sacrificium aliud non est necessarium fidelibus quàm *sacrificium justitiæ*[k]. Vel, *justè*, i. e. largiter, benignè[l]. *Ut Domino offerant sacrificia justa*, i. e. pio animo, sicut fecit Zacharias[m]. Exprobrat Levitis quòd polluerint cultum Dei, nec justa offerrent sacrificia[n]. Sensus, q. d. Sanctè ministrabunt, non ut sacerdotes illi, &c[o].

4. *Et*, &c. וְעָרְבָה וגו' *Et grata erit* (vel, *placebit*, P. *dulcescet*, V. D. tim. Pi. ut Jerem. 6. 20. Hos. 9. 4. Tralatio à cibis grati saporis[p].) *Domino oblatio*. (vel, μαναὰ, i. e. donum. Sumitur enim ea vox modò pro genere, modò pro specie. Tali animo data dona probabit, etiamsi pretii sint exigui: ut Matt. 8. 4. & 10. 42. Luc. 2. 24. Act. 21. 26[q].) *Jehuda*, &c. M. Calv. Hoc vult, Licèt Templum nunc ignobile, & cultus vilis, videatur, rursus tamen eriget Deus Templi sui gloriam, ostendétque reipsa sibi placere quæ hominibus erant ludibrio[r]. ¶ *Sicut dies seculi*, &c.] Vel, *diebus priscis*, &c. JT. Pi. sim. P. vel, *retro temporibus*, Ti. vel, *diebus olim exactis*: sicut temporibus Abrahami, Isaaci, Jacobi, Samuelis, Davidis, Eliæ†: sicut sub Patriarchis[t], quando Religio non ità depravata erat, & sacrificia erant gratissima[v]: sicut cùm Templum adhuc staret, & cultus Dei vigeret[x].

5. *Et accedam* (vel, *veniam*, G. descendam in carne, & inspiciam perditos hominum mores: accedam etiam in ultimo adventu[y]:) *ad vos in judicio*] Vel, *in*, vel *ad*, *judicium*, JT. Pi. D. i. e. ut judicem, vel puniam, vos[z]. Respondet seriò Deus isti dicto suprà 2. v. 17. *Ubi est Deus judicii*[a]? ¶ *Et ero testis* (Non solùm *judex* ero, sed & *testis*[b], & quidem oculatus[c]; testibus enim non indigeo[d], quum omnia mihi aperta sint*: Deus solus

solus est & testis & Judex [f].) *velox*; ità Mo. P. M. &c. [מְמַהֵר] *Properè*; G. *promptus*, V. *festinantissimus*, JT. Pi. promptè ac festinanter testificans [g]. Dicebant Deum sedere pigrum & segnem. At, inquit, satis celer ero ubi res tulerit [h]. *Velox* autem illud *judicium* fuit interitus sceleratorum hominum simul cum urbe, in quo interitu & mundi interitus & Judicium illud æternum figurabantur. Nimirum omnes isti per Christum & Apostolos non correcti *thesaurizârunt sibi iram in diem iræ* [i]. ¶ *Maleficis*] *Contra præstigiatores*, JT. Pi. *contra maleficos*: φαρμακοὺς, Apocal. 21. 8. & 22. 15. crimen φαρμακεία, Gal. 5. 20. Apocal. 9. 21. & 18. v. 23 [k]. Hoc nomen, quia solum hîc legitur, sub se complectitur omnes divinos, ariolos & pythonicos [l]. ¶ *Adulteris*] De quibus vide Matth. 15. 19. Marc. 7. 21. Luc. 18. 11. Rom. 2. 22. 1 Cor. 6. 9. Gal. 5. 19†. ¶ *Perjuris*] De quibus agitur Rom. c. 1. v. 31 [m]. ¶ *Et qui*, &c. [וּבְעֹשְׁקֵי שְׂכַר שָׂכִיר אַלְמָנָה וְיָתוֹם וּמַטֵּי גֵר] *Et subtrahentes* (vel, *& calumniantes*, P. sic M. vel, *& contra oppressione detinentes*, JT. Pi. Tar. עוֹשְׁקִים non tam *fraudantes* sign. quàm *opprimentes* [n]. Vel, *& supprimentes*, Calv.) *mercedem mercenarii*, P. M. Calvin. JT. Pi. (vel, *mercenario*. Hi verò comprehenduntur nomine ἁρπάγων [*raptorum*] Luc. 18. v. 11. 1 Cor. 5. v. 10, 11. & 6. 10 [o].) *viduam & pupillum*, Mo. JT. Calv. Pi. (sub. *opprimentes*, Pi. sic G. Hi sunt *immisericordes* Rom. 1. 31 [p]. Al. *viduæ & pupilli*, M. P. Calv.) *& pervertentes peregrinum*, Mo. Calv. vel, *& peregrinum pervertentes*, JT. [ordine verborum mutato: ut nomina *viduam* & *pupillum* & *peregrinum* pendeant à participio *pervertentes*:] vel, *& pervertentes* causam, sive judicium, *peregrini*, M. P. sic D. *Peregrinum*, pro, *jus peregrini*: Ad verb. *pervertentes peregrini*. Locutio qualis, *appetens vini*, *fugiens litium*, &c [q]. Vel, *ac peregrinum deflectentes* à jure suo, Pi. [Alii locum sic reddunt;] *Et contra eos qui mercenarium mercede fraudant* per vim & calumniam, *viduam & pupillum opprimunt, & qui aversantur advenam*, Ti. *In eos qui mercede fraudant mercenarios, qui viduas, qui pupillos, qui peregrinos labefactant*, Ca. Ad vocem וּמַטֵּי nullum in hodiernis codicibus apponitur Keri: apponendum tamen esse, videlicet, וּמַטֵּה, docet Masora, quæ hanc vocem numerat inter eas quæ in fine scribuntur per י, & leguntur per ה. Illæ autem quæ Masora constanter nominat & enumerat, non facilè rejiciendæ sunt, si fortè à novis editionibus absint, quod scribarum vitio obtingere poterat [r].

6. *Ego*, &c. כִּי אֲנִי יְהוָה לֹא שָׁנִיתִי וְאַתֶּם בְּנֵי יַעֲקֹב [לֹא כְלִיתֶם] *Quia* (vel, *Ut*, D. *Quamvis*, Tar. *Nam*, Mo. sic P. Ti.) *ego Dominus non mutor*, M. JT. Pi. Calv. sim. Mo. (vel, *muto*, P. D. Calv. vel, *mutabilis sum*, D. ut illi qui sibi non constant in sententia, sed nunc hoc, nunc illud, dicunt: confer Num. 23. 19†. Vel, *mutem*, Tar. i. e. Non soleo mutari [t], aut in minis, aut in promissis [v]: verax sum, & impleo quæ dixi [x]. Quòd ergò non illico in malos sæviam, nè putetis nullum fore judicium [y]. Nolite dubitare de duplici illo adventu; id enim adimplebitur [z]. Non me pœnitet suscepti consilii, ut hominum mos est; maneo in proposito [a]. Al. Vos putabatis me indolem mutâsse, &, cùm primùm justitiam amarem, nunc malos mihi placere: sed non ità est; ego enim Deus, & immutabilis [b]. Inexorabilis sum pertinaciter pravis [c].) *&* (vel, *autem*, P. vel, *ideo* JT. Pi. D. *ità*, D. *tamen*, Tar. *quamvis* Calv.) *filii Jacob non estis consumpti*, M. sic Mo. P. JT. Pi. V. D. ex He. penitùs, ut reliquæ gentes [d]: sub. *sed meâ misericordiâ usque ad hæc tempora servati*, V. tum, propter bonos qui inter vos reliqui sunt; tum præcipuè, ob intercessionem Filii mei, qui ex vobis oriundus est, & pœnitentiæ longius vobis dedit spatium. Et hæc vera causa cur vel vos vel majores vestri non sunt planè absumpti: non, quòd sententiam de perdendis improbis mutavi; sed, ex gratioso fœdere meo, & ex peculiari ratione *. ו potest hîc adversativè sumi, ut sensus sit, Quamvis nondum sitis consumpti, sed vobis in tanta pravitate pepercerim, nè putetis vos elapsos esse; ego non mutor; tandem experiemini me justum esse Judicem. Sed potiùs exprobrat eis ingratitudinem, quia ipsum accusant crudelitatis aut socordiæ, quòd non statim armatus pro-

[f] G. [g] D. [h] Calv. [i] G. [k] G. [l] Calv. † G. [m] G. [n] D. [o] G. [p] Idem. [q] D. [r] Buxt. vind. 2. 4. 502. † D. [t] V. [v] V. sic M Tar. [x] V. [y] M. [z] V. [a] Calv. [b] Me. [c] G. [d] D. * Tar.

silist in ipsorum defensionem. Nam excipit, si tam esset rigidus & vehemens, non potuisse ipsos subsistere [f]. Al. *non consumemini*: dabo vobis exitum ex urbe. Vide dicta ad Matth. c. 24. v. 16, &c. Sicut Nabuchodonosori tempore exempti sunt communi exitio qui *notati erant* (ut Ezechiel ἀνήγγειλε) *literâ Thau*, ità Vespasiani tempore qui Crucem gerebant in animo. Loquendi genus simile vide Lament. c. 3. v. 22 [g]. Al. *nequaquam desistitis*, Ti. כלה Hebræis in Kal est, *consumi*; in Piel, *complere*, vel *finem facere*: qu. d. *&*, vel *ideo*, *vos non fecistis finem*: quare? *à diebus patrum*, &c. ut uno contextu legatur hic versus cum sequente [h]. Qui sensus meliùs quadraret, nisi quòd repugnat ratio grammatica, est enim verbum in Kal [i]. [Ca. versum sic reddit, *Nam nec ego Jova mutabilis sum, nec vos Jacobidæ finiendi*.]

7. *A diebus patrum*, &c. ità M. Ti. P. Mo. D. &c. לְמִימֵי וגו׳] *Indè à diebus*, &c. JT. Pi. ל hîc redundat, ut in לְמֵעוֹלָם *à seculo*, לְמֵרָחוֹק *à longinquo* [k]. Sermo, omissis piis, ad impios revertitur. qu. d. Ità vivitis sicut vixistis cùm deportationem estis commeriti, & paria rursum commereri vultis [l]. Confirmat, mirum esse quòd non periissent, quoniam contumaciam suam per multas ætates continuârunt, &c [m]. ¶ *Revertimini*, &c.] Per pœnitentiam & emendationem vitæ [n]. ¶ *Et revertar*, &c.] Per vestrî curam *. ¶ *Et dixistis, In quo revertemur?*] Si quæritis quidnam opus sit corrigi in vobis, dicam [o]. *In quo*, &c? De qua re vis nos præterea agere pœnitentiam? qu. d. Admonuisti nos de hostiis impuris, item de re uxoria: An jam aliquid de quo admonendi simus restat [p]? Al. Sensus, qu. d. Quid à nobis flagitas? ostende in quo deliquimus: nobis enim non sumus malè conscii: frustrà ergò conversionem à nobis postulas [q].

8. *Si affiget homo*, &c? [הֲיִקְבַּע אָדָם אֱלֹהִים] *Num homo* (id est, unus è plebe, ex filiis *Adam*, non *Isch* [r]: vel, *quisquam*, G.) *Deum* (vel, *deos*: id est, vel, 1. judices†; vel potiùs, 2. idola. qu. d. Etiam cæcæ gentes reverentur deos suos. Egóne verò deterior sum idolis? an vos deteriores estis gentibus [t]?) *adfigit*? Ti. vel, *auferet*? M. vel, *diripiet*? Calv. sic D. vel, *fraudaret*? Sy. Calv. sic Aq. & Sym. & Th. in D. Ca. vel, *spoliet*? JT. Pi. D. G. Tar. i. e. spoliare ausit [v]? vel, *spoliare debet*? V. vel, *supplantabit*? ο'. sic Ar. Verbum hîc tantùm occurrit, & infrà vers. 9 [x]. & Prov. c. 22. vers. 23 [y]. ubi *spoliare* significat: & קָבְעָן *spoliator* Chaldæis [z]. Al. קבע Chaldæis & Syris sign. *affigere* [a]. Sensus, q. d. An æquum est ut homo Deum suum sauciet, & quasi in crucem agat, &c [b]? Fierine potest ut eò dementiæ prolabatur homo, ut Deum suum supplantet vel defraudet, & quasi jaculis configere conetur [c]? Id vos facitis subtrahendo ministris meis decimas, &c [d]. Al. *Numquid rapere debet homo quæ sunt Dei*? P. Dicit Dominus *sua* quæ sunt suorum ministrorum strenuè officio suo fungentium *. Al. *Debéntne homines defraudare Deum*? Ca. Al. *Numquid ad iracundiam provocat vir judicem*? Ch. *Numquid vim faciet judicibus homo*? q. d. Homo non audet offendere judicem terrenum; & me offenditis? ait Dominus [f]. ¶ *Me*] Id est, ministros meos. Sic Prov. c. 3. vers. 9. *Honora Dominum* ——— *primitiis*. At primitiæ cedebant sacerdotibus [g]. ¶ *In decimis & in primitiis*] Quibus alebantur Levitæ & sacerdotes [h], item pauperes & peregrini [i]. Ad verb. *decimâ & elevatione*, i. e. oblatione; quòd oblatio elevaretur [k]. תְּרוּמָה, quod Græcis ἀφαίρεμα, (*separatio*,) erat pars non minor sexagesimâ de frumento, musto, oleo: quæ pars dabatur sacerdotibus, Deuter. 18. v. 4. Hæ quidem obventiones erant sacerdotum, ut & decimæ decimarum Leviticarum. At sacerdotes, cùm deberent ex illis obventionibus jugia sacrificia facere, id non faciebant, aut faciebant perfunctoriè, ut videmus 1. 7. Præterea, decimas omnes ad se trahebant; neque patiebantur earum partes novem ad Levitas deferri, Nehem. 13. v. 10. Quod sacerdotes etiam fecisse ante excidium Vespasianeum docet nos Josephus. Duobus ergò modis Deus spoliabatur suo jure: tum, quòd non præstabantur ipsi quarum rerum causâ institutæ erant obventiones; tum, quòd Levitæ fame diffugerent,

[f] Calv. [g] G. [h] Q. in Calv. [i] Calv. [k] D. [l] G. [m] Calv. [n] G. sim. D. * G. [o] G. [p] D. [q] Calv. [r] D. † D. G. Calv. [t] Calv. [v] G. [x] Tar. [y] Tar. G. [z] G. [a] T. ex Hi. [b] Me. [c] T. [d] T. sim. Me. * V. [f] M. [g] D. [h] V. [i] M. [k] V.

gerent, & sic eorum ministerio Deus destitueretur, ut dicto Nehemiæ loco videre est[l].

9. *Et in,&c.* 'וגו בַּמְּאֵרָה] *Maledictione maledicti estis*, JT. Calv. Hæc causa famis & penuriæ, &c[m]. Vel, *vos eritis*. Magna vos mala hinc sequentur[n]. ¶ *Et,&c.* 'וְאֹתִי וגו] *Et* (vel, *Sicut*, Q. in V. vel, *Etiam*, Calv. *Quod*, Ti. *Eo quod*, JT. Pi. V.) *dispoliatis me vos cuncta gens*, M. vel, *gens ipsa tota*, JT. Pi. sic G. Quia, cùm plebs videret Levitas non ali, abstinebat adferre decimas[o]. Est velut publica omnium conspiratio in sacrilegium. Sensus loci, qu. d. Quum vos me spoliatis, justè vobis maledico, & vos egestate consumo[p]. Verùm non spoliationem Dei causam statuit cur maledicerentur, sed maledictionem causam impulsivam cur spoliarent Deum: prætexebant enim, non esse ægre ferendum si decimas & Therumah fraudarent; cogi se inopiâ frugum, quæ ex maledictione Dei oriebatur. Vult Deus ut etiam manente inopiâ & maledictione plenas decimas offerant: id si fecerint, spondet benedictionem. Possit sic accipi, *Et vos me diripitis?* qu. d. Annon mirum est vos nè pœnis deterreri quò minùs me spolietis? Vel, *Et tamen diripitis me*: qu. d. Non possum non accusare vos summæ pervicaciæ, quòd etiam maledicti pergatis me diripere. Sed præfero primum sensum[q].

10. *Inferte omnem decimam*] Vel, *omnes decimas*, JT. Pi. &c. vel, *omnia genera decimarum*: quæ tria enumerant[r]. Sed plura fuerant †, ut patet ex cap. 1. Tobiæ, ubi tres decimæ recensentur, nullâ mentione factâ ejus quam ex decimis suis Levitæ dabant sacerdotibus, de qua Num. 18.26. & Neh. 10.38[t]. ¶ *In borreum*] Vel, *thesaurum*, JT. Pi. sim. D. Ad locum deputatum excipiendis decimis[v], & primitiis. Locus hic erat in Templo amplus, de quo Nehem. ibidem[x]. *In horrea*, nempe sub fidis custodibus, qui sacerdotibus & Levitis suas partes erogent. Hoc Prophetæ monitum secutus est Nehemias, c. 13. v. 12, 13[y]. ¶ *Et,&c.* וִיהִי טֶרֶף] *Et* (vel, *Ut*, Ti. JT. Pi.) *sit esca*, vel *cibus*, M. Ti. JT. &c. propriè, *rapina*, G. vel, *discerptum*, Pi. vel, *præda*, Mo. vel, *animalium esca ex rapto viventium*; nam טָרַף *rapio*[z]: vel, *quod dividatur*, Ti. vel, *victus*, nempe sacerdotum[a]. טֶרֶף hîc vocat quod Altare abripit de victimis. Illi præfecti apothecæ curent ut de obventionibus illis sit quod detur in Altare secundùm Legem. Vide suprà c. 1. v. 12, 13, 14[b]. ¶ *Probate me*] Experimini an promissa præstiturus sum[c]. Non ergò à me est hæc sterilitas, sed à malitia vestra[d]. ¶ *Si non aperuero, &c.*] Id est, annon largum daturus sim imbrem, 2 Reg. c. 7. v. 19 *. ¶ *Et, &c.* 'וַהֲרִיקֹתִי וגו] *Et effundam* (vel, *proferam*, JT. *deprompsero*, M. sic Calv. *evacuavero*, Mo. P. i. e. copiosè effudero[f],) *vobis benedictionem*, Pi. &c. ¶ *Usque, &c.* עַד בְּלִי דָי] *Usque ad non sufficiens*, Mo. *adeò ut non sufficiatis*, JT. i. e. Ut non satis multi futuri sitis ad absumendam omnem copiam benedictionis ‡. *Ut non sint vobis sufficientia*, P. Calv. sub. *vasa*, V. D. ex K. Pi. vel, *horrea*, sive *cellæ*, Calv. V. quæ tantam capiant copiam[g]. Al. sic, *ut sufficientiæ non sit finis*, M. vel, *modus*. q. d. Non respiciam quid vobis opus est, ut sit quasi demensum; sed erit ubertas quasi superflua[h]. Al. *usque ad consumptionem sufficientiæ*, h. e. usque dum consumpta sit sufficientia in Deo effundente; vel, *usque dum non sit satis* ad effundendum: quod quum fieri non possit, semper enim in Deo est sufficientia, sensus est, Effundam in vos benedictionem quamdiu erit sufficientia, i. e. quamdiu erit quod effundi possit, id est, benedictionem perpetuam & abundantissimam, ut mihi potiùs desit sufficientia benedicendi quàm animus, aut quàm vobis benedictiones. Buxtorfius epistolam quandam Rabbini profert quæ sic clauditur, *Omnibus——domesticis tuis——offero salutationes per manipulos*, עַד בְּלִי דָי, *donec non sit sufficientia*, id est, tantâ abundantiâ, ut desint potiùs salutationum manipuli, quàm mihi salutandi animus. Similiter Psalm. 72. v. 7. *Et erit multitudo pacis* עַד בְּלִי יָרֵחַ, *usque ad consumptionem lunæ*, vel, *usque dum non erit luna*, i. e. quamdiu erit Luna, sive in perpetuum †. *Ut dicturi sitis, Sufficit*, Ch. in D. sim. Sy. *usque dum sufficiat*, LXX; sim. Ar. Hoc ideo dicit, quia jam esuriri cœperat, Neh. c. 5[i]. [Alii hæc cum præced. sic reddunt;] *Et benedictionem omnigenam vobis effundam*, Ti. *Ni ego ubertatem effundam immensam*, Ca.

11. *Et increpabo* (i. e. compescam & reprimam[k]) *pro vobis* (Heb. *vobis*, V. D. i. e. vestrâ causâ[l]; vel, vestro bono[m]: vel, τὸ *vobis redundat*[n]:) *devorantem*] Id est, locustam[o], atque animalia alia nocentia frugibus[p]. Vel, *consumentia*, i. e. quæ fruges consumunt[q]. ¶ *Nec,&c.* 'וְלֹא תְשַׁכֵּל וגו] *Nec abortiet* (vel, *orba sit*, h. e. sterilis[r]: vel, *orbet sese*, D. vel, *orbet vos*, JT. vel, *abortiet vobis*, i. e. patiatur gemmarum uvarúmque immaturarum defluvium †:) *vitis*, &c. P.

12. *Eritis* (pro, Terra vestra erit: ut in Latio, *Ivit ad Pompeium*, i. e. ad ædes Pompeii[t]:) ——*terra desiderabilis*] Sic D. &c. ad verb. *beneplaciti*, V. vel, *oblectationis*, JT. Pi. propter fertilitatem[v]. Sic vocatur Judæa Dan. 11. 16. Zach. 7. 14[x].

13. *Invaluerunt super* (vel, *contra*, Mo. P. JT. Pi.) *me verba vestra*] Ità M. Obtunditis me[y]. Soletis obloqui mihi: ità exponi debet verbum [sequens] נִדְבַּרְנוּ, quod in ea conjugatione *assiduitatem* significat & *consuetudinem obloquendi*[z].

14. *Dixistis*] In animis vestris, ut ille Psalm. 14. 1. Vide & Psal. 73. 11. Fuit præclarus sanè status Judaicæ reip. Zorobabelis temporibus: sed Deo corda inspicienti apparebant semina quædam ejus impietatis quæ posteriore ætate magnâ vi erupit. Vide suprà 1. 14[a]. ¶ *Vanus est, &c.* 'שָׁוְא וגו] *Frustrà servitur Deo*, Ti. Calv. *Vanum* (vel, *Frustrà*, V.) est *colere Deum*, JT. Pi. V. Falsò putabant se Deum perfectè colere, Deúmque accusabant injustitiæ, quòd nullam reciperent pietatis suæ mercedem, & quòd melius esset Dei contemptoribus[b]. Nulla est bonorum merces, non augentur opes nostræ, &c[c]. ¶ *Quia, &c.* 'כִּי וגו] *Quod* (vel, *si*, V. vel, *quum*, Pi.) *custodivimus custodiam ejus*, M. sic P. V. &c. id est, adimpleverimus præcepta ejus[d]; vel, actiones ad observandum præscriptas ab eo*. ¶ *Ambulavimus tristes*, קְדֹרַנִּית] *Obscurè*, Mo. V. vel, *atratè*, JT. Pi. vel, *humiliter*, P. Sy. *supplices*, ο'. Ar. spiritu *mæsto*, M. vel, *in depressione spiritûs*, Ch. *pullati*, Ti. Ca. D. qui habitus est lugentium[f]: *vultu mæsto*, G. sim. V. Ità sumitur verbum unde hæc vox derivata est, in Psalm. 38. vers. 7. & 42. vers. 10. & 43. v. 2[g]. Ità vanam simulationem Deo obtrudunt pro vera humilitate[h].

15. *Ergò* (vel, *Imò*, JT. Pi. vel, *Et*, Mo. Calv.) *nunc beatos dicimus* (vel, *prædicamus*, JT. Pi.) *arrogantes*] Vel, *superbos*, JT. Pi. Calv. Sic vocat, per synecdochen, omnes Dei contemptores[i]; eos qui contumaciter leges Dei contemnunt[k]. Vel, *impios*, Ch. in G. ¶ *Siquidem, &c.* 'גַּם נִבְנוּ וגו] *Etiam* (vel, *Sed &*, M. sic Ti. vel, *Præterea*, V.) *ædificantur*, &c. P. Calv. Ti. V. sub. *à Deo*: i. e. Summâ felicitate fruuntur in hoc mundo[l]. Augentur, ornantur, ut Prov. 24. 3. Tralatio ab ædificiis[m]. Florent, vigent[n]. Florent sobole. Ità בָּנָה sumitur Gen. 16. 2. & 30. 3[o]. ¶ *Et, &c.* 'גַּם בָּחֲנוּ וגו] *Etiam* (vel, *Præterea*, P. *Et licèt*, Ca.) *probaverunt* (vel, *tentant*, P. *probant*, D. *tentent*, Ca. *qui tentant*, M. Ti. Calv. *qui probant*, JT. Pi. per transgressiones[p],) *Deum*, (i. e. qui cum Deo litigant, inquirentes in judicia ejus, & præscribentes pro sua libidine nè hoc vel illud agat[q],) *& evaserunt*, Mo. G. pericula[r]: vel, *liberantur*, P. Pi. &c. vel, *servantur*, Ti. non pereunt †.

16. *Tunc* (qu. d. Doctrina mea non caruit fructu, tandem quidam expergefacti sunt[t].) *locuti sunt* (i. e. loqui soliti sunt, ut v. 13[v]. ad defendendam Dei providentiam & justitiam[x], adversùs blasphemos illos[y]; conquerentes de illis blasphemiis, & orantes ut Deus blasphemos puniat[z]:) *timentes Dominum*, &c.] Vel, *At verò pii alter alterum sic alloquentur*. Impii clàm, pii palàm[a]. Testimonium hoc erat veræ resipiscentiæ, quòd conantur alios secum ad Deum reducere, &c[b]. ¶ *Et attendit, &c.*] Utrisque[c]: ad ea quæ locuti sunt & impii[d], & pii*: fidelis testis omnium etiam minutissimorum futurus & Judex[f]. ¶ *Et scriptus est liber monumenti*] Vel, *memoriæ*, Calv. P. G. vel, *memorialis*,

[Margin notes, left column:] l G. | m V. sim. M. | n G. | o G. | p Calv. | q Di. | r D. | † D. ex Hi. | t D. | v V. | x D. | y C. | z D. | a V. | b G. | c Pi. sim. Calv. | d Calv. | * G. sim. V. Pi. | f V. | ‡ Di. ex Jun. | g Calv. sim. Pi. | h Calv. | † Di.

[Margin notes, right column:] i G. | k D. | l D. sim. V. | m Pi. | n G. | o D. | p D. | q G. sic V. | r D. | G. | Ca. | D. | † Pi. | t D. | v D. sim. V. | x D. | y G. | z V. | a G. | b Calv. | c M. | d V. | * Pi. | f D. sim. Pi. | g G. | h Calv. | i Calv. | k G. | l V. sim. M. Calv. | m D. | n Pi. | o G. | p M. | q Calv. | r G. sic D. | † V. | t Calv. | v V. sim. D. | x Me. sim. | y T. Tar. M. | z T. | a Pi. | b G. | c Calv. | T. | V. sic | Me. T. | * Me. sic Pi. Tar. | f T.

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

rialis, M. Pi. qui memoriæ causâ fit [g]: in quo singulorum facta, dicta, cogitata accuratissimè describit [h], & cuique, pro meritis, præmium aut pœnam decernit[i]. Humanitus dictum [k]. Similitudo sumpta à Regibus [l], qui scil. plerumque habent annales in quibus memoranda annotant [m]: qui solent eorum qui ipsis commendantur indiculum facere, ut eorum curam habeant singularem, & ut, siqui honores vacent, illos provehant. Græci dicunt, Ἐγγράφη ἐν Διὸς δέλτοις, (*Scribitur in Jovis tabulis.*) Confer Dan. c. 7. v. 10 [n]. Vide Esd. c. 4. v. 15. & Esth. c. 2. v. 23 [o]. & 6. 1 [p]. *Scriptum* hoc dicitur, quasi miraculum & res incredibilis, quòd aliqui essent adhuc sanabiles & pii; & ut pii sibi certò persuaderent, etiamsi nulla spes appareat, pœnitentiam tamen fore illis in salutem coram Deo [q].

¶ *Et*, &c. וּלְחֹשְׁבֵי שְׁמוֹ] *Et cogitantibus* (sub. *seriò*, Ti. vel, *reputantibus*, Q. in D. vel, *iis qui animo perpendunt*, V. vel, *reverentibus*, Ar. vel, *in pretio habentibus*, Q. in V. sic Ca.) *nomen* (id est, magnificentiam [r]: vel, *gloriam nominis*, Ch. vel, de *nomine*, D. JT. Pi. Ti.) *ejus*, Mo. P. i. e. Et sapientibus, qui non modò Deum verentur, ut pii omnes, sed etiam, de nomine ejus, id est, de ipso, (nam *nomen Dei* pro ipso *Deo* poni amat: unde RR. dicunt, *Nomen ejus ipse est, & ipse nomen ejus est:*) soliciti, vias ac judicia ejus rimantur, in eòque studiosè dies noctésque occupant †. *Et eorum qui laudant eum*, Sy.

17. *Et*, &c. וְהָיוּ לִי לַיּוֹם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה סְגֻלָּה] [Variant.] *Hi erunt mei,——quo die ego confecturus sum peculium*, JT. Pi. sim. Ang. id est, populum selectum [s]. Non placet. 1. *Facere peculium* alibi non reperitur. 2. *Hi erunt mei* Ebraicè diceretur, וְהָיוּ עֲבָדַי [t]. Al. *Eruntque mihi,—illâ die quâ ego facio*, M. sic P. V. D. Calv. &c. (sub. *judicium*, V. D. vel, *mirabilia*, V. vel, *quâ facturus sum propediem*, D. vel, *quâ agam*, Ti. vel, *quam facio*, id est, quam adducturus sum, h. e. in qua puniam improbos [x]: vel, *cùm rem geram*, Ca. *cùm faciam*, G. sim. Calv. nempe prodire ista de quibus suprà v. 5 [y]. *Faciam*, i. e. complebo quod jam promisi, h. e. restitutionem Ecclesiæ; qu. d. quum colligam Ecclesiam meam. τὸ *facere* hîc absolutè ponitur [z], ut Mal. 4. 3. pro, *facere opus* [a].) *peculium*, vel *in peculium*, M. P. Ti. V. D. Calv. &c. id est, tanquam res gratissima [b], in magno pretio & valde chari [c]: *ut res sepositæ*, tanquam lapides pretiosi, qui diligenter adservari solent. Ità enim סְגֻלָּה sumunt Hebræi [d]: quod Aquila (ut & ο'. alibi) περιούσιον [d]. (& cæteri *,) περιποίησιν [f]. qu. d. populus peculiaris, & quem Deus sibi ut proprium vendicat, Tit. 2. 14. 1 Pet. 2. 9 [g].

¶ *Et parcam eis*] Ità D. Pi. &c. vel, *utar clementiâ erga eos*, JT. Nè vexatio eos cruciet [h]. Conservabo in vita, leniter atque indulgenter habebo eos [i]. Ignoscam & indulgebo eis; cum venia recipiam eorum obsequia, quæ alioqui indigna essent favore meo [k]. ¶ *Sicut parcit vir filio*, &c.] Quem amat & ut filium, & ut obsequentem [l].

18. *Et*, &c. וְשַׁבְתֶּם וּרְאִיתֶם בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע] *Et* (vel, *Tunc*, JT. Pi. *Sed*, G. *Igitur*, Ti.) *convertemini*, (vel, *revertemini*, M. Ch. in Di. Ar. vel, *revertimini*, Ti. *convertimini*, supple, *vos alii*, G. nam ad impios sermo convertitur [m]:) *& videbitis* (vel, *discernetis*, P. D. vel, *considerate*, Ti. Al. *conversi*, ad meliorem mentem [n], *videbitis*, JT. Pi. D. vel, *rursus videbitis*. q. d. Antehac, cùm Ecclesiæ meæ benedixi, apparuit discrimen inter pios & impios: jam vos discrimen id negatis, quia tota mea Ecclesia afflicta est: at faciam denuo diem quo rursus discrimen illud videbitis [o]. Vel, *reversi discernetis*, Ca. vel, 1. vos electi [p]: vel, 2. vos blasphemi, ad quos hîc apostrophen facit [q]. Sub. *quid intersit*, Ti. Ar. sic Sy. JT. Pi.) *inter justum & impium*, P. M. &c. Sub. *& tunc non dicetis me esse injustum*. Per hæc innuit futuram resurrectionem [r]. Nulla hîc est ellipsis, sed phrasis Hebræa, utpote plena, sic, cum Chaldæo, vertenda, *videbitis interstitium justi ad impium*, i. e. interesse inter justum & impium. Notandum, בֵּין, sicut סָבִיב *circum*, תָּמִיד *jugiter*, מְאֹד *valde*, multæque aliæ præpositiones & adverbia, propriè nomen esse, ac significare *medietatem*, *interstitium*, *distinctionem*, quâ una res ab alia dignoscitur, ab Heb. בִּין *intelligere*, *cognoscere*. Hinc adsciscit præpositionem, בְּבֵין חָצִיר, *in medio herbæ*, *inter herbas*, Esa. c. 44. v. 4; & assumit formam pluralis numeri, ut מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים, *è medietatibus Cherubinorum*, *de inter Cherubim*, Ezec. 10. 2. Itaque cùm Gen. 1. 14. dicitur, *ad separandum* בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה, ad verbum vertas, *discrimen diei & discrimen noctis*; & v. 6. בֵּין מַיִם לָמָיִם, *interstitium aquarum ad aquas*, id est, inter aquas & aquas †. [Sensus loci,] Videbitis in tempore Judicii quantùm diversa sit sors pii & impii [t]. Mutabitis sententiam, quando videbitis, hoc est, reipsa sentietis, impios æternis ignibus, justos cœlestibus Paradisi gaudiis, addici [v].

CAP. IV.

1. *Dies veniet*] De qua suprà 3. 2 [a]. Dies judicii [b], tum particularis, tum universalis [c], & maximi [d]. Dies judicii ultimi in Judæos, & imago Judicii ultimi in humanum genus *. Dies primi adventûs Christi. Jactabant venturum Redemptorem. Respondet, venturum diem Domini, non qualem ipsi imaginantur, sed qui ipsos consumeret, &c [f]. ¶ *Quasi caminus*] Vel, *furnus*, G. ex Ch. Pi. &c. vel, *clibanus*, G. ex LXX. Vide quæ ad Matth. 6. 30. Respicitur incendium Templi & urbis [g]. ¶ *Omnes superbi*] De quibus suprà 3. 15 †: se & justitiam suam meritáque efferentes [h]: immorigeri Deo [i]. ¶ *Et inflammabit* (vel, *comburet*, P.) *eos*, &c.] q. d. Peribunt in istis calamitatibus [k]. Ultima Judæorum spes erat Redemptor, quem postquam illi respuerant, meritò abjecti sunt & consumpti, &c [l]. ¶ *Quæ*, &c. אֲשֶׁר לֹא יַעֲזֹב לָהֶם שֹׁרֶשׁ וְעָנָף] *Quæ* (vel, *Quia*, Mo. vel, *Adeò ut*, Ti. JT. Pi.) *non relinquet* (vel, *derelinquat*, JT. Pi. &c.) *ejus radicem & (vel, aut*, JT. Pi.) *ramum*, M. P. &c. sub. *ullum*, P. q. d. Plenus erit interitus [m]: nè liberos quidem habebunt superstites, quorum causâ tot injusta facinora fecerunt [n]. Vel, *nec filium nec nepotem*, Ch. in D. Nulla spes erit boni [o]. Nemo damnatis patrocinabitur, nemo redimet, nemo miserebitur [p]. In hoc capite ampliorem describit fore cognitionem quâ discernantur pii ab impiis [q].

2. *Et* (vel, *Autem*, JT. Pi. P. &c.) *orietur vobis timentibus* (vel, *ô timentes*, JT. Pi.) *nomen meum* (quos hîc separat ab impiorum turba, & ad quos sermonem convertit. q. d. Pereant isti Dei contemptores; vos autem erigite capita vestra, &c [r]. Cùm hæc mali patientur, vobis justis orietur †) *Sol justitiæ*] i. e. Vel, 1. Spiritus Sanctus, ille quem Christus in se credentibus impetrabit, qui lucebit in corde vestro. Vide Eph. 5. 14 [t]. Vel, 2. Christus [v], in V. T. adumbratus [x]. Qui *Sol* dicitur, 1. ob splendorem visibilem & majestatem [y]: 2. ob lætitiam quam justis affert [z]: 3. quia luce suâ splendet, & Ecclesiam, quæ quandoque *Lunæ* nomine venit, illuminat [a]: 4. quòd fugat omnes tenebras, tum calamitatum [b], tum ignorantiæ, &c; vide Jes. c. 49. v. 6. & 52. 10 [c]: 5. quia hic est lux vera [d], *illuminans omnem hominem*, Joh. 1. 9. cujus oculi sunt splendidiores Sole: videt enim omnia, nec ab ullo falli poterit *. Christo exhibito, major apparuit lux in N. T. quàm in V. Vide Jes. 11. 9. & 54. 13. Rom. 13. 12 [f]. Christus plenam lucem attulit, fideles à naturali sua cæcitate eripuit, &c. Vocatur autem *Sol justitiæ* [g], vel, 1. q. d. Sol benignè largiens lucem suam; *justitia* enim benignitatem denotat [h]: vel, 2. quòd lucem gratiámque suam impendit justitiæ, h. e. in favorem & commodum justorum [i]: vel, 3. *justitiæ*, id est, perfectæ rectitudinis: vel, 4. quia in eo perspicua est Dei justitia, & ipse nos regenerat ad justitiam vitámque beatam & æternam [k].

¶ *Et*, &c. וּמַרְפֵּא וגו'] *Et sanitas* (corporis & animæ [l]: vel, *medela*, nempe conscientiarum ægrarum ex sensu peccati [m]: vel, *medicina*, V. Sub. *erit*, P. Pi. V. &c.) *in alis*, sive *pennis*, *ejus*, P. M. Pi. &c. Radios Solis vocat *alas* [n], locutione poeticâ, quia illi in Sole sunt velut pennæ in avibus [o]: nam ut aves pandunt alas, ità Sol lumen & radios [p]; & ut Solem radii, ità aves alæ, circumdant [q]. [Sensus,] Radii ejus sanitatem summam animo

animo adferent[r]. Christus venit ut medicus, Matt. 9. 12. qui animi morbos, h. e. peccata, tolleret†. ¶ *Et egrediemini*] Ità Mo. P. sim. M. Ti. &c. vel, de hac vita; vel, de sepulchro obviàm Christo[s]; vel, de duris angustiis, quibus velut captivi tenebamini[v]; vel, ad pascua[x]. Al. Deus vos velut manu educet ex urbe ruitura. Vide quæ suprà 3. 6[y]. ¶ ויצאתם] *Et procedetis*, JT. Pi. Tar. in via Domini ambulantes, non ampliùs morbis spiritualibus languidi decumbentes[z]. ¶ *Et*, &c. ופשתם כעגלי מרבק] *Et crescetis*, vel *augescetis*, Mo. Pi. JT. (quomodo nimirum dicuntur crescere animalia quæ corpulenta ac benehabita sunt[a]. Vel, *pinguescetis*, M. Di. simil. Ti. vel, *robusti fietis*: id enim, ex aliis locis & ex Æthiopicæ linguæ usu, verbum פוש valere, docuimus ad Hab. 1. 8. & Jer. 50. 11[b]. Vel, *multiplicabimini*, P. vel, *lascivietis*, Ca. vel, *salietis*, G. ex Vulg. Calv. D. vel, *dissilietis*, i. e. discursabitis huc illuc[c]: vel, *diffundemini*, sive *dilatabimini*, He. in D. ופשתם dicitur pro ופשתם, τῷ Pathach in Chirec verso[d]. פוש propriè sign. *multiplicari*, & *augeri*: quia autem vituli saginati lasciviunt, ac petulanter incedunt, hinc LXX & Vulg. habent, *salietis*; Chaldæus, תטילו, *incedetis*, nempe petulanter, ut vituli saginati†.) *sicut vituli saginarii*, Mo. P. JT. Pi. i. e. educati ad saginarium*, inclusi in saginario[f]: vel, *saginati*, Ti. simil. V. *pascuales*, M. *altiles*, Ca. D. qui, quum solvuntur, huc illuc præ gaudio discursare solent. q. d. Vos egrediemini ex hoc seculo cum summo gaudio[g]. Læti pace conscientiæ, & similem olim liberationem in communi Judicio præsumentes animo: Act. 8. 8. & 13. 52. & 15. 3. & 20. 24. Rom. 14. 17. Galat. 5. 22. Phil. 1. 4. Col. 1. 11. 1 Thess. 1. 6. 1 Pet. 1. 8[h].

3. *Et*, &c. ועסותם וגו'] *Et conculcabitis* (vel, *diruetis*, Pi. *pessundabitis*, M. *obteretis*, Ca.) *impios*] Inimicos vestros[i]: tyrannos qui in hoc mundo persequebantur bonos, &c. Commutabuntur tunc rerum vices[k]. Eritis tunc voti compotes, videbitis ultionem Dei de iis[l]. Siquando redibitis Hierosolyma, ibi *calcabitis* in urbe incensâ multorum *impiorum cineres*. Post excidium, in urbe modicè instaurata, dictâque Ælia, fuit Ecclesia Christianorum sub episcopis, sc. Simeone Justo, Zacchæo, Tobia, Benjamine, Johanne, Matthia, Philippo, Seneca, Justo, Levi, Ephre, Jose, Juda: qui omnes ex circumcisione fuêre, ut testatur in Chronico Eusebius[m]. ¶ *Cùm*, &c. כי יהיו אפר וגו'] *Cùm fuerint* (vel, *Qui erunt*, M. Ti. Ca. vel, *Nam futuri sunt*, JT. Pi.) *pulvis*, vel *cinis*, (vel, ut *cinis*, P.) *sub plantis pedum vestrorum*, Mo. &c. ¶ *In die quâ ego facio*] Sic P. M. vel, *effecturus sum*, JT. Pi. subaud. *ista*, Pi. Explica ut suprà 3. 17[n].

4. *Mementote legis Moysi*, &c.] Cùm tanta præmia maneant bonos, Legem servate, ut tunc salutem inveniatis[o]. Recordamini quid Moses in Lege de Christo scripserit, & quid adumbraverit variis illis ceremoniis & judiciis[p]. Interim *recordamini*, &c. nempe dum adveniat dies Domini[q]; donec Lex melior affulserit, Gal. 3. 23, 24. 2 Pet. 1. 19. Fœdus scilicet Novum, cujus mentio jam facta 3. 1[r]. Quum Deus adhuc promissionem hanc aliquamdiu differt, & nulli deinceps Prophetæ exsistent, ad primum & præcipuum Prophetarum vos reduco, &c†. Sub Christi adventum Deus Prophetas subduxit ad tempus, ut Christum expeterent majore affectu. Monet ergò ut accuratè in Legem incumberent, quæ ad ipsos regendos sufficeit, nè post sua commenta ferrentur[t]. *Lex* propriè ad mores pertinet; *statuta* ceremonias designant; *judicia* sunt, quæ ad forum spectant[v].

5. *Mittam vobis Eliam prophetam*] Prophetis destituemini ad tempus. Primus Propheta post me erit ille Messiæ monstrator, de quo suprà 3. 1. Hoc sensu verum est quod dicunt Judæi, *Messiam ungi debere ab Elia*, id est, quasi in possessionem muneris sui introduci: quod olim per unctionem fiebat[x]. Sensus, qu. d. Post diuturnum silentium iterum Dominus ex insperato vocem suam emittet, & resurget doctrina Prophetica, &c[y]. *Eliam* hîc intelligunt, vel, 1. Eliam Thesbiten; qui erit præcursor secundi adventûs Christi, ut Baptista primi[z]: vel, 2. Johannem Baptistam[a], sicut Christus

[Margin: r G. † Tar. s Me. v Calv. x Pi. y G. z Tar. a Boot. anim. 3. 4. 3. 43. b Di. c V. d D. sic Di. † Di. * Pi. f D. g V. h G. i V. k M. l V. m G. n Idem. o Me. p M. q D. r G. † Tar. t Calv. v D. x G. y Calv. z T. He. & ex Patribus, E. Sin. a M. D. G. Calv. Tar. &c.]

ipse exponit Matth. 11. 14. Is *Elias* dicitur, ut *Achilles* Virgilio, *Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles*[b]; & ut Hebræis Elias ipse dictus est *Phinees*, ob parem in Dei rebus ardorem[c]. *Elias* autem hîc dicitur Johannes, quia *in spiritu venit Eliæ*, Matt. 11. 14. & 17. 11, 12. & Luc. 1. v. 17[d]; pari zelo & fervore*, nec populo nec Regibus parcens[f]: quia, ut olim Elias, ità postea Johannes, excitatus est à Deo ad restitutionem cultûs Dei vitiati, doctrinæ corruptæ, & pietatis ferè exstinctæ[g]. Bene autem *prophetam* [dicit,] ut Matt. 11. 9. Is vobis dicet quæ præter Legem facienda sunt, & Christum monstrabit cætera dicturum. Ità hîc connexio est Veteris Novíque Fœderis per Johannem, Matt. 11. 13*: Johannes quidem *prophetam* se negat, nè impediret cursum doctrinæ Christi, & contentus erat haberi Christi præco, ut Christus solus audiatur. Interim Christus eum *prophetam* vocat, & *plusquam prophetam*, &c||. ¶ *Antequam*, &c. לפני בוא וגו'] *Antequam veniat* (vel, *ante venire*, Mo.) *dies Domini* (vel, 1. dies Judicii[h]: vel, 2. dies primi adventûs Christi[i]: vel, 3. dies judicii, scilicet ultimi in Judæos, Act. 2. 20[k].) *magnus* (in quo scil. magna facturus est Christus[l]:) *& horribilis*, Calv. Vel, 1. propter sententiam & damnationem impiis infligendam: *magnus* justis, *horribilis* verò peccatoribus[m]. Vel, 2. propter excæcationem Judæorum[n]. Quanquam Christus placidè se offerat, pervicacia tamen hominum cogit eum asperiùs loqui & agere, &c[o]. Al. *timendus*, vel *verendus*. Id נורא significat[p].

6. *Et* (vel, *Is*, Ti. Pi. vel, *Qui*, D. vel, *Ut*, D. JT.) *convertet* (vel, *reducet*, M. Ti. vel, *convertat*, JT.) *cor patrum ad* (vel, *in*, M. Ti. vel, *supra*, Mo.) *filios, & cor filiorum ad patres eorum*] Ità P. &c. Post tempora Maccabæorum ad Christi tempora agitata fuerat Judæa, non discordiis tantùm, sed & bellis civilibus; quorum brevis memoria apud Tacitum est Histor. 5. exactior apud Josephum. Sectæ præterea Sadducæos à Pharisæis, & inter hos novæ sectæ Hillelis & Sameæ populum, distraxerant. Johannes incipiet his malis adferre remedia, charitatis instillans præcepta, Luc. 3. v. 11. & ad unum Magistrum omnes remittens, Matth. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Joh. 1. 15. Ità, ubi desinunt Prophetæ, incipiunt quatuor Evangelia, ut in Marco apertissimum est. Quæ autem præmittuntur in Matthæo, Luca & Johanne, sunt προλεγόμενα ad designandas personas Johannis & Messiæ ipsius. Evangelii initium apud omnes idem est unde Marcus incipit. Vide quæ de hoc loco dicta ad Luc. 1. v. 17[q]. *Convertet cor patrum*, &c. i. e. Animos eorum dissentientes conciliabit, ipsósque in concordiam rediget & unitatem fidei[r]. Necessarium hoc erat, quia Diabolus sub initium Evangelii & postea id egit, ut *discordem reddat hominem contra patrem suum*, &c. Vide Mic. 7. 6. Matt. 10. 34, &c. Qu. Sed cur dicit *ad filios*, vel, *ad patres*? cur non potiùs, *ad Deum*? Omnino id implicitè notatur: siquidem nulla est vera concordia & amor erga proximum, nisi ubi fides in Deum in corde prælucet; vide Luc. 1. v. 17: & Deus vult à cœtu unanimi laudari & coli, Act. 2. 1. & 4. 24, 32. Rom. 15. 11†. Sensus est, Filios reddet gratos Patriarchis, Abraham, Isaac & Jaacob, quorum cor aversum erat à filiis suis in Christum non credentibus, &c[t]. Filios convertet ad patres, sanctos scilicet, Abrahamum, &c. ut cum iis coalescant in fidem unam & sinceram pietatem, quæ olim viguit, &c. Sed cur dicit, *cor patrum ad filios*? Resp. Erant quidam adolescentes conversi qui viam monstrârunt patribus. Senes autem, ut sunt morosi, non tantùm respuunt quod audiunt ex juvenibus, sed, quia discere eos pudet, obstinatiores redduntur. Tale certamen facessere jubet Propheta, ut tandem idem in Domino sentire omnibus cordi sit. Non enim simplex promissio hæc est, sed aliquid medium inter exhortationem & promissionem[v]. Sensus loci est, Elias hic convertet contumaces & incredulos Judæos, ut eundem habeant animum quem pii patres habuerunt, ut patres illos agnoscant pro suis, & de iis gaudeant[x]. [Ca. locum sic reddit, *Qui & parentum animos liberis reconciliet*, &c.] Hinc constat non agi hoc loco de ultimo Judicio,

[Margin: b D. c G. d G. sim. D. Tar. * Tar. f G. g Calv. * G. || Calv. h Me. i M. sim. D. Tar. Calv. k G. l Me. m Id. m. n M. o Calv. p D. q G. r D. sim. Tar. † Tar. t Me. v Calv. x M. d. 1. disser. 25. p. 128.]

Judicio, quia in eo non ampliùs erit locus pœnitentiæ, sed præmio & pœnæ [y]. ¶ *Nè fortè* (vel, *Nè*, JT. Pi. &c.) *veniam, & percutiam terram* (id est, incolas terræ [z],) *anathemate*; ità Mo. M. JT. Pi. חֵרֶם] *Excidio*, P. D. *Nè veniam, & terram prorsus exscindam*, Ti. vel, *Nè ego veniam, & afficiam orbem exitio*, Ca. Hîc iterum Judæis minatur, & quidem vehementiùs, scil. non fore illis impunè si modò Christi adventum contemnant [a]. Nè, ubi venero, omnes qui in Judæa sunt funditus perdam: id enim est חֵרֶם. *Jam* enim *securis ponebatur ad radicem*, Matth. cap. 3. vers. 10. Luc. 3. 9. Per hanc missionem Johannis, & monstrati à Johanne Christi, multi pœnitentiam egêre; & sic communi gentis exitio erepti sunt. Hoc est quod dicit Paulus Rom. c. 9. v. 29 [b]. Excæcatio Judæorum hîc vocatur חֵרֶם *anathema*, & *abolitio* [c]. Al. *Percutiam terram*, hoc est, terrena tantùm sapientes homines [d], *anathemate*, id est, perditione integrâ *, excommunicatione è Regno cœlorum, ut Ecclesia reddatur purior. Vide Zach. c. 14. v. 11 [f].

[y] Tar.
[z] Pi. D.
[a] Calv.
[b] G.
[c] M.
[d] Tar. Me.
* Me.
[f] Tar.

10

Laus illibata DEO Optimo Maximo,

PATRI, FILIO, & SPIRITUI SANCTO.

FINIS TOMI TERTII.
